LEXICON
TOTIUS LATINITATIS

AB ÆG. FORCELLINI

SEMINARII PATAVINI ALUMNO

LUCUBRATUM

DEIN

A JOS. FURLANETTO

SEMINARII EJUSDEM ALUMNO

EMENDATUM ET AUCTUM

NUNC DEMUM

FR. CORRADINI ET JOS. PERIN

SEMINARII PATAVINI ITEM ALUMNIS

CURANTIBUS

EMENDATIUS ET AUCTIUS

MELIOREMQUE IN FORMAM REDACTUM

ADJECTO ALTERA QUASI PARTE

ONOMASTICO TOTIUS LATINITATIS

OPERA ET STUDIO

EJUSDEM

JOS. PERIN

TOM. V

PATAVII
TYPIS SEMINARII

ONOMASTICON
TOTIUS LATINITATIS

OPERA ET STUDIO

DOCT. JOSEPHI PERIN

ALUMNI

SEMINARII PATAVINI

LUCUBRATUM

TOM. I

PATAVII
TYPIS SEMINARII
MDCCCCXIII.

Editor, vigentibus in hac re legibus obsecutus,
sibi vindicat jus proprietatis.

130127

PRÆFATIO

Quamvis in novæ hujus editionis præfationibus de Lexico Forcelliniano tam copiose ac luculenter disseratur ut nihil porro dicendum sit de Onomastici, quo nunc illud completur, adornandi ratione ejusque utilitate atque momento; tamen necessarium puto quædam subjicere, quibus quid præstiterim vel ad quam normam opus exegerim, statim intelligatur.

Primum, quod caput est, ne nominum propriorum copia æquo major congereretur sicque in longius traheretur hæc editio, quæ ut ad suum complementum exitumque perduceretur, omnium jamdiu erat in votis, ea dumtaxat percensere mihi propositum est, quæ pluris interessent, ita nihilo minus ut fere nullum, legitimum modo, expungeretur nomen, in superiores Lexici editiones jam receptum, immo alia multa, Romana præsertim et etiam Semitica e sacris libris excerpta, adderentur, fastis insuper consularibus et imperatoriis tabulisque seu stemmatis familiarum adjectis, quæ tamen ad operis finem consultius remisi. Non enim limitibus nimium angustis ea circumscribenda erant, quibus ex litteratissimorum virorum sententia linguæ absolvitur historia; siquidem Romana in primis cognomina aliquid significant atque interdum singularia ac nova vocabula latine scribentibus suppeditant, quædam vero aliis dubiæ significationis aut lectionis confirmandis magnopere inserviunt (1). Nec præterea, ut cuique perspicuum est, onomasticon iisdem ac lexicon finibus coartari debet; quippe in illo non linguæ usus vel potestas vocum aut quarumdam ætatum et melioris notæ scriptores, ut in lexicis fieri solet, respiciuntur, sed una attenditur personarum locorumque descriptio, unde unde nomina promantur; et ob id multo latiorem eidem patere campum nemo non videt.

Ne tamen jejuna foret et arida nominum recensio, quæ sunt potiora, hæc historicis, criticis aliisque ad rem accommodatis, paulo uberioribus identidem, adnotationibus illustravi, haud

(1) Jos. Furlanettus in præf. ad Lexic. Forcellin. n. XIII. Hic additum volo, Inscriptionum, unde nominum copiam deprompsi huic operi congruentiorem, me, antecessorum meorum rationi obsecutum, et locum originis et tempus prætermisisse, quæ alioqui ex laudatis fontibus agnosci facile possunt.

veritus, ne quis mihi vitio hoc verteret. Forcellinus enim noster, cujus vestigiis fere institit Furlanettus, hanc et ipse rationem seu methodum est secutus; quamquam ad nominum descriptionem magisque ad eorum copiam quod attinet, parsimoniæ studuit, ne « opus in duplum cresceret et sua mole ab utendo deterreret » (1): contra De-Vit in lucem protulit onomasticon, eximium quidem sed amplius quam par erat, ita ut mihi visum sit mediam quodammodo viam aggredi temperando immodicam hujus amplitudinem, illius vero lacunas explendo (2). Idcirco curavi, ut quum unius redundantiam caverem, copiosiorem quam alterius nominum ac notitiarum segetem compararem ex historia deprompta civili atque litteraria veterum qua Romanorum qua Græcorum, nec Occidentis modo sed etiam Orientis, ab antiquis tradita ac mirifice, nostra potissimum ætate, inscriptionibus, nummis, signis, tabulis, vasis aliisque hujuscemodi monumentis testata atque illustrata, quæ quotidie e sepulcri quasi umbris ac latebris ad vitam lucemque evocantur.

Dein ad fontes quod spectat, unde operis materiem erui, præter illos, quos Index exhibet initio propositus (3), alios consului studiisque, magno archæologiæ et philologiæ progressu auctis, usus sum recentiorum (4), qui de re grammatica, historica, mythica aliave huic lucubrationi magis consentanea doctiore calamo scripserunt fontesque ipsos penitius dilucidarunt, maxime ex Germanis, quibus Latinarum disciplinarum studia et Romanæ eruditionis monumenta tanto sunt in honore ut in iis assidue versentur operaque sexcenta evulgent.

Porro in articulis componendis primum, ut in Lexico, locum dedi nominum orthographiæ, quam codices editique libri tam variam exhibent ut difficultatem facessant aliquando et in ambiguo relinquant, an dissimilia ad unum idemque sint redigenda. Quoniam vero de orthographia loquor, hîc mihi fas sit admonere, me cum in communium vocum tum in propriorum nominum scriptura satius existimasse eam sequi rationem, quam qui me in hoc obeundo munere præcessit, cl. Franciscus Corradinius in tribus usurpavit prioribus hujusce editionis voluminibus et in quarto concinnando fere ipse retinui, ut ubique sibi constaret scribendi modus: ceterum de propriorum quorumdam scriptione, quæ hodie obtinet, suo loco disputare non prætermisi.

Variam deinceps proposui nominum declinationem, in usum non modo grammaticorum sed etiam interpretum, quos formarum diversitas in errorem aliquando inducere potest.

Præterea ad etymorum investigationem, quam alii inscienter negligunt vel perfunctorie tractant aut nimio persecuntur studio, quum in propriis quoque nominibus describendis utilitate

(1) Ita Forcellinus in præf. ad Lexic. Hinc etiam intelligitur, cur in communium quoque vocum, nedum propriorum nominum, articulis lucubrandis brevitati indulserit hic lexicographorum princeps ac magister, cui, philologiæ et archæologiæ studiis nunc in dies magis florentibus, multa facile addi possunt. Ceterum « alius alio plura invenit, nemo omnia » inquit Ausonius, atque in hoc etiam litterarum studio, ut olim in Atheniensi ludo, alius alii quasi cursor lampada tradit.

(2) Dolendum est, cl. Auctorem, nostri Seminarii alumnum, morte præreptum, opus magna ex parte imperfectum reliquisse.

(3) Indicis auctorum Supplementum prodibit quam primum, quod et Onomastico inserviat et Appendici ad Lexicon, ubi et reponantur omissa et errata emendentur, si quæ, nec pauca fortasse, sive in Lexico sive in Onomastico retractando occurrant; siquidem in philologis hujusmodi lucubrationibus diligentiores vel ipsi facile prolabuntur. Huc faciant quæ ex *Antologia*, Italico diario Florentino, de tertia Forcelliniani Lexici editione scitissima in lividos quosdam ejus obtrectatores verba refert cl. Furlanettus in præf. ad Lex. n. XVI. adn. 4. Accedent alia hîc prætermissa nomina personarum et locorum ac præsertim ex Inscriptt., ex Tab. Peuting. et Itiner. et ex geogr. Ravenn., Guidon., Æthic. aliisque serioris ævi scriptoribus ac documentis desumpta.

(4) Subsidio huic operi fuere Thesaurus Linguæ Latinæ, quinque Academiarum cura Lipsiæ ed., Real-Encyclopäd. Pauly-Wissowa, lexica De-Vit. Schulze, Roscher, Pape-Benseler, Vigouroux aliaque Latina et Græca, vetera et recentia, quæ in Onomastico passim laudantur. Hîc vero admonere libet, me in quæstionibus obiter attingendis, quæ de sacra interpretatione hodie potissimum agitantur, catholicos præcipue sectatum, ab iis tamen haud abstinuisse scriptoribus in medio proponendis, qui quamvis doctrinas a vera fide alienas profiteantur, nihilo secius utilia quædam suppeditant.

non careat, operam contuli. Id tamen non, nisi in quibusdam, præ aliis hoc etiam studio dignis, tam sollicite curavi, ut quidam faciunt, qui in etymis aucupandis nimis immorantur ac sæpe incerta venditant pro certis pluraque inepta atque adeo deridicula, Varronis, Festi aliorumque veterum etymologorum more, obtrudunt. Ad rem Quintilianus, in suo opere de Institutione oratoria: « Etymologia, inquit, habet aliquando usum necessarium... Continet autem in se multam eruditionem sive ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima... sive ex historiarum veterum notitia nomina hominum, locorum, gentium, urbium requiramus... Jam illa minora, in quibus maxime studiosi ejus rei fatigantur, qui verba paulum declinata varie et multipliciter ad veritatem reducunt aut correptis aut porrectis aut adjectis aut detractis aut permutatis litteris syllabisve; inde pravis ingeniis ad fœdissima usque ludibria labuntur... Sed cui non post Varronem sit venia? qui agrum, quia in eo agatur aliquid, et gragulos, quia gregatim volent, dictos Ciceroni persuadere voluit ».

Quod vero ad prosodiam pertinet, syllabarum quantitatem, quam tamen poetæ maxime sequiores ex arbitrio vel metri causa mirum in modum variarunt, nec communibus inscripsi syllabis, nec nominibus ferme incognitis vel exoticis; hanc enim nec ex poetarum locis aut grammaticorum præceptis nec ex etymo aut natura vocabulorum deducere potuissem. Sic in libro de accentibus docet Priscianus, eos nempe « in peregrinis verbis et barbaris nominibus nullos certos esse ideoque in potestate uniuscujusque consistere ut, quomodo necessarium viderit, ita in metro ponat ».

Illos denique monitos volo, quibus fortasse non statim res pateat, me, sive etymi vel originis semel tantum declarandæ, sive spatii lucrandi causâ, nomina personarum derivata simul cum primitivis in unum veluti corpus compegisse, ita ut illa, suos quasi parentes soboles, continuo hæc subsequerentur. Fatendum tamen, hujusmodi progeniem usquequaque certam non esse; etenim immensa dici potest horum nominum copia undique scatentium, idcirco eorumdem originem formationemve pernoscere nec facilis negotii nec tanti fere est momenti ut studium in id ab eruditis vel leve impendi oporteat.

Hisce autem paucis præmonitis addere mihi liceat, sperandum fore ut Forcellinianum opus, cujus laudem neque injuria temporum neque invidorum obtrectatio unquam imminuet, nunc in melius redactum atque expletum, omnium, quibus hæc studia maxime cordi sunt, favore et cura longe lateque propagetur. Hinc namque fiet ut et Latina lingua, ex qua tot tamque egregia litterarum scientiarumque monumenta in orbem prope universum dimanarunt, cujusque cognitio litterati viri dos est atque ornamentum et quædam politioris humanitatis tessera, aliquid emolumenti percipiat ac magis magisque floreat, quicquid obstrepat nuperum hominum, ut leviter dicam, insipientium genus, qui nobilissimum Latii sermonem a litterariæ reipublicæ finibus tantum non extrudere velint, et Patavini Seminarii decus, latinitatis quasi domestici patrimonii cultu celeberrimi, vigeat semper integrumque servetur.

JOS. PERIN

A (ab), ad nomina propria quod attinet, usurpatur ut littera et ut præpositio. — 1.°) A, littera, in nominibus personarum — a) Est nota, præsertim in Inscriptionibus, ubi *A.* sæpe adhibetur pro *Augustus, Aulus*; duplex *A. A.* pro *Augusti* v. *Augusta*. V. *Val. Prob. Not. p.* 1495. *P.*: sic *A. A.* pro *Aquæ Aponi* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 1643., 1644. et 2620. et *Willm. Inscr. p.* 710.: vel *Aponus Augustus*. V. *Corp. I. L.* 5. 2783-2790. — b) Geminatur aliquando apud Oscos et Latinos veteres, ut *Aavitius* pro *Avitius* in *Inscr.* apud *Renier n.* 1657., *Albaanus* pro *Albanus* in *alia* apud *Orelli n.* 1287.; etiam *Maarcus* pro *Marcus* in *Bollett. dell' Istit. Arch.* a. 1851. *p.* 72.: sic Μάαρκος in *Inscr. Gr.* in *Ephem. Epigr. IV. p.* 217., coll. *I. p.* 286. et 287. V. *Momms.* ad *h. l.* Item *Vaala, Vaarus* in denariis gentis Corneliæ apud *Cohen, Descr. des Méd. cons. p.* 232. *tab.* 30. Ceterum *Quintil.* 1. 7. 14. monet vocalem producendam Romanos olim duplicasse. — 2.°) A (ab), præpositio, designat — a) Locum, ubi quis moratur. *Inscr.* apud *Henzen* in *Bollett. di Corrisp. Arch.* a. 1849. *p.* 57. C. CLODIUS C. L. EVPHEMVS NEGOTIATOR PENORIS ET VINORVM DE VELABRO A III. SCARIS. — Cum accus., qui fuit solœcismus olim vulgaris. *Inscr.* apud *Marini, Fr. Arv. p.* 425. C. DOMITIO AGATHEMERO PARIDIS LIB. A SEPTEM CAESARES. Adde *aliam* apud *eumd. ibid. p.* 425. — b) Item locum, unde quis oritur vel nomen repetit. *Virg.* 3. *G.* 2. Pastor ab Amphryso. *h. e.* Amphrysius: Græce νομεὺς Ἀμφρύσηθεν (*Toup. Ep. crit. p.* 165. et *Becker Eleg. Rom. p.* 152). — c) Item locorum appellationem. *Id.* 3. *Æn.* 335. Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit. *et Justin.* 44. 1. Ab Hispano Hispania.

A A

ÂÂRÔN, indecl. m. Hebr. '*Aharôn*, LXX. Ἀαρών. Nominis — a) Orthographia: *Aharon* cum aspiratione scribitur in optt. codd. *Optat.* 1. 21. et 2. 23., *Sidon. ep.* 8. 14. et *Cassian. Inst.* 9. 3. — *Aron*, extrita secunda syllaba, est *Paulin. Nolan. carm.* 25. 238. Cf. *Cypr. Gall., Exod.* 282., *Lev.* 12., *Num.* 519. etc. — b) Declinatio: *Aaron, ônis*, 3. (Ἀαρών, ῶνος, *Jos. Antt.* 2. 3. et *alib.*); hinc Acc. *Aaronem* apud *Tertull. Jejun.* 9. et *Monog.* 6. et *Salvian.* 1. *Gub.* 53. 54. — *Aron, ônis*, apud *Paulin. Nolan. loc. supra cit.* — *Aronus, i*, 2. apud *Cypr. Gall., Exod.* 282. et *Num.* 519. — c) Prosodia: duæ priores syllabæ, quum sint Hebraice naturâ breves, recte corripiuntur *Auct. carm.* 4. *contr. Marcion.* 119. et *Venant. loc. cit.* — Producitur tamen penultima *Prudent.* in *Psychom.* 884., *Venant.* 2. *carm.* 13. 81. et *Flor. loc. cit.*; communis vero est apud *Cypr. Gall.* — d) Etymologia vocis archaicæ obscura est: hanc ortam antiquiores putabant ab Hebr. הר (*hâr*) « mons » et אֹרֶן (*'ôn*) « robur », quod tamen Hebraicæ orthographiæ non plane congruit; unde *Hieronym., De nominib. Hebr. p.* 548. (12) et *Isid.* 7. *Orig.* 6. 47. « Aaron mons fortitudinis interpretatur »: sic *Gloss. Albert. p.* 38. ὄρος δυνάμεως, coll. *LXX.* ad *Job* 40. 11. et *Schol.* vet. Gr. ad *Ps.* 99. ed. *Bos.* (Cf. *Jos. Eöriet.* § 32. ὀρεινός): vel ab אור (*'ôr*) « lucere », ut sit « lucidus, splendens ». At recentiores, collata voce cum Syr. et Arab., significare censent « ardens, fervidus, cupidus ». V. *Grimm, Dict. Gr. Lat. N. T.* ad *h. v.* et *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 16. *sq.*

Aaron ¶ 1. Fuit vir Hebræus, filius Amram et Jochabed, de tribu Levi, frater Moysis et Mariæ. *Vulg. Exod.* 6. 20. — Natus est in Ægypto, regnante Seti I. (*Palis* in *Dict. de la Bibl. Vigouroux p. I.* 2.), ann. circ. 1574. a. Chr.; et Levites dictus (*Exod.* 4. 14.), quod princeps esset familiæ ex leviticis præcipuæ (*Calmet* in *Comm., Smith* in *Dict. Bibl.*, al.), vel quod ab aliis cognominibus viris ita distingueretur (*Rosenmüll., Exod. IV.* 14.). — a) Proprie seu stricte. *Vulg. Exod.* 4. 14. Aaron eloquens. et *Ps.* 105. 16. sanctum Domini. *Eccli.* 45. 7. excelsus. *Auct. Triumph.* 44. vitâ insignis. *Ambros.* in *Ps.* 39. 8. princeps sacerdotum, qui inter vivos et mortuos medius stetit. *Flor.* 4. 40. Vosque sacerdotes, quo nobile germen Aaron Edidit. *Venant.* 9. *carm.* 2. 25. Legifer ipse jacet Moses Aaronque sacerdos. — Missus a Deo est cum Moyse tamquam hujus prophetа seu interpres, ut Pharaonem Menephtah I. (*Palis loc. cit.*) aut potius Amenophin II. (*Selbst, Handb. p.* 346. et *Schoepfer, Gesch. d. A. T. p.* 164), filium Thutmosis II., cogeret Hebræos dira servitute pressos dimittere. *Vulg. Exod.* 7. 1. *sqq.* — Primus fuit pontifex Hebræorum, a Deo electus ac levitici ordinis universi auctor, cujus sacerdotium pœnâ rebellium Core, Dathan et Abiron ac prodigio firmatum est virgæ, quæ una ex tredecim in Tabernaculo positis postridie germinavit folia et flores in amygdalas mox deformatos, dein in Arca fœderis servata usque ad Salomonici templi erectionem (V. *Hugghe, Comm.* in *ep.* ad *Hebr.* 9. Gandavi 1901. *p.* 180), quæque in vetustissimis nummis Judaicis adhuc visitur (*Saulcy, Numism. Jud. p.* 17). *Id. ibid.* 28. 1. *sqq.*; *Num.* 16. 1. *sqq.* et 17. 2., coll. 8. et 2. *Par.* 5. 10. et *Hebr.* 9. 4. — Post tres menses ab egressu ex Ægypto clamoribus populi deos sibi exposcentis inaures aureas afferri jussit sperans ob rei difficultatem fore ut multitudo ab idololatria deterreretur (*Theod. Quæst.* 66. in *Exod.*); sed frustra, ita ut conflare coactus fuerit (*Augustin.* 14. *Civ. D.* 11) vitulum vel, secundum alios minus recte, caput vituli (*Hieronym.* in *Am.* 5. et *A-Lap. Comm.* in *Exod.*), instar bovis Apidis vel deæ Nubti, h. e. juvencæ aureæ Ægyptiacæ, qua Deus sub animalis specie vel tamquam Dei habitaculo coleretur (*Lactant. Inst.* 4. 10., *Augustin.* in *Ps.* 73. et *Pierret Hist. anc. Égypt.* v. taureau). *Id. Exod.* 32. 1. *sqq.* — Uxorem duxit Elisabeth, filiam Aminadab de tribu Juda genuitque Nadab, Abiu, Eleazar et Ithamar, quorum duo posteriores binas constituerunt familias sacerdotum, prioribus, qui profanum ignem adolere ausi sunt, igne divinitus immisso absumptis. *Id. ibid.* 6. 23. et *Lev.* 10. 1-2. — Obiit antequam ingrederetur terram Chanaan, ann. æt. 123. a. Chr. 1452. et ab egressu ex Ægypto 39., super montem Hor, hodie *Djebel-Nebi-Harun*, « mons prophetæ Aaron » appellatum, in Mosera situm (*Wilton, The Negheb p.* 126. *sq.*; *Bertou, Le mont Hor* etc. *p.* 62. *sqq.* et *Irby and Mangles, Travels in Eg. p.* 133. *sq.*). *Id. Num.* 33. 38. *sq.*, coll. *Deut.* 10. 6. V. *Hieronym. De sit.* etc. *p.* 171. — Sepultus ibi videtur loco Israelitis ignoto, ne superstitioni ansa daretur (*Vigouroux, La Bibl. et les découvert. modern. v.* 2. *p.* 611. *sq.*, coll. *Jos. Antt.* 4. 4.). Sepulcrum vero, quod Aaronis dicitur, creditum est in altero editiore montis vertice exstitisse, in cujus ruinis Mahumedani aliud ædificium exstruxere cum sarcophago, ubi reliquias Aaron contineri fabulantur (V. *Ebers-Güthe, Palest.* I. *p.* 289.; *Luynes, Voyage d' explor.* etc. *p.* 277., al.). — Speciatim *Aaron domus*, tribus Levitica seu familiæ sacerdotum ac levitarum. *Vulg. Ps.* 113. 12. et 117. 3. — Similiter *Aaron semen*, sacerdotes seu viri ordinis levitici. *Id. Lev.* 21. 21. — Aaron typum Christi gessisse docet *Ambros.* in *Ps. loc. supra cit.* Cf. tamen etiam *Vulg. Hebr.* 7. 11. — Aaronis laudes celebrantur *Eccli.* 46. 7. *sqq.*, qui, si a mendis vacuus non fuit, a quibusdam criticis nimium exaggeratis (*Niemeyer, Charact. III. p.* 288), pœnitentiam egit atque adeo eximiis eluxit virtutibus, ut colligitur ex *Exod.* 32., *Lev.* 8., *Num.* 12. etc. et ex sacra liturgia, qua dies ejus emortualis colendus statuitur Kal. Jul. (V. *Martyrol. Rom.* ad *h. d.*) — Nonnulli ex quadam similitudine converterunt Aaron in Mercurium, deorum interpretem, vel Bacchum, aut in alium mythum, ut *De Wette, Gramberg*, al.; quæ potius fabulæ cum aliis id genus ex Moysi historia expressæ sunt. — Plura de eo apud *Hieronym., Ambros., Augustin.* passim (coll. *Jos. Antt.* 2. 15., 3. 8., 4. 44. et 7.). V. etiam *Philon. De Monarch.* 2. et *Niemeyer* etc., *Magaz. Eur.* 1.; *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 16-38. et *Levesque, Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. *p.* 2-10. — b) Hinc improprie *Aaron* universim aliquando accipitur, ex quorumdam sententia, pro summo sacerdote. *Vulg. Ps.* 132. 2., coll. *Eccli.* 36. 19. ¶ 2. Fuit etiam hoc nomine dives quidam vir, memoratus *Val. Flacc.* 5. 587. ¶ 3. Item martyr in Britannia, Diocletiano imp., de quo *Gild. Excid. Brit.* 1. 8.

ÂÂRÔNEUS, a, um, adject. ad Aaron pertinens. Licenter, medio dactylo, *Paulin. Nolan. carm.* 24. 27. prisca sub imagine sanctum Fœdus Aaroneis pignoribus geritur. *Alii* tamen rectius, medio spondeo, *leg.* Aroneis.

ÂÂRÔNÎTÆ, ârum, m. plur. 1. Ἀαρωνῖται, posteri vel tribules Aaron. *Vulg.* 1. *Par.* 27. 17. Tribubus præerant Israel *etc.*, Aaronitis Sadoc.

ÂASBÂI, indecl. m. Hebr. '*Ahhasbay*, LXX. Ἀσβίτης. — Etymon petit *Simon.* a forma '*ahhseh*

« confugiam » et bayâh « in Domino »; quod negat *Gesen.*, confirmat vero *Mühlau-Volck*. Alii tamen aliter interpretantur. — Aasbai fuit filius Machati et pater Elipheleth, vir fortissimus de exercitu a David electus. *Vulg.* 2. *Reg.* 23. 34. — Probabilius *filius Machati*, per Hebraismum, locum indicat originis. Cf. *Deut.* 3. 14.

AB

AB. *V.* **ADAR.**

ĂBA, æ, m. 1. (Ἄβος) mons Armeniæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (83). Oritur (*Euphrates*) in præfectura Armeniæ majoris Caranitide, ut prodidere ex iis, qui proxume viderant, Domitius Corbulo *etc.* in monte Aba. — Hodie vocari *Ala Dagh* tradit *Ritter* 10. *p.* 79. *sqq.* — *NB.* Sunt etiam — *a)* Oppida ita appellata in Arabia Felice, in Chalcide, in Phocide, unde *Abæi* nuncupati, dumtaxat apud Græc. *Herod.*, *Strab.*, *Pausan.* V. *Baudrand, Nov. Dict. Geogr.* *p.* 1. et *De-Vit, Onom.* *v.* 1. *p.* 2. — *b)* Item Nympha (Ἄβα), quæ ex Neptuno Ergiscum genuit, in *Etym. M.* v. Ἐργίσκ. *p.* 369. 55. *S.* et *Phot. Lex.* s. h. v. — *c)* Item filia Xenophanis apud *Strab.* 14. *p.* 672.

ĂBABA, æ, f. 1. Scribitur in codd. *Hababa* cum aspiratione et etiam *Abagua*; in Heid. *Abara* (V. *Peter, H. R. v.* 2. *p.* 156). — Ababa fuit mater Maximini Senioris imp., gente Alana, uxor Miccæ, de qua *Capitol. Maximin.* 1. et *Jornand. Get.* 15.

ABACUC. *V.* **HABACUC.**

ĂBADDĪR, indecl. — *a)* Orthographia: *Abadir*, *Abidir* et contract. *Abdir*, *Abbaddier*, *Addir* occurrunt in codd. Lat. et edit. libris, apud *Priscian.* 1. *p.* 68., 179. et 303. *Kr.* et *Mythogr. I. fab.* 104. ed. *Mai.* — *b)* Declinatio: *Abaddir*, *iris*, m. 3. apud *Augustin. loc.* infra *cit.*, sed in plur. num. Cf. *Priscian.* *p.* 249. et 313. *Kr.* — *c)* Etymologia: vox est ab Hebr. אב (*'âb*) « pater » et אדיר (*'addîr*) « magnificus », quod alterum est nomen Dei apud *Is.* 33. 21., coll. *Ps.* 8. 2. et 1. *Reg.* 4. 8. Hebr.; hinc nomen Pœn. *Risardir*, *Rhysaddir* vel *Rhisaddiron* (Ῥυσσάδειρον) apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (9). et *alib.*, mons in Africa, quasi ab Hebr. ראש (*rôsh*) « caput » et אדיר (*'addîr*) « excelsus ». — Abaddir ¶ 1. Est nomen Dei. *Priscian.* 5. *p.* 647. *Putsch.* Abadir Deus est. Sic *Gloss. Pap.* Abaddir deus. ¶ 2. Item nomen lapidis, quem fabulantur devoratum a Saturno pro Jove, et Græci βαίτυλον vocant. *Id. ibid.* et 2. *p.* 568., ubi et *Abaddier*. Adde *Mythogr. loc.* supra *cit.* ed. *Mai.* ¶ 3. Item lapis sacer, universim, fortasse quia quum lapis sit Hebraice *'âbhen* in pausa et per apocopen *'âbh*, inde prodierit *abaddir* « lapis Altissimi ». Sane lapides a patriarchis in usum sacrum adhibiti sunt (*Gen.* 28. 18. et *alib.*); deinde, ut idola, cultu divino honorati in Africa, teste *Augustin. ep.* 17. 2. *ad Max. Madaur.* « Miror, quod nominum absurditate commoto tibi non venerit in mentem habere tuos et in sacerdotibus Eucaddires et in numinibus Abaddires. V. *Zoega, De orig. et us. obelisc.* *p.* 201. et etiam *Lexic.* ad *h. v.*

ĂBADDŌN, indecl. (Hebr. *'Abhaddôn* « perditio, interitus, abyssus ») idem ac *Sheôl* apud Hebræos, *h. e.* locus perditionis, domicilium mortuorum seu receptaculum animarum post obitum, loca infera (*Prov.* 15. 11., *Job* 26. 6. et *Ps.* 87. (88). 12. Hebr.): vel, secundum nonnullos Rabbinos, pars horum profundior (*Schoettgen, Hor. Hebr.* *p.* 1115.). — Personæ instar loquens inducitur apud *Job* 28. 22. Hebr. (Sic *Thalmud Shabb.* 89.) Abaddon et Mors dixerunt etc. — Latine occurrit in N. T. et est nomen proprium, Angelo inditum, inferorum præfecto et mortis ministro, non bono, ut quidam existimant, sed malo et quidem ex principibus, fortasse Satanæ ipsi. *Vulg. Apoc.* 9. 11. Habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græce autem Apollyon, Latine habens nomen Exterminans. — Alii in text. Lat. Græce leg. Ἀπολλύων, nec desunt qui Ἀββαδὼν pro Ἀβαδδὼν leg., quod illud significet *qui perdit*, hoc *qui perit* (*Capell.* in *Apoc.* h. l.); sed major codd. pars repugnat (Cf. *Hetzenauer, N. T. Gr.* Œnip. 1904.); nec obstat, quominus more Hebraico *periens* vel *mors* dicatur id, quod pereundi vel moriendi causa sit. Sic *Priscill. tract.* 1. *p.* 18. Sive Abaddon hebraice sive Apolleon græce sive latine Exterminans nuncupetur (diabolus). — Contra angelus bonus est *Sap.* 18. 25. et 1. *Cor.* 10. 10. Gr.

ĂBADIR. *V.* **ABADDIR.**

ĂBÆNĀRĬA. *V.* **ÆNARIA.**

ABÆSAMIS. *V.* **ABESAMIS.**

ABÆUS, a, um, adject. ad Abam, oppidum aliquod, pertinens. *V.* **ABA.** Hinc *Abæus*, cognomen, fortasse ab oppido *Aba* vel *Abba* in Africa (de quo *Polyb.* 14. 6. 12. et *alib.*) ductum. *Inscr.* apud *Renier n.* 243. Cf. *Abæ*, nomen oppidi Messanici in litore, *Chloræ*, teste Moletio, apud *Pausan.* et *Ptolem.* V. *Baudrand* in *Nov. Lex. Geogr.* *p.* 1.

ĂBÆUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

ĂBĂGĀRUS. *V.* **ABGAR.**

ĂBALA, æ, f. 1. (Ἀβάλας) oppidum in Africa Troglodytarum, haud procul a Rubro mari. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 39. 35. (179).

ĂBALCĬA, æ, f. 1. insula in mari Scythico vel Indico. *Solin.* 19. 6. Cf. *Plin.* 4. *H. N.* 13. 27. (95).

ĂBALI, ōrum, m. plur. 2. gens in India, apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 18. 22. (67).

ĂBALĪTES. *V.* **AVALITES.**

ĂBALLAVA (Aballaba), æ, f. 1. oppidum v. statio in Britannia ad Vallum Rom., ut videtur, situm. *Notit. Dignit. Occid.* 4. et *C. I. L.* 7. 1291.

ĂBALLAVENSIS, e, adject. ad Aballava pertinens. Hinc plur. *Aballavenses*, incolæ. *Corp. Inscr. Lat.* 7. 415. V. *Hübner*, *PW.* 1. 13.

ĂBALLĒNĬUS, ii, m. 2. nom. patronym. Hebr. *Cypr. Gall.*, *Jud.* 477. princeps Aballenius Abdon. Cf. *Jud.* 12. 13. « ben-Hillel »; *Vulg.* Abdon filius Illel. *Hieronym. nom. Hebr.* *p.* 31. Patrem nominat Allel.

ĂBALLO, ōnis, m. 3. oppidum Æduorum in Gallia Lugdunensi, in finibus Lingonum, nunc *Avallon*. *Itin. Anton.* *p.* 360. *Wess.* et *Tab. Peut.* 1. V. etiam *Pellerin.* apud *Eckhel, D. N. V. T.* 1. *p.* 72.

ĂBĂLUS, i, m. 2. ¶ 1. Insula prope Britanniam. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (35)., Timæo dicta *Basilia*. ¶ 2. Item nomen personæ. *Cassiod. c. Ap.* 1. 157. Cf. *Schulze, z. Gesch. d. lat. Eigenn.* *p.* 29.

ĂBĀNĀ, indecl. Legitur *'Amânâh* « fidelis » pro *'Abhânâh* « lapidosus » in *qeri* et etiam in *kethîb* quorumd. MSS. textus Masoretici (Cf. *Kennicott, V. T. Hebr.*, Oxford 1776. et *De-Rossi, Var. Lect. V. T.*, Parma 1785) et in Syr.; in quibusd. vero codd. Alex. Ναβανα; sed prior lectio præferenda videtur, codd. fere omnibus firmata et ipsa vocis significatione, quæ cursui fluvii respondet inter saxa et rupes labentis. *V.* infra. Aliis tamen placet posterior, quod fluvius sit perennis (Cf. *Is.* 33. 16. et *Jer.* 15. 18) et ab eo illa Libani pars nomen sumpserit, de qua *Vulg. Cant.* 4. 8. Veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana. — Abana est fluvius perennis ab Antilibano ad septentr. oriens et irrigans Damascum et in lacum *Bahr el-Ateibeh* influens, ita dictus ab Hebr. *'ebhen* « lapis », h. e. lapideus, lapidosus: hinc *Hieronym. De nominib. Hebr.* *p.* 65. (44). Abana: lapides ejus. Memoratur *Vulg.* 4. *Reg.* 5. 12. Numquid non sunt meliores Abana et Pharphar fluvii Damasci omnibus aquis Israel? sc. *Amana-Barada* et *Auadj*, uti hodie dicuntur ab Arabibus. Sane « ses eaux de tout temps, à l'époque de Strabon et de Pline aussi bien qu'aujourd'hui, ont repandu sur leur passage la fertilité et les richesses », inquit *Levesque* (*Dict. de la Bibl. Vigour.* *p. I.* 14.). Græci vocant Χρυσόῤῥοας, Thalmudici *Amanon* (*Winer, Bibl. Realw.* h. v.). Adde *Hieronym. De sit et nom.* *p.* 159. — De eo videsis *Guérin, La Terre Sainte*, Paris 1882, *t.* 1. 384-387. et *Porter, Five years in Damasc.* Lond. 1855. *t.* 1. *p.* 255-278.

ĂBANNÆ, ārum, m. plur. 1. gens Africæ a Theodosio imp. subacta. *Ammian.* 29. 5. 37. *Gardthaus.* cum aliis leg. *Abanni*. V. *Wagner* h. l.

ĂBANNI. *V.* voc. præc.

ĂBANS. *V.* **ABAS.**

ĂBANTES, um, m. plur. 3. (Ἄβαντες) Gen. *Abantum* apud *Avien. Descr. orb.* 678.; et Acc. *Abantas* apud *Priscian. Perieg.* 634. — Abantes populi Eubœæ insulæ, qui olim a Thracia in Phocidem, ubi *Abas* urbem ædificarunt, postea inde in Eubœam migrarunt et huic insulæ, quæ Chalcis aut Macris vocabatur, nomen Abantidis vel Abantiadis indiderunt. *Priscian. Perieg.* et *Avien. Descr. orb. locc. citt.* — Abantas retro comatos fuisse et hasta, non sagittis, in bello usos, refert *Hom. Il.* 2. 541. Cf. *Eust.* ad *eumd. ibid.* 2. 138., 536. et 542. — *NB.* Ab his alii sunt *Abantes* in Epiro, quorum oppidum *Abantia* apud *Lycophr.* 1043. *Tzetz.*, coll. *Apoll. Rhod. Argon.* 4. 1214., ubi alii leg. *Amantes*. V. **AMANTINI.** — Putant nonnulli, levi quidem conjectura innixi, ex promontorii cujusdam Euboici nomine, quod est *Cenæum*, Abantes fuisse Cinæos vel Cenæos, de quibus *Vulg. Gen.* 15. 19.

ĂBANTĒUS, a, um, adject. (Ἀβάντειος) ad Abantem, regem Argivorum, pertinens. Hinc *Abantei Argi* apud *Ovid.* 15. *Met.* 184.

ĂBANTĬA. *V.* **ABANTES.**

ĂBANTĬĂDĒS, æ, m. 1. (Ἀβαντιάδης) patronym. ab *Abante*, h. e. filius aut nepos Abantis. ¶ 1. Abantiades — *a)* Dictus Acrisius, filius Abantis. *Ovid.* 4. *Met.* 606. Solus Abantiades ab origine cretus eadem. *V.* **ACRISIUS.** — *b)* Item Perseus, pronepos Abantis. *Id.* 5. *ibid.* 138. Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam Ultor Abantiades. Adde *eumd.* 4. *ibid.* 673., coll. 767. et 5. *ibid.* 138. et 236., coll. 8. *Amor.* 12. 24. et *Ib.* 466. V. **ABAS.** ¶ 2. Est etiam hoc nomine quidam ex Æonibus apud *Tertull. adv. Gnost.* 10. et *alib.*

ĂBANTĬĂS, ădis, adject. (Ἀβαντιάς) ad Abantem pertinens, proprie patronym., quo significatur filia vel neptis Abantis, quæ apud poetas fere pro Danae ponitur, Abantis ab Acrisio nepte, vel pro Atalanta, nepte ejusdem ex Iasio, Argivorum rege. — Hinc de Eubœa *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 21. (64). Eubœa vocitata est Abantias. *Priscian. Perieg.* 544. Europes Macris contingit (*alii leg.* agnoscit) Abantias oram.

ĂBANTĬUS, a, um, adject. (Ἀβάντιος) ad Abantiadem pertinens insulam seu Eubœam, Eubœus. *Stat.* 4. *Silv.* 8. 46. Abantia classis. *h. e.* ab Eubœa veniens.

ĂBANTUS, i, m. 2. nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 2137. — Alii tamen velint esse *Amandus*, ut *Anon. Vales.* 5. 26., coll. *Zosim.* 2. 23.; alii *Abascantus*, ut *Momms.* ad *h. v.* — De hoc nomine videsis etiam *Seeck*, in *R-E. PW.* 1. 15.

ĂBĂORTÆ, ārum, m. plur. 1. gens Indiæ ad Indum fluvium. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (77). *Sillig.* rectius leg. *Abortæ*.

ABARAXAS. *V.* **ABRAXAS.**

ABARĒS, um, m. plur. 3. populi iidem qui Hunni vel Ugni antea vocati, dein a rege suo *Abares* ita dicti, *Avari*. Prius in extrema Mæotide inter Tanaim et Massagetarum populos habitarunt; deinde eruperunt ex Caucasi montibus et Orienti viginti annis dominati sunt annuumque vectigal ab Ægyptiis atque Æthiopibus exegerunt. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 66. V. plura de his apud *Evagr. Hist.* 5. 1. Cf. *Ammian.* 31. 2. et *Phot. Bibl. Cod.* 65.

ĂBĀRĪM, indecl. Hebr. *'Abhârîm* « transitûs » ab *'ebher* « trans vel transitus »; hinc *Vulg. Deut.* 32. 49. Ascende in montem istum Abarim, idest transituum. Fortasse ita dictus, quia inde ab Hesebon ad vallem Jordanis descendebatur. Alii tamen aliter interpr. V. *Knobel, Deut.* ad *h. l.* — Abarim, Ἀβαρίμ, regio montana trans Jordanem contra Jerichuntem sita. *Vulg. Num.* 27. 12., ubi nunc « mons Abarim » nunc « montes Abarim » commemorantur; unde videtur (*Burckhardt, Reise* ad *h. l.*) non continuum esse montium jugum seu series, sed montium acervus, ex quibus præcipua cacumina sunt Phogor (*Pe'or*), Nebo (*Nabo*) et Phasga (*Pisga*), qui ejus vertex dicitur, ubi Moyses, terram Chanaan contemplatus, obiit, ut *Deut.* 34. 1-5. et *Hieronym. De loc. Hebr.* *p.* 142.; quamvis *Steuernagel* (*Deut.* *p.* 130) aliter sentiat. *V.* **MOYSES.** — — Arabes vocant *Gebel Attarus* (V. *Rosenmüll., Bibl. Alt.* II. *p.* 131); accolæ vero *Gebel-Neba* seu *Nibbe* (V. *Seetzen, Reise* II. *p.* 250). — Memoratur *Vulg. Num.* 27. 12. et *alib.* Cf. 2. *Mach.* 2. 4., ubi narratur Jeremias ibi abscondisse tabernaculum, arcam et aram incensi. — In illo *Jer.* 22. 20. In Basan da vocem tuam et clama ad transeuntes, *pro* ad transeuntes *leg. recentiores* de Abarim (Cfr.

Poli, Synops. et *Schneedorfer, Jerem.* ad *h. l.*). — Ceterum de Abarim non tam clara sunt quæ in Scripturis habentur (*Böttger, Lex. zu Flav. Jos.* Leipz. 1879); nec quæ hodie referuntur, multo notiora sunt iis, quæ tradidit *Burckhardt* in *Reise* etc. 1810-16. Cf. *Saulcy, Conder, Tristram* a *Legendre* laudatos in *Dict. de la Bibl. Vigour.* *p.* 1. 17.

ABARIMON, indecl. regio Scythica in quadam magna convalle montis Imai, ut refert *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (11).; ubi tamen *Scheller.* putat esse genet. plur. Ἀβαρίμων, ut non terram sed populum significet.

ĂBĂRIS (Habaris), is *et* idis, m. 3. (Ἄβαρις) — *a)* Scribitur et *Habaris*, cum aspiratione, apud *Hieronym.* in *Chron.* — *b)* Acc. *Abarin* pro *Abarim* apud *Ovid.* 5. *Met.* 86., ubi tamen alii *Abarim*, uti semper apud *Sil. It.* — Voc. *Abari* habet *Hieronym.* in *Chron.* — *c)* *Hesych.* putat esse ab α privat. et βάρις, *navis*, ut significet eum, qui degit in continente, non in insulis; quamquam huic etymo obstat secundæ syllabæ quantitas. Cf. *Boeckh*, *C. I. Gr.* 2. 112.

I.) Abaris, nomen virile ¶ 1. Fuit quidam ex Caucaso a Perseo interfectus. *Ovid. loc. cit.* Caucaseumque Abarin Sperchionidemque Lycetum etc. ¶ 2. Item quidam Rutulus, quem Eurialus occidit. *Virg.* 9. *Æn.* 344. Herbesumque subit Rhœtumque Abarimque. ¶ 3. Item armiger Hannibalis. *Sil. It.* 10. 134. Tunc Abarim adfatur, namque una (*h. e.* simul) hic armiger ira Flammabat Martem. ¶ 4. Item quidam in pugna Argonautarum cæsus, teste *Val. Flacc.* 3. 152. ¶ 5. Item Scythes seu Hyperboreanus quidam, qui in Græciam venit et de quo mira dicuntur a scriptoribus Græcis (V. *Suid.* ad *h. v.* et *Apoll. Dysc. Hist. mirab.* 4. *Jambl.*). — Fortasse latet sub hoc nomine alicujus populi de oriente in occidentis partes transmigratio, ut putat cl. *De-Vit*, et criticis viris, hodie conjecturarum hujusmodi nimium studiosis, perplacet. — Memoratur hic *Hieronym.* in *Chron. Eus.* ad *Olymp.* LII. 2., *Pallad.* 15. 2. et *Firm. err.* 15. 1.

II.) Abaris est etiam nomen oppidi Africani, cujus origo est fortasse a Punica voce *abara*, quæ vadum vel trajectum significat; erat enim hoc oppidum, ut censet *Morcelli* (*Afric. Chr. T.* 1. *p.* 59), ad vadum fluminis situm. Cfr. Hebr. עבר, *transivit*. — Sane vetustissimum hujus nominis oppidum fuit ad orientem Bubastici fluvii in Ægypto, ut ex *fragm. Maneth.* apud *Jos. contra Appion.* 1. colligi potest, quod postea dictum est Pelusium; unde videntur alia oppida in Africa nomen mutuata fuisse.

ĂBĀRĪTĀNUS, a, um, adject. ad Abarim oppidum pertinens. Hinc — *a)* *Abaritana arundo* dicta, quia circa illud enascebatur et piscatui aptissima erat. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (172). — *b)* *Abaritana provincia* apud *Vict. Vit.* 1. *Persec. Vand.* 4. *de Genserico*.

ĂBARNĒ, es, f. 1. vicus Mesopotamiæ, de quo *Ammian.* 18. 9. 2. Abarne sospitalium aquarum lavacris calentibus notus (*vicus*).

ĂBARŌN, indecl. m. De vocis significatione mirum quas etymologias confinxerint eruditi, inquit *Michaelis* (*Suppl. Lex. Hebr.* *p.* 695). Veri similis est, quam ipse proponit, ducens Abaron ab הורן *hauran*, coll. Arab. *havara*, h. e. confodere belluam, quasi sit *belluæ interfector* (Cf. *Mach. loc. cit.*). LXX. habent Αὐαράν et *Jos. Ant.* 12. 14. Αὐράν: Græce 1. *Mach.* 6. 43. est Σαυαράν. Alii tamen volunt significare *iratus*, alii *niger*, unde nomen *Hauranitis*, Assyr. *mat Haurani*, h. e. regio nigra. — Quicquid sit de etymo, Abaron est cognomen Eleazari, quarti fratris Judæ Machabæi. *Vulg.* 1. *Mach.* 2. 5. Et Eleazarum, qui cognominabatur Abaron. Adde *ibid.* 6. 43., ubi is dicitur elephantum, super quem sedere videbatur (*Eleazaro*) rex Antiochus, audacter interfecisse, qui super interfectorem cecidit eique necem intulit.

ĂBARRIDA, æ, m. et f. 1. nomen viri et etiam oppidi. *Ampel.* 31. Abarrida, frater Seleuci, Nicator est appellatus, et tres validissimas urbes constituit, Abarridam, Seleuciam, Laodiciam. *Alii tamen leg.* Arrida, *alii aliter: locus incertus.*

ABARUS. *V.* **HEBER.**

ĂBĀS, antis, m. 3. — *a)* *Abans* pro *Abas* scribit *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 286. *Herodian.* apud *Steph. Byz.* s. v. docet Ἄβας, crescente syllaba in obliq., dici de nomine gentili; Ἄβας, pari syllabarum numero in obliq., de nomine proprio, ita ut Latine sit *Abas*, *æ* (inusit.) et *Abas*, *antis*. — *b)* Acc. *Abantem* est *Virg.* 3. *Æn.* 286. et *Abanta* in *Epit. Iliad.* 445. — *c)* Græce est Ἄβας, αντος: ab α privat. et particip. βάς, quod a βαίνω, *gradior*, perinde ac sit qui minime aut vix gradi potest. *Hesych.* distinguit Ἄβας ab Ἀβάς, quod alterum interpretatur εὐήθης, *simplex*, *stultus*, vel ἀβής, *profanus*, *impius*.

I.) Abas ¶ 1. Fuit rex Argivorum duodecimus, qui ann. 23. regnavit, ut tradit *Hieronym.* in *Chron. Eus.* a. Chr. ann. circ. 1384., Beli vel potius Lyncei ex Hypermnestra filius, Danai nepos, teste *Hygin. fab.* 273., Prœti, Acrisii et fortasse Idmonis pater, avus Danae et Atalantæ et proavus Persei ex Danae nepte; unde reges Argivorum postea *Abantiades* dicti sunt. Cf. **ABANTIAS.** — Narrat *Hygin. fab.* 170., Lynceum Abanti filio dono dedisse clipeum, quem Danaus pater in juventute gestaverat et Junoni dein dicaverat, et hac occasione ludos consecrasse, qui quinto quoque anno agebantur et in quibus non corona sed clipeus cursoribus dabatur. Ad hanc rem alludit *Virg.* 3. *Æn.* 286. Cf. *Heyne, Excurs. IX.* ad *h. l.* ¶ 2. Item pater Stenobœæ, uxoris Prœti et Alcimenes, quæ nupsit Bellerophonti, dictus etiam Jobates. *Mythogr. II. fab.* 131. ed. *Mai.* ¶ 3. Item comes Æneæ, de quo *Virg.* 1. *Æn.* 124. ¶ 4. Item dux Tuscus, qui Æneæ suppetias tulit, a Lauso interemptus. *Id.* 10. *ibid.* 170. et 427. ¶ 5. Item dux Achæus, cum Androgeo ea nocte, qua incendebatur Troja, occisus a Trojanis, cujus clipeum Æneas in agro hostili Ambraciæ, epigrammate addito, consecravit. *Id.* 3. *ibid.* 286. clipeum, magni gestamen Abantis Postibus adversis figo et rem carmine signo: ÆNEAS HÆC DE DANAIS VICTORIBVS ARMA. ¶ 6. Item Metaniræ filius, a Cerere in lacertam mutatus, quod a matre hospitio exceptam moleste tulisset et irrisisset. *Ovid.* 5. *Met.* 448. ¶ 7. Item Centaurus, Ixionis et Nubis filius, insignis venator. *Id.* 12. *ibid.* 306. ¶ 8. Item Neptuni filius ex Arethusa. *Hygin. fab.* 157. ¶ 9. Item *rerum Troicarum* scriptor, apud *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 264. An idem, de quo *Suid.* in voc., non constat. Hunc laudat *Phot. Bibl. Cod.* 109.

II.) Abas est etiam cognomen Rom. in gente Aurelia. *Cod. Greg.* 14. 2. 3.

ĂBASÆI, ōrum, m. plur. 2. nomen populi apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 33. (168). Abassei ex Trogodytarum connubiis, Arabes feri. *Alii leg.* Azarei.

ĂBASCANTHUS. *V.* **ABASCANTUS.**

ĂBASCANTĬĀNUS, a, um, adject. ad Abascantum aliquem pertinens. Hinc *Abascantianus*, cognomen vir. in *Inscr.* apud *Momms.* *n.* 6780. et *Grut.* 676. 3. — Et *Abascantiani balneum* in regione I. Urbis apud *Sext. Ruf. de regionib.* — In *Curios. Urbis Rom.* dicitur *Abascanti balneum* apud *Murat.* *p.* 2126.

ĂBASCANTUS, i, m. 2. (Ἀβάσκαντος) — *a)* Scribitur etiam *Abascanthus* cum aspiratione in postrema syllaba. *Inscr.* apud *Momms.* *n.* 6915. et *Abascatus*, extrita litt. *n*, apud *Grut.* 676. 5. — *Abascantus* in *C. I. L.* 12. 3189. — *b)* Ad notationem quod attinet, vox ab α priv. et βασκανία, *fascinatio*, *invidia*: i. e. a fascinatione vel invidia immunis. — *c)* Passim occurrit in titulis, præsertim prima ætate imperatoria, in columbariis, ad med. sæc. III. V. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2844.; 15. 6150. etc. Legitur etiam apud *Stat. Silv.* 5. *præf.*, ubi alii leg. *Abascantius*. — Abascantus

I.) Est nomen viri et equi: et quidem ¶ 1. Nomen servile et libertinum in *Inscr.* apud *Momms.* *n.* 3037. et *Murat.* 1569. 1. — *C. I. L.* 6. 10053. — Et etiam cogn. vir. in *Inscr.* apud *Momms.* *n.* 2646. ¶ 2. Item *Abascantus* memoratur *Plin.* 11. *ep.* 2., *Cod. Just.* 7. 71. 2. et *Curios. Urb. Rom.* apud *Murat.* *p.* 2126. — Hinc *Abascantius*, cognomen libertinum in *Corp. Inscr. Lat.* 8. 1970. — *Abascantulus*, pupi nom. *Ibid.* 12658. — *Abascantilla*, cogn. domin. mul. *Inscr.* apud *Momms.* *n.* 2634. — *Abascantis*, *idis* (Ἀβασκαντίς), cogn. mul. *Corp. I. L.* 6. 21546.

II.) Est quidam ex Æonibus Valentini de Gnosticorum secta, ita appellatus in plur. apud *Tertull. adv. Gnost.* 10.

ABASCI vel

ĂBASGI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄβασγοι vel Ἀβασκοί) populus Colchidis vel incolæ Abasgiæ (Ἀβασγία), de quibus *Notit. Dignit. Imp. Orient.* 28. (Cf. *Anonym. Rav.* 167. Patria *etc.* Abasgia. *Alii* Auasgia. V. *Tomaschek*, *PW.* 1. 20). — Hi, Justiniano imp., Christianæ religioni nomen dedere, teste *Procop.* apud *Evagr.* 4. *Hist.* 22.

ĂBASGĬA. *V.* voc. præc.

ABATA. *V.* **BATIA.**

ĂBĂTON, i, n. 2. (ἄβατον: *V.* voc. seq.) ædificium a Rhodiis exstructum ad tegendum Artemisiæ tropæum. *Vitr.* 2. 8. 15., ubi tamen rectius Græce scribitur.

ĂBĂTOS, i, f. 2. (Ἄβατος: ab α priv. et βαίνω, *eo*, *gradior*, sc. *non adeundus*. *V.* infra) insula in Ægypto, palude Styge circumdata. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 154. Hic (*Seneca*) dicit circa Sienem, extremam Ægypti partem, esse locum, quem Philas, hoc est amicas, vocant ideo quod illic est placata ab Ægyptiis Isis; quibus irascebatur, quod membra mariti Osiridis non inveniebat, quem frater Typhon occiderat. Quæ inventa postea quum sepelire vellet, elegit vicinæ paludis tutissimum locum, quem transitu constat esse difficilem; limosa enim est et papyris referta. Ultra hanc est brevis insula *inaccessa* hominibus, unde ἄβατος appellata est. Hæc palus *Styx* vocatur, quod tristitiam transeuntibus gignit. Sane ad illam insulam ab his, qui sacris imbuti sunt, certis transitur diebus. Lectum est etiam, quod vicini populi cadavera suorum ad alteram regionem transferunt; sed si quis forte in fluvio pereat, nec ejus inveniatur cadaver, post centum annos ultima ei persolvuntur. Ad rem *Senec.* 4. *Nat. quæst.* 2. Primum incrementum Nili circa insulam Philas nascitur. Exiguo ab hac spatio petra dividitur, ἄβατος Græci vocant, nec illam ulli, nisi antistites, calcant: illa primum saxa auctum fluminis sentiunt (*V.* **PHILÆ**). Hinc *Lucan.* 10. 323. Abatos (*al.* Abaton) quam nostra vocat veneranda vetustas, Petra potens primos sentit percussa tumultus.

ĂBAZĒA, ōrum, n. plur. 2. sacra instituta in honorem Dionysii, filii Caprii, regis Asiæ, dicta a taciturnitate, qua celebrabantur: ab α priv. et βάζω, *loquor*. Memorantur *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 58., ubi *Orelli* leg. *Cabiria*; at *Moser* multo rectius *Sabazia* substituit.

ABBĂ, nomen personæ et loci. ¶ 1. Abba, indecl. m. Chald. אבא (*'Abbhâ*) emph. « Pater »; Gr. Ἀββᾶ, est compellatio Dei in precibus sollemnis. *Vulg. Marc.* 14. 36.; *Rom.* 8. 15. et *Gal.* 4. 6. — Quoties obvenit, adjunctam habet interpretationem Græcam, ex eo, ut videtur, explicandam, quod Chaldaica vox frequentissime in precando paullatim sanctissimi nominis proprii naturam induerat, cui Græcienses Judæi e sua lingua appellativum nomen adderent. Ita *Grimm* ad *h. v.* V. tamen **ABBA** in *Lexic.* ¶ 2. Abba vel Aba (Ἄββα), decl. f. 1., oppidum in Hispania. *Liv.* 30. 7. (*V.* **ABA**). — *NB.* Aliud opp. cognomine fuit in Africa, de quo *Polyb.* 14. 6. 12. Cf. **ABA**, **BABBA** et **OBBA**.

ABBAĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀββαεῖται) incolæ Abbaitis (Abaitis) regionis Mysiæ. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 2218.

ABBAĪTIS (Abaitis). *V.* voc. præc.

ABBĀS, ātis, m. 3. (Etymon vocis *V.* in **ABBA** indecl.) ¶ 1. Est primus seu antistes monachorum. *V.* hanc voc. in *Lexic.* ¶ 2. Item cognomen M. Helvii in *Inscr.* apud *Vignol. Inscr.* *p.* 206.

ABBASSUS, i, f. 2. (Varie scribitur in vett. MSS., sc. *Abassus*, *Abbasus*, *Abasstus*, *Abassium*, *Babasum* etc) oppidum Phrygiæ Majoris ad Tolistobojorum fines. Memorat *Liv.* 38. 15. — Græce apud *Eckhel, D. N. V. T.* 3. *p.* 128.

ABBENZA et Abensa, æ, f. 1. oppidum Africæ in Zeugitana prov. *Vict. Vit.* 1. *Pers. Vand.* 40.

ABBIR, indecl. n. et f. nomen fortasse Punicum, quo designantur duæ urbes in Provincia proconsulari Africæ, quarum altera *Major* sive Cellensis; altera vero *Minor* sive Germaniciana, ita dicta, ut videtur, a militibus, qui in Germania fuerant (Cf. *Morcelli, Afr. Chr. T.* 1 *p.* 61., *Wilmanns, Corp. Inscr.* 8. *p.* 102. et *J. Schmidt*, *PW.* 1.

21.), postquam eo in coloniam deducti essent a Galba tunc proconsule (Cf. *Plutarch*. in *Galb*. *p*. 1054. *B*. et *Sueton*. *Galb*. 7.). Memoratur *Augustin*. 6. *De bapt. contra Donat*. *n*. 40. et *Cypr*. *Sent. episc*. 16. *Corp. Inscr. Lat*. 8. 12344. ABBIR CELLENSE.

ABBĪRĪTĀNUS, a, um, adject. — *a)* Ad Abbir, urbem Africæ, pertinens, quæ *Major* dicitur et etiam *Abbiritana civitas*, ut ab altera secernatur (*V*. voc. præc.). *Vict*. *Vit*. 2. *Pers*. *Vandal*. 8. — *b)* Item de Abbir altera. *Coll*. *Carth*. *Cogn*. 1. *n*. 215.

ABBĪUS, ii, m. 2. (a voc. infantium: *Kretsch*., *Einl*. etc. *p*. 336) nomen gent. *Corp*. *I*. *L*. 10. 8042. 3. — *Abbia*, nom. mul. *Ibid*. 2. 5862. — Derivata *V*. suis locis.

ABBO, ōnis, m. 3. nomen tribuni apud *Venant*. *Vit*. *S*. *German*. 62. Comperit ab Abbone quosdam retrusos in carcere.

ABDĀ, indecl. m. et declin. f. ¶ 1. *Abdā*, indecl. a Chald. *'Abhdā'* « servus »; *LXX*. Ἀβδᾶς, nomen virile. *Vulg*. 2. *Esdr*. 11. 17. et 3. *Reg*. 4. 6., ubi Gr. Ἀδδών. ¶ 2. *Abda*, *æ*, f. 1. cognomen Rom. in *Inscr*. apud *Grut*. 970. 3. et *Momms*. *n*. 6306. 8. — Cf. *Abdas* (*ătis*), *æ*, m. episcopus Persa, de quo *Cassiod*. 10. *Hist*. *trip*. 30.

ABDAGESĒS (Abdagæses), æ, m. 1. nomen, fortasse Parthicum, viri, quem magna auctoritate præditum fuisse docet *Tac*. 6. *Ann*. 36. *sq*. et 43. *sq*.

ABDĂLŌNȲMUS, i, m. 2. — *a)* Nonnulli, quos inter cl. *Furlanett*. in *App*., scribunt etiam *Abdolonymus*, quod damnat *Georg*., *Lex*. *d*. *lat*. *Wortf*. ad *h*. *v*.; sed perperam. V. *Pape-Benseler*, *Wört*. *d*. *gr*. *Eig*. 1. *p*. 2. *Poll*. tamen 6. 19. § 105. habet Ἀβδαλώνυμος. — *b)* Antepænultimam corripit *Furlanett*. in *App*., cui vox Græca non suffragatur. — *c)* Videtur vox oriri ex Hebr. עבד, *servus*, et עליונים, *superi*, quasi ait servus superorum. — Abdalonymus fuit primum rex Tyri, dein privatam vitam egit hortulanus, sed ab Alexandro M. rex iterum Sidone, Phœniciæ oppido, constitutus est, ut narrat *Justin*. 11. 10. 8. — De eo *Curt*. 4. 1. 25. « Rex (*Alexander*) inquit: Inopiam qua patientia tulisti? Tum ille: Utinam, inquit, eodem animo regnum pati possim. Hæ manus suffecere desiderio meo: nihil habenti nihil defuit ».

ABDĀRA. *V*. **ABDERA**.

ABDAS. *V*. **ABDA**.

ABDELUM, i, n. 2. oppidum in insula Paro. *Solin*. 11.

ABDĒNĀGŌ et Abednago, indecl. m. nomen Babylonicum, in text. orig. *'Abhēdh-Neghō*, LXX. Ἀβδεναγώ, quod respondet Hebr. עבד *'Abhēdh* « servus » et נגו *Neghō*, quam vocem alii dicunt significare *Solem* aut *Mercurium*; alii rectius esse pro *Nebo*, deo Babylonensium, ex errore librariorum. Sane *Abhadh-Nabhu* vel *Abhadh-Nebho* sæpius legitur in Inscriptt. cuneatis (*Lenormant*, *La mag*. *p*. 182.; *Schrader*, *Die Keilinschr*. etc. 1883. *p*. 429. et *Vigouroux*, *La Bibl*. etc. *v*. 4. *p*. 448. et 470). — Abdenago est nomen a Chaldæis inditum Azariæ Hebræo, qui fuit in aula regis Babylonensis, socius Danielis, Ananiæ et Misaelis, ubi docendi erant litteras cuneatas et linguam Assyriaco - Babylonicam (Cf. *Kautsch*, *Gramm*. *d*. *Bibl*.-*Aram*. *p*. 18). *Vulg*. *Dan*. 1. 7., 2. 49. et 3. 12. *sqq*. *V*. **AZARIAS**.

ABDĒRA et **ABDĀRA**, æ, f. 1. et

ABDĒRA, ōrum, n. plur. 2. Ἄβδηρα, ἡ et τά. *Abdara* (Ἄβδαρα *Ptol*. 2. 4. 7.) apud *Plin*. 3. *Hist*. *nat*. 1. 3. (8). leg. *Voss*. ex vett. codd. — Syllabam penult. natura longam licenter corripuit *Marcell*. *Empir*. *carm*. 5. Quod Cous docuit senior, quodque Abdera suasit. — Abdera est nomen loci et personæ.

I.) Abdera, nomen loci ¶ 1. Fuit oppidum Thraciæ maritimum, haud procul a Nessi vel Nesti fluvii ostio prope Dicæam, cujus paucæ nunc reliquiæ exstant ad promont. *Balustra Baurun*; quamquam alii situm volunt, ubi hodie est *Polystilo* in prov. Turcarum, vulgo *Rum-ili*, aut ubi *Astrizza* vel *Asperosa*. *Liv*. 45. 29. Trans Nessum, ad orientem versum, qua Perseus tenuisset vicos, castella, oppida, præter Ænum et Maroneum et Abdera. *Plin*. 4. *Hist*. *nat*. 11. 18. (42). Abdera libera civitas. *Arnob*. 5. 12. Abdera, Abdera, dares quantas vias mortalibus irridendi. — Condita fertur ab Abdera (Abdere), Diomedis regis Thraciæ sorore, a qua et nomen sumpsit. *Solin*. 10. et *Mela* 2. 2.; contra alii ab Abdero, Heraclis amasio, Diomedis equis dilacerato ibique humato, appellatam volunt, teste *Apollod*. 2. 5. — Habitata est serius a Teiis, ut docet *Strabo* 14. *p*. 443. Hinc illud Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία: *Abdera pulcra Teiorum colonia*, quod et proverbialiter usurpatur ad significandum non deesse locum, quo confugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus. Quum enim postea Clazomenii coloni eam collapsam refecissent, inde ab ann. 656. a. Chr., et *Clazomenas* appellassent, ut tradit *Solin*. *loc*. *cit*., Teii, Persarum contumeliis vexati, Abderam, unde Clazomenii a Thracibus pulsi excesserant, confugerunt; hinc proverbii origo. Cf. *Herod*. 1. et 7. et *Thucyd*. 2. Sunt tamen, qui minus recte putent eam a Teiis etiam ædificatam fuisse (*Forcell*. h. v.) — Oppidum fuit celeberrimum et aliquando omnium, quæ in Thracia erant, potentissimum, ut refert *Diod*. *l*. 13. — Patria quoque philosophorum Democriti, Protagoræ et Anaxarchi: item historici Hecatæi, poetæ Nicæneti aliorumque, de quibus suo loco dicetur. Incolæ tamen stupidi habebantur (*Smith*, *Geogr*. *ant*. 4. 18.). *V*. **ABDERA** in *Lexic*. et **ABDERITANUS**. — Mos fuit ibi ut, si calamitates ingruerent, certum hominem cives deligerent, diris imprecationibus devoverent ac mox lapidibus obruerent. Hinc illud *Ovid*. *Ib*. 469. Aut te devoveat certis Abdera diebus, Saxaque devotum grandine plura petant. — De ejus nummis *V*. plura apud *Eckhel*, 2. *p*. 21. *sq*. ¶ 2. Item oppidum in Hispania Bætica a Carthaginiensibus seu a Phœnicibus exstructum, teste *Strab*. 1. 3.: hodie fortasse *Almeria* vel *Adra* ex nominis similitudine, ad mare situm. Memoratur *Plin*. 3. *Hist*. *nat*. 1. 3. (8). ubi alii *Abdara* et *Mel*. 2. 6. — De ejus nummis V. *Eckhel*, 1. *p*. 13. *sq*., coll. *Florez*, I. 118. III. 13.

II.) Abdera est etiam nomen sororis Diomedis, unde appellata, ut supra dictum est, Thraciæ urbs. *Mela* 2. 2. 3., ubi alii leg. *Abdere*; et *Solin*. 10. 9.

ABDĒRĪTA et Abderites, æ, m. 1. qui est ex urbe Abdera Thraciæ. *Cic*. 1. *Nat*. *D*. 23. 63. et 3. *Orat*. 32. 128., coll. *Laberio* apud *Gell*. 10. 17. et *Capell*. 2. *p*. 150.; ubi Protagoras *Abderita* et *Abderites* dicitur. — Hinc

Abderitæ, *ārum*, m. plur. 1. absolute, incolæ urbis Abderæ. *Liv*. 43. 5.

ABDĒRĪTĀNUS, a, um, adject. ad Abderam Thraciæ pertinens. ¶ 1. Proprie. *Liv*. 38. 41. Abderitanus ager. ¶ 2. Translate. *Martial*. 10. 25. Abderitana plebs *h*. *e*. stulta. *V*. hanc voc. in *Lexic*. et etiam **ABDERA** I. 1. et **ABDERITICUS**.

ABDĒRĪTES. *V*. **ABDERITA**.

ABDĒRĪTICUS, a, um, adject. ad Abderam Thraciæ pertinens. Translate tantum apud *Cic*. 7. *Att*. 7. Audio constitutum esse *etc*. in Siciliam me mittere, quod imperium habeam: id est Abderiticum. *h*. *e*. stultum (*V*. **ABDERITANUS**). — *Forcellin*. ad *h*. *v*. monet legi Latinis litteris in optt. edd.; sed *Orell*. cum aliis hic leg. Græce Ἀβδηριτικόν. V. hanc voc. in *Lexic*.

ABDĒRUS. *V*. **ABDERA** I. 1.

ABDĪ, indecl. m. Hebr. *'Abhdī* « servus meus » vel fortasse contract. ab *'Abhdīyāh* « servus Yah seu Domini »; LXX. Ἀβδί. — Abdi ¶ 1. Fuit levita quidam de familia Merari, filius Maloch et pater Cusi, de quo *Vulg*. 1. *Par*. 6. 44. ¶ 2. Item levita alter de eadem familia, pater Cis, de quo 2. *Ibid*. 29. 12. ¶ 3. Item quidam ex filiis Ælam, qui in captivitate Babylonensi uxorem duxerat alienigenam, sed reversus eam, jussu Esdræ, dimisit, ut in 1. *Esdr*. 10. 26. narratur. ¶ 4. Item filius Cosan et pater Melchi in genealogia Christi. *Vulg*. *Luc*. 3. 28.; quamquam ibi Græce leg. Ἀδδεί, Vulg. *Addi*, quæ lectio videtur probabilior.

ABDĪĀS, æ, m. 1. Hebr. *'Obhadhyāhū* vel contract. *'Obhadhyāh* « servus Yah seu Domini »; *LXX*. Ἀβδίας. — Abdias ¶ 1. Fuit pater Jesmajæ de tribu Zabulon, temporibus Davidis. *Vulg*. 1. *Par*. 27. 19. ¶ 2. Item levita quidam de filiis Merari, ex iis, quos Josias præfecit operariis templo instaurando addictis, sciens organis canere, ut dicitur 2. *Par*. 34. 12. ¶ 3. Item dispensator domūs Achab, valde timens Deum ab infantia sua, qui centum prophetas, a Jezabel necari jussos, in speluncis abscondit ac pane et aqua pavit, ut 3. *Reg*. 18. 3. et 16. et *ibid*. 4. — Hunc tradunt Idumæum origine, non Hebræum, fuisse et quidem a nativitate proselytum (*Thalm*. *Sanhedr*. 39. et *Carpzow*, *Intr*. 3. 338). — Prophetam, libri sacri auctorem, volunt esse *Jos*. *Antt*. 9. 2., *Tharg*. *l*. 4. *Reg*. et *Thalm*. *Sanhedr*. *loc*. *cit*., cui sententiæ favet etiam *Hieronym*. *Abd*. 1. 1. « Hic, quia centum prophetas aluerat, gratiam accepit prophetalem, ut ajunt Hebræi ». Verum critici recentiores aliter sentiunt ac multo rectius unum ab altero secernunt, de quo mox. ¶ 4. Item longe clarior propheta, qui librum scripsit quartum inter propheticos minores. *Vulg*. *Abd*. *v*. 1. — De origine hujus prophetæ nihil certi exstat, nisi nudum nomen, adeo ut non defuerit qui eum ne exstitisse quidem temere adfirmaverit (*Bertholdt IV*. *p*. 1627). Sed in *v*. 1. et 11. ille prophetasse dicitur, et ex *v*. 12. conjicitur ad regnum Juda pertinuisse. — De tempore, quo prophetaverit, varia est sententia (Cf. *Reuss*, *Obad*. *præf*.; *Hoffm*., *Weissag*. *und Erfüll*. 1. *p*. 201.; *Keil*. *Einl*. *A*. *T*. *p*. 331., al.); ceterum probabilius videtur, attento ordine libelli inter duodecim prophetas minores hunc esse primis tribus æqualem vel paulo antiquiorem, ita ut vaticinium ante Amasiæ bellum Edomiticum condiderit, sed sub Ozia, filio Amasiæ, suum munus continuaverit (*Ubaldi* et *Cornely*, *Intr*. in *Abd*.). Attamen ex v. 11. *sq*. verbis, quae adjunctis congruunt ætatis Joram, multa a Philisthinis et Arabibus perpessi, Abdiam, eo regnante (a. 865), vaticinium edidisse putant (*Kaulen*, *Einl*. *II*. *p*. 339.; *Strack*, *Einl*. *p*. 112.; *Hetzenauer*, *Th*. *Bibl*. *V*. *T*. *p*. 285.; *Philippe* in *Dict*. *de la Bibl*. *Vigour*. *p*. 1. 599); alii vero, numero fortasse plures (*Re*, *Arch*. *Bibl*. *Diz*. *p*. 72), sed minus probabiliter, circa tempus Jeremiæ et Hierosolymorum excidii sub Nabuchodonosor (*A-Lapide*, *Rosenmüller*, *De Wette*, *Kuenen*, *Schnurrer*, *Maurer*) illum prophetasse arbitrantur. — De auctoritate hujus libelli nuper dubitatum est, nempe an esset germanus et integer (V. *Bunsen*, *Bibelw*. II. *p*. 733); at nihil solidi contra veram ejus originem integritatemque afferri potuit (*Re*, *Arch*. *Bibl*. *Diz*. *p*. 77). — De materia seu argumento vaticinii dicendum est, exitium ibi prædici Idumæis, Hebraico populo infestis (*vv*. 1-16), quod est omnino impletum (*Cf*. *Heinrich*, *De Idumæa* et *Keith*, *Evidence of the Truth* etc.). Contra, domui Jacob seu regno Juda futura salus promittitur (*vv*. 17-21). — Utitur Abdias puro quidem sermone ac poetico (*Schanz*, *Einl*. etc. 1887) sed stilo duriore (*Schegg*, *Die klein*. *Proph*. 1862). — Plura de Abdia propheta habes apud *Hieronym*., *Comm*. in *Abd*. et *ep*. 27. *de epitaph*. *Paul*. et, qui de eo ex professo scripserunt, *Ephrem Syr*., *Victorin*., *Umphred*., recentius vero *Plum* (1796), *Caspari* (1842), *Delitzsch* (1851), *Seydel* (1869), *Randolf* (1878), *Re* (1885). — *NB*. Liber cujusdam Abdiæ, discipuli Apostolorum, qui inscribitur *De historia apost*. *certaminis*, et dicitur ex Hebr. in Græc. sermonem ab *Eutropio* et ex Græc. in Latin. a *Julio Afric*. conversus, jam adulterinus et fabulosus a *Bellarmino*, *Syxto Sen*., *Baronio* habitus fuit et a sanioribus criticis nunc quoque habetur. De hoc falso Abdia scripsit *Fabricius* in *Cod*. *apocr*. *Nov*. *Test*. Hamb. 1700. *p*. 402-742.

ABDĪGIDUS, i, m. 2. tribunus sub Constantio et Juliano impp. *Ammian*. 18. 6. 12.

ABDŎLŌNȲMUS. *V*. **ABDALONYMUS**.

ABDŌN, indecl. Hebr. *'Abhdōn* « servilis », *LXX*. Ἀβδών. — Abdon est nomen personæ et loci.

I.) Abdon, nomen virile ¶ 1. Fuit filius Illel ex tribu Ephraim, judex per octo annos decimus et quidem post Ahialon, an. 1164. a. Chr. *Vulg*. *Jud*. 12. 13. *sqq*. — Fortasse est idem ac Badan vel Bedan, per metathesin, ut fieri solet (*Gesen*. *Thes*. *p*. 71), dictus etiam *Pharathonites*, quia *Pharathon* (Pirathon) in urbe Ephraim et natus et mortuus et sepultus est. ¶ 2. Item filius Jehiel de tribu Beniamin, dux Levitarum et princeps Gabaon, de quo *Vulg*. 1. *Par*. 8. 23. ¶ 3. Item filius præcedentis ex Maacha, memoratus *ibid*. 8. 30. et 9. 36. ¶ 4. Item filius Micha, tempore Josiæ regis, cujus fuit minister. *Id*. 2. *Par*. 34. 20. — *NB*. Hic postremus (*Id*. 4. *Reg*. 22. 14) dicitur *Achobor*; vel ergo ita est etiam cognominatus,

vel alteruter ex errore librarii: vel sejungendus *Abdon* a filio Micha, ut sint duo.

II.) Abdon est nomen oppidi in tribu Aser, Levitis adsignati ex familia Gerson. *Vulg*. *Jos*. 21. 30. et 1. *Par*. 6. 74. — *NB*. Hoc dicitur *Abran* apud *eund*. *Jos*. 19. 28., fortasse, ut nonnulli putant, ex errore librarii; quamquam *Kennicott* et *De-Rossi* affirmant se in MSS. legisse *Abdon* pro *Abran*: item in antiquioribus interpretationib. et textu Masoretico. Non igitur ibi *Abdon*, ut censet *Reland*, *Palæst*. *ex monum*. etc. *t*. II. *p*. 518. et *Gesen*. in *Lex*., sed legend. *Ebron* vel *Abran*, cui favet *M*. *de Saulcy*, *Dict*. etc. 1859. *p*. 31. — Exstant hodie ejus ruinæ, dictæ *Abhdeh* vel potius *Khirbet-Abhdeh* (Cf. *Ebers-Güthe*, *Palest*. I. *p*. 86. et *Guérin*, *Descr*. *d*. *la Palest*. *t*. II. *p*. 36. et 37.).

ABDONEUS, i, m. 2. nomen prophetæ in *Chron*. *Alex*. 273. Sub isto (Ochozia) prophetavit Heliseus et Abdoneus. — *Clem*. *Alex*. habet Ἀβδαδωναῖος.

ABDŪA. *V*. **ADDUA**.

ABDUS, i, m. 2. Parthus quidam, eviratus, apud *Tac*. 6. *Ann*. 31-32.

ĂBĔĀTÆ (Abeatheæ), ārum, m. plur. 1. (Ita *Sillig*. ad *Plin*. *loc*. *cit*., ubi *Furlanett*. in *App*. leg. *Abeates*, *ium*) incolæ Abeæ, oppidi in Messenia. *Plin*. 3. *Hist*. *nat*. 6. 10. (22). — De oppido Ἀβέα vel Ἀβία v. *Ptolem*. 3. 16. et *Polyb*. *Leg*. 53., olim *Ire*. Cf. *Homer*. *Il*. 9. 150.

ĂBĔĀTES. *V*. voc. præc.

ABECEDALA. *V*. voc. seq.

ABEDECALLA, æ, m. 1. (Ἀβαδεχάλλαν) vir nobilis Persa, martyr sub Sapore rege. Memorat *Cassiod*. 3. *Hist*. *trip*. 2., coll. *Niceph*. 8. 36. — Scribitur etiam *Abecedala*.

ABEDNĀGO. *V*. **ABDENAGO**.

ĂBĒL, indecl. m. — *a)* Orthographia: *Habel* cum aspiratione apud *Firmic*. *err*. 25. 3. et *Lib*. *geneal*. 23. — *b)* Declinatur, ratione metri, aliquando *Abel*, *ēlis*, 3. apud *Prudent*. περὶ στεφ. 10. 829. sancti Abelis ferculo. Adde *Cypr*. *Gall*., *Gen*. 193.; et etiam *Abēlus*, *i*, 2. (*Jos*. *Antt*. 1. 2. 1. Ἄβελος) apud *eund*. *ibid*. 138. et 157. — *c)* Prosodia: prima syllaba est naturā brevis. *Venant*. 9. *carm*. 2. 15. et 3. *ibid*. 25. 6. *et Cypr*. *Gall*. in *Gen*. 138., 157. et 198. — Licenter tamen producitur a *Prudent*. *Enchir*. 2. *v*. 3. Rusticus invidia pastorem sternit, in Abel Forma animæ exprimitur. Adde *Paulin*. *Nolan*. *ad Nicet*. 234. et *Mar*. *Vict*. 2. *Gen*. 161. — *d)* Etymologia: nomen *Abel* alii interpretantur *nebula*, *vapor* et translate *vanitas*, ut *Hieronym*. *de nominib*. *Hebr*. *p*. 3. et *Isid*. 7. *Orig*. 6. 8.; alii vero *luctus*, ut *Jos*. *Antt*. 1. 2., coll. *Isid*. *loc*. *cit*.; quod *Weitenauer*, *Lex*. *Bibl*. *p*. 20., et recte quidem, falsum dicit ob diversam vocis scriptionem; *'ābhal* enim, non *hăbhal*, significationem habet *lugendi* (*V*. infra sub II.). At recentiores derivant ab Assyr. *hablu*, *habal*, vel Accad. *ibil*, h. e. filius, genitus (*Oppert*, *Étud*. *Ass*. *p*. 35. *sq*.; *Schrader*, *Keil*. *u*. *A*. *T*. 1883. *p*. 44., et *Vigouroux*, *La Bibl*. *et les découv*. etc. *p*. 1. *p*. 249. et 424); id tamen negat *Hetzenauer Comm*. *Gen*. *p*. 99. *sqq*. — Abel est nomen personæ et loci.

I.) Abel., nomen personæ, Hebr. הבל *Hebhel*, LXX. Ἄβελ. — Fuit filius Adami et Evæ, frater secundogenitus Cain, quamquam nonnulli putant fuisse geminos (*Riehm's Bibl*. *Wört*. h. v. et *Hummelauer* in *Gen*. *p*. 175., coll. *Jos*. *Antt*. 1. 3.). *Vulg*. *Gen*. 4. 2. Eva peperit fratrem ejus (*Cain*) Abel. *et Hebr*. 11. 4. Fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo. *Id*. *ibid*. et *Matth*. 23. 35. Abel justus. *Mar*. *Vict*. in *Gen*. 175. candidus. *Cypr*. *Gall*., *Gen*. 193. mitis. *Venant*. 9. *carm*. 2. 15. Primus Abel cecidit miserando vulnere cæsus. *Pseud*. *Augustin*. 1. *Mirab*. *S*. *Scr*. *c*. 3. Abel totius humanæ justitiæ princeps, in ipso mundi principio sanguinis sui tripudio coronatus martyrio arripitur. — Pastoriciam artem exercuit offerebatque Deo primitias animalium; sed quum has gratas haberet Deus, quod plurimæ essent et optimæ, vel potius quod majore fide offerrentur (*Ambros*. *de Incarn*. *Sacr*. *c*. 1. *M*. 16. 819. et *Gregor*. *M*. *Ep*. 122. *M*. 77. 1053., coll. *Hebr*. *loc*. *cit*.), hoc fortasse significato per ignem cælitus immissum, quo victimæ cremarentur (*Mar*. *Vict*. 2. *Gen*. 175.-178. Cf. *Lev*. 9. 24. et *alib*.); contra Cain agricolæ (« dantis Deo aliquid suum, non autem se ipsum » inquit *Augustin*. 15. *Civ*. *D*. 7) fructus frugesque male oblatas rejiceret, ab invido fratre in agro interfectus est, primus nobis cognitus justitiæ martyr ac pietatis. *Gen*. 4. 2-4. et 8., coll. *Hebr*. *loc*. *cit*. — Arabes eum tradunt occisum fuisse prope Damascum ibique sepultum, ducti nomine *Abela* vel *Abila*, Arabice *Nebi-Abel*, sc. Abilene, quæ fuit Lysaniæ (*Forbiger*, *Geogr*. *II*. *p*. 653): his favere videtur *Hieronym*. in *Ezech*. 27. — Virgo fuisse fertur; sed, inspecto patriarcharum more offerendi sacri patribus familias proprio, id parum probabile videtur (*Palis* in *Dict*. *de la Bibl*. *Vigour*. *v*. 1. *p*. 29). V. **ABELIANI**. — Typus fuit Ecclesiæ, ut docet *Ambros*. *De Cain* et *Abel* *c*. 2. 5. « Figura Synagogæ et Ecclesiæ in his duobus fratribus ante præcessit Cain et Abel ». — Alia de Abele videsis apud *Hieronym*. *Quæst*. *Hebr*. in *Gen*., *Prudent*. *Hamartig*., *Chrysost*. *Hom*. in *Gen*., præsertim vero *Ambros*., qui duos de eo et Cain libros conscripsit. — *NB*. Abel et Cain duas gentes designare, non personas, quidam censuerunt (*Wellhausen*, *Budde*, *Gunkel*, *Holzinger*); aut Abel pastorem et Cain agricolam duas artes (*Lagrange*) inter se bellantes (*Winer*) significare putarunt; sed perperam. V. *Re*, *Arch*. etc. *p*. 88. et *Hetzenauer*, *Th*. *Bibl*. *V*. *T*. *p*. 28.

II.) Abel, f. nomen loci, Hebr. אבל (*'Ābhel*), i. e. torrens vel pratum seu locus herbis et pascuis abundans. Ita *Neubauer*, *Geog*. *Th*. *p*. 258. et *Gesen*.-*Mühl*.-*Volck*. h. v.; sed cf. *Weiten*., *Lex*. *Bibl*. *loc*. *cit*. init. Usurpatur autem absolute vel conjunctim cum aliis nominibus; hinc ¶ 1. Abel, indecl., oppidum Palæstinæ in tribu Nephthali, quod et *Abela* et *Abel-domus Maacha* (Hebr. *'Abhēl-bhēth-Ma'akāh*, h. e. oppidum pertinens ad familiam Maacha, regis Gessur) et *Abelmaim* dicitur, h. e. *aquarum*, quia prope fluvium, hodie *Derdarah* appellatum, vel prope lacum Merom: ita *Stanley*, *Sinai u*. *Palest*., 1856. *p*. 886.; at situm fuisse ubi nunc est *Abil el-Kamh*, docet *Robinson*, *Later*. *bibl*. *research*. in *Palest*. 1856. *p*. 372. Aliis vero videtur idem quod *Abila* (V. hanc voc.) Memoratur *Vulg*. 2. *Par*. 16. 4. — Ejus mentio fit etiam in *Caneif*. *Inscr*. *of Western Asia t*. *III*. *pl*. *XX*. *n*. 2. ¶ 2. Item *Abel* (Hebr. *'Abhēl-Kerāmīm* vel *Karmim*, h. e. pratum vinearum, *LXX*. Ἐβελχαρμίμ) fuit vicus Ammonitarum. *Vulg*. *Jud*. 11. 33. Cf. *Hieronym*. *de loc*. *p*. 158. et *Gesen*. *Thes*. *p*. 15. — Hanc urbem se detexisse a. 1872. refert *M*. *Tristram*, *The Land of Moab*. *p*. 180. *sqq*., in valle, quæ nunc dicitur *Kharm-Dhiban*, h. e. vinea Dibon. ¶ 3. Item *Abel-magnus* (Hebr. *'Abhēl hagghedhōlāh*, h. e. pratum magnum), locus in agro Bethsamitarum: seu lapis, super quem arca Dei, a Philisthæis capta, dein deposita fuit. *Vulg*. 1. *Reg*. 6. 18.; ubi alii ex Hebr., *LXX*., Tharg. et Syr. interpr. leg. *Aben* pro *Abel*. ¶ 4. Item *Abel-mehula* vel *meula* (Hebr. *'Abhēl-mehhōlāh*, i. e. pratum saltationis), quod alii leg. *Abelmea* vel *Abelmeja* (Cf. *Baudrand*, *N*. *Lex*. *Geogr*. h. v.), vicus in regione Tebbath tribus Issachar, inter Scythopolim et Neapolim, ubi natus est propheta Eliseus. *Vulg*. 3. *Reg*. 19. 16. et *Jud*. 7. 23. ¶ 5. Item *Abel-satim* (Hebr. *'Abhēl-hassittīm*, h. e. pratum spinarum vel acaciarum), oppidum Peræas, in planitie Moab trans Jordanem e regione Jerichuntis, ubi Deus Chananæos idololatras ab Hebræis deleri jussit. *Vulg*. *Num*. 33. 49. et *Hieronym*. *De loc*. *p*. 134. (Cf. *Reland*, *Palæst*. *p*. 524.). — Aliquando dicitur tantum *Setim* apud *Vulg*. *Jos*. 2. 1. et 3. 1. *et Mich*. 6. 5.

ABĒLA, æ, f. 1. (Abel) oppidum ad radicem Libani, quod et Hebr. *Abhel-bheth-Ma'akah* et dein *Abila* dictum est. *Vulg*. 2. *Reg*. 20. 14. et 15., ubi Hebraice est *'Abhēl-āh* cum *he* locat., unde forma *Abela*. — Videtur magna civium sapientia et doctrina floruisse; hinc vetus illud proverbium apud *eund*. 2. *Reg*. 20. 18. « Qui interrogant, interrogent in Abela »: h. e. qui consilium quærunt, ab Abela exquirant. *V*. integr. loc. — De aliis oppidis cognominibus incerta res est. *V*. **ABILA**.

ĂBĒLIĀNI, ōrum, m. plur. 2. secta hæreticorum in diœcesi Hipponensi orta, ab *Abel* denominata, quem se imitari jactabant, continentiam servando in utroque sexu, etsi matrimonio juncti, fortasse quod Abel crederetur nullos filios habuisse vel virgo mansisse (Cf. **ABEL**). *Augustin*. *Ep*. ad *Quodv*. 87. Vocabantur *Abeloni* Punica declinatione nominis. Hos nonnulli dicunt ex filio Adæ fuisse nominatos, qui est vocatus *Abel*, unde *Abelianos* vel *Abeloitas* eos nos possumus dicere. *et mox*. Omnes (*Abeliani*) modo correcti et catholici facti sunt. — Quare fallitur *Mosheim* (*Hist*. *Fel*. *II*. *siècl*. *p*. 2. *c*. 5. *n*. 18), qui eos putavit quamdam Gnosticorum sectam.

ĂBĒLICUS, a, um, adject. ad Abelem pertinens. *Mythogr*. *Lat*. *III*. *fab*. 6. 5. 15. *Bode*. At *Mai* habet *Hebraicus* pro *Abelicus*.

ĂBELLA, æ, f. 1. — *a)* Scribitur et *Avella*, et, si recta est lectio, *Bella* in *Inscr*. apud *Momms*. n. 1946. cl. *Furlanett*. affert *Inscr*. apud *Eupol*. *It*. *Ven*. *p*. 15., ubi *Bella* legitur, sed corrigit *Abella*. — Plur. forma *Abellae*, *arum*, apud *Charis*. *p*. 35. 8. *K*. — *b)* Ratione habita etymi, *Serv*. ad *Virg*. 7. *Æn*. 740. a nucibus *Abellanis* vult nomen sumpsisse; quamquam verius hæ ab illa nuncupatæ videntur: alii ducunt a Gr. ἄελλα, quasi locus ventorum seu procellarum: alii aliter. Recentiores etymologi vero similius ab *aber* pro *aper* derivant, ita ut sit *Abella* quasi *aperula* (Cf. *Atella* pro *aterula*), ab aprorum copia dicta: vel etiam ab *Apolline*, qui a Samnitibus inter præcipua numina colebatur.

Abella, olim *Mera*, hodie *Avella* aut *Avella vecchia*, oppidum est Campaniæ in prima Italiæ regione. *Plin*. 3. *Hist*. *nat*. 5. 9. (63).; et colonia Chalcidiensium. *Justin*. 20. 1. 13. — Hujus meminit *Virg*. 7. *Æn*. 740. Et quos maliferæ despectant mœnia Abellæ. *h*. *e*. in cujus agro magna est nucum copia, quæ *Abellinæ* et *Avellanæ* vocantur, a *Virg*. dictæ *mala*, a *Plin*. vero *poma*, vulgo *dalei avellani*. V. **ABELLANUS**. — Fuit celebrata ab eod. *Virg*., quod ausa sit Æneæ bellum inferre; capta dein a Samnitibus, mox a Romanis, a quibus colonia eo deducta est. V. *Inscriptt*. apud *Momms*. a *n*. 1948 ad 1967.; unde constat etiam tribui Galeriæ adscriptam fuisse. — Municipium quoque fuit, teste *Frontin*. *De colon*. *p*. 230. *Rud*.-*Lachm*. — De inscriptione Osca in porta vetustæ arcis Abellanæ reperta V. *Diz*. *Corogr*. *dell' Ital*. *v*. 1. *p*. 504.

ĂBELLĀNI. *V*. voc. seq.

ĂBELLĀNUS, a, um, adject. Etiam *Avellanus* et *Avellanus*; *Avolanus* apud *Oribas*. *fragm*. 2. 27. — Abellanus est ad Abellam pertinens, ut *Abellana nux* apud *Cat*. *R*. *R*. 8. 2., *Scribon*. 120. et 185. et *Macr*. 3. *Sat*. 14. 5.; et absolute *Abellana* apud *Gargil*. *Mart*. *de pomis* 18., *Serv*. ad *Virg*. 2. *Ecl*. 52., *Marc*. *Empir*. 30. *f*. 131. (6)., 49., *Apic*. 7. 303., al., Ital. *avellana* (*V*. **AVELLANA** in *Lexic*. et **ABELLA**); quæ et *Abellina* apud *Plin*. 15. *Hist*. *nat*. 22. 24. (88). — Etiam *Abellanus populus* in *Inscr*. apud *Momms*. *n*. 1955. — Hinc

Abellani, *ōrum*, m. plur. 2. absolute, incolæ Abellæ. *Justin*. 20. 1. 13. Abellani nonne Chalcidensium coloni sunt? Adde *Plin*. 3. *Hist*. *nat*. 5. 9. (63).

ĂBELLĀNUS, i, m. 2. (Abella) nomen gentilicium in *Inscr*. apud *Murat*. 1621. 1.

ĂBELLĪNĀS (Avellinas), ātis, comm. gen. 3. incola Abellini. *Inscr*. apud *Murat*. 1019. 2. ORDO SPLENDIDISSIMVS ET POPVLVS ABELLINATIVM. Ita apud *Orell*. 1180. et *Momms*. *n*. 1877.; at *De-Vit* et *Georges* ubique *Abellinatum* legend. putant. — Porro Abellinates, qui in Lucania erant, *Marsi* dicti sunt *Plin*. 3. *Hist*. *nat*. 11. 16. (105).; et *Protropi*, qui in Hirpinis, *ibid*.

ĂBELLĪNUM, i, n. 2. nomen oppidi ¶ 1. In Hirpinis, hodie *Avellino*, ad duo millia passuum ab oppido, quod *Atripalda* nunc dicitur, ubi erat via Domitiana, Appiæ ramus, olim colonia Romanorum, teste *Frontin*. *De colon*. *init*., tribui Galeriæ adscripta, ut in *Inscriptt*. collectis a *Momms*. a *n*. 1871. ad 1942. ¶ 2. Item in Lucania, hodie *Marsico vetere o vecchio*, apud *Plin*. 3. *Hist*. *nat*. 11. 16. (105). Cf. *eumd*. *ibid*. 5. 9. (63). — Putat *Castelli* hic fuisse eos, qui *Campi veteres* dicti sunt, ubi Sempronius Gracchus interfectus est (*Diz*. *Corogr*. *dell' Ital*. *v*. 5. *p*. 941). ¶ 3. Item in Campania. *Id*. 3. *ibid*. *nat*. 5. 9. (63).

ÂBELLĪNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Abellam pertinens, quæ et *Abellinum* olim fortasse appellata est. *Paulin. Nolan. carm.* 28. 68. Urbs Abellina. Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63)., ubi alii *Abellanus* (V. hanc voc.). *Id.* 15. *ibid.* 22. 24. (88). Abellinæ nuces. ¶ 2. Item ad Abellinum in Hirpinis pertinens. *Inscr.* apud *Grut.* 1099. 2. POPVLVS ABELLINVS AERE COLLATO.

ÂBELLĬO (Abelio), ōnis, m. 3. nomen dei cujusdam a Gallis olim culti, quem alii Martem, alii vero Apollinem, ex vocis similitudine fuisse; alii denique generatim dominum aut regem significare putant. *Inscr.* apud *Grut.* 37. 4, 5. et 6. et *Orell. n.* 1952., coll. *alia* apud *eumd. n.* 1968. ex *Millin, Mon. Ant.* ined. 1. *p.* 101. V. *Thes. L. L.* h. v.

ÂBELMAGNUS et

ÂBELMAIM et

ABELMEHŪLA. *V.* **ABEL II.**

ÂBĒLŌĪTÆ, ārum, m. plur. 1. et

ÂBĒLŌNII. *V.* **ABELLIANI.**

ABELOX (Abelux), indecl. m. vir nobilis Hispanus, de quo *Liv.* 22. 22., ubi alii corrupte leg. *Acedux.* V. *Drakenborch* ad *h. l.*

ÂBELSATĪM. *V.* **ABEL II.**

ABENBOEN, indecl. (Hebr. *'Ebhen-Bhō'an* « lapis Boen ») terminus tribus Beniamin (Cf. *Hieronym. De sit. et nom. p.* 135). Memoratur *Vulg. Jos.* 18. 18. Græce λίθος βαιών dicitur. — *Clermont-Ganneau* idem esse putat quod *Hadjr el-Asbah* (in *Revue Arch.* août 1870. *p.* 116-128. et in *Pal. Expl. Fund, Quart. St.* 1871. *p.* 105. et *alib.*); sed perperam. V. *Tyrwhitt Drake* in *Revue Arch.* 1874. *p.* 69. et 190. et *Legendre* in *Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. 34., qui probabiliorem situm statuit.

ÂBENNA, indecl. ¶ 1. Est mons in Africa. *V.* **ABINNA.** ¶ 2. Item nomen gentilicium. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 7668., 10447. etc. — *Abennia*, nom. mul. *Ibid.* 4557.

ÂBENNER. *V.* **ABNER.**

ÂBENNEZĒR (Abenezer), indecl. (Hebr. *'Ebhen hā'ezer* « lapis adjutorii »; Ἀβενέζερ) locus in tribu Dan et agro Bethcar. *Augustin.* 17. *Civ. D.* 7. V. **LAPIS.** — Origo nominis traditur 1. *Reg.* 7. 12., ubi, orante Samuele, Hebræi victoriam retulisse dicuntur de Philisthæis prope Masphat. Adde *ibid.* 4. 1., ubi est prolepsis. *et Hieronym. De sit.* etc. *p.* 98.

ABENSA. *V.* **ABBENZA.**

ABENTĪNUS. *V.* **AVENTINUS.**

ÂBEŌNA, æ, f. 1. (abeo) dea ab antiquis culta, quod abeundi facultatem præstaret, uti refert *Augustin.* 4. *Civ. D.* 21. et 7. *ibid.* 3., coll. *Tertull.* 2. *Nat.* 11. Cf. **ADEONA.**

ÂBERRĬGĔNES. *V.* **ABORIGINES.**

ÂBES, indecl. nomen oppidi in tribu Issachar. *Vulg. Jos.* 19. 20., Hebr. *'Ebhetz*, h. e. *stannum* vel *plumbum:* fortasse ita dictum a copia stanni vel plumbi (*Gesen. Thes.* etc. h. v., coll. *De Rougemont, Age de bronze*); sed quum Chald. *abiza* proprie sit *candor* seu *candidus* et detecta oppidi hujus rudera Arabes nunc *El-Beida*, i. e. candida, vocent, rectior hæc notatio videtur (Cf. *Conder, Handb. p.* 401).

ÂBĔSĂLŌM, indecl. m. (Ἀβεσσαλώμ) Scribitur etiam *Abessalom* et *Absalom* et *Absalomus.* V. suo loco. — Abesalom fuit legatus, quem Judas Machabæus ad Antiochum misit cum Johanne. *Vulg.* 2. *Mach.* 11. 17., ubi alii leg. *Absalom.*

ÂBESAMIS (Abessamis), idis, f. 3. oppidum Arabiæ Felicis, quondam clarum, nunc solitudo, inquit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (145). *Sillig.* leg. *Besannisa*, alii *Besamnis.*

ABĒSĀN, indecl. m. (Hebr. *'Ibhtzān*, fortasse *stanneus:* cf. **ABES**; *LXX.* Ἀβαισσάν) judex octavus in Israel, ex tribu Juda de Bethlehem, post Jephtem, et quidem per septem annos, de quo *Vulg. Jud.* 12. 8-10.

ÂBESSA. *V.* **ABISAI.**

ÂBESSĀLŌM, indecl. m. Hebr. *'Abhšālōm* « pater meus pax » (*LXX.* Ἀβεσσαλώμ) vel etiam *'Abhšālōm* « pater pacis ». — Abessalom ¶ 1. Fuit filius Davidis, de quo *V.* **ABSALOM.** *Prudent. Hamartig.* 380. Solus Abessalom lacerans pia viscera ferro. *Dracont. Satisf.* 163. et *alib.* ¶ 2. Item pater Maachæ, matris Abiæ, regis Juda, Roboami socer. *Vulg.* 3. *Reg.* 15. 2. et 10. At 2. *Par.* 11. 20. et 21. *Vulg.* vertit *Absalom.* V. quæ de his loc. disputat *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 98. *sqq.*).

ÂBESTE et rectius Beste, es, f. 1. oppidum Arachosiorum apud Hermandum fluvium, hodie *Best. Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (92). *Sillig.* dedit *Parabeste.*

ABGAR, indecl. et

ABGĀRUS, i, m. 2. — *a)* Scribitur etiam: *Abbarus, Acbarus, Agabarus, Aggarus* etc. in codd. tam Græc. quam Latin. — *Abgar* occurrit in *Inscr.* apud *Murat.* 665. 1. ABGAR PHRAHATES FILIVS REX PRINCIPIS ORRHENORVM. *V.* infra 3. — Scriptio *Abgar* vel *Abgarus* (Ἄβγαρος) ceteris præstat, ut ex Inscriptt. et nummis apparet. Addimus tamen *Akbaru* memorari etiam in vett. Inscriptt., quas cuneiformes vel cuneatas dicunt (*Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 100). — *b)* Etymon alii ducunt ex lingua Syriaca, in qua *claudus* significat; alii rectius ex Arabica, in qua *magnus* seu *magnas* significare volunt.

Abgarus fuit nomen regum Osroenes seu Osrhoenes in Mesopotamia occid., cujus caput erat Edessa, ita dictæ ab Arabe Osroe seu Chosroe vel Chosdroe; is enim primus ann. 137. circ. a. Chr. illius regionis imperium arripuit, de quo consulas *Visconti, Iconogr. Gr. T.* 3. *p.* 45. ed. Mediol. Cf. et *Procop. B. P.* 1. 17. Porro novem et viginti reges numerantur, Manni vel Abgari nuncupati (*Rawlinson, Sixt. Mon. p.* 151); quamquam, apud scriptores quosdam, Persarum, Arabum, Parthorum reges hoc nomine interdum vocantur. — Speciatim Abgarus ¶ 1. Fuit Arabum regulus, sub Pompejo Romanorum aliquando socius, cladis causa a Parthis Crasso inflictæ. *Ruf. Breviar.* 17. — A *Plutarch.* in *Crasso* 21. dicitur *Ariamnes.* ¶ 2. Item alter et quidem notissimus, fortasse quintus hoc nomine ex Edessæ regibus, *Ukkama* seu niger cognominatus, Tiberii imp. tempore (a. circ. 13-50. post Chr. secundum *Bardenhewer, Patrol.* 1908. *p.* 137. *Merc.*). — De eo *Hieronym. Comm.* in *Matth.* 10. 4. Thaddæum apostolum Ecclesiastica tradit historia missum Edessam ad Abgarum regem Osrhoenes. — Hoc idem narratur in *Doctrina Addai*, qui fuisset Thaddæi ap. discipulus (*Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 282). — *Euseb.* vero *Hist.* 1. *extr.*; *Dar.* in *ep.* ad *Augustin.* 230. (al. 262); *Mar. Coren. Hist.* int. *Cappelletti p.* 118. et *Doctr. Addæi* (*Addai*) ed. *Cureton* 1864., *Alishan* 1868., *Phillips* 1876 (*V.* **ADDÆUS**), quod documentum ætatem Eusebii longe excedit (*Bickell, Consp.* etc. *p.* 15. *sqq.*), tradunt litteras binas ab Abgaro ad Christum, unas vero a Christo ad Abgarum scriptas; quas sinceras olim habuere *Damascenus, Evagrius, Procopius, Cedrenus*, alii, quamquam Concil. Rom., Gelasio pontifice, an. 494. apocryphas declaravit (*Mansi VIII.* 152): recentiores partim sine dubio aut cum dubio aliquo admittunt uti genuinas, qui sunt *Baronius, Grabe, Cave* et nuperrime *Rinck, Tiersch, Welte, Re;* partim, cum *Augustin.* contra *Faustum Manich.* 28. 4. omnino rejiciunt, uti *Mozzoni, Matthes, Buffa, Nirschl, Dobschuetz.* Porro *Lipsius* hanc fabulam ortam esse existimat, regnante Abgaro VIII. Bar Manu, circ. an. 176-213., primo rege Edesseno ad Christianam fidem converso. ¶ 3. Item alius rex Osrhoenes, de quo *Tac.* 12. *Ann.* 12. et 14. V. adn. *Orell.* ¶ 4. Item qui regno expulsus est a Septim. Severo imp. *Spartian. Sever.* 18. et *Aur. Vict.* in *Cæsarib.* 20.; dein in regnum restitutus, teste *Herodian.* 3. 9. Hunc addit *Furlanetto* in *App.* Romæ, obsidem Romanis a patre datum, sub Sept. Severo obiisse, ex eod. *Herodian. loc. cit.* — De hoc exstat *Inscr.* Græca apud *Sismond.* ad *Sidon.* in *Not.* ad 2. *Ep.* 8. ab eod. in Latinum conversa. In *Inscr.* vero apud *Murat.* 665. 1. dicitur *Abgar Phrahates.* ¶ 5. Item rex memoratus a *Capitolin.* in *Antonin. Pio* 9. ¶ 6. Item denique Abgarus Christianus apud *Hieronym.* in *Chron. Eus.* ad *Olymp.* 249. an. 2. Aggarus vir sanctus regnavit Edessæ, ut vult Africanus. — At videtur privatus homo fuisse, ut monet *Visc. Iconogr. Gr.* supra *all. p.* 54 et *sq.*

ABGATHA, indecl. m. nomen Persicum, quod conjungi potest cum *Baga* « deus ». Cf. Iran. *Bagha*, Ind. *Bhâga*, Phryg. Βαγαῖος, Slav. *Bagu*, h. e. deus (*Mühl.-Volck, Lex.* et *Schrad., Sprach. Urgesch. p.* 448.). Videtur per metathesin idem ac *Bagatha*, de quo apud *Vulg. Esth. loc. cit.* Cl. *Renard* in *Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. 41. habet: Hebr. *'Abhaghtha* « donatus a Deo ». — Abgatha fuit eunuchus ex septem, qui in aula regis Assueri erant conviviorum administri, de quo *Vulg. Esth.* 1. 10-11.

ÂBĪ, indecl. m. et f. Hebr. *'Abhî* « pater meus »; LXX. Ἀβιού, contract. pro *'Abhîyāh* V. voc. seq.

Abi ¶ 1. Sine additis, fuit filia Zachariæ et mater Ezechiæ regis. *Vulg.* 4. *Reg.* 18. 2. At 2. *Par.* 29. 1. est *Abia.* ¶ 2. Cum additis. — 1.º) Abialbon (*Abhî-Albhôn*, h. e. pater meus robur vel omnipotens) fuit heros David, Arbathites, *sc.* ex Arbath vel Betharaba ortus. *Id.* 2. *ibid.* 23. 31.; qui videtur idem ac *Abiel*, apud *eumd.* 1. *Par.* 11. 32. — 2.º) Abiasaph (*Abhî-Asaph*, h. e. pater meus vel pater collectionis, *sc.* collector), filius Core ex tribu Levi. *Id. Exod.* 6. 24. et 37. et *ibid.* 9. 19. — *De-Vit* eum dicit filium Elcanæ et patrem Asir; sed perperam (V. *Re, Arch.* etc. *p.* 113. *sq.*). Ceterum de nominibus parum solliciti fuerunt amanuenses.

ÂBĪA, indecl. *et* Abias, æ, m. 1. Scribitur etiam *Abiam* (et Hebraice *Abhîyāh* « pater meus Yah seu Dominus »); LXX. Ἀβιά. — Abia est nomen virile et muliebre.

I.) Abia, nomen virile ¶ 1. Fuit filius secundogenitus Samuelis, de quo *Vulg.* 1. *Reg.* 8. 2. ¶ 2. Item filius Bechor et nepos Beniamin. *Id.* 1. *Par.* 7. 8. ¶ 3. Item filius Jeroboam, primi regis Israel. *Id.* 3. *Reg.* 14. 1. ¶ 4. Item rex Juda, Roboami filius et successor, qui, olim pius, Deo confisus de Jeroboamo victor evasit. *Id.* 2. *Par.* 13. 1-17. et 3. *Reg.* 15. 1., ubi *Abiam* legitur, fortasse nomine ob ejus impietatem aliquantisper immutato, ut *Bethaven* pro Bethel, *Sichar* pro Sichem etc. et *Abias* apud *eumd. Matth.* 1. 7. — Postquam, ex bono malus, tribus annis regnavit, obiit, quem excepit Asa filius, *ibid.* — De bello Abiæ cum Jeroboamo scripsit *Bahrdt* (Lipsiæ 1760). ¶ 5. Item vir ex posteris Eleazari, filii Aaron, præfectus octavæ sacerdotum classi (1. *Par.* 24. 10), quam *vicem* vocat *Vulg. Luc.* 1. 5., idem fortasse, qui memoratur apud *eumd.* 2. *Esdr.* 10. 7.; aliis tamen alius (*Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 108).

II.) Abia, nomen muliebre, h. e. uxoris Hezron, qui fuit nepos Judæ. *Vulg.* 1. *Par.* 2. 24.

ÂBIAM. *V.* voc. præc.

ABIANĪUS, ii, m. 2. nomen divinum, in *Corp. Inscr. Lat.* 12. 6034.

ÂBĪAS. *V.* **ABIA.**

ÂBĪĀTHĀR, indecl. m. Hebr. *'Ebhyāthār* « pater excellens seu excellentiæ vel abundantiæ », *LXX.* Ἀβιάθαρ. — Abiathar filius Achimelech et pater Achimelech. *Vulg.* 1. *Reg.* 22. 20. et 1. *Par.* 24. 6, 31. Cf. **ACHIMELECH.** — Decimus Hebræorum pontifex, sub David rege, ex progenie Ithamar; a Salomone deinde pontificatu non privatus, sed fungi vetitus, qui pro Abiathar summum sacerdotem posuit Sadoch ex progenie Eleazari, illumque, quod Adoniæ partibus favisset, in Anathoth, unde erat oriundus, relegavit. *Id.* 3. *Reg.* 2. 26. *sqq.* — Sub Abiathar principe sacerdotum introivit David in domum Dei: ita apud *eumd. Marc.* 2. 26., de quo loco valde disputatum est; id enim sub Achimelech evenit 1. *Reg.* 21. 1. *sqq.* At Græce est ἐπὶ Ἀβιάθαρ, h. e. tempore Abiathar vel circa tempus, quo pontificatum gessit Abiathar, quodque celebre fuit: vel præsente et consentiente Abiathar, qui vicem patris jam senis agebat et unus eadem sacerdotum Nobe sub Saule effugit, *ibid. c.* 22. Cf. *Perin, N. T. Gr. Onom.* Patav. 1890. ad *h. v.* et *Renard* in *Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. 46. — Plura de eo in 1. *Reg. cc.* 22. et 23.; 2. *ibid. cc.* 8., 15., 17. etc., coll. 1. *Par. cc.* 15., 18., 24. etc.

ABIB. *V.* **ADAR** et **NISAN.**

ABIBALUS, i, m. 2. (Ἀβίβαλος) rex Tyriorum, apud *Cassiod. c. Ap.* 1. 112.

ÂBIDDA, æ, f. 1. (Scribitur *Abita* v. *Abitta*, rectius *Avitta*) oppidum Africæ Byz. *Tab. Peut.* 5. et *C. I. L.* 8. 12275. Cf. *Morcell. Afr. Chr.* 1. *p.* 62. Hinc *Tertullus Abitensis* apud *Augustin. Enarr.* in *Ps.* 36. *serm.* 2. *n.* 20., et *oppidum Avittense* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (30).

ABIDIR. *V.* **ABADDIR.**

ÂBĬDIUS, ii, m. 2. (Abbius) nomen gentilicium. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 1451. et 9. 4798. — *Abidia*, nom. mul. *Ibid.* 5. 2187. et 3403.

ÂBĬĒNUS, i, m. 2. (Abbius) ¶ 1. In titulis, nomen virile gentilicium, et *Abiena*, nomen muliebre. *Inscr.* apud *Grut.* 1153. 6. ABIENVS EVTICHVS PATER FECIT SIBI ET ABIENÆ. ¶ 2. Apud scriptores fuit senator quidam capite damnatus, Valentiniano, Val. et Gratiano impp. *Ammian.* 28. 1. 48. *sqq.*

ÂBĬĒTUM silva. *V.* **SILVA.**

ÂBĬEZĔR, indecl. m. (Hebr. *'Abhî'ezer* « pater meus auxilium », *LXX.* Ἀβιέζερ). ¶ 1. Fuit filius Manasse et frater Helec, idem ac Jezer, decurtato nomine. *Vulg. Jud.* 6. 34., coll. *Num.* 26. 30. ¶ 2. Item filius Molechet sororis Galaad et frater Mobola. *Id.* 1. *Par.* 7. 18.; quod minime repugnat *Num. loc. cit.*, uti vult *Riehm's, Bibl. Wört.* h. v. ¶ 3. Item vir de Anathoth ex triginta fortibus exercitus David bellatoribus. *Id.* 2. *Reg.* 23. 27. ¶ 4. Item alius de Anathoth, ex duodecim, qui ministrabant regi (*David*), ut dicitur apud *eumd.* 1. *Par.* 27. 12., coll. 1. ¶ 5. Item alius, de quo *V.* **ABISUR.**

ÂBĬGAIL, indecl. f. (Hebr. *'Abhîghayil* « pater exsultans », LXX. Ἀβιγαία). ¶ 1. Fuit soror uterina David, filia Nahas et mater Amasæ. *Vulg.* 2. *Reg.* 17. 25. Cf. 1. *Par.* 2. 16-17. ¶ 2. Item uxor Nabal Carmeli, unde et *Carmelitis* dicitur, de tribu Juda, quæ, mortuo viro, nupsit Davidi, mulier speciosa ac prudentissima, ab Amalecitis rapta, sed a viro armorum vi recepta, mater Cheleab (Daniel). *Id. Jos.* 15. 55., 1. *Reg.* 25. 3.-42. et *ibid* 27. 3. et 30. 5. et 2. *Reg.* 3. 3., coll. 1. *Par.* 3. 1. — Typum ecclesiae gentilium, Christo mystice desponsatæ, vel Mariæ se Dei ancillam humillimam profitentis, interpretes in Abigail statuunt (Cf. *Renard* in *Dict. de la Bibl. Vigour. v.* 1. *p.* 40.).

ÂBĬGAUS, i, m. 2. presbyter Hispanus, ad quem exstat *Hieronymi epist. n.* 76 (al. 32).

ÂBĬGEJUS, ii, m. 2. (abigo) nomen equi velocissimi Circensis, in *Inscr.* apud *Grut.* 337. et 341.

ABIHAIEL. *V.* voc. seq.

ÂBĬHAIL, indecl. m. et f. (Hebr. *'Abhîhhayil*; sed *V.* infra) nomen virile et muliebre. ¶ 1. Abihail, nomen viri — 1.º) Fuit filius Huri et pater Michael, de tribu Gad. *Vulg.* 1. *Par.* 5. 14. — 2.º) Item pater Suriel, levita ex familia Merari. *Id. Num.* 3. 35. — In nonnullis editionib. *Vulg.* pro *Abihail* leg. *Abihaiel*: etiam in Hebr. non *'Abhîhayil* sed *'Abhîhhayil*, ut *LXX.* Ἀβιχαιλ, legend. videtur, i. e. *pater meus fortitudo* vel *fortis.* — Sunt porro qui non patrem sed matrem Suriel putaverint, at perperam (Cf. *Re, Arch.* etc. *p.* 126). — 3.º) Item pater Esther reginæ et frater Mardochæi. *Id. Esth.* 2. 15. et 9. 29. *V.* etiam **ABIHAIEL.** ¶ 2. Abihail, nomen mulieris — 1.º) Fuit uxor Abisur, filii Semei, ex tribu Juda. *Id.* 1. *Par.* 2. 29. *Hebr.* — 2.º) Item uxor Roboami et filia Eliab, fratris David. *Id.* 2. *Par.* 11. 18., coll. 1. *ibid.* 2. 13.

ÂBĬI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄβιοι) Ratione habita etymi, alii ducunt ab α privat. et βία, *violentia*, h. e. non violenti, mites, justi; hinc ab *Homer. Il.* 13. 6. dicti *justissimi* et ab *Ammian. loc.* infra *cit.* etiam *piissimi;* alii vero ab α priv. et βιός, *arcus*, ut qui arcu usi non fuerint: cf. *Strab.* 7. *p.* 215. *C.* et *Pape-Bens. Wörtb. p.* 3. — Abii, gens Scythica in Thracia, de qua *Curt.* 7. 6. 11. et *Ammian.* 23. 6. 53. — *Heyn.* in *Exc.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 146. docet vocem *Achabes*, quos Melissus vult ab *Homero* dictos Agathirsos, in Ἀβίους emendandam esse.

ÂBĪLA, æ, f. 1. (Ἀβίλη et Ἄβιλα) nomen oppidi et montis. ¶ 1. Abila, quæ fortasse et *Abel* dicta, ab Hebr. *'Ābhel*, h. e. *pratum, planities viridans*, derivatur, oppidum in Cœlesyria inter Heliopolim et Damascum, caput regionis, quæ Abilina vocata est. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 18. 16. (74)., coll. *Tab. Peuting.* ed. *Scheyb.* — Sunt tamen, qui locum *Plinii* ad aliud oppidum cognomine referant, inter Paneada et Damascum situm. *Forcell.* eam ponit in regione Decapolitana patriamque dicit Diogenis sophistæ. Cf. *Hieronym. De sit. et nom. p.* 158. et *V.* **ABELA.** — Ceterum plura oppida hoc nomine olim fuisse in Cœlesyria finitimisque regionibus ex ipsa *Abila Lysaniæ* arguitur, quæ ita ab aliis distinguebatur. — Hodie Abilæ ruinas occupat vicus *Suk wadi Barada* easque vocant Arabes *Kabr El-Nabi Abil*, i. e. sepulcrum prophetæ Abel, quod hunc credant ibi occisum atque sepultum. Cf. *Reland, Palæst. p.* 527-534. *Cellar., Geogr. Ant. l.* 3. *c.* 12. et *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 128. ¶ 2. Abila vel Abyla, nomen Punicæ fortasse originis (Cf. *Avian. Or. mar.* 345), h. e. *altus*, mons Mauretaniæ in faucibus freti Gaditani e regione Calpes, Hispaniæ montis, Ἄβιλυξ *Suidæ*, nunc *Sierra Ximiera* vel *Sierra de las Monas* ab Hispanis dicitur. *Plin. proœm. l.* 3. Proxima autem faucibus utrinque impositi montes coercent claustra Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob caussam indigenæ columnas ejus dei vocant credantque perfossas exclusa antea admisisse maria et rerum naturæ mutasse faciem. *Avian. Perieg.* 111. Maura Abila et dorso consurgit Iberica Calpe. Adde *Mel.* 1. 5. — *V.* **COLUMNA** in *Lexic.*

ÂBĪLĒNĒ, es, f. 1. quæ et *Abilina* dicitur sed minus recte, Græce Ἀβιληνή, sc. χώρα, regio parva in Cœlesyria, ab *Abila*, oppido præcipuo (de quo *Polyb.* 5. 71. 72), sic appellata et a Lysania ejus tetrarcha etiam *Abiline Lysaniæ* dicta. Memoratur *Vulg. Luc.* 3. 1. Cf. *Itin. Anton. Aug.* ed. *Parthey p.* 89. et *Tab. Peut.* 10. — Post ultimum Lysaniam, filium Ptolem. Mennæi, qui regnavit in Chalcide, nullius amplius meminit *Josephus*, quum tamen hanc tetrarchiam vocare pergat Abilenem Lysaniæ; ergo aut alius ibi dominabatur hujusce nominis, aut jamdiu hæc erat regionis denominatio, idque conjicitur ex nuper detectis Inscriptt. (*Rénan, Dynast. d. Lysan.* in *Mém. Acad. B. L.* 1870). Fortasse, mortuo Herode M., alicui ex hujus familiæ viris principatus prope Abilenem restitutus est; ceterum hoc nomen, quod est Lysanias, vel fuisse vel factum esse videtur illorum tetrarcharum commune. Porro in hac tetrarchia subsecuti sunt, Claudio imp., Agrippa I. et II. ac postremo Romani (*Jos. Ant.* 14. 7.; et *Ptolem.* 5. 18). V. *Schürer, Gesch. d. jüd. Volk I.* 600.

ÂBĪLĒNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Abilæ Lysaniæ. *Inscr.* apud *Orell. n.* 4997., unde novimus Abilenorum impendiis viam, M. Aurelio Antonino et Lucio Aurel. Vero Augg., restitutam esse, quam Julius Verus legatus Syriæ construxerat.

ÂBĪLENSIS, e, adject. ad Abilam pertinens. *Sulpic. Sev. Chron.* 2. 47.

ABILICI, ōrum, m. plur. 2. gens Hispana. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 2698.

ÂBĪLĪNA. *V.* **ABILENE.**

ÂBĪLIUS, ii, m. 2. (Abbius) ¶ 1. Fuit episcopus Alexandriæ, qui sanctitate et doctrina floruit post Anianum, Domitiano et Nerva impp. *Hieronym.* in *Chron.* Secundus Alexandrinæ ecclesiæ episcopus Abilius, qui præfuit annis tredecim. ¶ 2. In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10452. — *Abilia*, nom. mul. *Ibid.* 10453.

ÂBĪMĀĒL, indecl. m. (Hebr. *'Abhîmā'el* « pater meus Mael », *LXX.* Ἀβιμαέλ) filius Jectan filii Heber. *Vulg. Gen.* 10. 28. et 1. *Par.* 1. 22. — Ejus posteri in Arabia australi commorati sunt (*Hetzenauer, Th. Bibl. p.* 54). — De gente Arabica ab eo condita V. *Bochart, Phal.* 2. 24.

ÂBĪMĔLĔCH et Abimelec, indecl. m. (Hebr. *'Abhîmelek* « pater meus rex vel pater regis », *LXX.* Ἀβιμελέχ). — *Abimelechus* et *Abimelus, i*, decl. 2. apud *Cypr. Gall., Gen.* 20. 627., 21. 677. etc. (*Jos.* 1. 12. 1. Ἀβιμέλεχος). — Hic licenter secundam breviat, pænultimam vero et antepænultimam producit *ibid.* Hic Abimelechus cupiens consortia Sarræ. ¶ 1. Fuit rex Geraræ. *Vulg. Gen.* 20. 2. *sqq.* et 21. 22. *sqq.* — Ejus jussu rapta est Sara, uxor Abrahami; qui quidem raptus confundendus non est cum eo, cujus auctor fuit Pharao; adjuncta enim quædam utriusque narrationis diversa sunt (*Strack, Gen. p.* 76.; *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 132. *sq.*, al.); inde tamen patet Abimelech fuisse veri Dei cultorem. ¶ 2. Item alter rex Geraræ, tempore Isaaci. *Id. ibid.* 26. 1. — De raptu Rebeccæ, quem meditabatur Abimelech, non tamen jussit, ita a nuperrimis quibusdam interpretibus disseritur ut hic et duo præcedentes videantur tres variæ lectiones unius ejusdemque facti; sed rem, tribus diligentissime expensis narrationibus, exposuit *Hetzenauer, Th. Bibl. V. T. p.* 75. Cf. et *Mangenot* in *Dict. Bibl. Vigour. p.* 1. 54. ¶ 3. Item filius Gedeonis ex concubina, post patrem judex in Israel seu potius rex Sichemitarum, qui crudeliter ac tyrannice se gessit, post interemptos septuaginta fratres suos, præter Joatham; sed in obsidione Thebes oppidi fragmine molæ a femina contusus et, ipsius jussu, ab armigero suo occisus est, instar Pyrrhi (*Plutarch.* in *Vit.*), ne forte diceretur manu femineа periisse: tres autem annos regnavit. *Vulg. Jud.* 8. 31; 9. 1.-56. et 10. 1., coll. 2. *Reg.* 11. 21. ¶ 4. Item sacerdos, filius Abiathar, apud *eumd.* 1. *Par.* 18. 16., qui et Achimelech vocatur 2. *Reg.* 8. 17.; sed est error transcriptionis pro *Abimelech*, ut probant multa MSS. et Alex., Syr., Chald., Arab., coll. 2. *Reg.* 8. 17. et 1. *Par.* 24. 3., 6. et 31., ubi *Vulg.* Ahimelech. *V.* **ABIATHAR** et **ACHIMELECH.** ¶ 5. Item rex Geth in tit. *Ps.* 33. 1.; *Achis* dictus 1. *Reg.* 21. 11. V. *Dict. Bibl. Vigour. v.* 1. *p.* 58. — Nomen *Abimelech* est dignitatis apud Phœnicios, quod etiam decurtatum in *Bimelech* legitur in eorum monumentis (*Lévy, Phön. Stud.* II. *p.* 57. 107. et *Schröder, Phön. Gr. p.* 8).

ÂBĪMĔLĔCHUS et

ÂBĪMĔLUS, i, m. 2. *V.* **ABIMELECH** init.

ABINA, indecl. f. oppidum in Phœnicia, de quo *Notit. Imp. Orient. c.* 31., ubi fortasse pro *Abila.*

ÂBĪNĀDĀB, indecl. m. (Hebr. *'Abhînādhābh* « pater meus nobilis vel pater nobilitatis », *LXX.* Ἀμιναδάβ). ¶ 1. Fuit filius secundogenitus Isai et frater David. *Vulg.* 1. *Reg.* 16. 8. et 1. *Par.* 2. 13. ¶ 2. Item levita frater Eleazari, qui sanctificatus arcam Dei custodivit in Gabaa ad urbem Cariathiarim. *Id.* 1. *Reg.* 7. 1., ubi *Gabaa* non de colle in urbe Cariathiarim, sed de loco suburbano intelligendum est (*Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 139). Adde 1. *Par.* 13. 7. ¶ 3. Item filius Saulis, in prœlio Gelboe mortuus cum patre. *Id.* 1. *Reg.* 31. 2. et 1. *Par.* 9. 39. et 10. 2. ¶ 4. Item filius Addo, qui præerat in Manaim, tempore Salomonis. *Id.* 3. *Reg.* 4. 14.

ÂBĪNĪA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

ÂBĪNĪUS, ii, m. 2. (Abbius) ¶ 1. Nomen dei cujusdam in Gallia. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6772. ¶ 2. Item nomen vir. gent. *Corp. Inscr. Lat.* — *Abinia*, nom. mul. *Ibid.* 8. 1227).

ÂBINNA, æ, m. 1. mons in Africa. *Ampel.* 7., ubi alii *Abenna.* et *Solin.* 23. 13.

ÂBĪŌNĪUS, ii, m. 2. nomen dei cujusdam. *Corp. I. L.* 12. 6034. (APTÆ) DEO ABIONIO. Cf. **ABINIUS.**

ÂBĪRĀM, indecl. m. (Hebr. *'Abhîrām* « pater altitudinis vel pater meus altitudo »; *LXX.* Ἀβειρών) filius primogenitus Hiel de Bethel, de quo *Vulg.* 3. *Reg.* 16. 34. — Periit ex vaticinio *Jos.* 6. 26., coll. 2. *Reg. loc. cit.*, contra eum, qui Jericho reædificaturus fuisset, quod ausus est Hiel pater, tempore Achab; non enim sub David urbs exstabat sed tantum ejus ruinæ (2. *Reg.* 10. 5., coll. *Jos.* 18. 21). — Fortasse Abiram, non Abram, est *Aburamu* apud Assyrios (*Schrader, Keil. u. A. T.* 2. ed. *p.* 200., coll. *Hommel, Vorsemit. Kult. p.* 120).

ABIRITANUS. *V.* **ABBIRITANUS.**

ÂBĪRĪUS, ii, m. 2. et Abiria, æ, f. 1. (Abbius) nom. gent. in *Corp. Inscr. Lat.* (Altini) 5. 2188.

ÂBĪRŌN, indecl. m. idem atque Abiram, quod ad scriptionem Hebr. et Gr. et etymon attinet. — Abiron fuit filius Eliab, Phallu nepos, ex tribu Ruben, qui cum Core et Dathan contra Moysem et Aaron conjurationem fecit, ac, terra per prodigium dehiscente, periit. *Vulg. Num.* 16. 1-27., coll. *Deut.* 11. 6. et *Ps.* 105. 17. — Subitus hic terræ hiatus, coram populo exterrito Core, Dathan et Abiron deglutiens, eventus naturalis (*Eichhorn, Allgem. Bibl.* 1. *p.* 911.; *Bauer, Hebr. Mythol.* I. *p.* 302., al.) aut mythus solis occidentis (*Nork, Myth.* v. Korah), nisi ex præjudicata sententia, dici nequit.

ÂBĪSAG, indecl. f. (Hebr. *'Abhîšag* « pater erroris vel pater meus error », *LXX.* Ἀβισάγ) puella Sunamitis ex tribu Issachar, uxor Davidis pulcherrima. *Vulg.* 3. *Reg.* 1. 3. *sq.* (Cf. *A-Lap.* in *h. l.*). — Mortuo David, eam sibi uxorem ducere regni arripiendi causâ nitebatur Adonias, ob id a Salo-

mone occisus. *Id. ibid.* 2. 17. 25. (Cf. *Renard* in *Dict. Bibl. Vigour. v.* 1. *p.* 59.).

ĂBĪSĀI (Abisa, Abessa), indecl. m. (Hebr. *'Abhîsay* « pater meus donum »; at *Hieronym. nom. Hebr. p.* 37. Abisai « pater sacrificii ». *LXX.* 'Αβισαί et 'Αβεσσά), filius Sarviæ, sororis David, nepos Abigail, frater Joab et Asael, ex selectis viris fortissimis in exercitu David. *Vulg.* 1. *Reg.* 26. 6-9., 2. *Ibid.* 2. 18-24. et *alib.* sæpe. — Pater ejus dicitur *Suri* a *Jos. Antt.* 7. 1.; sed *filii Sarviæ* fortasse dicti, quia pater in eorum pueritia decesserat (Cf. *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 144).

ĂBĪSĀRA et

ĂBĪSĀRĒS, æ, m. 1. vel

ĂBĪSĀRIS, is, 3. ('Αβισάρης) regulus quidam Indiæ, tempore Alexandri M., ultra Hydaspem, Pori amicus et socius. *Curt.* 9. 1. 7. — Acc. *Abisaren* apud *eumd.* 8. 14. 1. Adde 10. 1. 20.

ĂBISTĂMĔNĒS, æ, m. 1. *vel* is, 3. vir præpositus Cappadociæ ab Alexandro M. *Curt.* 3. 4. 1.

ĂBĪSŪE, indecl. m. (Hebr. *'Abhîsû'a*, LXX. 'Αβισσουέ, 'Αβισού, h. e. « pater salutis vel pater meus salus »). ¶ 1. Fuit filius Bale, memoratus *Vulg.* 1. *Par.* 8. 3-4. — Genealogia Abisue ex Bale vel Bela non est eadem in *Par. loc. cit.*, coll. 7. 6-7. et *Gen.* 41. 21. et *alib.*; quia vox *filius* sæpe impropria significatione Hebraice usurpatur: vel quia tantum principes familiarum aut ex his præcipui memorantur: vel quia aliquando librarii errarunt. ¶ 2. Item filius Phinees, quartus Hebræorum pontifex. *Id.* 1. *Par.* 6. 4. et *alib.* — A *Jos. Antt.* 5. *c.* ult. dicitur *Abiezer*.

ĂBITĪNÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum in Africa proconsulari. *Augustin.* 7. *de Bapt.* 28. *n.* 54. De eo V. *Morcelli, Afr. Chr. T.* 1. *p.* 63. — Alii aliter flectunt vel scribunt.

ĂBITĪNENSIS, e, adject. ad Abitinas pertinens. Hinc absolute *Abitinenses*, incolæ apud *Augustin. contr. Parmen. n.* 29.

ĂBĪŪ, indecl. m. Etiam *Abiudus, i*, apud poetas, primâ syllaba producta, ut habet *Cypr. Gall.* in *Lev.* 12. Nabdus et Abiudus Aronis nota prophetæ Pignora. — Nomen est Hebr. *'Abhîhû*, ab אָבִי, *pater* vel *pater meus*, et הוּא *ille*, sc. Deus; *LXX.* 'Αβιούδ.

Abiu fuit filius Aaron, qui ob impositum turibulis ignem profanum seu sumptum aliunde quam ab altari holocausti, vel non præparatum ad ritum, una cum fratre Nadab divino igne voratus interiit sine liberis. *Vulg. Lev.* 10. 1. et *Num.* 3. 2-4. Cf. *Exod.* 6. 23. et 24. 1. *sqq.* et *alib.* — Disputant eruditi de causa pœnæ, de qua V. *Keil, Comm. über d. Buch Mos.*; *Knobel, Comm.* in *Lev. loc. cit.* et *Renard* in *Dict. Bibl. Vigour. p.* 1. 61.; sed quæ sint probabiliores, supra dixi.

ĂBĪŪD, indecl. m. Hebr. *'Abhîhûdh* « pater meus decus seu splendor »; *LXX.* 'Αβιούδ. ¶ 1. Filius Zorobabelis et proavus Christi. *Vulg. Matth.* 1. 13. ¶ 2. Item filius Bale et nepos Beniamin. *Id.* 1. *Par.* 8. 3.

ĂBĪŪDUS, i, m. 2. *V.* ABIU.

ABLAVIUS, ii, m. 2. In vett. mon. et MSS. legitur et *Ablabius*, Græce 'Αβλάβιος. — Videtur vox composita ex α priv. et βλάβη, *noxa, labes* ita ut sit *innoxius*. — Ablavius nomen virorum ad gentem Rom. pertinentium ¶ 1. Fuit vir illustris, præf. præt., dein cons. a. post Chr. 331., christianus, Constantino M. imp. carissimus, adeo ut parum abfuerit, quin ab eo socius in imperio crearetur; tamen sub Constantio, Arianorum fautore, gladio interemptus. *Inscr.* apud *Orell. n.* 3120., *Ammian.* 20. 11. 3. et *Hieronym.* in *Chron.* — Exstant *Constantini M.* ad *Ablavium* præf. præt. *epistt.*, ubi eum patrem appellat. — Item in *Cod. Theod.* plures sunt Constantini leges ad *Ablavium*, ut 13. 5. 5.; 16. 2. 6. etc. — *Sidon.* 5. *Ep.* 8. affert *Ablavii* cons. epigramma seu distichon satyricum, quod dicitur foribus palatii Constantini affixum: Saturni aurea sæcla quis requirat? Sunt hæc gemmea sed Neroniana. *Meyer* in *Anth. Lat.* ad *n.* 261. *p.* 108. hic allusum putat ad Constantinum, qui, ut Nero, filium et uxorem de medio sustulerat. ¶ 2. Item historicus laudatus a *Jornand. Get.* 4. ¶ 3. Item Ablavius Murena, præf. præt., memoratus a *Trebell. Claud.* 15. ¶ 4. Item filius fortasse Julii Rufiniani rhetoris. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 1125. V. JULIUS.

ABLIÆI, ōrum, m. plur. 2. gens Hispana, in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 2817., ubi, ex conjectura, genet. contract. *Abliæum*.

ABNĒR, indecl. m. Hebr. *'Abnêr* et *'Abhînêr* LXX. 'Αβεννήρ, unde et *Abenner*, h. e. *pater lucis* vel *lucens*). ¶ 1. Fuit filius Ner, de tribu Beniamin, dux exercitus Saulis, qui prius Isboseth, ejus filio, favit; dein ob injuriam acceptam ad partes transiit David, donec a Joab ultionis causa occisus est et a David comitante funeribus laudatus; optimus quidem miles, sed reipubl. gerundæ ineptus et ambitiosus, schisma gentis suæ servans ut ipse per se aut nomine Isboseth regnaret. *Vulg.* 1. *Reg.* 14. 50. *sq.* et 2. *ibid.* 3. 6. *sq.* V. *Palis* in *Dict. Bibl. Vig. p.* 1. 66. — Stemma familiæ ita est componendum, ut Abiel sit pater Cis, a quo Saul, et Ner, a quo Abner. *Id.* 1. *Par.* 8. 33., coll. 1. *Reg.* 14. 51. (*V.* ABIEL). Alii tamen volunt Abiel genuisse Cis, diversum a patre Saulis et Ner (Cf. 1. *Par.* 9. 35. et 8. 29); Ner autem genuisse Abner et Cis, patrem Saulis, ita ut Abner hujus patruelis esset (1. *Reg.* 14. 50). ¶ 2. Item pater Jasiel, qui fuit caput tribus Beniamin sub Davide. *Id.* 1. *Par.* 27. 21., et hunc ab altero distinguere licet.

ABNŌBA, æ, m. 1. ('Αβνοβα) In codd. corrupte scribitur *Arnoba* vel *Arbona*; sed *Abnoba* confirmatur *Inscr.* apud *Orelli n.* 1986. et *Avieni loc. cit.*, coll. *Ptolem.* 2. 11. — Abnoba ¶ 1. Est mons Germaniæ, hodie *Schwarzwald*, unde Danubium oriri docet *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (79). et *Tac. Germ.* 1. *Avien. Periag.* 437. Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobæ hiatu Flumen. — *Forcell.* ad *h. v.* adnotat: « Hinc *Abnobanum* Danubium olim dixere. Sic enim corrigit *Dacerius* illud *Pauli* ex *Fest.* Addubanum, Danubium ». Sed locus *Fest.* tam fuit vexatus ut nil certi elici possit. V. *Müll.* ad *Fest. p.* 21. ¶ 2. Fuit etiam cognomen Dianæ a monte Abnoba, ubi colebatur. *Inscr.* apud *Guattan. Monum. ined. T.* 2. *p.* 16. DIANAE (*Orell.* DEANAE) ABNOBAE. Hæc reperta est an. 1785. prope *Baden Baden* in Germania. — Etiam absolute. *Inscr.* apud *Orell. n.* 4974. ABNOBAE C. ANTONIVS SILO V. S. L. M.

ABNŌBĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ABŌBI. *V.* ABOBUS.

ĂBOBRICA, æ, f. 1. (Legitur et *Abogriga*: cf. BRIGA, et *Adobrica*) nomen Celticum oppidi inalgnis Hispaniæ Tarraconensis in Gallæcia, ubi nunc *Bajona di Gallizia. Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (112). et *Mela* 3. 1.

ĂBŌBUS, i, m. 2. 'Αβουβος (fortasse ex Chald. *'abhîbhāh* « arista ») pater Ptolemæi. *Vulg.* 1. *Mach.* 16. 11-15.; ubi *Abobi* indecl. putat cl. *De Vit.*

ĂBOCCIS, is, f. 3. oppidum Æthiopiæ supra Ægyptum ad occidentalem Nili ripam. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (181). *Sillig.* dedit *Abuncis*.

ABOCEDO, indecl. oppidum Thebaidis in Ægypto. *Notit. Dignit. Imp. Or. c.* 28. Cf. tamen *Boecking* h. 1. *p.* 334. *sq.* et *Thes. L. L.* 1. *p.* 116.

ĂBŌDĪĂCUM. *V.* ABUDIACUM.

ĂBOLA. *V.* voc. seq.

ĂBOLĀNI, ōrum, m. plur. 2. populus veteris Latii. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (69). Dictus est fortasse ab *Abola* oppido, quod incoluerit. Cf. etiam *Steph. Byz.* et *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 795., qui de *Abolla* ('Αβολλα) oppido in Sicilia locuntur, nunc *Avola*.

ĂBOLLA. *V.* voc. præc.

ABONA (Avona), indecl. fluvius Britanniæ, nunc *Avon*, apud *Anonym. Rav. p.* 437. Cf. *Holder, Alt. Sprachsch.* 1. 9. et *Hübner, PW.* 2. 2424. — Alius ejusd. nominis fluvius latere putatur sub corrupto *Antona* apud *Tac.* 12. *Ann.* 31. Cf. *Hübner l. c.*

ĂBONĪĀNUS, a, um, adject. ad Abonium pertinens. Hinc *Aboniani horti*, qui Romæ vel prope Romam fuisse videntur ex *Inscr.* apud *Orelli n.* 2386. (*C. I. L.* 6. 671). — Absolute

Abonianus, i, m. 2. cognomen in *Inscr.* apud *Momms. n.* 1208. (*C. I. L.* 9. 1268).

ĂBONĪUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. *Inscr.* apud *Maff. M. V.* 480. 2. (*C. I. L.* 5. 3120).

ĂBŎRA, æ, f. 1. ('Αβώρα) oppidum in Africa proconsulari, municipium Rom. De eo *Morcelli, Afric. Chr. T.* 1. *p.* 64. Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (29). Memorat etiam *Suid.*

ĂBŎRAS, æ, m. 1. ('Αβώρας) Varie scribitur in MSS. et edit. libris. — Aboras fluvius Mesopotamiæ per Anthemusiam in Euphratem influens, fortasse *El Khabur* v. *Chabur. Ammian.* 23. 5. 1., ubi *Abora* leg. *Gardthausen.* Cf. *Chobar* apud *Vulg. Ezech.* 1. 1. et *Chabura* apud *Plin. loc. cit.* in *h. v. V.* CHABURA.

ĂBŎRENSIS, e, adject. ad Aboram oppidum pertinens. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (29)., ubi *Sillig.* leg. *Aboriensis*.

ĂBŎRĪGĬNENSES. *V.* voc. seq.

ĂBŎRĪGĬNES et Aborigenes, um, m. plur. 3. *Gloss.* « Aborigo » sing. — *a)* Orthographia: olim *Aboriginenses* pro *Aborigines* legebatur apud *Liv. loc.* infra *cit.* — *b)* Prosodia: pænultima syllaba, modo producta est a Græcis, modo correpta, qui scripserunt 'Αβερριγῖνες, 'Αβωριγῖνες, 'Αβοριγῖνες, 'Αβωριγῖνοι et 'Αβοριγῖνας, ubi etiam litt. ο et ω promiscue usurpatas videmus. Sed ita, inquit cl. *Furlanett.* in *App.*, efferenda videtur quantitas vocalium hujus vocis, ut *loc. cit.* in ABORIGINEUS et ex veteris oraculi versu Græco, qui in *Dionys. l.* 1. et *Steph.* in h. v. legitur: Ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται. — *c)* Etymologia: Aborigines alii recte derivant a Gr. ὄρος vel potius Sabell. *boros*, i. e. mons (Cf. Βορείγονοι apud *Lycophr.* 1253. *Tim.*, i. e. « Bergbewohner », uti explicat *Zielinski, PW.* 1. 107.), quasi a montibus profecti in alias terras seu planities, uti est apud *Aurel. Vict. De orig. G. R.* 4.: alii ridicule, ut ait *Cortius* ad *Sall. Cat.* 6. 1., ab *erro*, quasi *Aberrigines*, sc. errantes, nomades, ut *Paul.* ex *Fest. p.* 16. *Lind.* et *Aurel. Vict. loc. cit.*; alii plerique ab *orior* et *origo*, ut *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 328. Indigenæ sunt inde geniti, quos vocant aborigines Latini, Græci αὐτόχθονας (Cf. *Keller, Lat. Volksetym.* 21.; *Fröhner, Philolog. XV.* 349. et *Preller, R. M. v.* 2. *p.* 319). Sic *Gloss. Lat. Gr.* Aborigenes, Αὐτόχθονοι. V. tamen *Thes. Ling. Lat.* ed. ab *A. Mai* in *Class. Auct. T.* 8. *p.* 54. et 389.

Aborigines ¶ 1. Generatim seu appellative — *a)* Sunt conditores auctoresque originis vel indigenæ, Græce γενάρχαι, πρωτόγονοι vel αὐτόχθονες: vel qui terram aliquam desertam seu incolis destitutam primi inhabitant, *gente o popolo originario. Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 22. (120). Erythia dicta est, quoniam Tyrii aborigines eorum orti Erythræo mari ferebantur. Alii tamen leg. *ab origine.* Adde *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 6. et 8. *ibid.* 328., coll. *Ammian.* 15. 9. 3. — *b)* Alio sensu videntur hoc nomine indicari, qui ab origine seu patriis sedibus profecti exteras regiones occuparunt, ut apud *Tertull. Anim.* 30. et *Fest. loc. cit.* ¶ 2. Speciatim et sæpius fuerunt Aborigines antiquissimus populus Italiæ, qui mythicus dicitur (*Cichorius, PW.* 1. 106). — Horum ager ad mare Tyrrhenum, ut habet *Cic.* 2. *Rep.* 3. 5.; qui etiam ex agro Reatino Romæ in Palatio consederunt, ut *Varro* 5. *L. L.* 8. *p.* 59. tradit. Sic *Diodor. l.* 5. refert, hos quamdam urbem habuisse Herculis tempore, quæ postea Palatium Romæ fuit. — De his alia vera, alia fabulosa narrantur et quidem sine certa temporum notitia aut ordine. *Cato* in *Origin.* et *Sall. Cat.* 6. 1. primos Italiam tenuisse quosdam, qui Aborigines appellabantur, memoriæ tradiderunt. Et *Saufej.* (V. *Peter, H. R. R. v.* 2. *p.* 8) apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 6. refert antiquissimos Latii incolas *Casços* (*Cascos*) vocatos fuisse, quos *Aborigines* posteri cognominaverunt. — Eorum mores vivide describit *Virg.* 8. *Æn.* 314. *sqq.*, ubi Saturnus dicitur in Italiam venisse nomenque indidisse *Saturniæ* illi Italiæ parti, quæ *Latium* postmodum appellata est (*V.* SATURNUS) et Aborigines (quos genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum dicit *Sall. loc. cit.*), ad humanitatem cultumque informasse. Cf. *Aurel. Vict. De orig. G. R.* 1., coll. 2. et 3. et *Macrob.* 1. *Sat.* 7. Hinc *Justin.* 43. 1. 3. « Italiæ cultores primi Aborigenes fuere, quorum rex Saturnus tantæ justitiæ fuisse dicitur ut etc. ». Sed *Tac.* 11. *Ann.* 14. « Aborigenes Arcade ab Evandro (*litteras*) didicerunt ». — Aborigenes solum vertere

coactos fuisse refert *Colum.* 1. *R. R.* 3. 6., fortasse temporibus Pici, secundi a Saturno regis, quem tamen præcesserat Janus (*V.* JANUS). *Aurel. Vict. De orig. G. R.* 4. — Pico autem regnante, videntur Siculi Italiam occupasse, Aboriginibus expulsis, teste *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 328., qui vicissim detrusi insulam Italiæ proximam tenuerunt. — Post Picum Faunus et mox Latinus, ejus filius, regnavit, sub quo, Ænea adveniente, ex Aboriginibus Trojanisque unus populus factus est nomine Latinus. *Liv.* 1. 2., ubi alii leg. *Aboriginenses.* Cf. *Justin.* et *Serv. ll. cc.* et *Hieronym.* in *Chron.* — De his *Heyne, Exc. IV.* ad *Virg.* 7. *Æn.* hæc habet: « Fuere Aborigenes ex antiquissimis veteris Italiæ habitatoribus sed post Umbros et Siculos. Quæ de eorum origine vulgo tradita legimus, ex nominis fere causais parum feliciter petita sunt: mihi vero ne id quidem liquere videtur, an antiquum eorum nomen illud fuerit *etc.* Oblituerunt post hæc Aborigines sub Latinorum nomine etc. ». Cf. etiam *Exc. V.* et *VIII.* — Aborigenes περὶ ἀνθρώπου φύσεως: sic appellatur liber *Varronis* passim laudatus a *Nonio.* — De Aboriginibus cf., ex antiquioribus, *Lycophr., Kallias, Dionys.* (de quo v. *Balbo, Stor. d'It. I. p.* 13), *Sueton. Vit.* 1., al.; ex recentioribus vero *Micali, St. degli ant. pop. ital.* (1832); *Grotefend, Zur Geogr. u. Gesch. v. Alt.* etc. (1840-42); *Schwegler, R. G.* (1853-58); *Momms. R. G.* (1888).

ĂBŎRĪGĬNEUS, a, um, adject. ad Aborigines pertinens. *Septim.* apud *Terentian.* 1900. *I.* Jane pater, Tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello. *sc.* erecto ab Aboriginibus in honorem Jani patris. *V.* voc. præc.

ĂBORTÆ. *V.* ABAORTÆ.

ĂBORTENNIUS, ii, m. 2. cognomen vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 6841. — *Abortennia*, nomen muliebre. *Inscr.* apud *Grut.* 664. 5.

ABRA, æ, f. 1. filia Hilarii ep. Pict. *Venant.* in *Vit. S. Hil.* 6. 20. et 13. 49. *V.* ABRAM et etiam ABRAHAM et HABRA.

ABRACURA. *V.* ÆRECURA.

ABRĂDĀTĒS, æ, m. 1. Varie scribitur in antiq. MSS., sed Græce est 'Αβραδάτης; videtur tamen esse nomen Parthicæ vel Persicæ originis. *V.* MITHRIDATES. — Abradates fuit rex Susiorum, Cyri socius. *Hieronym.* 1. *adv. Jovinian.* 45., coll. *Xenoph. Cyrop.* 6. 1. 3-7. et 7. 1. et 3.

ABRĀHÆUS (Abreus *Ps. Prosp. de prom.* 1. 9), a, um, adject. ex Abraham ortundus. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 3.

ABRĀHĀM, indecl. m. Hebr. *'Abhrâhâm*, Assyr. *Abhu-ram-u* vel *Abh-ram*, LXX. 'Αβραάμ. — *a)* Orthographia: scribitur etiam *Abrahamus, Abrahamus, Abraam, Abram, Abrahames, Habraha* etc. — *b)* Declinatio: *Priscian.* 5. 664. *P.* Barbara indeclinabilia in *am* et *im* terminant, ut *Abraham, Joachim.* et *mox.* Hæc nomina nulla regula Latina vel Græca sunt moderanda, nisi transferantur in aliquam declinabilem formam, quod quidam historici fecerunt. Hinc *Abrahamus* apud *eumd. ibid.* et *Abramus, i*, 2. sync. apud *Hieronym., Chron. Eus.* 16. 1. et *Cypr. Gall., Gen.* 668.: sic 'Αβραμος apud *Jos. Antt.* 1. 7. — Item (*Abraha*) *Abrahæ*, 1. apud *Vulg. Gen.* 20. 18. et *alib.* sæpe. *Prudent. Apoth.* 432. et alib., *Venant.* 9. *carm.* 2. 181., *Augustin.* 10. *Civ. D.* 8. — Hinc *Abrā, æ*, apoc. apud *Prudent. Apoth.* 441. et *Cypr. Gall., Gen.* 358. — *c)* Prosodia: duæ priores syllabæ producuntur a *Prudent. Apoth.* 383. et 609., *Paulin. Nolan. carm.* 15. 61. et 27. 218., *Venant.* 5. *carm.* 3. 81., *Mar. Vict. carm.* 3. 646.; corripiuntur vero a *Venant.* 8. *carm.* 2. 12. et 9. *ibid.* 2. 181. — Aliquando fit prima longa et secunda brevis aut contra, ut apud *Prudent. Cathem.* 12. 43. Promissum (*Rex gentium*) Abrahæ patri. Adde *Venant.* 3. *carm.* 5. 45., *Arat.* 2. *Act.* 283. et *Sidon.* 7. *Ep.* 17. — *d)* Etymologia: nomen primitivum אַבְרָם *'Abhrâm* (*'âb* « pater » et *rûm* « altus »), h. e. pater excelsus (*Gen.* 11. 26. et *Ambros. de Abr.* 1); quod postea mutatum a Deo est in אַבְרָהָם *'Abhrâhâm* « pater multitudinis » (*Gen.* 17. 5. et *Isid.* 7. *Orig.* 7. 2); hoc enim sonat vox הָמוֹן, servata in Arab. *ruhâm* « turba, multitudo », quam perperam in duas solvit *Wellhausen*, idest *râb* « multus » et *hâmôn* « populus », ultima syllabâ per apocopen extrita. Melius a *râ'âh* « vidit » etymon petit *Hieronym. De nominib. Hebr.* « Abraham pater videns multitudinem ». (Cf. *Isid. loc. cit.*). et ad *Gal.* « pater electus cum sonitu » (πατὴρ ἐκλεκτὸς ἠχοῦς *Philo*). — Inepte *Hitzig* in *Gesch. d. Volck. Isr. p.* 40. *sq.* nomen conatur ducere a Copt. *ape* « caput » et *rami* « homo » atque adeo *Abraham* conferre, quasi *Arya* vel *Hindus*, cum *Brahman*, ut Indicæ originis.

Abraham ¶ 1. Fuit filius Thare, decimus ex proavis vel patriarchis a Noe (*V.* CAINAN). *Vulg. Gen.* 11. 27. Thare genuit Abram, Nachor et Aran. *Id. Rom.* 4. 18. Abraham contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium. *Id. Eccli.* 44. 20. Abraham magnus. *Id. Gal.* 3. 9. fidelis. *Cypr. Gall., Gen.* 523. vates. *Paulin. Nolan. Ep.* 24. fidei pater. *Mar. Vict.* 3. 352. plenissimus justitiæ atque observantissimus æqui. *et ibid.* 620. magnificus. *Ambros. De Abr.* 1. 5. sanctus. *et ibid.* 4. facto sapientum dicta (ἕπου Θεόν) prævenit et secutus Deum exivit de terra sua. — Natus est a. circ. 2160. a. Chr. (*Palmer* et *Clinton* apud *Brunengo, L'Imp. di Bab. e Nin. I. p.* 254.); de quo tamen aliud alii statuunt ex diversa testium supputatione (Cf. *Tab.* apud *Hetzenauer Th. Bibl. V. T. p.* 35), in Ur Chaldæorum, hodie *Mugheir* vel *Omgheir* (Cf. *Vigouroux, La Bibl.* etc. *v.* 1. *p.* 365., 388. et 411.; *Buhl, Handw.* et *Zimmern-Güthe, Bibelw.* h. v.); quamquam aliis probabilius videtur Ur fuisse in Mesopotamia boreali, et quidem non ad occidentem Euphratis, uti vult *Vigouroux*, sed ad orientem (Cf. *Jos. Antt.* 24. 2), ubi ante Abraham habitabant Chaldæi; non igitur in Chaldæa proprie dicta seu Babylonia australi, in quam serius Chaldæi commigrassent, ut ex cuneatis inscriptt. arguunt *Delitzsch* in *Calw. Bibl. Hand.* 1885. *p.* 126. et *Schrader, Keilinschr. u. A. T.* 1883. *p.* 133. Illinc enim, non hinc exiit Abraham (*Act.* 7. 2., coll. *Jos. Antt. loc. cit.* Cf. etiam *Kiepert, Alt Geogr. p.* 154., *Van Steenkist.* in *Act.* et *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 165. *sq.*). *V.* tamen UR. — Sectatum esse idololatriam, quæ in illa terra vigebat, dein abominatum putant nonnulli (V. *Hieronym. Trad. Hebr.* in *Gen.*) innixi *Jos. loc. cit.* (coll. *Judith* 5. 6-9) et *Is.* 43. 27. At primus locus intelligendus est de avis Abrahami; secundus vero, ubi dicitur: *primus pater peccavit*, non de Abrahamo, sed collectim de majoribus populi Hebraici, qui ex Ægypto egressi in deserto diis alienis servierunt: *LXX.* vertunt οἱ πατέρες. Quin ipse Thare pater deos patrios colere noluisse videtur, sed unum Deum adorasse (*Hetzenauer, Th. Bibl. V. T. p.* 64). Hinc Deus postea dictus passim *Deus Abraham*, non ut unus ex multis et Abrahami ejusque familiæ proprius aut loci, sed, ut ait *Bergier* ad h.v., ab eo cultus, quum ceteræ gentes idololatriam sequerentur. — Vocatus a Deo cum suis a patria discessit Haran vel Charras, et, mortuo Thare, rursum Dei jussu, qui benedictionem omnium gentium per Messiam ab ipso oriturum ei promiserat, migravit in terram Chanaan ad Sichem ann. ætat. 75. (Cf. *Cahen* in *Gen.*); ubi hospes vixit, ab incolis *Hebræus*, i. e. transitor seu advena (*LXX.* περάτης), ita appellatus a transmisso fluvio Euphrate (*V.* HEBRÆUS); indeque fame coactus cum uxore Sarai abiit in Ægyptum. *Gen.* 11. 31. (coll. *Act.* 7. 4) et 12. 1-10. Fortasse id contigit, dynastia XII. regnante, a. 1921. ante Hyksos, quibus viam paraverant familiæ Asiaticæ illuc ventitantes (*Vigouroux, La Bibl.* etc. *v.* 1. *p.* 386); quod tamen fabulosum putat *Koch, D. zwanzigste Jahrund.* 1906. *p.* 328) provocans ad *Lagrange* (*Revue Bibl.* 1905. *p.* 369. *sq.*); sed perperam (V. *Hetzenauer loc. cit.*). — Reversus est in Palæstinam ad australem ejus plagam, ubi Chodorlahomor, regem Elamitarum, cum sociis de quinque regibus prælio victorem insecutus usque Lais vel Lesem, nocturno et inopinato aggressu profligavit. *Gen.* 13. 1. et 14. 1-16. (Cf. de hoc *Lenormant, Bab. Hist. anc. IV. p.* 91-97., quidquid opponant *Gunkel, Hitzig, Nöldeke* in *Gen.* et *Finzi, Ricerch. p. la St. dell'ant. Ass. p.* 204., id non veram historiam sed putum figmentum esse arbitrati, quos refellunt *Reuss* in *Gen. XV.*; *Vigouroux, La Bibl.* etc. *v.* 1. *p.* 370.; *Brunengo, L'Imp. Ass. e Bab. v.* 1. *p.* 262. Cf. etiam *Rule, Orient. Records* etc. Lond. 1877. II.). — Primus mortalium, ut ait *Origenes*, circumcisionem subiit a Deo præceptam: ita *Reuss* in *Gen.* ad *h. l.* et *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 178. et *alib.* contra *Vigouroux, loc. cit.*, qui Ægyptios circumcidendi ritum primos exercuisse censet; tum vero *Abraham* pro *Abram* divinitus ac prophetice nuncupatus est et certior factus de filio ex Sara sterili nascituro. *Gen.* 17. 1-21. — Paulo post hunc habuit filium, Isaac, quem dein ex divino præscripto sacrificare paratus erat in monte Moriah (*Ibid.* 22. 1-14); non ergo ex Hebræorum more a Chananæis aliisque gentibus recepto, ut somniant *Ewald, Altert. p.* 79. et *Dillmann, Gen. p.* 240. Porro Deus ob tantam Abrahami fidem atque obedientiam ei, ut alias, benedixit (*Ibid. cc.* 15., 17., 18., 21. et 22) pollicitus fore ut ex ejus semine nasceretur Messias et, sicut per carnem pater erat Hebræorum, qui dicti idcirco sunt *semen Abrahæ*; ita per spiritum, idest per fidem, omnium hominum credentium pater fieret. *Ibid.* 22. 1. *sqq.*, coll. *Matth.* 1. 1., *Rom.* 4. 12. et 16., *Gal.* 3. 7. et *Hebr.* 7. 6. — Obiit virtutibus meritisque insignis ann. ætat. 175. et in spelunca duplici, quæ nunc quoque visitur (*Benziger-Baedecker, Palest. p.* 135. *sq.*), nomine *Machpelah*, sita in agro, quem ab Ephron emerat (nisi tamen hoc sit nomen agri, ubi illa erat, ut putant nonnulli (*Fürst* et *Buhl* in *Handw.* et *Gesen.* in *Thes.* etc.), simul cum Sara sepultus est. *Gen.* 25. 8-9. Huc alludit *Cypr. Gall., Gen.* 726. « largitus munera cunctis Decessit gemini donatus sede sepulcri ». — Typus Christi fuit, uti monet *Paulin. Nolan. Ep.* 38. — Hinc *Abrahæ sinus* (vel *gremium* apud *Venant.* 5. *carm.* 3. 31. et *Paulin. Nolan. Paneg.* 643), per metaphoram, locus quietis pro justis ante Christum vita functis, inferno oppositus. *Vulg. Luc.* 16. 22., Græce: ἐν τοῖς κόλποις, h. e. uberibus, brachiis, ulnis (Ital. *limbo*: de quo V. *Bottagisio, Il limb. Dant.* 1898. *p.* 4). Adde *Tertullian.* 4. *contr. Marcion.* 146. et 4. *Mach.* 13. 16., ubi plenius dicitur *sinus Abraham et Isaac et Jacob.* De eo *Augustin.* 4. *Anim.* 16. *n.* 21. Est remota sedes quietis atque secreta, ubi est Abraham: et ideo Abrahæ dictus, non quod ipsius tantum sit, sed quod ipse pater multarum gentium sit positus. Adde *eumd. ep.* 164. et 9. *Confess.* 3. (Cf. 2. *Reg.* 12. 3.; *Joh.* 21. 20. et etiam *Lightfoot, Hor. Hebr.* ad *Luc.* 15. 28). Hebræi vocant *Hhêqô shel-'Abhrâhâm* « sinus Abrahami » vel *Gan 'Edhen* « hortus Eden » (Cf. ABRAMIUS). Non est tamen paradisus seu sedes cælestis, ut volunt nonnulli (V. *Schenkel, Bibellex.* h. v.), nec portus, ut alii putant (V. *Suicer., Thes. II. p.* 138); quamquam vox παράδεισος apud *Luc.* 23. 43. eum designare videtur (V. *Calmet, Comm.* in *h. l.* et *Jos. B. J.* 2. 7., quibus favent *Maldonat, Schanz, Fillion, Lamy*, aliis tamen repugnantibus, qui non de loco, ut Hebræis placet, sed de visione Dei beatifica intelligunt, ut *Cyrill. Alex., Joh. Chrys., Suarez*, vel de utroque simul, ut *Thomas, S. Th.* 3. *q.* 69. *a.* 4). De hoc erudite disputat *Mangenot* in *Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. 83-85. — *Abrahæ semen*, Hebræi, *Vulg. Ps.* 104. 6.; et, κατ' ἐξοχήν, Messias ab ejus stirpe oriturus, *Gen.* 22. 18., coll. 3. 15. Hinc *Ambros. de Abr.* 1. 85. Semen Abrahæ est Christus. — Alio sensu apud *Vulg. Hebr.* 2. 16., ubi *semen Abrahæ* non unum designat populum Hebraicum, sed omnes homines, ita dictos, quia Hebræi, ad quos est sermo, ceteris ob veri Dei cultum excelluerunt: vel potius quia Abraham per fidem omnium pater factus est. *Id. Rom.* 4. 11. — Abrahami vita enarratur *Gen. cc.* 11.-25. summisque laudibus ornatur scriptorum Ecclesiasticorum, ex quibus *Ambros. De Abr.* 1. « Magnus, inquit, plane vir Abraham et multarum virtutum clarus insignibus, quem votis suis philosophia non potuit æquare: denique minus est quod illa finxit, quam quod iste gessit majorque ambitiosæ eloquentiæ mendacio simplex veritatis fides etc. » *V.* integr. loc. — Ejus festum celebratur IX. Id. Oct. (V. *Martyrol. Usuardi, Adonis* et *Rom.*). — Plura tamen fabulosa de eo feruntur historicis admixta; siquidem alii alia ex falso traditis vel conjectis et olim et nunc commenti sunt scriptores, adeo ut Abrahamum nec personam historicam habuerint sed

mythicam vel, minimum, hoc adfirmaverint de ejus posteris usque ad Joseph, quos heroas eponymos tribuum judicat *Guthe, Gesch. d-A. T. p.* 175. *sqq.* Sic incolæ Alep volunt ita suam urbem vocatam a pietate *Ibrahim el-Khalilu'llâhi*, h. e. Abrahami amici Dei (Cf. 2. *Par.* 20. 7. et *Jac.* 2. 23), qui aliquandiu ibi moratus pauperibus istius regionis subvenerit (*Oppert, Expéd. en Mésop. t.* 1. *p.* 41-42); quin Muhamedes in *Koranon* suum *Islam*, unde *Muslin* (Musulmani), h. e. deditio seu devotio, ducit a fide ac pietate Ibrahim; Damasceni vero censent Abrahamum cum exercitu a Chaldæa profectum in sua urbe regnasse (*Nic. Damasc.* apud *Jos. Antt.* 1. 7): hinc *Justin.* 36. 4. 3. «Post Damascum Azelus, mox Adores et Abrahames (*al.* Abraham) et Israhel reges fuere. Item alii eum putant astronomiam et mathematicam calluisse, invenisse litteras Hebr., Syr., Chald. et scripta reliquisse (*Herbelot, Bibl. Orient.* h. v.; *Hottinger, Hist. Orient. p.* 49.; *Vigouroux, La Bible et les découv.* etc. *v.* 1. *p.* 431., coll. *Origen. Hom.* 95. in *Luc.*). Denique Magi Abraham cum Zoroastro confundunt eique libros *Zend, Pazend* et *Vostha* tribuunt (*Mangenot* in *Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. 82). — De monumentis Abraham respicientibus V. *Zaccherini* in *Lex. Eccl. v.* 1. *p.* 40. *sqq.* — De eo scripserunt, præter *Moysem, Hecat., Jos., Phil., Ambros., al.* ex veteribus, etiam recentiores, ut *Beer, Leben Abr.* etc. Leipzig 1859.; *Harenb.* in *Bibl. Brem.* V.; *Bolland. Oct. IX.*; *Thomkins, Stud. on the tim. of Abr.*, Lond. 1878.; *Bernstein, Kritisch. Unters. üb. d. Ursp. d. Sag. von Abr.* etc. Berlin. 1871. — Documenta commentitia de Abrahamo collegit *Fabricius, Cod. pseudepigr. V. T.* Hamb. I. *p.* 341-428. ¶ 2. Item Armeniæ professor, natus in Perside et in Galliam profugus, sanctitate et miraculis clarus, cujus epitaphium scripsit *Sidon.* 7. *Ep.* 17. ¶ 3. Item episcopus Ægyptius apud *Leon. M. ep.* 173. (al. 141).

ABRĀHĀMĪDÆ, ārum, m. plur. 1. posteri Abraham. *Ambros. ep.* 87. *n.* 37.

ABRĀHĀMĪUM (Abramium *Eugipp. exc. op. Aug.* 89), ii, n. 2. locus, ubi sepulti erant patriarchæ, ita ab Abraham dictus, in terra Chanaan versus Jordanem. *Augustin.* 1. *quæst. in Hept.* 161. et 171.

ABRĀHĀMUS. *V.* **ABRAHAM.**

ABRAM indecl. ¶ 1. Est idem qui Abraham. *V.* hanc voc. ¶ 2. Item filia Hilarii apud *Venant.* in *Vit. S. Hilar.* 6. 18., ubi tamen alii leg. *Apram.* V. **ABRA.**

ABRĀMÆUS et

ABRĀMĒUS vel Abramius (Habramius *Avell. p.* 570), a, um, adject. ad Abraham pertinens. *Paulin. Nolan. carm.* 32. 581. Aut illum gremio exceptum fovet Abramio. *h. e.* sinu Abrahami. Adde *eumd. ibid.* 24. 503.

ABRĀMĪUS. *V.* voc. præc.

ABRAN, indecl. oppidum Palæstinæ in tribu Aser. *Vulg. Jos.* 19. 28.; ubi MSS. partim habent *Ebron*, partim *Abdon* (Cf. *Kennicott, V. T. hebr. Oxf.* 1776. et *J. B. De-Rossi, Var. lect. V. T.* Parm. 1785); sed textus Masor., Thargum Jonath., omnes antiq. vers. *Ebron*; LXX. Ἐλβών, Ἀχράν. — Sunt tamen, quibus videatur esse idem quod Abdon. *V.* **ABDON** II. — Situs ejus quomodo hodie vocetur, incompertum est (V. *Saulcy, Voyag. autour de la mer Mort.* Paris 1853. *t.* 1. *p.* 53., coll. *Dict. d. Antiq. Bibl.* 1859. *p.* 31.; et *Guérin, Descript. de la Palest. t.* 1. *p.* 432).

ABRAX, indecl. nomen equi Solis apud *Hygin. fab.* 183., pro quo *Muncker* suspicatur scribendum *Labrax.*

ABRAXĀRĒS, æ, m. 1. nomen satrapæ cujusdam Persæ tempore Alexandri M. *Itin. Alex. M.* 31.

ABRAXĀS, æ, m. 1. (Ἀβράξας v. Ἀβρασάξ) Legitur etiam *Abaraxas* in *Inscr.* in *Bullett. di Corrisp. Arch. a.* 1849. *p.* 11. — Abraxas est nomen Dei a Basilide hæretico ejusque asseclis confictum, sub quo ii Mithran, *h. e.* Solem, colebant. *Gennad. Vir. ill.* 21. deum maximum *etc.* Abraxas, qui quasi annum continens juxta Græcorum nomina supputetur. — Hujus nominis litteræ secundum Græcam supputationem conficiunt numerum CCCLXV., sc. dierum totius anni. *Augustin. De hæres.* ad *Quodvult. n. IV.*, *Tertull. Præscript.* 46. et *Hieronym.* in *Abd.* 1. et *Am.* 3. Basilides omnipotentem Deum portentoso nomine appellat Abraxas. Sic et Ægyptii *Nilum* (quo nomine deus Osiris, filius Ra seu Solis, apud eos nuncupatur) characteribus symbolicis exprimunt. Adde *Prosp. Chron.* 617. — Alii tamen volunt eo numero totidem cælos vel regna spirituum, ubi divinitus evolvitur, vel processiones divinas significari; alii duas esse voces Ægyptias *abraksudschi*, i. e. sanctum nomen; alii probabilius putant fuisse gemmas quasdam seu amuleta, ubi erat insculptum nomen Yao, addita mystica effigie monstrosa, attributa divina secundum Gnosticorum doctrinam repræsentantia (*Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 189); alii denique aliter interpretantur, de quibus V. *Moreri, Gr. Dict. Hist.* etc. h. v., *Less. Eccl.* ed. Vallard. 1901. *p.* 43. *sq.* et *Dieterich, Abraxas p.* 45. — Videtur hoc nomen idem esse, quod *Abracadabra* apud *Ducange* h. v.

ABRETTĒNUS, i, m. 2. ¶ 1. Est incola Abritti. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 1971. ¶ 2. Item Mysiæ oppidi, siti inter Ancyram Phrygiæ et fluvium Rhindacum. — In plur. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (123).

ABRINCÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum seu vicus apud *Venant.* in *Vit. S. Patern. p.* 73. De Sessiaco abscessit Abrincas.

ABRINCATÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Abrincatuorum caput. *Notit. Dignit. Occid.* 36.

ABRINCATĒNI (Abrincatini), ōrum, m. plur. 2. iidem fortasse qui Abrincatui. *Notit. Dignit. Occid.* 5. et 7. — *Not. Gall.* 2. 4. Abrincates.

ABRINCATŪI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀβριγκάτουοι) populus Galliæ Celticæ seu Lugdunensis, ubi hodie *Avranches. Plin.* 4. *Hist. nat.* 18. 32. (107).

ABRITĀNUS, a, um, adject. Abritti incola. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 942. et *An. Rav. p.* 172.

ABRITTUM, i, n. 2. (*Abrittus* in *Thes. L. L.* 1. *p.* 136). Scribitur et *Abitrum, Abruttum, Abyrtum* etc. — Abrittum, oppidum Mœsiæ, ubi Decius imp. a Gothis circumventus periit. *Jornand. Get.* 18. et *Aurel. Vict. de Cæsarib.* 29., ubi vulgo *Bruti*, sed perperam.

ABRĪUS, ii, m. 2. nomen gent. (ab *aper*: cf. Umbr. *abrof*, i. *apros*). *Inscr. Rev. Arch. III. s.* 16. *p.* 32.

ABROCHĪA, æ, f. 1. (ab α priv. et βρέχω, *humefacio*, quasi non humidus, sudus, aridus) nomen mul. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 2729.

ABRŌDIÆTUS, i, m. 2. (ἀβροδίαιτος: ab ἀβρός, *mollis*, et δίαιτα, *vivendi ratio*) cognomen Parrhasii pictoris nobilissimi. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (71). Namque et cognomina usurpavit Abrodiætum se appellando; aliisque versibus principem artis et eam a se consummatam. *Sillig.* leg. *Habrodiætus.*

ABROICUS. *V.* **AGROICUS.**

ABRŌNĪUS (Apronius), ii, m. 2. nomen virile ex gente Abronia Rom. incertæ originis. *Inscr.* apud *Murat.* 2027. 1. — Hinc *Abronius Silo*, poeta Latinus tempore Augusti, discipulus Porcii Latronis, qui fabulas scripsit, apud *Senec. Suas.* 2., ubi tamen *Forcellin.* leg. *Abronus.* Cf. etiam *Anthol. Lat.* 1. 104. ed. *Mey. n.* 119., ubi *C. Abronii Silonis* versus, fragm. longioris poematis, afferuntur. — Duos fuisse *Silones*, patrem et filium, notat *Voss. de Poet. Lat.* 2. V. **SILO.**

ABRŌNUS. *V.* voc. præc.

ABROSTŌLA, æ, f. 1. (Ἀβρόστολα *Ptol.*) oppidum Phrygiæ. *Tab. Peuting.* 9. 4. *et* 415. et *Ravenn. p.* 111.

ABRŌTŌNĪUM, ii, n. 2. (ἡ Ἀβροτόνιον) deminut. ab *Abrotonum*, quod est genus herbæ sempervirentis (V. *Lexic.*), ὑποκοριστικῶς de muliere, apud *Priscian. Gramm. p.* 173. *Kr.* Inveniuntur apud Comicos feminarum quoque (*nomina*) propria, quæ in hanc terminationem (*ium*) deminutionis sive adulationis amatoriæ causa proferuntur, ut *Glycerium, Philotium, Dorcium, Sophronium, Abrotonium*, quæ, quamvis articulos habeant femininos, declinationem tamen et formam tam apud Latinos quam apud Græcos servant neutrorum. — Hæc Græce ὑποκοριστικά, Italice *vezzeggiativi* dicta, fere ex Græco derivantur et in vocativo sing. in *i* vel *um* desinunt. Cf. *Inscr.* apud *Maffei, Mus. Ver.* 293. 2. et *Grut.* 417. 4. et *Ter. Andr.* 1. 1. 106.

ABRŌTŌNUM (Habrotonum), i, n. 2. (Ἀβρότονον) oppidum Africæ in Tripolitana regione, in ora Syrtici sinus, a Græcis ita dictum pro Sabrata, hodie *Sabart* vel *Tripoli vecchio. Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (27)., quod *Neapolin* quoque, ut ex *fragm. Ephori* infert *Stephan.*, fuisse appellatam probari nequit ex utriusque discrimine apud *eumd. loc. cit.* Cf. *Tissot, Géogr. comp. de la prov. rom. d'Afr. II.* 211.

ABRŪPŌLIS (Abruporis), idis, m. 3. (Ἀβρούπολις et Ἀβρούπορις) rex quidam Thraciæ, olim Romanorum socius, sed postea a Perseo regno spoliatus, de quo *Liv.* 42. 13., 40. et 41.

ABRŪPŌRIS. *V.* voc. præc.

ABRUS. *V.* **HABRUS.**

ABRUTEJUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 975. V. *Schulze, Z. Gesch. lat. Eigennam. p.* 110. et 397.

ABRUTTUM. *V.* **ABRITTUM.**

ABRYSTUM vel Abrystrum. *V.* **APRUSTUM.**

ABSĀLŌM et Absalon, indecl. m. (Hebr. *'Abhshâlôm* et *'Abhshâlôm*, LXX. Ἀβεσσαλώμ et Ἀβεσαλώμ). — *a)* Scribitur frequenter et *Abessalom* (*n*), ut apud *Prudent. Hamart.* 564. et alib. *V.* **ABESSALOM.** — *Abisalon* habet *Ant. Plac. itin.* 10. — *b)* Declinatur interdum *Absalomus, i*, apud *Vulg.* 1. *Mach.* 11. 70. et 13. 11. Cf. Ἀβεσσάλωμος, ου. — *c)* Vox componitur ex אב *âbh* «pater» et שלום, *shâlôm* vel *shâlêm* «pax», quasi pater pacis.

Absalom ¶ 1. Fuit filius Davidis, natus in oppido Hebron ex Maacha, filia Tholmai, regis Gessur. *Vulg.* 2. *Reg.* 3. 3. — Pulcritudine omnibus excelluit (*ibid.* 14. 25) cæsarie præditus speciosissima, quam quotannis tondebat, pondere vel pretio CC. siclorum, *ibid. v.* 26.; apud *LXX.* C. vero (V. *Pelletier, Dissert.* in *Ephem. Trevol.* 1702. *p.* 176). — Fratrem Ammon, stupri ulciscendi causa in sororem Thamar et fortasse etiam cavendi, ne frater regnum sibi arrogaret, interfecit (2. *Reg.* 13. 28-29). — Conatus est modis omnibus sibi favorem populi captare, ut regno potiretur, quod et obtinuit perduellis, Absalom regem in Hebron cuncto populo salutante (*ibid.* 16. 15. *sq.*). — Apud *Vulg.* legitur Absalom *post XL.* annos, fortasse ab unctione David in regem per Samuelem, seditionem fecisse (*ibid.* 15. 7) et hanc Clementinæ lectionem tuetur *Vercellone* (*Var. Lect.* II. 382. *sq.*); sed *Thenius-Löhr* (*Sam. p.* 170) leg. *IV.* ann., *sc.* a reconciliatione. Sane connexus huic numero favet, quemadmodum et *Jos. Antt.* 7. 9. et Sixtina, plus viginti MSS. Lat., recensio Luciani, interpr. Græc., Syr., alii (Cf. *Budde, Hummelauer, Klostermann, Nowack, Winer*). — Suadente perfido Achitophel, cum universis majoribus natu Israel, parat statim insequi ac perimere fugientem David, quem amicus Chusai, simulans se ejus hostem et moram Absalomo suggerens, ex præsenti periculo liberat (2. *Reg.* 17). Inito tamen prœlio cum profugi patris copiis, impius Absalom a duce Joab devictus est ac ramis quercus vel terebinthi adhærens capite ab eo ejusque armigeris confossus sepultusque in saltu Ephraim sub saxorum acervo (*ibid.* 18). — *Manus Absalom*, titulus seu monumentum Absalomi, de quo *ibid.* 10. 18., fuit columna marmorea, filiis amissis vel nondum habitis, ab eo erecta in sui memoriam, uti refert etiam *Jos. Antt.* 7. 9., duobus stadiis ab Hierosolymis. *Hummelauer* tamen fuisse dicit lapidem sepulcri (h. l., coll. *Gen.* 35. 20); et *Gesen.* in *Thes.* cum *Nowack* in *Sam. p.* 224. censet *manum* vocari monimentum sepulcrale, quod ibi manus insculpta esset. Sunt etiam qui velint a David, non ab Absalom, hoc exstructum (*Klosterm.* et *Budde* ad *Sam.*); sed perperam, repugnante textu. — Plura de Absalom v. in 2. *Reg.* a *c.* 13. ad 20. ¶ 2. Item pater Mathathiæ et Jonathan. *Vulg.* 1. *Mach.* 11. 70. et 13. 11. *V.* tamen **ABSOLOMI.**

ABSĀLŌMĪ. *V.* **ABSOLOMI.**

ABSĀLŌMĪUS (Absalonius), ii, m. 2. martyr quidam Augustobrigæ in Hispania. *Dexter* in *Chron.* ann. 300.

ABSĀLŌMUS, i, m. 2. *V.* **ABSALOM.**

ABSĀRUM (Absarrum v. Apsarum), i, n. 2. ¶ 1. Flavius Colchidis in Pontum defluens. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 9. (25). ¶ 2. Item castellum prope fluvium cognominem. *Id. ibid.* 4. 4. (12)

et 10. 11. (29). — Cf. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1947., ubi divisim *Ab Saro* leg. *Henzen.* ¶ 3. Item insula maris Veneti. *V.* **ABSORUS.** — *NB.* Ex usu vocis apud Græcos scriptores videtur Ἄψαρος, *Absarus*, fluvius et Ἄψαρον, *Absarum*, castellum, diversi generis nomen.

ABSĀRUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

ABSENS, entis, m. 3. (absum) cognomen vir., pro quo et *Apsens* in *Inscr.* apud *De-Vit* in *Antich. Lap. del Poles. p.* 28. *n.* 20. et *Corp. I. L.* 6. 12510. et 8. 12638.

ABSENTĪUS, ii, m. 2. (absum) nomen viri, apud *Augustin. contr. Petil.* 1. *init.*, ubi alii malint legere *Alypius.*

ABSEUS, i, m. 2. gigas Terræ filius, apud *Hygin.* in *præf. fab.*

ABSIDRIS, is, f. 3. oppidum Mesopotamiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (118)., ubi alii leg. *Absitris* vel *Absithris* ex MSS.

ABSĪLÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀψίλαι) populus Colchidis prope Sebastopolim. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (15).

ABSINTHUS. *V.* **ABSYNTHUS.**

ABSITRIS. *V.* **ABSIDRIS.**

ABSŌLŌMĪ (Absalomi), indecl. m. (Hebr. *'Abhshâlômî* «pater pacis meæ», *LXX.* Ἀβεσσάλωμος) pater Mathathiæ. *Vulg.* 2. *Mach.* 11. 70. et 13. 11. — Sunt tamen qui utrobique leg. **ABSALOM.**

ABSŌRIS, is *et* idis, f. 3. *V.* **ABSORUS.**

ABSŌRĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Absoridis insulæ. *Hygin. fab.* 26., ubi alii leg. *Absyrtitani* ab *Absyrtides*, quam voc. V.

ABSŌRUS (Absoros, Apsoros), i, f. 2. *vel* Absoris, is *et* idis, 3. (Ἄψορος) insula maris Adriatici, ex Absyrtidibus, hodie *Ossero* vel *Ozora*, in sinu Flanatico. *Mela* 2. 7., ubi, ut ait *De-Vit*, perperam *Absorum* distinguit ab *Absyrtide* (V. *Cellar. l.* 2. *c.* 8). et *Hygin. fab.* 26.: fortasse nomen antiquius illud, hoc recentius. *Diehl* tamen monet eam sæpe confusam fuisse cum Absyrtide (*Thes. L. L.* 1. *p.* 185). — Hæc et insula *Minervæ* videtur appellata fuisse apud *Hygin. fab.* 28.

ABSTĒMĪA, ōrum, n. plur. 2. (abstemius) sacra quibusdam diis facta non vino sed melle aut lacte. Sic *abstemium prandium* apud *Gell.* 13. 30. 16. Cf. *Plaut. Aul.* 2. 6. 5. et *Rabir.* apud *Fulg. Planc. de prisco serm. sub fin.*, ubi ad hæc sacra fortasse alluditur. Græce Νηφάλια ἱερά dicuntur, de quibus V. *Schoemann, Ant. Gr. v.* 3. *p.* 111.

ABSTĪNENTES, ium, m. plur. 3. *V.* **ENCRATITÆ** in *Lexic.*

ABSURĪTĀNUS, a, um. *V.* **ASSURITANUS.**

ABSYNTHUS et Absinthus, i, m. 2. fluvius Thraciæ. *Avien. Descr. orb.* 955.

ABSYRTĪĀNUS et Apsyrtianus, a, um, adject. ad Absyrtum aliquem pertinens. *Inscr.* apud *Orelli n.* 2864.

ABSYRTĪDES et Apsyrtides, um, f. plur. 3. (Ἀψυρτίδες et Ἀψυρτίδαι) insulæ maris Adriatici: ita dictæ, ut olim creditum est, ab Absyrto, fratre Medeæ, ibi interempto juxta Istrorum agrum, ut docet *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (140). Cf. *Priscian. Perieg.* 515., ubi acc. plur. *Absyrtidas.* — In sing. num. *Absyrtis* apud *Mel.* 2. 7. et *Lucan.* 3. 190., ubi alii leg. *Absyrtos.* Cf. *Hygin. fab.* 23.

ABSYRTIS, idis. *V.* voc. præc.

ABSYRTITĀNI. *V.* **ABSORITANI.**

ABSYRTĪUM, ii, n. 2. oppidum, fortasse in insula Absyrtide. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (140).

ABSYRTUS (Absyrtos) et Apsyrtus, i, m. 2. (Ἄψυρτος) nomen personæ et fluvii.

I.) Est nomen personæ. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) *Absyrtus* (fortasse ab ἀποσύρω, *abstraho*), alio nomine *Ægialeus*, filius Æetæ Colchorum regis et Idyæ vel Hypseæ. *Pacuv.* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 48., coll. 26. 66. et *Justin.* 42. 3. — Hunc fabulantur a Medea sorore aufugienti cum Jasone membratim discerptum et circumquaque disjectum esse, ut sequentem se patrem in colligendis membris occupatum tardaret, ne eam fugientem assequeretur; unde locus ille dictus sit *Tomos*, h. e. dissectio, et fluvius, juxta quem id patrasset, *Absyrtus.* Cf. *Cic. Manil.* 9. 22. et *Ovid.* 3. *Trist.* 9. 6., coll. tamen et *Hygin. fab.* 23., qui aliter rem narrat, et *Avien. Descr. orb.* 655. — De hac etiam *Val. Flacc.* 5. 458. et 6. 518., *Sidon. carm.* 5. et *Mythogr. Lat.* 1. 204. *M.* — 2.°) Item medicus veterinarius, nobilis scriptor. *Veget.* 1. *Veter. præf.* 8. *Schn.* Cf. *Suid.* ad *h. v.* ¶ 2. In titulis nomen servile, ut in *figlina* apud *Alessi, Antich. di Este p.* 203. et *alib.* passim, ubi scribitur *Apsyrtus.* — Et cognom. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 6668. etc.

II.) Est nomen fluvii. ¶ 1. *Absyrtus*, fluvius in Colchide, a Medeæ fratre sic nuncupatus. *Vib. Sequ.* ed. *Oberl.*; at deest in cod. *Rev.* et *Mediol.* ¶ 2. Item fluvius, fortasse in Illyria. *Lucan.* 3. 190. *Hos.* Adriacas spumans Absyrtos in undas. *Alii leg.* Absyrtis (V. hanc voc.). Adde *Priscian. præex. rhet.* 2. 7.

ABTUGNA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

ABTUGNENSIS (Aptugnensis), e, adject. ad Abtugnam, Africæ oppidum, pertinens (de quo V. *Morcelli Afric. Chr. T.* 1. *p.* 65). *Augustin.* 3. *c. Crescon.* 69. — An *Abutucensis* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (29)?

ĀBUCCĪUS, ii, m. 2. (Abbius) nom. gentilicium. *Inscr.* apud *Orell. n.* 4544., ubi et *Abuccia.* Adde *alias* apud *Grut. p.* 240., *Momms. n.* 4108. etc.

ĀBŪDĪĀCUM et Abodiacum, i, n. 2. (Ἀβουδίακον) oppidum Vindeliciæ, haud procul a Danubio, nunc fortasse *Füssen* v. *Epfach.* Memoratur in *Tab. Peuting.* 4. — Scribitur etiam, ex sollemni litterarum permutatione, *Abuzacum* in *Itin. Ant. p.* 275. *Wess.* Cf. *Momms., Corp.* 3. *p.* 710.

ĀBŪDĪUS, ii, m. 2. nomen gentilicium, Celticæ fortasse originis (Cf. *Holder, Alt. Sprach.* 1. 11. et *Schulze, z. Gesch.* etc. *p.* 66), nisi conjungendum est cum *Abbius*, ut *Tamudius* cum *Taminius. Inscr.* apud *Orelli n.* 3093., *Vergotin. Sagg. stor. di Parenzo p.* 9. et *Corp. Inscr. Lat.* 5. 329. — A *Tac.* 6. *Ann.* 30. *Halm.* memoratur *Abudius Ruso*, ædilis. — *Abudia*, nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 216.

ĀBŪLA, æ, f. 1. *V.* **ABULENSIS.**

ABULCI et Abulgi, ōrum, m. plur. 2. populus, de quo in *Notit. Dignit. Occ. c.* 7. *n.* 47. et *c.* 25. *V.* quæ *Boecking.* adnot. *p.* 285.

ĀBŪLENSIS, e, adject. ad Abulam, oppidum in Bastitanis, pertinens, ut *Abulensis* (*Julius*) apud *Dextr.* in *Chron.* a. Chr. 94.

ĀBŪLĪTES, æ, m. 1. *et* is, 3. (Ἀβουλίτης vel Ἀβουλήτης) præfectus Susianæ regionis sub Dario. *Curt.* 5. 2. 8. et 10.

ĀBULLĪUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5028. — *Abullia*, nom. mul., apud *eumd. n.* 5062. et 5063. — Cf. *Abilius* et *Abilia* in *C. I. L.* 6. 10452. et 16718.

ĀBŪMA (Abouma). *V.* **RUMA.**

ĀBUNCIS. *V.* **ABOCCIS.**

ĀBUNDANS, antis, partic. adjectivorum more, qui abundat, epith. apud *Cypr. Gall., Gen.* 851. nomen Abundantis studuit transcribere terræ (Cf. *Vulg. Gen.* 26. 22.), ubi male legitur *Habundantis* cum aspiratione.

ĀBUNDANTĪA, æ, f. 1. (abundo) ¶ 1. Est dea, in nummis repræsentata sub figura mulieris, modo sedentis et dextera pateram effundentis, sinistra vero tenentis cornucopiæ signum; modo stantis, quæ utraque manu e cornucopia vel magnam nummorum vim effundit, apud *Eckhel D. N. V. T.* 7. *p.* 343., 418., 456. et *alib.*, ubi interdum occurrit cum genet. ut *Abundantia Augusti, Abundantia temporum* etc. ¶ 2. Item nomen muliebre in *Inscr. Chr.* apud *De Rossi* 1. 61. (a. 341). ¶ 3. Est etiam nomen loci. *Vulg. Gen.* 26. 33. Servi Isaac venerunt annuntiantes ei de puteo, quem foderant, atque dicentes: Invenimus aquam; unde appellavit eum Abundantiam. Cf. *v.* 22.

ĀBUNDANTĪUS, ii, m. 2. (abundo). In quibusd. MSS. et edit. libr. scribitur etiam *Habundantius* cum aspiratione. — Abundantius ¶ 1. Generatim est nom. chr. *Inscr.* apud *Murat.* 425. 1. et *Momms. n.* 3492. ¶ 2. Speciatim apud scriptores — 1.°) Fuit comes et magister utriusque militiæ, ad quem datæ leges in *Cod. Just.* 10. 31. 42. et *Cod. Theod.* 12. 1. 128.; et cons. a. Chr. 393. *Hieronym.* et *Cassiod.* in *Chron.* et rursum *Hieronym. ep.* 60. (al. 3.) *n.* 16. — 2.°) Item episcopus Tridentinus. *Ambros.* in *Act. Conc. Aquil.* 1. 57. et 76. — 3.°) Item presbyter moribus discinctis, de quo *Augustin. ep.* 65. (al. 236.).

ĀBUNDĪUS, ii, m. 2. nomen gent. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 1058. et 11. 4076. — Apud *Leon. M. ep.* 69. 2. Episcopi Abundius et Asterius. — *Abundus*, cogn. in *Corp. Inscr. Lat.* 12. 4894.

ABUNDUS. *V.* voc. præc.

ĀBŪRĪUS (Aburrius), ii, m. 2. Etymon ab *aburo* pro *amburo* petit *Vaillant* apud *Rasche, Lex. rei numm. T.* 1. *p.* 33., ex Sole, qui capite radiato aspicitur in nummis hujus gentis (de quibus V. *Cavedoni Mem. di Moden. T.* 15. *p.* 383. et *Cohen Descr.* etc. *p.* 1-3. et *tab.* 1. Cf. *Liv. loc. cit.*, ubi quidam, sed male, leg. *Amburius.* — Aburius ¶ 1. In titulis nomen gent. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 3728. — *Aburia*, nom. mul. *Inscr.* apud *Grut.* 959. 1. et *Murat.* 1287. 2. (V. *Corp. I. L.* 11. 872). ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) C. Aburius legatus. *Liv.* 42. 35. — 2.°) D. Aburius Bassus, consul suffectus. *Diplom.* apud *Henzen Suppl. Orell. n.* 5430. — 3.°) M. Aburius, tribunus plebis et dein prætor. *Liv.* 39. 4. et 5. et 41. 14.

ĀBURNĪUS, ii, m. 2. (Abbius) ¶ 1. In titulis nom. gentilicium. *Inscr.* apud *Grut.* 23. 4. ¶ 2. Fuit etiam *Aburnius Valens* jurisconsultus Rom. sub Antonino Pio. *Dig.* 4. 4. 33. — Ejus operum *fragm.* in *Dig.* ex libr. 7. *Action.* et 7. *Fideicomm.*

ABUSINA, æ, f. 1. oppidum Rætiæ, nunc *Abensberg*, in *Notit. Dignit. Occ. c.* 35. et *Itin. Anton. p.* 250. *Tab. Peut.* 4. Arusena.

ABŪTA, æ, f. 1. nom. mul. *Inscr. Rhen.* 1986. — Cl. *Furlanetto* derivat ab ἀβούτης, *carens bubus*, i. e. alimento, egens; et nomen barbaricum est.

ĀBŪTTĪUS, ii, m. 2. (Abbius) nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 5906. — *Abuttia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 4505.

ABUTUCÆ (Abitucæ), ārum, f. plur. 1. oppidum, ut videtur, Africæ. *Augustin. Gramm. V.* 106.

ABUTUCENSIS, e, adject. ad Abutucas pertinens. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. (29). Cf. **ABTUGNA.**

ABUZACUM. *V.* **ABUDIACUM.**

ĀBȲDĒNUS, a, um, adject. (Ἀβυδηνός) ad Abydum, Asiæ oppidum, pertinens; de origine tamen vocis v. etiam *Niebuhr, Kl. Schr. p.* 187. Memorat *Ovid. Ib.* 592. Omnis Abydena sit tibi pejor aqua. *Id* 1. *Trist.* 10. 28. Seston Abydena separat urbe fretum. Adde 19. *Heroid.* 100., *Auson. Mos.* 288. et *Stat.* 2. 87. — Hinc

Abydenus, i, m. 2. absolute, incola Abydi. *Ovid.* 18. *Heroid.* 1. Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem. *h. e.* Leander. — In plur. num. *Liv.* 31. 16. Abydeni regi portas clauserunt. et *alib.* — Eos molles et luxuriosos fuisse tradunt veteres, teste *Athen.* 12. *p.* 524. et 525., coll. 534. et 14. *p.* 641. — *NB.* Fuit etiam Abydenus historicus post Berosum, cujus meminit *Euseb.* in *Chron.* et fragmenta collegit *C. Müller, Fragm. IV. p.* 279. sqq.

ĀBȲDOS et

ĀBȲDUM. *V.* voc. seq.

ĀBȲDUS et Abydos, i, m. et f. *vel* Abydum, i, n. 2. (Ἄβυδος). — *a)* In recto *Abydos*, positione Græca, est *Ovid.* 17. *Her.* 12. et 127.; et acc. *Abydon* apud *eumd.* 18. *Her.* 30. — *Abydum* neutr. gen. habet *Ammian.* 19. 12. 5. — *b)* Penultimam syllabam licenter corripuit *Avien. Perieg.* 698. Sestus ubi atque Abydus parvo sale discernuntur. Sic etiam *Paulin. Nolan. carm.* 26. 651. Effractisque Abydis cælos penetravit opertos. At cl. *Furlanett.* leg. *abysis* pro abyssis, a extrita. — Abydus

I.) Est nomen loci. ¶ 1. Fuit oppidum Mysiæ ad Hellespontum, situm ubi nunc *Nogara*, eo ipso loco exstructum, quo vetus Abydus fuit (*Kruse* apud *Baehr.* ad *Herod.* 5. 117), non longe ab ostiis Simoentis amnis in ora Hellesponti, cui Sestos in Europa opponitur, angusto maris freto intercedente: quæ duo oppida nunc *Dardanelli* vocantur: ejus ruinæ sunt apud vicum *Aidos* vel *Avido. Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (141). Oppidum appellavimus Abydum, ubi angustiæ septem stadiorum. *Ovid.* 18. *Heroid.* 127. Vel tua me Sestos vel te mea sumat Abydos. *Id.* 19. *ibid.* 30. quæro, si quis Abydon eat. Adde *Enn. Hed.* 2. (apud *Apul. Apol.* 39), *Lucan.* 2. 674., *Val. Flacc.* 1. 285., *Mel.* 2. 2. etc. *Ostriferum* vocat *Virg.* 1. *G.* 207. — In plur. A-

vell. p. 200. et 204. Abydorum episcopus. — Milesiorum colonia fuit ann. 715. a. Chr. (*Jennings, Chron. Tabl.*). — Celebris est ob amores Heronis ac Leandri. *Ovid.* 18. *Herold.* 19. ¶ 2. Item oppidum Ægypti in Thebaide, nunc *Madfunè* (h. e. urbs sepulta), Memnonia regiâ et Osiridis templo inclitum, septem milibus passuum et quingentis in Libyam remotum a Nilo. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 11. (60). et *Ammian.* 19. 12. 3. — Ejus ruinæ sunt prope vicum *El-Berbi* vel *Berby.* — De hoc Abydo multa scripsit *Quatremère* in *Observ. sur quelq. points de la Géogr. de l'Egypt.* 1812. *p.* 18. *sqq.*

II.) In titulis cognomen virile. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 157.

ĂBȲDUS, a, um, adject. ad Abydum Ægypti pertinens. Absolute in plur. num. usurpatur pro incolis Abydi in *Notit. Dignit. Or.* c. 28.

ĂBȲLA. *V.* **ABILA.**

ABZĪRA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

ABZĪRITĀNUS, a, um, adject. ad Abziram pertinens, oppidum Africæ proconsularis (de quo V. *Morcelli Afr. Chr. T.* 1. *p.* 66), quod Abdera dicitur a *Ptolem.* 4. 3. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. (30). Oppida libera, Abziritanum, Canopitanum etc.

ABZŎÆ, ārum, m. plur. 1. populi ad sinum Scythicum ab oriente siti. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15. (38).

AC

ĀCA, æ, f. 1. nomen muliebre, originis Celticæ. *Inscr.* apud *Grut.* 718. 7.

ĂCĂCĒSIUS, ii, m. 2. (Ἀκακήσιος) cognomen Mercurii, ab Ἀκάκῳ ejus educatore, qui templum habuit in colle ejusdem nominis in Arcadia. *Pausan.* 8. 3. et 36. — *Grut.* in *Inscr.* 53. 10. DEO MERCURIO ACACESIO. Sic corrigit cl. *Furlanett.* pro *Arcesio* v. *Arcesio* (Cf. *Orell.* et *Reines.*), quasi *arceat* a malis necessaria vitæ suppeditando. *V.* **ARCESIUS.**

ĂCĂCĬUS, ii, m. 2. (Ἀκάκιος) nomen virile. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit hæreticus vel semiarianus, episcopus Cæsariensis, qui Filium Dei similem Patri tantum secundum voluntatem asserebat. *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 38., coll. *Hieronym. Ep.* 119. *n.* 6. et *Vir. ill.* 98., qui testatur hunc Acacium libros aliquot scripsisse jam deperditos; exstant tamen fragmenta apologiæ Asterii contra Marcellum Ancyr. et professio fidei semiarianæ apud *Epiph. Hær.* 72. 6. 10. et 73. 25. — 2.°) Item episcopus Constantinopolitanus, cujus exstat epistola Latina ad Simplicium pontif. scripta a. 478. ed. inter epp. Simplicii ejusd. — 3.°) Alios videsis in *Cod. Theod.* 11. 3. 2. et *Cassiod.* 10. *Hist. Trip.* 35. et 11. *ibid.* 16. — *NB.* De Acacio ep. Berœensi, cujus exstant tres epistolæ et professio fidei, v. *Bickell, Ausgewählte Gedichte* etc. Kempten, 1872.; et de Acacio Melitenensi, cujus item exstant professio fidei et homilia, v. *Migne P. Gr. LXXXVII.* 1445-1448. et *LXXVII.* 1467-1472. ¶ 2. In titulis est nomen servile aut libertinum, vel cognomen Rom. *Inscr.* apud *Grut.* 38. 10. et *alis* apud *Momms. n.* 7206.

ĂCĂDAMA, æ, f. 1. castellum in Syria. *Notit. Dignit. Orient.* c. 33. Cf. *Boechk.* ad *h. l.*

ĂCĂDĒMĒA, æ, f. 1. cognom. libert. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 22499.

ĂCĂDĒMĬA, æ, f. 1. (Ἀκαδήμια) — *a)* Orthographica: scribitur etiam *Acadimia* in *Not. Tir.* 88. 83. et *Ecademia*, ut infra. — *b)* Etymologica: origo nominis (quod ajunt comp. ex ἄκος, *medela*, et δῆμος, *populus*, quia ibi sit officina sanandi animos) est ab Academo seu Ecademo, cui erat dicata (V. *Laert. III.* 7. in *Platon.*). «Duci potest, inquit *Forcellinus*, vel ab ἑκάς et δῆμος, seorsum a populo»; enimvero Græce, præter Ἀκαδημία (*Suid.*) vel rectius Ἀκαδήμεια (*Buttmann, Ausf. gr. Sprachl. I.* 27. *sq.*, quamquam hæc aliis falsa videtur lectio apud *Theboch., Anthol. Græc. T.* 2. *p.* 767. *epigr.* 38., ut habet *Schneid.* in *Lex. Gr.*), est etiam Ἑκαδήμεια (*Steph.*, coll. *Plut. Thes.* 32), quæ videtur vox originaria, apud *Eupolin* (*Meineke, Com. Gr. II.* 437.), *Timon.* (*fr.* 7. *Wachms. v.* 2.) et *Aristoph.* (*Wolk.* 1005.); unde et *Ecademia* apud *Suid.*; sed hoc cl. *De-Vit* nimis excogitatum censet — *c)* Prosodiaca: pænultima syllaba modo longa est, modo brevis. Producitur in illo versu apud *Cic.* 1. *Divin.* 13. 22. Inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo (Cf. *Lachmann* in *Lucr.* 3. 374.). Adde *Laur. Tull.* apud *Plin. loc. infra cit.* et *Poet. Lat. min.* ed. *Wernsd. v.* 5. *p.* 1372., ubi *Meyer* in *Anthol. Lat.* 63. falso legit *Hecademeo* pro *Academiæ*. At extrita priore Græcæ diphthongi vocali, *Claudianus* corripuit in *cons. Mall. Theod.* 94. In Latium spretis Academia migrat Athenis. Adde *Sidon.* 15. 120. — Putant nonnulli pænultimâ longâ locum significare, brevi sectam. Cf. *H. Steph. Thes. Ling. Gr.* ad *h. v.* ed. *Didot.* et *Forcell.* h. v.

Academia fuit villa Platonis suburbana, ut habet *Isid.* 8. *Orig.* 6. 11.: vel potius locus Athenarum publicus, nemorosus ac templis deorum et fortium virorum monumentis insignis, mille passus ab urbe distans, ubi Plato philosophiam magnâ discipulorum frequentiâ docuit, sicque schola, Academia dicta, exorta est; quæ quamvis initium habuerit a Socrate, cui tribuitur illud: «hoc unum scio me nihil scire»; tamen ei et nomen et formam indidit Plato: unde ejus sectatores Academici vocati sunt, sicut a Stoa Stoici. — Ex *Liv.* 31. 24. novimus sitam fuisse in exteriore Ceramico ante portam dipylum (Cf. *Leake, Researches in Greec. p.* 73. *sq.*). Erat autem ex situ Academia gymnasium inferius, quum superiori gymnasio nomen esset Lyceum, quæ et inferior ambulatio et superior dicebantur. *V.* **LYCEUM.** ¶ 1. Proprie. *Cic.* 1. *Orat.* 21. 98. Magnam habeo, Crasse, huic palæstræ et Tusculano tuo gratiam et longe Academiæ ac Lyceo tuum hoc suburbanum gymnasium anteponam. *Liv.* 31. 24. Academiæ gymnasium. Adde *Cic.* 5. *Tusc.* 32. 91. et 1. *Nat. D.* 26. 72., *Val. Max.* 4. 3. *ext.* 3., *Senec. Benef.* 6. 11., *al.* — In plur. *Tertullian. Testim.* 1. et 6. Academiis et porticibus Atticis. ¶ 2. Per metonymiam ponitur pro philosophia Academica et secta philosophorum. *Cic.* 1. *Orat.* 10. 43. Instaret Academia, quæ quidquid dixisses, id teipsum scire negaret. *Id. ibid.* 18. 84. Hic erat mos patrius Academiæ adversari semper omnibus in disputando. *Id.* 2. *Divin.* 72. 150. Academiæ proprium est judicium suum nullum interponere, quid in quamque sententiam dici possit, exponere. Adde 2. *Fin.* 1. 2. *Id.* 2. *Tusc.* 3. 9. Peripateticorum Academiæque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes disserendi. — In plur. *Rhet. min. p.* 598. 36. Academiæ tres. — Varia porro est sectarum Academicorum divisio, Nam *Laertius* tres nominat, veterem, mediam, novam: veteris Platonem, mediæ Arcesilam, novæ Lacydem auctorem et principem appellat (Cf. *Censorin. de die Nat.* 15). *Sext. Empir.* quinque enumerat: primæ auctorem facit Platonem, secundæ Arcesilam, tertiæ Carneadem, quartæ Philonem et Charmidem, quintæ Antiochum. *Cicero* duas tantum agnoscit, veterem primam, novam alteram appellans (et adulescentiorem 9. *Fam.* 8): in veteri floruisse scribit Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, Parmenidem, Xenophanem, Socratem, Platonem, Speusippum, Xenocratem, Polemonem, Cratetem, Crantorem: in nova Arcesilam, qui negabat esse quidquam, quod sciri posset; post eum Lacydem, Evandrum, Egesimum, Carneadem, Clitomachum et Philonem, qui, Arcesilam secuti, contra omnium sententias disputabant, in quo modestiores fuerant veteris Academiæ philosophi. V. *eumd.* 1. et 2. *Acad.*, ubi de utriusque Academiæ placitis et philosophia disserit. et *Manut.* in *comm.* ad *Cic.* 9. *Fam.* Adde *Arnob.* 2. *p.* 48. — Philo tamen negavit duas Academias esse, erroremque eorum, qui ita putarunt, coarguit; sed contra hanc opinionem Philonis discipulus Antiochus scripsit. *Cic.* 1. *Acad. post.* 4. 13. et 17. — Recentiores *Laertium* secuti in triplicem Academiam admittendam fere consentiunt, sc. *veterem, mediam* et *novam*: veterem (a. 339-280), quæ doctrinam Platonis purissimam servavit, moderatore Speusippo, ejus nepote, unde et Heraclitus, qui quotidianam terræ rotationem docuit: mediam (a. 270-170) ab Arcesila conditam, qui aliquid sciri vel adfirmari posse negabat incertaque esse omnia ajebat animadvertens Socratem quoque et Platonem in utramque partem disputasse et nihil adfirmasse; ex quo Cicero nullum putat discrimen esse inter veterem novamque Academiam: hinc subsecuti Lacydes aliique et præcipue Carneades Cyrenæus, qui novam (a. 160-180) instituit docebatque vel ipsam ignorantiam rerum a nobis ignorari, scepticorum doctrinam instaurans, quam in sophistis oppugnaverat Plato (*Credaro, Lo scetticismo degli Accad.* 1893). Quo quidem et principium Socratis negabat et ab Arcesilao discedebat; unde *Cic.* 2. *Acad. pr.* 21. 67. Nulli rei assentiendum: hanc conclusionem (*Carneades*) probat. — Attamen probabilitatem quamdam (τὸ εὔλογον) agnoscens a Pyrrhonicorum excessu cavere studuit. Hinc idem *Cic.* 2. *ibid.* 21. 67. Carneades nonnunquam secundum illud dabat: assentiri aliquando etc. — Eam deinde ex Græcia alio migrantem Philo ejusque discipulus Antiochus Ascalonita professi sunt; unde *Cic.* 1. *Nat. D.* 5. 11. «Quam (inquit) nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo». Hanc tamen sequi se profitetur 2. *ibid.* 3. 8. «Neque inter nos et eos, qui se scire arbitrantur, quidquam interest, nisi quod illi non dubitant, quin ea vera sint quæ defendunt: nos probabilia multa habemus» (Cf. *Balmes, Conti, Turner, Zeller*, al.). ¶ 3. Item pro academicis libris, ut videtur, apud *Cic.* 13. *Att.* 13. Totam Academiam *etc.* ex duobus libris contuli in quattuor. V. *Academica.* ¶ 4. Item, similitudinis causa, dicta fuit etiam villa Ciceronis, ab Averno lacu Puteolos tendentibus imposita litori, celebrata porticu et nemore, quam ille *Academiam* vocabat exemplo Athenarum, ubi composuit libros, qui *Academici* inscribuntur. De hoc *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 3. (6). — Etiam in Tusculano suam *Cic.* habuisse Academiam apparet ex 2. *Tusc.* 3. 9. et 3. *ibid.* 3. 6. — De Academia V. *Natorp, PW.* 1. 1132. *sqq.*

ĂCĂDĒMĬCĒ, es, f. 1. ad libros, quos de Academia scripsit *Cicero*, pertinens; adjectivorum enim more sed Græca positione usurpavit 13. *Att.* 16., coll. 12. «Illam Academicen σύνταξιν totam ad Varronem traduximus». Alii tamen leg. *Academicam*; alii vero plerique Græce legend. putant. Cf. *Orelli* ad 16. *Att.* 12. et 16.

ĂCĂDĒMĬCI, ōrum. *V.* voc. seq.

ĂCĂDĒMĬCUS, a, um, adject. ad Academiam pertinens, qua disciplinam significat. *Cic.* 13. *Att.* 19. Academica quæstio. *Apul. Florid.* 15. *fin.* meditatio. *Lactant. Just.* 11. 2. disciplina. et *ibid.* 5. 14. secta. *Fulg. Virg. cont. p.* 103. 3. *H.* Academicum quidpiam ais. — Hinc absolute

Academica, ōrum, n. plur. 2. Libri ita inscripti, *Cicer.*, opus initio in duos libros divisum, quorum primus inscriptus erat *Catulus*, secundus vero *Lucullus*; dein in quattuor libros refectum: sed primæ editionis (*Academica priora*) tantum superfuit secundus (*Lucullus*), alterius vero (*Academica posteriora*) primus tantummodo (*Catulus*) et aliqua fragmenta ætatem tulerunt. *Cic.* 13. *Att.* 13. Ex duobus libris (*Academicorum*) contuli in quattuor. Grandiores sunt omnino, quam erant illi, sed tamen multa detracta. — De his cf. *Ranitz, Comm. de libr. Acad.* Lips. 1809., *Brandis* in *Rhein. Mus. III. p.* 543. *sq.*; *Drumann VI. p.* 326-330. et *Engstland, De libr. Cic. Acad.* Upsal. 1860.

Academici, ōrum, m. plur. 2. dicti sunt discipuli Platonis iique omnes, qui philosophiam Academiæ seu veteris seu novæ profitebantur. — *a)* Fere in plur. num. *Cic.* 3. *Orat.* 28. 109. Ex particula parva urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Græcis politici philosophi appellati. *Id.* 1. *Off.* 1. 2. Academici et Peripatetici utrique Socratici et Platonici esse volunt. *Id.* 1. *Acad. post.* 4. 17. Academici et Peripatetici rebus congruentes nominibus differebant. *Id.* 2. *ibid.* 43. 132. Inter eos (*Academicos*) et Stoicos est non de terminis sed de tota possessione contentio. *Id.* 3. *Off.* 4. 20. Academici veteres et Peripatetici quondam iidem erant. *Id.* 2. *Acad. pr.* 9. 29. Academici id habent decretum (δόγμα) nihil posse percipi. *Id.* 1. *Nat. D.* 1. 1. Academici prudenter a rebus incertis assensionem cohibuerunt. *et fragm. Cic.* apud *Orell. p.* 471. Academicis mos fuit occultandi sententiam

suam. Adde *Tac. Dial. de Or.* 31., *Quintil.* 12. 1. 35. etc. — Scripsit *Augustin.* libros tres *contra Academicos* Cassiciaci, præclarum opus et Ciceronianis merito multis ex nominibus æquiparandum (V. *Orell. Onom. Tull. p.* 4. et cf. *A. Conti, Stor. d. Filos. v.* 1. *p.* 315. contr. *Mallet, Hist. d. école* etc.). — *b)* In sing. num. *Augustin.* 3. *contr. Acad.* 4. *n.* 9. Academicus sapiens. Adde *eumd.* 19. *Civ. D.* 3., *Cic.* 2. *Acad. pr.* 4. 11. et *Senec. ep.* 88.

ĂCĂDĒMUS, i, m. 2. (Ἀκάδημος) Alii scripsere *Ecademus*, unde *Ecademia*, ut *Plutarch.* in *Cim.* et *Suid.* in v. Ἑκαδημία. *V.* **ACADEMIA** — Academus fuit civis Atheniensis vel heros, quem nonnulli eumdem atque Cadmum fuisse putant, a quo Academia nomen habuerit. — Hic primus Castori et Polluci Helenam a Theseo raptam et Aphidnis occultatam indicasse dicitur, magno ob id in honore a Lacedæmoniis habitus (*Talbot, Mythol. gr. et lat.* Paris 1890. *p.* 364). — Ejus villa fuisse fertur mille passus ab Athenis distans, in qua postea Plato docuit quamque Academiam appellavit. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 45. Atque inter silvas Academi quærere verum. Cf. *Eupolid.* apud *Laert.* 3. 7. Ἐν εὐσκίοις δρόμοισι Ἀκαδήμου θεοῦ. Idem *Laert.* refert hos versus: ab ore (*Platonis*) melos manabat, quale Academi Arbustis lepida modulantur voce cicadæ. *V.* **PLATO.** — Eam historici referunt fontibus aquarum et arboribus ornatam a Cimone fuisse; dein columnis, statuis, epitaphiis clarorum virorum ac templis locupletatam: a Lacedæmoniorum copiis cetera vastantibus nunquam læsam, non autem a Romanis, qui per Syllam infestis armis hunc scientiarum asylum violarunt. Cf. *Plutarch.* in *Thes.*, *Syll.*, *Cimon.*; *Laert.* in *vit. Plat.* et *Pausan.* in *Atticis.*

ACADĒRA, ōrum, n. plur. 2. oppidum in India, apud *Curt.* 8. 10. 19. — In MSS. scribitur *Acadira*, *Adeca* etc.: fortasse est quæ *Arrian. Exped.* 4. 23. vocat Ἄνδακα, et quod *Auct. Itin. Alex. M.* 105. *Argacum*, ut *Mai* ad *h. l.* putat.

ACADĪUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 5070.

ĂCĂLANDER et

ĂCĂLANDRUS, i, m. 2. (Ἀκάλανδρος) fluvius Italiæ inferioris in Lucania, Rosetum oppidum alluens, qui in sinum Tarentinum influit, hodie *Salandra* v. *Salandrella* v. *fiume di Roseto.* Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 15. (97). Cf. *Strab.* ad *h. v.*

ĂCĂMANTIS, idis, f. 3. (Ἀκαμαντίς) ad Acamantem aliquem pertinens. — Absolute ¶ 1. Fuit ita dicta filia Danai, quæ Echominum interfecit. *Hygin. fab.* 170., ubi *Achamantis* cum aspiratione scribitur. ¶ 2. Item insula Cyprus apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (129), ubi ait *Philonidem* eam antea *Acamantida* dictam tradidisse.

ĂCĂMĀS, antis, m. 3. (Ἀκάμας: ab α priv. et κάμνω, *laboro*) Acc. *Acamanta*, Græca positione, apud *Stat.* 3. *Theb.* 173. et 7. *ibid.* 589., *Plin.* et *Mythogr. loc. cit.* — Acamas

I.) Est nomen personæ. ¶ 1. Fuit ita vocatus filius Thesei ex Phædra. *Virg.* 2. *Æn.* 262. et *Hygin. fab.* 108. ¶ 2. Item minister Vulcani apud *Val. Flacc.* 1. 583. ¶ 3. Item socius Priami, ex Thracia, apud *Dares.* 18. et *Dict. Cret.* 2. 35. et 3. 4. ¶ 4. Item filius Antenoris, apud *Mythogr.* 1. *fab.* 204. *fin.* Cf. *Homer. Il.* 2. 823. et *alib.* sæpe. ¶ 5. Alios memorat *Stat. loc. supra cit.*

II.) Est etiam nomen promontorii in insula Cypro ad occid., hodie *Hagios Epiphanios* vel vulgo *S. Pifano.* *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 25. (129).

ACAMATHA. *V.* **ACAVATHA.**

ACAMPSIS, is, m. 3. (Ἄκαμψις) fluvius Colchidis e Caucaso in Pontum Euxinum decurrens inter Phasidem et Trapezuntem. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (12). *Alii leg.* Acampseon. — *Anonym. Rav. p.* 78. habet *Acapsis.*

ACĂN, indecl. m. Hebr. *'Aqân* «intortio», *LXX.* Ἰωυκάμ. Scribitur et *Achan*, sed minus recte. — Acan fuit filius Eser, ex posteris Esau (Cf. *Smith., Dict. Bibl.* h. v.). *Vulg. Gen.* 36. 27. At verius ex filiis Seir Horræi (Cf. 1. *Par.* 1. 39., ubi *v.* 42. idem *Jacan* dicitur). Fortasse hujus posteri regionem incoluerunt, quæ *Benejaacan* vocatur *Vulg. Num.* 33. 31. et *Beroth filiorum Jacan* apud *eumd. Deut.* 10. 6., et fuit statio filiorum Israel in deserto.

ĂCANĪUS (Akanius), ii, m. 2. nom. gent. *Inscr.* apud *Orelli n.* 4016. (*C. I. L.* 6. 2201). — *Acania*, nomen muliebre, in *alis* in *Bull. dell' Ist. di Corr. Arch.* a. 1857. *p.* 65. (*C. I. L.* 6. 2201).

ĂCANTHĬO, ōnis, m. 3. (Ἀκανθίων) servus quidam Atheniensis. *Plaut. Merc.* 112. *ad fin.* et 132. — Apud *eumd. ibid.* 149. in synalœphe.

ĂCANTHIS, idis, f. 3. Ἀκανθίς ¶ 1. Fuit nomen lenæ maleficæ, de qua *Propert.* 4. 5. 61. Cf. *Calpurn. Ecl.* 6. 76., ubi acc. *Acanthida.* ¶ 2. Item cognomen muliebre in *Inscr.* apud *Murat.* 1192. 5., ubi *Grut.* leg. *Achantis* cum aspiratione in pænultima syllaba.

ĂCANTHĬUS, a, um, adject. ad Achantum, Macedoniæ oppidum, pertinens. Hinc *Acanthius sal* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 41. (85).

ĂCANTHO (Acanto), us, f. 4. nomen Nymphæ, quæ heroicis temporibus Solem quartum Rhodi peperisse dicitur. *Cic.* 3. *Nat. D.* 21. 54. et *Arnob.* 4. *p.* 135. Cf. *Crusius* in *PW.* 1. 1147.

ĂCANTHON, i, n. 2. mons in Ætolia. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (6).

ĂCANTHOS et

ĂCANTHUS, i, 2. Ἄκανθος (ἄκανθος, *spina*).

I.) Masc., nom. servile et cogn. libertinum haud frequens. *Inscr.* apud *Murat.* 951. 10. et *alib.*, ubi et *Acantus* sine aspiratione scribitur. Adde *Corp. I. L.* 6. 4140.

II.) Fem., nom. loci ¶ 1. Fuit oppidum Macedoniæ in Chalcide peninsula, qua est angustissima, ad mare, nunc *Cherissa*, *Hierisos* vel *Erisso* vulgo. *Liv.* 31. 45., *Mela* 2. 2. 9., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (38). et *Hieronym.* in *Chron.* ¶ 2. Item oppidum Cariæ in peninsula, quod est *Dulopolis*, apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 29. (104). ¶ 3. Item insula in Propontide. *Id. ibid.* 32. 44. (151).

ĂCĂPŎMĔNĒ. *V.* **AGAPOMENE.**

ACAR. *V.* **ACHAN.**

ACARAGANTES, um, m. plur. 3. In MSS. legitur etiam *Arcaragantes*, *Acaraganes* etc. — Acaragantes nomen populi Sarmatici apud *Hieronym.* in *Chron.*

ACARASSĒI, ōrum, m. plur. 2. oppidum Lyciæ, Gr. Ἀκαρασσός, sec. *Steph. Byz.* Memorat *Leo M. ep.* 98. 4. Nicolaus episcopus Acarasseorum. *nisi velis esse incolas* Acarassi.

ĂCARNĀN, ānis, adject. (Ἀκαρνάν) Acc. *Acarnana* est *Liv. loc. cit.* — Vox ab *Acarnane* derivatur, gentis conditore, filio Alcmæonis et nepote Achelii ex Callirhoe filia, qui cum fratre Amphotero in Epirum transiit et Acarnaniæ, quæ antea Curetis appellabatur, nomen indidit (Cf. *Ovid.* 9. *Met.* 414., coll. *Pausan.* 8. 24. et *Thucid.* 2. 102). — Acarnan est idem quod Acarnanicus, qui est ex Acarnania. *Virg.* 5. *Æn.* 298., *Sil. It.* 3. 42., *Curt.* 3. 6. 1. et *Liv.* 37. 45. — Hinc absolute

Acarnan, anis, m. 3. ¶ 1. Est incola Acarnaniæ. — *a)* In sing. num. collective pro plur. *Sil. It.* 14. 288. hosti dextras jungebat Acarnan. Adde *Stat.* 1. *Achill.* 418. et 7. *Theb.* 417. — *b)* In plur. num. *Acarnanes* (etiam *Acernanes* in *Cod. Jul. Val.* ed. *Mai.*), cujus genet. *Acarnanum* apud *Ovid.* 8. *Met.* 568. et acc. *Acarnanas* apud *Liv.* 31. 14. Memorant *Ovid. loc. cit.*, *Liv.* 26. 25. et *alib.*, *Justin.* 28. 1. 6., *Jul. Val.* 1. *Gest. Alex. M.* 2. et 3., *al.* — Acarnanes mollitiei et lasciviæ apud veteres notati leguntur apud *Lucian.* in meretriciis; unde proverb. apud *Eosd.* Procellus Acarnanius, in lascivos. V. *Baudrand, N. Lex. geogr.* h. v. — De his plura apud *Liv.* 31. 33. et 36., *Macrob.* 1. *Sat.* 11. et *Censorin. De die nat.* 19. ¶ 2. Item nomen montis. *V.* **ACHARNEUS.** ¶ 3. De nomine viri. *V.* initio.

ĂCARNĀNĬA, æ, f. 1. (Ἀκαρνανία) regio Græciæ liberæ versus occidentem inter Ætoliam, a qua Acheloo fluvio dividebatur, et Epirum posita, ut ait *Liv.* 33. 17., quæ antea Curetis vocabatur, teste *Plin.* 4. *Hist. nat. init.*, et aliquando partem Epiri constituebat, monente *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 298. Memoratur a *Cæs.* 2. *B. C.* 55.; *Cic. Pis.* 40. 96., *Mela* 2. 3., *al.*, vulgo *Carnia.*

ĂCARNĀNĬCUS, a, um, adject., ad Acarnaniam pertinens. *Liv.* 26. 25. *sub fin.* Fama conjurationis Acarnanicæ.

ĂCARNĀNĬUS, a, um, adject. idem quod Acarnanicus. Hinc absolute *Acarnanii*, incolæ Acarnaniæ. *Vib. Seq. p.* 157. *R.* et *Isid.* 9. *Orig.* 2. 4., qui *Hieronym.* secutus eam Curetis confundit.

ĂCARNĀNUS. *V.* **ACHARNANUS.**

ĂCARNĒ. *V.* **ACHARNE.**

ACASCOMARCI. *V.* **ASCOMARCI.**

ĂCASTĒ. *V.* **ACESTE.**

ĂCASTUS, i, m. 2. (Ἄκαστος, fortasse ab ἀκάζω, *acuo*, quasi acie seu mucrone instructus) nomen viri. — Acastus

I.) Apud scriptores ¶ 1. Fuit filius Peliæ, regis Thessaliæ, ex Anaxibia, Biantis filia, nepos Neptuni ex formosa Tyro, frater Alcestidis uxoris Admeti. — Inter Argonautas ponitur a *Val. Flacc.* 1. 163. et *alib.* et *Hygin. fab.* 14. et 24. — Venatoribus Apri Calydonii simul cum Meleagro accensetur *Ovid.* 8. *Met.* 306., *insignis jaculo* dictus. — Ab hac expeditione redux fertur uxorem Hippolytem duxisse, quæ et Cretheis nuncupata est et ex qua suscepit Laodamiam, ut apud *eumd.* 13. *Her.* 25. At *Burmann* dubitat, utrum hic Acastus idem sit, de quo loquimur, an alius. — Jolci et Magnesiæ rex traditur a *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (205)., ubi eum dicit ludos funebres instituisse. — De eo videsis alia apud *Hygin. fab.* 14., 103. et 278. et *Senec. Med.* 415., 521. et 526., coll. *Pausan.* 3. 18. et 5. 15. Cf. etiam *Talbot, Mith. gr. et rom. p.* 314. *sq.* cum adnot. ¶ 2. Item secundus archon Athenarum. *Hieronym.* in *Chron.* ¶ 3. Item Ciceronis servus. *Cic.* 14. *Fam.* 5. et 16. *ibid.* 5. et 6. et 6. *Att.* 9. etc.

II.) In titulis est nomen et cognomen vir. ¶ 1. Est nomen servile vel libertinum in *Inscr.* apud *Murat.* 925. 6. et *Momms. n.* 986. ¶ 2. Et cognomen in *alis* apud *Fabrett. p.* 219. *n.* 575. — *NB.* Servi et liberti hujus nominis præcipue sunt Romani et Aquilejenses.

ĂCĂTĂLEPTOS, i, m. 2. (Ἀκατάληπτος: ab α priv. et obs. λήβω, unde λαμβάνω, *capio*, h. e. qui comprehendi vel capi nequit) Æon Valentinianorum. *Tertull. adv. Valent.* 35.

ĂCĂTANCHUS, i, m. 2. (ab α priv. et κατάγχω *suffoco*, h. e. non suffocatus) cognomen in *Inscr.* apud *Rosin. Diss. Isag. tab.* 15. *col.* 3. *fin.* (?)

ĂCĂTĒMĔRIS. *V.* **AGATHEMERIS.**

ĂCĂTHO. *V.* **AGATHO.**

ĂCĂTĬUS, ii, m. 2. vir quidam, clausis oculis natus, de quo *Augustin.* 3. *Op. imperf. contr. Julian.* 162. et *Sulp. Sev. Chron.* 2. 88., nisi ubique legend. sit *Acacius.*

ACATOCLES. *V.* **AGATHOCLES.**

ACATUCCI, indecl. oppidum Hispaniæ. *Itin. Ant. p.* 402. Alii leg. *Accatucci.* Cf. *Dext.* in *Chron.*

ACATZIRI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀκάτζιροι) gens Sarmatiæ fortissima, frugum ignara, quæ pecoribus et venatione victitat, ut ait *Jornand. Get.* 5. *Ravenn. p.* 168. Agaziri.

ĂCAULA, æ, f. 1. (ἄκαυλος, *sine caule*) cognomen mul. in *Inscr.* apud *Mai. N. Coll. T.* 5. *p.* 417. 8.; at *Murat.* 1819. 4. habet *Acaula.*

ĂCAUNENSIS. *V.* **AGAUNENSIS.**

ĂCAUNUS, i, m. 2. locus Nantuatium, 60. ferme mill. a Genevensi oppido, nunc *Saint-Maurice.* Cf. *Momms. Corp. Inscr. Lat.* 12. *p.* 24.; *Holder. Altcelt. Sprachsch.* 1. *p.* 13.; *Krusch. Mon. Germ. Merov.* 3. *p.* 20. *n.* 1. *V.* **AGAUNUS.**

ACAVIA. *V.* **ACAULA.**

ACBĂRUS. *V.* **ABGARUS.**

ACBATANA. *V.* **ECBATANA.**

ACCA, æ, f. 1. (Ἄκκα Lid.) Ratione habita etymi, videtur vox pueri balbutientis et significare *matrem*: cf. Gr. Ἀκκώ, nomen Cereris, quæ mater frugum est (*Kretschmer, Einl. in d. Gesch. d. gr. Spr. p.* 351), et Skr. *akka*, mater (*Böhtl. u. Roth., Sansk. Wört. I.* 12.). — Acca

I.) Apud scriptores ¶ 1. Fuit sodalis Camillæ, Volscorum reginæ. *Virg.* 11. *Æn.* 820. *sqq.* ¶ 2. Item mulier apud *Sil. It.* 9. 117., præcedentis instar efficta. ¶ 3. Item alia pariter fictitia apud *Macrob.* 2. *Sat.* 14. ¶ 4. Item soror Galli, qui propinquus erat Propertii poetæ. *Propert.* 1. 26. 6. ¶ 5. Item *Acca-Larentia* seu Larentina, uxor Faustuli, quæ Romulum et Remum lactavit et aluit. *Gell.* 6. 7. et fuse *Macrob.* 1. *Sat.* 10. De ea V. *Preller, R. M. v.* 1. *p.* 82. et 387. ed. 2.ª *Jord.* 1881. —

Absolute Larentia (al. Laurentia) vocata, apud Ovid. 3. Fast. 55. Non ego te, tantæ nutrix Larentia gentis etc. — Hoc Müller, Etrusk., Bd. 2. p. 103. sq. putat esse nomen originis Etruscæ, quasi Larentia sit mater Larium. V. LARENTIA. — Lupa dicta est, quod nobile scortum fuerit; tales enim nuncupabantur lupæ ob avaritiam, cujus causa pudicitiam prostituerent, et cellæ, ubi habitabant, lupanaria, teste Aur. Vict. De orig. gent. Rom. 20. et 21., coll. Liv. 1. 4. — In hujus Accæ honorem Romani, testamento ejus ditati, Larentalia seu Laurentalia vel Accalia publice quotannis X. Kal. Jan. in Velabro celebrarunt. Varro 6. L. L. 23. Müll., Gell. et Macrob. locc. citt. Neque tamen inter deas collocanda est (Minuc. Oct. 25). Qua de re V. Noris. Cenotaph. Pis. Diss. 3. c. 5. — Fortasse hujus Accæ caput est in nummo gentis Accolejæ. V. Cavedoni, App. 34. — De ea v. etiam Plin. 18. Hist. nat. 2. 2. (6). et Mythogr. 1. fab. 30. Cf. Orell. Inscr. lat. V. 2. p. 410. et Bährens, Jahrb. f. Phil. CCXXXI. 1885. ¶ 6. Acca Tarratia vel Tarruntia vel Tarutia, mulier formosa, quæ se prostituendo ingentem auri vim cumulavit legavitque populo Rom.; quapropter ei quotannis IV. Kal. Maj. sacrificare solebant. Varro loc. cit. — Hæc eadem ac Flora a nonnullis existimata est. Id. loc. cit. Adde Gell. loc. cit. et Scalig. in Conject. — V. tamen Fagginium Kal. Verr. Flacc. p. 82., ubi probat, Accam hanc fuisse eamdem ac Larentiam, a Tarucio marito sic appellatam. Cfr. et Macrob. loc. cit. — NB. De Acca alia ab Hercule adamata mentionem facit ex Græcis Plutarch. in Quæst., ut adnot. Domit. ad Stat. 2. Theb. 100., ubi de Acca Romuli sermo est.

II.) In titulis cognomen muliebre. Corp. Inscr. Lat. 2. 2808. et 6. 5189. Cf. ACCÆUS et ACCEJUS.

ACCÆ, ārum, m. plur. 1. nomen populi in India. Itin. Alex. M. 106. sqq.

ACCÆUS, i, m. 2. nomen gentilicium. Inscr. apud Maffei, Mus. Ver. 296. 1.

ACCĀIN, indecl. (Hebr. Ha-qqâin « possessio »; Gr. Ζακαναΐμ) oppidum in tribu Juda. Vulg. Jos. 15. 57. — Nonnulli putant idem esse ac Youkin vel Yakin ad austr. Hebron (Robinson, Palæst. II. p. 417. V. etiam Guérin, Descript. de la Pal. t. 3. p. 158). Cf. Hieronym. De nom. p. 24.

ACCĀLĬA, ium, n. plur. 3. V. ACCA sub I. 5.

ACCĀRĪTĀNUS. V. AGARITANUS.

ACCĀRŌN, indecl. Hebr. 'Eqrôn « eradicatio, sterilitas » (Cf. Sophon. 2. 4) vel potius « colonia » (Cf. Lev. 25. 47.); LXX. Ἀκκαρών. — Licenter ex Hebr. primam corripuit Cypr. Gall., Jud. 47. — Accaron, oppidum et satrapia ex quinque Philisthæorum in planitie ad Mediterraneum sita inter Azoth et Jamniam, teste Brocardo; modo in tribu Juda, modo Dan sed verius nulli ex his subjecta, quia a Philisthæis brevi recuperata est (Cf. Jos. Antt. 5. 2. 4. et Re, Arch. Bibl. Diz. p. 209). — Huic oppido excidium vaticinati sunt Amos 1. 8., Jerem. 25. 20. et Sophon. loc. cit.; quod fortasse situm erat ubi nunc Aker vel Akir. In Inscriptt. cuneatis dicitur Amkarruna vel Amkarru (Cf. Lenormant, Babel Hist. anc. IV. p. 300. sq.). Memoratur etiam Vulg. Jos. 15. 45. et 1. Reg. 5. 10. Hieronym. Onom. h. v. Accaron usque hodie vicus prægrandis Judæorum. Philastr. 13. 1. Alii sunt qui muscam Accaron colunt in civitate ita dicta. — Acron dicitur Vulg. Jos. 19. 43.

ACCĀRŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. incolæ Accaron. Vulg. Jos. 13. 3. et 1. Reg. 5. 11.

ACCAUS, i, m. 2. nomen gentilicium. Inscr. apud Murat. 631. 1. et Momms. n. 5965. Cf. Accavus apud Orelli Inscr. n. 4139.

ACCAVONĬA, æ, f. 1. nomen mul. gentilicium. Inscr. apud Murat. 1287. 3. (Corp. Inscr. Lat. 6. 10472).

ACCAVUS, i, m. 2. nomen gentilicium Pelignum. Inscr. apud Orell. n. 4139. et Allegranza, Opusc. p. 251. — Accaua (Acchaua), nom. mul. in Corp. Inscr. Lat. 9. 5371. Sic Accavia, ibid. 13. 3038.

ACCEJUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. Inscr. apud Donat. 315. 4. et Grut. 187. 14.; hinc Accejanus agnom. et Accajanus, i, nom. in Inscr. apud Momms. n. 2576. et Murat. 1621. 5.

ACCELLĬUS (Acellius), ii, m. 2. nomen gentilicium apud Maff., M. V. 373. 4. et Murat. 2089. 1. — Accellia, nom. mul. apud Maffei loc. cit. — Accallus, cognom. Greg. M. ep. 12.

ACCEPTOR, ōris, m. 3. (accipio) nomen equi badii in Tab. apud Grut. p. 342. (C. I. L. 6. 10050. et 10056).

ACCEPTUS, i, m. 2. (accipio) nomen servile in Inscr. apud Grut. 648. 2. et alib.; ubi aliquando unico c scribitur; et cogn. in alia apud Murat. 975. 9. — Accepta, nom. mul., apud eumd. 1287. 4. — Acceptissima, nom. mul., in tit. Chr. apud eumd. 1819. 5. — Acceptinus, cogn. C. I. L. 3. 4695. — Acceptinius, nom. gent. Inscr. Rh. 827. — Acceptius, nom. gent. C. I. L. 13. 1907. — Acceptilla, cogn. demin. mul. Ibid. 12. 2971.

ACCHO, indecl. Scribitur etiam Aco et Acho. — Hebr. est עכו 'Akkôh « curvus » dictum, ut videtur, a forma loci; Græc. Ἄκχω et Ἄκη et dein Πτολεμαΐς (1. Mach. 5. 15. et Act. 21. 7), Latin. Ace; nunc Acri vel S. Giovanni d'Acri; sed Arabes Akka vocant, fortasse ab akka « sabulum urens »; unde Accho « solis radiis ustus ».

Accho, oppidum maritimum in tribu Aser, ad sept. Carmeli. Vulg. Jud. 1. 31. Apud Mich. 1. 10. Reland et alii legend. putant: in Acco (pro in lacrimis) ne ploretis. — Dict. est ita etiam Colonia Claudii Cæsaris ob acceptam Rom. civitatem, ut refert Plin. 5. Hist. nat. 19. 17. (75). et legitur in nummis. — Bene locum describit Jos. 2. B. J. 10. 2. Cf. Stanley, Sinai und Palest. p. 264; Guérin, La terr. saint. Paris 1884. t. II. p. 150-161; Lortet, La Syr. d'aujourd. in Le Tour du mond. t. 41. p. 38-46. — In monumentis Ægypt. est Aka vel Ako (Pierret, Voc. hierogl. Paris 1876. p. 81) et in inscriptt. Assyr. Akku-u (V. Schrader, die Keilinschr. etc., Giessen 1883. p. 178).

ACCI, indecl. vel

ACCI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄκκι) oppidum, etiam Accis posterius dictum, in Hispania Tarraconensi, nunc Guadix el vejo, colonia Rom. a J. Cæsare vel Augusto deducta. Dexter in Chron. et Itin. Ant. p. 402. Cf. Huebner, Corp. I. L. 2. p. 458. et PW. 1. 139. — In Inscr. apud Grut. 271. 6. Julia Gemella Accitana dicitur, coll. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25). V. Eckhel, D. N. V. T. 1. p. 34. sq.

ACCĬĀNUS, a, um, adject. ad Accium poetam pertinens. Cic. 9. Fam. 16. Posuisti versus Accianos. Hieronym. in Chron. Fundus Accianus. Inscr. in lucerna fictili apud Olivieri Marm. Pisaur. p. 168. ACCIANA P. SATRI C. F. CAM., h. e. figlina ex fundo Acciano, qui erat ad Pisaurum. — Ad alios Accios pertinens. Corp. Inscr. Lat. 8. 18916. — Hinc absolute

Accianum, i, n. 2. dictum v. sententia Accii. Gell. 14. 1. Accianum illud: nihil credo auguribus qui etc. Cf. Cassianum et similia.

ACCĬĀNUS, i, m. 2. agnomen vir. Corp. Inscr. Lat. 5. 876.

ACCĬENSES. V. ACIENSES.

ACCĬLIUS. V. ACILIUS.

ACCĬO, ōnis, m. 3. epitheton divinum. Corp. Inscr. Lat. 3. 3428. IOVI ACCIONI PATRIO SVETIVS etc.

ACCĬOS, ii, f. 2. nomen antiquissimum lacus Lemanni apud Græcos, teste Avien. Or. mar. 682., ubi C. Müller, Ptolem. 1. 1. p. 235. pro Accion legend. putat Acin vel Acida. V. LEMANNUS.

ACCĬPĬTER, tris, m. 3. (accipio) nomen avis rapacis, tamquam deus cultus, speciatim apud Ægyptios. Cic. 3. Nat. D. 19. 47. et Lucret. 4. 1003. Cf. Ælian. Nat. anim. l. 10. c. 21. et 24. — Ejus imago in nummis apud Eckhel, D. N. V. T. 4. p. 104. et 115.

ACCĬSI, ōrum, m. plur. 2. nomen, fortasse corruptum, populi Scythicæ stirpis ad Mæotidem paludem. Plin. 6. Hist. nat. 7. 7. (21). Cf. voc. seq.

ACCĬSSUS, i, m. 2. oppidum in Scythia. Notit. Dignit. Or. c. 36. Cf. Boecking. ad h. l. Rectius Ægisos vel Ægissos (Αἴγισσός Hierocl.) V. ÆGISSOS.

ACCĬTĀNUS, a, um, adject. Cl. Furlanett. in App. antepænultimam producendam esse monet. — Accitanus est ad Accos, oppidum in Hispania Tarraconensi, pertinens. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25). et Corp. I. L. 2. 1692. — Hinc absolute

Accitani, ōrum, m. plur. 2. incolæ Accorum. Macrob. 1. Sat. 19. 5.

ACCĬUS et Attius, ii, m. 2. (Ἄττιος) — a) Utraque scriptio proba est. — Quædam editt., sed pessime, habent Actius, quod Cic. 2. Nat. D. 35. 89. omnes codd. exhibent (V. L. Muell., Lucil. p. 320); aliæ Attius, quod Manut. in Orth. auctoritate Mar. Victorin. l. 1. art. Gramm., vett. libr. et multorum lapid. probat, cui favet Orell. — Sunt etiam qui Atius unico t scribendum putant, ut Dausq. in Orth. afferens illud Virg. 5. Æn. 568. Alter Atys, genus unde Atii (al. Atyi) duxere Latini; ubi tamen Pier. monet scribend. esse Atti cum antiq. codicib., vel etiam Attii ex Vel. Longi sententia, duobus ii per synæresim in unum coeuntibus, cui repugnant recentiores Weichert, Wagner, Ribbeck et ipse, quam ibid. proponit poeta, vocis originatio. Ceterum Atius legitur apud Cic. 1. Divin. 17. 32. (M. L.), Liv. 41. 3., Sueton. Aug. 4., Corp. Inscr. Lat. 6. 10605. et passim. et in nummo, de quo V. Klebs, PW. 2. 2253. — Legitur unico c in Inscr. apud Murat. 1515. 8. ACIO IVSTO. Adde aliam apud eumd. 161. 5., Grut. 789. 13. Ceterum rectius Accius vel, ut Quintiliano placuit, Attius scribend. videtur; quæ altera scriptio omnino placuit Osann. in Anal. crit. p. 61. et Boeckio in Poet. fragm. p. 159. et imperii ætate prævaluit. V. Teuffel, Gesch. etc. n. 119. Attamen Accius in codd. fere scriptum legitur; perraro Attius. — b) Vox deduci potest a vet. prænomine Accus, quod nostro De-Vit idem videtur quod Cajus, ut Acca quod Caja (V. CAJA), antiquissimum Italicarum gentium prænomen; suadetque, ut ille ait, vetus Varronis proverb.: Idem Acci quod Titi, quod ita exponit Gell. 3. 16. 13. « Si quis mihi filius undecimo mense natus est, Accio idem quod Titio jus esto apud me. Per hoc vetus proverbium Varro significat, uti vulgo dici solitum erat de rebus nihil inter se distantibus Idem Acci quod Titi, ita pari eodemque jure esse in decem mensos natos et in undecim ». Cf. TITIUS.

I.) Accius, apud scriptores, nomen proprium plurium virorum, quorum præcipui subjiciuntur. ¶ 1. Absolute. — Accius grammaticus tempore, quo floruit Varro, qui hunc laudat in libro de Ling. Lat. apud Priscian. 1. 7. p. 36. Kr. Cf. etiam Pompei. in Comm. Art. Donat. p. 9. Lind. ¶ 2. Cum prænomine. — 1.°) L. Accius, poeta comicus, Accii tragici pater, natus, ut videtur, an. U. C. 560. et nonagenario major mortuus. — Hujus mentionem facit Auctor vetus operis de Tragœdia et Comœdia et, secundum plurimos, Hieronym. in Chron. an. U. C. 584.; quamquam recentiores, quos inter Orelli, Bothe, Madvig, al., unam eamdemque cum Accio tragico personam esse volunt: quæ sententia longe est probabilior. — 2.°) L. Accius, Pisaurensis, poeta tragicus, ex parentibus libertinis natus an. U. C. 584. et mortuus an. 670 (al. n. a. 586. et m. a. 660. vel 667). Ita Hieronym. loc. cit. et Euseb. in Chron. V. etiam Jennings, Chron. Tabl. ed. Welsm.-Rig. 1891. — Tragoedias 53. scripsit, ex quibus celebriores sunt Atreus, Brutus, Decius seu Æneadæ, Epigoni, Epinausimache, Philoctetes et Telephus. (V. G. Teuffel in Progr. Univ. di Tubinga 1858. p. 17-28). Harum titulos præbet Index Anal. Lexico præmissus, quarum fragmenta ex Cic., Gell., Non., Macrob. aliisque collegerunt Bothe, Neukirk, Ribbeck, Wölfflin. — Item Didascalion (Cf. Διδασκαλίαι Aristotelis) novem libros composuit versibus trochaicis (Hermann) vel sotadæis (Lachmann, Ritschl) de historia poesis dramaticæ Græcæ et Romanæ (Cf. Cic. Brut. 18. 72), quorum fragmenta collegit Madvig in Comment. de L. Attii Didasc. Hanniæ 1831. et Bährens p. 266-272. — Item Pragmaticon libros versibus trochaicis, Parerga prosa oratione et Annales carmine epico; quorum omnium fragmenta collegit Krause in Vit. et Fragm. Hist. p. 177-178. — De Saturnis versibus in libro, quem D. Junio Bruto dicaverat, loquitur Cic. Arch. 11. 26. — De eo Acron, Horat. schol. Accius poeta junior suo ingenio præcelluit Euripidi, qui fuit altus et ingenio sublimis. Vellej. 1. 17. 1. In Accio circaque eum Romana tragœdia est. Cic. Planc. 24. 59. C. Accius, gravis et ingeniosus. Id. Sext. 56.

120. summus. Ovid. 2. Amor. 15. 19. animosi oris. Horat. 2. Ep. 1. 55. aufert Pacuvius docti famam senis, Accius alti. et Quintil. 5. 13. 43. Ajunt Attium interrogatum, cur causas non ageret, quum apud eum in tragœdiis tanta vis esset optime respondendi, hanc reddidisse rationem, quod illic ea diceret, quæ ipse vellet, in foro dicturi adversarii essent, quæ minime vellet. Gell. 13. 2. 2. Pacuvium dixisse ajunt sonora quidem esse, quæ scripsisset (Accius), et grandia, sed videri tamen ea sibi duriora paullum et acerbiora. — De ejus latinitate Varro (qui Accio dicavit libros De antiquitate litterarum) 10. L. L. 3. 70. Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet. Id. 5. ibid. 4. 21. Apud Accium non terminus sed termen. Cic. 4. Fin. 25. 68. Fallaciloquæ, ut ait Attius, malitiæ natæ sunt. Cf. ex recentioribus Grotemeyer, De L. Attii trag. et Stahlberg, De L. Attii vit. et script. — 3.°) T. Accius, Pisaurensis, eques Rom., orator eximius, Ciceronis æmulus et æqualis, de quo ille in Brut. 78. 271. Accurate dicebat et satis copiose: eratque præterea doctus Hermagoræ præceptis; studio autem neminem nec industria majore cognovi. et Cluent. 57. 156. Adulescens bonus ac disertus. Adde Tac. Dial. 19. ¶ 3. Cum cognomine. — 1.°) Accius (al. Attius) Labeo, poeta epicus, qui Iliada et Odysseam transtulit verbum ex verbo, ridicule satis, quod verba potius quam sensum secutus sit. Ejus est ille versus: Crudum manduces Priamum Priamique pisinnos (Hom. Iliad. 4. 35). Hæc vet. Schol. ad illud Pers. 1. 4. Næ mihi etc. Idem ad Pers. Sat. 1. 50. Non est hic Ilias Acci Ebria veratro? habet « Accius Labeo Iliadem Homeri versibus fœdissime composuit ». — 2.°) Accius (al. Attius) Nævius, augur celeberrimus, qui jussu Tarquinii Prisci, regis Romanorum, novacula cotem discidit, quam historiam seu potius fabulam narrant Liv. 1. 36. et Val. Max. 1. 4. n. 1. Hanc Cic. 1. Divinat. 17. 32. defendit; sed 2. ibid. 38. 80. Contemne (inquit) cotem Accii Navii; nihil debet esse in philosophia commentitiis fabulis loci. Adde Jornand. Rom. § 99. M. (ubi Actius Nævius); Cic. 2. Nat. D. 3. 9. et 3. ibid. 6. 14.; et Plin. 15. Hist. nat. 18. 20. (77). — Accii Navii effigies visitur in nummis Antonini Pii, de qua Eckhel VII. p. 32. — 3.°) Accius Postumius, rhetor, apud Senec. 7. Controv. 21., ubi tamen alii leg. Accaus. — 4.°) Accius Priscus, pictor nobilis, qui Honoris et Virtutis ædes Vespasiano restituenti una cum Cornelio Pino depinxit. Plin. 35. Hist. nat. 10. 37. (120). — 5.°) M. Accius (Maccius) Plautus. V. PLAUTUS.

II.) In titulis Accius nom. et cognom. gent. Corp. Inscr. Lat. 9. 828.; 6. 25477. et alib. — Accia, nom. et cognom. mul. Ibid. 8. 5449.; 2. 2678. et alib. — Accia Variola, femina splendide nata, dein exheredata sed cum triumpho defensa a Plin. juniore, ut in ejusd. ep. 6. 33.

ACCO, ōnis, m. 3. princeps quidam Senonum, apud Cæs. 6. B. G. 4. et 44. — Hoc Celticum nomen legitur in Corp. Inscr. Lat. 2. 2771. et alib.

ACCŌLEJUS (Acculejus), a, um, adject. ad Accolejam gentem pertinens, ut Acculeja curia apud Varron. 6. L. L. 23., ubi Muellero videtur restituendus locus in ara curiæ Acculejæ. V. Fragm. Kal. Præn. apud Orell. Inscr. Coll. v. 2. p. 404.

ACCŌLEJUS (Acculejus), ii, m. 2. (accolo) ¶ 1. In titulis nom. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 10481. — Accoleja, nom. mul. Ibid. 2. 589. ¶ 2. Apud scriptores P. Accolejus Lariscolus, III.vir monetalis circ. an. U. C. 711., ut demonstrat Cavedoni in Mem. di Mod. Contin. P. 4. p. 297. contra Borghesi, qui in Decad. Num. VIII. oss. 10. posuerat an. 737. Cf. Momms.-Blacas II. 549. — Ejus nummi argentei apud Cohen p. 3. et 4. t. 1.

ACCONĪUS. V. ACONIUS.

ACCŌRUS, i, m. 2. Scribitur et Acorus, unico c. — Accorus, numen Celticum. Corp. Inscr. Lat. 12. 5783.

ACCŪA, æ, f. 1. oppidum Italiæ in Pælignis. Liv. 24. 20. Alii aliter leg.

ACCŪÆUS, a, um, adject. ad Accuam pertinens. Hinc Accuæus, i, m. 2. cogn. Vibii, præf. Pælignæ cohortis. Val. Max. 3. 2. 20. Alii aliter leg.

ACDĒI, ōrum, m. plur. 2. gens Scythiæ. Plin. 6. Hist. nat. 7. 7, (21). Alii aliter leg.

ACDESTIS, is, m. 3. (Ἄγδεστις) filius Jovis, ex Agdo, petra (V. AGDUS), de quo plura apud Arnob. 5. p. 163., 166. et alib.

ACDESTĪUS, a, um, adject. ad Acdestim pertinens, ut Acdestis ferocitas apud Arnob. 5. p. 163. et Acdestius furor apud eumd. ibid. p. 165.

ĀCE, es, f. 1. (Ἄκη) oppidum, quod et Aca et Aco et Accho, postea Ptolemais, appellatum est, hodie S. Giovanni d'Acri. Nep. Datam. 5. Artaxerxes nuntium ad exercitum Acen misit. Adde Plin. 5. Hist. nat. 19. 17. (5). V. ACCHO.

ACEDUM. V. CENETA.

ĀCĔDUX. V. ABELOX.

ĀCĔLĪNUS, a, um, adject. ad Acelum pertinens. Greg. M. ep. 1. 16. Agnellus episcopus Acelinæ ecclesiæ.

ACELLĀSĬA, æ, f. 1. nomen gentilicium. Corp. Inscr. Lat. 5. 2634.

ACELLĬUS. V. ACCELLIUS.

ĀCĔLUM, i, n. 2. (Ὄκελον apud Ptolem. un. cod., ceter. Ἄκεδον) Cf. Momms. Corp. 5. p. 198. et Hülsen, PW. 1. 153. — Acilum (al. Acilium) dicitur Paul. Diac. Hist. Lang. 3. 26. — Acelum, oppidum Venetorum ad Alpium radices supra Tarvisium, nunc Asolo. Plin. 3. Hist. nat. 19. 23. (130). ponit in regione decima Italiæ inter Plavim et Silim. — At P. Paulin. a S. Barth. in Numisgr. Mus. Obiciani, Patav. 1799. p. 8. « Ex longinquo verticem suum effert Mons Silicis, Acelum Plinii, olim Jovis templo insigne ». V. Scardeon. p. 16. Cf. tamen L. Guerra, Dilucid. de' marm. etc. di Asolo p. 9. — Papiæ tribui adscriptam putat idem L. Guerra ibid. p. 18. — Exstant adhuc ibi ædificiorum Rom. reliquiæ et inscriptiones, quas inter hæc de balneo quodam: BALINEVM VI IONIS combustum repar. CVRANte P. ACILIO T. F. DOMO.. CVRATORE REIPVBLICAE. (V. Diz. Cor. d'It. h. v. 1868).

ĀCĔMĂCHUS, i, m. 2. (ab ἀκή, cuspis, et μάχομαι, pugno, quasi cuspide pugnans) cognomen in Tab. marm. apud Momms. n. 6769., ubi Grut. habet Acemachus.

ACENCHRĒS, is (idis), f. 3. (Ἀκεγχρής) regina Ægypti. Jos. Cassiod. c. Ap. 1. 97.

ACENCHĒRĒS et Achencheres, idis (Ἀκεγχήρης) m. 3. rex Ægypti. Jos. Cassiod. c. Ap. 1. 97. et Hieronym. in Chron. a. XII.

ĀCĔPHĀLI (Acefali), ōrum, m. plur. 2. (Ἀκέφαλοι: ab α priv. et κεφαλή, caput, quasi sine capite) hæretici, qui unam in Christo naturam agnoscebant: ita dicti, ut scribit Isid. 8. Orig. 6., quia, quis fuerit eorum caput, ignoratur: vel fortasse, quia a Mongas, patriarcha Alexandrino, secesserint, qui Henoticon Zenonis imp. cum Acacio confecerat (Funch, Stor. Eccl. 1. § 55). — Ceterum hujus nominis sectæ exstiterunt complures, de quibus vide historicos. Cf. Mercati in Less. Eccl. v. 1. p. 67. ed. Vallard.

ĀCĔPSĒMAS, æ, m. 1. (Ἀκεψεμᾶς) monachus sæc. quarti « famosissimus, inquit Cassiod. 8. Hist. trip. 6., qui in cella vixit ann. LX. nec visus nec locutus ».

ĀCĔR, is, m. 3. ¶ 1. Est mons Hispaniæ Tarraconensis. Avien. Or. mar. 504. Alii leg. Sacer., qui quantitati prioris syllabæ magis convenit: fortasse, ut ait Werand., est mons Jovis, quem describit Mela 2. 6., cujusque partem occid. adversam etc. Scalas Hannibalis appellant. V. SACER. ¶ 2. Item cognomen virile in Corp. Inscr. Lat. 4. 2087.

ACERÆUS (Acereus), i, m. 2. (Ἀκέραιος). ¶ 1. Est cognomen vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 21700. et 22095. ¶ 2. Item nomen equi. Ibid. n. 10056.

ĀCĔRAUNUS, i, m. 2. (ἀκέραυνος) saltus apud Mel. 3. 7. 8. promontorium, quod id mare cluditur Aceraunis saltibus, invium est.

ĀCERBAS (Acherbas), æ, m. 1. avunculus et maritus Elisæ seu Didonis, Herculis Tyrii sacerdos. Justin. 18. 4. 5. — Acerbas Latine dicitur a Mythogr. I. fab. 214. Mai.; Sichæus a Virg. 1. Æn. 343. et Ovid. 7. Herold. 97. et etiam Sicharbas apud Serv. ad Virg. 1. Æn. 343., quasi Hebr. Zechar-Baal, i. e. memor Dominus. V. hanc voc.

ĀCERBUS. V. voc. præc.

ĀCĔRENTĬA vel Aceruntia. V. ACHERUNTIA.

ĀCĔRENTĪNUS vel Aceruntinus. V. ACHERENTINUS.

ĀCĔRĔUS, i, m. 2. (ācer v. ăcer, eris) V. ACERÆUS.

ĀCERMUS, i, m. 2. (Ἄκερμος: ab α priv. et κέρμα, nummulus, h. e. sine nummis) cogn. C. Julii in Inscr. apud Murat. 1615. 25.; et cogn. liberti in alia apud eumd. 1000. 10. Ita Forcell.

ĀCERNĀNĬA. V. ACARNANIA.

ĀCERRA, æ, m. 1. (acerra) ¶ 1. Est cognomen viri bibonis, apud Martial. 1. 29. Hesterno fœtere mero qui credit Acerram, Fallitur: in lucem semper Acerra bibit. ¶ 2. Item nomen gentilicium in Corp. Inscr. Lat. 14. 4054. et 4055. V. Schulze, z. Gesch. lat. Eigenn. p. 376.

ĀCERRÆ, ārum, f. plur. 1. Etymon vocis V. apud Ferrari, Diss. XV. de Mari Ger. et v. GERRA. Cf. etiam Hülsen, PW. 1. 154. et Schulze, z. Gesch. lat. Eig. p. 344.

Acerræ, nomen quorumdam oppidorum in Italia. ¶ 1. Oppidum Campaniæ, Neapoli proximum, ad Clanium amnem, nunc Acerra. Virg. 2. G. 225. vacuas vocat, h. e. infrequentes, ob crebras Clanii inundationes. — Eas diruit Hannibal, teste Liv. 8. 17. et alib., sed restituit Augustus, Frontin. de colon. p. 229. Lachm. — Creditur hoc oppidum ab Etruscis conditum, uti reliquiæ vett. monumentorum et muri, Akeru appellati, fortasse ex nomine Acerræ, innuunt. Fuit incolis frequens et ædificiis publicis ornatum, nempe amphitheatro ac templis Isidi, Serapidi, Augusto dicatis. — Colonia fuit tribui Faleriæ adscripta. Inscr. apud Momms. n. 3559. — De ejus nummis V. Eckhel, D. N. V. T. 1. p. 109. ¶ 2. Item oppidum in Insubria seu Gallia Transp., nunc Gerra vel Gherra (Gera) in Tab. Peuting. 4. Cf. Guarnacci Orig. Ital. T. 2. p. 198. sqq., Hülsen, PW. 1. 154. et Momms. Corp. 5. p. 696. ¶ 3. Item oppidum in Umbria, quod Acerræ Vatriæ cognominabatur, fortasse ad distinguendas Acerras Campaniæ, quas Plin. 3. Hist. nat. 14. 19. (114). ad populum Sarrastium pertinuisse, suo tempore jam deletas, tradit.

ĀCERRĀNUS, a, um, adject. ad Acerras, oppidum Campaniæ, pertinens. Absolute Acerrani pro incolis. Liv. 23. 17. Romani facti Acerrani lege ab L. Papirio præt. lata. Adde 27. 37. et alib. Adde Val. Max. 9. 6. extr. 2., al. — Hinc absolute

Acerranus, i, m. 2. nomen gentilicium in Inscr. apud Murat. 665. 5., nisi legend. Acerronius v. Acerronius.

ĀCERRĀTĪUS, ii, m. 2. nomen vir. gent. Inscr. apud Momms. n. 468. — Acerratia, nom. mul., apud eumd. ibid. (C. I. L. 9. 64).

ĀCERRŌNĬA (Aceronia), æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum Lucaniæ, nunc Acerna. Tab. Peuting. 6. et Rav. p. 278. ¶ 2. Est etiam nomen gentilicium mulieris, Cn. Acerronii fortasse filiæ (quam Ἀκερωνίαν Πόλλαν vocat Dio, 61. 13), familiaris Agrippinæ, Neronis imp. matris. Tac. 14. Ann. 5., quod quidam unico r scribunt.

ĀCERRŌNĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. In titulis nomen gentilicium. Inscr. apud Momms. n. 393. ¶ 2. Apud scriptores Cn. Acerronius, vir optimus, socius M. Tullii. Cic. pro Tullio § 17. et Cn. Acerronius Proculus, cons. an. U. C. 790. Tac. 6. Ann. 45., Sueton. Tib. 73. et Inscr. apud Orelli n. 3665.

ĀCERSĔCŌMĒS, æ, m. 1. (Ἀκερσεκόμης: ab α priv., κείρω, tondeo, et κόμη, coma, idem qui intonsus) epitheton Apollinis et Bacchi. Græce apud Macrob. 1. Sat. 17. (Cf. Carter, Epith. D. p. 13); Latine, alio sensu, de aulico quodam et amico dicitur Juvenal. 8. 127. V. Lexic.

ĀCĔRUNTĬA. V. ACHERUNTIA.

ĀCĔRŪSA. V. ACHERUSIA.

ĀCERVĒTIS, is, f. 3. nomen vetus Calatis oppidi ad Pontum Euxinum. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (44). Alii aliter leg. V. CALATIS.

ACERVO, ōnis, m. 3. oppidum in via Emona-Adpretorium. Tab. Peut. 5. Apud Anon. Rav. p. 220. Acervo. Cf. Corp. Inscr. Lat. 3. p. 496.

ĀCERVUS Mercurii et Testimonii. V. MERCURIUS et GALAAD.

ACĒSIAS, æ, m. 1. cogn. in *Inscr.* apud. 216. 4. Ita *Furlanett.*

ACĒSINÆ, ārum, m. plur. 1. populus Indiæ, fluvii Acesinis accolæ. *Justin.* 12. 9. Ita leg. *Dübner*; alii aliter.

ACĒSINES, is, m. 3. (Ἀκεσίνης). *Acesinus, i,* formā Latinā, apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (71). et 37. *ibid.* 13. 76. (200). ed. *Sillig.*; et etiam *Agesinea* apud *Justin.* 12. 9., cujus acc. *Agesinem* apud *Oros.* 3. 19. — *Agesinus* apud *Mel. loc. cit.* Acesines, fluvius Indiæ, qui in Hydaspen delabitur, hodie *Dschnab* v. *Tschenaub.* Memorat *Avien. Perieg.* 1344. magnus sorbet Hydaspes Delapsum summa saxorum mole Acesinem. Sed *Arrian.* 6. 14. dicit, hunc fluvium recipere Hydaspen, Hydraoten et Hyphasin omniumque aquas suo nomine in Indum emittere. Adde *Mel.* 3. 7. 6. ed. *Parth., Curt.* 8. 9. 8. et *Justin. loc. cit.*

ACĒSINUS, a, um, adject. ad Acesinem fluvium pertinens. *Val. Flacc.* 6. 69. Acesina agmina. *Alii aliter leg.*

ACĒSINUS, i, m. 2. ¶ 1. Est idem quod Acesines. *V.* ACESINES. ¶ 2. Item fluvius Sarmatiæ in Chersoneso Taurica. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (83).

ACESIUS, ii, m. 2. (Ἀκέσιος) nomen episcopi cujusdam Novatianorum. *Cassiod.* 2. *Hist. Trip.* 13.

ACESTA, æ, f. 1. (Ἄκεστα et Ἀκέστη) Etiam *Acesta, orum,* n. plur. 2. apud *Sil. It.* 14. 220. — Acesta, oppidum Siciliæ, ab Aceste rege dicta, hodie *Castell' a Mare di Golfo. Virg.* 5. *Æn.* 718. Urbem appellabunt permisso nomine Acestam. — Olim *Egesta* (Ἔγεστα) appellata fuerat, postea *Segesta* (*V.* hanc voc.), teste *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 550. Quamquam *Salmas.* in *Exerc. Plin. p.* 112. aliud *Egestam*, aliud *Acestam* fuisse putat. At *Heyne* in *Excurs.* I. ad *Virg.* 5. *Æn.* idem fuisse probat. — Cf. *Mythogr.* 1. *fab.* 137. et *V.* EGESTA.

ACESTA, ōrum. *V.* voc. præc.

ACESTÆUS et Acestenus, a, um, adject. (Ἀκεσταῖος) ad Acestam pertinens. — Hinc absolute *Acestæi*, incolæ Acestæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91).

ACESTĒ, es, f. 1. nomen custodis filiarum Adrasti. *Stat.* 1. *Theb.* 529., ubi alii leg. *Acaste* (Ἀκάστη).

ACESTENSES, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi Acestæ. *Cic.* 5. *Verr.* 36. 83. Alii leg. *Segestenses. V. Orell.* ad *h. l.*

ACESTĒS, æ, m. 1. (Αἰγέστης v. Ἀκέστης). Acc. sing. *Acestam* apud *Virg.* 1. *Æn.* 558. et *Acesten* apud *eumd.* 5. *ibid.* 30., *Ovid.* 14. *Met.* 83. et *Hygin. Fab.* 273.; Abl. *Acesta* apud *Prob. app. Gr. IV.* 194.

Acestes ¶ 1. Est nomen filii Crinisi (a quo dictus Siciliæ fluvius) et Egestæ, mulieris Trojanæ. *Virg.* 5. *Æn.* 711. Acestes Dardanius divinæ stirpis. et 550. Trojanoque a sanguine clarus Acestes. — *Servius* ad *h. l.* narrat in fabulis esse, quum Laomedon pactam pro ædificandis Trojæ muris mercedem Neptuno et Apollini denegasset, iratum Neptunum cetos ad Trojanum agrum vastandum immisisse; Apollinem vero, de ratione ejus monstri expiandi consultum, respondisse objiciendas puellas nobiles belluæ devorandas; quam ob rem plurimas virgines p[rocul] a patria profugisse, in his Egestam Hippotis [f]iliam, quæ navi in Siciliam delata a Criniso fluvio in ursum vel, ut alii volunt, in canem versa, compressa Egestum ediderit, qui *Acestes* a Virgilio est appellatus. Ita *Forc.* (Cf. *Sil. It.* 14. 45). *Gloss. magn. lib. p.* 454. Acestes Siculorum rex. *Ovid.* 14. *Met.* 83. fidus. *Virg.* 5. *Æn.* 540. victor. et 73. ævi maturus. ¶ 2. Est etiam nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11941. et 17978.; unde nom. *Acestius* et cogn. *Acestus*, in *Inscr.* apud *Phil. a Turre, Mem.* etc. *p.* 367. et *Grut.* 956. 5. (V. *Toepffer, PW.* 1. 961).

ACESTĒUS. *V.* ACESTÆUS.

ACESTIUS. *V.* ACESTES.

ACETUMA, æ, f. 1. *vel* ōrum, n. plur. 2. nomen oppidi in Æthiopia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (180). Alii rectius leg. *Cetuma.*

ACHAB, indecl. m. (Hebr. *'Ahh'ābh*, « frater patris », *LXX.* 'Αχαάβ). Scribitur etiam *Aqab.*; in Hebr. modo *'Ahh'ābh*, modo *'Ehh'ābh*. — Etiam *Ahab* apud *Hieronym. nom. hebr. p.* 41.

Achab ¶ 1. Fuit septimus rex Israel, filius ac successor Amri et conjux Jezabel Sidoniæ, suorum antecessorum pessimus. *Vulg.* 3. *Reg.* 16. 28. — Templum Baal ædificavit dicavitque lucum Astoreth; cum Salmanassare II. dimicavit, apud Karkar ad Orontem, a quo victus est: id vero non constat nisi ex annalibus Assyriis, ubi rex *Sirlai* (Israel), sic in inscript. celeberrima nuper reperta Kurkh ad Tigridis fontes et in Museo Britann. asservata, dicitur *Akkabbu* (*Halévy, Not. sur quelq. text. Aram. n.* 27. in *Recherch. bibl.*; *Layard, Inscr. in the cuneif. char. pl.* 46. et 89-90.; *Schrader-Zimmern-Winkler, Keilinschrift* 42. *sq.* et *Jerem., Das alte T.* 504. et 512). — Tandem telo confossus periit in prœlio contra Benadad, regem Syriæ. *Vulg.* 3. *Reg.* 22. 35-37. (Cf. *Calwer, Bibel.* v. *Benhadad*). — Regnavit ann. 22., secundum monum. Assyr. ab a. 875. ad 854. (*Schrader, Die Keilinschr.* etc. *p.* 458. *sqq.*). ¶ 2. Item filius Choliæ pseudo-propheta, moribus discinctis: obiit frictus in olla ardenti jussu Nabuchodonosor. *Vulg. Jer.* 29. 21-23.

ACHĀBES, um, m. plur. 3. idem quod Agathyrsi, populus Scythiæ. *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 146., ubi acc. *Achabas.*

ACHAD, indecl. — *a)* Scribitur 'Αρχὰδ pro 'Αχχὰδ in Alexandrina *Gen. loc. cit.*, ut *Darmeseq* pro *Dammeseq* (Damascus) 1. *Par.* 18. 5. Cf. *Am.* 3. 12. Syrus vero habet *Acar.* Cf. *Hieronym. De loc.* h. v. et *Rosenmüll., Altert. II.* 29. — *b)* Origo nominis ab Hebr. *'Akkadh* « munitio » quasi idem ac locus, puta oppidum, munitus; at tamen hæc est vox primitiva. *V.* infra.

Achad nomen oppidi et regionis. *Vulg. Gen.* 10. 10. — In Inscriptt. cuneatis sæpissime occurrit ut nomen oppidi *Agade* et regionis *'Akkadu.* Hinc titulus regum Babylonensium et Assyriorum *sar Sumiri u Accadi,* h. e. rex Sumir et Achad, ubi Achad est semper regio. — *Bochart, Michaelis, Rosenmüll., al.* de nomine ac situ Achad frustra disputarunt; at nunc eruditi probabilius putant idem esse cum *Agade* vel *Agane*, alterum ex oppidis Sepharvaim, ad sinistram Euphratis, de quo *Vulg.* 4. *Reg.* 19. 24. et *Is.* 36. 19. (*Smith, Early Hist. of Babyl.*; *Menant, Cylindr. Or. Clercq.*; *Hummelauer* in *Gen.*). Porro Achad, ubi primum dominatus est Nembrod (*Gen. loc. cit.*), fuit, ut ex recentioribus studiis conjicitur, metropolis, regnante Sargon, primo Babylonensium regum, de quibus mentionem faciunt Inscriptt., an. 3800. a. Chr. (*Delitzsch* in *Calw. Bibellex.* h. v.). — Ab Achad appellata universa regio borealis, ut a *Sumer* vel *Sumir* australis (*Fritz-Hommel, Abriss* etc. *p.* 2.); sed nomen a gente depromptum est, quam plerique perhibent lingua turcico-tartarica locutam fuisse, unde et scriptura cuneata, dein sacra et arcana, apud *Dan.* 1. 4. *lingua Chaldæorum* dicta (*Oppert, Sumer ou Accad.*, Paris 1876; *Haupt, Sumer. Stud.* Leipz. 1877.; *Chossat, Report Sumer.* Lyon 1882. V. *Re, Arch. Bibl. Diz.* h. v.). — Plura de regione, oppido, gente et lingua *Achad* vel *Accad* apud *Lenormant, Etud. Accad.*; *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod.*; *Halevy, La prétend. long. d'Accad.*; *Brunengo, L'imp. di Babil.* — Veteres (*Thargum., Ephr. Hieronym., Abulpharag.*) putarunt esse *Nisibi;* sed hæc urbs nimis distat a Senaar; recentiores vero complures *Akkerkouf* et *Niffer* (olim *Nippur*), sed nimia est dissimilitudo nominum (V. *Delitzsch, Wo lag d. Paradies? p.* 209. et *Vigouroux, La Bibl. et les decouv. mod. t.* 1. *p.* 307. *sq.*

ACHÆI. *V.* ACHÆUS, a, um.

ACHÆMĒNĒ, es, f. 1. oppidum Parthorum seu Medorum. *Schol.* ad *Stat.* 8. *Theb.* 206.

ACHÆMĒNĒS, is, m. 3. (Ἀχαιμένης) nomen Persicæ vel potius Semiticæ originis, quod recentiores etymologi conjungunt cum *Achiman* vel, ut *Vulg.* vertit, *Ahiman*, filio Enac (Cf. *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 300. *sqq.*). — Achæmenes ¶ 1. Fuit primus Persarum rex, ex Passargardarum inter multas Persicas tribus nobilissima (*Herod.* 1. 125), avus Cyri, crudelissimus, unde *Achæmenia ira* apud *Sidon.* 1. 184. Cf. *Horat.* 2. *Od.* 12. 21. — Ab eo nomen in sequentes reges ad Darium usque atque adeo in Persas derivatum est. V. ACHÆMENIDÆ. ¶ 2. Item alius, Darii filius et Xerxis ex utroque parente germanus, Ægypti præses a Xerse constitutus an. 465. a. Chr. *Justin.* in *Prol.* 3. — De Achæmenidis V. *Menant, Les Achem. et les Inscript. de la Perse.*

ACHÆMĒNEUS, i, m. 2. pater Cyri regis. *Avell. p.* 755.

ACHÆMĒNĪDA, æ, f. 1. uxor Chironis, mater Chimeræ, apud *Mythogr.* 1. *fab.* 72. *Mai.*

ACHÆMĒNĪDÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀχαιμενίδαι) gens Persidis prope Carmaniam, unde regio Achæmenia dicta est. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (98). et *Solin.* 54. — *Salmas.* in *Exerc. Plin. p.* 1183. vult esse familiam vel tribum ex regio Persarum genere, ab Achæmene appellatam, primo eorum rege. — *Achæmenii* quoque dicuntur. *V.* ACHÆMENIUS.

ACHÆMĒNĪDĒS, is, m. 3. (Acc. *Achæmeniden* apud *Ovid.* 14. *Met.* 161.) patronym. viri cujusdam Ithacensis et socii Ulyssis, ab Ænea in navim recepti, de quo fabulantur *Virg.* 3. *Æn.* 590. *sqq.*, *Ovid.* 4. *Met.* 168. et *l. c.* et *Carm. Virg. PLM.* 4. 164. Cf. tamen *Serv.* ad *Virg. loc. cit.*

ACHÆMĒNIS, idis, m. 3. (Ἀχαιμενίς) ¶ 1. Est idem quod Achæmenes. *V.* hanc voc. ¶ 2. Item de lapide et herba V. *Lexic.*

ACHÆMĒNIUS, a, um, adject. (Ἀχαιμένιος) ad Achæmenem vel Achæmenidum regionem pertinens: poetæ pro Persico universim usurpant (V. *Lexic.* ad *h. v.*). *Avien. Descr. orb.* 474. Spectat Achæmeniæ lucis jubar. *h. e.* orientis. *Ovid.* 14. *Met.* 212. Achæmeniæ urbes. *Auson. Epigr.* Laudet Achæmenias Orientis gloria telas. *Sil. It.* 15. 57. Achæmenii arcus. *Lucan.* 2. 49. Achæmeniæ Susæ. — Sic *Achæmenia unguenta* laudabantur, quia apud Persas maximus erat earum usus ipsique Persæ primi auctores institutoresque habiti sunt, ut *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 1. (2). docet; unde *Horat.* 3. *Od.* 1. 44. Achæmenium costum. *et Epod.* 13. 8. Achæmenia nardus. — *Achæmenia signa*, litteræ Persicæ vel Parthicæ. *Venant.* 7. *carm.* 18. 17. (*Sangall. Gloss.* refert: *Achæmeniis*, ideet Chaldaicis). Alii tamen leg. *Ammonis*, ut idem sit quod obscura et involuta, ab Jove Ammone, cujus oracula obscurissima erant. — Hinc absolute

Achæmenius, ii, et sæpius plur.

Achæmenii, ōrum, m. 2. incolæ Achæmeniæ regionis. *Mar. Victorin.* 1. *Gen.* 223. et *Mythogr. II. ab.* 19. *Mai.*

ACHÆTUS (Achetus). *V.* ACITHIUS.

ĀCHÆUS, a, um, adject. (Ἀχαιός) Usurpatur et *Achivus* pro *Achæus* (V. ACHIVUS); et etiam *Acheus*, sine aspiratione, apud *Cic.* 11. *Att.* 15. (M.) et *Chron. Alex.* passim. — Etymon alii ducunt ab *Achæo* (*V.* ACHÆUS, i) ut *Strab. l.* 8.; alii ab *aquā*, quasi sit litoraneus, ut *Schlefner;* alii aliunde (V. *Tomaschek, PW.* 1. 204.).

Achæus ¶ 1. Stricto sensu, ad Achaiam pertinens. *Lucret.* 6. 1114. Achæi fines. ¶ 2. Latiore sensu seu generatim, ad Græciam pertinens. *Ovid. Ib.* 541. Achæus vates. *Juvenal.* 3. 61. Achæa fæx. *h. e.* Græci homines. *Stat.* 2. *Theb.* 164. Achæa oppida. et 5. *Silv.* 3. 141. præmia. *h. e.* corona ex olea, quæ dabatur victori in ludis Olympicis. Adde *Val. Flacc.* 3. 542. et 697. — Hinc absolute

Achæi, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Stricto sensu, incolæ Achaiæ. *Curt.* 4. 13. 29. et 6. 1. 29. et *Justin.* 25. 4. 4. — Hi primum Thessaliam habitarunt, *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 14. (28).; dein in Peloponnesum migrarunt, ubi eam tandem regionem occuparunt, quæ Achaia dicitur. *Vellej.* 1. 3. — Ex his *Achæi Phthiotæ* appellantur, qui in Phthiotide manserunt, de quibus *Liv.* 38. 32. et *Plin. loc. cit.* — *Achæorum concilium* apud *Liv.* 27. 30. et *alib.* totam fere complectebatur Peloponnesum (V. *Momms. Röm. Prov.* 1. *p.* 287. v. *Ragg.*). — A Romanis devicti, Achaia in provinciam Romanam redacta, Achæi vocati sunt incolæ Achaiæ et Græciæ proprie dictæ. *Cic. Sext.* 43. 94.; *Tac.* 6. *Ann.* 18. etc. — Ab initio Achæi bellicosissimi exstiterunt, ita ut in bello Trojano ceteris excelluerint: ob id *Homer.* in *Iliad.* passim ex eorum nomine Græcorum exercitum nuncupat. *V.* etiam ACHIVUS. ¶ 2. Latiore sensu seu generatim *Achæi* dicti sunt Græci universi. *Senec.* 5. *Benef.* 16., *Stat.* 5. *Silv.* 3., *Solin.* 27., *Justin.* 31. 3., al. *V.* ACHAIA. ¶ 3. Item populi Scythiæ circa Pontum, qui Græcorum olim colonia fuerunt, quorum regio hodie *Abassia* vocatur. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 27. Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis. — De his *Plin.* 6. *Hist. nat.* 5. 5. (16)., *Ammian.* 22. 8. 25. et *Priscian. Perieg.* 665. — *Achæorum* (al. *Achæon*) *portus* seu *sinus*, ut appellat *Mela* 1. 18. (93), Ἀχαιῶν λιμήν, erat in Troade ita ab iis dictus, qui illuc appulerant. *Liv.* 37. 9. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (88). et 5. *ibid.* 30. 33. (124). — *Achæorum* (al. *Achivorum*) *statio*, in Sigæo promontorio ad Hellespontum. *Id.* 4. *ibid.* 12. 18. (49).

ĀCHÆUS, i, m. 2. (Ἀχαιός) *Acheus*, altera litt. diphthongi extrita, apud *Hieronym.* in *Chron.* V. etiam ACHÆUS, a, um. — Achæus

I.) Apud scriptores ¶ 1. Filius Jovis et Pthiæ, ex *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 242., vel Xuthi, filii Hellenis, ex *Strab.* 8. 383.; unde Achæi populi sunt appellati. *V.* voc. præc. init. — Ad hunc, ut videtur, alludit *Hieronym.* in *Chron.*, ubi Achaiam ab eo nuncupatam memorat. ¶ 2. Item rex Lydiæ, filius Andromachi, fratris Laodices, quæ Seleuco II., regi Syriæ, nupsit, potentissimus, in factione populari, quum nova tributa a populo vellet extorquere, reste suspensus est pedibus sursum erectis et capite in aquas Pactoli demisso; aut, secundum alios, dolo captus, Antiochi regis jussu teterrimo supplicio periit, de quo *Ovid. Ib.* 299. Adde *Justin.* in *Prol.* 30., coll. *Polyb.* 8. 17. ¶ 3. Item alius a Ptolemæo captus et interfectus, apud *Justin.* in *prol.* 27., ubi *Dübner*, præeunte *Niebuhr*, pro *ad eum* leg. *Achæum.* ¶ 4. Achæus, poeta. *Ovid. Ib.* 541. V. *Suid.*, qui duos nominat tragicos, Eretriensem alterum, cujus fragmenta collegerunt *A. Nauck*, et *Urlichs;* alterum Syracusanum. Cf. *Burmann* ad *Ovid. loc. cit.* V. *Welcker, d. gr. Trag. III.* 958. *sqq.*

II.) In titulis cognomen virile. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 4719.

ĀCHĀIA, æ, f. 1. (Ἀχαΐα) — *a)* Scribitur et *Acaia* sine aspiratione in vett. codd. — *b)* Genet. sing. *Achaiai* ἀρχαϊκῶς in *Corp. Inscr. Lat.* 8. 7271. — *c)* Nomina *Achaia, Achaius, Achaichus,* diphthongo per diæresim divisa, quadrisyllaba sunt, non trisyllaba, ut licenter apud *Venant.* 5. *carm.* 2. 14. et *alib.* — *d)* Origo nominis est ab *Achæo* vel ab *Achæis* populis, qui eam incoluere. Cf. *Isid. l. c. Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 619. Achaia ab Acheo condita. *Id.* tamen *de nom. Hebr. p.* 78. Achaia frater Domini vel frater meus Dominus. Cf. *Hesych.* in *Schol. Theocr.* 7. 5. et v. *Brandis, PW.* 1. 156. *sqq.*

Achaia, regio, quæ varias subiit vices et nomina (V. *E. Curtius, Pelop. I.*, coll. *Bursian, Geogr. v. Griech. II.*), dicta primum Achaia Phthiotis, dein Achaia propria, ad septentr. Peloponnesi sita, et post dominationem Rom. Achaia, complectens fœderatas regiones, h. e. Peloponnesum, Græciam mediam insulasque adjacentes (*Pausan.* 7. 16. § 10). Distinguitur itaque ¶ 1. Achaia Phthiotis, parva regio in Phthiotide provincia, inter Phthiotidem et Thessaliam, ad sinum Pagasæum sita, cujus caput Halos. *Liv.* 41. 22. et 42. 67. Cf. *Herod.* 7. 173. ¶ 2. Achaia propria, regio Peloponnesi ad sinum Corinthiacum, ab Isthmo incipiens. — *a)* Stricto sensu apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (12)., ubi oppida enumerat; et *Mel.* 2. 39. — Ante bellum Trojanum divisa erat in varias provincias seu regna, ex quibus præcipua *Sicyoniorum* et *Phliasiorum;* postmodum in duodecim parvas civitates seu res publicas fœderatas usque ad obitum Alexandri M., quo tempore Demetrius ejusque filius Antiochus eam occuparunt. Sed postea, jugo Macedonum excusso, antiquum fœdus renovavit et per strategos seu prætores suos est administrata, quos inter Aratus Sicyonius primus fœderatis politicam formam tribuit Corinthumque et Megaram adjunxit (*Cellar. Orb. antiqu.* 1. *p.* 821. *Schw.*, coll. *Freemann, Hist. of the Gr. Fed.* 1863); dum Romani, duce Mummio, eam in suam ditionem redegerunt, an. U. C. 609. (*Justin.* 31., 32. et 34) et provinciam suam constituerunt, cujus tamen limites per tempora, in primis rei publicæ liberæ ætate atque Augusti et imperatorum (*V.* infra), incertos fuisse constat (V. *Brandis, loc. cit., coll.* tamen *Momms., Prov. Rom.* 1. *p.* 236. *sq.* v. *Ragg.*) ex *Tac.* 2. *Ann.* 53. et *Apul.* 6. *Met.* 18. (Cf. tamen *Strab.* 17. 3. *p.* 840); inde a *Cic.* apud scriptores, historicos et geographos, *Liv.* excepto, conjuncta est præcipue cum Asia (*Cic.* 15. *Fam.* 15., *Vellej.* 2. 23., al.) et Macedonia (*Val. Max.* 7. 5. 4., *Sueton. Claud.* 25., al.), dictaque provincia tam Peloponnesiaca quam Romana inde a *Val. Max. l. c.*, *Plin.* 8. *ep.* 24., al. — *b)* Hinc latiore sensu *Achaia* est universa Peloponnesus, cum insulis adjacentibus, apud *Dion. H.* 1. 25., coll. *Ampel.* 7. 4., *Oros.* 1. 2., *Isid.* 14. *Orig.* 4. 14.; et *Achaia propria*, regio hujus nominis prior; immo fuit una ex duabus provinciis (Macedonia et Achaia), in quas Romani totam Græciam diviserunt. *Pausan.* 7. 16., coll. *Vulg. Act.* 19. 21. et *Rom.* 15. 26. — *c)* Quin pro Hellade seu Græcia, quam complectebatur (*Strab.* 17. 814), aliquando accipitur. *Propert.* 2. 28. 53. Et quot Troja tulit vetus et quot Achaia formas. *Ovid.* 8. *Met.* 268. et populi, quos dives Achaia cepit. Adde 13. *ibid.* 325. Cf. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 53. (149). Achaia victa Romanos corrupit. Adde *Cic. Flacc.* 40. 100. et 11. *Att.* 7., *Vitruv.* 2. 6. 5., *Auson.* 388. 1., *Corp. Inscr. Lat.* 8. 12331. etc. — *d)* Sub Augusto imp., qui in duas classes divisit provincias, *Achaia provincia* proconsularis fuit ab an. U. C. 727-768., quo illam Senatus tradidit Tiberio. *Tac.* 1. *Ann.* 76 (Cf. *Cavedoni, Opusc. di Mod. T.* 2. *p.* 83). Dein, Claudio imp., Senatui restituta fuit. *Sueton. Claud.* 25., coll. *Dion.* 60. 24. (V. *Zinkeisen, Gesch. Griech. I.* 7. 12. et *Hertzberg, Gesch. Griech.* etc. *I.* 284., 499. *sqq.*) ann. a. Chr. 44., unde tempore Pauli ap. *proconsul*, ἀνθύπατος, qui Cenchreis residebat, memoratur Gallio (*Act.* 18. 12); Nerone autem imp. a. Chr. 66. libera declarata est (*Plin.* 8. *ep.* 24., coll. *Dion.* 63. 11). Post a Vespasiano usque ad Justinianum imp. iterum proconsularis fuit. — *d)* Postrema imperii R. ætate fuit inter sex Provincias, quæ diœcesim Macedoniæ constituebant. *Notit. Dignit. Or. c.* 3., coll. 19. V. etiam *Thes. L. L. p.* 382. *sq.* ¶ 3. *Achaia Pontica*, locus in Ponto (ἡ παλαιά *Ptol.* 5. 9. 8) memoratus a *Senec. Consol.* ad *Helv.* 6. 8. V. *Borghesi, Estr. d. Excerpt. Vatic.* ed. *Mai.* § 31. — Plura videsis apud *Töpffer* et *Brandis, PW.* 1. 154-198.; *Momms. op. cit.*; *Brunet De Presle, Grèce* etc. Paris 1860.; *Marquardt, St.-V. I.* 321. 3.; *Hertzberg, Gesch. Gr. unter röm. Herrsch. I.* 284. *sqq.*; *Dittenberger, Syll.* passim; et *Mahaffy, the Greek world under Rom. sway,* London 1890.

ĀCHĀIĀCHĀLA, æ, f. 1. nomen, ex Persico *achhache* Græcæ linguæ accommodatum, cujusdam castri siti in Mesopotamia, in insula Euphratis. *Ammian.* 24. 2. 2.

ĀCHĀIAS, ădis, adject. f. 3. (Ἀχαιΐάς) femina Achæa vel Græca. *Ovid.* 3. *Heroid.* 71. Inter Achaiadas longe pulcherrima matres. Ita leg. *Riese;* alii *Achaiadas*, alii vero *Acheiadas*, quæ lectio accedere videtur Homerico Ἀχαιΐάς, άδος; sed a *Forcell.* improbatur.

ĀCHĀICUS, a, um, adject. (Ἀχαϊκός) ¶ 1. Est ad Achaiam pertinens. *Cic.* 11. *Att.* 14. Achaici deprecatores. *Manil.* 4. 614. Achaica arva. *Sil. It.* 15. 306. mœnia. sc. Elidis; al. ¶ 2. Universim pro Græco. *Horat.* 1. *Od.* 15. *extr.* Achaicus ignis. Sic *Virg.* 2. *Æn.* 462. Achaica castra. *Alii leg.* Achaia. — *Achaicum mare* apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 211., quod Achaiam sive Græciam alluit. Cf. *Isid.* 13. *Orig.* 16. 7. et *Gloss. III.* 346. — *Achaicum bellum*, sc. Romanorum contra Achæos, de quo *Liv. Epit.* 51. *sq.*, *Val. Max.* 7. 5. 4., *Flor.* 2. 16., *Justin.* 34. 1. 2., al. ¶ 3. Est etiam ad Achaiam prov. R. pertinens. *Cic.* 4. *Fam.* 4. Achaicum negotium. *h. e.* proconsulatus Achaiæ. Adde *Cæs.* 3. *B. C.* 5., *Sueton. Ner.* 51., al. — Hinc absolute

Achaica, æ, f. 1. et

Achaicus, i, m. 2. ¶ 1. *Achaicus*, nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19649. — Ita etiam nuncupatus discipulus Pauli, *Vulg.* 1. *Cor.* 16. 15. Domus Stephanæ et Fortunati et Achaici primitiæ Achaiæ. Cf. tamen *Jacquier* in *Dict. Bibl. Vigour. p.* 1. 128. — Et etiam cognomen inditum quibusdam viris, ut in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 21228., 9. 5482. etc.; maxime L. Mummio ob eversam Corinthum et Achaiam devictam. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 8. (24). et *Vellej.* 1. 13. et 2. 128. (V. *Sigon. Nom. Rom. c.* 5). — Hinc *Achaica* dicta etiam ejus proneptis. *Sueton. Galb.* 3. Adde *Corp. Inscr. Lat.* 14. 1805.

ĀCHĀIS, idis, et *poet.* idos, 3. (Ἀχαΐς). — Acc. sing. *Achaida* apud *Plin. loc. cit.*; et plur. *Achaidas* apud *Ovid.* 3. *Met.* 511. et *alib.* — Achais

I.) Substantive. ¶ 1. De loco. — 1.°) Est idem quod Græcia. *Ovid.* 5. *Met.* 577. Pars ego Nympharum, quæ sunt in Achaide, dixit, Una fui. Adde 7. *ibid.* 504. — 2.°) Item oppidum Heraclea ab Alex. M. conditum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (48). ¶ 2. De persona, est cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 15347.

II.) Adjectivorum more. *Ovid.* 5. *Met.* 306. per tot Achaidas urbes. Adde 15. *ibid.* 293. et *alib.* Cf. *Homer. Il.* 2. 235. et *alib.*

ĀCHĀIUS, a, um, adject. Est vox quadrisyllaba; sed trisyllabam facit non imitandus *Venant.* 5. *carm.* 2. 14. Andreæ monitis exstat Achaia seges.

Achaius ¶ 1. Est idem quod Achæus vel Achaicus. *Virg.* 5. *Æn.* 623. Achaia manus. Adde 2. *ibid.* 462. et *Sil. It.* 14. 5. Ita leg. *Pierius* aliique ex ant. codd.; plerique vero *Achaica.* Rursum apud *eumd.* 15. 306., ubi tamen *Bauer* leg. *Achaica.* (Cf. *Jan.* ad *Horat.* 1. *Od.* 15. 35.; *Heins.* ad *Ovid.* 1. *Heroid.* 28. et *Lemaire* ad *Sil. loc.*). ¶ 2. Absolute, nom. vir. Gr. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8324.

ĀCHĀLĒ, es, f. 1. insula Lusitaniæ oræ adjacens. *Avien. Or. mar.* 183. *sq.*

ĀCHĀMANTIS. *V.* ACAMANTIS.

ĀCHĀMĒNĒS, is, m. 3. dux quidam Ægyptius ab Artaxerxe devictus. *Justin. prol.* 3. 3. *R.*

ĀCHĀMŌTH, indecl. f. Hebr. *Hhŏkmōth* « sapientia » sing. num. (« superna sapientia » *Forcell.*) ut *Prov.* 1. 20. et 9. 1.: fortasse vera lectio *Hhŏkmōth:* v. *Simon. Dict. Hebr. Chald.*

Achamoth, æon quidam vel deus Valentini hæretici, Ἀχαμώθ. *Tertull. Præscr.* 49. et *adv. Valentin.* 14. *sqq.* — De eo plura apud *Iren.* 1. *Hær.* 4. *sqq.*

ĀCHĀMŌTHIĀNUS, a, um, adject. ad Achamoth pertinens. *Tertull. adv. Valentin.* 27.

ĀCHĀN, indecl. m. Hebr. *'Ākān*, qui et *'Ākār*, LXX. Ἀχάρ, dictus est, sc. *affligens, perturbator:* cf. *Jos.* 7. 25.; unde *Acharus, i,* 2. apud *Cypr. Gall.*, qui licenter corripuit primam et secundam, *Jos. v.* 173.; primam vero tantum *v.* 502. *Prudent. Psych.* 587. hanc produxit in *Achar.*

Achan, filius Charmi, nepos Zabdi et pronepos Zare, de tribu Juda. *Vulg. Jos.* 7. 1. — Hic quum de anathemate Jerichuntis pretiosa quædam contra vetitum abstulisset, jussu Josue lapidatus cum filiis periit ad vallem Achor. *Id. ibid. v.* 19-26., coll. *ibid.* 22. 20., ubi *filius* (Zare) Hebræorum more latiorem in sensum accipitur. — Filii vero, etsi paterni criminis haud participes, salvo jure humano (*Deut.* 24. 16), divino tamen juri subjacuerunt (*Exod.* 20. 5). — Forma *Achar* (*Acharus:* v. supra) tamquam agnomen ex facto, 1. *Par.* 2. 7. (Cf. *Jos.* 7. 25.). — De alio *Achan* V. ACAN.

ACHANA. *V.* ACHENUM.

ACHANTIS. *V.* ACANTHIS.

ĀCHAR (Acar), indecl. m. (Hebr. *'Ākār* « evulsio », *LXX.* Ἀχόρ) ¶ 1. Fuit filius [Car]mi, de familia Caleb. 1. *Par.* 2. 27., ubi *Vulg.* habet *Acar* sine aspiratione. ¶ 2. Item idem qui Achan. *V.* hanc voc.

ACHARAN, indecl. oppidum Palæstinæ. *Hieronym. De sit. et nom. p.* 24. Acharan turbans eos. Cf. *Jos.* 19. 28., ubi *Vulg.* Abran; *LXX.* Ἐλβών; sed cod. Alex. et Eus. *p.* 224. Leg. Ἀχράν.

ĀCHĀREUS, i, m. 2. vir quidam pancratiastes qui Olympiæ ab Hercule victus est. *Hygin. fab.* 273. V. *Tümpel, PW.* 1. 209.

ĀCHĀRISTIO, ōnis, m. 3. (Ἀχαριστίων) titulus fabulæ Plautinæ deperditæ. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 15. (92). Plautus in Acharistione. Adde *Non.* 157.

ĀCHARNÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἀχαρναί) pagus Atticæ in tribu Œneide, LXX. stadiis ab Athenis distans, ubi est nunc villa *Menidi.* Memorat *Stat.* 12. *Theb.* 623. — An. a. Chr. 431. circ. ab Archidamo Lacedæmonio oppugnatus fuit, Pericle Athenas regente. Dionysia porro ibi inventa et celebrata dicuntur *Stat. loc. cit.*, coll. *Pausan.*

Att. 31. et *Thucyd. II.* 19. V. plura apud *Milchhöfer, PW.* 1. 209. *sq.*

ĀCHARNĀNUS, a, um, adject. ad Acharnas pertinens. *Nepos Them.* 1., ubi *Lambin.* leg. *Acarnans*, sine aspiratione, *sc.* ex Acarnania; sed *Halm* cum aliis recentiorib. leg. *Halicarnassia.*

ĀCHARNĒ, es, f. 1. (Ἀχάρνη) oppidum Magnesiæ Thessaliæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 9. 16. (32).

ĀCHARNEUS, i, m. 2. (Ἀχαρνεύς) vox trisyllaba. — Acharneus, mons Atticæ, valde lapidosus, de quo *Senec. Phædr.* 21. qua tepidis Subditus austris frigora mollit Durus Acharneus. « *Alii male leg.* Acarnan. Ita cl. *Furlanett.* in *App.*, vertens « qui est ex Acharnis ». Codd. tamen habent *Acharnan*, v. *Acarna*, ut pulcherrimus cod. 5. bibliothecæ Semin. Patav.

ĀCHARNĪDES. *V.* ATARNITES.

ĀCHARRÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Thessaliæ in Hestiæotide. *Liv.* 32. 13. V. *Hirschfeld, PW.* 1. 210.

ĀCHĀRUS. *V.* ACHAN.

ĀCHĀTĒ. *V.* HECATE.

ĀCHĀTĒS, æ, m. 1. Ἀχάτης — *a)* Genet. *Achatæ* apud *Virg.* 10. *Æn.* 343. et *Solin.* 5.; et etiam *Achati* apud *Virg.* 1. *Æn.* 20. *Ribb.*, ubi *Prob.* leg. *Achatæ.* — Acc. *Achaten* apud *eumd.* 1. *ibid.* 644. et 10. 332., *Serv.* ad *Virg.* h. l. et *Sil. It.* 14. 228 — Voc. *Achate* apud *Virg.* 1. *Æn.* 459. Cf. *Serv.* ad *eumd.* 10. *ibid.* 332. — *b)* Etymon vocis est ab ἄχος, *sollicitudo*, quæ est regum perpetua comes: ita *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 312.; qui *alib.* (*v.* 174) ducit ab *achate* lapide: cf. *achates*, ἀχάτης, quam gemmam *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 54. (139). appellat; aliter *Fulg. Virg. cont. p.* 92., ubi *Acates.*

Achates, nomen personæ et fluvii. ¶ 1. De persona. — 1.º) Apud scriptores, est fidelissimus Æneæ comes. *Virg.* 1. *Æn.* 174. et *ibid.* passim, ubi dicitur *fortis v.* 120.; *rapidus v.* 644.; *magnus* 10. *ibid.* 343; *fidus* 1. *ibid.* 188. Hinc *fidus Achates* vulgo fere in proverb. transit, de amico, qui fidelitate excellat. — Adde *Ovid.* 3. *Fast.* 603. et 607. — 2.º) In titulis cognomen virile. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11941. ¶ 2. Item fluvius Siciliæ, prope Selinuntem, hodie *Dirillo* in *Val di Noto* v. *Cannitello* (V. *Holm* apud *Hulsen, PW.* 1. 211); ubi primum reperti pretiosi lapilli hujus nominis, qui vulgo *agate* vocitantur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 2. 14. (90)., coll. 35. *ibid.* 10. 54. (139)., *Sil. It.* 14. 228. et *Solin.* 5. *ad fin.*.

ACHATON, i, n. 2. mons Ætoliæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (6).; at *Sillig.* leg. *Acanthon*, alii *Agathon.*

ĀCHAZ, indecl. m. Hebr. *'Âhhâz* « possessor » vel contract. ab *Yehô'âhhâz*, « Deus possedit »; *LXX.* Ἄχαζ; *Aazia* et *Aaz* apud *Hieronym. De nom. p.* 44. et 60., ubi (*Isid.* 7. *Orig.* 6. 78.) explicatur *adprehendens, tenens.*

Achaz, rex Juda decimus secundus, filius Joatham, sceleratus et idololatra. *Vulg.* 4. *Reg.* 15. 38. et 16. 2. et 2. *Par.* 28. 1. — Regnare cœpit an. ætat. 20., ut ex *locc. citt.* constat; sed juxta *LXX.*, Peshito, Arab. et MSS. Hebr. *Par. loc. cit.* legend. an. 25. — Ejus regnum primum a Syris (2. *Par.* 28. 5. et *Is.* 7. 1.); dein a Philisthæis et Idumæis (2. *Par.* 28. 19); denique ab Assyriis (*ibid.* 28. 20) vastatum fuit. — Celebre est vaticinium *Is.* 7. 14. de Messia ex Virgine ab ejus stirpe orituro; de quo V. *Hetzenauer, Th. Bibl. V. T. p.* 479. et 584. *sqq.* et *Knabenbauer* in *Is. p.* 169. *sqq.* Cf. *Matth.* 1. 22. — Obiit an. regni sextodecimo; at in sepulcris regum tumulatus non fuit (2. *Par.* 28. 27) ob immanem ejus impietatem, cui ex eadem causa fortasse etiam nomen primitivum *Joachaz* in *Achaz* mutatum est. — Etiam in inscriptt. cuneatis legitur *Ja-u-cha-zi*, ubi ea confirmantur, de quibus 4. *Reg.* 16. 8. et *alib.* et 2. *Par.* 28. 20. et 21. De conciliandа vero chronologia utriusque historiæ videsis *Des Vignoles, Chronol. de l'Hist. saint. et des hist. étrang.* etc. Berlin, 1738; *Civiltà Catt.* 1883. Mai.-Jun. et *Vigouroux, La Bibl. et les découv.* etc. *v.* 3. — Ex his etiam constat non tempore Achaz, sed Amasiæ vel Joas cœpisse dominationem Assyriorum in Juda, de qua inter eruditos tam est disputatum, sub Rammanirari *III.* (*Brunengo, Stor. dell' Imp. di Bab.* etc. *v.* 1. *p.* 424).

ĀCHĀZĪB, indecl. Hebr. *'Akzib* « fallax, mendax », *LXX.* Ἀσχαζί, Κεζίβ, Ἀχζίβ, Ἐχοζόβ. — Scribitur etiam *Achzib, Achizba.* V. *Vulg. loc. cit.*

Achazib ¶ 1. Est oppidum maritimum in tribu Aser inter Acconem et Tyrum, Græcis atque Latinis Ἐκδίππα, *Ecdippa* (Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). et *Ptolem.* 5. 16. 6. *Vulg. Jud.* 1. 31., coll. *Jos.* 19. 29. *Hieronym. De nom. Hebr. p.* 24. Achazib mendacium sive stultitia. — Hodie dicitur *Ez-Zib* (al. *Osib*) et describitur a *Guérin, Descr. de la Pal. t.* 2. *p.* 164. — In monum. Assyr. memoratur *Ak-zi-bi* a Sennacherib, qui eo potitus fuerat tempore Ezechiæ (*Schrader, Keilinschr.* etc. *p.* 178 et 288). ¶ 2. Item oppidum in tribu Juda. *Vulg. Jos.* 15. 44., ubi *Achzib.* — Hodie fortasse est *'Ain el-Kezbeh* prope *Beit-Nettif.* V. *Legendre* in *Dict. Bibl. Vigour. p.* 1. 130. *sqq.*

ĀCHĔLĀIS, idis, f. 3. (Ἀχελαΐς) cogn. mul. in *Inscr.* apud *Grut.* 77. 2. Ita cl. *Furlanett.* in *App.*

ĀCHĔLŌĒ, es, f. 1. Harpyia. *Hygin. fab.* 14.

ĀCHĔLŌĬAS, ădis, f. 3. (Ἀχελωϊάς) epitheton Sirenum, filiarum Acheloi. *Ovid.* 14. *Met.* 87. Cf. *Sil. It.* 12. 33.

ĀCHĔLŌĬS, idis, f. 3. (Ἀχελωΐς) Acc. plur. *Acheloidas* apud *Colum. loc. cit.*

Acheloia est ad Acheloum pertinens. Hinc ¶ 1. *Acheloides* dicuntur Sirenes, filiæ Acheloi. *Ovid.* 5. *Met.* 552. vobis, Acheloides, unde Pluma pedesque avium, quum virginis ora geratis? ¶ 2. Item nymphæ Acheloi: et per metonymiam omnes Najades seu nymphæ fontanæ vel amnicolæ; Achelous enim aliquando pro omni aqua accipitur. *Colum.* 10. *R. R.* 263. *V.* ACHELOUS sub I. 2. *b.* — In sing. num. *Auct. Cop.* 15. (V. *Lexic.* h. v.). ¶ 3. Est etiam cogn. mul. in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9447.

ĀCHĔLŌĬUS, a, um, adject. quinquesyllab. (Ἀχελώϊος, Ἀχελῷος) ad Acheloum pertinens — 1.º) De persona. *Ovid.* 9. *Met.* 413. Acheloia Callirrhoe. *h. e.* filia Acheloi. *Id.* 16. *Heroid.* 265. Acheloia cornua. — *Acheloius heros*, apud *Stat.* 2. *Theb.* 142., *h. e.* Tydeus, filius regis Ætoliæ, ubi est Achelous fluvius. — 2.º) De fluvio. *Priscian. Perieg.* 446. Acheloia unda. Adde *eumd. ibid.* 522. — 3.º) De aqua, pro qua Achelous generatim sumitur. *Virg.* 1. *G.* 9. Acheloia pocula. — Hinc absolute

Acheloius, ii, m. 2. idem qui Achelous. *Claudian. Laud. Seren.* 478.

ĀCHĔLŌŪS, i, m. 2. Ἀχελῷος — *a)* Varie scribitur, ut *Acheloius, Acheolus, Acielous* etc. — *b)* Nomin. *Acheloos*, Gr. posit., apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 8. - *Acheloon* apud *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 103. et *Stat.* 7. *Theb.* 416. — Acc. *Acheloum* apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 17. (45). — *c)* Etymon incertum est. *V.* tamen *Welcker* in *Bull. di Corr. arch.* a. 1853. *p.* 65. *sq.*, *Voss. Etym.* ad v. *aqua* et *Hirschfeld, PW.* 1. 213. — Achelous

I.) Apud scriptores ¶ 1. Est nomen viri, in fabulis Ponti et Maris, ut habet *Hygin. fab. præf.*, sive Oceani ex Tethide filii natu maximi, ut *Hesiod, Th.* 337. et *Acusil.* in *fragm. n.* 11.: vel, ut alii tradunt, Terræ filii (quod de omnibus dici solet, quorum per antiquitatem latent parentes), qui quum ex Melpomene, vel, ut alii dicunt, ex Calliope tres filias Sirenas suscepisset easque aliquando amisisset, ob id mœrore confectus, matris auxilium oravit, quæ miserans filium animi dolore tabescentem, patefactis antris, intra se obruit indeque fluvium cognominem oriri fecit: vel potius ipsum Acheloum in fluvium transformavit. Hic quum aliquando Dejaniram deperiret, quam Alcides quoque adamabat, cum illo luctatus est, sed ter victus, quum in draconem quoque et in taurum se vertisset (qua forma cornu amisit ab illo vi avulsum) ad vires Alcidis eludendas amores suos illi cedere coactus est. Ita *Forcellin.* ex *Serv.* in *Virg.* 1. *G.* 9. et 8. *Æn.* 300., *Ovid.* 9. *Met. fab.* 1. et 96. et *Claudian. Laud. Seren.* 170.; quamquam alii narrant, Acheloum non a Terra in fluvium esse conversum, sed, quum victum se et Dejaniræ nuptiis frustratum vidisset, adeo ex amore in lacrimas effudisse sese, ut in amnem liquatus sit. *Propert.* 2. 25. 33., *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 103., *Sil. It.* 3. 42. et *Hygin. fab.* 31. et 141. — Subest autem fabulæ vera historia. Tradunt enim Acheloum amnem incerto cursu, modo pluribus derivatum alveis, modo uno impetu oblique circumactum, diu de agro adjacente belli causam Ætolis et Acarnanibus præbuisse, donec eum Hercules aggeribus coercuit; quo facto Dejaniram, Œnei, regis Ætolorum, filiam, in matrimonium impetravit. (*Forcellin.* h. v.). — De cornu Acheloi *V.* CORNU in *Lexic.* — De ejus cultu apud Græcos V. *Macrob. loc. cit.*, *Schol.* ad *Il.* 21. 194. et 24. 616., coll. *Imhoof-Blumer Wiener numism. Zeitschr. X.* 13. *sqq.* et *Wentzel, PW.* 1. 214. *sq.* ¶ 2. Item nomen fluvii Acarnanum, hodie *Aspropotamo*, aliis dictus *Geromies* vel *Pachicolmos*, qui a monte Pindo Perrhebiorum oritur, Græcorum maximus, Ætoliam ab Acarnania dividens et in Jonium (Maliacum *Vib. Seq. p.* 146) mare influens contra Echinadas insulas, inter Halyziam oppidum et Evenum fluvium. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. (5). — *a)* Proprie. *Avien. Descr. orb.* 592. campis hic pulcher apertis Labitur et virides sulcans terras Achelous Irruit Hadriaci tergum maris etc. Cf. *Priscian. Perieg.* 446. et *Liv.* 43. 21. et 22. *Stat.* 2. *Theb.* 731. Achelous turbidus. — *b)* Translate pro aqua apud veteres propter antiquitatem fluvii, tota Græcia celeberrimi, ut *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 300. et 1. *G.* 9. et fusius *Macrob.* 5. *Sat.* 18. demonstrant. Cf. *Callim. epigr.* 29. *Wil.* (V. *Wentzel, loc. cit.*). Hinc *Virg.* 1. *G.* 9. ait, Acheloiam aquam uvis inventis mixtam fuisse. Cujus rei altera quoque ratio reddi potest ex fabulis. Scribit enim *Serv. ibid.* juxta Acheloi ripas inventam primam fuisse uvam a quodam pastore, cui nomen Staphylus, qui eam Œneo, Ætolorum regi, obtulit atque inde vinum fieri cœptum et aquis temperari: hinc et uvam σταφυλὴν dictam et vinum οἶνον a Græcis. Unde *Ovid.* 5. *Fast.* 343. Donec eras mixtus nullis, Acheloe, racemis etc. Adde *Hygin. fab.* 274. V. *Lexic.* ad *h. v.*

II.) In titulis nomen et cognomen vir., origine libertinum, ut videtur, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 2160. et *Carm. epigr.* 1542. *in tit. Luc.*

ĀCHĒNUM, i, n. 2. fluvius Arabiæ influens sinum Persicum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (147)., ubi alii leg. *Achanum* vel *Achana.* V. *Sprenger, Alte Geogr. Arab.* 149.

ACHERBĀS. *V.* ACERBAS.

ĀCHĔRENTĪNUS (Acerentinus, Aceruntinus v. Acerontinus), a, um, adject. ad Acheruntiam, oppidum Apuliæ in Lucaniæ confinio, pertinens. Hinc *Hercules Acerentinus* vel *Acheruntinus*, quod fortasse ibi cultus fuerit, in *Inscr.* apud *Orelli n.* 1552. ex *Romanelli Pap. Nap. T.* 1. *p.* 258., quam spuriam censet *Mommsen n.* 119., sed *alii* apud *Cavedoni Opusc. di Mod. T.* 5. *p.* 192. et *Diehl* in *Thes. L. L.* h. v. confirmant. — Hinc absolute

Acherentini, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Sunt incolæ Acheruntiæ v. Acerentiæ. *Inscr.* apud *Henz. Suppl. Orelli n.* 5184., ubi *Acerentinorum* legitur. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 417. ORDO ACERVNT*inorum.* V. ACHERUNTIA. ¶ 2. Item ad Acherontem fluvium pertinens, a quo oppidani *Acherontini* dicti apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 10. (78). V. *Orelli. Coll. Inscr. Lat. n.* 1552. — Cf. etiam *Momms., Corp.* 9. *p.* 43. et *Hülsen, PW.* 1. 155.

ĀCHĔRĪNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi ignoti, apud *Cic.* 3. *Verr.* 43. 103. *Orell.* — Putat *Zumpt.* nomen esse corruptum ex *Scherini*, a Σχῆρα, quod est oppidulum Siciliæ. Itaque *Cluverius Sic. Ant.* 2. 2., probante *Harduino*, sic legend. conjicit. Hæc *Orelli* in *Onom. Tull. p.* 6.

ĀCHĔRŌN, ontis, m. 3. (Ἀχέρων) In femin. gen. usurpavit *Plaut. Capt.* 999. Nulla adæque est Acheruns etc. Ita legit cum nonnullis *Non. p.* 191. 27. *Merc.*; alii vero *nullus*; sed minus recte. — *a)* Orthographia: scribitur *Acheruns* semper aut fere semper a veteribus scriptoribus, prisco more, ut *Priscian. I.* 35. *p.* 27. *K.* docet. Sic *Plaut. Amph.* 1028., *Capt.* 999., *Trin.* 525. etc. (ubi al. *Acherons*; ut *Non.* 191), *Enn.* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 16., *Lucret.* 3. 992. et etiam *Nep. Dion.* 10. — Quin et *Accheruns* habent *Lorenz, Götz* et *Scholl* in locc. *Plaut.* — *Acheros* apud *Liv.* 8. 24. le-

gitur de fluvio Bruttiorum. Adde *Vib. Seq. loc. cit.* — Etiam *Acharon.* V. ACHERONTICUS, a, um. — *Acherontes* in *Not. Tir.* 58. 91. et *Gloss. III.* 290. — *b)* Declinatio: Genet. *Acherontos*, Græca positione, in *Corp. Inscr. Lat.* 8. 212. — Acc. *Acheruntem* apud *Plaut. Cas.* 448. et alib. *Front. p.* 228. 25. *N.*; et *Acheronta* (*Acherunta*) apud *Lucret.* 4. 170., *Virg.* 7. *Æn.* 312., *Horat.* 1. *Sat.* 3. 26., *Ovid.* 11. *Met.* 504., al. — *c)* Prosodia: prima syllaba brevis est; at sæpe apud *Plaut.* longa; aliquando incerta. V. *Hermann* in *Eurip. Hecub.* 1. *p.* 5. *sq.*, *Bosscha* in *Plaut. Capt. loc. cit.* et *Spengel, Plaut. Krit.* 69. — *d)* Etymologia: vox est ab α priv. et χαρά, *gaudium*: ita *Servius* ad *Virg.* 6. *Æn.* 107. Alii ducunt ab ἄχεα ῥέων, *dolores in flumine seu cursu* habens seu volvens. Aliter *Fulgent. Virg. cont. p.* 98. 14. *sqq.* « Nauta Carone deportante transit Acherontem -; Acheron enim Græce sine tempus dicitur, Caron vero quasi ceron, id est tempus ». — Acheron

I.) Est nomen fluvii: et quidem ¶ 1. *Acheron* dicitur, qui et *Acheros*, fluvius Bruttiorum in Calabria citeriore juxta Pandosiam excisam fluens et in sinum Tarinæum desinens, nunc *Acri* vel *Mucone*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 10. (73)., *Liv.* 8. 24. et *Justin.* 12. 2. 14. ¶ 2. Item fluvius Thesprotiæ in Epiro ex Acherusia palude in sinum Ambracium influens, nunc *Velichi* seu *Varlichi* vel *Guria. Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. (4). et *Capell.* 6. *p.* 209. Cf. *Pausan. Att.* 17. ¶ 3. Item fluvius apud Mariandynos in Bithynia, ex Acherusia palude in Pont. Euxinum fluens. *Ammian.* 22. 8. 17. et *Val. Flacc.* 4. 504. ¶ 4. Item, et præcipue, fluvius inferorum fabulosus, qui nascitur ex Tartaro, profundissimo eorum loco, indeque magno impetu ruens et exæstuans Stygem paludem creat, a qua denique exit Cocytus. In quo patet, tria hæc, Acherontem, Stygem, Cocytum juncta esse, quoniam alterum ex altero nascitur atque ideo a poetis interdum promiscue ponuntur. — *a)* Proprie. *Vib. Seq. p.* 153. *R.* Acheros, qua ad inferos creditur iri. *Virg.* 6. *Æn.* 245. Hinc via Tartarei, quæ fert, Acherontis ad undas: Turbidus hic cœno vastaque voragine gurges Æstuat atque omnem Cocyto eructat arenam. *sc.* Acheron turbidus et æstuans fluit (ex quo Styx palus) et in Cocytum arenas eructat. — Latet autem hoc loco allegoria. Nam *Acheron* significat *sine gaudio*, ut dictum est: qui gaudio caret, sine dubio tristis est, quod significat *Styx* a στυγερός, *tristis*: ex tristitia luctus nascitur, qui significatur per *Cocytum* a κωκυτός, *luctus.* Ita *Serv. ibid.* — Illud addendum est, *Servium* ipsum, a quo hæc sumpta sunt, ad *Virg.* 6. *Æn.* 107., Avernum cum Acheronte confundere et cum Styge. Scribit enim Avernum ex Acherontis æstuariis nasci, quod alio loco de Styge ipsa posuit. Præterea addit, Acherontem esse lacum non longe a Bajis, undique montibus septum et perpetua umbra opacum: quod de Averno docuit 2. *G.* 161. et 3. *Æn.* 386. et 442. (V. *Forcell.*). Adde *Lucan.* 3. 16., *Val. Flacc.* 4. 595., al. — *b)* Tropice *Acheron* sæpe ponitur pro ipsis Inferis v. Orco, Ἀΐδης. *Enn. trag.* 203. Acherontem adibo. *Virg.* 7. *Æn.* 312. Flectere si nequeo Superos, Acheronta movebo. *Id.* 2. *G.* 492. Acherontis avari. *h. e.* insatiabilis. Cf. Hebr. *Sheol.* Adde *Cic. redit.* in *Senat.* 10. 25. *Horat.* 3. *Od.* 3. 16. hac Quirinus Martis equis Acheronta fugit. *h. e.* immortalitatem est adeptus. — *V.* etiam ACHERUNS in *Lex.*

II.) Est etiam fluvii inferni numen indeque inferni deus, pater Ascalaphi et Orphnæ, apud *Ovid.* 5. *Met.* 541. Ascalaphus, quem quondam dicitur Orphne Inter Avernales haud ignotissima Nymphas, Ex Acheronte suo furvis peperisse sub antris. Adde *Stat.* 2. *Silv.* 6. 80. — De eo locus præclarus *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 43. *V.* ASCALAPHUS. Cf. *Mythogr. II.* 12. Plutoni tres deserviunt Furiæ, Noctis et Acheruntis filiæ. Huc referri potest *Ital.* 4. *Reg.* 1. 16. Consuluisti deum Acharon (*Vulg.* Beelzebub).

ĀCHĔRŌNĬUS, ii, m. 2. (Acheron) nomen vir. gentilicium. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 4498.; ubi et nom. mul. *Acheronia.*

ĀCHĔRONTĒUS, a, um, adject. (Ἀχερόντειος) pertinens — *a)* Ad Acherontem, fluvium Inferorum. *Carm. epigr.* 1109. et *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 351. — *b)* Ad Acherontem seu Orcum. *Orest. trag.* 406. et *Isid.* 14. *Orig.* 9. 2.

ĀCHĔRONTĪA. *V.* ACHERUNTIA.

ĀCHĔRONTĬCUS et Acherunticus, a, um, adject. idem qui Acheronteus. ¶ 1. Proprie. *Plaut. Bacch.* 198. Acherunticæ regiones. *Prudent. Cathem.* 5. 127. Acherontica stagna. Sic *Greg. Tur. virt. Mart.* 4. 1. ex Acheronticis stagnis. — *Acherontici libri* apud *Arnob.* 2. *p.* 87. (Cf. *O. Müller. Etrusk.* 2.[2] 26) sunt quos de sacris Acherontiis et cærimoniis scripsisse credebatur Tages Etruscus, ut tradit *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 349. ¶ 2. Translate apud *Plaut.* V. *Lexic.*

ĀCHĔRONTĪNUS. *V.* ACHERENTINUS.

ĀCHĔRONTĬUS. *V.* ACHERUNTIUS.

ĀCHĔRŌS. *V.* ACHERON.

ĀCHERRĀS vel Acerras, æ, m. 1. filius Hiarbæ, Mauretaniæ regis, frater Asbytæ. *Sil. It.* 3. 299., coll. 7. 338. et 10. 76.: ita leg. *Bauer*; at *Drakenb.* suspicabatur legend. *Acherras.* V. voc. seq.

ACHERRĒS, is, m. 3. rex Ægypti, cujus meminit *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 505., coll. 513., ubi *Cherres.*

ĀCHĔRUNS. *V.* ACHERON.

ĀCHĔRUNSĬUS. *V.* ACHERUSIUS.

ĀCHĔRUNTĪ, adv. locat. pro *in Acherunte* apud *Plaut. Merc.* 606, et *alib.* V. *Lexic.*

ĀCHĔRUNTĬA (Acerentia), æ, f. 1. (Ἀχεροντία) In vett. MSS. et edit. libris scribitur etiam *Acherontia, Acerentia* v. *Acerrentia* et *Acaruntia.* Etiam *Acheruntum* v. *Acherontum* apud *Liv.* 9. 20. ex conjectura. V. *Drakenb.* ad *h. l.*

Acheruntia, parvum oppidum Apuliæ Dauniæ in Lucaniæ confinio, prope Bantiam, hodie *Acerenza*, in montis summitate situm (*Acron*); hinc *Acheruntiæ celsæ nidus* apud *Horat.* 3. *Od.* 4. 14. — Fuit fortasse a Pelasgis conditum, quod *validum oppidum* vocat *Liv. loc. cit.*, quum captum est a Junio Bubulo a. 318. a. Chr. — De alia Acheruntia V. *Orell. Coll. Inscr., Lat. n.* 5184. in v. ACERENTINUS.

ĀCHĔRUNTĬCUS. *V.* ACHERONTICUS.

ĀCHĔRUNTĪNUS. *V.* ACHERENTINUS.

ĀCHĔRUNTĬUS (Acherontius), a, um, adject. ad Acheruntem, fluvium Inferorum, pertinens. *Enn.* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 21. 48. Acherontia templa. *h. e.* Inferorum loca. *Alii leg.* Acherusia, *alii vero* Acherunsia, ut *Orell.* et *Vahlen.* — *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 399. Acheruntia sacra, quæ Tages composuisse dicitur. *V.* ACHERONTICUS.

ĀCHĔRUNTUM. *V.* ACHERUNTIA.

ĀCHĔRŪSĬA, æ, f. 1. (Ἀχερουσία) ¶ 1. Est palus Epiri in Thesprotia, quæ ad Chimerium portum et oppidum exit in mare, ex qua Acheron fluvius emittitur. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (4). ¶ 2. Item lacus. *V.* ACHERUSIUS, a, um. ¶ 3. *Acherusia specus* est in Bithynia apud Heracleam Ponti, unde Cerberum extractum fabulantur, ut apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 1. 1. (4). et *Mel.* 1. 19.

ĀCHĔRŪSIS (idis), idos, f. 3. (Ἀχερουσίς), specus Bithyniæ. *Val. Flacc.* 5. 73. *Sch.* Inde premente Noto tristes Acherusidos oras Præterit. Cf. voc. præc. Cf. *Platon. Phædr.* 113.

ĀCHĔRŪSĬUS, a, um, adject. (Ἀχερούσιος) Etiam *Acherunsius* apud *Enn. tr.* 70. (177). *M.* et *p.* 102. *Vahl.*

Acherusius est ad Acherusiam paludem vel ad Acherontem fluv. inf. pertinens. ¶ 1. Proprie. — *a)* Est ad Acherusiam paludem Campaniæ pertinens. *Sil. It.* 13. 398. Hortatur vicina palus ubi signat Averni Squalentem introitum stagnans Acherusius humor (*Forcellinus* vult esse ipsam Acherontis undam). Adde 14. 618. — *Acherusia palus*, in Campania inter Misenum et Cumas, Ἀχερουσία λίμνη, nunc *Lago di Collucia* seu *Lago Fusaro. Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (61). — *Acherusius lacus* dicitur a *Senec. ep.* 55. 7. et absolute *Acherusa* vel *Acerusa* in *Inscr. Suppl.* apud *Henzen n.* 6112. — Poetæ fabulantur per eam ad Inferos transiri. *Sil. It.* 12. 126. — *b)* Item ad Acherontem pertinens tam Italiæ quam Epiri. *Liv.* 8. 24. Caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem. — *c)* *Acherusia* (v. *Acherontia*) *templa* sunt Inferi. *Enn. trag.* 70. Hinc *Lucret.* 1. 120. Acherusia templa Quo neque permanent animæ neque corpora nostra Sed quædam simulacra etc. Adde *Cic.* 1. *Tusc.* 21. 48. ¶ 2. Translate est tristis, ærumnosus, cruciatibus obnoxius, ut qui apud Inferos ab impiis perferuntur. *Lucret.* 3. 1037. Hinc Acherusia fit stultorum denique vita. V. *Lexic.* ad h. v.

ACHĒTUS. *V.* ACHÆTUS.

ĀCHĪĀS vel Achia, indecl. m. (Hebr. *'Ahhiyâh* « frater (amicus) Yah »: *Greg. M.* in 1. *Reg.* 14. 3. vertit « umbraculum »; *LXX.* Ἀχιά). ¶ 1. Fuit filius Achitob pontificis ejusque successor, quem nonnulli cum Achimelech confundunt. *Vulg.* 1. *Reg.* 14. 3., 28. et *ibid.* 22. 21. ¶ 2. Item levites custos thesaurorum templi sub Davide. *Id.* 1. *Par.* 26. 20., ubi aliter leg. *LXX.* ¶ 3. Item frater Naaman, ex tribu Beniamin. *Id. ibid.* 8. 7., fortasse idem qui Ahoe, *ibid. v.* 4.; unde probabiliter familia Ahohitarum, *ibid.* 11. 12. et 2. *Reg.* 23. 9. ¶ 4. Item Silonites, *h. e.* Silunte degens, propheta, qui pallium suum in duodecim partes scidit, quarum decem dedit Jeroboamo significans regni Salomonici divisionem. *Id.* 3. *Reg.* 11. 29-30. et *alib.* ¶ 5. Alios *V.* apud *eumd.* 1. *Par.* 11. 36., 3. *Reg.* 4. 3. et 15. 27. — Et 2. *Esdr.* 10. 26. Hebr., ubi *Vulg.* habet *Echaia.*

ACHĪBA vel Aciba (Aciva), æ, m. 1. cujus origo fortasse petanda est a Syris vel Hebræis (Cf. *Achab*), nomen servile et libertinum, et cognomen. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19798. et 27969.; item *ibid.* 5664. et 14618., ubi *Aciba*, et 14903., ubi *Aciva.* — Scribitur tamen et *Achibas.* V. *ibid.* 10. 1981. Apud *Momms. n.* 7222. *Acibas* pro *Acibæ* legend. videtur: cf. *Cavedoni, App. alla Numism. Bibl. p.* 67. et *Otto* in *Thes. L. L.* h. v.

ĀCHĪLAS. *V.* ACHILLAS.

ĀCHĪLEUS. *V.* ACHILLEUS.

ACHILLA. *V.* ACHULLA.

ĀCHILLĀS, æ, m. 1. *et* ātis, 3. (Ἀχιλλᾶς) Scribitur et *Achilas*, unico *l*, in *Inscr.* apud *Grut.* 581. 4. et *Auson.* 72. 3. — Acc. sing. *Achillan* est *Auct. Bell. Alex. loc. cit.*

Achillas ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit regius præfectus Ptolemæi (Dionysii), de quo *Lucan.* 8. 358. et 10. 349. *sqq.* et *Vellej.* 2. 53., interfector Pompeii, ut tradit *Cæs.* 3. *B. C.* 104.; « non igitur est error, ut ait *Drumann* in *Ersch* et *Gruber, Encycl.*, ex *Orosio* propagatus » inquit *Orell., Onom. Tull. p.* 6. — Eum Arsinoe per Ganymeden eunuchum occidit. *Auct. Bell. Alex.* 4. — 2.º) Alii apud *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 12. et *Hieronym.* in *Dial. adv. Lucif. n.* 20. ¶ 2. In titulis, præsertim Romanis, nomen vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 28537. — Item cognomen. *Ibid.* 868., 16149. etc.

ĀCHILLĒA (Achillia), æ, f. 1. Ἀχίλλεια ¶ 1. Est insula — 1.º) Ad ostia Borysthenis sita, *Leuce* et *Macarion* antea dicta. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (93). Cf. *ibid.* 12. 26. (83). Dein ab Achille ibi sepulto denominata, *Mela* 2. 7.; ubi et sedes ei dicata, *Solin.* 19. — 2.º) Item prope Samum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 37. (135). Cf. ACHILLES. ¶ 2. De herba V. *Lex.* ¶ 3. Est etiam cognomen muliebre. *Corp. I. L.* 5. 4410., 6. 19801. et 12. 3383.

ĀCHILLEĪDĒS. *V.* ACHILLIDES.

ĀCHILLĒIS, idis *vel* idos, f. 3. (Ἀχιλληΐς) titulus poematis, quod scripsit *Papinius Statius* de vita Achillis, ante bellum Trojanum, cujus duo tantum libri exstant. Memorat *Capitolin. Gordian.* 3. *V.* STATIUS.

ĀCHILLĒNĬUS, ii, m. 2. (Achilles) nomen gentilicium, fortasse Tusciæ originis (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 111). *Inscr.* apud *Momms. n.* 946.

ĀCHILLĒON et Achilleum, i, n. 2. (Ἀχίλλειον) Scribitur *Achillion* apud *Solin.* 40. et *Achillium*, apud *Plin.* 9. *H. N.* (148). — De genere spongearum. V. *Plin.* in *Lex.* h. v.

Achilleon, oppidum juxta Achillis tumulum, ubi steterat ejus classis in Sigæo. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (125).

ĀCHILLĒOS Drŏmos, i, m. 2. (δρόμος Ἀχιλλέως) pæninsula ad Pontum Euxinum, de qua *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (83). et *Mela* 2. 1., qui eam fuse describit. Cf. *Ammian.* 22. 8. 42. et *Priscian. Perieg.* 297.

ACHILLES, is, m. 3. (Ἀχιλλεύς, Ἀχιλεύς: Aeol. Ἀχίλλευς: Etrusc. Achle) — a) Orthographica: scribitur aliquando Achiles, unico l, apud Plaut. Pœn. prol. 1. Achilem Aristarchi mihi commentari iubet. Ita MSS., teste Pareo, et Corp. Inscr. Lat. 6. 29522. — Etiam Acilles, sine aspir., ibid. 8. 13436. (Chr.); Acilles quoque ibid. 8. 17075. et 14. 4109. — Achilleus (Achilleus), pro Achilles vel Acilleus, reperitur apud vett. Chron. Alex. p. 120., 262. Agamemnonus, Menelaus et Achilleus. Adde Cic. Brut. 1. 6. et Inscr. apud Grut. 669. 6. etc. Serv. ad Virg. 3. Æn. 383. Quæ in eus exeunt hodie, apud majores in es exibant (V. infra). Etiam Achilleus in Corp. I. L. 6. 14901, et Hachilleus, altera præcedente aspir., ibid. 11. 2939. — b) Declinatione Græca sæpius in poesi hoc nomen usurpatur. — In recto Achilles et Achillis apud Plaut. Mil. 61., in Corp. I. L. 12. 5681., in Inscr. Chr. apud De Rossi I. 1047.: cf. II. p. 113. etc. Charis. Gramm. 1. 68. 23. « Nominativus Latinus - non est Achilleus sed Achilles ». — Genet. aliquando Achillei, a Gr. Ἀχιλλέος, quod tamen a recto Achilleus repeti potest. Horat. 1. Od. 15. 34. Matronisque Phrygum classis Achillei: Achillei hic est quadrisyllabum: potest autem etiam trisyllabum esse, ut Virg. 3. Æn. 87. Pergama reliquias Danaum atque immitis Achillei. Alii leg. Achilli. — Sane et Achilli in hoc casu usurpatur, quod etiam Quintil. 1. 5. 63. docet, apud Plaut. Bacch. 938., Acc. trag. 145., Priscian. Perieg. 297. etc. — Achillis est apud Charis. 41. 12. H. V. infra. — Dat. Achilli apud Enn. tr. 149.; et Achilleo in Corp. I. L. 6. 8736. — Acc. Achillea (Ἀχιλλέα) pro Achillem apud Lucan. 10. 523. Terribilem justo transegit Achillea ferro; Achillen habent Propert. 2. 9. 9. M., Ovid. 2. Amor. 18. 1., Curt. 4. 6. 28., Val. Flacc. 1. 133. et 256., al. Achillea in Act. fr. arv. 121. v. 58. — Voc. Achilles apud Plaut. Mil. 1054.; Achillē ex Ἀχιλλεῦ, abjecta posteriore diphthongi littera, apud Propert. 4. 11. 40. Quique tuas proavus fregit, Achille, domos. Adde Ovid. 3. Heroid. 137. et 12. Met. 191.; Achilleu in Corp. I. L. 6. 1056. — Abl. Achille apud Cic. 4. Tusc. 52., Ovid. 11. Met. 265., al.; et Achilli apud Ovid. 3. Pont. 3. 43. Præmia nec Chiron ab Achilli talia cepit. Ita Heins. cum aliis. Tres tamen editiones principes, Aldus aliique multi habent Achillē; at Horat. 2. Sat. 3. 193. Achillē. Hic autem ablat., ut docet Forcellin., ductus est a dativ. Ἀχίλλῃ primæ declinationis; Dores namque, ut Priscian. tradit VI. 9. p. 272. K. pro Ὀρφεὺς dixere Ὀρφῆς, pro Τυδεὺς Τύδης: sic pro Ἀχιλλεὺς Ἀχίλλης: ita in acc. Ὀρφῆν, Τύδην, Ἀχίλλην et in voc. Ὀρφῆ, Τύδη, Ἀχίλλη, a quo est Achille, ultimā productā; Latini enim poetæ modo hanc, modo illam declinationem in hujusmodi Græcis nominibus sequi solent, prout metri ratio fert. — c) Prosodiaca et metrica: Achilleus trisyllabum adhibetur Lucan. 10. 523., Corp. Inscr. Lat. 6. 1058. etc.; tetrasyllabum apud Priscian. II. 277. 14., coll. 29. 13. cum genet. Achillĕi et Achillēi in titulis et poesi, et acc. Achillēa sub litt. b. — Penultima aliquando in Achilles corripitur, ut apud Plaut. loc. cit. sub litt. a, extrita tamen altera l; et ultima producitur, si ab Achilleus contracta. Priscian. Gramm. II. 39. 13. « Eu transit in e longam Achilles pro Achilleus ». Alia vid. sub b. — d) Etymologica: veteres nonnulli inepte deducunt ab α privat. et χεῖλος, labium, neupe ex labiis adustis, ut refert Phot. Bibl. Cod. 190. ad fin. Similiter Tertull. Pall. 4. Larissæus heros ferarum medullis educatur, unde et nominis concilium, quandoquidem labiis acuerat ab uberum gustu. Cassiod. vero Gramm. VII. 155. 13. Chilones - a brevioribus labiis vocitantur -; unde Achillen quoque ferunt esse nominatum. Aliter Chalc. Comm. 126. Homerus - sidus Ægyptiorum « Ach » mortes denuntiare latenter exsequitur in Iliadis exordio, quum dicit propter iram Achillis - morbum atque interitum - exstitisse. — Alia etyma, in re obscura et incerta, veterum ac recentiorum congessit Escher, PW. 1. 221. sq.

I.) Achilles apud scriptores ¶ 1. Fuit heros Græcus, filius Pelei (V. PELIDES) et Thetidis, nepos Æaci (V. ÆACIDES), pater Pyrrhi et Neoptolemi, patria Phthius, Larissæus etiam dictus (Virg. 2. Æn. 197), a vicinitate, ut ait Serv. ad h. l., oppidi Larissæ, rex Thessaliæ. — 1.º) Proprie. Plaut. Mil. 1055. Achilles urbicapus, occisor regum. Virg. 12. Æn. 545. Priami regnorum eversor. Ovid. 13. Met. 500. exitium Trojæ nostrique orbator. et 13. ibid. 281. Grajum murus. Homer. 585. Troum terror. Virg. 6. Æn. 168. victor - fortissimus heros. et Ovid. 12. Met. 612. timor ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi nominis. — Horat. A. P. 120. honoratus. et ibid. impiger, iracundus, inexorabilis, acer: — Virg. 1. Æn. 468. aristatus. Claudian. 8. 557. flavus. Boeth. Herm. 1. 7. p. 95. pulcher. Ovid. 2. Amor. 1. 29. velox. Serv. ad Virg. 6. Æn. 57. invulnerabilis. — Virg. Ecl. 4. 36. magnus. Ovid. 11. Met. 265. ingens. Horat. 1. Sat. 7. 12. animosus. Ovid. 13. Met. 298. magnanimus. Senec. Agam. 178. indomitus minis. Virg. 6. Æn. 839. armipotens. Id 2. ibid. 29. sævus. Stat. 3. Silv. 4. 85. tumidus. Horat. Epod. 17. 14. pervicax. Ovid. 3. Ep. 138. ferreus. — Sil. It. 14. 95. æternus carmine. Val. Flacc. 1. 133. Jove major. — Fabula tradit eum totum fuisse invulnerabilem, excepto calcaneo, quo prehensus fuerat, quum mater infantem Stygia aqua totum tinxerat. Hygin. fab. 107., coll. Mythogr. II. fab. 205. ed. Mai.; Ovid. 12. Met. extr., Sall. Hist. fr. 3. 40., al. — Chironi centauro nutriendus datus est. Dict. 1. 14., Tertull. Pall. 4., coll. Pind. Pyth. 6. 20. sqq., Sil. It. 11. 450., Claudian. 3. cons. Honor. 61., al. — Inter filios Lycomedis, regis Scyri, a matre, ne ad bellum Trojanum ire cogeretur, ex quo sciebat non reversurum, sed habitu muliebri absconditus est; verum ab Ulysse habitu mercatoris detectus et ad bellum adductus. Hygin. fab. 96., Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (134)., Martial. 5. 48. et Sidon. carm. 9. 159. At Homerus de hac occultatione nihil dicit. — Scyro Trojam profectum, Thessalorum Myrmidonum ducem, cum sexaginta navibus, uti narrat Hygin. fab. 97., a Pthia cum quinquaginta, uti Dar. 14. Cf. Horat. 4. Od. 6. 4. — Fuit omnium militum Græcorum fortissimus: multos in bello Trojano vulneravit, quos inter Telephum, regem Mysiæ percussum, mox ejusdem hastæ, hac etiam virtute præditæ, rubigine sanavit (unde etym. ἄχος λύσιν apud vett.): his præcipue adnumerandus Hector, validissimus Trojanorum, cujus ab ipso occisi cadaver ter circum mœnia Ilii crudeliter traxit bigis alligatum; Patroclum enim ulcisci voluit sibi amicissimum, qui indutus armis Achillis ab Hectore peremptus fuerat (V. HECTOR). Hygin. fab. 114. et Cic. 1. Tusc. 44. 105. — Dissensit ab Agamemnone, summo duce, odio implacabili, quod sibi Briseidem puellam eripuisset, captusque est amore Polyxenæ tempore induciarum. Mythogr. I. fab. 211. ed. Mai. — Invitatus per fraudem, specie nuptiarum, a Deiphobo in templum Apollinis Thymbræi, a Paride post simulacrum latitanti Apollinis vel Herculis sagittis, quæ a Philoctete acceptæ fuerant, in calcaneo transfixus, ubi tantum vulnerabilis erat, misere periit. Ovid. 12. Met. 600. sqq. — Sepultus est ad Sigeum promontorium. Cic. 5. Fam. 12. — Epitaphium ejus refert Auson. Her. 4. et ludos funebres in ejus honorem celebratos Dar. 34. — De armis Achillis a Vulcano conflatis ingens dissensio orta est inter Ulyssem, qui solus ausus est ea petere, et Ajacem filium Telamonis, quam graphice describit Ovid. Met. in fin. 12. et init. 13. Adde Hygin. fab. 107. et 242. — Hinc titulus tragœdiæ Pacuvii aliorumque, Armorum judicium inscriptæ. — Vide plura apud Serv. ad Æn. passim, Stat. Achill., Catull. carm. 64., Mythogr. I. et II. fab. ed. Mai, Auson. in Perioch. Iliad., coll. Græcis scriptorib., in primis Homer., quem fortunatus Achilles habuit dignissimum sui præconem, ut ait Alexander M., apud Cic. Arch. 10. 24. — Achillis nomen, maxime apud Græcos, tanto in honore fuit, ut Achilleum dixerint quidquid præcelleret, Aristoph. Equit. 816., et genus quoddam argumentationis inde nuncupaverint, Aristot. Phys. 6. 9. et Laert. 9. 23.; unde et vulgo potissimum argumentorum Achille vocatur. — Eum in deos relatum cultumque esse perhibent Cic. 3. Nat. D. 18. 45. et Lamprid. Alex. Sev. 31. eique templum a Periandro erectum testatur Tim. in fragm. n. 49. Cf. etiam Rohde, Psych. 171. sq. et Eckhel, D. N. V. T. 2. p. 2. — Compositæ ex eo fabulæ ejusque nomine inscriptæ exstant apud Æschyl. et Aristarch., quas in Latinum transtulit Ennius: item apud Andronic. et Acc., quarum fragm. colleg. Bothe, Klassman et Ribbeck. Cf. Gell. 4. 17. et Stat. in Achill. — De simulacris, nummis aliisque monumentis hujus herois V. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (81), et 35. ibid. 10. 36. (71). et 11. 40. (134). et 36. ibid. 5. 4. (29). et etiam Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 5. tav. 17., Winckelm., Mon. ant. ined. T. 2. p. 2. s. 2., Annal. dell' Istit. di Corrisp. arch. a. 1858. sqq., Eckhel D. N. V. T. 8. p. 287. sq., Baumeister, Denkmal. I. 3. sqq., Overbeck, Die Bildw. etc. Braunsch. 1853., Klein, Griech. Vasen etc. Wien 1887. — 2.º) Translate quilibet fortitudine et pulcritudine excellens. Plaut. Mil. 1054. age, mi Achilles etc. Virg. 6. Æn. 89. de Turno. alius Latio jam partus Achilles. Adde Val. Max. 3. 2. 21. et Capitolin. Maximin. 4. — Stat. 4. Silv. 7. 23. de sua Achilleide. primis meus ecce metis Hæret Achilles. V. etiam Lexic. ¶ 2. Item astronomus quidam sæc. quarti post Chr., qui scripsit librum De Sphæra, ut tradit Firmic. 4. Math. 10. — Fragmentum operis edidit Petav. in Uranolog., Lut. Paris. a. 1630. Cf. Weidler, Hist. Astr. 191. et 460. sq.

II.) Achilles est etiam nomen servile et cognomen libertinum. Inscr. apud Momms. n. 4539. et in Corp. Inscr. Lat. 6. 10229. (a. 108) 63. et 100. 8850. 15856. (a. 193) 12. et 27: et ibid. 12. 3485.

ĀCHILLĒUM V. ACHILLEON.

ĀCHILLĒUS, a, um, adject. (Ἀχίλλειος) ad Achillem pertinens. ¶ 1. Proprie. Ovid. 13. Met. 580. Achillea cuspis. Id. ibid. 332. humus. Virg. 3. Æn. 326. stirps. h. e. Pyrrhus filius Achillis. Adde Ovid. 13. Met. 448. et 1. Trist. 1. 100. — Achillea insula. V. ACHILLEA. — Achilleus cursus. V. ACHILLEOS dromos. ¶ 2. Improprie. Propert. 2. 25. 41. Desine Achilleo componere verba cothurno (V. Lexic. h. v.). Martial. 12. 83. Achilleæ comæ. h. e. flavæ et pulcræ. — Achilleæ statuæ, statuæ nudæ hastam tenentes; celebris enim fuit hasta Achillis: vel eo modo Achilles a Græcis effingebatur. — Achilleum bustum apud Auson. Epith. Polyx. 17. 27. 1. Sch. — Achilleæ thermæ apud Marc. Corr. 8111., quæ et Achillis thermæ dicuntur in Cod. Just. 11. 43. (42). 6. 2. — Hinc Achilleus absolute. V. voc. seq.

ĀCHILLEUS (Achilleos), i, m. 2. idem qui Achilles. V. hanc voc. init. sub a et c. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit dux rebellium Palmyrenorum, de quo Vopisc. Aurelian. 31. — 2.º) Item tyrannus Ægypti, tempore Diocletiani imp. Hieronym. in Chron., Vict. Aurel. de Cæsar. 39., Beda Chron., III. p. 294., 399. etc. — De ejus, qui feruntur, nummis cf. Eckhel D. N. V. T. 4. p. 96. sq., Cohen, Méd. impér. VII. 53. et Sachs, Zeitschr. f. Numism. XIII. 239. — 3.º) Item martyr cum Nereo, in Carm. epigr. 304. carmini Damasiano præscript. — 4.º) Item ipse Achilles in Chron. Alex. loc. cit. in ACHILLES sub litt. a. — 5.º) Item herba, de qua V. Lex. h. v. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. origine pleramque libertina. Inscr. apud Momms. n. 3926. et 6972.

ĀCHILLĬĀCUS, a, um, adject. ad Achillem pertinens. Venant. 7. carm. 8. 64. Romanusque lyra plaudat tibi, barbarus harpa, Græcus Achilliaca - canat. sc. cithara seu lyra a veteribus celebrata et usurpata ad gesta fortissimorum virorum canenda.

ĀCHILLĪDES, æ, m. 1. Etiam Achilleides, Ἀχιλλείδης, sed minus recte.

Achillides, patronym. ab Achille ¶ 1. Est filius Achillis. Ovid. Ep. 8. 3. Pyrrhus Achillides animosus imagine patris. Alii leg. Achilleides. ¶ 2. Item aliquis ex posteris Achillis. Id. Ib. 301. Aut ut Achillidæ cognato nomine clarum. h. e. Pyrrhum, regem Epirotarum, qui eodem erat nomine atque Achillis filius: vel nepos erat Achillis materno genere. Alii leg. Achilleiden. ¶ 3. Item unus ex septem dormientibus. Theod. terr. sanct. 26. Achellidis. et Greg. Tur. pass. VII. dorm. Achillidis.

ĀCHILLĪON. V. ACHILLEON.

ĀCHILLIS, is, f. 3. (Ἀχιλλίς) ¶ 1. Est cognomen mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 18667. ¶ 2. Est etiam insula in Ponto ad Danapris ostia. Jornand. Get. 46. et Tab. Peuting. 9. (Cf. Mel. 2. 6).

ĀCHILLĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Aquilitani scribitur in Vet. Inscr. apud Grut. p. 512. l. 28.) incolæ Achillæ seu Achullæ, oppidi in provinc. Byzacena. Auct. B. Afric. 33. Alii leg. Acylitani.

ĀCHILLĪUM. V. ACHILLEUM.

ĀCHĪM, indecl. m. Hebr. 'Ahhīm vel 'Ōhhīm « martes aut vox draconis »: cf. Is. 13. 21.; vel, ut in Lib. geneal. 466. « Achim id est paratus »; LXX. Ἀχίμ et Ἀχείν.

Achim ¶ 1. Fuit filius Sadoch, pater Eliud ex tribu Juda et familia David. Vulg. Matth. 1. 14. ¶ 2. Item locus apud Hieronym. De sit. et nom. p. 134., Achim locus flentium. Cf. Euseb. p. 257. et Vulg. Jud. 2. 1. (Cypr. Gall. Jud. 92).

ĀCHĪMĀAS, indecl. m. (Hebr. 'Ahhīma'atz « fratris ira » sc. zelo plenus, fervidus; LXX. Ἀχιμάας) ¶ 1. Fuit pater Achinoam, uxoris Saulis regis. Vulg. 1. Reg. 14. 50. ¶ 2. Item filius Sadoc pontificis, devotissimus regi David. Id. 2. ibid. 15. 17. et alib. ¶ 3. Item maritus Basemath, filiæ Salomonis, præfectus ex duodecim constitutis ut regi regiisque administris necessaria quoque mense suppeditarent, in tribu Nephthali. Id. 3. ibid. 4. 7., coll. 15. — An hic fuerit alius a filio Sadoc, incertum est (Cf. Vigouroux, La Bibl. et les découv. etc. v. 3. p. 275. sq. et Renard in Dict. Bibl. Vigour. p 1. 140).

ĀCHĪMĒLECH, indecl. m. (Hebr. 'Ahhīmelek, « frater rex vel frater (meus) rex (vel amicus) regis » LXX. Ἀχιμέλεχ). ¶ 1. Fuit filius Achitob, pater Abiathar, de quo Vulg. 1. Reg. 22. 20. ¶ 2. Item filius Abiathar, de quo 1. Par. 24. 6. et 31., ubi Vulg. habet Ahimelech.: cf. Marc. 2. 26. V. etiam ABIATHAR. ¶ 3. Item Hethæus quidam, Davidis socius, tempore Saulis. Id. 1. Reg. 26. 6. ¶ 4. Item alius, de quo tamen V. ABIMELECH et ACHIS.

ACHINA. V. ACINA.

ACHINAPŌLUS, i, m. 2. (Ἀχινάπωλος v. Ἀχινάπολις: vox hybrida, ut videtur, ex Chald. et Græc.) astrologus quidam, qui genethlialogiæ rationes ex conceptione explicuit. Vitruv. 9. 6., ubi alii haud recte leg. Archinapolus; at Rose Athenodorus.

ĀCHĪNŌAM, indecl. f. Hebr. 'Ahhīnō'am « fratris gratia vel pulcritudo ». Cf. Hieronym. De nom. p. 34. Ahinaam fratris decor. et Greg. M. expos. 1. Reg. 14. 50. Achinoe fratris requies interpretatur. ¶ 1. Fuit Achimaas filia, Saulis uxor (Ἀχινοόμ). Vulg. 1. Reg. 14. 50. ¶ 2. Item altera Davidis uxor, Ammonis mater (Ἀχιναάμ). Id. ibid. 25. 43. et 2. ibid. 2. 2.

ĀCHĪŌR, indecl. m. (Hebr. 'Ahhī-'ōr « frater (meus) lux », LXX. Ἀχιώρ, Ἀχιάχαρος) ¶ 1. Fuit Tobiæ consobrinus et amicus ex eadem civitate et tribu Nephthali. Vulg. Tob. 11. 20. — In textu Gr. est Achiacharos, Hebr. fortasse 'Ahhī'ahharon « frater (meus) postumus » pro Achior, qui fuit aulicus Asarhaddon, regis Babyl., fortasse idem ac Nabath seu Nasbas, de quo ibid. (Cf. Vatabl. Tab. XI. 20). ¶ 2. Item dux Ammonitarum in exercitu Holophernis, qui, quod illum absterruisset a bello cum Hebræis, magnates offendit et fuit neci expositus; sed post victoriam Hebræorum per Judith reportatam liber evasit et ex idololatra veri Dei cultor. Id. Judith 5. et 6., Augustin. 16. Civ. D. 13. et Sulpic. Sev. chron. 2. 15.

ĀCHĪS, indecl. m. Hebr. 'Ākīsh, cujus etymon ignoratur; quamquam Mühlau-Volck, Lex. h. v., docere conatur ab אכש, quod in Aramaico est irasci, in Æthiopico honorare. At Hitzig, Philisth. p. 80., qui Philisthæos non Semitas nec Chamitas, sed Pelasgos Indo-Germ. fuisse defendit, derivat a Gr. Ἀγχοῖς, Anchus, ut est in Alex., quasi sit idem qui Anchises: cf. MSS. aliquot Antt. Jos., ubi Anchises pro Achis, et Tzetz. Lycophr. 965., coll. Serv. ad Virg. 5. Æn. 73. Hieronym. De nom. p. 34. Achis vir sive frater meus aut frater vir. Cf. Hebr. אח ('Ahh) « frater » et איש ('Ish) « vir ».

Achis fuit rex Geth in regione Philisthæorum, filius Maacha. Vulg. 3. Reg. 2. 39. (1. Reg. 27. 2. Maoch), ad quem confugit David a Saule, 1. Ibid. 21. 10., ita bene habitus, ut Siceleg oppidum tranquille incolere potuerit. — In tit. Ps. 34. Hebr. vocatur Abimelech; et Ps. 33. 1. Vulg. Achimelech. Porro an idem sit Achis Vulg. 3. Reg. 2. 39-40., disputant interpretes.

ĀCHĪSĀMUS, i, m. 2. fortasse idem qui Achisamech pater Oliab (Vulg. Exod. 31. 6), vel ejus filius, ita ex patre nuncupatus. Cypr., Gall. Exod. 1128. « omnesque his indidit artes Achisamo de Dana (sic) tribu junctoque Beselo etc. », ubi ex tribus priorib. syllabis dactylum licenter extudit poeta.

ACHISARMI, ōrum, m. plur. 2. gens Æthiopiæ. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (192). At Sillig. leg. Archisarmi.

ĀCHĪTŌPHEL, indecl. m. (Hebr. 'Ahhītōphel « frater (meus) stultitia v. ruina »: cf. 2. Reg. 15. 31. et Augustin. in Ps. 7. 1.; LXX. Ἀχιτόφελ) vir de Gilo, oppido in tribu Juda, pater Eliam. Vulg. 2. Reg. 15. 12. et 23. 34. — Traditur etiam fuisse avus Bethsabee Uriæ, dein Davidis. Cf. ibid. 11. 3. — Fuit primum consiliarius Davidis, dein Absalomi contra Davidem (ibid. 16. 23); sed quum prævidisset rem in bello male cessuram rebelli, laqueo se suspendit (ibid. 17. 23. et 1. Par. 27. 22); quamquam alii perpauci morbo suffocatum putant. Cf. Ps. 40. 10. et 108. 4. 5.

ĀCHĪVI, ōrum. V. ACHIVUS.

ACHĪVIA, æ, f. 1. (Achivus?) nom. gentilicium mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 10487.

ĀCHĪVUS, a, um, adject. (tractum a Gr. ἈχαιϜοί Th.) Priscian. Gramm. II. 74. 17. « ai » diphthongus, conversa in « i » longam interposita - « v » pro consonante ut « Achivus » pro Ἀχαιός. - Genet. plur. Achivûm pro Achivorum apud Val. Flacc. 3. 86., Stat. 1. Theb. 448. et Homer. 506. Sic Achivom in trag. inc. fr. 140. (Cic. 3. Orat. 41. 166.) et Virg. 2. Æn. 318. et 11. ibid. 226. — Adhibent adjective et substantive (V. infra) auctores Troicorum (Enn., Acc., Plaut., Horat., Virg., al.), Argonauticorum (Ovid., Val. Flacc., Senec., al.) et Thebaicorum (Stat.): raro poetæ optimæ ætatis usurpant pro Græcia universa vel ejus parte, quod adamant Sedul., Claudian., al.

Achivus idem qui Achæus. Sedul. carm. Pasch. 1. 186. Achivus sermo. Plaut. Truc. 1. 2. 34. Achiva obstetrix. Ovid. 7. Met. 56. pubes. Horat. 4. Od. 6. 18. flamma. Rursum Ovid. 5. Fast. 645. turba. Id. 1. Pont. 4. 33. tellus. Senec. Med. 227. gens. Val. Flacc. 6. 606. Achivum jubar., Stat. 4. Theb. 118. Achivûm fluviorum. — Hinc absolute

Achivi, ōrum, m. plur. 2. (Isid. 9. Orig. 2. 73., coll. Curtius, Grandz. p. 862. Achæi, qui et Achivi, ab Achæo Jovis filio dicti) Græci universim, Ἀχαιοί. Gloss. Achivis Græcis. Plaut. Bacch. 986., Pacuv. trag. 136., Cic. 1. Divinat. 16. 29. Horat. 3. Od. 3. 27. Achivi pugnaces. Stat. 1. Silv. 1. 14. sævi. Auson. 248. discordes. Adde Enn. trag. 142., Acc. trag. 858. Ovid. 7. Met. 142., Propert. 2. 8. 31. Virg. 6. Æn. 837. (Mummius) cæsis insignis Achivis. Oros. 4. Hist. 20. 29. Philopœmenes dux Achivorum. Jornand. Rom. 214., Hil. Hist. fragm. 12. 1. Ægyptii omnes et Achivi. Claudian. 5. 425. et 10. 170. Homer. 657. casusque expendit Achivum (Juppiter). — Illud Horat. 1. Ep. 2. 14. Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi in proverb. abiit monetque peccata regum in populorum detrimentum redundare. Similiter Vulg. Prov. 29. 2. Quum impii sumpserint principatum, gemet populus.

ACHNĒ, es, f. 1. (Ἄχνη: ab ἄχνη, spuma maris) insula prope Rhodum, postea Casus vel Casos dicta. Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (133).

ACHO. V. ACCHO.

ACHOALI, ōrum, m. plur. 2. populus Arabiæ Felicis. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (157). Ita leg. Sillig.; sed alii Actoali. V. D. H. Müller, PW. 1. 249. et Sprenger, Geogr. Arab. 329.

ĀCHŎLĪUS, ii, m. 2. (Ἀχόλιος) ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) Fuit minister admissionum sub Valeriano, auctor Vitæ Alex. Severi imp. Lamprid. Alex. 64. et Aurel. 12. — 2.º) Item episcopus Thessalonicensis, tempore Damasi pontif., cujus sanctitatem laudat Ambros. ep. 15-16. Cf. Merenda in Proleg. ad op. S. Damasi pap. c. 17. ¶ 2. In titulis signum, Corp. Inscr. Lat. 6. 29706.; et nom. gent. Ibid. 14. 157.

ACHOLLA. V. ACHULLA.

ACHOLŌĒ, es, f. 1. Harpyia. Hygin. fab. 14.

ĀCHŌR, indecl. (Hebr. 'Ākōr « turbatio » v. 'Ēmeq 'Ākōr « vallis turbationis »; LXX. Ἐμεκαχώρ, Ἀχώρ) vallis et lacus in agro Jerichuntino in tribu Beniamin, ubi Achan lapidibus cum filiis obrutus combustusque est, ideoque Hebræis ut locus maledictionis semper habitus (V. ACHAN): hodie dicitur Oued el-Kelt (Carith) ad meridiem Galgala (Tell-Djeldjoul) rectius quam ad septentr. Jerichuntis, uti volunt Euseb. et Hieronym. (V. Guérin, Descr. de la Pal. t. 1. p. 125. sq. et Keil, Bibl. Comm. üb. d. alt. T., Jos. Leipz. 1874. p. 60). Memoratur Vulg. Jos. 7. 26. — In sensum Messianicum apud eumd. Is. 65. 10. et Os. 2. 15.

ĀCHŌREUS (Acoreus), i, m. 2. Acc. Achorea quadrisyllab., apud Lucan. 10. 175.

Achoreus fuit Ægyptius quidam, consiliarius Ptolemæi regis tempore belli civilis inter Cæsarem et Pompejum, sacerdos. Lucan. 8. 475. quos inter Achoreus jam placidus senio fractisque modestior annis. Id. 10. 193. contraque sacer sic orsus Achoreus. et 175. placidis compellat Achorea dictis.

ĀCHŌRISTUS, i, m. 2. (Ἀχώριστος: cf. ἀχώριστος, inseparabilis) nomen servile et cognomen. Corp. Inscr. Lat. 6. 21210, et 21970. et 11. 3393. — Acoristus, sine aspiratione, Ibid. 12. 3764.

ACHRĀDĪNA (Acradina), æ, f. 1. (Ἀχραδινή v. rectius Ἀχραδίνη) pars antiqua urbis Syracusarum, munitissima, amplissima, cum reliquis urbis partibus conjuncta. Fortasse ita dicta est, ut putant nonnulli, quia ibi silvestris pirus olim enata fuerit, quæ Græce ἀχράς, unde adject. ἀχραδῖνος (V. ACHRAS in Lexic.). Cic. 4. Verr. 53. 119. et Liv. 24. 21. et 25. 24-31. et alib. — Erant ibi lapidum fodinæ, ad quas captivi mittebantur (V. Hülsen, PW. 1. 249). — Hinc

Achradinus, a, um, adject. ad Achradinam pertinens, ut Achradinæ portæ Syracusarum, ad quas magna sepulcrorum frequentia. Cic. 5. Tusc. 23. 65. Alii tamen leg. Agragianæ vel Acragianæ, quasi Agrigentum versus collocatæ. Ita Orelli, Onom. Tull. ad h. v.

ACHRĀDĪNUS, a, um. V. voc. præc.

ACHRESTUS, i, m. 2. (Ἄχρηστος) nomen virile, divise per jocum, apud Auson. in Epigr. 27., quod est de Chresto et Acindyno, fratribus malis. De his jocatur in Epigr. 28. Alpha suum Chresto det Acindynos, ipse sine alpha Permaneat: verum nomen uterque geret.

ACHSA, indecl. f. (Hebr. 'Aksāh « compes, periscelis »; LXX. Ἀχσά, Ἀσχά) ¶ 1. Fuit filia Caleb, filii Hesron, qui vixit ante Moysem. Vulg. 1. Par. 2. 49. ¶ 2. Item filia Caleb, filii Jephone, quam pater Othonieli fratri ob captum ab eo oppidum Cariath-Sepher, postea Dabir dictum, nuptui dedit; tunc enim nuptiæ, inter patruum et neptem prohibitæ non erant. Id. Jos. 15. 16., sq. et Jud. 1. 2., ubi Axa pro Achsa legitur, facili litterarum permutatione.

ACHSĀPH, indecl. (Hebr. 'Akshāph, « inclinatio, fascinatio »; LXX. Ἀζίφ et Κεάφ) oppidum in tribu Aser. Vulg. Jos. 11. 1. et alib.; sed et Axaph habet Vulg. ibid. 19. 25., Acsaph vero Hieronym. De sit. et nom. p. 91. Acsaph adpellatur hodie villula Chasalus. — Nonnulli fuisse putant, ubi hodie sunt ruinæ dictæ Khirbet-Ksaf vel Iksof, ut Robinson (Bibl. Research. in Pal. Lond. 1856. t. 3. p. 55) et Guérin (Descr. de la Pal. t. 2. p. 269), ita ut ad tribum Nephthali magis quam ad Aser pertineret, differretque a serie nominum geogr. Thoutmes III. (Maspero, Sur l. noms géogr. etc. in Transact. of the Vict. Inst. or philos. Society etc. 1886. p. 9); alii ubi nunc Acri, ut Kitto (Cyclop. of Bibl. Literat. 1862. t. 1. p. 48) vel ubi nunc Khaifa: cf. Κεάφ apud LXX., ut Grove (in Smith's Dict. of the Bibl. t. 1. p. 17); alii denique rectius, ubi Kefr-Yasif: cf. Ἀζίφ LXX., ut Legendre in Dict. Bibl. Vigour. p. 1. 149.

ACHULLA, æ, f. 1. Scribitur et Acholla, Acilla, Achilla, Acylla et fortasse etiam Aquila, in vett. MSS. et edit. libr.; unde Achollitanus V. infr.;

Achillitani (al. Acillitani) apud Auct. B. Afr. 33. 5. et Aquilitani in Inscr. apud Grut. 512. 28., coll. Corp. I. L. 1. 200. Probabilior tamen scriptio est Achulla vel Acchulla in nummis, de quibus V. Eckhel D. N. V. T. 4. p. 133. et Müller, Num. de l'Afr. 2. 43. sq.

Achulla, oppidum liberum Africæ, mari adjacens. Auct. B. Afr. 33. § 1. et 3. et Plin. 5. Hist. nat. 4. 5. (30)., ubi Achollitanum (Acollitanum) oppidum, situm inter Thapsum et Ruspas. Adde Liv. 33. 48. Eam cl. Morcelli Afr. Chr. T. 1. p. 66-67. in provincia Byzacena ponit. — De situ v. Wilmanns, Corp. 8. p. 11.

ACHZIB et Achziba. V. ACHAZIB.

ACHYRO vel Achyron. V. voc. seq.

ACHYRONA, æ, f. 1. (Scribitur Achyro (onis), Achyron: cf. ἄχυρον; Acyron legitur apud Euseb. et Cassiod. Chron. in MSS., ubi tamen alii leg. Ancyro v. Anciro. Hieronym. Chron. habet Acyron) villa publica Nicomediæ, ubi Constantinus imp. obiit. Aurel. Vict. de Cæs. 41. de Constantin. Constantinus rure proximo Nicomediæ, Achyronam vocant, excessit.

ACI, ōrum, m. plur. 2. gens Caucasi. Plin. 6. Hist. nat. 5. 5. (16). Alii leg. Acæi, alii Achæi, ut Sillig.

ACIA. V. ATIA.

ACIANOPOLIS, is et eos, f. 3. corrupte pro Acila Nicopolis apud Ravenn. p. 193. Cf. Sueton. Aug. 18., Tab. Peuting. 7. et Guid. p. 539., ubi varia est lectio. V. NICOPOLIS.

ACIRA vel Acibas. V. ACHIBAS.

ACIDALIA, æ, f. 1. V. voc. seq.

ACIDALIUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Venerem pertinens, quæ Acidalia dicta est (V. infra). Auct. carm. ad Pis. 79. Acidalia ales. h. e. columba Veneri sacra. Martial. 6. 13. Ludit Acidalio, sed non manus aspera, nodo. h. e. baltheo vel cingulo Veneris. ¶ 2. Item ad fontem Acidalium pertinens. Id. 9. 14. Nomen, Acidalia meruit quod arundine pingi. h. e. calamo ex arundine, quæ nascitur circa fontem Acidalium, de quo V. infra: vel arundine Caidia, quæ aptissima erat calamis scriptoriis. Caidus autem est Veneri sacra. Alii tamen aliter explicant. — Hinc absolute

Acidalia, æ, f. 1. ¶ 1. Veneris epitheton, quæ Græce Ἀκιδαλίη dicta, quia vel injicit curas, Græce ἀκίδας: vel a fonte Acidalio in Bœotia, ubi Gratiæ se lavant, quæ Veneri sunt sacratæ; ipsius enim et Liberi filiæ sunt. Hæc Serv. ad illud Virg. 1. Æn. 720. memor illa Acidaliæ matris. Adde Mythogr. II. fab. 36. Mai. et Gloss. V. 615. ¶ 2. Item fons Orchomeni in Bœotia, sacer Veneri et Gratiis. Vib. Sequ. p. 152. R. Fons Acidalia.

ACIDANES, is, m. 3. mons Persidis, in quo atizoë gemma, argenteo nitore fulgens, nascitur. Plin. 37. Hist. nat. 10. 54. (147). Ita leg. Sillig., ubi alii Acidiæ vel ac Ida. V. Andreas, PW. 1. 1167.

ACIDINUS, i, m. 2. cognomen in gente Manlia, fortasse, ut putat Forcell., ab acidus dictum. Corp. Inscr. Lat. 5. 878. et 6. 28874. V. MANLIUS. — In plur. num. Cic. 4. Att. 3.

ACIDIUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. Corp. Inscr. Lat. 8. 6017. et 14. 3039 (De-Vit ciet tantum Inscr. apud Grut. 31. 13., de qua tamen dubitat). — Acidii statio Lucaniæ, sita in itinere a Potentia Grumentum. Itin. Ant. p. 104. Acidios. Cf. Momms. in Corp. 10. p. 25. et Hülsen, PW. 1. 250.

ACIDULA. V. voc. seq.

ACIDULUS, i, m. 2. fons in agro Venafrano, unde aqua dicta Acidula, quæ morbis quibusdam curandis inserviebat. Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (230). Lyncestis aqua, quæ vocatur Acidula, vini modo temulentos facit. Id. 31. ibid. 2. 5. (9). Aquæ produntur in Ænaria insula calculosis mederi et quæ vocatur Acidula ab Teano Sidicino III. p. — hæc frigida; idem in Stabiano, quæ Dimidia vocatur, et in Venafrano ex fonte Acidulo. Cf. Vitruv. 8. 3. 17. et V. ACIDULUS in Lexic.

ACIDUS, i, m. 2. cognom. vir. Corp. Inscr. Lat. 2. 2353. — Cf. jocose ficta apud Quintil. 6. 3. 53. Acisculum, quia esset pactus, Paciasculum et Placidum, quod is acerbus natura esset, Acidum dictos invenio.

ACIENSES, ium, m. plur. 3. gens Latii veteris. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (69)., ubi tamen Sillig. rectius leg. Accienses, duplici c.

ACILA, æ, f. 1. emporium Scenitarum Sabæorum ad mare situm in Arabia Felici, ex quo in Indiam navigatur, teste Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (152). — Hoc aliud esse ab emporio Arabum, quod Ocelis vel Ocila appellabatur, v. in OCELIS.

ACILIANUS, a, um, adject. ad Acilium aliquem pertinens. Liv. 25. 39. Claudius annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem vertit. Id. 35. 14. Aciliani libri. h. e. Acilii historici. — Acilianus fundus in Corp. Inscr. Lat. 11. 1147. 1. 37. — Acilianum studiolum statuale in Inscr. apud Murat. 937. 13., ubi statuarius suum opus exercet. — Acilianæ figlinæ in Corp. Inscr. Lat. 15. 2224. — Hinc absolute

Acilianus, i, m. 2. cognomen in gent. Catinia, Claudia, Minucia, Postumia. Plin. ep. 1. 14. et 2. 16. et Inscr. apud Momms. n. 2558. — Aciliana, nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 2. 2060.

ACILIANUS, i, m. 2. V. voc. præc.

ACILIUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Aciliam gentem vel Acilium aliquem pertinens. Hinc — a) Acilia lex de coloniis deducendis, lata a C. Acilio, trib. pl. a. U. C. 556. (Klebs), qua decretum est ut quinque coloniæ deducerentur in oram maritimam ac trecenæ familiæ in singulas colonias mitterentur etc. Liv. 32. 29. — b) Acilia lex repetundarum, lata a M' Acilio Glabrione, trib. pl. a. U. C. 631-632., ut repetundarum causæ una actione absolverentur, ideat ut nequereum comperendinari neque causam ampliari liceret. Cic. 2. Verr. 9. 26. et 1. ibid. 17. 15. Cf. Klenze in Rhein. Mus. 1828. p. 26. sq. et Baiter apud Orell. in Ind. leg. ad fin. Opp. Cic.; unde novimus hanc Servilia fuisse severiorem, ut Cic. censuit. — c) Acilia Calpurnia lex de ambitu. V. CALPURNIA. — d) Acilium et Acili compitum Romæ, sed in qua regione locove, incertum adhuc est. Memorat Plin. 29. Hist. nat. 1. 16. (12). Cf. Fast. Arv. Oct. 1. (C. I. L. 6. 2295). ¶ 2. Item ad Acim pertinens, ut Acilius fons, de quo Serv. ad Virg. Ecl. 9. 39., ubi tamen alii leg. Acinius. V. ACIS.

ACILIUS, ii, m. 2. (Ἀκίλιος, Ἀκύλιος) — a) Orthographia: scribitur etiam Accilius, duplici c, in Corp. I. L. 6. 25583; Achilius, cum aspiratione, ibid. 14. 2165.; et Acillius, duplici l, in Inscr. apud Orelli n. 2244. — Aliquando in MSS. et edit. libr. pro Acilius occurrit Atilius v. Actilius, quam falsam esse lectionem monet Orell. ad Cic. 2. Legg. 23. 59. et Læl. 2. 6. V. Onom. Tull. h. v. — Item Aquilius ad Cæs. 3. B. C. 39. leg. Oberl; ubi tamen Nipperd. leg. Acilius. — b) Prosodia: syllabæ antepænultimæ quantitas longa est apud Juvenal. 4. 94., quamvis Græce scribatur, præterquam per ι vel υ, etiam per ε; unde videtur metri causâ producta. — c) Etymologia: vocabulum petendum esse videtur a Jon. ἀκείομαι, medeor: ita Ursin. apud Cavedoni in Mem. di Modena T. 15. p. 338., qui recte idcirco putat in nummis M' Acilii III.vir. monetalis typos Salutis et Valetudinis ad originem nominis significandam ab eo usurpatos fuisse. Cf. Eckhel, D. N. V. T. 5. p. 119. et Klebs, PW. 1. 251.

Acilius, nomen gent., orig. pleb., pluribus attributum, ex quibus hic nonnulli memorantur. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Cum prænomine — a) C. Acilius, de quo dictum est supra. V. Acilia lex. — b) C. Acilius historicus, qui annales seu historiam R. a primis Urbis temporibus usque ad sua græce scripsit. Cic. 3. Off. 32. 115., Liv. 25. 39. et 33. 14. et Auct. Vict. Orig. G. R. 10. — Hujus opus Claudius quidam (Quadrigarius: ita Plusss contra Nissen) in Latinum sermonem transtulit, teste Liv. loc. cit. — Fragmenta colleg. Krause, Fr. H. L. p. 84-87. et Peter, H. R. R. I. p. 44-48. — Orelli in Onom. Tull. hunc Glabrionem cognominat et senatorem facit, a quo in Senatum introducti sint a. U. C. 599. Critolaus, Diogenes et Carneades, teste Gell. 7. 14. et Macrob. 1. Sat. 5. Cf. Krause ibid. p. 84. et Heusinger ac Beier ad Cic. Off. loc. cit. Apud Strab. 5. 3. 3. scribend. Ἀκύλιος: v. Schwegler, R. G. 30. n. 1. — c) P. Acilius Patavinus, vir gravitate, prudentia ac fide prope singulari, Plin. 1. ep. 14., cui haud recte putatur idem Plin. scripsisse epist. 14. l. 8. — 2.º) Cum cognominibus, quæ sunt Aviola, Balbus, Butas, Cleobolus, Faustinus et Glabrio. Memorantur tantum — a) M' Acilius L. Balbus, cons. a. U. C. 604. Cic. Senect. 5. 14. et Plin. 7. Hist. nat. 36. 36. (121)., qui et alium memorat 2. ibid. 28. 29. (98). et ibid. 56. 57. (147). traditque mira sub eo accidisse. — b) M' Acilius Glabrio, ad familiam pertinens hujus cognominis Romæ antiquissimam, quam a Trojanis oriundam dicit Auson. Prof. Burdig. n. 25. Sch. — Fuit auctor legis de pecuniis repetundis. Pseud.-Ascon. in Act. I. Verr. p. 149. et Act. II. Verr. p. 165. Orell. V. Acilia Lex (Cf. Klebs, loc. cit. p. 256). — c) M' Acilius C. f. L. n. Glabrio, cons. a. U. C. 536. Liv. 30. 40. — Multa præclara gessit: apud Thermopylas magno prœlio Antiochum devicit. Id. 36. 14-24., coll. Flor. 2. 8., Justin. 31. 6. 5. et Aur. Vict. Vir. ill. 47. et 54. — Ob id M' Acilius ejus filius statuam equestrem aureis bracteis incrustatam, primam omnium in Italia, patri in æde Pietatis posuit. Liv. 40. 34. — Anno insequenti proconsul triumphum egit de Ætolis et rege Antiocho. Id. 37. 46. V. Baehrens, F. P. R. p. 56. — d) Acilius Glabrio Sividius, vir clarissimus extremis R. imperii temporibus, cujus integrum nomen in elogio apud Henzen Suppl. Inscr. Orell. n. 6910. et ad quem tres epistolæ Symmachi. — e) Acilius Glabrio, grammaticus Burdigalensis, de quo epigramma Auson. Prof. Burdig. n. 25. Sch. — f) Alios videsis apud Sueton. Jul. 68.; Plin. 3. ep. 14., Liv. 21. 25., 27. 4., 40. 31., Cic. 7. Fam. 30., Val. Max. 1. 8. 12., Tac. 3. Ann. 41. et 12. ibid. 64., Juvenal. 4. 94., Senec. ep. 122. 10. sqq., Plin. 14. Hist. nat. 4. 5. (48)., Corp. Inscr. Lat. 6. 1984., 9. 2334. 14. 51. etc. ¶ 2. In titulis nomen gentilicium. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6625. Cf. Inscr. apud Momms. n. 5368. et 4755. — Acilia, nom. mul. Corp. I. L. 9. 2334.

ACILLA. V. ACHULLA.

ACIMINCHUM, i, n. 2. Scribitur et Acumincum (Ἀκούμιγκον Ptol. 2. 15. 5), et Acanum in Tab. Peut. 6. et apud Ravenn. p. 219., ubi alii aliter.

Aciminum, oppidum Pannoniæ inferioris, de cujus situ nil certi traditur. Ammian. 19. 11. 8., Itin. Ant. p. 242. et Notit. Dign. Imp. Occid. 32. Cf. Tomaschek, PW. 1. 338. et Momms. Corp. 3. p. 420.

ACINA (Achina), æ, f. 1. oppidum Æthiopiæ ad Nilum. Plin. 6. Hist. 29. 35. (184).

ACINACES, is, m. 3. genus quoddam ensis vel gladii apud Scythas (de quo V. Lexic.), ab iis, tamquam symbolum Martis, cultus ut deus. Arnob. 6. p. 196., coll. Mel. 2. 1. et Ammian. 31. 2. 23.

ACINATIUS, ii, m. 2. (rectius Aginatius: cf. Lat. Aginius) nomen gent. Etrusc. Ammian. 28. 1. 30. et Inscr. apud Orelli n. 3328. etc. V. Seeck, PW. 3. 1865.

ACINCENSIS (Aquincensis), e, adject. ad Acincum pertinens. Notit. Dign. Imp. Occ. 9. et Corp. Inscr. Lat. 6. 3454. — Absolute. Notit. Dign. Imp. Occ. 7. et Corp. Inscr. Lat. 3. 3847. et 3485.

ACINCUM, i, n. 2. (Ἄκιγκον v. Ἀκούιγκον Ptol. 2. 15. 4). Scribitur etiam Aquincum in optt. Inscrr. et Tab. Peuting. 5.; Acincus f. apud Sidon. carm. 5. 107.

Acincum, oppidum Pannoniæ inferioris ad Danubium, municipium et colonia (Aelia Septimia Aquincum trib. Sergia), hodie Buda vecchia, incolis Alt-Ofen (Cf. Momms. Corp. 3. p. 439 et Tomaschek, PW. 2. 332). Ammian. 30. 5. 13.

ACINCUS. V. TRANSACINCUM et voc. præc.

ACINDYNUS, i, m. 2. (Ἀκίνδυνος) Scribitur et Acindinus, ut apud cl. Haenel ad Cod. Theod. 2. 6. 4. et alib.; sed si vox Græca ἀκίνδυνος spectetur, quamvis fortasse de diversis sermo sit (Cf. Augustin. loc. cit. et Inscr. Chr. apud De Rossi I. 57), prior scribendi ratio est præferenda. V. Seeck, PW. 1. 1169. — Pænultimam natura longam contrahunt, fortasse metri causa, Symmach. Epigr. de Baulis 1. ep. 1. et Auson. Epigr. 28. V. ACHRESTUS.

Acindynus ¶ 1. Apud scriptores — a) Fuit quidam præf. urbi. Cod. Theod. 12. 51. 2., Chronogr. a. 354. p. 66. 293. et 294. Symmach. ep. 1. 1. — b) Item clarissimus vir, filius præcedentis, Baulis ortus, de quo Symmach. loc. cit. et Augustin. 1. de Serm. Dom. 16. n. 50., præf. prætorio jam ab an. post Chr. 338. usque ad 340., quo simul et consul, ex Cod. Theod. 2. 7. 4. — ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 6. 10537. et 238. et 10. 4142.

ACINETOS, i, m. 2. (ἀκίνητος, immobilis) nomen Æonis apud Tertull. Scorp. 10. adv. Val. 8.

ACINIA, æ, f. 1. nomen mul. gent. Corp. Inscr. Lat. 11. 2541. et 2777. (Aginia minus recte leg. Murat. Inscr. 1821. 11., coll. Spreti, Mon. Rav. 1. p. 201). — Hinc Acinianus, fortasse adj., ut Cinnamus etc., ex Repetti I. 36. 783. (V. Schulze, Gesch. d. latein. Eigenn. p. 66).

ACINIANUS. V. voc. præc.

ACINIPPO, indecl. (Ἀκινιππώ Ptol. 2. 4. 15) Scribitur Acinipo apud Eckhel, D. N. V. T. 1. p. 14. et Heiss, Descr. numm. etc. p. 362. sq. At Sillig. leg. Acinippo apud Plin. loc. cit.

Acinippo, oppidum in Hispania Bætica. Plin. 3. Hist. nat. 2. 3. (14)., ubi Acinipro et Acinibro codd. Hodie putatur Ronda la vieja. V. Hübner, Corp. 2. p. 181. et PW. 1. 260. — Acinipponensis, incola Acinippo, Corp. Inscr. Lat. 2. 1347. et 1350.

ACINIPPONENSIS (Aciniponensis). V. voc. præc.

ACIONNA, æ, f. 1. nomen deæ Gallicæ. Inscr. apud Orelli n. 1955. reperta apud fontem, vulgo l'Etuvée, prope Cenabum, litt. sæc. I.

ACIRIS, is, m. 3. (Ἄκιρις) Scribitur Agiris et Acris. — Acir apud Stat. 2. Silv. 6. 64. Klotz.

Aciris ¶ 1. Est fluvius Lucaniæ in sinum Tarentinum influens haud procul ab Heraclea, hodie Acri vel Agri. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 11. 15. (97). ¶ 2. Est etiam nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 6. 8918. ACIRIS CÆSARIS AVG. L. MINISTRATOR. — De-Vit putat femin. ab Aciris, idis, ita ut sit nom. mul., i. e. ministratrix; at Furlanett. ducit ab Acirus, i, ut in Inscr. apud Murat. 909. 5.

ACIS, idis, 3. (Ἄκις) Quidam scribunt Acys. — a) Acc. Acin apud Ovid. 13. Met. 861., Claudian. Rapt. Pros. 3. 332., al. — Acidem apud Solin. 5. — Voc. Aci est Ovid. 4. Fast. 468. — b) Primam breviat Claudian. loc. cit. Adde Anthol. 151. 2. — c) Nomen quidam deducunt a Phœnicia voce 'ahhzah, h. e. rapidus; quidam vero a puero Acide, de quo V. sub II. — Acis, nomen geograph. et personæ.

I.) Acis ¶ 1. Est, masc. gen., fluvius Siciliæ in valle Nemorensi ex Ætna monte in mare Jonium decurrens, prope pagum Jaci, quod et nomen fluvii, hodie fiume di Jaci. Memorant Ovid. 4. Fast. 468., Sil. It. 14. 221. sq. et Claudian. loc. cit. — Theocr. Idyll. 1. Ἄκις sacrum appellat et Idyll. 11. ei frigidam aquam tribuit, unde videtur qui nunc dicitur Rio Freddo. — Vib. Sequ. de fl. p. 146. R. tradit ex hujus ripis Polyphemum saxa in Ulyxem egisse. Cf. Stat. 6. Theb. 717. Serv. tamen ad Virg. Ecl. 9. 39. hunc non fluvium, sed fontem, et Acilium, non Acin, vocat. Cf. Hülsen, PW. 1. 1170. ¶ 2. Est etiam, fem. gen., insula ex Cycladibus (Ἀκίς). Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (66). Siphnus, ante Meropia et Acis.

II.) Acis ¶ 1. In fabulis est puer Siculus, filius Fauni et Symæthidis nymphæ, hoc est Symæthi fluvii Siciliæ, formosissimus pastor, cujus amore quum aliquando ardens Galatea una cum ipso sub rupe Ætnæ prope litus jaceret, deprehensos Polyphemus rivalis territosque fugavit, et Galatea quidem in mare se mergendo Cyclopis furorem evasit; Acis vero in medio cursu ingenti saxo ictus obrutusque in fluvium sui nominis mutatus fuit. Ita Forcell. ex Ovid. 13. Met. 750-897. Adde ibid. 624. et 661., Serv. ad Virg. 9. Ecl. 39. et Mythogr. I. fab. 5. et II. fab. 174. Mai. — De hoc Pentad. Epigr. exstat in Anthol. Lat. apud Burm. et Riese. ¶ 2. Est etiam, fem. gen. (Ἀκίς), nomen mul. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 6. 3949. et 4234.

ACISCULUS, i, m. 2. Aciclus per syncop. in Inscr. apud Garrucci in Bollett. Arch. di Napoli, Nuov. Ser. V. p. 63. Ita etiam apud Prudent. loc. cit. ed. Lanfranchi, Torino 1896.; alii aliter. V. Arevał ad eund. Ceterum non modo apud poetas sed apud prosæ orationis scriptores, ut Isid. Hist. Goth. 45., Aciclus occurrit. — Derivatur ab acie vel ab acisculo, instrumento acuminato lapicidarum; quod etymon confirmatur apud Cohen Méd. Cons. Tab. XL., ubi aciscuii figura, quæ ex una parte caput mallei, ex altera vero cuspidem paullum curvatam refert: alii ducunt ab ascia, unde demin. asciculus et acisculum. V. Lexic. ad h. v.

Acisculus ¶ 1. Est cogn. gentis Valeriæ, apud Cohen et Babelon locc. citt. Adde Quintil. 6. 3. 53. et Porphyr. in Horat. 1. Sat. 2. 95. ¶ 2. Item nomen martyris Cordubensis. Prudent. Perist. 4. 19. Corduba Acisclum dabit et Zoëllum. Adde Isid. loc. cit. — Hunc autem posse ascribi genti Valeriæ probavit Phil. a Turre in Mon. Vet. Antii c. 1. p. 22. — NB. Plures memorantur hujus nominis viri apud Auctores et in Inscriptt. et etiam in nummis ætat. Cæsarianæ. V. Babelon, Descr. hist. et chron. d. monn. d. R. R. II. p. 518. sqq.

ACISINUS, i, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 5. 491., ut Acisonius, ibid. 3. 4871.

ACISONIUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

ACITAVONES, um, m. plur. 3. nomen populi Alpini, collocati a quibusdam in regione vulgo la Vanoise ad Fontes Isaræ in Gallia (Walcken. in Géogr. anc. des Gaul.). Memoratur a Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (137). Alii leg. Agitabones in Parisino, Leidensi, Riccardiano. Cf. Momms., Corp. 5. p. 906.

ACITHUS, i, m. 2. (Ἀκίθιος) fluviolus Siciliæ prope Helorum, hodie, ut quidam tradunt, vulgo Birgi (in Val di Mazzarra). Memorat Sil. It. 14. 268. et Mutyce pubesque liquentis Acithi. Lemaire tamen et Bauer rectius leg. Achæti; alii aliter.

ACITIUS, ii, m. 2. cogn. gent. Inscr. apud Murat. 571. 2.; ubi tamen cl. Furlanetto, Lap. Pat. p. 38. n. 36. pro Acitius rectius leg. Acilius.

ACITOALI. V. ACHOALI.

ACITODUNUM, i, n. 2. oppidum Lemovicum, idem quod Agedunum vel Agidunum, hodie Ahun. Memoratur in Tab. Peuting. 2.

ACIUM, ii, n. 2. oppidum Siciliæ ad Acidis fluvii os, hodie Aci-Reale. Itin. Anton. p. 87. Cf. Hülsen, PW. 1. 261.

ACIUS. V. ACCIUS.

ACLENIUS, ii, m. 2. nom. gent. Inscr. apud Momms. n. 6309. 1.

ACLISSÆ, ārum, m. plur. 1. gens Indica. Plin. 6. Hist. nat. 19. 22. (67).

ACLUS, i, m. 2. mensis Junius Tuscorum linguâ. Gloss. V. 162. et III. 506. Confert Skutsch fasciæ mumiæ Agramensis VI. 14. eslem zaθrumis acale « toto die Acli ».

ACMÆUS, i, m. 2. (ἀκμαῖος, florens) cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6.

ACMAZON, ontis, m. 3. (ἀκμάζων, florens ætate, adolescens) nom. et cogn. vir. Gr. Corp. Inscr. Lat. 6. 5209. et 383. — Acmazusa (ἀκμάζουσα), cogn. mul. Ibid. 9. 2084.

ACME, es, f. 1. (Ἀκμή: cf. ἀκμή, vigor, flos). Scribitur etiam Acume, Acumis (Ἀκμίς), Acome, Acime v. Acyme. — Declinatur aliquando Acma, æ, v. Acumis, inis et enis. — Dat. Acme in Corp. I. L. 6. 1891. et alib.; Acc. Acmen est Catull. loc. cit. Cf. Ritschl, opusc. 2. 505.

Acme ¶ 1. In titulis est cognomen muliebre libertinum. Corp. Inscr. Lat. 6. 10541., 9. 2310. et — Item nomen mul. servile. Ibid. 19920. ¶ 2. Apud scriptores puella a Septimio adamata, de quorum amoribus Catull. carm. 45.

ACMODÆ. V. ÆMODÆ.

ACMON, onis, m. 3. (Ἄκμων, ονος Acc. Acmona apud Ovid. loc. cit. v. 497) proprie adject., a Gr. ἄκμων, quasi ἀκάμων, indefessus, quod quidam male leg. Agmon, unde Agmonides. V. ACMONIDES.

Acmon, substantivorum more ¶ 1. In fabulis — a) Est quidam ex Pleurone, Ætoliæ oppido, Diomedis socius, qui Venerem quum contempsisset, in avem cycno similem mutatus est. Ovid. 14. Met. 484. sq. — b) Item filius Clytii, fratris Mnesthei, Æneæ socius, e Lyrnesso, Phrygiæ oppido. Virg. 10. Æn. 128. V. Serv. ad h. l. ¶ 2. In titulis nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 6. 10542.

ACMONENSIS, e, adject. ad Acmoniam pertinens. Cic. Flacc. 15. 34. Cf. Schol. Bobiens. p. 238. et 239. Orell. — Hinc absolute

Acmonenses, ium, incolæ Acmoniæ. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (106). et Cic. Flacc. 15. 36. et 38. V. Hirschfeld, PW. 1. 1174.

ACMONIA, æ, f. 1. Agmonia (Ἀκμονία et Ἀκμωνία), in Tab. Peuting. 9. ex prava pronunciatione. — Antepænultima longa ex Ptolem. 5. 2. 24., ubi Ἀκμωνία: brevis ex Steph. Byz., ubi Ἀκμονία (Ἀκμόνεια).

Acmonia ¶ 1. Est oppidum in Phrygia versus montem Sipylum situm, teste Ptolem. 5. 11., hodie Ahatkoi, ab Acmone Manis filio conditum dictumque, teste Alex. Polyhist. V. Steph. Byz. Memoratur in Tab. Peuting. 9. et a Ravenn. p. 111. et Eckhel D. N. V. T. 3. p. 128. ¶ 2. Item oppidum in Dacia, de quo apud Ptolem. 3. 8. 10. mentio est. Memoratur Ravenn. p. 203. Tab. Peuting. 7. Agnavie (V. Tomaschek, PW. 1. 283).

ACMONIDES, æ, m. 1. (Ἀκμονίδης) Acmonis filius, cyclops, Vulcani minister, dictus ἀπὸ τοῦ ἄκμονος, i. e. ab incude. Memorat Ovid. 4. Fast. 287. mare Trinacrium, ubi fingere ferrum Brontesque et Steropes Acmonidesque solent. h. e. Pyracmon, ut Forcell. exponit; nam quum nomina duorum priorum conveniant tam apud Virg. 8. Æn. 425., quam apud Claudian. III. cons. Hon. 195., sed tertii sit Pyracmon (Pyragmon habet Ribb.), argui potest Acmonidem et Pyracmona eamdem esse personam. Hoc firmat (Serv. ad Virg. Æn. l. c.) etymon utrique nomini congruens. Ita etiam Hesiod. in Theog. 140., ubi tamen vocat Argen, quem Virg. dicit Pyracmona; Ovid. vero Acmoniden.

ACNE, es, f. 1. nomen muliebre (fortasse ab ἄχνη, spuma maris, scriptum pro Achne). Inscr. apud Murat. 1146. 5. V. HAGNE.

ACO. V. ACCO.

ACŒMETUS, i, m. 2. (Ἀκοίμητος: cf. ἀκοίμητος, insomnis, pervigil), cogn. vir. Græcanicum. Inscr. apud Murat. 2019., 6., ubi Postumus Acœmitus; rectius tamen apud De Lama Guid. al Mus. di Parma p. 106. A. POSTVMIVS ACOEMETVS DOCTOR MYRMILLONVM. Ita cl. Furlanett. in App. et Corp. Inscr. Lat. 6. 10175.

ACONIUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 3. 683. 3. 10.

ACOME, es, f. 1. (Cf. ἄκομος, non comatus; ab α priv. et κόμη, coma) cogn. mul. Inscr. apud Murat. 1581. 15. Ita cl. Furlanett. in App. (V. ACME). Ex C. I. L. 10. 6719. eamd. profert Diehl et confert adv. ἀκόμη — ab ἀκμήν — Græcorum posterioris ætatis. V. Krumbacher, K. Z. 27 (1885) 498.

ACŒNONETUS (Acœnonetus), i, m. 2. (ἀκοινώνητος v. ἀκοινονόητος, h. e. qui nulli communicat). Acœnonitus in Gloss. Lat. ed. Hild. p. 3., 27.

Acœnonetus, cognomen pædagogi cujusdam apud Juvenal. 7. 218. Discipuli custos præmordet Acœnonetus (Schol. « communi carens sensu »). Alii leg. Acanitus ipse. Sunt tamen qui commune adjectivum, non proprium nomen putent. V. Friedländer ad h. l.

ACŒNONŒTUS. V. voc. præc.

ACŒTES, is, m. 3. (Ἀκοίτης) Scribitur et Acetes, apud Mythogr. loc. cit., sed male; Græce enim est, per diphthongum, ἀκοίτης: ab α (ἀθροιστικ. pro ἅμα) et κοίτη, cubile, h. e. maritus.

Acœtes, nomen proprium personæ, apud Latinos ¶ 1. Est comes Bacchi, patria Mæonius, humili loco natus, arte piscatoria relicta, navium gubernator. Hygin. fab. 134., ubi fabula de nautis a Baccho in delphinos mutatis præter Acœten, deo huic favente. — De eo plura apud Ovid. 3. Met. 582. sqq. ed. Burm., ubi tamen recentiores leg. Opheltes. V. etiam narrationem Serv. ad Virg. 4. Æn. 469. et Mythogr. II. fab. 83. ed. Mai., ubi acc. Acetem; sed rectius Acœten habet Serv. loc. cit. V. Hoefer, PW. 1. 1175. ¶ 2. Item socius Æneæ, olim Evandri armiger, apud Virg. 11. Æn. 30. Ribb. (ubi alii aliter leg.) et Stat. 2. Silv. 1. 93. ¶ 3. Item miles Thebanus apud Stat. 8. Theb. 444. ¶ 4. Item Laocoontis pater apud Hygin. fab. 135.; sed alii falsum hoc merito putant, quod pater hic Laocoontis non sit.

ACONE, æ, f. 1. (Ἀκόναι Steph. Byz.) portus in

Ponto. Ammian. 22. 8. 17. et Plin. 6. Hist. nat. 3. (4). Portus Acone, veneno aconito dirus. Schol. Luc. Bern. 4. 323. Acone, quæ huic (veneno) aconiti nomen dedit. Adde Isid. 17. Orig. 9. 25. V. etiam ACONITUM in Lex.

ACŌNĪĀNUS. V. voc. seq.

ACŌNIUS, ii, m. 2. Scribitur et Acconius, duplici c, in Inscr. Rhen. 1797. et Corp. Inscr. Lat. 5. 7267., quod nomen Celticum esse v. apud Holder sv. Bonn. Jahrb. 93. 252. Korresp. 11. 101. Cf. ACCO. — Achonius cum aspiratione, in Corp. Inscr. Lat. 11. 1965., 1980. etc. (Cf. Etr. axu, axuns, axunis).

Aconius, nomen gentilicium. ¶ 1. In Lapidibus memoratur sæpe Aconius, nom. vir. et etiam Aconia (Achonia), nom. mul. Inscr. apud Murat. 1622. 9. Q. ACONIVS T. F. ACONIA Q. L. MVS. Sic alia apud Grut. 1080. 1. FABIAE ACONIAE PAVLINAE CLarissimæ Feminæ Villæ Aconia. Ita Orell. n. 2361., ubi alii leg. rectius Aconii. Adde alias apud Donat. 352. 6., Grut. 900. 1., de qua cf. Furlanetto, Lap. Pat. p. 346. n. 411.; et apud Murat. 42. 2., de qua Orelli, Coll. Inscr. c. 1. p. 53. V. Corp. I. L. passim. ¶ 2. Apud scriptores — a) Aconius Catullinus, proconsul Africæ ab a. 316. ad 319. post Chr. Cod. Theod. 8. 12. 2., 9. 10. 1. et 11. 16., 1., ubi aliquando simpliciter Catulinus vel Catullus vocatur. — b) Aconius Catullinus alter, fortasse præcedentis filius, plenius Fabius Aconius Catullinus Philomatius, cons. a. 349. post Chr. Cod. Theod. 2. 1. 1. — c) L. Aconius Callistus, conjux Horatiæ Marinæ. Corp. Inscr. Lat. 11. 2700. — d) C. Aconius Porrus, quæstor, X.vir. Inscr. apud Henzen 7129. — Hinc etiam

Aconianus, a, um, adject. ad Aconium aliquem pertinens: unde Aconianus fundus in pago Vercellensi ad Placentinos spectans. Tab. Alim. Velej. 4. 42. (Corp. I. L. 11. 1147. 4. 42), fortasse situs, ubi nunc Agogna. Ita Walcken. in Géogr. anc. Gaul.

ACONTEUS, i, m. 2. (Ἀκοντεύς) trisyllabum, apud Virg. et Sil. locc. citt. — Acc. Acontea est Stat. loc. cit. v. 603. ¶ 1. Græci varii nominis hujus occurrunt apud Virg. 11. Æn. 611., Ovid. 5. Met. 201., Sil. It. 16. 562., Stat. 7. Theb. 490. et 603., al. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 3. 6179. 4. 5.

ACONTISMA, ōrum, n. plur. 2. (Ἀκόντισμα). ¶ 1. Locus angustissimus in finibus Macedoniæ inter montes, de quo Ammian. 26. 7. 12. et 27. 4. 8. ¶ 2. Etiam mansio inter Topirum Rhodopæ et Neapolim, Macedoniæ oppida. Itin. Ant. p. 321. et 331. et Burdig. p. 603. et Ravenn. p. 188. et 378. V. Hirschfeld, PW. 1. 1185.

ACONTIUS, ii, m. 2. (Ἀκόντιος: cf. ἀκόντιον, jaculum) ejusdem originis atque Aconteus. — Acontius, nom. personæ et geogr.

I.) Est nomen personæ. ¶ 1. Apud scriptores, juvenis ex Cea, Ægæi maris insula, cujus ad Cydippem et ad quem Cydippes epistolas habet Ovid. Heroid. 20. et 21., ubi narrantur horum singulares amorum causæ et vices. Ludit cum etymo ibid. 20. 209. «mirabar quare tibi nomen Acontius esset: Quod facit longe vulnus, acumen habes - ego convalui nondum - Ut jaculo scriptis eminus icta tuis». Adde eumd. 3. Trist. 10. 73., coll. 1. Art. am. 457. — Cydippem per fraudem, pomo scripto, nanciscitur uxorem. Priap. 16. 5. malum quod littera pinxit Aconti. ¶ 2. In titulis — Est nomen servile indeque libertinum. Corp. Inscr. Lat. 6. 10545. et 16329. — Item nomen gentilicium. Inscr. apud Momms. n. 1518. — Item cognomen vir. in alia apud eumd n. 6365.

II.) Est nomen montis in Bœotia. Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (25)., coll. Plutarch. in Syll. 17. et 19. et Strab. 9. 2. 42.

ACONTIZŎMĔNUS v. Acontizomenos, a, um, adject. (ab ἀκοντίζω, jaculor, idem ac jaculo vulneratus) absolute usurpatur in titul. comœdiæ Cn. Nævii. Memorat Charis. Gramm. 2. p. 211. K. Nævius in Acontizomeno. et ibid. «Acontizomenus fabula est prime proba». — Alia fragm. videsis apud eumd. ibid. p. 199. et 207.

ACORABA. V. UCCARIBA.

ACŎREUS. V. ACHOREUS.

ACORIDOS CŌME, vicus Pisidiæ. Liv. 38. 15. Ad vicum, quem Acoridos (v. l. Aporidos) Comen vocant, posuit castra.

ĀCORIS, is, m. 3. (Ἀκῶρις, Ἀκώρεως Spiegelb., Ἄχορις, Judeich, PW. 1. 1186. (Ἄχορις et Ἄχωρις, ιος Pape-Bens. h. v.). Acc. Acorim apud Ravenn. p. 128.; et abl. Acori in Tab. Peuting. 9. ¶ 1. Est nomen personæ. — a) Fuit rex Ægypti an. 399. a. Chr. Diod. 15. 2. et Theop. apud Phot. 202., ubi alii Πάκωρις, sed postea Ἄκωρις Afr. et Sync. Memorat Hieronym. in Chron. a. Abr. 1615. post Amyntam. — b) In titulis cognomen vir. Inscr. apud Grut. 976. 10., et proba. ¶ 2. Est etiam oppidum Ægypti mediæ, cujus ruinæ dicuntur esse ad Tehne-et-tahuna inter Gebel et-Ter et Minye. Memoratur in Tab. Peuting. et apud Ravenn. locc. citt. Cf. Ptolem. 4. 5. 59.

ACOSIMUS, i, m. 2. (Ἄκοσμος?) nomen pueri, natione Sicula, apud Greg. M. ep. 3. Cf. Italorum Cosimo.

ACOUNÆ, ārum, f. plur. 1. numina quædam Gallicana in Inscr. apud Orelli n. 1995. — Videntur esse ex genere Matrum seu Matronarum Gallicanarum. Ita Orelli ibid. Cf. Alounæ in alia apud eumd. n. 1964. et etiam Hefner, Denkm. etc. 1. 36. p. 108. sq.

ACPADI (athanin Rühl), Hebræorum lingua november mensis dicitur. Gloss. V. 162. Ita Lommatzsch. in Thes. L. L. h. v. V. ETHANIM.

ACQUĪSĪTUS, i, m. 2. (acquiro) nom. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 1766. (sæc. IV). — Alquisita (pro Adquisita v. Acquisita), cogn. mul. in sarcoph. Mus. Kirch. (V. Civiltà Catt. ann. 1857. vol. 8. p. 365).

ACRA, æ, f. 1. et Acra, ōrum, n. pl. 2. in Corp. Inscr. Lat. 3. 567. (Ἄκρα). — Acc. Acran apud Plin. loc. cit. ed. Sillig., ubi alii Agran vel Acaran. — Vox a Gr. ἄκρος, summus, extremus, altus, de cacumine vel parte editiore urbis et quidem munita dicitur, It. cittadella, acropoli, coll. Lat. arx: vel ab Aram. חקרא ejusd. significationis; unde ædificium Ἄκρα, de quo LXX. ad 1. Mach. 1. 35. Cf. Vulg. ad h. l. — Recentiores quidam putant Acram idem esse ac Mello (Millo) apud Vulg. 2. Reg. 5. 9. et alib. (Conder, Handb. to the Bibl. p. 338). ¶ 1. Hinc Acra Japygia, promontorium Magnæ Græciæ seu Salentinorum seu Japygiæ et Messapiæ, quod ideo olim et Salentinum in extrema Calabria, quæ et Japygia dicebatur, hodie Capo di Leuca vel di S. Maria di Leuca a vicino oppido cognomine. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (100). et Solin. 2. ¶ 2. Item monticulus prope Anticyram Locridis. Corp. Inscr. Lat. supra cit.

ACRABĀS et Acraba, æ, m. 1. nomen vir. originis, ut videtur, Semiticæ. Corp. Inscr. Lat. 10. 7984. — Acrabilla, nom. demin. mul. Ibid. 6. 8962.

ACRABATĒNA vel

ACRABATHĀNA vel

ACRABATHĀNĒ (Acrabathene), æ, f. 1. Ἀκραβατήνη et Ἀκραβαττίνη: ab Hebr. עקרב, fortasse idem ac scorpio, ob horum animalium in ea regione frequentiam. V. ACRABIN (Cf. Riehm, Handw. d. Bibl. Altert. h. v. et Grove in Smith's Dict. t. 1. p. 42., ubi de situ hodierno agitur).

Acrabathane, toparchia ex decem, in quas divisa erat Palæstina cis Jordanem. Memoratur Vulg. 1. Mach. 5. 3. — Plin. 5. Hist. nat. 14. 15. (70). Acrabatena. Ita Sillig.; sed al. Acrebitena. et Hieronym. De sit. et nom. p. 119. Acrabathene. — Adnotat tamen Corn. A-Lap. in Mach. loc. cit. undecim fuisse toparchias et hanc (quintam apud Plin. loc. cit., tertiam vero apud Jos. 3. B. J. 3) terminum Samariæ et confinium Amorrhæorum. Cf. etiam Jos. 2. B. J. 11. — Hodiernus vicus Akrabeh videtur esse oppidi capitis Acrab. pars (Ebers-Güthe, Palæst. 1. p. 242). — Attamen Legendre in Dict. Bibl. Vig. p. 1. 150. sq. distinguit Acrabathane ab Acrabathene (Acrabatene), ita ut illa Idumææ pars sit vel in finibus Judææ Idumæam versus; hæc vero toparchia, inter Sichem et Jericho. Sed, contra, Barett., App. ad S. Bib. 1. p. 387. et Re, Arch. Bibl. Diz. p. 271. Cf. Reland, Palæst. l. 1. c. 32. et v. ACRABIN.

ACRABATHĒNĒ. V. voc. præc.

ACRABATTĒNI. V. ACREBITENUS.

ACRABBI. V. voc. seq.

ACRABIN, indecl. Acrabbim apud Hieronym. loc. cit. p. 16. Hebr. 'Aqrabbîm «scorpiones»; LXX. Ἀκραβίν.

Acrabin dicuntur regiones Palæstinæ ¶ 1. Ad lacum Asphaltitem. Ital. (Lugd.) Num. 34. 4. Ab Africo ad ascensum Acrabin. — Vulg. (ex verbo) Jos. 15. 3. contra «ascensum scorpionum». ¶ 2. Item in finibus Samariæ. Hieronym. De sit. et nom. p. 87. Acrabbi terminus Judææ provinciæ ad orientem respiciens. Est autem et vicus grandis nunc usque novem milibus a Neapoli contra orientem descendentibus ad Jordanem — per eam, quæ adpellatur Acrabbitene; sed et confinium Amorrhæorum Acrabbim dicitur.

ACRĂDĪNA. V. ACHRADINA.

ACRÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἄκρα Steph.; sed Ἄκραι Thucid.; Ἄκραιαι Ptolem.) — Agræ in Itin. Ant. p. 89. V. Hülsen, PW. 1. 1192.

Acræ ¶ 1. Oppidum Siciliæ in finibus Syracusarum ita dictum ab edito loco (V. ACRA), ubi a Syracusanis conditum est, teste Thucyd. 4. 5., prope mare Jonium ad Pachynum, jam excisum; unde Sil. It. 14. 206. Non Thapsos, non e cumulis glacialibus Acræ. Adde Liv. 24. 36. — Ejus rudera hodie quidam collocant ubi est Herbessus, nunc Palazzuolo. ¶ 2. Item oppidum Panticapæo ad Bosporum Tauricum vicinum. Plin. 4. Hist. nat. 12. 26. (86)., Tab. Peuting. 9. et Ravenn. p. 172. — Hinc Strabo 11. 2. 8. vicum Panticapæorum (Ἄκρα dictum) appellat, quem hodie situm prope Takil Buru quidam arbitrantur. ¶ 3. Item castellum in Scythia minore. Marc. Com. p. 99. 515. 4. Sed v. Tomaschek, PW. 1. 1187.

ACRÆPHĬA (Agræphia), æ, f. 1. (Ἀκραιφία) Varie scribitur in codd. Græcis; sed Latini hanc præferunt scripturam.

Acræphia, oppidum Bœotiæ juxta Cephisum amnem. Memorat Liv. 33. 39., ubi alii aliter leg., Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (26). et Tab. Peuting. Cf. Pausan. 9. 23. 5. et Steph. h. v.

ACRÆUS, a, um, adject. (Ἀκραῖος) ad locum editum pertinens. Hinc epitheton Jovis et Junonis apud Liv. 32. 23. et 38. 2., quia in editis locis colebantur, aut quia præsides arcium censebantur. Cf. Vitruv. 1. 7. 1. et v. Wentzel, PW. 1. 1193.

ACREBITĒNA. V. voc. seq.

ACREBITĒNUS (Acrabbitenus), a, um, adject. ad Acrabathanem pertinens. Hieronym. De sit. etc. p. 153. In regione Acrabbitena. — Acrabatteni, incolæ. Heges. 3. 6. 4. — Hinc absolute Acrebitena idem quod Acrabathane. Plin. 5. Hist. nat. 14. 14. (70)., Sillig. Acrabatena.

ACRĂGANTĪNUS, a, um, adject. (Ἀκραγαντῖνος) ad Acragantem, Siciliæ oppidum, pertinens. Lucret. 1. 717. Acragantinus Empedocles. Alii leg. Agrigentinus. Plin. 35. Hist. nat. 15. 51. (179). fons. At Sillig. leg. Agragantinus, alii Agrigentinus.

ACRĂGĀS, antis, m. 3. (Ἀκράγας) — a) Ad genus quod attinet, nomen oppidi apud Græcos sæpius femininum, aliquando masculinum, sed montis et fluvii masc.; apud Latinos masc. semper. — b) Scribitur Agragas apud Sil. It., Grat. et Plin. locc. citt.; et Acragans apud Virg. loc. cit. ed. Ribb. — c) Declinatur in acc. Acraganta apud Ovid. loc. cit. — d) Prima brevis est; cf. tamen Sidon. carm. 2. 366. V. AGRIGENTINUS. — e) Etymon duci potest ab ἀκραγής, irritabilis, vel potius ab ἄκρος, summus. Ceterum ei factum esse nomen ab Acragante, Jovis filio, tradunt mythologi. V. Steph. h. v.

Acragas, nomen geogr. et personæ.

I.) Acragas, nomen geogr. ¶ 1. Est oppidum Siciliæ ad fluvium, unde nomen accepit, et ad radices montis cognominis sed loco edito. Hinc Virg. 3. Æn. 703. Arduus inde Acragans ostendit maxima longe Mœnia, magnanimûm quondam generator equorum. Cf. Serv. ad h. l., qui Virgilium arguit, quod tempore Æneæ oppidum hoc, nondum tunc conditum, ponat. Adde Sil. It. 14. 208., Grat. Cyneg. 526., Ovid. 4. Fast. 475. et Plin. 3. Hist. nat. 42. 64. (155). Id. 3. ibid. 8. 14. (89). Oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere. At Sillig. leg. Agragas. — De monte celebrato ab antiquis ob salem, qui ibi colligebatur, Priscian. Perieg. 495. At salis hic Acragas miracula possidet unus etc. Adde Solin. 11. et Plin. 31. Hist. nat. 7. 41. (84). ¶ 2. Item mons prope Gelam. Vib. Seq. p. 154. R. ¶ 3. Item fluvius in Sicilia, qui a monte cognomine oritur et in mare prope Agrigentum influit, nunc Girgenti aut Fiume di Naro. Plin. 35. Hist. nat. 15. 51. (179) vocat rivum.

II.) Est etiam nomen virile, quo vocatus fuit clarissimus cælator argenti, de quo Plin. 33. Hist. nat. 12. 55. (155). Proximi ab eo (Mentore) in admiratione Acragas - Exstant hodie omnium opera in insula Rhodiorum - Acragantis in templo Liberi patris - cælati scyphi - Acragantis et venatus in scyphis magna fama.

ACRATHON. V. ACROATHON.

ACRĀTUS, i, m. 2. (Ἄκρατος: cf. ἄκρατος, merus) ¶ 1. Generatim nomen servile et libertinum, in Inscr. apud Grut. 304. 4. et Momms. n. 6833. — Item cognomen vir. in alia apud Oderic. Sylloq. p. 238. n. 79. et Corp. Inscr. Lat. 6. 9102.; 15. 5786. — Sæpius hoc nomen apparet in Inscriptt., ubi aliquando occurrit Aggratus, et, priore g erasa, Agratus et Acratus. — Acratine (Ἀκρατίνη), cogn. mul. Ibid. 6. 20983. ¶ 2. Speciatim ita vocatur libertus Neronis imp., cuicumque flagitio promptus, ut ait Tac. 15. Ann. 45. et 16. ibid. 23. — NB. Apud Græcos Acratus fuit comes Bacchi, etiam genius Bacchi dictus, in monum. pueri alati formam habens. Cf. A. Visconti Mus. Chiaram. p. 241. et Labus, Mus. di Mantov. T. 2. p. 173.

ACRAUCELES, um, m. plur. 3. populus, qui ad Syrtim majorem habitat. Plin. 5. Hist. nat. 5. 5. (33). Sillig. leg. Araraucelas. Cf. Herodian. π. μ. λ. 11. 21. et Pietschmann, PW. 2. 401.

ACRENSES, ium, m. pl. 3. Acrarum Siciliæ incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (91). Alii leg. Acrenes.

ACRĪÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἀκριαί) oppidum Laconiæ ad fauces Eurotæ. Liv. 35. 27., ubi olim vulgo Acræ (Cf. Polyb. 5. 19. 8). — Apud Strab. et Ptolem. vox aliter scribitur. V. Hirschfeld, PW. 1. 1195.

ACRILLA. V. voc. seq.

ACRILLÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Siciliæ, non procul a Syracusis, inter has et Acras, ad mare Jonium versus Pachynum. Liv. 24. 35., ubi al. leg. Accillæ, sed male; nam Steph. Byz. habet Ἄκριλλα πόλις et Plut. Marc. 18. Ἀκρίλλαις. et Acrillæ etiam Flor. Voss. Lov. 1. 3. pluresque alii codd. et confirmant Sigon. et M. Müller. Cf. etiam Drakenb. in h. l. — Apud Sil. It. 14. 271. «Arbela ferox» leg. Bauer; at Ἀρβέλη (Steph. et Suid.) penultimam habet brevem; rectius itaque Rup. et Lemair. legend. putant Acrilla.

ACRĪNUS, a, um, adject. ad Acras oppidum pertinens. Cic. 3. Verr. 43. 103.; ubi mendose in editionibus Acherinos. Ita cl. Furlanett.; at Orell. habet Acherinos; nunc vero rectius legitur Scherinos. V. ACHERINI.

ACRĬON (Acrio), ōnis, m. 3. (Ἀκρίων) philosophus Pythagoreus, Locrensis. Cic. 5. Fin. 29. 87. et Val. Max. 8. 7. ext. 3., ubi perperam alii Arion, quamvis hoc notius, unde fortasse error. Ita Ern. apud Orell. Onom. Tull. ad h. v. At C. Kempf. in sua ed. Val. Max. 1888. hanc lect. retinuit.

ACRIS, idis (inis), f. 3. (Ἀκρίς) nom. serv. et cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 7059., 24853. Ibid. 3. 9709. Acrini (dat.).

ACRĪSIŌNĒ, es, f. 1. (Ἀκρισιώνη, nomen patronym. Iadis linguæ) Danae, filia Acrisii, regis Argivorum. Eleg. ad Valer. Messal. 33. (Virg. Catal. 11. 33. R.) Regia non Semele, non Inachis Acrisione. Wernsdorf t. 3. p. 161. ad h. l. ait nomen esse vix alias obvium. Alii tamen aliter leg. (V. voc. seq.) Adde Priscian. gramm. II. 68. 8.

ACRĪSIŌNĒIS, idis, f. 3. nomen patronym, idem quod Acrisione, sc. Danae, Acrisii filia. Virg. 7. Æn. 410. quam dicitur urbem (Ardeam) Acrisioneis Danae fundasse colonis. Serv. ad h. l. monet Acrisioneis non cum colonis, sed cum Danae convenire; sermo enim est de Ardea, quæ dicitur a Danae condita cum Perseo, non de Argivis hominibus, quorum nullum secum adduxerat, sed accolis Italis, qui proinde Acrisionei coloni vocari non poterant. Recentiores ita leg.; sed Aldd. omnes et aliæ edd. habent Acrisionæis, quod Steph. fortasse mutavit, Heins. restituit. Cf. Wagner in h. l.

ACRĪSIŌNĒUS, a, um, adject. (Ἀκρισιώνειος) ¶ 1. Est ad Acrisionem pertinens. Colum. 10. 205. Acrisionei amores. h. e. Danaes, Acrisii filiæ. Alii leg. Acrisionæi, al. Acrisionii. ¶ 2. Item ad Acrisium pertinens. Ovid. 5. Met. 238. Acrisioneas arces. h. e. Argi, oppidum Acrisii regis. Adde Sil. It. 1. 661. de Ardea. V. ARDEA.

ACRĪSIŌNIADĒS, æ, m. 1. (Ἀκρισιωνιάδης) nomen patronym.: absolute apud Ovid. 5. Met. 69. est Perseus, Acrisiones filius.

ACRĪSIUS, a, um. V. voc. seq. in fin.

ACRĪSIUS, ii, m. 2. (Ἀκρίσιος) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Abantis, unde Abantiades dictus, et pater Danaes, ex stirpe Danai, ultimus rex Argivorum, in serie eorum quartusdecimus. Ovid. 4. Met. 607. — Secundum Euseb. in Chron. apud Hieronym. regnavit annos XXXI., ab a. 1344-1313. a. Chr. Alii vero, ut Apollod. 2. 2. et Pausan. 2. 16. 2., tradunt eum regnavisse ab a. 1362. solum, expulso Prœto; dein cum Prœto, qui, a Jobate adjutus, expulsorem devicerat, ita ut ille Argis, hic Tyrinthe regnaret. Hinc Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (200). Clipeos invenerunt Prœtus et Acrisius (Acritus codd.) inter se bellantes. Hieronym. Chron. a. Abr. 674. Post Cecropem Acrisius. et 705. Post Acrisium Euristheus. — Acrisius duas filias habuit, Evareten et Danaen, quam quum ab oraculo resciret filium habituram, a quo avus occidendus foret, in turrim aeneam conjecit. Sed Juppiter in aureum imbrem conversus eam potuit uxorem ducere, unde habuit Perseum. Quod ubi cognovit Acrisius, ambos cista inclusos in mare demersit; verum inde cum matre incolumis evasit Perseus, qui avum, expulso Prœto, in regnum restituit. Cf. etiam Apollod. 2. 4., Hygin. fab. 63. et 64., Ovid. 3. Art. am. 631., Horat. 3. Od. 16. 5. et Serv. ad Virg. 7. Æn. 368. At Ovid. 4. Met. 609. sq. addit Acrisium credere noluisse Perseum, nepotem suum, Jovis filium fuisse. Donat. vero ad Terent. 644. 3. 5., Lactant. 1. 2., coll. Apollod. l. c. et Schol. Pind. ad Isthm. Od. 7. tradunt non a Jove per aureum imbrem, sed auro Danaen fuisse corruptam; quod habet et Petron. Sat. 137. — Narrat Ovid. 4. Met. 605. sqq. Acrisium nec Bacchi sacra nec Bacchum ipsum intra Argos recepisse. — Acrisio mortem intulit, non sponte sed fato, ipse Perseus; at de modo, quo eum interfecerit, non una est apud antiquos sententia. Cf. etiam Apollod. 2. 4. 4., Lactant. ad Stat. 1. Theb. 255. et Mythogr. 1. 157. 1, etc. — Acrisius fertur oppid. Larissam condidisse (Hellan. fragm. 29.), ubi occisus sepulcrum habuerit in templo Minervæ (Clem. Alex. Protr. p. 13. 23. Sylb.) et fanum a Perseo et a Larissæis ædificatum (Pherecyd. fragm. 26. et Arnob. 6. p. 193). V. Toepffer, PW. 1. 1196., Usener, Sintflutsag. p. 81. sqq. et Roscher, Myth. lex. I. 213. — 2.°) Item alter Acrisius, pater Laertæ patris Ulyssis, Jovis filius, apud Ovid. 13. Met. 144. mihi Laertes pater est, Acrisius illi. Ita putat Forcellin., sed falsa est lectio; nam Arcesius legend., quia ab Hom. Ulysses Ἀρκεισιάδης dicitur, et quia ratio versus Ovid. non constaret, quum antepænult. in Acrisius sit semper brevis. V. eumd. Forcellin. in ARCESIUS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 685. c. 3. l. 30. — Hinc

Acrisius, a, um, adject. ad Acrisium, regem Argivorum, pertinens, ut Acrisia puella, sc. Danae, apud Sulp. Luperc. Anth. 649. 7.

ACRĪTĀS, æ, m. 1. (ὁ Ἀκρίτας). Acc. Acritan et Acritam apud Mel. locc. citt.

Acritas ¶ 1. Est promontorium in Messenia, nunc Capo Gallo. Plin. 4. Hist. nat. 5. 7. (15)., et Mela 2. 3 (50). et 2. 7 (110)., coll. Ptolem. 3. 16. et Pausan. 4. 34. — Est alterum in Bithynia ad Bosphorum Thracium. Ptol. 5. 1. 2. ¶ 2. Item insula in sinu Nicomedico. Tab. Peuting. 9., coll. Steph. Byz. h. v.

ACRITUS. V. ACRISIUS et ÆCITUS.

ACRĪUS, ii, m. 2. nom. gentilicium. Inscr. apud Murat. 1128. 9. et Donat. 314. 8. — Etiam Varro 1. R. R. 2. 1. Offendi ibi - C. Acrium (codd.) equitem R. Socraticum. Adde ibid. n. 3. — Videtur tamen idem qui Agrius. V. AGRIUS.

ACRO. V. ACRON.

ACRŎĀTHON, i, n. 2. Varie scribitur, ut Acrathon et sæpius contract. Acrothon (Acrothoon) apud Plin. et Solin. locc. citt. ad imitationem Græcorum, quibus est Ἀκρόθωον. — Vox composita ex ἄκρος, summitas, et Athos, qui est mons in Thracia.

Acroathon, oppidum Chalcidices in summitate Athonis montis, haud procul ab hodierno Laura. Mela 2. 2 (32). et Solin. 11. extr., qui tradunt ejus incolas longævos fuisse, unde homines macrobii dicti. Adde Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (37).

ACRŎCĔRAUNĬA et

ACRŎCĔRAUNII. V. voc. seq.

ACRŎCĔRAUNIUS, a, um, adject. Vox composita ex ἄκρος, summitas, et κεραυνός, fulmen. Hinc Acroceraunii montes apud Plin. 3. Hist. nat. 23. 26. (145)., qui et Ceraunii tantum dicti (V. hanc voc.), quorum ima pars in mare Jonium porrigitur efficitque Acroceraunium promontorium. Id. ibid. 11. 15. (97). et Solin. 2. — Hinc absolute

Acroceraunia, æ, f. 1. et

Acroceraunium, ii, n. sing. et

Acroceraunia, n. et

Acroceraunii, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Sunt montes altissimi seu montium catena in Epiro, qui hanc a Macedonia separant et vulgo vocantur montes Diaboli, monti della Chimera vel Chimerioti, a Chimæra, oppido illis insidente. Dicti sunt quasi ignitas habentes a fulminibus summitates, quia crebro fulminibus infestantur, ut docet Serv. ad Virg. 3. Æn. 506. — a) Proprie. Horat. 1. Od. 3. 20. Infames scopulos Acroceraunia. h. e. promontorium (V. supra), circa quod mare procellosum est et navigantibus infestum. Alii tamen leg. Acroceraunia (F L); alii alta Ceraunia (Virg. 1. G. 332.), ut Jan., qui hanc lectionem mordicus tenet ac defendit. At Bentl. communiorem lectionem multis tuetur et cit. Ovid. Rem. am. 739. Hæc tibi sint Syrtes, hæc Acroceraunia vita. Ita etiam Ritter, Mai in Class. Auct. VIII. p. 108., Vollm. et Diehl. Cf. Keller, Epil. zu Horat. p. 1. pag. 18., qui tamen Acroceraunia prorsus rejicit. — Oros. 1. Hist. 2. 57. Montes Acroceraunia in angustiis Hadriatici sinus. — Acroceraunium (Ἀκροκεραύνιον). Ravenn. p. 378. — b) Hinc translate de loco periculoso. V. Lexic. ¶ 2. Item Acroceraunii, montes inter Armeniam et Iberiam, incipientes a portis Caspiis usque ad fontem Tigridis fluvii, ut habent Isid. 14. Orig. 8. 6. et Oros. loc. cit. 41. Cf. Ceraunii vel Ceraunia ad v. CERAUNIUS.

ACRŎCŎRINTHOS, Græca posit., et

ACRŎCŎRINTHUS, i, f. 2. (Ἀκροκόρινθος) mons (cujus vertex Veneri sacer erat) et arx Corintho imminens, non secus ac Ithome Messenæ in Peloponneso, inter duo maria, Ægæum et Jonium, stadiorum trium et dimidiati. Sub ejus autem radice, in plano, Corinthus instar mensæ jacet. — Porro hæ duæ arces, Acrocorinthus et Ithome, cornua Boois appellatæ sunt, hoc est Peloponnesi. Hinc quidam Philippo Macedoni suadebat, ut Bovem cornibus teneret, occupatis nimirum his duabus arcibus. Memorat Plin. 4. Hist. nat. 4. 5. (11). E summa sua (Corinthi) arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons Pirene diversa duo maria prospectans. et Stat. 7. Theb. 106. summas caput Acrocorinthus in auras Tollit et alterna geminum mare protegit umbra. Adde Liv. 33. 31. et alib. et Mel. 2. 3 (48). — Descriptio ejus habetur apud Strab. 8. 6. 21., coll. Pausan. 2. 1. 6. et ibid. 4. 6.

ACRON et Acro, ōnis (ontis), m. 3 (Ἄκρων - ωνος) Agro, onis, apud Jornand. Rom. 91. — Latina positione fere legitur in Corp. Inscr. Lat. 5. 7043. — Acc. Acronem habet Aur. Vict. vir. ill. 2. 4.; Acrona vero Auct. inc. epigr. apud A. Malum in Class. Auct. loc. cit.; et etiam Acronta, ut sit ab Acron, ontis, apud Propert. 4. 10. 7. De hac lectione V. Barth. et Georg. lat. Wortf. ad h. v. At Baehrens edidit Acrona, Diehl in Th. L. L. h. v. «Acronta codd., Acrōna Itali». — Prior syllaba apud poetas producitur, præter Stat. 10. Theb. 509. et Auct. inc. epigr. supra cit. — Acron, nomen personæ et loci.

I.) Est nomen personæ. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Cæninensium rex, qui ab Hercule

Curium conditore, *Sanco* vocato (Cf. *Sil. It.* 8. 420.) ac primo Sabinorum rege, descendebat. *Propert.* 4. 10. 9. Acron Herculeus Cænina ductor ab arce *etc.*, ubi *Herculeus* dictus, quia ab Hercule ortus, vel quia maxime bellicosus, vel quia Cæninenses Herculem colebant. — Hic, quum ob raptas Sabinas bellum cum Romulo Romanisque suscepisset, a Romulo singulari certamine victus est ejusque arma Jovi Feretrio dicata primum fuerunt (circa an. a. Chr. 750), uti narrant *Liv.* 1. 10., *Val. Max.* 3. 2. 3., *Aur. Vict. vir. ill.* 2. 4., *Prop. loc. cit. Auct. incert. epigr.* apud *A. Malum* in *Class. auct. T.* 3. *p.* 359. Fortem fortis (*Romulus*) humi prostravit Acrona duello. — De eo V. *Cichorius, PW.* 1. 1199. — 2.°) Item Græcus quidam, Æneæ socius, de finibus Corythi. *Virg.* 10. *Æn.* 719 *sqq. V.* integr. loc. — 3.°) Item Thebanus quidam, de quo *Stat. loc. cit.* — 4.°) Item *Helenius Acron*, nobilissimus grammaticus et doctus scholiastes Horatii (et fortasse etiam Persii), cui multa falso tributa sunt ex MSS. anonymis; interpretatus est etiam Terentii *Adelphos* (V. *Charis. gramm. II.* 192. 30. *K.*), *Eunuchum* (*ibid. p.* 216. 9), *alia.* — 5.°) Item Agrigentinus medicus, de quo *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 4. (6). — Memorat *Plutarch. de Isid.* et *Osir.* 79. et *Suid.* eum tradit philosophatum fuisse ac librum περὶ ὑγιεινῶν Dorica lingua scripsisse. Cf. *Smith Dict. of Gr. and Rom.* ad *h. v.* et *Wellmann, PW.* 1. 1199. ¶ 2. In titulis nom. vir. serv. ac dein libert. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2383. — Item cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 33822.

II.) Acron fuit olim oppidum regium, ex quinque satrapiis Philisthinorum inter Azotum et Bethsames, idem quod Accaron. *Vulg. Jos.* 19. 43. — Hæc forma in *Thes. L. L.*, qui nunc in Germania editur, nescio cur fuerit omissa.

ACRONĬUS, ii, m. 2. (Acron) ¶ 1. Est cognomen in *Inscr.* apud *Murat.* 1622. 10. et *Momms. n.* 3658. ¶ 2. Est etiam *Acronius* (al. *Acronus: cf. Georges* ad *h. v.* et *Otto* in *Thes. L. L.*) lacus. *Mela* 3. 2 (24). Rhenus ab Alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit, Venetum et Acronium. — Aliis est pars lacus *Brigantini;* aliis cum *Cluverio* differt ita ut Acronius sit quem Cellensem lacum, *Cellerzee*, vocant, Brigantinus vero et Venetus seu Podamicus, qui nunc Constantiensis, vulgo *lago di Costanza*, dicitur. V. tamen *Ihm, PW.* 1. 285. — *De-Vit* adnotat « vocem *Acronius* corruptam videri pro *Accionius;* nam a Græcis, teste *Avieno, Or.* 673., hic lacus *Accios* vocatur ». Hanc vero conjecturam sugillat *Ihm loc. cit.*, quam tamen dubius de vocis significatione proposuit cl. lexicographus noster. Ceterum *Accion* apud *Avien.* incerta est lectio; alii enim *Acin* v. *Acida* legend. putant (*C. Mueller*).

ACRONOMA (Acrunoma *Cratander*) Saxa, locus ignotus prope Romam. Memorat *Cic.* 13. *Att.* 40. — Pithœus volebat Saxa *Acherontia;* quod « non absurdum puto, inquit *Ern.* ad *Orell. On. Tull.*, nam *Acherontia*, oppidum Apuliæ, in alto saxo jacebat; unde *nidum Acherontiæ* eam appellat *Horat.* 3. *Od.* 4. 14. ».

ACRONUS. *V.* ACRONIUS.

ACRŎPĀTĒNĒ. *V.* ATROPATENE.

ACRŎPŎLIS, is, f. 3. (Ἀκρόπολις) nomen commune, quod a Gr. ἄκρος et πόλις partem summam sive arcem in summitate urbis alicujus notat. Usurpatur de loco et de persona.

I.) Acropolis, de loco. ¶ 1. Speciatim dicitur de Atheniensium urbe, cujus descriptionem exhibent *Guhl* et *Koner, Vita de' Gr. e de' Rom.*, v. *Giussani* ed.[1] *p.* 57. *sq.* Memorat *Schol. Stat.* 12. *Theb.* 632. Acropolin - arcem Thebarum (*lege* Athenarum). — Ibi templum τῇ Νίκῃ ἀπτέρῳ erectum fuit in memoriam prœlii, e quo victor evasit Cimon ad Eurimedontem. ¶ 2. Item oppidum ad sinum Salernitanum in Lucania, nunc *Agropoli*. *Greg. M. ep.* 2. 42.

II.) Acropolis, de persona, cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2260. — Item nom serv. mul. *Ibid.* 11850.

ACRŎPŎLISTIS, idis, f. 3. (Ἀκροπολιστίς) quæ ex Acropoli est, parte summa Athenarum. *Plaut. Epid.* 3. 4. 64. Acropolistis fidicina. Adde *eumd.* 4. 1. 41. Ita leg. *Lodge*, ubi *Telestidem* vel *Acrotelestidem* legend. putat *Camer.*, invito *Lambin.*; alii vero *Cropolistidem*.

ACRŌTA, æ, m. 1. nomen regis mythici Albæ apud *Ovid.* 14. *Met.* 616. et *Liv.* 1. 3.; ubi *M. Müller* leg. *Agrippa*. Adde *Mythogr. I. fab.* 204. ed. *Mai;* ubi minus recte *Acrota* et *Remulus* fratres, non Tiberini filii dicuntur, ut *Ovid. loc. cit.*, sed Capeti (Capys).

ACROTADUS, i, f. 2. insula in sinu Persico. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (99)., ubi *Sillig.* leg. *Athothadrus*.

ACRŎTĔLEUTĬUM, ii, 2. cf. (ἀκροτελεύτιον, *extremus finis*, v. c. operis, *Thucid.*). Cf. ABROTONIUM.

Acroteleutium, nomen mul. ὑποκοριστικόν, quo appellatur meretrix quædam Atheniensis, apud *Plaut. Mil.* 874., 900. et 1182. Acroteleutium (*voc.*).

ACROTHON. *V.* ACROATHON.

ACRUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 1531. 8. Ita cl. *Furlanett.* in *App.*

ACRŪVIUM et Acruium, ii, n. 2. (Ἀκρούιον) oppidum in Dalmatia. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. (144). Ita leg. *Sillig.* pro vulg. *Ascrivium*, hodie *Cattaro* dicitur. *C. Müller* comparat cum *Gruda*, sed minus recte. Cf. *Momms.*, *Corp.* 3. *p.* 284. et *Tomaschek, PW.* 1. 285.

ACTA. *V.* ACTE.

ACTÆA et

ACTÆI. *V.* ACTÆUS, a, um.

ACTÆŎN, onis, m. 3. (Ἀκταίων-ωνος: cf. Ἀκτή) Scribitur etiam *Acteon*, extrito *a* diphthongi. *Fulgent.* 1. *Myth.* 10. Acteon (*corr.* Æthon) splendens dicitur. Cf. *Mythogr. fab.* 2. 21., ubi recte *Æthon*. — Acc. sæpissime *Actæona* apud poetas. — Pænultima brevis est in obliquis. *Ovid.* 3. *Met.* 243. et 720., *Claudian.* 5. 419., *al.*

Actæon ¶ 1. Fuit heros Bœotius, filius Aristæi et Autonoes, Cadmi nepos (*Diod.* 4. 81., *Callim. hymn. V.* 107. et *Apoll. Bibl.* 3. 4.), nobilis venator, qui imprudens Artemidem seu Dianam cum Nymphis in silva se lavantem quum vidisset, ab ea in cervum mutatus est et a suis ipse canibus discerptus. Fabulam narrant *Ovid.* 3. *Met.* 198. *sqq.* et *Hygin. fab.* 180. et 181., coll. *Callim. hymn. V.* 110. *sqq.*, qui tradit Dianam iratam fecisse, ut ei cornua in capite nascerentur. Quod autem Actæon cornua habuerit (non enim defuere, qui homines cum cornibus aliquando editos fuisse adfirmarent), fabulosum merito censet *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 45. (123). — Subest fabulæ vera historia; dicitur enim Actæon studiosissimus fuisse venationis, sed ætate provectus, consideratis hujus periculis, id est quasi nudam artis suæ rationem videns, timidus factus fuisse cervi instar; sed amorem erga canes non dimisisse, adeo ut in canes quamplurimos pascendos patrimonium omne absumpserit, sic, quasi a canibus, devoratus. *Fulg.* 2. *Myth.* 3. ex *Anaxim.* — Horum canum nomina, uti sunt *Acamas, Æthon, Lampus, Melampus, Pamphagos* etc., *V.* suis locis. — Huc faciunt loci *Varron.* apud *Non.* 4. 329., ubi canes accipit adulatores. Adde *eumd.* 2. *R. R.* 9. 9. — Fabulam Actæonis, simulacris repræsentatam, narrat *Apul.* 2. *Met.* 4. Porro vetera de hoc mytho monumenta apprime commemoranda illustravit *Viscont.* in *Mon. scelti Borghes. Tav. XXVI.* et *XXVII.*, coll. *Schwartz, Ann. d. Inst.* (1882) 290-299.; *O. Müller, Handb. d. Arch.* 365. 6., 412. 2. et *Lenormant - de Witte, Élite céramogr. II.* 324. (*pl.* 99-103. *B*). V. etiam *Wentzel, PW.* 1. 1209. — De eo ex Græcis consulas *Eurip. Bacch.* 337. *sqq.*, *Pausan.* 9. *p.* 714. et 787., *Apoll.* 4. 4. 4. et *Dion.* 2. 302. 18.; et ex Latinis, præter laudatos, *Senec. Phœn.* 14. et *Œd.* 751., *Sil. It.* 12. 365., *Claudian.* 2. *Rufin.* 419., *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 14., ¶ 2. Item Actæon, Atticæ cognomen. *Chron. Alex. p.* 118., 244. ¶ 3. Inter Solis equos, fortasse ex librorum errore, appellatur. *Fulgent. loc. cit.* et *Schol. Germ. Strozz. p.* 195. 18. *sqq.*

ACTÆUS, a, um, adject. (Ἀκταῖος: ab ἀκτή, *litus*, i. e. litoreus) *Codd.* habent sæpe *Acteus*, extrito *a* diphthongi.

Actæus ¶ 1. Latiore sensu est litoreus. *Virg.* 2. *Ecl.* 24. « Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho ». Alii tamen pro Attico vel Atheniensi accipiunt: quod « mons ille, inquit *Heyne*, fuit in finibus Bœotiæ et Atticæ, quæ *Actæa* dicitur, *h. e.* litoralis ». Sed *V.* hanc voc. in *Lexico*. ¶ 2. Strictiore sensu, Atticus vel ad Atticam pertinens, quæ *Acte* (V. hanc voc.) et *Actæa* dicta fuit ex eo quia maxime litoralis est, vel ab *Actæo* quodam, qui primus creditur in Attica regnasse. V. *Pausan.* 1. 2. 5., coll. *Marmore Pario* init., ubi Ἀκταῖος ὁ αὐτόχθονος memoratur. *Ovid.* 1. *Met.* 313. Actæa arva. *Senec. Phædr.* 900. Actæa gens. *Petron. Sat.* 135. terra. *Colum.* 10. 386. Actæum mel. *Stat.* 4. *Theb.* 453. Actæi imbres. *h. e.* sparsio mellis. *Auson. Gryph.* 71. Actææ Athenæ. *Ovid.* 2. *Her.* 6. artes. ¶ 3. Strictissimo sensu, Atheniensis seu civis Athenarum, quæ urbs caput Atticæ fuit. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 128. Actæa virgo. *h. e.* Minerva Athenarum dea. *Id.* 4. *ibid.* 8. 50. Ceres. *Id.* 12. *Theb.* 175. gens. *Ovid.* 18. *Her.* 42. Actæi ignes. *h. e.* amores Boreæ in Orithyiam, puellam Atheniensem. — Hinc absolute

Actæa, æ, f. 1. (Ἀκταίη *Hom.*) Nereis. *Hygin. fab. p.* 10. 15. *S.*

Actæus, *i*, m. 2. (In codd. sæpe *Acteus*), cognomen, ut videtur, in gente Petilia, apud *Aur. Vict. vir. ill.* 49. — Græcis fuit primus Atticæ rex. V. supr. et *Toepffer, PW.* 1. 1212.

Actæi, *ōrum*, m. plur. 2. ¶ 1. Sunt Attici. *Nep. Thras.* 2. Hoc initium fuit salutis Actæorum. Ita leg. *Georges;* Atticorum *Halm.* ¶ 2. Item Arabiæ gens. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (154). Ita *Sillig.*

ACTÆUS, i. *V.* voc. præc.

ACTĀLENSES, ium, m. plur. 3. gens Galatiæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 42. (147). Alii leg. *Alassenses;* alii aliter.

ACTALĬUS, ii, m. 2. nomen gent. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 30983.

ACTĀNĬA, æ, f. 1. Oceani Germanici insula, prope Burcanam, hodie fortasse *Schelling*, ad Frisiam spectans. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (97).

ACTĒ, es, f. 1. (Ἀκτή) Dicitur et *Acta*, sed non proprie (*V.* hanc voc. in *Lexico*), ex Græc. voc. ἀκτή, quæ litus significat. — Genet. *Actenis* pro *Actes;* et dat. *Acteni* pro *Acte* in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 13780. et 10. 2865. — Est nomen loci et personæ.

I.) Acte, nomen regionis, est Attica, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (23). In ea (*Græcia*) prima Attice, antiquitus Acte vocata. Adde *Gell.* 14. 6. 4., *Solin.* 7., *Mythogr. III. fab.* 5. *n.* 4. Sic dicta, quia maxima ejus pars in *acta* seu litore posita est.

II.) Acte, nomen personæ. ¶ 1. Fuit una ex Horis, Jovis et Themidis filia. *Hygin. fab.* 183. Cf. *Robert, Gött. gel. Anz.* 1899. *p.* 546. ¶ 2. Est nomen mul. servile et libertinum, frequens inde a prima ætate imper. in titulis Romanis et Ostiensibus. *Inscr.* apud *Murat.* 1556. 5. et 2047. 3. — Etiam cogn. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1495. et 5314. — Speciatim, Neronis liberta et pelex famosissima, quam ille in uxorem ducere voluisset, regiam ab Attalo feminæ originem prætendens, teste *Sueton. Ner.* 28., coll. *Xiphil.* 61. 7. Adde *Tac.* 13. *Ann.* 12. et 46. et 14. *ibid.* 2. et *Inscr.* apud *Orell. n.* 735. DIS MANIBVS CLAVDIAE ACTES AVG. L. L. AVCTAE etc., *i. e.* Auctæ libertæ Claudiæ Actes Augusti (sc. Neronis) libertæ. — Ex *Inscr.* apud *Murat.* 29. 7. eam templum Cereris Pisis dedicasse censuit *Noris. Cenotaph. Pis. Dissert.* 3. *c.* 2.

ACTĒĀNUS, i, m. 2. cogn. ab Acte, Neronis liberta. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 15027. Cf. *Acteniana*, cogn. mul. *Ibid.* 10. 7980 (V. *Mommsen* ad *h. l.*).

ACTERĬĀNUS. *V.* HATERIANUS.

ACTI, ōrum, m. plur. 2. gens Galliæ. *Notit. Dign. occ.* 42., ubi *Æduorum* leg. *Boecking*.

ACTĬA. *V.* ACTIUS, a, um.

ACTĬĂCĒ, es, f. 1. idem quod Attica, ab ἀκτιακός, *litoralis* (*V.* ACTE. I.). *Philarg.* ad *Virg.* 4. *G.* 463. Quidam volunt Atticen primo vocitatam Actiacen, quod sit litoralis.

ACTĬĂCUS, a, um, adject. (Ἀκτιακός) adhibetur I.) De loco ¶ 1. Stricto sensu, ad Actium promontorium et oppidum pertinens. *Ovid.* 15. *Her.* 166. Actiacum æquor. *Propert.* 2. 15. 44. et *Senec.*

1. *Clem.* 11. mare. *Martial.* 4. 11. 6. fretum. *Virg.* 3. *Æn.* 280. Actiaca litora. et *Manil.* 5. 52. Actiaci sinus. — Rursus *Ovid.* 15. *Her.* 185. Actiacæ oræ. *Alii leg.* undæ. « Hic quidam exponunt *Athenienses* ab *Acta;* sed falluntur ». Ita *Forcellin.* ¶ 2. Latiore sensu, ad ea pertinens, quæ ab Actio promontorio vel oppido denominata sunt. Sic *Actiacus Apollo*, a cultu Apollinis, cui ad Actium templum fuit dicatum. *Ovid.* 13. *Met.* 589 (et *Sueton. Aug.* 18). — Hinc *Actiacæ frondes* apud *eumd.* 1. *Fast.* 711., *h. e.* laurea Apollini sacra. — *Actiacum bellum* apud *Liv.* 1. 19. et *Tac.* 3. *Ann.* 55. etc. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (146). prœlium. (et 7. *ibid.* 45. 46. [148]. Actiacus Mars), *h. e.* celebris pugna navalis, qua Cæs. Augustus Antonium et Cleopatram ad Actium fudit fugavitque. IV. non. sept. a. U. C. 723.; de quo poema scripsit Rabirius (*V.* RABIRIUS). — *Actiaca victoria* apud *Liv. Epit.* 133., *Tac.* 1. *Ann.* 3. et *Sueton. Aug. loc. cit.;* et *Actiaci triumphi* apud *Auson. Mosell.* 211. — *Actiacæ legiones*, quæ in illo prœlio dimicarunt *Tac.* 1. *Ann.* 42. — *Actiaci ludi*, quos in honorem Apollinis quinquennales instituit Aug. a. U. C. 723. ad memoriam illius triumphi. *Sueton. Aug. loc. cit.* et *Tib.* 6. — *Actiaca religio* apud *Tac.* 15. *Ann.* 23. V. *Oberlin.* ad *h. l.* — Fragmentum poematis, ex MSS. Herculaneis omnium antiquissimum de prœlio Actiaco ed. *Engelmann, Biblioth. script. class.* ad v. *Papyri*, et *Freund, Triennn. philolog. IV. p.* 196. et 219. *sqq.*

II.) Est etiam cognomen militibus datum, qui in bello Actiaco strenue decertarunt. *Inscr.* apud *Furlanett. Lap. Pat. p.* 173., quæ pertinet ad coloniam Ateste, Romuliæ tribui adscriptam, in cujus finibus lapis repertus est. Adde *aliam* apud *eumd. ibid.* et *p.* 174. (*Corp. Inscr. Lat.* 5. 2501., 2503., 2839). — De legione XI. *Actiaca* inter ceteras in eo bello præstantissima, hic commemorata, plura habes apud *Orti, Antich. Marm. della gente Sertoria p.* 28-39. et *Borghesi* in *Ann. dell' Istit. Arch. T. XI. p.* 154.

ACTĬĀNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Actium vel ad Acten pertinens. *Cic.* 7. *Att.* 15. 3. Pompejus ad Actianas legiones est profectus. Alii tamen leg. *Atinianas*, alii *Appianas;* at *Orell.* rectius leg. *Attianas*, *Forcellin.* vero *Atianas*. ¶ 2. Item qui ad Actium pantomimum pertinet seu qui ejus parti studet. *Corp. Inscr. Lat.* 4. 2155., coll. 10. 1946. — Hinc

Actianus, *i*, m. 2. cogn. vir. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 1878. — Etiam *Tac.* 4. *Hist.* 41. Nonius Actianus. At *Halm* rectius leg. *Attianus*.

ACTĬĀNUS, i. *V.* voc. praec.

ACTĬĂS, ădis, f. 3. adject. (Ἀκτιάς) ¶ 1. Est idem quod Atheniensis. *Virg.* 4. *G.* 463. Atque Getæ atque Hebrus atque Actias Orithyia. ¶ 2. Item ad Actium promontorium pertinens, ut *Actias Cleopatra* apud *Stat.* 3. *Silv.* 2. 120., *h. e.* ab Augusto ad Actium una cum M. Antonio navali prœlio devicta.

ACTĬĀTĬCUS, a, um, adject. Actiacus. *Jornand. Rom.* 84. Actiaticum litus. Sed 252. Actiacum.

ACTĬCUS, i, m. 2. idem qui Atticus, cognomen in *Inscr.* apud *Momms. n.* 7155. At *Henzen* in *Suppl. Orell. n.* 7354. habet *Atticus*.

ACTĬENSIS, e, adject. ad Actium pertinens. *Fast. Amitern.* 2. 2. (*Corp. I. L.* 9. 4191).

ACTĬNĬUS, ii, m. 2. nomen vir. *Inscr.* apud *Grut.* 4. 9., nisi corrupte pro *Attinius* v. *Actinus* v. *Actinus*, ut in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 25. et 32928.

ACTĬŎNĪCĒS, æ, m. 1. (Ἀκτιονείκης: ab Ἄκτιον et νίκη, *victoria*) victor in ludis quinquennalibus, quos Augustus Nicopoli, ad Actium ab ipso conditum, instituerat. *Inscr. Lat.* apud *Morcelli n.* 169. et *Orelli n.* 2633. (*Corp. I. L.* 6. 10120) Cf. Olympionices, Sebastonices, *Græco more*.

ACTĬS, is, f. 3. (Ἀκτίς) nomen antiquius Athenarum. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 24. Licet Athenæ primo Actis dictæ sint. Cf. ACTE.

ACTĬUM, ii, n. 2. (Ἄκτιον, fortasse ab ἀκτή, *litus*, quia litorale) ¶ 1. Est promontorium in Acarnania ad os sinus Ambracii contra Nicopolim, nunc *Capo Figalo* v. *la Punta*. *Cic.* 16. *Fam.* 6., *Liv. Epit.* 133. et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 56. (115). — Clarum fuit victoria Augusti. *Sueton. Aug.* 17., 18. et 96., *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 75. (195)., *Val. Max.* 1. 7. 7., *Inscr.* apud *Momms. n.* 697., 5750. et 6748. *V.* ACTIACUS. ¶ 2. Item oppidum ad Actium promontorium situm, ad mare, portu præditum, cujus rudera *Fouqueville* reperit loco, qui nunc *la Punta* dicitur. *Cic.* 5. *Att.* 9. *Mela* 2. 3 (54). et *Liv.* 44. 1. — Coloniam illuc deduxit Aug. post pugnam, qua Antonium devicit (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. [5]); ludos quinquennales ibi instituit, sive potius dignitate auxit, teste *Strab.* 7. 325., coll. *Virg.* 8. *Æn.* 280. et *Serv.* ad *h. l.* et *Sueton. Aug.* 18); ac templum Apollini dicavit. *V.* ACTIACUS. — De nummis, qui huc referri dicuntur, V. *Eckhel* 2. *p.* 184., coll. *Mionnet VI.* 69., 211, *Imhoof-Blumer, Num. Zeitschr. X.* 62. et *Catal. of coins in the Brit. Mus., Cor. p. LIX.* ¶ 3. Item portus Corcyræorum. *Cic.* 7. *Att.* 2.

ACTĬUS, a, um, adject. (Ἄκτιος) ¶ 1. Stricto sensu, ad Actium promontorium et oppidum pertinens. *Virg.* 8. *Æn.* 280. Actia litora. *Propert.* 2. 16. 38. æquora. Adde *Claudian. Bell. Get.* 185. ¶ 2. Latiore sensu, ad ea pertinens, quæ ab Actio promontorio vel oppido vocata sunt. *Horat.* 18. *Epod.* 61. Actia pugna. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 120. Actiæ catenæ. *Virg.* 8. *Æn.* 675. Actia bella. *Propert.* 4. 6. 17. monumenta. *Id.* 2. 1. 34. rostra. — Hinc *Actius Apollo* seu *Phœbus* apud *Propert.* 4. 6. 67.; et *Actia templa* apud *Sil. It.* 15. 302. ob magnificam ædem Apollini dicatam, de qua in voc. præc. dictum est. — *Actia Nicopolis* in *Itin. Anton. p.* 325. et apud *Ravenn. p.* 193., ubi *p.* 378. *Actanipolis* dicitur. Cf. *Sueton. Aug.* 18. Ut Actiacæ victoriæ memoria celebratior esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit. V. *Lützows, Ztschr. f. bild. Kunst* 1888. 295. et *Hirschfeld, PW.* 1. 1215. — Absolute

Actius, *ii*, m. 2. ¶ 1. Est nomen Apollinis. *Albinov.* 2. 51. Actius ipse lyram plectro percussit eburno (V. *Schoell - Studemund, Anecd. I.* 265). ¶ 2. Item nomen serv. et cogn. inde a prima æt. imp. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2128. et 4305. et 10. 1946. *V.* ACTUS. — *Sueton. Tib.* 47. Actius comœdus. *V.* etiam ACCIUS.

Actia, *ōrum*, n. plur. 2. (Ἄκτια) ludi quinquennales (*V.* ACTIUM). *Corp. Inscr. Lat.* 14. 47. Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 274. (V. *Sueton. Aug.* 18. *Dittenberger Syll.* 321. et *Reisch, PW.* 1. 1213. *sq.*)

ACTĬUS, ii. *V.* voc. præc.

ACTOR, ŏris, m. 3. (Ἄκτωρ) Acc. *Actora* est *Stat.* 10. *Theb.* 250. et 257. et *Val. Fl.* 1. 146.

Actor ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Antigones custos, *Stat.* 11. *Theb.* 358. V. *Barth.* ad *eumd.* 8. *ibid.* 152. de hoc aliisque. — 2.°) Item Auruncus quidam. *Virg.* 12. *Æn.* 94., quem maximum dicit *ibid.* 96. Cf. *eumd.* 7. *ibid.* 795. Adde *Juvenal.* 2. 100. — 3.°) Item Eryti pater. *V.* ACTORIDES. — 4.°) Item Hippasi filius ex Peloponneso, Argonauta. *Hygin. fab.* 14., coll. *Apollod.* 1. 9. 16. Cf. *Burmann* ad *Val. Fl.* in *Catal. Argon.* — 5.°) Item Menœtii Argonautæ pater et Patrocli avus. *Hygin. fab.* 14. et *Ovid.* 13. *Met.* 273. — 6.°) Item Neptuni et Agamedes filius, teste *Hygin. fab.* 157. — V. plures al. apud *Hiller v. Gaertr. PW.* 1. 1217. ¶ 2. In titulis nom. serv., dein libert. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 2505.

ACTŎRĪDĒS, æ, m. 1. (patronym. ab *Actor*) filius aut nepos Actoris. Hinc *Actorides* dicti — 1.°) Erytus, Phinei socius, qui a Perseo occisus est ingentis crateris ictu. *Ovid.* 5. *Met.* 79. *V.* ERYTUS. — 2.°) Eurytus et Cteatus, Phthii. *Id.* 8. *ibid.* 308. — 3.°) Menœtius, Actoris filius. *Id.* 2. *Fast.* 39. et *Val. Flacc.* 1. 407. *V.* MENŒTIUS. — 4.°) Patroclus, Actoris nepos. *Ovid.* 1. *Art. am.* 743. et 13. *Met.* 273. et *Auson. App.* 13. 2. et 18. 2. *Sch.*

ACTŌRĬUS, ii, m. 2. (actor) ¶ 1. Fuit historicus Rom. *Sueton. Cæs.* 9. Curio et M. Actorius Naso auctores sunt, conspirasse eum etc. Adde *ibid.* 52. ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 4509. — *Actoria*, nomen mul. *Hieronym.* 1. *adv. Jovinian. n.* 48. Cato Censorius habuit uxorem Actoriam Paulam, vinolentam (*al.* violentam), impotentem (*al.* mentis impotentem) et (quod nemo posset credere) Catoni superbam. *ubi intelligenda est* Æmilia Paulla, *Catonis nurus*.

ACTRIDA, æ, f. 1. oppidum Arabiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (159)., ubi *Sillig.* Athrida, *alii aliter leg.*

ACTUS, i, m. 2. (ago) cognom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 6023. et 9. 6078., nisi legend. *Actius;* confirmatur tamen illo *Ammian.* 31. 11. 3. Per Actum comitem, quo per fraudem Magnentiacis militibus capto claustra patefacta sunt Alpium Juliarum. — Hinc nom. gent. *Actius* (*a*), *Actilius* (*a*), *Actorius* (*a*); cogn. *Actianus* (*a*) et *Actinus* et nom. mul. *Activa*, in *Corp. Inscr. Lat.* passim.

ACUCA, oppidum Italiæ, pro *Accua*, leg. *M. Müller* apud *Liv. loc. cit.* in ACCUA. Cf. *Drakenb.* ad *Liv.* et *Momms. Corp.* 9. *p.* 85.

ACŪFIDENSIS, e, adject. ad Acufidem, oppidum Mauretaniæ Sitifensis (de quo V. *Morcelli, Afr. chr. T.* 1. *p.* 67) pertinens. *Notit. Maur. Sitif.* 35.

ACUG, indecl. oppidum in Æthiopia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (180). Ita leg. *Sillig.*, alii aliter.

ACŪĪNUS, i, m. 2. deus. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 7889 = 1408. — Potuit *Acuinus* (*Aquinus*) genius esse Aquarum, pagi Aquensis. Cf. *Wissowa, PW.* 1. 337.

ĂCŪTĬTĬUS, ii, m. 2. (acuo) nom. gent. *Inscr.* de quodam rhetore apud *Orelli n.* 1196. « Unica fere inscr. sincera, quæ rhetorem præ se ferat, quum suppositiliæ sint *Grut.* 653. 1. et *Murat.* 981. 4. ». Ita *Orellius*.

ĂCŪLĀNUM. *V.* ÆCLANUM.

ĂCŪLĒNUS, i, m. 2. nom. gent., fortasse a gente Aculia, ut *Octavenus* ab *Octavia*. *Inscr.* apud *Momms. n.* 6112.

ĂCŪLĔO, ōnis, m. 3. (aculeus) cognom. in gente Furia et Visellia; unde C. Furius Aculeo, quæstor L. Scipionis Asiatici in bello contra Antiochum. *Liv.* 38. 55. — Item alius, C. (Furius) Aculeo, eques Rom., acutissimus ingenio, juris peritissimus, teste *Cic.* 1. *Orat.* 43. 191.

ĂCULLA, æ, f. 1. (demin. *acus*) nom. mul. servile. *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 255. et *App.* ex *Alessi, Stor. d' Este p.* 166. Cf. ACONIUS.

ACŬMINCUM. *V.* ACIMINCUM.

ACŪMIS (Acumis), inis, f. 3. (acuo) nom. mul. servile ac dein libertinum. *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 398., *Labus, Mon. Bresc. p.* 13. in *Momms. Inscr. n.* 4914. Cl. *Furlanett.* in *App.* ex *Alessi Stor. d' Este p.* 285. declinat *Acumis, idis;* sed in aliis quibusque Inscriptt. adhuc repertis est *Acumis, inis*, v. *enis*, ut in *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5325. et 6316.

ACŪNUM, i, n. 2. statio in Tricastinis in via Valentia Arausionem, hodie *Anconne*. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 105., *Tab. Peut.* 3. et *Ravenn. p.* 289. Cf. *Ihm, PW.* 1. 338.

ACŪPĬUS, ii, m. 2. nom. vir. in titulo Chr. apud *Mai, Nov. Coll. T.* 5. *p.* 362. 1. Cf. AUCUPIUS.

ACURĬUS, ii, m. 2. agnomen vir. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 1305. — *Acuria*, nom. mul. *Ibid.* 4505.

ACŪSĀNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10556.; item *Acusenius*, *ibid.* 1058.

ACŪSĒNĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præc.

ĂCŪSĬLĀS vel

ĂCŪSĬLĀUS, i, m. 2. (Ἀκουσίλαος) *Acusilas*, forma contract., apud *Cic.* 2. *Orat.* 12. 53., ubi tamen alii leg. *Acusilaus*, ut apud *Prob.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 48.

Acusilaus, historicus, Cabæ seu Scabæ filius, Argivus ex Cercade, oppido prope Aulidem in Bœotia, primus qui, ut Pherecydes et Cadmus, soluta oratione scripserit; quamquam Ecatæus, teste Herodoto, fuisse videtur primus historiæ scriptor commendandus. *Cic. loc. cit.* Qualis apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, Acusilas fuit, talis noster Cato et Pictor et Piso, qui neque tenent, quibus rebus ornatur oratio, et, dum intelligatur, quid dicant, unam dicendi laudem putant esse brevitatem. — De eo plura apud Græcos, ut *Plat. Symp.*, *Clem. Alex. Strom.* 6. *p.* 629., *Euseb.* in *Præp. Ev.* 10. 7. — Floruit ante bellum Peloponnesiacum circa ann. a. Chr. 500 (V. *Clinton F. H. p.* 380), auctore *Dionys. Hal. Thucyd. jud. p.* 818. — A nonnullis fuit adnumeratus septem sapientibus Græciæ, teste *Laert.* 1. 41. — Descri-

psit, Hesiodum maxime secutus, *Genealogias* vel historias deorum et heroum ex iis tabulis, quas dicebatur ipsius pater invenisse, teste *Suid.* Cf. *Croiset, Hist. de la Littér. Gr. II. p.* 548. *sq.* — Fragmenta collegit *Sturzius, Lips.* 1824.; dein *C.* et *Th. Müller* ed. inter *Fragm. Hist. Græc.*, Paris. 1841. *Did.*, qui monuerunt Acusilai opus, quod serius circumferebatur, adulterinum esse et confectum Alexandrinorum ætate. — De eo videsis *Jons. De scriptt. H. Ph.* 1. 1. 6., *Menag.* ad *Laert. p.* 24., *Voss. De hist. Gr.* 1. 1., 2. 4., 2. ex *Ern.* apud *Orell. On. Tull.* ad h. v. et *Croiset, op. cit.* — *Suid.* in v., alterum Acusilaum Atheniensem, Agathoclis filium, memorat, Galbæ imp. tempore, Romæ rethoricæ doctorem. Cf. *Schwartz, PW.* 1. 1222.

ACŪSIUS, ii, m. 2. (Ἀκούσιος: cf. ἀκούσιος, *invitus*) ¶ 1. Fuit vir quidam Rhodius, de quo *Cic.* 11. *Att.* 23. ¶ 2. Est nom. vir. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5120. et *Acusia*, nom. mul., *ibid.*

ĀCŪTĪĀNUS, a, um, adject., ad Acutium aliquem pertinens vel qui Acutiorum est; unde *Acutiani agri* in *Tab. Alim. Velej.* 4. 26. siti in pago Albensi Velejate; et *Acutianus fundus* in eod. pago, *ibid.* 4. 31. — Hinc absolute

Acutianus, i, m. 2. cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 2798. — *Acutiana*, nom. mul. *Inscr.* apud *Furlanett. Lap. Pat. p.* 40.

ACŪTIĀNUS, i. *V.* voc. praec.

ACŪTĪLIĀNUS, a, um, adject. ad Acutilium aliquem pertinens, ut *Acutiliana controversia* apud *Cic.* 1. *Att.* 4.; et *Acutilianum negotium, ibid.* 5.

ACŪTĪLIUS, ii, m. 2. (Acutus) homo quidam molestus, quocum Atticus controversias habuit. *Cic.* 1. *Att.* 4., 5. et 8.

ACŪTĪUS (Aqutius), ii, m. 2. (Acutus) ¶ 1. In titulis nomen vir., orig. pleb. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 3047. — *Acutia*, nom. mul. *Ibid.* 4099. ¶ 2. Fuit etiam tribunus pl. cum C. Lacerio a. U. C. 353. *Liv.* 5. 10., *Cæs.* 3. *B. C.* 83. et *Plin.* 2. *ep.* 12. — De Acutia, Vitellii uxore, *Tac.* 6. *Ann.* 47. *Orell.*, ubi alii leg. *Aquilia*.

ACUTRI, ōrum, m. plur. 2. gens Indica. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (94). Ita leg. *Sillig.*, alii aliter.

ACŪTUS (Aqutus) i, m. 2. (acus v. acies) nom. serv., ortum libera etiamtum republica, viris sæpe, mulieribus perraro inditum. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 6700.; 12. 4549. etc. — *Acuta*, nom. mul. *Ibid.* 3. 2725. etc. — Derivata v. suis locis.

ACUVĪUS (Acubius, Acujus), ii, m. 2. nom. vir. gent. (Cf. Osc. *Vibiiai Akviiai.* V. *Zvet. Inscr. It. inf.* 129) *Corp. I. L.* 11. 3805.; 12. 1782. et *Iscr. Marini, Alban.* 98. — *Acuvia*, nom. mul. *Corp. I. L.* 10. 812. et *Inscr.* apud *Momms. n.* 837.

ACYNDĪNUS. *V.* **ACINDYNUS.**

ACYRON. *V.* **ACHYRON.**

ACYS. *V.* **ACIS.**

ACȲTOS, i, f. 2. (Ἄκυτος) insula Melos ex Sporadibus, cum oppido, inquit *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (70)., quam Heraclides (*appellat*) Siphin et Acyton (sic *Barb.*, Acitia, Acita, Acida *libri*).

AD

AD, præp. cum accus. et aliquando per ellipsin cum genet., indicat vicinitatem loci, ut *apud*, a quo fortasse contracta est (V. *Lexic.* et cf. etiam *Pradel* in *Jahrb. f. Phil. Suppl.* 26. *p.* 466.-484. et 558.-583). — Hac scriptores, maxime geographi, utuntur ad situm quorumdam locorum ita designandum, ut ea cum nomine proprio loci, unde sumitur, cohæreat unumque constituat, uti *ad Albulas*, quasi *Adalbulas, ad Aquas Albulas, ad Basilicam* etc., quæ *V.* suis locis. Sic *ad Cereris, ad Juturnæ, ad Veneris, ad Vestæ* (ut apud *Liv.* 10. 23., *Cic. Cluent.* 36. 101., *Pompon. Atell.* 138., *Horat.* 1. *Sat.* 9. 35.), ubi subaud. *templum, ædem* et similia.

ĀDĀ, indecl. f. (Hebr. *'Ādhāh* « ornatus, pulcritudo »; *LXX.* Ἀδά: at *Hieronym. de nom.* etc. *p.* 2. Ada: testimonium) ¶ 1. Fuit uxor prima Lamech, quæ peperit ei Jabel et Jubal. *Vulg. Gen.* 4. 19. ¶ 2. Item prima uxor Esau, Chananæa, mater Eliphaz, filia Elon Hethæi. *Id. ibid.* 36. 2. — Hæc vocatur etiam Basemath, *ibid.* 26. 34., non confundenda cum Basemath filia Ismael, tertia uxore Esau, *ibid.* 36. 3-4. — Sunt qui ex nominum diversitate confugiunt ad duplicem libri auctorem, sed perperam; nam facile ac sæpe nomina apud Hebræos permutantur (Cf. *Gen.* 17. 5. et 15.; 32. 28., *Ruth* 1. 20., 2. *Reg.* 12. 25. et *alib.*) v. promiscue adhibentur (V. *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 311. *sqq.*).

ĀDA, æ, m. 1. *V.* **ADAM.**

ADABULI, ōrum, m. plur. 2. gens Æthiopiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (189)., ubi alii leg. *Atabuli.*

ĀDĀCES, is, m. 3. (Ἀδάκης *Zosim.*) nomen Persicæ originis, quo vocatur nobilis satrapa Persarum, qui in prœlio contra Julianum imp. a. 363. occubuit. *Ammian.* 25. 1. 5.

ĀDAD, indecl. m. Gr. Ἄδαδος vel Ἄδωδος (*Jos. Ant.* 7. 5); hinc fortasse et Latine *Adadus, i;* at nullum est, quod sciam, hujus declinationis exemplum. — Nomen Hebraicæ originis, nempe *'Adhadh* « infortunium » v. *Hadhadh* « ruptio ». *Hieronym. nom. p.* 3. « præcipuus vel patruelis ». *V.* etiam sub II.

I.) Adad, nomen viri. ¶ 1. Fuit ita nuncupatus filius Badad, rex Idumæorum quartus. *Vulg. Gen.* 36. 35. — Regnavit, antequam Israelitæ regem haberent, vicitque in bello Madianitas in regione Moab. *Id. ibid.* ¶ 2. Item rex Idumæorum postremus; quo mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt. *Id.* 1. *Par.* 1. 50-51. — Hic tamen apud *eumd. Gen.* 36. 39. vocatur *Adar* et *LXX.* Ἀδαρ; sed prima lectio præferenda, nam in Idumæa sæpius hoc nomine Deus et Reges appellantur. ¶ 3. Item vir ex Idumæa de semine regio. *Id.* 3. *Reg.* 11. 14. — Hunc Deus suscitavit contra Salomonem, postquam ab eo desciverat. Subacta per Davidem Idumæa, quæ ipsi servierat (2. *Reg.* 8. 14.), quum ibi occidisset Joab omne masculinum, Adad parvulus ad Pharaonem in Ægyptum confugit, qui uxorem ei dedit germanam sororem uxoris suæ Thaphnes et, David ac Joab vita functis, regressus in patriam Salomoni infestus fuit et dein regnavit in Idumæa. *Id.* 3. *ibid.* 11. 14-25. — Quo autem tempore hæc evenerint regni Salomonici, utrum nempe eo ineunte, an exeunte, an toto ejusd. cursu, disputant eruditi (V. *Ewald, Gesch. d. Volk. Isr. t.* 3. *p.* 274. *sqq.*; *Lenormant, Hist. anc. de l' Or. t.* 6. *p.* 253.; *Vigouroux, La Bibl.* etc. *t.* 3. *p.* 423. *n.* 1. et *Levesque* in *Dict. Bibl. Vigour.* etc. *p.* 1. 166-167).

II.) Adad, vel rectius Hadad, fuit etiam nomen dei summi Syro-Phœnicum, cui etiam deam Atargatim uxorem assignabant, Terram intelligentes. Plura de eo apud *Macrob.* 1. *Saturn.* 23. 17., qui *Adad* (Scalig. *Ahad*) Solem putat et, haud recte, interpretatur *unum*; unde videtur, ut ibi monet *G. Laurinus*, scribend. *Ahhadh*. Cf. tamen nomen *Benadad*, h. e. filius seu cultor Adad, quo vocabantur reges Syriæ, et *Adadremmon* (V. etiam *Preller, Röm. Mythol. II.* 403). — Fortasse adnumerandus est vetustissimis Syriæ regibus, quem ob singularia merita honoribus divinis Syri coluerint. Ita Juppiter, Janus, Wodan etc. apud viros doctos sunt primi antiquissimorum populorum duces et conditores urbium ac legum latores in deorum numerum relati (*Lact.* 1. 11. ex *Plut.* de *Euhem.*: cf. *Balan, Stor. d'It.* 1875. *I. p.* 18). — Hinc gemma quædam, *Adadunephros* dicta, quasi Ἀδάδου νεφρός, *h. e.* Adad ren. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 11. 71. (186). Adadunephros, ejusdem oculus et digitus dei. *Sillig.* leg. *Adadu nephros* sejunctim (sic *Laurentianus*); alii *adunephros*. Ad hunc *Plinii* loc. *Harduin.* adnotat tergeminam hic gemmam intelligi, sc. *Adadi renes, Adadi oculum, Adadi digitum*, ab illo Syrorum nomine appellatam.

ĀDĀDĀ, indecl. (Hebr. *'Ad'ādhāh*, « ornata » seu Syr. *'od' ido* « festus vel fortis »: at *Hieronym. nom.* 24. « usque ad testimonium »; LXX. Ἀρουήλ) ¶ 1. Fuit oppidum Judææ. *Vulg. Jos.* 15. 22. — Hodie ejus ruinæ item *Adadah* vocantur, inter Bersabeam (Barseba) et mare Mortuum (*Mühlau-Volk, Lex.* h. v., *Wilson* et *Conder, Nam. and plac.* 1889, *p.* 4). ¶ 2. Item oppidum Syriæ (Ἄδαδα). *Notit. Dign. or.* 33. At *Boecking* adnotat se putare de Commagene hic verbum esse, civitate prope Germaniciam, quæ *Adata* dicta fuit et dein *Al-Hadath*.

ĀDĀDEZER. *V.* **ADAREZER.**

ĀDADREMMŌN, indecl. (Hebr. *Hadhadh-Rimmōn* seu Ramman, dii Syrorum, quorum alterum Assyriacum LXX. *malum punicum* seu granatum, recentiores vero *mugientem* vel *tonantem* vertunt (*Pinches* apud *Delitzsch* in *Calw. Bibell. p.* 764); non sunt tamen duo dii diversi, Syrus unus, alter Assyrus, sed unius dei duplex nomen ejusdem significationis (*Re, Arch. Bibl. Diz.* h. v.; *Vigouroux, Dict. Bibl.* ex *Schrader, d. Keilinsch. u. d. alte Test.* Giessen 1883. *p.* 454): nec legend. *Hadarrimmon* vel *Hadar-Rammon*, uti vult *Wright* (in *Zechar. p.* 393).

Adadremmon fuit opp. juxta Jezrael, quod postea dictum est Maximianopolis, situm in campo Mageddon. *Vulg. Zach.* 12. 11. — Nomen fortasse servat hodie *Roummaneh*, viculus prope Ledjun, olim Mageddon (*Van de Velde* apud *Guérin, Descr. d. Palest. t.* 2. *p.* 229). — Ibi occisus est Josias, rex Juda, a Pharaone Nechao, cujus mortem luxit Jeremias cum toto Israele (2. *Par.* 25): hinc prov. *planctus Adadremmon* vel *Josiæ* ingentem planctum seu luctum significat; cui similis fuit apud Gentiles *planctus Adonidis* (Cf. *Ovid.* 10. *Met.* 10. et *Ezech.* 8. 14). Attamen *Zach. l. c.* non Uriam (*Bunsen*), non sacerdotem aliquem sacris operantem (*Reuss*), sed ipsum Messiam plangendum designat (*Grot.* in *Zach.*, *Wünsche, Leid. d. Mess.* Leipz. 1870).

ADADUNEPHROS. *V.* **ADAD** sub II.

ĀDÆUS (Adeus, Adius), i, m. 2. Ἀδαῖος ¶ 1. In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12907. et 128. Cf. tamen *Holder, Altcelt. Sprachsch.* ex *Inscr. du M. Arch. Pyr.* 3. *p.* 348. ¶ 2. Apud scriptores, rhetor ex Asianis non projecti nominis, *Senec.* 9. *Contr.* 1. 12. — Adde alios apud *Liv.* 43. 19. et *Justin. prol.* 27. V. **ADDÆUS.**

ĀDĀIĀ, indecl. vel

ĀDĀIĀS, æ, m. 1. (Hebr. *'Adhāyāh* « ornatus Yah seu Domini »; *LXX.* Ἀδαΐ, Ἀδαΐα) filius Jeroham ex genere levitico. *Vulg.* 2. *Esdr.* 12. 16.: item filius Semei, de tribu Beniamin, 1. *Par.* 8. 21.: item quidam ex iis sacerdotum filiis, qui duxerant uxores alienigenas, 1. *Esdr.* 10. 29., coll. *v.* 16. *sqq.*: item ex iisdem apud *eumd. ibid. v.* 39., ubi alii leg. *Adaias*, alii *Adia*: item filius Jajarib, pater Maasiæ, de filiis Juda, 2. *Esdr.* 11. 5. (Hebr. est *Addāyāhû*, Gr. Ἀδία): item filius Etham et pater Zara, ex tribu Levi, 1. *Par.* 6. 41., *ibid.* 6. 21., dictus *Addo*; quæ diversa scribendi ratio probat genealogias Paralipomenon non fuisse confictas, sed veterum documentorum ope exaratas, ubi unius ejusdemque personæ nomen vario relatum fuerit.

ĀDĀLĪ, indecl. m. (Hebr. *Hhadhlay* « quiescens vel otians »; videtur tamen decurtatum ex *Hhadhlayāh* « requies Yah seu Domini » [cf. *Leusd. Onom.* h. v.]; *LXX.* Ἐλδαΐ) pater Amasa, de tribu Ephraim, qui captivos ex prœlio cum Achaz, rege Juda, in Samariam deductos, minitante ac suadente Oded propheta, liberos dimitti jussit. *Vulg.* 2. *Par.* 28. 12.

ĀDĀLĪĀ ¶ 1. Est nomen personæ, indecl. m. (Hebr. *'Adhalyā'*; LXX. Βαρεα: Persicæ originis), sc. quintus Amani filius, qui cum ceteris fratribus patibulo ab Hebræis suspensus est. *Vulg. Esth.* 9. 8., coll. 14. ¶ 2. Est etiam nomen oppidi in *Notit. Gall. p.* 587. Varia tamen est lectio. V. *Otto* in *Thes. L. L.* 1. 563.

ĀDĀM, indecl. m. Hebr. *'Ādhām*; LXX. Ἀδάμ; Assyr. *Admi* vel *Adami* vel etiam *Dadmj.* — *a)* Declinatur aliquando Latino more *Adamus, i,* 2. (Ἄδαμος *Jos.*) apud *Cypr. Gall., Gen. loc. cit.*; et etiam *Ada, æ,* 1. apud *Tertull. Pud.* 16. et *Anim.* 36.; *Venant. loc. cit.*, *Prudent. Apoth.* 911. et alib. *Vulg. Gen.* 3. 17. (ubi Amiat. pro *Adæ* habet *ad Adam*) et *Rom.* 5. 14.; *Ambros. De Parad.* passim. Ceterum de hujus nominis declinatione V. *Charis. gramm. I.* 118. et *Suppl.* 93. *K.* — *b)* Prosodia: prima syllaba in *Adam* longa est. *Prudent. Apoth.* 1078. Fitque Dei summi per Christum

filius Adam. Adde *eumd. Psych.* 226. Sic *Venant.* 9. *carm.* 2. 5. Sumpsit ab ipso ex tunc Adam patre terra dolorem. — At brevis apud *Auson. Idyll.* 1. 14. Deceptum miseratus Adam. — In *Adamus* apud *Cypr. Gall.* modo prima et secunda longæ *Gen.* 44., modo breves *ibid.* 64., modo prima brevis et altera longa *ibid.* 134. — Primam in *Ada* produxit *Venant.* 2. *carm.* 4. 7. Ex membris Adæ vas fit tum virginis Hevæ. Adde *Prudent. Hamart.* 697.; sed corripuit *Auct. carm. epigr.* 301. 10. — *c)* Etymologia: complures nomen ducunt, et quidem probabilius, ab Hebr. *'adhāmāh* « terra, argilla », ita ut significet *terrenus, factus ex terra* vel *humo*. Hinc *Hieronym. nom. p.* 2. 17. Adam homo sive terrenus aut indigena; vel terra rubra. Adde *eumd.* apud *Isid.* 7. *Orig.* 6. 4. (Cf. *Gen.* 2. 7. et 3. 19.; *Sap.* 7. 1. et 1. *Cor.* 15. 47) Sic *Phil. Opp.* 1. *p.* 62. « γηΐνος »; *Jos.* vero *Ant.* 1. 2. « πυῤῥός » et *Winer, Lex.* h. v. « rubicundus »: cf. Arab. *adama* « rubeus vel fuscus fuit » (*Lane, Dict. Arab.* h. v.) et Assyr. *adammanu* « ruber »; alii tamen etymon petunt ab Hebr. *dāmāh* (Aram. *demāh*) « similis fuit », ut sit *similitudo* Dei (*Richter, Schöpfung, p.* 162). alii denique alia commenti sunt, ut nihil certi concludi queat de primitiva vocis origine (V. *Hummelauer* in *Gen. p.* 27).

Adam ¶ 1. De persona. — 1.°) Sensu latiore nomen collectivum vel appellativum speciei humanæ, ut Græce ἄνθρωπος et Latine *homo*. *Vulg. Gen.* 5. 2. Masculum et feminam (*Deus*) creavit eos et vocavit nomen eorum Adam. Ad rem *Augustin.* 16. *Civ. D.* 17. « Adam homo interpretatur, sed communis perhibetur esse in illa lingua, id est Hebræa, masculo et feminæ ». Cf. *Ambros.* in *Ps.* 118. 15. — Hinc locutiones *filius* vel *filii Adam* pro *homo* vel *homines* apud *Vulg. Eccli.* 40. 1. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam. — *Funiculi Adam* apud *eumd. Os.* 11. 4. In funiculis Adam traham (*pro* traxi) eos. *h. e.* in funiculis, quibus solent homines ligari ac trahi: dictum per metaphoram de amore et beneficiis Dei erga homines. — *Lex Adam* dicitur lex humana, *sc.* omnibus hominibus communis. *Id.* 2. *Reg.* 7. 19. — Illud *Zach.* 13. 5. « Adam exemplum meum ab adolescentia mea » alii intelligunt de homine generatim simplici, puta agricola; alii probabilius de ipso Adam. Cf. *Gen.* 2. 15. — 2.°) Sensu strictiore seu speciatim, primus homo vel mas a Deo creatus sexto die (*Gen.* 1. 27., coll. 31) seu quo tempore jam omnia digesta parataque erant (*Ibid.* 2. 7-8.: cf. *Lactant. Inst.* 11. 9. et *Ambros. ep.* 43. ad *Horont.*). — *a)* Proprie. *Vulg.* 1. *Cor.* 15. 47. Adam de terra terrenus. *Venant.* 2. *carm.* 4. 5. *sq.* protoplasma Dives in arbitrio radianti lumine etc. *Cypr. Gall., Gen.* 2. 13. donata sibi prudentia sollers. *Ambros.* in *Ps.* 118. 47. ante usurpavit scire quam intellectum, quo vivificaretur, acciperet. *Mar. Vict., Gen.* 402. cedit sceleri miserabilis. *Id. ibid.* 94. temerarius. *Id. ibid.* 100. infaustus. *Venant.* 3. *vit. s. Mart.* 375. paradisi sede repulsus Exsul ab Elysio. — Adam totius humani generis parens est et caput, non Hebraici populi tantum, ita ut alii homines ab antiquissimo ævo præcesserint, vel multiplex humana species fuerit (*Gen.* 2. 5., *Sap.* 10. 1., *Act.* 17. 26. et 1. *Cor.* 15. 47.: cf. *Augustin.* in *Joh. tract.* 9. et ex recentioribus *Vigouroux, Dict. de la Bibl. p.* 1. 195. *sqq.*; *Hummelauer, Strack, Hoberg* in *Gen.*; *Pozzy, La terre et le rec. bibl.* etc. 1874. *p.* 373-449.; *Nadaillac, Les prem. hom.* 1881. Paris *t.* 2. *p.* 306-451). — Factus est ad simillimam Dei imaginem (*Gen.* 1. 27., coll. 5. 1. et etiam *Ovid.* 1. *Met.* 76. et 86), præcipue ob nobiliores animi facultates ejusque in cetera dominium (Cf. *Hummelauer* in *Gen. p.* 109. *sq.*; *Holzinger ibid. p.* 12.; *Hetzenauer, Th. Bibl.* 1. *p.* 539): et quidem de terra, cui animam statim Deus inspiravit (*Gen.* 2. 7., coll. 1. 26. et 3. 19.; *Job* 10. 8. et 9.; *Eccle.* 12. 7.; *Tob.* 8. 8., *Eccli.* 17. 1. et 2.; *Sap.* 7. 1. etc. V. etiam *Quatrefages, L'esp. hum.* 1878. 11-18.; *Wassmann, z. näheren Kent.* etc. *Biol. Centr.* 1903.; *Lebrun, La Théor. de l'Évol.* 1909. in *Scienc. et Foi*). — Uxorem habuit Evam, quam Deus ex costa viri dormientis vel in mentis excessum rapti conflavit (*Gen.* 1. 26.; 2. 19.-22., coll. *Augustin. loc. cit.* 9), ut « unus constitueretur generis humani fons unaque viri ac mulieris natura significaretur » inquit *Ambros. Parad.* 14 (Cf. *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 338). Hinc nec androgynum fuisse constat primum hominem (uti ex loco *Gen.* 1. 27. male intellecto cum Thalmudistis censent *Euseb., Præp. Ev. XII.*; *Steuch. Cosmop. p.* 154.; *Giorgi, Probl. in Script. p.* 29.; *Lenormant, Orig.* I. *p.* 56., coll. *Platon. Conviv. p.* 289); non enim *latus* femineum, unde mulier exstiterit, sed *costam* primitus significat vox Hebraica צלע (*tsela'*), quæ Syriace quoque et Arabice *curvitatem* sonat (*Buxtorf. Lex. Syr.*). — Collocatus est in paradiso seu horto, a principio, sc. ab Oriente, planitiei, *Eden* appellatæ (*V.* **EDEN**), ad eum custodiendum atque colendum seque et uxorem ex arbore vitæ (*Gen.* 2. 8. *sqq.*, de qua arbore, non mythica (*Littré, Du Myth. de l'arbr.* etc., *Phil. pos. t.* V. 1869. *p.* 340-344.) sed vera (*Mangenot* in *Dict. Bibl. Vigour. p.* 1. 895), ita alendos, ut nunquam morerentur (Cf. *Gen.* 3. 22). — Illectus ab Eva (1. *Tim.* 2. 14), quam dæmon, veri serpentis formâ indutus, deceptam seduxerat (*Gen.* 3. 1. *sqq.*, 2. *Cor.* 11. 3. et *Apoc.* 20. 2. et 21. 9.; *Barnab. n.* 12., *Autol. l. II. n.* 28., *Augustin. Gen. ad litt. XI.* 36., *Chrys. Hom.* 16. in *Gen.*: v. *Freppel, Origen.* 2. 73. et *Callini, Il cap. III. del Gen.* Monza 1908), fructum comedit, quod vetuerat Deus, decerptum ex arbore scientiæ boni et mali, scientiæ nempe ex ipso lapsu secuturæ seu periculo facto acquirendæ: vel scientiæ omnium rerum (*Gen.* 2. 9. et 3. 1.-6., coll. 2. *Reg.* 2. 21. et *ibid.* 13. 22. et 3. *ibid.* 3. 9. et *Jon.* 4. 11.). — Expulsus ab horto in terram Eden et ad laborem miseriasque omnes ac mortem damnatus cum uxore totaque humana progenie (*Augustin. Enchir. c.* 26), postquam genuerat Cain, Abel, Seth aliosque filios et filias, ann. ætat. suæ 930. obiit (*Gen.* 3. 28. et 5. 5). — Vix innuitur opinio de Adam ibi sepulto, ubi Christus est cruci affixus, quam referunt *Ps.Cypr.* in *serm. de resurr.*; *Tertull.* 2. *c. Marc.*; *Orig.* in *Matth. tr.* 33. (al. 35).; *Ambros.* in *Luc. l. X.* et *Ps. CXVIII.* 15.; *Ps.Bas.* in *Is.* 5.; *Epiph. hær.* 46. 5.; *Chrys.* in *Joh.*, multis quidem accepta « quum, inquit *Hieronym.* ad *Matth.*, populi aures mulceat, nec tamen vera ». Cf. etiam *Moigno, Les splend. de la Foi,* 1879. *t.* 3. *p.* 1097. — Adam pœnitentiam egisse traditur *Sap.* 10. 1-2 (V. *Augustin. ep.* 163., *Iren.* 3. *adv. hær.* 23., coll. *Vigouroux, Man. Bibl. I.*; *Strack* et *Zschokke* apud *Hetzenauer* in *Gen. p.* 71); quin immo in Græcis menologiis et Latinis quibusdam martyrologiis inter sanctos recensetur. Cf. *Vulg. Sap.* 10. 2. et *Augustin. Quæst.* 161.; et etiam *Athanas. orat. de pass.* et *Origen. tract.* 35. in *Matth.* — Fuit typus seu figura Messiæ (*Rom.* 5. 14) vel a contrario (*Augustin.* in *h. l.*) vel qua humani generis pater et caput vitam omnibus tribuit (*Ambros. Inst. virg.* 16. 98., *Paulin. Nol. ep.* 30. 2. et *carm.* 31. 184. et *Alc. Avit. carm.* 2. 328). — Plura disces ab ecclesiasticis scriptoribus, qui de Adam aliisque narrationibus bibl., ex toto vel ex parte, allegorica v. etiam mythica putant, inter veteres, *Philo Alleg. II.* 7. et *Orig. c. Cels.* 4. 39. et *alib.* et, ex recentioribus, *Cajet., Comm. I. p.* 22.; *Lenormant, Orig. I.* 107.; *Lagrange, Rev. bibl.*, coll. *La méth. hist.* 1904.; *Koch, Das zwanz. Jahrhund.* 1906. *p.* 281.; sed falso. V. *Andrew Lang, La mythol. p.* 163., 169.; *Vigouroux, Les livr. saint. et la crit. rat.,* 1902. *t.* 4. et *Palis* in *Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. 178. *sqq.* itemque monumenta antiquorum nuper reperta, de quibus V. *Delitzsch, Chald. Gen. p.* 305.; *Schrader* in *Riehm., Handw.*; *Vigouroux, La Bibl. et les découv.* etc. *v.* 1. et *Nikel, Kulturgesch. p.* 179. *sqq.* — *b)* Translate ponitur pro homine carnali. *Prudent. Apoth.* 926. ut veterem splendens anima exuat Adam. *Paulin. Nol.* 25. *carm.* 188. Christum induti deponimus Adam. — Cf. etiam quasdam locutiones sub n. 1.° — *c)* Item, ob similitudinem, qui seminudus est, *Paul. Petr. Mart.* 4. 526. — *d)* Singulariter *Alc. Avit.* 2. *carm.* 328. Proprius Adam. *h. e.* Loth comparatus cum Evæ marito. Cf. *ibid.* 401. — 3.°) Item princeps inter Enacim gigantes, memoratus *Vulg. Jos.* 14. 15.; ubi tamen rectius, ut ex Hebr. textu et eruditorum sententia constat, dicitur de Arbe gigante, patre Enac, tamquam statura vel gestorum celebritate vel regali amplitudine maximo, ita ut sit *Adam* nomen commune; quamquam per antonomasiam ita cognominari potuit. Non ergo de primo homine accipias, qui in Hebron fuerit sepultus, ut quidam putarunt. ¶ 2. De loco, nomen oppidi. *V.* **ADOM.**

ĀDĀMĀ, indecl. vel

ĀDĀMA, æ, f. 1. (Hebr. *'Adhāmāh* « terra »; *LXX.* Ἄδαμα) ¶ 1. Fuit oppidum regium ex quinque regionis Pentapolitanæ, igne combustum. *Vulg. Gen.* 14. 2., *Deut.* 29. 23. et *Os.* 11. 8. V. **ASPHALTITES** et **PENTAPOLIS.** Adde *Hieronym.* in *Os.* 8. et *Oros.* 1. *Hist.* 5. 6. *Cypr. Gall., Gen.* 378. Atque Adama et Sebona, quis junctim Lasa cohæret. — Nonnulli putant ex hoc igne, in earum flagitiosarum gentium pœnam divinitus immisso, superstites aliud in orientali maris Rubri litore oppidum hujus nominis condidisse; nam *LXX.* ita vertunt *Is.* 15. 9. « καὶ ἀρῶ τὸ σπέρμα Μωὰβ καὶ Ἀριὴλ καὶ τὸ κατάλοιπον Ἄδαμα ». At *Vulg.* habet *reliquiis terræ*, sc. profugis Moabitis, qui sunt reliquiæ *terræ* seu fertilis cultæque regionis (Hebr. *'adhāmāh*). Non est tamen infitiandum passim *Vulg.* nomini proprio sæpe ejus significatum substituisse, ut *Gen.* 12. 6. et *alib.* — Haud recte *Conder, Handb. to the Bibl. p.* 241. censet *Adama* idem esse quod *Adom* ad meridiem Jaboc (*Jos.* 3. 46), ubi nunc est *Damieh*. Cf. *Legendre* in *Dict. de la Bibl. Vigour. p.* 1. 208. ¶ 2. Item oppidum in tribu Nephtali. *V.* **EDOMA.**

ADAMANA, æ, f. 1. (Ὀδμάνα *Ptol.* 2. 15. 24) statio et oppidum Palmyrenæ in Syria, inter Adarim et Cosama in *Tab. Peuting.* 10. — Fortasse idem est ac quod corrupte *Calamona* dicitur in *Notit. Dignit. or.* 32. V. *Benzinger, PW.* 1. 343. et 3. 1329.

ADAMANTÆA, æ, f. 1. nomen nutricis Jovis apud *Hygin. fab.* 139. Alii rectius leg. *Amalthea* vel *Adrastea*.

ĀDĀMANTĪUS, ii, m. 2. (Ἀδαμάντιος) nomen virile, cujus etymon *V.* infra. — Adamantius ¶ 1. Fuit medicinæ quidam sophista seu professor tempore Theodosii. *Hieronym.* in *Gal.* 1. 3. et *Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 11. Cf. *Socrat.* 7. *Hist. eccl.* 13. — Opus ejus Φυσιογνωμικά editum est a *Franz*, Altenb. 1780. ¶ 2. Item præfectus Urbis tempore Zenonis imp. *Cod. Just.* 4. 65. 32. et 11. 42. 8., ubi alii *Amantius* leg. Cf. *ibid.* 8. 10. 12. V. *Hartmann, PW.* 1. 343. ¶ 3. Item grammaticus quidam incertæ ætatis. *V.* **MARTYRIUS.** ¶ 4. Ita etiam cognominatus *Origenes* apud *Hieronym. ep.* 33. *n.* 3. Origenes tanto studio in sanctarum Scripturarum labore sudavit ut juste Adamantii nomen acceperit (*h. e.* indomiti, ab α privativo et δαμάω, *domo*). — Absolute. *Id. ibid.* Ut ad Adamantium nostrumque Chalcenterum veniamus. — Nomine *Adamantii* exstat *dialogus adv. Marcionit.* (διάλεξις Ἀδαμαντίου etc.). Auctor optim. interpretationis ignoratur (a. 300-313 vel 330); auctorem vero operis putant Origenem *Basil.* et *Joh. Nazianz.* in *Philocal. Orig. c.* 24. 8.; attamen nescitur, utrum sit ipse an ipsius doctrina. Porro recensetur inter hujus opera apud *Migne P. gr. T.* 11. *p.* 1711-1884. editumque est Græce primum ex archetypo unico a *Wetstein*, Basil. 1674., Latine a *Caspari, Kirchenhist. Anecd. I.*, Cristiania 1883. V. *Jülicher, PW.* 1. 343.

ĀDĀMANTUS. *V.* **ADIMANTUS.**

ĀDĀMAR. V. **AMAR.**

ĀDĀMAS, antis, m. 3. (Ἀδάμας) ¶ 1. Est nomen et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1020. et 6. 7006.; libertinum, *ibid.* 3. 1165. — Aliquando confusum est cum *Athamas*. V. hanc voc. ¶ 2. Est etiam « homo perfectus et verus (in Gnosticis Barbeliotis), quoniam domitus non est ». *Iren. adv. hær.* 1. 29. *v. l.* ed. *Stier.* 1853. — Apud alios Gnosticos est Adam primus sive Deus (Cf. *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 350).

ĀDĀMASTUS, i, m. 2. (Ἀδάμαστος) ¶ 1. Fuit pater Achæmenidis pauper, de quo *Virg.* 3. *Æn.* 618. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 24200.

ĂDĂMASTOR, ŏris, m. 3. (Ἀδαμάστωρ) gigas, apud Sidon. carm. 15. 20. At Mohr. leg. Damastor. Cf. Claudian. carm. min. 54. (al. 37.) 101.

ĂDĂMATĬCUS, a, um, adject. ad Adamum pertinens. Petr. Chrys. serm. 54. Adamatica arbor.

ĂDĀMI, indecl. (Hebr. 'Adhâmî « humanus; LXX. Ἀρμέ pro Ἀδμέ) oppidum Palæstinæ in tribu Nephtali. Vulg. Jos. 19. 33. Adami, quæ est Neceb. — Nonnulli ex duobus hisce locis unum efficiunt interpretantes Adamî, ἡ « caverna » (Gesen., Thes. etc. p. 909) vel « semita » inter montes (Keil, Bibl. Comm. üb. Alt. T., Leipz. 1874. et Riehm, Handw. d. Bibl. Alt. 1884. p. 25): sed probabiliter Neceb vel Neqeb territorii nomen est, ubi jacebat Adami (V. Rosenmüll. Schol. in V. T. 1833. p. 379). — Attamen LXX., Syrus, Euseb. Onom. ed. Lagarde p. 224., Thalmud, catalog. Thotmes III. (Maspero, Sur les noms géogr. etc. in Transact. of the Vict. etc. 1886. p. 6, 11) duo oppida distinguunt, quorum prius hodie statuitur ubi est Khirbet-Admah vel Damieh, posterius ubi Khirbet-Seiyadeh, in Thalmud Zaidatha (an Beth-zaida?). Cf. Guérin, Descript. etc. t. 1. p. 265.

ĂDĂMĪĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀδαμιανοί, Ἀδαμῖται) hæretici, de quibus Augustin. Hær. 31. et Isid. 8. Orig. 5. 14. — Adami nuditatem imitabantur eo quod putabant se primitivæ innocentiæ restitutos; abhorrebant autem a matrimonio credebantque nuptias non futuras, si nemo peccasset; simul tamen turpissimis flagitiis se dedebant; quin, Tertulliano teste, negabant unitatem Dei, necessitatem orandi et martyrium pro fide stultitiam censebant. Clem. vero Alex. addit eos jactasse, libros arcanos Zoroastri se possidere, unde Tillemont arguit Adamianos magiæ operam dedisse. Cf. Epiph. Hær. LII., Theod. Hær. I. 6. et Bergier, Dict. Th. ad h. v. — Auctorem habuerunt Prodicum, Carpocratis discipulum. V. PRODICUS. — His adnumerandi recentiores Bohemi aliique id genus postea exorti.

ADAMNANUS, i, m. 2. presbyter quidam Britannicus, de quo Itin. Hier. p. 221. sqq. — Beda Itin. Hier. p. 323. 6. sqq. dictatûs Arculfi (episcopi) presbyter Adamnanus tribus libellis comprehendit. V. Geyer, Itin. Hier. præf. p. XXXIII.

ĂDĂMUS, i. V. ADAM.

ADĀNA, æ, f. 1. et

ADĀNA, ōrum et on, n. plur. 2. (τὰ Ἄδανα Zonar.) oppida in Asia, varie scripta in MSS. et edd. lib., ut Addana, Adara, Adaca. — Apud Latinos memoratur

Adana, oppidum Ciliciæ, nunc item Adana. Memorat Plin. 4. Hist. nat. 27. 22. (92)., et quidem in interiore parte ad Sorum fluvium cum templo Jovis ab Antiocho exstructo et ponte restaurato a Justiniano imp., teste Procop. de ædif. 5. 5. Adde Ravenn. p. 93. Cf. Eckhel, 3. p. 46. sqq., Noris de Epoch. Syr.-Maced. Diss. 4. c. 1. et Hirschfeld, PW. 1. 344.

ADĀNĀTES, ium, m. plur. 3. populus Alpinus ad Cottii regnum pertinens, fortasse in hodierna Moriana v. Morienna (Maurienne). Inscr. apud Orell. n. 626. — Edenates apud Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (137), ubi tamen alii Adenates leg. (D'Anville p. 288) V. Ihm, PW. 1. 344. et 436.

ADĀNENSIS, e, adject. ad Adana pertinens. Patr. Nic. 2. 89. Paulinus Adanensis.

ADANU, indecl. insula ad Æthiopicum litus in sinu Arabico. Plin. 6. Hist. nat. 29. 34. (175). et Solin. 56. Alii leg. Sadanum. Cf. Ptolem. Ἀδάνου δύο (Sprenger, Geogr. Arab. 73-76).

ĂDĀR, indecl. m. Hebr. Hadhar « amplus, magnificus ». — Ex quorumdam etymologorum sententia Adar significat ignem (v. solem) cumque aliis vocibus compositus reperitur, uti Adrammeleck, i. e. Adar rex; Adarpalassus, i. e. Adar-filium-protegit etc. (Lenormant, Orig. de l'Hist. etc. t. 1. p. 524.; Mühlau-Volk, Lex. h. v.); alii contra a Babyl. addaru ducunt, h. e. obscurus, teter (Delitzsch, Hebrew lang., Lond. 1883. p. 14): mirum sane discrimen! — Pænultima longa est apud Cypr. Gall. loc. cit.

Adar est nomen personæ, loci et mensis. ¶ 1. Fuit rex quidam Edomitarum (qui et Adad). Vulg. Gen. 36. 39. Isto (Balanan) mortuo, regnavit pro eo Adar nomenque urbis ejus Phau. — Adar videtur fuisse deus solaris Assyriorum, tauris aligeris et capite humano repræsentatus in monumentis Assyriacis; unde nomina personarum et locorum. Cf. ADAREZER et ADRAMELECH. ¶ 2. Hinc fortasse locus, villa Adar dictus, oppidum Palæstinæ, apud eumd. Num. 34. 4.; unde Cypr. Gall., Num. 681. Mox transit ad Adar. — In Hebr. loc. cit. est Hhatzar-'Addâr; sed Jos. 15. 3. legitur Adar vel Addar tantum: probabilius illud hujus suburbium (Knobe Josh. h. l.). V. ADDAR. — Itala (cod. Lugd.) Num. 34. 4. habet in villa Arat pro Adar: cf. Gr. ἔπαυλις Ἀράδ. ¶ 3. Item mensis apud Hebræos (Gr. Ἀδάρ, Ἄδαρος Ios. Antt. 4. 327. et 12. 412), fortasse a florum arborumque folia induentium splendore appellatus, uti docet Gesen. in Lex. Hebr., qui a novilunio incipit Februarii aut potius Martii (V. Ackermann, Arch. Bibl. Vienn. p. 133). Memoratur Vulg. Esth. 3. 7.; 6. 15. et 9. 1. Euch. Instr. II (p. 153. 10). Adar februarius qui apud nos duodecimus. Gloss. « Adar Syrorum lingua Martius dicitur. Mensis februarius qui est XII. Adar zios etc. » Sed corrupta est lectio. — Quum porro anno lunari Hebræi uterentur, qui minor est solari undecim diebus; hinc fiebat, ut ad utrumque æquandum nunc tertio nunc secundo anno tertiumdecimum adderent mensem intercalarem, quem Ve'adar (h. e. et Adar, quasi alterum Adar) vocabant (Janssens, Herm. p. 341). — Die septimo hujus mensis commemorabantur nativitas et mors Moysi; decimoquarto vero et decimoquinto celebrabatur festum Purim seu sortium. Vulg. Esth. 10 15. V. etiam ADARSA.

ĂDĂREZER, indecl. m. (Hebr. Hadhar'ezer « Adar auxilium »; LXX. Ἀδρααζάρ). — In textu Hebr. 2. Reg. 8. 3. et 10. 16. legitur Hadhadh-ezer); et quidem rectius, ut monet Gesen. in Lex. Hebr., quia Adad, non Adar, fuit deus Syrorum (Cf. Menant, Glypt. Orient., Paris 1886. II. p. 217).

Adarezer fuit filius Rohob, rex Soba Syriæ, quem semel et iterum David, ut sua jura tueretur, percussit arma secum auferens aurea et æris plurimum. Vulg. 2. Reg. 8. 3. et 10. 16., coll. 1. Par. 19. 16. et 19., ubi alterius ab altero discrepantia facile componitur (Cf. Re, Arch. Bibl. Diz. p. 388. sq.). — At Hieronym. sit. et nom. p. 140. Adrazar regis. Cf. Jos. Antt. 7. 100. Ἀδράζαρον.

ADARIN, indecl. statio Syriæ. Tab. Peut. 10. Fortasse est acc. ab Adaris. Ravenn. p. 89. Adatis. — Benzinger (PW. 1. 347) contulit Not. Dign. or. 32. 3. et 18. Otthara, Ptolem. Ἄτηρα.

ADARSA, rectius Adasa, indecl. (Hebr. Hadhaśh, locus « myrtorum »: vel Hhadhashah, « novum »; LXX. Ἀδασά) oppidum Palæstinæ in tribu Ephraim, prope Gophna (non confundendum cum Hadassa Jos. 15. 37.: V. Schürer, Gesch. d. jüd. Volks I. 170); ubi Judas Machabæus debellavit exercitum Nicanoris, qui et ipse periit; et ob id festum institutum est tertiodecimo die Adar celebrandum. Vulg. 1. Mach. 7. 40. sqq. Cf. ADAZER. — Nonnulli ponunt Adarsa prope Ascalon: fortasse est Add; ita enim in monumentis Ægyptiacis vocatur locus Palæstinæ inter Hebron, Ascalon et Joppe (Schwarz, Heil. Land p. 74). Hodie creditur esse Khirbet Adasch vel Adasa (Cf. Guérin, Descr. de la Palest., Jud. t. III. p. 6).

ADASA. V. voc. præc.

ĂDASPĪI, ōrum, m. plur. 2. gens Caucasa. Justin. 12. 5. 9. Alii tamen aliter leg.

ADATHA (Adata), ōrum, n. plur. 2. castellum Syriæ sub duce Phœnicis, Arachæ (Adachæ) vicinum: ita in Notit. Dign. or. 31. Cf. Boecking. ad h. l. et Benzinger, PW. 1. 348.

ĂDĂTHĀS, antis, m. 3. vir quidam viribus excellens, de quo Frontin. 2. Strateg. 5. 30. — Apud Appian., Mithrid. 79. est Ὀλκάβας et apud Plutarch., Lucull. 16. Ὀλθακός.

ADATIS. V. ADARIN.

ĂDAUCTUS, i, m. 2. (adaugeo) nom. ætat. imper., hominibus humili loco natis impositum; mulieribus raro placuit. Corp. Inscr. Lat. 6. 2756.; sed 6. 4157. Adautus — Sic Adauctus, martyr, de quo Damas. P. « O vere pretiosa fides - Qua — ad cælum victor pariter (cum Felice) properavit Adauctus (V. De Rossi, Rom. Sott. t. 1. p. 120. et Bull. Arch. 1877. p. 19). — Adaucta, nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 5. 1444.; sed 9. 3252. Adauta. — Hinc Adauctula, cogn. demin. Ibid. 10. 1998.

ĂDAUGENDUS, i, m. 2. (adaugeo) cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 9. 2386. — Adaugenda, cogn. mul. Ibid. 6. 33786.

ADAX. V. ATAX.

ADAZER, indecl. oppidum in Palæstina. Vulg. 1. Mach. 7. 45. — Fortasse idem quod Adasa vel Adasa (Cf. Legendre in Dict. Bibl. Vigour. et Otto, Thes. L. L. ad h. v.).

ADBEEL, indecl. m. (Hebr. 'Adhbe'êl « dolor v. miraculum Dei »; LXX. Ναβδεήλ; hinc Lib. Geneal. 254. Nabdel) tertius filius Ismahelis, caput tribus ex duodecim Ismahelitarum. Vulg. Gen. 25. 13. et 1. Par. 1. 29. — In inscriptt. Assyr. est Idiba'il (V. Delitzsch, Parad. p. 301).

ADBUCILLUS, i, m. 2. nomen Celticæ originis: ita vocatus fuit quidam princeps Allobrox, de quo Cæs. 3. B. C. 59. (Albucillus Vindob. 1.).

ADCANTŬĀNUS (Adcatuannus), i, m. 2. quidam Sotiatum vir princeps in Gallia, de quo Cæs. 3. B. G. 22. At Nipperd. leg. Adiatunnus; alii aliter. — Apud Athen. 6. p. 249. dicitur Ἀδιάτομος ὁ τῶν Σωτιατῶν βασιλεύς; unde, si locus est sanus, Adiatomos legend. Nummus tamen apud Eckhel, 1. p. 77. sq. habet ΔΑΙΕΤVΩΝVS.

ADCENEĬCUS, i, m. 2. nomen Jovis sed obscuræ originis. Corp. Inscr. Lat. 5. 3788. V. tamen AGGANAICUS.

ADDA. V. ADDAS et ADDENSIS.

ADDÆUS (Adæus), i, m. 2. (Ἀδαῖος) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit rhetor ex Asianis, non projecti nominis, ut ait Senec. 8. Controv. 24. 12. et 13. et 9. ibid. 1. 12., ubi tamen alii leg. Adaios, alii aliter (V. Brzoska, PW. 1. 342). Adde Liv. 48. 19. et Justin. prol. 27. (codd. Adeum). — 2.º) Item Addæi seu Thaddæi nomine exstat liber inscriptus: Doctrina Addæi (Addai), cujus textum Syriacum post Cureton (Anc. doc., Lond. 1864), edidit Phillips (The doctr. of Addai, Lond. 1876). Hic fertur ex septuaginta discipulis Christi missus ad Abgarum regem. V. ABGARUS — 3.º) Addæus (Ἀδδαῖος) comes. Cod. Theod. 6. 24. 6. Cf. ibid. Hænel 1. 5. 6. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 6. 12907.

ADDAI. V. voc. præc.

ADDAR, indecl. (Hebr. 'Addâr ¶ 1. Fuit filius Bale, filii Beniamin. Vulg. 1. Par. 8. 3., ubi LXX. habent Ἀδίρ: alii vero conjungunt cum Adar. ¶ 2. Est etiam oppidum in tribu Juda prope Idumæam. Id. Jos. 15. 3., Græc. Σαραδα. Cf. Num. 34. 4. Hieronym. De sit. et nom. p. 92. habet Addara. — Ceterum v. ADAR et cf. Legendre in Dict. de la Bibl. Vigour. p. 1. 211. sq.

ADDARA. V. voc. præc.

ADDAS, æ, m. 1. prænomen Africanum apud Augustin. 2. c. adv. leg. et proph. 12. fin. Alii aliter leg. — Caeciari, de Manich. hær. l. 2. c. 2., demonstrat Addam Manichæum ab Adimanto, item Manichæo, cui prænomen Adda apud Augustin. loc. cit., esse distinguendum.

ADDENSIS, e, adject. ab oppido Adda, ut Addense municipium, in Mauretania Sitif. Ammian. 29. 5. 28. — Diehl confert Gaddo apud Ravenn. p. 154. (in ead. prov.).

ADDICTUS, i, m. 2. (addico) nomen seu titulus comœdiæ Plautinæ ex deperditis, de quibus Gell. 3. 3., ita fortasse inscriptæ, quod quis ob æs alienum addictus (V. ADDICO) ibi inducatur. Cf. Gronov. ed. Lips. P. II. p. 476. V. tamen PLAUTUS.

ADDIRIS, is, m. 3. mons Africæ, fortasse idem qui Atlas, Gætulorum lingua. Memorat Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (13). — Adiris, unico d, apud Capell. 6. p. 215. Adirim (acc.): cf. Strab. 17. 825. Δύρις; sic Dyris apud Plin. l. c. leg. Sillig. V. Ruge, PW. 2. 2118.

ADDO, indecl. m. (Hebr. Addô ['Iddô] « opportunus »; LXX. Ἀδδί, Ἀδδά). Scribitur varie in Hebr. et MSS. — Addo, onis, nomen Celticæ originis, declinat De Vit, ex Inscr. (mutila in suo

Onom. et in Thes. L. L.) apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5610. I. O. M. ADDO EX VOTO POSVIT PRO SALVTE SVA. « Cl. Henzen in Indice suo accepit Addo tamquam cognomen ipsius Jovis, et in recto casu protulit Addus, i, quod vix admitti posse autumo ». Ita De Vit. Sed cum bona pace tanti viri non videtur inde certo offici nomen esse ita declinabile, ut ille vult. Nam si tota inspiciatur Inscriptio, quum in fine legatur MANNO (onis), qui votum solvit, Henzenio favendum foret. Addimus tamen hoc Jovis epitheton neminem, quod sciam, recensuisse semperque apud auctores Addo legi, ita ut indeclinabile dici possit.

Addo ¶ 1. Fuit propheta regni Juda, tempore Roboam et Abia. Vulg. 2. Par. 12. 15. In libris Semejæ prophetæ et Addo videntis. LXX. Ἀδδώ. — Scripsit verba, h. e. gesta, Jeroboam, regis Israel, et Roboam et Abia, regum Juda, et antea Salomonis (V. 2. Reg. 9. 29.; 12. 15. et 13. 22). — Titulus libri Addo videntis fuit Midrash, qui intercidit: eo autem usus est auctor l. 2. Paralipomenon. — Fortasse Addo, rediens a Bethel, ubi Jeroboam altare vitulis aureis dicaverat, a leone interfectus est, ut conjicitur ex I. Reg. 13., quod mandatis Dei non paruerit. ¶ 2. Item avus Zachariæ prophetæ, filii Barachiæ. Id. Zach. 1. 1., ubi filius Addo, LXX. Ἀδδώ, ex more apud veteres in genealogiis, est nepos. Cf. 2. Esdr. 16., 12., ubi pro Addo legitur Adaia: apud LXX. est Ἀδαδαί. ¶ 3. Item filius Jacob de tribu Levi. Id. 1. Par. 6. 21., ubi LXX. Ἀδδί. ¶ 4. Item pater Ahinadab illius, qui a Salomone pago Manaim præfectus fuerat. Id. 3. Reg. 4. 14., ubi LXX. Σαδδώ. ¶ 5. Item vir Celticus in Inscr. apud Henz. loc. cit., de quo V. quæ supra diximus.

ADDOMMIM. V. ADOMMIM.

ADDON. V. ADON.

ADDŪA, æ, m. 1. (Ἀδούας v. Ἀδόας) Quidam scripsere Adua, unico d, quia apud Strab. est Ἀδούας, ut Tac. 2. Hist. 40. et Ravenn. p. 269.; et etiam Adda in Consular. Ital. 316., 491. — De origine nominis V. Cassiod. loc. cit.

Addua, fluvius Insubriæ, qui in Ræticis Alpibus oritur et per Larium lacum fluens Pado miscetur non longe a Cremona, hodie Adda. Memoratur Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (224). et 3. ibid. 15. 20. (119)., Tac. loc. cit. et Claudian. VI. cons. Honor. 458. et 488. — Hujus fluvii denominationem a duobus fontibus perperam sic deducit Cassiod. 11. Var. 14. « Hujus (laci) sinibus ab Austro veniens Addua fluvius, faucibus apertis, excipitur: qui ideo tale nomen accepit, quia duobus fontibus acquisitus, quasi in proprium mare devolvitur, qui tanto impetu vastissimi æquoris undas incidit, ut nomen retinens et colorem in Septentrionem obesiore alvei ventre generetur ». Cf. Nissen, Ital. Land. I. 180., 188. — Cærulus a scriptoribus appellatur ob aquæ colorem, ut Sidon. 1. ep. 5. Cærulum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium inspexi. et Claudian. VI. cons. Honor. 196. pulcher Ticinus et Addua visu Cærulus etc. — De eo V. Hülsen, PW. 1. 353.

ADDUS, indecl. Scribitur etiam Hadid (Hebr. Hhâdhîdh « acutus ») apud Vulg. 1. Esdr. 2. 33. et 2. ibid. 7. 37. et 11. 34.; Adiada leg. 1. Mach. 12. 38. LXX. (et Jos. Antt. 6. 5. et B. J. 5. 6.) habent Ἀδιδά, alibi vero Λοδαδί et Λοδαδίδ (comp. ex Lod, h. e. Lydda, et Adid: cf. 2. Esdr. 11. 34).

Addus, oppidum Judææ, olim in tribu Beniamin, in monte situm, ad Mediterraneum in Sephela, sive regione campestri, idem, ut videtur, quod Adiada. Vulg. 1. Mach. 13. 13. V. Reland, Palæst. p. 546.

ADDŪUS, i, m. 2. Armenius quidam apud Vellej. 2. 102. 2. Cf. Frontin. 2. Strat. 9. 5. et Flor. epit. 2. 32.

ADELOS, i, m. 2. insula. Avell. p. 442. 4. — Hoc nomen apud scriptores ecclesiasticos pro Delos in usu fuisse putat Günther, Zeitsch. III. (1894) p. 146. sq., qui contulit Hieroclis Δῆλος ἄδαλος (646. 4).

ĂDELPHĀSĬUM, ii, 2. (Ἀδελφάσιον) nom. demin. (Cf. ACROTELEUTIUM) cujusdam meretricis in comœdia Plautina, quæ Pœnulus inscribitur, 1. 2. 75. Sed Adelphasium eocam exit atque Anterastilis.

ĂDELPHĒ, es, f. 1. V. ADELPHIUS.

ĂDELPHI (Adelphoe), ōrum, m. plur. 2. (Ἀδελφοί) ¶ 1. Est titulus seu inscriptio comœdiæ palliatæ Terentianæ, de qua Sueton. in vit. Terent. 2. et ejusd. prol. v. 11., ubi duorum fratrum dissimiles mores describuntur. ¶ 2. Item Atellanæ Pomponii Bononiensis, cit. a Non. 96. 18. Merc. Cf. Ritschl, Parerg. 1. 133. ¶ 3. Item comœdiæ incerti poetæ, cujus fragm. apud Fest. p. 250. L. Cf. Ribbeck, Com. lat. fr. p. 96.

ĂDELPHĬO, ōnis, m. 3. V. voc. seq.

ĂDELPHĬUS, ii, m. 2. (Scribitur Adelfius, Latina consuetudine, in quibusd. MSS. et Inscriptionib.) ¶ 1. In titulis cognom. vir. in gente Clodia. Inscr. apud Momms. n. 1423. V. Seeck, PW. 1. 367. — Adelphia, nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 10. 7128. et Inscr. chr. Rhen. Kraus 107. — Adelphina in C. I. L. 12. 2644. — Similia Adelphe (C. I. L. 6. 8181), Adelphus, Adelphio (Ibid. 6. 6085) ethnicorum sunt; Adelphii vero, fere omnes, christiani, præsertim ex Africa et Gallia: sic Adelphia, Adelphina, christianæ. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Fuit, rhetor, a teneritudine laudatus Sidon. 5. ep. 10. — Fortasse est Adelphus, de quo Dext. Chron. ad ann. 380. — 2.º) Item consul in Occid. a. 451. De Rossi, Inscr. chr. urb. Rom. 1. 752., 753. — 3.º) Item episcopus Africanus temporibus Cypriani. Augustin. 6. c. Donat. 42. et Cypr. ep. 68. in tit.

ĂDELPHUS, i, m. 2. (Ἀδελφός) Scribitur Adelfus, in signaculo æreo apud Momms. n. 6310. (5)., coll. n. 1423.

Adelphus ¶ 1. Generatim cognom. vir. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 11. 783. et 1216. ¶ 2. Speciatim episcopus in Hispania exsul cum Dracontio. Dext. Chron. ad ann. 382. — Alios V. apud Chrysol. serm. 136. et Dext. Chron. ad ann. 380., ubi tamen alii leg. Adelphias.

ADENDROS, i, m. 2. (Ἄδενδρος) insula sinus Saronici, contra Spiræum promontorium sita. Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (57). Alii tamen aliter leg.

ADĔŌDĀTUS, i, m. 2. Cf. Deodatus, Deusdedit, Theodorus et Θεόδοτος, Θεοδόσιος, Θεόδωρος, Δωρόθεος. Gloss. 5. 649. Adeodatus id est a Deo datus, qui a Deo est electus in regno. Legitur vero et Adeudatus in Corp. Inscr. Lat. 8. 10714. et alib.; et Adeudata, ibid. 13440. et alib. Inscr. Gr. Sic. It. 66. ἐνθάδε κῖται Ἀδεόδατα. et Inscr. apud Wünsch, Seth. Verfluchung. p. 19. Ἀδεόδατον τὸν υἱὸν Κρησκωνίας.

Adeodatus ¶ 1. In titulis nom. vir., Christianis imprimis usitatum. Inscr. chr. apud De Rossi 1. 1066. etc. et Corp. Inscr. Lat. 10. 1365. etc. In Carm. epigr. 1661. 12. (a. 474). a Deo sic datus altaris fuit ille minister, Nomen ut æquaret vita decora viri (Adeodati). — In coemet. Domitillæ nuper rep. inscr., ubi leg. Adeodatus Porcinarius, h. e. suarius Urb. V. De Rossi Bull. Arch. 1877. et SUARIUS in Lexic. — Adeodata, nom. mul., apud eumd. in Inscr. chr. 1. 391. et alia in Corp. I. L. 8. 13439. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Fuit filius Saltus (Hebr. filius Jair, h. e. saltus), qui occidit gigantem Goliath, fratrem ejus, quem David interfecerat (V. tamen infra). Vulg. 2. Reg. 21. 19. et 1. Par. 20. 5. In text. Hebr. vocatur 'Elhhânân (LXX. Ἐλεανάν), sc. « Deus misertus est » et parum differt ab « a Deo datus » (Cf. 1. Par. 11. 26., ubi textus Hebr. ita intelligendus, ut sensus sit: « Elchanan filius Jair occidit Lachmi fratrem Goliath Gethæi »). — 2.º) Item non unus fuit episcopus ita nuncupatus, apud Morcelli, Afr. chr. T. 1. etc. et Augustin. in titulis epp. 175. (al. 90)., 176. (al. 92) et 181. (al. 91) — 3.º) Item filius ejusdem, de quo Augustin. Confess. 14. (V. Rauschen, Jahrb. etc. 313).

ĂDĔŌNA, æ, f. 1. (adeo-is) dea adituum præses, quam adeuntes invocabant, ut Abeonam abeuntes. Augustin. 4. Civ. D. 21. et 7. ibid. 3. — Erant apud Romanos patroni puerorum, qui incedere incipiunt. Id. Ibid. 15. 21.

ĂDEPTUS, i, m. 2. (adipiscor) nomen ætat. imper. servis humillimisque hominibus inditum. Corp. Inscr. Lat. 6. 17327., 10. 904. etc.; dein libertinum. Inscr. apud Momms. n. 3840. — Etiam cognom. vir. Corp. Inscr. Lat. 5. 5973. et 10. 4319. — Adepta, cogn. mul. Ibid. 13. 1820.

ĀDER, indecl. (Hebr. 'Êdher « grex ») locus prope Bethlehem vocatus Turris Ader seu Gregis. Hieronym. ep. 108. (al. 27) n. 10. Cf. Vulg. Gen. 35. 21. et Mich. 4. 8 (Itin. Hier. p. 312. 9.; at 258. 10. Gader).

ADESTUM. V. ATESTE.

ADEUDĀTUS. V. ADEODATUS.

ADEUS. V. ADÆUS.

ADGANĀÆ, ārum, f. plur. 1. nomen dearum, quæ in pagis quibusdam, præsertim Galliæ, colebantur. Inscr. apud Lebus, Mon. scop. in Carturio p. 24. — Orell. Inscr. n. 2096. ex Radaelli, Notiz. istor. p. 179. habet Adgnat. pro Adgan.

ADGANAI, ōrum, m. plur. 2. vicani, ut videtur, Galliæ Cisalpinæ. Corp. Inscr. Lat. 5. 5671. Cf. voc. præc. et v. AGGANAICUS.

ADGANDESTRĬUS, ii, m. 2. nomen Germanicum cujusdam viri principis Chattorum sub Tiberio, cui pollicenti se Arminium perempturum, si venenum mitteretur, responsum est non fraude neque occulte sed palam et armatum populum Rom. hostes suos ulcisci, uti refert Tac. 2. Ann. 88. — At vitiosum esse hoc nomen Adgandestrius adfirmat Jac. Grimm. V. Müllenhoff in Ann. ant. Germ. IX. p. 224.

ADGENNĬUS (Adginnius), ii, m. 2. nomen gentilicium, fortasse Celticæ originis. Corp. Inscr. Lat. 12. 3175. — Et etiam cognomen in Inscr. apud Orell. n. 4018. — Adgennia, nomen muliebre. Corp. Inscr. Lat. 6. 3368.

ADGENTĬI, ōrum, m. plur. 2. cujusdam pagi incolæ, vicani. Corp. Inscr. Lat. 12. 3084. Cf. Herzog Gall. Narb. 126., Glück Kelt. Nam. 39. et Revue epigr. du midi II. 316.

ĂDHERBAL, ălis, m. 3. Scribitur etiam Aderbal, Aterbal, Atherbal, Adherbes, Gr. Ἀτάρβας. — Vox a Punico 'athar-ba'al « orans Baal »; quæ terminatio sæpe occurrit, ut in Hannibal, Maharbal etc. Melius scripseris Hadherbal.

Adherbal ¶ 1. Fuit Carthaginiensium dux a C. Lælio victus. a. ant. Chr. 206 Liv. 28. 30. ¶ 2. Item « Bomilcaris (al. Himilconis) filius, Carthaginiensis, secundo bello Punico Hannibalem secutus in Italiam, qui huic ante Urbem castrametanti dixit ultimam diem Romam habituram, si ille « quemadmodum sciret vincere, sic uti victoria scisset » uti refert Flor., 2. 6. 19. Alii tamen rectius dictum hoc adjudicant Maharbali ». Ita De Vit. Sed Flor. loc. cit. legend. est Maharbal. ¶ 3. Item Micipsæ filius, in partem regni Numidici cum Hiempsale a Jugurtha vocatus, sed contra ab hoc proditore regno spoliatus; dein vero, per Romanos regno recuperato, a Jugurtha, rursum Cirtæ obsessus, captus et interemptus est, ut fuse narrat Sall. Jug. 5., 9., 10. 11., coll. Liv. Epit. 62. et 64., Flor. 1. 36. 4., Eutrop. 4. 26. et Claudian. 15. 409.

ĂDHERBĒS, æ, m. 1. nomen militis cujusdam Pœni apud Sil. It. 7. 601. Cf. ADHERBAL.

ĂDĬABARÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. seq.

ĂDĬABARI, ōrum, m. plur. 2. gens Æthiopica. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (189)., ubi Sillig. leg. Adiabaros, alii Adiabaras.

ADĬABĀS, æ, m. 1. fluvius in Assyria, apud Ammian. 23. 6. 21., qui putat inde cognominatam esse Adiabenam, Assyriæ provinciam. Sed, ut monet Mannert, Geogr. d. Gr. u. Röm. 5. 2. p. 428., « haud recte pro fugiendi celeritate percepit fluvii nomen, quod aliis Sillas vel Delas et hodie Diala sit ». Cf. tamen Wagner ad Ammian. loc. cit.; et Streck, PW. 5. 301., cui videtur Adiabas corruptum ab Adialas. V. DIABAS. — Fortasse est fluvius Ahaba vel Ahara in sacris libris memoratus.

ĂDĬĂBĒNA, æ, et

ĂDĬĂBĒNĒ, es, f. 1. (Ἀδιαβαίνη v. Ἀδιαβηνή) Prima forma est Aur. Vict. Cæs. 20. 16., Ammian. 23. 6. 20. Gardth. et Jul. Honor. geogr. p. 26. R.; altera Plin. 5. Hist. nat. 12. 13. (66)., Solin. 46. et Capell. 6. p. 222. — Scribitur etiam Adiabæne cum diphthongo in quibusd. MSS., vel Adiavene. — Etymon petendum esse docet Ammian. loc. cit. ab eo quod difficile adiri vado queat, quum sit inter duos magnos fluvios Onam et Tigridem sita:

sc. ab α priv. et διαβαίνω, *transeo*; ipse tamen aliud substituit, nimirum a nominibus duorum fluviorum, qui in ea sunt, quorum unum *Diabas*, alterum *Adiabas* vocatur. Ceterum quum vox sit orientalis, ab orientis linguis repetenda videtur ejus origo. Porro apud Syriacos scriptores legitur *Hhadhiab* (V. *Assemani, Bibl. Orient. T.* 1. *p.* 26. V. etiam *Bochart. Phaleg.* 2. 19). Cf. *Fränkel, PW.* 1. 360.

Adiabene regio Assyriæ, quam Lycus fluvius in Tigrim influens alluit, nunc *Hadjab* vel *Kurdistan*. Memorant *Plin., Capell., Solin., al. locc. citt.* Cf. *Förbiger, Handb. alt. Geogr. II.* 609. — Olim ipsa Assyria *Adiabene* appellata fuit (*Plin.* et *Capell. ibid.*); postea vero cum aliis ita Assyriæ partem *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (41). et *Capell. loc. cit.* vocarunt. — Hanc regionem a Septimio Severo imp. subactam fuisse tradunt *Aur. Vict. Cæs. l. c.* et *Spartian. Sever.* 9., a. 195. Adde *eumd. ibid.* 18. V. ADIABENICUS. — *Jul. Honor.* minus recte *loc. cit.* Adiabena oppidum.

ADIĂBĒNI, ōrum. *V.* ADIABENUS, a, um.

ADIĂBĒNĬCUS, a, um, adject. (Ἀδιαβηνικός) Scribitur etiam *Adiabinicus* in *Corp. Inscr. Lat.* 8. 8705.

Adiabenicus, ad Adiabenen pertinens. Ita cognominatus fuit Septimius Severus imp. post Adiabenen in ditionem suam redactam, primus, ut narrat *Spartian. Sev.* 9. Adde *Inscr.* apud *Grut.* 1. 1., 11. 4., 22. 7. etc.; et nummos apud *Eckhel* 7. *p.* 172. et 178. — Item hoc cognomine vocatus Aurelianus, teste *Vopisc. Aurel.* 30.; Diocletianus, et quidem *maximus*, ut in tit. ejus *Edict. de pret. rer.* aliique impp. Cf. *Rohden, PW.* 1. 360.

ADIĂBĒNUS, a, um, adject. ad Adiabenen pertinens, qui est ex Adiabene. *Tac.* 15. *Ann.* 1. Monobazus, quem penes Adiabenum regimen etc. Adde *eumd.* 12. *ibid.* 14. — Hinc absolute

Adiabeni, ōrum, m. plur. 2. (*Adiabini* in *Chron. Alex. I. p.* 107. 167. 8. et *Adiabinii* p. 110. 192) Adiabenes incolæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. (28)., *Spartian. Sev.* 18., *Hieronym. ep.* 108., et *Mon. Ancyr.* 6. 1. — Adiabenorum regem Izaten memorat *Tac.* 12. *Ann.* 13. et 14., quem cum Helena matre ad Judaicam religionem conversum, Claudio imp., tradit *Jos. Antt.* 20. 2.

ADIADA, indecl. (Græce Ἀδιδά et Ἀδδιδά *Jos. Antt.* 13. 6. 5. et *alib.*) oppidum Palæstinæ ædificatum supra collem, sub quo planities Sephela patebat. *Vulg.* 1. *Mach.* 12. 38. — Fortasse idem quod *Hadid* Beniamitarum (*Neh.* 11. 34), hodie *Hadîtheh*; tamen *Ewald* vult esse *Adithaim* memoratum *Jos.* 15. 36.; at perperam, quum sit Adiada magis ad septentr. situm (*Böttiger, Lex. zu Jos.* 11.; *Raumer, Palæst. p.* 151.; *Scholz, Reis. p.* 256). — Et idem quod *Addus* apud *Vulg.* 1. *Mach.* 13. 13. V. *Reland, Palæst. p.* 546. et *Legendre* in *Dict. de la Bibl. Vigour.* h. v. *V.* ADDUS.

ADIANTO, Adiantonus et Adiatomos. *V.* ADCANTUANUS.

ADIAS. *V.* ADAIA.

ADIĀTŎRIX, īgis, m. 3. (Ἀδιατόριξ) nomen incertæ originis, quo vocatus fuit Comanorum rex, Domnecleii, Galatarum tetrarchæ, filius, post Actiacam victoriam in triumpho ductus ab Augusto et una cum filio occisus, teste *Strab.* 12. 18. et 25. Meminit *Cic.* 2. *Fam.* 12 (Adiatorogem *Medic.*).

ADĪATULLUS, i, m. 2. nomen Celticum, fortasse demin. ab *Adiatunnus*. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 5950.

ADĪATUMĀRUS (Adietumarus), i, m. 2. nomen Celticum. *Inscr.* apud *Wiltheim, Luciliburg. n.* 256. et *Corp. Inscr. Lat.* 3. 10867.

ADĪATUNNUS. *V.* ADCANTUANUS.

ADIAUM vel Adiavum, i, n. 2. castellum Pannoniæ superioris. Hæc forma restit. ex *Azao* in medio *Itin. Anton. p.* 246. et *Odiabo* in *Notit. Dignit. occ.* 33. In *Tab. Peuting.* 5. legitur *Lepavist*, de quo cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 460., cui obstat *Tomaschek, PW.* 1. 361. — Apud *Ptolem.* 2. 11. 15. Ἄναυον (corr. Ἀδίαβον).

ADIDO (on), ōnis, m. 3. nomen fortasse Gallicum. *Corp. Inscr. Lat.* 13. 1576.

ADJECTĪUS, ii, m. 2. (adjicio) nomen gentilicium. *Inscr.* apud *Orelli n.* 3992.

ADJECTUS, i, m. 2. (adjicio) nomen servile. *Inscr.* apud *Orelli n.* 4202. — Et etiam libertinum in *alia* apud *Momms. n.* 2883. — Item cognomen in *alia* apud *eumd. n.* 4560.

ADILBERTUS, i, m. 2. (nom. orig. Teuton., quod, ut alia similia, nobilitatem generis v. bellicæ virtutis significat) rex quidam Anglicus. *Greg. M. ep.* 11. 37. Gregorius Adilberto regi Anglorum. — *Beda* 1. *Hist. eccl.* 32. Ædilberctus.

ADĪMANTUS, i, m. 2. (Ἀδείμαντος: ab α priv. et δειμαίνω, *timeo*, h. e. impavidus) Legitur in MSS. et edit. libr. *Apuleii*, fortasse ex errore, *Adamantus*: item male in quibusd. edd. *Adamanthus* cum aspiratione.

Adimantus, nomen virile Græcis usitatissimum. ¶ 1. Fuit rex myth. Phyletiæ, Ponto conjunctæ (*al.* Thessaliæ), deorum contemptor a Jove fulmine percussus, quod eum suis indignum sacrificiis judicaret. *Ovid. Ib.* 327. Cf. *Paus.*, qui de Phliasiis multa scitu dignissima prodidit. ¶ 2. Item frater Platonis philosophi et filius Aristonis. *Apul. Dogm. Plat.* 2. — Memorat idem *Plato* in *Parmenide*, coll. *Apol. Socr. p.* 34., *Laert.* 3. 4., *al.* V. *Toepffer, PW.* 1. 355. et *Susemihl, Philol. Suppl. II.* 97. *sqq.* ¶ 3. Item collega Alcibiadi datus ab Atheniensibus una cum Thrasybulo, Olymp. 93. 1., teste *Nepot. Alcib.* 7. ¶ 4. Item scriptor, patria Lampsacenus, cujus meminit *Plin.* in *Ind. auct. lib.* 1. *Hist. nat. præf.* ¶ 5. Item Manichæus, de quo *V.* ADDAS.

ADĪNĀ, indecl. (Hebr. *'Adhînâ'* « flexibilis »; *LXX.* Ἀδινά) ¶ 1. Fuit filius Siza Rubenites, princeps Rubenitarum. *Vulg.* 1. *Par.* 11. 42. ¶ 2. Est etiam vicus Judææ. *Ital.* (cod. Lugd.) *Gen.* 38. 21. Adina in via (*Vulg.* mulier, quæ sedebat in bivio: *Hebr.* meretrix illa in oculis super viam).

ADIPSOS, i, comm. gen. 2. (Cf. ἄδιψος, *non sitiens*) oppidum Gerrhon in Ægypto, ita cognominatum per antiphrasim. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 33. (167). Ita leg. *Sillig.*, alii rectius *Agipsum* vel *Agipsium*.

ADĪTHA (Adittha), æ, f. 1. *et* ōrum, n. plur. 2. ¶ 1. Aditha, f. sing., villula quædam circa Diospolim, pæne ad orientalem plagam respiciens. *Hieronym. De sit.* et *nom. p.* 92. ¶ 2. Aditha, n. plur., oppidum seu statio Arabiæ. *Notit. Dignit. or. c.* 37 (Cf. *Boecking.* ad *h. l.*) — *Tab. Peuting.* 10. Hatita.

ADĪTHAĪM, indecl. (Hebr. *'Adhîthaym* « ornatus (bini) »; Ἀδιαθαΐν *Eus.*) vicus in tribu Juda, in campestribus situs. *Vulg. Jos.* 15. 36. et *Hieronym. De nom.* etc. *p.* 92. — De situ et nomine hodierno incerta traduntur. Cf. *Legendre* in *Dict. Bibl. Vigour. p.* 1. 218. *sq.*

ADITTHA. *V.* ADITHA.

ADĪUS (Addius), ii, m. 2. nomen vir. gentilicium, *Corp. Inscr. Lat.* 11. 5043. — Et etiam cognom. *Ibid.* 28118. — *Adia*, nomen mul. *Eph. epigr. VIII. p.* 25. *n.* 14.

ADJŪTOR, ōris, m. 3. (adjuvo) ¶ 1. Est nomen servile et cognomen humilium hominum frequentissimum in Galliis Cisalp., in Illyrico, in Africa. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 6986. Et *ibid.* 8. 1967. Ajutor. — Hinc *Adjutorius*, nom. gent. vir. *Ibid.* 3. 5787. — *Adjutoria*, nom. mul. *Ibid.* 13. 1976. — *Adjutorinus (a)*, nom. *Ibid.* 11628. et 5068. ¶ 2. Est epitheton deorum, ut Neptuni. *Ibid.* 14. 3558. — Etiam Herculis. *Ibid.* 11. 1319.

ADJŪTRIX, icis, f. 3. (adjutor) ¶ 1. Est cogn. seu epitheton dearum quarumdam, ut Dianæ et Victoriæ in nummis Victorini Senioris et Carausii apud *Eckhel*, 7. et 8. Sic *Corp. Inscr. Lat.* 6. 69. *n.* 2. *Diana* ADJUTRIX *Avgusta*. Adde *ibid.* 179. — De epitheto legionum V. *Lexic.* ad *h. v.* et *Ruggiero, Diz. epigr. I.* 79. *sqq.* ¶ 2. Item generatim cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 7519. et *alib.* passim. *Ibid.* 4. 2184. Ajutrix.

ADJŪTUS, i, m. 2. (adjuvo) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 5599. — *Adjuta*, cogn. mul. *Ibid.* 3. 147. 3. et 9. 4237.

ADLECTUS (Allectus), i, m. 2. (adlego) ¶ 1. Est nomen servorum humillimorumque hominum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 464. — Et cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 955. 11. et 1089. 6., ubi pro *Adletus* legend. *Adlectus*, ut corrig. *Scalig.* (Cf. *Corp. I. L.* 6. 464). — *Adlecta*, cogn. mul. *Eph. epigr. VIII. p.* 104. *n.* 394. ¶ 2. Apud scriptores, tyrannus quidam in Britannia. *Eutrop.* 9. 22. et *Pol. Silv. chr. p.* 522. 59.

ADMAGETOBRIGA, æ, m. 1. locus in Gallia, ubi Ariovistus victor exstitit. *Cæs.* 1. *B. G.* 31. *Nipperd.* leg. *Magetobria* ex cod. Vindob. I.; ex aliis vero optt. codd. *Admagetobria*.

ADMĀTHĀ, æ, f. 1. (Hebr. *'Adhmâthâ'* « terrestris » ?) ¶ 1. Fuit quidam Persa ex primis administris regis Assueri. *Vulg. Esth.* 1. 14. (deest in Græco). ¶ 2. Item oppidum in Palæstina idem quod Amathus (Ἀμαθοῦς *Jos. Antt.* 13. 356., coll. *Benzinger PW.* 1. 377). *Notit. Dignit. orient. c.* 29 (34).

ADMĒDĔRA, æ, f. 1. (Ἀδμαίδαρα *Ptolem.* 4. 3) Scribitur in antiqu. MSS. *Ammædara, Admedara, Amadera, Ad Medera* etc., ex quib. formam *Ammedera* præfert *Morcelli, Afr. Chr. T.* 1. *p.* 75.; recentiores vero (*Schmidt, PW.* 1. 1841) *Ammædara*.

Admedera, oppidum provinciæ Byzacenæ, colonia Flavia, tribu Quirina, inter Carthaginem et Cirtam, hodie *Haidra*. Memorant *Itin. Anton. p.* 26., *Corp. Inscr. Lat.* 8. 308., 2568. etc., *Hygin. de limitib. p.* 180. *L., Jul. Honor. rec.* A 44. et *Tab. Peuting.* 5. — Numidiæ attribuit *Garnerius*; ultimam vero fuisse diœcesis proconsularis civitatem censet *Norisius* (V. *Schmidt loc. cit.*).

ADMĒDĔRENSIS (Ammædarensis), e, adject. ad Admederam pertinens. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 15935. — Hinc absolute

Admederenses (*Ammædarenses*), *ium*, m. plur. 3. incolæ Admederæ. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 5351. et 11552. (a. 299)., ubi *Ammædarensium* legitur. — Apud *Orelli, Inscr. n.* 528. pro *Madmederensium* legend. *Admederensium*. Cf. *Marini Fr. Arv.* 2. *p.* 406.

ADMĒTĒ, es, f. 1. (Ἀδμήτη) ¶ 1. Est filia Oceani et Thetidis. *Hygin. fab. præf. p.* 28. *B.*, coll. *Hom. h. Cer.* 421. V. *Wentzel, PW.* 1. 377. ¶ 2. Est etiam cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11918. et 11. 4114.

ADMĒTIS, idis, f. 3. (Ἀδμητίς) nom. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2868.

ADMĒTO, us, f. 4. eadem quæ Admete, *De-Vit* apud *Hygin. fab. præf.* Cf. *Munker* ad *h. l.*

ADMĒTUS, i, m. 2. (Ἄδμητος) Acc. *Admeton* apud *Stat.* 5. *Silv.* 3. 272.: ita *Georges*, sed aliter leg. *Klotz*. — Etymon petendum ab ipsa voce ἄδμητος, *h. e.* indomitus, non ab *adeo* et *metus*, ut ridicule apud *Fulg. Myth.* 1. 22., quasi in quem non adit metus. — Pro dactylo licenter usurpat *Drac. Romul.* 8. 210.

Admetus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Pheretis filius, rex Thessaliæ, matre Periclymene vel Clymene, Minyæ filia, Chrethei nepos et Jasonis patruelis, inter eos memoratus a mythologis, qui ad aprum Calydonium iverunt, et inter Argonautas. *Hygin. fab.* 14. et 173. et *Val. Flacc.* 1. 445., coll. *Pind. Pyth.* 4. 224. — In fabulis narratur Apollo ejus amore captus, deposita ad tempus divinitate, armenta Admeti pavisse novem annis ad Amphrysum fluvium. Alii tamen referunt, quum Juppiter Æsculapium, quod ausus fuisset Hippolytum ab equis laceratum et occisum ad vitam revocare, interemisset, iratum Apollinem ut aliqua ratione filium ulcisceretur, Cyclopas fulminum Jovis fabros sagittis confixisse; ob quam noxam spoliatum ad tempus divinitate et damnatum a Jove fuisse ad pascenda Admeti armenta; vel potius ipsum cæli exsulem ad inserviendum Admeto ultro accessisse. Ab eo quum perhumaniter esset habitus, a Parcis impetravit ut, quum fatale ei moriendi tempus advenisset, mortem posset effugere, si quem reperiret, qui pro eo mori contentus esset. Quod quum aliquando accidisset, Alcestis conjux pro eo se obtulit. Ita *Forcellin.* ex *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 2. et 7. *Æn.* 761. V. ALCESTIS. — Est alia præterea de eo fabula apud *Hygin. fab.* 50. et 51. Quum Admetus Alcestim deperiret, neque ab ejus patre Pelia potuisset impetrare, qui eam condicionem procis obtulerat, ut is ejusdem potiretur nuptiis, qui feras ad currum junxisset, Admetus ope Apollinis aprum et leonem junxit, quibus optatam puellam avexit. Ita *Forcellin.* et *Engelmann l. c.* Aliam tamen antea habuisse uxorem traditur, nempe Theonem, Thestoris filiam, castissimam feminam. *Hygin. fab.* 256. Memorant etiam *Ovid.* 5. *Trist.* 14. 37. et 3. *Pont.* 1. 106., 5. *Her.* 151., *Tibull.* 2. 3. 11., *Propert.* 2. 6. 23., *Lucan.* 6. 368., *Stat.* 6. *Theb.* 332., *Val. Max.* 4. 6. 1., *Tertull. Apol.* 14., *al.*, coll. *Apollod.* 1. 8., 9. 14. et *Diod.* 4. 53. 2. — De hoc mytho V. *K. Dissel, Myth. v. A.* etc. *Progr.* 1882. et *Engelmann* in *Roschers Lex. Myth. I.* 68. *sq.* Cf. etiam *Wentzel, PW.* 1. 377. *sqq.* — Monumenta de Admeti et Alcestis fabula duo præcipua sunt, unum in *Villa Albani*, de quo *Winckelm. Mon. Ant. n.* 86.; alterum in *Museo Chiaram.* ed. a *Gerhard, Antik. Bildw.* Cf. *Bull. dell'Istit. arch.* a. 1849, *p.* 101. *sqq.* — 2.°) Item Molossorum rex, qui Themistoclem fugitivum excepit eique opem tulit, ut in Persidem se reciperet. *Nepos Them.* 8., coll. *Plutarch. Them.* 24. et *Diod.* 11. 56. 1. V. *Judeich, PW.* 1. 380. ¶ 2. In titulis — *a)* Est nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 5852. — Et cogn. libert. *Ibid.* 9. 5240. — In tit. MS. Salonitano apud *Farlanett.* C. IVLIVS C. F. TRO. ADMETVS. — *b)* Item nom. equi. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8628., ubi *Atmeto*. An ab ἄτμητος?

ADMINĪUS, ii, m. 2. filius Cynobellini, Britannorum regis, qui pulsus a patria transfugit et a Caligula imp. in deditionem receptus est. *Sueton. Calig.* 44.; quæ exscripsit *Oros.* 7. *Hist.* 5. 5., sed mendose. Cf. *Dio* 60. 20. 1.

ĂDOBRICA. *V.* ABOBRICA.

ĂDŎLENDA, æ, f. 1. (adoleo) nomen deæ apud Romanos, quæ adolendis cremandisque arboribus fulmine attactis præerat, et cum Commolenda (sive Coinquenda) et Deferunda pro uno numine a fratribus Arval. colebatur (V. *Henzen, Act. Fr. Arv. p.* 147). *Tab.* apud *Marini, Fr. Arv. n.* 48. *lin.* 10. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 961., ubi *Adolenda* est quæ adolendi actioni præest. Cf. etiam *Marini ibid. p.* 380. *Orelli Inscr. n.* 1798., 2270. et 2271. et *Preller, R. Myth. II.* 228. *V.* COINQUENDA.

ADOLLAM. *V.* ODOLLAM.

ĂDŌM, indecl. (Hebr. *'Âdhâm* « terra v. terrenus ») oppidum ad ripam Jordanis, fortasse Scythopolim versus et Sarthan, ubi est hodie *Tell Damieh*, ut docte conjicit *Legendre* in *Dict. de la Bibl. Vigour.* ad *h. v.* Memorat *Vulg. Jos.* 3. 16. Intumescentes (*aquæ*) apparebant procul ab urbe, quæ vocatur Adom.

ĂDOMMĪM, indecl. (Hebr. *'Adhummîm* « rufi »; *LXX.* Ἀδαμμίν, *Jos.* 15. 7. Αἰθαμίν) locus acclivis seu collinus inter tribus Juda et Beniamin in via ab Hierosolymis Jericho, olim villula, postea castrum, nunc ruinæ, ut ait *Hieronym. De sit. et nom. p.* 149. Adde *Vulg. Jos.* 15. 7. et 18. 18. — Hic locus inde a tempore Eusebii et Hieronymi vocabatur *Maledomim* et Græce ἀνάβασις πυῤῥῶν, Latine *ascensus ruforum*, propter colorem, ut videtur, soli vel humi. Cf. *Jos. loc. cit.* Porro *Maledomim* ex duabus vocibus Hebraicis compositum est in unam contractis, sc. *ma'aleh 'Adhummîm*, hodie fortasse *Tal'at ed-Dumm* vel *Qala'at ed-Domm*, h. e. castrum sanguinis (Cf. *Legendre* in *Dict. Bibl. Vigour.* ad *h. v.*) propter sanguinem, qui effundebatur ibi a latronibus. Verisimile est Christum ibidem parabolam proposuisse de homine a Jericho Hierosolymas eunte et a latronibus spoliato ac plagis affecto, ut tradit *Hieronymus loc. cit.* et confirmat *Guérin, Descr. de la Pal. t.* 1. *p.* 156.

ĂDŌN, indecl. (Hebr. *'Adhôn* « dominus »; *LXX.* Ἠδάν, Ἠρών. Scribitur et *Addon*, duplici *d*, apud *Vulg.* 2. *Esdr.* 7. 61) locus in Chaldæa, unde exsules aliquot Hebræi ex captivitate Hierosolymas cum Zorobabel redierunt. *Vulg.* 1. *Esdr.* 2. 59. — Interpretes, qui pro nomine viri accipiunt, falluntur.

ĂDON, ōnis, m. 3. *V.* ADONIS.

ĂDŌNÆA, ōrum, n. plur. 2. (Ἀδωναῖα) horti cum porticibus, in *Form. urb.* 44. V. *Hülsen, PW.* 1. 384.

ĂDŌNĀI, indecl. m. Hebr. *'Adhônây*, fortasse ab *'adhôn*, quod ab *'adhan* « basis », vel a *dûn* « regere, sibi subjicere, judicare » duci potest, ut sit idem ac rector, dominator vel possessor (Cf. *Exod.* 23. 17., *Jos.* 3. 13. et *Ps.* 117. 7), quemadmodum Gr. κύριος, teste *Hesychio*. Mira porro de significatione habet *Iren. loc.* infra *cit.* — Forma *Adonai* est plur. antiquatus vel potius sing. cum suffixo primæ pers.; quamquam alii rectius volunt esse plur. cum eod. suffixo et significare *domini mei*, sed tamquam sing. usurpari et quidem de persona excellentiore, quæ, si homo, habet pænultimam fere per *a* breve; sin Deus, per *a* longum. Itaque *Adonâi* de Deo adhibetur, de hominibus vero diisque gentium *Adonăi* cum suff. aut *Adonim* sine suffixo. Cf. *Augustin. loc.* infra *cit.*

Adonai, nomen Dei apud Hebræos. *Augustin. adv. Manich.* 15. 9. Adonai verbum Hebræum est et interpretatur Dominus. Adde *eumd. c. Faust.* 15. 8. *Vulg. Exod.* 6. 3. Et nomen meum Adonai (Hebr. *Yahweh*) non indicavi eis., sc. vim seu virtutem mei nominis non revelavi eis. Nomen enim hoc probe cognitum ante Moysem fuisse constat (Cf. *Döller, Bibel und Babel* 11. *sqq.*; *Strack, Exod.* 188.; *Corluy, Spicil. I.* 104. *sqq.*; *Hetzenauer, Th. Bibl. V. T. p.* 376. *sqq.*; aliter *Hummelauer* in *Gen. p.* 7)). *Id. Judith* 16. 16. Adonai Domine, magnus es tu et præclarus in virtute tua. *Hieronym. ep.* 147. Septimum (*nomen Dei*) Adonai, quem nos Dominum generaliter appellamus. Adde *Isid.* 7. *Orig.* 1. 14. — Plura de hoc nomine videsis apud *Iren.* 2. 35. 3. et ex recentioribus apud *Dalman, Das Gottesnam. Adon. u. seine Gesch.* Berlin 1889.; *Baer-Guthe, Bibelw. p.* 259. *sqq.*; *Buhl, Handw.* h. v. et *Dillmann-Kittel, Handb. p.* 224. — *NB.* Vox *Adonai* deest in linguis Hebraicæ affinibus, si Phœniciam excipias, in qua *Adon* est nomen idoli (*V.* ADONIS), et Chaldæam, ubi ejus vestigium apparet in nomine *Bal-adan* apud *Vulg.* 4. *Reg.* 20. 12. Etiam in Ægyptio templo Atem viri docti haud pauci nomen divinum *Adonai* se reperisse putarunt, cujus cultum rex Amenhotep III. inducere voluerit (*Vigouroux, La Bibl. et les découv.* etc. *v.* 3. *p.* 525). — Porro celebris est quæstio, an *Adonai* legendum sit nomen Dei tetragrammaton יה apud Hebræos, qui hoc videntur ita semper pronunciasse usque a tempore Alexandrinæ translationis, ubi vertitur κύριος (Cf. *Mishna* tr. *Berachoth IX.* 5., *Jos. Antt.* 11. et *Phil.* in *vit. Mos. II.* 1). *V.* JAO.

ĂDŌNĒA vel Adonia, ōrum. *V.* voc. seq.

ĂDŌNĒUS vel Adonius, a, um, adject. (Ἀδώνειος) ad Adonem pertinens. *Auson. Monosyll. c. de Hist.* Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus sus. *Inc. Epit. m. Lucceii VII.* 31. *Wernsd.* (et *Inscr.* apud *Grut.* 123. 7) seu tu turba stipatus Amorum Lætus Adoneis lusibus insereris. *h. e.* adjungeris lusibus Veneris cum Adonide. — *Adoneus* item legitur in *Not. Tir. p.* 105. et idem habetur qui *idoneus*. At *Kopp* putat ibi quoque ad Adonidem spectare. — Hinc absolute

Adonea v. *Adonia, ōrum*, n. plur. 2. (Ἀδώνια) festa in honorem Adonis ab antiquissimis temporibus celebrata (*V.* ADONIS), primum in Phœnicia, fortasse ab Ægypto deducta, in Syria et Judæa (Cf. *Ezech.* 8. 14), dein ab Oriente ad Græcos et Romanos translata. — Hæc autem incipiebant a magnis ululatibus et in lætitiam quoque magnam desinebant, de quibus *Ammian.* (19. 1. *ad fin.*) 22. 9. 15. et *Hieronym.* ad *Ezech. loc. cit.* Cf. *Ovid.* 1. *Art. am.* 75. et *Firmic.* 9., qui de flagitiis agit, quibus hæc festa inquinabantur (V. *Schœmann, A. Gr. III. p.* 427. tr. et *Dümmler, PW.* 1. 384.

Adonium, ii, n. 2. (*subaud.* metrum) ¶ 1. Est genus carminis (*V.* ADONIUS in *Lexic.*). ¶ 2. Item herba, Italorum *Adonide, fior d'Adone* (V. *ibid.*). Adde *Plin. ind.* 21. 48. et cf. *Theophr. Hist. plant.* 6. 7. 3., quem *loc. Plin.* parum recte intellexisse videtur.

ĂDŌNĒUS, ei, v. Adonius, ii, m. 2. (Ἀδωνεύς, Ἀδώνιος). Vox quadrisyllaba est apud *Plaut.* et *Catull. locc. citt.* cum pænultima brevi.

Adoneus ¶ 1. Generatim est dominus. *Augustin. c. Faust.* 15. 8. Adoneus verbum Hebræum est et interpretatur dominus eo modo, quo solus Deus dicitur Dominus. *V.* ADONAI init. ¶ 2. Speciatim — 1.°) Est idem qui Adonai. *Id. ibid.* 9. Hæc sponsa Christi - tibi optat bonam conversionem a fabulis ad veritatem, ne Adoneum quasi adulterum reformidans cum veneratissimo adultero serpente remaneas. Cf. *Euch. Instr.* 2. *p.* 140. et *Gloss. IV.* 203. et 483. — 2.°) Item Adonis. *Plaut. Men.* 1. 2. 35. Ubi aquila Catamitum raperet aut ubi Venus Adoneum. Adde *Catull.* 29. 9. *Lachm.*, ubi alii minus recte leg. *Idoneus* vel *Aidoneus* (Αἰδωνεύς) et *Lactant.* 1. *Inst.* 17. 9. — 3.°) Item dæmon Ophitarum. *Iren.* 1. 30. 5. — 4.°) Item cognomen Bacchi apud *Auson. Epigr.* 30. 6.

ĂDŌNĪA, indecl. *V.* ADONIAS.

ĂDŌNĪA, æ, f. 1. nomen muliebre, ut *Adonius* virile, in *Inscr.* unica apud *Grut.* 750. 8.: « de quo hæreo an sit gentilicium » inquit *De-Vit*. At omnia hujus nominis exempla esse dubia monet *Diehl*.

ĂDŌNĪA, ōrum. *V.* ADONIUS, a, um.

ĂDŌNĪAS, æ, m. 1. (Hebr. *'Adhônîyâh* « Dominus meus Yah »; *LXX.* Ἀδωνίας, Ἀδωνία, Ὀρνία) Legitur *Adonia* pro *Adonias* apud *Vulg.* 2. *Esdr.* 10. 16.

Adonias ¶ 1. Fuit filius quartus David ex Haggith, qui, mortuis fratribus, ambivit regnum, quod David jurejurando promiserat Salomoni, atque adeo potiri tentavit, vivente adhuc patre, sed frustra; nam David tunc imperavit, ut Salomon rex proclamaretur. *Vulg.* 2. *Reg.* 3. 4. — Porro, David vita functo, petiit, ut sibi Salomon uxorem daret Abisag Sunamitidem, quæ fuerat ultima uxor David; hoc enim modo viam sibi ad solium parabat, quia qui uxores regis accepisset, ex antiquo jure heres throni habebatur. *Id. ibid.* 8. 7.; 16. 21. *sq.*; 3. *ibid.* 2. 22. *sqq.* (Cf. *Tenius, König.* 18. et *Kittel, Reg.* 19). At iratus Salomon Adoniam, qui regnum a Deo Salomoni fuisse constitutum optime nosset et nihilo secius Deo et regi rebellis ac reipublicæ perturbator id sibi arrogasset, jussit occidi. *Id.* 2. *Reg.* 1. 5-28. et 1. *Par.* 3. 2 (Cf. *Renard* in *Dict. Bibl. Vigour.* ad *h. v.*). ¶ 2. Item levita quidam ex iis, quos misit Josaphat cum principibus suis, ut circumeuntes cunctas urbes Juda ac librum legis gestantes populum erudirent. *Id.* 2. *Par.* 17. 8. ¶ 3. Item princeps quidam populi Judaici, redux e captivitate Babylonica tempore Esdræ. *Id.* 2. *Esdr.* 10. 16.

ĂDŌNĪBEZEC, indecl. m. (Hebr. *'Adhônî-bezeq* « Dominus meus Bezec »; *LXX.* Ἀδωνιβεζέκ) rex quidam Chananæus Bezec seu Beth-zec citra Jordanem, quem captum in bello Israelitæ, cæsis summitatibus manuum ejus et pedum, sicut ipse ceciderat septuaginta regibus, quos vicerat, adduxerunt Jerusalem, ubi mortuus est. *Vulg. Jud.* 1. 4-6. — Videtur *Adonibezec* fuisse nomen iis regibus commune; hic vero potentiæ culmen attigerat, devictis septuaginta, *i. e.* plurimis, Chanaan regulis, quum Hebræi terram illam invaserunt. *Ibid. v.* 7.

ĂDŌNĪCĀM, indecl. m. Hebr. *'Adhônîqâm* « Dominus meus surrexit »; *LXX.* Ἀδωνικάμ) nomen cujusdam viri ab exsilio reducis tempore Zorobabelis. *Vulg.* 1. *Esdr.* 2. 13. et 2. *ibid.* 7. 18. — Fortasse idem est qui 2. *Esdr.* 10. 16. dicitur Adonia.

ĂDŌNĪDIUS, a, um, adject. ad Adonidem pertinens, ut *Adonidium metrum*, de quo *V. Lexic.*

ĂDŌNĪRĀM, indecl. m. (Hebr. *'Adhônîrâm* « Dominus meus altitudo »; *LXX.* Ἀδωνιράμ) nomen virile, idem fortasse quod *Aduram* (*'Adhôrâm* et 2. *Par.* 10. 18. *Hadhôrâm*) contract. ab *Adoniram*, ut putat *Gesen.* in *Lex. Hebr.* ad *Vulg.* 2. *Reg.* 20. 24. et 3. *ibid.* 12. 18.

Adoniram fuit filius Abda, procurator tributorum, Davidis et Salomonis tempore, aliisque muneribus obeundis præfectus, qui, Roboamo rege, in seditione compescenda lapidibus obrutus interiit, *Vulg.* 3. *Reg.* 4. 6. et 5. 14.

ĂDŌNIS, is *et* idis, m. 3. Ἄδωνις, Ἄδων. — *a)* Forma nominativi *Adonis* prævalet inde a *Cic.* ætate; occurrit tamen et *Adon* apud *Varr. Sat. Menipp.* 540., *Augustin.* 6. *Civ. D.* 7. 3., *Capell.* 2. *p.* 48., *Venant.* 7. *carm.* 12. 18., *Coripp. Joh.* 4. 514., *Fulg.* 3. *Myth.* 8., *Mythogr.* 1. 200. et 2. 34. — Genet. *Adonis* apud *Prisc. gramm. I.* 252. 13., *Macrob.* 1. *Sat.* 21. et *Apul.* 2. *Met.* 20. — *Adonidis* apud *Ammian.* 19. 1. 11., *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (49)., ubi alii *Adonis.*, *Hieronym.* in *Is.* 65.

— Dat. *Adoni* apud *Serv.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 37. — *Adonidi* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 59. — Acc. *Adonem* apud *Prob. gramm. IV.* 199. 13., *Propert.* 2. 13. 53., *Prudent. Perist.* 10. 228. - *Adonin* apud *Grat. Cyneg.* 66. et *Hygin. Astr.* 2. 7. — *Adonim* apud *Fest.* 310., *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 95. et *Auson.* 325. 58. — *Adonidem* est *Vulg. Ezech.* 8. 14. (Amiat.), *Claudian.* 11. 16. et *Claud. Fesc.* 1. 16. — Voc. *Adoni* habet *Ovid.* 10. *Met.* 543. — Abl. *Adone* est *Apul.* 8. *Met.* 25., *Mythogr. III.* 11. 17., *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 18., coll. *Prob. gramm.* 121. 29. et *Prisc. VI.* 269. 8. *K.* — Aliam formam *Adoneus* v. *Adonius* vide suo loco (Cf. *Achilleus*). — *b)* Ad quantitatem quod attinet, primam syllabam, quæ natura brevis est, licenter produxit *Capell.* 2. *p.* 43. — *c)* Ratione habita etymi, conjungitur cum Hebr. *Adonai*, ita ut sit idem ac *dominus*. Sunt tamen qui ex iis, quæ fabulose narrantur de Adone, inepte vocem oriri putant vel a Gr. ἡδονή, *voluptas, suavitas*, ut *Fulg. loc. cit.* et *Mythogr. I. fab.* 200. et *II. fab.* 34. ed. *Mai.*: vel ἀπὸ τοῦ ᾄδειν, *canere*, ut *Phorn.* apud *Giraldi, Syntagm.* 13.

Adonis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Dicitur filius Cinyræ, Cypriorum regis, quem ille ex incesto cum filia sua Smyrna seu Myrrha concubitu suscepit. *Mythogr. loc. cit.* (*De Adone a Myrrha edito*). Ideo hoc fingitur quod myrrha, arbor, generat ἡδονήν. *Propert. loc. cit.* Adon nivosus. *Capell. loc. cit.* Byblius. *Virg.* 10. *Ecl.* 18. formosus. — Alii tamen tradunt fuisse filium Phœnicis et Alphesibœæ (*Hesiod.* apud *Apoll.* 3. 14. 4.); alii Agenoris Thoantis, Arabiæ Syriæque regis (*Antim.* apud *Prob.* in *Virg.* 11. *Ecl.* 8.); alii Theias, Assyriaci regis (*Zoll. Bl. M.* 117. 35) etc. — Fuit mira præditus pulcritudine, adeo ut ab Aphrodite unice adamaretur vicissimque adamaret: quam consuetudinem quum Mars rivalis cognovisset, zelotypia incitatus ferum aprum in Adonidem immisit, a quo, dum venaretur, in inguinibus dente petitus laceratusque est. Aphrodites amasii casum miserata ejus sanguinem in florem convertit, qui Adonis pariter appellatur, colore sanguineo sed valde caducus et qui levi vento decutitur. *Ovid., Macrob., Serv., Propert. locc. citt., Ammian.* 22. 9. 15. et *Serv.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 37., qui tamen ad *eumd.* 10. *Ecl.* 18. aliter narrat fabulam. Ita *Forcellin.* — Porro Aphrodites Adonidem ita exstinctum lacrimis prosecuta est inque sui luctus memoriam festum quotannis celebrari jussit (*V.* ADONIUS, a, um), de quo *Ovid.* 10. *Met.* 725., *Ammian.* 19. 1. *fin.*, *al.* Etiam *Vulg. Ezech.* 8. 14. Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. sc. Thamuz seu Thammuz (vel *Tamuzo*, ut vertit Syr., *Tamuza* Arab. et *Damuzi* seu *Duzi* Babyl., h. e. æternus puer: cf. *Lenormant, Adon.-Tham. myth.* 1878.; *Movers, Phœn. I.* 193. et *Delitzsch* in *Calw. Bib.* 1885. *p.* 941), quem deum fortasse Solem, a Phœnicis mutuati, Hebræi degeneres adorabant (Cf. *Lindemann, De cult. Hebr.*, Zittau 1843. p. 941). — Ab Assyriis et Phœnicibus hoc nomine Solem fuisse cultum refert et *Macrob. loc. cit.* ejusque rei causas ex physice petitas affert. — De his aliisque *Ovid.* 10. *Met.* 10. et 12., *Virg.* 5. *Æn.* 72., 10. *Ecl.* 18. et *Cir.* 239., *Cic.* 3. *Nat. D.* 23., *Plaut. Men.* 1. 2. 34., *Propert.* 2. 13. 53., *Serv.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 37. et 10. *ibid.* 18. et 5. *Æn.* 72., *Prob.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 18., *Fulgent.* 3. *Myth.* 8. et præsertim *Hygin. fab.* 58., 161. et *alib.* sæpe; quorum locos collegit in primis *Kreuzer, Reliq. de l'Antiq.* — De Aphrodite autem (quacum Romani Venerem confuderunt) Adonidem sepeliente inter lactucæ folia exstat epigramma apud *Girald. Syntagm.* 13. — Eum ex inferis revocatum tradunt *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 18. *fin.*, *Hygin. fab.* 251., *al.* — Similem fabulam *Macrob. loc. cit.* habere docet Phryges circa matrem deûm et Attinem: et similem quoque habent Perget, qui Adonidi nomen indebant *Abobas*, Ἀβωβᾶς (ita *Hesych.* h. v.), ab *abib*, spica, vel potius *abub*, tibia, quasi tibicen (Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 1.), ut *Cyniras*, citharæ, dictus pater Adonidis, cujus cultores erant musici, fortasse « filii tumultus » apud *Jer.* 48. 45 (Cf. *Engel, Kypr. II.* 94. *sqq.*). Item apud Babylonenses dea Istar ab inferis detrahit Dumuzi, cui inscriptum est apud eos opus omnium pulcherrimum (*Schrader, Höllenfahrt* etc. Giessen 1874). Similia de Osiride tradunt Ægyptii. Adonis est Sol, inquiunt illi; aper lutulentus et cœnosus est hiems; Aphrodite pulcritudo terræ in vere, quæ deplorat solem absentem per hiemem; nam quum sol excipitur nubibus, quasi confici videtur ab apro pulcher Adonis: hinc gaudet, quum in vere sol redit; hinc etiam festum, in quo a summo luctu in lætitiam populus transibat. Cf. *Capell. loc. cit.* et *Macrob.* 1. *Sat.* 21. (V. *Leféb., Le mythe d'Osir.* et *Preller, Röm. Myth. II.* 376. 2). Vestigia denique hujus cultus non solum in Asia passim, sed occurrunt quoque in regionibus septentr. (*Mannhardt, Wald-Feldkulte II. p.* 274). — Ceterum Adonidis fabula ejusque festorum origo non eodem modo apud veteres explicata est. Cf. *Capell. loc. cit.* et *Hieronym.* ad *Ezech. loc. cit.* — *Adonidis horti*, κῆποι Ἀδώνιδος, laudatissimi ac celeberrimi fuere apud veteres, quemadmodum et Alcinoi, teste *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (49). Proverbialiter significant « res ad modicum florentes et oblectantes, mox vero pereuntes et evanescentes ». Ita *Cornel.* in *Ezech. loc. cit.* — Fanum Adonidi dicatum esse ab Hadriano imp., ubi Christus natus est, narrant *Paulin. Nol. ep.* 31. (al. 11). et *Hieronym. ep.* 58. (Cf. *Inscr.* apud *Orelli n.* 1379); cujus simulacrum post victoriam a Constantino imp. ex Maxentio reportatam Helena ejus mater abstulit. — Statuas duas Adonidis detexit illustravitque *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. T.* 2. *Tab.* 31. et 32. Cf. tamen *Gerhard, Beschreib. d. Stadt Rom. II. p.* 172. De speculo ubi factum Adonidis sistitur, V. *Brunn* in *Annal. dell'Istit. di Corr. Arch.* a. 1858. *p.* 383. *sqq.* — Unum ex Latinis exstat opus *Lævii* de Adone, cujus fragm. citat *Priscian. VI.* 269. 7. *K.* Cf. *Weichert, Poet. Lat. rel.* de Lævio poeta *p.* 19-88. — De mytho autem Adonidis pæne innumeri scripserunt apud veteres, ex quibus præsertim *Hesiod.* apud *Apoll.* 3. 14.; apud recentiores vero *Brugsch, Adonisklag. u. Linoslied*, Berlin 1852.; *Schœmann, A. Gr. III. p.* 427. *sqq.* tr.; *Preller, Griech. Myth. Lex. I.*[4] 359-364., *Roscher, Myth. Lex. I.* 69-77.; *Mannhardt, Wald-u. Feldkult. II.* 273-291.; *Dümmler, PW.* 1. 384-395. Singulari opere de Adone egerunt *Maurer, Fikenscher, Greve, al.* — 2.°) Hinc *Adonis* dicitur flos, qui ex sanguine Adonidis vel lacrimis Aphroditis natus est. *Auson. Cupid.* 11. ed. *Wernsd. p.* 300. Et croceus auricomans et murice pictus Adonis. — *Ovid.* 10. *Met.* 765. videtur de hoc loqui, quem recentiores vocant *Adonis vernalis* (Linn.) ex anemonarum tribu. — 3.°) Item fluvius ex Libano in Mediterraneum inter Berythum et Byblum defluens, hodie *Nahr-el-Ibrahim*, h. e. fluvius Abrahami. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 20. 4. (78). et *Ravenn. p.* 90. — 4.°) Hinc fortasse piscis, de quo *V.* ADONIS in *Lexic.* ¶ 2. In titulis nomen et cognomen vir. *Corp. Inscr. Lat.* 4. 2462.; 9. 1069.; 13. 2302. etc., de quibus tamen dubitandum est., uno excepto exemplo apud *Patr. Nic.* 5. 153. Adon Lycius, ep. Pisidiæ.

ĀDŌNĪSĔDEC, indecl. m. (Hebr. *'Adhônî-tzedheq* « Dominus meus justitia »; Gr. Ἀδωνισεδέκ, *LXX.* Ἀδωνιβεζέκ) Amorrhæus, rex Jerusalem, qui quum audisset a Josue captum esse oppidum Hai ac subversum et Gabaonitas transfugisse ad Hebræos fœdusque cum iis pepigisse, timuit valde; itaque legatos misit ad reges Hebron, Jerimoth, Lachis et Eglon, ut sibi opem ferrent ad expugnandum Gabaon: at Josue quinque istos reges prodigiose debellavit occisosque suspendit. *Vulg. Jos.* 10. 1. *sqq.*

ĀDŌNĪUM et

ĀDŌNĪUS. *V.* ADONEUS, a, um.

ĀDOPTĀTUS, i, m. 2. (adopto) cognomen vir. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5623.

ĀDOR. *V.* ADURAM.

ĀDŌRĀM (Aduram), indecl. m. Hebr. *Hadhôrâm* « clamor ejus altus »; *LXX.* Ὀδοῤῥά. ¶ 1. Fuit filius Jectan. *V.* ADURAM. ¶ 2. Item filius Thou, regis Hemath. *Vulg.* 1. *Par.* 18. 10. — Idem *Joram* vocatur apud *eumd.* 2. *Reg.* 8. 10.

ĀDŌRĀTUS, i, m. 2. (adoro) cognomen vir. *Inscr. Rhen.* Cf. *Oratus* 1369.

ADORES, indecl. m. nomen regis Syriæ, qui Damasci imperavit post Azelum, apud *Justin.* 36. 3. 2., ab eo tamen male intellectus.

ADOREUS, ei, m. 2. mons Phrygiæ, unde Sangarius fluvius oritur. *Liv.* 38. 18. — Conjicit *Hirschfeld* « Paroreus *ad* Phrygiam Paroreiam ». (*PW.* 1. 401).

ADQUESĪRA, æ, f. 1. oppidum in Mauretania Cæsariensi apud *Morcelli* in *Afr. Chr. T.* 1. p. 67. — Hinc Adquesirensis episcopus in *Conc., Mans. IV.* 141.; sed Aquisirensis in *Not. Maur. Cæs.* 66.

ADQUESĪRENSIS (Aquisirensis), e, adject. *V.* voc. præc.

ADRA, Adraa et

ADRAHA, æ, f. 1. ¶ 1. Est statio Arabiæ. *Tab. Peuting.* 10. — Apud *Euseb. p.* 213. 87. et 38. est Ἀδραά (*Lagard. p.* 243), coll. *Ptol.* 5. 15. 23. in Cœlesyria (V. *Pape-Bensel. Wörterb. Gr. Eig. I.* 18). ¶ 2. Item oppidum Liburniæ. *Tab. Peuting.* 5. et *Ravenn. p.* 211 (Cf. *Tomaschek, PW.* 1. 402).

ADRĀMĔLECH, indecl. m. (Hebr. *'Adrammelek* « magnificentia regis »; *Hieronym. sit. et nom. p.* 44. Adramelech stola regis vel decor regis); *LXX.* Ἀδραμέλεχ. ¶ 1. Fuit nomen idoli Assyrii in urbe Sepharvaim (Sippar) a Mesopotamia in Samariam traducti. *Vulg.* 4. *Reg.* 17. 31. Hi autem, qui erant de Sepharvaim, comburebant filios suos igni, Adramelech et Anamelech diis Sepharvaim. — Putarunt nonnulli sub nomine *Adramelech* solem cultum fuisse et sub nomine *Anamelech* lunam: quæ duo de Rabbinorum sententia sistebantur sub figura equi et muli (*Gesen. Thes. p.* 29., 1052. et *Cavedoni* in *Opusc. Relig. di Modena T.* 1. *p.* 26.); alii vero aliter (*Riehm, Handw.* etc. *t. I. p.* 29). — Adramelech, sæpe memoratur in Inscriptionib. cuneatis, ubi dicitur *Nusku malik milki ilani rabuti*, h. e. « qui sedet rex regens v. decernens inter deos magnos » est idem ac Moloch. Est autem *Adra* unum ex nominibus Solis apud Babylonios (*Hommel, Vorsem. Kult. p.* 245). *V.* ADAR. — Porro narrationem sacr. libr. V. T. monumenta cuneata confirmant (*Pinches, The Bab. Chron. p.* 8). De hoc consulas etiam *Pannier* in *Dict. Bibl. Vigour.* ad *h. v.* ¶ 2. Item filius Sennacherib, regis Assyriæ, qui cum fratre Sarasar patrem suum gladio percussit adorantem in templo dei Nesroch in urbe Ninive et fugit in terram Ararat. *Vulg.* 4. *Reg.* 19. 37. et *Is.* 37. 38. Assyri vocant *Nin-ib.*

ADRĀMĪTÆ. *V.* ATRAMITÆ.

ADRĀMYN, ynis, m. 3. (Ἄδραμυς) heros Lydus. *Priscian. gramm. II.* 219. 14. *K.* — Fertur ab eo conditum Mysiæ oppidum Adramytteum v. Adramyttium, de quo *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (122). V. *Tümpel, PW.* 1. 403.

ADRĀMYTTĒNUS vel Adramytenus, a, um, adject. (Ἀδραμυττηνός) ad Adramytteum oppidum pertinens, ut *Adramyttenus vir* apud *Cic. Flacc.* 13. 31. et *Brut.* 91. 316.; et *Adramytiena navis* in *Act.* 27. 2., dicta, quod ibi constructa fuerit vel inde profecta. *Vulg.* habet *Adrumetina.*

ADRĀMYTTĒOS vel Adramyteos, m. et

ADRĀMYTTĒUM, ei, vel Adramytion (Adrymetion), ii, n. 2. Varie scribitur in MSS. et edit. libr., littera *t* geminata vel simplici, uti fere in nummis (*Pape-Bens. W. Gr. Eig. I.* 18). Gr. Ἀδραμύττιον *Strab.* 13. 614., Ἀδραμύτιον *Diod.* 12. 73., Ἀδραμύττειον *Her.* 7. 42. et Ἀδραμύτειον *Eur.* apud *Suid.* et *Steph. Byz.*

Adramytteum, oppidum Mysiæ sive Æolidis maritimum et quidem nobilissimum, juxta Caicum fluvium prope radices Idæ montis, inter Antandrum et Elæam, olim Pedasus dictum, nunc *Adramitti.* Memorant *Cic. Flacc.* 28. 68., *Mela* 1. 18. 2 (91)., *Liv.* 37. 19. et *Epit.* 49., ubi alii leg. genet. *Adramytti.* — Fuisse ibi conventum juridicum innuit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (123). — De unguento œnanthino ex oppido Adramytteo videsis *eumd.* 13. *ibid.* 1. 2. (5).

ADRANA, æ, f. 1. fluvius Germaniæ apud Chattos, nunc fortasse *Eder.* Memorat *Tac.* 1. *Ann.* 56. — *Adranam* « confusam esse a *Tacito* cum *Logana*, hodie *Lahn*, nemo hodie credit *Mannerto, German. p.* 461 ». Ita *Orell.* ad *h. l.*

ADRĀNŌDŌRUS, i, m. 2. (Ἀδρανόδωρος) vir Syracusanus, gener Hieronis II. *Liv.* 24. 5. et *alib.* Cf. *Polyb. fr. VII.* 2. 11. De eo V. *Niese, PW.* 1. 405.

ADRĀNUM et Adranus. *V.* HADRANUM.

ADRASSUS, i, m. 2. (Ἄδρασσος) oppidum Ciliciæ. *Conc. Const.* (*Mansi IX.*) *p.* 117.[a] V. *Ramsay, Hist. Geogr. of Asia Min. p.* 367. *sq.* et *Wilhelm, PW.* 1. 405.

ADRASTĒA et Adrastia, æ, f. 1. (Ἀδράστεια) Scribitur etiam *Adrestia.* V. sub II. — Ratione habita etymi, oriri ajunt ab ἄδραστος (α priv. et διδράσκω: Skr. *dá-drámi*, fugio), *h. e.* alienus a fuga seu inevitabilis, quia « ultimis malis hominibus ineffugibilis est necessitas » inquit *Apul. Mund.* 38. (Cf. *Aristot. de Mund.* 7. *p.* 23. *Sylb.*); sed contra, quasi ab ἀ (intens.), vel ἀεί, *semper*, et δράω, *operor*, i. e. semper operans (*Korn., Theol. Gr. comp.* 13): vel ab *Adrasto*, rege Argivorum, qui primus templum dicasse fertur. Sunt etiam qui conjungant cum *Adar.* V. *Tümpel, PW.* 1. 409. — Adrastea, nomen personæ et loci.

I.) Est nomen personæ, sc. ¶ 1. Fuit Jovis et Necessitatis filia, cum Nemesi aliquando confusa (*Talbot, Myth. Gr. et Lat.* 1890. *p.* 154), ut apud *Ammian. loc. cit.*, dea Asiatica (V. *Perdamoglu, Archeogr.* 1878. *p.* 149), bonarum actionum præmiatrix malarumque ultrix. *Capell.* 1. *p.* 17. Femina, quæ Adrastia dicebatur, urnam cælitem superamque sortem irrevocabilis rapinus celeritate torquebat etc. (V. *Kopp* ad *h. l.*) *Ammian.* 14. 11. 25. Adrastia, quam vocabulo duplici etiam Nemesin adpellamus etc. *V.* integr. locum. Adde *eumd.* 22. 3. 12. *Virg. Cir.* 239. *Wagn.* At scelere in tanto quod nec sinit Adrastea, Lædere etc. *Alii leg.* Adrastia. Adde *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5803. — De ejus genealogia V. *Posnansky, Nem. u. Adr. in Bresl. Phil. Abhdl.* V. 2. 1890. et *Tümpel l. c.* Cf. etiam *Welcker, Götterl.* 3. 35. *sqq.* ¶ 2. Item Melissi filia, Jovis nutrix, vel Oceani filia, ut alii volunt. *Hygin. fab.* 182., ubi tamen alii leg. *Adrestea.* Adde *eumd. fab.* 139.; nisi est una eademque cum priore, pro diversa mythologorum narratione. — De Adrastea capella, quæ Jovem educavit et ob id in sideribus sacrata est, V. *Prob.* ad *Virg.* 1. *G.* 201.; *Sponh.* ad *Callim. Hymn. in Jov. v.* 47., et *Roscher, Myth. Lex. I.* 77. — Sistitur in anaglypto, in æd. Justiniani servato, de quo V. *Bartoli, Admir. ant. Tab.* 26.

II.) Est nomen loci, nempe regio et oppidum non longe a Troade Mysiæ, ubi Alexander M. pugnavit cum Persarum exercitu juxta Granicum fluvium. *Justin.* 11. 6. Prima igitur congressio fuit in campis Adrastiæ. *Alii rectius leg.* Adrastiis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (141). Parium colonia, quam Homerus Adrastiam appellavit. Adde *Dares.* 18., ubi alii leg. *Adrestia* (Ἀδρήστεια), ut apud *Dict.* 2. 35., ubi tamen alii *Adrestina.*

ADRASTĒUS et Adrastius, a, um, adject. (Ἀδράστειος) ¶ 1. Est ad Adrastum pertinens. *Stat.* 1. *Silv.* 1. 52. Hunc et Adrasteus visum extimuisset Arion (*V.* ARION). Alii leg. *Adrastæus* cum diphthongo. Cf. *Ammian. loc. cit.* ¶ 2. Item ad Adrasteam pertinens. *Ammian.* 14. 11. 22. Adrasteo pallore perfusus. *h. e.* pallore, quo improbi vim Adrasteæ, deæ ultionum, expavescunt. Sunt tamen, qui de eo pallore intelligant, quo tristitiam suam indicant infelices, ab Adrasto, Argivorum rege, qui infelicissimus fuisse dicitur: vel alludi putent ad illud *Virg.* 6. *Æn.* 480. Adrasti pallentis imago. ¶ 3. Item ad Adrasteam oppidum pertinens, ut *Adrastii campi* apud *Justin.* 11. 6., ubi alii *Adrastiæ* leg. minus recte. *V.* voc. præc. sub II. — Hinc absolute

Adrastius, ii, m. 2. nomen gentilicium vir. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 3136. — *Adrastilla*, cogn. mul. de min. *Ibid.* 3. 1246.

ADRASTĪA. *V.* ADRASTEA.

ADRASTĪNĒ, es, f. 1. (patronym. ab *Adrastus*) Adrasti filia vel neptis, *Priscian. gr. II.* 7. *p.* 83. Adrastos Adrastine. *Keil* tamen leg. *Adrestine* (*p.* 68). Adde *Consent. Gr. V.* 341. 16. — *Adrestina* leg. quidam apud *Dict.* 2. 35.

ADRASTIS, idis (idos), f. 3. (patronym. ab *Adrastus*) Adrasti filia, sc. Argia Polynicis uxor. *Stat.* 12. *Theb.* 678. viduam-Adrastida leto-Admovet.

ADRASTIUS, ii, m. 2. *V.* ADRASTEUS, a, um.

ADRASTUS, i, m. 2. Ἄδραστος et Ἄδρηστος — *a) Adrastos*, Græca positione, in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 18703. Adde *Varr.* apud *Augustin. loc. cit.* — *Adrestos*, Ionum forma, habet *Priscian. gr. II.* 68. 7. *K.* — *Hadrastus*, cum aspiratione, in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1585. — *b)* Quantitas primæ syllabæ est communis: longa apud *Stat.* 4. *Theb.* 68., 8. *ibid.* 135. etc.; brevis apud *eumd.* 11. *ibid.* 4. 26. et *alib.* et *Homer.* 589. — *c)* Etymon vocis ducunt alii ab ἀδρός, *maturus, fortis* (*Welcker*); alii vero ab ἄδραστος, *non fugitivus* (*Pape-Bens.* et *Curtius*). *V.* ADRASTEA init. - Ineptissime interpretatur *Ps. Fulg. sup. Theb. p.* 188. 26.

Adrastus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est Talai seu Talonis et Lysimaches v. Eurynomes filius, rex Argivorum et Sicyoniorum et heros celeberrimus, dictus a patre *Talaonidas*, etiam *Inachius* et *Persæus* (Cf. *Stat.* 2. *Theb.* 199. et 3. *ibid.* 441). De eo varia traduntur. V. *Bethe, Theb. Heldenl.* 42. *sqq.* et 52. *sqq.*; et *PW.* 1. 411. *sqq.* et *Stoll, Lex. Rosch. I.* 78. 177. Memorat præcipue *Stat.* 2. *Theb.* 178. cui cedat Adrastus Imperiis? *Id.* 10. *ibid.* 487. Adrastus alacer, 1. 467. mitis. 9. 176. nihil metuens. 12. 325. potens. 1. 391. dives avis et utroque Jovem de sanguine ducens. 11. 427. et regnis multum et venerabilis ævo. *et* 1. 65. longævus. 10. 177. magnis cladibus æger. — Argis expulsus ad Polybum Sicyoniorum regem confugit, cujus vita functi regnum obtinuit, per quadriennium, teste *Hieronym.* in *Chron.*, ab an. 1215-1211. ante Chr., dein rediit ad pristinum regnum. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 480., et *Hom. Il.* 2. 572. — Duas filias habuit, *Argiam* et *Deiphylen*, quarum primam uxorem dedit Polynici, Œdipodis filio, alteram Tydeo, Œnei filio, ex qua natus est Diomedes, heros Trojanis infestus, dictus propterea genus Adrasti ab *Ovid.* 6. *Fast.* 433. Porro quum Polynices, a fratre Eteocle ejectus, regnum vellet recuperare, Adrasti opem imploravit, cui ille et exercitum commodavit et seipsum, nam cum aliis sex ducibus, qui sunt Polynices, Tydeus, Amphiaraus, Capaneus, Hippomedon et Parthenopæus, ad bellum est profectus; sed omnes apud Thebas perierunt, præter Adrastum, qui equi Arionis beneficio ereptus est et ob id mœrore confectus tota deinde vita expalluisse dicitur (*Hygin. fab.* 70). Postea eorum ducum filios, *Epigonos* dictos, ad Thebas expugnandas misit, qui victores redierunt præter Ægialeum pro patre exstinctum. — Alia plura apud *Hygin. ibid.* et *Stat.* in *Theb.* et apud scriptores Græcos *Paus., Herod., Apollod.* et *Pindar.* V. *Bethe loc. cit.* — Cultus est, præter quam in Græcia passim, etiam in Asia, quippe idem utrobique fuit (Cf. *Welcker, Kl. Schr.* V. 34.; *Wilamowitz, Kydath.* 108., *al.*). — De symbolis seu figuris, quibus repræsentatus est, agunt *Overbeck, Gall. her. Bildw.* 81.; *Robert, Homer. Bech.* (50. Berl. *Winckelmannsprogr.*) 82. et *Brunn-Körte, Rilievi delle urn. etr. II. T. XXI. p.* 56. *sqq.* — *Adrastus* est etiam tragœdiæ titulus. *Fest.* 229. Prophetas in Adrasto Julius (*sc.* C. Julius Cæsar Strabo) nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes. — 2.°) Item Herculis filius, qui se in ignem immisit una cum Hipponeo fratre. *Hygin. fab.* 242. — 3.°) Item Meropis filius, socius Priami in bello. *Dict.* 2. 35., coll. *Dares.* 18. — 4.°) Item Adrastus Cyzicenus, mathematicus nobilis. *Varro* apud *Aug.* 21. *Civ. D.* 8. et 21. *Ibid.* 8. Adrastos Cyzicenus et Dion Neapolites, mathematici nobiles. — 5.°) Alios videsis apud *Dict. loc. cit.* et *Hygin. fab.* 242. *p.* 135. ¶ 2. In titulis nomen servile et cognomen libertinum a prima æt. imperat. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 6337., 33608. et *alib.* et *Inscr. Rhen. Bramb.* 1995.

ADRESTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀδρησταί et Ἀδραϊσταί) gens Indica. *Justin.* 12. 8. 9. et *Oros.* 3. *Hist.* 19. 4.

ADRESTĪA. *V.* ADRASTEA.

ADRESTĪNĒ. *V.* ADRASTINE.

ADRESTOS. *V.* ADRASTUS.

ADRĬA et

ADRĬĀCUS. *V.* HADRIA et HADRIACUS.

ADRĬĀNOTHERÆ. *V.* HADRIANOTHERÆ.

ADRĬĀNUS. *V.* ÆLIUS et HADRIANUS.

ADROBRICA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ. *Mela* 3. 2 (13). Cf. *Hübner, PW.* 2. 615.

ADRUMĒTĪNUS et

ADRUMĒTUM. *V.* HADRUMETINUS et HADRUMETUM.

ADRŪSĬĀCUS, a, um, adject. ad Adrusium aliquem pertinens, ut *Adrusiacus fundus* in pago Statiello Velejate. *Tab. Alim. Velej.* 7. 41.

ADRUSĬUS. *V.* voc. præc.

ADRYĀDES, um, f. plur. 3. (Ἀδρυάδες, quæ et Ἀμαδρυάδες) nymphæ. *Propert.* 1. 20. 12., ubi dat. *Adryasin*, Gr. positione. Cf. *Hamadryasin* apud *eumd. ibid.* 32.

ADRȲMĒTICUS. *V.* HADRUMETINUS.

ADSALLUTA, æ, f. 1. fluvius Noricus et numen ejus, hodie *Saan*, ut videtur (Cf. *Mommsen, Corp.* 3. *p.* 628.), incertæ originis. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5911., sed minus clare. V. *Corp. I. L.* 3. 5138. — Et cum *Augusta* cognom. *ibid.* 3. 5135. et 3136. et *Arch.-epigr. Mitteil.* 9. 261.

ADSERTOR v. Assertor, ōris, m. 3. (adsero) ¶ 1. Est nom. et cognom. vir. in *Inscr.* apud *Murat.* 1124. 1., si proba. ¶ 2. Epitheton deorum, ut Herculis, Martis; et imperatorum, ut Vespasiani, in numm. apud *Cohen I. p.* 348. 366. et 844. *n.* 876. et *p.* 408. *n.* 458. *sqq.* ¶ 3. Item nomen equi in *Tab. marmor.* apud *Grut.* 342.

ADSINNADENSIS, e, adject. incola cujusdam oppidi Mauretaniæ Cæsariensis. *Vict. Vit. not. Maur. Cæs. p.* 131., 115.

ADSINVĀDA, æ, f. 1. (fortasse *ad sinus vada*) oppidum in Africa. *Morcelli* in *Afric. Chr. T.* 1. *p.* 70. Inter urbes Mauretaniæ enumeratur Adsinvada. *Alii aliter leg.*

ADSMERĪUS, ii, m. 2. cognomen Mercurii, ignotæ originis. *Corp. Inscr. Lat.* 13. 1125.

ADTĀNĀTOS, i, f. 2. (ἀθάνατος) Mira hujus nominis lectionum varietas in *Solini* codd. c. 35., ubi insula dicitur, a Britanniæ continente æstuario tenui separata, frumentariis campis felix et glæba ubere. *Isid.* 14. *Orig.* 6. 3. habet *Thanatos* (θάνατος, *mors*) « a morte serpentum, quos asportata inde terra illico perimit ».

ADTAS *V.* ATTA.

ADTEJA (Ategias) et Adtejæ, locus in Gallia Belgica, hodie *Athies. Vit. Radeg.* (*Mon. Germ. Merov. II. p.* 865) 1., 2. et *alib.*

ADŪĀCA et Atuaca, æ, f. 1. nomen, fortasse Celticæ originis, quod in antiq. codd. modo per *d* scribitur, modo per *t*. — *Aduatuca* (Ἀτουάτουκον *Ptol.* 2. 9. 5) rectius leg. *Nipperd.* ad *Cæs. loc. cit.*

Aduaca, oppidum Eburonum, postea Tungrorum, in Gallia Belgica, nunc *Tongern.* Memoratur *Cæs.* 6. *B. G.* 32. et *Itin. Ant. p.* 378. *Tab. Peuting.* 2. Atuaca (Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaul. II.* 456. *sqq.* et *Ihm, PW.* 1. 429).

ADŪĀTĬCI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀτουατικοί *Dio* 39. 4. — *Atuatuci* per litt. *t* scribendum censet *Zangemeister, Rhein. Jahrb. LXXXI.* 84) gens Galliæ Belgicæ, fortasse iidem, qui serius Betasii dicti sunt (*Cellar., Geogr. Ant.* 2. 3. cum aliis ex conject., coll. *Ihm, PW.* 1. 430). *Cæs.* 2. *B. G.* 29. Aduatici erant ex Cimbris Teutonisque prognati. *Id. ibid.* Aduatici cunctis oppidis castellisque desertis sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt. *h. e.* oppidum, quod hodie *Falais sur la Méhaigne* dicitur, ut conjicit *D'Anville* (Cf. *Forbiger, Handb. alt. Geogr. III.* 256). Adde *eumd.* 5. *ibid.* 38., 39. et 56. et 6. *ibid.* 33. *Oros.* 6. *Hist.* 7. 14 (ex optt. codd.) habet *Aduatuci.* Sic etiam *Nipperd.* ad *Cæs. locc. citt.*

ADŪĀTŪCA. *V.* ADUACA.

ADŪĀTŪCI. *V.* ADUATICI.

ĀDŪLĀS, æ, m. 1. (Ἀδούλας *Strab.* 4. 192. Scribitur etiam *Adulla, Atulla*) mons in Alpibus Pœninis, unde exoritur Rhenus fluvius, hodie *S. Gottardo*, seu potius pars summa Alpium Pœninarum in finibus Helveticorum, quæ hunc aliosque montes comprehendebat. *Avien. Orb. terr.* 431. nubes nebulosus fulcit Adulas (*at ulla* ed. princ.).

ĀDŪLESCENS, tis, m. 3. cogn. *C. I. L.* 11. 1147.

ADŪLIM (Aduli), indecl. ('Ἀδούλη, 'Ἄδουλι, 'Ἀδουλις Ptol. 4. 7., 8., 16) oppidum Africæ ad sinum Arabicum adjacens, cujus rudera visuntur hodie prope sinum Adulticum, nunc vulgo Kobbei-Kof seu Masush. Memoratur Ravenn. p. 118. Cf. Pietschmann, PW. 1. 431.

ADŪLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀδουλῖται) incolæ Adulim oppidi. Plin. 6. Hist. nat. 29. 34. (172)., ubi Aduliton non est nomen oppidi sed probabilius contract. ab Adulitarum: quasi ab α priv. et δοῦλος, servus, ut sint non servi sed liberi. Cf. ibid. (175). Oppidum Adulitarum.

ADŪLĪTES, tum, m. plur. 3. gens Indica. Anell. p. 748. Olim quippe Indi in novem regna fuerant disparati sicuti fama celebratum est, id est Alabastrorum, Homeritarum, Azomitorum cum (A)dulitibus etc.

ADŪLĪTŌN. V. ADULITÆ.

ADULLAM. V. ODOLLAM.

ADULNIUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. Corp. Inscr. Lat. 11. 1577.

ADULOUOALDUS (Adoloaldus), i, m. 2. rex Langobardorum, filius Agilulfi et Theodolindæ, Germ. Adalwald. Greg. M. ep. 14.

ADŪNA v. Adunas, æ, m. 1. fluvius in Susiana regione. Plin. 6. Hist. nat. 27. 9. (135).

ADUNICĀTES, tum, m. plur. 3. gens Galliæ Narbonensis. Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (35). Ita Sillig.; alii leg. Adnates. — In arcu Tropæensi Augusti vocantur Edenates, quem titulum servavit Plin. ibid. (137). Corp. I. L. 5. 7231. Adanates. Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaul. II. 99.

ADŪRĀM, indecl. nomen personæ et loci. ¶ 1. Aduram (Hebr. 'Adhôrâm contr. ex 'Adhônîrâm (V. ADONIRAM) nom. pers. — 1.º) Fuit vir super tributa, a populo lapidatus. Vulg. 2. Reg. 20. 24. — 2.º) Item quintus filius Jectan, cujus prognati a geographis Adramitæ vocantur. Id. Gen. 10. 27. et 1. Par. 1. 21. (LXX 'Οδοῤῥά). ¶ 2. Aduram (Hebr. 'Adhôraim « [duo] tumuli », LXX. 'Αδωρα) oppidum a Roboamo ædificatum. Id. 2. Par. 11. 9.; quod tamen interpretes volunt esse idem atque Ador apud eumd. 1. Mach. 13. 20., nunc fortasse Dura, ad occidentem Hebron (V. Guérin, Iud. t. III. p. 354).

ADURNUS, i, m. 2. (Ὀύάδρα Ptol. 2. 3. 4) fluvius Britanniæ, in Oceanum Britannicum influens ibique efficiens portum, hodie volgo Port Edaringlon. Memoratur in Notit. Dign. occid. c. 25. Alii tamen volunt esse Portus Adurni, castellum Britanniæ (V. Boecking ad h. l.). Cf. Ravenn. p. 474. Ardua oppidum. et p. 408. Adron fluvius.

ADVĒNA, æ, comm. gen. 1. (advenio) nomen servile et libertinum, mul. primum, paullo post vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 3936., 2212., 5308. etc. — Similiter Advenians, cogn. Ibid. 6. 33838.* — Adventius, nom. gent. post. sæ. Ibid. 6. 890. — Adventinus (a), cogn. Ibid. 8. 8275. et 8. 3939. — Adventinius, nom. gent. Ibid. 13. 1198.

ADVENTOR, ōris, m. 3. (advenio) nom. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 3683. — Est etiam martyr quidam, apud Ennod. 1. carm. 1. 49.

ADVENTŬLUS, i, m. 2. (deminut. ab Adventus) nomen vir. in titulo chr. apud Maffei, Mus. Ver. 306. 5., ubi Adbentulus pro Adventulus: cf. βαίνω et venio.

ADVENTUS (rustice Arventus), i, m. 2. ¶ 1. Generatim, nom. et cogn. sordido loco natis hominibus cum nobilitate commune. Corp. Inscr. Lat. 14. 2714. et 8. 18893. — Oclatinius Adventus ex speculatore et frumentario cons. ord. a. 218.: cf. Prosop. imp. Rom. II. p. 424. et Orell. Inscr. n. 945. — Advente, nom. mul. Ibid. 6. 33211. ¶ 2. Speciatim nomen viri, cui Solin. suum opus, Polyhist. inscr., dicavit. Cf. Momms., qui tamen vix recte disputavit ad Solin. p. 5. (Otto).

ADVŎCĀTUS, i, m. 2. (advoco) ¶ 1. Est cogn. vir. apud Morcelli, Afr. Chr. T. 1. p. 70. Cf. Corp. Inscr. Lat. 3. 9516. ¶ 2. Item nomen equi. Ibid. 8. 12511.

ADVŎLANS, antis, m. 3. (advolo). ¶ 1. Est nomen gladiatoris. Martial. 5. 24. 6. ¶ 2. Item nomen equi. Corp. Inscr. Lat. 6. 10053.

ADYMNUS, i, m. 2. deus Gortyniorum. Solin. 11. Gortynii et Adymnum colunt, Europæ fratrem.

ADYRMĀCHĪDÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀδυρμαχίδαι vel Ἀδυρμαχῖται) gens Libyæ in litore Mediterranei maris in Marmarica, cujus nomen Bochart in Phaleg. 2. 29. petit a quodam genere vestis, Hebr. addermak dictæ, qua ab Ægyptiis distingueretur. Memorat Sil. It. 3. 278. Versicolor contra cætra et falcatus ab arte Ensis Adyrmachidis ac lævo tegmina crure. et 9. 223. et ferro vivere lætum Vulgus Adyrmachidæ, gens accola Nili, Corpora ab immodico servans nigrantia Phœbo. Adde Plin. 5. Hist. nat. 6. 6. (39). et Corp. Inscr. Lat. 16. 2678. Cf. Herod. 4. 168 sq., Ptol. 4. 5 22. et Schlichth, Geogr. Afr. p. 119. sq.

ĀDYTOS, i, m. 2. (ἄδυτος) locus in Ægypto, de quo Schol. Germ. ad Arat. 285. Deducitur autem (Apis) a sacerdote Isidis in locum, qui nominatur Adytos. V. integr. loc. Alii tamen ut nomen commune accipiunt. Cf. ABATOS.

AE

ÆA, æ, f. 1. (Αἶα) — a) Scribitur vario in MSS. antiq. et edit. libr. et quidem corrupto, uti monet Burmann ad Val. Flacc. — b) In recto Æs pro Æa legitur apud Cic. 3. Nat. D. 19. 48.; sed Orelli monet falsam esse lectionem ex geminatione perversa. — Acc. Æan est Val. Flacc. 5. 495. — c) Origo vocis est ex Gr. αἶα pro γαῖα, terra ut plerisque eruditis placet. V. etiam infra sub 1.

Æa ¶ 1. Est peninsula Colchidis circa ostia Phasidis fluvii, terra mythica, cum oppido, quam fabulantur poetæ nomen accepisse a puella ejusdem nominis. Hæc quum Phasidis amnis vim effugere non posset, miseratione deorum in peninsulam est conversa, quam etiam nunc, ut veterem illum amorem adhuc possis agnoscere, magna sui parte ambit et quasi amplectitur. Ita Forcellin. Usurpatur autem — a) Proprie. Val. Flacc. 1. 742. — b) Translate, quasi persona. Id. 6. 98. juratos in se trahit Æa Batarnas. Cf. Escher, PW. 1. 919. ¶ 2. Item oppidum, quod in ea peninsula maxime inclaruit, quindecim milia pass. a mari, ubi Hippos et Cyanos, vasti amnes, e diverso in Phasim confluunt, ut ait Plin. 6. Hist. nat. 4. 4. (13)., coll. Strab. 1. 45. Adde Val. Flacc. 5. 51. — Patria fuisse dicitur Medeæ, Calypsûs et Circes ibique aut prope servatum aureum vellus, causam expeditionis Argonautarum, in fano Martis, teste Pherecyd. fragm. n. 60. Cf. Schol. Ap. Rh. III. 1074. 1093. V. tamen ÆÆA et ÆÆUS. ¶ 3. Item nympha. Val. Flacc. 5. 425. Barbarus in patriis sectatur montibus Æan Phasis amore furens.

ÆĀCĒUS, a, um, adject. (Αἰάκειος v. Αἰάκιος) ad Æacum pertinens. Dosith. gramm. VII. 396. 5. K. V. ÆACIUS.

ÆĀCĬDĀS. V. ÆACIDES.

ÆĀCĬDĒIUS, a, um, adject. ad Æacum pertinens. Ovid. 7 Met. 472. Œnopiam Minos petit, Æacideia regna.

ÆĀCĬDĒS, æ (idis, 3), m. 1. (Αἰακίδης) patronym. ab Æacus. — Nomin. Æacides apud Justin. 17. 3. 14. — Genet. sing. (et Dat.) Æacidæ sæpius; Æacidis apud Senec. Troad. 46.: sic Dracont. Schol. ad Rom. 5. 155. — Acc. Æaciden in Trag. Orest. 815. et Auson. 221. — Æaciden, Gr. positione, Virg. 6. Æn. 840., Ovid. 11. Met. 227. et Stat. 5. Silv. 3. 194. — Voc. Æacidā apud Enn. 186. (181). et Sil. It. 13. 796. Al. leg. Æacide — Æacidē apud Ovid. 3. Her. 87. et 11. Met. 250. et Auson. Epigr. 26. 16. - Terminatio a vel e producitur ob litt. η, sed e potest corripi more Latino, ut apud Horat. 2. Sat. 3. 187. — Abl. Æacide apud Ovid. 2. Pont. 4. 22. — Gen. plur. Æacidarum est Enn. loc. cit. sub II. et Justin. 12. 15.; Æacidum contr. Sil. It. 15. 292. — Æacides, filius aut nepos Æaci aut aliquis ex ejus posteris.

I.) In sing. num. et quidem ¶ 1. Adjectivorum more — a) Dicitur Phocus, filius Æaci. Ovid. 7. Met. 668. — b) Pyrrhus, filius Achillis et pronepos Æaci. Virg. 3. Æn. 296. ¶ 2. Absolute — a) Est Peleus, filius Æaci. Ovid. 12. Met. 365. — b) Ajax Telamonius, nepos Æaci. Dracont. Rom. 8. 157. — c) Achilles, nepos Æaci ex Peleo. Virg. 1. Æn. 99. et Ovid. 12 Met. 82 et 96. — d) Neoptolemus seu Pyrrhus, Achillis filius. Senec. Troad. 46. — e) Pyrrhus, rex Epiri, ex posteris Æaci. Enn. Ann. 6. 6. — f) Perseus, ultimus Macedoniæ rex, qui genus suum ad Achillem referebat. Virg. 6. Æn. 840. et Sil. It. 1. 627., ubi alii intelligunt de Pyrrho Achillis filio, alii vero de nepote, sed minus recte (Cf. Lemaire ad Sil. l.) — g) Arybas v. Tharybæ filius ac Deidamiæ et Pyrrhi pater, ejus, qui contra Romanos bellavit, rex Molossorum ab obitu Alexandri, fratris patruelis, qui periit in Bruttiis. Justin. 14. 5. 9. et 17. 3. 14. et Oros. 3. Hist. 23. 32. ¶ 3. Æacides pro Achilleides usurpavit Stat. 5. Silv. 5. 37.

II.) In plur. num. — a) Stricto sensu, Æacidæ sunt posteri Æaci. Enn. apud eumd. 2. Divin. 56. 116. Stolidum genus Æacidarum bellipotentes sunt magis sapientipotentes. Adde Cic. 1. Off. 13. 39., Ovid. 8. Met. 3., Sil. It. 15. 292. et Mel. 2. 54. Justin. 12. 15. Plerosque Æacidarum intra tricesimum annum defunctos etc. — Peleus et Telamon Æacidæ dicuntur Manil. 1. 762. Cf. Culex 296. — b) Latiore sensu. Ovid. 13. Met. 33. Inserit Æacidis alienæ nomina gentis (sc. Ulixes). — Æacidarum genus, apud Jul. Valer. 1. rer. gest. Alex. M. 58.

ÆĀCĬDĪNUS, a, um, adject. ad Æacidem, sc. Achillem, pertinens. Plaut. Asin. 2. 3. 25. Æacidinis minis animisque expletu' cedit. h. e. plenus minarum et superbiæ qualis Achilles, Æaci nepos, fuit, vel Patroclo interfecto vel Bryseide rapta.

ÆĀCĬUS, a, um, adject. (Αἰάκιος) idem qui Æaceus. Colum. 10. 174. male damnati mæsto qui sanguine surgant Æacii flores. Adde Carm. Epigr. 1527. Cf. Bücheler ad loc. — V. etiam h. v. in Lexic.

ÆĀCUS, i, m. 2. (Αἰακός) Acaus apud Mythogr. I. fab. 206. ed. Mai, et Jacus pro Æacus apud Schol. Stat. 7. Theb. 310. Serv. ad Virg. 1. Æn. 402. sunt nomina corrupta. — Acc. Æacon, Græca positione, metri causa adhibitum, perfamiliare est poetis, ut Ovid. 9. Met. 405. et 440. et 13. ibid. 573. — Derivant nonnulli a Gr. αἶα (γαῖα), ut Αἰακός a Αἶα (V. Roscher, Lex. Myth. I. p. 114).

Æacus ¶ 1. In fabulis fuit Jovis filius ex Europa vel ex Ægina filia Asopi. Serv. ad Virg. 6. Æn. 566. et alib., coll. Apollod. 3. 12. 6., Hygin. fab. 72. et 155. et Ovid. 13. Met. 27. Memoratur etiam Senec. Apocol. 14. Æacus homo justissimus. Stat. 3. Silv. 3. 16. rigidus. Martial. 10. 5. 14. severus. Rursus Ovid. Ib. in pœnas ingeniosus. Id. 7. Met. 478. tardus gravitate senili. — In plur. num. Senec. Herc. O. 1558. — Uxorem duxit Endeidam Chironis filiam, ex qua genuit Telamonem et Peleum, unde Ajax et Achilles orti sunt; porro tertium habuit filium, Phocum, ex matre Psamathe. Hygin. fab. 14., coll. Horat. 3. Od. 19. 9. et Apollod. 3. 13. 6. — Primus in Arcadia templum instituisse fertur (Serv. ad Virg. 8. Æn. 352); hinc templorum fabricator dictus Varr. fragm. p. 253. Bip., coll. Arnob. 6. p. 191. — Argentum quoque invenisse putarunt nonnulli, quod tamen fortasse, quia Ægina mature nummos cudere cœpit; communius alii Erichthonio Atheniensi adjudicant, teste Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (197). Alii aliter leg. — Regnasse dicitur apud Œnopiam sive Æonam, quam ex nomine matris Æginam nominavit, ut Ovid. 7. Met. 474. testatur. — Alia addit Serv. ad Virg. 4. Æn 402. de Thessalica urbe ab eo condita et regno. — Hunc denique tantæ justitiæ fuisse tradunt, ut apud Inferos animarum creditus fuerit a Plutone delectus judex cum Minoe et Rhadamantho fratribus, et sontium peccata discutere ac pro meritis pœnas inferre, et Europæis ipsum, Rhadamantum vero Asiaticis judicandis addictos fuisse et causis dubiis agendis Minoa (Jessen in Lex. Rosch. 4. 82. et Talbot, Myth. p. 301). Ovid. 13. Met. 25., Propert. 4. 11. 19. et Horat. 2. Od. 13. 22. — Genus ab Æaco ad Alexandrum M. pulcre describitur a Jul. Val. 1. rer. gest. Alex. M. 58. sqq. Hinc primus exstat Æacus Jovis proles, atque hinc Peleus etc. V. integr. loc. — De eo V. O. Müller, Aegin. 12., Preller-Plew, Gr. Myth. II. 392. et Toepffer, PW. 1. 923. sqq. ¶ 2. In titulis nomen vir. Corp. Inscr. Lat. 4. 1327. Cf. ibid. 3. 13344. 1.

ÆÆA, æ, f. 1. (Αἰαία et Αἰαίη, sc. νῆσος) Legitur Ææe, es, Græca positione, apud Mel. 2. 120. — Fortasse est adjectiva vox ab Æa, absolute usurpata. V. ÆÆUS. — De etymo ita Serv. ad Virg. 3. Æn. 386. « Ææa dicta ab aspernantium voce propter celebratas illic mutationes. - Quidam pro eoa (eois), id est orientali, quia Solis filia traditur, conjiciunt ».

Ææa ¶ 1. Est insula in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italia dirempta, hodie continens, ita tamen ut paludibus circumquaque cincta insulæ speciem præ se ferat. Mythogr. 1. 15., et Dict. 6. 15. — In hac Circes sedem collocavit. Latini vero locum hunc a Circes domicilio Circejos appellant ibique antiqui Latii terminum constituunt, ut Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (57). docet, nunc Monte Circello. Cf. Virg. 3. Æn. 386. et Serv. ad h. l. et Dict. loc. cit. ¶ 2. Item insula freti Siculi, quam Calypso habitasse dicitur, de qua Mela 2. 120 (et Hygin. fab. 125). Cf. Homer. Odyss. 7. 244. sqq. — Videtur tamen nonnullis Mel. et Hygin. errare, qui hanc insulam ab altera distinguunt, ut pluribus demonstrat Tzschuck ad Mel. Quia vero Ææa et Æa ex simili vocis forma permutantur, inde confusio facile et error potuit oriri. V. Escher, PW. 1. 920. sq. ¶ 3. Item patria Medeæ apud Pacuv. trag. 218. V. tamen ÆA.

ÆÆUS, a, um, adject. (Αἰαῖος) ¶ 1. Est ad Ææam pertinens vel qui est ab Ææa Colchidis. Val. Flacc. 6. 548. Ææus tyrannus. Id. 5. 620. Ææa urbs. Adde 1. 462., 5. 547. 6. 189. et 7. 191. ¶ 2. Item Ææa dicta est Calypso. Propert. 3. 12. 31. (Ulixem) thalamum Ææe (Ææ N) flentis fugisse puellæ etc. Alii intelligunt de Circe et de insula, quam in freto Siculo ponit Mela loc. cit., sed minus recte (Cf. Preller Röm. Myth. II. p. 307). Ceterum quænam sit insula Circes, statuere difficile est; in fabulis enim Græcis Ææa modo alia invenitur ad orientem, (quasi Eois seu terra Solis: cf. Serv. ad Virg. loc. cit.), ad quam reperiendam Argonautæ profecti sunt; modo ad occidentem, ut est apud Homer. in Odyss. Est itaque terra mythica; Circe vero ab initio fuit dea lunaris, Græcorum imaginatione transmutata (Cf. Preller, Gr. Myth. I. p. 339 et Escher loc. cit. in voc. præc.) V. CIRCE. ¶ 3. Item Ææa dicta est Circe ab Ææa insula, ubi dia habitasse fertur. Virg. 3. Æn. 386. R. Infernique lacus Ææeque insula Circæ. — Serv. ad h. l. putat Circen ita dictam a Græca interjectione αἶ αἶ, h. e. hei aut væ propter lamentationes et exsecrationes hominum, quos in feras mutaverat. — Hinc ad Circen pertinens. Propert. 2. 28. 42. Ææi mœnia Telegoni. h. e. filii Circes. Ovid. 1. Amor. 8. 5. Ææa carmina. h. e. magicæ incantationes. — Et absolute Ææa venefica apud eumd. 2. ibid. 15. 10. Artibus Ææa Carpathiique senis. h. e. magicis, quibus Circe maxime delectabatur.

ÆANTĬDĒS, æ, m. 1. (Αἰαντίδης: patronym. ab Æas (Ajax), filius Aeantis seu Ajacis ex Glauco, Cyeni filia. Dict. 5. 16. V. Döderich ad h. l.

ÆANTĪON vel

ÆANTĪUM, ii, n. 2. (Αἰάντειον et Αἰάντιον) Penultima syllaba communis esse potest.

Æantium ¶ 1. Est insula prope Chersonesum. Plin. 4. Hist. nat. 12. 24. (74). ¶ 2. Item promontorium Magnesiæ apud eumd. ibid. 9. 16. (32). ¶ 3. Item oppidum Troadis in Rhœteo litore. Id. 5. ibid. 30. 33. (125). et Solin. 40. Cf. Mel. 1. 15 (95).

ÆĀS, antis, m. 3. (Αἴας: pro Ajax apud Latinos, ut pistrix pro πίστρις; sic apud Dores ὄρνιξ pro ὄρνις. Prisc. gramm. II. 24. 12. et 32. 15. K. — Etrusc. aivas, evas. V. Fabretti 2162. Cf. C. I. Gr. 7377) — Acc. Æan apud Plin. 6. Hist. nat. 29. 33. (165)., sed dubia lectio. — Etymon v. infr. Æas, nomen personæ et geographicum.

I.) Dicitur de persona et est idem qui Ajax. Auson. Edyll. 6. de Cupid. crucif. 12. — Hic quum se occidisset, in florem mutatus dicitur, fortasse ab αἰ, dolentis et lamentantis particula, unde αἰάζω, gemo, suspiro. Hinc Auson. loc. cit. Et tragico scriptus gemitu Salaminius Æas. h. e. vocibus ai, ai, de quo V. Lexic.

II.) Est etiam ¶ 1. Fluvius Epiri, qui et Aous (Ἀῷος) dicitur oriturque ex Pindo monte, prope Apolloniam et in Jonium mare defertur, hodie fortasse Vioss s. Vojusse v. la Polonne. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 24. 26. (145). Flumen Aous a quibusdam Æas nominatum. Adde Liv. 32. 5. et 33. 4. — Idcirco male distinxit unum ab altero Vib. Seq. p. 146. 22., coll. 25. R. — Cultus fuit tamquam deus ab Apolloniatibus, teste Val. Max. 1. 5. ext. 2. V. integr. loc. — De eo consulas Hirschfeld, PW. 1. 2658. ¶ 2. Item sinus maris Rubri. Plin. 6. Hist. nat. 33. 34. (165), ubi tamen Saan leg. Sillig. ¶ 3. Item mons in Arabia. Plin. 6. Hist. nat. 29. 33. (168). Cf Ptolem. 4. 5. 14.

ÆBUCIUS. V. ÆBUTIUS.

ÆBŪRA, æ, f. 1. (Αἴβουρα) oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Carpetania ad Tagum. Liv. 40. 30.

ÆBŪRĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Inscr. apud Murat. 67. 3. et 307. 4., ubi et Eburius occurrit, extrita prima littera, et Eburia, nom. mul.

ÆBŪTĪUS, ii, m. 2. Αἰβούτιος Diod. et Jos., unde patet syllabarum quantitas. Cf. etiam Corp. Inscr. Lat. 5. 6786., ubi secundam longam esse probat apex. — Ebutius (Ἐβούτιος Dionys.), omissa prima diphthongi litterā, in Corp. Inscr. Lat. 8. 1507., 2565., 7166. etc.; et Ebuttius, litt. t duplicata, ibid. 8021 (Ita leg. Wilmanns). — Æbucius, usitata litteræ t in c permutatione, in lapidib. et monum. apud Haverc. Thes. Mor. p. 6., quamquam scriptio Æbutius est omnino præferenda. — De nummis gentis Æbutiæ plura habet Rasche in Lex. rei num. et in Suppl.

Æbutius ¶ 1. In titulis nom. gent. priscum incertæ originis. Corp. Inscr. Lat. 1. 167.; 2. 167. etc. — Sæpe est libertinorum humiliumve. Ibid. 11. 6228. etc. — Æbutia, nom. mul. Ibid. 5. 7054. et ibid. 6925., ubi Aibutia. et ibid. 8. 2141., ubi Æbutria. — Hinc Æbutianus, cogn. Ibid. 11. 3940. Adde Lamprid. Comm. 6. ¶ 2. Apud scriptores, præcipui — 1.º) M. Æbutius, constantissimus et pudentissimus vir, teste Cic. Flacc. 37. 93. — 2.º) P. Æbutius, probus adulescens, qui amita impulsus flagitiosa Bacchanalia in luco Similæ fieri solita Postumio consuli detexit, uti narrat Liv. 39. 9. et ibid. 12-19. — 3.º) Æbutius Helva, illustrior ex hujus gentis familia, cons. a. U. C. 255. Id. 2. 19. — Ad lacum Regillum cum exercitu Tarquiniorum congressus, victor sed saucio brachio rediit una cum Postumio dictatore. Id. ibid. 21., coll. fragm. Fast. Triumph. Cf. Schwegler II. 60. sqq. — 4.º) Æbutius Liberalis, Lugdunensis, vir optimis disciplinis instructus ac dictis, cui Seneca suos libros de Beneficiis dicavit, ut ex ejus ep. 91. constat. — 5.º) De trib. pl. hujus nominis V. voc. seq.

ÆBŪTĪUS, a, um, adject. ad Æbutium aliquem pertinens, ut Æbutiæ leges, quæ duæ fuerunt, ab Æbutiis trib. pl. nuncupatæ. De priore Cic. 2. leg. Agr. 8. 21. Licinia est lex atque altera Æbutia, quæ non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam conlegas ejus, cognatos, adfines excipit, ne eis ea potestas curatiove mandetur. — De posteriore Gell. 16. 10. H. Cum proletarii et adsidui et sanates et vades et subvades et viginti quinque asses et taliones furtorumque quæstio cum lance et licio evanuerint omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum, lege Æbutia lata, consopita sit etc. Ad hanc Cajus 4. 30. « Per legem Æbutiam et duas Julias sublatæ sunt istæ legis actiones effectumque est ut per concepta verba, id est per formulas litigaremus. Tantum ex duabus causis permissum est lege agere: damni infecti et si centumvirale judicium sit. » Hac igitur lege quamplura sublata sunt capita Legum XII. Tabularum, in quibus propter antiquitatem temporumque mutationes multa inutilia jam aut etiam perniciosa præcipiebantur: solas autem ex legis actiones, quæ apud centumviros essent agendæ, retinuit. — Porro male has leges inter se confuderunt Pighius Ann. Rom. T. 2. p. 98. sq. et Schützius in Ind. Legg. ac T. et C. Æbutiis, trib. pl. a. U. C. 520., tribuerunt, quod incertum esse ait Orellius in Ind. Leg. p. 125. sq.

ÆCÆ, ārum, f. plur. 1. (Αἶκα Polyb. et Ptol.) Scribitur et Ecæ, omissa prima diphthongi littera. Itin. Anton. p. 116. et Ravenn. p. 282.

Æcæ, oppidum Apuliæ Dauniæ, in confinibus Apuliæ et Samnii, in via Trajana Benevento Barium, hodie Troja. Memorat Liv. 24. 20 (coll. 22. 12). et Tab. Peuting. 6. Cf. Momms. Corp. 9. p. 85. et Hülsen, PW. 1. 448. — Sub Septimio Severo imp. appellata videtur colonia Augusta Apula Æcæ. Corp. Inscr. Lat. 9 250. (a. 195).

ÆCALĒ. V. HECALE.

ÆCĀNI, orum. V. voc. seq.

ÆCĀNUS, a, um, adject. ad Æcas, Apuliæ oppidum, pertinens. Corp. Inscr. Lat. 5. 8583. Adde Frontin. de colon. 1. p. 210. Lachm. et Act. Synh. Rom. (Mon. Germ. antiq. XII.) 37. — Absolute

Æcani, ōrum, m. plur. 2. Æcarum incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (105). et Inscr. apud Momms. n. 1486.

ÆCARISTUS. V. EUCHARISTUS.

ÆCASTOR. V. ECASTOR.

ÆCĀTE. V. HECATE.

ÆCETĪA, æ, f. 1. dea Æquitas, ut videtur, ab æquus fortasse dicta. Inscr. in patera. V. Corp. Inscr. Lat. 11. 6708. et 14. 786. et 2860., ubi legitur: signum æquitatis in templo Fortunæ Prænestinæ (Ritschl, De fict. litt. p. 19. sq.).

ÆCICUS, i, m. 2. lacus Apolloniæ. Vib. Seq. p. 158. R. Cf. Mel. 2. 57. et Plin. 8. Hist. nat. 23. 26. (145).

ÆCĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 10. 3880. — Æclānius, cogn. Ibid. 11. 1114. — Æcilius, nom. gent. Ibid. 10. 897.

ÆCLĀNENSES, ium, m. plur. 3. V. voc. seq.

ÆCLĀNENSIS, e, adject. Scribitur et Eclanensis, extrita priore diphthongi littera, et etiam Æculanensis. V. tamen ÆCLANUM.

Æclanensis, ad Æclanum pertinens. Frontin. de colon. 1. p. 210. Lachm. Æclanensis ager. Adde eumd. ibid. 2. p. 261. et Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6932. Prosp. Chron. ad cons. Theod. XVII. Julianus Æclanensis, jactantissimus Pelagiani erroris assertor. — Hinc absolute

Æclanenses, ium, m. plur. 3. incolæ Æclani. Corp. Inscr. Lat. 9. 1151. et Ephem. epigr. 8. 340.

ÆCLĀNĪUS, ii, m. 2. (Æclanum) nomen vir. libertorum publicorum. Corp. Inscr. Lat. 8. 340., 9. 1200., 10. 2488. etc. — Æclania, nom. mul. Ibid. 9. 1200., 1202. etc.

ÆCLĀNUM et Æculanum, i, n. 2. Eclanum, priore omissa diphthongi littera, legitur in Itin. Anton. p. 120. et Tab. Peut. 6. — Æclanum in Inscriptt., Itiner. et libr. eccles.; Æculanum apud auctores, ut Cic. 7. Att. 3. et 16. ibid. 2., coll. Vellej. p. 907. 3. et Plin. l. 77. Gr. Αἰκούλανον Appian. 1. 51. et Ptolem. 3. 1. 71. Cf. tamen Bullett. Arch. a. 1847. p. 163.

Æclanum, oppidum Hirpinorum haud procul a Calore (Laconiano) fluvio, ubi nunc le Grotte di Mirabella. Memorant Cic. et Plin. locc. citt. — Fuit municipium inde ab ætate Sullana, postea colonia (Ælia Augusta) sub Hadriano, ut deduci potest ex Corp. Inscr. Lat. 9. 1111., coll. 6083. 11. Cf. etiam Inscriptt. edit. a Momms. n. 1079-1353., quarum partem Mirabellanam, tribui Corneliæ, partem vero Tricentinam tribui Galeriæ adscriptam, respicere ipse monet, ita ut duæ forent civitates, Æclanum una, altera Æculanum dictæ (Cf. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. [105]. et quod ibi adnotat Sillig.). Hoc autem discrimen negat Guarini, Iter vag., Mens. I. Neap. 1846. et Ricerche sulla città di Eclano 1831. — Patria fuit etiam M. Pomponii Bassuli, poetæ comici, cujus epitaphium detectum est et commentario illustratum ab eod. Guarini. — Magna Æclani vestigia etiam nunc visuntur, ubi sunt le Grotte, in reliquis mu-

rorum reticulatorum, statuis, ædibus Cereris, Junonis, Dianæ Nemorensis, Isidis, inscriptionibus etc. Cf. etiam Hülsen, PW. 1. 444.

ÆCLĀNUS et Æculanus, a, um, adject. ad Æclanum pertinens. Corp. Inscr. Lat. 12. 4526. — Hinc absolute Æclani, hujus oppidi incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (105). (Sic Leid. priore loco: cf. Momms. Corp. 9. p. 62).

ÆCLĪDĒS, is, m. 3. (patronym. ab Æclo (Αἶκλος) apud Græcos tantum, ut Strab. 10. 445), Eretriæ conditor. Priscian. gramm. II. 67. 9. K.

ÆCONĪA, æ, f. 1. oppidum in sinu Maliaco. Plin. 4. Hist. nat. 8. 12. (27)., ubi Sillig. leg. Econia, extrita priore diphthongi littera.

ÆCORNĪA, Æcurna et Æquorna, æ, f. 1. numen incertæ originis et significatus (Cf. Momms. Corp. 1. p. 271)., fortasse ab æquus. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5668., 5869., 5870. repert. in oppido Æmona (Lubiana) in regione vulgo Carniola. V. Corp. Inscr. Lat. 3. 3776., et 3832. et Wissowa, PW. 1. 605.

ÆCŪLĀNENSIS. V. ÆCLANENSIS.

ÆCŪLĀNUM. V. ÆCLANUM.

ÆCŪLĀNUS. V. ÆCLANUS, a, um.

ÆDĒMO et Ædemon, ōnis, m. 3. (Αἰδήμων) ¶ 1. Generatim nomen servile ac dein cognomen libertinum. Inscr. apud Momms. n. 6366. et alia apud Grut. 887. 5. ¶ 2. Speciatim libertus quidam Ptolemæi, regis Mauretaniæ, de quo Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (11). Cf. Dio 60. 9. 1.

ÆDEPSUS, i, f. 2. (Αἴδηψος) oppidum in Eubœa insula ad litus occidentale et septentrionem Chalcidis; hodie Dipso. Memorat Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (64). et 31. ibid. 2. 20. (29)., ubi Delio pro Ædepso olim legebatur. V. Sillig. ad h. l. — Thermas ibi fuisse tradunt Græci scriptores Plut. Sull. 26. et Quæst. Symp. 4. 4. 1. et Strab. 9. 425. Cf. Fiedler, Reise durch Griech. I. 487. sqq. et Hirschfeld, PW. 1. 940. sq.

ÆDĒSA, æ, f. 1. fluvius in Lycia. Plin. 5. Hist. nat. 27. 28. (101). Cf. Petersen v. Luschan, Lgk. II. 161.

ÆDĒSĬUS, ii, m. 2. (Αἰδέσιος, augustus, venerabilis) Edesius, extrita prima diphthongi littera. Patr. Nic. 1. 174.

Ædesius ¶ 1. In titulis nom. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 6. 510., 8. 8897. etc. ¶ 2. Apud scriptores occurrunt viri publico munere functi. Ammian. 16. 5. 4. et Symmach. ep. 9. 126., Cod. 6. 2. 9., ubi alii leg. Ædistus. V. Seeck PW. 1. 941.

ÆDĪTŬUS, i, m. 2. (ædes) cogn. in gente Valeria, fortasse ab officio sumptum (V. Schulze, Eigenn. ad h. v.). — V. Æditues, vetus poeta, laudatissimus apud Gell. 19. 9. 10.

ÆDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 18. — Ædia, nom. mul. Ibid. 6. 10602. et 8. 3821. — Hinc Ædilius, nom. Ibid. 8. 15470.; et Ædinius (Edinius) nom. gent. Ibid. 6. 1058. et 28806. et 8. 3011.

ĀĒDON, ŏnis, f. 3, (Ἀηδών) Vox trisyllaba, ut patet ex Græca, unde oritur, et ex poetarum usu. — Acc. Ædona apud Calpurn. Ecl. 6. 8. et 9. 61. — Etymon petendum est a Gr. ἀεὶ ᾄδειν ut docet Forcellin., h. e. assidue canere: vel potius tantum ab ᾄδειν, canere; significat enim carduelem vel lusciniam.

Aedon, in fabulis, uxor Zeti regis, fratris Amphionis, quæ Itylum filium noctu ex errore interfecit. Memorat Senec. Agam. 671. Non quæ verno nobile carmen Ramo cantat tristis Aedon, Ityn (pro Itylum) in varios modulata sonos. V. AEDON in Lexic., ubi fabula narratur.

ÆDON, ŏnis, m. 3. et deriv. V. EDON, onis.

ÆDŬENSIS (Hæduensis), e, adject. ad Æduos pertinens. Schol. ad Lucan. 1. 430. Gallia tripertita dividitur. Est enim Gallia Togata, quæ et Æduensis est et Braccata, ab habitu sic vocata, media videlicet; est etiam Comata, eorum, qui marinas partes incolunt et numquam tondentur.

ÆDŬES et

ÆDŬI, ōrum. V. ÆDUUS.

ÆDŬĬCUS, a, um, adject. ad Æduos pertinens. Auson. Parent. 2. 2. Æduicus pater. et 4. 3. Æduicum stemma.

ÆDŪNUM. V. NOVIDUNUM.

ÆDUS et Ædos, i, m. 2. oppidum Æthiopiæ. Plin. 6. Hist. nat. 29. 35. (180). V. etiam HÆDUS.

ÆDŬUS, a, um, adject. idem qui Æduicus. Cæs. 1. B. G. 9. Dumnorix Æduus. Sidon. 5. Ep. 18. Ædua civitas. Adde Inscr. apud Orelli n. 184., coll. 193. et rursus Cæs. ibid. 32. — Hinc absolute

Ædui, ōrum, m. plur. 2. (Αἴδουοι et Αἰδοῦοι Strab. 4. 192 et Ptol. 2. 8. 17) Scribitur etiam, præmissa aspiratione, Hædui in Inscr. Helv. 192. M., apud Cic. 7. Fam. 10. 4. (cod. M. et ed. Bait.), Cæs. 1. B. G. 10 in opt. MSS. (Cf. Meusel in Jahresb. 2. Berl. Gymn. 1886. p. 265), Mel. 3. 2. 20. Fr. et Auson. Parent. 6. 6. (4. 6.) Sch., ubi Hæduas pro Hædui legitur, et sine diphthongo Hedui in Inscr. apud. Orelli n. 3482. Cf. Glück, Kelt. Nam. 9. sqq. Etiam Edui in Gall. nummis apud Desjardins Géogr. de la Gaul. II. 465. 4.

Ædui, gens Galliæ Celticæ clarissima (Mela loc. cit.), inter Ligerim et Ararim, quorum tractus hodie Autonois dicitur. Cæs. 6 B. G. 12 et 17. et 7. ibid. 75., coll. 1. ibid. 4. et Hirt. 8. B. G. 46., qui Æduos summam antiquitus auctoritatem ac semper totius Galliæ principatum tenuisse tradunt. — Circ. an. U. C. 366. una cum aliis Galliæ populis in Italiam, duce Belloveso, venerunt et Mediolanum condiderunt, uti narrat Liv. 5. 34. — Æduos fratres vocat Cic. 1. Att. 19.; quia, quum pro Romanis pugnassent, cognita fide, fratres consanguineosque eos Senatus appellaverat, ut refert Cæs. 1. B. G. 38.; et senatorum in Urbe jus adeptos fuisse (an. post Chr. 48) docet Tac. 11. Ann. 25. « quod soli Gallorum fraternitatis nomen cum Romanis usurpassent »; quamquam id etiam ad Arvernos et Batavos pertinuisse affirmat Lips. ad Tac. l. c. ex Lucan. 1. 426. — Æduorum nummi in Annal. dell' Istit. Arch. a. 1845. p. 98-110. eorumque historia illustratur Cæs. 1. B. G. 33., 48. et 7. ibid. 42. 55. 90.; Tac. 3. Ann. 40., 45. et 46., 1. Hist. 51. et 64., Flor. 3. 2. 4. Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaule II. 465. sqq. et Schiller, Gesch. d. R. Kais. I. 282.

ÆE. V. ÆA.

ÆĒTA. V. ÆETES.

ÆĒTÆUS v. Æeteus, a, um, adject. ad Æeten pertinens, Colchorum regem. Hinc Æetæos fines vocat Catull. 64. de nupt. Pel. et Thet. 3. ipsam Colchidis regionem.

ÆĒTĀS. V. voc. seq.

ÆĒTĒS, Æeta et Æetas, æ, m. 1. (Αἰήτης) — a) Forma contracta Æta vel Eta aliquando occurrit. V. Burmann ad Val. Flacc. 5. 51. Ceterum scriptura varie est in MSS. et edit. libr. inter æt-et-æt. — b) Nomin. Æeta est Varr. 2. R. R. 1. Schn., Cic. 3. Nat. D. 19. 48., Ovid. 12. Her. 29 et 7. Met. 170. et Hygin. fab. 3. et 188. M. — Æetes apud Ovid. 12. Her. 51., Val. Flacc. 1. 43., Serv. ad Virg. 2. Æn. 142., Avien. Orb. 659. et 1221. — Æetas, de quorumdam lectione, apud Flor. 3. 5. 1. et Serv. ad Virg. 2. G. 141. — Gen. (et Dat.) Æetæ apud Sall. Hist. fr. 3. 50., Ovid. 6. Her. 50. et Hygin. fab. 22. — Æetis quoque apud Drac. loc. cit. — Acc. Æetam passim (Æetan in cod. Marc. Polit. loc. cit.); Æeten vero est Val. Flacc. 3 379. et Senec. Med. 527. — Voc. Æeta apud Cic. 3. Tusc. 12. 26. et Val. Fl. 7. 89. — Abl. Æeta apud Cic. 3. Nat. D. 19. 48., Justin. 32. 3. 13. V. Neue's, Formenl. 1. p. 37. et Georges Wörtf. p. 19. — c) Pænultimam syllabam contrahit, metri causâ, Drac. Rom. 10. 58. ad aulam Æetis (Æethios cod.) immitis forsan mactandus ad aras — d) Origo nominis videtur esse ab Æea, oppido Colchidis. Cf. Val. Flacc. 1. 48 (V. Escher, PW. 1. 942).

Æetes, nom. personæ et loci ¶ 1. Fuit, in mythis, rex antiquissimus Colchidis in Ponto, filius Solis ex Perse seu Perseide, Oceani filia, et frater Circes, Colchis procreatus, teste Cic. 3. Nat. D. 21. 54. cum Hygin. præf. fab. p. 12. B.; sed ex Mythogr. I. fab. 204. ed. Mai constat eum Solis et Clymenes filium et Phaetontis fratrem fuisse (Cf. Bode ad h. l. et Burmann ad Val. Flacc. 7. 238). — Liberos ex Idyia suscepit Medeam, Absyrtum et Chalciopen: ita Hygin. fab. 3., 21. et 23.; at Solin. 2. vult præter Medeam etiam Augitiam, immo et Circen genuisse, quæ non soror sed filia ejus fuisset. — Alii vero tradunt Æcaten, filiam Persea, uxorem fuisse Æetæ et matrem Medeæ et Circes (Schol. Ap. Rh. III. 200., 242.) et etiam Ægialei, i. e. Absyrti (Diod. 4. 45. 2.). — « Ad Æeten Phrixus, Athamantis filius, pervenit et aureum vellus detulit, quod quum vigilantissime servaret, ejus causâ bellum gessit cum Argonautis. Tandem ab Jasone, Medeæ filiæ proditione, et vellere spoliatus et regno pulsus est; sed tamen jam senex ab eodem in regno restitutus dicitur ». Ita Forcellin. ex Hygin. fab. 3., 22. et 23., Serv. et Ovid. locc. citt., Cic. 3. Tusc. 12. 26. et 18. 19., coll. Ap. Rh. III. 248., præsertim vero Senec. in Medea, et Val. Flacc., cujus opus, Argonauticon inscriptum, totum de hac fabula est. ¶ 2. Item fluvius in Colchide. Val. Flacc. 2. 379. Phasin et Æeten Sythicique pericula ponti Redde, ait, Æsonide.

ÆĒTEUS. V. ÆETÆUS.

ÆĒTĬĀS, ĭădis, f. 3. (patronym. ab Æeta) Medea, Æetæ Cholcorum regis filia. Ovid. 7. Met. 9. Concipit interea validos Æetias ignes.

ÆĒTĪNĒ, es, f. 1. (patronym. ab Æetes, ut a Neptunus Neptunine, a Nereus Nerine etc.) eadem quæ Æetias, h. e. Medea Æetæ filia. Ovid. 6. Her. 103. Heins. Non hæc Æsonides sed Phasias Æetine. Alii aliter leg. (Cf. Burmann ad Val. Flacc. 7. 188) Avien. Descr. orb. 655. insanam sectantes Æetinen. Id. ibid. 1221. Has post in terras pinu subit Æetine. Ita ed. Wernsd. et Huds. et probavit Withof. Cf. etiam Munk ad Hygin. fab. 22.

ÆĒTIS, idos, f. 3. (patronym. ab Æetes) eadem quæ Æetias. Val. Flacc. 8. 233. Suscitat adfixam mœstis Æetida muris. Adde eumd. 6. 481. et 7. 445. et Albinov. 2. 110.

ÆĒTĬUS, a, um, adject. idem qui Æetæus. Val. Flacc. 8. 379. Illinc Æetius heros Obsidet etc. Id. 6. 542. Æetia proles. Adde eumd. ibid. 267. et 7. 665.

ÆĒTĬUS, ii, m. 2. discipulus rhetoris Cestii Pii. Senec. 1. Controv. 8. 11.

ÆFĪCĬUS, ii, m. 2. Scribitur et Eficius, extrita prima vocis littera. Sueton. gramm. 3.

Æficius ¶ 1. In titulis nom. vir. gentilicium. Corp. Inscr. Lat. 6. 264. 10. — Æficia, nom. mul. Ibid. 7546. ¶ 2. Est etiam nomen cujusdam equitis R. prædivitis apud Sueton. loc. cit. Cf. Corp. Inscr. Att. 3. 873.

ÆFLĀNUS. V. ÆFULANUS.

ÆFRĪUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. Corp. Inscr. Lat. 10. 5353.

ÆFŬLA, æ, f. 1. et Æfulum, i, n. 2. oppidum Latii prope Tibur, quod ætat. imper. jam esse desierat, hodie S. Gregorio di Sassola (Cf. Hübner, Herm. 1. (1866) 426.; Dessau, Corp. 14. p. 364.; Hülsen, PW. 1. 475). Memorat Horat. 3. Od. 29. 6. Ne semper udum Tibur et Æfulæ declive contempleris arvum. Alii minus recte leg. Æsulæ (De hac lectione V. Keller, Epil. Horaz. v. 1. p. 285). Adde Liv. 32. 29. — Æfulum est Vellej. 1. 14., teste Hübner, loc. cit.; alii leg. Æsulum.

ÆFŬLĀNUS (Æflanus), a, um, adject. ad Æfulam pertinens. Liv. 26. 9. Æfulanus mons. Item Corp. Inscr. Lat. 14. 3530. AEFLANUS MONS., hodie monte S. Angelo in Arcese. Rursus Liv. 26. 9. Æfulana arx. — Hinc absolute.

Æfulanus, i, m. 2. ¶ 1. Est Æfulæ incola; unde Æfulani, orum, plur. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63). Sillig. Affilani. ¶ 2. Item nomen gentilicium, frequens in tabulis ceratis Pompejanis. Corp. Inscr. Lat. Suppl. 7. 21.; 12. 20., 15. 17. etc. — In plur. num. Ibid. 6. 34220. — Æfulana (al. Æfolana minus recte) et Æflana, nom. mul. Ibid. 6. 10607. et 10606. et Æflania, 5. 101. — Et etiam cognomen. Ibid. 1. 1555. L. TAVRIVS AEFOLANVS. Cf. Corp. Inscr. Gr. 2. 818. ΜΑΡΚΟΣ ΑΙΦΟΥΛΑΝΟΣ.

ÆFŪLUM. V. ÆFULA.

ÆGA, æ, f. 1. (αἴξ - αἰγός, capra) nympha, Oleni filia, Helices soror, cum qua Jovem puerum nutrivit, ut Hygin. 2. Astr. 13. refert. — Alii apud eumd. ibid. Ægam dixerunt Solis filiam, de qua fabula V. ÆGIS in Lexic., ÆGÆ et ÆGE.

ÆGÆ, Ægeæ et Ægiæ, ārum, f. plur. 1. (Αἰγαί-ἀαι-(αι-αιαί) Scribitur varie, ut Æga, Ææge, Ægææ, Ægeæ, Egæ, Egis etc. Cf. Sillig. ad Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (33). — Origo nominis, fortasse a Gr. αἴξ-αἰγός, capra, ex capra Ægea; vel ex caprarum, quæ ibi gignuntur, copia V. Hygin. fab. 219. et 2. Astr. 13.

Ægæ, nomen variorum oppidorum. ¶ 1. Est nempe oppidum — a) Mysiæ, haud procul a Cyme, hodie Ghinsel-Hyssar v. Ghazlhissar v. Guzel-Hissar. Memorat Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (121)., coll. Hygin. loc. cit. et Corp. Inscr. Lat. 10. 1624. — b) Item, Ciliciæ (Campestris) ad sinum Issicum, statio navium, Neptuno consecratum, quod Tac. 13. Ann. 8. vocat Ægeas (Αἰγέαι apud Philostr. et Athen.), hodie Aias v. Agás Kala in Anatolia, olim etiam Civitas Hadriana in honorem Hadriani imp. et Macrinopolis et Alexandrinopolis in honorem Macrini et Alexandri Severi impp., ut probat Noris. T. 2. p. 398. Cf. Eckhel, 3. p. 35-40. et Head, H. N. 177. Memorant Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91)., Lucan. 3. 227., Tac. loc. cit. et Itin. Anton. p. 145. — In eo fuit celebre fanum Æsculapii, teste Philostrat. in Apollon. 1. 7. et 13., Samm. 5. et Itin. Hier. Th. 32. — c) Item Macedoniæ, quod Edessa dicitur, apud Justin. 7. 1. 10. et Nep. 2. Reg. Solin. 9. Caranus ubi caprarium pecus resedisse advertarat, urbem condidit, quam dixit Ægeas, in qua sepeliri reges mos est. Sic Hygin. fab. 119. Archelaus profugit in Macedoniam, capra duce, oppidumque ex nomine capræ Ægeas constituit. Ab hoc Alexander Magnus oriundus esse dicitur. Adde Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (33)., ubi Sillig. leg. Ægiæ; alii Ægæ. V. Müller, De sit. Maced. p. 24. sq. — De nummis V. Head, H. N. 117. — d) Item Eubœæ. Stat. 7. Theb. 371. humiles Ægas altumque Caphorea. — e) Item Armeniæ, in Tab. Peuting. 11. Ægea. et Ravenn. p. 74. Egea. — De singulis oppidis fusius agit Hirschfeld, PW. 1. 944. sq. ¶ 2. Est etiam insula Jonia. Plin. 5. Hist. nat. 31. 37. (135)., ubi tamen Sillig. leg. Trageas.

ÆGÆA et Ægeæ. V. voc. præc.

ÆGÆON, ōnis, m. 3. (Αἰγαίων - ωνος) — a) Acc. sing. Ægæonem est Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (207).; Ægæona, Græca terminatione, apud poetas, ut Ovid. 2. Met. 9., Stat. 4. Theb. 535. et 1. Achill. 209. — b) Pænultimam syllabam in obliquis producunt Ovid. loc. cit. et Stat. 5. Theb. 288.; contrahunt vero idem Stat. locc. citt. et Claudian. rapt. Pros. 3. 345. — c) Ad etymon quod attinet, alii ducunt ab αἴξ, capra, et αἰών, ævum, quasi inter capras vitam degens; alii vero ab αἰγίζω, quod Hesychio et Suidæ est διασπᾷν, dilacerare, quum Ægæum mare, pro quo aliquando Ægæon metonymice adhibetur vel ad quod ipse refertur (V. infra), ob multos scopulos agitatum ac procellosum sit. Inepte ab ἀεὶ-γαίων ducit Kornut. N.D. 17., coll. Nonn. 43. 362. sqq. et Eusthat. p. 124. 10.

Ægæon in fabulis gigas Cœli et Terræ filius, centum manus habens et quinquaginta ventres. — 1.°) Proprie. Virg. 10. Æn. 567. Ægæon qualis centum cui brachia dicunt Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arsisse etc. Claudian. loc. cit. Centumgeminus Ægæon. — Serv. ad Virg. loc. cit. monet esse unum idemque quod Briareus, ita dictus a diis, Ægæon ab hominibus (Cf. Homer. Il. 1. 403). Contra, alii unum ab altero distinxerunt, ut Solin. 11. — Hic quum a Jove in bello victus fuisset, religatus est a Neptuno ad scopulum in insula quadam Ægæi maris, quo alludunt Claudian. et Stat. locc. citt. Fortasse, ut putant eruditi, fuit heros qui aliquando maris imperium tenuerit et nomen Ægæo mari indiderit: his favet Plin. loc. cit. Aliis est deus marinus, Ponti et Terræ filius. Ovid. 2. Met. 9. Proteaque ambiguum balænarumque prementem Ægæona suis immania terga lacertis. — Fortasse ea loca, ubi Ægæon uti talis colitur, accipienda sunt de laudati herois merita in re navali. V. Solin. loc. cit. — 2.°) Metonymice pro Ægæo mari. Cf. ÆGON. Stat. 5. Theb. 288. Dis pelagi ventisque et Cycladas Ægæoni Amplexo commendo patrem etc. « nisi forte hoc quoque loco deum ipsum intelligit » inquit Forcellin. V. etiam ÆGÆUS (Cf. M. Mayer, Gigant. u. Titan. 126).

ÆGÆUM, i, n. 2. V. voc. seq. in fin.

ÆGÆUS, a, um, adject. (Αἰγαῖος) — a) Scribitur etiam Ægeus, extrita prima alterius diphthongi littera apud Paul. ex Fest. p. 24. M.; immo et Egeus, sine diphthongis, in quodam cod. Aggen. Urb. de Contr. agr. p. 62. ed. Lachm. — b) De origine seu ratione vocis videas infra sub Ægæum.

Ægæus, ad Ægæum mare pertinens. Cic. Arat. 426. Ægæus gurges. Stat. 8. Theb. 478. Ægæa Venus. h. e. Ægæo mari prognata. Pacuv. fragm. apud Varron. 7. L. L. 23. Ægæum fretum. Claudian. 2. Eutrop. 246. Ægæi portus. h. e. ora litoralis Ægæi maris. Horat. 3. Od. 29. in fin. tumultus. h. e. maris Ægæi tempestates. Ovid. 9. Met. 448. Ægææ aquæ. Id. 1. Trist. 11. 8. Cyclades (insulæ). h. e. in Ægæo mari altæ. Stat. 6. Theb. 20. Ægæa stagna. — Hinc Ægæum mare vel æquor vel pelagus vel altum sæpe occurrit — 1.°) Proprie apud Cic. Manil. 18. 55., Ovid. 11. Met. 663., Varr. 2. R. R. 1. 8. K., Mel. 2. 2 (27), et Ampel. 6. 13. et 74. — 2.°) Tropice. Cic. 2. Legg. 16. Avus noster singulari virtute in hoc municipio (Arpini) restitit M. Gratidio - ferenti legem tabellariam. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari. scil. Gratidius excitabat tumultus in simpulo, ideat Arpini; Marius vero in Ægæo, ideat Romæ; Ægæum namque maximis procellis crebro infestum est. — 3.°) Pro epitheto. Virg. 3. Æn. 74. Neptuno Ægæo. Stat. 5. Theb. 49. Nereo. et 8. ibid. 477. Veneris. — Et absolute

Ægæum, i n. 2. (Αἰγαῖον et Αἰγαῖος Strab. 8. 335) Scribitur etiam Ægeum. V. init. — De origine seu ratione nominis varia traduntur. Suidas ad Ægæum Thesei patrem refert, qui in hoc mare sese præcipitem dedisse narratur (V. ÆGEUS); alii vero sic dictum volunt, quod Æge, Amazonum regina, in eo perierit; alii, quod crebræ in eo sint insulæ, ut procul aspicientibus species caprarum videatur, αἶγες enim sunt capræ. Hæc tria etyma referuntur a Paulo ex Fest. l. c.: tertium habent etiam Varro 6. L. L. 2. sub fin. et Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. ad fin. Ex Græcis vero scriptoribus Strabo ab Ægæis, oppido in Eubœa, vel ab Æga promontorio Æolidis derivat. Ita Forcellin. At putaverim conjungendam esse vocem cum Gr. ἀΐσσω (rd. ἀγ), celeriter attollo, v. αἶγες, fluctus, qui attolluntur et pulsant litus; unde et αἰγι-αλεός, litoreus: sane Ægæum procellosum est. Cf. Plin., Cic. et Horat. locc. citt. — Est autem Ægæum amplissimus maris Mediterranei sinus in parte orientali isthmi Corinthiaci, ut placet Plin. (V. integr. loc. cit.) aut certe a Sunio Atticæ promontorio, ut tradit Ptolem. ad ipsam usque Hellespontum extensus, alia aliis sortitus a regionibus nomina, hodie Egeo v. Arcipelago (Greco). ¶ 1. Latiore sensu. — a) In sing. num. Horat. 2. Od. 16. 1. in patenti Prensus Ægæo. Adde Pers. 5. 141. — b) In plur. Val. Flacc. 1. 661. oculos Ægæa refert ad cærula robur etc. ¶ 2. Strictiore sensu. Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (71). Cyclades et Sporades, ab oriente litoribus Icariis Asiæ, ab occidente Myrtois Atticæ, a septentrione Ægæo mari, a meridie Cretico et Carpathio inclusæ.

Ægæus, i, m. 2. (Αἰγαῖος), idem quod Ægæum mare. Claudian. 1. 190; 15. 117. et alib. et Prisc. Perieg. 128. et 323.

ÆGÆUS, i. V. voc. præc.

ÆGĂLĔŌS, i, m. 2. (Αἰγάλεως) Scribitur varie et aliquando minus recte apud Latinos scriptores. V. infra.

Ægaleos, mons in Attica versus mare e regione Salaminæ insulæ, distinguendus ab Αἰγάλεον ὄρος apud Strab. 8. 4., qui mons fuit in Messenia; videtur tamen idem quod Κορυδαλλός apud eumd. 9. 1. 14. et 23., hodie Daphni-Cuni. Stat. 12. Theb. 620. « Dives et Egaleos nemorum » ubi Ægaleos leg. Klotz; alii Hegaleos (Veenh. ex Lact.) Adde Plin. 4. Hist. nat. 7. 11. (24)., ubi Sillig. leg. Ægialeus et Solin. 7., ubi Ægialus dicitur.

ÆGAN. V. ÆGON.

ÆGĀTES, ium, f. plur. 3. (Αἰγοῦσσαι) Scribitur varie, ut Ægades apud Oros. 4. Hist. 10. 6., (Landolf. 44. Egades); Ægatæ apud Mel. loc. cit. et Flor. 2. 2. 30., immo et Ægusæ apud Græcos, ut Polyb. 1. 44. et alib., qui modo Αἰγούσσας, modo Αἶγας appellat. — Æcatæ habet Jornand. Rom. 176. — De origine nominis varias sententias affert Tschuck apud Mel.

Ægates insulæ prope Siciliam ad promontorium Lilybæum, hodie le Egadi: eas Flor. Epit. 11: 11. inter Siciliam et Sardiniam ponit. ¶ 1. Proprie. Varro apud Non. 18. 1. Apud Ægates insulas quum ipse (Lutatius) catapulta ictus esset etc. Liv. 21. 10. Ægates insulas Erycemque ante oculos proponite. Ægatis leg. M. Müller. Cf. etiam Drak. ad h. l. Adde 22. 54. et 25. 13. et Nepot. Hamilc. 1. — De numero harum insularum non constat; vulgo tamen tres putantur, sc. Ægusa, Phorbantia et Hiera. V. suis loc. — Ad has, proprie ad Ægusam, de qua Polyb. 1. 60., Carthaginienses, devicti a Romanis bello Punico primo, pacem petere coacti sunt et ad fœdus venire. Hinc Mela 2. 105. Fr. Ægatæ Romana clade memorabiles. Adde Flor. Epit. 1. 18., Sil. It. 2. 309. et 4. 79., Liv. Epit. 19., 33., Ampel. 46., al. ¶ 2. Translate. Sil. It. 1. 61. de Hannib. ævi Flore virens, havet Ægates abolere, parentum Dedecus, ac Siculo demergere fœdere ponto. Adde eumd. 4. 800. et 11. 527.

ÆGĒ, es, f. 1. (Αἰγῆ, contract. ab Αἰγέα; unde Latine Ægea vel etiam Ægæa) nomen personæ et loci. ¶ 1. Fuit ita nuncupata regina Amazonum. Fest. apud Paul. Diac. p. 24. 10. M. Ægeum mare appellatur, quod in eo Æge, Amazonum regina, perierit. ¶ 2. Est etiam oppidum Macedoniæ. V. ÆGÆ et ÆGEÆ.

ÆGĒÆ. V. ÆGÆ.

ÆGĒADÆ, ārum. V. voc. seq.

ÆGĒĀTĒS, is, m. 3. (Αἰγεάτης) Forcellinus habet in recto Ægeas (atis), quod nullo exemplo confirmat: cf. Tegeates Stasippus, apud Val. Max. 4. 1. et. 5. (V. etiam Madvig, gramm. 190. et Georges, Ausführl. Lat. Handw. etc. ad h. v.) — Ægeates adhibetur

I.) Adjectivorum more, et est ad Ægas, Macedoniæ oppidum, pertinens. Vellej. 2. 70. Impetravit a Stratone Ægeate familiari suo.

II.) Absolute ¶ 1. Ægeates, incolæ Ægearum Macedoniæ. Justin. 7. 1. 10. (Caranus) populum Ægeatas vocavit. Dübn. Ægeadas. ¶ 2. Item incolæ Ægearum Mysiæ. Tac. 2. Ann. 47. Ægeatas levari tributis placuit.

ÆGELEON, i, n. 2. (Ita Drakenb. ad Liv. loc. cit.; alii Ageleon, al. rectius Pteleon leg. V. Zingerle et M. Müller) oppidum in Thessalia. Liv. 31. 46. Attalus quoque Ægeleon oppressit.

ÆGENSIS, e, adject. ad Ægas Macedoniæ pertinens. Itin. Alex. 6. Ægenseo theatrum.

ÆGĒRĬA. V. EGERIA.

ÆGĒRĬUS. V. JUPPITER.

ÆGĒTA, æ, f. 1. (Ἔγητα Ptol. 3. 9.: hinc rectius Egeta) oppidum Mœsiæ superioris, haud procul a Ponte Trajani ad Danubium, fortasse Vitessau, in cujus viciniis rudera antiqua reperta sunt. Itin. Anton. p. 218., Rav. 11. et 190. et Notit. Dignit. or. 39 (V. Kiepert, Form. orb. ant. XVII.).

ÆGĒTENSES et, rectius, Egetenses, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi Ægetæ. Notit. Dignit. oc. c. 31. Præfectus classis Ægetensium.

ÆGETĪNI, ōrum, m. plur. 2. nomen populi in Calabria. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (105). Sillig. ita leg.; alii Egetini aut Ælitini; nisi Azetini legend. ex Garrucci, Monet. d' Italia 1. 16., Ἀζέτινοι V. AZETIUM.

ÆGEUS, ei, m. 2. (Αἰγεύς) Rectus casus bisyllabus est in fine versus apud Catull. 64. 213. et Ovid. 7. Met. 454. et in medio apud eumd. ibid. 402. et 420.; in obliquis vero vox trisyllaba. - Gen. Ægĕi apud Sen. Phædr. 563. — Acc. Ægĕa, Græcorum positione, poetæ usurpant. Ovid. 15. Met. 856. Ægea sic Theseus, sic Peleа vincit Achilles. Adde eumd. 10. Her. 131. et Stat. 12. Theb. 626. — Ægeum apud Justin. 2. 6. 15., Hygin. fab. 26., Serv. ad Virg. 7. Æn. 761. et Mythogr. 1. 48. et alib. — De notatione vocis V. ÆGÆ et ÆGÆUS.

Ægeus ¶ 1. Fuit vir mythicus, filius Pandionis, cui in regno successit, teste Justin. loc. cit., nonus in serie rex Athenarum, per ann. XLVIII. (Euseb. in Chron. apud Hieronym.), ex Æthra, Pitthei Trœzeniorum regis filia, pater Thesei, et ex Medea, Æetes Colchorum regis filia, ab Iasone repudiata, Medi vel Medii. Justin. 2. 6. et 42. 3., coll. Hygin. fab. 26., Ovid. 10. Her. 186. et 7. Met. 402. — Quum Theseus ad Ægeum, qui nondum filium agnoverat, Athenas profectus esset, Medea ejus adventum præsentiens, Ægeo suadet, ut Theseum veneno tollat; sed contra Ægeus Theseum publice filium agnovit, idcirco Medea exsul in Colchidem se recipere coacta est. Hygin. et Justin. locc. citt. — Ægeo jam ad senium vergente, Minos, Cretensium rex, Atheniensibus ob Androgei filii necem bellum intulit victisque durissimas pacis condiciones imperavit, ut septem quotannis juvenes Athenienses sibi in Cretam mitterent, Minotauro monstro objiciendos. Quibus legibus quum triennio paruissent, evenit ut quarto anno Theseus voluntarie se ad Minotaurum pollicitus sit ire, quem ope Ariadnes interfecit. Sed quum in patriam rediens vela navis atra in candida (rubea ex Simonidis fr. 54) mutare oblitus esset, Ægeus hoc indicio ratus filium intertisse, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit, quod Ægeum ab eo appellatum est. Huic vita functo Athenienses, Thesei opera liberati, divinos honores instituerunt ut deo marino et adoptivo Neptuni filio. Ita fere Forcellin. ex Hygin. fab. 42. et 43., Serv. ad Virg. 3. Æn. 74., Ovid. 7. Met. 453. sqq. et 8. ibid. 152., al. — Plura dabunt de iis, quæ de Ægeo traduntur, præter allatos scriptores, etiam Mythogr. 1. 204. et alib., Diod. 4. 55. 89. et Plutarch. Thes. 3. sqq., — De monumentis Ægeum repræsentantibus V. Wiener, Vorl. Bl. A. 11. 2., B. 12.; Heydemann, Anal. Thes., Diss. Berol. 1865. p. 13.; Helbig., Bull. dell'Inst. Arch. 1867. p. 199. etc. — De mytho Ægei, quem alii volunt esse filium Neptuni (Hygin. fab. 242), alii ipsum putant Neptunum (Serv. ad Virg. 7. Æn. 761), v. Preller, Gr. Myth. II. 156. et Wernicke PW. 1. 955. ¶ 2. De mari Ægeo. V. ÆGÆUS.

ÆGĒUS, a, um. V. ÆGÆUS, a, um.

ÆGĪA. V. ÆGIUS.

ÆGĪÆ. V. ÆGEÆ.

ÆGĪALÆUS. V. ÆGIALEUS.

ÆGĪALĒ, es, (Αἰγιάλη) v. Ægialia, æ (Αἰγιάλεια) f. 1. — Acc. Ægialen, apud Dict. loc. cit. — Ægiale

I.) Est nomen personæ. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Uxor Diomedis, filia Adrasti v. Ægialei (Hom. Il. 5. 412. et Apollod. 1. 8. fin.), quam et Ægialeam vel Ægialiam (Αἰγιάλεια) dictam tradunt Serv. ad Virg. 11 Æn. 269., Plin. loc. cit., Avien. Descr. orb. 652., Priscian. Perieg. 514. et Hieronym. Chron. a. Abr. 1. — Memorant etiam Ovid. 14. Met. 476., Virg. 8. Æn. 9., Dict. 6. 2. Stat. 3. Silv. 5. 48. Questa est Ægiale, questa est Meliboea relinqui. — Æglen et Ægialen confusas esse voluit Knaack, Hermes 25. (1891) 88.; contra dicit Vollmer ad Stat. l. — Hanc Venus a viro ejus in bello Trojano vulnerata, tanta adulteriorum involvit turpitudine, ut Diomedes ad eam in patriam redire recusarit acceptaque a Dauno agri portione, urbem condiderit in parte Italiæ, quæ Magna Græcia dicitur, eamque a nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellaverit, quæ et Argyripa dicta. Ita Forcellin. ex Serv. ad Virg. 8. Æn. 9. — Aliter tamen rem narrat Dict. loc. cit. — 2.º) Item una ex Heliadibus, Phaethontis soror. Schol. Germanic. Arat. ado. 366. V. HELIADES. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. mul. semper Ægiale. Corp. Inscr. Lat. 6. 11220., 20354. et 11. 1694.

II.) Est etiam nomen loci. ¶ 1. Fuit Peloponnesus ita olim nuncupata., sed varia est lectio. Hieronym. Chron. a. Abr. 45. Ab Api Apia, quæ nunc Peloponnesus, prius Ægialia. V. ÆGIALEUS ¶ 2. Item insula ex Echinadibus Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (53). Alii leg. Ægialia.

ÆGĪALĒA. V. voc. præc.

ÆGĪALĒI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

ÆGĪALĒUS (Ægialios), a, um, adject. (Αἰγιάλειος) ad Ægialeum Sicyoniorum regem pertinens. Usurpatur in plur. num. Hieronym. Chron. a. Abr. 668. A Sicyone Sicyonii nuncupati sunt, qui primum Ægialei (Ægilei F.) vocabantur. Sic Isid. 9. Orig. 2. 71. Sicyonii primum Ægialei (rectius Aigialei) vocabantur a rege Ægialeo, qui primus Sicyoni imperavit, a quo et Ægialea nuncupata est, quæ nunc Peloponnesus a Pelope rege suo vocatur.

ÆGĪALEUS (Ægialius et Egialeus), i, m. 2. (Αἰγιαλεύς) quadrisyllabum nomen personæ et loci.

I.) Ægialeus, nomen personæ mythicum. Fuerunt ita nuncupati ¶ 1. Filius Adrasti ex Demonasse, frater Ægiales, uxoris Diomedes vel ejus pater, solus ex septem Epigonis in bello Thebano secundo pro patre interemptus. Hygin. fab. 71. — De singulis videsis Höfer, PW. 1. 956. sq. ¶ 2. Item primus rex Sicyoniorum, Inachi filius ex Melia oceanitide, ex quo nomen Ægialeæ Peloponneso inditum est (V. ÆGIALE et voc. præc.). Hieronym. in Chron., Augustin. 18. Civ. D. 2., coll. Pausan. 2. 5. 6. et Isid. 9. Orig. 2. 71. — Paulo aliter Euseb. 1. p. 171. 30. Omnium ex Jonibus antiquissimi ex ordine perscribuntur Sicyonii regesque, qui Sicyone fuerunt; quorum primus dominatus est Egialeus -; a quo Egiale primum appellabatur regio, quæ nunc Peloponnesus vocatur. ¶ 3. Item Phoronei, regis Argivorum, filius, cui frater Apis, postquam Argis regnasset, in Ægyptum transiens Achaiæ regnum reliquit. Hieronym. Chron. a. Abr. 271. ¶ 4. Item Medeæ frater, etiam Absyrtus appellatus. Pacuv. apud Cic. 3. Nat. D. 2. 48. et Justin. 43. 3. 1., ubi Jeep leg. Ægialium. V. ABSYRTUS.

II.) Est etiam nomen montis in Attica, qui et Ægaleos dicitur. V. ÆGIALUS.

ÆGĪALIA, æ, f. 1. (Αἰγιάλεια) ¶ 1. Dicta est insula ex Echinadibus ante Ætoliam posita. V. ÆGIALE II. ¶ 2. Item insula, quæ in Myrtoo mari est, sæpius Ægila vel Ægyla vel Ægilia dicta, Αἰγιλία. Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (57)., Avien. Orb. 669., Prisc. Perieg. 525. et Mela 2. 7. 11 (111). Fr. ¶ 3. Item Peloponnesus. V. ÆGIALE.

ÆGĪALUS (Ægialos), i, m. 2. (Αἰγιαλός: cf. αἰγιαλός, litus) nomen personæ et geographicum.

I.) Ægialus, nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 10. 1999. — Item cogn. libertinum, ut Vetulenus Ægialus apud Plin. 14. Hist. nat. 4. 5. (49). libertini generis homo, qui Literninam villam Scipionis Africani possidebat magna fama. Senec. ep. 86. § 14. Ægialus, diligentissimus pater familiæ. Adde Corp. Inscr. Lat. 6. 17032. et 27989.

II.) Ægialus ¶ 1. Fuit nuncupata Achaia, propter oppida in litore per ordinem disposita. Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (12). ¶ 2. Item mons in Attica, Αἰγάλεως. Solin. 7., qui et Ægialeus vel Ægaleos scribitur.

ÆGIDA, æ, f. 1. oppidum in Istria, colonia Rom., postea Justinopolis dictum, Capo d' Istria. Memorat Plin 3. Hist. nat. 19. 23. (129). V. Cellar. Geogr. Antiq. l. 2. c. 9. s. 1. p. 567., coll. Momms. Corp. 5. p. 49. et Tomaschek, PW. 1. 476.

ÆGĪDĒS, æ, m. 1. (Αἰγείδης) nomen patronym. ab Ægeus. — Acc. Ægiden apud Ovid. loc. cit. — Voc. Ægidē habet Stat. 12. Theb. 546,

Ægides dictus est — 1.º) In sing. num. Theseus, Ægei filius — a) Speciatim ac proprie. Ovid. 4. Her. 59. Perfidus Ægides ducentia fila secutus. Id. 16. ibid. 325. Nam sequar Ægidæ factum fratrumque suorum. Adde eumd. 8. Met. 174., Stat. 1. Achill. 192., Coripp. Joh. 4. 610. — b) Generatim ac translate sumitur pro amicissimo, ob summam Thesei cum Pirithoo amicitiam. Ovid. 5. Trist. 4. 26. Te vocat Ægiden Euryalumque suum. — 2.º) In plur. num. Ægidæ sunt filii ac nepotes seu posteri Ægei. Id. 2. Her. 67. Inter et Ægidas media statuaris in urbe.

ÆGIDĪUM. V. ÆGINIUM.

ÆGIDĪUS. V. EGIDIUS.

ÆGĪENSIS, e, adject. ad Ægium, Achaiæ oppidum, pertinens. Tac. 4. Ann. 13. (Civitas) Ægiensis motu terrae (labefacta). Apul. 1. Met. 5. Noritis cujatis sim, qui sim Ægiensis. h. e. Ægii incola. — Hinc absolute Ægienses, ejusdem oppidi incolæ. Liv. 38. 30. et ibid. 5 V. Hirschfeld, PW. 1. 969.

ÆGĪLA, æ, f. 1. (τὰ Αἴγιλα) Etiam Ægyla (Αἴγυλα) et Ægilia (Αἰγιλία) ¶ 1. Est insula inter Cytheram et Cretam sita. Mela 2. 7. 10 (111)., Plin. 2. Hist. nat. 12. 19. (57)., Priscian. Perieg. 525. et Avien. Descr. orb. 669. ¶ 2. Item insula ante Ætoliam. V. ÆGIALIA.

ÆGĪLIA. V. voc. præc.

ÆGĪLION, ii, n. 2. (Αἰγίλιον) insula prope Corsicam, quæ et Capraria ex etymo vocis græcæ dicta est. Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. (81)., ubi distinguitur Ægilion ab Igilium, quod perperam negat Kopp ad Capell. 6. p. 307 (V. IGILIUM). Solin. 3. Ægilon (acc.) Cf. Varr. 2. R. R. 3. et Hülsen, PW. 3. 1546. sub Capraria 4.

ÆGĪLŌDĒS, æ, m. 1. (Αἰγιλώδης) sinus, ita appellatus, ut videtur, ab Αἴγιλα, Laconiæ vico (Cf. Pausan. 4. 17. 1). Plin. 4. Hist. nat. 5. 8. (16).

ÆGĪMĪUS, ii, m. 2. (Αἰγίμιος) mythicus Dorum rex, longævitate celeber; vixit enim ann. ducentos, teste Anacreonte, apud Plin. 7. Hist. nat. 48. 49. (154). V. O. Müller, Dor. I.² 29. sqq., Busolt, Laked. 5. 52. et Bethe, PW. 1. 986. 1.

ÆGĪMŪRĪTĀNUS, a, um, adject. ad Ægimurum insulam pertinens. Vict. Tonn. chron. II. 204. 555. 2.

ÆGĪMŪRUS, i, m. 2. (Αἰγίμουρος Strab. 2. 123., Αἰγίμορος Steph. Byz., Αἰγίμιος Ptol. 4. 3. 44.) ¶ 1. Est insula ex adverso Carthaginis, hodie Djezirat Djamur v. Zimbra. Liv. 29. 27., Auct. B. Afr. 44. 2., Flor. Epit. 1. 18. et Itin. Anton. p. 515. — Celeberrima fuit apud veteres ob naufragium classis Rom. prope finem belli Punici primi, de quo Liv. 30. 24. ¶ 2. Item altera, ut videtur, pariter contra Carthaginis sinum. Plin. 5. Hist. nat. 7. 7. (42). At contra Carthaginis sinum duæ Ægimuroe: Aræ autem, scopuli verius, quam insulæ, inter Siciliam maxume et Sardiniam. Sillig. alteram hanc multis statuit, quum e contrario ceteri scriptores unam modo hujus nominis insulam norint. Cf. Virg. 1. Æn. 109. et v. Schmidt, PW. 1. 964.

ÆGĪNA, æ, f. 1. (Αἴγινα et Αἰγῖνα Anth. App. 360) Ægyna in Inscr. apud Orell. n. 2361. — Ægina, nomen personæ et geographicum.

I.) Est nom. personæ mythicæ, i. e. nymphæ, filiæ Asopi, Bœotiæ regis, unde et Asopis dicitur Ovid. 7. Met. 616., qui et Œnopiam vocat ibid. 474. Memorant et Stat. 7. Theb. 319. et 329. rursusque Ovid. 3. Her. 73., et ex Græcis Pausan. 2. 5. 2., Diod. 4. 72. 5., Apoll. 3. 12. 6., Pind. Nem. 8. 7., al. — In fabulis Juppiter eam, in insulam Œnonem delatam, compressit, unde natus est Æacus. Ita Hygin. fab. 52. Cf. Mythogr. II. fab. 203. ed. Mai. — Apud artifices. Plin. 35. Hist. nat. 11. 39. (122). Elasippus - Æginæ picturæ suæ inscripsit ἐνέκαεν (V. ENCAUSTUS in Lexic.). Addo Pausan. 5. 22. 6. et 10. 13. 6. V. etiam Braun, Ant. Marmorw. I. 6., coll. Gräf, Arch. Jahrb. I. 1886. 204.

II.) Est nom. geogr. ¶ 1. Insula, cum oppido, sinus Saronici, ab Ægina, matre Æaci, appellata, quum antea Œnone diceretur. Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (57). — a) De insula. Hanc dicit Avien. Descr. orb. 679. fertilem. et Apul. 1. Met. 5. mercatura florentissimam. Adde Liv. 27. 30, et alib. sæpe. et Priscian. Perieg. 585. — De nummis ibi cusis v. Mionnet, Descr. d. Méd. ant. t. 2. p. 144. sqq. et Suppl. t. 3. p. 594. sqq. — b) De oppido cognomine. Ad hoc referunt Sulpicii locum apud Cic. 4. Fam. 5. « Ex Asia rediens, quum ab Ægina Megaram versus navigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere. Post me erat Ægina, ante me Megara, - quæ oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata ». — Plura videsis apud O. Müller, Ægin. lib., Berlin 1817. et Hirschfeld, PW. 1. 964. sqq. ¶ 2. Item insula inter Pandateriam et Ænariam. Itin. Anton. p. 515. Cf. Hübner, PW. 1. 477.

ÆGĪNENSIS, e, adject. Æginæ insulæ incola. Apul. 1. Met. 5. Sum Æginensis: melle vel caseo et hujuscemodi cauponiorum mercibus per Thessaliam, Ætoliam, Bœotiam ultro citroque discurrens etc. Alii tamen leg. Ægiensis. — Absolute Æginenses, incolæ Æginæ. Val. Max. 9. 7. ext. 8. Civitas Atheniensium Æginensium juventuti pollices abscidit, ut classe potens populus in certamen maritimarum virium secum descendere nequiret. Cf. Cic. 3. Off. 11. 46.

ÆGĪNĒTA, æ, m. 1. (Αἰγινήτης) — a) In sing. num. nomen artificis memorati Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (145)., ubi alii leg. Æginetæ fictoris, alii rectius pictoris. Sunt tamen qui Æginetæ accipiant pro Æginensi; sed perperam. V. O. Müller, Ægin. lib. 107. et Fea, Stor. dell' art. II. 173. — b) In plur. num. Æginetæ, incolæ Æginæ insulæ, Æginenses. Cic. 3. Off. 11. 46. — Eos maris imperium aliquando obtinuisse narrat Hieronym. in Chron. a. Abr. 1508. Mare obtinuerunt Æginetæ ann. XX. usque ad transitum Xerxis. Cf. Herod. 8. 93. et 122., Strab. 8. 375. et etiam Val. Max. 9. 7. V. ÆGINENSIS.

ÆGĪNĒTÆ, ārum. V. voc. præc.

ÆGĪNĒTICUS, a, um, adject. (Αἰγινητικός) ad Æginam insulam pertinens, ut Æginaticum æs apud Plin. 34. Hist. nat. 2. 5. (10)., coll. ibid. 8. 19. (75). et Calv. matr. 6. p. 143. — Absolute Æginaticus, i, apud Priscian. gramm. III. 194. 7. K.

ÆGĪNIENSES, ium, m. plur. 3. incolæ Æginii, oppidi Thessaliæ. Liv. 44. 46. et 45. 27.

ÆGĪNIUM, ii, n. 2. (Αἰγίνιον) ¶ 1. Est oppidum Macedoniæ. Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (88). In regione, quæ Pieria appellatur a nemore, Æginium (Ægidium codd.). ¶ 2. Item oppidum Tiraphæorum in Thessalia. Cæs. 3. B. C. 70. sq. et Liv. 32. 15.

ÆGĪŎCHUS, i, m. 2. (Αἰγίοχος: ab αἴξ vel αἰγίς et ἔχω, quasi pellem caprinam aut ægida habens) epitheton Jovis, apud Hygin. 2. Astr. 13., qui narrat Jovem ab Æga compressa filium habuisse Ægipanum et ipsum Ægiochum appellatum. Litteris Græcis habet Lact. 1. Inst. 21. 39.

ÆGĪŎLA, æ, f. 1. oppidum Histriæ. Plin. 3. Hist. nat. 19. 23. (129). At Sillig. leg. Ægida. Cf. tamen Momms. Corp. 5. p. 49.

ÆGIPA, æ, f. 1. oppidum in Æthiopia. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (194).

ÆGĪPAN, ānis vel ānos, m. 3. (Αἰγίπαν) Ægippa (v. Ægyppa) in Not. Tir. p. 138. — Acc. sing. Ægipana apud Hygin. 2. Astr. 13. extr. et Schol. Germ. Bas. p. 39. (ubi tamen Ægyptii Pana A P) et plur. Ægipanas apud Plin. 5. Hist. nat. 8. 8. (44). et Paul. ex Fest. p. 97. M. — Gen. Ægipanum est Mel. 1. 48. et Plin. 5. Hist. nat. 8. 8. (46). et alib. — Dat. Ægipanis pro Ægipanibus dixit Capell. 6. p. 215., nisi mavis deducere ab inusitato Ægipanus. — Vox composita est ab αἴξ, αἰγός, capra, et πάν, sc. Pan, semicaper (V. infra). — Ægipan

I.) Speciatim — a) In sing. num. deus quidam silvester, uti sunt Pan et Satyri, quem fabulantur Jovis filium fuisse ex capra Olenia vel ex Æga, Panis conjuge, unde et nomen conflatum. Hygin. loc. cit. — Juvisse fertur Jovem ipsum in bello adversus Typhonem. Pingebatur autem caprina facie et hircinis pedibus: et quia quum primus concham marinam invenisset, ea inflata terrorem hostibus injecerat, caudam piscis ei addiderant. Porro Ægipani effigies in cælo est Capricornus. Id. Ibid. 28., ubi paulo aliter fabulam enarrat. — Ægipan in cælo idem videtur esse qui Heniochus vel Auriga vel Erichtonius. V. HENIOCUS. — b) In plur. num. ob similitudinem, gens Lybica, fabulosa, semifera, in solitudinibus inter Æthiopiam et oceanum Atlanticum, dimidia parte caprinam, dimidia humanam effigiem cruraque hircina habuisse credita, quam describunt Plin. 5. Hist. nat. 8. 8. (44). et ibid. 1. 1. (7)., Solin. 31., Capell. 6. p. 218. et Mela 1. 4. 4. referuntque Ægipanum et Satyrorum choros lascivia implevisse Atlantem montem. Paul. ex Fest. p. 97. M. Grallatores appellabantur pantomimi, qui, ut saltatione imitarentur Ægipanas etc. V. integr. loc. — Ex his forsitan inferre sit, veteres deceptos simios, quibus illa regio abundat, homines putasse.

II.) Generatim cognom. vir. Corp. Inscr. Lat. 10. 1998.

ÆGIPSUS. V. ÆGISSOS.

ÆGĪRA, æ, f. 1. (Αἴγειρα vel Αἰγεῖρα) Etiam Agira in Tab. Peuting. 7. et Egira apud Ravenn. p. 377. et Itin. Anton. loc. cit.

Ægira ¶ 1. Fuit oppidum Achaiæ inter Ægium et Sicyonem, nunc Paleokastro. Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (12). et 28. ibid. 9. 41. (147). et Mela 2. 3 (53)., coll. Polyb. 4. 57. — Apud Græcos scriptores nomen Hyperesiam antiquitus habuisse videtur. Cf. Eustath. ad Hom. Il. 2. 575. ¶ 2. Item nomen insulæ Lesbos, fortasse ita dicta a pōpulis nigris, quibus abundabat, ut αἴγειρος sonat. Plin. 5. Hist. nat. 31. 39. (139). V. plura apud Hirschfeld, PW. 1. 950. sqq. ¶ 3. Item insula inter Italiam et Siciliam, ceterum ignota. Memoratur in Itin. Anton. p. 516.

ÆGISSOS, i, m. et f. 2. (Αἴγισσος) Scribitur Ægissus, Ægisus, Ægipsus, Ægypsus, Ægistus et Ægirus. V. Cnipp. ad Ovid. loc. cit.

Ægissos, oppidum et arx Scythiæ minoris munitissima in summo collis ardui ad ostium Danubii, condita ab Ægisso, de quo Ovid. 1. Pont. 8. 13. et 4. ibid. 7. 21. nunc Isaccza. Memoratur in Notit. Dignit. or. 36. et Itin. Anton. p. 226. — Hanc a Cetis interceptam ac regi Thraciæ ademptam et mox Vitellii opera recuperatam canit Ovid. 4. Pont. 7. 21-53. V. loc. integr.

ÆGISSUS. V. voc. præc.

ÆGISTHUS, i, m. 2. (Αἴγισθος). In codd. Ægisthus et Ægistus v. Egisthus. — Primā correptā, semper Egisthus ponit Dracont. — Etymon veteres deduxerunt ab αἴξ, αἰγός, capra (Ælian. V. H. 12. 42., Hygin. fab. 87., al.). V. infra.

Ægisthus ¶ 1. Fuit Thyestis, fratris Atrei, filius ex Pelopia ejus filia. — a) Proprie. Cic. 3. Nat. D. 38. 91. Nec quum Ægisthi libidinem aut Paridis videmus, a deo causam requirimus. Ovid. Remed. am. 161. Quæritur, Ægisthus quare sit factus adulter. — Fabulantur hunc infantulum feris expositum a matre in silvis, tegendi sceleris causa; sed eum pastores inventum capræ supposuerunt ad nutriendum, unde Ægisthus est appellatus, ideo quod Græce capra aga appellatur, quem Atreus jussit perquiri et educari. Ita Hygin. fab. 87. — Ætate provectior Atreum avunculum, impellente tamen patre, interfecit: itemque ejus filium Agamemnonem, a Trojano bello reversum, postquam Clytemnestram ejus uxorem adulterio cognoverat, inter epulas vel, ut alii volunt, inter sacrificandum, adjuvante eadem Clytemnestra, occidit. Ovid. loc. cit. et 2. Trist. 396., Cic. et Hygin. fab. 117. Cf. Mythogr. II. fab. 202. ed. Mai. et Serv. ad Virg. 11. Æn. 268. — Ægisthus post mortem Agamemnonis regno Mycenarum potitus est, idque tenuit annos septem, teste Vellej. 1. 1., cui consentit Hieronym. in Chron., ex recentiorum supputatione ab ann. 1183 ad 1117. aut seq. a. Chr. — Orestes porro, Agamemnonis et Clytemnestræ filius, patrem ulcisci statuit, et noctu Clytemnestram matrem et Ægisthum, Pylade socio, interemit. Hygin. fab. 119. — Ægisthus ex Clytemnestra Erigonem filiam et etiam Aletem, ex muliere tamen incerta, filium habuerat. Id. fab. 122. V. Forcellin. h. v. et Escher PW. 1. 972. sqq. — Ægisthus inscriptæ sunt tragœdiæ L. Andronici et Accii, quarum fragmenta collegere Bothe, Klussmann et Ribbeck. — Monumenta artium, sc. tabulam pictam Theori insignem, ubi Ægisthi cædes repræsentabatur, Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (144). refert; de iis vero, quæ superfuerunt, sculptis consulendus Winckelm. ad n. 148. V. etiam Robert, Sark. Rel. II. n. 154-161., Blümmer, Arch. Stud. z. Luk. 60. Gaz. arch. XI. 1886. 1. sq. et Belser Arch. Jahrb. III. (1888). 151. — b) Translate de adultero usurpatur. Sueton. Cæs. 50. ¶ 2. Generatim nom. et cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 83. 136. et alib.

ÆGĪUM, ii, n. 2. (Αἴγιον vel Αἰγεῖος) Ægas appellavit Lucret. 6. 584., ubi tamen Lachmannus pro Ægis leg. Ægi. — Græca positione Ægion apud Stat. 4. Theb. 81. et Mel. 2. 3. (53). - Egion habet Ravenn. p. 377.

Ægium, Achaiæ oppidum inter Patras et Sicyonem, ubi nunc est Vostitza. Memoratur Liv. 38. 30., Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (12)., al.; et ex Græcis Pausan. 7. 7. et 23-24., Polyb. 2. 54. et 4. 7. et Herod. 1. 145. — Ægium terræmotu labefactatum eique ab imp. Tiberio subventum narrat Tac. 4. Ann. 13. Cf. etiam Senec. Nat. 25. et Lucret. loc. cit. — De ejus nummis V. Head., H. N. 348. et 351. et de titulis Corp. Inscr. Lat. 1542. Cf. Hirschfeld, PW. 1. 969.

ÆGĪUS, a, um, adject. (Αἰγιεύς) ad Ægium, oppidum Achaiæ, pertinens. Hinc Ægia ollis apud Plin. 14. Hist. nat. 3. 4. (42).

ÆGĪUS, ii, m. 2. et Ægia, æ, f. 1. nom. gent. Inscr. apud Gruter. 718. 10.

ÆGLÆA. V. voc. seq.

ÆGLE, es, f. 1. (Αἴγλη) In quibusd. Codd. scribitur Egle. — Acc. Eglem apud Martial. loc. cit. ed. Schneid. — Alia forma apud Latinos est Æglæa, ut habet Apul. de Orthogr. n. 38. — Etymon nominis ducitur ab ἀγλαός, splendidus, v. αἴγλη, fulgor, splendor.

Ægle ¶ 1. Est nomen mythicum, quo nuncupata fuit — a) Filia Solis ex Clymene, Phaethontis soror, cujus casum mortemque deflens cum sororibus in electri arborem versa est. Hygin. fab. 154. et 156. et Schol. Germ. ad Arat. 366. V. HELIADES. — b) Item una Najadum, quæ cum pueris duobus Silenum dormientem aggressa, carmen diu promissum edere coegit. Virg. 6. Ecl. 20. Addit se sociam timidisque supervenit Ægle, Ægle, Najadum pulcherrima. — c) Item una Hesperidum, Atlantis filia. Serv. ad Virg. 4. Æn. 484. et Mythogr. II. fab. 161. et III. 13. n. 5 ed. Mai. V. HESPERIDES. — d) Item filia Æsculapii, quam cum patre et sororibus pinxit Socrates. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (137). V. Wilamowitz, Isyll. 90. ¶ 2. Item nomen poeticum meretricis aut muliorum v. puellarum quarumlibet, sub quo aliud nomen fortasse latebat. Martial. 1. 73. et 94., 11. 81. et 12. 55. ¶ 3. Generatim cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 4683., 20355. et alib.

ÆGLES, ētis vel is, m. 3. (Αἴγλης) nomen Samii athletae, de quo Gell. 5. 9. et Val. Max. 1. 8. ext. 4.

ÆGLON. V. AIALON.

ÆGLOSTHĒNES. V. AGLAOSTHENES.

ÆGLUS, i, m. 2. (ab αἴγλη, fulgor) cognom. libert. Corp. Inscr. Lat. 6. 8686.

ÆGNATĪUS. V. EGNATIUS.

ÆGOCĔRŌS, ōtis, m. 3. (Αἰγόκερως: ab αἴξ, capra, et κέρας, cornu, h. e. Capricornus). Declinatur etiam Ægoceros, i, 2. apud Lucan. 10. 318. et C. Cæs. Germ. in Arat. 218. — Gen. Ægocerotis est Lucr. et 5. 615. — Acc. sing. Ægoceron apud Lucan. loc. cit. et plur. Ægocerotas (n. c.) habet Hieronym. 1. adv. Jovin. 41.

Ægoceros in fabulis fuit Capræ sive Ægæ filius, Jovis collactaneus et ob id a Jove translatus in cælum. Hygin. 2. Astr. 28. — Cetera V. in Lexic. ad h. v. et CAPRICORNUS.

ÆGON, ōnis, m. 3. (Αἴγων: ab αἴξ, capra, ut sit caprarius et idem, voce parumper immutata, qui Ægæon) ¶ 1. Est cognomen maris Ægæi (Cf. ÆGÆON). Val. Flacc. 1. 629. quanto fremitu se sustulit Ægon. Stat. 5. Theb. 55. spumifer Ægon. Adde eumd. ibid. 88., coll. Schol. ad l. ¶ 2. Item pastor quidam apud Virg. 3. Ecl. 1. et 5. 72. et Calpurn. 6. Ecl. 83. Cf. Theocr. 2. 28.

ÆGŌNENSIS. V. ÆGONUS.

ÆGŌNUS, i, m. 2. nomen collis, qui postea Quirinalis a Quirino est appellatus, ut habet Fest. p. 218. Lind. Cf. Ovid. 1. Fast. 381. — Fortasse ita dictus a capris, Gr. αἶγες; sed lectio est incerta. Müller leg. 10. 5. Agonus: alii Ægonensis v. Agonensis. V. AGONIUM.

ÆGOSPŎTĂMOS vel

ÆGOSPŎTĂMUS, ÆGOS FLUMEN. V. Æ[illegible]

ÆGOSTHĔNENSES, ium, m. plur. 3. Ægosthenorum (τὰ Αἰγόσθενα), Megaridis oppidi, incolæ. Plin. 4. Hist. nat. 7. 11. (23). Alii aliter leg. Cf. Inscr. in Bull. Hell. 9. 318.

ÆGRILĪUS, i, m. 2. nom. vir. Corp. I. L. 14. 346. et alib. — Ægrillus (demin. ab æger, It. malaticcio) apud Grut. 521. 4. leg. Furlanetto et De-Vit, quod non probaverim.

ÆGRITOMĀRUS, i, m. 2. nomen viri Celticæ originis. Cic. 2. Verr. 47. 118. Ægritomarus, transalpinus homo (Orell. ex codd. leg. Egritomarus). Id. 1. Divin. in Cæc. 20. 67. Nuper Cn. Domitium trib. pl. scimus M. Silano diem dixisse propter unius hominis Ægritomari, paterni amici atque hospitis, injurias (Orell. leg. Egritomari; alii Acritomari).

ÆGUS, i, m. 2. (Scribitur etiam Egus, extrita prima diphthongi littera) quidam Allobrox, Abducilli filius et Roscilli frater, singulari virtute, apud

Cæsarem ex equestri numero ac magno in honore habitus. Cæs. 3. B. C. 59. et 60. N. — Dein eum Pompejanas partes secutum Cæsar equestri prœlio interfecit. Id. ibid. 84. N.

ÆGŪSA, æ, f. 1. (Αἴγουσα) insula ex Ægatibus, hodie Favignana. Memorat Capell. 6. p. 208. Æthusa, quam alii Æguusam dixere. Adde Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (92).

ÆGYDRUS, i, m. 2. (Αἴγυδρος) nomen regis antiquissimi Sicyoniorum, quem Αἴγυρον vocat et Thelxionis filium ac Thurgymachi patrem dicit Pausan. 2. 5. 7. Memorat Hieronym. in Chron. a. Abr. 122. (Ægidrus P F).

ÆGĬLA et ÆGYLIA. V. ÆGILA.

ÆGŸNA. V. ÆGINA.

ÆGYPSUS. V. ÆGISSOS.

ÆGYPTA, æ, m. 1. quidam servus apud Cic. 8. Att. 15. (Egipta M); dein libertus, 13. ibid. 3. et 12. ibid. 37. et 16. Fam. 15. Cf. Inscr. apud Murat. l. præf. p. 34.

ÆGYPTĬA, æ, f. 1. (Αἰγυπτία) — a) Adhibetur pro Ægypto in Not. Tir. 86. — a) Est etiam cognom. mul. Corp. Inscr. Lat. 8. 2458.

ÆGYPTĬACA. V. voc. seq.

ÆGYPTĬACUS, a, um, adject. (Αἰγυπτιακός) Scribitur et Egyptiacus, extrita priore diphthongi littera et altera correpta (V. ÆGYPTUS init.), apud Spartian. Pesc. 12. in epigr. Terror Egyptiaci (Peter Aegyptiaci?) Niger astat militia ingens etc.

Ægyptiacus idem est qui Ægyptius, ad Ægyptum pertinens. Treb. tyr. 22. Ægyptiacus exercitus. Novell. 23. 3. tractus. Spartian. Hadr. 7. Ægyptiaca præfectura. Cod. Theod. 12. 1. 97. diœcesis. Jos. Cassiod. 1. c. Ap. 83. lingua. Plin. 6. Hist. Nat. 28. 32. (142). Ægyptiacum litus. Alii Ægyptium. Capitolin. Gord. 34. Ægyptiacæ litteræ. Vulg. Exod. 7. 11. incantationes. Itin. Anton. p. 37. Ægyptiaca nomina. Arnob. 2. p. 95. numina. — Ægyptiaci dies, qui nefasti apud Ægyptios habebantur. Philoc. fast. Jan. 2. 6. 16. Febr. 7. 25. Mart. 3. 24. Dec. 4. 14. dies Ægyptiaci. Apr. 3. 21. Mai 3. Sept. 19. Oct. 3. Zeno Veron. (tract. 1. 15. 6). Ægyptiacos (sc. dies) de candidis faciunt. Augustin. in ep. ad Gal. 4. 10. n. 35. Ne aliquid inchoetur aut ædificiorum, aut hujusmodi quorumlibet operum diebus, quos Ægyptiacos vocant. Ambros. ep. 23. n. 4. Cavere quosdam dies, quemadmodum plerique posteros dies vel Ægyptiacos declinare consuerunt. Cf. Gell. 5. 17. et Du Cange in Gloss. ad v. Dies — Hinc absolute

Ægyptiaca, æ, f. 1. præfectura Ægyptiaca. Notit. Dign. or. 5. Cf. Spartian. Hadr. 7.

Ægyptiaca, ōrum, n. plur. 2. quasi libri Ægyptiaci, historia Ægyptiaca. Jos. Cassiod. 1. c. Ap. 73. Herodotus in Ægyptiacis. Id. 1. ibid. 74. Manethon in secundo Ægyptiacorum (1. 91).

ÆGYPTĬCUS, a, um, adject. ad Ægyptum pertinens. Not. Tir. 83. - Vario Fulgent. æt. mund. 6. p. 147. Ægipticum homicidium., et p. 148. Egipticus perditor. et p. 149. Egyptica primitiva.

ÆGYPTĬI, ōrum. V. ÆGYPTIUS.

ÆGYPTĪNUS, a, um, adject. ad Ægyptum pertinens, Ægyptius. - Absolute Ægyptini, orum, apud Plaut. Pœn. 1291. Ita Lodge (Lex. Plaut. Lips. 1901); alii aliter leg. — Paul. ex Fest. p. 28. Ægyptini Æthiopes.

ÆGYPTĪVUS, a, um, adject. idem qui Ægyptinus. Itin. Hieros. p. 261. Ægyptivæ urbes.

ÆGYPTĬUS, a, um, adject. (Αἰγύπτιος) — a) Æguptius pro Ægyptius legitur in Inscr. apud Momms. n. 2675. et Gloss. II. 11. 54. — Etiam Æggyptus pro Ægyptius in Not. Tir. 56. et Prosp. Chron. I. p. 499. et apud Cic. 3. Nat. D. 22. 56 (in A V a manu prima). Sic 1. Divin. 1. 2 (cod. Heins.). Cf. Venant. in Laud. Mar. 95., Hieronym. in Chron. a Abr. 161., al. — Egyptius per litt. e in Corp. Inscr. Lat. 10. 3482. — b) Prima syllaba in Egyptius corripitur. V. ÆGYPTUS init. et ÆGYPTIACUS. — c) De notatione Prosp. Exp. in Ps. 134. 8. Ægyptiorum nomen interpretatur adflictio populi Dei. — De hoc tamen V. ÆGYPTUS.

Ægyptius, ad Ægyptum, regionem, pertinens. ¶ 1. Proprie. Cic. Pis. 21. 48. Ægyptius rex. Cassiod. 7. Var. 6. Nilus. Plin. 36. Hist. nat. 13. 19. (86). labyrinthus (V. h. v. in Lexic.). Augustin. 8. Civ. D. 23. Hermes, quem Trismegiston vocant (Cf. Tertull. Anim. 2. Plerosque auctores etiam deos existimavit antiquitas, nedum divos, uti Mercurium Ægyptium). Macrob. 1. Sat. 21. 20. cultus. Id. ibid. 11. religio. Augustin. 10 Civ. D. 11. sapientia. Vict. Aquit. Chron. 1. p. 682. disciplina. Sueton. Tib. 36. ritus. Gell. 20. 8. sacerdotes. Rursus Augustin. 8. Civ. D. 23. superstitiones. Lib. Pasch. Chron. I. p. 507. scientiæ. Plin. 36. Hist. nat. 8. 14. (64). litteræ. Petron. fragm. 19. choreæ. Hygin. 2. Astr. 20. res. sc. historia. Plin. 33. Hist. nat. 5. 30. (94). papyrus. Varro Menipp. 403. palma. Flor. 2. 13. laurus. Plaut. Merc. 139. resina. Cels. 5. 28. alumen. Plin. Ind. 33. 46. argentum. Id. 34. Hist. nat. 10. 23. (105). collyrium. Id. 10. ibid. 66. 85. (186). mus. Sueton. fragm. 163 (p. 257. R.). canis. Plin. 33. Hist. nat. 3. 15 (62). talentum. Cyprian. Idol. 4. portenta, non numina — Ægyptia Sphinx. V. SPHINX in Lexic. — Ægyptium acetum apud Cic. ex Non. 4. 17. (240. 40)., quod laudatissimum erat. Juvenal. 13. 85. vocat Pharium. et Martial. 13. 122. Niliacum. — Ægyptium fretum apud Avien. Orb. terr. 969. Freta qua spumant Ægyptia partibus Austri Usque Arabes et longa Syræ confinia terræ. (Alii aliter leg., sed perperam, omnib. libris consentientibus: potius inter παροράματα Avieni hoc recensendum. Schrader e Dionys. corrigit Ægæi, coll. eod. ibid. 555. Forsitan Avien. extremitatem hujus Australem, qua longissimam est, putaverit appellandam fretum seu mare Ægyptium ex Dionys. loco non probe intellecto, qui Pharium alibi vocat v. 165. Ita cl. Wernsd. ad l. — Ægyptium mare, h. e. Mediterraneum. Justin. 2. 1. 19., coll. Strab. 1. 56. et Diod. 1. 31. ¶ 2. Translate. Ps. Prosp. de prom. et præd. Dei 1. 32. Judæus et Græcus necesse est, ut ex hac Ægyptia servitute liberetur. Adde Greg. Tur. 6. Hist. Fr. 45. et Gloss. II. loc. cit. — Hinc absolute

Ægyptius, ii, m. 2. ¶ 1. Generatim, qui ex Ægypto est, incola Ægypti. Juvenal. 1. 130. Nescio quis Ægyptius. Adde Vulg. Gen. 39. 5. ¶ 2. Speciatim — a) Ita dictus fuit, κατ' ἐξοχήν, homo quidam seditiosus, magus et impostor. Id. Act. 2. 38. Cf. Jos. Antt. 20. 8. 6. et 2. B. J. 13. 5. — Alii in Corp. Inscr. Lat. 8. 7924.; 10. 3896. et alib. — b) Collective pro Ægyptii, apud Tertull. 2. adv. Marc. 14. et Hieronym. 2. adv. Jovin. 7.

Ægyptii, ōrum, m. plur. 2. Vox stricto et lato sensu accipitur. ¶ 1. Stricto sensu et quidem — 1°) Proprie. — a) Generatim. Varro 8. L. L. 65. Ut Phœnicum et Ægyptiorum vocabula singulis casibus dicerent aut pluribus. Cic. 2. Divin. 9. 22. Solitudo Ægyptiorum. Adde Varr. apud Lact. 2. Inst. 12. 22., Solin. 1., Augustin. 12. Civ. D. 11., Not. Dign. or. 28. et alib., Vulg. Gen. 12. 12., 14. et alib. — b) Speciatim, de eorum origine. Augustin. 16. Civ. D. 11. Quod ex filio Cham, qui vocabatur Mesraim, Ægyptii perhibentur exorti, nulla hic resonat origo vocabuli. — Ægyptiorum originem Asiaticam nuperrime probavit Ebers, Ægypt. u. d. Buch Mos. 1. p. 40., 43. et 46. Cf. tamen Chabas, Voyag. d'un Egypt. etc. 1866. p. 252. Ceterum eos ex variis gentibus coaluisse docet Lauth, Corr.-Blatt etc. 1870. p. 31-32. — c) Item de dotibus physicis et moralibus. Ammian. 22. 16. 23. Ægyptii plerique subfusculi sunt et atrati magis quam mœsti oris, gracilenti et aridi, ad singulos motus excandescentes, controversi et reposcones acerrimi. Vopisc. Saturnin. 8. viri ventosi, furibundi, jactantes, injuriosi atque adeo vani, liberi, novarum rerum etc. Adde Trebell. tyrann. 22. Vulg. Ezech. 16. 26., Ægyptii dicuntur magnarum carnium seu pingues. i. e., per metaphoram, luxuriosi. — Muscæ vocantur Is. 7. 18., ob sordidam idololatriam moresque impudicos: vel ob crebros importunosque incursus, aut stridorem et copiam, inquit Knabenbauer ad Jer. 2. 16. Cf. ibid. « Filii Mempheos et Thaphnes » constupraverunt populum Israel. — d) Item de antiquitate. Cic. 3. Rep. 9. 14. Illa incorrupta maxime gens Ægyptiorum, quæ plurimorum sæculorum et eventuum memoriam litteris continet etc. Mela 1. 9. Ægyptii vetustissimi, ut prædicant, hominum etc. Justin. 2. 1. 5. Scytharum gens antiquissima semper habita, quamquam inter Scythas et Ægyptios diu contentio de generis vetustate fuerit. Cf. Ammian. 22. 15. 2. et Claudian. 2. Eutrop. 251., qui de hoc etiam cum Phrygibus certasse eos innuit, teste Herod. 2. 2., ubi narratur puer in solitudine caprarum uberibus nutritus vocem βηκός primam edidisse, quæ panem apud Phryges significat, unde ii et Ægyptiis antiquiores existimati sint. V. ÆGYPTUS II. 1. — e) De religione seu incredibili superstitione. Cic. 1. Nat. D. 16. 43. Portenta magorum Ægyptiorumque in eodem genere dementiæ. Adde eumd. 3. ibid. 15. 39., Tac. 4. Ann. 81., Macrob. 1. Sat. 7. 20. et 21. Tertull. 2. Nat. 8. Cf. Juvenal. 15. 1. qualia demens Ægyptus portenta colat? - Porrum et cæpe nefas violare et frangere morsu. O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis Numina! Cf. Ps. Apul. Ascl. 24. Ægyptus sedes religionum. i. e. superstitionum. et Hilar. in Matth. 1. 6. idolis plena et omnigenum deum monstra venerans. — Deorum apud eos nomina: Apis (Plin. 8. Hist. nat. 46. 71. (186). et Ind. 8. 71); Isis (Varr. 5. L. L. 57); Toth s. quintus Mercurius (Cic. 3. Nat. D. 22. 56); Osiris (Apul. Socr. 15); Phthas (Cic. 3. Nat. D. 22. 55); Serapis, h. e. Osir-Apis (Varr. loc. cit.) etc. — Porro deorum figuræ, pleræque ex variis animalibus sumptæ, imaginibus ab iis ornabantur (Creuzer, Relig. de l'Antiq. l. 3.; Vigouroux, La Bibl. et les découv. etc. v. 2. ch. 8.; Brugsch, Aegypt. 177. sq.) ita ut probabilius hæc animalia, quæ ab Ægyptiis tamquam dii colebantur, primum nil essent nisi symbola, quæ paullatim in deos transiere; quamquam alii censent deos, quod animalium formas induerint, sub iis cultos fuisse. Cf. Mel. loc. cit. et Vulg. Sap. 13. 10. — Adeo vero effigies animalium ipsaque animalia, sed alii alia, colebant ut quædam eorum vel imprudenter interemisse capital foret et exstincta sepelire ac lugere solemne. Sic idem Mela loc. cit. et Cic. 1. Nat. D. 29. 82. — Videntur tamen primitus unum Deum coluisse (Gen. 12. 17. et 19. et 41. 38., Exod. 1. 17. et 9. 27. et 14. 25., coll. Plutarch. De Isid. et Osir., Iambl. de myst. Ægypt., Euseb. Præp. Ev. 3. 11. (Cf. etiam Mariette, Mém. sur la mère d'Apis, p. 29. sqq.; Rawlinson, Hist. of anc. Egypt. t. 1. p. 315.; E. de Rougé, Confér. sur la relig. d. anc. Egypt. p. 12., 17., 26); deinde ad idololatriam fuisse delapsi (Exod. 12. 12), ex qua ann. 49. post Chr. ad veram religionem converti cœperunt (Bergier, Dict. Th. ad h. v.). Cf. Is. 18. 19. sq. et Ezech. 30. 13. — Morem deûm colendorum potissime plangoribus ac fletibus innuunt Tibull. 2. 7. et Apul. de deo Socr. 14. Hinc « apud Ægyptios, inquit Maxim. Tyr. Diss. 58., tantum colitur numen, quantum fletur ». — Immortalitatem animæ et judicium post mortem futurum, bonorum malorumque, cum præmio aut pœna, Osiride judice, eos admisisse omnibus compertum est (Vigouroux, La Bibl. etc. v. 3. p. 143. n.); quamvis animas bonorum a corporibus et a voluptatibus terrenis non omnino sejungerent: hinc peculiaris condiendorum cadaverum (mummie) ratio. Cf. Mel. 1. 9 (57) et Pierret, Dict. Arch. p. 208. V. infr.). — Sacerdotum ordinem omnium principem maximo in honore habebant, quos prophetas vocabant, inquit Macrob. 7. Sat. 13. Sed ex decreto Canopi nuper reperto novimus eosdem in sex classes divisos, sc. in antistites seu præfectos templorum, prophetas, vestitores divinorum simulacrorum (Cf. Firmic. 3. Math. 11. n. 9), pterophoros seu scribas alatos, hierogrammatas seu sapientes et ordinarios vel sine titulo (Revillout, Journ. offic. 1877. p. 5924). — Haruspices apud eos memorat Cic. 2. Divin. 12. 28. et magos, quos sapientes et maleficos appellat Vulg. Exod. 7. 11. sqq. et 2. Tim. 3. 8. — f) Item de litteris, seu de lingua et scriptura. — Lingua Ægyptiorum, si non eadem quæ coptica, at saltem ei maxime affinis et in sua forma primitiva ad semiticas pertinet (Vigouroux, La Bibl. et les découv. etc. v. 1. p. 136. Cf. etiam Erman, d. Flex. d. Aegypt. Verb. et Hartmann, Ztschr. f. Aegypt. Sprach.). — Scriptura fuit hieroglyphica, quæ in monumentis fere adhibebatur et quadringentis signis constabat (Dü-

michen, Gesch. Ägypt. etc. p. 319).; unde brevior altera effecta est a sacerdotibus, hieratica appellata, et parva vel, ut ajunt, demotica seu popularis vel enchorialis aut epistolographica, quibus explicandis post veteres Chæremon., Horapoll., Clem. Alex. operam dederunt Zoega, Kirker, Sacy, Young, Champollion, Rosellini; recentius vero Birch et Goodwin in Anglia; De Rugé, Mariette, Chabas, Maspero in Gallia; Faulmann, Stern et Wiedemann in Germania; Bergmann et Krall in Austria; Lemm et Golenischoff in Russia; Naville in Helvetia; Lieblein, Piehl, Schmidt in Suecia et Dania; Lauth in Bavaria; Lanzone, Schiapparelli, Levi in Italia. — Differt tamen lingua in scriptura hieroglyphica et hieratica, jam a sæc. VI. v. VII. a. Chr. demortua, a recentiore, propria scripturæ demoticæ, ut docet Erman, Neuägypt. Gramm. Leipz. 1880. De his Cic. 3. Nat. D. 22. 56. Quintus (Mercurius), qui dicitur Ægyptum profugisse atque Ægyptiis leges et litteras tradidisse. Cf. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (192). Mela 1. 9 (57). Ægyptii suis litteris perverse utuntur, sc. legunt a dextra ad sinistram, saltem in scriptura breviore, inverso ordine. Tac. 11. Ann. 14. Primi Ægyptii per figuras animalium aliarumque rerum saxis lignoque insculptas sensus mentis effingebant. Adde Ammian. 17. 4. de obel. Ægypt. et Macrob. 1. Saturn. 21. Cf. Annal. dell' Ist. Arch. 7. 10 p. 322. et V. HIEROGLYPHICUS in Lexic. — g) De doctrina ac scientiis. — Philosophiam Ægyptiorum memorat Plin. 36. Hist. nat. 9. 14 (71)., quos omnium philosophicarum disciplinarum parentes vocat Macrob. 1. Somn. Scip. 19. — Dialecticam innuit Capell. 4. p. 95. — Geometriam, astronomiam et astrologiam ab Ægyptiis cultam tradunt Isid. 3. Orig. 10. 1., Cic. 1. Divinat. 42. 93. et præsertim Macrob. 1. Somn. Scip. 19-21. et alib. Adde Plin. 2. Hist nat. 77. 79. (188). et 7. ibid. 56. 57. (192)., coll. Capell. 8. p. 274. et Pallad. 7. 9. Gell. 11. 18. Apud veteres Ægyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperiendis solertes exstitisse et in cognitione rerum indaganda sagaces. Adde Serv. ad Virg. 6. Æn. præf. Cf. Claudian. 1. Rufin. 143. Apul. 11. Met. 5. Doctrina pollentes Ægyptii. Cf. Herod. 2. 121. et 160., qui eos sapientissimos mortalium vocat. Vulg. Act. 7. 22. Moyses eruditus omni sapientia Ægyptiorum. Id. 3. Reg. 4. 30. Salomon præcedebat sapientiam omnium Orientalium et Ægyptiorum. Adde eumd. Is. 19. 11. et 12. — Vopisc. loc. cit. Ægyptii versificatores, epigrammatarii, mathematici, medici etc. Cf. Macrob. 7. Saturn. 13., qui Ægyptum divinarum omnium disciplinarum compotem dicit. — Apud eos fuisse annum bimestrem sed etiam alium annum, qui magnus (Sothicus) sit vocatus, referunt Varro fragm. p. 367. Bip. et Censorin. de die nat. 18. et 19. — NB. Pauca supersunt ditissimæ litteraturæ Ægyptiacæ monumenta, ex quibus præcipua: Rituale mortuorum, Liber migrationum animarum, Papyrus reg. Taurin., Poema epicum Pentaur de bello Ramessis II. contra Khetas; Papyrus Harris musei Brit., ubi sunt epistolæ scribarum; Papyrus Orbiney.; „Stneh; Anast. I. — h) De artibus picturæ, sculpturæ, in primis architectonicæ, quarum matrem Ægyptum dicit Macrob. 1. Saturn. 15., scripserunt veteres (Cf. Plin. 36. Hist. nat. 8. 12. [61]). recentioresque (V. Vassalli, I monum. storici Egizi ecc. Milano 1867. c. 10. p. 103. sqq. et Wilkinson-Murray, A. Handb. for travell. in Egypt. 5. ed. Lond. 1875). — Texendi artem ab Ægyptiis inventam docet Plin. 7. ibid. 56. 57. (196). Vulg. Is. 19. 9. (Ægyptii) operantes linum, pectentes et texentes subtilia. Adde eumd. Prov. 7. 16. — Medicinam, quæ manu curat, inter primos caluisse Ægyptios tradit Cels. 7. præf., qui magno medicorum numero usi videntur. Cf. Gen. 50. 2. — Musicen quoque nosse atque adeo instrumenta varii sonitus invenisse ostendit Capell. 9. p. 313. — i) De quibusdam moribus et institutis. — Circumcisionem eos adhibuisse, tam mares quam feminas, testatur Ambros. 2. Abr. 11. n. 78. Cf. M. Chabas in Rev. Archéol. T. III. p. 299. et Vigouroux, La Bibl. et les découv. v. 1. p. 475-479. Non tamen dici potest illam ab iis Hebræos mutuatos fuisse, quæ, etsi anterior, uti vult Ebers Ægypt. u. d. Büch. Mos. p. 284., favente Vigouroux loc. cit. sed Origene c. Cels. v. 41. repugnante cum aliis antiquis atque recentibus (Cf. etiam Gen. 12. 16., coll. 17. 27), carte ab Hebraica differebat (Re, Arch. Bibl. Diz. h. v.) — Morem peculiarem apud eos condiendi cadaveris domique asservandi describit Mela 1. 9 (57). « Mortuos, inquit, fimo oblitos plangunt, nec cremare aut fodere fas putant, verum arte medicatos intra penetralia collocant. Adde Cic. 1. Tusc. 45. 108., Plin. 11. Hist. nat. 37. 70 (184). et Tac. 5. Hist. 5. Cf. etiam Gen. 50. 2-3. — Porro eos animabus defunctorum cultum divinum tribuisse colligitur ex monumentis, uti sunt pyramides, quæ et astronomiæ computis inserviebant, sepulcra et loculi, ubi corpora medicata ponebantur ut animæ super hæc manere et coli possent (Cf. Hetzenauer, Th. Bibl. V. T. p. 406., Brugsch, Ägypt. 182., Nikel, Kult. etc. 72. sq. et 143. sq.). — Ceterum de moribus priscorum Ægyptiorum multa scripsit Vopisc. in Saturnin. et, apud recentiores, Wilkinson, Mann. a. Cust.; Rawlinson, Hist. of anc. Egypt. al. — l) De servitute mentio est apud Vulg. Gen. 12. 16. et 17. 27., coll. 37. 28. et Exod. 1. 11-14. — Servi adhibebantur utriusque sexus ex gente quacumque, quos inter Syri maximo in pretio habebantur, ut in Syrus comœd. Plaut. videre est. De hoc v. Chabas, Recherch. pour servir à l' hist. de la XIX. Dyn. etc. 1873 p. 62. et Ebers, Ägypt. und d. Büch. Mos. t. 1. p. 295. — m) Ad commercium quod attinet, hoc unum dicendum, Ægyptios ceteris gentibus, ob ligni penuriam ad naves ædificandas, serius illud sed latissimum exercuisse, ita ut maris imperium post Phœnices obtinerent, præcipue eversa jam Tyro et Alexandria condita. Hieronym. in Chron. (V. Momms. Prov. Rom. II. p. 601. sq). Attamen in monumentis fit mentio classis ductæ a regina Hatason ex dynastia XVIII., regnante ante exodum Hebræorum, ad regionem Punt in Arabia (Maspéro, De quelq. navig. des Égypt. etc. in Revue hist. 1879. p. 12-17). — n) De militia habet Vulg. Exod. 14. 7. Tulitque (Pharao) sexcentos currus electos etc. — Sunt qui de tanto curruum equorumque usu apud Ægyptios dubitent; in monumentis enim Ægypti licet equites raro commemorentur (Erman, Ägypten 652), at Moyses, testis oculatus, falli non potuit, idque confirmat Is. 31. 1. et 36. 8., qui de quadrigis et equitibus Ægyptiorum loquitur. Adde 2. Par. 12. 2. sqq. — 2.°) Translate. Cassian. Coll. 21. 28. Intellectuales Ægyptii. sc. dæmones. Cf. Justin. 12. 22. et Ennod. op. 9. 8. ¶ 2. Latiore sensu, fortasse pro Æthiopibus vel nigris hominibus (V. ÆGYPTINI). Plaut. Pœn. 5. 5. 11 (1290) « Ita replebo atritate, atrior multo ut siet, Quam Ægyptii »; ubi, ut adnotat Müller (Paul. ex Fest. p. 28), si ex Paulo Ægyptini posueris, metrum egregie adjuvabitur. Ægyptios ibi de nigris hominibus dici, quam potius subfusculi sint, recte animadvertit Grammaticus.

ÆGYPTĬUS, ii. V. voc. præc.

ÆGYPTUS, i, m. et f. 2. (Αἴγυπτος) — a) Orthographia: aliquando Æguptos apud Ovid. 1. Art. am. 6. 49. et seriores scriptum reperitur pro Ægyptus, fortasse ex Græco modo efferendi υ fere per sonum u, ex quo facilis litterarum permutatio, ut in aliis vocibus, orta est. Ita Gloss. Lat. Gr. et Inscr. apud Orelli n. 36. et Momms. n. 2575. Adde nummum ævi Augustei apud Babelon, Inscr. numm. II. p. 62. et 148. — Egyptus, extrita priore diphthongi littera, in codd. passim. Cf. etiam Tab. Peuting. 9. et Gromat. p. 370. Lachm. (V. voc. præc.). — Hegyptus, cum aspiratione, in Inscr. apud Momms. n. 6846. et fortasse Heciptus, in Carm. epigr. 1598 (Tarrac. sæc. II., descr. Hübner). — b) Declinatio: Nom. Ægyptos, Græca positione, apud Virg. 4. G. 210 (M P), Ovid. 1. Art. am. 647. R., Lucan. 8. 444., al. — Acc. Ægypton apud eumd. 8. 834. et 10. 474., Flor. 2. 13. 6. et 51. — c) Genus fem. usurpant, inde a Cic. 2. Att. 5. et 2. Agr. 16. 40. et Lucr. 6. 1115. auctores, ut Liv. 33. 41., Vitr. 2. pr. 4., Lucan. 2. 586., Stat. 4. Theb. 708., al. — masc. Hilar. ps. 134. 19., Priscill. tract. 5. p. 63., Vulg. Exod. 2. 12. et alib. — d) Structura: (ubi) in Ægypto habet Lucr. 6. 1107., Nep. Chabr. 2., Liv. 8. 24., al.; Ægypti-apud Varr. 5. L. L. 57. et 79. - (quo) in Ægyptum apud Plaut. Most. 994., Cic. 9. Att. 19. al.; Ægyptum apud eumd. 3. Nat. D. 22. 56. (ubi alii in reponunt: cf. Orell.), Cæs. 3. B. C. 106.; ad Ægyptum est Vitr. 8. 3. 7., Auson. 420., Oros. 1. Hist. 2. 30. — (unde) ab Ægypto apud Senec. 7. Nat. 3. 2., Avien. Orb. 873., Plin. 13. Hist. nat. 11. 21. (66).; et Ægypto apud Plaut. Most. 440., Curt. 4. 9. 1., al. — e) Etymologia: origo et significatio vocis adhuc incerta est (V. Ed. Meyer, Gesch. d. Altert. I. 48. et Forschung. I. 82. 2); conjungi tamen potest cum v. Kibt vel Kibthi, quod est Coptos, vetus Ægypti superioris oppidum: vel cum Al-habt (Al-gabt), idest « costa curva », pars littoralis Deltæ (Ebers, Eine Ägypt. Königst. 1875. t. 1. p. 200). Cf. etiam I-Caphtor « insula seu terra australis (al. litorea) »; unde Caphtorim in Gen. 10. 14.; et Akeb, qua significatur « inundatio » Nili. Probabilius tamen Ægyptus est idem quod Ha-Ka-Ptah, locutio Ægyptia, i. e. domus v. templum dei Ptah, qua appellabatur Memphis et unde toti regioni nomen attributum est (Brugsch, Geogr. Inschr. I. 83). — Ps. Ambros. Trin. 16. Ægyptus persequens sive tribulans atque coartans interpretatur. Similia habent Hieronym. nom. Hebr. p. 2. et 66. (qui Chron. a. Abr. 587. ait hanc regionem « ab Ægypto tunc sibi regnante nomen accepisse ») et Gloss. V. 339. — f) Nomina: — α) Antiquitus Ægyptus, saltem inferior, dicta est terra Cham v. Ham (Hebr. 'eretz-Hham) « calidus » (Vulg. Ps. 105. 22. et alib.); hinc Hieronym. in Quæst. ad Gen. IX. « In præsenti Cham transtulerunt Septuaginta pro eo quod est Ham, a quo et Ægyptus usque hodie Ægyptiorum lingua Ham dicitur » (Cf. Gesen. Lex. ed. Drach): hinc et Chemia (Khemi) seu Chme in titulo Rosettensi (Champollion, l'Égypt. etc. 1. p. 104. sqq.), cui inest significatio nigredinis a telluris colore, unde et Gr. χημεία apud Suid. Lex. ed. Kust. t. III. p. 669. et vulg. al-chimia, mixtura sucorum magicæ artis propria, Ægyptiis usitata (Passow, Handw. 1831. et Chassang, Dict. Gr. 1871. p. 1225). — β) Item Aeria, apud Gell. 14. 6. 4. Ægyptus antea appellata Aeria. et Hieronym. Chron. l. c. Ægyptus, quæ prius Aeria dicebatur. V. AERIUS). — γ) Item Mesraim (Hebr. Mitzraim) a Mesraim, secundo filio Cham, patre Ægyptiorum Ludim, Anamim, Caphtorim (Maspero, Hist. anc. etc. p. 14., Finzi, Ricerch. etc. p. 388. et Brunengo, L'impér. di Babil. etc. v. 1. p. 208). Vulg. Gen. 10. 6. et 13. 14. Isid. 9. Orig. 2. 10. sqq., coll. Rufin. 1. Recogn. 27. Hinc et Hieronym. in Is. 5. 18. Apud Hebræos et Ægyptus et Ægyptius et Ægyptii uno vocabulo nuncupantur Mesraim. — Sunt qui duali numero hujus nominis significari putent Ægyptum superiorem et inferiorem vel vallem superioris, per quam excurrit Nilus inter duo montium juga, sed minus recte: dictum potius videtur Mesraim vel Mazor (coll. Is. 19. 1-4. Hebr. et Mich. 7. 15. etc. V. Gesen. Thes. p. 81.) speciatim de Ægypto inferiore, quamquam et hæc opinio adversarios patitur. Ceterum hoc nomen ut synonym. Ægypti repertum est in monumentis hieroglyphicis, eamque ita vocant Hebræi, ut Assyrii Mutsuru et Persæ Mudr et Arabes Misr vel hodie appellant (Re, Arch. etc. p. 398. et Brunengo, L'imp. etc. v. 1. p. 207). — δ) Aliud nomen poeticum est Rahab « monstrum aquatile ». vel « ferus, superbus ». Vulg. Ps. 86. 4., coll. Job 56. 12.; Is. 30. 7., ubi Vulg. habet superbia (De nominib. Ægypti V. Reinisch, Ueber d. Nam. Ägypt. bei d. Semit. etc., Sitzungsb. Akad. Wien. XXX. 379. sq. et Partheys Voc. Copt.-lat. 511. sq.). — Ægyptus est nom. personæ et nom. geographicum.

I.) Est nomen personæ, m. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit heros, filius Beli et Anchinoe (Apoll. 2. 1. 4.) v. Anchiroe (Schol. Plat. Tim. 25 B) v. Aeriæ (Charax apud Steph. Byz.) v. Nili et Memphis (Diod. 1. 51. 3. sq.) vel Ephesti et Leucippe (Ps. Plut. de fluv. 16. 1) et frater Danai (Serv. ad Virg. 10. Æn. 497. et Stat. 5. Theb. 117., coll. Schol. ad h. l.). — Hunc habuis-

se quinquaginta filios, qui quum totidem filias Danai uxores duxissent, ab his prima nocte, uno excepto, omnes interfecti sint; quam ob rem fuisse ab eo expulsum regno Danaum ac tenuisse ipsum ejus ditionem eique suum nomen dedisse, quum antea *Aeria* vocitaretur, a fusco et caliginoso aere, ob Nilum circumfluentem, docet *Hygin. fab.* et *alib.* Ita *Forcellin.* At *Ovid. Ib.* 179. ipsum Ægyptum a Danao expulsum fuisse tradit. — Recentiores docent eumdem esse cum eo, qui *Ramses-Ægyptus* vel *Sethos-Ægyptus* vocatur in monumentis. *Ovid. loc. cit.* Quæque gerunt humeris perituras Belides undas Exsulis Ægypti, turba cruenta nurus. Adde *eumd.* 3. *Pont.* 1. 121. et *Ibid.* 9. *Orig.* 2. 60. — Honores divinos apud Ægyptios post mortem obtinuit. Cf. *Schol. German. Arat.* 285. — De hoc Ægypto lege *Hygin. loc. cit.*, coll. *Apoll.* 2. 15. — 2.°) Item filius præcedentis, a Polyxena, Danai filia, interfectus. *Hygin. fab.* 170. — 3.°) Item rex Latinorum, qui et Ægypus, Epytus et Silvius Atys vocatur. *V.* EPYTUS. ¶ 2. In titulis — *a)* Est nomen servile. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8841. — *b)* Occurrit etiam translatum ad equos in *Tabula* aerea *ibid.* 6. 10056. 15., coll. 8. 12509. 22.

II.) Ægyptus, nomen geographicum, f. ¶ 1. Est regio, a mari Mediterraneo in austrum ad Æthiopiam protensa, inter Libyam propriam et Marmaricam ad occasum et extremam Palæstinæ partem ac partem Arabiæ Petrææ sinumque Arabicum ad ortum. — 1.°) Proprie — *a)* Stricto sensu — α) Universim. *Mela* 1. 49. Asiæ prima pars Ægyptus. *Apul. Mund.* 7. Ægyptum plerique Asiæ, plures Africæ adjungunt. *Hygin.* 2. *Astr.* 10. Nonnulli Ægypti positionem dicunt esse Trianguli sideris deformationem. *Varro* 1. *R. R.* 2. In Ægypto plerumque obærarii rura colunt. Adde *ejusd. fragm. p.* 378. *Bip. Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 130. Ægyptum Nilus irrigat et cum tota æstate obrutam oppletamque tenuit, tum recedit mollitosque et oblimatos ad serendum agros relinquit. *Ovid. loc.* init. *cit.* Dicitur Ægyptos caruisse juvantibus arva imbribus atque annos sicca fuisse novem. *Venant.* 8. *carm.* 6. 151. Et sine rore ferax Ægyptus. Sic *Plin.* 17. *Hist. Nat.* 4. 3. (31) fertilis. *Lucan.* 2. 586. calida. *Stat.* 4. *Theb.* 709. hiulca. Rursum *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 47. (170). palustris. *et* 13. *ibid.* 3. 6. (26). accommodatissima unguentis. *Ravenn. p.* 119. spatiosissima. *Sidon. ep.* 7. 6. allegorica. *Juvenal.* 15. 44. horrida. *Octav.* 521. incesta. *Senec.* 9. *Dial.* 9. infida. *Laterc. Veron.* 1. 7. Herculea. *Id.* 1. 6. Jovia. — De Ægypti descriptione ac divisione agunt *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (48)., *Avien. Descr. orb.* 358. *sqq.* et *Priscian. Perieg.* 210. *sqq.* tribuuntque, cum aliis veteribus, Asiæ, non Africæ; quamquam alii partim Asiæ, partim Africæ assignant, quæ hodie tota Africæ adjudicatur. Cf. *Mel.* 1. 9., *Sall. Jug.* 17. et *Auct. B. Alex.* 14. et apud Græcos *Herod.* 2. 16. et *Strab.* 2. *p.* 87. — Porro veteres solam quoque regionem intra Nili alveos sitam, quam *Delta* vocant, Ægyptum appellarunt, teste *Plin. loc. cit.*; longius vero alii in austrum protulere apud *Strab.* 17. 544. Posteriores, ut idem *Strabo* addit, orientalem etiam regionem, quæ montes et Arabicum sinum interjacet, assumpserunt; ab occidente autem loca usque ad Anasse et in ora maritima ab ostio Canopico ad Catabathmum majorem Cyrenæorumque ditionem: quæ tamen, ut animadvertit *Cellar.* in *Geogr. antiq.*, non de sola et propria Ægypto intelligit *Strabo*, sed et de adjecta et superaddita a Lagidis, qui, vicinis subactis regionibus, Ægyptiorum imperium auxerunt. Sic enim interpretandus est *Sall. loc. cit.* — Ægyptus vero proprie dicta varie pro temporum varietate divisa fuit. Antiquissime et naturalis divisio est in *superiorem* et *inferiorem* ex Nili cursu; hæc autem videtur olim *media* vocata fuisse; nam inferior ex aggestis a Nilo materiis, *Delta*, a forma potius, appellata est. — In duas partes divisa cernitur etiam in *Papyro* nuper detecta in *Revue Archéol. I. t. VIII. p.* 385. *sqq.*, quæ pertinet ad sæc. XV. a. Chr., regnante Menephtah-Hotep: nempe antiquiores dividebant in *To-mer* (i. e. regio inundationis) seu *Patros* vel *Pa-to-res* (i. e. terra australis), quod est *Phetros* apud *Vulg. Is.* 11. 11. *Phatures* apud *eumd. Jer.* 44. 1. et *Ezech.* 29. 14., sc. Ægyptum superiorem; et in *Patomhit*, sc. inferiorem (*Pierret Dict.* ad *h. v.*). Generatim vero ut apud Græcos et Romanos, in tres partes tributa est, nempe in *Thebaidem*, seu Ægyptum superiorem, a Syene usque Hermopolim; in *Heptanomidam*, seu mediam, usque Memphim, et in *Delta*, seu inferiorem, usque ad Mediterraneum mare, quarum singulæ in *nomos* seu præfecturas divisæ sunt et nomi in toparchias aliasque etiam minimas partes (Cf. *Mel.* 1. 9. et *Strab.* 17. 1. 3.); de qua tamen partitione alii alia tradunt. Postea tamen aliter atque aliter divisa est. — Quia vero tota Ægyptus Nilo circumdatur alluiturque, ideo eam quidam inter insulas posuerunt, ex quibus est *Hygin. fab.* 276. Cf. Hebr. *Î-Caphtôr* sub litt. *e* init. et *V.* MEROE. — De fertilitate regionis maxima, ubi frumenti omniumque frugum copia fuit, locuntur *Tac.* 3. *Ann.* 59., *Colum.* 2. 2. 25. et *ibid.* 12. 3. et 8. 8. 1., *Claudian. B. Gild.* 52., *Plin.* 17. *Hist. nat.* 4. 3. (31)., *Aur. Vict., Epit.* 1. aliique plurimi; cujus causa assignatur præcipua Nilus, qui certis diebus auctu magno per totam spatiatur Ægyptum, fecundus innatat terræ, inquit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10 (54). Adde *Cic. loc. cit.* et *Lucan.* 8. 447. — Etiam animalibus multiplicis generis abundabat hæc regio, sive terrestribus sive aquatilibus, etiam monstrosis ut crocodilis, hippopotamis etc. *Ammian.* 2. 15., coll. *Vulg. Job cc.* 14., 39. et 40. — De historia vero et chronologia antiqua seu Pharaonica Ægypti, ubi XXX. dynastiæ numerantur, multa feruntur fabulosa. *Mela* 1. 9. tradit Ægypti incolas, antiquissimos, trecentos et triginta reges ante Amosim et supra tredecim millium annorum ætates certis annalibus referre mandatumque litteris servare, dum Ægyptii sunt, quater cursus suos vertisse sidera ac solem bis jam occidisse, ubi nunc oritur. Adde *Augustin.* 18. *Civ. D.* 40., coll. *Syncell.* in *Chronogr.* Ceterum scribit *Diod. l.* 1. in Ægypti historia nihil fide dignum inveniri ante bellum Trojanum; *et Herod.* 1. 2. nihil in ea certi esse ante Psammeticum, qui septimo circa sæc. a. Chr. regnavit; recentiores autem eruditi putant principatum seu dynastiam conditam fuisse a Menes, cui parvæ præcesserint in nomis res publicæ (*hasep*); aliquot vero dynastias, alias alibi, eodem tempore regnasse. Ita *Hinks, Wilkinson, Balbo, al.*, quibus favet *Artapanus* apud *Euseb. Præp. ev.* 9. 27. et ipse *Euseb.* 1. *Chron.* 20. (Cf. etiam *Wiedermann, Ägypt. Gesch.* Gotha 1888.; *Heyes, Bib. u. Ägypt.*, Münster 1904.; *Wernicke, PW.* 1. 978. *sqq.*). Accedunt *Tabulæ Abydenæ*, quarum una, a. 1818. reperta, seriem regum Ægypti continens ante Ramessem M., in museo Britannico asservatur; altera plenior a. 1864.; tertia *Tabula d. Saqqarah*, a. 1863. detecta (*Mariette, Rev. Arch.* 2. *t.* 10. et 18); insuper *Papyrus hieratica*, in museo Taurinensi (*Wilkinson Th. Fragm. of the hier. Pap.* Lond. 1851) etc. — Recentiore ætate, seu Persica, Ægyptum occupavit Cambyses (a. 525); postea Darius Ochus (a. 346); dein GræcoMacedonica, Alexander M. (a. 332); mox Lagydæ seu Ptolemæi usque ad Cleopatram (a. 49) ibi regnarunt (*Sueton. Cæs.* 11. et 35); postremo, ætate Romana, Augustus imp. (a. 30) Ægyptum in provinciam redegit (*Id. Aug.* 18., *Mon. Ancyr.* 5. 24. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 86), ab equitibus R. (*Tac.* 1. *Hist.* 11. et *Sueton. Vesp.* 5) præfectorum nomine administratam, *sc.* a Cn. Cornelio Gallo (*Eutrop.* 7. 7., coll. *Sueton. Aug.* 66) usque ad Pompejum et, Augustalium titulo, a Longiniano usque ad Anthemium, Zenone imp. (Cf. *Momms., Prov. Rom. p. II.* Rom. 1890 *p.* 548-605. et *Inscr.* apud *eumd. n.* 6806). Porro in divisione imperii R. sub Constantino M. Ægyptus adnexa fuit imperio orient. unamque Orientis diœcesim constituit in sex provincias distributam, nempe Libyam inferiorem seu Cyrenaicam, Libyam superiorem seu Marmaricam, Thebaidem, Ægyptum proprie dictam, Arcadiam et Augustamnicam (*Notit. Dign. or.* 21., coll. *Ammian.* 22. 16. 1). — Nummi ad Ægyptum pertinentes describuntur apud *Eckhel* 4., coll. *Tôchon d'Annecy, Rech. s. l. Méd. d. Nom.* etc. Paris 1822. et *Collect. Gio. Demetr., Nomism. Egypt. a. par F. Feuardent I., II.* Paris 1870-73.; Inscriptiones vero in Ægypto repertæ habentur in *Corp. Inscr. Gr. v.* 3. — Monumenta Ægypti, præter laudatos, illustrarunt *Lepsius* (a. 1816), *Champollion* (a. 1835), *Rosellini* (a. 1838), *Thomson* (a. 1875), *Tomkins* (a. 1878), *Ancessi* (a. 1877), *Schaff* (a. 1879), *Sayce* (a. 1881), *Rawlinson* (a. 1885), *Müller* (a. 1903), *Heyes* (a. 1904), *Peters* (a. 1905). — De Ægypto ex plurimis scripserunt, *D'Anville, Mém. s. l'Egypt. anc. et mod.* Paris 1766; *Meyer, Gesch. d. alt. Ägypt.*, Berlin 1879.; *Ibrahim-Hilmy, Lit. of Egypt. I., II.* Lond. 1886-1888.; *A. von Fircks, Ägypt.* 1894. 2. in 8.° Berlin 1895-1896. *t.* 2. *p.* 279-290. aliique passim memorati. *V.* ÆGYPTIUS. — β) Speciatim *Ægypti corona* vocantur Parætonium et Pelusium, oppida in duos angulos prominentia. *Flor.* 4. 11. — *Ægypti flumen*, Nilus. *Vulg. Jos.* 13. 3. et 1. *Par.* 13. 5., ubi est *Sihor* (V. hanc voc.). Ita *Calmet* in *Gen. p.* 389.; at probabilius idem est quod *Ægypti torrens*, de quo V. *Vigouroux, Dict. Bibl. v.* 2. *p.* 1627. — *Ægypti rivus*, item Nilus. *Id. Am.* 8. 8. — *Ægypti mare*, mare Erythræum seu Rubrum vel pars Mediterranei, quæ Ægyptum alluit. *Id Is.* 11. 15. — Hinc *lingua maris Ægypti*, sinus Heroopoliticus maris Rubri, qui linguæ figura Ægyptum item alluit. *Id. ibid.* — *Ægypti torrens* seu *rivus*, terminus australis terræ Chanaan, hodie *El-Arisch*. *Id. Num.* 34. 5. et 3. *Reg.* 8. 65., qui *torrens deserti* dicitur apud *eumd. Am.* 6. 5., de quo statuendo lis fuit, sed probabilius est rivulus, qui ex deserto veniens usque Rhinocoruram in mare Mediterraneum delabitur terramque Juda et Simeon a deserto viaque Ægypti disterminat. *Hieronym.* in *Am. loc. cit.* Errant itaque, qui hunc putant unum ex Nili rivis (*Jos.* 13. 3). — Inde orta est locutio *ab alveo fluminis* (Euphratis) *usque ad torrentem Ægypti* apud *Vulg. Is.* 27. 12., vel *ab introitu Emath usque ad torrentem Ægypti* apud *eumd.* 2. *Par.* 7. 8., ad significandos oppositos terminos terræ Chanaan vel regni Israelitici, præsertim tempore Davidis et Salomonis. — *Ægypti planctus*, de quo V. ABEL-MIZRAIM. — *b)* Latiore sensu est Nilus, fluvius Ægypti præcipuus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10 (54). (*Nilus*) nominatus in totum Homero Ægyptus aliisque Triton (Cf. *Homer. Od.* 4. 581. et 14. 258). Adde *Ammian.* 22. 15. 3. — 2.°) Translate accipitur pro quacumque regione vel gente hostili et injuste alios persequenti apud scriptores sacros, quia Ægyptii Hebræos diu multumque vexarunt. *Vulg. Apoc.* 11. 8., *Tertull.* 3. *adv. Marc.* 13 (*adv. Jud.* 9. *p.* 723. *Oehl.*) et *Scorp.* 2., *Cypr. Fortunat.* 7., *Hieronym.* in *Is.* 5. 18., *al.* — Hinc *via Ægypti* adhibetur pro perversa vivendi ratione, *sc.* moribus Ægyptiorum. *Vulg. Jer.* 2. 18., coll. 46. 11., 19. et 24. et *Ezech.* 16. 26., ubi *filii Ægypti* et *filiæ Ægypti* eodem sensu occurrunt; quamquam non omnia hæc eodem modo ab aliis exponuntur — Hinc etiam figurate *Ægyptus* pro hoc sæculo vel pravis hominibus. *Augustin. Enarr.* in *Ps.* 113. 8., *Prosp.* in *Ps.* 106. 2. 3., *Hil.* in *Ps.* 134. 19. et *Cypr. Fortunat.* 7. ¶ 2. item oppidum, fortasse idem quod Memphis. *Ravenn. p.* 135. Civitas Ægyptos.

ÆLA (Ailath, Elath), indecl. — *Ælath* habet *Vulg. loc. cit.*; etiam *Ælana (Lælana)* apud *Plin. loc. cit.* — Declinatur quoque *Aila, æ*, f. 1. in *Notit. Dign. or.* 29. — Vox est Hebr. *'Êlath* « arboretum » vel « pometum »; *LXX.* Αἰλώθ (*Philostr. II. E. III.* 6. 'Αιλά; *Procop. B. G. I.* 19. 'Αϊλάς; *Eus., On. s.* 'Ηλάθ; *Strab.* 16. 759. Αἴλανα; *Ptol.* 5. 17. 'Ελάνα) Cf. *Forbiger, Geogr. II. p.* 747.

Æla, oppidum Edom et portus ad sinum orient. maris Rubri, qui Ælaniticus dicitur (*V.* ÆLANA), hodie *Gelene*, ut tradit *E. Rueppel, Reis.* 248. *sqq.*; vel *Akaba*, ut alii (*V. Niebuhr, Arab.* 400. et *Burckhardt, Trav. p.* 509). Memoratur *Vulg.* 4. *Reg.* 14. 22. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 65. 12 (11)., coll. *Strab.* et *Ptolem. locc. citt.* (V. *Le Quien, Or. Chr. T.* 3. *p.* 758. et *Ch. Müller, Atl. Bibl.* et *Class.* etc.). — Eam ædificavit ac dein restituit tribui Juda rex Azarias. *Vulg. loc. cit.* — Inde Salomon classem misit Ophir, ubi aurum, ebur alia-

que pretiosa conquireret. *Id.* 3. *Reg.* 9. 26. *V.* OPHIR.

ÆLĀM, indecl. Scribitur etiam *Elam.* v. *Helam.* — Hebr. est *'Êlâm*, quod conjungi potest cum *'âlâh*, « ascendit » quasi sit locus *editus, altus*; cui etymo favet Assyr. *Elam* vel *Ilam, Ilam-tu*, quod *montana* significat et congruit regioni, quæ a Græcis appellatur *Elymais*, occurritque apud *Vulg.* 1. *Mach.* 6. 1. At *Hieronym. nom. Hebr. p.* 40. Ælam, vestibulum. Adde *Euch. Instr.* 2. *p.* 149.

Ælam, nomen personæ et loci. ¶ 1. Fuit filius primogenitus Sem, filii Noe, *Vulg. Gen.* 10. 22. et 1. *Par.* 1. 17. — Alios videsis 1. *ibid.* 368., 1. *Esdr.* 2. 7. et *alib.* ¶ 2. Est etiam regio. sc. Susiana, provincia, cujus caput fuerunt Susæ. *Vulg. Is.* 11. 11.; 28. 2. et 22. 6.; *Jer.* 25. 25. et *alib.* et *Ezech.* 32. 24. — Antiquiores, ut *Jos., Euseb., Zonar., al.*, putarunt *Ælam* esse ipsam Persidem vel regionem in Perside (*Ackerm. Arch. Bibl. p.* 7.; *Ubaldi, Intr. Bibl. v.* 3. *p.* 345., *De Vit, Onom.* ad *h. v.*); at perperam, nam Ælamitæ, non Persæ, qui ad Arios (Aryas) pertinent originis Indo-Germanicæ, sed Semitici sunt, ut ex antiquissimis oppidorum Ælamitarum nominibus (Cf. *Gen.* 10. 22. et 14. 1. et 1. *Esdr.* 4. 9.) et Arabum interpretam expositione colligitur (V. *Knobel, Die Völkertafel d. Genes.*, Giessen 1850. *p.* 139). Præterea hæc regio ab Oxiis (Κίσσοις) aliisque dicitur *Susianak* in inscriptt. Persicis *Uvacha* vel *Uvaja* et in Assyr. *Ilam-tu, mât-Ilam-ti*, h. e. *regio alta* vel *montana* (V. init.), quod respondet Acadico *Numma-ki* ejusd. significationis; et 1. *Esdr. loc. cit.* est *Shûshanchâyê.* Sic *Vulg. Dan.* 8. 2. Quum essem in Susis, castro, quod est in Ælam regione. *Ælam* igitur est Susiana vel rectius pars Susianæ, quam Græci 'Ελυμαία vel 'Ελυμαΐς appellabant (*Ptol.* 6. 2. 6. et *Æl. n. an.* 12. 23. V. *Pape-Bens.* 1. *p.* 355); quod innui videtur a *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31 (135).; ubi distinguit Susianen, Elymaiden et Persidem. Ceterum a recentioribus (*Legendre* in *Dict. Bibl. Vigour.* 2. 1630. *sq.*) *Ælam* ponitur inter Babyloniam et Persiam, ita ut a meridie sinum Persicum contingat, ab occid. Chaldæam, a septentr. Assyriam et Mediam et ab oriente Persidem, hodie *Khuzistan* vel *Arabistan.* — Ex monumentis Assyr.-Babyl. constat regnasse in Ælam plures *Kadur*, ut *Kudur-Mabuch, Kudur-Nanchundi* etc., quos inter *Kudur-Lagamar* seu Chodorlahomor memoratus *Vulg. Gen.* 14. 1.

ÆLĀMĪTÆ et Elamitæ, ārum, m. plur. 1. incolæ Ælam sive Elymaidis. *Vulg. Gen.* 14. 1. et 9.; 1. *Esdr.* 4. 9. et *Act.* 2. 9. Cf. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (155). — Fuerunt viri fortissimi et peritissimi sagittarii. *Id. Is.* 22. 6.; *Jer.* 49. 25., coll. *Xenoph. Cyr. II.* 1. 16. et *Liv.* 35. 48. etc. — Eorum lingua, qualem ex inscriptt. Assyr.-Babyl. novimus, est Protomedica, cujus scriptura syllabica est; sed originaria, Semitica (Cf. *Vigouroux, La Bibl. et les découv.* etc. *v.* 1. *p.* 151. et *Schrader* apud *Hummel.* in *Gen. p.* 329). *V.* voc. præc.

ÆLĀNA, ōrum, n. plur. 2. (Αἴλανα *Strab.* 16. 759; 'Ελάνα *Ptol.* 5. 17. 1.) oppidum Arabiæ, ad mare Rubrum, idem quod *Æla*, sed scriptione diversa (*V.* ÆLA). *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. (65). et 6. *ibid.* 28. 32. (156). In sinu Læana vel, ut alii, Ælana. Cf. *Pape-Bensel. Wörtb. v.* 1. *p.* 35.

ÆLĀNĪTICUS, a, um, adject. ad Ælana pertinens. Hinc *Ælaniticus* sinus Rubri maris in Ægyptum vergentis, de quo *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (156). Sinum nostri Ælaniticum scripsere, alii Æleniticum, Artemidorus Alaniticum, Juba Leaniticum. *Id.* 5. *ibid.* 11. 12. (65). Heroopoliticus vocatur alterque Ælaniticus sinus.

ÆLATĒ. *V.* ELATE.

ÆLATH. *V.* ÆLA.

ÆLIA, æ, f. 1. *V.* ÆLIUS.

ÆLIĀNA, æ, f. 1. (Ælina) — *a)* In titulis nom. et cogn. mul. *V.* ÆLIANUS. — *b)* Apud scriptores, *Æliana* est etiam nom. loci in Armenia, ubi consistebat *Ala secunda* Gallorum. *Notit. dign. or.* 35 (38).

ÆLIĀNĒS, ētis (ēnis), f. 3. *V.* ÆLIANUS, I.

ÆLIĀNUS, a, um, adject. ad Æliam gentem vel ad aliquem Ælium pertinens. Hinc *Ælianus Herculeus* cognominatus est Ælius Hadrianus imp. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 1095. — *Ælianus sodalis*, qui sacris Herculis Æliani præsidebat. *Inscr.* apud *Orelli n.* 2376. Hinc *Collegium Ælianorum*, alibi dictum *sodalium Hadrianalium*, in *Inscr.* apud *Fea, framm. cons. p.* 110. In nummo apud *Eckhel* 6. *p.* 504. Hadrianus vocatur HERCULES GADITANUS, quia Domitia Paulina ejus mater Gadibus oriunda erat et ipse provincias omnes imper. R. obeundo easque beneficiis afficiendo Herculem est imitatus. — *Ælianum jus*, liber actionum forensium a Sex. Ælio populo R. exhibitus. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. — *Ælianæ oratiunculæ* cujusdam L. Ælii Stilonis, philosophi secta Stoici, qui scriptitavit orationes multas sed leves, neque orator unquam fuit, ut ait *Cic. Brut.* 56. 206, Cf. 1. *Orat.* 43. 193. Æliana (*codd.* aliena) studia. *h. e.* L. Ælii Stilonis aut Sex. Ælii Pæti. — Absolute *Æliani*, sodales collegii Æliani. *V.* supra.

ÆLIĀNUS, i, m. 2. (Ælius) *Elianus*, extrita priore diphthongi littera, in *Corp. Inscr. Lat.* 3. 14077. ¶ 1. In titulis cognom., præsertim in gente *Ælia, Æmilia, Papiria, Plautia, Pompeja* et *Roscia*. *Ibid.* 10. 3877. et *Inscr.* apud *Momms. n.* 1499. — Et etiam nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 3872. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 2251. — *Æliana*, cognom. mul., apud *Momms. Inscr. n.* 483. *Justin.* 7. 46. 1. et *alib.* et *Ælianes* (*ētis* v. *ēnis*) in *Corp. Inscr. Lat.* 10. 5672. et 6. 34655. ¶ 2. Apud scriptores inter alios memorantur — 1.°) Ælianus, tyrannus in Gallia, qui sub Diocletiano turbas excitavit, ut imperio potiretur, dein a Maximiano Herculeo levibus prœliis devictus. *Aur. Vict. Cæs.* 39. et *Eutrop.* 9. 20., coll. *Oros.* 7. *Hist.* 25., *Hieronym.* in *Chron.* et *Mamert. Paneg. Maxim.* — Passim occurrunt nomina *Ælianus, Lælianus, Lollianus* in libris, quæ videntur unius ejusdemque viri; itemque in nummis, quos sublestæ fidei censent *Eckhel*, 7. *p.* 448. *sqq.* et *Mionnet* 2. *p.* 71. *sqq.* — 2.°) L. Ælianus item tyrannus, novarum rerum molitor, apud Moguntiacum sub Gallieno dominatum invasit, a suis militibus postea interfectus, teste *Eutrop.* 9. 9. et *Aur. Vict. epit.* 32., ubi *Lælianum*, conjuncto prænomine, alii leg. — Hunc *Lollianum* appellat *Pollio* in *XXX. tyr.* 4. V. sub 1.° — 3.°) Ælianus, procons. Africæ sub Constantino imp., memoratur in causa Donatistarum ab *Augustin. ep.* 105 (al. 166). et 3. *c. Cresc. Donat.* 70. et *alib.*, coll. *Morcelli, Afric. Christ.* a. 314. Adde *Cod. Just.* 2. 9. 3. et *alib.*

ÆLIENSIS, e, adject. ad Æliam Capitolinam pertinens, quæ *civitas Æliensis* dicitur *Hieronym. sit. et nom. p.* 127. *V.* ÆLIUS. — *Not. Byz.* 101. Donatianus Eliensis (Cf. etiam *Elis* pro *Ælia*, in Africa, in *Itin. Anton. p.* 55). V. *Schmidt, PW.* 1. *p.* 482.

ÆLINON. *V.* hanc voc. in *Lexic.*

ÆLIŎDŎRUS. *V.* HELIODORUS.

ÆLIŎPŎLIS. *V.* HELIOPOLIS.

ÆLIUS, a, um. *V.* voc. seq.

ÆLIUS, ii, m. 2. — *a)* Scribitur *Elius*, extrito *a*, in *Corp. Inscr. Lat.* 8. 5470. et 8065. et *Elis* v. *Eis*, fem. *ibid.* 10. 2329. et 3. 7737. — *Ailius* in antiquissimo nummo cuso circ. a. U. C. 540 et *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10818. et *Aellius*, cum duplici *l*, in *Revue Arch. XXXIX. p.* 470. — Hinc etiam *Allius* in *Fast. cos. Cap.* — *Hælius* et *Helius* in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19138. *V.* infra. — *b)* Ad originem vocis quod attinet, sunt qui ducant ab *aelio*, unde sit *Allius, Aellius, Ailius, Aelius*; sed Græci Αἴλιος et Αἰλία constanter habent. Cf. *Dunker* ad *Liv.* 32. 7. — Putaverim conjungi posse cum ἥλιος, *sol*, quod et ἅλιος et ἀέλιος vel ἠέλιος scribitur (*V.* HELIUS).

Ælius, nomen gentis Rom. clarissimæ sed plebejæ, quæ in plures familias divisa fuit, cognomine proprio distinctas, ut *Gallorum, Hadrianorum, Lamiarum, Pætorum, Tuberonum* etc., quorum nummos ediderunt atque illustrarunt *Eckhel, Cohen, Mionnet, Sallet, Madden.* — De ea familia hæc habet *Val. Max.* 4. 4. 8. Quid Ælia familia, quam locuples? Sexdecim eodem tempore Ælii fuerunt; quibus - loca ob virtutem publice donata. Adde *ibid. n.* 9. et *Juvenal.* 6. 92. ¶ 1. Apud scriptores, præcipue memorantur — 1.°) C. Ælius, trib. pl. a. U. C. 464. a Thuriis statua et corona aurea donatus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 15. (32). — 2.°) C. Ælius, trib. milit., strenuus in bello contra Istros a. U. C. 576. *Liv.* 41. 4. — 3.°) L. Ælius, prætor urb., qui maluit eum quattuordecim suæ familiæ Æliis perire in bello, dummodo populus R. superior existeret, ex haruspicum responso. *Frontin.* 4. *Strateg.* 5. 14. Cf. tamen *Val. Max.* 5. 6. 4. — Alii hoc referunt ad Q. Ælium Tuberonem; sed prænomen *Lucii* apud *Frontin. loc. cit.* id vetat. Cf. etiam *Plin.* 10. *Hist. nat.* 18. 20. (41). — *Varro* apud *Non.* 12. 3. Ælio Pæto rem tribuit. — Adde *alios* apud *Cic. Scaur.* 2., coll. *Orelli, Onom. Tull. p.* 10. et 15. *Att.* 26. et 29. et *Brut.* 56. *in fin.*, ubi de L. Ælio mentio est, qui philosophus fuit, secta Stoicus, multasque orationes scriptitavit neque tamen unquam orator, ut *Cic. ibid.* ait. *V.* ÆLIANUS, a, um. — 4.°) P. Ælius, quæstor inter primos, qui de plebe creati sunt a. U. C. 345. *Liv.* 4. 54. — 5.°) Q. Ælius, trib. pl. a. U. C. 576. *Liv.* 41. 6., qui Æliæ legis auctor traditur. *V.* tamen infra: ÆLIA lex. — 6.°) C. Ælius Gallus, JCtus, Ciceronis æqualis, qui scripsit *de significat. verb., quæ ad jus civile pertinent*, libr. XXI., teste *Fest. p.* 269. *L.* et *alib.* Adde *Gell.* 16. 5. et *Macrob.* 6. *Sat.* 8. 16., ubi *Cælii* pro *C. Ælii* legitur, et *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 264. Cf. etiam *Dig.* 22. 1. 19. et 50. 16. 77. et 157. — Fragmenta colleg. *Heimbach* Lips. 1828. et rectius *Egger, Serm. Lat. Vet. rel. p.* 21 *sqq.* Cf. et *Huschke, Jurispr. antejust.* Lips. 1861. et 1867. et *G. Teuffel* in *Pauly's R. E.* I. *p.* 337. — 7.°) P. Ælius Hadrianus ('Αδριανός *Suid.*) Imp. Aug. (vel Trajanus Hadrianus Imp. Aug.), natus Italicæ in Hispania a. post Chr. 76., *Eutrop.* 8. 6., *Hieronym. Chron.* a. 117., coll. *Dion.* 10. 1. *epit.* 4. 1. (Cf. *Spartian.*, qui, ei eum in *vit.* 1. Romæ natum tradit, *ibid.* tamen aliorum sententiæ favere videtur); et quidem de tribu Sergia (*Inscr. Athen. I.* 1., coll. *Corp. I. L.* 5. 932). — *b)* Fuit primum decemvir stlitibus judicandis; dein tribunus milit., quæstor, trib. pl. et prætor (*Spartian. Hadr.* 3.); proconsul (*Inscr.* apud *Orelli n.* 811) et censor (*Apul. Apol.* 11.); cooptatus inter *Fr. Arv.*, (*Inscr.* apud *Orelli n.* 807) et serius pontifex max. (*Id. n.* 806., coll. *Spartian. Hadr.* 22); consul prim. suff. a. U. C. 862. et archon Athenarum a. 865. (*Eckhel*, 6. *p.* 487) et consul secund. a. 870 ac tert. a. 872. (*Spartian. Hadr.* 4. et 8). — Mortuo Trajano, in adoptionem jam adscitus (nisi adoptatum fuisse Neratium Priscum verius sit: cf. *Balan, Stor. d' It. v.* 1. *p.* 243), unde adoptantis nomina assumpsit (*Spartian. Hadr.* 4. et *Eckhel* 6. *p.* 478. *sq.*); princeps creatus et denique imperium adeptus. *Spartian Hadr.* 5. — *c)* Paci operam dedit omni imperii sui tempore: semel tantum per præsidem dimicavit (*Eutrop.* 8. 7.); et finem imperii voluit esse Euphratem (*Spartian. Hadr.* 5. et *Procop.* 8. 6). — *d)* Primus tribunicias potestates commutavit, ut cl. *Borghesi* in *Bollett. Arch. Nap. n. s. a. II. p.* 35. et *a. IV. p.* 121. demonstrat, Adde *Inscr.* apud *Henz. Suppl. Orell. n.* 5459. et quæ ibi adnot. *Henzen.*, et *De Rossi, Prim. Racc. d' antich. Inscriz. p.* 66. — Consilium imperii statuit et Salvii Juliani opera *edictum perpetuum* edidit (*V.* EDICTUM in *Lex*). *Eutrop.* 8. 17. Cf. *Momms. R. G. II*[3] 989. et *Herzog. II.* 369. *sq.* et 757. — Servos humanius haberi et communibus frui juribus voluit; aliaque de administranda justitia constituit. *Eutrop.* 8. 9.: cf. *Vorburg, Hist. rom.-germ.* 1. 401. — *e)* Nemo fere ex Principibus tantum terrarum celeriter peragravit, *Spartian. Hadr.* 11., 13. et 18. et *Hieronym. de vir. ill.* 19. et *ep.* 70 (al. 84). 4. — *f)* Christianos insectatus est; sed Quadrati et Aristidis apologiis aliquando sedatus desævit, rescripto pro iis dato (*Sulpic. Sev.* 2. *Hist.* 31. et *Hieronym. ep.* et *Chron. loc. cit.*), quod exstat apud *Justin.* 1. *Apol.*, coll. *Euseb., Hist.* 8. 12. et *Oros. Hist.* 7. 12. Cl. *Cavedoni, Cenni cronol.* etc. Ser. III. XVIII. 327. *sq.*, hoc rescr. ad Minucium Fundanum (*Euseb. Hist.* 4. 9., coll. *Funk, Abh. u. Unters. I. p.* 330-345) ann. 128. datum censet.

Apologiam vero Aristidis secundum interpr. Syriacam, quam detexit abhinc paucis annis edidítque Rendel Harris, Antonino Pio imp.; secundum vero testimonium Euseb. et fragmentum Armenum nuper repertum, Hadriano traditam fuisse monet Funk, St. Eccl. .I. § 88.: cf. Seeberg, Der Apolog. Arist. 1894. — Quin Christo templum ædificare voluisse eamque inter deos recipere; præterea templa sine simulacris in omnibus civitatibus fieri jussisse, quæ idcirco Hadriani dicuntur, refert Lamprid. Alex. Sev. 43. Cf. Tillemont, Hist. des Empir. II. 528-532. — g) Hierosolymam ann. 130. vel 131. instaurasse eamque coloniam deduxisse et Æliam a se cognominasse traditur. Eckhel, 6. p. 496. sq. et C. I. L. 3. 12088. Sic Hieronym. in Chron. « Ælia (Hierusalem) ab Ælio Hadriano condita: et in fronte ejus portæ, qua Bethlehem egredimur, sus sculptus in marmore significans Rom. potestati subjacere Judæos ». — Mox ob vetitam circumcisionem aliasque molestias Judæos rebellantes terribili cæde coercuit, urbem diruit, sacra deorum simulacris polluit. Spartian. Hadr. 14., coll. Dion. 69. 12-13. et Euseb. Hist. 4. 6 (V. etiam Salvador, De la domination rom. en Jud. III. 326.; Ganz, Cron. V. 90-102.; Capefigue Hist. phil. des Juifs 534. et 585). — h) Qui ab eo libertatem obtinuere, Ælii nuncupati sunt: ex his princeps fuit Phlegon, historicus, cujus opus præcipuum, in XIV. libros divisum, inscribitur Olympiades apud Euseb. in Chron. I. 21 (Cf. Westermann, PW. 5. 1540. sq.). — i) Denique Hadrianus ann. U. C. 891., post Chr. 138. morbo intercutis aquæ et nimio cibo ac vino, cui deditus erat, oppressus obiit sexagenario major apud Bajas sepultusque est in villa Ciceroniana Puteolis. Spartian. Hadr. 25., coll. Eutrop. 8. 7. 19. Dion. 60. 17. sqq. et Hieronym. in Chron., unde colligitur apud Spartian. ibid. pro LXXII. legend. LXII. ann. — l) Hadrianus magna Imperio Rom. contulit beneficia, ut ex eod. ibid. 19. constat.; unde et titulum Patris patriæ demeruit (ibid. 6). Studiis enim liberalibus et artibus favit, quarum collegia restituit, ibid. 16. et 18. et Aur. Vict. Epit. 14. etc. (Cf. Caillot, De ratione imper. etc. ab Hadr. adhib. Paris 1857. et Poinsignon, Sur le nombr. et l'orig. etc. Paris 1846). — Hinc munificus exstitit auctor operum publicorum; longum namque Vallum, Hadrianum dictum, exstruxit in Britannia ad cavendas hostium incursiones, in honorem Plotinæ, viduæ Trajani uxoris, sumptuosissimas ac regales ædes in Gallia, aquæductum Dyrrachii, villam Tiburi magnificentissimam et molem ad Tiberim; Nicæam et Nicomediam terræmotu eversas restauravit aliaque multa perfecit, de quibus Spartian. Hadr. 9. et alib. (coll. Dion. 69. 5., Athen. Deipn. 8. 16., Huxey, Inscr. de l'Illyr. - Rev. Arch. N. VI. 319). Vitia tamen maxima ejus famæ nocuere. Spartian. ibid. 20. — m) Formam et indolem Hadriani sic descripsit idem Spartian. ibid. 26. « Statura fuit procerus, forma comptus, promissa barba -, habitudine robusta ». et 14. « Severus, lætus, comis, gravis, lascivus, cunctator, tenax, liberalis, simulator, sævus, clemens et semper in omnibus varius ». Fronto p. 226. Nab. « Prandiorum opimorum esor optimus ». et 20. « Fuit memoriæ ingentis, facultatis immensæ; orationes dictabat -; nam fuit etiam dicaculus etc. ». et 16. Superstitiosus et astrologiæ deditus (Cf. Ammian. 25. 4. 17. et Tertull. Apol. 5). — n) Dum viveret, Jovis Olympii et Jovis Trebulani et Herculis Æliani (V. ÆLIANUS, a, um) titulis appellatus est. Alii porro fuerunt Dacicus, Britannicus, Germanicus, Hispanicus, Parthicus et etiam Invictus in inscriptionib. apud Grut., Murat., Orell., al.; item Restitutor Achaiæ, Arabiæ, Libyæ etc.; Locupletator orbis terrarum et Divus apud Cohen, Eckhel, al. — o) Studiis quoque operam dedit; fuit enim, inquit Spartian. Hadr. 14. poematum et litterarum nimium studiosissimus; arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritissimus - Professores vero omnium artium semper ut doctior risit, contempsit, obtrivit. - Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Cælium prætulit eademque jactatione de Homero ac Platone judicavit. Id. ibid. 16. Amavit genus dicendi vetustum. Fronto p. 206. Nab. Fuit facundissimus Latino sermone. Eutrop. 8. Græco eruditissimus. et Spartian. 8. Hadr. 1. et Aur. Vict. Ep. 14. tradunt eum ob litterarum Græcarum scientiam Græculum dictum. — Scripsit plura tam soluta quam ligata oratione. Spartian. Hadr. 14. sqq. et 25 (Cf. Apul. Apol. 11). — Libros vitæ ejus ab eo conscriptos memorat Id. ibid. 1. et 7. — Quæ exstant ejus carmina, colleg. Meyer, Anth. Lat. n. 206-211. et Bæhrens p. 383.; orationum fragmenta idem Meyer, Orat. Rom. fragm. p. 224. sq.; Rescripta et Epistolæ sunt in Corp. Juris; item Epistolas et Sententias edidit Böcking in Corp. Jur. Antejustin.; item Epist. de morib. Ægypt. apud Vopisc. Saturn. 8.; quasdam denique epigrammata Græca illi tributa edid. Brunck in Analect. p. 285. et Jacobs p. 260 in Anthologia Lat. n. 392., 393. et 660. — p) Statuis aliisque publicis monum. tam vivus quam mortuus est honestatus, quorum aliquot adhuc exstantia declaravit Visconti, Mus. Pio-Clem. 2. p. 511. et 6. p. 195. et Mon. Gab. p. 21. — Vitam ejus scripserunt Æl. Spartianus, Aur. Victor, Eutropius, Hieronym. in Chron. aliique chronologi vett., eamque illustrarunt inscriptionib. v. nummis Grut., Murat., Orelli, Henzen; Cohen, Mionnet et Eckhel omnium diligentissimus. Ex recentioribus vero de Hadriano scripserunt, post Flemmer, Diss. de itin. et reb. gest. Hadr. etc. Haphniæ 1836., Greppo Mém. sur le voyag. de l'emp. Hadr. etc. Paris 1842.; Dürr, D. Reis. d. Kais. Hadr. Wien 1881.; Gregorovius, D. Kais. Hadr. etc. Stuttg. 1884.; Schurz, De mutat. etc. ab imp. Hadr. fact. I. Bonn. Diss. 1883., I. Plew, Quellenunt. z. Gesch. d. Kais. Hadr. Strassb. 1890; Rhoden, PW. 1. 493-521. — 8.°) Q. Ælius Pætus, trib. pl., cui adjudicatur lex Ælia (V. Ælia lex). — 9.°) Sex. Ælius Pætus, cognomento Catus, JCtus clarissimus ac Juris, quod ex eo Ælianum dicitur, auctor, teste Pompon. Dig. 1. 2. 2. § 38. Hunc etiam laudavit illo vers.: « Egregie cordatus homo Catus Æliu' Sextus » ibid. § 38. Adde Cic. 1. Orat. 45. 212., 48. 198. et alib. et Brut. 20. 78. et Gell. 4. 1. — 10°) L. Ælius Tubero, ex familia Tuberonum nobilissima (V. TUBERO) fuit Stoici filius, historicus. Cic. Lig. 4. 10. — Scripsit Annales (seu Historiam), de quibus idem Cic. 1. Q. fr. 1. Gell. 6. 3. et 4. et Charis. 2. p. 202. K. Quum vero historicus Quintus pater appelletur a Liv. 4. 23 (coll. 10. 9) et Sueton. Cæs. 83., censet Krause (cui favet Dionys. 1. p. 6.) hunc quoque historiis operam dedisse, quas postea filius perfecerit, nisi error irrepsisse dicitur. — 11°) Q. Ælius Tubero, Stoicus, Panætii auditor. Cic. Lig. 4. 10. (Tubero) homo cum ingenio tum etiam doctrina excellens. Adde eumd. 3. Orat 23. 87.; 4. Fin. 9. 23. et 4. Tusc. 2. 4. etc. — Oratoriæ quoque arti studuit. Id. Brut. 31. 117. — Conjicit Pighius ex Brut. loc. cit. hunc fuisse trib. pl., legens tribunatu pro triumviratu, faventibus Schütz, Orelli et Ellendt cum aliis. — 12.°) Q. Ælius Tubero, JCtus clarissimus, L. Tuberonis historici filius, Ciceronis propinquus. Cic. Lig. 1. 1. — Librum seu præcepta super officio Judicis ei tribuit Gell. 14. 2. — 13.°) Ælius (Helius) Cordus (qui et Junius dicitur), scriptor historicus. Capitolin. Maximin. 12. Ælius Cordus dicit hanc omnino ipsius orationem fuisse. Id. Macrin. 1. Junio Cordo studium fuit eorum imperatorum vitas edere, quos obscuriores videbat: qui non multum profecit. Id. Max. et Balb. 4. Junius Cordus affatim scripsit. — 14.°) Ælius Donatus, grammaticus insignis, qui Romæ docebat a. 354. post Chr., de quo Hieronym. in Chron. et Apolog. adv. Rufin. 1. 16. — Donati opera V. in præmisso Indice Scriptt.; ejus Comment. in Ter., plurimi habendum (V. Suringar, Hist. crit. Schol. Lat. P. I. p. 78-85), plane ætatem non tulit, et Comment. in Virg. Georg. et Æn. multa exstant loca apud Serv. Cf. tamen Ribbeck in Proleg. ad Virg. ed. p. 178. — Artem vero, quam Donatus ex iisdem fontibus deprompsit ac Diomedes et Charisius, maximo in usu apud veteres fuisse patet ex Comment. Pompeii, Servii aliorumque grammaticorum. — Denique Vita P. Terentii, quæ ei tribuitur, videtur potius adscribenda Suetonio. — Inter ejus discipulos memorantur Hieronym., Honoratus, Sergius, Maximus Victorinus et Metrorius. V. Hagen, Anecd. Helv. ex cod. Bernensi. — 15.°) Ælius Lampridius, historicus e sex scriptorib. Historiæ Aug., qui Commodi, Antonini, Diadumeni, Elagabali et Alex. Sev., fortasse etiam Pertinacis et Getæ (Cf. E. Brocks p. 32-39) historias composuit, non tam diserte quam vere, ut tradit Vopisc. Prob. 2.; quamvis stilo utatur laudabili. — Sunt qui putent Ælium Lampridium eumdem esse cum Ælio Spartiano (V. Sax. Onom. 1. 138). — 16.°) Ælius Maurus, Phlegontis Tralliani libertus, cujus opus historicum citat Spartian. Sev. 20. — 17.°) Ælius Melissus, Romæ grammaticus summi loci, auctor libri de loquendi proprietate, de quo Gell. 18. 6. — 18.°) Ælius Præconinus Stilo (S. (Sueton. gramm. 2. et Plin. 33. Hist. nat. 1. 7. [29]), Lanuvinus, eques Rom., studii grammatici pæne princeps inter Romanos seu philologus Romanorum primus (Schanz, Gesch. Röm. Lit. etc. München 1909. 1. p. 474), Varronis magister et Metelli Numidici amicus, de cujus prænomine certant scriptores, utrum sit Cajus, an Cornelius, an Lucius, an Cælius (fortasse pro C. Ælius). Sueton. gramm. 2. et 3 et Varro 3. R. R. 12. 6. et 5. L. L. 3-5. et alib. — Fuit etiam orator. Cic. Brut. 56. 205.; et interpres Carminis Saliaris et Leg. XII. Tab. Id. 2. Legg. 23. 59. et 1. Orat. 43. 265. — Ejus scripta memorantur Cic. 1. Acad. (post.) 2. 8., Varron. fragm. p. 185. Bip. et 7. L. L. 1. et Gell. 16. 8. — Fragmenta Ælii Stilonis collegit Egger, Lat. Serm. vet. rel. Paris 1843. Cf. etiam opus inscr. Disquisitio de Ælio Stilone etc., de quo V. Teuffel, Gesch. Röm. Lit. — 19.°) Ælius Sabinus, historicus. Capitolin. Maximin. Jun. 6. — 20.°) Ælius Saturninus, carmina scripsit in Tiberium; idcirco de Capitolio præcipitatus est, teste Dion. 57. 22. 5., quem citat Serv. ad Virg. 1. G. 75.; verum alii rectius hunc Ælium Præc. Stil. grammaticum putant. — 21.°) L. Ælius Sejanus, famosissimus Tiberii imp. administer, adoptatus ab Ælio Gallo, præf. Ægypti, antea Sejus Strabo dictus, Vulsiniensis, de quo Tac. 4. Ann. 1. et Vellej. 2. 227. — Fuit præf. cohortium prætoriarum a. U. C. 770. et præf. Urbis a. 776. Tac. 6. Ann. 8. et Schol. ad Juvenal. 10. 63. — Dominationi, cui inhiabat, viam sibi stravit omnigenis sceleribus ac flagitiis. Tac. 4. Ann. 3. sqq. et Sueton. Tib. 55-62. — Augendæ potentiæ causa Tiberio suasit, ut ab Urbe secederet, qui cum Sejano Capreas secessit a. 779. Hic vero, tunc consul cum Tiberio, dum iterum nefaria patraret modisque omnibus imperio potiri conaretur, in Cæsaris suspicionem venit, qui Nævium Macronem Romam misit cum epistola ad Senatum simulque Cajum Caligulam, ultimum Germanici filium, in successorem suum elegit. Damnatus mox miserrime periit, ejusque cadaver ad Gemonias per vias raptatum ac tandem in Tiberim projectum est nomenque erasum a publicis monumentis, filiique crudeliter interfecti sociique et amici, quos inter historicus Vellejus, item damnati. Sueton. Tib. 65., coll. Claud. 6.; præsertim Juvenal. 10. 56. sqq., coll. Schol. ad h. l.; et Tac. 5. Ann. 3-9. et 6. ibid. 2., 8. et 9. et 13. ibid. 45., coll. Sueton. Vitell. 2. Rursus Tac. 6. Ann. 25. et Inscr. apud Momms. n. 6807., coll. nn. 1968. et 2269. Cf. etiam Plin. 8. Hist. nat. 48. 74 (197). et 7. ibid. 39. 40. (129).; Phædr. 3. prol. 41. et Oros. 7. 4., qui peculiaria quædam de Sejano referunt. — 22.°) Ælius Spartianus, historicus, prior tempore e sex, qui H. A. scripserunt, Diocletiano imp., cui quinque vitas dicavit, sc. P. Ælii Hadr., L. Ælii Veri, M. Didii Juliani, C. Pescennii Nigri et L. Septimii Sev, et Constantino M. imp., cui vitam L. Septimii Getæ item dicavit (ed. Herm. Peter Lips. 1865); septimam, sc. M. Aurelii Antonini seu Caracallæ, nulli dicatam, Heyne alii auctori tribuendam putat. Cf. Peter, Hist. Aug. Lips. 1865. et Krause, De font. et auct. K. A. Lips. 1880. — 23.°) Ælius Verus. V. ANNIUS et CEJONIUS. ¶ 2. In titulis nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 6. 10615., 10732. et alib. — Etiam cogn. in Inscr. Rh. 24. — Hinc Ælia, f. nomen pers. et loc. ¶ 1. De persona — 1.°) Specialtim — a)

Ælia Eudocia seu Eudoxia, Arcadii imp. uxor, filia BauDonis consulis, apud Eckhel 8. p. 171. — Fuit femina subdola et ferox, gravissimorum in imperio malorum causa, catholica tamen, non Ariana, ut falso tradit Idat. in Chron. ad ann. 404. De ea Cassiod. in Hist. trip. 10. 20., coll. Socrat. Hist. Eccl. 6. 17 (al 19); Notit. Urb. Constantinop. in. Reg. X. et Inscr. bil. in Corp. Inscr. Gr. n. 8614. — b) Ælia Eudocia seu Eudoxia altera, uxor Theodosii II., filia Leontii sophistæ Atheniensis, poetria, Pulcheriæ, sororis Theodosii castissimæ, opera ab ethnica superstitione ad baptismi gratiam adducta, antea dicta Athenais ac Theodosio nuptui tradita. Cassiod. 12. Hist. trip. 13. — Favit aliquando Eutichianis; dein resipuit obiitque a. 460. Marcellin. in Chron. — c) Ælia Galla, uxor castissima Postumii cujusdam. Propert. Eleg. 12. l. 3. Cf. Horat. 2. Od. 14. 21. — d) Ælia Pætina, ex familia Tuberonum. Tac. 12. Ann. 1., quæ Claudio imp. nupsit. Sueton. Claud. 26. et 27. — e) Ælia Prospera. V. C. POMPONIUS MAGNUS. — 2.°) Generatim nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 4. 4217. — Item serius agnomen in Inscr. apud Fabrett. p. 146. n. 176. ¶ 2. De loco, oppidum Africæ in Byzacena provincia. Tab. Peuting. 6. Cf. Itin. Anton. p. 55. — Aliæ oppida et urbes Æliæ nomine appellatæ sunt, ut Hadrianopolis, Hierusalem, Hadria etc., quas V. suis locis. Cf. Ruggiero, Diz. epigr. 1. 289. - Hinc

Ælius, a, um, adject. ad Æliam gentem seu ad Ælium aliquem pertinens. ¶ 1. Generatim. Claudian VI. Cons. Honor. 420. Ælia proles. Id. Laud. Seren. 56. series. Inscr. apud Reines. cl. 16. n. 2. gens. ¶ 2. Specialtim — 1.°) De re militari, Æliæ dictæ sunt cohortes variæ — Ælia Brittonum, cohors prima, in Inscr. apud Orelli n. 1223. — Ælia Decorum, cohors prima, in alia apud Camden-Gibson T. 2. p. 184. et in Notit. Dignit. occ. c. 38. — Ælia classica, cohors prima, ibid. — 2.°) Extra rem militarem. — a) Ælius pons, unus ex septem pontibus urbis Romæ, ab Hadriano ædificatus. Spartian. Hadr. 19. — Pons Hadriani dicitur Prudent. Perist. 12. 16., nunc Ponte Elio vel Ponte S. Angelo, prope molem seu monumentum Hadrianum. Cf. Piranesi, Antich. di Rom. IV. 299. et Jordan, Topogr. I. 1. 416. — Ejus nummos illustrarunt Donaldson, Arch. numism. n. 84. et Cohen, Méd. imp. II[2] 234. n. 1508. — b) Ælia curia, quæ fuit Gabiis, ita appellata ab Ælio Hadriano imp. Inscr. apud Visconti, Mon. Gab. p. 81. — c) Ælia tribus ex imaginariis, quas vocant, sive militaribus, extra numerum verarum tribuum, fortasse ab eodem Ælio Hadriano imp. dicta. Inscr. apud Orelli. n. 1790., de qua idem Orelli disserit cum aliis in Inscr. Coll. t. 2. p. 11. sqq. — d) Ælia lex de comitiis, lata a Q. Ælio et M. Fufio, trib. pl. a. U. C. 597.; vel, ut alii putant, a Q. Ælio trib. pl. a. 576., de quo Liv. 41. 6. V. tamen Orelli Onom. Tull. III. p. 129. De ea Cic. 2. Att. 9. et Sext. 53. 14., coll. 4. Att. 16. et alib. et Schol. in Vatin. p. 319.; unde Pighius et Manutius duas esse leges inferunt. Sed Baiter contra Schütz apud eumdem Orelli, ibid. p. 126. sqq. unam statuit. Sic enim dicitur Cæcilia et Didia, quæ una est; contra modo Aternia tantum, modo Tarpeja, quæ a duobus una eademque lata est. Ita etiam Klebs, PW. 1. 489., qui eam de Obnuntiatione vocat et conditam putat exeunte VI. vel ineunte VII. sæc. Urb., eique addit municipalem ex Corp. I. L. 1. p. 263., coll. Bruns font.[5] p. 149. — Forcellinus tamen duas tenet « alteram latam a Q. Ælio Pæto, consule a. U. C. 587., alteram vero a P. Furio (leg. Fufio) Philo a. 618., quæ quia de comitiis agant, fere semper conjunguntur ». — Quidquid vero est de numero et de legis auctore ea cavebat, ut quoties cum populo ageretur, augures de cælo servarent, magistratus obnuntiarent, siquid per auspicia agi non liceret, et legislationi intercedendi potestate pollerent; ad comitia igitur rite habenda pertinebat vetabatque agi cum populo certis quibusd. diebus. V. Cic. Vatin. 2. 5. et 7. 18.; Pis. 1. 10. et Sext. 15. 33., coll. Orelli, Onom. Tull. in Ind. leg. — Abrogata fuit lex Ælia a. U. C. 696. — e) Ælia lex de manumissionibus, lata a Sex. Ælio Cato et C. Sentio Saturnino coss. a. U. C. 757.; unde et Ælia Sentia dicitur: Ut servi, qui vincti aliquando pœnæ causa ab heris fuissent, vel qui bestiis damnati, item quibus nota inusta fuisset, si ii manumitterentur, non civium R. sed dediticiorum loco haberentur, h. e. privarentur jure connubii, commercii et testamenti: Ut minorem 30. annis servum manumittere, nisi probata apud consilium causa, non liceret etc. V. Ulp. fragm. tit. 1., qui singula ejus capita ibi collegit; item Dig. 40. 9. — Quam vero meminit Cic. Top. 2, 10.; quum non constet, quo anno aut a quo lata fuerit, et præterea quia quod ex ea refert Cic., legitur in Legib. XII. Tab., corruptam esse eam lectionem vel glossema putant Manut., Lambin., Hotom. Ita Forcellin. V. ASSIDUUS in Lexic. — f) Ælia lex de coloniis deducendis, a Q. Ælio Tuberone trib. pl. lata a. 560. Liv. 34. 53. — g) Ælia Capitolina, colonia, Hierosolyma, ab Ælio Hadriano imp. dicta. Corp. I. L. 8. 18088. Ulp. Dig. 50. 15. 1. In Palæstina duæ fuerunt coloniæ, Cæsariensis et Ælia Capitolina, sed neutra jus Italicum habet. — Marc. Com. 444. 4. Helia, et Tab. Peut. 10. Helya Capit. — h) Ælia villa, ab Ælio Hadriano imp. Tibure magnificentissime exstructa. Spartian. Hadr. 19.; Aur. Vict. Epit. 14., coll. Dion. 69. 10. V. Viola, Storia di Tivoli II. 21. sq. Roma 1819. et Balan, Stor. d' Ital. I. p. 245. — i) Ælium Cetium seu Municipium Ælium in titulis Corp. Inscr. Lat. 3. 5658. et 5668. V. CETIENSES. — l) Ælium Carnuntum Municipium, ita ab Hadriano vel Antonino Pio cognominatum, ut putat Momms. in Corp. Inscr. Lat. T. 3. V. CARNUNTUM.

AELLŌ, ūs, 4. (Ἀελλώ) ¶ 1. Fem. est Harpyia, fortasse ab ἄελλα, procella, turbo, ob ejus celeritatem, qua ventos rapidissimos æquat; hinc ales dicta Ovid. 13. Met. 710. et Aellopus (Aellopos) h. e. velox pedibus, apud Hygin. fab. 14. Memorat Serv. ad Virg. 3. Æn. 209., coll. Apollod. 1. 2. 6. ¶ 2. Masc. est canis Actæonis. Ovid. 3. Met. 209.

AELLŎPUS. V. voc. præc.

ÆLŪRUS. V. hanc voc. in Lexic.

ÆMĀTHĬUS. V. EMATHIUS.

ÆMĬLIĀNA, æ, f. 1. Scribitur et Emiliana. V. ÆMILIANUS, ¶ 1. Est cogn. mul. V. ÆMILIANUS, i. ¶ 2. Item titulus ecclesiæ urbanæ. Act. Synh. Rom. 499 (Mon. Germ. XII. p. 412. 16. et p. 413. 38).

ÆMĬLĬĀNA, ōrum, n. plur. 2. V. voc. seq.

ÆMĬLĬĀNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Æmiliam gentem vel ad aliquem Æmilium pertinens. Hinc Æmilianus fundus, qui per collem jacet, apud Gromat. p. 325. Lachm. — Æmilianus vicus, Romæ in VII. regione. Sex. Ruf. de regionib. et Curios urb. Rom. — Æmiliana ædis, in foro boario. Fest. p. 211. Lind., ubi vulgo familiana ædisset pro Æmiliana ædis est: ita conjicit Scalig. et præfert Müller ad h. l. p. 243. additque scriptores hujus ædis cognomen non memorare (Sachse, Hist. Urb. I. p. 368). Aliæ lectiones sunt Fulviana et Mummiana, de quo R. Peter erudite scribit. V. Hercules in Nachträge ad Roschers Lex. I. 2901-3028. Cf. etiam De Rossi, l'Ara Massima etc. p. 27. ¶ 2. Item ad Æmiliam regionem pertinens. Hinc Æmilianus nauta, h. e. in Pado navigans eo tractu, qui ad Æmiliam regionem spectat. Sidon. 1. Ep. 5. — Absolute

Æmiliana, ōrum, n. plur. 2. Romæ suburbium, vel ædificia seu loca ab Æmiliis fabricata extra urbem. Varro 3. R. R. 2., Sueton. Claud. 18. et Inscr. apud Grut. 642 (V. Hülsen, PW. 1. 541). Cf. Tac. 15. Ann. 40. de incendio Neroniano urbis. Quia prædiis Tigellini Æmilianis proruperat etc. h. e. positis in Æmilianis, loco ad campum Martium extra urbem.

ÆMĬLĬĀNUS, i, m. 2. (Æmilius) Scribitur Aimilianus in Fast. Cap. — Etiam Emiliana, extrita priore diphthongi littera, nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 2. 2755.

Æmilianus, proprie adjectivum, a gente Æmilia per adoptionem aut ex materno genere ductum, sed absolute sæpe adhibitum tanquam adoptatorum agnomen et cognomen gentis Æmiliæ, Aseliæ, Corneliæ, Corvinæ, Fabiæ, Palladiæ, Siciniæ et Viniæ. ¶ 1. In titulis sæpius occurrit. Corp. Inscr. Lat. 2. 1208. P. ÆMILIVS ÆMILIANVS. Sic ibid. 1204. et 1752. et 6. 11016. — Æmiliana, cogn. mul. Ibid. 1119. ÆMILIA ÆMILIANA. — Absolute ibid. 14. 170. ¶ 2. Apud scriptores præsertim — 1.°) P. Cornelius Scipio Æmilianus, L. Æmilii Paulli filius, adoptatus a P. Cornelio Scipione, Africani majoris filio, frater Q. Fabii Maximi Æmiliani cos. a. U. C. 609, Carthaginis eversor, unde agnomen ei inditum fuit Africanus minor. Memorant Liv. 30. fin., Cic. 1. Off. 33. 121 et Horat. Epod. 9. 25. V. CORNELIUS. — In plur. Juvenal. 8. 1. Stemmata quid faciunt? quid prodest - pictosque ostendere vultus Majorum et stantes in curribus Æmilianos Et Curios etc. h. e. statuas Æmilianorum, præsertim Scipionis Æmiliani, in curru triumphali stantes. — 2.°) Æmilianus, rhetor ineptus sub Tiberio imp. Senec. 10. Controv. 34. 25. I. Kiessling vult esse eumdem cum poeta Nicæno, de quo Anth. Pal. IX. 756. — 3.°) Æmilianus, tyrannus, qui, præfectus Ægypti circ. a. 262. v. 263., sub Gallieno imperium usurpavit, teste Aur. Vict. Epit. 32. Adde Pollion. in XXX. tyrann. 4. et 21. In nummis dicitur T. Cestius Alexander Æmilianus apud Goltz. Cf. Cohen 6. p. 12. et Mionnet, 8. p. 468., qui tamen adnotat: « Les médailles de ces Tyrans sont suspectes ou fausses ».

ÆMĬLĬENSIS, e, adject. qui in Æmilia habitat. — Absolute in Lib. gener. 210. Tusci, Æmilienses, Piceni. Cf. Chron. Alex. 181. Tuscii, Æmilliaui (Αἰμιλιήσιοι).

ÆMĬLĬUS, a, um, adject. ad Æmiliam gentem vel Æmilium aliquem pertinens. ¶ 1. Generatim. Manil. 1. 794. Æmilia domus. Val. Max. 4. 1. 1. gens. Macrob. 1. Sat. 16. familia. Propert. 3. 2. 8. ratis. sc. qua Æmilius Paullus Macedonicus post victoriam de Perseo Romam cum spoliis per Tiberim rediit. Tac. 6. Ann. 27. gentis. Id. 3. ibid. 72. monumenta. ¶ 2. Specialtim. — 1.°) Æmilius ludus, schola gladiatoria, a P. Æmilio Lepido constituta, cui Forcellin. prænomen addit Lucii; at Georges (Handw. etc. h. v.) Publium vocat. Horat. A. P. 32. Æmilium circa ludum (Porphyr. Æmilii Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balineum est). Adde frg. Bob. gramm. VII. p. 518. 38. V. Hülsen, PW. 1. 593. — 2.°) Æmilius pons, hodie Ponte Rotto, apud Juvenal. 6. 32. Probus adnotat, illic lupanaria fuisse. Adde Kal. Vet. apud Orelli, Coll. Inscr. Lat. T. 2. p. 396., Lamprid. Helag. 17., Curios. urb. de pontib. VIII. Ælius, Æmilius, Aurelius etc. — Ita dictus est a M.' Æmilio Lepido quæstore, qui eum refecit, exeunte sæc. II.° a. Chr., et complevit, non autem a M. Æmilio Scauro, ut habet Forcellin., quem Furlanetto in sua App. ex Cavedoni in Sagg. sulle med. fam. p. 31. emendavit. — Alia ejus nomina V. apud Hülsen loc. cit. Cf. etiam Mayer-Höfer, Die Brücken in alt. Rom. Erlangen 1883. et Jordan, Topogr. I. 1. 420. sq. — 3.°) Æmilia porticus, Romæ sub Aventino extra portam Trigeminam, emporio ad Tiberim adjecto, exstructa fuit ann. a. Chr. 199., L. Æmilio Lepido et L. Æmilio Paullo ædilibus, teste Liv. 35. 10 (pro L. habet M. ad utramque De Vit, et M. additam Drakenb.; sed V. Hülsen, PW. loc. cit.); refecta vero a Q. Fulvio Flacco, A. Postumio Albino censoribus, teste eod. 41. 27. V. Becker, Topogr. 464. et Richter, 127, — 4.°) Æmilia lex, duplex: — a) Una de censura minuenda, lata a Mam. Æmilio dictatore a. U. C. 321., teste Liv. 4. 24. et 9. 33-34 — b) Altera de sumptibus et de libertinorum suffragiis, lata a M. Æmilio Scauro a. U. C. 639. Aur. Vict. vir. ill. 72. Cf. Gell. 2. 24. 12. et Plin. 8. Hist. nat. 82. 57. (223). — Macrob. 2. Sat. 13. ait Lepidum a. U. C. 676. legem cibariam seu sumptuariam tulisse; fortasse duæ sunt Æmiliæ sumptuariæ. — 5.°) Æmilia Basilica, duplex: — a) Una, quæ et Fulvia initio, ædificata a. U. C. 575., M. Æmilio Lepido, M. Fulvio Nobiliore censoribus, post argentarias novas (in foro Rom.), teste Liv. 40. 51. Adde Varr. 7. L. L. 2. et Plin. 35. Hist. nat. 8. 4. (13). — Fuit instaurata a L. Æmilio Paullo, unde et Basilica Paulli dicta. Id. 35. ibid. 15.

24. (102). — *Basilicæ Aimiliæ* refectæ mentio fit in nummo M. Lepidi apud *Cavedoni, Mem. di Mod. T.* 15. *p.* 340. — *b)* Altera exstructa a. U. C. 700, ab eod. Æmilio Paullo, teste *Cic.* 4. *Att.* 6., fere nuncupata *Basilica Paulli*, ut prior, ac postmodum *Basilica Julia* dicta est. — Incendium passa sub Tiberio imp. sed restituta. *Tac.* 3. *Ann.* 72. — 6.°) *Æmilia tribus* (Gr. Αἰμιλία, Αἰμυλία), rustica ex XXXV. Rom. tribubus, nobilissima, quæ, omisso antiquo nomine, ab Æmilia gente fuit nuncupata. *Cic.* 2. *Att.* 14., *Liv.* 38. 36. et *Corp. I. L.* 9. 1460.; 10. 4776., 5883. et *alib.* sæpe; ubi *Æm.* scribitur. V. *Kubitschek, de orig. ac propag. trib. Rom.* Wien 1882. et *Imp. Rom. trib. discr.*, Wien 1889. — 7.°) *Æmilia via*, vel etiam *Æmilia* absolute (*Cic.* 10. *Fam.* 30) triplex ponitur a *Forcellino:* — 1.ª strata a. U. C. 567. a M. Æmilio Lepido cos. cum C. Flaminio, quæ incipiebat a Placentia, transibat per Parmam, Regium, Mutinam, Bononiam, Forum Cornelii, Faventiam, Forum Livii et Cæsenam ac perducebatur Ariminum usque, ubi Flaminiæ inserebatur. *Liv.* 35. 2., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 33. 35. (199)., ubi *Magna* vocatur; *Frontin.* 2. *Strat.* 5. 39., *Plin. jun.* 5. *ep.* 14. 1., *Capitolin. Pertin.* 2., *Not. reg. urb.* et *Corp. Inscr. Lat.* 3. 4013., 14. 3601. etc. *Martial.* 3. 4. Romam vade, liber: si, veneris unde, requiret, Æmiliæ dices de regione viæ. Adde *eumd.* 10. 12 (V. *De Lama, Mus. Parm. p.* 4. et *Schiassi p.* 37-38). — Hanc ipsam *Flaminiam* appellat *Cic.* 12. *Fam.* 9. 22. *V.* supra. — 2.ª strata a. U. C. 645. a M. Æmilio Scauro cens. ac dein cos., Bononia per Pisas et Lunam usque ad Sabatos v. Vada Sabatia indeque Dertonam ducebat, ut *Strabo* 5. 1. 11. tradit; quæ quia Pisis conjungebatur cum Aurelia, recta Romam procedenti, aliquando et ipsa *Aurelia* appellata est a *Cic. loc. cit.* et *Vopisc. Aurel.* 48. Cf. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5119. — 3.ª tendebat ab Arimino Aquilejam usque; sed hanc alii cum prima eamdem esse putant, inquit *De Vit, Lap. del Poles. p.* 14. *sqq.* (V. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5118., coll. *Bull. Arch.* a. 1859. *p.* 54. *sqq.*). At cf. *Momms., Corp. Inscr. Lat.* 5. *p.* 827., 853. et 885. et *Hülsen, PW. loc. cit.* — Hinc *Æmilia*, regio Italiæ. *Martial.* 6. 85. 5. et 10. 12. 1., *Not. Dign. occ.* 1. et 42. et *Corp. I. L.* 6. 332.

ÆMILIUS, ii, m. 2. (Αἰμίλιος) — *a)* Orthographia: *Aimilius* antique, quam formam antiquariorum doctrina in *Fast. Cap.* et *Act. triumph.* intulit (præter *Act. tr.* a. 448. et 639), nulla temporum ratione habita (velut *M. Æmilius Lepidus* cos. a. U. C. 676., qui in tit. æquali *Corp. I. L.* 1. 203. 7. *Æmilius* scribitur; in *Fast. Cap.* Aimilius *et ipse est*); altera vero sæc. Urb. VI. parte *Æmilius* scribi cœptum esse videtur. — *Æmylius* est in *Inscr.* apud *Grut.* 1150. 2., coll. 1130. 4., ubi alii leg. *Æmulius* ex simili utriusque litteræ sono, *y* et *u*. Cf. Αἰμύλιος in *Catal. Delph.* et *Corp. I. Gr.* 2218. Cf. etiam *Fast. loc. cit.*; videtur tamen scriptio improbanda. V. *Pape-Bens., Wört.* 2. 36. — *Emilius*, extrita priore diphthongi littera, apud seriores. *Corp. I. L.* 4. 1553.; 14. 543. et *Not. Maur. Cæs.* 47. et *alib.* — *b)* Etymologia: nomen ducendum videtur ab *æmulus*, quod *Forcellin.* a Gr. αἱμύλος, *festivus, acer*, derivat (quod ab αἷμα, *sanguis*), sublata in Æolorum morem aspiratione; at recentiores melius a Skr. *sama* derivant, unde Gr. ἅμα, ὁμός, et Lat. *simul, similis* (*Walde, L. E. W.* 1910. *p.* 15). Cf. formas breviores *Æmus, Æmius* (quæ originariæ videntur) in *Corp. I. L.* 10. 1589. et *Aimios* in *Corp. I. Etr.* 1. 717. etc. Cf. etiam Etrusc. *eiminei* (V. *Lanz. Inscr.* in *C. I. Etr.* 1. 692). — Origo vero nominis historica designatur a *Fest.* apud *Paul. diac. p.* 23. *M.* « Æmiliam gentem appellatam dicunt a Mamerco (antiquiore Æmiliorum prænomine), Pythagoræ philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit *Æmylos*. Alii quod ab Ascanio descendat, qui duos habuerit filios, Julium et Æmylon ». At illud rejiciendum; hoc probabilius videtur multisque argumentis defendit et illustrat *B. Borghesi* in *Decad. Numism.* 7. *Oss.* 1. — Nec minus fabulose originem gentis ad Amulium refert *Sil. It.* 8. 295., qui Assaracum et, per hunc, ipsum Jovem inter proavos numeravit. Hæc jam docuit *Drak.*, qui addit nomen deductum videri posse ab *Æmilia*, Æneæ et Laviniæ filia, *Plut. Vit. Rom.* 30. Cf. *Klebs, PW.* 1. 544. — *c)* In titulis hoc nomen sæpe decurtatum occurrit in *Æmil.*, rarius *Æmi.* et *Æm.*

Æmilius, nom. vir. ex antiquissima clarissimaque gente patricia majorum gentium (*Plut. Æm.* 2.), quo plurimi vocati sunt ad varias familias pertinentes, in quas hæc gens divisa est (V. *Cohen, Descr. d. méd. cons. Tab. I. et II.*, coll. *Tab. XLIV.* et *XLV.*; *Eckhel*, 5. *p.* 121-132. et *Cavedoni in App. alib.*), sc. *Barbularum, Lepidorum, Mamercinorum, Memorum* (*Memoriorum*), *Paporum, Paullorum, Regillorum, Scaurorum*; unde et tribus Æmilia, ex vetustioribus, orta est (*Momms. R. G. III.* 168).

I.) Apud scriptores ¶ 1. Generatim. *Cic. Sext.* 68. 143. Imitemur nostros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Æmilios, innumerabiles alios, qui hanc rem publicam stabiliverunt. *Sall. Orat. Lepid.* 3. Præclara Brutorum atque Æmiliorum et Lutatiorum proles. *Val. Max.* 4. 4. 11. Publicolas, Æmilios - hisque paria robora virtutis aluit. ¶ 2. Speciatim ex plurimis tantum memorantur — 1.°) Æmilius Asper post Cornutum (*Augustin. De util. cred.* 17., Cf. *Teuffel* et *Schanz* ad *v.*). celeber grammaticus, quem laudat *Auson. præf.* ad *Syagr.* 18. (3. 20. *p.* 2. *Sch.*). — Scripsit *Comment.* in *Ter., Virg.* et *Sall.*, teste *Hieronym.* 1. *adv. Rufin.* 16. et *Charis.* 2. *p.* 216. 25. *K.*, quæ tamen omnia, præter aliqua fragmenta, a *Suring.* in *Hist. crit. Schol. Lat. P.* 1. collecta, interierunt. — De *Comm.* in *Virg.* cf. *Ribb.* in *Prol. p.* 123-186. et de *Anomal.* seu *Quæst. Virg.* v. *Gramm. Virg. fragm.* vid. *Keil, Gramm. vett.* cum *Comm.* Probi, Halle 1848. *p.* 109-116., coll. *p. XV-XVIII.*; *H. Hagen* in *Philolog. XXV. p.* 353. *sqq.* et *Chatelain, Revue de phil. X.* 88. *sqq.* — Exstat tamen ejusd., nisi est alterius, *Junioris* dicti, *Ars gramm.*, quam edidit *Lindem.* in *Corp. Gramm. Lat.* Cf. etiam *Bergk* in *Journ. Arch.* 1845. *p.* 118. et *alib.* et *Grafenhan* in *Gesch. d. Philolog.* etc. *IV. p.* 75-78., 285. *sqq.* — 2.°) L. Æmilius Barbula, cos. a. U. C. 473.; proconsul vero insequenti anno de Tarentinis, Samnitibus et Sallentinis triumphum egit, ut in *Marm. Capit.* — De eo etiam *Frontin.* 1. *Strat.* 4. 1. — 3.°) M. Æmilius Lepidus, dictus *Porcina* (*Cic. Brut.* 25. 95., coll. *Val. Max.* 8. 1. *damn.* 7), a quibusdam tantum *Æmilius* (*Vellej.* 2. 10) v. *Porcina* (*Chronogr.*), filius L. Æmilii Lepidi Paulli, post plures repulsas cos. cum Hostilio Mancino a. U. C. 617. — Luxus in nimium aucti exemplum dedit primus. *Val. Max.* et *Vellej. locc. citt.* — Summus orator habitus est et scriptor bonus, ut ex orationibus apparet, teste *Cic. Brut. loc. cit.*, cujus fragmentum exstat apud *Priscian. II.* 474. *K.*, coll. *De dubiis nominib. V.* 580. — 4.°) M. Æmilius Lepidus (*Macrob.* 3. *Sat.* 13. 11., *Ascon. p.* 48., *Sueton. Tib.* 5., *al.*), *Æmilius Lepidus* (*Dio ind.* 43), plerumque *M. Lepidus* (in numm. *V.* infra), filius M. Æmilii Lepidi, proprætoris Siciliæ et consulis a. U. C. 676. — Fuit antea, triumvir monetalis (*Babelon I. Æmilia* 20-25., coll. *Momms. R. M. W.* 634. *nr.* 488); interrex primus post biduum quam Clodius occisus erat, a. 702. (*Cic. Mil.* 5. 13., *Ascon. loc. cit., Schol. Bob. p.* 281., coll. *Momms. R. G. III.*[7] 337); prætor urbanus a. 705. (*Cæs.* 2. *B. C.* 21., coll. *Dion.* 36. 1. et 1. (V. *F. Brüggemann, De Æm. Lep. vit.* 3. 7.); proconsul in Hispania citeriore a. 706. (*Auct. B. Alex.* 59., coll. *Appian.* 2. 48) et post triumphum ei decretum a Cæsare, dictatore, magister equitum ac mox consul cum ipso C. Julio Cæsare a. 708 (*Fast. Cap., C. I. L.* 1. *p.* 440., *Cic.* 13. *Fam.* 26., coll. *Dion.* 63. 1. 1. et *Plut. Anton.* 10); et, interempto Cæsare, in ejus locum creatus pontifex maximus (*Vellej.* 2. 63. et *Mon. Ancyr.* 2. 26). — Fuit denique varias post vices triumvir reipublicæ constituendæ per quinquennium una cum C. Cæsare Octaviano et Antonio, assignatis ei provinciis Hispania tota et Gallia Narbonensi (*Flor.* 4. 6., *Liv. Epit.* 120., *Sueton. Aug.* 8., 13. et 27., coll. *Dion.* 46. 54-55. et *Appian.* 4. 2). — Celebris de Lepido triumviro est fabula apud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 88. (121). — Iterum consulatum est adeptus a. 712 (*Vellej.* 2. 67., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 31. 31. (99). et *Sueton. Tib.* 5., coll. *Dion. ind.* 47. 16) cum L. Munatio Planco. — Denique « vir omnium vanissimus, inquit *Vellej.* 2. 801., neque ulla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus »; et postquam socordia senuerat, ut ait *Tac.* 1. *Ann.* 9 (coll. *Appian.* 5. 124) a militibus et a fortuna desertus, spoliatus dignitate ob arrogantiam a Cæsare, ut tradit *Sueton. Aug.* 16., in perpetuum Circejos relegatus est, sed postea ab eodem revocatus (*ibid.* 54.) a. 741. exeunte v. ineunte 742. obiit (V. *Rohden, PW.* 1. 560). — Exstant ejus epistolæ duæ apud *Cic.* 10. *Fam.* 34. et 35. et aliæ *ibid.* 6. et 16. commemorantur. — Plura de eo apud *Drumann, Gesch. Roms, I.* 12-28; *Brüggemann, op. cit.* et *Gardthausen, Aug. u. sein. Zeit*, Leipz. 1891. *I.* 1. 28. 35., 107. *sqq.* ejusque vitam scripsit *Enn. Quir. Visconti* in *Iconogr. Rom. p.* 248. *sqq.* — Ejusdem nummi apud *Babelon loc. cit., Cohen, I.*[2] 32-34.; *Mionnet, I.* 65. *nr.* 11-16. et *Suppl. I.* 130. *sq. nr.* 9-18. et *VI.* 663. *nr.* 357.; et imago apud *Imhoof-Blumer, Porträtköpfe Taf. I.* 5. — 5.°) Æmilius Macer, poeta Veronensis, amicus Virgilii, Tibulli et Ovidii. *Serv.* ad *Virg.* 5. *Ecl.* 1., ubi *Mopsus* est hic Macer. *Quintil.* 10. 1. 87. Macer et Lucretius legendi quidem sed non ut phrasin faciant; elegantes in sua quisque materia sed alter (*Macer*) humilis, alter difficilis. — Scripsit carmen *de virtutibus* v. *naturis herbarum* etc. (*Ovid.* 4. *Trist.* 10. 43), quod periit. Nam poema hexametron ita inscriptum, quod ad nos pervenit, esse opus cujusd. *Odo* medici, ad ætatem Karolingiam pertinentis, probant nunc eruditi. Cf. *Unger, p.* 10. *sq.* — Æmilii hujus Macri fragmentum in *Ornithogonia* recitat *Isid.* 12. *Orig.* 7. 19. Cf. *Meyer* in *Anthol. lat. n.* 116. et *Unger p.* 2-6. — *Theriacon* quoque opus citat *Charis.* 1. *p.* 81. 18. *K.* De eo *Quintil.* 10. 1. 56. Nicandrum frustra secuti Macer atque Virgilius (fortasse Valgius). Memorant etiam *Tibull.* 2. 6. *init.* et *Manil.* 2. *Astr.* 43. *sqq. Plin.* inter auctores a se consultos Æmilium hunc Macrum citat, ut lib. IX., X., XI. XVII., qui cum Licinio Macro aliquando confunditur lib. XIX., XXI. etc., ut *Unger* putat *p.* 16-17; sic apud *Non. p.* 178 (220). 18. et *Diomed. p.* 369. 15. *K.* Cf. *Unger, De Æm. Macr. Nicandr. imit.*, Friedland 1845. et *Maffei, Ver. illustr. III.* 2. *p.* 41. *sqq.* — 6.°) Æmilius (?) Macer, poeta suo tempore clarus, altero junior, Ovidio item amicissimus, ad quem ille misit *ep.* 10. *l.* 2. ex *Ponto*. — Scripsit poema de rebus Trojanis ab initio belli ad iram Achillis, quas prætermiserat Homerus; quare *Iliacus* dictus est. *Ovid. loc. cit.* et 2. *Amor.* 18. — Rectius hunc putant *Walther, Wölffel, Teuffel* esse *Pompejum* illum, de quo *Sueton, Cæs.* 56. Cf. etiam *Quintil.* 6. 3. 96. — 7.°) Æmilius Macer JCtus, sub Alexandro Severo. — Scripsit duos libros *Publicorum judiciorum* et alios *Ad legem vicens. heredit., De officio præsidis, De appellationibus, De re milit.*, quorum fragmenta in *Dig.* 49. 13. 1. et *alib.* usque ad LXII. locc. Cf. *Hommel, Paling. I. p.* 341-350. — 8.°) Æmilius Magnus Arborius, rhetor, Tolosanus, avunculus Ausonii poetæ, *Auson. Prof.* 16. 5. et *Parent.* 3. — Huic tribuitur *elegia* ad *Nympham* vel *ad virginem*, ubi fortasse imitatur *eleg.* 2. *l.* 1. *Propertii*, quam edidere *Wernsd.* in *Poet. min. V.* 2. et *Meyer* in *Anthol. lat. epigr. n.* 262. — 9.°) Æmilius Julianus Memor (al. *Memorius*, ut *Guarini* in *Mem. Eclan.* Nap. 1844., coll. *Augustin. ep.* 101. v. 131), Pelagianus, de quo *Paulin. Nol. carm.* 25. 141. *sq.*, *Augustin.* 3. *Op. imp.* 79. et 3. *adv. Julian.* 14. et *Gennad. vir. ill.* 45. — Episcopus ecclesiam rexit Æclanensem, non Capuanam aliamve, ut apud *Gennad. loc. cit.*, teste *Mar. Mercat. Admonit.* 3. *n.* 2. et *Prosp.* in *Chron.* ad ann. 439. Sed in hæresim Pelagianam lapsus, exsulare coactus damnatusque est a conc. Ephesino: obiit intra ann. 441-455., Valentiniano imp. — Plurima scripsit, ex quibus præcipua *libr. IV. ad Turbantium ep.* adv. primum l. Augustini de *Nuptiis* et

Concup. et *libr. VIII.* adv. secundum ejusd., quos omnes in *Op. imp. contra Julian.* refellit *Augustinus*. — Plura de eo habes apud *Noris.* in *Hist. Pelag.*, coll. *Schoenem., Bibl. Patr. hist.-litt.* — 10.°) Æmilius Papinianus, qui et *Paulus* dicitur in *Inscr.* apud *Grut.* 848. 8 (*C. I.* 6. *L.* 228), insignis JCtus, Septimio Severo imper., ut patet ex *Dig.* 50. 5. 8., cujus et libellorum magister fuit (*Ibid.* 20. 5. 12); dein præfectus præt. a. 205 (*Corp. Inscr. Lat.* 6. 228) et etiam affinis per secundam uxorem (*Schanz, G. R. L. II. p.* 219). *Spartian. Sev.* 21. Papinianum vocat juris asylum et doctrinæ thesaurum. Passim vero in *Cod.* (5. 71. 14., 6. 25. 6. etc.) dicitur prudentissimus, acutissimi ingenii vir et merito ante alios excellens, consultissimus *etc.* Cf. et *Cassiod.* 6. 5. et *Hieronym. ep.* 77. — Marciani, Ulpiani et Paulli notas in Papinianum (Cf. *Cod. Theod.* 9. 43. et *Dig.* 18. 1. 72. et 22. 1. 1.) abolitas voluit Constantinus imp. a. 321.; eas tamen postea Justinianus imp. partim restituendas curavit. *Cod.* 1. 17. 1. — Occisus est a Caracalla imp., a. 212., ut refert *Spartian. Carac.* 8. una cum iis, qui fautores fuerant Getæ. — Scripsit (libr. XXXVII) *Quæstiones* et (libr. XIX.) *Responsa* et geminum volumen *Definitionum* et unum *de Adulteriis* (Cf. *Dig. proœm.*); insuper librum *de Officio* (Cf. *ibid.* 43. 10.) et Μονόβιβλον. Horum vero librorum fragmenta exstant in *Digestis*. — De vita, studiis etc. Papiniani scripsit *Ev. Otto*, Lugd. Bat. 1718. Cf. ex recentioribus *Dirksen, Hinterl. Schrift. II.* 461-471.; *Bruns* in *Paulys Real-Encycl.* 5. *p.* 1141. *sqq.*; *Krüger, Quell. u. Litt. d. R. R.* 197. *sqq.*; *Karlowa, R. R. G. I.* 735. *sqq.*; *Alibrandi, Studi e Doc. di St.* etc. 1., 1884. *p.* 509. et *alib.*; *Leipold, Üb. d. Spr. d. Inscr. Æm. Papin.* Leipz. 1890.; *Costa, Papiniano*, Bologna 1894-1899. — 11.°) Æmilius Parthenianus, historicus, laudatus a *Vulcat.* in *Avid. Cass.* 5. Cf. de eo *C. Rübel* (*De font. IV.* etc. *I.* 1872. *p.* 24. *sq.*). — 12.°) Æmilius Probus, fortasse grammaticus temporibus Theodosii I. imp., cui obtulit exemplar a se scriptum et a patre suo *Vitarum excell. imper.*, tamquam suum opus, cum epigrammate sex distichorum ab ipso subscripto; unde *Fed. Rinck* conabatur demonstrare illum esse auctorem, non autem Corn. Nepotem, uti vulgo existimatur. Sed perperam: rectius dixeris Probum esse auctorem epigrammatis; quin, ut probabiliter conjicit *Bergk* in *Philol. XII. p.* 580., quod in codd. est EM. PROBVS, non *Emilius* (pro *Æmilius*) sed *em(endavimus)* legendum. Porro quod sit compendium operis, nullo nititur fundamento. Cf. *Madvig, Opusc. II. p.* 123. *p.* 1., *Lachm.* in *Mus. Rhen. III.* (1843) *p.* 144., *Fleckeis.* in *Philol. IV. p.* 345. et *Schanz, op. c. I. p.* 153. *sqq.* — 13.°) L. Æmilius Paullus, avus Africani minoris, Macedonici pater, cos. cum M. Livio a. U. C. 535. Memorant *Liv.* 22. 35. et *alib.*, *Cic.* 1. *Tusc.* 37. 89., et 3. *Off.* 32. 144. et *alib.*, *Horat.* 1. *Od.* 12. 37., *Sil. It. loc. cit., Nep. Hann.* 4., *Val. Max.* 3. 4. 4. et *Frontin.* 4. *Strat.* 5. 5. — In consulatu bellum Illyricum confecit ac triumphum egit, sed accusatus « damnatione collegæ et sua prope, ambustus evasit ». *Liv. loc. cit.* Adde *Sil. It.* 8. 284. *sqq.*, coll. *Polyb.* 3. 16. 18. et 19. et 107. — Fuit etiam pontifex (*Liv.* 23. 21), et iterum cos. a. 538. cum Varrone, cujus temeritati, prudens dux, frustra obstiterat, contra Hannibalem in prœlio Cannensi ubi fortissime dimicans cecidit « magnæ animæ prodigus », ut ait *Horat. loc. cit.* V. *Liv.* 22. 38. *sqq.* — 14.°) L. Æmilius Paullus, qui dein *Macedonicus* appellatus est, filius præcedentis. *Liv.* 43. 2. et *alib.*, *Corp. Inscr. Lat.* 1. 289. et *ibid.* 1. *p.* 207., coll. *p.* 278. et *Plut.* in *vit.* 2. — Triumvir fuit a. U. C. 560. coloniæ Crotonam deducendæ (*Liv.* 34. 45); ædilis curulis a. 562 (*Id.* 35. 10); prætor creatus a. 563 (*Id. ibid.* 24); et proconsul a. 564. in Bastetanis Hispaniæ prius ad oppidum Lyconem a Lusitanis victus (*Id.* 37. 46), dein ex iis victor exstitit (*Id. ibid.* 57); cos. a. 572. cum Cn. Bæbio Pamphilo Ligures Ingaunos edomuit ita ut Senatus ei triumphum decreverit (*Id.* 40. 25. 28. et 34. et *Frontin.* 3. *Strab.* 17. 2., coll. *Plut.* in *vit.* 6); iterum cos. a. 586. cum C. Licinio Crasso, Macedoniam provinciam sortitus, Perseum regem profligavit (*Liv.* 44. 41. 42., coll. *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 6., *Val. Max.* 8. 11. 1. et *Flor.* 2. 12.); unde ei in Italiam profecto Senatus triumphum constituit. *Vellej.* 1. 9. 3-5., *Val Max.* 5. 10. 2., *Flor.* 2. 12., *Cic.* 4. *Cat.* 10. 21. et *alib.*, coll. *Diod.* 31. 8. 9. et *Appian., Maced.* 19. — Bis igitur triumphavit, sed ter *imperatoris* titulum demeruit quasi ter triumphator. *Vellej.* 1. 9. 3. Cf. *Momms. R. M. W.* 652. — Magna fuit abstinentia; qui enim ex ingentibus spoliis opibusque, quibus fuerat potitus, « tantum, inquit *Cic.* 2. *Off.* 22. 76., in ærarium pecuniæ invexit ut unius imperatoris præda finem attulerit tributorum: nihil domum suam præter memoriam nominis sempiternam detulerit ». Cf. *Val. Max.* 4. 3. 8. et *alib.* — Laboribus tandem ac senio confectus obiit a. 594 (*Liv.* 46. 40.: cf. *Plut. Æm.* 39) ejusque lectum funebrem ex aliis victis ipsi Macedones extulerunt indicia victoriæ de iis jam reportatæ præferentem, ut funus hoc alter de Macedonia triumphus videretur. *Val. Max.* 2. 10. 3. — Elogium statuæ ipsius subscriptum ex parte refert *Inscr.* apud *Orell. n.* 542. — Ejus vitam scripsit *Plutarch.* Cf. etiam *Nep. Att.* 18., *Polyb.* 18. 35., 30. 10. et 15. et *Klebs, PW.* 1. 576. *sqq.* — 15.°) M. Æmilius Scaurus, princeps Senatus, *M. f. L. n.* dictus in *Marm. Capit.* De eo *Cic. Mur.* 6. 16. (M. Æmilius) Scaurus memoriam prope intermortuam generis sui virtute (*renovavit*). Cf. *Ascon.* in *Scaur. p.* 20., *Auct. vir. ill.* 82. § 1. et *alib.* et *Val. Max.* 4. 4. 11. — Factus cos. a. 639. cum M. Cæcilio Metello legem tulit de sumptibus et libertinorum suffragiis (V. *Æmilia Lex*). *Auct. vir. ill.* 72. et *Plin.* 8. *Hist. nat.* 57. 82. (223).; Ligures et Gantiscos domuit atque de his triumphavit » (*Auct. vir. ill.* 72), qui tamen *Galli Carnei* in *Marm. Capit.* dicuntur. — In bello Jugurthino legatus fuit Romanorum in Africam, cujus gesta bona ac mala refert *Sall. Jug.* 15., 25., 28. et 29. Cf. *Flor.* 3. 1. et *Cic.* 2. *Orat.* 70. 283. — Censor a. 645. cum M. Livio Druso viam Æmiliam stravit et pontem Mulvium fecit. *Auct. vir. ill. loc.* et *Ammian.* 27. 3. 9. — Sæpe laudatur *Cic.* 1. *Orat.* 49. 214. uti « vir regendæ reipubl. scientissimus ». *et Fontej.* 7. 14. « Ecquem hominem vidimus parem consilio, gravitate, constantia, ceteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis M. Æmilio Scauro fuisse? » Contra *Sall. Jug.* 15. « Æmilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum: ceterum vitia sua callide occultans ». Fortasse utrinque exceditur, quod fuisset propugnator nobilitatis (V. *Vallaur.* in *Sall. loc.*). — Ejus orationes commemorat *Cic. Brut.* 29. 111., in quibus « gravitas summa et naturalis quædam inerat auctoritas ». V. etiam *Charis.* 1. *p.* 129. et 149. et 2. *p.* 210. *K.*; *Val. Max.* 3. 7. 8., *Quintil.* 5. 12. 9. — Libros de vita ipsius ad L. Fufidium memorat *Diomed.* 1. *p.* 374. *K.* et *alib.* « lectu sane utiles, quos nemo legit » *Cic. Brut.* 29. 112. Cf. *Tac. Agric.* 1., *Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. (21)., *Val. Max.* 4. 4. 11. et *Frontin.* 4. *Strat.* 2. 18. — Plura videsis apud *Ellendt, Hist. Eloq. Rom. n.* 28. 29., *Drumann, G. R. I.* 27., *Orelli, Onom. Tull.* et *Teuffel-Schwabe, R. L. G.*[5] § 136. 10. — 16.°) Mam. Æmilius Scaurus (falso *M. Æmilius Scaurus* in Pompejan. *Inscr. C. I. L.* 4. 1553, V. *Rohden, PW.* 1. 583), præcedentis filius, homo obscænus et probrosus, de quo *Senec.* 4. *Benef.* 31., coll. *ep.* 20. et *Tac.* 6. *Ann.* 29. — Fuit cos. suffectus a. 774. Cf. *Inscr.* apud *Henzen* etc. *n.* 7419. et *Tac.* 3. *Ann.* 66. — Oratorum « sua ætate uberrimus » (*Id. ibid.* 31) « insignis orandis causis » (*Id.* 6. *ibid.* 29); « disertissimus et venustissimus » (*Senec.* 1. *Controv. p.* 77. *Burs.*). — De tragœdia *Atreus*, a *Scauro* scripta, ad quam *Tac.* 6. *Ann.* 29. alludit, loquitur etiam *Dio* 58. 24. — 17.°) Æmilius Sura, historicus, cujus fragm. ab antiquario aliquo ad marginem libr. *Vellej.* 1, 6. adscriptum, postea in contextum temere receptum censet *Burmann.* — Forsitan Suræ opus fuerit compendium historiæ universalis. Cf. *Mommsen* in *Mus. Rhen. XVI. p.* 282-284.

II.) In titulis sæpius occurrit, plerumque ut nomen gent. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 589., 543.; et *Æmilia*, nom. mul. *Ibid.* 8. 6194.; 15. 4625. — Etiam cognom. et nom. sing. *Ibid.* 14. 256. 87.; et 12. 386.; et prænomen *ibid.* 14. 1517.; 5. 7889.

ÆMIMONS et

ÆMIMONTUS. *V.* **HÆMIMONS** et **HÆMIMONTUS.**

ÆMINIENSIS, e, adject. ad Æminium pertinens vel Æminii incola. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 5239. *Æminiensis* civitas. *Ibid.* 2. 2559. architectus. — *Æminienses*, absolute, Æminii incolæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (118).

ÆMINIUM, ii, n. 2. (Αἰμίνιον *Ptol.* 2. 5. 7) *Eminium*, extrita priore littera, in *Itin. Anton. p.* 421.

Æminium, oppidum et fluvius Lusitaniæ. *Plin.* 4. *Hist nat.* 21. 25. (113). Oppidum et flumen Æminium (*codd.* Eumenium). Videtur tamen duplex esse hujus nominis positio, ita ut *Æminium* sit oppidum, *Æminius* fluvius, apud *eumd.*; nam *ibid.* 22. 25. (115) legitur: Erratum et in omnibus inclutis; ab Minio, quem supra diximus, CCM pass., ut auctor est Varro, abest Æminius, quem alibi quidam intelligunt et Limæam vocant, Oblivionis antiquis dictus multumque fabulosus. Cf. *Mel.* 3. 10 (V. *Hübner, PW.* 1. 593. *sq.*).

ÆMINIUS. *V.* voc. præc.

ÆMIUS. *V.* **ÆMILIUS** init.

ÆMODÆ, ārum, f. plur. 1. (Scribitur *Emodæ*, *Æbudes* v. *Hebudes* v. *Hæmodæ* v. *Acmodæ* etc.) VII. insulæ, Britanniæ *Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. (103)., ubi *Sillig.* Acmodæ.

ÆMONA, æ, f. 1. Varie scribitur., ut *Emona, Eumonia, Hemonia* etc.; scriptio vero probabilior *Æmona* vel *Emona* originem prodit Illyricam: cf. *Flanona, Albona, Scardona, Salona* etc. (V. *Momms. Corp. I. L.* 3. *p.* 489. et *Kretschm., Einl. in d. Gesch. d. Gr. Spr.* 256., 264).

Æmona v. Emona, colonia Rom. in Pannonia, fortasse ab Augusto deducta; hinc *Julia Æmona* dicta in *Inscr.* apud *Orelli n.* 71., hodie *Lubiana* Italis, *Laibach* Germanis, haud procul a Nauporto fluvio, Carniolæ metropolis. Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (128). et *ibid.* 25. 28. (147)., *Capitolin.* in *Maximin.* 21. et *Pacat. Paneg. Theod.* — De ejus commercio et militari potentia, tempore imperatorum, ejusque vicibus V. *Momms. Corp. I. L. loc. cit.* et *Röm. Gesch. V*[3] 180., 188. et *Patsch, PW.* 5. 2504. *sqq.*

ÆMONIA. *V.* **HÆMONIA.**

ÆMUS. *V.* **HÆMUS.**

ÆMYNDUS, i, f. 2. insula in sinu Ceramico. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (134); ubi « error vel lacuna subesse videtur » inquit *Diehl*, coll. 2. *ibid.* 89. 91. (204). Ita leg. *Sillig.*; alii *Myndus* v. *Emyndus*.

AEN et Ain, indecl. (Hebr. 'Ayin « oculus v. fons »; *LXX.* Αἰν) oppidum, olim in tribu Juda (*Hieronym. sit. et nom. p.* 92), dein tribui Simeonitarum assignatum et leviticum. *Vulg. Jos.* 15. 32. et 1. *Par.* 4. 32., coll. *Jos.* 19. 7. et 21. 16. — De eo *Hieronym. loc. cit.* et *Reland, Palæst.* etc. *p.* 626. — Videtur idem esse quod hodie *Ghuwein*, ab Arabibus littera ע in غ mutata, ut ab Hebr. *Azza* factum *Gaza* et غ Arab. *Gazzah* (Cf. *Robinson, Research. in Pal. II. p.* 625.

ÆNA, æ, f. 1. (Hebr. 'Enayim « fontes »; *LXX.* Αἰνάν) regio in Palæstina. *Hieronym. sit. et nom. p.* 35. Ænam euntibus Thamnam nunc desertus locus - est et fons in supradicto Æna loco, unde et Ænan, id est nomen fontis, accepit - porro Hebræi adfirmant Ænan non locum significare sed bivium (Cf. *ejusd. Quæst. Hebr.* in *Gen.* 38. 14. et *Augustin. c. Faust.* 22. 86). — *Ital. Gen.* 38. 14. cod. Lugd. habet *Aenan.* et *Vulg. ibid.* 14. et 21. in *bivio*. *V.* **ADINA.**

ÆNARĒ, es, f. 1. insula maris Ægæi. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. (137). Cf. **ÆNARIA.**

ÆNARĒS. *V.* voc. seq.

ÆNARIA, æ, f. 1. Αἰναρία. — *a)* Scribitur *Enaria* apud *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 715. et *Solin.* 3. — *b)* Etymon alii parum grammatice ducunt ab *Ænea*, quod ibi Æneas classem a Troja veniens appulerit: ita *Paul. Fest.* 20. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (82).; alii ab eo quod « in eam in contumeliam simiæ missæ sunt, quas Græci

ἄρρινας, ideat *anares* (sine naribus), dicunt, ob quam causam *Pithecusam* etiam vocitant»: ita *Serv. loc. cit.*, cui etymo repugnat *Plin. loc. cit.*, ubi a figulinis doliorum deducit (a πίθος, *dolium*: cf. ἄριμος apud *Strab.* 13. 625. idem ac πίθακον, *figlinum*); consentit vero *Salmas.*, reprehensus a *Voss.* ad *Mel. p.* 519.; quamquam *Liv.* 8. 22. cum *Mela* 2. 7. 18. unam ab altera sejungit, refragante *Plin. loc. cit.*; *Appian.* tamen 5. *B. C.* 69. et 71. et *Strab.* 5. 4. 9. faventibus, qui alter *Pithecusas* dicit plur. num. (Cf. *Salmas.* in *Plin. Exerc. p.* 68., et *Cellar. Geogr. ant.* 2. 10.): alii denique, auctore *Voss.* in *Obs.* ad *Mel.* 2. 7. 179., probabilius ab ærifodinis, quod, ut ab ære fit ærarius, sic ab aeneo vel aheno facta videatur Aenaria v. Ahenaria; porro *Strab.* (qui passim de ea scribit, ut 1. 64. 57., 60.; 12. 123.; 5. 247.: 6. 228.; 13. 626) Pithecusas ob feracitatem agri et metalla celebratas memorat. V. *Wernsd.* ad *Lucil. Ætn. Exc. III.*, coll. *Heyn.* ad *Virg.* 9. *Æn. Exc. II.* — *c)* Ad quantitatem quod attinet, syllaba secunda producitur *Ætn.* 429., rectius vero contrahitur *Stat.* 3. *Silv.* 5. 104. Cf. *Inărime.* V. tamen infra.

Ænaria, insula Campaniæ in sinu Bajano seu Cumano, hodie *Ischia*, quam *Homerus* εἰν Ἀρίμοις (*Il.* 2. 783), Latini *Inarime* dicunt. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (82)., *Virg.* 9. *Æn.* 716., *Ovid.*, 14. *Met.* 89., *Cic.* 10. *Att.* 13. et *Vellej.* 2. 19. *Sil. It.* 8. 541., *Lucan.* 5. 100 (Cf. *Strab.* 13. 626. et *Steph. Byz.* v. Ἄριμα). — Antiquitus incendio flagrasse refertur *Ætn. loc. cit.*; et ab ea avulsam insulam, quæ *Prochyta* dicitur, inferri potest a *Plin.* et *Serv. locc. citt.* — Aquas in ea medicinales laudat *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 5. (9). et *Stat. loc. cit.*, ubi *Ænarum* leg. *Vollmer* et *Klotz*: cf. *Ovid.* 14. *Met.* 90. *sq.*, ita ut sit genet. plur. a nomin. *Ænāres*, incolæ.

ÆNĒA et *Ænia*, æ, f. 1. nomen personæ et loci. ¶ 1. Est cogn. mul. (Αἰνία). *Corp. Inscr. Lat.* 8. 7474. *V.* **ÆNIUS.** ¶ 2. Est etiam oppidum Macedoniæ ad sinum Thermaicum, ab Ænea, uti fertur, conditum, non confundendum cum Æno (Αἶνεια). *Liv.* 40. 4. et 44. 10. et 32., coll. *Virg.* 3. *Æn.* 18. V. *Steph.* h. v. et *Leake, N. Gr. III.* 451.

ÆNĔĀDA, adject. n. pl. *V.* voc. seq.

ÆNĔĀDĒS, æ, m. 1. et Æneades, is, 3. (Αἰνεάδης) Acc. sing. *Æneaden* apud *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 35. — Gen. plur. *Æneadarum* est *Tertull.* 2. *Nat.* 17. et *Apol.* 9. et *Avien. Orb.* 117.; sæpius *Æneadum*, ut *Lucret.* 1. 1. apud *Priscian. II.* 292. 18. *K.*, *Virg.* 1. *Æn.* 565. et 9. *ibid.* 178. et *alib. Sil. It.* 1. 2.; 2. 420. et *alib.*, *Val. Flacc.* 2. 573., *Greg. Tur. glor. mart. præf.*, ubi alii leg. *Æneada* pro *Æneadum* (bella) etc. — Dat. et Abl. *Æneadis* apud *Virg.* 7. *Æn.* 616.; *Sil. It.* 3. 560. et *alib.* et *Symmach. ep.* 1. 1, 5. — Acc. *Æneadas* est *Virg.* 3. *Æn.* 18., *Ovid.* 1. *Fast.* 717., *Sil. It.* 8. 175. et 17. 289. — *Æneas* (*adis*) patronym. fem. *Priscian. gramm. II. p.* 67. 12. *K.*

Æneades, nomen patronym., filius vel nepos Æneæ. ¶ 1. Stricto sensu. *Virg.* 9. *Æn.* 623. *de Ascanio*, ex eo quod putaretur ab Ænea originem ducere. *Auson. de XII. Cæs.* etc. *de Nerone.* Æneadum ultimus. *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 35. *de Augusto.* Fert liber Æneaden. *Id.* 15. *Met.* 804. *de Julio Cæs.* Æneadem molitur condere nubem. *Alii tamen aliter leg.* ¶ 2. Latiore sensu dicti sunt qui ad Æneam pertinebant ut socii ejus, qui pro Ænea pugnabant; aut universim Trojani. *Virg.* 1. *Æn.* 161. Defessi Æneadæ. *et ibid.* 569. Quis genus Æneadum, quis Trojæ nesciat urbem? Adde 9. *ibid.* 180., 10. *ibid.*, 120. etc. — Specistim *Æneadas* vocavit *Virg.* etiam novum ab Ænea conditum oppidum in Thracia, quod et *Ænus* (*V.* hanc voc.), nisi *Æneadas* dixit poeta ab ejus incolis: cf. *Gabii*, *Tarquinii*, oppida incolarum nomine designata (V. *Heyne* in *Virg. Exc. I.*), ita ut *Æneadæ* idem sit quod incolæ Æni. Cf. *Hirschfeld, PW.* 1. 1028. ¶ 3. Latissimo sensu Romani, quod Romanorum fuerit conditor Æneas. — *a)* Generatim. *Priscian. Inst.* 47. *præf.* Æneas Trojanus rex, rei publicæ princeps est, nosque Æneadæ ab illo vocamur. *Virg.* 8. *Æn.* 648. Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. Adde *Lucret.* 1. 1., *Ovid.* 2. *Trist.* 261., *Tertull. Apol. loc. cit.* et *Arnob.* 4. *p.* 146. — Sic Roma seu potius Alba, *caput Æneadarum* dicitur *Avien. Orb.* 117. — *b)* Specistim de P. Scipione. *Sil. It.* 13. 767. Incipit Æneades etc. — Sic imperator quilibet Romanus apud *Prudent. Apoth.* 815. Purpura Æneadæ rectoris (Cf. § 1). — Hinc *Æneadis* seu *Decius* inscripta est tragœdia quædam prætexta Accii poetæ. *Non.* 3. *p.* 200. *Merc.* Æneadis aut Decio. et *alib.* — Ejus fragmenta colleg. *Bothe* et *Ribbeck* in *Poet. tr. rel.*

ÆNĔĀNĬCUS, a, um, adject. ad Æneam pertinens. *Apul.* apud *Prisc. gramm. III.* 482. 1. *K.* Æneanica gens. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 2. 3. (14). Teresibus (*corr.* Siaresibus, cognomen adjicitur) Fortunales et Callensibus Æneanici. *Sillig.* Emanici. Cf. tamen *Ephem. epigr. VIII.* (ad *Corp.* 2.) 306.

ÆNĒAS. *V.* **ÆNEADES.**

ÆNĒĀS, æ, m. 1. (Αἰνέας *Hom. Il.* 13. 541., *Pind. Ol.* 6. 149., *Sophocl. fr.* 344. *N.*[2], Αἰνείας v. Αἰνείης *Dio Hal.* 1. 48. et etiam Αἰνήας in *Tab. Iliac.* (V. *Revue de philol.* 1. 441. et *Meisterhans, gramm. d. Att. Inschr.*[2] 32. 37). — *a)* Orthographia: *Capell.* 3. *p.* 53. *a* ex uno latere suscipit *e*, ut Æneas (*Virg. gramm. suppl. p.* 189. 10). *Corp. Inscr. Lat.* 10. 8848. AENEAS. — Singulariter *Æneas*, cum duplici diphthongo, *Jornand. Rom.* 88. — *b)* Declinatio: *Ars Bern. gramm. suppl. p.* 97. 5. dat schema, coll. *Charis. gramm. I. p.* 66. 31. et *Priscian. III. p.* 443. 12. — Nom. *Ænea* pro *Æneas*, non imitandus, dixit *Varr. Men.* 16. (Cf. *Quintil.* 1. 5. 61. et *Fleckeis. Krit. Miscell. p.* 20. 1. *sq.*) et *Corp. Inscr. Lat.* 9. 4913). — Gen. *Æneai*, ἀρχαϊκῶς, apud *Priscian. II. p.* 284. 20. — Acc. *Ænean* est *Fab. Pict. Gr. Hist. fr.* 5., *Caton. Origg.* 1. *fr.* 9 (10)., *Cornif. Rhet.* 4. 46., *Liv.* 1. 1. etc., *Val. Max.* 1. 8. 7., *Tac.* 12. *Ann.* 58., *Claudian. Edyll.* 7. 88. — *Ænean*, Græca positione, *Cass. Hem. fr.* 5 (in *Schol. Ver.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 717. *p.* 91. *K.*), *Ovid.* 14. *Met* 78. et 170. et *alib.*, *Virg.* 1. *Æn.* 260. et 581. et *alib.*, *Propert.* 4. 1. 2., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 3. — Voc. *Æneā* apud *Varr.* 6. *L. L.* 60. ex *trag. inc. fr.* 1., *Tib.* 2. 5. 39., *Virg.* 8. *Æn.* 41. et *alib. Ovid.* 14. *Met.* 247. et cf. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 75. — *Æneas* pro *Ænea* minimam habet auctoritatem, quam positionem finxit *Ars Bern. loc. cit.* — *c)* Etymologia: nomen alii duxerunt ab αἰνέω, *laudo* (*Pape-Benseler p.* 36); alii ab αἰνός, *gravis*, *asper*, *anxifer*, ob dolorem matri Aphroditi illatum: cf. *Homer. Hymn.* in *Aphrod.* v. 198.: τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται οὕνεκά μ' αἰνὸν ἔσχεν ἄχος κ. τ. λ. (V. *Talbot, o. c. p.* 199): cf. *Hieronym. ep.* 108., qui vult esse a voc. Hebr. *Ănĕ* « pauper, miser v. afflictio »; alii denique probabilius ab Αἴνη, dea asiatica (*Polyb.* 10. 27. 12. *Hult.*), cujus cultus cum eo concordat, qui Aphroditi adhibebatur, ita ut *Æneas* idem sit ac «υἱός τῆς Αἴνης» h. e. filius Aphroditis: cf. Ἑρμείας, Βορέας (V. *Duncker, Gesch. d. Altert.* 4.[4] 87. *sq.*; *Movers, Gesch. d. Phön.* 1. 627.; *Roscher, Lex.* etc. *I.* 187). — *d)* Prosodia: pænultima syllaba, saltem in derivatis, aliquando contrahitur, ut in *Ænĕades*, *Ænĕides*; aliquando vero producitur, ut in *Ænēis*, *Ænēius* (V. suis locis), fortasse quia Græca vox modo Αἰνέας, modo Αἰνείας v. etiam Αἰνήας scribitur; Latini vero *e* in *Æneas*, ut in Gr. voce *ε*, quod sciam, nunquam corripiant. — *Æneas*

I.) Apud scriptores ¶ 1. Fuit heros Trojanus et Italicus celeberrimus, de quo multa fabulosa veteres tradidere, præsertim ex poetis, quamquam non omnino persona mythica videtur (Cf. *Cat. Orig.* et *Postum. Albin. citt.* V. *Balan, Stor. d'It.* 1. *p.* 23. et infr. sub 1.°); majores habuit Dardanum ex Jove (quem ex Corytho in Phrygiam venisse docet *Virg.* 2. *Æn.* 163. *sqq.*, coll. *Serv.* ad *h. l.*), unde et *Dardanides* v. *Dardanius* dictus (*Virg.* 6. *Æn.* 169. et 10. *ibid.* 544. et 12. 775), Erichthonium, Troa, Assaracum et Capyn; patrem Anchisen, Priami, regis Trojani, consanguineum et ob id *Anchisiades* appellatus (*Id.* 8. *ibid.* 521., coll. 6. *ibid.* 322. et 331); matrem Aphroditen, seu Venerem apud Romanos (*Id.* 1. *ibid.* 617., coll. *Serv.* ad *h. l.* et *Augustin.* 3. *Civ. D.* 3), ex qua natus est ad ripas Simoentis seu ad montem Idam (*Hesiod. Theog.* 1008); fratrem Cupidinem (*Ovid.* 3. *Amor.* 9. 13); nutricem Cajetam (*Virg.* 7. *Æn.* 2.) vel Prochytam (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (82); uxores Creusam, filiam Priami, quam amisit ea ipsa nocte cum Troja incensa est, unde Ascanius major, dictus etiam Ilus vel Julus, ortus est (*Virg.* 1. *Æn.* 271. et 2. *ibid.* 738. et *Aur. Vict. Orig. G. R.* 17); dein Laviniam, Anii, sacerdotis Apollinis, filiam (*Liv.* 1. 1., coll. tamen *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 80), mox alteram Laviniam, Latini regis filiam, ex qua nati sunt Ascanius minor et postumus Silvius (*Aur. Vict. Orig. G. R.* 16), quamquam hunc faciunt alii Ascanii filium (*Liv.* 1. 3), et Ilia, Romuli mater (*Næv.* et *Enn.* apud *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 778), quæ forsitan fuerit non filia sed ex stirpe Æneæ oriunda (Cf. tamen *Vahlen* in *Ennian. poes. rel. p. XXVIII. sqq.*); quin *Lescheus*, teste *Pausan.* 10. 26., Eurydicen quoque uxorem Æneæ edidit ex *Tab. Iliac. n.* 109., de quo V. *Heyn.* in *Virg.* 2. *Æn. Exc. XIV.* Origo autem Euboica Æneæ, quam excogitavit *Gruppe* (*Relig. Gesch. I. p.* 306), parum putumque commentum est. — Porro Æneas usurpatur — 1.°) Proprie. *Cat. Orig.* 1. apud *Serv.* in *Virg.* 1. *Æn.* 6. Aborigenas postea adventu Æneæ Phrygibus junctos Latinos uno nomine nuncupatos *etc.* Adde *Postum.* apud *eumd.* in *Virg.* 9. *Æn.* 710. *Id.* 1. *ibid.* 544. Rex erat Æneas nobis, quo justior alter Nec pietate fuit nec bello major et armis. *Horat.* 2. *Sat.* 5. 62. ab alto demissum genus Ænea. Rursus *Virg.* 4. *Æn.* 191. Æneas Trojano sanguine cretus, *et* 12. *ibid.* 75. Phrygius. *et ibid.* 166. Romanæ stirpis origo. *et* 1. *ibid.* 580. pater. *et* 4. *ibid.* 466. ferus. *et* 6. *ibid.* 413. ingens. *et* 12. *ibid.* 107. sævus in armis. *et* 9. *ibid.* 39. optimus armis. *et* 10. *ibid.* 310. omna pugnæ. *Tibull.* 2. 5. 39. impiger. *Stat.* 4. *Silv.* 2. 2. et *Ennod. Dict.* 21. 21. magnanimus. *et Virg.* 1. *Æn.* 220. et *alib.* pius. *et* 5. *ibid.* 770. bonus. *Ovid.* 15. *Met.* 450. penatiger. *Id.* 3. *Fast.* 424. gravis. *Liv.* 1. 1. domo profugus. *Sueton. Ner.* 39. Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem? *Cic.* 1. *Divin.* 21. 43. Æneæ somnium, quod in nostri Fabii Pictoris Græcis annalibus ejus modi est etc. *Virg.* 7. *Æn.* 234. Æneæ fata. *Sil. It.* 9. 73. sceptra. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 1. errores. — Sacerdotio et pontificatu functus videtur. *Dict.* 4. 17., *Dionys. Halic.* 1. 48. et *Macrob.* 3. *Sat.* 1. et 2., coll. *Homer. Il.* 5. 445. *sqq.* et *Virg.* 2. *Æn.* 293. *sq.* — Fuit comes Paridis, quum Helenam rapuit, eique, ut retineretur, suasit. *Dict.* 1. 3. et 2. 26., cui refragatur *Liv.* 1. 1. — Exorto ob Helenæ raptum bello inter Trojanos et Græcos, fortiter dimicavit (*Virg.* 2. *Æn.*; *Dict.* 2. 11. et *Dares* 21); ubi congressus cum Diomede et Achille vulnus accepit, sed a matre periculo ereptus est. *Virg.* 4. *Æn.* 228., coll. *Serv.* ad *h. l.* et *Juvenal.* 15. 68. — Troja denique capta ann. a. Chr. 1184. et combusta a Græcis, ipse cum patre et duobus parvulis filiis, aut uno secundum alios, in Italiam profugit. *Virg.* 1. *Æn.* 1. *sq.* et *Aur. Vict. Orig. G. R.* 9. — Utrum proditor patriæ fuerit cum Antenore, a veteribus disputatum est: affirmant *Aur. Vict. Orig. G. R.* 9., *Dares* 39. *sqq.* et *Dict.* 4. 17. et 18. 22. et *alib.*; negant vero *Liv.* 1. 1. et *Virg.*, qui Æneam *pium* vocat passim. — De ejus fatis et erroribus seu itineribus varia tradiderunt scriptores sive ex Græcis sive ex Latinis, de quibus dubitavit primus *Strab.* 13. 608.; dein *Cluver.* (*Ital. antiq. p.* 832. *sq.*); recentius vero et ex professo egerunt *Klausen, Æn. u. die Penat.*, Hamb. 1839-40.; *Cauer, De fab. Gr.* etc. in *Berliner Stud. I.* (1884) *p.* 451. *sqq. Die röm. Aeneassage* in *Jahrbb. f. Philol. Suppibd. XV* (1887) *p.* 95. *sqq.* Cf. etiam *Preller-Jordan, R. Myth. II.* 310. *n.* 3., 321. *n.* 1. et *Wörner* in *Myth. Lex. Roscher* 1. *p.* 185. *sqq.* Fortasse Trojanorum reliquiæ, de quibus locuntur *Herod.* et *Homer.*, et nomina oppidorum *Æneia* et *Ænos* (V. infra) in causa fuerunt, cur Æneæ ejusve itinerum mythus crearetur (Cf. *Friedländer* in *Monatsberd. Berlin. Akad.* (1878) *p.* 759. *sqq.* et *Kretschmer, Einleit.* etc. *p.* 185. *sq.*). Prima autem de his mentio fit apud *Stesichorum* in *Tabula Iliaca*, dein apud *Hellani-*

cum, *Damasten* et *Agathoclem*, ita ut videatur fabula Græca Romam invecta. Quidquid sit, alii Æneam a Phrygia in Thraciam profectum esse referunt, ubi Ænum oppidum condiderit (*Virg.* 3. *Æn.* 6. *sqq.*, coll. *Serv.* ad *h. l.*; *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (43)., *Ammian.* 22. 8., *Solin.* 10., *Mel.* 2. 2. 8) et in Chersonesum, ubi oppidum Æniam, quod alii idem atque Ænum putant (*Dionys.* ex *Hellan.* 1. 47. et 49., coll. *Herod.* 7. 123. et *Lycophr.* 1236 *sqq.*); mox in Macedoniam et Samothraciam (*Liv.* 1. 1., *Dio* 1. 47., *Schol. Ver.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 717); deinde in insulas Delum et Cretam, ubi oppidum Pergamum condidisse creditur (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. [59]., coll. *Dion.* 1. 59., *Virg.* 3. *Æn.* 69. *sqq.*, *Serv.*, ad *Virg.* 3. *Æn.* 80. *Dionys.* 1. 50., et *Aur. Vict. locc. citt.*); in Cytheram, Laconiam, Arcadiam, ubi varia item oppida exstruxisse dicitur (*Pausan.* 8. 22., et 8. 12. et *Strab.* 8. 388); in Zacynthum, Leucadem, Actium, Ambraciam, Epirum et litora Adriatici maris (*Varro* apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 256. et 349., coll. *Dionys.* 1. 55., *Dict.* 5. 17., *Strab.* 10. 451., *Dio* 1. 51.); in Italiam inferiorem circa promontorium Sallentinum vel Japygium (*Virg.* 3. *Æn.* 530. *sqq.*, coll. *Dionys.* 1. 51.) et in Siciliam ad Drepanum, ubi pariter oppida Elyma et Ægestam fertur ædificasse (*Dio* 1. 52., *Cic.* 2. *Verr.* 4. 72., *Strab.* 13. 608., coll. *Sil. It.* 14. 45. et *Virg.* 3. *Æn.* 707., coll. *Dionys.* 1. 520) et ubi moritur Anchises (*Id. ibid.* 718); denique ex Sicilia per Tyrrhenum mare in Italiam (*Id.* 1. *ibid.* 2., coll. *Dionys.* 1. 53) et in Latium (*Id. ibid.* et 7. *ibid.* 29. *sqq.*, coll. *Dionys. ibid.* et *Lycophr. Alex.* 1235), ubi fatorum Æneæ triplex exstat narratio, sc. *Dionysii Hal.*, *Catonis* et *Virgilii* (de cujus fontibus jam scripsit *Kuschel, Ueber d. Quellen von Verg. Æn. Progr.*, Breslau 1858. cuique lucem affudit *Hild, La légende d'Enée avant Virg.* Paris 1883. *p.* 40-78). — Antequam vero Æneas in Latium migraret, tempestate appulsus esse in Africam narratur (quod tamen omnino fabulosum et rationi temporum contrarium videtur, uti monet *Talbot, op. cit. p.* 480. *V.* etiam *Heyne, Exc. II.* in 3. *Æn.*), ubi suas calamitates descripserit Didoni, reginæ Carthaginis; quæ quum Æneam vehementer adamasset petissetque frustra connubium, in eum fugientem diras evomuerit atque inimicitias fuerit vaticinata olim inter Pœnos et Romanos orituras; ipse dein adactus in Siciliam ab Aceste rege benigne exceptus esse ac demum Cumas appulisse. Ita in priore Æneidis parte *Virg.*, fortasse ex *Næv.* (V. *Klussmann, Rel. Næv. p.* 30) et *Varr.* (*Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 682., *Macrob.* 5. *Sat.* 2. 4., coll. *eod. Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 198. et *Justin.* 18. 6.); in posteriore vero Æneas traditur ad Tiberis ostia adiisse indeque Laurentem agrum egressum misisse legatos ad Latinum regem, qui filiam suam ei uxorem obtulerit, invito Turno, Rutulorum rege: hinc bellum exarsisse hunc inter et Mezentium Etruscum in societatem accitum et inter Æneam ac Latinum, quibus postea Evander, misso Pallante filio, opem tulerit, donec Anchisiades ad singulare certamen provocatus Turnum interfecisset, sicque jacta fuisse Romanæ rei publicæ fundamenta. At *Liv.* 1. 1. hæc aliter exponit concluditque hisce verbis: «Secundum prœlium Latinis, Æneæ etiam ultimum operum mortalium fuit. Situs est (*Æneas*), quemcumque eum dici jus fasque est, super Numicum flumen: Jovem Indigetem appellant». Adde *Sall. Cat.* 6., *Flor.* 1. 1. 9., *Varr.* 5. *L. L.* 52. (coll. *Messal. Prog. Aug.* 12. *sqq.*), *Ovid.* 14. *Met.* 581. *sqq.*, *Claudian. carm. min.* 17. 32. *sq. Augustin.* 18. *Civ. D.* 19. «Æneam, quoniam quando mortuus est, non comparuit, deum sibi fecerunt Latini». Sane post mortem inter deorum numerum hoc nomine relatum fuisse perhibent etiam *Cic. loc. cit.*, *Virg.* 12. *Æn.* 795., *Solin.* 2., *Tibull.* 2. 5. 44., *Capell.* 1. *p.* 23. et *Inscr.* apud *Henzen. Suppl. Orell. n.* 5845. — Alia plura de Ænea disces ex Græcis et Latinis scriptoribus *Homer.*, *Arctin.*, *Callistrat.*, *Hellanic.*, *Damast.*, *Stesichor.*, *Plut.*, *Fab. Pict.*, *Cass. Hem.*, *Næv.*, *Varr.*, *al.* Cf. etiam *Heyne* in *Disq.* et *Exc.* ad singulos Æneid. libr.; *Schwegler, Röm. Gesch.* 1. ed.[2] 1867. *p.* 279-336.; *Klausen, op. cit.*, *Preller-Jord.*, *Röm. Myth. II. p.* 310. *sqq.*; *Wörner I.* 157-191.; *Rossbach* et *Freudenthal, PW.* 1. 1013-1022.; *De Sanctis, Stor. d. Roman.* Torino 1907.; *Stampini, Sulla leggenda di Enea*, Messina 1893. V. etiam ROMA et ROMULUS. — Apud artifices, de monumentis artis, sc. statuis, tabulis, anaglyptis, vasis, nummis, videas *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (71)., coll. *Ritschl. ind. Schol.* Bonn, 1858. et *Rhein. Mus.* 12., 153.; 18. 468., 476.; *Visconti, Mus. Clem. T.* 2. *p.* 68., et *T.* 7. *p.* 91. *sqq.*; *Overbeck, d. Bildwerke* etc. *p.* 288. *sq. T.* 12. *n.* 9. et *p.* 385. *T.* 15. *n.* 2. et *alib.*; *Baumeister, Denkm. Fig.* 32. 33.; *Monum. dell'Istit. Arch.* 2. 38. et *Ann. dell'Istit. Arch.* 1862. *t. B.*, coll. 1866. *t. Q.*; *Eckhel*, 6. *p.* 4.; *Kekulé, d. antik. Terrac. I. p.* 48. *sqq.* — 2.°) Translate — *a)* Est Æneas similis v. imitator. *Virg.* 4. *Æn.* 327. si quis mihi parvulus aula Luderet Æneas. *Ovid.* 13. *Met.* 665. non hic Æneas, non qui defenderet Andron, Hector erat. Cf. *Juvenal.* 5. 139., et *Hieronym. ep.* 66. — *b)* Pro Æneide. *Ovid.* 3. *Art. am.* 337. Æneam, altæ primordia Romæ, Quo nullum Latio clarius exstat opus. Cf. *Stat.* 4. *Silv.* 2. 1. — Apud poetas titulus fabulæ. *Charis. gramm. I.* 182. 15. Pomponius Secundus in Ænea. ¶ 2. Item Silvius, Æneæ et Laviniæ filius. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 2088. SILVIVS AENEAS AENEAE ET LAVINIAE FILIVS. *Virg.* 6. *Æn.* 763. Silvius (*Æneas*), Albanum nomen, tua postuma proles. *Heyne* ad *h. l.* ait fuisse filium Ascanii; de hoc tamen consulas *Liv.* 1. 3., *Vict. Or. G. R.* 16. et *Ovid.* 4. *Fast.* 40., coll. *Dionys.* 1. 70. — Argutias veterum super *postuma proles* refert *Gell.* 2. 16. — Universim vero habetur pro filio Silvii, Æneæ filii. *Virg.* 6. *Æn.* 767. Silvius Æneas, pariter pietate vel armis Egregius. *Liv.* 1. 3. Ænean Silvium creat (*regem Silvius*). Adde *Hieronym. Chron.* a. Abr. 909. Sic *Prosp.*, *Cassiod.*, *Beda* in *chron.*, *Augustin.* 18. *Civ. D.* 19. et *Jorn. Rom.* 89. ¶ 3. Item quidam Halesinus «homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate præditus»: ita *Cic.* 3. *Verr.* 73. 170. ¶ 4. *Æneas*, nom. ficticium, magister Virgilii grammatici. *Virg. gramm. suppl. p.* 195. 17. Ad meum Æneam. — Alios videas apud *Vulg. Act.* 9. 33., in *Cod.* 7. 37. 2. etc.

II.) In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 2187.

ÆNĔĀTES, um, m. plur. 3. (Αἰνεᾶται) Antepænultimam alii longam faciunt, brevem alii, quibus Græca vox favet.

Æneates, incolæ Æneæ v. Æniæ oppidi in Macedonia. *Liv.* 40. 4. «Poridi principi cuidam, gentis Æneatum, nupsit». Rectius tamen alii leg. *Ænianum*; alii vero omittunt. V. **ÆNIANES.**

ÆNĔĀTĬCUS, a, um, adject. ad Æneam v. Æniam oppidum pertinens, ut *Æneatica abies* apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 33. 76. (197)., ubi alii legendum putant *Æniatica*. Cf. *Theophr. hist. plant.* 5. 2. 1. αἰνιατική.

ÆNĔI (rectius Ænii), ōrum, m. plur. 2. (Αἴνιοι) incolæ Æni, oppidi in Thracia. *Liv.* 31. et 45. 27., ubi *Drak.* leg. *Æneatum* pro *Æniorum* (ed. *Weissenb.*). Cf. *Thucid.* 7. 57.

ÆNĔĬDÆ, ārum, m. plur. 1. quasi Αἰνεῖδαι, pro *Æneadæ*, apud *Augustin.* 3. *Civ. D.* 13. Nec Venus ipsa Æneidas suos potuit adjuvare.

ÆNĔĪDES, trisyll., et rectius Ænīdes, æ, m. 1. (Αἰνείδης) nom. patronym. ¶ 1. Est filius Æneæ. *Virg.* 9. *Æn.* 653. *de Ascanio.* Sit satis, Ænide, telis impune Numanum Oppetiisse tuis. At *Æneada* leg. *Pierius* in cod. Rom., secunda et tertia correpta. Verum *Ænide* retinuit *Ribbeck o. II. p.* 160., annuente *Georges, Handw.* ad *h. v.*, et confirmat *Priscian. II. p.* 66. 1.: «Magis contra regulam auctoritate poetica posuit *Ænide* Virgilius». ¶ 2. Item Ænei filius; unde plur. *Ænidæ*, posteri Ænei. *Val. Flacc.* 8. 4 (ubi codd. *Cæneadæ* v. *Cæneadæ*). Cf. *Priscian. part. p.* 482. 10. *sqq.* V. **ÆNEUS.**

ÆNĔĬDŌMASTIX v. Æneomastix, īgis, m. 3. (Αἰνηΐς, *Æneis*, et μάστιξ, *flagellum*) titulus libri, a Carvilio Pictore in Æneidem Virgilii editi, ubi poetæ vitia furtaque adnotavit, ut sibi quidem persuaserat stultissimus nebulo; quamquam non desunt, qui hunc librum a Mæcenate suppositum adfirment. *Donat.* in *vit. Virg.* 16. De eo *Sueton.* in *vit.* 65. Est et adversus Æneida liber Carvili Pictoris tituto *Ænomastix*. Ita leg. *Riese* (et *Ribbeck, Proleg. p.* 99) pro *Æneomastix*. Cf. *Virgiliomastix* apud *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 52. et 2. *Ecl.* 23. — Utrum vero scriptus fuerit soluta an ligata oratione, non constat. V. *Weichert, Poet. Lat. rel. p.* 274.

ÆNĒIS, idos (idis), f. 3. (Αἰνηΐς). — *a)* Scribitur etiam *Eneis*, extrita priore diphthongi littera, in cod. Bern. *Virg. Æn.* passim, non imitando. — *b)* Genet. *Æneidos*, usitatior, apud *Ovid.* 2. *Trist.* 533. et 3. *Pont.* 4. 84., *Sueton.* (*Don.*) *vit. Virg. p.* 61., *Capitolin. Gord.* 3., *Macrob.* 6, *Sat.* 2. 31., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 71., *Gell.* 2. 3. 5. — *Æneidis* est *Prob. gramm. IV.* 263. 23. et *Gell.* 13. 21. 5. — Acc. *Æneida* apud *Stat.* 12. *Theb.* 816., *Gell.* 17. 10. 7., *Prob. Virg. p.* 328. et *Sueton.* (*Don.*) *vit. Virg. p.* 60. *R.* - *Æneidem* apud *Serv. Æn.* 1. *præf. p.* 2. et 5. *ibid.* 6. 752. — Genet. pl. *Æneidum* est *Hieronym. Chron.* a. Abr. 2000. - *Æneidorum* apud *Serg. gramm. IV.* 485. 6. — *c)* Secundam syllabam corripit *Ovid.* 3. *Pont.* 4. 84. Ænĕidos. *nisi legend.* Ænea. *Heins.* tamen ait se vidisse in antiquissimo cod. epigr. laudatorium Virgilii, ubi legebatur: *Æneidemque suam fac major nuntius ornet* etc. Cf. tamen *Ovid.* 2. *Trist.* 588.

Æneis, celeberrimum Virgilii opus de Ænea ejusque rebus gestis (*V.* **ÆNEAS**), a. U. C. 725. inceptum, varium tractans argumentum et multiplex et quasi amborum Homeri carminum instar (*Sueton.* [*Don.*] *vit. Virg. p.* 29.), nempe originem gentis Italicæ et populi Rom. (Cf. *Georg.* 3. 46. *sq.* et *Propert.* 3. 32. 61-66), ab ejusdem Æneæ in Italiam adventu usque ad sua tempora Romanam historiam summatim continens (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 750), prosa prius oratione formatum digestumque in XII. libros (*Sueton.* [*Don.*] *Vit. Virg. p.* 59.), ita appellatum ab auctore ipso ad imitationem Odyssiæ (*Serv.* ad *Georg.* 1. *præf.*), quamquam in antiquis dictum non Æneidem sed gesta populi Rom. (*Id.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 752), fortasse annis undecim scriptum (*Sueton.* (*Don.*) *vit. Virg. p.* 60.), non emendatum ab eo nec editum, immo auctoris morientis jussu igne delendum (*Serv.* in *præf.* ad *Æn.* et *Gell.* 17. 10. 6), sed contra ejus voluntatem, a L. Vario et Tucca, Virgilii contubernalibus ac poetis eximiis, hac Augusti lege emendatum ut superflua demerentur, nec tamen aliquid adderetur (*Serv.* in *præf.* ad *Æn.*); partim ex Homero, Ennio, Lucretio et poetis cyclicis uti fontibus derivatum (*Macrob.* 1. *Sat.* 24. 18. et 5. *ibid.* 2. 4. et 6. *ibid.* 1. *sq.* et *Gell.* 1. 21. 7., coll. *Ascon. Ped.* et *Scheben, De poet.* etc. *ante Virg.* 1828), totum scientia plenum (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn. init.* et 2. *ibid.* 57.), commentariis illustratum a Donato (*Priscian. gramm. III.* 61. 20) et a Servio (*Id. ibid.* 515. 22). — Laudatur *Propert.* 2. 34. 65. Cedite Romani scriptores, cedite Graji: Nescio quid majus nascitur Iliade. *Ovid.* 2. *Trist.* 533. ille tuæ felix Æneidos auctor etc. Cf. 1. *Amor.* 15. 25. *sq.* Tityrus et fruges Æneiaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit. et 3. *Art. am.* 337. *de Æneide.* Quo nullum Latio clarius exstat opus. *Stat.* 12. *Theb.* 816. nec tu divinam Æneida tenta; Sed longe sequere et vestigia semper adora. Adde 2. *Silv.* 7. 80., *Ovid.* 2. *Pont.* 4. 34. et *Quintil.* 10. 56. 85. — Obtrectatores habuit ex veteribus *Octavium Avitum* in Ὁμοιοτήτων v. *VIII.*, *Herennium*, *Perilium Faustinum*, *Carvilium Pictorem*; contra quos *Q. Asconius Pedianus* librum scripsit (*Donat.* in *vit. Virg.*); ex recentioribus vero *Markland*, *Præf.* in *Stat. Silv. fin.*, *Peerlkamp* in ed. Æn. 1843., cui *Ribbeck* in *Proleg.* ad suam ed. favet; at cavillatori illudit *Bernhardy, Grundriss d. Röm. Litt. p.* 603., *Conrad* vero, *Quæst. Virg.* 1863.; *Freundsberg, Vindic. Virg.*, *Siebelis* in *Æn.* etc. *adnot.*, *Rau, De vers. spur.* in *Æn.*, alii, poetam insignem a censuris vindicarunt. — Quid porro sibi proposuerit *Virg.* in hoc opere condendo, docte expendit *Heyne, Disq. I. n.* 15., quem *V.*

ÆNĒĪUS, a, um, adject. quadrisyll. ¶ 1. Est ad Æneam pertinens. *Virg.* 7. *Æn.* 1. Æneia nutrix. *et* 10. *ibid* 156. puppis, *Ovid.* 14. *Met.* 481.

virtus. Id. 4. Fast. 799. pietas. Stat. 3. Silv. 3. 57. fata. h. e. mors Æneæ. ¶ 2. Item ad Æneidem pertinens. Auct. carm. ad Pison. 218 (230). Ipse per Ausonias Æneia carmina gentes Qui sonat. h. e. Æneis Virgilii. Huc trahunt etiam Ovid. 1. Amor. 15. 25. Æneia arma.

ÆNEOMASTIX. V. ÆNEIDOMASTIX.

ÆNĒSI, dicti sunt Æneæ comites, inquit Fest. apud Paul. Diac. p. 20. M. Videtur esse pro Ænesii, ut habet cod. Lips. Nævio tribuit Bücheler.

ÆNĒSIDĒMUS et Ainesidemus, i, m. 2. (Αἰνησίδημος v. Αἰνεσίδημος: ab αἴνη (αἴνεσις), laus, et δῆμος, populus) ¶ 1. Fuit ita nuncupatus Dymæus, præfectus præsidii Achæorum Argis a. U. C. 556. Liv. 32. 25. ¶ 2. Item philosophus quidam, sectæ Scepticorum instaurator Alexandriæ in Ægypto (S. Emp. Pyrrh. 1. 222), Gnossius patria appellatus (Euseb. Præp. Ev. 14. 18. et Laert. 9. 62.), de quo Tertull. Anim. 9. et 14. V. Susemihl, Gesch. d. Gr. Litt. v. 2. p. 115. n. 541.

ÆNEUS, ei, m. 2. (Αἰνεύς) bisyll. ¶ 1. Fuit nomen filii Apollinis ex Stilbe, qui Cyzici regnavit, unde Cyziceni Ænidæ dicti sunt (Val. Flacc. 3. 4). Hygin. fab. 273. Undecimo fecerunt (ludos) Argonautæ in Propontide Cyzico regi Ænei filio, quem Jason imprudens noctu in litore occiderat. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. apud Orell. 2. 4644., ubi an sit efferendum Aëněus quadrisyll., incertum est. V. Tümpel, PW. 1. 10. 24. Cf. ÆNUS.

ÆNGANNIM. V. ENGANNIM.

ÆNĪA. V. ÆNEA.

ÆNĪĀNES, um, m. pl. 3. (Αἰνιᾶνες) gens inter Ætoliam et Thessaliam. Cic. 2. Rep. 4. 8. Extra Peloponnesum Ænianes et Dores et Dolopes soli absunt a mari. Liv. 43. 3. In confinio Ænianum Thessalorumque. Adde 40. 4. et Justin. 24. 7. 1.

ÆNĪĀNĬCUS, a, um, adject. ad Ænianes pertinens. Plin. 15. Hist. nat. 39. 76. (197). Abies Ænianica. At Sillig. leg. Ænaatica; sed Theophr. hist. plant. 5. 2. 1. habet αἰνιανικήν.

ÆNĪDÆ, ārum, m. plur. 1. V. ÆNEUS.

ÆNĪDES. V. ÆNEIDES.

ÆNĬENSES, ium, m. plur. 3. iidem qui Ænianes. Plin. 4. Hist. nat. 2. 3. (6)., qui eos ponit inter Ætolorum populos.

ÆNII. V. ÆNEI.

ÆNINGIA, æ, f. 1. insula sinus Codani Germaniæ prope Cimbricam. Plin. 4. Hist. nat. 13. 27. (96). Sic cod. A Leid. Voss.; at Sillig. leg. Eningia, extrita priore diphthongi littera; alii Epigia; plerique Æpingia.

ÆNIPONS. V. ŒNIPONS.

ÆNĬUS, ii, m. 2. — a) Est nom. gent. vir. in Inscr. apud Renier n. 273. (= C. I. L. 8. 2799). — In alia apud Murat. 670. 2. non Ænius, sed Ennius legend. Cf. Furlanett. Lap. Pat. p. 413. Eadem in C. I. L. 9. 6080. 34. habet Ainius. — b) Est etiam cogn. Ibid. 8. 20011. — Ænia, cogn. mul. Ibid. 7474.

ÆNNŌN, indecl. Scribitur etiam Ænon, Ennon, Enon, Gr. Αἰνών. — Vox est ab Aramaico plur. 'Ênâwân « scaturigines, fontes »; vel adject. 'ênôn, deriv. ab 'ayin « fons ». Hieronym. de nom. etc. p. 66 « Ænnon oculus aut fons eorum ». et Ambros. in Ps. 37. 3. « Ænon dicitur oculus suppliciorum »; 'ayin namque et oculum significat.

Ænnon, vicus Palæstinæ. Vulg. Joh. 3. 35. Erat Johannes baptizans in Ænnon (Enon multi codd. ant.). — De situ alii alia opinantur. Sunt qui putent fuisse in tribu Manasse prope Salim et Jordanem in Galilæa ad austrum Bethsan seu Scythopolis. Sic Hieronym. de sit. etc. p. 99. Ænon nunc usque locus in octavo lapide Scythopoleos ad meridiem juxta Salim et Jordanem. Adde Euseb. ibid. Alii statuunt in Samaria ad Neapolim (Naplusa), ut Robinson, Bibl. Research. in Palest. Lond. 1856. III. p. 298. Alii denique probabilius Salim et Ænnon quærunt in australi parte regionis Judaicæ, ubi Jos. 15. 32. Selim et Aen nominantur. Cf. Knabenb. ad Joh. loc. cit. et Legendre in Lex. Bibl. Vigour. etc. v. 1. p. 1810. sq.

ĀĔNŌBARBUS et Ahenobarbus, i, m. 2. (Ἀηνόβαρβος v. raro Ἀενόβαρβος) Scribitur passim in codd. sine aspiratione, sed in titulis et nummis fere Ahenobarbus; etiam Ænobarbus in quibusd. codd. et Enobarbus apud Chronogr. a. 354. ad a. 562. et 632. — Nominis, compositi ab aenus v. ahenus et barba, originem tradit Sueton. Ner. 1. Gloss. ænobarbus: flava barba vel dura.

Ænobarbus, cognomen gentis Domitiæ, de quo Sueton. loc. cit. Id. ibid. 2. de Cn. Domitio Ænobarbo jculariter ex Licinio Crasso. « Non mirandum quod æneam barbam haberet, cui os ferreum et cor plumbeum esset ». — Primus est cos. a. 562. Cn. Domitius; posteriores sub libera re publ. v. in Corp. 1. p. 548.; sub imperio v. P. I. R. 2. p. 17. n. 108-111. — Ahenobarbi forum in Curios. urb. p. 22. et 23.

ÆNŌN. V. ÆNNON.

ÆNŌNA, æ, f. 1. (Αἰνῶνα) oppidum Dalmatiæ, nunc Nona. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 21. 25. (140). Ravenn. p. 381. Enona. Guid. p. 543. Ebona. V. Tomaschek, PW. 1. 596.

ÆNUM, i, n. 2. (Ænnum et rectius fortasse Enum, in quibusd. codd.) oppidum Ægypti prope Arsinoe. Plin. 6. Hist. nat. 29. 33. (168). Cf. Mel. 3. 80.

ÆNUS, i, 2. nomen, pro diverso genere, diversæ significationis. ¶ 1. Ænus v. Ænos, f., oppidum Thraciæ, ad orientale Hebri ostium, nunc Enos (Αἶνος). Mela 2. 28. Eximia est Ænos ab Ænea profugo condita (al. dicta). Adde Aur. Vict. Orig. G. R. 9. 4. et Ammian. 27. 4. 13., coll. 22. 8. 3. At Serv. ad Virg. 3. Æn. 16. sqq. Modo autem Ænum significat - quamquam Homerus dicat inde auxilia ad Trojam venisse: ergo jam fuerat. Euphorion et Callimachus hoc dicunt etiam quod Ænum dicatur a socio Ulixis illic sepulto. (Etymon utrubique incertum). Id. tamen ibid. 1. Ænum constituit Æneas, ut multi putant. Adde Enn. hed. 1. (Apul. Apol. 39., Liv. 31. 16.), Sall. apud Serv. 3. 16., Cic. Flacc. 14. 32 (de quo V. Orell., Onom. Tull.), Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (43)., Solin. 10., al. — De loco Virg. 3. Æn. 18., ubi non Ænum sed Æneadas vocat, cf. Heyne Exc. I. ad III. Æn. V. etiam ÆNEADES. — De ejus nummis v. Eckhel, 2. p. 23. ¶ 2. Ænus, m., — a) Est fluvius Rætiæ, qui et Œnus scribitur Venant. carm. præf. 4.; Enos in Tab. Peuting. 4. et Henos apud Eugypp. Vit. Sev. 3. 3 (Αἶνος Ptol. et Ἔνος Arrian.), hodie Inn. Tac. 3. Hist. 5. Ad occupandam ripam Æni fluminis, quod Rætos Noricosque interfluit, missus. Venant. Vit. s. Mart. 4. 645. perge per Alpem, Ingrediens rapido qua gurgite volvitur Ænus. — Hinc Ponte Æni, statio Itin. Ant. p. 236. et Notit. Dign. occ. 35.; unde Pontinenses v. Pontenenses, incolæ, ibid. 5. et 7. V. PONS (Cf. Holder, Altkelt. Sprachsch. sub AINOS). — b) Item nom. vir. — α) Æni oppidi ἐπώνυμος. Serv. ad Virg. 3. Æn. 16. V. loc. sub 1. — β) Item nom. gent., ut videtur, in Corp. Inscr. Lat. 2. 5609. — γ) Item nom. serv. Ibid. 6. 9367.

ÆNUSCABALES, fons in Arabia meridionali. Plin. 6. Hist. nat. 28. 33. (158., coll. 168). Ageturi in montibus oppido, in quo fons Ænuscabales, quod significat camelorum oppidum. Ita Plin., sed rectius dixeris « fons cameli » Hebr. 'agingamal.

ÆŎLENSES, ium, m. plur. 3. idem qui Æoles. Serg. gramm. IV. 476. 16. et Suppl. p. 5. 28.

ÆŎLES et Æolis (pro Æoleis), um, m. plur. 3. (Αἰολεῖς) Æolis, Græca forma contr., habet Varro 5. L. L. 25. et 102. 3. et R. R. 12. 6., Priscian. 1. 6. p. 33., Ter. Maur. 659. K. et Quintil. 1. 4. 16. H.; at Æoleis apud Varr. 3. R. R. 1. 6. Æoli pro Æoles in recto plur. dixit Serv. ad Virg. 3. Æn. 445.; sed codd. habent Æolii. V. et infra.

Æoles, antiquissima Thessaliæ gens, ita dicti ab Æolo Hellenis filio, qui postea in Peloponnesum migrarunt et in Asiam usque et Lesbon insulam colonias deduxerunt. Cic. Flacc. 27. 64. Tria Græcorum genera - uni sunt Athenienses, quæ gens Jonum habetur, Æoles alteri, Dores tertii nominabantur. Adde Quintil. 1. 4. 16. — Iidem Æoli dicuntur Mel. 1. 90. Regio, ex quo ab Æolis incoli cœpit, Æolis facta (ante Mysia). Adde eumd. ibid. 1. 93., ubi alii leg. Æliorum, et Cassiod. gramm. VII. 148. 9. — Propria dialecto utebantur, Æolica dicta, de qua V. ÆOLICUS.

ÆŎLI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. præc.

ÆŎLIA, æ, f. 1. (Αἰολία) nomen regionis, quæ duplex distinguitur, sc.

I.) Æolia, insula vel potius regio ex variis insulis composita, Siciliæ proxima, dicta ab Æolo, Hippotæ filio, qui ibi regnavit, ventorum pater (V. ÆOLUS), alio nomine vocata etiam Lipara, a Liparo, Ausonis regis filio, qui eam ante Æolum rexit; et constat septem insulis, nunc vulgo Isole di Lipari, a Latinis Æoliæ v. Æolides, Liparææ, Volcaniæ et a Græcis Hephæstiades dictæ. Mela 2. 7. 18. et Plin. 3. Hist. nat. 9. 14. (93). At Ampel. 6. fin. enumerat octo; Serv. vero ad Virg. 1. Æn. 52. et Isid. 14. Orig. 6. 37. novem (Cf. Nissen, Ital. Landeskund. I. 250 et alib.). ¶ 1. Proprie. Virg. 1. Æn. 50. de Junone. Nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris, Æoliam venit. Adde eumd. 10. ibid. 38., Stat. 1. Theb. 346. et Val. Flacc. 1. 576. et 6. 354. Prudent. 1. Hymn. 308. Fertur et Æoliæ summus faber esse vel Æneæ. h. e. Vulcanus. ¶ 2. Translate, ut videtur, de locis, quæ sunt ventis obnoxia. Martial. 3. 14. Nec Grylli (spernit) tenebras Æoliamque Lupi. h. e. thermas Lupi.

II.) Æolia regio in Asia. V. ÆOLIS.

ÆŎLĬCUS, a, um (Αἰολικός), adject.; usurpatur etiam substantivorum more seu absolute.

I.) Adject. est ad Æolidem pertinens. ¶ 1. Generatim. Terentian. 648. Æolicus usus. Plin. 6. Hist. nat. 2. 2. (7). Æolica gens. Serv. ad Virg. 3. Æn. 445. vox. Quintil. 12. 10. 29. littera. Justin. 1. prol. Æolicæ urbes. ¶ 2. Speciatim — a) Æolica dialectus, ex quattuor præcipuis linguæ Græcæ, ab Æolibus dicta, qua Græcorum poesis antiquissima scripta est, præsertim adhibita in Asia minore, in Bœotia et Thessalia, in insula Lesbo, a ceteris distincta ob defectum spiritus, qui asper (δασεῖα προσῳδία) appellatur (h. e. ψίλωσις), digamma (F = υ) et frequentiorem accentus ab ultima syllaba remotionem; unde Æolici dicti, qui hac dialecto utebantur. Hac porro dialecto sua carmina composuerunt Alcæus, Sappho et aliquatenus etiam Theocritus. De ea Terentian. 649. et Quintil. 1. 4. 8., qui Æolicum digammon vocat notam Latinæ litteræ F seu inversæ Ⅎ aut E similem, quam Æoles pro aspiratione in scribendo usurpabant. Id. ibid. 6. 3. Plurima sunt Æolica ratione (cui est sermo simillimus) declinata. — b) Æolicum metrum dactilicum, compositum ex spondio sive iambo sive trochæo loco primo, deinde ex duobus dactylis, post spondio sive trochæo, ut ait Mall. Theod. VI. 590. K., cujus exemplum: ampla condere mœnia cœpit. Hoc Mar. Victorin. 2. 1. p. 110. etiam Sapphicum vocat. Similiter Terentian. 389. Adde Mar. Plot. 3. 11. p. 590. et Serv. gramm. IV. 465. 22., qui tamen omnes non ita consentiunt, ut ad unum modum redigi possint. Cf. L. Müller, De re metr. 117-118. et W. Christ, Metrik. 1. 217. et 223.

II.) Substantivorum more seu absolute Æolici dicuntur Æoliæ incolæ. Serv. ad Virg. 6. Æn. 12. Æolici enim σιοὺς deos dicunt (Cf. Varr. apud Lact. 1. Inst. 20. 17). Cledon. gramm. V. 22. 21. Hoc ab Æolicis processit. Id. ibid. 105. 4. Apud Æolicos est una littera, quæ appellatur digammos.

ÆŎLĬDES, æ, m. 1. (Αἰολίδης) Scribitur Œlides pro Æolides per synæresin: ita Mar. Plot. gramm. VI. 449. 6. — Acc. Æoliden pro Æolidem apud Virg. 9. Æn. 771., Ovid. 7. Met. 672. et Val. Flacc. 1. 286. — Nomin. plur. Æolidæ apud Ovid. 9. Met. 507., Lucan., loc. cit. et Val. Flacc. 5. 461.; Æolides apud Hieronym. Quæst. Hebr. in Gen. 10. 4. et Isid. 9. Orig. 2. 34. — Genet. Æolidum est Auson. 348. 3. et Æolidon, terminatione Græca, Martial. 11. 97. pro Æolidarum, ut habet Priscian. Perieg. 472.

Æolides, patronym. ab Æolo ¶ 1. Speciatim — a) Filius v. nepos Æoli, regis ventorum. Virg. 9. Æn. 774. Et Clytium Æoliden. Horat. 2. Od. 14. 20. et Ovid. 13. Met. 26. Sisyphus. Val. Flacc. 5. 460. Throntis et Argus Æolidæ fraterque Melas,

quos advena Phrixus Progenuit. — Et omisso nomine. Virg. 6. Æn. 529. Hortator scelerum Æolides. h. e. Ulixes, cujus mater Anticlia paulo ante nuptias Laertæ clam cum Sisypho, Æoli filio, concubuisse dicitur. Ovid. 7. Met. 672. Aspicit Æoliden ignota ex arbore factum etc. h. e. Cephalum, Æoli nepotem; nam Dejo ejus pater inter Æoli filios numeratur. Val. Flacc. 1. 286. Hic soror Æoliden - Deserit. h. e. Phrixum, quia is fuit Æoli ex Athamante nepos. Adde Athamantem apud Ovid. 4. Met. 512.; Macareum apud eumd. 11. Her. 1. et Salmoneum apud eumd. Ib. 473. — In plur. num. Id. 9. Met. 506. At non Æolidæ thalamos timuere sororum. h. e. Æoli filii; nam Homer. Od. 10. 6. sq. narrat, Æolum sex filias totidem filiis suis matrimonio junxisse. — b) Æoli posteri. Martial. loc. cit. Æolidon Canace jacet hoc tumulata sepulcro, Ultima cui parvæ septima venit hiems. h. e. Canace puella septimo ætatis anno defuncta, e genere Æolidarum; Canace enim fuit filia Æoli. Alii leg. Æolidos. — c) Item alii. Virg. 6. Æn. 164. vident indigna morte peremptum Misenum Æolidem, quo non præstantior alter Ære ciere viros. h. e. tubicinem præstantissimum, ita dictum, quod fuerit Æoli filius, tamquam ejusdem Æoli Trojani, qui in pugna cum Latinis occubuisse narratur 12. v. 542. sqq. (Heyne, Exc. VII. ad 6.): vel quod ex Æolide fuerit; at Serv. ad Virg. 3. Æn. 239. putat ex eo appellatum, quia ad tubam inflandam vento imprimis opus sit, qui Æolo ventorum tyranno subest, quod nimis longe petitum videtur. Adde Sil. It. 14, 492. ¶ 2. Universim et absolute — a) pro Æolis usurpatur. Lucan. 6. 384. Æolidæ Dolopesque. Adde Hieronym. Quæst. Hebr. in Gen. 10. 4. et Isid. 9. Orig. 2. 34. — Translate pro Græcis. Auson. 348. 3. ητα quod Æolidum quodque (ει) valet, hoc Latiare E. — b) Speciatim et absolute Æolidæ, insulæ, apud Priscian. Perieg. 475. dehinc rupes Æolidarum, Quas septem numero perhibent cognomine Plotas.

ÆŎLII, ōrum. V. ÆOLIUS, a, um.

ÆŎLĬPȲLÆ, ārum, f. plur. 1. V. in Lexic.

ÆŎLIS, idis et idos, f. 3. (Αἰολίς) Acc. sing. Æolida pro Æolidem apud Liv. 38. 16. et Plin. loc. cit. — Voc. Æoli est Ovid. 11. Her. 34. — Æolis usurpatur substantive et adjectivorum more.

I.) Substantive ¶ 1. Est Asiæ regio, antea Mysia dicta, Ægæo mari exposita, inter Troadem ad Arcton et Joniam a meridie: ita dicta ab Æolibus, Thessaliæ populis, qui duodecim in ea oppida ædificarunt. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (123)., Vellej. 1. 4. Liv. 33. 38., 37. 8. et alib. sæpius, Curt. 4. 5., Nep. Milt. 3., Avien. Descr. orb. 624. et Capell. 6. p. 221. ¶ 2. Item nomen patronym. ab Æolus, filia aut neptis Æoli. Ovid. 11. Her. 1. Æolis Æolidæ, quam non habet ipsa, salutem Mittit. h. e. Canace, Æoli filia. Id. 11. Met. 579. Æolis interea tantorum ignara malorum. h. e. Halcyone. Adde eumd. 11. ibid. 444. ¶ 3. Est etiam cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 11274.

II.) Adjectivorum more, ad Æolidem vel Æoles pertinens. Terentian. 2393. P. de Sapph. et in nummis apud Eckhel, p. 212. et 257. de Agrippina (V. AGRIPPINA). Justin. 4. 1. 11. Æolides insulæ (V. ÆOLIA). — Sic Æolis dicta lingua seu dialectus Æolum. Diomed. gramm. I. 440. 5. K. Quinque sunt linguæ Græcorum, Ias, Doris, Atthis, Æolis, Cœne. Cf. 23. Æolis ultra modum copiosa est. Adde Porphyr. in Horat. 3. Od. 30. 13. — Hinc absolute Hieronym. Quæst. Hebr. in Gen. 10. 4. De Jonibus, id est Græcis, nascuntur Elisæi, qui vocantur Æolides: unde et quinta lingua Græciæ Æolis appellatur, quam illi vocant πέμπτην διάλεκτον. Priscian. gramm. I. 17. 11. Poetæ Æolide usi.

ÆŎLĬUM, ii, n. 2. (Αἰόλιον) oppidum Chersonesi Thraciæ, quod extremam ejus frontem vocat Plin. 4. Hist. nat. 12. 18. (49).

ÆŎLĬUS, a, um, adject. (Αἰόλιος) adjectivorum more et substantive adhibetur.

I.) Adjectivorum more ¶ 1. Est ad Æoliam provinciam pertinens. Virg. 8. Æn. 454. Hæc pater Æoliis properat dum Lemnius oris. Ovid. 7. Met. 357. Æolia Pitane (V. PITANE). Grat. Cyneg. 35. de lino. bonus Æoliæ de valle Sibyllæ fetus. h. e. Sibyllæ Cumanæ, quia Cumæ a colonis Asiæ minoris olim habitatæ fuerunt. Alii leg. Æolia de valle. h. e. regione circa Cumas. Horat. 4. Od. 9. 12. Æolia puella. h. e. Sappho: ita dicta vel a dialecto Æolica, qua in carminibus suis usa est, vel a Lesbo, ejus patria. et 2. ibid. 13. 24. Æoliæ fides. et 3. ibid. 30. 13. carmen. Ovid. 15. Her. 100. de Sapph. lyra. Propert. 2. 3. 19. plectrum. Cassiod. 2. Var. 40. 4. tonus. Capell. 9. p. 317. tropus. — Hinc absolute Apul. Flor. p. 12. Oud. Omnimodis peritus modificator, seu tu velles Æolium simplex (coll. Gloss. II. 61. 10. Eolus varius), sive Iastium varium seu Lydium querulum. Cf. HYPERÆOLIUS et HYPOÆOLIUS in Lexico. ¶ 2. Item ad Æolum pertinens. — 1.°) Stricto sensu v. proprie. Ovid. 6. Met. 116. Æolia virgo. h. e. Arne v. Canace, Æoli filia, quam Neptunus in taurum conversus vitiavit. Id. 1. Trist. 10. 15. Helle. h. e. Æoli neptis. Id. 4. Met. 485. Æolii postes. h. e. fores domus Athamantis, Æoli filii. Val. Flacc. 8. 79. Æolium aurum. h. e. aureum vellus arietis, quo vecti sunt Phrixus et Helle, filii Athamantis, cujus pater fuit Æolus. Id. 6. 548. Æolia domus. et 1. 770. genus. et 2. 594. nepotes. — In illo Stat. 2. Silv. 1. 142. « Editus Æolia nec si foret iste Creusa, Torvus in hunc Athamas insanos flecteret arcus » tangitur fabula Athamantis, Æoli filii, qui Melicertam filiam interfecit; « sed ejus uxor fuit Ino, quæ cur hic Creusa dicatur, non video. Æoliam virginem vocat quidem Senec. in Med. v. 105. Creusam, desponsam Jasoni, quæ proavum habuit Æolum Hellenis filium, Corinthi regem. Quo pacto hæc concilianda? » Ita Forcellin. « Facillime, inquit Furlanetto, conciliari possunt, si cum Marklando (in sua edit. Stat. Silv., Lond. 1728. 4.) ita distinguas Statii versus: Hunc nec sæva viro potuisset carpere Procne, nec fera crudeles Colchis duxisset in iras, Editus Æolia nec si foret iste Creusa: Torvus ab hoc Athamas insanos flecteret arcus etc. (Furlanetto favet optima editio crit. Klotzii 1900). Creusa vero a Statio Æolia et a Seneca Æolia virgo ideo dicitur, quod desponsata fuerit Jasoni Æsonis filio, Crethei nepoti et Æoli pronepoti, vel potius, quod ipsa fuerit filia Creontis, nepotis Sisyphi et pronepotis Æoli ». Ceterum mythographi in fabulis exponendis inter se non consentiunt, nec Græci cum Latinis poetis facile componuntur. — Item ad Æolum, qua ventorum rex. Ovid. 1. Met. 262. Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris. et 2. Fast. 456. Æolius carcer. h. e. ubi Æolus ventos coercet aut detinet vel unde emittit. Cf. Virg. 1. Æn. 56-60. Rursus Ovid. 14. Met. 232. Æolius tyrannus. h. e. Æolus. Id. 3. Amor. 12. 29. Æolii Euri. et 1. Art. am. 634. Noti. Sil. It. 9. 525. Æolius furor. et 17. 241. Æoliæ procellæ. Adde Lucan. 5. 609. et 9. 454. Stat. 1. Theb. 218. et Rutil. Namat. 2. 536. — Hinc Æoliæ insulæ apud Plin. 2. Hist. nat. 88. 89. (203). et 3. ibid. 8-9. 14. (92-93)., ubi eas numerat ac nominat (V. ÆOLIA). — 2.°) Latiore sensu v. improprie. — a) Ad Phrixum, Æoli nepotem, pertinens. Martial. 2. 28. Æolium pecus. Val. Flacc. 7. 517. vellus. Adde eumd. 8. 79. — b) Item ad Æoli insulas. Virg. 8. Æn. 417. Æolia Liparo. Sil. It. 15. 424. Æolius pontus. h. e. circa insulas Æolias. Adde Stat. 1. Theb. 218., Juvenal. 1. 8. et Claudian. 26. 224. — 3.°) Translate pro Siculo, ut videtur, apud Sil. It. 15. 424. Æoliis gestatum insigne tyrannis. Ita Lemaire et Diehl.

II.) Substantive ¶ 1. Æolia, nomen duplicis regionis, de qua V. in ÆOLIA. ¶ 2. Æolii, Æoliæ incolæ. Vellej. 1. 4. Æolii eadem profecti Græcia. Terentian. 162. unde Æoliis littera pingitur digammos. Adde Serv. ad Virg. 8. Æn. 445. et Chron. Alex. I. p. 108. 175.

ÆŎLUS et Æolos, i, m. 2. (Αἴολος, sæpe etiam Αἰόλος) — a) Scribitur Eolus apud Drac. Romul. 7. 144. et Eulus in Not. Tir. 110. — b) Acc. Æolon, Græca positione. Ovid. 14. Met. 223. et Stat. 9. Theb. 766. — c) Etymon incertum est: Gr. αἰόλος, mobilis, varius, celer, unde αἰολέω et αἰόλλω, moveo, vario, agito, quadrat in ventos, quibus Æolus dicitur præesse (Roschers Lex. Myth. 1. 194). Cf. etiam ἄελλα, procella, ab ἄέω, spiro (O. Müller, Orchom.[2] 132. 23). — d) Primam syllabam, extrita litt. e diphthongi, corripuit Drac. loc. cit.

Æolus, vir mythicus, de quo varia est scriptorum sententia. Nam — 1.°) Alii hujus nominis viros tres fuisse tradunt, quorum primus fuerit Hellenis et Dorsidis filius, Deucalionis nepos, qui ex Enarete septem filios genuerit, Cretheum, Sisyphum, Athamantem, Salmoneum, Dejoneum, Magnetem et Perimeden (quibus alii addunt Calycen, Pisidicen, Macareum; alii alios) et regnaverit in locis circa Thessaliam nomenque dederit Æolis, qui et Hellenti sunt appellati (Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (203). et Serv. ad Virg. 6. Æn. 586., coll. Hesiod. fr. 27., Herod. 7. 197. et Apollod. 1. 7): - alter Jovis seu Hippotæ et Melanippæ filius dicitur, Iliacis temporibus rex insularum inter Italiam et Siciliam (Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (92)., quarum nebulis, ut ait Varro apud Serv. ad Virg. 1. Æn. 52., et fumo Vulcaniæ insulæ prædicens futura flabra ventorum imperitis visus est ventos sua potestate retinere indeque Æoli ventorum regis orta fabula (Plin. 3. Hist. nat. 9. 14. [93]. et Ovid. 14. Met. 224.; coll. Homer. Od. 10. 2. sqq., Strab. 1. 23. et Diod. 5. 7.); quem cum ipsius regia graphice describit Virg. 1. Æn. 55. sqq.: - tertius fuisse videtur secundi nepos ex Arne ejus filia, quam Neptunus compresserit: hanc quidam Melanippen, alii Menalippen vocant (Hygin. fab. 186). — 2.°) Alii scriptores ad duos reducunt, sc. ad primum ex supra laudatis et alterum. — 3.°) Alii denique unum tantummodo ex variis antiquorum narrationibus conjiciunt, quod probare non ausim; quamquam de uno eodemque varia potest esse narratio. Quomodocumque se res habeat, hæc tradimus. ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit Æolus gentis et insularum ἐπώνυμος, ventorum rex. Memoratur Hygin. fab. 186. In Propontide ex suo nomine (condidit) Æoliam Æolus. Virg. 1. Æn. 52. Æolus rex. et Val. Flacc. 1. 588. rector. et 761. pater. Greg. Tur. glor. mart. præf. Non Æoli sceptra commemoro. Avien. Descr. orb. 624. sqq. has (insulas) dudum tenuit rex Æolus. Æolus illic Hospita jactatis induisit litora nautis. Æolus imperio summi Jovis arbiter alto Impositus pelago est. Ennod. 1. carm. 7. 38. Æolus trux. Adde Ovid. 2. Met. 224., Sil. It. 9. 491. et 14. 71., Solin. 6. et Macrob. 5. Sat. 4. 4. — Sedem Æoli videtur statuere versus Thraciam Claudian. 1. Rapt. Pros. 71. sq. de Borea Thracio. Hispidus et Getica concretus grandine silvas - camposque sonoro Flamine rapturus; si forte adversus ahenos Æolus objecit postes, vanescit etc. — Æoli insulæ memorantur Mel. 2. 120., Dict. 6. 5., al.; sed de his V. ÆOLIA et ÆOLIUS, a, um. — Hunc mythum declarant Preller, Gr. Myth. [2]I. 495., Jacobi, Handw. h. v., Roscher, Lex. Myth. 1. 194. et Tümpel, PW. 1. 1036. — 2.°) Item comes quidam Æneæ, ex Lyrnesso, oppido Mysiæ sub Ida, a Turno in Italia ad Laurentum interemptus, cujus meminit Virg. 12. Æn. 542. — 3.°) Item vir Euboicus a Thisbe, de quo Stat. 9. Theb. 765. et 767. ¶ 2. Generatim, in titulis, cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 7135., 19804. et 19805.

ÆŌN, ōnos, comm. gen. 3. Acc. plur. Æonas, apud Tertull. Præscript. 32. Gloss. æonas sæcula. ¶ 1. Æon (Αἰών, ῶνος: ab αἰών, ævum, tempus vitæ, æternitas, mundus, ex v. ἄω, spiro, coll. ἀεί, semper, et Skr. êvas, vita), principium quoddam æternum perfectumque, quod et Proarche, Propator, Bython vocarunt Gnostici; unde et alia principia, Æones item dicta, generata sunt, a quibus denique cetera omnia creata emanarunt. Tertull. loc. cit. et adv. Valent. 9., coll. Iren. 1. Hær. 1. n. 1., ubi multa de fabula triginta Æonum, quæ Valentinus hæreticus commentus est deosque esse voluit. — Æonos figuram habes apud Zoeg. Bassiril. T. 2. p. 32. f. 59. et Labus in Bibl. Ital. T. 2. p. 203., qui pluribus argumentis probant, ejus symbolum in sacris Mithriacis fuisse hominem nudum quattuor alis et capite leonino insignitum, cujus corpus serpens septenis circumligat spiris. V. etiam Lexic. ¶ 2. Item Æon (Αἰών) vocatus est canis Actæonis. Hygin. fab. 181. V. ACTÆON.

ÆŎNĬUM, ii, 2. nom. ὑποκορ. mulieris v. ejus attributum. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 6693 (= *Carm. epigr.* 610) D. M. LOLLIAE PROCIAE præscripta est acclamatio AEONI CHAERE: *o Æoni, salve.* Adde 6. 10611.

ÆŎNĬUS, a, um, adject. (Αἰώνιος: ab αἰών, unde αἰώνιος, *perennis, æternus*), quo appellatus est fons, fortasse ab aquarum perennitate, in Bœotia, Apollini et Musis sacer, et ipsa hinc Bœotia, teste *Schol.* ad *Lucan.* 3. 174., nisi est *Æonia* pro *Aonia* ex errore scriptum. — Absolute

Æonius, ii, m. 2. ¶ 1. Generatim, in titulis cognom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 13. 2000. ¶ 2. Speciatim — *a) Æonius* dictus episcopus quidam Arelatensis in *Vit. Cæs. Arel.* (*Mon. Germ. Merov. III.*). — *b)* De cognomine *Ausonio* a matris cognomine attribuendo pro tradito *Pæonii Theonii*: cf. *Schenkl* in *præf.* ed. *Ausonii p. VI.* et *Seeck* in *præf.* ed. *Symmachi p. LXXV.* — *Æonia*, cogn. mul., ut *Æmilia Æonia*, mater Ausonii poetæ, qui eam celebravit in *Parent. n. I.*

ÆPICĬUS. *V.* EPICIUS.

ÆPIDĬUS. *V.* EPIDIUS.

ÆPITĬUS. *V.* ÆPYTIUS.

ÆPŎLĬUM, ii, n. 2. (Αἰπόλιον; cf. αἰπόλιον, *grex caprarum*) oppidum in ora Ponti prope Histrum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (82). Cf. voc. seq.

ÆPŎLUS, i, m. 2. (Αἰπόλος: cf. αἰπόλος, *caprarius*) nom. et cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8819., 5733. et 13428. — *Forcellin.* addit loc. *Hygin.* 2. *Astr.* 1., ubi pro *Ætolorum* ait legend. *Æpolorum*, i. e. caprariorum.

ÆPPĬUS. *V.* EPPIUS.

ÆPRĬUS. *V.* EPRIUS.

ÆPȲ (eos), n. (Αἰπύ et Αἶπυ: cf. αἰπύς, *celsus*) oppidum in Elide (*Hom. Il.* 2. 592. et *h. Ap.* 2. 245. v. 423), in montibus collocatum. Hinc *Stat.* 4. *Theb.* 180. summis ingestum montibus Æpy. Adde *Priscian. gramm. II.* 195. 16. — Alii putant oppidum Messenes, alii Margala in Pisatide v. Epitalion in Triphylia (*Strab.* 8. 349., *Steph. Byz.* et *Schol.* ad *Il. l. c.*).

ÆPȲTĬUS, a, um, adject. (Αἰπύτιος) ad Æpytum, Arcadiæ heroa mythicum, pertinens (de quo *V. Wentzel, PW.* 1. 1045. 2), unde regio nomen accepit (*Hom. Il.* 2. 604. et *Pind. Ol.* 6. 54-60): vel ab *Æpy*, ut alii censent. Hinc *Æpytii agri* in Arcadia apud *Stat.* 4. *Theb.* 296.; et *Æpytii duces* apud *eumd.* 9. *ibid.* 847., h. e. Arcades, ut ibi adnotat *Lact.*, a civitate vel monte ducis nomine nuncupati. Utrubique alii leg. *Æphitii* vel *Æpitii*; at *Dübner* conjicit *Ægytii* ab *Ægys*, Laconiæ oppido. Cf. *Pape-Benseler p.* 30.

ÆPȲTUS, i, m. 2. (Αἴπυτος) præcipuus comitum Amphionis, cui portæ Thebarum statio commissa erat. *Stat.* 20. *Theb.* 400. et 11. *ibid.* 240.

AEQ

ÆQUĀLIS, i, m. 3. (æquus) *Equalis*, extrita priore diphthongi littera, in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 4008.

Æqualis ¶ 1. Est nomen virorum humilium. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 4810., *Inscr. Eph. epigr.* 8. 124. 23., *al.* ¶ 2. *Æquales*, plur. num., titulus comœdiæ Afranii, cujus fragmenta exstant apud veteres grammaticos, collecta a *Bothe, Scen.* V. 2. *p.* 160-290., *Neukirch, fab. tog. p.* 176-279. et *Ribbeck frg. poett. scæn. p.* 140-187. *V.* AFRANIUS.

ÆQUĀNA. *V.* ÆQUANUS, a, um.

ÆQUĀNĬUS, ii, m. 2. (*Æquanus*) nom. gentilicium. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 2192. et 9. 2167. — Et cognom. *Ibid.* 14. 1080.

ÆQUĀNUS, a, um, adject. (æquus) Hinc *Æquanus pagus* Vulcejanæ civitatis in *Inscr.* apud *Momms. n.* 216 (*C. I. L.* 10. 407. a. 323. p. Chr). — Item *Æquanus pagus* in agro Ligurum Bæbianorum in *Tab.* apud *Henz. Suppl. Orell. n.* 6664 (*C. I. L.* 9. 1455. a. 101. p. Chr.). — Fortasse hi pagi ita dicti ab *Æquo* quodam possessore, vel alter, quod *Æquum Tuticum* spectat. — Hinc absolute

Æquanus, i, m. 2. nom. gent. vir. *Corp. I. L.* 4. 133. — *Æquana*, nom. mul. *Ibid.* 8. 510.

Æquana, ōrum, n. plur. 2. locus prope Surrentum, hodie *Equa* (Cf. *Momms. Corp.* 10. *p.* 83). *Sil. It.* 5. 4. 66. felicia Baccho *Æquana. h. e.* juga. Cf. *Holsten.* in *Ortel. p.* 6. et *Pellegrini, Campania Felice,* Nap. *I.* 340. *V.* ÆQUENSIS.

ÆQUĀSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 5276. — *Æquasia*, nom. mul. *Ibid.* 5. 594.

ÆQUENSES, ium, et

ÆQUENSIS, e. *V.* ÆQUUM.

ÆQUI, ōrum, m. plur. 2. Scribitur apud Græc. Αἶκοι, Αἴκουοι, Αἰκανοί, Αἰκαλοί, Αἶκλοι, Αἰκουλανοί, et apud Latin. in antiq. MSS. et edit. libr. *Æquici, Æquicolani, Æquicoli* v. *Æquiculi.* Cf. *Sillig.* ad *Plin.*, *Drakenb.* ad *Liv.*, *Duker* ad *Flor.* In Inscriptt. tamen prævalet scriptio *Æquiculi* v. *Æquicoli* (*C. I. L.* 1. *p.* 564.; *elog. XXXV.* et 9. 4118. etiam *Æquaicoli*) et *Æquicolani.* — Etymon ab *æquo colendo* ducit *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 14., quum ab iis Ancus Martius jura fecialia accepisset (*Liv.* 1. 32., coll. *Dionys.* 2. 72); sed *alib.* 7. *ibid.* 695. ab *Æquo Falisco*: aliunde vero recentiores (V. *Fabretti, Gloss. Ital. p.* 27). At placet vocem derivare ab *æquus*, qua est æqualis, planus, planities (*pianura, vallata*), quasi *Æqui* v. *Æquicoli* sint plani incolæ (*planigiani*). Cf. *Virg.* 7. *Æn.* 747. duris *Æquicola* glebis. Adde *Sil. It.* 5. 371.

Æqui, Italiæ populus, Oscæ originis, ut conjiciunt nonnulli ex Inscriptt. dubiæ fidei (Cf. *Momms. Corp.* 9 *p.* 388., 663. et *Nissen, Ital. Landesk.* I. 514), sed Sabinorum genere (qui tamen una cum Hernicis, Volscis, Marsis, Samnitis, aliis ex Oscorum gente orti sunt (*Balan, St. d' It.* 1. *p.* 25), in veteri Latio siti ac Latinis, Marsis et Hernicis finitimi, exiguam ad utramque Anienis ripam regionem incolentes inter Pælignos et Sabellos montes, quorum præcipua oppida fuere Alba, Tibur, Præneste, Carseoli. ¶ 1. Generatim. *Cic.* 2. *Rep.* 20. 36. Æquorum magna gens et ferox et rebus populi Rom. imminens. *Id.* 1. *Off.* 11. 35. Majores nostri Tusculanos, Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt. Adde *Ovid.* 6. *Fast.* 721., *Fast. Capit.* 292., *Liv.* 1. 68. et 55. et 230. — Ancus Martius ab iis jura fecialia descripsit. *Liv. loc. cit.*, coll. *Aur. Vict. vir. ill.* 5., *Auct. de prænom. Rom.* et *Serv. loc. cit.* Ceterum antiquitus inter alios Italiæ populos illa jura viguere. *Liv.* 1. 24. et 8. 39 (Cf. *Müller, d. Etrusk.* 1. *p.* 398). — Sæpissime modo soli, modo cum finitimis populis, præsertim Volscis, contra Romam bellarunt « æterni (*Liv.* 7. 30), pervicacissimi et cotidiani » (*Val. Max.* 5. 2. 2. et *Flor.* 1. 5); donec, Q. Cincinnato dictatore, fere ad internecionem deleti sunt a. 296. Rebellantes vero iterum a Junio Bubulco Bruto cos., deinde a P. Sempronio Sopho omnino devicti sunt a. 456. eorumque agri divisi inter duas colonias Latinas, Albam Fucensem et Carseolos; porro de Æquorum reliquiis mentio est apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106-108). V. etiam Inscriptt., a *Momms.* diligenter collectas, *nn.* 5703-5729. — In sing. num. collective. *V.* ÆQUUS. ¶ 2. Speciatim *Æqui Falisci*, populi Etruriæ, Latio contermini, quos ex parte *Æquos* seu *Æquiculos* fuisse probare institit *Niebuhr, Röm. Gesch. I. p.* 81 (Cf. *Heyn.* ad *Virg. loc.* infra *cit.* et *Cluv. Ital. ant. p.* 538. ex *Strab.* 5. 346), ita fortasse dicti, discriminis causa, ut *Æqui*, qui planitiem colerent, distinguerentur ab iis, qui Faliscum in monte situm habitarent (*Val. Max.* 6. 5. 1., coll. *Polyb.* 1. 65. et *Zonar.* 8. 18); alii tamen, quia, montano eorum oppido everso, in æquor seu planitiem coacti sint descendere, ubi Faliscum novum exstruxerint (Cf. *Garrucci* in *Ann. dell' Istitut. Arch.* a. 1860. *p.* 211-281. et *O. Müller, d. Etrusk. p.* 110). *V.* FALISCI. Memorantur *Virg.* 7. *Æn.* 695. Hi Fescenninas acies Æquosque Faliscos, Hi Soractis habent arces. *Heins.* et *Heyn.-Wagn.* ita leg.; at *Ribbeck* leg. *æquos Faliscos.* Confirmat tamen *Sil. It.* 8. 490. His mixti Nepesina cohors Æquique Falisci (*Lemaire* et *Bauer* ita leg.).

ÆQUĪCŎLA. *V.* voc. seq.

ÆQUĪCŎLUS et *Æquiculus*, a, um, adject. ad Æquos seu Æquicolos pertinens. *Virg.* 9. *Æn.* 747. Æquicola gens. *Sil. It.* 8. 371. Æquicula rura. — Hinc absolute

Æquicolus, i, m. 2. ¶ 1. Est nomen populi Æquorum. — *a)* In sing. num. *Ovid.* 3. *Fast.* 93. Æquicolus acer (*al.* asper). — *b)* In plur. num. *Æquicoli* apud *Liv.* 1. 32., *Sueton. Vit.* 1., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (108)., *Vitruv.* 8. 20., *al.* V. ÆQUI. ¶ 2. Item *Æquiculus*, nom. vir. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 5704. Cf. *eumd. Corp.* 1. *p.* 202. ad elogium *ibid.* 6. 1302. TERT. ERESIUS REX AEQUEICOLUS. — *Æquicula*, nom. mul. *Ibid.* 4112.

ÆQUĪCŬLĀNUS vel *Æquiclanus*, a, um, adject. ad Æquiculos seu Æquiculanos pertinens, ut *Æquiculana gens* apud *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 14.; et *Æquiculana res publica* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 5704. — *Æquiculanus ager* apud *Frontin. de col.* 2. *p.* 255., ubi tamen *Lachm.* dedit *Eciculanus*, fortasse hod. *Cicolano* (V. *Garrucci, il Cicolano ed i suoi mon.*, Nap. 1859. et *Colucci, gli Equi I.*, Fir. 1866). — Hinc absolute *Æquiculana*, nom. mul. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6849. — In num. plur. *Æquiculani* (*Æquiclani*), incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106). et *Corp Inscr. Lat.* 9. 4118. et 4885.

ÆQUĪCŬLI. *V.* ÆQUI.

ÆQUĪCUS, a, um, adject. ad Æquos pertinens. *Liv.* 3. 4. et 10. 1. Æquicum bellum.

ÆQUĪMÆLĬUM v. *Æquimēlium*, ii, n. 2. (Αἰκιμήλιον) Scribendum *Æquimælium* cum diphthongo censet *Brambach, Hilfsb.* 23.; *Æquimelium*, sine diphthongo, *Mommsen* in *Herm.* 6. 258. et *Drakenb.* ad *Liv.* — De origine nominis alii alia sentiunt. *Cic. Dom.* 38. 101. (2. *Divin.* 17. 39) et *Val. Max.* 6. 3. *n.* 1. ab *æquus* seu justus et *Mælius* ducunt (*V.* infra); at *Varro* 5. *L. L.* 157. ab *æquando* et *Melius*: « Æquimelium, quod a(e)quata Meli domus publice, quod regnum occupare voluit is ». Adde *Liv.* 4. 16., coll. *Dionys.* 12. ed. *Mai.* V. infra. — Æquimælium fuit locus Romæ in vico Jugario sub Capitolio, versus portam Carmentalem (in via, vulgo, *Marforio*), ubi domus erat Sp. Mælii, quam quum ille regnum affectasset, Romani solo æquarunt. Similiter *Aurel. Vict. vir. ill.* 17. Sp. Mælium regnum affectantem occidi jussit Quinctius Cincinnatus, domum ejus solo *æquavit*, unde locus ille Æquimælium dictus. At *Cic. loc. cit.* Sp. Mælii regnum appetentis domus est complanata. Ecquid aliud? æquum accidisse, populus Rom. Mælio judicavit: nomine ipso *Æquimelii* justitia pœnæ comprobata est. Sic *Val. Max. loc. cit.* Area domus ejus (*Mælii*), quo justi supplicii notitia ad posteros perveniret, *Æquimælii* appellationem traxit.

ÆQUĪMĒLĬUM. *V.* voc. præc.

ÆQUĪMELĬUS v. *Æquimælius*, a, um, adject. ad Æquimælium pertinens. Hinc *Æquimælius vicus* apud *Liv.* 34. 47.

ÆQUĪNOCTĬUM, ii, n. 2. oppidum v. statio in Pannonia superiore, infra Vindobonam XIIII. m. p. totidemque supra Carnuntum, ubi hodie vicus *Fischament.* Memoratur in *Itin. Anton. p.* 248. et *Tab. Peuting.* 6. *Notit. Dign. occ.* 33. Æquinoctia. Cf. *Tomaschek, PW.* 1. 598.

ÆQUĪSĬUS, ii, m. 2. nomen gentilicium. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11176. — *Æquisia*, nom. mul. *Ibid.* et 9. 4158.

ÆQUĬTAS, ātis, f. 3. (æquus) *Equetas* in herma. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 6015. 1. ¶ 1. Fuit dea justitiæ a Romanis culta, eadem ac *Justitia* et *Astræa. Schol.* ad *Germanic. Arat.* 95. et *Inscr.* apud *Grut.* 76. 3. — Ejus effigies satis frequens est in nummis Imperatorum, ubi effertur mulier stans, dextra bilancem, sinistra cornucopiam tenens, quod alterum symbolum est liberalitatis. V. *Cohen, I.*[2] *p.* 320. 9. Cf. *Lippert, Dactyl. I.* 708. et *Aust, PW.* 1. 604. *sq.* ¶ 2. Item nomen coloniæ in Dalmatia, quæ eadem videtur fuisse ac Æquum, inquit cl. *Furlanett.* V. ÆQUUM. ¶ 3. Item cognomen mul. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 347.

ÆQUĬTĬA et **ÆQUĬTĬUS**. *V.* EQUITIA et EQUITIUS.

ÆQUŎRĔUS, a, um, adject. (æquor) ¶ 1. A poetis sæpe usurpatur tamquam ad Oceanum uti deum pertinens et tamquam epitheton virorum

atque mulierum, deorum atque dearum quasi proprium, ut *Æquoreus deus*, Neptunus. *Ovid.* 12. *Met.* 197., *al.* — *Æquorea dea*, Ino. *Id.* 19. *Her.* 126. etc. *V.* tamen hanc voc. in *Lexic.* ¶ 2. Item cogn. vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2872.

ÆQUORNA (*Æcorna* v. *Æcurna*), æ, f. 1. dea apud Carnicos, de cujus origine et significatu non constat (Cf. *Momms. Corp.* 1. *p.* 271). Memoratur *Corp. Inscr. Lat.* 3. 3776., 3881. et 3832.

ÆQUUM, i, n. 2. (Αἴκουον) municipium Dalmatiæ, haud procul a Salona, colonia Claudia, tribu Tromentina, quod nunc *Gardum* alii (*Paulovich, Marm. Macar. p.* 48), alii *Han* putant (*Mannert, Geogr.* 7. p. 365). *Inscr.* apud *Orell. n.* 502., coll. *Boll. dell' Ist. Arch.* a. 1851. *p.* 157. Memoratur in *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1228., 8016. et 10. 3. et *Itin. Ant. p.* 269., ubi ponitur inter Pelvam et Salonas (Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 360. et *Tomaschek, PW.* 1. 605). — *Æquitas* dicitur *colonia* in *Inscr.* apud *Orell. loc. cit.*; et *Colonia Dalmatia Claudia* in *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1323. — *Æquenses*, ejus incolæ, in *Inscr.* apud *Paulovich loc. cit.*; et *Æquensis colonia* in *alia* apud *Orell. n.* 1941.

ÆQUUM FĂLISCUM (Αἰκουομφαλίσκον *Strab.* 5. 226), oppidum inter Acriculos et Romam situm. *V.* ÆQUI.

ÆQUUM TŪTĬCUM (*Æquum tuticum* vel tutium *Itin. Anton. p.* 103), i, n. 2. (Τούτικον *Ptol.* 3. 1. 67), quod Oscæ originis esse et significare *magnum* (Cf. *Itin. Burd.* infra *cit.*) probat *Lanzi, Sagg. di ling. Etr. T.* 2. *p.* 619. et *Rosin. Diss. Isag. p.* 38.; sed *Curt. Grundz. d. gr. Etym. p.* 225. ducit ex Umbr.-Osc. *touta*, civitas, urbs, v. *tuticus*, civilis.

Æquum Tuticum, oppidum in Samnio seu statio regionis II. ad viam Trajanam prope Beneventum (Cf. *Momms. Corp.* 9. *p.* 122. et *Hülsen, PW.* 1. 606). Memoratur *Cic.* 6. *Att.* 1. Æquo tutico. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 9. Et Beneventum et Equumtuticum (Ecumtuticum *Sang.*, *Floriac.*) ipse (*Diomedes*) condidit. *Porphyr.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 5. 87. « oppidulo quod versu dicere non est » Æcuum Tuticum significat (*Horatius*), cujus nomen hexametro versu compleri non potest. *Itin. Burdig. p.* 29. « Equum magnum » in Campaniæ et Apuliæ fine oppidum collocat, quod cum Horatio consentire non videtur: nomen igitur loci Horatiani nos latet. Ita *Ritter* in *Hor. II. p.* 71. Ad rem tamen *Hülsen*: « den bekannten Vers des *Horaz.* (*loc. cit.*) bezieht man *richtiger* auf Asculum Apulum ». Cf. etiam quod de *Schol. Porph.* disseruit *Haupt* in *Mus. Rhen. nov. III.* 148. *sq.* Porro monet cl. *Bindi, Comm. Or. p.* 66. aliis esse hodie *Scutuccio* ad Asculum Apulum; aliis vero *S. Eleuterio* inter *Ariano* et *Casalbore.* Viderint eruditi.

ÆQUUS, i, m. 2. ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp. I. L.* 10. 4414. — *Æqua*, cogn. mul. *Ibid.* 2. 218. ¶ 2. Item collective pro *Æqui*, apud *Sidon. carm.* 7. 60. cum turbine juncto me Rutulus, Vejens pariterque Auruncos et *Æquus*-premerent. *V.* ÆQUI.

ĀĒR, āris, m. 3. (ἀήρ) elementum, de quo V. *Lexic.* - Etiam uti deus fuit ab antiquis cultus, teste *Firmic. de err. prof. relig.* 4. Assyrii et pars Afrorum Aerem ducatum habere elementorum volunt et hunc imaginata figuratione venerantur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 66. 26. Aer, ut Stoici disputant, interjectus inter mare et cælum, Junonis nomine consecratur. *Id.* 1. *ibid.* 10. Anaximenes Aera deum statuit eumque gigni esseque immensum et infinitum et semper in motu. Hinc *Augustin.* 8. *Civ. D.* 2. Anaximenes omnes rerum causas infinito Aeri dedit. Adde 4. *ibid.* 10., *Tertull.* 1. *c. Marc.* 13. et *Macrob.* 3. *Sat.* 4. 8. — *Senec.* 3. *Quæst. N.* 14. Ægyptii Aerem marem indicant, qua ventus est, feminam, qua nebulosus et iners. Cf. *Plut.* in *Crasso* 17., *Euseb. præf. Evang.* 10., *Aristoph. Nub.* 264. et *Kopp* ad *Capell.* 1. *p.* 28.

ÆRA CURA v. *Æracura*, æ, f. 1. (Ἥρα κούρα v. κυρία) Scribitur etiam *Erecura* v. *Herecura*: v. *Hera domina.*

Æra Cura, nomen divinitatis, *in Inscr.* reperta in Africa et edita a *Reines. n.* 2579., ubi *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5721. ex *Clar.* leg. *Abracura* pro *Aeracura*; itamque in *alia ibid. n.* 6042., ubi de *Proserpina* accipit, de cujus etymo V. *Garrucci, tre Sepolcri con pitt.* etc. Napoli 1852., coll. *Boll. dell' Istitut. Arch.* a. 1853. *p.* 87. *sq.* — Conjungitur aliquando cum Dite et dicitur *Mater deum magna Idea* in *Corp. Inscr. Lat.* 3. 4395. et 8. 5524. Cf. *Jordan.* apud *Preller, Röm. Myth. I. II.* 65. et *Gaidoz* in *Rev. arch.* 3. *Ser. XX.* 1892. *p.* 198. *sqq.*

AEREA, æ, f. 1. (Ἀερία) ¶ 1. Est oppidum Galliæ Narbonensis (*Steph. Byz.*), quod *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 2. (36). inter oppida Latina recenset; ubi tamen *Sillig.* leg. *Aeria.* ¶ 2. In *Itin. Burd.*, mutatio in itinere ab Heraclea per Macedonicam ad Apros et Trajanopolim, fortasse hodie *Karanli* sec. *Reichard.* V. etiam AERIA sub II.

ĀĔRĬA, æ, f. 1. *V.* AERIUS.

ĀĔRĬĀNI, ōrum, m. plur 1. hæretici ab Aerio dicti. *Isid.* 8. *Orig.* 5. 38. *V.* AERIUS.

AERĬĀNUS, a, um, adject. (Aerius) ut *Aerianus fundus* in pago Sinnensi Placentinorum in *Tab. Velej.*, ubi tamen *De Lama* leg. *Afranius*, fortasse ad Afriam; aut rectius alii *Afranianus*, ad Afraniam gentem pertinens, — Absolute

Aerianus, i, m. 2. cognom. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 64.

ĀĔRĬĀS, æ, m. 1. (Ἀερίας) rex mythicus Cypri, qui Aphroditi Aeriae templum dicavit in opp. Papho (Cf. AERIUS). *Tac.* 3. *Ann.* 62. et 2. *Hist.* 3. V. *Tümpel, PW.* 1. 667.

AERICA. *V.* HESPERIDES.

ĀĔRĬI. *V.* voc. seq.

ĀĔRĬUS, ii, m. 2. (Ἀέριος: cf. ἀέριος, *aerius*) et Aeria, æ, absolute de persona et de loco.

I.) De persona. ¶ 1. Aerius — 1.°) Fuit presbyter quidam hæreticus, unde orta est Aerianorum secta. De eo *Augustin. hær. n.* 53. In Arianorum hæresim lapsus (*Aerius*) fertur propria quoque dogmata addidisse nonnulla dicens offerri pro dormientibus (*i. e.* mortuis) non oportere; nec statuta sollemniter celebranda esse jejunia, sed quum quisque voluerit, jejunandum, ne videatur esse sub lege. Dicebat etiam presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni. Quidam perhibent istos, sicut Encratitas vel Apotactitas, non admittere ad communionem suam nisi continentes et eos, qui sæculo ita renuntiaverint ut propria nulla possideant. Ab esca tamen carnium non eos abstinere dicit Epiphanius; Philaster vero et hanc eis tribuit abstinentiam. Cf. *Philast. haer. n.* 72. et *Damasc. haer.* 725., coll. 98. — 2.°) In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 7. 1381. 7. et *Ephem. epigr.* 8. 477. — 3.°) Aerius dicitur etiam de Ægyptiis, qui ab *Aeria*, nom. vet. Ægypti, *Aerii* nuncupati sunt; quod nomen postea indidit regioni Ægyptus rex, ex antiquorum sententia. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 60. V. AERIA sub II. 2. et ÆGYPTUS. ¶ 2. Aeria — 1.°) Speciatim — *a)* Cognominata est Juno, quod aeris sit regina vel arbitra. *Macrob.* 1. *Sat.* 15. 20. et *Capell.* 2. *p.* 38. — *b)* Item Venus, ut videtur, a *Tac.* 2. *Hist.* 3. *V.* AERIAS. — *c)* Item Iris apud *Virg.* 9. *Æn.* 803. — 2.°) Generatim, nom. mul., ut *Aeria Januaria* in *Indic. Donat.*, qui tamen in textu 316. 4. edidit *Aeria* tantum. Adde *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1587. et 11179.

II.) De loco. ¶ 1. Aerius « alii nomen montis antiquum volunt » inquit *Serv.* ad illud *Virg.* 6. *Æn.* 224. Monte sub Aerio. ¶ 2. Aeria — 1.°) Dicta est olim *Ægyptus*, quod edita et sublimis (*Hesych.* v. Ἀερία): vel a fusco et caliginoso aere, quasi « Nebelland » (*Reinisch, Sitzungsb. Wien Akad. XXX.* 404., *XXXVI.* 59. *sq.*): vel a Nilo, ιαρω, ειρο, ιερο: Hebr. יאר, יאור, *fluvius* κατ' ἐξοχ. (Cf. *Eustath.* apud *Dionys. Perieg.* 239. et *H. Steph. Thes. L. Gr.* ed. *Did.* s. v. Ἀερία, ubi plura ad rem). Memoratur *Gell.* 14. 6., *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 534. et *Isid.* 14. *Orig.* 3. 27. — 2.°) Item Creta, quam primum ita vocatam *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (58). et *Gell. loc. cit.* tradunt. — 3.°) Item Thasos, *Aeria* vel *Aethria* dicta, teste *Plin. ibid.* 23. (73). — 4.°) Item Pyrene. *Lucan.* 1. 689. — 5.°) Item oppidum in Gallia Narbonensi, in loco edito situm, unde illi nomen factum, hodie *Chateau de Lers* vel *Mont Venteux* (V. *D' Anville* et *Desjardins, Géogr. de la Gaule*). *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36)., ubi alii leg. *Aerea* v. *Area.*

ÆRMON. *V.* HERMON.

ÆRNUS, i, m. 2. nom. cujusdam dei Hispanici. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 2606. (in conventu Asturum). Adde *Suppl. n.* 5651.

ĀĔRŎPA, æ, et Aeropē, es, f. 1. (Ἀερόπη: ab ἀήρ et ὤψ, i. e. *aerios habens oculos*) Nomin. *Aerope* est *Quintil.* 11. 3. 73. — Gen. *Aeropes* apud *Hygin. fab.* 97. — Acc. *Aeropen* habet *Ovid.* 2 *Trist.* 391., *Hygin. fab.* 81. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 568. et 11. *ibid.* 262.; et *Aeropam* est *Cic.* 3. *Q. fr.* 5. 7. (Ita *Bücheler*; alii aliter leg.). — Abl. *Aerope* apud *Serv.* ad *Virg.* 11. *An.* 262.; *Aeropa* vero *Hygin. fab.* 81.

Aeropa ¶ 1. Apud scriptores, Castrei Cretensis filia, Pleisthenis (*Dict.* 1. 1.) v. Atrei uxor (*Hygin. fab.* 86.), mater Agamemnonis et Menelai (*Lact. Plac.* 12. *fab.* 1). — A Thyeste, Atrei fratre, adulterio corrupta est (Cf. ÆGISTUS); quod ægre ferens Atreus liberos ei epulandos apposuit; quæ Sol, ne pollueretur, aufugit. Hinc *Ovid. loc. cit.* Si non Aeropen frater sceleratus amasset, Aversos Solis non legeremus equos. *Serv.* tamen ad *Virg.* 1. *Æn.* 568. rem aliter narrat. Adde *eumd.* ad 11. *ibid.* 262. et *Hygin. fab.* 86., coll. *Sophocl.* in *Ajac.* 1303. *sqq.* Porro hanc Atrei cenam figmentum esse tragicorum nemo est quin sciat. V. *Voigt, de Atr. et Thyest. fab. Diss. phil.*, Hal. *VI.* 328. — Hinc titulus tragœdiæ *Ennii*, *Senecæ* etc. Cf. *Cic. loc. cit.* (V. *Knaack, PW.* 1. 667. *sq.*). ¶ 2. Generatim, cognom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 11604.

ĀĔRŎPĒ, es. *V.* voc. præc.

ĀĔRŎPĔTES, æ, m. 1. (Ἀεροπέτης) ¶ 1. Est nomen equi ex quattuor junctis quadrigæ Circensis, in *Inscr.* apud *Fabretti p.* 537. *n.* LIV (*C. I. L.* 15. 7051). ¶ 2. Item titulus libri sexti *Apicii.* V. *Lexic.*

ĀĔRŎPUS, i, m. 2. (Ἀέροπος) Etiam *Europus* apud *Justin.* 7. 2. 5 (ubi *Aeropus* habet *Asul.* V. *Jeep*); et *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1409. Sed nomina confusa in MSS. falsæ docent *Dübner* et *Scalig.* ad *ll. citt.* — Verum nomen legitur apud *Nazar.* in *Paneg. Constantin. Aug.* 20. — Est nomen personæ et geographicum.

I.) Aeropus, nomen personæ, ¶ 1. Fuit rex Macedonum, filius Philippi et pater Alcetæ, Perdiccæ pronepos (*Herod.* 8. 139). De eo *Justin. loc. cit.*, coll. *Nazar.* et *Hieronym. locc. citt.* ¶ 2. Item prætor Epirotarum, de quo *Liv.* 29. 12.

II.) Aeropus, nomen montis in Epiro. *Liv.* 32. 5. Inter montes, quorum alterum Aeropum, alterum Asnaum incolæ vocant. At *M. Müller* leg. *Meropus* ex MSS.

ÆRŬLI. *V.* HERULI.

ÆSA. *V.* ÆSAR.

ÆSĂCUS, i, m. 2. (Αἴσακος: cf. αἴσακος, *lauri* vel *myrti ramus*) Etiam *Æsacos* et acc. *Æsacon*, Græca positione, apud *Ovid.* 11. *Met.* 762. et 791.

Æsacus, filius Priami, ex nympha Alyxothoe seu Alexirhoe, qui quum Hesperies amore captus, eam per avia fugientem insequeretur, evenit ut serpens a puella calcatus ejus pedem mordicus apprehenderet, ex quo vulnere quum illa interiisset, *Æsacus* doloris impatientia sese in mare præcipitavit, quem Tethys miserata in mergum avem convertit. Ita *Forcellin.* ex *Ovid.* 11. *Met. sub fin.* Cf. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 254., *Lact. Placid.* 11. *Met. fab.* 11. et *Mythogr. Lat.* 2. *fab.* 176. ed. *Mai.* — Discrepat tamen *Apollod.* 3. 12. 5., coll. *H. Steph.* in Ἀρίσβη (V. *Knaack PW.* 1. 1046).

ÆSĀPĬUS v. rectius *Æsepius*, a, um, adject. ad *Æsapum* vel *Æsepum* pertinens. *Val. Flacc.* 3. 420. *Sch.* petit adversis Æsepia silvis Flumina. *Alii* tamen *leg.* *Æsepia.*

ÆSĀPUS v. rectius *Æsepus*, i, m. 2. (Αἴσηπος) ¶ 1. Est fluvius Mysiæ ex Ida monte profluens atque in Propontida decurrens ad Cyzicum oppidum, hodie *Satas-dere*. Memorat *Plin.* 5. *Hist. Nat.* 32. 40. (141). et *Flor.* 3. 5. 17 (ubi codd. *Æsopus*). — De eo plura apud *Strab.* 12. 8. *sqq.* et 13. 1. *sqq.* ¶ 2. In fabulis *Æsapus* est pater Phrygiæ ex Europa. *Messal. Prog. Aug.* 3.

ÆSAR, indecl. De notatione nominis alii alia docent. *Casaub.* ex *Hesychio* notat « αἴσους » vocari deos ab Hetruscis et vocem *Æsar* Græcam

esse Etrusca terminatione formatam; sed v. Volsc. esaristrom (Zoet. inf. 47), i. e. sacrificium; et Marruc. aisos, i. e. Dis (Cf. Bücheler, Lex. it. s. v. ais), ab αἶσα fatum (Hebr. vel Phœn. אסר, cui ligandi significatio inest. Cf. Visconti, Iconogr. Grec. T. 2. p. 330. et Gesen. Lex. Hebr. s. v. Esar). Sueton. Aug. 97. Æsar, id est reliqua pars e C-æsar-is nomine, Etrusca lingua Deus (V. Dion. 56. 29).

ÆSAR, āris, 3. et Æsarus, i, m. 2. (Αἴσαρος) fluvius in Bruttiis apud Crotonem, nunc Esaro. Memoratur Ovid. 15. Met. 22. I, pete diversi lapidosas Æsaris undas. Avien. Descr. orb. 517. Inde Croton priscis attollit mœnia muris, Æsarus hic amnis salsa convertitur unda. — Strab. 6. 262. ait Æsarum in mare influere et portum efficere. Adde Priscian. Perieg. 368. Cf. Visconti, Iconogr. Gr. T. 2. p. 38. et Hülsen, PW. 1. 1047.

ÆSĀRĒUS, a, um, adject. ad Æsarum pertinens. Ovid. 15. Met. 54. Æsareum flumen.

ÆSĀRĬUS, ii, m. 2. famulus cujusdam Sabarici a s. Germano liberatus. Venant. in vit. s. Germ. 30. Cf. voc. præc.

ÆSĀRUS. V. ÆSAR, āris.

ÆSCHĬNĒS, is, m. 3. et Æschinus, i, 2. (Αἰσχίνης) Scribitur in titulis sæpe Æscinus v. Eschinus et etiam Æschimus. V. Corp. I. L. 1. 724.; 14. 4019. 9. 4554; et 9. 3841. — Codd. Cic. 3. Tusc. 26. 63. Æscinnes. — b) Declinatur: Nomin. Æschinus apud comicos Plaut., Terent. etc. et inscriptt.; sed Æschines sæpius apud alios. — Genet. Æschinæ apud Charis. gramm. I. 41. 7. et Æschini apud Cic. Brut. 85. 292. — Dat. Æschini apud eumd. Orat. 8. 26. — Acc. Æschinen est Quintil. 2. 17. 12. et Plin. jun. 1. ep. 20. 4. et 4. ep. 5. 1.; Æschinem vero Cic. 1. Inv. 31. 51. et Quintil. 5. 11. 27. — Abl. Æschine apud Cic. 3. Orat. 56. 213., Tac. Dial. 15., al. — c) Pænultima brevis esse videtur, etiam ex Aristoph. Vesp. v. 1221. — d) De etymo nihil certi; potest tamen conjungi cum Gr. αἶσχος, dedecus, pudor, cui terminatio sit addita.

Æschines, clarorum oratorum in Græcia nomen. ¶ 1. Apud scriptores, præcipui — 1.º) Æschines, Atheniensis, discipulus Socratis fidissimus, unde Socraticus, ad aliorum discrimen, etiam dictus, Cic. 1. Inv. 31. 51. et Brut. 85. 292. et Quintil. 5. 11. 27., coll. Diod. 16. 76. et Plut. Arist. 32., et Σφήττιος appellatus a pago Sphettio, ubi natus est, apud Diod. loc. cit. — Totum se dedit Socrati philosopho, cui morienti adstitit. Senec. 1. Benef. 8., coll. Laert. 2. 34. et Plat. Phæd. p. 59. — In Siciliam dein ad Dionysium tyrannum se contulisse et, hoc vita functo, Athenas reversum scholas aperuisse tradunt Laert. 2. 62. et Athen. 11. p. 507. — Scripsit orationes judiciales et dialogos, plagiarius aliquando, complures, quorum exstant fragmenta (V. Hermann, De Æsch. rel. n. 23). Quintil. 5. 11. 27. sq., Victorin. 1. p. 98., al. — Eum pessimum fuisse perhibet Lysias in oratione contra eumdem scripta, cujus fragm. apud Athen. 13. p. 611., si tamen is fidem meretur (Cf. Croiset, Hist. Litt. Gr. 1901 IV. p. 243. et Grote, Plat. etc. 1865. III. 466. sqq.). — 2.º) Æschines, clarior alter orator, Atheniensis, Atrometi et Glaucotheæ filius, quæ erat τελέστρια (Dem. Cor. 130. et 258), tribu Cothocidæ, æmulus Demosthenis, natus an. circ. 390. a. Chr. (Athen. 6. p. 681., Laert. 2. 7. et Phot. Bibl. Cod. 264) et an. 348. oratoriam palæstram aggressus magis natura eloquens quam studio. Memoratur Cic. 4. Rep. 11. 13. Æschines Atheniensis vir eloquentissimus. Plin. 7. Hist. nat. 30. 31. (110). summus orator. Rursus Cic. Opt. gen. orat. 6. 17. ex Lucil. doctus et acer-optimus longe post homines natos. et ibid. nihil illo - divinius. Id. Orat. 31. 110. nihil lenitate Æschini (cedit). Gell. 18. 3. 1. vel acerrimus prudentissimusque oratorum. Quintil. 10. 1. 77. Plenior Æschines et magis fusus et grandiori similis, quo minus strictus est; carnis tamen plus habet, minus lacertorum. Id. 2. 17. 12. hypocrites. — Fuit factiosis amicior quam patriæ; pluries vero legatus fuit reipubl., ut ad Philippum pro pace, qua legatione tamen accusatus fuit a Demosthene. Cic. 4. Rep. 11. 35 et Orat. 31. 111. — Ctesiphontem in jus vocavit, post confectum Chæronea prœlium, quod contra leges Demostheni de patria benemerenti honores in Dionysiacis decrevisset; sed victus in illo de corona certamine et damnatus Rhodum exsul confugit, ubi eloquentiam docuisse tradit Quintil. 12. 10. 19. et aliquando adversarium publice momordisse ait Hieronym. ep. 53 (al. 103). n. 2. Adde Cic. 3. Orat. 56. 213., Val. Max. 8. 10. ext. 1., al. — Creditur Rhodo v. Epheso dein Samum transmigrasse ibique obiisse (Phot. loc. cit.). - Pauca scripsit; plura ex tempore dixit, sed ex iis, quæ supersunt, summa eloquentiæ vis et elegantia et etiam poeticus color elucent; non tamen civilis enituit virtus in homine ingenii levioris nec a lucro aut ambitione alieni (Croiset, op. cit. p. 688. sqq.). — Tres tantum ejus orationes exstant, sc. in Demosthenem, contra Timarchum et de male gesta legatione, quam Brougham, insignis Angliæ orator, ceteris anteponebat; et XII. Epistolæ: oratio, quæ Deliaca dicitur, nunc deperdita, a criticis uti spuria habetur. Cic. Opt. gen. orat. 5. 14., coll. Orat. 8. 26., Gell. 18. 3., Hieronym. ep. 57 (al. 101). n. 5. — Plura de eo apud Ps.-Plut. Æschin., Philostr. in vit. Sophist. et Photium in Bibl. Cod. 61. et alib., coll. Cic. Brut. 9. 82. et 84., 5. Fin. 2. 5. et sæpe alib., Plin. jun. 2. ep. 3.; Ammian. 30. 4. 5.; Tac. Dial. loc. cit. etc. V. etiam Orelli On. Tull. p. 21.; Stechow de Æsch. vit. Berol. 1841. et Marchand, Charakt. d. Redn. Æsch. Jena 1876. — De eo monumenta artis illustravit Visconti, Iconogr. Gr. T. 1. p. 337. sqq. et Mus. Pio-Clem. T. 6. p. 174., Mus. Borb. I. 50.; Baumeister, Denkm. I. 38.; Clarac, Mus. d. sculpt. 843., 2136., coll. Welcker, Akad. Kunstm. 2. ed. p. 48. a. 1848. p. 136. sqq. — 3.º) Æschines, Milesius, orator Asiaticus, æqualis Ciceronis, de quo idem Cic. Brut. 95. 325. et Senec. 1. Controv. 8., coll. Laert. 2. 7. 9. et Strab. 14. 1. 7. — De hoc ex recentioribus, præterquam Schäfer, Blass, Croiset, scripsit ex professo Castets, Eschine l'orateur, Paris 1878. V. etiam Thalheim, PW. 1. 1047. 15. — 4.º) Æschines, Neapolitanus, Academicus, discipulus Carneadis et post eum Academiæ caput. Cic. 1. Orat. 11. 45., coll. Laert. 2. 7. 9. — Alios videas apud Plin. 28. Hist. nat. 4. 10. (44)., Tertull. de Coron. 52. et 53. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cognom. Corp. Inscr. Lat. 14. 4011. 16. 1483., 21445. etc.

ÆSCHĬNIĀNUS, a, um, adject. ad Æschinem aliquem pertinens, ut Æschinianus fundus in pago Ambitrebio Veleiate, Tab. Alim. Vel. 5. 29.; itemque alius memoratus in Corp. Inscr. Lat. 6. 10242.

ÆSCHĪNUS, i, m. 2. Sunt qui scribant Æschynus per y et quidem longam, ut in Gr. αἰσχύνη; sed apud Ter. in Adelph. ubique brevis est, ut apud Aristoph. in Vesp. v. 1221.; quamquam vox Gr. Αἰσχῖνος habet penultimam longam (Pape-Benseler. 1. p. 40).

Æschinus, nom. vir., idem quod Æschines sed terminatione Latina. ¶ 1. Est persona in fabula Terentiana, quæ Adelphoe inscribitur, filius adoptivus Micionis. — Hinc proverbium - Æschino dicitur quod audit Micio - apud Paulin. Nol. ep. 7 (al. 46). fin., sc. uni dicitur, quod volumus ab altero intelligi, cujus interest: vulg. dire a nuora perchè intenda suocera. ¶ 2. Item titulus comœdiæ Cæcilii, qui est Æschinus Hypobolimæus apud Non. 2. p. 178. Merc. et Gell. 15. 14. ¶ 3. In titulis nom. serv. et cogn. libert. Corp. Inscr. Lat. 14. 4011. et 9314.

ÆSCHRĬO v. Æschrion, ōnis, m. 3. (Αἰσχρίων) Scribitur etiam Æscrio et Escrio. V. infra.

Æschrio ¶ 1. Fuit scriptor agriculturæ laudatissimus. Varr. 1. R. R. 1. 9., Colum. 1. 1. 10. et Plin. Hist. nat. ind. auct. ¶ 2. Item quidam Syracusanus, cujus uxor Pipa adamata fuit a Verre. Cic. 2. Verr. 14. 36. et alib., ubi aliquando in codd. Escrio legitur, ut Æscrio in signaculo aureo graphio inscript. Corp. Inscr. Lat. 2. 4975. 5. - NB. Apud Græcos poeta Samius (Athen. 7. 296. et 8. 335). V. voc. seq.

ÆSCHRĬŌNĬUS v. Æschrionios, a, um, adject. (Αἰσχριώνιος) ad Æschrionem Samium, iambographum poetam, pertinens. Mar. Vict. gramm. III. p. 105. K. Si ex duobus iambicis dimetris catalecticis fiat permixtio, fit metrum, quod Æschrionium dicitur, ut est « Amore me subegit et igneo furore » Atil. Fort. Ars p. 293. K. ithyphallicum metrum - et Æschrionium vocant. Utrubique traditur Escronium et Ascronium. V. etiam Lexic.

ÆSCHRŎDŌRA, æ, f. 1. nomen fictum meretricis (ab αἰσχρός, pudendus, spurcus, et δῶρον, donum) apud Plaut. Pseud. 1. 2. 196. Fleck. Cf. Schmidt, Herm. 37. 354.

ÆCHȲLEUS et

ÆSCHȲLĪUS, a, um, adject. (Αἰσχύλειος) Pænultimam corripuit metri causâ Propert. loc. cit.

Æschyleus, ad Æschylum pertinens. Propert. 2. 34. 41. Desine et Æschyleo componere verba cothurno. — Hinc Æschyleum metrum apud Mar. Plot. Sac. 3. 8. p. 538. K. Antispasticum (metrum) pentemimericum dochmiacum Æschylium fit antispasto, hippio secundo et disyllabo: « Qui sonante te coegit dare ». Alii leg. Æschyleum.

ÆSCHȲLUS, i, m. 2. (Αἰσχύλος) Æsculus, sine aspiratione, interdum exhibent libri. Etiam Æschulus apud Macrob. 5. Sat. 19. 24. P. — Nom. Æschylos, Græca positione, apud Horat. 2. Ep. 1. 163.; et Acc. Æschylon est Sidon. carm. 9. 235. — Nominis origo et significatio incerta est: sunt qui conjungant cum v. αἶσχος, dedecus, quasi sit indecorus, probrosus (V. Pape-Bens. Wörtb. h. v)

Æschylus ¶ 1. Fuit poeta Atheniensis, filius Euphorionis, natus an. 525. a. Chr. Eleusine, tragicus, immo pater et auctor aut saltem insignis restaurator tragœdiæ, cui tetralogiæ formam indidit sive ligatæ sive solutæ. Horat. Art. P. 278. Post hunc (Tespin) personæ pallæque repertor honestæ Æschylus et modicis instravit pulpita tignis, Et docuit magnumque loqui nitique cothurno. h. e. scenam stabilem, personas et cothurnum invexit. Quintil. 10. 1. 66. Æschylus tragœdias primus in lucem protulit, sublimis et gravis et grandiloquus sæpe usque ad vitium, sed rudis in plerisque et incompositus. Macrob. 5. Sat. 22. 13. eminentissimus tragœdiarum scriptor. Sic eum laudant Vellej. 1. 16., Gell. 13. 18. et 24. et 17. 21., Plin. 25. Hist. nat. 2. 5. (11). et alib. — Philosophiæ aliquando studuisse fatoque omnia tribuisse refert Cic. 2. Tusc. 10. 23., ubi illum Pythagoreum vocat, et jam mysteriis Eleusinis imbutum conjicere est ex Aristoph. Ran. v. 886. sq. — Eum uti Salamine, Marathone, Plateis strenuus miles dimicavit, sic in poetica palæstra crebras tulisse palmas tradunt, ita ut Olympiæ fere tricesies coronatus fuerit; sed aliquando in tragico certamine a Sophocle, quemadmodum in elegiaco a Simonide, victus in Siciliam (quo antea Syracusas ad Jeronem se contulerat, cui Ætneas scripserat oppidi ab eo conditi celebrandi gratia) iterum se recepit, unde vir Siculus a Macrob. 5. Sat. 19. 17. appellatur, ibique paullo post obiit Gelæ, an. a. Chr. 456. æt. ann. circ. 69., ut ex celebri Marmore Pario constat. — Mortis genus ita enarrant Plin. 10. Hist. nat. 3. 3. (7). et Val. Max. 9. 12. n. ext. Quum esset calvus et in aprico forte quiesceret, testudo ab aquila in altum delata quum decidisset, caput ejus confregit. De qua fabula scripsit Piccolomini in op. Sulla morte favol. di Eschilo etc. Pisa 1883. — Ex ejus tragœdiis, quas usque ad 70. et amplius composuit, septem exstant, nempe, ex ordine temporis, probabiliores: Supplices (Ἱκέτιδες), Persæ (Πέρσαι), Septem contra Thebas (οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας), Prometheus vinctus (Προμηθεὺς δεσμώτης), Agamemnon (Ἀγαμέμνων), Choephoræ (Χοηφόροι) et Eumenides (Εὐμενίδες), inter quas Agamemnon amplitudine et granditate præstat; multa tamen fragmenta referuntur, collecta a Dindorf, Æsch. fragm. superst. etc. Oxford 1841-1851. et Poet. Scen. Gr. Londr. 1869. et Wecklein P. I. fragm. Berlin. 1893. — De monumentis artis ad eum pertinentibus videsis Visconti, Iconogr. Gr. T. 1. p. 29. sqq. Cf. etiam Winckelm. Mon. ined. Tab. 167. et Baumeister, Denkmäler etc. p. 34. — De eo plura in Vit. Æsch. vet., coll. Aristoph. loc. cit., qui Æschylum Sophocli præfert et Euripidi; Aristot. de A. P. c. 11., Plutarch. in Sympos. etc., Philostrat. in vit. Apoll., al. et ex recentioribus

apud Susemihl, De vit. Æsch. 1872., Croiset, Hist. d. la Litt. Gr. III. p. 165-177. et Dieterich, PW. 1. 1065. sqq. ¶ 2. Item archon XII. Atheniensium, qui remp. gessit an. 23. Hieronym. in Chron. ad an. 21. ex Marm. Par., quem excepit Alcmæon. — Alios videsis apud Cic. Brut. 91. 316., coll. 95. 325. et Dial. 91. 316. et 6. Verr. 22. 43., Curt. 4. 8. 4. et Martial. 9. 4. 3. et 9. 67. 7.

ÆSCŎLĀNUS, i, m. 2. (æs) deus æri præfectus. Augustin. 4. Civ. D. 21. sqq. Quid necesse erat deo Æscolano (sic Corbeiens.) et filio ejus Argentino, ut haberent æream argenteamque pecuniam. Nam ideo patrem Argentini Æscolanum posuerunt, quia prius æraea pecunia in usu cœpit esse, post argentea. Miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum.

ÆSCŪLĀNUS, i, m. 2. (æsculus) nomen vir. apud Martial. 6. 74. 4. (Ille) mentitur, Æsculane: non habet dentes. Schneid. leg. Efulane, al. Æfulane.

ÆSCŪLĀPĬUM, ii, n. 2. V. voc. seq.

ÆSCŪLĀPĬUS, a, um, adject. (Ἀσκληπιεῖος) ad Æsculapium pertinens. Plin. 29. Hist. nat. 22. (72). Anguis Æsculapius Epidauro Romam advectus vulgoque pascitur et in domibus. — Absolute Æsculapium, templum Æsculapio dicatum. Vitr. præf. l. 7., quod ea ratione est dictum, qua Dianium et Minervium, Dianæ et Minervæ templa.

ÆSCŪLĀPĬUS, ii, m. 2. — a) Scribitur vario, apud Latinos in antiq. inscriptt. Æscolapius, Aiscolapius, Asculapius, Aisclapius etc. et apud Græcos Αἰσκλαπιός, Ἀσκλαπιός et Αἰσκλαβιός. Formæ tamen usitatiores sunt Asclepius (Ἀσκληπιός Jon.-Att.) et Æsculapius (Αἰσκλαπιός v. Ἀσκλαπιός Æol.-Dor.). — b) De origine nominis alii alia, ut in re plerumque obscura assolet, tradiderunt. Sic Schol. ad Hom. Il. 4. 194. vult esse ab ἀσκεῖν καὶ ἤπια τὰ μέλη ποιεῖν (Cf. Eustath. ad h. l.) et Tzetz. ad Lycophr. in Alex. v. 1054. ab Ascleto, rege Epidauri, quem Æsculapius curaverat; at recentiores ducunt ab ἀσκάλαβος, anguis (V. infra), ut Welcker, Gr. Götterl. 2. p. 736. adn. 10. et Mähly, d. Schlang. im Myth. p. 6.: vel a γλάφω (γλύφω), incido, ut Heffter, Rel. d. Gr. 2. 343. 403. adn. 1. Cf. etiam Meyer, Bemerk. et z. ältest. Gesch. d. gr. Myth. p. 70. et Thraemer, PW. 2. 1643.

Æsculapius v. Asclepius, deus Græcus, non eodem modo ab auctoribus exhibetur, ita ut pro uno tres et etiam plures enumerentur (Cic. 3. Nat. D. 22. 57., Arnob. 4. p. 136., Ampel. 9., Tertull. Apol. 14., coll. Pind. Pyth. 3. v. 84.; Augustin. 8. Civ. D. 25); nempe unus, filius Apollinis v. Volcani, Apollo et ipse dictus, specilli inventor, apud Arcades cultus; alter, Elati filius, secundi Mercurii frater, fulmine percussus, quod mercede ductus Tyndareum ad vitam revocasset, humatusque Cynosuris; tertius, filius Arsippi et Arsinoe, in Arcadia haud procul a Lusio flumine sepultus. Idcirco alii fuisse ajunt Tricæum patria, alii Messenium sed Epidauri moratum, unde nomen accepit; alii aliter. Ceterum scriptores plerumque ad unum redigunt ex Apolline et Coronide ortum vel Arsinoe, illa Phlegyæ, hac Leucippi filia, non sine patris flagitio (Hygin. fab. 14., 173., 202., 224. et 274., Serv. ad Virg. 6. Æn. 398. et 618. et 10. ibid. 316., Lact. 1. Inst. 10). et medicinæ artis auctorem ac medicinarum inventorem faciunt (Cels. 1. præf., Plin. 25. Hist. nat. 2. 5. (13). et Arnob. 1. p. 24); adeo ut multos sanaret, immo ad vitam revocaret (Hygin. fab. 49., Plin. 29. Hist. Nat. 1. 1. (3), coll. Virg. 7. Æn. 770. sqq. et Ambros. 3. de Virg. 2. n. 7). Hinc Arnob. 1. p. 41. de Æscul. sanat. Beneficia ista rerum sunt (h. e. naturali ex vi medicinæ), non sunt curationum potestates (h. e. miracula). — Forma Æsculapius adhibetur Plaut. Curc. 270. pacem ab Æsculapio petas. Ter. Hec. 337. male metuo, ne Philumenæ magis morbus adgravescat: quo te, Æsculapi, ne quid sit hujus, oro. Adde Enn. trag. 318. et Varr. 7. L. L. 57. Serv. auct. georg. 2. 550. Chirob adeo medicinæ peritus Æsculapium docuisse dicatur. Arnob. 1. p. 24. Æsculapius præses sanitatis. et 7. p. 252. salutis dator, valetudinum pessimarum propulsator, prohibitor et exstinctor. Auson. Eph. III. 14. Sch. disciplinarum deus. — In plur. num. Cic. 3. Nat. D. 22. 57. Æsculapiorum primus, quem Arcades colunt. Arnob. 4. p. 136. Tris Dianæ, Æsculapii totidem. Adde Ampel. 9. 8. et Tertull. Apol. 14. — Forma Asclepius usurpatur Stat. 3. Silv. præf. Capillos suos, quos cum gemmata pyxide et speculo ad Pergamenum Asclepium mittebat. Lact. 3. Inst. 20. 16. (Socrates) ante mortem familiares suos rogavit ut Æsculapio gallum, quem voverat, prosecarent; timuit videlicet, ne apud Rhadamantum reciperatorem reus voti fieret ab Asclepio. Hygin. fab. 274. Asclepius Apollinis filius clinicen reperit. Adde Cæl. Aur. Tard. præf. 2., Corp. Inscr. Lat. 6. 8.; 14. 2493. etc. — Ejus tituli: Augustus in Inscr. apud Orelli n. 1574. etc.; Clinicus apud Prudent. Apoth. 205.; Deus in Inscr. apud Orelli n. 1576. et 2907.; Dominus in alia apud eumd. n. 2615. et 3016.; Epidaurius apud Liv. 25. 28.; Opifer apud Ovid. 15. Met. 653.; Ophiucus apud Avien. Arat. Phæn. 204. sqq. et Mythogr. III. fab. 10. n. 6.; Pergamenus v. Pergameus in Inscr. apud De Vita Ant. Benev. cl. 1. n. 30.; Phœbigena apud Virg. 7. Æn. 773.; Sanctus in Corp. Inscr. Lat. 2. 2587.; Servator in Inscr. apud Orelli n. 4935.; Subveniens, ut putat Neumann, apud Eckhel, 2. p. 481., coll. Caved. in Opusc. di Mod. T. 3. p. 403. — Ab Apolline immortalitate donatus, in cælum receptus est (Cic. 3. Nat. D. 15. 39., Curt. 8. 7. 3., Cyprian. de Idol. vanit. 2., Hygin. fab. 224. et 251. et Mythogr. III. fab. 10. n. 6). Hinc medicinæ et ægrotorum deus habitus cultusque per Asiam late et Orientem, in Græcia, in Africa et universo Occidente, ut ex inscriptionib., nummis, signis aliisque monumentis colligitur (Apul. Socr. 15. Æsculapius ubique colitur. Adde Liv. 29. 11., 40. 37., 41. 22., 42. 24. et alib., Cic. 4. Verr. 43. 93., Vitruv. 1. 2., Val. Max. 1. 1. 19., Plin. 26. Hist. nat. 2. 6. (13). et 29. ibid. 1. 2. (4). et alib., coll. Pausan. 2. 10., 21., 26., 29. et 7. 25. etc. Corp. Inscr. Lat. 3. 786., 1768., 3388., 7279.; 8. 12006., 12228. etc., apud Orti, Ant. Mon. etc., tav. 1. n. 1., Mus. Borb. T. 9. tav. 47., 3., Sestini, Descr. vet. numism. p. 150. n. 26., Mionnet, Suppl. 3. 294. V. et Schlüter, de Æsc. a Rom. adsc. 1833); et cum aliis diis conjunctus sæpissime, nempe cum Hygia (Corp. I. L. 6. 17., 18.; 9. 5823. etc.), Valetudine (Ibid. 3. 7279), Salute (Ibid. 6. 164.; 8. 16475., 2579a. etc.), Apolline et Diana (ibid. 3. 986), Cerere (ibid. 8. 14447.), Sole (ibid. 3. 242), Fortuna (ibid. 8. 1747), Jove (ibid. 8. 2624) etc.; eique concredita tutela navium, unde Æsculapius quarumdem insigne in Inscr. apud Momms. n. 2753., 2805. et 2328. — Hinc templa ei sacrata, ut celebre fanum Epidauri in Argolide (Liv. 45. 28., Mela 2. 3. 8., Plin. 4. Hist. nat. 5. 9. (18).; Athenis, ubi fons Æsculapii erat (Plin. 2. ibid. 103. 106. (225).; Pergami (Tac. 3. Ann. 60., coll. Front. p. 47. 19. N.); Romæ in insula Tiberis, quæ Æsculapii insula appellata est. Sueton. Aug. 59., Liv. 10. 47., Ovid. 1. Fast. 291. sqq. et 15. Met. fab. — Item sacerdotium institutum (Tertull. Pall. 1. et Test. anim. 2.) et collegium, cujus lex in Inscr. apud Orelli n. 2417. — Item ludi in ejus honorem invecti, Asclepia dicta (Ἀσκλήπια). Corp. Inscr. Lat. 14. 474. — Item animalia ad ejus templa adhibita, ut canes ad custodiam, quod is canino lacte fuerit nutritus (Fest. apud Paul. Diac. p. 82. L.); dracones ei dicati, quia vigilantissimi (Fest. ibid. p. 51); et sic anguis v. aspis (Plin. 29. Hist. nat. 4. 22. (72)., Stat. 3. Silv. 205., Prudent. Perist. 10. 257) v. serpens baculo inhærens (Apul. 1. Met. 4., coll. Horat. 1. Sat. 3. 26); unde Æsculapio serpens aeneus dono datus (Inscr. apud Momms. n. 2586); capra quoque ei immolabatur, « quia sine febri esse perhibetur: gallinæ vero cædebantur contraria ratione, quia maxime sanæ putantur earumque esus apprime ægrotis accommodatus est: gallus præterea ob vigilantiam, curandis ægrotis necessariam » (Serv. ad Virg. 2. G. 380). — Cetera mythum Æsculapii explicaverunt Macrob. 1. Sat. 20., coll. Fest. l. c. p. 82., Pausan. ll. cc., Plut. de orac. Pith. c. 17., et ex recentioribus Creuzer, Relig. de l'Ant., coll. Roscher, Lex. Myth. 1. p. 615-641.

ÆSĒPĬUS, a, um. V. ÆSAPIUS, a, um.

ÆSĒPUS. V. ÆSAPUS.

ÆSERNĬA (Esernia), æ, f. 1. (Osce Aisernio, Aisernim, in nummis, ab æsar, quasi deorum urbem ducit Benfey: cf. Corssen I. p. 375. Planta Gramm. d. osck. umbr. Dial. II. 58. Th.) Αἰσερνία et Ἐσερνία, oppidum Samnitium ad lævam Vulturni fluvii, colonia juris Latini inde ab a. 491. U. C., tribu Tromentina, tenue post Sullam et per ætatem imperatorum municipium, hodie Isernia v. Sergna (Cf. Momms. Corp. 9. p. 245. et Hülsen, PW. 1. 685). Memoratur Sisenn. hist. frg. 6., Cic. 8. Att. 11., Vellej. 1. 14., Sil. It. 8. 566., Frontin. 1. Strat. 5. 17., al. — Inscriptiones ad eam pertinentes collegit Momms. nn. 5006-5136. — Plura videsis apud Garrucci, La storia d'Isernia etc. Nap. 1848. et Notiz. d. scavi (1890) 46.

ÆSERNĪNUS (Eserninus), a, um, adject. ad Æserniam pertinens et Æserniæ incola. Liv. 10. 31. Æserninus ager. Id. 44. 40. turma equitum. Corp. Inscr. Lat. 9. 2641. populus. et 2676. scriba. — Absolute de incolis. Liv. 27. 10. Beneventani et Æsernini. Adde Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (107). et Ephem. epigr. VII. 594.

ÆSERNĪNUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 19. 1448. — Liberti publici in titulis Æserninis. Ibid. 9. 2633., 2676. et 2711. — Æsernina, nom. mul. Inscr. apud Momms. n. 5050. — Alii apud scriptores, ut Senec. 6. Suas. 4. et alib., Cic. Brut., 136., 36., Sueton. Aug. 43. et Plin. 12. Hist. nat. 1. 5. (12). Tac. 3. Ann. 11. Ditium familiarum heredes Æserninos et Arruntios. et Lucil. apud Non. 1. 425. Merc. (136). « Æserninu' fuit, Flaccorum munere, quidam Samnis, spurcus homo - Cum Placidejano hic componitur, optimu' longe Post homines natos gladiator. ». Hinc proverb. Æserninus cum Placidejano, quum duo in eodem genere artifices optimi comparantur.

ÆSĪMUS, i, m. 2. (αἴσιμος, fatalis) cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 21826. et Serv. ad Virg. 2. Æn. 79.

ÆSĪNAS, ātis, m. 3. adject. ad Æsim oppidum pertinens; hinc Æsinas caseus, olim in pretio habitus. Plin. 11. Hist. nat. 42. 97. (241), Alii leg. Sassinas. — Absolute

Æsinates, tum, m. plur. 3. Æsis incolæ. Id. 3. ibid. 14. 19. (113).

ÆSIS, is, m. 3. (Αἶσις) ¶ 1. Est oppidum in Piceno, ad Æsim fluvium, colonia Rom., tribu Pollia, hodie Iesi (Cf. Bormann, Corp. 11. p. 930). Corp. Inscr. Lat. 9. 5831. et 5832. ¶ 2. Item fluvius Umbriæ, quam a Piceno dividit, hodie Esino (Αἰσῖνος). Liv. 5. 35., Mela 2. 64. et Sil. It. 8. 444. — Ad Æsim, mansio, inter Senogalliam et Anconam. Itin. Anton. p. 316.

ÆSĪUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est fluvius Bithyniæ. Plin. 5. Hist. nat. 32. 43. (148). ¶ 2. Est etiam nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 5. 4022. — Æsia, nom. mul. Ibid. 11182. — Hinc Æsonius, nom. gent. Ibid. 8. 11484.

ÆSON, ŏnis, m. 3. (Αἴσων, ονος) Acc. Æsonem apud Mythogr. 1. 188 (2. 137). — Æsona, Græca positione, habet Val. Flacc. 1. 72. et alib.

Æson, Cretei filius, frater germanus Amythaonis et Pheres, non germanus Nelei et Peliæ regis Thessaliæ et pater Iasonis. Ovid. 7. Met. 252. Æsonis effetum proferri corpus ad aras. Adde Hygin. fab. 178. et alib. Val. Flacc. loc. cit. et alib. — Fabulantur hunc, quum ad extremam pervenisset senectutem, a Medea magicis artibus in juvenem fuisse conversum, emisso nempe omni senili sanguine novoque suco repletis venis, quam rem luculenter Ovid. 7. Met. fab. 2. describit. Val. Flacc. 1. sub fin. narrat ipsum se, sanguine tauri poto, vita privasse (paullo post quam Iason solverat ad aureum vellus repetendum) metu Peliæ fratris, a quo suam necem imperatam cognoverat.

ÆSŌNENSIS, e, adject. ad Æsonem pertinens, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, hodie Isona (Αἴσων - ωνος v. Αἰσωνία Ptol. 2. 6. 7.: cf. Hübner, Corp. 2. p. 394. et 981. et PW. 1. 688). Corp. Inscr. Lat. 2. 4462. et 4473. et 6. 27196. — Hinc

Æsonenses, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 3. 3. (28). (sic Leid., ceteri Onenses); item Corp. Inscr. Lat. 2. 4465.

ÆSŌNĬDĒS, æ (is), m. 1. (Αἰσονίδης) Acc. Æsoniden est Propert. et Ovid. Art. am. locc. citt. — Voc. Æsonidē apud eumd. et Val. Flacc. locc. citt.

Æsonides, nomen patronym. ab Æson, sc. Æsonis filius, nempe Iason, ita absolute sæpius dictus. Ovid. 6. Her. 25., 2. Art. am. 103. et 7. Met. 164., Propert. 1. 15. 17., Val. Flacc. 2. 380. et alib. — Translate, pro portico Argonautarum, apud Martial. 2. 14. 6.

ÆSŌNĬUS, a, um, adject. (Αἰσόνιος) ¶ 1. Est ad Æsonem pertinens, ut Æsonia domus apud Ovid. 12. Her. 134. et 17. Ibid. 230. et Propert. 3. 11. 12. ¶ 2. Item ad Iasonem Æsonis filium. Ovid. 7. Met. 156. Æsonius heros. Id. 3. Art. am. 34. Æsonii sinus. Adde eumd. 1. Amor. 15. 22. et 12. Her. 66. et Senec. Med. 83. — Absolute

Æsonius, ii, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat 8. 11484.

ÆSŌPĒUS, a, um, adject. (Αἰσώπειος) ad Æsopum pertinens. Senec. Dial. 12. 8. 3. Æsopeos logos (fabulas), intemptatum Romanis ingeniis opus.

ÆSŌPĬCUS, a, um, adject. (Αἰσωπικός) idem qui Æsopeus. Isid. 1. Orig. 29. 2. Sunt fabulæ aut Æsopicæ aut Libysticæ. Æsopicæ sunt, quum animalia muta inter se sermocinasse finguntur vel quæ animam non habent, ut urbes, arbores, montes, petræ, flumina: Libysticæ autem, dum hominum cum bestiis aut bestiarum cum hominibus fingitur vocis esse commercium. — Etiam aliquot Avieni fabulæ, carmine exaratæ, Æsopicæ inscribuntur.

ÆSŌPĪUS, a, um, adject. (Αἰσώπειος) Penultima longa est; potest tamen etiam corripi, abjecta altera diphthongi Græcæ littera, ut apud Auson. loc. cit.

Æsopius, idem qui Æsopeus. — a) Stricto sensu. Priscian. Hermog. præexerc. 1. Nominantur ab inventoribus fabularum aliæ Cypriæ, aliæ Libycæ, aliæ Sybariticæ, omnes autem communiter Æsopiæ. — b) Latiore sensu. Phædr. prol. l. 4. quoniam caperis fabulis, Quas Æsopias, non Æsopi nomine. h. e. ad imitationem Æsopi fictas, non ab ipso inventas. Alii leg. Æsopeas. — Absolute

Æsopius, ii, m. 2. cognom. vir. in Inscr. apud Grut. 347. 4., ubi tamen alii leg. Æsopus.

ÆSŌPUS, i, m. 2. (Αἴσωπος) Scribitur etiam Esopus, extrita priore diphthongi littera, in Corp. Inscr. Lat. 8. 17566. — Etymon vocis eruit Eustath. « παρὰ τὸ αἴθω, splendeo, et τὸν ὦπα, os, ita ut dicatur Αἴσωπος per antiphrasim, idest non uti vocabulum sonat, splendido v. pulcro ore seu adspectu, sed turpi, deformi. — Æsopus

I.) Apud scriptores ¶ 1. Fuit insignis fabulator, de quo alia vera, alia fictitia traduntur, æqualis Solonis aliorumque sapientum, qui floruere sæc. VI. a. Chr., patria Phrygius ex communiore sententia; quamquam alii Æthiopem censent (Zündel), alii Hebræum (Landsberger), alii Thracem (Schol. Aristoph. in Vesp.), Samium alii aut Sardianum aut Lydum vel Atheniensem (Suid. s. v. Αἴσωπος), alii denique personam mythicam, cui opinioni adstipulantur Vico, Scienz. Nuov.; Welcker in Mus. Rhen. 1859. v. VI. p. 366. sqq. et Wagener, Essai etc. in Mém. couron. etc. de l' Acad. Belg. v. XXV. 1852.; sed Herod. personæ historicæ faventem defenderunt alii, quibus suffragatus est Niebuhr. — 1.º) Proprie. Phædr. 1. prol. 1. Æsopus auctor quam materiam repperit, Hanc ego polivi versibus senariis. et 3. Ibid. 52. Phryx Æsopus. et alib. sæpe. Gell. 3. 3. 14. naris emunctæ senex. Plin. 36. Hist. nat. 12. 18. (82). fabellarum philosophus. Adde Varr. 7. L. L. 104., Macrob. 1. Somn. 2. 9., Quintil. 1. 9. 2., Tertull. 4. c. Marc. 23., Ammian. 30. 4. 21., Hieronym. ep. 79., al. — Æsopi graculus dicitur a Tertull. c. Valentin. 12., qui aliena pro suis ostentat (Cf. Horat. 1. Ep. 3. et Apul. Flor. n. 23). Aliud dictum V. apud eumd. 4. c. Marc. 28. — Ipso ab ortu servus fuisse (Schol. Aristoph. l. c., Julian. Orat. 7. p. 207); verum ob egregias animi dotes liberatus varias Græciæ urbes peragrasse ac sapientum consuetudine usus perhibetur Plut. in vit. Solon. et Conv. VII. Sap., coll. Phædr. 1., 2., 3. et alib. et Philostr. in vit. Apoll. V. — Delphis violentam mortem, ob detectam sacerdotum fraudem in famoso oraculo, de rupe Hyampia v. Phædriade in præceps actum obiisse tradunt (Aristoph., Vesp. v. 1446., Schol. in eumd. et Suid.). — Ejus sapientiam divinitus infusam putarunt veteres (Avien. præf.); quam admiratus ipse Socrates dicitur primus conatus esse quasdam Æsopi fabulas versibus comprehendere (Plat. in Phædr., Laert. in Socr.); harum porro omnium venustatem maxime laudat Auson. 403. — Errant tamen, qui primum eum ex Græcis fabularum inventorem arbitrantur, quum Hesiodus præcesserit; nec hunc merito fabulas invenisse putat Quintil. 5. 41. 19., cui, ut Homero, Archilocho, Stesichoro, Alcæo, Callimacho, præiverint Indi; Indis vero Hebræi (Jud. 9. 7-15. et 4. Reg. 14. 9., coll. 2. Ibid. 12. 1-6). Cf. Soullié, La Fontaine et ses devanc. etc. c. 1. Paris 1861. et Wagener op. cit. v. XXV. — Refert Suidas Æsopum non solum fabulas scripsisse sed etiam libros. II. de iis, quæ ipsi apud Delphos acciderunt, et alia alii, sed ex falsis conjecturis. — Statua Delphis erecta est Æsopo (Auct. vit. Æs. extr.); pariter Athenis (Phædr. 2. epil. 1) Lysippi opus (Agath. 4. Anthol. t. 33); effigies vero aliæ plus minus corporis deformitatem reddentes prostant in Mon. dell' Ist. di Corrisp. Arch. a Braun illustratæ. Hæc autem deformitas in Vit., vulg. Planudi falso tributa, inter ficticia alia multa describitur (Cf. Bentl. in Diss. de fabb. Æs. § X.). — Ad fabulas quod attinet Æsopi, nullas putamus, aut saltem minus eleganter, ab eo scriptas; unde non tam λογογράφος quam λογοποιός dictus. Cf. Senec. Cons. ad Polyb. 27. — Plura de Æsopo deque ejus fabulis earumque collectionibus videsis apud Visconti in Iconogr. Gr.; Du Meril, Hist. de la Fabl. ésop. etc. Paris 1854.; Halm, Fab. Æs. coll. Lips. 1884., Croiset, Hist. de la Litt. Gr. Paris 1911. II. 466 (475). V. etiam BABRIUS. — 2.º) Improprie adhibetur pro fabularum scriptore aut narratore. Augustin. 2. Acad. 3. ¶ 2. Item scriptor historiæ Alexandri M., natione Græcus, patria fortasse Alexandrinus (Cf. Jul. Val. 1. gest. Alex. M. 25); cujus opus in Latinum vertit Jul. Valer., ita inscriptum: Res gestæ Alex. Maced.: translatio ex Æsopo Gr. V. Mai in præf. ad Jul. Val. ¶ 3. Item Demosthenis cujusdam libertus tempore Augusti, de quo Macrob. 1. Sat. 11. 17. ¶ 4. Item histrio celeberrimus ævi Ciceroniani, nomine Clodius. Memoratur Horat. 2. Ep. 1. 80. Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit. Val. Max. 8. 10. 2. Æsopus ludicræ artis peritissimus. et 9. 1. 2. tragœdus. Front. p. 147. 16. N. tragicus. et Tertull. Pall. 5. histrio.

II.) In titulis nom. serv. et cognom. Corp. Inscr. Lat. 6. 11163. et 14. 2259.; 6. 12287. et 26417.

ÆSQUILIÆ. V. ESQUILIÆ.

ÆSQUILĪNUS et

ÆSQUILLĬUS. V. ESQUILINUS et ESQUILLIUS.

ÆSTHĒSIS, is, f. 3. (Αἴσθησις, sensus, actus sentiendi) cogn. mul. Inscr. apud Grut. 868. 8. Ita cl. Furlanetto.

ÆSTĬI, ōrum, m. plur. 2. Æsti, Æstyi vel Æstui apud Cassiod. 5. Var. 2., ubi alii leg. etiam Hæstini; et fortasse Æstri apud Jornand. Get. 23. — Originem nominis ducit Schafarik (Schlav. Altert. t. 1. p. 457) ex eo quod ad Orientem habitant, « die ostwärts wohnenden » i. e. orientales (V. infra). Alii vero a Goth. Aistels « honorabiles » ducunt; eos namque pacatum hominum genus vocat Jornand. Get. 5.

Æstii, gens Germanica ad mare Suevicum, fortasse longissimum tractum illum obtinens oræ maris Baltici, qua orientem versus usque in sinum Finnicum extenditur, nunc Aisten v. Esthen dictum, ita ut vix dubitari possit, ut Kritz ait, quin qui nunc appellantur Esthoni, nomen ab Æstiis deduxerint. Tac. Germ. 45.

ÆSTĪVUS, i, m. 2. (æstus) nom. serv. et cognom. Corp. Inscr. Lat. 12. 5686.; 13. 10010. 49 s., ubi Aistivus legitur. — Æstiva, nom. v. cogn. mul. Ibid. 6. 11185. et 11186. — Hinc Æstivius (a), nom. gent. inventum in Gallia et ad Rhenum. Ibid. 12. 2944. et Inscr. Rhen. Bramb. 1820. — Æstius, cogn. Corp. Inscr. Lat. 2. 2810.

ÆSTRÆENSES. V. ÆSTRIENSES.

ÆSTRÆUM, i, n. 2. (Αἴστραιον Ptol., Αἰστραῖος Steph.) oppidum Macedoniæ. Liv. 40. 24. ubi alii Astræum leg. (V. Drakenb. et Zingerle) et Notit. Eccl. Prov. Maced. 2. p. 28. Hardain. leg. Βόστρατον.

ÆSTRĬA, æ, f. 1. maris Hadriatici insula. Mela 2. 7 (114).

ÆSTRĬENSES, ium, m. plur. 3. Æstrei, Macedoniæ oppidi, incolæ. Plin. 4. Hist. Nat. 10. 17. (35)., ubi Sillig. rectius leg. Æstræenses.

ÆSTŪĀRĬA, ōrum, n. plur. 2. (æstus) oppidum Ossobona in Hispania Bætica, ita cognominatum, quia ad illud æstuaria mare efficiebat. Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (7).

ÆSTŬI. V. ÆSTII.

ÆSŪLA. V. ÆFULA.

ÆSŪLĀNUS. V. ÆFULANUS.

ÆSŪLUM. V. ÆFULUM.

ÆSȲĒTĒS, æ, m. 1. (Αἰσυήτης) Trojanus, pater Antenoris, si credimus Dict. 4. 22.; sin Hom. Il. 13. 427., pater Alcathoi. Cf. Knaack, PW. 1. 1087.

ÆTERNĪTAS, ātis, f. 3. (æternus) ¶ 1. Apud scriptores, dea, filia Jovis, a Romanis aliquando culta ac solis et lunæ specie adumbrata, in Marm. apud Grut. 3. 9. et in nummis imperatorum apud Cohen, Méd. impér. Aug. 585., 586.; Tib. 78. 8.; Vesp. 21. 23. etc., coll. Eckhel 6. p. 387. et 423. — Per prosopopœjam significari videtur « æternitatem donum Dei esse » apud Capell. 1. p. 3. Cf. Kopp ad h. l. et in Palæogr. crit. IV. § 701. et Wissowa, Rel. u. Cult. p. 278. ¶ 2. In titulis cognom. mul., inventum in Numidia. Corp. Inscr. Lat. 8. 4158. et 4159. Ibid. 3244. VLPIA AETERNITAS.

ÆTERNUS, i, m. 2. (æviternus ab ævum) Scribitur aliquando Eternus et Etternus. V. Inscr. Chr. Brit. 110. et 139.

Æternus ¶ 1. Est titulus veri Dei apud Vulg. Bar. 4. 10 (V. Isid. 7. Orig. 1. 18. et 22). — Etiam tributus falsis diis, ut Jovi, Soli seu Apollini, Cælo etc. in Inscr. apud Orelli n. 3146., Grut. 32. 10. et 11., Donat. 55. 6. etc. V. Corp. Inscr. Lat. passim. (Cf. Cumont, Rev. arch. 1888. I. 184. sqq.; Ruggiero, Diz. epigr. I. 320. sqq. et Premerstein, Arch. epigr. Mitt. XV. 2892. 81. sqq.). ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn., in Italia, ut videtur, incognitum. Corp. Inscr. Lat. 6. 32925. et 13. 966. — Æterna, nom. et cogn. mul. Ibid. 3. 10994. et 4275. — Etiam genet. Æternes, Græca positione, pro Æternæ, a nomin. Æterne. Ita leg. in Inscr. apud Grut. 527. 5. — Æternius nom. gent. et cognom. Corp. Inscr. Lat. 10. 3887. et Inscr. Rhen. Bramb. 1586. — Adde Cod. Just. 6. 21. 8., ubi est rescriptum imp. Gordiani « Æternio militi ».

ÆTĒS. V. ÆETES.

ÆTĒTUS, i, m. 2. (αἰτητός, expetitus v. expetendus) cogn. vir. libert. Corp. Inscr. Lat. 5. 5090. — Ætete (es), cogn. mul. Ibid. 9. 255.

ÆTHĀLĒ, es, f. 1. (Αἰθάλη, fuligo.: cf. ÆTHALUS in Lex.) ¶ 1. Est insula. V. ÆTHALIA. ¶ 2. Etiam cognom. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 5776. — Dat. Æthale est ibid. 15815. — Cf. Æthales, nom. serv. et cogn. Ibid. 28557., 10239. 10. et Scæv. Dig. 48. 10. 24.

ÆTHĀLĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est insula maris Tyrrheni contra Populoniam, Etruriæ oppidum, metallis abundans ferri, Ilva quoque dicta a Romanis, hodie Elba. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. (81). Ilva cum ferri metallis - a Græcis Æthalia dicta. Cf. Serv. ad Virg. 10. Æn. 173. « quidam Ilvan Ithacen (Cluver. Æthalen) dictam volunt. — Hecat. apud Steph. s. v. Αἰθάλη v. Αἰθάλεια et Strab. 5. p. 341. Αἰθαλία. ¶ 2. Item insula, quæ Chios appellatur. Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (136). Chios libera, quam Æthaliam Ephorus prisco nomine appellat. ¶ 3. Item promontorium v. insula prope Ephesum sita, apud Liv. 37. 13.; quam perperam quidam eamdem censent cum præcedenti.

ÆTHĀLĪDĒS, æ, m. 1. (Αἰθαλίδης) Scribitur Ethalides, extrita priore diphthongi littera, Hygin. fab. 14., sed minus recte. — Forma est patronymica. V. Schol. Apollon. 1. 64.

Æthalides ¶ 1. Est vir mythicus, filius Mercurii et Eupolemiæ, Myrmidonis filiæ, Larissæus, argonauta sagittandi peritus. Val. Flacc. 1. 437. et Hygin. loc. cit. — Pythagoras dicere solebat, se aliquando fuisse Æthalidem et Mercurii filium existimatum esse, per metempsychosin. Ita Tertull. Anim. 31. et Hieronym. in Apol. c. Rufin. 3. 40. (ubi Callidem male pro Æthalidem. V. Laert. 8. 4), coll. Gell. 4. 11. 14. — De eo plura apud Burmann in Cat. Argon. ad Val. Flacc. ¶ 2. Item nauta Tyrrhenus, de quo V. voc. seq.

ÆTHĂLĬON, ōnis, m. 3. (Αἰθαλίων, ωνος) ¶ 1. Fuit nauta v. pirata Tyrrhenus, a Baccho in delphinum mutatus. Ovid. 3. Met. 647. — Æthalides dicitur ab Hygin. fab. 134. ¶ 2. Item Jovis filius, de quo V. ÆTHLIUS.

ÆTHĀLIS, is, f. 3. (Αἰθαλίς) ad Ilvam pertinens. Ovid. 2. Pont. 3. 84. Æthalis Ilva (sic fere A et fort. β'; vulg. Italis ora).

ÆTHĀLOS (Aithalos) vel

ÆTHĀLUS, i, m. 2. (Αἴθαλος) ¶ 1. Est vir mythicus apud Ovid. Ib. 621. Æthalon ut vita spoliavit [in] Isidis hospes. Cf. Schol. ad h. l. Æthalus rex fuit Ægypti, qui Isidem de stupro interpellavit. ¶ 2. In titulis cognomen. Corp. Inscr. Lat. 8. 7179.

ÆTHĒR, ĕris, m. 3. (Αἰθήρ, ἐρος) Acc. Æthera apud Tertull. 1. c. Marc. 13. et Serv. ad Virg. 1. Æn. 47. et 58. — Æther quoque neutr. occurrit apud Ennod. ep. 2. 13. et 6. 33., cujus Nom. et Acc. plur. Æthera apud Venant. 3. carm. 9. 7. et Anth. Lat. 845. 10. M. Cetera V. in Lex., cujus lacunas tantum hic supplevi; ubi et etymon vocis invenies. — Æther

I.) Apud mythologos ¶ 1. Est filius Caliginis et Chaos et frater Noctis, Diei et Erebi (Hygin. fab. præf. et Cic. 3. Nat. D. 17. 44., coll. Hesiod. Theog. 124.) duasque habuit uxores, Diem unam, sc. sororem suam, ex qua suscepit Terram, Cælum et Mare; alteram vero Terram, filiam suam, ex qua nati sunt Oceanus, Themis, Tartarus, Pontus, Titanes et Furiæ (Hygin. Ibid., coll. Æsch. fr. 14. et Eur. fr. 836.); hoc autem connubio adumbrata videtur telluris fecunditas, ignei et aquei elementi concursu, de quo Virg. 2. G. 325. ¶ 2. Item Juppiter, aeris deus et pater, nonnunquam apud poetas. Lucret. 1. 251. et Virg. loc. cit. — Hinc Ætherius Pater dicitur Martial. 9. 36. et 37. — Etiam Stoici Ætherem eumdem esse censuerunt ac Jovem, summum nempe deum et omnia regentem, ut ait Cic. 2. Acad. (pr.) 41. 126. Cf. Wernsd. Poet. min. v. 2. ed. Lem. p. 531. sqq. et Augustin. 4. Civ. D. 10. ¶ 3. Hinc Æther pro summo deo accipitur. Claudian. VI. cons. Honor. 352. tam providus Æther Noluit humano titulos conferre labori. ¶ 4. Immo generatim pro diis omnibus, qui cælum incolunt. Id. 3. Rapt. Pros. 201. Insidias superum, cognatæ vulnera cernis Invidiæ: Phlegra nobis infensior Æther.

II.) In titulis — a) Est cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 5225. et 8412. — b) Est etiam nomen equi. Ibid. 10053. 16.

ÆTHĔRĬA, æ, et Ætheriē, es, f. 1. V. voc. seq.

ÆTHĔRĬUS, a, um, adject. (Αἰθέριος) ad Ætherem pertinens, ut Ætherius Pater, sc. Juppiter (V. ÆTHER); et Ætheria gens dicta universa gens Æthiopum apud Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (187). Cf. AERIA et ÆTHRIA. — Hinc absolute, substantivorum more

Ætherius, ii, m. 2. signum et cogn. vir. adhibitum non ante medium sæc. IV., quo nuncupati sunt plurimi episcopi Galliæ. — a) In titulis. Corp. Inscr. Lat. 10. 4724. et 4725., ubi Eterius pro Ætherius, et Carm. epigr. 1476. — b) Apud scriptores. Gennad. vir. ill. 61., Greg. M. ep. 9. et 16., Leo M. ep. 99., Venant. vit. s. Leob. 8., al.

Ætheria, æ, v. Ætherie, es, f. 1. (Αἰθερία - η) — a) In titulis nom. et cognom. mul. Corp. Inscr. Lat. 5. suppl. Ital. 730. et 9. 6083. 8. et 10. 6147. — b) Apud scriptores. Ennod. ep. 8., Cassiod. 4. Var. 12. 2. et Venant. vit. s. Alb. 12. — In fabulis, Solis et Clymenes filia, Phaetontis soror, in populum ob casum patris mutata. Hygin. fab. præf. et fab. 154.

ÆTHĒRĬUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

ÆTHĬCUS (rectius Ethicus), i, m. 2. (ἠθικός, moratus) ¶ 1. Fuit sophista christianus sæc. IV., Ister v. Istricus cognominatus, quia erat ex regione Istriæ sed natione Scythes, auctor operis, cui titulus Edicta Æthici philosophi cosmographi, ubi dicitur (c. II.) primus codices suos Cosmographiam nuncupasse. — Cl. De Vit ait Hieronymum hoc opus ex Græco in Latinum breviarium redegisse sex libris divisum; sed perperam. Cf. Teuffel, Gesch. Röm. Lit. II. n. 475. et Wuttke, qui Lips. 1854. opus edidit. — De eo videsis M. d'Avezac, Mém. sur Eth. et sur les ouvr. cosmogr. etc. Paris 1852. II. p. 230-352. et Berger, PW. 1. 697. ¶ 2. In titulis cognom. vir. Græcanicum in Inscr. apud Momms. n. 3647., ubi Eticus legitur.

ÆTHĪON, ŏnis, m. 3. (Αἰθίων: ab αἴθω, ardeo) Acc. Æthiona apud Stat. 10. Theb. 784., ubi Ætiona habet Klotz, et Eetiona (Ἠετίων apud Homer. satis frequens) Gronov.

Æthion ¶ 1. Fuit socius Phinei, qui contra Perseum decertans Medusæ adspectu in lapidem conversus est. Lact. Plac. 5. fab. 1. ex Ovid 5. Met. 146. Æthionque sagax quondam ventura videre etc. ¶ 2. Item filius nymphæ Heliconidis. Stat. 7. Theb. 757. ¶ 3. Item equus Eunei, filii Jasonis. Id. 6. ibid. 465. Euneon audit Igneus Æthion (al. Ætion v. Æchion). Cf. Schol. ad h. l. Jucunde Græco nomini expositionem adjecit, quia Æthion dicitur de colore.

ÆTHĬŎPA, æ, f. 1. eadem quæ Æthiopissa. Arat. 1. 698. Comprobat - Mosem Æthiopam sociasse sibi. Alii tamen aliter leg. V. Arntzen ad h. l.

ÆTHĬŎPĒ, es, f. 1. (Αἰθιόπη), cognomen insulæ Lesbi. Plin. 5. Hist. nat. 31. 39. (139)., ubi alii aliter leg., sed minus recte.

ÆTHĬŎPĬA, æ, f. 1. (Αἰθιοπία, subaud. γῆ v. χώρα; Jon. Αἰθιοπίη Her. 2. 100) — a) Scribitur etiam Æthgopia in Lib. geneal. chron. I. p. 102. et Ethiopia in Lib. gener. II. chron. I. p. 168. — b) Origo vocis fortasse ab Ethosh, quo nomine aliquando Ægyptii hanc regionem appellarunt; sed V. ÆTHIOPS, ubi et significatio proponitur. Huc spectant Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (187). Universa gens Æthiopum appellata a Volcani filio Æthiope Æthiopia. et Hieronym. de nom. Æthiopiæ tenebræ vel caliginis. et Isid. 14. Orig. 5. 14. Æthiopia dicta a calore (colore?) populorum, quos Solis vicinitas torret. et Ambros. Parad. 3. 16. Æthiopia abjecta et vilis Latina interpretatione signatur. — c) Nomen regionis apud scriptores veteres varium occurrit. Primitus namque Æthiopia nuncupata est ab Hebræis Kush (כוש), a Chus, filio Cham; unde Chussæi populi dicti sunt a Græcis, subinde Æthiopes. Hinc Hieronym. Quæst. Hebr. in Gen. 10. 6. Chus usque hodie ab Hebræis Æthiopia nuncupatur. Item Ægyptii in suis monum. sæpe Æthiopiam vocant Kus v. Kas v. Kesi cum epith. hhest, sc. malus (Vigouroux, La Bibl. etc. v. 1. p. 391., coll. Peyron, Lex. Copt. p. 33. sqq.). Item Assyrii Kushi v. mat Kusi (V. Ménant, Syllab. assyr. p. 109. sqq.) vel Miluhhi (V. Prism. de Taylor in Cuneif. Inscr. of West Asia t. I. p. 38-39., coll. Select Papyr etc. of the British Mus.). Non est tamen proprie de Kush seu Æthiopia intelligendum, quod dicitur Vulg. Gen. 2. 13 (V. Hummelauer, Comm. p. 138.); nam hoc nomen variæ obtinuere regiones a Chus ejusque posteris habitatæ diversis temporibus (V. Méchineau in Lex. Bibl. h. v., coll. Herod. 3. 94). — Latinis vero aliquando Ætheria dicta est, deinde Atlantia (Cf. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. [187]. de gente); apud Græcos Latinosque Æthiopia vel Æthiopes nomen a colore potius quam a regione desumptum est.

Æthiopia, regio amplissima Africæ, ubi nunc sitæ Nubia et Habesh (Abissinia), insulam habens Meroen, ad meridiem Ægypti (Ezech. 29. 10., coll. Herod. 3. 233.), unde Æthiopes et Ægyptii sæpe junguntur apud scriptores (Is. 20. 3., Nah. 3. 9. et alib.), plus minus late sumpta, a veteribus dirempta in orientalem et occidentalem: hæc parum nota, in Africa occidentali sub Mauretania vel in Mauretaniæ confinio; illa, Æthiopia proprie dicta, ad meridiem Ægypti, fere Nilo conclusa, a Philis ultra Syenen in longitudinem protensa, ab oriente mari Erythræo et Indico, ab occidente vastis solitudinibus terminata, fertilis sub meridiano cardine, montosa circa occiduum, arenosa in medio, ad orientem deserta. Porro utraque a Latinis memoratur tam orientalis (inde a Terentio) quam occidentalis (inde a Plinio), hæc tamen rarius. — Usurpatur

I.) Proprie. Plin. 6. Hist. nat. 29. 35. (182). Æthiopia Ægyptiorum bellis attrita est, vicissim imperitando serviendoque clara et potens. Id. 8. ibid. 54. 80. (216). Hoc animal (callitrix) negatur vivere in alio quam Æthiopiæ, quo gignitur, cælo. Adde Justin. 12. 8., Solin. 56., Senec. 3. Nat. 6. 2., Mel. 1. 53. — Pluraliter apud Tertull. Jejun. 7. — Lato sensu de Madian Ambros. 1. Hex. 2. 6.; de Ægypto etc. V. ÆTHIOPS. — Cymbalum alarum Æthiopia dicitur Vulg. Is. 18. 1., quia terra hæc diversissimi generis insectis abundat variique coloris eorumque sonitu ac stridoribus repletur: unde symbolum vel metaphora ducitur ad multitudinem populorum ac strepitum tumultumque bellorum significandum. Ibi tamen Hebraice est terra stridoris (tinnitus) alarum; alii vero putarunt ita dictam quasi terram duplicis umbræ (zilzal), modo ad Boream, modo ad Austrum versus, unde incolæ ἀμφίσκιοι apud veteres audiebant (V. Eichhorn in h. l., coll. Strab. 2. 133); alii terram disci solaris alati (« terre du disque ailé »), de qua expositione ab Ungarelli proposita et a Rougé et Lenormant laudata V. Revue Arch. Oct. 1871. p. 218.; alii vero aliter, de quibus cf. Knabenb. in Is. p. 370. De ejus descriptione et historia, præter Her., Strab., Diod. et Plin., Mel., Solin., videsis Kiepert, Lehrb. d. alt. Geogr. 204. sqq.; Trémaux, Egypt. et Ethiop., Paris s. a. et Pietschmann, PW. 1. 1095. sqq. — De lingua, quæ vetus Gheez dicta periit, nova Amharica, quæ pertinet ad Semiticas et nunc viget, scripsit Dillmann, Lex. Ling. Æth., Leipz. 1865. et Gramm. d. Æthiop. Sprach., Leipz. 1857. Massaia, Gramm. Paris 1865., et Praetorius, Æthiop. Gramm. Lips. 1886.

II.) Translate. ¶ 1. Per metonymiam sumitur pro incolis. Plin. 8. Hist. nat. 13. 13. (35). Generat Æthiopia Indicis impares, vicenum cubitorum. et 37. ibid. 9. 42. (126). Hyacinthos Æthiopia mittit. Serv. ad Virg. 2. G. 121. Apud Æthiopiam, Indos et Seras. Adde Vulg. Is. 11. 11., Jer. 46. 9. et alib. ¶ 2. Figurate pro ecclesia ex gentilibus. Id. Ps. 67. 32. et Eucher. Formul. 10.

ÆTHĬŎPĬCUS, a, um, adject. ad Æthiopiam pertinens. ¶ 1. Generatim. Plin. 36. Hist. nat. 16. 25. (129). Æthiopicus magnes. Id. ibid. 20. 38. (146). hæmatites. Id. 37. ibid. 10. 60. (165). heliotropium. Id. 19. ibid. 8. 47. (161). cuminum. Id. ibid. 6. 9. (51). arena. (Lucan. 8. 880). Id. 8. ibid. 30. 45. (107). leæna. Id. 37. ibid. 7. 25. (92). carbunculi. Id. ibid. 5. 18. (69). smaragdi. Id. 10. ibid. init. struthocameli. Id. 23. ibid. 3. 35. (72). oleæ. Id. 5. ibid. 9. 10. (59). naves. ¶ 2. Speciatim Æthiopicus oceanus seu mare, quod Africam circumdat a meridie. Mela 1. 412., Plin. 6. Hist. nat. 196. 35. (30)., Solin. 56., al. — Æthiopicum bellum, a Romanis in Æthiopia gestum, quo Napata, urbs caput, a Petronio capta est a. 32. a. Chr. Plin. 6. Hist. nat. 29. 35. (181). V. NAPATA.

ÆTHĬŎPĪDA, æ, f. 1. titulus poematis de rebus Trojanis post Hectoris necem, in quinque libros divisi, Αἰθιοπίς. Memorat Hieronym. in Chron. a. Abr. 1254. Arctinus, qui Æthiopidam composuit. V. ARCTINUS.

ÆTHĬŎPIS, idis, f. 3. herbæ genus. V. in Lexic.

ÆTHĬŎPISSA, æ, f. 1. (Αἰθιόπισσα) adject. et subst. pro femina Æthiopica. ¶ 1. Proprie — a) Generatim. Donat. ad Ter. Eun. 165. « Ex Æthiopia »: non Æthiopissa, sed honestius ex Æthiopia. — b) Speciatim, uxor Moysis. Vulg. Num. 12. 1. Maria et Aaron locuti sunt contra Moysem propter uxorem ejus Æthiopissam. Adde Iren. 4. 20. et Cypr. Gall. Num. 272. — Disputant eruditi, an sit Sephora, filia Jethro: negant Ewald (Gesch. II. p. 179), Vigouroux (Dict. Bibl. v. 1. 2013.), al.; contra affirmant Knobel (Num. 12. 1.) et Re (Arch. p. 427), fortasse ex contemptu ab

invidia Moysi fratribus ita appellata est pro Madianita, sc. ex Æthiopia, non Africæ, sed Arabiæ. Cf. Augustin. q. in hept. 4. 20. et Rosenmüll. Bibl. Altert. III. Ambros. 1. Hex. 2. 6. terram Madian vocat Æthiopiam. ¶ 2. Translate seu figurate. Hieronym. ep. 22. ad Eust. 1. Non est sponsus tuus arrogans, non superbus: Æthiopissam duxit uxorem. h. e. ecclesiam ex gentilibus. Cf. Ambros. Parad. 3. n. 16 (V. ÆTHIOPIA sub II.).

ÆTHIŎPĬUS, a, um, adject. Æthiopicus. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (187). Gens Æthiopia (Sillig. Æthiopum). Cf. Æthiopia, subaud. terra (Αἰθιοπία γῆ, χώρα, Her. 3. 114., Eur. apud Steph. B.).

ÆTHĬOPS, ŏpis, m. 3. (Αἰθίωψ) — a) Scribitur etiam Ætiops, Ætyops, Ethiops in Tab. Peuting. et alib. — Item Æthiopus apud veteres, teste Serv. ad Virg. 7. Æn. 605. Adde Lucil. apud Priscian. gr. II. p. 217. 8. Apul. Orth. 61. Cf. Priscian. Perieg. 48. Æthiopumque simul pelagus rubrumque vocatur. — Venant. 5. carm. 2. 9. Æthiopi (adj.); et Chron. Alex. I. p. 102. Ethioporum. — b) Acc. sing. Æthiopa apud Varr. 8. L. L. 38. (Æthiopam codd.). — Acc. plur. Æthiopas sæpe occurrit apud Plin. 5. Hist. nat. 9. 10. (52)., 6. ibid. 29. 34. (173)., Ovid. 1. Met. 778. et 2. ibid. 189., Cic. 2. Divin. 46. 96., Sall. Jug. 9., Senec. Herc. 38., Sueton. Cal. 57. extr. — c) Ad quantitatem quod attinet, secundam syllabam licenter produxit Sidon. carm. 11. 18. Ita codd.; sed, collatis aliis ejusd. locc., legend. videtur Æthiopus pro Æthiops. Ceterum ex necessitate metri aliquando brevis inter duas longas producitur, aliquando vero longa inter duas breves contrahitur. — d) Etymon patet ex Græco, unde vox oritur, conflata ab αἴθειν, urere, et ὤψ, vultus, h. e. adusto (calore solis) vultu: ita generatim Græci vocant homines nigri coloris.

Æthiops, qui est ex Æthiopia: usurpatur autem absolute vel adjectivorum more.

A. Absolute

I.) Proprie. ¶ 1. Generatim — 1.º) Stricto sensu. — a) In sing. num. Martial. 7. 82. 2. Si fruitur tristi Canius Æthiope. Serv. ad Virg. 8. Æn. 646. Aruns stricto gladio ejus (Lucretiæ) ingressus cubiculum cum Æthiope. Alii leg. Atriope. Cf. Mythogr. I. fab. 74. ed. Mai. — Magnificum erat apud Romanos habere servos ex Æthiopia. Cf. Ter. Eun. 1. 2. 85., Tib. 2. 3. 5. et Plin. 10. Hist. nat. 43. 60. (122). Hinc Rhet. Herenn. 4. 50. 63. Aut ab avunculo regetur Æthiops, qui ad balneas veniat. h. e. servus Æthiops. — Proverbium apud Vulg. Jer. 13. 23. « Si mutare potest Æthiops pellem suam » dictum de re, quæ fieri nequit. Similiter Æthiopem lavare apud Lucian. dial. adv. indoct. 28. — Collective. Horat. 3. Od. 6. 14. (V. sub II.), Varro 8. L. L. 38. Album esse Æthiopa(-am codd.) non satis est quod habet candidos dentes. Adde Senec. dial. 5. 26, Sidon. carm. 11. 18., al. — b) In plur. num. Senec. Herc. 37. qua Sol reducens quaque deponens diem binos propinqua tinguit Æthiopas face. Plin. 5. Hist. nat. 8. 8. (43). Bipertitos tradit (Homerus) Æthiopas, ad orientem occasumque versus. Apul. 1. Met. 8. Æthiopes utrique. sc. orientales et occidentales. Mela 3. 3 (96) Hesperii. h. e. qui occidentalem Africæ partem incolunt. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (194). maritimi. h. e. qui prope mare infra Æthiopiam proprie dictam. Rursus Mela 3. 9 (85). Automoles. et ibid. Macrobii (oe). h. e. longævi. et ibid. pulcri forma. Stat. 5. Theb. 427. rubentes. Mart. epigr. I. 3. 10. tortis crinibus. Eugypp. thes. 73. nigri. Gloss. V. 164. tenebrosi. Sidon. carm. 2. 92. vagi. Opt. Porf. 5. 14. gnari. Augustin. quæst. in hept. 4. 20. Madianitæ reperiuntur in Paralipomenon Æthiopes dicti (V. ÆTHIOPIA sub I). Plin. 6. Hist. nat. 29. 35. (186). Reges Æthiopum XLV et hodie traduntur. Suet. Cal. 57. Æthiopes magi. — 2.º) Latiore sensu pro homine nigri coloris. Juvenal. 2. 23. Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Plin. 32. Hist. nat. 10. 52. (141). Sepiæ atramento tanta vis est, ut in lucerna addito Æthiopas videri etc. ¶ 2. Speciatim — a) Fuit heros filius Volcani (V. ÆTHIOPIA init. sub litt. b). Cf. Schol. ad Stat. 3. Theb. 479. — b) Item nomen equi (V. ÆTHOPS) Cf. Corp. Inscr. Lat. 6. 12508. 8.

II.) Improprie et translate. ¶ 1. Improprie pro Ægyptio. Horat. 3. Od. 6. 14. Delevit urbem Dacus et Æthiops, Hic classe formidatus etc. h. e. classe Cleopatræ, quam ipsa ex Ægypto Actium duxit. Cf. Epod. 1. et Flor. 4. 11. — Metonymice pro Æthiopia. Plin. Hist. nat. 1. præf. 9. Inter Ægyptum et Æthiopas. Sic Cypr. Gall., Gen. 1. 61. Æthiopas Geon adlapsus opimat. ¶ 2. Translate — a) De homine stupidi ingenii, ita ut Æthiops sit nomen contumeliæ. Flor. 4. 7. In aciem prodeuntibus obvius Æthiops nimis aperte ferale signum fuit. Adde Jul. Obs. 70., Juvenal. 6. 600. et Spartian. Sever. 22. Cf. etiam Cic. in Senat. 6. 14. et Martial. 7. 87.; unde colligitur, Æthiopis occursum inter infausta omina habitum fuisse — b) Item de homine vitiosissimo. Hieronym. in Soph. 2. 12. In omnibus scripturis Æthiopes eos appellari, qui penitus in vitia sunt demersi. Adde Paulin. Nol. carm. 28. 249., Augustin. in Ps. 73. 16. et Cassiod. in Ps. 73. 13.

B. Adjectivorum more. ¶ 1. Dicitur de personis. Claudian. B. G. 191. Æthiopem nobis generum, Nasamona maritum Ingerit. Vulg. Act. 8. 27. Vir Æthiops. Petron. 102. Æthiopes servi. Plin. 6. Hist. nat. 31. 36. (198). populi. et 8. ibid. 36. 54. (181). venatores. Lamprid. Hel. 32. aniculæ. Greg. Tur. Andr. 22. Apparuerunt duo viri Æthiopes. h. e. dæmones meridiani. Cf. l. 23. ¶ 2. Item de animalibus et de rebus. Lucil. fr. 83. L. Rhinoceros velut Æthiopus. Ovid. 15. Met. 320. cui non audita est obscenæ Salmacis undæ Æthiopesque lacus? Venant. 5. carm. 2. 9. Æthiopi vapores. Ambros. in Ps. 37. 29. mercatus.

ÆTHIŎPUS, idem qui Æthiops. V. voc. præc. init. et sub B.

ÆTHLĬUS, ii, m. 2. (Ἀέθλιος: cf. ἀέθλιος Jon. pro ἆθλιος, laboribus plenus, ab ἆθλος, certamen, labor) Scribitur etiam Aethlios, Græca positione, v. Æthelius, Ethalios. — Ætolus habet Hygin. fab. 271., sed legend. Aethlius secundum Munker ex Apollod. loc. cit.

Aethlius ¶ 1. In fabulis, Jovis filius ex Protogenia Deucalionis filia. Hygin. fab. 155. ex Apollod. 1. 7. 2., coll. 5. et Hesiod. apud Schol. Ap. Rh. IV. 57. ¶ 2. Item filius Æoli, cogn. Jovis, pater Endymionis, primus rex Elidis. Hygin. fab. 271 (ubi Aetolus pro Aethlius) ex Pausan. 5. 8. 2.; sed fortasse unus idemque est. ¶ 3. Item rerum scriptor seu chronographus Samius (Athen. 14., 650. sqq.). Arnob. 6. p. 197. Ut Aethlius memorat, ante usum disciplinamque fictorum plutoum Samios pro Junone (columnæ). — Operis fragm. collegit Müller, Hist. Gr. fr. v. 4. p. 257. sqq. Cf. etiam Schwartz, PW. 1. 699.

ÆTHON, ōnis, m. 3. (Αἴθων, ωνος) Dictus est ab αἴθω, uro v. ardeo, quasi urens; vel, ut putat Serv. ad Virg. loc. cit., coll. Schol. Germ. Comm. ad Progn. init., ab eodem verbo, quæ est splendeo, quasi splendens, ut Mythogr. 1. 113.; vel ab ἀεί, semper, et θέω, curro, quasi semper currens. Cf. Ovid. et Claudian. locc. citt.

Æthon dicitur de personis, de beluis et de rebus. ¶ 1. De personis. — 1.º) Speciatim, de parasito quodam apud Martial. 12. 77., ubi alii leg. Ethon. — 2.º) Item de puero quodam ex Amoribus ficto apud Claudian. Epith. Pall. etc. 140. — 3.º) Generatim nom. serv. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 4. suppl. 38. 14. Cf. 5. 2944. et Martial. loc. cit. ¶ 2. De beluis, sc. — 1.º) De equo, ex quattuor Phœbi sive Solis currum trahentibus. Ovid. 2. Met. 153. et Martial. 21. 7. et 3. 67. 5., ubi alii perperam Œthon leg. — 2.º) Item de equo Auroræ. Serv. ad Virg. 11. Æn. 89. « bellator equus Æthon (Pallantis) » nomen equi, quo etiam Auroræ equus vocatur. Adde Claudian. IV. cons. Honor. 560. — 3.º) Item de equo Plutonis. Id. 1. Rapt. Pros. 282. — 4.º) Item de equo Pallantis. V. sub 2º. — 5.º) Item de cane Actæonis, a colore lucido. Hygin. fab. 181. V. ACTÆON. — 6.º) Item de aquila. Id. fab. 31. Hercules Æthonem aquilam, quæ Promethei cor exedebat, sagittis interfecit. Cf. Hom. Il. 15. 690. αἰετὸς αἴθων. ¶ 3. De rebus, sc. de monte. Gloss. IV. 12. 2. Alii tamen leg. Ætna vel Athon, ut Bücheler.

ÆTHOPS, ŏpis, f. 3. Solis equus. Hygin. fab. 183. Æthops (al. æthiops) quasi flammeus est, concoquit fruges. Cf. αἴθοψ, ardens.

ÆTHRA, æ, et Æthre, es, f. 1. (Αἴθρα, ep. Αἴθρη). De nominis etymo V. Lexic. — Æthra est nomen personæ et loci.

I.) Dicitur de persona. ¶ 1. In fabulis — 1.º) Est filia Oceani et Tethyos, uxor Atlantis, Japeti filii, mater Hyadum et Plejadum. Hygin. fab. 192. et Ovid. 3. Fast. 171., coll. Tim. apud Schol. ad Il. 18. 486. — 2.º) Item Pithei regis filia, uxor Ægei, mater Thesei. Hygin. fab. 14., coll. Apollod. 3. 10. 7., Plut. Thes. 3. et Ovid. 10. Her. 131. — Hygin. fab. 37. et 79. refert in bello ob raptum Helenæ a fratribus Castore et Polluce Theseo illato ipsam matrem Æthram ductam in servitutem; sed Dict. 1. 3. rem aliter narrat, cui favet Ovid. 17. Her. 150. et 267., nempe Æthram a Paride Sparta Trojam cum Helena abductam et, Troja capta, Athenas cum Clymene remissam, nec Thesei matrem sed filiam fuisse seque ob filiorum mortem interemisse, ut Hygin. fab. 243. tradit. Cf. Fuchs, Quæst. p. 62. sq. apud Dederich ad Dict. l. c. (coll. Apoll. l. c.) et Roscher in Lex. Gr. Röm. Myth. I. 200. — Monumenta hujus mythi apud Gerhard, Ausel Vas. 1. 12., Overb., Gall. her. Bildw. p. 618. sqq. et Mon. d. Inst. 2. 25. — 3.º) Item uxor Hyperionis. Hygin. fab. præf. p. 11. Ex Hyperione et Æthra (sunt qui mutarint in Thia) Sol, Luna, Aurora. ¶ 2. In titulis cognom. mul. Corp. I. L. 6. 18528. PONTEIAE AETHRAE. et ibid. 23332. OCTAVIAE AETHRIS.

II. De loco, insula circa Ephesum sita. Plin. 5. Hist. nat. 37. 38. (137)., ubi tamen alii leg. Rhesperia (Sillig.), alii Æthrea Hesperia (Pint.).

ÆTHRIA, æ, f. 1. nomen insulæ. ¶ 1. Cognominata ita fuit Thasos (Αἰθρία). Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (73). Thasos olim Aeria vel Æthria dicta V. AERIUS. ¶ 2. Item Rhodos (Αἰθρία), fortasse ita ob aeris serenitatem. Id. 5. ibid. 31. 36. (132). ubi quidam leg. Æthrea. Cf. ÆTHERIA.

ÆTHRĬO, ōnis, m. 3. (Αἰθρίων) titulus comœdiæ palliatæ Cæcilii Statii apud Paul. ex Fest. p. 170., Non. 53. et Dion. gr. 1. 386. 18. K. — Ejus fragmenta collegit Ribbeck in fragm. comic. Lat. p. 29. sq.

ÆTHRIS, idis, f. 3. (demin. ab αἰθρίας, serenitas) cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 16559., teste Gudio, qui vidit.

ÆTHRĬUS, ii, m. 2. (Αἴθριος) cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 687.

ÆTHŪSA, æ, f. 1. (Αἴθουσα, ardens) Acc. Æthusan apud Plin. 2, Hist. nat. 89. 91. (204). — Æthusa, nomen personæ et loci.

I.) Dicitur de persona. ¶ 1. In fabulis, mulier ab Apolline rapta ac vitiata. Firmic. err. 12. 3., coll. Apollod. 33. 10. 1. — In plur. num. Arnob. 4. p. 144. — Alii ab hac distinguunt Neptuni et Alcyonis filiam, sed una eademque habenda est. ¶ 2. In titulis nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 12679.

II.) Dicitur de loco. ¶ 1. Est insula ex Ægatibus. Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (92). Æthusa, quam alii Ægusam scripserunt (Capell. 6. p. 208). In Itin. Ant. p. 517. legitur Arethusa. Cf. Schmidt, PW. 1. 1110. 1. ¶ 2. Item alia, quæ ablata mari juncta est Myndo, ut ait Plin. 2. Hist. nat. 89. 91. (204).

ÆTĪA, ōrum, n. plur. 2. (αἴτια) titulus poematis editi a Callimacho, ubi agitur de causis variarum fabularum, rituum et antiquitatum. Martial. 10. 4., ubi in quibusdam editionib. legitur Græce. — Item titulus libri Varronis ejusdem argumenti, ut ex fragmentis colligitur. Serv. ad Virg. 8. Æn. 128. et 81. Ecl. 29. (utrubique ætiis pars codd.) et Prob. gramm. IV. 31. 23. — Fortasse fons præcipuus pro Αἴτια Ῥωμαϊκὰ Plut. V. Merchlin in Philolog. III. p. 267-277. et XIII. p. 710. sq. et Ritschl in Mus. Rhen. VI. p. 512.

ĀETĬĀNI, ōrum. V. voc. seq.

ĀETĬĀNUS, a, um, adject. ad Aetium hæreticum pertinens. Hilar. hist. fragm. 12. Auctores hæresis Arianæ vel Aetianæ. — Hinc absolute

Aetiani, ōrum, m. plur. 2. sectatores Aetii hæretici, qui dissimilem docebat Patri esse Filium et Filio Spiritum S. et nullum imputari peccatum in fide manentium: ita Isid. 8. Orig. 5. 39. — Iidem Dissimiles v. Anomœi et Non exsistentiales dicti sunt ab his, qui Antiochiæ consubstantialitati, quæ dicitur, consentiebant, teste Cassiod. 5. Hist. trip. 39. et Augustin. de hær. 54. V. AETIUS.

ĀETĪON, ōnis, 3. ¶ 1. Est nomen pictoris Græci

(Ἀετίων). Cic. Brut. 18. 70. In Aetione jam perfecta sunt omnia. et Parad. 37. Aetionis tabula te stupidum detinet. Orell. leg. utrubique Ethion. ¶ 2. Item nom. mul. fortasse deminut. vel ὑποκορ. ab Aetius Corp. Inscr. Lat. 13. 1201.

ĀETĬUS, ii, m. 2. (Ἀέτιος: cf. ἀέτειος, aquilinus) nomen, labente demum imperio, a Romanis usurpatum. ¶ 1. Apud scriptores præcipui memorantur — 1.º) Aetius diaconus Antiochenus in Syria, cognomento Atheus, qui Filium Patri ἀνόμοιον, dissimilem, affirmabat; hinc sectatores Anomœi v. Dissimiles dicti. V. AETIANI. Cassiod. 5. Hist. trip. 13. In Antiochia Syriæ alter hæresiarchus emersit Aetius cognomine Sine Deo. — In Cod. Theod. 16. 5. 8. dicitur Aethus. — De ejus vita V. Suid. in v. — 2.º) Aetius, dux Romanorum, extrema fere ætate imperii occid. Jornand. Get. 34. — Arelatem a Theoderico, Gothorum rege, obsessam liberavit (Prosp. in Chron.); Francos partem Galliarum occupantes bello devicit (Cassiod. in Chron.); denique a. 451. Attilam, Hunnorum regem, in campis Catalaunicis fudit fugavitque (Cassiod. et Prosp. in Chron., coll. Jornand. Get. 36. sqq.). At dein in suspicionem adductus, quod Attilæ faveret, ab ipso Valentiniano imp. interfectus est (Prosp. ibid.). — 3.º) Aetii cisternæ, appellata ab Aetio, præf. urbis Constantinopolis (ab a. 419), apud Marc. Com. chron. min. II. p. 75. et Conc. Const. a. 536. V. Zimmermann, Thes. L. L. ad v. ¶ 2. In titulis nom. vir. Inscr. Chr. apud De-Rossi I. præf. 36. — Aetia, nom. vel cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 5. 8721. et 9. 1962.

ÆTNA, æ, v. Ætne, es, f. 1. (Αἴτνη) — a) Scribitur Æthna sæpissime, cum aspiratione, in Codd., fortasse ad analogiam v. αἴθω; sed consuetudo eam omittit: cf. Keller, Zur lat. Sprachgesch. I. p. 141. — Aliquando Ethena, ut apud Greg. M. ep. 14., 16. et 17 (Gloss. V. 454): v. Löwe-Goetz, nom. p. 226. — Enna (Henna) et Ætna sæpius in codd. inter se confunduntur, ut Senec. Herc. f. 680., Stat. 5. Silv. 3. 277., Auson. 393. 49.: cf. Claudian. ed. Koch p. LV. et p. 1162. 62. — b) Declinatur etiam Ætne, Græca positione, Ovid. 2. Met. 220. et 4. Fast. 491. et alib., Val. Flacc. 2. 95., Sil. It. 14. 578., Porph. ad Horat. 3. Od. 4. 75. Cf. Carter in Lucan. 5. 99. — c) Etymon petitur a v. αἴθω, ardeo. Cf. Etymol. M. 40. 29. et Curtius, Grundz. etc. 306. p. 250. Isid. 14. Orig. 8. 14. Mons Ætna ex igne et sulphure dictus. — Ætna, nomen geographicum et etiam personæ.

I.) Ætna, nomen geographicum ¶ 1. Est mons Siciliæ maximus, ex iis, qui cineres cum fumi fuliginisque globis et materia fluenti ignita emittunt, Etna, Mongibello. — 1.º) Proprie. Justin. 4. 1. Ætnæ montis per tot secula durat incendium et ubi acrior per spiramenta cavernarum ventus incubuit, arenarum moles egeruntur. Solin. 5. In Ætnæ vertice hiatus duo sunt, crateres nominati, per quos eructatus erumpit vapor, præmisso prius fremitu, qui per æstuantes cavernarum latebras longo mugitu intra terræ viscera diu volvitur etc. Adde Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (234). et ibid. 106. 110. (236). et 3. ibid. 8. 14. (88)., Mel. 2. 7 (17)., Vitruv. 2. 6., Ovid. 13. Met. 770. Virg. 1. G. 472. (et alib.) Undantem ruptis fornacibus Ætnam Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa. Horat. Epod. 17. 32. nec Sicana fervida Virens in Ætna flamma. h. e. fulgens (Hoffm., coll. Plaut. Men. 5. 2. 76) vel ex viridi colore sulphuris (Orell. apud Ritter in h. l.). Id. Art. P. 465. Ætna ardens. Stat. 5. Theb. 50. ignifera. et 6. ibid. 716. vaporifera. Lucan. 6. 295. torrens. Propert. 3. 2. 5. fera. Virg. 3. Æn. 579. ingens. Senec. Med. 410. Titana. Auson. 393. 49. floricoma. Ætn. 565. 49. nobilis. Lucret. 2. 593. furit. Virg. 2. Æn. 571. tonat. et 3. ibid. 674. immugit. et 4. ibid. 173. gemit. Ovid. Ib. 598. flammas vomit. Mela 2. 119. assiduis ignibus flagrat. — Plur. num. Lucil. 78. L. αἰγίλιποι montes, Ætnæ omnes, asperi Athones. Adde Boeth. Cons. 2. 6. (p. 40. 4. P.). — In fabulis dicitur esse ibi officina Volcani, ubi Cyclopes Jovis fulmina fabricantur: quod tangitur in Ætn. 30. et apud Cic. 2. Divin. 19. 43. At Hygin. fab. 152. scribit, Typhonem, qui Jovem ad certamen provocare ausus fuerat, ab eo fulmine ictum totoque corpore flagrantem, Ætna monte superposito oppressum fuisse ibique fulminis ignes adhuc eructantem vi immanis ponderis detineri (V. etiam Val. Flacc. 2. 19). Ovid. Typhœum nominat 4. Fast. 491. « Alta jacet vasti super ora Tiphœos Ætna, Cujus anhelatis ignibus ardet humus ». Enceladum vero memorat Ætn. 70. « Gurgite Trinacrio morientem Juppiter Ætna Obruit Enceladum, vasti qui pondere montis Æstuat et patulis exspirat naribus ignes ». — Addit Hygin. fab. 153. Deucalionem in hoc monte diluvium effugisse: quod alii de Parnasso, alii de Atho scripserunt. Præterea hic mons Cereri sacer esse fertur, quia circa eum primum visa est a Sicilia, quum eos frumenti serendi rationem docuit. Ita Forcellin. — Graphice eum describit Virg. 3. Æn. 570., coll. Æsch. Prometh., quem loc. reprehendit Favorin. apud Gell. 17. 10., coll. Macrob, 5. Sat. 17., ipse reprehendendus (V. Heyne, Exc. XV. ad h. l., Wernsd. Poet. min. t. IV. p. 378. 78. et Hülsen, PW. 1. 1112). — Item pulcre ejus eruptionem describit Sil. It. 14. 58. sqq., coll. Pind. Pyth. 1. 38. — Præter allatos eum descripsit Priscian. Perieg. 492. sqq., cui adde Senec. ep. 79., coll. Quæst. nat. 2. 30., Apul. Mund. p. 73. E. — Porro pluries erupisse traditum est; illius tamen eruptionis tempus ignoratur, in qua parentes suos humeris exportatos ex flammis extulere duo juvenes filii, Anapis et Amphinomus, uti narrat Solin. loc. cit., coll. Sil. It. 14. 196., Auson. de clar. Urb. XI., Claudian. Edyll. 7., qui memorant sepulcrum, cui Campus piorum nomen factum est. — Proverbialiter Cic. Cat. 2. 4 (coll. Eurip. Herc. F. 681). Ut (senes) onus se Ætna gravius dicant sustinere. — Ætna est titulus poematis, quod Corn. Severo alii, alii Lucilio Juniori probabilius adjudicant (V. Wernsd. op. cit.). — Item de eo carmen Virgilio tribuit Serv. ad Virg. 3. Æn. 571. — 2.º) Translate de incendio amoris. Salv. 7. Gubern. 65. (Africam) Ætnam putes impudicarum flammarum etc. Cf. Ovid. 15. Her. 11. Arva Phaon celebrat diversa Typhoidos Ætnæ: Me calor Ætnæo non minor igne coquit. Adde eumd. Remed. Am. 491. ¶ 2. Item oppidum Siciliæ ad montem Ætnam, olim Inessa dictum, nunc s. Maria di Licadia. Memorat Cic. 3. Verr. 44. 105. et alib., Sil. It. 8. 614. - Itin. Ant. p. 497. Ethna statio est.

II.) Ætna, nomen personæ, dicta est nympha montis. Serv. ad Virg. 9. Æn. 581. Ætnan nympham Juppiter quum vitiasset. Adde Schol. ad Stat. 12. Theb. 156. et Mythogr. 1. 190., 2. 45. Rursus Serv. ibid. 584. (Palicum) alii Volcani et Ætnæ filium tradunt. Cf. Tümpel, PW. 1. 1118.

ÆTNÆI, ōrum. V. voc. seq.

ÆTNÆUS, a, um, adject. (Αἰτναῖος) ad Ætnam pertinens. ¶ 1. De Ætna monte. — 1.º) Stricto sensu. Cic. 2. Nat. D. 38. 96. Ætnæorum ignium eruptione tenebræ per biduum finitimas regiones obscuravisse dicuntur. Adde Ovid. 15. Her. 11. Id. 2. Pont. 10. 23. Ætnæa flamma. Sil. It. 9. 449. incendia. Ammian. 31. 4. 9. favillæ. Stat. 7. Theb. 327. vapores. Virg. 8. Æn. 440. Cyclopes. Lucret. 1. 723. murmura. Grat. Cyneg. 524. arces. Virg. 8. G. 419. antra. Val. Flacc. 2. 420. deus. i. e. Volcanus. — 2.º) Latiore sensu de incolis circa Ætnam. — a) Speciatim Syracusanus. Stat. 1. Silv. 3. 69. ad Ætnæos deducat semita portus (Alpheum). — b) Generatim Siculus. Ovid. 8. Met. 260. Jamque fatigatum tellus Ætnæa tenebat Dædalon. Sil. It. 9. 196. Quicquid in Ætnæis jactavit Roma triumphis. i. e. in Sicilia actis. ¶ 2. De Ætna oppido usurpatur absolute

Ætnæi, ōrum, m. plur. 2. Ætnæ incolæ, Ætnenses. Justin. 22. 1. « Primo bello adversus Ætnæos magna experimenta sui Syracusanis (Agathocles) dedit ». Alii aliter leg. sed minus recte. — In nummis apud Eckhel 1. p. 190., coll. Mionnet, Descr. des Méd. T. 1. p. 209., ubi Græce AITNAIOI.

ÆTNENSES, ium. V. voc. seq.

ÆTNENSIS, e, adject. ad Ætnam oppidum pertinens. Cic. 3. Verr. 44. 104. Duarum civitatum agri fere optimi et nobilissimi, Ætnensis et Leontinus. — Hinc absolute

Ætnensis, is, m. 3. Ætnæ incola. Id. ibid. 105. Artemidorus Ætnensis. — Plur. Ætnenses apud eumd. ibid. 106. et Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (91).

ÆTŌLI, ōrum. V. ÆTOLUS.

ÆTŌLĬA, æ, f. 1. (Αἰτωλία, subaud. γῆ, Strab. 10. 464) Scribitur Ætulia in Not. Tir. 86. et Betolia in Lib. gener. chron. I. p. 98. 88. 25. — Nomen ducitur ab Ætolo, a quo subacta fuit, ut infra. Cf. etiam Varr. loc. cit.

Ætolia, regio inter Acarnaniam et Thessaliam, et plenius ac distinctius terminata ad occasum ab Acheloo, ad ortum a Locride, ad sept. a Tymphresto et Œta et ad austrum a sinu Corinthiaco, quos inter fines erat Ætolia ἀρχαία, sc. vetus et propria, et ἐπίκτητος, sc. acquisita, quæ et montana (Strab. 10. 459. et Plin. 4. Hist. nat. 2. 3. [6]. Cf. Hirschfeld, PW. 1. 1114). Varro 7. L. L. 18. Pacuvius sub « Calydonia terra » lege poetica, quod terra Ætolia, in qua Calydon, a parte totam accipi Ætoliam voluit. Cic. Pis. 37. 91. Ætholia procul a barbaris disjuncta gentibus in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur. Adde Cæs. 3. B. C. 34., Mel. 2. 39., Ovid. 3. Amor. 6. 37., Liv. 38. 8. et alib., Apul. 1. Met. 5., Sueton. Aug. 17. — Antiquitus eam Curetes, Leleges et Hyantes incoluerunt, quibus exturbatis, ab Ætolo, Endymionis filio, ex Elide pulso, subacta fuit et nomen accepit (Cf. Quintil. 10. 1. 49), sed non universa, initio saltem. Ceterum de ejus divisionibus, de quibus non plane constat, et vicibus, vide plura in v. ÆTOLUS et apud Brandstädter, Die Gesch. d. ætol. Land., Volk. u. Bund. 1844., Dubois, les lig. Étol. et Ach. 1884. et Oberhummer, Akarn. etc. in Altert. 1887.

ÆTŌLĬCUS, a, um, adject. (Αἰτωλικός) Scribitur Ætulicus in Not. Tir. 82.

Ætolicus, ad Ætoliam pertinens. Plaut. Pers. 1. 1. 3. Ætolicus (pro Erymantius) aper. Liv. 42. 6. concilium. Id. 37. 6. et Macrob. 1. Sat. 18. fin. bellum. h. e. Romanorum contra Ætolos. Adde Plin. 25. Hist. nat. 5. 21. (49). de helleboro., Flor. 1. 25. et Val. Max. 4. 3. 7.

ÆTŌLĬS, idis, f. 3. (Αἰτωλίς) ex Ætolia orta. Ovid. 9. Her. 131. Ætolis Dejanira. h. e. filia Œnei, qui Calydone regnavit in Ætolia (Cf. Lucan. 6. 365. et Strab. 9. 45).

ÆTŌLĬUS, a, um, adject. (Αἰτώλιος) idem qui Ætolicus. Ovid. 14. Met. 461. Ætolius heros. h. e. Diomedes, Ætoliæ rex, Œnei nepos. Horat. 1. Ep. 18. 46. et Martial. 13. 41. 2. sus. Alii utrubique rectius leg. Ætolus.

ÆTŌLUS, a, um, adject. (Αἰτωλός) Gen. pl. Ætolum pro Ætolorum est Virg. 11. Æn. 308. et Stat. 2. Theb. 372. — Secunda syllaba apud Plaut. modo longa, ut Capt. prol. 59. « Quia bellum Ætōlis esse dixi cum Aliis »; modo brevis, ut ibid. 24. « Postquam belligerant Ætŏli cum Aleis ». Ita Goetz-Sch. At Lindem. legendum proponit: « Posteaquam Ætoli belligerant cum Aliis ». Aliter Fleckeis.: « Postquam belligerant [autem] Ætoli cum Aleis ». At neutrum placet. Ceterum apud comicos quantitas sæpius, ut lectio, incerta.

Ætolus ad Ætoliam vel Ætolos pertinens. ¶ 1. Generatim. Plaut. Pœn. 1057. Ætolus pater. Stat. 9. Theb. 218. campus. Sidon. carm. 5. 167. pulvis. Macrob. 5. Sat. 22. 4. Alexander. Propert. 2. 34. 33. Achelous. Martial. 13. 41. 2. sus. Ætolius alii. Homer. 202. gens. Grat. Cyneg. 187. stirps. Rursus Martial. 7. 27. 2. fera. i. e. Calydonius aper. Sidon. carm. 14. 17. arx. Liv. 33. 11. bellum. Senec. Herc. O. 319. genus. Plaut. Pœn. 621. cives. Ovid. 14. Met. 528. arma. ¶ 2. Speciatim — a) Ad Ætolum, sc. ad Diomedem, pertinens. Ovid. Rem. Amor. 159. Ut semel Ætola Venus est a cuspide læsa. Cf. Virg. 10. Æn. 28. in Teucros Ætolis surgit ab Arpis Tydides. Sil. It. 16. 368. Ætola, vago Diomedi condita Tyde. Adde eumd. 3. 707., Solin. 2. (et Stat. 1. Achill. 881) et Martial. 9. 48. 6. — b) Ad Meleagrum. Id. 7. 2. 3. Ætolæ cuspidis ictus. Horat. 1. Ep. 18. 46. Ætolis (codd. alii Ætoliis; alii vero Æoliis) onerata plagis jumenta. h. e. retibus venatoriis (de quibus V. Ritter ad l., coll. Wernsd. Exc. II. ad Grat. Cyneg. 103). — Hinc absolute

Ætolus, i, m. 2. ¶ 1. Est Diomedes ita dictus ab Ætolia, ubi regnavit. Virg. 11. Æn. 428. Non erit auxilio nobis Ætolus. Adde Stat. 1. Achill. 697 (V. Preller, Gr. Myth. II. p. 407). ¶ 2. Item filius Martis (nisi est Endymionis: cf. Apollod. 1. 7. 6. et Paus. 5. 3. 6). Plin. 7. Hist. nat.

56. 57. (201)., qui eum jaculum cum amento invenisse tradit. ¶ 3. Item Tydeus. *Stat.* 6. *Theb.* 835.

Ætoli, ōrum, m. plur. 2. (Αἰτωλοί) gens Ætoliæ, ita dicta ab *Ætolo*, quæ prius Elidem, dein regionem Ætoliam, ab ea nuncupatam, incoluit (*Apollod.* 1. 7. 7). *Liv.* 35. 46. Principes Ætolorum. *Id.* 37. 6. Legatio Ætolorum. *et alib.* passim. *Virg.* 11. *Æn.* 308. Spem, si quam ascitis Ætolum habuistis in armis. *Stat.* 8. *Theb.* 736. non ossa precor referantur ut Argos Ætolumque larem. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (201). Alii invenisse dicunt lanceas Ætolos. — Eorum primordia sunt fabulis infuscata; sed olim extitisse inter eos constat societatem seu fœderationem (V. *Schömann, Gr. Altert. II.* (1872)., coll. *Polyb.* 4. 37. 2), quæ, aliis finitimis populis adscitis, *Ætolica* (*Polyb.* 4. 25. 7.; 17. 3. 12. et 18. 30. 9) dicta est; socii autem quotannis ad templum Apollinis in oppidum Thermum, Ætolorum acropolim (urgente vero necessitate, etiam in alium locum, sc. Naupacta, Hypatam, Lamiam, Heracleam [*Gilbert, Handb. d. gr. Staatsalt. II.* 1885]: cf. *Polyb.* 4. 5. 9), conveniebant: qui conventus *concilium Panætolicum* vel *Panætolium* (Παναιτώλιον) appellatur. *Liv.* 31. 29. et 32. et 35. 32 (ἡ κοινὴ τῶν Αἰτωλῶν σύνοδος *Polyb. l. c.*), ubi magistratus eligebantur et Apollinaria festa celebrabantur (Πανατωλικά *Polyb. l. c.*); præter hoc aliud erat minus concilium (*sanctius consilium* v. *senatus* apud *Liv.* 35. 34) ex singularum civitatium legatis (quos *apocletos* seu generatim *principes* vocat *Liv. ibid.* 46.; etiam συνέδρους *Polyb.* 20. 1. V. *Corp. Inscr. Gr. nn.* 2380., 2352. et 3046) ad particularia negotia expedienda. — Hi autem maxime inclaruere in bellis contra Macedones sub Antigone Dosone ann. a. Chr. 266.; dein in bello contra Gallos a. 279., quo facto eum et ut imperium suum Ætolia in totam Acarnaniam aliasque regiones finitimas prolataverit; denique modo cum Romanis contra Philippum V. a. 211-205., modo cum Antiocho contra Romanos a. 192. varias Ætoli subierunt vices, dum horum ditioni se subjicere coacti sunt (*Justin.* 32. 1), qui fœderationem Ætolicam solverunt circ. a. 197. et Ætoliam Achaiæ addixerunt (*Vellej.* 2. 8. et *Inscr.* apud *Orell. n.* 562) eamque demum Constantinus M. Novæ Epiro adjunxit. *Notit. dign. imp. or.* — Plura de Ætolorum indole moribusque ac gestis videsis apud *Liv.* 27. 30., 31. 28.; 32. 34.; 33. 11., *Cic.* 3. *Rep.* 9. 15., coll. *Frontin.* 2. *Strateg.* 5. 19. et *Polyb.* 6. 2. 3. et *alib.* et rursus *Liv.* 41. 25., 42. 2. 5. et 45. 28-31., *Justin.* 28-32., *Vellej.* 2. 38., *Flor.* 2. 9., *al.*; et apud recentiores *Schömann, loc. cit.*; *Oberhummer, Akarnan.* etc. *im Alter.* 1887. et *Wilcken, PW. l. c.*

ÆVIUS, ii, m. 2. (ab *ævum*: quasi longævus) cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 937. 9. Ita *Furlanetto*.

ÆZANENSIS, e, adject. (ab *Æzane* v. *Æzani*, Αἰζανοί *Ptol.* 5. 2. 23., oppido Phrygiæ, Jovi sacro, de quo V. *Hirschfeld, PW.* 1. 1131), epitheton Jovis. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 356.

ÆZANITICUS, a, um, adject. idem quod Æzanensis, epitheton Jovis. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 355.

ÆZENE. *V.* EZENE.

ÆX, gos, v. gis, f. 3. (Αἴξ, αἰγός) nomen personæ et loci. — *Æx*

I.) Est nomen personæ, sc. nymphæ cujusdam, quam Juppiter aluit. *Hygin.* 2. *Astr.* 12.

II.) Est nomen loci. ¶ 1. Ita vocata fuit insula, de qua *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (51). Ægæo mari nomen dedit scopulus inter Tenum et Chium verius quam insula, Æx nomine a specie capræ, repente e medio mari exsiliens. Adde *Varron.* 7. *L. L.* 22. et *Solin.* 11. ¶ 2. Item Ægos flumen (Αἰγὸς ποταμός). *Mela* 2. 36. Flumen Ægos, naufragio classis Atticæ insigne. *Hieronym. Chron.* a. Abr. 1551. In Ægis fluvio. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18 (48). et *Nep. Lys.* 1. Cf. *Ammian.* 22. 8. ¶ 3. Item oppidum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 39. (140). Cf. ÆGÆ sub I. *a.*

AF

AFAR, ăris, m. 3. (Scribitur etiam *Aphar* et *Asphar*) fluvius in Arabia. *Notit. dign. or.* 30. «In ripa Vade Afaris fluvii in Castris Arnonensibus». Fortasse Romani ignorarunt *Vade* v. *Vad*, hodie *Vady*, Arabice significare fluvium; hinc ταυτολογία, ut in vulg. *Mongibello*.

ĂFER, a, um, adject. Scribitur etiam *Affer, Affra* (*Affrus*), *Affri* (*Affrii*), cum duplici *f.*, in codd. et inscriptt., et *Aphri* cum aspiratione. *V.* AFRICA.

Afer, ad Africam pertinens vel ex Africa, Africus. ¶ 1. Stricto sensu — *a)* Generatim. *Virg.* 3. *G.* 344. Afer armentarius. *Stat.* 4. *Theb.* 737. pulvis. *Augustin. ep.* 17. homo. *Petron. Sat.* 119. terra. *Ovid.* 7. *Her.* 169. litus. *Liv.* 30. 34. Carthaginienses Afrique milites. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 95. serpentes. *Ascon. tog. cand, p.* 85. *de prov. Rom.* legati. *Spartian. Sev.* 19. *de Sev. imp.* Canorus voce sed Afrum quiddam sonans. — *b)* Speciatim: *Afer turbo*, ventus Africus, *Cir.* 480. - *Afra Venus,* mulier nominatur post mortem, in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12281. - *Afra avis* v. *volucris,* gallina Numidica, quæ et *Africana* dicitur, et magnitudine ac sapore plurimi habebatur, vulg. *gallina di Faraone* o *Faraona*, apud *Horat. Epod.* 2. 53., *Juvenal.* 11. 142. et *Petron. Sat.* 93. - *Afra cochlea,* maxime fecunda et laudatissima, de qua *Horat.* 2. *Sat.* 4. 58. aquilis recreabis et Afra Potorem cochlea. Adde *Varron.* 3. *R. R.* 14. V. COCLHEA in *Lexic.* - *Afra Nomas,* Numidia, provincia Africæ. *Martial.* 9. 77. - *Afra spongia,* ad medicos usus laudata. *Veget.* 3. *Veter.* seu *Mul.* 34. 1. et 5. *ibid.* 15. 3. - *Afræ sorores,* Hesperides, apud *Juvenal.* 5. 152. - *Afra æquora,* mare Africanum. *Ovid.* 4. *Fast.* 289. ¶ 2. Latiore sensu. *Propert.* 4. 11. 30. Afra Numantinos regna locuntur avos. *Horat.* 2. *Od.* 16. 35. bis Afro murice tinctæ lanæ. *h. e.* Gætulo v. potius Tyrio, quia Tyrii in Africam transiere. Cf *Tyrius fucus, Gætulus murex.* V. etiam *Plin.* 9. *Hist. nat.* 36. 60. (127). — Hinc absolute

Afer, i, m. 2. idem qui Africanus. ¶ 1. De regione v. gente Africæ. — 1.°) Generatim. *Plaut. Cæc. fragm.* 10. Perii hercle: Afer est. *Horat.* 3. *Od.* 3. 47. Qua medius liquor secernit Europen ab Afro. *h. e.* ab Africa, hodie *stretto di Gibilterra.* et *Moret.* 32. Afra genus, tota patriam testante figura, Torta comam labroque tumens et fusca colore, Pectora lata jacent mammis, compressior alvo, Cruribus exilis, spatiosâ prodiga plantâ. Adde *Lucan.* 4. 765. Afer vagus. Adde *eumd. ibid.* 965., *Augustin.* 8. *Conf.* 6., *Inscr.* apud *Momms. n.* 2670. et *n.* 2690. — 2.°) Speciatim de Pœnis, et quidem per antonomasiam, apud *Horat.* 4. *Od.* 4. 42. Dirus Afer. *sc.* Hannibal. Cf. 3. *Od.* 6. 36. ¶ 2. De nomine personarum. — 1.°) In titulis cogn. vir. a gente sive origine ductum aliave de causa usurpatum. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 5976. etc. — *Afra,* cogn. et nom. mul. *Ibid,* 2. 201., 5098.; 10. 1597. etc. *Venant.* 4. 642. Pergis ad Augustam - Illic ossa sacræ venerabere martyris Afræ. — 2.°) Apud scriptores — *a)* Domitius, summus orator, cons. suff. a. 39 (*Tac.* 4. *Ann.* 52. et *ibid.* 14. 19), dictus *Afer* absolute a *Martial.* 4. 27., qui alios ita nominatos ob aliquod vitium in suis epigrammatis carpit. V. 4. 79., 6. 77., 9. 8. et 26. 10. 84. et 12. 42. — *b)* Item frater patruelis Caracallæ imp., de quo *Spartian. Carac.* 3. — *c)* Item pater Hadriani imp. *Id. Hadr.* 1. — *d)* Item Septimius Sev. imp. *Id. Pesc.* 8. — *e)* Item Herculis filius, a quo Africam dictam refert *Solin.* 24. — *f)* Item Publius Terentius Afer (*Affer codd.*), poeta comicus. *Sueton. in vit. Sarv.* (*V.* TERENTIUS) Adde *eumd. Aug.* 27. et *Tac.* 4. *Ann.* 52.

Afri, ōrum, m. plur. 2. populi — 1.°) Africæ partis quam nos dicimus, septentrionalis, exceptis Ægyptiis, Numidis, Mauris et maxime, qui sub Carthaginiensium imperio tenebantur (Græcis Λίβυες). *Isid.* 9. *Orig.* 2. 115 (*Eucher. Instr.* 2. *p.* 150. 22). Afri appellati ab uno ex posteris Abrahæ, qui vocabatur Afer, qui dicitur duxisse adversus Libyam exercitum et ibi, victis hostibus, consedisse ejusque posteros ex nomine atavi et Afros et Africam nuncupasse. *Cic. Balb.* 18. 41. Si Afris, si Sardis, si Hispanis *etc.* Adde *eumd.* 1. *Nat. D.* 29. 82. et 1. *Quint. fr.* 1. 27., *Sall. Jug.* 18. *Virg.* 1. *Ecl.* 64. Afri sitientes. *Liv.* 30. 34. Afri et Carthaginienses. *Id.* 31. 22. Libyphœnices, mixtum Punicum Afris genus et Numidæ Maurique. — 2.°) Carthaginienses eorumque auxilia. *Horat.* 2. *Od.* 1. 25. Juno et deorum quisquis amicior Afris. *Sil. It.* 4. 722. Rex Afrorum. *h. e.* Hannibal. — 3.°) Provinciarum Rom. *Plin.* 2. *Ep.* 11. 2. Accusantibus Afris, quibus pro consule præfuit. Adde *Sil. It.* 8. 599. et *Coripp. Joh.* 1. 148. — 4.°) Tertiæ orbis partis. *Mela* 1. 25. Promontorium Ampelusiam Afri aliter appellant. *Quintil.* 11. 1. 80. Afri inimicissimi populo Romano. *Vib. Seq. p.* 157. *R.* Gætuli Afri Libyæ. *et p.* 158. Massylii Afri. — De Afrorum moribus. *Cic. Rep, frag. inc.* 7. Afri fœdifragi. *Firm.* 1. *Math.* 2. 3. subdoli. *Stat.* 4. *Silv.* 5. 38. mobiles et infidi. *Liv.* 29. 3. Imprimis luxuriosi, vino dediti, superstitiosi. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 25. Romani graves, Græci leves, Afri versipelles. *Catal.* 11. 51. celeres Afros, perjuræ milia gentis. *Salvian.* 7. *Gub.* 15. In mores eorum quasi ex omni mundo vitia fluxerunt - in Afris pæne omnibus nescio quid non malum - inhumani sunt, ebriosi, fallacissimi, fraudulentissimi, cupidissimi, perfidissimi: impuritas eorum atque blasphemia etc. *et* 16. Quis non omnino Afros generaliter sciat impudicos? Ad rem *M. Fr. Lenormant:* «Les peuples chamites ont été tous profondément corrompus. Leur religions ne mutaient pas du matérialisme le plus absolu, exprimé sans pudeur par de fables revoltantes et par symboles d'une inconcevable obscénité» (*Man. d'hist. anc. de l'Or. I. p.* 99). — De eorum lingua. *Hieronym.* in *Gal.* 2. *præf.* Afri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutarunt. Adde *Paul.* ex *Fest.* 34. et *Pomp. gramm. V.* 392. 3. — De eorum historia ante dominationem Romanorum pauca refert *Justin.* 18. 5.; 19. 1. et 2.; 22. 6. et 23. 1.; sub dominatione Romanorum *V.* AFRICA.

Homonym. Quomodo differant inter se *Afer, Africus* et *Africanus,* V. sub AFRICANUS, a, um.

AFĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 4. 1609., ubi *Apius* potest legi. — Hinc nomina gent. deriv. *Afianus* (*a*), *Afinius* (*a*), *Afilius* (*a*), *Affulius, Afenius* (*a*); et fortasse *Afrius, Afredius, Afrinius* (*a*), *Afronius* (*a*), etc. passim in eod. *Corp. Inscr. Lat.*

AFRĀNIĀNUS. *V.* AFRANIUS, ii.

AFRĀNIUS, a, um, adject. ad Afranium poetam pertinens, ut *Afrania fabula* apud *Cic. Cæl.* 80. 71., ubi alii leg. *Afraniana*, alii aliter.

AFRĀNIUS, ii, m. 2. (Ἀφράνιος) — *a)* Genet. *Afrani* pro *Afranii* est *Horat. loc. cit.*, *Cæs.* 1. *B. C.* 43. *Nipp.* et *Auson. loc. cit.*; quod sæc. I. ser. v. commune fuit. — *b)* Prior syllaba modo brevis, ut apud *Auson. epigr.* 71. 4.; modo longa, ut apud *Horat.* 2. *Ep.* 1. 57. et *Lucan.* 4. 4. — *c)* Etymon nonnulli petunt a Gr. ἀφρός, quasi *spuma candida,* unde et Ἀφροδίτης: vel ab ἀφραίνω, *desipio*; sed nugæ videntur. — *d)* Nummos gentis Afraniæ illustrarunt *Eckhel,* 5. *p.* 1332. *sq.* et *Cohen, Descr. d. monn. p.* 14. *sq.*

Afranius, nomen gentis plebejæ sed illustris. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis memorantur — 1.°) L. Afranius, poeta comicus, Romanus, Menandri imitator. *Horat. loc. cit.* Dicitur Afrani toga convenisse Menandro. Cf. *Cic.* 1. *Fin.* 3. 2. — Scripsit *fabulas togatas,* quæ *tabernariæ* vocantur (*Diomed. III. p.* 490. *K.*), teste ipso *Afranio* apud *Macrob.* 6. *Sat.* 1. 4., coll. *Horat. loc. cit.*, ita ut naturali quadam fecunditate et artis studio Plautinam popularitatem cum Terentiana elegantia conjungens ceteris præstiterit. Hinc *Cic. Brut.* 45. 167. L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem, ut scitis, etiam disertus. *Vellej.* 2. 9. Clara etiam per idem ævi spatium fuere ingenia, in togatis Afranii etc. *Quintil.* 10. 1. 100. Togatis excellit Afranius: utinam non inquinasset argumenta puerorum fœdis amoribus, mores suos fassus. Cf. *Auson. loc. cit.* vitiosa libido Quam toga facundi scenis agitavit Afrani. Adde *Apul. Apol.* 12., *Gell.* 13. 8., *Catull.* 13. 8. — Fabulæ ejus omnes interciderunt, quarum nomina *V.* in *Ind. Auctor.*, pluraque fragmenta, passim a *Gell., Non., Macrob.* aliisque citata, collegerunt *Bothe et Ribbeck.* Ex his præstant *Divortium, Emancipatus, Epistola, Fratriæ, Matertera, Privignus, Vopiscus.* — Floruit iisdem ferme temporibus, quibus Terentius et Statius Cæcilius, ut scribit *Vellej.* 1. 17., nempe circa ann. 600. ab U. C. — De eo cf. *Neukirch, De fab. tog.* ac *de L. Afran.* etc. *p.* 155.; *Munk, de Atell. p.* 74., *Schanz, Gesch. R. L. I. p.* 194. et *Marx, PW.* 1. 708. *sq.* — 2.°) L. Afranius, Auli filius (*Cic.* 1. *Att.* 1., coll. *Dion. ind.* l. 37.; ubi alii leg. *Aufidius,* sed male: v. *Orelli* in *h. l.* et *Drumann, Gesch. Roms V. p.* 404), consul a. U. C. 694. cum Q. Metello. — Fuit Pompejanus et Pompeji artibus in consulatum intrusus, de quo idem *Cic. ibid.* 20. «Auli filius ita se gerit ut ejus consulatus non consulatus sit sed Magni nostri ὑπώπιον». Fuit a Cæsarianis interfectus. V. *Hirt. B. Afr.* 69. et 95., coll. *Liv. Epit.* 113. et 114., *Flor.* 4. 2., *Sueton. Cæs.* 75., *Tac.* 4. *Ann.* 34. et *Appian. B. C.* 2. 42. et *alib.* — 3.°) Afranius Burrhus, præf. præt. a. post Chr. 51., Claudio ac dein Nerone impp., vir egregiæ militaris famæ et cum Seneca Neronis moderator similque hujus fortasse veneno absumptus. *Tac.* 12. *Ann.* 42. 69., 13. *ibid.* 2., 6. et 51. — 4.°) Afranius Quinctianus, Senatorii ordinis, homo mollitia corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus, occisus periit. *Id.* 15. *ibid.* 49., 56. et 60. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 4390.; 5. 644. — *Afrania* (quæ etiam *Affrania* et *Aphrania* cum aspiratione scribitur), nom. mul. *Ibid.* 3. 13480.; 9. 2691. et in *Inscr. Bramb.* 787. etc. Adde *Val. Max.* 7. 8. et 8. 3. et *Ulp. Dig.* 3. 11. § 5. — De Afraniis V. *Act. Soc. G. Senens. I. p.* 156-180. et *PW.* 1. 708-718. — Hinc

Afranianus, a, um, adject. ad Afraniam gentem vel Afranium aut Afranianum aliquem pertinens; unde *Afranianus fundus* triplex in *Tab. Velej.* 3. 3. et 49. et 4. 5. — *Afraniana verba* apud *Pomp. gramm. p.* 153. *K.* — *Afraniana legio* quarta, apud *Auct. B. Hisp.* 7. 4., *sc.* ad P. Ligarium Afranianum pertinens. *V.* LIGARIUS. — Absolute

Afranianus, i, m. 2. cognom. vir. apud *Auct. B. Alex.* 64. 1. *P.*

Afraniani, ōrum, m. plur. 2. milites, qui sub L. Afranio, Pompeji legato, in Hispania bellum gesserunt. *Cæs.* 1. *B. C.* 70. et *Frontin.* 2. *Strat.* 5. 38.

ĀFRĀRIUS, a, um, adject. ad Afros pertinens. Hinc *mercatores Frumentarii* et *Olearii Afrarii* in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1620. Sunt qui leg. *ærarii*; sed perperam, nam *olei Africani* meminit *Plin.* 15. *Hist. nat.* 2. 3. (8). et *mercatores olearios* memorat *Scæv. Dig.* 50. 4. 5.; frumentum enim et oleum afferebantur ex Africa.

AFRĪĀNUS, a, um, adject. ad Afriam gentem vel ad Afrium aliquem pertinens. Hinc *Afrianus fundus* in Placentino pago. *Tab. Velej.* 6. 86., ubi alii leg. *Ærianus.* — Hinc

Afrianus, i, m. 2. nomen servile. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8306.

ĀFRĬCA, æ, f. 1. Ἀφρική, subaud. γῆ v. χώρα — *a)* Scribitur aliquando *Aphrica,* ut *Aphra, Aphri, Aphricus,* cum aspiratione tam in MSS. quam in lapidibus. - *Affrica,* cum duplici *f,* in *Tab. Peut.* 2. — *b)* Gen. *Africe* in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8985. - *Africes,* Græca positione, in *Inscr.* apud *Orelli n.* 2935. - *Africes* in *Curios. urb. Rom. reg. XIV.* - *Africaes,* in *Corp. Inscr. Lat.* 5. 1039. — *c)* Etymon nominis alii ducere conati sunt ab α priv. et φρίκη, *horror,* sc. frigoris, ob maximos calores (*Paul.* ex *Fast.* 2., coll. *Isid.* 14. *Orig.* 5. 2); sed - *icus* (= ικος), ut puto, mera est terminatio: alii volunt esse ab *Apher* v. *Afer,* nepote Abrahami, qui ea regione potitus fuerit (*Isid. loc. cit.* et *Hieronym.* ad *Gen.* 25. 2. *V.* AFER): alii ab *Afro,* Libyæ rege (*Suid.* v. Ἄφρος): alii ab Hebr. *'Aphâr* «pulvis», quum sit regio arenosa (*Bochart* in *Chan.* 1. 25., coll. *Journ. Asiat. T.* 18. *n.* 75. *p.* 191. *sq.*); hinc *Manil.* 4. 728. Phœbus harenosis Afrorum pulvere terris Exsiccat *etc.*: alii denique aliunde, ut *Solin.* 24., coll. *Capell.* 6. *p.* 215. — *d)* Nomina hujus regionis varia; dicta namque est ab Ægyptiis (*Momms. Prov. Rom. II.* 608) et a Græcis itemque olim a Latinis *Libya. Plin.* 5. *Hist. nat. init.*, coll. *Lucan.* 9. 11); dein ante secundum bellum Punicum a Romanis *Africa* (*Enn.* apud *Cic.* 3. *Orat.* 42. 167); ab Hebræis vero *Tharsis,* ut quidam, sed minus recte, *Jer.* 10. 9. verterunt (V. *Hummelauer* in *Gen. p.* 309. et *Re, op. c. p.* 428), vel potius *Puth* (*Pût*) et *Lubim. Hieronym.* in *Gen.* 10. 13., coll. *Nah.* 3. 9. hebr.: *LXX.* Φουδ pro Φουθ.; de hoc V. *Legendre* in *Dict. Bibl. Vigour. v.* 1. *p.* 256. *sq.* et *Barth, Sammlung u. Bearb. centr. Afr.,* Gotha 1862-64); non eodem tamen sensu et extensione, sed apud alios alia.

Africa accipitur stricto et lato sensu.

I.°) Apud scriptores. ¶ 1. Stricto sensu Africa, dicta Minor vel Propria, una est ex variis regionibus, in quas olim Africa divisa fuit, protensa a Tusca amne, Numidiæ termino, in orientem ad Cyrenaicam et Philænorum aras, inter mare Mediterraneum ad septentr. et Libyam interiorem ad merid. (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 3. 2. [22. *sqq.*] et *Solin.* 27. *sqq.*); et in tres provincias, *Zeugitanam* (quæ Africa propria et vera vocatur: ita *Capell.* 6. *p.* 216., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. [28]. et *Isid.* 14. *Orig.* 5. 8., hodie *Tell Tunisi* et etiam *Friga*), *Byzacenam* (*Solin.* 27. et *Isid. l. c.* 8. *n.* 7) et *Syrticam* regionem, inter duas Syrtes (quæ et *Tripolitana* seu *Tripolis* a Græcis dicta est: ita *Plin. l. c. ibid.* 4. 4. [27]., *Solin. l. c.* et *Isid. l. c. n.* 6): porro hæc triplex *Africa Vetus,* Numidiâ additâ et sub Augusto etiam Mauretania, *Nova* vocata est a Romanis (*Plin. ibid.* et *Mela* 1. 7. 1., coll. *Appian. B. Civ.* 4. 53). — Eadem autem a Romanis subacta a. U. C. 608. provincia fuit prætoria usque ad Augustum (*Vellej.* 2. 38); Augustus vero eam consularem fecit, quæ in plures diœceses, probabiliter tres, divisa fuit, a legatis rectas (*Strab.* 17. 3. *fin.*, coll. *Lamprid. Alex. Sev.* 24., *Inscr.* apud *Marat.* 665. 3. et *Momms. n.* 1433) usque ad Diocletianum; quo tempore Africa Romana divisa est in quattuor provincias, quæ sunt *Tripolitana* (præsidialis), *Byzacena* (consularis), *Zeugitana* (proconsularis) et *Numidia* (consularis). *Corp. Inscr. Lat. VIII. p. XVI.* 1063., 467. *sq.* et 956.; *p. XVII.* 1164. (coll. *Marquardt, Staatsverw. I.*[2] 471. *sq.*); quibus si addas duas Mauretanias (præsidiales), sc. Sitifensem et Cæsariensem, sex erant Africæ provinciæ (*Sex. Ruf. Breviar.* 4., coll. *Cod. Theod.* 11. 27. 2. et *alib.*, *Laterc. Veron. p.* 250. et *Inscr.* apud *Morcell. Afric. Chr. t.* 1. *p.* 25). De his *Liv.* 38. 58. Domitor ille Africæ Scipio. *Id.* 28. 40. Africam novam provinciam extra sortem P. Scipioni destinari. *Auct. B. Alex.* 22. 2. Sicilia, Africa, Numidia, Mauretania etc. Adde *Ovid.* 1. *Fast.* 593., *Nep. Timol.* 3., *Horat.* 2. *Sat.* 3. 87., *al.* ¶ 2. Latiore sensu Africa Major, tertia orbis pars (*Justin.* 30. 4. 8), quam Libyen vocat *Lucan.* 9. 411. et *Herod.* partitur in silvestrem, arenosam et cultam, præsertim frumenti feracem, ita ut Romæ alterum horreum haberetur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 1. (3)., coll. *Sall. Jug.* 17). Terrarum orbis universus in tris dividitur partis, Europam, Asiam, Africam. — Ejus terminos scriptores alii alios definiunt (Cf. *Sall. loc. cit.*, *Mel.* 1. 8. et *alib.*, *Oros.* 1. *Hist.* 2. 1., *al.*); figuram vero mensæ seu triangulo comparant (*Priscian. Perieg.* 166), quæ circumnavigari possit (*Mela* 1. 2. 4. et 3. 9. 3), montosa et maxima ex parte zonæ torridæ subjecta ac solis ardoribus, sicca et arenosa ac ferarum omnis generis serpentumque quam hominum fecunda, ubi subinde deserta occurrunt (*Id.* 1. 4. 2., *Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. [38]. et *alib.* sæpe); primitus a posteris Cham habitata (*Hieronym.* in *Gen.* 10. 6., coll. *Lenormant, Man. d'hist. anc. de l'orient. I. p.* 99-100). Usurpatur — 1.°) Proprie. — *a)* Generatim. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 1. (3). Intranti (*per fretum Gaditanum*) dextera Africa est, læva Europa, inter has Asia. *Id.* 5. *ibid.* 10. 2. (62). Alexandria a Magno Alexandro condita in Africæ parte. *Capell.* 6. *p.* 202. Nilus eamdem (*Asiam*) Africamque disrumpens. *Coripp.* 1. *Joh.* 47. Tertia pars mundi fumans perit Africa flammis. Adde *Lucan.* 9. 871., *Apul. Mund.* 7., *Hygin. Astr. p.* 27. — Proverbialiter *Augustin. ep.* 118. (56) *n.* 9. «Facilius in Africa corniculos audieris, quam etc.»: dictum fortasse de iis, qui aliquid petunt, unde haberi nequit. — Africæ descriptionem habent *Plin.* 5. *Hist. nat. c.* 1-10 (1-64), *Mela* 1. 4. et *Capell.* 6. *p.* 215-219. — Nummi aliaque monumenta Africam, ex parte fertilissimam, repræsentant sub imagine mulieris spicis aliisque symbolis ornatam. V. *Eckhel* 8. *p.* 25. — Inscriptiones in Africa repertas in unum corpus collegit *Renier* (1855); *Wilmanns* (1881) cum *Suppl.* (1891. et 1894)., *Morcelli* et *De Rossi, Afr. Chr.* et *Le Blant, L'epigr. dans l'Afr. rom.* (1890). — De Africa ex recentioribus consulas *Mercier, Hist. de l'Afr. sept.* Paris, 1888. *Kiepert, Lehrb. d. Alt. Geogr.* § 193. *sqq.* et *Schmidt, PW.* 1. 714. *sq.* — *b)* Speciatim aliquando sumitur pro qualibet ejus parte. *Frontin.* 8. *Strat.* 7. 7. pro Libya, et *Justin.* 22. 5. pro regionibus Carthagini finitimis. — 2.°) Metonymice, præsertim a poetis — *a)* Pro Africæ populis. *Enn.* apud *Cic.* 3. *Orat.* 42. 167. «Africa horrida» pro Afris dixit. *Propert.* 4. 11. 38. «Africa tonsa» *sc.* Africanæ mulieres tonsis crinibus. Adde *Claudian. IV. cons. Honor.* 24. et *B. Gild.* 185. — *b)* Pro divitiis. *Propert.* 3. 20. 8. V. tamen Interpr. ad *l.* — *c)* *Caput Africæ,* vicus Rom. in secunda regione urbis, ut in *Curios.* et *Not. Urb.*, fortasse a signo capitis dictum, quod Africam repræsentabat, ubi pædagogi habitasse videntur. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1052. PAEDAGOGI PVERORUM A CAPITE AFRICAE. et *ibid.* § 984. A CAPUT AFRICAE. V. etiam *Marini, Fr. Arv. p.* 485. *n.* 612 (Cf. *Gatti* in *Atti dell' Istit. Arch.* 1882. *p.* 191-220. et *Lanciani, Mon. dei Lincei, I.* 500). — Quod autem *Vicus Capitis* v. *Vicocapitis Africæ,* ut habet *Prob. App. p.* 198. *K.*, fuerit Romæ, affirmat *De-Vit;* negat vero *Gaston Paris* (*Mélanges Rom.*, Paris 1887. *p.* 304. *sq.*), qui eum fuisse ait Carthagine (Cf. *Hülsen, PW.* 3. 1584).

II.) In titulis cognom. vir. *Inscr.* apud *Orelli n.* 4678. POMPEIUS AFRICA ALVMNO SVO.

ĀFRĬCĀNI, ōrum, m. plur. et

ĀFRĬCĀNIUS, ii, m. 2. *V.* voc. seq.

ĀFRĬCĀNUS, a, um, adject. (Ἀφρικανός) ad Africam pertinens. ¶ 1. Universim. *Vopisc. Firm.* 3. 1. Africanus limes. *Salvian.* 7. *Gub.* 6. potentia. *Oros.* 4. *Hist.* 19. 1. litus. *Optat.* 2. *Hist.* 15. populi. *Cic. Dejot.* 9. 25. rumores. *Id.* 5. *Fam.* 21. res. *Nep. Att.* 12. possessiones. *Sidon.* 8. *Ep.* 9. 11. urbes. ¶ 2. Speciatim *Africana causa,* bellum a Pompejanis in Africa contra Cæsarem renovatum. *Cic.* 6. *Fam.* 13. — *Africanum bellum,* item, quod nempe in Africa gessit C. Julius Cæsar, circ. finem a. U. C. 707. et initio anni insequentis, ad opprimendas Pompejanorum reliquias. *Vellej.* 2. 5. Cf. *Flor.* 1. 22., *Sueton. Cæs.* 8. et *Ammian.* 30. 2. 9. — *Africana classis,* dicta etiam *Commodiana Herculea,* quia instituta a Commodo imp., ut subsidio esset, si forte Alexandrina frumenta cessarent. *Lamprid. Commod.* 17. — Hinc *Africani* v. *Afri navicularii* in *Cod. Theod.* 13. 5. 10. et *ibid.* 9. 8. et 6. — *Africana ficus,* laudatissima. *Petron. Sat.* 35., *Cat. R. R.* 11., *Varr.* 1. *R. R.* 41., *Colum.* 5. 10. et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. (69). et *ibid.* (74)., ubi narratur: Cato in curiam tulisse præcocem ex ea provincia ficum ostendensque patribus: «interrogo vos, inquit, quando hanc pomum demptam putetis ex arbore?». Quum inter omnes recentem esse constaret: «atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptam Carthagine, tam prope a muris habemus hostem»: statimque sumptum est Punicum tertium bellum. — Hæc autem ficus (fortasse *Ficus Carica* L.) postmodum ex nimia copia viluit. Hinc inter viliora munera eas, quas vocat *Libycas,* recenset *Martial.* 4. 46. Et ficus Libyca gelata testa. *h. e.* hiberna; aliæ enim erant hibernæ, aliæ æstivæ. Adde *eumd.* 7. 52. — *Africanæ gallinæ,* in pretio olim fuerunt; erant autem ceteris multo majores, meleagridibus valde similes, colore pennarum vario, hoc est maculis quibusdam, velut guttis, distinctæ (ex quo *guttatæ* dicuntur *Martial.* 3. 58), habentes in capite tuber seu gibbam rutilam, quam ob rem *gibberæ* appellantur a *Varr.* 3. *R. R.* 9. Adde *Colum.* 8. 2. et *Plin.* 10. *Hist. nat.* 26. 38. (74). Eæ vocantur etiam *Numidicæ,* quia præcipue in Numidia, Africæ provincia, nascebantur. Admittebantur porro in lautiores cœnas, non quidem propter suavitatem gustus sed propter raritatem et quod non comparabantur nisi magno pretio, ut *Plin. loc. cit.* et *Petron. Sat.* 93. testantur. *Varr. loc. cit.* Sunt gallinæ, quæ vocantur generum trium, villaticæ, rusticæ et Africanæ. Cf. AFER, a, um. — Hinc absolute

Africani, ōrum, m. plur. 2. populi Africæ. *Spartian. Hadr.* 22. Ab Africanis dilectus est (*Hadrianus*).

Africanæ, ārum, f. plur. 1. per antonomasiam appellantur pantheræ et pardi (qui solo sexu a pantheris differunt), quod id ferarum genus in Africa est frequentissimum et inde primum Romam transvectum. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 24. (64). Senatusconsultum vetus fuit, ne liceret Africanas in Italiam advehere. *Liv.* 44. 18. *in fin.* Ludis Circensibus sexaginta tres Africanas et quadraginta ursos et elephantos tulisse. Adde *Cic.* 8. *Fam.* 10. et *Suston. Cal.* 1. et *Claud.* 21.

Homonym. Differunt inter se *Afer, Africanus* et *Africus.* Nam « *Afrum* dicimus civem, *Africum* ventum, *Africanum* negotiatorem ». Ita *Isid. Diff.* 1. 61.; sed hæc differentia haud servatur. — Item *Africum* bellum, quod Romani contra Afros gesserunt. *Liv.* 21. 8.; 28. 45. et 32. 2., *Sil. It.* 16. 179., *al.*; sed *Africanum* bellum, quod Romani gesserunt in Africa inter se, *sc.* Cæsariani et Pompejani. *Cic. Dejot.* 9. 25. Sic *Africana causa, sc.* Pompeji adversus Cæsarem. *Cic.* 6. *Fam.* 13 (V. supra).

ĀFRĬCĀNUS, i, m. 2. nom. personæ ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Ditissimus quidam vir idemque avarus et captator. *Martial.* 12. 10. Habet Africanus milies, tamen captat. Fortuna multis dat nimis, satis nulli. — 2.°) Item qui et *Julius Africanus,* orator nobilissimus, de quo *Quintil.* 10. 1. 118., ubi præstantissimus dicitur, sed « concitatior et in cura verborum nimius ». Adde *Plin.* 7. *ep.* 6. 11. et *Tac. de Orat.* 15. — Insignem ejus apud Neronem de morte matris orationem commemorat *Quintil.* 8. 5. 15. — 3.°) Item historicus sæc. III., qui et *Julius Africanus,* ex Libya. De eo *Hieronym.* in *Matth.* 1. 16. et *Augustin. Retract.* 2. 7. *n.* 2. — Scripsit quinque chronicorum (Χρονογραφία) libros (*Hieronym.* in *Chron.* a. 223. et *De vir. ill.* 63., coll. *Euseb. Hist. eccl.* 6. 31.; insuper κεστοί ἢ παράδοξα (Cf. *Geopon. I. præf.*), opus Alex. Severo imp. dicatum, ubi de scientiis naturalibus, de medicina, de nautica, de bello *etc.* tractat (*Phot. Bibl. Cod.* 34. et *Suid.* h. v.); et etiam binas litteras, in quarum altera de libro Susannæ (*Hieronym. l. c.*), in altera vero de concordia genealogiæ Christi singulari critices acumine agit (*Euseb. l. c.*). — Fragmenta supersunt apud *Migne, P. Gr. X.* 63-94. et *Routh, Reliq. sacr. II.* 238-309 (Cf. *Gelzer, Sext. Jul. Afr. u. d. Byz. Chronogr.* Lips. 1880-1898. *I.* 1-11. et *Preuschen* in *Harnack, Gesch. d. altchr. Litt. I.* 508-511). — 4.°) Item jureconsultus, scriptor subtilis et difficilis, Papiniani discipulus, plenius *Sex. Cæcilius Africanus,* uti habet *Lamprid. Alex. Sev.,* cui fidem non habet *Cujac.* De eo *Gell.* 20. 1. — Exstant ejus fragmenta in *Dig.* ex *libr. IX. Quæst.* et *XX. Epist.* — 5.°) Item *Africanus,* cognomentum vel agnomen honoris causa tributum duobus Scipionibus, quorum primus *Africanus Major* et *superior* dictus, victor Hannibalis, alter *Minor* et *posterior,* eversor Carthaginis. De his *Liv.* 30. *fin., Cic. Har.* 12. 24., 1. *Off.* 33. 121. et *Mur.* 14. 31. et 28. 58. — *Plin.* sæpe primum appellat *A. priorem,* secundum *A. sequentem,* ut 7. *Hist. nat.* 30. 31. (114). et *alib.* De priore *Ovid.* 1. *Fast.* 593. et *Martial.* 2. 2.; de posteriore *Horat. Epod.* 9. 25. et *Cic.* 2. *Orat.* 67. 270. Ceterum sæpius *Africanus* secundus intelligitur. *Martial.* 4. 14. 4., *Plin.* 8. *ep.* 6. 2. et *Quintil.* 12. 10. 10. — In plur. num. *Cic.* 5. *Verr.* 90. 209. — De aliis. *Lact.* 1. *Inst.* 9. 1. Hercules, qui ob virtutem clarissimus et quasi Africanus inter deos habetur. *et Jornand. Get.* 315. Victor ac triumphator Justinianus imp. et cons. Belesarius Vandalici, Africani Geticique dicentur. — Hinc alii hereditario vel adoptivo jure dicti sunt *Africani. Capitol. Gord.* 9. et 17 (V. *Prosopogr. imp. R.* Berol. 1897. *sqq.* et *Rohden, PW.* 1. 715). ¶ 2. In titulis nom. serv. et gent. *Inscr.* in *Ann. dell'Istit. Arch.* a. 1856. *p.* 19. et 24. et *Corp. Inscr. Lat.* 5. 3481. — *Africana,* cogn. mul. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 5065. — Hinc *Africanius,* nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 3921.

ĀFRĬCENSIS, vel, extrita *n* ante *s,* uti solet, Africesis, is, adject. ad Africam pertinens. *Inscr.* apud *Visconti* in *Atti dell'Accad. Rom. T.* 6. *p.* 40. CAPUT AFRICENSI. Cf. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8987. MARCO FILIO DVLCISSIMO CAPUT AFRICESI., ubi rectius conjunctim legitur *V.* AFRICA et AFRICUS.

ĀFRĬCUS, a, um, adject. (*Affricus,* cum duplici *f,* in *Corp. Inscr. Lat.* 9. 173. 10. *V.* AFER et AFRICA init.), ad Africam pertinens. ¶ 1. Generatim. *Ennius* apud *Cic.* 3. *Orat.* 42. 167., *Liv.* 29. 23. *extr.* et *Auct. B. Afr.* 6. 3. Africa terra. *Plaut. Pœn.* 5. 5. 25. amatrix. *Macrob.* 3. *Sat.* 20. 1. ficus. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 47. (161). caminum. et 18. *ibid.* 7. 12. (66). frumentum. *et* 32. *ibid.* 10. 47. (131). silurus. *Horat.* 3. *Od.* 29. 5. procellæ. *h. e.* quas Africus ventus movet. ¶ 2. Speciatim — *Africum bellum,* quod Romani contra Carthaginienses gesserunt (*V.* PUNICUM bellum). *Liv.* 24. 41. et *Sil. It.* 17. 11. — *Africum mare* vel *pelagus,* quod Africam a septentr. claudit. *Flor.* 2. 2., *Tac.* 1. *Ann.* 53. et *Capell.* 6. *p.* 207., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 13. (83). et *Mela* 2. 7., qui et *Libycum* vocat, 1. 4 (τὸ Λιβυκὸν πέλαγος *Strab.* 2. 5. 19). Quod vero *Africum mare* dicit *Sall. Jug.* 18 (20), non de Oceano, sed de Mediterraneo mari accipiendum esse monent apposita: *Gætuli sub Sole magis,* h. e. ad meridiem (*Vallaur.* in *h. l.*). — *Africus Juppiter,* epitheton seu titulus illi inditus in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5430., ubi videtur de loco dici ita nuncupato. Cf. *Afra Venus.* — *Africus ventus,* spirans ab Africa inter Austrum et Zephyrum, ab occasu brumali, contrarius Cæciæ, Λίψ, vulg. *Affrico* seu *Ponente-Garbino* v. *Gherbino* v. *Libeccio,* et nautis Transalpinis *Sud-Ouest. Cic.* 1. *Nat. D.* 36. 101., *Liv.* 26. 42., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23 (71). *Colum.* 11. 2. Ventus Africus tempestatem significat. — *Africus vicus,* locus Romæ in Esquiliis, ubi obsides ex Africa bello Punico custoditi dicuntur, *Varr.* 5. *L. L.* 32. — Hinc absolute

Africus, i, m. 2. ¶ 1. Est ventus Africus. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 22. Libs, hoc est Africus. *Virg.* 1. *Æn.* 85. Africus creber procellis. *Horat.* 1. *Od.* 1. 15. luctans Icariis fluctibus. *et ibid.* 3. 12. præceps decertans Aquilonibus. *et ibid.* 14. 5. celer. *et* 3. *Od.* 23. 5. pestilens. *Senec. Herc. O.* 113. furibundus et ruens. *Tac.* 15. *Ann.* 46. gravis. *Coripp.* 7. *Joh.* 323. ignivomus. *Ennod.* 2. *carm.* 66. 3. procellosus. *Hist. Apoll.* 11. horridus. — Plur. *Africi* apud *Gell.* 2. 30. 1. ¶ 2. Item plaga seu regio, unde Africus spirat. *Oros.* 1. *Hist.* 2. 55. Mœsia - ab Africo Dalmatiam habet. *Hieronym.* in *Abd. v.* 8. Plaga regni ejus tribus vocabulis appellatur: Darom, Theman, Nageb, quæ omnia juxta Ezechiel Austrum, Africum Meridiemque significant. Sic *Ital. Hab.* 3. 3. Ab Africo (Θαιμάν תֵּימָן). Cf. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 32. « De Theman veniet » alii interpretati sunt « ab Austro » vel « Africo », per quod significatur meridies. *Schol. Stat. Theb.* 2. 4. (*Græci*) Eurum, nos Africum vocamus. ¶ 3. Item deus. *Propert.* 4. 3. 47. « Nec me tardarent Scythiæ juga, quum Pater altas Africus in glaciem frigore nectit aquas ». Diis autem *patris* nomen convenit. Quod autem subdit, eum aquas congelare, videtur Africum confudisse cum Aquilone; nam Africus ab Africa, regione calidissima, flans, congelandi vim habet nullam, bene tamen Aquilo, qui septentrionalis est. Ceterum hæc ventorum ignoratio in femina, quæ hic loquitur, facilius ferenda videtur. Ita *Forcellin.* ad h. l. *V.* AFRICUS in *Lexic.*

ĀFRĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

AFRŌDĪSĬA, Afrodisius etc. *V.* **APHRODISIA** etc.

AFRŌDĪTĒ. *V.* **APHRODITE** etc.

AG

AGA. *V.* **AGENSIS.**

AGABANA, indecl. castellum in Perside, ubi a. 368. p. Chr. discruciatus « cecidit ferro pœnali Arsaces rex » inquit *Ammian.* 27. 12. 3.

AGABAZUS. *V.* **MAGABAZUS.**

ĀGĂBUS, i, m. 2. (Ἄγαβος) Vox fortasse ab Hebr. *'Aghabh* « dilexit », quasi sit *dilectus*: cf. ἀγαπάω; vel a *hhaghabh* « locusta » (*Drusius*). Agabus, propheta Judæus, qui fuisse creditur ex cœtu fidelium, quos *prophetas* appellabant (*Vulg.* 1. *Cor.* 12. 28). Memoratur *Act.* 11. 28. et 21. 10. — Is tempore Apostolorum magnam famem prædixit in universo terrarum orbe futuram et Paulum ap. in vincula conjectum iri (*ibid. locc. citt.*). Adde *Tertull. Fug.* 6. et *Scorp.* 15. et *Augustin. ep.* 149. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2061. Prophetia Agabi (*de fame*) sub Claudio expletur. *Sueton. Claud.* 18., et *Tac.* 12. *Ann.* 43., coll. *Euseb.* in *Chron.* 1., *Jos. Antt.* 29. 2. et *Dion.* 60. 11. rem confirmant; nisi ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην (*Act.* 11. 28., coll. *Luc.* 2. 1) tantum de universa Judæa accipere velis.

ĀGACLŸTUS, i, m. 2. (Ἀγάκλυτος, *valde celeber*) ¶ 1. Generatim nomen serv. et cognom. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 2488. et *ibid.* 6. 1592. ¶ 2. Speciatim libertus L. Veri imp. præpotens. *Capitolin. M. Antonin.* 15. et *Ver.* 9.

AGAD. *V.* **BAALGAD.**

ĀGAG, indecl. m. (Hebr. *'Agâg* « ardens, flagrans »; *LXX.* Ἀγάγ et *Jos.* Ἄγαγος At *Hieronym. nom. Hebr. p.* 15. « Agag δῶμα, id est tectum ». Nomen fortasse originis Arabicæ, et quidem sive personæ sive etiam loci.

I.) Agag, nomen personæ, *sc.* ¶ 1. Generatim, regum Amalecitarum. *Vulg. Num.* 24. 7. « Tolletur propter Agag rex ejus et auferetur regnum illius ». Etiam *Cahen* ad *Num. l. c.* nomen, non proprium, sed commune esse putat, ita ut locus vertendus sit: « Extolletur super Agag rex eius (*Israel*) »; i. e. super Amalecitarum regem rex Israelitarum. — Nonnulli *Ogygem* aut *Og* vel *Gog* intelligunt, ut *Nork* (*Myth. Wörterb.* v. *Agag*), quod admitti nequit. ¶ 2. Speciatim, regis Amalecitarum, tempore Samuelis et Saulis. *Vulg.* 1. *Reg.* 15. 8-32. — Hic ob sua suique populi immania scelera a Samuele in frusta sectus est « coram Domino », scilicet non in sacrificium humanum, uti falso censet *Max Dunker* (*Gesch. d. Altert.,* Berlin. 1863. *t.* 1. *p.* 277. *sq.*), Hebræis interdictum, sed in obsequium Domini, qui hoc jusserat; nisi velis de victima anathematis cogitare, justitiæ divinæ in delictorum pœnam mactata.

II.) Agag videtur fuisse etiam nomen regionis in Media. *Vulg. Esth.* 3. 1. et 13. *V.* voc. seq.

ĀGĀGĪTĒS, æ, m. 1. (Hebr. *'Agâgî;* LXX. Βουγαῖος *Esth.* 3. 1., Μακεδών *ibid.* 9. 24) cognomen Aman, ministri regis Assueri. *Vulg. Esth.* 3. 1-10.; 8. 3. et 9. 24. — Ita vocatus vulgo censetur, quod esset de stirpe Agag Amalecita, ut refert *Jos. Antt.* 11. 6. 5.; sed rectius ita dictus ab Agag, regione Mediæ, unde ortum duxerat (*Oppert, Comm. Esth.* Paris 1864. et *Kaulen, Kirchenlex.* v. *Agagites*), ut sit idem ac de stirpe oriunda ex regione Agag. Cf. *ibid.* 16. 16.

AGALLA et Agallim. *V.* **GALLIM.**

ĀGALLĬŌPUS, i, m. 2. (ab ἀγαλλιάω, *delector* et ὄψ, *vox,* v. ὤψ, *vultus*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 594. 4. Ita *Furlanetto.* Alii tamen conferunt cum *Agathopus, ŏdis,* ut aliud ab eo sit etymon et declinatio.

ĀGĂLUMNUS, i, m. 2. mons Byzacenæ. *Corrip.* 2. *Joh.* 69. Agalumnus - Nubibus in mediis celsum qui ferre cacumen Cernitur.

ĀGĂMĒDE, es, m. 1. (Ἀγαμήδη, *valde curans*) nomen personæ et loci. ¶ 1. In fabulis est filia Augiæ sive Augei, uxor Mulii, ex qua Neptunus genuit Dyctin. *Hygin. fab.* 157. — *Theocr. Id.* 2. 15. dicitur *Perimeda* et *Hom. Il.* 11. 739. πολυφάρμακος. ¶ 2. Est etiam oppidum Lesbi. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 39. (139).

ĀGĂMĒDĒS, æ, m. 1. (Ἀγαμήδης) ¶ 1. In fabulis est filius Augiæ famosissimi et frater Trophonii Tauropolites. *Cic.* 1. *Tusc.* 47. 114. et *Schol.* ad *Stat.* 6. *Theb.* 345. (Cf. *Kern, PW.* 1. 719). ¶ 2. Generatim cognom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 20558.

ĀGĂMEMNO et Agamemnon, ŏnis, m. 3. (Ἀγαμέμνων, ονος) — *a)* Orthographia: scribitur etiam aliquando *Agaminon* v. *Agamemino, Agamemnus* in codd. Cf. *Ludwig, de Petron. serm. pleb. p.* 18. et *Guericke, De Ling. vulg. reli. ap. Petron. p.* 3. — Prænestin. *Acmeneno* in *Ephem. epigr.* 1. *p.* 13. *n.* 19. Cf. Etrusc. Αχmem (*run*) *Inscr. Etr.* apud *Spiegel II.* 181. 229. et 115.

— *b)* Declinatio: in recto *Agamemno* apud *Plaut. Bacch.* 946., *Acc. trag.* 160., *Varr.* 5. *L. L.* 19., *Senec. Ag.* 514., *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 62. et 4. *ibid.* 8. 17. etc. — *Agamemnon* apud *Serv. gramm. IV.* 429. 31. et *alib.* sæpe. — Acc. *Agamemnonem* est *Cic.* 1. *Inv.* 13. 18. et 22. 31. et 1. *Tusc.* 37. 90., *Quintil.* 3. 9. 57. et 11. 1. 37. — *Agamemnona,* Græca positione, *Horat.* 4. *Od.* 9. 25., *Propert.* 2. 6. 33., *Ovid.* 3. *Her.* 83. et 13. *Met.* 184. — Voc. *Agamemno* in *Trag. inc.* 23. et apud *Varr. Men.* 570. - *Agamemnon* apud *Petron.* 46. et *alib.* — *c)* Etymologia incerta est; alii namque ab ἄγαν, *valde,* et μάομαι, *cupio, appeto,* v. μνάομαι, *recogito, recordor* et etiam *inhio,* quasi ὃς ἄγαν μέμονε, *valde cupiens, magna appetens* v. *magnanimus* (V. *Vaniçek*); alii ab ἄγαν et μένος, *impetus,* quasi qui *furit* vel *impetu fertur* (V. *Curtius*); alii denique ab ἀγάομαι, *admiror,* et μένω, *persevero,* ut sit ὁ ἀγαστὸς κατὰ τὴν ἐπιμονήν, *h. e.* admirabilis ob perseverantiam, qua in bello Trojano excelluit (*Plato* ludens in *Cratyl.*: cf. *Steph. Th.*); quod etymon rectum censet *Pott., Philol. Suppl. II.* 322. *sqq.* — Apud Laconas Ζεὺς dictus est ἀγαμέμνων et ἀγαμέδων eodem sensu, *h. e.* late regens v. dominans. Cf. *Hom. Il.* 1. et 2. — Agamemnon

I.) Apud scriptores ¶ 1. Fuit rex Mycenarum, Atrei et Æropes filius, unde *Atrides* cognominatus (*Horat.* 2. *Od.* 4. 6., al.), et Pelopis nepos, unde *Pelopeus* v. *Pelopejus* appellatus (*Propert.* 4. 6. 33. et *Homer.* 789); verum *Dict.* 5. 16., coll. 1. 1. vult eum Atrei non filium fuisse, sed nepotem, ex Æropa, Atrei filia, et Plisthene natum, quare per contumeliam ipsum ejusque fratrem Menelaum *Plisthenidas* dictos et ob id ignobiles. Cf. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 458. — *a)* Proprie. *Cic.* 2. *Nat. D.* 66. 166. Agamemnon et Achilles, principes heroum. *et* 14. *Att.* 17. Agamemnon rex regum. *Senec. Ag.* 39. ductor ducum. *et ibid.* 396. Argolicæ telluris decus - victor (coll. 779. victrice lauru vinctus). *Dar.* 13. statura procerus, albo corpore, membris valentibus, facundus, prudens, nobilis, dives. — Laudatur plurimum ejus fortitudo et prudentia *Cic.* 1. *Tusc.* 41. 98. et 9. *Fam.* 14. et 14. *Att.* 17., *Tac. Orat.* 9. et *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 3. 15. — Trojano bello feliciter defunctus, in quo gerundo præfectus fuerat universo Græcorum exercitui (ἄναξ ἀνδρῶν *Hom. Il.* 1. 506), et in Græciam reversus, a Clytæmnestra uxore et Ægisto, qui cum illa adulterium patraverat, inter epulas vel inter sacrificandum vel a balneo exiens interfectus est; sed postea Orestes, ejus filius, indignam patris necem ulciscens matrem cum adultero interemit. Veteres sive Græci, ut *Hom.* in *Od., Eurip.* in *Orest.* et *Electr., Æsch.* in *Agam.* et *Pind.* in *Pyth.*; sive Latini, ut *Virg.* in *Æn., Macrob.* in *Sat., Hygin.* in *fab.* de mortis genere fere dissentiunt. — De eo tragœdiam composuit *Senec.,* titulo *Agamemnon;* item fabulam seu comœdiam Atellanam *Pomponius Bonon.,* inscriptam *A. suppositus.* — De tabulis Agamemnonem repræsentantibus V. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (71). et *Cic. Orat.* 22. 74., coll. *Val. Max.* 8. 11. *ext.* 6.; monumenta vero sculpta illustravit *Winckelm.* in *Mon. ined. Tab. n.* 124. et 148. V. etiam *Robert, Bild u. Lied* 96., 177. *sq.* et *alib.* et *Bull. dell'Istitut. Arch.* a. 1845. *p.* 145.; 1851. *p.* 87., 1852. *p.* 33., 1878. *p.* 42. et 1881. *p.* 191. etc. — Plura videsis apud *Wernicke, PW.* 1. 271. *sqq.* — *b)* Metonymice, pro marito decepto. *Plaut. Bacch.* 946. ¶ 2. Item persona in satura *Petron.,* ubi ut rhetor declamat (1-6) et de Latinis controversiis disputat (18). ¶ 3. Item archipirata quidam apud *Oros.* 5. *Hist.* 18. 10.

II.) In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10395.

ĀGĀMEMNŎNĬĂCUS, a, um, adject. (Ἀγαμεμνονιακός) ad Agamemnonem pertinens. *Jornand. Get.* 20. Agamemnoniacum bellum.

ĀGĀMEMNŎNĪDES, æ, m. 1. (Ἀγαμεμνονίδης, patronym. ab *Agamemnon*) Agamemnonis filius. — *a)* In sing. num. Orestes, filius Agamemnonis. *Juvenal.* 8. 215. — *b)* In plur. *Agamemnonidæ,* titulus tragœdiæ *Accii,* cujus fragm. collegit *Ribbeck, Trag. rell. p.* 119., coll. 332. *sq.* Cf. etiam *Grotemeyer, de L. Att. trag.* Mûnst. 1851.

ĀGĀMEMNŎNĬUS, a, um, adject. (Ἀγαμεμνόνιος) ad Agamemnonem pertinens. *Virg.* 4. *Æn.* 471. Agamemnonius Orestes. *h. e.* filius Agamemnonis. *Senec. Tro.* 153. currus. *Hygin. fab.* 261. sanguis. *Propert.* 4. 1. 111. puella. *h. e.* Iphigenia, Agamemnonis filia. *Liv.* 45. 27. et *Mela* 2. 3. 6. classis. *Virg.* 6. *Æn.* 838. Mycenæ. *Id. ibid.* 489. phalanges. *h. e.* milites Græci, qui, duce Agamemnone, ad Trojam pugnarunt.

ĀGĂMUS (Agamos), i, m. 2. (Ἄγαμος, *cælebs*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Don. cl.* 7. *n.* 85.

AGANDEI, ōrum, m. plur. 2. gens Sarmata ad Tanaim. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (22).

ĀGĂNIPPĒ, es, f. 1. (Ἀγανίππη) Etymon alii ab ἄγαν, *valde,* et ἵππος, *equus,* deducunt, ut sit terra ab equo (Pegaso) valide percussa: cf. *Solin. loc. cit.*; alii vero nimis longe ab Hebr. petunt (*Bochart Chan. l.* 1. *c.* 16. *p.* 428). — Aganippe est nomen geogr. et personæ.

I.) Nomen geogr. ¶ 1. Fuit fons celeberrimus Bœotiæ, quem plerique omnes statuunt in monte Helicone, ut *Prob.* ad *Virg.* 3. *G.* 10., coll. *Pausan.* in *Bœot.* 29.; unde *Aonis* (i. e. *Bœotica*) dicta *Virg.* 10. *Ecl.* 12. et *Serv.* ad *h. l.*; et *Hyantes* ab Hyantibus Bœotiæ incolis, *Ovid.* 5. *Met.* 312.; nonnulli vero fontem esse ajunt Permessi fluvii, ut *Schol.* ad *Juvenal.* 7. 6., coll. *Callimach.* apud *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* et *Claudian. laud. Seren.* 8. — Ab Hippocrene distinguit *Solin.* 7. Cf. AGANIPPIS. — Memorat etiam *Catull.* 61. 30., *Juvenal. loc. cit., Auson. Mosell.* 445., *al.* — Hic potus inspirationem facere litterarum creditus est, ut ait *Solin. loc. cit.* Hinc a poetis sacratus est Musis, quæ circa ea loca habitare dicuntur; unde *Claudian. ep. ad Seren.* 61. Ut tibi Pierides doctumque fluens Aganippe. *Id. de Mall. Theod. cons.* 272. fluxitque Aganippe Largior et docti riserunt floribus amnes (Cf. *Maass, Hermes* 31. 394. *sq.*). ¶ 2. Item mons in Bœotia, ante *Enippe* dictus, apud *Vib. Seq. p.* 155. *R.*

II.) Nomen personæ. ¶ 1. Est nympha fontis Aganippes. *Catull.* 61. 29. Nympha frigerans Aganippe. ¶ 2. Item uxor Acrisii et mater Danaes, apud *Hygin. fab.* 63.; alii tamen matrem Danaes dicunt Euridicen. V. *Apollod.* 2. et *Schol.* ad *Apollon.* 4. 1090.

ĀGĂNIPPĒUS, a, um, adject. (Ἀγανίππειος) ad Aganippen fontem et nympham pertinens; hinc pro poetico accipitur. *Propert.* 2. 2. 30. Aganippea lyra. *Claudian. Laud. Seren.* 8. unda.

ĀGĂNIPPĬCUS, a, um, adject. (Ἀγανιππικός) Aganippeus. *Sidon.* 9. *ep.* 13.

ĀGĂNIPPIS, idis, v. idos, f. 3. (Ἀγανιππίς: patronym. ab *Aganippe*) fons Hippocrenes, ob vicinitatem cum Aganippe et communionem religionis (quod uterque fons Musis sacer et inspirare litteras dicitur) ab ea cognominatus. *Ovid.* 5. *Fast.* 7. « Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes etc. »; ubi alii, patronym. pro substantivo accipientes, minus recte alterum ab altero sejungunt, ut sit *Aganippidos* (pro *Aganippes*) et *Hippocrenes.*

ĀGĂPĒ, es, f. 1. (Ἀγάπη, *amor, caritas*). Acc. *Agapen* in *Carm. epigr.* 730. 9. — Licenter *Agape* dactylus, *ibid. loc. cit. n.* 3.

Agape ¶ 1. Apud scriptores, æon Valentinianorum. *Tertull. adv. Valentin.* 8., coll. *Iren.* 1. *Hær.* 2. ¶ 2. In titulis cogn. mulieris ethnicæ. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 1260. et 6. 13785. et *Cod. Just.* 8. 27. 17. — Christianæ in *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 278 (a. 378) et *Hieronym. ep.* 133. *Carm. epigr.* 730 (Romæ) 9. Sit vestræ mentis (*sic*) Agapes caræ meminisse, Ut Deus omnipotens Agapen in sæcula servet. — Hinc *Agapes* (*ēnis*), nom. mul. *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 188 (a. 366).

ĀGĂPĒNOR, ŏris, m. 3. (Ἀγαπήνωρ, *amans vir*), in fabulis, Ancæi et Jotis filius, Lycurgi nepos, rex Tegeæ, oppidi Peloponnesiaci in Arcadia, ex procis Helenæ, qui, Troja capta, in Cyprum tempestate delatus est ibique oppidum ac templum Aphroditi exstruxit. *Hygin. fab.* 81. et 97. et *Dar.* 14 (coll. *Hom. Il.* 2. 609. et *Apoll.* 3. 7. et 10. 8). *Homer.* 175. ferox Agapenoris ira. — Refert *Dict.* 3. 10. eum semermem a Trojanis occisum.

ĀGĂPĒTÆ, ārum, m. plur. 1. genus clericorum et monachorum, de quibus V. *Lexic.* ad *h. v.*

ĀGĂPĒTUS et Agapetos, i, m. 2. (Ἀγαπητός, *dilectus, carus*) Scribitur etiam *Agapitus* et *Acapitus,* ex duplici sono η et solita litterarum permutatione: apud ethnicos prævalet forma *Agapetus.* — Pænultima aliquando corripitur, ut in *Paraclitus* pro *Paraclitus* v. *Paracletus.*

Agapetus ¶ 1. In titulis cogn. vir. apud ethnicos. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 697., 13392.; 14. 493., 928. etc. — Apud Christianos *Agapitus,* perraro *Agapetus,* ut *ibid.* 13. 2375. Sic *Inscr.* apud *De Rossi I.* 965. et 967., *Carm. epigr.* 700., 1377. et 1842. Rursum *Corp. Inscr. Lat.* 9. 1383.; 10. 1347. etc. — *Agapete* (*a*) - *enis* (*æ*), cogn. mul. *Ibid.* 6. 27508. (Ἀγαπητή) — *Agapetilla* v. *Agapitilla,* demin. *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 601 (a. 415). et *alia* apud *Marangoni, Cos. gentil. p.* 315. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Fuit martyr insignis Prænestinus. *Carm. epigr.* 746. — 2.°) Item pontifex Rom. nominis primus, successor Johannis II, a. 535., natus Romæ; qui Constantinopolim profectus est ad Justinianum imp., pacis pro Theodato reg. Goth. impetrandæ causa, ubi Antimum patriarch. hæreticum deposuit: a. 536. obiit sanctitatis fama venerandus, dein sanctorum albo adscriptus. *Cassiod. Inst. div. lit. præf.* Cf. *Mansi Coll. conc. VIII.* — 3.°) Memorantur alii satis multi apud *Greg. M. ep.* 13., *Cassiod.* 12. *Var.* 20., *Ennod.* sæpius.

ĀGĂPŎMĔNUS, i, m. 2. (Ἀγαπομενός, *dilectus, amasius*) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 15. 4888. *Agapomene* (*es*), cogn. mul. *Ibid.* 11. 3490.

ĀGĂR, indecl. (Hebr. *Hâgâr* « fuga » ab Arab. *hadjar,* fugit: aliis tamen est *advena,* ut *Hieronym. nom. Hebr. p.* 3., *Ambros. Abr.* 2. 10. et *Isid.* 7. *Orig.* 6. 30.; vel *incolatus* (παροικία) seu *peregrinatio* sive *mora,* ut *Hieronym.* in *Gal.* 4. 25. V. *Schleusn., Lex. N. T.* h. v. *LXX.* Ἄγαρ et *Jos. Antt.* 1. 10. Ἀγάρα) nom. personæ et loci.

Agar ¶ 1. Fuit ancilla Saræ, uxoris Abrahami, stirpe Ægyptia sed religione Hebræa. *Vulg. Gen.* 16. 1. et alib. *Hieronym. Chron.* a. Abr. 88. Abraham ex ancilla Agar generat Ismahel, a quo Ismahelitarum genus, qui postea Agareni et ad postremum Saraceni dicti. — Sara sine liberis ob sterilitatem dedit eam uxorem, ut moris erat ex divino permissu apud patriarchas, viro suo: ejus ærumnæ, ex dissensionibus inter utramque ortæ, narrantur *ibid. cc.* 16. et 21. — Ceterum de dissidiis ac secessionibus uxorum et concubinarum in iis regionibus, ubi polygamia vigebat, V. *Lagard, Nineveh and Babylon c.* 14. *p.* 316. — Arabes porro de Agar commentitia tradunt, quæ tamen historiæ sacræ narrationibus confirmandis inserviunt (V. *Herbelot, Bibl. Orient.*). — Fuit Agar figura seu typus, una cum filio Ismael, veteris testamenti. *Vulg. Gal.* 4. 24. « Unum quidem (*testamentum*) in monte Sina in servitutem generans, quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia etc. ». Græce est ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Τὸ γὰρ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶ ἐν τῇ Ἀραβίᾳ κ. τ. λ.; ubi alii putant *Agar* esse nomen Sina apud Arabes, ut est hodie (*Hachar, sc.* petra, rupes); alii vero secundum *Agar* expungunt, codd. enim C F G et ℵ et ipse *Vulg.* omittunt; alii scholium librarii dicunt in textum irrepsisse, vel Ἄγαρ pro τὸ γὰρ errorem esse amanuensis; alii aliter (Cf. *Theodoret.* et *Chrys.* et ex recentioribus *Schleusn.* et *Grimm* in *Lex.* et *Palmieri, Cornely, Van Steenkiste* in *Comm.*). — Critici quidam viri somniantes dicunt Agar esse mythum seu symbolum populi, qui ab oppressoris tyrannide fuga se eripuerit, ex nominis etymo desumptum, quod commentum refellit cl. *Re, op. c. p.* 439. ¶ 2. Agar, rectius Aggar (Hebr. *'Âgâr* a v. *'Âgar,* collegit, idem quod *collectio, congeries*) oppidum — *a)* In Africa Byzacena, hodie *Beni Hassein,* ut videtur *Tissot* (*Géogr. comp. II.* 744); aliis aliud, ut *Stoffel* (*Hist. de J. César* etc. Paris 1887. *II.* 280). Memorat *Auct. B. Afr.* 67. et 79. — *b)* Item aliud in Byzacena. *Tab. Peuting.* 6. — Fortasse *Aggaritanum* v. *Aggeritanum* (al. *Accharitanum*) vocatur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (30)., coll. *Morcell. Afric. Chr. I. p.* 71 (V. *Schmidt, PW.* 1. 807), nunc *Boo-Hadjar* (?).

ĀGĂRĒI vel

ĀGĂRĒNI, ōrum, m. plur. 2. Hebr. *Hagrim* fugitivi: v. **AGAR;** *LXX.* Ἀγαραῖοι, Ἀγαρηνοί et

'Αγαρῖται; *Strab.* 16. 'Αγραῖοι; *Dionys. Perieg.* 956. 'Αγρέες, unde *Agreni* apud *Avien. Descr. orb.* 1134. et *Agress* apud *Priscian. Perieg.* 886., qui et *Ismaelitæ* ab Ismael et *Saraceni* a Sara, honoris causa (nisi mavis ab Arab. *saraqa*, furatus est, quasi *fures* vel *prædones*, deducere) et *Nabathei* a Nabath (Nabajoth), filio Ismaelis, etiam nuncupati, ut docet *Bochar.* 2. *Instr.* 4.

Agareni, gens Arabiæ, qui et *filii Agar* dicuntur. *Vulg. Bar.* 3. 23. — Habitarunt ad orientem regionis Galaad, ubi hodie *Hedjar* v. *Hedjer* (V. *Legendre, Lex. Bibl. Vigour.* h. v.): vel, ut alii tradunt, juxta sinum Persicum, ubi etiam hodie regio *Agar* dicta prope *Barhein*; non tamen ex stirpe Agar, matre Ismaelis, ut quidam censent. Sed fortasse utrumque verum est ex eo quod diversæ fuerunt vagi hujusce populi sedes. — De his *Vulg. Gen.* 16. 9. et 1. *Par.* 5. 10. et 18-22., coll. *Ibid.* 27. 31. et *Ps.* 82. 7-9.

AGARĒUS, a, um, adject. ad Agarenos pertinens *Vulg.* 1. *Par.* 27. 31.

AGARĪTĀNUS v. Aggaritanus, a, um, adject. ad Agar vel Aggar, oppidum Byzacenæ, pertinens. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (30). Oppidum Aggaritanum (*V.* AGAR 2). Alii tamen aliter leg. V. *Sillig.*

AGĀSIUS, ii, m. 2. (Ἀγάσιος, *inclitus*) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 6103.

AGĀSO, ōnis, m. 3. (ἀγάζων, *agaso, equiso, mulio*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 592. 6.

AGASTUS, i, m. 2. (Ἄγαστος, *admirandus*) ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 5218. ¶ 2. Item nom. oppidi in Ægypto ad Nilum. *Ampel.* 8. *ad fin.*, si tamen ita legend. est.

AGĀSUS vel Agassus, i, m. 2. portus Apuliæ Dauniorum, nunc *Porto Greco*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (103).; ubi alii leg. *Aggassus*.

AGĂTHA, æ, et sæpius Agathe, es (-ēnis), f. 1. (Ἀγαθή, *bona, egregia*) Scribitur etiam *Agata* sine aspiratione (*Corp. I. L.* 5. 571) et *Acathe* (*Ibid.* 6. 10875). — *Agathas*, Ἀγαθᾶς (*Ibid. l. c.*). — Licenter secundam produxit *Venant.* 8. *carm.* 2. 33. — Agatha, nomen personæ et loci.

I.) De persona. ¶ 1. In titulis cogn. gentil. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 2580., 5291.; 11. 76.; 6. 4408.; etiam nom. serv. et cogn. *Ibid.* 6. 2731. 7. Agathas ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Est celebris virgo martyr Catanensis, tempore Decii imp. passa sub L. Ragonio Quinctiano. *Ravenn.* p. 495. Splendidissima Agathe, virgo et martyr (*Catinæ*). *Greg. M. ep.* 4. Ecclesia sanctæ Agatæ sita in Subora. Cf. *Hartmann* ad *l.* — 2.°) Alia tempore Diocletiani et Maximiani impp. in Gallia. *Cod. Just.* 5. 73. 3.

II.) De loco, *Agatha* (Ἀγάθη *Ptol.* 2. 10. 2) oppidum in Gallia Narbonensi ad Araurim fluvium, hodie *Agde*. Memoratur *Mel.* 2. 5 (80). Ex Cebennis demissus Araurisjuxta Agathen. *Vib. Seq. p.* 147. *R.* Secundum Agatham urbem. — Fuit quondam colonia Massiliensium, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (33). Cf. *Ihm, PW.* 1. 738.

AGĂTHANGĔLUS, i, m. 2. (Ἀγαθάγγελος, *bonus nuncius*) Scribitur etiam *Agatangelus, Achatangelus, Agathaggelus*, passim in Inscriptt. et est nom. serv. et cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 8059.; 15. 6225. etc. — *Agathangelis* (*idis*), Ἀγαθαγγελίς, cogn. mul. patronym. *Ibid.* 6. 17565.

AGĂTHARCHĪDES, is, m. 3. (Ἀγαθαρχίδης, patronym. ab *Agatharcho*, pro quo etiam usurpatur) geographus et historicus temporibus Ptolemæorum. *Plin.* in *Elench.* Cf. *Jos. Cassiod. c. Ap.* 11. 208. 252. — Scripsit *de mari Erythræo* et plures libros *de rebus Asiaticis et Europæis*, quorum fragmenta collegit *Müller* in *Hist. Græc. fragm. T.* 3. *p.* 190. *sqq.* — Dicitur *Cnidius* a patria, ut distinguatur ab Agatharchide *Samio*, qui scripsit *de rebus Persicis et Phrygiis et de lapidibus*; quamquam sunt qui unum eumdemque putent. V. *Müller ibid. p.* 197. sq. et *Schwartz, PW.* 1. 739.

AGĂTHARCHUS, i, m. 2. (Ἀγάθαρχος, *bonus dux*) ¶ 1. Fuit pictor incertæ ætatis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (143). ¶ 2. Item architectus, qui, teste *Vitruv.* 7. *præf.* 11., primum Athenis, Æschylo docente tragœdias, scenam fecit et de ea commentarium reliquit. ¶ 3. Item athleta, in quem fortasse Simonides scripsit carmen. *Quintil.* 11. 2. 14.

AGĂTHĒMĔRUS, i, m. 2. (Ἀγαθήμερος, *bonus dies*) Scribitur et *Agatemer*, sine aspiratione. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12184.

Agathemerus ¶ 1. In titulis nom. serv. et cogn. vir. *Marini, Fr. Arv. p.* 4250., *Inscr.* apud *Momms. n.* 6769., *Fabrett.* 545. 1., *Carm. epigr.* 1504. etc. — *Agathemera* et *Agathemeris* (*Acatemeris*), *idis* v. *inis*, 'Αγαθημερίς, cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 6624. et 26782. et 9. 4138. — Apud *Plin.* 5. *ep.* 2. alii leg. *Agathemeridi*, alii *Harmeridi*. ¶ 2. Apud scriptores *Claudius Agathemerus*, medicus Lacedæmonius, civitate Rom. donatus, quo usus est Persius, teste *Sueton.* in *vit. Pers.*, ubi tamen alii leg. *Agaternus*. — Memorantur permulti alii Italici, plerique Romani, nonnulli Hispani et Galli, quos videre est apud scriptores et in *Corp. Inscr. Lat.* passim.

AGĂTHĪUS, ii, m. 2. (Ἀγάθιος) cogn. vir. Gr. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1084. — *Agathiās* (Ἀγαθίας) cogn. vir. *Ibid.* 6. 11234. — *Agathia* (*Agathea*) 'Αγάθεια, cogn. mul. *Ibid.* 38422.

AGĂTHO et Agathon, ōnis, m. 3. (Ἀγάθων) Scribitur plerumque in codd. et in inscriptt. sine aspiratione. — In recto sæpissime *Agatho*, raro *Agathon*. — Aliquando secunda syllaba producitur. *Inscr. Chr.* apud *De Rossi II. p.* 52. Præditus his meritis antestes summus Agatho. Adde *Carm. epigr.* 733. 8.

Agatho ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Priami, ab Ajace Telamonio occisus. *Hygin. fab.* 90. et *Dict.* 4., 7., coll. *Hom. Il.* 24. 249. — 2.°) Item poeta tragicus, Atheniensis, elegans et mollis. *Macrob.* 2. *Sat.* 1. 2-6. et 7. *ibid.* 1. 13. — Quum ad convivium sæpe amicos invitaret, occasionem dedit *Symposio* Platonis, qui illum colloquentem inducit (*Suid.* 'Αγάθων), postquam tragœdiæ palmam Athenis tulerat a. 417-516. (*Athen.* 5. *p.* 217. A). — Etiam *Varro* saturam Menipp. ab eo inscripsit, ubi de amoris natura disputat, quippe qui de hac ipsa materie in Platonis Symposio præclare disserat (*Oehler* ed. *Varr. p.* 90). — Scripsit *Achilles* (?), *Ærope, Alcmæon, Anthos* v. *Antheus, Thyestes, Excidium Ilios* (?), *Mysii* et *Thelephus*, ubi primus τοῖς στασίμοις chori substituit ἐμβόλιμα, quæ ab argumento aliena ad alias tragœdias transferri potuissent (*Plut. Mor. p.* 645. E). — De eo videsis *Ritschl, opusc. philol.* 1. et *Dieterich, PW.* 1. 761. — 2.°) Item pontifex maximus, sanctitate præclarus, Monothelitarum malleus. *Lib. pont. p.* 193. natione Siculus, papa Romanus (*p.* 205. *Beda chron. III. p.* 314). — 3.°) Item causidicus fictitius apud *Senec. Apoc.* 12. — 4.°) Item præf. Babyloni ab Alex. M. ob vitia interfici jussus, *Curt.* 5. 1. 43. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 4. 97. — *Agathonis* (*idis*), cogn. mul. *Ibid.* 6. 21923.

AGĂTHŎBŪLUS, i, m. 2. (Ἀγαθόβουλος, *bonus consiliarius*) ¶ 1. Apud scriptores clarus philosophus. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2135. Plutarchus Cheroneus et Sextus et Agathobulus et Œnomaus philosophi insignes habentur. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. vir. Gr. *Corp. Inscr. Lat.* 15. 263.; 6. 34767. *Ibid.* 14. 2284. Agathobolus. — *Agathobula*, cogn. mul. *Ibid.* 8. 7717.

AGĂTHŎCLĒS, is (i-ētis-ēnis), m. 3. (Ἀγαθοκλῆς, *bona laus* seu *gloria* v. *gloriosus*) Scribitur et *Agatocles*, omissa aspiratione, et *Acathocles* in *Corp.* V. infra. — Genet. *Agathocli* apud *Cic.* 4. *Verr.* 15. 122. — Acc. *Agathoclem* est *Plaut. Most.* 775., *Cic.* 1. *Divin.* 24. 50. et *Justin.* 17. 1.; *Agathoclen* habet *Oros.* 4. *Hist.* 6. 23. et 30.; *Agathoclea* vero *Auson. epigr.* 8.

Agathocles ¶ 1. In titulis cogn. vir. Græcum, in usu inde a primo sæc. a. Chr. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 191.; 10. 3772. — *Agathoclēa* v. *Agathoclia* (Ἀγαθόκλεια), nom. mul. et cogn. *Ibid.* 6. 28749., 35518. et 8. 10009. ¶ 2. Apud auctores — 1.°) Fuit rex Syracusanus, Carcini figuli filius, nat. Rhegii a. 361. a. Chr., de quo præsertim *Ammian.* 14. 11. 30., *Auson. l. c.* et *Justin.* 19. 3., 22. 1., 23. 2. 3. et *alib.*, coll. *Diod.* 19. 6. *sqq.*, 20. 3. *sqq.* et 21. 16. *sqq.* Adde *Plaut. Most.* 775 (3. 2. 8) et *alib.*, *Cic. locc. citt.*, *Liv.* 28. 43., *al.* — Pluries Carthaginiensibus, in Sicilia et in Africa, devictis, post varias vices in patria morbo correptus decessit a. 289., regni vicesimo octavo, teste *Diod.* 21. 16. De eo etiam *Timæus* scripsit; sed ex odio multa contra eumdem confinxit. *Diod. ibid.* 17., coll. *Polyb.* 8. 12.; 9. 23.; 12. 15. et *alib.* — Apud *Plaut. Men.* 2. 3. 68 (410). videtur ter regnasse nomine *Agathoclis, Plinthiæ* (al. *Pinthiæ*) et *Liperonis*: fortasse quum, victis rebellibus, regnum recuperavit, *Plinthis* (ἀπὸ τοῦ πλίνθου, figlinam enim fecerat) dictus; dein quum, desperatis rebus, in eo esset ut imperium abdicaret, victoria de hostibus relata; tertio quum regnum obtentum crudelissime administravit, unde *Liperonis* v. *Lyperonis*, a Lipara insula (*Ussing*) vel a λυπηρός, *affligens, molestus* (*Gronov.*); quamquam alii aliter legunt et interpretantur. *Cf. Ritschl* ad *l.* — Tabulam, quæ Agathoclem repræsentat, memorat *Cic. loc. cit.* ejusque nummos illustravit *Eckhel*, 1. *p.* 381. — Plura de eo apud *Schubert, Gesch. d. Agath.*, Breslau 1887.; *Holm, Gesch. Sicil.* in *Altert.* Leipz. 1874. et *Niese, PW.* 1. 748-757. — 2.°) Item filius Lysimachi, regis Thraciæ, ab ipso patre interfectus a. 293., teste *Justin.* 17. 1. 4., coll. *Diod.* 21. 11. et *Eckhel*, 2. *p.* 57. — 3.°) Item Ptolemæi IV. Philopatoris ambitiosæ pulcritudinis scortum, cujus soror meretrix Agathoclia. *Justin.* 30. 2. et *Hieronym.* in *Dan.* 11. 13. *sq.* — 4.°) Item historicus, qui *Babylonius* patria et *Cyzicenus* dictus, quia de rebus Cyzicenorum scripsit. *Solin.* 1. et *Fest.* s. v. *Romam p.* 269. *M.* — Exstant fragm. apud *Müller* in *Hist. Gr. fragm. t.* 4. — 5.°) Item mimographus, cujus est epitaphium mimi Vitalis: « *Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum Ut plures uno crederes (sic) ore loqui etc.* » *Anthol. Poet. Lat. p.* 457. *Riese* et *Poet. Lat. min.* 3. *p.* 246. *Bährens*. Cf. *Schanz, Gesch. d. röm. Litt. t.* 1. *p.* 12. — 6.°) Item Chius, rerum rusticarum scriptor. *Varro* 1. *R. R.* 1. 8. — 7.°) Item rei medicinæ scriptor. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 44. (90). — 8.°) Quattuordecim hoc nomine viros collegit *Fabric. Bibl. Gr. III., II. p.* 273., quibus addas quintumdecimum, archontem Athen. Olymp. CV (*Paus.* 10. 2). Ita *Orell. On. Tull. p.* 24.; tres vero et triginta ex Græcis et Latinis recensentur in *REPW.* 1 748. *sqq.*

AGĂTHŎCLĒUS, a, um, adject. (Ἀγαθόκλειος) ad Agathoclem Syracusanum pertinens. *Sil. It.* 14. 652. Agathoclea trophæa.

AGĂTHŎDÆMON, ōnis, m. 3. (Ἀγαθοδαίμων, *bonus genius*) *Agathodimon* habet *Ravenn. p.* 420. — Gen. *Agathodæmonos*, Græca positione, apud *Jul. Val.* 1. *Gest. Alex. M.* 22. — Acc. plur. *Agathodæmonas* est *Lamprid. Heliog.* 28 (-es Bomb., Marb.).

Agathodæmon ¶ 1. Est nomen geograph., sc. — 1.°) Locus, ad quem usque ædificiis se extendebat Alexandria. *Jul. Val. loc. cit.* — 2.°) Item insula Indiæ. *Ravenn. loc. cit.* (Ἀγαθοῦ δαίμονος νῆσος *Ptol.* 6. 7. 45). ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Cod.* 5. 62. 4.

AGĂTHŎDŌRUS, i, m. 2. (Ἀγαθόδωρος, *bonum* v. *pulcrum donum*) ¶ 1. In titulis cognom. vir. Græcanicum. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 4445.; 12. 4408. ¶ 2. Apud scriptores, episcopus Tarraconensis, primus in Hispania, a Jacobo min. missus, cujus erat discipulus, et martyr an. 60. vita functus, teste *Dextr.* in *Chron.* ad ann. Chr. 37.

AGĂTHŎDŪLUS, i, m. 2. (Ἀγαθόδουλος, *bonus servus*) cogn. vir. Gr. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 17577.

AGĂTHŎNĪCUS, i, m. 2. (Ἀγαθόνικος, *bonus* v. *eximius victor*) nom. serv. et cogn. Græcanicum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 18381.; 14. 1228. — *Agathonicē* (*es-enis-æ*), cogn. mul. *Ibid.* 6. 18869.; 15. 3729. — Apud scriptores virgo quædam et martyr sub Daciano, præside Hispaniæ et Galliarum. *Dextr.* in *Chron.* ad ann. Chr. 308.

AGĂTHŎPUS, ŏdis (*et* i), m. 3. (Ἀγαθόπους *boni pedis homo*, idem quod *Namphamo* Pœnorum (*Augustin. ep.* 17.), sæpe in titulis, numquam apud auctores, occurrit hoc nom. serv. et cogn., præcipue, ut fit, Romanis et Italicis. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 7854.; 268 (a. 57). C. IVLIVS AGATHOPVS; *sed in aversa* AGATOPVS. Adde 3. 6821. et 11. 3857. ACATHOPVS. *Inscr. Notiz. degli scavi* 1895. *p.* 267. et 1900. *p.* 203. ACATHOPIDI (*dat.*).

AGĂTHOSTHĔNĒS, is, m. 3. (Ἀγαθοσθένης: ab ἀγαθός, *bonus*, et σθένος, *vis*) ¶ 1. In titulis cogn. vir. Græcum. *Inscr.* apud *Orelli n.* 3802., ubi *Agatostenes* sine aspiratione. ¶ 2. Apud scriptores, poeta quidam. *Schol. Germ.* ad *Arat.* 21. et 25.; ubi tamen *Aglaosthenes* legendum putat *Müller* in *Hist. Gr. fragm. T.* 4. *p.* 293.

AGĂTHUS, i, m. 2. (Ἀγαθός) cogn. vir. Gr. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 27942. et 14. 721. — *Agathe* v. *Agatha*. *V.* suo loco.

AGĂTHŪSA (Agathussa), æ, f. 1. (Ἀγαθοῦσσα v. 'Αγαθοῦσα, *bene faciens*) nom. pers. et loci. ¶ 1. Est cogn. mul. Græc. *Inscr.* apud *Grut.* 1119. 7. — Etiam nom. mulieris cujusdam apud *Greg. M. ep.* 11., ubi alii leg. *Agathosa*. ¶ 2. Est nomen insulæ Delos, ita dictæ a Callimacho, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (69)., ubi *Sillig.* leg. *Agathussa* (Cf. *Steph. Byz.* in v. Τῆλος). *V.* TELOS.

AGĂTHȲCHĒ (*syncop. pro* Agathethyche), es, f. 1. (ἀγαθητύχη, *bona fortuna*) cogn. mul. *Inscr.* apud *Murat.* 1564. 10. — Integrum *V.* in *Inscr. Momms. n.* 3771. At cl. *Furlanetto* habet *Agathothyche*. Cf. *Le Bas, Expl. d' une inscr. gr. de l' île d' Egin. p.* 24.

AGĂTHYRNA, æ, f. 1. (Ἀγάθυρνα) idem quod Agathyrnum. *Sil. It.* 14. 259., coll. *Polyb.* 9. 27. *V.* voc. seq.

AGĂTHYRNUM, i, n. 2. (Ἀγάθυρνον v. 'Αγαθύρνιον *Ptol.* 3. 4. 2. v. 'Αγάθυρσα *Suid.*) *Agatinnum* in *Itin. Ant. p.* 92. et *Tab. Peut.* 7.

Agathyrnum, oppidum Siciliæ, inter Messanam et Panormum, hodie *S. Agata*: ita appellatum ab Agathyrno, Æoli filio, ejus conditore, si credimus *Diod.* 5. 8. 2. De eo *Liv.* 26. 40., coll. 27. 12., ubi tamen *Agathyrna* leg. *M. Müller*. Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (90).

AGĂTHYRNUS, i, m. 2. (Ἀγάθυρνος) Græcis tantum memoratus, ut oppidi ἐπώνυμος; apud Latinos est pro cogn. *Prob. vit. Pers. p.* 58. 28., ubi tamen alii aliter leg.

AGĂTHYRSI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀγάθυρσοι v. 'Αγαθύρσιοι) *Agatirsi* in MSS. *Virg. loc. cit.* — Origo nominis mythica est ab Agathyrso, Herculis filio, eorum conditore (*Herod.* 4. 10. et *alib.*); quam quidam recentiores ducere conantur a Turcica lingua. V. *Meninski* in *Lex.* et *Fréret, de Cimmer.* in *Mém. de l' Acad.* etc. *T.* 19. *p.* 588.

Agathyrsi, gens Scythica, de cujus situ varia tradunt geographi; similius ex Scythis Ponticis v. Sarmatis Europæis, iidem fortasse qui Daci, inter Istrum et Thraciam. *Mela* 2. 2., *Vib. Seq. p.* 157. *R.*, *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (88)., *Solin.* 15., *al.* — Eorum mores describit *Ammian.* 31. 2. 14. Gelonis Agathyrsi collimitant interstincti colore cæruleo corpora simul et crines *etc.* et *Mela* 2. 10. Agathyrsi ora artusque pingunt. — Hinc illud *picti Agathyrsi* apud *Virg.* 4. *Æn.* 146., non de stigmatis intelligendum, uti *Claudian.* in *Rufin.* 1. 314. *de Gelonis* « qui ferro gaudent pinxisse Gelonos ». Cf. *Solin.* et *Ammian. locc. citt.* Fortasse ita dicti, quod vestibus versicoloribus uterentur: cf. *Avien. Descr. orb.* 447. — A *Juvenal.* 15. 125. vocantur *immanes*, h. e. feroces ac truculenti; *proceri* ab *Avien. l. c.*, sc. statura altiore; *fortes* a *Priscian. Perieg.* 311. — De his V. *Oberlin.* ad *Vib. Seq. p.* 379. *sq.* et *Tomaschek, PW.* 1. 764. *sq.*

AGĂTHYRSUS v. Agathursus, i, m. 2. (Ἀγάθυρσος) Herculis filius, apud *Herod.* 4. 10. et *Dion. Chrys. or.* 2. 25.; unde nom. serv. et libert. et etiam cogn. vir. apud Latinos. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8718. et 10687.; 14. 289.

AGĀUĒ, es, f. 1. (Ἀγαυή, *mirabilis*) Acc. *Agauen* est *Senec. Œd.* 933. et *Juven. loc. cit.* et *Agauam* apud *Mythogr. Lat.* 1. 204.

Agaue, nom. mythicum ¶ 1. Fuit filia Cadmi (unde *Cadmeis* dicta *Cul.* 119) et Harmiones v. Harmiones et uxor Echionis, regis Thebani, quæ Pentheum filium, quod sacra Bacchi contemneret, dei impulsu in furorem versa propriis manibus dilaceravit; ubi autem resipuit, sceleris immanitate exterrita profugit in Illyricum ibique a Lycotherse rege excepta, eidem nupsit, quem non multo post occidit, ut patri suo Cadmo regnum daret. Ita *Forcellin.* ex *Ovid.* 3. *Met. in fin.* et *Hygin. fab.* 184. et 240. Adde *Lucan.* 6. 356. et *Horat.* 2. *Sat.* 3. 303., coll. *Fulgent.* 2. *Myth.* 15. et *Mythogr. I. fab.* 151. ed. *Mai.* et *Eurip.* in *Bacch.* — Fuit titulus pantomimi Agaues et Penthei casus, a Statio conscripti, de quo *Juvenal.* 7. 87. sed cum fregit subsellia versu, Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agauen. ¶ 2. Item Amazon, de qua *Hygin. fab.* 163. ¶ 3. Item Nereis. *Id. præf. fab.* — De singulis V. *Knaack, PW.* 1. 765.

AGĀUI, ōrum, m. plur. 2. gens Sarmatica obscuræ famæ. *Priscian. Perieg.* 299. Hos equites supra celeres funduntur Agaui. *Alii leg.* Agani; *alii vero* Alani. Cf. *Wernsd.* ad *l.*

AGAUNENSIS v. Acaunensis. *V.* voc. seq.

AGAUNUS, i, m. 2. — *a*) Scribitur, fortasse rectius, *Acaunus* in *Corp. I. L.* infra *cit.*; hinc *Acaunensis*. — *b*) *Agaunum* v. *Acaunum*, neutr. gen., quidam ediderunt, sed ubinam invenerint, nescio; hos tamen sequitur *Ihm, PW.* 1. 786. Cf. etiam *Momms. Corp.* 12. *p.* 24.; *Holder, Altkelt. Sprachsch. I.* 13. et *Krusch, Mon. Germ. Meroo. III. p.* 20. *n.* 1. — *c*) Licenter diphthongum *au* in duas solvit syllabas breves *Venant.* 8. *carm.* 6. 172. Et legio felix Agăūnensis adest. *Alii tamen aliter leg.* — *d*) Vox Celtica idem sonat ac *petra, rupes*. V. *Zeuss, Gramm. Celt.* 774.

Agaunus ¶ 1. Est locus Nantuatium in Helvetia, prope Rhodanum, hodie *S. Maurice*, celeberrimus ob martyrium, quod in ejus viciniis fecit legio Thebæorum, Maximiano imp. a Chr. 286., descriptum ab *Eucher. Pass. Acaun. mart.* 1. *sqq.* Acaunus sexaginta ferme millibus a Genavensi urbe abest-exiguus inter montium rupes campus aperitur, in quo legio sancta consederat. Cf. *Venat.* 2. *carm.* 18. Memorat etiam *Greg. Tur.* 1. *glor. mart.* 75. — Inscriptiones Agaunenses editæ sunt ab *Orelli* et etiam a *Momms.* inter *Inscr. Confæd. Helvet.* Turici 1854. *n.* 14-29. — Hinc *Agaunenses* (*Acaunenses*), Agauni incolæ. *Alc. Avit. hom.* 20. *Inscr.*, *Venant. loc. cit.* et *Greg. Tur.* 3. *Franc.* 5. et 6. — In sing. num. *Id.* 8. *ibid.* 3. 172. Legio Agaunensis. ¶ 2. Item numen. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 14359.

AGĀUUS, i, m. 2. (Ἀγαυός, *mirabilis*) filius Priami, ab Ajace Telamonio occisus. *Dict.* 4., coll. *Homer. Il.* 24. 251. δῖον Ἀγαυόν.

AGAZACA (Agazaga) v. Gazaca, æ, f. 1. civitas Paropamisadarum in Persia, ex clarioribus illius regionis. *Ammian.* 20. 6. 70.

AGAZIRI v. Acatziri, ōrum, m. plur. 2. (Ἀκατζίροι) gens Scythica. *Jornand. Get.* 5. At fortasse legend. est *Aguzari* v. *Chazari*, de quibus *Ravenn. p.* 168: Quos Chazaros supra scriptus Jordanis Agaziros (Agazaros *Guid.*) vocat.

AGBĪA, æ, f. 1. (Δαβία *Ptol.* 4. 3. 32) oppidum Africæ proconsularis, nunc *Aïn-Edja*. Memoratur *Cyprian. sent. ep.* 65., *Ravenn. p.* 151. et *Tab. Peuting.* 5., ubi tamen lectio varia est. — Hinc *Agbiensis* et plur. *Agbienses*, oppidi incolæ. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 1550. RESPVBLICA MVNICIPI AGBIENSIVM. Cf. *Wilmanns, Corp.* 8. *p.* 189. et *J. Schmidt, PW.* 1. 766.

AGDESTIS, is, m. 3. (Agdus) Jovis filius ex Agdo. *Arnob.* 5. *p.* 155. et *alib.* Cf. *Pausan.* 7. 17. 5., qui scribit Ἄγδιστις; unde rectius *Agdistis* dicitur. V. *Corp. I. Gr.* 3. 3886. add. 3993. et 4. 6837. habet Ἄγγιστις. — Hinc

Agdestius, a, um, adject. ad Agdestim pertinens. *Arnob.* 5. *p.* 163. Agdestia ferocitas.

AGDESTĪUS, a, um. *V.* voc. præc.

AGDUS (Agdos), i, f. 2. (Ἄγδος) Etymon nominis *V.* apud *Jablonski, de ling. Lyc. opusc. T.* 1. *p.* 79.

Agdus, mons seu petra quædam in finibus Phrygiæ, de qua *Arnob.* 5. *p.* 158. Ex ea (*petra*) lapides sumptos Deucalion jactavit et Pyrrha. Magnam Matrem in vertice ipso petræ datam somno et quieti nequam incestis Jupiter cupiditatibus appetivit, sed voluptatem in lapidem fudit victus. Hinc petra concepit et filium peperit materno ab nomine cognominatum Acdestim. — Alio nomine vocatur *Dindymus* vel *Dindyma*. V. DINDYMUS. — Mythus Agdi et Agdestis androgyni creatum progenitorem Adam ac Deo rebellem adumbrare videtur (V. *Re. Arch.* etc. *p.* 441., coll. *Knaack, PW.* 1. 767. *sqq.* et *Preller-Plew, gr. Mythol. I.* 533).

AGĒDINCUM, i, n. 2. (Ἀγήδικον *Ptol.* 2. 8. 12) Scribitur etiam *Agendicum* et *Agedicum*; sed rectius *Agedincum*: cf. *Vapincum, Aluincum* etc.

Agedincum, oppidum et emporium primarium in Gallia Lugdunensi et arx munitissima, in finibus Senonum, hodie *Sens* (V. *Ihm, PW.* 1. 768). Memorat *Cæs.* 6. *B. G.* 44. et 7. *ibid.* 10., 57., 59. et 62., ubi *Nipperd.* habet *Agedicum*. — De hoc videsis *Desjardins, Géogr. II.* 469 (coll. *Revue Celt. I.* 273) et *Lemaire* in *Diss.* ad opp. *J. Cæs. v.* 1. *p.* 471-480.

AGĒDŪNUM. *V.* ACITODUNUM.

AGĒLĀDĀS (Hageladas et Ageladas), æ, m. 1. (Ἀγελάδας: cf. voc. seq.) celeber statuarius, magister Myronis, Polycleti et Phidiæ, sæc. V. ant VI. a. Chr., origine Argivus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (55). et *Colum.* 10. 30., coll. *Pausan.* 6. 8.; 7. 24. et 8. 12. — Quo autem tempore floruerit et an duo fuerint hujus nominis statuarii, disputant eruditi. V. *Sillig.* in *Cat. Art.*, *E. Curtius, Stor. Gr. I.* 560. et *II.* 298. (tr. *M.-O.*) Torino 1884. et *Pape-Benseler, Wörtb. I.* 9.

AGĒLĀS, æ, m. 1. (Ἀγέλας: cf. ἀγέλη, *grex*) ¶ 1. Fuit rex Corinthiorum. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 988. Corinthiorum III. Agelas a. XXX. (*Agelaus* B) Cf. *Diod.* 7. 9. 3. ¶ 2. Item Bacchiades. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1095. Corinthiorum VI. Agelas a. XXX. Cf. *Diod.* 7. 9. 4.

AGĒLASTUS, i, m. 2. (Ἀγέλαστος, *risus expers, tristis*) ¶ 1. Speciatim — 1.°) Ita cognominatus M. Crassus, avus ejus, quem rapuerunt bella Parthica, quod numquam riserit, ut ajunt *Plin.* 7. *Hist. nat.* 19. 18. (80). et *Solin.* 1.; at semel tantum, ut *Lucil.* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 15. 31. — 2.°) Fuit epitheton Plutonis et Palladis apud antiquos. V. *Nork, Myth. Wört. I.* 44. ¶ 2. Generatim cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 16861.

AGĒLĀUS. *V.* AGELAS.

AGĒLIUS, ii, m. 2. (Ἀγέλιος) episcopus quidam Novatianorum a temporibus Constantini imp. usque ad ann. VI. Theodosii imp., de quo plura apud *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 28. et 9. *ibid.* 36., coll. *Socrat.* 4. 9. et 20. et *Sozom.* 6. 9. — *Agele* (*Acele* v. *Agile*) *es*, et *enis*, Ἀγέλη, cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 7486., 35147.; 5. 1166. — *Ibid.* 10. 270. Agileni (*dat.*).

AGELLĪUS. *V.* AGRIUS et GELLIUS.

AGELLUS, i, m. 2. (demin. ab *ager* v. *agnus*) ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 9989. — *Agella*, nom. demin. mul. *Ibid.* 6. 18764. ¶ 2. Est etiam nom. loci apud *Greg. M. ep.* 9., ut videtur, in Etruria.

AGENARICHUS, i, m. 2. nom. Alamannorum regis, apud *Ammian.* 16. 12. 1. et 25.

AGENDĪCUM. *V.* AGEDINCUM.

AGENNENSIS. *V.* AGENNUM.

AGENNĒTOS, i. m. 2. (Ἀγέννητος, *non generatus, ingenitus*) æon Valentinianorum. *Tertull. adv. Valentin.* 35. Cf. *Iren.* 1. *Hær.* 11. 3. et 5.

AGENNUM, i, n. 2. (Ἄγιννον *Ptol.* 2. 7. 11) Scribitur etiam *Aginnum* et *Agennum*.

Agennum, oppidum Nitiobrigum in Gallia Aquitanica, ad Garumnam fluvium, nunc *Agen*. Memorant *Auson. ep.* 29., *Hieronym. vir. ill.* 108., *Greg. Tur.* 6. *Franc.* 12., *Itin. Anton. p.* 461. et *Tab. Peuting.* 2. — *Ravenn. p.* 297. Aginnis (*plur.*). V. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 58. et *Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 117. — Hinc *Agennensis* et *Aginnensis*, ad Agennum pertinens. *Greg. Tur. op. cit.* 104. Vincentius autem Agennensis urbis et ipse martyr. — In plur. num., absolute, *Agennenses*, incolæ. *Id. ibid.* 9.

AGĒNOR, ōris, m. 3. (Ἀγήνωρ: ab ἄγαν, *valde*, et ἀνήρ, sc. *vir strenuus, præferox*: cf. *Eustath.* 86. 25) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Beli vel, ut alii volunt, Neptuni ex Eurynome seu Eurymede Nisi filia, v. ex Libye Epaphi filia, rex Libyæ v. Lydiæ v. Ægypti v. Phœniciæ primus, pro diversa auctorum sententia: immo sunt qui unum eumdemque fuisse putent cum *Chna* (Χνᾶ) v. Ochna (Ὀχνᾶ), corrupte pro *Chanaan* (V. *Chærob.* in *Theod. p.* 16. 5). Cf. tamen quæ de origine Argiva gentis Agenoreæ exponit *Dümmler, PW.* 1. 773. Memorant *Hygin. fab.* 75., 157., 178. et 179., *Isid.* 14. *Orig.* 4. 1., *Mythogr. II. fab.* 75. et 103.,

Serv. ad Virg. 1. Æn. 338. et 644. et Sil. It. 1. 88., coll. Hesiod. frg. 75. et Apollod. 2. 1. 4. et 3. 1. 1. — Fuit pater Cadmi et Europæ, quibus filiis maxime celebratus est. Senec. Œd. 715., coll. Horat. 3. Od. 27. — Ex ejus genere fuit etiam Dido, quæ una cum aliis Phœnicibus in Africam trajiciens Carthaginem condidit, quam proinde poetæ Agenoris urbem appellant, ut Virg. 1. Æn. 338. — Translate, de porticu Europæ. Martial. 11. 1. 10. sqq. turbam non habet otiosiorem Pompejus vel Agenoris puella vel primæ dominus levis carinæ (sc. porticus Argonautarum). — 2.°) Item Ægypti filius, ab uxore Enippe, Danai filia, vel a Cleopatra occisus. Hygin. fab. 170., coll. Apollod. 2. 1. 5. — 3.°) Item princeps Trojanus, filius Antenoris, conspicuus. Hygin. fab. 118. — In pugna cum Achille, quam describit Hom. Il. 21. 545-595., servatus fertur ab Apolline. Hygin. fab. 113. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 8. 12859. et alib.

ĀGĒNŌRĒUS vel Agenorius, a, um, adject. ¶ 1. Stricto sensu ad Agenorem Belidem pertinens. Stat. 1. Theb. 6. Agenorea lex. h. e. Agenoris prohibentis reditum filiis ante reductam Europam. Sabin. 3. 42. Agenoreæ boves. ¶ 2. Latiore sensu, ad Agenoris filios ac nepotes pertinens. Ovid. 3. Met. 308. Agenorea domus. h. e. Cadmi. Id. 6. Fast. 712. bos. h. e. is, sub cujus imagine Juppiter Europam Agenoris filiam abduxit. Similiter Stat. 3. Silv. 2. 39. juvencus. Auson. Ecl. n. 4. et 15. taurus. Val. Flacc. 4. 622. tecta. h. e. Phinei, Agenoris nepotis. Stat. 11. Theb. 571. Agenorei judicis urna. h. e. Minois, Agenoris nepotis. Id. 1. Achill. 598. Agenoreus Bacchus. h. e. Agenoris pronepos. Id. 3. Theb. 31. ductor. h. e. Eteocles, frater Ismenæ. ¶ 3. Latissimo sensu — a) Est idem ac Tyrius, Phœnicius. Sil. It. 7. 642. Purpura Agenoreis saturata micabat ahenis. h. e. murice celeberrimo Tyri, Phœniciæ oppidi, ubi Agenor regnavit. — b) Item Pœnus seu Carthaginiensis. Id. 1. 14. Agenoreæ arces. h. e. Carthago. Id. 17. 404. nepotes. h. e. Carthaginienses. Id. ibid. 58. terra. h. e. Africa, a Pœnis culta. Id. ibid. 392. ductor. h. e. Hannibal. Id. 12. 167. nubes. h. e. Pœnorum copia. — Hinc absolute

Agenorei, ōrum, m. plur. 2. Pœni seu Carthaginienses. Id. 6. 303.; 15. 343. et 17. 516.

ĀGĒNŌRĬA, æ, f. 1. dea industriæ apud Romanos, dicta ab agendo, quod homines ad agendum excitaret, ut docet Augustin. 4. Civ. D. 11., ubi alii leg. Agerona vel, perperam, Angerona. V. hanc voc.

ĀGĒNŌRĬDES, æ, m. 1. (patronym. ab Agenor) Voc. Agenoridē (i. e. Phineu). Val. Fl. 4. 582.

Agenorides, filius aut nepos aut ex posteris Agenoris. Ovid. 1. Pont. 3. 78. Agenorides Cadmus. Adde eumd. 3. Met. 8. et Val. Flacc. loc. cit., coll. 444. — Hinc absolute

Agenoridæ, ārum, m. plur. 1. dicuntur Thebani. Stat. 12. Theb. 786.; itemque Carthaginienses. Sil. It. 8. 1. et Serv. ad Virg. 1. Æn. 338. V. AGENOR.

ĀGĒNŌRĬUS. V. AGENOREUS.

ĀGĒNUS. V. AGGENUS.

ĀGĒPŎLIS, idis, m. 3. (Ἀγέπολις) Perperam mutatum fuit apud Polyb. 28. 14. 6. et alib. in Ἀγασίπολις: cf. Schweigh. ad Polyb. l. c. — Acc. Agepolim habet Liv. loc. cit. — Vox composita ex ἄγω, duco, et πόλις, urbs, quasi sit urbis ductor v. rector, borgomastro.

Agepolis, princeps legatorum Rhodiorum ad Romanos ob victoriam de Perseo, a. U. C. 586., de quo Liv. 45. 4., ubi Agesipolis legend. putavit Drakenb.

ĀGER, i, m. 2. universim portio terræ cultæ vel territorium civitatis v. urbis; speciatim vero de loco proprio accipitur, cum additis (Cf. AGGER), apud scriptores profanos atque sacros. Hinc Ager Agerensis, Curtianus, Tusculanus etc., quos V. suis locis. — Item Ager Fullonis (Hebr. Sedēh Kôbhēs) apud Vulg. 4. Reg. 18. 17., locus ex eo dictus quod ibi vestes sordidæ mundarentur aut recentes condensarentur, haud procul ab Hierosolymis. Adde eumd. Is. 7. 3. et 36. 2. — Item Ager Robustorum (Hebr. Hhelqath Hatzurim) apud eumd. 2. Reg. 2. 16., locus Palæstinæ in Gabaon ita dictus, quia ibi in pugna exciderunt viri fortes. — Item Ager sanguinis (Hhaqel Demā). V. HACELDAMA.

ĀGĒRĀTOS, i, m. 2. (Ἀγήρατος, senectutis expers, immutabilis) æon Valentinianorum. Tertull. adv. Valentin. 8., coll. Iren. 1. Hær. 1. 2.

AGERENSIS Ager, regio in Asia minore, de qua Cic. 2. Agr. 19. 50., ubi tamen aliter alii leg. V. Orell. Onom. Tull. p. 24.

ĀGĒRĪCUS (Agiricus), i, m. 2. nomen episcopi cujusdam Verodunensis, sanctissimi viri. Venant. 3. carm. 30. 5. Sic præsul splendore animi cum sole coruscas - Agerice sacer. Adde Greg. Tur. 8. Franc. 35. et 7. ibid. 44.

ĀGĒRĪNUS, i, m. 2. libertus Agrippinæ, matris Neronis imp., prænomine Lucius, de quo Sueton. Ner. 34. et Tac. 14. Ann. 6. et 7.

AGERIUS, ii, m. 2. ¶ 1. In titulis nom. gent. vir. Corp. Inscr. Lat. 7. 1336. 28. et 6. 32155. etc., ubi etiam Acerius et Aggerius — Ageria, nom. mul. Ibid. 11. 6712. 29. ¶ 2. Apud scriptores, Agerius, Auli filius, veteranus legionis Alaudæ. Hygin. gramm. p. 200. Lachm., ubi alii leg. Aggerius. — Item nom., fortasse a JCtis fictum, quo plerumque in causarum formulis actoris persona significatur. Dig. 46. 4. 18., Just. 3. 29. 2., coll. Hygin. loc. cit. Scæv. resp. dig. 35. 2. 27. Sejus et Aggerius. et Dig. 22. 1. 41. Ab Aulo Agerio Gaius Sejus mutuam q. quantitatem accepit.

ĀGĒRŌNA. V. AGENORIA.

ĀGĒSANDER, dri, m. 2. (Ἀγήσανδρος) Scribitur etiam Agesandrus et, cum aspiratione, Hagesander (Cf. Ἡγήσανδρος).

Agesander, sculptor Rhodius, insignis. Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (38). — Laocoontis opus mirificentissimum, fortasse non multo post Charetem Rhodium scholæ conditorem vel tempore Titi imp. (Tiersch epoch. 3. p. 110. ex Lessing) una cum Polydoro et Athenodoro, probabiliter suis filiis ac discipulis, confecit (Cf. Inscr. Gr. mutil. apud Winkelm. 6. 2. p. 207. et Marini, Inscr. Alb. cl. 5. n. 158. ΑΘΑΝΟΔΩΡΟΣ ΑΓΗΣΑ..ΡΟΔΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ). Plin. loc. cit. In Laocoonte, qui est in Titi imp. domo, opus omnibus et picturæ et statuariæ artis præponendum. Ex uno lapide eum et liberos draconumque mirabiles nexus de consilii sententia fecere summi artifices Agesander et Polydorus et Athenodorus Rhodii. — Porro hoc symplegma, artis prodigium (quod Virg. 2. Æn. 213. sqq. inspiravit et P. Costa versibus Ital. expressit) servatur Romæ in Museo Vaticano et descriptum habetur apud Visconti, Mus. Pio-Clem. II. p. 235-253. ed. Mediol., coll. Op. Var. IV. p. 187-162. et Welcher in Bull. dell' Istit. Arch. 1849. p. 12. sqq. et alib. Cf. etiam Michaelis, Gesch. d. Stat. in Vatic. Belv. Jarhb. d. Kais. d. arch. Inst. 5 (1890) 15. 16.; Baumeister, Denkm. 25. nr. 26. et Lessing, Laokon, Berlin 1880.

ĀGĒSARCHUS, i, m. 2. (Ἀγήσαρχος) Ptolemæi historici pater, Arnob. 5. p. 198.

ĀGĒSĬAS. V. HEGESIAS.

ĀGĒSĪDĀMUS, i, m. 2. (Ἀγεσίδαμος v. Ἀγησίδαμος = Ἀγησίλαος: ab ἄγω, duco, et δᾶμος Dor. pro δῆμος Att., populus, quasi ductor populi) cogn. vir. in Inscr. apud Fabretti p. 219. n. 622.

ĀGĒSĪLĀUS, i, m. 2. (Ἀγεσίλαος et Ἀγησίλαος: ab ἄγω, duco, et λαός, populus) Scribitur etiam Hagesilaus (Ἡγησίλεως Att., in Codd. quibusdam, et contract. Agesilas (Ἀγεσίλας Dor.) — Secunda syllaba communis est, ut ex nomine Græco patet, quod per ε vel per η effertur.

Agesilaus ¶ 1. In titulis cogn. vir. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 14. 2686. — Agesilais, idis (Ἀγεσιλαΐς) nom. mul. Ibid. 6. 1879. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Est filius Doryssei, ex genere Agidarum, rex Lacedæmoniorum, quo regnante, Lycurgus leges tulit. Hieronym. in Chron. a. Abr. 1060. Lacedæmonior. VI. Agesilaus a. XLIIII. — 2.°) Item filius Archidami regis ex Eupolia de genere Eurypontidarum, Lacedæmoniorum dux et rex, frater Agidis natu minor; sed, mortuo fratre, qui patri successerat, frustra contendente Leotychide, fratris filio, Lysandri ope, regno potitus. Nep. Ages. 1 (coll. Pausan. 3. 8). Id. 8. Tantus vir (Agesilaus) ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus etc. et ibid. Qui autem (Agesilai) virtutes noverant, non poterant admirari satis. Adde Cic. 2. Orat. 84. 341., 5. Fam. 12. et 2. Off. 5. 16., Val. Max. 7. 2. ext. 15., Frontin. 1. Strat. 4. 2. et 3.; 8. 12. et 10. 3. et alib. sæpe. — Tissaphernem in Asia, qui principatum tenebat inter Persas, devicit; deinde Athenienses ac Bœotios ad Coroneam, oppidum Peloponnesi, profligavit. Nep. Ages. 4., coll. Justin. 6. 4. et 5. — Fuit statura corporis brevis et altero pede claudus sed animo nobilissimus cum ex aliis tum ex Corn. Nepot. colligitur, ejus vitæ scriptore, ubi tamen quædam reprehendunt viri docti (V. Rink in Proleg. ad Æm. Prob. et Schlegel, Obs. in Corn. Nep. vitas), et ex Plut. in vit., qui Agesilaum cum Pompejo M. comparat. — De eo consulas etiam Niese, PW. 1. 796. sqq. et Hertzberg, Leben d. Königs Ages. II., Halle 1856. — 3.°) Est cogn. Plutonis. Lact. 1. Inst. 41. 18. Plutoni, cui cognomen Agesilao fuit, pars Occidentis obtingeret. Alii tamen rectius leg. Agelasio.

ĀGĒSIMBRŎTUS, i, m. 2. (Ἀγησίμβροτος; sed Ἀκεσίμβροτος Polyb. 17. 1. 2. et Inscr. Gr. 2358) præfectus quidam Rhodiorum classi contra Philippum, Macedoniæ regem, de quo Liv. 31. 46. et 47.; 32. 16. et 32. V. Wilcken, PW. 1. 805.

AGESINĀTES v. Agessinates, um, m. plur. 3. gens Aquitaniæ, fortasse ubi nunc Aisenay v. potius Azenay. Memorat Plin. 4. Hist. nat. 19. 33 (109). Combolectri Agessinates Pictonibus juncti etc. Alii tamen Combolectros ab Agessinatibus distinguunt.

ĀGĒSĬPŎLIS, idis, m. 3. (Ἀγησίπολις, i. q. Ἀγέπολις, ductor seu rector civitatis, vulg. borgomastro) — Genet. cum aspiratione, apud Vitruv. 1. 1. 6. Pausania Hagesipolidos filio duce.

Agesipolis, filius Cleombroti, rex Lacedæmoniorum, post breve regnum expulsus in Romanorum castra, adversus Philippum bellantium, venit; unde Romam legatus quum abiisset, a piratis interfectus est. Liv. 34. 26., coll. Polyb. 24. 11. et Vitr. loc. cit.

ĀGĒSISTRĀTUS, i, m. 2. (Ἀγησίστρατος, dux exercitus) artifex, qui de machinationibus scripsit et cujus commentaria adhibuit Vitruv. 7. præf. 14.

AGESSINĀTES. V. AGESINATES.

ĀGĒTĒ, es, f. 1. (Ἀγητή, admirabilis) cogn. mul. Græcanicum. Inscr. apud Murat. 1387. 10.

AGGÆUS, i, m. 2. (Hebr. Hhăggag. « festivus » LXX. Ἀγγαῖος) Scribitur etiam Aggeus, extrito a diphthongi, in Corp. I. L. 12. 5681. 2.

Aggæus ¶ 1. Generatim nom. vir. Semiticum. Corp. Inscr. Lat. 8. 4832. ¶ 2. Speciatim nomen prophetæ Judaici ex stirpe Aaronica, qui tempore captivitatis Babylone natus creditur; unde cum Zorobabel aliquando liber Hierosolymam venit. Vulg. Agg. 1. 1. et 3. et Hieronym. in proœm. ad Agg. et in Chron. a. Abr. 1492. Id. in Joel. præf. p. 185. Aggæus ἑορτάζων, quem nos festivum sive solemnem possumus dicere. et Ambros. ep. 30. Aggæi, id est epulantis, ut interpretatio declarat. — Scripsit librum, ubi Hebræos ad intermissam ædificationem templi pergendam hortatur erigitque in spem venturi Messiæ regnique Messianici, cujus initia, usque in sæculorum finem progressus ac perfectionem prænuntiat. Vulg. Agg. 2. 7. sqq. De hujus loci interpretatione V. Hetzenauer, Th. Bibl. 6. p. 600., et Philippe in Dict. Bibl. Vig. p. 1. 269. — Liber Aggæi divinus (Hebr. 12. 26. sq.), fortasse majoris compendium ab ipso auctore factum, ab omnibus fere criticis, etiam liberioribus, genuinum opus habetur, qui prophetare cœpit anno secundo regni Darii Hystaspis, non posterius, ut quidam ab Esdr. I. 6. 7. et 24. male deducunt (Cf. Re, op. c. 151), nempe an. a. Chr. 520. vel 521., scripsitque linguâ Hebraicâ chaldaismis admixtâ, simplici quidem oratione, interdum stilo vehementiore ac sublimiore, numquam tamen poetico. — Sunt etiam Psalmi, in Vulg. duo (Ps. 111. et 145), plures vero in Græc. et Syr., qui præ se ferunt nomen Aggæi (et Zachariæ), ex eo fortasse quod destinati fuerint usui liturgico, vel cum populo post reditum cantu recitati. — Ætate valde devexa obiit Aggæus sepultusque est Hierosolymis inter sacerdotes, teste Epiph. de vit. et int. Proph. 20. — De eo Pressel, Comm. zu d. Schrift. d. proph. Hagg., 1868.; Perowne Hagg. 1888. et Knabenbauer in Proph. min., 1903.

AGGAI. V. HAI.

AGGANAĬCUS, epitheton seu cognomen Jovis in quadam Ticinensi Inscr. apud Guasc. Mus. Capit. T. 1. p. 93. et T. 3. p. 222., qui arbitratur eam vocem compositam fuisse ex ἄγαν, valde, et γάνος, lætitia, ideoque illi interpretanda videtur lætifer. At Petr. Vict. Aldini in Lapidi Ticinesi p. 14. et Jo. Labus in Mon. Scop. in Canturio p. 26. rectius putant esse vocabulum Celticum, quod locum aliquem eminentem significet, ubi templum ipsi Jovi ædificatum fuerit, unde ita, ut alibi Capitolinus, Casius, Olympius, cognominaretur. Ita cl. Furlanetto in App. Cf. Juppiter Adcensicus in Mediolanensi Inscr. C. I. L. 5. 5783. et Adganais ibid. 5. 5671. Porro Celticam esse vocem et significare « collem » affirmat Steuding in Roschers G. R. M. h. v.

AGGAR et

AGGARITANUS. V. AGAR.

AGGĒNUS vel Agenus, i, m. 2. (Etiam Aggenius in MSS. et edit. libr.) nom. gent.; unde Aggenus Urbicus dictus scriptor rei agrariæ (Gromat. p. 59. et 403. Lachm.). Ps. Boeth. geom. p. 428. Si qui vero de controversiis et de qualitatibus et nominibus agrorum - scire desideraret, Julium Frontinum nec non Urbicum Aggenum legitet. — Urbici cognomentum est in titulo libri: Ageni Urbici de controversiis agrorum. et Colon. l. p. 246. ibid. — Scripsit commentaria in Frontin. et quædam alia edita a Goesio; creditur ante Theodosii vel etiam Antonini Pii tempora vixisse et sunt etiam qui retrahant ad Tiberii ætatem: non desunt præterea, qui Christianum fuisse putent; sed omnia hæc dubia sunt et debilibus innixa conjecturis. Certe stilus ejusmodi est, ut cadentem sapiat latinitatem: ceterum planus sermo et lucidus, ut ipse de se dicit init. comm. in Frontin. Ita sensit Forcellin. Cf. tamen Lachm. in Die Schrift. d. Röm. Feldmesser etc. Berl. 1852. p. 104.

AGGER, ĕris, m. 3. generatim tumulus terræ aut ruderis; speciatim vero cum propriis quibusd. nominibus in unam quasi dictionem coalescit, ut Agger a Proseucha in Inscr. Rom. apud Orell. n. 2525. V. ibi, quid adnot. ipse Orell. — Item Agger Tarquinii, celeber Romæ, qua orientem spectat, monimenti causâ inter Esquilinum et Quirinalem a Tarquinio Superbo exstructus. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9 (67). Cf. tamen Niebuhr, Röm. Gesch. v. 1. p. 401. et Becker, Handb. d. Röm. Altert. P. 1. p. 171. V. etiam Lexic. ad v. AGGER. — Item Agger Aurelius, h. e. via Aurelia, apud Rutil. Itin. (de red. suo 1.) 39. — Item Agger Milvius, pons Milvius. Stat. 2. Silv. 1. 176.

AGGERITĀNUS. V. AGAR.

AGGI, indecl. m. (Hebr. Hhagghi « festivus »; LXX. Ἀγγίς: fortasse contract. ab Hhagghiyāh « festivitas mea Yah ». Cf. 1. Par. 6. 15. Scribitur etiam Haggi, cum aspiratione, Gen. 46. 6., ut vox Hebraica) filius Gad et nepos Jacob, a quo familia Aggitarum v. Haggitarum. Vulg. Num. 26. 15.

AGGĪTÆ, ārum, m. plur. 2. V. voc. præc.

AGHO, ōnis, m. 3. nomen dei ignoti apud Bigerros, Galliæ Aquitanicæ gentem. Inscr. apud Orell. n. 1954. et apud Bladé, Epigr. antiq. de la Gasc. n. 151., 152., 153. et 155. Fortasse legend. Agelo, ut in ea, quæ reperta est ad Bagnères (AGHONI DEO LABUSIUS V. S. L. M.). V. Mérimée, De antiq. aquar. relig. p. 76. et etiam Bimard in Proleg. ad Murat. Thes. T. 1. p. 56. Cf. (Juppiter) Agganaicus. V. hanc. voc.

AGIDŪNUM. V. ACITODUNUM.

AGILIMUNDUS, i, m. 2. subregulus Quadorum, de quo Ammian. 17. 12. 21.

ĀGĬLIS, is, m. et f. 3. (ago) ¶ 1. Generatim nom. serv. ac libert. et cogn. — a) Masc. Corp. Inscr. Lat. 6. 647., 2440. et 14909. — Fem. Ibid. 15175. — Hinc Agilius, nom. gent. Ibid. 8. 2751. — Agilius Cominius v. Cosmianus in Cod. Greg. 13. 4. 1. et Just. 8. 55. 1. ¶ 2. Speciatim christianus quidam a Paulino Nol. in Africam missus cum Romano ad Augustinum. Paulin. Nol. ep. 6. (al. 1). et Augustin. ep. 31 (al. 34). — Est etiam nom. equi. Corp. Inscr. Lat. 8. 12509. 20.

ĀGILLA. V. AGYLLA.

AGILLÆI. V. AGYLLÆI.

AGILLINI. V. AGYLLINI.

AGILO, ōnis, m. 3. tribunus quidam Stabuli (vulgo contestabile, conestabile, quasi comes stabuli), Constantio imp. a. 354. Ammian. 14. 10. 8.

AGILULFUS v. Agilulphus, i, m. 2. (i. e. juvenis adjutor), Langobardorum rex. Greg. M. ep. 5. et alib.

ĀGINATIUS, ii, m. 2. nom. gent. Etrusc. (Cf. Corp. I. Etr. 1. 686); unde consularis Africæ Byzacenæ a. 363. Cod. Theod. 11. 20. 1. et vicarius Urbis a. 368., indigno supplicio a Maximiano eodem anno affectus, ut ait Ammian. 28. 1. 30-56.

AGĪS, idis, m. 3. (Ἆγις v. Ἧγις Ion. apud Her. 7. 204) Perperam Hagis cum aspiratione apud Curt. V. Zumpt ad ejusd. 8. 5. 8. At Oros. 2. Hist. 18. 1. et 2. Hagidis. — Acc. Agin est Curt. 6. 1 (2). 12.; Agim vero Cic. 2. Off. 28. 80. Alii tamen aliter leg. — Est ab ἄγω, duco, idem qui Ἀγίας, dux.

Agis, nomen quattuor regum Lacedæmoniorum, quorum origo est ab Aristodemo et Eurysthene, ex Heraclidarum stirpe, qui fuit pater Agidis I.; unde Agidarum v. Agiadarum familia, quæ Spartæ regnum usque ad Cleomenem tenuit, una cum alia Proclidarum seu Eurypontidarum dicta, a patruo Agidis sive ab alio Aristodemi filio, Eurysthenis fratre, Procle, descendenti; mos enim erat, ut Lacedæmonii duos simul semper haberent reges, nomine magis quam imperio, ut ait Nepos Ages. 1. Memoratur — a) Agis I., filius Eurysthenis, rex a. 1059. Hieronym. in Chron., coll. Paus. 3. 2. 1. — b) Agis II., filius Archidami II., genere Eurypontidarum, rex a. 427., tempore belli Peloponnesiaci. Justin. 5. 1. et 2., coll. Diod. 12. 18, et 79. et 13. 5. sqq., Paus. 3. 8. et Plut. Ages. 2. — c) Agis III., filius Archidami III., genere Eurypontidarum, bello contra Macedones illustris, rex a. 338. Justin. 12. 1., coll. Oros. 3. Hist. 18. et Plut. in Agid. 13. — d) Agis IV., rex a. 244., ultimus Eurypontidarum, Eudamidæ II. filius. Cic. 2. Off. 28. 80. — De his V. Drogsen, Hellen. III. 1. 420. sqq. et Niese, PW. 1. 816-821.

AGLĀIA, æ, et

AGLĀIĒ, es, f. 1. (Ἀγλαΐα et Ἀγλαΐη) Vox conferenda cum Gr. αἴγλη, splendor, et ἀγλαός, splendidus, magnificus, ut splendorem ac pulcritudinem et etiam lætitiam voluptatemque significet; hinc et demulcens explicatur a Mythograph. III. fab. 11. p. 2. — Prior syllaba videtur communis Furlanetto in adn. et Wagner in El. ad M. Valer. Corv. Messal. Miscell. XXIII. 5. Catal. tamen loc. cit. producitur. Cf. AGLAURUS.

Aglaie, una ex Gratiis, Jovis filia et Vulcani uxor. Mythograph. I. fab. 132. ed. Mai, coll. Hesiod. Theog. 909. Memoratur Catal. 11. 60. Cynthius et Musæ, Bacchus et Aglaie. Adde Senec. 1. Benef. 3. 6 — Hinc Aglaias (Ἀγλαϊάς), cogn. mul. Corp. Inscr. 6. 11256. et Aglais (idis), Ἀγλαΐς, ibid. cogn. mul. Græcanicum, 6. 9468. et 29562. et Inscr. Notiz. degli scavi 1898. p. 254.

AGLĀŎPHON, ontis, m. 3. (Ἀγλαοφῶν: cf. ἀγλαός, splendidus, et φαός, lux, quasi luce splendens: vel φωνή, sonus, quasi pulcre v. læte sonans) pictor Thasius, pater ac præceptor Polygnoti et Aristophontis. Plin. 33. Hist. Nat. 9. 36 (60)., Cic. 3. Orat. 7. 26 (coll. Paus. 10. 24., Plat. Gorg. 1. 448. et Athen. 12. 543). Quintil. 12. 10. init. Primi, quorum quidem opera non vetustatis modo gratia visenda sint, clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus atque Aglaophon etc.

AGLĀŎPIS. V. SIREN.

AGLĀOSTHĔNĒS, is, m. 3. (Ἀγλαοσθένης: ab ἀγλαός et σθένος, vis, fortitudo) rerum scriptor, ex insula Naxo. Schol. Germ. ad Arat. 314. Aglaosthenes, in Naxiacis. Sic Hygin. 2. Astr. 2. Aglaosthenes, qui Naxica conscripsit. Adde Lactant. 1. Inst. 2. et Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (66)., ubi alii minus recte leg. Ægiosthenes. — Hujus fragmenta collegit Müller, Hist. Gr. fragm. T. 4. p. 293. sq. — De eo V. Wellmann, PW. 1. 825.

AGLĀTIS. V. voc. seq.

AGLĀTĬUS, ii, m. 2. (ἀγλαός) nom. gent. vir. Inscr. apud Momms. n. 5424. M AGLATIVS DIOCHARES POSVIT. Ex puncti omissione post M ipse Momms. legend. conjicit junctim MAGLATIVS. Cf. tamen Aglatis, cogn. mul. in alia chr. apud eumd. SANCTO ISPIRITO (sic) EGLATIES AGLATIS. ubi sancto ispirito fortasse est Christianorum formula pro ethnica diis Manibus.

AGLAUROS et

AGLAURUS, i, 2. (Ἄγλαυρος et Ἄγραυλος: hinc Agraulus, litterarum l et r permutatione soni et loci usitata; sed prior forma præferenda: v. Roscher, Gr. u. R. Myth. 1. p. 105). Etymon petitur ab ἀγλαός v. rectius ab αἴγλη, lux, et αὔρα, aura matutina, ut sit lux matutina; aliunde tamen Mythograph. II. fab. 40. ed. Mai.

Aglaurus ¶ 1. Generatim cogn. vir. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 6. 7485-7486. — Aglaure (es), Ἀγλαύρη, cogn. mul. Ibid. 6. 7378. ¶ 2. Speciatim — a) Masc.: filius Erechthei ex filia Procride susceptus, teste Hygin. fab. 258. — b) Fem.: filia Cecropis, regis Athenarum, soror Pandrosi et Hersæ, quam Mercurius in saxum vertit, quod aditu suæ domus eum prohibere ausa fuerit. Fabula est apud Ovid. 2. Met. 700-832., coll. Apoll. 3. 14. 2. et Paus. 1. 21. 4 (V. Kaibel, Epigr. 1046., coll. Dittenberg., Hermes XX. 2). — Alii filiam Erythiæ dicunt (Mythogr. II. fab. 37); alii fabulam aliter narrant (Hygin. fab. 166.). — In ejus honorem celebrabantur Athenis Plyntheria quotannis (Schœmann, Antt. Gr. 3. p. 372). — De monum. artis cf. Stark, Ann. dell' Istit. Arch. 1860. et Jahn, Beschr. d. Vas. in Münch. n. 376. et 415.

AGLĀUS, i, m. 2. (Ἀγλαός) ¶ 1. In titulis nom. et cogn. vir. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 6. 12087. et 21627. Ibid. 11798. Aglaus. — Aglais, cogn. mul. V. AGLAIE. ¶ 2. Apud scriptores, Aglaus Psophidius, a Psophide, Arcadiæ oppido, dictus, ipso Gyge, rege potentissimo ditissimoque, ab Apolline declaratus felicior. Val. Max. 7. 1. 2., Auson. Sept. Sap. in Solon. 27. et Solin. 1. fin. Plin. 7. Hist. nat. 46. 47 (151). Minima cupiditate minimum in vita mali expertus.

AGNĒ v. Agnes. V. HAGNE.

AGNELLUS. V. AGNUS.

AGNŌDĬCĒ, es, f. 1. (Ἀγνοδίκη et Ἁγνοδίκη) Scribitur etiam Hagnodice cum aspiratione, ut altera vox Gr. — Fortasse vocis origo petenda est ab ἀγνοέω, ignoro, et δίκη, fas, quasi sit ignara juris. De ea ita Forcellin. ex Hygin. fab. 274. « Athenienses caverant, ne quis servus aut femina artem medicinæ disceret. Agnodice quædam, puella virgo, abscissa coma, habitu virili se Herophilo tradidit in disciplinam, a quo probe edocta parturientes mulieres curabat. A medicis dolentibus, se ad feminas non amplius admissos, in judicium pertracta, quod dicerent hunc esse illarum corruptorem, coram Areopagitis tunica adlevata se feminam esse ostendit. Tunc Athenienses legem emendarunt et artem medicam discere mulieribus ingenuis permiserunt ».

AGNŌĪTA (Agnoeta) et Hagnoita, æ, m. 1. (Ἀγνοείτης v. Ἀγνοήτης: ab ἀγνοέω, ignoro) Isid. 8. Orig. 5. 66. Agnoitæ ab ignorantia dicti) nomen hæreticorum, quorum duplex fuit genus: alteri, sæc. IV., negarunt Deum esse omniscium, sed quæ præterissent, memoria tenere; quæ vero futura sint, divinatione cognoscere, ut tradit Socrat. 5. Hist. 24.; alteri, sæc. VI., duce Themistio, diacono Alexandrino, Christum quædam ignorasse ex euang. Marc. 13. 32. et Joh. 11. 34 inferebant. Ita Isid. Augustin. de div. quæst. 83. qu. 60., Hilar. de Trin. 10. 8. et Sophron. in ep. synhod. ad Serg. Greg. M. ep. 10. Diem ergo et horam judicii scit Deus et homo, sed ideo quia Deus et homo (non ut purus homo). Res autem valde manifesta est, quia quisquis Nestorianus non est, Agnoita esse nullatenus potest. Scriptum quoque est: « Sciens Jesus, quia omnia dedit ei Pater in manus » (Joh. 13. 3). Si omnis, profecto et diem judicii et horam. Quis ergo ita stultus est ut dicat, quia accepit Filius in manibus quod nescit? Cf. etiam Athan. Orat. 3. c. Arian. et Greg. Naz. orat. 30. — Ceterum de re Christo probe nota, quia hic et filium Dei se vocat et est judex constitutus et omnia habet in manibus; sed quæ sit aut non sit ab eo communicanda hominibus, ipsius verba communius explicantur. De hoc plu-

rimi disputarunt, quos inter Holler, De Loc. Th.; Knabenbauer in Matth. et Mr.; Vigouroux, Man. Bibl.; Powel, The Principle of the Incarn. apud Tanquerey, Synops. Th. Dogm. t. 1.; Cellini, Saggio stor. crit.

AGNON et Agno (Hagnon), ōnis, m. 3. (Ἄγνων v. Ἅγνων: ab ἀγνοέω, ignoro; vel ab ἄγειν pro ἄγειν, ut apud Cretes, teste Hesych., quasi κυνηγός, venator) ¶ 1. Fuit celeber venator Bœoticus, Astyli filius. Grat. Cyneg. 213. ¶ 2. Item Tejus, præfectus Alexandri M., de quo Plin. 33. Hist. nat. 3. 14. (50). ¶ 3. Item orator Atheniensis, Agnonides etiam dictus ex usitata nominum commutatione, de quo Nepos Phoc. 3. — Opus exaravit, inscriptum Rhetorices accusatio, de quo judicium fert Quintil. 2. 17. 15.

AGNŌNĪDES (Hagnonides), is, m. 3. patronym. ab Agnon. V. voc. præc.

AGNUS (Hagnus), i, m. 2. cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 2987. — Est etiam titulus D. N. Jesu Christi, ob ejus mansuetudinem et salutiferam immolationem, sacrificio paschali apud Hebræos præfigurati. Vulg. Joh. 1. 36. et Apoc. 5. 12.; 7. 16. et alib., coll. Is. 16. 1., quem tamen locum alii aliter interpretantur (V. Re, op. c. p. 456., Cornely, Intr. I. 427. et Knabenbauer in Is. p. 343. sqq.). — Hinc Agnellus, demin. nom. apud Christianos, usitatum ultimis R. imperii temporibus. Cassiod. 1. Var. 15. 2. et 27. 5., Ennod. 7. ep. 4. 4. 11. et Inscr. apud Momms. n. 6691. — Agnella, nom. mul. Ennod. 9. ep. 25. et Greg. M. ep. 9. et Inscr. apud Labus in Amoretti, Viagg. ai tre laghi ed. p. 233., ubi Agnela pro Agnella. et in Corp. I. L. 11. 2588., ubi Agnilla; et apud Judæos quoque ibid. 9. 6224. HIC RSQVIESCIT GESVA CVM OXORE SVA AGNELLA.

AGON, ōnis, m. 3. (ἀγών, ῶνος, certamen publicum) nomen loci et personæ.

I.) Agon, nomen loci ¶ 1. Cum additis est fere communis significationis; hinc Agon Albanus, Capitolinus, Herculeus, Neroneus, Olympicus, Pythius etc. V. suis locis. — De hujusmodi Agonibus cf. Meier et Reisch, PW. 1. 836-867. ¶ 2. Absolute, locus in Palæstina, ita dictus, quia, ut ait Ambros. ep. 19. n. 22., Samson ibi gloriosum certamen virtute egregia consumpsit. Fortasse ipse apud Jos. Antt. 5. 8. 8. pro Σαγών, maxilla, leg. Ἀγών. Cf. Vulg. Jud. 15. 14. sqq. et V. RAMATHLECHI. ¶ 3. Item, indecl., fluvius Æthiopiæ. Ravenn. p. 118., coll. Hesych. ποταμὸς Ἀγῶνος παρὰ τὴν Αἰθιοπίαν.

II.) Agon, cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 8. 2551. et 6. 4539. — Agonis, nom. mul. V. suo loc.

AGONACES, is, m. 3. Zoroastri præceptor. Plin. 30. Hist. nat. 1. 2. (4). ubi tamen alii leg. Azonaces.

ĀGŌNĀLIA, ium, n. plur. 3. et

ĀGŌNĀLIS, e, adject. V. in Lexico.

ĀGŌNENSIS, e, adject. ad Agonum montem pertinens. Hinc Agonensis, porta urbis Romæ, quæ et Collina et Quirinalis dicitur, hodie porta Salaria. Ita appellata est, quod per eam ad Quirinalem collem ibatur, qui olim Agonus v. Agonius dictus est: vel fortasse quod circa ea loca Agonalia celebrabantur. Paul. ex Fest. 10. 7. — Agonenses Salii sacerdotes vocati sunt ii, qui sacrarium in Quirinali monte habuerunt, a rege Hostilio instituti. Iidem et Collini. Memorantur Varr. 6. L. L. 14. «In libris Saliorum, quorum cognomen Agonensium». (V. LIBERALIA in Lexic.). Sunt tamen, qui h. l. non Salios sed libros eorum Agonenses dictos putent. V. Orelli in Onom. Tull. p. 24. et p. 520.

ĀGŌNĬA, ōrum, n. plur. 2. V. hanc voc. in Lexico.

ĀGŌNIS, idis, f. 3. (Ἀγωνίς) Acc. Agonida apud Avien. loc. cit.

Agonis ¶ 1. Est nom. mul. Græcanicum, quo appellabatur liberta Veneris Erycinæ, patria Lilybetana, de qua Cic. Divin. in Cæcil. 17. 55. ¶ 2. Est etiam nom. insulæ in oceano Atlantico, haud procul a promontorio Sacro, hodie Capo S. Vincenzo, in Hispania. Avien. Or. 214.

ĀGŌNĬUM, ii, n. 2. V. hanc voc. in Lexico, ubi addendum est Agonium Martiale, ex Macrob. 1. Saturn. 4. 15.

ĀGŌNĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. gent. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 11258. — Agonia, nom. mul. Ibid. ¶ 2. Est etiam deus præsens rebus agendis, cui Agonalia dicata erant. Paul. ex Fest. 10, 5. sqq., ubi de colle Quirinali etiam mentio est.

ĀGŌNUS, i, m. 2. V. AGONENSIS.

ĀGŎRĂCRĬTUS, i, m. 2. (Ἀγοράκριτος: ab ἀγορά, concio, forum, et κριτής, judex), statuarius et sculptor, Phidiæ discipulus, Parius, de quo Plin. 36. Hist. nat. 5. 4 (16. et 17)., coll. Strab. 1. 32. 2. — Quattuor tantum opera Agoracriti memorantur, nempe status Athenæ Itoniæ, Jovis, Cybelæ et, ceterarum nobilissima, Nemesis Rhamnusiæ. V. Plin. loc. cit., Strab. 9. 396., Suid. et Phot. in Ῥαμνουσία Νέμεσις, coll. Pausan. 9. 34. 1. et Mel. 3. 2. 6. — De postrema tamen mirifice disputarunt eruditi (Winckelm. opp. 6. p. 42. atque interp. T. 6. P. 2. p. 60. sqq.; Meyer in Hist. Art. 1. p. 85. sq. et 2. p. 83-86. al.), quam alii Agoracrito, alii vero Phidiæ aut Diodoto tribuerunt. V. Sillig. in Catal. Artif., ubi rem fuse pertractat, et C. Rogert, PW. 1. 882. sq.

ĀGŎRASTŎCLĒS, is, m. 3. (Ἀγοραστοκλῆς, emptor gloriæ) De nominis forma fusius egit K. Schmidt, Hermes 37 (1902) 354. — Acc. Agorastoclem (Agorastoclen P) apud Plaut. Pœn. 707. — Voc. Agorastocles, ibid. 205., 248. et alib. sæpe. — Agorastocles, persona adulescens, de qua Plaut. in comœdia, quæ Pœnulus inscribitur.

ĀGŎRĔUS, i, m. 3. (Ἀγορεύς, contionator) filius Pandionis, Atheniensium rex, apud Hygin. fab. 48., ubi rectius alii leg. Ægeus.

ĀGŎRĬUS, ii, m. 2. (Ἀγώριος) nomen ad familiam Rom. pertinens, quæ ultimis imperii temporibus floruisse videtur. Hinc præcipuus Vettius Agorius Prætextatus, philosophus sæc. IV. post Chr., de quo Boeth. De interpr. ed.² I. p. 289. et Macrob. 1. Saturn. 24. 21. et alib. Fuit augur, pontifex Vestæ et Solis, XV. vir, curialis Herculis etc., in rep. quæstor candidatus, prætor urb., corrector Tusciæ et Umbriæ, consularis Lusitaniæ, proconsul Achaiæ, præf. urbi, legatus a Senatu missus V., præf. præt. 11. Italiæ et Illyrici. Inscr. apud Donati 72. 2. Cf. Orelli Inscr. 2354. et Zosim. 4. 3. et Cod. Theod. 6. 5. 2. et Justinian. 1. 54. 5. — Uxor ejus Aconia Fabia Paulina hæc posuit in Inscr. metrica, quam sculpendam in viri sepulcro curavit: tu quidquid lingue utraquest proditum Cura sophorum porta quis cæli patet Vel quæ periti condidere carmina Vel quæ solutis vocibus sunt edita, Meliora reddis quam legendo sumpseras etc. (V. Bücheler in Ind. sest. 1870. p. 13-15.). — Scripsit, seu sermone Latino reddidit priores posthumosque Analyticos non vertendo Aristotelem sed transferendo Themistium, ut ait Boeth. loc. cit.; et fortasse opus De X. Categoriis, Augustino tributum, ut putat G. S. Teuffel, op. c. 2. p. 584. Bernhardy, Grundriss d. Röm. Litt. p. 348. eum dicit «ein warmer Anhänger der Mystik und aller Geheimdienste»; et rursus p. 355.: «der eifrige Vertreter der heidnischen Mystik, als produktiv». — Agoria (Vettia-Prætextata), nom. mul. Inscr. apud Scacchi, Sacr. Elæochr. myr. p. 125.

AGRA, æ, f. 1. nom. personæ et loci.

I.) Agra, nom. serv. (fortasse ab ἄγρα, captura) in Inscr. apud Momms. n. 965. — Item cogn. vir. in alia apud Furlanetto, Lep. Patav. p. 327. — Utrubique legitur Agre. V. hanc voc.

II.) Agra, nom. loci ¶ 1. Est oppidum in Arabia ad sinum Ælaniticum. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (156). — Græce est Ἔγρα Steph., non confundenda cum Egra, quod est aliud Arabiæ oppidum. Cf. AGAR. ¶ 2. Item oppidum in Africa, apud Morcell. Afr. Chr. T. 1. p. 72. sq.

AGRÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἄγραι) ¶ 1. Est oppidum Arcadiæ. Plin. 4. Hist nat. 6. 10 (20). ¶ 2. Item oppidum, fortasse idem atque Acræ, in Itin. Anton. p. 89. et Tab. Peuting. 7 (V. Hülsen, PW. 1. 1192).

AGRÆI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀγραῖοι) ¶ 1. Gens Arabiæ, iidem fortasse qui Agareni, armis præstantes. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (154). et ibid. (161). et Avien. Orb. 1113. ¶ 2. Item populi Ætoliæ Liv. 32. 34., communius Agrianes dicti.

AGRĂGANTĪNUS. V. ACRAGANTINUS et AGRIGENTINUS.

AGRĂGANTUM, i, n. 2, oppidum in Ætolia, ubi erat oraculum Apollinis. Jul. Val. 1. Gest. Alex. M. 63. V. Mai ad l. Cf. AGRIGENTUM.

AGRĂGĀS. V. ACRAGAS.

AGRĂGIĀNUS. V. ACHRADINUS.

AGRANIS, is, f. 3. oppidum ad eum Euphratis locum, ubi finditur, e maximis, quod diruerunt Persæ, ut ait Plin. 6. Hist. nat. 26. 30. (120)., ubi alii leg. Agrani.

AGRAULUS, i, m. 2. (Ἄγραυλος) ¶ 1. Est cogn. vir. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 5. 7485. et 7486. ¶ 2. Item idem atque Aglaurus, ex usitata litterarum permutatione. V. hanc voc.

AGRAVONĪTÆ, ārum, m. plur. 2. populus Illyricus apud Liv. 45. 26. At Weissenb. leg. Agranonitæ. V. etiam Drakenb. ad l.

AGRĒ, es, f. 1. (Ἄγρη) ¶ 1. Est canis Actæonis, ab ἀγρά (Ion. ἀγρή), venatio, dictus Ovid. 3. Met. 212. et Hygin. fab. 181. V. ACTÆON. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 9. 819. 3587. et 6. 8089. V. etiam AGRA.

AGRESTIS, is, m. 3. (ager) ¶ 1. In titulis nom. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 10. 4923. et 3. 1398. Inscr. apud Momms. n. 5382. Agrestes (sing.) — Hinc Agrestus in vase, ibid. 3. 12014. 106. — Agrestius, nom. vir. Ibid. 6. 47. Adde Cod. Th. 11. 30. 42. et Hydat. in Chron. II. p. 22., 102.; et Agrestia, nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 9. 1392. AGRESTIA SPES. — Agrestinus (a), cogn. Conc. Matisc. a. 613-628. et Corp. I. L. 5. 4388. Ibid. 3. 8953. Acrestina. ¶ 2. Speciatim Julius Agrestis centurio, de cujus fide et constantia Tac. 3. Hist. 54. ¶ 3. Item epitheton Laris seu potius Silvani in Inscr. apud Orell. n. 1604., coll. Henzen, Suppl. Orell. ad h. v. — Sic Agrestis Alcides apud Stat. 3. Silv. 1. 10. Cf. Agrestes fluviorum Nymphæ apud eumd. 4. Theb. 684. et Agrestes Satyri apud Horat. A. P. 233.

AGRĔUS, i, m. 2. (Ἀγρεύς, venator) Acc. Agrea, Græca positione, apud Stat. 10. Theb. 682. — Est vox disyllaba apud eumd. 6. ibid. 912.

Agreus ¶ 1. In titulis cogn. vir. Græcanicum. Corp. Inscr. Lat. 14. 472. ¶ 2. Apud mythologos, Apollinis et Cyrenes filius. Justin. 13. 7. Hygin. tamen fab. 161. Agreus (Argeus F) ex Eubœa Macarei filia (Apollinis filius). — Item miles quidam Pylius. Stat. loc. cit. Adde eumd. 8. ibid. 441. Calydonius Agreus. et 6. 912. Epidaurius Agreus.

AGRĬĀNES, um, m. plur. 3. vel Agriani, ōrum, 2. (Ἀγριᾶνες), gens Thraciæ. Cic. Pis. 37. 91., ubi alii Agræi leg. V. Orelli, Onom. Tull. p. 25. et Schweigh. ad Polyb. 17. 5. 8. et Forcellin., qui Agrianes et Agræos pro iisdem habent; at Schmidt hos ab illis distinguit, quos Thraciæ v. Pæoniæ adscribit. Ceterum Steph. Byz. Ἀγραῖοι, Ἀγριεῖς = Ἀγριᾶνες. V. Wentzel, PW. 1. 891.

AGRĬĀNŎMĒ, es, f. 1. (Ἀγριανόμη, silvestris v. silvestri more vivens) nom. mythicum. Hygin. fab. 14. (in Argonautarum catalogo) Oileus Leodaci et Agrianomes, Personis filiæ, filius ex urbe Naryce.

ĀGRĬCĒ, es, f. 1. (ἀγρίκη, agrestis) cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 10. 1208.

AGRĬCIUS. V. AGRŒCIUS.

AGRĬCŎLA, æ, m. 1. Scribitur Agricula in Inscr. apud Momms. n. 2775 (C. I. L. 10. 3563. in tit. vitioso). Græce est Ἀγρικόλας apud Cass. Dion. 39. 50. 4.; semel Ἀγρικώλας in papyro: v. Wessely, Wien. Stud. 24. 1902. p. 112.

Agricola ¶ 1. In titulis — 1.º) Est cogn. virorum sive humilium sive nobilium, præsertim in gente Attilia, Calpurnia, Julia et Viria. Corp. Inscr. Lat. 6. 8553., 3. 70., 7505., 6. 1984, 46. etc. — Aliquando cognom. inditum ob merita erga agricolas. Ibid. 10. 3563. — Hinc Agricolanus (Agriculanus) cogn. vir. Cod. Th. 9. 1. 3 (a. 322). — 2.º) Est etiam nomen equi. Inscr. Rev. archeol. 41 (1902) p. 436. 12. — Agricolia, nom. mul. Inscr. Rhen. Bramb. 1526. ¶ 2. Apud scriptores, Agricola — 1.º) Fuit vir illustris, de quo libellum scripsit Tacitus, sc. Cn. Julius Agricola, cos. suff. a. 77., veteri eademque no-

bilissima Forojuliensium colonia ortus. — 2.º) Item insignis martyr Bononiensis sub Diocletiano et Maximiano impp., de quo Ambros. Exhort. Virg. Paulin. Nol. carm. IX. Nat. s. Felic. 432. Vitalem Agricolam Proculumque Bononia condit - Parque salutiferis texit victoria palmis. — 3.º) Item frater uxoris Apollinaris Sidonii, filius Aviti imp. (Cf. Seeck, PW. 1. 892), ad quem datæ sunt ejusd. Sidon. epp. 1. 2. et 2. 12., coll. Ruric. ep. 2. 32. p. 415. — 4.º) Est etiam epitheton diis quibusd. tributum, qui agriculturæ præsunt, uti sunt Bacchus, Ceres, Fauni, apud Varr. 1. R. R. 1. 4. et Tibull. 2. 1. 36. — Absolute deus Agricola est Priapus, apud eumd. 1. 1. 14. et 1. 5. 27. ¶ 3. Item titulus comœdiæ Atellanæ Novii, cujus fragmenta collegit Ribbeck, Comic. Lat. rel. p. 215. sq. Cf. PAPPUS Agricola.

AGRĬGENTĪNI, ōrum. V. voc. seq.

AGRĬGENTĪNUS (Agragantinus), a, um, adject. (Ἀκραγαντῖνος) Secundam licenter produxit Sidon. carm. 2. 366. Agrigentini recolit dispendia campi.

Agrigentinus, ad Agrigentum pertinens. Lucret. 1. 716. Agrigentinus Empedocles. Cic. 4. Verr. 22. 48. Nymphodorus, Liv. 36. 31. Hierocles. Frontin. 3. Strat. 4. 6. Phalaris. Plin. 31, Hist. nat. 7. 41. (86). et Solin. 5. sal. Id. 5. locus. et 45. regio. — Hinc absolute

Agrigentini, ōrum, m. plur. 2. incolæ Agrigenti. Cic. 2. Verr. 50. 123. et 2. Off. 7. 26. Val. Max. 3. 5. ext. 2. et Inscr. apud Orell. n. 151. — Fuerunt fortissimi viri et diligentissimi oratores, teste Cic. 5. Verr. 43. 93.; tum etiam equorum educatores, quos ad certamina Olympia mittebant, mortuos vero tumuli pyramidibus decorati honore afficiebant, ut videre est apud Plin. 8. Hist. nat. 42. 64. (155). et Solin. 45. Cf. Virg. 3. Æn. 704., ubi de ἱππομανία Agrigentinorum V. Heyne.

AGRĬGENTUM, i, n. 2. (Ἀκράγας) Scribitur Græcorum forma etiam Acragas et Agragas, quod una cum vocis etymo vide in ACRAGAS. — De quantitate secundæ syllabæ V. voc. præc.

Agrigentum, oppidum Siciliæ in ora australi, ad ostia Acragantis fluvii inter Pachynum et Lilybæum promontorium, hodie Agrigento, Girgenti (de quo cf. Momms. Corp. 10. p. 787. et Hülsen, PW. 1. 1187), a poetis Græcis atque Latinis Acragas quoque adpellatum. Plin. 3. Hist. nat. 8. 14 (90). Oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere. Adde Liv. 24. 35. et alib. sæpe, Cic. 3. Rep. 33. 45., Frontin. 3. Strat. 10. 5., Flor. 1. 18. 12. et Solin. 5. — Agrigentum ob salinarum metalla laudat Solin. loc. cit., ob opulentiam agrique feracitatem Diod. 13. 81. et ob eximiam pulcritudinem ita affatur Pind. Pyth. 12.: Αἰτέω σε, φιλάγλαε, καλλίστα βροτεᾶν πολίων - Φερσεφόνας ἕδος, ἅ τ᾽ ὄχθαις ἔπι μηλοβότου - ναίεις Ἀκράγαντος ἐΰδματον κολώναν κ. τ. λ. — Ædificiorum magnificentia et commercio floruisse tradit Cic. 4. Verr. 62., coll. Polyb. 9. 27. 2. — Conditum est a. ant. Chr. 582. circ. a Gelois Doricæ originis, ex insula Rhodo v. Creta profectis; sed brevi tyrannorum dominationi subjacuit, quorum primus fuit Phalaris; at postea libertatem nactum, pristinum decus ac vim recuperavit, dum Carthaginienses æmulum subverterunt a. 406.; deinde a Timoleone refectum florensque iterum illi diruerunt ac denique potiti sunt Romani a. 210. Liv., Cic., Frontin., coll. Polyb. et Diod. locc. citt. — Patria fuit Empedoclis philosophi, Acronis medici, Carcini poetæ, Archini tragici, Metelli musici aliorumque, excelluitque ob artium monumenta, quorum reliquiæ adhuc exstant. — Ejus nummos illustravit Eckhel 1. p. 191-194., coll. Salinas, Monet. di Sicil. 12-36. et Münz. Brit. Mus. Sicily 5-24. — Plura de Agrigento habent, præter veteres, quos inter hoc oppidum accuratissime describit Polyb., recentiores Winckelmann, D'Orville, Münter, Riedesel, Serradifalco, Holm. V. Diz. Corogr. d'It. et Hülsen, PW. 1. 1187. sqq.

AGRĬŌDOS et Agriodus, i, m. 2. (Ἀγριόδους, ferus dente) nomen canis Actæonis, de quo Ovid. 3. Met. 223. et Hygin. fab. 181. V. ACTÆON.

AGRĬŌPĀS, æ, m. 1. (Ἀγριώπης, ferus oculo) ¶ 1. Est scriptor Olympionicarum, teste Plin. 8. Hist. nat. 32. 34 (82). et in Elencho ejusd. libri. — In MSS. aliter legebatur, ita ut Müller putaret corruptum; nunc vero rectius Harpocras: cf. Schwartz, PW. 1. 896. ¶ 2. Item pater Cinyræ, qui tegulas invenit et metalla æris, utrumque in insula Cypro, uti refert idem Plin. 7. ibid. 56. 57. (195). Incertum tamen est, Agriopas ait in recto, an Agriope.

AGRĬŌPĒ, es, f. 1. (Ἀγριόπη: cf. Ἀγριόπης) mater Cadmi et Europæ. Hygin. fab. 6., 178. et 179. Alii leg. Argiope; sed Agriope appellatur etiam a Lact. ad Stat. 2. Theb. 289. Cf. tamen Pherec. in Schol. Ap. Rh. 3. 1185. Ceterum quum plures sint hujus nominis apud Græcos, facile inde utriusque formæ permutatio oriri potuit.

AGRĬŌPHĂGI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀγριόφαγοι) gens extremæ Æthiopiæ versus Occidentem, pantherarum et leonum carnibus vivens, unde nomen accepit, quod est ab ἄγριος, ferus, silvester, et φάγω, edo. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (195)., Solin. 30. et Jul. Val. 1. 1. Cf. Petron. fragm. Tragur. 56. Burmann.

AGRIPPA, æ, m. 1. (Ἀγρίππας) — a) Orthographia: scribitur etiam Agripa, simplici p, non tamen omnia ejus derivata. — Perperam Agrirpa pro Agrippa in Inscr. apud Momms. n. 6340. — b) Declinatio: Nomin. Agrippas, Græca positione, in Corp. I. L. 3. 6581. — Gen. etiam Agrippai est ibid. 5. 3802.; et Agrippes in Reg. urb. p. 9. 15 (Curios. urb. p. 22); et dat. Agrippai in Corp. I. L. 9. 4677., Agrippe vero ibid. 6. 11270. — Acc. Agrippan apud Ovid. 4. Fast. 49. — Nom. plur. Agrippæ est Gell. 16. 16. 1., et Solin. 1. — Acc. Agrippas habent Gell. loc. cit. et Plin. 7. Hist. nat. 8. 6. (45). — Compendia vocis in Inscriptt. Agripp., Agrip. et etiam Agri. — c) Prosodia: prima syllaba communis est; tamen fere producitur; uno fortasse loco corripitur Manil. 1. 802. — d) Etymologia: Plin. 7. Hist. nat. 8. 6 (45)., cui favent Gell. loc. cit., Solin. 1., Non. 556. et Serv. ad Virg. loc. cit., docet Agrippam appellatum esse ut ægre partus, qualiter M. Agrippam ferunt genitum, qui in pedes processit nascens contra naturam. Gloss. II. 11. 89. ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθείς et Gloss. Prodr. p. 396. Loew. Qui in pedes nascitur, inversus, quasi ægripes (Cf. Georges, Handwörtb. h. v.). Sed etymon videtur nimis detortum: melius fortasse duxeris ab ἄγρα, captura, præda, et ἵππος, equus, quasi sit equus venatorius. V. Salmas. Castig. Plin. P. 1. p. 81. et Suid. h. v.; Græcæ enim originis vox est apud Charis. gramm. I. p. 67. K. et græca usurpat Vet. Schol. Theocr. Ceterum apud Romanos hujusmodi cognomen quorumdam ludificationibus patuisse constat ex Senec. 2. Controv. 12. fin.

Agrippa, nom. et cogn. vir. ¶ 1. Apud scriptores memoratur — 1.º) Agrippa Menenius, cognomento Lanatus, in gente Menenia primus ita vocatus, celeber tribunus, qui plebem cum patribus reconciliavit. Liv. 2. 16., Plin. 33. Hist. nat. 10. 48. (138)., Senec. Dial. 11. 12., Quintil. 15. 11. 19., Flor. 1. 17., al. — Porro iidem Lanati appellantur tam Agrippa Menenius (Liv. 4. 11.) quam Menenius Agrippa (Gell. 17. 21. 13., coll. Plut. Cor. 6) et Agrippa tantum (Liv. 2. 52.): veri cognominis in hac gente exemplum exhibet Val. Max. 7. 8. 2. L. Meneni Agrippæ. — 2.º) Agrippa Silvius, filius Tiberini, rex Albæ. Solin. 40., alio nomine Acrota, apud Ovid. 14. Met. 617. Liv. 1. 3., Hieronym. in Chron. a. Abr. 1102. cum aliis chronographis Prosp., Cassiod., Bed. — Regnavit 40. ann. (Hieronym. loc. cit.) sæc. IX. a. Chr. et successorem habuit Aremulum seu Romulum Silvium. — 3.º) M. Vipsanius Agrippa, celeber Augusti gener (V. Dessau, Prosop. III. 439). Senec. 2. Contr. 4. 13. Tanta - sub divo Augusto libertas fuit, ut præpotenti tunc M. Agrippæ non defuerint, qui ignobilitatem exprobrarent. Vipsanius Agrippa fuerat, (at) Vipsani nomen quasi argumentum paternæ humilitatis sustulerunt et M. Agrippa dicebatur. Adde Nep. Att. 13. et Cens. 21. 8., coll. Dion. 48. 20. 1. — Multa et grandia sunt opera ac monumenta, ab ipso denominata, nempe — Campus Agrippæ seu Agrippes, τὸ πεδίον τὸ Ἀγρίππειον in VII. Urb. regione, olim Agrippæ possessio (V. Hülsen, PW. 1. 898), de quo Gell. 16. 5. 1., Curios. urb. p. 8. 12., Orig. Rom. chron. I. p. 148., coll. Strab. 5. 361. — Lavacrum Agrippæ, de quo Ammian. 29. 6. 19. V. AGRIPPINA. — Pantheon Agrippæ V. in Lexic. — Pons Agrippæ, Romæ exstructus (Cf. Borsari, Bull. com. 1888. 92-98. et Hülsen, Rom. Mitt. 1889. 285. et 286.; 1890. 135). Corp. Inscr. Lat. 6. 31545. — Porticus Agrippæ, in campo Martio ædificata an. 729. Horat. 1. Ep. 6. 26 (coll. Dion. 53. 27), Tac. 1. Hist. 31. et Plin. 16. Hist. nat. 40. 76. (201). — Hinc metonymice Martial. 10. 87. 9. Agrippæ pro porticus Agrippæ. — Stagnum Agrippæ apud Tac. 15. Ann. 37., coll. Strab. 13. 1. 19. V. Canina, Indic. di Rom. ant. p. 214., hodie lago di Agrippa. — Templum Agrippæ, opus Antonini Pii imp. Capitolin. Pius 8. — Thermæ Agrippæ, quas Romæ fecit, teste Plin. 36. Hist. nat. 25. 64. (189)., Martial. 3. 20. 15., Sidon. carm. 23. 495., coll. Dion. 66. 24. 2. «τό τε βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου». — Alia opera, ab eo exstructa, sunt aquæ (Frontin. Aqued. 10. 98), diribitorium (Plin. 36. Hist. nat. 15. 24. (102). etc. Universim Tac. 15. Ann. 39. Campus Martis ac monumenta Agrippæ. Adde Sueton. Aug. 29. et Senec. 3. Benef. 32. 4. — Scripsit etiam commentaria et orationes, de quibus Plin. 3. Hist. nat. 2. 3. (17). et 35. ibid. 4. 9. (26). - Horatius carmen ei dicavit (1. Od. 6). — 4.º) Agrippa, cognomento Castor, vir doctissimus, de quo Hieronym. vir. ill. — 5.º) Agrippa, cognomen duorum regum apud Judæos, qui Julii Herodes dicuntur, de quibus Dessau, Prosop. II. 162. sq. V. HERODES. — 6.º) Agrippa, qui et Postumus, in gente Vipsania, quem una cum aliis in gente Asinia, Fonteja, Hateria, Julia, Vibulena, Vipsania V. suo loc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 9. 2540.; 14. 246. 7. 42., al. Adde Babelon, Monnaies de la rép. Rom. II. p. 154.

AGRIPPENSES, ium, m. plur. 3. gens Bithyniæ. Plin. 5. Hist. nat. 32. 43. (149).

AGRIPPĬĀNUS, a, um, adject. ad Agrippam aliquem pertinens. Hinc Ala Agrippiana in Inscr. apud Gud. 176. 2. et in alia apud Steiner, Inscr. Rhen. n. 605. Memoratur etiam Ala II Flavia Agrippiana in Corp. Inscr. Græc. n. 3497. — Item Agrippianum Collegium in Inscr. apud Reines. cl. 10. n. 11., fortasse libertorum libertarumque sive M. Agrippæ sive Agrippinarum aliarumve, cujus cœtus, γενικόν et familia. V. Reines. ibid. et Orelli Inscr. n. 4062. — Item Agrippiana horrea in regione Urbis octava. Curios. urb. Rom. (ubi Germanica et Agrippina leg. P. Victor) et Inscr. in Giorn. Arcad. T. 2. p. 206. — Item Agrippiana septa ita a M. Agrippa, Augusti genero, vocata, ubi etiam Pantheon, Horti, Porticus et Thermæ Agrippæ erant. Lamprid. Alex. Sev. 26. Cf. Spartian. Hadrian. 19. et Plin. 36. Hist. nat. 15. 24 (121). V. M. Vipsanius Agrippa in AGRIPPA. — Item Agrippiani servi in Corp. Inscr. Lat. 6. 5299., 5203. et alib. — Hinc Agrippiana, cogn. mul. Ibid. 1424.

AGRIPPĬASTÆ, ārum, m. plur. 1. sodales collegii Lacedæmone instituti in honorem M. Agrippæ. Inscr. bilinguis apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5367.

AGRIPPĪNA, æ, f. 1. (Ἀγριππῖνα v. Ἀγριππεῖνα) Etiam Agripina, litt. p non geminata, apud Venant. loc. cit. et Corp. I. L. 6. 5206. — Gen. Agrippinæs et dat. Agrippinai, ibid. 10. 8041. et 6. 921. — Priores duas syllabas producunt Juvenal. 6. 620. et Sidon. carm. 7. 115. (Cf. AGRIPPA); sed licenter corripit Venant. 3. carm. 19. 3. Pontificem pollens Agripina Colonia præfert.

Agrippina ¶ 1. In titulis cogn. mul. Inscr. apud Momms. n. 2651. — Compendia Agrippin. in C. I. L. 6. 4387. et etiam Agripp. v. Agrip., ut ibid. 4098. et 2. 800. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Agrippina, vulgo major, filia M. Vipsanii Agrippæ et Juliæ, Augusti nepotis, Germanici Cæs. uxor, mater Caligulæ et avia Neronis, femina ingens animi et impenetrabilis pudicitiæ, sed superba, ut ait Tac. 2. Ann. 43. et 4. ibid. 12. — Agrippinæ ærumnas et infelicissimum exitum describit Sueton. Tib. 53. — De ea videsis etiam Tac. 5. Ann. 3. et 14. ibid. 63., coll. 6. ibid. 25., Senec. Oct. 931. sqq., Plin. 7. Hist. nat. 13. 11 (57)., Inscr.

apud *Orelli n.* 658. et 659. et *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5383. — 2.°) Item Agrippina, vulgo *minor*, filia præcedentis et Germanici Cæs., qui quum adoptione in gentem Juliam esset adscitus, ipsa quoque *Julia Agrippina* eademque *Æolis*, sicut mater (V. *Eckhel* 6. *p.* 257. et *p.* 214. *sq.*), appellata est. — Fuit primum uxor Cn. Domitii Ahenobarbi, ex quo Neronem concepit; deinde ob crimina in insulas Pontias relegata est; postea, priore viro demortuo, Crispo Passieno oratori, bis consuli, nupsit et, hoc defuncto, Claudio imp.; unde *Augustæ* titulum obtinuit ac prima ex Augustorum uxoribus in nummis imaginem suam signatam vidit (Cf. *Eckhel* 6. *p.* 257). — Timens, ne filius Nero imperii spe excideret, Claudii ægroti mortem medicato boleto celerasse traditur (Cf. *Tac.* 14. *Ann.* 67. et *Sueton. Claud.* 44.); sed et ipsa a Nerone naufragio prius exposita, deinde per tribunum miserrime interempta est, tanti monstri dignissima mater. — De ea scripserunt *Tac. Annal. l.* 12., 13. et 14.; *Sueton.* in *Calig., Claud.* et *Ner.*; *Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6 (45). et 16. *ibid.* 44. 91 (242). et 22. *ibid.* 22. 46 (92). et 33. *ibid.* 3. 19 (63). et *alib.*, coll. *Dion.* 59. 22., 61. 11., *Jos. Antt.* 26. 8. 1. et 2. et *Plut. Anton.* 87. — Scripsit vitæ suæ *Commentarios*, quos se legisse affirmat *Tac.* 4. *Annal.* 53. ex quibus, tamquam ex fonte historico, aliquid hausit *Plin.* 7. *Hist. nat.* 8. 6. (45)., coll. 10. *ibid.* 29. 43. (84). et *ibid.* 42. 59. (119). et *Elench. lib.* 7. - Inscriptiones de ea prostant apud *Momms. n.* 6842., 6872. etc. — Ejus effigiem memorat *Tac.* 5. *Ann.* 4. ac statuas duas illustravit *Visconti* in *Monum. Borghes. p.* 166. *sqq.* et 177. *sq.* — Memoratur etiam *Agrippinæ Colonia*, de qua *V.* AGRIPPINUS. — *Agrippinæ Horrea*, de quibus *V.* AGRIPPIANUS.. — *Agrippinæ Lavacrum*, de quo *Sext. Rufus*; quod tamen idem videtur atque *Agrippæ Lavacrum* ab Hadriano imp. instauratum. *Spartian. Hadr.* 19. — *Agrippinæ Prætorium*, locus seu mansio ad Rhenum in finibus Batavorum. *Tab. Peuting.* 2.

AGRIPPĪNENSES. *V.* voc. seq.

AGRIPPĪNENSIS et Agrippiniensis, is, adject. — *a)* Est ad Agrippinam pertinens, ut *Agrippinensis Colonia*, de qua *Tac.* 12. *Ann.* 27. *V.* AGRIPPINUS. — *b)* Est etiam ad Agrippinam coloniam pertinens. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31 (106)., *Sueton. Vit.* 10., *Tac.* 1. *Hist.* 56. et 57. et 4. *ibid.* 25. et 56., *Inscr.* apud *Orelli n.* 3881. — *Agrippiniensis pons* apud *Eumen. Paneg. Constantin.* 13. — *Agrippinienses decuriones* in *Cod. Th.* 16. 8. 7. — Hinc absolute

Agrippinensis, is, m. 3. incola Agrippinæ coloniæ. *Inscr.* apud *Orelli n.* 2454. C. IVLIO FIRMINO VICTIMARIO AGRIP*pinensi*. h. e. patria; nam perperam censet *Maffei* dictum ob Legionem Agrippinensem, quæ nulla fuit. Ita *Orell.*

Agrippinenses, ium, m. plur. 3. incolæ ejusdem coloniæ, qui, ejurata patria, *Ubii* antea vocati, Romanorum nomine, Agrippinenses dicti, quique olim a dextra Rheni ripa, quod ibi a Transrhenanis vexarentur, in sinistram a M. Agrippa a. U. C. 715. traducti sunt. *Tac.* 4. *Hist.* 20., 28., 59. et 74. et *Germ.* 28., coll. *Strab.* 4. 3. 4.

AGRIPPĪNIĀNUS, a, um, adject. ad Agrippinam, Germanici filiam, pertinens. Hinc *Agrippiniana horrea* in *Inscr. Noment.* in *Giorn. Arcad. T.* 2. *p.* 206. Memorat etiam *P. Victor* in VIII. Regione U. R. Cf. *Charis. gramm. I. p.* 93, *K.*

AGRIPPĪNIENSIS. *V.* AGRIPPINENSIS.

AGRIPPĪNUS, a, um, adject. ad Agrippinam Claudii pertinens. Hinc *Agrippina Colonia*, et plenius C. C. A. A. (uti legitur in arcu portæ), h. e. *Colonia Claudia Augusta Agrippinensium* (in *Inscr.* apud *Momms. n.* 1426.), vel *Claudia Ara Agrippinensis* (in *Inscr. Bonn. Jahrb.* 98. *p.* 60.; numm. *Eckhel I. p.* 74.; *Inscr. de Witte, Rech. sur les Emp. p.* 9. *n.* 17.), ubi quondam erat Ubiorum oppidum vel civitas vel Ara, ab Agrippina deducta atque appellata, hodie *Colonia*, germ. *Köln*. *Tac.* 12. *Ann.* 27. et 28. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 876. — Constantinus M. ponte utramque Rheni ripam apud Agrippinam Coloniam conjunxit. *Eumen. Paneg. Constantin.* 13. — Capta et diruta dicitur ab Alamannis ann. 355., sed mox a Juliano Cæs. recuperata. *Ammian.* 15. 8. 19. et 16. 3. 1. *sq.* — Absolute *Agrippina* apud *eumd.* 16. 3. 1.; et *Colonia ibid.* 2. et in *Itin. Anton. p.* 377. et 378.

AGRIPPĪNUS, i, m. 2. (demin. ab *Agrippa*) cognomen vir. ¶ 1. Generatim. *Inscr.* apud *Fabretti p.* 570. *n.* 131. 92. ¶ 2. Speciatim — 1.°) Paconius Agrippinus, filius M. Paconii legati, qui, Claudio imp., biennio Cretæ proconsul fuerat, inter Stoicos laudatus apud *Arrian.* 1. 1. 28. et *Stob.* 7. 17. ex *fragm. Epictet.* 56. Cf. *C. I. Gr.* 2570. Memorat *Tac.* 16. *Ann.* 28. — 2.°) Agrippinus, episcopus Carthaginiensis, qui primus omnium hæreticos rebaptizandos esse falso docuit. *Cyprian. ep.* 71. et 73. et *Vincent. Lir. Comm.* 6. Cf. *Augustin.* 3. *c. Donat.* 2. et 4. *ibid.* 6., *Hieronym. adv. Lucif.* 8. et *Morcelli, Afric. Chr. T.* 1. *p.* 51.

AGRIPPĪUM, ii, n. 2. (Ἀγρίππειον) habitaculum in arce regiæ domus, maximi ambitus et mirabilis pulcritudinis, quod cum Cæsario Herodes sibi ædificavit. *Heges.* 1. 35. 9., coll. *Jos.* 1. *B. J.* 21. 1.

AGRIPPUS, i, m. 2. histrio, de quo *Capitolin. Ver.* 8. *Pet.* Habuit et Agrippum histrionem, cui cognomentum erat Memfi, quem et ipsum e Syria veluti tropæum Parthicum adduxerat, quem Apolaustum nominavit (Cf. *Lamprid. Commod.* 7.) Alii tamen pro *Agrippum* leg. *Agrippam*.

AGRITĪUS. *V.* AGRŒCIUS.

AGRĪUS (Acrius), ii, m. 2. (Ἄγριος, *silvester, ferus*) *Agrios*, Græca positione, apud *Ovid.* 2. *Her.* 153.

Agrius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Partheonis vel Parthei, pater Thersitæ et Lycopei. *Hygin. fab.* 175. — Œneum fratrem, liberis orbum, regno expulit, eoque potitus est; sed Diomedes Tydides, Ilio devicto, Œneo avo suo regnum restituit et Agrium exsulare coegit, qui mortem sibi conscivit. *Id. ibid.* 175. et 242. et *Ovid. loc. cit.* et 3. *Pont.* 9. 9., coll. *Homer. Il.* 14. 117. et *Apollod.* 1. 7. 10. et 1. 8. 5. et 6. — 2.°) Item gigas, Terræ et Tartari filius, apud *Hygin. præf. fab.*, ubi vulgo *Agras* legitur. — 3.°) Item canis Actæonis, apud *eumd. fab.* 181. *V.* ACTÆON. — 4.°) Alios videsis apud *Stat.* 9. *Theb.* 966., *Varr.* 1. *R. R.* 2. 1., *Cic. Flacc.* 13. 31., *Val. Max.* 8. 4. 1. ¶ 2. In titulis nom. gent. frequentissimum Romæ et in Africa. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 200., 1735. — Etiam cognom. libert. *Inscr.* apud *Murat.* 924. 4 (?). Ita etiam cognominatus *Philiscus Thasius*. V. PHILISCUS. — *Agria* (*Acria*), nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10290.; 9. 1210. et *alib.* — Hinc *Agrianus*, cogn. *Ibid.* 8. 2618. et *Agriana* in *Inscr. Acad. des inscr.* etc. *IV.* 26 (1898). Adde nom. gent. *Agrasius* (*a*), *Agreius*, *Agellius*, *Agellenius* (*a*), *Agrilius* (*a*) in *Corp.* passim.

AGRŒCIUS vel Agrœtius, ii, m. 2. (Agrœcus) *Agrœcius* ipse ita de suo nomine in *Art. de Orth. p.* 114. *K.*: « Agrœcius cum latine scribis, per diphthongon scribendum, non, ut quidam putant, per *i* Agricius » (*Putsch.* leg. per *y Agrytius p.* 2265.). — Apud *Auson.* legitur *Agricius*; ob solitam vero litterarum permutationem scribitur etiam *Agrœtius* et *Agritius*. — Etymon est ab Att. ἀγροικος, ex ἀγρός et οἰκέω « incola ruris vel agri ».

Agrœcius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit rhetor, professor Burdigalensis, *Censorius Atticus Agricius* dictus ab *Auson.* in titulo epigr. *Prof.* 14., qui ita incipit: « Eloquii merito primis æquande, fuisti, Agrici ». *Sidon.* 5. *Ep.* 10. ejus disciplinam maxime laudat. — Floruit sæc. quarto a Chr. n., quo exeunte, obiit paullo ante Ausonium, cujus æqualis forsitan fuerit; sunt tamen, qui hunc unum eumdemque esse arbitrantur cum grammatico, de quo V. *Goetz, PW.* 1. 1902., cui sententiæ ratio temporum obstare videtur. — 2.°) Item grammaticus, fortasse ex eadem familia ortus, Galliæ, episcopus Senonensis, ad quem scripsit *Sidon.* 7. *Ep.* 5. Memorat etiam *Greg. Tur.* 2. *Hist. Fr.* 9. — Floruit medio sæc. quinto a. Chr. n., auctor libelli, Euchorio ep. Lugd. dicati, *De orthographia et proprietate et differentia sermonis*, inter Grammaticos veteres ed. a *Putsch p.* 2266-2275. et a *Keil, p.* 114-125., una cum *Capri Orth. et dub. verb.*, cujus supplementum est. *Excerpta* vero de iisdem, quæ distincta a priore opere citat cl. *Furlanetto* in *Ind.*, sed cum hoc idem sunt, et inverso ordine, ediderunt *Dionysius Gothofridus* inter *Auctores Lat. ling.* et *Vulcanius* in *Thes. utriusq. ling. p.* 729-736. — De eo cf. *Prob.* ad *Virg.* 5. *Ecl.* 60., *F. Osann Comm. de Fl. Capr. et Agrœc. gramm.* Giessen *p.* 4-5. 20. et *Brambach Lat. orthogr. p.* 44. *sq.* ¶ 2. In titulis cognom. et agnom. vir., præsertim in Gallia, et plerumque Christianorum. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 5336.

AGRŒCUS, i, m. 2. — *a)* Est titulus Græcus (ἄγροικος) comœdiæ cujusdam *Plautinæ* deperditæ, quam alii tribuunt M. Aquillio, uti *Varro* apud *Gell.* 3. 3. Cf. *Ritschel. Parerg.* 1. 138. — Fragmentum ejus habet *Non. p.* 196. 48., ubi tamen *Mercerius* leg. *Abroicus*. Cf. *Müll.* ad *Paul Diac.* ex *Fest. p.* 61. et *K. Schmidt, Hermes* 37 (1902). — *b)* In titulis cognom. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 5040. — *Agrœca*, cogn. mul. *Ibid.* 5. 3070. — Hinc *Agrœcius* (V. suo loco), *Agricius*, *Agrœtius* (Ἀγροίκιος), agnom. et cognom., omnes fere Galli, quorum plurimi Christiani passim *ibid.* — *Agricia*, cogn. mul. *Ibid.* 13. 2405.

AGRŒTĀS vel Agroitas, æ, m. 1. (Ἀγροίτας vel Ἀγροίτης) declamator quidam Massiliensis, qui Romæ vixit, laudatus *Senec.* 2. *Contr.* 6. *n.* 12.

AGRŌN, ōnis. *V.* TEUTA.

AGRŌPŎLIS. *V.* PÆSTUM.

AGRYPNUNTES, ium, m. plur. 3. (Ἀγρυπνοῦντες, *vigilantes*) titulus comœdiæ *Nævii*, cujus fragmenta apud *Non. p.* 65. 5. et *p.* 150. 22. Ribbeck.

AGRYPNUS, i, m. 2. (Ἄγρυπνος, *vigil*) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 4082. — Hinc *Agrypne*, cogn. mul. *Ibid.* 5. 231. — *Agrypnius*, cogn. vir. *Ibid.* 6. 1661. et *Agrypnia*, cogn. mul., quo appellata est ancilla Philologiæ. *Capell.* 2. *p.* 27. et 37.

AGUBĪUM. *V.* IGUVĪUM.

ĂGUNTENSES, ium. *V.* voc. seq.

ĂGUNTUM, i, n. 2. (Ἀγοῦντον) Scribitur *Agontum* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 887. V. *Momms. Corp. Inscr.* 3. *p.* 590. Cod. Vat. habet *Avuntus* et ed. Ven. *Aminthus*. — Alia forma est *Aguntus*, fem. apud *Venant.* 4. *vit. s. Martin.* 650. Per Dravum itur iter qua se castella supinant. Hic montana sedens in colle superbit Aguntus.

Aguntum, oppidum Norici, haud procul a Dravi fontibus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 24. 27 (146)., *Venant. loc. cit.*, et *Paul. Diac.* in *Hist. Lang.* — Hinc

Aguntenses, ium, m. plur. 3. incolæ. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1569.

ĂGUNTUS. *V.* voc. præc.

AGURĪUM. *V.* AGYRIUM.

AGUSĪUS (Agussius), ii, m. 2. nomen ex gente *Agusia*, quæ fortasse eadem cum *Acusia* vel, ut putat cl. *Visconti* in *Mon. Gabin. p.* 111., cum *Agutia* vel *Acutia* in *Inscr.* apud *Murat.* 1015. 5. V. *Furlanetto, Lap. Patav. p.* 255.

Agusius ¶ 2. Est nom. vir. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6150. — *Agusia*, nom. mul. in *alia* apud *Visconti loc. cit. p.* 110. ¶ 2. Item vir quidam, laudatus *Cic.* 13. *Fam.* 71. et 11. *Att.* 28.

ĂGYĪEUS, ĕi, m. 2. (Ἀγυιεύς) Vox trisyllaba (nam *yi* diphthongus impropria est apud Græcos, ut propria *au*), quod constat ex *Horatii loc. cit.* — Etymon ducitur ab ἀγυιά, *vicus* vel *via* urbis, *regio*, ut infra declaratur.

Agyieus, epitheton, quo a Græcis colebatur Juppiter (V. *Schöll-Studemund, Anecd. I.* 266) et præsertim Apollo (V. *Preller-Robert, Gr. Mgth. I.* 276), quasi vicis et viis præpositus urbanis; illi enim vias, quæ intra pomœria sunt, ἀγυιάς appellant, ut ait *Macrob.* 1. *Sat.* 9.; refert autem *Varro* apud *Porphyrion.* ad *Horat. loc.*, ex oraculi responso in vicis publicis urbis suæ pro foribus Athanienses statutis columnis seu altaribus sacrificare Apollini instituisse et Agyieum appellavisse. Cf. etiam *Acron.* ad *Horat. loc.*, *Pausan.* 1. 31. 3., 2. 19. 7. et 8. 32. 3. et *O. Müller, Dorians. I.* 299. et 357. Memorat *Horat.* 4. *Od.* 6. 28. Dauniæ defende decus Camenæ Levis Agyieu (codd. *Cruq.* et ed. *Stalb.* Agylleu). — In nummis Ambraciorum est hic titulus apud *Head, H. N.* 270. — Plura de eo apud *H. Steph.* in *Thes. L. Gr.* ad *h. v.* et de ejusdem altaribus apud *Reisch, PW.* 1. 910-913. Cf. AGYLLEUS.

ĂGYLLA, æ, f. 1. (Ἀγύλλα vel Ἀγύλλα) Scribitur per *g*, ut patet ex voce Græca; per *l*, ut quidam malint. — Mythologi eam ita appellatam docent ab *Agylle* nympha. *V.* AGYLLE.

Agylla, vetustissimum oppidum Etruriæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (51)., *Capell.* 6. *p.* 206. et *Solin.* 2. Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 479. — Alii, ut *Plin. loc. cit.*, eam a Pelasgis, alii, ut *Vet. Int. Virg.* ad *Æn. l. c.*, a Telegono vel a Tyrrheno, Telesi filio, conditam tradunt. Postea fortasse a Pelasgis olim Agylla nuncupata (quasi *rotunda*), ab Etruscis, qui eam tenuerunt, Cære vocata est, hodie *Cervetri*, quasi *Cære veteri*. Hinc *Ratil.* 1. *Itin.* 225. Ævo deposuit nomen Agylla vetus. — Plura apud *Heyne Exc. III.* ad *Virg. loc. cit.* et *Schroeter* ad *Aur. Vict. Orig. G. R.* 14. *V.* CÆRE.

ĂGYLLÆI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Agyllæ oppidi. *Aur. Vict. Orig. G. R.* 14.

ĂGYLLĒ, es, f. 1. nympha lacus Trasymeni (*V.* AGYLLA), de qua *Sil. It.* 5. 16. *sqq.*

ĂGYLLEUS, ĕi (eos), m. 2. (Ἀγυλλεύς) Acc. *Agyllea* apud *Stat.* 6. *Theb.* 852. — Vox est trisyllaba, ut infra patebit.

Agylleus ¶ 1. Fuit dictus vir quidam Cleonæus gigantea statura et viribus præstantissimus, sed in palæstra a Tydeo victus. *Stat.* 6. *Theb.* 837. Cleonææ stirpis jactator Agylleus. Adde *eumd.* 19. *ibid.* 249. et 259. ¶ 2. Item epitheton Apollinis, cui in oppido Agylla templum dicatum erat. *Horat.* 4. *Od.* 6. 28. (codd. *Cruq.* et ed. *Stalb.*). Alii tamen pro *Agylleu* recte leg. *Agyieu*. V. AGYIEUS.

ĂGYLLĪNUS, a, um, adject. ad Agyllam oppidum pertinens. *Virg.* 8. *Æn.* 479. Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Urbis Agyllinæ sedes. Adde 7. *ibid.* 652. — Hinc absolute

Agyllini, ōrum, m. plur. 2. incolæ Agyllæ, Agyllæi. *Virg.* 12. *Æn.* 281., ubi pro *Etrusci* positum est. Ita *Serv.* Cf. *Benoist.* ad *l.*

ĂGYRĪNENSES. *V.* voc. seq.

ĂGYRĪNENSIS, e, adject. ad Agyrium pertinens. *Cic.* 4. *Verr.* 3. 17. Agyrinensis civitas. *et ibid.* 51. 120. ager. — Hinc absolute

Agyrinenses, ium, m. plur. 3. incolæ Agyrii. *Cic.* 4. *Verr.* 51. 114.

ĂGYRĪNUS, a, um, adject. (Ἀγυρηναῖος) ad Agyrium pertinens. *Sil. It.* 14. 207. Agyrina manus. Alii leg. *Aggrena*, sed minus recte. V. tamen *Steph. Thes. Ling. Gr.* Ἀγύρηνα, unde Ἀγυρηναῖος. — Hinc absolute

Agyrini, ōrum, m. plur. 2. incolæ Agyrii, Agyrinenses. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91).

ĂGYRĪUM, ii, n. 2. (Ἀγύριον) *Agurium* in *Tab. Peuting.* 7.

Agyrium, oppidum antiquissimum Siciliæ, prope fluvium Simæthum, inter Ennam et Centuripam, hodie *S. Filippo d'Argirò*. Memorat *Cic.* 3. *Verr.* 27. 67. — Fuit patria *Diodori* Siculi, de qua mentio est inde ab ann. 404. a. Chr. tamquam sede potentis cujusdam viri principis, cui nomen *Agyris* (V. *Smith, Geogr. ant.* 1. *c.* 28.). — Nummos ad Agyrium spectantes illustravit *Eckhel*, 1. *p.* 194. *sq.*

ĂGYRTES, æ, m. 1. (Ἀγύρτης vel Ἀγύτης, *collector; illusor*: cf. Hebr. *âghar* ejusd. significationis) parricida quidam in Persei nuptiis interfectus. *Ovid.* 5. *Met.* 148. cæso genitore infamis Agyrtes. — Alios videsis apud *Stat.* 2. *Achil.* 50. et 201. et 9. *Theb.* 281.

AH

AHĀLA, æ, m. 1. (Scribitur pro *Ala*, vetustiore orthographia) cogn. gentis Serviliæ, ut *C. Servilius Ahala*, magister equitum, Gallorum victor ann. 360. U. C., de quo *Cato* 1. 3., *Cic. Senect.* 16. 56. et *Liv.* 4. 13. *sqq.* — In plur. num. *Cic. Sext.* 68. 143. *V.* SERVILIUS.

AHĀLĀB, indecl. (Hebr. *'Ahhlâbh* « pinguedo » hinc « terra pinguis »; *LXX.* Ἀαλάφ) oppidum Palæstinæ in tribu Aser, unde Chananæi nunquam expulsi sunt, hodie *El-Djiah*. Memoratur *Vulg. Jud.* 1. 31. et *Hieronym. nom. Hebr. p.* 81. — Dicitur *Gischala* apud *Jos.* 2. *B. J.* 23., ubi olim habitasse ap. Pauli parentes tradit *Hieronym. vir. ill.* 3. 5.; quod verum non videtur, quum oppidum ad Galilæam et familia hæc ad tribum Beniamin pertineret. V. *Legendre* in *Dict. de la Bibl.* etc. *v.* 1. *p.* 289. *sq.*

ĀHARNA, æ, f. 1. oppidum Etruriæ, fortasse nunc *Bargiano*. Memorat *Liv.* 10. 25. Ita leg. *M. Müller*; alii *Arna*.

ĀHĀRŌN. *V.* AARON.

ĀHĒNŌBARBUS. *V.* AENOBARBUS.

ĀHĪĀ, indecl. m. Hebr. *'Ahhîyâh* « frater (*sc.* amicus) meus Yah »; *LXX.* Ἀχιά. Scribitur etiam *Ahias*. Declinatur aliquando *Ahia* et *Ahias*, *æ*, m. 1. *Vulg.* 2. *Par.* 9. 29.

Ahia v. Ahias ¶ 1. Fuit propheta, Silonite degens tempore Jeroboami, qui jussu Dei pallium suum scidit in duodecim partes, quarum decem dedit Jeroboamo significans regni Salomonici divisionem. *Vulg.* 3. *Reg.* 11. 29. *sqq.* et *ibid.* 14. 2. *sqq.* — Porro una tribus remansit Roboamo, filio Salomonis idololatræ, idest Juda cum parva Beniamin huic conjuncta, quæ quasi unum corpus constituerunt; quamquam pars hujusce tribus ad regnum Israel pertinuit. Cf. 3. *Reg.* 12. 21. et 4. *ibid.* 17. 18. — Scripsit Ahia Silonites libros seu annales de Salomone, ut patet ex 2. *Par. loc. cit.*; de quibus tamen V. *Renard* in *Lex. Bibl. Vigour. v.* 1. *p.* 202. ¶ 2. Item vir fortissimus in exercitu David, Phelonites dictus. *Id.* 1. *Par.* 11. 36. Sed fortasse hic est error librarii, qui *Ahia Phelonites* scripsit pro *Achitophel Gelonites*. Cf. 2. *Reg.* 23. 34. — Alios videsis apud *eumd.* 3. *Reg.* 4. 3. et *ibid.* 15. 27.

ĀHĪMĔLECH, indecl. m. (Hebr. *'Ahhîmelek* « frater meus rex »; *LXX.* Ἀχιμελέχ) sacerdos, filius Achitob, pater Abiathar, Nobæ degens, amicus David, idcirco a Saul interfectus. *Vulg.* 1. *Par.* 18. 17. et *ibid.* 24. 3. — Hic tamen dicitur 1. *ibid.* 21. 2. et 22. 9. Achimelech *et* 2. *ibid.* 8. 17. et 1. *ibid.* 24. 6. filius Abiathar. Quid de hoc sentiendum, optime docent *Bertheau, Comm. Chron. VIII. p.* 182., *Re, Diz. Bibl. p.* 116. *sqq.* et *Reuss* in *II. Sam. VIII.*

ĀHĪŌ, indecl. m. (Hebr. *'Ahhyô* « frater ejus ») fuit filius primogenitus Baria de tribu Beniamin. *Vulg.* 1. *Par.* 8. 14. — Quidam ex *LXX.* vertarunt *frater* vel *frater ejus*, rati esse nomen commune, non proprium, sed perperam (V. *Bertheau, Comm. Chron. VIII. p.* 14). — Alios videsis apud *eumd.* 2. *Reg.* 6. 3-4. et 1. *Par.* 8. 31. et 9. 37.

AHĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 211. et *n.* 2099., ubi *Atus* sine aspiratione. Adde *aliam* apud *Brunst. Mus. Kirch. p.* 43. *n.* 22 (Cf. *Corp. I. L.* 9. 2699., 2854. etc. et fortasse *Inscr.* ex *Not. degli scavi* 1898. *p.* 503.

ĀHŌD, indecl. m. (Hebr. *'Êhûdh* v. *'Ehhûdh* « unio »; *LXX.* Ἀώδ, et Ἀώθ; *Ital.* quidam codd. *Gen.* 46. 10. et *Amiat.* cod. *Vulg.* 1. *Par.* 8. 6. Aod) filius Gera de tribu Beniamin, judex seu liberator (*Jud.* 3. 15) post Othoniel, qui, occiso per dolum Eglon rege Moab, Israelitarum oppressore, Moabitas improviso aggressus cecidit. *Vulg. Jud.* 3. 15. (*Dominus*) suscitavit eis salvatorem vocabulo Aod - qui utraque manu pro dextera utebatur. Adde *ibid.* 16-30. et 4-1. 30. et 4. 1., coll. *Jos. Antt.* 5. 4. et *Hieronym., nom. Hebr. p.* 3. Cf. gesta *Harmodii* et *Aristogitonis* apud Athenienses et *Scævolæ* apud Romanos, quæ divinarum rerum osores maxime admirantur, dum hæc, sacræ historiæ narratione male intellecta (*loc. cit. v.* 15), ex præjudicata sententia vituperant. — De eo consulas *Palis* in *Dict. Bibl. Vig. v.* 1. *p.* 715. *sqq.* et *Vigouroux, La Bibl. et les découv.* etc. *v.* 3. *p.* 294-305. — Alios videsis *Gen.* 46. 10., *Exod.* 6. 15., 1. *Par.* 8. 6. et *ibid.* 7. 10.

AI

AI. *V.* HAI.

AĬDĒS, is, m. 3. (Ἀΐδης poet. pro Ἅιδης: ab α priv. et ἰδεῖν, *videre*, quasi invisibilis, profundus) nom. Plutonis apud Græcos. *Rufin.* 10. *Recogn.* 18. *Gloss. VI.* Aides: Pluto, divitiæ. Aiden: infernum. et *Chalc. comm.* 184. Nonnulli regionem hanc nostram Ἀΐδη (ν) merito quod sit aides, hoc est obscura, cognominatam putant. Cf. HADES.

AĬDŌNEUS, ei, m. 2. Ἀϊδωνεύς (idem quod *Aides*), rex Molossorum, cum Plutone aliquando confusus, cujus canis ingens, Cerberus nomine, Pirithoum devoravit, qui ad raptum Proserpinæ cum Theseo venerat, ut refert *Hieronym. Chron.* a. 623. Cf. *Plut. Thes.* 31.

AIĒDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. pleb., ut videtur. *Corp. I. L.* 16. 6706. 1. (non certa lectione nituntur *Deecke, Falisker p.* 199. et *Conway* 346). et 8. 4535. — *Aiedia*, nom. mul. *Ibid.* 14. 3503.

AILA et Ailath. *V.* AELA.

AIY. *V.* ALYI.

AJALIM, indecl. oppidum in tribu Zabulon. *Hieronym. de sit.* etc., hodie *Djalun* (V. *Van de Velde* in *Dict. Bibl. cit.*).

AJĀLŌN, indecl. (Hebr. *'Ayyâlôn* « cervinus v. cervis abundans »; *LXX.* Ἀϊαλών, Αἰλώμ, Αἰλών, Ἀιλάμ, Ἐλών) ¶ 1. Est oppidum cum valle seu planitie cognomine in tribu Dan, eadem quæ *Helon*, contermina valli Terebinthi, a copia cervorum dicta, hodie *Yalo*. *Vulg. Jos.* 10. 12.; 19. 42. et 21. 24. et *Jud.* 1. 13. — In hac valle Josue jussit stare solem et lunam, dum hostes omnino profligaret, cujus verba poetica forma redduntur *ibid.* 10. 12. *sqq.* ex Hebr. « Sol, quiesce in Gabaon et tu, luna, in valle Ajalon ». Cf. *Eccl.* 46. 5. et *Habac.* 3. 11. De quo eventu prodigioso sed varie intellecto V. *Reinke, Stillstand d. Sonne u. d. Mund. VIII. p.* 213. *sqq.*; *Veith, Script. c. incred. propugn. II. p. IV.*; *Vigouroux, Man. Bibl.* 4.ª ed. *II.*, coll. *Les livr. saint. IV. p.* 28, *sqq.*, *al.* — Deinde concessum fuit Levitis. *Vulg. Jos.* 21. 24. et 1. *Par.* 6. 69. — In monumentis Ægyptiis inter oppida munitissima a Sesac, rege Ægyptiorum (2. *Reg.* 14. 28) occupata recensetur etiam *Ajalon*. V. *Brugsch, Geogr. Inschr. II. p.* 56. *sq.* et *Gesch. Ägypt. p.* 661). ¶ 2. Item oppidum in tribu Beniamin. *Vulg.* 1. *Par.* 11. 10. — Achaz regnante, a Philisthæis captum eversumque fuit, 2. *ibid.* 28. 18. — Hoc autem, non alterum, a Roboamo reædificatum fuisse post decem tribuum rebellionem volunt alii; sed cf. *Guérin* in *Dict. Bibl. Vig. v.* 1. *p.* 297.

AJAX, ācis, m. 3. (Αἴαξ *Suid.*: cf. Αἰακός: vel Αἴας « pro quo *Ajax* Romani » *Priscian. gr. II. p.* 24. 12. *K.*) — *a)* Adnotat *Vel. Long. orthogr. p.* 54. *K.* Ciceronem *Aiiacem* per duo *ii* scribendum existimasse. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn*, 1. — *b) Ajaces* plur. num. *Anton.* apud *Cic.* 3. *Orat.* 66. 265. et *Auson.* 487. — *Ajacum* genet. plur. *Prisc. gr. XVII. p.* 125., coll. *Mar. Victorin. gramm. I. p.* 27. *K.* — *c)* Origo nominis vulgo deducitur ab αἰάζω, *lugeo*, *lamentor*; unde et ipse Ajax apud *Sophocl. v.* 430., quum exclamasset αἴ αἴ, subjungit: Quis unquam putasset fore ut nomen meum congruam meis malis significationem haberet? nunc enim mihi est, unde debeam terque quaterque αἰάζειν? Huc alludit *Ovid.* 13. *Met.* 215. Littera communis mediis pueroque viroque Inscripta est foliis: hæc nominis, illa querelæ. — Hinc Ajacem clamantem pictum refert *Val. Max.* 8. 11. *ext.* 6. Cf. *Barth. Advers.* 10. 7. *p.* 678. — In monum. Etruscis est *Aivas* (*Fabretti* 2162., coll. *Corp. Inscr. Gr.* 7377).

Ajax ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit, qui *Major* dicitur, filius Telamonis, regis Salaminæ, unde et *Telamonius* et *Salaminius* est appellatus, ut distingueretur ab *Oileo*, Æaci nepos ideoque Jovis pronepos: quare *ab Jove tertius* dictus *Ovid.* 13. *Met.* 28. — Ad bellum Trojanum cum Teucro fratre profectus mira bellicæ virtutis dedit specimina, proximamque ab Achille fortitudinis laudem promeruit. Hectorem ipsum aggressus est, sed pugna ambo discessere donis se invicem cumulantes: Hector balteum habuit, quo deinde ab Achille tractus est; gladium Ajax, quo postea se peremit. *Justin.* 44. 3., *Dict.* 1. 13. et 2. 48., *et Hygin. fab.* 112. et 114., coll. *Hom. Il.* 7. — Achille interfecto, Ajax, quod sibi frater patruelis esset, postulavit a Danais ejus arma, quæ tamen Ulyssi sunt adjudicata; quamobrem furore correptus pecora sua seque Hectoreo gladio occidit.

Hygin. fab. 107. et Ovid. 13. Met. 1.-398 (Cf. Homer. Odyss. 11. 468.-563.), qui longa et acri oratione æmulos colloquentes inducit, quique deinceps Ajacis cruorem in florem hyacinthum mutatum ait, de quo Colum. 10. 174. et Auson. epitaph. Her. 5., coll. Sophocl. in Ajace. Aliter vero Ajacis mortem enarrat Dar. 35. — Porro hanc de armis Achilli contentionem ac judicium poetæ Græci (Æschylus) atque Latini (Pacuvius, Accius) tractarunt: sic tragœdias Ajax inscriptas, ediderunt ex Græcis Sophocles et ex Latinis Andronicus et Ennius (Non. 127. et 393.), quorum fragmenta collegit Ribbeck, Trag. Lat. reliq. p. 2. et 15., coll. p. 271. et p. 65. 68. et 130-132. — Etiam Augustus apud Sueton. 85. et Macrob. 2. Sat. 4. init. tragœdiam de eo confecisse dicitur, quam ipse abolevit. Cf. de hoc Welchert in Aug. Cæs. Script. fragm. p. 96. — De Ajacis sepulcro ad Rhœteum litus prope Æantion v. Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (125). et Serv. ad Virg. 6. Æn. 505., coll. Diod. 17. 17. V. etiam de hoc epigramma in Anthol. vet. Lat. ed. Meyer t. 1. p. 15. — Dicitur valens, voce clara, capillis nigris, coma crispa, animo simplici, in hostem atrox apud Dar. 13.; celer Horat. 1. Od. 15. 19., ubi De-Vit. cit. Orell. ad h. l.; sed rectius Oileum intelligas, ob celeritatem pedum fugaci Paridi valde timendum, de quo Homer. Il. passim Οἰλῆος ταχὺς Αἴας. — Ejus laudes persequitur Dict. 2. 44., 4. 8. et alib.; ejusque clipeum veteres maxime celebrarunt, quem trium ulnarum fuisse cælique formam expressam habuisse tradunt. Cf. Serv. ad Virg. 3. Ecl. 105. — Argumentum ex eo tabularum effingendarum sumpserunt Græci artifices, ut Timomachus Byzantius, qui Ajacem pinxit Cyzicenis (Cic. 4. Verr. 60. 135.). Monumenta artis de Ajace adhuc exstantia V. in Bollettino et Annali dell' Istit. Arch., ubi plura ad ejus historiam et fabulam illustrandam reperias. V. etiam Overbeck, Gall. her. Bildw. 276. Taf. XIII. et alib. — Agones decorabant olim festa (Aianteia) Ajacis Telamonii Salaminis; ut etiam festa Ajacis Oilei Opunte (V. Corp. Inscr. Gr. n. 1431. et 108. 32. cum adn. Boeck. I. p. 680. et Inscr. Philist. I. n. 1. v. 53. cit. apud Schoemann, Antt. Gr. 1877. v. 3. p. 444). — De Ajace Telamonio videsis Rossbach, PW. 1. 930-936. 3. — Translate seu universim — a) De homine fortissimo nomen Ajacis adhibitum fuit, ut de Maximino imp. testatur Capitolin. Maximin. 7. Similiter de elephanto Antiochi regis apud Plin. 8. Hist. nat. 5. 5. (12). — b) De insano. Juvenal. 10. 84. Quam timeo, victus ne pœnas exigat Ajax etc. h. e. Tiberius imp. — c) De litigante. Id. 7. 115. — d) De hyacintho flore. Ovid. 10. Met. 215. Cf. Auson. 220. 5. — 2.°) Item, qui Minor dicitur, Oilei filius, unde Oileus vel Oiliades nuncupatus est, rex Locrensium. Ovid. 12. Met. 622., Sil. It. 14. 479., Dar. 21. et 24. et Hygin. fab. 97. — Ad bellum Trojanum profectus cum magna navium copia, præclara gessit. Dict. 2. 48. et 4. 2. et 12. et Hygin. fab. 114. — Troja eversa, quum Cassandram in templo Palladis sacrilego ausu vitiasset, ab ipsa dea fulmine, totam Græcorum classem disjicienti, cum sua nave exustus interiit. Cic. 3. Tusc. 29. 71., Virg. 1. Æn. 45. et Hygin. fab. 97. et 116 (Huc referendus est jocus M. Antonii oratoris, de quo Cic. 2. Orat. 66. 265). Alii tamen ex Timæo, Hist. 2. Oileum multa post pericula domum rediisse conjiciunt. — Describitur quadratus, valentibus membris, jucundus, fortis Daret. 13. Sic « a multis historicis tertiam manum dicitur post tergum habuisse, quod ideo dicitur fictum, quia sic celeriter utebatur in prœlio manibus, ut tertiam habere putaretur ». Ita Serv. auct. Æn. 1. 41. — Tabulam Ajacis, opus Apollodori Atheniensis, memorat Plin. 35. Hist. nat. 9. 36. (60). et marmoris sculpti, Ajacem et Cassandram apud statuam Palladis repræsentantis, fragmentum illustrat Winckelm. Mon. ined. tab. 141. p. 189., coll. Sauer, Anfange d. Statuar. Gruppe, 38. sq. et Mon. d. Inst. VI. 31. — De Ajace Oileo videsis Toepffer et Rossbach, PW. 1. 936-940. 4. — 3.°) Ajax Stramenticius, titulus saturæ Menippeæ Varron. apud Non. 11. 34., qui fortasse Ajacis instar, perinde ac feris avibusque metuenda sunt hortorum stramenta, terrorem incutit, ut putat Oehlerus. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 1354.

AJUS, ii, m. 2. (ajo) ¶ 1. Est nomen dei cujusdam apud Romanos, factum ex voce magna, sed frustra, audita a luco Vestæ, antequam urbs caperetur a Gallis, qua de adventu barbarorum monebantur; hinc is plenius Ajus Loquens sive Locutius appellatus est. Cic. Divin. 45. 101. et 32. 69. et Varro fragm. apud Gell. 16. 17. Liv. 5. 50. Jussumque templum in Nova via (Ajo) Locutio fieri. Alii leg. Allocutio; alii Locuto. — Ara piacularis Ajo Locutio posita est a Camillo eo loco, teste Plutarch. in Camill. 30. Cic. 2. Divin. 32. 69. Ajus iste Loquens: quando eum nemo norat, ajebat et loquebatur et ex eo nomen invenit; posteaquam et sedem et aram et nomen invenit, obmutuit. Cf. etiam Sex. Ruf. de Regionib. ¶ 2. In titulis nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 6. 11287.; et nobilis polyonymos, 3. 6755. — Aja, nom. mul. Ibid. 11. 6699. — Hinc nomina gent. Ajanus (a), Ajanius (a), Ajatius (a), Ajedius (a), Ajenus (a), in Corp. Inscr. Lat. passim.

AL

ĀLA, æ, f. 1. ¶ 1. Nomen commune, in re militari specialem habet significationem, quam definit Cincius apud Gell. 16. 4. V. Lexic. Porro ala sive equitum sive etiam peditum erat ex sociis aut auxiliaribus militibus et ex horum numero quingenaria vel miliaria appellabatur. Hujusmodi autem alæ, quarum elenchus habetur apud Borghesi in Iscrizioni del Reno p. 9. et De-Vit in Onom. t. 1. p. 186., nomina desumebant vel ex natione, unde admittebantur, vel ex legato provinciæ cujusque, qui illas primo colligebat, ut Ala Britannica, Ala Pannoniorum Templana etc.; vel a militum qualitate aut patria, vel ab aliis rerum adjunctis, ut Ala Augusta, Ala Juvenum etc., Damascena etc.; ac postremo multis oppidis nomen dabant, vel iis, in quæ præsidii causa missæ erant; vel iis, unde eligebantur; vel denique iis, quorum agro donabantur post emerita stipendia, ut est Ala Flaviana, Ala Nova etc. Singulas fuse persequitur Cichorius, PW. 1. 1224-1270. ¶ 2. Item cognomen gentis Serviliæ V. AHALA.

ĀLA MILIARIA. V. ALAMILIARENSIS.

ĀLA NOVA, æ, f. 1. oppidum, cui a statione militari Alæ Novæ cujusdam nomen inditum est, in Pannonia prima, ubi equites Dalmatæ stationem habebant, fortasse ubi nunc est Ebesdorf, prope Mannswerth. Notit. Dignit. c. 33. et Itin. Anton. p. 268.

ALABA et

ALABANA. V. ALABANENSES.

ĀLĀBANDA, æ, f. 1. et

ĀLĀBANDA, ōrum, n. plur. 2. (Ἀλάβανδα) — a) Scribitur unico l, uti constat ex locis poetarum et nummis Eckhel 2. p. 57. sqq. et Head., HN 619. Adde Inscript. in C. I. G. 2900., unde et ipsum Gr. Ἀλλάβανδα, quod aliquando legebatur, emendandum est. — b) Declinatur etiam sing. et quidem fem. gen. Alabanda, æ, 1. apud Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (102).; qui tamen 37. Ibid. 2. 9. (23). et 7. 25. (92). neutr. gen. et plur. num. usurpat. — c) Origo nominis videtur esse ab Alabandus (V. hanc voc.), quamquam alii derivant ab ἄλα « equus » et βάρδα « victoria » ex lingua Carica. V. Steph. Byz. h. v. apud Cavedoni, Spicil. numism. p. 183.

Alabanda, oppidum Cariæ illustre, hodie Arab Hissar, ad fluvium Tchinar Aksu, qui a meridie in Mæandrum influit. Memorant Liv. 35. 18. et Juvenal. 3. 70., coll. Cic. 15. Fam. 56. et Plin. 37. Hist. nat. 2. 9. (23). — Floruit divitiis et luxu habuitque conventum juridicum (corte di giustizia). Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (109). — Fuit insuper patria clarorum virorum, quos inter præcipui exstiterunt Hierocles, Apollonius, Hermogenes, Molo.

ĀLĀBANDĒI et

ĀLĀBANDEIS (Alabandis) et

ĀLĀBANDĒNI. V. voc. seq.

ĀLĀBANDENSIS, e, adject. ad Alabanda pertinens. Cic. 13. Fam. 56. Philocles Alabandensis. — Hinc absolute

Alabandenses, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi Alabandarum in Caria, qui et Alabandi dicuntur Cic. 3. Nat. D. 15. 39.; et Alabandei apud Vitruv. 7. 5., ubi alii leg. acc. Alabandeas, Gr. positione, ut apud Cic. 3. Fam. 56. nom. Alabandeis (Ἀλαβανδεῖς, Wesenberg Ἀλαβανδεῖς: v. Lachm. ad Lucret. 5. 85. p. 261. et Orell. ad h. l.); et Alabandeni apud Liv. 45. 25. — De his idem Liv. 43. 6. Alabandenses templum urbis Romæ se fecisse commemoraverunt. V. integrum locum. Adde Cic. 3. Nat. D. 19. 50.

ĀLĀBANDĒUS, a, um, adject. (Ἀλαβάνδειος) ad Alabanda pertinens, ut Hierocles Alabandeus, apud Cic. Brut. 95. 325. et Vitr. 7. 5 (V. etiam voc. præc.).

ĀLĀBANDI. V. ALABANDENSIS.

ĀLĀBANDĬCUS et

ĀLĀBANDĪNUS, a, um, adject. (Ἀλαβανδινός) ad Alabanda pertinens. Plin. 37. Hist. nat. 25. 7. (92). Alabandici carbunculi. h. e. qui nascuntur quidem in Orthosia caute, sed Alabandæ perficiuntur. Adde Grat. Cyneg. 46. Rursum Plin. 19. Hist. nat. 9. 56. (174). Alabandica cannabis optima plagarum præcipue usibus. Id. 21. ibid. 4. 10. (16). rosa. — Isid. 16. Orig. 13. 6. Alabandina gemma colore carchedonii sed rariore.

ĀLĀBANDĬUS, a, um, adject. (Ἀλαβάνδιος) ad Alabanda pertinens. Grat. Cyneg. 46. pauper rigui custos Alabandius horti Cannabias nutrit silvas.

ĀLĀBANDUS, i, m. 2. (Ἀλάβανδος) Caris filius, a Callirrhoe susceptus, a quo conditum et nominatum oppidum Alabanda, ubi tamquam deus cultus fuit. De eo Cic. 3. Nat. D. 15. 39. et 19. 50.

ĀLĀBANDUS, a, um, adject. idem qui Alabandicus. Vitruv. 8. 1. sub. fin. Hermogenes Alabandus. Isid. 16. Orig. 14. 6. Alabanda regio.

ALABANENSES, ium, m. plur. 3. incolæ conventus Cluniensis in Hispania Tarraconensi, fortasse Alabana dicti (Ἀλαυῶνα Ptol. 2. 6. 67), non Alaba, ut vult Harduin., apud Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (26). — Corp. Inscr. Lat. 2. 4200. Alabensis. — Sub hoc nomine, ejusdem fortasse oppidi incolæ inter stipendiarios conventus Carthaginis novæ memorantur a Plin. 3. ibid. 3. 4. (25)., qui eos confudisse videtur cum Alabanensibus conventus Cluniensis. V. Hübner, PW. 1. 1270. 2.

ĀLĀBARCHES, æ, m. 1. Scribitur et Arabarches (et ex Jos. Antt. 20. 5. Halabarches, quasi salis præfectus) Cic. 2. Att. 17. ex Balt., sed Alabarches leg. Orell. et Wesenb. Item apud Juvenal. 1. 130., ubi alii aliter. — Etymon vocis pro diversa lectione alii deducunt a voc. Semit. hhâlaph « vicem gessit » (Arab. chalipha, vicarius, califfo) et 'archa' = ἄρχων, princeps: vel ab ἀλαβα, « atramentum aut vectigal » ita ut sit vicem gerens principis aut præfectus vel magistratus scripturæ seu vectigalium.

Alabarches, titulus, quo Hebræi Alexandrini suos appellabant præfectos juri dicundo et vectigalibus quoque exigendis; quamquam hic magistratus et aliis officiis, nec pro Hebræis tantum, fungebatur; aliis tamen, qui Arabarches legunt, est Arabum præfectus, quasi servorum ex Arabia præcipuus, vel publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex proxima Arabia in Ægyptum deportabantur, cujus officium Arabarchia vocabatur. — Ceterum de hoc nomine non tam proprio quam communi, cui tamen magis illustrando aliquid addere placuit. V. Lexic. Cf. etiam Rehaferd, De Alab. Jud. 1702.; Steph. Thes. L. Gr. h. v. et Wessel. De Jud. Arch. p. 63.; sed nuper diversa protulit Rostowzew, Röm. Mitt. XII. (1897) p. 76.

ĀLĀBASTRI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Alabastri. Avell. p. 746. Indi in novem regna fuerant disparati - id est Alabastrarum etc. — Adjectivorum more, ibid. p. 746. Alabastri negotiatores.

ĀLĀBASTRĪTES et

ĀLĀBASTRON. V. ALABASTRUM.

ALABASTROS, i, m. 2. (Ἀλάβαστρος) fluvius Æolidis ab Ida monte per Troadem regionem decurrens. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122).

ĀLĀBASTRUM, i, n. 2. (Ἀλάβαστρον) Scribitur et Alabastron, fortasse genet. plur. Græca positione, quasi Ἀλαβάστρων πόλις (Ptol. 4. 5. 29), apud Plin. loc. cit. — Dictum videtur ab aliquo monte Thebaidis, qui Alabastrites proinde appellatus fuerit, unde hujus nominis lapis apud eumd. ibid. (V. Smith Geogr. ant. l. 3. c. 15). — De etymo vocis V. Jablonski Opusc. I. p. 21.

Alabastrum, oppidum Ægypti in Thebaide inter Cynopolin et Antinopolin, jamdiu dirutum, prope montem, quem vulgo Monte di s. Antonio dici refert Champollion, Ég. sous les Pharaon. T. 1. p. 302. At Burton et Wilkinson ponunt Alabastrum ejusque fodinas celeberrimas, ubi nunc est Tell-el-Amarna (V. Re, op. c. p. 479). Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 9. 11. (61). et Hilar. in Ps. 118.

ALABIS, is, m. 3. Scribitur etiam Alabas, Alabus, Alabon. Cf. Cellar. Geogr. ant. 2. 12. p. 980. (Ἄλαβος, Ἀλαβῶς, Ἄβολος: cf. C. Müller l. c. p. 399).

Alabis, nom. personæ et fluvii. ¶ 1. Fuit miles Hasdrubalis, sumpto nomine fortasse a fluvio. Sil. It. 15. 467. Tunc Alabim, Murrum atque Dracem demisit ad umbras. ¶ 2. Est fluvius Siciliæ inter Mylas et Megaram, hodie Alcantara (Cf. Plut. Timol. p. 252). Id. 14. 227. B. Necnon qui potant Hypsamque Alabimque sonoros. Cf. tamen C. Müller in Ptol. ed. I. p. 396. — Apud Vib. Seq. p. 146. R. Alabon. Alii aliter leg.

ALABON (Ἀλαβών), m. ¶ 1. indecl., fluvius Siciliæ. V. voc. præc. ¶ 2. Decl., statio Vocontiorum Galliæ Narbonensis. Itin. Vicarell. I. (Corp. 11. 3281) 3. 12. Alabontem (acc.). et II. (Corp. 11. 3282) 3. 12. Alabonte (abl.). — Itin. Anton. p. 388. Alamonte.

ĀLĀCER, is, m. 3. cogn. vir. Inscr. apud Cohen I.[2] p. 201. n. 136. CAE. ALACRE (abl.). Cf. Papyr. Wessely, Wien. St. 24. 123. Ἄλακερ. — Hinc Alacrius, nom. gent. Corp. I. L. 10. 3994.

ĀLĀCHRŌES et, rectius, Halachroes, um, m. plur. 3. Vox conflata videtur ab ἅλς, salum, mare, et χρώς, color, quasi a colore marino dicti.

Alachroes, gens Africæ. Plin. 5. Hist. nat. 4. 4. (28). Ora Lothophagon, quos quidam Alachroas dixere, ad Philænorum aras.

ALAGABALUS. V. ELAGABALUS.

ĀLALCŌMĒNÆUS, a, um, adject. (Ἀλαλκομεναῖος) ad oppidum Bœotiæ pertinens, quod vocatur Ἀλαλκομεναί. Stat. 7. Theb. 330. Alalcomenæa Minervæ agmina.

ĀLALCŌMĒNĒ, es, f. 1. epitheton Athenæ seu Minervæ, ab Alalcomenis, ubi fanum habebat. Schol. Stat. Theb. 7. 330. Bacchylides Minervam Itoniam dixit et Alalcomenen ipsam significavit.

ĀLĀLIA, æ, f. 1 (Ἀλαλίη) oppidum in Corsica insula, idem quod Aleria. Plin. 35. Hist. nat. 10. 37. (115). Plautiu' Marcus Cleostas Alalia exoriundus. Alii aliter leg. V. doctam Silligii adnot. ad l.

ALALIS. V. HELELA.

ĀLĀMANNI (Alamani v. Alemanni). V. ALAMANNUS.

ĀLĀMANNĬA (Alamania v. Alemania), æ, f. 1. regio Germaniæ inter Rhenum et Danubium sita a Rhætiis lacuque Brigantino ad Francorum fines. Ammian. 20. 4. 1. et 30. 3. 1., Venant. carm. præf. 4., Ennod. opusc. 1. 72., Greg. Tur. vit. Patr. 1. 1.; 23., al. — Metonym. pro Alamannis. Symm. Orat. 1. 17. Alamannia ferox. Claudian. I. cons. Stilich. 234. quoties sociare catervas Oravit jungique tuis, Alamannia, signis. Adde IV. cons. Hon. 449. et Treb. XXX. tyr. 8.

ĀLĀMANNĬCUS et Alemannicus, a, um, adject. (Ἀλαμανικός) Ps. Prisc. De accent. 3. 522. K. Breviantur omnia - ai i habent in penultima subsequente c consonante, ut Cretica, Isaurica, Alemannica.

Alamannicus, ad Alamanniam pertinens. Cf. Mamertin. Paneg. Julian. 13. Alamannicus pulvis. Ammian. 15. 4. 1. pagi. Id. 27. 2. 9. tentoria. Adde eumd. 29. 4. 7. et 30. 7. 5. et Priscian. loc. cit. — Alamannicus, titulus ob devictam Alamannorum gentem tributus Antonino Caracallo, teste Spartian. Carac. 10. (Cf. tamen Momms. in Corp. Inscr. Lat. 1. p. 403.); Constantino (Ep. Imp. Const. [Corp. 3. 7000] 3. 6); Valentiniano (Corp. 6. 1175) aliisque, de quibus v. Pacat. Paneg. Theod. 5. — De Alamannicis ludis apud Romanos disputat cl. De-Rossi in Bollett. dell' Istit. Arch. a. 1860. p. 77. sqq.; sed v. Momms. loc. cit.

ĀLĀMANNUS et Alemannus, a, um, adject. — a) Orthographia: Alamannus et Alamannus ex titulis et libris pariter probantur Serv. ad Virg. 4. G. 278 (Cf. Desjardins, Tabl. d. Peuting. p. 3). — Alamanus, unico n: sic Ἀλαμανός Heins. ad Claudian. II. cons. Stilich. et Ἀλαμανός Herodian. Cath. pros. p. 179. 24.; at prior scriptura præferenda, ut patet ex nummis apud Eckhel, 8. p. 83. et 84. et Inscr. apud Orelli n. 1117., quamquam in alia apud eumd. n. 1118. unico n occurrit, unde Alamanus et Alamania scribunt nonnulli, optt. MSS. ac titulis invitis (V. Georges, Lex. d. Lat. Wörtf. p. 30). — Magni etiam facienda est scriptura Halamannus cum aspiratione. Paneg. 10. 18. M., Vopisc. Tac. 15. (Bamb. et Palat.) et Cassiod. 12. Var. 28. 4. Brux.: optt. libb. — b) Prosodia: prima et secunda syllaba corripiuntur a poetis; tertia vero, etiam unico n, producenda est. Claudian. II. cons. Stilich. 17. et Sidon. 5. 375. et alib. Sic apud Græcos Herodian. loc. cit. — c) Etymologia: incertæ originis vox est apud veteres. Serv. ad Virg. 4. G. 278. et ex eo Isid. 9. Orig. 2. 94. « Populi inhabitantes juxta Lemannum fluvium, Alemanni vocantur, de quibus Lucanus 1. 396. etc. — Et Asinius Quadr. apud Agath. l. 1. c. 6. tradit esse homines convenas et permixtos et hoc valere apud eos nomen Alemanni, quod corruptum est a vulgari allemannem, quod sonat omnes homines. Sic et recentiores interpretantur; erant enim Alamanni multarum tribuum fœderatione conjuncti, quibus apte respondet Germ. « alle Männer » h. e. omnes homines (Cf. Smith. geogr. ant. l. 4. c. 31. et Müller, Die Marken d. Vaterl. p. 212. sqq.); quamquam alii nunc ita interpretantur ut sit Alahmannen, i. e. homines sanctuarii seu sancti v. sacri (Baumann, Forschung. z. deutsch. Gesch. XVI. 222).

Alamannus, ad Alamanniam pertinens, Alamannicus. Ammian. 17. 10. 5. Alamannus adulescens. et 14. 10. 6. multitudo. et 28. 2. 6. optimates. — Alamannus, titulus honoris causa Gratiano imp. attributus ob victoriam, quam de Alamannis obtinuit apud Argentariam, Galliæ oppidum. Aur. Vict. Epit. 47. et in Inscr. apud Orelli n. 1118. (Grut. 159. 7., coll. 160. 4). — Hinc absolute

Alamannus, i, m. 2. nom. collectivum pro Alamannis. Sidon. carm. 5. 375. Trux Alamannus. Adde eumd. 7. 374.

Alamanni, ōrum, m. plur. 2. populi Germaniæ, præsertim de stirpe Suevorum (Cf. Cæs. 4. B. G. 1.), qui olim inter Danubium eo usque ubi Licum excipit et Rhenum, quo Mœnus influit, habitasse videntur, quosque sagatos vocat Isid. 19. Orig. 23. 6. ex more vestiendi, ut Gallos Cic. Fontej. 11. 23. — In primis in Paneg. et apud., Amm. et Greg. Tur. appellantur tam Germani (Vopisc. quatt. tyr. 13.) quam Suebi (Greg. Tur. 2. Fr. 2.). — Fuerunt strenuissimi bellatores, præcipue ex equo pugnandi peritissimi (Aur. Vict. de Cæsarib. 21) ita ut gestorum famâ totam Germaniam implerent nomenque suum aliquando huic regioni inderent, quæ Alamannia ad nostra usque tempora dicta est; quondam enim communi fere Germanorum vocabulo appellati (Vopisc. Procul. 13), mox Alamanni et Germani distincti sunt. Cf. Vopisc. in Prob. 12., Spartian. Carac. 10., coll. Herodian. loc. cit. etc. — De primitiva vero eorum origine ab Ascenez, cui videntur favere nonnulli, ut Knobel, Die Volkertaf. d. Gen. 1850. et Crelier, La Gen. 1889. p. 126.: cf. Legendre in Dict. de la Bibl. ed. Vigour. v. 1. p. 1069. sqq. et Hummelauer in Gen. p. 318. — Romanis tamen primum noti fuerunt prope exitum sæc. II. post Chr., ut ex Dione colligitur. Cf. Capitolin. M. Aurel. 21. sqq. et Asin. Quadr. apud Agath. loc. cit. Certior res fit ann. circ. 213., quum Caracalla imp. eos populos adortus devicit et ob id Alamannicus nuncupatus. Spartian. et Aur. Vict. locc. citt. (V. ALAMANNICUS). — Postea Alamannos Gallias et Italiam invadentes vicit Claudius imp. (Aur. Vict. Epit. 34.); Aurelianus in Vindelicia (Id. de Cæsarib. 35., coll. Vopisc. in Aurelian. 18. sqq.); Constantius Cæs. apud Lingonas in Gallia (Eutrop. 9. 23., coll. Eumen. Paneg. Const. 2. sqq.); Constantinus M. cum Francis bellantes (Eutrop. 10. 3., coll. Eumen. Paneg. Constantin. 10. sqq., coll. Eckhel 8. p. 84.); Julianus Cæs. apud Argentoratum iterumque, capto Vadomario eorum rege (Eutrop. 10. 14. et Aur. Vit. Epit. 46. et fusius Ammian. 14. 10. 16. et alib.); Valentinianus imp. per Theodosium (Id. 26. 4. 27. 1. sqq. et 18. 2); Gratianus imp. (Aur. Vict. Epit. 47., Ammian. 31. 10. et Hieronym. in Chron.) ad Argentariam; postremo Honorius imp. et Stilicho sæc. IV. eos subegerunt (Claudian. I. cons. Stilich. 234. et 3. ibid. 17. et V. cons. Honor. 449). — Plura de his populis videsis apud Ring, Hist. des Germ.; Reichard, Germ. etc.; Malte-Brun T. 7. p. 337, Ihm et Seeck, PW. 1. 1277-1280.

ĀLĀMĪLIĀRENSIS, is, adject. ad Alam Miliariam pertinens, oppidum in Mauritania Cæsariensi, cui ab equitum Alæ Miliariæ statione nomen factum est; unde Alamiliarensis appellatus Mensius quidam episcopus. Not. Maur. Cæs. 33. et Corp. Inscr. Lat. 8. 21572. Cf. Schmidt, PW. 1. 1281. et Cichor. ibid. 1251.

ALAMON. V. ALABON.

ALANDER, dri, m. 2. fluvius Galatiæ, qui e Phrygia Magna in Sangarium influit, cujus fontes Liv. 38. 15. inter Abbassium et Anabura recenset, ubi perperam alii Alexandri vel Mæandri leg. (V. Drakenb. ad l.). Adde eumd. ibid. 18.

ĀLĀNI. V. ALANUS.

ĀLĀNIA, æ, f. 1. nom. fortasse fictum regionis ad paludem Mæotidem in Sarmatia Europæa. Oros. 1. Hist. 2. 53. et Isid. 14. Orig. 4. 3.

ĀLĀNĬCUS (Alanuicus), a, um, adject. ¶ 1. Est ad Alanos pertinens. Hinc Alanicus, titulus Justiniani imp. in præf. Digest. — Item titulus Justini et Tiberii impp. or. init. Nov. Const. ¶ 2. Est etiam Jovis cognomen apud Brixienses, quod a land, regio, deducit Sponius, ita ut Jovem regionis illius significaret, nisi « malis (inquit Forcellin.) ab Alanis derivatum »; quod vero similius videtur. Inscr. apud Spon. Misc. p. 117 (?). — Item Juppiter Alanninus in alia apud Murat. 8. 7 (?).

ĀLANNĪNUS. V. voc. præc.

ĀLĀNUS, a, um, adject. — a) Scribendum esse unico n patet ex lapidib. aliquot et MSS. Sic et a Gr. Ἀλανοί — Alannus interdum, n geminato, ut Lucan. 10. 454. M. 1. — Halanus cum aspiratione ut apud Ammian. locc. citt. ed. Gardt., Capitolin. loc. cit. ed. Peter, Vopisc. Aur. 33., Paul. Pell. 378. etc. — Etiam Alauni pro Alani scriptum putatur, quasi una eademque gens sit. Cf. Annal. dell' Istit. Arch. a. 1841. p. 42. sq. — Sic Alanti apud Jornand. Get. 161. in tribus libris. — b) Nomen alii petunt a fluvio, ut Isid. 9. Orig. 2. 94. « Lanus fluvius fertur ultra Danubium, a quo Alani dicti ». Hunc tamen fluvium non Lanum sed Alanum vocat Schol. ad Lucan. 8. 223. At rectius Ammian. 31. 2. 4. ex montium appellatione cognominatos dicit; cui etymo favet vox Sarmatica ala « mons » (V. Georges, Handw. p. 266). — Nonnulli volunt ab Albania, extrito b, factum Alani, ut Zonar. 15. init. Sed Albanos ab Alanis distinxit junxitque simul Val. Flacc. 6. 42. V. infra.

Alanus, ad Alaniam pertinens. Claudian. B. G. 581. Alana gens. Adde Jornand. Get. 15. et Inscr. apud Orell. n. 824. — Hinc absolute

Alanus, i, m. 2. nom. collectivum pro Alanis. — a) Proprie. Martial. 7. 30. 6. Nec te Sarmatico transit Alanus equo. Adde Claudian. loc. cit. et Sidon. carm. 5. 481. — b) Translate pro homine barbaro, feroci. Lucan. 10. 454. intraque penates Obruitur telis, quem non violasset Alanus, Non Scytha.

Alani, ōrum, m. plur. 2. populus ferocissimus Sarmatiæ, Scytharum genere, ad paludem Mæotidem, inter Tanaim et Danubium. Plin. 4. Hist. nat. 12. 25. (80)., Ammian. 22. 8. 31. et 31. 2. 12. Senec. Thyest. 630., Capell. 6. p. 214., 1., coll. Jos. B. J. 7. 7. Nec solum in Asia sed in Europa Alanos agnovit Val. Flacc. 8. 219., coll. Priscian. Periег. 296. et Avien. Descr. Orb. 443. — De eo-

rum tamen sedibus apud veteres recentioresque scriptores sententias v. in *Comm. Tzschuck* ad *Mel.* 3. 5. 4. — Eos cum Albanis alii confuderunt, ut *Zonar. loc. cit.*, coll. *Ammian.* 23. 5. 16.; sed ab his distinguit *Sidon. loc. cit.*; alii vero cum Massagetis, ut *Ammian.* 31. 2. 12., a quibus secernit *Claudian.* 1. *Rufin.* 312. Massagetes patriamque bibens Mæotin Alanus. Ceterum *Alani, Albani, Alamanni* confusi apud scriptores inveniuntur (*Tomaschek, PW.* 1. 1285). — Ita eos describit *Ammian.* 31. 2. 17. *sqq.* Bipartiti per utramque mundi plagam Alani per pagos ut Nomades vagantur immensos, ævi tamen progressu ad unum concessere vocabulum et summatim omnes Alani cognominantur (ob) mores et modum efferatum vivendi eamdemque armaturam. Nec enim ulla sunt illisce tuguria aut versandi vomeris cura sed carne et copia victitant lactis, plaustris supersidentes *etc.* Proceri autem Alani pæne sunt omnes et pulcri, crinibus mediocriter flavis, oculorum temperata torvitate terribiles et armorum levitate veloces *etc.* De iis bello assuetis *Lucan.* 8. 223. duros æterni Martis Alanos. Cf. *Priscian. Perieg. loc. cit.* Martia pectora Alani. — Romanis quando innotuerint primum, haud facile statui potest; sed Vespasiani ætate, ann. circ. 78. post Chr., auxilium ab iis contra Alanos Asiaticos petit Vologesus, rex Parthorum, ut tradit *Sueton. Domit.* 2., coll. *Jos.* 7. *B. J.* 29.; Europæos vero contra Romanos ann. 168. conspirasse cum Bessis, Roxolanis, Basternis aliisque Sarmaticis populis refert *Capitolin.* in *M. Antonin. Philos.* 22., coll. *Dion.* 71. 9.: postea eos domuit Aurelianus imp. (*Vopisc. Aurelian.* 33); sed Gratianus imp. ann. 383. humaniter recepit muneribusque honoravit ipsi militi Romano prælatos, teste *Aur. Vict. epit.* 17.; unde et post *Comitum Alanorum* mentio in *Notit. Dignit. occ.* c. 6. et 7.: dein ann. 387., Valentiniano imp., appropinquantes Galliæ cum Hunnis repulsos fuisse narrat *Ambros. ep.* 24. *n.* 8.; postremo quum ex Gallia in Italiam venissent, eos Majoranus et Ricimerus magnam partem cæsos tradunt *Jornand. Get.* 45. *sqq.*, *Sidon. carm.* 5., *alii.*

ĂLĀNUS, i, m. 2. fluvius in Sarmatia. *Schol.* ad *Lucan.* 8. 223. V. voc. præc. init.

ĂLĀRĪCUS, i, m. 2. — *a)* Scribitur et *Alarichus*, ut Gr. Ἀλάριχος. — *Halaricus* cum aspiratione, ex codd. quibusd.; sed altera scriptura communior. — *Allaricus*, duplici *l*, apud *Augustin. Retract.* 2. 431. et *Prosp.* in *Chron.* Sic Ἀλλάριχος apud *Olympiod.*, *Zosim.*, *Sozom.*, *al.* — *b)* Brevis est prima et secunda syllaba; tertia vero longa, ut in similibus *Gensericus, Hunericus* etc., apud *Claudian. B. Get.* 431. Vestris namque armis Alarici fracta quievit Ac Brenni rabies. Adde *eumd. VI. cons. Honor.* 180. et *alib.* — *c)* Nominis significatio ignota est in barbarico vocabulo; quamquam vox conjungi potest cum Teut. vel Germ. *reich* « dives v. potens », particula intens. præcedente, ita ut sit *valde potens*.

Alaricus ¶ 1. Fuit rex Gothorum, seu potius Visigothorum, primus Baltharum genere, hostis imperii Rom. infensissimus, exeunte sæc. IV. et V. ineunte, *Magnus* cognominatus. *Jornand. Get.* 47. — Eum Rufinus, ambitiosus Arcadii tutor, post obitum Theodosii M. ann. 395., ut in orientem veniret, hortatus est, ubi dux barbarus multas provincias vastavit (*Marcellin. Com.* in *Chron.* 272., coll. *Zosim.* 5. 5). Dein in occidentem profectus Italiam petiit, ubi ad Pollentiam ann. 402. ab exercitu Stilichonis fusus fugatusque est. *Jornand. Get.* 30., *Rutil. Itin.* 2. et *Prosp.* in *Chron.* ac præcipue *Claudian. B. Get.*, coll. *VI. cons. Honor.*, ubi aliæ de Alarico Stilichonis victoriæ celebrantur. — Stilichone interfecto, ann. 408., in Italiam reversus semel iterumque Romæ minas intendit eamque expilavit ac postremo captam teterrima cæde ac direptione conterruit, rebus tamen locisque sacris præter ethnicorum delubra intactis. *Jornand. Get.* 30. et 31., coll. *Zosim.* 6. 13., *Oros.* 7. *Hist.* 39., *Cassiod.* in *Chron.* et *Augustin.* 1. *Civ. D.* 12-16. — Roma egressus per Campaniam et Lucaniam discurrit; hinc in Africam cogitabat ut illic sibi regnum constitueret, sed, Cosentiæ morbo præventus, ibi immatura morte decessit sepultusque est in alveo Busentini amnis. *Jornand. Get.* 30., coll. *Oros.* 7. *Hist.* 39. et 43. et *Augustin.* 1. *Civ. D.* 10. et 16. V. etiam *Troya, Stor. d' It. XVII.* 36-37. et *Balan, Stor. d'It.* v. 1. p. 433. *sqq.* — Ad eum pertinet *Inscr.* Latina, Græcis litteris exarata, apud *Mai N. Coll. T.* 5. *p.* 329. 1. ¶ 2. Item Alaricus, qui secundus dicitur, filius Eurici, in Hispania rex Visigothorum v. Vesegotharum (*Westgothen*) ann. circ. 484., Arianus erga Catholicos benevolus, a Clodoveo in prœlio occisus ann. 507., quo regnum ab Alarico M. conditum desiit. *Venant.* in *vit. s. Remig. p.* 22., *Jornand. Get.* 57., coll. *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 35. *et* 36. — Ejus jussu ab a. 506., Gojarico præside, confecta fuit *Lex Romana Visigothorum* (V. *Haenel p.* 2. 4), serius dicta *Breviarium Alarici* seu *Aniani*. Cf. *Teuffel, Gesch. d. röm. Litter.* 481. 2. et *Dahn, Gesch. d. Westg.* (1870).

ĂLASTOR, ŏris, m. 3. (Ἀλάστωρ, *sceleris vindex*). ¶ 1. Fuit socius Sarpedonis, regis Lyciæ, ab Ulyxe ad Trojam occisus. *Ovid.* 13. *Met.* 257., coll. *Homer. Il.* 5. 677. ¶ 2. Item equus Plutonis currum trahens cum tribus aliis, quos describit *Claudian.* 1. *Rapt. Pros. fin.* — *NB.* Apud Græcos fuit nom. dæmonis maligni, qui Satanæ instar hominem ad peccandum impulit. *Eurip. Electr.* 978. et *Iphig. Aul.* 45.

ALATOR, oris, m. 3. cognomentum Martis in Britannia. *Inscr.* in *Corp. I. L.* 7. 85. et *alia* in *Eph. epigr.* 7. 999.

ALATRĪNAS. *V.* ALETRINAS.

ALATRIUM. *V.* ALETRIUM.

ALAUCUS, i, m. 2. cogn. Celticum. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 4771. Cf. *alucus*. « Dicunt Alacco Alaucus et sic alia Galli » *Varro* 8. *L. L.* 65. cum adnot. cl. *P. Canal p.* 545. *V.* ALUCUS in *Lexic.*

ĂLAUDA, æ, m. et f. 1. ¶ 1. *Alauda*, masc. gen. — 1.°) Generatim cogn. vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1898. — 2.°) Speciatim vir quidam apud *Martial.* 12. 58. Estis, Alauda, pares. *et ibid.* 60. ut liquidum potet Alauda merum. ¶ 2. *Alauda*, fem. gen. — 1.°) Usurpatur in sing. num. et est cognom. legionis, ex Transalpinis a Cæsare conscriptæ, de qua *Sueton. Cæs.* 24. Vocabulo Gallico Alauda appellabatur, quam disciplina cultuque Rom. institutam et ornatam, postea universam civitate donavit (Cf. *Ruggiero, Diz. epigr.* 382). Addit porro *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 44. (121). ab *alauda galerita* appellatam legionem hanc; fortasse quod milites alaudarum instar in galeis aristas insigniores gestarent. — 2.°) Item in plur. num. dicti sunt per jocum, ut videtur, ipsi milites, quibus hæc legio componebatur. *Cic.* 5. *Phil.* 5. 12. Antesignanos et manipulares et Alaudas judices se constituisse dicebat (*Antonius*). Adde *eumd.* 13. *ibid.* 2. 3. et *alib.* et *Hygin. de limit. Const. p.* 200. *Lachm.* — Sunt tamen qui velint etiam in plur. num. significari legionem, ut in *Inscr.* apud *Momms. n.* 1861. et 6030. — Absolute dicitur *V.* (quinta) ex ordine, ad quem pertinebat. *Inscr.* apud *Orelli n.* 750.

ALAUNA, æ, f. 1. ¶ 1. Est statio Galliæ in Venetis, nunc *Alleaume*, in *Itin. Ant. p.* 386. ¶ 2. Item non una statio Britanniæ. *Rav. p.* 426 (coll. *Ptol.* 2. 3. 3. et 4). ¶ 3. Item Britanniæ silva et fluvius. *Id. p.* 1. 25.

ALAUNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* ALAUNUS.

ALAUNĬUM, ii, n. 2. statio Vocontiorum in Gallia, nunc *Auben. Itin. Vicarelli I.* (*Corp. I. L.* 11. 3281).

ALAUNĬUS. *V.* voc. seq.

ALAUNUS, i, m. 2. ¶ 1. In sing. num. est cognomen Mercurii, fortasse quia in oppid. Alauno vel Alaunio coleretur. *Inscr. Rhen. Bramb.* 1717., *Henzen, Suppl. Orelli n.* 5866. ¶ 2. In plur. num. gens Galliæ. *Notit. Dignit. occid.* 42. — *NB.* Est etiam gens Norici, fortasse eadem quæ Alana. Memoratur *Ptolem.* 2. 14. Ἀλαυνοί. Cf. *Becker, Rhein. Jahrb. XVII.* 173. et *C. Christ, ibid. XLVI.* 180.

ĂLAZON, ŏnis, m. 3. (ἀλάζων, ονος = ἀγύρτης: cf. *Schenkl* ad *v.*). — Genet. *Alazontos* ponunt *Forcell.*, *Freund, Theil, De-Vit*, quasi sit particip. Gr. ἀλάζομαι (quod ceteroquin esset ἀλαζόμενος) ex intens. α et λάζομαι, *sumo*, h. e. multum sibi sumens et ultra vires; sed nullo exemplo allato. — Acc. *Alazona* apud *Val. Flacc.* 6. 101. — Est autem ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Inscr.* apud *Marat.* 1521. 2 (?). ¶ 2. Apud Plautum titulus comœdiæ Græcæ. *Plaut. Mil. gl.* 2. 1. 8. Alazon Græce huic nomen est fabulæ: id nos Latine Gloriosum dicimus, *il millantatore* o *il bravaccione*. — Titulum Latinæ *Miles gloriosus* oppugnat *Fleckeisen, Mus. Rhen. XIV. p.* 629.; defendit tamen *Hertzberg*. Cf. *Riese, Mus. Rhen. p.* 303. *sq.* et etiam *p.* 34. ¶ 3. Et etiam fluvius, qui Albaniam ab Iberia disterminat et in Cyrum a Caucasiis montibus defluit (Cf. Ἀλαζὼν ποταμὸς *Themist.* et Ἀλαζόνος ποταμός *Strab.*), nunc *Alasan. Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 11. (29). et *Val. Flacc. loc. cit.*, coll. *Strab.* 11.

ALBA, æ, m. et f. (albus) Genet. arch. *Albāī* Græcorum more, soluta per diæresim diphthongo, habet *Enn. Ann.* 34. apud *Atil. Fortunat. p.* 2691. Olli respondet rex Albai Longai. Adde *Comm. Eins.* in *Donat. Barb. p.* 267. *K.* et *Ars Anon. Bern. p.* 94. *ibid.* — Plur. *Albæ* est *Varron.* 8. *L. L.* 35. et *Pomp. gramm.* (ex *Cæs. Anal.*) *p.* 144. 20. *K.* — Alba est nomen personæ et geographicum.

I.) Alba, nomen personæ. ¶ 1. Gen. masc. — 1.°) Est nomen sexti regis Albæ Longæ, (Ἄλβας *Dionys.* 1. 71), de quo *Ovid.* 14. *Met.* 612. clarus subit Alba Latinum. *Liv.* 1. 3. Latini filius et pater Atys, plenius Alba Silvius appellatus, qui regnavit ab ann. aut. Chr. 1029-990., teste *Diod.* apud *Euseb.* et *Hieronym.* in *Chron.* Adde *Ovid.* 4. *Fast.* 4. 3. — 2.°) Item cognom. vir., ut Æmilius Alba, apud *Cic.* 5. *Verr.* 62. 145. Adde *C. I. L.* 3. 2680. ¶ 2. Gen. fem., cognom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6729. et 13. 5905. — *Alba*, Æneæ neptis, apud *Fest. p.* 266.

II.) Alba, nomen geogr. ¶ 1. Gen. masc., — 1.°) Est fluvius Hispaniæ citerioris, quem hodie *Tet* vel *Ter* dici censent nonnulli, hunc ab alio ad Emporias oppidum distinguentes. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22). — 2.°) Item mons, hodie *schwäbische Alp*, apud *Vopisc. Prob.* 18. 7. — Alii cum cl. *De-Vit* fluvium putarunt, sed V. *Ihm, PW.* 1. 1299.; *Georges, Handw. p.* 268. et *Thes. L. L.* ad *h. v.* ¶ 2. Gen. fem., *Alba Vallis*, statio Phœniciæ, *Notit. Dignit. or.* 32. — Sæpius est nomen oppidi; hinc — 1.°) *Alba Longa* v. *Longa Alba*, Ἄλβα. — Inter nomina composita recenset *Diomed. gramm. I. p.* 309. 29. *K.*, quasi sit *Albalonga*. — Porro ita dicta fertur ab omine porcæ albæ ibidem inventæ, teste *Propert.* 4. 1. 35.; vel ob triginta porcos albos ab illa partos, ut tradit *Varro* 2. *R. R.* 4. 18., coll. *Virg.* 8. *Æn.* 12.; vel ab *albus* (V. supra); unde *Tibull.* 1. 7. 58. Candidaque antiquo detinet Alba Lare. — *Longa* vero cognominata ex forma, quasi in longum porrecta, ut ait *Aur. Vict. O. R.* 17. Adde *Liv.* 1. 33. Utrumque conjungit *Varro* 5. *L. L.* 144. Propter colorem suis et loci naturam Alba Longa dicta (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 270. et *Isid.* 15. *Orig.* 1. 53). — Fuit caput Latii vetusti primum, Romæ parens, ab Ascanio, Æneæ filio, qui et Julius, condita, anno regni sui tricesimo, ut canit *Virg.* 1. *Æn.* 274. 8. *ibid.* 48.; et a. U. C. 664. a Tullo Hostilio eversa, ejus civibus Romam translatis, qui probabiliter tribum Lucerum constituerunt; sed ultimis reipublicæ Rom. temporibus refloruit (*V.* ALBANUM): nunc in ruinis jacet; sita vero erat fortasse ubi nunc *Castel Gandolfo*, vel inter hoc et castra *Albano* et *Marino*, sub monte, qui *Albanus* hinc appellatus est et inter hunc et lacum cognominem, ut docet *Nibby, Viaggio ne' dintorni di Roma.* — Fuit autem Latinorum oppidorum potentissimum, ita ut in finitimis locis usque ad triginta colonias deduceret (*Dionys.* 1. 76. et 3. 31) et oppidis fœderatis præesset regemque haberet, non qui liberis hisce civitatibus dominaretur, sed eas legibus communibus administraret. *Cat. Orig.* 2. in *Peter, H. R. reliq.* 1. 68 (V. *Balan, Stor. d' It. v.* 1. *p.* 26. et *Mommsen, Stor. Rom. v.* 1. *p.* 1. 42-45). — Albæ regnum duravit, teste *Justin.* 43. 1. 13., ann. 300.; ceteri tamen scriptores, ut *Liv.* 1. 29. et *Arnob.* 7. 26., durasse volunt ann. 400. V. *Heyn.* ad *Virg.* 12. *Æn. Exc. III.* — De regum Albanorum serie

vide *Liv. loc. cit.*, *Dionys.* 1. 70. et *Euseb.* apud *Hieronym.* in *Chron.* — 2.°) Item alia in Latio, et quidem in finibus Marsorum et Æquorum (*Liv.* 10. 1., coll. *Strab.* 5. 3. 7.), quæ dicitur *Alba* absolute apud *eumd.* 27. 9.; *Alba Fucens* apud *Charis. gramm. I. p.* 106. *K.* (V. ALBANUS) vel *Alba Fucentia* in *Itin. Anton. p.* 309. ad Fucinum lacum, Græce Ἄλβα Φουκενίς (*Ptolem.* 3. 1.) et *Albensium Alba* apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17 (106)., nam *Albani* ab Alba Longa, hodie *Alba*, quam *Dionys.* antiquiorem putat præcedenti. - Huc olim illustres viri, bello capti, relegabantur, ut Syphaci et Perseo contigisse tradit *Liv.* 30. 45. et 45. 42. - De ea *Sil. It.* 8. 507. interiorque per udos Alba sedet campos pomisque rependit aristas. — Colonia fuit Romanorum deducta a. U. C. 451., teste *Liv.* 10. 1. et *Vellej.* 1. 14., tribui Fabiæ adscripta (*Inscr.* apud *Momms.* infra *cit.*); dein municipium, quod fidelissimum vocat *Cic.* 3. *Phil.* 15. 39. et 3. *Att.* 12. — Inscriptiones ad hanc Albam pertinentes edidit *Momms. nn.* 5310-5683., ejusque nummos *Eckhel* 1. *p.* 100., coll. *Romanelli, Topogr. T.* 3. *p.* 209., et antiquitates illustravit *C. Promis*, Rom. 1836. *V.* etiam *Hülsen, PW.* 1. 1300. et *Momms.*, *Corp.* 9. *p.* 370. — 3.°) Item *Alba*, quæ *Urgavo* olim, oppidum Hispaniæ Bæticæ prope Accito, nunc fortasse *Alba* vel *Alba de Arrego. Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3 (10). et *Itin. Anton. p.* 403 (V. *Hübner, Corp.* 2. *p.* 294). — 4.°) Item oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Vardulis, mediterraneum, situm ubi nunc *Ciordia* vel ubi *Albeniz. Ibid. p.* 455. — 5.°) Item quæ *Ædes* dicitur. *V.* CAPUA. — 6.°) Item quæ *Augusta*. V. infra *Alba Helvia*. — 7.°) Item quæ *Cantes*. V. LEUCOPETRA. — 8.°) Item quæ *Docilia* (al. *Decilia* v. *Decetia*), oppidum Liguriæ. *Tab. Peuting.* 3., fortasse nunc *Albissola*. — 9.°) Item quæ *Fucens* vel *Fucentia*. V. supra *Alba*. — 10.°) Item quæ *Helvia* v. *Helvorum* v. *Helviorum*, oppidum Galliæ Narbonensis, haud procul a *Viviers*, ubi nunc fortasse vicus *Aps. Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36). et 14. *Ibid.* 3. 4. (43). — *Alba Augusta* dicitur *Ptolem.* 2. 10., de qua plura apud *Hirschfeld, Corp.* 12. *p.* 336. et *Ihm, PW.* 1. 1301. — 11.°) Item, quæ *Julia*. V. APULUM. — 12.°) Item quæ *Pompeja*, oppidum Liguriæ ad Tanarum fluvium, fortasse appellata a Cn. Pompejo Strabone, per quem civitatem Rom. obtinuerat, tribu Camilia, patria P. Elvii Pertinacis imp. (V. *Momms.*, *Corp.* 5. *p.* 696. et 863. et *Hülsen, PW.* 1. 1311). Meminit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (49). et *Inscr.* apud *Grut.* 879. 1. Sic *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5105. CIVITAS ALBAE POMPEIAE. — Inscriptiones ad Albam Pompejam spectantes edidit cl. *Vernazza*, qui præter alia celebrem aram marmoream ann. 1779. ibi repertam (*German. et Marcell. ara sepulcr. comment. ill.*), ad tempora Caligulæ imp. pertinentem illustravit. — 13.°) Alias denique, uti sunt *Alba Julia, Alba Græca, Alba Regalis* etc., V. apud geographos.

ALBÆ Aquæ et

ALBÆ Gallinæ. *V.* ALBUS.

ALBĀNA, æ, f. 1. (Alba) ¶ 1. Est nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 551. — Et cogn. mul. *Ibid.* 660., ubi *Abana* pro *Albana*. — Etiam titulus Junonis, Veneris et Vestæ, quæ Albæ cultæ fuerunt, in *Inscr.* apud *Orell. n.* 1288. et 1393. Cf. *Riccio, Memorie d'Albano.* ¶ 2. Est via seu vicus v. forum unguentarium Capuæ, memoratum *Cic.* 2. *leg. Agr.* 34. 94. Cf. *Val. Max.* 9. 1. *ext.* 1.

ALBĀNENSIS, e, adject. ¶ 1. Est ad Albam Longam pertinens. *Schol. Juvenal.* 4. 60. Albanenses lacus. *et* 12. 72. montes. ¶ 2. Item ad Albam, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, pertinens; hinc absolute *Albanenses* dicti ejus incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (25). *Sillig.* leg. *Alabanenses*. At *ibid.* (26). Albanenses.

ALBĀNI. *V.* ALBANUS, a, um.

ALBĀNĬA, æ, f. 1. (Ἀλβανία et Ἀλβανίς *Dio* 36. 54. 1) nomen personæ et geographicum.

I.) Albania, de persona, nom. mul. gent. a loco aliquo vel colore ductum: *cf.* ALBIUS *Corp. Inscr. Lat.* 5. 5635., 7271. etc.

II.) Albania, de loco ¶ 1. Est regio ad litus maris Caspii, nunc *Shirwan* et partim *Daghestan*. *Gell.* 9. 4. In ultima quadam terra, quæ Albania dicitur. *Isid.* 14. *Orig.* 3. 34. Albania a colore populi dicta eo quod albo crine nascuntur. Hujus terræ canes ingentes sunt tantæque feritatis ut etiam tauros premant, leones perimant. Adde *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (149)., *Solin.* 15., coll. *Prisc. Perieg.* 706. *sqq.* Rursus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15. (36). Flumina per Albaniam currunt in mare, Casius et Albanus. *Solin. loc. cit.* Rex Albaniæ. ¶ 2. Item regio, ubi erat sita Alba Longa. *Æthic. Cosmogr.* 102. et 103., ubi fabulosa traduntur. ¶ 3. Item statio Assyriæ. *Tab. Peuting.* 11. *Ravenn. p.* 67. Albania. V. *Andreas, PW.* 1. 1304.

ALBĀNĬENSIS, e, adject. ad Albam Longam pertinens. *Inscr.* apud *Orell. n.* 4738. RVBRIA PRIMA ALBANIESIS pro *Albaniensis*. Cf. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 25548.

ALBĀNUM. *V.* voc. seq.

ALBĀNUS, a, um, adject. (Scribitur, antiquâ orthographiâ, *Albaanus* pro *Albanus* in *Inscr.* apud *Orell. n.* 1287) ad Albam Longam; vel ad Albam Pompejam; vel ad Albaniam pertinens. ¶ 1. Est ad Albam Longam pertinens apud *Liv.* 1. 28. Albanus exercitus. *et ibid.* populus. *Inscr.* apud *Orell. n.* 2293. Pontifex. *Liv.* 1. 27. pax. *Id.* 3. 7. vallis. *h. e.* locus fortasse, qui *Grottaferrata* dicitur (Cf. *Niebuhr I.* 285, et *III.* 336)., *Tac.* 15. *Annal.* 43., coll. *Vitruv.* 2. 7. et *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 48 (167)., *Liv.* 5. 11. nemus. *Id.* 1. 3. reges. *Cic. Mil.* 31. 85. tumuli atque loci, et *Colum.* 3. 8. 1. Curiatiæ trigeminorum matres. — *Albanus ager*, fundus publicus, Romanis attributus. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 25. 66. et *Liv.* 6. 42 (*V.* AGER §. 3. in *Lexic.*). - *Albanus lacus*, in nemore Albano, hodie *Lago di Albano* o *di Castello. Cic.* 1. *Divin.* 44. 100. et 2. *Ibid.* 32., *Propert.* 3. 2. 25. et *Plin. Paneg.* 82. *Virg.* 9. *Æn.* 388. lacus, qui post Albæ nomine dicti Albani (codd. tamen *Palat.*, *Med.* et *Rom.* et edd. *Ribbeck* et *Wagner* habent *locos*). Sic *Horat.* 4. *Od.* 1. 19. Albanos prope lacus. — Ex eo, teste *Liv.* 5. 15. *sq.*, mirabili prorsus ratione *aqua* in Vejenti bello a Romanis deducta; vaticinium enim fuerat, nunquam potiturum Vejis Romanum, prius quam ejus aqua emissa foret. V. tamen etiam *Cic. locc. citt.*, coll. *Der Emissar in d. Albanersee* in *Sickler Alm. aus Rom.* Leipz. 1810. *p.* 13. — *Aquæ Albanæ* rivus in *Inscr.* apud *Orell. n.* 4084. — *Albanus mons*, Gr. Ἀλβανὸν ὄρος, juxta Albanum lacum, hodie *Monte Cavo* vel *Cavalo. Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (69). et 15. *Ibid.* 29. 38. (126). — In eo monte M. Marcellus triumphavit non in Urbe, quam tantum ovans adiit, teste *Liv.* 26. 21.; non enim in Urbe triumphum agere, sed ovare tantum iis licebat, qui non omnino hostes subegissent. Cf. etiam *eumd.* 33. 23. et 42. 21., *Flor.* 3. 18. et *Aur. Vict. vir. ill.* 45. — Templum ibi celebre fuit Jovis Latiaris, ubi feriæ Latinæ quotannis habebantur in memoriam fœderis inter Romanos et Latinos icti (*Liv.* 1. 45., coll. *Dionys.* 4. 6., et *Cic. Mil.* 31. 85); quod *Arx Albana* dicitur *Sil. It.* 5. 598. coll. *Manil.* 4. 657. et *Liv.* 7. 24. — Alia disces a *Liv.* 1. 8. et 45. 15., *Varr.* 6. *L. L.* 3., *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 134., *Horat.* 2. *Ep.* 1. 27., *al.* — *Albanus pāgus*, Beneventi, ut videtur, ad quem fortasse ducebat *Albana via* (V. infra). *Carm. epigr.* 1055. — *Albanus lapis*, sc. lapis, quem *Isid.* vocat piperinum. *V.* infra. — *Albana arx* est etiam villa Domitiani imp. apud *Martial.* 9. 102. 12 *V.* ALBANUM). — *Albana comissatio* apud *eumd.* 12. 48., *h. e.* epulum, quod Quinquatribus Domitianus in Albano monte præbere solebat. — *Albana porta*. V. infra. — *Albanæ columnæ*, quas memorat *Quintil.* 5. 13. et *Sueton. Aug.* 72. sunt e lapide exciso in Albano monte, qui nunc lapis Italiæ *peperino* appellatur, quia cinerei quum sit coloris, parvulas habet micas velut piperis interspersas. — Huc spectant *Albanæ lapidicinæ*, de quibus *Vitr.* 2. 7., coll. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 48. (167). — *Albanæ mansiones*, Romæ erant in Cælio monte, hoc est in secunda regione. *Sext. Ruf. de Regionib.* — *Albanæ Virgines* sunt Vestales apud *Ascon. in Milon. p.* 51. *Orell.* et *Inscr.* apud *Marini, Fr. Arv. p.* 654. et 668., quas perdurasse usque ad sæc. IV. post Chr. refert *Symmach.* 9. *Ep.* 118 et 119. — *Albanum vinum*, et etiam absolute *Albanum*, inter pretiosiora recenset *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (30)., *Ibid.* 6. 8. (64). et *alib.*, coll. *Horat.* 4. *Od.* 11. 2. et 2. *Sat.* 8. 16., post Cæcubum et Falernum. ¶ 2. Item ad Albam Pompejam pertinens, uti videtur, in *Tab. Alim. Bæb.* 3. 37. *Annal. dell' Istit. Arch.* a. 1844. *Tab. A.* VERGILIO PROCVLO FVNDI ALBANI PAGO ALBANO. V. *Borghesi* in *Bollet. di Corrisp. Arch.* a. 1835. *p.* 149.; sed *Hülsen, PW.* 1. 1311. ad Beneventanos pertinere censet. ¶ 3. Item ad Albaniam, Asiæ regionem. *Val. Flacc.* 5. 258., 6. 44. et 8. 153. Albanus (*tyrannus*) *h. e.* Styrus. — Hinc *Albana porta* apud *eumd.* 3. 497. *h. e.* Caucasia, quæ pars Caucasi orientalis transitur, hodie *Passo di Derbend.* — *Albanum mare*, Caspii maris pars, quæ Albaniam alluit. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15. (38). — *Albanæ oræ* apud *Val. Flacc.* 5. 459. — Absolute

Albanum, *i*, n. 2. ¶ 1. Est villa seu castrum sub monte Albano. *Martial.* 11. 7. 3. Cæsar in Albanum jussit me mane venire. Adde *Front.* 5. *M. Cæs.* 23. et *Vulcat. Avid.* 9. — Fuit locus a Romanis valde celebratus, ubi villæ erant P. Clodii et Cn. Pompeji (*Cic. Mil.* 19. 51. 7. *Att.* 5. et *alib.*, coll. *Henzen* in *Bollett.* di *Corrisp. Arch.* a. 1853. *p.* 3. *sqq.* et *Dessau, Corp.* 14. *p.* 217) et fortasse etiam Bruti JCti et Curionis (*Cic.* 2. *Orat.* 55. 224. et 9. *Att.* 10) vel etiam Senecæ (*Senec. ep.* 123. *init.*), præsertim imperatorum, sc. Tiberii, qui primus fuisse videtur, teste *Dione* 56. 24., dein Caligulæ (*Senec. Cons. ad Polyb.* 36), præcipue vero Domitiani, qui amœno loco maxime delectatus (*Dio* 66. 9. et 67. 1. et *Martial. loc. cit.*) ibi etiam quædam acta publica exercuit, uti tradunt *Plin.* 4. *Ep.* 11. 6. et *Juvenal. Sat.* 4., ubi *Albanæ arenæ* v. agonis seu amphitheatri mentio fit. *Inscr.* apud *Orell. n.* 3118. — Castra prætoria ibidem exstitisse patet ex ruderibus detectis, quibus illustrantur scriptorum loca, ut *Spartian. Carac.* 2., coll. *Dion.* 78. 24. et 34. — Plura de Albano videsis apud *Henzen loc. cit.* in *Annal. dell' Ist. Arch.* a. 1854. *p.* 93. *sqq.*, ubi est etiam *Tabula chorographica*; et *Nibby, Dintorni di Roma, I.* ¶ 2. Item locus seu oppidum Pannoniæ Secundæ, ubi consistebant Equites Dalmatæ, vel in comitatu Baranyensi. *Notit. Dignit. occid.* c. 31.

Albanus, *i*, m. 2. ¶ 1. Est nom. pers. — *a)* Generatim civis Albæ. *Flor.* 1. 3. 6. — Item cogn. creberrimum, humilium libertinorum, servorum; non nobilium nisi Numeriorum. *Corp. Inscr. Lat.* 4. 2038.; 6. 43. 3.; 2. 191., *al.* — *Albana*, cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 4057. — Hinc *Albanius* (*a*), *Albanianus, Albaniaca* et *Albanilla*, in *Corp. Inscr. Lat.* passim. — Item nom. militare, derivatum a castrorum Albanorum principiis (*Momms.*) *Ibid.* 6. 830. — *b)* Speciatim, quidam Verolamiensis, martyr Britanniæ. *Gild. Excid. Brit.* 1, 8. Cf. *Venant.* 8. *carm.* 6. 155. Egregium Albanum fecunda Britannia profert. ¶ 2. Est fluvius, qui cum Casio in mare, per Albaniam, decurrit, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 15 (39)., hodie *Samur*.

Albani, *ōrum*, m. plur. 2. dicuntur, præsertim, incolæ Albæ Longæ; item populi Albaniæ. — De prioribus hæc habet *Charis. gramm. I.* 106. « Albani dicuntur ab Alba, Albenses autem ab Alba Fucente ». Cf. *Varr.* 8. *L. L.* 18. et *Pompej. gramm. p.* 108. *Lind.*, ubi res confirmatur ex *Cæs. de Analog.* At improbatur a *Quintil.* 1. 6. 15. Sic *Oros.* 5. *Hist.* 22. dicitur *civitas Albanorum*, non *Albensium*, Alba Fucens. — Itaque ¶ 1. Albani — *a)* Sunt incolæ Albæ Longæ, in Latio, origine Latini sed Trojanis admixti. Lavinio, duce Ascanio, profecti Albam, ab eo conditam, inhabitarunt maximeque floruerunt, donec a Romanis victi et Romam migrare coacti in unum cum iis populum coaluerunt. *Macrob.* 1. *Sat.* 8. 1., *Colum.* 7. 3. 6. et *Liv.* 1. 30., coll. *Virg.* 1. *Æn.* 7. et *Serv.* ad *l.* V. ALBA. — Albanis annum 10. mensium fuisse et mensem Martium diebus 36., Majum 22., Sextilem 18., Septembrem 16. tradit *Censorin. de die Nat.* 20. et 22. — *b)* Ad hos videntur pertinere, ab Alba Longa dicti, Albani Longani Bovillenses, in *Inscr.* apud *Orell. n.* 119. et 2252. et in *alia* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6019. *V.* BOVILLENSES. ¶ 2. Item populi Albaniæ in Asia, ad Hyrca-

num sinum maris Caspii, quos ab Jasone Plin. 6. Hist. nat. 13. 15 (38)., a Thessalis vero ortos tradit Tac. 6. Ann. 33.; sic autem appellatos dicunt Solin. 15. et Gell. 9. 4. 6., quod albo crine nascantur vel in pueritia canescant. V. ALBANIA. — Eorum feros mores aliaque describunt Priscian. Perieg. 706., Avien. Descr. Orb. 907., Salvian. 4. Gub. 14. et Æth. Cosmogr. 63. et 64., coll. 37. et 57. — Albani primum noti fuerunt Romanis Pompeji M. temporibus, qui pluries eos debellavit. Eutrop. 6. 4. et Plin. 7. Hist. nat. 26. 27 (98). Cf. Liv. Epit. 101., Vellej. 2. 4. et Flor. 3. 5. 21. et 28.; dein populi R. fœderatos et amicos fuisse, præcipue sub Trajano et Hadriano impp., testantur Tac. 6. Ann. 33. sqq., Eutrop. 8. 3. Spartian. Hadr. 21. — Alia de his apud Tac. 2. Ann. 68., 4. Ibid. 5. et 1. Hist. 6., Trebell. Valerian. 7. et Ammian. 19. 2. 3.

ALBĀRĒNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Inscr. apud Furlanetto, Lapid. Pat. p. 82. Cf. W. Schulze, z. Gesch. d. lat. Eigenn. p. 119.

ALBĒDĬUS, ii, m. 2. (albus) nom. gent. — a) Specialim Cic. 13. Phil. 13. 28. Eum (Sex. Albedium) non novi; sed tamen neminem tam maledicum offendi, qui illum negaret dignum Antonii senatu. — b) Generatim in titulis. V. ALBIUS.

ALBENSES. V. ALBENSIS.

ALBENSES Aquæ. V. ALBÆ Aquæ.

ALBENSIS, e, adject. Albesis, extrito n, pro Albensis, ut fieri solet (V. ALBANIENSIS), apud Serv. loc. cit. — Albensis

I.) Est ad Albam Fucentem pertinens, non ad Albam Longam, ex qua fit tantum Albanus, ut dictum est, Varr. et Charis. testibus. Liv. 26. 11. Albensis ager. Plin. 15. Hist. nat. 22. 24. (90). Albenses (nuces) celebrantur. Adde Inscr. apud Orell. n. 4166. — Albesia (pro Albensia) scuta, dicta ob amplitudinem decumana, quibus Albenses utebantur. Fest. apud Paul. Diac. p. 4. L. — Hinc absolute

Albenses, ium, m. plur. 3. incolæ Albæ Fucentis, apud Rhet. 2. Herenn. 28. 45. et Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (106). et Colon. lib. 1. p. 244. Lachm.

II.) Est ad Albam Pompejam pertinens. Hinc Albensis pagus (et abl. plerumque Albense pago) in Tab. Alim. Velej. I. 67., 69., 70. etc., ubi fundi plurimi memorantur, qui in hoc pago ad Velejates spectabant. — Hunc Walckenaer, Géogr. d. Gaules T. 2. p. 462., pro Alba Pompeja civitate habet. — Hinc absolute

Albenses, ium, m. plur. 3. incolæ Albæ Pompejæ, plenius Albenses Pompejani, apud Plin. 17. Hist. nat. 4. 3 (25). et Inscr. apud Orelli n. 2179.

III.) Est etiam ad Albam Helvorum pertinens. Absolute tamen usurpatur — a) In sing. num. Sidon. 6. Ep. 12. — b) In plur. num., ordo splendidissimus civitat. Albensium in Inscr. apud Henzen, Suppl. n. 7007. Adde aliam apud Orelli n. 2332.

Homonym. Differunt Albensis et Albanus; nam « ait sic Cæsar in libris analogiæ: duæ sunt Albæ, alia in Aricia et alia hic in Italia; volentes Romani discretionem ponere, istos Albanos dixerunt, illos Albenses ». Pomp. Comm. p. 144. 20. K. Albensis.

ALBI Alexandri et

ALBI Montes. V. ALBUS.

ALBĬĀNUM, i, n. 2. statio Rhætiæ ad Ænum, fortasse nunc Albach (V. Momms. Corp. 3. p. 735. 1051). Itin. Anton. p. 259.

ALBĬĀNUS, a, um, adject. ad Albium aliquem pertinens. Hinc Albiana pecunia, collata ad judicium de crimine corrumpendum, Cic. Cluent. 30. 80-83. — Albianum judicium, h. e. St. Albii Oppianici. Id. Cæcin. 10. 28. — Albianum negotium, h. e. auctio hereditatis, de qua Cic. 14. Att. 18. et 20., ex quodam Albio dictum. V. ALBIUS. — Albianus fundus — a) In pago Bajenno ad Velejates spectans, ubi nunc S. Albano (Walcken. Géogr. d. Gaul. T. 2), in Tab. Alim. Velej. 6. 55. — b) Item in Ambitrebio pago, ad Velejates pertinens. Ibid. 2. 40. — c) Item in pago Albano. Tab. Alim. Bæb. 3. 37. — d) Item in pago Sæculano. Ibid. 2. 30.

ALBĪCĒRĬUS, ii, m. 2. (albus et cera) divinus quidam ita vocatus, qui ad Carthaginem mira consulentibus respondebat, vir flagitiosissimus. Augustin. 1. contr. Acad. 6. n. 17. et 18.

ALBICCIUS, ii, m. 2. nom. gent. Ligur. oppidi Cemeneli, deriv. a nom. populi Albiccorum, a quo familia Albicciorum nomen ducebat (Cf. Schulze, zur Gesch. d. lat. Eigenn. p. 523). Corp. Inscr. Lat. 5. 7910. — Albiccia, nom. mul. Ibid. 7911. — Hinc Albicco (onis), cogn. Celt. aut Lig. Ibid. 4597.

ALBĪCI, ōrum, m. plur. 2. Scribitur etiam Albicci sed minus recte, et Albiœci (Ἀλβίοικοι, Strab. 4. 6. 4); probabiliter enim Albici et Albiœci inter se nil differunt (Ihm in PW. 1. 1312). Sic Ἀλβιεῖς, Ἀλβίοικοι, gentes ejusdem regionis, commemorat Strab. ibid. (V. Müllenhoff, Deutsch. Altert. III. 186).

Albici, gens Galliæ Narbonensis, qui montes supra Massiliam incolebant, asperi et exercitati in armis: horum oppidum caput fuit Albece seu Alebece Rejorum Apollinarium, hodie Riez seu potius Albiose (V. REJENSES). Cæs. 1. B. C. 34. et ibid. 56. et 57. et 2. ibid. 2. — Iidem censentur qui alibi Albienses dicti sunt. Cf. Strab. loc. cit. et Boecking ad Notit. Dignit. Orient. p. 216. V. etiam ALBIENSES.

ALBĪDĬUS, ii, m. 2. (albidus) ¶ 1. Fuit vir quidam, de quo Macrob. 2. Sat. 2. 4. « Q. Albidium, qui sua bona comedisset et novissime domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, propter viam fecisse (Cato) dicebat: quod comesse non potuerit, id combussisse ». Jocus a sacrificio sumptus, apud veteres propter viam vocato, in quo mos erat ut, si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur, teste eod. ibid. ¶ 2. In titulis nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 5. 8252.

ALBĪENSES. V. ALBICI et ALBIGENSES.

ALBĪĒNUS, i, m. 2. (Albius) nom. gentis. Pompejanæ. Inscr. apud Momms. n. 2270. et alia apud Murat. 1628. 4.

ALBĪGA, æ, f. 1. Scribitur et Albigia. — Albiga est oppidum Aquitaniæ, nunc Albg v. Albi. Paulin. Nol. apud Greg. Tur. 2. Franc. 13. et Ravenn. p. 297.

ALBĪGAUNENSIS. V. ALBINGAUNENSIS.

ALBĪGENSES, ium, m. plur. 3. Origo nominis vel ab Albicis, qui et Albienses; vel ab Albiga.

Albigenses, gens Galliæ. Notit. Dign. or. 3. Equites Catafractarii Albigenses (V. D'Anville, Not. de la Gaule). Greg. Tur. 5. Franc. 44. Salvius Albigensis episcopus. — Albigenses (Albiginses), Albigæ incolæ. Id. 8. ibid. 22. et Not. Gall. 12. 4. Chron. I. p. 603. (V. Holder, Altcelt. Sprachsch. I. 80).

ALBINGAUNENSIS v. Albigaunensis, is, adject. ad Albingaunum oppidum pertinens. Euseb. ep. Synhod. ad Leon. M. n. 97. (al. 77) ad fin. — Hinc absolute

Albingaunenses, ium, m. plur. 3. incolæ Albingauni. Inscr. apud Murat. 1621. 7.

Albingauni, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Est idem quod Albingaunum. Vopisc. Proc. 12. Proculo patria Albingauni fuere positi in Alpibus maritimis. ¶ 2. Item idem qui Albingaunenses. Liv. 29. 5.

ALBINGAUNUM, i, n. 2. Scribitur etiam minus recte Albincaunum, Albigaunum, Albiganum etc. — Ingauni, ōrum, m. plur. 2. est apud Vopisc. Proc. 12. et Album Ingaunum apud Varr. 3. R. R. 9. 17. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 7. (48). Gr. Ἀλβίγγαυνον Strab. l. c. — Vox composita ex Album vel Albium et Ingaunum, quorum prius videtur ab Alpibus derivatum (Cf. Strab. 4. 6); posterius vero ab Liguribus Ingauni (Cf. Corssen in Zeit. f. vergl. Spr. III. 264., qui Albingaunum explicat Ingaunisch Weissenburg).

Albingaunum, oppidum Liguriæ, in ora maritima sub Alpibus, a Romanis fortasse tribui Publiliæ adscriptum (Cf. Momms. in Corp. Inscr. 5. p. 894), nunc Albenga. Tac. 2. Hist. 15., Mel. 2. 72., Itin. Anton. p. 295., Corp. Inscr. 6. 25. etc. — De Albingauno restaurato exstat epigramma in Anthol. Lat. n. 886. Meyer. et in Poet. Lat. min. T. 5. p. 1363. ed. Wernsd.

ALBĪNĬA, æ, f. 1. fluvius in Etruria, prope Cosam, hodie Albegna. Tab. Peut. 4. — Itin. Ant. p. 500. Alminia. Cf. Cellar. Geogr. ant. l. 2. p. 719.

ALBĪNĬĀNUS, a, um, adject. ad Albinum aliquem pertinens. Spartian. Sev. 12. Ultus igitur graviter Albinianam defectionem. i. e. Clodii Albini rebellis. — Hinc

Albiniana, ōrum, n. plur. 2. (subaud. castra), oppidum in Belgica, fortasse a Clodio Albino, æmulo Severi imp. (Cf. Capitolin. in Vit. 6.) dictum, hodie Alphen. Itin. Anton. p. 369. et Tab. Peut. 2 (V. Desjardins, Tabl. de Peut. p. 7. et Ihm, PW. 1. 1312).

Albiniani, ōrum, m. plur. 2. milites et fautores Clodii Albini. Spartian. Sev. 10. Ab Albinianis Severi ducis victi sunt. Tertull. ad Scap. 2. Sic et circa majestatem imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani nec Nigriani nec Cassiani inveniri potuerunt Christiani. Cf. Apol. 35.

ALBĪNĬĀNUS, i, m. 2. cogn. viri. Cod. 6. 37. 11.

ALBĪNĬUS, ii, m. 2. (Albius) ¶ 1. In titulis nom. vir. gent. pleb. Cf. Etrusc. alpnas (Schulze, z. Gesch. d. lat. Eig. p. 118). Corp. Inscr. Lat. 6. 7903., ubi et Albinia, nom. mul. Adde 8. 14106. ¶ 2. Apud scriptores memoratur — 1.º) L. Albinius Paterculus v. L. Albinius tantum, primus tribunus pleb. creatus circ. a. U. C. 261. Ascon. in Cornel. p. 76. Orell. et Liv. 2. 33. — 2.º) L. Albinius (Ἀλβῖνος Plut., Albanius Val. Max., Atinius Flor.), homo plebejus, cujus religiosum facinus describit Liv. 5. 40., coll. Val. Max. 1. 1. 10. et Flor. 1. 7. et Corp. Inscr. Lat. 1. p. 285. n. 24 (V. Klebs, PW. 1. 1313), ubi fragm. elogii, in foro repertum, num ad eum pertineat, dubium est. — Albinii, plur. num. Ibid. 6. 5478.

ALBINNENSIS, e, adject. ad Albinnum vicum, hodie Albens, pertinens; unde vicani Albinnenses in Inscr., Albg in comitatu Genevensi reperta, apud Orelli, n. 199. Cf. Corp. 12. p. 219. 305 (V. Ihm, PW. 1. 1313).

ALBĪNŌVĀNUS, i, m. 2. (Ἀλβινουανός Appian. B. C. 1. 31) Etymon vocis inquirit Reines. cl. 1. n. 105., sed frustra.

Albinovanus, nom. gentil., quamquam de gente non plane constat (V. Reines. loc. cit., Orell. Onom. Tull. et Hübner, Ephem. epigr. II. 31). ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.º) P. Albinovanus, dux factionis C. Marii, quem de Tullia gente fuisse tradit Orell., Onom. Tull. p. 598. De eo Ps.-Ascon. ad Cic. p. 168. Or., coll. Appian. loc. cit. et Flor. 3. 21. — 2.º) Albinovanus Celsus, comes et scriba Ti. Claudii Neronis, ad quem epist. 8. l. 1. scripsit Horatius, ubi eum tamquam hominem superbum et plagiarium poetam carpi existimant nonnulli. Adde eumd. 1. Ep. 3. 15. De hac re videsis Orell. in Comm. ad Horat. et Weichert in Poet. min. Lat. vel. p. 382. sq., qui alter hunc ab eo distinguit, ad quem Ovid. ep. 10. ex Pont. O. 4. scripsit (Cf. Teuffel, R. L. 226. 5). — 3.º) Albinovanus Pedo, cui C. prænomen vulgo additur, poeta heroicus et fortasse elegiacus, temporibus Augusti et Tiberii impp., Ovidii amicus (Ovid. 4. Pont. 10) et Senecæ rhet. (Suas. 1) et philos. (Ep. 112) notus. De eo vid. etiam Quintil. 6. 3. 61., Martial. 5. 5. et Sidon. carm. 9. 256. — Scripsit poemata ut carmen Theseides inscriptum, quod intercidit, memoratum Ovid. 4. Pont. 10., 71. et 75., ubi Pedo sidereus vocatur, non quia de sideribus egerit, sed quia se sublimem probaverit: ita Bernardhy, Grundr. etc. p. 486. contra Weichert, op. cit. p. 382. — Præterea carmen De navigatione Germanici Drusi filii per Oceanum sept., cujus fragm. (vv. 22) exstat apud Senec. Suas. 1. ad fin. et Baehrens, Poet. Lat. min. p. 351. Cf. Tac. 2. Ann. 23. et Wernsd. in Præf. ad Poet. Lat. min. T. 4. — Et etiam elegiaca quædam De Mæcenate moribundo, De obitu Mæcenatis, Epicedium Drusi etc., quæ tamen recentiores critici aliis notis ignotisve tribuunt. Cf. Wernsd. op. c. T. 2. p. 176. sqq. et Bernardhy op. c. p. 487. Huic quoque adjudicat O. Haube (De carm. ep. 1870. p. 14. sqq.) poema Rerum romanarum, cujus Prisc. VII. 2. p. 304. 11. versus aliquot refert. — Laudatur a Martial. loc. cit., qui eum doctum vocat, sed epigrammaton lascivorum scriptoribus accenset; et Senec. ep. 122., qui elegantissimum fabulatorem, et Ovid. loc. cit., qui sidereum dicit. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 33994. — Albinovana, nom. mul. Ibid. 6943.

ALBINTĪMĪLIENSIS, is, m. 3. incola Albintimilii oppidi; hinc absolute Albintimilienses in Corp. Inscr. Lat. 5. 7883.

ALBINTIMILIUM (Albintimelium) vel potius Albium Intimilium aut Intemilium, ii, n. 2. Ita vario scribitur etiam apud Græcos: sic Ἄλβιον Ἰντεμέλιον Strab. 4. 6.; Ἀλβιντεμίλιον Ptol. 3. 1. 3. etc. — Nomen factum videtur ab Alpibus maritimis, ad quas situm est, et a populis Intimiliis, fines Galliæ incolentibus (Corssen in Zeit. f. vergl. Spr. III. 264. Cf. ALBINGAUNUM.

Albintimilium, oppidum in Liguria, tribu Falerna, hodie Ventimiglia (Cf. Itin. Ant. p. 503. Vintimilio. et Rav. p. 292. Vigintimilia). Varro 3. R. R. 9. 17., Plin. 3. Hist. nat. 5. 7. (48)., Tab. Peut. 3., et Rav. loc. cit. et Inscr. in C. I. L. 6. 2589., 3252. etc. — Municipium vocat Tac. 2. Hist. 13. — Plura de hoc oppido habet G. Rossi, Stor. d. città di Ventimiglia etc. Torino 1857.

ALBĪNUS, i, m. 2. (Albus) cogn. proprium gentium Cæcinæ, Cejoniæ, Clodiæ, Deciæ, Juniæ, Luccejæ, Nummiæ, Postumiæ aliarumque. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.º) A. Postumius Albinus, scriptor historiæ seu annalium, sed Græca oratione, quem doctum, disertum et litteratum vocat Cic. 2. Acad. (pr.) 45. 137. et Brut. 21. 81. At Gell. 11. 8. 2. Albinus res Romanas oratione Græca scriptitavit. — Opus Albini male audisse, quia græce scriptum, et Ennio dicatum fuisse discimus ex fragm. incerti auctoris nuper reperto editoque a J. Cortese (Riv. di Filol. 1884. XII. 396), cui refragatur Traube ob fragmenti scripturam et quædam in sententiis aliena a veterum consuetudine et historia, faventibus tamen Paoli, Comparetti, J. Müller, ut ille adfirmat, quem penes sit fides (V. Schanz, Gesch. d. Röm. Litt. I. 1907. p. 112. et 239. sq.). — 2.º) Sp. Postumius Albinus, orator, de quo Cic. Brut. 25. 94. — 3.º) Clodius Albinus, agri colendi peritissimus, ita ut Georgica scripserit, teste Capitolin. Clod. Albin. 11. — 4.º) Lucceius Albinus, procurator Judææ post Festum, temporibus imperatorum, idem, ut videtur, qui, a Nerone Mauretaniæ quoque procurator factus, a. 69. p. Chr. interemptus est. Tac. 2. Hist. 58., quem Plin. 2. ep. 9. 7. virum in dicendo copiosum ornatumque dicit. Adde Hieronym. vir. ill. 2., coll. Jos. Antt. 20. 9. 1-5. et B. J. 2. 14. 1. — 5.º) Alii occurrunt, quos inter Cæcina Decius Albinus, unde Albini villa apud Rutil. 1. Itin. 466., sita in Etruria ad ostium fluvii, hodie ab hac familia vulg. dicti Cecina: item scriptor de re metrica, quem metricum vocat Rufinus, gramm. VI. 565., coll. Max. Victorin. gr. VI. p. 211 (V. Graf, PW. 1. 1315): item philosophus Platonicus sæc. II., Galeni æqualis, apud Tertull. Anim. 28 (V. Freudenthal, PW. 1. 1315); qui scripsit de dialogis et philosophia Platonis: item philosophus Aristotelicus apud Boeth. Arist. de Interp. 1. init. et 1. Music. 12. et 26. — Alios insuper V. in REPW. 1. 1314. sqq. ¶ 2. In titulis cogn. sæpe in familia Postumiorum temporibus reipublicæ, præsertim Cejoniorum, sæc. IV. et V. Corp. Inscr. Lat. 6. 31057.; 8. 2242., 8388. etc. — Albina, Melaniæ senioris filia, mater junioris, Paulin. Nol. carm. 21. 281. et 838., Hieronym. ep. 143. et Greg. M. ep. 4.; et mater Marcellæ, Hieronym. ep. 127., quæ in Prol. Comm. in ep. ad Gal. init. anus venerabilis dicitur. — Ad Albinam etc. libros duos De gratia Christi et de peccato originali scripsit Augustin. — Generatim cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 15970., 18272.; et 9. 1255.

ALBĪŒCI. V. ALBICI.

ALBĪON, ōnis, m. 3. (Ἀλβίων) Etymon communiter ducitur ab albus, unde Alba, Alpes etc. (Vanicek, Etym. 64. sq.). Sic Furlanetto ad v. et Hübner (PW. 2. 860) nomen derivant ab albis rupibus, quas mare alluit, coll. Celtico alb sive alp, unde et Alpes dictæ; Georges vero « von alb, d. i. hoch, eig. Hochland - wegen seiner (Britannien) hohen Felsenufer » Cf. Isid. 14. Orig. 8. 18. Ad h. l. Arev. « Al celsum gallice sonat ». V. ALPES. — Brevem facit o in obliquis Forcellin., cui obstat vox Græca in -ωνος; at suffragatur quantitas in Albiŏnum apud Avien. Or. mar. 112. Propinqua rursus insula Albionum patet.

Albion nomen personæ et loci ¶ 1. Fuit filius Neptuni. Mela 2. 5. — Hunc ejusque fratrem Bergionem cum Hercule dimicantes Juppiter ab eo invocatus imbre lapidum percussit. Id. ibid. — Hinc Lapideus campus dictus pugnæ locus in Gallia Narbonensi, apud eumd. ibid., et Hercules Lapidarius seu Saxarius vocatus traditur. V. SAXANUS in Lexic. ¶ 2. Est etiam nomen vetus Britanniæ, quam V. suo loco. Plin. 4. Hist. nat. 16. 30. (102). Albion ipsi nomen fuit, cum Britanniæ vocarentur omnes.

ALBĪŌNA, æ, f. 1. ager trans Tiberim, dictus a luco dearum Albionarum, quo loco bos alba sacrificabatur. Ita Fest. apud Paul. Diac. 4. 9. M.

ALBĪŌNÆ, ārum, f. plur. 1. V. voc. præc.

ALBĪŌNES, um, m. plur. 3. incolæ Albionis. Avien. Or. mar. 112.

ALBĪŌRIX, igis, m. 3. (Ἀλβιόριξ Corp. I. G. 4039) vox Celtica, cogn. Martis. in Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5867. Cf. eumd. ad l.

ALBIS, is, m. 3. (Ἄλβις, ιος, vel Ἄλβιος, ου) Dicitur et Alba, æ, Vopisc. loc. cit. — Acc. Albium apud Vellej. 2. 106. 2. et Albin apud Claudian. loc. cit.; Abl. Albi est Vellej. 2. 106. 3. — Vox putatur esse a Germ. elf vel elf « undecim »; quod ex undecim fontibus ex Hercynia silva profluentibus formatur (Fabric. apud Oberlin. ad Vib. Seq. p. 70): vel a vet. Germ Alf, Elf, Elve « flumen » (Georges, Handb. ad v.).

Albis ¶ 1. Est fluvius Germaniæ, qui in Hermonduris (Tac. Germ. 41) seu in montibus Vandalis (Dio 55. 1) oritur, in finibus Silesiæ, et aliis multis auctus oceano Germanico miscetur (Solin. 20), hodie Elba. Tac. loc. cit. Albis flumen inclitum et notum olim. Claud. Mamertin. in Genethl. Maxim. Aug. c. 16. Qua horridus secat Albis Germaniam. Adde Lucan. 2. 51., Plin. 4. Hist. nat. 14. 28 (100)., Mela 3. 5., Senec. Med. 374., Claudian. IV. cons. Hon. 452., Venant. 2. ad Justin. 28., Sidon. in Paneg. Chattumque palustri Alligat Albis aqua. — Hunc Romani voluerunt esse terminum sui imperii. V. Sueton. Aug. 21., coll. Claud. 1., Vopisc. Prob. 13., Eutrop. 7. 9. et Vellej. 2. 106. — Hinc videtur appellata patria, de qua solus Ravenn. p. 28. (Daniæ) ad frontem Alpes vel patria Albis. ¶ 2. Item fluvius Galliæ, nunc Aube. Memoratur Ravenn. p. 236.

ALBĬUM vel Album Ingaunum. V. ALBINGAUNUM.

ALBĬUM vel Album Intimilium. V. ALBINTIMILIUM.

ALBĬUS, ii, m. 2. nom. gent. ab albus deriv. (Varr. 8. L. L. 80); cujus radix alb frequentissima est apud Italicos, Ligures et Celticos (Cf. Muellenhoff, Deutsch. Altertumsk. III. 181. et Jacobsohn, Th. L. L. p. 1494). ¶ 1. Apud scriptores, præsertim — 1.º) Albius rhetor. Senec. 1. Controv. 7. — 2.º) Albius Ovidius Juventinus, poeta, cui tribuitur Elegia de Philomela; hanc tamen Bernhardy apud Meyer Anth. Lat. n. 233. et Wernsdorf in Poet. lat. min. T. 1. p. 316. aliis tribuunt. — 3.º) St. Albius Oppianicus, de quo est fere tota oratio Cic. Cluent.; aliique memorati apud eumd. ibid. 4. 19.; 7. 20.; 10. 31. et 11. Cf. etiam Ps. Ascon. in Verr. p. 141. et 301. Orell. — 4.º) (A.) Albius Tibullus, eques Romanus, poeta elegiacus, immo elegiographorum princeps, ætate Augusti, an. U. C. 700. 735.-736., ingenio facili et egregia forma et amplo patrimonio, in amores et delicias paullo proclivior, Alexandrinorum amatoria argumenta, non eruditionem, imitatus, lingua simplex, ingenuus et elegans, suavitate suæ indoli propria eximius. De eo Ovid. 1. Amor. 15. 27. sq. Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma, Discentur numeri, culte Tibulle, tui. Id. 2. Trist. 463. legiturque Tibullus Et placet. Adde 3. Amor. 9. Quintil. 10. 1. 93. Elegia quoque Græcos provocamus, cujus mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ovidius utroque lascivior, sicut durior Gallus. Martial. 8. 73. 7. Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli. Diomed. gramm. III. 6. Propertius et Tibullus imitati Græcos Callimachum et Euphoriona. — Fuit amicissimus Horatii (Cf. Horat. 1. Ep. 4. 1., ubi distinguendus ab Albio, de quo 1. Sat. 4. 28. et 109) et M. Valerii Messalæ cliens et in Aquitanico bello comes perpetuus (Cf. 1. eleg. 7. et 4. carm. 1). — Obiit virenti ætate, dum in Phæaciam cum Messala pergeret, teste Domitio Marso in epigr. Te quoque Vergilio comitem non æqua, Tibulle, Mors juvenem campos misit ad Elysios. — Exstant libri IV. elegiarum et carminum, quorum duo priores tantum, fere omnium eruditorum consensu, Tibullo adjudicantur; ubi elegiæ ad Deliam ceterarum excellentissimæ censentur. His tamen libris nonnulli perperam addunt carmen primum l. IV., vulgo Panegyricum ad Messalam, aliis repugnantibus (Weichert in Poet. Lat. min. p. 213. sqq.); tertium vero librum quidam Cassio Parmensi aut Lygdamo adscribunt; quarti denique elegias nonnullas (2-6.) tribuunt quidam ipsi Tibullo; nonnullas vero (8-12) Sulpiciæ poetriæ. — Laudes Tibulli, præter quam apud auctt. citt., videsis apud Sidon. carm. 9., Stat. 1. Silv. 2. 252., Apul. Apol. etc. — De his omnibus, quæ ad rem criticam et historicam pertinent, cf. Spohn. De vit. et carm. Tib.; Petersen, De quart. lib. Tib. eleg. eorumque auct.; Wisser, Quæst. Tib.; Stumpe, De Lygd. eleg. et etiam Schoell, Hist. de la Litt. Rom. et Schanz, Gesch. d. Röm. Litt. ¶ 2. In titulis nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 1. 890. 8. 6083. 12.; 9. 3650.; 14. 1303. etc. — Albia, nom. mul. Ibid. 9. 1603., 4351. etc. — Hinc nom. gent. Albellius, Albicius (a), Albidius, Albienus, Albisius (a), Albricius (a) etc. in Corp. Inscr. Lat.

ALBOENUS vel

ALBOINUS, i, m. 2. rex Langobardorum, de quo Greg. Tur. 4. Franc. 3. 4. et Paul. Diac. De gest. Langob. 2. 6. et alib. — Cum exercitu ex variis gentibus barbaris conflato, Pannonia egressus, in Italiam descendit a. 568. post Chr., multisque provinciis potitus regnum Langobardorum condidit suamque sedem statuit Ticini; sed paulo post jussu Rosmundæ, secundæ uxoris, quæ necem patris Cunimundi sibique illatam injuriam ulcisci decreverat, peremptus est a. 571. — De eo plura dabunt, præter laudatos historicos, Muratori, Antiq. It. I.; Troya, Cod. Dipl. Long. I. et Balan, Stor. d'It. v. II.

ALBŌNA, æ, f. 1. Ἀλούωνα ¶ Est municipium Dalmatiæ. Rav. p. 224. et Tab. Peut. 5. — Alvona legitur apud Plin. 3. Hist. nat. 21. 25. (140). Cf. Momms., Corp. 3. p. 390., 1645. et Tomaschek, PW. 1. 1330. ¶ 2. Item idem quod Albana (sc. civitas). Itin. Hieros. p. 612.

ALBŌNENSIS, e, adject. Albonæ incola. Inscr. apud Orell. n. 5075., ubi Respublica Albonessium legitur. Cf. Corp. Inscr. Lat. 3. 3049.

ALBONĬĀNUS. V. voc. seq.

ALBONĪUS, ii, m. 2. (Albius) Originem nominis Liguricam putant Müllenhoff, Deutsch. Altert. III. 181. et Kretschmer, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 38. 125. Cf. W. Schulze, op. cit. p. 120.

Albonius, nom. gent. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 23276. et alib. — Albonia, nom. mul. Ibid. 6. 23276. et 5. 7499. — Hinc

Albonianus, a, um, adject. ad Albonium aliquem pertinens, ut Albonianus fundus in pago Junonio ad Velejates spectans, nunc Vicobiano. Tab. Alim. Velej. 1. 68. Cf. Walckenaer in Géogr. des Gaul.

ALBŪCĬUS et Albutius, ii, m. 2. (Albus) Scriptura Albutius tradita est a Quintil. 2. 15. 13.; ceterum c et t in hujusmodi vocibus facile permutantur, ut adventicius et adventitius, patricius et patritius etc.

Albucius, nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores memoratur — 1.º) Albucius, homo luxuriosus et in servos ferox. Horat. 2. Sat. 2. 65. hic neque servis, Albuci senis exemplo - Sævus erit. — Fortasse est idem, de quo ibid. 1. 48. « Canidia Albuci, quibus est inimica, venenum (ministratur) ». Ubi Canidia non est uxor, sed filia Albuci, ut recte accepit Acron (Cf. Virg. 6. Æn. 36.; Liv. 25. 37.; aliter tamen Plin. 2. Ep. 20.), et meretrix: cf. Epod. 5.; porro nonnulli junxere Albuci venenum, quasi Albucius uxorem suam veneno peremisset, sed falso. Apud Momms. Inscr. R. N. n. 2272. et 2273. est L. Albucius Celsus. V. Ritter ad l. — 2.º) L. Albucius, poeta sa-

tyricus, *Varro* 3. *R. R.* 2. 17. eum dicit ápprime doctum, cujus Luciliano charactere sunt libelli. Adde *eumd. ibid.* 6. 6. *Fronto ad M. Ver. ep. fragm.* 1. « gracilis Lucilius, Albucius aridus, sublimis Lucretius ». — 3.°) T. Albucius, eques Rom. et philosophus Epicureus. *Cic. Brut.* 35. 131. Doctus etiam Græcis T. Albucius vel potius pæne Græcus. — Fuit autem Athenis adulescens, ubi perfectus Epicureus evaserat. Ob hanc vero Græci sermonis affectationem salse irrisus est a *Lucilio* apud *Cic.* 1. *Fin.* 3. 8. — Orationes ejus memorat *Cic. Brut. loc. cit.* — Fuit controversia, utrum Albucii prænomen fuerit *Titus*, quod ceteroquin ex *Lucil.* versibus certum est, an *Lucius*, an denique *Marcus*. V. *Orelli, Onom. Tull. p.* 28., coll. *Klebs, PW.* 1. 1330. — 4.°) C. Albucius Silus, rhetor Novariensis, clarus Augusti tempore, teste *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 2011., ubi *Silo*, non *Silus*, dicitur; quem ex *Catal.* 7. 3. nonnulli arguunt inter scholasticos potius quam inter rhetores connumerandus. Cf. etiam *Senec. Controv.* 7. *præf.* § 4. — Eum de eloquentia præcepta aliqua scripsisse innuit hisce verbis *Quintil.* 2. 15. 36.: « Albucius non obscurus professor et auctor ». — De eo plura apud *Sueton. Rhet.* 6. — Albucii, plur. num. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 4. (7). Multos præterea medicos celeberrimosque ex iis Cassios, Calpetanos, Arruntios, Albutios, Rubrios. At *Sillig.* omittit ut ex dittographia ortum. ¶ 2. In titulis nom. gent. et cogn., fortasse Liguricum. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 538.; 15. 4733.; 6. 32520. 3. 49.; 5. 2621. etc. — *Albucia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 11368. et 3. 2074., ubi videtur agnomen a marito *Albucio Liguri* accepisse ipsa *Liguria Procilla quæ et Albucia* (V. *Müllenoff op. c. III.* 189). — *Albucia*, cognomine *Petroniana*, fortasse quia a Petronio aliquo adamata vel a Petronio poeta in *Sat.* inter interlocutores inducta. *Fulgent.* 1. *Mythogr. præf.*

ALBŬLA, æ, f. 1. (Ἄλβα v. Ἄλβυλα *Dionys.*; Ἀλβούλας *Eustath.*) deminut. ab *albus*, i. e. color pallori conjunctus, sulphuri v. plumbo similis (*Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 82). V. infra. — Albula variâ significatione usurpatur in sing. et plur. num.

I.) In sing. num. ¶ 1. Est nomen fluvii — 1.°) *Albula* olim dictus qui postea Thybris, mox vero Tiberis, ab aquæ colore, ut *Fest.* apud *Paul. p.* 4. 10. *M.*, *Serv. l. c.* et 8. *Æn.* 332., *Isid.* 13. *Orig.* 21. 27. et *Liv.* 1. 3., coll. *Varr.* 5. *L. L.* 30. Cf. etiam **ALBULUS** in *Lexic.* Hinc *Virg. loc. cit.* amisit verum vetus Albula nomen. *Ovid.* 2. *Fast.* 389. et 4. *ibid.* 68., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (53)., *Aur. Vict. orig. G. Rom.* 6. et 18., *Sil. It.* 6. 391 (*V.* **TIBERIS**.) — 2.°) Item fluvius in Piceno, hodie *fiume dell' Albaro*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 18. (13). Cf. *Hülsen, PW.* 2. 1331. — 3.°) Item fons sulphuratus prope Tibur, idem qui Albulæ v. Aquæ Albulæ. — Modo est gen. masc. *Ovid.* 2. *Fast.* 389. et *Martial.* 12. 98. 4.; modo fem. *Ovid.* 4. *Fast.* 68. et *Martial.* 4. 4. 2. Memorat etiam *Vitruv.* 8. 3. 2. Cf. *Chr. Müller, Noms Campagna* 1. *p.* 161. *sqq. V.* infra *Albulæ* et **ALBULUS** in *Lexic.* ¶ 2. Est etiam nomen personæ. — 1.°) *Albula* dicta est nympha Aquarum Albularum præses, sive ipsa *Aqua Albula* ut nympha ab antiquis culta. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 75. Cf. **ALBUNEA**. — 2.°) Generatim cogn. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 4902.

II.) In plur. num. ¶ 1. Absolute *Albulæ* vel *Aquæ Albulæ* (τὰ Ἄλβουλα ὕδατα: v. *Strab.* 5. 3. 11. et *Pausan.* 4. 38) aquæ sulphureæ admodum salutares, egelidæ in Tiburtina via prope Romam, nunc vulgo *bagni di Tivoli* v. *Zolfatara di Tivoli* v. *Acqua zolfa* (Cf. *La Lande, Voyag. d' Ital. t.* 5. *p.* 338. *sqq.* et *Gell, Top. of Rom.* 41., 42) v. *Acque Albule*. *Sueton. Aug.* 82. Quoties nervorum causa marinis Albulisque utendum est. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 6. (10). Juxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur etc. *Cæl. Aur.* 2. *Tard.* 1. Albæ seu Albulæ quæ sunt appellatæ, quod sint frigidæ virtutis, solutione laborantibus etc. *Senec.* 3. *Quæst. nat.* 20., *Tab. Peuting.* 5. et *Rav. p.* 279. — De aqua inde petita *Sueton. Ner.* 31. *de domo aurea*. Balineæ marinis et Albulis fluentes aquis. — De harum aquarum usu plura apud *Canina* in *Bollett. dell' Istit. di Corr. Arch.* a. 1855. *p. XXXIII. sq.* — A veteribus cultas Albulas fuisse honoribus divinis patet ex *Inscr.* apud *Orelli n.* 1641. ¶ 2. Cum præp. *ad* — 1.°) *Ad Aquas Albulas*, statio, in *Inscr.* Tiburi reperta apud *Orelli n.* 1904. — 2.°) *Ad Aquas Albulas*, oppidum in Mauretania Cæsariensi itinere, teste *Itin. Anton. p.* 36., fortasse ubi est hodie *Beni-Mhadel* v. *Aïn Temuschent*. V. *Bull. trim. de géogr. et d' arch.*, Oran 1889. *p.* 84, *Schmidt, PW.* 1. 1331. et *Corp.* 8. *p.* 2054.

ALBŬLENSIS, e, adject. ad Aquas Albulas Mauretaniæ pertinens. *Notit. Eccl. Afr.* apud *Morcelli, Afr. Chr. T.* 1. *p.* 73. — *Albulenses*, incolæ. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 21665.

ALBŬLĒUS, a, um, adject. ad Aquas Albulas pertinens, in agro Tiburtino. *Inscr.* metrica apud *Momms. n.* 7146 (*Carm. epigr.* 865).

ALBUM. *V.* **ALBUS**, a, um.

ALBŪNA et

ALBŪNEA, æ, f. 1. (albus) *Albuna* habet *Tibull.* 2. 5. 69. et *Gloss. Isid.* — Dicta ab aquæ qualitate (*sc.* albæ), ut ait *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 82.

Albunea ¶ 1. Est nomen fontis et memoris in via Tiburtina, unde Aquæ Albulæ et harum maxima Albunea proveniebant. *Virg.* 7. *Æn.* 82. Albunea, nemorum (*h. e.* nemoris) quæ maxuma sacro Fonte sonat. *sc.* larga aquarum vena fluit fonte suo. *Horat.* 1. *Od.* 7. 12. domus Albuneæ resonantis. *sc.* nemus Albuneæ resonat suo fonte et Aniene flovio per devexa cadente. Fortasse, ut *Nibby* censet, « domus Albuneæ » est quæ hodie dicitur *Grotta di Nettuno* Cf. etiam *Walckenaer* 1. *p.* 347. Ceterum hujus Albuneæ situm, diu ignoratum, demonstravit *Bonstetten, Voyag.* etc. *p.* 205. *sqq.* eum esse, qui nunc appellatur *Acqua solforata d' Altieri*, non procul a fano Annæ Perennæ, prope viam Ardeatinam. ¶ 2. Item dea Tiburtina, cui dicatum erat illud nemus, unde et nomen acceperat, et fontis ejusdem præses erat. Ita *Acron.* ad *Horat. loc. cit.* Cf. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 75. Illic sulphureos cupit Albula mergere crines. — Hinc conjici potest *Albuneam* et *Albulam* eamdem poeticam personam fuisse. *V.* **ALBULA**. — *Servius* autem ad *Virg. loc. cit.* docet eam nonnullos Leucotheam putasse. Sic *Gloss. Cyrill.* « Albunea, Λευκοθέα. Ita et *Forcellin.* « Albunea a Græcis dicitur Leucothea. Creditur fuisse Ino Athamantis uxor, quæ viri furorem metuens se in mare præcipitavit ». — Hæc aliis est Sibylla, Tiburtina dicta, quæ ob admirabilem sapientiam a vicinis populis dea habita sit. *Lactant.* 1. *Inst.* 6. 12. Decimam (*Sibyllam Varro*) Tiburtem enumeravit, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur ut dea juxta ripas amnis Anienis, cujus in gurgite simulacrum ejus inventum esse dicitur, tenens in manu librum: cujus sacra senatus in Capitolium transtulerit. Unde *Virg. loc. cit.* Fauni oraculum in luco Albuneæ memorat, fortasse ex loci natura et fama de hac Sibylla rem ingeniose commentus. Ita *Wagner* et *Dübner*. Sic *Tibull. loc. cit.* Quasque Albuna sacras Tiberis per flumina sortes Portavit. - Sunt etiam qui putent ejus sedem fatidicam fuisse templum Palatinum (nunc *Ara cæli*): vel qui fabulentur Sibyllam Tiburtinam (*al.* Cumanam) potuisse Augusto « sanctam monstrare puellam », quæ concipiet illum, « quem sub carne Deum Bethlemitica rura videbunt ». (*Gale, De Sibyll. c. XI.*) — De ea videsis *Preller, Röm. Mythol. p.* 338. et 517. *sq.*, *Dissen* ad *Tib. l. c.* et *Wissowa, PW.* 1. 1337.

ALBURNUS, i, m. 2. (albus) nomen personæ et geographicum.

I.) Alburnus, nomen personæ ¶ 1. Est deus, fortasse Gallicus, cui dux quidam victor, inconsulto Senatu, contra legem, templum dicatum voluit. *Tertull. Apol.* 5. et 1. *adv. Marcion.* 18 (Cf. *Wissowa, PW.* 1. 1338. 2). ¶ 2. In titulis cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 21266.; sed non omnino certa est lectio.

II.) Alburnus, nomen geogr. ¶ 1. Est mons Lucaniæ in Lucanorum et Picentium confinio, apud Silarum fluvium et Auletam oppidum, unde Tanager fluvius profluit: a candore verticis ita dictus, vulgo *Monte Alburno* v. *Monte di Postiglione*, v. *Montagna di Sicignano* v. *della Petina* (Cf. *Romanelli, Topogr. del Regno di Nap.* 1. *p.* 331. et *Hülsen, PW.* 1. 1337. *sq.*). *Virg.* 3. *G.* 146. ilicibusque virens Alburnus. Adde *Vib. Seq. p.* 154. et *Philarg.* ad *Virg. l. c.* ¶ 2. Item portus a monte cognomine in Lucania appellatus, vulgo *Alburno*. *Prob.* ad *Virg. l. c.* Portus Alburnus et ejusdem nominis mons. Adde *Lucil.* 97. Cf. *Prob.* ad *Virg.* 3. *G.* 147. ¶ 3. Item vicus Pirustarum in Dacia, ubi fuerunt metalla auraria et inventæ sunt (an. 1807) celebres tabulæ ligneæ ceratæ: dictus *major*, ut ab altero minore, ignoto, distinguatur. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6087. Cf. *Cagnat, Cours d' Épigr. lat.* Paris 1890.

ALBUS, a, um, adject., de quo V. *Lexic.* ¶ 1. De personis. — 1.°) Fuit antiquissimis temporibus cogn. gentis Postumiæ (unde M. Postumius, trib. mil., cons. pot., qui primus illud in *Albinum* mutavit) et etiam aliarum gentium. *Inscr.* apud *Grut.* 120. 3. et *Momms. Inscr. Helv. n.* 105. — Et nom serv. in *figlina* apud *eumd.* 352. 9. — 2.°) Apud scriptores — *a)* Albus, vir, quem memorat *Schol.* ad *Pers.* 2. 19., a *Cic.* 2. *Varr.* 32. 79. *Bubus* dictus. — *b)* Albus Ovidius Juventinus. V. **ALBIUS**. ¶ 2. De locis. — 1.°) Albæ Aquæ. *V.* **ALBULÆ**. — 2.°) Albæ Gallinæ. *V.* **GALLINÆ**. — 3.°) Albi Alexandri, statio Indiæ. *Ravenn. p.* 43. — 4.°) Albi Montes, in insula Creta. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 33. 60. (142)., coll. *Solin.* 11. 6. — 5.°) Album v. Albium Ingaunum. *V.* **ALBINGAUNUM**. — 6.°) Album v. Albium Intimilium. *V.* **ALBINTIMILIUM**. — 7.°) Album Promontorium, duplex, in Africa unum apud *Plin.* 8. *præf.* 4., alterum in Phœnicia, fortasse *il capo Bianco* apud *eumd.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). — — 8.°) Albus Portus. *V.* **PORTUS ALBUS**. — 9.°) Albus Vicus, in tertia regione Urbis apud *Sext. Ruf. de regionib.* — Derivata quædam *V.* suis locis.

ALBŪTIUS. *V.* **ALBUCIUS**.

ALCÆO, onis. *V.* **ALCÆUS**, i.

ALCÆUS, a, um, adject. ad Alcæum poetam lyricum pertinens, ut *Alcææ Camenæ* apud *Acron.* et *Porphyr.* ad *Horat.* 4. *Od.* 9. 7., *sc.* minaces, ob austeritatem carminum Alcæi contra Pittacum. V. *Horat. ibid.* et voc. seq.

ALCÆUS, i, m. 2. (Ἀλκαῖος, *fortis, robustus*) Etiam *Alcæo, onis* videtur declinatus olim fuisse ex *Varr.* 9. *L. L.* 51.

Alcæus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit poeta lyricus ex Mitylene in insula Lesbo, unde *Lesbius civis* dictus *Horat.* 1. *Od.* 32. 5., natus a. circ. 610 (al. 604. v. 640) a. Chr., Sapphûs poetriæ æqualis. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 43. (86)., *Horat.* 2. *Od.* 10, 27. et 1. *Ep.* 19. 29., *Gell.* 17. 1. 1., *Solin.* 40., *Macrob.* 7. *Saturn.* 15. 13., *al.* — In civilibus factionibus Pittacum, cui in liberanda patria prius faverat, postea carminibus, sed immerito, una cum Melanchro et Myrsilo tyrannis exagitavit; dein exsul in patriam cum armis redire conatus est, sed ab illo devictus vitam libertatemque non amisit; quin ad devexam ætatem pervenit (*fr.* 42). *Cic.* 4. *Tusc.* 33., *Val. Max.* 4. 1. *ext.* 6., *Quintil.* 10. 11. 63., coll. *Herod.* 5. 95. et *Strab.* 13. 2. 3. — Narrat ipse (*fr.* 32) se in prælio contra Athenienses, ut Sigeo in Troade potiretur, amisisse seu projecisse clipeum ad instar Archilochi et Horatii; qui deinde in templo Athenæ a victoribus suspensus fuit (Cf. *Herod. loc. cit.*). — Præter civilia (στασιωτικά) etiam symposiaca (σκόλια) et amatoria (ἐρωτικά) tractavit, quæ in decem libros tribuerant veteres grammatici, nunc eorum ad centum exstant fragmenta. Cf. *Horat.* 1. *Od.* 22., *Ovid.* 15. *Her.* 29. et *Quintil. loc. cit.*). — Ab eo *Alcaicum*, qui dicitur, hendecasyllabum originem habuit, teste *Diomed.* cum *Mar. Victorin.*, *Plot.*, *al.*, cujus varia genera grammatici recensent. *V.* **ALCAICUS** in *Lexic.* — Eum laudat Homero similem *Quintil. loc. cit.*; et « sonantem aureo plectro » *Horat.* 2. *Od.* 13. 26.; ex ipsis porro fragmentis conjici potest lepos quoque linguæ hujus Æolici poetæ (Cf. *Bergk, op. cit.*). — Ceterum de ejus vita et carminibus videsis *Welcker, Klein. Schrift. I. p.* 126-147., *Theod. Kock, Alk. u. Sapph.* Berlin 1862., *Bergk, Gr. Littgesch.* Berlin 1872. *sqq.*, *Croiset, Hist. Litt. Gr.* Paris 1898. *II. p.* 216-225., *Crusius, PW.* 1. 1498. 9. — Monumenta artis ad eum spectantia illustravit *Visconti, Icon. Gr. I.* 3. 3.; *Baumeister, Denkmal. I.* 44. et *Welcker, Alt. Denkm. II.* 225. — Translate seu generatim pro poeta lyrico et excellenti usurpat *Horat.* 2. *Ep.* 2. 99. Discedo Alcæus puncto illius; ille meo quis? — 2.°) Item poeta tragicus, quem nonnulli censent primum tragœdiarum scriptorem et diversum ab Alcæo lyrico, uti *Suid.*, de quo dubitatur (V. *Pape-Benseler* h. v.); immo plerique unum eumdemque putant cum priore (*Dieterich, PW.* 1. 1505). Incertum sane est, utrum *Priscian. gr. XVIII.* 292. *K.*, ubi Græce scribitur, tragicum an comicum Atheniensem (*Suid.*) memoret. Ceterum citari tragicum certum est a *Macrob.* 5. *Sat.* 20. 12. Testis Alcæus in *Cælo* tragœdia, qui sic ait: Ἐτύγχανον etc. — Ejus fragmenta supersunt, quorum tituli *Cælum*, *Pasiphae*, *Endymion* noscuntur; hæc autem collegit *Bothe, Poet. Com. Gr. fragm. p.* 316. *sqq.* ed. *Did.*, coll. *Bergk* et *Meinecke*. — 3.°) Item avus Herculis. *V.* **ALCEUS**. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 4098., 5084., 24353.

ALCĀICUS, a, um, adject. (Ἀλκαϊκός et Ἀλκαιικός) ad Alcæum lyricum pertinens, unde *Alcaicum metrum*. V. **ALCAICUS** in *Lexico*.

ALCĂMĔNĒS, is, m. 3. (Ἀλκαμένης, *viribus imbecillus*) Acc. *Alcamenen* apud *Plin.* 34. *Hist. nat.* 19. 6. (72). et 36. *ibid.* 5. 4. (16).

Alcamenes ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit rex Lacedæmonum nonus, ex Agidarum stirpe, Telecli filius. *Hieronym. Chr.* a. Abr. 1204., coll. *Pausan.* 3. 2. 7. — 2.°) Item statuarius et sculptor insignis, Phidiæ discipulus et æmulus, quem alii ex Lemno, alii vero Athenis ex Limnis ortum putant. *Cic.* 1. *Nat. D.* 30. 83., *Quintil.* 12. 10. 8. et *Val. Max.* 8. 11. *ext.* 3., qui eum Phidiæ et Polyclito æquiparant. — Ejus opera recenset *Plin. locc. citt.* et *alib.*, coll. *Pausan.* 1. 20. 2., ex quibus *Aphrodites* ἐν κήποις (quæ fuit regio Athenarum) ceteris longe antecellit (*Lucian. Imag.* 4. *p.* 462. et 6. *p.* 464. et *Pausan.* 1. 19. 2), de qua V. *Furtwängler, Rosch. Myth. Lex. I.* 412.; et *Vulcanus*, de quo *Cic.* et *Val. Max. locc. citt.* — Statuæ *Cupidinis* et *Junonis* perperam ei adjudicantur. V. *Sillig.* ad *Cat. Artif.* ¶ 2. In titulis cognomen vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 29707.

ALCAN, ānis, m. 3. (Ἀλκάν), juvenis quidam, qui cum Alexandro Macedone adulescente in certamine equestri Olympiæ contendit. *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.* 8.

ALCANDER, dri, m. 2. (Ἄλκανδρος) nom. myth. ¶ 1. Fuit Lycius quidam, socius Sarpedonis, ab Ulixe occisus. *Ovid.* 13. *Met.* 258., coll. *Homer. Il.* 5. 678. ¶ 2. Item miles Trojanus apud *Virg.* 9. *Æn.* 764. — *Alcandra* (Ἀλκάνδρα), uxor Polybi, regis Ægypti, apud *Hieronym. Chron.* a. Abr. 836.

ALCĂNOR, ŏris, m. 3. (Ἀλκάνωρ) nom. myth. ¶ 1. Fuit Idæus quidam, Æneæ socius. *Virg.* 9. *Æn.* 669. ¶ 2. Item Rutulus ab Ænea interemptus. *Id.* 10. *ibid.* 337.

ALCAS. *V.* **ALCES**.

ALCĂTHŎĒ, es, f. 1. (Ἀλκαθόη) idem quod Megara, oppidum Achaiæ: ab Alcathoo dictum, a quo restauratum est. *Ovid.* 7. *Met.* 444. et 8. *ibid.* 7.

ALCĂTHŎUS, i, m. 2. (Ἀλκάθοος v. Ἀλκάθους: ab ἀλκάθω, *fortiter ago*) Sæpe in bonis codd. genet. exit in *æ* v. *e*: mirum sane.

Alcathous, nom. myth. ¶ 1. Fuit Pelopis filius, Megaræ ἐπώνυμος. *Ovid.* 2. *Art. Am.* 421. et 1. *Trist.* 10. 39., coll. *Pausan.* 1. 4. Cf. *Hiller von Gärtringen, PW.* 1. 1510. *sq.* — Is cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit occisoque leone, qui Euripum, Megarei regis filium, necaverat, a rege adscitus est gener et regni successor. Hinc Megara urbs Alcathoi appellata est, ubi ille tanquam deus dein habitus fuit. Dum Alcathous Megaram muris cingeret, Phœbi cithara cuidam turri imposita resonandi facultatem eidem tribuit. Ita *Forcellin.* ex *Ovid.* 8. *Met.* 14. et *Cir.* 101. ¶ 2. Item quidam in bello Thebano ab Amphiarao occisus. *Stat.* 7. *Theb.* 718. ¶ 3. Item Trojanus quidam a Cædico interfectus. *Virg.* 8. *Æn.* 745. ¶ 4. Item Anchisæ gener. *Homer.* 776.

ALCE, es, f. 1. (Ἀλκή) Scribitur etiam *Alche*. — Genet. *Alcis* in *Corp. I. L.* 9. 6083. 76.; Dat. *Alce* est *ibid.* 6. 8941.

Alce, nomen myth. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est nomen cujusdam speciosæ meretricis, quam olim se fuisse dictitabat Pythagoras, teste *Gell.* 4. 11. 14. — 2.°) Item Amazonis, in *Anthol.* 392. 2. — 3.°) Item canis Actæonis. *Ovid.* 3. *Met.* 217. V. **ACTÆON**. — 4.°) Item oppidi in Hispania Tarraconensi Celtiberorum. Memoratur *Liv.* 40. 48. *sq.* — An statio in via Emerita Cæsaraugustam? *Itin. Anton. p.* 445. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 33591.; 9. 8201. etc. — *Alis* apud *Murat.* 946. 4. AVRELIA ALCIS (corrig. ALCI, ἰδιωτικῶς pro ALCE) s. *h. e.* albi.

ALCĒDO. *V.* **ALCYONE**.

ALCEIDES. *V.* **ALCETIDES**.

ALCĒS, is, m. 3. (Ἄλκης) fluvius Bithyniæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (149). et 31. *ibid.* 2. 18. (23). *Sillig.* leg. *Holcas*; alii *Alcas*.

ALCĒSĬMARCHUS, i, m. 2. *V.* voc. seq.

ALCĒSĬMUS, i, m. 2. (Ἀλκήσιμος) senex quidam in *Plaut. Casin.* 3. 2. 11. — *Alcesimarchus* (Ἀλκησίμαρχος), adulescens quidam in *Plaut. Cistellar.* 2. 1. 27. — De utroque cf. *Schmidt, Hermes* 37 (1902). 355.

ALCESTA, æ, et

ALCESTĒ, es, f. 1. et

ALCESTIS, is *vel* idis, 3. (Ἀλκήστη et Ἄλκηστις: ab ἀλκή, *robur*) *Inscr. Etrusk. Spiegel V.* 92. *Nachtr.* 9. 217. Alcestei. — Nomin. *Alcesta* apud *Fulg. Myth.* 1. 22. - *Alceste* apud *Sidon. carm.* 11. 67. et *Corp. Inscr. Lat.* 6. 34964. et *Alciste*, 6. 33820. — Gen. *Alcestidis* est *Macrob.* 6. *Sat.* 19. 4.; *Alcestis* vero *Hygin. fab.* 97. — Acc. *Alcestim* apud *Juvenal.* 6. 653. et *Hygin. fab.* 50. et 51.; *Alcestin* apud *Martial.* 4. 75. 6. ed. *Schneid.*, ubi alii aliter. — *Alcestan*, *Alcestam*, et *Alcestam* apud *Mythogr.* 1. 92. et 2. 154. — Abl. *Alcesti* apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 46. et *Alcestide* est *Prisc. gramm. II.* 481. 22.

Alcestis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filia Peliæ et Anaxibiæ Biantis filiæ, Admeti Pheræorum regis conjux, quæ maritum tanto amore dilexit, ut pro eo perire non recusaverit. Quum enim rex ægrotaret, oraculum nunciatum est ei, posse eum adhuc vivere, si foret aliquis ex affinitate vel amicitia, qui pro eo sponte mortem subiret. Ceteris id abnuentibus, sola uxor promisit et viro præstitit, abscisso ei prius fatali capillo a Mercurio, quo mori impediebatur; sed postea ab inferis revocata est et marito operâ Herculis restituta. Ita *Forcellin.* ex *Hygin. fab.* 51. et 251. Hinc *Martial. loc. cit.* Arserit Evadne flammis injecta mariti, Nec minor Alcestin fama sub astra ferat. *Juvenal. loc. cit.* spectant subeuntem fata mariti Alcestim et similis si permutatio detur etc. Adde *Hieronym.* 1. *c. Jovinian.* 45. et *Mythogr. III. fab.* 9. et *alib.* — Hinc tragœdia Euripidis, *Alcestis* inscripta: et ex Latinis Ennii apud *Fulgent. de prisc. serm.*, ubi tamen, probabilius, alii leg. *Telestide* v. *Celestide* (V. *Schanz*); item Lævii, de quo disputatur, an tragœdia fuerit, apud *Weichert* in *Diss. de Læv. p.* 55. *sqq.*; item Accii, de quo V. *Ribbeck* in *Trag. Lat. reliq. p.* 345. — Antiqua de Alcestide artis monumenta memorat *Escher, PW.* 1. 1513. Cf. etiam *Sogliano, Le pitture mur. camp.* 506. et *Inghirami, Mon. etr. I.* — 2.°) Item poeta tragicus, Euripidis æqualis, si nomen recte traditur. *Val. Max.* 3. 7. *ext.* 1., ubi alii *Alexidi* leg. ¶ 2. In titulis *Alcestes*, quasi Ἀλκέστης, nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 6402. — *Ibid.* 3992. Alcistus.

ALCĒTĀS, æ, m. 1. (Ἀλκέτας, *defensor*) ¶ 1. Fuit rex Macedonum. *Hieronym.* in *Chr.* a. Abr. 1485. ¶ 2. Item Lacedæmonius, cujus facinus in Thebanos refert *Frontin.* 4. *Strat.* 7. 19. ¶ 3. Item frater Perdiccæ, ducis Alexandri M. *Justin.* 13. 6. 15. et *Oros.* 3. *Hist.* 23. 23., coll. *Diod.* 18. 29. et *alib.* ¶ 4. Item Rhodius quidam, qui adamavit Cupidinem, Praxitelis opus « et in eo quoque simile Amoris vestigium reliquit ». Ita *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (22)., ubi alii leg. *Alchides*.

ALCĒTĪDĒS, is, m. 3. Alcetæ filius. *Stat.* 12. *Theb.* 748. *de Theseo.* Dejicit et triplici confisos robore gentis Alcetidas fratres etc. (*Phylea, Helopa, Iapyga*). Alii leg. *Alceidas*.

ALCETĪENSIS, e, adject. ad Alcetiam pertinens, Pannoniæ superioris coloniam, nunc *Zeiselmaur*. *Inscr.* apud *Grut.* 345. 8. Ita cl. *Furlanetto*.

ALCEUS, ei, m. 2. (Ἀλκεύς) *Alcæus*, cum diphthongo, minus recte apud *Mythogr. II. fab.* 149. ed. *Mai* et *Schol.* ad *Lucan.* 1. 577. — Vox est disyllaba.

Alceus ¶ 1. Fuit Amphitryonis pater, avus Herculis, de quo *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn* 392., *Mythogr.* et *Schol. locc. citt.* Cf. *Wernicke, PW.* 1. 1515., coll. *Wentzel, ibid. p.* 1498. 2. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 5084.

ALCHĂNUS, i, m. 2. filius Jovis ex Charidia nympha, teste *Rufin.* 10. *Recogn.* 21.

ALCĪBĬĂDĒS, is, m. 3. (Ἀλκιβιάδης, forma patronym.: ab ἀλκή, *robur*, et βία, *vis*). Scribitur ob litterarum permutationem etiam *Alchibiades* et *Alcipiades* in titulis. — Genet. *Alcibiadi* apud *Fronton. de fer. Als. p.* 227. 5. *N.* et etiam *Alcibiadæ* apud *Gell.* 1. 9. 9. — Acc. *Alcibiadem* habet *Nep. Alcib.* 3. et *alib.* et *Liv.* 39. 36. et *Alcibiaden*, positione Græca, *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 19. (88). et 36. *ibid.* 5. 4. (28)., *Fronto de eloq. p.* 148. 4. *N.*, *Val. Max.* 6. 9. *ext.* 4. et *Justin.* 5. 4. 9. — Voc. *Alcibiade* est *Liv.* 39. 16. — Abl. *Alcibiade*, sæpius in *ē* long. (Ἀλκιβιάδη).

Alcibiades ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Atheniensis, vir summus vitiis atque virtutibus, ut ait *Nepos* in *Alcib.* 1., nobilitatus, filius Cliniæ, ex posteris Eurysacis, Ajacis filii et Dinomaches, Megaclis filiæ, maritus Hipponici filiæ, quam Hipparetem alii vocant, et senex concubina usus, Timandra nomine, cujus alia Lais, Corinthia dicta, fuisse traditur; pulcritudine corporis eximius, quæ in proverbium abiit (Cf. **ALCIBIADEUS**), ideoque a multis adamatus, more Græcorum, in iisque a Socrate, cujus fuit auditor et ob id *Socraticus* dictus (*Hieronym.* 1. *c. Jovinian.* 44), a puero eruditus artibus ac disciplinis liberalibus a Pericle ejus avunculo. *Val. Max.* 3. 1. *ext.* 1. et *Gell.* 15. 17. — Adulescens pro suo experrecto ingenio ad rei publicæ munera obeunda fuit arcessitus; sed postea violatæ religionis seu conjurationis in patriam accusatus ad Lacedæmonios profugit. Porro apud ipsos in suspicionem quum venisset, abiit in Asiam ad Tissaphernem; deinde vero ab exsilio revocatus Lacedæmonios antea victores in pugna navali ad Cyzicum devicit. Mox tamen, rebus minus feliciter gestis, iterum sponte exsulavit in Thraciam, unde ad Pharnabazum in Asiam transiit, qui eum benigne excepit. At brevi Atheniensium minis perterritus misit qui Alcibiadem occideret; sed quum id ferro non potuissent, igne combusserunt (*Nep. Alc.* 10), aut potius igne evadentem telis confoderunt (a. 404). V. *Curtius III.* 18. — De ejus dotibus animi ac moribus ejusque eloquentia vide etiam *Macrob.* 2. *Sat.* 1. 3., *Val. Max.* 6. 9. *ext.* 1., *Justin.* 5. 2., *Cic.* 2. *Orat.* 22. 93. et *Brut.* 7. 29 (coll. *Plutarch. Alcib.* 1.) et præcipue *Nepot.*, quem tamen censoria virga notarunt *Schlegel, Obs.* in *Corn. Nep.*; *Wiggers, De Alcib. Nep. quæst.*; *Rinck* in *Proleg.* ad *Æm. Prob.*, *Nipperdey* in *Corn. Nep. p. XXI. sqq.* — De Alcibiade sunt duo dialogi *Platonis*, quorum priorem, qui Major dicitur, suppositicium putarunt *Schleiermacher, Ast, Boeckh, Bekker, Croiset*, obstantibus *Socher, Hermann, Stallbaum, Steinhart, Munk, Ferrai* et imprimis *Grote*, qui et posteriorem, qui Minor dicitur, defendit in *Plato and the other Companions of Socrates*, London 1867. — Alcibiadem plures statuarii effinxerunt, teste *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (88). Monumenta aliquot sculpta ad eum spectantia, quæ supersunt, illustrarunt *Visconti, Iconogr. Gr. T.* 1. *p.* 181. *sqq.*; *Urlichs, Rh. Mus. V.* 171.; *Helbig, Ann. d. Inst. XXXVIII.* (1866) 228. *sqq.*; *Friederichs-Wolters* ex *Visc. Icon. Gr. I. tav. XIV.* 3. 4.; *Gerhard u. Panofka Neap. Antik. Bildw. p.* 85. 283. et *Klein, Griech. Vas.* etc. Wien 1891. *p.* 62. — 2.°) Alii occurrunt apud *Liv.* 39. 35. et 37., coll. *Polyb.* 23. 4., 11. et 12. et 24. 4., *Greg. Tur. gl. mart.* 48. et *Cod. Just.* 5. 12. 2. ¶ 2. In titulis Italicis, præcipue Romanis, satis multi servi, liberti libertinique leguntur sic cogno-

minati, nemo tamen in columbariis, perpauci in provinciis. Corp. Inscr. Lat. 2. 4422.; 8. 939.; 10. 6324. etc.

ALCIBIADEUS vel Alcibiadius, a, um, adject. (Ἀλκιβιάδειος) ad Alcibiadem Atheniensem pertinens. Arnob. 6. p. 198. Quis - Hermas Alcibiadei (al. Alcibiadii) ad corporis similitudinem fabricatos?

ALCIDAMAS, æ et antis, m. 1. et 3. (Ἀλκιδάμας) Genet. Alcidamantis declin. Furlanetto et Georges: cf. Acamas, Adamas, Athamas, antis; sed Alcidamæ habent Theil et Diehl. — Voc. Alcidamā apud Stat. 10. Theb. 500: cf. Damœta a Damœtas et similia. — Videtur esse ab ἀλκή, robur, et δαμάω, domo, quasi sit robore domans.

Alcidamas — 1.°) Fuit Spartanus quidam, luctator insignis, de quo Stat. 6. Theb. 740. et loc. cit. — 2.°) Item incola Ceæ insulæ, de qua monstrosum quid narrat Ovid. 7. Met. 369. — 3.°) Item rhetor illustris Elaites, æmulus Isocratis, discipulus Gorgiæ, quem Palamedem Plato appellat, inquit Quintil. 3. 1. 10 (Cf. ibi Spalding). Adde Cic. 1. Tusc. 48. 116., ubi male Alcidamus quidam leg. V. Brzoska, PW. 1. 1533. 4. — De ejus opere, quod Μουσεῖον inscribitur, cf. Mahaffy, Cunningham Memor. n. 8. t. 25. p. 70. sqq. — De eo V. Vahlen, Rhet. Alkid., Wien 1864 et Blass, Att. Ber. II.² Leipz. 1892. p. 345. sqq. — Fragmenta, quæ ex ejus scriptis supersunt, colleg. Sauppe p. 154-156. et C. Müller p. 316-318. ed. Did. — Hic tamen distinguendus est ab alio, cujus exstant duæ declamationes de Sophistis et Ulysses sive Accusatio Palamedis, de qua V. Heyne Exc. IV. ad 2. Æn.

ALCIDAMUS. V. voc. præc.

ALCIDEMOS, i, f. 2. (Ἀλκίδημος) epitheton Minervæ apud Pellæos. Liv. 42. 51. W. Minerva, quam vocant Alcidemon.

ALCIDES, æ, m. 1. (Ἀλκείδης, quasi patronym., ab Ἀλκεύς). Scribitur et Alchides. V. infra. — Gen. Alcidis in Corp. I. L. 10. 8059. 27. et Anthol. Lat. 184. 1 (186. 1). — Dat. Alcidi in Inscr. apud Grut. 614. 8. — Acc. Alciden apud Virg. 6. Æn. 123., Horat. 1. Od. 12. 25., Propert. 4. 9. 38. al. — Voc. Alcidē apud Ovid. 9. Met. 10. et alib. — Abl. Alcidā apud Auson. ep. 27. 3. — Plane singularis est prosodia et metrum apud Sidon. 6. 11. « Nec quæ Cadmeis pariens Alcidēn in oris » (al. Alcidan).

Alcides ¶ 1. Absolute est Hercules, ita dictus ab avo suo Alceo vel, ut alii putant, ab ἀλκή, robur. — a) Proprie. Virg. loc. cit. Quid memorem Alciden? et mi genus a Jove summo. Propert. loc. cit. Audistne aliquem, tergo qui sustulit orbem? Ille ego sum: Alciden terra recepta vocat. Rursus Virg. 10. Æn. 320. Melampus Alcidæ comes. Adde eumd. 8. ibid. 203. Id. 5. ibid. 414. Alcides magnus. Lucan. 4. 611. magnanimus. Senec. Herc. O. 1832. inclutus. Carm. epigr. 868. invictus. Avien. Arat. 382. flammiger. Ovid. 15. Her. 265. ferus. Virg. 8. Æn. 363. maximus ultor. Stat. 4. Silv. 6. 96. fortissimus divum. Coripp. 4. Ioh. 948. virtute tremendus. Adde Tibull. 4. 1. 12., Ovid. 3. Amor. 8. 52., Martial. 7. 50. 5., Lucan. 1. 577., al. — b) Translate Martial. 9. 64. 6. de Domitiano. majorem Alciden nunc minor ipse colit. Cf. etiam Inscr. in Corp. Inscr. Lat. 8. 1589. c. AEMILIVS IANTA - h. s. e. ALCHIDES NOVVS. h. e. robustissimus. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. vir. Ibid. 6. 11377. — 10. 2581. etc.

ALCIMACHUS, i, m. 2. (Ἀλκίμαχος, fortis pugnator) ¶ 1. Fuit pictor tempore Alexandri M. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (139)., coll. Curt. 9. 7. 16. et Diod. 17. 100. ¶ 2. Item cognomen virile et nomen servile. Inscr. in Corp. I. L. 6. 8802. et apud Orelli n. 3338., ubi corrupte Murat. 528. dederat Acilmachus.

ALCIMEDE, es, f. 1. (Ἀλκιμέδη) nom. myth. — Acc. Alcimedan apud Stat. loc. cit., ubi alii Alcimedem ante voc.; alii aliter leg. ¶ 1. Fuit Clymeni vel Autolyci filia aut Phylaci, uxor Æsonis, mater Jasonis. Hygin. fab. 3. 14., coll. Apoll. Rhod. 1. 47., Val. Flacc. 1. 317. et Ovid. 6. Her. 105. ¶ 2. Item mulier quædam Lemnia apud Stat. 5. Theb. 236. ¶ 3. Item filia Iobatæ, Bellerophontis uxor. Schol. Stat. Theb. 4. 589., ubi alii leg. Alcimene. Cf. Knaack, PW. 1. 1541.

ALCIMEDON, ontis, m. 3. (Ἀλκιμέδων) ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit cælator quidam apud Virg. Ecl. 3. 37. et 44., de quo cf. Sillig. in Catal. Artif. Fortasse est nomen fictitium. — 2.°) Item pirata Tyrrhenus in delphinum mutatus a Dionysio. Ovid. 3. Met. 618. et Hygin. fab. 134. ¶ 2. Generatim nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 12. 3603.

ALCIMENE, es, f. 1. (Ἀλκιμένη) filia Abantis, uxor Bellerophontis. Mythogr. II. fab. 131. ed. Mai. V. tamen ALCIMEDE.

ALCIMUS, i, m. 2. (Ἄλκιμος, fortis, strenuus) Scribitur etiam Alchimus in Corp. I. L. 4. 1934.

Alcimus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit historicus Siculus incertæ ætatis, sed Theopompo superior. Fest. p. 266. Müll. et Apul. Orth. 4. — Ejus librorum fragmenta collegit C. Müller, fragm. hist. Græc. v. 4. p. 296-298. — De eo V. Schwarz, PW. 1. 1543. 18. — 2.°) Item Alcimus et plenius Latinus Alcimus Avitus Alethius, rhetor et poeta, a. 360. post Chr. Hieronym. in Chron. a. Abr. 2371. Alcimus et Delphidius rhetores in Aquitanica florentissime docent. Sidon. ep. 5. 10. Abundantia Delphidii, Agrœcii disciplina, fortitudo Alcimi. h. e. vis dicendi. — De eo Auson. Prof. 2. 7. « palmæ forensis et Camœnarum decus ». — Fuit magister Juliani imp. et Sec. Sallustii. Id. ibid. 2. 21. sqq. — Ejus epigrammata edidit Meyer in Anthol. Lat. 254-260. Cf. Riese, Anthol. Lat. 713-715., 740. et in Giorn. Ginn. Austr. 1867. p. 398. sq. — In quod. Cod. Berol. sec. IX. sunt Libri Alchimi, de quibus V. Haupt in Hermes III. p. 222. sq. — 3.°) Item summus pontifex Hebræorum, cujus nomen est græcitate donatum ex Judaico Eliakim (Cf. Ἄλκιμος et Ἰάκιμος Jos. Ant. 12. 9. 7). Memorat Augustin. 18. Civ. D. 45. n. 3. Hieronym. in Chr. ad Ol. CLV. Alcimus alienus a genere sacerdotali ambitione pontificatum invadit; post non multum temporis Dei ira percussus interiit. — Fortasse ab Antiocho Eupatore pontifex electus sed a Judæis repulsus contra cives suos ira exarsit eosque vexavit. Cf. Vulg. 2. Mach. 14. 3. — De eo plura apud eund. 1. Mach. 7. et 9. et 2. ibid. 14. V. etiam Wilcken, PW. 1. 1543. 15. — 4.°) Item Alcimus et plenius Alcimus Ecditius Avitus, sanctus episcopus Viennensis, poeta, a. 523. post Chr. Isid. vir. ill. 23. Venant. vit. s. Martin. 1. 25. Quod sacra explicuit serie genealogus olim, Alcimus egregio digessit acumine præsul. h. e. Genesim versibus expressit, scientia sæcularium litterarum doctissimus. — Fuit columna fidei catholicæ scripsitque poema heroico metro seu quinque libellos De spiritalis historiæ gestis et carmen brevius de Virginitate, quibus Virgilium et Sidonium conatus est imitari; præterea scripsit et soluta oratione, sed barbarismis referta; contra Eutychianam hæresim libros II. et dialogos cum Gundobado rege, homilias et alia. V. Bardenhewer, Patrol. v. 3. p. 105. sqq., Charaux, d. Avit. etc. Paris 1876. et Denkinger, Alcimus etc., Ginevra 1890. ¶ 2. In titulis — a) Est nom. serv. et cogn. vir. Romanis usitatum. Corp. Inscr. Lat. 6. 8795.; 14. 2832.; 10. 112. etc. — Alcima (e), æ (es), Ἀλκίμη, cogn. mul. Ibid. 6. 18168. — Alcimilla, cogn. mul. demin. Ibid. 13024 (Ἀλκίμιλλα). — b) Item nomen equi. Ibid. 10058. b. 20.

ALCINOUS, i, m. 2. (Ἀλκίνοος) Alcinus contracto pro Alcinous, Att. Ἀλκίνους, apud Auson. epit. Her. 22 (?), coll. Polluc. 2. 118. et Priscian. gr. II. 295. 15. V. infra. Cf. Antinus pro Antinous etc. — Origo nominis est ab ἄλκι seu ἀλκή et νόος; sed v. Eustath. 1568. 35.

Alcinous, nom. myth. ¶ 1. Fuit celeber rex Phæacum in insula Corcyra, filius Nausithoi, frater Rhexenoris et pater Nausicaæ, quam habuit ex Arete « καί μιν ἔτισ' ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται ἄλλη· Ὅσσαι νῦν γε γυναῖκες ὑπ' ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσιν » (Hom. Od. 7. 67. sq.). Hygin. fab. 23. et 125. sqq., coll. Prob. ad Virg. 2. G. 87., Claudian. Laus Seren. 141. sqq. et Hom. Od. 7. 55. sqq. — Alcinoi juventus apud Horat. 1. Ep. 2. 28. proverbialiter dicitur de iis, qui voluptatibus et deliciis nimis indulgent; nam Alcinous apud Homer. loc. cit. inducitur ut studiosus conviviorum et chorearum, deditus musicæ et exquisito cultui corporis. Cf. Stat. 4. Silv. 2. 3. et Macrob. 5. Sat. 2. 13. et 9. ibid. 1. 14. — Ditissimus fuit habuitque sedes magnificentissime exstructas et viridaria bifera; diligentissimus enim hortorum cultor exstitit, adeo ut Alcinoi horti (Ἀλκίνου κῆποι Eustath.) in proverbium abierint. Virg. 2. G. 87. Pomaque et Alcinoi silvæ. h. e. pomiferæ arbores. Stat. 2. Silv. 3. 82. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? Cf. Martial. 8. 68. 1. Corcyræi pomaria regis. Plin. 19. Hist. nat. 4. 19. (49). Antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos ac regum Adonis et Alcinoi. Adde Tertull. Pall. 2. Hinc Alcinoo dare poma est idem ac dare noctuas Athenis. Ovid. 4. Pont. 2. 10 (coll. 1. Amor. 10. 56) et Martial. 7. 42. 6. — Munificus quoque dicitur Ovid. 2. Pont. 9. 42. et Propert. 1. 14. 24., utpote qui Ulissem naufragum benigne hospitio exceperit multisque muneribus donatum in patriam remiserit. Hygin. fab. 125. et 126. Hinc Alcinoi munera poetice pro præstantissimis sumuntur. Cf. Ovid. 14. Met. 565., Martial. 4. 64. 29. et Juvenal. 15. 15. — Justissimus denique fuisse traditur; judex enim electus inter Jasonem et Medeæ patrem, qui, misso Absyrto filio, eum armis persequebatur, ut Medeam redderet, sapientissima sententia litem composuit. Hygin. fab. 23. Plura de eo apud Tümpel, PW. 1. 1544. sqq. et Fleischer, Rosch. Lex. myth. I. 238. sq. ¶ 2. Item regulus Mysiæ, Ennomi et Chromii pater. Memorat Auson. epitaph. Her. 22. « Queis pater Alcinoūs Oceanusque atavus » (Cf. Virg. 4. Æn. 64). Non igitur legend. Alcinūs per syncopem, uti vult De Vit; quia penultima est brevis. — Hinc Alcinoe (es), Ἀλκινόη, nom. serv. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 3. 33079-18819.

ALCINUS, i, m. 2. contracte, idem quod Alcinous. Priscian. gramm. II. 295. 15. Alcinus pro Alcinous prolatum est. Adde Gell. 19. 9. 8. — De Alcino, nom. gent. fortasse corrupto, V. Corp. Inscr. Lat. 2. 1568.

ALCIPPE, es, f. 1. (Ἀλκίππη) ¶ 1. Est mulier, quæ elephantum peperisse dicitur Plin. 7. Hist. nat. 3. 3. (35). — Fortasse idem ostentum est, quod narrant Liv. 27. 11. et Val. Max. 1. 6., puerum nempe elephantino capite natum fuisse. Cf. etiam GLAUCIPPE. ¶ 2. Item ancilla apud Virg. 7. Ecl. 14. Cf. Serv. ad h. l.

ALCIPPUS, i, m. 2. (Ἄλκιππος: ab ἄλκι, robur et ἵππος, equus) nomen viri Lemnii, qui, teste Jul. Val. 1. gest. Alex. M. 7., fuit musices magister Alexandri M.

ALCIS, is, m. 3. ¶ 1. Est deus quidam apud Naharvalos, Germaniæ populos. Tac. Germ. 43. Deos interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant: ea vis numini, nomen Alcis. Kritz adnotat ad h. l.: « ea vis numini, i. e. ita comparatum est illud numen, ut pro Castore et Polluce haberi possit » et Alcis dativum putat, ita ut Alci sint dii Germanorum, sed ignotæ originis. ¶ 2. Item Alcis (idis), f. 3. cognomen Minervæ apud Macedonas. Liv. 42. 51. Alii leg. Alcidemon.

ALCISTHENES, is, m. 3. (Ἀλκισθένης) saltator quidam, quem Calypso pinxit, teste Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (147). Alii tamen leg. Alcisthene, nomen feminæ, quæ saltatorem pinxerit.

ALCITHEOS, i, m. 2. titulus fabulæ apud Juvenal. 7. 12. Cf. Schol. ad h. l. Alii tamen leg. Alcithoe, alii Halcyone, alii aliter.

ALCITHOE, es, f. 1. (Ἀλκιθόη) mulier Thebana, Minyæ filia, quæ quum Bacchum ejusque orgia contemneret cæterisque mulieribus sacra celebrantibus, cum sororibus et ancillis lanificio operam daret, ab irato deo in vespertilionem cum sociis mutata est, telæ autem in vitem et hederam. Ovid. 4. Met. fab. 1. et 12. V. Hiller v. Gärtringen, PW. 1. 1509.

ALCMÆO (Alcmæo-on) et Alcmæon, ōnis, m. 3. (Ἀλκμαίων). — a) Orthographia: scribitur etiam Alcmeo, Alcumæon, Alcumæo vel Alcimæo vel etiam Alcumeo et Alcumeus, unde et Alcumena, litt. u vel i adjecta; antiqui enim, ut ait Mar. Victorin. gramm. I. p. 8. K. juxta non ponebant cm. Adde Priscian. gramm. I. p. 29. K. Etiam Alcmæon et Alcman ex contracto Doric. Ἀλκμάων et Ἀλκμάν (De

his cf. Ritschl, Opusc. 2. p. 474. sq. et [Ribbeck] p. 513. sq. — b) Declinatio: in recto casu Alcumeus apud Plaut. Capt. 562.; ubi alii Alcmæon, quam formam habet Hygin. fab. 71., 73. et 115.; Alcmæo vero Cic. 4. Fin. 23. 62. — Acc. Alcmæonem apud eumd. 3. Tusc. 5. 11., Nep. Epam. 6., al. — c) Prosodia: in obliquis casibus, quum Græc. genet. sit etiam Ἀλκμαίονος, Latini quoque penultimam corripuerunt, ut in derivato Alcmæonius videre est; aliquando vero produxerunt, ut Alcmæōnis apud Acc. trag. 78. — d) Etymologia: origo nominis fortasse ab ἀλκή, robur, et μαί-ομαι, inhio. Cf. Vaniček ad h. v.

Alcmæo ¶ 1. Fuit Argivus, Amphiarai vatis et Eriphyles filius, qui ut patri obsequeretur, matrem ipsam interfecit. Post peractum crimen quum furiis agitaretur, ad Phegeum fluvium confugit sceleris expiandi causa, sed ejus filiæ Alphesibœæ amore captus, eam in uxorem duxit et monili, quod detractum matri Eriphylæ abstulerat, donavit. Erat autem illud ex auro et gemmis valde pretiosum, quod illa acceperat ab Adrasto, vel, ut alii volunt, a Polynice, præmium videlicet ob detectum Amphiaraum maritum, qui ne ad bellum Trojanum traheretur, a quo se non reversurum præviderat, latitabat. Porro Alcmæon, quum nullum furoris remedium apud Phegeum inveniret, ad Acheloum se contulit, cujus quoque filiam Callirhoen duxit, a qua quum pretiosum illud monile posceretur, ineptissimus homo promisit et ad Alphesibœam repetendi causa rediit; quo quum pervenisset, commisso cum ejus fratribus acri certamine illatisque et acceptis vulneribus, omnes occubuerunt. Ita Forcellin. ex Hygin. fab. 71., 85. et 245., ubi tamen scribit Alcmæonem non ab Alphesibœæ fratribus, sed ab ipso Phegeo patre fuisse interfectum. Adde Ovid. 9. Met. fab. 10., ubi innuit, Amphiarai filiis ex Callirhoe susceptis datum a Jove matris precibus, ut ante tempus juvenes fierent, quo celerius patris necem in Phegeo ulciscerentur. — Hic mythus argumentum est tragœdiæ Ennianæ, Alcmæo inscriptæ (Cf. Cic. 4. Fin. 23. 62), cujus fragmenta apud Vahlen, Enn. poes. rel. p. 96. sqq.; et etiam fabulæ ab Accio conscriptæ, cujus fragmenta collegit Ribbeck, Lat. com. rel. p. 120. sqq., coll. p. 322. sq. ¶ 2. Item Æschyli filius, archon Atheniensium XIII., ex perpetuis ultimus, teste Hieronym. in Chron. ad Olymp. VI. et Vellej. 1. 8.; ex cujus posteris fuit Alcmæon ille, qui nomen suum reliquit familiæ Athenarum nobilissimæ Alcmæonidarum (Herod. 1. 5. et 6). Cf. Wilhelm, PW. 1. 1556. ¶ 3. Item philosophus Pythagoricus Crotoniates. Cic. 1. Nat. D. 11. 27. Soli et Lunæ reliquisque sideribus animoque præterea divinitatem dedit. Adde Censorin. de die Nat. 5. et 6. et Rufin. 8. Recogn. 15. — De eo ejusque scriptis V. Zeller I.⁵ 488. sqq.; Hirzel, Hermes XI. 240. et Diels, Doxogr. 600. et Vorschr. p. 103. sqq. ¶ 4. Item poeta lyricus, communius Alcman dictus. V. ALCMAN.

ALCMÆON. V. voc. præc.

ALCMÆONIDES, æ, m. 1. (Ἀλκμαιωνίδης) qui ex Alcmæone genus habet. Priscian. Præex. p. 436. K. Loca vero laudis vel vituperationis hæc sunt, gens, ut Latinus, Græcus; civitas, ut Romanus, Atheniensis; genus, ut Æmilianus, Alcmæonides.

ALCMÆONIUS, a, um, adject. ad Alcmæonem, Amphiarai filium, pertinens. Propert. 3. 5. 41. Alcmæoniæ furiæ.

ALCMAN, ānis, m. 3. (Ἀλκμάν, Dorice, pro Ἀλκμάων, unde Ἀλκμάν et Ἀλκμᾶν; non igitur ab ἀλκιμάν, uti vult Eustath. ad Hom. Il. 2. p. 335. 15., quum poeta se vocet apud Athen. 4. p. 140. Ἀλκμάωνι itemque Latini aliquando Alcmæona, ut Hieronym. in Chron. a. Abr. 1406. 1360. — Acc. sing. Alcmana est Vellej. 1. 18. 3. et plur. Alcmanas apud Charis. gramm. I. p. 25. 31. K.

Alcman, lyricus Spartanus, tribu Mesoa (ἀπὸ Μεσσόας Suid.-Hesych.; non Messenius, ut perperam Mar. Victorin. gramm. II. p. 77. K., ex Lydia Sardibus oriundus, sed patre servo Spartæ natus (Cf. Anthol. VII. 709); alii vero eum Sparta oriundum, at Sardibus ortum volunt (Croiset, II. p. 279. ex fragm. 24). Memoratur Plin. 11. Hist. nat. 33. 38. (114). Alcman ex clarissimis Græciæ poetis. Vellej. loc. cit. Alcmana Lacones falso sibi vindicant. At Stat. 5. Silv. 3. 153. tetricis Alcman cantatus Amyclis. h. e. Spartæ. Non igitur duo, ut habet Suid. s. v. (Cf. Hieronym. in Chron.), sed unus Alcman lyricus, qui floruit inter an. 670-640. a. Chr. sub Ardye rege Lydiæ; interiit autem ex morbo pediculari, teste Plin. loc. cit., coll. Plutarch. Sull. 36. — Veteres ejus carmina chorica, sc. ὕμνους, παιᾶνας, παρθένια etc., distribuerunt in sex libros, quorum fragmenta (circ. 100) supersunt. — De Alcmane ejusque carminibus scripserunt Sosibius, Philochorus, Alexander Polyhistor. ex Græcis, et Macrob. 7. Sat. 16. 31., Censorin. 9., Priscian. gr. I. 17. ex Latinis. Cf. etiam Th. Niggemeyer, de Alcm. poet. Münst. 1869. et Crusius, PW. 1. 1564-1572. — De celebri fragm. a Mariette in Ægypto detecto editoque ab Egger a. 1863. scripsit E. Piccolomini in Stud. di filol. gr. 1882. — De metro Alcmanio seu Alcmanico V. voc. seq.

ALCMANICUS (os) et

ALCMANIUS, a, um, adject. (Ἀλκμανικός, Ἀλκμάνιος) ad Alcmana pertinens, ut Alcmanicum seu Alcmanium metrum et Alcmanicon schema, sc. ab Alcmane inventum sive usurpatum. V. ALCMANIUS in Lexico.

ALCMENA et Alcūmena, æ, et

ALCMENE, es, f. 1. (Ἀλκμήνη) — a) Forma Alcmena est Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (72).; Alcmene vero Sil. It. 2. 498., Inscr. apud Orelli n. 1556. etc. — Alcumena, est Plaut. Amph. 99., 364., 1089. et alib.; Cic. 3. Nat. D. 16. 42.; Hygin. fab. 29 (Schmidt leg. Alcimena), 155., 224. Ampel. 9. 12., Mythogr. Lat. 1. 204. etc. — Alcmene est Ovid. 9. Met. 276. et alib. et Senec. Herc. fur. 22. et alib. — b) Genet. Alcumenas archaic. Plaut. Amph. arg. 2. 1. pro Alcumenes v. Alcmenes, more Dorico; nam Dores inflectunt Ἀλκιμήνα, ας: qua ratione etiam auras pro auræ dictum esse a Virg. 11. Æn. 801. notat Serv.; ubi tamen recentiores leg. auræ. V. Heyn.-Wagn. p. 684., Georg. ad h. v. et Ribbeck in sua ed. — Acc. Alcmenem apud Senec. Phædr. 317. — c) De nominis significatione inepte Fulgent. 2. Myth. 2. Alcmenam - quasi almera, quod græce salsum dicitur. Cf. ALCMÆON v. ALCAN init.

Alcmene ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filia Electryonis, regis Argolidis, et Andromedæ, uxor Amphitryonis filii Alcei, mater Herculis (Hygin. fab. 29., coll. Homer. Il. 2. 507. et Apoll. 2. 4. 5). — a) Proprie. Ovid. 9. Met. 276. Argolis Alcmene, questus ubi ponat aniles. Senec. Herc. Œt. 1825. Quis poscit Alcmenes onus? Claudian. epigr. de laud. Herc. 48. tibi faciant, Alcmena, pavorem. — Hæc dum Amphitryo maritus belli causa abesset, Jovem sub figura mariti advenientem et domo et lecto excepit, qui ejus concubitu præter modum oblectatus, eam ipsam noctem duplo vel, ut alii volunt, triplo longiorem fecit et Herculem generavit, quum jam septem menses ex vero Amphitryone gravida esset. Quare duobus postea elapsis mensibus, ex Jove Herculem, ex Amphitryone Iphiclum uno partu edidit. Ita Forcellin. ex Hygin., Cic. loc. cit., al. De hoc Propert. 2. 18. 25. Juppiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos, Et cælum noctu bis sine rege fuit. Apud Arnob. 5. p. 145. legimus novem noctibus Jovem cum ea fuisse. — Hinc Hercules absolute Alcmena satus dicitur Sil. It. loc. cit. et honores divinos tributos fuisse Alcmenæ et Herculi patet ex Inscr. apud Orell. n. 1556. Cf. Corp. Inscr. Lat. 13. 3602. et Wernicke, PW. 1. 1574. — Hæc fabula argumentum est comœdiæ Plautinæ, quæ Amphitryo vel Amphitruo inscribitur; itemque titulus Alcumena est cujusdam tragœdiæ Euripidis, in qua inducitur Juppiter fœdam tempestatem ciens, dum Alcmena parit. Plaut. Rud. 1. 1. 4. — Insuper argumentum præbuit etiam artificibus Calamidi, Xeuxidi etc. (Plin. loc. cit.), quorum monumenta aliquot illustrantur apud Winckelm. Mon. ined.; Class. Rev. 1888. 327., Heydemann, Arch. Jahrb. et Wernicke, l. c. p. 1576. 1574. sq. — b) Translate. Plaut. Merc. 689 (Syra anus ad Dorippam matronam) et hac mecum ut videas semul tuam Alcumenam pælicem (sc. amicam tui viri bellissumi 688), Juno mea. — 2.°) Item Bellerophontis uxor, filia Jobatæ. V. ALCIMEDE et BELLEROPHON. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 9. 4296. Alchimene.

ALCMEO. V. ALCMÆO.

ALCO et Alcon, ōnis (ontis), m. 3. (Ἄλκων, ωνος, depulsor). Genet. Alconis habet Virg. 5. Ecl. 11., quam formam probat Charis. gramm. 1. p. 118. 6. — Dat. Alconti apud Martial. 6. 70. 6., Plin. 29. Hist. nat. 1. 8. (22). et Hygin. fab. 14. — Alco, nomen personæ mythicæ et historicæ et etiam loci.

I.) Est nomen personæ. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) In fabulis — a) Fuit, cum Melampo et Tmolo, filius Atrei. Cic. 3. Nat. D. 21. 53. et Hygin. fab. 173. — b) Item pater Phaleri argonautæ. Id. fab. 14. Cf. Schol. Apoll. 1. 97. — c) Item Hippocoontis filius, venator apri Calydonii. Hygin. fab. 173. — d) Item Martis filius, alius apri Calydonii venator. Id. ibid. — e) Item cælator, qui cratera fecit, postea ab Ænea possessum. Ovid. 13. Met. 684. sqq., a quo Myleus vocatur; at Lactant. Placid. in arg. fab. l. 13. fab. 5. dicit Lydius vel Lindius. — f) Item Cretensis sagittarius peritissimus, comes Herculis. Hic positos supra capita hominum anulos trajiciebat; capillos spiculis sagittarum rumpebat; sagittas sine ferro, positis ex adverso gladiorum aut lancearum mucronibus, findebat: cujus filium quum draco invasisset, tanta arte direxit sagittam, ut ea currens in serpentis deficeret vulnere nec filium læderet. Hæc Serv. ad Virg. loc. supra cit. Aut Alconis habes laudes aut jurgia Codri. Cf. Mythogr. I. fab. 160. ed. Mai. Memorat et Sidon. carm. 5. 188. — g) Item Sicyonius, qui certavit in ludis in honorem Archemori institutis. Stat. 6. Theb. 556. et 606. et 9. ibid. 121. — 2.°) In historia. — a) Fuit statuarius ævi incerti, qui fecit Thebis Herculem ferreum, laborum dei patientia inductus, ut ait Plin. 34. Hist. nat. 14. 40. (141). — b) Item Saguntinus, qui a suis ad Hannibalem missus pacis impetrandæ causa ex oratore in transfugam evasit. Liv. 21. 12. et 13. — c) Item medicus clarissimus sed et avaritia famosus tempore Claudii imp. Plin. 29. Hist. nat. 1. 8. (22). et Martial. 11. 84. 5. — In eumdem duo epigrammata scripsit Auson. n. 73. et 74. — d) Alios videsis apud Martial. 11. 84. 5., Liv. 21. 13., Horat. 2. Sat. 8. 15. ¶ 2. In titulis nom. serv. et libert. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 6. 4290. et 10238. — 14. 1403.

II.) Est nomen loci. ¶ 1. Fuit portus, Alconis dictus, in Gallia Narbonensi ad mare Mediterraneum. Itin. Anton. p. 505. V. Holder, Altcelt. Sprachsch. I. 89. ¶ 2. Item statio Indiæ. Tab. Peuting. 12. et Ravenn. p. 42.

ALCON. V. ALCO.

ALCUMÆON. V. ALCMÆON.

ALCUMENA. V. ALCMENA.

ALCYON et Halcyon, ōnis, f. 3. et communius

ALCYONE et Halcyone, es, 1. (Ἀλκυόνη) — a) Scribitur etiam Halcione cum litt. i et aspiratione, ut Att. Ἁλκυόνη cum spiritu aspero. Quod tamen alii nolunt Eustath. secuti, qui negat vocabulum ullum esse aspiratione notandum, si ab αλ incipiat, sequente κ. — b) In recto casu Alcyon apud Cic. fragm. p. 586. Orell.; tamen usitatior Alcyone. — Acc. pl. Alcionas apud Ps. Sen. Oct. 7. et Arnob. 4. p. 144., ubi alii leg. Alopas. — c) Etymon ducunt quidam a vocibus ἅλς, mare, et κύειν, gravescere; quia avis, unde nomen sumitur, in mari nidificat et pullos educit. Cf. Seiler, Vollst. gr.-deutsch. Wört. Leipz. 1872. p. 40.

Alcyone, cujus mythus varie apud antiquos exponitur ¶ 1. Fuit filia Æoli et Ægialeæ, quæ ob nimium amorem Ceycis mariti sui, qui naufragio perierat, se in mare præcipitavit: quos ambos Juppiter miseratus mutavit in aves sui nominis; de quarum natura V. ALCEDO in Lexic. Ovid. 11. Met. 269-730., Manil. 5. 556. sqq., Propert. 1. 17. 2., Sil. It. 14. 275., al. — Aliter fabulam narrant alii, ut videre est apud Prob. ad Virg. 1. G. 399. et Ovid. 7. Met. 401. Cf. Wilamowitz, Herm. XVIII. 419. ¶ 2. Item Atlantis filia, ex

Plejadibus, quas a Neptuno compressa duos peperit filios Rian vel Hyrean et Aphoceum. *Hygin. fab.* 159. et 192., coll. *Apollod.* et *Paus.* 9. 22. 5. Memorat *Ovid.* 19. *Her.* 133. ed. *Ehw.*; sed incerta est lectio. *Cic. Arat.* 270. et *Avien. Arat.* 580. Cf. *Dittenberg., Syll. II.* 372. et *Conze-Michael., Ann. d. Inst.* (1861) 20. ¶ 3. Item uxor Meleagri. *Hygin. fab.* 174.

ALCYŎNĔUS, a, um, adject. (Ἀλκυόνειος) ad Alcyonem avem pertinens. Hinc *Alcyonei dies* dicuntur, quibus Alcyones nidificant et pariunt, quo tempore maxima maris tranquillitas esse solet, præsertim in Siculo et Atlantico. *Colum.* 11. 2.; ubi tamen alii aliter legunt. « Sed, ut animadvertit cl. *Furlanetto* in *App.*, nihil videtur mutandum; hæc enim habet *Hygin.*, ed. *A. Maio* in *Class. Auct. T.* 3. *fab.* 9. « Istæ aves nidos faciunt in mari media hieme; quibus diebus tanta est tranquillitas, ut pontus in mari nihil possit moveri. Inde et dies ipsi alcyonis vocantur ». — *Alcyoneum medicamen*, v. *Alcyoneum* et *Alcyonium* (Ἀλκυόνιον) absolute, V. in *Lexico*.

ALCYŎNĔUS et Halcyoneus, ĕi, m. 2. (Ἀλκυονεύς v. Ἀλκυονεύς) in recto casu quadrisyll., ut patet ex *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 185.

Alcyoneus ¶ 1. In fabulis — 1.°) Fuit gigas Terræ filius, qui Cœlitibus una cum aliis bellum intulit. Hic deceptus consilio Minervæ, quæ hortabatur, ut altius a terra se extolleret, cujus contactu invictus fiebat, dum audacter altiora peteret, ab Hercule domitus et sagittis confossus occubuit et sub Vesevo oppressus est. Ejus septem filiæ patris ruinam deflentes se in mare præcipites dedere et in aves alcyones mutatæ dicuntur. ed. *M.* ita *Forcell.* V. *Hygin.* in *Cl. auct. T.* 3. *p.* 3. *fab.* 3. ed. *M.* (Cf. *Robert, Herm. XIX.* 473. *sqq.* et *Mayer, Gig. u. Tit.* 172. *sqq.*). *Claudian. loc. cit.* fractane jugi compage Vesevi Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhena cucurrit? Cf. *Pind. Nem.* 4. 44. *sq.*, *Isthm.* 6. 48. et *Apoll.* 1. 6. 1. — 2.°) Item comes Phinei, Bactrius, a Perseo interemptus. *Ovid.* 5. *Met.* 129. *sqq.* — 3.°) Item filius Sciri, qui eam in mare conjecit. *Prob.* ad *Virg.* 1. *G.* 399. (*p.* 44. *K.*). ¶ 2. Apud historicos fuit filius Antigoni regis. *Val. Max.* 5. 1. *ext.* 4.

ALDESCUS, i, m. 2. (Ἀλδησκος) fluvius, qui e Riphæis montibus in Scythia oritur et in Pontum Euxinum se exonerat. *Priscian. Perieg.* 308. Alii tamen rectius leg. *Ardiscus*. V. *Wernsd.* ad *l.*

ALDĬO, onis, m. 3. nom. vir. *Greg. M. ep.* 2. (et 9). Aldio vir magnificus.

ALDĬUS, ii, m. 2. nom. gent., fortasse originis Græcæ a rd. ἀλδ, unde ἀλδαίνω, *nutrio, roboro* (Cf. ἄλθω, *alo*); hinc Ἄλδος, cognom. Jovis (Cf. *ald* in nominib. quoque Germ.), ut sit validus, fortis. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1543. — An contr. ab *Aledius?* At secundæ quantitas foraitan obstet.

ALE (Alæ), es, f. 1. oppidum Ciliciæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (92). Cf. *Steph.* sub Ἀλαί et *Eckhel* 3. *p.* 40.

ĀLĔA, æ, f. 1. (Ἀλέα) oppidum Arcadiæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. (20)., coll. *Paus.* 8. 23. 1. et *ibid.* 27. 3. et 47. 4. et *Diod.* 4. 33. Adde *Stat.* 4. *Silv.* 6. 52. — Hinc *Alea Minerva* ibi culta. *Id.* 4. *Theb.* 288. V. *Wentzel, PW.* 1. 1358. 4. — Hinc etiam *Aleus* (Ἀλεός), heros. *Hygin. fab.* 99. et 162., coll. *Apollod.* 1. 9. 16., 27. 4. et 3. 9. 1. — In titulis nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 156. Cf. *Thrämer, PW.* 1. 1365.

ĀLĔA, æ, m. 1. nom. militis cujusdam, quem in otio Trojani belli ludum tabulæ, quæ ab ejus nomine alea dicitur, invenisse refert *Isid.* 18. *Orig.* 60.

ĀLĔBĔCE v. Albece, es, f. 1. oppidum Galliæ Narbonensis, fortasse hodie *Albiose* prope *Riez*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36)., ubi alii leg. *Alarbece*. Est plenius *Alebece Reiorum Apollinarium*. Cf. ALBICI.

ALĔBĬON, ōnis, m. 3. (Ἀλεβίων, ωνος), Neptuni filius, prope Rhodani ora ab Hercule occisus. *Mela* 2. 5 (78). Alebiona (acc). Cf. *Knaack, PW.* 1. 1359. et *Suppl.* 1. 51.

ĀLĔBUS, i, m. 2. amnis Hispaniæ citerioris. *Avien. Or.* 466. sonorus Alebus. Adde *Ravenn. p.* 869.

ĀLECTŌ, us, v. ōnis, f. (Ἀληκτώ et Ἀλληκτώ, οῦς) Scribitur *Allecto*, duplici *l*, in vetustioribus codd. — Gen. *Alectus* est *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 324. aliorumque grammaticorum tantum; nam apud auctores aptotum est. Cf. *Prob. App. gr. IV. p.* 195. 10. Melius tamen secundum Latinam consuetudinem declinatur *Alecto, onis*, ut *Sappho, onis* etc. V. *Charis. gramm. I.* 63. 19. — Nomen videtur ex α priv. et λήγω, *cesso*, compositum, perinde ac sit non cessans, incessabilis.

Alecto, prima ex tribus Furiis cum Tisiphone et Megæra, Ætheris et Terræ filia: ita dicta, quod a suppliciis sumendis de improbis numquam absistit sive in inferis sive etiam in terris; unde fortasse adumbrantur conscientiæ stimuli et angustiæ, quibus impii torquentur. *Hygin. fab. præf.*, *Mythogr. II. fab.* 12. et *III. fab.* 6. *n.* 23. ed. *Mai.* et *Sil. It.* 2. 671. *sqq.* et 15. 432. *Ovid.* 2. *Her.* 118. Alecto brevibus torquata colubris. *Virg.* 7. *Æn.* 323. luctifica. *et ibid.* 341. Gorgoneis infecta venenis. *et* 479. Cocytia virgo. Adde *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 278, et *alib.*

ĀLĒDĬUS. *V.* ALLIUS.

ĀLĒI campi. *V.* voc. seq.

ĀLĒJUS, a, um, adject. ad Alen, Ciliciæ oppidum, pertinens. Hinc *Aleii* (*Alei*) *campi* (Ἀλήιον πεδίον *Hom. Il.* 6. 201. et *Herod.* 6. 95), planities, fortasse a Tarso per interiores Ciliciæ tractus usque ad Mopsuestiam atque Pyrami ostia, extensa (Cf. *Arrian. Exp. Alex.* 2. 5.). *Hygin. fab.* 57., coll. *Ovid. Ib.* 257. Aleia arva. — Sunt qui putent *Aleios* dictos ab α priv. et λήϊον, *seges*, quasi inculti fuerint: vel ab ἄλη, *erratio*, quia fabulantur Bellerophontem post occisam Chimæram voluisse Pegaso insidentem super astra conscendere, sed a Jove deturbatum in hos campos decidisse et casu claudum cæcumque fulmine illac erravisse. *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 63 (*carm. fr.*) *de Belleroph.* Qui miser in campis mœrens errabat Aleis. *Aleis* per synæresim pro *Aleiis*.

ĀLEJUS. *V.* ALLIUS.

ALELĒ, es, f. 1. oppidum Africæ gentis Phazaniorum supra Syrtim minorem. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (35).

ĀLĒMANNIA. *V.* ALAMANNIA.

ĀLĒMANNĬCUS et

ĀLĒMANNUS. *V.* ALAMANNUS et deriv.

ĀLĒMON, ŏnos, m. 3. (Ἀλήμων: ab ἀλάομαι, *erro*, quasi errabundus) ¶ 1. Fuit pater Myscelli, de quo *Ovid.* 15. *Met.* 19. fuit Argolico generatus Alemone quidam Myscelos illius dis acceptissimus. ¶ 2. Item gigas, apud *Hygin. fab. præf. p.* 10. V. *Muncker* ad *l.*

ĀLĒMŌNA, æ, f. 1. (alo) dea Romanorum. alendis in utero fetibus præses. *Tertull. anim.* 37. Alii minus recte leg. *Almona*.

ĀLĒMŌNĬDĒS, æ, m. 1. (Ἀλημονίδης, patronym. ab *Alemon*) filius Alemonis, h. e. Myscelus, Crotonis conditor. *Ovid.* 15. *Met.* 48. Candidaque Herculeo sententia numine facta Solvit Alemoniden. Adde *ibid.* 26.

ALĒON, n. (Ἀλέον) vel

ĀLĒŌS, i, m. 2. amnis prope Erythras Ioniæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (117). Aleon fluvius. *Id.* 31. *ibid.* 2. 9. (14). Erythris Aleos amnis pilos gignit in corporibus (Cf. *Bürchner, PW. suppl.* 1. 52). Alii leg. *Ales* v. *Hales* (ὁ Ἄλης).

ALĒRĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum in insula Corsica (Ἀλερία *Ptol.* 3. 2., corrupte Κάλαρις *Diod.* 5. 13. 3), Ἀλαλία a Phocæensibus conditoribus nominatum, hodie *Aleria*. Memoratur *Mel.* 2. 122., *Elog. Scip. carm. epigr.* 6. 5. et *Greg. M. ep.* 6. — Post primum bellum Punicum a Sulla dictatore eo colonia deducta est. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (80)., coll. *Flor.* 2. 2. et *Inscr.* apud *Orell. n.* 550. — Hinc *Alerinus*, *Alirensis* v. *Alarensis*, incola Aleriæ. *Greg. M. ep.* 1. et *Conc. Lat.* (Mansi 10. 867. *C*). ¶ 2. Item statio Aquitaniæ, Avarico Biturigum vicina. *Tab. Peuting.* 2.

ALĒRĪNUS. *V.* voc. præc.

ĀLĒSĬA et Alisia, æ, f. 1. (Ἀλησία v. Ἀλεξία; unde latine etiam *Alexia* leg. in quibusd. codd. - *Alisia* in nummorum inscriptt. apud *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 90. et *Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 439) oppidum Mandubiorum in Gallia Lugdunensi, hodie *Alise St. Reine* vel *St. Reine d'Alise*. *Cæs.* 7. *B. G.* 69. Ipsum erat oppidum (*Alesia*) in colle summo (nunc *le mont Auxois*), admodum edito loco. - Cujus collis radices duo duabus ex partibus flumina (nunc *la Lose et l'Oserain*) subluebant *etc.* Adde *eumd. ibid.* 79-89., *Vellej.* 2. 47. et *Flor.* 3. 10., coll. tamen *Plin.* 34. *Hist. nat.* 17. 48. (162). et *Inscr.* apud *Reines. cl.* 1. *n.* 176.

ĀLĒSINUS ab Alesa. *V.* HALESA.

ĀLĒSUS, i, m. 2. (Scribitur etiam *Halæsus*) filius Neptuni, in cujus honorem Morrius, rex Vejentanorum, de quorumdam sententia, Salios instituit, teste *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 285.; *Argolicus* dictus a *Sil. It.* 8. 476.; *Agamemnonius* a *Virg.* 7. *Æn.* 723.; *Atrides* ab *Ovid.* 3. *Amor.* 13.; conditor Faleriorum, oppidi Etr. (*Id. ibid.* et 4. *Fast.* 73. *sq.*) itemque Alsii, opp. Etr. cum portu (*Sil. It. loc. cit.*). — De eo videsis *Deecke, Roscher, Lex. Myth.* h. v. et *Eitrem, PW.* 1. 2229. *sq.*

ALĒTĀNUS, a, um, adject. Hinc *Aletanus pagus* in Vocontiorum agro occidentali. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 1711., ubi de Voturio quodam ædili pagi mentio fit.

ĀLĒTĒS, æ, m. 1. (Ἀλήτης) nom. myth. ¶ 1. Fuit Trojanus quidam, Æneæ comes, apud *Virg.* 1. *Æn.* 121. et 9. *ibid.* 246. et 307. ¶ 2. Item Thebanus quidam, de quo *Stat.* 3. *Theb.* 178. *Kl.*; ubi alii leg. *Alethes* cum aspiratione. ¶ 3. Item Ægisti filius, Mycenarum regnum adeptus, sed brevi ab Oreste interfectus. *Hygin. fab.* 122. ¶ 4. Item Hippotis filius, Corinthiorum rex sextus vel quintus ab Hercule, qui Corinthum condidit. *Vellej.* 1. 3. 3 (coll. *Paus.* 2. 4. et *Apoll.* 2. 8) et *Hieronym. Chron.* a. Abr. 916. *Beda Chron. III. p.* 262. 80. Alethis.

ĀLĒTHĒA. *V.* ALETHIA.

ĀLĒTHĒS. *V.* ALETES.

ĀLĒTHĪA, æ, f. 1. (Ἀλήθεια: ab ἀληθής, *qui latere nequit*; unde ἀλήθεια, *veritas*. Etiam *Aletia*, *Alethea* v. *Aletheia* in inscriptt.) ¶ 1. Fuit æon hæretici Valentini. *Iren.* 1. 1. Nus et Alethia. *et alib.* ¶ 2. In titulis nom. serv. mul. et cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 2536. - 6. 18750. et *alib.*

ĀLĒTHIUS (Aletius), ii, m. 2. (Ἀλήθιος) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit presbyter quidam Gallus, pietate insignis et eruditione, dein episcopus Cadurcus sæc. V. *Hieronym. ep.* 121. (al. 151). et in *fragm. ep. Paulin. n.* 48 (al. 47)., ubi *Allthius* scribitur. — 2.°) Item vir quidam, cujus disceptationem cum Paulo memorat *Sidon. ep.* 7 — 3.°) *Alethius* (*Minervius*), rhetor Burdigalensis, apud *Auson. Prof.* 6. — 4.°) Item *Alethius* (*Acitnus Alcimus*), antecedentis pater, rhetor, de quo *Auson. ibid.* 2. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 4530. « ALETHI AVE. » ubi nomen gentilicium ex sequiorum temporum consuetudine omissum est.

ĀLĒTĪNI. *V.* voc. seq.

ĀLĒTĪNUS, a, um, adject. incola Aletii. Hinc absolute *Aletini* apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105)., ubi alii leg. *Alentini* et etiam, sed perperam, *Salentini*.

ĀLĒTIS, idis, f. 3. (Ἀλῆτις), epitheton Erigonis; unde *Aletides* dictæ, quæ ex responso Apollinis ei satis faciebant. *Hygin.* 2. *Astron.* 4. *V.* ERIGONE.

ĀLĒTĬUM, ii, n. 2. (Ἀλήτιον et Ἀλητία) oppidum Calabriæ, haud procul a Tarentino sinu, hodie *Alizza* vel *Lizza* aut *S. Maria dell'Alizza*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (100). Cf. *Mommsen, Corp. Inscr.* 9. *p.* 3. — In *Tab. Peuting.* legitur *Baletium*.

ĀLĒTĬUS (Alletius), ii, m. 2. nom., ut videtur, Etrusc. originis. *Corp. Inscr. Etr.* 1. 2979. θανα tutnei aleθnas. ¶ 1. Apud scriptores M. Aletius, vir prætorius, a Tiberio imp. in Asiam missus. *Tac.* 2. *Ann.* 47., ex emendatione *Orelliana*, ubi olim *Aletus* legebatur, pro quo *Mommsen* proposuit *Atejus*. ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1056., 11884. et *alib.* — *Aletia*, nom. mul. *Ibid.* 10. 4596. et apud *Furlanetto Lap. Pat. p.* 348. — Hinc *Aleticius* (*s*), nom. gent. *Corp. I. L.* 12. 1602.

ĀLĒTRĬA. *V.* ALETRIUM.

ALĒTRĪNĀS, ātis, adject. — Abl. *Aletrinati* apud *Cic. loc. cit.* ex *Priscian. gramm. II. p.* 348. 21., sed *Aletrinate* suadent similia apud *eumd. ibid.*

Aletrinas, ad Aletrium, Latii oppidum, pertinens. *Cic. Cluent.* 16. 46. et 17. 49. Aletrinas municipium. *Liv.* 9. 42. et 43. populus. — Hinc absolute

Aletrinates, *ium*, m. plur. 3. Aletrii incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63)., *Cic. Cluent.* 20. 56., ubi alii leg. *Larinates*; et *Corp. Inscr. Lat.* 10. 4860.

ĀLĒTRĪNUS, a, um, adject. Hinc *Aletrini*, incolæ Aletrii oppidi. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 16. (105).

ĀLĒTRĬUM, ii, n. 2. (Ἀλέτριον) Scribitur etiam *Alatrium* in libr. *Gromat. p.* 230. *Lachm.*, ubi alii minus recte leg. *Aletrum*.

Aletrium, oppidum Hernicorum, municipium, ut appellat *Cic. Cluent.* 16. 46. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 3785.; et colonia apud *Gromat. loc. cit.*, hodie *Alatri*. Cf. *Winnefeld, Röm. Mitt.* (1889). 126-152. et *Hülsen, PW.* 1. 1372.

ALĒTUM, i, n. 2. oppidum et statio Aremoricæ in Gallia Lugdunensi Tertia, ad Oceanum, hodie *St. Servan* prope *S. Malo*, cujus ibi rudera adhuc visuntur. *Notit. Dign. occ.* 37. V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 324.

ĀLĒUĀS v. Alebas, æ, m. 1. (Ἀλεύας et Ἀλήβας: ab ἀλεύω, *impedio, ulto*) nom. myth. ¶ 1. Fuit Larissæorum in Thessalia crudelissimus tyrannus, a suis interfectus, idemque caput nobilissimæ familiæ Aleuadum, quæ ibi diu regnavit et a poetis et historicis laudibus celebrata est (*Herod.* 7. 6. 130. et 172. et 9. 58. et *Diod.* 15. 60. 3. et 16. 14 2., coll. *Pind. Pyth.* 10. 8. et *Theocr.* 16. 14). Memoratur *Ovid. Ib.* 325. et 513. V. *Töpffer, PW.* 1. 1372. *sqq.* ¶ 2. Item artifex, qui optime philosophos ære expressit, teste *Plin.* 31. *Hist. nat.* 8. 19. (86).

ĀLĒUS, a, um, adject. Diversa significat pro diversa syllabarum quantitate. ¶ 1. *Alĕus*, ad Aleam, oppidum Arcadiæ, pertinens, ut *Alea Minerva* ibi culta. *Stat.* 4. *Theb.* 288. ¶ 2. *Alēus* — *a)* Est ad Alen, Ciliciæ oppidum, pertinens, ut *Alei campi*. V. ALEJUS. — *b)* Item ad Elidem. Hinc absolute *Alei*, Elidis incolæ, apud *Plaut. Capt. prol.* 24. et 59., qui et *Alis* pro *Elis* usurpavit *ibid.* 9. Ita *Goetz* et *Schoell*.

ĀLĔUS, i, m. 2. *V.* ALEA.

ALEX. *V.* HALEX.

ĀLEXA et Alexās, æ, m. 1. (Ἀλεξᾶς apoc. ab Ἀλέξανδρος, ut fit sæpe apud Græcos. Cf. Ἀρτεμᾶς, Δημᾶς, Ἐπαφρᾶς) Scribitur *Alexas* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 5818. et *Alixa* in *Not. Tir.* 114. 75. et 76.

Alexa ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Heracliensis vir, a P. Crasso civitate Rom. donatus. *Cic. Balb.* 22. 50. — 2.°) Item rex Ægypti, qui et Alexander. *V.* PTOLEMÆUS AULETES. ¶ 2. In titulis nom. serv. et libert. et cogn. Græcanicum. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2940. et 5815. et *alia* apud *Nibby, Viagg. ant. T.* 2. *p.* 293. — Alia vetustissima, fortasse ad a. U. C. 754. pertinens, in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 6794. Q. AMBIVIVS ALEXA. Porro omnia nominis hujus exempla in Italiæ finibus inventa sunt, longe plurima, ut res fert, in Urbe (*Diehl*).

ĀLEXĀMĔNUS, i, m. 2. (Ἀλεξάμενος, *defensor*) ¶ 1. Fuit dux fœderatorum Ætolorum, de quo *Liv.* 35. 34-36., coll. *Polyb.* 18. 26. *Cf. Wilcken, PW.* 1. 1374. *sq.* ¶ 2. Est in titulis nom. serv. fort. suppl. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 5728. — Insignis est Græca *Inscr. Wuensch, Seth. Verfl.-Taf. p.* 111. (reperta a. 1857. a cl. *Garrucci* cum imagine, initio III. sæc. attributa (V. *Tertull. Apol.* 16., *Minuc. Fel. Oct.* 9., coll. *Tac.* 5. *Ann.* 3. et 4. et *Jos. c. Appion.* 7.), « ΑΛΕΞΑΜΕΝΟϹ ϹΕΒΕΤΕ (loco σέβεται) ΘΕΟΝ ». i. e. Christum; unde patet, quam late ab initio statim Christi deitas fuerit agnita ejusque religio diffusa. Cf. etiam *Martigny, Dict. d. ant. chrét.* a. *Calomn.*

ĀLEXANDER, dri, m. 2. (Ἀλέξανδρος) — *a)* Orthographia: *Alexanter* in vetustis monum. Etr. et Rom. Cf. etiam *Quintil.* 1. 4. 16. — *Alexsander*, inserta litt. *s*, tam in vetustissimis quam in recentissimis lapidib. *Corp. Inscr. Lat.* 1. 1091.; 6. 13164., *al.* — *Alesandar* quoque in *Inscr. Notiz. degli Scav.* 1891. *p.* 289. — Aliæ formæ vitiosæ in *aliis* apud *Mai, Script. vet. nov. coll.* 7. 5. *p.* 408. et *Corp. Inscr. Lat.* passim (V. *Ritschl, Opusc.* 2. 496. *sq.*) et *Garrucci, Graff. di Pomp. I.* 26. *n.* 26. — Pro *Alexander* contract. *Alexa* v. *Alexas* et *Alexis* apud scriptores vid. in ALEXA et ALEXIS. De hujus autem formæ deminutivis v. *A. Maium* in *Class. Auct. T.* 2. *p.* 282. Ex compendiis nominis in Inscriptt. communius est *Alexand.*, rarius *Alexan.* — *b)* Declinatio: in recto casu *Alexander* usurpand. esse de more docent *Priscian. gramm. II.* 224. 11. et *Charis. I.* 83. 30. — *Alexandrus* (*Alexandros*, Gr. posit.) reperitur in *Privil. vet.* in *Corp. Inscr. Lat.* 8. *p.* 848. *col.* 5. *l.* 25. et *Ephem. epigr.* 2. *p.* 387. *n.* 827., coll. *Priscian.* et *Charis. locc. citt.* — Acc. plur. *Alexandros* apud *Cic.* 2. *Acad.* (*pr.*) 28. 85. — *c)* Prosodia: secunda syllaba, uti patet, longa est, sequente litt. dupl. *x*; at corripi videtur a *Plaut. Most.* 3. 2. 88. Alexandrum magnum atque Agathoclem ajunt maxumas Duo res gessisse. Cf. etiam *ibid.* 3. 2. 63. Ceterum ad comicos quod attinet, in metro v. syllabæ quantitate statuenda sæpe hærent docti. — *d)* Etymologia: *Hieronym. nom. Hebr. p.* 66. « Alexander inferens angustiam tenebrarum ». Sed etymon hoc nimis violentum videtur; planius ac verius, si nomen ducatur a v. ἀλέξω, *propulso, defendo, auxilior*, et ἀνήρ, *vir*, quasi sit *hominum adjutor* v. *defensor*. Cf. *Varr.* 7. *L. L.* 82., ubi de Paride mentio est ex *Enn.*, qui, quod validus fuisset depulsor furum et pastorum defensor, *Alexander* appellatus est. — Alexander, nomen pers.

A) Apud scriptores:

I.) Ex mythographis ¶ 1. Alexander, Eurysthei filius, Argivorum rex. *Hygin. fab.* 124., coll. *Apollod. bibl. II.* 81. ¶ 2. Alexander Paris, filius Priami. *V.* PARIS.

II.) Ex historicis ¶ 1. Alexandri Græci et Asiatici præcipui — 1.°) Ex regibus Epiri — *a)* Alexander I., Neoptolemi filius, frater Olympiadis, uxoris Philippi M. Macedonis, et nepos Arybæ ab Æacidarum stirpe, *Molossus* dictus (*Trog. Pomp. prol.* 12. et *Gell.* 17. 21), rex ab a. 341. ad a. 326. ante Chr. De eo *Justin.* 8. 6. et 96., coll. *Diod.* 16. 19. — Post aliqua prœlia feliciter gesta et oppida capta ad Pandosiam et Acheronta interfectus est. *Liv.* 8. 3., 17. et 24., *Justin.* 12. 2., coll. 23. 1. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 15. (98). — *Gell. loc. cit.* refert, eum in Italiam proficiscentem dixisse « se quidem ad Romanos ire, quasi in ἀνδρωνῖτιν; Macedonem (*Alexandrum M.*) isse ad Persas, quasi in γυναικωνῖτιν ». — *b)* Alexander II., Pyrrhi II. filius et Lanassæ, Agathoclis, Siculi tyranni, filiæ, rex ab a. 233 ad 232. *Justin.* 18. 1. et 3., coll. *Val. Max.* 5. 1. *ext.* 4. et *Polyb.* 9. 28. — Librum de re militari ab eo conscriptum memorat *Ælian. H. A.* 7. 45. — 2.°) Ex regibus Macedoniæ — *a)* Alexander I., Amyntæ I. filius, rex ab a. ant. Chr. circ. 497. ad 455. « egregia indole insigniter clarus » (*Justin.* 7. 2. *fin.*), regni amplificator (*Id. ibid.* 4.), fidicinum et in primis Pindari lyrici amicus. *Solin.* 9. — De eo plura apud *Herod.*, coll. *Paus.* 7. 5. 6. Cf. etiam *Kaerst, PW.* 1. 1411. — *b)* Alexander II., Amyntæ II. et Eurydices filius, Perdiccæ et Philippi M. frater, ab ipsa Eurydice brevi interfectus (a. 368). Memoratur *Justin.* 7. 4., coll. *Hieronym.* in *Chr.* ex *Eus.*, duce *Porphyr. fragm.*, coll. *Diod.* 15. 71. 1 (V. *Palmer* ad *Diod.* 15. 60. et 16. 2. et *Kaerst, loc. cit.*) — *c)* Alexander III., ob præclarissima gesta *Magnus* cognomento, Philippi M. et Olympiadis filius, a stirpe Heraclidarum ex patre, Æacidarum vero ex matre oriundus, Pellæ natus (a. 356), unde *Pellæus juvenis* dictus *Juvenal.* 10. 168., et quidem qua nocte Dianæ Ephesiæ templum celeberrimum deflagravit, ut ait *Cic.* 1. *Divin.* 23. 47. et 2. *Nat. D.* 27. 69. — Pluribus præceptoribus, præsertim Aristotele decem ferme annos usus ingenio cultuque excelluit (*Jul. Val.* 1. *G. Alex. M.* 1-9., coll. *Plut.* in *Vit.* et *Cic.* 5. *Phil.* 17. 48) regnumque administrandum, an. 20. æt., suscepit (*Justin.* 11. 1). Huc referimus illud *Vulg.* 1. *Mach.* 1. 1. « Alexander primus regnavit in Græcia », ubi vox *regnavit* (ἐβασίλευσε) non regis proprie titulum, ut alias, hic significat, sed dominandi actum; quamquam potest Græcia hic accipi de novo Græciæ regno, ab Alexandro in Asia constituto post eversum Persarum regnum (V. *Patrizi, cons. II. Mach. p. VI.-VIII.*; *Veith, Script. propugn. v.* 2. *p.* 880. et *Vigouroux* in *Dict. Bibl.* ad *v.*). Memoratur — α) Proprie sive ejus persona. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 232. Gratus Alexandro regi magno fuit ille Chœrilus etc. *Id. ibid.* 241. Alexander fortis. *Val. Max.* 4. 3. *ext.* 3. invictus. Adde *Tac.* 3. *Ann.* 63. *Vulg. loc. cit.* Et siluit terra in conspectu ejus. V. integr. loc., ubi Alexander ejusque gesta strictim sed graphice describuntur. — Post universam Græciam celeriter subactam (*Justin.* 11. 2) in Asiam bellum intulit multasque regiones sibi subjecit; dein in Syriam et Judæam, ubi tamen Jaddo, summum Hebræorum sacerdotem, qui ipsi obviam iverat, humaniter habuit et sacrificia obtulit in templo Hierosolymitano ac populo Judaico privilegia concessit; quamquam narrationi huic *Jos. Antt.* 11. 8., ab *Hieronym.* ex *Eus.* et ab *Augustin.* (8. *Civ. D.* 42. et 45) relatæ, non temere adhibenda est fides (V. *Henrichsen, das Verhältniss d. Jud. zu Alex.* in *Stud.* et *Krit.* 1871. *p.* 458-880. et *Blümner, Alex. d. Gr. in Jerus.* 1872. et *Bunbury, Num. Chron.* 1883. 1. *sqq.*). Dein in Ægyptum descendit; mox vero Dareum iterum aggressus novis atque insignibus prœliis devicit, ita ut Asiam ac totum pæne Orientem in suam ditionem redegerit; non tamen « Liberi patris terminos transire » ad Oceanum quum pervenisset, ausus est, frequenti præsertim seditione militum impeditus. *Curt.* 8. 9. 15. *et* 9. 4. 21., *Justin.* 11. 13. et 14., coll. 12. 9. et 10., *Diod.* 11. 95. 102. et *Vulg. loc. cit. v.* 3. *Lucan.* 3. 234. « et magno vinci se fassus ab orbe est ». — Quum denique ex India in Macedoniam reverteretur, ab Antipatro, Macedoniæ præfecto, veneno sublatus est Babylone, quam caput imperii constituere decreverat, in convivio apud Thessalum Medicum, ut refert *Justin.* 12. 13 (coll. *Curt.* 10. 5. et 10. *fin.*, *Oros.* 3. *Hist.* 20. et *Diod.* 17. 112. et 117), *Vitruv.* 8. 3. 16., *al.* Sed recentiores adstipulantur *Solin.* 9. et *Senec. ep.* 83. (coll. *Cic.* 4. *Tusc.* 37. 79), qui narrant Alexandrum intemperantia bibendi et iræ excessu, quem Clitus ejus amicus aliique jam subierant, exstinctum fuisse. Cf. *Kaerst, PW.* 1. *p.* 1434. — Obiit an. 323., æt. circ. 32. et m. 8 (Cf. *Justin.* 12. 16. et *Jul. Val.* 3. *g. Alex. M.* 98); postquam regnavit ann. 13., rectius vero (*Diod.* 17. 117.) 12. et m. 7. Nec igitur obstat *Vulg. Mach. loc. cit. v.* 8. « regnavit Alexander annis duodecim », ubi auctor numero integro seu, ut ita dicam, rotundo, utitur, nisi intelligere quis velit de regno in ea Græcia, de qua supra diximus (*Cf. Patrizi loc. cit.*). — Fuit forma humana pæne augustiore, celsa cervice, lætis oculis et illustribus, malis ad gratiam rubescentibus, reliquo etiam corpore sine majestate decorus; ad animum vero quod spectat, multis utique virtutibus enituit (*Curt.* 10. 5., *Cic.* 13. *Att.* 28., *Justin.* 16. 1-2. *et alib.*), fortitudine, liberalitate, laboris patientia prope infinita, in rebus excogitandis acumine et in perficiendis celeritate insignis (quam symbolico hirco significavit vaticinans *Dan.* 8. 5. « veniebat ab occidente super faciem totius terræ et non tangebat terram »); favit scientiis atque artibus liberalibus virisque clarissimis, qui eas excolerent (*Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 3. [43]) et Orientem sapientum investigationibus aperuit (*Id.* 6. *ibid.* 23. 26. (96). *sqq.* et *ibid.* 27. 31. (138). et 12. *ibid.* 19. 42. [86]); sed magnis etiam indulsit vitiis (*Liv.* 9. 18., *Cic.* 13. *Att.* 28., *Justin.* 11. 4. et 13. 5., *Val. Max.* 9. 3. *ext.* 1., *al.*) seque uti filium Jovis (*Hammonis*) appellari passus est atque adeo more deorum coli voluit (*Curt.* 4. 7. *fin.* et 8. 5. et *Lucan.* 10. 20. *sq.*) et cultus est (*Gell.* 13. 4. 2., *Solin.* 9., *al.*); quare in eum acriter invehitur *Senec.* 2. *Benef.* 16. et 7. *ibid.* 3. et *alib.*, coll. *Val. Max.* 8. 14. *ext.* 2. V. tamen *Cic.* 1. *Off.* 26. 90. — Plura oppida condidit variis in locis, quæ a suo nomine ipse appellavit aut appellata sunt (*V.* ALEXANDRIA); contra vero alia evertit. *V.* TYRUS. — De epistolis, quæ feruntur ab Alexandro et ad Alexandrum datæ, V. *Cic.* 2. *Off.* 14. 48., *Plin.* 14. *Hist. nat.* 5. 7. (58)., *Curt.* 4. 1., *Justin.* 11. 13. et *Gell.* 20. 5. — Argumentum præbuit A. rhetorum et

artificum exercitationibus amplissimum. Senec. Suas. 1. et 4. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (93). « Apelles Alexandrum - quoties pinxerit, enumerare supervacuum est ». Adde Lysippum, statuarium nobilissimum, æqualem Alexandri, qui edixit, ne quis ipsum alius quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles scalperet, quam Lysippus ex ære duceret, teste Plin. 7. ibid. 37. 38. (125)., coll. 34. ibid. 8. 19. (63). et Val. Max. 8. 11. ext. 2. — De antiquæ artis, quæ supersunt, monumentis videsis Visconti, Iconogr. Gr. T. 2. et Op. var. t. 3. p. 63. sqq.; et de nummis Eckhel 2. p. 95. sqq.; L. Müller, Numism. d'Alex. d. Gr.; Imhoof.-Blumer, Monnaies grècq. (1883). 118. sqq. et Head, HN. 197. sqq. — De Alexandro M. Græci atque Latini scripserunt, ut Plutarch., Arrian., Curt., Jul. Val., al.; ejus vero epistolas, quas innuimus, librum de sacris deorum et apophthegmata retulerunt Plin. 6. Hist. nat. 17. 19. (51). et in Elench. l. 6., Cyprian. de Vanit. idol. 2., Augustin. 8. Civ. D. 5. et 27., Cic. Arch. 10. 24., 5. Fam. 12. et 8. Rep. 12. 21., Val. Max. 6. 4. ext. 3., 7. et 3. ext. 1. et 4., Ammian. 14. 11. 22.; ex recentioribus V. Spiegel, Alexandersage etc. Leipz. 1851.; Fraenkel, Die Geschichtschreib. Alex. d. Gr. Breslau 1883.; O. Jaeger, Alex. d. Gr.; Gütersloh 1892.; Droysen, Gesch. Alex. d. Gr., Gotha 1880. — β) Improprie, cognominis vel potius appellativi vice fungitur. Lamprid. Alex. Sev. 64., Trebell. XXX. tyr. 22. et Ps. Aur. Vict. epit. 21. — γ) Speciatim, ab eo loca quædam nomen acceperunt, sc. — Alexandri aræ (ara), seu termini in India et prope Hypasim, Curt. 9. 2. et Plin. 6. Hist. nat. 19. 21. (62). et ad Jaxartem, Cic. 15. Fam. 4., et Plin. ibid. 16. 18 (49). De his cf. Arrian. 5. 29. et Plut. Alex. 12., Ptol. 3. 5. 26. αἱ Ἀλεξάνδρου βωμοί ad ponticum Tanaim. — Alexandri claustra sub Caucaso. Hieronym. ep. 77. — Alexandri castra in Ægypto. Curt. 4. 7. 2., Cosmogr. 2. 3. et Oros. 1. Hist. 2. 9. — Alexandri vicus, prope Alexandriam Ægypti. Ammian. 17. 4. 14. — δ) Item alia quædam, sc. — Alexandri phalanx, legio ex Italicis tironibus. Sueton. Ner. 19. — Alexandri stephanos, lauri genus. Plin. 15. Hist. nat. 30. 39. (132). — 3.º) Ex regibus Indiæ, Alexander, Alexandri M. filius, de quo Justin. 12. 7. — 4.º) Ex regibus Ægypti — a) Alexander I., Ptolemæi Physconis filius. V. PTOLEMÆUS. — b) Alexander II., præcedentis filius. V. PTOLEMÆUS X. — c) Alexander III. V. PTOLEMÆUS PHILADELPHUS. — 5.º) Ex regibus Syriæ. — a) Alexander I., vulgo cognomento Balas, a patre vel a matre ita dictus (Strab. 16. 2. 8) et in nummis Theopator, Euergetes, Epiphanes et Nicephorus appellatus, Antiochi Epiphanis filius supposititius, humili loco natus, fortasse Smyrnæus. Liv. Epit. 52. et Justin. 35. 1. — Regno Syriæ potitus est, agnoscente ipso Senatu Rom., Ptolemaidem cepit, cum Judæis fœdus pepigit aliaque feliciter gessit contra Demetrium, quem victum vita regnoque spoliavit. Justin. 35. 1., coll. Polyb. 33. 14. et 16. — Sed postea vitiis deditus primum a Demetrio, Soteris primogenito, legitimo Syriæ rege, dein a Ptolemæo Philometore prœlio lacessitus fugere coactus est in Arabiam, ubi ann. a. Chr. circ. 147. Zabdiel Arabs caput Alexandri obtruncatum Ptolemæo misit, ut traditur Vulg. 1. Mach. 11. 16. et 17., coll. Polyb. loc. cit. Justin. ibid. c. 2. et Diod. apud Müller, fragm. Hist. Gr. t. 2. p. XVI. — b) Alexander II., cognomento Zabina vel Zabineus, præcedentis creditus filius, sed vere Ægyptius quidam, Protarchi negotiatoris filius, qui regnavit ab ann. a. Chr. 129. ad 123. De eo Justin. 39. 1. — Ejus nummi illustrantur a Visconti, Iconogr. Gr. T. 2. p. 456., qui falsum hinc probat, quod Justin. ibid. n. 6. — 6.º) Ex regibus Judæorum. — a) Alexander I., proprie Jannai seu Jannæus, contract. a Jonathan vel Johanathan, ut aliquando in nummis. Saulcy, Num. Jud. p. 92. et 105. et Levy, Jud. Münzen p. 52. — Fuit tertius filius Johannis Hircani, rex Judæorum et summus sacerdos, crudelis, turbulentus, Pharisæis infensus (Cohen, Pharis. 1.); bello dimicavit cum Ægyptiis, Arabibus, Syris, Ammonitis ac Moabitis, Thrax dictus, h. e. barbarus, a Judæis, regnavitque ann. circ. 27., teste Hieronym. in Chron. De eo videsis Augustin. 18. Civ. D. 45. n. 3. et Jos. Antt. 13. 11. et 12. — b) Alexander II., Aristobuli filius, jussu Pompeii occisus, de quo Jos. Antt. 14. 4. 7. et 1. B. I. 8. et 9.; nam a Latinis scriptoribus nihil traditur. ¶ 2. Alexandri Romani et alii. — 1.º) Ex imperatoribus — a) Alexander, plenius M. Aurelius Severus Alexander. V. AURELIUS. — 2.º) Ex pontificibus — a) Alexander I., Romanus, pont. max., Evaristi successor ab a. 108 (al. 109) ad a. 117., quo martyrium fecit. Hieronym. in Chron. a. Abr. 2125. — Perperam Optat. c. Parmen. 2. 3. eum ante Evaristum ponit, cui Sixtum suggerit. Contra Tertull. carm. 3. adv. Marc. 282. Sextus (a Petro) Alexander Sixto commendat ovile. — b) Alexander, ep. (Flaviarum, ut videtur) Cappadociæ, qui varias epistolas scripsit ad Origenem, ad Demetrium aliosque et Cæsareæ sub Decio martyr occubuit an. 251. Hieronym. vir. ill. 32. et Prosp. in Chron. — c) Alexander, ep. Alexandriæ, a quo Arius hæreticus de Ecclesia expulsus est ejusque « machinæ, homousii in conc. Nicæno oppositione, dejectæ sunt », teste Cassiod. 1. Hist. trip. 4. et 3. ibid. 12. et 13., coll. Hieronym. in Chron. — d) Alexander, ep. Constantinopolit., primus hujus urbis, antea Byzantii, dictæ, invictus in Arium catholici dogmatis propugnator, de quo Cassiod. 2. Hist. trip. 4. et 8. — 3.º) Ex principibus et magistratibus alios videsis apud Tac. 15. Ann. 28. et 1. Hist. 11. et 2. ibid. 74. et 79., Sueton. Vesp. 6., coll. Heges. 4. 28. 3., Corp. Inscr. Lat. 6. 32374. et Act. Arv. a. 118. ¶ 3. Scriptores — a) Alexander, Ætolus, poeta egregius, ut vocat Macrob. 5. Saturn. 22. 4., auctor elegiæ Alexandrinæ, fortasse Philetæ discipulus, floruit an. a. Chr. 280 vel 284-247. — Tragœdias aliaque ligata et soluta oratione, inter quæ elegorum libros, inscr. Apollo et Musæ, memorant Serv. ad Virg. 11. Æn. 532. et Macrob. loc. cit. — Fragmenta illustravit edidItque vitæ ejus scriptor Capellmann an. 1829. V. Bernhardy, Grundr. d. Röm. Litt. p. 393. et 1025. et Croiset, Hist. Litt. Gr. V. p. 165. — b) Alexander, Aphrodisiensis v. Aphrodisius, ex Caria, philosophus peripateticus, doctrinæ Aristotelicæ instaurator et habitus scholæ caput, quæ deinde Alexandrina dicta est. Hieronym. apolog. adv. Rufin. n. 20. et ep. 50 (al. 51) n. 1., coll. Boeth. in libr. Arist. de Interpr. 1. init. et alib. — Magistris usus Aristocle, Hermino et Sosigene multa scripsit, quorum aliqua interciderunt, ut Comment. in Κατηγορ., in Ἑρμηνεία (V. Gercke, PW. 1. 1454). — Ejus opera edidit Orelli, Turici 1824. aliique dein edenda curarunt, ut Bonitz, Hayduck, Freudenthal, Bruns. — c) Alexander, Ephesius, cognomine Lychnus, historicus et poeta, de quo videtur loqui Cic. 2. Att. 20. et 22., coll. Hygin. 2. Astr. 21. — Ejus carmina geographica et astronomica laudant veteres, quos inter Strab. 14. 1. 25.; et historiæ de Bello Marsico primum librum memorat Aur. Vict. de orig. G. R. 9. — Fragmenta collegit Meineke, anal. Alex. 371-377. — d) Alexander Numenius, vel Numenii filius, rhetor Troade oriundus, floruit sub Hadriano imp. et libros scripsit de Rhetorica et, quod tamen incertum est (V. Kayser, Jahrb. f. Philol. LXX. 1854. p. 295), περὶ σχημάτων etc., quibus usus est Aquila Rom., ut ipse monet. — De eo ejusque scriptis V. Walz, Rhet. Gr. VIII. et IX. 331-339., Spengel, Rhet. Gr. III. 1. 6. et Hasse, Giorn. lett. univ. Hall. 1844. n. 218. sq. p. 389-391. — e) Alexander, absolute dictus Val. Max. 8. 13. ext. 7., Milesius, cognomento Polyhistor, apud Sueton. gramm. 20. et Plin. 9. Hist. nat. 35. 56. (115)., de cujus ætate disputant eruditi; sed C. Müller in Fragm. Hist. t. III. p. 206. censet eum floruisse inter ann. 82-60. a. Chr. — Plura scripsit grammatica, historica, geographica et philosophica, quorum fragmenta collegit C. Müller modo cit. ibid. p. 206-244. Suid. h. v. « Scripsit libros pæne innumeros. In libris quinque de Roma ait Hebræam fuisse mulierem Moso nomine, cujus scriptum lex sit Hebræorum » (Cf. Jos. Antt. 1. 16). Scripsit igitur legem Moyses, quod negandi cacoethes quosdam tenet criticos insanabile. — f) Alexander, grammaticus Græcus, Cotyæensis, de quo Capitolin. in vit. Antonini philos., coll. Aristid. Orat. 12. T. 1. p. 134. sqq. ed. Dind. — g) Alexander, grammaticus alter. V. ALEXIS. ¶ 4. Alios complures ex omni ordine videsis apud PW. 1. 1408-1462.

B) In titulis cogn. sæpissime usurpatum temporibus imperii et etiam nom. serv., libert. et libertin. Corp. Inscr. Lat. 2. 486. et 3364.; 5. 4122.; 8. 9898. in Notiz. d. scavi 1889. p. 41. — Item apud Val. Max. 8. 4. 1. et Cic. 13. Att. 2. — Alexandra (Ἀλέξανδρα) nom. mul. — 1.º) Apud scriptores — a) Fuit Judæorum regina ann. 79-71. ant. Chr., uxor prius Aristobuli Philellenis, dein Alexandri Jannæi, ex Asmonæorum familia. Augustin. 18. Civ. D. 45. n. 5., coll. Jos. Antt. 16. 16. et 1. B. J. 4. et 5. — Hebraice dicta est Salome, i. e. pax, salus, idem fere ac Græca vox; verbo namque ἀλέξειν conjungitur notio defendendi, servandi: Salina vero dicitur Hieronym. (Σαλίνα Euseb.) in Chron. ad Abr. a. 1941. Cf. Schürer, Gesch. d. jüd. Volk. I. 229. sqq. et Madden, Coins of the Jews 1881. p. 91. sqq. — b) Item filia Avidii Cassii, uxor Drunciani, de qua Capitolin. Antonin. 26. et Volcat. in Avid. 9. — c) Item nutrix Neronis. V. ALEXANDRIA. — d) Singulariter Alexandra urbs pro Alexandrina apud Venant. carm. app. 1. 98. — 2.º) In titulis cogn. mul., ex ethnicis, Corp. Inscr. Lat. 3. 169. et 14501.; ex christianis Inscr. Chr. apud De Rossi I. 20. — Corp. I. L. 11. 2893. Alexandra.

ĂLEXANDRĒA. V. ALEXANDRIA.

ĂLEXANDRĒUS. V. ALEXANDRIUS.

ĂLEXANDRĪA, æ, f. 1. (Ἀλεξάνδρεια) Scribitur etiam Alexandrea, extrita litt. ε diphthongi in voce Græca. Corp. Inscr. Lat. 1. 424. et Cic. 5. Fin. 19. 54. et 2. Off. 23. 82. et 11. Att. 6 (V. tamen ALEXANDRIUS 2), Horat. 4. Od. 14. 35., Liv. 8. 24. et 31. 43., Curt. 4. 8. et Apul. Apol. 53. V. Priscian. gramm. II. p. 73. 7. Sic Antiochea, Apamea, Laodicea etc. in codd. V. Madvig ad Cic. Fin. l. c., Drakenb. ad Liv. l. c. et Osann Exc. XI. in Cic. de rep. p. 467. — Plur. Alexandriæ apud Auct. Itin. Alex. 86. et Prob. ad Virg. G. 4. 287., — Alexandria, nom. pers., geogr. et herb.

I.) Alexandria, v. Alexandrea, nomen personæ. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit nutrix Neronis imp. Sueton. Ner. 50., ubi alii legeb. Alexandra. — 2.º) Aliæ hujus nominis memorantur in Cod. 4. 39. 4.; 6. 20. 5.; 7. 19. 6. etc. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. per totum orbem Rom., serv. et etiam gentilicium, ex ethnicis, Corp. Inscr. Lat. 6. 12643. et 34841.; 14. 608., 1177., al.: ex christianis, 6. 31991.; 14. 4225. al.

II.) Alexandria, nomen loci ¶ 1. Fuit urbs Ægypti celeberrima, dicta etiam Alexandria Ægypti v. ad Ægyptum v. in Ægypto, cognomento Magna, ut a ceteris distingueretur, in ora maris Mediterranei, juxta Mareotim lacum, ubi erat vicus Rhacotes appellatus, hodie Skanderia, italice Alessandria. Olim autem nuncupatam fuisse No' 'Amon, ut vult Hieronym. ep. 108 (al. 27). n. 14. et Comm. in Os. 9. 4., interpretes jamdiu negarunt, sed tribuerunt hoc nomen Thebis Ægyptiacis seu Diospoli; unde in locis Jer., Ezech. et Naum, ubi Vulg. habet Alexandriam, legend. Thebæ. Memoratur — 1.º) Proprie Cic., Horat., Tac., Sueton., Lucan., al., locc. infra citt. — Condita fuit ab Alexandro M., ann. a. Chr. 332., operâ Dinocharis vel Dinocratis, clarissimi architecti « ad effigiem, ut ait Plin. 5. Hist. nat. 10. 11. (62)., Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosa, dextra lævaque anguloso procursu ». Adde eumd. ibid. 31. 34. (128)., Curt. 4. 8., Jul. Val. 1. gest. Alex. M. 30-33., coll. Auct. Itin. Alex. 49. et Vitruv. præf. l. 2. Porro, varias post vices (V. Liv. 45. 12., Cic. 3., coll. Diod. 31. 1-2., Sueton. Cæs. 35. et 79., Cæs. 3. B. C. 4. et 3. B. G. 1., Tac. 2. Ann. 59. et 1. Hist. 31), fuit ab Augusto imp. subacta, qui, Ptolemæorum regno subverso, Ægyptum in provinciam R. redegit. Orelli, Coll. Inscr. T. 2. p. 397. et Sueton. Aug. 17. — Optimo portu instructa et heptastadio Pharo insulæ conjuncta, latissimo commercio dives, ornata templis, inter quæ eminebat Serapeum, ubi bibliothecæ fuerant inæstimabiles, mausoleo aliisque insignibus monumentis. Senec. 3. Quæst. Nat. 2. 18. et Apoc. 8. 1., Auct. B. Al. 1. sqq., Gell. 6. 17. fin., Vitruv. 7. præf. 4., Sueton. Domit. 20., Flor. 4. 11. sub fin. et Lucan. 8. 697. Ammian. 22. 16. 7. sqq. eam vocat « verticem omnium civitatum » laudatque ob aeris salubritatem ac serenitatem. Auson. vero Clar. Urb. 3., quia Nilo munita « penitusque repostis Insinuata locis, fecunda et tuta superbit ». — Floruit maxime artibus, disciplinis ac scientiis, teste Ammian. 22. 16. 15. sqq., qui refert Bruchium vel Pyruchium urbis regionem fuisse « diuturnum præstantium hominum domicilium, unde plurimi scriptores multorum in litteris nobilium studiorum » exstiterunt. — Præterea Museum memorat Sueton. Claud. 42., i. e. collegium virorum eruditorum, quibus tributa a publico pecunia ad provehenda bonarum artium studia, a Ptolemæo Philadelpho, celebris bibliothecæ conditore, institutum, cui videtur Claudius imp. alterum addidisse (Cf. Athen. l. 6). — Item scholæ seu academiæ illustres, a Serapide et Iside appellatæ, viguerunt, quibus dein accessit schola insignis, christiana ubi « a Marco evangelista semper ecclesiastici fuere doctores » inquit Hieronym. vir. ill. 36., uti Pantænus, Clemens, Origenes, Dionysius, Didymus, Achillas, Athenodorus, Theognostos, al. (V. Hergenröther-Kaulen, Kirchenlex. ad Alex. Sch.); ut in aliis Aristarchus, Herodianus, Saccas Ammonius, Plotini magister, Callimachus, Theocritus, Aratus, Appianus, Eratosthenes, Stephanes, Euclides, Philo, Judæorum disertissimus (Hieronym. vir. ill. 7) ejusque discipuli Potamon, Porphyrius, alii nimium Platonicis doctrinis addicti et subtilitatibus philosophicis dediti, ita ut Alexandria « Babel de l'érudition profane » dici posset, ut ait Villemaine (Le Polythéisme in Tableau d'éloq. chrét. 1861. p. 53). — De schola ethnica Alexandriæ scripserunt Matter (1840), Barthélemy St.-Hilaire (1845), Simon (1844-45), Göll (1870), Weniger (1875), Demitsas (1885), Neroutsos (1888), Susemihl (1891-92), Knaack (1893); de schola vero christiana Dietelmaier (1747), Feuerlin (1756), Wagner (1802), Guerick (1824), Hasselbach (1839), Kinnfler (1888), Vacherot (1846), Zöckler et Vigouroux (1889), Bardenhewer (1908). — De nummis Alexandriam repræsentantibus v. Eckhel 4. p. 26. sqq., Cohen, Descr. d. Méd. Cons. Tab. 1., Poole, Catal. of the coins of Alex. etc. Lond. et Momms. Münzwes. 722. sqq. — Speciatim Alexandriæ Regio (Χώρα), tractus seu nomos inferioris Ægypti, cujus caput erat Hermopolis parva. De ea Plin. 5. Hist. nat. 34. 39. (212). — Alexandriæ mansiones, quarum prima, Chæreum appellata, memoratur Evagr. vit. Ant. 54. — 2.º) Translate, uti persona. Horat. 4. Od. 14. 35. Portus Alexandrea supplex Et vacuam patefecit aulam. Adde Plin. 8. Hist. nat. 48. 74. (196). et Paulin. Nol. carm. 19. 84. ¶ 2. Alexandria Arachosiæ (Ἀλεξανδρόπολις), hod. Candahar. Ammian. 23. 6. 72. ¶ 3. Alexandria Ariorum v. Arion, hod. Herat, sita ad fluvium Arium in Asia sub ditione Persica (V. ARIUS). Plin. 6. Hist. nat. 17. 21. (61). ¶ 4. Alexandria Assyriæ sive Mygdoniæ. Id. ibid. 14-16. (42). ¶ 5. Alexandria Babyloniæ, memorata Jul. Val. 3. gest. Alex. M. 98. ¶ 6. Alexandria Bactrianæ apud Bactra; duodecim enim oppida in Bactriana et Sogdiana condidit Alexander M., teste Justin. 12. 5. fin. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 23. 25. (92). ¶ 7. Alexandria Bucephalos, absolute Bucephala v. Bucephalon, sita ad Hydaspis ripam, prope hod. Khilipatan. Curt. 9. 3. 23. et Solin. 45. ¶ 8. Alexandria Carmaniæ, apud Plin. 6. Hist. nat. 23. 27. (107). et Ammian. 23. 6. 49. ¶ 9. Alexandria Gedrosiæ prope Indiam. Plin. 6. Hist. nat. 23. 26. (97)., eadem fortasse quæ Origala. Jul. Val. 3. g. Alex. M. 98. ¶ 10. Alexandria ad Caucasum apud Curt. 7. 3. 21., Solin. 49., al. V. Alexandri claustra in ALEXANDER sub 1.º c. ¶ 11. Alexandria ad Issum, κατ' Ἰσσόν, unde Catiason in Tab. Peut., sed absolute Alexandria apud Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91)., nunc Alessandretta, ab Alex. M. condita post victum Dareum. ¶ 12. Alexandria ad Porum, apud Jul. Val. 3. g. Alex. M. 98., fortasse Nicæa, ob victoriam de Poro condita, teste Curt. 9. 3. 23. ¶ 13. Alexandria Indiæ, ad confluentes Acesinis et Indi, hodie Mittum. Id. 9. 8. 8. ¶ 14. Alexandria Margianes, ad Margum fl., dein Antiochia, hod. Merurud. Plin. 5. Hist. nat. 16. 18. (47). et Solin. 48. ¶ 15. Alexandria Scythica vel potius Sogdianorum, apud Solin. 49. et Ammian. 23. 6. 59. ¶ 16. Alexandria ad Tanaim, dicta Anat. Itin. Alex. M. 81., de qua Justin. 12. 5., Plin. 6. Hist. nat. 16. 18. (49)., Curt. 7. 6. 25. — Eam Solin. 49. et Capell. 6. p. 223. vocant tertiam Alexandriam (Ἀλεξ. ἐσχάτη, sc. ultima, Ptol. 6. 12. et App. Syr. 57), ad Jaxartem, in ultimis Sogdianorum finibus, hod. Kojend. Cf. Tomaschek, PW. 1. 1389. ¶ 17. Alexandria Susianes in Characene regione (Cf. St. Martin, Recherch. etc. 144. et 149. et Ritter, Erk. v. As. X. 551., dein Antiochia; mox vero Charax v. Kerakh Spasinu. Plin. 6. Hist. nat. 17. 31. (138) V. De Vogüé, Syr. Centr. Inscr. sém. 10. ¶ 18. Alexandria Troas seu ad Troadem (Ἀλεξάνδρεια ἡ Τρῳάς. Strab. 2. 135. et Ptol. 5. 2. 4). Liv. 35. 42., Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (124). et 36. ibid. 16. 25. (128). et Tab. Peut. 9., sita in litore Ægei maris, hodie Eskistambul. — Hanc serius Romani amplificarunt coloniamque deduxerunt; quare in nummis Colonia Troas v. Colonia Augusta Troas v. plenius Colonia Alexandria Augusta Troas et in nummis Titi imp. etiam Antigonia Alexandria vocatur. V. Eckhel 2. p. 479. sqq. et Head, N. H. 469. — Alias videsis apud PW. 1. 1388-97.

III.) Alexandria, nomen herbæ. Diosc. 4. 140.; aliter daphne vel chamædaphne. Cf. Alexandrina laurus apud Plin. 15. Hist. nat. 30. 39. (131).

ĂLEXANDRĬĀNUS, a, um, adject. ad Alexandrum Severum imp. pertinens. Hinc Alexandriana aqua in thermas juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, inducta. Lamprid. Alex. 25., ubi tamen alii leg. Alexandrina. — In plur. num. Corp. Inscr. Lat. 8. 2869. et Carm. epigr. 252. — Alexandrianæ thermæ, apud Lamprid. loc. cit., ubi alii leg. Alexandrinæ. — Alexandrianæ alæ in Corp. Inscr. Lat. 8. 5988. — Alexandrianæ legiones, ibid. 14564. — Alexandriani (al. Alexandrini) Sodales, instituti in honorem Alexandri Severi imp., qui post mortem inter deos relatus fuerat. Id. ibid. 63. et cum Augustalibus unum sacerdotium constituebant. — Absolute

Alexandrianus, i, m. 2. cogn. a patria Alexandria vel ab Alexandro aliquo deductum. Cod. Theod. 10. 1. 11. et alib. et Corp. Inscr. Lat. 8. 12289.

Alexandriani, ōrum, m. plur. 2. milites leg. XXII. Ibid. 18. 6502.

ĂLEXANDRĬĂS, ădos, m. 3. poema, ut videtur, de Alexandro M. Capitolin. Gord. 3. ed. Peter. « Scripsit præterea (Gordianus senior), quemadmodum Vergilius Æneidos et Statius Achilleidos et multi Alexandriados; ita etiam illa Antoniniados » (Gr. Ἀλεξανδριάς, άδος Steph. Byz.). Pape-Benseler in Wörterb. d. Gr. Eigenn. h. v.: « Titel eines Gedichts von Adrian ». V. ÆLIUS 7. o.

ĂLEXANDRĪNUS, a, um, ad Alexandrum aliquem pertinens. ¶ 1. Est ad Alexandrum Severum imp. pertinens. Hinc Alexandrinum opus, genus marmorandi seu incrustandi parietes marmore porphyretico et Lacedæmonio, quod primus ille imperator instituit. Lamprid. Alex. 25. — Alexandrini sodales. V. ALEXANDRIANUS. — Alexandrina aqua, quæ est eadem atque Alexandriana (V. hanc voc.), in Curios. Urb. Rom., hodie Acqua Felice, ita a Felice, dein a Sixto V., appellata, teste Nibby, Rom. Ant. P. I. — Alexandrinæ thermæ (V. ALEXANDRIANUS), in Curios. Urb. Rom. Cf. Nibby loc. cit., qui eas in Campi Martii parte fuisse putat, quæ hodie vulgo contrada di S. Luigi de' Francesi vocatur. — Cassiod. vero in Chron. scribit thermas Neronianas Alexandrinas dictas, coss. Albino et Maximo, ann. post Chr. 227. — Alexandrina purpura, quæ et vulgo Probiana ab Aurelio Probo dicitur, ex murice ab eo reperto. Lamprid. Alex. 40. — Alexandrina Basilica, inter campum Martium et Septa Agrippina ita constructa ut tota columnis penderet. Id. ibid. 26. et Corp. Inscr. Lat. 10. 1698. ¶ 2. Item ad Alexandrum M. pertinens, qui Alexandriæ Ægypti fuit conditor; hinc proprie — 1.º) Ad Alexandriam Ægypti pertinens, ut Alexandrinus rex, Ptolemæus Auletes, apud Cic. 2. Q. fr. 2., 1. Fam. 1. et fragm. p. 456. Orell. — Alexandrina silica apud Plin. 18. Hist. nat. 11. 29. (113). et acetum apud eumd. 14. ibid. 16. 19 (103). et ficus 15. ibid. 18. 19. (68). et amaranthus 21. ibid. 8. 23. (47). — Alexandrina classis, ab Augusto instituta frumentis præsertim Romam evehendis; unde præfectus classis Alexandrinæ in Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6928. et Cod. Theod. 13. 5. 32., coll. Lamprid. Commod. 17. et Galb. 16. et Senec. ep. 77. 1.; hinc etiam Alexandrinæ naves apud Sueton. Aug. 98. ad hoc destinatæ. Cf. etiam Vulg. Act. 27. 6. et 28. 11. et Diplom. apud Cardinali n. 7. — Alexandrina schola, de qua V. ALEXANDRIA. — Alexandrina urbs, h. e. Alexandria. Corp. Inscr. Lat. 3. 6587., Cod. Just. 1. 3. 18., Oros. 7. Hist. 28. 28., al. — Alexandrinum bellum, a Cæsare gestum in Ægypto contra Ptolemæum, ab oppugnata Alexandria ita dictum. Cæs. 3. B. C. 113. fin., Sueton. Tib. 4. et Gell. 6. 17. fin.; ubi hoc prius vocatur, ut a posteriore illo distinguatur lato ab Augusto, de quo Vellej. 2. 88. et Inscr. apud Momms. n. 697. — Belli Alexandrini prioris liber exstat, cujus auctorem incertum putat Sueton. Cæs. 56.; sed recentiores critici ex præf. in lib. VIII. Belli Gallici aliisque indiciis statuunt Hirtium. V. Drumann, Gesch. Roms, III. p. 76., Nipperdey, De suppl. comm. Cæs. p. 884. et Teuffel, St. L. R. I. n. 184. — Alexandrinum chronicum, quod edidit Momms. Mon. Germ. antiq. IX. p. 91. sqq. — Alexandrini dii, Alexandriæ culti. Serv. auct. Æn. 8. 698. Varro indignatur Alexandrinos deos Romæ coli. — Alexandrinæ deliciæ apud Quintil. 1. 2., quod in proverbium abiit. Videtur autem Quintil. intelligere Alexandrinos pueros, qui dicacitate et verborum licentia dominos oblectabant, garruli præter ceteros et ridiculi adeoque in deliciis habiti: sane Alexandrini molles atque effeminati traduntur; hinc Alexandrina vita atque licentia apud Cæs. 3. B. C. 110., quod hic populus voluptatibus deliciisque maxime diffueret. — Alexandrina Pharos, septimum orbis miraculum, ut ait Greg. Tur. stell. 8. — 2.º) Item ad Alexandriam Troadem pertinens. Plin. 15. Hist. nat. 18. 19. (70)., ubi rem alii ad Alexandrum Paridem referunt. — Hinc absolute

Alexandrinus, i, m. sing. et frequentius

Alexandrini, ōrum, pl. 2. — 1.º) Apud scriptores, — a) In sig. num., Alexandriæ incola, qui ex Alexandria est. Inscr. apud Momms. n. 2761. et Vulg. Act. 18. 24. — Alexandrinus cognominatus Æmilianus, tyrannus Ægypti, qui, imperio usurpato, quum pararet contra Indos expeditionem, Gallieni imp. jussu interfectus est. Aur. Vict. epit. 33. — b) In plur. num. Cic. Pis. 21. 49. et Rab. Post. 12. 24. in Aut. B. A. 3. Alexandrini homines ingeniosissimi atque acutissimi. et ibid. 7. aptissimum genus ad proditionem. et ibid. 24. fallax genus. Cf. Sueton. Cæs. 11. et Ner. 19. et Vesp. 19., Justin. 30. 2. 9., Capitolin. Ant. Phil. 25. et 26., ubi Alexandrini sunt « genus hominum seditiosissimum, vanissimum, injuriosissimum ». Adde Ammian. 22. 16. 15., coll. 11. 3. sqq. — Alexandrinorum synagoga, qua utebantur Judæi ibi frequentes (Cf. Jos. Antt. 18. 3. et 19. 5. et Hamburger, Encycl. II.) et speciatim qui Alexandrini vocantur Vulg. Act. 6. 9. — Pro hac est adornata V. T. interpretatio a. 286. ante Chr.: ἡ τῶν ἑβδομήκοντα, de qua Hieronym. in Dan. 9. 24. Tempore Eleazari pontificis Septuaginta Interpretes scripturas sanctas Alexandriæ dicuntur in Græcum vertisse sermonem. h. e. dialectum Alexandrinam, quæ Macedonicæ est affinis (Re, Arch. Diz. Bibl. p. 508), Hebraicis tamen et Ægyptiacis locutionibus immixta. V. opp. Winer, Schiritz, Wilcke, Beelen, Blass, Viteau. — b) Alexandrini, Alexandri M. successores. Prosp. chr. I. p. 398. — 2.º) In titulis, Alexandrinus, cogn. vir. Corp. Inscr. Lat.

10. 7830.; et *Alexandrina*, cogn. mul. *Ibid*. 2. 5195. — Compendia *Alex.*, *Alexandr.*, *Alexandrin. Ibid*. passim.

ALEXANDRĪUM, ii, n. 2. (Ἀλεξάνδρειον) ¶ 1. Est oppidum Indiæ. *Ravenn. p.* 43. ¶ 2. Item castellum Palæstinæ. *Heges*. 1. 15. et 19. ¶ 3. Est marmorii gemmæ nomen. *Plin*. 37. *Hist. nat.* 10. 63. (173)., ubi *Alexandrion*, Gr. posit.; alii vero leg. *Alexandrinum*.

ALEXANDRĪUS v. Alexandreus a, um, adject. (Ἀλεξάνδρειος) ¶ 1. Est ad Alexandrum aliquem pertinens. Hinc *Alexandria Julia legio* ex Comitatensibus, fortasse ab imper. et Mamma matre; vel a Julio Alexandro legato sub Trajano dicta. *Notit. Dign. or.* 7. (8), coll. *Dion*. 68. 30. — *Alexandria Commodiana togata*, ridicule ita appellata a Commodo imp. Carthago, apud *Lamprid. Commod*. 17. Ita leg. *Peter*; alii *Alexandrina Commoda*. ¶ 2. Item ad Alexandriam Ægypti pertinens. *Cic*. 11. *Att*. 6. 7. Istas Alexandreas litteras (*Diochares Cæsaris libertus*) attulit. Ita leg. *Hofm*. (cod. *M*) et *Orell.*; sed *Baiter* et *Wesenberg* (cum *Boot*) leg. *Alexandrea*, sc. ab Alexandria; alii *Alexandrinas*. — Hinc absolute *Alexandreus* (*ius*), Ἀλεξανδρεύς, in *Corp. I. L.* 3. 8236. *V.* ALEXANDRIA.

ALEXANDRŎPŎLIS, is, f. 3. (Ἀλεξανδρόπολις) ¶ 1. Est oppidum Parthorum, ab Alexandro M. ejus conditore ita dictum. *Plin*. 6. *Hist. nat.* 29. 25. (113).; sed alii aliter leg. Cf. *ibid*. 17. 21. (59). V. tamen *Cellar. Geogr.* 3. 20. ¶ 2. Item oppidum Indiæ. *Jul. Honor. rec. A* 6. et *Cosmogr.* 1. 6., ubi legitur *Alexandripolis*. An unum idemque sit cum priore, incertum est.

ALEXANDRUS. *V.* ALEXANDER.

ALEXARCHUS, i, m. 2. (Ἀλέξαρχος, *defensor princeps*) historicus Græcus, de quo *Serv.* ad *Virg*. 3. *Æn*. 334. — Scripsit libros de rebus Italicis, quorum exstant fragmenta. V. *Müller, Hist. Græc. fragm. T.* 4. *p.* 298. *sq.*

ALEXĀS. *V.* ALEXA.

ALEXĒTER, ĕris, m. 3. (depulsor) nom. signi apud *Plin*. 34. *Hist. nat.* 8. 19. (56). Ita *Forcellin*. ex *Harduin.*; at *Sill.* aliique *hageter* rectius leg.

ALEXĪA. *V.* ALESIA.

ALEXIĀNUS. *V.* ALEXIS.

ALEXĪCĂCUS, i, m. 2. (Ἀλεξίκακος, *depulsor malorum*) ¶ 1. Est epitheton Herculis. *Varr*. 7. *L. L.* 82., coll. *Inscr.* apud *Orelli n.* 1587. et *Lactant*. 5. 3. ¶ 2. Item Apollinis. *Macrob*. 1. *Sat*. 17. 15. V. *Wentzel, PW*. 1. 1464. — Statuam *Apollinis Alexicaci*, quam Athenis fecit Calamis (*Paus*. 1. 3. 4. et 8. 416), imitatio videtur Apollo Vaticanus (*Viscont. Mus. Pio-Clem. T.* 1. *p.* 144. *Müller, Handb. d. Arch. p.* 463. et 466. et *Sillig. Cat. Artif. p.* 115. *sq.*). *V.* APOLLO.

ALEXĪNUS, i, m. 2. (Ἀλεξῖνος) philosophus Elide oriundus de schola Eubolidæ, Zenoni stoico adversarius. *Cic*. 2. *Acad*. (*pr.*) 24. 75. et *Fronto p.* 146. 12. *N.* et 147. 24., coll. *Laert*. 2. 109. et 10. Cf. *Arnim, PW*. 1. 1465.

ALEXĬO, ōnis, m. 3. (Ἀλεξίων) ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit medicus Ciceronis. *Cic*. 15. *Att*. 1. et 2. — 2.°) Item libertus, procurator T. Pomponii Attici. *Id*. 13. *ibid*. 25. et etiam 7. *ibid*. 2., coll. *Orelli, Onom. Tull. p.* 31. ¶ 2. Generatim, in titulis nom. serv. et cogn. libert. *Corp. Inscr. Lat*. 6. 7676-12719. et 9. 4648. — *Inscr. Not. degli scavi* 1897. *p.* 405. Alexionus.

ALEXĪRHŎE, es, f. 1. (Ἀλεξιρόη: ab ἀλέξω, *arceo*, et ῥοή, *fluctus, unda*) nympha, Granici amnis filia, quæ ex concubitu Priami Æsacon peperit, ut habet *Ovid*. 11. *Met*. 763.; ubi alii leg. *Alyxithoe*. Cf. *Lactant*. ad *h. l.* et *Serv*. ad *Virg*. 4. *Æn*. 254.

ALEXIS, is et idis, m. 3. (Ἄλεξις) Genet. *Alexis* est *Serv*. ad *Virg*. 2. *Ecl*. 1., *Alexidis* vero *Cic*. 7. *Att*. 2. — Dat. *Alexi* apud *Momms. Inscr. Neap*. 6878. — Acc. *Alexim* apud *Cic*. 7. *Att*. 7. et *Virg*. 2. *Ecl*. 1. et 73. et 5. *ibid*. 86. *Ribb*. (*Haupt* legit *Alexin*). — *Alexin* est *Propert*. 2. 34. 73., *Martial*. 8. 63. 1., *al.* — Voc. *Alexi* apud *Virg*. 2. *Ecl*. 6. et 2. 19. et 65. — Abl. *Alexide* est *Gell*. 2. 23. — Forma *Alexis* unica agnosci videtur a *Charis. gramm. I.* 89.; in obliquis tamen formæ *Alexidis, Alexidi* etc. probantur *Gell*. 2. 23. aliisque auctoribus.

Alexis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit statuarius, Polycliti majoris discipulus. *Plin*. 34. *Hist. nat.* 8. 19. (50)., coll. *Sillig*. in *Cat. Artif.* — 2.°) Item comicus, Thurius, qui traditur in theatro obiisse. *Gell*. 2. 23. et 4. 11., *Priscian. XVIII. p.* 312. 6. et *Vitr*. 6. *præf*. 3., coll. *Val. Max*. 8. 7. *ext*. 1. — Comœdias pæne innumeras scripsit, quorum fragmenta apud *Bothe* et *Meineke*, qui de earum titulis egregie disseruit in *Hist. crit. Com. p.* 377. *sqq.* — 3.°) Item Platonis amasius et carminibus celebratus. *Apul. Apol*. 10. — 4.°) Item puer formosus, de quo *Virg*. 2. *Ecl.*, *Propert*. 2. 34. 75. et *Colum*. 10. 298. — *Serv*. ad *Virg. Ecl. cit.* « Corydonis in persona Virgilius intelligitur: Cæsar Alexis in persona inducitur - Alexis, quem dicunt Alexandrum, fuit servus Asinii *Pollionis*, quem *Virgilius* omnium pulcherrimum dilexit eumque dono accepit ». Alii tamen censent puerum Mæcenatis, alii Cæsaris, alii aliter (V. *Heyne* ad *l.* et *Weichert ibid*. 1. *p.* 258. *sqq.* ¶ 9. In titulis nom. serv. et libert. et cogn. *Corp. Inscr. Lat*. 6. 6523. - 11. 128. — Hinc cognom. *Alexius* (Ἀλέξιος), *ibid*. 5. 4560. et *Alexus* (Ἄλεξος), 6. 5065. — *Alexianus* (Ἀλεξιανός) apud *Herodian*. 5. *Hist*. 3. cogn. Severi Alexandri imp.

ALEXĪUS, ii, *V.* voc. præc.

ALFĀTERNI, ōrum. *V.* voc. seq.

ALFĀTERNUS, a, um, adject. ad Alfaternos Campaniæ pertinens. Hinc *Alfaterna Nuceria* (Ἀλφατέρνα *Diod*. 19. 65. 7), oppidum Campaniæ, hodie *Albino*, situm ad fluvium Sarnum (*Liv*. 9. 41). Unde recentiores dictum putant ab *albus* (V. ALFIUS); et *Sarnus*, quasi ad radices Albi montis prope Sarnum. Cf. *Fabretti Gloss. It. p.* 65. et 71. — Hinc

Alfaterni, ōrum, m. plur. 2. — *a)* Campaniæ populus. *Plin*. 3. *Hist. nat.* 5. 9. (68). — *b)* Item incolæ oppidi in Æquicolis siti. *Id. ibid*. 12. 17. (108).

ALFELLĀNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi Hirpinorum. *Plin*. 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105).

ALFĒNĬUS, ii, m. 2. (Alfius) Scribitur etiam *Alphenius*, cum aspiratione, sed prior forma communior et pluribus inscriptionib. firmata. — Alia forma *Alfenus* a nonnullis censetur cum priore unius ejusdemque gentis; verum si utriusque una origo, diversæ tamen fere sunt familiæ. Cf. *Inscr.* apud *Momms. loc. cit.* Sic *Horat. loc. cit.* « Alfenus vafer »; ubi tamen alii leg. *Alfenius* per synæresim pro *Alfenus*; hæc porro forma ætate posterior est.

Alfenius v. Alfenus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit familiaris quidam Catulli, cui poeta inscripsit *Carmen XXX.* — Qui hunc volunt esse Alfenum Varum, de quo *Carm. X.* et *XXII.*, falluntur. V. *Weichert, De L. Var. p.* 17. et 121. *sq.* et VARUS. — 2.°) Item *Varus*, clarissimus JCtus, Cremonensis, Virgilio et Horatio ætate suppar. Memorant *Gell*. 6. 5., *Ammian*. 30. 4. 12. et *Pompon. Dig*. 1. 2. 2. § 44. — *Horat*. in illo *Sat*. 1. 3. 130. « Alfenus vafer omni Abjecto instrumento artis clausaque taberna Tonsor (*al.* sutor) erat » eum urbane derisisse censetur (*Porphyr.* et *Acr.* ad *l.*); sed perperam. Cf. *Ritter* in *Horat*. 2. *p.* 46. — Alium fuisse ab illo, quem laudat *Virg*. 9. *Ecl*. 26. *sqq*, Q. Attium Varum appellans, probat *Weichert, De L. Var. Exc. I. p.* 128.; secus tamen *Haupt* in *Herm. I. p.* 40. *sqq.* — Scripsit *Digest. libros XL.*, in epitomen redactos a *Paulo* JCto, et etiam *Conjectanea*, quorum libr. II. citat *Gell*. 7 (6). 5. — De P. Alfeno Varo egerunt olim etiam *Otho*, Traject. ad Rhen. 1737. et *Lancetti, Diss.* Milano 1818., at non sine erroribus: item nunc *Zimmerm., Stor. d. Dir. pr. Rom. I.* 1. *p.* 295-297. et *Huschke* in *Giorn. per la scienz. d. dir. St. XV. p.* 187. — 3.°) Alios videsis apud *Tac*. 2. *Hist*. 29. et 43., *Cic. Quinct*. 5. 21. et 6. 27. et in Inscriptionib. (Cf. *Klebs* et *Jörs, PW*. 1. 1472). ¶ 2. In titulis *Alfenus* et *Alfena*; *Alfenius* et *Alfenia*, nomina gentilicia, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 2258., 3646., 2944., 5504.

ALFĒNUS, *V.* voc. præc.

ALFEUS. *V.* ALPHEUS et voc. seq.

ALFĪUS, ii, m. 2. Vox conjungi potest cum Skr. *albha*: cf. Umbr. *alfu*, Sabin. *alpus*, Etr. *alfni* et Gr. ἀλφός, quibus inest significatio albedinis, unde et *albus*.

Alfius, nom. pers. satis frequens Romæ, in Volscis, Campania, Samnio, Etruria et Umbria; et loci. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Apud scriptores ex præcipuis memorantur — *a)* Alfius historicus, apud *Fest. p.* 158. *M.*, qui scripsit de bello Carthaginiensi. V. *Peter, Hist. I. p. CCXXXVI. sqq.* — *b)* Item fenerator famosus. apud *Horat*. 2. *Epod*. 67 (Cf. *Schol.* ad *l.*). *Colum*. 1. 7. 2. Vel optima nomina non appellando fieri mala, *fenerator* Alfius (*Schn.* Alphius) dixisse verissime fertur. i. e. « *Anco i debitori ottimi, se non si citino a pagare, diventano pessimi, diceva benissimo l'usurato Alfio* ». — *c)* Alfius Flavus (non *Flavius*), scriptor, quo usus fuit *Plin. elench. l.* 9. *Sill.* — Videtur idem esse ac rhetor, de quo *Senec*. 1. *Contr*. 1. 22. Tanto concursu hominum audiebatur ut raro auderet post illum Cestius dicere. *et ibid.* Naturalis illa vis (*ingenii*) eminebat, quæ post multos annos, jam et desidia obruta et carminibus (*fortasse amatoriis*) enervata, vigorem tamen suum tenuit. V. *Rhoden, PW*. 1. 1475. — *d)* Alfius Avitus, poeta incertæ ætatis. *Mar. Victorin. VI.* 137. 31. et *Prisc. II.* 409. 18. et *alib.* — Scripsit poema titulo *Excellentium* (sc. *rerum*; al. *virorum*). V. *Terentian. v.* 2448.; sed exstat nunc tantum ejus epigramma in *Anthol. Lat. n.* 125. *Meyer.* — 2.°) In titulis nom. et cogn. vir. *C. I. L.* 6. 243., 974.; - 8. 4055. — *Alfia*, nomen. mul. — *a)* Speciatim mulier, fortasse Philemonis uxor, ad quem ap. Paulus scripsit, memorata etiam *Paulin. Nol. carm*. 21. 64. « Alfia - soror illa Philemonis olim Nobilis, in titulo quam signat epistola Pauli ». Cf. *Vulg. Phil*. 2., ubi est Appie (Apphia), græce Ἀπφία. Cf. *C. I. L.* 10. 3859. Alfia Q. Appia. — *b)* Generatim. nom. et cogn. mul. *Ibid*. 9. 541. et 881. - 6. 21205. ¶ 2. Est etiam nom. loci, *h. e.* fundi in pago Vercellensi Placentinorum, qui et Munatianus et Anchariamus dicitur, hodie fortasse *Alfiano* in regione *Monferrato* (V. *Walckenaer, Géogr. d. Gaule*). *Tab. Alim. Velej*. 4. 41., coll. *Corp. I. L.* 10. 1147.

ALGĪDENSIS, e, adject. ad Algidum, montem Latii, pertinens. *Plin*. 19. *Hist. nat.* 5. 26. (81). — Absolute, cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut*. 362. 1., quam refert cl. *Furlanetto* in *App.*

ALGĪDUM, i, n. 2. (algidus) oppidum Latii in Æquis, in monte edito situm, qui *Algidus* hinc dictus, ubi nunc *Cava d'Aglio*, vulgo *Rocca di Papa* (Cf. *Burm. Alt.-Lat. Chorogr.* 1852. *p.* 44). *Flor*. 1. 11. Sora et Algidum terrori fuerant. Adde *Liv*. 26. 9 (Cf. *Strab*. 5. 237. ἐπὶ Ἄλγιδον πολίχνιον).

ALGĪDUS, a, um, adject. (algeo) ad Algidum montem pertinens. *Ovid*. 6. *Fast*. 722. Volscos Æquosque fugatos Viderat in campis Algida terra tuis. *Martial*. 10. 30. 6. « Nec Tusculanos Algidosque secessus miratur »; ubi alludi putant alii ad *Silvam*, quæ Algido monti subjacet, amœnissimam, nunc *Selva dell'Aglio*, in cujus ingressu est Regillus lacus: alii ad locum, *Cava d'Aglio* dictum (*V.* voc. præc.). — Huc pertinet *Algida amœna* apud *Sil. It*. 12. 537., quod nonnulli de villis circum *Algidum* vel de monte ipso interpretantur. Cf. *Gargara, Mænala, Taygeta* (=τὰ Ταΰγετα ὄρη: v. *Burm.* ad *Val. Flacc*. 2. 359).

ALGĪDUS, i, m. 2. mons seu potius pars montium Albanorum, a Tusculo et Velitris ad Præneste (Cf. *Georges* ad *v.* et *Hülsen, PW*. 1. 1476). Memoratur creberrime in tertio *Liv.* libro; *Eutrop*. 1. 17. et 18., *Hieronym*. in *Chron*. et *Aur. Vict. vir. ill.* 17. et 21. *Horat. Carm. sæc.* 69. « Quæque Aventinum tenet Algidumque Quindecim Diana preces virorum Curat ». Diana enim, vetus Latii numen, delubrum ibi habebat ibidemque Fortuna culta erat, teste etiam *Liv*. 21. 62. Rursus *Horat*. 1. *Od*. 21. 6. Algidus gelidus. *et* 3. *ibid*. 23. 9. nivalis. *et* 4. *ibid*. 5. 8. ferax. *Stat*. 4. *Silv*. 4. 16. horrens. Cf. *Prudent*. 2. c. *Symm*. 583 (V. *Gell, Topogr. of Rom*, 42. *sq.*; *Tomassetti, Della Campagna Rom. II.* 302. *sqq.* et *Nibby, Dint. di Rom. I.* 121. *sqq.*).

ALGION, ii, n. 2. mons Macedoniæ. *Plin*. 4. *Hist. nat.* 10. 17. (36). Sic *Leid.*, *Voss.*, A; at *Sillig*. Halcyon.

ĀLIACMON, ŏnis, m. 3. (Ἀλιάκμων et Ἁλιάκμων) Scribitur etiam *Haliacmon*. — Acc. *Aliacmona*, Græca positione, apud *Claudian. loc. cit.*

Aliacmon, fluvius rapidissimus Macedoniæ, qui illam a Thessalia separat et in Ægæum mare influit inter Pydnam et Dium, hod. *Vistritza*. *Cæs*. 3. *B. C.* 37. Moratus ad flumen Aliacmonem. *Claudian. B. Get*. 179. Et frustra rapidum damnant Aliacmona Bessi. Adde *Plin*. 31. *Hist. nat.* 2. 9. (14).

ALIÆU, indecl. (Ἀλαλαίου νῆσοι) insulæ in sinu Arabico supra Æthiopas Arateres, olim *Elæa*, hodie *Dahal-Alleg*. Memorat *Plin*. 6. *Hist. nat.* 29. 34. (173). Cf. *Pietschmann, PW*. 1. 1477.

ALIĀNA (Alliana), æ, f. 1. regio in Gallia Cisalpina inter Padum et Ticinum, fortasse *Alagna* prope *Lomello* (Cf. *Momms. Corp*. 5. *p.* 715). *Plin*. 19. *Hist. nat.* 1. 2. (9).

ALIĀNUS, i, m. 2. castellus seu vicus Liguriæ in finibus Langensium, prope Genuam. *Sent. Minuc.* (*Corp. Inscr. Lat*. 5. 7747. 17). In castellum quei vocitatur Alianus (V. *Hülsen, PW*. 1. 1477).

ĀLĬCARNASSUS. *V.* HALICARNASSUS.

ĀLĬDÆUS, i, m. 2. (ab ἅλς, *mare*, et δαΐος, *peritus*, dempta aspiratione, quasi maris peritus) cogn. *Inscr.* apud *Grut*. 981. 2. Ita cl. *Furlanetto*.

ĀLĬDENSIS. *V.* ALINDIENSIS.

ĀLĬFÆ et deriv. *V.* ALLIFÆ.

ĀLĬFĒNUS. *V.* ALLIFENUS.

ALIMENĪDĒS, æ, m. 1. nom. (patronym. ab *Alimenus*) militis Thebani, memorati *Stat*. 10. *Theb*. 510. Pronus Alimenides arata robora portæ etc. At *Klotz* leg. *Ialmenides*, alii *Almenides*, alii aliter, prout nempe legitur *pronus* vel *protinus*. Cf. ALIMENUS

ALIMENTUS, i, m. 2. cogn. gentis plebejæ Cinciorum. *V.* CINCIUS.

ĀLĪMĒNUS, i, m. 2. (ἀλίμενος, *importuosus*) citharœdus Thebanus, ab Agylleo occisus. *Stat*. 10. *Theb*. 305. « insomnis cithara ludoque - jam nullos visurus Alimenus ortus Sidonium pæana canens ». At *Klotz* leg. *Ialmenus*.

ĀLĪMI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄλεμοι v. Ἄλειμοι) oppidum in Galaaditide. *Vulg*. 1. *Mach*. 5. 26., idem fortasse quod *Helmon-Deblataim* ibi situm; alii tamen volunt esse hod. *Kephr el-Mâ* (*Schumacher, Der Dscholan* in *Ztschr. d. deutsch. Palæst.-Ver. t. IX. p.* 335-337), alii vero *Ilma* (*Buhl, Ztschr. ibid. t. XIII. p.* 42). Cf. *Legendre* in *Dict. Bibl. Vig.* ad *v.*

ALIMMA, f. (Cf. ἄλειμμα, *unguentum*) nom. mul. in *Inscr.* apud *Furlanetto* in *App.* a. 1825. reperta eique communicata a *Mich. Aug. Macri*. Cf. *Corp. Inscr. Lat*. 10. 26.

ALIMNĒ, es, f. 1. nom. seu potius cogn. oppidi in Phrygia. *Liv*. 28. 14. At *M. Müller* leg. (*ad*) *Limnen*. Cf. λίμνη, *stagnum, lacus*.

ĀLĪMUNTĪA. *V.* voc. seq.

ĀLĪMUS et Halimus, untis, f. 3. (Ἁλιμοῦς *Suid*. v. Ἁλιμοῦς *B. A.* et *Etym. M.*) oppidum Atticæ, ubi probrosa quædam celebrabantur in Liberi honorem, quæ *Alimuntia mysteria* vocat ac describit *Arnob*. 5. *p.* 176 (ubi *Orell.* leg. *Alimontia*, alii aliter. Cf. *Clem. Alex. Protr. p.* 29. *Pott.*) et quorum varia etyma proponit.

ĀLINDA et

ĀLINDENSIS. *V.* voc. seq.

ĀLINDĪENSIS (Alindensis v. Alidiensis), e, adject. *Alidensis*, fortasse metri causa, apud *Plaut.* et *Lucret. locc. citt.*

Alindiensis, ad Alindam (Ἄλινδα), Cariæ oppidum, pertinens, quod, hodie fortasse *Mogla* v. *Magla* v. *Mezevle*, legitur in nummis apud *Eckhel*, 2. *p.* 573 ΑΛΥΝΔΕΩΝ. *Plaut. Capt*. 4. 2. 101. Captivus Alidensis. *Lucret*. 4. 1130. « Interdum in pallam atque Alidensia Ciaque vertunt ». *Lachm.* Alidensia (Ἀλιδένσια), alii *ac Melitensia*. — *Alidienses*, incolæ, apud *Plin*. 5. *Hist. nat.* 29. 29. (109). Ita leg. *Sillig.*; olim *Halydienses*.

ĀLINGĀVĪENSIS vicus, in territorio Turonensi, nunc *Langeais*, apud *Greg. Tur.* 10. *Fr*. 31. et *glor. mart.* 16. 16. V. *Longnon, Géogr. de la Gaule* etc. 260. *sqq.*

ĀLINGO, ŏnis, m. 3. oppidum Galliæ Aquitanicæ, nunc *Langon*, ad Garumnam. *Sidon*. 8. *ep*. 12. Portus Alingonis — Hinc

Alingonensis, e, adject. ad Alingonem pertinens, ut *Alingonensis ecclesia* apud *Paulin. Nol. ep*. 20 (al. 16). — Absolute

Alingonenses, ium, m. plur. 3. incolæ Alingonis. *Id. ep*. 12 (al. 21).

ĀLĪPHĒRA, æ, f. 1. (Ἀλίφηρα v. Ἀλίφειρα: hinc *Aliphira* scribi potest. Cf. *Plin. loc. cit.* in voc. seq.) oppidum Arcadiæ. *Cic*. 6. *Att*. 2. Tenea autem et Aliphera et Tritia νεόκτιστα ei videbantur idque confirmabat (*Dionysius gramm.*), ubi mentio non fit istorum. Adde *Liv*. 28. 8. et 32. 5 (Cf. *Toucheville, Voyag. de la Grèc. V. p.* 516. et *Hirschfeld, PW*. 1. 1494).

ĀLĪPHĪRÆI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Alipheræ v. Aliphiræ. *Plin*. 4. *Hist. nat.* 6. 10. (22).

ĀLĪPĬON, onis, m. 3. (demin. ab ἀλιπής, *pinguedine carens*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut*. 70. 61. Ita cl. *Furlanetto*.

ĀLĪPĪUS et

ĀLĪPUS cum deriv. *V.* ALYPIUS et ALYPUS.

ALIRENSIS. *V.* ALERIA.

ĀLIS. *V.* ELIS et HALYS.

ALISĪENSIS, e, adject. ad Alesiam pertinens; hinc *Alisiensis pagus* apud *Venant.* in *vit. s. Germ.* 11. — *Mabil.* adnot. ad *h. l.* « Alesia, *Alise*, oppidum quondam validissimum *l.* 7. *B. G.*, nunc vicus colli declivi impositus. *V.* ALESIA.

ĀLISO, ŏnis, m. 3. nom. pers. et loci. ¶ 1. Est nom. tribuni cujusdam militum, de quo *Ammian*. 26. 8. 9. *sqq.* ¶ 1. Est etiam castellum Lupiæ flumini in Chattis adpositum. *Tac*. 2. *Ann*. 7. *Orell.*, coll. *Dion*. 54. 33. et *Vellej*. 2. 120. Ad *Tac. loc.* adnot. *Ritter* « Aliso et fluvii nomen fuit et castelli (Ἐλίσων) inter Germaniæ πόλεις enumerat *Ptolem*. 2. 11. 14. ». Fluvii nomen hodie est *Elsen* (V. *Zangemeister, Westd. Ztschr. VI.* 236). — De Alisone castello cf. *W. E. Giefers*, Crefeldiæ 1846. et *Hülsenbek, das röm. Castell Aliso*, Paderb. 1873.

ĀLĪSONTĪA, æ, f. 1. fluvius Galliæ Belgicæ, qui in Mosellam influit, hodie *Elz* vel *Elzbach*. Memorat *Auson. Mosell.* 370. Stringit frugiferas felix Alisontia ripas. V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 184. et *Förstemann, Altd.* etc. *II.* 63. *sq.*

ĀLĪTERNUM, i, n. 2. nomen, quo olim vocabatur Capua. *Serv*. ad *Virg*. 10. *Æn*. 145., ubi alii aliter leg. *V.* CAPUA.

ĀLĪTRŎPHĀGI (Alitrofagi), ōrum, m. plur. 2. gens in regione Serarum. *Ammian*. 23. 66. At vox corrupta videtur pro *Androphagi* vel rectius *Anthropophagi*, ut animadvertit *Wagner* ad *Ammian. loc. cit.*, coll. *Mel*. 3. 7. (59). et *Plin*. 6. *Hist. nat.* 17. 20. (53). et edidit *Gardthausen*. Cf. etiam *Voss.* ad *Mel. p.* 259. V. ANTHROPOPHAGI.

ĀLĪZŌNI, ōrum, m. plur. 2. Ἀλίζωνοι et Ἁλιζῶνες *Strab*. 12. 549. cum aspiratione; unde rectius *Halizoni* scripseris. — Videtur vox composita ab ἅλς, *mare*, et ζώνη, *cingulum*, a ζώννυμι, *cingo*, quasi mari cincti.

Alizoni, gens quædam Pontica, memorata *Dict*. 2. « Odius et Epistrophus, filii Minni, Alizonorum reges ». Quam lectionem defendit *Döderich*. De his plura apud *Strab. loc. cit.* et 14. 677., coll. *Hom. Il*. 2. 856.

ĀLĪZŌNĪUS, a, um, adject. ad Alizonos pertinens. *Dar*. 18. Odius et Epistrophus de Alizonia (sc. regione).

ALLECTO. *V.* ALECTO.

ALLECTUS v. Adlectus, i, m. 2. (adlĕgo) ¶ 1. Speciatim, tyrannus Britanniæ, qui imperium sibi usurpavit, sed breve, teste *Aur. Vict. de Cæsarib*. 39., *Eutrop*. 9. 22. et *Oros*. 7. *Hist*. 25. — De ejus nummis V. *Mionnet de la Rar. d. Méd. T.* 2. *p.* 189. *sqq.* ¶ 2. Generatim, in titulis, nom. servorum humillimorum. *Corp. I. L.* 6. 464. etc.

ALLĒDĪUS et

ALLĒNĪUS. *V.* ALLIUS.

ALLEVĪUS, ii, m. 2. vir quidam familiaris *Aur. Symmachi*, cujus exstant ad eum *epistolæ* duæ, *l.* 8. 15. et *l.* 9. 65.

ALLĪA, æ, f. 1. De scriptura hujus nominis lis est; alii namque *Alia*, unico *l*, scribi posse ajunt, immo ita inde a sæc. IV. et V. in libris legitur, ut in Romano *Virg*. (*Æn*. 7. 717; *Allia* tamen *M P*) et in Puteaneo *Liv*. *Serv*. ad *Virg. l. c.* monet *Allia* scribi ratione metri ut *relliquiæ*. Sic *Georges* scriptum adfirmat *Alia* et *Aliensis*, in optt. MSS. *Virg.*, *Cic.* et *Liv.* At raro in *Allia* multoque rarius in *Alliensis* altera *l* subtrahitur (*Th. L. L.* in v.). Græce autem utroque modo scribitur, Ἀλλίας et Ἀλίας (ὁ), ut apud *Phot. qu. Rom*. 25. *fort. Rom*. 12., coll. *Cam*. 18. 24 (V. etiam *Pape-Benseler, W. gr. Eig. p.* 59). Sed *Forcellin.* noster « rectius, inquit, duplici *l* scribitur, ut ostendunt antiqua monumenta non una et præter cetera *Cenotaph. Pis. C. Cæs. Servio* igitur cave credas, qui, ut contrarium probet, perperam adfert male intellectum *Lucan.* locum 7. 683 (ubi *aliæ*, non *Alliæ*, leg. etiam *C. Hos.*), quod jam monuit *Noris.* ad *Cenot. Pis.-Diss*. 4. *c.* 6. ». Quin *Otto* docet « duabus *l* scripturam unice rectam » esse. Cf. *Corp. Inscr. Lat*. 1. *p.* 323. *col*. 1. 13., *Osann* ad *Apul. de Orthogr*. 5. *p.* 28. et *Brambach, Hülfsb. p.* 24. — Etiam *Hallia* (*Halia*) cum aspiratione apud sequiores, ut *Oros*. 2. *Hist*. 19. 6. et 3. *ibid*. 8. 5.

Allia, fluvius Sabinorum per Crustuminos in Tiberim influens, hodie *Aia* aut fortasse, vulgo, *Fosso della Bettina*. ¶ 1. Proprie. *Ovid. Art. am.* 413. qua flebilis Allia luce Volneribus Latiis sanguinolenta fluit. *Id. Rem*. 226. damnis nota suis. *Id. Ib*. 209. gravis. *Virg. loc. cit.* infaustum nomen. *Liv*. 6. 28. monumentum cladis. *et* 22. 59. infamis. *Sidon. carm*. 9. 244. dolenda. — Hæ locutiones ex eo repetendæ quod ibi Galli, Brenno duce, Romanorum exercitu ad internecionem cæso, ad Urbem accedentes ipsam quoque post triduum ferro et igni vastarunt. Quia vero id accidit XV. K. Sext. ann. 364., Romani hunc diem in fastis inter atros referri et nefastum esse voluerunt, unde *Alliensis dies* dictus, de quo *V.* ALLIENSIS. *Varro* 6. *L. L.* 32., *Liv*. 5. 37. *sqq.*, *Val. Max*. 9. 11. *ext*. 1. ed. *Ribb. Lucan*. 7. 408. Allia damnata diu Romanis fastis. Cf. *Kal. Antiat.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6445., *REPW*. 1. 1585., *Hülsen u. Lindner, Die Alliaschlacht*. Rom. 1890. et *Thouret, Jahrb. f. Philol. Suppl. XI* (1880). 164-175. ¶ 2. Metonymice — *a)* Pro clade Alliensi. *Sil. It*. 8. 647. — *b)* Item pro persona. *Claudian*. 15. 124. renovet ferales Allia pugnas.

ALLĪĂCUS, i, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat*. 6. 2467. Cf. ALLIUS.

ALLĪĀNUS (Alianus), a, um, adject. (Allius) ad Allianam (Alianam) regionem pertinens Italiæ inter Padum et Ticinum amnes; hinc *Alliana lina*, olim magno in pretio habita. *Plin*. 19. *Hist. nat.* 1. 2. (9). — *Cluver.* in *Itin. Ant.* putat idem oppidum fuisse Litubium et Alliam, unde *Allianus*; quamquam animadvertit, fortasse nomen corruptum esse pro *Laumelliana*. — Absolute *Allianus*. V. ALLIUS.

ALLĪĀRĪUS, ii, m. 2. Scribitur *Aliarius*, unico *l*, in *Inscr.* apud *Maffei, M. V.* 478. 1.

Alliarius, nom. gent. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5804.; et *Alliaria*, nom. mul. *Corp. Inscr. Lat*. 9. 4500. — Apud scriptores fuit uxor Semproni Gracchi, quem Tiberius interfecit. *Tac*. 1. *Ann*. 53. — Hinc *Alliatorius* (*a*), nom. gent., legitur in S. C. *de ædif.* (*Corp*. 10. 1401) 32., sc. *Alliatorius Celsus* et *Alliatoria Celsilla*.

ALLĪENSIS (Aliensis), e, adject. *Aliensis* pro *Alliensis*, littera *n* extrita, habet *Fest. p.* 7. *M.* Alliesis dies dicebatur apud Romanos obscœnissimi ominis etc.

Alliensis, ad Alliam fluvium pertinens. Hinc *Alliensis pugna*, qua Romani a Gallis ad Alliam cæsi sunt (*V.* ALLIA); et *Alliensis dies*, sc. XV. K. Sextil., quo die ea pugna facta est, qui infaustus, ater, nefastus Romanis habebatur sive propter acceptam eam ingentem cladem atque inde captam Urbem, sive quia eodem die sed alio anno trecenti Fabii ad Cremeram occisi fuerant ad unum. *Liv*. 6. 1., *Cic*. 9. *Att*. 5. Cf. *Varr*. 6. *L. L.* 32. et *Sueton. Vit*. 11., *Gell*. 4. 9. et 5. 17., *Tac*. 2. *Hist*. 91. — Hinc postea quum funestissimum aliquem diem volebant significare, *Alliensem* indicabant; ex quo Pisani diem mortis C. Cæsaris lugubrem et atrum esse volentes, pro *Alliensi lugubrem memoriæ prodi* jusserunt, ut legitur in *Cenotaph. Pisan. C. Cæs.* apud *Orelli n.* 643. Adde *Facst. Passagr. Theod*. 46. et *Kalend. Amitern.*

et *Antiatin.* — De hoc die accurate scripsit *Fr. Lachmann, De die Alliensi,* Gotting. 1822. — De *Alliensibus lapidicinis,* circa Urbem, rubris apud *Vitruv.* 2. 7. 1. et 5. videsis *Schneid.* in *Comm.* ad *h. l.,* qui *Pallienses* pro *Allienses* leg.

ALLIĒNUS, a, um, adject. ad Allienum aliquem pertinens, ut *Alliena lex* apud *Gromat. p.* 263. Lex Mamilia, Roscia, Peducea, Fabia, Alliena (*Alliena Gud.*).

ALLIĒNUS, i, m. 2. (Ἀλλιηνός: cf. *Allius*) ¶ 1. Apud scriptores — *a)* Fuit rabula quidam apud *Cic. Div.* in *Cæc.* 15. 49., ubi alii leg. *Allenus,* unico *l.* — *b)* Item legatus Q. Ciceronis in Asia; dein prætor urbanus et mox prætor Siciliæ, quam postea proconsulari imperio tenuit. *Id.* 10. *Att.* 15. et *Auct. B. Afr.* 2. et 34. — De eo vide alia apud *Cic.* 11. *Phil.* 12. 30. et 13. 32. et 12. *Fam.* 11., coll. *Appian. B. C.* 3. 78. et *Klebs, PW.* 1. 1585. — Ad eum scripsit *Cic.* epistolas duas, sc. 13. *Fam.* 78. et 79. — *c)* Alios videsis apud *Liv.* 3. 31.; *Cic.* 3. *Nat. D.* 30. 74., ubi leg. alii *Alenius.* — *d) Allieni* (*Alleni*) *forum* apud *Tac.* 3. *Hist.* 6. probabilius videtur esse *Annejanum,* memoratum in *Itin. Anton. p.* 281., inter Ateste et vicum Varianum situm, fortasse ubi nunc *Montagnana,* secundum *Filiasi, Venet. Prim. e Sec. T.* 1. *p.* 277. et *Alessi, Antich. d' Este c.* 12. *p.* 268. et 278., qui tamen putat *Ennianum* legend. esse, ut sit « *Fundum* (sic) *Ennianum* »; secundum alios, ubi *Legnago,* quod videtur rectius, non ex nomine sed situ, quum distantia XX. m. p., quam adnotat *Itin. l. c.* Annejani ab Ateste, optime huic loco respondeat. ¶ 2. In titulis nom. gent., urbanis exceptis, rarum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 192.; 14. 3722. — *Alliena,* nom. mul. *Inscr.* apud *Ald. Orthogr. p.* 31. et *aliæ* apud *Momms. n.* 4997. et 6769. — Hinc *Allienius,* nom. gent. *Corp. I. L.* 8. 10912.

ALLĪFÆ, et Alliphæ, ārum, f. plur. 1. (Ἀλλιφαί *Strab.* Ἀλλιφα et Ἄλιφα *Ptol.*) Scribitur varie in antt. MSS. et *Alifæ,* unico *l,* in codd. gromaticorum et itinerariorum. — *Allifa, æ,* quidam leg. apud *Sil. It.* 8. 537.; et apud *Liv.* 8. 25. in quibusdam libris legitur *Allifium, ii.* Prior tamen scribendi ratio præferenda est, quippe quæ innititur *Inscr.* apud *Orell. n.* 126., 130., 3101. et 3887. Cf. *Callifæ* numm. Osc. Op. *Planta, gramm. osc. umbr. n.* 229. Alifa (norum? Gr. Ἀλλιφανῶν) *Momms.* ad hoc opp. pertinere negavit (*Corp.* 9. *p.* 214).

Allifæ, oppidum Samnii prope Volturnum, inter Teanum et Venafrum, nunc pæne excisum, hodie *Allife. Liv.* 8. 25., 9. 38. coll. *ibid.* 42. et 22. 18. et *Itin. Anton. p.* 122. — Civitas sine suffragio seu præfectura. *Fest. p.* 233. — Colonia fuit Romanorum ætate imperatoria, tribu Teretina (Cf. *Hülsen, PW.* 1. 1585). *Gromat. vet. Colon.* 1. *p.* 231. *Lachm.* Cf. *Inscr.* apud *Orelli n.* 140. — Inscriptiones historiam Allifarum illustrantes edidit *Momms. n.* 4741-4830. — De earum nummis vide disputata a *Minervini* in *Boll. Nap.* a. 1856. *sq.,* coll. *Fabretti, Gloss. It. p.* 74. *sq.* et 77. *sq.*

ALLĪFĀNUS, a, um, adject. ad Allifas pertinens. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 25. 66. et *Liv.* 22. 13. et 17. et 2. 9. — *Allifanum vinum,* olim in pretio, ut colligitur ex *Sil. It.* 12. 526. Cf. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 39. — Hinc absolute

Allifana, ōrum, n. plur. 2. pocula fictilia, quæ Allifis, ubi creta figularis abundat, fiebant. *Horat.* 2. *Sat.* 8. 39. Invertunt Allifanis vinaria tota: *Voltando a bocca in giù l'anfore intere, Ne arrubinano i tónfani Alifani* (Garg.). *Porphyr.* ad *l.* Allifanis: genus poculi.

Allifani, ōrum, m. plur. 2. incolæ Allifarum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63). et *Inscr.* apud *Orelli n.* 130., 5167. etc.

Allifanus, i, m. 2. cogn. apud *Plin.* 5. *ep.* 14.; 6. 28. et 7. 4. *superscr.* in cod. *Riccard.* Cf. *Allifenus,* cogn. in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10602.

ALLIFĒNUS. *V.* voc. præc.

ALLIUS (Alius), ii, m. 2. nom. gent.: cf. Etrusc. (*C. I. Etr.* 1. 579 *a*) *Statinei Alisa.* ¶ 1. Frequens est in titulis, maxime Campaniæ, Samnii, Umbriæ; tum etiam Galliæ Cisalpinæ, quorum antiquiores Venetiæ debentur (*Otto*). *Corp. Inscr. Lat.* 6. (*exempla plurima*) 11474-11497. etc. — *Allia* (*Alis*), nom. mul. *Ibid.* 9. 286.; 8. 332. — Hinc *Allianus* v. *Allianius* (*s*); *Alliarius* (*s*); *Allidius* (*s*) apud Æquos, Vestinos, Sabinos, Picenos crebro et in tit. urbanis non paucis; *Allianus* (*s*) et alia gent. *V.* in *Corp.* passim et suis locis. ¶ 2. Apud scriptores, C. Allius Bala, Catulli amicus. *Catull.* 68. 41.; item Q. Allius Maximus, cos. suff. *Lampr. Comm.* 7., al.

ALLOBRŎGÆ, ārum, et

ALLOBRŎGES, um. *V.* **ALLOBROX.**

ALLOBRŎGĬCĪNUS. *V.* voc. seq.

ALLOBRŎGĬCUS, a, um, adject. ad Allobroges pertinens. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (26). et *Colum.* 3. 2. Allobrogica vitis. *h. e.* quæ in Allobrogum regione provenit. *et Cels.* 4. 12. Allobrogicum vinum. *Flor.* 3. 2. in *lemm.* bellum. *V.* **ALLOBROX.** — Hinc *Allobrogicus* cognominatus Q. Fabius Maximus ob devictos Allobroges, teste *Vellej.* 2. 10. et 39. — Huc respexit *Juvenal.* 8. 13. Cur Allobrogicis et magna gaudeat ara etc. *i. e.* titulis et imaginibus majorum, qui a Q. Fabio dicti sunt *Allobrogici.* Adde *Claud. Orat. de civ. Gallis dand. p.* 315., *Senec.* 4. *Benef.* 30. 2. et *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1407.

ALLŎBROX, ŏgis, m. 3. — *a)* Orthographia: *Hallobroges,* cum aspiratione, scribi volunt nonnulli, ut Ἀλλόβρογας *Ptol.* 2. 10.; sed hanc falsam esse scripturam probant ceteri auctores Græci, apud quos Ἀλλόβρογες, et *Inscriptt.,* ubi *Allobroges* constanter legitur (Cf. *Pape-Benseler* h. v.). — Etiam *Allobriges* apud *Ravenn. p.* 236 (Cf. Ἀλλόβριγες *Polyb.*) et *Alobruges* in *Not. Tir.* 114 (Cf. Ἀλλόβρυγες *Steph. Byz.*). — *b)* Declinatio: Nomin. *Allobrox* est *Horat. Epod.* 16. 6., *Corp. Inscr. Lat.* 12. 3109., *Gramm. suppl.* 119. et *Gloss. IV.* et *V.* sæpius, ubi *Allobrus, Adlobrus* plerumque scribitur. — Acc. *Allobrogem* apud *Cæs.* 3. *B. G.* 84.; et *Allobroga* apud *Juvenal.* 7. 214. — Nom. plur. *Allobrogæ* est *Schol. Juv. loc. cit.*; et *Allobroges* apud *Auson.* 297. 4. — Acc. *Allobroges* habet *Cæs.* in omnib. libr. et *Sall. Cat.* 49.; et *Allobrogas* (Cf. *Schulze, Eigenn.* 4. *sq.*) *Cæs.* 1. *B. G.* 14. et *alib., Quintil.* 11. 1. 89., *Ampel.* 22. 1. — *c)* Prosodia: secundæ syllabæ *o* naturâ brevis (*Cic. carm. fragm.* 3. 65., *Horat. Epod. loc. cit.* et *Venant.* 3. *carm.* 7. 18.), positione, ut assolet, producitur *Juvenal.* et *Auson. locc. citt.* — *d)* Etymologia: vocem recentiores deducunt a Celtic. *all,* i. e. alius, et *bro* seu *brog,* i. e. terra. Ita fere *Schol. Juv.* 8. 234. « Ideo autem dicti Allobroges, quoniam *brogæ* Galli agrum dicunt, *alla* autem aliud: dicti autem Allobroges, quia ex alio loco fuerunt translati ». Huc facit *Strab.* 4. 1. 11. Alii vero etymologi aliunde derivant. *V.* infra.

Allobrox, nom. gentis in Gallia Narbonensi, inter Rhodanum, Isarum, Alpes Grajas et lacum Lemanum, cujus metropolis fuit Vienna prope Rhodanum, quæ inde *Vienna Allobrogum* dicitur. *Mela* 2. 5 (75). Porro Allobrox — 1.°) In sing. num. — *a)* Dicitur qui ex Allobrogibus est. *Juvenal.* 7. 214. Rufum, qui (*Herm.* quem) totiens Ciceronem Allobroga dixit. *h. e.* crasse et barbare et eloquentia superflua, Gallico et Allobrogico more, loquentem; alii tamen aliter interpretantur, qui *Allobroga* esse nomen joculare, Rufo magistro a discipulis datum non recte putant, ut *Beck, Archiv.* 7. 273., quamquam *Allobroge* in lingua Francogallica est i. q. rustre, sc. rusticus, *villanaccio.* Cf. *Jacobsohn* in *Th. L. L.* 1. *p.* 1690. — *b)* Collective *Horat. Epod. loc. cit.* Novisque rebus infidelis Allobrox. *h. e.* Allobroges, qui novitatum studiosi Catilinæ adhæserunt et, quamvis per legatos conjurationem postea detexissent (*Sall.* 40. et 41), tamen mox in bellum proruperunt. — *c)* Item nomen dei, ut videtur, in *Corp. Inscr. Lat.* 12. 1531. POMPEIA LVCILLA ALLOBROG. V. S. L. M. *Allobrog.* potest esse pro *Allobrogibus,* sc. hujus populi diis. Cf. *Rev. Archéol. XL.* (1880). 45. *sqq.* et *Rhein. Jahrb. LXXXIII.* 101. — 2.°) In plur. num. sæpius de gente universa. *Cæs.* 1. *B. G.* 6., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 41. 5. (34)., *Tac.* 1. *Hist.* 66. et *Auson. de clar. Urbib.* 13. 4. — Erant partim Sabaudi nunc dicti, partim Delphinates (Cf. *Kiepert, Alte Geogr.* 439., *Forbiger, Handb. Alt. Geogr. III.* 203. et *Desjardins, Géogr.* etc. *II.* 255. *sqq.,* 273. et 277. *sqq.*). — De iis *V. Cæs. loc. cit.* et *Liv.* 21. 31., coll. *Polyb.* 3. 50. et *Strab.* 4. 1. — Contra Allobrogas Romani pluries bellarunt, ut a. 633. U. C., duce Cn. Domitio Aenobarbo procons. et a. 634. Q. Fabio Maximo cons., inde *Allobrogici* titulum adepto (*V.* **ALLOBROGICUS**), qui triumphum de iis egerunt (*Liv. Epit.* 61., *Flor.* 3. 2., *Sueton. Ner.* 2., *Val. Max.* 9. 6. 3. et *Ammian.* 15. 12. 5) rebellesque iterum domuerunt (*Cic. Prov. cons.* et 1. *Att.* 13. et *Liv. Epit.* 103).

ALLŌN, nomen personæ et loci. ¶ 1. *Allon,* indecl. (Hebr. *'Allôn* « robustus »; Gr. Ἀλλών) — 1.°) Est nom. vir. Hebr. de tribu Simeon. *Vulg.* 1. *Par.* 4. 37. — 2.°) Item nom. judicis Hebr. *V.* **AJALON.** ¶ 2. *Allon* — 1.°) Est nom. oppidi in tribu Juda. *Ital. Jos.* 15. 62. (Lugd.) transcriptio Græcæ vocis ἀλῶν (*Vulg.* « civitas salis » Hebr. *'Ir-Melahh,* quod idem sonat). — 2.°) *Allon* (*onis*), Massiliensium in Hispania colonia (Cf. *Hübner, PW.* 1. 1595). *Mela* 2. 93. Sequens sinus Ilicitanus Allonem habet et Lucentiam. *Ravenn. p.* 306. Allon. Cf. *Steph. Byz.* Ἀλωνίς, νῆσος καὶ πόλις Μασσαλίας ὡς Ἀρτεμίδωρος τὸ ἐθνικὸν Ἀλωνίτης. et *Ptol.* 2. 6. 14. Ἀλωναί.

ALLŎPHYLI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀλλόφυλοι: *alius s. alienæ tribus v. gentis,* cum pænult. longa apud Græcos, brevi apud Latinos) dicti Philisthæi a *Paulin. Nol. de s. Felic.* 8. *carm.* 23., *Prudent. Enchir.* seu *Dipt. de Samps. n.* 18., *al.* V. **ALLOPHYLUS** in *Lexico.*

ALLŪCIUS, ii, m. 2. (Scribitur etiam in quibusd. MSS. *Alluccius,* duplici *c*: v. *Holder, Altc. Sprachsch.* 1. 105.) princeps quidam Celtiberorum cujus filiam in bello Scipio cepit integramque postea patri restituit. *Liv.* 26. 50., *Frontin.* 2. *Strat.* 11. 5., coll. *Val. Max.* 4. 3. 1., *Polyb.* 10. 19., *Dion. fragm.* 57. 43. et *Corp. I. L.* 2. 737. et 961. Alluquius.

ALMA, æ, 1. nom. personæ et geographicum. ¶ 1. In titulis, f., nom. mul. christ. *Corp. I. L.* 8. 13450. ¶ 2. Est etiam — 1.°) Nom. m., montis siti prope Sirmium in Illyrico (Gr. Ἀλμῶν *Dio loc. cit.* et Ἀλμός *Pæan.* apud *Cellar.,* Lat. *Almus* apud *Eutrop. loc. cit.*). Memoratur *Vopisc. Prob.* 18., *Eutrop.* 9. 17., *Ps. Aur. Vict. epit.* 37. et *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2296., coll. *Dion.* 55. 30. Rectius fortasse *Alman* nominatur. — 2.°) Item fluvius Etruriæ, hodie *Alma,* in *Itin. Anton. p.* 500., ubi videtur indecl.

ALMACHĬUS et

ALMACĬUS, ii, m. 2. nom. vir. ætatis posterioris. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 4469., *Ambros. ep.* 8. et *Symm. ep.* 8.

ALMĒNUS, i, m. 2. (ἅλμενος, *saliens*) nom. serv. *Inscr.* apud *Murat.* 1619. 13. Ita cl. *Furlanetto* in *App.*

ALMO, ŏnis, m. 3. (*Almon* in *Comm. Lucan.,* *Vib. Seq.* et *Greg. M.*) ¶ 1. Est parvus fluvius agri Rom. prope portam Capenam, ex via Appia in Tiberim labens, hodie *Acquataccio* (Cf. *Hülsen, PW.* 1. 1589). *Ovid.* 4. *Fast.* 370. est locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo Et nomen magno perdit in amne minor. *Val. Flacc.* 8. 293. Almo sacer. *Sil. It.* 8. 363. tepidus. — In eo sacerdotes Cybeles deæ simulacrum et cultros sanguinolentos et sua vulnera solebant abluere. *Ovid. loc. cit., Martial.* 3. 47. 2., *Stat.* 5. *Silv.* 1. 222., coll. *Cic.* 3. *Nat. D.* 20. 52. V. *Jordan, Topogr. II.* 112. et *Lanciani, Acque, p.* 14. et 15. ¶ 2. Item deus illius fluminis, pater Laræ Nymphæ, ex qua Mercurius Lares genuit. *Ovid.* 2. *Fast.* 599. *sqq.*

ĂLŌEUS, i, m. 2. (Ἀλωεύς, *qui tribulat, tritor* trisyll., in fabulis, gigas Thessalus, Titanis et Terræ (*al.* Neptuni et Canaces) filius, Iphimediæ maritus, unde suscepit Otum et Ephialtem, qui singulis mensibus novem digitis crescebant: hos vero alii ex adulterio cum Neptuno genitos tradunt. Cum autem ii ab Aloeo ad bellandum contra Superos immissi fuissent Martemque ipsum catenis oneratum abducerent, ab Apolline et Diana sagittis confixi sunt. *Hygin. fab.* 28. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 582. et 1. *G.* 280., coll. *Apollod.* 1. 7. 4. Hinc *Lucan.* 6. 410. Aloeus (*in fine hexam.*) impius. *et Claudian. B. Get.* 68. asper. Cf. *Töpffer, PW.* 1. 1594.

ĂLŎGI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄλογοι, *irrationales*) hæretici ita dicti « tamquam sine Verbo, inquit *Isid.* 8. *Orig.* 5. 26 (Λόγος autem Verbum est, secunda SS. Trinitatis persona: *Joh.* 1. 1); Deum enim Verbum non credunt respuentes Johannis evangelium », quod Cerintho adjudicabant. *Alii leg.* Alogii. *Augustin.* eos memorat 30. *hær.* Cf. *Eus. H. E.* 5. 19. et *Iren.* 3. *c. hær.* 11. et *alib.* — Porro hujus sectæ auctorem putant nonnulli Theodotum v. Theodosium Byzantium coriarium (*Fleury, H. E.* 1. 4. *n.* 33); unde et *Theodosiani* appellati sint; nomen vero *Alogorum* inventum ab *Epiph.* per ludibrium, quasi essent irrationales (*Hær.* 51. 3). Cf. etiam de his *Tertull. Præscr. c.* 50.

ĂLŎGII. *V.* voc. præc.

ĂLŎGĬUS, ii, m. 2. nom. ætat. posterioris, ab ἄλογος fictum. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 12738 (Cf. **EULOGIUS**). — *Alogia,* nom. mul. *Ibid.* 13. 1115.

ĂLŌĬDÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀλωεῖδαι) Aloei filii, Otus et Ephialtes (*V.* **ALOEUS**). *Claudian. B. Get.* 75. nec pervenere juventæ Robur Aloidæ. *h. e.* non pervenerunt ad juventutem, nam novem tantum annos nati interfecti sunt. *Virg.* 6. *Æn.* 582. Hinc et Aloidas geminos immania vidi Corpora, qui magnum manibus rescindere cælum Aggressi etc. Adde *Ovid.* 6. *Met.* 117. et *Stat.* 10. *Theb.* 850., coll. *Homer. Il.* 5. 385. *sqq.* et *Odyss.* 11. 304. — *NB.* Sunt qui putent hoc mytho adumbratam esse historiam turris Babelicæ, de qua *Gen.* 11. 1-9 (*Re, Arch.* etc. *p.* 525. et *Hummelauer, Gen. p.* 385); alii, contra, biblicam narrationem ex mytho ortam volunt (*Gunkel, Gen.* 89-91., *Holzinger, Gen.*) sed falso, ex præjudicata opinione (V. *Dillmann, Gen.* 205.; *Nikel, Gen.* 191.; *Schrader - Zimmern, Keilinschr.* 396., *al.*). Cf. **AARON** 1. *sub fin.*

ALOIŌSUS, i, m. 2. nom. vir. *Cassiod.* 2. *Var.* 39. Aloioso (*al. male* Aloisio) architecto Theodericus rex. — *Corp. I. L.* 13. 1831. *imagini pueri superscriptum* MEO ALOGIOSO. — *Aloiosa,* nom. mul. *Ibid.* 2. 4976. 39 (*in anulo*).

ALONTĬUS, ii, m. 2. nomen virile in titulo christiano apud *Mai, Nov. Coll. T.* 5. *p.* 454.

ĂLŌPĒ, es, f. 1. (Ἀλόπη) nomen pers. et geograph. — *Alopes, is,* apud *Plin. loc. cit. n.* 5.

Alope ¶ 1. Fuit Cercyonis filia, quæ a Neptuno compressa puerum peperit, Hippothoum appellatum, quem, inscio patre, nutrici exponendum dedit. Hunc ab equa nutritum, dein a pastore collectum Cercyon, re cognita, iterum projici jussit, Alopen vero filiam leto dedit, cujus corpus Neptunus in fontem commutavit, qui Alope et ipse est nominatus. Ita *Forcellin.* ex *Hygin. fab.* 187. Cf. *Toepffer, PW.* 1. 1596. ¶ 2. Est etiam fons ab Alope, Cercyonis filia, dictus. *V.* supra. ¶ 3. Item oppidum Locrorum Opuntiorum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (27). et *Mela* 2. 3. 19. Cf. *Gell, Itin. p.* 233. ¶ 4. Item oppidum Thessaliæ. *Liv.* 42. 56. ¶ 5. Item Ephesus, quæ *Alopes* dicta, quum pugnatum apud Trojam est. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (115). et *Hygin. fab.* 14.

ĂLŌPĔCĒ, es, et Latina positione

ĂLŌPĔCĒA, æ, f. 1. (Ἀλωπεκή: cf. ἀλώπηξ, *vulpes*). Prima et tertia syllaba ratione metri producitur *Priscian. loc. cit.*

Alopece ¶ 1. Est insula in Bosporo Cimmerio. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (87). — *Priscian. Periég.* 562. Insula mole gravi stans, Alopecea lata. V. *Wernsd.* ad *l.* et *Tomaschek, PW.* 1. 1596. — Hæc *Strab.* 11. 2. 3. Ἀλωπεκία vocatur. ¶ 2. Item insula juxta Smyrnam. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 38. (138).

ĂLŌPĔCONNĒSUS, i, f. 2. (Ἀλωπεκόννησος, *vulpis insula*) Rationem nominis reddit *Steph. Byz.* in v.; quia nempe oraculo jussum fuit, ut oppidum illic conderetur « ubi vulpis catulos vidissent ».

Alopeconnesus, oppidum Chersonesi Thraciæ, prope hod. *Cap Saola burun,* ut monet *Hirschfeld, PW.* 1. 1597. Cf. *Münz. Head, H.N.* 223., præter *Eckhel,* 2. *p.* 49. et *Cavedoni, Spic. Num. p.* 42. *sq.* Memorant *Liv.* 31. 16., *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 18. (37). et *Mela* 2. 2. 18., ubi *Frick* leg. *Alopeconensus.* — *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 28. (74). in insulis numerat; at *Hirschfeld ibid.* illum deceptum ait.

ĂLŌPES. *V.* **ALOPE** in fin.

ALORĪNUM, i, n. 2. oppidum Siciliæ. *Vib. Seq. p.* 148. Herbessus... oppido Alorino (Alurina *Vind.*) decurrit per fines Helori. Cf. *Müll.* ad *Ptol.* 3. 4. 7.

ALŌRĪTÆ, ārum, m. plur. 1. incolæ Alori, oppidi Macedonici. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (34).

ALŌROS, i, f. 2. (Ἄλωρος) oppidum Macedoniæ in sinu Thermaico, hodie *Paleochora* prope *Kapsochori.* Memorant *Mela* 2. 35. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (34). V. *Leake, Northern Greece III.* 436.

ALOTIĀNUS genius, memoratus in *Inscr.* apud *Orelli n.* 2363. et *Momms. n.* 2592 (*Corp. Inscr. Lat.* 10. 1560).

ALOUNÆ v. Alonæ, ārum, f. plur. 1. deæ olim in Norico cum deo Bedaio cultæ, fortasse generis ejusdem atque *Acounæ* (V. hanc voc.). *Inscr.* apud *Orell. n.* 1064. Adde *aliam,* quæ nunc Isiniscæ seu *Monaco* exstat, communicata cum *Furlanetto* a cl. *Borghesi,* in *App.* ad *Lex. Forcellin.* Cf. *Momms. Corp.* 3. 11779.

ALPENSIS, e, adject. ad Alpes pertinens, Alpinus. Hinc *Alpensium* (i. e. Alpinorum: v. **ALPINUS**) *cohortes* in *Inscr.* apud *Vernazza, dipl. di Adriano p.* 68., ubi de cohorte I.ª *Alpensium peditum* fit mentio.

ALPES, ium, f. plur. 3. (Ἄλπεις *Strab.* 4. 176., Σάλπια *Lycophr.* 1361). Cf. *Nissen, Ital. Landesk. I.* 136. — *a)* Orthographia: olim *Alpeis* et deriv. *Alpeinus* pro *Alpes* et *Alpinus* scriptum reperitur. *Fragm. leg. Rubr. de Gallia Cisalp.* apud *Haubold.* V. *Corp. Inscr. Lat.* 1. 205. *col.* 2. 26. Ceterum ἀρχαϊκῶς nomina in *ium,* gen. plur., rectum habebant in *eis,* ut *classeis, omneis* (V. *Corp. Inscr. Lat.* 1. 195. *l.* 8. et 199. 48. etc.). Etiam *Alpis* pro *Alpes*: cf. *Prisc. gramm. II. p.* 358. 5. — Utraque forma in Puteaneo *Livii. Varr.* 3. *R. R.* 12. 6. Ad Alpis. — *b)* Declinatio: in sing. num. *Prisc. gramm. VII. p.* 328. « Alpis cum semper pluralis sit, tamen et singulariter invenitur a poetis prolatum ». Ex poetis primus habet *Ovid. l. c.;* in oratione pedestri *Flor. l. c.* — Nomin. *Alpis* apud Grammat. vett. — Gen. *Alpis* apud *Lucan.* 1. 688. et *Sidon. carm.* 9. 45. et 16. 95. — Acc. *Alpem* apud *Lucan.* 1. 481. et 3. 299., *Juvenal.* 10. 152., *Sidon. carm.* 2. 511. — *Alpen,* Gr. pos., *Venant.* 6. *carm.* 1. 113. — Abl. *Alpe* est *Ovid.* 3. *Art. am.* 150., *Flor.* 2. 6. 50., *Claudian. B. Gild.* 82. et *Laud. Stil.* 3. 285. et *Itin. Ant. p.* 296. — *c)* Genus est femin., sed etiam masc. reperitur apud *Jornand. Get.* 281. — *d)* Stat. in loc. *Alpibus* pro *in Alpibus* apud *Petron.* 128. 144. — *e)* Etymologia: nominis originem alii petunt a Gr. ἄλφος, coll. Umbr. *alfu* et Sabin. *alpus,* unde *Lat. albus,* idest a candore nivium sive albedine, teste *Fest.* apud *Paul. D. p.* 4. Cf. *Curtius, Grundz. p.* 293.; alii vero a Gallicis vocibus *al,* altus, et *pen,* mons, coll. Lat. *pinna* et Hebr. *'al,* excelsus, et *pinah,* pinna, pinnaculum. Hinc *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 442. Alpes Gallorum lingua *alti montes* vocantur. *et Isid.* 14. *Orig.* 8. 18. Alpes proprie montes Galliæ sunt, de quibus Virgilius (3. *G.* 474): *aerias alpes.* Et dicendo *aerias* verbum expressit a verbo; nam Gallorum lingua Alpes *montes alti* vocantur. Inde Hannibal apud *Liv.* 21. 30. Quid Alpes aliud esse credentes, quam montium altitudines? Et *Gloss. Lat. Gr.* Alpes, ὄρη ὑψηλά.

Alpes, montes, sive montium catena, qui a Varo amne incipiunt et a septentr. usque in occid. continuis jugis procurrentes Italiam superiorem cingunt ac separant a Gallia, Germania et Illyrico. (V. *Mel.* 2. 4 (72). et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (132). Porro dividi possunt — *a)* In occidentales, et sunt *Maritimæ* (παραθαλασσίδιαι *Zosim.* 6. 2) a mari ad montem Vesulum (*Monviso*), quæ Liguriam a Gallia disterminant (*Id. ibid.* 7. 7. [47]).; *Cottiæ* v. *Cottianæ* (Κοττίαι v. Κουτίαι *Zonar.* 12. 35), inter Padi fontes et Duriam fluvium (*Tac.* 1. *Hist.* 61. et 87. et 4. *ibid.* 68., *Inscr.* apud *Orell. n.* 2156. et *Itin. Ant. p.* 339., coll. *Ptol.* 3. 4. 34); *Centronicæ,* inter Grajas et Cottias (*Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. [241]., coll. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 107. et 113); *Grajæ* (non confundendæ cum *Græcis* apud *Varron.* [*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 13]), a Duria ad Rhodanum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21. (123)., coll. *Ammian.* 15. 10. 9., *Senec.* 4. *ep.* 2. 9. *Nep. Hann.* 3., coll. *Ptol.* 3. 1. 33. — *b)* In septentrionales, ab Alpibus Pœninis ad Noricas, ex quibus primo *Pœninæ,* dictæ a Jove Pœnino (*Corp. I. L.* 5. *p.* 761. *sqq.*) v. *Penninæ* (*Peninæ*) inter Veragros et Salassos ultra montem vulgo *Bianco* usque ad montem vulgo *Rosa,* dictæ, ut videtur, *summæ* a *Cæs.* 3. *B. G.* 1 (Adde *Tac.* 1. *Hist.* 61., 70. et 87. et 4. *ibid.* 68. et *Itin. Ant. p.* 350), quæ cum Grajis unam constituebant provinciam (*Inscr.* apud *Orell. n.* 3888.; dein *Atrectianæ* (Cf. *Detlefsen, Herm. XXI.* 542) inter Pœninas et Lepontias, a monte Cæpionis, vulgo *Sempione,* ad fontes Ticini (*Inscr.* apud *Orelli n.* 3888. 2228. et *alia* ex *Labus, Ant. via del Sempione p.* 6. et *De-Vit* in *Mem. di Borgomanero p.* 33), unde Cimbri tempore Marii in Italiam descenderunt (*ibid. p.* 13. *sqq.*); mox *Lepontiæ* seu Lepontinæ (hinc *Val Levantina*) inter Adulam (*S. Gottardo*) et lacus Verbanum et Larium (*Cæs.* 4. *B. G.* 10.) et *Rhæticæ* v. Rheticæ (*Ræticæ, Horat.* 4. *Od.* 4. 17), dictæ a Rhætia, regione inter Helvetiam et Noricum, ultra Adulam in agro Helvetico (*Canton dei Grigioni*) usque Tridentum, a quo *Tridentinæ* aliquando appellatæ sunt (*Tac.* 1. *Hist.* 76. et *Germ.* 1., *Justin.* 20. 5. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. [121]). — *c)* In orientales, quæ a Norico ad Arsiam procurrunt et sunt *Noricæ* in duos ramos abeuntes (*Plin. ibid.* 25. 28. [147]. et *Flor.* 3. 3. 18. et 4. 12. 4); *Carnicæ* (cf. δὲ Καρουάγκας *Ptol.* 2. 14. 1), Tridentinis (Τριδεντίνας *Dio* 54. 22) adnexæ (*Plin.* 1. *Hist. nat.* 16. 20. [121]); *Juliæ* a Carnicis in Istriam (*Tac.* 3. *Hist.* 8), quæ Dalmatiam a Pannonia dirimunt, Pannonicæ vocantur (*Id.* 2. *ibid.* 98) et vicissim Dalmaticæ (*Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. [240]), olim Venetæ (*Ammian.* 31. 16. 7). Porro *Mela,* 2. 4. (78). Alpes, ubi Germaniam adtigerunt, verso impetu in orientem abeunt-usque in Thraciam penetrant. Adde *Ammian.* 21. 10. 4. et 31. 10. 7.; postremo *Bastarnicæ* dicuntur, quæ *Carpathii* montes alias denominantur (Cf. *Forbiger, Geogr. III.* 1102. et *Partsch, l. c. p.* 1604). ¶ 1. In sing. num. rarius. — 1.°) Generatim, Alpium aliqua vel mons quicumque, fere apud poetas, *Ovid., Lucan., Juvenal., Claudian.* et etiam *Solin., Flor., al.* passim. — 2.°) Speciatim, peculiaris mons vel locus in eo monte. Hinc *Alpis* sive *In Alpe* vocatur locus seu mansio, per quam transitus fiebat Alpium Juliarum, itinere a Vocario Inimurium. *Tab. Peuting.* 4. — Cum addito: *Alpis Cottia* sive *In Alpe Cottia*; *Alpis Graja* sive *In Alpe Graja* etc. *ibid.*; et *Alpis Summa,* mansio in Alpibus Maritimis, ubi olim erat *Tropæum Augusti,* in *Itin. Anton. p.* 296. — *Sidon. carm.* 9. 43. Admissoque in Athon tumente Ponto, Juxta frondiferæ cacumen Alpis Scalptas classibus isse per cavernas. ¶ 2. In plur. num. frequentius. — 1.°) Speciatim — *a)* Proprie. *Cic. Prov. cons.* 14. 34. Alpibus Italiam munit natura. Adde *eund. Pis.* 33. et 81. 5. et *Phil.* 13. *ad fin. Auct. Æn.* 10. 13. Alpes quinque viis Varro dicit transiri posse (*sequitur enumeratio*). *Catull.* 11. 9. Alpes altæ. *Sil. It.* 17. 318. summæ. *Id.* 1. 117. celsæ. *et* 2. 316. immensæ, *Virg.* 3. *G.* 474. et *Ovid.* 2. *Met.* 226. aeriæ. *et* 2. *Am.* 16. 19. ventosæ. *Lucan.* 1. 183. et *Tibull.* 4. 1. 109. gelidæ. *Liv.* 21. 31. infames frigoribus. *Claudian.* 24. 307. nubiferæ. *Juvenal.* 10. 166. sævæ. *Justin.* 24. 4. 4. Alpium juga invicta. *et Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (227). laborrima. et 3. *ibid.* 5. 6. (38). pæne lunata. *Virg.* 1. *G.* 475. Insolitis tremuerunt motibus Alpes. *et.* 10. *Æn.* 12. Alpes (*Carthago*) immittet apertas. *h. e.* patefaciet Hannibali Italiam irrumpenti. *Bibac. carm. Horat. fragm.* 16. Juppiter hibernas cana nive conspuit Alpes. — Proverbialia dicendi genera ex Alpibus, apud *Ovid.* 1. *Pont.* 5. 21. et *Juvenal.* 13. 162. — *b)* Translate aliquando pro regione aut incolis Alpinis. *Cic. Quinct.* 3. 12. Nævius trans Alpes transfertur. *h. e.* in Galliam Transalpinam. *Claudian. cons. Prob.* et *Olybr.* 78. trepidas laxaverat Alpes. *et* 2. *Rufin.* 1. post edomitas Alpes. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 86. gaudet Trasimenus et Alpes. Adde *Tac.* 11. *Ann.* 24. — 2.°) Generatim et improprie, pro quovis monte excelso. *Sil. It.* 2. 335. *geminas Alpes* dixit, præter Alpe -

proprie sumptas, etiam Pyrenæos montes. *Cassiod.* 3. *Var.* 31. Alpium juga. *h. e.* Appenninum. *Jorn. Get.* 102. trans Alpes. *h. e.* Hæmum. — De Alpibus plura habet *Partsch, PW.* 1. 1610. *sqq.* Cf. etiam *H. Nissen, op. cit. I.* 136-178. et 466-493., *Dübi, Feldzüge d. Röm. in d. Alp., Jahrb. Schw. Alp. Cl. XVI.* 463-482.; *Detlefsen, Das Pomer. u. d. Grenz. Ital., Herm. XXI.* 528-552. et geogr. *Kiepert, Forbiger, al.*

ALPHÆUS, i, m. 2. Hebr. *Hhalpāy*; Gr. Ἀλφαῖος. — *a)* Scribitur etiam *Alfeus* per *f*, sine diphthongo. *Avell. p.* 571. Alfeus presbyter (*Syrus*). Cf. *Isid.* 7. *Orig.* 9. 14. et 15. Quod autem *Alphæus* unam sit idemque nomen cum *Cleophas* (rectius *Chleophas*), communior est sententia, ex usitata litterarum similium permutatione (*Vulg. Matth.* 10. 3., coll. *Joh.* 19. 25. V. tamen *Wetzel, Alph. und Klop.* in *Theol. Stud. u. Krit.* 1883. *p.* 620-627., *Koennecke, Behandl. d. hebr. Num.* in *LXX* et *Jacquier loc.* infra *cit.*) — *b)* Etymon nominis, quod aliquando in Thalmud scribitur [illegible], i. e. « salix ramosa » (*Wünsche, Beiträg. Matth. X.*), alii, ut *Hieronym. nom. Hebr. p.* 60. et 66., ducunt a rd. *hhâlaph* « abiit », quasi sit *abiens, fugitivus*; alii vero, vel ab Hebr. *'Âleph* et Gr. *Alpha*, litterarum prima, ut sit *princeps, prior* vel etiam *millesimus*. At *Letronne* in *Recueil d. Inscr. de l'Égypt. T.* 2. *p.* 54. vocem putat decurtatam a Gr. Κλεόπατρος, ut Ἀντίπας pro Ἀντίπατρος; quod quidem verum est, si agitur de homine Græco, ut *Luc.* 24. 18. Cf. etiam de hoc *Schanz, Weiss, Grimm* ad *h. v.* et cl. *Patrizi De euang. l.* 3. *Diss.* 9. c. 3. n. 9.

Alphæus ¶ 1. Fuit pater Jacobi minoris, idem qui Cleophas (ut arguitur ex comparatione locorum), conjux Mariæ, ex qua filios suscepit Jacobum min., Josephum, Simonem et Judam Th. *Vulg. Matth.* 10. 3., coll. 13. 55. et 27. 56. et *Marc.* 6. 3.; quæ quidem *Maria Cleophæ* dicitur *Joh.* 19. 25. et *soror matris Jesu* (non enim hæc alia est a Maria Cleophæ, ut docet *Knabenbauer* in *h. l. p.* 543), i. e. cognata seu affinis, unde ejus filii *fratres Domini*, i. e. consobrini, ut constat ex *Matth.* 13. 55. — Disputatur, an hic Alphæus vel Cleophas idem sit cum *Cleopha*, de quo *Luc.* 24. 18. *Bollandiani* ad d. IX. April. et recentius *Holtzmann* id affirmant; sed contrarium demonstrat *Cornely* (*Comm. in I. Cor. p.* 456), favente *Hieronymo*, qui hunc dicit ex oppido Emmaunte, quum alter Galilæus esset, fortasse ex Nazareth (*ep.* 27. et *de loc. Hebr.*). — Sic etiam haud pauci censuerunt hunc fuisse patrem Matthæi; quin in oriente hæc opinio maxime invaluit, ut colligitur ex *Menologio Porphyriano, Synaxario Constantinopol., Anthologio Arcadiano* etc., immo etiam ex *Bollandianis* ad d. 1. Mai., *Weitenauer* in *Lex. Bibl.* et *Walch* in *Clav. W. T.*; sed longe probabilior est sententia contraria, ut multis ostendunt eruditi (V. *Re, Arch. Bibl. Dic. p.* 529). — Postremo eum fuisse fratrem Josephi tradit *Hegesippus* apud *Euseb.* 3. *H. El.* 11. multique interpretes confirmant (V. *Jacquier, Dict. de la Bibl. Vig.* 1. *p.* 418. *sq.*). ¶ 2. Item alter, pater Levi seu Matthæi. *Vulg. Marc.* 2. 14. *V.* LEVI.

ALPHĒIAS, ădis, f. 3. (Ἀλφειάς v. Ἀλφηιάς). Arethusa nympha, in fontem Elidis versa, cujus aquæ cum Alpheo fluvio, qui eam perdite adamavit, miscentur. *Ovid.* 5. *Met.* 487. Quum caput Eleis Alpheias extulit undis. *V.* ARETHUSA.

ALPHĒNOR, ŏris, m. 3. (Ἀλφήνωρ) in quibusd. MSS. et edit. libris, sed male, etiam *Elpenor*.

Alphenor ¶ 1. Fuit Niobes filius ab Apolline interfectus. *Lactant. Narr. fab.* 6. 3. et *Ovid.* 6. *Met.* 247. — *Hygin. fab.* 11. habet *Archenor*. ¶ 2. Item socius Ulyssis, apud *Dict.* 6. 5., coll. *Homer. Odyss.* 10. 552. et *alib.*, ubi tamen est *Elpenor* (Ἐλπήνωρ), de quo longe alia refert.

ALPHĒSIBŒA, æ, f. 1. (Ἀλφεσίβοια: ab ἀλφεσίβοιος, *inveniens boves*: cf. *Homer. Il.* 18. 593). ¶ 1. Fuit Phegei fluvii filia, Alcmæonis uxor, quem quum fratres Alphesibœæ, quod eam deseruerat et aliam duxerat, interfecissent, dicitur ipsa ob amorem conjugis suos fratres obtruncasse. *Propert.* 1. 15. 15. Alphesibœa suos ulta est pro conjuge fratres. — Alii tamen narrant Alcmæonem a Phegeo occisum. *Hygin. fab.* 244. et 245. V. *Knaack PW.* 1. 1626. — *Alphesibœa*, titulus tragœdiæ *L. Accii*, cujus fragmenta collegit *Ribbeck, Trag. Lat. fr. p.* 122. *sqq.*, coll. *p.* 323. *sq.* ¶ 2. Item mater Adonidis apud *Prob. Virg. Ecl.* 10. 18.

ALPHĒSĪBŒUS, i, m. 2. (Ἀλφεσίβοιος) nomen pastoris apud *Virg.* 5. *Ecl.* 73. et 8. *ibid.* 1., quæ tamen Ecloga non inscribitur in Mediceo *Damon. et Alphesib. certatio*, sed *Pharmaceutria*, i. e. maga. Adde *Calpurn.* 2. *Ecl.* 94.

ALPHĒUS, a, um, adject. (Ἀλφεῖος) ad Alpheum fluvium pertinens. *Virg.* 10. *Æn.* 179. Hos parere jubent Alpheæ ab origine Pisæ. *h. e.* Pisarum oppidum in Italia, quod condidisse dicuntur Arcades, ex Pisis et Elide Arcadiæ oppidis in Italiam transvecti; Alpheus autem per Arcadiam fluit. Adde *eund.* 3. *G.* 180., *Claudian. B. Get.* 575. et *Rutil.* 1. *Itin.* 565.

ALPHĒUS, i, m. 2. (Ἀλφειός) Perperam in quibusd. edit. libr. scribitur *Alphæus* cum diphthongo. — *Alphius* sæpe in titulis et *Sillig.* leg. ex *Varr.* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 8. (11). Cf. *Paul.* ex *Fest. p.* 16. *L.* — *Alpheos*, Græca positione, est *Senec. Thyest.* 131., *Lucan.* 3. 177., *Val. Flacc.* 8. 91., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 694. Alii addunt *Ovid.* 2. *Met.* 250., sed ibi nunc legitur *Alpheus*. Cf. 5. *ibid.* 599. — Acc. tamen *Alpheon* habet *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 29. et etiam *Stat.* 6. *Theb.* 675. et *Silv.* 14. 54. — Voc. *Alphee* apud *eund.* 4. *Theb.* 239. — Alpheus, nomen personæ et fluvii.

I.) Est nomen personæ ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit pater Phegei, avus Alphesibœæ. *Hygin. fab.* 244. et 245. — 1.°) Item scriptor Latinus cognomento, cujus fragmentum apud *Priscian. gr. VIII.* 383. 15, ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2120 (a. 155). — Sæpius tamen *Alphius* occurrit.

II.) Est nom. fluvii (ab ἄλφος, *vitiligo alba*: cf. *Varr.* apud *Plin. loc. cit.*), celebris in Arcadia et Elide, cujus ortus in finibus Laconiæ ad Phylacen et exitus in sinum Chelonitem ad occ. (*Priscian. Perieg.* 408) vel in sinum Cyparissium (*Mela* 2. 3. 9). Fuit filius Ponti et Amphitrites dictus *Hygin. fab. præf.* Memoratur *Ovid. loc. cit.* Æstuat Alpheus. *Stat.* 6. *Theb.* 675., Alpheus flavus. Adde *Virg.* 3. *G.* 19. et *alib.*, *Ammian.* 13. 4. 6., *al.* — *Sacer* dicitur *Senec. Med.* 81. et *Thyest.* 116., quia quum Jovi Alphei aqua gratissima esset, hac simulacrum ejus et sacrificiorum cineres abluebantur. — Hinc poetice sumitur pro ipsa aqua. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 32. — *Alphei præmia* apud *Martial.* 6. 85. 5. dicta Olympica certamina, quia præter oppidum Pisæorum (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. [14]), etiam Olympiam alluebat. Hinc *Isid.* 14. *Orig.* 6. 33. Alpheus magnorum generator equorum. Cf. *Virg. loc. cit.* et *Stat.* 6. *Theb.* 695. — Mira tradunt de Alpheo fluvio et Arethusa fonte *Mela* 2. 7. 16. et *Plin.* 31. *Hist. nat.* 5. 30. (55).; unde fabula de eorum amoribus apud *Virg.* 3. *Æn.* 695., coll. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 29., *Sil. It.* 14. 53., *al.* — De eo plura apud *Hirschfeld* et *Wentzel, PW.* 1. 1630-1636. V. ARETHUSA.

ALPHĪON, ŏnis, m. 3. maritus Iphianassæ (Phœnissæ *Bücheler*), quam vitiavit Juppiter, unde natus Endymion, teste *Rufin.* 10. *Recogn.* 21. Aliter tamen apud *Hygin. fab.* 271. V. ENDYMION et *Höfer, Lex. myth. Rosch*, s. v. Phœnissa.

ALPHĪCUS. *V.* ALPHEUS.

ALPHĬUS. *V.* ALFIUS.

ALPĪCUS, a, um, adject. idem qui Alpinus. *Carm. epigr.* 19. 4. per montes Alpicos. — Hinc absolute

Alpicus, *i*, m. 2. cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 31143. *c.* 4. et 13. 3644.

Alpici, *ōrum*, m. plur. 2. Alpium incolæ, Alpini. *Nep. Hannib.* 3. Alpicos conantes prohibere transitum concidit. Ita leg. *Halm.*, ubi *Lambinus* conjiciebat *Alpinos*, sed nihil mutandum; in *Not.* enim *Tir. p.* 144. Alpes, Alpicus, Alpinus. V. *Kopp. Palæogr. crit. p.* 293.

ALPĪNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* ALPINUS, a um.

ALPĪNIUS, ii, m. 2. *V.* ALPIUS.

ALPĪNŬLUS et

ALPĪNUS, a, um, adject. ad Alpes pertinens. ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 6. *Fast.* 358. Alpinus hostis. *h. e.* Gallus. *et* 14. *Met.* 794. rigor. *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 457. Padus, cujus origo in Alpibus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (118). tractus. *Id.* 16. *ibid.* 18. 31. (76). arbor, laburnum. *Flor.* 2. 4. 2. corpus. *Virg.* 8. *Æn.* 661. gæsa. *Id.* 4. *ibid.* 441. Boreas. *et* 6. *ibid.* 830. aggeres. *h. e.* Alpes. *Auson. Clar. Urb.* 8. 3. coloni. *Sueton. Tib.* 9. gentes. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 14632. et 5. 4951. cohortes. — Latiore sensu. *Ravenn. p.* 299. montes *h. e.* Pyrenæi. ¶ 2. Speciatim *Alpina* dicta est legio I. itemque *Julia Alpina II.* et *III.* in *Notit. Dignit. occ. c.* 5. — Hinc absolute

Alpinus, *i*, m. 2. ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 3321.; et nom. serv. *Ibid.* 6. 30983.; et *Alpina*, cogn. mul. *Ibid.* 12. 82. — Hinc *Alpinulus*, demin. cogn. vir. *Inscr.* apud *Orell. n.* 457. — Hinc etiam conficta est a Paulo Guilielmo celebratissima illa *Julia Alpinula*, quæ etiam nunc eruditis et sculptoribus quoque in deliciis est. Ita *Orell.* ad *h. l.* Alludit ad *Grut. Inscr.* 319. 10. merito damnatam. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 12014. 674. Alpinia Alpinula. ¶ 2. Apud scriptores malus poeta, qui *Memnonis*, seu Memnonis Auroræ filii, bella cecinit. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 36. Turgidus Alpinus etc. *V.* M. FURIUS BIBACULUS.

Alpini, *ōrum*, m. plur. 2. incolæ Alpium, aliquando Alpici et Inalpini dicti. ¶ 1. Universim apud *Tac.* 2. *Hist.* 14. ¶ 2. Speciatim — *a)* Latiore sensu populi, qui Alpes, qua vis nominis patet, incolunt a Thracia ad Gallias usque, ita tamen ut haud facile distinguantur in *Inscriptionib.*, ubi *Cohortes* vel *Alæ* ex iis conscriptæ memorantur, apud *Henzen, Murat., Ann. dell' Istit. Arch.* etc. — *b)* Strictiore sensu populi, qui Alpes incolunt a mari Supero ad Inferum, quorum nomina exhibet *Plin.* in *Hist. Nat.* passim. — *c)* Item *Alpini Dardani*, a Dardania dicti, quæ Mœsiæ superioris incolebant illum Alpium Juliarum tractum, qui Dalmatiam a Mœsia disterminabat. Memorantur in *Notit. Dign. occ. c.* 31.

ALPĪNUS, i. *V.* voc. præc.

ALPĪUS, ii, m. 2. (Alpis) nom. vir. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11502. et *Cenotaph. Pis. II.* 1. Cf. *Inscr.* Pælign. apud *Planta, Gramm. Osc.-Umbr. II. p.* 544. — *Alpis*, nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 1941. — Hinc *Alpidius* et *Alpionius* (a), nom. gent. *Ibid.* 2. 1307. et 6. 9345. — *Alpinius*, (a) nom. gent. *Inscr.* apud *Momms. I. R. N.* 106. et *Inscr. Helv.* 241. Adde *Tac.* 5. *Hist.* 9. et 3. *ibid.* 35. et *alib.* — *Alpinus*. V. suo loc. — *Alpo* (*onis*), cogn. vir. *Corp. I. L.* 5. 5180.

ALPUS, i, m. 2. (Ἄλπος) nomen gladiatoris. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 5835. a ALPVS LYTRA. fortasse gladiatorum par.

ALSA, æ, f. 1. fluvius prope Aquilejam, hodie *Ausa*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. (126)., *Ps. Aur. Vict. epit.* 41. 21. et *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2356. Constantinus juxta Aquilejam Alsæ occiditur. *Fortasse oppidulum fluvio adpositum fuit.* Cf. *Hülsen, PW.* 1. 1638.

ALSIDĒNA Capa. *V.* hanc voc. in *Lexico*.

ALSIĒNSIS, e, adject. ad Alsium oppidum pertinens. *Liv.* 27. 38. Alsiensis populus. *et Corp. Inscr. Lat.* 11. 3716. colonia. Adde *Henzen, Suppl. Orell. Inscr. n.* 5143. Cf. *Dion. Halyc. Antt.* 1. 20. — Speciatim *Alsiensis villa*, M. Antonini imp. apud Alsium. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 3720. — Hinc *feriæ Alsienses*, quæ ibi celebrabantur et quarum titulo liber exstat *Epistolarum Frontonis ad M. Antoninum*. — Item *Alsiensis villa* ad socrum Plinii pertinens in *ejusd.* 6. *Ep.* 10. — Absolute *Alsiense*, prædium Pompeii. *Cic. Mil.* 20. 54. Sciebat in Alsiensi esse. *h. e.* villa vel prædio Alsiensi.

ALSIĒTĪNUS, a, um, adject. (Scribitur etiam *Alsaetinus* v. *Alsetinus*. *Cur. Urb. p.* 24. et *Reg. Urb. p.* 25) ad lacum designandum, qui *Alsietinus lacus* dicitur, in Etruria, hodie *Lago di Martignano*; unde ab Augusto *Aquæ* Romam perductæ sunt, de qua re *Frontin. Aqued.* 11. et 71 (V. loc. integr.) et *Curios. Urb. l. c.* V. *Hülsen, PW.* 1. 1638.

ALSĬUM, ii, n. 2. (Ἄλσιον) oppidum Etruriæ, haud procul a Cære, ad mare Tuscum, hodie vicus *Palo*: ita dictum ab *Halæso* Argivo, ejus con-

ditore, teste *Sil. It.* 8. 475.; quod etymon alii rejiciunt. Cf. *Gerhard, über d. Gotth. d. Etrur. n.* 34. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (44)., *Cic.* 3. *Att.* 50., *Tab. Peuting.* 5. et *Itin. Anton. p.* 301., coll. *Strab.* 5. 2. 8., *Dion. Hal. Ant.* 1. 20. et *Ptol.* 3. 1. 4. V. etiam *Nibby, Dint. di Rom. I.* 139. et *III.* 527. *sqq.* et *Corp. Inscr. Lat.* 11. 3715-3726. — Romani coloniam deduxerunt a. U. C. 507., teste *Vellej.* 1. 14.

ALSĪUS, a, um, adject. ad Alsium oppidum pertinens. *Rutil. Nam.* 1. 223. Alsia tellus. Adde *Sil. It. loc. cit.* in voc. præc. — Hinc

Alsius, *ii*, m. 2. nom. vir. gent. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2583. — *Alsia*, nom. mul. in *alia* apud *Grut.* 551. 11.

ALSĪUS, ii. *V.* voc. præc.

ALSUS, i, m. 2. cogn. (*V.* ALSIUS in *Lexic.*) *Corp. Inscr. Lat.* 5. 967. — Est etiam quidam pastor Rutulus, de quo *Virg.* 12. *Æn.* 304. *sqq.*

ALTA, æ, f. 1. mater Ancæi Argonautæ apud *Hygin. fab.* 14., quod videtur corruptum pro *Altæa*, ut *Heins.* putat, aut « rectius, inquit cl. *De-Vit.* pro *Astipalæa* »; quæ tamen vox nimis ab illa distat: *V.* ANCÆUS.

ALTĀNI venti et

ALTĀNUM. *V.* in *Lexico*.

ALTĀRĪPA v. Alta Ripa, æ, f. 1. Nomen factum est, ut videtur, ex situ ad ripam fluminis, loco edito. Cf. *Symmach.* 2. *Laud. Valentinian. Sen.* 3.

Altaripa ¶ 1. Est castellum Pannoniæ inferioris, situm prope *Kolocza*, ut *Boecking* putat. *Notit. Dignit. occid. c.* 32. et *Itin. Anton. p.* 244. Cf. *Domaszewski, PW.* 1. 1691. ¶ 2. Item castellum ad Rheni ripam, infra Noviomagum, in finibus Nemetensium, hodie *Altrip*. Memoratur in *Cod. Theod.* et apud *Ravenn. p.* 281. Cf. *Corp. III.* 2. *p.* 175.

ALTĀVA v. Altaba, æ, f. 1. oppidum provinciæ Numidiæ, fortasse ubi nunc *Yahia Ben Taleb*. Memoratur *Itin. Anton. p.* 272. Cf. *Schmidt. PW.* 1. 1692. ¶ 2. Item oppidum Mauretaniæ Cæsariensis. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 9834. Cf. *Schmidt, loc. cit.*

ALTAVENSIS v. Altabensis, e, adject. ad Altavam pertinens, et incolarum vocabulum. *Not. ep. Maur. Cæs.* 10. et *Corp. Inscr. Lat.* 8. 21722.

ALTEIUM. *V.* ALTIAIENSES.

ALTELLUS Romulus. *V.* in *Lexico*.

ALTERCĀTĬO, ōnis, f. 3. (altercor) nomen deæ, filiæ Ætheris et Terræ, per prosopopœiam factum. *Hygin. præf. fab.* — In *Thes. L. L.* ad *h. v.* ponitur inter progeniem Noctis et Erebi, sed minus recte.

ALTHÆA, æ, f. 1. (Ἀλθαία: cf. ἄλθω, *medeor, sano*) filia Thestii, uxor Œnei regis Ætoliæ et mater Meleagri, quem ex concubitu duplici, mariti et Martis, concepit, quemque tamdiu victurum dixerat Atropos, quamdiu titio in foco consumptus non fuisset. *Hygin. fab.* 171. et *Ovid.* 8. *Met.* 542. et 9. *ibid.* 9. — Apri Calydonii a Meleagro occisi pellem matri donatam invidi fratres Althææ eripere voluerunt; at Meleager avunculos interfecit. Quod scelus quum mater ulcisci statuisset, memor Parcarum vaticinii titionem ex arca prolatum in ignem conjecit; sicque dum fratrum pœnas vult exsequi, filium occidit; sed laqueo dein vitam finivit. Ita ex *Hygin. fab.* 174., *Ovid.* 8. *Met.* 445-545. et *Mythogr. II. fab.* 144. ed. *Mai.* — Hanc fabulam sæpe memorant poetæ, ut rursus *Ovid. Ib.* 603., *Senec. Med.* 780. et *Herc. Œt.* 954., *al.*; et artis antiquæ monumenta illustrant. V. *Matz-Duhn, Ant. Bildw. in Rom.* 3236. *sq.*, *Clarac, Mus. d. sc.* 201. et *Foggini, Mus. Cap. IV.* 35.

ALTHĪBURITĀNUS, a, um, adject. ad Althiburum pertinens. *Augustin.* in *Ps.* 36. *Serv.* 2. *n.* 20. et *Corp. Inscr. Lat.* 8. 1824.

ALTHĪBURUS, i, m. 2. (Scribitur etiam *Altiburus, Altiburium, Altoburtum* etc.) oppidum Africæ proconsularis. *Itin. Ant. p.* 26., *Tab. Peuting.* 5. et *Ravenn. p.* 50. — De eo *Morcelli Afric. Chr. T.* 1. *p.* 74. Cf. *Schmidt, Corp.* 8. *p.* 213, et *PW.* 1. 1697.

ALTĪAIENSES vicani, qui ad Rhenum habitaverunt, ubi nunc est *Alzey*. *Inscr.* apud *Orelli n.* 180. Cf. *Emele*, qui de Altiaja disputat, ut *ibid.* ait *Orellius*. Hoc autem oppidum videtur intelligendum esse in *Cod. Theod.* 10. 4. 3., ubi *Altaja* leg., coll. 11. 31. 15., ubi *Altino* traditur. V. *Ihm, PW.* 1. 1697. et *Domaszewski, Corp.* 13. 2. *p.* 193.

ALTĪBURĬUM. *V.* ALTHIBURUS.

ALTĪCUS, i, m. 2. (cf. ἀλτικός, *saltator*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Fabrett. p.* 601. *n.* 9. Ita *Furlanetto*.

ALTĪLĬUS. *V.* ALTIUS.

ALTĪNAS, ātis, adject. ad Altinum, Venetiæ oppidum, pertinens. *Grat. Cyneg.* 130. Altinates genistæ. *Colum.* 7. 2. oves. *Inscr.* apud *Orell. n.* 3084. fabri. — Absolute, incola Altini. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 745. et 4063. — In plur. num. *Plin.* 3. *ep.* 2. 2. Arrianus Maturius Altinatium princeps est. Adde *Inscr.* apud *Orelli n.* 4082.

ALTĪNENSIS et

ALTĪNIENSIS, e, adject. idem quod Altinas. *Vigil. Taps.* 2. *contr. Pallad. ad fin.* Heliodorus Episcopus Altiniensis. *Notit. Dignit. or. c.* 37. Milites nauclarii Altinenses.

ALTĪNUM, i, n. 2. (Ἄλτινον et Ἀλτῖνον vel Ἄλτινα, ων) *Altenum* habet *Jornand. Rom.* 272). ¶ 1. Fuit oppidum Venetiæ, a Venetis vel Euganeo-Etruscis conditum, in litore Hadriatici maris, in æstuario, ad ostium Silis, in Gallia Transpadana, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (119). et *Tac.* 3. *Hist.* 6. Memoratur etiam *Mel.* 2. 4. 3., *Vellej.* 2. 7. 6., *Eutrop.* 8. 10., *Itin. Anton. p.* 281., *Rav. p.* 38. Olim *Altilia* dicebatur. — Adscriptum fuit a Romanis tribui Scaptiæ; a. 452. p. Chr. ab Attila, Hunnorum rege, eversum et a. 568. ab Alboino, Langobardorum rege, deletum, cujus reliquiæ ubi est *Montirone*, fortasse in ejus suburbio, hodiedum, sc. nummi, lapides aliaque vetustissima ac pretiosa effodiuntur (Cf. *Paul. H. R.* 4. 11. et *Filiasi, Mem. dei Veneti prim. e sec.*), hodie viculus *Altino*. Memorat etiam *Eutrop.* 8. 10. — De ejus ædificiis ac situs pulcritudine *Martial.* 4. 25. Æmula Bajanis Altini litora villis. — De ovibus et lanis albis laudatissimis. *Id.* 14. 155. Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis, Altinum tertia laudat ovis. Cf. *Colum.* 7. 2. Gallicæ pretiosiores habentur, earumque præcipuæ oves. Adde *Tertull. Pall.* et rursus *Colum.* 6. 34. — De multiplici commercio *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 262. Pleraque pars Venetiarum lintribus exercet omne commercium, ut Ravenna, Altinum. — Coloniam Romanorum fuisse patet ex *Inscr.* apud *Orell. n.* 4082. — Via Claudia inde usque ad Danuvium. *Corp. I. L.* 5. 8002. ¶ 2. Item oppidum Pannoniæ inferioris. *Itin. Anton. p.* 126. et *alib.* ¶ 3. Item oppidum v. statio Mœsiæ inferioris. *Notit. Dign. or. c.* 37., coll. *Procop.* 4. 11.

ALTĪNUS, a, um, adject. ad Altinum, Venetiæ oppidum, pertinens. *Colum.* 6. 24. Melius in hos usus Altinæ vaccæ probantur, quas ejus regionis incolæ cevas appellant: eæ sunt humilis staturæ, lactis abundantes etc. (*Harduin.* malebat legere *Alpinæ* ex *Plin.* 8. *Hist. nat.* 45. 70. (179). Plurimum lactis Alpinis vaccis, quibus minimum corporis etc.: sed cf. ALTINAS) et *Tertull. Pall.* 3. Altinæ oves.

ALTĪNUS, i, m. 2. cogn. vir. apud *Tac.* 15. *Ann.* 71., *Cod. Herm.* 7. 3. et *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10541.

ALTĪUS, i, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 4764. — Hinc *Altilius*, nom. gent. *Ibid.* 5. 7753.; item *Altinius* apud *Liv.* 24. 45. et *alib.*

ALTOR, ōris, m. 3. (alo) ¶ 1. Est deus Romanorum, ita dictus, quod ex terra aluntur omnia, teste *Varr.* apud *Augustin.* 7. *Civ. D.* 23. *n.* 2. Cf. *Wissowa, Relig. u. Kult. d. Röm. p.* 159. 4. ¶ 2. Item alter angelorum, qui ad Lot venerunt. *Cypr. Gall. Gen.* 684. Ilicet ad Sodomam veniunt duo, Natus et Altor.

ALUISĪUS. *V.* voc. seq.

ALUJUS, ii, m. 2. (Allius) nom. gent. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1057. 2. 166 (a. 205). — *Alaja*, nom. mul. *Ibid.* 11508. — Hinc *Alaejus*, nom. gent. *Ibid.* 6. 18073. — Item *Aluisius* occurrit *ibid.* 5. *Suppl. Ital.* 1077. 25. Perperam itaque scribitur, uti vulgo fit, *Alogsius* itemque *Aloisius*, quem pro *Aloiosus* (cui *Aloiosa* respondet, *C. I. L.* 2. 4976) leg. *Fabricius, PW.* 2. 1594. apud *Cassiod.* 2. *Var.* 39 (*V.* ALOIOSUS). Cf. etiam *Momms., Mon. Germ. XII.* et *Otto, L. L.* Nec præterea recte usurpatur *Aluisius* (It. *Aloise* v. *Luigi*) pro *Ludovicus=Lodois* (It. *Lodovico*, Germ. *Ludwig*), qui alibi dicitur *Chlodovechus*, Gr. Χλωδοαῖος *Agath.* 1. 3 (It. *Clodoveo*); de quo disputat *Müllenhoff* in *Indice Jord.* (*Jorn.*) ed. *Momms.*

ĂLUMNUS, i, m. 2. (alo) ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 14472. — *Alumna*, nom. mulieris cujusdam, martyris Lugdunensis, apud *Greg. Tur. gl. mart.* 47. ¶ 2. Item nomen equi. *Tab. devot. Afric.* in *Journal des savants* 1903 *p.* 258., 260. et 261.

ALUNTĪNUS, a, um. *V.* ALUNTIUS.

ALUNTĬUM, ii, n. 2. (Ἀλούντιον) *Halyntium* legitur in *Palimps.* apud *Sillig. Plinii loc. cit.* Cf. *Cic.* 4. *Verr.* 23. 51., ubi *Orell.* dedit *Haluntium*.

Aluntium, oppidum Siciliæ inter Lilybæum et Pelorum, difficili ascensu atque arduo. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (90)., coll. *Dionys.* 1. 51. et *Ptolem.* 3. 4.; unde *Aluntini* et *Alontini*, incolæ ejusdem, et Ἀλοντῖνοι in nummis, de quibus V. *Eckhel* 1. *p.* 197. et *Cavedoni* in *Spicil. Numism. p.* 25.

ALUNTĪUS et Aluntinus, a, um, adject. ad Aluntium pertinens, *Cic.* 4. *Verr.* 23. 51. Archagathus Aluntinus. *Alii leg.* Haluntinus. Adde 3. *ibid.* 43. 103. — *Aluntium vinum*, in agro Aluntino, apud *Plin.* 14. *Hist. nat.* 9. 11. (80).

ĂLUS, i, m. 2. deus Gallicus (fortasse ab *alendo* appellatus, ut ait *Forcellin.*, qui deum Romanum dicit). *Inscr.* apud *Orell. n.* 1957. et *Labus, Marm. Bresciani p.* 97. *n.* 136. — Alii pro *Alus* dederunt *Arualus* vel *Malus*, ut *Orelli ibid. n.* 1510., *Eckhel*, 7. *p.* 331., *Donat.* 33. 1., coll. *Maffei Art. C. L. p.* 427. et *Marini Fr. Arv. p.* 130. et 812.; at perperam. V. *Labus loc. cit.* et *Orell.* sub *n.* 1957. coll. 5001. Viderint tamen eruditi.

ĂLUS, indecl. (Hebr. *'Âlûsh* « turba hominum »; *LXX.* Αἰλούς ») ¶ 1. Est locus in deserto Sin, statio decima Israelitarum, inter Dophca et Raphidim. *Vulg. Num.* 33. 13. et 14. — De situ nihil constat apud recentiores; olim esse *wadi Feiran* exploratores Angli putarunt, quod nunc fere rejicitur. C. *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod.* 1884. *v.* 2. *p.* 508. *sq.* ¶ 2. Item locus Palæstinæ, apud *Hieronym. sit. et nom. p.* 85.

ALUTA, æ, m. 1. v. Alutus, i, 2. (Ἀλούτα *Ptol.* 3. 8. 2) fluvius Daciæ, hodie *Oltû* v. *Alt.* Memorat *Jornand. Get.* 74. et *Ravenn. p.* 188. *Tab. Peuting. t.* 7. Pons Aluti. Cf. *Cellar. Geogr. ant.* 2. 8. *p.* 596. et 598. et *Tomaschek, PW.* 1. 1707.

ALŪTÆ, ārum, m. plur. incolæ oppidi Liburnici. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (139). — Dicti fortasse ab *Alvo* vel *Aloo* oppido, *Albona* vel *Alvona*, Ἄλουον apud *Steph.* s. v. Φλάνων.

ALUTRENSES, v. Alutrienses, ium, m. plur. 3. incolæ Alutri civitatis Liburnicæ, ut videtur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130). Cf. *Tomaschek, PW.* 1. 1707.

ALŪTUS, i, m. 2. fluvius prope Caucasum. *Inscr. Rhen. Bramb.* 405. V. etiam ALUTA.

ALYACMON. *V.* HALIACMON.

ĂLȲATTĒS, is, m. 3. v. Alyatteus, i, 2. (Ἀλυάττης -ου, Ion. -εω) *Halyattes* aliquando cum aspiratione scribitur. — Gen. *Alyattei* est *Horat.* 3. *Od.* 16. 41., quam lectionem restituit *Bentley* et recentiores secuntur (ad analogiam Ulixei 16. *Epod.* 60. ed. *Ritter* et *Vollmer*) pro vulg. *Alyattium* vel *Alyattici*.

Alyattes ¶ 1. Fuit rex Lydiæ, Ardyos filius, ex Heraclidarum genere. *Hieronym.* ex *Eus.* in *Chron.* ¶ 2. Item alter Lydorum rex, ex Mermnadarum stirpe, pater Crœsi et Pantaleontis et Arienes, quæ Astyagi nupsit (Cf. *Meyer, PW.* 1. 1707). Memorat *Hieronym. ibid.*, coll. *Herod.* 1. 16. 22. et 25. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 12. 9. (54). Defectus solis, qui Alyatte rege factus est. — Bellum gessit cum Thrasybulo, tyranno Milesiorum, et dein cum Cyaxare, rege Medorum. *Frontin.* 3. *Strat.* 15. 6. et *Solin.* 15., coll. *Gell.* et *Herod. locc. citt.* — De ejus luxu *Gell.* 1. 11. et de cupiditate regni amplificandi *Horat. loc. cit.* — Ejus memoriæ exstructum est monumentum apud Sardos, maxima impensæ parte ab ancillis tributa, quæ omnes

apud Lydos corpore quæstum faciunt. Herod. 1. 93. et Strab. 13. 627 (Cf. Forcellin. ad v. et Meyer, PW. 1. 1708).

ĀLYATTI (Halyatti), ōrum, m. plur. 2. oppidum Galatiæ. Liv. 38. 18. Cf. Ramsay, Asia Min. 452.

ĀLYATTĬCUS et

ĀLYATTĬUS, a, um. V. ALYATTES.

ALYATOS, i, m. 2. fluvius, Lucaniam a Veliensibus dividens. Vib. Seq. de fluminib. p. 3. — Oberlin. vult esse idem qui Hales.

ĀLYMON, V. HECATÆON.

ĀLYPĬUS, ii, m. 2. (Ἀλύπιος. V. voc. seq.) In codd. sæpe legitur Alipius: ita etiam apud scriptores cadentis Latinitatis, ut in Symmach. ep. et Cod. Theod.; nonnunquam vero Alypplus vel Alipplus, Alupius, Alepius. — Voc. Alypi apud Augustin. 2. c. Acad. 5. 12. et 2. ibid. 9. 22. etc.

Alypius ¶ 1. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 1185. — Alypia, cogn. mul. Ibid. 24925. et 29154. — Hinc Alypias (Ἀλυπιάς), nom. mul. Ibid. 6. 11270. — Alypianus (a), nom. serv. Ibid. 10. 6571. — Alypus. V. voc. seq. ¶ 2. Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.°) Alypius, Antiochenus, Britanniarum curator pro præfectis, de quo Ammian. 23. 1. 2-3. et 29. 1. 44. — Exstant ad eum epp. Julian. imp. et epp. Libanii 284. et 314. V. HIEROCLES. — 2.°) Alypius, Alexandrinus, cujus exstat opus inscriptum Εἰσαγωγὴ Μουσική, editum in Meursii collectione, musicæ doctor, altera sæc. IV. parte, ut putat De la Borde, Essai sur la Musiq. v. 3. p. 135. De eo Cassiod. de Music. circ. fin. — 3.°) Alypius, Hipponensis, insignis Augustini amicus et cum illo catechumenus, olim erroribus ludorumque publicorum insania captus, dein christianus et monachus ac tandem episcopus Thagastensis et Numidiæ primas, Pelagianorum malleus, vitæque sanctitate illustris, in Italia vita functus. De eo Augustin. 6. Confess. 7. 8. 9. et 12. et 8. ibid. 11. et 12. et alib. et 22. Civ. D. 8. n. 3. et ep. 22. n. 1. et alib., Paulin. Nol. ep. 3. et Ambros. ep. 89. — Plures ejus epistolæ exstant inter Augustinianas, sc. 41., 53., 69., 70., 170. et 171. — 4.°) Alios videsis apud Ammian. 28. 1. 16., Symmach. ep. 7. 66-71. et Ambros. ep. 89., al.

ĀLYPUS, i, m. 2. (Ἄλυπος et Ἄλειπος: cf. ἄλυπος, doloris expers) Scribitur etiam Alypos, Alœpus, Alupus.

Alypus, nomen serv. frequentissimum et libert. Corp. Inscr. Lat. 6. 8731., 8919. 13002.; et etiam cogn. Ibid. 4. 1548. — Alypus Sicyonius, statuarius, memoratur Plin. in Cat. Artif., coll. Pausan. 6. 1. 2.

ALYS. V. HALYS.

ALYZĪA, æ, f. 1. (Ἀλυζία, Ἀλύζεια et Ἀλυττία) Varie scribitur Græce et Latine; sed nummus nuper repertus habet ΑΛΥΖΙΑ, de quo plura in Bollett. Nap. a. 1855. p. 170. sqq. et 187.

Alyzia, oppidum Acarnaniæ, nunc Kandila. Memoratur Cic. 16. Fam. 2. et 3., Plin. 4. Hist. nat. 2. 2. (5)., Tab. Peuting. 7. et Ravenn. p. 368. Cf. Hirschfeld, PW. 1. 1712.

AM

AMA. V. AMMA.

ĀMĀAD, indecl. (Hebr. 'Am'ād « populus æternus »; LXX. Ἀμιήλ pro Ἀμιήδ) oppidum Palæstinæ in tribu Aser. Vulg. Jos. 19. 26. — Eruditi disputant, ubinam situm fuerit: alii proponunt Umm el-Amed, quod probabilius videtur; alii aliter. V. Amstrong, Wilson et Conder, Nam. and Plac. in the Old and New Test. 1889. p. 9. et Legendre in Dict. Bibl. Vig. I. 425.

ĀMĀBĬLIS, is, m. 3. (amo) ¶ 1. In titulis nom. servorum et ingenuorum, qui essent infimo loco nati, satis frequens in Gallia et Romæ, sæpius muliebre; et etiam cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 1809., 11506., 31140. etc., coll. Furlanetto, Lap. Pat. p. 251. — Aliquando incertum, utrum virile an muliebre sit. — Hinc Amabilius in Corp. I. L. 13. 7302. 12.; et Amabilianus 6. 11507. et Cod. Theod. 11. 30. 4. (a 315). ¶ 2. Speciatim — 1.°) Amabilis deus dictus in Corp. I. L. 6. 112 (Orell. n. 2142). ΚΥΡΙ ΧΑΙΡΕ DEO AMABILI SACR. AELIA EHORTE FECIT., ubi Orell. adnot.: de Antinoo quidam cogitabant (V. Morcelli, de Stil. 2. p. 32. et Gesner. in Comm. de Deo Phosph. Comm. Gott. 1754). — 2.°) Item Amabilis Domino, (Hebr. Yedîdyāh, LXX. Ἰεδεδεΐ), nomen Salomonis. Vulg. 2. Reg. 12. 25. Vocavit nomen ejus Amabilis Domino eo quod diligeret eum Dominus. V. IDIDA. — 3.°) Item episcopus quidam, de quo Hieronym. Comm. in Es. l. 5. init.

AMADĒRENSIS, V. ADMEDERA.

ĀMĀDRȲAS. V. HAMADRIAS.

AMAFANĬUS vel

AMAFINĬUS, ii, m. 2. philosophus Epicureus, malus scriptor Latinus. Cic. 1. Acad. (post.) 2. 6., ubi et ejus Physica scripta memorat. Id. 4. Tusc. 3. 6. Stoicis et Academicis (Latinis) silentibus, C. Amafinius (codd. Amafanius) exstitit dicens etc. — In plur. num., universim. Cass. Cic. 15. Fam. 19. Epicurus, a quo omnes Catii et Amafinii, mali verborum interpretes, proficiscuntur. Hieronym. in Os. l. 2. præf. Amafinios et Rabirios nostri temporis, qui de Græcis bonis Latina faciunt non bona.

AMAGETOBRIA, V. MAGETOBRIA.

ĀMĀLA v. Hamala, æ, m. 1. nomen Gothi, ex nobilissima familia, quæ ansium seu semideorum vel heroum, vocabulo Gothico appellata, quod illibatum significare videtur, ab eo stirps regia Amalorum v. Hamalorum (Cassiod. 8. Var. 52) dicta est. Jornand. Get. 13. et 14. et Cassiod. 4. Var. 39. 9. 25. et 10. 2. et 8. — Amalus v. Hamalus dicitur ab eod. 11. ibid. 1. auctor gentis.

ĀMĀLĀBERGA, æ, f. 1. Amalafridæ, Theoderici sororis, filia. Jornand. Get. 299. et Greg. Tur. 3. Fr. 4. Anon. Vales. 17. 70. Amalabirga.

ĀMĀLAFRĒDUS, i, m. 2. Amalafridæ nepos, Hermenefridi, regis Thuringorum filius. Venant. 6. carm. 1. 24.

ĀMĀLAFRĪDA, æ, f. 1. Scribitur etiam Amalafreda, Amalifrida et Amalafrigda ¶ 1. Fuit Theoderici soror. Cassiod. 9. Var. 1. 1. Divæ recordationis Amalafrida. Adde Jornand. Get. 299. et Anon. Vales. 12. 68. ¶ 2. Item alia, clarissima femina, dicta Amala Amalafrida Theodenanda in Carm. epigr. 1850 (sæc. VI).

ĀMĀLĀFRĪDUS, i, m. 2. rex Visigothorum, filius Alarici II. Jornand. Get. 298., Greg. Tur. 2. Fr. 37., Isid. Goth. 39. 40. et Chron. II. p. 283. V. Hartmann, PW. 1. 1716.

ĀMĀLASUINTHA (Amalasuentha et Amalasuntha), æ, f. 1. regina Ostrogothorum, Theoderici filia, Eutharici uxor et Athalarici mater. Cassiod. 10. Var. 3. 8. Divæ memoriæ Amalasuintha. Lib. pontif. p. 142. Momms. Amalasuenta. — Magnâ prudentiâ, dum Athalaricus ætate minor erat, populos rexit, linguarum quoque peritissima; sed, hoc mortuo, a Theodato, quem illa sibi consobrinum ad solium evexerat, pulsa in insulam lacus Volsiniensis, an. 537. interfecta est; hanc porro necem Justinianus imp. per Belisarium, Gothorum regno everso, vindicavit. Cassiod. 2. Var. 2. 3. et 4. et Marcell. auct. Chron. II., coll. Procop. 1. B. Goth. 2. et 4. V. etiam Manso, Gesch. d. ostgoth. Reichs. etc. 175. sqq.; Balan, St. d'It. v. I. p. 469. (1875) et Dahn, Kön. d. Germ. II. 176. sqq., coll. Friedländer, Münzen d. Ostg. 1844. 36. et Momms. in N. Archiv. XIV. 506. sq.

AMALCHĪUS, a, um, adject., ut Amalchius (al. Amalcius) Oceanus apud Plin. 4. Hist. nat. 13. 27. (94)., sc. septentrionalis Oceanus, ita appellatus ab Hecatæo, a Parapaniso amne, qua Scythiam alluit, quod nomen ejus gentis lingua significat congelatum. Ita Plin. Adde Solin. 19.

ĀMĀLĒC, indecl. m. Hebr. 'Amālēq, LXX. Ἀμαλήκ. — a) Scribitur etiam Amalech: cf. Müller, PW. 1. 1717. — b) Declinatur etiam Amalechus, i, 2. apud Cypr. Gall. Jud. 158. Cf. Jos. Antt. 2. 1. 1. Ἀμάληκος. — c) Secunda Hebraice longa est, sed fere breviatur a poetis Latinis. Cypr. Gall. loc. cit. Ammones Moabique simul fortesque Amalechi. — Primam vero producit Prudent. cath. 12. 173. — Schem.: Āmălec, Āmālec, Ămālec. — d) Etymon petit Hieronym. nom. Hebr. ab 'am « populus » et lāqaq « lambit », quasi sit populus lambens; sed recentiores incertum atque adeo ignotum dicunt.

Amalec, nom. viri et populi. ¶ 1. Fuit filius Eliphaz de Thamna concubina, Esau nepos et dux seu caput tribus vel populi ab eo prognati in Edon seu Idumæa. Vulg. Gen. 36. 12. et 16. et 1. Par. 1. 36. ¶ 2. Item populus, qui ab eo Amalecites seu Amalecitarum dictus est et, teste Jos. Antt. 2. 1. 2., habitavit in Negheb et in deserto Pharan (V. Strack, Exod. 219.; Selbst, Handb. 394. et Zschokke, Hist. 88); unde in Palæstinam et Ægyptum aliquando migravit (Re, Arch. etc. p. 535) regionesque tenuit ab austro Palæstinæ Idumæam inter et Ægyptum et ab oriente maris Mortui et montani Seir. Id. Exod. 17. 8-13. et 1. Reg. 15. 3. — Civitas Amalec, de qua 1. Ibid. 15. 5., fuit caput regni. Cf. Jos. Antt. 6. 7. 3.; aliis tamen videtur fuisse potius statio militum seu castra, instar duars Arabum in Africa (Palmer, The desert of the Exod. t. 2. p. 322., coll. Thomas, dict. Bibl., Vigour. 1. p. 428). — Amalecitas Hebræis infensissimos (Cf. Exod. 7. 14. et Num. 24. 20) Saul delevit (1. Reg. 15) eorumque reliquias David dissipavit (1. ibid. 30. 1. sqq.). — Quum porro distinguantur Idumæi ab Amalecitis (Num. 14. 25. sqq., Jud. 10. 12. et Ps. 83. 8) et Amalec dicatur principium gentium, sc. primitiæ gentium (Num. 14. 20), eruditis videtur alia assignanda et quidem antiquior origo Amalecitis, idest ab alio Amalec, quem Arabes fuisse tradunt quartum a Cham, filio Noe (V. Reland, Palæst. 78. sqq., Caussin de Perceval, Hist. d. Arab. et Nöldeke, Amalek 1864). — Figurate, de peccatis, de inimicis fidelium v. de Ecclesia. Paulin. Nol. carm. 24. 595. et 27. 619. et Cassiod. Ps. 52. præf. — Plura de Amalec videsis apud Thomas loc. cit.

ĀMĀLĒCH. V. voc. præc.

ĀMĀLĒCHĪTA, æ, m. 1. V. AMALECITES.

ĀMĀLĒCHUS, a, um, adject. (Licenter ex tribus prioribus syllabis dactylum fecit Cypr. Gall. loc. cit.) idem qui Amalecites. Id. Exod. 649. Amalechasque necat tota cum pube cohortes.

ĀMĀLĒCHUS, i, m. 2. V. AMALEC.

ĀMĀLĒCĪTÆ, ārum m. plur. 1. V. voc. seq.

ĀMĀLĒCĪTES, æ, m. 1. (Ἀμαληκίτης) Scribitur Amalechita, in Quæst. Gr. Cod. Bern. 83. p. 176. et 182. Hag.

Amalecites ¶ 1. Est vir ad gentem Amalecitarum pertinens. Vulg. 2. Reg. 1. 8. Quisnam es tu? Amalecites ego sum. sc. homo fugitivus de castris Saul, qui se regem interfecisse falso nuntiaverat Davidi, et ob id non muneribus cumulatus, uti speraverat, sed capite damnatus periit. Adde eumd. ibid. v. 13. — Collective pro populo Amalec. Id. Num. 14. 45. Descenditque Amalecites et Chananæus, qui habitabat in monte etc. — Hinc

Amalecitæ, ārum, m. plur. 1. populus antiquissimus et potentissimus, de quo V. AMALEC. Memoratur Vulg. Gen. 14. 7. et 1. Reg. 27. 8. et ibid. 30. 1. — Mons Amalecitarum in territorio Ephraim, ita dictus etiam post quam Amalecitæ inde abierant. Id. Jud. 12. 15. coll. 5. 14.

Amalecitis, is, f. 3. (Ἀμαληκῖτις) adjectiv. ad Amalec pertinens. Hieronym. sit. et nom. p. 88. Amalecitis regio.

ĀMĀLI, ōrum, m. plur. 2. V. AMALA.

ĀMALTHĒA, æ, f. 1. (Ἀμάλθεια) Amalthæa cum diphthongo haud recte scribitur Schol. ad Hygin. fab. 139. — Etymon ducitur ab ἀ prosth. et μάλθακος, mollis, quod a Skr. mardh, unde μέλδω, μαλθάσσω etc., liquefacio, mollem reddo (Cf. Vaniček., Etym. p. 706. et Fick, Vergleich. Spracheinheit etc. Götting. 1873).

Amalthea ¶ 1. Est nom. mul. mythicum. Alii dicunt eam fuisse Melissi seu Melissei, Cretensium regis, filiam, quæ una cum sorore Melissa Jovem puerum in Creta insula caprino lacte nutrivit. Narrat Hygin. fab. 139., quum Saturnus Jovem recens natum quæreret, ut eum devoraret, quod sciebat, ab eo sibi regnum ademptum iri, Amaltheam occuluisse eum in arbore et, ne vagitu proderetur, impuberes aliquot convocasse, dedisse eis clipeola aenea et hastas, quibus vagienti puero obstreperent, ne a Saturno audiretur. Quo Hygini

loco pro Amalthea legitur etiam in quibusd. codicib. Adamantea: alii vero legend. censent Adrasta vel Adrastea; nam Melissi filiæ a quibusd. Adrastea et Ida nominantur. — Alii vero dicunt Amaltheam nomen esse non filiæ Melissi sed capræ, cujus lacte Jovem aluit. Hæc igitur capra, quæ duorum hædorum mater erat, quum aliquando cornu in arbore fregisset, sublatum illud Nympha et cinctum recentibus herbis et plenum pomis Jovi abtulit; qui postea rerum potitus et hædos et matrem et ipsum quoque cornu in cælum transtulit et sidera fecit. Posita autem sunt capra quidem humero, hædi autem in sinistra manu aurigæ. Quum exoriuntur et occidunt, pluviam plerumque ferunt et tempestatem. Ita Forcellin. ex Hygin. 2. Astr. 13. et 3. ibid. 12. et Ovid. 3. Fast. 118. et deinceps. Id. ibid. 115. Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida (V. Doeringii adnot. ad Horat. 3. Od. 7. 6). Cf. Serv. ad Virg. 1. Æn. 275., 8. ibid. 354. et 1. G. 205. et Lactant. ad Stat. 3. Theb. 27. — Addunt alii, hoc idem cornu, antequam in cælum transferretur, ab Jove Nymphis nutricibus redditum fuisse, addito promisso se, quidquid optassent, ex eo largiter suppeditaturum. Hinc Amaltheæ cornu, κέρας Ἀμαλθείας, Græco proverbio, de locuplete abundantia dicitur: Latine cornucopia vel cornu copiæ. Horat. 1. Od. 17. 14. hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. V. CORNU COPIÆ. — Hinc etiam qui libros scripsere varii argumenti, ad commendandam operam suam, eos inscribere soliti sunt Græco illo titulo: Κέρας Ἀμαλθείας, ut significarent, quidquid lectores cuperent, in eo opere certe inventuros, ut vel lactis gallinacei sperare ibi haustum possent, ut Plin. loquitur præf. Hist. nat., quod et Gell. innuit in sua, quem V. etiam 1. 8. — Eadem ratione Amalthea (et Amaltheum vel Amalthium) dictum est Attici et Ciceronis sacellum illi dicatum Cic. 1. Att. 13. 1. Cæsis apud Amaltheam tuam victimis. Adde eumd. 2. ibid. 20. 2. — In illo ejusd. ibid. 1. 11. « Amalthea mea te exspectat et indiget tui » fortasse Cic. bibliothecam ita vocat, id spectans, quod ab ἀμαλθεύω dito aut nutrio duci possit (V. Morcelli Op. Epigr. ed. Patav. v. 4. p. 251). Cf. voc. seq. ¶ 2. Item Sibylla Cumana. Varro apud Lactant. 1. 6., de qua Tibull. 2. 5. 67. Quidquid Amalthea, quidquid Marpessia dixit Herophile. Adde Serv. ad Virg. 6. Æn. 72. et Isid. 8. Orig. 8. 5.

ĀMALTHĒUM et Amalthium, i, n. 2. (Ἀμαλθεῖον) sacellum in Attici et Ciceronis villis (Cf. AMALTHEA). Cic. 2. Legg. 2. 7. Attici nostri Amalthio platanisque etc. et 1. Att. 16. 5. Epigrammatis tuis, quæ in Amaltheo posuisti. et paulo post. « Velim ad me scribas, cujusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, quæ τοποθεσία: et quæ poemata quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas ». Hæc loca bibliothecam potius significare videntur.

ĀMĀLUS, i, m. 2. V. AMALA.

ĀMAM (Aman), indecl. (Hebr. 'Amām « propinquus », LXX. Σήν) oppidum in parte australi tribus Judæ. Memoratur Vulg. Jos. 15. 26. — Creditur idem cum Sama, ut sit Amam-sama (Barrett. in App. Bibl. v. 1. p. 387); at distinguendum esse docent eruditi recentiores, qui ejus tamen situm nondum certo statuere potuerunt (Robinson, Bibl. Research. in Palest. t. 2. p. 101. et 201.: cf. Legendre in Dict. de la Bibl. Vigour. I. p. 452).

ĀMĀN, indecl. m. Hebr. Hhāmān, LXX. Ἀμάν; Jos. Antt. 11. 6. Ἀμάνης. — a) Penultima licenter corripitur Paulin. Nol. carm. 26. 95. — b) Genet. Amanis usurpat Sulp. Sev. 2. 13. 7. — c) Etymon alii petunt a Skr. Heman « Mercurius, planeta »; Indicus enim sermo est Pers. archaico affinis; alii, ut Gesen. in Lex. Hebr., interpretantur « magnificus, illustris »; vel a Persica lingua (V. Riehm's, Bibl. Wört. h. v. Haman) ducunt, in qua hamaeljam dicitur ille « cui omnia cedunt ». At Hieronym. ep. 22. n. 21. Aman, interpr. iniquitas. — Est nom. pers. et loci.

Aman ¶ 1. Fuit filius Amadathi, ex stirpe Agag, rege Amalecitarum (Vulg. Esth. 3. 1. et 10., coll. Jos. Antt. 11. 6. 5): vel potius ex Agag provincia Mediæ (Vigouroux, Dict. Bibl. h. v. et Re, Arch. etc. p. 507. et v. AGAG); ita enim videtur interpretandus Esth. loc. cit.), Assueri seu Xerxis, regis Persarum, primus administer dictus, præter quam Agagites, etiam Gogæus, Bugæus, Macedo, quæ V. suis locis; nec obstabat legi Persarum, uti vult Eichhorn (Einleit. t. 3. p. 653), quominus publicis hujusmodi muneribus fungeretur alienigena, quum apud reges orientales esset pro lege voluntas (V. Baumgarten De fid. libr. Esth. p. 26). Ceterum Media pars erat tunc imperii Persici. Vulg. Esth. 3. 1. Rex Assuerus exaltavit Aman et posuit solium ejus super omnes principes. et ibid. 2. Cunctique servi regis, qui in foribus palatii versabantur, flectebant genu et adorabant Aman. et ibid. 12. 2. Aman bugæus, gloriosissimus (ἔνδοξος) coram rege. et 7. 6. pessimus. et 98. impius. Adde Ambros. de el. et jejun. 5. 2. — Odio exagitatus adversus Mardochæum, reginæ Esther avunculum, qui et conjurationem detexerat duorum eunuchorum in regem Assuerum (Esth. 12. 1-3), quibus Aman fortasse regno inhians clam favebat (Cf. ibid. 12. 6. et 16. 12) et ipsi, obsequium, Judæorum lege interdictum, denegabat (ibid. 3. 5), quod quidam erat cultus divinus (V. Bertheau-Ryssel Est. p. 410. et Wildeboer, Esth. p. 183. sq. coll. Curt. 8. 5. 6., Plut. Them. 27. et Æschyl. Pers. 644. sqq.), obtinuerat a rege, ut omnes Judæi eodem die (i. e. XIV. mensis Adar) sorte (Pers. phur) delecto, promissa regi magna pecuniæ, a Judæis extorquendæ (Reuss, Esth. p. 302), summa, per totum regnum trucidarentur (Esth. c. 13). At rex, cognita per Esther malitia Aman, quem antea jusserat Mardochæum tam sibi invisum regio honore prosequi (ibid. 6. 10. et 11), nunc sceleratissimum hominum patibulo, quod ipse domi suæ paraverat Mardochæo, suspendi voluit et de inimicis suis cædem edere Judæis permisit (ibid. 7. 8. sqq. et 8. 11. sqq.), qui, ut ex LXX. colligitur, quindecim hominum milia ac decem filios Aman cum uxore interemerunt (ibid. 11. coll. 7) XIII. die mensis Adar (ibid. v. 12); unde festum Purim seu sortium nunquam non Judæi singulari ritu omnique lætitia celebrarunt (ibid. 9. 28. sqq. et 16. 21. sqq.). ¶ 2. Item oppidum. V. AMAM.

ĀMĀNĀ, indecl. Hebr. 'Amānāh, LXX. vertunt πίστις significationem a communi nomine Hebr. sumentes; sed non accommodate ad contextum et loca similia, ubi vox respondet Libano v. Sanir v. Hermon.

Amana ¶ 1. Est mons Antilibani, hodie Barada v. Djébel (Gebel) Zebdâni ad septentrionem Hermon. Vulg. Cant. 4. 8. ¶ 2. Item fluvius, qui inde oritur, in Syria Damascena, uti legitur in quibusd. MSS., in Targum Jonathani et interpretatione Syriaca, loco Abana. Memoratur 4. Reg. 5. 12., ubi tamen Vulg. habet Abana. V. hanc voc. (Cf. Reland, Palæst. ex mon. etc. p. 320. et Legendre in Dict. Bibl. Vig. 1. p. 437).

ĀMANDUS, i, m. 2. (amo) ¶ 1. Apud scriptores, tyrannus quidam in Galliis, a Maximiano Herculeo an. post Chr. 282. interemptus. Eutrop. 9. 50., Aur. Vict. de Cæsarib. 39. — De ejus nummo Goltziano V. Noris, Opp. T. 2. p. 1081. sq. et De-Vit h. v. — Alii memorantur in Cod. 7. 58. 5., in epp. Paulin. Nol. passim et alibi. ¶ 2. In titulis nom. crebro servorum et humillimæ sortis hominum, maxime in Gallia Cisalpina et in Illyrico. Inscr. apud Momms. n. 939. et 3294. — Etiam cogn. ibid. n. 635. — Amanda, cogn. ibid. n. 493., 416., etc. Adde Paulin. Nol. ep. 39. et 44. — Hinc Amandius (a), Amandianus, Amandinus (a), Amandinius et Amandio (onis) in Corp. I. L. passim.

ĀMĀNĪCUS, a, um, adject. ad Amanum montem pertinens. Hinc Amanicæ pylæ sive portæ (Ἀμανικαὶ πύλαι Ptol. 5. 2. 8. et Ἀμανίδες vel Ἀμανίδαι πύλαι Polyb. 12. 8. et Strab. 16. 2. 8), fauces montium, quibus Syria aditur e Cilicia, ita vocatæ ab Amano, monte Ciliciæ, hodie il passo di Beylan vel Demir Kapu (h. e. ferrea porta). Memorantur Curt. 3. 8. 13. V. Zumpt ad h. l. — Eædem portæ Ciliciæ dicuntur Plin. 5. Hist. nat. 27. 27. (99)., coll. Xenoph. Anab. 1. 4. 14. Cf. Benzinger, PW. 1. 1723.

ĀMĀNĪENSES, ium, m. plur. 3. incolæ Amani montis, quos Romanorum hostes sempiternos vocat Cic. 2. Fam. 10.

ĀMANS, antis, m. 3. (amo) nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 9. 5193.; et cogn. vir. Ibid. 5. 5305. — Hinc Amantius, nom. et cogn., maxime in tit. christ. Corp. 5. 1628.; 9. 1202. Adde Cyprian. ep. 78. et 79., Sidon. 7. ep. 7., Ambros. post ep. 8. n. 1. 64. et 76. V. etiam AMANTIA. — Amantianus in Corp. I. L. 8. 12680.; et Amantissimus in Inscr. chr. apud De Rossi I. 336. — Amantilla demin. mul. Corp. Inscr. Lat. 3. 9312.

AMANTES, um, m. plur. 3. (Ἄμαντες Lycophr. 1043). Genet. plur. Amantum apud Solin. 28.

Amantes ¶ 1. Gens Epiri, cujus oppidum Amantia, prope Nymphæum. Plin. 3. Hist. nat. 23. 26. (145). ¶ 2. Item gens Africæ inter Nasamones et Troglodytas, de qua Plin. 5. Hist. nat. 5. 5. (34) (ubi perperam alii leg. Hammanientes) et Solin. loc. cit. ¶ 3. Item gens Pannoniæ. V. AMANTINI.

ĀMANTHUS et Hamanthus, i, m. 2. (ἅμα et ἄνθος simul florens) cogn. vir. Inscr. apud Donati 404. 14., si proba.

AMANTĬA, æ, f. 1. nomen personæ et loci.

I.) Est nom. mul., frequentissimum in titulis christianis. Inscr. apud Mai, Nov. Coll. T. 5. p. 419. 1. et apud Marat. 1825. 4.

II.) Etiam nom. loci. ¶ 1. Est oppidum Epiri (Ἀμαντία Ptol. 3. 12. 9.), Amantum caput, hodie Nivitza. Cic. 11. Phil. 11. 26., Cæs. 3. B. C. 40. et Tab. Peuting., ubi pro Amatria legend. Amantia. — Ejus rudera visuntur ad dexteram amnis Aoi (Pouqueville, Voyag. de la Grèc. l. 3. c. 6). — In nummis gentile ΑΜΑΝΤΩΝ legitur (Rathgeber in Bollett. dell' Istit. Arch. a. 1838. p. 86., coll. Cavedoni, ibid. a. 1841. p. 188. ¶ 2. Item oppidum in Bruttiis, hodie Amantea, apud Ravenn. p. 263.

AMANTĬANI et

AMANTĪNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀμαντινοί) ¶ 1. Gens Pannoniæ inferioris, de quibus Plin. 3. Hist. nat. 25. 28. (148)., ubi vulgo Amantes. Adde Ruf. Fest. brev. 7. et Corp. Inscr. Lat. 3. 3224. V. Tomaschek, PW. 1. 1725). ¶ 2. Item gens Macedoniæ. Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (35). et Cæs. 3. B. C. 11., ubi Forcellin. leg. Amantiani.

ĀMANTĬUS, ii. V. AMANS.

AMANUM, i, n. 2. portus in Hispania Tarraconensi. Plin. 4. Hist. nat. 20. 34. (110).

ĀMĀNUS (Amanos), i, m. 2. (Ἀμανός v. Ἀμανὸν ὄρος) ducitur a fabula, qua fertur Orestes ibi τῆς μανίας λύσιν εὗρε (Suid. ex Steph. h. v.). Contra Bochart in Chron. 1. 5. ab Hebr. 'Amānāh « firmitas » derivandum putat, quod quidem montis naturæ congruit.

Amanus, mons Ciliciæ a Tauro procurrens, ab oriente Ciliciam claudens et a Syria dividens, hodie Monte Nero, Areuna et Monte di Scanderona (ab incolis Al-Lukan dictus, ut tradit d'Anville) vel potius Alma Dagh. Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 22. 18. (80). Mons Amanus ab Syria Ciliciam separat. Lucan. 3. 244. venere feroces Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani. Adde Cic. 2. Fam. 10., Cæs. 3. B. C. 31., Val. Flacc. 1. 498., Tac. 2. Ann. 83., Mel. 1. 12. 5., Solin. 38., Ammian. 14. 8. 4. et Vib. Seq. de montib. p. 154. R., ubi Amanus Cappadociæ legitur, fortasse, quia in longitudinem valde protensus Cappadocum fines attingit. Cf. Lucan. loc. cit. (V. Forbiger, Handb. d. alt. Geogr. II. 48. sq.). — Amani portæ seu pylæ dicuntur montis fauces, per quas Syria aditur e Cilicia. Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91). Cf. Curt. 3. 8. 13. et ibid. 8. 13. V. AMANICUS. — Lepide Cic. 5. Att. 10. de Bibulo. In Amano cepit laureolam in mustaceo quærere etc. V. LAUREOLA et MUSTACEUS in Lexic.

AMAON, onis, m. 3. discipulus Christi Emmauntem cum eo pergentis. Max. Taur. Hom. 109. In sancto euangelio Amaon (al. Amaus) et Cleophas dixerunt etc. — Subesse videtur Ammaus vel Emmaus (cf. Luc. 24. 13), unde ex errore nomen socii Cleophæ factum sit. Ita Otto in Th. L. L.

ĀMĀRA, æ, f. 1. fortasse ab Hebr. mārāh « amaritudo », coll. Ruth 1. 20. et Serv. ad Virg. 10. Ecl. 5. cum a prothet. ad vim augendam: cf.

Gr. ἀτενής. Alii tamen, ut Bopp, Curtius, Vanicek conjungunt cum Skr. am-as, quod immaturi, crudi, acidi notionem habet, paragoge aucto, ut av-arus ab aveo aliaque id genus. ¶ 1. In titulis nom. vir. et cogn. mul. prolapsæ latinitatis tempore, apud Mai, Nov. Coll. T. 8. p. 124. Adde Cassiod. 4. Var. 27. — Est etiam nom. vir. chr. in Corp. Inscr. Lat. 5. 1583. ¶ 2. Est etiam oppidum Arabiæ Felicis. Ravenn. p. 57., coll. Ptol. 6. 7. Ἄμάρα.

AMĀRĂCUS, i, m. 2. (Ἀμάρακος) ¶ 1. Apud scriptores, filius Cynaræ, regis Cypri, ut fabulæ tradunt, qui quum unguentarium vas, quod ferebat, casus fregisset et vel nimio unguenti odore læsus vel dolore fracti vasis intabuisset, deorum miseratione versus fuit in herbam odoriferam sui nominis. Mythogr. I. fab. 34. et II. fab. 182. ed. Mai. et Serv. ad Virg. 1. Æn. 693. Ita fere Hygin. fab. 34. V. AMARACUS in Lexic. ¶ 2. In titulis nom. libert. Corp. I. L. 6. 978.; et cogn. in Inscr. apud Fea, Fast. cons. p. 110.

ĂMĂRANTHUS. V. AMARANTUS.

ĂMĂRANTĬĀNUS, a, um, adject. ad Amarantum aliquem pertinens. Hinc Amarantiana prædia in Inscr. apud Orelli n. 4570. Romæ reperta, quæ pertinet ad ann. p. Chr. 211. — Amarantianus fundus in Beneventano pago in alia apud Momms. n. 1354. lin. 80. Cf. Tab. alim. Bæb. 2. 30. — Absolute, cogn. serv. Corp. I. L. 10. 2857.

ĂMĂRANTĪUS, a, um, adject. ad Amarantum aliquem pertinens, ut Amarantia Diana, in Lapide Ligoriano apud Reines. 1. n. 229.

AMARANTUS et Amaranthus, i, m. 2. (Ἀμάραντός) Scribitur rectius Amarantus sine aspiratione ex Gr. ἀμάραντος (ab a priv. et μαραίνομαι marcesco); altera tamen scriptura fortasse ab etymo, quod est ἄνθος, flos, originem habuit firmaturque Inscr. apud Momms. nn. 1813., et 2946. aliisque ætatis imperatoriæ; sed prima frequentius usurpatur.

Amarantus, nomen creberrimum servorum et infimæ sortis hominum. ¶ 1. In titulis nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 6. 1963., 8703. et cogn. Ibid. 14. 396., 1185. etc. ¶ 2. Est etiam mons. Vib. Seq. p. 150. Phasis in Colchide, qui de monte Amaranto fluit (Garamante Vatic.). Cf. Tomaschek, PW. 1. 1728.

AMARĀNUS, i, m. 2. cognomentum Jovis, ita fortasse dicti ab oppido Amarano, hodie Montemarano in Hirpinis, inter Abellinum et Nuscum in agro Compsino. Inscr. unice edita a Romanelli, Topogr. Napol. T. 2. p. 321. ex apographo Cassitiano (Orell. n. 1213). Hanc tamen Momms. in Inscr. N. n. 248. inter damnatas seposuerat; postea vero restituit. Est autem in Corp. Inscr. Lat. 9. 1074. HERAISCVS EGGIAE NERVILAE SERVUS IOVI AMARANO ARAM POSVIT. h. e. Jovi, qui in eo monte colebatur.

AMARDI, ōrum, m. plur. 2. Dicuntur etiam Mardi apud Plin., Curt., Priscian. et Avien. locc. citt., fortasse a Pers. voce, qua latro, fugitivus v. montium incola, significatur.

Amardi vel Mardi, populi Mediæ, ad orientale litus Caspii maris et ad Scythicum ejusdem sinum, non autem stabilem sedem habentes, ponuntur — a) In Media. Plin. 6. Hist. nat. 18. 15. (36)., ubi alii leg. Amarbi, et Mel. 3. 39. Fr., coll. Ptolem. 6. 2., Strab. 11. 349. et 517. et Dionys. v. 732. Priscian. Perieg. 941. Medica noscetur tibi tellus: cujus ad axes (i. e. septentr.). Geli sunt Mardique. Curt. 6. 5. 11. Mardorum gens, cultu vitæ aspera et latrociniis assueta. Adde Avien. Descr. orb. 215. — b) Item in Perside vel ejus vicinia, maxime in Elymaide. Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. (134). et Curt. 5. 6. 17., coll. Strab. 11. p. 360. — c) Item in Margiana. Plin. 6. Hist. nat. 16. 18. (47). — Forte sunt Mardyeni in Sogdiana collocati a Ptolem. 6. 12. — Eos quoque victos ab Alexandro M. tradit Auct. Itin. Alex. M. 71. — — d) Item in Colchide. Plin. 6. Hist. nat. 5. 5. (16). Achaei, Mardi, Cercetæ etc. — e) Item in Armenia. Id. 31. ibid. 7. 39. (76)., coll. Strab. 11. 360. et Ptolem. 613. — Plura videsis apud Duperron in Mém. de l'Acad. T. 35. p. 87. sqq.

AMARDUS, i, m. 2. (Μάρδος) fluvius Mediæ Atropatenæ. Ammian. 23. 6. 40. Cf. Andreas, PW. 1. 1784.

AMĀREUS, ei, m. 2. quadrisyll. (Hebr. Tsemârî « laneus », LXX. Σαμαραῖος) decimus filius Chanaan. Isid. 9. Orig. 2. 25. Decimus Amareus. Ita in Thes. L. L.; sed in Hebr., Græc. et Vulg. et etiam apud Isid. ed. Arev. est Samaræus.

ĂMĀRI fontes in Ægypto, apud Plin. 6. Hist. nat. 29. 33. (165). V. MARA.

ĂMĂRILIS (Amarillis) et **AMARILLYS.**

ĂMĂRULLIS. V. AMARYLLIS.

ĂMĂRYLLA, æ, 1. et

ĂMĂRYLLIS, idis, f. 3. (Ἀμαρυλλίς Theocr. Id. 3) — a) Orthographia: varie scribitur in antiquis Lapidibus, ut Amarillis apud Momms. Inscr. n. 7211. et Amarullis apud eumd. n. 4345. et 7041.; Amarilis, unico l, apud Grut. Inscr. 984. 7. et Amarillis apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 348.; in aliis vero rectius Amaryllis, ut apud Grut. n. 4680., 5080. et 5447. et Amaryllis apud Serv. ad Virg. 8. Ecl. 77. Etiam Amarillida, æ, apud Schol. Bern. Virg. 8. Ecl. 64. p. 822. — b) Declinatio: Genet. Amaryllidis est Virg. 2. Ecl. 14. et 3. Ecl. 81. et Ovid. 2. Trist. 537. — Amaryllidos, Græca positione, Calpurn. 4. Ecl. 38. — Acc. Amaryllida apud Virg. 1. Ecl. 5. et 9. Ecl. 22. — Voc. Amarylli apud eumd. 1. Ecl. 38. et alib. et Ovid. 3. Art. am. 183. — Abl. Amaryllide apud Serv. 1. Ecl. 5. c) Etymologia: vocem alii ducunt ab ἀμάρα, aquæductus, puta prati irrigandi causa; quæ quidem notatio rebus rusticis bene convenit, quum ab his nomina pastoralia plerumque deducuntur; alii vero ab ἀμαρύσσω splendeo derivant, quasi sit splendida.

Amaryllis ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit puella rustica, formosa, a Virgilio celebrata, Tityri pastoris amica vel conserva. Virg. 1. Ecl. 5. tu, Tityre, lentus in umbra Formosam resonare doces Amaryllida silvas. Adde 2. Ecl. 52., Calpurn. et Ovid. locc. supra citt. — Quidam putant Virgilium 1. Ecl. 30. Galateâ designare Mantuam, Amaryllide vero Romam. Hinc Ang. Politianus l. 1. ep. 2. scribit, triplex urbi Romæ nomen fuisse: unum hoc quod vulgo usurpamus, Romam; alterum arcanum, quod Amaryllidis voce innuisse Virg. videtur (quamquam alii Valentiam fuisse dicunt); tertium sacrificiis debitum Anthusam, Græce Ἄνθουσαν, hoc est florentem vel Floram. Ceterum Serv. ad Virg. 1. Ecl. 5. hanc allegoriam repudiat. Sic Heyne allegorias a campestribus hujusmodi scenis ablegandas et quidem recte putat (V. Benoist, Œuvr. de Virg. etc. v. 1. p. 8). — 2.º) Amaryllis inducitur etiam tanquam magæ ancilla a Virg. 8. Ecl. 77.; seu, ut Serv. ad h. l. docet: « Hæc Amaryllis ejus est, quam Græci συμμύστιν dicunt ». ¶ 2. In titulis nom. servarum jam inde ab initiis ætatis imperatoriæ, Romæ saepissime, raro alibi. Corp. I. L. 6. 5708., 11518. etc.

ĂMĂRYNCEUS, ei, m. 3. (Ἀμαρυγκεύς) quadrisyll. vir ad Trojam profectus cum navibus undevicenis, de quo Hygin. fab. 97.

ĂMĂRYNTHIS, idis, f. 3. (Ἀμαρυνθίς). In codd. varie scribitur, ut Amarynchis, Amaritis, Amadithis etc.

Amarynthis, cognomen Dianæ, ab Amaryntho, oppido Eubœæ, ubi dea colebatur, appellatæ. Liv. 35. 38. — Inscr., ubi legitur Amarynthis Diana, damnatur Maffei, Art. Cr. Lap. p. 399. — Hinc Amarynthia certamina, apud Græcos, Amarynthi celebrari solita. Schol. Pind. Olymp. od. 13. 159. — Meminit festum, quo celebrabantur, Hesych. « Ἀμαρυσία, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ».

ĂMĂRYNTHĪUS, a, um, V. voc. præc.

ĂMĂRYNTHUS, i, f. 2. oppidum Eubœæ. Prob. ad Virg. 2. Ecl. 48. V. AMARYNTHIS.

ĂMĀSĀ, indecl. et

ĂMĀSA, æ, m. 1. (Hebr. 'Amâśâ' « onus », LXX. Ἀμασαί vel Ἀμεσσάβ). ¶ 1. Fuit filius Jether vel Jetra et Abigail, antea fautor Absalomi, postea pœnitens a David dux exercitus creatus, sed ab invido Joab interfectus. Memoratur Vulg. 3. Reg. 17. 25. et alib. et 1. Par. 2. 17. — Spurium fuisse nonnulli arguunt ex loc. cit. Reg., quibus verba ingressus est ad Abigail male sonant; sed eadem locutio in bonum sensum occurrit apud eumd. Gen. 16. 2. et 30. 3., Deut. 22. 14. et alib. ¶ 2. Item filius Adali, e tribu Ephraim. Id. 2. Par. 28. 12., ubi LXX. habent Ἀμασίας.

ĂMĀSEL. V. voc. seq.

ĂMĀSĒNI v. Amasei, ōrum, m. plur. 2. (Ἀμασεῖς) incolæ Amasiæ Ponticæ. Cod. Just. 11. 48. 10 (a. 386). et Greg. Tur. Andr. 3. — De æra Amasenorum, quam ex nummis statuit Eckhel initium cepisse a. U. C. 747. V. eumd. loc. cit. — Hinc absolute

Amasenus, i, m. 2. ¶ 1. Est fluvius Volscorum in Latio, ex agro Privernate, unde Amasenus Privernatium dicitur Vib. Seq. p. 146. R. in Pomptinam paludem et mare Tyrrhenum haud procul a Tarracina et Circeiis descendens, hodie Toppia v. Amaseno. Memorat Virg. 7. Æn. 685. Amasene pater (cf. 8. ibid. 72. et 4. G. 355): ita dictus quasi deus vel potius honoris causa (V. Georg. et Benoist in h. l.) Adde eumd. 11. ibid. 547. — De eo V. Hulsen, PW. 1. 1744. ¶ 2. Item alter in Latio, qui ex finibus Aletrinorum in Lirim labitur per agrum Frusinatem et Verulanum. Ita Forcellin., nullo allato auctore. ¶ 3. Item fluvius Siciliæ, qui Catanam interfluit et modo fluit, modo arescit, nunc Judicello, apud Ovid. 15. Met. 279., ubi tamen leg. alii Amenanus. Sane Amasenus falsa est lectio in cod. Græv. aliisque. Cf. Strab. l. 5. « καθάπερ, περὶ τοῦ Ἀμενάνου συμβαίνειν φασὶ τοῦ διὰ Κατάνους ῥέοντος κτλ ». V. AMENANUS.

ĂMĀSĪA, æ, m. 1. (Ἀμάσια et Ἀμάσεια). Hinc scribitur Amasia et Amasea. ¶ 1. Fuit oppidum Ponti jamdiu excisum. Plin. 6. Hist. nat. 3. 4. (10). ¶ 2. Item oppidum Cappadociæ Ponticæ, quod Iris præfluit in regione Gazacena, sive potius Ponti, ut alii habent (V. Smith, Geogr. ant. 2. 9), nunc Amasiah. Memorant Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. (8). et Tab. Peuting. 9., coll. Ptolem. 5. 6. 9., — Fuit olim sedes regum Ponti et patria Mithridatis M. et Strabonis geogr. — In nummis Caracallæ appellatur Amasia Hadriana Severiana Antoniana Metropolis prima Ponti, et in nummis Alex. Sev. Amasia Hadriana Severiana Alexandrina Metrop. Prim. Ponti. V. Eckhel, 2. p. 343., Mionnet., Descr. etc. v. 2. p. 384. et Suppl. 4. p. 418. sq. et Head H. N. 423.

ĂMĀSĪĀS (Amassia, Amasia), æ, m. 1. Hebr. 'Amatzyâh « Yah (seu Dominus) roboravit »; pro quo etiam 'Amatzyâhû, forma producta, ut 4. Reg. 14. 1., 9. et 11.; LXX. Ἀμασίας et Ἀμεσσίας.

Amasias ¶ 1. Fuit rex Juda, filius et successor Joas. Vulg. 4. Reg. 14. 3. Fecit rectum coram Domino, verumtamen excelsa (i. e. fortasse vero Deo sacra sed non legitima: cf. Deut. 12. 4) non abstulit. Adde Hieronym. nom. Hebr. p. 44. — Vicit Idumæos sed victorem victi ceperunt; siquidem ipse eorum deos coluit, et superbia elatus bellum intulit Joas, regi Israel, a quo profligatus est ac dein a conjuratis civibus Lachis interfectus: ann. viginti septem, vir modo gloriosus, modo inglorius, regnavit. Id. ibid. 7-23. et 3. Par. 25. 1.-26., coll. Jos. Antt. 9. 9. 1-3. ¶ 2. Item sacerdos idololatra sub Jeroboamo II., prophetæ Amos infensissimus, dein a Salmanasare in captivitatem ductus et ex mœrore in ea mortuus. Vulg. Am. 7. 10-14., coll. Jos. Antt. 9. 1. 1. ¶ 3. Alios videsis apud eumd. 1. Par. 4. 34. et ibid. 6. 45. et 2. Par. 17. 16.

ĂMĀSIS, is, v. idis, m. 3. — a) Scribitur et Amosis; Gr. Ἄμασις-ιος vel ιδος et aliquando Ἄμωσις, Ἀμόσης. — b) Acc. Amasin est Ampel. 13. 2.; Amasim vero Mel. 1-99. — Abl. Amasi apud eumd. ibid. et Amase apud Plin. 5. Hist. nat. 9. 11. (60).; Amaside habet Tac. loc. cit. — c) Penultima corripitur Lucan. 9. 155. « Non mihi Pyramidum tumulis evulsus Amasis ». Ceterum quantitatem in nominibus barbaricis nihil moror.

Amasis ¶ 1. Fuit rex Ægypti, primus dynastiæ XVIII (Ægypt. Jâhmose « Lunæ filius »). Memorat Tac. 6. Ann. 28. — Expulit extraneos, qui Hyksos dicebantur, aliaque egit memoria digna, de quibus consulas Clem. Alex. Strom. I. 138. 26., Euseb. Præp. ev. 490., G. Syncell. 116. 5., coll. Oros. 1. Hist. 8. 10. et recentiores Unger, Maneth. 161. sqq. et Gutschmid, Neue Jahrb. f. Philol. LXXXI. 703. sqq. = Kl. Schr. II. 196. sqq., al. ¶ 2. Item rex octavus dynastiæ XXVI. ex oppido Saide (Chalc. in Tim. Platon. p. 4). Memoratur Front. p. 219. 4. N. Rex Amasis Ægyptius sapiens. Adde Plin., Mel. et Ampel. locc. citt., coll. Herod., Diod. aliisque scriptoribus Græcis, penes quos plura videsis, quæ tamen ex celebri documento cuneato nuper detecto falsa ex parte esse docet cl. Brunengo, Imp. di Babil. etc. v. 2. — Legem tulit singularem, ut quisque apud præsidem vitæ rationem redderet quotannis, demonstraretque unde viveret aut quo quæstu sustentaretur, idque si quis negligeret, morte afficeretur. Quam legem Solon transtulit ad Athenienses (Plutarch. Sympos. VII. Sap. et Laert. in Vit. Periandr.). Nomine legis Saiticæ innuitur Chalc. loc. cit. — Eo regnante, Ægyptii viginti milia oppidorum habitarunt, uti tradunt Mela et Plin. locc. citt., ubi alia adduntur id genus fabulosa. Non est tamen infitiandum ejus sollertiâ ac prudentiâ, qui in Ægyptum Græcos immigrare passus est, hanc regionem maxime floruisse (V. Pietschmann, PW. 1. 1745. sqq.). — Regnavit Amasis (Ahmes II.) post Apries (Hophra), a Nabuchodonosor captum et occisum (Cf. Ezech. c. 29), Babyloniæ tamen vectigalis, ann. 42. (a. 569-527. a. Chr.) secundum Hieronym. et Eus. in Chron.; secundum alios ann. 44., carus omnibus et prospera fortuna usus, dum a Cambyse bello victus est, teste Ampel. 18. — De eo cf. Wilkinson, Hist. notic. of Egypt; Rawlinson, Hist. of ancient Egypt. v. 2. et Brunengo, Imp. di Bab. etc. v. 2. p. 313. et 320. sq. — Hujus regis tumulus fuit pyramis, ut innuit Lucan. loc. cit. Monumentum, quod adhuc exstat, illustratum est in Ann. dell' Istit. Arch. a. 1837. V. Tab. XL. fig. B.; ubi etiam de Amasi pictore, aliquando cum rege Ægypti confuso, est sermo. V. Ann. cit. a. 1831. p. 175. et 179. et alib. ¶ 3. Alii hujus nominis reges Ægyptii occurrunt apud auctores; sed, quia nulla mentione digni, vel a nullo ex Latinis scriptoribus memorati, hic omittuntur.

ĂMASTRA. V. AMESTRATUS.

ĂMASTRĀTĪNUS. V. AMESTRATINUS.

ĂMASTRĒNUS. V. AMASTRIANUS.

ĂMASTRĬĀCUS, a, um, adject. ad Amastrin oppidum pertinens, ut Amastriacæ oræ apud Ovid. Ib. 320.

ĂMASTRĬĀNUS, a, um, adject. (Ἀμαστριανός). Etiam Amastrenus apud Rufin. 4. Hist. 23. 6. Ecclesiæ Amastrenorum.

Amastrianus, ad Amastrin pertinens, in Inscr. apud Momms. n. 1072. — Absolute Amastriani, incolæ Amastridis, fortasse Ionii origine. Plin. 10. ep. 99. Amastrianorum civitas et elegans et ornata.

ĂMASTRIS, is (idis), 3. (Ἄμαστρις) Acc. Amastrin apud Val. Flacc. loc. cit. — Voc. Amastri est Catull. 4. 13.

Amastris, nom. pers. m. et loc. f. ¶ 1. Fuit Scytha quidam, in pugna Argonautarum ab Argo interemptus. Val. Flacc. 6. 554. ¶ 2. Est etiam oppidum Paphlagoniæ, duplici portu insigne, ad Pontum Euxinum, e quattuor pagis compositum Sesamo, Cytoro, Cromna et Tio, olim Sesamum appellatum, postea Amastris, a muliere Amastri, quam Amazonem fuisse et oppidum condidisse tradit Bith. apud Steph. Byz. (V. Benseler, Wörtb. ad v. et Wilcken, PW. 1. 1750), nunc Amasserah v. Amasra (V. Ritter, Erdkund. XVIII. 768. sq). Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 2. 2. (5). et Ammian. 22. 8. 16., coll. Strab. 2. 3. 10. — De ejus nummis plura sunt apud Eckhel, 2. p. 384. sqq., coll. Cavedoni, Spic. p. 126. sq., qui conjicit æram Amastrianorum initium habuisse an. U. C. 684. Adde Imhoof-Blumer, Abh. Bayr. Akad. XVIII. 3 (1890). 585.

AMASTRUS v. Amaster, i, m. 2. Trojanus quidam a Camilla interfectus, de quo Virg. 11. Æn. 674.: item Cyzicenus a Nestore necatus, apud Val. Flacc. 3. 145.

ĂMĀTA. V. AMATUS.

AMATHA, æ, f. 1. oppidum Palæstinæ, in tribu Aser, i. q. Amaad. Memoratur Hieronym. sit. et nom. p. 24., coll. Jos. 19. 26. Cf. Benzinger, PW. 1. 1751.

AMATHÆ (Amatæ), ārum, m. plur. 1. populus Indiæ ad Indum fluvium. Plin. 6. Hist. nat. 20. 26. (77). Ita leg. Furlanetto; at Sillig. Athoæ.

ĂMĂTHÆUS, i, m. 2. (Hebr. Hhamâtî « arx, munimentum v. munitus »; LXX. Ἀμαθί; Hamathæus apud Vulg. 1. Par. 1. 16) filius Chanaan, princeps suæ tribus, qui consedisse videtur circa Libanum in regione, Amathites dicta, cujus caput fuit oppidum Emath, ab eo fortasse conditum. Vulg. Gen. 10. 18. et Lib. geneal. chron. I. p. 167., ubi Amatthæus alii, alii vero Amatheus leg.

ĂMĂTHĒA (Amathia), æ, f. 1. (Ἀμάθεια) Nereis memorata ab Hygin. præf. fab., coll. Hom. Il. 18. 48.

ĂMĂTHĪTES. V. AMATHÆUS.

ĂMĂTHUNTĬA. V. AMATHUSIA.

ĂMĂTHUNTĬI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Amathuntis. Schol. Virg. 8. Æn. 705 (ex Velio Longo). Opuntii et Amathuntii.

ĂMĂTHUNTĪNUS, a, um, adject. ad Amathuntem pertinens. Conc. Const. 536. ed. M.

ĂMĂTHŪS, untis, f. 3. (Ἀμαθοῦς v. Ἀμμαθοῦς: ab ἄμαθος, arena) Acc. Amathunta, Gr. positione, Catull. 36. 14. et Ovid. 10. Met. 220. et alib. — Amathus, nom. pers. et loc.

I.) Fuit filius Aeriæ, regis Cypri, qui templum a patre conditum Veneri dicavit. Tac. 3. Ann. 62. Cf. Steph. Byz. ad v.

II.) Præcipue est oppidum ¶ 1. In insula Cypri ad oram australem, Veneri sacrum, quæ inde Amathusia dicitur (Ovid. 3. Amor. 15. 15. et Tac. 2. Ann. 62), nunc Limisso v. Amatunta, apud incolas Eski Limasol. Memoratur Virg. 10. Æn. 51. Est Amathus mihi (Veneri) domus. Ovid. 10. Met. 551. gravidamque Amathunta metalli. Adde eumd. ibid. 220. et Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. (130)., coll. Ptol. 5. 14. et Strab. 14. 683. — De nummis huic oppido attributis videsis Eckhel, 3. p. 85. et Head, H. N. 623. ¶ 2. Item in Palæstina ad orientem Jordanis (Jos. Antt. 13. 13. 3. et alib. et B. I. 1. 4. 3, coll. Burckhardt, Travels p. 346). Memoratur Hieronym. sit. et nom. p. 91. et Heges. 1. 9. 20 (Cf. etiam Benzinger, PW. 1. 1752. et Raumer, Palæst. 242). — Hoc oppidum cum ejus territorio confusum aliquando fuit cum Amathite (1. Mach. 12. 25), quae est circa Emath (V. Dict. Bibl. Vig. 1. p. 447).

ĂMĂTHŪSA. V. voc. seq.

ĂMĂTHŪSĪA, æ, f. 1. (Ἀμαθουσία) ¶ 1. Est Venus, quæ Amathunte maxime colebatur. Ovid. 3. Amor. 15. 15 (Palat. Amathuntia). et Cir. 242. Ribb. (ubi alii leg. Amathisia). Catull. 68. 51. Amathusia duplex. h. e. fallax, dolosa. ¶ 2. Item vetus nomen insulæ Cypri (Ἀμάθουσα), teste Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. (129)., ubi alii leg. Amathusa v. Amatusa.

ĂMĂTHŪSĬĂCUS, a, um, adject. (Ἀμαθουσιακός) ad Amathuntem, Cypri oppidum, pertinens. Ovid. 10. Met. 227. « Luctantes vitulos Amathusiacasque bidentes ». Leid. leg. Amathusiadas ab Amathusias, adis, quæ lectio firmari potest Symm. 1. ep. 8. in Carm. Simul innatat choris Amathusias renidens. Alii tamen leg. Amathusium.

ĂMĂTHŪSĬAS, ădis. V. voc. præc.

ĂMĂTHŪSĬI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Amathuntis, oppidi Palæstinensis. Avell. p. 751.

ĂMĂTHŪSĬUS, a, um, adject. (Ἀμαθούσιος), ad Amathuntem, Cypri oppidum, pertinens. Tac. 2. Ann. 62. Amathusia Venus. — Sæpius absolute. V. AMATHUSIA.

ĂMĀTĪUS et

ĂMĀTOR. V. voc. seq.

ĂMĀTUS, i, m. 2. (amo) ¶ 1. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 10. 1575. — Amata, cogn. mul. Ibid. 3. 1784. — Apud scriptores — a) Fuit uxor Latini regis, Venliæ soror, mater Laviniæ, desponsata Turno, quem mater Æneæ præferebat; unde causa belli inter utrumque. De ea Ovid. 4. Fast. 879. et Virg. 12. Æn. 593. et alib., qui ipsam, victo ab Ænea Turno, suspendio sibi mortem conscivisse narrat ibid. v. 902. sq. Cf. Serv. ad eumd. 6. ibid. 90. et 7. ibid. 51. — b) Item virgo Vestalis, de qua V. AMATA in Lexico. — Hinc deriv. Amator (ōris), cogn. vir. Corp. I. L. 14. 256. 35.; et Amatrix (icis), cogn. mul. Ibid. 13. 2046. — Amatius, nom. et cogn. Inscr. apud Momms. n. 6769. et Corp. I. L. 6. 19821. — Apud scriptores Amatius fuit famosus impostor, de quo Liv. Epit. 116., ubi Jahn ex codd. dedit Chamates; sed vid. Appian. B. C. 3. 2. — Amatia, nom. mul. Inscr. apud Momms. n. 1909. Hinc Amatianus, cogn. Corp. I. L. 3. 2828.

AMAURA. V. voc. seq.

AMAURENSIS, e, adject. incola Amauræ, oppidi in Mauretania Cæsariensi (de quo Morcelli Afr. Chr. T. 1. p. 75). Notit. Maur. Cæs. 35. Amaurensis episcopus.

ĂMAZO et

ĂMAZON, ŏnis, f. 3. sæpius, et

ĂMAZŎNA, æ, 1. (Ἀμαζών, όνος) nom. pers. et loc.

ĂMAZON, ŏnis, 3. — a) Declinat.: Nom. Amazon apud Virg. 11. Æn. 648., Val. Flacc. 5. 89., al.; Amazo apud Drac. Orest. trag. 343. — Acc. Amazonem habet Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (201). et Lact. 1. Inst. 9. 5. (al. leg. Amazonam). — Amazona, Græca positione, Ovid. 2. Art. am. 743., Martial. 9. 101. 5., al. — Nom. plur. Amazonĕs cum ultima brevi; et Acc. Amazonas apud Ovid. 3. Art. am. 1., Claudian. nupt. Hon. et Mar. 32., al.; sed Amazones apud Hieronym. c. Jovin. 2. 37. — Amazoni in recto plur. pro Amazones, ἅπαξ λεγ., in Chron. Alex. chron. I. p. 97. 58. 6. — Etiam Amazona, æ, apud sequioris ævi scriptores, ut Tertull. 1. c. Marcion. 1., Isid. 11. Orig. 2. 22., al.; unde Acc. Amazonam apud Hygin. fab. 30. et 241. et Gen. plur. Amazonarum apud Jornand. Get. 5. M., at Vulc. leg. Amazonum. — b) Etyma, quæ de Amazonibus tradita sunt, mire varia proponuntur. Alii namque vocem ducunt a lingua Celtica (Wesseling ad Diod. 14. 45) v. ab Hungarica, sc. ab am-azzon, mulier fortis (Ostrokoski in Orig. Hung. p. 14); alii probabilius a Græca, ut sit vel ab α priv. et μάζα, pais seu panis, quasi sine pane, eo quod Amazones vescerentur carnibus tantum iisque aliquando humanis (Ambros. in ep. ad Col. 3. 11); vel ἀπὸ τοῦ μὴ μαζῷ τρέφεσθαι, ut vult Philostr. in Heroic. § 191., quod matres lacte equino, non suo, et melle natas suas nutrirent: vel denique, quod olim vulgatissimum erat, ab α priv. et μαζός, mamma, quasi sine mamma; morem enim fuisse narrant Amazonibus, interfectis maribus, quos genuissent, servare feminas earumque mamillas dexteras mutilare aut inurere, ne impedimento essent ad jacula in bello conjicienda (Justin. 2. 4. 11., coll. Apollod. 2. 5). Hinc Titianus apud Serv. ad Virg. 11. Æn. 651. eas unimammas vocat. Id tamen fundamento caret, ut ait Schenkl; quandoquidem in anaglyptis antiquis, quæ adhuc exstant, Amazones utraque mamma præditas sculptores repræsentarunt. Cf. Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 2. p. 281., Winckelm. Stor. dell'Art. l. 6. c. 11., Labus Mus. Mant. T. 2. p. 17. Adde Mus. Capit. III. 46. et Mus. Vat. (Raccolta tav. 109); Corey, De Amaz. ant. fig. Berol. 1891., Steiner, über Amazonenmyth. in d. ant. Plast. 1857. p. 55. sqq., al. — Amazon dicitur de persona et de loco.

I.) Amazon de persona. ¶ 1. Apud scriptores, nomen proprium feminarum bellicosarum, quæ dicuntur primum Sarmatiam ad Tanaim fluvium incoluisse et inde profectæ in Asia occid. ad Thermodontem (hodie Thermeh) consedisse; dein subjectos occupasse campos Themiscyreos; sed quum finitimi earum viros per insidias trucidassent, bellum ipsæ aliis intulisse ac victrices sibi rem publicam constituisse. Justin. 2. 4. et Vib. Seq. p. 151. R. — Hippolyte, earum regina, zona seu cingulo pretioso ab Are donata, regiæ dignitatis symbolo, Admeto auctore, qui eo potiri cupivisset, ab Hercule, Telamone, Peleo et Theseo armis petita occiditur ceteræque Amazones profligantur. Cui porro fabulæ adnectitur victoria a Dionyso seu Baccho in Asia de iis relata, quo adumbratur Alexander M. Hunc tradunt habuisse cum Amazonibus epistolarum commercium easque dein usque ad internecionem delevisse. Senec. Œd. 469. sq., Jul. Val. 3. gest. Alex. M. 69-76. et Isid. 9. Orig. 2. 64. — Olim victæ quoque feruntur a Bellerophonte apud Homer. Il. 3. et 4. et ab Atheniensibus, quum Atticam invasissent, apud Herod. 9. 27.

(Cf. *Talbot, Mgth. Gr. et L.* 1890. *p.* 285. *sq.*). — Earum arma, auro argentoque distincta, fuerunt arcus cum sagittis, hasta, pelta lunata et securis. *Horat.* 4. *Od.* 4. 20., *Virg.* 11. *Æn.* 659., *Sil. It.* 2. 73-81. *sqq.*, *Senec. Phædr.* 395., *Claudian. rapt. Pros.* 2. 62. *sqq.*, *al.* Hinc *securigeræ puellæ* dictæ *Ovid.* 21. *Her.* 117. — Vestitum Amazonum eleganter describit *Senec. Phædr.* 387. *sqq.* — De earum more nubendi consulas *Rufin.* 9. *Recogn.* 24. — *Sauromatides* appellatæ sunt quæ concubitum petierunt Sarmatarum, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 18. 15. (89)., coll. *Priscian. Perieg.* 645., *Avien. Descr. orb.* 854., *Solin.* 17., *Curt.* 6. 4. 12., *al.* — *Libycæ, Ponticæ* et *Indicæ* distinguuntur *Jul. Val. loc. cit.* — Præcipuæ ex iis exstiterunt *Marpesia, Lampedo, Orithia, Antiopa, Melanippe, Penthesilea, Thalestris*, apud poetas laudatæ. — Earum autem cum nominibus etiam epitheta congesserunt *Pott, Kuhne, Klügmann* et *Carter*, quibus et Amazonum natura satis declaratur, ut apud *Homer. Il.* 3. 189. et 6. 186. ἀντιάνειραι, *Æschyl. Prom.* 726. στυγάνορες. et *ibid.* 4. 110. ἀνδροκτόνοι, *Herod.* 4. 110. οἰόρπαται etc. — Plura de iis disertissime scripserunt *Justin.* et *Jul. Val. locc. citt.*, *Curt.* 6. 5., *Sall. hist. fr.* 3 (46. *Kritz*, 49. *Dietsch*), *Oros.* 1. *Hist.* 16., *Jornand. Get.* 7., *al.*, præsertim Græci, in quorum regiones, sc. Thessaliam, Bœotiam, Atticam et insulas Lesbon, Samothraciam aliasque perhibentur irruisse, quadam de se relicta in animis popularibus quasi imagine dearum vel sacerdotum seu ministrarum Artemidis et Aris, quibus delubra erexerint. Hinc *Mela* 1. 17 (88). Amazones Asiæ positæ templum Dianæ (Ephesiæ) consecrasse traduntur. Adde *Senec. Phædr.* 399. *sq.*, *Tac.* 3. *Ann.* 61., *Ampel.* 8., *Hygin. fab.* 223. et 225., coll. *Plut. Thes.* 4. Hinc Ἀμαζόνειον, locus Athenarum, ubi Amazonibus sacra fiebant, quum ibi pax ab iis composita et sanctuarium exstructum fuisset. *Id. ibid.*, coll. *Harpocr.* s. v. — Ceterum de Amazonum mytho hactenus nihil ab eruditis adfertur, quod rem obscuram satis declaret, ut ait *Meyer, Gesch. d. Altert. I.* 304 (Cf. etiam *Steicher, Die Amazonen in Sage und Schrift* Berlin 1874.; *Klügmann, Amazon.*; *Mordtmann, Die Amaz.* Hannov. 1862.; *Bergmann, Les Amazon. dans l'hist. et dans la fabl.* et *Schoemann, Antt. Gr. III.* 443. v. *P.* 1877). Memorantur etiam — 1.°) Proprie — *a)* Stricto sensu. *Virg.* 11. *Æn.* 659. Quales Threiciæ quum flumina Thermodontis Pulsant et pictis bellantur Amazones armis. *Senec. Phædr.* 909. gens armifera. *Id. Œd.* 479. truces puellæ. *et ibid.* 481. Thermodontiacæ. — In sing. num. et sæpius collective. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 31. (118). Zmyrna ab Amazone condita. *Senec. Herc.* 1185. Amazon Scythico sub axe genita. *Id. Troad.* 243. sæva. *Id. Agam.* 218. peltata. *Claudian.* 1. *Eutrop.* 240. pharetrâ fulgens. *Val. Flacc.* 5. 89. Mavortia. Adde *Ovid.* 15. *Met.* 552. et *Ampel. loc. cit.* — *b)* Latiore sensu seu generatim, pro quacumque femina bellicosa. *Virg.* 11. *Æn.* 648. *de Camilla.* At medias inter cædes exsultat Amazon (*V.* integr. loc.). Adde *Lact.* 1. *Inst.* 9. et *Mythogr. I. fab.* 68. § 1. — 2.°) Translate seu in imagine libidinis. — *a)* De puella Cupidinis seu Amoris castra sectante. *Ovid.* 2. *Art. am.* 743. quicumque meo superarit Amazona ferro. *et* 3. 1. Arma dedi Danais in Amazonas: arma supersunt, Quæ tibi dem et turbæ, Penthesilea, tuæ. — *b)* Item de muliere libidinosa. *Hieronym.* 2. *c. Jovin.* 37. Habes (*Joviniane*) in castris tuis et Amazones - venientes contra se viros ad pugnam libidinum provocantes. Adde *eumd.* in *Jer.* 18. 2. — Hinc *Amazona audacior*, proverb. de homine audacissimo et impudentissimo. *Tertull.* 1. *c. Marcion.* 1., ubi tamen alii *Amazonis* pro *Amazona* leg. ¶ 2. In titulis nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 32508. et *Inscr. Ephem. epigr.* 8. *p.* 118. *n.* 429.

II.) Est locus in Græcia. *Lib. Pontif. p.* 56. 26. Domus Constantini in Magaulum: massa Amazon.

ĀMAZŌNIA, æ, f. 1. (Amazon) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) In sing. num. — *a)* Fuit uxor Thesei, memorata ab *Acron.* ad *Horat.* 3. *Od.* 7. 18. — *b)* Item mulier, *Marcia* cognominata, concubina Commodi imp., quam ille pictam in Amazone diligebat. — Hinc ipse *Commod. ep.* ad *Albin.* apud *Capitolin.* in *Clod. Alb.* 2. Litteras ipse signatas excipies signo Amazoniæ. — *c)* *Amazonia*, terra Amazonum. *Chron. Alex. chron. I. p.* 98. 62. 3. — 2.°) In plur. num., i. q. Amazones. *Comment. Lucan.* 3. 205. Pitanan: civitas Lydiæ, quam Amazoniæ condiderant. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 3461.

ĀMAZŌNICUS, a, um, adject. (Ἀμαζονικός) ad Amazones pertinens. ¶ 1. Generatim. *Lamprid. Commod.* 11. Amazonicus habitus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (43). parma. *Sueton. Ner.* 44. secures peltæque. ¶ 2. Speciatim *Amazonicus mons*, qui et *Amazonicus* absolute, in regione Amazonum, ad cujus radices labitur Thermodon fluvius. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 3. 4. (10). — In plur. num. *Amazonici montes* ad Ceraunios referuntur. *Mela* 1. 19 (109). Cf. Ἀμαζόνια ὄρη *Apoll. Rhod.* 2. 979. — Hinc absolute

Amazonicus, i, m. 2. nom. pueri apud *Martial.* 4. 42. 92. — In titulis cogn. libertinum. *Inscr.* apud *Momms. n.* 4111.

ĀMAZŌNIS, idis, (idos) f. 3. (Ἀμαζονίς) Genet. *Amazonidos*, Græca positione, apud *Jul. Val.* 3. *gest. Alex. M.* 90.

Amazonis ¶ 1. Est idem quod Amazon — *a)* Generatim. *Virg.* 1. *Æn.* 490. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. *Val. Fl.* 4. 602. Inclita Amazonidum gens. *Propert.* 3. 12. 15. Amazonidum turba. *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 62 cohors. — In sing. num. *Jul. Val. loc. cit.* — *b)* Speciatim *Amazonis*, titulus poematis epici, quod composuit Domitius Marsus, vilis poeta. *Martial.* 4. 29. Quam levis in tota Marsus Amazonide. ¶ 2. Est etiam regio inter Albaniam et Armeniam minorem ad Hyrcanum mare, ab Amazonibus dicta, quæ ibi sedem habuerunt. *Auct. Chron. Sect.* 3., script. fortasse tempore Alex. M.

ĀMAZŌNĪUM, ii, n. 2. *V.* voc. seq. ad fin.

ĀMAZŌNĪUS, a, um, adject. ad Amazones pertinens. ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 4. *Heroid.* 2. Amazonius vir. *h. e.* Hippolytus. *Stat.* 5. *Theb.* 144. tumultus. *et* 1. *Achill.* 353. ritus. *h. e.* mos Amazonum. *et* 2. *ibid.* 159. pecten. *Claudian.* 2. *Eutrop.* 264. Pontus. *h. e.* quia circa illum incolebant Amazones. *Horat.* 4. *Od.* 4. 20. et *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 95. Amazonia securis. *Virg.* 5. *Æn.* 311. pharetra. *h. e.* excellens. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 131. pelta. *Id.* 9. *Theb.* 611. catervæ. *Ovid.* 21. *Her.* 119. eurum. *Senec. Agam.* 736. genus. ¶ 2. Speciatim *Amazonius* vocatus Commodus imp. ex amore concubinæ suæ Marciæ (*V.* **AMAZONIA**), propter quam et ipse Amazonico habitu in arenam Rom. procedere voluit, inquit *Lamprid. Commod.* 11. — *Amazonium* signum; quo ipse litteras consignare solebat. *Capitolin. Albin.* 2. — Hinc ab adulatoribus ex signo ipsius *Amazonius* dictus mensis December, in ejus honorem. *Lamprid. Commod.* 11. et etiam Januarius: cf. *Dio* 72. 15. 3. — Absolute

Amazonium, ii, n. 2. oppidum Cappadociæ, ad Pontum Euxinum, prope Halyn fluvium, jamdiu excisum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 4. (10). et *Mela* 1. 19. 9.

Amazonius, ii, m. 2. cogn. et signum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1667., 31950. — Item nom. equi. *Ibid.* 8. 12504. 19. — *Amazonia*, cogn. mul. *V.* **AMAZONIA.**

AMBĂCIA (Ambatia), æ, f. 1. vicus Gallicus, hodie *Amboise. Paul. Petric. Mart.* 5. 553. Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. p.* 113. et *Ihm, PW.* 1. 1790.

AMBĂCIENSIS, e, adject. ad Ambaciam pertinens. *Venant.* 4. *vit. s. Martin.* 210. vico quod contigit Ambaciensi. *Sulpic. Sev. dial.* 3. 8. Ambatiensis vicus. *Greg. Tur.* 2. *Franc.* 35. et *alib.* (*codd.*) Ambiacensis.

AMBACTHĪUS, ii, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* Batava apud *Orelli n.* 2774. Ita cl. *Furlanetto.*

AMBARĪĂCUM, i, n. 2. vicus Gallicus, hodie *Amberieux. Lex Burg. lib. const.* 42. 2 (a. 501).

AMBARRI, ōrum, m. plur. 2. gens Gallica inter Æduos et Allobrogas, ubi nunc *le pays de Dombes*, vel, ut alii putant, *le départem. de l'Ain. Cæs.* 1. *B. G.* 11. et 14. et *Liv.* 5. 34., qui eam numerat inter gentes, quæ Tarquinio rum temporibus Alpes transierunt, ut sedes novas sibi in Italia pararent.

AMBASĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 3. 7301. — *Ambasia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 36112.

AMBĀTUS, i, m. 2. (ἄμβατος pro ἀνάβατος, *scansilis*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 702. 7. Ita cl. *Furlanetto.*

AMBĒNUS, i, m. 2. ¶ 1. Est mons Sarmatiæ. *Val. Flacc.* 6. 85 (V. *Tomaschek, PW.* 1. 1297). ¶ 2. Hinc nomen militis apud *eumd. ibid.* 251.

AMBĪĂLUS, i, m. 2. (*ambitiosus*, qui ambit honores quærens) cogn. vir. *Inscr.* apud *Gud.* 300. 20. Ita cl. *Furlanetto.*

AMBĪĀNENSIS, e, adject. (Licenter tertia syllaba corripitur *Venant.* 1. *vit. s. Mart.* 56) ad Ambianos, qua civitatem significat, pertinens. *Venant. loc. cit.* Occurrenti igitur portæ Ambianensis egeno - chlamydis partitur amictu. Adde *Notit. Dignit. occid.* 8. et *orient.* 5.

AMBĪĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀμβιανοὶ *Ptolem.* 2. 9. 4) ¶ 1. Gens Galliæ Belgicæ, cujus oppidum caput olim Samarobriva, nunc vocatur *Amiens*, ad Samaram fluvium, inter Britannos et Bellovacos. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (106). — *Cæs.* 2. *B. G.* 15., ubi Ambianos ait haud procul fuisse a Nerviis, non horum fines attigisse intelligas. Adde *eumd.* 7. *ibid.* 75. et *Liv. epit.* 104. V. *Ihm, PW.* 1. 1797., *Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 549. et *Holder, Altcelt. Sprachsch. p.* 117. ¶ 2. Item *Ambiani*, absolute, olim Ambianum, hodie *Amiens*, dicta *civitas Ambianorum*. (Tertiam syll. licenter corripuit *Venant.* 10. *carm.* 6. 25. Cf. voc. præc.). Memoratur *Cæs.* 5. *B. G.* 24., 47. et 53. *Ammian.* 15. 11. 10. Ambiani, urbs inter alias eminens. Adde *eumd.* 27. 8. 1., *Hieronym. ep.* 123. (al. 11). et *Notit. Dign. occid.* 40.

AMBĪĀNUS, a, um, adject. ad Ambianos, quæ gentem significat vel civitatem, pertinens. *Eumen. Pan. Const. Cæs.* 21. — Absolute *Ambianus*, cogn. vir. *Inscr.* apud *Orelli n.* 236. et 4842.; et *Ambiana*, cogn. mul. in *alia* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5213.

AMBĪĀTĪNUS vicus. Scribitur etiam *Ambitarinus* v. *Ambitarinus* (Cf. *Cellar. Geogr. Ant. I.* 2. c. 3. p. 321. *sqq.*), *Ambitarvius* in *Thes. L. L.* h. v. V. *Ihm, PW.* 1. 1800). Memoratur *Sueton. Calig.* 8. Plinius Secundus (*C. Cæsarem genitum scribit*) in Treviris, vico Ambiatino, supra Confluentes. Cf. *Tac.* 1. *Ann.* 41. *Orell.* — De situ tamen disputant eruditi, qui probabilius fuisse videtur in Germania superiore ad fines inferioris vel ad Rheni ripas, ubi castra Romanorum haberi solita (V. *Cellar. loc. cit.*).

AMBIBĀRĪI, ōrum, m. plur. 2. Varie legitur, ut *Ambibari, Ambibarici, Ambivari, Ambarii.*

Ambibarii, gens Aremoricæ vel Armoricæ seu regionis maritimæ (*Cæs.* 7. *B. G.* 75), quæ putatur Oceanum quoque attigisse ac regionem incoluisse, cujus oppidum caput videtur fuisse, quod nunc *Ambrières* vocatur (V. *Holder, Altcelt. Sprachsch.* h. v.). — Dicuntur etiam *Ambialiti* vel *Ambiliati* apud *eumd.* 3. *ibid.* 9. *Nipperd.*; quod tamen incertum est, quamquam *Oros.* 6. *Hist.* 8. habet *Ambivariti*, ubi *Cæs.* ponit *Ambiliati* (V. *Ihm, PW.* 1. 1798), h. e. æstuosi, uti censet *Glück* (*Nam. bei Cæs. Keltisch.* 6. 21).

AMBĪBĪA et

AMBĪBĪUS. *V.* **AMBIVIUS.**

AMBĪBŬLUS et Ambibolus, i, m. 2. (ab *am* et *bibulus*, h. e. qui frequentat cauponas, bibulo) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9201.; 9. 1123. V. *Guarini, Comm. XII. p.* 19.

AMBIDRĀBUS, i, m. 2. nomen virile Celticum, in *Corp. I. L.* 3. 4753.; fortasse dictum a gente *Ambidrave* in Norico sita, a *Dravo* fluvio, ad cujus ripas sedem habebat, cognominata (*Ptol.* 2. 13. 2.: Νωρικοὶ καὶ Ἀμβίδραυοι). V. *Schulze, Eigenn. p.* 542.

AMBIGATUS, i, m. 2. Celtarum rex, de quo *Liv.* 5. 34. V. *Klebs, PW.* 1. 1798.

AMBĪLATRI, ōrum, m. plur. 2. gens Aquitaniæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). — Putant nonnulli eosdem esse, quos *Ambiliatos* vocat *Cæs.* 3. *B. G.* 9.; sed hi in Aremorica ab eo ponuntur. Cf. *Ihm, PW.* 1. 1798.

AMBĪLĪĀTI. *V.* **AMBIBARII.**

AMBĪLĪUS (Ambillius), ii, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 334. — *Ambilia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 14523. et 9. 2271.

AMBĬŌRIX, igis, m. 3. (Ἀμβιόριξ *Dio* 40. 5. et *Plut. Cæs.* 24) De hac terminatione Celtica *rix* disserit *Eckhel*, 1. *p.* 75-78. Cf. etiam *Klebs, PW.* 1. 1799.

Ambiorix, dux Eburonum, Cæsaris beneficiarius, de quo *Cæs.* 5. *B. G.* 24., 26. et 34., *Liv. epit*, 106., *Flor.* 3. 10., *Oros.* 6. *Hist.* 10. — Cæsare absente, per insidias, Romanos graviter percussit, occisis etiam Cæsaris legatis; qua victoria elatus ad reliquam Galliam submovendam contendit; sed a Cæsare semel iterumque devictus fugit. *Flor.* 1. 44. Perpetua (*Ambiorix*) trans Rhenum fuga latuit. Adde *Cæs.* 6. *B. G.* 29. *sqq.*, 30. *sqq.* et 46-51., *Frontin.* 3. *Strat.* 17. 5. et *Liv. Epit.* 107. — Alios videsis in *Corp. Inscr. Lat.* 13. 1210. et 2891.

AMBISONTES, ium, m. plur. 3. gens Alpina, partem Norici incolens, hodie *Pinzgau. Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (137). Cf. Ἀμβισόντιοι *Ptol.* 2. 13. 2., cum adn. *Muelleri*, et V. *Ihm, PW.* 1. 1800. et *Momms. Corp.* 3. *p.* 588.

AMBISSOVĪI, ōrum, m. plur. 2. nomen Celticum gentis incertum. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5236., ubi adnot. repertum fuisse « Aiguillon entre Agen et Bordeaux » *Rev. Arch. V. p.* 659. 11.

AMBĪTARĪNUS et

AMBĪTARVĪUS. *V.* **AMBIATINUS.**

AMBĪTOUTI, ōrum, m. plur. 2. gens Gallica Phrygiæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 42. (146). Qui partem eam (*Phrygiæ*) insedere Gallorum, Tolistobogi et Voturi et Ambitouti vocantur. — *Solin.* 41. Galatiam primis sæculis priscæ Gallorum gentes occupaverunt, Toloboci, Voturi, Ambituuti. — Hæ gentes Celticæ partem Phrygiæ septentrionalem incoluerunt, quæ ab iis Galatia est appellata, Græce Γαλατικὴ χώρα (*Act.* 16. 6. et 18. 23). *V.* **GALATIA.**

AMBITRĒBIUS, a, um, adject. ex *amb*, circum et *Trebia* fluvio, quasi situs « circum Trebiam », ut *Ambitrebius pagus*, qui in duas quasi partes divisus a Trebia, utrinque fundos possidet. *Tab. Alim. Velej.* (*Corp.* 11. 1147) 1. 4. et 6. 90. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 542.

AMBIVARETI, ōrum, m. plur. 2. gens Gallica, quæ inter Æduorum clientes recensetur. *Cæs.* 7. *B. G.* 75. et 90., ubi *Nipperd.* cum codd. leg. *Ambluareti.* — *Desjardins* (*Géogr. de la Gaule II.* 487. *sq.*) eos *Ambibaritos* dicit.

AMBIVARITI, ōrum, m. plur. 2. gens in Belgica trans Mosam, de qua *Cæs.* 4. *B. G.* 9., distinguenda ab *Ambivaritis* apud *Oros.* 6. *Hist.* 8. *V.* **AMBILIATI** (Cf. *Ihm, PW.* 1. 1803).

AMBĪVĪUS v. Ambibius, ii, m. 2. (ambivium) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) M. Ambivius, scriptor de re rustica, laudatus *Colum.* 12. 4. 2. — Cf. Ἀμβιούϊος apud *Jos. Antt.* 18. 2. 2., præses Judææ post Coponium, quem eundem cum illo nonnulli putant. — 2.°) Ambivius Turpio, histrio eximius, Terentii et Catonis censorii ætate. *Cic. Cat.* 14. 48., *Tac. Dial.* 20., *Symmach.* 1. *Ep.* 31. et fortasse *Lucil.* apud *Varr.* 7. *L. L.* 3. — 3.°) Item copo quidam de via Latina, apud *Cic. Cluent.* 59. 163. — 4.°) Item episcopus Pisitensis, de quo *Augustin. ep.* 175. (al. 90). et 81 (al. 91). ¶ 2. In titulis *Ambivius*, nom. gent. *Inscr.* apud *Momms. n.* 6769. — *Ambivia*, nom. mul. in *alia* apud *eumd. n.* 2947.

AMBĪUS, ii, m. 2. (ambio) nom. gent., ut *Ambius Satrius Refrigerius*, puer, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6692.

AMBLACYNTHĪUS, a, um, adject. ad Amblacynthum aliquem pertinens, ut *Cares Amblacynthia* in voc. seq.

AMBLACYNTHUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* apud *Reines. cl.* 1. *n.* 247. CERERI AMBLACYNTHIAE SACRUM M. CINCIVS M. L. AMBLACYNTHVS AVG. N. TABVLARIVS PORTVENSIS. Ita cl. *Furlanetto* in App.

AMBLADA, æ, f. 1. oppidum Pisidiæ. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 9787., coll. τὰ Ἄμβλαδα *Strab. p.* 570. et *Ptol.* 5. 4. 9. V. *Hirschfeld, PW.* 1. 1804. — Hinc *Ambladenses*, incolæ. *Conc. Const. n.* 536 (*Mansi* 8. 1148).

AMBLĪĀTUS. *V.* **AMPLIATUS.**

AMBRĂCIA, æ, f. 1. (Ἀμβρακία pro Ἀμπρακία) oppidum Thesprotiæ in Epiro, ad sinum inde *Ambracium* dictum, proximum Ætoliis et Acarnanibus; unde *Vib. Seq. p.* 154. *R.* dicta *Ambracia Acarnaniæ* (Cf. *Ptol.* 3. 14. et *Strab.* 10. 452), haud longe a fluvio Acheronte cum portu et specu. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (4).; et 18. *ibid.* 30. 73. (307)., hodie *Arta.* — Ejus situm describit *Liv.* 38. 4. — Olim Æacidarum et Pyrrhi regia fuit. *Id.* 38. 9. et *Mela* 2. 3. 10. — Augustus imp. civibus eam fere privavit, ut Nicopolim, ab ipso conditam ann. 31. a. Chr., frequentaret et amplificaret; unde fortasse *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 274. Ambraciam ab Augusto dictam existimavit (V. *Bikelas, De Nicopol. à Olymp.*, Paris 1885. *p.* 49. *sqq.*). — In Ambraciæ agro optimi olim hædi alebantur summoque in pretio Romanis, ut est apud *Gell.* 7. 16., coll. *Varr. Men.* 403. — Alia de hoc oppido apud *Liv.* 32. 15., 42. 67., 43. 22. et 44. 1., *Cæs.* 1. *B. G.* 36. et *Plaut. Stich.* 3. 2. 35. — De ejus nummis V. *Eckhel*, 2. *p.* 161. *sq.* et *Head, H.N.* 270. — Est etiam titulus prætextæ *Ennii*, ubi auctor victoriam M. Fulvii Nobilioris de Ætoliis et Ambraciensibus insigni laude celebravit ann. U. C. 565. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1307. De hoc V. *Ribbeck, Com. Lat. p. IX. sq.* et *Vahlen, Enn. p.* 158, qui Enniana fragmenta collegerunt.

AMBRĂCĪAS. *V.* **AMBRACIUS.**

AMBRĂCĪENSIS, e, adject. ad Ambraciam oppidum pertinens. *Val. Ant. hist.* 21. Ambraciensis quidam Timochares (*Val. Max.* 6. 5. 1). *Eumen. Paneg.* 4. 7. Ambraciensi oppido. *Liv.* 38. 43. Ambracienses legati. — Hinc absolute

Ambracienses, ium, m. plur. 3. incolæ Ambraciæ. *Liv. epit.* 38. et *Liv.* 38. 43. et 44. *V.* integr. loc.

AMBRĂCĪŌTA et

AMBRĂCĪŌTĒS, æ, 1. Ἀμβρακιώτης; Ion. Ἀμβρακιήτης). — Acc. *Ambracioten* apud *Plin. loc. cit.*

Ambraciotes, Ambraciæ incola. *Cic. Scaur.* 2. 4. Cleombrotus Ambraciota (1. *Tusc.* 34. 84). — *Ambraciotes vinum*, antiquis maxime laudatum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 7. 9. (76). — Hinc absolute. *Lactant.* 3. *Inst.* 18. Ambraciotes ille etc. — In plur. num. *Avien. Descr. orb.* 661. Ambraciotarum arces.

AMBRĂCĪUS, a, um, adject. (Ἀμβράκιος) ad Ambraciam pertinens. ¶ 1. Generatim. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 8. Ambraciæ frondes. *sc.* coronæ laureæ pro victoribus in ludis gymnicis prope Ambraciam. Adde *Lucan.* 5. 651. — Apud *Ovid.* 15. *Her.* 164. alii *leg. Ambraciae* terra pro *Ambracia*, perinde ac sit a recto *Ambracias, iădis.* ¶ 2. Speciatim *Ambracius sinus*, prope Ambraciam in Thesprotia, nunc *golfo di Arta* v. *di Prevesa.* De eo *Mela* 2. 54 (100). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. (5)., *Senec.* 3. *Quæst. nat.* 39. 7. et *Liv.* 32. 14. et 25. et 38. 4. — Celeber fuit ob Augusti victoriam de Antonio et Cleopatra. *Flor.* 4. 11. 4., *Aur. Vict. vir. ill.* 79., coll. *Sil. It.* 15. 300. *sq.* — Insulæ in eo memorantur *Liv.* 43. 21., quæ cum aliis *Ambraciæ* dicuntur *Priscian. Perieg.* 520.

AMBRĀNI. *V.* **LAMBRANI.**

AMBRĪ, indecl. *V.* **AMRI.**

AMBRI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Populus Indiæ, apud *Justin.* 12. 9.; sed videtur falsa lectio pro *Mandri*, uti censent *Gutschmid* et *Jeep*; vel pro *Malli*, ut *De-Vit.* V. **MALLI** et **MANDRI.** ¶ 2. Item pro *Umbri.* V. **UMBRI.** ¶ 3. Item pro *Amri.* V. h. v.

AMBRŌNES, um, m. plur. 3. (Ἄμβρωνες *Strab.* 4. 1. 8) Alii vocem ducunt ab *Umbri*, quasi ab inundatione superstites (Cf. *Paul.* ex *Fest. p.* 17); alii ab *Ambra*, fluvio Westfaliæ, hodie *Emmer*, apud quem primas sedes statuerint, quod refellit *Cellar. Geogr. Ant. I.* 2. *p.* 276., at *Zeuss, Die Deutschen p.* 151. defendit; alii denique ab Hebr. lingua, quod in Celtica voce non facile admiserim (Cf. *Glück, Keltische Nam.* 18. *sq.* et *Müllenhoff, Deutsche Altert. II.* 114). — Quidquid sit de etymo, fuerunt Ambrones ¶ 1. Gens Gallica, quam alii in Germania collocant, alii in Helvetia, ad Rhodani fontes et lacum Lemanum (Cf. *Strab. loc. cit.*). — Ex *Plutarch.* in *Mar.* 19. videntur Ambrones eum idemque ab origine cum Liguribus fuisse; *Ferrari* vero (*Dissert. II. de orig. Insubr.*) arguit Ambrones eosdem esse ac *Imbros superiores*, quos *Ambricos*, supra Italiam et ultra Alpes incolentes, vocat *Herod.* 4. 49. Cf. tamen *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 114. *sqq.* et 309. *sqq.* et *Momms. R. G. II.*[7] 168. *sq.* — Memorantur *Eutrop.* 5. 1. et *Sueton. Cæs.* 9., coll. *Dion.* 44. 42. — Cum finitimis Tigurinis, cumque Cimbris ac Teutonibus bellum intulerunt Romanis eosque ingenti cæde percusserunt, ut *Eutrop. loc. cit.* refert; sed postea a C. Mario variis prœliis ad Aquas Sextias profligati sunt ann. 102. a. Chr. *Liv. epit.* 68. Cf. *Oros.* 5. *Hist.* 16. et *Ihm. PW.* 1. 1808. *sq.* ¶ 2. Vox *Ambrones*, et sing. *Ambro, onis*, transfertur ad significandos homines luxuriosos. *Gloss. Isid. n.* 77. Ambro devorator, consumptor patrimoniorum decoctor, luxuriosus, profusus (Cf. Hispan. *hambre*, fames). et *Paul.* ex *Fest. loc. cit.* Ambrones fuerunt gentes quædam Galliæ, quæ subita inundatione maris quum amisissent sedes suas, rapinis et prædationibus se suosque alere cœperunt. Ex quo factum est ut turpis vitæ homines ambrones dicerentur. - Huc pertinet quod putat *Sonny, Archiv* 10. 366., ambrones a Gr. Ἅβρων, Ἅβρωνος v. ἁβρός, *luxuriosus, mollis*, tractum esse. — Ceterum, quod *Ambrones* ob subitam inundationem a patriis sedibus discedere coacti sint, ridiculum et falsum esse ait *Strabo*, quem refert *Scalig.* ad *Fest.*

AMBRŎSĪA, æ, et Ambrosia, es f. 1. (Ἀμβρόσιος, *ambrosius*, *h. e.* immortalis) *V.* **AMBROSIA** in *Lexico.* ¶ 1. Apud mythographos fuit filia Atlantis ex Pleione, quæ cum aliis quattuor sororibus in cœlum translata est factaque sidus, quod *Hyades* appellatur. *Hygin. fab.* 182. et 192. — De Ambrosia nympha sive Ambrosiis petris (Ἀμβρόσιαι πέτραι *Non.* 140. 469) vide *Eckhel*, 3. *p.* 389. *sq.* Cf. etiam *Helbig I. n.* 341. (ex *Mon. d. Inst. IX.* 45., coll. *Michaelis, Ann. d. Inst.* 1872. *p.* 253. *sqq.*) et *Matz-Duhn* 2269. ex *Müller-Wieseler II.* 37. 441. ¶ 2. In titulis cogn. libert. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2907. *V.* **AMBROSIUS.**

AMBRŎSĪĀLIS, e, adject. ad ambrosiam pertinens. Hinc *Ambrosiales dii* dicti Hebe, Ganymedes et Mercurius eo quod ambrosiam diis administrant. *Inscr.* in *Bullett. Arch. Nap.* 4. *p.* 96 (*Corp. I. L.* 11. 2095). Cf. *Minervini, ibid. p.* 160.

AMBRŎSĪĀNUS, a, um, adject. ad Ambrosium aliquem pertinens. Speciatim *Ambrosiana basilica* apud *Augustin.* 9. *Conf.* 7. h. e. Basilica a s. Ambrosio exstructa, in qua ipse conditus est, teste *Paulin. vit. s. Ambr.* 48. Memoratur *ibid.* 14. *sq.* et 43. — Distinguenda hæc est ab *Ambrosiana basilica*, ab eodem Florentiæ ædificata, cujus mentio *ibid.* 50., coll. 29. — Hinc *Ambrosianus*, cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 2939.

AMBRŎSĪĀNUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

AMBRŎSĪĒ. *V.* **AMBROSIA.**

AMBRŎSĪUS, a, um, adject. *V.* voc. in *Lexico.*

AMBRŎSĪUS, ii, m. 2. Ἀμβρόσιος. — *a)* Voc. *Ambrosi* est *Claud. Mam. de st. anim.* 2. 9. 1. — *b)* Ratione metri, secunda licenter producitur *Arat. ep.* ad *Parthen.* 45. « Qualis in Hybleis Ambrosius eminet hymnis ». Huic tamen quantitati favet Gr. Ἀμβρώσιος pro Ἀμβρόσιος in *Inscr.* apud *De Rossi, I. n.* 402. — *c)* Etymon ducitur ab α priv. et βροτός, *mortalis*, ut sit immortalis; tamen etiam pro dulci, pulcro, divino vel purpureo sumitur (*V.* **AMBROSIA**, æ, et **AMBROSIUS**, a, um, in *Lexico*).

Ambrosius, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur præcipue — 1.°) Ambrosius, diaconus ecclesiæ Alexandrinæ, ex hæresi ad catholicam fidem conversus ab Origene (Cf. *Orig.* in *euang. s. Joh.*). — Is dicitur eumdem Origenem vehementissime incitasse et adjuvisse, ut in divinas scripturas commentarios scriberet, teste *Hieronym.* ex *Eus.* in *Script. Eccl.* s. v. *Hippolitus.* — Fuit porro dominicæ confessionis gloriâ insignis in Maximini imp. persecutione et non inelegantis ingenii. *Id. loc. cit.* et *ep.* 18. *init.*, coll. *Eus. l. c.* et *Niceph.* 5. *Hist.* 12. et 18. et 20. — 2.°) Item præfectus Galliarum et pater Ambrosii, celeberrimi episcopi Mediolanensis. *Paulin. vit. Ambros.* 3. — Obiit a. c. 353., ut viri

docti arguunt ex *eod. loc. cit.* 4. — 3.°) Item præcedentis filius, magnus ecclesiæ catholicæ doctor et lumen, natus ann. 340. Treviris, ut conjicitur, ubi pater erat præfectus prætorio Galliarum, trium fratrum ultimus. *Paulin.* in *vit. Ambros. init.* — Post mortem immaturam patris cum suis Romam se contulit, ubi tam splendide causas peroravit, ut a Probo, præfecto prætorio, ad illustria munera eligeretur et dein consularitatis susciperet insignia ad regendas Liguriam Æmiliamque provincias, sub Valentiniano imp. *Id. ibid.* — Quum autem Mediolanum venisset ad componendum inter catholicos et Arianos dissidium, post obitum Auxentii, Ariani episc., in successore deligendo obortum, tanta prudentia et eloquentia disseruit ut eum, etsi invitum, episcopum Mediolanensem omnes conclamarent, quod munus a. 374. iniit summaque gessit pietate, sapientia ac fortitudine. *Id. ibid.* 7. 18. 20. 22. 24. et *alib.* et *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 8. — Obiit an. 397. Mediolani, laudibus ab omnibus tam vivens quam defunctus, sive æqualibus sive posteris, cumulatus, quem excepit Simplicianus, ipsius in episcopatus exordiis magister. *Paulin. op. cit.* 48. — Plura de eo scripserunt, præter *eumd.* in *vit. s. Ambr.*, *Hieronym. ep.* 22., 57., 65. *de Scriptt. Eccl.*, *Apol. adv. Jovin.* et *adv. Rufin.*; *Ennod.* 1. *carm. hymn.* 6.; *Augustin.*, *Prosper*, *Cassian.* passim; et ex recentioribus *Glibert, Leb. d. h. Ambr.* 1841.; *Baunard, Hist. d. st. Ambr.* Paris 1872.; *Locatelli, Vit. di S. Ambr.* Milano 1875.; *Boehringer, Ambrosius Bisch. von Mail.* etc. Halle 1884.; *Ihm, St. Ambros.* in *Jahrbb.* etc. Lips. 1890., coll., quam is laudat, editione opp. Ambros. Balleriniana (Milano 1875-1883); *Förster, Ambros. v. Mail.* 1884.; *Bardenhewer, Patrol.* 1908. *v. II.*, *al.* — Operum ejus series est in *Indice Auctorum*, quibus a nonnullis criticis perperam inserta sunt alia, ut liber *de Fide orthodoxa*, *contra Arianos*, *de Purificatione Mariæ* etc. (V. *Caspari* ed. 1883); et tamen adscribendus liber *de Mysteriis*, quo de olim dubitatum est; non autem *Lex Dei v. Mos.* et *Rom. leg. collat.*, quam eidem tribuere studuit *Rudorf* (V. *Huschke, Jurispr. antejust.* etc. Leipz. 1867). Item ex hymnis (quos *Hybleos* vocat *Arat. loc. cit.*, alludens ad prodigium apum, futuræ eloquentiæ signum, de quo *Paulin.* in *vit. s. Ambr.* 3), in liturgia ecclesiæ Mediolanensis concinendis, omnino genuini censentur *Æterne rerum conditor*, *Deus creator omnium*, *Jam surgit hora tertia*, *Veni, redemptor omnium* (al. *gentium*), quibus alios quindecim addit *Biraghi, Inni sinceri di S. Ambr.*, Milano 1862.; non tamen *Te Deum laudamus*, quem hymnum, quasi compendium Symboli Athanasiani, Ambrosio anteriorem eruditi tribuunt Nicetæ, ep. Romatianæ civitatis in Dacia. De *Ambrosiastro* V. ed. III. *Ballerini* 349. Alia denique opera, ut *Comm.* in *Is.* etc. deperdita sunt. — De Ambrosii scriptis hæc habet *Forcellinus* noster: « Quamquam in iis multa sint, ut illis temporibus, barbariem sapientia; inest tamen ubique nitor quidam Latinus et majestas sermonis, sparsis identidem solidæ priscæ eruditionis luminibus, quæ satis ostendunt doctissimum scriptorem in veterum Latinorum Græcorumque lectione diu multumque fuisse versatum ». Quod ceteroqui testantur æquales, quos inter *Augustin.* 6. *Conf.* 3., qui de ejus eloquentia inquit 5. *ibid.* 13: « Verbis ejus suspendebar intentus et delectabar suavitate sermonis ». Ex multis, quæ possint afferri, conferantur duo illa eloquentiæ simulque poesis specimina sane mirifica de s. Hagne (*Virg.* 4. 1) et de s. Johanne decollato (*ibid.* 3) « tratto di eloquenza forse di tutti più splendido tra quanti io ne conosca, uscito da penna umana ». Ita *Curci* in *Comm. Matt. c.* 14. Quod si in eo locutio vel obscuritate aliquando vel inconcinnitate laborat, hæc et alia exaggeravit *Richter* (*Röm. Kaisert. wesl. p.* 602. tr.); tum si mystica sacrarum litterarum interpretatio abundat, non est ei culpæ vertendum, qui fidei morumque disciplinam unice intenderit; postremo si doctrinæ quædam minus rectæ visæ sunt *Walchio* (*Bibl. Patr. p.* 746. et *Act. Erud. p.* 68), editores Maurini id falsum demonstrarunt. — 4.°) Alios videsis apud *Juvenal.* 6. 77., *Val. Flacc.* 3. 188., *Scribon. Compos.* 152., *Hieronym. ep.* 53 (al. 103). *init.* et apud *Jülicher, PW.* 1. 1812. *sqq.* ¶ 2. In titulis — *a)* Est nom. et cogn. rarum servorum et humilium Græcanicum. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 988.; 6. 8546. etc. — *Ambrosia*, nom. et cogn. mul. *Ibid.* 6. 16945. et 15825. — *b)* Videtur aliquando et in gentilicium nom. transisse. Sic *Ambrosius Aurelianus*, dux Britannicus, apud *Gild. Chron. III.* 40. 12.

AMBRŎTUS, i, m. 2. (Ἄμβροτος, *immortalis*) nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9784.

AMBRYSUS, i, f. 2. (Ἄμβρυσος *Strab.* 9. 423. cum penultima longa) oppidum Phocidis, nunc *Dystomo. Liv.* 32. 18. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (8).

AMBŬLEJUS, i, m. 2. (ambulo) ut *Ambulejus ager*, locus ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur et ubi Leo M. Attilæ occurrit, teste *Jornand. Get.* 42 (223).

AMBURA et

AMBURENSIS. *V.* AMPORENSIS.

AMBUSTUS, i, m. 2. (amburo: Ἄμβουστος *Plut. Num.* 12., *Cam.* 4. 17) cogn. in gente Fabia, ex qua sic primus appellatus videtur M. Fabius, seu plenius M. Fabius Q. F. M. N. Vibulanus, qui consul fuit a. U. C. 212. cum Postumo Æbutio; deinde alii, ut ostendit *B. Borghesi V. C. Framm. dei Fast. Capit. P. II. p.* 7. *sqq.* Cf. *Münzer* et *Groag* in *PW.* 1. 1778. *sqq.* *Furlanetto* in *h. v.* de cognominis origine hæc habet: « Ignota de causa ita cognominatus est, licet *Dacerius* ad *Fest.* v. *Pullus* et dein *Forcellinus* affirmaverint ideo sic primum appellatum fuisse Q. Fabium Eburnum, qui consul fuit a. U. C. 638., quia fulmine natis ejus icta fuerat, quapropter etiam Jovis pullus dictus est ». Quod etymon confirmat *Arnob.* 4. *p.* 145. et *Placid. Gloss.* in *Thes. L. L.* In gente Fabia primus cons. a. 342 (cum C. Furio Pacilo) ponitur Q. Fabius Ambustus Vibulanus. *V.* etiam quæ de Fabiis erudite cum aliis scripsit *Münzer loc. cit.* — Plures memorantur in *Corp.* 1. *p.* 846., quorum mentio fit in fastis vel elogiis. Cognomen legitur etiam *Liv.* 5. 35., 6. 22. et 34. et *alib.*, *Plin.* 7. *Hist. nat.* 41. 42. (133). et *Solin. app. p.* 220. 32.

AMĔCÆ, ārum, f. plur. 1. fortasse pro *amicæ*: v. AMICUS in *Lexic.*) locus quidam videtur in insula parva Africæ. *Itin. Anton. p.* 518. Cf. *De-Vit* docet esse insulas inter Carthaginem Spartariam et Cæsaream Mauretaniam; alii tamen aliter. V. *Schmidt, PW.* 1. 1817.

AMECASIS. *V.* CASIS.

AMEDINES, is, m. 3. nom. Persicum scribæ Darei, regis Persarum, de quo *Curt.* 7. 8. 4. Cf. *Justi, Iran. Namenwört. p.* 14.

AMĔLĀS, æ, m. 1. oppidum Lyciæ, situm ubi exstant ruinæ *Eeski Hissar*, haud procul ab *Almali*. Memorat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 28. (101).

ĂMĔLECH, indecl. m. Hebr. *Hammelek* « ὁ rex » cum artic. *ha*, apud *Vulg.* 3. *Reg.* 22. 26.; sine artic. 1. *Par.* 8. 35. et 9. 41. — Etiam apud Romanos quidam reges ita cognominati fuerunt, ut apud *Sall. Cat.* 30., *Cic.* 1. *Att.* 16., *Liv.* 43. 1.; itemque apud alias gentes. *V.* REX. At *Vulg. loc. cit.*, ubi dicitur « Joas filius Amelech » interpretes accipiunt pro nomine communi, ut *filius regis*. Sic apud Ægyptios titulus erat præfectorum Æthiopiæ (V. *Brugsch, Gesch. p.* 42). Græce *LXX.* reddiderunt βασιλεύς *Par. locc. citt.*; alibi vero Μαλάχ.

Amelech ¶ 1. Fuit pater Joas illius, quem rex Achab custodem destinavit Michææ prophetæ in vinculis detento. Memoratur *Vulg.* 3. *Reg.* 22. 26. et 2. *Par.* 18. 25. ¶ 2. Item pater Jeremiel. *Id. Jer.* 36. 26. ¶ 3. Item pater Melchiæ, in cujus lacum, i. e. cisternam, a principibus, quibus fuerat a Sedecia rege traditus, immissus est Jeremias propheta. *Id. ibid. v.* 6.

ĂMĔLIUS, ii, m. 2. (Ἀμέλιος) fortasse demin. ab *Amius* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 121) Scribitur *Amellius* in lapidib. Ligorianis apud *Reines. cl.* 2. *n.* 77. et *cl.* 11. *n.* 72. Etiam *Amilius* et *Emelius*. V. *Thes. L. L.* ad *v.* — Primam producunt *Auson. Eph.* in *Orat. in fin.* et *Prudent. Cathem.* 4. 72.; secundam vero *Venant.* 1. *carm.* 11. 5.

Amelius ¶ 1. In titulis cogn. vir. Græc. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6420. et 13. 3796. — *Amelia* (Ἀμελίας) cogn. vir. *Ibid.* 6. 200. 2. 28. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Fuit medicus Augusti. *Schol. Hor. ep.* 1. 15. 3. (*Cum Augustus*) ad summam maciem perductus esset, curante Amelio. — 2.°) Item episc. Burdigalensis. *Venant. loc. cit.* Exiguam dederat hic præsul Amelius arcem.

AMEMPTUS, i, m. 2. (ἄμεμπτος, *inculpatus, irreprehensibilis*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Fabretti p.* 52. *n.* 299. Ita cl. *Furlanetto*.

ĀMĒN, indecl. Hebr. *'Âmên* « veritas; verus; vere »; *LXX.* Ἀμήν. — Scribitur *hamen*, cum aspiratione, apud *Leblant Inscr. Chr. I.* 371. et *De Rossi I.* 890.

Amen usurpatur etiam ut nom. honorarium Domini idemque est ac verus et fidelis. *Vulg. Apoc.* 3. 14. Hæc dicit Amen. Cf. *Is.* 65. 16. et *Joh.* 7. 28. — De hac voce scripserunt *Bechler*, *Brunner*, *Döderlein*, *Glass*, *Weber*, *al.*

ĂMĒNĀNUS, a, um. *V.* voc. seq.

ĂMĒNĀNUS, i, m. 2. (Ἀμένανος *Strab.* 5. 240.; Ἀμένας *Pind. Pyth.* 1. 132) fluvius Siciliæ, Ætnæ proximus, per Catanam fluens, nunc *Giudicello*. *Ovid.* 15. *Met.* 279., ubi olim *Amasenus* ex codd. habebatur. — In nummis apud *Eckhel* 1. *p.* 204. legitur AMENANOC et AMENAOC. Cf. etiam *Münz. von Catan. British Mus. Sicily p.* 48. *n.* 37-42. et *p.* 50. *n.* 51. — *Amenanus*, adjectivorum more, ad Amenanum pertinens. *Id.* 4. *Fast.* 467. Amenana flumina.

ĂMĔNŌPHIS, is (idis), m. 3. (Ἀμένωφις). In codd. scribitur etiam *Amenofis*, *Ammenophis*, *Amemphis*, *Amephes* etc. — In monum. Ægyptiis *Amenof* v. *Amenatep* v. *Amenhotep* v. *Amnhotp* vocatur, i. e. « Ammon-est-gratiosus » (*G. Maspero, Zeitschr. f. Ægypt. Sprache XX.* 128). — Gen. *Amenofis* habet *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 274. — Acc. *Amenofin* apud *eumd. ibid.* 230.

Amenophis, nom. regum Ægyptiorum, ex quibus quattuor memorantur a Latinis scriptoribus, nempe ¶ 1. Amenophis, qui fuit rex III. dynastiæ XVIII., conditæ ab Ahmes I. et a Thutmes III. ad summum gloriæ fastigium evectæ, et regnavit ann. circ. 10 (Cf. *Jos. c. Appion.* 1. 15. et *Brunengo, L'Imp. Ass.-Bab. I. p.* 309. *sq.*). *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 382. ¶ 2. Amenophis VIII. ejusdem dynastiæ, qui regnavit ann. circ. 30. *Id. ibid.* a. Abr. 400. Hic est Amenophis seu Amenoptes, quem quidam Menonem (*leg.* Memnonem) putant, quique suam dominationem protendit a Mesopotamia usque in Æthiopiam, Africam et Asiam peragravit, magnificentissima ædificia erexit sibique statuam giganteam fieri voluit, quam *vocalem Memnonis* vocant ob sonum oriente sole redditum, adhuc exstantem, celebrem apud Græcos (*Letronne, La statue voc. de Memn.*, coll. *Champollion, Lettr. crit. d'Egypt. p.* 312). ¶ 3. Amenophis XVI. ejusdem dynastiæ, qui regnavit ann. 40. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 768. Aliter tamen apud *Jos. c. Appion. loc. cit.* ¶ 4. Amenophis seu Amenophthis v. Amenhotep IV., dynastiæ XXI., qui regnavit ann. 9. *Hieronym. ibid.* — Plura de his *V.* apud *C. Müller, Fragm. Hist. Græc.* Paris 1848.; *Lenormant, Hist. anc. III.* et *Pietschmann, PW.* 1. 1824. *sq.*

ĀMENTĬA, æ, f. 1. (amens) nomen deæ, quæ amentibus præest. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli c.* 5814. Alii tamen rectius leg. *Clementia*, ut ipse *Henzen* ibi adnot.

ĀMENTĪNUS, a, um, adject. (amentum) ut *Amentinus pagus* (al. *Amitinus*) *minor* in Latio. Ita legitur in *Inscr.* apud *Orell. n.* 3796.; unde videtur et *major* exstitisse. V. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 251. — Fortasse ab hoc deductum cogn. *Amentinus* v. *Amintinus*, quo appellatus est cons. an. 461. a. Chr. in *Fast. cons. Capit.* 298.

ĀMĒNUS. *V.* AMŒNUS.

ĀMĔRĬA, æ, f. 1. (Ἀμερία; *Steph. Byz.* Ἀμέριον) nom. loci et personæ. ¶ 1. Ameria, nom. loci, oppidum Umbriæ tribu Clustumina, hodie *Amelia*, supra montem inter Tiberim et Narem situm, omnium antiquissimum, ante bellum Persicum an. 974. conditum, uti ex *Catone* narrat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (114)., h. e. ann. a. Chr. circ. 1134. Memorat etiam *Cic. Rosc. Am.* 7. 18. *sq.* — Municipium fuit, teste *eod. ibid.* 6. 15. Cf. *Inscr.*

apud *Orell. n.* 3908., 3949. et 4100., unde gens Roscia; et colonia, *Auct. libr. Colon.* 1. — Ad hoc opp. pertinet *Tabula* apud Caretes reperta. V. *Orelli Inscr. n.* 3787. et *Momms. Inscr.* 1426. et 6828. — *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 21. *M.* vult ab *Amero* v. *Amiro* ita appellatam (Cf. *Corssen* in *Zeit. f. vergl. Spr. III.* 263): vel dictam alii putant ex Phœnicia voce, quæ *montanus* significat (Cf. *Vaniček, Gr.-Lat. Etym. p.* 118). ¶ 2. In titulis nom. gent., ut *Ameria Titulla* in *Inscr.* apud *Murat.* 1294. 13. et 2069. 2. et *Ameria Januaria* in *Corp. Inscr. Lat.* 9. 2152. Adde *Inscr. Rostowzew*, tess. plumb. 1121.

ĀMĔRĬĀNUS, a, um, adject. ad Amerium aliquem pertinens, ut *Ameriana officina* apud *Furlanett.* in *Inscr.* figlina, *Lap. Pat. p.* 449.

ĀMĔRILLIS. *V.* AMARYLLIS.

ĀMĔRIMNĬĀNUS. *V.* voc. seq.

ĀMĔRIMNUS, i, m. 2. (Ἀμέριμνος, *securus*) Scribitur etiam *Amerymnus* in *Corp. Inscr. Lat.* 11. 6789. 206. et 15. 2172.

Amerimnus, nom. servorum et infimæ sortis virorum, Romæ frequentissimum, alibi raro inventum, in usu ab initio ætatis imper., quod tamen Christianis non placuisse videtur. *Ibid.* 9. 5868.; 12. 1002. etc. — Etiam cogn. *Ibid.* 6. 699., 21421. etc. — *Amerimnia*, nom. mul. *Ibid.* 11542. — Hinc *Amerimnianus*, cogn. vir. *Ibid.* 1682.

ĀMĔRĪNUM, i, n. 2. castellum, ab *Ameria* dictum, inter hoc opp. et Falerios, ad lacum Vadimonis, prope hod. *Orte* situm. *Tab. Peuting.* 5. Cf. *Corp.* 11. *p.* 639.; *Müller, die Etrur. I. p.* 103. et *Kaemf. Umbr. Spec. pr. p.* 25., coll. *Corssen* in *Zeit. f. vergl. Spr. III.* 263.

ĀMĔRĪNUS, a, um, adject. ad Ameriam opp. pertinens. *Cic. Rosc. Am.* 6. 15. Sex Roscius municeps Amerinus. *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 265. Amerinum oppidum. *h. e.* Ameria. *Plin.* 8. *ep.* 20. 3. prædia. *h. e.* in agro Castelli Amerini. — Hinc *Amerinus ager*, lege Augusti imp. veteranis adjudicatus. *Grom. p.* 22. *Lachm.* — *Amerina salix*, ex qua vimina fiebant ad vites colligandas. *Colum.* 4. 30. Hinc *Virg. loc. cit.* Amerina parant lentæ retinacula viti. — *Amerina via*, in Etruria, ex novem viis militaribus, quæ in Flaminiam incidebant. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5838., coll. 11. *p.* 639. — *Amerinum castellum*, de quo *V.* AMERINUM. — *Amerina pira*, quæ inter serissima recenset *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16 (55)., coll. *ibid.* 15. 17 (58). et poma *Colum.* 5. 10. et scopæ *Plin.* 24. *Hist. nat.* 9. 41. (67). — Hinc etiam absolute

Amerinus, i, m. 2. ¶ 1. Est incola Ameriæ. *Sil. It.* 8. 460. — Plur. *Amerini*, apud *Cic. Sext. Rosc.* 9. 24. et 44. 127., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 57. 58. (148). et *Inscr.* apud *Orell. n.* 98., cui tamen suspecta videtur. ¶ 2. Item nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 4362.; et cogn. in gente Roscia. *V.* ROSCIUS.

Amerina, ōrum, n. plur. 2. pira serissima. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 18. Cf. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (55).

ĀMĔRĬŎLA, æ, f. 1. oppidum Latii. *Liv.* 1. 38. Ficulea vetus - Ameriola - capta oppida. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (68). Fuere in Latio clara oppida - Crustumerium, Ameriola etc. Cf. *Hülsen, PW.* 1. 1827.

ĀMĔRĬUS, ii, n. 2. nom. gent. vir. Cf. *Amurius*, Etr. *amre*, *amriθi* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 121). *Corp. Inscr. Lat.* 9. 2152.

ĀMESTRĀS, ātis, adject. omn. gen. idem ac Amestratinus. *Cic.* 3. *Verr.* 88. Decumas - Amestrati M. Cæsio decumano darent. Alii aliter leg.

ĀMESTRĀTĪNUS. *V.* voc. seq.

ĀMESTRĀTUS, i, f. 2. (Ἀμήστρατος v. Ἀμίστρατος) oppidum Siciliæ, ad Halesum fluvium, hodie *Mistretta* (Cf. Μυτίστρατος *Pol.* apud *Steph. B.* et *Antig. Mir.* 154). *Cic.* 3. *Verr.* 43. 101., ubi alii male leg. *Amastra*, uti monet *Orell. On. Tull. p.* 33. Cf. *Raoul-Rochette, Lettre à M. Schorn* Paris 1832. *p.* 5. ibi *cit.* At *Amastra* legitur apud *Sil. It.* 14. 267., fortasse contr. ab *Amastratus*. — Hinc *Amestratinus* v. *Amastratinus, a, um*, adject., ad Amestratum pertinens. *Cic.* 3. *Verr.* 39. 88. Amestratini legati — Absolute *Amestratini*, incolæ. *Id. ibid.* Amestratini homines tenues. — In nummis apud *Eckhel*, 1. *p.* 197. et *Sestini, Class. gen.* gentile est Ἀμηστρατῖνοι v. Ἀμαστρατῖνοι. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). habet *Mythistratini* v. *Mutistratini*.

ĀMĔTHYSTUS, i, m. 2. (Ἀμέθυστος, *non ebrius*) Scribitur etiam *Amethistus*, *Ametistus*, *Amatistus*, *Amætustus* etc.

Amethystus, nom. servorum et humilium ab init. ætat. imp. Romæ frequentissimum, extra Italiam rarum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 4898.; 14. 482., 581. etc. — Etiam cogn. *Ibid.* 6. 200. 1. 33.; 9. 3628.; 10. 825. etc. — *Amethysta* (*Amethyste*), nom. et cogn. mul. *Ibid.* 6. 11549., 16349. et 10. 4820.

ĀMĔTĪNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Ametini oppidi, in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5136 (*Corp. Inscr. Lat.* 10. 6440). *V.* AMITINUM.

ĀMĔTISTUS. *V.* AMETHYSTUS.

ĀMĔTĬUS, ii, m. 2. nom. gent., fortasse ductum ab *Amitino* oppido vel conferendum cum Etr. *Amθni*. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1068. 2. 8. — *Ametia*, nom. mul. *Ibid.* 12. 4065.

ĀMĬANTIS, is (idis), f. 3. *V.* voc. seq.

ĀMĬANTUS et Amianthus, i, m. 2. (Ἀμίαντος) Utraque scriptura æque usitata. — Amiantus, nom. servorum humillimorumque hominum, Romæ frequentissimum inde ab ætate Cæs. Aug. *Corp. Inscr. Lat.* 1.² *p.* 69. 13. (a. 1. p. Chr.); 6. 157., 4328.; et cogn. *ibid.* 2. 4301.; 10. 85.; 14. 1686. — *Amiantis* v. *Amianthis* (Ἀμιαντίς), nom. et cogn. mul. *Ibid.* 6. 11654.; 10. 500. — *Inscr. Chr.* in *Notiz. degli scavi* 1902. *p.* 367. AVRELIE AMIATI.

ĀMĬĀNUS. *V.* AMMIANUS.

AMICENSES, ium, m. plur 3. populus Sarmaticus, a Constantio imp. deletus, teste *Ammian.* 17. 13. 19.

ĀMĪCISSĬMUS, i, m. 2. *V.* AMICUS.

ĀMĪCĬTĬA, æ, f. 1. (amicus) ¶ 1. Est nomen societatis seu collegii. V. *Lexic.* ad *h. v.* in fin. ¶ 2. In fabulis est Noctis et Erebi filia. *Hygin. præf. fab.* ¶ 3. *Amicitia* picta ab Habrone traditur *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (141). Item figurata reperitur in quibusd. vasis. *Annal. dell' Istit. Arch.* a. 1848. *p.* 373.

AMICIUS. *V.* AMNIUS.

ĀMĪCLAS. *V.* AMYCLAS.

ĀMĪCOS et

ĀMĪCUS, i, m. 2. (*ameicus* v. *amecus*: ab *amo* et *æquus*: V. *Lexic.*) ¶ 1. Est cogn. vir., gentis Siculæ proprium. *Apul. Apol.* 68. — Sæpissime nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11655., 9. 466. etc. — In *Inscr.* apud *Murat.* 1825. 6. legitur *Amicos*, positione Gr., fortasse pro *Amycos*. Cf. AMYCUS. — Hinc *Amillus*, contract. ab *amiculus*, cogn. vir. apud *Martial.* 7. 62. et *Inscr.* apud *Murat.* 65. 5. Cf. tamen AMMIUS. — *Amicilla*, cogn. mul. deminut. *Inscr.* apud *Grut.* 1131. 10. ¶ 2. Item epitheton Martis in *alis* apud *Orelli n.* 1341.

ĀMĪDA, æ, f. 1. (Ἄμιδα vel Ἀμίδη) oppidum Armeniæ ad Tigrim, dictum hodie *Dijarbek*, Turcis *Kara-Amid*, h. e. *Nigra Amida*, propter arcem ejus munitissimam, lapidibus nigris exstructam. Memoratur *Ammian.* 18. 6. 17., *Ruf. Fest.* 27., *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2368. et *Notit. Dign. or. c.* 34. *Marcell. Chron. II. p.* 96. 502. 2. Amida opulentissima civitas. Cf. *Baumgartner, PW.* 1. 1833. — Ejus situs describitur *Ammian.* 18. 9., ubi traditur Constantius imp. oppidum ampliasse ac turribus munivisse suoque nomine voluisse appellari. Hinc forsitan aliud ejus nomen fuerit *Constantia*. — Fuit an. p. Chr. 359. a Sapore, Persarum rege, obsessum captumque, teste *eod.* 19. 1. 8.

ĀMĪDENSIS, e, adject. ad Amidam opp. pertinens. *Marcell. Chron. II. p.* 100., 518. 3.

AMILCAR. *V.* HAMILCAR.

AMILUS, i, m. 2. fluvius Mauretaniæ, de quo *Plin.* 8. *Hist. nat.* 1. 1. (2)., ubi *Aulo* leg. *Voss.* pro *Amilo* et *Ando* conjicit *Urlichs*.

ĀMĪNĀDĀB, indecl. m. (Hebr. *'Ammînâdhâbh* « populus meus nobilis »; *LXX.* Ἀμιναδάβ v. Ἀμειναδάβ) ¶ 1. Fuit filius Ram v. Aram, de tribu Juda, pater Naasson et Elisabeth, uxoris Aaron, ex majoribus Christi secundum carnem. *Vulg. Exod.* 6. 23., *Num.* 1. 17., *Matth.* 1. 4. et *Luc.* 3. 33. ¶ 2. Item filius Caath et pater Core. *Id. ibid.* 6. 18.; qui tamen *ibid.* et *v.* 21. dicitur *Isaar* (cod. Alex. Ἰσσαάρ): fortasse nomen illud ex errore librarii in 1. *Par.* 6. 22. illapsum est. ¶ 3. Item de filiis Oziel, princeps et dux Levitarum, missus a Davide ut cum aliis Arcam in urbem Jerusalem transferret. *Ibid.* 15. 10-13. ¶ 4. Item aliquis fortasse peritissimus quadrigarum velocium rector; vel, ut quidam putant, ipse Salomon; vel nomen appellativum populi (*Weitenauer, Lex. Bibl. p.* 48). Memoratur *Cant.* 6. 11. — Hinc tamen ex varietate lectionis Hebraici, Græci et Vulgati textus nescitur, propriumne an commune nomen sit habendum. « Ce verset est un de ceux qu'on ne parviendra jamais à expliquer clairement » inquit *Cahen* h. l.

ĀMĪNÆUS et

ĀMĪNĒUS. *V.* voc. seq.

ĀMINNĒUS, a um, adject. (Ἀμιναῖος, Ἀμίνειος, Ἀμίννιος) — *a)* Scribitur *Amineus*, simplici *n*, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 79., coll. *Cels.* (cod. Vat.) et apud *Scribon.* *Terentian.*, *al.* — *Ammineus*, duplici *m* (quod præfert *Forcellin.*), apud *Virg.* 2. *G.* 97.: ita ex codd. Med. et Vat. *G. Pier.*, ubi tamen *Ribbeck* leg. *Aminneæ*. Sic *Varr. R. R.*, *Colum.*, *Edict. Diocl.*, *al.* — *Aminnius* habet *Cat. agr.*, *Vopisc. Tac.* 17. — Apud *Plin. Hist. nat.* et *Aminneus* et *Amineus* et *Ammineus* (Cf. *Mayhoff* ad 34. [103]). V. *Wagner* ad *Virg. loc. cit.* — *b)* Prima brevis est. *Virg. loc. cit.* Sunt et Amineæ (Aminneæ *R.*) vites, firmissima vina. et *Sammon. c.* 29. Sucus Aminei cum pane medetur *etc. Alii aliter leg.* et *c.* 37. Aut in Amineo *etc.* Adde c. 29. At *Manut.* edidit ad *Virg.* dactylon « Sunt etiam Ammineæ *etc.*, cui favet *Auson.* 18. *ep. fin.* Solus qui Chium miscet et Ammineum. — Pro dactylo tribrachum facit *Annian. carm. fragm.* 3. 4. — Hinc patet quantitatem trium priorum syllabarum variam esse; quam tamen proposuimus, communiorem. — *c)* Origo vocis fortasse ab *Aminæa* (Ἀμιναία) apud *Hesych.*, altero nomine Peucetiæ; hinc *Macrob.* 3. *Sat.* 16. Aminei fuerunt ubi nunc Falernus (*al.* Salernum) est (Cf. *Ptol. I.* 3. Ἀμιναῖον, opp. Campaniæ, in qua et Falernus erat). *V.* infra *Serv. georg.* 2. 97. Aminneum (*al.* Amin[æ]eum) vinum dictum est quasi sine minio id est rubore; nam album est. Cf. *Isid.* 17. *Orig.* 5. 18. et 20. *ibid.* 3. 5.

Aminneus, ad Aminneos pertinens. Hinc *Aminnea uva*, *vitis*, *vinea* et *Aminneum vinum* apud *Plin.* 12. *Hist. nat.* 27. 60. (130).; 14. *ibid.* 2. 4. (22). et *alib.*, *Cat. R. R.* 6. et 17., *Varr.* 1. *R. R.* 25. et 58., *Colum.* 3. 9. *Corp. Inscr. Lat.* 15. 4552. — *Aminneus ager*, unde vitem hanc translatam dicunt in *Brev. Exp. Virg. Georg. loc. cit.* (Cf. *Olck, PW.* 1. 1836). — Vini ex hac uva expressi pretiosum saporem et « firmitatem senioque proficientem vitam » laudat *Colum.* et *Plin.*, coll. *Virg.*, *Sammon.*, *al. locc. citt.* — Hinc absolute *Aminnei, ōrum*, m. plur. 2., gens, de qua *Brev. exp. Virg. geogr.* 2. 97. et *Macrob.* 3. *Sat.* 16. *Serv. georg.* 2. 97. Amineas (Aminneas) Aristoteles in politiis hoc scribit Thessalos fuisse, qui suæ regionis vites in Italiam transtulerint atque illis inde nomen impositum (Cf. *Hesych.* 5. v. Ἀμιναῖον). V. *Hülsen, PW.* 1. 1835.

ĀMĪNĬAS, æ, m. 1. (Ἀμεινίας) ¶ 1. Fuit vir quidam strenuus Atheniensis, qui pugnæ navalis ad Salaminam initium fecit. *Ammian.* 21. 6. 14., coll. *Herod.* 8. 84. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8908.

ĀMĪNĬUS. *V.* AMMIUS.

ĀMĪNOCLĒS, is, m. 3. (Ἀμεινοκλῆς: ab ἀμείνων *melior* et κλέος *gloria*) vir quidam Corinthius, qui primus triremem fecisse traditur. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (207). Aminoclen (*acc.*). Adde *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1248.

ĀMINTAS. *V.* AMYNTAS.

ĀMINTĪNUS, i, m. 2. AMENTINUS.

ĀMĪNŬLA, æ, f. 1. oppidulum in Apulia apud *Plaut. Mil. gl.* 654. Cf. *Paul.* ex *Fest.* 25. 2. Alii aliter leg.

ĀMĪRO, onis, m. 3. (ab ἀμοιρέω, ἀ-μείρομαι, *privo portione*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Don. al.* 5. *n.* 20.

ĀMĪSĒNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Amisi op-

pidi. Plin. 10. ep. 93. Amisenorum civitas et libera et fœderata legibus suis utitur. — In nummis apud Eckhel, 2. p. 348. legitur ΑΜΙϹΗΝΩΝ. — In sing. num. Amisenus, cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 4716 (=C.I.L. 10. 5002).

AMĪSĒNUS, i, m. 2. V. voc. præc.

AMISIA, æ, f. 1. et

AMISIS et Amisis, is, f. 3. (Ἀμισίας v. Ἀμασίας) fluvius Germaniæ, hodie Ems. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 14. 28 (100). — Amisia apud Tac. 1. Ann. 60. et 73. et 2. ibid. 8., a quibusdam putatur dici de oppido fluvii cognomine, sed perperam. V. Ritter apud Orell. ibid. — Amisia habet Mela 3. 3 (30). Cf. Ihm, PW. 1. 1838.

AMĪSOS et Amisus, i, f. 2. (Ἀμισός Ptol. et Strab. Etiam Amisum n. Plin. loc. cit.) oppidum Ponti maritimum inter Kalyn et Irin, unde et sinus nomen accepit (Plin. loc. cit.), nunc Samsun, cujus reliquiæ, portus nempe et murorum, Eski Samsun dicuntur. Plin. 37. Hist. nat. 8. 37. (115). — Origo oppidi incerta; tamen a Græcis conditum refert Ammian. 22. 8. 16., cui Mithridates Eupator adjunxit oppidum Eupatoria. Plin. 6. Hist. nat. 2. 2 (7)., qui utrumque Pompejopolim aliquando appellatum tradit. — Expugnatum fuit a Lucullo in bello Mithridatico, teste Cic. Manil. 8., coll. Plutarch. in Lucullo 19.; sed libertate postea donatum fuisse tradit Plin. alter 10. ep. 93., coll. Strab. 12. 547. — De eo V. Hamilton, Research. As. Min. T. 1. p. 290. et Hirschfeld, PW. 1. 1839.

AMISSUS, i, m. 2. legatus quidam Alexandri M. cum Thessalo et Perilao. Curt. 10. 8. 15. Alii tamen aliter leg.

AMĪSUM, i, n. et

AMĪSUS, i, m. 2. V. AMISOS.

AMĪTA, æ, f. 1. cogn. mul. Inscr. apud Grut. 789. 9. et Momms. n. 6559. — De Amita uxore Latini (Dionys. Antt. 1. 64.) V. AMATA.

AMITÆ, ārum, m. plur. 1. gens Arabiæ. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32 (158). Alii leg. Amitæi.

ĀMĪTERNENSIS, e, adject. idem quod Amiterninus. Conc. Rom. a. 499. p. 453 (cod. D.). — Plur. Amiternenses, in Inscr. apud Reines. cl. 1. n. 234.

ĀMĪTERNĪĀNUS, a, um, adject. ad Amiternum pertinens. Inscr. apud Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 2. p. 81. ORDO SPLENDIDISSIMVS AMITERNIANAE CIVITATIS.

ĀMĪTERNĪNI. V. voc. seq.

ĀMĪTERNĪNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Amiternum pertinens. Martial. 13. 20. et Grom. 1. p. 228. Luchm. Amiterninus ager. Sic Plin. 14. Hist. 3. 4. (87). Peculiaris est Amiternino (agro) pumula (vitis). Id. 19. ibid. 6. 32. (106). Amiternina cepa. et 18. ibid. 13. 35. (131). Amiternini napi. et 19. ibid. 5. 25. (77). Palma Romæ Amiterninis (napis) datur. Vitruv. 2. 7. 1. Amiterninæ lapicidinæ. Adde Inscr. apud Orell. nn. 106., 3699. et 3961. et Momms. n. 5774. ¶ 2. Item qui ex Amiterno est. Varro 2. R.R. 9. 6. — Hinc absolute

Amiternini, ōrum, m. plur. 2. incolæ Amiterni. Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (107)., Varro 5. L.L. 5. 44. et Inscr. apud Orelli n. 3794. V. Schulze, Eigenn. 541.

ĀMĪTERNĪUS, ii, m. 2. nom. gent., fortasse ductum ab Amiternum. Inscr. apud Orell. n. 2992. et alia in Notiz. degli scavi, 1902.

ĀMĪTERNUM, i, n. 2. (Ἀμίτερνον Strab. 5. 228.; (Ἀμίτερνα Dion. 2. 49). Amiternus in Tab. Peuting. 5. — Etymon ducit Varro 5. L.L. 5. p. 11. M. ab am (ambi) « circum » et Aternus, quasi circum Aternum amnem. Cf. Pott, Etym. Forsch. 4. p. 584; aliunde alii. V. Corssen, K.Z. III. 268. et Vanicek, Etym. etc. p. 118.

Amiternum, oppidum et municipium ac prima Sabinorum sedes (Dion. ex Cat. 2. 49. 2), ad Aternum amnem, in finibus Vestinorum, tribu Quirina (Kubitschek, Imp. Rom. etc. 54). Memoratur Liv. 10. 39. et 36. 37., Jul. Obseq. 20. et Gromat. p. 228. Lachm., ubi in provincia Valeria recensetur. — Adversa multa in bello sociali ac civili subiit; sed postea floruisse infertur etiam ex ejus ruinis, ubi hodie est Torre d'Amiterno v. Castello di S. Vittorino. Cf. Forbiger, Handb. etc. III. p. 638. et Notiz. d. scavi (1880) 290. 350. 370. et (1891) 96., 321. et Corp. Inscr. Lat. 9. 4209. — Inscriptiones, quæ ad hoc oppidum spectant, collegit ediditque Momms. inter Inscr. regn. Neap. 5750-5982., cum incertis ex agro Aquilæ, a qua parum distabat.

ĀMĪTERNUS, a, um, adject. ad Amiternum oppidum pertinens. Virg. 7. Æn. 710. et Sil. It. 8. 414. Amiterna cohors. Martial. 13. 20. et Gromat. p. 228. Lachm. Amiternus ager.

ĀMĪTHĀON. V. AMYTHAON et derivat.

ĀMĪTĪNENSES, ium, m. plur. 3. incolæ Amitini oppidi. Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (52).

ĀMĪTĪNUM, i, n. 2. oppidum Latii olim clarum, de quo Plin. 3. Hist. nat. 5. 9 (68). — Fuit colonia, ut colligitur ex Inscr. apud Henzen cit. in AMETINI. Cf. etiam Hülsen, PW. 1. 1841. et Nissen, Ital. Landesk. II. 271.

AMMĀ et Amma indecl. Hebr. 'Ummâh « conjunctio » ¶ 1. De loco. — 1.°) Est oppidum Chananæorum in Galilæa, quod sortita est tribus Aser, hodie Khirbet Ammah vel Ummieh, ut putat Guérin, Descr. de la Palest., Galil. t. 2. p. 114. sqq.; aut Alma vel Almaech-Chob, uti vult Thomson cit. a Van de Velde, Mem. to accomp. the map Holy Land., p. 354. Vulg. Jos. 19. 30., ubi LXX. habent Ἀρχόβ. — 2.°) Item alterum ita dictum in text. Hebr. 'Ammah « aquæductus ». Hieronym. sit. et nom. Hebr. p. 97.; sed aliter apud Vulg. 2. Reg. 2. 24. « Venerunt ad collem aquæductus » (LXX. habent Ἀμμάν). Videtur ergo nomen collis. Ita Hummelauer, Comm. in Sam. p. 280., et Syr., Arab., Targ. et Jos. Antt. 7. 18., ubi vocatur Ἀμματαν. Cf. Fürst, Hebr. u. Chald. Handw. Lipz. 1876. ¶ 2. Est nom. mul., decl., Gr. Ἄμμη (Cf. AMMIA). Corp. Inscr. Lat. 6. 24358. PLAVTIA Q. l. AMMAE. — Etiam cogn. mul. in Inscr. apud Fabretti p. 172. n. 332.; quod ab ἅμμα, nexus, vult esse cl. Furlanetto in App., dempta, ut sæpe usuvenit apud Latinos, aspiratione et immutatis nominis genere et declinatione. — Isid. 12. Orig. n. 42. Strix vulgo Amma dicitur.

AMMÆDĀRA vel

AMMÆDĒRA. V. ADMEDERA et derivat.

AMMĀENSIS v. Ammiensis, e, adject. ad Ammaum v. Ammium oppidum pertinens. Plin. 37. Hist. nat. 2. 9. (24). Ammaensia juga. Alii tamen leg. Ammaiensia v. Ammiensia v. etiam Ammecensia. — Hinc absolute

Ammaenses v. Ammienses, ium, m. plur. 3. incolæ Ammai. Id. 4. 32. 35. (118).

AMMĀNA, æ, f. 1. vel -ōrum, n. plur. 2. (Ammon) oppidum Palæstinæ, quod postea Philadelphia vocatum est. Hieronym. Comm. in Naum 3. 8. — Fuit caput regni Ammonitarum et in sacris litteris dicitur Rabba vel Rabbath. V. RABBA.

AMMĀNĪTES, idis, f. 3. V. AMMONITES et AMMONITIS.

AMMĀUM, i, n. 2. oppidum in Lusitania, nunc fortasse Almeida v. Portalegre. Inscr. apud Grut. 257. 11. — De ejus nummis videsis Sestini, Med. isp. p. 5. et Mionnet, Suppl. T. 1. p. 79. Cf. Ἀμμαία apud Ptol. 2. 25. 6., quo nomine alia oppida fuerunt in Arabia, Mesopotamia etc., apud eumd.

AMMĀUS (Ammaum), i, f. 2. Scribitur etiam Emmaus v. Emaus, Gr. Ἀμμαοῦν. et apud Jos. Antt. 13. 1. Ἀμμαοῦς, οὗτος v. Ἐμμαοῦς, ibid. 17. 12. — Ammaus, nomen loci et personæ ¶ 1. Est oppidum in campestribus (Sephela), ubi Judææ provinciæ montana incipiunt et ubi Judas Mach. exercitum Gorgiæ profligavit. Vulg. 1. Mach. 9. 50., coll. ibid. 3. 40. et 57.; 4. 3. et Hieronym. in Dan. c. 8., ubi dicitur Emmaus v. Emmaum, hodie Amuas (Amwas). — Fuit instauratum a Julio Africano et postea dictum Nicopolis (Cassiod. Chron. et Hieronym. de scriptorib. eccl.), quo tres viæ a Romanis stratæ perducebant (Cf. Schiffers, Amwas, Freib. 1890. p. 61). V. NICOPOLIS. — Non esse autem confundendum cum castello, quod Emmaus item dicitur apud Vulg. Luc. 24. 13., monet Reland, Palæst. p. 714. et alib. probatque Mau, PW. 1. 1848. V. EMMAUS. — Attamen unum eumdemque esse locum multi veteres recentioresque scriptores tradunt. Sane acriter etiam nunc disputatur, utrum legendum sit apud Luc. loc. cit. stad. 60., an 160., unde tota pendet quæstio de loco et situ statuendo, quo Christus cum discipulis convenit. Priorem de stadiorum numero sententiam tenet Lagrange (Revue bibl. 1896. p. 87-92., coll. 1895. p. 501-524), cui suffragantur præter laudatos Finn, Henderson, Conder, Mearns, Mauss, Tobler, Domenichelli, Rükkert, Belser, Lievin de Hamme, al.; posteriorem vero Tischendorf (Nov. Test. ed. VIII. t. 1. p. 725), cui favent Dalfi, Bassi, Guillemot, Robinson, Guérin, Schiffers, al. — Cl. Heidet (Dict. Bibl. Vigour. h. v.), expositis, et quidem fuse eruditeque, utriusque partis argumentis, rem in medio reliquit. Ceterum sententia, qua ponitur castellum, a Luca memoratum, ubi nunc est Amuas, multis probabilior videtur; hanc ab Euseb. et Hieronym. sæpe traditam haud pauci interpretes et critici viri doctissimi secuti sunt (Bed., Bon., Jans., Baron., Salm., Maldon., Suar., Lap., Marian., Tirin., Knabenb., al.); non enim intelligi potest hodierna Kalonije, colonia veteranorum, antea dicta Emmaus, quæ nimis parum (30. st.) distat ab Jerusalem (Cf. Jos. 7. B. J. 6. 6. et Schiffers, op. cit. p. 49. sq.), uti sentiunt Calmet, Sepp, Reischl, Caspari, Weiss, Schürer, al. (V. Ritter XVI. Judæa etc. p. 545). At pro El-Kubebe v. Kubejbeh (64. st.) militant Zschokke, Schegg, Holzammer, Buselli, al.; et quamquam ei loco nunquam inditum fuisse constat nomen Emmaus; hujus tamen sententiæ patroni tot tantisque utuntur rationum momentis, ut cl. Re (Arch. Bibl. Diz. 2. p. 481) eam hodie inter eruditos potiorem adfirmare non dubitet. ¶ 2. In titulis nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 9. 3312.

AMMENOPHIS. V. AMENOPHIS.

AMMĪĀNUS (Amianus), i, m. 2. (Ammius) Scribitur Amianus, unico m, in Corp. Inscr. Lat. 8. 19942. et 13. 10010. Cf. Cic. 6. Att. 1. 18. — Hammianus, cum aspiratione, in Cod. 5. 43. 9.

Ammianus, Ἀμμιανός (V. Schulze, Eigenn. etc. p. 121. ¶ 1. In titulis cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 1170. et 1467. — Aliquando transiit in nomen gentilicium. Inscr. apud Murat. 601. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Ammianus Marcellinus, historicus illustris, natione Græcus et patria Antiochenus, genere nobilissimus, professione miles et comes additus Ursicino, præf. militum sub Constantio imp., post cujus obitum sub Juliano imp. militavit contra Persas; dein inter protectores domesticos, adscitus est; mox vero, Valentiniano et Valente impp., militia se abdicavit et Antiochiam rediit. Ammian. 31. 16.; 19. 8.; 14. 9.; 23. 10.; 29. 1. et alib. passim. et Liban. ep. 235. et 980. — Romæ, quo, relicto Oriente, se contulit optimarum artium studiis et auctorum, præcipue Latinorum, lectioni vacans, historiarum libros XXXI. a Nerva imp. ad Valentis imp. exitum, continuator Taciti, ibi conscripsit, quorum XIII. priores interciderunt. — Ejus stilus est is, qui Græci hominis et militis Latine scribentis esse potest, ut ipse de se fatetur in fine lib. ult., durus nempe, horridus et barbarie usquequaque asperus, locutione sæpe affectatior; ceterum gravis plane ac serius scriptor verique studiosissimus, summis quibusque historicis comparandus et ad rerum cum civilium tum ecclesiasticarum cognitionem utilis atque ad eo necessarius. V. Salmas. De Hellen, p. 39., Forcellin. h. v., Gardthausen in præf. Ammian. — Vixit ab a. circ. 330. ad 400., ethnicæ religionis professor sed Christianæ non infensus. De hoc V. Hegn. in prol. de Ammian. M.; Hadr. Vales., qui sua Excerpta Anonym. ei addidit; Seeck, PW. 1. 1851. — De Ammiano scripserunt Chifflet, De Ammian. M. vita et libris, Louv. 1627.; Heyne, Cens. ingenii et hist. A. M. v. VI, opusc. p. 35-51.; C. A. Müller, De Amm. M. Posen 1852.; E. E. Hudemann, Quæst. Amm. Lands. 1864.; Kiessling, Conject. Amm. Greifs. 1874. 8. p. 4. in Ind. lect. etc.; M. Hertz., De Amm. M. stud. Sall. Bresl. 1874-76. p. 4. Ind. lect. et Hermes VIII. p. 257-274.; Gimazane, Amm. M. sa vie et son œuvr. 1889. — 2.°) Ammianus, episcopus, ad quem scripsit Ambros. ep. 15. — 3.°) Alii apud Cic. loc. cit., coll. Orelli in Onom. Tull. p. 38., Mar-

tial. 2. 4. 1. et 2. 17. 4. et in Cod. 4. 30. 7.; Just. 4. 24. 11., 5. 48. 9. et 6. 58. 7.; et Cod. Theod. 11. 30. 41., ubi videtur idem memorari qui Ammianus Marcellinus.

AMMĪAS (Amias), ădis, f. 3. cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 1600., 10680.; 11. 142. — Absolute in Inscr. Christ. apud Marat. 1825. 10. AMIAS GORGONIO COIVGI CARISSIMO.

AMMĪĒL (Ammihel), indecl. m. Hebr. 'Ammî 'El « populus meus Dei » (Hieronym. nom. Hebr. p. 15); LXX. Ἀμιήλ. Idem inverso ordine scribitur 2. Sam. 11. 3., sc. 'Elî 'âm et Vulg. 2. Reg. 11. 3. Eliam. — Puto omnia hujusmodi nomina posse etiam declinari, ut Abel, is, Daniel, is, etc. Cf. Priscian. 7. p. 312. K. — Ultima in hisce nominibus producitur. Id. ibid. Ceterum suapte natura est longa, uti ex Hebraico patet.

Ammiel ¶ 1. Fuit filius Gemalli de tribu Dan, missus cum undecim aliis a Moyse ad explorandam terram Chanaam. Vulg. Num. 13. 13. ¶ 2. Item pater Bethsabee, uxoris Uriæ, dein Davidis. Id. 1. Par. 3. 5., qui Eliam dicitur 2. Reg. l. c. ¶ 3. Alii laudantur Ibid. 9. 4. et 17. 27. et 1. Par. 26. 3.

AMMĪENSIS. V. AMMAENSIS.

AMMĪNĒUS. V. AMINÆUS.

AMMĪUS, ii, m. 2. Scribitur et Amius unico m, ut in derivatis quoque Amias, Amianus. Sic et in Corp. Inscr. Gr. n. 4089. occurrit Ἀμία. — Ducendum videtur ab ἀμμάς vel ἀμμία, mater, nutrix (Hesych.). ¶ 1. In titulis sæpius Amius, nom. gent. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 11556., et apud Momms. n. 5070.; et cogn. apud eumd. n. 688. — Amiaia, nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 2. 1140. Adde Cod. 6. 38. 4. — Hinc nom. gent. Amicius (a); Amidius (a); Amnius (a); Ammeus; Ammonius; Amnissius; Amulejus (a) etc. Ibid. passim. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Ammius, vir quidam, Hunnus stirpe, Sari frater, quicum necem germanæ Sanielh, crudeliter dilaceratæ jussu Ermanarici regis Gothorum, vindicavit. Jornand. Get. 24. — 2.°) Ammius Flaccus, senator, vir honestus. Plin. 9. ep. 12. 13.

AMMO, ŏnis, m. 3. V. AMMON.

AMMŌDĒS (Hammodes), is, omn. gen. adject. (Ἀμμώδης: ab ἄμμος, arena, h. e. arenosus). ¶ 1. Est locus in Africa ita appellatus ob multitudinem pulveris seu arenæ. Hygin. 2. Astr. 20. ¶ 2. Item promontorium in Cilicia, inter Pyramum et Cydnum fluvium, nunc, fortasse, Capo Mallo. Memoratur Mel. 1. 13. 1.

AMMON (Hammon), ōnis, m. 3. (Ἄμμων, ωνος Pind. fr. 7. et Ἀμμών LXX.). — a) Orthographia: scribitur frequentius apud Latinos Hammon cum aspiratione, ut in MSS. et edit. libr. lapidibusque videre est. Sic Inscr. apud Orelli n. 1243. et 1244. et Henzen, Suppl. n. 5681. etc. Cf. Cassiod. Orth. 9. et Zumpt ad Curt. 4. 7. 6. Verum, origine vocis inspecta, rectius Ammon. — Scribitur aliquando Amon, simplici m; unde Amonianus, Amonius etc. Cf. Jer. 46. 25. Hebr. 'Âmôn. Vox Ægyptia 'Amûn et Amn (V. Zeitschr. f. Aegypt. Sprach. XXI. 39. et Jablonski loc. cit.) — b) Declinatio: in recto, sed raro, etiam Ammo apud Paul. ex Fest. p. 76. L. et in Inscr. in Boll. Nap. a. 1857. p. 19. — Etiam Ammonas, æ, efferri posse videtur ex Hildebr. ad Apul. Trim. 1. — Acc. Ammona (Hammona), Græca positione, usurpavit Lucan. 9. 586. — c) Prosodia: ultimam licenter, ut ex Hebr. et Gr. patet, corripuit Capell. 2. p. 43. « Ammon et arentis Libyes ac Byblius Adon ». Sic et alibi in legem pedariam peccavit, ut ibid. p. 41. n. 190., quod poetarum etiam antiquissimorum vitium accusat Athenæus 15. p. 632. Cas. Priscian. De acc. p. 314. monet in peregrinis verbis et barbaris nominibus nihil esse certi. — d) Etymologia: vox proprie est Ægyptia, teste Herod. 2. 42., coll. Diod. 1. 13. Cf. etiam Jablonski in Panth. Æg. l. 2., qui vult esse Ægyptiace Amun (Copt. Min, Gr. Ἀμοῦν) « lucidus vel genitor lucis »), i. e. Sol., Græcis vocatum Ἄμμων. Plutarch. de Is. et Os. hæc habet: Ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἀμοῦν, ὃ παράγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. Recentiores vero ab Ægyptia voce huic simili Aman « occultus, mysticus » derivant, quod nomen plenius Amen-Ra habetur in monumentis Thebanis XI. dynastiæ, h. e. deus occultus, invisibilis, a remotissima ætate in Ægypto cultus nomine Knum, uti auctor deorum hominumque (V. Grébaut in Rév. Arch. 1873. p. 392. et Brugsch, Aegyptol. p. 177. et alib. et Wörterb. I. 71. et V. 69., coll. Jambl. de Myth. VIII. 3. τὸ κεκρυμμένον), qui corpus Ra, nempe Solem, induit, quique in picturis, una cum Mut et Khon, triadem Thebanam efficiens, repræsentatur (Champollion, Dict. égypt. p. 197., Pierret, Dict. d'Arch. égypt. p. 35. Pietschmann, PW. 1., 854.). Cf. de hoc etiam Capell. et Macrob. locc. citt. Fabularum vero veterum interpretes comparant Ammonem cum Cham, quia unum eundemque esse contendunt. Calmet, Dict. ad h. v. et Bianchini, Stor. Univ. v. 2. p. 170. sqq. et alib. V. CHAM. — Ceterum de Ammone alia mythica, alia historica narrantur.

I.) Ammon, ut persona fabulosa seu mythica. ¶ 1. Est supremus Ægyptiorum deus, dein aliarum gentium (Pausan. 9. 16., Virg. 4. Æn. 198. et Macrob. 1. Sat. 21. 19), maxima veneratione Thebis, cum Mut et Khon, præcipue cultus, dictis idcirco No-Ammon, i. e. habitatio Ammonis (Nah. 3. 8), et Diospolis a Græcis, a quibus Juppiter dicebatur Ζεὺς Ἄμμων; quamquam non est confundendus Græcus cum Ægyptio Amun-Ra, rege deorum et mundi conditore (Lenormant, Man. Hist. anc. t. 1. p. 181. sqq.; Talbot, Myth. etc. p. 32., al. V. infra): itemque in Libya colebatur, regione Ægypti contermina (Auson. epigr. 93), ubi templum cum oraculo habebat; et etiam in Æthiopia, immo et in tota Africa, unde Ammon Afrorum dicitur Petron. Sat. 119., coll. Cic. 1. Nat. D. 29. et Virg. 1. Æn. 198., quin et apud Romanos, ut patet ex inscriptt. et nummis apud Eckhel, 1. p. 294. et 155., 2. p. 68., 70., 337. et 4. p. 84. etc., coll. Cohen, Descr. d. Méd. in nummis gentis Cornificiæ et Pinariæ. — In fabulis fingitur pater Liberi patris (Mythogr. I. fab. 121) et Apollinis quinti (Ampel. 9). — Memorant Lucret. 6. 848., Ovid. 15. Met. 309., Lucan. 9. 514., Macrob. et Capell. locc. citt., Curt. 4. 7. 16., al. — Quod autem sit cl. De-Vit legi hebraice Jerem. 46. 25. (cui addi potest Ezech. 30. 4.; 10. 15., ubi Hamôn scribitur), ibi potius est lusus verborum. Vulg. vertit super tumultum Alexandriæ; alii super multitudinem Thebarum. Legitur tamen apud Nah. 3. 8. hebr. נא אמון Nô' 'Amon « No (Thebæ) Amon ». — Originem ejus cultus non unam designant veteres scriptores. Alii namque tradunt Liberum quum per desertum Libyæ exercitum duceret, universa jam Asia devicta, et alii admodum laboraret, implorasse a patre auxilium; quo facto, apparuit ei extemplo aries, quem dum fugientem persequitur, pervenit, illo duce, ad fontem amœnissimum; desiderio autem potitus, existimans illum esse Jovem, ei templum miræ magnitudinis in arena constituit et deum vocavit Ammonem, quasi Jovem arenarium. Ita Mythogr. III. fab. 3. n. 9. ed. Mai, Hygin. 2. Astr. 20., coll. fab. 133. et 275., Capell. 2. p. 39. et Ampel. 2., Herod. 4. 181. et Diod. 3. 68. sqq. Hinc aries ei dicatus (Rufin. 10. rec. 10. 27.). Alii dicunt Ammonem Jovem esse appellatum ex nomine Ammonis pastoris, qui primus illic templum exstruxit, ut Suid. et Aristoph. docuerunt, vel qui primus pecoris multitudinem ad Liberum adduxit, pro quo beneficio hic agrum ei dedisse fertur, qui est contra Thebas Ægyptias (Hygin. 2. Astr. 20); idcirco simulacra Ammonis capite cornuto finguntur (Cf. Tertull. de Pall. 3. et Serv. ad Virg. 4. Æn. 196., ubi hac de re multa). Alii referunt cultum fuisse ab Ægyptiis Jovem hoc nomine in memoriam illius metamorphosis, qua in convivio sedens cum aliis diis, superveniente Typhæo gigante, timore correptus se in arietem mutavit (Ovid. 5. Met. 327. sqq.); alii contra nomine Ammonis, non Jovem aliumve creditum fuisse contendunt, sed Solem; unde Macrob. loc. cit. Ammonem, quem deum Solem occidentem Libyes existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maxime id animal valet sicut Sol radiis. Cf. Capell. loc. cit. et Apul. Trim. 1. E contrario apud Persas Mithra est Sol oriens (Buttmann, Myth. 1. p. 225. et Creuzer 1. p. 241. sq.). Quod quidem congrueret cum etymo supra allato ex Jablonsk. loc. cit. et cum monumentis Ægyptiis, ubi corniger visitur diciturque etiam poetis Ovid. 5. Met. 17., Lucan. 3. 294., Sil. It. 3. 667. et alib., Claudian IV. cons. Honor. 143. Hinc etiam fons Ammonis apud Curt. 4. 7. 22. ab incolis aqua Solis vocatus. — De hac autem confusione seu mixtione cultus divini Græcorum cum Orientalibus V. Preller, Röm. Myth. v. 2. p. 241. — Ammonis templum sive oraculum, olim celebratissimum fuit in Marmarica regione, unde et Marmaricus Ammon dicitur Claudian. 1. Eutr. 180.; sed lato sensu ponitur in regione Cyrenaica a Capell. 6. p. 217. (coll. Catull. 7. 3) et Syrtica a Lucan. 4. 673., ubi Ammon « confinis Syrtibus » et 10. 37., ubi Syrticus appellatur; describitur vero situs inter vastas solitudines et silvis cinctus Curt. 4. 7. 16., ubi hodie Canzaron di Mahoma, ut docet Forcellin.; quamquam alii eum in Oasi Ptwah sistunt, alii in Oasi Synah (V. De-Vit h. v. et Talbot op. cit.). Porro templum et effigiem Dei canunt Lucret. 6. 849. sqq., Sil. It. 3. 666. sqq. et Lucan. 9. 511. sqq. (coll. tamen Curt. 4. 7. 23); et oraculum inclitum maximeque frequentatum tradunt etiam Cic. 1. Divin. 95. 43., Ovid. 3. Art. am. 789., Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49). et alib., Claudian. 1. Laud. Stil. 255. Ibi Alexander M. ita oraculum consuluit, ut patrem sibi Jovem ex certo testimonio posset adfirmare, teste Curt. 4. 7. et Jul. Val. 1. gest. Alex. M. 18., coll. Justin. 12. 15. et 13. 4. — Pulcrum Ammonis responsum refert Auson. loc. cit. Ceterum responsa erant ambigua et in utramque partem intelligi poterant. — Aliud Ammonis nemus, ubi fons, Solis aqua dictus, de quo mira tradit Curt. 4. 7., coll. Diod. 18. 50. 22. Cf. Ovid. 15. Met. 509. — De monumentis Ammonis sculptis vel incisis vel pictis, adhuc exstantibus et nummis, V. Annali dell' Istit. Arch. passim; Champollion le jeune, Panth. Égypt.; L. Müller, Numism. de l'anc. Afr. I. 99. sq., aliosque recentiores supra memoratos. — Hinc speciatim — a) Ammon, insigne navis cujusdam in Inscr. apud Orelli n. 3625. — b) Ammonis cornu, inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædivina somnia repræsentare. Plin. 37. Hist. nat. 10. 60. (167). — c) Ad Ammonem, locus seu mansio prope Tripolim in regione Syrtica, hodie fortasse Kedula Nafti, olim apud Ἄμμωνος πόλις (Ptolem. 4. 8) itemque Ammonius vel Ammonis vicus (Vict. Vit. 1. Pers. Vand. 13). Memoratur in Tab. Peuting. 7. et apud Ravenn. p. 350. — De Ammone V. plura apud E. de Rougé, Etud. d. mon. etc., Mélang. d'arch. égypt. et assyr. I. 35. sqq., 66. sqq. et alib.; Ed. Meyer, Roschers Lex. d. Myth. I. 283. sqq. ¶ 2. Item pugil quidam cæstibus invictus, Brotes frater, apud Ovid. 5. Met. 107.

II.) Ammon (Hammon) v. Amman, non mythicus ¶ 1. Apud scriptores nom. personæ et loci — 1.°) Fuit persona, sc. — a) Filius Loth, frater Moab et pater Ammonitarum, natus ex incesto concubitu cum filia ejus minore. — Universim. Vulg. Gen. 19. 36. et 38. Minor quoque peperit filium et vocavit nomen ejus Ammon, id est filium populi mei. — Sane Hebr. est 'Ammôn idem quod Ben-'Ammî « filius populi seu stirpis meæ » sc. non extraneus sed consanguineus, ab 'am « populus », addita syllabica terminatione ôn; LXX. Ἀμμῶν et Ἀμμάν. Probabilius nomen viri fuit Benammi, dein vulgo defiguratum in Ammon (V. Hummelauer, Gen. in h. l.) — Porro nefarium incestum, in quo magis filiæ, quam pater, damnandæ, quas tamen Ambros., Hieronym., Chrys. aliique excusare conantur, quidam, rem incredibilem rati, mythum ethnographicum putarunt (Reuss, L'Hist. Saint. et la Loi t. 1. p. 363); quod commentum optime refellit Legendre in Dict. de la Bibl. Vig. v. 1. p. 495. V. etiam Calmet, et Hummelauer in Gen. ad h. l.). — Alii volunt Ammi fuisse deum summum Ammonitarum, memoratum in inscriptt. cuneatis (Derenbourg, Rev. Etud. Juiv. 1881. p. 123. et Dillmann, Gen. 1886. p. 273). V. AMMONITÆ. — Collective, sumitur pro ipsius posteris, h. e. Ammo-

nitis. *Vulg. Jud.* 11. 14., 1. *Reg.* 11. 11., *Judith* 5. 2. et *Ps.* 82. 6. — *b)* Item primus Nitriæ monachus, Ægyptius, de quo *Rufin. Hist. Mon.* 30., *Suid.* v. Ἀμοῦς et *Evagr. vit. Anton.* 32. — Dicitur *Ammonius* apud *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 11. — *c)* Alios videsis apud *Hieronym. vir. ill.* 69., *Rufin. Hist. mon.* 3. et *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 11., coll. *Pallad.* 48. — 2.°) Fuit oppidum: quod « Philadelphia dicitur » ut ait *Hieronym. sit. et nom. p.* 86. *Id. ibid. p.* 92. Ammon trans Jordanem in tribu Gad: hæc est « Amman ». Plenius Rabbath-Ammon. ¶ 2. In titulis nom. vir., sæpius apud Græcos et Ægyptios. *Inscr.* in *Bull. Arch. Nap. n.* 1857.

AMMŌNES, um, m. plur. 3. iidem qui Ammonitæ. *Cypr. Gall. Gen.* 679. et *Jud.* 158. — *Ibid.* 405. vocat *Ammanes*.

AMMŌNĪ, indecl. (Hebr. *'Ammônî* m., *LXX.* Ἀμμανί) nomen regionis. *Vulg.* 2. *Reg.* 23. 37 (coll. 1. *Par.* 11. 39.), ubi tamen de gente magis quam de loco vox accipienda videtur, ut monet *Hieronym. nom. Hebr. p.* 34., h. e. idem qui Ammonites.

AMMŌNĬA, æ, f. 1. Scribitur etiam *Amonia* et *Hammonia*. ¶ 1. Est cogn. mul. gent. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1558. V. **AMMONIUS**. ¶ 2. Est etiam locus, de quo *V.* **AMMON** sub I. 2. *c.*

AMMŌNĬĂCUS et Hammoniacus, a, um, adject. ad Ammonem, deum Ægyptiorum, pertinens. Hinc ¶ 1. *Ammoniacum nemus* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9 (49)., improprie quidem inter nomos Ægyptios, quasi pars regno Ægyptiorum adjecta; unde aliis proprie *Ammoniaca regio* (Ἀμμωνιακὴ χώρα) dicitur, in Marmarica, ubi erat Ammonis oraculum. V. *Cellar. Geogr. ant. l.* 4. *c.* 2. *p.* 104. *sq.* ¶ 2. *Ammoniacus color, sal, sucus* etc. V. **AMMONIACUS** in *Lexico*.

AMMŌNĬĀNUS et Hammonianus (*aliquando* Amonianus), i, m. 2. (Amon) ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2675., 2761. etc. ¶ 2. Apud scriptores episcopus quidam Ecclesiæ orientalis, de quo *Augustin.* 1. *contr. Julian.* 5. *n.* 19. et 7. *n.* 32.

AMMŌNĬAS et Hammonias, ădis, f. 3. (Ἀμμωνιάς) dicta navis, qua populorum munera et victimæ ad Ammonis templum transvehebantur. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37 (101). Fecit nobilem Paralum et Ammoniada, quam quidam Nausicaam vocant.

AMMŌNĬI et Hammonii, ōrum, m. plur. 2. Ἀμμώνιοι. ¶ 1. Incolæ Ammoniacæ regionis in Marmarica, ubi templum erat Ammonis. *Curt.* 4. 7. 20. ¶ 2. Item gens Arabiæ, fortasse iidem qui Ammonitæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32 (159).

AMMŌNĪTÆ et Ammanitæ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. seq.

AMMŌNĪTĒS et Ammanites, æ, m. 1. et

AMMŌNĪTIS et Ammanitis, is *et* idis, 3. *Ammanitis* pro *Ammonitis* ex Gr. Ἀμμανίτης apud *LXX. Gen.* 19. 38., ubi et Ἀμμάν; et *Jos. Antt.* 1. 11. 5. et 4. 5. 3. — Acc. *Ammonitidas*, Gr. polit., apud *Vulg.* 3. *Reg.* 11. 1. et 2. *Esdr.* 13. 23.

Ammonitis, qui vel quæ est ex gente vel regione Ammon seu Ammonitarum. ¶ 1. Adjectivorum more. *Vulg.* 1. *Reg.* 11. 1. Naas Ammonites. — Et 2. *Esdr.* 2. 10. Tobias servus Ammanites. Sic 2. *Par.* 12. 13. Zadab filius Semmeath Ammanitidis. ¶ 2. Absolute — *a)* In sing. num., sensu collectivo, de omnibus Ammonitis. *Id. Deut.* 23. 3. Ammonites et Moabites non intrabunt ecclesiam Domini in æternum. — *b)* Dicitur etiam regio Palæstinæ trans Jordanem, sæpissime *terra* vel *regio Ammon*, Gr. Ἀμμανῖτις χώρα vel γῆ υἱῶν Ἀμμών, nuncupata, sita inter Arnon, Jeboc, Jordanem et mare Mortuum, hodie *El-Belka*; ejus tamen fines australes parum certi, metropolis vero erat *Rabbat-Ammon*, dein *Philadelphia*, ita dicta a Ptolem. Philadelpho, qui eam restauraverat cujusque Ammonitis aliquando tributarii fuere; postea, Ammonitis deletis, Persæ pars (Cf. *Reland, Palæst. p.* 103. *sqq.*). Memoratur 2. *Mach.* 4. 26. et 5. 7., coll. *Num.* 22. 5. et *alib.* — *c)* In plur. num. Ammonitæ seu Ammanitæ, Hebr. Benê(filii) *'Ammôn*, Gr. Ἀμμανῖται, populus Ammonitis, ex Ammone prognati; quare conjunctim *Ammonitæ* et *Moabitæ* sæpe memorantur. *Vulg.* 1. *Esdr.* 9. 1. etc. — Siti erant Ammonitæ, ut supra dictum est, inter Jeboc torrentem et fontes Arnon (*Deut.* 2. 37); quorum termini, h. e. montes munitissimi, tenebantur forti præsidio (*Num.* 21. 24), olim terra gigantum, quos ipsi vocabant Zomzommim (*Deut.* 2. 20). — Porro Israelitæ ex Ægypto egressi, illuc intrare prohibiti sunt (*Ibid. v.* 19); quamquam ejus partem, ab Amorrhæis possessam, sibi subjecerant (*Jud.* 11. 23). — Sæpe victi fuere ab Israelitis, ut a Jephte (*Ibid.* 11. 32), a Saul (1. *Reg.* 11. 11), a David (2. *Reg.* 8. 12. et 10. 14. et 22. 26), a Josaphat (2. *Par.* 20. 1), a Josia (*Ibid.* 26. 8), a Joatham (*Ibid.* 27. 5) etc. — Sub Joatham vero Ammonitæ, qui sæpe Israelitas ex odio vexarant (*Am.* 1. 13., *Soph.* 2. 8. et *Ezech.* 25. 3), denique borum vectigales fuerunt (2. *Par.* 27. 5), dum in potestatem venerunt Romanorum, a quibus regio Ammonitis Syriæ adnexa, quod jam prædixerant *Jerem.* 49. 2. et *Ezech.* 25. 4., 5. et 10. etc.; quin terræ Ammonitis nomen inde a sæc. tertio omnino obliteratum est (*Keith, Evidence* etc. Lond. 1870). — Eorum mores pessimi: cultus seu religio moribus consentaneus; deum enim colebant *Moloch* (*Melcom, Milcom* vel *Malkom*) formâ tauri aenei, cui per ignem victimas immolabant humanas (3. *Reg.* 11. 5. et 7. et 4. *ibid.* 23. 10). — Fertilitatem regionis innuit *Vulg. Jud.* 11. 33. ac testantur recentiores (*Saulcy, Voyag. Terr. S.* Paris 1865). — Ammonitarum mentio est in inscriptt. cuneatis nomine *Bit-Ammon* (V. *Schrader, Keilinschr.* 2.ª ed. *p.* 141. et 288).

AMMŌNĪTIUS, a, um, adject. ad Ammonitas pertinens, ut *Ammonitius rex*, tr. apud *Bachiar. rep. laps.* 13. ex 2. *Reg.* 10. 1.

AMMŌNIUS (Amonius) et Hammonius, ii, m. 2. (Ἀμμώνιος) ad Ammonem pertinens, nom. vir. frequentissime usurpatum apud Ægyptios aliosque orientales populos et Græcos et etiam apud Romanos. ¶ 1. In titulis cogn. ut in *Inscr.* apud *Kellerm. Vig. Lat. p.* 5. *col.* 1. *n.* 56. — *Ammonis*, cogn. mul. *Inscr.* apud *Momms n.* 1558. — In nom. gent. translit. *Alis* apud *Momms. n.* 2803. AMMONIVS AMMONIANVS. *Alis* apud *eund. n.* 2714. et *Melchiorri, Silog. d' Iscr. p.* 34. ¶ 2. Apud scriptores præcipui — 1.°) Ammonius, Alexandrinus medicus, qui præsertim in curanda manu celebritatem assecutus est et primus artem findendi calculi reperit ob idque λιθότομος cognominatus *Cels. præf. l.* 7. et *ibid.* 26. *n.* 3. — 2.°) Item grammaticus Latinus, qui Burdigalensis professor fuit, laudatus ab *Auson. Prof.* 10. in *lemmate*. — Fuit fortasse vel pater ejus servilis condicionis, nomine *Sucuronis*, qui libertatem adeptus ab hero Ammonio gentilicium nomen obtinuit. V. *eund. ibid.* — 3.°) Item grammaticus Alexandrinus, qui Alexandriae primum, deinde Constantinopoli docuit, ut *Socrates Hist. Eccl.* 6. 16. tradit apud *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 27. — Scripsit lexicon de *affinium vocabulorum differentiis* (περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων), in quod commentaria scripserunt *Walckenaer* et *Schaefer*. — Hujus opera, quæ supersunt, edidit *Walckenaer, Lips.* 1822. — 4.°) Item philosophus Alexandrinus sæc. III., cognomento *Saccas*, quia adulescens saccariorum more vivebat, neoplatonicæ scholæ conditor, Plotini, Longini, Olympii, Theodosii, Herennii aliorumque magister. *Ammian.* 22. 16. 16., coll. *Euseb.* 6. *Hist. Eccl.* 19. 7. — Hic nihil scriptum reliquit (*Longin.* apud *Porphyr.* 20), de quo plura scripserunt inter recentiores *Zeller, Phil. d. Gr.* 4II. 2.³ 450. *sq.*, *H. v. Lyng, Die Lehre d. Ammon.* in *Forhandl. J. Videnskabs-Selskab*, Christiania 1874.; *H. v. Arnim, Quelle d. Ueberlief. über Ammon., Rh. Mus. XLII.* 276. *sq.*; *Freudenthal, PW.* 1. 1863. *sqq.* — 5.°) Item, ineunte sæc. VI., filius Hermeias Alexandrinus, Procli discipulus, philosophus peripateticus, magni nominis, Damasci, Simplicii, Asclepii, Olympiodori, Philoponi, Theodoti magister, cujus *Comment.* in aliq. tract. Aristotelis edidit *A. Busse* (*Comm. in Arist. græc.* IV. I. Berlin 1891). — De eo scripserunt nuper *Brandis, Ueber d. Reihenf.* etc. 283. *sq.*; *Prantl, Gesch. d. Log.* I. 642., *Zeller* et *Freudenthal locc. citt.* — 6.°) Item Alexandrinus vir, disertus et valde eruditus in philosophia, tempore Origenis. *Hieronym. vir. ill.* 55. — Scripsit *De consonantia Moysis et Jesu*, elegans opus, et etiam probabilius *Euangelicos Canones* vel potius *Harmoniam Euangelicam*, sc. in quattuor Euangelia, ab eo divisa in plurimas brevesque sectiones (V. *Isid.* 6. *Orig.* 15. 1); quam divisionem Eusebius aliquantum mutavit (Cf. *Holtzmann, Einl. N. T. p.* 39. Freib. 1886.; *Bleek-Mangold, Einl. N. T.* Berlin 1886. *p.* 895.; *Bardenhewer, Patr. I.* 1090). — Neutrum tamen opus ætatem tulit; nam quod exstat, spurium plerique omnes arbitrantur (V. *Re, Arch.* etc. *p.* 556). — 7.°) Alios videsis apud *Cic.* 1. *Fam.* 1. et 15. *Att.* 15.; *Liv. epit.* 50.; *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. *n.* 3.; *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 11.* et 8. *ibid.* 1. et 11. *ibid.* 11. et *Hieronym. ep.* 132. *n.* 3., coll. *Rufin. Hist. Monach.* 23.

AMMŌNUS, i, m. 2. idem qui Ammonites. Collective *Cypr. Gall. Jud.* 423. Ammonus (*i. e.* Ammonitæ) bella gerebat.

AMMŪDĀTĒS, is, m. 3. Vox videtur Syriaca, conflata ex *'ammûd* « lapis, columna »; Arab. *ammudat* (Cf. *Clem. Alex. Strom.* 1. 25. « 'Ammud » = ἑστὼς καὶ μόνιμον τοῦ θεοῦ etc. *V.* etiam *Tümpel, PW.* 1. 1868. — Secundam naturâ longam licenter corripit *Commodian. loc. cit.*

Ammudates, cognomen dei Elagabali, i. e. Solis. *Commodian.* 1. *Instr.* 18. Ammudatemque suum cultores more colebant. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 4300. (V. **ELAGABALUS**).

AMMŪRIUM. *V.* **ANEMURIUM**.

AMNAMETHUS, i, f. 2. insula ad oram Arabiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32 (150). *Amnacmethus* pars codd.; leg. alii *Amnemethus* quasi genet. Græc. posit. Cf. *Müller, PW.* 1. 1870.

AMNAS, ădis, f. 3. (ἀμνάς, *agna*) cogn. mul. *Inscr.* apud *Grut.* 757. 6. Ita cl. *Furlanetto*.

AMNES, ium, m. plur. 3. ¶ 1. Sunt fluvii, terras circumambientes, universim tamquam dii memorati apud *Capell.* 5. *p.* 186. Cf. *Stat.* 1. *Theb.* 205. et *Claudian.* 3. *Rapt. Pros.* 15. ¶ 2. Item septem planetæ, sub imagine omnium descripti se periodico fluxu volventes. *Capell.* 1. *p.* 6.

AMNĬĀDÆ, ārum, m. plur. 1. (patronym. ab *Amnius*) qui sunt ex Amnia gente. *Prudent.* 1. *Symmach.* 553. Amniadum suboles et pignora clara Proborum. Adde *Claudian.* in *Prob. et Olybr.* 8. Alii leg. utrobique *Anniadæ* pro *Amniadæ*. V. *Georges* ad *v.*

AMNĬO, onis, m. 3. (demin. ab ἀμνός, *agnus*, i. e. *agnellus* v. *agniculus*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 475. 1. Ita cl. *Furlanetto* in *App.*

AMNĬON. *V.* **INTERAMNIUM**.

AMNĪSUS, i, m. 2. (Ἀμνισός) portus et fluvius Cretæ. *Priscian. Perieg.* 524. et *Avien. Descr. orb.* 668. Cf. *Wernsd.* ad *h. l.* et *Hirschfeld, PW.* 1. 1871.

AMNĪTES, um, m. plur. 3. (Ἀμνῖται *Dionys.* 570) gens Galliæ Ligeris ostia adcolens. *Priscian. Perieg.* 586. Cf. *Namnetes* (V. *Wernsd.* ad *h. l.*).

AMNĪUS, a, um, adject. ad Amniam gentem pertinens, cum Anicia et Auchenia posteriore ætate artissime conjuncta. Cf. *Seeck* ad *Symm. edn.* 420. et *PW.* 1. 2199. *Amnia stirps* apud *Auson. ep.* 16. V. **AMMIUS**.

AMNĪUS, ii, m. 2. fortasse ab *amnis* (*Fabretti, Gloss. Ital.* s. v. *Amnei*. Cf. tamen **AMMIUS**, ut alii scrib. — Amnius, nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1652. AMNIVS MANIVS CAESONIVS NICOMACHVS ANICIVS PAVLINVS HONORIVS (cos. a. 334). Adde *Symmach. ep.* 1. 2. — In plur. num. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1754.

AMNON, indecl. m. Hebr. *'Amnôn* et etiam *'Amînôn*, ex quo illud videtur contractum (2. *Reg.* 13. 20) « fidelis, fidus »; LXX. Ἀμνών et sæpe Ἀμνων. ¶ 1. Fuit filius primogenitus David ex Achinoam in Hebron natus. *Vulg.* 2. *Reg.* 3. 2. et 21., coll. 1. *Par.* 3. 1. — Hic Thamar, sororem suam, quam adamabat, nefarie oppressit, cujus flagitii causa ab Absalom, fratre germano, in convivio interfectus est. *Id. ibid.* 13. 1-39. — Hoc autem conjugium etiam id temporis prohibitum fuisse arguitur quoque ex verbis Thamar *ibid.* 12. « Neque enim (*hoc*) fas est in Israel ». Quæ secuntur *ibid.* 13. « Loquere ad regem et non negabit tibi » animo perturbato puellæ tribuenda sunt. ¶ 2. Item filius Simon de tribu Juda. *Id.* 1. *Par.* 4. 20.

AMNUM, i, n. 2. fluvius Arabiæ Felicis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (151). Alii leg. *Amnon*, Græca positione. Cf. *Müller, PW.* 1. 1872.

AMOCENSIS, e, adject. ad Amocam oppidum conventus Cluniensis in Hispania pertinens. *Inscr.* apud *Grut.* 324. 10. Ita cl. *Furlanetto*. V. *Corp. I. L.* 2. 4233. (in Cantabria) et 764. (in Lusitania). Cf. *Ptol.* 2. 6. 35. Ἀμακῶν Ἀστούρικα Αὐγοῦστα.

ĂMŒBE (Amoibe), es, f. 1. (ἀμοιβή, *compensatio; permutatio*) nom. mul. serv. *Inscr.* apud *Momms. n.* 6900. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9950. Amœbe (*dat.*). et *ibid.* 5012. Amœbeni (*dat.*).

ĂMŒBEUS, ei, m. 2. (Ἀμοιβεύς, *mutuus, alternus*) trisyllabon. — Acc. *Amœbea*, quadrisyll., usurpavit *Ovid. loc. cit.*

Amœbeus, citharœdus Atheniensis celeberrimus, cujus meminit *Athen. l.* 14., æqualis Zenonis (*Plut.* περὶ τ. ἠθικῆς ἀρετ.) et ob continentiam laudatus etiam *Clem. Alex. Strom.* 3., coll. *Ælian. Hist. anim.* 6. 1. et *Var. hist.* 3. 30. De eo *Ovid.* 3. *Art. am.* 399. Tu licet et Thamyram superas et Amœbea cantu etc.

AMŒNĒ, es, f. 1. filia Danai, quæ Polydectorem occidit. *Hygin. fab.* 170. Cf. Οἴμη *Apollod.*

AMŒNUS, i, m. 2. (amo: cf. et ἀμείνων) Scribitur etiam *Amænus* et *Amenus*. V. *Corp. I. L.* 11. 6699. 18. et 5570. ¶ 1. In titulis nom. frequentissimum servorum et humillimi loci ingenuorum, præsertim Romæ et in Lusitania. *Corp. I. L. locc. citt.* et *alib.* - *Amœna*, nom. mul. *Ibid.* 6. 11562. - Hinc cogn. vir. *Amœnius* et *Amœnianus*. *Ibid.* 10. 8397. 2. 6. et 11. 6375. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Est quidam, in quem exstat *epigr.* 12. 66. 3. *Martial.* — 2.°) Item poeta sæc. V. (a. 495), qui scripsisse dicitur *Enchiridion V. et N. Testamenti*, tributum olim *Prudentio* (*Mign. Patr. L. LXI*), carmen iambicum in *Leontium*, ep. Burdig. eccl. et fragmenta quædam in *Poet. vet. eccl. thes.* ed. *Fabric.* et *Patr. Lat. t.* 61. *col.* 1075-1080. ed. *Mign.* — De eo tamen nihil certi. V. *Smith, Dict. of Chr. Biogr. t.* 1. *p.* 108. et *Bardenhewer, Patrol. v.* 2. *p.* 272. *M.*

ĂMŌMĒTUS, i, m. 2. (Ἀμώμητος, *inculpatus* vel quasi *Momi morsibus non obnoxius*) scriptor Græcus, Callimacho antiquior (Cf. *Antig. de Mirab. c.* 164. *v.* 149. *Westerm.*). Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 20. (55). — Scripsit *de navigatione a Memphide* et *de Attacoris*, Indiæ populo, ut colligitur ex *Ælian. Hist. anim.* 17. 6., *Schol. Apoll. Rhod.* 3. 1179., *Plin.* 1. 6. *Ind.* et *Solin.* 51.

ĂMŌMĬĀNUS, i, m. 2. *V.* voc. seq.

ĂMŌMUS, i, m. 2. (ἄμωμος, *inculpatus*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Doni cl.* 8. *n.* 88. — Absolute *in alia* apud *Momms. n.* 5217., coll. *n.* 6500. — Hinc *Amomianus*, cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 12456.

ĀMŌN, indecl. m. Hebr. *'Âmôn* « opifex, architectus »; *LXX.* Ἀμών v. Ἀμώς.

Amon ¶ 1. Fuit rex Juda, filius Manasse ex Messalemeth et pater Josiæ. *Vulg.* 4. *Reg.* 21. 18-25., 1. *Par.* 3. 14. et 2. *ibid.* 33. 20-25., *Jer.* 1. 2. et 25. 3., *Soph.* 1. 1. et *Matth.* 1. 10. — Regnavit biennio ab an. a. Chr. circ. 644-642.; sed patris impietatem imitatus pœnam luit, nam domesticorum conjuratione per insidias ictus periit. *Id.* 4. *Reg. loc. cit.* — Putarunt nonnulli nomen dei Ægyptii fuisse ei inditum ab impio patre; at falso, quum sit mere Hebraicum et Hebræis usitatum. — Alios videsis apud *eund.* 3. *Reg.* 22. 26., 2. *Par.* 18. 25. et *alib.* ¶ 2. *Amon*, deus Ægyptiorum. *V.* **AMMON**. — *NB. Amon*, sc. opifex, dicitur Sapientia Dei « omnium creatrix ». *Prov.* 8. 30. hebr., ubi *Vulg.* habet « cuncta componens ». Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 1. 1. (3)., ubi Deo creatori substituitur « omnium artifex natura » (ἀποθέωσις τ. φύσεως v. πᾶν θεός).

ĀMŌNA, indecl. f. (Hebr. *Hamônâh* « copia v. multitudo populi »; *LXX.* Πολυάνδριον) nom. oppidi symbolicum, in valle siti, ubi cædes Gog edenda erit. *Vulg. Ezech.* 39. 16. — Sunt qui contra plerosque de oppido in planitie Mageddo, quod dictum est a Romanis *Legio*, nunc vero *El-Ledjun*, locum propheticum interpretentur; ubi nempe ceciderunt Chaldæi (*Ewald*): vel exercitus Cambysis (*Calmet*): vel Antiochi Epiph. (*Jahn*); sed perperam. V. *Le Hir, Les trois gr. proph. p.* 347. et *Renard* in *Dict. Bibl. Vigour.* h. v.

AMŌNĪUS. *V.* **AMMONIUS**.

ĂMOR, ōris, m. 3. (Ἔρως) Ultima primitus longa apparet (*Plaut. Merc.* 590.; *Most.* 142. et *Trin.* 259.; in cæsura *Virg.* 10. *Ecl.* 69); corripitur in dactylicis v. lyricis non ante *Virg.* — Ἄμωρ scribitur *Phot.* 736. — Plur. num. nemo, quod sciam, usurpavit ante *Propert.* — Ceterum V. *Lexic.*

Amor, deus habitus dictusque etiam Eros v. Cupido, filius Erebi v. Ætheris et Noctis (*Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44., coll. *Orph. Arg.* 14): vel Terræ et Cœli (*Sapph.* in *Schol. Apoll. Rhod.* 3. 26): vel Zephyri et Iridis (*Plut. amat.* 20): vel Areos et Aphrodites (*Paus.* 9. 27. 2) etc. V. *Pape-Benseler* ad *v.* Ἔρως. et *Gruppe, Gr. Myth.* 120. *sqq.*

I.) Apud scriptores ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Stricto sensu — *a)* Universim. *Plaut. Bacch.* 115. Amor, Voluptas, Venus. *Virg.* 10. *Ecl.* 28. Amor crudelis. *Id. ibid.* 44. insanus. *et* 4. *Æn.* 412. improbus. *Claudian.* 89. 1. dirus. *Dracont.* 8. 20. furibundus. *Id.* 10. 112. flammiger. *Senec. O.* 560. horridus. - *Lucret.* 5. 1075. pinniger. *Virg.* 1. *Æn.* 663. aliger. *Ovid.* 2. *Amor.* 5. 1. pharetratus. *Tibull.* 2. 5. 39. volitans. - *Propert.* 1. 9. 12. mansuetus. *Tibull.* 2. 1. 80. placidus. *Id.* 3. 57. tener. *Plaut. Trin.* 239. blandiloquentulus, *Stat.* 1. *Silv.* 2. 19. blandus. - *Ovid. Rem.* 148. insidiosus. *Tibull.* 1. 10. 57. lascivus. *Ovid.* 3. *Amor.* 11. 2. turpis. *Plaut. Trin.* 240. latebricolarum hominum corruptor. Adde *Propert.* 1. 2. 8. - *Virg.* 1. *Æn.* 664. magna potentia solus. *Dracont.* 10. 127. mens ignea mundi. *et* 128. successio rerum. *et* 130. salus fecunda vitæ. *Reposian. P. L. M.* 4. 348. satiatus nullo triumpho. - *Propert.* 1. 1. 34. vacuus. — *b)* Speciatim, pro diverso animi motu, est triplex, *sc.* unus divinus cum incorrupta mente; alter degeneris animi et corruptissimæ voluptatis; tertius ex utroque mixtus, *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* 14. - vel duplex, purus nempe et lascivus, *Capell.* 2. *p.* 37., coll. *Mythogr. III. fab.* 11. *n.* 18. ed. *Mai.* - vel unus tantum, qui utriusque sexus conjunctioni præest sive licitus sive illicitus, quo altero sensu dicitur quoque Cupido; quamquam aliquando ab hoc distinguitur: *Virg.* 1. *Æn.* 689. Paret Amor dictis caræ genetricis et alas Exuit *etc.* Adde *Propert.* 2. et 12. *tot.* et *Varr. fragm. p.* 281. *Bip.* — At *Plaut. Curc.* 1. 1. 3. Quo Venus Cupidoque imperat suadetque Amor. *et frg. XIV.* Cupidon tecum sævust anne Amor? Adde *Cic.* apud *Lact. loc. cit.* et *Inscr.* metricam apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 7292. — 2.°) Latissima significatione, symbolum principii speciei cujuscumque generis servandæ, et hac ratione omnium deorum antiquissimus, formam humanam haud referens (V. *W. de Visser, de Gr. diis* etc. Lugd. 1900. et *d. nicht menschengestaltig. Götter d. Gr.* Leiden 1903.: cf. etiam *Furtwängler* in *Roschers Lex. Myth. I.* 1343. et *alib.*); dein vero repræsentatus sub imagine pueri. *Capell.* 1. *p.* 1. — Hinc *Amor* a poetis cum Pane, qui totius naturæ deus est, fingitur luctatus et in lucta victor, quia « omnia vincit Amor ». V. *Mythogr. I. fab.* 127. ed. *Mai.* — Varia ejus imago in antiquis monumentis visitur apud *Visconti, Mon. Borgh.* et *Mus. Pio-Clem. T.* 4. *p.* 302. et 303. et *Op. var. T.* 2. *p.* 193.: cf. *Benndorf, Gr. u. Sic. Vas. Taf. XLVIII.* 2.; *Baumeister, Denkm. I.* 498. et *alib.*; et de nummis consule *Riggauer E. Münz., Ztschr. f. Numism. VIII.* (1881) 71-79. *z. Taf. I.* et *Imhoof-Blumer, Gr. Münz.* 140 (664)., 416. *z. Taf. IX.* 24. — De Amore seu Erote, plura dabunt *Roscher, Gruppe opp. citt.* et *Waser, PW.* 2. 484-542. *V.* **EROS**. ¶ 2. In plur. num. *Amores* (it. *Amorini*) finguntur comites itemque filii Veneris, quæ idcirco Amorum dea materque passim appellatur. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 120. et *Claudian.* 2. *Stil.* 356. Amores pennati. Adde *eund. de nupt. Hon. et Mar.* 156. et *Sidon.* 11. 41. *Cic.* apud *Lact.* 1. 20. Audax consilium Græcia suscepit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in Gymnasiis consecravit. — De Amoribus a Delphico vectis plura apud *Böttiger, Ideen z. Kunstmyth.* 2. *p.* 337. *V.* **CUPIDO**.

Homonym. Discrimen quidam statuunt inter *Amorem* et *Cupidinem* sive pro deo sive pro affectu animi accipias; quod tamen vix servant scriptores. Sed de hoc *V.* **CUPIDO** in *Lexico* et cf. quæ supra diximus.

II.) In titulis — 1.°) Est nom. et cogn. vir. humilium. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 1850. et 9. 708. — Et etiam mul. *Ibid.* 6. 9121. — 2.°) Item nom. equi. *Ibid.* 10056.

AMORA. *V.* **GOMORRHA**.

AMORGĒ, es, f. 1. vetus nomen Ephesi. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (115). Ephesus Amazonum opus, multis antea expetita nominibus: Alopes - mox Ortygiæ, Amorges *etc.* At *Sillig.* dedit *ac Morges*.

ĀMORGOS et

ĀMORGUS, i, m. et f. 2. (Ἀμοργός) ¶ 1. Masc. gen., nom. militis, qui in pugna Cannensi Galbam interfecit. *Sil. It.* 10. 200. ¶ 2. Fem. gen., nom. parvæ insulæ maris Ægæi ex Sporadibus prope Naxum, Simonidis iambographi patriæ, hodie *Amorgo* v. *Morgo*. Memoratur *Tac.* 4. *Ann.* 13. — Variis tamen nominibus olim appellata est, sc. Hypere, Patage v. Pancale (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (70)., Byzantium (*Steph. Byz.*) et *Tripolis* ob tria oppida (*Strab.* 10. 478). — Lapides ibi invecti. *Corp. I. L.* 3. *p.* 86. 982., 2816. 32.

ĀMŌRĬĀNUS, a, um, adject. ad Amorium oppidum pertinens. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 29138. — Absolute *Amoriani*, incolæ Amorii. *Ibid.* 3. 7000.

ĀMŌRĬUM, ii, n. 2. (Ἀμόριον) oppidum Phrygiæ majoris, fortasse situm ubi nunc *Hergân Kaleh* (V. *Hamilton, Research. I.* 454. et *Forbiger, III.* 345). *Corp. I. L.* 3. *p.* 68., *Tab. Peut.* 9. et *Rav. p.* 110., coll. *Strab.* 12. 576.

ĀMORRHÆI, ōrum. *V.* voc. seq.

ĀMORRHÆUS, a, um, adject. (Ἀμορραῖος: cf. *Benzinger, PW.* 1. 1876) — *a)* Scribitur *Amorræus* et *Amorreus*, sine aspiratione, in *Vulg.* cod. Amiat. - *Amorrus* habet *Cypr. Gall. Jud.* 75. — *b)* Prima syllaba naturâ brevis est. *Prudent. Hamart.* 412. « furens exercitus ardet Regis Amorrhæi ». Licenter tamen producitur *Cypr. Gall. Num.* 550., qui vocem modo quadrisyllabam facit, modo trisyllabam, ut *Exod.* 154. — *c)* Etymon sumendum videtur ab Hebr. *'emôrî* « montanus », quod a deperdito *'amôr* « elatio, mons » derivatur (*Simon. Lex.* h. v.): cf. *'amîr* « cacumen » apud *Is.* 17. 9.; ita ut Amorrhæi sint incolæ montium (Highlanders, *montigiani*); Chananæi vero ceteri planitiei (Neerlanders, *pianigiani*). Cf. *Vulg. Deut.* 1. 7., 20. 44. Alii deducunt, ut *Isid.* 9. *Orig.* 2. 59., ab Emor, patre Sichem; alii vero aliunde. *Hilar.* in *Ps.* 134. 20. Amorrhæus amarus v. loquens.

Amorrhæus, ad Amorrhæorum gentem pertinens. *Vulg. Deut.* 4. 6. et *Prudent. loc. cit.* Amorrhæus rex. *et Cypr. Gall. Num.* 573. Amorrhæa gens. — Hinc absolute

Amorrhæus, i, m. 2. — 1.°) Est, collective, gens Amorrhæorum. *Vulg. Gen.* 14. 7.; *Jos.* 7. 7. et *Jud.* 1. 31. — 2.°) Item nom. viri. *V.* **AMORRHÆUS**, I.

Amorrhæi, ōrum, m. plur. 2. gens Chananæa, ab Amorrhæo, filio Cham, appellata, maxima, ut videtur, et potentissima, teste *Am.* 2. 9.. qui eos comparat cum altitudine cedrorum et firmitate quercus (Cf. *Tomkins, Stud. on the times of Abr.* Lond. *p.* 85. *tab. VI*). Distinguuntur ita: — 1.°) Lato sensu seu generatim Chananæi, utpote ex his præstantissimi. *Vulg. Gen.* 15. 16. et 48. 22., *Jos.* 24. 15. et 18. et 1. *Reg.* 7. 14. *Jud.* 6. 10. Ne timueritis deos Amorrhæorum. *h. e.* Beelphegor, Baal-Hermon (V. *Vigouroux, La Bibl.* etc. *v.* 3. *p.* 274). — 2.°) Strictiore sensu, incolæ præcipui Palæstinæ australis. *Id. Num.* 13. 30., coll. *Exod.* 3. 8. etc. — 3.°) Strictissime, duo regna designant, Sehon, qui habitabat Hesebon, regionis caput, et Og, regis Basan (*Deut.* 3. 2. et 3.; 4. 47. et 48). — Regio Amorrhæorum Ἀμορῖτις et Ἀμοραία dicitur *Jos. Antt.* 4. 7. 3. et *Amar* v. *Amaûr* in monum. Ægyptiis (*Pierret, Voc. hiérogl.* Paris 1876. *p.* 24.: cf. tamen *De Cara, Gli Hyksôs p.* 202-203). — Hinc situs et habitatio varie describitur; nam eorum pars incolebat tractum montanum, quem postea tribus Juda occupavit (*Num.* 13. 30) ibique quinque regibus parebat (*Gen.* 14. 7. *sqq.*);

pars vero regiones tenebat trans Jordanem ad septentr. (*Num.* 21. 13), a torr. Arnon usque ad m. Hermon (*Deut.* 3. 8. et 9. et *Jos.* 2. 10), Sehon et Og regibus subjecta, pulsis inde Ammonitis et Moabitis; quas dein Moyses occupatas dedit tribubus Ruben et Gad (*Deut.* 1. 4. *sqq.* et *Jos.* 3. 10); ita ut gens illa fere exterminata fuerit, de cujus reliquiis mentio fit 1. *Reg.* 7. 14. et *alib.* — Plura accuratius et plenius de Amorrhæorum situ et historia scripsit *Conder, Heth and Moab,* Lond. 1889. *p.* 106-136.

AMORRHÆUS, i, m. 2. (Ἀμορραῖος) ¶ 1. Fuit quartus filius Chanaan, gentis Amorrhæorum auctor. *Vulg. Gen.* 10. 16. et 1. *Par.* 1. 14. — Verum *Gen. loc. cit.*, ubi celebris tabula populorum describitur, *Amorrhæum* intelligunt recentiores quidam critici non de persona sed de gente. Cf. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 3 (V. *Hummelauer, Gen. p.* 282. *sqq.* et *Hetzenauer, Th. Bibl.* 1908 *p.* 53). ¶ 2. Item frater Escol. *Gen.* 14. 13., ubi *Mambre Amoris* (genet.) pro *Amorrhæi* (Vulg.) habet *Ital.*, sicut *LXX.* cod. Alex. Ἀμορις, quod quid sit, *Augustinus* non adsequitur (*loc. Hept.* 1. 47. *p.* 515. 5).

AMŌS, indecl. m. Hebr. *'Âmôtz* « fortis » et *'Âmôs* « bajulus » pro diversa persona; *LXX.* Ἀμώς indiscriminatim; unde fortasse *Augustin.* 18. *Civ. D.* 27. unam personam cum altera confudit. *V.* infra.

Amos ¶ 1. Fuit pater Isaiæ prophetæ, memoratus *Vulg.* 4. *Reg.* 19. 2. et 20. et 2. *Par.* 26. 22. et *alib.* et *Is.* 1. 1. etc. (ubi scribitur *'Âmôtz*). ¶ 2. Item propheta ex XII. minoribus tertius, Thecuites, pastor ovium. *Am.* 1. 1. *Id.* 7. 15. « Dixit Dominus ad me (*Amos*): vade propheta ad populum meum Israel ». At *ibid.* 14. « (*Amos*) non propheta et non filius prophetæ sed armentarius et vellicans sycomoros » *h. e.* pastor, non bubulcus, ex fructu sycomori pauperrime victitans, ad prophetandum singulariter, certo quodam tempore tantum, a Deo vocatus, non propheta ordinarius nec prophetarum filius, *i. e.* discipulus. — In Bethel, oppidum regni Israelitici et idololatriæ centrum, venit ibique vaticinatus est, Ozia et Jeroboamo II. regibus, fortasse intra ann. 804. et 779. a. Chr.; librum vero Thecua redux scripsit annis Jeroboami, regis Israel, ubi obiit, non tamen violenta morte, uti *Pseud.-Epiph.* narrat (Cf. *Philippe* in *Dict. Bibl. Vigour.* h. v.). — Argumentum libri sunt, cum visionibus symbolicis, vaticinia, quibus non solum adversus regnum Israel et impium Amasiam, qui summi sacerdotis partibus fungebatur; verum etiam contra Judam et finitimos populos invehitur variisque symbolis impendentem Israelitarum captivitatem secuturamque regni Davidici restitutionem prædicit Amos, ubi, teste Jacobo (*Act.* 15. 16), tempora Messiæ designat. Ita præter antiquos loc. *Am.* 9. 11. *sqq.* interpretantur ex recentioribus *Beelen, Comm.* in *Act.*; *Lamy, Intr. v.* 2. *p.* 183.; *Reinke, Die Messian. Weissagungen t.* 3. *p.* 184-208., *al.* — Stilus elatus et pura locutio ac poetica est. De hoc ita *Lowth:* « Evolvat scripta (*Amos*) æquus judex: censebit pastorem nostrum sensuum elatione et magnificentia spiritus prope summis parem; ita etiam dictionis splendore et compositionis elegantia vix quoquam inferiorem » (*De sacr. poes. Hebr. p.* 287). Quare immerito, ut ait *Ackermann* (*Introd. in Ss. Lib. p.* 2. § 92.), eum *imperitum sermone* vocavit *Hieronym. præf. in Am.*; itemque perperam exaggeratum seu ampullosum dicit *Renan, Hist. du peupl. Hebr.* Paris 1889. *t.* 2. *p.* 425. — Porro librum Amos esse genuinum et integrum fere omnes critici adfirmant (V. *Schmoller, Die proph.* etc. Leipz. 1872. *p.* 152.-158.; *Nöldeke* in *Bibel-Lex. h. v.*; *Baur, d. proph. Am. erkl.* 1847.; *Philippe, loc. cit.*). — In imaginibus artis christianæ sæpe repræsentatur Amos habitu pastoris cum baculo et agno. V. *Cahier, Caract. d. saints,* Paris 1869. *p.* 21., 133. et *p.* 719. — Scripserunt de Amos ex professo, inter recentiores, *Baur* (1847), *Schmoller* (1872), *Steiner* (1881), *Knabenbauer* (1886), *Orelli* (1896), *Nowack* (1897), *Marti* (1904), *al.* ¶ 3. Amos, filius Nahum et pater Mathathiæ, ex progenitoribus Christi, qua homo est. *Vulg. Luc.* 3. 25. Qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos (Ἀμώς), qui fuit Nahum. Adde *Hieronym. nom. Hebr. p.* 64.

AMŌSĀ, indecl. (Hebr. *Hammôtzâh,* fortasse cum articulo « fons »; *LXX.* Ἀμώκη, Ἀμωσά) oppidum Palæstinæ in tribu Beniamin, hodie *Kolunieh,* fortasse colonia a Vespasiano deducta (*Schwartz*), vel *Beit-Mizeh,* sed minus probabiliter (*Conder*). Memoratur *Vulg. Jos.* 18. 26.

AMŌSIS, is, m. 3. Ἄμωσις, Ἄμμωσις, Ἀμόσης, Ἄμασις apud Græcos; et *Iâhmose* (i. e. Lunæ filius) in antiquiss. monumentis Ægyptiis. — In MSS. et editis libr. confusus fuit cum *Amasis* (V. *h. v.*); quamquam uterque *Amasis* quoque scribitur (V. *Otto* in *Thes. L. L.*).

Amosis, rex Ægypti, primus dynastiæ XVIII. (*al.* Aahmes) « cujus temporibus, Mose duce, Judæi exierunt ex Ægypto », inquit *Ptol. Mendesius* apud *Euseb. Præp. Eu.* 10. 12.; regnavit autem ann. XXVI. et amplius. *Hieronym.* in *Chron.* Sed cum aliis *Oros.* 1. *Hist.* 8. 10. vult eum regnasse tempore Josephi, filii Jacob. — Recentiores tamen Pharaonem regnantem ætate Mosis ab Ægypto exeuntis ponunt Menephtah I. v. Amenophin II.; Josephi vero in Ægypto degentis Amasin II. (*Maspero, Hist. anc. des peupl. d'Or.*; *Birch, Anc. Hist. from th. Mon. Ægypt.* Cf. tamen *De Cara, Gli Hyksôs p.* 118. et *alib.*).

AMPĒLENSES, ium, m. plur. 3. incolæ Ampeli, municipii Daciæ. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1293. *V.* AMPELUM.

AMPĒLIS (Ampælis), idis *et* inis, f. 3. (Ἀμπελίς) nom. serv. et cogn. Gr. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 3158., 11566., 19511. etc. — Speciatim *Ampelidis* (Prisci et Dianæ) *balneum* memoratur in reg. XIV. Romæ trans Tiberim. *Curios. Urb.* 14. *p.* 18.

AMPĒLIUS, ii, m. 2. (Ἀμπέλιος) ¶ 1. In titulis nom. vir. Græc., quod apud Romanos in cogn. et nom. gent. transiit; quamquam illud ab hoc quidam distinguendum putant. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 5337., 12318. etc. Sæpe apud Christianos. *Inscr.* apud *De Rossi I.* 738. et *Corp. I. L.* 6. 8498. - 9. 2075. Ampellius. — Hinc *Ampelia* (*Ampellia*) nom. mul. *Ibid.* 11. 6398. et 5. 748. — *Ampelis (ss)*; *Ampelio (onis)* m. et f., *Ampelis* (*V.* suo loc.); *Ampelisca* (Ἀμπελίσκη), puella *Rudentis Plaut. V. Schmidt, Herm.* 37 (1902). 176.; *Ampelium,* nom. mul. ὑποκοριστ. *Corp.* passim. ¶ 2. Apud scriptores, præcipui — 1.º) L. Ampelius, scriptor incertæ ætatis. *Symmach.* 15. *ep.* 54. et *Damas. ep.* 6. — Scripsit *librum memorialem* (c. 50), collectaneum rerum mirabilium dicavitque *Macrino suo,* stilo simplici, quem primus edidit *C. Salmasius* (Lugd. Bat. 1638). — De ætate Ampelii V. *Glöser* in *Mus. Rhen. II.* (1843) *p.* 145. *sq.* et de ejus libro *Wölfflin, De L. Ampelii libr. mem.* etc. Götting. 1854. 50. *sqq.* et *Bücheler* in *Mus. Rhen. XIII. p.* 179. *sqq.* — 2.º) Ampelius, scriptor alter, fortasse init. sæc. III., inter Trajani imp. (*Zink, Eos II.* 327) et Hadriani et Antonini Pii (*Wölfflin, ibid.* 44. *sqq.*) tempora, memoratus *Sidon. carm.* 9. 304., quem alii rectius censent eundem cum præcedenti. — 3.º) P. Ampelius, Antiochenus, præses Cappadociæ, magister offic., procons. Africæ, dein præf. Urb., sub Valentiniano et Valente Augg. cons. a. 370., de quo *Ammian.* 28. 4. 3., *Justin.* 5. 10. 1., *Cod. Theod.* 2. 4. 3. et *alib.*

AMPĒLŌESSA, æ, f. 1. (ἀμπελόεσσα, *vitifera*) oppidum Syriæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 18. 16. (74).

AMPĒLOMĒ, es, f. 1. oppidum, colonia Milesiorum in Arabia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (159). Ita leg. *Sillig.*; alii *Ampelone.* Cf. *D. H. Müller, PW.* 1. 1881.

AMPĒLOS et Ampelus, i, f. 2. (ἄμπελος, *vitis*) nom. personæ et loci.

I.) Ampelos, nom. personæ ¶ 1. Fuit in fabulis puer formosus, quem Bacchus adamavit. *Ovid.* 3. *Fast.* 409. Ampelon intonsum - Fertur in Ismariis Bacchus amasse jugis. Tradidit huic vitem - Quæ nunc de pueri nomine nomen habet. ¶ 2. In titulis nom. serv. et humilium. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8187. et 9. 3108.

II.) Ampelos, nom. loci. ¶ 1. Est oppidum Cretæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59). — De promontorio hujus insulæ ita appellato apud *eund.* 32. *ibid.* 2. 9. (18)., hodie *C. Kavallo* (sec. *Hirschfeld*), *C. Salomon* (sec. *Pape-Benseler*), *C. Xacro* v. *Yala* (sec. al.), coll. *Ptol.* 3. 17. 4. vd. adnot. ibid. a *Sillig.*, qui dubitat an sit genuina lectio. ¶ 2. Item oppidum Macedoniæ, ad sinum Mecybernæum (Cf. *Ptol.* 3. 13. 12. et *Herod.* 7. 122). Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (37). — Apud *Chrysochoon, Athen.* 1884., coll. *Herod.* 7. 122. promontorium, hodie *C. Ampelon.* V. *Leake N. Gr. III.* 119.

AMPĒLUM, i, n. 2. municipium Daciæ, hodie *Zalatna* (Slaw. *Zlatna,* i. e. auraria; Germ. *Schlatten*), prope rivum Ompoly (Slaw. *Ompilj*). *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1278-1337., 7832-7846. V. *Momms. ibid.* 3. *p.* 215.

AMPĒLŪSIA, æ, f. 1. (Ἀμπελουσία). Ita vocant Græci; Afri vero aliter, apud quos est *Kote* v. *Kotte* (a *qôtêf* « vindemians », uti vult *Bochart* apud *Movers, Phön. II.* 529). Hinc *Mela* 1. 5 (25). Afri alio sed idem significante vocabulo appellant. — Gr. itidem a! Κώτεις (*Strab.* 17. 825) et Κώτης ἄκρον (*Ptol.* 4. 1. 2).

Ampelusia, promontorium Mauretaniæ in freto Gaditano, ita appellatum quasi vitibus (ἄμπελος) abundans, nunc *C. Spartel.* Memorant *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (2).; 2. 6. (96). et 3. 10. (107). et *Mela loc. cit.*

AMPHÆUS, i, m. 2. (Ἀμφαῖος) libertus Claudii imp., de quo *Senec. Apocoloc.* 13.

AMPHĀLE. *V.* OMPHALE.

AMPHĒRISTUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 778. 2. 2. Ducitur a Gr. ἀμφήριστος (ἀμφί et ἔρις, *contentio*), quasi sit is, de quo utrinque contenditur. Ita cl. *Furlanetto.* Dixerim eum potius significare, qui sit inter duo fluctuans, incertus, dubius. V. *Hom. Il.* 23. 382., coll. 527.

AMPHĒUS, i, m. 2. fons Thraciæ. *Jornand. Get.* 5. *fin.* Ampheus inter Græca oppida Callipidas et Hypanim in mare defluit.

AMPHĬĂLUS, i, m. 2. (Ἀμφίαλος, quasi *cinctus mari*) ¶ 1. Fuit, in fabulis, Neoptolemi et Andromachæ filius. *Hygin. fab.* 123. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Gr. *Inscr.* apud *Murat. T.* 4. *p.* 6. *n.* 7., si proba est.

AMPHĬĀNUS, i, m. 2. (Ἀμφιανός) comœdiarum quidam scriptor, cujus *fragm.* apud *Schol.* ad *German. Arat.* 332. — Cf. *Æthic. Cosm.* 4. § 58. (*V.* AMPHIS).

AMPHĬĀRĀĒUS, a, um, adject. (Ἀμφιαράειος) ad Amphiaraum pertinens. *Propert.* 2. 34. 39. *B.* Non nunc Amphiaraëæ prosint tibi fata Quadrigæ etc. *Alii tamen* aliter *leg.* V. *Baehrens, Prop. p.* 100. Lips. 1880.

AMPHĬĀRĀĪDĒS, æ, m. 1. (Ἀμφιαρεαίδης) patronym. ab *Amphiaraus.* — Absolute est Alcmæon, Amphiarai filius, apud *Ovid.* 2. *Fast.* 43. Alii leg. *Amphiareiades.*

AMPHĬĀRĀON vel Amphiareon, i, n. 2. (Ἀμφιαράειον) templum et oraculum Amphiarai, apud *Schol.* ad *Stat.* 8. *Theb.* 207. Cf. *Liv.* 45. 27., *Mel.* 2. 3. 6., *Solin.* 7. et *Ann. dell' Istit. arch.* a. 1846. *p.* 38. *sqq.* V. voc. seq.

AMPHĬĀRĀUS, i, m. 2. (Ἀμφιάραος, Att. Ἀμφιάρεως, Ion. Ἀμφιάρηος *Hom. Od.* 15. 244). Etrusc. *amφiare, hamφiare* et Lat. etiam *Amphioraeus* (V. *Corp. I. L.* 3. 5060). — *Anfiarus* (sic) apud *Porph.* ad *Horat.* 3. *Od.* 16., ubi tamen *Pauly* leg. *Amphiaraus* (*v.* 1. *p.* 315). — Vox fortasse composita est ex ἀμφί, *circum,* et rad. ἀρ, unde ἀρέσκω, *placeo,* ut sit placens seu gratus utrique, *h. e.* Jovi et Apollini.

Amphiaraus, rex, vates et augur Argivus insignis, tripodum princeps (*Stat.* 8. *Theb.* 367), *Œclides* etiam dictus ab *Œcleo* patre (*Ovid.* 3. *Art. am.* 13); matrem vero habuit Hypermnestram, Thestii filiam. *Hygin. fab.* 73., coll. *Sch. Stat.* 1. 41. — Argonautarum socius fuisse traditur *Stat.* 3. *Theb.* 516., qui fuse ejus pugnam ad Thebas, ad quam invitus, conjugis proditione, a Polynice ductus fuerat, ac mortem describit 7. *ibid.* 585. *sqq.* et 8. *ibid. init.*, coll. *Horat.* 3. *Od.* 16. 11. et *Mythogr. I. fab.* 151. et 152. ed. *Mai.* — Terræ hiatu una cum curru absumptus est, teste *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 52. ibique « civitas post est condita *etc.*, quæ *Amph(i)arma* (al. *Amphiarai harma*) vocatur, quod illic currus, quem Græci *harma* vocant, deci-

derit, in quo etiam oraculum est, quod Græce *Amphiareon* vocatur ». Ita *Schol.* ad *Stat.* 8. *Theb.* 207. — Ejus cineres, inquit *Val. Max.* 8. 8. *ext.* 3., idem honoris possident quod Pythicæ cortinæ *etc.* Cf. *Minuc. Oct.* 26. — Tradit *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57 (203). eum invenisse ignispicia. — Ob ejusd. scientiam auguralem a Græcis deus habitus, ita ut, ubi sepultus est, inde oracula peterentur. *Cic.* 1. *Divin.* 40. 88. Cf. 6. *Fam.* 6.; 2. *Tusc.* 25. 60. etc. — Hinc *Aonius* dictus ab *Ovid. Nuc.* 110. et *Apollinis filius* ab *Hygin. fab.* 70. et *Phœbeius* a *Stat.* 3. *Theb.* 470., coll. 8. *ibid.* 99. — Laudatur *Capell.* 2. *p.* 40., *Stat.* 3. *Theb.* 521., *Apul. de deo Socr.* 15., *Front. p.* 147. 20., *Tertull. Anim.* 45., *Ammian.* 14. 1. 7., *Hieronym.* 1. *adv. Jovinian.* 46. et etiam *Varr.* apud *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 275. — Ex Græcis V. *Herod.* 8. 91. *et alib.*, *Pausan.* 1. 2. et 9.; *Strab.* 6. 404. *sq.* et *Plut. Par.* 8. Cf. etiam *Bethe, PW.* 1. 1886. *sqq.*, *Eckermann, Melamp. p.* 41. *sqq.*; *Unger, Parad. Thes.* 162. 409. *sqq.* — De festis et agonibus in honorem Amphiarai V. *Inscr.* apud *Rangabé n.* 965., coll. *nn.* 679., 685. et 686., ubi de ejus cultu, qui Oropi habebatur, mentio est. — Eum monumentis artium illustratum videsis apud *Overbeck, Her. Galler.* 91. *sqq. Taf. III. sqq.*; *Baumeister, Denkm. p.* 67., coll. *Robert, Bild. u. Lied.* 14., *Brunn-Körte, Riliev. d. Urn. Etr. II.* 68. 70-78. *Taf.* 24. 8. 25.

AMPHĬĀS, æ, m. 1. (Ἀμφίας, fortasse contract. pro *Amphiaraus*: cf. *Lucas, Demas, Epaphras*) vir quidam *Tarsensis* appellatus *Macrob.* 7. *Sat.* 3. 20. Memorat et *Plut. op. Mor. p.* 634.

AMPHĬBIĀNUS, i, m. 2. (Cf. ἀμφίβιος, *utrobique vivens*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 250. 3. a cl. *Furlanetto* adlata.

AMPHĬCRĂTĒS, is, m. 3. (Ἀμφικράτης: ab ἀμφί, *circum* vel *utrinque,* et κράτος, *vis, potentia*) statuarius, qui post Pisistratidas expulsos Olymp. LXVIII., Ageladæ æqualis, floruit. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19 (72).

AMPHICTȲO et

AMPHICTȲON, ŏnis, m. 3. Ἀμφικτύων vel Ἀμφικτίων. De duplici scribendi ratione per υ et ι deque nominis etymo disserunt *Benfey, Wurzellex. p.* 185., qui vocem innuit priscam cum digammate Ἀμφικτιϝονες, et *Boeckh.* ad *Pind. Nem.* 6. 40., qui docet *Amphictyonem* personam esse confictam, ne gentium origine recentius videretur *Amphictionum* concilium, qui ita appellati sunt quasi ἀμφικτίονες sive περικτίονες, περιοικοῦντες, h. e. populi *habitantes circa* Delphos, qui religione conjuncti fœdus et commune judicium inter se statuerunt. Ita etiam *Androtion* apud *Paus.* 10. 8. 1., coll. *Hesych., Suid., Tim. Lex. Plat.* ibique *Ruhnk.* Igitur quum Græci mature Amphictyonem, filium Deucalionis et fratrem Hellenis, venerari cœpissent, Ἀμφικτύονας ab Amphictyone conditum judicium vocarunt; sed recta ratio atque etymon postulant ut Ἀμφικτίονες scribatur. Item *Schenkl, Griech.-deutsch. Schülw.*: « Man fälschlich *Amphictyon,* den Sohn Deukalion's, als Stifter des pyläischen Bundes annahm ». Sed cf. *Pott* in *Zeitschr. f. vergl. Sprachf. IX.* 402. et *Cauer, PW.* 1. 1904. *sqq.*

I.) Amphictyon, in sing. num. ¶ 1. Fuit rex Athenarum tertius, Cranai successor, qui « primus Minervæ urbem sacravit et nomen civitati Athenas dedit », inquit *Justin.* 2. 6. 9. Cf. *Schol. Bob.* in *Cic. pro Sest. p.* 299. *Orell.* et *Isid.* 15. *Orig.* 1. 44. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 37 (123). Interpretationem ostentorum et somniorum Amphictyon (*invenit*). — Sunt qui hunc filium Deucalionis et Pyrrhæ fuisse ejusque ideo temporibus aquarum illuviem Græciam invasisse universam tradant. *Oros.* 1. *Hist.* 9. et *Justin. loc. cit.* V. *Selden, Les marbr. d. Par. Arund. Comm.* itemque *Müller* in *Comm.* ad *Marm. Par.* Alii contra id, Cranao regnante, putant evenisse ac distinguendum esse Amphictyonem, filium Deucalionis, ab Athenarum rege (V. *Marm. Par. ep.* 4. et 5.); alii vero tempore Cecropis, primi Athenarum regis (Cf. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 10. et *Apollod.* 3. 14. 1. *sqq.*). V. DEUCALION. — Amphictyon decem ann. regnavit, teste *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 520. (ubi *Amphiston* Flor. cod.); verum alii ann. regni novem tantum ei tribuunt. In hoc tamen stadio integrum est cuique libere vagari. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Græc. *Inscr.* apud *Reines. cl.* 17. *n.* 24.

II.) Amphictyones, in plur. num. (Genet. *Amphictyonum* apud *Tac.* 4. *Ann.* 14. - Acc. *Amphictyonas* apud *Cic.* 2. *Inv.* 23. 69. et *Quintil.* 5. 10. 111), generatim appellati sunt populi, qui fœdere et religione conjuncti statis temporibus ad sacrarium aliquod seu templum numinis sibi proprii conveniebant, ubi communia festa concelebrarent simulque de negotiis agerent seu judiciariis seu politicis aliusve generis (*Schömann, A. Gr. v.* 5. *p.* 316. ed. it. 1877). Ex his societatibus, quas singillatim et erudite persequitur *Cauer* in *PW.* 1. 1904., præcipua exstitit Delphica seu Pythica, ab Apolline Pythico dicta, ex duodecim populis conflata, i. e. Maliensibus, Phthiotis, Æníanis, Dolopibus, Magnesiis, Perrhæbiis, Thessalis, Locribus, Phocensibus, Doribus, Bœotis et Ionibus. Speciatim vero *Amphictyones* vocati sunt (ex quibus alii ἱερομνήμονες, alii ἀγορατροί) viri probatissimi, qui simul ex singulis civitatibus selecti convenire solebant, qui disceptarent de communibus rebus et controversias dirimerent, si quæ inter aliquas civitates orirentur. Deferebantur enim ad eos graviores causæ publicæ, sive religiosæ sive politicæ ab iisque, re cognita, definiebantur (V. *Hermann, Staatsalt. I.*[5] 76), rata et perpetua manente sententia. Hinc eos *commune* (*Plin.* 35. *H. N.* 9. 35. [59]) v. *publicum* (*Cic. loc. cit.*) *Græciæ concilium* appellarunt veteres. Porro bis in anno, i. e. vere et auctumno, Delphos vel Antheiam juxta Thermopylas coibant, unde *Pylagori* vocati et *Pylaicum concilium* (*Liv.* 31. 32), ad templum Demetræ, ob id Ἀμφικτυονίς dictæ. Memorant, præter laudatos, *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 2., *Jul. Val.* 2. *gest. Alex. M.* 17. et 20., *al.* — Quattuor porro bella sacra gesserunt contra Crissam et Cirrham (a. 596-586), Phocidem (a. 355-346), Amphissam (a. 340-339) et *Ætolos* (a. 280). De iis variisque eorum causis V. *Curtius, Griechisch. Gesch.*; *Grote, History of Greece* et *Cauer, PW.* 1. ad v. — Plura de Amphictyonibus habent *Tittmann, Ueber d. Band d. Amphict.*; *Souppe, De amph. delph.*; *Foucart, Bull. Hell. VII.*; *Schoemann* et *Cauer opp. citt.*

AMPHĬDĂMĀS, antis, m. 3. Ἀμφιδάμας (ἀμφί et δαμάω, *domo,* quasi circum domans). ¶ 1. Fuit Alei et Cleobules filius, frater Cephei, Argonauta. *Hygin. fab.* 14. Amphidamas (*F* Amphidamus) et Cepheus. Adde *Val. Flacc.* 1. 374. ¶ 2. Item Trojanus quidam, quem proditorem patriæ fuisse tradit *Dares c.* 39.

AMPHĬDȲMON, i, n. 2. (ἀμφίδυμος, *duplex*) nomen speluncæ in Nemeæ regione. *Schol. Germ. Bas. p.* 72. Cf. *Makpelah* seu spelunca duplex (*Gen.* 23. 17. *sq.*). V. *Bädeker-Socin, p.* 172. *sq.*

AMPHĬGĔNĬA, æ, f. 1. (Ἀμφιγένεια) oppidum Messeniæ in Peloponneso, Nestoris olim regia, ubi sacrarium erat Latonæ. *Stat.* 4. *Theb.* 178. Amphigenia fertilis. Cf. *Hom. Il.* 2. 593. et *Strab. p.* 349.

AMPHĬLŎCHI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Gens Græca in Epiro, de qua *Liv.* 32. 34. et 38. 3. et *alib.*, *Cæs.* 3. *B. C.* 55., *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 5. (28). et *Mela* 2. 54., coll. *Thucyd.* 2. 68. et 3. 105. et *alib.* Cf. *Kaibel, Epigr. Gr.* 183., 189. ¶ 2. Item gens Gallæcorum, cujus meminit *Justin.* 44. 3. 4. V. *Hübner, PW.* 1. 1937. *sq.*

AMPHĬLŎCHĬA, æ, f. 1. (Ἀμφιλοχία) regio Epiri cum oppido cognomine, Acarnaniæ confinis ad septentr. *Cic. Pis.* 40. 96. et *Liv.* 38. 3. et 7.; coll. *Strab.* 10. 450. — Fuit ita dicta ab Amphilocho, Amphiarai Argivi filio, qui, relicta patria, illuc venit et Amphilochiam condidit, quæ et *Argos Amphilochium* vel *Amphilochicum* ab eo est appellata. *Mela* 2. 54. et *Liv.* 38. 10. Cf. *Oberhummer* in *Altert.* Münch. 1887.

AMPHĬLŎCHICUS et

AMPHĬLŎCHĬUS, a, um. *V.* voc. præc.

AMPHĬLŎCHĬUS, ii, m. 2. (Ἀμφιλόχιος) *Amphilocius* in *Mon. Germ. leg. I. p.* 98. 5. ¶ 1. Fuit Paphlago quidam, tribunus, Constantii imp. tempore, de quo *Ammian.* 21. 6. 2. V. *Seeck, PW.* 1. 1937. ¶ 2. Item vir consularis Campaniæ a. 370. *Cod. Theod.* 12. 1. 71. ¶ 3. Item episc. Iconii Asianæ diœcesis a. circ. 374. *Hieronym. vir. ill.* 33. et *ep.* 70. ad *Magn.*, *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 25. et *Facund. pro defens. trium Capit.* 42., ubi « vir admirandus, beatissimus et probatissimus doctor » appellatur.

AMPHĬLŎCHUS (Amphilocus), i, m. 2. (Ἀμφίλοχος: ab ἀμφί et λοχάω, *insidior*). ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Amphiarai filius et Alcmæonis frater. *Acc. trag.* 289. (*fragm.* ex *Epig. p.* 146. *R.*), *Ovid. Rem. am.* 455 (Antilochus *pars codd.*). — Inter epigonos ponit *Apollod.* 3. 7. 2., coll. 10. 8. et inter procos Helenæ *Hygin. fab.* 81., ubi vulgo *Antimachus.* Cf. *Apollod. loc. cit.* — Ad bellum Trojanum profectus est; inde, patria extorris, in Ciliciam venit ibique urbem aliquam condidit. *Dict.* 1. 14. et *Cic.* 1. *Divin.* 40. 88., coll. *Strab.* 14. 5. 16. — Alii porro tradunt eum in Epiro Argos oppidum condidisse et a se *Amphilochium* appellasse, unde et regio *Amphilochia* dicta fuerit. *Strab.* 7. 7. 7. et 10. 2. 26. ex *Thucyd.* Hinc *Argos Amphilochi* memoratur *Mel.* 2. 3. 10., nisi ex alio Amphilocho ita nuncupata fuerit; alii in Hispaniam se contulisse ibique item oppidum ædificasse referunt, ut *Strab.* 3. 4. 3. (*V.* AMPHILOCHIA); alii alia, ut *Herod.* 7. 91. Eum post obitum honores divinos obtinuisse apud Mallum et alib. et oraculum habuisse colligitur ex *Inscr. numm. Imhoof-Blumer, Kleinas.* etc. *p.* 472. *n.* 14. MALLO COLONIA DEI AMFILOCHI. Adde *Tertull. Anim.* 46., coll. *Paus.* 1. 34. 3. et 3. 15. 8. V. *Eckermann, Melamp.* 114. *sqq.* et *Immisch, Jahrb. f. Philog. Suppl. XVII.* — 2.º) Item scriptor de re rustica clarissimus, Atheniensis, laudatur *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8. et *Colum.* 1. 1. 9. Volumen de medica et cytiso ab eo compositum citat *Plin.* 18. *Hist. nat.* 16. 43. (144). eumque in *Elench. auct. l.* 8-10. memorat. V. *Wellmann, PW.* 1. 1940. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19828.

AMPHĬMĂCHUS, i, m. 2. (Ἀμφίμαχος: ab ἀμφί et μάχομαι, *pugno*) ¶ 1. Fuit filius Cteati ex Elide, cum navigio Trojam profectus, ubi ab Ænea peremptus est. *Hygin. fab.* 97., coll. *Homer. Il.* 2. 212. et 775., *Dict.* 1. 17. et *Dar.* 14. et 21. ¶ 2. Item vir ex Caria, Nomionis filius, in bello Trojano ab Ajace cum fratre Naste occisus. *Auson. epit. Her.* 17. Nastes Amphimachusque, Nomionis inclita proles. Cf. *Dar.* 18. et *Dict.* 2. 35. et 4. 12.

AMPHĬMALLA, æ, f. 1. (Ἀμφίμαλλα, Ἀμφιμάλλιον) oppidum Cretæ, situm ad latus insulæ in sinu cognomine (*Strab.* 10. 475. et *Ptolem.* 3. 17. 7). Memorat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59).

AMPHĬMĔDON, ontis, m. 3. (Ἀμφιμέδων: ab ἀμφί et μέδω, *dominor*) vir quidam ex Libya, in aula Cephei regis, a Perseo occisus, de quo *Ovid.* 5. *Met.* 75.

AMPHĬNŎMĒ, es, f. 1. Nereis dicta, ut refert *Damm* in *Lex. Hom.*: διὰ τ. κύκλῳ ἀπὸ γλυκέων ὑδάτων νομάς et τ. ἐν ὑγροῖς νεμόμενα (Cf. *Hom. Il.* 18. 44). Memorat *Hygin. præf. fab.*

AMPHĬNŎMUS, i, m. 2. (Ἀμφίνομος) De etymo nominis cf. *Senec. loc. cit.*

Amphinomus, vir Catanensis, frater Anapii, cum quo patrem et matrem humeris per medios ignes Ætnæ portavit, uti refert *Val. Max.* 5. 4. *ext.* 4., *Solin.* 5., coll. *Senec.* 3. *Benef.* 37. et 6. *ibid.* 36. *V.* ANAPIS. — De hac re vide plura apud *Wernsd.* ad *Lucil. Ætn.* 620.

AMPHĪO et Amphion, ŏnis, m. 3. Ἀμφίων — *a)* Orthographia: *Ampio* in *Corp. I. L.* 2. 6119., 5. 6025. et 14. 2358. - *Anfion,* Latina consuetudine. *Ibid.* 11. 5859. Adde *Venant.* 3. *carm.* 24. 5. — *b)* Declinatio: Nomin. *Amphio* in *Corp. I. L.* 1. 1468 (3776); 3. 6507., 5. 1133., *Inscr. Neap.* 1961. et 2261. et apud *Cic.* 2. *Divin.* 64. 133. — *Amphion* in *Corp. I. L.* 5. 1067. et 3829. etc. et apud *Cic.* 1. *Inv.* 50. 94., *Virg.* 2. *Ecl.* 24., *Horat.* 3. *Od.* 11. 2., *Ovid.* 6. *Met.* 271. etc. — Acc. *Amphiona* apud *Propert.* 3. 15. 29., *Ovid.* 6. *Met.* 402., *Stat.* 3. *Silv.* 2. 41. etc. — *c)* Prosodia: secunda longa est apud Græcos; apud Latinos vero etiam brevis vulgo pronunciata est, teste *Quintil.* 12. 10. 97 (*V.* integr. loc.). Sic *Ennod.* 1. *carm.* 2. 33. et *Carm. epigr.* 1082. 2. Non est tamen a quantitate Græca recedendum, quam fere secuntur

Latini poetæ. — *d*) Etymon, perinde ac sit forma nominis decurtata, violenter petitur ab ἀμφὶ ὁδόν, *in via*, seu ἐν διοδῷ, *in bivio*, ubi partus dicitur V. *Hygin. loc. cit.*

Amphio ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit vir Thebanus, Jovis et Antiopæ filius. *Val. Flacc.* 3. 479., *Stat.* 8. *Theb.* 235., *Claudian.* 22. 170., *al.* — Tradunt mythologi Antiopam, fluvii Asopi vel Nyctei regis filiam, uxorem Lyci, quum ab Epapho per dolum vim passa esset, a marito re cognita, ejectam, ab Jove quoque, dum errabunda vagaretur, fuisse compressam. Interea Lycus Dircem uxorem duxit, quæ quum zelotypia laboraret propter Antiopam, quam sciebat adhuc a Lyco amari, obscuro in loco vinctam claudi jussit. Illa, ex Jovis concubitu gravida, instante partus tempore ex vinculis effugiens ope Jovis, in montem Cithæronem, quærens locum ubi pareret, contendit; sed in ipso itinere doloribus puerperii detenta, in bivio parere coacta est. Geminos autem edidit pueros Zethum et Amphionem, qui a pastoribus educati fuerunt. Qui quum crevissent, matrem ulciscentes Dircem ad taurum indomitum deligatam vita privarunt Lycumque interfecerunt. Ita *Forcellin.* ex *Hygin. fab.* 7., qui tamen *fab.* 8. aliter rem tradit. Sed quis in fabulis constantiam scriptorum quærat? Cf. *Eurip. fr.* 182. *N.* et *Aristoph. fr.* 327., ubi nominis hinc orti causa deridetur. — Hi fratres jussu Apollinis muro circumcinxisse Thebas eosque ibi ambos regnasse narrat idem *Hygin. fab.* 9. At *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 689. solum Amphionem regem ponit, quod et alii confirmant. Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 41. et *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.* 86. — Amphio Niobem, Tantali et Dionis filiam, uxorem duxit, ex qua filios septem totidemque filias habuit, quarum nomina septem Thebarum portis imposuit, teste *Hygin. fab.* 69. V. NIOBE. — Denique, quum templum Apollinis expugnare vellet, ab eo sagittis confossus periit. Ita *Hygin. fab.* 9.; sed *Ovid.* 6. *Met.* 271. *sq.* eum sibi ferro mortem conscivisse refert. - Porro eumdem fuisse Mercurii filium, ut nonnulli putant, ex eo argui potest, quod, magistro Mercurio, Amphionem lyra suavissime cecinisse tradunt veteres, ita ut musicæ ac Lydiorum modulorum inventor et lyræ cantu muros Thebarum exstruxisse credatur. Ita *Cic.* 2. *Divin.* 64. 133. et *Horat. A. P.* 394. Cf. *Sil. It.* 1. 96. et 11. 440.; *Propert.* 3. 15. 41.; *Senec. Phœn.* 566. et *Œd.* 612., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (204). Quod ideo fictum, quia eloquii suavitate ipse homines rudes et incultis moribus ad obsequii civilis pellexit disciplinam. Cf. *Cic.* 1. *Inv. procem.*, *Horat. loc. cit.*, *Propert.* 3. 2., *Solin.* 2. et *Macrob.* 2. *Somn. Scip.* 3. 8. — Hanc præterea fabulam argumentum poetis Græcis atque Latinis præbuisse tragœdiæ componendi colligi potest ex *Prob.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 25. et *Hygin. fab.* 8., coll. *Cic.* 1. *Inv.* 50. 94. et *Auct. ad Herenn.* 2. 27. et ex fragm., quæ supersunt, *Euripidis* et *Pacuvii.*; immo et artificibus, teste *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4 (34)., ut etiam monumenta antiquæ artis adhuc exstantia ostendunt. V. *Visconti, Op. var. t.* 2. *p.* 254., coll. *Ann.* et *Boll. dell' Istit. arch.* Adde *O. Jahn, Arch. Ztg. XI.* 82. *sqq.*; *Dilthey, Arch. Ztg. XXXVI.* 43. *sqq.*; *Matz-Duhn* 3565. et *Helbig, Führer II.* 941. — Hinc communiter dicitur de quocumque celebri cantore seu musico. *Sidon.* 5. *Ep.* 5. de *Syagrio.* — 2.°) Item Argonauta, Hyperasii (*al.* Hypsus v. Hippasi) filius, Asterionis vel Asterii (*Schol. Apollod.* 1. 176. et *Hygin. fab.* 9., 10., 14.) aut Deucalionis frater (*Val. Flacc.* 1. 365). ex Pellene Achaica. Cf. *Sch. Apollod. loc. cit.* et etiam *Burmann* in *Catal.* Argonautarum. — 3.°) Item filius Terei, teste *Hygin. fab.* 244., Jasi secundum alios. Cf. *Schmidt* ad *l.* (Ἀμφίων apud *Hom. Il.* 2. 830.) V. JASUS. — 4.°) Item tragœdus apud *Varron. fragm. p.* 296. *Bip.* ¶ 2. In titulis nom. servorum humiliumque; inde cogn. satis frequens. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 3995., 4476., 5377. etc.

AMPHIONIUS, a, um, adject. ad Amphionem Thebanum pertinens. *Sidon. carm.* 23. 120. Amphionis ars. *h. e.* musica. *Propert.* 1. 9. 10. lyra. *Claudian. IV. cons. Hon.* 531. palæstra. *Senec. Œd.* 179. canis.

AMPHĬPŎLIS, is, f. 3. (Ἀμφίπολις) Acc. *Amphipolim* apud *Liv.* 43. 7. et *alib.*, *Nep. Cim.* 2. 2., *Plin.* 10. *Hist. nat.* 8. 10. (23). — *Amphipolin* est *Liv.* 40. 24. et 56. *Hertz.* (aliter *Weissenb.-Müll.*) et *Frontin.* 3. *Strat.* 15. 5. — De vocis etymo ita *Pollux* in *Onom.* 9. 4. ἢ ἰσθμῷ ἢ πορθμῷ προσοικοῦσα πόλις, ἀμφίπολις. — Amphipolis

I.) Apud scriptores, nom. loc. ¶ 1. Fuit Macedoniæ oppidum in Thraciæ confinio, juxta Philippos et Apolloniam ad XXX. m. p., a Thessalonica LX. Serris proximum et sinui Strymonico, teste *Itin. Anton. p.* 320. et 331., coll. tamen *Itin. Hieros. p.* 604., sic appellatum, quia fluvio Strymone circumcinctum, nunc Turc. *Jenikoei*: oppidi ruinæ haud procul ab hod. *Neokhori* statuuntur (V. *Leake, North. Greece et* 3. *p.* 181. et *Cousinery, Voyag. d. Maced. t.* 1. *p.* 126). — Memorant *Cæs.* 3. *B. C.* 102., *Liv.* 40. 24. et *alib.* sæpe, *Auct. Itin. Alex. M.* 18., *Avien. Or. mar.* 338., *Mela* 2. 2. 9., *Corp. Inscr. Lat.* 3. *p.* 119., 2316. etc. — Olim Ἐννέα Ὁδοί, h. e. novem viæ, dicta fuit, cujus nominis causam videsis apud *Hygin. fab.* 59., coll. *Thucyd.* 1. 100. V. etiam *Bekk. Anecd. p.* 251. et *Ovid. Rem.* 55. 601. et *Art. am.* 37. — Hac transiit Paulus Thessalonicam iturus (quo tempore de Amphipoli nulla mentio apud *Strabon.*, tunc suo gradu delapsa), quia ibi erat via Egnatia, quæ ad illud oppidum ducebat. *Vulg. Act.* 17. 1. — Colonia huc deducta est Atheniensium ann. 437. a. Chr., Agnone duce, tempore Cimonis et Periclis, teste *Nep. Cim.* 2., coll. *Diod.* 11. 70. — Capta Macedonia a Romanis, Amphipolis fuit partis caput ex quattuor, in quas Æm. Paulus regionem divisit, teste *Strab.* 7. 47. — Plura de Amphipoli *V.* apud *Kutzen, De Amph.* et *Weissenborn, Hellen. III.* 126-196. — De nummis Amphipolitanis V. *Eckhel* 2. *p.* 66. *sqq.* et *Head, H. N.* 190. et de inscriptionib. *Le Bas, II.* 1417-24.; *Heuzey* 169. et *C. I. L.* 3. 632. ¶ 2. Item oppidum Syriæ ad Euphratem. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 21 (87). Thapsacum quondam, nunc Amphipolis. Cf. *Appian. Syr.* 57.

II.) In titulis cogn. mul. *Corp. I. L.* 6. 4927.

AMPHĬPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. ad Amphipolim Macedonicam pertinens. *Justin.* 14. 6. 13.

AMPHĬPŎLĪTĒS, æ, m. 1. (Ἀμφιπολίτης) Amphipolis incola. *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8. et *Colum.* 1. 1. 8.

AMPHIS, idis, m. 3. (Ἄμφις, idem fortasse quod Ἀμφίας) poeta Atheniensis, mediæ comœdiæ scriptor, cujus fragmenta collegit *Bothe, Com. Gr. fragm. p.* 480.-488. Cf. *Meineke, Hist. crit. Com. p.* 403. *sqq.* Memoratur *Hygin.* 2. *Astr.* 1. et *Schol. Germ.* ad *Arat. v.* 21. et fortasse etiam *v.* 332., ubi *Amphianus* pro *Amphias* scribitur. V. *Keibel, PW.* 1. 153. *sq.*

AMPHĪSA vel rectius

AMPHISSA, æ, f. 1. (Ἄμφισσα) Dicta est ab *Amphissa*, Macaris et Apollinis filia: vel quod undique montibus cingitur. Ita *Forcellin.*

Amphissa, oppidum præcipuum Phocidis in finibus Locrorum Ozolarum juxta oram sinus Crissæi ad fluvium cognominem, nunc *Salona*. Memoratur *Liv.* 37. 5., *Lucan.* 3. 172. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (7). — Eversa a Philippo ann. 338. a. Chr., jussu Amphictyonum refecta est, ita ut Romanorum obsidioni strenue obsisteret ann. 160 (V. *Smith, op. cit. l.* 4. c. 20). — De ejus nummis V. *Eckhel*, 2. *p.* 191. et *Head, H. N.* 286. et de inscriptionibus *Le Bas, II.* 1019-21.

AMPHISSENSES (Amphissienses), ium, m. plur. 3. (οἱ Ἀμφισσεῖς) Amphissæ incolæ. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 568. et *Inscr. Rev. arch.* 4. *sér. IV.* 1904. in *tab.* ad *p.* 445. *n.* 161. de controversia Delphorum adversus Amphissienses.

AMPHISSĬUS, a, um, adject. ad Amphissam, oppidum Phocidis, pertinens. *Inscr.* apud *Spon. Misc. ant. p.* 279. *V.* etiam **AMPHRYSIUS**.

AMPHISSOS et

AMPHISSUS, i, m. 2. (Ἄμφισσος) Quidam legunt *Amphisos*, unico *s*, sed Gr. vox obstat.

Amphissus fuit filius Apollinis et Dryopes. *Ovid.* 9. *Met.* 356. *sqq.* Cf. *Toepffer, PW.* 1. 1956. *sq.*

AMPHISTRĂTUS, i, m. 2. (Ἀμφίστρατος) ¶ 1. Fuit vir Spartanus, Castoris et Pollucis, i. e. Dioscurorum, cum fratre Creca aurigæ, qui ambo Dioscuriadem condiderunt Heniochorumque auctores exstiterunt, ut refert *Justin.* 42. 3. Cf. *Strab.* 11. 442., 496-497. et *Eustath.* ad *Dion.* 680. At *Ammian.* 22. 8. 24. et *Solin.* 15. hæc tribuunt *Amphito* et *Cercio*, qui alter *Selchius* dicitur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 5. 5. (16). et *Isid.* 15. *Orig.* 1. 40. — Plura de hujusmodi nominum varietate habet *Vales.* apud *Ammian. loc. cit.* et *Salmas.* ad *Plin.* V. etiam *Tümpel, PW.* 1. 1958. et 1963. ¶ 2. Item sculptor tempore Alex. M., qui præcipue statuis iconicis conficiendis operam dabat. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (36)., coll. *Tatian. orat. c. Gr.* 52.

AMPHĬTHĂLĒS, is, m. 3. (Ἀμφιθαλής: ab ἀμφί et θάλλω, *floreo*) cogn. vir. Græc. et dicitur de eo, qui patrimus matrimusque est, seu qui utrumque parentem habet superstitem. *Inscr.* apud *Fea, Fast. p.* 84 (*C. I. L.* 6. 1119).

AMPHĪTHĔA, æ, f. 1. (Ἀμφιθέα) Pronactis filia. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 29. — Plures apud Græcos recenset *Tümpel, PW.* 1. 1959.

AMPHĪTHĔMIS, idis, m. 3. (Ἀμφίθεμις) vir quidam Libycus, pater Nasamonis et Cephalionis ex Tritonide nympha. *Hygin. fab.* 14., coll. *Eustath.* ad *Dion.* 209.

AMPHĪTHŎĒ, es, f. 1. (Ἀμφιθόη, dicta a celeritate fluctuum navem cingentium, ut explicat *Damm* in *Lex. Hom.*) Nereis. *Hygin. fab. præf.* in Nereidum catalogo. Cf. *Hom. Il.* 18. 42.

AMPHĬTRĪTĒ, es, f. 1. (Ἀμφιτρίτη) *Amphitrione* pro *Amphitrite* corrupte apud *Hygin. fab. præf.* — Acc. plur. *Amphitritas* apud *Arnob.* 4. *p.* 142. — Etyma proferunt varia grammatici et scholiastæ, ut sit v. ab ἀμφί *circum* et τρεῖν ποιεῖν, *metum facere*, quam significationem sequitur *Welcker*: vel ab ἀμφιτρέχειν, quasi *terram ambire*. Cf. *Mythogr. I. fab.* 107. et *III. fab.* 5. ed. *Mai.* Recentiores vero etymologi derivant ab ἀμφί et voc. Skr. *tri*, i. e. ripa: v. etiam a rd. τερ, cui notio inest fricandi, percutiendi, terendi; hinc esset dea, quæ *cingit et percutit* ripas (*Talbot, Myth.* etc. *p.* 176): v. a τρίζω (τρύζω), *murmuro*, dictum de fluctibus maris *circum* ripas *murmurantibus* seu strepentibus (*Preller-Plew, Myth. I.* 467). *V.* **TRITON**.

Amphitrite, dea maris, Nerei filia et Doridis, uxor Neptuni, cui Tritonem genuit, et Thetidis, Oceani uxoris, soror. ¶ 1. Proprie. *Hygin. fab. præf.*, *Claudian.* 1. *de Napt. Hon. et Mar.* 175. et *Colum.* 10. 200. — Hinc *Nereis* a *Claudian.* 1. *Rapt. Pros.* 104. et *Neptunia* dicitur *Cir.* 488. — De ea plura apud *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 74. et *Cir.* 73., coll. *Hom. Od.* 3. 91. et *alib.*, *Pind. Ol.* 6. 179. et *Apollod.* 1. 2. 2. et 3. 15. 4. — De ejus statua a Telesio facta, in Teno insula, V. *Philoch. fragm. n.* 185. ed. *Did.* Sic effigies visitur in nummo *G. Plautiæ* apud *Morell. n.* 111. V. *Borghesi Dec.* 11. *n.* 9. Ceterum Amphitrites monumenta illustrata sunt, præterquam a *Winchelm. Mon.*, *Viscont. Op. Var.* et *Eckhel*, etiam a *Castellani, Bull. d. Inst.* 1865. 216.; *Heydemann, Gr. Vasenb.* I. 2.; *Overbeck, Kunstmyth. Atl. taf. XIII.* 2., 13. et 16.; *Mos. aus Pomp. Giorn. d. scavi XII. tav.* 1.; *Bull. d. Inst. arch.* 1883. 151. *sq.* ¶ 2. Per metonymiam, pro ipso mari, pulcre *Ovid.* 1. *Met.* 14. nec brachia longo Margine porrexerat Amphitrite. *Catull.* 64. 11. *de Argo navi.* Illa rudem cursu prima imbuit Amphitriten. *h. e.* prima mare navigavit. Adde *Claudian. B. G.* 337. — Per synecdochen apud *Arnob. loc. cit.*

AMPHITRŬO. *V.* **AMPHITRYON**.

AMPHITRȲO et

AMPHITRȲON, ōnis, m. 3. (Ἀμφιτρύων, ωνος) — *a*) *Amphitruo*, ex veterum Latinorum more, qui *υ* in *u* vertebant, scribitur *Plaut. Amph. prol.* 98. et 100. et 1. 1. 38. 192. etc. (Cf. *Götz, Præf.* ad *Plaut. Amph. p. VII.* et *Forcellin.* ad *h. v.*) In codd. *B D* prævalet forma *Amphitrio* cum *i* loco *y*. Forma prior est *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 103.; posterior *Ovid.* 6. *Met.* 112., *Hygin. fab.* 20. et *Arnob.* 7. *p.* 238. — Acc. *Amphitryona* apud *Stat.* 8. *Theb.* 609. — *b*) Est ab ἀμφί et τρύω, *consumo, tero*, quasi sit *circum* v. *valde tritus*: ita *Fick, Wörtb. I.* 595. Cf. *Preller, Gr. Myth. II.*² 177. At *Escher, PW.* 1. 1967. conjungit cum v. τύρ-αννος, ut sit « der weithin Herrschende » sc. ulterius v. amplius dominans.

Amphitryon ¶ 1. Fuit filius Alcæi, filii Persei, rex Tyrinthius, maritus Alcmenæ, quæ ex Jovis concubitu Herculem peperit: quare et ipse hujus pater habitus est. *Hygin. fab.* 29. et *Cic. fragm. p.* 490. *Orell.* Memoratur *Ovid. loc. cit. de Jovis transformationib.* Amphitryon fuerit quum te, Tyrinthia, cepit. *h. e.* Alcmena. Adde *eund.* 9. *Her.* 44., *Senec. Herc. Œt.* 1248. et *Rufin.* 10. *Recogn.* 22. — Hæc fabula argumentum dedit poetis et artificibus, teste *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (63). ¶ 2. Est etiam titulus comœdiæ Plautinæ, *Amphitruo* inscriptæ. Cf. *Arnob. loc. cit.*, *Prudent.* περὶ στεφ. 10. 226. et *Augustin. ep.* 202. Hæc tantum ex Plautinis mythica est et valde laudata, quæ tragicomœdia dici potest (V. *Vahlen, Mus. Rhen. XVI. p.* 472. *sq.*; *Hoffmann, De Plaut. Amph.* etc.). — Item tragœdiæ Accii, cujus fragmenta collegit *Ribbeck, Trag. Lat. rel. p.* 123-125., coll. *p.* 327., ut etiam Sophoclis apud Græcos. — De artis monum. V. *Engelmann* in *Roschers Lex. d. Myth. I.* 2755.

AMPHITRYŌNIĀDĒS, is, m. 1. (Ἀμφιτρυωνιάδης) patronym. ab *Amphitryo*. — Quidam apud *Virg.* 8. *Æn.* 214. leg. *Amphitryonides*, ut sit a Gr. Ἀμφιτρυωνίδης; sed perperam (V. *Wagner* et *Ribbeck*); legitur tamen apud *Greg. Tur. gl. mart. præf. p.* 488. 5. Amphitrionidis (*genet.*). — Gen. *Amphitryoniadæ* est *Ovid.* 15. *Met.* 42. et *Rutil.* 1. 268. — Dat. *Amphitryoniadi* habet *Sidon. carm.* 13. 1. et 15. 185. — Acc. *Amphitryoniaden* est *Ovid.* 9. *Met.* 140. et *Val. Flacc.* 1. 675.; *Amphitryoniadem* vero *Auson. Edyll.* 4. 22.

Amphitryoniades, cogn. Herculis, sed improprie; non enim filius fuit Amphitryonis sed Jovis ex Alcmena, ita tamen dictus ab Amphitryone, cujus illa erat uxor. Hinc *Catull.* 68. 112. « falsiparens Amphitryoniades » dicitur. Memoratur etiam *Virg.*, *Ovid.*, *Val. Flacc.*, *al.*, *locc.* supra *citt.* Adde *Petron. Sat.* 123. et *Sil. It.* 2. 582., 4. 64. et 9. 293. et rursus *Ovid.* 15. *Met.* 48.

AMPHITRYŌNĪDĒS. *V.* voc. præc.

AMPHITUS, i, m. 2. (Ἄμφιτος) auriga Castoris. *V.* **AMPHISTRATUS**.

AMPHĪUS, ii, m. 2. ¶ 1. Cum penultima longa, ex Gr. Ἄμφιος, est, apud scriptores, dux Trojanus, Meropis filius et Adrasti frater. *Dict.* 2. 35., coll. *Hom. Il.* 2. 830. V. *Bethe, PW.* 1. 1949. ¶ 2. Cum penultima brevi, in titulis, pro *Ampius*. V. hanc voc.

AMPHORENSIS. *V.* **AMPORENSIS**.

AMPHŎTĔRUS, i, m. 2. (Ἀμφότερος, *uterque, ambo*) navarchus Alexandri M. *Curt.* 3. 1. 19., coll. *Arrian. Exp.* 1. 25. et 3. 2. et 6., ubi filius Alexandri dicitur.

AMPHRĪSĬĂCUS et

AMPHRĪSĬUS et

AMPHRĪSUS. *V.* **AMPHRYSUS**.

AMPHRȲSĬĂCUS, a, um, adject. ad Amphrysum fluvium pertinens. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 105.

AMPHRȲSĬUS, a, um, adject. idem qui Amphrysiacus. *Virg.* 6. *Æn.* 394. Amphrysia vates. *h. e.* Sibylla Cumæa, quam pastor ab Amphryso, *sc.* Apollo, inspirabat (Cf. 3. *Ecl.* 1). *Auson. ep.* 7. 16. Amphrysia fata. *h. e.* oracula et libri Sibyllini (Cf. **AMPHRYSUS**). *Ovid.* 15. *Met.* 703. saxa. Ita *Merk.*, sed *Ries.* leg. *Amphissia.*

AMPHRȲSOS et

AMPHRȲSUS, i, m. 2. (Ἄμφρυσος) Scribitur apud *Virg. loc. cit. Amphrisus* (Goth.), *Amphrysus* (fragm. Vat.), *Amphresus* (Medic.); nec minus varia est scriptura in Græc. MSS. et edit. libr. V. *H. Steph. Thes. L. G.* ad *v.* Hinc etiam *Amphrisiacus* et *Amphrisius*.

Amphrysus ¶ 1. Est fluvius Thessaliæ parvus in Phthiotide, Halum oppidum alluens et juxta Othrys montis radices in Sperchium amnem decurrens, celeber apud poetas, qui fabulantur circa eum fuisse lætissima pascua Admeti regis Thessaliæ, ubi Apollo ejus armenta novem annos pavit, quum aliquando ab Jove irato divinitate spoliatus fuisset, ut refert *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 394. et *Hygin. fab.* 49. et 50. Cf. tamen *Callim. hymn.* in *Apoll.* 48., hod. *Xérias. Virg.* 3. *G.* 1. *de Apoll.* νομίφ. « et te, memoranda, canemus, Pastor ab Amphryso ». *i. e.* Apollo. Adde *Lucan.* 6. 367. et *Vib. Seq. p.* 145. *R.* — Hinc *Amphrysi nemus* a nymphis cultum, apud *Colum.* 10. 265. Cf. *Leacke, N. Gr. IV.* 337. ¶ 2. Item deus fluvii. *Ovid.* 1. *Met.* 580. lenisque Amphrysus et Æas.

AMPĪUS, ii, m. 2. Etiam *Amphius* cum aspiratione, Græcorum more ¶ 1. In titulis nom. gent. *Inscr.* apud *De-Vit* in *Lap. del Polesine p.* 61. et *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11580.; 8. 15468. etc. — *Ampia* (*Amphia*), nom. mul. *Ibid.* 3412., 11578. etc. — Hinc nom. gent. *Ampejus* (*a*), *Ampedius* (*a*) et cogn. mul. *Ampiana* in *Corp. Inscr. Lat.* passim. ¶ 2. Apud scriptores, memoratur præcipue T. Ampius Balbus, Pompejanus, Ciceronis valde familiaris. *Cic.* 13. *Fam.* 70., coll. *Jos. Ant.* 14. 10. 13., ubi corrupte leg. Ἄππιος pro Ἄμπιος ex emendatione cl. *Borghesi*; et *Varr. fragm. p.* 249. *Bip.* Sunt qui leg. apud *Liv.* 31. 2., ubi vulgo *Oppius*. — Fuit tribunus plebis a. U. C. 691., qui cum T. Atio Labieno legem tulit, ut Pompejus « ludis Circensibus corona aurea et omni cultu triumphantium uteretur, scenicis autem prætexta coronaque laurea uteretur ». *Vellej.* 2. 40. 4., coll. *Dion.* 37. 21. — Etiam proconsul Asiæ, ut ex nummis ejus cistophoris demonstravit *B. Borghesi* in *Boll. Arch. Nap.* a. 1857. *p.* 148. *sq.* Cf. *Cic.* 1. *Fam.* 8. De hoc tamen cf. *Klebs, PW.* 1. 1. 1978. — Alia de eo narrant *Cæs.* 3. *B. C.* 105. et *Cic.* 8. *Att.* 11. *B.*, coll. *Jos. Ant. loc. cit.* — Profugus in Asiam ab Epheso, ubi conatus fuerat thesaurum ex templo Dianæ auferre, sed frustra, adveniente illuc Cæsare, Romam revocatus est, venia a Cæsaris familiaribus impetrata. *Cic.* 10. *Fam.* 29. et 12. — Inter scriptores rerum recensendum esse patet ex *eod. ibid.*, ubi dicitur is *studium consumere in virorum fortium factis memoriæ prodendis*. Adde *Sueton. Cæs.* 77. — *Ampia*, soror vel, vero similius, filia T. Ampii Balbi. *Id.* 6. *ibid.* 12. — Alios videsis apud *Tac.* 2. *Hist.* 86.; 3. *ibid.* 4. et 10. et 5. *ibid.* 26. et *Cic.* 13. *Fam.* 70. etc.

AMPLĬĀTĬĀNUS, a, um, adject. ad Ampliatum aliquem pertinens. Absolute, cogn. mul. in *Inscr.* in *Atti dell' Accad. arch. Rom. T.* 3. *p.* 284 (V. *Corp. I. L.* 14. 2062).

AMPLĬĀTOR, ōris, m. 3. (amplio) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5522. V. **AMPLIATOR** in *Lexic.*, coll. *Orelli Inscr. n.* 771. et *Bianchi Marm. Crem. T.* 19. *p.* 146.

AMPLĬĀTUS, i, m. 2. (amplio) Scribitur, ex lapicidæ errore, *Ambliatus* in *Inscr.* in *Bibl. Arch. Nap.* a. 1859. *p.* 168.

Ampliatus ¶ 1. In titulis nom. et cogn. frequens servorum humiliumque idemque libertinum (Cf. *Otto, Fleck.-Jahrb. Suppl. XXIV. p.* 756). *Inscr.* apud *Momms, n.* 819. et 702. — *Ampliata*, nom. mul., in *alia* apud *eund. n.* 2130. etc. ¶ 2. Speciatim vir quidam Romanus et christianus, Paulo ap. carissimus. *Vulg. Rom.* 16. 8. et 11., ubi Gr. habet Ἀμπλίας contractum ex Ἀμπλίατος (*Tischend.*) vel rectius Ἀμπλιᾶτος (*Tregell.*), quod nonnulli testes exhibent (V. *Schleusner* et *Grimm* in *Lex. N. T.*) — Sunt qui putent fuisse episcopum Odyssopolitanum in Mysia; sed probabilius est eum Romæ mansisse ibique obiisse. — In cœmeterio Domitillæ a. 1881. detectum fuit cubiculum subterraneum cum *arcosolio* ibique inscriptum AMPLIATI, quod pertinere ad primum sæc. ex picturis aliisque indiciis colligitur. *V.* in *Bullett. d' Arch. Crist.* 1881. *p.* 57. *sqq.*; hunc autem Ampliatum esse discipulum Pauli censent eruditi (*Marrucchi* in *Dict. Bibl.* etc. *v.* 1. *p.* 522). Porro inscriptio, in eo cubiculo reperta, hæc est: AVRELIAE BONIFATIAE · CONIVGI INCOMPARABILI VERAE CASTITATIS FEMINAE · AVREL· AMPLIATVS CVM GORDIANO FILIO. Hic autem esse filius præcedentis recte existimatur (V. *eund. ibid.*).

AMPLUS, i, m. 2. ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Inscr. Röm. Mittei.* 4. *p.* 120. et *Ephem. epigr. I. p.* 53. *n.* 165. — *Ampla*, cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 36472. — Hinc *Amplius* nom. vir. et *Amplia*, mul. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 2130. ¶ 2. Apud scriptores *Amplius Marcellus*, clarissimus JCtus, in *Dig.* 26. 7. 2. § 1., qui tamen *alib.* dicitur *Ulpius Marcellus*.

AMPORA (Amphora) vel rectius Ambura, æ, f. 1. V. voc. seq.

AMPORENSIS v. Amburensis, e, adject. ad Amporam pertinens, oppidum in Africa, de quo *Morcell. Afr. Chr. T.* 1. *p.* 76. Hinc *Amporensis* (*Amphorensis*) v. potius *Amburensis* episcopus, memoratus in *Collat. Cath.* a. 411. *Cogn.* 1. *n.* 141. et 198.

AMPREUTÆ, ārum, m. plur. 1. gens Colchorum, *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (12). In ora vero Heniochi, Ampreutæ. At *Arrian.* in *Peripl.* ponit ibi *Zidritas.*

AMPSĂCUS, i, m. 2. *V.* voc. seq.

AMPSĀGA, æ, m. 1. (Ἀμψάγα) Scribitur etiam *Amsaca*, *Ampsacus*. — Vocem ducit *Bochart*, more suo, ab Arab. *aphsach*, amplus, latus. — Ampsaga, fluvius Africæ ad Cirtam, hodie *Wed el-Kebir* i. e. fluvius magnus. *Mela* 1. 6. 1., qui *Ampsacus* scribit; *Vict. Vit.* 2. 14. et *Corp. Inscr. Lat.* 8. 5884. — Limes fuit Numidiæ Mauretaniam versus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 1. (21)., *Solin.* 26. et *Capell.* 6. *p.* 217.

AMPSANCTĪNUS, a, um, adject. ad Ampsanctum pertinens. *Mar. Merc. Subn.* 4. *n.* 2. Ampsanctina scaturigo.

AMPSANCTUS, i, m. 2. Scribitur etiam *Amsanctus*, *Ansanctus*, teste *Dausq.* in *Orthogr.* — Etymon ab *am*, circum, et *sanctus*, h. e. circum undique sanctus seu religiosus (Cf. *Serv.* ad *Virg. loc. cit.*); horrida enim ac tenebricosa antiquis sacra erant. Cf. *Fabretti, Gloss. It.* s. v.

Ampsanctus, parvus lacus et vallis in Hirpinis, famosus ob aquas putridas et fœtidas ac proinde valde noxias et letales, nunc *Mufiti* vel *Lago di Ansante*, haud procul ab Æclano, hodie *Fricenti. Virg.* 7. *Æn.* 563. Est locus Italiæ in medio, sub montibus altis, Nobilis et fama multis memoratus in oris Amsancti valles - Urget utrinque lacus etc. Adde *Claudian.* 2. *Rapt. Pros.* 348., *Cic.* 1. *Divin.* 36. 79., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 93. 95. (208)., *Sidon. ep.* 3. 13. Cf. etiam *Senec.* 6. *Q. N.* 28. — Ad situm quod attinet, alii in Lucania collocarunt ex *Donato* apud *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* et *Vib. Seq. p.* 153. *R.*; alii in exitu paludis Reatinæ ex *Varr.* apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (109)., qui eam « Italiæ umbilicum » vocat, et *Virg. loc. cit.*; alii prope Interamnam, hodie *Terni*, ad speluncas Æblias; at perperam. V. *Heyne-Wagner, P. Virg. M.* etc. ed. 4.ª *p.* 79-82. — Poetæ fabulati sunt inde ad Inferos descensum ex halitu pestifero, ubi *spiracula Ditis monstrantur* (*Virg. loc. cit.*), quæ idcirco Plutonia vel etiam Charonea vocitantur. Cf. *Beckmann* ad *Antig. Charist.* 135. — Hinc proverbialiter *Augustin. c. Jul. op. imperf.* 1. 48. Exhalas tristius-aliquid quam vel Ampsancti vallis vel puteus Averni.

AMPSIGŪRA vel Ampsagura, æ, f. 1. mulier Pœna apud *Plaut. Pœn.* 5. 2. 105. et 108., fortasse ex Phœn. vel Hebr. *'Emath yegurah* « famula timens vel timida », ut sit deorum pia cultrix; si tamen Punica vox in vulgo Latino sana permansit.

AMPSIVARII vel Amsivarii, ōrum, m. plur. 2. gens Germana ad Amisiam amnem, unde ii appellati sunt, quos cum *Angrivariis* apud *Tac.* 2. *Ann.* 8. et 22. confusos fuisse optime demonstrat *Ritter, ibid.* in ed. *Batt.* et *Orell. p.* 77-79. — De his classicus est locus *Tac.* 13. *ibid.* 55. *sq.*, quem integr. *V.* Adde *Jul. Hon. Cosmogr.* A. 26. — A Romanis, Augusti temporibus, subacti sunt; quorum reliquias in gentem auctas sæc. quarto memorat *Greg. Tur.* 2. *Franc.* 9., coll. *Notit. Dign. occ.* c. 5. et 7.

AMPUDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Inscr.* apud *Momms. n.* 330., et *alia* apud *Orell. n.* 86., ubi *Murat.* 1043. 6. leg. *Ampulius*.

AMPȲCĬDĒS, æ, m. 1. Ἀμπυκίδης, patronym. ab *Ampycus*. — Fuit ita vocatus Mopsus, Ampyci filius. *Ovid.* 8. *Met.* 316. Ampycidesque sagax. Adde *Val. Flacc.* 3. 420. et 460. et 3. 386. Ampycidem (*acc.*). *V.* **MOPSUS**.

AMPȲCUS, i, m. 2. Scribitur etiam *Ampyx* (*Ovid.* 5. *Met.* 184), cujus acc. *Ampyca* (*Id.* 12. *ibid.* 460) — *Amphicus*, littera Latina, sed minus recte. *Id.* 5. *ibid.* 110.

Ampycus ¶ 1. Fuit Thessalus, filius Japeti, cantor et sacerdos Cereris, a Pettalo interfectus.

Ovid. 5. Met. 110. ¶ 2. Item Lapitha quidam, filius Pelias, pater Mopsi ex Chloride, vir Œchalius vel, ut alii putant, Titarensis, ex Titaro Thessaliæ oppido. Hygin. fab. 14. et 128. ¶ 3. Item Phirei socius, a Perseo ope capitis Medusæ occisus, teste Ovid. 5. Met. 184. ¶ 4. Item Lapitha, qui Centaurum Oiclum hasta transfodit. Id. 12. ibid. 450.

AMRĀM, indecl. m. Hebr. 'Amrām « populus excelsus » Hieronym. et Gesen.; LXX. 'Αμράμ et 'Αμβράμ (Jos. 'Αμαράμης) ¶ 1. Fuit filius Caath, de tribu Levi, qui ex Jochabed filios habuit Aaronem, Mariam et Moysem, et ann. æt. 137. obiit in Ægypto. Vulg. Exod. 6. 18-20., Num. 3. 19. et 26. 56. et 1. Par. 6. 2. sqq., et Hieronym. nom. Hebr. p. 12., ubi codd. Ambram v. Abraam. ¶ 2. Item filius Bani, qui tempore Esdræ dimisit uxorem, quam contra legem duxerat, suumque crimen sacrificiis expiavit. Vulg. 1. Esdr. 10. 34.

AMRĀMĪTÆ, ārum, m. plur. 1. nom. patronym., sc. progenies Amram, patris Moysi. Vulg. Num. 3. 27. et 1. Par. 26. 23.

AMRĀPHĒL, indecl. m. (Hebr. 'Amrāphel; LXX. 'Αμαρφάλ) Etymon in lingua Assyrieca quærendum esse monet Gesen. Thes. p. 122. Etiam recentiores petunt ex Chald.-Babyl. amir (emir) « dominus, princeps » et phal vel pal, contract. ab habal « filius », ita ut forma primitiva sit Amarhabal. Ceterum nil certi statui potest, nisi hujus principis nomen ex inscriptionibus clare emergat (V. Dillman, Gen. 1875. p. 244. sq. et Schrader-Whitehouse, The cuneif. Inscr. and the O. T. t. 1. p. 120. et t. 2. p. 298). — Vocabuli licenter a se reficti primam producit ac tertiam breviat Cypr. Gall. loc. cit.

Amraphel, rex Sennaar, tempore Abrahami, qui cum Chodorlahomor aliisque duobus regibus finitimis contra reges Chananæos bellavit. Vulg. Gen. 14. 1. sqq. Hieronym. nom. Hebr. p. 2. Amrafel (Amarfal F, Amarafal H) dixit ut caderet. Cypr. Gall. Gen. 482. putcris inhians Amarfalus armis. — Amraphel eundem esse ac Hammurabi, celeberrimum regem Chaldæorum, fortasse an. 2200. a. Chr., primus adfirmavit Hy Halgh, cui Delattre, Delitzsch, Gunkel, Zimmern, Zschokke, Schrader, al. consenserunt, repugnante Bezold (Keilinschr. p. 26. sq. et 54. sq.) cum Hommel (Gesch. Bab.-Assyr. 169. et 175), qui censet hunc fuisse Amarmuballit, patrem Hammurabi. Ceterum Amraphel non Babylone, uti volunt Schrader et Hommel cum Targum Onkelosi et Hierosolym.; sed in ea parte Chaldææ regnavit, quæ Sennaar (Gen. loc. cit.), etiam in cuneatis inscriptionib., dicitur (V. Hetzenauer, Th. Bibl. p. 66).

AMRI, indecl. m. Hebr. nom. vir. originis Hebr., quod duplici modo scribitur, pro diversa, quam indicat, persona, sc. 'Amri, contract. ab 'Amriyah, « servus v. cultor Yah seu Domini », LXX. 'Αμβρί, Jos. 'Αμαρῖνος; et 'Imri « eloquens », LXX. 'Αμαρί.

Amri ¶ 1. Fuit sextus rex Israel, a. 929-917., tertiæ dynastiæ auctor, 'Αμβρί. Vulg. 3. Reg. 16. 23. — Erat dux militiæ Ela, regis Israel, et successit Zambri, qui regnavit septem diebus; nam brevi ab eo Thersæ obsessus victusque, succendit se cum domo regia. Tum quattuor circiter annos divisus est populus Israel in duas partes, quarum altera favebat Thebni, filio Gineth, altera Amri; sed, mortuo Thebni, hic in regnum evectus est sedemque suam, relicta Thersa, constituit in monte cujusdam Somer, ubi oppidum ædificavit, quod de nomine possessoris appellavit Samariam (hebr. Sômrôn) ibique, ut Thersæ, sex annis regnavit. Verum, omnium antecessorum nequitiam supergressus, Deum ad iracundiam provocavit, ita ut ejus familia in posteris exstincta fuerit. Vulg. 3. Reg. 16. 21-24.; 4. ibid. 8. 26.; 2. Par. 22. 2. et Mich. 6. 16. — Memoratur Amri etiam in inscriptt. cuneatis Assyriacis, ubi vocatur Hhumri (V. Menant, Ann. d. rois d'Ass. p. 97., 104. et 116) et in Inscr. regiæ Binnirar III. regnum Israel « regio Amri » (mat-Hhumri) et in aliis « regio domus Amri » (mat-bit-Hhumri) dicitur (V. Schrader d. Keilinschr. u. d. Alte Test. p. 91. et 145. et Vigouroux, La Bibl. etc. v. 4. p. 73. et 114). ¶ 2. Item alii quattuor apud eund. 1. Par. 7. 8., ubi LXX. habent 'Αμαριά. et ibid. 9. 4., ubi LXX. 'Αμρί. et ibid. 27. 18., ubi LXX. 'Αμβρί, et 2. Esdr. 3. 2., ubi LXX. 'Αμαξί.

AMSAGA. V. AMPSACUS.

AMSANCTUS. V. AMPSANCTUS.

AMSĪVARII. V. AMPSIVARII.

AMTHAR, indecl. (Hebr. Hammethô'ar « descriptio, designatio »; LXX. Μαθαραοζά et in aliquib. MSS. 'Αμμαθαρίμ) oppidum Palæstinæ in tribu Zabulon. Vulg. Jos. 19. 13. Et egreditur in Remmon, Amthar et Noa. — At recentiores plerique nomen non proprium sed commune putant (Gesen. in Thes. ling. Hebr. et Rosenmüll. Schol. in V. T. ad Jos. l. c.). Addimus, Symmach. illud accipere ut appellativum ac vertere Remmon inclitam; alios vero, nempe Chald., Vatabl., Pagnin., ut verbum, ac reddere: quæ gyratur vel circumflectitur in Noa vel pertingit usque ad Noa. « Re vera, inquit Otto (Thes. L. L. h. v.), oppidum non fuit; corruptum enim est quod in hebræo legitur רמון המתאר (rimmon hammeth'or); unde LXX. 'Ρεμμωνὰ Μαθαραοζά (Μαθαρίμ Alex.) ». Dicimus tamen in hac re magnam habendam esse rationem interpretum antiquorum Syr., Arab. et Gr., qui vocem tamquam nom. propr. vertunt; item Hieronym. de sit. et nom., ubi Amathar, et Euseb. Onom. Götting. p. 223., ubi 'Αμμαθά. Videntur potius interpretes Gr. male intellexisse Hebr. הנעה pro ה legendo ו et צ pro ע, unde factum sit όζά pro Ne'ah, ut conjicit cl. Legendre (Dict. Bibl. Vig. h. v.).

AMTORGIS, is, f. 3. oppidum Hispaniæ Bæticæ. Liv. 25. 32. Müll. At Drakenb. leg. Amistorgis: fortasse vox est corrupta pro Conistorgis (Κονιστοργίς Strab. 3. 141) in Coniorum regione, dicta a Romanis Cuneus. Sed V. Hübner, PW. 1. 1983. et Holder, Altcelt. Sprachsch. I. p. 156.

AMUCES et AMUCOS. V. AMYCUS.

ĀMŪDIUS et Amydius, ii, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 6. 3094. Cf. AMMIUS.

ĀMŪLIUS, ii, m. 2. ('Αμούλιος et 'Αμώλιος) — a) Scribitur etiam Amullius, duplici l, quæ scriptura satis frequens a recentioribus probatur. V. Corp. Inscr. Lat. 10. 1783. et alib. — b) Genet. Amuli est Ovid. 14. Met. 772. et 4. Fast. 53. et Oros. 2. 2., quæ terminatio post dimid. sæc. I. prævaluit in nominib. in ĭŏ desinentibus. — c) Secunda constanter longa apud Ovid. 3. Fast. 49. et 67. etc., quod confirmat Græca scriptura; quamvis, spectato aliquo nominis etymo, corripi posse videatur. — d) Origo nominis incerta; sunt enim qui hanc petant a Phœnicio vel Hebraico; alii vero vocem conjungunt cum Gr. αἱμύλος, affabilis, comis, vel cum æmulus, Æmilius.

Amulius, nomen antiquissimum Italicum. ¶ 1. In titulis est nom. vir. in Inscr. apud Momms. n. 6749. et Corp. I. L. sæpe. — Amulia, nom. mul. Ibid. 10. 2045. et 2046. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Amulius fuit Ascanii filius. Sil. It. 8. 296. — Hunc, ut vult Silius, originem dedisse genti Æmiliæ v. Æmyliæ tam est commentitium quam fabulosus hic præsumptus gentis auctor; ceterum id, teste Fest., ad Æmilon Ascanii alii referunt. Cf. Borghesi, Dec. 7. 1. — 2.°) Amulius, Albanus, Procæ filius et Numitoris frater, qui regnum fratri abstulit atque omnem ejus stirpem virilem necavit, fratris quoque filiæ Rheæ Silviæ, per speciem honoris quum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Sed ea, furtim a Marte compressa, Romulum et Remum genuit, a quibus et regno pulsus et vita spoliatus est. Liv. 1. 3. et 4. Hinc Ovid. 4. Fast. 53. Procæ Quem sequitur divi Numitor germanus Amuli. et ibid. 49. contemptor Amulius æqui. et ibid. 67. Romuleoque cadit trajectus Amulius ense. — Amulii tamen res alii aliter narrant; idcirco inter se conferendi Latini Justin. 43. 2., Aur. Vict. vir. ill. 1. et orig. G. R. 19-22., Augustin. 3. Civ. D. 14. et 18. ibid. 21.; et Græci, de quibus V. Schroeter ad Aur. Vict. l. c. Adde Cassiod. et Euseb. apud Hieronym. in Chron., coll. Liv. epit. 1., ubi plenius Amulius Silvius dicitur; scriptores vero reliqui eum Amulium absolute nuncupant (V. Schwegler, Röm. Gesch. I. 384. sqq.) — Alia de hoc Amulio fabulosa vide in NUMITOR, RHEA ROMULUS et SILVIA. — 3.°) Amulius, pictor, temporibus Neronis imp., gravis ac severus idemque floridus, teste Plin. 35. Hist. nat. 10. 37. (120). — Hujus fuit Minerva, spectantem spectans quacumque aspiceretur. Id. ibid. — 4.°) Amulius Serenus, primipilaris, de quo Tac. 1. Hist. 31.

ĀMUNCLÆ et Amunculæ. V. AMYCLÆ.

AMŪNIUS, ii, m. 2. (Cf. Etrusc. amuni in Corp. Inscr. Etr. I. 4746) nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 9. 1455. 2. 11., ubi T. Amunius videtur Mommsenio positus pro Tamunius. V. Schulze, Eigenn. p. 121.

AMUNTA. V. AMYNTAS.

AMŪRIUS, ii, m. 2. ('Αμούριος: cf. Etrusc. amre et amriti-θi in Corp. Inscr. Etr. I. 491., 1047., 3048) nom. gent. Inscr. apud Orelli n. 1557., ubi C. Amurius videtur positus pro Camurius. V. Orelli ibid. Adde Corp. I. L. 5. 3312., 4955., et alib. V. Schulze, Eigenn. p. 121.

AMUSICUS, i, m. 2. Ausetanorum princeps. Liv. 21. 61. Alii tamen aliter leg.

ĀMŪTRA. V. voc. seq.

ĀMŪTRIA, æ, f. 1. ('Αμούτριον Ptol. 3. 8. 4) oppidum in Dacia, hodie Turn Severin. Legitur in Tab. Peuting. 7., ubi alii Amutra. V. Tomaschek, PW. 1. 1990.

ĀMȲCIO. V. AMYCUS.

ĀMȲCLA, æ, f. 1. V. voc. seq.

ĀMȲCLÆ, ārum, f. plur. 1. ('Αμύκλαι Hom. Il. 2. 584. et Pind. Pyth. 1. 125. et alib.). — a) Scribitur etiam Amyclæ, apud Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (59).; Amunclæ apud eund. 8. ibid. 29. 43. (104). et Solin. 2.; et Amunculæ apud Afran. com. 275. — b) Forma Amycla ('Αμύκλα Scalb.) Serv. ad Virg. 3. G. 345. et Amyclæ, positione Græca, Sil. It. 4. 358., ubi tamen alii pro Amyclæ leg. Amyclæ. — c) Secunda producitur Virg. 10. Æn. 564., Ovid. 8. Met. 314. et 2. Art. am. 5. etc.; quamquam videtur ex Græca quantitate et consonantium natura etiam contrahi posse. — d) Ad etymon quod attinet, Amyclæ idem proprie quod amœnæ, pulcræ: cf. Hesych. v. ἀμυκλής; vulgo tamen dicuntur ita appellatæ ab Amycla, Lacedæmonis filio, oppidi, uti ferunt, conditore.

Amyclæ ¶ 1. Oppidum Laconiæ in Peloponneso, in colle Agia Kiriaki inter Spartam et Sclavochori situm, uti consent Leake et Forbiger, coll. Polyb. 5. 20. 12., sed apud poetas plerumque Sparta intelligitur; verum Statio 9. Theb. 769. oppidum est Bœotiæ, ubi tamen Schol. ad h. l. « civitas Laconicæ regionis » dicitur. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 5. 8. (16)., Mel. 2. 3. 4., Acc. trag. 266., Ovid. 8. Met. 314., Sil. It. 2. 434. et alib. — Dictæ sunt Apollineæ a Stat. 7. Theb. 163., quia ibi templum Apollinis erat ipsumque oppidum ei dicatum. — Graiæ a Senec. Troad. 70. ex alto. — Ledææ a Sil. It. loc. cit., coll. 13. 45., quia Leda ibi Castorem et Pollucem peperit, unde Pollux Amyclæus appellatur Virg. 3. G. 89., coll. Ovid. 2. Art. am. 5. — Œbaliæ, h. e. Spartanæ (V. ŒBALIUS), ab Auson. 25. ep. 26. — Therapnææ a Martial. 9. 104., quia prope Therapnas sitæ. — Virides a Stat. 9. Theb. 769., coll. Polyb. l. c., a Liv. 34. 28. et Val. Fl. 1. 426., ob fertilitatem loci. — Hoc oppidum a serpentibus vastatum ex eo quod oppidani, quia Pythagorei, ab animalium cæde abstinebant, auctor est Varro apud Plin. 8. Hist. nat. 29. 43 (104): vel tacendo periisse narratur Solin. 7.; nempe, temere sæpius nunciato hostium adventu, ne civitas inani terrore quateretur, lege prohibitum est, quo minus quis unquam id vulgaret, sicque accidit, ut aliquando ab hostibus ex improviso captum civesque ad unum omnes interfecti sint, nempe a Doriensibus, teste Pausan. 3. 2. 6. et 12. 5. et 19. 5. Cf. Phædr. 1. 10. — Hinc taciturnitas Amyclarum in proverbium transiit. Lucil. apud Serv. ad illud Virg. 10. Æn. 564. tacitis regnavit Amyclis « Mihi necesse est (inquit) loqui; nam scio Amyclas tacendo periisse ». Hinc Auson. Prof. 15. 6. Taciturne, Amyclas qui silentio viceris. Adde eund. 25. ep. 26. Sidon. 8. ep. 6. Athenis loquacior, Amyclis taciturnior. — Attamen idem Serv. ad Virg. loc. cit., cui favet Sil. It. 8. 528., hoc ad Amyclas Italiæ refert, varias adferens rei causas: ita etiam Smith, Geogr. ant. l. 4. c. 28. Otto, Sprichw. et d. Röm. n. 108. V. et Afrán. loc. cit. ab A. Mai in Vet. Interp. Virg. p. 69. Sed Heyne contrarium optime demonstrat in Exc. ad Virg. l. Cf. Hirschfeld, PW. 1. 1997. ¶ 2. Item oppidum Auruncorum (Amunclæ et Amyclæ) in Italia, in ora maritima inter Tarracinam et Cajetam apud Fundos, conditum ab iis, qui cum Glauco, Minois filio, in Italiam venerant: non longe a loco, ubi adhuc specus Amyclæus est. Hinc Fundanæ Amyclæ dictæ Martial. 13. 115.

ĀMȲCLÆUS, a, um, adject. ('Αμυκλαῖος) Scribitur quoque Amyclæus, extrita priore diphthongi litera, ex Amyclæ, apud Sil. It. 4. 358.; ubi tamen alii cum Lemaire aliter legunt et scripturam hanc merito damnant.

Amyclæus, ad Amyclas Laconiæ pertinens. ¶ 1. Stricto sensu. — a) Universim. Sil. It. 6. 504. Amyclæus mons. h. e. Taygetus. Stat. 2. Silv. 2. 90. Lycurgus. Martial. 9. 7. corona. h. e. qua donabantur victores in pugilatu, qui Amyclis maxime frequentabatur. Stat. 1. Silv. 2. 213. arenæ. et 6. Theb. 329. habenæ. et 10. ibid. 505. Nymphæ. — b) Speciatim Amyclæi fratres apud eund. 7. ibid. 413. sunt Castor et Pollux, quod eos Amyclis Leda ex Jove dicitur peperisse (V. voc. præc.). Hinc Ovid. 8. Her. 71. Castori Amyclæo et Polluci. et Stat. 2. Silv. 1. 121. Amyclæa mater. — Amyclæi olores dicuntur ab eod. 1. ibid. 2. 142. alludenti ad olorem, sub cujus specie Juppiter Ledam compresserat; unde et Amyclæam plumam dixit Martial. 14. 161. cycni plumam intelligens: itemque Amyclæum anserem habet Cir. 489. — Amyclæum venenum apud Martial. 8. 28. est genus nobilissimi coloris, quo Amyclis lanæ tingebantur; quem alii viridem fuisse putant, alii rectius purpureum; nam cum Tyrio si conferretur, eum longe deteriorem fuisse testatur Ovid. Rem. am. 707. Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis Murice cum Tyrio: turpius illud erit. — Amyclæus Canopus apud Sil. It. 11. 433. est Ægypti oppidum, quod nomen traxit a Canopo Amyclæo, Menelai gubernatore, ibi sepulto. ¶ 2. Latiore sensu sumitur, sæpius a poetis, pro Laconico sive Spartano. — a) Universim. Virg. 3. G. 345. Amyclæus canis. h. e. Laconicus (Serv. ad l.), species pro genere (Cf. Pind. fry. ex Plut. Qu. sympos. 9. 15). At Philarg. ad eund. loc. Amyclæum, non pro Laconico, sed pro bono v. nobili cane accipiendum esse docet. Rursus Cir. 376. Amyclæus thallus. h. e. aspersorium ex myrti vel ex olivæ termite, cujus in Laconia erat proventus (V. Heyne-Wagner ad l.). Prisc. Perieg. 8. 10. Amyclæa gens. — b) Speciatim Amyclæus rector dicitur Sil. It. 6. 504. Xantippus, dux Lacedæmoniorum. — Amyclæus nepos apud eund. 15. 546. Claudius Nero, qui cum M. Livio Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, vicit (qua de re Liv. 27. 43. sqq.), quia gens Claudia ex Sabinis originem ducebat; hi autem ex Spartanis. — Amyclæa mater, sc. Leda, Stat. 2. Silv. 1. 111. — Amyclæus tyrannus apud Avien. Descr. orb. 524. est fortasse Phalantus, Laconum dux. Cf. Sil. It. 11. 16. Horat. 2. Od. 7. 12. regnata Laconi Rura Phalanto. h. e. territorium Tarentinum; nam Tarentum colonia fuit Lacedæmoniorum (V. Wernsd. ad h. l. t. 5. p. 1006). — Amyclææ pharetræ, sc. Dianæ, Stat. 4. Theb. 259.

ĀMȲCLĀNUS (Amynclanus et Amunclanus), a, um, adject. ad Amyclas Italiæ pertinens. Sic Amyclanus seu Amyclæus sinus apud Plin. 14. Hist. nat. 6. 8. (61). (et Amunclanum mare apud Tac. 4. Ann. 59), qui et Fundanus et Formianus et Cajetanus appellatur, ubi præstantissima olim vina Cæcuba in palustribus populetis proveniebant, ut ibid. docet et confirmat Martial. 13. 115. 1., coll. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (59. sq.)., hodie golfo v. mare di Sperlunga v. baja di Gaeta. Cf. AMYCLÆ 2.

ĀMȲCLĀS, æ, m. 1. et -antis, 3. ('Αμύκλας, α et αντος) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Lacedæmonis, pater Hyacinthi, Amyclarum conditoris. Dict. 1. 9. Taygetam ex Jove habuisse Lacedæmonem, ex quo Amyclam natum et ex eo Argalum patrem Œbali, quem Tyndari, ex quo ipsa (Helena) genita videretur, patrem constaret. — 2.°) Item juvenis quidam navita, de quo Lucan. 2. 520. sqq. ¶ 2. In titulis nomen virile. Corp. Inscr. Lat. 6. 19826.

ĀMȲCLĒ, es, f. 1. ('Αμύκλη) nomen ancillæ apud Propert. 4. 5. 35.

ĀMȲCLĪDĒS, æ, m. 1. (patronym.) filius Amyclæ, Hyacinthus, Amyclarum conditor. Ovid. 10. Met. 162. Amyclide (voc.).

ĀMȲCUS, i, m. 2. ('Αμυκος) Scribunt quidam Amicus, per i, sed minus recte quam si Amucus per u pro υ scribatur, ex veterum more, ut est in speculis Prænestinis et Corp. Inscr. Lat. 14. 4094. — Etiam Amuces legitur ibid. 4095.

Amycus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit rex Bebrycum, Neptuni et Meliæ nymphæ filius, teste Val. Flacc. 4. 119. cum Hygin. fab. 17.: vel Neptuni et Meropes apud Mythogr. I. fab. 98. et 107. ed. Mai: vel Melopes, ut ibid. II. fab. 140. — Hic advenas quoslibet in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen provocabat et insidiis circumventos interficiebat, ut Ammian. 22. 8. 14. et Mythogr. l. c. referunt. Sed quum illuc Argonautæ venissent, Pollux a rege ad certamen lacessitus et insidias detegens, convocatis sociis, vel, ut alii perhibent, solus ipse Amycum occidit ejusque copias in ultionem paratas proprio exercitu fudit. Val. Flacc. 4. 148. sqq., coll. 6. 626. rem fuse enarrat. Adde Serv. ad Virg. 5. Æn. 373. — Hinc Amyci portus in Ponto circa Heracleam, celeber Amyci regis nece, apud Plin. 16. Hist. nat. 44. 88. (239)., coll. 5. ibid. 32. 43. (150)., ubi ponitur in Bithynia seu Bebrycia ad Bosporum Thracium ultra Chalcedonem, nisi est legend. Acymi vel Achimi pro Amyci. — 2.°) Alios videsis apud Virg. 5. Æn. 297 (coll. 1. ibid. 222) et 9. ibid. 772. et 10. 704., Ovid. 12. Met. 245. sqq. et Hygin. fab. 128., ubi alii leg. Ampycus. Cf. Muncker ad h. l. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 1365. — Amycus Seronesis legitur in femore tauri tabulæ Mithriacæ in eod. C. I. L. 6. 30819. sed recentioris temporis videtur. — Item cogn. Ibid. 25779. — Hinc Amycio, ōnis ('Αμυκίων), nom. serv., ibid. 11601. et Amyce, es ('Αμυκή), nom. mul. 10. 1009.

ĀMȲDON, ōnis, f. 3. ('Αμυδών, serius 'Αβυδών Strab. 7. 330. fr. 20. 23. Steph. et Suid.) oppidum Macedoniæ. Juvenal. 3. 69 (Cf. Schol. ad h. l.)., ubi alii leg. Amydone. Cf. Homer. Il. 2. 849.

AMYLLA. V. HAMILLA.

AMYMNÆI (Amymnæi), ōrum, m. plur. 2. ('Αμυμναῖοι) gens Epiri, cujus rex Harpalicus. Memorant Hygin. fab. 193. et 252. et Serv. ad Virg. 1. Æn. 317., ubi vulgo Amymonii.

ĀMȲMŌNĒ, es, f. 1. ('Αμυμώνη, inculpata) Nomin. Amymones est Stat. 4. Theb. 735. — Acc. plur. Amymonas, Græca posit., Arnob. 4. p. 144.

Amymone ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Fuit filia Danai, regis Argivorum, a Neptuno adamata. Hygin. fab. 169. — Hæc, ex ejusd. fab. 170., Midamum, Ægypti patrui sui filium, occidit; at, ex Apollod. 2. 1. 5., Enceladum. Dum porro, teste Hygin. fab. 169. « studiose in silva venatur, Satyrum jaculo percussit: eam Satyrus voluit violare »: vel, ut alii tradunt (ibid.) « a patre missa aquam petitum ad sacrum faciendum, dum quærit, lassitudine obdormiit, quam Satyrus violare voluit. Illa Neptuni fidem imploravit; quod Neptunus quum audisset, Satyrum abegit et ipse cum ea concubuit, ex quo conceptu nascitur Nauplius » Palamedis pater. — 2.°) Item fons Lernæus cognominis in Argolide. Val. Flacc. 4. 374. Flevit Amymone, fleverunt Messenides undæ. Adde Ovid. 2. Met. 240. et Plin. 4. Hist. nat. 5. 9. (17). Nempe, ubi concubitus evenisse traditur « Neptunus fuscina terram percussit et inde aqua profluxit, quæ et Amymonium flumen dicta »: vel, ut alii narrant, « quum Neptunus fuscinam in Satyrum, Amymonem violare cupientem, misisset, illa se in petram fixit, quam quum puellæ jussisset de petra educere et hæc eduxisset, tres aliani sunt secuti, unde ex Amymones nomine Amymonius fons est appellatus ». Hygin. fab. 169. et Mythogr. I. fab. 45. et II. fab. 200. ed. Mai. Propert. 2. 26. 47. Testis Amymone, latices quum ferret in Argis Compressa. Adde Ovid. 19. Her. 131. et 1. Amor. 10. 5. et Stat. 6. Theb. 287. V. tamen Serv. ad Virg. 4. Æn. 377., qui aliter rem referens subdit fontis reperti statimque arefacti prodigio Danaum, ex Apollinis oraculo, eidem templum exstruxisse. V. plura apud eund. ibid. — Per synecdochen in plur. num. usurpavit Arnob. loc. supra cit. — Hæc fabula argumentum fuit comœdiarum Æschyli et Nicocharis, teste Pollux. 4. 142 (Meineke, Com. gr. fr. I. 253). — Amymonem scalptam in smaragdo memorat Plin. 37. Hist. nat. 1. 3. (6). Item aliud ejus monumentum docte copioseque illustravit F. Gargallo-Grimaldi in Ann. dell' Istit. Arch. a. 1845. p. 38-50. Adde Overbeck, Gr. Kunstmyth. II. 368. sqq., et Engelmann, Arch. Jahrb. V (1890). 171. ¶ 2. In titulis nom. mul. serv. v. libert. Carm. epigr. 237. 1. et 608. 1. Cf. Orelli n. 4639.

ĀMȲMŌNII. V. AMYMNÆI.

ĀMȲMŌNIUS, a, um, adject. ad Amymonem pertinens. Hinc Amymonium flumen et Amymonius fons apud Hygin. fab. 169. V. AMYMONE.

ĀMȲNANDER, dri, m. 2. ('Αμύνανδρος, vir defensor) ¶ 1. Fuit rex Athamanum, qui modo pro Romanis contra Philippum Maced., modo pro Antiocho contra Romanos bellavit. De eo fuse Liv. 27. 30., 29. 12. et alib., coll. Polyb. 16. 27. et alib. ¶ 2. Item Atheniensis quidam memoratus Chalcid. p. 4. in Tim. Plat.

ĀMȲNŌMACHUS, i, m. 2. ('Αμυνόμαχος: ab ἀμύνω, defendo, et μάχομαι, pugno) Philocratis filius, qui heres fuit Epicuri una cum Timocrate, teste Cic. 2. Fin. 31. 101., coll. Diog. Laert. 10. 16. sqq.

ĀMȲNTĀS, æ, m. 1. ('Αμύντας, defensor) Scribitur etiam Amyntes ('Αμύντης) apud Hieronym. in Chron. a. Abr. 588. et in codd. — Acc. Amyntam apud Curt. 4. 7. 30. — Voc. Amynta est Virg. 3. Ecl. 74. et Calpurn. 4. Ecl. 81.

Amyntas ¶ 1. Apud auctores. — 1.°) Ex regibus — a) Fuit rex Assyriæ decimus septimus per ann. XLV. sec. Euseb. apud Hieronym. in Chron.; decimus vero octavus sec. Augustin. 18. Civ. D. 11., tempore Josue et Judicum in Israel. — b) Item rex Macedoniæ, sc. — Amyntas I., filius Alcetæ (a. circ. 556), de quo Justin. 7. 3. 18. sqq. et Hieronym. in Chron. ad a. Abr. 1464., cui post Archelaum v. Orestem successit Amyntas II. (a. circ. 399). — Amynthas III., Aridæi filius, pater Philippi (a. circ. 392), bis expulsus e regno, bis reversus. Hieronym. in Chron. ad a. 1616., 1618. et 1626. — De eo Nep. Iphicr. 3. et Eum. 1., Liv. 38. 34. et Oros. 3. Hist. 12. 1. — Ludit Cic. 12. Att. 9., per jocum L. Martium Philippum Amyntæ filium vocans. — c) Item rex Galatiæ, Pisidiæ et quarumdam partium Lycaoniæ et Pamphyliæ. Vellej. 2. 84., coll. Strab. 12. 5. fin. et 6. et 14. 5. 6., Dion. 53. 26. et App. B. C. 5. 75. et, ex recentioribus, Noris. in Cenot. Pis. Diss. 2. c. 11. — 2.°) Ex ducibus, Perdiccæ III. filius, Alexandri Magni consobrinus. Curt. 6. 9. 17. et 10. 24. et Oros. 3. Hist. 18. 8., coll. Arrian. Succ. Alex. 22. — 3.°) Item nom., fort. fictitium, pastoris amasii Menalcæ, apud Virg. 3. Ecl. 66. meus ignis Amyntas. — 4.°) Alios videsis apud Jul. Val. 1. gest. Alex. M. 58., Curt. 3. 11. 18. et 4. 1. 27., coll. Arrian. Exp. 2. 6. et 13., Stat. 8. Theb. 438., Justin. 13. 4., Cic. Flacc. 30. 72. etc. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. servorum et ignobilium. Corp. Inscr. Lat. 6. 1058.; 7. 152.; 10. 1871. — Hinc Amyntianus, cogn. serv. in familia Augusta. Ibid. 6. 4085.

ĀMȲNTĒS. V. voc. præc.

ĀMȲNTĬĀDĒS, æ, m. 1. patronym. ab Amyntas, Philippus, rex Macedoniæ, Amyntæ III. filius. Ovid. Ib. 295. « Aut ut Amyntiaden turpi dilectus amore Oderit et sacro vulneret ense puer ». Loquitur de Pausania adulescente, qui quum frustra apud Philippum questus esset de stupro sibi ab Attalo illato, illum tandem confodit, ut Forcellin. refert.

ĀMȲNTĬĀNUS, i, m. 2 ¶ 1. Est nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 6. 8894. EPINICVS CAESAR SER. AMYNTIANVS MEDIAST. h. e. qui ex Amyntæ cujusdam hereditate in Cæsaris potestatem venerat. — Etiam cogn. viri ingenui. Ibid. 1058. et 14. 3609. polyonym. cos. a. 169. ¶ 2. Fuit quoque apud Græcos historicus mediocris famæ sub Marco Antonino Philosopho imp., sæc. II., cui dicatam scripsit historiam Alexandri M., magno « hic promissor hiatu » et vitam

Olympiadis, Alexandri M. matris, aliaque. Schol. Bern. in Virg. Georg. II. 137. Cf. Philolog. VII. 739.

ĂMYNTOR, ŏris, m. 3. (Ἀμύντωρ, defensor) ¶ 1. Fuit filius Ægypti, fratris Danai, a Damone, Danai filia, interfectus. Hygin. fab. 170. ¶ 2. Item Dolopum rex, apud Ovid. 12. Met. 364. ¶ 3. Item pater Phœnicis ex Hippodamia. Ovid. 8. Met. 307. Et cretus Amyntore Phœnix. Adde eund. 13. Her. 27.

ĂMYNTŎRĬDES, æ, m. 1. patronym. ab Amyntor, Phœnix, filius Amyntoris, qui Achillis præceptor fuit. Ovid. 1. Art. am. 337. et Ib. 261. — Hic quum rem habuisset cum concubina patris et ob id diris ab eo imprecationibus impetitus esset, tentata frustra venia, in Thessaliam profugit et ex nimio fletu oculos amisit. Hinc Ovid. Art. am. l. c. Flevit Amyntorides per inania lumina Phœnix. et Ib. l. c. Amyntorides - luminis orbus. Cf. Apollod. 2. 7. 8. et 3. 13. 8.

ĂMȲROS, i, m. 2. (Ἄμυρος, rapidus cursu) fluvius Thessaliæ ad Bœbeidem lacum, ita dictus ab Amyro, Neptuni filio. Val. Flacc. 2. 11., coll. Strab. 9. 442. et Apollod. 1. 598. et 4. 615. V. Bursian, Geogr. v. Gr. I. 64., 104.

ĂMȲTHĀON, ŏnis, m. 3. (Ἀμυθάων; Dor. Ἀμυθάν Pind. l. c.; Ion. Ἀμυθέων Herod. 3. 49) Scribitur et Amithaon per i, unde Amithaonius. Amythaon, Tyrus et Crethei filius, maxime ob Melampodem filium celebratus, qui inde absolute Amythaone natus dicitur ab Ovid. 15. Met. 325. et Amythaonius a Colum. 10. 348. Memorant etiam Val. Flacc. 2. 162., Stat. 3. Theb. 452. et Auson. Perioch. Odyss. 15. — Amythaonis malagma apud Cass. Fel. 42. — De eo Apollod. 1. 9. 11. et 2. 2., Pindar. Pyth. 4. 223. et Pherec. frg. 23. et 59. ed. Did.

ĂMȲTHĀŎNĬUS, a, um, adject. ad Amythaonem pertinens. Virg. 3. G. 550. et Tibull. 4. 1. 121. Amythaonius Melampus. Stat. 3. Theb. 501. vates. Propert. 2. 2. 18. domus. — Absolute Amythaonius. V. voc. præc.

ĂMYZON, ŏnis, f. 3. (Ἀμυζών) oppidum Cariæ. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (109)., coll. Strab. 14. 658. et Ptolem. 5. 2. 19. — De ejus nummis v. Head, H. N. 519.

AN

AN. V. SOEAN.

ANA, indecl. m. nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Filius fuit secundus Sebeon Horræi, pater Dison et Oolibama (Hebr. 'Anāh «[Deus] exaudivit»; LXX. Ἀνά). Vulg. Gen. 36. 2., ubi legend. filii pro filiæ cum keri Sam., LXX., Syr.; origines enim non per matres sed per patres describi consueverunt: item Horræi pro Hevæi, coll. v. 20. et 24. — Porro hic, ut ibid. 21. dicitur, invenit gemim, i. e. «aquas calidas» (vulgo termali) in deserto. Sed hoc veteres aliter interpretantur, ut patet ex Hieronym. Quæst. in Gen. ad h. l. et Isid. 12. Orig. 1. 57. Ceterum huiusmodi aquæ in Idumea notæ erant Græcis atque Latinis. V. Plin. 5. Hist. nat. 14. 15. (71)., coll. Jos. Antt. 18. 5. Verum loci Gen. de Ana, Oolibama, Judith, Beeri, al. perspicuitate ita carent ut corruptio aliqua textus inesse videatur. Cf. Cornely et Hummelauer in Gen., qui rem fuse pertractant. ¶ 2. Item quartus filius Seir Horræi, caput tribus Edomiticæ in Arabia. Id. ibid. 20. et 1. Par. 1. 38. et 40. Ita De-Vit et Levesque; at unus fuisse videtur idemque cum præc.; filii namque Seir (ibid. v. 20) de prognatis, more Hebraico, usurpatur. Videriat tamen eruditi.

II.) Est nom. geogr., sc. ¶ 1. Oppidum in Mesopotamia (Hebr. Hēn'a «(terra) depressa»; LXX. Ἀνά). Memoratur Vulg. 4. Reg. 18. 34. et 19. 13. Is. 37. 13. Rex urbis Sepharvaim, Ana et Ava. — Volunt nonnulli hic Ana et Ava unam esse vocem, sc. epitheton Sepharvaim, quasi «eversa a fundamentis»; sed complures alii statuunt vere oppidum esse ad medium cursum Euphratis inter Hit et Rakka, postea dictum Anah vel Anat, etiam hodie, notatu dignum (V. Riehm, Handw. etc. t. I. p. 504., Rawlinson, The five great Monarch. t. II. p. 485. et Ritter, Erdk. 10. 236), de quo tamen alii aliter sentiunt (V. Delitzsch, Wo lag d. parad. p. 279). Alexandrini interpretes duo illa in unum contraxerunt vocabulum Ἀναγουγανά. — Etiam in cuneatis Inscriptt. Assyriacis legitur «'ir Anat ina kabal nahar Puratti»; h. e. urbs Anat in medio fluvio Euphrate (V. Schrader-Whitehouse, The cuneif. Inscr. etc. t. 2. p. 8). ¶ 2. Item fluvius. V. ANAS.

ĂNĀB, indecl. m. (Hebr. 'Anāb «uva vel uvarum locus» coll. Arab. anab, idem significans; LXX. Ἀνών et Ἀναβώθ) oppidum in montanis Judæ, ubi olim Enacim. Vulg. Jos. 11. 21. et 15. 50. — Euseb. et Hieronym. in Onom., Gött. 1870. p. 93., 221. ajunt fuisse prope Eleutheropolim, hodie Beit-Djibrin. At Guérin, Descr. etc. t. 3. p. 362-395. duo loca designat, unum prope alterum, sc. Khirbet Anab es-Serhir «ruinæ Anab parvæ» et Khirbet Anab el-Kebir «ruinæ Anab magnæ».

ĂNĀBŪRA, ōrum, n. plur. 2. (Ἀνάβουρα) oppidum Phrygiæ. Liv. 38. 15., coll. Strab. 12. 570. — Hujus oppidi ruinæ Kirikin dictæ adhuc exstant. V. Kiepert, atl. ant. Berol. 1890. et etiam Ramsay, As. min. 143.

ĂNĀCES, um, m. plur. 3. (Ἄνακες) Etymon alii petunt ab ἄνακτες, reges, cui favet lectio Baiteri (Cf. etiam Schöm. Antt. Gr. tr. P. v. 3. p. 11. et 438); alii vero ab Hebr. 'Anaqim «principes». Alia etyma ab ἀνακῶς sollicite, vel ab ἀνὰ ἑκάς, supra procul, simul conjuncta proponunt et explicant Forcellin. et De-Vit, quæ mihi subtiliora videntur.

Anaces dicti sunt Διόσκουροι seu Jovis filii, quorum triplex ordo distinguitur Cic. 3. Nat. D. 21. 53.; ubi Anaces leg. Orelli et Schöm.; sed Baiter leg. Anactes.

ĂNĂCHARSIS, idis, m. 3. (Ἀνάχαρσις, ιος) et Anacharsius, ii, apud Jos. Cass. c. Ap. 2. 269. — Gen. Anacharsidis est Boeth. Post. Anal. Arist. 10. — Acc. Anacharsim apud Senec. ep. 90. 31., Anacharsin vero Lactant. 3. Inst. 25. — De origine vocis V. Meyer, Kuhns Ztschr. f., coll. Sprachf. V. 162.

Anacharsis, philosophus Scythes, Gnuri filius, Caduidæ Scytharum regis frater, matre Græca, qui floruit temporibus Periandri, Solonis et Æsopi, quamvis sint qui putent eum personam esse fictitiam (V. A. Vannucci Fedr. fav. p. 56). Memorant Phædr. 3. Prol. 52. Si Phryx Æsopus potuit, si Anacharsis Scytha Æternam famam condere ingenio suo etc. Adde Tertull. Pall. 5., coll. Laert. 1. 8., al. — Inter Græciæ sapientes connumeratur Laert. 1. 1. (Cf. Apul. Florid. n. 20) laudaturque Front. 2. ep. ad M. Cæs. 2., Sidon. carm. 2. 163. et Vopisc. Aurelian. 3. Jos. Pass. l. c. Anacharsius sapientiâ mirabilis. — Inter ejus scripta epistola quædam subdititia fertur apud Cic. 5. Tusc. 32. 90. Plura etiam ejus referuntur dicta seu ἀποφθέγματα, ut apud Val. Max. 7. 2. ext. 14.; ejusque inventa, ut orbis seu rota figuli et ancora bidens apud Senec. loc. cit. et Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (198). et ibid. (209). — In ejus itineribus, quæ fuse descripsit Barthélemy (a. 1788), ad mysteria Eleusina, etsi barbarus, honoris causa admissus fuit. Lucian. Scyth. c. 8. apud Schöm. op. cit. v. 3. p. 276. n. — Græcorum vero sacra faciens, in Scythiam reversus (a. 548) a fratre Saulio sagitta confossus periit, teste Herod. 4.; sed alii rem aliter tradunt. — Celeber est Luciani dialogus, ejus nomine inscriptus, ubi de juventutis exercitationibus cum Solone disputat. — V. alia apud Plutarch. in vit. Solonis. et præsertim in vita Anacharsidis, quam scripsit Diog. Laert. 1. 8. — De ejus adagiis v. Tollens, Kritsch. u. exeg. Bemerk. p. 12. sqq.; et de epist. Westermann, Comment. crit. in script. Gr. III. 6-8.

ĂNĂCHARSĬUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

ĂNĂCLĒTUS (Anaclitus), i, m. 2. (Ἀνάκλητος, revocatus); in Inscriptt. fere Anencletus (Ἀνέγκλητος, inculpatus). — Secundam producit Auct. carm. 3. adv. Marcion. 283. «Hujus (Cleti) Anacletus successor sorte locatus».

Anacletus ¶ 1. In titulis nom. serv. Inscr. apud Murat. 498. 8. - Corp. I. L. 6. 5271.; 7. 28. etc. Anencletus. et 6. 18741. Aniacletus. et 19829. Anicletus. — Anancletis, nom. mul. Ibid. 16540. ¶ 2. Apud scriptores, fuit pontifex maximus ecclesiæ catholicæ et Rom. episcopus, sec. nonnullos (Interpr. Iren. 3. Hær. 3. 3., Euseb. Hist. Eccl. 3. 13. et Hieronym. loc. cit.) tertius, sec. alios (Optat. 2. 3) quartus et in aliis Catalogis etiam quintus post Petrum. — Celebris quæstio est, non solum de ordine successionis, sed etiam utrum Anacletus sit una eademque persona cum Cleto, necne. Recentiores plerique rectius statuunt cum Iren. loc. cit., Eus. 3. H. E. 4. et 5. ibid. 6., Prosp. in Chron. et Sacr. Gelas. 3. 16. in Canon., Hieronym. vir. ill. c. 15., Epiph. 27. Hær. 6., Augustin. ep. 165., coll. Chrys. Hom. 10. in Tim. c. 4., al. eum successisse Lino tertium ex Rom. pontificibus (V. etiam Mommsen, Lib. pontif. p. VIII.; Hergenröther, St. Un. d. Ch. ed. IV. Kirsch. tr. Rosa 1905. v. 1. p. 242); itemque unum eundemque esse cum Cleto, ab hoc ob variam scribendi rationem olim distinctum (V. Colombier, Les prem. succ. di S. P. in Revue d. quest. hist. 1876. p. 381-414.; Duchesne L. P. t. I.; Regest. Pont. Rom. ed. Jaffé-Wattembach t. 1. p. 1. Cf. etiam Mozzoni in Tav. Cron. crit. d. st. d. Ch. Univ. sec. I.; Momms. et Hergenröther locc. citt.). Alii tamen duas esse personas censent cum Baron., Ann. ad a. 69.; Henschen, Act. Sanct. t. 3. apr.; Sandini, Disp. IV.; Orsi, St. Eccl. t. 1. l. 2.; Cat. Felic. et Liber. etc. (V. Cinli, Hist. Christ. Eccl. Cath. a. 4. f. 11). — Eum ferunt rexisse Ecclesiam ab a. 76. ad 88. (al. 79-90); martyrium vero fecisse tradit Mart. Rom. d. 13. Jul. V. etiam CLEMENS et CLETUS.

ĂNĂCRĔON, ontis, m. 3. (Ἀνακρέων et Ion. Ἀνακρείων: fortasse ab ἀνά, iterum, et χρέων vel χρείων, dominator. V. Fick, Person. 121). — Acc. Anacreonta apud Horat. Epod. 14. 10. et 4. Od. 9. 9. et Terentian. 2856.; et Anacreontem apud Atil. gramm. IV. 301. — Secunda producitur Horat. et Terentian. locc. citt.

Anacreon, poeta lyricus celeberrimus, patria Teius, Scythini filius. Horat. Epod. loc. cit. Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium. Adde Hygin. 2. Astr. 6., Priscian. gramm. VII. 2. p. 294. Kr., Solin. 40. et Inscr. Gr. apud Visconti, Icon. Gr. T. 1. p. 87. — Floruit ann. a. Chr. 534. sub Polycrate, Sami tyranno, teste Hieronym. in Chron.; secundum alios ann. 559. vel 570. V. Suid. v. Ἀνακρέων. — Adulescens arma cepit et bellica carmina composuit, ut Archilocus (fragm. 91); dein, Teio a Persis capta, profugit Abderam indeque Samum et mox Athenas apud Hipparchum. Herod. 3. 121. — Tradunt nonnulli, quod fabulam sapit, eum acino uvæ passæ strangulatum periisse, ann. 85. ætatis. Plin. 7. Hist. nat. 6. 5. (44) et Val. Max. 9. 12. ext. 8. Hinc senem vocat Gell. 19. 9. 5., ubi et ejus versiculos lepidissimos adfert, si tamen hi ad eum pertinent. — Habuit cenotaphium Teii, cujus inscriptio Simonidi tribuitur (Anth. Pal. 7. 26. et Simonid. fr. 184) et in Acropoli Atheniensi statuam aeneam (Pausan. 1. 25. 1) et effigiem in nummis, quos illustrarunt Visconti, Icon. Gr. 3. 6. p. 74.; Bürchner, Ztschr. f. Numism. IX. 11. sq. Taf. 4. 11.; Head, H. N. 512. Cf. etiam Brunn in Ann. dell' Istit. arch. a. 1859. p. 155. sqq. — In suis poematis primas habent amor, vinum et cantus (Anth. Pal. 7. 27), quæ idcirco amatoria et bacchica dici possunt; quin veteres perhibent eum in puerorum et mulierum amoribus et carminibus vitam suam insumsisse. Hinc Didymus grammaticus quærit apud Senec. ep. 88. 32. «Libidinosior Anacreon an ebriosior vixerit». et Cic. 4. Tusc. 33. 71. totam ejus poesim amatoriam dicit. Cf. etiam Ovid. 3. Art. am. 330. — Alexandrini ex ejus operibus, dialecto Ionica fere compositis, quinque libros collegerunt, quorum fragmenta ediderunt Bergk (Anacr. reliq. p. 12. Lips. a. 1834) et nuper Rose ed. II. Lips. 1900. Teubn. — Eum porro alii Satyram scripsisse; alii Circen et Penelopen in uno laborantes, teste Acron. ad Horat. 4. Od. 9. 9. — In lyricis utitur Anacreon glyconeis et ionicis et auctor est illius metri, quod ab eo Anacreontium vel Anacreonteum

aut etiam Anacreonticum appellatum est, ut ajunt Censorin. in fragm. 12., Diomed. gramm. III. p. 520. aliique plures. V. voc. seq. — Ex collectione Anacreonteorum (Ἀνακρεόντεια) in Anthol. Cephalæ cum additamentis H. Stephani prius Bentley, Welcker et Stark fere omnia, dein Bergk omnia Anacreonti abjudicarunt. Cf. Croiset, loc. cit. — Habuit Anacreon cenotaphium Teii cum titulo a Simonide, uti fertur, composito (Anth. Pal. 7. 26. et Simonid. fr. 184) et in Acropoli statuam aeneam (Paus. 1. 25. 1) suamque effigiem nummis insulæ insculptam (Setti, Dis. st. d. L. Gr. Firenze 1897. p. 67. sqq.). — De Anacreontis vita ejusque carminibus videsis E. de Lonlay, Anacr., sa vie et ses œuvr. Paris 1868.; Welcker, Anakr. in Kl. Schrift., Bonn 1844.; Hanssen, t. I. 251-278. Ueber d. Glied. d. Anakr. Karlsr. 1881. et Croiset, II. p. 245-259 (1888).

ĂNĂCRĔONTĒOS v. Anacreonteus et
ĂNĂCRĔONTĬCUS et
ĂNĂCRĔONTĬOS vel
ĂNĂCRĔONTĬUS, a, um, adject. (Ἀνακρεόντειος) ad Anacreontem pertinens. Hinc — 1.°) Anacreonteum v. Anacreonticum metrum apud Diomed. gramm. III. p. 512. et Mall. Theod. gramm. VI. 593.; et Anacreontis dimetra apud Mar. Plot. gramm. III. p. 520. — Item Anacreontion colon apud Quintil. 9. 4. 78., ubi alii leg. Anacreonticon, et Anacreontion comma apud Atil. ars, p. 298. — Item Anacreontium tetrametrum catalecticum apud Mar. Plot. gramm. III. p. 514. — Hinc, absolute, Anacreontius, sc. versus v. numerus. Diom. gramm. I. p. 520. — Anacreonteum (Anacreontium), sc. metrum. Id. ibid. 298., Bass. gramm. IV. 259. et 261. et Atil. ars, p. 298. Cf. Ἀνακρεόντεια Suid. — De his speciatim et accurate agunt rei metricæ scriptores (V. Gramm. vett. ed. Keil), coll. R. E. PW. 1. 2040. sqq. et 2. 2040. et Croiset, II. p. 256. — 2.°) Item Anacreontica sacra apud Fulgent. 1. Mythol. præf.

ĂNACTES. V. ANACES.

ĂNACTŌRĬA, æ, f. 1. (Ἀνακτόρεια et Ἀνακτορία) Ita appellantur, ut Anactoriam infra, oppida regia; ἀνακτόριον enim regiam significat, ab ἄναξ, κτος, rex; unde ἀνάκτωρ, dominator.

Anactoria, oppidum, olim Mileti nomen, ab Anactore rege dictum. Plin. 5. Hist. nat. 29. 30. (112). Cf. Anactorius.

ĂNACTŌRĬS, es, f. 1. puella Lesbia, Sapphus poetriæ familiaris, cujus et amore flagrabat. Ovid. 15. Her. 17. Cf. Max. Tyr. Diss. 24. p. 297.

ĂNACTŌRĬUM, ii, n. 2. (Ἀνακτόριον) oppidum Acarnaniæ, ad Ambracium sinum, hodie Vonitsa. Plaut. Pan. prol. 87. et 93. Cf. Thuc. 1. 55. et Pausan. 5. 23. V. voc. seq. et Hirschfeld, PW. 1. 2051. sq.

ĂNACTŌRĬUS, a, um, adject. (Ἀνακτόριος) ad Anactorium oppidum pertinens. Hinc civitas Anactoria apud Plin. 4. Hist. nat. 1. 2. (4)., idem quod Anactorium. — De hujus nummis V. Head, H. N. 229., coll. Eckhel 2. p. 185. — Anactoria ora apud Sil. It. 15. 299.

ĂNĂDYŎMĔNĒ, es, f. 1. (Ἀναδυομένη, sursum emerens) cognom. Veneris, pictæ ab Apelle, quam tabulam Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (87). ait carie consenuisse aliamque a Nerone fuisse substitutam Dorothei manu. Adde eund. ibid. (91). — Nobile hoc et primarium Apellis opus emit Augustus et in delubro Cæsaris dicavit, quod Venus esset ἡ ἀρχηγέτις sui generis: ita Strab. 14. 2. 19.; poetæ vero certatim illustrarunt tamquam miraculum artis, ut Ovid. 1. Amor. 14. 33., 3. Art. am. 401., 12. Trist. 527. et 4. Pont. 1. 28., Propert. 1. 2. 22. et 3. 7. 11. Cf. Cic. 3. Off. 2. 10. et Sueton. Cæs. 6. et 61. cum Dion. 43. 22. Cf. etiam Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 3. p. 208. Tab. 28.

ĂNÆTIS et deriv. V. ANAITIS.

ĂNAGNĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum et municipium Latii, in monte situm ad lævam viæ Labicanæ seu Prænestinæ, Hernicorum caput, a Roma XXVII. m. p. (Ἀναγνία Ptolem. 3. 1. 62. et Strab. 5. 238.; antea Ἀνάγνεια Polyb. 31. 21. 22.: cf. Inscr. Chr. apud De Rossi, II. p. 418. 24. Angnias. et Rav. p. 479. Anagnias (acc. pl.), nunc Anagni. Virg. 7. Æn. 684. Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit. Alii minus recte pascis. Serv. adnotat divitem ideo dici, quia fertilem circa habet agrum, vel quia ibi Antonius postquam Cleopatram duxerat, nummos cudi jussit. Sed primum Sil. It. 8. 392. et 12. 533. confirmat. Cf. Macrob. 5. Sat. 18. 13. et 15. et etiam Heyne ad Virg. l. c. — Fuisse adscriptam tribui Publiliæ patet ex Inscr. apud Orelli n. 4101. Cf. Kubitschek, Imp. Rom. tributim descr. 11. — Capta fuit an. U. C. 448. a L. Marco Tremulo, teste Plin. 34. Hist. nat. 6. 11. (23). Hinc inter præfecturas recensetur a Fest. p. 233. Cf. Ann. dell' Istit. arch. a. 1859. p. 198. et Bullett. ejusd. anni p. 45. sq.; inter colonias vero refertur Lib. 1, colon. p. 230. Lachm. et Micali (l'Ital. dom. di Rom.) censet fuisse olim coloniam Marsorum et Oscorum. — Ornatam fuisse thermis, arcubus, templis Saturno, a quo condita fertur, Dianæ, Cereri, Herculi dicatis veteres tradunt atque recentiores. V. Front. 4. ep. 4. Cf. Kircher, de Hernicis et Latio; Ambrosi-De Magistris, Storia di Anagni, Rom. — Alia colligas ex Corp. I. L. 10. 5903-5957., 8243-8247.; Niebuhr 3. p. 118. et 5. p. 352. et Hülsen, PW. 1. 2024. sq. ¶ 2. Item regio seu vallis Rætiæ, de qua V. ANAUNIA.

ĂNAGNĪNI, ōrum, m. plur. et
ĂNAGNĪNUM, i, n. 2. V. voc. seq.
ĂNAGNĪNUS, a, um, adject. ad Anagniam, Latii oppidum, pertinens. ¶ 1. Generatim. Liv. 26. 9. Anagninus ager. Inscr. apud Orell. n. 120. senatus populusque. — Cic. Dom. 30. 81 (Act. triumph. IX. a. u. 448) Anagnini municipes. ¶ 2. Speciatim Anagninum Compitum (sc. viarum Prænestinæ, Labicanæ, Latinæ, ut Wess. adnot. ad Itin. Ant. l. c.), haud procul ab Anagnia. Liv. 27. 4. et Tab. Peuting. 6. — Absolute in Itin. Anton. p. 305. et 306. Cf. ibid. p. 302. — Substantivorum more

Anagninus, i, m. 2. incola Anagniæ oppidi. Cic. Dom. 30. 81. — In plur. num. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63)., Cic. 2. Phil. 41. 106., Liv. 9. 43. et Inscr. apud Henzen Suppl. Orell. n. 7190.

Anagninum, i, n. 2. villa seu prædium — a) T. Titii prope Anagniam. Cic. 2. Q. fr. 7. — b) Alia Ciceronis. Id. 12. Att. 1. — c) Alia M. Aurelii Antonini, de qua in ejusd. ep. ad Fronton. 4. ep. 4. et in Inscr. apud Grut. 150. 5.

ĂNAGNŌRĬZŎMĔNĒ, es, f. 1. (ἀναγνωριζομένη, recognita) titulus comœdiæ, quam Terentio tribuit Fest. p. 298. M. Cf. Ribbeck, Com. Lat. rel. p. 70.

ĂNĂHĂRĀTH, indecl. (Hebr. 'Anāhharāth, LXX. Ἀναχερέθ) oppidum Galilææ inferioris in tribu Issachar. Vulg. Jos. 19. 19. — In monumentis hieroglyph. Ægypti dicitur Anŭhherŭ vel Anŭhherŭ. Cf. Mariette, Les list. géogr. d. pylon. d. Karnack 1875., Leipz. p. 29. — Alii putant fuisse ubi nunc En-Na'ureh ad septentr. Djebel Dahy (Cf. Armstrong, Wilson et Conder, Names a. places etc. 1889. Lond. p. 10.; alii vero, minus recte, ubi Arânah, ad radices Gelboe (V. Keil, Bibl. Comm. Jos. Leipz. 1874. p. 154). Cf. Ἀρρανέθ MSS. Alex., cui tamen lectioni non inhærendum monet Legendre, Dict. Bibl. Vig. v. 1. p. 535.

ĂNAĪTĬCA. V. voc. seq.

ĂNAĪTĬCUS v. rectius Anaeticus, a, um, adject. ad Anaitidem vel Anaetidem pertinens. Hinc Anaiticus lacus in regione Anaitica, circa quam calami probatiores nascuntur. Plin. 16. Hist. nat. 66. 64. (157). ed. Sillig., ubi Jan et Detl. leg. Anaeticus. — Absolute

Anaitica, æ, f. 1. regio ita dicta a cultu Anaitidis in Armenia, ubi templum habebatur, in finibus Cappadociæ et circa fontes Euphratis, hodie Egklis. Plin. 5. Hist. nat. 24. 20. (83). ed. Sill., ubi Jan et Detl. leg. Anaetica. Cf. Strab. 11. 521. qui Ἀκιλισηνή nominat regionem.

ĂNAĪTIS vel Anaetis, idis, f. 3. (Ἀναΐτις) dea ab Armeniis culta, uti Diana, ex communi vocis significatione; nam Armenii, ut alii orientales populi, a dextra in sinistram partem legebant vocem Diana et litt. d pronunciabant t. Quum vero hæc vox deam aliquam significet, mirum non est ipsos tum Dianam, tum Venerem aliudve eodem nomine appellasse. Ita Forcellin. et De-Vit. Ceterum recentiores volunt esse originis Assyr.-Babyl. et idem cum Anna, Anat vel Anath (V. ANATHOTH) et Nana (Schrader, Keilinschr. A. T. 2. ed. p. 284-457. et Lenormant, Bab. etc. Chald. 259. et Comm. d. Beroso 157. seq.). Cf. Babyloniensium (Sumer) Anun, chaos primitivum, et Ananit fem. ex masc. Anun, h. e. oceanus primitivus personatus (Hommel, Gesch. Babyl. 1886. p. 204). Cf. etiam Nanæa apud Vulg. 2. Mach. 1. 13. et Tac. 3. Ann. 62., coll. Clem. Alex. Protr. 1. 5. et Strab. 11. 512., ubi de dea Persica mentio est, de qua V. De Harlez, Avesta 1881. Introd. CVI. et CXIII. Memoratur Plin. 33. Hist. nat. 4. 24. (82). ed. Sill. Aurea statua prima omnium nulla inanitate in templo Anaitidis (al. Anaetidis) posita dicitur etc. V. integr. loc. — In ejus templo per summum nefas virgines prostituebantur, antequam matrimonium inirent, teste Strab. 11. ad fin. — De hac dea V. Cumont, PW. 1. 2030. sq.

ĂNĂMĔLECH, indecl. m. Hebr. 'Anammelech «imago vel statua regis»; Assyr. Anu-Malik; LXX. Ἀνημελέχ. Verum Hydius apud Gesen. Lex. ad h. v. etymon ab Arab. voce petit, quasi sit grex stellarum, idest Caphei sidus, quod Orientalibus stellæ gregis et pastor et grex appellantur.

Anamelech, idolum gentis cujusdam Babyloniæ. Memoratur Vulg. 4. Reg. 17. 31. una cum Adramelech, quæ numina in oppido Sepharvaim Babyl. colebantur. (Cf. ANAITIS seu Anunit). Nuper vero haud procul a Sepharvaim (Der) monumentum repertum est, ubi legitur «civitas dei Anu» (Delitzsch, Calw. Bibellex. h. v.).

ĂNĀMĪM, indecl. m. (Hebr. 'Anāmīm ignotæ significationis; cf. tamen Legendre in Dict. Bibl. etc. ad v.) nomen gentis cujusdam Ægyptiæ, in monum. Ægypti Aamû v. An-Aamû dictæ (Ebers, Aeg. u. Büch. Mos. t. 1. p. 98. sq.) v. Anu (Lenormant, Hist. anc. etc. p. 269) et vallem Nili incolentis. Vulg. Gen. 10. 13. Mesraim genuit Ludim et Anamim (LXX. Ἐνεμετιείμ) etc. Adde 1. Par. 1. 11. (ubi LXX. Ἀναμιείμ). — Cf. De-Vit, Onom. et Otto, Thes. L. L. volunt esse nomen filii Mesraim, τὸ genuit perperam intellecto; ille enim jure dicitur genitor seu pater alicujus populi, a quo populus originem habuit.

ĂNAMNESTUS, i, m. 2. (ἀνάμνηστος, in mentem revocatus) cogn. vir. Inscr. in Anthol. Rom. T. 10. p. 91.

ĂNĀNĔLUS, i, m. 2. (Ἀνάνηλος: latine rectius Ananel vel Ananeel, spectata vocis origine: 'Ānan «protexit» et 'Ēl «Deus») vir Babylonius, ignobili stirpe, ab Herode M. pontifex Judæorum creatus ante Aristobulum; quo interfecto, pontificatum rursum obtinuit. Hieronym. in Chron. a. 1988., coll. Jos. Antt. 15. 2. et 3. Cf. HANANEEL.

ĂNĀNĬA, nomen loci et personæ. (Etymon in voc. seq.) ¶ 1. Anania, indecl., nom. loc., sc. oppidum quoddam Beniamitarum, hodie Beit-Hanina, prope Jerusalem ad septentr. (V. Guérin, Descr. etc. t. 1. p. 394) Vulg. 2. Esdr. 11. 32., ubi LXX. habent Ἀνία. ¶ 2. Anania, decl., nom. mul. Inscr. apud Grut. 838. 15. et Fabretti, Gloss. Ital. p. 104. — Est etiam mulier, quam memorat Symmach. 10. ep. 52.

ĂNĀNĬĀS, æ, m. 1. Scribitur aliquando Hananias vel Hanani apud Vulg. passim, ut 1. Par. 3. 19. et alib. et Jer. 28. 1. et alib. V. HANANIAS. Scriptio tamen Vulg. a text. Hebr. fere discrepat. — Vox est Hebr. 'Ānangāh «texit seu protexit Yah seu Dominus» (aliter Hhanāngāh «gratia Yah seu Domini») et per apocopen 'Anānī, 1. Par. 3. 24. (LXX. Ἀνάν). — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Ananias, agnomine Magnus, cujus filium se dixit Azarias, sc. Raphael angelus, comes Tobiæ, vel quia hujus personam seu speciem induit, vel potius nominum significatione specie. Vulg. Tob. 5. 18. Ego sum Azarias (auxiliator Dominus) Ananiæ (h. e. gratiæ Domini) Magni filius (sc. auxilium ex gratia Dei). — In quibusd. Gr. codd. «de genere Azariæ et Ananiæ Magni»; sed lectio Vulg. probior. — LXX. addunt «Ananiæ, qui est magnus inter fratres», ubi gr. est Ἀνανίας. ¶ 2. Item adulescentulus ex tribu Juda, regali genere, cum aliis in captivitatem Babylonicam adductus et in aula Nabuchodonosor, Sidrach nomine, educatus ac dein mini-

ster constitutus, de quo Vulg. Dan. c. 1-4., coll. 4. Mach. 2. 59. apocr. V. SIDRACH. ¶ 3. Item vir, una cum uxore Saphira, ad fidem conversus, qui, bonis suis divenditis, partem pecuniæ, quæ pro indigentibus in communi thesauro reponebatur, clam retinuit, partem vero Petro, principi apostolorum, obtulit, totum se dedisse simulans; quare ob mendacium repentina morte in exemplum a Deo percussus est. De eo Vulg. Act. 5. 1. sqq., coll. 4. 34. V. ex Græcis interpretibus Orig. in Matth., Chrys. in Act., Basil. de Inst. Mon. serm. 1. et ex Latinis Hieronym. ep. 9., Augustin. serm. 148. de div. et Greg. M. 1. ep. 34. Cf. etiam cl. Jacquier in Dict. Bibl. V. v. 1. p. 540., qui criticorum quorumdam, ut Neander, Baur, Holtzmann, falsa interpretamenta explodit. ¶ 4. Item christianus Damasci degens, cui in visu jussit Christus, ut se conferret in vicum Rectum, ubi Paulum cæcum sanaret et in fide eruditum baptismo initiaret. Vulg. Act. 9. 10. sqq. — Inter laicos recenset Lib. const. Apost. 8. c. ult.; inter diaconos Œcum. in Act.; inter sacerdotes Augustin. Quæst. 2. 40.; quin traditur fuisse primus episcopus Damasci (V. Le Camus, L'œuvre d. Apôtr. t. 1. p. 342). ¶ 5. Item filius Nebedæi, summus sacerdos Judæorum ab Herode, rege Chalcidis, post Josephum filium Kamydi, constitutus. Vulg. Act. 23. 2. sqq. et 24. 1., coll. Jos. Antt. 20. 5. et alib. — Hic, cui jubenti, ut os Pauli percuteretur, infausta vaticinatus erat apostolus, sub initio belli Judaici a latronibus cum fratre suo Ezechia peremptus est a. 66. vel 67 (Jos. B. J. 2. 38., coll. Antt. 20. 8). — De pessimis hujus viri moribus v. Farrar, S. Paul 539., coll. Jos. Antt. loc. cit.

ANANIS, idis, m. 3. (Ἄνανις, Ἄνδανις) Acc. Ananin apud Plin. loc. cit.

Ananis, fluvius Carmaniæ, qui in sinum Persicum delabitur. Plin. 6. Hist. nat. 23. 27. (107). Sillig. ita leg.; sed alii Anamim, coll. Arrian. Ind. 33. et 35.; alii vero Andanim, coll. Ptolem. 6. 8.

ANANIUS, a, um, adject. ad Ananium pertinens, poetam iambographum, æqualem Hipponactis, cui choliambi ab hoc inventi perperam tribuuntur. Hinc metrum Hipponactium claudum trimetrum acatalectum iambicum Ananium, de quo Plot. gramm. VI. 519. K. — De Ananio (Anania Schol. Arist. Ran. v. 674). V. Athen. 7. p. 282. B., 9. p. 370. B., coll. 14. p. 625. C. et Tzetz. in Prol. ad Schol. ad Lycophr. p. 254. M. — Ejus fragmenta collegit Welcker, Götting. 1817. Cf. Croiset, H. L. Gr. II. 198. sq.

ANANIUS, ii, m. 2. (Ἀνάνιος, sine mærore vel sine noxa, innocuus) idem qui Anius apud Apul. Orthogr. 9., de quo Virg. 3. Æn. 80. V. ANIUS.

ANAPAUMA, æ, f. 1. (Cf. ἀνάπαυμα, quies) cogn. mul. Gr. Inscr. apud Fabretti p. 6. n. 38. Ita cl. Furlanetto.

ANAPAVOMENE, es, f. 1. tabula Aristidis Thebani, ubi Biblidem ex amore fratris Cauni mortuam pinxerat, quasi ἀναπαυομένην τ. βίου. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (99). Cf. Dilthey, Rhein. Mus. 25 (1846). 151.

ANAPAVOMENOS, i, m. 2. ¶ 1. Dicta est tabula Protogenis, ubi Satyrum cum tibiis columnæ innixum tamquam otiosum pinxerat. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (106). ¶ 2. Item fons Jovis in Dodone a meridie semper increscens usque ad mediam noctem et ab ea sensim deficiens ac meridie omnino desinens. Id. 2. ibid. 103. 106. (228)., ubi Sillig. dedit Gr. Ἀναπαυόμενον (cessans, quiescens).

ANAPHE, es, f. 1. (Ἀνάφη, intecta: nunc vulgo Νάφη) ¶ 1. Est cogn. mul., Græc., in Inscr. apud Grut. 965. 1. ¶ 2. Item insula maris Ægæi, ex terræmotu enata, ad Sporades pertinens. Plin. 2. Hist. nat. 87. 89. (202). et Ammian. 17. 7. 13. Ovid. 7. Met. 461. Anaphen (acc.). Cf. Tertull. Apol. 40. et ex Græcis Strab. 1. p. 46. et Apoll. 1. 9. 26. - De nummis v. Head, H. N. 410., coll. Imhoof-Blumer, Abh. Bayr. Akad. XVIII. 3 (1890). 548.

ANAPIAS, æ, m. 1. Scribitur etiam Anapis, Anapus, Anapius, Anaphius. ¶ 1. Fuit juvenis Catinensis, frater Amphinomi, quorum alter patrem, alter matrem ex Ætnæ incendiis, mirabili constantia per medium ignem vadentes et suis humeris exportantes, feliciter eripuerunt; quos flammæ inviolatos, tamquam et ipsæ tantam pietatem admirarentur, reliquerunt: ob quod factum statuæ ipsis erectæ sunt divinique pæne honores habiti: eorum etiam locus sepulcri campus piorum cognominatus est, teste Solin. 5. De his et Senec. 3. Benef. 37., Sil. It. 14. 197. et Val. Max. 5. 4. n. 4. ext. Claudian. Edyl. 7. de piis fratribus etc. 41. Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi, Æternum Siculus templa dicavit honos? — Hos fratres cernere est in nummis Catinæ, Sex. Pompeji et gentis Herenniæ apud Morell., in pietatis exemplum propositos (V. Babelon, Monn. de la rép. Rom. I. 539. et II. 353. sq.). ¶ 2. Item fluvius Siciliæ. V. ANAPUS.

ANAPIS. V. voc. præc.

ANAPLADES, is, m. 3. deus, ut videtur, Ægyptius, Veneris amator, de quo fabulam narrat Hygin. 2. Astr. 16. Cf. fabulæ finem.

ANAPOLIS, is, f. 3. oppidum Ciliciæ, apud Hilar. fragm. Hist. 3. n 29., ubi alii leg. Neronopolis vel Irenopolis. Cf. Cellar. Geogr. ant. l. 3. c. 6. p. 240. sq.

ANAPSYCHIA, æ, f. 1. (Cf. ἀναψυχή, refrigeratio) uxor Marcellini tribuni sub Honorio imp., ad quos conjuges Hieronym. ep. 126. et Augustin. ep. 165.

ANAPUS, i, m. 2. (Ἄναπος) Scribitur etiam Anapos, Græca positione, Vib. Seq. p. 146. R., ubi distinguitur καινός, inferior, παλαιός, superior. — Anapis apud Liv. loc. cit.

Anapus, fluvius Siciliæ prope Syracusas et numen ejus, hodie Anapo. Liv. 24. 36. Anapim (acc.). Adde Sil. It. 14. 515., coll. Thucyd. 6. 96. et 7. 78., Plutarch. Dion. 27. et Timol. 21. etc. — De Anapo fluvio ejusque numine fabulam narrat Ovid. 5. Met. 417., coll. 2. Pont. 10. 26. et 4. Fast. 469. et Mythogr. II. fab. 93. ed Mai.

ANARIACÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. seq.

ANARIACI, ōrum, m. plur. 2. populus Mediæ ad Caspium mare habitans. Plin. 6. Hist. nat. 16. 18 (46). Ita leg. Sillig., ubi vulgo Anariacæ: sic Ἀναριάκαι Strab. 9. 507-514. et Ἀνιαράκαι Polyb. 5. 44.; Ἀμαριάκαι Ptol., sed falsa lectio.

ANARTES, ium, m. plur. 3. (Ἄναρτοι) gens finitima Dacis. Cæs. 6. B. G. 25. — Anarti, ut videtur, legend. in Corp. Inscr. Lat. 3. 8060.

ANAS, æ, m. 1. (Ἄνας) Scribitur etiam Ana apud Avien. Or. mar. 205. — Origo vocis fortasse ab Arab. ana, i. e. ovis, propter ovium copiam.

Anas, fluvius Hispaniæ, qui Bæticam a Lusitania disterminat et in Atlanticum oceanum effunditur, hodie Guadiana (ex Arab. uadi « fluvius » et Ana). Memorant Plin. 3. Hist. nat. 1. 2 (6). et ibid. 3. (7). et 4. ibid. 22. 35. (116)., Mela 2. 63 (87), Cæs. 1. B. C. 38., Flor. 3. 22. 7., Prudent. περὶ στεφ. 3. 186. — Emeritensis dicitur Auson. ep. 24. 73., quia Emeritam Augustam alluit. — Caput fluminis Anæ, statio in itinere a Laminio Cæsaraugustam. Itin. Ant. p. 446. V. Hübner, PW. 1. 2064.

ANASAMUM, i, n. 2. (Scribitur etiam Anasmum, Anasmon, Anasmus) castellum Mœsiæ inferioris ad Asami fluvii ostium, ubi milites præventores inter auxiliares stationem habebant. Notit. Dign. or. c. 40., Tab. Peuting. 8. et Ravenn. p. 189.

ANASIA, æ, f. 1. uxor Neoptolemi III., mater Olympiadis, Alex. M. matris. Jul. Val. 1. 7.

ANASSUM. V. ANAXUM.

ANASTASIA. V. ANASTASIUS, a, um.

ANASTASIANUS, a, um, adject. — 1.°) Est ad Anastasiam aliquam pertinens, ut Anastasianæ balneæ, ab Anastasia, sorore Constantini M., in regione IX. urbis Constantinopolis, appellatæ, teste Ammian. 26. 6. 14.; quamquam Sozomen. Hist. Eccl. 6. 9. ab Anastasia, Valentis filia, dictas fuisse tradit, cui favet Nicephorus cum Auct. Chron. Alex. — Not. urb. Const. reg. 9. Anastasianæ thermæ. — 2.°) Item ad Anastasium imp. pertinens, ut Anastasiana lex in Cod. Just. 5. 18. 1. et Anastasiana tempora, ibid. 4. 35. 28.

ANASTASIS, is, f. 3. (Ἀνάστασις, intrans. resurrectio) Acc. Anastasim et Anastase(m); Abl. Anastasi et Anastase.

Anastasis, locus Hierosolymorum, ubi Christus resurrexit, et Basilica ibi posita. Silv. 24. 1.; 25. 8.

ANASTASIUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Anastasium aliquem pertinens. Hinc Anastasia lex, eadem quæ Anastasiana. V. ANASTASIANUS, a, um. ¶ 2. Item ad Christi resurrectionem (ἡ ἀνάστασις). Hinc Anastasia basilica Constantinopolitana, quam ita dictam fuisse a muliere prægnante ibi mortuam et prodigiose ad vitam cum partu revocatam tradit Cassiod. 9. Hist. trip. 8. 9. et Not. urb. Const. reg. 7 (coll. Sozom. 7. 5). V. integr. locum.

ANASTASIUS, ii, m. 2. (Ἀναστάσιος, resuscitatus, resurgens) Voc. Anastāsi, cum pænult. longa, apud Coripp. Anast. 31. (si ita legend.), quæ dein ibid. corripitur.

Anastasius ¶ 1. In titulis nom. et cogn. fere christianum apud Græcos et Romanos, vix ante sæc. III., satis rarum. Inscr. apud Mai, N. Coll. T. 5. p. 363. 5-7. — Anastasius legitur in Inscr. Chr. apud De-Rossi, II. 311. — Anastasia v. Anastase, nom. mul. Inscr. apud Mai loc. cit. p. 362. et p. 419. 2. et alia apud De-Rossi, I. 263. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Anastasius, patria Burdigalensis et Pictaviorum grammaticus, de quo Auson. Prof. 10. 34. sqq. — 2.°) Anastasius I., Romanus, pontifex max., sanctitate illustris, Syricii successor, ab ann. 398. vel 399. ad ann. 401. vel 402., dictus martyr, quia strenue errores Origenis impugnavit. Hieronym. ep. 130. n. 16. Anastasius, vir ditissimæ paupertatis et apostolicæ sollicitudinis. — Scripta Origenis, cujus erroribus patrocinabatur Rufinus, damnavit. Id. ep. 97 (al. 78). fin. — Varias scripsit epistolas, ex quibus nonnullæ perierunt; quæ vero ad Venerium, nuper reperta est et primum edita a C. Ruelens in Biblioph. Belg. a. 1871., dein a Pitr. in Analect. noviss. a. 1885., postremo a I. van den Gheyn in Revue d'hist. et de litt. relig. IV. (1899) 1-12: omnes germanice reddidit Wenzlowsky in Bibl. d. Kirchenvät. II. 489-512. — 3.°) Anastasius II., Romanus, pontifex max., successor Gelasii, ab an. 496. ad 498. Memorat Conc. Gall. I. 669. — Scripsit epistolam ad Eumerium presb. de Cludosco, Francorum rege, ad Laurentium de Lignido ep., ad Ursicinum ep., olim Gelasio perperam tributam (V. Thiel I. 64). — In causa Acacii et Photini confusus est cum Anastasio imp. vel male auditus ex Lib. Pontif. (19. 8. 9) interpolatione, unde et error in Decr. Gratian. Dist. 19. 8. 9. et fabula medio ævo pervulgata (V. Tillemont, Hist. d. Emp. t. 5. p. 385.; Döllinger, Papstfabeln p. 114. sq. et Duchesne, L. P. in Revue d. quest. hist. t. 41. p. 191. Cf. Dante, Inf. 11). — 4.°) Alios videsis apud Augustin. Enarr. in Ps. 36. n. 20., Leon. M. epp. 5., 6., 13. et 14. et 47. et Cassiod. 12. Hist. trip. 4.

ANATELLON, ontis, m. 3. (Ἀνατέλλων, exoriens) nom. serv. Gr., sæc. p. Chr. II. usurpatum in Italia, Gallia, Hispania, quod deinde in cogn. transiit. Corp. Inscr. Lat. 6. 10229.; 14. 2978. etc.

ANATHA, æ, f. 1. (τὰ Ἄναθα) ¶ 1. Est castellum Mesopotamiæ in insula Euphratis, hodie Anah. Memorat Ammian. 24. 1. 6. Anathan (al. Anathen) munimentum expugnaturus. ¶ 2. Item oppidum Syriæ, ubi equites sagittarii indigenæ stationem habebant. Notit. Dign. or. a. 32. Cf. Boecking ad l.

ANATHALON, ōnis, m. 3. (Cf. ἀναθάλλων, regerminans) fuit discipulus ap. Petri et primus, post Barnabam, episcopus Mediolanensis, qui et Brixiensem rexit ecclesiam an. 52-64. et martyr occubuit, teste Auct. Hist. Dat. 3., 4. et 5., ubi ejus gesta narrantur. — Ejus elogium metricum, imagini ipsius sculptæ a Mirocle, ep. Mediol., subjectum, est apud Grut. 1161. 6 (V. Corp. Inscr. Lat. 5. p. 623. 15); de cujus tamen sinceritate disputat cl. Biraghi in Diss. III. p. XLI. sq.

ANATHOTH, indecl. m. (Hebr. 'Anāthōth « preces ratæ »: ita Gesen. in Lex. ad h. v.; LXX. Ἀναθώθ) nomen personæ et loci.

I.) Est nom. pers., m. ¶ 1. Fuit vir de tribu Beniamin, filius Bechor. Vulg. 1. Par. 7. 8. ¶ 2. Item vir princeps familiæ suæ, redux a captivitate Babylonica. Id. 2. Esdr. 10. 19.

II.) Est nom. loci, f., nempe oppidum prope Jerusalem in tribu Beniamin, levitis attributum, celebre ex eo quia ibi præter Abiathar, Jehu, Abiezer, natus est et vaticinatus Jeremias, hodie vulgo Anata (V. Guérin, Descr. etc. 3. p. 76). Memoratur Vulg. Is. 10. 30. Paupercula Anathoth. Adde Jer. 1. 1. et alib., 2. Reg. 23. 27. et 1. Par. 6. 60. etc. Cf. Hieronym. in Jer. 1. 11. et 31.

ANATHOTHIA. V. voc. seq.

ANATHOTHITES, æ, m. 1. (Ἀναθωθί) incola Anathoth., opp. Palæstinæ. Vulg. 1. Par. 11. 28. et 27. 12. et Jer. 29. 27. — Est etiam nom. vir. Id. 1. Par. 7. 8. Ita et Anathothia, apud eund. 1. ibid. 8. 24.

ANATILÆ aquæ. V. ANGÆ.

ANATILIA, æ, f. 1. oppidum Latinum Galliæ Narbonensis, fortasse dicta ab Anatiliis, qui hanc regionem inter Arelatem et Nemausum incoluerunt. Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (36). V. Desjardins, Géogr. de la Gaule, II. 72. sqq.

ANATILII, ōrum, m. plur. 2. populus Galliæ Narbonensis, de quo Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (34). V. voc. præc.

ANATINIUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 3. 6294.

ANATIS, is, m. 3. (Ἀνίδης) fluvius Mauretaniæ Tingitanæ, hodie Ommirabi vel Om-rabya, uti volunt recentiores, ab indigenis Asana appellatus. Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (9). Anatim (acc.).

ANATOLE, es, f. 1. (Ἀνατολή, oriens) ¶ 1. Generatim, in titulis, nom. serv. obvium in Italia, Gallia, Hispania jam initiis ætatis imper. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 6. 11607. et 28976. ¶ 2. Speciatim, una ex Horis. Hygin. fab. 183.

ANATOLICUS, i, m. 2. (Ἀνατολικός, orientalis) vir quidam apud Cassiod. 11. Var. 36.

ANATOLIUS, ii, m. 2. (Ἀνατόλιος, orientalis: hic male scribitur Anatholius cum aspiratione) Antepænultimam licenter corripuit Venant. 2. vit. s. Mart. 227. et alib. ¶ 1. In titulis nom. humiliorum hominum, postea vel nobilissimorum, Christianis acceptum, usitatum fere sæc. p. Chr. III. Corp. Inscr. Lat. 9. 6400. — Anatholia (sic), Ἀνατολία, nom. mul. in acrostichide Inscr. Chr. apud De Rossi, I. 677 (a. 539). ¶ 2. Sæpe apud scriptores, ut Anatolius, patria Berytensis, juris peritissimus, primum consularis Galatiæ, dein vicarius Asiæ an. 339. et præf. prætor. an. 346-349., de quo plura apud Ammian. 19. 11. 2. sq. et 21. 6. 5. (coll. Aur. Vict. de Cæsarib. 13) et Eunap. in Vit. Prohær. — Fortasse idem ac Vindanius Anatolius Berytius, qui de re rustica libros XII. scripsit, cultu ethnicus, teste Phot. in Cod. 163. V. Wellmann, PW. 1. 2073. — Alii plures apud Ammian. 20. 9. 8., coll. Cod. Theod. 11. 39. 5. et apud eund. 25. 3. 21. et 29. 1. 5. et rursus in Cod. Theod. 12. 55. 4. et 12. 60. 7., Greg. Tur. 8. Hist. Fr. 34., Marc. Com. p. 30. 14.; etiam episcopi apud Hieronym. in Chron. ad a. 277. et de vir. ill. 73., Ambros. ep. 15. et Leon. ep. 69., 70. et 77-80.

ANAUNENSIS, e, adject. ad Ananiam pertinens. Hinc Anaunenses martyres apud Augustin. ep. 139. n. 2., h. e. Alexander, Sisinnius et Martyrius.

ANAUNI, ōrum, m. plur. 2. (Cf. Anaos) populus contributus municipio Tridentino, a Claudio imp. civitate Rom. donatus. Corp. I. L. 5. 5050. 22.

ANAUNIA, æ, f. 1. (Ἀναύνιον. - Anagnis corrupta Virg. Trid. ep. Joh. Chrys. 2. V. integr. loc.) regio seu vallis Rætiæ in Alpibus Tridentinis, nunc Val di Non. Memorant Paulin. Nolan. in vit. s. Ambros. n. 52. et Maxim. Taur. serm. 81. et 82.

ANAUROS, Græca positione, et

ANAURUS, i, m. 2. (Ἄναυρος, auræ expers: ita Hesych.) fluvius Thessaliæ ad Magnesiam, in sinum Pagasium influens. Vib. Seq. p. 146. R. Anaurus fluvius Thessaliæ ita denominatus, quod ex se neque auram neque nebulam emittat. Sic Lucan. 6. 370. nec humentes nebulas nec rore madentem Aera nec tenues ventos suspirat Anauros. (V. Turneb. l. 3. c. 2., ubi Lucanum ab ignoratione geographiæ defendit). Adde Mythogr. II. fab. 135. ed. Mai, coll. Simonid. apud Athen. p. 172. E. et Apollod. 1. 9. 16.

ANAUSIS, is, m. 3. dux Albanorum Heniochorumque, Medeæ procus; hujus vero pater Æetes Styro Albanorum regi, illo repudiato, filiam despondere maluit, a quo Anausis postea, quum forte sese rivali obtulisset, interfectus est. Val. Flacc. 6. 44. sqq. et 272., ubi acc. Anausin.

ANAVA, æ, f. 1. (Ἄναυα) ¶ 1. Est oppidum Phrygiæ magnæ, ad lacum cognominem, hodie Adjitux (V. Hirschfeld, PW. 1. 2074). Inscr. apud Murat. 1023. 5. Cf. ANAVOS. ¶ 2. Item fluvius Britanniæ. Ravenn. p. 438.

ANAVIO, ōnis, m. 3. locus in Britannia. Inscr. Ephem. epigr. 7. p. 336. sqq. (Corp. I. L. 7. 1168). Cf. Inscr. apud Willthem. Lucil. tab. 9. 21.

ANAVIONENSIS, e, adject. (Anavio) ad gentem ex stirpe Brittonum pertinens. Hinc Brittones Anavionenses in Inscr. in Ann. dell' Istit. arch. a. 1846. p. 313.

ANAXAGORAS, æ, m. 1. (Ἀναξαγόρας, contionis rex v. princeps). — Acc. Anaxagoran est Cic. 2. Acad. (pr.) 12. 44., Plin. 2. Hist. nat. 58. 59. (149). et Val. Max. 8. 7.; Anaxagoram apud scriptores passim.

Anaxagoras ¶ 1. Fuit philosophus physicus, Clazomenius, tota antiquitate celebratus, natus circ. ann. a. Chr. 500. Cic. 1. Nat. D. 11. 26. et 2. Divin. 27. 58. — Ad scholam Ionicam pertinet, ubi floruerunt Thales, Anaximander, Eraclitus, Anaximenes, cujus Anaxagoras fuit discipulus. Adulescens Athenis philosophiam docuit habuitque discipulos Archelaum, Euripidem, Periclem aliosque complures, ut tradunt Cic. 5. Tusc. 4. 10. et 1. Rep. 16. 25. et alib., Quintil. 12. 2. 22. et Val. Max. 8. 9. ext. 2. etc. — Impietatis accusatus, Periclis ope capitis periculum evasit et Lampsacum profectus ibi an. 428. obiit, teste Plut. Pericl. 4., 16. et 32. et Nic. 23., coll. Lucian. Tim. 10. et Ælian. Var. Hist. 8. 19., qui refert ei aras positas tamquam deo. — De philosophica ejus doctrina tradunt veteres primum omnium Anaxagoram docuisse, materiam esse infinitam et æternam, a qua omnia gignerentur; ex ea autem particulas similes inter se confusas seu mixtas (σύγκρισις), postea divisas (διάκρισις) et a Mente (Νοῦς) in ordinem (διὰ περιχωρήσεως) adductas esse (πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ εἶτα Νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε); necessitatem et fatum rejiciendα; hylozoismum, qui dicitur, admittendum. Cic. 1. Nat. D. loc. cit. et 2. Acad. (pr.) 37. 118. et alib. et Sidon. carm. 15. 89. — Ejus doctrinam refellere conatus est Lucret. 1. 830-919. Cf. Serv. ad Virg. 6. Ecl. 31., Tertull. Anim. 12. et 43., Lactant. 1. 5. et 3. 23., Senec. 3. Quæst. nat. 10., 4. 2. et 3. et 7. 5. etc. — Præterea lapides ex sole seu ex cælo casuros (aerolithi, bolidi) ac terræmotum prædixisse et causam eclipsis primum explicuisse admirati referunt veteres. Ammian. 22. 8. 5. et ibid. 16. 22., Plin. 2. Hist. nat. 58. 59. (148). et Senec. 6. Quæst. nat. 9. — Anaxagoræ dicta seu ἀφορίσματα quædam affert Cic. 3. Tusc. 14. 29. et 24. 56. et 1. ibid. 43. 104., coll. 1. Acad. (post.) 12. 44. — Ejus scripta, præsertim Φυσικά, perierunt, quorum fragmenta collecta et illustrata edidit Mullach, Paris 1860-67. — De eo plura apud Laertium et Plutarchum, coll. Solin. 40. 6., Apul. Apol. 27. et Capell. 6. p. 192.; ex professo autem de eod. scripserunt Zévort, Sur la vie et la doctrine d'Anaxag. Paris 1848. et Alexi, Anax. u. seine philos., Neu Ruppin 1867. Cf. etiam Zeller, Philos. d. Griech. II. et Croiset, H. L. Gr. II. ¶ 2. Item scriptor de scenarum architectura, quem laudat Vitruv. 7. præf. 11. — Non est confundendus cum alio Anaxagora statuario Æginete, de quo Pausan. 5. 23. 2. et 6. 10. 2. et Laert. 2. 3. 15. Cf. Sillig. in Catal. Artif. ad h. v. et Müller, Ægin. p. 104.

ANAXAGORASTES, is, m. 3. Anaxagoræ fautor seu sectator, in Not. Tir. 135. Schmitz confert Πυρρωνιαστής et Πυθαγοριστής (Beitr. z. lat. Spr. p. 286).

ANAXAGOREUS, a, um, adject. ad Anaxagoram philosophum pertinens. Hinc Anaxagorea (τὰ Ἀναξαγόρεια), quæ docuit Anaxagoras. Plin. in Elench. l. 2. n. 40. Adde Capell. 6. p. 192.

ANAXANDER, dri, m. 2. (Ἀνάξανδρος, princeps vir) pictor non ignobilis, apud Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (146).

ANAXANDRIDES, is, m. 3. (Ἀναξανδρίδης) patronym. ab Anaxandro, poeta comicus, Rhodius aut Colophonius, apud Græcos. Macrob. 5. Sat. 21. 8. Anaxandrides etiam comicus in fabula Ἀγροίκοις etc. — Pertinet Anaxandrides ad scriptores comœdiæ, quam grammatici mediam vocant, ab an. 400. ad 340. scripsitque LXV fabulas plerumque amatorias, decies victor. V. Ribbeck, Ueber De mittlere u. neuere att. Com. Leipz. 1857. et Meineke, fragm. III. 161.

ANAXARCHUS, i, m. 2. (Ἀνάξαρχος, principum princeps seu caput) philosophus Abderita, discipulus Metrodori, regnante Philippo Mac., an. a. Chr. 340., et sectator Democriti; unde Cic. 3. Nat. D. 33. 82. Democriteus dictus comes Alexandri M. in expeditione contra Persas. De eo Val. Max. 3. 3. ext. 4. et 8. 14. ext. 2., coll. Ammian. 15. 1. 4., Justin. 12. 13., Plin. 7. Hist. nat. 23. 23. (87)., Tertull. Apol. 50., Boeth. 2. Cons. Phil. pr. 3. — Mundorum infinitates docuit, quamquam se de omnibus dubitare profitebatur. Val. Max. loc. cit. — A Nicocreonte, Cypriorum rege, ejus inimico excarnificatus conjectusque in pilam saxeam ibique ferreis malleis contusus, traditur adeo toleranter tam asperrimos cruciatus pertulisse, ut verbum illud memorabile conduplicaverit: Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis; et ad ultimum amputationem linguæ comminitante tyranno, propriis dentibus abscissam linguam in os ejus conspuisse. Val. Max. loc. cit., Cic. 3. Nat. D. 33. 82. et 2. Tusc. 22. 52. et Ovid. Ib. 578. — Plura habes apud Laert. 9. 58., coll. Sext. adv. Math. 7. 48., ubi ὁ εὐδαιμονικός vocatur ob animi temperantiam et fortitudinem; et apud Ebert in Diss. Sic. p. 114-117. — De nummo contorniato, qui dicitur, cum ejus effigie, v. Eckhel, 8. p. 291. sq.

ANAXARETE, es, f. 1. (Ἀναξαρέτη, regia v. regia virtus) virgo Cypria Salaminia, regali stirpe et mira pulcritudine, ab Iphi infimæ sortis amata, de qua fabulam narrat Ovid. 14. Met. 699. sqq. V. Roscher, I. 334. sq. et Engel, Cypr. I. 499.

ANAXATINI. V. ANXANTINI.

ANAXENOR, ŏris, m. 3. (Ἀναξήνωρ, ορος, vir princeps) nom. serv. et cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 29469. et 19120.

ANAXIBIA, æ, f. 1. (Ἀναξιβία, regia v. regia vis) Scribitur Anaxibis apud Hygin. loc. cit.

Anaxibia ¶ 1. Fuit filia Biantis, uxor Peliæ, cui peperit Acastum et Alcestin. Hygin. fab. 14. et 51., coll. Apollod. 1. 9. 20. et Tzetz. Chil. 11. 58. ¶ 2. Item soror Menelai, Nestori denupta, cui peperit Antilochum et Thrasymedem. Dict. 41. et 13., coll. Pausan. 2. 29. 4. et Tzetz. Exeg. Il. p. 69. 3.

ANAXIBIE, es, f. 1. V. voc. præc.

ANAXIBIUS, ii, m. 2. (Ἀναξίβιος, regia vita) dux Lacedæmoniorum, ab Iphicrate ad Chersonesum bello profligatus. Frontin. 1. Strateg. 4. 7. et 2. ibid. 5. 42., coll. Xenoph. Anab. 5. 1. et Diod. 14. 30.

ANAXILAUS, i, m. 2. (Ἀναξίλαος; Ion. Ἀναξίλεως; Dor. Ἀναξίλας: rex populus) ¶ 1. Fuit Messenius, conditor Messanæ (olim Zancle) in Sicilia, Rheginorum tyrannus, justitiæ laude clarus (V. MICYTHUS): obiit ann. a. Chr. 476. De eo Justin. 4. 2., coll. Macrob. 1. Sat. 11. 29., Diod. 11. 48., Strab. 6. p. 257. et Thucid. 6. 5. ¶ 2. Item Larissæus, philosophus Pythagoricus, medicus et magus seu ludicrorum mirabilium operator. Hieronym. in Chron. a. Abr. 1989., coll. Epiph. adv. hær. 1. 34. — Scripsit Παίγνια, opus magici argumenti; quare ann. 28. a. Chr. ab Augusto imp. Roma et Italia expulsus fuit. Id. loc. cit. Memoratur etiam Plin. 19. Hist. nat. 1. 4. (20). et alib. sæpe, Isid. 16. Orig. 1. 9., al. Cf. Voss. Orig. Idol. I. 6. p. 45., Le Clerc, Hist. de la Médic. P. 3. l. 1. c. 1. et Wellmann, PW. 1. 2083. sq.

ANAXILIDES, æ, m. 1. (rectius Anaxilaides, si spectetur Gr. Ἀναξιλαΐδης apud Laert. in vit. Plat. 2., nom. ab Anaxilao ductum) philosophus, cujus secundum librum philosophiæ laudat Hieronym. 1. adv. Jovinian. n. 42. Cf. Laert. loc. cit.

ANAXIMANDER, ri, m. 2. (Ἀναξίμανδρος: cf. Anaxander) Scribitur etiam Anaximandrus, apud Senec. 2. Quæst. nat. 18. et 19. — Anaximandros, Græca positione, habet Rufin. 8. Recogn. 15.

Anaximander ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit philosophus physicus, Milesius, n. ann. a. Chr. 611., Thaletis auditor et post hunc Ionicæ scholæ princeps. Cf. *Hieronym.* in *Chron.* — Non ex uno principio, sc. aqua, uti Thales, sed ex materia indeterminata seu chao (ἄπειρον) docuit quasque res per selectionem (ἔκκρισις) factas esse primasque viventium species sponte genitas, ceteras vero per metamorphosin, ipsumque hominem a piscibus efformatum, nihil divinæ menti in hisce rerum operibus tribuens; quin deos nativos esse, longis intervallis orientes occidentesque, pluresque esse mundos; prout vero omnia ex ἄπειρον prodierunt, ita in ipsum reditura omnia, circulo quodam æterno iterum oritura. *Cic.* 1. *Nat. D.* 10. 25., et 2. *Acad.* (*pr.*) 37. 118. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 76. 78. (187)., *Augustin.* 8. *Civ. D.* 2., *Tertull. Pall.* 2. et 1. *adv. Marcion.* 13. et *Censorin. de die nat.* 4. Cf. *Neuhäuser, Anaxim. Miles.* Bonn 1883. et *Lütze, Ueber A.* v. Ἄπειρον, Leipz. 1878. — Primus insuper Signiferi obliquitatem cognovit et sphæram invenit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (31). et 7. *ibid.* 56. 57. (208). — Ejus autem sententiam de tonitru et fulgure refert *Senec.* 2. *Quæst. nat.* 18.; et opinionem de occasu Vergiliarum *Plin.* 18. *Hist. nat.* 25. 57. (214). et *Schol.* ad *Germanic. Progn. post med.* — Eum geographum quoque fuisse, qui orbis situm in tabula primus descripserit, tradit *Strab.* 1. *p.* 7., coll. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (58). et *Solin.* 11. — Liber ejus Περὶ φύσεως jam pridem periit. — De eo V. *Laert.* Περὶ βίων καὶ δογμ. τ. ἐν φιλοσ. εὐδοκ. ed. *Cob.* Paris 1850.; et ex recent., *Zeller, Philos. d. Gr.* etc. 1870. et *Grundr. d. Gesch. d. gr. Philos.* Leipz. 1893.; *Tannery, Pour l'hist. de la scienc. hell.* Paris 1887. et *Windelband, Gesch. d. alt. Philos.*, Nördl. 1888. — 2.°) Item vir Lampsacenus, rerum mythicarum scriptor, de quo *Fulgent.* 1. *Mythol.* 14. — Fortasse idem est qui historicus, memoratus *Laert.* 2. 1.: vel potius *Anaximenes* Lampsacenus. V. *Müller, Script. rer. Alex. M. p.* 33. *not.* ed. *Did.* — Fragmenta historici edidit idem *Müller* inter *Fragm. Hist. Gr. T.* 2. *p.* 67. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Gr. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1871.

ANAXIMĔNA, æ, f. 1. uxor Mygdonis et mater Chorebi, memorata *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 341. Alii leg. *Anaximene.*

ANAXIMĔNĒS, is, m. 3. (Ἀναξιμένης: ab ἄναξ, *rex*, et μένος, *animus*) ¶ 1. Fuit philosophus physicus, Milesius, Anaximandri auditor (*Diels, Rhein. Mus. t. XXXI.* 27) et in schola successor, sæc. VI. a. Chr. c. a. 528 (al. 546), *Augustin.* 8. *Civ. D.* 2. et *Laert.* 2. 2.). Memorant *Cic.* 1. *Nat. D.* 10. 26. et 2. *Acad.* (*pr.*) 37. 118.; *Augustin. ep.* 118. *n.* 23. et 10. *Confess.* 6. *n.* 9., *Tertull. Anim.* 9., *Lactant.* 1. 5. *al.* — Docuit principium rerum esse aerem, infinitum, animatum, unde per condensationem (πύκνωσις) et resolutionem (μάνωσις, *rarefaxione*) oriantur ignis, ventus, aqua et arida. *Augustin. loc. cit.*: « Anaximenes omnes rerum causas infinito aeri dedit; nec deos negavit aut tacuit; non tamen ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit ». Similia habet *Cic. locc. citt.* Cf. *Vulg. Sap.* 13. 2. — Is umbrarum rationem et gnomicen invenit primusque horologium sciothericon Lacedæmone ostendit, teste *Plin.* 2. *Hist. nat.* 76. 78. (187). Adde alia apud *Senec.* 2. *Quæst. nat.* 17. et 18. et 7. *ibid.* 5. — Ex ejus scriptis exstat fragmentum apud *Stobæum* (*Eclog. phys. p.* 296): « οἷον ἡ ψυχή, φησίν, ἡ ἡμετέρα ἀὴρ οὖσα συγκρατεῖ ἡμᾶς καὶ ὅλον τὸν κόσμον πνεῦμα καὶ ἀὴρ περιέχει ». — De eo V. *Zeller* et *Tannery, opp. citt.* ¶ 2. Item historicus et rhetor, Lampsacenus (*V.* ANAXIMANDER 1. 2.°), Diogenis Cynici et Zoili grammatici discipulus et Alexandri M. magister. *Val. Max.* 7. 3. *ext.* 4., coll. *Diod.* 15. 76. et *Euseb.* apud *Hieronym.* in *Chron.*, unde tempus, quo floruit, innotescit. Memorat etiam *Quintil.* 3. 4. 9. — Librum *de Arte rhetorica* scripsisse ad Alexandrum, olim Aristoteli tributum, statuit *P. Victorius* in *præf.* ad *Arist. Rhet.* Cf. etiam *Spengel* in Prolegg. ad librum « Anaximenis Ars rhetorica, quæ vulgo fertur, ad Alexandrum » Lips. 1847. et 1853. inter *Rhet. Gr. v.* 1.; et *Müll.* in *Orat. Attic. v.* 2. *p.* 448. *sq.* — Fragmenta operum hist. collegit et illustravit ediditque *Müller* inter *Scriptores rer. Alex. M. p.* 33-39. — De orationibus cf. *Ruhnk.* in *Hist. Crit. Orat. Gr.* — De hoc Anaximene V. *Brzoska, PW.* 1. 2086-2098. et etiam *Carraroli, I primi storici di Aless. M.*, Modena 1885. ¶ 3. Item scriptor *de Picturis antiquis*, cujus liber secundus laudatur *Fulgent.* 3. *Myth.* 3., coll. *Mythogr. II. fab.* 81. et *III. fab.* 7. *n.* 3. ed. *Mai.*

ANAXĬPŎLIS, idis, m. 3. (Ἀναξίπολις, *urbe princeps* vel *principis*) scriptor de re rustica. Memoratur *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8., *Colum.* 1. 1. 9. et *Plin.* in *Elench.* — Nummus Abderitanus, ubi legitur Anaxipolis, exstat apud *Mionnet, Descr.* etc. v. 1. *p.* 365.

ĀNAXUM, i, n. 2. fluvius Venetiæ in Forojuliensi tractu post Tillaventum in Hadriaticum mare influens, nunc *Stella*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (126)., ubi alii leg. *Anassum.*

ANAZARBĒNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Anazarbi. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93).

ANAZARBUS, i, m. 2. (Ἀνάζαρβος vel Ἀνάζαρβα) oppidum Ciliciæ, ad Pyramum fluv., ita a conditore dictum, nunc *Anavarza*, patria Dioscoridis. *Ammian.* 14. 8. 3. et *Itin. Ant. p.* 212., ubi *Mannert* male leg. *Anaharbus.* — Ab Augusto, qui hoc oppidum beneficiis affecerat, *Cæsarea* appellatum est, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93). V. *Eckhel*, 3. *p.* 41. *sqq.* — Theodosio autem II. imp., qui Ciliciam in duas provincias diviserat, metropolis fuit Ciliciæ secundæ (*Evagr. Hist. Eccl. l.* 4). Cf. *Langlois, Voyag. dans la Cilic.* 484. *sqq.* et *Hirschfeld, PW.* 1. 2101. — De ejus nummis V. *Eckhel*, 3. *p.* 42. et *Head, H. N.* 598.

ANCÆUS, i, m. 2. (Ἀγκαῖος: fortasse ab ἀγκάς (ἀγκή), *intra ulnas*: cf. *Hom. Il.* 23. 685) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit vir, oppido *Parrhasius* et regione Arcadiæ *Arcas* vocatus, filius Actoris et Eurythemistidis, ab apro Calydonio occisus, de quo *Hygin. fab.* 14., coll. *Apoll. Rh. I.* 188., *II.* 865. *sqq.*, *IV.* 210. et 1260. — Hunc alii filium dicunt Neptuni et Astypaleæ, quibus favet *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (138)., coll. 10. 86. (93).; alii tamen filium Astypaleæ ab eo distinguunt, quem tradunt fuisse regem Samiorum, agriculturæ studiosissimum. — Huic porro a servo prædictum est, quum servos nimio labore premeret, nullum illum ejusdem vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Postea coacta ejusdem vineæ vindemia, jussit sibi ex lacu vinum hauriri increpans eum, qui futurum prædixerat ut nunquam illius vineæ vinum biberet. Sed calicem ori admoturo nunciat quidam aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abjecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, dente ab illo ictus periit. Ex quo est Græcum proverbium apud *Fest.* in *Manum* et *Gell.* 13. 17. Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. *h. e.* multa cadunt inter calicem supremaque labra: cui respondet quod *ibid. Gell.* ex *Catone* refert: *Inter os et offam multa intervenire posse*: Itali dicunt: *Fra la spiga e la man quel muro è messo.* Ita *Forcellin.* ad *v.* — 2.°) Item Argonauta, Tegeates, Lycurgi et Antinoes filius, qui ideo Lycurgides dicitur. De eo *Ovid.* 8. *Met.* 314., *Senec. Med.* 643., *Grat. Cyn.* 67., coll. *Homer. Il.* 2. 609. et *Apoll. Rh. I.* 164. *sqq.*, *Val. Flacc.* 1. 376. et *Hygin. fab.* 14. et 173. — 3.°) Item Argonauta, filius Neptuni, cui gubernandæ navis Argus cura data est (*Hygin. fab.* 18). De eo *Val. Flacc.* 1. 413. — 4.°) Alios præterea Ancæos refert *Hygin.* cum aliis; unde aliqua confusio orta est. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2874.

ANCALITES, um, m. plur. 3. gens Britanniæ, fortasse, ab origine, Ambialites, *Cæs.* 5. *B. G.* 21.

ANCARA vel Anchara, æ, f. 1. civitas, cujus episcopum Florentinum memorat *Hilar. fragm. III.* 29. — *Polyb.* apud *Steph. Byz.* Ἄγκαρα πόλις Ἰταλίας etc. et *Strab.* 5. 216. Ἄχαρα, sed fortasse emendandum est. *Meineke, fragm. com. gr.* conjicit Ἀγκαρία.

ANCARĬA et deriv. *V.* ANCHARIA.

ANCASTA, æ, f. 1. nomen deæ Britannicæ. *Corp. Inscr. Lat.* 7. 4.

ANCHARA. *V.* ANCARA.

ANCHARĒNUS et Ancarenus. *V.* ANCUS.

ANCHARĬA et

ANCHARĬĀNUS. *V.* voc. seq.

ANCHARĬUS, ii, m. 2. (Ἀγχάριος) Scribitur etiam *Ancarius* sine aspiratione, ut apud *Furlanett. Lap. Pat. p.* 151. et 348. et *Momms. n.* 6806. (18); rectius tamen cum aspiratione, ut constat ex voc. Gr. apud *Plut. Ant.* 81. et *Corp. Inscr. Lat.* 2. 1690. — In femin. *Anchaeria* pro *Ancharia*, duplici *a*, in urnula Etr.-Rom. apud *Fabretti Gloss. It. p.* 117. *sq.* V. litt. A. — Origo vocis videtur Etrusca, ut admonet *Deecke, etr. Forsch. VI. p.* 144; significatio vera incerta est. Cf. tamen Gr. ἄγχω (*ango*), *stringo, strangulo.*

Ancharius ¶ 1. In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat. cit.* — Etiam agnom. *Ibid.* 14. 178. — *Ancaria* (*Ancharia*) nom. mul. *Furlanett.* et *Momms. locc. citt.* — Etiam agnom. *Ibid.* 6. 24581. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Q. Ancharius, tribunus plebis a. U. C. 695. apud *Cic. Sext.* 53. 113., coll. *Schol. Bob.* ad *h. l. p.* 304. et *in Vatin. p.* 317. *Orell.* — Alii apud *Flor.* 3. 21. 16., *Cic. Cluent.* 59. 161. et *Varan. fragm.* 3. et 5. *p.* 443. *Or.* et *Tac.* 3. *Ann.* 33. et 70. — 2.°) *Ancharia* — *a*) Fuit prior conjux C. Octavii, patris Augusti, teste *Sueton. Aug.* 4., coll. *Plut. loc. cit.* — *b*) Item dea, quæ eadem ac Nemesis putatur, derivato nomine ab ἄγχω (*V. supra*). Memoratur *Tertull.* 2. *Nat.* 8. et *Apol.* 24. ed. *Seml.*, ubi *a(e)sculanorum*, non *faesulanorum* (uti vult *Furlanetto*) *Ancharia* legendum est. Adde *Inscr.* apud *Orelli n.* 1844., quæ tamen suspecta ei videtur. Cf. *Müller, die Etr.* 2. *p.* 61. *sqq.* et *Gehard, üb. d. Gotth. d. Etr. n.* 110. — Hinc

Anchariānus, a, um, adject. ad Ancharium aliquem pertinens. *Cic.* apud *Quintil.* 4. 1. 78. et 7. 2. 10. Ancharianа familia. *h. e.* servi C. Ancharii Rufi Fulginatis.

ANCHĀTĒS, is, m. 3. dux in exercitu Persæ contra Æetem, Colchorum regem, ejusdem Persæ fratrem. *Val. Flacc.* 5. 132.

ANCHĔMŎLUS, i, m. 2. (Ἀγχίμολος) Scribitur etiam *Archemolus, Anchemorus, Archemorus*, sed minus recte. V. *Lindem.* ad *Prob.* 2. *p.* 1449. *P.*

Anchemolus, filius Rhœti, regis Marrubiorum. *Virg.* 10. *Æn.* 388. *R.* Anchemolum thalamos ausum incestare novercæ (*V.* de hac fabula *Serv.* ad *h. l.*). *Juvenal.* 7. 234. dicat Nutricem Anchisæ, nomen patriamque novercæ Anchemoli. *h. e.* « exigat res obscuras et impossibiles » inquit *Schol.* ad *h. l.*

ANCHĬALĒ, es, f. 1. (Ἀγχιάλη) nom. personæ et loci.

I.) Anchiale, nom. personæ ¶ 1. Fuit Nympha, mater Oaxis ex Apolline, qui oppidum Oaxen in Creta condidit, teste *Serv.* ad *Virg.* 1. *Ecl.* 66. et *Vib. Seq. p.* 150. *R.* Cf. tamen *Lyd. mens. IV.* 46. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 380.

II.) Anchiale, nom. loci (Ἀγχιάλη *Strab.* 14. 671., Ἀγχίαλος *Arrian.* 2. 5. 2. — *Anchialia* apud *Avien. loc. cit.* ex *Dionys. Perieg.* 875., ubi Gr. Ἀγχιάλεια), oppidum Ciliciæ propriæ (ita dictum ab ἄγχι τῆς ἁλός, *h. e.* prope mare, maritimum, litorale), ædificatum a Sardanapalo (Cf. *Strab. loc. cit.* et *Hieronym.* in *Chron.*), fortasse ad fluviolum, qui exit inter vicos *Karasin* et *Karadimar* (V. *Leake, Asmin. p.* 214). *Avien. Descr. orb.* 1040. Lyrnessusque dehinc, hic Mallos (*al.* Malus) et Anchialia. *Alii minus recte* Anchiales, *al.* Anchilis. Male vertit *Priscian. Perieg.* 817. « vicina profundo », ut *alib.* (*v.* 875), nomine proprio pro appellativo sumpto.

ANCHĬALĒA. *V.* voc. præc.

ANCHĬALĪ, ōrum, m. plur. 2. *V.* ANCHIALOS.

ANCHĬALĬA, æ, f. 1. *V.* ANCHIALE.

ANCHĬALĪTĀNUS, a, um, adject. ad Anchialum, oppidum Thraciæ, pertinens. *Jornand. Get.* 20. et *Corp. Inscr. Lat.* 3. 405.

ANCHĬĂLOS et

ANCHĬĂLUS, i, m. et f. 2. (Ἀγχίαλος et Ἀγχιάλη) Scribitur etiam sine aspiratione, nisi est mendum, apud *Treb. Claud.* 12., in *Tab. Peuting.* 8. et *Ravenn. p.* 181., coll. *Itin. Ant. p.* 229.; et etiam in *Inscriptt.* Cf. tamen *Liv. Andr. l. c.* — Etymon *V.* in ANCHIALE. — Anchialus est nomen personæ et loci.

I.) Anchialus, m. 2. nom. personæ. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit puer meritorius, quem a Judæo quodam poeta adamatum his verbis docet *Martial.* 11. 94. 8. « Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipsis Pedicas puerum, verpe poeta, meum. Ecce negas jurasque mihi per verba Tonantis: Non credo: jura, verpe, per Anchialum. *h. e.* per nomen pueri tibi dilecti, et credam te illum non pædicare ». Ita locum interpretatur *N. Rigaltius*, cui suffragatur *Furlanetto* et post hunc *Mommsen*; quamquam alii putant *Anchialum* hic esse nomen divinum apud Judæos ex Hebr. *hhay* « vivus » et *'Elôha* « Deus », ut sit *per Deum meum*: vel ex *hahhay* « ὁ vivus » et *'ôlâm* « æternum », ut sit *vivus in æternum.* At quum *Martialis* « imperitissimus fuerit linguæ Hebraicæ » (potuit tamen vocabulum ab ipsis Judæis aliquando addiscere, etsi non recte), ideo *I. Voss.* ad *Mel.* 1. 8. *in fin.* negat hanc vocem esse Hebraicam et pro *Anchialum* leg. *Ancharium*, h. e. *asinum*; male enim audiebant Judæi, *Petronio* teste in *fragm. Tragur. p.* 383. *Burm.* cum *Tertull. Apol.* 16., coll. *Tac.* 5. *Hist.* 3. et 4., quod asinum tamquam numen adorarent (quamquam in loco *Petron.* valde dubia est lectio). In vetustissimo codice legitur *Anchalium*, ex quo parva mutatione *Ancharium*, et tres Vatic. *Anchiarum*. At *Schneid.* habet *Anchialum*, cui etiam favet contextus et certa ipsa secundæ syllabæ quantitas. — 2.°) Item vir Græcus, memoratus in *fragm. Liv. Andron. p.* 3. *Ribb.* (ubi al. leg. *Ancialus*), fortasse persona tragœdiæ, *Hermiones* inscriptæ, unde fragmentum desumptum est. ¶ 2. In titulis aliquando nom. serv., aliquando etiam cogn., ubi et *Ancialus* scribitur. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 2675. et *alia* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 333. — In *Inscr.* apud *Momms. n.* 5542. et *Orelli n.* 1845. « RECEPTVS DIVI ANCHIALI SER. VIXIT AN. XII » *Anchialum* inter cognomina refert *Momms.*, contra *Orelli* inter nomina Italica, sed tamen Lapidis lectionem admodum incertam dicit atque huc trahit locum *Martial.* supra *cit.* Ad hanc vero *Marini* (*Frat. Arv. p.* 246) adnotat: fortasse legend. *Divii* pro *Divi* (vel *Divi* est pro *Divii*), ita ut *Receptus* fuerit servus illius, qui *Divius Anchialus* nominaretur. *V.* DIVIUS.

II.) Anchialus vel Anchialos, i, m. 2. (etiam Anchiali, orum, plur. *Jorn. Get.* 108.; et Anchialum, i, n. *Plin. loc. cit.*) nomen oppidi in Thracia ad pontum Euxinum, nunc *Akiali* v. *Anchiallo*, idem fortasse quod *Anchilus* dicitur *Hilar. fragm.* 3. *Hist. n.* 29. *fin.* De eo plura apud *Jornand.* in *Get.*, nisi scriptor hoc cum Anchiale, oppido Ciliciæ, confuderit. Memorat etiam *Ammian.* 27. 4. 12., ubi *civitas magna* vocatur. Item *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (45)., *Mela* 2. 2. 5. et *Itin. Ant. p.* 229. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 36. Arta sub Anchiali mœnia tendat iter. — De nummis et tributis V. *Eckhel*, 2. *p.* 24. et *Head, H. N.* 236., ubi etiam Οὐλπιανῶν Ἀγχιαλέων. Cf. *Them. Paraskeuopulos*, Ἱστοριογεωγρ. περιγρ. τ. Ἀγχιάλου, Athen. 1888. — Hinc

Anchialitanus, a, um, adject. ad Anchialum, opp. Thraciæ, pertinens. *Jorn. Get.* 109. et *Corp. Inscr. Lat.* 3. 405., ubi *Ancialitanus.*

ANCHILUS. *V.* voc. præc.

ANCHĪNOS, i, m. 2. (Ἀγχίνοος) filius Jovis ex Cassiopea. *Clem. Rom.* 10. *Recogn.* 22., coll. *Apollod. III.* 1. 2. 3. V. *Wernicke, PW.* 1. 2106.

ANCHĪRA. *V.* ANCYRA.

ANCHIRRHŎĒ, es, f. 1. (Ἀγχιρρόη: ab ἀγχίρροος, *prope fluens*) nomen Nymphæ, quæ fuit filia Nili, uxor Beli et mater Ægypti ac Danai, cujus signum cum nomine in basi apud *Visconti Mus. Pio-Clem. T.* 3. *p.* 189., coll. 231. *sq.* Cf. *Apollod.* 2. 1. 4., ubi minus recte Ἀγχινόη.

ANCHĪSA, æ, m. 1. *V.* ANCHISES.

ANCHĪSÆUS et rectius Anchiseus, a, um, adject. (Ἀγχίσειος), ad Anchisem pertinens. *Virg.* 5. *Æn.* 760. tumuloque sacerdos Et lucus late sacer additur Anchiseo (*Ribb.* Anchiseo).

ANCHĪSĒS, is, m. 3. (Ἀγχίσης v. Ἀγχείσης) — *a*) Orthogr.: veteres Latini, Græcam scripturam imitati, habent *Agchises*, teste *Varr.* apud *Priscian. gramm. II.* 30. 14. *K.*, ut *agceps, agcora, agna* etc. — *b*) Declinat.: olim usurpatum est etiam *Anchisā* in recto casu, ut *Næv. Pun.* 3. *M.* apud *Prob. Virg.* 6. *Ecl.* 31. *p.* 14. *K.* Cf. *Charis. gramm. I.* 20. 11. et 67. 12. et *Diom. gr. I.* 304. 3 (V. *Fleckeis. Krit. Miscell.* 20). Cf. quoque *Quintil.* 1. 5. 61. — Gen. *Anchisæ* apud *Priscian. gramm. II. p.* 284.; et arch. *Anchisai* apud *eund. ibid.* — Acc. *Anchisam* et sæpe *Anchisēn*, Græco more, *Enn. Ann.* 32 (18)., *Virg.* 2. *Æn.* 598. et 3. *ibid.* 82. etc., *Horat.* 4. *Od.* 15. 31., *Hygin. fab.* 254. etc.; et *Ancisen* apud *Acc. trag.* 653. — Etiam *Anchisam* apud *Hygin. fab.* 94. — Voc. *Anchisē* est *Virg.* 3. *Æn.* 475.; *Anchisē* apud *Charis. gr. I.* 20. et *Anchises* apud *An. Bern. gr. suppl.* 97. — Abl. *Anchisē* apud *Augustin.* 3. *Civ. D.* 3. et *Anchisa* apud *Enn. Ann.* 18. (19). et *Virg.* 6. *Æn.* 322. et 331. — *c*) Etymon ignotum est; potest tamen nomen conjungi cum ἄγχι, cui notio inest propinquitatis vel affinitatis. *Et. M.* παρὰ τὸ ἄγχι, τὸ ἐγγὺς γενέσθαι τῆς Ἀφροδίτης. V. *Müllenhoff, Deutsch. Alt. I.* 21. et *Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 369. *sqq.*

Anchises ¶ 1. Apud scriptores filius vel potius nepos Assaraci et filius Capyos et Themidis, Priami consanguineus, rex Dardani oppidi, pater Æneæ ex Aphrodite. *Hygin. fab.* 94., *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 272. et 284., *Dict.* 4. 22., *al.* — Nutricem habuit Tisiphonem, teste *Schol.* ad *Juvenal.* 7. 234. — Ante bellum Trojanum nemorum latebras et solitudines coluisse fertur, gregibus et armentis intentus, quibus quum vacaret, ab Aphrodite adamari cœpit et cum ea concubuit, unde natus est Æneas apud Simoenta Trojæ fluvium, ut scribit *Serv. loc. cit.* et ipse *Virg. ibid.* Porro quum se Aphroditæ seu Veneris concubitu usum esse jactasset, ab eadem oculis est orbatus; quin alii eum ob id a Jove fulmine ictum periisse tradunt. — Aliter apud *Virg.*; nempe, ardente Troja, quum nulla salutis spes appareret, senio confectum Æneas sum humeris imposuit secumque Drepanum usque, Siciliæ oppidum, vexit, ubi ille fatis concessit, 3. *Æn. in fin.*; dein divino parenti mœstas sacravit aras (5. *ibid.* 47); iterum vero in Siciliam appulsus et divinis rursus eum prosecutus honoribus (*ibid.* 55. *sqq.*), Alcesti « Anchisæ longævi munus - cratera impressum signis » donavit (*ibid.* 535. *sq.*). Alii tamen volunt eum in Italiam pervenisse, ut *Cato* apud *Serv.* ad *eund.* 1. *ibid.* 271. — Porro divinandi peritum laudat Anchisem *Virg.* 2. *Æn.* 687. et 3. *ibid.* 102. *sqq.*, coll. *Serv.* ad *eund.* Hinc *Enn.* 1. *Ann. fragm.* ed. *Vahl.* « doctusque Anchisa, Venus quem pulcherrima dium Fata docet fari, divinum ut pectus haberet. — Alia fabulosa de Anchise apud *Virg.* 5. *Æn.* 722. *sqq.* et 6. *ibid.* 687. *sqq.*, coll. *Mythogr. III. fab.* 60. *n.* 19. ed. *Mai* et *Aur. Vict. orig. G. R.* 11. V. *Roscher, Lex. I.* 327. et *Rossbach, PW.* 1. 2106-2109. — Effigies ejus in nummo apud *Eckhel*, 2. *p.* 486. Alia monum. *V.* apud *Schliemann, Ilios Fig.* 1493., *Mon. d. Inst. VI.* 11., coll. *Matz-Duhn, Ant. Bildw. n.* 3511., *G. Wissowa, De Veneris simulacr. Rom.* 36. et *Baumeister, Denkmäler I. Fig.* 84. ¶ 2. In titulis cogn. sive absolute nom. vir. christian. *Inscr.* apud *Marini, Lett. sopra un' Iscr.* Modena 1790. *p.* 32. et *De Rossi, Inscr. Chr. I.* 598.

ANCHĪSĒUS. *V.* ANCHISÆUS.

ANCHĪSĬĀDĒS, æ, m. 1. patronym., filius Anchisæ, *i. e.* Æneas. *Virg.* 5. *Æn.* 407. et *alib.*

ANCHĪSĪTĒS, ventus ab Anchisa, Epiri portu, spirans. *Cic.* 7. *Att.* 2. Flavit ab Epiro lenissimus Anchisites. Ita leg. *Turneb. l.* 20. *c.* 16. Alii reponunt *Auster mitis*: alii *Onchesmites* ab *Onchesmo*, ejusdem Epiri portu, quod est rectius, ut *Orell.* putat.

ANCHO. *V.* ANCONA.

ANCHŎA, æ, f. 1. (Ἀγχόη) locus palustris Bœotiæ juxta Cephissum amnem. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26). Cf. *Leake, Northern Greece* 2. *p.* 289.

ANCHŌNA. *V.* ANCON.

ANCĬALUS. *V.* ANCHIALUS.

ANCĪLIUS, ii, m. 2. *V.* ANCUS.

ANCĪTĒS. *V.* ANGITIA.

ANCĪTĬALIS et

ANCĪTIUS. *V.* ANGITIUS.

ANCLACÆ, ārum, m. plur. 1. (*Var.* Andacæ) gens circa Mæotim, *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (21). « Vielleicht die lesgischen Andalal in Andi ». Ita *Tomaschek.*

ANCON, ōnis, f. 3. (Ἀγκών) et Ancona, æ, 1. — *a*) Legitur *Ancho* cum aspiratione in *Not. Tir.* 85. 40. itemque *Anchona* apud *Anon. gramm. suppl.* 187., 6. — Declinatur *Ancon* (*onis*) fere apud poetas. — Acc. *Anconam* et *Anconem* apud *Cic. locc. citt.* et *Ancona*, Græco more, apud *Catull.* 36. 13. *M.* — *b*) Etymon ab ἀγκών, *cubitus*, petit *Mela* 2. 4. 6. « Enim illa (*urbs*) in angusto duorum promontoriorum ex diverso coeuntium in flexi cubiti imagine sedens et ideo a Grajis dicta Ancon ». Alii tamen a Chald. vel Syr. derivant. V. *Hamack, Miscell. Phœn. p.* 302., coll. *Sch.* ad *Isaum p.* 404.

Ancon ¶ 1. Est portus et oppidum ad ostium Iris fluvii, in regione Pontica, ubi litus exiguo terræ tractu in mare procurrens cubiti instar, unde ei nomen factum, incurvatur, nunc *Ieschil-Irmak*. *Val. Flacc.* 4. 600. Quid memorem, quas Iris aquas, quas torqueat Ancon. Adde *Tab. Peuting.* 10. Cf. *Ammian.* 28. 8. 17. ¶ 2. Est etiam *Ancon* vel *Ancona* oppidum Piceni ad mare Hadriaticum cum insigni portu, hodie quoque *Ancona*. Memoratur *Cic.* 7. *Att.* 11. et 16. *Fam.* 12., *Cæs.* 1. *B. C.* 11., *Tac.* 3. *Ann.* 9., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (112). et alib., *Aur. Vict. vir. ill.* 69. et *Itin. Ant. p.* 312. — Condita dicitur a Siculis, *Solin.* 2., coll. *Strab.* 5. 166., speciatim Syracusanis, Doricæ originis, unde *Dorica* Ancon appellatur *Juvenal.* 4. 14. Cf. *Strab.* 5. 241. — Municipium dicitur *Vitruv.* 2. 9. 16. — Ejus situm describit *Mela* 2. 4. 5. Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (115). et *ibid.* 19. *ibid.* 23. (129). — Ferax fuit vino et tritico, teste *eod.* 14. *ibid.* 8. 6. (67)., coll. *Strab. loc. cit.*, et a lanæ infectura nobilis, apud *Sil. It.* 8. 436., nisi *Ancon* sit ibi pro *Aulon.* — Ejus portum Trajanus imp. exstruxit, in cujus honorem arcus triumphalis, ibi erectus e marmore, prope integer perdurat. V. *Rossini, Archi trionf. tav.* 44-46. et *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5894. — De nummis Anconæ V. *Eckhel*, 1. *p.* 98., *Mionnet, I.* 105. *Suppl. I.* 25. et *Momms., Röm. Münzwesen* 209. 11. ¶ 3. Item *Ancona*, locus quidam in monte Oliveti. *Itin. Theod. p.* 146. 14.

ANCŌNA, æ, f. 1. *V.* voc. præc. sub 2.

ANCONĒRIUS. *V.* ANCORARIUS.

ANCŌNĪTĀNI, ōrum. *V.* voc. seq.

ANCŌNĪTĀNUS, a, um, adject. ad Anconam, Piceni oppidum, pertinens. *Cic. Cluent.* 14. 40., *Gromat. p.* 227. et 253. *Lachm.* et *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5910. — Hinc absolute

Anconitani, ōrum, m. plur. 2. Anconæ incolæ. *Inscr.* apud *Orell. n.* 3969. et *alia* apud *Momms. n.* 4060.

ANCORĀRĬUS, ii, m. 2. mons Mauretaniæ Cæsariensis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 15. 29. (95)., ubi alii leg. *Anconerius*; et *Ammian.* 29. 5. 29. Cf. *Schmidt, PW.* 1. 2115.

ANCŪLÆ et Anculi, deæ vel dii apud *Paul. Diac. p.* 20. 2. *Müll.*, ab *ancus, anculus*, minister, quod diis majoribus ministrarent, non quod a servis et ancillis colerentur, quales fuerunt Ganymedes Jovis pocillator, Iris Junonis ministra. Cf. *Inscr.* apud *Marini, Fr. Arv. n.* 32. et 43., ubi *famuli Divi* dicuntur. *V.* etiam ANCULUS in *Lexico.*

ANCŪLI. *V.* voc. præc.

ANCUS, i, m. 2. Cf. ἀγκών (ἄγκος, *curvatura*) *i. e. cubitus*, unde *anculus*, minister v. proprie qui diis administrat; ita ut *Ancus Martius* seu *Martis* idem sit, quod Græci dicunt θεράπων Ἄρεος, *famulus Martis*. Alii tamen volunt *Ancum* de eo dici, qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit. *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 19. 15. *M.* Sic *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 816. et *Val. Antias* apud *Auct. de præn.* 4. Cf. *Gloss. Labb.* Ancus, mancus, κυλλός, λορδός; quamquam hæc ad omnem staturam hominis spectare indidem colligitur. — Ancus, nomen personæ et geographicum.

I.) Ancus, nom. personæ ¶ 1. Apud scriptores, plenius *Ancus Marcius* vel *Marcius Ancus* (Ἄγκος Μάρκιος), quartus rex Romanorum, qui dicitur Numæ Pompilii nepos, de quo *V.* MARCIUS ANCUS. — *a*) In sing. num. *Enn. ann.* 3. 2. Ancus bonus. *Virg.* 6. *Æn.* 816. Quem juxta sequitur jactantior Ancus. *Horat.* 4. *Od.* 7. 15. Quo

plus Æneas, quo dives Tullus et Ancus. Adde eund. 1. ep. 6. 27. — b) In plur. num. Martial. 9. 27. Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos Et quidquid unquam legimus pilosorum Loqueris etc. ¶ 2. In titulis prænomen Rom., quod a Sabinis translatum putat Varro apud Auct. de præn. Hinc Orell. in Onom. Tull. p. 254. pro Cn. Flavius Annii filius ponit Anci filius, cui suffragatur Sillig. ad illud Plin. 33. Hist. nat. 1. 6. (17). Usus anulorum non ante Cn. Flavium Anni (leg. Anci) filium deprehenditur. V. quæ ibi adnotat Sillig., coll. Liv. 9. 46., sed, ut videtur, minus recte. — Hinc nom. gent. Ancilius in Corp. I. L. 14. 3050.; Ancarius v. Ancharius (a), ut suo loc.; et Ancarenus v. Ancharenus (a), ibid. 6. 7193. et 11612.

II.) Ancus, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Liburniæ, in Tab. Peuting. 5. et apud Ravenn. p. 225. ¶ 2. Item fluvius apud Vib. Seq.; ubi tamen corrupte legitur. V. Oberl. p. 60. sqq. Cf. Riese p. 146. 11.

ANCŪSENSIS, e, adject. ad Ancusam, oppidum Africæ Byzacenæ, pertinens. Not. Byzac. p. 124 (a. 482). Victorinus episcopus Ancusensis. Cf. Morcelli, Afr. Chr. I. p. 76.

ANCȲRA, æ, f. 1. (Ἄγκυρα) Scribitur Anchira in Itin. Burdig. p. 575. et 579.; Ancara apud Trog. Pomp. prol. 27. et Anquira, unde Anquiritanus legitur apud Hilar. fragm. 3. Hist. n. 29. et 15. ibid. n. 3. — Etymon ducitur a Gr. ἄγκυρα, ancora, quæ inventa fertur a Mida, Gordii filio, teste Pausan. 1. 4. 5., quæ visitur sculpta in ejus nummis apud Eckhel, 3. p. 177. sqq. et Head, H. N. 629.: vel ab ancoris navium, quas cepit Mithridates quasque Ptolemæus, rex Ægypti, Gallogræcis miserat.

Ancyra ¶ 1. Est oppidum Galatiæ primarium seu metropolis, hodie Angora vel Anguri, sita in ea parte, quam Tectosagi Galatæ occuparunt (Strab. 12. 567), quos Marius a. 189. a. Chr. bello profligavit. Hinc oppidum Tectosagum Ancyra dicitur. Ita Plin. 5. Hist. nat. 32. 42. (146). Memorant et Liv. 38. 24. sq., Claudian. 2. Eutrop. 88., Curt. 3. 1. 22. et Ammian. 22. 9. 8. et 25. 10. 11. Hieronym. in ep. ad Gal. l. 2. præf. Scit mecum, qui vidit Ancyram, metropolim Galatiæ civitatem, quot nunc schismatibus dilacerata sit etc. — Augusto dicatum fuit ibi templum insigne a. U. C. 763., qui eam ita restauraverat, ut conditor videretur, ibique inscriptio reperta est, de qua in voc. seq. — De ejus nummis Eckhel et Head locc. citt. ¶ 2. Item oppidum Phrygiæ magnæ, in Abaitide regione (Phrygia Pacatiana), quod celeberrimum dicunt Plin. 5. Hist. nat. 32. 41. (145). et Varro apud Lact. 1. Inst. 6. 12. — De ejus nummis V. Eckhel, p. 130. sq. et Head, H. N. 557. ¶ 3. Item oppidum in Illyrico, memoratum Liv. 43. 20., coll. Polyb. 28. 5., de quo eruditi disputarunt. Cf. Schweigh. ad Polyb. et Drakenb. ad Liv. l.

ANCȲRĀNUS, a, um, adject. ad Ancyram Galatiæ pertinens. Claudian. 2. Eutrop. 416. Fregit luxuries Ancyranique triumphi. — Ancyranum monumentum, quod dicitur, tabulæ inventæ ibi in templo Augusti (V. voc. præc.), partim repertæ ab Augier de Busbecq a. 1554 (V. Re, Arch. etc. p. 585), partim vero a G. Perrot a. 1861 (V. Teuffel, Stor. d. Lett. R. n. 207. 4. tr.), quæ indicem rerum continent ab Augusto gestarum, fortasse paulo post ejus mortem exaratæ, ex Græco in Latinum versæ ab homine Græco, Latinæ linguæ, ut ait Forcellin. imperito. Exstant apud Grut. p. 230. V. etiam Corp. Inscr. Gr. 3. 4039). At recentiores critici putant Latinum exemplar ab ipso Augusto conscriptum (Cf. Sueton. Aug. 101. et Tac. Agr. 11) et Græcum esse Latini interpretationem. Editum fuit a Joh. Franz. cum comment. A. W. Zumpt. Berol. 1845. et a Momms. in Res gest. divi Aug. ex Mon. Ancyr., Berol. 1865. et 1883. — De eo V. etiam Bergk, Aug. rer. Gött. 1873.; Perrot, Expl. de la Galat. Paris 1862.; Le Quien, Or. Chr. 1. p. 456.

ANCȲRENSIS, e, adject. ad Ancyram pertinens. Can. 56. 749. M. Explicit capitula canonum Ancyrensium.

ANCȲRĪTĀNUS et Anquiritanus, a, um, adject. idem atque Ancyranus, apud Hilar. fragm. 15. Hist. n. 3. Basilius episcopus Anquiritanus. Adde Canon. Epaon. 30. (VI 2. p. 172. Mon. Germ.).

ANDĀNĬA, æ, f. 1. (Ἀνδανία: a μὴ ἀνδάνειν, non placere: ita Steph. Byz.; rectius, contra, quasi placens: cf. Pape-Benseł.) oppidum Messeniæ in finibus Arcadiæ, fortasse hodie Sandani (V. Gell, Itin. of the Morea 69). Liv. 36. 31., coll. Pausan. 4. 1. et Strab. 8. 339. et alib. — De cultu divino deque mysteriis Andaniæ comparatis cum Eleusinis V. Niese, Herm. XXVI. 13., Toepffer, Att. Geneal. 220. et Kern, PW. 1. 2118. sq. — Ejus ruinas detexit a. 1840. E. Curtius (Der Peloponnesos T. 2. p. 132).

ANDĂRADUS. V. ANTARADUS.

ANDARTA, æ, f. 1. dea quædam Gallorum. Corp. Inscr. Lat. 12. 1554-60. — Hanc Dio Ἀνδράστην vocat (V. Marquardt, Gad. in not. ad Phædr. l. 1. fab. 25). — Hoc nomine ab iis Victoriam cultam putant eruditi. V. Millin, Ann. Encycl. 1. p. 180. apud Orell. Inscr. n. 1958.

ANDAUTŌNĬA, æ, f. 1. Dautonia legitur in Itin. Anton. p. 266. et in codd. quibusd. Dautona, sed perperam; Ptolem. enim 2. 14. 4. Ἀνδαυτόνιον habet; unde etiam Andautoniam scribendum esse videtur. Cf. Tomaschek, PW. 1. 2120.

Andautonia, oppidum Pannoniæ superioris, tribu Quirina. Corp. Inscr. Lat. 3. 3679. — Municipium dicitur ibid. 4008. — De eo plura V. apud Blaschovich in Diss. Zagabr. ed. 1781.

ANDAUTŌNĬENSIS, e, adject. ad Andautoniam pertinens, in Inscr. apud Amaduz. Anecd. Litt. T. 2. p. 462 (?).

ANDAUTŌNĬUM. V. ANDAUTONIA.

ANDECA, anis, m. 3. Suevorum tyrannus, qui Heborium regno privavit, sed a Leovigildo, rege Gothorum, dejectus est. Isid. reg. Goth. 92.

ANDĔCĀVENSIS, v. Andegavensis, e, adject. ad Andegavum pertinens. Greg. Tur. 6. H. Fr. 6. et 4. ibid. 7.

ANDĔCĀVI et Andicavi, ōrum, m. plur. 2. (Ἀνδικαῦοι) Posteriore ætate Andegavi vel Andigavi, sed prior lectio probatur nummis apud Eckhel, 1. p. 72.

Andecavi, gens Galliæ Celticæ seu Lugdunensis, cujus regio Andegavia dicta, nunc Anjou, et oppidum caput Andegava, nunc Angers. Memorant Plin. 4. Hist. nat. 18. 32. (107). et Tac. 3. Ann. 41., coll. Ptolem. 2. 8. 8. Venant. vit. s. Albin. 11. (31). Andecavis (locativ.). — Cæs. 2. B. C. 35., 3. ibid. 7. et 7. ibid. 4. hos populos vocat Andes et fortasse Lucan. 1. 439. Andos. Cf. Inscr. apud Grut. 873. 12 (V. Desjardins, Géogr. de la Gaule II. 488.). — Adject. Andecavus, a, um, ad Andecavos pertinens. Venant. vit. s. Albin. 9. (24). Andecava civitas. Greg. Tur. 2. Hist. Fr. 13. urbs.

ANDĔCĀVĪNUS v. Andegavinus, a, um, adject. idem qui Andecavensis. Greg. Tur. virt. Mart. 1. 22.

ANDĔCĀVUM v. Andegavum, i, n. 2. oppidum, Andegavorum metropolis. Greg. Tur. 2. H. Fr. 18.

ANDECUMBORĬUS, ii, m. 2. nomen vir. Celticum, apud Cæs. 2. B. G. 3.; sed plures codd. Andocumborius v. Andecomboglus. V. Holder, Altcelt. Sprachsch. h. v.

ANDĔGĀVI. V. ANDECAVI.

ANDĔLŌNENSIS, e, adject. ad oppidum Vasconum in Hispania citeriore pertinens (Ἄνδαλος Ptol. 2. 6. 66). Corp. Inscr. Lat. 2. 2963. — Hinc absolute

Andelonenses, ium, m. plur. 3. populus Hispanus conventus Cæsaraugustani. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (24).

ANDĔMĀTUNNUM, i, n. 2. Scribitur etiam Andematunum et Andomatunum (Ἀνδομάτουνον Ptol. 2. 9. 9), oppidum princeps Lingonum in Gallia Belgica, hodie Langres. Itin. Anton. p. 385. et 386. et Tab. Peuting. 2. V. etiam Grut. Inscr. 153. 5. et Murat. 444. 6. Cf. Holder, Altcelt. Spr. h. v.

ANDĔNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 5. 2114. V. tamen Schulze, Eigenn. p. 123. not. 4. Cf. voc. seq.

ANDENUS, i, m. 2. nomen dei cujusd., in Inscr. arch. epigr. Mitt. 7. 145. reperta in Kacamik Albaniæ.

ANDĔRA, ōrum, n. plur. 2. (τὰ Ἄνδειρα) oppidum Theuthraniæ in Mysia. Plin. 5. Hist. nat. 33. (126).

ANDERÆ. V. ANDETÆ.

ANDĔRĔTIĀNI vel Anderesiani, ōrum, m. plur. 2. gens Gallica. Hinc Anderetiani milites in Not. Dign. occ. c. 39., distinguendi, ut videtur, ab iis, qui memorantur ibid. c. 40. V. voc. seq.

ANDĔRĬTUM, i, n. 2. (Ἀνδέρηδον vel Ἀνδέριδον Ptol. 2. 7. 11) oppidum Aquitaniæ, hodie Javouls (Ita Walckenaer, Mém. de l'Acad. des Inscr. V. 386). Tab. Peuting. 2., Ravenn. p. 238. et Not. Tir. 87. — Hinc Anderetiani, de quibus in voc. præc. Cf. C. Müller, Augg. d. Ptol. I. 1. p. 206. et Desjardins, Tabl. de Peuting. p. 44.

ANDERO vel

ANDERŌNUS, i, m. 2. cognomen Jovis O. M. Corp. Inscr. Lat. 2. 2598. Cf. Hübner in eod. Corp. 2. 880.

ANDES, ium, plur. 3. ¶ 1. Andes, m. gens Galliæ Celticæ, iidem qui Andecavi. Cæs. 7. B. G. 4., ubi rectius Andi leg. Nipperd. — Andium insulæ in mari Oceano, quod Gallias et Britannias interluit. Itin. Ant. p. 509. ¶ 2. Andes, f., vicus in agro Mantuano, patria Virgilii. Meminit Donat. vit. Virg. 1. Natus est (Virgilius) in pago, qui Andes dicitur, et abest a Mantua non procul (V. Scip. Maff. Ver. ill. P. 2. l. 1. p. 6). — Forcellinus vult esse Andes, is, m. num. sing.; sed plur. firmatur Val. Prob. vit. Virg. p. 52. 7. R., ubi vico Andibus legitur; Keil tamen leg. vico Andico (a Mantua m. p. XXX): hinc dictus Andes, dein Pistola minus recte, nunc Virgilio vocatur.

ANDETÆ, ārum, m. plur. 1. gens Æthiopum, apud Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (190). Ita leg. Sillig.; sed rectius, fortasse, Anderæ.

ANDETĀNA, æ, f. 1. vicus in via a Durocortoro Treveros (Cf. Veith, Rhein. Jahrb. LXXVI. 7). Sulp. Sev. Dial. 2 (3). 13. et Venant. vit. s. Martin. 4. 586., ubi alii rectius leg. Andethanna. — Hinc Andethannale vicus dicitur in Itin. Ant. p. 366.

ANDĔTRĬUM, ii, n. 2. (Ἀνδήτριον) castellum conventus Salonitani, quod nunc Clissa appellari ait cl. Furlanetto; at recentiores volunt situm esse, ubi hodie Muc. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 22. 26. (142). Tab. Peuting. 6. Andretium (Andartium) et Ravenn. p. 210. Andretium. Adde Inscr. apud Spon. Miscell. antiq. p. 179. et Corp. I. L. 3. 3200.

ANDI, ōrum, et

ANDICUS, a, um. V. ANDES.

ANDĪNUS, a, um, adject. ad Andes pertinens. Hinc Andinus dictus Virgilius, utpote eo loco natus. Sil. It. 8. 595. Mantua Musarum domus atque ad sidera cantu Evecta Andino. Plerique tamen leg. Aonio; quidam Ascræo.

ANDĬUS, ii, m. 2. (Andes) ¶ 1. Est nom. gent. in Inscr. ex Bimard apud Murat. T. 1. Diss. 2. p. 108.; et Andia, nom. mul. in alia apud Grut. 754. 10. — Est etiam cogn. vir. Inscr. apud Labus, Marm. Bresc. p. 88. et libertinum in alia apud Momms. n. 7080.

ANDŌCĬDĒS, is, m. 3. (Ἀνδοκίδης) Gen. Andocidi apud Nepot. Alcib. 3. Halm. — Acc. Andocidem apud Quintil. loc. cit.

Andocides, orator Atticus, Leogoræ filius, Atheniensis, natus a. ant. Chr. circ. 440. Memorant Quintil. 12. 10. 21. et Ammian. 30. 4. 5. — Impietatis accusatus, quum Hermæ Athenis dejectæ fuissent, aufugit, dein rediit iterumque exsulavit. V. Pseud. Plut. Hist. X. Orat.; Suid. in v. et Nepot. loc. cit. — Ejus orationes, si non elegantia, at grata elucent simplicitate ac facilitate (V. Crolset et Linder); non omnes tamen, quæ exstant, genuinæ habentur: orationem de Mysteriis allegat Priscian., gramm. XVIII. 211. p. 311., quam spuriam putat Naber (De fid. etc. Lugd. 1850); duas de pace cum Lacæd. et contra Alcib., quarum tamen prior dubia, posterior supposititia nunc habetur; orat. de suo reditu aliarumque fragmenta collegit Müller, Oratt. Att. v. 1. p. 48. sqq. et v. 2. p. 347. sqq. Cf. Linder, De rerum etc. comm. Upsal. 1859.; Vater, Rer. Andoc. opp. IV. 1840.; Kirchhoff, Andocid. in Hermes 1840-45.; Crosara Le oraz. di And. etc. Torino 1879. — De ejus vita V. Ruhnken. in Hist. crit. Or. Gr. p. 64. sqq.

ANDOSSUS, i, m. 2. numen Pyrenæum (Cf. Ἀνδοσίγους Hispaniæ Tarrac. Corp. Inscr. Lat. 13. 26. DEO BASCEI ANDOSSO ANDOXVS V. S. L. M.

ANDOXUS. V. voc. præc.

ANDRÆMON et Andrēmon, ŏnis, m. 3. (Ἀνδραίμων) nomen vir. myth. ¶ 1. Fuit pater Amphissi ex Dryope, ab Apolline ante adamata. Ovid. 9. Met. 333. et 365. ¶ 2. Item Ætolorum princeps, pater Thoantis. Hygin. fab. 97. et Ovid. 13. Met. 357. ¶ 3. Item fortasse etiam pater Oxyli, qui equo unoculo utebatur famoso, ad quem, ut videtur, alludit Martial. 10. 9., ubi alii Andræmone caballo ita exponunt, ut sit scurra sic nuncupatus, coll. eod. 1. 42., vel probabilius nobilis quidam equus circensis. V. Corp. Inscr. Lat. 6. 10052. et 10053., ubi Adræmo equus legitur.

ANDRÆUS. V. ANDREAS.

ANDRĂGĂTHĬUS, ii, m. 2. (Ἀνδραγάθιος, fortis) magister equitum Gratiani imp., qui a. 383. eum interfecit, teste Cassiod. 9. Hist. trip. 21., seque mox in undis suffocavit, ut refert Marcellin. in Chron. Adde Oros. 7. Hist. 35. 5.

ANDRĂGŎRĀS, æ, m. 1. (Ἀνδραγόρας, vir consilii, consiliarius) ¶ 1. Fuit Persa, ab Alexandro M. et Seleuco præfectus Parthis. Justin. 12. 4. 12. ¶ 2. Item alter Parthorum præfectus. Id. 41. 4. 7., ab Arrian. dictus Φεραχλῆς, a Syncello Ἀγαθοκλῆς. V. Wilcken, PW. 1. 2133. ¶ 3. Item vir, de quo epigramma Martial. 6. 58. 1.

ANDRĒA. V. voc. seq.

ANDRĒĀS, æ, m. 1. (Ἀνδρέας) nom. pers. — a) Scribitur Andrias in Inscr. apud Momms. n. 4507. et 4671. — Et etiam Andrea (Andria) in Corp. Inscr. Lat. 9. 569. et 10. 466. — b) Gen. Andreæ (Andreas habet De Rossi cum synix.) in Carm. epigr. 1399. 2. — Acc. Andrean (medic.) apud Tertull. anim. 15. et Andream apud Jos. c. Ap. (Cassiod.) 2. 46. — Voc. Andrea apud Ps. Damas. carm. 70. 5 (Andreas var. l.). — c) Secunda syllaba, natura brevis, producitur sæpe metri causa, vel fortasse a forma seriore Ἀνδρείας, Juvenc. 1. 423. Andreamque simul sinuosa volumina lini. Adde Paulin. Nolan. carm. 19. 78. et 27. 405. et Venant. 5. carm. 2. 14. et 8. ibid. 6. — d) Etymon non ab Hebraico, ut nonnulli falso putant, desumitur, sed a Gr. ἀνήρ, vir, unde ἀνδρεῖος, virilis, animosus. Sane frequens est hoc nomen apud Græcos (Cf. Pausan. 9. 34. et 10. 18., Diod. 5. 79., Athen. 7. p. 312., 15. p. 675. et alib.), a quibus Hebræi et alia mutuati sunt.

Andreas ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit medicus illustris ex Eubœa, Herophili sectator, sub Ptolemæo Philopatore. Cels. 5. 18. n. 7. et 13. et alib.; Cæl. Aur. 3. Acut. 9. et 12., Plin. 20. Hist. nat. 18. 76. (200). et alib. et Tertull. loc. cit. De ejus scriptis V. Wellmann, PW. 1. 2136. 11. — Hujus effigiem in antiquo artis monumento illustravit Visconti in Iconogr. Gr. T. 1. p. 398. sq. — 2.°) Item apostolus, Simonis Petri frater, ab oppidulo Bethsaida oriundus (Joh. 1. 44), antea discipulus Johannis bapt. (Id. ibid. 35) et piscator (Matth. 4. 18), dein primus ad sequelam Christi vocatus (Joh. 1. 37., coll. 39); mox electus in ejus apostolum, una cum fratre (Matth. 4. 19., coll. 10. 2., Marc. 1. 16. et Luc. 6. 14.), fortasse eo senior (Cf. Joh. 1. 44) et nobilis, et probabilius ex iis, quos ille plus diligebat (Cf. Marc. 13. 3). Ter dein memoratur Marc. 13. 3. sq., Joh. 6. 9. et 12. 22. — Traditur euangelium annunciasse in Scythia (Euseb. III. 1), in Thracia et Asia min. (Niceph. II. 39) et in Achaia, ubi Patris cruci, quam decussatam dicunt (Lips. De cruc. I. 7), ab Ægea, præf. Edessenorum, suffixus fuit (Sophron. apud Hieronym. vir. ill. App. 1., coll. Paulin. Nol. carm. 27. 410); cujus reliquias Constantinus (Paulin. Nol. carm. 30. 37-45., coll. 19. 329-339) vel Constantius imp. (Hieronym. vir. ill. 7. de Luc. et in Chron.), fortasse consilium patris perficiens, Constantinopolim transtulit; quas Amalphis ac dein Roma partim exceperunt. — De Andrea carmen exstat, Damaso pontifici adtributum; plura etiam de eo scripserunt vett. Andreas de Saussay, Paris 1656., Gothofr. Hamkins, a. 1698., Flor. Hammerschmidius, a. 1699., Chr. Lemmius, a. 1705. et C. Woogius, a. 1749., qui et auctoritatem epist. presbyterorum ac diaconorum Achaiæ defendit; nuper vero Tischendorf, Act. App. apocr. p. 105-166. — De ejus libris apocryphis V. Augustin. 1. contra advers. leg. et proph. 20. et etiam Fabric in Cod. Apocr. N. T. t. 2. p. 456-515. et p. 747-759. - Miror sane, nullam fieri cum aliis mentionem in REPW. de tanto viro, cui Hebræo nomen saltem erat Græcum. — 3.°) Item quidam horologii πρὸς πᾶν κλίμα inventor. Vitruv. 9. 8., ubi alii leg. Andrias. — 4.°) Alios videsis apud Augustin. ep. 48. (al. 91) n. 4., Mar. Mercat. in Excerpt., Vict. Vit. 1. 32., etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 5507. et 5089. — Etiam nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 6. 2358. Andrias. — Andrea n. vir. ibid. 610. 466. et mul. 5. 3572. — Hinc Andræus, nom. libert. ibid. 6. 4355.; Andricus (Ἀνδρικός) cogn. vir. ibid. 16288. et Cic. 16. Fam. 14. — Andro v. Andron (onis) cogn. apud Cic., Vitr. et in Corp. I. L. etiam Andronius (V. suo loc.).

ANDRĒMON. V. ANDRÆMON.

ANDRĬA, æ, m. 1. nom. loci et personæ.

I.) Andria, nom. loci ¶ 1. Est oppidum Lyciæ. Plin. 5. Hist. nat. 2728. (100). At Sillig. leg. Andriaca (Ἀνδριάκη), hodie Andraki. V. Luschan Reis. in Lykien II. 41. ¶ 2. Item oppidum Phrygiæ magnæ, apud eund. ibid. 32. 41. (145).

II.) Andria nom. pers. ¶ 1. Est nom. et cogn. vir. Corp. I. L. 10. 6781. - 5. 3572. (al. Andrea). ¶ 2. Item mulier in titulo fabulæ Terentii (V. Bindi, La Comm. di Ter. 1864. p. 4), ab Ἀνδρία Menandri expressæ (Hermann, Ter. And. etc. Marburg 1838): sic dictæ a Chryside puella in Andro insula nata et actæ a. 588. in ludis Megalensibus, æc. Matris M., M. Marcello Cn. Sulpicio coss. Cic. 1. Rhet. 28. et Sueton. vit. Ter. 2. — De ea fuse Donat. in Comm. ad Ter. Andr. præf. ¶ 3. Item titul. fabulæ Cæcilii Statii, ut putat Ribbeck, Fragm. Com. Lat. p. 30.

ANDRĬĂCA. V. voc. præc. sub I.

ANDRĬĀS. V. ANDREAS.

ANDRĬCUS, i, m. 2. (Ἀνδρικός, virilis) ¶ 1. Est nom. libertinum. V. ANDREAS. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii in Cilicia propria. Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91). Sillig. tamen rectius leg. Androcus.

ANDRĪI. V. ANDRIUS, a, um.

ANDRISCUS, i, m. 2. (Ἀνδρίσκος: fortasse demin. ab ἀνήρ, ἀνδρός, homunculus) nomen fullonis Adramytteni, qui ex infima fæce populi pro filio Persei, Macedoniæ regis, sub Philippi nomine semet venditando Macedonas contra Romanos suscitavit eosque prælio devicit; sed postea a Cæcilio Metello et ipse victus captusque est. De eo Ammian. 14. 11. 33. et 26. 6. 20., Liv. epit. 48. 50., Vellej. 1. 11. Cf. etiam Cic. 2. leg. Agr. 33. 90. Cf. Flor. 2. 14. Pseudophilippus. et Diod. 32. 15. et Pausan. 7. 13. 1.; ex recentioribus, Hertzberg, G. Gr. I. 248. sqq. et Ihne, R. G. 247. sq.

ANDRĪUS, a, um, adject. ad Andrum insulam pertinens. Ter. Andr. 5. 4. 3. — Hinc absolute

Andria, æ, f. 1. titulus comœdiæ Terentianæ. V. ANDRIA.

Andrii, ōrum, m. plur. 2. incolæ Andri insulæ et oppidi cognominis. Liv. 31. 45.

ANDRŌ. V. ANDROS.

ANDRŌ v. Andron, ōnis, m. 3. (Ἄνδρων) nom. personæ et loci.

I.) Andro v. Andron, nom. pers. ¶ 1. Generatim cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 2928. ¶ 2. Speciatim — 1.°) Fuit medicus insignis et scriptor. Cels. 5. 20. n. 4. et 6. 18. n. 2., Scribon. Comp. 63. et Cæl. Aur. 3. Acut. 8. § 18., coll. Athen. 15. 18. et Galen. 3. 3. et alib. — Hunc et Andream aliquando vocatum esse putant nonnulli, de quo V. Fabric. Bibl. Gr. T. 13. p. 57. sqq. Cf. ANDREAS. — 2.°) Item musicus et geometra, magister M. Antonini philosophi, de quo Capitolin. M. Anton. 2. — 3.°) Alios v. apud Cic. 2. Verr. 64. 156. et 13. Fam. 67. et Macrob. 2. Sat. 8.

II.) Andron est etiam oppidum Galatiæ. Ravenn. p. 110. Cf. Ἄναρος (Ἄνδρος) Ptol. 5. 4. 7.

ANDRŌBĬUS, ii, m. 2. (Ἀνδρόβιος, vir v. viriliter vivens) pictor incertæ ætatis et patriæ. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (139)., coll. Herodian. 8. 8., Pausan. 10. 19. et Strab. 9. 443.

ANDRŌBŪLUS, i, m. 2. (Ἀνδρόβουλος, vir consiliarius) statuarius quidam, quem Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (86). philosophos felicissime expressisse refert.

ANDRŌCĬDĒS. V. ANDROCYDES.

ANDRŌCLĒS, is, m. 3. (Ἀνδροκλῆς, vir gloriosus) ¶ 1. Fuit princeps Acarnanum, præfectus Persei, de quo Liv. 33. 16., ubi Androclem (acc.). ¶ 2. Item servus quidam, quem, Caligula imperante, leo in amphitheatro agnitum (ejus enim pedem vulneratum aliquando in silvis curaverat) ab impetu bestiarum protexit. Rem fuse narrat Gell. 5. 14., ubi Androclus Latina positione legitur, coll. Ælian. 7. Hist. anim. 48. Adde Senec. 2. Benef. 19. — Androdus male scribitur. V. Marini Fr. Arv. p. 240. ed. 2.

ANDRŌCLUS, i, m. 2. (Ἄνδροκλος) ¶ 1. Est idem qui Androcles, de quo V. Gell. cit. in voc. præc. ¶ 2. Item Codri filius, de quo Hieronym. in Chron. ex Euseb., coll. Strab. 14. p. 632. et Pausan. 7. 2. 8.

ANDROCUS. V. ANDRICUS.

ANDRŌCȲDĒS, is, m. 3. (Ἀνδροκύδης, vir gloriosus). Scribitur et Androcides. V. Sillig. apud Plin. loc. cit.

Androcides ¶ 1. Fuit pictor Cyzicenus, Parrhasii et Zeuxidis æqualis et æmulus, de quo Plin. 35. Hist. nat. 9. 36. (64)., coll. Plut. Pelop. 25. et Quæst. Symp. 4. 2. et 4. V. Rossbach PW. 1. 2150. ¶ 2. Item medicus, qui floruit sub Alexandro M. Plin. 14. Hist. nat. 5. 7. (58). et 17. ibid. 24. 37. (240)., coll. Theophr. Hist. plant. 4. 16. 6.

ANDRŌGEŌN, ōnis. V. ANDROGEUS.

ANDRŌGEŌNĒUS, a, um, adject. (Ἀνδρογεώνειος) ad Androgeon seu Androgeona pertinens. Catull. 64. 77. Androgeoneæ pœnas exsolvere cædis.

ANDRŌGEŌS et

ANDRŌGEUS, i, m. 2. (Ἀνδρόγεως, Ἀνδρόγεων, vir terrestris) Scribitur Androgeus (Serv. ad Virg. 2. Æn. 360), sæpius vero Androgeos, Græca positione. — Etiam Androgeon (ōnis), unde acc. Androgeona apud Propert. 2. 1. 64 (62). — Gen. Androgei est Ovid. 7. Met. 458. et Virg. 2. Æn. 392., ubi alii Androgeo, Græco more; sed contra Heyne et Ribbeck. Cf. Charis. gramm. I. 92. 7. — At Androgeō pro Androgei occurrit apud Virg. 6. Æn. 20. Ribb.

Androgeus ¶ 1. Fuit filius Minois et Pasiphaes et pater Stheneli et Alcei, qui ab Atheniensibus et Megarensibus per insidias occisus est, quod palæstra ceteros superaret. Minos, suscepto adversus hostes bello, primo Megarenses subegit, deinde Athenienses eosque adstrinxit sibi singulis annis adulescentulos nobiles mittere, qui Minotauro devorandi in Androgei memoriam objicerentur. Ita Forcellin. At fuisse Androgeum in prœlio cum Atheniensibus interfectum et illa de servitute Athenienses a Theseo liberatos narrat Hygin. fab. 41. Cf. Hieronym. et Prosp. in Chron. Porro Androgeum occisum ad vitam ab Æsculapio fuisse revocatum Propert. 2. 1. 64. significat, quod alii de Hippolyto referunt. Memorat etiam Ovid. 10. Her. 99. Viveret Androgeos utinam nec facta luisses Impia funeribus, Cecropi (voc. Gr.) terra, tuis. Id. 7. Met. 458. Androgeique necem justis ulciscitur armis. Adde Virg. 6. Æn. 20., Mythogr. I. fab. 3. 48. et 204. et II. fab. 121. et 122. V. Toepffer, PW. 1. 2144. sq. ¶ 2. Item dux Græcus, memoratus Virg. 2. Æn. 371. sqq. ¶ 3. Item architectus Cyrenensis. V. ANDRONICUS.

ANDRŌMĂCHA, æ, et Andromache, es, f. 1. (Ἀνδρομάχη, viriliter pugnans) nom. pers. — a) Andromacha, Græca positione, in recto et voc. est Virg. 2. Æn. 456. et alib., Serv. ad eund. 6. et ibid. 21. et Martial. loc. cit. — Gen. Andromaches apud Ovid. loc. cit. — Acc. Andromachen est Virg. 3. Æn. 297., Ovid. 8. Her. 18., al. — Abl. Andromache apud eund. Rem. 383. — Sic Andromacha in singulis casibus latine declinatur. — b) Etymon ducitur ab ἀνήρ et μάχη, pugna, quasi quæ viriliter pugnat, vel cum viro rixatur, ut innuit Varro 7. L. L. 5. de Andr. Cf. Dindorf ad H. Steph. Th. L. Gr. sub h. v. — Andromacha

I.) Apud scriptores ¶ 1. Fuit Ætionis, regis

Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia et Hectoris Trojani uxor et mater Astyanactis. Usurpatur autem — 1.º) Proprie. Virg. 3. Æn. 319. Hectoris, Andromache, Pyrrhin' connubia servas? et 487. et longum Andromachæ testentur amorem. — Hanc, mortuo Hectore, Pyrrhus in Græciam adduxit et ex ea Molossum filium suscepit; postea Heleno vati, Priami filio, morti proximus uxorem tradidit regnique portionem ei assignavit. Propert. 2. 20. 2., coll. Ovid. 8. Her. 13.; Serv. ad Virg. 3. Æn. 297. et Justin. 17. 3., coll. Mythogr. I. fab. 41. et 140. ed. Mai. — Huc spectat episodium Virg. 3. Æn. 294. sqq. Cf. Heyne ad l. — Alia de ea, et alicubi diversa, apud Hygin. fab. 123., Dar. 24. et Dict. 3. 20. et 22. — Andromachæ fabulam tractarunt veteres; est enim hæc titulus tragœdiarum Accii et Nævii (a). Ennii v. Nævii), de quibus V. Martial. 3. 76. et 5. 53., Cic. 4. Att. 15., coll. Opt. gen. Orat. itemque Varr. 7. L. L. 2. et 5 (V. Wölfflin, Archiv. 8. 234. et Ribbeck, Trag. Lat. reliq. p. 247). — Ex Græcis Andromache fabula exstat Euripidis, de qua Ovid. Rem. am. 383. — Nihil ad Andromachen, proverb. apud Tertull. Pudic. 8. ad fin., de re extra propositum dicta, οὐδὲν πρὸς ἔπος vel τὸν Διόνυσον: fortasse ductum a trag. Andromaches, ubi auctor extra rem vagaretur. — De monumentis artis ad eam spectantibus V. Ann. dell' Istit. Arch. a. 1856. p. 82.; Eckhel 2. p. 148. sq.; Overbeck, Galler. Taf. XVI. 14. 20. (coll. 402. sqq.); Robert, Bild u. Lied 59. sqq. et Jahn, Gr. Bilderchr. 2. B. — De ea plura videsis apud Pausan., Strab., Homer. — 2.º) Improprie seu appellative de femina pulcra; fuit enim, ut ait Dares 12., Andromacha « oculis claris, candida, longa, formosa etc. ». Martial. 3. 76. 4. Cum possis Hecubam, non potes Andromachen. un' Andromaca. ¶ 2. Item Eurymedontis filia, de qua Serv. ad Virg. Æn. 21.

II.) In titulis cogn. mul. Inscr. apud Reines. cl. 19. n. 42. V. Corp. Inscr. 9. 4641. et alib.

ANDRŎMĂCHĒ. V. voc. præc.

ANDRŎMĂCHUS, i, m. 2. (Ἀνδρόμαχος, vir pugnator v. cum viro decertans) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filius Ægypti, maritus Danaidis Hero. Hygin. fab. 170. — 2.º) Item prætor Alexandri M., Syriæ præfectus, vivus a Samaritis crematus, cujus interfectores rex magnis suppliciis affecit. Curt. 4. 5. 9. et ibid. 8. 9. et Hieronym. in Chron. — 3.º) Item comes sub Valentiniano, Theodosio et Arcadio, dein præf. prætorio (non urbi, ut corrupte lectum est) sub Arcadio et Honorio. Cod. Theod. 2. 12. 6., 5. 5. 4., 7. 12. 3. et 8. 8. 7., coll. Cod. Just. 12. 61. 1. Cf. De Rossi in Ann. dell'Istit. Arch. a. 1849. p. 319. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 5840. et 17101., ubi Andromacus sine aspiratione.

ANDRŎMĔDA, æ, et Andromede, es, f. 1. (Ἀνδρομέδα et Ἀνδρομέδη: ab ἀνήρ, vir, et μέδω, præsum, dominor) Andromeda semper Hygin. fab. 64. in cod. Fris. — Acc. Andromedan est Ovid. 4. Met. 671., 1. Art. am. 53. et alib.

Andromeda ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Cephei et Cassiopes filia, unde et Cepheis et Cassiopeia dicta (Propert. 1. 3. 3., Ovid. et Hygin. locc. citt.). Ovid. 15. Her. 35. placuit Cepheia Perseo Andromede patriæ fusca colore suæ. — Fuit enim uxor Persei, qui eam, ob superbiam matris, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, a Nymphis scopulo ad Joppe in littore Mediterranei maris alligatam (Mela 1. 11. fin.), ut ceto devoraretur, hoc occiso, liberavit (de quo Manil. Astr. 5. 536. sqq. V. integr. loc.); filiam namque, si monstrum occidisset, parentes ei spoponderant (Hygin. loc. cit. et Mythogr. I. fab. 73. ed. Mai., coll. Ovid. 3. Art. am. 429. et Martial. Spect. 27.); ex quo matrimonio natus est Erythras, unde Erythræo mari nomen factum esse fabulantur Solin. 33. et Capell. 6. p. 219. Tandem post mortem, Minervæ beneficio, propter Persei merita dicitur inter astra collocata. — Veteres plures mythum Andromedæ ortum fuisse putarunt ab historia Jonæ proph. (V. Ugolini Thes. VI. p. 878), quod nullus damnaverim. Cf. AARON 1. — Andromeda est titulus fabularum Livii Andronici, Ennii et Accii, quarum fragmenta collegit Ribbeck, Trag. Lat. reliq. Lips. 1852., et etiam Euripidis. V. Hygin. 2. Astr. 11. et ex recentibus Nauck, F. T. Gr. 2. 392. Eurip. frag. 114-156., coll. Fedde, De Perseo et Androm. Diss. Berol. 1860. p. 47. sq. et Iohne, Die Androm. d. Eurip. Progr. Landskron, coll. Wecklein Sitz.-Ber. Ak. München. 1888. I. 87. sq. — Monumenta artis ad eam pertinentia illustrarunt Trendelenburg, Ann. d. Inst. arch. 1872. et ibid. 1885. 50.; Müller, Hab. d. Arch. 414. 3., Millin, Peint. d. vas. II. 3. et Sogliano 518. Röm. Mitt. V. (1890) 233. — 2.º) Est sidus, quod oritur in parte Piscis duodecima, Calliopeam versus. Hygin. 2. Astr. 11. et 3. ibid. 10. stellas XX. esse affirmat; alii XXII. aut XXIII.; nunc vero ex φωτομετρίᾳ LXXXVII. enumerant astronomi (V. Pritchard, Uranometria nova etc. a photom. determin. etc. Oxford 1885), quod cl. Lorenzoni, in Patavina Academia prof. emer., mihi benevole communicavit. Memoratur Ovid. 18. Her. 151. Andromedan alius spectat claramque Coronam (τὴν Ἀνδρομέδην). et Colum. 11. 2. Prid. Cal. Septemb. Andromeda vesperi exoritur. Adde Vitruv. 9. 4. 3., Cic. Arat. 202. sqq. et 2. Nat. D. 43. 111., Avien. Arat. 459. sqq., Manil. 1. 350. et Macrob. 1. Somn. Scip. 14. 21. ¶ 2. Est etiam cogn. libertinum apud Plin. 7. Hist. nat. 16. 16 (75).

ANDRŎMĔDĒ. V. voc. præc.

ANDRŎMĔNĒS, is, m. 3. (Ἀνδρομένης, vir animosus) Gen. Andromeni apud Curt. 5. 1. 40. ex Codd. restituit Zumpt. Cf. Ἀνδρομένου pro Ἀνδρομένους in Inscr. Gr. apud Curt. Inscrit. Att. p. 82. 1.

Andromenes ¶ 1. Fuit pater Amyntæ, Attali Simoniisque, temporibus Alexandri M. Curt. loc. cit., coll. Arrian. Exped. Alex. 1. 8. 2. et 3. 27. 1. ¶ 2. Item nom. libert. Cic. 13. Att. 25. Andromenem (acc.).

ANDRON. V. ANDRO.

ANDRŎNĪCUS, i, m. 2. (Ἀνδρόνικος, vir victor) nom. personæ. ¶ 1. Apud scriptores, præsertim memoratur — 1.º) Andronicus, cognomento Hypocrites, h. e. histrio, apud quem, ut ait Quintil. 13. 3. 7., Demosthenes tam diligenter studuit, ut etc. V. integr. loc. — 2.º) Item architectus, Cyrrhestes, qui fortasse post Alexandri M. tempus turrim mirificam designavit, a Vitruv. 1. 6. 4. descriptam. Id. epit. 2. eum vocat Androgeum Cyrenensem; at Varro 3. R. R. 5. 17. tantum Cyrrhestem. — 3.º) Item philosophus Peripateticus, Rhodius, I. sæc. p. Chr., novam quasi scholæ philologicæ ætatem auspicatus, qui ex Sullæ bibliotheca Aristotelis et Theophrasti librorum exemplaria in vulgus protulisse fertur (Plut. in Sull. 26). De eo Gell. 20. 5. 10. et Boeth. de Divis. init. et in lib. Arist. de Interp. præf. 1., qui ejus opera commemorant et ex parte citant. V. Zeller, Philos. d. Gr. III. 350. sqq.; Susemihl, Litt. Gesch. d. Alex. II. 301. sqq.; Littig, Diss. de Andr. Münch. 1890. et Gerke, PW. 2. 21. 64. sqq. — 4.º) Item Tarentinus poeta, tragicus et comicus, a. 482-553. U. C., cujus nomen fuit Livius (Gell. 6. 7. 11. et 18. 9. 5.), quo etiam absolute nuncupatur (Sueton. gramm. I.), fortasse a M. Livio Salinatore, hero suo, sumptum; prænomen vero Lucilius apud Fest. p. 297. M.; Lucius apud Cassiod. in Chron. et Titus apud Non. p. 368. De eo Hieronym. in Chron. Tragœdiarum scriptor clarus habetur, qui ob ingenii meritum a Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus est. Gell. loc. cit. Primus omnium fabulas docere Romæ cœpit post Sophoclis et Euripidis mortem. Liv. 7. 2. Ab saturis ausus est primus argumento fabulam serere. Id. 27. 37. Conditum (ab Andronico) carmen in Junonem illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum. — Non solum docuit sed egit fabulas suas placuitque adeo ut sæpius revocaretur a populo et repetere cogeretur; quam ob rem quum vocem obtudisset, venia petita, puerum ad canendum ante tibicinem statuit atque ita gesticulationem tacitus peragens, aliquanto magis vigente motu canticum egit: quem morem alii postea histriones secuti sunt, quorum ad manum cantari cœptum est, diverbiis tantum ipsorum voci relictis. V. Liv. loc. cit. et Val. Max. 2. 4. n. 4. Fest. p. 333. M. « Cum Livius Andronicus bello Punico secundo scripsisset carmen, quod a virginibus est cantatum, quia prosperius resp. populi R. geri cœpta est, in Aventino ædes Minervæ publice adtributa est ei, ubi scribis et histrionibus consistere liceret in ejus honorem, quia is et scribebat fabulas et agebat ». Cic. loc. cit. ejus fabulas non satis dignas fuisse dicit, quæ iterum legerentur et Odysseam opus Dædali vocat; vel ipsi Ennio rancida ejus scripta visa fuerunt et obsoleta, et Horatio delenda (2. Ep. 1. 69). — Odysseam Saturniis versibus latine reddidit (Prisc. gr. II. 321), de qua Cic. Brut. 18. 71. et Gell. 18. 9. 5.; tragœdias scripsit, quarum titulos V. in Indice: itemque comœdias inscriptas Gladiolus, Ludius, Virgus (in Ind. est Virgo, secund. Ribbeck est Verpus, secund. Günther vero Auriga). — Fragmenta L. Andronici, præter veteres gramm., collegit et illustravit H. Düntzer, Berlin. 1835.; tragœdiarum reliquias collegit prior E. Klussmann, Rudolst. 1849., dein utrarumque Ribbeck, Trag. Lat. etc. p. 1-5. et Com. Lat. 1871-73. p. 3. sqq. et Bährens, Fragm. poet. Rom. Lips. 1886. — Memorant, præter laudatos, Macrob. 6. 5. 10., Vopisc. Numer. 15., Varro apud Aug. 6. Civ. D. 5., Apul. Orth. 60. aliique grammatici, ed. Keil. — Plura videsis apud Döllen in vita, 1838.; G. Teuffel in Pauly's Realencycl. 4. p. 1118-1120.; Haupt, Opusc. I. p. 116.; Schanz, G. R. L. I. 1907. 55. sqq. — 5.º) Item grammaticus, natione Syrus, M. Pompilius dictus, de quo Sueton. illustr. gramm. 8. — 6.º) Item historicus, cognomento Alypius, memoratus Hieronym. præf. in Dan., ad quem loc. V. adnot. Mülleri in Fragm. Hist. Gr. T. 4. p. 304. — 7.º) Item alius, a studiis liberalibus et claritudine carminum notus sub Constantio imp. Ammian. 19. 12. 11. et Symmach. 8. ep. 22., ubi summis laudibus effertur. V. integr. loc. — 8.º) Alios videre est apud Vulg. 2. Mach. 4. 31. et ibid. 5. 23., Cic. 5. Att. 15., Liv. 37. 13., 44. 10. et 45. 31., Curt. 7. 3. 2. etc. ¶ 2. In titulis cogn. Rom. frequens. Inscr. apud Momms. n. 585. et 2383.; et nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 14. 1527. — Andronica, nom. mul. Ibid. 10. 6276. et Andronicē (ēnis), 6. 8870.

ANDRŎNĬUM, ii, n. 2. V. voc. seq.

ANDRŎNĬUS, a, um, adject. ad Andronem medicum pertinens. Hinc Andronium medicamentum apud Scribon. Comp. 225., 232. et 248. et Cels. 6. 14. — Absolute

Andronium, ii, n. 2. medicamentum, de quo Scribon. et Cels. locc. citt.

Andronius, ii, m. 2. nomen servi cujusdam, ut videtur, in Lucil. fragm. ex libr. incert. n. 85. Gerl., ubi alii aliter leg. — Et Andronia, cogn. mul. in Inscr. apud Grut. 988. 9 (?).

ANDRŎPHĂGI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀνδροφάγοι Herod. 4. 18. 106., hominum voratores) gens Sarmatiæ Europeæ ad Borysthenem, ex Scytarum genere, ubi nunc Kursk et Tchernigu. Memorat Mela 3. 7. 1., ubi Frick leg. Androphagos, Græca positione. V. ANTHROPOPHAGI.

ANDROS et Andrus, i, 2. (Ἄνδρος) nom. loci et personæ.

I.) Andros v. Andrus, nom. loci ¶ 1. Est insula maris Ægæi ex Cycladibus, prope Eubœam, hodie quoque Andros, fertilis, præsertim vini copia ac sapore insignis (Cf. Plin. 2. Hist. nat. infra cit.) opposita insulæ, quæ Antandros vocatur: ab Andro, v. Andreo, Eurymachi v. Anii filio, dicta, teste Ovid. 13. Met. 649. sqq. (coll. Diod. 5. 79., Paus. 10. 13. 3. et Steph. Byz. Con. narr. 41), Ionibus occupata, ut scribit Vellej. 1. 4., qua dein Romani potiti sunt, ut Liv. 31. 45., a. U. C. 554. Cf. eund. 2. ibid. 15. et alib. Ter. Andr. 1. 1. 43. et alib. et Trog. Pomp. prol. 27. — Eam memorant etiam Mela 2. 7. 11., Ampel. 6., Hygin. fab. 276., coll. 14. et Itin. Ant. p. 522., et describit Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (65). Adde eund. 2. ibid. 103. 106. (231). Id. 31. ibid. 103. 106. (231). Andro in insula, templo Liberi patris, fontem nonis Januariis semper vini sapore fluere Mucianus ter consul credit. V. Peter, Hist. Rom. reliq. II. p. 101. — De ea v. Ross, Reis. auf d. Gr. Ins. II. 12. sqq. et Megeeonier, Bull. Soc. Géogr. 1870. p. 158. — De ejus nummis

Head, H. N. 710. et Eckhel, 2. p. 526., coll. Cavedoni, Spic. Num. p. 116. ¶ 2. Item insula in mari Britannico, inter Hiberniam et Britanniam. Plin. 4. Hist. nat. 16. 30. (103). ¶ 3. Est etiam oppidum in Ægypto inferiore, caput nomi, qui Andropolites hinc appellatus est. Notit. Dign. or. 25. Itin. Ant. p. 522. Andro.

II.) Andros, m., nom. personæ, h. e. filius Anii, regis Deli augur. Ovid. 13. Met. 650. — Steph. Byz. modo Eurymachi, modo Anii filium dicit. Cf. Tümpel, PW. 1. 2171.

ANDROSTHĔNES, is, m. 3. (Ἀνδροσθένης, vir robustus) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit dux Macedonum in bello Philippico. Liv. 32. 23. et 33. 14. et 15. — 2.º) Item prætor Thessaliæ, Pompejanus, de quo Cæs. 3. B. C. 80. ¶ 2. Fuit cogn. in gente Pactumeja. Paul. Dig. 28. 5. 93. Pactumejus Androsthenes.

ANDRŎTĬON, onis, m. 3. (Ἀνδροτίων) nom. frequens apud Græcos: fuit scriptor rei rusticæ, distinguendus ab Androtione, historico Atheniensi, cujus fragmenta collegit Müller, Hist. Gr. fr. T. 1. p. 371. sqq. Memoratur Varr. 1. R. R. 1. 9., Columæ. 1. 1. 10. et in Ind. Plin. II. 8. 10. 14. etc.

ANDRUS. V. ANDROS.

ANDRUSTĔHIÆ, ārum, f. plur. 1. matronæ divinis honoribus cultæ. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5931. ex Lersch, C. M. 1. 21 (Brambach, C. I. Rh. 406.: cf. Freudenberg, Rh. Jahrb. XLIV-XLV. 81). Videtur nom. Celticum (Th. v. Grienberger, Eranos Vindob. 1893. p. 264).

ANDULFUS (Andulphus), i, m. 2. nom. Germ., quod nobilis adjutor significare videtur. Venant. in vit. s. Germ. 52. Andulfus, ecclesiæ Parisiacæ clericus, pro eo quod operatus est die Resurrectionis (sc. die dominico v. illuminationis nuces ab arbore excussit) cæcitate percussus est.

ANDŪRA, æ, f. 1. V. voc. seq.

ANDŪRENSIS, e, adject. ad Anduram Hispaniæ Bæticæ, fortasse nunc Andorra, pertinens. Corp. Inscr. Lat. 2. 1698. Cf. etiam Plin. 6. Hist. nat. 29. 35. (178).

ANDUS, a, um, adject. ad Andes pertinens, populos Galliæ. Lucan. 1. 438. In nebulis, Meduana, tuis marcere perosus Andus jam placide Ligeris recreatur ab unda. sc. qui ex Andibus est.

ANDŪSĬA, æ, f. 1. oppidum agri Volcarum, attributum Nemausensibus, hodie Anduze. Corp. Inscr. Lat. 12. 3362. — Apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5230. rectus casus Andusiam legendus videtur. Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaule II. 213. et Hirschfeld, C. I. L. 12. p. 346.

ĀNĔM, indecl. (Hebr. ʿĀnîm, contr. a dual. ʿĀnayim, « duo fontes »; LXX. Αἰνάν) oppidum leviticum in tribu Issachar. Vulg. 1. Par. 6. 73. et Hieronym. sit. et nom. 23. p. 871. M. — Engannim plenius Vulg. Jos. 19. 21. et 21. 29., hodie Djenin (V. Conder, Hdb. to the Bibl. Londr. 1887. p. 402).

ĀNĔMO, onis, m. 3. fluvius Italiæ prope Ravennam, hodie Lamone. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 15. 20. (115). In Tab. Peuting. 4. Animo (Ammo Desjardins) — Sunt qui perperam Anemo pro Almo leg. apud Cic. 3. Nat. D. 20. 52. V. Orell.

ĂNĔMŌRĬA, æ, f. 1. (Ἀνεμώρεια v. Ἀνεμώλεια) oppidum Phocidis prope Delphos. Stat. 7. Theb. 347. Cf. ANEMURIUM.

ĂNĔMŪRĬENSIS, e, adject. ad Anemurium oppidum pertinens. Hinc Anemuriensis civitas apud Tac. 2. Ann. 55.

ĂNĔMŪRĬUM, ii, n. 2. (Ἀνεμούριον) oppidum Ciliciæ litoralis cum promontorio cognomine e regione Cypri, Ciliciam olim a Pamphilia disterminans, hodie Anamur (Cf. Forbiger). Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (93)., Mela 1. 13. 5. et Liv. 33. 20. In Tab. Peuting. 10. Ammuri.

ĂNENCLĒTUS, i, m. 2. (Ἀνέγκλητος, inculpatus) ¶ 1. Generatim cogn. vir. Græcanicum. Inscr. apud Momms. 1354. col. 2. l. 72. Adde aliam n. 6948 (Corp. Inscr. Lat. 6. 5271. et 16640). ¶ 2. Speciatim pontifex Rom. V. ANACLETUS.

ĂNENNŎĒTOS, i, m. 2. (Ἀνεννόητος, ab α priv. et ἐννοέω, cogito, quasi non cogitatus, incomprehensibilis atque adeo æternus) æon Valentinianorum, de quo Tertull. adv. Val. 35. Cf. Iren. 1. 11. 5.

ANEPSĬA, æ, f. 1. (Ἀνεψιά, consobrina, affinis) Victorini uxor perfida et capite damnata, a. p. Chr. 374. Ammian. 28. 1. 34. Cf. Symm. or. 4. 18.

ĀNĔR, indecl. (Hebr. ʿĀnêr, de cujus significatione V. Hummelauer, Gen. p. 380) nomen personæ et loci. ¶ 1. Fuit vir quidam e stirpe Chanaan, frater Escol et Mambre, LXX. Αὐνάν. Memoratur Vulg. Gen. 14. 13. et Gild. ep. fr. 1. (Chron. min. Momms. III. p. 87). — Huic et fratri Escol attribuit partem prædæ ex victis regibus Abraham, ad quem, tamquam ducem, præda ex more universa pertinebat. Gen. 14. 24. Cf. 1. Reg. 30. 20. ¶ 2. Est etiam nomen oppidi in tribu Manasse, LXX. Ἀνάρ. Id. 1. Par. 6. 70. — Volunt hic nonnulli pro Aner, corrupta litt. resh ob similitudinem in kaph, legend. esse ʿAnâk, ita ut sit idem quod Taʿanâk apud eund. Jos. 21. 24., fortasse ʿEllâr in collibus Esdrelon (V. Armstrong, Wilson et Conder, Names and places in the O. and N. Test. Lond. 1889. 11. et O. and N. Test. Map of Palest. Lond. 1890. 10).

ĂNĒTHUS, i, m. 2. (Ἄνηθος) puer mythicus. Serv. ad Virg. 2. Ecl. 47. Papaver, Narcissus, Anethus pulcherrimi pueri fuerunt, quique in flores suorum nominum versi sunt. Cf. Philarg.

ĂNĒTOR, oris, m. 3. pastor armentorum Pelei. Ovid. 11. Met. 384. Advolat armenti custos Phoceus Anetor. Cf. Lactant. ad eund. ibid. fab. 9.

ANFION. V. AMPHION.

ANGE, indecl. ¶ 1. Est series montium a sinistro (i. e. a septentr.) Ciliciæ. Vulg. Judith 2. 12.: cf. Argæus: hodie Ardjêh-dagh. ¶ 2. Item oppidum Indiæ. Tab. Peuting. 12. et Ravenn. p. 47. et 54.

ANGEA, æ, f. 1. oppidum Thessaliotis australis. Liv. 32. 13., ubi Angeas genet. pro Angeæ, positione Græca. M. Müller leg. Angeias et alii aliter. V. Drakenb. ad l.

ANGĔLĬCI, ōrum, m. plur. 2. secta hæreticorum « in angelorum cultum inclinati » Augustin. hær. 39., coll. Isid. 8. Orig. 5. 18., a. 494., tempore Symmachi pont. et Anastasii imp., ut videtur, orta, qui gloriabantur se divina per angelos cognoscere, teste eod. Augustin. ibid., coll. Epiph. hær. 40. (Corp. hæreseolog. ed. Oehler: cf. etiam Vulg. Col. 2. 18). Nihil tamen certi de hac secta habetur.

ANGELIS et Angele, ēnis, f. 3. nom. serv. mul. Corp. I. L. 14. 1120. et 1121. et ibid. 6. 13798. Fit ab Angelus, ut ab Antiochus Antiochis.

ANGELLII, ōrum, m. plur. 2. secta hæreticorum, de qua Greg. M. ep. 3. 62.

ANGĔLUM. V. ANGULUS.

ANGĔLUS, i, m. 2. (ἄγγελος, nuncius) Scribitur Anghelus, cum aspiratione, in quodam senso ornamento Musei Kircheriani apud Brunet. p. 107.

Angelus ¶ 1. Speciatim — 1.º) Est epitheton Jovis, in columna quadam Ostiæ effossa. Corp. Inscr. Lat. 14. 24. Cf. apud Græcos epith. Artemidis-Hecates Hesych. V. Preller, Gr. Myth. I. 324. — 2.º) Angelus bonus dicitur in C. I. L. 6. 142d., in pictura sepulcri Viæ Appiæ deus quidam, juvenis togatus et coronatus, qui Vibiam defunctam inducit (V. Haust, PW. 1. 2189). — Similiter Angelus, spiritus cælestis, apud Tertull. c. Valent. 32. in fin. ¶ 2. Generatim, nom. serv. Corp. I. L. 14. 3058. et 19491.

ANGER (Angeris), is, m. 3. fluvius apud Turones, postea Endris, nunc Indre. Greg. Tur. vit. patr. 18. 1. et 2. Cf. Krusch ad l.

ANGĔRŌNA, æ, f. 1. (Ἀγγερώνη) Angeronia apud Macrob. 1. Sat. 10. 7. — Vox duci potest a rad. anc, unde etiam ancus: vel ang, unde angor. V. infra. Scalig. mallet scribi Anganora, ab ango et os, quia angit, hoc est cohibet, os. V. tamen Momms., Corp. 1. p. 409.

Angerona fuit dea silentii apud Romanos, ut colligitur ex Macrob. loc. cit. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (65)., coll. Solin. 1. Id etiam auctoritate Sophoclis confirmat Scalig. in Conjectan. ad Varr. 6. L. L. 3. Fest. apud Paul. Diac. p. 17. M. et Jul. Modestus apud Macrob. loc. cit. scribunt et sacra Romæ fuisse instituta, quum angina omne genus animalium consumeretur. Verrius Flacc. apud Macrob. ibid. ait, ita dici, quod angores et animi sollicitudines propitiata depellat. — In gloss. Labb. p. 12. dicitur dea consilii atque opportunitatum: ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν. — Ejus simulacrum erat in sacello deæ Volupiæ, ore obligato et obsignato, vel, ut alii volunt, digito ori admoto et silentium indicante; quod qui suos dolores anxietatesque dissimulat, perveniet patientiæ ac taciturnitatis beneficio ad maximam voluptatem, ut Masurius scribit cit. loc. Macrobii. — Sacrificabatur vero ei XII. Kal. Januar., in curia Acculeja, teste Varr. loc. cit. V. voc. seq. — Porro Macrob. 3. Sat. 9. addit, fuisse quosdam, qui putarent, alterum Romæ nomen et numen, in cujus tutela urbs Roma fuerit quodque arcanis cærimoniarum evulgare nefas esset, ne ab hostibus aliquando posset evocari, Angeronam fuisse: vel potius, ut Plin. loc. cit. scribit, ob id maxime Angeronæ culta fuit, ne arcanum illud evulgaretur, ejusque silentio commendatum est.

ANGĔRŌNĀLĬA, ium, vel iōrum, n. plur. festa et sacra deæ Angeronæ. Fest. in v. Angeronæ et Varr. 6. L. L. 3. — Celebrabantur XII. Kal. Jan. (i. e. tempore brumæ hiem., unde Momms. etymon ducit, sc. ab angerendo, ἀπὸ τοῦ ἀναφέρεσθαι τὸν ἥλιον: v. Wissowa in Roschers Myth. Lex. I. 350). Solin. 1., Varr. et Fest. locc. citt. in v. præc. Cf. L. Jan ad Macrob. 1. Sat. 10. 9., Kopp. ad Capell. 1. p. 2. (ubi quidam confuderunt Angeronam cum Angiona seu Junone); Klausen, Aen. u. die Penat. p. 1037. et Preller, Röm. Myth. II. 36. sq.

ANGĔRŌNĬA. V. ANGERONA.

ANGISCIRI, ōrum, m. plur. 2. gens barbara sub imperio Dintzic, filii Attilæ, regis Hunnorum. Jornand. Get. 53 (272). a. 468.

ANGĪTĬA, æ, f. 1. Scribitur Anguitia vel Ancitia in quibusd. Inscriptt. et Codd., apud Sil. It. 8. 500., Solin. 8. 28. et 59. et Vib. Seq. p. 153. R. — Etymon ducitur ab anc vel ang, unde angus, angulus, Angerona; sed qui male legunt Anguitia, ita propter angues dictam putant. V. infra.

Angitia ¶ 1. Fuit dea Marsorum, Oscis Anagtia diiviia (V. Zvetaieff., Inscr. Ital. inf. dial. n. 107), h. e. Medea, ita dicta ab incolis circa Fucinum habitantibus ex eo quod ejus carminibus serpentes angerentur, teste Serv. ad Virg. 7. Æn. 750. Cf. Lactant. Placid. apud A. Mai in Class. Auct. T. 3. p. 186. Solin. loc. cit. docet « Angitiam vicina Fucino occupavisse ibique salutari scientia adversus morbos resistentem, quum desisset inter homines vivere, deam habitam ». Is tamen distinguit ibid. Angitiam a Medea et tres Æetæ, regis Colchici, filias tribuit, quem secuntur Forcellin. et Georg.; alii contra duas esse volunt, Circen et Medeam (Cf. Diod. 4. 46-47). — a) In sing. num. Sil. It. loc. cit. Æetæ prolem Angitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt, tactuque domare venena Et lunam excussisse polo, stridoribus amnes Frenantem ac silvis montes nudasse vocatis. Virg. loc. cit. Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus unda etc. (nunc Selva d'Albi dicitur). Adde Inscr. apud Orelli n. 5826. — b) In plur. num. Angitiæ, ārum, videntur fuisse deæ quædam, quarum nullus auctor meminit, præter Inscr. apud Murat. 118. 1., quæ fortasse dedicata est in honorem Angitiæ simul ac sororum ejus. Hanc autem inscr. contra Orelli n. 1846. genuinam esse contendit Momms. n. 7255. V. Preller, Röm. Myth. I. 101., 114., 267. et 410. sqq. ¶ 2. Item oppidum Marsorum, ubi nunc Luco, ab ea nomen accepit, ad occidentale latus Fucini lacus situm, cujus incolas vel accolas Lucenses dicit Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (106). — In Inscr. ibi reperta apud Romanelli, Topogr. Napol. T. 3. p. 220. non opp. Angitia sed dea ipsa, cujus fortasse nemus muro cingebatur. V. Henzen, Suppl. Orell. n. 5826., ubi laudat Momms. n. 5692. — Hoc nemus, quod Angitia vel Anguitia dicitur Vib. Seq. loc. cit., corrupto vel incerto loco, Lucaniæ adscribitur.

ANGITŪLA, æ, f. 1. fluvius Italiæ in Bruttiis, nunc quoque Angitola. Memorat Guido p. 482. Parth. Itin. Ant. p. 278. Angila.

ANGLEVĀRII. V. ANGRIVARII.

ANGLI, ōrum, m. plur. 2. gens Suevorum ad mare Suevicum in Germania, in circulo Saxoniæ inferioris ad sept. et occid., quamquam de situ

nihil certi statui potest (V. Ihm. PW. 1. 2192). Meminit Tac. Germ. 40. — Hi a. post Chr. 449. mare transvecti Britanniam occuparunt eique Angliæ nomen indidisse feruntur. Ad Tac. vero loc. cit. rectius Kritz leg. Angili; alii vero Angilii, coll. Ptolem. 2. 11. 15. Ἀγγεῖλοι. et Procop. B. G. 4. Ἄγγιλοι. Angli dicuntur Greg. M. ep. 11. et passim; Augustin. sæpe (v. 6. Mign.); Anit. App. 6. 13. 11. epitaph. Greg. M. « Ad Christum Anglos convertit pietate magistra ». Adde Inscr. Chr. apud De Rossi p. 274. 2. — Anglus in sing. num. habet idem Greg. M. ep. 6.

ANGLIA, æ, f. 1. regio ab Anglis dicta, eadem quæ olim a Romanis Britannia vocata fuit (V. BRITANNIA). Memorat Greg. M. ep. 11. et alib.

ANGLII et

ANGLUS. V. ANGLI.

ANGRĪVĀRII, ōrum, m. plur. 2. (Ἀγγριουάριοι Ptol. 2. 11. 9); Anglevarii in Notit. Dign. or. 4. Angrivarii, Germaniæ gens ad utramque Visurgis ripam. Tac. 2. Ann. 19. et Isid. 9. Orig. 2. 97. — Ii fortasse, Flaviis impp., pulsis Bructeris, horum regionem occuparunt, quæ ideo Angaria vel Engern recentius appellata est. Tac. Germ. 33. — Apud eund. 2. Ann. 8. et 22. perperam legitur Angrivarii pro Ampsivarii, quibuscum illi confusi videntur. V. hanc voc. — Inter auxilia Palatina recensentur in Notit. Dign. loc. cit.

ANGUA vel Ancua, æ, f. 1. V. voc. seq.

ANGUIENSIS, e, adject. pertinens ad Anguam vel Ancuam, oppidum Africæ in Byzacena, Morcell. Afr. Chr. T. 1. p. 77: vel in Numidia, Harduin. Act. Conc. I. 1080. Hinc Paschasius Anguiensis episcopus apud eund. ibid., veri similius prope Musti, hodie Mest.

ANGUĬFER et

ANGUĬGER, i, m. 2. (Gr. Ὀφιοῦχος) sidus, de quo Auct. carm. de Sphæra (Anth. Lat. 761. 49. R.) et Colum. 11. 2. 49. V. hanc voc. in Lexico.

ANGUIS et

ANGUĬTĔNENS. V. voc. in Lexico.

ANGUITIA. V. ANGITIA.

ANGŬLĀNI. V. voc. seq.

ANGŬLĀNUS, a, um, adject. ad Angulum oppidum pertinens. Hinc Angulanæ thermæ apud Greg. M. Dial. 4. 40 (τὰ θερμὰ Ἀγλανῶν). — Absolute

Angulani, ōrum, m. plur. 2. incolæ Anguli. Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (106).

ANGŬLUS, i, m. 2. (Ἄγγολος) oppidum Vestinorum, nunc vulgo Civita Santangelo (Cf. Momms. Corp. 9. p. 316); alii aliter (V. Hülsen, PW. 1. 2194). Itin. Ant. p. 318., ubi Angelum alii leg. Cf. tamen voc. præc.

ANHIGRUS. V. ANIGRUS.

ANHȲDROS (Anydros), i, f. 2. (Ἄνυδρος, sine aqua) insula maris Ægæi. Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (137). De ea cf. Neumann-Partsch, Geogr. v. Griech. 298.

ĀNĬA, æ, f. 1. (ἀνία, tristitia) ¶ 1. Quasi dea habetur apud Capell. 1. p. 4. Aniæ autem prænitens speculum etc. At Grotius, approbante etiam Goezio, pro Aniæ restituit Uraniæ. ¶ 2. Est etiam nom. viri Hebr. Vulg. 2. Esdr. 8. 4.

ANĬĀNUS, i, m. 2. (Ἀνιανός) Scribitur et Annianus, duplici n. V. ANNIUS.

Anianus ¶ 1. Fuit primus Alexandriæ episcopus post Marcum euang., quem excepit a. VIII. Neronis imp.; præfuit autem a. 22., teste Hieronym. vir. ill. 8. et Chron., coll. Euseb. H. E. 2. 28. et 3. 12. ¶ 2. Item episc. Aurelianensis in Gallia sub Leone pont. et Valentiniano III. imp., de cujus laudibus tota est Sidon. ep. 15. ¶ 3. Alios videsis in Cod. 9. 6. 4. et apud Corsini, Ser. præf. Urb.

ĀNĬCĒTUS, i, m. 2. (Ἀνίκητος, invictus) ¶ 1. In titulis nom. et cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 2. 3903.; 3. 1051. etc. — Aniceta, nom. mul. Ibid. 12. 2398. — Alia forma Anicetus apud Cic. 2. Att. 20. — Hinc Aniceton (Anicition), onis, in Inscr. Chr. apud De Rossi I. 115. — Anicetianus, cogn. serv. Corp. I. L. 6. 21226. et adject. 4. 2155.; Anicetiana, 6. 16986. ¶ 2. Apud scriptores memorantur — 1.°) Neronis libertus et educator, pædagogorum infamissimus ac sceleratissimus; postea præf. class., scelerum administer vel adjutor. Tac. 14. Ann. 3. sqq. et 62., coll. Sueton. Ner. 35. — Fortasse hic latet sub nomine vel epith. Acoenonoeti apud Juvenal. 7. 218. — 2.°) Item pontifex Rom. Hieronym. vir. ill. 17. et 22., coll. Iren. 1. hær. 25. et 3. 3. et Tertull. adv. Prax. 1. — Quo tempore præfuerit, incertum adhuc: fortasse a. 155-166 (al. 165-173); Catal. namque Pont. Rom. valde inter se discrepant (V. Regest. PP. RR. I. p. 9. Lips. 1885). Ante Pium I. recenset Cat. Liber., sed errorem librarii putat Duchesne in Revue d. quest. hist. I. 41 (V. etiam Mozzoni, Tav. Cron. d. St. Eccl. et Todesco, Tav. Cron. d. Stor. etc. Padova 1909). — Cum Polycarpo, ep. Smyrnensi, de controversia Paschali egit frustra sed pacifice. Auct. Carm. 3. adv. Marc. fin., coll. Iren. apud Eus. 5. H. E. 27 (24). — Alia de eo apud Hinsch. Ps. Is. p. 120., Mansi I. 683. et Migne, P. G. 5. p. 1129.

ĀNĬCĬĀNUS, a, um, adject. ad Aniciorum gentem pertinens. ¶ 1. Generatim. Augustin. ep. 150. Aniciana posteritas. ¶ 2. Specialim Anicianum octophorum et Aniciana lectica apud Cic. 2. Q. fr. 10. — Aniciana nota apud eund. Brut. 83. fin., quæ apposita fuerat vinis diffusis anno consulatus L. Anicii Galli 160. a. Chr. — Anicianum pirum laudatur Macrob. 3. Sat. 19. 6. Adde Cat. R. R. 7. 3., Colum. 5. 10. 18. et Plin. 15. Hist. nat. 17. 18. (61). — Anicianæ lapicidinæ apud eund. 36. ibid. 33. 49. (168); fortasse ad familiam Aniciorum pertinentes in agro Tarquiniensi circa locum Volsiniensem. Cf. Vitr. 2. 7. 3. — Aniciana horrea. V. HORREA.

ĀNĬCĬUS, a, um, adject. ad Aniciam gentem pertinens. Auson. ep. 16. n. 82. et Hier. ep. 130. n. 8. — Anicium, loc. Aquitaniæ. Greg. Tur. 10. H. Fr. 25.

ĀNĬCĬUS, ii, m. 2. Scribitur Anitius in Inscr. apud Renier n. 2805. et n. 90. B (50). Cf. patricius et patritius aliaque similia. — Raro et, ut videtur, perperam in quibusd. Inscriptionib. Annicius cum duplici n; siquidem prima est brevis. Symmach. 1. ep. 2. cui non præluxit Anicius unus. Adde Aus. epit. 32. Claudian. tamen Prob. et Olybr. cons. 8. primam producit, secundam ac tertiam corripit; sed Anchenium ibi legend. monet Heins. Cf. PW. 1. 2198. et 2. 2208. et Schulze, Eigenn. p. 130. et v. ANIUS. — Ad notationem quod attinet, vox composita videtur ab α priv. et νικάω, vinco, ut sit invictus. V. Gaudent. Brix. serm. 15. de Mach. — Anicius

Est nom. gentis Prænestinæ, labente imperio Rom. vel nobilissimæ (Henzen in Ann. dell' Istit. arch. a. 1855. p. 83. et Klebs, PW. 1. 2196), in familias complures divisæ, quas indicare et inter se distinguere difficillimum sane est. — De ejus nobilitate Hieronym. in ep. ad Demetr. n. 3. « Illustre Anicii sanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus est qui non meruerit consulatum ». Adde Ammian. 16. 8. 13. et Claudian. loc. cit. — Ex gentibus, huic consanguineis vel affinibus, imprimis memorantur Amnia, Auchenia, Cæsonia, Clodia, Cocceja, Faltonia, Flavia, Manlia, Petronia, Pincia. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis memorantur — 1.°) Anicius Auchenius Bassus, Aniciorum generis restitutor (Inscr. apud Orell. n. 105) et quidem christianus (C. I. L. 14. 1875), cujus munera habentur ibid. 10. 6656., coll. 518., 3843., 5651. et 6. 1679. et alib. Adde Cod. Theod. 1. 6. 8. et Symm. rel. 20. 1. 23. 4. sqq., 26. 2. 33., 2. 34. 7. — Ejusd. nominis duo alii, quorum primus, cos. a. 408. (C. I. L. 9. 1364. et De Rossi I. Chr. urb. Rom. I. 583-587), auctor est epitaph. metrici ad Monnicam, matrem Augustini (Id. ibid. II. p. 252. 2); alter cos. a. 431., de cujus nomine V. eund. De Rossi, ibid. I. 671). — 2.°) Anicius Gallus, absolute Anicius, apud Flor. 2. 13. et Liv. epit. 44., Lucius præn., apud Liv. 44. 17. et Sext. Ruf. Brev. 7., sed male Cajus apud Eutrop. 4. 6. — Integre legitur in Marm. Cap. 594. L. ANICIUS L. F. N. GALLUS (in Act. Triumph. 587. M. N.), prætor a. 168. a. Chr. (Marm. Cap. cit.) et cos. cum M. Cornelio Cethego a. 160 (V. ANICIANUS, a, um). — De ejus bello Illyrico contra Gentium regem ac triumpho Liv. 44. 31. et 32. et ibid. 16. 17. 26. et 48., coll. Vellej. 1. 9., Polyb. 30. 14., Appian. de reb. Ill. 9. et Diod. 31. 9. 7. — 3.°) Q. Clodius Anicius Hermogenianus Olybrius, cos. a. post Chr. 395., filius Sex. Petronii Probi cos. a. 371. et Aniciæ Falconiæ Probæ, Probini et Probi frater, maritus Aniciæ Julianæ, ex qua Demetriadem suscepit, primus, ut videtur, ex Anicia gente christianam fidem publice professus, Olybrius ipse appellatus, quia Olybriorum generi affinitate conjunctus (Cf. Garrucci in Boll. d. Ist. arch. a. 1859. p. 59. sq.). Memorant Prudent. 1. c. Symm. 549. sqq., Auson. ep. 16., Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 120. — Immature obiit a. 409. Cf. Hieronym. ep. 130. ad Demetr. n. 3. — 4.°) Anicius Julianus, filius Anicii Juliani cos. an. 322., de quo Symm. 1. ep. 43. ad Auson. Scis in illo forensi pulvere, quam rara cognatio sit facundiæ et boni pectoris. - Hæc in meo familiari ac necessario Juliano ex societate viguerunt. - Numquam in mercedem ornamenta linguæ corrupit. Cf. Classon in Ann. Heidelb. 1872. p. 550-552. — 5.°) Anicius Olybrius, cos. a. 464. cum Rustico et imper. a. 472. p. Chr. adclamatus a Ricimero, qui Anthemium imp. interfecerat, maritus Placidiæ, Valentiniani III. imp. filiæ, ex qua Aniciam Julianam suscepit. Memoratur Cassiod. Get. 45., Paul. Diac. H. R. 15. 5. et Marcellin. in Chron. — Obiit primo ipso anno imperii, mense septimo, ut Cassiod. et Marcellin. ibid. referunt (Cf. Momms., Chr. min. II. 90. 158); quamquam Eckhel 8. p. 198. et Mionnet 2. p. 387., ubi de ejus nummis disserunt, tres tantum menses eidem tribuunt. — 6.°) Anicius Paulinus, plenius Meropius Pontius Anicius Paulinus. V. PAULINUS. — 7.°) Sex. (Anicius) Petronius Probus, filius Probini (Corp. I. L. 5. 3344), ex Anicia matre subinde in Aniciam gentem translatus, Auson. ep. 16. in Carm. v. 27. et 81. et Corp. I. L. 6. 1753. — Fuit variis dignitatibus auctus cumulatusque, qui consul creatus est cum Gratiano a. 371. Memorant præter Auson. l. c., ubi eum senatus præsulem vocat, etiam Ammian. 28. 1. 1. et Cod. Just. et Theod. passim. — Eum magnis laudibus ornant idem Auson. ep. 16. a v. 10., Claudian. cons. Prob. et Olybr. a v. 31. et Paulin. Nol. in vit. Ambr. 25.; sed aliter judicat Ammian. 27. 11. 2. sqq. Cf. Symm. ep. 56-61. l. 1., coll. 2. ep. 30. et Seeck, PW. 1. 2205., apud quem alios V. — His addantur Aniciæ, ex quibus notatu dignæ — 1.°) Anicia Demetrias, virgo Sex. Anicii Olybrii et Aniciæ Julianæ filia, Amnia Demetrias dicta in Inscr. in Giornale di Roma a. 1858. n. 139., reperta, ubi templum ædificaverat Stephano protom. ad III. Urbis lap., Demetrias autem appellata in memoriam Demetriadis proaviæ. Hieronym. ep. 130. ad eam scripsit, ubi « nobilitate et divitiis prima in orbe Romano » dicitur moneturque ut in virginitate perseveret. Adde Augustin. ep. 188. — 2.°) Anicia Juliana, uxor Sex. Anicii Hermogeniani Olybrii cos. a. 395., ut ex Inscr. apud Grut. 352. 6., ubi filia adhibetur, ut in more tunc erat, pro nuru. Cf. Corp. Inscr. Lat. 6. 1754. et 1755. — De ea Hieronym. ep. 130. n. 3., Augustin. ep. 150. et 188., coll. Joh. Chrys. ep. 169. et alib. — 3.°) Anicia Proba, ita dicta in Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 120., vel Anicia Faltonia in alia apud Grut. 853. 2., plenius Anicia Faltonia Proba in alia apud Orell. n. 1131.; apud scriptores fere Proba cognomine appellata, filia unica Amnii Manii Cæsonii Nicomachi Anicii Paulini (Inscr. apud Grut. 1090. 19) et uxor Sex. Petronii Probi cons. a. 371., cui tres filios peperit Anicium Hermog. Olybrium, Probum et Probinum. — Laudes ejus ipsi filii testati sunt in Inscr. apud Orelli n. 1131. et apud Grut. 852. 6. et in alia metrica apud eund. 352. 2. — Fuse de ea Hieronym. loc. cit. n. 7. Proba illa - cujus sanctitas et in universos effusa bonitas, etiam apud barbaros venerabilis fuit. V. integr. loc. — Exstant etiam ad eam Augustini epp. 135. et 131. Adde eund. ep. 150. n. 24. et libr. de bono vid. n. 23. et Claudian. Cons. Prob. et Olybr. 177. sqq. ¶ 2. In titulis nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 14. 5847., 2882. et alib. — In cogn. transiit. Ibid. 2. 2458. — Anicia, cogn. mul. Ibid. 10. 2321. — Hinc Aniciila, nom.

deminut. Inscr. apud Wilmanns n. 713. V. Hübner, C. I. L. 2. 3361.

ANIDUS, i, m. 2. mons Italiæ in Liguria, nunc fortasse Monte -Bargada seu Bargalla. Liv. 40. 38. V. Drakenb. ad h. l.

ĀNĬĒN, ēnis, m. 3. V. ANIO.

ĀNĬĒNĬCŎLA, æ, m. et f. 1. (Anien et colo) qui ad Anienem habitat. Sil. It. 4. 225. Aniènicolæ Catilli. Id. 12. 751. Nymphæ.

ĀNĬĒNSIS, e, adject. ad Anienem pertinens. ¶ 1. Generatim. Sueton. fragm. p. 244. R. In Aniensi flumine. Frontin. Aqued. 90. Duæ Anienses (aquæ) minus permanent limpidæ. ¶ 2. Specialim Aniensis tribus, ex rusticis in agro Tiburtino, per quem Anien defluit, facta a censoribus P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverrione, una cum Terentina, M. Fulvio Pætino et T. Manlio Torquato coss. a. U. C. 455., apud Liv. 10. 9. in fin. Adde eund. 24. 7. et Cic. 8. Fam. 8. et Planc. 22. 54. — Absolute et frequentissime in titulis apud Orell., Momms. aliosque; ubi aliquando Aniesis, extrito n., vel Anniensis, adjective adhibetur pro eo, qui ad Aniensem tribum pertinet. Cf. Inscr. apud Orelli n. 3546.

ĀNĬĒNUS, a, um, adject. ad Anienem pertinens. Cato apud Prisc. gramm. VI. 220. 3., ubi alii rectius Anienam pro Anianam (aquam) leg. Adde Virg. 4. G. 369., Propert. 1. 20. 8. et 3. 16. 4., Stat. 4. Silv. 4. 17. et Tibull. 2. 5. 69.

ĀNĬĒNUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nomen fluvii. V. ANIO. ¶ 2. Est etiam nom. vir. in Inscr. apud Murat. 1131. 9., si proba est. Cf. Anionius, nom. gent. in Inscr. Rhen. 988.

ĀNĬĒSIS. V. ANIENSIS.

ĀNĬGRUS v. Anigros (Anhigrus), i, m. 2. (Ἄνιγρος) Scribitur Aniger apud Vib. Seq. p. 147. R. (cod. Antiger); Anggrus vel Anhydrus apud Hygin. loc. cit.

Anigrus ¶ Est fluvius Triphyliæ, nunc Mauropotamo. Ovid. 5. Met. 282., coll. Dioscor. 3. 143. — In eo Centauri ab Hercule sagittis vulnerati sua vulnera abluerunt; unde quum antea haberet aquas purissimas sive dulcissimas, ut ait Vibius, Centaurorum sanguine sordidæ factæ sunt et impuræ. Ita Ovid. loc. cit. ¶ 2. Item puteus, in quem Mæram Erigones canem se dejecisse ferunt; quare neminem ex eo puteo bibisse narrat Hygin. 2. Astr. 4.

ĀNĬMA, æ, f. 1. nomen proprium puellæ, Entelechiæ et Solis filiæ, græce Ψυχή. Capell. 1. p. 3.

ĀNĬMĀLES DII. V. ANIMALIS in Lexico.

ĀNĬMŬLA, æ, f. 1. (dimin. ab anima) ¶ 1. Est nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 4. 415. CLAVDINUS CL. VIR ANIMVLA FACIT (« nisi jocatus est qui scripsit » Otto). Cf. Guarini, Fast. duumv. di Pomp. p. 75. et Inscr. apud Grut. 641. 2., ubi cognomen est. ¶ 2. Est etiam oppidulum Apuliæ. Paul. Diac. ex Fest. p. 25. M. Animula urbe parvarum opum fuit in Apulia. Alii leg. Aminula. Plaut. Mil. 3. 1. 53. (647). minime sputator - post Ephesi sum natus, non enim in Apulia; non sum Animula (in imula codd., non sum animula sed corrupte Serv. ad Virg. 2. G. 184. ad δυσωδίαν oris referens conjec. Animulas). Cf. Müller ad Fest. loc. cit. et Ritschl. ad Plaut. loc. cit.

ĀNĬMUS, i, m. 2. deus, qua est hominis pars incorporea et immortalis, de quorumdam philosophorum sententia. Cic. 1. Tusc. 26. 65. Animus, ut ego dico, divinus, ut Euripides dicere audet, deus est. V. ANIMUS in Lexico.

ANINICENSIS. V. HORREA.

ĀNĬO, ōnis, et Aniēn (Aniens), ēnis, m. 3. et Anienus, i, 2. (Ἀνίων et Ἀνίης) — a) In recto sæpius Anio, ut apud Varr. 5. L. L. 28., Horat. 1. Od. 7. 13., Propert. 4. 7. 81., Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (109)., Sil. It. 10. 363. et 12. 540., Frontin. Aqued. 91., Flor. 1. 15. 2. Cf. Gell. 13. 22. et Priscian. 6. p. 684. P. — Anienus est Stat. 1. Silv. 3. 70. et Aniens in Gloss. — Anien apud Cat. orat. 18. fragm. 3 (Prisc. VI. 16)., Plin. 36. Hist. nat. 15. 24. (122)., Stat. 1. Silv. 3. 70. — Genet. Anienis apud Orelli Inscr. n. 2303., Frontin. Aqued. 6. et alib. (V. Dederich). — Sæpius Anienis, ut Cic. Brut. 14. 54., Liv. 1. 37. et 7. 9., Ovid. 14. Met. 329. al. — Dat. Anioni apud Frontin. Aqued. 13. et 66. — Acc. Anionem apud Enn. Ann. 608. (Serv. ad Virg. 7. Æn. 683), Frontin. Aqued. 7. et 105. — Anienem apud Cat. Orat. 18. fr. 3. (ubi Hertz apud Prisc. VI. 16. aquam Anienam), Cic. Mar. 39. 84. etc. — Voc. Anio est Propert. 3. 22. 23. — Aniens apud eund. 4. 7. 86. et Stat. 1. Silv. 3. 2. — Abl. Anione habet Frontin. Aqued. 91.; Aniene vero Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (54). — b) Etymon nominis latet; ceterum Plutarch. in Collect. Parall. 40. ejus originem sumit ab Annio, Etruscorum rege; et Vib. Seq. p. 146. R. ab Anione, filio Apollinis. Cf. tamen Schulze, z. Eigenn. p. 571 n. 1.

Anio, fluvius Sabinorum in agro Tiburtino, qui oriens in montibus Trebanis seu Trebutanis, variis fontibus et ex alto scopulo magna mole prope Tibur præcipitans in Tiberim (la cascata di Tivoli) Roma III. m. p. labitur, hodie Teverone vel etiam Aniene. Sil. It. 12. 539. Praeceps ad ripas immani turbine fertur Ad genitorem Anio labens sine murmure Tibrim. Sic Horat. loc. cit. Et præceps Anio et Tiburni lucus. et Stat. 1. Silv. 5. 25. Quas præceps Anien atque exceptura natatus Virgo juvat. Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (109). Anio in monte Trebanorum ortus, lacus tres amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. Adde Cic., Liv., al. supra citt. — Ex eo duo diversis temporibus aqueductus facti sunt ad aquam in Urbem perducendam, quorum posterior Anio novus, prior Anio vetus dictus est, ut docet Frontin. Aqued. 13., ubi horum rationem omnem fuse persequitur. Veterem duxit M. Curius Dentatus a. U. C. 482. et restituit Agrippa a. 721.; novum vero inchoavit Caligula a. 791. et perfecit Claudius a. 805. Aurel. Vict. vir. ill. 33. Aquam Anienem in urbem inducere. In Inscr. apud Grut. 176. 1. legitur Anionem novam, sed subaudiend. aquam. Eod. modo locutus est Frontin. loc. cit. — In fabulis Anio dicitur Iliam, post editos Romulum et Remum, uxorem sibi fecisse, quod alii, inquit Serv. ad Virg. 1. Æn. 273., tradunt de Tiberi, hinc dicto ab Horat. 1. Od. 2. uxorius amnis. Cf. Porphyr. ad ejusd. l. c. V. ILIA et TIBERIS. — De Aniene V. Lanciani, Acque p. 188. sqq. et Nissen, Ital. Landeskunde p. 314.

ĀNĬŌNĬUS. V. ANIENUS, i.

ĀNĬSĒNUS, a, um, adject. ad Anisum oppidum aut fluvium pertinens. Ovid. 4. Fast. 467., ubi rectius Amenana alii leg.

ANĪSUS v. Anasus, i, m. 2. fluvius Norici, hodie Enns, quod nomen latere videtur in nomine stationis Ani in Tab. Peuting. 4. V. Ihm, PW. 1. 2218. et Momms., Corp. 3. p. 666.

ANITORGIS. V. AMTORGIS.

ĀNĬUS, ii, m. 2. (Ἄνιος) Scribitur unico n, ut docet Apul. Orthogr. 9. ac perinde ab Annius distinguendum, quod tamen et simplici n in titulis legitur, antiquissimorum more. Fest. 355. Antiqui nec mutas nec semivocales litteras geminabant.

Anius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit rex Deli, filius et sacerdos Apollinis, hospes Anchisæ et Æneæ hujusque etiam socer. Virg. 3. Æn. 80. Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos. Serv. ad h. l.: « Habuit Anius ex Dorippe uxore tres filias, quas ne unius tantum dei esset tutus auxilio, Libero patri dicavit, qui parem ei reddens gratiam effecit ut quidquid una earum attigisset, verteretur in fruges, quidquid altera in oleum, quidquid tertia in vinum. Agamemnon ad Trojanum bellum proficiscens, quo facilius aleret exercitum, quem ducebat, eas rapere tentavit; quæ quum vinctæ abducerentur, a Libero in totidem columbas mutatæ, effugerunt ». Ovid. fusius totam fabulam enarrat 13. Met. 632-674., qui non tres sed quattuor fuisse Anio filias tradit (Cf. tamen Dict. 7. 23. et Dar. 19) et etiam filios Anium et Andron, a quo Andros insula nomen accepit. V. ANDROS. — 2.°) Item filius Æneæ ex Lavinia (alii aliter vocant), teste Serv. ad Virg. loc. cit. Adde Aur. Vict. orig. G. Rom. 9. ¶ 2. Hinc factum nomen servile, ut Nævius Anius Sardini libertus, apud Val. Max. 7. 7. 6. - Ania, nom. mul. Corp. Inscr. Lat. 10. 8059. 36. - Barbaræ originis videtur esse Ibid. 2. 5275. et 5773.

ANNA. V. ANNAS.

ANNA, æ, f. 1. Hebr. et Phœn. Hhannâh vel Hhannâ' « gratia »: hinc Hanna latine scribendum esset cum aspiratione, quam tamen usus abstulit (V. Schneid., Gramm. Lat. 1. 194); LXX. Ἄννα. — Origo tamen nominis diversa statui potest, apud profanos scriptores, ut ab annus aut ab Etr. ani, anie, anaina, aneie v. Gr. Ἄννιον (V. Kretschmer, Einl. i. d. Gesch. d. gr. Spr. p. 344. et Crusius, PW. 1. 2228. 2). — In Corp. I. L. 3. 2012., 2150., 2450. et 2514. nutricem videtur significare, ut Momms. bene adnotat. — Inepte ab amne, fabulis innixus, etymon ducit Ovid. 3. Fast. 647. Cf. etiam Macrob. loc. infra cit. — Anna

I.) Apud scriptores ¶ 1. Et quidem apud profanos — 1.°) Fuit Beli filia, soror Didonis. Virg. 4. Æn. 9., Ovid. 7. Her. 191. et Sil. It. 8. 55. — Hæc quum sororem mortuam vidisset et Carthaginem ab Jarba, Gætulorum rege, occupatam, relicta patria ad Battum regem, qui Melitæ insulæ imperabat, deinde ad Æneam in Italia regnantem accessit, a quo benigne excepta est; verum ob Laviniæ odia in somnis, ut cederet, monita, in Numicium fluvium de fenestra se præcipitem dedit indeque Anna Perenna dicta Romanis et pro dea culta. Ita Forcellin. ex Ovid. 3. Fast. 546. sqq. (ubi tamen de ea alias refert sententias), coll. Sil. It. 8. 11-201., qui rem fuse ac pulcherrime describit. — Hinc apud Romanos patet confusam fuisse hanc cum Anna Perenna. Ceterum Varro apud Serv. ad Virg. 4. Æn. 682. et 5. ibid. 4. monet non Didonem, sed Annam Æneæ amore correptam rogum ascendisse. — 2.°) Item dea, uxor Martis, ab annis, quibus præsidebat (R. Steph. Th. p. 204), cognomento Perenna vel Peranna (ut apud Martial. 4. 64. 17., ubi tamen Perenna restituit Schneidew.), culta apud Romanos. Ovid. 3. Fast. 513. sqq., Martial. loc. cit. et Macrob. 1. Sat. 12. 6. — Ei sacrificium fiebat idibus Martiis « publice et privatim ut annare perennareque commode liceat ». Ita Macrob. loc. cit. V. etiam Calend. antiq. apud Orell., Inscr. v. II. p. 387. — Lucus seu nemus Annæ Perennæ fuit ad Pontem Milvium. Martial. 4. 64. 16. Alii tamen aliter h. l. exponunt. — Quænam vero proprie ea fuerit, non satis constat; diversæ namque sententiæ adferuntur ab ipso Ovid. ibid. 657. Recentioribus videtur fuisse dea lunaris (Georges, Handw. I. 416). Cf. cum Anna Perenna Janus Patulcius Clusivius, Carmenta Prorsa Postverta. — De ea V. Hartung, Relig. Rom. II. p. 229. sqq.; Mover, Phön. II. 2. 95.; Teltscher, Anna Perenna, 1877. et Preller, R. Mgth. I. 147. 343. et 345. — Anna Perenna, etiam titulus comœdiæ D. Laberii, cujus duo fragmenta edidit Ribbeck, Com. Lat. rel. p. 287. ¶ 2. Apud sacros. — 1.°) Fuit uxor Elcanæ, mater Samuelis, Vulg. 1. Reg. 1. sqq., quæ, duplici voto, neg. ('issar) et pos. (neder), concepto, ibid. v. 11., ex sterili et afflicta prodigiose fecunda et gloriosa, typus fuit ecclesiæ chr., sec. Cyprian., Greg. M., Isid. De hymno ejus triumphali V. Renard in Dict. Bibl. Vig. 1. p. 626. et Meignan, Les proph. etc. 1878. p. 71-102. — 2.°) Item uxor Tobiæ, de tribu Nephthali, a viro moribus ac pietate dissimilis. Vulg. Tob. 1. 9., coll. 2. 20-23. — 3.°) Item uxor Raguelis, mater Saræ. Id. Tob. 7. 2. sqq. et 8. 16. — In Græc. pro Anna legitur Ἔδνα, ab Hebr. 'ednâh « voluptas ». — 4.°) Item filia Phanuel, ex tribu Aser. Id. Luc. 2. 36. sqq. — Hæc anna sanctissima, divinitus illustrata, Jesum infantulum uti Messiam exspectatum omnibus nunciavit; unde prophetissa dicitur ibid. (Cf. Act. 21. 9). De ea V. Jacquier in Dict. Bibl. Vigour. 1. p. 630. — 5.°) Item uxor Joachim, soror matris Elisabeth, genetrix V. Mariæ. Hieronym. de nativ. s. Mar. c. 2. et alib. (quod tamen opus merito spurium habetur, uti euangelia (de quibus V. Fabric. C. a. N. T. t. 1. p. 19-67). et Epiph. hær. 78. et 79 (coll. Joh. Dam. l. 4. De fid. orth.). — Monumenta artis apud Wessely, Iconogr. Gott. u. d. Heil. Leipz. 1874. p. 72. — Plura habent Franz, Versuch. ein. Gesch. d. Mar. u. Ann., Halberst. 1854. et Vigouroux, Dict. etc. 1. p. 629. sq.

II.) In titulis nom. serv. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 4095.; et etiam nom. gent. in alia apud Momms. n. 5404. — Absolute in tit. chr. apud Murat. 1827. 7.

ANNÆUS, i, m. 2. (Ἀνήιος v. Ἀναῖος. V. *Eckinger, d. Orthogr. lat. Wört.* in *Gr. Inschr. p.* 112) Scribitur etiam *Anneus*, extrita litt. *a* diphthongi, ut in *Inscr.* apud *Momms. n.* 2951. et *Renier n.* 129. et *Cic.* 12. *Fam.* 26.: vel *e*, ut sit *Annæus* (*Annœus*) in *Inscr.* apud *Momms. n.* 5447., 5451. etc. Aliæ formæ primitivæ sunt *Annius* v. *Anios*, *Annajus* (V. *Ritschl, op. IV.* 262). — Originem nominis petunt nonnulli ab *annus* (Cf. *Lips.* in *vit. Senec. c.* 1., *Vanicek, G. L. E. Wörtb. p.* 3. et *Ritschl, l. c.*). Sunt tamen, qui nom. Hispanicum putent v. conjungant cum nom. *Anna* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 82. et 34. et 498).

Annæus ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.°) Annæus Seneca, rhetor clarissimus, Cordubæ in Hispania Celtica natus a. U. C. 700., Ciceronis æqualis (*Senec.* 1. *Controv. proœm.*), familia equestri, non tamen antiqua (*Tac.* 14. *Ann.* 53), ex Helvia genitor M. Annæi Novati, L. Annæi Senecæ philosophi et L. Annæi Melæ patris Lucani (Cf. *Martial.* 4. 40. 2. et 12. 36. 8), vir antiqui rigoris (*Senec. ad Helv.* 17), incredibili memoria præditus, quæ aliquando ita viguit, ut, ipso teste, non tantum ad usum sufficeret sed in miraculum usque procederet; nam et duo milia nominum recitata, quo ordine erant dicta, reddebat; et singulos versus a singulis præceptoris sui auditoribus datos, quum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad primum recitabat (*Senec.* 1. *Controv. proœm.*). — Bis Romam venit, primum pacatis bellis civilibus, dein a. U. C. 753., ut conjicit *Just. Lips.* in *Vit. Senec.* — Obiit an. circ. 792 (Cf. *L. Senec.* ad *Helv.* 2. 4. *sq.*). — Ejus scripta vide in *Indice*, de quibus ita *L. Senec.* in *vit. patr.* (3. *p.* 436. *sq.* ed. *Hasse*). « Ad claritatem nominis sui satis sibi prospexerat; nam, nisi me decipit pietas - inter eos haberetur, qui ingenio meruerunt ut paris scriptorum titulis nobiles essent ». Non omnia tamen ætatem tulerunt; nam ex decem libr. *Controversiarum* quinque tantum exstant cum *excerptis*, et *Suasoriarum liber* initio mutilus; de historiis vero ab eo scriptis ab initio bellorum civilium mentionem facit idem *L. Seneca* in *vit. patr. loc. cit.* — *Raph. Volaterranus* aliique ei prænomen *Marci* indunt, sed perperam; alii vero *Lucii*, ut *Bursian* in ed. opp. *Senec.* Lips. 1857.: sane, si hoc est ejus prænomen, nihil obstat, quominus etiam patris fuerit. — Plura videsis apud *Vahlen* in *Mus. Rhen. XIII. p.* 546-564., *Kontitzer, Quæst.* in *Senec. patr. crit.* 1864. Bresl., *Wachsmutz, Quæst. crit.* etc. Gött. 1868. et *Schanz, R. L. G. II.* 198. *sq.* — 2.°) Annæus Seneca, philosophus, Annæi præcedentis filius ex Helvia, Cordubæ natus circ. a. U. C. 751-752. et consul a. 57. post Chr. (*De Rossi, Bull.* 1866). Memorant *Quintil.* 10. 1. 25., *Tac.* 12. *Ann.* 8. et *alib.*, *Suston. Ner.* 7., *Lactant.* 6. 19. — Duas habuit uxores, ex quibus duos filios suscepit. *Senec.* 3. *Ira* 36. et *ep.* 50. et 104. et *ad Helv.* 16. — Domi ipso patre magistro usus est, a quo eloquentiam cum profectu edidicit, quamquam ad philosophiæ studium erat proclivior. *Quintil.* 12. 10. 11., coll. 9. 2. 98. et *Senec. ad Helv. loc. cit.* — Romam puer translatus magistros habuit Attalum Stoicum, Sotionem Neopythagoricum, Demetrium Cynicum aliosque; Stoicorum tamen doctrinæ præcipue adhæsit. *Id. ep.* 58., 62., 66., 83. et 87., coll. *ep.* 73., *Benef.* 4. 26., *Clem.* 2. 5. et *alib.* Cf. tamen *Werner, De Senec. philos.* Breslau 1825.; *Weissenfels, De Senec. Epicureo* Berl. 1886. et *Ribbeck, Senec. d. Phil. u. sein Verhältn. zu Epikur*, Hannov. 1887. — Adulescens itinera suscepit, de quibus v. *ep.* 58. et 84., coll. *Cons. ad Helv.* 17.; hinc scripta ejus *de situ et de reb. sacr. Ægyptiorum* et *de situ Indiæ*, deperdita, apud *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 154. et 9. *ibid.* 81. — Inde Romam rediit, ubi quæsturam (*Senec.* in *Cons. ad Helv.* 17.) et præturam (*Tac.* 12. *Ann.* 8), immo et consulatum gessit cum Trebellio Pollione a. Chr. 58., vulgo U. C. 814. v. 815. V. *Borghesi* in ep. ed. a *Garuss.* in *Osserv. sopra alc. iscr. di Nap.* a. 1842. coll. *Justinian. Inst.* 23. § 4. At ex *tab. Fr. Arv.*, a. 1866. detecta, consul fuit a. Chr. 57. altero dimidio. V. *De Rossi, Bullet.* 1866., coll. *Kraus, R. Encycl. p.* 601. — Sub Claudio in Corsicam exsulare coactus est, quasi mœchus Juliæ Germanici filiæ, ut refert *Suston. Claud.* 29., coll. *Tac.* 13. *Ann.* 42., aut adulteriorum ejusdem conscius, ut habet *Schol.* ad *Juvenal.* 5. 109.; sed post annos circ. octo Agrippinæ, Neronis matris, ope revocatus ab exsilio et ipsi Neroni magister adpositus fama studiorum et potentia maxime inclaruit, tum etiam divitiarum copia, quas privatus cumulaverat et a Nerone acceperat auxeratque, ut multi scriptores testantur, usuris, ita ut Senecæ et horti celebrentur et census et supellex et villæ plurimæ, ut Nomentana, Albana, Bajana. *Tac.* 14. *Ann.* 52. *sqq.*, *Colum.* 3. 3. 3., *Juvenal.* 10. 16. et ipse *Senec. ep.* 51., 55., 104., 110. et *ad Helv.* 14. et 17., coll. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 4. 5. (51). — Conjuratione detecta L. Calpurnii Pisonis in Neronem, Senecæ quoque nomen in accusationibus delatum est; unde ab imperatore suo discipulo ad mortem adactus, incisis venis et in balneo aquæ calidæ vaporibus *suffocatus* periit annos natus circ. 63., a. U. C. 818. *Tac.* 15. *Ann.* 56. *sqq.* et *Hieronym.* in *Chron.* — De ejus moribus alii alia tradiderunt; sunt enim, qui eum a malis artibus aliisque vitiis purgent, ut *Tac.* 14. *Ann.* 55. et *Hieronym. vir. ill.* 12., coll. *Juvenal.* 5. 108. et *Martial.* 12. 36.; quin ab aliquibus tamquam perfectus vir et sanctus et etiam christianus habitus est. *Hieronym. loc. cit.* Cf. et *Boeth. Cons. phil. loc.* infra *cit.* « Quos (*i. e.* Canios, Senecas, Soranos) nihil aliud in cladem detraxit nisi quod nostris moribus instituti studiis improborum dissimillimi videbantur ». Recentiores tamen illum et virtutibus præditum et vitiis infectum dicunt, præsertim sordidæ adulationis, quæ ex libello consolatorio ad Polybium evincitur, tum ingrati animi quod in Apocolocyntosi contra Claudium et in morte Agrippinæ, a qua beneficiis affectus fuerat, fovenda liquet. Cf. etiam *Tac.* 14. *Ann.* 11. et *Dion.* in *Ner.* 34 (V. *Balan, Stor. d'Ital. v.* 1. *l.* 5., *Gelpke, De Senec. vit. et mor.*, Berna 1848. et *Peter, Stor. Rom. III. p.* 344-361. tr.). — De ejus ingenio et scriptis hæc habet *Quintil.* 10. 1. 125. « Senecæ et multæ et magnæ virtutes fuerunt: ingenium facile et copiosum, plurimum studii, multarum rerum cognitio. - Multæ in eo claræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda - Multa probanda in eo, multa etiam admiranda sunt ». Alibi tamen ejus fractum reprehendit dicendi genus, *h. e.* in quo « minutissimis sententiis franguntur rerum pondera » vel, ut inquit *Cic.* « incisim omnia dicuntur ». Sic et Caligula apud *Suston. Calig.* 53. ait « Senecam tum maxime placentem commissiones meras componere et harenam sine calce ». De ejus vitiis præter *eund. ibid. ad fin.* etiam *Gell.* 12. 2. et *Tac.* 13. *Ann.* 3. — Scripta ejus in præmisso *Indice auctorum* recensentur; quædam tamen, a scriptoribus vel ab eo laudata, perierunt, uti sunt libri *de superstitione, de morte immatura, de morali philosophia, de matrimonio, de natura lapidum, de situ Indiæ, de forma mundi, de motu terrarum, de situ et sacris Ægypt.* etc.; immo ex fragmentis novissime repertis constat scriptum ab eo fuisse etiam librum *de vita patris* et *de amicitia*. Sane illum omnem fere studiorum materiam tractasse sive soluta sive ligata oratione auctor est *Quintil. loc. cit.* 129., coll. *Plin.* 14. *Hist. nat. loc. cit.*, *Tac.* 14. *Ann.* 52. *et alt. Plin.* 5. *ep.* 3. 5. — Hinc quoque ei tributæ tragœdiæ duæ, *Thebaidis* et *Medeæ* (V. *Quintil.* 9. 2. 8); immo novem vel decem; sed quæ *Octavia* inscribitur, unicum fortasse prætextæ exemplum, eam cl. *Ritter* a Seneca abjudicat vindicatque *Curiatio Materno* in *Præf.* Cf. etiam *Teuffel loc. cit.* Alii tamen partim philosopho, partim vero rhetori vel potius uni Marco filio, ut ex optimo omnium cod. MS. colligitur, adscribunt (V. *Fabric. Bibl. Lat. l.* 2. *c.* 9. et *Klotzsch, de Ann. Senec. uno trag. omn. quæ supers. auct.*). Ceterum *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 395. eum tragicum vocat, cujus sententiæ recentiores plerique omnes suffragantur; quamquam *Sidon. Apollin. carm.* 9. Senecam philosophum a tragico distinguit. — Scripsit et epigrammata, fortasse quum in Corsica insula exsul versabatur, quæ collegit *Riese* in *Anthol. Lat.*; ex his tamen tria tantum ex novem videntur ei tribuenda. V. *eund.* in *Fleck. Jahrb.* 99. *p.* 279. *sqq.* — Epistolarum porro commercium inter Senecam et Paulum ap., quod *Augustin.* in *ep.* 153. *ad Maced.* 14. et *Hieronym. vir. ill.* 12. admittunt; alii vero simile habent, ut *Gelpke, de famil.* etc. Lips. 1812., *De Rossi, Bullett.* 1866. et *Kreyher, L. Ann. Sen.* Berlin 1887.; alii probabile quidem, sed quæ hodie exstant epistolæ, eas spurias censuerunt *Fleury, Fickert, De Maistre, De Champing, Ferrazzi* noster, *al.*, nunc autem fere omnes critici rejiciunt. Sunt nempe octo epistolæ breves Senecæ, sex Pauli breviores, stilo satis rudi conscriptæ, quas recens edidit *Fr. Haase*, Lips. 1902. Cf. de his *Westerburg, d. Ursprung d. Sage dass Senec.* etc. Berlin 1881., *Wachsmuth* in *Mus. Rhen. XVI. p.* 301-303., *Baumgarten, L. Ann. Sen.* Rostock 1895., *Zahn, Gesch. d. Neut. Kan. II.* 2. 162-621. etc. — Plura de L. Annæo Seneca videsis apud *Just. Lips.*, *A. Schott.*, *M. A. Delrio*, in primis *C. de Rosminis*, qui vitam ejus scripserunt. Adde *Zeller, Phil. d. Gr. III.*[2] 1. 693. *sqq.* et *Schanz, R. L. G. II.* 255. *sqq.* — In plur. num. viri Senecæ adsimiles. *Boeth. Cons. phil.* 1. 3. *p.* 6. 18. *Obb.* Quodsi nec Socratis venenum nec Zenonis tormenta - novisti, ut Canios et Senecas et Soranos - scire potuisti. — 3.°) M. Annæus Seneca, filius præcedentis, de quo *Senec.* in *Cons. ad Helv.* 18. et *Epigr. n.* 139. in *Anthol. Lat.* ed. *Riese*. — De tragœdiis ei falso adjudicatis V. *L. Annæus Seneca.* — 4.°) Annæus Cornutus, plenius *L. Annæus Cornutus*, brevius *Cornutus* (*Charis. gr. I.* 127) Lepti in oppido Africæ natus, si *Suidæ* credimus, Romæ sub Claudio et Nerone philosophiam Stoicam professus, Persii poetæ magister, qui grati animi ergo ei cum multo argento suam legavit bibliothecam. *Pers. Sat.* 5., coll. *Suston. vit. Pers.* — Libertate Stoici hujus philosophi offensus Nero eum in insulam relegavit. *Euseb.* in *Chron.* apud *Hieronym.*, coll. *Dion.* 62. 20. — Plura scripsit vir eruditissimus, seu Latine seu Græce scientissimus, philosophica, rhetorica, grammatica, tam prosa quam versa oratione, quæ præter quædam fragmenta omnia perierunt (*Gell.* 2. 6. 1. et 9. 10. 5., *Macrob.* 5. *Sat.* 19., *Charis. gr. I.* 100. et *II.* 161., *Suston. vit. Pers.*, *Hieronym. ep.* 70., coll. *Suid.* v. Κορνοῦτος), nempe libr. *de natura deorum, comment. in Virgilium, de figuris sententiarum, de enuntiatione* vel *orthographia* etc. V. *Jahn* in *proleg.* ad *Pers. p. VIII-XXIV.*, *Ribbeck* in *proleg.* ad *Virg. p.* 123-128. et etiam *Martini, Disp. lit. de Ann. Corn.* Lugd. Bat. 1825. — 5.°) L. Annæus Florus. *V.* JULIUS FLORUS. — Annæus Gallio. *V.* sub 8. — 6.°) M. Annæus Lucanus, Annæi Melæ filius et Aciliæ filiæ Acilii Lucani, a quo cognomen accepit (*Auct. inc. vit. Lucan.*, coll. *Tac.* 15. *Ann.* 56) et L. Senecæ philosophi nepos, natus Cordubæ a. post Chr. 39. — Puer Romam translatus, studiis vacavit fuitque auditor L. Annæi Cornuti, Stoicæ sectæ philosophi, per quem etiam cognovit Persium, poetam æquævum. *Suston.* in *Lucan.* et *vit. Pers.* — Dein Athenas studiorum causa se contulit; unde Romam a Nerone imp. vocatus ibi quæsturam gessit et sacerdotium auguratus obtinuit. Sed quum Nero, in cujus amicos ille fuerat adscitus, se poetam jactaret ejusque poetica studia minus probaret atque adeo insectaretur, Lucanus iratus conjurationi Pisonis nomen dedit; verum detectus jussusque vita excedere, sibi præcidisse venas vel brachia ad eas secandas medico præbuisse traditur obiitque anno ætat. XXVII. *Tac.* 15. *Ann.* 49., 56., 57. et 70., *Suston. Ner.* 36 (Cf. *Reifferschr. Suet. rel. p.* 50) et *Hieronym.* in *Chron.*, ipse sibi epitaphium componens, teste *Andhelmo* apud *Mai p.* 529. « Corduba me genuit, rapuit Nero: prœlia dixi etc. ». V. in *Anth. Lat. n.* 839. *Meyer.* — Scripsit heroico carmine bellum civile Pompeji et C. Cæsaris, quod *Pharsalia* nominatur, cujus tres libri editi sunt dum viveret, ceteri septem post mortem: item *Saturnalia*, *Silvarum* libros decem, tragœdiam *Medeæ*, *de incendiis Trojæ ac Romæ*, *Orpheum*, *fabulas* complures et *epistolas*: quæ omnia præter Pharsaliam perierunt. *Auct. inc. vit. Lucan.* — *Carmen ad Calpurnium Pisonem*, falso ei tributum, *Wernsd.* adjudicat *Salejo Basso*, Lucani amico;

Beck vero *P. Papinio Statio*. De hac re V. *Haupt, de carm. Calp. p.* 26. et *Bernhardy, Grundr. d. R. L. p.* 598. *sq.* Præterea « declamavit et Græce et Latine cum magna audientium admiratione » (*Vacca* in *vit. p.* 77. 6) — Dictio ejus latina est pura ac stilus et carmina magni spiritus; sed quod ad poeticam vim attinet, multi eum oratoribus magis vel declamatoribus adnumerandum censent, quod historiam, non poema, composuisse videatur, quorum princeps *Quintil.* 10. 1. 90. « Lucanus (inquit) ardens et concitatus et sententiis clarissimus et, ut ita dicam, magis oratoribus quam poetis imitandus ». Adde *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 386., coll. *Cic. Arch.* 11. 26. Hinc *Martial.* 14. 194., cujus lemma est *Lucanus*: « Sunt quidam, qui me dicunt non esse poetam: Sed qui me vendit bibliopola, putat ». Laudatur ab *eod.* 1. 62. et 7. 21. et 22. et *Stat.* 2. *Silv.* 7., quæ *Genethliacon Lucani* inscribitur. Cf. etiam de eo *Juvenal.* 7. 9. et *Schol.* ad *l.* — De eo exstant ex vett. duæ vitæ, quarum altera *Suetonio* tribuitur (V. *Suet.* ed. *Reifferscheid. p.* 50-52), altera vero *Vaccæ* grammatico. V. *Weber, Vit. M. Annæi Lucani collect. P. I.* Marburg. 1859. et *Vita Lucan. per annos digesta, p. II.* et *III.* 1857-58.; *Genthe, De M. Annæi Lucani vit. et scr. Diss.* Berl. 1856.; *Hochart, Stud. s. l. vie d. Luc.* Paris 1855. — Plura videsis apud *Schoell, Hist. de la Litt. Rom.*; *Ribbeck, Gesch. d. röm. Dichtung III.* 91. *sqq.* Cf. etiam *Pritzsche, Q. Luc.* 1892.; *Trampe, De Luc. s. m.* 1884.; *Kindler, De Luc. vv.* etc. 1890. — 7.°) L. Annæus Mela, vel absolute *Mela*, M. Senecæ rhetoris filius, pater M. Annæi Lucani (quem « grande adjumentum claritudinis » vocat *Tac.* 16. *Ann.* 17), uxorem habuit Aciliam, Acilii Lucani oratoris filiam. Ita *Auct. inc. vit. Lucan.*, coll. *Tac.* 15. *Ann.* 56. — Eum fuisse ingenio omnium bonarum artium capacissimo, indole miti et tranquilla ac studuisse eloquentiæ non forensi sed illi, quæ « intellectum erigit ac virtutes exornat » testatur *Senec.* pater *Controv.* 2. *præf.* laudatque etiam *Senec.* phil. in *Cons. ad Helv.* 16. — In conjuratione Pisoniana falso, ut videtur, accusatus apud Neronem, venis exsolutis, sibi mortem conscivit, a. post Chr. 66. *Tac.* 16. *Ann.* 17. — 8.°) M. Annæus Novatus, filius primogenitus Senecæ rhetoris et frater Senecæ philosophi, Cordubensis, Romam puer ductus a patre ab eoque bonis litteris institutus; dein quum a L. Junio Gallione rhetore esset adoptatus et in gentem Juniam adscitus, *Junius Annæus Gallio* dictus fuit plene apud *Hieronym.* in *Chron.*, coll. *Dion.* 60. 35. et simplicius *Annæus Gallio* apud *Plin.* 31. *Hist. nat.* 6. 33. (62). vel *Junius Gallio* apud *Tac.* 15. *Ann.* 73., vel *Gallio* tantum apud *Vulg. Act.* 18. 12. et *Senec.* passim. — Adulescens ad eloquentiæ studia se contulit et *egregius declamator* exstitit, teste *Hieronym. loc. cit.* — Seneca ei *Novato* scripsit librum *de Ira* et *Gallioni* librum *de Vita beata*. — Caligula exeunte aut Claudii ineunte regno, consulatum gessit, quem memorat *Plin. loc. cit.*; dein proconsul fuit Achaiæ usque ad Neronis tempora. *Senec. ep.* 104. 1. et *Vulg. loc. cit.* — Communem denique cum fratribus expertus fortunam, exstinctus est post Senecam fratrem, teste *Tac.* 15. *Ann.* 73., coll. 16. *ibid.* 17., et quidem propria manu, teste *Suston.* apud *Reifferschr. Suet. rel. p.* 96. a. circ. post Chr. 66. — 9.°) Annæus Serenus, præfectus Neronis vigilum, cui *Seneca* phil. dicavit lib. *de constantia sapientis, de tranquillitate animi* et, fortasse, *de otio sapientis*, mortuus veneno ex fungorum esu, teste *Plin.* 22. *Hist. nat.* 23. 47. (96). Adde *Tac.* 13. *Ann.* 13. ¶ 2. In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1784. — *Annæa* (*Annea*), nom. mul. *Ibid.* 6. 11690. et *alia* apud *Luc. Inscr. Dalm. n.* 1. Sic *Annæa Novatilla*, filia Novati, neptis Senecæ Nov. *Senec. cons. ad Helv.* 18. 7. — Hinc nom. gent. *Annajus*, (*a*) apud *Orell. Inscr. n.* 4841.; *Annajenus* (*a*) in *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 348 (alii tamen leg. *Annanienus*, ut *Murat. Inscr.* 1631. 5) sed cf. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 7892. — *Annaenus* (*a*) est *ibid.* 8. 14914., 15071. et *Annajanus*, cogn. *Ibid.* 14. 2981.; unde *Annejanus fundus* in pago Vercellensi, *Tab. Alim. Velej.* 4. 51.; et fortasse *Annejanum*, absolute, locus in Venetia. *Itin. Ant. p.* 281. (*V.* ALLIENI Forum); et in Etruria, *ibid. p.* 284. V. ANNIUS.

ANNEJĀNUS. *V.* voc. præc.

ANNĀLIS. *V.* ANNIUS.

ANNAS, æ, m. 1. Hebr. *Hhannâh* « gratia »; in N. T. Ἄννας et apud *Jos. Antt.* passim Ἄνανος. — Etiam *Annas, ātis*, declinatur a Latinis, ut in *Cod. Theod.* 16. 9. 3.

Annas, Sethi filius, fortasse originis Alexandrinæ. *Vulg. Luc.* 3. 2., *Joh.* 18. 13. et 24. et *Act.* 4. 6. — Dignitate pontificis summi auctus fuit a Quirinio a. Chr. 6. vel 7., quam usque ad a. 15. exercuit; sed a Valerio Grato ea privatus successorem habuit Ismael, filium Phabi, quem excepit Caiphas, Annæ gener. *Joh.* 18. 13., coll. *Jos. Antt.* 18. 2. 1. — Omnium suæ nationis felicissimus exstitit, qui diu gesserit pontificatum et quinque filios ac generum ad eum honorem evectos viderit, teste *Jos. Antt.* 20. 9. 1. — An vero fuerit ipse una cum Caipha pontifex summus et ad ipsius tribunal Christus traductus sit, diversæ feruntur sententiæ; sed, re diligenter expensa, probabilius videtur id temporis Annam dictum fuisse pontificem summum, non quia hac dignitate fungeretur, sed quia, diu ea functus, maxima polleret auctoritate, ut patet ex *Joh.* 18. 13. et *Act. loc. cit.* Eum tamen fuisse præsidem Concilii (*Nashi*) ita ut Christus duplicis tribunalis, sacri et civilis, judicia subierit, ut putant *Selden, Hammond, Wieseler, Reichl* (Cf. 3. *Esdr.* 9. 40. apocr., *Lev.* 4. 3. *LXX.*, *Act.* 5. 21., 8. 1. et 9. 1): vel vicarium pontificis (*Segan*), uti censent *Lightfoot, Grotius, Wolph* (Cf. 4. *Reg.* 25. 18), probari nequit. Quod tamen Christus Annæ judicio, etsi privato, subjacuerit, existimarunt veteres fere omnes, repugnantibus, post *Cyrillum, Maldonato, Jansenio, Tirino* ac dein *De Wette, Langen, Edersheim, Corluy, Fillion*; at hodie plerique omnes priorem, cui jam *Calmet* et *Patrizi* adhæserant, sententiam omnino sequendam esse volunt, ut *Olshausen, Bleek, Schegg, Schanz, Weiss, Keil*, ex gravissimis rationum momentis. De utraque quæstione fuse agunt *Knabenbauer* in *Luc. p.* 161. et *Joh. p.* 514., *Jacquier* in *Dict. Bibl. Vigour. p.* 1. 630. *sqq.* et *Re, Arch. Bibl. Diz. p.* 606.

ANNEĀNENSIS (Annianensis), e, adject. seu cognom. Bonæ Deæ inditum. *Inscr. Eph. epigr. IV.* 22 (*Corp. I. L.* 6. 69) ab Annia gente, ejus tutelæ sacra. *Alii tamen aliter interpretantur.* V. *Aust, PW.* 1. 2257.

ANNEJUS. *V.* ANNIUS.

ANNELLUS, i, m. 2. nom. gent. originis externæ. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 14. — *Annella*, nom. mul. *V.* ANNA.

ANNIĀDÆ (Anniadæ), ārum, m. plur. 1. qui sunt ex Annia gente (V. *Birt, præf. p.* 7). *Claudian.* 1. *cons. Prob. et Olybr.* 8. nec te latuere potentes Anniadæ. Adde *Prudent.* 1. *c. Symm.* 558.

ANNIĀNUS, a, um, adject. ad Anniam gentem vel Annium aliquem pertinens. *Cic.* 4. *Att.* 3. — In illo *ejusd.* 15. *ibid.* 13. « Res Hispanienses valde bonæ. - De Anniano item quod me valde observat ». *Anniano* non de quodam viro, uti vult *Schütz.*, sed de aliquo (Milonis) prædio intelligendum esse monet *Orell.* in *Onom. Tull.* ad *h. v.* — Hinc *Anniana Curia* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 2624. « IN CVRIA BASILICAE AVG. ANNIAN. », ubi *Momms.* interpretatur *basilicæ Augustinianæ*, duo, ut nunc fit, in unum conjungens, coll. *alia ibid. n.* 2628.; contra *Gervas.*, *sul monumento di Gavia Marciana* in *Mem. della R. Accad. Ercol. v.* 4. *p.* 293. *sqq.* leg. *basilicæ-Annianæ*, quam Puteolis collocat. — *Annianus fundus* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 1854., ubi tamen dubia est lectio. V. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6664. — *Anniani horti* in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8666.

ANNIĀNUS (Anianus), i, m. 2. (Annius) nom. gent. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit poeta, Fescenninorum scriptor. *Auson. Edyll.* 13. *fin.* — Floruit sub Trajano et Hadriano impp. laudaturque *Gell.* 9. 10. et 20. 8., ut, præter ingenii amœnitates, litterarum quoque veterum et rationum in litteris oppido quam peritus et in sermocinando mira quadam ac scita suavitate præditus. — Quum vero fundum possideret in agro Falisco, fortasse *poetæ Phalisci* nomine designatur in illo *Terentian. v.* 1816. Atque ille poeta Phaliscus cum ludicra carmina pangit etc. V. *Santen.* ad *h. l.*, *Lennep* apud *eund. ibid.* et *Lachmann* apud *eund. p. XIII-XV. p.* 438; immo ab eo inventum metrum Phaliscum, quod Septimio Sereno vulgo tribuitur, censet idem *Santen. ibid.* ad *Terentian. v.* 1998. *Mar. Victorin. p.* 122. *K.* (*de metro proceleusmatico*) « Quod genus metri (*Calabrion*) Annianus Faliscum carmen inscribit ». *V.* CALABRIUS (Cf. *Weichert, de Læv. poet. p.* 83. *not.* et *L. Müller* in *Mus. Rhen. XXV. p.* 337). — 2.°) Item diaconus seu pseudodiaconus Celedensis, apud *Hieronym. ep.* 143. — Fuit hæresis Pelagianæ defensor, scriptis de ea libris, de quibus V. *eund. ibid. n.* 2. — Exstant latine ab eo redditæ XV. *Homiliæ Chrysostomi*, ex quibus VIII. reliquæ de laudibus Pauli cum epistola ad Euangelum presb.; item *Homilia Chrysostomi ad Neophytos*; præterea ep. ad *Demetriadem Virg.* olim inter epp. Augustini edita: cetera perierunt. — De Anniani libris V. *Garner* in *Diss. I. de primis auct. hær. Pelag. c.* 7. et *Noris, Hist. Pelag. l.* 1. *c.* 19. ¶ 2. In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 567. — Etiam cogn. in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6499. — Absolute in tit. chr. apud *Murat.* 1827. 2. et *Momms. n.* 3491. — *Anniana*, nom. mul. *Inscr.* apud *eund. n.* 5060. et *Murat. Mus. Ver.* 367. 7.; et etiam cogn. in *aliis* apud *Wilmanns n.* 750.

ANNIBA, æ, f. 1. *vel* ōrum, plur. n. 2. montes sive potius regio montana Perssidis in provincia Serica. *Ammian.* 23. 6. 64. Ita leg. *Gardthausen*; alii *Annios*. Cf. etiam *Wagner* ad *l.*

ANNĪBAL, et

ANNĪBĀLIĀNUS. *V.* HANNIBAL.

ANNIBI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Annibæ. *Ammian.* 23. 6. 66. Ita *Gardthausen*; alii aliter leg.

ANNĪBŌNĪUS, ii, m. 2. nomen fortasse Punicæ originis ideoque cum aspiratione scribendum, quod vulgo non fit. ¶ 1. In titulis nom. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 1827. 6. — *Annibonia*, nom. mul. in *aliis* apud *Renier n.* 687. ¶ 2. Apud scriptores fuit ep. Robantensis, e numero Maximianistarum. Memorat *Augustin. enarr.* in *Ps.* 36. *serm.* 2. *n.* 20. *ad fin.*

ANNĪCĔRII, ōrum, m. plur. 2. (Ἀννικέρειοι) philosophi, qui omne bonum in voluptate posuerunt virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis, ut ait *Cic.* 3. *Off.* 33. 116.; ita dicti ab Anniceride Cyrenaico. *Strab.* 17. 837. Ἀννικέρειοι αἵρεσις. Cf. voc. seq.

ANNĪCĔRIS, idis, m. 3. (Ἀννίκερις) philosophus Cyrenæus, tempore Ptolemæi I., Hegesiæ discipulus, qui Platonem captivum Æginæ redemisse dicitur, caput sectæ, de qua in voc. antec. *Lactant.* 3. *Instit.* 25. 16. — Plura videsis apud *Natorp, PW.* 1. 2259. *sq.*

ANNII FORUM. *V.* ANNIUS, ii.

ANNĪUS, a, um, adject. ad Annium aliquem pertinens. Hinc *Annia aqua*, ex XIX. Aquis Romam deductis, fortasse dicta ab *Annio Vero*, post Trajanum. *Curios. Urb. Rom.* Cf. *Nibby* in *Rom. ant. p.* 1. *p.* 332. — *Annia porta*, ex portis oppidi Faleriorum memorata in *Inscr.* apud *Orelli n.* 1393. — *Annia via* in Etruria, quæ a Flaminia Falerias ducebat. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 3083. et 3126., coll. 2. 1532. et 3. 1458. (*V.* CLODIA *via*), distinguenda ab *Annia via* in Gallia Transpadana, quæ Aquilejam ducebat. *Inscr.* apud *Labus, Colonna di Maguzzano p.* 10. et *alia* apud *Bertoli, Antich. di Aquil. p.* 284., ubi nomen imp. Hadriani, non Diocletiani, abrasum est. V. *Orelli Inscr. n.* 3315. Cf. *Cantarelli, Bull. com.* (1891) 100. *sqq.* et *Momms. St. R. II.*[3] 1030. et 1078.

ANNĪUS, ii, m. 2. (Ἄννιος) — *a*) Scribitur uno *n* in *Inscr.* apud *Gazzera, Lap. Epor. p.* 29.; in *figlina* apud *Fabrett. c.* 7. *n.* 4. *pag.* 499.; in *Pond. Marmor.* in *Mem. di Antich. e Belle Art. v.* 1. *p.* 512. et in *Inscr.* apud *Momms. n.* 3105. aliisque apud *Grut.* et *Murat.* V. *Corp. I. L.* 14. 2675. et 3058. *et alib.* — Sic et in titulis Etruscis et Græcis. V. *Corp. Inscr. Gr. v.* 2. *p.* 989.

n. 1957. et p. 1046. n. 2322. Ceterum litteras geminare solitos veteres non fuisse auctor est Victorin. I. p. 7. K. — Prima tamen scriptio frequentior est et nummis probatur apud Cohen, Descr. d. méd. T. II. et alib. et Inscriptt. — b) Etymon, quod quidam petunt ab Anio, Æneæ filio (Cf. Inscr. Triop. Gr. apud Visconti Opp. var. T. I. p. 272), videtur potius ducendum ab eadem rad. an, unde annus, Anna, Annæus etc. Cfr. Etr. ani, anie, aneie, anaina et Gr. Ἄνιος, Ἀνία (V. Vanicek, Etym. etc. p. 3. et Kretschmer, Einl. i. d. Gesch. d. Gr. Spr. p. 334).

I.) Annius, prænomen censet Schiassi (Guida al Mus. di Bologn., ex Inscr. p. 67., coll. codd. ad Plin. 33. Hist. nat. 1. 6. [17]; incerta tamen res est: cf. Calp. Pis. hist. 27); plerumque vero nomen, quo complures nuncupati sunt, ex quibus memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Absolute: Annius, prætor Latinorum, Setinus, legatus ad Romanos, ut, si pacem vellent, alterum ex Latinis consulem facerent; qui de Capitolio prolapsus periit. Liv. epit. 8. Cf. Val. Max. 6. 4. 1. et Sil. It. 11. 55. sqq. — Item alius, de quo mira narrantur a Macrob. 1. Sat. 11. 3. V. integr. loc., coll. Cic. 1. Divin. 16., Arnob. 7., Augustin. 4. Civ. D. 26. et 8. ibid. 13. — 2.°) Cum cognomine: Annii Bellieni (Cic. Fontej. 4., et alib.) — Annii Largi (Marini, Fr. Arv. in figlina p. 144., Momms. Inscr. n. 1421. et Orelli n. 247) — Annii Libones (Capitolin. Ver. 9. et apud eund. M. Antonin. 1.) — Annii Lusci, quorum stemma confecit Drumann apud Orell., Onom. Tull. p. 38 (Cic. Brut. 20. 80., ubi de T. Annio Lusco, cons. a. U. C. 601. cum Q. Fulvio Nobiliore, mentio fit, qui dixit contra Ti. Gracchum, trib. pl., legem agrariam ferentem. Ejus autem orationis fragmentum est apud Fest. in v. Satura p. 314.) — Annii Polliones. Tac. 15. Ann. 56. et 16. ibid. 30., et fortasse Senec. 4. Benef. 31., ubi tamen pro Annius recentiores leg. Asinius. — Annii Veri, quorum familia per adoptionem in Æliam et Aureliam imper. transiit. Hinc Annius Verus, filius M. Antonini imp. et Cæsar ab eo factus a. 166. cum fratre Commodo, teste Capitolin. M. Antonin. 12., qui Severus dicitur Lamprid. Commod. 1., fortasse ex atavo Catilio Severo, ut putat Cavedoni in Boll. Nap. a. 1857. p. 94., et etiam Verissimus vocatus est, si fides habenda Herodiano l. 1. c. 2. — Accedunt: Annius Cimber, Lysidici filius, barbarus natione sed civitate donatus et in gentem Anniam adscitus, administer M. Antonii, homo nequam, interfector fratris sui; unde jocatur Cic. 11. Phil. 6. 14 (V. integr. loc.), Philadelphus per ironiam dictus 13. ibid. 12. 26. — Fuit rhetor, historicus et poeta derisus a Virg. in epigr. apud Quintil. 8. 3. 28., de cujus lectione et interpretatione disseruit Huschk in Comment. de Annio Cimbro, cui nonnulla objecit Kopp in ep. inserta in Analect. Litt. 1826. De hoc ænigmate vide Wagner in Exc. ad Catal. Virg. p. 377. sqq., coll. Meyer in Anth. Lat. ad ep. 89. et Bücheler in Rh. Mus. XXXVIII. 507. sqq. Cf. etiam Sueton. Aug. 86. — Ex loco Priscian. gr. VI. p. 237. K. colligitur poema scripsisse in plures libros divisum. — M. Annius Florianus imp., frater uterinus Claudii Taciti imp., quo mortuo, ipse motu proprio quasi heres imperium arripuit a. 276.; sed, victus in Asia ab æmulo Probo, post octoginta circ. dies, non sibi venis incisis, ut tradit Vict. epit. 37., sed a suis militibus Varsi vulneratus periit, teste Vopisc. Florian. 1., coll. Vict. Cæs. 36. et 37. — Ejus nummi apud Eckhel, 7. p. 499., Cohen VI. 239-252. nr. 1-108. et Mionnet, 2. p. 114. sqq. De eo etiam Inscr. apud Orell. n. 1036. et 1037. — M. Annius Verus. V. AURELIUS. — P. Annius Florus, poeta natione Africanus Macrob. 5. Sat. 1. et Charis. gr. I. p. 53. 14. et 140. 6. K. — Floruit, Trajano et Hadriano impp.; sed puer Romam advenerat sub Domitiano ibique in Agone Capitolino ab imperatore instituto coronam, quam meruisset, resistente Domitiano, ne Africa coronam magni Jovis attingeret, obtinere non potuit; unde indignatus in Hispaniam se contulit, ubi ludum litterarium aperuit, fortasse in oppido Carthagine Nova, celebravitque versibus duos Trajani imp. Dacicos triumphos (ex fragm., reperto a cl. T. Oehler in cod. Brussellensi, Virgilius orator an poeta inscripto, quod primus cum commentario edidit F. Ritschl, in Mus. Rhen. I. 1842. p. 302-314. et denuo Jahn et Halm. in edd. Flori epit. tamquam App.; Freunderberg in Mus. Rhen. XXII. p. 30-31.; Werterburg, ibid. XXXVII. 47. et Baehrens in Lect. Lat. Bonn. 1870. p. 19-22). Præter fragm., alia Flori scripta a veteribus memorantur, ut lepidi nonnulli versiculi ad Hadrianum (Spartian. Hadr. 16.), quibus respondit imperator (Cf. Charis. loc. cit.); item versus sex et viginti tetrametri trochaici de qualitate vitium apud Riese, Anthol. lat. p. 160-170.; item quinque hexametri de rosis, ibid. n. 87. p. 101 (quos cum aliis italice reddidere cl. Canal, Alcuni epigr. etc. Venezia 1871. 8. et Montanari, Opp. T. III. p. 157). V. etiam Anth. Lat. n. 212-221. ed. Meyer. — Sunt qui illi tribuant carmen, Pervigilium Veneris inscriptum (O. Müller, De P. Annio Floro etc., Berlin 1855. 46. pp.), et Epit. bellorum etc., quæ vulgo Julio Floro adjudicatur (V. Halm, in Annuario Fleckeisen 69. p. 192). — T. Annius C. F. Milo Papianus, filius C. Papii Celsi, unde et C. Papius Celsus vocatus fertur, dein, adoptatus ab avo suo materno, T. Annius Milo Papianus dictus est. Ascon. in Milon. p. 53. Orell., vir inquies et ultra fortem temerarius (Vellej. 2. 68) — Lavinio oriundus, ubi dictator fuit, postea Romæ quæstor et tribunus plebis, quo agente, M. Tullius Cicero ab exsilio revocatus est; exinde vero cum P. Clodio inimicitiæ susceptæ. Cic. Mil. 10. 27. sqq., 1. ad Q. fr. 4. et 4. Att. 3. et 12. et Harusp. 3. 4. et Ascon. loc. cit. p. 32. — De Clodii cæde accusatum eum Cicero, Clodianorum acclamatione exceptus, non ea, qua solitus erat, constantia, oratione defendit; quare Milo condemnatus in exsilium profectus est. Ascon. loc. cit. p. 31. sqq., coll. Schol. Bob. et Gronov. in eund. p. 275. sqq. et 443. sqq. Orell. — Orationem pro Milone, Clodii occisore (Cæs. 3. B. C. 21. et Liv. epit. 107), Cicero serius scripsit misitque Miloni, qui oratori rescripsit, bene sibi evenisse, quod eam ita in judicio non pronunciasset; numquam enim futurum fuisse, si hoc modo pro se dictum esset, tam sapidos ut mullos ederet Massiliæ (Dio 40. 54). Cf. Cic. Opt. gen. orat. 4. 10. 9. Att. 14. et 8. Fam. 10. et 17. et Tac. Orat. 37. et 39., et Plutarch. Cic. 35. — Coso (non Cassani, uti Cluver. Ital. Ant. 2. p. 1205., probante Drumann 1. p. 51. apud Orell.) in agro Thurino lapide ictus ex muro periit, teste Cæs. 3. B. C. 22. — Plura de Milone colligas ex Schol. Bob., Gronov. et Ascon. locc. citt. — 3.°) Alios videsis hujus nominis apud Cic. 1. Verr. 41. 106. Brut. 48. 177. et Balb. 20. 45., Tac. 1. Hist. 87., 2. ibid. 40., 3. ibid. 50., 6. Ann. 9. et 15. ibid. 28., Plin. 34. Hist. nat. 6. 18 (29)., Trebell. Gallien. 17. — 4.°) Etiam Annii in plur. num., qui pertinent ad Anniam gentem aut ad aliquam Anniæ gentis familiam. Sic Annii Capræ apud Varr. 2. R. R. 1. 10., ita ab animali illo cognominati. — 5.°) Speciatim Annii forum, Lucaniæ oppidum, memoratum Sall. frag. 3. Hist. 77. Kritz. ¶ 2. In titulis nom. gentis pleb. Inscr. apud Willmanns n. 2018., 2833. etc.; Orelli, n. 974., 2391. et 5003., 7165., coll. n. 6625.; Momms. n. 107. Corp. I. L. 7. 1336. 69. Annios pro Annius. — Item poster. ætat. cogn. in Inscr. apud Momms. n. 6348. — Hinc deriv. nom. gent. Anneus (Annæus), Anninius, Annonius (a), Annienus (a), Anniolejus (a), Anniolenus (a), Annidius (a), Annidienus, Annisiis, Annelius (a), Annalenus, Annalenius, Anneaus (a), Annajus (a), Annejus (a), Annajenus (a), Annulenius v. Annalenus etc. passim in Corp. Inscr. Lat.

II.) Annia, nom. mul. ¶ 1. Præcipuæ apud scriptores — 1.°) Annia Galeria Faustina, vulgo Senior, uxor Antonini Pii, moribus parum honoratis. Capitolin. Ant. P. 1. et 3. — Augusta appellata est a Senatu, viro permittente, qui brevi, h. e. « tertio anno imperii sui, Faustinam amisit, quæ a Senatu consecrata est, delatis Circensibus atque templo et flaminicis et statuis aureis atque argenteis, quum etiam ipse hoc concesserit ut imago ejus cunctis Circensibus poneretur ». Id. ibid. 6. — Hinc Diva dicitur in Inscr., quæ pertinet ad a. 141., quo illa obiit, apud Orell. n. 851.; porro in ejus honorem Augustus puellas alimentarias Faustinianas instituit. Capitolin. ibid. 8. et Lamprid. Alex. Sev. 57. — Templum quoque eidem dicatum est in foro Rom., cujus rudera cum inscriptione adhuc exstant. Capitolin. ibid. 6. et Trebell. in Salonin., ad quem loc. cf. De Rossi in Ann. dell' Istit. arch. a. 1858. p. 178. sq. — Ejus nummos plurimos illustrarunt Eckhel, loc. cit. 37-42. et Cohen, II. 261-263. et 413-442. — 2.°) Annia Faustina filia, vulgo Junior, T. Ælii Antonini Pii, uxor M. Aurelii Phil. Capitolin. M. Ant. 1. et 10. — Augusta appellata est, ut patet ex nummis apud Eckhel, 7. p. 77., et Cohen, II. 412. sq. et 442. et III. 135. sqq. — Mater Castrorum, prima ex Augustis mulieribus, dicta est. Capitolin. ibid. 26. et Eckhel loc. cit. p. 79., fortasse post M. Aurelii victoriam de Quadis relatam. Cf. Orell. Inscr. n. 866. — Femina fuit, si qua unquam, ultimæ infamiæ ac libidinis, usa promiscue gladiatoribus, nautis et si qui sunt his viliores; quin fertur ipsum Commodum ex gladiatore concepisse aliaque scelera perpetrasse, quæ maritum parum moverunt ut et vivam toleraverit et mortuam concilio deorum intulerit; petiit enim a Senatu, ut honores Faustinæ ædemque decerneret, qui eam Divam appellavit; dein et novas puellas alimentarias Faustinianas in ejus honorem constituit fecitque ei coloniam vicum Halala, ubi illa obiit, et ædem exstruxit, quæ postea Heliogabalo, simili turpitudinis monstro, dedicata est. Capitolin. M. Ant. 19. et 26., coll. eod. Ver. 10., Spartian. Carac. 11. fin., Inscr. apud Orell. n. 3865. et Dion. 71. 30. et 31. — Alia de hac femina colligi possunt ex epp. Front. et M. Ant. apud eund. (V. 2. ep. 13), ex Inscriptt. apud Grut., Orelli, Henzen, al. et ex nummis. — 3.°) Annia Lucilla, filia primogenita M. Antonini imp. et Faustinæ junioris (Herod. in Elag. 6. et 8., Mionnet, I. 379. 107.); dicta Lucilla Augusta (Eckhel, 6. p. 98-102), uxor L. Veri imp. (Capitolin. M. Ant. 7. et Ver. 2. et 7). — Ejus in Commodum fratrem insidiis detectis, Capreas ejecta est ac brevi interfecta a. 183. — 4.°) Alias videsis apud Tac. 3. Ann. 36. et scriptores Hist. Aug. et Corp. I. L. 6. 1342.; 9. 330.; 11. 1940. etc. ¶ 2. In titulis nom. absolute usurpatum in Inscr. apud Wilmanns n. 2470. et cum cognomine in Corp. I. L. 2. 3240.

ANNO, ōnis, m. 3. nom. vir. Corp. Inscr. Lat. 2. 2732. et 3. 5610. V. etiam HANNO.

ANNŌNA, æ, f. 1. nom. comm., apud Romanos proprium deæ factum, quæ anni proventus fortunaret. Stat. 1. Silv. 6. 38. Hunc Annona diem superba nescit (i. e. cibi donantur, non veneunt). — Repræsentatur ita ut dextra spicas et sinistra cornu copiæ teneat, ejusque effigies visa est in quadam ara Capitolii cum apposita Inscr. relata a Grut. 61. 10. — Huc spectant nummi Ant. Pii Hadriani et Neronis cum epigraphe, de quibus Cohen, II. p. 275., Cavedoni in Oss. Numism. sui Man. di Arch. di C. D. p. 275.n. 24., p. 118. n. 265. sqq. et p. 279. n. 14. et Müller in Ann. dell' Ist. arch. a. 1860. p. 290. — Hinc nomen inditum quibusdam navibus. Inscr. apud Momms. n. 2836. et 2635.

ĂNŎNŎMASTOS, i, m. 2. (ἀνονόμαστος, non nominatus, sine nomine) æon quidam hæretici Valentini. Tertull. adv. Valent. 35. et Iren. 1. Hær. 11. 5.

ANQUILLĀRIA (Anquilaria), æ, f. 1. locus Africæ propriæ inter Carthaginem et Clupeas, hodie Lauhareah. Cæs. 2. B. C. 23.; ubi Nipperd. leg. Aquilaria, alii Anguillaria, ut Schol. apud Lucan. loc. cit. et Grotius ex Codd. MSS.; alii aliter. — Eam describit Lucan. 4. 585. sq.

ANQUĪRĪTĀNUS. V. ANCYRITANUS.

ANSANCTUS. V. AMSANCTUS.

ANSER, ĕris, m. 3. (anser) ¶ 1. Fuit poeta ætatis Virgilianæ. Ovid. 2. Trist. 435. — Antonii familiaris, ejus laudes poemate, nunc omnino deperdito, cecinit, de quo Donat. in Virg. vit. 17. et Serv. ad Virg. 9. Ecl. 35 (ubi tamen illud argutos inter strepere anser olores non de Ansere sed de

ipso Virgilio, qui se modestiæ causa ita vocat, intelligendum esse ex opposito censeo. Cf. Symmach. 1. ep. 1. V. tamen Heyne ad Virg. loc. et Propert. 2. 25. 84). Ob id ab Antonio donatus agro Falerno: hinc joco in plur. num. Cic. 13. Phil. 4. 11. De Falerno - Anseres depellantur. Indoctum eum dicit Propert. loc. cit. (quamquam hunc implexum locum alii aliter explicant); Cinna procaciorem Ovid. loc. cit.; pessimum Serv. ad Virg. 7. Ecl. 21.; ita ut etiam de eo illud merito dici possit: Respondent rebus nomina sæpe suis. V. Weichert, Poett. Latt. etc. p. 159-168., coll. tamen Unger, de Anseri poeta, Neubrand. 1858. 19. 4. et Rothstein, Herm. XXIV. 10. ¶ 2. Est etiam fluvius in Etruria prope Lucam, in mare Tyrrhenum sese exonerans, nunc Serchio. Cassiod. 5. Var. 17.

ANSĬUS, ii, m. 2. nom. gent., quo maxime Campani utebantur. Inscr. apud Momms. n. 6306 (20). et alib. — Ansia, nom. mul. in alia apud Orelli n. 2516. — Hinc Ansicius, nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 5. 8489.

ANSIVĀRII. V. AMPSIVARII.

ANTĂCĀTI, ōrum, m. plur. 2. gens Scythica. Plin. 6. Hist. nat. 17. 19. (50). Sillig.

ANTÆDĬUS, ii, m. 2. (ἀντί, contra, ἀΐδιος, perpetuus, h. e. mortalis: cf. Furlanetto in App.) cogn. vir. Inscr. apud Marat. 102. 3.

ANTÆŎPŎLĪTES, æ, m. 1. (Ἀνταιοπολίτης: ab Ἀνταιούπολις Steph. Byz. v. Ἀνταίου πόλις Ptol. v. Ἀνταίου κώμη Diod., oppido ad oram Nili orientalem in Thebaide, Copt. ⲁⲛⲧⲏⲟⲩ, hodie Kau v. Káu el-Kebir: cf. Champollion, L' Egypt. etc. I. 272., Brugsch, Geogr. Inschr. I. 133. sq. et 216. sq.) civis seu incola Antæopolis. Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49).

ANTÆUS, i, m. 2. (Ἀνταῖος) — a) Scribitur Anteus, extrita priore diphthongi littera, in tit. chr. apud Mai, Nov. Coll. T. 5. p. 363. 9. — Etiam Anthæus cum aspiratione, at minus recte, et Antheus in palimps. Cod. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (52). Cf. Sillig. ad h. l., coll. 5. ibid. 1. 1. (2). — Antaius in Corp. I. L. 9. 4007. — b) Etymon sumitur a Gr. voce, quæ adversarium, infestum sonat. Cf. Apul. Orth. n. 21.

Antæus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit mythicus tyrannus Africæ Tingitanæ, frater Busiridis. — a) Stricto sensu seu proprie. Propert. 3. 22. 10., Lucan. 4. 590. sq., Juvenal. 3. 89., Sil. It. 3. 40., al. — Ejus regia fuisse traditur in colonia Eliseo in confinio Libyæ, unde et Libys appellatur. Stat. 6. Theb. 894. Herculeis pressum sic fama lacertis Terrigenam sudasse Libyn etc. Adde Capell. 6. p. 215. et Senec. Herc. Fur. 482. et Herc. Œt. 24. et 1899., coll. Sil. It. loc. cit. — De eo mira fabulantur veteres; narrant enim fuisse gigantem, Neptuni et Terræ filium, magno ac procero corpore, quippe qui in 40. cubitos excrevisset. Cum Hercule congressus, quoties membra labore defessa essent, tactu terræ recreabatur: qua re animadversa, Hercules alte sublatum terræ contactu prohibuit et pectori suo artius adstrictum enecavit. Hinc Juvenal. loc. cit. « collum cervicibus æquat Herculis Antæum procul a tellure tenentis ». Porro scribit Plutarch. Sertorium, Romanorum ducem, apud Tygennam oppidum effosso sepulcro, Antæi cadaver invenisse. — Fabulæ interpretatio est, Antæum regem Mauretaniæ fuisse, qui in regno suo multis victus certaminibus, exercitum semper potentiorem reficiebat, sed extra regnum eductus in Libyam, tunc demum superatus profligatusque est. Ad hæc Euseb. in Chron. ad a. m. 3950. ait, Antæum palæstricæ artis fuisse doctissimum et quorumcunque certaminum, et ob id fictum, quod fuerit filius Terræ, ab eaque viribus restauraretur. — Ejus lucta cum Hercule repræsentatur antiquis monum. V. Bull. d. Ist. arch. (1859) 30.; Gerhard, Auserl. Vasenb. 113. et alib.; Mayer, Arch. Anz. (1889) 185. Cf. etiam Kleins, Euphron. 122. sqq. et Furtwängler in Roschers Lex. I. 2206. sqq., 2230. sq. et 2245. — Item de nummis, signis, tabulis v. Carelli, Num. Ital. Vet. 116., 232., Overbeck, Plast. II. 109. sq. et Zanoni, Gal. di Fir. III. 105. — Plura de Antæo habent Lucan., Propert. et Sil. It. Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (2)., Hygin. fab. 31., coll. Mythogr. I. fab. 55. et II. fab. 164. ed. Mai., Pind. Pyth. 9. 182-207. et Diod. 1. 17. et 4. 17. — b) Lato sensu seu improprie dicitur de viris fortissimis. Plaut. Pers. 1. 1. 4., coll. Capitolin., Maximin. Duo 6. — 2.°) Item statuarius laudatus Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (52). — 3.°) Item medicus, qui catapotia fecit contra canis rabiosi morsus, teste eod. 28. ibid. 1. 2. (7). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 3052. — Item nom. serv. fuisse patet ex Cic. loc. cit. Adde Corp. Inscr. Lat. 10. 579.

ANTĂGŎRĀS, æ, m. 1. vel

ANTĂGŎRUS v. Antegorus, i, 2. (Ἀνταγόρας) Niobes filius, ab Apolline et Diana interfectus. Mythogr. I. fab. 156. ed. Mai.

ANTALCĪDES, æ, m. 1. (Ἀνταλκίδης v. Ἀνταλκίδας, fortis contra Alcidam) cogn. libert. Corp. Inscr. Lat. 14. 2527. et 2528.

ANTANDER, i, m. 2. (Ἄντανδρος) Agathoclis tyranni frater. Justin. 22. 7. 2.; unde Oros. 4. 6. 29. ex errore Andro. Cf. Diod. 19. 3.

ANTANDRĪUS, a, um, adject. (Ἀντάνδριος) incola opp. Antandri. Cic. 1. Q. fr. 2. 4.

ANTANDROS et Antandrus, i, f. 2. (Ἄντανδρος) Originem nominis sic exponit Mela 1. 18. « Alii Ascanium Æneæ filium, quum ibi regnaret, captum a Pelasgis, ea se redemisse commemorant; alii ab his putant conditam, quos ex Andro insula vis et seditio exegerat. Hinc hi Antandrum quasi pro Andro; illi quasi pro viro accipi volunt ».

Antandros ¶ 1. Est oppidum Mysiæ, Æolidis seu Phrygiæ minoris sub Ida monte, olim Edonis et a Cimmeriis incolis Cimmeris, teste Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (123)., hodie fortasse Antandro vel S. Dimitri dictum. V. Hirschfeld, PW. 1. 2346. 1. — De ea Virg. 3. Æn. 6., coll. Serv. ad h. l. et Plin. 16. Hist. nat. 32. 57. (42). et ibid. 133. 81. (224). — Solin. 11. Antandrum (neutr.). ¶ 2. Est etiam nomen alterum insulæ Andri, prius Cauros, teste Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (65).

ANTANDRUM et

ANTANDRUS. V. voc. præc.

ANTARIĀNI. V. ANTHUSIANI.

ANTEBRŌGĪUS, ii, m. 2. Remorum legatus ad Cæsarem in Galliam, Cæs. 2. B. G. 3. Alii leg. Andebrogius; rectius tamen Androcumborius ed. Nipperd.

ANTĔCĀNEM, indecl. vel

ANTĔCĀNIS (Anticanis), is, m. 3. sidus cœleste, quod 30. stellis constare docent astronomi recentiores, idem ac Gr. Procyon, ita dictum, quod ante majorem Canem oriri videatur. Cic. Arat. 222 (2. Nat. D. 44. 114). et Schol. Germ. Sang. p. 181. 23. B. Cf. Plin. 18. Hist. nat. 28. 68. (268). Procyon æstuosus matutino oritur, quod sidus apud Romanos non habet nomen. V. plura in Lexico ad h. v.

ANTĔLII, ōrum, m. plur. 2. V. ANTELIUS in Lexico.

ANTEMNA, æ, et

ANTEMNÆ, ārum, f. 1. (Ἄντεμνα Dionys. et Ἄντεμναι Strab.) In sing. num. Cato apud Priscian. gramm. II. 264. (codd. antemnantia) et Sil. It. 8. 365. — Serv. ad Virg. 7. Æn. 631. et Varr. 5. L. L. 28., coll. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (68), ita dictas volunt, quod ante amnem, sc. Anienem, erant sitæ.

Antemnæ, oppidum Sabinorum nunc excisum, vetustius quam Roma (Cato loc. cit.) et prisco Crustumio prius (Sil. It. loc. cit.). Cf. Interamna et V. Vanicek, Gr. Lat. Etym. W. p. 7. — Has turrigeras vocat Serv. loc. cit.

ANTEMNĀTES, ium, m. plur. 3. incolæ Antemnarum, de quibus Liv. 1. 9. sqq., coll. Solin. 1. 20. et Eutrop. 1. 2.

ANTĒNOR, ŏris, m. 3. (Ἀντήνωρ, Dor. Ἀντάνωρ, vir stipendiarius v. adversarius) Acc. Antenora, Græca positione, Ovid. 13. Met. 201. et 4. Fast. 75. 77.; Antenorum apud Liv. locc. citt. et Senec. dial. 11. 7. 6.

Antenor ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Æsyetæ et Cleomestræ (Eust. p. 349) v. Laomedontis (Myth. Vat. I. 204) filius, princeps Trojanus ex regio genere, quem Forcellin. regem Thraciæ dicit, sapientia et eloquentia a veteribus laudatus apud Trojanos, ut apud Græcos Nestor; pater Helicaonii, Polydamantis etc. ex Theano, sorore Hecubæ reginæ, Dict. 4. 22., coll. Senec. Tro. 60., Hom. Il. 6. 299. et Paus. 10. 26. 7., qui eam a Polygnoto Delphis cum filiis pictam fuisse tradit. — Senex cum filiis in auxilium Trojanorum venit, sed existimatus est Trojam prodidisse; nam præterquamquod Græcorum legatos hospitio suscipiebat et Helenæ restitutionem frequenter suadebat, Ulyssem simulato habitu intra mœnia et Menelaum vidit nec indicavit. Ovid. 4. Fast. 75. et Liv. 1. 1., coll. Hom. Il. 3. 148. sqq., 203. sqq., 262. sqq. et 7. 347. sqq., Dar. 37. sq., Pind. Pyth. 5. 80. sqq. (Cf. Talbot Myth. p. 402). — Troja expugnata, Agamemnon domum ejus servavit illæsam, suspensa ad eam παρδαλῆ, ne quis Græcus eam attingeret; ipse autem eodem die, quo Ilium captum est, cum multitudine Henetorum seu Venetorum, qui expulsi propter seditionem ex Paphlagonia, mortuo rege Pylæmene (Cf. Hom. Il. 2. 851. et 5. 576), sedes et ducem quærebant, discessit ex Troade, venit per Thraciam vel Illyricum in Italiam ad ultimum sinum Hadriatici maris, ibique, expulsis Euganeis, qui in planitie, inter mare et Alpes, habitabant, oppidum dicitur condidisse a. 1189. vel 1164. a. Chr., quod primum appellatum sit Antenoreum, deinde Patavium ex situ, ut Troja locus dictus, in quem ex navibus descendit. Sil. It. 8. 602., Virg. 1. Æn. 246. sqq., coll. Serv. ad h. l.; Horat. 1. Ep. 2. 9., Mela 2. 4., Justin. 20. 1., Auct. Orig. gent. Rom. 1., Solin. 2., Capell. 6. p. 206. et ex Græc. Strab. 13. 608. et Eustath. p. 405. Ibi autem cesticos ludos instituisse tradit Tac. 16. Ann. 21. — Hæc tamen incerta sunt et fabulis admixta præter alia, quæ colligi possunt ex Ovid. 5. Her. 95. et 13. Met. 201., Senec. Cons. ad Helv. 7., Ps. Daret. et Dict. passim, coll. Messala, de prog. Aug. 19., Myth. I. fab. 204. ed. Mai. V. etiam Val. Larg. De errorib. Anten. apud Apul. Orth. n. 18.; Pignoria, L'Antenore, Diss. 4. Pad. 1625.; Heyne in Exc. ad Virg. 1. Æn.; Stiehle in Philol. XV. 593-600. et Preller, Röm. Myth. II. 333. — 2.°) Item præfectus regius classis Macedonicæ in bello Persico contra Romanos. Liv. 44. 28. et 45. 10. et 13. — NB. De Antenore, statuario Atheniensi, qui Harmodii et Aristogitonis statuas fecerat, a Xerse raptas (quas Praxiteles dein refecerat) et a Seleuco restitutas (Val. Max. 2. 10. ext. 1., coll. Plin. 34. [70] et Arrian. anab. 3. 16. 7) disserit Cobert, PW. 1. 2353. sq. ¶ 2. In titulis nom. serv. vero. Corp. Inscr. Lat. 8. 425.; 9. 5524. et 12. 523.

ANTĒNŎRĔUS, a, um, adject. ad Antenorem Trojanum vel ad Antenoream urbem seu Patavium pertinens. Martial. 4. 2. Antenoreus Faunus, h. e. Patavinus. Ennod. 2. ep. 6. gurges. Id. carm. 9. 195. collis. Sil. It. 12. 214. stirps. Claud. carm. 49. 1. urbs. — Cognomen videtur in titulo Brixiano Corp. Inscr. Lat. 5. 4640.

ANTĒNŎRĬDÆ, ārum, m. plur. 1. patronym. ab Antenor. ¶ 1. Proprie seu stricto sensu Antenoris filii. Virg. 6. Æn. 484. Glaucumque Medontaque Tersilocumque Tres Antenoridas. — Antenoridæ, titulus tragœdiæ Accianæ, cujus fragmenta tantum exstant apud Non. Cf. Ribbeck, Trag. Lat. p. 127., qui de ipso titulo disseruit ibid. in Quæst. Scæn. p. 319. sq. ¶ 2. Improprie, Patavini. Serv. ad Virg. 1. Æn. Cf. Messal. de Prog. Aug. 10. - Pind. Pyth. 5. 110. habet Ἀντανορίδαι.

ANTĒNŎRĬDES, æ, m. 1. (Ἀντηνορίδης) idem qui Antenoreus seu Patavinus. Sil. It. 12. 258. de Pediano. macte o virtutis avitæ, Macte Antenoride (voc.). Cf. ibid. v. 214. Homer. 787. Antenoriden (acc.).

ANTĔRŌS, ōtis, m. 3. (Ἀντέρως, ωτος) Declinatur Anteros, ōnis, in Corp. Inscr. Lat. 10. 56. 99.; 11. 3166. — Scribitur etiam et declinatur Anterus, i, ut ibid. 3. 12012. 2. ad 6008. 2. Adde Cic. 16. Fam. 21. — Item Antheros, cum aspiratione, Corp. I. L. 2. 4970. (Ἀνθηρός, floridus) vel Anterus, cum penultima longa. — Ad notationem quod attinet, quum ita appellatus sit imprimis Cupido, tertius natus ex Marte et Venere tertia (Cic. 3. Nat. D. 23. 59.), videtur quasi Cupido Cupidini contrarius, ab ἀντί, contra, et ἔρως, amor, cupido. Posset tamen exponi Amori par aut æque venustus ac Amor, quia præpos. ἀντί

etiam *instar* significat. Alii interpretantur amorem, quo quis amantem se redamat; alii autem ex *Pausan.* 1. 30. 1. et 6. 23. 3. intelligunt ultorem eorum, qui amanti mutuo amore non respondent. Hæc *Forcellin.*

I.) Anteros ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est deus. *Cic. Nat. D. loc. cit.* Ex Venere et Marte natus Anteros. *et* 60. (*Cupido*) tertius, qui idem est Anteros. *V.* CUPIDO. — 2.°) Alii memorantur *Cic.* 9. *Att.* 14. et 11. *ibid.* 1. et *Scribon. Comp.* 162. ¶ 2. In titulis nom. serv. frequens et cogn. libert. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 824. et 924.; 14. 3040. et 15. 810-813. etc.

II.) Anteros (Anterus v. Antheros) ¶ 1. Apud scriptores, pontifex Rom., Pontiani successor a. 235. De eo *Hieronym.* in *Chron. Eus.* ad a. Abr. 2255. Adde *Optat. Schism. Donat.* 3., ubi *Anterus;* et *Augustin. ep.* 53., ubi *Antheros.* — Mense uno et diebus decem pontificatum gessit, teste *Catal. Liber.* — De ejus martyrio dubitatur in *Regest. Pontif.* ed. *Jaffé* et *Wattenbach.* Sed illud certum habet *Martyr. Rom.*, ubi martyr dicitur, Maximino imp., et in cœmeterio Callisti sepultus, idque confirmat cl. *Mozzoni* in *Tab. Cronol. Crit. d. Storia d. Chiesa* et *Marucchi, Le Catac. Rom.*, Roma 1903. *p.* 158. *sq.* et *La Via Appia*, Roma 1908. *p.* 305. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* initio *cit.*

ANTĔRŌTĬĀNUS, a, um, adject. ad Anterotem aliquem pertinens. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12652. ATIMETVS PAMPHILI TI. CAESARIS AVG. L. L. ANTEROTIANVS. *h. e.* Pamphili Tiberii Cæs. liberti libertus, qui priusquam Tiberii Cæs. servus esset, Anterotis cujuspiam fuerat. Adde 14. 390. et 391.

ANTĒRUS, i, m. 2. (cum penultima brevi) infamis quidam subactor Commodi imp., a præf. Prætorio per frumentarios occisus. *Lamprid.* in *Commod.* 3. et 4., ubi tamen *Peter* leg. *Saoterus.*

ANTES. *V.* ANTÆ.

ANTĔVORTA, æ, f. 1. (Anteverta) dea apud Romanos, ita dicta, quod res præteritas curare credebatur, sicut *Postvorta* (*Postverta*) futuras: alio nomine appellata *Porrima* ab *Ovid.* 1. *Fast.* 633. et *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 336.; et *Prorsa* a *Varr.* apud *Gell.* 16. 16. 4. — *Divinitatis aptissimæ comites* dicuntur *Macrob.* 1. *Sat.* 7. 20. Antevorta et Postvorta, quia Deus tam longe præterita, quam futura perfecte cognoscit. — Cf. *Postvorta* et *Prorsa* « a recti perversique partus et potestate et nomine » dicta. De iis *Ovid.* 1. *Fast.* 617. *sqq.* — In *Roschers Myth. II.* 192. inter *deos indigetes* recensetur.

ANTHĀNĒ. *V.* ANTHEA.

ANTHĀRĪNUS, i, m. 2. (ἄνθος et ἄρινος, *flos vernus*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 521. 5., ubi *Antarinus*, extrita aspiratione, ut apud Romanos sæpe fit. V. *Furlanetto* ad *h. v.*

ANTHĒA, æ, f. 1. (Ἄνθεια) ¶ 1. Est oppidum antiquissimum Laconiæ, jamdiu excisum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 8. (16). *Sillig.*, pro quo alii leg. *Anthane*, Ἀνθήνη, Dor. Ἀνθάνα; alii vero aliter. — *Anthia* appellatur *Solin.* 7. ¶ 2. Est etiam nom. mul. *Prob. gramm. IV.* 197. 11. *K.* et *Corp. I. L.* 6. 11853. *V.* ANTHUS.

ANTHĒDĬUS, ii, m. 2. poeta suo tempore clarus. *Sidon. carm.* 9. 312. poetis Præponit bene Villicum senatus, Nostrum aut quos retinet solum (sc. Gallia) disertos, Dulcem Anthedion. Adde *eund. ep.* 8. 11., coll. *carm.* 22. *præf.*

ANTHĒDON, ŏnis, 3. (Ἀνθηδών) — *a)* Scribitur etiam *Anthedo* in *Corp. l. c.* — *Antidona, æ,* apud *Hieronym. loc. cit.* sine aspiratione; sed minus recte. *V.* infra. — *b)* Acc. *Anthedonem* est *Liv.* 23. 28.; *Anthedona* vero *Stat.* 3. *Silv.* 2. 88. — *c)* Etymon alii ducunt ab ἀνθηδών, *apis;* alii ab ἄνθος, *flos*, quasi floridus. Cf. ANTHEDON in *Lexico.* At *Fulgent.* 2. *Myth.* 11. Antedon Græce, quasi antiidon, quod nos latine contrarium videns dicimus. V. *REPW.* v. *Glaucus.* — Anthedon est nomen loci et personæ.

I.) Anthedon, nom. loci ¶ 1. Est oppidum Bœotiæ ad sinum Euboicum prope Locrida, Glauci patria, vino celebris, hodie *Lukisi* (Cf. *Leake, North. Græc. II.* 272). *Ovid.* 7. *Met.* 232. Carpit et Euboica vivax Anthedone gramen. Adde 13. *ibid.* 905., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (25). et *Mel.* 2. 3. ¶ 2. Item oppidum Judææ maritimum inter Ascalonem et Gazæ portum, nunc *el-Blachije. Plin.* 5. *Hist. nat.* 13. 14. (68). — Hoc oppidum a se instauratum Herodes M. *Agrippiadem* appellavit in honorem Agrippæ, teste *Jos.* 1. *B. J.* 26. 8., coll. *Hieronym.* in *Chron.* ad Olymp. 2921. — De ejus nummis V. *Eckhel,* 3. *p.* 443. *sq.; Mionnet, V.* 522. *sq., Suppl. VIII.* 364. et *De Saulcy, Numism. de la Terr. Saint.* 234. *sqq.* — Universim consulas *Raumer, Paläst.* 171. *sq.* et *Schürer, Gesch. d. jud. Volk. II.* 63-65. ¶ 3. Item portus in sinu Saronico. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (18)., ubi *Sillig.* rectius leg. *Anthedus.*

II.) Anthedon, nom. personæ ¶ 1. Est Glauci pater. *Fulgent. loc. init. cit.* et *Lactant.* in *Narr. fab. Ovid.* 1. 13. *fab.* 9. et *Gloss.* ad *Virg.* 1. *G.* apud *Muncker* ad *Fulg. l. c.* ¶ 2. In titulis nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12035.

ANTHĒDŎNĬUM. *V.* voc. seq.

ANTHĒDŎNĬUS, a, um, adject. ad Anthedonem Bœotiæ pertinens. *Stat.* 9. *Theb.* 291. Thisbæumque Lycan Anthedoniumque Lycetum. *et ibid.* 328. Anthedonius hospes. *h. e.* Glaucus. Adde *Auson. Mos.* 276. — Hinc absolute

Anthedonium, ii, 2. nom. mul., fortasse ὑποκοριστ. ab *Anthedon*, in *Corp. Inscr. Lat.* 10. 4428. Cf. ABROTONIUM.

ANTHĒDUS. *V.* ANTHEDON.

ANTHĒIS, idis, f. 3. nomen muliebre apud *Hygin. fab.* 239.

ANTHĒMĬO. *V.* ANTHIMIO.

ANTHĒMĬUM, ii, 2. (Ἀνθέμιον) nomen muliebre, fortasse ὑποκοριστικῶς usurpatum. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 3117.

ANTHĒMĬUS, ii, m. 2. (Ἀνθέμιος) Scribitur etiam *Anthimius* et, omissa aspiratione, *Antemius* et *Antimus.* — Sunt qui ab *anthemis* herba ducunt. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

Anthemius, consulum nomen passim apud scriptores et in titulis. ¶ 1. Apud scriptores præcipui fuerunt — 1.°) Anthemius, vir sapientissimus, ex magistro officiorum consul creatus in Oriente a. p. Chr. 405. cum Fl. Stilichone II. et præfectus prætorio a. 405-415., qui, Arcadio imp. demortuo, imperii molem pro Theodosio impubere sustinuit. De eo vide plura apud *Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 1., coll. *Socrat. Hist. Eccl.* 7. 1. et *Joh. Chr.*, qui in ep. eum τὸν δεσπότην μοῦ τὸν ἡμερώτατον appellat. — 2.°) Anthemius Isidorus, ita vulgo in *Fastis* olim appellatus, cons. a. 406. post Chr., qui in sinceris monumentis *Fl. Isidorus* tantum dicitur, ut in *Inscr.* apud *De Rossi, Inscr. Chr. v.* 1. *p.* 303. *n.* 696. Memorant *Prosp.* et *Marcellin.* in *Chron.*, ubi *Isidorus* simpliciter vocatur. — 3.°) Anthemius (*Procopius*), filius Procopii illius, per quem pax facta est inter Romanos et Persas a. 420. ac dein imperator, gener præcedentis. *Sidon.* in *Paneg. Anthem. carm.* 2. 94. — De eo plura apud *Seeck, PW.* 1. 2365. *sqq.* ¶ 2. In titulis nom. gent. *Inscr.* apud *Visconti, Iscr. in cas. Cancelliari p.* 22. *De Rossi, Inscr. Chr. v.* 1. *p.* 541 (a. 405). Antemius. — Item cogn. in gente Procopia. *V.* PROCOPIUS.

ANTHĒMŪS, untis, m. 3. (Ἀνθεμοῦς, contr. ab ἀνθεμόεις, i. e. *floridus, vernans*) ¶ 1. Est fluvius Colchidis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 5. 5. (15). Coraxi urbe Colchorum Dioscuriade juxta fluvium Anthemunta nunc deserta. ¶ 2. Item oppidum Chalcidices Macedoniæ. *Id.* 4. *ibid.* 10. 17. (36). ¶ 3. Item oppidum Mesopotamiæ in campestribus. *Id.* 6. *ibid.* 26. 30. (118)., dictum 5. *ibid.* 24. 21. (86). *Anthemusia* et a *Tac.* 6. *Ann.* 41. *Anthemusias* (*adis*), ubi acc. *Anthemusiada.* Inde tota regio *Anthemusia* appellatur. *V.* ANTHEMUSIA.

ANTHĒMŪSA, æ, f. 1. insula Samos, ita cognominata *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 37. (135)., ubi *Sillig.* leg. *Anthemussa*, quæ lectio recta videtur, quum Græce Ἀνθεμοῦσσα (*Schol. Apol. Rhod.* 2. 887) sit contractum pro ἀνθεμόεσσα, *florida, ferax.*

ANTHĒMŪSĬA, æ, f. 1. (*Anthemusium* v. *Antemusium* scribitur *Fest. Brev.* 20) regio Mesopotamiæ ab Anthemunte oppido ita vocata, inter Euphratem et Aboram fluvios, Armeniæ ad septentr. contermina, Persidi sensu latiore attributa, alias *Osrhoene. Ammian.* 14. 3. 3. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 21. (86). — Hanc a Nerone amissam Trajanus recuperavit. Cf. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5478.

ANTHĒMŪSĬAS, ădis, f. 3. *V.* ANTHEMUS.

ANTHĒMŪSĬUM, ii, n. 2. Persidis regio. *Fest. Brev.* 20. Antemusium (*sic*) optimam Persidis regionem etc. Cf. tamen ANTHEMUSIA.

ANTHĒMŪSĬUS, ii, m. 2. cogn. libert., ab Anthemunte patria dictum. *Inscr.* apud *Grut.* 806. 4. Ita cl. *Furlanetto.*

ANTHERMUS, i, m. 2. Scribitur in antiq. codd. *Plin. loc. cit.* aliorumque etiam *Archemus, Achermus* et *Archermus* (Ἄρχερμος), quæ vera videtur lectio. V. *Welcker* in *Kunstblatt* a. 1827. *p.* 324., *Sillig.* in ed. *Plin.* postrema et *Catal. Artif. p.* 50. ex *Schol. Aristoph. Av.* 574., ubi Ἄρχεννος, coll. *Inscr. Gr.* apud *Boeckh. n.* 22. *t.* 1. *p.* 38. et codd. *Bamb. Plin.*, cui favent *Meineke* ad *Babr. p.* 98., *Sillig.* in postr. ed. *Plin.* et *Robert, PW.* 2. 457. — Anthermus, vel potius Archermus, fuit sculptor insignis, circa Olymp. L., de quo *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (11)., quem locum complet *Schol. Aristoph. loc. cit.*

ANTHESPHŎRIS, idis, f. 3. *V.* voc. seq.

ANTHESPHŎRUS, i, m. 2. (Ἀνθεσφόρος, *florifer*) nom. serv. Græc., primæ ætat. imper. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 5856. et 10. 2512. et *alib.*, ubi *Antesporus* vel *Antisporus* quoque scribitur. — Hinc etiam *Anthesphoris*, cogn. mul. *Ibid.* 6. 7470. V. *Cardinali Dipl. imp. p.* 230. *n.* 438.

ANTHESTĒRĬON, ōnis, m. 3. (Ἀνθεστηριών: *florum mensis* « Blütenmond » *Kubitschek*) nomen mensis apud Græcos. *Gloss.* Anthesterion thenerum (*i. e.* Athenæorum) lingua Julius mensis dicitur. Perinthiorum lingua September mensis dicitur. — Triduo celebrabatur Athenis festum ex quattuor Dionysiacis hoc mense, ἀνθεστήρια dictum, *la festa dei fiori*, Floralia (V. *Momms., Heortol.* 345-373. et *Voigt* in *Roschers Lex. d. Myth.* 1. 1071. *sqq.*) — *Schenkl* ex *Plut.* docet Antesterionem octavum fuisse mensem Atticum ac respondere alteri Februarii et primo Martii dimidio; et *Schœmann, Ant. Gr. v.* 3. 344. dictum quoque Ληναιών.

ANTHEUS, i (-eis), m. 2. (Ἀνθεύς) nom. disyll. Perperam *Antæus* in quibusd. Codd. — Acc. *Antea* apud *Virg.* 1. *Æn.* 181. et *ibid.* 510.

Antheus ¶ 1. Fuit filius Neptuni ex Astyphile vel Astypalæa. *Hygin. fab.* 157. ¶ 2. Item Trojanus, filius Antenoris, Æneæ comes. *Virg.* 1. *Æn.* 181. et 12. *ibid.* 443. ¶ 3. Item Thebanus miles. *Stat.* 10. *Theb.* 441. — De statuario *V.* ANTÆUS.

ANTHĬĔRAX, ācis, m. 3. nom. serv. Græc.: ab ἀντί et ἱέραξ, *accipiter.* Habet *Maff. Mus. Ver.* 349. 3. Ita cl. *Furlanetto.* in *App.*

ANTHĪMUS, i, m. 2. (ἄνθιμος, *floridus*) Scribitur *Antimus*, sine aspiratione, Gr. Ἄντιμος, in nummo Æolidis apud *Mionnet, Suppl. v.* 6. *p.* 3. *n.* 12.; et Ἄντειμος in alio apud *eund. Descr. v.* 2. *p.* 625. Hinc voc. *Anthimi* (al. *Anthēmi*) cum penultima longa usurpavit *Venant.* 3. *carm.* 36. 1. — Etiam *Anthymus* in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 152.

Anthimus, cogn. vir. Græcanicum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2971., 8078., 11857. etc. — Apud scriptores Anthimus, medicus (*Marc. Com. p.* 104. et 105); Tyanorum episcopus (*Facund. Defens. triam Cap.* 10. 6). V. *Jülicher* et *Wellmann, PW.* 1. 2377.; et diaconus (*Venant. loc. cit.*).

ANTHĪNÆ, ārum, f. plur. 1. (ἀνθινός, *ex floribus constans*) insulæ maris Ægæi prope Ephesum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. (137).

ANTHĪUM, ii, n. 2. (Ἄνθιον) oppidum Thraciæ ad Pontum. *Plin.* 4. *Hist.* 11. 18. (45).

ANTHRĀCĬUS, ii, m. 2. (Anthrax) nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 2660. et 10. 3776.

ANTHRAX (Antrax), ācis, m. 3. (ἄνθραξ, *carbo*) nomen coqui, personæ comicæ in *Plaut. Aulul.* 287. Legitur etiam in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 6405.

ANTHRŌPĬĀNI, ōrum, m. plur. 2. hæretici, qui negabant Christum esse Deum eumque purum hominem (ἄνθρωπος) dictitabant. Memorantur a *Cyprian. ep.* 73. et *Lactant.* 4. *Inst.* 30. V. *Bünemann* ad *h. l.*

ANTHRŌPĪNUS, i, m. 2. (ἀνθρώπινος, *humanus*) quidam præfectus navis Apolloniensis, apud *Cic.* 5. *Verr.* 34. 90.

ANTHRŌPŎGRĂPHUS et
ANTHRŌPŎLĀTRA et
ANTHRŌPŌMORPHĪTÆ. *V.* in *Lexico.*

ANTHRŌPŎPHĂGI, ōrum, m. plur. 2. gens Scythica, ad sinistram ripam Borysthenis, ita dicti quod humana (ἄνθρωπος) carne vescerentur (φάγω). *Mela* 2. 14. — Videtur tamen hoc nomen tribubus Asiæ, in qua et Æthiopia comprehensa fuit, præsertim orientalis, et Europæ inditum fuisse, quod essent moribus ferinis ac sævissimis, ut ex *eod. loc. cit.* colligitur, ubi et *Androphagi* dicuntur, coll. 3. 2., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (88)., *Ammian.* 31. 2. 15., *Solin.* 15., *al.;* ita ut commune vocabulum haberi possit. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

ANTHUS, i, m. 2. (Ἄνθος, *flos*) Scribitur *Antus*, aspiratione omissa, in *Corp. Inscr. Lat.* 4. 1563. vel, præmissa, *Hantus, ibid.* 6. 19144.

Anthus ¶ 1. In titulis nom. serv. et cogn. lib. inde ab infima æt. liberæ reip. per æt. imper. *Corp. I. L.* 6. 26974. et *Inscr.* apud *Marini, Fr. Arv. p.* 128. et *Visconti, Op. var. V.* 1. *p.* 97. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Triopæ. *Hygin. fab.* 145. — 2.°) Item quidam in lupum versus rursumque restitutus, ex fabula apud *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (81). — *Anthis* (*idis* v. *inis*) Ἀνθίς, nom. mul. (serv. et libert.). *Carm. epigr.* 964. et *Corp. I. L.* 6. 9726., 11670. etc. — Hinc deriv. nom. *Anthæus (a), Anthyllus (a), Anthianus, Anthianilla, Anthemus* et *Anthimus, Anthemius* (Ἀνθέμιος), *Anthemis (idis), Anthemio (onis), Anthimianus, Anthimilla, Anthemonianus* etc. in *Corp. I. L.* passim.

ANTHŪSA, æ, f. 1. (ἀνθοῦσα, *florens, florida*, ab *Anthus*) *Antusa*, omissa aspiratione, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 4893.: et *Anthysa* in *gemma* apud *Panofka, Gemm. p.* 10.

Anthusa ¶ 1. Fuit mater Iohannis Antiocheni, episc. Constantinopolitani post Nectarium. *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 9. ¶ 2. In titulis nom. mul. serv. *Inscr.* apud *Grut.* 593. 6. — Item cogn. mul. in *Corp. I. L.* 9. 4974.

ANTĬĀNA, æ, f. sing. *vel*

ANTĬĀNÆ, ārum, plur. 1. castellum in Pannonia inferiore. *Tab. Peuting.* 6. et *Rav. p.* 220. — In plur. nom. *Itin. Ant. p.* 232., 243. et 267. Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 425. — Situm censetur, ubi nunc *Mohacs.* V. etiam de hoc *Tomaschek, PW.* 1. 2394.

ANTĬĀNENSES, ium, m. plur. 3. incolæ Antianæ in *Notit. Dignit. occ.* 5.

ANTĬĀNĪRA, æ, f. 1. (Ἀντιάνειρα, *adversaria v. hostilis viro*) appellata fuit puella a Mercurio adamata et mater Argonautarum Euryti et Echionis, apud *Hygin. fab.* 14.

ANTĬĀNUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

ANTĬĀNUS, a, um, adject. (Antias) ad Antium, Latii oppidum, pertinens. Hinc *Antianus Hercules*, h. e. Antii cultus. *Cic. fragm.* apud *Non.* 4. 180. Ita *Forcellin.;* alii vero dictum censent a gente Antia, ex typo Herculis in ejus nummis obvio. *V.* ANTIUS. — *Antianus ager* in *Lib. col. grom. p.* 259. *Lachm.;* sed *V.* ANTINUM. — Absolute *Plin.* 3. *Hist nat.* 6. 12. (81). Ab his ultra Tiberina ostia in Antiano Astura (*insula*).

ANTĬĀNUS, i, m. 2. (Antias) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 3687 (Pannon. inf.).

ANTĬĀS, æ, m. 1. (Ἀντίας) appellatus fuit Mercurii filius. *Hygin. fab.* 160. Cf. *Munker* ad *h. l.*

ANTĬĀS, ātis, adject. omn. gen. (Ἀντιάτης) de loco et persona dicitur.

I.) Antias de loco ¶ 1. Est ad Antium, Latii oppidum, pertinens. *Liv.* 8. 12. et *Tac.* 14. *Ann.* 5. Antias ager. *Liv.* 6. 9. res. *Id.* 7. 28. litus. *et* 8. 14. mare. — *Antias*, prædium quoddam Ciceronis apud Antium. *Cic.* 2. *Att.* 6. — *Antiates Fortunæ*, dictæ a Fortuna dea, ab Antiatibus præcipue culta. *Inscr.* apud *Orelli n.* 1738-1740. — *Antiates*, absolute, Antii incolæ. *V.* hanc voc. ¶ 2. Item ad Antium, qua ita appellata est Genua apud *Scyll. Peripl.*, pertinens. *Tab. Alim. Velej.* 1. 99. « Antiate et Velejate pag. Florejo » ubi error lapicidæ subesse videtur.

II.) Antias est etiam cogn. vir., ut *Q. Valerius Antias*, scriptor Annalium, a *Liv.* aliisque sæpe memoratus, qui fere absolute *Antias* appellatur. — Idem cogn. in gente Furia. *V.* FURIUS.

ANTĬĀTES, ium, m. plur. 3. qui sunt ex Antio, Latii oppido. *Liv.* 2. 33. Antiates Volsci. Adde *ibid.* 9. et *Fast. Cap. triumph.* a. U. C. 259. — Absolute. Antii incolæ. *Cic.* 15. *Att.* 12., *Liv.* 8. 14. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 2273., 2648. etc.

ANTĬĀTĬCUS, a, um, adject. ad Antiates pertinens. Hinc *Antiaticus* cognominatus est ob Antiates devictos C. Mænius cons. a. U. C. 416. in nummo apud *Eckhel*, 5. *p.* 240. Rectius tamen P. Mænius, apud *Borghesi, Decad. Num.* 1. *Oss.* 8. et *Babelon, descr. hist. et chr. de monn.* etc. 2. 163.

ANTĬĀTĪNUS, a, um, adject. ad Antium, Latii oppidum, pertinens. ¶ 1. Cum substantivo. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6638. — Hinc *Antiatinæ Fortunæ* apud *Sueton. Cal.* 57., nempe duæ Fortunæ, quarum una prospera, altera adversa responsa reddebant ideoque a *Martial.* 5. 1. appellatæ *veridicæ sorores.* Alii perperam leg. *Antiatinæ sortes.* Cf. *Tac.* 15. *Ann.* 23. et ANTIAS. — Nummus gentis *Rustiæ* apud *Morell. Thes. Fam. Rom.* ostendit protomen Fortunarum Antiatinarum, de quibus mentio est apud *Macrob.* 1. *Sat.* 23. Ita et *Furlanetto* in *App.* Cf. *Eckhel*, 5. *p.* 298. et *Cohen, Méd. cons. t.* 36. — *Antiatina Ceres*, ita cognominata in *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6640. V. *Peter* in *Roschers Myth. Lex. I.* 1547. *sq.* et *Preller, Röm. Myth. II.*[3] 192. ¶ 2. Absolute, cogn. vir. *C. I. L.* 10. 6696.

ANTĪBACCHĬAS, æ, f. 1. (Ἀντιβάκχου νῆσος) insula sinus Arabici. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (173).

ANTĪCĀRĬA, æ, f. 1. (Scribitur etiam *Antikaria, Antiquaria, Antiguaria*) oppidum Hispaniæ Bæticæ, nunc *Antequera* (Cf. *Hübner, Corp. I. L.* 2. *p.* 276. et 879). *Itin. Anton. p.* 412. et *Ravenn. p.* 318.

ANTĪCĀRĬENSIS v. Antikariensis, e, adject. ad Anticariam pertinens. Hinc *Antikarienses* (sic) *municipium* in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 2034., 2047. et 2048. — *Antikarienses*, incolæ. *Ibid.*

ANTĪCĀTO, ōnis, m. 3. (Vox hybrida ab ἀντί et *Cato*) contra Catonem seu Catoni oppositus. *Quintil.* 1. 5. 68. C. Cæsar contra eum (*Catonem*) duos confecit libros, quos *Anticatones* inscripsit. *Gell.* 4. 16. Cæsar in Anticatone. Adde *Juvenal.* 6. 337., *Priscian. gramm. II.* 227. 2. et 266. 19., coll. *Plin.* 3. *ep.* 12. et *Plut. Cæs.* 3. et 54.

ANTĪCHRISTUS, i, m. 2. (Ἀντίχριστος) Christi adversarius; speciatim apud *Tertull.* 5. *c. Marc.* 16. Quis autem homo delicti, filius perditionis, quem revelari prius oportet ante Domini adventum - et deum se jacturus? Secundum nos quidem Antichristus (*l' Anticristo*).

ANTĪCINŌLIS. *V.* CINOLIS.

ANTICLEA (Anticlia), æ, f. 1. (Ἀντίκλεια, *gloriæ adversa*) ¶ 1. Apud scriptores Autolyci filia, Laertæ uxor, Ulixis mater. *Pacuv. frag.* 247. apud *Cic.* 5. *Tusc.* 16. 46. (Euryclea *Or.*), *Apul. Socr.* 24. 177. et *Hygin. fab.* 97. et 125. — Hanc Sisyphus quum ad Laerten duceretur, compressit, ex quo concubitu natus est Ulixes; qui tamen, quod post nuptias ortus est, Laertæ habitus filius; hinc ab *Ovid.* 13. *Met.* 31. per contemptum vocatur *sanguine cretus Sisyphio.* V. *Hygin. fab.* 201. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 529. — Quum filii mortem accepisset, se ipsam interemit. *Hygin. fab.* 243., coll. *Hom. Odyss.* 11. 85. et *alib.* ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 2814.

ANTĪCLĒS, is, m. 3. (Ἀντικλῆς) nom. viri, qui cum sociis in vitam Alexandri M. conjuravit. *Curt.* 8. 6. 9. et *Auct. Itin. Alex. M.* 31.

ANTICLĬA. *V.* ANTICLEA.

ANTĪCLĪDĒS, æ, m. 1. (Ἀντικλείδης) rerum scriptor Atheniensis. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (67). et 7. *ibid.* 56. 57. (193). — Videtur sæc. a. Chr. tertio floruisse, ut putat *Diehl.* De eo *V.* etiam *C. Müller*, qui ejus fragmenta collegit in *fragm. Scriptt. rer. Alex. M. p.* 147. ed. *Did.; Susemihl, Alex. Litt.-Gesch. I.* 535. et *Schwartz, PW.* 1. 2425. *sq.*

ANTĪCYPRĬUS. *V.* CYPRIUS in *Lexico.*

ANTĪCȲRA, æ, f. 1. (Ἀντικύρα *Strab.*, Ἀντίκυρα *St. B.*, Ἀντίκυρρα v. Ἀντίκιρρα *Ptol.*, Ion. Ἀντικύρη *Herod.*) Scribitur etiam lat. *Anticyrrha, Anticirra* etc.; sed *Antycira*, unico *r*, præstat sive ex quantitate penultimæ syllabæ apud poetas; sive ex origine nominis, quam alii accepisse fabulantur ab *Anticyreo*, Herculis æquali, de quo *Pausan.* 10. 36. 3.; quamquam alii putant ex eo dictam quod opposita erat (ἀντί) oppido *Cirhæ* (*Cyrhæ*): cf. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (7-8); alii vero aliunde. V. *Smith, Geogr. ant.* 4. 26. *p.* 398.

Anticyra ¶ 1. Fuit oppidum Phocidis ad Corinthiacum sinum. *Liv.* 32. 18. et *Mela* 2. 3 (53). — Hodie tota in ruinis est et locus, qui vestigia ædificiorum ostendit, *Aspro Spiriti* vocatur. — Celebris fuit helleboro seu veratro, quod hic melius quam in altera apparabatur, adeo ut multi eo purgandi causa se conferrent. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (8). Helleboro abundans aquisque salubribus. Adde *eund.* 25. *ibid.* 5. 21. (52). et *alib. Ovid.* 4. *Pont.* 3. 54. I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos Et quidquid tota nascitur Anticyra. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 165. ambitiosus et audax Naviget Anticyram. Adde *Sueton. Cal.* 29. — Hinc translate pro helleboro seu ipsa medicina. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 82. Danda est hellebori multo pars maxima avaris: Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem. *h. e.* totum helleborum, quod ibi nascitur et in medicinæ usum conficitur. Non tamen constat, utram hic voluerit *Horatius* (V. infra). Cf. *Juven.* 13. 97. — In plur. num. *Pers.* 4. 16. Anticyras melior sorbere meracas. ¶ 2. Item oppidum Locridis eidem sinui adjacens. *Liv.* 26. 26. Sita Anticyra est in Locride læva parte sinum Corinthiacum intrantibus. — Sunt tamen qui hanc eandem cum præcedenti esse statuant a *Locride* potius quam *in Locride* legendo (*Cellar. Geogr. ant. II.* 13.; *Georges, Ausf. Handw.* etc. ad *v.:* cf. quæ ad *Liv. loc.* docte adnotat *Drakenb.*); at *Smith, Geogr. ant.* 4. 8. *p.* 392. et *Hirschfeld, PW.* 1. 2428. unam ab altera distinguunt (Cf. etiam *Bursian, Geogr. v. Griechanl. I.* 182. *sq.; Inscr. Le Bas II.* 1001-3., *Bull. Hell. V.* 445. et *Head, H. N.* 288). ¶ 3. Item oppidum ad Œtam prope sinum Maliacum, quod helleboro item abundabat (*Herod.* 7. 198. et 213., *Strab.* 9. 418. et 428. et *Steph. Byz.*), cujus succus epotus utilissimus fuisset ad purgandam insaniam melancholicam. Hinc amentes solent proverbio Anticyram mitti. Serius tamen videtur Anticyram amentibus commendari, non quia locus ille helleboro abundet, quod lætius alibi et præstantius nascitur; sed quod ibi tutissime bibitur, admixto sesamoide ibi nascente et hellebori vim temperante ne noceat. *Plin.* 22. *Hist. nat.* 25. 64. (133). et *Gell. loc. cit.* Hinc *Horat. A. P.* 300. « Si tribus Anticyris caput insanabile etc. » ubi *tribus* ad auxesim fortasse dictum a poeta, quem tamen illarum numero allusisse censuerim; *tres* enim figurate non ad multa sed ad pauca significanda adhibetur (Cf. *Plaut. Mil.* 4. 2. 29., *Ter. Phorm.* 4. 3. 88., *Catull.* 1. 5., *Ovid.* 4. *Pont.* 8. 26., *al.*). Anticyram vero ad Maliacum sinum *insulam* vocat *Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. (52). et ex eo *Gell.* 17. 15. 9., quibus assentitur *Voss.*, nec repugnant *Forcellinus* noster (qui tamen cum *Rob. Steph.* et oppidum in Phocide admittit), *Freund, Theil* aliique etiam ex recentioribus, refragante *Hirschfeld, loc. cit.*, quem consulas.

ANTĪCȲRENSIS, e, adject. ad Anticyram, Phocidis oppidum, pertinens. Hinc *Anticyrenses*, absolute, Anticyræ incolæ. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 567. 5. et *ibid.* 22.

ANTĪCȲRĪCON. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

ANTĪDĀMA, æ, m. 1. (Ἀντιδάμας) ¶ 1. Est Calydonius quidam, filius Demarchi, ut videtur, in *Pœnulo Plaut.* 955., 1051., 1058. et *alib.*, ubi aliquando in recto *Antidamas* pro *Antidama* et in genet. *Antidamai* pro *Antidamæ* quidam legunt. Cf. *Leo* ad 955. ¶ 2. Item historicus quidam Heracleopolites. *Fulg. serm. ant.* 2. in historia Alex. M. *et* 51. in Moralibus libris.

ANTĪDĔUS. *V.* ANTITHEUS in *Lexico.*

ANTĪDĪCŌMARĬĀNĪTÆ vel

ANTĪDĪCŌMĀRĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀντιδικομαρῖται: ab ἀντίδικος, *adversarius*, et Μαρία) hæretici sæc. IV., perpetuæ virginitatis Deiparæ adversarii. *Isid.* 8. *Orig.* 5. 46. Antidicomaritæ appellati sunt pro eo quod Mariæ virginitati contradicunt asserentes eam post Christum natum viro

suo fuisse commixtam. Adde *Augustin. hær.* 56. et 84. (quib. locis quidam leg. *Antidicomarianitæ*) et *Hieronym. c. Helvid.*, *Facund. Hermian.* 8. 7. etc. — Dicitur Romæ, ubi hæresis vulgabatur, ab *Hieronymo* et in Oriente peculiari tractatu impugnata fuisse ab *Epiphanio* (Cf. *E. Vollet, dans la Grande Encycl.*). Ceterum V. *Hieronym. ep.* 48. ed. *Vall.* et *Epiph. hær.* 77. et 78.

ANTĪDŎRUS, i, m. 2. (Ἀντίδωρος: cf. ἀντίδωρον, *remuneratio*) cogn. lib. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 21862.

ANTĪDŎTUS, i, m. 2. (Ἀντίδοτος: cf. *antidotus*) pictor Græcus, Euphranoris discipulus, magister Niciæ. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (130. et 131).

ANTIĒNSIS, e, adject. ad Antium, Latii oppidum, pertinens. Hinc *Antiense templum*, Æsculapio sacrum, apud *Val. Max.* 1. 8. 2. Cf. *Aur. Vict. vir. ill.* 22. et ANTIUM.

ANTĪGĔNĒS, is, m. 3. (Ἀντιγένης, *contra genitus*) cogn. lib. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1057 (a. 210). ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Comes Alex. M. et dux Argyraspidum. *Nep. Eum.* 7. et *Curt.* 5. 2. 6., coll. *Justin.* 12. 12. — 2.°) Item historicus Alex. M. *Plin. Hist. nat. ind. auct.* 5. — 3.°) Item Cleophantinus, medicus non incelebris tempore Aurelii imp., cujus scripta memorat *Cæl. Aurel.* 2. *Acut.* 10. *n.* 56. — 4.°) Item pastor vel choraula, a Virgilio adamatus. *Virg.* 5. *Ecl.* 89. V. *Serv.* ad *h. l.*

ANTĪGĔNĪDĀS, æ, m. 1. et

ANTĪGĔNĪDĒS, is, 3. (Ἀντιγενίδης et Ἀντιγενίδας) Penultimam longam ponit cl. *De-Vit*, ut habeat patronym. ab *eus*, ut *Atrides* ab *Atreo*, *Pelides* a *Peleo* etc., sed perperam; est enim ab *Antigenes*: cf. *Epimenides*, *Proclides*, *Pelopidas* et similia.

Antigenides, vir Thebanus, Satyri filius, Philoxeni tibicen insignis, qui floruit sæc. V. a. Chr., sæpe apud scriptores confusus cum Dionysii filio. Memorant *Cic. Brut.* 50. 187., *Val. Max.* 3. 7. *ext.* 2., *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 67. (170)., *Gell.* 15. 17., *Apul. Florid.* 1. 4., coll. *Athen.* 4. 131. et *Plut. de Mus.* 21. — *Id. de fort. Alex. or.* 2. 2., fortasse de altero mentionem facit, qui cum Alexandro M. vixisse dicitur; nec videtur de errore arguendus.

ANTĪGNŌTUS, i, m. 2. (Ἀντίγνωτος) statuarius incertæ originis, qui floruit tempore Augusti. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (86). Cf. de eo *C. Robert*, *PW.* 1. 2401. et *Rossl, Arch. Aufs. v.* 1. *p.* 160.

ANTĪGŎNA, æ, et

ANTĪGŎNĒ, es, f. 1. (Ἀντιγόνη) ¶ 1. In titulis cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 5177., 8488., 10728., 17667. etc. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Fuit Laomedontis, regis Trojani, filia, decora, quæ quum formam suam Junoni prætulisset, dea irata crines ejus in angues mutavit; quæ deorum miseratione in ciconiam conversa est; quam ob causam ut avis infesta colubris traditur. *Mythogr. I.* 179. ed. *Mai.* Cf. *Ovid.* 6. *Met.* 93-96. — 2.°) Item Œdipodis, regis Thebanorum, filia, quæ patri cæco in exsilium acto vim dux fuit: occisa a Creonte tyranno vel, ut alii volunt, viva sepulta, quum fratrum suorum Eteoclis et Polynicis cadavera cremasset eisque justa persolvisset. Hæmon vero, Creontis filius, Antigonæ amator ad ejus tumulum se ipse gladio transfixit vel, ut alii narrant, et se et ipsam interfecit, quum patrem pro ejus vita exorare non potuisset. Ita *Hygin. fab.* 67., 72., 243. et 254., *Mythogr. II. fab.* 230. Adde *Propert.* 2. 8. 21. *sqq.* et præsertim *Stat.* in *Theb.* a *l.* 7. et *sqq.* — Ejus tragœdia a Sophocle conscripta est, ad quam fortasse respexit *Juvenal.* 2. 228. — Plura de ea apud *Bethe*, *PW.* 1. 2401. *sqq.*

ANTĪGŎNĒA et Antigonia, æ, f. 1. (Ἀντιγόνεια v. Ἀντιγονία) nomen oppidorum, quæ varia fuerunt, sc. — *a)* In Epiro. *Liv.* 32. 5. et 9. et 43. 23., coll. *Polyb.* 5. 5. 6. — *b)* Item in Chalcidice ad mare. *Liv.* 44. 10. et *alib.* Cf. *Leake*, *North. Greece III.* 460. — *c)* Item in Macedonia interiore. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (34). — *d)* Item idem ac Mantinea Arcadiæ. *Id. ibid.* 6. 10. (20). — *e)* Item idem quod Alexandria Troas. *Id.* 5. *ibid.* 30. 33. (124)., coll. *Strab.* 12. 565.

ANTĪGŎNENSIS, e, adject. ad Antigoneam, Epiri oppidum, pertinens. *Liv.* 42. 58.; 43. 23. et 44. 32. — Antigonenses, absolute, ejus incolæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (2).

ANTĪGŎNĪA. *V.* ANTIGONEA.

ANTĪGŎNIS, idis, f. 3. (Ἀντιγονίς: patronym. ab *Antigono*: cf. *Diod.* 20. 46). ¶ 1. Est cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 1138 (*Momms. Inscr. n.* 1887). ¶ 2. Item nom oppidi in Ægypto. *Ravenn. p.* 121.

ANTĪGŎNUS, i, m. 1. (Ἀντίγονος) *Anticonus* in *Inscr.* apud *Donat.* 404. 2. ¶ 1. In titulis nom. serv. et cogn. libertin. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2818. etc. — *Ibid.* 12. 5145. Adde *Cic.* 13. *Fam.* 33. ¶ 2. Apud scriptores, inter alios, memorantur — 1.°) Antigonus Macedo rex Asiæ, Philippi et Alexandri in omni militia socius. *Justin.* 16. 1. — Lydiæ præfectus est ab Alexandro M.; quo mortuo, in divisione imperii inter ejus duces, Lyciam cum Pamphylia et Phrygia majore obtinuit, regis nomine, Ptolemæo cum fœderatorum classe devicto, an. U. C. 448., ipse deinde Seleuco et Lysimacho ducibus, victus cæsusque est an. 301. a. Chr. *Curt.* 4. 1. 35. et 10. 10. 2., *Justin.* 13. 4. 14. et 15. 1. 2. et 4. et *Nep. de Regib.* 3. — Uxorem habuit Stratonicem, unde filios suscepit Demetrium Poliorcetem et Philippum. *Cic.* 2. *Off.* 14. 48. — Fuit luscus et visu deformis. *Senec.* 3. *Ira* 22., *Macrob.* 7. *Sat.* 3. 12. et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (90). — De ejus nummis V. *Eckhel* 2. *p.* 117. *sqq.* — Plura de eo apud *Kaerst*, *PW.* 1. 2406-2413. Cf. etiam *Droysen*, *Hellen. III.* 1. 2. — 2.°) Antigonus, cognomento *Gonatas*, Demetrii Poliorcetæ filius, primus hujus nominis Macedoniæ rex, ita appellatus, quod apud Gonatas Thessaliæ fuerat educatus, insignis pietate erga patrem. De eo *Justin.* 17. 2. 24. 1., 25. 1. et 26. 1. *alib.* et *Euseb.* in *Chron.* 1., coll. *Athen.* 9. 400. — Prospera fortuna bellavit contra Peloponnesios, Gallos et Athenienses; denique ab Alexandro, Pyrrhi filio, ejectus regnum amisit. *Justin.* 26. 1. et 2., coll. *Frontin.* 2. *Strat.* 6. 5. et 3. *ibid.* 4. 2. et *Trog. prol.* 26. — De nummis hujus Antigoni V. *Eckhel*, 2. *p.* 123. *sqq.* et *Imhoof-Blumer*, *Monn. gr.* 125. *sqq.* — De eo plura apud *Kaerst*, *loc. cit. p.* 2413-2417. — 3.°) Antigonus, cognomento *Doson* per convicium seu antiphrasim, quia quod facile promittebat se daturum (δώσων), minime præstabat. De eo *Justin.* 28. 3. et 4., coll. *Liv.* 32. 21., 34. 20. et 40. 54. et *Tac.* 4. *Ann.* 43. — Ejus sententiam adfert *Liv.* 40. 21. «ne quis cum tota gente in rebus dubiis periclitari auderet». — Post multa præclare ac liberaliter gesta, ex bello contra Illyrios defessus, sanguinis profluvio affectus, post regni annos 12. obiit an. a. Chr. 221. *Justin.* et *Liv. locc. citt.* Cf. etiam *Polyb. I.* 2. et *Plut.* in *vit. Cleomen.* — De ejus nummis *Head, H. N.* 203. *sq.* et *Imhoof-Blumer*, *Monn. gr.* 125. *sqq.* — Plura videsis apud *Kaerst*, *loc. cit. p.* 2418. *sq.* — 4.°) Antigonus, Judæorum rex, Hasmonæorum ultimus, Aristobuli II. et Alexandræ filius, biennio postquam regnavit ab Herode M., rege designato, victus, dein a Sosio, legato M. Antonii, cui pusillanimis se dederat, ob id *Antigona* appellatus, Antiochiæ, eodem Herode instigante, virgis cæsus est ac securi percussus an. a. Chr. 35 (al. 38). Memorat *Hieronym.* in *Eus. chr.*, coll. *Jos. Antt.* 14. *extr.* et *alib.* — De ejus nummis V. *Eckhel*, 3. *p.* 430. *sq.* et *Cavedoni*, *App. alla Numism. Bibl.* 23. *sqq.* — Plura de eo habet *Wilken*, *PW.* 1. 2419. *sq.* Cf. et *Schürer*, *Gesch. d. Jud. Volk.* 1. 286. *sqq.* — 5.°) Antigonus, Cymæus, scriptor rei agrariæ. *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8., *Colum.* 1. 1. 9. et *Plin. Hist. nat. ind. auct. ll.* 8., 14. 15. et 17. — 6.°) Antigonus Carystius, sæc. III. a. Chr., varia scripsit, imprimis philosophorum vitas, qua de re laudatur *Hieronym.* in *præf. de vir. ill.* — Differt ab insequenti ex sententia *O. Müll.* ad *Fest. p.* 260. — 7.°) Antigonus, Italicæ historiæ scriptor, apud *Fest.* sub v. *Roma* (ubi quidam leg. *Antiochum*), coll. *Dionys. Ital.* 1. 6. et *Plut.* in *Romul.* 17. — Ejus fragmenta collegit *C. Müller* in *fragm. Hist. Gr. T.* 3. *p.* 305. *sq.* — 8.°) Antigonus artifex, qui condidit volumina de arte et pictura. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (84). et 35. *ibid.* 10. 36. (68). — 9.°) Antigonus scriptor toreutices, quem laudat *Plin. ibid.* in *ind. auct. ll.* 33. et 34. — 10.°) Alios videsis apud *Liv.* 44. 26. et *epit.* 40. et alib., *Cic. Dejot.* 15 41., in *Cod.* 4. 32. 6. etc.

ANTĪLĪBĀNUS, i, m. 2. (Ἀντιλίβανος) *Antelibanus* apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 416.

Antilibanus, mons celeber Syriæ, ita dictus, quia Libano oppositus, longa valle, quæ Celesyria dicitur, interjecta, ab oriente, de quo *Plin.* 5. *Hist. nat.* 22. 18. (80). et *alib.* et *Cic.* 2. *Att.* 16., hodie *Dahebel Esharki* (V. *Ritter*, *Erdkunde XV.* 156. *sqq.*). — Ejus verticem altissimum Hebræi vocant *Hermon*, Sidonii *Sarion* et Amorrhæi *Sanir*, apud *Vulg. Deut.* 3. 8. et 9., quamquam recentius tribus diversis verticibus hæc nomina tribuebantur, 1. *Par.* 2. 23.; pars vero Damascum respiciens *Amana* dicebatur (*V.* hanc voc.). — In sacris tamen libris Antilibani nomen nusquam occurrit, sed *Libani* tantum. *V.* LIBANUS.

ANTILLUS. *V.* ANTHYLLUS.

ANTĪLŎCHUS, i, m. 2. (Ἀντίλοχος: ab ἀντί et λόχος, *insidiæ* et etiam *agmen*, ut sit quasi agmen oppositum) Scribitur *Antilocus*, sine aspiratione, in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9798. et 7. 1273.

Antilochus ¶ 1. Apud scriptores, Nestoris filius, Helenæ procus, a Memnone interfectus. *Hygin. fab.* 113., coll. *Dict.* 4. 6., *Dar.* 34. et *Hom. Od.* 4. 188. Memorant *Acc. trag.* 4., *Horat.* 2. *Od.* 9. 14., *Propert.* 2. 13. 49., *Ovid.* 1. *Her.* 15. et 16., *Stat.* 1. *Achill.* 470., *Juvenal.* 10. 253. et *Mythogr. I. fab.* 204. ed. *Mai*, coll. *Hom. Il.* 4. 457. *sqq.* — Ejus epitaphium scripsit *Auson. epit.* 7. — Ex monumentis, quæ supersunt, Antilochus repræsentatur in *Annal. dell' Istit. arch.* a. 1846. *p.* 240. *sqq.* et *alib.*, apud *Overbeck*, *Gall. Taf.* 18. 2., 20. 2. et 22. 12. et *Furtwängler*, *Kat.* 539. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19885., 12. 8408. etc.

ANTĪLŎGUS, i, m. 2. (Ἀντίλογος, *contradicens*). cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6498. 15 (*ætat.* imp. incip.).

ANTĪMĂCHUS, i, m. 2. (Ἀντίμαχος, *contra pugnans*, *adversarius*) ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 5264. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Fuit statuarius incertæ ætatis ac patriæ. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (86). — 2.°) Item Hyparchi filius, Colophonius (dictus *Clarius* ab *Ovid.* 1. *Trist.* 6. 1. a *Claro* in Colophoniorum finibus; fortasse *Clarius* pro *clarus poeta* etiam a *Cic. loc. cit.* dictus, grammaticus et poeta celebratissimus, Homerum æmulatus, teste *Quintil.* 40. 1. 53. (ubi pro *secundum* codd. *Hertz* habent *parem*), *Solin.* 40., coll. *Spart. Hadr.* 6., præsertim *Cic. Brut.* 51. 191., quem Plato præferebat Chœrilo Samio, probe distinguendus ab Antimacho Tejo, item poeta epico apud *Plut.* in *Romul.* 12. — Floruit in fine sæc. V. a. Chr. et scripsit duo carmina, quorum unum, epicum *Thebaidis* titulo (Θηβαΐς), «magnum volumen» (*Cic. loc. cit.*); alterum elegiacum *Lydæ* nomine (Λυδή), a meretrice, quam adamabat, dictum, primum elegiacæ poesis exemplum. Illud vero nimis prolixum tangi ab *Horat. A. P.* 146. putat *Porphyr.*, coll. *Acron.* et *Cruq.*, qui tradunt *cyclici* nomine hunc Antimachum ab eo designari, *tumidum* fortasse a *Catull. carm.* 95. appellatum et nimia quidem eruditione refertum, ita ut Alexandrinis præludere videatur. — Prioris poematis fragmenta collegit *Schellenbergius*, Halæ Sax. 1786., *Gaisford*, *Poet. Gr.* 3. *p.* 349. et *Stoll*, Dillenb. 1845. cum præf. de ejus vita et scriptis pereruditа; nuper vero *Kinkel*, *Epic. Græc. fragm. I.* Lips. 1877. et *Couat*, *La poés. Alex. p.* 64. — 3.°) Alios videsis apud *Ovid.* 12. *Met.* 460., *Liv.* 42. 66. et 44. 13. et 24. etc. Cf. *Wentzel*, *PW.* 1. 2433. *sqq.*

ANTĪMĒDĒS, is, m. 3. (Ἀντιμήδης), cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 23375. Perperam cl. *De-Vit* legit *Antimedus*, *i*, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 7121.; ibi enim ANTIMEDI in fine caret littera *s*, quia ad marginem interiit.

ANTĪMĬO. *V.* ANTHIMIO.

ANTĪMUS. *V.* ANTHIMUS.

ANTĪNĀS, ātis, adject. ad Antinum, Marsorum oppidum, pertinens. *Grom. p.* 259. 21. *Lachm.*, ubi pro *Antianus* ager *Antinus* legend. esse putat *Otto*. — Absolute

Antinates, *ium*, m. plur. 3. Antini incolæ. *Corp.*

I. L. 9. 3845. et 3545. et *Inscr. Eph. epigr.* 8. 170. — Errasse videtur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106)., ubi *Atinates* pro *Antinates* legitur.

ANTĪNŎA (Antinoe), æ, f. 1. (Ἀντινόη) nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12367.

ANTĪNŎĒUS, a, um, adject. (Ἀντινόειος) ad Antinoum pertinens. *Hieronym. vir. ill.* 22. «Antinoeus agon gymnicus». In ed. *Vallars.* legitur *Antinojus*, sed falsa est lectio. Cf. *Eus. Hist.* 1. 2. c. 8. et *Inscr.* apud *Murat.* 561. 2. — Hujusmodi agon exercebatur apud Mantineam. *Pausan.* 8. 9.

ANTĪNŎĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀντινοΐται) Genet. *Antinoiton* pro *Antinoitarum*, Græca positione, in *Inscr.* infra *cit.*

Antinoitæ ¶ 1. Sunt sodales Neapoli instituti in honorem Antinoi. *Inscr.* apud *Orelli n.* 2252. ¶ 2. Item Antinoi oppidi incolæ. *Hieronym. H. E.* 6. 9. — Minus accurate *Gloss. V.* 421. 71. et 430. 58. Antinoitas civitas in Ægypto.

ANTĪNŎŎPŎLIS. *V.* ANTINOUS II.

ANTĪNŎOS et

ANTĪNŎUM. *V.* voc. seq.

ANTĪNŎUS, i, m. 2. (Ἀντίνοος, *adversæ mentis*, *adversarius*) nomen personæ et loci.

I.) Antinous, nom. personæ. ¶ In titulis nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12367., 8. 2148. et 9. 1155., 14. 2112. 3. — Et etiam cogn. *Ibid.* 8. 12367. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Est filius Priami. *Hygin. fab.* 90., ubi alii *Antiphonus* leg. (*Scheffer*) — 2.°) Item nobilis Ithacensis, Eupithei filius, Penelopes procus, quem ante omnes illa tamquam adversarium (uti sonat ipsum nomen: ἀντί et νόος) exsecrabatur. *Propert.* 4. 5. 8., *Ovid.* 1. *Her.* 92., *Sabin.* 1. 47., *Auson. perioch. Od.* 17., coll. *Hom. Od.* 17. 497. *sqq.* et *alib.* — 3.°) Item homo famosus, natus Bythinii seu Claudiopoli, in Bythinia, pulcritudine eximius, Hadriani imp. servus et amasius ejusque comes in itineribus, in Ægypto vita functus et, eo volente, a Græcis consecratus seu divinis honoribus late cultus. *Dio* 69. 11. 2.: ἐν τῷ Αἰγύπτ. ἐτελεύτησεν, εἴτε οὖν εἰς τ. Νεῖλον ἐκπεσών, ὡς Ἀδριανὸς γράφει, εἴτε καὶ ἱερουργηθείς. *Hieronym. vir. ill.* 22. Tumulos mortuis templaque fecerunt, sicut usque hodie videmus; e quibus est et Antinous, servus Hadriani Cæsaris, cui civitatem ex ejus nomine condidit et statuit prophetas in templo. Adde *Spartian. Hadr.* 14. et *Tertull. Apol.* 13., coll. *Origen. adv. Cels.* 3. 36. *p.* 370. — De cultu Antinoi videsis celebre epigramma *Gruterianum* (86. 1) et *Orellianum* (823), et *Inscr.* apud *Henzen*, *Suppl. Orell. n.* 6086., *Prudent.* 1. *contr. Symmach.* 271. *sqq.*, coll. *Clem. Alex. Protrept. p.* 48. Oxon. — Plura de Antinoo ejusque cultu ac monumentis colligi possunt ex *Eckhel*, 6. *p.* 529., ubi nummos quoque illustrat *ibid. p.* 530-539., ex *Visconti*, *Op. Var. T.* 4. *p.* 209-216 (coll. *T.* 2. *p.* 433., ubi agit de falsa Antinoi statua, quæ vulgo dicitur *l'Antinoo di Belvedere*), ex *Levezow*, *Ueber d. Antin.* Berlin. 1808., ex *Dietrichson*, *Antinoos*, Christian. 1884., coll. *Overbeck*, *Plast. II.* 444. *sq.* — *Antinoi vindemiantis* anaglyptum lego repertum a. 1908. prope Romam, ad ætat. Hadriani imp. pertinens, adhuc integrum, eximium Græci artificis opus et ad historiam artis declarandam valde accommodatum. Exstat in museo, ubi pretiosa multa collegit *Pierpont Morgan* intra suas ædes, sed nondum, quod sciam, illustratum. — 4.°) Item Molossorum princeps, Persei socius, Romanis infensissimus, de quo *Liv.* 45. 26., coll. *Polyb.* 27. 13. et 30. 7.

II.) Antinous et Antinoum, nomen loci, sc. oppidum in Ægypto in Antinoi honorem conditum a. 122. ab Hadriano imp., hodie *Ansina*. Memorat *Hieronym.* in *Chron.* a. Chr. 129. Ex (*Antinoi*) nomine urbs Antinoum appellata est. Adde *eund.* 2. *adv. Jovin.* 7.; *vir. ill.* 22. et *in Is.* 1. 2. et 7. et *Spartian. Hadr.* 14. — Ab *Ammian.* 22. 16. 2. et a geogr. vett. varie scribitur, ut *Antenou* v. *Antinou* etc. (subaud. *polis*): sane apud Græcos *Antinoopolis* v. *Antinoupolis*, h. e. Ἀντινόου πόλις legitur (*Pausan.* 8. 9. et *Ptolem.* 4. 5), cujus magnificentiam testantur ruinæ in situ, nunc *Enseneh* dicto.

ANTĪNUM, i, n. 2. oppidum Marsorum in finibus Volscorum, aliquando Sergiæ tribui adscriptum, hodie *Civita d'Antino* v. *Antino*. Cf. *Momms. Corp.* 9. *p.* 349. et 362., ubi plenius *Marsi Antinum* vocatur. — Ejus memoria superest ex *Inscriptt.* ibi præcipue repertis et collectis ab eod. *Momms. Inscr. Regn. Neap. n.* 5592-5609. Cf. etiam *Hoare*, *Classical tour I.* 339. *sqq.* — Ad hoc oppidum refertur quod *Liv.* 4. 57, dicit «cæsi ad Antium hostes».

ANTĪŎCĒA. *V.* ANTIOCHIA.

ANTĪŎCENSIS. *V.* ANTIOCHENSIS.

ANTĪŎCHĒ, es, f. 1. (Ἀντιόχη) ¶ 1. Est nom. mul. Græc., unde cogn. Rom. in *Inscr.* apud *Reines. cl.* 12. *n.* 56. VLPIA ANTIOCHE. Cf. tamen *Corp. Inscr. Lat.* 6. 16445. M. VLPIO ANTIOCHAE (*dat.*). ¶ 2. Item nom. Amazonis. *Hygin. fab.* 163., ubi rectius leg. *Antiope*.

ANTĪŎCHENSIS, e, adject. Scribitur *Antiochiensis* apud *Plin. loc. cit.*; *Antiocensis*, omissa aspiratione, in *Inscr.* apud *Orelli n.* 2995. et *Antiocesis* v. *Antiochesis*, extrita litt. *n* ante *s*, ut assolet, in *Corp. I. L.* 10. 867. 29.

Antiochensis ¶ 1. Est ad Antiochiam aliquam pertinens. *Ammian.* 14. 7. — Hinc absolute *Antiochenses*, incolæ. *Cæs.* 3. *B. C.* 102., *Tac.* 2. *Hist.* 80. et 82., *Justin.* 39. 1. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (35). ¶ 2. Item ad Antiochum aliquem pertinens. Hinc *Antiochensis pecunia* apud *Val. Max.* 3. 7. 1., quæ et *Antiochena* (*Antiochina*) dicitur *Gell.* 4. 18. et 7. 19.

ANTĪŎCHĒNUS et Antiochinus, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Antiochiam pertinens. *Vulg.* 2. *Mach.* 4. 9., 6. 1. et *Act.* 6. 5., *I. Cassiod.* passim, *Cod. Theod.* 7. 8. 8., 12. 1. 51., *Leo M. ep.* 119. et *Gennad. Mass. vir. ill.* 16. 25. ¶ 3. Item ad Antiochum aliquem pertinens. *V.* voc. præc. — Hinc absolute

Antiocheni, *ōrum*, m. plur. 2. Antiochiæ incolæ. *Cod. Theod.* 7. 7. 3 (a. 398).

ANTĪŎCHĒUS et Antiochius, a, um, adject. (Ἀντιόχειος) ¶ 1. Est ad Antiochum pertinens. *Cic.* 13. *Att.* 16. Antiochea ratio. Adde 12. *ibid.* 2. — Hinc *Antiochea* absolute, præcepta sive dogmata Antiochi philosophi, græce quoque Ἀντιόχεια. *Id.* 2. *Acad.* (*pr.*) 36. 115. — Item *Antiochii* absolute, ejusd. sectatores. *Id.* 2. *ibid.* 22. 70. *de Antioch. phil.* ¶ 2. Item ad Antiochiam, Syriæ caput, pertinens. Hinc *Antiochia Syria* illa Syriæ pars ubi erat sita. *Mela* 1. 12., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 21. 18. (79). et *Solin.* 45., coll. *Capell.* 6. *p.* 222., qui simpliciter *Antiochiam* appellat. — In montana ejus regione laudatissima œnanthe *Plin.* 28. *Hist. nat. pr.* 5. (8)., coll. 12. *ibid.* 28. 61. (133). et lilium 21. *ibid.* 5. 11. (24). proveniebat. ¶ 3. Item ad Antiochiam Pisidiæ pertinens, in nummo apud *Mionnet*, *T.* 3. *p.* 493.

ANTĪŎCHĪA et Antiochēa, æ, f. 1. (Ἀντιόχεια et Ἀντιοχία) *Priscian. gramm. II.* 73. Alexandria et Alexandrēa, Antiochia et Antiochēa. Ceterum passim *Antiochia* inde a *Cic.* apud scriptores, in inscriptt. et in itinerariis invaluit. — *Antiocea*, sine aspiratione, legitur in nummis apud *Eckhel.*, 3. *p.* 18. — Antiochia ab Antiocho dicta est, uti patet. *V.* infra.

Antiochia, nomen plurium oppidorum, quæ Antiochus vel condidit vel instauravit; ex his autem potiora memorantur. ¶ 1. Antiochia, oppidum Syriæ caput, ita dicta a Seleuci, sui conditoris, patre, *h. e.* Antiocho, de quo *Justin.* 15. 4., *Avien. Descr. orb.* 1093. et *Dionys. Perieg.* 917.; quamquam alii, sed minus recte, a conditoris filio nomen derivant; hodie *Antakia* v. *Antakieh* dicitur. *Cic. Arch.* 3. 4., *Cæs.* 3. *B. C.* 102., *Tac.* 2. *Hist.* 79., *Ammian.* 14. 7. 10. — Aliquando cum additis: *Antiochia ad Daphnen*, a luco Daphne, qui in ejus viciniis erat lauro cupressoque abundans et Apollini Dianæque sacer. Cf. *Vulg.* 2. *Mach.* 4. 33. et *Strab. p.* 719.; quare *Auson. de clar. Urb.* 3. 1. «Tertia Phœbeæ lauri domus Antiochia»; vel etiam *Antiochia Epidaphnes* (ἡ ἐπὶ Δάφνην) apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 21. 18. (79). — *Antiochia ad Callirhoen*, *Ptolemaidis* etc. V. *Eckhel*, 3. *p.* 305. *sq.* — Fuit metropolis totius Orientis, Oronte fluvio divisa (hinc *Antiochia ad Orontem* dicta *Ptol.* 5. 15), prope montem Casium, a Seleuco Nicanore condita an. a. Chr. 301. seu potius instaurata, amplista et exculta, quæ ante *Reblatha* vocabatur, teste *Hieronym. contr. Joh. Jeros.* 37. et *Comm in Is.* 13. 1. — Sub regibus, qui post Alexandrum M. ibi suam sedem collocarunt, quam maxime viguit incolarum frequentia, scientiarum cultu, commercio, ædificiorum copia et magnificentia pæne incredibili, tum etiam amplitudine ita ut *Tetrapolis* dicatur *Strab.* 16. *p.* 750. et *Magna* apud *Philostr. Apoll.* 1. 16., tertia post Romam et Alexandriam mundi urbs, patria *Ammiani* historici, *Libanii* philosophi aliorumque illustrium virorum. *Jun. Descr. Orb.* 17., *Liv. epit.* 41., *Cic. loc. cit.*, coll. *Jos.* 3. *B. J.* 2. 4. etc. — Ejus fama magis inclaruit ex eo quod Christi religio ab ejus incunabulis ibi promulgata est, ita ut primum in hac urbe ejus asseclæ *Christiani* dicti sint (*Act.* 11. 26), quodque Petrus ap. cathedram pontificiam ibi primum fixit, postea Romæ stabilem constituturus; quem ibidem excepit Evodius, dein Ignatius etc. V. *Hieronym.*, *Augustin.*, *Cassiod.* aliosque ecclesiasticos scriptores. — Celeberrima ibi exstitit schola quam condidere Dorotheus presb. et Lucianus M. a. 311., sensum imprimis litteralem ss. librorum persecuta adversum Origenianæ seu Alexandrinæ scholæ allegoricas interpretationes, ubi floruere Eustathius, Eusebius Nic., Diodorus, Joh. Chrys., Theodoretus, Polychronius, alii; sed quæ primum sub Theod. Mops., dein præcipue sub Nestorio liberiorem methodum amplexa paullatim interiit. V. *C. Hornung*, *Schol. Antioch.* etc. Neustadt 1864.; *Kihn*, *Die Bedeut. d. Antioch. Schule* etc. Weissenb. 1868. et *Hergenröther*, *Die antioch. Schul.* etc. Würzb. 1866. — Antiochia capta fuit a Pompejo M. a. Chr. 69.; deinde variis qua prosperis qua adversis vicibus obnoxia, sæpissime terræmotibus concussa et diruta, a Justiniano imp. restaurata dictaque *Theupolis*; postremo ab Omar a. 638. occupata ac prope deleta. — Hæc aliaque plura de celebri hac urbe, præterquam ab auctoribus laudatis, colligi possunt apud *O. Müller*, *Antt. Antioch.*, Gött. 1839., *Le Camus*, *Notre voyag. aux pays bibl. t.* 3. *p.* 30-80. aliosque recentiores; ex nummis apud *Eckhel loc. cit.* et ex monumentis illustratis a cl. *Visconti*, *M. Pio-Clem. T.* 3. *p.* 201. *sqq.* In *Tab. Theodosiana* sola est urbs, quæ cum Roma et Constantinopoli repræsentetur. — De æra Antiochena sive Seleucidarum, quæ cœpit an. a. Chr. 312. et usque ad Romanorum in Syria dominationem perduravit, v. *Eckhel loc. cit.* ¶ 2. Antiochia Pisidiæ, in hujus confinio sita, proprie in Phrygia (*Strab.* 12. 397. ἡ πρὸς τῇ Πισιδίᾳ), olim etiam *Cæsarea* dicta (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 24. [94]., coll. *Eckhel*, 3. *p.* 18. et 19.), tribui Sergiæ adscripta (*Inscr.* apud *Henzen*, *Suppl. Orell. n.* 5988., 6156. etc.), a Seleuco I. condita, hodie *Ak-Sheher*, ut videtur. Memorat etiam *Vulg. Act.* 13. 14. et 14. 19-22. et 2. *Tim.* 2. 11.; unde patet mature ibi evangelium Christi prædicatum fuisse a Paulo et Barnaba institutamque ecclesiam. — Ejus ruinas reperit *Arundell* (*Discoveries in Asia Min.* 1834.) prope *Yalobacht*. Cf. *Hamilton*, *Researches in As. Min.* etc. 1842. ¶ 3. Antiochia Cariæ, oppidum ad Mæandrum, de quo *Liv.* 38. 13. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (108)., coll. *Strab.* 13, *p.* 463., distinguenda ab altera, quæ et *Trallis* dicitur *Plin. ibid.* — De ejus nummis V. *Eckhel*, 2. *p.* 574. *sq.* ¶ 4. Antiochia Margianæ, ædificata ab Alexandro et *Alexandria* dicta; dein ab Antiocho, Seleuci filio, restituta et ejus nomine appellata, hodie *Marv*, *Mawri* vel *Shah Djehan*. Memoratur *Ammian.* 23. 6. 54. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (47).

ANTĪŎCHĬĀNUS, a, um, adject. (Scribitur etiam *Antiocianus*), cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2384., 11. 873.

ANTĪŎCHĬCUS, a, um, adject. ad Antiochiam Syriæ pertinens. Hinc *Antiochicus* dictus liber Juliani imp., lepidus et satis urbanus, adversus Antiochenos, teste *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 40.

ANTĪŎCHĬENSIS. *V.* ANTIOCHENSIS.

ANTĪŎCHĪNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Antiochum, Syriæ regem, pertinens. *Fast. Cap.* ad an. a. Chr. 191. Antiochinum (bel)lum., coll. *Vellej.* 2. 39. 2. *Gell.* 4. 18. Antiochina pecunia. ¶ 2. Item ad Antiochum, philosophum Ascalonitem, pertinens. *Cic.* 9. *Fam.* 8. Antiochinæ partes.

ANTĬŎCHIS, idis *vel* inis, f. 3. (Ἀντιοχίς, ίδος) Gen. *Antiochinis* et Dat. *Antiochini* v. *Antiocini* in *Corp. Inscr.* 9. 3198, et 6. 9565. et 29469. — Acc. *Antiochida* apud *Plin. loc. cit.*

Antiochis ¶ 1. In titulis nom. mul. serv. et libert. *Corp. I. L.* 6. 5757., 7994. et *alib.* passim. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Fuit concubina regis Antiochi Epiphanis. *Vulg.* 2. *Mach.* 4. 30. — 2.º) Etiam pars Oceani, quæ vergit in Caspium mare, ab Antiocho rege appellata, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 67. 67. (167)., coll. *Capell.* 6. *p.* 200.

ANTĬŎCHOS et

ANTĬŎCHUS, i, m. 2. (Ἀντίοχος) — *a)* Scribitur *Antiochos*, Græca positione, in *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 1. *p.* 748 (a. 450). — *Antiocus*, omissa aspiratione, præsertim in antiquissimis Inscriptt. *Corp.* 1. 35 (a. U. 593) et 10. 3772 (a. U. 660) et passim. — *Anthiocus*, aspiratione transposita, sæpius apud christianos, *Ibid.* 6. 9920 (fin. sæc. IV); 5. 8220.; 14. 579. etc. — Etiam *Antiochus* in tit. scar. incerm. *Ibid.* 15. 6951. — *b)* Etymon ducitur ab ἀντί v. ἀντίος, *adversus*, et ἔχω, *habeo, valeo, teneo*, quasi contra valens, potens; adversarius.

Antiochus ¶ 1. In titulis cogn. ingenuorum vel etiam libertinorum et nom. serv. satis frequens. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5872. et *al.* passim in *C. I. L.* V. etiam *Cic. Cæc.* 8. 22. et 13. *Att.* 33. ¶ 2. Apud scriptores, præcipue nomen regum Syriæ et Commagenes. Memorantur præsertim — 1.º) Ex regibus Syriæ: — *a)* Antiochus I., cognomento *Soter*, filius Seleuci I. et Apameæ, rex ab an. a. Chr. 280-261., *Justin.* 17. 2. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (132). — Illustri victoria parta contra Gallos seu Galatas, ope elephantorum, an. 275., qua Asiam gravissimo metu liberavit, *Soter* seu servator appellatus est. *Id.* 6. *Ibid.* 5. 5. (11)., coll. *Appian. Syr. p.* 180.; a quibus tamen dein victus cæsusque in acie est an. 262., teste *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (158). et *Solin.* 45. Illa fortasse occasione accidit, quod traditur 2. *Mach.* 8. 20., sc. ingentem de hostibus cædem editam fuisse «propter auxilium datum de cælis» a sex millibus tantum Judæorum, cum exercitu Antiochi in Babylonia militantium. Quod fabulosum perperam putat *Reuss* in *Mach.* 8. ignorans rem confirmari a *Plin.* et *Appian. locc. citt.* et etiam *Lucian., De Laps. in salut.* 9. Quin et poema de hoc a Simonide scriptum dicitur. V. *Müller, Fragm.* 3. *p.* 71. et *Droysen, Gesch. Hellen. I.* 232-238. — Plura oppida condidit vel restauravit, suo vel patris nomine nuncupata, uti tradunt *Capell.* 6. *p.* 222. 1., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (47), et *ibid.* 17. 21. (58). et 25. (93). et 32. (152). et *Solin.* 48. 3. et 4. — *b)* Antiochus II., cognomento *Theos* sive *Deus*, Antiochi Soteris et Stratonices filius, rex ab an. a. Chr. 261-246. De eo *Val. Max.* 9. 14. *ext.* 1. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 12. 10. (53). — Bellum a patre cœptum continuavit, sed improspero exitu, contra Ptolemæum Philadelphum, a quo Laodicen, uxorem suam, repudiare coactus Berenicem illius filiam duxit; sed, eo mortuo, Laodicen revocavit, quæ ut filio suo regnum procuraret, virum veneno sustulit, ut refert *Val. Max. loc. cit.* — Huc spectat vaticinium *Danielis* 11. 6. — *c)* Antiochus III., cognomento *Magnus*, filius Seleuci Callinici et Laodices, frater Seleuci III. Ceranni, cujus in regno successor fuit, ab an. a. Chr. 223-187. *Justin.* 29. 1. — Bella ambitiosus sæpissime gessit in Asia Min., Persia, Media, India, Bactriana, Ponto, Cappadocia, Græcia, Palæstina, quam quidem occupavit, sed sivit Judæos «juxta patrias leges vivere» (*Jos. Antt.* 12. 3); præcipue vero contra Ægyptios atque adeo contra Romanos, plerumque victor ita ut *Magni* titulum sibi comparaverit; dum ad Magnesiam a Romanis, duce L. Corn. Scipione Sipyli victus captusque fuit et obsides atque ingentem pecuniæ vim in tributum ipsis tradere jussus. *Liv.* 33. 13-39. et 55., *Nep. Hann.* 2., *Flor.* 2. 8., *Eutrop.* 4. 3. et 4., *Cic. Sext.* 27. 58., *Dejot.* 13. 35. et alib., *Sall. Hist.* 4. 18., *Valer. Ant., Ann. rel.* 39. *p.* 255., 42. *p.* 256., 45. *p.* 264., 267-270. ed. *Peter, Justin.* 31. 6., *Vulg.* 1. *Mach.* 8. 6-7., coll. *Dan.* 11. 19. Cf. *Fränkel, Inscr. v. Perg.* 64. et *Dittenberger, Syll.* 208. — Porro ut tributum solveret, ad spoliandum Jovis Elymæi templum in Mediam profectus, ab incolis oppressus interfectusque est an. 187. *Justin.* 32. 2., coll. *Vulg.* 2. *Mach.* 1. 16. *Polyb. Ecl.* 31. 19., *Strab.* 16. 1056. Oxon., *Appian. Syr.* 66. et *Jos. Antt.* 12. 10. — Primus in nummis æra Antiochena usus fertur. V. *Eckhel*, 3. *p.* 219. *sqq.* et *Visconti Icon. Gr. T.* 2. *p.* 407. *sqq.* — De eo præter laudatos ex professo scripsit nuper *Telelaff, De Antioch. M. r. g.*, Münster 1874. Cf. etiam *Vigouroux, Lex. Bibl.* 1. *p.* 688-693, *Flathe, Gesch. Mac. t.* 2. *p.* 225. *sq.* et *Clinton, Fast. Hell. t.* 3. *p.* 314. *sq.* — *d)* Antiochus IV., cognomento *Epiphanes* seu *Illustris* (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. [147])., rectius *Epimanes* seu *Fatuus* (*Polyb.* apud *Athen.* 10. 438), itemque *Deus* et *Nicephorus*, filius et successor Antiochi M., rex ab an. a. Chr. 176-164. *Vulg.* 1. *Mach.* 1. 11. Radix peccatrix Antiochus illustris, et regnavit in anno centesimo septimo regni Græcorum (V. *Patrizi, de cons. utr. l. Mach.* etc. *p.* 23). — Is «venit clam et obtinuit regnum in fraudulentia (*Vulg. Dan.* 11. 21)» quod Demetrio nepoti debebatur, postquam Romæ obses a patre datus degerat, cui domus ibi publice ædificata est (*Ascon.* in *Cic. Pis. p.* 12. *K.*), de Ptolemæo Philometore aliquando victor, a Romanis, ne Ægyptum occuparet, prohibitus. *Liv.* 42. 6. et 29., 44. 19. et 45. 11-13., coll. *Justin.* 34. 2. et 3., *Cic.* 8. *Phil.* 8. 23. et *Val. Max.* 6. 4. 3. — Tum in Judæos arma vertit et «ascendit Jerosolymam in multitudine gravi»: et jussit militibus interficere. Erant autem «octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autem venundati». «Et intravit in sanctificationem (*h. e.* sanctuarium) et, sublatis omnibus, abiit». *Vulg.* 1. *Mach.* 1. 17. *sqq.* et 2. *ibid.* 5. 12. *sqq.*, coll. *Dan.* 7. 24. et 11. 21. et *Dion. Exc. XXX.* — Denique post immanem tyrannidem, qua multi ex piis Judæis ob legis observationem crudeliter necati sunt (2. *Mach.* 6. et 7., coll. *locc. citt.*), Machabæorum virtute, ejus præfectis bello sæpe profligatis (*V.* MATHATHIAS et JUDAS MACH.), dolore amens, dum vindictæ irâ ardens inhiat, in Perside prope urbem Tabes «homicida et blasphemus pessime percussus» a vermibus miserabiliter exesus periit an. a. Chr. 164. (2. *Mach.* 9. 4. *sqq.*), a veteribus tamen nonnullis laudatus, ut a *Diod. Ecl.* 34., qui eum μεγαλόψυχον vocat; a recentioribus vero quibusdam excusatus, ut a *Wiener* et *Riehm, Wörterbb.* h. v., a cordatis vero omnibus detestatus; ipse autem in nummis dici voluit *Deus*. V. *Frölich, Numism. not. p.* 168. et *Annal. tab. VI.* — Porro de modo conciliandi simul utriusque libri *Machabæorum*, quod attinet ad Antiochi personam et locum ac genus mortis, dicimus: Alia est persona in 2. *Mach.* 1. 16., sc. Antiochus III. Magnus probabilius quam Sidetes (nisi quis velit errasse, non quidem scriptorem sacrum, sed Judæos in sua epistola ab eo allata); alia in 1. *Mach.* 6. 8. et 2. *ibid.* 9. 5., sc. Antiochus IV. Epiphanes. - Locus, qui 1. *ibid.* 6. 1. dicitur *civitas Elymais*, corrigendus sic ex optimis MSS. Gr. *in Elymaide in Persis urbs illustris* (ἐν Ἐλυμαΐδι ἐν τῇ Περσίδι πόλις ἔνδοξος), quæ *Persepolis* vocatur 2. *ibid.* 9. 2., fortasse Susæ, in provincia Elymaidis, sedes regum Persarum. Item *Ecbatana* 1. *ibid.* 6. 5., urbs Mediæ, ad *Persidem* 2. *ibid.* 9. 3. pertinebat, quæ etiam Mediam tunc complectebatur. - Genus denique mortis ita ab utroque narratur, ut alterum alteri repugnare dici nequeat; primus namque strictim narrat ut chronographus, secundus, ut orator, fusius. Ethnici vero scriptores aliam mortis causam afferunt, sed minus recte, præcipue, quia personas confundunt (Cf. *Orelli* ad *Tac.* 5. *Hist.* 8). De hac re V. *Patrizi, de cons. utr. l. Mach. p.* 153. *sq.*; *Hoffmann, Antioch. IV. Epiph., König v. Syr.* Leipz. 1873.; *Wiederholt, Antioch. IV. Epiph. nach d. Weissagung. Dan.* etc. *XI.* 21. - *XIII.* 3. *u. d. Gesch.* in *Theol. Quartalschr.* Tubing. 1874., *Vigouroux, Lex. Bibl.* h. v. — Hic mihi liceat referre, quæ leguntur de hoc Antiocho in *PW.* 1. 2474.: «In Gegensatz zu tendenziösen Darstellungen der Makkabaeerbücher, Buch Daniel, Josephos ist beachtenswert das Urteil des Tacitus hist. V. 8.: rex Antiochus demere superstitionem et mores Græcorum dare annisus, quominus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est». Quæro nunc, an quis veritati historicæ sanisque litteris probe consulat sacros auctores carpendo adprobandoque Taciti dicta, qui superstitionem vocat veri Dei cultum, obscœnis Græcorum moribus favet totque fere errores, homo Judaicæ historiæ ignarus, egerit, quot profert verba, ut inde quasi in laudem vertatur monstrosi tyranni, quod honesto cuique vituperabile est critique semper. — *e)* Alii secuti sunt, ut Antiochus V., cognomento Eupator a. 164-162., occisus cum Lysia administro a Demetrio Sotero, cui regnum debebatur: Antiochus VI., cognomento *Epiphanes*, *Dionysus* et *Deus* a. 146-143., Judæorum amicus, a Tryphone, scelestissimo homine, interemptus: Antiochus VII., cognomento *Evergetes*, vulgo *Sidetes*, a. 137-129 (al. 138-132), fortasse mortuus in bello contra Parthos: Antiochus VIII., cognomento *Grypus* ob nasi magnitudinem et *Philometor*, a. 125-97. aliique usque ad Antiochum XIII., vulgo *Asiaticum* a. 69; quo expulso et Syria in prov. Rom. redacta a. 61., Seleucidarum imperium decidit. *Justin.* 40. 2., coll. *Appian. Mithr.* 106. et *Syr.* 9. et 90. — 2.º) Ex regibus Commagenes mentione digni — *a)* Antiochus I., rex an. a. Chr. 36., ignotæ originis, qui bello contra Romanos gessit cum Armeniæ rege ac dein Pompejanas partes secutus contra Cæsarem dimicavit, teste *Cæs.* 3. *B. C.* 4. De eo *Auct. B. Alex.* 65., coll. *Appian. Mithr.* 106. et *Dion.* 49. 22. V. *Visconti, Icon. Gr. T.* 2. *p.* 349., coll. *p.* 489. — *b)* Antiochus IV., *Epiphanes* cognomento, et *Magnus*, filius Antiochi III., qui Vespasianum et Titum in bello contra Judæos adjuvit; at dein, Commagene in provinciam Rom. redacta, in bello cum Parthis contra Romanos regno exutus est an. 72. *Sueton. Cal.* 16. et *Tac.* 2. *Hist.* 81. et *alib.* — Nummos ejus illustravit *Eckhel*, 3. *p.* 253. *sqq.* — 3.º) Ex aliis commemorantur — *a)* Antiochus, *Ascalonites*, philosophus Academicus, Philonis auditor, dein Stoicus, atque hinc partim Academicus, partim Stoicus, ut ait *Boeth. de diis p.* 382. ed. *Orell.*, Varronis, Ciceronis, Luculli aliorumque virorum illustrium magister. *Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 43. 132. Antiochus, germanissimus Stoicus. *Id. ibid.* 4. 11. homo lenissimus (nihil enim poterat eo fieri mitius) etc. *Id. Brut.* 91. 305. nobilissimus et prudentissimus philosophus. *et* 1. *Legg.* 21. 54. vir prudens et acutus et in suo genere perfectus. et 2. *Acad. (pr.)* 35. 113. politissimus et acutissimus omnium nostræ memoriæ philosophorum. *et ibid.* 43. 133. Placet Stoicis omnia peccata esse paria; at hoc Antiocho vehementissime displicet. Adde *Aurel. Vict. De vir. ill.* 81. — Librum, qui *Sosus* inscribitur, aliaque ejus scripta memorat *Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 4. 12. et 1. *ibid. (post.)* 4. 13. et 1. *Nat. D.* 7. 16. V. etiam ANTIOCHEUS, a, um. — *b)* Antiochus cos. Orientis cum Anicio Auchenio Basso a. 431. «homo amplissimæ recordationis» qui in Codice Theodos. adornando curam adhibuit «cuncta sublimia». *Theod. II. Const. II.* a. 438. Cf. *Cod. Just.* 10. 28. 1.

ANTĬŎPA, æ, et Antiope, es, f. 1. (Ἀντιόπη: ab ἀντί et ὄψ, ὀπός, *vox, clamor*, quasi contra, e regione clamans vel reclamans) Voc. *Antiope* est *Propert.* 3. 15. 39. — Abl. *Antiopa* apud *Fest.* 352. et *Hygin. fab.* 157.

Antiopa ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filia Nychei, unde *Nycheis* dicta *Propert.* 1. 4. 5., vel Asopi, ut apud *Hom. Od.* 11. 359., uxor Lyci, Thebanorum regis, mater Amphionis et Zethi. *Hygin. fab.* 7., *Propert. loc. cit.* et *alib.* — Hanc quum Juppiter in satyrum mutatus (*al.* Epaphus) compressisset, Lycus repudiavit uxoremque Dircen superinduxit, quæ Antiopam in carcerem conjecit. Verum instante partus tempore, illa, ruptis vinculis, in Cithæronem montem se recepit, ubi Amphionem et Zethum peperit, qui a pastoribus inventi et educati maternæ injuriæ ultores exstiterunt, Lyco cum Dirce uxore interfecto. Ita *Forcellin.* ex *Hygin. fab.* 7., 8. et 155., *Mythogr. I. fab.* 97. ed. *Mai* et *II. fab.* 74. — Hac de re est *Pacuvii* tragœdia, *Antiopa* inscripta, de qua *Pers.* 1. 77. Sunt quos Pacuvius et verrucosa moretur Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta. Memorat *Cic.* 1. *Fin.* 2. 4., *Opt. gen. or.* 6. et 2. *Acad. (pr.)* 7. 20.

Cf. *G. Wensemer de Pacuv., imprimis de ejus Antiopæ etc. fragm.* Münst. 1858. — 2.º) Item Æoli filia, ex qua Neptunus genuit Bœotum vel Bœotum et Hellen. *Hygin. fab.* 157. V. *Munk.* ad *h. l.* — 3.º) Item filia Martis, Amazon, quam Hercules quum bello captivam fecisset, Theseo donavit, qui in matrimonium eam quidem duxit, sed postea Apollinis oraculo monitus interfecit. *Hygin. fab.* 30. et 241. — 4.º) Uxor Pieri, mater Musarum, quæ hinc Pieriæ vel Pierides sunt appellatæ. *Cic.* 3. *Nat. D.* 21. 54. ¶ 2. In titulis nom. mul. *Corp. I. L.* 10. 6450. — Etiam præn. *Ibid.* 4. 6413.

ANTĬŎPĒ. *V.* voc. præc.

ANTĬOS, ii, m. 2. (ἀντίος, *adversus*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 640. 7. Ita cl. *Furlanetto*.

ANTĬPA et Antipas, æ, m. 1. Ἀντίπας v. Ἀντείπας: ab ἀντί et πᾶς, quasi sit *instar omnium* vel potius *instar patris*; illud enim πᾶς etiam vox est infantium, quæ patrem significat. Ita cl. *De-Vit.* Sed rectius, ut puto, nil aliud est *Antipa* quam simplex decurtatio pro *Antipater*, ut *Epaphras* pro *Epaphroditus*, *Lucas* pro *Lucanus* etc.

Antipa ¶ 1. Fuit martyr quidam Pergamenus, ex primis Christi discipulis. *Vulg. Apoc.* 2. 13. Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi Satan habitat. Cf. *Eus.* 4. *H. E.* 14. ¶ 2. Item tetrarcha Galilææ, filius Herodis M. *Vulg. Luc.* 3. 1. — De eo tamen deque aliis *V.* HERODES.

ANTĬPĂTER, tri (tris), m. 2. (Ἀντίπατρος) idem quod *Antipa*. Scribitur etiam *Antipatrus* in *Corp. I. L.* 6. 14929.; v. *Antipatros*, Græca positione, *ibid.* 7025. - *Antepater* in *Not. Tir.* 9. 18. — Genet. *Antipatris* in *Chron. min. II.* 322. et Acc. *Antipatrem* in *Vulg.* 1. *Mach.* 12. 16.

Antipater ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Philippi Macedonis amicus et dux primum; dein, Alexandro M. ad bellum Persicum proficiscente, præfectus Macedoniæ; denique post ejus obitum rex (*Cic.* 2. *Off.* 14. 48) vel potius regia potestate usus an. a. Chr. 320-318. *Justin.* 9. 4. et *alib.*, *Frontin.* 1. *Strat.* 3. 13., *Auct. Itin. Alex. M.* 17., *Curt.* 8. 1. *fin.* et alib., *Nep. Eum.* 2. *sqq.* et *Plin.* 30. *Hist. nat.* 16. 53. (149).; quo mortuo, post breve interregnum, diadema regium sumpsit Cassander, ejus filius. *Cic. loc. cit.*, coll. *Justin.* 14. 4. et 16. 1. — 2.º) Antipater I., Cassandri filius, rex an. a. Chr. 298-294., post domesticas cædes et ipse a Lysimacho socero suo interemptus. *Id.* 16. 1. et 2. — 3.º) Antipater, Ascalonita, qui et Antipas prius dicebatur (*Sulpic. Hist.* 2. 26.), procurator Palæstinæ a Pompejo constitutus (*Hieronym.* in *Chron. Eus.* et *Augustin.* 18. *Civ. D.* 45.) et pater Herodis M., qui in ejus honorem oppidum *Antipatrida* nuncupavit, teste *Hieronym.* in *Chron.* — 4.º) Anti pater, filius Herodis M., quem pater, quinque antequam moreretur dies, occidit. *Id.* in *Chron. Eus.*, coll. *Jos. Antt.* 17. 7. et *B. J.* 1. 33. — Huc spectare potest dictum *Augusti* apud *Macrob.* 2. *Sat.* 4. 11. — 5.º) Antipater, Cyrenaicus philosophus, auditor Aristippi. *Cic.* 5. *Tusc.* 38. 112., coll. *Laert.* 2. 86. — 6.º) Antipater Tarsensis Stoicus, Diogenis Babylonii discipulus ac successor, princeps Dialecticorum, Panætii et Heraclidis Tarsensis magister, homo opiniosissimus. *Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 47. 143. et 1. *Divin.* 3. 6., coll. *Laert.* 7. 121. — Scripsit de somniis, contra Carneadem, aliaque multa, quæ colligi possunt ex *Cic.* 1. *Divin.* 20. 39. et 2. *ibid.* 144. 70. et *fragm. p.* 469. *Orell.*, ex 2. *Acad. (pr.)* 6. 144. et 5. *Tusc.* 37. 107., ex *Varr.* 7. *L. L.* 1. et *fragm. p.* 289. *Bip.* et fortasse ex *Senec. ep.* 87. 34. et 95. 5. — 7.º) Antipater Tyrius, Stoicus, amicus Catonis junioris, qui Athenis floruit et scripsit de Officiis, ut conjicitur ex *Cic.* 2. *Off.* 24. 86. Cf. *Macrob.* 1. *Sat.* 17. et *Apul.* 3. *Dogm. Plat. p.* 270. *Hild.* etc. — 8.º) Antipater Sidonius, poeta extemporaneus sæc. II., de quo *Cic.* 3. *Orat.* 50. 194., Alexandrinorum imitator, non confundendus cum Antipatro Thessalonicensi, item poeta extemporaneo. — Ejus carmina haud pauca leguntur in *Anthol. Jacobs.* V. *Susemihl II. p.* 551. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Inscr.* apud *Momms. n.* 967. — Item cogn. vir., non insolens et præcipue L. Cælii historici, quem memorat *Cic. Brut.* 22. 107. Adde *eund. Orat.* 69. 230. et *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1181.; 6. 18055.; 14. 1028. — *Antipatra* (Ἀντιπάτρα) cogn. mul. *Ibid.* 10. 6145.

ANTĬPĂTRĒA et Antipatria, æ, f. 4. (Ἀντιπάτρεια) oppidum Macedoniæ, ab Antipatro aliquo nuncupatum. *Liv.* 31. 27., coll. *Polyb.* 5. 108.

ANTĬPĂTRIS, idis, f. 3. (Ἀντιπατρίς) oppidum Palæstinæ, ita dictum ab Herode M. ejus conditore, in honorem Antipatri, patris sui, olim *Capharsalama* (1. *Mach.* 7. 31) et *Kapharsaba* appellatum (*Jos. Antt.* 16. 5). Memoratur *Vulg. Act.* 23. 31. et *Itin. Hieros. p.* 600. *Wess.* — De situ nihil certi; aliis namque statuitur in Samaria, ubi nunc est *Kefr-Saba* (V. *Robinson*); aliis, ubi *Kalàt-Ras el 'Ain* (V. *Tab. Pal.* apud *Hans Fisher, Zeitscrift d. deutsch. Paläst.-Vereins XIII.* 1. a. 1890. et *Tab.* ed. *Palest. Expl. Fund*, 1890); aliis, ubi *Medjdel-Yâba* (V. *Guérin*). — Viæ ab urbe Hieros. Cæsaream per Antipatridem vestigia reperit nuper *Ely Smith* (V. *Re, Arch. Diz. p.* 640).

ANTĬPĂTRUS. *V.* ANTIPATER.

ANTĬPHĂNĒS, æ, et is, m. 2. et 3. (Ἀντιφάνης, *contra apparens v. ostensus*) ¶ 1. Fuit vetus poeta comicus, cujus opus *Theogonia* laudatur *Iren. hær.* 2. 14., fortasse Demophanis filius, qui mediam Atticorum comœdiam illustravit, an. a. Chr. 387-384. ¶ 2. Item scriba equitum, sub Amynta in Asia tempore Alex. M. *Curt.* 7. 1. 15. ¶ 3. Item medicus, cujus liber *Panoplæ* laudatur a *Cæl. Aurel.* 4. *Tard.* 8. *n.* 114.

ANTĬPHĀS, antis, m. 3. (Ἀντιφάντης, *oblocutor*) Laocoontis filius et frater Thymbræi. *Hygin. fab.* 135. — Hos fratres occiderunt dracones, de quibus *Virg.* 2. *Æn.* 211. At *Thessandrus* apud *Serv.* in *h. l.* filios Laocoontis sacerdotis nominat *Etronem* et *Melanthum*. V. AGESANDER et LAOCOON.

ANTĬPHĂTĒS, æ, m. 1. (Ἀντιφάτης) Acc. *Antiphaten*, Græc. posit., usitatior *Virg.* 9. *Æn.* 696., *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 41. et *Horat. A. P.* 145.

Antiphates ¶ 1. Fuit rex Læstrygonum crudelissimus, filius Melampi, qui hospites mactabat et comedebat, teste *Ovid.* 14. *Met.* 233. *sqq.* et 15. *ibid.* 717. Hinc *Sidon. carm.* 22. 1. Histonii stabulum regis, Busiridis aras, Antiphatæ mensas etc. Memorant etiam *Hygin. fab.* 125., *Virg.* et *Horat. locc. citt.*, *Claudian. carm.* 22. 22., *Stat.* 1. *Silv.* 3. 85., *Sil. It.* 8. 500. et 14. 33., coll. *Hom. Od.* 10. 103. et 116. — Appellative *Juvenal.* 14. 20. Antiphates trepidi laris. *h. e.* non tam dominus vel custos domus quam carnifex, Antiphatæ similis. V. *Gloss. V.* 652. 19. 2. *p.* 172. ¶ 2. Item filius nothus Sarpedonis, occisus a Turno. *Virg.* 9. *Æn.* 696.

ANTĬPHELLOS et Antiphellus, i, m. 2. (Ἀντίφελλος: ab ἀντί, *contra*, quod *Phello* sit oppositum). *Ptolem.* 5. 3. et *Strab.* 16. *p.* 666. — *Antifellos* habet *Leo M. ep.* 98. et *Antiation* corrupte *Guid.* 96. *p.* 527) oppidum Lyciæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 28. (100). et 31. *ibid.* 11. 47. (131).

ANTĬPHĬLUS, i, m. 2. (Ἀντίφιλος, *redamatus*) ¶ 1. Apud scriptores pictor Atheniensis, Philippi et Alexandri ætate, ex Macedonia regia aula in Ægyptum transgressus cum Ptolemæo, Apellis æqualis, cujus et æmulus in arte a Luciano traditur, præsertim facilitate insignis. *Quintil.* 12. 10. 6., *Varr.* 3. *R. R.* 2. et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (114). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19839. et 9. 6084. — *Antiphila* (Ἀντιφίλη), nom. mul. serv. — *a)* Fuit meretrix quædam apud *Turpil. fr. p.* 93. *R.* — *b)* Item ejusd. generis persona comica, in fabula *Ter. Heaut.* Cf. *Auson.* in *VII. Sap.* et *Edyll.* 11. *Gramm. fin.*

ANTĬPHO, ōnis, vel

ANTĬPHON, ontis, m. 3. (Ἀντιφῶν, *contradicens*) Memoratur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Antipho, Rhamnusius, filius Sophili, rhetor Atticus, Gorgiæ adsimilis, an. a. Chr. 480. *Quintil.* 12. 10. 22. Cf. *Thucyd.* apud *Cic. Brut.* 12. 47., coll. etiam *Quintil.* 3. 1. 10. Adde *Senec.* 2. *Contr.* 9. *p.* 130. *Burs.* — Ab hoc boni rhetores dicti *Rhamnusii*, teste *Suid.* — Scripsit de Rhetorica (τέχνη ῥητορική), quod nunc addubitatur, et LX. orationes nimis rhetoricas, quarum XXV. ex Cæcilii sententia sunt spuriæ: ex his XV. ad nos pervenerunt. Quæ exstant, edidit *Blass*, Lips. 1881. — De eo V. *Dryander, de Antiph. Rhamn.* etc. Halis 1838. et *Pahle, Die Reden d. Antiph.*, Jever 1860. — 2.º) Item vir Atheniensis, æqualis Socratis, qui de interpretatione somniorum scripsit. Eum laudat *Cic.* 1. *Divin.* 30. 39. et *ibid.* 51. 116. et 2. *ibid.* 70. 144., coll. *Artemid. Oneirocr.* 2. 14. Adde *Fulg.* 1. *Myth.* 18. — De contentione Socratis cum eo V. *Xenoph. Mem.* 1. 6. — 3.º) Item persona comica apud *Ter.* in *Phorm.* et *Eun.* et apud *Plaut.* in *Stich.* Adde *Cic.* 2. *Orat.* 59. 242. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 7226. et 9. 5193.

ANTĬPŎLIS, is, f. 3. (Ἀντίπολις, *urbs adversa v. opposita*) *Anthopolis* est *Anongm. Rav. p.* 248. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est oppidum vetus Latii, mythicum, in Janiculo. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (68). Antipolis, quod nunc Janiculum in parte Romæ, *h. e.* situm, ubi postea Janiculum, quia erat ex adverso urbis Saturniæ ultra Tiberim conditæ. Ita *Forcellinus* noster. — 2.º) Item oppidum in Gallia Narbonensi, colonia Massiliitanorum, quod Latinum vocat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (35)., i. e. Latii jure donatum: et municipium *Tac.* 2. *Hist.* 15. Memorant *Mela* 2. 5. 3., *Capell.* 6. *p.* 206., *Ammian.* 15. 11. 15., *Liv. Ep.* 47., *Tab. Peut.* 3. etc. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19647.

ANTĬPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. ad Antipolim, Galliæ oppidum, pertinens. Hinc *Antipolitani thynni* in mari circa Antipolim, unde muria conficiebatur apud *Martial.* 13. 103. et 4. 89., coll. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 43. 8. (94). — *Antipolitana civitas* in *Not. Gall.* 16. 8. — *Antipolitani*, absolute, incolæ. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 178. et 189.

ANTĬQUUS, i, m. 2. (Ἀντιχος) cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 7394. Cf. Ἄντιχος v. Ἀντιχος *Prosop. imp. Rom.* 3. 800. et *Inscr. Laod.*, *Amer. journ. of Archeol.* 3 (1887) *p.* 345. — Hinc *Antiquilla*, cogn. mul. demin. *Corp. I. L.* 12. 5960.

ANTIRRHĪUM, ii, n. 2. (Ἀντίρριον) promontorium Locridis: ita dictum, quod sit adversus *Rhion*, teste *Plin.* 2. *Hist. nat.* 90. 92. (205). At in promontorium Antirrhium (*al.* Antirrium) - Promontorium, quod contra procedit, appellatur Rhion. Adde *Schol. Bob.* ad *Cic. Flacc. p.* 232. *Or.*

ANTISSA, æ, f. 1. (Ἄντισσα) *Antisa*, simplici *s*, apud *Sch. Bob.* ad *Cic. Flacc. p.* 232. *Or.*

Antissa ¶ 1. Est insula cum oppido cognomine: ita dicta, quod sit opposita *Issæ* seu *Lesbo*. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 89. 91. (204). Rursus abstulit insulas mari junxitque terris, Antissam Lesbo. Adde *Ovid.* 15. *Met.* 187., *Liv.* 45. 31., *Mel.* 2. 7. — In bello contra Perseum huic favit; quare a Romanis dirutum est oppidum ejusque incolæ Methymnam traducti, teste *Liv.* 45. 31. Hinc *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 39. (139). Antissam Methymna traxit in se ipsam ¶ 2. Item oppidum circa paludem Mæotidem, quod pontus abstulit, ut ait *Plin.* 2. *ibid.* 92. 94. (206). Adde *Schol. Bob.* ad *Cic. Flacc. p.* 232. *Or.*

ANTISSÆI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀντισσαῖοι) Antissæ incolæ. *Liv.* 45. 31.

ANTISTĂTĒS, æ, m. 1. (Ἀντιστάτης, quasi *adversarius*) architectus Atheniensis, Pisistrati ætate. *Vitruv.* 7. *præf.* 15.

ANTISTHĔNĒS, is, m. 3. (Ἀντισθένης) *Antisthenæ* in recto plur. pro *Antisthenes* legitur apud *Gell. loc. cit.*

Antisthenes ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit philosophus, sectæ Cynicæ auctor, Atheniensis, Socratis discipulus, unde et *Socraticus* appellatus, post cujus mortem in gymnasio Cynosargo seu templo Canis albi, docuit, unde nomen traxit ejus schola, Diogenis magister: floruit an. a. Chr. 404. — *a)* Proprie. *Auson. epigr.* 27., *Gell.* 9. 5., *Senec. Const. Sap.* 18. — Scripsit, acumine magis quam eruditione clarus, plures libros, inter quos qui *Physicus* inscribitur, ubi unum naturalem esse Deum, ceteris despectis, et virtutem æstimandam docet. *Cic.* 2. *Att.* 38. et 1. *Nat. D.* 13. 32., coll. 5. *Tusc.* 9. 1., *Macrob.* 1. *Sat.* 7. et 7. *ibid.* et 3., *Hieronym.* 2. *adv. Jovin.* 14., et *ep.* 66., *Front. Eloq. p.* 165. *Mai.* — Scripsit etiam dialogum satyricum contra Platonem (Σάθων), de quo V. *Croiset, IV. p.* 248. — *b)* Appellative apud *Gell.* 14.

1. 29. Antisthenæ et Platones multi. — 2.°) Item scriptor parum certæ ætatis, qui de pyramidibus scripsit. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 17. (78). et in *Elench.* 36. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 11889.

ANTISTĬUS, ii, m. 2. (Ἀντίστιος et Ἀντέστιος) *Antestius* (et etiam, ex prava etymologia, *Anthestius*) legitur in nummis sæc. U. VI. (*Klebs*); sed apud *Cic., Liv., al.* semper *Antistius.* — Etiam *Antessius* in *Corp. I. L.* 12. 5690. — Etymon, quod in denariis hujus familiæ visitur *canis*, per vim ducunt quidam ab *ante astia* (*Vesta*, ignis), sc. *vestibulo*, cujus custos est canis; alii vero planius ab *ante* et *stare* (Cf. *Ovid.* 3. *Fast.* 137), nomen frequens et illustre.

Antistius ¶ 1. Apud scriptores sæpe occurrit. Præsertim memoratur — 1.°) Antistius Labeo, fortasse pater sequentis et viilis Cæsaris percussor. *Cic.* ad *Brut.* 1. et 2. — In prœlio Philippensi fortiter periit, teste *Appian. B. C.* 4. 135., coll. *Dion.* 47. 49. — Videtur fuisse JCtus, qui libros conscripserit, teste *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. § 44. — 2.°) Antistius Labeo, filius, ut videtur, præcedentis, qui post pugnam Philippensem generosissime periit (*Appian. B. C.* 4. 135), JCtus insignis, Augusti ætate. De eo fuse *Gell.* 13. 10. et *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. § 47. — Ad hunc ob nimiam libertatem et contumaciam in Cæs. Octavianum, sed perperam, nonnulli illud referant *Horat.* 1. *Sat.* 3. 82. Labeone insanior inter Sanos dicatur. V. *Porphyr. Schol.* in *Horat. l. c.*, coll. *Acron. ibid.*, quos *Ritter* in *h. l.* optime refellit. — Ejus libertatem (παρρησίαν) testantur *Tac.* 3. *Ann.* 75., coll. *Orell.* ad *Schol. p.* 202.; *Sueton. Aug.* 54., coll. *Dion.* 54. 15. et *Gell.* 13. 12. — 3.°) Alios plures, Reginos, Veteres aliosque cognomine, videsis apud *Cic., Cæs., Tac., al.* ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 7195.; 10. 3519. etc. — *Antistia*, cogn. et etiam nom. mul. *Ibid.* 10. 3519.; 12. 3665. etc. — Hinc *Antistianus*, cogn. *Ibid.* 12. 1800. — Etiam adjectivorum more, in *Tab. Alim. Vel.* 2. 47.

ANTĬUM, ii, n. 2. (Ἄντιον, Ἄνθιον) Origo nominis mythica ab *Antia*, Circes et Ulissis filia, est apud *Dionys. Hal.* 1. 72.; aliunde vero apud *Solin.* 2.; at rectius a Græc. ἄντα, ἀντί, *versus, contra*, unde et *Antinum, Antias* etc., ducenda videtur. — Bisyllabum est apud *Ovid.* 15. *Met.* 178. et spissi litoris Antium (ubi aliqui codd. perperam *Anxur* v. *Ancon*), quasi *Antjum* per synær. — Locativ. *Anti* apud *Cic.* 2. *Att.* 5. et 2. *ibid.* 8., *Liv.* 8. 22. et *Sueton. Cal.* 8. et *Ner.* 6 (codd. *ante*). Antium, oppidum Latii veteris antiquissimum, loco edito ad mare situm, olim Volscorum caput, hodie *Anzio* v. *Porto e Torre d'Anzio* v. *Anzo*, cujus rudera adhuc visuntur (V. *Gori* in *Giorn. Arcad. T.* 143. *p.* 38. *sqq.*). Memorant *Liv.* 6. 9. et *alib.*, *Mela* 2. 4., *Cic.* 2. *Att.* 8., *Horat.* 1. *Od.* 35. *de templo Fortunæ Equ.*, *Ovid. loc. cit.*, *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (57)., *Val. Max.* 1. 6. 5. — Bellavit cum Romanis pluries, sed improspero exitu (*Liv.* 2. 33. et 63., 64. et 65), ita ut Antium deducta fuerit colonia (*Id.* 3. 1. et 4); tandem in bello Samnitico a C. Mænio omnino subactum ejusque navium rostris suggestum in foro Rom. exstructum est et *Rostra* appellatum statuamque victori ibidem erectam, a. U. C. 416 (*Id.* 8. 14). — Patria fuit Caligulæ et Neronis (*Sueton. Cal.* 8. et *Ner.* 6), qui coloniam eo deduxit ibique ædificia magnificentissima ac portum sumptuosissimum molitus est (*Id. ibid.* 9). — Tribui Quirinæ adscriptum fuisse patet ex *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6795. — Locus deliciarum fuit Romanis inde ab Augusti temporibus, ut colligitur ex *Sueton. Aug.* 58., *Tib.* 38., *Cal.* 49., *Ner.* 6., 9. et 25., *Tac.* 15. *Ann.* 23. et 37., *Martial.* 5. 1., ubi templa erecta sunt celeberrima Fortunæ Equestri (*Tac.* 3. *Ann.* 71., coll. *Macrob.* 1. *Sat.* 23. 13. et *Horat. loc. cit.*, coll. *Porphyr.* et *Acron.* in *h. l.*), Fortunis duabus (*Tac.* 15. *Ann.* 23) et Æsculapio (*Val. Max* 1. 8. 2). V. ANTIAS. — Ex situ veteris oppidi, quod thermæ, aquæductus, circus, amphitheatrum magnifico ornabant, monumenta artis eruta sunt, ut inter alia celebris illa statua Apollinis (*di Belvedere*), de qua placet hic commemorare stupendum carmen Latinum, quod in laudem tanti operis composuit *Natalis Dalle Laste*, olim in Patavino Seminario litterarum professor, *Apollo Vaticanus* inscriptum. — De Antio plura apud *Phil. a Turre* in *Monum. Vet. Antii* in *Græv. Thes. Ital. T.* 8. *p.* 4. Cf. etiam *Pontani, Dell'antico e nuovo Anzio*, et *Mommsen, Stor. d. Rom. l.* 2. *c.* 6.

ANTĪUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Antium, Latii oppidum, pertinens. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 89. Antia litora. ¶ 2. Item ad Antiam gentem, ut *Antia lex*, sc. Antii Restionis, apud *Gell.* 2. 24. 13. *V.* voc. seq.

ANTĪUS, ii, m. 2. nomen Rom., ex Antia gente, cujus origo non satis constat. — Ejus appellationem alii ducunt ab *Antiade*, Herculis filio, cujus typus occurrit in ejusdem gentis nummis; hinc *Antianus* ab eo dictus Hercules, ut suam originem nobilitaret; alii vero probabilius ab *Antio* oppido, unde oriunda fuerit. *V.* ANTIUM init. De Antia gente v. *Visconti loc. infra cit.* et *Cavedoni* in *Mem. di Modena T.* 18. *p.* 201.

Antius ¶ 1. Apud scriptores præcipue — 1.°) Fuit legatus Romanorum a Fidenatibus a. U. C. 316. interfectus, cui statua publice in Rostris posita fuit. *Liv.* 4. 17. *M.*, coll. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 11. (23)., ubi ex errore *Sp. Nautius* legitur. — 2.°) Item trib. pl. vel potius ædilis aut prætor an. U. C. 676., cogn. *Restio* (*Visconti* in *Iconogr. Rom.* 17. *p.* 126. *sqq.*). Memorant *Macrob.* 3. *Sat.* 17. 13. et *Gell.* 2. 24. 13. — Legem tulit sumptuariam, *Antiam* ab eo dictam, qua ad coercendam nimiam luxuriam sanxit ut « qui in magistratu esset vel magistratum capturus, ne quo ad cenam nisi ad certas personas iteret ». Sic *Gell. loc. cit.* — 3.°) Item C. Antius Restio, præcedentis filius, ut videtur, triumvir monetalis, a. U. C. 706. Memoratur *Cic.* 4. *Att.* 16., *Macrob.* 1. *Sat.* 11. 19., *Val. Max.* 6. 8. 7. — De sestertio C. Antii Restionis disserit *Borghesi* in *XII. Sesterzi illustr. p.* 52. Cf. *Cohen, Descr. d. Monn. de la Rep. p.* 22. et *Momms., R. M. W. p.* 651. ¶ 2. In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 1. 593.; 6. 158.; 14. 324. etc.; et etiam cogn. *Ibid.* 5. † 1655. — *Antia* et *Antis* v. *Antea* v. *Anthis* (Ἄντεια), nom. mul. *Ibid.* 3. 5131. — Apud scriptores mythographos, fuit filia Jobatæ, uxor Prœti, ab aliis *Sthenobœa* dicta, mater Chrysippes, Phinoes et Ephianassæ. *Mythogr. I. fab.* 71. et 85. et *II. fab.* 132. ed. *Mai.* — Ejus fabulam referunt etiam *Acron* ad *Horat.* 3. *Od.* 7. 13. et *Fulg.* 3. *Myth.* 1., coll. *Hygin. fab.* 57. et 243. et *Hom. Il.* 6. 160. *sqq.*, quam tractarunt *Sophocles* in *Jobata* et *Euripides* in *Bellerophonte* et *Sthenobœa.* — Hinc *Anteius*, nom. gent. (Ἀντήϊος), satis frequens in Italia, maxime Romæ. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2760. et *Orelli n.* 3976.; et *Anteja*, nom. mul. in *aliis* apud *Momms. n.* 6417. Adde *Plin.* 9. *ep.* 13. — *Antenius, Antullus* etc. *V.* sub ANTONIUS.

ANTOBRŎGES, um, m. plur. 3. gens Galliæ Aquitanicæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (109)., ubi alii *Antebroges* ex cod. *Riccard.*; alii *Nitiobriges*, ut *Scalig.* et *Sillig.* V. NITIOBRIGES.

ANTŌNA. *V.* AVONA.

ANTŌNĀCENSIS et Antonnacensis, e, adject. ad Antonacum pertinens. *V.* voc. seq.

ANTŌNĀCUM, i, n. 2. (Scribitur etiam *Antonnacum, Antunnacum, Antennacum* oppidum Galliæ Belgicæ, hodie *Andernach.* Memoratur in *Notit. Utr. Imp. Occ. c.* 39., *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5236., ubi legitur *Antonnacum*, et in *Itin. Anton. p.* 254. et 371., ubi *Antunnacum.* Apud *Ammian.* 18. 2. 4. *Antennacum.* leg. *Gardthausen.* — Hinc *Antonnacense castellum* apud *Venant.* 10. *carm.* 10. 63.

ANTŌNĬĀNUS, a, um, adject. ad Antonium aliquem pertinens. *Cic.* 5. *Verr.* 13. 32. Antoniana ratio. sc. dicendi ratio M. Antonii oratoris. *Id.* 5. *Phil.* 6. 15. comissatio. *Id.* 12. *Fam.* 25. latrocinium. *sc.* Antonii III.viri. Sic *Val. Max.* 3. 8. 8. et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 30. 30. (98). bellum. *sc.* quod gessit Antonius cum Cæsare. *et* 34. *ibid.* 17. 49. (165). metallum. *Cæs.* 3. *B. C.* 24. duces. *Aur. Vict. de vir. ill.* 84. milites. *Senec.* 2. *Benef.* 25. et *Vellej.* 2. 74. partes. *Flor.* 2. 19. 4. præsidia. *Cic.* 12. *Phil.* 8. 19. saxa. — *Antoniani fundi* plures memorantur in *Tab. Alim. Velej.*, ut in pago Cereale Placentinorum, qui putatur hodie *Antognano* ad fontes fluvii, qui vulgo *Chiavenna* vocatur; item *Major* et *Minor* P. Tullii Varronis in *Tab.* Viterbii reperta apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6634., fortasse dicti ab Antonia Majore et Minore etc. — *Antoniani horti* in *Inscr.* apud *Orell. n.* 2860. — *Antonianæ vestes.* V. ANTONINIANUS. — Hinc absolute, substantivorum more — *a) Antoniani*, fautores M. Antonii III.viri, *partigiani di Antonio o Antoniani*, de quibus *Galba* apud *Cic.* 10. *Fam.* 30. — *b) Antonianæ*, orationes Ciceronis in eundem M. Antonium, quæ et *Philippicæ* dicuntur. *Gell.* 7. 11. 3.

ANTŌNĬASTER, tri, m. 2. (deminut. ab *Antonius*) parvus M. Antonii oratoris imitator. *Cic. fragm.* apud *Priscian. gr. III. p.* 101. *K.* « Deminutive adulationis causa fictum, ut Catulaster, Antoniaster ». At hujusmodi formis aliqua fere inest contemptus significatio.

ANTŌNĪNĬĀNUS, a, um, adject. ad Antoninum, in primis imp. v. alium, pertinens. Hinc — *a) Antoninianus fons novus*, ab Antonino Caracalla thermis suis apertus. *Inscr.* apud *Orell. n.* 52., ubi hoc usus fuisse dicitur M. Aur. Antoninus Pius ad aquam Marciam in Urbem perducendam. Cf. *Nibby, Dint. di Rom. T.* 1. *p.* 206. *sq.* — *b) Antoniniana via*, h. e. Caracallæ. *Inscr.* in *Ann. dell'Istit. arch. T.* 10. *p.* 18. *tab.* 51. — *c) Antoniniani Sodales*, in honorem Antonini Pii inter divos relati. *Capitolin.* in *Ant. Pio* et *Inscr.* apud *Orelli n.* 2671., 3186. etc. — Item in honorem Caracallæ. *Spartian.* in *Carac.* 11. — *d) Antoninianæ thermæ*, ab Antonino Caracalla constructæ (hodie *terme Antonine o di Caracalla*). *Spartian. Carac.* 9. *Eutrop.* 8. 20. Opus Romæ egregium fecit lavacri, quæ (*thermas*) Antoninianæ appellantur (*ubi codd. aliquot* Antinianæ et Antonianæ: λουτρὸν... Ἀντωνιανόν). Absolute in *Inscr.* apud *Orell. n.* 5092. — De bis *Werke, Middleton, Rosa, al.* — *e) Antoninianæ Caracallæ* (fortasse idem quod *Antonianæ vestes* apud *Aur. Vict. de Cæs.* 21). *Spartian.* in *Carac.* 9. — *f)* Alia videsis apud *Vopisc. Bonos.* 15. et *Aurelian.* 9. et 12., *Tertull.* 4. *adv. Marcion.* 4., *Lamprid. Diad.* 2. et 7. et *Heliog.* 24. et *Inscripit.* apud *Orelli n.*402., 2671. etc.

ANTŌNĪNĬĀS, ădis, f. 3. (Ἀντωνινιάς) titulus poematis Gordiani senioris de rebus gestis Antonini Pii et M. Antonini Philosophi, versibus disertissimis, quod libris XXX. constabat. *Capitolin.* in *Gord.* 3.

ANTŌNĪNĬUS, a, um, adject. ad Antoninum Pium pertinens. Hinc *Antoninia*, pro *Antoniniana, colonia* in *Inscr.* apud *Steiner, Corp. Inscr. Rhen. n.* 217. Cf. *Inscr.* apud *Orelli n.* 4970., hodie fortasse *Saalburg bei Hamburg* (*Arctaunum* dicta *Ptolem.*), ubi fuit reperta a. 1723. V. *Grotefend, d. Römerstadt* etc. in *Seebode krit. Bibl.*

ANTŌNĪNŪPŎLIS, is, f. 3. oppidum Mesopotamiæ, ab Antonino Caracalla, ut videtur, conditum. *Ammian.* 18. 19. 1. Cf. *Boeck.* ad *Not. Dign. or. p.* 409. *sqq.*

ANTŌNĪNUS, a, um, adject. ad Antonium aliquem pertinens, Antonianus, *Lamprid. Heliog.* 3. Antoninum numen. *Lentul.* apud *Cic.* 12. *Fam.* 14. Antoninæ leges. *Alii aliter* leg. *Capitolin.* in *Ant. Pio* 10. Mensem Septembrem atque Octobrem Antoninum atque Faustinum appellandos decreverat Senatus; sed id Antoninus respuit. — Absolute *Antonini*, sectatores M. Antonii. *Lepid.* ad *Cic.* 10. *Fam.* 34., ubi alii leg. *Antonios*, alii rectius *Antonianos.*

ANTŌNĪNUS, i, m. 2. (deminut. ab *Antonius*) ¶ 1. In titulis cogn. gent., frequens in gentibus *Ælia, Arria, Aurelia, Cejonia, Hateria* aliisque. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 2811. — *Antonini* appellatione octo gaudent imperatores Rom., de quibus suo loco dicendum est. *V.* AURELIUS. ¶ 2. Apud scriptores, præter imperatores, alii multi recensentur, ut apud *Ammian.* 18. 5. 1. *sqq.*, *Vopisc. Aurelian.* 8., *Cod.* 7. 52. 4.; 4. 65. 24. etc., quos videsis.

ANTŌNĬŎPŎLIS, is, f. 3. oppidum Lydiæ, quod Mæandro alluitur (Cf. *Antinoupolis* apud *Kiepert* ex *Tab. Peut.*), cujus incolæ *Antoniopolitæ* dicti.

Plin. 3. *Hist. nat.* 29. 30. (111). Tripolitani iidem et *Antoniopolitæ* Mæandro alluuntur.

ANTŌNĬŎPŎLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

ANTŌNĬUS, a, um, adject. ad Antonium aliquem, fere ad M. Antonium III.virum, pertinens. Hinc — 1.°) *Antonia lex* — *a) de dictatura tollenda*, a. U. C. 709. *Cic.* 1. *Phil.* 1. 3., coll. *Dion.* 44. 511. — *b) agraria*, memorata ab *eod.* 5. *ibid.* 3. — *c) judiciaria* apud *eund.* 5. *ibid.* 5. 21. — *d) de provocatione* ad populum. *Id.* 1. *ibid.* 9. 21. — *e) de quinto die ludorum Rom.* Cæsari tribuendo. *Id.* 2. *ibid.* 43. 110. — *f) de permutatione provinciarum*, apud *Liv. epit.* 117., coll. *Cic.* 11. *Phil.* 2. 4. et *Dion.* 45. 9. et *alib.* et *Vellej.* 2. 60. — Alias leges videsis apud *Cic.* 5. *Phil.* 4. 10., qui de his in universum hæc habet: « Has leges, quas M. Antonius tulisse dicitur, omnes censeo per vim et contra auspicia latas iisque legibus populum non teneri ». — 2.°) *Antonia turris*, sive arx (Ἀντωνία), Hierosolymæ, in honorem M. Antonii ab Herode M. appellata. *Tac.* 5. *Hist.* 11. — Fuit ad angulum occid. et sept. templi, ab Assamonæis exstructa et ab eodem Herode munita, olim Baris (Hebr. בירה *birah*, h. e. arx) dicta, speciem præ se ferens quadratæ turris ita eminens, ut in templum prospiceret, quicum per porticum communicabat, et id temporis Romanorum præsidio occupata. *Jos. Ant.* 15. 2. et 14. et *B. J.* 6. 12., coll. 2. *Esdr.* 11. 8. et *Luc. Act.* 21. 31.

ANTŌNĬUS, ii, m. 2. (Ἀντώνιος) nom. pers. — *a)* Legitur *Antonios*, Græc. posit., in *Inscr.* in *Ann. dell'Istit. arch.* a. 1880. *p.* 301. — Et corrupte *Antoius* in *Corp. Inscr. Lat.* 5. 115. — *b)* Genet. *Antoni* (ut sæpe fit) pro *Antonii* est *Horat.* 1. *Sat.* 5. 33., *Propert.* 3. 9. 56., *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 23., *Liv. ep.* 120. etc. — Voc. *Antoni* apud *Cic.* 2. *Phil.* 1. 1. et *Horat.* 4. *Od.* 2. 26. — Etiam *Antonii*, duplici *i*, ut putat *Ter. Scaurus.* « Propter quam causam (sc. ne in obliquis minor sit numerus syllabarum) ego etiam vocativos per duo *ii*, non, ut consuetudo usurpat, per unum. - Ita *o Antonii* et dicendum et scribendum esse contenderim ». Sic ipse in *Orth. p.* 257. *Putsch.* Proba utique ratio, sed cur non potius *Antonie*, ne cum genet. *Antonii* confundatur? — *Antonius*, apud *Paul. Nol. carm.* 32. 1. — *c)* Etymon incertum est. Gens Romana Antoniorum ab *Antone* (Ἄντων), Herculis filio (*V.* ANTORES) se descendere gloriabatur. Cf. etiam Gr. ἄντα, ἀντάω, ἄντομαι et Lat. *Antius*, cujus videtur forma adaucta: sic *Atius, Atenius, Atonius.*

Antonius, nomen apud Romanos frequens, in familiis utriusque ordinis patricii et plebeji. — De gentis Antoniæ nummis V. *Eckhel*, 5. et 6. *p.* 85. *sqq.*; *Cohen I.*² *p.* 35. *sqq.*; *Caland, De numm. M. Ant. III. vir.* Lugd. Bat. 1888. et *Babelon, I. p.* 158. *sqq.* — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores præsertim — 1.°) C. Antonius, *Hybrida* cognomento (*Plin.* 8. *Hist. nat.* 53. 79. (213), filius M. Antonii oratoris, competitor Ciceronis in consulatu cum Catilina, contra quam coitionem invectus est idem Cicero oratione in toga candida. *Cic.* 1. *Att.* 1. et *Mur.* 24. 49., *Schol. Bob. pro Sest. p.* 293. et 294. et *Ascon.* in *Tog. cand. p.* 83. *Or.* — Consul deinde, a. U. C. 691., factus cum Cicerone, Catilinam cum exercitu persecutus per Petrejum legatum debellavit. *Sall. Cat.* 24., *Flor.* 4. 1., *Liv. ep.* 102. et 103., coll. *Eutrop.* 6. 15., *Oros.* 6. *Hist.* 6. etc. — Plura alia de eo colligas ex *Cic.* 5. *Fam.* 5. et 6., 1. *Att.* 12. et 13. et *Vatin.* 11. 27., *Flacc.* 38. 95., 2. *Phil.* 38. 70. et *Val. Max.* 2. 4. 6. — 2.°) C. Antonius, cognomine *Julus*, vulgo in *Fastis* prænomine *Marcus* (quod tamen ex nummis falsum demonstravit cl. *Borghesi* in *Dec. Num.* 10. *Oss.* 8), alter M. Antonii III.viri filius, maritus Marcellæ, quæ erat Octaviæ, Augusti sororis, filia, ab eo ornatus sacerdotio, pretura, consulatu, sed postea ob adulterium cum Julia structasque Augusto insidias ab eo interfectus. *Vellej.* 2. 100., *Tac.* 4. *Ann.* 44., coll. 1. *ibid.* 10. et 3. *ibid.* 18., *Senec. Brev. Vit.* 5., *Dio* 55. 10. — *Horat.* scripsit a. 41. ad eum carmen: *Pindarum quisquis* etc. (4. *Od.* 2); ad quod adnotat *Acron*: « Julus Antonius heroico metro Diomedias (Διομηδείας) duodecim libros scripsit egregios et prosa aliquanta ». — Plura de eo V. apud *Weichert* in *Exc. V. de Cass. Parm. p.* 342. *sqq.*, coll. *Bücheler, Rh. Mus. XLIV.* 317. *sq.* — 3.°) L. Antonius, frater M. Antonii III.viri, cognomento *Pietas* itemque *Calvus* (ex nummis, de quibus V. *Eckhel*, 6. *p.* 42., *Cohen I.*² 59., coll. *Dion.* 18. 6. 4. et *Corp. Inscr. Lat.* 1. 684. et 685), vir perditissimis moribus. *Cic.* 3. *Phil.* 12. 31. et 5. *ibid.* 7. 20. et 11. 29. et 12. *ibid.* 8. 19. *sq.* et 11. 26. et 13. *ibid.* 2. 4. et 14. *Att.* 20. et *alib.* — Fuit censor et consul cum P. Sulpicio Isaurico a. U. C. 713. et ex Alpibus triumphum egit, ut *Fasti* perhibent, honoratus statua equestri inaurata, teste *Cic.* 6. *Phil.* 5. 14., coll. *Sueton. Aug.* 68. — Alia videsis apud *eund.* 15. *Att.* 5., 12., 15. et 17. et 13. *Phil.* 18. 37. *Liv. epit.* 125. et 126., *Flor.* 4. 5. etc. — 4.°) M. Antonius, dictus *Major*, a. U. C. 621-667 (al. 610-666). orator eloquentissimus, summis laudibus ab antiquis cumulatus. *Cic. Brut.* 36., 37. et 44. et alib., *Macrob.* 5. *Sat.* 1., coll. *Senec. Suas.* 7., *al.* plur. — Quæstor incesti accusatus se defendit et absolutus est (*Val. Max.* 3. 7. 9. et 6. 8. 1); prætor piratas in Cilicia devicit deque iis proconsul triumphum egit (*Liv. epit.* 68., *Fasti* comm., *Cic.* 1. *Orat.* 18. 80. et *alib.*, coll. *Trog. prol.* 39); dein consul cum A. Postumio Albino a. 655. ac postea censor a. 657. cum L. Valerio Flacco. *Cic. post red.* 5., *Jul. Obs.* 46. et *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6039. Rursus *Cic.* 12. 51., 64. 257. et 68. 274. 2. *Orat.* — Bello denique civili orto inter Sullam et Marium, hujus jussu interemptus est (*Val. Max.* 2. 9. 5. et 8. 9. 2), cujus caput atrociter positum a Mario in rostris narrat *Vellej.* 2. 22., coll. *Cic.* 5. *Tusc.* 19. 56. et *alib.*, in mensis vero ipsius Marii *Flor.* 3. 21. 14., coll. *Lucan.* 2. 122. — Libellum ejus de ratione dicendi memorat *Cic. Brut.* 44. 163., coll. 1. *Orat.* 21. 97. et *Quintil.* 3. 1. 19. et *alib.* ac *Val. Max.* 7. 3. 5., coll. *Diomed. gr. II. p.* 472. *K.* ubi *Major* dicitur, ut a triumviro distinguatur. — Fragmenta orationum ejus (ex quibus celeberrima est, quam habuit pro M. Aquilio), collegit *Meyer*, in *Orat. Rom. p.* 139. *sqq.* et *p.* 189. — De eo cf. etiam *Ellendt* in *Prolegg. ad Brutum; Drumann, Gesch. Roms etc. t.* 1. *p.* 58. *sqq.*; *Orell.* in *Onom. Tull. p.* 46. *sq.* et *Bruner, de M. Antonio* etc., Hels. 1858. — 5.°) M. Antonius, cognomento *Creticus*, filius præcedentis et pater sequentis, homo « perdendæ pecuniæ genitus » (*Sall. fragm.* 3. *Hist.* apud *Ascon.* in *Act. II. Verr. p.* 176. et 208. *Or.*), quæstor a. U. C. 674. et a. 679., contra Cretenses re male gesta in expeditione ei commissa, morbo interiit et ignominiæ seu contemptus causa cognomentum illud sibi demeruit, teste *Flor.* 3. 7., qui sic merito hanc narrationem conclusit: « nec quidquam amplius de tam famosa victoria, quam cognomen *Creticum* reportavit ». — 6.°) M. Antonius, III.vir, M. Antonii Cretici ex Julia L. (non C.) Julii Cæsaris filius, oratoris nepos, circ. an. U. C. 671., vir promptus, non indisertus sed perditis moribus, Clodii et Gabinii, Ciceronis inimicorum, amicus. *Cic.* 2. *Phil.* 18. *sq.* et *Quintil.* 8. 6. 48. — Fuit quæstor et legatus Cæsaris, cui initio studuit adversus Pompejum (*Cæs.* 7. *B. G.* 81. et 8. *ibid.* 2. 24., 38. et 46., coll. *Cic.* 6. *Att.* 6.); dein augur et tribunus pl. cum Q. Cassio a. 705. *Cæs.* 1. *B. C.* 2. — Post prœlium Pharsalicum Romam reversus vices Cæsaris egit, qui illum, se dictatore, magistrum equitum fecerat; et a. 710. consul cum Cæsare (*Cic.* 2. *Phil.* 29-34., coll. *Liv. epit.* 116), huic de Hispania quintum agenti triumphum in Lupercalibus nudus contionatus est ac diadema imposuit vel, ut ait *Flor.* 4. 2., obtulit pro Rostris regni insignia (*Cic.* 2. *Phil.* 34. 87., coll. *Appian. B. C.* 2. 109. et *Plut.* in *vita Cæs.* 61., *Vellej.* 2. 56., *Sueton. Cæs.* 79), quod præter alia in causa fuit, cur tamquam imperium affectans Cæsar in curia trucidaretur. *Eutrop.* 6. 25., *Liv. epit.* et *Flor. locc. citt.* — Ejus cura animi sedati et funebri laudatione ab eodem habita, Cæsari honores divini per SCtum decreti. *Sueton. Cæs.* 84. — Verum deinde senatui invisus, Cæsaris Octav. opera, hostis patriæ Antonius judicatus est (*Nep. Att.* 9); sed brevi conciliatis animis, a. 711. triumvir cum Octavio et Lepido in partitione provinciarum sibi contigit Gallia Cisalpina et Transalpina (*Appian. B. C. loc. cit.*). Tum vero secuta est atrox proscriptio, in qua periit Cicero, quem factiosus ac perditus homo oderat. *Vellej.* 2. 66. *sqq.*, *Liv. epit.* 120. et *Flor.* 4. 6. — Postquam in Asiam venit, Tarsi illecebris Cleopatræ, Ægypti reginæ, captus, Octaviam, Octavii sororem, repudiavit; idcirco, inimicitia orta, Cæsar ambos bello aggressus devicit, a. 724., Actiaca pugna (quam describit *Virg.* 8. *Æn.* 675. *sq.*). *Flor.* 4. 11., *Eutrop.* 7. 6., *Liv. epit.* 132., *al.* — Alexandriæ, quam antea, victa Armenia, novam Romam vocaverat ac sedem imperii, ab Octavio obsessus et occisæ Cleopatræ, quæ tamen postea voluntaria morte interiit, falso rumore impulsus, se ipse peremit. *Liv. epit.* 133., coll. *Eutrop.* 7. 7., *Flor.* 4. 11., *Sueton. Aug.* 17. — Ejus statuæ a senatu dejectæ ac sancitum, ut nemo ex Antoniorum gente *Marci* nomine appellaretur; quod tamen servatum non est. *Plut.* in *Cic.* 49. et *Dio* 51. 19., coll. *Sueton. Claud.* 11. — Plures habuit uxores aliasque mulieres turpiter adamasse traditur, quas inter Cytheris fuit, unde per contemptum *Cytherius* appellatus est (*Cic.* 15. *Att.* 22., coll. 16. *ibid.* 11. et *Martial.* 2. 89., coll. 3. 66., 4. 69. et 11. 20. — Scripsit librum de ebrietate sua, quem, teste *Plin. loc. cit.*, ebrius jam sanguine civium et tanto magis eum sitiens, exiguo tempore ante Actiacum prœlium evomuit; epistolas ad Augustum et Atticum; itemque carmina, ut videtur, et quidem lasciva. *Cic.* 10. *Att.* 8. et 14. *ibid.* 13. et 13. *Phil.* 10-21., *Plin.* 14. *Hist. nat.* 22. 28. (147)., coll. *Tertull. Pall.* 5. et *Ovid.* 1. *Pont.* 1. 23. — Ejus genus scribendi fuit ampullosum, obscurum ac sæpe mendosum. *Sueton. Aug.* 86., coll. *Cic.* 3. *Phil.* 4. 8. *sq.*, *Tac. Orat.* 37., *Senec. Suas.* et *Contr.* passim. — Alia de eo colliges ex *Tac. Ann.* et *Hist.*, *Plin.*, *Lucan.*, *Solin.* innumerisque aliis tam Latinis quam Græcis, quos inter præsertim *Plutarch.* in *Vita*; ex titulis et nummis apud *Eckhel, Cohen, Letronne, al.* — 7.°) M. Antonius Felix, præses Judææ a. U. C. 807., famosus Claudii imp. vel potius Antoniæ ejus matris libertus. *Tac.* 12. *Ann.* 54. — Hic « per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili imperio exercuit » *Id.* 5. *Hist.* 9. — De eo alia *Vulg. Act.* 23. 24. *sqq.* et *ibid.* 24. 1. *sqq.* — Videtur Polæ sub Nerone obiisse ex *Inscr.* ibi reperta, apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5404. Cf. *Jos. Ant.* 20. 7. et 8. — 8.°) M. Antonius Gnipho, Gallus, grammaticus clarus et rhetor, Ateji Philologi magister. *Sueton. gramm.* 7. coll. 8. et 10., *Macrob.* 3. *Sat.* 12. 8. et *Quintil.* 1. 6. 23. — Eum scripsisse multa, sed duo tantum volumina *de latino sermone* reliquisse tradit Atejus apud *Quintil. loc. cit.*, nam ætate scripta discipulorum ejus esse ait *Sueton. gramm. VII. p.* 105. *Rffsch.* — Hunc auctorem *Rhetoricorum ad Herenn.* perperam censent *Hieronymus, Fortunatianus, Priscianus, al.* V. *Kayser, p. XII. sq.*, qui opus Cornificio tribuendum putat ex *Quintil.* 3. 1. 21. et *Schutz, præf.* ed. *Cic. v.* 1. *p.* 58. *sqq.* — 9.°) M. Antonius Gordianus. De Gordianis, qui vulgo dicuntur Africanus I. et II. et Pius, vel I., II. et III. *V.* GORDIANUS. — 10.°) M. Antonius Liberalis, latinus rhetor, qui gravissimas inimicitias cum Palæmone exercuit, teste *Hierongm.* in *Chron.* a. Abr. 2064., cui tribuitur liber μεταμορφώσεων συναγωγή (*Wentzel, PW.* 1. 2572). — 11.°) M. Antonius Pallas, famosus Claudii imp. seu potius Antoniæ ejus matris, libertus, frater M. Antonii Felicis, Judææ præsidis. De eo *Sueton. Claud.* 28., *Tac.* 12. *Ann.* 53. et *Plin.* 7. *ep.* 29. Hinc *Pallantiani horti*, ab eodem fortasse denominati, Romæ in regione quinta. *Not.* et *Cur. Urb. p.* 8. et 9. *Prell.* — 12.°) Antonius Dracontius. *V.* DRACONTIUS. — 13.°) Antonius Julianus, rhetor, Hispania oriundus, florentis homo facundiæ et rerum litterarumque veterum peritus, æqualis *Gellii*, qui de eo passim loquitur in *N. A.* 1. 4., 9. 1. et 15., 15. 1., 18. 5. etc. — 14.°) Antonius Marcellinus. *V.* MARCELLINUS. — — 15.°) Antonius Musa, medicus Augusti celebratissimus. *Sueton. Aug.* 81., coll. 59. et *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 4. (6). — Laudant *Horat.* 1. *Ep.* 15. 3. et *Schol. Cruq.* et *Porphyr.* ad *h. l.* et *Epigr.* inter catalecta Virgiliana in *Anthol. Lat. n.* 101. *Meyer.* — Ejus scripta ætatem non tulerunt, nisi

aliqua fragmenta collecta a *Flor. Caldani*, Bassani 1800. — *L. Muller* describit cod. Leid. sæc. VI. libr. *De herba betonica* A. Musæ trib. (*Mus. Rhen. XXIII. p.* 189). De eo V. *Pauly, R. Enc. I. p.* 1188. *sq. n.* 65. — 16.°) Antonius Rufus, qui prætextas et togatas scripsit, non confundendus cum *Antonio Rufo* grammatico, de quo *Quintil.* 1. 5. 43. Memoratur *Acron.* ad *Horat. A. P.* 288. eique fortasse alludit *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 28. Pindaricæ fidicen tu quoque, Rufe, lyræ. *Glandorp.* vult hunc «teste Acrone vertisse Homerum et Pindarum». — 17.°) Antonius, dictus *Magnus*, patriarcha monachorum, Constantino et Constantio impp., sanctitate et fama insignis. De eo *Hieronym.* in *Chron.* ad a. 356. et *Rufin.* 2. *H. E.* 7., coll. *Socr.* 1. 21. et 4. 23. et 25. et imprimis *Athanas.*, qui ejus vitam scripsit retulitque longum sermonem coptica lingua habitum ad monachos. — *Hieronym. vir. ill.* 88. memorat ejus septem epistolas «apostolici sensus sermonisque» *ad diversa monasteria*, a coptico in græcum translatas, quarum præcipua *ad Arsenoitas* data est. Num vero sint eædem cum *septem Latinis S. Antonii*, incertum est. Alia scripta habet *Migne, Patr. gr.* 40. *p.* 953. *sqq.* Cf. *Coteleriius, Eccl. Gr. monum. I.* 338. *sqq.* et *Galandi, Vet. Patr. biblioth. IV.* 633. *sqq.* et etiam *Verger, Vie de St. Antoine le Grand, patr.* etc. Tours 1890. et *Contzen, Die Regel d. hl. Ant.* Metten 1896. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 1727., 9. 338. 225. — *Antonia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 2308. — *Antoniai* pro *Antoniæ*, ἀρχαϊκῶς, et etiam *Antoniaes*, Græce, in *Inscr.* apud *Maffei, Oss. Lett. T.* 4. *p.* 354. et *alib.* — Apud scriptores memoratu digna Antonia *major* (perperam *minor* dicta *Tac.* 4. *Ann.* 44. et 12. *ibid.* 64.), filia M. Antonii III.viri et Octaviæ, mater Cn. Domitii Ahenobarbi, qui fuit pater Neronis imp. *Sueton. Ner.* 5., coll. *Appian. B. C.* 5. 95. et *Plut. Anton.* 33. et 35. — Item Antonia *minor*, quæ et *Augusta* dein appellata, soror præcedentis, Neronis Drusi conjux, mater Germanici, Claudii et Liviliæ, forma et castitate excellens. *Sueton. Cal.* 1. et *Claud.* 1., 3. et 4., *Tac.* 3. *Ann.* 3. et 18. et *alib.*, quam nunquam exspuisse ait *Plin.* 7. *Hist. nat.* 19. 18. (80). — Ab his duabus sororibus dicta videtur *Basilica Antoniarum duarum* in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 7263. Cf. *Ann. dell'Istit. arch. a.* 1856. *p.* 16. et *Hülsen, PW.* 1. 2567. — Hinc derivat. *Antulejus (a), Antulus (a), Antullus (a), Antullius (a), Antullinus* et *Antonilla*, passim in *Corp. I. L.* — Addimus v. *antonascere*, Antonium imitari, apud *Consent. gramm. V.* 377. (cod. M. *antoniscere*), quod in *Lexico* desideratur.

ANTŌRĒS, is, m. 3. (Ἀντόρης) Argivus quidam Herculis comes, qui cum Evandro Æneæ adjutor a Mezentio est interemptus. *Virg.* 10. *Æn.* 778., ubi *Serv.* pro *Antoren* leg. *Antorem* (al. *Anthorem*); alii vero, sed perperam, *Antonen*, quia *Plut.* in *vita Ant.* 4. dixit *Antonios* ex Antone Herculis filio nomen sumpsisse (*V.* ANTONIUS init.). Adde *Phoc. gramm. V.* 424.

ANTŌRĬDES, æ, m. 1. (patronym. ab *Antores*), pictor Euphranoris æqualis, Aristidis Thebani discipulus, de quo *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (111).

ANTRO (Antron), ōnis (Ἀντρών), 3. ¶ 1. Est nom. viri cujusdam apud *Cic.* 15. *Att.* 17. ¶ 2. Est etiam oppidum maritimum in Phthiothide (f.). *Liv.* 42. 42. — *Antronia* dicitur *Mel.* 2. 3. 4.

ANTROS, i, f. 2. insula Galliæ Aquitanicæ in Garumna fluvio prope Oceanum, quam describit *Mela* 3. 2. 6. Cf. *Tzschuck* ad *h. l.*

ANTULLUS, i, m. 2. nom. demin. *V.* ANTONIUS.

ĀNŪBĬĂCUS, a, um, adject. ad Anubim pertinens. — Absolute dicitur de Isidis sacerdotibus Anubim ferentibus. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 3520. — In plur. num. *Ibid.* 12. 3048.

ĀNŪBĬO, ōnis, m. 3. (demin. *Anubidis*) cogn. vir. *Inscr.* in *Nov. Lett. Flor. p.* 295. Ita cl. *Furlanetto.*

ĀNŪBIS, is et idis, m. 3. Ἄνουβις — a) Acc. *Anubin* (*Anuben*) apud *Propert.* 3. 9. 41. Ausa Jovi nostro latrantem opponere Anubin. Adde *Plin.* 33. *Hist. nat.* 9. 46 (131)., ubi alii *Anuben*, alii *Anubim* leg.; *Lamprid. Comm.* 9., *Firm.* 2. *Math.* 2., *Lentul.* apud *Tertull. Apol.* 15. (*Comic. fr. p.* 393. *R.*) et *Spartian. Pesc.* 6. et *Car.* 9. — *Anubem* apud *Tertull.* 1. *Nat.* 10., *Prudent. Apoth.* 196., *Augustin.* 8. *Conf.* 2. 3., *Venant. ott. s. Mart.* 2. et *Alc. Avit. carm.* 5. 64. — b) In plur. num. *Vigil. ep. ad Joh. Chrys.* 10. Alexandria - biformis Anubibus. — c) Forma nominis originaria Ægyptia est *Anup* v. *Anupu* (V. *Vigouroux, La Bibl.* etc. *v.* 2. *p.* 44), quod *aureum* significare docet *Jablonski* in *Panth. Ægypt.* 5. 1., coll. *Müller, Arch.* § 408., fortasse ex ejus simulacro toto aureo. — De etymo vocis vide etiam *Bullett. arch.* 1844. *p.* 82.

Anubis, deus Ægyptiorum, Osiridis filius, ex hujus sorore Nephthy (*Æg. Nebti*) genitus, venator, qui *Isidis* (*Æg. Hes*) et Osiridis (*Æg. Hesiri*) perpetuus comes et custos fingitur, quales hominum solent esse canes, idcirco vultu canis (proprie canis aurei: *Schakalkopfe*, ut habet *Preller Röm. Myth. II. p.* 374) repræsentatus. *Firmic. Err. prof. Relig.* 2. et *Tertull.* 2. *Nat.* 8. Hinc *Prudent. Apoth.* 268. Quæve superstitio tam sordida, quæ caniformem Latrantemque throno cæli præponat Anubim? Sic *Virg.* 8. *Æn.* 698., *Pers.* 8. 11. 41. et *Ovid.* 9. *Met.* 690. *Sedul.* 1. *carm. Pasch.* 245. eum vocat «*semihominem canem*, quem supplex homo pronus adorat». Ita eum describit *Apul.* 11. *Met.* 11. «Hic, horrendum! - nunc atra, nunc aurea facie sublimis, attollens canis cervices arduas, læva caduceum gerens, dextra palmam virentem quatiens». — Olim Mercurius habitus est, quod caduceum teneret in monumentis (*Mythogr. II. fab.* 42. ed. *Mai*, coll. *Apul. loc. cit.* et *Gloss.*), ac superûm commeator et inferûm (*Psycopompos*). *Apul. loc. cit.* Cf. *Hildebr.* ad *h. l.* — «Repræsentabat (inquit *Forcellinus*, qui fabulam explicat) Horizontem sive, ut Latini dicunt, circulum finitorem. Quum igitur Horizon seu circulus finitor solem primus ostendat et velut in hemisphærium nostrum immittat eundemque occidentem conspectui nostro subtrahat, Anubin canino vultu finxerunt, quod custos sit utrinsque limitis solaris: duplex vero in caduceo serpens designat duplex hemisphærium, superius nempe et inferius, et geminus in caduceo serpens persimilis est cursui solis obliquo et virga intermedia Horizontem repræsentat, qui utrumque hemisphærium jungit ac separat». — Ægyptii ac deinde alii populi, qui Isidis sacra adoptarunt, statis temporibus Anubin cum pompa per urbem circumducebant, ut ex *Juvenal.* 6. 533. colligitur; ubi *Anubis* vocatur ipse sacerdos, qui inter Isiaca sacra Anubin portabat. Hinc *Spartian. Carac.* 9. Commodus sacra Isidis ita celebravit ut et Anubin portaret et pausas ederet. Adde *Lamprid. Comm.* 9., coll. 16. — Mimus, *Moschus Anubis* inscriptus, Lentuli vel Hostilii videtur memorari *Tertull. Apol.* 15. — Plura de Anubi apud *Jablonski loc. cit.* Cf. etiam *Chabas, Mélang. III.* 2. 261.; *Brugsch, Relig. u. Myth. d. alt. Äg.* et *Revillout, Mélang. d'arch. égypt. et ass. III.* 37.

ĀNŪBĬUS, ii, m. 2. (Anubis) mathematicus quidam cum Æsculapio conjunctus apud *Firmic.* 3. *Math.* 1., quibus Mercurii numen scientiam mundi commisit. Alii leg. *Hanubius* cum aspiratione.

ĀNŬCELLA, æ, f. 1. (demin. ab *anus*, idem quod *Anicella*) nom. et cogn. mul. *Inscr.* apud *Murat.* 1412. 13. et *alia* in *Corp. Inscr. Lat.* 8. 7694. — Contract. *Anucla*, cogn. *Ibid.* 8. 19215.

ĀNULLĪNUS, i, m. 2. (fortasse ab *anulus*) Scribitur sæpe *Anulinus*, unico *l*; pessime *Anolinus*. ¶ 1. In titulis cogn., præsertim in gente *Annia* et *Cornelia*. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 2121. et 5506. et 8. 1170. etc. — *Anullina*, nom. mul. *Ibid.* 2. 951. et 2001. ¶ 2. Apud scriptores consul a. post Chr. 199. *Aur. Vict. epit.* 20., ubi *P. Cornelius Anullinus* fortasse idem ac senator, cujus libertinus fuit Diocletianus, postea imperator. Cf. *Ibid.* 39. et *Eutrop.* 9. 19. — Alios *V.* apud *Chronogr. a.* 354. *p.* 66. 67., *Optat.* 3. 8., *Augustin. ep.* 88 (al. 68). et *ep.* 93 (al. 48). etc. — Alia similia *Anullius (a)*, *Anulejus (a)*, *Anulenus (a)* passim in *Corp. I. L.*

ĀNUS, us, f. 4. mul. certe cogn. *Corp. I. L.* 10. 3922. — *Anus*, *i*, m. 2. nom. vir. *Ibid.* 2. 2719 (Hispan.).

ANXA, æ, f. 1. oppidum Calabriæ prope Salapiam, olim Callipolis, nunc *Gallipoli*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (100)., coll. *Mel.* 2. 4. — *V.* etiam ANXANUM.

ANXĀNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Anxani, oppidi Frentanorum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106). — *Anxates* dicuntur in *Inscr.* in *C. I. L.* 9. 2999.

ANXANTĪNI, orum, m. plur. 2. incolæ Anxani, oppidi Marsorum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106)., ut leg. *Sillig.*; sed alii rectius *Anxatini* v. *Anaxatini*, ita ut oppidum sit *Anxanum.*

ANXĀNUM, i, n. 2. ¶ 1. Est oppidum Frentanorum in Samnio, nunc *Lanciano*. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 278., coll. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106)., quod et *Anxa* dicitur. ¶ 2. Item oppidum Marsorum, nunc fortasse *S. Ansino*, conjicitur ex *Inscr.* apud *Momms. n.* 5628. — *Anxates*, incolæ. *Corp. I. L.* 9. 3950.

ANXĀTES, tum. *V.* ANXANI.

ANXĀTĪNI, ōrum. *V.* ANXANTINI.

ANXĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum Lucaniæ inter Potentiam et Grumentum, hodie *Anzi*. *Tab. Peuting.* 6. ¶ 2. Item idem quod Anxanum Frentanorum, si fides habenda est *Romanelli, Top. Nap. T.* 3. *p.* 56. — Hinc *Anxianus ager*, apud *Grom. p.* 125. *Goes.* — Alii tamen leg. ANXA.

ANXUR, ŭris, m. et n. 3. (Ἄγξουρ) — a) Scribitur etiam *Anxyr, iris* (*Anxir* leg. *Pierius* ad *Virg. loc.* infra *cit.*) apud *Stat.* 1. *Silv.* 3. 86., coll. *Prob. gramm. IV.* 17. et *Axur*, extrita *n*, in nummo C. Vibi Pansæ apud *Eckhel*, 5. *p.* 339 (et *Morell. Thes. num. Fam. T.* 2. *tab.* 2). Cf. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6483. — b) Acc. *Anxurim* apud *Symmach. ep.* 2 (*Seeck* leg. *Axyrim*). — Abl. *Anxure* apud *Liv.* 7. 39. — Locativ. *Anxuri* apud *eund.* 5. 8. — c) Etymon vocis petendum est e Volscorum lingua, unde originem ducit. Cf. tamen Gr. ἄξυρος, *intonsus*, dictus de Jove. *V.* ANXURUS. — Anxur est nomen loci et personæ.

I.) Anxur, nomen loci ¶ 1. Est oppidum Campaniæ Romanæ, in ora maris Tyrrheni, apud ostia Ufentis fluvii, ad radices montis, in cujus edito loco est ejus arx, olim Tarracina, hodie *Terracina*. *Paul. Diac.* ex *Fest. p.* 22. *L.* (ubi et *Ennium* laudat) et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (59). *Liv.* 4. 59. Anxur fuit urbs prona in paludes. — In gen. neutr. *Id.* 4. 59. captum. *et* 5. 12. oppugnatum. *et Ibid.* 13. receptum est. *et* 8. 21. Anxur trecenti in coloniam missi sunt. Adde *Sil. It.* 4. 532. et 8. 390. et *Stat.* 1. *Silv.* 3. 86. — In gen. masc. *Martial.* 6. 426. Superbus Anxur. Adde *eund.* 5. 1. 6. — Ex montis natura, cujus saxa sunt coquendæ calci aptissima, notat *Porphyr.* ad *Horat. loc. cit.* dici *candidum*, ut apud *Martial. loc. cit.* Salutiferis candidus Anxur aquis. Similiter *Horat.* 1. *Sat.* 5. 26. Impositum saxis late candentibus Anxur. — *NB.* Creditur tacito nomine innui ab *Hom. Od.* 10. 81. et 105. *sqq.*, ut sedes Lami et Antiphatis, principum Læstrigonum. *V. Matranga, La città di Lamo* etc. Roma, 1852. — De Anxure v. *Niebuhr, Röm. Gesch.* 1. *Bd. Not.* 1026. ¶ 2. Item fons juxta oppidum fluens, teste *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 799., qui, quod letalis esset bibentibus, ab incolis obstructus fuit, ut narrat *Vitruv.* 8. 3.

II.) Anxur, nomen personæ ¶ 1. Fuit socius Turni, apud *Virg.* 10. *Æn.* 544. Anxuris ense sinistram (*Æneas*) Dejecerat. ¶ 2. Est etiam cognomen Jovis et Apollinis. *V.* ANXURUS.

ANXŪRAS. *V.* voc. seq.

ANXURNĀS, ātis, adject. ad Anxur oppidum pertinens. *Liv.* 28. 38., ubi alii leg. *Anxuras.*

ANXŪRUS (Anxur), i, m. 2. (Ἄξυρος) ¶ 1. Est cognomen Jovis. *Virg.* 7. *Æn.* 799. quis Juppiter Anxurus arvis (Anxuris *P.*) Præsidet. *Serv.* ad *h. l.* «puer Juppiter, qui Anxyrus dicebatur quasi ἄνευ ξυροῦ, id est sine novacula» quam sc. nondum esset expertus. Sane in nummo gentis Viliæ apud *Eckhel*, 5. *p.* 339. repræsentatur seminudus, imberbis et radiatus, ubi legitur *Axur* pro *Anxur*; colebatur enim in oppido Anxure. Cf. *Porphyr.* ad *Hor. Sat.* 1. 5. 26. «Olim Anxur dicebatur, unde Jovem Anxyrem colebant». ¶ 2. Item cognomen Apollinis, in basi statuæ Anxuri repertæ. *Inscr.* in *Boll. dell'Istit. arch. a.* 1864. *p.* 148., si vera est lectio.

ĀNȲSĬUS, ii, m. 2. (Ἀνύσιος) In quibusd. codd. MSS. perperam scribitur *Anisius*. — Fuit vir quidam, apud *Symmach.* 1. *ep.* 67., qui primus ex Latinis, post Græcos, hoc nomen usurpavit. Alios videsis apud *Ambros. ep.* 16. et in *Cod. Justin.* 12. 24. 11. et *Theod.* 6. 30. 21 (a. 416).

ĀNYSTIS, is, m. 3. cursor Alexandri M. Lacedæmonius, qui uno die a Sicyone Elin MCCCV. stadia cucurrit, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 20. (84)., coll. *Solin.* 1. 98.

ĀNYSTUS, i, m. 2. (Ἀνυστός) fluvius Hispanus. *Avien. Or. mar.* 544. *sqq.* Fortasse est hodie qui *Muga* dicitur.

ĀNȲTUS, i, m. 2. (Ἄνυτος, ab ἀνύω, *perficio*, uti vult *Eustath.* ad *Hom. Il. p.* 32) ¶ 1. In titulis nom. vir. *Bollett. dell'Istit. arch. a.* 1861. *p.* 18. ¶ 2. Apud scriptores vir Atheniensis famosus, Anthemionis filius, arte coriarius. Memorant *Horat.* 2. *Sat.* 4. 3., *Ovid. Ib.* 559. et 5. *Trist.* 12. 12., *Sidon. carm.* 15. 195. et *Tertull. anim.* 1. — Bello Peloponnesiaco cum classe Messeniorum auxilio Pylum missus male rem gessit et proditionis accusatus, corruptis judicibus, absolutus est (*Diod.* 15. 64., *Plut. Coriol.* 14. et *Aristot.* ap. *Harpocr.* s. v. δεκάζειν). — Socratem perosus, quod hic filium ejus ingeniosum circa coria educandum esse negasset (*Xenoph. Apol. Socr.* 20-31), Melitum induxit, ut philosophum impietatis accusaret, effecitque ut is morti damnaretur (*Laert.* 2. 38-39), post quam exsilio multatus lapidibus ab Heracleotis obrutus fertur (*Themist. orat. XX.*, coll. *Diod.* 14. 33).

ANZABA, æ, f. 1. fluvius Mesopotamiæ. *Ammian.* 18. 6. 19. et 7. 1.

AO

AO SABAO, legitur in clavo magico ed. in *Boll. dell'Istit. arch. a.* 1849. *p.* 11. et respondere videtur Gr. ΙΑΩ CΑΒΑΩ, h. e. *Jao Sabao* Gnosticorum, omissa litt. I, et Hebr. יהוה צבות, h. e. *Dominus exercituum.*

ĀŌD. *V.* AHOD.

ĀŒDĒ, es, f. 1. (Ἀοιδή, ab ἀείδω, *cano*, h. e. cantus, ars canendi) Musa, de qua *Cic.* 3. *Nat. D.* 21. 54. Jam Musæ primæ quattuor natæ Jove altero, Thelxinoe, Aœde, Arche, Melete.

ĀON, ŏnis, m. 3. (Ἄων, fortasse ab ἀΐω, *audio*, quasi res audita, fama) — Acc. *Aona*, apud *Stat.* 8. *Theb.* 475.

Aon ¶ 1. Fuit Neptuni filius, pater Dymantis, a quo *Aones* populi et *Aonia* Bœotiæ regio vel Bœotia dicta, teste *Lactant.* ad *Stat.* 1. *Theb.* 34. et 1. *Achill.* 19., coll. 6. *Theb.* 17. ¶ 2. Item Onchesti filius Apulus, qui ob seditionem patria pulsus in Bœotiam venit et in ejus montibus regnavit. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 74. ¶ 3. Item heros Thebanus apud *Stat.* 8. *Theb.* 476.

ĀŎNES, um, m. plur. 3. Acc. *Aonas* apud *Virg. l. c.* ¶ 1. Adjectivorum more, ad Aonem v. Aoniam pertinens. *Avien. Arat.* 66. superaret et Aonas agros. *et ibid.* 498. Aones pastores. — Hinc etiam *Aones montes* in Bœotia, inter quos est Helicon cum fonte Aganippe Musis sacro, apud *Virg.* 6. *Ecl.* 65. Cf. *Serv.* ad *h. l.* ¶ 2. Substantive, populi Aoniæ seu Bœotiæ, ab eo loco orti, ubi nunc maritima Venetia est, ut tradit *Serv. loc. cit.* *Capell.* 9. *p.* 313. Calamos Mariandyni et Aones in laudes inflavere cælestium.

ĀŎNĬA, æ. *V.* AONIUS, a, um.

ĀŎNĬDÆ, ārum. *V.* voc. seq.

ĀŎNĬDĒS, æ, m. 1. patronym. ab *Aon*. — a) In sing. num., idem fere quod Aonius sive Bœotus. *Stat.* 9. *Theb.* 95. Tunc prior Aonides. *h. e.* Eteocles. — b) In plur. num. *Aonidæ, arum*, poetice, incolæ Aoniæ sive Bœotiæ ac Thebarum, quod Bœotiæ caput. *Id.* 2. *ibid.* 697. Quisquis es Aonidum. Adde 10. *ibid.* 195.

ĀŎNĬDES, idum. *V.* voc. seq.

ĀŎNIS, idis, f. 3. (Ἀονίς) ad Aoniam seu Bœotiam pertinens. *Stat.* 6. *Theb.* 17. Aonis tellus. *Id. ibid.* 730. Aonides aquæ. *Id.* 5. *Silv.* 3. 122. Aonides sorores. *Gramm. IV.* 424. Musæ. — Absolute, substantivorum more

Aonides, idum, f. plur. 3. Musæ, ita dictæ ab Helicone in Aonia, ubi fons Aganippe, earum sede, et ubi loca omnia iis sacra sunt. *Ovid.* 5. *Met.* 333. Poscimur, Aonides; sed forsitan otia non sint etc. *Juvenal.* 7. 58. cupidus silvarum aptusque bibendis Fontibus Aonidum. Adde *Stat.* 4. *Theb.* 183. et 1. *Silv.* 2. 247., *Martial.* 7. 22. et *Auson. ep.* 23. *extr.*

ĀŎNĬUS, a, um, adject. ad Aoniam v. Aonem v. Aones v. Aonides pertinens. — a) Est ad Aoniam seu Bœotiam spectans. *Stat.* 10. *Theb.* 319. Aonius equus. *et* 3. *ibid.* 181. sulcus. *Ovid.* 1. *Fast.* 490. humus. *Id.* 3. *Met.* 339. urbs. *et* 12. *ibid.* 24. unda. — *Aonius deus*, Bacchus, qui Thebas patriam habuit. *Id.* 1. *Art. am.* 312. et 2. *ibid.* 380. — b) Item ad Musas. *Id.* 1. *Amor.* 1. 12. et *Propert.* 1. 2. 28. Aonia lyra. *Sil. It.* 463. testudo. *Propert.* 3. 3. 42. et *Stat.* 1. *Achill.* 10. nemus. *Sil. It.* 12. 220. plectrum. *Nemes. Cyneg.* 8. œstrum. *Ovid.* 3. *Art. am.* 347. vates — Apud *Stat.* 3. *Silv.* 3. 32. Aonias inferias alicui sacrare est in ejus exsequiis carmen funebre pangere. — *Aonius fons*, Aganippe, Musis sacer, in Helicone Bœotiæ monte. *Ovid.* 3. *Fast.* 456. — *Aonius vertex*, Helicon, unus ex Aoniis montibus. *Virg.* 3. *G.* 11. — *Aonius vir*, Amphiaraus Musis carus *Ovid. Nux.* 100. — *Aoniæ sorores*, Musæ, quæ et *Aonides*. *Id.* 4. *Trist.* 10. 39. et *Stat.* 5. *Silv.* 3. 122. — Absolute

Aonĭa (*Aonie*, Ἀονίη *Serv.* ad *Virg.*), æ, f. 1. — 1.°) Est Bœotia vel Bœotiæ pars montana, ab Aonibus culta, quæ aliquando pro tota Bœotia accipitur. *Gell.* 14. 6., *Auson. Edyll.* 11. 40. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 65. et 10. *ibid.* 12. — 2.°) Item nomen muliebre. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12089. et 18091.

Aonius, ii, m. 2. — 1.°) Est nom. gent., fortasse ex gente a Bœotia oriunda. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1068. et 8. 18068. — *Aonia*, nom. mul. *V.* supra. — 2.°) *Aonius*, Hercules, quia Thebis natus est. *Ovid.* 9. *Met.* 111.

Aonii, ōrum, m. plur. 2. idem quod Aones seu Bœotii. *Ovid.* 1. *Met.* 313. Separat Aonios Actæis Phocis et arvis. *Gloss.* Aonii populi.

ĀŎNĪUS, ii. *V.* voc. præc. in fin.

ĀŎRĂTOS, i, m. 2. (Ἀόρατος, *invisibilis*) æon Valentinianorum. *Tertull. adv. Valentin.* 35.

ĀORNUS (Aornos), i, m. et f. (ἄορνος, *avibus carens* seu *invius*) Scribitur etiam *Aornis, is* (Ἄορνις). *V.* infra.

Aornus ¶ 1. Adjectivorum more, apposita re vel loco. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. (2). Locus (*in Epiro*) Aornos et pestifera avibus exhalatio (*V.* AVERNUS.). Cf. *Priscian. Perieg.* 1056. locis (*invils*) Graji posuerunt nomen Aornin. ¶ 2. Absolute *Aornos* vel *Aornis*, petra apud Indos præceps et invia ob admirandam altitudinem, quasi ipsis avibus inaccessa. *Curt.* 8. 11. et *Itin. Alex. M.* 50. *Hieronym. chron. a.* Abr. 1689., Alexander Aornim petram capit et Indum amnem transgreditur.

ĀORSI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄορσοι) populi Sarmatiæ Europeæ et Asiaticæ, ad Pontum aut prope Hæmum vel Caucasum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18 (41). et *ibid.* 24. 25. (80). et 6. *ibid.* 16. 18. (48). Ita leg. *Sillig.*, alii *Aodi.*

ĀŎUS, i, m. 2. (Ἀῷος) amnis Illyricus. *Flor.* 2. 7. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. (145). Flumen Aous a quibusdam *Æas* nominatum. Cf. *Liv.* 32. 5.

AP

APADNO (Apedno), indecl. (Hebr. seu potius Aram. *'Apedhaó* «palatium»: a voce Arab. *faddan* «in altum exstruere» v. *fadan* «turris alta» v. Syr. *ofadên*, quæ idem significat; *LXX.* Ἐφαδανώ) locus, inter mare Caspium et Persidis, ubi periit Antiochus Epiphanes, ut prædixerat *Dan.* 11. 45. Ita cl. *De-Vit* cum *Calmet* aliisque, coll. *Ptolem.* 5. 18. Etiam *Grätz* apud *M. Fabre d'Envieu, Le livr. d. proph. Dan.* Paris, 1891. *II. P. II. p.* 142. vult esse *Apfadna* in Elymaide. At in textu Hebr. est nomen, non proprium, sed commune, quod redditur «palatium ejus»: hinc verba *Dan. loc. cit.* rectius vertas «*figet tabernaculum*, non *Apadno*, ut *Vulg.*, sed *palatii sui*». In *Comm.* in *Dan.* 11. 45. hæc habet *Hieronym.* «Verbum (*Apedno*) compositum est; quod si dividas, intelligi potest θρόνου αὐτοῦ, id est solii sui».

ĀPĀMA, æ, et Apamē, es, f. 1. (Ἀπάμα et Ἀπάμη et aliquando Ἀπαμίη, unde et *Apamia* latine) *V.* APAMIA.

Apama ¶ 1. Fuit filia Artabazi, Seleuci Nicatoris conjux (non soror), Antiochi Soteris mater, a qua dicta Apamea Phrygiæ (*Strab.* 12. 578). Memorat *Liv.* 38. 17., ubi alii leg. *Apamea*, sed perperam. Cf. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 6. (129). ¶ 2. Item filia Bazacis, concubina regis Darei. Memoratur in apocr. 1. 3. *Esdr.* 4. 29., ubi *Vulg.* habet *Apemen*: ita et *Ambros. ep.* 37. *n.* 12.

ĀPĀMÆA. *V.* voc. seq.

ĀPĀMĒA, æ, f. 1. (Ἀπάμεια) Scribitur etiam *Apamia* apud *Liv.* 38. 18., *Ammian.* 28. 2. 11., *Solin.* 40. 1. etc. — *Apameia* est *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 3. — *Apamæa*, cum diphthongo, minus recte, in *Inscr.* apud *Orelli n.* 3311. — Dictam putat *Liv. loc. cit.* ab *Apama*, matre Soteri (*V. Smith, Geogr. ant. l.* 2. *c.* 9. *p.* 158); alii ab uxore Seleuci (V. *Legendre* in *Dict. Bibl. Vig. v.* 1. *p.* 720) ex loc. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 33. (127)., qui tamen de alio oppido intelligi potest, olim Damea dicto. — Apamea, nomen loci et personæ.

I.) Apamea, nomen loci, ex præcipuis ¶ 1. Est oppidum Phrygiæ Majoris, ad Marsyæ et Mæandri confluentes, dicta olim *Celenæ*, dein *Cibotos*, fortasse a Gr. κιβωτός, *arca, scrinium*, ob magnas divitias, quum primarium esset totius Asiæ emporium post Ephesum, nunc *Apamix* vel *Dineir*. Memorat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (105). et *ibid.* (127). et *Liv.* 35. 15., 37. 18. et 44. — Ibi erat forum seu conventus juridicus, teste *Plin. loc. cit.* (105). et *Cic.* 2. *Fam.* 17. 3., 3. *ibid.* 8. et 15. *ibid.* 4., cui proconsuli Ciliciæ fuerat attributa. — Hujus Apameæ nummos copiose illustravit *Eckhel*, 3. *p.* 132. *sqq.*, coll. *Mionnet, Suppl. VII. pl. XII.* 1. — De hoc oppido consulantur *Forbiger, Geogr. II. p.* 346. et *Hirschfeld, Abh. Berl. Akad.* 1875. c. *Plan. Hogarth Journ. Hell. Stud.* (1888) 343. ¶ 2. Item opp. Syriæ ad Orontem in Seleucide, dicta etiam *Apamea ad Axium*, teste *Eckhel loc. cit.*, coll. *Noris* apud *eund. l. c.*, olim *Afamiah* vel *Famit*, hodie *Qal' at el-Mudik* v. *el-Seidgar* (*Sachau, Reis. in Syr.* etc. Leipz. 1883. *p.* 71-82). Memorant *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81)., *Cic.* 12. *Fam.* 12., *Ammian.* 14. 8. 8., *Priscian. Perieg.* 859. et *Avien. Descr. orb.* 1088. — Hoc oppidum ampliavit munivitque Seleucus Nicator et ab uxoris nomine appellavit (*Legendre loc. cit.*) — Ejus nummos illustravit *Head, H. N.* 658. 8. *p.* 307. *sqq.* — Sunt qui putent ab eo regionem seu provinciam quamdam Syriæ denominatam *Apameam* apud *Iudith* 3. 14., quæ probabilius est Ἀπαμήνη Cœlesyriæ *Ptolem.* 5. 15. 19. — Celebris est inscriptio de hoc oppido apud *Momms. Ephem. ep. IV.* 1881. *p.* 537-542. in censu P. Sulpicii Quirini, de quo *Luc.* 2. 1. — De Apamea V. *Ritter, Erdkund. XVII.* 1077. *sqq.* et *Bädeker, Pal. u. Syr.*[3] 400. *sq.* ¶ 3. Item opp. Bithyniæ ad Propontidem, olim dictum *Myrlea* (Μύρλεια) Colophoniorum, dein a Philippo Macedone dono datum Prusiæ et ab hoc ampliatum appellatumque ab Apamea, nomine uxoris, nunc *Mudania* (V. *Henzen* in *Boll. dell'Istit. arch.* a. 1861. *p.* 121) v. ruinæ *Amapoli* (V. *Georges, Handw. p.* 453). Memorat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 41. (143). et *Plin. Jun.* 10. *ep.* 47 (56). 1. — Ab Augusto colonia deducta et vocata *Colonia Julia Concordia Apamea* in *Inscr.* in *Boll. cit. p.* 123. et *Colonia Apamena*, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (149). et *Ulp. Dig.* 50. 15. 1. § 10. — De ejus nummis V. *Eckhel*, 2. *p.* 405. *sq.* et *Head, H. N.* 437. ¶ 4. Item opp. Mesopotamiæ ad Euphratem situm, conditum a Seleuco, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 21. (86). et 6. *ibid.* 26. 30. (119)., nunc fortasse *Bir* aut *Beredshit*. ¶ 5. Item opp. Assyriæ, cognomine *Mesene*, apud *Ammian.* 23. 6. 23., vel *Apamea Mesenes*, apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (129). *Id. ibid.* 28. 32. (146). Quidam tradunt Apameam si-

tam, ubi restagnatio Euphratis cum Tigri confluat. et ibid. 27. 31. (132). Apameam, cui nomen Antiochus matris suæ imposuit, Tigris circumfunditur. Hanc Plin. in Sittacene ponit, sed fortasse a priore haud distinguenda est, quamquam Thalmud (Kiddushin bab. 71. 6) duas ponat, inferiorem et superiorem. Cf. Fränkel, PW. 1. 2664.

II.) Apamea v. Apamia, nom. mul. serv. Corp. Inscr. Lat. 6. 12094.; et cogn. ibid. 5287. 23659. et 22497. — Speciatim Apamia, filia Alexandri Megapolitani et Anymandri, regis Athamanum, uxor. Liv. 35. 47. Ita Drakenb., sed rectius Apama leg. Müller.

ĂPĀMĒENSIS vel rectius Apamensis, e, adject. ad Apameam Phrygiæ pertinens. Cic. 5. Fam. 20. Apameensis civitas. Alii leg. Apamensis. Id. 5. Att. 21. Apamense forum. Adde 1. Q. fr. 2. — Hinc absolute Apamenses, ium, m. plur. 3. incolæ Apameæ. Tac. 12. Ann. 58.

ĂPĀMĒNI, ōrum. V. APAMENUS, a, um.

ĂPĀMENSIS. V. APAMEENSIS.

ĂPĀMĒNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Apameam, oppidum Phrygiæ, pertinens. Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (113). Apamena regio. Id. 14. Ibid. 7. 9. (75). vinum. Lamprid. Hel. 21. uvæ. ¶ 2. Item ad Apameam Syriæ. Corp. Inscr. Lat. 3. 10. Inscr. apud Orelli, n. 623. CENSVM FEC. APAMENAE CIVITATIS etc. De hoc tit. subdubitat Marini, Att. 2. p. 787., coll. Henzen in Suppl. ad h. n. et ipse Orelli, qui fictitium putat (V. tamen Corp. Inscr. Lat. 3. 10). Adde aliam apud Henzen, Suppl. Orelli n. 6709. et Notit. Dign. or. 28. ¶ 3. Item ad Apameam Bithyniæ. Plin. 5. Hist. nat. 32. 43. (149). Apamena colonia. — Hinc absolute

Apameni, ōrum, m. plur. 2. incolæ Apameæ in Syria. Justin. 39. 1. 3., ubi perperam quidam leg. Apamenii.

ĂPĀMESTĪNI, ōrum, m. plur. 2. gens Calabrorum. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16 (105). Cf. Hülsen, PW. 1. 2665. et Schulze, Gesch. Lat. Eig. p. 46.

ĂPĀMĒUS, a, um, adject. Hinc absolute Apamei, incolæ Apameæ in Bithynia. Traj. ad Plin. 10. ep. 48. Libellus Apameorum.

ĂPĀMĬA. V. APAMEA.

ĂPĀMĬĒNUS, a, um, adject. ad Apamiam Syriæ, ut videtur, pertinens, ut Apamiena ecclesia apud Cassiod. 10. Hist. trip. 34.

ĂPĀTĒ, es, f. 1. (Ἀπάτη) ¶ 1. Est Arabiæ oppidum. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (155). ¶ 2. Est etiam nom. serv. mul. et libert. Corp. Inscr. Lat. 6. 5734 (prim. æt. imp.), 6409., 11937. etc.

ĂPĀTŌR, ŏris, m. 2. (Ἀπάτωρ, sine patre) demiurgi Valentinianorum nomen. Iren. 1. hær. 5.

ĂPĀTŪRĬA, ōrum, n. plur. 2. (Ἀπατούρια) Etymon vocis quidam ducunt a Gr. ἀπάτη, dolus; fiebant enim festa in honorem Veneris dolosæ, hoc est fallaciis et dolis usæ in occidendis Gigantibus, qui eam adorti fuerant; nam Hercules, ab ea in auxilium vocatus, singillatim exceptos illos ad unum interfecit. Hieronym. in Chron. ad a. 890. huic favet sententiæ, aliam causam statuens, sed fallaciarum sollemnitatem Apaturion appellat. Probabilius tamen idem sunt quod ἀπατόρια, idest ὁμοπατόρια; ad hæc enim conveniebant patresfamilias curiarum (V. Meier, De gent. Att. p. 12. et Schoemann, Ant. Gr. III. tr. p. 452-454).

Apaturia, festa quædam triduana in honorem Veneris apud Athenienses et etiam Minervæ Trezene aliisque locis (V. Meier et Schoemann locc. citt.). Memorat Tertull. Apol. 39., coll. Hieronym. loc. cit. Cf. etiam Momms., Heort. 302. sqq. et Toepffer, PW. 1. 2678. sqq.

ĂPĀTŪRĬUS, ii, m. 2. (Ἀπατούριος) ¶ 1. Fuit pictor scænarum incertæ ætatis Alabandi natus, de quo historiolam narrat Vitruv. 8. 5. sq., ejus fortasse æqualis. V. Brunn, Gesch. d. Gr. Künstl. II. 286. ¶ 2. Item Gallus quidam, qui Seleucum Ceraunum occidit, teste Trog. prol. 27.

ĂPĀTŪROS, i, n. 2. oppidum ad Bosporum Cimmerium in Asia. Plin. 6. Hist. nat. 6. 6. (18). Et pæne desertum Apaturos. — Hic erat fanum dicatum Veneri dolosæ, unde putant nonnulli derivandum esse nomen Apaturia (V. hanc voc.). Cf. Strab. 11. 495. et Ptolem. 5. 9. 5.

ĂPĀVORTĒNĒ, es, f. 1. Parthica regio. Plin. 6. Hist. nat. 1. 8. (46). A Caspiis ad orientem versus regio est Apavortene. Apud Justin. 41. 5. 2. est Apaortenon. Cf. Tomaschek, PW. 1. 2682.

ĂPĔLAURUM, i, n. 2. (Ἀπέλαυρον) Arcadiæ mons. Liv. 33. 14. Ad Apelaurum - Stymphaliæ terræ is locus est - convenerunt.

ĂPELLA, æ, m. 1. (Ἀπελλᾶς, Ἀπελλῆς et Ἀπελλέος) — a) Nomina Apella, Apellas, Apelles et Apollas ejusdem originis, in MSS. antiquis et edit. libr., confusa occurrunt et varie declinantur. V. Priscian. gramm. II. 245. — Etiam Appella, Appelles, littera p geminata, apud eund. loc. cit., Varr. 9. L. L. 12., Quintil. 2. 13. 12., Front. p. 20. 14. N. — Ante ætatem Cic. aut certe ante Gracch. dicebant Latini Apella, non Apelles. V. Plaut. Epid. 626. et Pœn. 1271., Lucil. 781. etc. — b) Dat. Apellai in Corp. Inscr. Lat. 5. 7173. V. APELLES. — c) Syllaba prima producitur in versu immodulato. Carm. epigr. 1192. — d) Etymon ignotum est; sunt tamen qui conjungunt cum Apollo, qui et Apello (Ἀπέλλων) dicitur (Preller, Röm. Myth. I. p. 302. sqq.). V. APOLLO init.

Apella ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit pictor celeberrimus, pro Apelles. V. APELLES. — 2.°) Judæus quidam Romæ degens. Horat. 1. Sat. 5. 100. credat Judæus Apella. — Bentlej. in ep. ad Mill. seu Opusc. phil. p. 520. hæc habet: « Apella, id est quivis Judæus - Judæi habitabant trans Tiberim et multo maximam partem erant libertini, ut fatetur Philo in legatione ad Caium. Apella autem libertinorum est nomen satis frequens in Inscriptionibus vetustis (Cf. Cic. 7. Fam. 25). Itaque credat Judæus Apella quasi dicas: credat superstitiosus aliquis Judæus transtiberinus » (Cf. Dama 2. Sat. 5. 18). Ex nomine igitur proprio (non semel enim Judæi nomina sibi Græca composuere inter Græcos versati) commune factum esse videtur adhibitumque de homine superstitioso. Porro hæc locutio apud Romanos in proverbium abiit ». — Apella v. Appella est etiam titulus comœdiæ Nævii, apud Priscian. loc. cit. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Græcanicum in Inscr. apud Momms. n. 3851. et 3864.

ĂPELLÆUS. V. APELLEUS.

ĂPELLĀS, æ, m. 1. (Ἀπελλᾶς) ¶ 1. Fuit statuarius, qui adorantes feminas fecit, inquit Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (86). — Eum Cyniscæ in Olympio certamine victricis monumentum fecisse jure defendit Tölken in Amalthea T. 3. p. 128. — Cum Apelle pictore confudit Winckelm. Opp. T. 4. p. 31. ¶ 2. Item Apellas v. Apella, Chius, columnarius. Cic. 12. Att. 19. (a. U. C. 709). V. etiam APOLLAS.

ĂPELLECIĀNI. V. voc. seq.

ĂPELLEIĀCI, ōrum, m. plur. 2. iidem qui Apelliani. Tertull. Carn. Chr. 8. Alii leg. Apelleciani.

ĂPELLĒS, is, m. 3. (Ἀπελλῆς) Forma Apelles, ētis (itis) non occurrit nisi in titulis et apud Petron. Sat. 64. — Apella pro Apelles apud Plaut. Pœn. 1271. V. APELLA.

Apelles ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit pictor, patria Colophonius, ita insignis et pictura ipsa Ars Apellea a Martial. 11. 9. et Stat. 1. Silv. 1. 100. dicatur. Memorat Ovid. 2. Art. am. 401. et 4. Pont. 1. 29., coll. Suidas h. v., Strab. 14. 642. et Lucian. T. 3. p. 127. ed. R. — Magistris usus Ephoro Ephesio, Pamphilo Amphipolitano, Melanthio et Arcesilao, floruit tempore Alexandri M., qui se ab hoc tantum artifice pingi voluit. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (85)., coll. Val. Max. 8. 12. 3. et Cic. 5. Fam. 12., coll. Plut. Arat. 12. et 13. — De eo fuse disserit Tölken in Amalth. l. c. — Classicus locus de Apelle, tam excellenti in sua arte ut et anteriores et posteriores artifices facile superaverit, est Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (76). « Picturæ plura solus prope quam ceteri omnes contulit, voluminibus etiam editis, quæ doctrinam eam continent. Præcipua ejus in arte venustas fuit etc. » V. integr. loc. Sic Quintil. 12. 10. 6. Ingenio et gratia - Apelles est præstantissimus. Adde Colum. 1. præf. 31., Vitruv. 1. 1. 13., Plaut. Epid. l. c., Capell. 6. p. 190., Petron. Sat. 88., Sidon. 7. ep. 3., Prudent. 2. c. Symmach. 46., al. — Ejus opera « exspirantium imagines » recenset describitque Plin. loc. cit., ex quibus est Venus exiens e mari, ab Augusto dicata in delubro patris Cæsaris, Anadyomene vocata (quod primarium ejus opus dixerunt veteres: v. Propert. 3. 9. 11. et Cic. 2. Att. 21. et Orat. 2. 5), quam versibus Græcis et epigrammatis ornarunt veteres, ut Antipater Sidon. in Anth. Plan. 4. 12. 178. et 179-182., coll. Auson. epigr. 104.: item Alexander M. fulmen tenens (de quo exstat celebre Alexandri dictum: v. Houssaye, Apelles, Paris 1867) in templo Ephesiæ Dianæ, « quam quoties pinxerit, enumerare supervacuum est » (ibid.): item Romæ Castorem et Pollucem; Neoptolemum ex equo adversus Persas; Dianam sacrificantium virginum choro mixtam aliaque multa. — Proverbia: nulla dies sine linea et ne sutor supra crepidam, ab Apellis historia deducta, tradit Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (84-85). (V. CREPIDA in Lex.). — Apophthegmata Apelli tributa aliqua servarunt Clem. Alex. Pæd. 2. 12. et Plut. de educ. l. 9. — De eo V. Wustmann, Apell. Leb. u. Werk. Leipz. 1870. — 2.°) Item medicus, Thasius a patria cognominatus. Plin. in Ind. ll. 28., 31. et 32., coll. 28. Hist. nat. 8. 30. (120). et 32. ibid. 5. 16. (45). — 3.°) Item tragœdus, patria Ascalonites, Caligulæ imp. carus. Sueton. Cal. 33., coll. Petron. Sat. 64. — 4.°) Item scholasticus, vir disertissimus, tempore Theod. imp., de quo Cod. Theod. 1. 1. 5. — 5.°) Item hæreticus gnosticus, Marcionis discipulus, Syrus et Romam profectus a. Chr. 145. De eo Augustin. hær. 23., Cyprian. ep. 64., Hieronym. c. Joh. Hieros. 25. et vir. ill. 37. et alib. ac præcipue Tertullian. de Præscr. 6. sqq. et 71., qui ejus libros Phaneroseon et Syllogismorum commemorat. Cf. Ambros. de Parad. 5. n. 28. — Caput fuit sectæ, ab eo dictæ, Apellitarum v. Apellianorum v. Apelletianorum: matrimonium damnavit; negavit resurrectionem; divinam V. T. auctoritatem rejecit; duos deos prædicavit, bonum unum, alterum malum, non tamen in duobus diversis atque inter se adversis esse principiis sed unum principium, Deum scilicet bonum et ab illo factum alterum; docuit Christum non carnem sumpsisse ex Virgine Maria, sed ex elementis mundi, quam mundo reddiderit, quum sine carne resurgens in cælum ascendit; angelos etiam admisit, quos inter est angelus indytus, creator mundi, et igneus, creator carnis animique seductor (V. Augustin. hær. 23). — Scripsit quoque Vitam Christi et Euangelium, quæ scripta perierunt. In apocryphis est Euangelium Apellis memoratum Hieronym. De eo vid. Vollet, Gr. Enc. t. 3. et Hilgenfeld, Ketzergesch. p. 532.

ĂPELLĒTIĀNI, ōrum, m. plur. 2. iidem qui Apelliani. Cyprian. ep. 73. 4.

ĂPELLÆUS, a, um, adject. (Ἀπελλαῖος) Scribunt nonnulli Apellæus, cum diphthongo; sed minus recte. Cf. tamen Gr. Ἀπελλαῖος.

Apelleus, ad Apellem pictorem pertinens. Auson. epigr. 106. Apelleus labor. Stat. 5. Silv. 1. 5. color. Propert. 1. 2. 2. et 3. 9. 11. tabula. Martial. 7. 83. opus.

ĂPELLIĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀπελλιανοί v. potius Ἀπελληιανοί) Apellis hæretici sectatores. Augustin. 4. c. Crescon. 61. n. 75. et hær. 23. Alii leg. Apellitæ.

ĂPELLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. iidem qui Apelliani. Isid. 8. Orig. 5. 12. V. voc. præc.

ĂPELLO, inis. V. APOLLO.

APENĀS, æ, m. 1. nomen servile tabellarii cujusdam, apud Cic. 4. Att. 8. Cod. Medic. Aperias. Cf. Inscr. apud Murat. 1330. 5.

ĂPĒNĪNUS, a, um. V. APENNINUS.

ĂPENNĪNĬCŎLA, æ, comm. gen. 1. (Apenninus et colo) qui Apenninum montem incolit. Virg. 11. Æn. 700. Apenninicola Aunus. Sil. It. 5. 626. Faunus. Adde eund. 6. 166. Prudent. 3. c. Symmach. 521. pedes.

ĂPENNĪNĬGĔNA, æ, comm. gen. 1. (Apenninus et gigno) apud Apenninum genitus. Ovid. 15. Met. 432. Apenninigena Tybris. Claudian. VI. cons. Honor. 505. pastores.

ĂPENNĪNUS, a, um, adject. (Ἀπέννινος v. Ἀπέννινος et Ἀπέννιος) — a) Orthographia: Apenninus cum duplici p sæpe in optt. codd.; unde in Cic. ed. Halm. et Müller; in Nepot. ed. Halm; in Liv. ed. Hertz; in Virg. ed. Haupt et Ribbeck;

in Horat. ed. Keller et Vollmer; in Ovid. ed. Merkel; in Mel. ed. Frick et Parthey; in Plin. ed. Sillig. et Detlefsen; in Claudian. ed. Jeep.; in Oros. ed. Zangemeister; in Inscr. (in Africa repert.) apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5618. — At etiam Apeninus, unico p et n, in Corp. Inscr. Lat. 1. 199. 18.; 5. 7749. 18.; et Orell. n. 1220. et 3121. — b) Prosodia: Apenninus v. Apeninus efficit semper epitritum quartum ac sæpe claudit hexametrum apud Ovid., Pers., Lucan., al. — c) Etymon alii probabiliter ducunt a Celtico pen, h. e. collis v. montis cacumen, hinc Alpes Penninæ, deinde A-penninus mons; alii ab Hebr. פִּנָּה, pinnâh, pinna, pinnaculum, cum a prosthet. (Bochart); sed inepte a Pœno, sc. Hannibale, montes illos transgresso, derivant Isid. 14. Orig. 8. et Serv. ad Virg. 10. Æn. 13.; unde scribendum sit Apœninus, quasi Alpes Pœni, quod et usui contradicit.

Apenninus est ad Apenninum montem pertinens. Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (118). Apennini amnes. Claudian. 24. 307. recessus. Plin. alter 5. ep. 6. 29. valles Paul. Diac. 2. hist. Lang. 2. Alpes. — Speciatim Apenninus fundus in pago Florejo Velejate. Tab. Aliment. Vel. 4. 5. — Juppiter Appenninus in Corp. Inscr. Lat. 8. 7961. IOVI OPTIMO MAXIMO APPENNINO CONSERVATORI etc. et ibid. 11. 5803. IOVI APENINO. Tab. Peuting. 5. habet Jovis Penninus. V. infra. — Apud Trebell. Claud. 10. legend., non Aponinus, sed Apenninus (fons); ut sit ab Apennino monte, ubi Juppiter colebatur: quod libri omnes habent, inquit Forcellin., et confirmat in ed. Lips. Herm. Peter. V. APONINUS. — Absolute

Apenninus v. Appenninus, i, m. 2. mons seu montium series et quasi catena, quæ ab Alpibus maritimis v. sinu Genuensi ad extremos usque Salentinos et Bruttios Italiam per medium secat continuo jugo et apud Hirpinos in duo veluti capita seu cornua divisa, altero ad Acram Japygiam in Salentinis, altero ad Leucopetram promontorium in Bruttiis finitur, hodie quoque l'Apennino v. gli Apennini. ¶ 1. Apud scriptores — a) Generatim. Horat. Epod. 16. 29. (coll. Schol. ad l.) Appenninus celsus. Virg. 12. Æn. 703. pater nivali vertice se attollens. pater, dignitatis v. religionis (Cf. 4. G. 369) aliisve de causis (V. Furlanett. h. l.). Ovid. 2. Met. 226. nubifer. Cornel. Sev. 10. frondosus. sc. ob multas silvas. Petron. 124. v. 279. nobilis. Pers. 1. 95. longus. Plin. 3. Hist. nat. 5. 7. (48). amplissimus. Plin. alter 5. ep. 6. 2. saluberrimus. Adde Cic. 3. Orat. 19. 69. et 12. Phil. 11. 26., Tac. 3. Hist. 42., Mel. 1. 2. et 2. 4., Avien. orb. 483. sqq., Colum. 6. 1. 2. et imprimis Vitruv. 2. 6. et 10. et Lucan. l. c., ubi describitur, coll. Prisc. Perieg. 338. sqq., et rursum Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (109). et 11. ibid. 42. 97. (241). et alibi sæpe. — Statuunt quidam ejus terminum Anconem oppidum ad Hadriaticum mare, coll. Lucan. 2. 399. sqq. Vib. Seq. p. 154. R. Appenninus Italiæ usque ad Anconem porrectus. — Pro locorum autem diversitate varia sortitur nomina, excelsus maxime inter agrum Parmensem et Lucensem. Cf. Horat. loc. cit., coll. Schol. ad l. et Senec. 4. Quæst. nat. 11. — Celebre fuit in eo delubrum Jovi dicatum, inter Eugubium et locum, vulgo, Cagli, ut patet ex Inscr. ibid. reperta, in via Flaminia: hinc Juppiter Appenninus cognominatus (corrupte Penninus in Tab. Peut. 5). De eo ejusque oraculo Claudian. cons. Hon. 502. sqq. et Treball. Claud. 10. Cf. Vopisc. in Firm. 3. ubi sortes Apenninæ, non Aponinæ, legend. — b) Speciatim Appenninus mons est qui vulgo Boplo dicitur. Inscr. apud Grut. p. 204. l. 18. ¶ 2. In titulis aliquando cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 14. 3840 (Tibure).

APENNĪNUS, i. V. voc. præc.

ĂPENTEJUS, i, m. 2. nom. gent. Inscr. apud Orelli n. 114.

ĂPER, pri, m. 2. (Ἄπερ, Ἄπρος v. etiam Ἄπαρος in Inscr. apud Boeckh v. 2. p. 61. n. 1999) Quintil. 11. 2. 31. « Quod est facilius in Apris et in Ursis et Nasone aut Crispo, ut id memoriæ adfigatur, unde sunt nomina ». Hinc patet origo vocis ab animali cognomine, quod est aper. ¶ 1. Apud scriptores Aper, cum præn. Marcus, fuit orator clarissimus, Taciti æqualis, cujus meminit in Dial. de Orat. 2. 11. et alib. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. ingen. et libert. frequens. Inscr. apud Furlanett. Lap. Pat. p. 280., Momms. n. 2537. (coll. Lamprid. Comm. 2. et 12) et Orell. n. 2529. — Apra, nom. mul. Corp. I. L. 2. 5443. Adde Paulin. Nol. carm. 28. 129. — Hinc deriv. Aprius, Aprarius; Apricius et Apricia; Apriculus v. Apricius et Apricula v. Apricia; Apridius; Aprilla; Aprinus; Aprio (on), onis; Apruclus et Aprucia; Aprulla v. Aprylla; Apellius et Apellia, domin. (cf. Agellus et Agellius) in Corp. I. L. passim. — Apriana ala (Ἀπριανή) in Notit. Dign. or. 32. — Apranculus apud Ammian. 22. 1. 2., Sidon. ep. 9. 10., al.

ĂPĔRANTI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀπεράντιοι) Aperantiæ incolæ. Liv. 43. 22. Cf. Hirschfeld, PW. 1. 2698.

ĂPĔRANTĬA, æ, f. 1. (Ἀπεραντία) Ætoliæ pars. Liv. 36. 33. Dolopiam et Aperantiam et Perrhæbiæ quasdam civitates. Adde eund. 38. 3. et alib.

ĂPĔRENSIS. V. AGERENSIS.

ĂPĔRIÆ. V. APERRÆ.

ĂPĔRŌPĬA, æ, f. 1. (Ἀπεροπία) insula prope Argolidis oram australem. Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (56)., coll. Pausan. 2. 34. 9.

ĂPERRÆ, ārum, f. plur. 1. (Scribitur Aperiæ, Aperie, Apyre et Aperiæ ex Gr. Ἀπερλαι, quod firmatur Anonym. Stadiasm. maris apud Müller, Geogr. Gr. min. T. 1. p. 498. et nummis ed. in Revue Numism. a. 1843. p. 433., coll. Cavedoni, Monn. de la Lyc. p. 27. sq.; sed Aperræ ed. Sillig. ex Ptolem. 5. 3. 3. et Aperiæ, rectius apud Diehl, Th. L. L.) oppidum Lyciæ. Plin. 5. Hist. nat. 27. 28. (100).

ĂPERTA, æ, m. 1. antiquum Apollinis vocabulum, quod Fest. apud Paul. ab aperiendo; sed Scalig. a Tarent. ἀπερέτα, h. e. ἠπειρώτης, quasi transmarinus vel peregrinus a mari in continentem terram transiens; nam regiis temporibus Apollo ignotus erat. Fest. apud Paul.. 22. Aperta idem Apollo vocabatur, quia patente cortina responsa ab eo darentur. V. APOLLO. — De hoc titulo videsis Ritschl in Rh. Mus. f. Phil. XIII. 1857. 106. et 476. et Preller, I. p. 303. n. .

ĂPERTĬUS, ii, m. 2. (aperio) nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 6. 16563. et 14. 591. — Apertia, nom. mul. Ibid. 6. 28845.

ĂPĒSANTUS, i, m. 2. et Apesas, antis, 3. (Ἀπέσας v. Ἀπέσαντος) - Acc. Apesanta (codd. Aphesanta) apud Stat. 3. Theb. 460.

Apesantus, Argolidis mons, inter Nemeam et Cleonas, hodie, ut testatur Ross. Reis. durch Griechenl. P. 1. p. 40., appellatus Fouka (Φοῦκα). Memorant Plin. 4. Hist. nat. 5. 9. (17). et Stat. l. c. — Lactant. Schol. ad Stat. l. vult esse montem Tarsi in Cilicia.

ĂPĒSĀS. V. voc. præc.

APHACA, ōrum, n. plur. 2. (Ἄφακα) oppidum Phœnicium, hodie Afka. Cassiod. 2. Hist. trip. 20. — Fuit Veneris templum famosum. Id. ibid. V. integr. loc. (Cf. Burckhardt apud Gesen. in Lex. Hebr.) et v. APHEC.

ĂPHÆA, æ, f. 1. (Ἀφαία) cognomen Britomartis Nymphæ Cretensis, ita ab Æginetis dictæ a Gr. ἀφιέναι, quod dimittendi vel effugiendi notionem habet: a Cretensibus vero Dictynna ex δίκτυον, rete, quasi venatrix. Memoratur Cir. 303. — Fabula narrat Britomartim venatricem a Minoe, quæ ei insidiabatur, fugisse et in mare delatam piscatorum retibus exceptam esse sicque in ins. Æginam deportatam et sub deæ Aphææ nomine cultam. Cf. Pausan. 2. 30. Non est tamen confundenda cum Diana (Luna) venatrice, item Dictynna a δίκτυον appellata. V. Heyne ad Virg. l. — Æginetis de Aphæa hymnum scripsit Pindarus (V. Schroeder, Pind. carm. cum fragm. p. 300. Lips. 1908).

APHAR. V. AFAR.

ĂPHĀRĀ, indecl. (Hebr. Happârâh a pârâh « juvenca, quasi vicus juvencarum » articulo præmisso; LXX. Φαρά) oppidum Palæstinæ in tribu Beniamin. Vulg. Jos. 18. 23. — Hoc Hieronym. nom. hebr. p. 24. 20. L. vult idem esse quod Efrem vel Effrem; sed recentiores (Robinson, Bibl. Research. in Pal. Londr. 1856. t. 1. p. 447; Van de Velde, Memoir to accomp. etc. 1859. p. 338. et Guérin, Descr. de la Pal. etc. t. 3. p. 72.) putant esse hodie Khirbet Tell el-Farah prope Uadi Farah.

ĂPHĀRĒĬUS, a, um, adject. ad Aphareum aliquem pertinens. Ovid. 8. Met. 304. proles Aphareia Lynceus. Alii minus recte Ephyreia.

ĂPHĀREUS, ei, m. 2. (Ἀφαρεύς) ¶ 1. In titulis nom. serv. Corp. Inscr. Lat. 6. 8945. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Fuit rex Messeniorum, pater Idæ et Lyncei. Hygin. fab. p. 128 (al. 173). — 2.°) Item Centaurus, a Theseo interfectus. Ovid. 12. Met. 341.

ĂPHARSÆI, ōrum, m. plur. 2. (Chald. 'Apharsâye', LXX. Ἀφαρσαῖοι) gens in Samariam deducta ab Asarhaddon (Asenaphar) vel Asurbanipal: ita dicta non a Persis, ut quidam censent (Calmet, Comm. in 4. Reg.; Smith Dict. of the Bibl. t. 1. p. 78. et Roediger in Gesen. Thes. Add. p. 107), sed a Parsua in Atropatene australi (Lenormant, Les orig. de l'hist. II. P. 1. p. 526.; Schrader, Keilinschr. etc. p. 178.; Pannier in Dict. Vigour. v. 1. p. 725.), cum a prosthet., ut in cuneatis inscriptt. Mada et Amada (Media) apud Schrader loc. cit. Μάρδοι et Ἄμαρδοι apud Strab. 11. 13. et 8. 8. ed. Did. Memorat Vulg. 1. Esdr. 4. 9.

ĂPHEC, indecl. (Latine etiam Apheca, æ, f. vel ōrum n. pl. 2.) Hebr. 'Aphîq v. Aphêqâh « arx munita »; LXX. Ἀφέκ, Ἀφεκά, Ὀφέκ, Φακούδ ¶ 1. Fuit oppidum in tribu Aser inter Amma et Rohob; unde Chananæi expulsi sunt ab Hebræis (LXX. Ἀφέκ), fortasse idem quod Aphaca Libani, hodie Afka, ubi templum Veneris, de quo Cassiod. 2. Hist. trip. 20. V. APHACA (Cf. Keil, Bibl. Comm. über d. Alte Test. Leipz. 1874. p. 158). Memorat Vulg. Jos. 19. 30., coll. 24. sqq. et Jud. 1. 31. ¶ 2. Item oppidum juxta Hippum ab oriente maris Galilææ (LXX. Ἀφεκά), hodie Tîk (V. Tristram, The Land of Isr. Lond. 1866. p. 437.); alii aliter. Vulg. 3. Reg. 20. 26., coll. 4. ibid. 13. 17., ubi Gr. Ἀφέκ. — In Inscriptt. cuneatis est Ap-qu (Schrader, Keilinschr. etc. p. 204). ¶ 3. Item oppidum Chananæorum ad austrum Chanaan (LXX. Ὀφὲκ τῆς Ἀφέκ), hodie fortasse Khirbet Merdj el-Fikieh. Memoratur Vulg. Jos. 12. 18. (V. Keil, Bibl. Comm. etc. p. 98-99. et Legendre in Dict. Bibl. Vig. ad v.). ¶ 4. Item oppidum in tribu Issachar prope Jesrahel (LXX. Ἀφέκ), hodie fortasse Belled-el-Foka vel Kustul (Kasthal) ab Arab. kustula « castellum » ibid.) apud eund. 1. Reg. 1. ¶ 5. Item oppidum prope Endor (LXX. Ἀφέκ), hodie Fuku'a (Conder, Handb. to the Bibl. p. 408): vel rectius in planitie Esdrelon ad occid. Sunam, Afuléh (V. Guérin, Descr. etc. t. 1. p. 100-110. et Van de Velde, Memoir to accomp. etc. 1859. p. 286) apud eund. 1. Reg. 29. 1. Cf. Hieronym. et Eus. Onom. sacr. Götting. 1870. p. 97. et 226. — Ceterum quum Aphec significet « fortis », ratio patet, cur plura hujus nominis oppida numerentur.

ĂPHĔCĀ, indecl. idem nom. origine quod præcedens. Est autem ¶ 1. Apheca oppidum in montanis Judæ (LXX. Φακούδ), hodie Fukin. Memoratur Vulg. Jos. 15. 53. — In monum. Ægyptiis Apuken, teste Maspero, Sur le noms géogr. de la Liste etc. ex Transact of the Vict. Inst. etc. 1888. p. 4). ¶ 2. Item oppidum inter Maara Sidoniorum et terminos Amorrhæorum, hodie vicus Afka (Cf. Aphec 2.°). Id. Jos. 13. 4.

ĂPHĪDĀS, antis, m. 3. (Ἀφείδας, ab ἀφειδέω, non parco, quasi non parcens). ¶ 1. Fuit Centaurus a Phorbante occisus. Ovid. 12. Met. 314-326. ¶ 2. Item rex Athenarum, Oxyntis successor. Hieronym. in chron. Eus. ad a. Abr. 800.

APHIDNA, æ, vel Aphidnæ, ārum, f. 1. (Ἄφιδνα Paus. 1. 17. et Ἀφίδναι Herod. 9. 73). ¶ 1. Fuit oppidum Laconiæ, quod ut a sequenti distingueret, Lacedæmonias Aphidnas vocavit Avien. Arat. Phæn. 372. Memorant etiam Ovid. 5. Fast. 707. et Hygin. 2. Astr. 22., ubi alii Ariadnis. ¶ 2. Item Atticæ vicus, ab Aphidno Thesei socio (de quo Plut. in Thes., coll. Diod. 4. 6). Senec. Phædr. 23. parvas alias calcet Aphidnas.

ĂPHŎBĒTUS, i, m. 2. (Ἀφόβητος, impavidus)

socius Dimni, conjuratus in Alexandrum M. Curt. 6. 7. 5. Alii leg. minus recte Aphœbetus. — Est etiam cogn. vir. in Inscr. apud Grut. 375. 2. Ita cl. Furlanetto.

APHRAATES, æ, m. 2. monachus, dictus Sapiens Persa, in cœnobio s. Matthæi haud procul a Mosul in Persico regno, nomine in Jacobum (Nisibensem) mutato, episcopi dignitatem adeptus, Syrorum patrum antiquissimus et Ephræmi Syri amicus. Memorat Gennad. vir. ill. c. 1. — Hujus XXVIII. homilias Syriace scriptas edidit W. Wrigt (1869), quarum postrema ceteris longior Chronicon dicitur. — Plurimi faciunt ejusdem opera philologi, ratione habita linguæ; ceterum stilus tumidior, etsi perspicuus. — De eo plura videsis apud Fr. Sasse in Proleg. ad Aphr. Sap. Pers. serm. etc. Lips. 1878.; Schœnfelder, Aus u. über Aphr. in Th. Quartalschr. (1878) 195-256. et Forget, De vita et script. Aphr. etc. 1882. — De Aphraate monacho Valentis imp. ætate scripsit Cassiod. 8. Hist. trip. 4.

APHRŎDĪSĬA, æ, f. 1. (Ἀφροδισία, ab Ἀφροδίτης) Scribitur etiam Afrodisia et Aprodisia.

Aphrodisia ¶ 1. Est nom. mul. serv. et cogn. libert. inde ab Augusti ætate, serius tamen ab auctoribus usurpatum. Corp. I. L. 6. 5465. et 5640. et 9. 6244. ¶ 2. Apud scriptores — a) Est oppidum Appuliæ, quod et Venusia, conditum a Diomede et dicatum Veneri. Serv. ad Virg. 11. Æn. 246. — b) Item sinus Persici insula. V. APHRODISIAS.

APHRŎDĪSĬA, ōrum. V. in Lexico.

APHRŎDĪSĬĂCUS, a, um, adject. ad Aphroditen v. Aphrodisiam pertinens. Plin. 37. Hist. nat. 10. 54. (148). Aphrodisiaca (gemma) ex candido rufa est. — Hinc Aphrodisiaca sacra apud Petron. 140. « Non distulit puellam invitare ad Aphrodisiaca sacra (sc. in honorem Aphrodites) ». Lectio tamen videtur incerta (V. Büeheler ed.) — Aphrodisiacum metrum apud Mar. Vict. gr. VI. 86. 34., h. e. trimetrum choriambicum.

APHRŎDĪSĬĀS, ădis, f. 3. (Ἀφροδισιάς) nomen geographicum et personæ.

I.) Aphrodisias, nom. geogr. ¶ 1. Est Æolis regio. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122). ¶ 2. Item Ciliciæ castellum et oppidum, hodie Porto Cavaliere. Liv. 33. 20. ¶ 3. Item oppidum Thraciæ ad Hellespontum. Itin. Anton. p. 333. et Rav. p. 182. ¶ 4. Item opp. Cariæ, apud Mæandrum fluvium, hodie Gheira (Daheira) v. Yeerah v. Keireh. Memorat Liv. 37. 21., coll. Cod. Theod. 11. 1. 37. — Civitas Veneris dicitur ob singularem cultum huic deæ ibi adhibitum. Tac. 3. Ann. 62. — De ejus nummis V. Eckhel, 3. p. 575. sqq. ¶ 5. Item opp. Scythiæ, apud Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (44). ¶ 6. Item Cariæ promontorium. Plin. 5. Hist. nat. 28. 29. (104).; sed Mela habet Aphrodisium. ¶ 7. Item sinus Persici insula, hodie Kisch v. Kenn. Id. 6. ibid. 25. 28. (111).; sed Capell. 6. p. 225. et Solin. 54. habent Aphrodisia. ¶ 8. Item insula prope Gades. Plin. 4. Hist. nat. 22. 36. (120). — Plures autem fuisse patet ex Hieronym. 2. Comm. in ep. ad Gal. 3. « Item insulæ Aphrodisiades et Gymnesiæ, quæ vocantur Baleares etc. Cf. Schol. ad Lucan. 1. 229. et Isid. 14. Orig. 6. 44., ubi Aphrosiade dicitur.

II.) Aphrodisias, cogn. mul. Corp. I. L. 6. 26024.

APHRŎDĪSĬENSIS, e, adject. ad Aphrodisiadem, opp. Cariæ, pertinens. Hinc absolute Aphrodisienses ejus incolæ dicti Tac. 3. Ann. 62., Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (109). et Cod. Theod. 11. 1. 37.

APHRŎDĪSĬĒUS, a, um, adject. idem qui Aphrodisiensis. Boeth. in Arist. de Interpr. ed. sec. p. 403. — Hinc absolute Aphrodiseos, positione Græca « Hellenorum lingua Augustus mensis dicitur; Afrodisios, Bithyniensium lingua Augustus mensis dicitur. Gloss.

APHRŎDĪSĬUM, ii, n. 2. V. voc. seq.

APHRŎDĪSĬUS, a, um, adject. (Ἀφροδίσιος) ad Aphroditen pertinens. — Hinc absolute

Aphrodisium, ii, n. 2. — 1.°) Generatim nom. comm. omnium templorum Aphrodites (Ἀφροδίσιον, sc. ἱερόν). — 2.°) Speciatim vero — a) Oppidum Latii prope Antium et Ardeam. Mela 2. 71. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (57). — Ejus rudera sunt reperta in campo Jemini, teste Nibby, Dintorni di Rom. T. 1. p. 209. sqq. — b) Item promontorium Cariæ. V. APHRODISIAS.

Aphrodisia, ōrum, n. plur. 2. (Ἀφροδίσια) festa in honorem Aphrodites, quæ celebrabantur IX. Kal. Mai. secundum fastos Prænestinos, Vinalia dicta. Plaut. Pœn. 1. 1. 62. et ibid. 2. 44. et alib.

Aphrodisius, ii. V. voc. seq.

APHRŎDĪSĬUS, ii, m. 2. (Etiam Afrodisius, Afrodisus et Aprodisius. Cf. APHRODISIA. ¶ 1. Fuit nom. pers. — 1.°) In titulis nom. serv. et cogn. libert. Corp. I. L. 1. 1061. - 6. 1066. et 8981. — Aphrodisia, nom. mul. V. suo loc. — Hinc deriv. Aphrodisianus, cogn. vir. Corp. I. L. 10. 5077. — 2.°) Apud scriptores — a) Fuit sculptor, Trallianus, singularis appellatus a Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (38)., qui Agrippæ Pantheon decoravit. — b) Item mathematicus scriptor. Censorin. de die nat. 19. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii in Pyrrhæa, qui mulieres steriles facit, teste Plin. 31. Hist. nat. 2. 7. (10).

APHRŎDĪTA, æ, et

APHRŎDĪTĒ, es, f. 1. (Ἀφροδίτη) nom. pers. — a) Scribitur, sine aspiratione, Afrodite et Aprodite in Corp. I. L. 4. 1589.; 6. 12128. etc.; aliquando Haprodite, aspiratione præmissa, ibid. 14. 950. — b) Declinatur etiam Aphrodita, æ, apud Auson. ecl. in dist. de mensib. 8. et Corp. I. L. 6. 13287.: vel, Græca positione, Aphrodite, ēnis, ut ibid. 6. 10844., 20373. 10. 650. — c) Primam syllabam corripit Auson. loc. cit. — d) Etymon communiter petitur ab ἀφρός, spuma, deriv. a rd. ἀφρ v. ὀμβρ, cui notio inest humoris, quia de spuma maris nata credebatur, ut docet Macrob. 1. Sat. 8. 6., qui etiam tradit ibid. 8. 3. Aristophanem eam Ἀφρόδιτον appellasse de sententia eorum, qui marem et feminam esse putaverunt. Alii vero deducunt ab ἀπό, ab, et ῥοδίτης, roseus, idque a ῥόδον, rosa, qui flos ei sacer erat. Cf. Virg. 1. Æn. 406. Sed fortasse ut Adonis, ita Aphrodites origo Phœnicia est, forma græce reficta. Cf. etiam Schwartz, PW. 1. 2772. sq.

Aphrodite ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Proprie dea Græcorum, orta ex Oceani aquis, quibus guttulæ sanguinis admixtæ sunt delapsæ ex vulnere Urani seu Cæli, quem Chronos ejus filius mutilavit (Cf. Macrob. loc. cit.), nempe dea fecunditatis (Cf. Hom. hymn. 111. 2. et Lucret. 5. 5. sqq.). Hinc aræ Aphrodites symbolis vel emblematis ornabantur, quæ ad fecunditatem alluderent, ejusque statuæ ita compositæ vestibusque indutæ erant ut dea nuptiarum appareret (Cf. Hom. hymn. 14. 215. sqq. V. Talbot, Myth. etc. p. 200. sqq.). Porro Latinis Venus cognominata est; quamquam, quod ad numina attinet, discriminis generatim plus minus interest inter Græcos Latinosque. V. VENUS. Memoratur Auson. 377. 8. est Marti namque Aphrodita comes. Censorin. de die nat. 22. 11. Aprilem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo (Cf. Fast. Præn. et Ovid. 4. Fast. init.). Adde Plin. loc. cit., Rufin. 10. Recogn. 20. et Capell. 1. p. 4., coll. Mythogr. II. fab. 30. et III. fab. 9. n. 2. ed. Mai. et Hygin. fab. 197. — Monumenta artis, quæ ad eam referuntur, aliqua, Aphroditen ac Venerem promiscue exhibent; hinc Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (15). « Phidian tradunt sculpsisse marmora Veneremque Romæ in Octaviæ operibus eximiæ pulcritudinis. Alcamenen - cujus præclarum (opus) Veneris extra muros (Athenarum), quæ appellatur Aphrodite ἐν κήποις ». Adde statuam Aphrodites, quæ a loco Milesia dicitur, Scopæ opus celeberrimum, repertam a. 1820., de qua V. Talbot loc. cit., coll. Paul de St. Vict., Hommes et Dieux 1868. Lecy p. 9. sqq. et Leconte de Lisle 1874. Lemerre, multaque alia de hoc mytho ubique occurrentia; quando quidem non solum in Græcia ejusque insulis, præsertim Rhodo, Ægina, Cythera, Cypro, Naxo, Creta, sed etiam in Italia lateque in Asia et Africa cultus Aphrodites, plerumque obscœnus, templis, aris, cærimoniis, sacrificiis festisque institutis. De his consulas, præter veteres, ex recentioribus Gerhard, Gr. Myth. 1854.; Welcker, Gr. Götterlehre 1857.; Preller et Roscher opp. sæpe citt., præsertim vero Engel, Recherch. sur le cult. et Ermann, d. Urspr. d'Aphrod. cult. 1886. — 2.°) Aphrodites Stephanos v. mentha Veneris, herba sisymbrium. V. Lexic. ad v. — 3.°) Aphrodites blepharon, Aphrodites v. Veneris gena. V. Lexic. ad v. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. mul. Corp. I. L. 11. 2451. - 8. 4018. — Hinc deriv. Aphroditianus, nom. vir. Ravenn. p. 70. Cf. Corp. I. L. 5. 4087.

APHRŎDĪTĒS, is, f. 3. (Ἀφροδίτης) Ægypti inferioris oppidum, Aphroditi sacrum. Plin. 5. Hist. nat. 10. 11. (64).

APHRŎDĪTĬUM, ii, n. 2. demin. seu ὑποκοριστικ., quasi Venerium: sic Gr. Ἀφροδίτιον, quo vir uxorem suam blandiendo vocat. Inscr. apud Fabrett. p. 72. n. 75. V. Furlanetto in App. ad v.

APHRŎDĪTŌ et Aphroditon, i, n. 2. (Ἀφροδιτώ) ¶ 1. Est oppidum Ægypti in Thebaide, quod inter præfecturas seu nomos recensetur a Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49)., ubi Aphroditopolites dicitur. Itin. Anton. p. 172. ¶ 2. Item aliud mediæ Ægypti ad Nilum, teste Hieronym. vit. Hilarion. 30., ubi Aphroditon legitur, hodie Alfieh v. Elfih. Adde Itin. Ant. p. 168. et Notit. Dign. or.. 25. ¶ 3. Aphrodito est etiam nom. mul. in Corp. I. L. 10. 7046., ubi tamen Aphroditomimas conjuncte legend.; non separatim, uti vult cl. De-Vit, qui affert Inscr. apud Murat. 1299. 11.

APHRŎDĪTŎMĪMAS. V. voc. præc.

APHRŎDĪTŎPŎLĪTĒS, es, vel æ, m. 1. (Ἀφροδιτοπολίτης) V. APHRODITO.

APHRON, ŏnis, m. et f. 3. (ἄφρων, insipiens, demens) cogn. in Inscr. apud Grut. 390. 3. Ita cl. Furlanetto.

APHTHARSĬA, æ, f. 1. (Ἀφθαρσία, incorruptibilitas) æon Gnosticorum. Iren. 1. hær. 29. n. 1.

APHTHŎNUS, i, m. 2. (Ἄφθονος, sine invidia) nom. serv. Corp. I. L. 6. 6256. et 12240. — Hinc deriv. Aphthonius (Ἀφθόνιος), nom. vir. Ibid. 9. 6078. 36. — Apud auctores fuit scriptor rei metricæ, de quo Mar. Vict. gramm. VI. 178. subscr. Ælii Festi Aphthonii (al. Apthonii) v. p. de metris omnibus explic(it) lib. IIII. Cf. Bergk, Philol. XVI. 639. sqq. — Item cogn. decurionis sacri palatii, apud Symm. 10. ep. 76., coll. 75., ubi Apthonius, sine priore aspiratione. — Hinc etiam Aphthonētus, nom. et cogn. libert. Corp. I. L. 4. 1474. - 8. 940.

ĀPĬA, æ, f. 1. (Ἀφία) Etymon petit Hieronym. in Eus. chron. ad an. 45. ab Apide, Sicyoniorum rege; alii vero vel deducunt ab ἄπιος, remotus, quasi sit γῆ ἀπία, sc. terra longinqua; alii rectius a rd. Skr. ap (aqua), unde apjas, h. e. qui aquis inest (cf. Apiolæ, Apulia etc.), ut docet Curtius, Grund. etc. 1873. p. 468., ita ut sit terra maritima, ad mare, insula v. peninsula.

Apia, idem quod Peloponnesus Plin. 4. Hist. nat. 4. 5. (9). Peloponnesus, Apia antea appellata et Pelasgia. Adde Gloss. V. 440. 50., ubi non Apio (Peloponisus) sed Apia legendum est (Büchelar).

ĀPĬCĪLĬA, æ, f. 1. mutatio in itinere ad Concordiam, hodie fortasse Latisana. Memoratur in Itin. Hieros. p. 559.

ĀPĪCĬUS, ii, m. 2. (Ἀπίκιος) Scribitur etiam Appicius, duplici p, sed minus recte; item Apitius per litt. t, sed contra libros antiquiores plerosque, lapides et consuetudinem. — Origo vocis videtur esse nonnullis ab Apius vel Appius (Otto in Th. L. L.) vel ab apex (icis), sed utrumque contra syllabæ primæ quantitatem; aliis aliunde; mihi vero placet cum āpis vel āpium vocem conjungere.

Apicius ¶ 1. Apud scriptores, non unus sed tres Romæ memorantur gulæ studio noti, quorum primus circa tempora Cæsaris natus est, alter sub Augusto et Tiberio, tertius sub Trajano imp. vixit. Tertull. eos modo in sing. num. meminit, ut Jejun. 12., modo in plur., ut Pall. 3. Sic Sidon. 4. ep. 7. Apicii epulones. — Apicius primus est tantum apud Athen. 4. 19. et etiam tertius apud eund. 1. 7. — Apicius vero secundus, præn. Marcus, memoratur Plin. 8. Hist. nat. 51. 77. (209). et Dion. 57. 15. M. Gavius Apicius, unde Apicius videtur fuisse cognomen. Occurrit autem — a) Stricte, apud Plin. 10. Hist. nat. 48. 68. (133). Apicius docuit nepotum omnium altissimus gurges. et Senec. Cons. ad Helv. 10. Apicius nostra memoria vixit, qui scientiam popinæ professus disciplina sua sæculum infecit. Adde Martial. 2. 69. 2., Lamprid. Helag. 18., 20., 24., Juvenal. 4. 22., ubi Schol. Apicius, qui scripsit de juscellis, fuit nam exemplum gulæ.

— Hinc est ille, qui quum HS millies in culinam congessisset, neque plus HS centies de patrimonio sibi superesse intelligeret, veneno vitam finivit, ne sibi esuriendum deinde esset, ut Senec. loc. cit. narrat. V. integr. loc. — Ex Dione 57. 19. constat hunc in deliciis habuisse L. Ælium Sejanum adulescentulum et denar. 25.000.000., h. e. HS. 100.000.000, possedisse. Cf. etiam Tac. 4. Ann. 1. — Exstant Cælii Apicii de opsoniis et condimentis sive re coquinaria libri X., sed qui vel alterius Apicii sunt vel alienis additamentis interpolati; multa enim ibi leguntur Apiciorum ætate indigna et barbariem redolentia. Fortasse hæc collegit Cælius quidam ignotus, qui opus Apicius inscripsit, titulo ex nomine hujus Apicii sumpto, ut suspicatur Teuffel (II. 680): vel se Apicium cognominavit, ut putat Schoell (Hist. de la Litt. Rom. T. 8. p. 240. sqq.). — b) Latiore sensu coci dicuntur Apicii, teste Tertull. Apol. 3. « Medici ab Erasistrato et grammatici ab Aristarcho, coci etiam ab Apicio? » ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. I. L. 11. 19. etc. — Apicia, nom. mul. Ibid. 3. 2180. — Hinc

Apicius, a, um, adject. ad Apicium aliquem pertinens, ut Apicia uva, Apicium vinum etc. V. APICIUS in Lexico.

ĀPĪCLA, æ, f. 1. V. voc. seq.

ĀPĪCŬLA, æ, f. 1. (demin. ab apis) nom. mul. libertinarum plerumque. Corp. I. L. 8. 1814.; 10. 5500., ubi per syncop. Apicla. Adde Inscr. apud Facciolati, Lett. a C. Silvestri I. 27. p. 61.

ĀPĪDĀNĒI, ōrum. V. voc. seq.

ĀPĪDĀNĒUS, a, um, adject. (Ἀπιδάνηος). — Hinc absolute

Apidanei, ōrum, m. plur. 2. gens Arcadiæ (Ἀπιδανεῖς). Priscian. Perieg. 412., coll. Apollon. Rhod. 4. 263. et Callim. Jov. 14.

ĀPĪDĀNUS, i, m. 2. (Ἀπιδανός; Ion. Ἠπιδανός) ¶ 1. Est nom. fluvii in Thessalia. Vib. Seq. p. 147. R., Ovid. 1. Met. 580. et 7. ibid. 228. e conj. pro Eridanus. et Propert. 1. 3. 6., Val. Flacc. 1. 357. et Plin. 4. Hist. nat. 8. 15. (30). — In fabulis dicitur filiam habuisse Xenxippen. Hygin. fab. 14., ubi quidam leg. Eridanus. ¶ 2. Item nom. serv. Corp. I. L. 12. 4686.

ĀPĪENNĀTES, um, m. plur. 3. gens Umbriæ. Plin. 3. Hist. nat. 14. 19. (114).

APĪLAS, æ, m. 1. Pieriæ Macedoniæ fluvius. Plin. 3. Hist. nat. 10. 17. (33)., ubi alii alit. leg. V. Sillig. in adn. crit. ad h. l.

ĀPĪLES, is, m. 3. (fortasse ab ἀπειλέω, minitor, h. e. minax) cogn. vir. Corp. I. L. 12. 3972. (Grut. 836. 11), ubi fortasse legend. Apilus (V. Furlanetto in App. ad Lex. Forcell.) vel potius Apelles (V. Diehl in Thes. L. L. ad v.).

ĀPĪLUS, i, m. 2. (ab α priv. et pilus, i. e. sine pilo) cogn. hybridum. Corp. I. L. 2. 1133. — Hinc Apilicus, i, nom. gent. Ibid. 5. 660.

ĀPĪNA et Trica, æ, f. 1. duorum oppidorum nomina in Apulia, de quibus V. APINA in Lexico.

ĀPĪO et Apion, ŏnis, m. 3. (Ἀπίων) nom. pers. — a) Est demin. ab Ἆπις, ut docet Suid. Hinc perperam Appion, cum duplici p, scriptum in antiqq. codd. mss. et quibusd. ed. lib. Tertull. Apol. 19.; Marc. Com. a. 589., al. Cf. tamen Diehl in Thes. L. L. 1. ad v. — b) Genet. Apionos apud Ammian. 22. 16. 24. — Apiones plur. est Jos. Cassiod. c. ep. 2. 295.

Apio ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Ægyptius, historicus et grammaticus, Plistonices cognominatus, a præmiis in certaminibus obtentis, et Μόχθος, a labore in omnigena eruditione comparanda, filius, ut videtur, Posidonii, Apollonio et Didymo magistris usus, scholæ Theonos successor, civitate ab Alexandrinis donatus, teste Gell. 5. 14., coll. Suid. ad h. v. et Jos., qui contra Apionem duos scripsit libros. — De eo Gell. loc. cit. Apion litteris homo multis præditus. et Plin. Hist. nat. præf. 20. Apion quidem grammaticus, hic, quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, quum propriæ (male publice) famæ tympanum potius videri posset, immortalitate donari a se scripsit, ad quos aliqua componebat. Cf. Apul. Orthogr. p. 5. — Docuit primum sub Tiberio, deinde sub Claudio imp., scripsitque plurima, ut Glossarium Homericum magni momenti, Ægyptiacorum libros non incelebres, quibus omnium, quæ mirifica in Ægypto visuntur audiunturque, historia comprehenditur (Gell. 5. 14); tract. contr. Judæos, de Alex. regis laudibus, de metallica disciplina, de rebus magicis etc., quæ tamen ætatem non tulerunt; sed quæ exstant, collegit C. Müller in Fragm. Hist. Gr. v. 3. p. 506-516. — 2.°) Item Cyrenarum rex. Sall. frg. 2. 43., Cic. 2. leg. Agr. 19. 51. et Tac. 14. Ann. 18. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 20432. et 9. 1435.

ĀPĬŎLÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἀπίολαι: hinc minus recte quidam scribunt Appiolæ duplici p) oppidum Latii. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (70). Oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege, ex cujus præda Capitolium is incohaverit. Adde Liv. 1. 35. — Ejus rudera detecta fuisse in via Appia refert Nibby, Dintorni di Rom. I. p. 215. sqq.

ĀPIS, is et idis, m. 3. (Ἆπις, ιδος, Ion. ιος) — a) Genet. Apis est Plin. 8. Hist. nat. 46. 71. (186). et Justin. 1. 9. 2.; Apidis vero Rufin. 1. Recogn. 35. — Acc. Apim apud Cic. 1. Nat. D. 82., Solin. 32. 17. et 20., Min. Fel. 28. 8.; Apin apud Plin. 8. Hist. nat. 46. 71. (184)., Sueton. Aug. 93., Tac. 5. Hist. 4., Ammian. 22. 14. 6. — Abl. Apide est Sueton. Tit. 5. Roth (vulg. Api), Solin. rubr. 32. 1. p. 243. 7. M., Paulin. Nol. nat. s. Fel. 11. 85. — b) Origo nominis est ab Ægypt. Hapi, quod alii interpretantur numerum, mensuram (Jablonski, Panth. Ægypt. 4. 2), quod in nilometro, cujus imaginem referre Apim credit, gradus Nili exundantis numerarentur; alii luctam, coll. Plin. loc. cit.; alii senem, venerandum patrem, dominum, ut Zoega (De Num. Ægypt. p. 31); alii rectius, etymo ab Ægypt. apeh (seu ap, caput, princeps, et ah, bos) desumpto, ita explicant ut sit princeps bos (Rossi, Etym. Ægypt. p. 15).

I.) Apis ¶ 1. Fuit bos seu taurus certi coloris, tamquam deus ab Ægyptiis cultus. Lucan. 9. 160. Apis sacer. Cic. 1. Nat. D. 29. 82. sanctus Ægyptiorum bos. Ovid. 2. Amor. 13. 11., coll. Claudian. IV. cons. Honor. 570. corniger. Macrob. 1. Sat. 21. 20., coll. Apul. 11. Met. 11. Bos Apis in civitate Memphi Solis instar excipitur. Plin. 8. Hist. nat. 46. 71. (186). de Api hæc habet: « Et bos in Ægypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus lunæ crescere incipientis; nodus sub lingua, quem cantharum appellant (h. e. nigra macula scarabæi specie, quam κάνθαρον Græci dicunt). Non est fas eum certos vitæ excedere annos mersumque in sacerdotum fonte enecant, quæsituri luctu alium, quem substituant, et, donec invenerint, mœrent, derasis etiam capitibus. Inventus deducitur Memphim a sacerdotibus. Delubra ei gemina, quæ vocant thalamos, auguria populorum. Alterum intrasse, lætum est; in altero dira portendit. Responsa privis dat, e manu consulentium cibum capiendo. Germanici Cæsaris manum aversatus est, haud multo postea exstincti. Cetero secretus, quum se proripuit in cœtus, incedit submotu (lictorum): grexque puerorum comitatur, carmen honori ejus canentium: intelligere videtur et honorari velle. Hi greges repente lymphati futura præcinunt. Femina bos semel ei anno ostenditur, suis et ipsa insignibus, quamquam aliis: semperque eodem die et inveniri eam et exstingui tradunt ». Hieronym. autem Chron. ad a. Abr. 271. p. 17. « Ajunt hunc Apim esse Serapim. Siquidem cum fratrem Ægialeum regem præfecisset Achaiæ, ipse cum populo navigavit ad Ægyptum ». Item Augustin. 18. Civ. D. 5. narrat Apim fuisse regem Argivorum, qui quum in Ægyptum transvectus (addunt alii, Isidem ibi uxorem duxisse et aliquanto tempore regnasse multaque Ægyptiis bona attulisse) ibique mortuus esset, pro deo habitus cultusque est, Serapis (apud Charis. ex Varr. p. 89. 29. K. Sarapis: cf. p. 132. 31. et Peter, reliqq. p. 25) appellatus. Cur vero pro Api Serapis dictus sit, rationem ex Varrone assignat, quod scilicet sarcophagus, in quo cadaver mortui ponitur, σορός Græce dicitur. Quum igitur Ægyptii Apim adhuc in sarcophago seu conditorio positum antequam ei templum excitarent, colere cœpissent, velut soros et Apis, Sorapin primo appellarunt: deinde mutata littera, Serapin - Qui constituerunt etiam, ut quisquis eum hominem fuisse dixisset, capitalem penderet pœnam; quam ob rem in templo, ubi colebantur Isis et Serapis, erat etiam simulacrum, quod, digito ori admoto, admonebat, ne quis illos homines fuisse diceret. Ipsum autem bovem, quem in ejus memoriam colebant, quoniam eum sine sarcophago vivum venerabantur, Apim dicebant, non Serapim. Hæc ex Augustino, quorum multa alii rectius ad Osirim referunt, cujus Apis vivus fuisset forma sensibus objecta, mortuus vero appellatus Osir-Apis (Æg. Asar-Hapi) vel per aphæresin Serapis conditusque in templo, quod Serapeion dicebatur (V. Mariette, Le Sérap. de Memph. etc. 1857). At Jablonski loc. cit. ostendit Apidem taurum fuisse symbolum Nili fluvii, ut et apud Græcos boves flumina repræsentabant, multaque alia addit, quibus hoc Ægyptiorum numen apprime illustratur. Cf. tamen etiam cl. De Cara, Gli Hyksos etc. (1889) p. 129. sq. et alib. et Heltzenauer, Th. V. T. (1905) p. 404. — Porro Memphi, ut ait Plin., maxime cultum fuisse Apim scriptores fere omnes testantur, ut præter laudatos Sueton. Aug. 93. et Tit. 5. et Ampel. 30., quorum hic Apin a Cambyse interfectum, ille ab Augusto contemptum tradit; a Græcis tamen divinis honoribus item cultum fuisse ex inscriptione Orchomeni Conze et Michaelis demonstrarunt. V. Preller apud Schömann op. cit. III. p. 300. — Ceterum valde probabile est bovem aliaque animalia, quibus Ægyptii postea divinum cultum deferebant, primitus ut symbola deorum, præcipue solarium v. virium naturæ honorata fuisse (Cf. Brugsch, Ägypt. Leipz. 1891. p. 177. sq.; Nikel, Allgem. Kulturgesch. Paderb. 1907. p. 143). V. ÆGYPTUS et APOLLO. — Ejus effigies in nummis Alexandrinis et Memphiticis visitur apud Eckhel, 4. p. 34. et 109. ¶ 2. Item rex Sicyoniorum, a quo Apia dicta, quæ dein Peloponnesus (V. tamen APIA): vel heros Peloponnesius cum diis Ægyptiacis in fabellis confusus. Hieronym. in Chron. ad an. Abr. 44., Hygin. fab. 145. et Arnob. 1. p. 20. ¶ 3. Item rex Argivorum, qui idem putatur ac dein Serapis, Jovis ex Niobe filius. Prosp. in Chron. post init. et Augustin. loc. supra cit.

II.) Apis est etiam nomen vici in Ægypto occidentali seu in Mareotide, ubi Apis colebatur; unde Apis Mareoticus dicitur Sidon. carm. 9. 184. Memorat etiam Plin. 5. Hist. nat. 6. 6. (39). et Capell. 6. p. 217.

ĀPĪUS. V. APPIUS.

APLĒ, es, f. 1. vicus ad lacum Chaldaicum. Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. (134).

ĀPŎDŎTI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀπόδοτοι) Ætoliæ gens. Liv. 32. 34.

ĀPŒCĪDĒS, is, m. 3. (Ἀποικίδης, ab ἀποικέω, emigro) persona comica senis in Plauti Epidico; cujus Dat. Apœcidi v. 312. et Acc. Apœcidem v. 358.; non igitur ab Apœcides, æ, ut alii declinant.

ĀPŎLAUSTUS, i, m. 2. (Ἀπόλαυστος, ab ἀπολαύω, gaudeo) ¶ 1. Est nom. servile et cogn. libertinum, non ante sæc. II., passim in titulis præcipue Rom. Corp. Inscr. Lat. 6. 975.; 9. 6078. 35. et ibid. 14. 2318., ubi Apollaustus cum dupl. l. — Apolauste (Ἀπολαύστη), nom. et cogn. mul. Ibid. 6. 12115. 5., 8116. 29. etc. ¶ 2. Apud scriptores histrio famosus Veri imp. Fronto p. 116. 1. N., Capitolin. Ver. 8., Lamprid. Comm. 7. et Inscr. apud Momms. n. 652. et 4140 (?).

ĀPOLLĀS, æ, m. 1. (Ἀπολλᾶς, ᾶ, contr. ab Ἀπολλώνιος, ejusd. fortasse originis atque Apollo vel Apelles: vd. hanc voc.) scriptor Græcus incertæ ætatis. Quintil. 11. 2. 14. — Fortasse idem qui Apellas Ponticus, ut putat Müller, qui ejus fragm. collegit in Hist. Gr. fragm. T. 4. p. 307., ubi et Apellas Cyreneus et Scepticus commemorantur.

ĀPOLLĬNAR, āris, n. 3. (Apollo) ¶ 1. Fuit locus seu templum cis ædem Salutis. Varr. 5. L. L. 52. Ita leg. O. Müller (pitonaris F). et habet Liv. 3. 63.; sed V. APOLLINARIS. Cf. etiam Hülsen, PW. 1. 2842.

ĀPOLLĬNĀRĬĀCI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

ĀPOLLĬNĀRĬĀCUS, a, um, adject. ad Apollinarem aliquem pertinens. Hinc absolute Apollinariaci, sectatores Apollinaris hæretici, qui et Apolli-

narianí v. Apollinaristæ communius dicuntur. Pacian. ep. 1. n. 3.

ĂPOLLĬNĂRĬĀNI. V. voc. seq.

ĂPOLLĬNĂRĬĀNUS, a, um, adject. ad Apollinarem hæreticum pertinens. Cod. Theod. 16. 5. 12 (an. 383). Apollinariana institutio (sc. secta). — Hinc absolute

Apollinariani, ōrum, m. plur. 2. iidem qui Apollinariaci. Cod. Theod. 16. 5. 13. (an. 384) et Cod. Just. 1. 5. 5.

ĂPOLLĬNĀRIS, e, adject. (Ἀπολλίναρις et sæpius Ἀπολλινάριος) Scribitur etiam Apolinaris, unico l, in Corp. Inscr. Lat. 1. 1540. et 15. 661. et alib. - Apolenaris aliquando, ibid. 11. 294. - Apollonaris in Not. Tir. — Abl. Apollinari et Apollinare apud Gell. 2. 16. lemm. et 19. 13. — Quantitas penultimæ syllabæ brevis est apud Venant. vit. s. Mart. 4. 684. Rursus Apollinaris pretiosi limina lambe.

Apollinaris ¶ 1. Adjectivorum more, ad Apollinem pertinens. Horat. 4. Od. 2. 9. Pindarus laurea donandus Apollinari. Liv. 3. 63. Apollinaris ædes. Ita Drakenb.; sed alii, ut Gronov., leg. Apollinar absolute, pro Apollinal, ne repetita l insuavis auribus accideret, sicut Lupercal, Erucinal etc.; alii vero Apollinare, sc. locus Apollini sacer in pratis Flaminiis prope portam Carmentalen; a quo differt Apollinar apud Varr. 5. L. L. 52. Rursum Liv. 10. 8. Apollinare sacrum. Arnob. 4. p. 136. Quadrigæ Apollinarium nominum. h. e. quattuor Apollines. V. APOLLO. — Hinc Apollinaris herba, apud Græcos hyoscyamon. Plin. 25. Hist. nat. 4. 17. (35). Herculi eam quoque adscribunt quæ Apollinaris etc. Ps. Apul. herb. 23. Apollo hanc herbam fertur invenisse - et Apollinaris nomen imposuisse. Cf. Dioscor. cod. Vind. Neap. 146. ἀπολίναρις medicorum in usu erat radix: Scribon. Larg. 90., Marc. med. 16. 1. et 17. 7. — Alia herba est apud Ps. Dioscor. herb. etc. 15. Mandragora femina plerique Apollinarem vel malum terræ vocant. V. etiam Lexic. h. v. — Ceterum doctrina de herbis est pæne inextricabilis in Gloss. — Apollinaris legio cognominata XV. in Inscriptt. apud Orelli et Henzen, Suppl. Orell. n. 6808., 6485. etc. et n. 6944., ubi Apollinaris pia fidelis dicitur. Adde Notit. Dignit. or. 35. et Inscr. apud De-Vit in Lapid. del Polesine p. 37. — Apollinaris pagus, ad Placentinos spectans in Tab. Alim. Velej. 5. 90. — Apollinares aquæ. V. AQUÆ. — Apollinares ludi, qui et Apollinares absolute dicti, in honorem Apollinis Romæ fiebant in Circo Maximo sed, an. a. Chr. 202., extra portam Collinam ad ædem Veneris Erycinæ, quotannis, non tamen certo anni tempore, et quidem per aliquot dies, olim; elapsis vero aliquot annis, lege lata a P. Licinio Varo, prætore urb., celebrari cœpti sunt III. Non. Quintil., tametsi ipsis Nonis incepisse aliquando Manut. colligit ex Cic. ad Att. l. 16. duob. locis, in tract. de Legib. Rom. c. 3.: vel IV. Id. Quintil., ut a Cic., Macrob. et Dion. demonstrat Noris, Cenot. Pis. p. 637. sq. In Kal., quæ supersunt, incipiunt Prid. Non. Jul. desinuntque a. d. V. Jul., apud Orell. Inscr. v. 2. p. 394., coll. p. 381. V. Manut. loc. cit., coll. Liv. 25. 12. et 27. 23., Lamprid. Alex. Sev. 37., Capitolin. Max. et Balb. 1., ubi plura de eorum institutione. Memorat Cic. 2. Att. 19. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompejum petulanter invectus est. Adde eund. 1. Phil. 15. 36., Varr. 6. L. L. 3., Plin. 19. Hist. nat. 1. 6. (23)., Serv. ad Virg. 6. Æn. 70. et Tertull. Spect. 6. et Bapt. 5. — Apollinares sacerdotes, qui, in honorem Apollinis instituti et cuidam collegio adscripti, sacra curabant. Corp. Inscr. Lat. 9. 814-817. et 11. 845. — Hoc sacerdotii genus proprium fuisse Mutinæ, ut Patavii Concordiales, Mercuriales, Martiales Larini etc., probat cl. Cavedoni, Mus. Moden. p. 187.; sed postea alibi quoque exstitisse, ut Luceriæ in Apulia, idem fateri debuit in Boll. dell' Istit. arch. a. 1856. p. 56. sq. — Porro eos ad libertinorum classem pertinuisse patet ex Inscr. apud Momms. n. 959-962. — Apollinares Reli. V. REII. ¶ 2. Substantivorum more — 1.º) In titulis nom. et cogn. vir. (lib.), usitatissimum Romæ inde a medio fere sæc. I. post Chr. Corp. Inscr. Lat. 5. 5050. et 6. 12137. — 2.º) Apud scriptores ex præcipuis — a) Fuit tragœdus quidam, coronis aureis donatus a Vespasiano imp. Sueton. Vesp. 19. — b) Item episcopus Hierapolitanus, sanctitate et doctrina insignis. Hieronym. vir. ill. 26., coll. Eus. 4. H. E. 6. et alib. — Scripsit librum apologeticum pro fide Christiana, qui oblatus fuit M. Aurelio imp. a. 172. (V. Cavedoni, Cenni cron. d. princ. Apol. p. 24. sqq.) et libros quinque adversum gentes et duos de veritate. V. Hieronym. ep. 70. n. 4., ubi Apollinarium vocat, aliaque deperdita. — Testim. et fragm. apud Routh, Reli. sacr. I. 155-174. et Otto, Corp. Apol. IX. 479-495. — c) Item hæresiarcha, Laodicenus episcopus, homo jactatione ingenii mala fortis, ut ait Rufin. 2. H. E. 20., qui primum asseruit Christum solum corpus, non etiam animam suscepisse; dein vero eum animam utique habuisse, non autem ex ea parte qua est rationabilis sed qua vivificat corpus; ad supplementum vero rationabilis partis, ipsum Verbum Dei fuisse perhibuit. Rufin. ibid. Adde Facund. Defens. trium Capit. 4. 2., coll. Greg. Naz. Serm. 46. — Ex illo orti sunt Apollinaristæ v. Apollinariani. — Quamplurima scripsit tam ligata quam soluta oratione, quæ connumerat Cassiod. 6. Hist. trip. 37., coll. Hieronym. vir. ill. 104.; sed omnia interciderunt præter Psalmorum interpret. versibus hexametris conscriptam, quæ in Bibliotheca Patrum sæpe edita est. — Eidem tribuitur etiam tragœdia Christus patiens, quæ est inter opera spuria Greg. Naz. Alia quoque ab ejus asseclis inter Patrum scripta fraudulenter inserta sunt, ut ἡ κατὰ μέρος πίστις sub nomine Greg. Thaum. (Caspari 1879); item Cohortatio ad Gentiles et Expositio fidei sub nomine Justini M.; l. IV. et V. operis Basilii contra Eunomium etc. (Dräseke 1892). — d) Apollinaris Sidonius. V. SIDONIUS.

ĂPOLLĬNĀRISTÆ, ārum, m. plur. 1. sectatores Apollinaris hæretici. Isid. 8. Orig. 5. 45. Apollinaristæ ab Apollinare vocati. Adde Augustin. de hær. 55., Gennad. Mass. vir. ill. 12., al. — Eorum magistro demortuo, in duas partes divisi sunt, in Polemonis nempe et in Valentini asseclas. V. Gieseler, Comm. etc. apud Bardenhewer II. 14. et Caspari, alte u. neue Quellen z. Gesch. d. Taufsymb. 1879.

ĂPOLLĬNĀRĬUS, a, um, adject. ad Apollinem pertinens. Corp. Inscr. Lat. 10. 3816. Apollinarium collegium. — Apollinaris herba V. in Lexic. — Absolute Apollinarius — 1.º) Est nom. servile et cognom. Corp. Inscr. Lat. 8. 11985. et 8049. — 2.º) Apud scriptores — a) Apollinarius hæreticus. V. APOLLINARIS. — b) Item pater et filius, ille rector provinciæ Phœnices, hic curator Palatii sub Constantio, ambo ob suspicionem affectati imperii indigno supplicio subjecti. Ammian. 14. 7. 19-20. et ibid. 9. 8.

ĂPOLLĬNENSIS, e, adject. ad Apollinem pertinens. Hinc Apollinensis vicus, h. e. Apollinis, Romæ. Inscr. Rhen. 1138., ubi Apollinesis, extrito n, ante s, ut sæpe fit.

ĂPOLLĬNĔUS, a, um, adject. ad Apollinem pertinens. Ovid. 11. Met. 155. Apollineus cantus. Auson. 385. 1. ludus. Stat. 5. Silv. 1. 26. sacerdos. sc. Orpheus. Ovid. 6. Fast. 91. laurus. et 1. Met. 473. medulla. h. e. cor et pectus Apollinis. et 13. ibid. 631. urbs. sc. Delos. Stat. 6. Theb. 9. pharetra. Claudian. carm. 20. 257. testudo. Id. 3. Rapt. Pros. 373. nemus. h. e. lauretum. Auson. 367. 10. mens. Stat. 2. Achill. 157. plectrum. — Speciatim Apollineus filius apud Ovid. 15. Met. 533. est Æsculapius. — Apollineus vates apud eund. 11. ibid. 8. Orpheus. et apud Martial. 7. 22. Lucanus. — Apollineus Ladon apud Stat. 4. Theb. 837. V. LADON. — Apollinea ars apud Ovid. 11. Met. 264., h. e. ars vaticinandi. et 3. Trist. 10. medica. — Apollinea Cyrrha apud Stat. 7. Theb. 410. V. CYRRHA. — Apollineæ Amyclæ apud eund. 4. ibid. 223. V. AMYCLÆ. — Apollineæ Therapnæ dictæ 3. ibid. 422., quia sacræ Apollini. — Apollineæ Vercellæ apud Martial. 10. 12., quod cultui Apollinis dicatæ essent, vel quod ibi colerentur artes liberales, quarum præses est Apollo.

ĂPOLLĬNĬDĒS, is, m. 3. patronym. ab Apollo, in Corp. Inscr. Lat. 6. 29665.

ĂPOLLĬNIS, is, f. 3. (Ἀπόλλωνος πόλις) oppidum Ægypti superioris. Plin. 5. Hist. nat. 9. 11 (60). — In Not. Dign. or. 31. est Apollo superior. Itin. Ant. p. 160. Apollonos superioris.

ĂPOLLĬNĪTÆ. V. APOLLONITÆ.

ĂPOLLĬNŎPŎLIS. V. APOLLO I. 1. 1.º

ĂPOLLŌ, indecl. (Ἀπολλῶς) vir Alexandrinus, Johannis bapt. discipulus, ex judæo christianus, insignis primitivæ ecclesiæ chr. doctor, eloquentia clarus, episcopus et adjutor Pauli ap. Vulg. Act. 18. 24., coll. 19. 1.; 1. Cor. 12. 3., 4-22., 16. 12. et Tit. 3. 13. — Auctor putatur epistolæ ad Diognetum (V. Galland 1765. et Lumper 1783. apud Zaccharini in Less. Eccl. ed. Vallard. 1900. h. v.), olim Justino, nunc probabilius Aristidi Atheniensi tributa (V. Bardenhewer, I. p. 67).

ĂPOLLO, inis, m. 3. (Ἀπόλλων, Dor. Ἀπέλλων, Thess. Ἄπλουν: cf. Etrusc. Apulu, Aplu, Alpnu; et v. Fabretti, Gloss. Ital., coll. Cavedoni in Giorn. Lett. Scient. Moden. a. 1840. p. 332. et 345. p. 348.; Ahrens, de Dial. 2. 122. et Corssen, Sprach. d. Etr. 1. p. 817). — Alia forma Apolloneus, i, V. infra. — a) Orthographia: Apollon apud Fulgent. 1. Myth. 12. et in numm. Antiochenis Eckhel, 5. p. 304. — Apolo, unico l, in Inscr. in Ephem. epigr. 1. p. 14. n. 21. et in numm. apud Cohen, V.[2] p. 300. 16., 301. 25. et 28. — Appolio, duplici p, in Corp. Inscr. Lat. 5. 6608. — Apolloneus et Apoloneus, ibid. 1. 167. et Not. Tir. 183. — b) Declinatio: Genet. Apollinis et Apollonis apud Liv. 35. 51. H., Sueton. Aug. 18. et 31. (cod. Memm.), M. Cæs. apud Fronton. ad M. Cæs. 4. 5. p. 68. 14. — Apolenei in Corp. I. L. 1. 167. — Apolones, ibid. 6. 29. et Apollines, 7. 179. — Dat. Apollini et Apolloni ibid. 6. 39., Liv. 29. 10. H., Sueton. Aug. 52. (cod. Memm.) — Apoloni et Appollini in Corp. I. L. 5. 6603. et 13. 2830. et Apolone 10. 4632. — Acc. Apollinem et Apellinem apud Macrob. 1. Sat. 17. 15. et Paul. ex Fest. p. 22. 14. M. — Plur. num. Apollines apud Arnob. 4. p. 138. — Gen. Apollinum apud Cic. 3. Nat. D. 3. 57. Cf. Ritschl, Opusc. 2. 493. sq. et 514. et Ribbeck, R. Jahrbb. 77. 198. — c) Prosodia: Apollŏ cum ultima brevi apud Martial. 8. 6. 6.; 9. 42. 1. et ibid. 86. 4. — d) Etymologia incerta est. Derivant alii ἀπὸ τοῦ ἀποπάλλειν (τὰς ἀκτῖνας) idest a jactu (radiorum), ut Plato (quod etymon ceteris prætulerim: cf. Φοῖβος Ἀπόλλων apud Hom., quasi epith. solis, radios undequaque emittentis; cf. tamen etiam ἀβέλιος, sol, apud Cretenses); alii ab ἀπόλλυμι, perdo, alludentes ad solis influxum sæpe noxium, ut Firmic. 17. err. 8. et Fulgent. loc. cit.; alii ab ἀπέλλω pro ἀπείργω, depello, arceo, ob solis vim salutarem: hinc Macrob. loc. cit., ubi etyma varia exponit: «Apollinem apellentem mala intelligas, quem Athenienses ἀλεξίκακον appellant»; alii denique, minus probabiliter, ab Hebr. 'Ap-'ol v. 'Ap-'al, quasi (sol) circumiens excelsum, h. e. cælum; cf. Ps. 19. 6. V. Voss. Etym. in Sol; Lauer, Syst. d. gr. Myth. p. 255. sq.; Welcker, Götterl. 1. p. 46. sq.; Preller, Gr. Myth. 1. p. 188.; Roscher, Apoll. und Mars, Leipz. 1878. et Lex. Myth. h. v. — Apollo est nomen personæ et loci.

I.) Apollo, nomen dei; sive peculiaris cujusdam dei attributi, qui solis symbolo honoratus est; sive potius solis ipsius, qui tamquam deus ab antiquis est habitus et ob multiplicem virtutem variis nominibus appellatus, nempe Adon, Atthis, Bacchus seu Liber pater vel Dionysius, Hercules, Janus, Juppiter, Pan etc. (Macrob. loc. cit.). Sic apud Achemenios Titan; apud Ægyptios Ra, Apis, Horus, Ammon, Osiris; apud Syro-Phœnices Adad; apud Perses Mithras; apud Gallos Moritargus etc. Cf. Lactant. Stat. 1. Theb. 717. — Porro Macrob. loc. cit. a solis virtutibus ingeniose deducit Apollinis attributa (de quibus V. infra), sc. a jactu radiorum eum dicit sagittariæ artis inventorem: a lucis magnitudine et copia patrem luminis et claritatis ideoque artium ac scientiarum, præsertim vaticinationis: a stellarum ceterorumque orbium regimine quasi harmoniæ auctorem et cantu: ab ejus influxu modo letali, modo salubri deum mortis et vitæ, salutis et medicinæ patrem: a pascendis denique, quæ terra progignit, omnibus pastorum deum

(Cf. Virg. 3. G. 2. et Calpurn. Ecl. 7. 22. et 8. 65). — Addit Serv. ad Virg. 5. Ecl. 66. ex Porphyr. triplicem esse Apollinis potestatem et eumdem esse Solem apud Superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud Inferos: unde etiam tria insignia circa ejus simulacrum esse, sc. lyram, quæ cælestis harmoniæ imago est; gryphen, qui etiam terrestre numen ostendit, et sagittas, quibus infernalis et noxius censetur. Ceterum quæ ad hunc mythum referuntur, Apollinem repræsentant uti deum imprimis solarem, dein temporis ac variarum tempestatum, oraculorum et musices ac poesis, agriculturæ, venationis, lustrationum juventutis. Speciatim ¶ 1. Apollo fuit Jovis et Latonæ filius, natus in insula Ortygia, quæ inde Delos seu Clara vocata est, ubi, quum Python eam persequeretur, Neptuni beneficio Latona consistens, sub palma illum peperit. Hygin. fab. 53. et Varr. 7. L. L. 2. § 16. Hinc Plin. 16. Hist. nat. 44. 89. (240). «Deli palma ab ejusdem dei ætate conspicitur». Alii tamen alia de ejus parentibus et patria fabulantur. — Cic. enumerat 3. Nat. D. 23. 57. quattuor Apollines, quorum primus (antiquissimus, ut ibid. dicitur) Vulcani et Minervæ filius (V. infra sub 2. etc.). Arnob. 4. p. 136. et 138., coll. ibid. 3. p. 119. quattuor item Apollines recenset simulque illudens sugillat; quinque vero Ampel. 9. Sed quum poetæ potissimum de Apolline, Latonæ filio, loquantur et quidquid ab aliis gestum est, ad hunc referant; ita huic uni adscribenda sunt, quæ secuntur. Et quidem — 1.º) Epitheta nonnulla ex plurimis vel cognomina, quæ a scriptoribus ei tribuuntur cum propria tum a syncretismo, ut ajunt, orta, speciminis causa exhibentur et quidem desumpta — a) Ab ejus functionibus. Val. Flacc. 5. 17. Apollo arquipotens. et Arnob. 1. p. 20. arquitenens. et Capell. 1. p. 6. sagittarius. Stat. 1. Achill. 165. venator (Cf. Virg. 6. Æn. 704); Capell. loc. cit. vulnificus (Græc. τόξιος, ἑκηβόλος etc.); hinc tamquam bellorum præses habitus (Cf. Virg. 8. Æn. 704. sq., Propert. 4. 6. 39. sqq., al. V. Müller, Dorier 1., Welcker, Götterl. p. 534. sq. et Preller, Gr. Myth. I. p. 209. sq.). — Virg. 3. Æn. 251. Phœbus (a φάος, φαίνω «il lucente»). Varr. 5. L. L. 68. Sol. Fulgent. loc. cit. splendens Actæon, Erythræus, Lampus. Corp. Inscr. Lat. 3. 1133. et 1138. posphorus (Gr. Φοῖβος, Ἥλιος, Λυκηγενής etc. — Virg. 4. Æn. 376. augur. Lucan. 5. 85. vates. Lactant. 1. Inst. 7. fatidicus. Stat. 4. Theb. 289. Pythius. et 10. ibid. 347. falsus et sortilegus. Hinc Enn. trag. 43. fatis fandis dementem in vitam ciet. Plaut. Men. 840. mi ex oraclo imperat. Horat. 1. Od. 7. 28. promisit. Plin. 36. Hist. nat. 4. 4. (10). respondit. Rursum Virg. 6. Æn. 944. animum delusit. Id. 3. Ecl. 104. eris mihi magnus Apollo. h. e. ænigmatis interpres. Stat. 5. Silv. 3. 298. non sine Apolline Sylla (Gr. πρόφιος, θεάριος, χρησμῳδός v. χρηστήριος, Λοξίας. V. Curtius, Grundz. etc. 5. p. 739. et Nägelsbach, Hom. Theol.[2] p. 114). — Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (59). citharœdus. et Augustin. 6. Civ. D. 7. citharista. et Val. Flacc. 6. 693. citharæ pulsator. Horat. A. P. 407. cantor. Arnob. 7. p. 228. musicus. Cf. Phædr. 3. 16., Stat. 6. Theb. 356., Propert. 21. 8. et Calpurn. Ecl. 6. 16. — Stat. 5. Silv. 3. 91. doctus. Id. 3. Theb. 628. noster Apollo. sc. quasi vatis ingenium. Ovid. Rem. 767. dux operis. sc. poematis. Propert. 1. 8. 41. tardus. et 3. 2. 7. dexter. et 4. 1. 73. aversus. Martial. 1. 89. 3. Carmina quod scribis Musis et Apolline nullo (Gr. μουσαγέτης, φορμίζων etc.). — b) A locis, præsertim ubi colebatur. Horat. 1. Ep. 3. 17. Palatinus. Plin. 4. Hist. nat. 13. 27. (92). Capitolinus (V. APOLLONIA). Virg. 11. Æn. 785. custos Soractis. et 4. ibid. 346. Grynæus. et 3. ibid. 98. Hyperboreus. Sulpic. 70. Romanus. — Ovid. 13. Met. 715. Actiacus. et Virg. 8. Æn. 704. Actius. Mela 1. 86. Branchida. et ibid. 88. Clarius. Flor. 1. 24. Cumanus. Paul. ex Fest. p. 52. M. Cynthius, a Cyntho Deli monte. Rursum Horat. 3. Od. 4. 64. Delius et Patareus. Enn. trag. 295. Delphicus. Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (112). Didymæus. Propert. 3. 11. 69. Leucadius. Macrob. loc. cit. Libystinus. Paul. ex Fest. p. 119. M. Lycius (al. a λύκη, lux, ut Macrob. loc. cit.: cf. etiam Schenkl, Lex. h. v. et Talbot op. cit. p. 61). Lactant. 7. Inst. 13. 5. Milesius. Notit. Urb. reg. X. Rhamnusius. Cic. 4. Verr. 53. 119. Temenites. Fest. p. 356. Thymbreus (Cf. Virg. 4. G. 323). Adde Stat. 3. Theb. 638. Lactant. 7. Inst. 7. 9. Sminthius. Liv. 38. 41. Zerynthius. — c) A statuis v. simulacris. Vitruv. 10. 2. colossicus. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (79). diadematus (Leocharis). Sueton. Aug. 57. Sandaliarius. Rursum Plin. 13. Hist. nat. 5. 11. (53). Sosianus (al. Sollanus). Sueton. Aug. 70. Tortor. Plin. 34. Hist. nat. 7. 18. (43). Tuscanicus. Id. ibid. 19. (75). Philesius. — d) Aliunde. Paul. ex Fest. p. 22. Aperta (Gr. ἀκαίρχτης) V. APERTA. Corp. Inscr. Lat. 6. 33. et alib. Augustus (utpote Augusti patronus). Ibid. 5. 741. Belenus (fortasse ab Assyr. Bel. V. BELENUS). Ibid. 3. 3631. conservator. Inscr. numm. Cohen, V. p. 301. propugnator. Virg. 8. Æn. 336. deus. et ibid. 6. 37. pacifer. et 40. sanctus. — Cum epith. Græcis. Horat. 4. Od. 6. 28. Agyieus (ab ἀγυιά, via; hinc Ἀγυιεύς, patronus viarum, columellis secus viam repræsentatus). Plin. 38. Hist. nat. 2. 8. (17). Curius (a fonte: al. Surius a Σοῦρα prope Myra, ut conjicit Meineke ad Steph. Byz.). Id. 34. ibid. 8. 19. (59). Dicæus (δίκαιος). Fulgent. 1. Myth. 12. Philogius (h. e. amans terræ: de solo occidente). Horat. 1. Od. 31. 18. Latous. et Host. 6. Latonius. Vitruv. 4. 1. Panionius. Tertull. Idol. 2. 15. Thyreus. — e) A corporis v. animi dotibus. Virg. 10. Æn. 873. altus. Capell. 1. p. 6. auricomus (Cf. Pind. Ol. 6. 41. 7. χρυσοκόμος. et C. I. G. 2342. χρυσοέθειρος) et Macrob. loc. cit. chrysocomes. Stat. 5. Silv. 3. 183. blandus. Ovid. 1. Am. 15. 25. flavus. Cic. 1. Nat. D. 30. 83. imberbis. - quia nunquam senescit. Virg. 3. Æn. 119. pulcher. Id. 9. ibid. 651. magnus. Calpurn. Ecl. 4. 87. facundus. — Pythius seu Pythicus etiam dictus est, quia donatus a Vulcano sagittis Pythonem occidit ossaque ejus in cortinam conjecit et in templo suo posuit ludosque funebres fecit, qui Pythia vocantur. Ita apud Hygin. fab. 140., coll. Macrob. loc. cit., qui draconis interfecti fabulam annuum Solis cursum flexuoso itinere confectum significare docet. — f) Mythica de eo quædam: — α) Cum Neptuno Trojanis favit adeo ut ab iis dii Penates haberentur, Trojamque muro cinxit, unde Apollinis arx dicta est. Id. fab. 89., Martial. 8. 6., Propert. 3. 9. 39. et Macrob. 3. Sat. 4. 6. — Oppidorum etiam conditor ac dominator habitus; hinc Ἀρχαγέτας, Archagetes, in nummis appellatur. — β) Adamasse pueros dicitur, quos inter fuerunt Hyacinthus, Œbali filius, et Cyparissus. Hygin. fab. 272. et Mythogr. I. fab. 117. et II. fab. 177. ed. Mai: itemque plures adamasse ac vitiasse mulieres; idcirco ironice Arnob. 4. p. 144. «Nunquid Apollo Latonius, immaculatus ille, castissimus atque purus, Arsinoas, Æthusas, Hypsipylas, Marpessas, Zeuxippas et Protheas, Daphnas et Steropas inconsulti pectoris appetisse fervoribus?» (Cf. Hygin. fab. 161), quibus adde Cassandram, Clymenen, Sibyllam Erythræam, Etheam, Coroniden, Cyrenen etc. Mythogr. I. fab. 153. et II. fab. 87. ed. Mai; indeque filios habuisse, ut a Coronide Asclepium seu Æsculapium; a Cyrene Idmonem, Nomium, Aristæum, Autuchum, Agreum; ab Ethea Circen et Pasiphaen. — γ) Fertur peritissimus artis medendi, immo medicinæ ocularis inventor (Hygin. fab. 274); item canendi arte maxime gnarus inventorque citharæ et Musarum pater ac præses poetarum et dux (Id. 2. Poet. Astr. 7., coll. Horat., Ovid., Propert., Sil., Stat., Val. Flacc., al., qui eum passim laudant suumque vocant): item sagittandi arte doctissimus (Hygin. fab. 14); hinc venatores eum colebant (Symmach. 1. ep. 53. et 9. ep. 28) illudque «neque semper arcum Tendit Apollo», sc. ad necem hominibus inferendam iratus sed etc., quasi proverbialiter dictum Horat. 2. Od. 10.: item divinandi scientissimus (Hygin. fab. 14., coll. Macrob. loc. cit., Virg. 4. Æn. 376. et Horat. 1. Od. 2. 32). — Hinc filii Apollinis dicti sunt etiam universim poetæ (Phædr. 3. prol. 57) et medicam artem profitentes aliique (Vitruv. 4. 1). — g) Loca, ab eo denominata, sunt — α) Apollinis area. V. Lex. — β) Apollinis v. Apollonos Hydreum v. Hydreuma (aquatio), mansio in Ægypto. Plin. 6. Hist. nat. 28. 26. (102). et C. I. L. 3. 6627. 2-11. — γ) Apollinis oppidum, apud Megabarros contra Meroen. Id. ibid. 30. 35. (189). — δ) Apollinis Phœstii portus in Locris Ozolis, il porto d'Ianachi. Id. 4. ibid. 3. 4. (7). et Capell. 6. p. 210. — ε) Apollinis promontorium in Africa adversum Sardiniæ, hodie Zibib (quod olim promontorium pulcrum apud Liv. 30. 24). Plin. 5. Hist. nat. 4. 3. (28). et Itin. Ant. p. 515. — Aliud in Mauretania apud Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49)., coll. Ptol. 4. 5. — ζ) Apollinis vicus in Thebaide, hodie fortasse Kus v. Quous. Itin. Ant. p. 165. — η) Apollinis (Apollonos) urbs, in Ægypto, dicta olim Magna (Ἀπόλλωνος πόλις μεγάλη Ptol. 4. 5.) et Superior in Itin. Ant. p. 160. et Notit. Dign. or. 28., vulgo Apollinopolis v. Apollonopolis: hinc Apollinopolites v. Apollonopolites in nummo apud Eckhel, 4. p. 102., coll. Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49). — Et Contra Apollonos, in altera Nili ripa mansio. Itin. Ant. p. 165. — Ephem. epigr. 7. 458. Cohors hibernatur Contrapollonopoli majore Thebaidis. — θ) Item Apollonos minoris urbs in Thebaide inter Lycum et Lycopolin. Itin. Ant. p. 158. — ι) Apollinis v. Apollonos urbs altera, ita dicta ab Ovid. 1. Trist. 10. 35. pro Apollonia Thraciæ. V. ANCHIALOS et APOLLONIA. — κ) Apollo, oppidulum sive mansio in Sicilia, hodie Spaccaforno v. Castello di Passaro, in Itin. Ant. p. 96. — h) Apollinis cognitio et cultus multiplex variusque fuit et longe lateque diffusus, præsertim in Græcia et Asia, Romæ vero inde a Tarquinii temporibus. Cf. Liv. 1. 56. et 5. 15., Virg. 6. Æn. 36., Serv. ad eund. ibid., Ovid. 14. Met. 138 (V. Klausen, Aeneas p. 205. sqq. et Pauly, Realenc. 6. 1150): hinc templa et oracula, Mileti, Lesbi, Antiochiæ, Romæ, Cajetæ, Formiis, Gabiis, Velitris etc. (Macrob. 1. Sat. 17., Liv. 3. 63., 34. 43., 41. 21., Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (35). et 36. ibid. 4. 4. (9)., Monum. Ancyr. 4. 22. sqq. etc.). Celebriora fuere Romæ ædes Palatina (Plin. loc. cit.), templum et oraculum Delphorum, Clari, Thebarum, Larisæ, Thespiis, Selinuntis, Thymbræ, Pataræ etc. — i) Sacra erant Apollini — α) Ex animalibus cygnus (Cic. 1. Tusc. 30. 72) et corvus (Capell. 9. p. 808), ob colorem, symb. diei et noctis; cervus, symb. longævitatis (Keil in Annal. Inst. arch. a. 1844. p. 175. sqq. et Eckhel, 2. p. 580); lacerta, ob remedia (V. Martial. 14. epigr. 172); serpens, gryphus et mus (V. Lexic.) aliaque hujusmodi (V. Wernicke PW. 2. 109. sqq.). — β) Ex montibus Parnassus. — γ) Ex fontibus Castalius. — δ) Ex nemoribus Grynæum et Ortygium etc. V. singula suis locis. — l) Repræsentabatur universim intonsus seu crinitus (Enn. loc. cit., Cic. 4. Tusc. 34. 73., al.), imberbis (Cic. loc. cit. et Val. Max. 1. 1. ext. 3), aliquando barbatus (Macrob. 1. Sat. 17. 66); cum laurea v. quercu corona (V. Eckhel, 1. p. 208), cum lyra seu cithara (Tac. 14. Ann. 14. et Macrob. 1. Sat. 19. 15), cum pharetra aut sagittis et arcu (Macrob. ibid. 17. 12-13, coll. Horat. 1. Od. 12. 23) cum clavi et virga (Id. ibid. 9. 7). — m) De tabulis vero et signis plurima habet Plin., præsertim in ll. 34. et 35. Hist. nat., ubi Apollinem memorat Σαυρόκτονον Praxitelis, Μουσαγέτην Scopæ aliorumque artificum, ut Telephanis, Pythagoræ, Myronis, Nicomachi etc. — Monumenta ad Apollinem spectantia pæne innumera illustrarunt Visconti, Borghesi, Overbeck, Müller-Wieseler, Robert, Sogliano, Matz-Duhn, al. — Plura de eo apud Macrob. et Mythogr. locc. citt., Preller, Roscher, al. passim hic laudatos. — 2.º) Improprie. — a) Est sidus, quod Gemini appellatur. Varr. 2. R. R. 1. 7. — b) Item stella, quæ ab aliis Stilbon, ab aliis vero Mercurius dicitur, teste Apul. de Mund. 2., coll. Achill. in Arat. 17., Ps. Arist. περὶ κόσμου p. 392. 27. — c) Item pro Christo nimis licenter adhibuit Licent. in carm. ad Augustin. 32. «Tibi noster Apollo Corde replet etc.». Huic tamen quadantenus indulgens indulcit Aligherio nostro, qui eum Jovem appellat (Purg. VI. 118), aliisque recentiorum temporum poetis mythologia in re christiana non sine offensione abutentibus. — 3.º) Translate — a) Est navis ita vocata in Inscr. in Bollett. arch. Napol. a. 1857. p. 19. et in aliis apud Garrucci, Class. præt. Misen.

Mon. p. 57. et 58., coll. *Momms. n.* 2832. — *b)* Item templum. *Virg.* 3. *Æn.* 275. formidatus nautis aperitur Apollo. *h. e.* Apollinis Actiaci templum. Cf. *Strab.* 7. *p.* 500. et *Wagner* ad *Sueton. Aug.* 93. *Juvenal.* 1. 128. forum (*Augustum*) jurisque peritus Apollo. *h. e.* templum Apollinis Palatini (ubi bibliotheca erat, teste *Sueton. Aug.* 29.; unde *Palatinus Apollo* apud *Horat.* 1. *Ep.* 3. 17. et « munus Apolline dignum » 2. *ibid.* 1. 216.; in templis enim apud veteres bibliothecæ collocabantur); aliis tamen Apollinis statua. ¶ 2. Item Vulcani et Minervæ filius, Athenarum custos. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 55. ¶ 3. Item Corybantis filius, natus in Creta. *Id. ibid.* 23. 57. ¶ 4. Item Sileni filius in Arcadia, quem Arcades *Nomion* appellant, quod ab eo leges, Græce νόμοι, acceperint. *Id. ibid.* ¶ 5. Item Ammonis filius in Libya natus. *Ampel.* 9.

II.) Apollo in titulis nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12142.; 5. 6786.; - 6. 24617.

ĂPOLLOCRĂTĒS, is, m. 3. (Ἀπολλοκράτης) filius Dionysii junioris, Siciliæ tyranni. *Nep. Dion.* 5., coll. *Strab.* 6. 259.

ĂPOLLŎDŌRĒUS, a, um, adject. (Ἀπολλοδώρειος) ad Apollodorum aliquem pertinens. *Senec.* 2. *Contr.* 5. 13. Moschus Apollodoreus. — Absolute *Apollodoreus*, qui ab Apollodori partibus stat. *Quintil.* 2. 11. 2. et 3. 1. 18. et *Senec.* 1. *Contr.* 2. 14. *V.* APOLLODORUS 3.

ĂPOLLŎDŌRIUS, ii, m. 2. (Ἀπολλοδώριος) quidam inter familiares *Symmachi*, qui *epist.* 14. et 51. *l.* 9. ad eum scripsit. — Probabilius tamen ibi legend. *Apollodorus*. Cf. *Cassiodorius* et *Cassiodorus*.

ĂPOLLŎDŌRUS, i, m. 2. (Ἀπολλόδωρος, *Apollinis donum*) ¶ 1. In titulis nom. serv. et cogn. libert. haud frequens, Romæ imprimis inde a med. sæc. I. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 2611. et 6. 9314. ¶ 2. Apud scriptores ex clarioribus præcipui — 1.°) Apollodorus, Atheniensis, grammaticus insignis, Asclepiadæ filius, Aristarchi grammatici, Panætii Rhodii et Diogenis Babylonii, philosophorum Stoicorum, discipulus, de quo *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 37. (23)., *Varr.* 5. *L. L.* 105. et 6. *ibid.* 2., *Gell.* 17. 4., *Cic.* 12. *Att.* 23., *al.* — Plura opera scripsit, ut *de diis* (περὶ θεῶν) libr. XXIV. etc.; etiam poetica, ut *chronica* (χρονικά), ab Ilio eversa usque ad sua tempora et alia iambicis versibus exarata; falso tamen ei tribuitur *Bibliotheca*, mythologiæ compendium, cujus tres libri ad nos pervenerunt una cum fragmentis nuper depromptis ex MSS. Vaticano et Hierosolymitano. Hanc *Westermann* edidit (1843), *Bekker* (1854) et *Hegne* (1879). — Ejus operum fragmenta collegit *C. Müller* in *Fragm. Hist. Gr. T.* 1. *p.* 428.-469., præter *Bibliothecam ibid. p.* 104. — 2.°) Apollodorus Carystius, an. a. Chr. 300-260, comicus præstantissimus inter auctores novæ comœdiæ, quem Terentius in sua *Hecyra* et *Phormione* est imitatus, teste *Donat.* ad *Ter. Hec.* et *Phorm.*, quinquies victor. *Gell.* 2. 25. — Scripsit XVIII. comœdias, quas inter Ἐπιδικαζόμενος et Ἑκυρά: harum fragm. collegit *Bothe* in *Fragm. Com. p.* 658-662. — 3.°) Apollodorus, rhetor Pergamenus, quo magistro usus est Augustus, teste *Sueton. Aug.* 89. Sic *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. U. C. 691.: « Apollodorus præceptor Calidii et Augusti, clarus habetur ». — Docuit Romæ et Apolloniæ, teste *Sueton. ibid.* et *Quintil.* 3. 1. 17., et libros composuit τέχνης, quos *aridissimos* vocat *Auct. Dial. de corr. eloq.* 19., latine redditos a Valgio Rufo copiosius ornatiusque, cujus interpretationem adhibuit *Quintil. ibid.*; denique item Massiliæ exsul docuit, ubi octogesimo secundo ætatis an. decessit. — Ejus asseclæ dicti sunt *Apollodorei*, ut *Theodori Gadarei* rhetoris *Theodorei*, quorum sententias unius ab altero diversas memorant *Quintil.* 3. 8. 34., *Senec.* 2. *Contr.* 9., *Augustin. Princ. Rhet. p.* 293-295. Cf. *Lucian.* in *Macrob. v.* 8. *p.* 128. *Bip.* et *Strab.* 13. 4. — 4.°) Apollodorus, pictor Atheniensis, de quo *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (60).: « In luminibus artis primus refulsit Apollodorus Atheniensis XCIII. Olymp. Hic primus species exprimere instituit primusque gloriam penicillo jure contulit - Ab hoc artis fores apertas Zeuxis Heracleotes intravit etc. — 5.°) Item statuarius, Olymp. CXIV., de quo idem *Plin.* 34. *ibid.* 8. 19. (81).: « Silanion Apollodorum fudit, fictorem et ipsum sed inter cunctos diligentissimum artis et iniquom sui judicem, crebro perfecta signa frangentem - ideoque insanum cognominatum ». — 6.°) Item architectus Damascenus, qui Trajano imp. forum, odeum et gymnasium Romæ exstruxit, ab Hadriano postea propter verba liberiora morti damnatus. *Spartian. Hadr.* 19., coll. *Dion.* 69. 4.

ĂPOLLON, ōnos vel inis, m. 3. *V.* APOLLO.

ĂPOLLŌNIA, æ, f. 1. (Ἀπολλωνία: demin. ab *Apollo*) Scribitur etiam unico *l*, in *epigr.* 1869. in *Anthol. Lat. Meyeri*. Cf. APOLLO. — Item *Apolonis*, Græca positione, in tit. chr. apud *De Rossi T.* 1. *p.* 528. — Perperam *Appollonia* duplici *p.* in *Tab. Peuting.* 10., ubi et *Apollonias* dicta Apollonia Palæstinæ, oppidum prope Joppen (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 13. 14. [69]. et *Capell.* 6. *p.* 219).

Apollonia ¶ 1. In titulis nom. serv. et cogn. *Inscr.* apud *Murat.* 1128. 5. et *Orelli n.* 538. ¶ 2. Apud geographos et historicos nomen variorum oppidorum Illyriæ, Cariæ, Cretæ, Macedoniæ, Mysiæ, Palæstinæ, Phrygiæ, Thraciæ, Siciliæ etc., ex quibus præcipuæ — 1.°) Apollonia Epiri, hodie *Polina* v. *Pollina* aut *Pollini*, oppidum magnum et grave, ut *Cic.* 11. *Phil.* 11. 26. tradit (πρώτη πόλις Ἰλλυρίας *Steph.* et εὐνομωτάτη *Strab.*), clarum, opulentum ac princeps regionis, teste *eod.* 13. *Fam.* 29. — Condita fuit a Corinthiis et Corcyræis (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. [145]). floruitque studiis ac liberalibus artibus, ut recentiores quidam colligunt ex *Vellej.* 2. 59 (V. *Smith, G. A. l.* 4. *s.* 32). — In finibus ejus celebre est Nymphæum, de quo *Plin. loc. cit.* et 2. *ibid.* 106. 110. (238). et *alib.* et *Ampel.* 8., coll. *Liv.* 42. 36. — De ejus nummis v. *Eckhel*, 2. *p.* 153. *sqq.*, deque ceteris, quæ ad historiam pertinent, *Liv.* 24., 40. et alib., *Cæs.* 3. *B. C.* 5., 11., 12., 75. et 79., coll. *Liv. epit.* 24. et *Dion.* 41. 49. — 2.°) Apollonia Cretæ, quam inter insignia oppida memorat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59)., patria Diogenis, Apolloniatæ inde appellati. *Cic.* 1. *Nat. D.* 12. 29. — 3.°) Apollonia Thraciæ, ad Pontum Euxinum, cum duplici portu, serius Sozopolis dicta, hodie *Sizeboli*, colonia Milesiorum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (78)., *Ammian.* 22. 8. 43. et *Mela* 2. 2. 5. — Eam *Apollinis urbem* vocat *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 35., fortasse quia templum possidebat cum statua Apollinis colossea, quam M. Lucullus victor Romam transtulit et in Capitolio posuit, unde et *Capitolinus Apollo* est appellatus. *Plin. locc. citt.* et *Solin.* 19. 1., coll. *Eutrop.* 6. 10. — De ejus nummis v. *Eckhel*, 2. *p.* 24. *sq.* — 4.°) Apollonia est etiam insula in Ponto, *Thynias* dicta. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 12. 13. (32).

ĂPOLLŌNIĂCI, ōrum, m. plur. 2. hæretici, dicti ab *Apollo*, Judæo Alex. *Ambrosiast.* 1. *Cor. prol.* Pauliani et Petriani et Apolloniaci dici volebant, non Christiani.

ĂPOLLŌNIAS, ătis, comm. gen. adject. ad Apolloniam Epiri pertinens *Liv.* 42. 36. — Hinc absolute

Apolloniates, *um*, v. *ium*, m. plur. 3. incolæ illius oppidi. *Cæs.* 3. *B. C.* 12. Obsides ab Apolloniatibus exigere cœpit. *Liv.* 26. 25. Apolloniatium fines. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (100). Apolloniatum oppidum.

ĂPOLLŌNIĀTÆ, ārum. *V.* voc. seq.

ĂPOLLŌNIĀTĒS, is, vel æ, comm. gen. adject. (Ἀπολλωνιάτης) ad Apolloniam Cretæ pertinens. *Cic.* 1. *Nat. D.* 12. 29. Diogenes Apolloniates. Adde *Senec.* 4. *Quæst. Nat.* 3. 27. — Hinc absolute

Apolloniatæ, *ārum*, m. plur. 1. (Ἀπολλωνιᾶται) incolæ — 1.°) Apolloniæ Epiri. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 106. 110. (238). Nymphæi crater dira Apolloniatis suis portendit. Adde *Cic. Pis.* 35. 86. et *Val. Max.* 1. 5. *ext.* 2. — 2.°) Item Apolloniæ in Caria. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (109). — 3.°) Item Apolloniæ in Thracia. *Id.* 4. *ibid.* 13. 27. (92).

ĂPOLLŌNIĀTES, um. *V.* APOLLONIAS.

ĂPOLLŌNIĀTĬCUS, a, um, adject. ad Apolloniam Epiri pertinens. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 51. (179). Apolloniaticum bitumen. Cf. *Vitruv.* 8. 3.

ĂPOLLŌNĪDEA, æ, f. 1. (Ἀπολλωνίς *Strab.*) — *Apollonis* dicitur *Cic. Flacc.* 21. 51.

Apollonidea, oppidum Lydiæ inter Pergamum et Sardes, ita nominatum ab *Apollonide* Cyzicena, uxore Attali I., regis Pergami. *Hieronym.* in *Chron.*, ubi perperam leg. *Apollonia Dia.* et *Inscr.* insignis Puteolana a. p. Chr. 30. (quam illustravit *Laur. Gronov. Antiq. T.* 7. *p.* 433) apud *Momms. n.* 2486. (*Corp. I. L.* 10. 1624); unde et in nummis apud *Eckhel*, 3. *p.* 92. leg. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΕΩΝ. V. *Visconti, Icon. Gr. T.* 2. *p.* 267.

ĂPOLLŌNIDENSES et Apollonidienses, ium, m. plur. 3. incolæ Apollonideæ, oppidi Lydii. *Cic.* 1. *Q. fr.* 2. 3. Apollonidenses, amatissimi populi R. fidelissimique socii - frugalissimi, sanctissimi - aratores, rusticani etc. Adde *Tac.* 2. *Ann.* 47.

ĂPOLLŌNIDĒS, is (æ), m. 3. (Ἀπολλωνίδης) patronym. ab *Apollo* (Cf. APOLLINIDES).

Apollonides ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 1233. 2. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Fuit scalptor clarus, teste *Plin.* 37. *Hist. nat.* 1. 4. (8). Post eum (*Pyrgotelem*) Apollonides et Cronius in gloria fuere. *Alii leg.* Apolliuides — 2.°) Item geographus apud *eund.* in *Ind. l.* 7. et 7. *Hist. nat.* 2. 2. (17)., coll. *Solin.* 1. 101. — Ejus *Periplus* apud veteres citatur, cujus fragmenta collegit *C. Müller* in *Hist. Gr. Fragm. T.* 4. *p.* 309. *sq.* — 3.°) Item grammaticus Nicenus, cujus fragmenta apud *eund. ibid. p.* 310. Memorat *Priscian. De fig. num. p.* 1346. *B.* — 4.°) Alios videsis apud *Liv.* 24. 28., *Curt.* 4. 5. 15. *sqq.*, *Fronton.* 1. *ad Amic.* 4. etc.

ĂPOLLŌNĬDIENSES. *V.* APOLLONIDENSES.

ĂPOLLŌNIENSIS, e, adject. ad Apolloniam, Siciliæ oppidum, pertinens. *Cic.* 4. *Verr.* 43. 103. Apolloniensis civitas. *Id.* 5. *ibid.* 23. 86. navis. — Hinc absolute

Apollonienses, *ium*, m. plur. 3. incolæ Apolloniæ Thraciæ, ut videtur, apud *Justin.* 9. 2. et *Oros.* 3. *Hist.* 13.

ĂPOLLŌNIS, idis, f. 3. (Ἀπολλωνίς) oppidum Lydiæ, de quo *V.* APOLLONIDEA.

ĂPOLLŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. incolæ insulæ in Ponto prope Apolloniam. *Solin.* 19. Insula Apollonitarum octoginta millibus passuum a Bosporo Thraciæ (*V.* APOLLONIA). Alii tamen leg., sed dubitanter, *Apollinitæ*.

ĂPOLLŌNĬUM, ii. *V.* voc. seq.

ĂPOLLŌNIUS, a, um, adject. ad Apolloniam, Epiri oppidum, pertinens, ut *Apollonium bitumen* apud *Veget.* 6. *Mulom.* 14. — Hinc absolute

Apollonium, *ii*, n. 2. Ægypti inferioris oppidum. *Anon. Rav. p.* 130.

ĂPOLLŌNĬUS, ii, m. 2. (Ἀπολλώνιος, ab Ἀπόλλων, quasi *Apollineus*) *Apollonios*, Græca positione, apud *Apul.* 9. *Met.* 2. — *Apolonius* (Ἀπολώνιος), unico *l*, in titulis Rom., ut videtur, nusquam; occurrit præcipue in instrumentis. *Corp. Inscr. Lat.* 15. 1321. et 4991. etc. — *Apullonius*, *Apulonius* et *Apolnius* scribitur *ibid.* 6. 14496.; 8. 4357. et 6. 21772. — Ad quantitatem quod attinet, antepænultimam corripuit *Venant.* 6. *carm.* 8. 6. Quam sit Apollonius (*al.* Apollonis) naufragus hospes aquis.

Apollonius ¶ 1. In titulis nom. serv. et cogn. libert., in primis Romæ, in Latio, in Samnio, rarissimum in Gallia Lugdunensi. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 4087.; 6. 10395. etc. — Videtur in gentilicium Rom. transiisse, sed raro. *Ibid.* 6. 1048 (a. 210). 1. 61., 65. etc. ¶ 2. Apud scriptores præcipui sunt — 1.°) Apollonius, Mnesthei filius, præfectus Syriæ et Samariæ, Judæorum carnifex crudelissimus, sub Antiocho Ep., a Juda Mach. tandem victus occisusque, qui ejus gladium pugnando semper adhibuit. *Vulg.* 1. *Mach.* 3. 10. *sqq.* et 2. *ibid.* 4. 5., coll. *Jos. Antt.* 12. 5. 5. et *ibid.* 7. 1. — Alium adde ducem exercitus Nicanoris, a Jonatha Mach. victum. *Ibid.* 3. 5. — 2.°) Apollonius (Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος), Silei (v. Illei) filius, patria Alexandrinus, sed *Rhodius* ex civitate ei conlata a Rhodiis, apud quos rhetoricam cum laude professus est, Callimachi discipulus, grammaticus, rhetor et poeta (n. 280. v. 260. a. Chr.). Memorant *Priscian. gramm. VII. p.* 289. et *Pomp. gramm. p.* 159. *K.*, *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 426. et *alib.*, *Gell.* 9. 9. 3. et *Fronto De orat. ep.* 1., coll. *Strab.* 14. 2. 13. et *Ælian. Anim.* 15. 23. — Scripsit *Argo-*

nautica (Ἀργοναυτικά), poema mythicum in quattuor libros (V. *Quintil.* 10. 1. 54., coll. *Ps.-Longin. De subl.* 33. 4), ex quorum quarto Virgilius librum Æneidos suæ quartum totum pæne formasse ait *Macrob.* 5. *Sat.* 17. 4.; et alia plura sive soluta sive ligata oratione, quorum fragmenta collegit *Müller, Hist. Gr. fragm. T.* 4. *p.* 313. *sq.* — De eo cf. *Weichert, Ueber d. Leben u. Gedicht d. Apoll. v. Rhod.* Paris 1872.; *Cavazza, Apoll. Rod. e il suo poema*, Palerm. 1882.; *Rzach, Gramm. Stud. zu Apoll. Rod.* Wien 1878. et *Moltzer, De Ap. Rh. et Val. Fl.* Argent. 1891. — 3.°) Apollonius Tyanæus, Cappadox, philosophus Pythagoreus, doctrina et prodigiis magicis famosus, discipulus Euthydemi, rhetoris Tarsensis. Memorant *Ammian.* 21. 14. 5., *Lactant.* 5. 3. 7., *Sidon. ep.* 8. et *Augustin. ep.* 138. et 156. *Apul. Apol.* 2. eum adscribit diis « celebratis inter magos ». et *Vopisc. Aur.* 24. vocat « celeberrimæ famæ auctoritatisque sapientem, veterem philosophum, amicum verum deorum ». — Alexander Severus imp. in suo larario etiam Apollonium inter « optimos electos et animas sanctiores » colebat. *Lamprid. Alex.* 29. — Babylonem studiorum causa atque hinc Indiam petiit, dein Græciam, unde in Ægyptum aliasque regiones concessit ac tandem, Romam quum advenisset, ibi, ut magus, in vincula conjectus est, sub Domitiano, sed, dicta apologia, liberatus; demum, Nerva imp., obiit Ephesi (*al.* Rhodi v. in Creta insula) an. Chr. 97. ac tamquam deus imaginibus, statuis ac templis cultus est (*Philostr.* in *Vita*). — Recentiores critici putant hunc virum esse veterum scriptorum figmentum (Cf. *Pauly, R. E. t.* 6), vel sub ejus nomine latere Simonem magum, ut ex *Philosophumenis* præsertim colligendum videtur, ubi luculentior apparet utriusque similitudo (*Huet*, in *Dem. Ev.* 9. 47). — Ejus vitam, post *Maximum Ægiensem* aliosque, exaravit *Fl. Philostratus* (an. Chr. 200. circ.) græce, libris octo comprehensam, ubi ejusdem scripta recensentur; ad hunc vero finem ut impostorem illum Christo opponeret, impostor ipse: quod et *Hierocles* fecit (contra quem scripsit *Euseb.*) et recentius *Castillon, Baur, Chassang, al.*, quos impugnarunt *Mosham, Observ. Sac.*; *Witsius, Melet.*; *al.* — Nummum Apollonii illustravit *Visconti* in *Iconogr. Gr. T.* 1. *p.* 198. *sqq.* — De eo scripserunt etiam *Newmann* (1849), *Reville* (1865), *Petterschen* (1879), *Tredwell* (1886) aliique plures. — 4.°) Apollonius, Alabandensis, rhetor, Menoclis discipulus, cognomento Μαλακός, famæ satis amplæ, de quo *Cic.* 1. *Orat.* 28. 75. et *alib.*, *Quintil.* 6. 1. 27., *al.* — 5.°) Apollonius, item Alabandensis, rhetor et Menoclis discipulus, *Molo seu Molon* dictus (*Quintil.* 3. 1. 16) et etiam *Rhodius* a loco, ubi docuit, et disciplina ejus *Rhodia* (*Cic. Brut.* 70. 245. et 89. 307); qui auditores habuit Ciceronem cum Romæ tum Rhodi et C. Julium Cæsarem (*Sueton. Cæs.* 4. et *Schol. Bob.* pro *Planc. p.* 270. *Or.*, coll. *Strab.* 14. 2. 13. et *Plutarch. Cæs.* 3). — 6.°) Apollonius, Myndius, mathematicus peritissimus. *Senec.* 7. *Quæst. Nat.* 3. et 17. — 7.°) Apollonius, Pergamenus, medicus, memoratus *Plin.* in *Ind. ll.* 8., 10., 14. inter operis fontes; item *Varr.* 1. *R. R.* 8. et *Colum.* 1. 1. inter rei rusticæ scriptores. Cf. *Fabric.* in *Elench. Medic.* sub *v.* — 8.°) Apollonius sculptor, auctor fortasse nunc dicti *tauri Farnesiani*, apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (34).; cui nonnulli tribuunt etiam fragmentum Herculis notissimum in Mus. Vatic. Romæ servatum cum epigrammate: ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΝΕΣΤΟΡΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ etc. — 9.°) Apollonius, episcopus, ut videtur, Ephesinus, a. 200-210. Memoratur *Hieronym. vir. ill.* 40. « Apollonius, vir disertissimus, scripsit adversus Montanum, Priscillam et Maximillam, insigne et longum volumen, in quo asserit Montanum et insanum vatem ejus periisse suspendio ». — De ejus fragmentis, servatis ab *Euseb.*, vid. *Routh, Rel. sacr. I.* 463-485. — 10.°) Apollonius, senator et martyr, Commodo imp., a. 180-192., de quo *Hieronym. ibid.*, coll. *Eus.* 5. *H. E.* 21. 5. — Ejus insignis Apologia et acta reperta sunt a *Conybeare*, qui Anglicam eorum translationem edidit Lond. a. 1894. « *The Apology* etc. Bollandiani vero textum Græcum ex cod. sæc. XI. v. XII. protulerunt (*Anal. Boll. I. XIV.* 1895. *p.* 284-295). — De his cf. *Barden, The Cath. Univ. Bull.* 1896. *p.* 486. *sqq.*

ĂPOLLŌNŌPŎLĪTĒS, æ, m. 1. (Ἀπολλωνοπολίτης) nomus Ægypti, ab urbe principe seu capite *Apollonopoli* sive *Apollinis* dictus, quae et *Magna*, magnificentissimis templis decorata a Ptolemæis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49)., ubi vulgo *Apollopolites*. Adde etiam nummum apud *Eckhel*, 4. *p.* 102.

ĂPOLLŌPHĂNĒS, is, m. 3. (Ἀπολλοφάνης, *Apollo apparens*) nom. et cogn. haud frequens. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9846. etc. — Fuit etiam Apollophanes poeta epicus, apud *Fulg.* 1. *Myth.* 2., distinguendus a comico, cujus fragm. collegit *Meineke, Com. Gr. rell.* 1. *p.* 266.

ĂPOLLY̆ON, ontis, m. 3. (Ἀπολλύων, ab ἀπόλλυμι, *perdo*) *Apŏlyon*, unica *l*, metri gratia, scripsit *Commodian. Apol.* 804. — *Apolleon* apud *Priscill. tract.* 1. *p.* 18.

Apollyon est generatim qui perdit; speciatim vero rex inferorum. *Vulg. Apoc.* 9. 11. Regem angelum abyssi, cui nomen hebraice Abaddon, græce autem Apollyon, latine habens nomen Exterminans.

ĂPŌLŪTUS, i, m. 2. (pro *Apolytus*, Ἀπόλυτος, *solutus, liberatus*) cogn. Gr. in *Inscr.* apud *Murat.* 961. 5. Ita cl. *Furlanetto*.

ĂPŌNENSIS, e, adject. ad Aponum fontem pertinens, ut *Aponenses aquæ* apud *Cassiod.* 2. *Var.* 39.

ĂPŌNIĀNA, æ, f. 1. insula ex Ægatibus. *Auct. B. Afr.* 2. V. *Hülsen* in *PW.* 2. 172.

ĂPŌNIĀNUS, i, m. 2. cogn. Rom. ab *Aponius* apud *Tac.* 3. *Hist.* 10. et 11. Dillius Aponianus. Adde *Corp. Inscr. Lat.* 6. 3398.

ĂPŌNĪNUS, a, um, adject. ad Aponum pertinens, ut *Aponinæ sortes* apud *Vopisc. Firm. Saturn.* 3., hoc est quæ in Aponi fontem mittebantur, ut est apud *Sueton. Tib.* 14. Ita leg. *Casaub.*, *Grut.* et *Salm.*, qui corrigend. putant loc. *Trebell. Claud.* 10. Sed *Peter* cum plerisque omnibus ibi leg. *Appenninus*, rectius pro *Apenninus* v. *Apeninus*, ut olim scribebatur (*V.* APENNINUS); hinc facile orta lectio *Aponinus*.

ĂPŌNĪUS, ii, m. 2. Scribitur etiam *Apponius* duplici *p*, sed rarius. — Originem nominis ducit ab *Apono* fonte cl. *Furlanetto, Lap. Patav. p.* 116. et 207. cum antepænultima brevi; sed cognatum videtur esse nomen cum *Apius* v. *Appius*. Græce est Ἀπώνιος (*Dio* 43. 69). Cf. etiam Etrusc. *apu*, *apunt*, et Pælign. *apunies* (*Zvet. inf.* 24).

Aponius ¶ 1. In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8224., 12. 4502. etc. — *Aponia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 12170.; 9. 4646. et *Apponia*, 5. 1078. etc. ¶ 2. Apud scriptores varii, ut apud *Cic. Mil.* 27. 75. (ubi alii leg. *Apinius*, alii *Apronius*) et *Sueton. Cal.* 38.; præcipue *Aponius Saturninus*, consul sub Nerone, dein Mœsiæ præses sub Othone, victis Rhoxolanis, triumphali statua honoratus. *Tac.* 1. *Hist.* 79., coll. 5. *ibid.* 26. — Fuit etiam frater Arvalis, ut constat ex *Marini Arv. Tab.* 14., 15. et 17.

ĂPŌNUS, a, um, adject. ad Aponum fontem pertinens. *Martial.* 1. 61. 3. censetur Apona Livio suo tellus. *h. e.* Patavina.

ĂPŌNUS, i, m. 2. (Ἄπονος, ab α priv. et πόνος, *labor, ægritudo*, i. e. sine labore, quasi ægritudines sedans v. auferens: cf. *Cassiod. loc. cit.*). Scribitur *Apponus* duplici *p* in quibusd. codd. *Martial. loc. cit.*, sed minus recte. Cf. tamen *Mar. Vict. loc. cit.* — Acc. *Aponon*, Græca positione, apud *Claudian. carm. min.* 26. 90. — Primam licenter produxit *Mar. Vict. carm.* 3. 786. « calidis quos Aponus undis Exhalat ».

Aponus ¶ 1. Apud scriptores fons celeberrimus, aquis calidis manans et saluberrimis, in agro Patavino sub Euganeis collibus, haud procul ab urbe Patavio, olim quoque summo in pretio habitus; cujus non solum aquæ sed et cœnum ipsum morbosis membris utilissime imponitur. De eo *Cassiod.* 2. *Var.* 39. Sine tormento cura (*confertur*), sine horrore remedia - balnea contra diversos dolores corporis attributa, quæ ideo Aponum Græca lingua beneficialis nominavit antiquitas, ut causam tanti remedii æger cognosceret, quum de tali nomine dubium nil haberet. Meminit etiam *Sil. It.* 12. 218. Apono gaudens populus. *Lucan.* 7. 192. Aponus terris ubi fumifer exit. — Singulari et eleganti carmine describitur a *Claudian. Edyll.* 6. Adde *Auson. de Clar. Urb.* 14. 33., *Ennod.* 5. *ep.* 8. et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (227). et 31. *ibid.* 6. 32. (61)., quibus locis *Aquæ Patavinæ* v. *Patavinorum* indicantur, proprio nomine prætermisso. — Fuit religione ethnicorum superstitiosorum cultus: hinc vota ab ægrotis nuncupata Apono fonti receptaque valetudine soluta, ut ostendunt *Veteres Lapides* non uni, circa ea loca abhinc paucis annis (una cum magnificis veterum monumentorum reliquiis, quæ nunc in museis Venet., Veron., Patav. aliisque adservantur) eruti, apud cl. *Furlanetto, Lap. Patav. p.* 42-48. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 1880. — Porro quemadmodum fuit Romanorum jaciendi sortes in fontes, quos sacros esse existimabant; ita in hoc quoque factitatum est, ex quo Tiberium Rom. imperii mox obtinendi sortem traxisse, jactis aureis talis, narrat *Sueton.* in *Tib.* 14. Huc etiam spectat *Lucan. loc. cit.* — Accedit quod prope fontem erat Geryonis templum, in quo oracula petebantur, quod funditus deletum est; neque ulla exstant vestigia muri, quo Theodericus, Ostrogothorum rex, Aponum circumdari jusserat: aut magnificarum ædium cum balneis, quas exstruendas curaverat, demandata ejus rei provincia cuidam Aloioso (*al.* Aloisio), architecto Patavino, ut videre est apud *Cassiod. loc. cit.* - De templo Apollinis v. Antenoris et de sortibus vd. *Hülsen, PW.* 2. 173. — Mira quadam disciplina continentiæ, ut idem *Cassiod. ibid.* refert, in *Aquas Aponenses* non descendebant promiscue cum viris puellæ lavaturæ, ut Romæ fieri solebat, sive metu caloris, sive potius ob insignem Patavinarum pudicitiam. Hinc *Martial.* 6. 42. Nec fontes Aponi rudes (*al.* intacti) puellis. Cf. *ep.* 17. *l.* 11. et *Plin. jun. ep.* 14. *l.* 1. — Olim Aponensis aqua « deducebatur per aquæductus in urbem Patavium et balneum constituebat publicum atque adhuc supersunt monumenta et vestigia aquæductuum ubique Aponi, sive etiam in via, quæ illuc ducit. Præterea Patavii ante januam templi, Sancto Spiritui dicati, sunt cuniculi quidam marmorei in medio excavati et creta cœnoque repleti; qui superioribus annis inventi sunt ante portam Livianam (*Pontecorvo*); nam ibi erat piscina aquarum thermalium, quæ Apono illuc usque deducebantur ». Ita *C. Falopp. de Thermalib. Aquis c.* 2. — Fuit patria illustrium virorum, ut Cornelii Auguris (*Gell.* 15. 18), Arruntii Stellæ, Valerii Flacci et etiam Livii, si credimus *Martiali ep.* 61. *l.* 1. « Censetur Apona Livio suo tellus Stellaque nec Flacco minus »; ubi tamen probabilius *Apona* pro *Patavina* sumendum est. V. suo quemque loco. — De Apono cf. etiam *Hülsen*, *PW.* 2. 173.

ĂPŌPHIS, is, m. 3. (Ἄπωφις v. Ἄπωφις) Ægyptius pastorum rex. *Jos. Cassiod. c. Ap.* 1. 30. Cf. *Plut. Is. et Osir.* 36. — Pertinet ad XV. dynastiam Ægyptiam, quartus v. sextus in serie regum pastorum (Hyksôs), *Apofi seu Apopi*, de quo V. *Brugsch-Bouriant, Livre d. Rois n.* 281. et 288.; *Pietschmann, PW.* 2. 174. et *De Cara, Gli Hyksôs* 1889. *p.* 252. — Duos tamen fuisse hujus nominis reges putat *Mariette, Rev. arch. N. S. IV.* 248. *sqq.*

ĂPŌRUS, i, m. 2. (ἄπορος, *hærens, hæsitans*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Grut.* 876. 3. Ita cl. *Furlanetto*.

ĂPOSTŎLICI, ōrum, m. plur. 2. cujusdam hæresis sectatores, qui in suam communionem non recipiebant utentes conjugibus et propria possidentes, Encratitis et Apotactitis adsimiles, quasi Apostolorum asseclæ. De his *Isid.* 8. *Orig.* 5. 19. Apostolici ideo hoc sibi nomen præsumpserunt, quia nihil possidentes proprium nequaquam recipiunt eos, qui aliquid in hoc mundo utuntur. Adde *Augustin. hær.* 40. V. *Lexic.*, ubi pro *Apotactitæ*, ex *Cod. Theod.* 16. 5. 11., male legitur *Apotactatæ*.

ĂPŎTACTĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

APPA et **APPAS**. *V.* APPHIA.

ĂPPELLAS, æ, m. 1. titulus comœdiæ Nævii apud *Ribbeck, Com. rel. p.* 7., vulgo *Apella*, unica *p*.

APPELLES et deriv. *V.* APELLES.

APPHĪA (Aphia, Affia, Appia), æ, f. 1. Ἀππία

'Απφία: cf. ἀπφῦς, nomen puellare, i. e. pater; unde et ἄππα pro ἄπφα et 'Αππία pro 'Απφία et apud Latinos Appa v. Appas (C. I. L. 6. 23997. et 13406). Perperam Hieronym. ep. Philem. 25. « Interpretatur autem secundum Judæos - Apphia continens aut libertas (2. 'Αμφίᾳ τῇ ἀδελφῇ. Vulg. Appiæ). et nom. Hebr. p. 60. Appia: continens sive continentia vel libera. — Apphia est nom. serv. Gr. C. I. L. 5. 5380. — Ibid. 6. 6267. Aphia. — Cf. etiam Paulin. Nolan. carm. 13. in Nat. s. Felic. Alfia pro Apphia.

APPIA. V. APPIUS, ii.

APPĬĀDÆ, ārum, m. plur. 1. (patronym. ab Appias) posteri Appii Claudii. Carm. epigr. 888. Progenies Claudii Appiadum (pro Appiadarum).

APPĬĀDĒS, m. V. APPIAS.

APPĬĀNI, ōrum. V. voc. seq.

APPĬĀNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Appium aliquem pertinens. Cic. 7. Att. 15. Appianæ Legiones (al. Attinæ; M. Acianæ). Liv. 8. 51. Appiana libido. h. e. Appii Claudii. Tac. 11. Ann. 29. cædes. h. e. Appii Junii Silani. — Hinc Appianus fundus in pago Julio Placentinorum. Tab. Alim. Velej. 5. 92. — Item alius in Tab. Lig. Bæb. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6664. — Appiana mala inter laudatiora apud Plin. 15. Hist. nat. 14. 15. (49). — Absolute Appianum, genus quoddam coloris viridis (e quadam terra, dicta Appiana), similis chrysocollæ, teste eod. 35. Ibid. 7. 29. (49). ¶ 2. Est ad Appiam, oppidum Phrygiæ, pertinens; unde Appiani legati apud Cic. 3. Fam. 7. et 9. — Absolute Appiani ('Αππιανοί), dicti ejusdem oppidi incolæ. Id. ibid. 9. Appianorum (Appiorum codd.) ædificatio. Adde Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (105). V. Appia in APPIUS, a, um.

APPĬĀNUS, i, m. 2. (Appius) ¶ 1. In titulis nom., cogn. et agn. Rom. satis frequens. Corp. Inscr. Lat. 5. 4352.; 14. 100. etc. ¶ 2. Apud scriptores, Appianus ('Αππιανός), Alexandrinus, historicus illustris, sæc. II. Fronto ep. ad App. ed. Mai. — Historiam Rom. ('Ρωμαϊκά) a Romulo ad Augustum, XXIV. libr., quorum pars minor superest, nempe libr. VI-VIII. de Hispania et Carthagine, XI-XII. de Syria et Parthia et XIII-XVIII. de bellis civilibus Rom., præter epist. ad Fronton. ed. Mai., græce scripsit, simplex ac sæpe levis. De eo V. Westermann, REP. 2. p. 1762-1767. et 1790. sqq.

APPĬĀS, ădis, f. 3. patronym. ab Appius. — Acc. Appiada apud Cic. loc. cit. ¶ 1. Est epitheton seu cognomen Minervæ sed jocose tributum a Cic. 3. Fam. 1. ad App. Pulcr., ubi alii græce leg. 'Αππιάδα. ¶ 2. Item Nympha silani vel saliens aquæ Appiæ in foro Cæsaris ante templum Veneris Genetricis. Ovid. 1. Art. am. 81. Subdita quæ Veneris facto de marmore templo Appias expressis aera pulsat aquis. Adde Rem. 660. — Hinc Appiades, um, f. plur. 3. Nymphæ marmore insculptæ, quales fecisse dicitur Stephanus, apud Plin. 36. Hist. nat. 5. 6. (33)., ubi alii leg. Hippiades), ornatus gratia circa salientem, de qua supra dictum est, dispositæ. Hinc Ovid. 3. Art. am. 251. « Has (puellarum, quæ ab amatoribus suis proditæ sunt), Venus, e templis multo radiantibus auro Lenta vides lites, Appiadesque tuæ ». Alii aliter locum hunc interpretati sunt, sed primus Turneb. l. 3. Advers. s. 7. rem acu tetigit, suffragante Bentlej. ad Horat. 1. Od. 22. 14.; deinde Visconti, Mus. Pio-Clem. T. 1. p. 216. ed. Mai eam interpretationem unice probandam ostendit ex marmoreis statuis Nympharum, quæ eo loco abhinc paucis annis solo erutæ sunt. Hæc cl. Furlanetto in additis Lexic. Forcellin. sub v. APPIAS.

APPĬĒTĀS, ātis, f. 3. nomen abstractum ab Appius, ut Lentulitas a Lentulus, a Cic. fictum 3. Fam. 7., qua significaretur nobilitas generis, quam ille ostentabat, Cicerone, homine novo, contempto.

APPĬI (Appi) FORUM, i, n. 2. olim mutatio et statio mercatorum; dein castellum, quo magna hominum turba commeabat, et ubi fuit etiam celebre templum Æsculapii, nunc Forappio. Hinc Horat. 1. Sat. 5. 3. inde Forum Appi Differtum nautis, cauponibus atque malignis. Adde Cic. 2. Att. 19. et Vulg. Act. 28. 15. — Incolæ, Forappii v. Foroappii dicti Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (64)., ubi tamen alii aliter leg. — De Appii Foro V. Marucchi in Lex. Bibl. Vig. v. 1. p. 794. sqq. — Conditum videtur ab Appio censore a. U. C. 442., quum Appiam viam sternere cœpit a porta Capena ad Capuam. Liv. 9. 29., coll. Diod. 20. 36. - Ab Aricia ad tres Tabernas m. p. XVII., ab his vero ad Forum Appii numerabantur, teste Itin. Ant. p. 107 (V. Wess. ad h. l.), procul ab Urbe XLIII. m. p. — Supersunt nonnulla veteris loci rudera, ut ait Ritter ad Horat. l. c., quem alii statuunt ad Lepinos montes, alii inter Pipernum et Tarracinam. Cf. Ripostelli-Marucchi. La Via Appia, Rom. 1908. p. 276.

APPĬLĬA, æ, f. 1. nom. mul. Rom. Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 352.

APPĬŎLÆ. V. APIOLÆ.

APPĬOS. V. APPIUS, ii.

APPĬUS, a, um, adject. ad Appium aliquem pertinens. Hinc ¶ 1. Speciatim — a) Appia aqua, et etiam Appia absolute, ab Appio Claudio Cæco deducta, a. U. C. 412. et appellata, teste Fest. apud Paul. Diac. p. 24. M.; a quo et Claudia aliquando dicta, ut Liv. epit. 9. et Eutrop. 2. 9. referunt. Describitur Frontin. Aquæd. 5. « Appia in agro Lucullano via Prænestina inter miliarium septimum et octavum ductus ejus habet longitudinem a capite usque ad Salinas, qui locus est ad portam Trigeminam - subterraneo rivo - supra terram substructione et arcuato opere proxime portam Capenam. - Jungitur ei ad Spem Veterem in confinio hortorum Torquatianorum et Plautinorum ramus Augustæ, ab Augusto in supplementum ejus additus, imposito cognomine respondenti Gemellarum. - Incipit distribui Appia imo Publicii clivo ad portam Trigeminam etc. ». Corp. Inscr. Lat. 11. 1827 (elogium Ap. Claudii Cæci censoris an. U. C. 442) AQVAM IN VRBEM ADDVXIT. Adde Plin. 36. Hist. nat. 15. 24. (121). — Fuit refecta a Marcio (a. 610) et ab Agrippa (a. 721) restituta. Id. ibid. et Frontin. aq. 9., 18. 22., 79. et 125. — b) Appia tribus leg. nonnulli in Inscr. apud Grut. 65. 909. 11. et 12., sed pro AP legend. esse PAPiria, monet Orelli v. 2. Inscr. Lat. p. 12. — c) Appia via, vel Appia absolute (Appiai ἀρχαϊκῶς pro Appiæ [viæ] in Inscr. apud Momms. n. 3918) et Appi via apud Horat. 1. ep. 6. 26. (Gr. 'Αππία ὁδός Suid. et 'Αππία Strab. 5. 237), celeberrima, Roma a porta Capena saxo quadrato magnifice strata a. U. C. 442. ab Appio Claudio Cæco censore, a quo nomen accepit. Liv. 9. 29. coll. 7. 39., Paul. Diac. ex Fest. p. 24. M., Frontin. Aquæd. 5., Horat. Epod. 4. 14., Eutrop. 2. 9., Corp. Inscr. Lat. 11. 1827., coll. Diod. 20. 36. et Procop. B. Goth. 1. 14. Memorat etiam Stat. 2. Silv. 2. 12. Appia longarum teritur regina viarum. et 4. ibid. 4. 2. nobilis. et 5. ibid. 1. 222. ingens. et 4. ibid. 3. 2. saxosa. et 102. et 162. annosa. et Cic. 9. Att. 11. 1. et 16. ibid. 10. 1. recta. Adde Tac. 2. Ann. 30., Propert. 2. 32. 6. et rursus Cic. 1. Q. fr. 1. et 3. ibid. 7. et 7. Phil. 1. 1., coll. Manil. 18. — Hanc viam, posteriore tempore sub C. Graccho, J. Cæsare et Augusto expolitam (ut dein sub Vespasiano, Domitiano, Nerva, Trajano et Hadriano), usque ad Brundusium perductam esse ita ut commode Romæ conjungeret universam Italiam australem, Siciliam et Africam et per idem Brundusium Asiam totam, constat ex Horat. 1. Sat. 5. et 1. Ep. 18. 20. et ex Itin. Ant. p. 108. sqq., coll. Strab. 5. 238. et 6. 283., non tamen ab ipso Appio, ut vult Auct. vir. ill. 34.; illius enim ætate eo usque Romanis Italia nondum patebat. — Fuit ex illis octo, quibus Augustus a. U. C. 734. prætorium curatorem assignavit, ut liquet ex Inscr. apud Grut. 493. 2. et apud Marini, Fr. Arv. p. 18., 780. et 784., coll. Senec. Apoc. 1. et Martial. 10. 17. — Insignis erat publicis, quibus decorabatur, monumentis, sc. templis, ut Quirini et Herculis (Serv. ad Virg. 1. Æn. 292. et Martial. 9. 102.), arcubus marmoreis cum tropæis, ut Germanici (Sueton. Claud. 1.), hortis, ut Terentii (Sueton. in Vita ejus), sepulcris (Spartian. Antonin. Get. 7), signis (Liv. 22. 1) etc. — Inscriptiones ad eam pertinentes, a Tarracina usque Capuam edidit Momms. n. 6238-6242.; a Capua Beneventum n. 6283-6286. et a Benevento Tarentum n. 6287. et 6288. — De via Appia plura invenies in Ann. dell' Istit. arch. a. 1851-1853., apud Hülsen, PW. 2. 238., Canina, La Via Appia et Ripostelli-Marucchi, La Via Appia etc. Roma 1908. ¶ 2. Appia, oppidum Pacatianæ in Phrygia majore, fortasse ita appellata ab Appio Claudio Pulcro (V. Cavedoni in Boll. Nap. a. 1855. p. 14. et 15), cujus incolæ Appiani Synnadensis conventus apud Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (105) et Cic. 3. Fam. 7. et 9.

APPĬUS, ii, m. 2. ("Αππιος, unde Asian. 'Αππᾶς, "Αππη, 'Αππία, "Απαλος: cf. Kretschmer, Einleit. in d. Gesch. d. griech. Spr. p. 346). — a) Scribitur etiam Apius (et Apia), unica p, in Corp. I. L. 11. 6704. 1. et 8. 4582. et Rev. p. 277. — Appios, Græca positione, in Corp. I. L. 6. 1280. — Item Appæus, nom. gent. (Cf. Etrusc. Apa). Ibid. 6. 1057. 5. 48 (a. 205); unde Appæanus, ibid. 5. 6131. — b) Notatur, si nomen sequitur, Ap., ut Cic. 8. Att. 13., Liv. 2. 61. et alib., Fest. p. 372., Ascon. Pis. p. 11., Corp. I. L. 10. 3861.; sed App. in codicib. Liv. 10. 8., in Corp. I. L. 9. 338. 1. 2.; 12. 4704. Sæpe tamen integrum occurrit, quod solet fieri post Asconium. — Cum alio prænomine, ut C. Ap. Junius Silanus etc. (Cf. Prosopogr. I. 493). — Etiam, quasi ipsum sit nomen, omisso ponitur nomine, ut apud Enn. (?) ann. 237., Varr. 3. R. R. 5. 8., Liv. 2. 69., Senec. ep. 114., Juvenal. 6. 385., Corp. I. L. 6. 1280 (?). — c) Etymon incertum est; cf. tamen ἄππα, ἀπφῦ, nomen puellare. V. APPHIA. Sunt qui a corona apii, quam meruerat Claudius Sabinus cons., nomen deducant (V. APIUS), sed præpostere.

Appius, nobilissimum in Claudia gente nomen, tum etiam in Junia et Saufeja. ¶ 1. In titulis præn. Corp. Inscr. Lat. 6. 1783. 9. 338. etc. V. supra. — In gentilitium nom. transiit, ut in Inscr. apud Momms. n. 4028.; et in cogn. ut in Inscr. Bonn. Jahrb. 92. 252. et apud Cic. Balb. 20. 46. — Hinc Appia nom. et cogn. mul. satis frequens. Corp. I. L. 6. 1349., Inscr. Rh. 415. etc. — Derivata gent. Appænius, Appajenus (a); Appajus; Appalius; Appalenus (a); Appalenius; Apusius; Apustius, passim in Corp. I. L. — Fortasse etiam Appilius (a) apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 352. ¶ 2. Apud scriptores præcipui sunt, qui ad Claudiam gentem pertinent, de quibus V. CLAUDIUS; ex aliis vero tantum memorantur — 1.°) Appius Appianus senator, homo prodigus ac flagitiosus. Tac. 2. Ann. 48. — 2.°) L. Appius Norbanus (plenius C. Appius Maximus Norbanus), consul suffectus et Bityniæ proconsul sub Domitiano, bis victor, uti vult Borghesi, coll. Dion. 67. 11., in Giorn. Arcad. V. 110. p. 189. V. Inscr. apud Orelli n. 772. Ad eum exstat Domitiani epistola apud Plin. 10. ep. 66., coll. 9. ep. 35. a Plinio scripta « Appio suo », ubi alii leg. Oppio, Oppia gente cum Appia confusa (V. Borghesi loc. cit. p. 187. sqq.); ac dein consul sub Trajano ordinarius cum L. Neratio Marcello. Martial. 9. 85. et Auct. Vict. epit. 11. — 3.°) Sex. Appius Severus, quæstor Titi imp., avus maternus L. Ælii Cæsaris et abavus L. Veri imp. Inscr. apud Marini, Fr. Arv. p. 157., coll. Borghesi in Giorn. Arcad. I. p. 63.

APPOLLO. V. APOLLO.

APPOLLŌNĬUS. V. APOLLONIUS.

APPŪLEJĀNUS, a, um, adject. ad Appulejum aliquem pertinens. Hinc Appulejanus fundus, memoratus in Tab. Lig. Bæb. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6664. - Appulejana pecunia apud Cic. 13. Phil. 16. 32. — Appulejana seditio apud Flor. 3. 12. 8., sc. L. Appuleji Saturnini, trib. pl. — Appulejanum pondus apud Sidon. 4. ep. 3., h. e. Appuleji Madaurensis.

APPŪLEJUS, a, um, adject. ad Apulejum aliquem pertinens, Appulejanus. Hinc Appuleja lex apud Cic. 2. Orat. 25. 107. V. voc. seq.

APPŪLEJUS, i, m. 2. ('Αππουλήιος, 'Αππολήιος, 'Απολήιος et 'Απόλειος) Scribitur modo duplici, modo simplici p; prior tamen scriptio, quam habent tituli plures (C. I. L. 9. 2845.; 14. 246. 5. 11., 3948. etc.: adde Act. Triumph. a. 728. et Mon. Ancyr. 2. 9) et solent habere antiquiores, præferenda est. V. Manut. in Orthogr. et Otto in Thes. L. L. 1. p. 291. — In titulis occurrit etiam

Apulejus (C. I. L. 8. 4693), Applejus (ibid. 2. 1355), Apuleus (ibid. 3. 10924). — Gen. Apulei in Corp. I. L. 1. 1539. et apud Ampel. 28. 3. et Scribon. 94. — Derivatum videtur ab Appius, addita terminatione, ut Acculejus ab Accius etc.

Appulejus ¶ 1. In titulis nom. gent. Corp. I. L. 6. 3226.; 9. 2345. et 4239. etc. — Appuleja, nom. mul. Ibid. 6. 12200.; 14. 2529. ¶ 2. Apud scriptores occurrunt præsertim — 1.°) Appulejus, scriptor rei rusticæ, laudatus Pallad. 1. 35. 9. — 2.°) Appulejus, grammaticus illustris, de quo Sueton. gramm. 3., coll. Osann h. l. — 3.°) Appulejus, Madaurensis (prænom. Lucius in cod. Victor. Apologiæ et in titulo op. De dogm. Plat.), philosophus Platonicus (absolute dictus Platonicus Madaurensis a Sidon. 9. ep. 13. v. Appulejus Platonicus a Charis. p. 240. K.), in Africa Madauræ natus inter ann. post Chr. 125-130. Memorant Augustin. ep. 138. n. 19., coll. 8. Civ. D. 12. sq., Auson. in fin. Edyll. 3., Capitolin. Clod. Alb. 12., Sidon. 2. ep. 9. et 10., al. — Athenas studiorum causa petiit, ubi « poeticæ, geometriæ, musicæ, dialecticæ, jam vero universæ philosophiæ » operam dedit (Appul. Florid. 20. 97). — Romam translatus linguæ impensius vacavit et pro magna sua eloquentia causas publicas egit (Id. 11. Met. 25. 30., coll. Augustin. ep. cit.). — In patriam rediit, ubi eadem patris munia administravit (Id. Apol. 24), dein in civitatem Œam contendit, ubi Plautillam uxorem duxit, invitis ejus affinibus, qui magiæ Apulejum accusarunt; sed notissima illa oratione sive Apologia se defendit coram Claudio Maximo Africæ procons., sicque ab eo crimine se liberavit, quamquam ipsi hæc magicæ artis fama ita adhæsit, ut Augustin. in ep. cit. et Lactant. 5. Inst. 3. 7. tamquam prodigiorum patratorem, cum Apollonio Tyanæo comparandum dicant. — Præter Apologiæ seu de Magia librum, plures alios scripsit, in Indice relatos, partim nunc exstantes, ex quibus celebrius est Metamorphoseon opus, partim vero deperditos, sive Græcos sive Latinos, tam soluta quam ligata oratione, ut Hermagoras, ἐρωτικός, epitoma historiarum, de arithmetica, astronomia, musica, medicinis, arboribus etc., de quibus cf. Schwabe, PW. 2. 257. — De ejus scribendi ratione ita Forcellinus: « Scripsit multa Latino sermone, multa etiam dicendi copia, acumine et doctrinæ eruditionisque apparatu. Stilus tamen ejus innovandi lascivia nimium prurit, plerumque affectatus et audax nec imitatione dignus ». Et Furlanetto: « Tumidus quandoque, ut Afri fere omnes, sæpe prolixus in narrationibus et cæcæ elegantiæ affectator totusque Plautinus, ita ut, præsertim in Metamorphoseon libris seu Asino aureo, nostrorum scriptorum, qui Novellieri italice dicuntur, stilum præ se ferat ». — Exstat imago Apuleji in nummo ex ejus statuis, quem illustravit Visconti in Iconogr. Rom. p. 420. sqq. et Cohen-Feuardent, Monn. imp. VIII. 276. sqq. — De ejus vita et scriptis olim egit Hildebrand 1835.; recentius Cavellin 1858.; Kretschmann 1865.; Becker 1879.; Pischotta 1882., al. — 4.°) Appulejus Celsus, Centuripinus, medicus, Scribonii Largi Designatiani et Valentis magister, teste Scribon. Compos. 94., magnam famam adeptus, ibid. 171., coll. 172. sqq. — 5.°) Appulejus Saturninus, trib. pl. a. U. C. 651. iterumque a. 654., seditiosus homo et seditiosorum omnium eloquentissimus visus, magis specie et motu atque ipso amictu capiens homines quam aut dicendi copia aut mediocritate prudentiæ, ut ait Cic. Brut. 62. 224., coll. Sext. 16. 37. Id. Har. 19. 41. « ita fuit effrenatus et pæne demens ut auctor esset egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus ». — Varias tulit leges, uti sunt — a) agraria, qua jubebatur, ut centena agri jugera in Africa veteranis dividerentur; — b) frumentaria, qua instaurata est aut confirmata lex Sempronia frumentaria. Auct. ad Herenn. 1. 12.; — c) de coloniis deducendis, qua Saturninus « C. Mario tulerat ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset » Aur. Vict. vir. ill. 73., coll. Cic. Balb. 21. 48. — Fortasse, ut putat Baiterus, rectius et hanc legem et eam, quam Aur. Vict. loc. cit. memorat, agrariæ legis capita dixeris vel etiam has ipsas agrarias leges nominaveris (Ind. leg. ad Cic. p. 137. Orell.); — d) de majestate, quæ hac formula proposita est: « Uti quod tributim plebes jussisset, populum teneret; tribuno plebem roganti qui obstiterit, majestatis reus esset, utique quod plebes scivisset, senatus intra quintum diem ejus auctor fieret plebiscitumque quivis senator juramento suo roboraret; qui recusaret, senatu moveretur et XX. talentum multam populo daret ». Cic. 2. Or. 25. 107. et 49. 201., coll. Pigh. ad Orell. loc. cit. et Klebs, PW. 2. 261-263. — 6.°) Hinc etiam Appuleja Varilla v. Varilla, filia Sex. Appuleji cons. et Claudiæ Marcellæ proneptis Augusti, adulterii damnata. Tac. 2. Ann. 50. — Ironice Appuleja populi propter seditiones et libidines dicitur Clodius Cic. 4. Att. 11. Alii tamen aliter locum intelligunt.

APPŪLĪCUS. V. APULICUS.

APPŪLĬUS. V. APULIUS.

APPŪLUS. V. APULUS.

APRĀGŎPŎLIS, f. is, 3. ('Απραγόπολις, ab α priv., πρᾶγος, negotium, et πόλις, urbs, sc. urbs negotiis vacua) nomen fictum ab Augusto ad significandam vicinam Capreis insulam, quasi otii altricem. Sueton. Aug. 98.

APRENSIS, e, adject. ad Apron, oppidum Thraciae, pertinens. Hinc Aprensis colonia, plenius colonia Claudia Aprensis, illuc a Claudio Augusto deducta. Corp. I. L. 3. 386 (= Murat. 1101. 1. et Cavedoni, Mus. Catajo p. 64).

APRI, ōrum. V. APROS.

APRĬĀNUS, a, um, adject. ad Apriam gentem pertinens. Hinc Apriana ala, ita dicta ab aliquo Apro vel Aprio, vel ab Apro oppido. Notit. Dign. or. 26. et Corp. I. L. 3. 49. et 6026 (ἄλης 'Απριανῆς).

APRĬĀNUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. I. L. 10. 290. 8. et Canon. interpr. vet. 850. et 852. « Falsa, inquit cl. De-Vit, lectione innititur Capitolin. in Gord. tr. 29., qui Aprianus pro Arrianus leg. ». Ita etiam Peter pro Aprianus quorumd. codd. Sed lectio Aprianus locc. citt. solide firmatur.

APRĪCĬUS, ii, m. 2. (apricus) nom. gent. Corp. I. L. 6. 800. et 3415., ubi genet. Aprici. — Apricia, nom. mul. Ibid. 16694.

APRĪLIS, is, m. et f. 3. ¶ 1. Est nomen vir. et mul. servorum et humilium. Corp. I. L. 2. 3254., 4970. etc. — Etiam cogn. mul. Ibid. 5. 3802. — Hinc Aprilius (a) V. infra. et Aprilianus in C. I. L. 3. 2207. ¶ 2. Item lacus, in Etruria, hodie il padule di Castiglione della Pescia (V. Gamurri apud Fiorelli, Notiz. d. Scavi a. 1880. p. 367. sqq.). Itin. Ant. p. 292. et 500. ¶ 3. Item mensis secundus apud Romanos. — Abl. Aprili et etiam Aprile in Inscr. apud Orell. n. 3928. Cetera V. in Lexico ad h. v. — Aprilis, e, adject. V. ibid.

APRĪLĬUS, ii, m. 2. (Aprilis) nom. gent. Corp. I. L. 3. 728. et 5. 5972. — Aprilia, nom. mul., ibid. 5. 2894.; 11. 5184. etc.; et cognom. ibid. 2. 2743.

APRĬO, ōnis, m. 3. (aper) nom. servorum humiliumorumque. Corp. I. L. 6. 12228. Adde Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 194., 236. et 238. et De-Vit, Lap. del Poles. p. 98. n. 89. — In lucerna fictili Agri Mutinensis legitur Apro, emendand. in Aprio. V. Cavedoni in Bull. dell' Istit. arch. n. 1864. p. 60.

APRISSĬUS, ii, m. 2. nomen Celticæ fortasse originis, ut Magissius, Iotncissius etc. — In Inscr. Rhen. 1711. legitur Aprissus.

Aprissius, poeta quidam ignotus, cujus fragmentum apud Varron. 6. L. L. 7. M. Aprissius ait: « Io Bucco! quis me jubilat? etc. »; ad quem loc. Müller: « Aprissius codd., nisi quod Aprisius b. — Chrysippus Turnebi cod. ». — Ribbeck com. fr. p. 231. conjecit Aprodisius v. Aquisius, addidit, quod Bücheler proposuit, Apussius. — Infelix si nomine, quid re?

APRISSUS. V. voc. præc.

APRŌNĬĀNUS, a, um, adject. ad Apronium vel Apronianum aliquem pertinens. Cic. 4. Verr. 11. 28. Apronianum convivium. et 109. rapinæ. Plin. 15. Hist. nat. 25. 30. (102). (Cerasa), omnium maxime rubentia pendentque uno pediculo plura. Act. ss. Martyr. cœmeterium (Cf. Bosium et Aringh. in Roma subterranea). Paul. Dig. 36. 1. 26. senatus consultum. h. e. fortasse L. Venulejo Aproniano cons. a. post Chr. 123. — Aproniana edicta V. in TURCIUS.

APRŌNĬĀNUS, i, m. 2. ('Απρωνιανός) ¶ 1. Fuit cogn. in gente Cassia, Turcia, Venuleja, Vipsiana et fortasse Nævia v. Novia (Cf. Quintil. 7. 2. 24., si Apronianus pro Arpinianus leg.). Corp. Inscr. Lat. 9. 706.; 10. 2321. etc. — Etiam nom. serv. Ibid. 9. 4112. ¶ 2. Apud scriptores memoratur — 1.°) Apronianus, præfectus Urbi a. Chr. 372., in Cod. 1. 40. 5., nisi legend. Ampelius pro Apronianus (V. Gothofr. in Prosopogr.). — 2.°) Apronianus (Turcius) senator, christianus et Rusini Aquil. amicus. Paulin. Nol. 21. 210. Apronianus Turciæ gentis decus. — De eo V. Muratori, Diss. I. in carm. Paulin. Nol. p. 799. ed. Ver. Adde Cod. Theod. 14. 4. 3. — 3.°) Apronianus (Turcius Rufius Asterius), cons. a. Chr. 494., cujus duo epigrammata exstant in Anthol. Lat. ed. Riese, nn. 3. et 491 (V. Adn., coll. Ribbeck in Proleg. ad Virg. p. 223. sq.). — 4.°) Hinc Aproniani forum memoratum in laterculo a. 448. Polem. Silv. apud Urlichs, Cod. Topogr. p. 48., fortasse dictum ab Aproniano, præf. Urb. a. 372.; sed, ubi situm fuerit, incertum est (Cf. Memor. dell' Istit. arch. II.° p. 90). Adde Cod. Theod. 13. 5. 29 (a. 400). et Just. 11. 2. 3 (V. Hülsen, PW. 2. 272).

APRŌNĬUS, ii, m. 2. 'Απρώνιος ¶ 1. In titulis nom. gent. plebejæ originis (Cf. Etr. apruntial). Corp. Inscr. Lat. 6. 12231. et 12234.; 9. 339., 2., 39.; 12. 1324. — Apronia, nom. mul. Ibid. 2. 278. ¶ 2. Apud scriptores memorantur C. Apronius, trib. pl. a. U. C. 305. apud Liv. 3. 54.: item Cn. Apronius, ædilis apud Val. Max. 6. 6. 5.: item L. Apronius C. f. C. cons. a. U. C. 761. in Marm. Capit. et Tac. 1. Ann. 29.: item L. Apronius Cæsianus, filius præcedentis, legatus patris procons. Africæ, de quo idem Tac. 3. ibid. 21. et alib. — Apronia occurrit apud eund. 6. ibid. 30., filia Cæsiani nupta Lentulo Gætulico cons. et alia 4. ibid. 22.: item in Cod. Greg. 3. 6. 3. Apronia Mamma.

APROS et Aprus, i, 2. ("Απρος v. "Απρως) et in plur. num. Apri ("Απροι). ¶ 1. Est oppidum Thraciæ. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (47)., Itin. Anton. p. 175. et alib., Itin. Burdig. p. 26. et Ravenn. p. 182. et 372. — Ammian. 27. 4. 12. Urbibus duabus - Apris et Perintho. — Colonia fuit, deducta a Claudio Aug., idcirco colonia Claudia Aprensis dicta. V. APRENSIS. ¶ 2. In titulis nom. vir. Inscr. Bull. Inst. Corrisp. arch. a. 1883. p. 237.

APRŪSA, æ, f. 1. amnis Italiæ in octava regione, hodie Ausa. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 15. 20. (115). Criminum colonia cum omnibus Arimino et Aprusa; fluvius hinc Rubico, quondam finis Italiæ.

APRUSTĀNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Aprusti, oppidi mediterranei Magnæ Græciæ in sinu Scylletico, nunc Argusto vel Aprigliano. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 11. 15. (98). Cf. "Αβυστρον Ptol.

APRUSTUM, i, n. 2. V. voc. præc.

APSEUDES, is, f. 3. ('Αψευδής, ab α priv. et ψεῦδος, mendacium, sc. non mendax seu verax) Nereis, Nerei et Doridis filia. Hygin. fab. p. 10. 18., coll. Hom. Il. 18. 46.

APSUS, i, m. 2. ("Αψος) Absos in Itin. Burd. loc. cit. — Hapsum, n. cum aspiratione, in Tab. Peuting. 7.

Apsus ¶ 1. Est fluvius Epiri in finibus Apolloniatium excurrens in mare Hadriaticum. Memorant Cæs. 3. B. C. 13. et 19. et Liv. 31. 27. Lucan. 5. 462. sq. Tellus, quam volucer Genesus, quam mollior Apsus Circumeunt ripis. — Vib. Seq. p. 6. scripsit Apsum fluvium Palæstinæ, sed perperam. ¶ 2. Est etiam mansio ad fines Macedoniæ et Epiri. Itin. Burdig. p. 28.

APTA, æ, f. 1. ¶ 1. Est cogn. mul. V. APTUS. ¶ 2. Est etiam oppidum, ut Apta Julia Galliæ Narbonensis in Provincia, et municipium, tribu Voltinia, hodie Apt. Sidon. 9. ep. 9. — Colonia

fuit a Julio Cæsare deducta. Inscr. apud Orelli n. 197. et 200., et apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5210. et Itin. Ant. p. 348. et 388. — Apud Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (36)., distinctionis gratia, Apta Julia Volgientium, quod in Vocontiorum mutaret cl. Garrucci, Segni d. Lapid. Lat. Rom. 1857. ex Inscr. Henz. Suppl. Orell. n. 6943.; hæc tamen est de Foro Julio, colonia Octavanorum, cujus incolæ Julienses dicti, ut ab Aptensibus distinguerentur. V. Notit. Provinc.

APTENSIS, e, adject. ad Aptam oppidum pertinens, ut Castor Aptensis, ad quem Eucherius misit Epitomen suam operum Cassiani. — Absolute Aptenses, Aptæ incolæ. Corp. Inscr. Lat. 12. 1116. ORDO A(pte)NSIVM. Adde ibid. 3275. et Notit. Provinc. V. APTA 2.

APTĔRON, i, n. 2. (Ἄπτερα et Ἄπταρα, ab α priv. et πτέρον, penna, quasi sine pennis) oppidum Cretæ, apud Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. (59)., quod ita vocatum putant nonnulli ab Apteras (Pteras dicitur Pausan. Phoc. 5), rege Cretæ, oppidi conditore; alii vero fabulantur dictum a Sirenibus, quæ cum Musis de cantu contenderunt, sed victæ istic pennas abjecerunt, quum prius volucres ac pennatæ essent. — De ejus nummis V. Eckhel, 2. p. 304.

APTUGNA. V. APTUGNI.

APTUGNENSIS. V. voc. seq.

APTUGNI, ōrum, m. plur. 2. Aptugna, æ, f. 1. Scribitur etiam Abtugna, Aptuca (V. Morcelli in Afric. Chr. p. 79., coll. 65. et Joh. Schmidt, PW. 2. 288); unde et Aptugnensis, Aptucensis, Aptugnitanus, Aptumnitanus apud Plin. loc. cit.

Aptugni, oppidum Africæ, idem qui Abtugna. V. hanc voc. — Hinc Aptugnensis, incola, apud Augustin. c. Crescon. 3. 69.; et Aptucensis in Collat. Carth. Cognit. 1. n. 201.; et Autumnitanus apud Optat. de schism. 1. 27.; et Aptugnitanus apud Augustin. c. Crescon. 3. 69., et Optat. 1. 18. — Municipium fuit. Act. purg. Felic. p. 198.

APTUS, i, m. 2. (aptus) ¶ 1. In titulis nom. servorum v. libertorum et cognomen Rom. Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 381.; in sigillo æneo apud Brunati, Mus. Kirch. p. 43. n. 2. et Momms. Inscr. 1. n. 5614. — Haptus in Corp. Inscr. Lat. 3. 68. 52. — Apta (Appta ibid. 6. 12289), cogn. mul. Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 268. et alia apud Momms. n. 2332. Cf. Corp. Inscr. Lat. 14. 299. ¶ 2. Apud scriptores memorantur Tiliensis episcopus in Coll. Carth. Cognit. 1. n. 120., et Tusuritanus episcopus, Donatista, ibid. n. 120. et 187. et apud Augustin. ep. 196.

ĂPŬA, æ. V. voc. seq.

ĂPŬĀNI, ōrum, m. plur. 2. Apuæ incolæ, quod est oppidum Liguriæ in Tusciæ confinio, hodie Pontremoli. Memorat Liv. 39. 2. et 40. 1. et 36. et Fast. triumph. Cap. a. 599. V. ibi Momms. — De Apua incerta est lectio. Catull. 93. 7. V. APUA in Lexico.

ĀPŪLĀNUS, i, m. 2. (Apulus) nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 3. 2711.

ĀPŪLEJUS. V. APPULEJUS.

ĀPŪLENSIS (Apolensis), e, adject. ad Apulum, oppidum Daciæ, pertinens. Hinc — a) Apulensis colonia in Corp. Inscr. Lat. 3. 1218. et 11. 5215. — b) Apulense municipium in Inscr. in Boll. dell' Istit. Corrisp. arch. a. 1851. p. 154. — c) Apulensis Dacia, regio dicta ab urbe principe in Dacia. Corp. Inscr. Lat. 6. 1377. — d) Apolensis Daciæ provincia est ibid. 5. 8659. — Absolute

Apulenses, ium, m. plur. 3. Apuli incolæ. Ibid. 11. 5215. V. APULUM.

ĀPŪLI, ōrum, m. plur. 2. V. APULUS.

ĀPŪLIA, æ, f. 1. Ἀπουλία Strab. 6. 291. et Diod. 19. 65. — a) Scribitur etiam Appulia, duplici p., in antiqu. MSS. et edit. libr.; in Lapidibus tamen scriptis unica semper et rectius. Corp. Inscr. Lat. 2. 1085.; 5. 2112.; 9. 334., 1414. etc. V. Martyni-Laguna in Lucan. loc. cit.; Jahn ad Pers. 1. 60. et Brambach, Hülfsb. p. 25. Ceterum Appulia et Apullia vocat Ritter « monstra scripturæ ». Sunt qui putent unica p tunc solum scribi, cum prima syllaba corripitur, ut in illo Horat. 3. Od. 4. 10. « Altricis extra limen Apuliæ ». Sed etiam cum producitur, scripta legitur unica p in optimis Codd. « Præterquam quod, inquit Forcellin., non regionis sed mulieris nomen esse creditur a multis interpretibus hoc Horatii versu ». Hinc Pulliæ leg. Vollmer pro Apuliæ. Quin Bentelejus satis acute lectionem totam sollicitat et mallet « Altricis (seu Nutricis) extra limina sedulæ ». Cf. Orelli ad Horat. loc. cit. et Martyni-Laguna ad Lucan. 2. 608. At Ritter, suadentibus Düntzero et Paldamo (De imit. Horat. et Mus. Rhen. t. VI. p. 633), legit « limina Dauniæ = Apulæ » cisque Lachm. ad Lucret. I. 360. p. 39. De lectione hujus loci V. etiam Keller, Epileg. zu Horaz. I. p. 280. sqq. — b) Hinc prima syllaba longa est. Juvenal. 4. 26. majores Apulia vendit. et Martial. 14. 155. Velleribus primis Apulia, Parma secundis Nobilis. Cf. Lucil. apud Fest. p. 318. 11. Apuliæ pedibus stlembi (V. tamen Apulida). Huc etiam referendum videtur illud Horat. Epod. 3. 16. « Siticulosæ Apuliæ » in dimetro iambico, ubi quantitas non sibi constat. Contra 3. Od. 4. 10. brevis, si leg. Apuliæ cum vulgata, quam videtur sequi P. Rasi in Analect. Horat. in Rendic. d. R. istit. Lomb. etc. ser. II. v. XLII. 1909. — Secunda tamen fere producitur; quamquam corripitur in Apulus; nec audiendus Ritter, qui loc. cit. absolute eam brevem dicit; nec Georges, qui ait « in Apulia ist die-zweite Silbe immer kurz » (lat.-dtsch Handw. I. 489). — c) Etymon alii ducendum a Gr. ἀπωλεία (!), perditio, putant, quod ibi citius solis ardoribus terræ virentia pereunt, ut apud Paul. Diac. 2. gest. Lang. 21.; sed commentum est: potius duxeris a Skr. ap, apa, aqua: cf. Mess-apia aliaque hujusmodi. V. Fabretti, Gloss. Ital. sub v.; Bopp, Gloss. comp. ed.[3] p. 140. 156. et Curt. Grundz. d. gr. Etym. p. 118. et 463.

Apulia, nomen personæ et loci. ¶ 1. Est nomen mul. Rom. V. APULIUS. ¶ 2. Est etiam ac præcipue regio Italiæ nobilissima (Val. Max. 4. 6. 2), olim Japygia (Ἰαπυγία) dicta, quo nomine et Messapia comprehendebatur, hodie Puglia, inter Apenninum montem ad meridiem et mare Hadriaticum ad septentrionem confinii Samnii, Campaniæ, Lucaniæ et Calabriæ per gyrum (Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. [99]), in duas partes divisa ab Aufido amne, quarum una occidentalis, quæ Tipherno fluvio sejungitur a Frentanis, Daunia appellatur, nunc Puglia piana et Capitanata: altera vero Peucetia, nunc Terra di Bari et Puglia, quæ in ortum vergit ibique desinit, ubi Sallentini, idest Messapia seu Japygia et Calabria borealis; quamquam antiquissimis temporibus videtur in Apulia comprehensa fuisse etiam Calabria (Cf. Justin. 12. 2., Fest. apud Paul. Diac. p. 69. et 125. M., coll. Strab. 6. 277. et 283). Memorant etiam Plaut. Cas. prol. 72 (contra metrum), Quadrig. Hist. 11. apud Non. p. 480. Merc., Varr. Men. 369., Sall. Cat. 42., Cæs. 1. B. C. 14., Liv. 9. 2., Petron. 77. — Apulia infestatur ventis, imprimis Atabulo, teste Plin. 17. Hist. nat. 24. 37. (232)., Senec. 5. Qu. Nat. 17. et Horat. 1. Sat. 5. 77. — Laudatissima fuit ob lanas. Martial. 14. 155., coll. Varr. 9. L. L. 28., Colum. 7. 7., Plin. 8. Hist. nat. 44. 73. (190). Hinc nomen inditum velo cuidam, fortasse velario, quod in theatro adhibebatur solis radiis arcendis. Tertull. Spect. 20. Deus etiam extra cameras et gradus et apulias oculos habet: fuori dei tendoni. — Sub Augusto in secunda Italiæ regione cum Calabria et Sallentinis comprehensa est (Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. [99]). suosque habuit juridicos et correctores; dein a Calabria sejuncta et cum Piceno conjuncta (Inscr. apud Momms. n. 4851. et Grut. 465. 5. et 6); iterum vero Gordiani tempore, ut videtur, cum Calabria conjuncta; denique una ex XVII. provinciis, in quas Italia tributa est (Notit. Imp. occ. c. 43). — Ceterum de ejus incolis, lingua et historia V. Momms. in Bollett. dell' Istit. arch. a. 1848. p. 59-156. et Hülsen, PW. 2. 288. sqq.

ĀPŪLICUS, a, um, adject. Primam brevem leg. quidam apud Horat. 3. Od. 24. 4. « Tyrrhenum omne tuis et mare Apulicum ». Sed Lachm. ad Lucret. I. 360. p. 37. et post eum Haupt cum L. Müller, Vollmer, al. ex Cod. opt. Bland. leg. publicum pro Apulicum; quæ tamen lectio minus respondet optim. libris et Acronis auctoritati et etiam contextui. V. Ritter ad h. l., qui Ponticum conjicit; hoc vero improbant, ut Punicum quoque, Furlanetto et De-Vit, nulla tamen addita ratione, ita ut videantur communiorem lectionem probare et ἅπαξ λεγόμενον habere. Nunc autem communius legitur: « Terrenum omne tuis et mare publicum ». V. etiam Keller in Epil. et Otto in Thes. L. L.

Apulicus est ad Apuliam pertinens. Horat. loc. cit.; sed ex iis, quæ animadvertimus, locus est dubius. Occurrit tamen vox in Not. Tir. p. 138. Apulus, Apulia, Apulicus.

ĀPŪLĬDA, æ, m. 1. (Apulus) ad Apuliam pertinens. Absolute Lucil. apud Fest. p. 312. 11. M. Apulidæ pedibus stlembi. Lachm. ad Lucret. I. 360. p. 37. habet: Lucilius ad Fest. « Apulidem pedibus stlembum ». Itane legendum?

ĀPŪLĬDES. V. voc. præc.

ĀPŪLIENSES, ium, m. plur. 3. populi Apuliæ, Pugliesi. Memorantur in Lib. gener. 168. R. Tusci, Æmilienses, Picentes, Campani, Apulienses, Lucani. Chron. Alex. 181. Apulesii dicuntur; ergo græce Ἀπουλήσιοι.

ĀPŪLIUS, ii, m. 2. nomen gent. vir. Corp. Inscr. Lat. 8. 4440. — Apulia, nom. mul. Inscr. apud Maffei, M. V. 296. 11.

ĀPŪLŌNIUS, ii, m. 2. nom gent. Corp. Inscr. Lat. 3. 11078.

ĀPŪLUM (Aplum), i, n. 2. (Ἄπουλον Ptol. 3. 8. 4.) Apulon apud Ravenn. p. 188. et Apula in Tab. Peuting. 8.

Apulum, municipium et colonia (Aurelia, tribu Papiria?) Daciæ (V. Momms. Corp. 3. p. 182. sq. et Tomaschek, PW. 2. 290), haud procul ab hod. Karlsburg in Transilvania. Corp. Inscr. Lat. 3. 1132., 7773. etc. — Municipii dignitate donatum fuisse a Septimio Severo imp. patet ex alia apud Orelli n. 3846. et Henzen, Suppl. Orell. n. 7012. — Olim colonia Albæ Juliæ appellata est, fortasse ab Julia Domna, Caracallæ im[p.] matre, ut putat Cellar. Geogr. ant. t. 1. p. 601. sq. — Ceterum municipium Apuli distinguendum esse a colonia Apuli erui potest ex Inscr. apud Orelli n. 3686.

ĀPŪLUS et minus recte Appulus, a, um, adject. (Ἄπουλος) ad Apuliam pertinens. Horat. 4. Od. 14. 26. Apulus Daunus. et 3. ibid. 4. 9. Vultur. Tac. 4. Ann. 71. equus. Rursus Horat. 2. Sat. 1. 38. gens. Juvenal. 6. 64. lana. Mela 2. 4. 7. litus. Adde Ovid. 4. Fast. 76. et 14. Met. 517., Stat. 5. Silv. 1. 122., Pers. 1. 60. — Absolute

Apulus, i, m. 2. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est incola Apuliæ. — a) In sing. num. Horat. 3. Od. 5. 9. Marsus et Apulus. Id. 2. Sat. 1. 34. Lucanus an Apulus anceps (Cf. Schol. ad h. l.). Adde Epod. 2. 42. et Plaut. Casin. prol. 72. et Mil. 3. 1. 58. — b) In plur. num. populi cujuscumque generis v. originis, qui Apuliam, terram a se dictam, tenent sive lato sensu sive stricto. Mela 2. 4. 2. Italici populi, Picentes, Frentani, Dauni, Apuli, Calabri, Sallentini. Adde Vib. Seq. p. 157. R. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 6. (38). - Id. ibid. 11. 16. (104). Apulorum genera tria: Teani a duce e Grajis; Lucani subacti a Calchante etc. Addo Inscr. apud Orelli n. 1126. — 2.º) Item gens Daciæ. Epiced. Drus. 387. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 21884.; 9. 1638. etc. — Apula, cogn. mul. Ibid. 9. 1968.

ĀPŪLUS, i. V. voc. præc.

ĀPŪPŪLA, æ, f. 1. (deminut. a pupa, cum a prothet.) cognom. mul. libert. Anthol. Lat. n. 1425. Meyer. « Apupula annos viginti obtinui domum. V. integr. loc.

ĀPUSCEJUS, i, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 6. 1916. et 12241. — Apusceja, nom. mul. Ibid. 6. 12243.

ĀPUSCIDĀMUS, i, m. 2. lacus in Africa incertæ originis. Plin. 31. Hist. nat. 2. 18. (22). In Africæ lacu Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur.

ĀPŪSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 12. 7196. — Apusia, nom. mul. Ibid. 10. 1308. — Hinc Apusulenus, nom. gent. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 12251. et Apusulena, nom. mul., ibid. 6. 14064. — Apusulen(us)a, nom. Ibid. 14. 1186.

APUSORUS, i, m. 2. magus quidam antiquissimus Medus. Plin. 30. Hist. nat. 1. 2. (5).

ĀPUSTĪUS, ii, m. 2. (Ἀπούστιος) ¶ 1. Est nomen gent. plebejæ. Corp. Inscr. Lat. 6. 7028. — Apustia, nom. mul. Ibid. 6. 12249. ¶ 2. Apud scriptores, L. Apustius Fullo, ædilis plebis cum Q. Minucio Rufo, qui plebejos ludos instauravit a. U. C. 558.; dein prætor ac demum triumvir coloniæ Latinæ in Thurinum agrum deducendæ. Liv. 31. 4.; 34. 53. et 35. 9. — Alios videsis apud eund. 28. 38. et 37. 4. et 16.

ĀPȲRI, ōrum, m. plur. 2. populi Asiatici. V. TAPYRI.

AQ

ĂQUA, æ, f. 1. nomen commune (de quo V. Lexicon), etiam uti proprium sæpe adhibetur vel absolute vel cum additis, tam in num. singulari quam plurali.

I.) Aqua, in sing. num. ¶ 1. Est dea aquarum præses a veteribus culta, ut traditur Vulg. Sap. 13. 2., præsertim in Ægypto, teste Firmic. 2., coll. Vitruv. 8. proœm. — Hinc sub imagine Hydriæ sive Urnulæ aqua plenæ Isidem Ægyptii venerabantur, teste Apul. 11. Met. 11. V. integr. loc. Cf. Plut. de Isid. et Osir. 5. et ex recentioribus Visconti in Mus. Chiaram. p. 18. sqq. ¶ 2. Idem sidus seu signum cœleste, vulgo Aquarius. Cic. Arat. 179. V. AQUA et AQUARIUS in Lex. ¶ 3. Item dicitur de quadam vel quibusdam aquis, quas geographi ac physici determinant, ut de aquæductibus, de Bajis, de thermis etc. Hinc præcipue: Aqua Acidula. V. ACIDULUS. — A. Alba. V. AQUÆ ALBÆ. — A. Albana. V. ALBANUS. — A. Albensis. V. AQUÆ ALBÆ. — A. Albula v. A. Albulæ. V. ALBULÆ. — A. Alexandrina. V. ALEXANDRINUS, a, um. — A. Alsietina. V. ALSIETINUS. — A. Annia. V. ANNIUS, a, um. — A. Appia. V. APPIUS, a, um. — A. Antoniana v. Antoniniana, a M. Aurelio Antonino Pio Romam deducta, in Notit. et Curios. Urb. Rom. — A. Attica, aqua Romam deducta. Ibid. (Reg. urb. 19. p. 25). — A. Augusta (et Augustea ab Augusto ita appellata, ut tradit Frontin. Aquæd. 12. Etiam Alsietina dicta fuit Augusta. — A. Aurelia. V. AURELIUS, a, um. — A. Cærulea, quæ et Fons Cæruleus, pars Aquæ Claudiæ. Id. ibid. 13., 14. et 72. et Inscr. apud Orelli n. 54-56. — A. Cæsia. V. CÆSIUS, a, um. — A. Ciminia. V. CIMINIUS, a, um. — A. Claudia. V. CLAUDIUS et APPIUS, a, um. — A. Contradictionis, tricesima tertia statio v. mansio Israelitarum ad petram, quæ erat in deserto Sin, quod et Cades, ubi rebelles et increduli Israelitæ, prodigiosæ tamen aquæ beneficio adjuti, « jurgati sunt contra Dominum », ideo dicta Hebraice Meribah seu rixa et Massah seu tentatio (Exod. 17. 7. et 17). Memoratur Vulg. Num. 20. 13., Ps. 80. 8. et alib. — A. Curtia. V. CURTIUS, a, um. — A. Ferentina. V. FERENTINUS, a, um. — A. Herculanea et Herculea. V. HERCULEUS, a, um. — A. Julia. V. JULIUS, a, um. — A. Marcia. V. MARCIUS, a, um. — A. Nigra, fluvius Pannoniæ. Jornand. Get. 52. — A. Pinciana. V. PINCIANUS, a, um. — A. Regia, fons Epiri sub Chimæra monte. Plin. 4. Hist. nat. 1. 1. (4). — A. Rufina, a conditoris nomine vocata, ut in Epigramm. ed. Burmann. in Add. Anth. Lat. T. 1. p. 740. et apud Wernsd. Poet. Min. T. 5. præf. p. 7. — A. Sabatina, quæ et Trajana. V. TRAJANUS, a, um. — A. Severiana. V. SEVERIANUS, a, um. — A. Stygia. V. STYGIUS, a, um. — A. Tepula, fortasse dicta a tepore, quasi tepidula, ex agro Luculliano v. Tusculano a Cn. Servilio Cæpione et L. Cassio Longino censoribus Romam et in Capitolium adducta; dein ab Agrippa, qui alteri admiscuit, Julia appellata; denique a Q. Marcio Rege, qui Appiæ, Aniensis, Tepulæ ductus refecit et novam deduxit, plenius Aqua Julia Tepula Marcia v. Martia dicitur in Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6685. V. Nibby, RAP. I. p. 362. sqq. — A. Trajana. V. TRAJANUS, a, um. — A. Virgo, ita dicta a puella quadam virguncula, quæ militibus aquam quærentibus venas quasdam monstravit: has porro secuti fossores ingentem aquæ modum invenerunt, teste Frontin. Aquæd. 10. Alii tamen ex eo nomen ducunt quod sit purissima; alii aliunde. Cf. Plin. 31. Hist. nat. 3. 25. (42). Memorat Ovid. 3. Art. am. 385., qui eam gelidissimam vocat. Adde 1. Pont. 8. 38., Stat. 1. Silv. 5. 26., Martial. 6. 42., 7. 32., 11. 47. et 14. 163., Senec. ep. 83., hodie Acqua Vergine o di Trevi. Hanc in agro Lucullano collectam Agrippa a. U. C. 735. in Urbem perduxit. Inscr. apud Henzen Suppl. Orell. n. 703. De ea V. Nibby, loc. cit. p. 365. sqq. — A. Viva, quæ et Aquaviva — a) Est mutatio in Etruria, via Flaminia, quæ in oppidulum crevit, dicta etiam hodie Acqua viva. Memorat Itin. Hier. seu Burdig. p. 613. — b) Item oppidum Pannoniæ. Itin. Ant. p. 130., coll. Itin. Hier. p. 161.

II.) Aquæ in plur. num., absolute vel sæpius cum additis. Præcipue ¶ 1. Sine additis: Aquæ, oppidum in Mauretania Cæsariensi, hodie Hammam-Mridja, in Itin. Anton. p. 31., Augustin. serm. 2. in Ps. 36. et Vict. Vit. pers. Vand. 1. 7. — Aquæ vel Aquæ Tacapitanæ, oppidum in prov. Tripolitana, hodie El-Hammah. Itin. Ant. p. 74. et 78. — Aquæ, oppidum Africæ propriæ in Zeugitana. Tab. Peuting. — Hoc autem Aquas Calidas vocat Liv. 30. 24. — Aquæ sive ad Aquas (subaud. mansio), oppidum in Hispania, hodie Trindad, in Itin. Ant. p. 422. — Aquæ in Gallia. V. Aquæ Sextiæ. — Aquæ, plenius Aquæ Statiellorum, oppidum, quod et municipium, in Liguria, captum a Romanis, qui thermas ibi ædificarunt, hodie Acqui (Gr. Ἀκουαιστατιέλλαι Strab.). Plin. 3. Hist. nat. 5. 7. (49). Itin. Ant. p. 294. et Notit. Dign. occ. c. 40. — Incolæ Aquenses, tribui Tromentinæ adscripti. Inscr. apud Ratti, Le reg. Term. Acq. illustr., Milano 1841. p. 26. — Aquæ, oppidulum in Piceno, hodie Sciacca, in Tab. Peuting. — Aquæ sive ad Aquas (subaudi mansio), oppidum in Sicilia, Itin. Ant. p. 88., quæ et A. Larodis, ibid. p. 80. et A. Labodes in Tab. Peut. et Thermæ Salinuntiæ dicuntur, de quibus Strab. 6. 2. 9. — Aquæ, oppidum Mœsiæ superioris, hodie Berza-Palanka, in Itin. Ant. p. 218. — Aquæ, vicus in Helvetia, pago Argoviensi, hodie Baden, prope Turicum. Inscr. apud Momms. Inscr. Helv. n. 241. Cf. Tac. 1. Hist. 67. — Aquæ, oppidum in Marcomannia, thermis suis celebre, hodie Baden, in Inscr. apud Orelli n. 452. — Etiam Civitas Aurelia Aquensis, ex aliquo M. Aurelii Antonini imp. beneficio, appellata in alia apud eund. n. 949. et 957.; et Civitas Aquensis in alia ibid. n. 928. ¶ 2. Cum additis: Aquæ Albæ v. Albenses v. Albensium, nomen oppidorum, in Africa, quæ ita dicta sunt ob similitudinem cum Albæ sive Albulæ Italiæ, nempe frigidæ virtutis, ut habet Cæl. Aurel. 2. Tard. 1. 48. V. ALBULÆ. De his Morcelli in Afr. Chr. T. 1. p. 78. — A. Apollinares in Etruria. Itin. Ant. p. 300. — Detectæ nuper sunt a cl. Marchi, ubi nunc i bagni di Vicarello. Cf. Ann. dell' Istit. arch. a. 1859. p. 34. sqq. — A. Aponæ v. Aponi. V. APONUS. — A. Augustæ. V. A. Tarbellicæ. — A. Bajanæ. V. BAJANUS, a, um. — A. Bilbilitanorum, in Hispania, hodie Alhama, in Itin. Ant. p. 437. et 483. — A. Cæretanæ. V. A. Caritanæ. — A. Calidæ (v. Caldæ), oppidum in Hispania (V. A. Voconiæ): item in Aquitania prima, hodie Vichy, in Tab. Peut.: item vicus Palæstinæ in Galilæa inferiore inter Emmaum et Tiberiadem, apud Plin. 5. Hist. nat. 14. 15. (70)., quas Thermas Tiberienses (τὰ ἐν Τιβεριάδι θερμὰ ὕδατα) vocat Jos. in Vit.: item titulus mimorum D. Laberii, cujus fragm. exstant apud Non. p. 119. Merc. et Charis. 1. p. 58. P. (75. K.). — A. Caritanæ (al. Cæretanæ), thermæ in Etruria, a Cære oppido dictæ (Θερμὰ Καιρετανά Strab. 5. 220), inter calidiores et celebriores olim, hodie Bagni del Sasso. Cæl. Aurel. 2. Tard. 1. n. 48. — A. Ciceronianæ, prope Puteolos, ita appellatæ a villa Ciceronis, Academia dicta, calidæ et saluberrimæ, carmine Laureæ Tullii celebratæ, ut ait Plin. 31. Hist. nat. 2. 3. (6). V. integr. loc. — A. Contradictionis. V. Aqua Contradictionis. — A. Convenarum, in Gallia, dictæ a « Convenis in oppidum contributis » inquit Plin. 4. Hist. nat. 19. 33. (108)., sc. a Pompejo, qui bello Sertoriano Pyrenæi prædones et fugitivos in oppidum (quod inde Convenarum seu Lugdunum Convenarum dictum est.: v. LUGDUNUM CONVENARUM) compulisse fertur, ut etiam refert Hieronym. c. Vigil. 4., hodie Bagnères-de-Bigorre, in Itin. Anton. p. 457. Cf. Cæs. 3. B. G. 19. — A. Cumanæ. V. CUMÆ. — A. Cutiliæ. V. CUTILIÆ. — A. Flaviæ, quæ fortasse et Aquæ Originæ, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, hodie Chiaves v. Chaves, ubi adhuc rudera pontis a. Chr. 101. exstructi, ab incolis, qui Aquiflavienses vocantur. Inscr. apud Grut. 168. 1. et 156. 4. V. Ann. dell' Istit. arch. a. 1865. p. 286. — A. Mattiacæ, oppidum Germaniæ haud procul a Rheno (Cf. Tac. 1. Ann. 56), ubi Mattii, unde nomen acceperunt, hodie Metz v. Wiesbaden. Ammian. 29. 4. 3. et Plin. 31. Hist. nat. 2. 17. (20). — A. Neptuniæ, locus fortasse prope Tarracinam et Formianum montem. Liv. 34. 44., coll. Vitruv. 8. 3. 15. Cf. Cluver. Ital. ant. 37. — A. Pantherinæ (al. leg. Patavinæ, sc. Aponenses), aliis calidiores, in Italia, apud Cæl. Aurel. 2. Tard. 1. n. 48. — A. Passeranæ v. Passeris, Viterbii sitæ, apud quas erat villa Calvisiana memorata in Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6684. In Tab. Peuting. et apud Martial. 6. 42. 6., qui eas fervidos fluctus Passeris vocat: hodie Bagni Gianfelli. — A. Pincianæ. V. A. Segestanæ. — A. Pisanæ v. Pisanorum, haud longe a Pisis, hodie i bagni di Pisa, veteribus celebratæ. Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (227). Patavinorum aquis calidis herbæ virentes innascuntur, Pisanorum ranæ. — A. Segestanæ sive Pincianæ, in Sicilia, hodie Castellamare v. i bagni di Castellamare, in Itin. Ant. p. 91., coll. Strab. 6. 2. 9. V. Holm, G. S. I. 375. — A. Sextiæ, oppidum Galliæ in provincia Narbonensi, cujus incolæ Aquenses dicti, hodie Aix, in Itin. Ant. p. 298.; ita celebres ut Sidon. in Narbon. v. 12. cum Bajis Campaniæ comparaverit. — Hæ Aquæ Sextiæ Salluviorum, distinctionis causa, vocantur Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (36)., ubi inter oppida Latina recenset. Dictæ autem sunt Sextiæ a C. Sextio Calvino cons. a. U. C. 630., qui et de iis gentibus triumphavit proconsul et eas condidit, teste Liv. epit. 61. Adde Vellej. 1. 15. et Flor. 3. 3. 7., coll. Strab. et Ptol. — Colonia dicitur hoc opp. in Inscr. apud Orelli n. 3217. ac videtur ab Augusto renovata vel aucta, si sincera est Inscr. apud Grut. 413. 4., ubi Colonia Julia Augusta nuncupatur. — A. Siccæ, oppidum Galliæ, in Aquitania, hodie Aygues-Sec (ita Walcken., alii alibi). Itin. Ant. p. 458. — A. Sinuessanæ. V. SINUESSA. — A. Sulis (deæ Minervæ), oppidum in Britannia, hodie Bath in Sommerset-shire, haud procul a Bristol, in Itin. Ant. p. 486. — A. Tarbellicæ v. Terebellicæ, oppidum Galliæ, in Aquitania, hodie Gallis Aqs v. Acs, Vasconibus Dax v. Dacqs, dictum a Tarbellis populis, unde et Tarbella absolute v. Tarbella civitas, eorum caput. Vib. Seq. p. 4.; Aquensium civitas Notit. Gall. V. TARBELLI. Memorat Itin. Ant. p. 455-457. et Plin. 31. Hist. nat. 2. 2. (4). et Anthol. Lat. epigr. in lemm. n. 1190. Meyer. — Eæ vulgo dicuntur etiam Aquæ Augustæ, Gr. ὕδατα Αὐγοῦστα, uti vocat Ptolem. — A. Tauri (vulgo et Taurinæ), oppidum Etruriæ prope Aquas seu Thermas Taurinas, hodie Acquapendente (Bagni della Ferrata). Memorat Rutil. Namat. 249. et Tab. Peuting. — Incolæ Aquenses Taurini vocati Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (52). — A. Tibilitanæ v. Thibilitanæ, oppidum Africæ, in Numidia, dictum a vicino Tibili, nunc fortasse Hammam-Meskutin. Memorat Augustin. 22. Civ. D. 8. n. 10. et 3. c. Crescon. 27. n. 30. — A. Vesevinæ. V. VESEVUS. — A. Voconiæ v. Vocontiæ, oppidum Hispaniæ Tarrac., hodie fortasse Caldas de Malavella, in Itin. Anton. p. 398. et Henzen, Suppl. Orell. n. 5210. — Putant quidam etiam Aquas Calidas seu Caldas vocatas fuisse, idcirco Aquicaldenses dictos cives apud Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (24). — Addimus generatim: Aquæ

— a) A numinibus v. hominibus: Augurinæ Italiæ; A. Cæsaris et A. Herculis Africæ; A. Neri Aquitaniæ; A. Persianæ Africæ; A. Pasidianæ Campaniæ; A. regiæ Africæ. — b) Ab incolis vel oppidorum aut fluviorum nominibus: A. Angæ Lucaniae; A. Balissæ Pannoniæ; A. Cilenæ Gallæciæ; A. Cirnenses Africæ; A. Helveticæ Sardiniæ; A. Jasæ Pannoniæ; A. Lesitanæ Sardiniæ; A. Nepesinæ et Populoniæ Etruriæ; A. Quarquernæ Gallæciæ; A. Socaritanæ Africæ; A. Sirenses Mauretaniæ. — Porro horum locorum cives possunt nominari simpliciter *Aquenses*; aliquando, ubi ratio adest, *Aquicaldenses* etc. V. supra.

ĀQUÆ. *V.* voc. præc.

ĀQUÆALBENSIS. *V.* **AQUÆ ALBÆ.**

ĀQUÆFLAVĬENSIS et Aquiflaviensis. *V.* **AQUÆ FLAVIÆ.**

ĀQUĀRĬI, ōrum, m. plur. 2. (aqua) hæretici ex hoc appellati, quod « aquam offerunt in poculo sacramenti, non illud quod omnis ecclesia », ut ait *Augustin. hær.* 64. Adde *Philastr. hær.* 77. *Isid.* 8. *Orig.* 5. 23. docet Græcis esse ὑδροπαραστάται.

ĀQUĀRĬUS, ii, m. 2. (aqua) signum cæleste in zodiaco, de quo *Varr.* 1. *R. R.* 28. 1. et *fragm.* apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 24. Gr. Ὑδροχόος (Gloss.). — Sideris fabulæ: *Ampel.* 2., *Hygin.* 2. *Astr.* 79.; figura, positio: *Cic. Arat.* 56. 172., *Manil.* 1. 441., *Vitr.* 9. 4. 8.; stellæ XXX. (nunc numero circ. CXX.): *Hygin.* 3. 28.; ortus, occasus: *Cic. Arat.* 473., *Virg.* 3. *G.* 304.; sol, luna, stella in *Aquario*: *Fast. Philoc.*, *Corp. I.* 1. *p.* 256., *Colum.* 11. 2. 4., *Senec.* 7. *Nat.* 27., *Sueton. Dom.* 16. - Valet in astrologia: *Manil.* 2. 464. et 629. *Id.* 244. Junonis astrum. - Significat initium veris: *Varr.* 1. *R. R.* 28. 1.; tempestatem: *Virg.* 3. *G.* 304., *Horat.* 1. *Sat.* 1. 36., *al.* — Sensu mystico apud *Zen. Tract.* 2. 43. 13. — Epitheta: *Cic. Arat.* 172. radians. *et* 478. magnus. *Avien. Arat.* 648. longos insignis artus. *Cic. Arat.* 827. humidus. *Manil.* 5. 490. fluvialis. *German. fragm.* 4. 159. frigidus. Rursus *Manil.* 2. 511. juvenilis. *et Avien. Arat.* 827. et 1275. pulcher. Alia *V.* in **AQUARIUS** in *Lexico*.

ĀQUĀRĬUS Vicus, m. 2. *V.* **VICUS.**

ĀQUĀTĬLES Dii, m. plur. cognominati sunt, qui aquis præsidebant. *Inscr.* apud *Murat.* 1981. 15 (= *C. I. L.* 5. 5258).

ĀQUĀVĪVA. *V.* **AQUA VIVA.**

ĀQUENSIS, e, adject. ad Aquam vel Aquas pertinens, ut *Aquensis Civitas* in *Inscr. apud Orelli n.* 928. — *Aquensis respublica* in *alia* apud *eund. n.* 452. — Hinc sæpius absolute

Aquenses, ium, m. plur. 3. *V.* **AQUÆ.**

ĀQUĒSIĀNI, ōrum, m. plur. 2. gens Dalmatiæ. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5579.

ĀQUĪCALDENSES, ium, m. plur. 3. *V.* **AQUÆ.**

ĀQUĪCŎLUS, i, m. 2. nomen cujusdam Rutuli apud *Virg.* 9. *Æn.* 384. « pulcer Aquicolus armis », ubi olim vulgo *Æquicolus* (V. *Heyn.* ad *h. l.*). At *Ribbeck* et *Otto* leg. *Aquiculus*.

ĀQUĬLA, æ, f. 1. nomen animalis notissimi, adhibetur de locis, de rebus et de personis, in quibus varia est scriptio, nec constans primæ syllabæ quantitas; hanc enim producit *Arat.* 2. 511. — Dicitur itaque

I.) De locis et est nomen duarum mansionum in Africa, quæ distinctionis causa *Ad Aquilam majorem* et *Ad Aquilam minorem* dicuntur, Ad Abylen et Ad promontorium Barbari positæ in litore Mauretaniæ, teste *Itin. Anton. p.* 9. et 10.; et quidem *major*, ubi nunc est *Tetuan*, cum promontorio cognomine; *minor* vero, ubi *Punta di Mazari* v. *Castillejo*.

II.) De rebus, sc. ¶ 1. De navibus, quæ eo signo, quasi tutela, distinguebantur, ut *Aquila trieres* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 2660. et 2776. ¶ 2. De astris *Aquila* (Ἀετός), signum cæleste. *V.* **AQUILA** in *Lexico*. ¶ 3. De fluvio (Gr. Ἄκυλις). *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 7. Ad fluvium Aquilam deduxerunt, qui permiscetur Eridano (?). Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (126).

III.) De personis, *Aquila* (Gr. pos. *Aquila*), quæ et *Aqila, Aquilla, Acylas*, Gr. Ἀκύλας v. Ἀκυλλας cognomen frequentissimum in gentibus *Annia, Antonia, Arruntia, Cornelia, Julia, Pontia* aliisque tam apud scriptores quam in Lapidibus. ¶ 1. In titulis, *Corp. Inscr. Lat.* 3. 7083.; 5. 2819.; 8. 60. etc. *Momms. Inscr. n.* 6310. C. SILVANI AQVILES. et *n.* 1445. M. AVRELI MVCIANI COH. PRAETORIE (*sic*) AQVILES. Ita cl. *De-Vit*; sed fortasse est nomen *coh. prætoriæ*, quam subsequitur. ¶ 2. Apud scriptores præcipui sunt — 1.°) Aquila, libertus Mæcenatis, qui *Notas* sive litterarum compendia post Vipsanium Philargium scripsit, teste *Isid.* 1. *Orig.* 22. 2., coll. *Dion.* 55. 7. Cf. etiam *Cassiod. Orthogr.* 12. *circa fin.* (*p.* 619. *P.*) — 2.°) Aquila, Romanus, rhetor, qui Gr. opusculum *De figuris* Alex. Numenii usui suo accommodavit ac locis Latinorum scriptorum instruxit hos tres libros: *de figuris* sententiarum et elocutionis: *de schematis lexeos: de schematis dianœas*, quos *Capella* compilavit. — 3.°) Aquila, Ponticus genere sed Judæus, dein Christianus, cum uxore Priscilla, Pauli ap. opere, quem hospitem aliquando habuit, scænofactoriæ artis. *Vulg. Act.* 18. 2. *sqq.*; et 2. *Tim.* 4. 19. — Præsentissimo suo ipse et uxor periculo Paulum liberarunt, fortasse Corinthi, ubi tempestas excitata fuerat contra illum a Judæis (*Act. loc. cit.*); quare iis, quos *adjutores suos* vocat, Paulus gratias agit *Rom.* 16. 3-4. — Fortasse martyres occubuerunt. Cf. *Menol. Gr. II.* De his *V.* plura apud *E. Le Camus* in *Dict. de la Bibl.* 1. *p.* 185. 810 *sqq.* — 4.°) Aquila, Gr. Ἀκύλας, *Onkelos*, et Hebr. *Aqilas* (qui cum *Onkelos*, auct. Tharg., confunditur in *Deutsch. Literary Remains*, New York 1874), Synope in Ponto oriundus, Judæus proselytus, quem minus recte ex Ethnico Christianum et ex Christiano Judæum facit *Epiphanius* (Migne *Patrol. gr. t. XLIII.* 260. *sqq.*, 876. *sqq.*), insignis Scripturarum hebraicarum interpres, quem modo *contentiosum*, modo *curiosum* et *diligentem* dicit *Hieronym. ep. ad Pammach.*, *ad Dam.*, in *Comment. ad Jos.* 8., ad *Os.* 2. et ad *Ezech.* — Vixit sub Hadriano imp., circ. a. Chr. 128., qui ab eo Hierosolymam missus, ut urbem reædificandam curaret, christianæ religioni nomen dedit; quam tamen astrologiæ judiciariæ, cui operam dabat, renunciare noluisset, a cœtu fidelium fuit ejectus et ob id ad Judaicam religionem descivit tantumque studii insumpsit Hebraicæ linguæ addiscendæ, ut sacros libros in Græcum vertere potuerit. Ita *Epiph. loc. cit.*, cui Hebræi et Christiani scriptores minime suffragantur. *Lamy* (*Introd. in S. Script. v.* 1. *p.* 229) duas refert Aquilam adornasse interpretationes, unam elegantiorem, alteram accuratiorem at servilem et vocibus barbaram et obscuram; sed ubi *Hieronym.* (in *Jer.* 6. 22. et 9. 17) loquitur de duplici editione, non est tam clarus, ut ita concludi possit. Eam porro confecit inter ann. a Chr. n. 90-130 pro Judæis Hellenistis, cujus fragmenta ad nos pervenerunt in Hexaplis Origenis. Plurimi habitam fuisse ab Hebræis testatur *Augustin.* 15. *Civ. D.* 23. « Aquila, quem interpretem Judæi ceteris anteponunt ». *et Hieronym. ep. ad Dam.* « Aquilam ut in ceteris et in hoc maxime loco proprie transtulisse omnis Judæa conclamat ». — Non desunt tamen qui eam in Messianicis locis corruptam affirment, ut *Iren. c. hær. III.* 24., *Philostr. De hær.* 90., *Euseb.* in *Ps. XC.* 9.; verum multa, ad fidem christianam roborandam idonea, se ibi reperisse ait *Hieronym. ad Marcell.* — De Aquila ejusque interpretatione præter *Monfaucon*, qui *fragm.* collegit (1714), videsis *Schürrer, Gesch. d. judisch. Volk.* etc. Leipz. 1886. *t.* 2. *p.* 704-708. et *Batiffol* in *Dict. de la Bibl. v.* 1. *p.* 811. *sq.*

ĀQUĬLĀRĬA. *V.* **ANQUILLARIA.**

ĀQUĬLĒ. *V.* **AQUILA.**

ĀQUĬLĒJA, æ, f. 1. — a) Scribitur *Aquilegia* sæpe in codd. Lat. recentioribus; semel *Aquilea* in *Itin. Ant. p.* 124. — b) Poetæ quadrisyllabam faciunt. *Martial.* 4. 25. 5. in Ledæo felix Aquileja Timavo. *Aliter* in versu rythmico *Inscr.* apud *De-Rossi* 2. 171. 29. Sunt qui apud *Sil. It.* 8. 604. leg. *Aquileia perfurit armis* pro *Aquileja superfluit armis*, ita ut sit pentasyllaba, sed perperam; quamvis vox Græca illis faveat. Alii tamen adjectivum putant. *V.* **AQUILEIUS.** — c) Origo nominis probabilior ab *aquila*, cum conderetur, dextra volante, ut placuit *Julian. Orat.* 2. *de gest. Const.* et *Eust.* ad *Dionys. v.* 398. (πόλις παρονομαζομένη ἀπὸ ἀετοῦ, ὃς ἀκύλας etc.): vel ab *aquilis* Romanorum, eorum namque signum erat aquila (*V.* **AQUILA** in *Lexico*): vel ob *aquarum* copiam quasi *Aquilegia*, ut haud inepte censet *Voss.* ad *Mel.* 2. 4. ex paludibus et fluviis, quibus abundabat. — Quicquid est de etymo, Aquileja

I.) Dicitur de loco, sc. ¶ 1. Est oppidum Galliæ Cisalpinæ, in Transpadana regione, Carnorum primarium Italiæ, inter Alsam v. Turrum et Natisonem fluvios, etiam hodie *Aquileia*. Memorant *Cæs.* 1. *B. G.* 10., *Cic. Vatin.* 16. 38., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (127), *Mela* 2. 4. 3., *Sueton. Aug.* 20., *Tib.* 7. et *Vesp.* 6., *Justin.* 32. 3., *Vellej.* 1. 15., *Tac.* 2. *Hist.* 46. et 85., *Avien. Descr. Orb.* 528., *Inscr.* apud *Orelli n.* 71. et 3847., coll. *Strab.* 5. 148., *Herod.* 3. 2. et *Spanhem.* ad *Julian. p.* 234. — Condita fuit non, ut creditum est, a Trojanis nec a Paphlagoniis, sed a Romanis adversus Gallos Transalpinos an. Chr. circ. 181. et deducta colonia Latina (*Liv.* 40. 26) ac post, lege Julia, ut videtur, municipium et tribui Velinæ adscripta (*Inscr.* apud *Orelli n.* 3651. et 4082. Cf. *Momms. Corp. I. L.* 5. *p.* 83. et *Hülsen, PW.* 2. 318), Græcis Ἀκυληΐα, quo ducebat via Annia. *Inscr.* acephala apud *Labus, Colonna di Meguzzano, p.* 10. et *alia* acephala apud *Bertoli, Antich. d'Aquila p.* 284. — Floruit maxime commerciis ac divitiis ob portum ad ostium Natisonis, præcipue ab Augusto, teste *Auson. de Clar. Urb.* 7. Nona inter claras Aquileja cieberis urbes - Mœnibus et portu celeberrima etc. — Sedes videtur fuisse Consularis Venetiæ et caput proinde totius provinciæ, ut colligi potest ex *lib. Prov. Rom.* et certius a *Jornand. Get.* 42., ubi legitur « Aquileja metropolis Venetiarum »; fuit etiam domicilium plurium imperatorum, ut Constantini, Constantis, Valentiniani etc., et in republica christiana insignis, quæ doctrinis euangelicis a Marco instituta illustrium sanctorumque virorum parens exstitit, singulari etiam liturgia et symbolo distincta. — Extremis denique Rom. imperii temporibus an. Chr. circ. 452. ab Attila, Hunnorum duce, eversa est (*Marcellin.* et *Cassiod.* in *Chron.* et fusius *Jornand. Get. loc. cit.*); dein ab immani excidio aliquandiu, præcipue Narsete auctore, relevata, iterum a Langobardis a. 590. vastata et incensa ex antiqua potentia ac splendore, quem historia et monumenta effossa patefaciunt, relapsa pæne tota in ruinis jacet. — De ea consulas *Jornand. Get.* et *Paul. Diac. Hist. Langob.* ac recentiores *Bertoli, Antich. d'Aquil.* (1739); *Schweitzer, Serie delle monet.* etc. (1848); *Zardonati, Guida stor. dell' ant. Aquil.* (1849); *Gregorutti, Le ant. lap. d'Aq.* (1876). V. etiam *Hülsen, PW.* 2. 318. *sqq.* ¶ 2. Item *Aquileja* Germaniæ v. Rætiæ in *Tab. Peuting.* 4., hodie fortasse *Aalen*. ¶ 3. Item *Aquileja (Ad)*, statio inter Florentiam et Biturgiam. *Ibid.*, eadem quæ dicitur *Rav. p.* 287. Equilia.

II.) De persona — 1.°) Fuit nomen servorum libertorumque. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 119., 736., 1084. et passim, feminarum quoque, ut *ibid.* 1086. et 1089. — 2.°) Item cognomen gent. fortasse ab urbe ductum. *Ibid.* 8. 2586., coll. 1337., 4449., 8347.

ĀQUĬLĒJĀS, ātis, adject. Legitur in *Corp. Inscr. Lat.* 3. 16772. L. MARCIVS L. PHILOTIMVS AQVILEIAS, quod, nisi est *Aquileja*, pertinet fortasse ad Aquilejam Rætiæ.

ĀQUĬLĒJENSIS, e, adject. (Ἀκυλήσιος) ad Aquilejam Carnorum pertinens. *Cic. Font.* 1. 2., ubi *Orell.* Aquiliensis, *Liv.* 39. 45., *Symmach.* 4. *ep.* 68., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (225). *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 7337. DASIT REI P. AQVIL., *h. e.* Aquilejensi. — Hinc *Aquilejensis* gens Romana nomen duxisse videtur, in *Inscr.* apud *Philipp. a Turre, Mon. Vet. Antii p.* 261. et *alia* apud *eund. ibid.* — Absolute

Aquilejenses, ium, m. plur. 3. incolæ ejusdem urbis. *Liv.* 43. 17. et *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 3764.

ĀQUĬLĒJUS, a, um, adject. poeticum. *Priscian. Perieg.* 374. Atque sinum penetrans Aquilejum colligit undas (*de Hadria*: cf. *Dionys.* 381. πόντον ἐπ' ἀγχίπορον Ἀκυλήιον, ubi *Eustath.* ὃς λέγεται καὶ Ἀκυλήσιος). — *Thes. L. L.* ad *h. v.* affert etiam ex *Sil. It.* 8. 604. *Aquileia superfluit arma*; ubi legend. cum *Venetis Aquileja superfluit armis*; nam secus, quomodo grammatice constet versus, nullus video.

ĀQUĬLEUS, i, m. 2. (aquila) nomen gladiatoris. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 5687. 22 (in vase).

ĀQUĬLIĀNUS et Aquillianus, a, um, adject. ad Aquilium aliquem pertinens. Hinc de Aquilio Gallo, *Aquiliana definitio* doli mali apud *Cic.* 3. *Off.* 15. 61 (*V.* infra). — *Aquiliana stipulatio* apud *Ulp. Dig.* 2. 15. 4. et *Cod. Theod.* 2. 9. 2., quæ « omnimodo omnes præcedentes obligationes novat et perimit ipsaque perimitur per acceptilationem ». Est autem *C. Aquilii Galli* prætoris et celebris JCti, Ciceronis familiaris, ut traditur *Justin.* 2. *Inst.* 29. § 2. et *Dig.* 46. 4. 18., quibus locis ejus formula habetur. — De hisce formulis *Cic.* 3. *Nat. D.* 30. 74. et 3. *Off.* 14. 60. « Quum ex eo (*Aquilio in ipsis formulis*) quæreretur, quid esset dolus malus, respondebat, quum aliud esset simulatum, aliud actum ». Fuerunt autem hæ formulæ quædam præceptiones cautionum in re contrahenda etc. V. *Bejer* apud *Orelli* in *Onom. Tull. p.* 60. Hinc minus recte dicta est a quibusdam lex Aquilia de dolo malo. — *Aquilianus fundus*, in pago Mefiano, memoratus in *Tab. Alim. Lig. Bæb.* apud *Momms. n.* 1354. V. etiam *Inscr. Chr.* apud *De-Rossi* 2. *p.* 418. 21. — Hinc absolute

Aquilianæ (Novæ), statio in Africa proconsulari inter vicum Augusti et Bullam regiam. *Itin. Ant. p.* 43. et *Tab. Peuting.* 5.

Aquiliani v. *Aquilliani*, ōrum, m. plur. 2. C. Aquilii Galli sectatores. *Varro* 6. *L. L.* 71.

ĀQUĬLIĀNUS, i, m. 2. cognom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 7048.

ĀQUĬLIENSIS, e, adject. ad Aquiliam aliquem pertinens. Hinc *Aquiliense portorium* apud *Cic. fragm. orat. pro Font.* apud *Mai, Class. Auct. T.* 2. *p.* 366., ubi alii rectius leg. *Aquilejense*.

ĀQUĬLII dii. *V.* **AQUILIUS** in *Lexico*.

ĀQUĬLĪNĬUS, ii, m. 2. (Aquilinus) nom. gent. *Inscr. Rhen.* 1218.

ĀQUĬLĪNUS et Aquillinus, i, m. 2. (Aquilius) Gr. Ἀκυλῖνος. ¶ 1. In titulis nomen servile et cognomen libertinum et ingenuum ætatis imperatoriæ, satis frequens in gentibus *Herminia, Junia, Nævia, Titia, Veltia* aliisque. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 175., 1058., 1872. etc. — *Aquilina*, nom. mul. *Ibid.* 9. 3346.; 10. 4170.; 11. 6454. etc. ¶ 2. Apud scriptores memorantur *Aquilinus Dardanus*, caput gentis Aquiliæ, ut quidam putant, *Auson. Prof.* 24.; et *Aquilinus* causidicus, Sozomeni historici sodalis, de quo *Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 19. — Item *Aquilina*, amica Maximiani, Etrusci poetæ, qui ejus meminit *eleg.* 3. 5. Captus amore tuo demens, Aquilina, ferebar.

ĀQUĬLĪUS, a, um, adject. ad Aquilium pertinens. Hinc *Aquilia olea* apud *Macrob.* 3. *Sat.* 20. 6. — *Aquilia lex*, de damno injuria dato derogavit, et *plebiscitum*, quid a plebe eam tribunus rogaverit, dicta est. *Ulpian. Dig.* 9. 2. 1., *Paul. ibid.* 48. 1. 4., *Papinian. ibid.* 5. 6. et *Cic. Brut.* 34. 131. *Isid.* 5. *Orig.* 15. 2. Aquilius quoque condidit legem, quæ hactenus Aquilia vocatur. — Ejus tria fuere capita. *Inst. l.* 4. *t.* 5., coll. *Caj.* 3. 210. *sqq.*; auctor vero ac tempus ignorantur, quamquam decem tabulis recentior, Cicerone antiquior evidenter est: forsitan lata fuerit a. U. C. 467., secessione plebis in Janiculum facta. V. *Orell. Ind. leg. p.* 138. — Legis reliquias a *Caj.* et *Ulp.* servatas illustrarunt *Bald.*, *Noodt.* et docti viri ad *Caj.* in *Schulting. Jurispr. Antejust. p. m.* 179. V. *Orell. loc. cit.*

ĀQUĬLĪUS et Aquillius, ii, m. 2. — a) Scribitur unica *l* in epigraphe prolata a cl. *Borghesi* in *Giorn. Arcad. T.* 28. *p.* 58.; et in Codd. MSS. fere ita scriptum occurrit, teste *Orelli* in *Onom. Tull.* ad *h. v.* At in nummis ut plurimum duplici *ll* habetur. Ceterum in *Inscriptionib.* apud *Momms.* aliisque utraque scribendi ratio usurpatur (ita et græce Ἀκύλιος et Ἀκύλλιος); in *Fastis* tamen *Capitolinis Consularibus* et *Triumphalibus* semper *Aquillius* reperitur. Generatim, *Aquillius* in titulis antiquioribus, maxime urbanis; *Aquilius* vero in Africis fere omnibus. — b) Etymon nominis ducitur ab *aquila* animali, vel ab *Aquila*, persona aliqua ita cognominata, vel, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 22. *L.*, ab *aquilo* colore, id est nigro; quod quidam, si verum est, scriptionem per unicam *l* præferendam suadet. — c) Ad prosodiam quod attinet, ex dictis infertur secundam syllabam communem esse, prout respicitur diversa scribendi ratio vel etymologia. Cf. **AQUILINUS**, cujus secunda apud *Auson. Prof.* 25. longa est, brevis vero apud *Maximian. eleg.* 3. 5. — d) Sæpe permutata sunt in vett. MSS. et ed. libr. *Aquilius* cum *Acilius*: fortasse *Acilia* et *Aquilia* una eademque gens origine fuit.

Aquilius ¶ 1. In titulis nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 9. 376.; 10. 244., 1699. etc. *Inscr. Ephem. epigr. VIII. p.* 55. 6. 757.; 10. 208.; 15. 859. etc. (*Aquili* genet. *ibid.* 15. 859); *Aquillius* 9. 376.; 10 244.; 1699. etc. (*Aquilli* genet. *ibid.* 9. 127.; 14. 2905. etc.), — *Aquilia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 12276. 9. 2149. etc. — Cognom. et nom. singulare. *Ibid.* 5. 6615.; 10. 4085.; 12. 1949. ¶ 2. Apud scriptores præcipui sunt — 1.°) Aquilius (fortasse *Marcus* præn.), poeta comicus, cui tributa fuit comœdia Plauti, *Bœotia* inscripta, invito *Varr.* 6. *L. L.* 9., coll. *Gell.* 3. 3. 9. — De hac re et de nominis lectione V. *Müller* ad *Varr. loc. cit.*, *Bothe, Poet. Scæn. Lat. T.* 2. *p.* 37., *Ritschl, Parerg.* ad *Plaut.* et *Ribbeck, Com. rel. p.* 27. *sqq.* — 2.°) M.' Aquilius M.' f. M.' cos. a. U. C. 625. cum C. Sempronio Tuditano, de quo *Cic.* 2. *Nat. D.* 5. 14., coll. 1. *Rep.* 9. 14. et 3. *Q. fr.* 5. — In Asia reliquias belli contra Aristonicum confecturus quarumdam urbium, quo citius se dederent, fontes veneno infecit: hinc *Flor.* 2. 20. « Quæ res (inquit) ut maturam, ita infamem fecit victoriam; quippe contra fas deum moresque majorum sacrosancta arma vitiavit ». — Nec minus vituperandus M.' Aquilius, fortasse ejus filius, cons. cum C. Mario a. U. C. 653., quem multis avaritiæ criminibus testimoniisque convictum Romani punissent, nisi de servis fugitivis ovans triumphasset. *Cic.* 5. *Verr.* 2. 5., *Scaur.* 2. 2. et 2. *leg. Agr.* 30. 83., *Flor.* 3. 19., *Liv. epit.* 69. — Hunc Mithridates, rex Ponti, captivum excruciatum necavit. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 14. (48). — 3.°) C. Aquilius Gallus, JCtus insignis, prætor cum Cicerone a. U. C. 688. ejusque familiaris et Mucii auditor et Ser. Sulpicii magister. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. § 42. Aquilius maximæ auctoritatis apud populum. *Cic. Brut.* 42. 154. homo acutus et exercitatus, cujus prompta et parata in agendo et respondendo celeritas. *Id. Cæcin.* 27. 78. ita justus est et bonus vir et natura, non disciplina, consultus esse videatur, ita peritus ac prudens ut ex jure civili non scientia solum quædam, verum etiam bonitas nata videatur. Adde *eund. Quinct.* 1. 3., coll. *Cæcin.* 27. 77., ubi amplissimæ ejus laudes texuntur, *et Val. Max.* 8. 8. 2. — Ab eo *Aquilianæ formulæ de dolo malo* et *Aquiliana stipulatio* et *acceptilatio*. V. **AQUILIANUS.** — *NB.* Duos fuisse hoc nomine JCtos prætorem alterum, alterum Ser. Sulpicii magistrum, statuit *Lemaire*, duce *Wetzel*, in *Ind. Cic. p.* 540.; verum si Ser. Sulpicii magister alius fuisset a prætore, id verbo saltem significasset Cicero. V. *Orell.* in *Onom. Tull.*, qui rem fusius pertractat. De eo V. *Heinecc. de C. Aquil. Gallo* etc., *Opusc. II. p.* 777. *sqq.*; *Zimmern, Storia del dir. priv. Rom. I.* 1. *p.* 287. *sq.*, *al.* — 4.°) M.' Aquilius Regulus causidicus. *Plin.* 4. *ep.* 7. Aquilius vir malus et dicendi imperitus, ut eum judicavit Herennius Senecio. — Fuit « omnium bipedum nequissimus »; « sub Nerone et Domitiano multis viris bonis exitium attulerat et ex paupere ac tenui ad ingentes opes per flagitia processit ». Ita idem *Plin.* 1. *ep.* 5. et 2. *ep.* 20. et *alib.*, coll. *Tac.* 4. *Hist.* 42. Contra « Reguli virtutem diis carissimam »; « ejus sophiam, pietatem et ingenium » et eloquentiam Tullianæ præferendam laudat *Martial.* 1. 13. et 83. et 4. 16. et *alib.*; et in plur. num. 5. 21. 28. « licet vincas - Oratione Regulos. sc. eloquentia ». — Cui credendum? — 5.°) Aquilius Severus, poeta « ad quem, inquit *Hieronym. vir. ill.* 111., Lactantii duo epistolarum scribuntur libri: composuit volumen quasi ὁδοιπορικόν, totius suæ vitæ statum continens, tam prosa quam versibus, quod vocavit Καταστροφήν sive Πεῖραν » jamdiu deperditum. Ipse vero « sub Valentiniano principe obiit ». *Id. ibid.* — 6.°) Item ex mulieribus memoranda Aquilia, plenius Julia Aquilia Severa, uxor Antonini Elagabali, quam, dimissa Cornelia Paulla, exeunte a. U. C. 973., ut ex nummis probat *Eckhel*, 7. *p.* 259. *sqq.*, duxit per sacrilegium, quod Aquilia vestalis erat; hanc tamen aliasque princeps libidinosus repudiavit (*Dio* 79. § 9., coll. *Herodian.*). *V.* **AURELIUS.**

ĀQUILLĪUS. *V.* voc. præc.

ĀQUĬLO et Aquilon, ōnis, m. 3. Genet. *Aquiloni* apud *Cic. Arat.* 97. *O.*, sc. *Aquiloni'* pro *Aquilonis*, ut sæpe apud *Cic.* ¶ 1. Est nomen venti septentrionalis, de quo V. *Lexic.* ¶ 2. Item nom. servile. in *Inscr.* apud *Grut.* 388. 5. — Et cognom. in *alia* apud *Kellerm. Vigil. Laterc. p.* 70. *n.* 265. V. *alias* in *Corp. Inscr. Lat.* 12. 547; 15. 6254. etc. ¶ 3. Item nom. equi Circensis. *Ibid.* 6. 10069. et 15. 6358. ¶ 4. *Aquilonis* mutatio inter Aecas et Æquum Tuticum, ad fluvium, cui Aquiloni nomen videtur fuisse, hodie *Celone*, in *Itin. Burdig. p.* 610. Cf. *Hülsen, PW.* 2. 332.

ĀQUĬLON. *V.* voc. præc.

ĀQUĬLŌNĬA, æ, f. 1. nomen duorum oppidorum in Samnio. ¶ 1. Aquilonia Samnii medii, ubi L. Papirius Cursor a. U. C. 461. Samnites devicit, teste *Liv.* 10. 38-44. et *Fast. Capit. Cons.* et *Triumph.*, coll. *Val. Max.* 7. 2. 5. — Ad eam videntur Osci nummi pertinere, in quibus legitur *Akudunniad* (*Zvet. Inf.* 268., coll. *Friedländer, Die Oskischen Münzen*). ¶ 2. Aquilonia Hirpinorum, hodie *Lacedogna* (Ἀκυλωνία *Ptol.* 3. 1. 62). *Tab. Peuting.* 6. et *Rav. p.* 283. — Incolæ *Aquilonii* dicti *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105). — Aquiloniæ, in plur. num., memorantur in *Itin. Burdig. p.* 610.; sed non constat, utrum extra ordinem recenseantur, an a supra dictis different. Cf. *Bollett. dell' Istit. arch.* a. 1848. *p.* 11.

ĀQUĬLŌNĬI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Aquiloniæ Hirpinorum. *V.* voc. præc. 2.

ĀQUĬLŌNĬUS, a, um, adject. ad Aquilonem aliquem pertinens. Hinc *Aquilonia proles* apud *Propert.* 1. 20. 25. et *Aquilonia pignora* apud *Stat.* 5. *Theb.* 432., h. e. Zetes et Calais, filii Aquilonis. *V.* etiam *Lexic.* ad *h. v.*

ĀQUĪNĀS, ātis, omn. gen. adject. ad Aquinum oppidum pertinens. *Liv.* 2. 69. Aquinas ager. *Horat.* 1. *Ep.* 10. 27. fucus. *h. e.* color facticius, purpuræ similis, quo Aquini lanæ tingebantur. *Tac.* 1. *Hist.* 88. et 2. *ibid.* 63. colonia. Adde *Corp. Inscr. Lat.* 10. 5422. — Hinc absolute

Aquinas, atis, m. et f. ¶ 1. In sing. num., incola Aquini oppidi. *Cic. Planc.* 9. 22. et *Sil. It.* 12. 528. ¶ 2. Sæpius *Aquinates* in plur. num. — 1.°) Incolæ Aquini opp. *Cic. Cluent.* 68. 192. et 2. *Phil.* 41. 106. *Inscr.* apud *Orelli n.* 138. CVRATORI [illegible] AQVINATIVM. Adde *aliam* apud *eund. n.* 3851. — 2.°) Alii in Gallia Cispadana, a prioribus distinguendi, de quibus *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (116). Solonates Saltusque Galliani, qui cognominantur Aquinates.

ĀQUINCUM. *V.* **ACINCUM.**

ĀQUĪNĬUS, ii, m. 2. (Aquinum) ¶ 1. Generatim nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12277., ubi *Aquini* genet. et 11. 3164. — *Aquinia*, nom. mul. *Ibid.* 6. 12277. ¶ 2. Speciatim — 1.°) Aquinius, malus poeta, memoratur *Cic.* 5. *Tusc.* 22. 63. et fortasse *Catull.* 14. 17. At utrubique alii leg. *Aquinus*; sed Ἀκύινιος habet *Plut. vit. Cic.* 27. — 2.°) M. Aquinius, Pompejanus, de quo *Auct. B. Afr.* 57. — 3.°) L. Aquinius, haruspex. *Macrob.* 1. *Sat.* 16. 22.

ĀQUĪNUM, i, n. 2. (Ἀκούινον, Ἀκυῖνον, Ἀκουίνιον) oppidum Volscorum in Latio novo seu adjecto, ad viam Latinam, tribu Oufentina, etiam hodie *Aquino*. Memoratur *Cic.* 5. *Att.* 1., 9. *Fam.* 24. et 16. *ibid.* 24., *Liv.* 26. 9., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (176)., *Itin. Ant. p.* 303. et *Tab. Peuting.* 6. — Fuit municipium et quidem frequens *Cic.* 2. *Phil.* 41. 106., coll. *Sil. It.* 8. 403. (et *Strab.* 5. 164).; postea colonia, *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63)., coll. *Gromat. p.* 229. *Lachm.* — Patria fuit Juvenalis poetæ, teste *eod.* 3. 319., coll. *Schol.* ad *h. l.*, et familiæ, unde ortus est Pescennius Niger

imp. — Inscriptiones ad Aquinum pertinentes idemque illustrantes collegit *Momms. n.* 4310-4454. V. *Corp. I. L.* 10. *p.* 530.

ĀQUĪNUS, i, m. 2. ¶ 1. In titulis nomen gent. vir. *Inscr. Hang.-Sixt., Röm. Inschr. Würtemb.* 386.; et cognom. in *Corp. Inscr. Lat.* 12. 282. — *Aquina*, nom. mul. *Ibid.* 3. 8886. ¶ 2. Apud scriptores memorantur *Aquinus* primipilus, Fabricii amicus eique junctus communi sepulcro. *Martial.* 1. 94. V. integr. epigr. — Item legatus C. Cassii Longini procons. sub Augusto, ut colligitur ex nummis apud *Cavedoni* in *Ann. dell' Istit. arch.* a. 1850. *p.* 157. — Alii apud *Sil. It.* 6. 166. et 201. et *Tac.* 1. *Hist.* 7.

ĀQUĪTĀNENSIS, e, adject. ad Aquitaniam pertinens. Hinc *Aquitanensis Gallia* in *Inscr.* apud *Grut.* 440. 5., si genuina est.

ĀQUĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* AQUITANUS.

ĀQUĪTĀNĬA, æ, f. 1. (Ἀκουιτανία v. Ἀκυιτανία v. Ἀκυτανία) — a) Scribitur etiam *Acquitania*; *Aquetania* passim habent posteriores, ut *Itin. Ant. p.* 458., *Ravenn. p.* 918., *al.* — b) Secunda modo brevis est, modo longa. Corripit *Auson. Mos. p.* 442. « Temperat ingenuus, qua læta Aquitania (*al.* Aquitanica) mores. Adde *Paulin. Nolan. carm.* 19. 154. At in derivatis producit *Tibull.* 2. 1. 33. « Gentis Aquitanæ celeber Messala triumphis ». Adde *Auson. de clar. urb.* 12. 6. — c) Etymon ducitur a copia aquarum calidarum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). « Aquitani, unde nomen provinciæ »; at unde *Aquitania* nomen factum sit, non dicit. Res itaque in incerto est: videsis varias scriptorum sententias apud *Tzschuck* ad *Mel.* 3. 2. 4.

Aquitania, tertia pars Galliæ totius, quæ *Comata* proprie dicitur, et quidem australis, Garumna fluvio pertinens ad Pyrenæos montes et ad eam partem Oceani, quæ est ad Hispaniam. De ea *Cæs.* 1. *B. G.* 1. et 3. *ibid.* 20. et *Mela* 3. 2. 4. — Post Augustum provincia Romana, angustioribus tamen finibus (Cf. *Ihm, PW.* 2. 335); et postea in tres provincias divisa, h. e. in *Aquitaniam primam* ad orientem, cujus caput fuit oppidum Biturigum, hodie *Bourges*; *secundam* ad occidentem, cujus caput Burdigala, hodie *Bordeaux*, quæ totam illam partem continebat Aquitaniæ veteri adjectam ab Augusto; *Novempopulanam*, quæ Aquitaniam veterem sive stricto sensu sumptam complectebatur (*Pol. Silv. geogr. p.* 131. 2. et *Notit. Dign. occ. c.* 13., coll. 1., 21. et 36). — De vicis et oppidis, quæ secus vias militares occurrebant per Aquitaniam iter habentibus, V. *Itin. Ant. p.* 453., 458. et 461. et generatim *Ammian.* 15. 11. 13. — Item de ejus populis, præter *Plin. loc. cit.*, qui ceteroquin sibi parum constat, etiam *Inscr.* apud *Grut.* 440. 5. et *Orell. n.* 5650., coll. *Vitruv.* 8. 1. — Item de ejus magistratibus, *Sueton. Galb.* 6. et 9., *Plin.* 26. *Hist. nat.* 1. 3. (4)., *Tac. Agric.* 9. et 1. *Hist.* 76., *Inscr.* apud *Orelli* et *Henzen n.* 189., 3192., 3659., 4910. et 6907.

ĀQUĪTĀNĬCUS, a, um, adject. ad Aquitaniam pertinens. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). Aquitanica provincia. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell., n.* 6945. Gallia. — Hinc absolute

Aquitanica, æ, f. 1. provincia Aquitania. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (105)., *Symmach.* 9. *ep.* 44. et *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli. n.* 6929. — Sunt qui, fortasse rectius, leg. etiam apud *Auson.* V. AQUITANIA sub *b*.

Aquitanici, ōrum, m. plur. 2. Aquitaniæ populi. *Salvian.* 7. *Gub. D.* 3. V. etiam voc. seq.

ĀQUĪTĀNUS, a, um, adject. ad Aquitaniam pertinens. *Cæs.* 4. *B. G.* 12. Aquitanus Piso. *Tibull.* 2. 1. 33. gens. Adde *Auson.* 183. 7. et 296. 6. — Hinc absolute

Aquitanus, i, m. 2. nom. et cognom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 13. 691. et 5. 2578.

Aquitani, ōrum, m. plur. 2. Aquitaniæ populi, Aquitanici. — a) Stricto sensu de Aquitania veteri. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). — b) Lato sensu de Aquitania sub Augusto et deinceps. *Inscr.* apud *Henzen, Supp. Orell. n.* 5455. et *n.* 5418. — De moribus Aquitanorum hoc habet *Ammian.* 15. 11. 5. « Aquitani moribus ad mollitiem lapsis ». Cf. *Salvian.* 7. *Gub. D.* 3. « Apud Aquitanicos quæ civitas in locupletissima ac nobilissima sui parte non quasi lupanar fuit? ». *Flor.* 3. 10. 6. « Aquitanos, callidum genus ».

ĀQUĪTES, æ, m. 1. *Val. Flacc.* 6. 294. *sqq.* Indigenis sacratus aquis magnique sacerdos Phasidis Aquites (*cum originatione poetica*). Cf. *Heeren, de Chorogr. a Val. adhibita p.* 20.

ĀQUĬTĬUS, ii, m. 2. (aqua) cognom. vir. *Auct. B. Hisp.* 6. 294. *sqq.*

ĀQUTĬUS, ii, m. 2. (acus) nomen vir. idem qui *Acutius. Inscr.* apud *Grut.* 961. 5. et *alia* in *Corp. Inscr. Lat.* 1. 83., ubi genet. *Acuti*, ut in similibus fere usuvenit.

AR

AR, indecl. (Hebr. *'Ir* « urbe »; Gr. Ἀρεόπολις) urbe princeps seu caput Moabitarum; hinc dicta etiam *'Âr-Môâbh* « urbe Moab » κατ' ἐξοχήν, etiam a Romanis veri etymi ignaris *Areopolis* dicta quasi *Martis* (Ἄρης) *urbs*, alias *Rabbath-Moab* (*Euseb.* Ραββάθμωαβ), hodie *Rabba* v. *Robba* (V. *Reland Palæst. p.* 577. et *Burckhardt, Reis. n. Syr. p.* 640); immo *Moab* appellata (*Hieronym. Onom.* h. v.). In *Tab. Peuting.* dicitur *Rababatora*. Memoratur *Vulg. Num.* 21. 15. et 28., *Deut.* 2. 9., 18. et 29. et *Is.* 15. 1. — Arabiæ Petrææ adscribit *Ptol.* 5. 17.; sed Palæstinæ tertiæ *Steph. Byz.* et *Hierocl. p.* 721.

ĀRA, æ, f. 1. nomen commune, de quo *V. Lexic.* — Hinc *Ara Jovis, Ara Isidis* etc. a numine, cui illa sacra erat, denominata. Verum alio sensu

I.) De locis frequentius accipitur, ita v. absolute v. cum addito, nuncupatis. Memorantur ¶ 1. Ex oppidis seu locis generatim, non tamen regionibus — 1.°) In sing. num. — a) *Ara*, oppidum Africæ in Byzacena. *Augustin.* in *Ps.* 36. *serm.* 2. *n.* 20. — b) *Ara* v. *Ara Agrippina*. V. *Ara Ubiorum*. — c) *Ara Alexandri*, locus in finibus Atrapatenes, dicta ab ara, ibi ab Alexandro M. exstructa in sui memoriam, qui nempe eo usque pervenerit victor. *Tab. Peuting.* — d) *Ara Decii*, locus in Mœsia, ubi Decius imp. interfectus est, dictus ab ara ibi Decio exstructa. *Jornand. Get.* 18. — e) *Ara Drusi*. V. DRUSUS in CLAUDIUS. — f) *Ara Lugdunensis*. V. LUGDUNUM. — g) *Ara Tophet*. V. TOPHET. — h) *Ara Ubiorum*, quæ et *Agrippinæ colonia* dicta in Germania secunda in Ubiis, ab ara in honorem, ut videtur, Augusti erecta. *Tac.* 1. *Ann.* 10., 39. et 57. — Eadem *Ara Agrippinensis* in *Inscr.* apud *Fabretti p.* 130-62. — 2.°) In plur. num. — a) *Aræ* seu *Ad Aras*, mutatio in Hispania. *Itin. Ant. p.* 413., coll. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5210. — b) *Aræ*, oppidum Africæ in Mauretania Sitifensi. *Itin. Ant. p.* 30. Cf. *Morcelli. Afr. Chr. T.* 1. *p.* 82. — c) *Aræ*, insulæ seu scopuli inter Siciliam et Sardiniam, non confundendæ cum insulis Ægimuris. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 7. 7. (42). — d) *Aræ Alexandri* — α) Locus Ciliciæ ad ripas Pinari amnis, ubi Alexander M. tres aras constituit Jovi, Herculi Minervæque antequam Syriam peteret, teste *Curt.* 3. 12. *fin.*, coll. *Cic.* 15. *Fam.* 5. — β) Locus ad ripas Hypanis amnis in India. *Capell.* 6. *p.* 223., coll. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 25. 28. (110). — γ) Item ab Alexandro M. aræ dedicatæ Apollini Didymæo in finibus Assyriæ ultra Tanaim. *Capell.* 6. *p.* 223., coll. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (49). Cf. tamen *Ara Alexandri*, de qua *Tab. Peuting.* supra *cit.* — e) *Aræ Augusti*. V. infra *Aræ Sestianæ*. — f) *Aræ Muciæ*, in Vejente et apud Tusculanum et in Silva Ciminia, teste *Plin.* 2. *Hist. nat.* 96. 98. (211). — g) *Aræ Philænorum* seu *Philænon*, locus post Cyrenem juxta Syrtim majorem, quem Ægyptum versus fines imperii habuere Carthaginienses, teste *Sall. Jug.* 19., ita dictus a duobus fratribus, Philænis nuncupatis, qui miro erga patriam pietatis exemplo ibi se vivos obrui non recusarunt; quam ob rem Carthaginienses in eo loco Philænis aras consecrarunt. *Id. ibid.* 79., ubi horum fratrum historiam enarrat. Adde *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (28). et *Val. Max.* 5. 6. V. hujus integr. locum. Cf. etiam *Cortii* adn. ad *Sall. l. c.* V. PHILÆNI. — h) *Aræ Sestianæ Tres*, in Hispania, *Augusti* nomine sacræ, in ejus honorem ab alio quo Sestio erectæ. *Mela* 3. 1. 9. ¶ 2. Item in regno Assyriæ (Hebr. *Hârâ* « montana » forma Chaldaicæ pro fem. *Hârâh*), in quam translatæ sunt a Teglathphalasar decem tribus Israeliticæ, fortasse in Media magna. *Vulg.* 1. *Par.* 5. 26. — Alii tamen oppidum esse putant. *Ravenn. p.* 67.

II.) Dicitur de persona, sc. vir quidam de tribu Aser, filius Jether, memoratus *Vulg.* 1. *Par.* 7. 38. Hebraice est *'Arâh*, idem fortasse ac *'Art* « leo ».

ĀRĀB, indecl. (Hebr. *'Arâbh* « insidiæ »; *LXX* Αἰρέμ) oppidum Palæstinæ ad austrum in tribu Juda, hodie *Er-Rabiyeh* (V. *Legendre* in *Dict. de la Bibl. t. p.* 819). *Vulg. Jos.* 15. 52. — Hinc fortasse est gentile *Arbi*, quod legitur 2. *Reg.* 23. 35.

ĀRĀBA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. loc., sc. — 1.°) oppidum Æthiopum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (193). — 2.°) Item vicus in Galilææ Samaria. *Hieronym. nom.* etc. *p.* 88. 18. et 29. *Lagard.* (Cf. *Benzinger, PW.* 2. 342). — 3.°) Item de valle seu planitie Jordanis dicitur *Vulg. Jos.* 18. 22. V. BETH-ARABA v. BETHARABA. ¶ 2. Est etiam nomen serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12280. (*Descr. Donius*)

ĀRĀBĀNENSES, ium, m. plur. 3. Mesopotamiæ gens, memorata in *Notit. Dignit. or. c.* 34. Quum hic dicantur *indigenæ*, fortasse appellati sunt ab *Oraba* v. *Araba* Osrhoenes, quæ regio fuit Mesopotamiæ. An legend. *Acrabanenses* ex *Acraba*, oppido Mesopotamiæ? V. *Boecking.* ad *Notit. loc. cit.*

ĀRĀBANTĪPHŌCUS, i, m. 2. magus quidam antiquissimus. Memorat *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (5). ubi tamen *Detlefsen* leg. *Arabum Typhœus*.

ĀRĀBARCHES. *V.* ALABARCHES.

ĀRĀBASTRÆ, ārum, m. plur. 1. Indiæ gens. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (75). V. *Tomaschek, PW.* 2. 343.

ĀRĀBES, um, m. plur. 3. *V.* ARABS.

ĀRĀBĒTA, æ, f. 1. oppidum Ægypti prope Syenem. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (178). V. *Pietschmann, PW.* 2. 348.

ĀRĀBĬA, æ, f. 1. (Ἀραβία) — a) Orthogr.: scribitur etiam *Arrabia* duplici *rr*, ut apud *Priscian. Perieg.* 865. et 870., metri causa, sed præter necessitatem. Ita poetice Ἀρραβία apud *Nonn.* — b) Prosod.: prima brevis est; sed ratione metr. ac more Græcorum producitur *Propert.* 2. 8. 20. « Et domus intactæ te tremit Arabiæ ». Sic in derivatis apud *eund.* 1. 14. 19. « Arabium limen. » et 2. 3. 15. Arabio lucet bombyce puella etc. — c) Etymon: de hoc diu disputatum est (*Gesen. Thes. II.* 1066); siquidem alii ex mythologia petunt ab *Arabo*, filio Apollinis ex Babylone, ut apud *Forcellin.*; sed inquirendum esset, unde nomen *Arabus* derivetur. Alii potius a rad. *'Arabh* « obscurus fuit v. vesperascit, ut sit *regio occidentalis*: sane Babylonii ita eam appellabant. Sic *Hieronym.* in *ep. ad Gal.* 4. 25. « Quum Arabia significet occasum ». Alii denique ab eadem radice, qua significat *misceri*, quod congruit regioni a *mixtis populis* culta (Cf. *Jer.* 25. 24). At si res bene perpenditur, significatio in idem recidit, ubi enim est obscuritas, ibi est mixtio seu confusio. Hinc sequitur probabilius nomine *Arabiæ* designari primitus terram obscuram, incognitam, desertam, aridam, Hebr. *'Arâbhâh* (Cf. *Is.* 33. 9. et *Jer.* 50. 12., 51. 43). Idem porro sonat Arabice *Bedâui* (Beduino) seu *Al-badjeh*, deserti incola, qua voce Arabes hodierni præcipue designant Arabiam desertam (V. *Wetzstein, Zeitschr. Völkerpsych. VII.* 463.; *Freytag, Lex. Arab.-Lat. t.* 1. *p.* 98). — Arabia dicitur de loco et de persona.

I.) Dicitur de loco. ¶ 1. Latiore sensu, *Arabia* pars Asiæ amplissima, a septentrione terminos habens Syriam et Euphratem fluvium, ab oriente sinum Persicum, ab occidente sinum Arabicum, a meridie mare Arabicum seu partem oceani Indici. — De ea, quam antiqui scriptores pro certis limitibus definierunt, generatim — a) In sing. num. *Plaut. Pers.* 506. Chrysopolim Persæ cepere urbem in Arabia. et 522. abductam ex Arabia penitissima. *Liv.* 45. 12. per deserta Arabiæ. Adde *Curt.* 5. 1. 11. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. (65-88). et *passim. Monum. Anc.* 5. 19. etc. — b) In plur. nom. *Tertull. Apol.* 42. Si Arabiæ queruntur etc. — Dividebatur inde a Ptolemæo in

Felicem seu *Panchajam*, Petræam seu *Nabathæam* et Desertam seu *Scenitim* (*Ptol.* et *Megasth.*): quæ quidem divisio orientalibus ignota fuit et in sacris Scripturis non memoratur; ubi non tam late patet, ut geographi describunt, sed tractus designatur haud magnus ab oriente et austro Palæstinæ usque ad mare Rubrum, de quo loqui videtur *Paul.* in *ep.* ad *Gal.* 1. 17. — Porro ante tempora Salomonis Hebræi hanc regionem *'Eretz-Qedem* « terram orientis » vocabant. Cf. *Is.* 21. 13., coll. 16., 2. *Esdr.* 4. 7. et *Jos. Ant.* 1. 12. 2). — 1.°) Arabia *Felix* (quam et Græci εὐδαίμων dixerunt, fortasse ex mala interpretatione vocis Semiticæ *yemen* v. *yamin*, quæ *dexteram* v. *meridiem* significat, non enim est ubique felix seu ferax), tempore Christi *Austrum* appellata (*Matth.* 12. 42.), dicitur pæninsula, sinu Arabico, Oceano australi et sinu Persico cincta, quam Sabæi habitabant, hodie *Yemen*. De ea *Ammian.* 23. 6. 45-47., *Mela* 3. 8. 6., *Cic.* 9. *Att.* 11. 4., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. (65). et *Tac.* 6. *Ann.* 28. — Hæc maxime toto orbe celebrata est odorifera silvarum fertilitate, auri metallis, agrorum riguis et mellis ceræque proventu, ut ait *Colum.* 3. 8. Adde *Vitruv.* 8. 3., *Virg.* 1. *G.* 57. et 2. *ibid.* 130., *Val. Flacc.* 6. 709. et *Plin. loc. cit. Id.* 6. *ibid.* 28. 32. (143). Pæninsula Arabia inter duo maria Rubrum Persicumque procurrens, quodam naturæ artificio ad similitudinem atque magnitudinem Italiæ mari circumfusa in eandem etiam cæli partem nulla differentia spectat. Hæc quoque in illo situ felix. — Mercaturam cum India et Babyloniis tractabat, unde divitiæ illæ ei provenerunt, quas antiqui extollunt. V. *Horat.* 2. *Od.* 12. 24., et 3. *ibid.* 24. 1., *Ovid.* 10. *Met.* 307., *Tibull.* 2. 2. 3., 2. *Par.* 17. 1., et *Ps.* 71. 10., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (142. *sqq.*). — 2.°) Arabia *Petræa*, ita ab oppido *Petra*, ejus capite, dicta, cincta ad ortum Arabiâ desertâ, ad occasum Ægypto et mari Mediterraneo, ad septentrionem Palæstinâ et ad austrum sinu Arabico, a Nabathæis culta, unde et nomen *Nabathææ* accepit. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 40. (121)., coll. *Ovid.* 1. *Met.* 61. et *Juvenal.* 11. 126. et ex Græcis *Strab.* 16., coll. *Jos.* 1. *B. J.* 6. — Arabiam Felicem et Petræam possidebant ex Ismaele posteri primi et peculiari Arabum nomine designati. Cf. *Gen.* 25. 13. et *Is.* 21. 16. — 3.°) Arabia *Deserta*, ad austrum Arabiæ Felicis, ad ortum Babyloniæ et Euphratis, ad septentrionem Syriæ atque ad occasum Galeaditidi confinis, cujus caput est oppidum *Maccaraba* (hodie *Mecca*), nunc dicta *Arden*, olim *Scenitis*, i. e. ἀπὸ τῆς σκηνῆς, *tentoriam*, quod gens vaga et sine ædificiis in tentoriis habitaret; ubi sunt, ut in Petræa, tractus volubilibus arenis contecti, qui tamen nomadibus pascua præbent. *V. Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (161). et 29. 33. (163). et *Mel.* 3. 79., coll. *Ptol.* 5. 18. Hoc autem nomen tempore Isaiæ (*Is.* 13. 20) primum apparet in sacris Scripturis, quo tribus solum comprehendebantur Palæstinæ trans Jordanem et quidem nomadum vel habitantium in *deserto*; id enim etiam significat *'arab* « aridus » et *'arâbhâh* « deserta ». (*Jer.* 3. 2., *Act.* 2. 11., *Gal.* 1. 17., coll. *Jos. Ant.* 1. 12. 4. et 14. 1. 4): stricto sensu ea, quæ tempore Romanorum vocabatur *Arabia prima* et *Arabaya* in inscriptionib. Achæmenidum. — De Arabia generatim hæc porro adducuntur: — a) Hanc primi regionem incoluerunt filii Cham (*Gen.* 10. 7); postea Abrahami filii per Agar et Cethuram (*Ibid.* 25. 1. *sqq.*). — b) Ex Romanis primum illuc novimus arma intulisse Ælium Gallum (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. [160]).; tum majorem ejus partem a Trajano imp. constitutam fuisse provinciam Romanam (a. 105. v. 106); deinde Septimium Severum imp. « Arabes interiores (sc. *Scenitas*) eo usque superasse, ut etiam provinciam ibi faceret »; idcirco *Arabicum* dictum fuisse (*Eutrop.* 8. 18); Diocletiano postea imperante, duæ numerantur provinciæ: *Arabia major*, apud *Rav. p.* 58.; et *Arabia Augusta Libanensis* in *Not. Dign. or.* 247. et diviso imperio in Or. et Occ., una ex XV. diœcesis or. provinciis sub præf. præt. *Not. Imp. or.* 2., 20. et 30. — De hac re videsis *Momms., Röm. Gesch. V.* 476-486.; *Rohden, De Pal. et Arab. prov. Rom.* Berl. *Diss.* 1885. et *Ruggiero, Diz. Epigr. I.* 1890. *p.* 607-609. — c) Arabiæ nomen diu ante in oriente sæpe occurrit in monumentis cuneatis, verum non ante Theglathphalasar II., qui ab an. 745-726. a. Chr. regnavit (*Schrader, Keil. Geschichtsforsch. p.* 262. et *Tiele, Babyl.-Ass. Gesch. p.* 220). Cf. tamen *REPW.* h. v., ubi dicitur vetustissima mentio fieri *mat-Aribi* in lapid. Salmanassar II (an. 859-823 a. Chr.). — In occidente autem Arabia censebatur tota pæninsula trans Jordanem, inter sinum Persicum et Arabicum. *Plin. loc. cit.* sub 1.°, coll. *Strab.* 16. *p.* 265. et *Ptol.* 5. 17. 19. — De ejus nummis consulendus *Eckhel*, 3. *p.* 499-505. aliique nummographi recentiores; itemque Inscriptiones Gr. apud *Boeckh* in *Corp. Inscr. Gr.* — d) Lingua hujus regionis vocabulorum copia pæne incredibili ceteris præstat latissimeque ab Asia anteriore ad septentrionem Africæ usurpatur et formam litterarum suppeditat etiam Turcis ac Persis aliisque populis Ismaelitis, *Kuphica* lapidaria antiquior dicta, recentior *Neschki* cursiva, quæ dicitur, seu vulgaris. Præterea duplex Arabum distingui potest dialectus, sc. « el-'arabiyat el-himyar » in regione *Yemen*, et « el-'arabiyat elmah-dhat », seu sermo arabs purus, in regione *Hedjaz*: prior Chamitarum, posterior vero Jectanitarum et Ismaelitarum propria. — Ceterum de litteratura Arabum locupletissima v. *Von Hammer-Purgstall, Gesch. litt. Arab.*; generatim de Arabia plurima colliges ex veteribus *Plin., Capell., Solin., Lactant., Hieronym., Ammian.*, coll. *Strab., Plutarch., al.*; ex recentioribus vero, præter allatos, *Drechsler, De Arabicæ gentis* etc.; *Sprenger, Geogr. A. Arab.*; *Wetzstein, Reisebericht üb. Hauran* etc.; *Huber, Voyag. de l'Arab.* etc. in *Bull. de la Soc. de géogr.*; *Legendre, Hyvernat* et *Halévy* in *Dict. Bibl. Vig.* ¶ 2. Strictiore sensu *Arabia* v. *Arabiæ Nomos* sive Nomus Arabicus, ut vocat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49)., fuit extra Delta in inferiore Ægypto ad ripam orientalem Nili in regione, quæ olim *Arabia* hinc est appellata, cujusque caput fuit, *Ptolem.* teste, *Phacusa* (Φάκουσα v. Φακοῦσα; *Copt.* Phakos; *Arab. Fâqûs*); fortasse ipsa terra Gessen (V. *Ebers, Durch Gosen z. Sinai p.* 503. *sqq.* et *Champollion, L'Égypt. sous les Pharaons t. II. p.* 76). — De ejus nummis V. *Eckhel*, 4. *p.* 102. *sq.*; unde patet aliam fuisse in Ægypto superiore Arabiam inter Nilum et sinum Arabicum, de qua fuse scripsit idem *Eckhel* in suis *Nummis Vett. p.* 295. ¶ 3. Item *Arabia*, oppidum ad dexterum latus sinus Arabici, teste *Mela* 3. 8. 7 (*Ptol.* 6. 7. Ἀραβίας ἐμπόριον), fortasse idem quod *Adaxe* apud *Philostorg. Hist. Eccl.* 3. 4., hodie *Aden* in Arabia Felici (Cf. *Tzschuck* ad *Mel. loc. cit.*). In *Itin.* autem *Silv.* 7. 1. Arabia, quæ civitas in terra Gesse est.

II.) Dicitur de persona et est nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12281. Cf. etiam *ibid.* 13225.

ĀRĀBĬĀNA, æ, f. 1. absolute (*subaud.* villa) suburbana quædam villa, apud *Symmach.* 2. *ep.* 57. et 6. *ibid.* 60.

ĀRĀBĬĀNUS, i, m. 2. (Arabia) cognom. vir. Gr. Ἀραβιανός, apud *Spartian. Sever.* 13. Claudius Arabianus. et *Vopisc. Aurel.* 47. Flavius Arabianus. *V.* ARABINUS. — Apud scriptores occurrunt etiam alii, ut historicus quidam, cujus auctoritas affertur a *Capitolin. Max.* et *Balb.* 4.: item scriptor ecclesiasticus sub Severo imp., qui quædam edidit opuscula ad christianum dogma pertinentia, ut ait *Hieronym. de vir. ill.* 51.: item episcopus Adrensis apud *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 4. ex *Socr. Hist. Eccl.* 3. 25.

ĀRĀBĬCA, æ, f. 1. et

ĀRĀBĬCI, ōrum. *V.* voc. seq.

ĀRĀBĬCUS, a, um, adject. ad Arabiam pertinens aut qui est ex Arabia aut in Arabia provenit. ¶ 1. Generatim. *Plaut. Mil.* 412. Arabicus odor. *Mela* 3. 8. 1. sinus, nunc *golfo Arabico.* et *Solin.* 23. et 54. oceanus. *Auson. epigr.* 48 (30). gens. *Curt.* 7. 2. 17. vestis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (141). expeditio. *Id.* 36. *ibid.* 12. 17. (78). lapicidina. ¶ 2. Speciatim *Arabicus*, cognomen imperatorum ob devictos Arabas, ut *Septimii Severi* apud *Aur. Vict. Cæs.* 20. et in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 2637.; et *Caracallæ* apud *Spartian. Caracall.* 10. — Hinc absolute

Arabica, æ, f. 1. — a) Est gemma quædam, de qua V. *Lexic.* — b) Item nom. mul. in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 2637. et 11. 105.

Arabicus, i, m. 2. lapis, inter insigniores connumeratus a *Plin.* 36. *Hist. nat.* 20. 33. (147). (Cf. *Arabus*). Adde *Isid.* 16. *Orig.* 4. 11.

Arabici, ōrum, m. plur. 2. hæreticorum secta, qui affirmabant cum corpore animam quoque mori atque dissolvi, ab Origene celeriter disputatione correcti, ut ait *Augustin. de Hær.* 83.

ĀRĀBĪNUS, i, m. 2. (demin. ab *Arabs*) cognomen Rom. in gente *Septimia* et *Valeria* apud *Lamprid. Alex. Sev.* 17. Septimius Arabinus. *Peter* Arabianus *leg.* Adde *Corp. Inscr. Lat.* 2. 4248.

ĀRĀBĬO, ōnis, m. 3. (demin. ab *Arabs*) vir quidam hoc cognomine memoratus *Cic.* 15. *Att.* 17. Arabioni de Sitio nihil irascor. — Est etiam nomen liberti. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 3769. — Hinc deriv. *Arabionia*, cognom. mul. in *Inscr.* apud *Racca, Novara Rom. p.* 78.; et *Arabionilla* (demin. ab *Arabio*) nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 6629.

ĀRĀBIS duo diversa significat: sc. ¶ 1. *Arabis, idis*, f. 3. cognomen Antiochiæ, a Nicanore, Mesopotamiæ præfecto, conditæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (117). ¶ 2. *Arabis, is*, m. 3. fluvius Carmaniæ, quod Oritas ab Indis disterminat. *Id. ibid.* 24. 28. (109). et 7. *ibid.* 2. 2. (30)., apud Gedrosos, 9. *ibid.* 3. 2. (7). Græce Ἄραβις, ιος *Ptol.* 6. 19. et 21. et *Steph. Byz.* Sed *Arrian. Exp.* 6. 21. Ἀράβιος; quare et Latine *Arabius* dicitur *Ammian.* 23. 6. 71. *Arabus* vero *Curt.* 9. 10. 6.

ĀRĀBISSA, æ, f. 1. (Ἀράβισσα) mulier ex Arabia, apud *Hieronym.* in *chron. Eus.*

ĀRĀBISSUS, i, f. 2. oppidum Cappadociæ, secundum *Kiepert* hodie *Jarpus* v. *Yarpuz*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 181. et *alib.* varie scriptum. et *Nov. Justin.* 31. 1. 2. — In *Itin. Hier. p.* 149. Aranissus.

ĀRĀBĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀραβῖται v. Ἀρβῖται) gens Gedrosiæ. *Curt.* 9. 10. 5. Regio Arabiton. *pro* Arabitarum. — V. *Tomaschek, PW.* 2. 364., qui eosdem ponit, quos *Arbios* vocat *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (95). et 25. 26. (110).; sed hujus nominis nimis varia est lectio. Cf. ARABIS.

ĀRĀBĬUS, a, um, adject. (Ἀράβιος) De quantitate primæ syllabæ V. ARABIA sub litt. b.

Arabius idem est qui Arabicus. *Plaut. Mil.* 412. Arabius odor. *Propert.* 2. 3. 15. bombyx. et 1. 14. 19. limen. *Tertull. de vel. Virg* 17. femina. Adde *Cod. Just.* 10. 50. — *Arabium* (subaud. *lignum*), ligni genus, de quo *Plin.* 13. *Hist. nat.* 25. 28. (127). — Hinc absolute

Arabia, æ, f. 1. nom. mul. V. ARABIA sub II.

Arabius, ii, m. 2. — a) Est nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6705. — b) Item fluvius provinciæ Drangitanorum. V. ARABIS.

Arabii, ōrum, m. plur. 2. iidem qui Arabes. *Jul. Hon. geogr.* 32. 8.

ĀRĀBO et Arrabo, ōnis, m. 3. (Ἀραβών, non Ναραβών *Ptol.* 15. 1. 2. et 2. 11. 5) fluvius Pannoniæ, hodie *Raab*. Memoratur in *Tab. Peut.* 5. Arrabo fluvius. *Itin. Ant. p.* 261. Arrabone.

ĀRĀBŌNA et Arrabona, æ, f. 1. oppidum Pannoniæ ad Arabonem fluvium, hodie *Raab*. Memorant *Notit. Dign. occ. c.* 33. et 34. et *alib.* et *Rav. p.* 216., ubi *Arabona* legitur. et *Itin. Ant. p.* 246. Cf. *Boecking* ad *Notit. l. c.* et *Momms. Corp.* 2. *p.* 546. *sqq.*

ĀRĀBRĪGA, æ, f. 1. (Ἀράβριγα) oppidum Lusitaniæ, hodie *Alêmquer* (?) in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6820. Cf. *Marini, Fr. Arv. p.* 475.

ĀRĀBRĪGENSES et Arabricenses, ium, m. plur. 3. incolæ Arabrigæ oppidi. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (118). et *Frontin.* 4. 5. 19. — *Arabrigenses*, incolæ oppidi, inter municipia Lusitaniæ, ut habet *Inscr.* apud *Orelli n.* 162., quibusdam tamen suspecta: v. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 22.; verum *Arabrigensis* legitur in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 967.

ARABS, bis, omn. gen. adject. (Ἄραψ, αβος) Scribitur et *Araps* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 2930. — Acc. plur. *Arabas*, Græca positione, est *Catull.* 11. 5., *Cæl. ep.* apud *Cic.* 8. *Fam.* 10., *Liv.* 45. 9., *Ovid.* 10. *Met.* 478., *Senec. Œd.* 117., *Val. Flacc.* 6. 139., *Mel.* 1. 49., *Ammian.* 22. 15. 2.,

Vulg. 1. *Mach.* 5. 29. et 12. 31. — De quantitate prioris syllabæ et etymo vocis *V.* ARABIA init.

Arabs, idem qui Arabicus. *Propert.* 3. 11. 8. Arabs pastor. *Martial.* 3. 65. messor. *Avien. or.* 401. gurges. *Cir.* 238. Myrrha. *Gargil. de cur.* 6. *post med.* bitumen. — Absolute sæpius usurpatur, substantivorum more

Arabs, bis, m. sing. 3. ¶ 1. Est incola Arabiæ et sensu fere collectivo, præsertim apud poetas. *Virg.* 8. *Æn.* 706. Omnis Arabs. *Tibull.* 2. 2. 4. Arabs tener. *Claudian.* 1. *de laud. Stil.* 156. Mitra velatus Arabs. Adde *Stat.* 4. *Silv.* 3. 43., *Senec. Hipp.* 68., *al.* — De incola peculiaris loci sive tractus Arabicæ alicujus regionis, plerumque cum addito. Sic *Capitolin. Gord. tres.* 29. Philippus imp. appellatur *Arabs;* sed *Aur. Vict. de Cæs.* 28. dicitur *Arabs Thraconites.* ¶ 2. Item nomen servile. *Inscr.* apud *Orelli* supra *cit.* (*C. I. L.* 6. 8869. et 10. 29235).

Arabes, um, m. plur. 3. incolæ Arabiæ. ¶ 1. Stricto sensu de incolis, v. c. Arabiæ Felicis. *Ammian.* 23. 6. 45. ¶ 2. Lato sensu seu generatim. *Horat.* 1. *Od.* 29. 1. beatis nunc Arabum invides gazis. Adde *eund.* 2. *ibid.* 12. 24., *Petron.* 102., *Senec. Med.* 710. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 61., *Notit. Dign. or.* c. 28., 34. et 30., ubi de *alis* et *cohortibus* Arabum in exercitu Romanorum fit mentio. ¶ 3. Latissimo sensu de Arabibus alias Asiæ regiones ut Persiam, Assyriam, Mesopotamiam finitimasque terras incolentibus deque ipsis Persis, Assyriis etc., quibuscum Arabes aliquando confunduntur. Sic *Tac.* 12. *Ann.* 12. Cf. *Cic.* 3. *Fam.* 8., 8. *ibid.* 10. et 15. *ibid.* 1. et 4. — *Arabes Ægyptii,* sc. Arabes occidentales, cis Nilum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 38. 32. (161). — Varia nomina, quibus Arabes inter se discernuntur, ut *Arabes Scenitæ, Zebadei, Ascitæ, Attali* etc., habes apud *eund. ibid.* 32. *sqq.* et *alib.* Sic Arabes *palmiferi* apud *Ovid.* 16. *Met.* 478.; *turilegi* apud *eund.* 4. *Fast.* 569.; *molles* apud *Manil.* 4. 652. et *soluti* apud *Lucan.* 3. 247. — Arabes mitrati degunt aut intonso crine; aliis barba abraditur præterquam in superiore labro, aliis et hæc intonsa. — In commerciis aut in latrociniis, mirum dictu, ex innumeris populis pars æqua vivit: in universum gentes ditissimæ, ut apud quas maximæ opes Romanorum Parthorumque subsistant (*Plin. locc. citt.*). — Arabum religio fuit Sabeismus seu astrorum cultus, sc. solis (*Sams*) et Lunæ (*Samsiah*); apud *Herod.* 3. 8. Οὐροτάλ, sc. *Ur-ta' âla* « lumen supremum » (sol) et Ἀλιλάτ, sc. *Al-Lât* (luna). Horum imagines gestabantur in ornamentis ab ipsis Israelitis, superstitionem illam secutis. *Is.* 3. 18., coll. *Job* 31. 26. et 40., *Plin.* 12. *Hist. nat.* 14. 32. (62). et *Solin.* 30 (V. *Orelli, Is.* 3. 1. Nordlingen 1887. et *Krehl, Relig. vorislam Araber,* Leipzig 1863). — Verum alia de eorum moribus, religione ac vitæ genere V. apud *Plin. loc. cit.*, coll. *Solin.* 33., *Apul. Florid. n.* 6., *Stat.* 2. *Silv.* 1. 161., *Hieronym.* 2. *adv. Jovin.* 7. et in *Jer.* 3. 2., *Tertull. Apol.* 24., *Clem. Alex.* in *Protreptico* et *Arnob.* 6. *p.* 196. Cf. etiam *Lajard* in *Ann. dell' Istit. arch.* a. 1847. *p.* 77. *sqq.* et ARABIA in fin.

ARĂBUS, a, um, adject. (Ἄραβος) idem quod Arabs. *Lucil.* apud *Charis. gramm. I. p.* 128. *K.* Arabus artemo. *Plaut. Pœn.* 1179. odor, ubi *alii leg.* Arabius. *Ovid.* 15. *Her.* 76. ros. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 21. 41. (153). lapis, ebori similis. et absolute 1. *Ind.* 36. 41. *Avien. orb.* 1099. sinus. *golfo Arabico.* et *Sil. It.* 15. 693. spolium. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 3646. miles natione Arabus. — Hinc absolute, substantivorum more

Arabi, ōrum, m. plur. 2. idem quod Arabes. *Virg.* 7. *Æn.* 605. bellum Hyrcanis Arabisve parant. *Cassius* apud *Charis. loc. cit.* Arabi mirifico animo erga nos fuerunt. *Nov. Just.* 102. 3. Araborum provinciæ.

Arabus, i, m. 2. ¶ 1. Est filius Apollinis ex Babylone, medicus, de quo *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (196). *V.* ARABIA sub litt. c. ¶ 2. Item fluvius. *V.* ARABIS.

ARACÆUS, i, m. 2. (Hebr. *'Arqî;* LXX. Ἀρουκαῖος: varie scribitur: *Chron. min.* 1. 100., 124. Aracæus. et 100. 97. et 167. 150. Araceus. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 24. Arachæus filius septimus Chanaan, vel potius nomen gentile seu familiæ Chananææ, oppidum Arcam incolentis (Cf. *Jos. Ant.* 1. 6. 2). *Vulg. Gen.* 10. 17. et 1. *Par.* 1. 15. *V.* AMORRHÆUS.

ĀRĂCELITĀNI. *V.* voc. seq.

ĀRĂCELIUM, ii, n. 2. oppidum seu statio Hispaniæ Tarraconensis in Cantabria, quod magna vi expugnarunt Romani, Augusto imp., teste *Flor.* 4. 12., ubi vulgo olim leg. *Arracillum* v. *Aracillum,* et *Itin. Ant. p.* 455. Araceli (ubi pars codd. habet *Aracæli, Araculi, Aracoli*) et *Oros.* 6. *Hist.* 21. Racilium. — Incolæ *Aracelitani,* stipendiarii dicti *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24)., ubi vulgo *Aracelliani,* ut apud *Hyd. Chron. II.* 24. 128. Aracellitanorum Bacaudarum (V. *Hübner, PW.* 2. 366).

ARACH, indecl. Hebr. *'Ereck* (LXX. Ὀρέχ; *Strab.* Ὀρχόϛ) « longitudo » seu potius « luna »: cf. *yâreq* (V. *H. Rawlinson, Herod. t. II. p.* 670. *sqq.*). In Inscr. cuneatis *Euruk* et *Arku.*

Arach, oppidum ex quattuor in terra Sennaar seu Mesopotamiæ, ubi Nembrod regnare cœpit. *Vulg. Gen.* 10. 10. — *Cypr. Gall., Gen.* 382. Oricham. — De situ disputatur; olim namque *Hieronym.* in *Onom., Ephræmus, Targum Hierosol.* et recentius *Buttmann, Bohlen, Winer* intelligunt *Edessam,* et *Bochart, Rosenmüller, Gesenius* et *Riess* volunt esse *Arecca* aut *Aracha* apud *Ammian.* 23. 26., coll. *Ptol.* 6. 3. 4., prope Susianam et Babyloniam, quibus favet noster *De-Vit;* verum non licet Babylonia egredi, ut locus statuatur oppidi *Arach,* quod *Oppert* multique alii docent esse *Warka,* cui respondet *Orchos* apud *Strab.* 16. 1050. ed. Lond. et *Arku* in cuneatis textibus connumeratum situmque ad lævam Euphratis (V. etiam *Vigouroux, La Bible* etc. *v.* 1. *p.* 316. *sq.*).

ĀRĂCHA, æ, f. 1. nomen loci ¶ 1. Est oppidum Syriæ (Ἄδαχα *Ptol.*), nunc *Erek,* in *Corp. Inscr. Lat.* 3. 6719. — *Notit. Dign. or.* c. 33. Aratha. et *Tab. Peuting.* 11. Harae (*corr.* Harac). ¶ 2. Item oppidum (Ἀράκκα), de quo *Ammian.* 23. 6. 26. *V.* voc. præc. ¶ 3. Item insula contra Persidem cum monte præalto, sacra Neptuno, Ἀρακία. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 25. 28. (111). *Sillig.* leg. *Aracia.*

ĀRĂCHĀRĪUS, ii, m. 2. vir memoratus *Venant.* 4. *carm.* 19. Epitaphium Arachari. *et* 3. Hic vergente suo situs est Aracharius ævo.

ĀRĂCHĪTĒS, æ, m. 1. (Hebr. *'Arkî* et *Archi* apud *Vulg. Jos.* 16. 2) incola oppidi Arach in finibus tribûs Ephraim. *Vulg.* 2. *Reg.* 15. 32. *de Chusai* et *alib.* — Apud *Jos. loc. cit.* dicitur de gente Chananæa, sita haud procul ab Ataroth, non confundenda cum Aracæis (Hebr. *'Arqî*) *Gen.* 10. 17.

ĀRĂCHNA, æ. *V.* voc. seq.

ĀRĂCHNĒ, es, f. 1. (Ἀράχνη) Legitur et *Arachna (æ)* apud *Plin.* 7. *Hist. nat.* 7. 57. (196); *Arachnea* (Ἀράχνεια) apud *Manil.* 4. 135.; *Aragne* est *Venant.* in *vit. s. Mart.* 2. — Etymon vocis petunt alii ab ἄρω, *apto,* et ἄχνα v. ἄχνη, *lanugo,* quasi aptans fila instar lanuginis tenuia; alii vero conjungunt cum Hebr. *'Arak,* « texuit » vel *râqam* « acu pinxit », unde Ital. *ricamo* fortasse derivatur.

Arachne, puella Lydia seu Mæonia, apud *Ovid.* 6. *Met.* coll. 103. 5., filia Idmonis, *ibid.* 8. et 133. et *Mythogr.* 1. 91. *V.* ARACHNE in *Lexico.*

ĀRĂCHNĒA. *V.* voc. præc.

ĀRĂCHNĒUS, a, um, adject. (Ἀράχναιος) ad Arachnem seu ad texendum pertinens. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

ĀRĂCHŌSĬA, æ, f. 1. (Ἀραχωσία) Scribitur *Arachusia* in *Exc. barb. p.* 272. 26.; et *Aracusia,* sine aspiratione, apud *Isid.* 14. *Orig.* 3. 8. et 9.

Arachosia, regio Persidis, divisa ab India Indo fluvio ad occid., cum oppido, ut ait *Plin. loc. cit.,* et flumine cognom., quod quidam *Cutim* dixere (*V.* ARACHOTOS), unde eam nomen accepisse docet *Stephan. Byz.,* hodie *Ulan Robat.* De ea *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (92)., *Solin.* 54. et *Ammian.* 23. 6. 72.

ĀRĂCHŌSII, ōrum, m. plur. 2. (Ἀραχώσιοι). Etiam *Arachotæ* vel *Arachoti* (Ἀραχῶται et Ἀραχωτοί), Arachosiæ incolæ. Memorant *Justin.* 13. 4 (ubi al. leg. *Arachossi,* coll. 41. 6., ubi *Arachoti* dicuntur), *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (95)., *Curt.* 4. 5. 5. et *alib.* et *Epit. Alex. M.* 121.

ĀRĂCHŌTÆ, ārum, m. plur. 1. idem quod Arachosii. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (78). Plerique adjiciunt (*Indiæ*) quattuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropanisadas. Adde *Priscian. perieg.* 1003. et *Avien. orb.* 1207., coll. *Dionys. perieg.* 1096., *Eustath.* et *Arist. hist. an.* 2. 1.

ĀRĂCHŌTI, ōrum, m. plur. 2. *V.* ARACHOSII.

ĀRĂCHŌTOS Crēnē, es, f. 1. palus Arachosiæ regionis, quam efficit fluvius Arachotos, ut tradit *Ammian.* 23. 6. 72., coll. *Ptolem.* 6. 2. 5. et 8. 25. 11 (Ἀράχωτος κρήνη, *h. e.* Arachotos fons, sc. palus Arachoti fluvii.

ĀRĂCĪNTHUS et Aracynthus, i, m. 2. (Ἀράκυνθος) Scribitur *Araquintus, Arachintus, Aracintus.* V. *Capell.* 6. *p.* 210.

Aracinthus ¶ 1. Est nom. geogr., *sc.* — 1.°) Mons Acarnaniæ in finibus Ætoliæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (6)., *Solin.* 7., *Avien. orb.* 591. et *Priscian. perieg.* 445., coll. *Strab.* 10. 460. et *Dionys. perieg.* 431. — 2.°) Item mons Bœotiæ in finibus Atticæ, pars, ut videtur, eminentior montis sive jugi Cithæronis, quo Antiopa profugisse et ubi Zethum et Amphionem peperisse traditur. *Propert.* 3. 13. 42., *Virg.* 2. *Ecl.* 23., *Stat.* 2. *Theb.* 239. et *Sidon. carm.* 15. 32., coll. *Mythogr. I. fab.* 97. ¶ 2. Est etiam nom. servile et cognom. libertinum. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 11798.; 6. 10184. etc.

ARACUS, i, m. 2. — *a)* Est nomen dei ignoti. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 4991 (*lectio incerta*). — *b)* Item nomen virile. *Ibid.* 7. 1336. 87.

ĀRĂCYNTHUS. *V.* ARACINTHUS.

ĀRĂD, indecl. (Hebr. *'Arâdh:* scribitur etiam *Arath, Hered, Hedar* et *Heder.* Cf. *Gen.* 50. 10. — *Cypr. Gall., Jud.* 41. habet *Arâdam,* primis duabus syllabis correptis. — Arad ¶ 1. Est oppidum in terra Chanaan ad austrum, terminus tribus Juda, quod subverterunt Hebræi appellaruntque *Horma,* i. e. anathema. *Vulg. Num.* 21. 1. et 33. et *Jud.* 1. 16. — De *Area Arad* V. ATAD. ¶ 2. Est etiam nomen vir. Hebr. *Lib. geneal. chron. I.* 174. 289.; 177. 355.; 178. 355. - *Vulg.* 1. *Par.* 8. 15. vertit Arod.

ĀRĀDIO, ōnis, m. 3. vir fortissimus Africanus, contra quem pugnavit singulari certamine Probus imp.; dein cæsum honoris causa ingenti sepulcro honestavit. *Vopisc. Prob.* 9.

ĀRĀDĬUS (Aradeus v. Aradicus), a, um, adject. Primam producit, metri causa, *Lucret.* 6. 890. — Videtur vox esse Hebraicæ seu potius Phœniciæ originis, sc. ab *'arvâdhî,* quod ab *'Arvadh,* insula et oppido Phœniciæ, latine *Arado* vel *Aradio,* derivatur; nisi velis esse nomen filii Chanaan, unde *Aradii* orti appellatique sunt (Cf. AMORRHÆUS et ARCÆUS). — Aradius

I.) Adjective est ad Aradum oppidum pertinens. *Lucret. loc. cit.* Quod genus, indu mari Aradio Fons, dulcis aqual Qui scatit. *sc.* quod Aradum alluit. *Alii tamen leg.* Aradi.

II.) Absolute, substantivorum more. ¶ 1. *Aradius,* in sing. num. — 1.°) In titulis nomen virile gentis novæ, inde a III. sæculo nobilis. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1984. et 10. 6439. — *Aradia,* nom. mul. *Ibid.* 8. 14470. — 2.°) Apud scriptores — *a)* Aradius, oppidum, idem quod Aradus. *Vulg. Ezech.* 27. 8. et 11. *V.* ARADUS. — *b)* Aradius Rufinus, vir ingenio spectatissimus, cujus elogium exstat apud *Symmach.* 1. *ep.* 2. — *c)* Aradius Rufinus alter, claro natus maritisque probabilis vitæ, tempore Juliani imp., ut ait *Ammian.* 23. 1. 4. — Ad eum exstant duæ epistolæ *Libanii l.* 4. *n.* 268. et 269. — *d)* L. Aradius Valerius Proculus (*Populonius*), vir summis honoribus ac muneribus publicis perfunctus, in *Inscr.* apud *Orelli n.* 3672.; qua, ut de provinciis Africæ dissereret, usus est cl. *Morcelli* in *Afr. Chr. T.* 1. *p.* 21. *sqq.* — Vulgo ei tribuuntur duo epigrammata apud *Meyer* in *Anthol. Lat. n.* 829. et 830.; tum etiam aliud epigramma *Symmachi* 1. *ep.* 2. et inscriptio Græca Aquis Sextiis reperta et edita in *Corp. Inscr. Gr. n.* 6779. — *e)* Q. Aradius Valerius Proculus (*Populonius*), vir clarissimus, fortasse præcedentis pater, præses provinciæ Byzacenæ, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6791. et 6792. et *Orelli n.* 1079. — Huic alii tribuunt epigramma *Symmachi* 1. *ep.* 2., quod Lucio ad-

scribitur. ¶ 2. *Aradii,* in plur. num., Aradi incolæ. *Liv.* 35. 48. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 20. 17. (78).

ĀRĀDOS et

ĀRĀDUS (Aradius), i, 2. (Ἄραδος) nomen loci et personæ.

I.) Aradus, nomen loci ¶ 1. Est insula et oppidum cognomine (de cujus origine *V.* ARADIUS) in Phœnicia, hodie *Ruâd,* clarum ob fontem dulcem sub mari ortum et ob ductum aquæ ex corio factum, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 34. (128)., coll. *Lucret.* 6. 890. Fontes submarini, quorum apud veteres mentio est, adhuc exstant, ut testatur *Ritter, T.* 17. *p.* 879. — Memorant *Mela* 2. 7. 6. *Vitruv.* 10. 22., *Cic.* 9. *Att.* 9., *Priscian. perieg.* 539., *Avien. orb.* 685., *Curt.* 4. 1. 6. — *Hieronym.* in *Chron.* Olymp. V. conditum tradit. — Ejus nummos illustravit *Eckhel,* 3. *p.* 393. ¶ 2. Item insula prope Cretam, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (61).

II.) Aradus, nomen civile Pœni cujusdam ex iis, qui Didonis ductu ex Phœnicia in Africam venerunt. *Sil. It.* 1. 380. Cf. *Drakenb.* ad *h. l.*

ĀRÆ. *V.* sub ARA.

ARÆTHUS et rectius Ariæthus, i, m. 2. (Ἀρίαιθος), vir Tegeates, historiarum scriptor, teste *Hygin.* 2. *Astr.* 1. et 6.

ĀRÆTHȲRĒA, æ, f. 1. (Ἀραιθυρέη *Hom. Il.* 2. 571). ¶ 1. Est oppidum Achaiæ in regione cognomine. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (13). Quæ regio ab Homero Aræthyrea dicta est, postea Asopia. — De ejus ruinis exstantibus V. *Curt.* in *Pelopon.* 2. *p.* 476. ¶ 2. Item hujus regionis ἐπώνυμος. *Hygin. fab.* 14. Phliasus Liberi patris et Aræthyreæ Minyæ filiæ filius. Cf. *Robert, Archäol. Jahrb.* 3 (1888). *p.* 58.

ĀRĀLIUS, ii, m. 2. (Ἀράλιος) quintus rex Assyriorum. *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 120., ubi XL. ann. regnasse traditur. *et Jorn. Rom.* 17. Memorat etiam *Augustin.* 18. *Civ. D.* 3., ubi alii leg. *Arrius.* In *Chron. min. Frickii p.* 282. 13. est *Aranus.*

ĀRĀM, indecl. m. Hebr. *'Arâm* « altus » a rd. *rûm* « altum esse » cum *a* prosthet.; *LXX.* Ἀράμ (Cf. *Hom. Il.* 2. 783. et *Hesiod. Theog.* 304); Assyr. *Arumu, Arama, Arimu.* — Critici quidam viri, rati nomina tabulæ *Gen.* c. 10. esse geographica, putarunt *Aram* (*ibid. v.* 22) sumi pro regione superiore, *Chanaan* pro inferiore (*paese alto, paese basso*); sed perperam, quum Aram sit nomen viri vel populi magis quam regionis. « Hochland bedeutet ארם nicht » inquit *Dillmann* (*Gen.* 1886. *p.* 195). Cf. tamen *Levesque* in *Dict. Bibl. Vig.* 1. *p.* 876. — Aram, nom. personæ et loci.

I.) Est nom. personæ, *sc.* ¶ 1. Fuit filius quintus Sem. *Vulg. Gen.* 10. 22. et 1. *Par.* 1. 17. — Hinc originem habuit gens Aram seu Syrorum ex communi doctorum sententia; quamquam sunt qui *patrem Syrorum* putant nepotem Nachor, fratris Abraham, ex filio Camuel; nam *Gen.* 22. 21., ubi Hebr. *Camuel patrem Aram* legitur, *Vulg.* ex *LXX.* vertit *Camuel patrem Syrorum* (πατέρα Σύρων). — Horum lingua, quæ vulgo *Aramæa* seu *Aramaica* dicitur, quæque præter Syriacam complectebatur Assyriacam, Chaldæam, Nabathæam et Mendeam, gentium fere omnium propria erat inter Euphratem et Mediterraneum mare habitantium; paullatim vero in locum Hebraicæ successit, quæ usque ad initium sæculi primi circiter perduravit (*Delitzsch, The Hebrew N. T.,* Leipz. 1883. et *Kautzch, Aram. Bibl. Gramm.* 1884). Cf. *Vulg.* 4. *Reg.* 17. 24., 18. 26., *Is.* 36. 11., *Neh.* 13. 24., quaque usus est Christus (*Reiske, De ling. vern. Chr.; Winer, N. T. Sprach.* et *Delitzsch, Pal. Volkssprache,* 1874). ¶ 2. Item filius Somer, e filiis Aser. *Vulg.* 1. *Par.* 7. 34. ¶ 3. Item filius Esron et pater Aminadab, e majoribus Christi secundum quod est homo. *Id. Ruth* 4. 19 (ubi Hebr. *Ram*), *Matth.* 1. 3. et *Luc.* 3. 33. ¶ 4. Item filius Jerameel, de filiis Juda. *Id.* 1. *Par.* 2. 25 (ubi Hebr. *Ram*), *Matth.* 1. 3. et *Luc.* 3. 33. ¶ 5. Item vir ex stirpe Horitarum. *Id. Gen.* 36. 28., coll. 1. *Par.* 1. 2.

II.) Est nom. loci, absolute usurpatum, *sc.* Syria proprie dicta seu occidentalis, cujus caput Damascus, hinc dicta Damascena. *Jud.* 3. 10., 3. *Reg.* 10. 29., *Is.* 7. 1. et 8.; sed ubique Hebraice, *Vulg.* enim dicitur *Syria,* quæ tempore Davidis latius patuit. Enimvero si sensu strictiore designat regionem ad septentr. Palæstinæ sitam, a finibus Phœnices usque ad Euphratem; sæpius tamen latissimo sensu vox *Aram* indicat vastissimum tractum a monte Tauro Damascum usque et Babyloniam ex una parte, ex altera vero a litore Mediterranei usque ad Assyriam trans Tigrim: dicta *Aram beth Rechob,* sc. Assyria; *Aram Naharaim,* h. e. inter amnes, Mesopotamia; et *Aram* sine addito, Syria. Apud *Vulg.* vero ¶ 1. Lato sensu, est Mesopotamia *Num.* 23. 7. « De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis »; divisa in *Aram-Sobha,* h. e. Syriæ partes superiores, et in *Paddhan-Aram,* h. e. campos seu planitiem. — Sunt tamen qui locum non de regione, at de oppido Mesopotamiæ intelligunt, ut *Diehl* in *Thes. L. L.* 1. *p.* 308.; sed minus recte. Cf. etiam *Re, Arch. Bibl. Diz. I. p.* 707. ¶ 2. Stricto sensu, oppidum Syriæ in tractu seu regione Gessur, in altera dimidia tribu Manasse. *Vulg.* 1. *Par.* 2. 23.

ĀRĀMĀ, indecl. Hebr. *Hârâmâh* « altitudo »; *LXX.* Ἀραήλ: *cod. Alex.* Ῥαμά.

Arama ¶ 1. Est oppidum tribus Nephthali, hodie *Rameh.* Memorat *Vulg. Jos.* 19. 36 (Cf. *Thomson, The Land and the Book, t.* 1. *p.* 516. et *Robinson, Bibl. Research. t.* 3. *p.* 79). ¶ 2. Item oppidum in tribu Aser. *Id.* 1. *Reg.* 30. 30. — Alibi *Vulg.* pro *Arama* habet, modo *Horma* (Hebr. *Hhormâh* « anathema »), antea *Sephaath,* cujus nominis ratio exponitur *Jud.* 1. 17.: modo *Herma* v. *Harma,* ut *Num.* 14. 45. et 21. 3., *Deut.* 1. 44., *Jos.* 12. 14. et 19. 4. ¶ 3. Item oppidum Syenitarum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 32. (178). *Sillig.* leg. *Aramasos;* alii *Aramum;* alii aliter.

ĀRĀMII, ōrum, m. plur. 2. vetus Scytharum nomen. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 19. (50).

ĀRĀN, indecl. m. Hebr. *Hârân* « montanus »; *LXX.* Ἀρράν. ¶ 1. Fuit tertius filius Thare, frater Abrahæ et pater Loth, Melcha et Jescha. *Vulg. Gen.* 11. 26. *sqq.* — Veteres hunc obiisse commenti sunt ob fidem igne combustum, intelligentes *Ur* Chaldæorum secundum etymon de « igne », non de patria Aran (*Targ. Jon.* ad *Gen.* 11. 28.: cf. *Hieronym. quæst.* in *Gen.* ad *l.*). ¶ 2. Item filius Semei. *Id.* 1. *Par.* 23. 9.

ĀRĀNĒŎLA, æ, f. 1. (demin. ab *aranea*) virgo nobilissima, cujus nuptias cum Polemio celebravit *Sidonius carm. XIV.* et *XV.,* quod et *Epithalamium Pol.* et *Aran.* inscribitur.

ĀRĀPHUS, i, m. 2. (ab α priv. et ῥαφή, *sutura,* quasi non sutilis) cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 475. 12., ubi legitur sine aspiratione, more solito, *Arafus.* Ita *Furlanetto.*

ĀRĀR, ăris. *V.* ARARIS.

ĀRĀRĀT et Ararath, indecl. Hebr. *'Arârâth.* — *Araratum* (genet. plur.) apud *Cypr. Gall., Gen.* 223., licenter prima syllaba producta, ceteris vero correptis.

Ararat, regio campestris Armeniæ, per quam Araxis fluit, incredibilis ubertatis, ut ait *Hieronym.* in *Is.* 37. 38., ubi celebres montes, de quibus *Gen. loc. cit.,* Hebræis dicta *'Arârâth,* fortasse ab *'âr* « mons » (cf. ὄρος); Arabibus *Arghi-dagha* (mons Arcæ); Persis *Koh-i Nuh* « mons Noe »; *LXX.* Ἀραράτ v. Ἀρμενία; in inscriptt. cuneatis *Urartu* v. *Arartu.* Sane in sacris litteris est ubique nom. regionis, non montium; idcirco dictio *montes Ararat* idem sonat ac *montes terræ Ararat* (Cf. *Delitzsch, Com. üb. Gen. p.* 221. et *Nöldeke, Untersch.* etc. c. 1. *p.* 146); Græcis Ἀραξηνῶν πεδίον. ¶ 1. Stricto sensu. *Vulg. Is.* 37. 38. Filii ejus (*Sennacherib*) percusserunt eum gladio fugeruntque in terram Ararat. Cf. 4. *Reg.* 19. 37. ¶ 2. Latiore sensu Armenia tota. *Id. Jer.* 51. 27. Annuntiate contra illam regibus Ararat etc. — In illo *Gen.* 8. 4. « Requievit arca super montes Armeniæ »: in Hebr. *Ararat.* Porro montes hic memorati duo sunt, quorum altior ab Armenis appellatur *Masis* v. *Massis,* sc. altus (V. *Cappelletti, Armen.* 1. *p.* 76), ubi arca substitit (*Jos. Ant.* 1. 3. 6. vocat *Baris,* fortasse a Copt. *bari* « navicula »). Ceterum adhuc de Ararat disputatur, quod volunt alii esse *Kurdistan* ad septentr. Mesopotamiæ et Assyriæ (Cf. *Ambros. De Noe et Arca c.* 17. « Sedit arca - super montem Quadrati (*sic*) ». Auctor *Peshito* vertit *Qardu*); alii *Hindu-Kusch* (Cf. *Lenormant, Les orig. de l'hist. t.* 2. *p.* 1-46); alii aliter. « En resumé, inquit *Van de Gheyn,* si l'on ne peut établir avec une entière certitude que l'arche s'est arrêtée au sommet du mont Massis, le moderne *Ararat,* il est cependant plus probable que le premier séjour des Noachides, sauvés du déluge, doit être placé en Arménie » (*Dict. Bibl. Vig.* 2. *p.* 880. *sq.*). — De hac regione videsis *Mos. Chor.* in *Hist. Arm.* apud *Schroeder, Thes. Ling. Arm. p.* 55.; *Porter, Travels v.* 1. *p.* 178. *sq.* et *Saint-Martin, Mém. hist. et géogr. sur l'Armen.* apud *J. Van de Gheyn.*

ĀRĀRĪ indecl. *V.* ARARITES.

ĀRĀRĬCUS, a, um, adject. ad Ararim pertinens. *Sidon. ep.* 1. 8. Bi(bitor) Araricus. *Notit. Dign. occ.* 42. Ararica classis. *Corp. I. L.* 12. 1005. etc. nautæ. — Absolute, cogn. vir. *Tac.* 12. *Ann.* 50.

ĀRĀRIS et Arar, is, m. 3. (Ἄραρ *Ptol.* et *Strab.*; Ἄραρις *Dio*) — 1.°) Nomin. *Arar* apud *Cæs.* 1. *B. G.* 12., *Tibull.* 1. 7. 11., *al.* - *Araris* in *Inscr.* apud *Orell. n.* 4018., *Claudian.* in *Ruf.* 2. 111. et *Eutr.* 1. 405. — Acc. *Ararim* est *Cæs.* 1. *B. G.* 12., *Virg.* 1. *Ecl.* 62., *Lucan.* 1. 434., - *Ararin,* Græca positione, *Claudian. B. Get.* 298. — Abl. *Arare* in *Inscr. Henzen., Suppl. Orell. n.* 7007. et 7260., apud *Cæs.* 1. *B. G.* 13. et 16. et *Tac.* 13. *Ann.* 53. - *Arari* est *Lucan.* 6. 475. — Etymon non satis constat, nisi nebulas tractare velimus.

Araris, fluvius Galliæ Celticæ, Germanos ab Æduis disterminans oriensque ex Vogeso monte prope lacum, qui nunc *Plombières* dicitur, influit in Rhodanum, postea Sauconna (Sagona) appellatus, hodie *Saône.* Memoratur *Cæs. loc. cit.* Flumen est Arar, quod in Rhodanum influit incredibili lenitate ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit. *Sil. It.* 3. 459. Arar cunctans. *et* 15. 501. pigerrimus undæ. *Id. Mall. Theod.* 53. lentus. *et* 2. *Rufin.* 111. tardior. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (33). segnis. *Claudian.* 20. 269. Rhodano stimulatus. et *Lucan.* 1. 475. Rhodanus raptum velocibus undis Fert Ararim. Rursum *Claudian.* 18. 405. ferax. — De regione, ubi fluit. *Virg. loc. cit.* Aut Ararim (*al.* Ararem) Parthus bibet aut Germania Tigrim. *h. e.* « aut Parthi, pererratis Germaniæ finibus, in Galliam venient, aut Germani, pererratis Parthorum finibus, ad Tigrim ». Ita *Wagner* (Cf. *Tasso, Amint. II.*). Alii aliter *Ararim* interpretantur.

ĀRĀRĪTĒS, æ, m. 1. (Hebr. *Harârî* et cum art. *Hâ-harârî* « montanus » *LXX.* Ἀρουχαῖος, ὁ Ἀρωδίτης) cognomen trium bellatorum Davidis. *Vulg.* 1. *Par.* 11. 33. et 34. At 2. *Reg.* 23. 11. legitur de *Arari* (coll. 33. *de Orori*); unde nonnulli putant hunc vicum esse in tribu Juda (*Thes. L. L. I.* 397); sed ibi legendum est « *'Âghê Hârârî* » in Hebr., i. e. Age Ararites, fortasse ex montibus Ephraim (1. *Reg.* 1. 1.) vel Juda generatim (*Jos.* 11. 21). Cf. *Luc.* 1. 39.

ĀRĀTĒUS vel Aratius, a, um, adject. (Ἀράτειος) ad Aratum poetam pertinens. *Cic.* 2. *Nat. D.* 40. 104. Carmina Aratia (*al.* Aratea *v.* Aratica). — Absolute. *Id.* 2. *Divinat.* 5. 14. Nostra quædam Aratea. *h. e.* Arati *phænomena* a Cicerone versa carmine heroico. — A similitudine *Cinna frg.* 11. Arateis multum invigilata lucernis Carmina (*Isid.* 6. *Orig.* 20).

ĀRĀTOR, ōris, m. 3. (aro) ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 8201.; 10. 4748. et *alib.* ¶ 2. Apud scriptores, speciatim — 1.°) Arator, poeta christianus, Ennodii amicus. *Cassiod.* 8. *Var.* 12. et *gramm. VII. p.* 229. 21. et passim. — Floruit sæc. VI. post Chr. scripsitque hexametro satis accurato et stilo carminis, pro illa ætate haud spernendo, duos libros *De Actib. Apostolorum* et alia pauca elegiaca. *Ibid.* — De eo *V.* etiam *Ind. auctt.* Cf. *Manitius, Gesch. d. christl. lat. Poes.* 1891. *p.* 366-376. — 2.°) Est signum cæleste. *Nigid.* apud *Serv. Virg. Ecl.* 1. 19. Nigidius sphæræ barbaricæ sub Virginis signo Aratorem (sic *Hertz* et *Boll.* cum codd.), quem Horon Ægyptii vocant. *V.* etiam *Lexic.* ad *v.*

ARATTHUS, i, m. (Ἄραθος, Ἄρατθος, Ἄραχθος) fluvius Epiri in Molossia, navigabilis, fortasse nunc *Arta*, per syncop. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (4)., ubi codd. *Aratus.* et *Liv.* 38. 3. et 4.

ĀRĀTUS et Aratus, i, m. 2. (Ἄρατος, Ἄρητος) Pænultimam licenter corripuerunt *Paulin. Nol. carm.* 22. 125. et *Sidon. carm.* 23. 103.

Aratus ¶ 1. Apud scriptores, filius Athenodori, philosophus, mathematicus, astronomus, eruditus, poeta, Cilix ex Solis oppido, natus an. ant. Chr. circ. 315. *Cic.* 1. *Orat.* 16. 69. Si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiæ, Aratum, ornatissimis atque optimis versibus de cælo stellisque dixisse. *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 16. Nulla Sophocleo veniet jactura cothurno: Cum sole et luna semper Aratus erit. Adde *Varr. Men.* 206., *Vitr.* 9. 6. 3., *Mel.* 1. 71., *Stat.* 5. *Silv.* 3. 23. — Studuit Ephesi et Athenis sub Phraxiphane peripatetico et Zenone stoico; et multa scripsit sive ligata sive soluta oratione, quæ ætatem non tulerunt, sed præcipue Φαινόμενα et Διοσημίας, in quibus situm motumque explicat stellarum apparentium; quod poema didacticum Theocritus et Callimachus admirati sunt et Hipparchus ac Dionysius commentati, Virgilius imitatus, Cicero et Varro, Claudius et Germanicus Cæsar et Rufus Festus Avienus interpretati. Cf. *Hieronym.* in *ep. ad Tit.* 1. 12., coll. *Forcellin.* ad *v.*; *Croiset, V.* 225. *sqq.*; *Westermann, Vit.* etc. *p.* 52. *sqq.* et *Susemihl, I. p.* 284. *sqq.* ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. libert. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 20216.; 7. 1100.

ARAURA, æ, f. 1. oppidum ad Araurim situm, hodie *Cessero*, in *Itin. Anton. p.* 389.

ARAURIS, is, m. 3. fluvius Galliæ, hodie *l'Hérault* (Ἄραυρις *Ptol.*). *Mela* 2. 80. Ex Cebennis demissus Arauris. — Hinc fortasse *Arauricus*, nom. vir. *Sil. It.* 3. 403.

ARAUSĬO, ōnis, f. 3. (Ἀραυσίων) ¶ 1. Est oppidum Galliæ Narbonensis, plenius Arausio Secundanorum v. colonia Julia Secundanorum, quod illuc legio secunda a triumviris deducta est, hodie *Orange*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 5. (36). — Hinc *Arausiensis* v. *Arausensis*, incola. *Corp. I. L.* 12. 1567. — *Arausicanus*, ut Synhodus Arausicana, *Bonif. ep.* (*Mign.* 65. 31). — *Arausicus*, ut civitas Arausicorum, *Not. Gall. chron. I.* 602.; et ecclesia Arausica, *Can. Araus.* (*Mon. leg. III. p.* 99. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 3. 4690.

ĀRĀVACI, ōrum et

ĀRĀVACUS, a, um. *V.* AREVACI.

ĀRAVI, ōrum, m. plur. 2. populus Lusitaniæ, non procul a Tago, cujus oppidum cognomine, hodie *Devezao*, in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 429. et 760. Cf. *Hübner, Corp.* 2. *p.* 48.

ARAVISCI, ōrum, m. plur. 2. populi Pannoniæ. *Tac. Germ.* 28., quos *Eraviscos* vocat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (148). — Habitasse videntur in dextra ripa inter Vindobonam et Arrabonem oppida. V. *Kritz* ad *Tac. loc.*

ĀRAXES, is, m. 3. (Ἀράξης et Ἄραξις; *Agath.* Ἐρασάχ, ab Armen. *Eras' chh*). Nomin. *Araxis* apud *Isid.* 13. *Orig.* 21. 16. — Acc. *Araxen* apud *Senec. Med.* 373., *Lucan.* 8. 431. et *alib.* sæpe. — *Araxem* est *Senec. Œd.* 428. et *Claudian.* 15. 31. — *Araxim* habet *Oros.* 6. *Hist.* 19. 1. — Origo nominis fortasse a Gr. ἀπορρῆξαι (*Strab.* 11. 531) v. ἀράσσειν (*Schol. Æsch. Prom.* 715); vel ab Armen. *arag* v. *erag* « velox, celer », ut vult *Tomaschek, PW.*, 2. 404. 2.; sed non recte, ut videtur, ob diversitatem litteræ finalis (*Hübschmann, Die armen. grammat*). Cf. etiam Pers. *arakhs.*

Araxes ¶ 1. Est flumen Armeniæ majoris, quod illam a Media dividit oriturque ex eodem monte, a quo Euphrates, et in mare Caspium influit (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. [103])., a veteribus confusum aliquando cum Oxo, hodie *Aras*, vulgo *Arax*, et a compluribus interpretibus unum idemque habitum cum Gehon (*Gen.* 2. 13.: cf. *Legendre, D. B. V.* 1. *p.* 883). — a) Proprie. *Lucan.* 7. 188. Armeniumque bibit Romanus Araxen. *Propert.* 3. 12. 8. Potabis galea fessus Araxis aquam. Adde *Vib. Seq. p.* 146. *R.* et *Curt.* 7. 3. 19. *Senec. Med.* 373. Araxes gelidus. et *Œd.* 427. niveus. *Virg.* 8. *Æn.* 728. pontem indignatus (*versus laudatus a Senec.* 6. *Nat.* 17. 1. et *Quintil.* 8. 6. 11). — De fonte, quo de alii aliter scribunt, cursu et ora locus præclarus *Mel.* 3. 40. Cf. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. (26)., quem partim inepte exscripserunt *Solin.* 15. et *Isid.* 14. *Orig.* 3. 32. — b) Metonymice, pro iis, per quorum fines fluit. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 141. quantum ferus exsultabit Araxes. *Id. ibid.* 2. 32. pharetratum invasit Araxem - indocilemque - Armeniam. *et alib.* Adde *Lucan.* 1. 19. ¶ 2. Item Persidis amnis ad Persepolim, hodie *Bend-Emir. Curt.* 4. 5. 7. et *alib.*, coll. *Strab.* 15. 729. et *Diod.* 17. 60.

ĀRAXĒUS, a, um, adject. (Ἀράξειος) ad Araxem pertinens. *Avien. orb.* 29. Tanais - scissus Araxeo prius æquore jam suus unda Effluit in Scythiam. *Avien.* hoc loco vel aliud ab Araxe flumen significat vel potius per *æquor* latos aliquos agros intelligit, qua tam Araxes quam Tanais decurrens in plura flumina derivetur et scindatur, deinde rursus in unum coeat. Ita *Forcellin.*

ARAXI FONTES, inter Puteolos et Neapolim in colle, Leucogæo appellato, emicant oculorum claritati et vulnerum medicinæ dentiumque firmitati, teste *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 29. (114).

ARAXĪUS, ii, m. 2. (Ἀράξιος) vir prætorio præfectus, de quo *Ammian.* 26. 7. 6., coll. 26. 10. 7. — Hoc nomen restituit *Seeck* in *Cod. Theod.* 6. 4. 8. et 9 (a. 356)., ubi « a Braxio proconsule » (*lege* ab Araxio).

ARAXOS et

ARAXUS (Araxum), i, m. 2. (Ἄραξος) ¶ 1. Est promontorium Peloponnesi in Elide, hodie *Kalogria*, apud *Mel.* 2. 49. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (13). ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 19581.

ARBA, æ, f. 1. (Ἄρβα v. Ἄρβη) Liburnica insula in Hadria cum oppido, nunc *Arbe* v. *Rab. Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (140). Alii leg. *Arbe* et *Tab. Peut.* 5. Arva. V. *Momms. Corp.* 3. *p.* 397.

ARBĂCĒS, is, m. 3. (Ἀρβάκης) Dicitur etiam *Arbactus* (*Justin.* 1. 3. 2. et 6), *Arbatus* (*Oros.* 1. *Hist.* 19. 1), *Abarces* (*Beda* in *Chron. p.* 265. 118), *Arbocus* (*Id. ibid. p.* 26. 114) et *Verbaces* (*Mos. Chor. hist.* 1. 21).

Arbaces, dux Medorum et Mediæ præfectus, rege Assyriæ Sardanapalo. *Justin.* 1. 3. 6., *Vellej.* 1. 6. 2 (*ubi male* Pharnaces). et *Oros.* 1. *Hist.* 19. — Is una cum Belesi, satrapa Babyloniæ, Sardanapalum aggressus est ac post varias vices Niniven, quo Sardanapalus confugerat, occupavit et primus rex Medorum conclamatus est (*Justin. loc. cit.*, coll. *Diod.* 2. 24. *sqq.*) regnumque per annos 28. probe rexit usque ad an. a. Chr. 605 (al. 625., al. aliter), quo Ninive eversa est (*Ampel.* 12., *ubi male* Arsaces, et *Hieronym.* in *Chron.* sec. *Eus.* a. 820). Cf. *Niebuhr, Gesch. Ass. u. Bab.* 325. *sq.*

ARBĂLO, onis, m. 3. locus in Germania, ubi prosperrime pugnatum est a Druso. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 18. (55). Alii oppidum putant, alii fluvium. V. *Schiller, Gesch. d. Röm. Kaiserz. I.* 218.

ARBATES. *V.* ATREBATES.

ARBATILICUS, i, m. 2. pagus Galliæ, hodie *comté d'Herbauge.* Memoratur *Greg. Tur. glor. mart.* 89. Vicus est in Arbatilico nomine Becciaco (hodie *Bessay*).

ARBE vel

ARBEE, indecl. m. (Hebr. *'Arbe'* « quattuor »; *LXX.* Ἀργόβ) gigas, pater Enac, qui nomen dedit oppido Cariath-Arbe et condidit oppidum Hebron, fortasse *quattuor* dictus ex statura valde procera vel ex singulari virium magnitudine. *Vulg. Jos.* 14. 15. « Nomen Hebron ante vocabatur Cariath Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est ». Hinc quidam commenti sunt ibi Adam sepultum fuisse, rati *Adam* hic esse nomen proprium primi hominis, non commune, hoc est *homo* generatim. Cf. ADAM.

ARBĒLA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum Siciliæ (*Steph. B.* Ἀρβέλη πόλις Σικελίας, τὸ ἐθνικὸν Ἀρβελαῖος). *Sil. It.* 14. 271. « Arbēla (*codd.* Arbeja) ferox (*Heins.* ferax) et celsus Ietas » ubi licenter pænultima producta est. ¶ 2. Item oppidum Adiabenes. *V.* voc. seq.

ARBĒLA, ōrum, n. plur. 2. (τὰ Ἄρβηλα) oppidum Adiabenes, nunc *Erbil.* Memoratur *Curt.* 4. 9. 9. (*Dareus*) pervenerat Arbela vicum, nobilem sua clade facturus. *Plin.* 37. *ibid.* 10. 55. (149). in Arbelis. *Id.* 2. *ibid.* 70. 71. (180). Nobili apud Arbelam magni Alexandri victoriā. *Sillig.* leg. *Arbelam*; alii *Arbila*, ut *Jan*; alii aliter. *Frontin.* 2. *Strat.* 3. 19. ad Arbela.

ARBĒLĪTIS, idis, f. 3. (ἡ Ἀρβηλῖτις) ¶ 1. Est regio Adiabenes ab opp. *Arbela* nuncupata. *Solin.* 46. Arbelitis regio. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (41). Adiabene Assyriorum initium, cujus pars est Arbelitis (*alii leg.* Arbilitis). ¶ 2. Item appellata fuit Sittacene, teste *eod.* 6. *ibid.* 27. 31. (132). Sittacene est, eadem Arbelitis et Palæstina dicta (in quibusd. codd. *Hard.* omittitur).

ARBELLI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄρβηλοι) vicus Galilææ. *Vulg.* 1. *Mach.* 9. 2. « Et abierunt viam, quæ ducit in Galgala, et castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis ». Locus vexatus, ubi alii leg. *Galilæam* pro *Galgala* et *Casaloth* pro *Masaloth*, ita ut de situ vici dubium sit, eo magis quod *Euseb.* in suo *Onom.* tria hujus nominis loca distinguit. Ceterum probabilius ille statuitur, quem *Jos. Ant.* 12. 11. 1. ponit in Galilæa juxta Sephorim haud procul a lacu Genesareth, hodie *Khirbet Irbid* v. *Arbed*, ad orient. *El-Medjdel* et ad radices collium *Qorum Hattin* (Cf. *Robinson, Bibl. Research. in Pal. II. p.* 398. *sq.*). — Fortasse nomen factum est ab Arbeel, unde *Beth Arbeel*, ubi hæc divinitas colebatur, vel ab Arbelo, filio Ægypti, apud mythographos (Cf. *Apollod.* 2. 1. 5. et *Steph. Byz.* ad *v.*).

ARBENĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 420 = *Corp. I. L.* 5. 2898. — Etiam *Arvenius* legitur et *Arvenia*, nom. vir. et mul. in *Corp. I. L.* 5. 2036.

ARBERNUS, i, m. 2. et Arberna, æ, f. 1. nom. gent. *Varro* 8. *L. L.* 81. Ut Arbernus Percelnus Perpennus (*hoc fictum*) Arberna Percelna (*hæc feminarum*) Perpenna. *Alii* Perpernus *et* Perperna. V. cl. *Canal*, qui docte *h. l.* illustrat (*M. T. Varr. de L. L.* etc. Venezia 1874. *p.* 548).

ARBĪ, indecl. (Hebr. *hā-'Arbī*, LXX. Οὐραιοαρχί) oppidum Judææ, ubi natus est Pharai, ex viris fortissimis David. *Vulg.* 2. *Reg.* 23. 35. Pharai de Arbi. - Probabiliter nomen oppidi est *Arab*, unde *Arbī* cum articulo *hā* et terminatione *ī* propria originis, quasi *Arabita.* V. ARAB.

ARBĪI, ōrum, m. plur. 2. gens Indiæ, fortasse ad Arbim fluvium, unde nomen traxerit. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (95). et *ibid.* 25. 28. (110). — *Avien. orb.* 1297. Oritas Aribasque (item *Priscian. perieg.* 1003.: Ἀριβας *Dionysii*).

ARBIS, is, m. 3. (Ἄρβις *Strab.*: Acc. *Arbem* apud *Isid.* 14. *Orig.* 3. 8.; *Arbim* apud *Oros.* 1. *Hist.* 2) fluvius Indiæ, memoratus *Isid.* et *Oros. locc. citt.* — At inter oppida recenset litoris Persici *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 23. (97). Arbis oppidum a Nearcho conditum in navigatione. Cf. ARABIS.

ARBĪTER, ri, m. 2. (*ar* pro *ad* et *bitere* v. *betere* pro *ire*) nom. vir. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12282. et 10. 5490. Arbitris (*gen.*). — Notissimum est cogn. *Petronii* (Cf. *Tac.* 16. *Ann.* 18). *Ter. Maur.* 2489. Arbiter disertus. Adde *Sidon. carm.* 23. 156. — *Hieronym. ep.* 180. citat dictum Arbitri, quod Martiali tribuendum est. *V.* PETRONIUS.

ARBĪTĬO et Arbetio, onis, m. 3. nom. vir. *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 125., *Ammian.* 16. 6. 1. et *Cod. Theod.* passim. — Fuit etiam *Flavius Arbitio* cos. cum Lolliano a. post Chr. 355. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1156. et 1166. et *Carm. epigr.* 660.

ARBOCALA et, rectius, Albocala, æ, f. 1. (Ἀρβουκάλη *Polyb.*, Ἀρβόκαλα, Ἀλβόκαλα *Ptol.*) oppidum in Hispania Tarrac., hodie *Villa Fasila*, apud *Liv.* 21. 5. — Hinc *Albocolensis*, adject. *Corp. I. L.* 2. 880. Cf. Gallæciæ metallum *Albucrarense* (*Furlanetto* leg. *Albicratense* in *App.*) apud *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 23. (80). — Hinc etiam deus *Albocelus* in *Corp. I. L.* 2. 2394.[5] (in conventu Bracaugustano).

ARBŎGASTES, is, m. 3. et Arbogastus, i, 2. ¶ 1. Fuit vir Francus, sub Valentiniano II. comes et magister militum, cujus opera imperatorem illum occisum fuisse narrant *Prosp.* in *Chron.*, *Oros.* 7. *Hist.* 35. et *Rufin.* 2. *Hist. eccl.* 34., an. 392. — Fuit homo sævus et necibus præparatus, ex infima condicione ob militarem virtutem ad summos gradus evectus. *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 45. ¶ 2. Item comes Treverorum, ad quem *Sidon. ep.* 4. 17. scripsit; ad eund. datum est carmen *Auspicii* laudatorium 34 (*Migne L.* 61. 1006).

ARBONA. *V.* ARBOR.

ARBŌNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1058. 1. 155. et *Senec.* 2. *Suas.* 19.

ARBOR, ŏris, f. 3. inservit nominibus formandis geographicis, uti sunt ¶ 1. Cum additis. — a) *Arbor sancta*, locus regionis II. Cælimontanæ. *Notit. Urb. p.* 95. *Url.* — b) *Arbor Felix*, castra Romana prope lacum Brigantinum, Arbona, hodie *Arbon* (Cf. *Momms.*, *Corp.* 3. *p.* 708. et 737). *Ammian.* 31. 10. 20. Castra, quibus Felicis Arboris nomen est. Adde *Tab. Peut.* 3., *Itin. Ant. p.* 237. et *Ravenn. p.* 231. — c) *Tres Arbores*, quinta a Burdigala statio. *Itin. Hier.* 3. 13 (550. 3). — d) *Sex Arbores*, locus sacer in Aquitania. *Corp. Inscr. Lat.* 13. 129. ¶ 2. Sine additis — a) *Arbor*, fluvius Asiæ. *Ravenn. p.* 78. — b) Item Galliæ, hodie *l'Arche*, apud *Script. Meroc. II.* 183. Maurienna urbem super fluvium Arboris. — Hinc *Arborius*, cogn. sequioris ævi (Celticum?) apud *Auson.* 182., 168., 206. Cæcilius Argicius Arborius, Æmilius Magnus Arborius, Magnus Arborius, ejus majores, de quibus V. *Seeck, PW.* 2. 419. *sq.* Adde *Martial.* 2. 655. et 5. 700. — *Arbusculus*, nom. vir. demin. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 7482.; et *Arbuscula*, nom. libertarum, plerumque contr. *Arbuscla*, *ibid.* 6. 12284. et 12214., ubi Arbusculaes (*gen.*). — *Arbustus*, nom. equi, *ibid.* 8. 12508. et *Arbustius*, nom. gent., *ibid.* 14. 4007.

ARBŎRĪUS et

ARBUSTĪUS et alia deriv. *V.* ARBOR.

ARCA, æ, vel plur. Arcæ, ārum, f. 1. duo oppida — 1.°) Prope Melitenem Cappadociæ, nunc *Arga*, in *Itin. Ant. p.* 178., 211. et 215. et *Nov. Just.* 31. 1. 2. — 2.°) Phœniciæ, hodie *Arka* (*Steph. Byz.* Ἄρκη, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Ἄρκαι.... τὸ ἐθνικὸν Ἀρκαῖος), plenius *Arca Cæsarea* postea appellata, ad radicem Libani, ubi natus est Alexander Sev. imp. *Lamprid. Alex.* 13 (*Aur. Vict. Cæs.* 24. Duplex Cæsarea et Arca (*sic*) nomen est). Hinc colonia Cæsarea Libani dicta in nummis apud *Eckhel*, 3. *p.* 360. et incolæ Cæsarienses ad Libanum, et mansio in *Itin. Burdig. p.* 588. — *Hieronym. quæst. Hebr.* in *Gen.* (*Vulg. Gen.* 10. 17. Chanaan genuit - Aracæum) « Aracæus, qui Arcas condidit, oppidum contra Tripolim in radicibus Libani ». Sed *V.* ARACÆUS. — Hinc *Arcenus*, a, um, adject. ad Arcam pertinens. *Lamprid. Alex. Sev.* 1. Urbs Arcena. *et ibid.* 5. Alexandri nomen accepit, quod in templo, dicato apud Arcenam urbem Alexandro Magno, natus esset. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 4. Lucianus, Arcenus (*episcopus*).

ARCĂDES. *V.* ARCAS.

ARCĂDĬA, æ, f. 1. (Ἀρκαδία) nomen geograph. et person.

I.) Arcadia, nom. geogr. — *Archadia* cum aspiratione sæpe in libris; et *Acardia* apud *Rav. p.* 899., cujus etymon recentiores ducunt a frequentia ferarum, præsertim ab ἄρκος, pro ἄρκτος, *ursa*; veteres vero ab *Arcas*, ut *Ovid.* 1. *Fast.* 470. Adde *Hygin. fab.* 176., *Hieronym.* a. Abr. 585. et *Isid.* 9. *Orig.* 2. 71. et 14. *ib.* 4. 15. ¶ 1. Est regio Peloponnesi mediterranea, olim *Drymodes*, mox *Pelasgis* dicta a Pelasgo, qui primus ibi inclaruit, dein *Lycaonia* a Lycaone, ejus filia, postremo ab Arcade *Arcadia* (*Ovid. l. c.*, *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. [20]. et *Avien. orb.* 574. *sqq.*), inter Argolidem, Achaiam, Elidem, Messeniam et Laconiam sita, montosa et aquis irrigata celebrium fluviorum Alphei, Ladonis aliorumque ab Erymantho, Cyllene, Mænalo, Lycæo, Parthenio, Artemisio crebrisque jugis defluentibus et Stymphali lacus, ita ut appelletur a recentioribus « Helvetia Græca ». Memoratur — 1.°) Proprie. *Plin. loc. cit.* Mediterranea Arcadia maxume tenet undique a mari remota. *Id.* 25. *ibid.* 8. 53. (94). Totam Arcadiam - tradant herbiferam (Cf. *Sillig.* in *Ind. Plin.*). *Virg.* 8. *Æn.* 159. Arcadiæ gelidos visere fines. *Ovid.* 1. *Met.* 689. Arcadiæ gelidis in montibus. *Stat.* 1. *Ach.* 419. pascua ditis Arcadiæ. Adde *Hygin.* et *Isid. locc. citt.* — Celebratur præcipue a poetis ut patria et sedes deorum. *Virg.* 8. *G.* 392. Pan deus Arcadiæ. *Horat.* 4. *Od.* 12. 11. Delectantque deum, cui pecus et nigri Colles Arcadiæ placent. *Ovid.* 2. *Fast.* 424. Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. *Cic.* 3. *Nat. D.* 21. 53. Primum et secundum Jovem natos in Arcadia. *et ibid.* 57. Quartus (*Apollo*) natus in Arcadia. Adde *Liv.* 1. 5. et *Ampel.* 9. — Proverb.: *Cic.* 10. *Att.* 5. Quod mihi mandas de Quinto regendo, « Ἀρκαδίαν (*intellige* μ' αἰτεῖς: nimium petis (Cf. *Boot* ad *l.*), sc. *Arcadiam petere* dictum de re difficillima, ex responso Delphico ortum, quod Lacedæmoniis consulentibus Arcadiæ possessionem negavit (*Herod.* 1. 66). — 2.°) Metonymice, pro *Arcades. Plin.* 11. *Hist. nat.* 74. 96. (207). Quæ Arcadia narrat de domino a dracone servato etc. — Olim habuit suos reges usque ad an. 670. a. Chr., quo desiit bellum secundum Messeniacum perfidiā Aristocratis II., ob id lapidibus necati in vertice Lycæi sacro; et in varias respublicas diducta est, quæ Lacedæmoniorum potentiæ servierunt (a. 650-371); dein pristinam regiminis unitatem recipere conata est, condita ad hunc finem Megalopoli, urbe capite, dominationem postea Philippi II. Macedonis subitura (a. 371-338): ad fœderationem pertinuit Achaicam (a. 234-146), quo tempore a Romanis, universa Græcia potitis, Achaiæ provinciæ addicta est. — Plura *V.* apud *Curt.*, *Gesch. griech. I. III.* et *Pelop. I.*; *Immerwahr, Die Kulte u. Mythen A.* 1891. ¶ 2. Item oppidum Cretæ. *Senec.* 3. *Nat.* 11. 5. et *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 30. (53). Cf. *Steph. Byz.* Ἀρκάδες, πόλις Κρήτης etc. ¶ 3. Item Ægypti provincia e sex diœcesim constituentibus sub Arcadio Aug. *Notit. Dign. or.* 2. et 23.

II.) Est cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 2146. Ab hoc autem diversum est femininum pertinens ad *Arcadius*, imperatoris nomen.

ARCĂDĬĂCUS, a, um, adject. (Ἀρκαδιακός). ¶ 1. Est ad Arcadium pertinens. *Notit. Dign. or.* 8. 25. et 26. Comites Arcadiaci, comites Honoriaci. *Notit. Urb. Const.* 2. 13. Cisterna Arcadiaca, cisterna Modestiaca. ¶ 2. Item ad Arcadiam regionem pertinens. *Not. Tir.* 112. 52.

ARCĂDĬĀNUS, a, um, adject. ad Arcadium imp. pertinens; hinc *Ala Arcadiana* militaris in *Notit. Dign. or.* 28. 8. — *Prætores Arcadiani* et *prætura Arcadiana*, ab Arcadio constituta. *Cod. Theod.* 6. 4. 25. — *Thermæ Arcadianæ* in urbe Constantinopoli. *Marc. Com. chron. min. II.* 64. Ex conditoris sui (*Arcadii*) nomine nomen acceperunt. Adde *Notit. urb. Const.* 2. 13.

ARCĂDĬCUS, a, um, adject. (Ἀρκαδικός) — 1.°) Proprie, ad Arcadiam regionem pertinens. *Plaut. Asin.* 2. 2. 67 (333). Asini Arcadici. *Liv.* 1. 5. A Pallanteo, urbe Arcadica, Palatium appellatum. Sic *Auson.* 76. 4. Adde *Plin.* 8. *Hist. nat.* 43. 68. (167)., *Isid.* 12. *Orig.* 140., *Varr.* 2. *R. R.* 8. 3., *Colum.* 7. 1. 1., *Avian. Arat.* 258. — De Mercurio. *Capell.* 5. *p.* 140. Arcadica ratio. *i. e.* Mercurius, qui ipse λόγιος et Ἑρμῆς λόγιος appellabatur. — 2.°) Translate, stupidus, bardus. *Juvenal.* 7. 160. Arcadicus juvenis. *h. e.* hebes, stupidus: et alludit asinis, qui maximi in Arcadia sunt; qua de re *Pers.* 3. 9. Arcadiæ pecuaria rudere credas (Cf. etiam ARCAS). Sic *Capell.* 6. *p.* 189. Nunc Arcadicum et Midinum sapis. *h. e.* asini in modum stupes; nam asinus pecus Arcadicum est et Midas asini aures habuisse dictus propter stultitiam.

ARCĂDĪENSIS, e, adject. ad Arcadiam pertinens. *Schol. Arat. Lat. p.* 148. Carmen exposuit apud Pana Arcadiensem.

ARCĂDĬŎPŎLIS, is, f. 3. (Ἀρκαδιούπολις) oppidum Thraciæ, olim *Bergula*, ab Arcadio conditum. *Jornand. Get.* 266.

ARCĂDĬŎPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. ad Arcadiopolim oppidum pertinens. *Act. Conc. Constantin. II.* (*Mansi IX. p.* 176). Cf. *Ramsay, Asia min. p.* 114. sub *Tetra.*

ARCĂDĪUS, a, um, adject. (Ἀρκάδιος) ad Arcadiam pertinens. *Senec. Herc. fur.* 229. Arcadia quatere nemora Mænalium suem. *Martial.* 9. 184. Arcadius aper. *Senec. Œd.* 477. sidus. *h. e.* Ursa. *Propert.* 1. 18. 20. deus. *h. e.* Pan. *Stat.* 7. *Theb.* 89. galerus. *h. e.* petasus Mercurii, qui in Cyllene, Arcadiæ monte, natus dicitur, et *aliger Arcas* ab *eod.* 8. *Silv.* 3. 80. appellatur. *Ovid.* 1. *Fast.* 462. dea. *h. e.* Carmenta, Euandri mater. *Id.* 3. *Amor.* 6. 30. virgo. *h. e.* Arethusa venatrix, nympha Arcadiæ. *Stat.* 2. *Theb.* 70. virga. *h. e.* virga Mercurii. *Virg.* 10. *Æn.* 424. telum. *sc.* Pallantis. *Ovid.* 2. *Fast.* 423. mons. *h. e.* Lycæus. — Absolute pro Mercurio deo. *Apul.* 6. *Met.* 7. frater Arcadii. — Et pro Mercurio stella. *Sidon. carm.* 15. 65. Arcadium sexto Lunam sic orbe supremo - currere. — In plur. num. pro *Arcades*, in *Chron. Alex. p.* 108. et 175. Græcorum - gentes Arcadii.

ARCĂDĬUS, ii, m. 2. (Ἀρκάδιος) nomen personæ et geographicum. — Arcadius

I.) Est nom. personæ ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Fuit primus, ut videtur, et celeberrimus imperator, prænomine *Flavius*, memoratus a scriptoribus tam ethnicis quam christianis, de quo multa collegit *Ruggiero, Diz. epigr.* s. v. *V.* FLAVIUS ARCADIUS. — 2.°) Item Aurelius Charisius, magister libellorum, scriptor libri singularis de officio præfecti prætorio. *Dig.* 1. 11. 1 (V. *Jörs, PW.* 3. 2146). — 3.°) Item mulomedicus, cujus apopiras, sive medica compositio, memoratur *Pelagon. Veterin.* 9. — 4.°) Item martyr Hispanus, sub Genserico, rege Ariano, una cum Probo, Paschasio et Eutychiano, ob præclaram fidei catholicæ confessionem primum actus in exsilium, dein a tyranno atrocissimis suppliciis, fortasse Hippone, necatus. *Prosp.* in *Chron.*, coll. *Gennad. de script. eccl.* 95. ¶ 2. In titulis (ubi *Arkadius* vel *Archadius*, cum aspiratione, aliquando legitur) nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 2872., *Carm. epigr.* 684. et *alib.* — *Arcadia*, nom. mul. *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 960 (a. 516). — Item filia Arcadii imp., Christianæ religionis studiosissima, soror Theodosii. *Marc. Com. chron. min. II.* 81. et 17. *Not. urb. Const.* 10. 7. — Hinc nom. demin. *Arcadiola* in *Inscr. Chr. Rhen. Kraus. I.* 134.

II.) Est nom. fluvii in Cappadocia Pontica, in Pontum celeri cursu influentis. *Ammian.* 22. 8. 17. — *Forum Arcadii* fuit in urbe Constantinopoli, teste *Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 5., in loco civitatis, qui Xerolophus appellatur. Cf. *Socr. hist. eccl.* 7. 5. ἡ ἀγορὰ Ἀρκαδίου. et *Marc. chron. min. II.* 75. 421. 2.

ARCAS, ădis, m. 3. (Ἀρκάς) De scriptura *Archas* V. voc. prec. — Declinatur plerumque græce propter metrum, ut Genet. sing. *Arcados* apud *Senec. Herc. fur.* 130., *Stat.* 1. *Theb.* 45. et *alib.*, *Val. Flacc.* 5. 205., *Auson. ep.* 21. 7., *Claudian. cons. III. Hon.* 165. (at *Ovid.* 1. *Met.* 218. Arcadis. *Merkel*). — Acc. *Arcada* apud *Virg.* 12. *Æn.* 518. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 107. et 6. *Theb.* 561. *Solin.* 7. — Genet. plur. *Arcadon* apud *Varr. Men.* 101. — Dat. *Arcasin* est *Capell.* 2. *p.* 281. — Acc. *Arcadas* habent *Cic.* 3. *rep.* 15. 25., *Virg.* 8. *Æn.* 518. et *alib.*, *Ovid.* 6. *Fast.* 605., *Stat.* 5. *Silv.* 2. 123. — Arcas

I.) Substantive ¶ 1. In sing. num. — 1.) Apud scriptores, in fabulis, filius Jovis et Callistus, Lycaonis filiæ (*Paus.* 8. 1. et 3. et *Apoll.* 3. 8): vel Parrhasii et Jovis nepos (*Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 31); vel Orchomeni et Themistonis (*Eustath.* ad *Iliad.* 2. et *Rufin.* 10. *Recogn.* 21) et Pelasgi pronepos (*Paus. loc. cit.*, coll. tamen *Apoll. loc. cit.*); unde nomen inditum Arcadiæ (*V.* ARCADIA init.) et Arcades progeniti. *Hygin. fab.* 176. et 2. *Astr.* 4., ubi addit post mortem translatum esse in cælum et factum sidus nomine *Arcturi*, ut Callisto *Ursæ*. Adde *Ovid.* 2. *Met.* 505 (Cf. *Maass, Aratea* 268. *sqq.*). — Generatim. *Gloss. IV.* 406. Arcas ab Arcadia, sc. incola. — Collective — a) Pro Arcadia. *Val. Flacc.* 1. 35. Lernæ defensus ab angue Arcas. *Sidon. carm.* 5. 45. (*fert*) Arcas equosa. — b) Pro Arcadibus. *Lucan.* 3. 177. Mænala liquit Arcas. *Claudian.* 8. 471. Spartanus et Arcas. — 2.°) In titulis nom. vir. et cogn. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 1440. et 3. 2924. — Item nom. equi. *Ibid.* 6. 10053. ¶ 2. In plur. num. — 1.°) Incolæ Arcadiæ vel ex Arcadia. *Colum.* 1. 3. 6. Diversum orbem - petisse - ut primordia nostra contingam Pelasgos, Aborigines, Arcades. *Lib. gener. chron. min. I.* 108. et 204. Græcorum gentes Iones, Arcades, Bœoti, Æoli, Lacones. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (155). Arcades, quibus anni trimenstres

fuerunt (Solin. 1., Censor. 19. 5., Macrob. 1. Sat. 12. 2). Id. 8. ibid. 22. 34. (81). Arcadum reges tricenis annis (vixisse). Manil. 4. 768. Arcades antiqui. Cic. apud Serv. ad Virg. 2. G. 342. Arcades se proselenes esse asserunt, id est ante lunam natos. Sic Ovid. 2. Fast. 289. ante Jovem genitum terras habuisse feruntur Arcades et luna gens prior illa fuit. Cic. 3. rep. 15. 25. Arcades et Athenienses commenti sunt se de terra exstitisse. Senec. Herc. O. 1536. Arcadum populi vetusti. Hygin. fab. 274. Arcades res divinas primi diis fecerunt. Virg. 12. Æn. 281. pictis Arcades armis. Adde Liv. 32. 5. — Ovid. 3. Met. 210. de canib. Actæon. Pamphagus et Dorceus et Oribasus, Arcades omnes. — 2.º) De iis, qui in aliqua re pares sunt. Virg. 7. Ecl. 2., coll. 10. Ecl. 32. Corydon et Thyrsis Arcades ambo. h. e. pares vel patria vel cantu amœbæo; nisi mavis accipere quasi synonym. poetarum pastoralium. — Antiquitas Arcadum fabulosa nota est et regum longævitas; tum etiam canendi peritia et ardor, vitam pastoralem quum degerent. Cic., Senec., Virg. locc. citt., coll. Apoll. Æg. 4. 104. et Herod. 8. 73., qui eos αὐτόχθονας vocat. — Eorum reges dicuntur a Pelasgo cœpisse et in Aristocratem II. desiisse a. ant. Chr. 668. Cf. Pausan. 8. 1. sqq. et V. ARCADIA. — Arcadum quattuor genera recenset Serv. ad Virg. 8. Æn. 51., nempe Parrhasiorum, Mænaliorum, Azanorum et Cynethorum, eorumque colonias cum Œnotro, dein cum Euandro venisse in Italiam tradunt Paus. 8. 5., Serv. ad Virg. 11. Æn. 31. et Solin. loc. cit.

II.) Adjectivorum more, Arcas, comm. gen., ad Arcadiam regionem pertinens. ¶ 1. Generatim. Virg. 10. Æn. 239. forti permixtus Etrusco Arcas eques (collective pro equites). Martial. 5. 65. 2. Nemees terror et Arcas aper. Stat. 7. Theb. 94. Arcades aræ. Val. Flacc. 5. 205. Arcados deæ (Callistus). Virg. 11. Æn. 835. Euandrique Arcades alæ. Augustin. 18. Civ. D. 18. Ab diis vel potius dæmonibus Arcadibus. Varro apud Serv. ad Virg. 8. 51. Arcades exsules confugerunt in Palatium, duce Euandro. ¶ 2. Speciatim. Val. Flacc. 7. 23. Arcas Echion. Virg. 12. Æn. 518. Menœtes. Sil. It. 6. 636. Arcas mater (Euandri filia). Schol. Stat. 4. Theb. 228. «Parrhasis» Arcas. — Absolute Arcas dicitur — a) Parthenopæus apud Stat. 8. Theb. 745. et 12. ibid. 805., filius Atalantæ Arcadis et Meleagri. — b) Item Ancæus apud Ovid. 8. Met. 391. bipennifer Arcas. — c) Sæpe Mercurius (Cf. Varr. Men. 101). Lucan. 9. 601. pinnæ Arcados. Stat. 2. Silv. 7. 6. Arcas vocalis citharæ repertor. Id. 8. ibid. 3. 80. Arcas aliger. Martial. 9. 35. plus. — d) Item Mercurii stella. Auson. 382. 21. celer Arcas, finitimus terris. Adde Claudian. 7. 164. — e) Arctophylacis sidus (?). Val. Flacc. 5. 370. et Serv. ad georg. 1. 16.

ARCEM, indecl. oppidum Arabiæ. Hieronym. sit. et nom. p. 98. Arcem: Iosephus refert hanc esse Petram, urbem nobilem Palæstinæ. Cf. Euseb. Ἄρκεμ. et Jos. Ant. 4. 82. Ἄρκην.

ARCĒNUS. V. ARCA.

ARCĔSILĀS. V. voc. seq.

ARCĔSILĀUS, i, m. 2. (Ἀρκεσίλαος) et contracte Arcesilas (Ἀρκεσίλας). Propter concentum auctores Archelaum et Arcesilaum nonnumquam inter se confuderunt, ut Oros. 3. Hist. 23. 8. et Curt. 5. 2. 16 (?). — a) Orthogr.: Archesilaus, cum aspiratione, exhibent omnes codd.: Cic. 5. Tusc. 37. 107., Homer. 168., Solin. 7., Act. Arv. a. 219. v. 6. etc. — Arcisilaus in Corp. Inscr. Lat. 6. 228 (a. 208). 8. — Archisilaus est Cassiod. chron. II. p. 148. 976. — Arcessilas passim in libris: Cic. 2. Acad. (pr.) 5. 14. et 1. Nat. D. 25. 70. — Harcesilaus in Chronogr. a. 354. p. 63. — b) Declinatio: ab Arcesilas: Gen. Arcesilæ apud Cic. 3. Orat. 21. 80. et alib., Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (33)., Lact. 3. Instit. 4. 14. — Acc. Archesilam est Cic. 5. Tusc. 37. 109.; Arcesilan vero Senec. 2. Benef. 10. 1., Mel. 1. 90. et Augustin. 3. Acad. 16. — c) Prosodia: Sidon. carm. 2. 177. Archesilaus codd. et 15. 94. Archesilas (unus Archesilaus): utrubique metrum postulat choriambum. Schol. Pers. 3. 79. — d) Etymon deducitur probabiliter ab ἄρκεσις, auxilium, et λαός, populus, quasi populi auxiliator; hinc melius scribitur Arce- quam Arche-silaus. Cf. ARCESIDEMUS.

Arcesilaus, nom. vir. Græc. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.º) Fuit philosophus, natus Pitane in Æolide a. circ. 315. ante Chr., Polemonis auditor et mediæ Academiæ conditor, cujus effatum: «unum scio quod nihil scio» scholam hanc, prout et Academiam novam, a Carneade institutam, tanquam scholas scepticas designat; quamquam utriusque sectatores opinionem saltem probabilem admittebant. Mela 1. 18., Cic. 3. Orat. 18. 67., 1. Acad. (post.) 9. 35., 1. Nat. D. 5. 11. et 2. Fin. 1. 2., Gell. 3. 5. — De ejus disputatione cum Zenone Stoico Cic. 2. Acad. (pr.) 20. 66. et 24. 76. et 1. Nat. D. 25. 70. — De eo, præter laudatos, consulas Hieronym., Tertull., Lactant. et, ex recentioribus, Geffers, De Arcesila, Gött. 1841., coll. Zeller et Croiset. — 2.º) Item pictor Parius, qui picturam encausticam ante Aristidem cum Polignoto exercuisse videtur, teste Plin. 35. Hist. nat. 11. 39. (122). — 3.º) Item alius pictor, Tisicratis, quem Lysippus artem statuariam docuerit, filius non ignobilis. Id. ibid. 11. 19. (146). — 4.º) Item sculptor, incertæ ætatis. Id. ibid. 12. 45. (156). (M. Varro) magnificat Arcesilaum, Locil Luculli familiarem, cujus protoplasmata pluris venire solita artificibus ipsis, quam aliorum opera. Ab hoc factam Venerem Genetricem in Foro Cæsaris. Adde eund. ibid. et alib. alia opera Arcesilai memorantem. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 228. et 13023 (vid. Boldetti, oss. p. 442). et Inscr. apud Marini, Fr. Arv. tab. XLIII.

ARCĔSIUS, ii, m. 2. (Ἀρκέσιος) Arcisius (Ἀρκείσιος) apud Apul. Socr. 24.; Arcecius apud Grut. et Archius, corrupte, Hygin. fab. 180. — Etymon vel ab ἀρκέω, auxilior, vel ab ἄρκος pro ἄρκτος, ursa; fabulantur enim ab ursa, sc. meretrice, eum fuisse lactatum. Cf. Hom. Odyss. 14. 182. et 16. 118. et Eustath. ad h. l.

Arcesius ¶ 1. Fuit filius Jovis et Euryodiæ (Arist. apud Eustath. ad Odyss. l. c.): vel Cephali (Hygin. fab. 189), Laertæ pater. Memoratur Hygin. fab. 173. et alib., et Apul. loc. cit. — Hinc Arcisiades (Ἀρκεισιάδης), Arcisii filius v. nepos. Diomed. gramm. I. 321. 29. ¶ 2. Item Mercurius ita cognominatus. V. ACACESIUS.

ARCHABIS, is (?), m. 3. (Ἄρχαβις Arrian., Ἄρχαδις Ptol.: etiam a Latinis vario scribitur) fluvius Colchidis, in mare Ponticum ictu rapido decurrens, nunc Archawé, et vicus. Ammian. 22. 8. 17., Tab. Peut. 10. et Rav. p. 102.

ARCHÆŎPŎLIS, is, f. 3. (Ἀρχαιόπολις, antiqua urbs) oppidum Ioniæ. Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (117). Obiit et Archæopolis substituta Sipylo. — Altera in Lazorum finibus prope Colchos, de qua V. Tomaschek, PW. 2. 435.

ARCHĂGĂTHUS, i, m. 2. (Ἀρχάγαθος, princeps bonus) ¶ 1. Fuit medicus famosissimus, Romæ primus, ex Peloponneso, Lysaniæ filius. Plin. 29. Hist. nat. 1. 6. (12). Archagathum vulnerarium egregium - mox a sævitia secandi urendique transisse nomen in carnificem et in tædium artem omnesque medicos. — Hinc Archagathi vocantur sævi a notissimo carnifice, cui hoc nomen fuit. Gloss. V. 520. 1. — Tertia compositio emplastri ad auctorem Archagathum refertur, quod Archagathion appellatur. Cels. 5. 19. 27. ¶ 2. Item filius Agathoclis, tyranni Siculi, occisus ab Arcesilao, olim patris amico, teste Justin. 23. 2. V. AGATHOCLES. ¶ 3. Item vir Haluntinus, quem non solum domi sed tota Sicilia in primis nobilem vocat Cic. 5. Verr. 23. 51.

ARCHĀGĔTĒS vel Archegetes, æ, m. 1. V. APOLLO.

ARCHĒ, es, vel ēnis, f. 1. et 3. (Ἀρχή, principium) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est una e quattuor primis Musis, Jove altero et Neda natis, quas memorat Cic. 3. Nat. D. 21. 54. — 2.º) Item æon Valentinianorum. Tertull. adv. Valentin. 35. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 11. 2638. et 4934., ubi Arce. et 10. 1267. Archeni (dat.). — Hinc Archilis v. Archylis (inis et idos) nom. serv. mul. — a) Est mulier in Plaut. Truc. 479. et 481. — b) Persona muta in Ter. Andr. 228. et 481. bis vocative: cf. Priscian. gramm. III. 425. 24., ubi adfert Archillis, duplici l, at secunda brevis omnino est. — Hinc Archo v. Archon (ontis), Ἄρχων, nom. et cogn. vir. Liv. 21. 24. et Justin. 13. 4. 23. — Archonides (a), is (æ), Ἀρχωνίδης (ας), nom. vir. Ter. Heaut. 1065. et Cic. 3. Verr. 56. 129. — Arcusa, pro Archusa, cogn. mul. Corp. I. L. 12. 4574.

ARCHĔBŪLUS, i, m. 2. (Ἀρχέβουλος, princeps consilii v. consiliarius) ¶ 1. Fuit Theræus poeta, Euphorionis Chalcidensis magister. Ter. Maur. 1919. et Mar. Vict. gramm. VI. p. 126. 1. — Hinc Archebuleum (vel Archebullum [on] apud Cæs. Bass. l. c.) metrum, ubi hexametro prima syllaba ablata est et ab ultima tertia, ut docet Diomed. gramm. I. 514. 1.; vel constat Ionico ἀπὸ μείζονος insequentibus duobus dactylis et duobus trochæis. Cæs. Bass. gramm. VI. 256. 10. Mar. Vict. gramm. VI. p. 70. 18. Metrum logaœdicum seu archebullum. — Archebuleus (Archebullus) versus, a quibusdam anapæstus antidactylus dictus, non ab ipso (Archebulo) auctore primum editus est, sed ab eo frequenter usurpatus; nam et Ibycus et Pindarus et Simonides hoc versu longe ante usi sunt. Ita Mar. Vict. l. c. p. 126. 1. sqq. ¶ 2. Est etiam persona in Plaut. Asin. 116.

ARCHĔBŪLĔUS v. Archebullus. V. voc. præc.

ARCHĔLĀIS, idis, f. 3. (Ἀρχελαΐς) Licenter tertiam syllabam corripit Paulin. Nol. loc. cit. — Archelais, nom. geogr. et pers.

I.) Est nom. geogr., sc. ¶ 1. Oppidum Cappadociæ, colonia a Claudio Cæs. deducta, nunc Aksarai. Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. (8). et Corp. I. L. 6. 32536. Itin. Burdig. p. 576. mutatio Argustana et civitas Colonia. ¶ 2. Item oppidulum Bithyniæ, juxta quod interfectus est Opil. Macrinus imp. Capitol. Opil. Macr. 10. et 15., Hieronym. in chron. a. Abr. 2334. et Jornand. Rom. 278., ubi Archilaide. ¶ 3. Item oppidum Palæstinæ, ab Archelao, filio Herodis M., conditum, inter Jerichuntem et Scythopolim (Cf. Jos. Ant. 17. 13. et 18. 2). Plin. 13. Hist. nat. 4. 9. (44). et Tab. Peut. 10., ubi Arcelais.

II.) Est etiam nom. et cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 11165. — Paul. Nol. carm. 26. 264. nomine prisco Archelais tam sancta fide quam stemmate clara.

ARCHĔLĀOS et

ARCHĔLĀUS, i, m, 2. (Ἀρχέλαος et Ἀρχέλεως, rector populi) Scribitur contract. Archelas (Ἀρχέλας): cf. Acusilas pro Acusilaus, Archesilas pro Archesilaus. — Archelous apud Hygin. fab. 162.; Archelaous apud Gran. Licin. p. 32. B. 12. (ed. Bonn) et Momms. Inscr. n. 6839.; Archilaus in Corp. I. L. 10. 3699. 2. 4. etc.

Archelaus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Ex regibus et principibus viris — a) Macedoniæ: Perdiccæ II. filius nothus, «prudens rei bellicæ et navallum etiam commentator præliorum - in tantum litterarum amator ut Euripidi tragico consiliorum summam concederet - Pythias et Olympicas palmas quadrigis adeptus, Græco potius animo quam regali». Ita Solin. 9., coll. Cic. 5. Tusc. 12. 34. et Gell. 15. 20. — b) Cappadociæ: Archelaus, cognomento Sisinus (Strab. 12. 2. 6. et 11), cui regnum dedit M. Antonius triumvir. Tac. 2. Ann. 42. — Antonianas partes secutum et cum triumviro devictum Augustus non punivit sed beneficiis ornavit; dein accusatum Tiberius defendit. Denique senio confectus sicque regno callide privatus Romam accitus est, ubi diem obivit. Sueton. Tib. 8. et Tac. 2. Ann. 42., coll. Dion. 19. 31. et 57. 17. — Fuit liberalium artium ac litterarum cultor, quem cum uxore et filia Apelles pinxit, et cui Xeuxis Pana suum donavit nullo pretio satis dignum permutandum, ut refert Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (96). — Scripsit de agricultura, teste eod. ibid. passim, coll. Varr. 2. R. R. 3. et 3. ibid. 11. et Arist. H. A. 9. 3. — c) Palæstinæ: Herodis M. ex Malthace Samaritana filius, Glaphyræ, Archelai Cappadociæ regis filiæ, maritus, Herodes et ipse appellatus. Vulg. Matth. 2. 21. et Hieronym. sit. et nom. p. 169., coll. Jos. Ant. 17. 8-9. et B. J. 1. 33. et 2. 1. — Romæ cum fratre Antipa educatus, ex Herodis M. testamento regnum adeptus

est (Jos. Ant. 17. 11), rex vulgo dictus (Matth. loc. cit.); qui quum Judæi, Herodianam stirpem perosi, initio regni in eum seditionem excitassent, rebellium tria milia interfecit (Jos. ibid.). — Accusatus apud Augustum ab Antipa et Antipatro Salomæ filio, Romam profectus est, quo et Antipa venit (huc autem fortasse parabola Luc. 19. 12-14. alludit); ubi, re feliciter acta, Judæam, Samariam, Idumæam cum oppidis Cæsarea, Joppe et Sebaste regendas obtinuit titulo ethnarchæ, ut ex nummis patet (De Saulcy, Recherches sur la numism. jud. p. 133-138. et Madden, History of Jewisch Coinage, p. 91-95., coll. Jos. loc. cit.). — Post decem (al. novem v. quinque) annos (inc. 650-759) ob crudelitatem iterum accusatus a Judæis ac Samaritanis et multis criminibus convictus regno ab Augusto est spoliatus pulsusque in exsilium Viennam Galliæ, ubi decessit; dein vero tumulatum fuisse prope Bethlehem tradit Hieronym. loc. cit. V. HERODES. — 2.º) Ex scientiarum cultoribus — a) Archelaus, philosophus Ionici generis, uti eum vocat Augustin. 8. Civ. D. 2., domo Athenis longe probabilius quam Mileto (Wellmann, coll. Diog. Laert. II. 16), filius Apollodori (al. Mydonis), Anaxagoræ discipulus. Memorant Augustin. loc. cit. et Senec. 6. Nat. 12., a quo Archelaus antiquitatis diligens vocatur. — Quum ejus magister, ex Aristotelis sententia sobrius inter ebrios, docuisset mundum ab elementorum particulis conflari non potuisse sine aliqua Mente suprema, quæ motum vitamque et ordinem omnibus inderet rebus (πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα Νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε: cf. Virg. 6. Æn. 724. sqq.), nec tamen hanc Mentem a mundo distinxisset, Archelaus in id recidit, ut materiæ evolutionem (evoluzione materialistica) admitteret Cf. Plut. De placit. phil. — De eo videas Mullach in fragm. philos. Gr. p. 257. sq. et Zeller I. 1031. sqq. — b) Item mathematicus sive astrologus pro sua ætate excellens, Panætii æqualis, quem cum Cassandro comparat Cic. 2. Divin. 42. 87. — Alii plures inveniuntur apud Liv. epit. 78. et 33. 16., Val. Max. 9. 1. ext. 6., Cic. 15. Fam. 4., Tac. 2. Ann. 12., Solin. 9., Hygin. fab. 219., Justin. 7. 4., Cod. Theod. 2. 1. 9., 4. 12. 6. etc., Rufin. 1. Hist. eccl. 16., Hieronym. vir. ill. 72. ¶ 2. In titulis nom. et etiam cogn. complurium tam serv. quam libert., ætate liberæ reipubl., ex quibus multi ex sæc. III. ineunte, plerique autem Romani. Corp. Inscr. Lat. 6. 8730., 9640., 9988., 22775. etc.

ARCHĔMĂCHUS, i, m. 2. (Ἀρχέμαχος, princeps seu dux pugnæ) ¶ 1. Fuit filius Priami, ab Agamemnone interemptus. Hygin. fab. 273. et Dict. 3-7. ¶ 2. Item rerum scriptor, Eubœus. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (207). et Ind. seu Elench. 7., ubi Archidamus. — Ejus fragmenta collegit Müller in frg. hist. Gr. 4. p. 314-316.

ARCHĔMŎRĬA, ōrum. V. voc. seq.

ARCHĔMŎRUS, i, m. 2. (Ἀρχέμορος, quasi primus moriens) ¶ 1. Fuit Lyci Nemeæ regis filius ex Eurydice, qui ante Opheltes nuncupabatur; nominis vero ratio redditur a Lact. Stat. 5. Theb. 738. «Quia initia Thebani belli ejus initiata sunt morte, jure fatali postea Archemorus nominatus est - ἀρχή enim græce principium dicitur «μόρος, mors». — Fabula narrat eum in gramine relictum ab Hypsipyle nutrice, Langiam flumen Argivis sitientibus ostensura, fuisse a serpente occisum, ex quo iratus pater, dum vult eam pœna plectere, a Græcis prohibetur; hi vero ex responso didicerunt, eos minime Thebas, nisi placatis Archemori manibus, perventuros. Quare ludos funebres instituerunt, ut colligitur ex Mythogr. II. fab. 141. Hinc Auson. Ecl. 20. Archemori Nemeæa colunt funebria Thebæ. Stat. 7. Theb. 92. cinerem placabat Adrastus Archemori. — Porro hi ludi Archemoria dicuntur Schol. Stat. 3. Theb. 479. ¶ 2. Item filius Amphionis et Niobes. Mythogr. I. fab. 156. et Schol. Stat. 3. Theb. 191.

ARCHĒNOR, ŏris, m. 3. (Ἀρχήνωρ, princeps vir) alius filius Amphionis et Niobes. Hygin. fab. 11. Cf. tamen de varia nominis lectione Stark, Niob. u. d. Niobid. 96.

ARCHERMUS, i, m. 2. (Ἄρχερμος) nom. sculptoris. Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (11). Cum hi essent, jam fuerat in Chio insula Melas sculptor, dein filius ejus Micciades ac deinde nepos Archermus. Alii leg. Anthermus, ut Welcker in Kunstblatt. V. Sillig.

ARCHESTRĂTUS, i, m. 2. (Ἀρχέστρατος, princeps seu dux exercitus) vetus poeta Græcus, cujus carmen de piscibus et ostreis dicitur imitatus fuisse Ennius in suo, quod Hedypathetica inscribitur. Apul. Apol. 58. — Generatim nom. vir. Corp. Inscr. Lat. 14. 2710.; et Archestrata, nom. mul. apud Plaut. Curc. 643. — Hinc Archistrates (is), nom. ficticium in Hist. Apoll. 48. et Archistratis, item. ibid. 25.

ARCHĔTĪMUS, i, m. 2. (Ἀρχέτιμος, princeps honorabilis) philosophus sæc. IV., de quo Symmach. rel. 5. 2.

ARCHĪA, æ, f. 1. (Ἀρχία, principatus) filia Oceani et soror Inachi itemque uxor (quam alii Melissam v. Meliam vocant. V. Apollod. 2. 1., Æsch. ad Prom. 921. et Hom. Il. 1. 30), ex qua hic procreavit Phoroneum, qui primus mortalium regnasse dicitur, teste Hygin. fab. 143.

ARCHĪĂCUS, a, um, adject. ad Archiam, fabrum lectarium, pertinens. Horat. 1. Ep. 5. 1. Si potes Archiacis conviva recumbere lectis etc. Cf. Porphyr. ad l. Archias breves lectos fecit. V. voc. seq.

ARCHĪĀS, æ, m. 1. (Ἀρχίας: ab ἄρχω) Scribitur Arcias sine aspiratione, in Corp. I. L. 10. 4292.

Archias, nom et cogn. vir. ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis — 1.º) Megarensium princeps, Calchedonis oppidi conditor in faucibus Bospori, teste Mela 1. 19. — 2.º) Item faber lectarius, notissimus Romæ, statura parva, qui lectos idcirco breves conficiebat, unde Archiaci dicebantur, sicut a Bœtho Bœthici, ut ait Porphyr. ad loc. Horat. 1. Ep. 5. 1. V. voc. præc. Alii tamen interpretantur lectos simplices quidem sed elegantiores. — 3.º) Item A. Licinius, clarus poeta Græcus, natus Antiochiæ in Syria, quem, jure civitatis Romanæ donatum, quod adversarii agnoscere noluissent, at declamatorio quodam stilo, an. 693., Pisone et Messala coss. (al. a. 694., Metello et Afranio coss.), strenue defendit Cic. pro Arch. Cf. 1. Att. 16. et 1. Divin. 36. 79., Tac. Dial. 37. et Quintil. 10. 7. 19. — Scripserat Archias poema de bello Mithridatico, præcipue, aliaque carmina; sed hæc omnia interciderunt, præter quædam epigrammata. — De eo plura apud Th. Reinach, de Archia poet. Paris 1890. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Inscr. Rhen. Bramb. 645 (a. 250). et Corp. I. L. 6. 5235. et 10. 4292.

ARCHĪBĪUS, ii, m. 2. (Ἀρχίβιος, quasi dux vitæ) medicus, qui scriptis ita excelluit, ut inter fontes suos recensuerit Plin. in Ind. 18. Id. 18. Hist. nat. 29. 70. (294). Archibius ad Antiochum Syriæ regem scripsit, si fictili novo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates.

ARCHĪDĀMUS et Archidemus, i, m. 2. (Ἀρχίδαμος et Ἀρχίδημος, princeps populi), Græcorum variorum nom., ex quibus — 1.º) Reges ac duces quidam Lacedæmonii et Ætoli apud Græcos Pausan. 3. 7. 5. et 10., Diod. 11. 48. et 16. 62. et 63. et Plut. in Agid. 3. et apud Latinos Liv. 35. 48., Justin. 16. 6., Oros. 3. Hist. 2. et Frontin. 1. Strat. 11. 9. — 2.º) Alii, ut — a) Archidemus, Tarsensis philosophus, Dialecticorum princeps, homo opiniosissimus, cujus dissensiones cum Antipatro innuit Cic. 2. Acad. (pr.). 47. 143. Adde Quintil. 3. 6. 30. et Senec. ep. 121., coll. Diog. Laert. 7. 40. et alib. — b) Archidemus, medicus, memoratus Plin. in Elench. inter fontes, qui videtur idem ac mulomedicus, cujus fragmenta exstant inter Veterinariæ Medicinæ Scriptores editos Basileæ an. 1537. — Hinc Archidemides, nom. patronym. ab Archidemo (Ἀρχιδημίδης). Ter. Eun. 327. patris cognatum atque æqualem Archidemidem novistin? (Atheniens.). et Plaut. Bacch. 845. Hospes Archidemides (Ephes.). — Archidemia (Ἀρχιδήμεια, sc. πηγή), fons in Syracusano agro. Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (89).

ARCHĪGĔNĒS, is, m. 3. (Ἀρχιγένης, primogenitus) ¶ 1. Apud scriptores, medicus celeberrimus Syriæ, Agathini discipulus, qui Romæ versatus est sub Trajano. Memorat Juvenal. locc. citt. — Multa scripsit, ut ait Suid. «ἰατρικά τε καὶ φυσικά, quod etiam ex Galeno, Oribasio aliisque colligitur. V. Harles, Analecta historico-critica de Archigene, Lips. 1816. et Wellmann, Archig. u. die pneumat. Schule (PW. 2. 486). — Tantopere excelluit ut in proverbium venerit pro medico. Juvenal. 6. 235. corpore sano Advocat Archigenem onerosaque pallia jactat. et 14. 252. Ocius Archigenem quære. et 13. 97. Non eget Anticyra nec - Archigene. Hinc Gloss. V. 652. 27. Archigenem, id est medicum. — Sunt qui putent ab eo nuncupari genus metri, quod archigenium dicitur; sed illum fuisse poetam nemo tradit. Hoc memorat Mar. Plot. gramm. II. 532. 25. Tetrametrum anapæsticum plenum acatalectum, quod archigenium nuncupatur, quattuor puris anapæstis componitur. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 5. 5225.

ARCHĪGĔNĪUS, a, um, adject. (ἀρχιγένειος). V. voc. præc.

ARCHĪLIS vel Archylis, inis et idos (Ἀρχυλίς) nom. serv. mul. apud Plaut. Truc. 479. et personæ mutæ apud Ter. Andr. 228. et 481. bis vocative, libri exhibent y; contra Priscian. gramm. III. 425. 24. finiendi sermonis causa, quem ad Archilida habuit. 425. 20. adfert Ter. Andr. 481.: Archyllis cod. Paris., cett. Archillis; at secunda syllaba omnino brevis est: ita Diehl.

ARCHĪLŎCHĪCUS, a, um, adject. (Ἀρχιλοχικός) genus metri ab Archilocho nuncupatum. Mar. Vict. gramm. VI. 78. 13. et Serv. gramm. IV. 458. 12. et alib.

ARCHĪLŎCHĪUS, a, um, adject. (Ἀρχιλόχειος) idem qui Archilochicus. V. hanc voc. in Lexico.

ARCHĪLŎCHUS, i, m. 2. (Ἀρχίλοχος, primus insidiator) Acc. Archilochon apud Ter. Maur. 2244. ¶ 1. Fuit poeta Parius, Telesiclei filius (Suid. in v.), regnante Romæ Tullo Hostilio (Gell. 17. 21. 8), Terpandro (Plut. De Mus. c. 4) et Callino (Strab. 14. 647) posterior, at temporibus Romuli sec. Cic. (1. Tusc. 1. 3) et Gygis (Archil. frg. 25) sec. Herod. an. 708-670., quod probabilius videtur; rec. 690-650. a. Chr. — De eo Quintil. 10. 1. 59. «Summa in hoc (Archilocho) vis elocutionis cum validæ, tum breves vibrantesque sententiæ, plurimum sanguinis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam (sc. Homero), minor, materiæ esse, non ingenii vitium». Id. ibid. «Ex tribus receptis, Aristarchi judicio, scriptoribus iamborum, ad ἕξιν maxime pertinebit unus Archilochus». Vellej. 1. 5. «Perfectissimus sui operis auctor». Adde Isid. 1. Orig. 38. 15., Cic. 2. Fin. 34. 115., 1. Nat. D. 38. 107. et 3. ibid. 38. 91. et etiam Eus. in chron. apud Hieronym. Heraclides opus confecerat inscriptum Homerus et Archilochus, ut illum in poesi heroica, ita hunc exemplar in iambica supremum exstitisse ratus (Diog. Laert. 5. 87); sane maximum post Homerum Archilochum existimarunt Cic. Orat. 1. 4., Vellej. et Quintil. locc. citt. Cf. etiam Auct. tr. de subl. 13. 5. et Dion. 33. 11. — Hos et ars (Visconti, Iconogr. Gr. I. p. 69) et poesis (Antip. Ant. Pal. 11. 20) ambos simul junxerant. — Fragmenta Archilochi (circ. 200) collegit et illustravit Ign. Liebel., coll. Maluss, fragm. a. 1883. — Plura de eo videsis apud Welcker, Archil. in Klein. Schrift. t. I.; Deuticke, Archil. Par. etc. Berlin 1877. et Hiller v. Gaertr., Athen. Mittheil 1900. p. 1. sq., coll. Leo, de Hor. et Arch. Gott. 1900. — Ex eo, maximo iamborum scriptore, nomen accepit metrum, quod Archilochium dicitur, et versus item Archilochius (V. in Lexic.); nempe trimetri iambici ac tetrametri trochaici et versuum inæqualium rhythmorumque forma differentium inventor exstitit, quamquam iambica poesis ante Archilochum in cultum Demetriæ jam usurpata fuisse a nonnullis traditur (Plut. loc. cit. et Croiset II. p. 181). Censorin. fragm. 9. Archilochus etiam commata versibus applicando variavit epodis per plurimas species. et Plut. op. cit. 5. et 28-29. docet eum, quum carminibus suis modos ita adaptaret, ut ejusdem poematis alii versus ad instrumentorum concentum canerentur, alii recitarentur, etiam de musica, præter quam de metro, excolenda optime meruisse; quin etiam dicit numerum Creticum ei a quibusdam tribui. — Fertur, quod ficticium videtur,

versibus tam virulentis invectus esse in quemdam Lycambem, qui Neobulam, filiam suam, ipsi pactam, alteri in matrimonium collocasset, ut eum ad suspendium adegerit. Hinc *Horat.* 1. *Ep.* 19. 23. Parios ego primus iambos Ostendi Latio numeros animosque secutus Archilochi, non res et agentia verba Lycambem. *Id. A. P.* 79. Archilochum proprio rabies armavit iambo. *Sidon. carm.* 9. 214. Archilochi feros iambos. Cf. et *Eustath. Comm.* in *Iliad. p.* 851. 33.: « ὁ σκορπιώδης τὴν γλῶσσαν Ἀρχίλοχος etc. *Pind. Pyth. II.* 99.: « εἶδον τὰ πόλλ᾽ ἐν ἀμαχανίᾳ ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλόγοις ἔχθεσιν πιαινόμενον ». — Præterea a Lacedæmoniis fuisse expulsum ob carminum parum verecundam scriptionem (*Val. Max.* 6. 3. *ext.* 1) et in prœlio a Calenda Nasica occisum (*Plut. de sera Numinis vindict.* 17., coll. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 29. 30. [109]), non leviter credendum est (V. *Piccolomini, Quæst. de Archil.* in *Hermes XVIII.* 2. Berlin 1883. ¶ 2. Item alii, ut Trojanus quidam Antenorides ab Hectore occisus, *Dar.* 20. et *Homer.* 237.; princeps de Thracia cum Rheso in auxilium Priami profectus, *Dar.* 18.; Siculus quidam, a quo Aricia constituta, unde et nomen, ut Heminæ placet, tractum, *Solin.* 2. *V.* ARICIA.

ARCHIMĒDĒS, is, m. 3. (Ἀρχιμήδης, *princeps consilii*) Scribitur *Archimetes* in *Not. Tir.* 115. — Genet. *Archimedi* est *Cic.* 1. *Rep.* 14. 21. Cf. *Priscian. gramm. VI. p.* 247. 11. *K.*; ceteri habent *Archimedis*. — Acc. *Archimeden* apud *Liv.* 25. 31., *Vitr.* 9. *præf.* 10. et *Hygin. lim. grom. p.* 184. 7. *Lachm.*

Archimedes ¶ 1. Apud scriptores, mathematicus Syracusanus, Phidiæ astronomi filius, natus an. circ. 287. a. Chr., cum Hierone II. propinquitate et amicitia junctus, physicæ, ut traditur hodie, scientiæ conditor (*Susemihl, p.* 723. *sqq.*). Memoratur *Cic.* 5. *Verr.* 68. 131. Archimedes summo ingenio homo ac disciplina. *Id.* 5. *Tusc.* 23. 64. humilis homunculus. *Liv.* 24. 34. unius spectator cæli siderumque. *Hygin. loc. cit.* vir præclari ingenii et magnarum rerum inventor. *Solin.* 5. juxta siderum disciplinam machinarius commentor. *Cassiod.* 2. *Var.* 5. 4. subtilissimus exquisitor. *Apul. Apol.* 16. in omni geometria multum ante alios admirabili subtilitate. Adde *Cic.* 1. *Tusc.* 25. 63., *Ammian.* 26. 1. 8., *Flor. epit.* 1. 22., *Vitr.* 8. 5. 3. *Sil. It.* 14. 341. *sqq.* Isthmiacis decus immortale colonis, Ingenio facile ante alios telluris alumnos. *V.* integr. loc. — Proverbialiter *Cic. Cluent.* 38. 87. « Non Archimedes melius potuit discribere nummos ». Cf. 3. *Orat.* 33. 132. et *Plut.* in *vit. Marcelli.* — Construxit sphæram vitream, in qua siderum, ut in cælo motus inerant, teste *Cic.* 1. *rep.* 14. 22.: v. integr. loc., coll. *Solin.* et *Ammian. locc. citt.*, *Quintil.* 1. 10. 48., *Firmic.* 6. *Math.* 31., *Hygin. loc. cit.*, *Macrob.* 1. *Somn.* 19. 2.; tum miro artificio usus est in deprehendenda mensura argenti auro mixti, quam describit *Priscian. de ponderib.* 124. *sqq.*, coll. *Cic. Cluent. loc. cit.*; unde notissimum illud εὕρηκα ex detecta fraude, uti fertur, ab Archimede dum exibat e balneo, effervescente animo, prolatum: tum etiam organum composuit hydraulicum, quod « portentosissimam Archimedis munificentiam » vocat *Tertull. anim.* 14., et machinas celebres illas, quibus contra Romanos, M. Claudio Marcello duce, Syracusas obsidentes an. 212. diu defendit, teste *Liv.* 24. 34. *Auson. Mosell.* 303. (*Archimedes*) clara Syracusii traxit certamina belli (*NB.* Propter prosodiam poetæ nomen circumscribunt, ut *Sil. It.* 14. 341. *sqq.*, *Claudian* 51. 6., *Carm. de pond.* 127., *al.*). — Capta Syracusis, Marcellus permoleste tulit Archimedem a milite quodam contra ducis jussum interemptum fuisse (*Liv. loc. cit.* et *Cic.* 4. *Verr.* 58. 131); duas autem ejus sphæras Romam deportavit, unam in domum suam, alteram venustiorem in templum Virtutis (*Cic. rep. loc. cit.*). — Ejus sepulcrum a Cicerone, Siciliæ prætore, repertum est. V. *Liv. loc. cit.* et *Cic.* 5. *Fin.* 19. 50., et *alib.* — Plura scripsit Archimedes (*Vitr.* 1. 1. 7. et 8. 5. 3. et 7. *præf.* 14., coll. *Cassiod.* 2. *Var.* 45. et *Plin.* in *Elench. l.* 2). Quæ exstant, in Latinum sunt versa a *Fed. Commandino*, Venet. 1558.; dein illustrata per *Davidem Rivaltum* Paris. 1615. et collecta a *Jos. Torelli*, Oxon. 1792.; nuper denique omnia cum commentariis recensuit, Latine vertit notisque illustravit *I. L. Heiberg*, Leipz. 1880-81. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 19851.

ARCHIMĒDĒUS et Archimedius, a, um, adject. (Ἀρχιμήδειος) ad Archimedem pertinens. *Capell.* 6. *p.* 191. et *Atil. Fortunat.* 1. 9. 25. — Etiam proverbialiter sed græce: πρόβλημα Ἀρχιμήδειον, *sc.* Archimedea quæstio, quod obtinet de re difficili. *Cic.* 12. *Att.* 4. et 13. *ibid.* 28.

ARCHIPPĒ, es, f. 1. (Ἀρχίππη) oppidum, conditum a Marsya, duce Lydorum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (108). Gellianus auctor est lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe conditum a Marsya. — *Solin.* 2. Archippen (*acc.*).

ARCHIPPUS, i, m. 2. (Ἄρχιππος) — 1.º) Fuit Archon Athenarum. *Hieronym.* ad ann. Abr. 900. Philochorus (*Homerum fuisse vindicat*) sub Archippo Atheniensium magistratu et post captam Trojam a. 180. — 2.º) Item Rex Umbrorum, memoratus *Virg.* 7. *Æn.* 752. — 3.º) Item philosophus, nomine *Flavius*, de quo *Plin.* 10. *ep.* 51. et *alib.*, non confundendus cum sequenti; quamquam aliter videtur *E. Arnim* (*PW.* 2. 548). Cf. *Momms. Ind. Plin. p.* 411. — 4.º) Item philosophus neopythagoricus, qui Thebis scholas habuit et « memoria tenens doctoris sui Pythagoræ præcepta ingenio pro libris utebatur »: ita *Hieronym. c. Rufin.* 3. 39. Adde *Claudian. Mamert. de stat. anim.* 2. 7. Cf. *Porphyr. vit. Pythag.* 57. — 5.º) Item christianus quidam « commilito » Pauli (*Philem.* 2), fortasse Colossorum episcopus aut saltem civis Colossensis, ut arguit *Hieronym. Comm. ep.* ad *Philem. v.* 2., coll. *Col.* 4. 17., aliis tamen aliter sentientibus. Cf. *Calmet, Dict. Bibl.* et *Jacquier in Dict. Bibl. Vig. II.* 932.

ARCHĪTECTUS, i, m. 2. cogn. vir., fortasse ab officio ductum. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 5.

ARCHĪTIS, idis, f. 3. cognomen Veneris (Cf. עַרְקִי, *'Arqî*, in *Gen.* 10. 17). *Macrob.* 1. *Sat.* 21. 1. Veneris Architidis et Adonis olim veneratio viguit (*apud Assyrios*), quam nunc Phœnices tenent.

ARCHŌ, ûs, f. (Ἀρχώ, οῦς, quasi *imperans*) filia Herodici, principis Thessalorum. *Liv.* 40. 4.

ARCHO et Archon, ontis, m. 3. (Ἄρχων, *princeps*) *Arco*, sine aspiratione, habet *Liv.* 41. 24.

Archon, nom. et cogn., apud scriptores — 1.º) Fuit frater Xenarchi, Achæorum prætoris, cujus est oratio contra Callicratem. *Liv. loc. cit.* — 2.º) Item Pellæus, dux Alexandri M. *Justin.* 13. 4. 23 (quod *perperam* exscr. *Oros.* 3. *Hist.* 23. 13). Cf. *Diod.* 18. 3. Ἄρχων δὲ τὴν Βαβυλωνίαν etc. Alii leg. *Archo, ônis.* — Hinc derivatum fortasse *Archontis*, Ἀρχοντίς, nom. mul. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 974.

ARCHŌNIDĒS, idis, m. 3. et Archonidas, æ, 1. (Ἀρχωνίδης et Ἀρχωνίδας) nom. vir. *Ter. Heaut.* 1065. Archonidi hujus filiam (*Priscian. gramm. II.* 247. 12. male dativum interpretatus est). — Alius apud *Cic.* 4. *Verr.* 56. 129. Homo nobilissimus Archonidas Elorinus (*patris*).

ARCHONTĪCI, ôrum, m. plur. 2. hæretici, a principibus appellati, universitatem, quam Deus condidit, opera esse principum dicunt. Ita *Augustin. hær.* 20. Cf. *Isid.* 8. *Orig.* 5. 13., ubi *Archontiaci*. V. *Wetzer u. Welter, Kirchenlex.* s. v.

ARCHȲTAS, æ, m. 1. (Ἀρχύτας) Scribitur *Architas* per *i* sæpe in Codd. — *Archyta* in recto, metri causa, apud *Sidon. carm.* 2. 176. et *Venant.* 7. *carm.* 12. 25., ut dactylus effici possit. — Voc. *Archytā* est *Horat. loc. cit.* — Secunda syllaba græce brevis, latine est communis: producitur *Horat.* 1. *Od.* 28. 2.; corripitur vero *Sidon. loc. cit.*

Archytas ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit vir Tarentinus, Mnesagoræ vel Hestiæi filius, philosophus Pythagoricus et mathematicus, Philolai auditor, floruit ann. circ. 408. ant. Chr. Memoratur *Cic. Cat.* 12. 39. Archytas Tarentinus magnus in primis et præclarus vir. *et* 5. *Tusc.* 22. 64. Platonis aut Archytæ - doctorum hominum et plane sapientium. *Horat. loc. cit.* Te maris et terræ numeroque carentis Arenæ mensorem, Archyta. Adde *Vitr.* 1. 1. 16. et 9. *præf.* 13., *Colum.* 1. 1. 7., *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8. inventum ejus columbam volatilem memorat *et Gell.* 10. 12. 9. (*Val. Max.* 4. 1. *ext.* 1) narrat negligenti villico suo dixisse: *sumpsissem a te supplicium, nisi tibi iratus essem.* Sic maluit eum impunem dimittere quam propter iram gravius punire. Cf. *Lact. de ira* 18. — Libros de machinationibus et de agricultura (*Vitr. loc. cit.*, *Quintil.* 1. 10. 17., *Boeth. de arithm.* 2. 41. *et de music.* 3. 11. et 16.) multaque alia scripsit philosophica et mathematica, quorum exstant fragmenta; hæc autem alii fere omnia genuina (*Egger, de Arch.* etc. 1833. et *Chaignet, Pyth. et Phil. pyth. t. I.* 191., *t. II.* 255); alii contra spuria existimant (*Zeller I. p.* 291. et 341., coll. *Gruppe, üb. d. Fragm. des A.* 1840. et *Beckmann, De Pythag. reli.* 1850. et *Quæst. Pyth.* 1852). — Tradunt etiam ducem in Magna Græcia creatum victorias de hostibus aliquando tulisse (*Laert.* 8. 4.) et in naufragio ad Apuliam periisse (*Porphyr.* et *Acr.* ad *Horat. l. c.*; de quo tamen V. *Orelli*). — Illud *Propert.* 4. 1. 77. « Archytæ soboles Babylonius Orops » alii nomen putant fictum a nostro; alii aliter sentiunt. — 2.º) Item Mitylenæus musicus. *Varro* 1. *R. R.* 1. — 3.º) Item scriptor rei rusticæ seu agriculturæ. *Id. ibid.* ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Corp. Inscr. Sem. I.* 1. 58.

ARCIUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 9883. — Hinc *ibid.* nom. gent. *Arcæus* (*a*) 10. 703. et 2. 5799.; *Arceius* (*a*), 5.2308.; *Archontius* (*Arcontius*) 8. 11031. et *Archontia* (*Arcontia*) in celebri epigrammate apud *De Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 310. *sq.*, coll. *Anth. Lat. n.* 1248. *Meyer.* (= *Carm. epigr.* 1365. a. 442) de Remo et Arcontia fratribus, uno die mortuis ac sepultis; ubi *Grajugena* dicitur, quæ *Galla* est (*Otto*). Adde *Arcuinus* (*a*), *Arcumenna*, *Arcestius* (*a*), *Arcusa*; aliter *Arquius*, *Arquintus*, *Arquilius*. V. *Corp. Inscr. Lat.*

ARCŎBARZĀNES. *V.* ARIOBARZANES.

ARCŎNĒSUS et Arconnesus, i, f. 2. (Ἀρχόννησος) ¶ 1. Est insula Propontidis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 12. 23. (74). In Arconneso oppidum Ceramus, hodie *Karada*. ¶ 2. Item oppidum Milesiorum Cyzicum, antea vocitatum Arconnesos (*al.* Arctonnesos), hodie *Hypsalonisi*. *Id.* 5. *ibid.* 32. 40. (142).

ARCTĪNUS, i, m. 2. (Ἀρκτῖνος, quasi *ursinus*) Milesius, Telei filius, Nautæ nepos, Homeri discipulus (?), poeta epicus ex cyclicis floruit fortasse an. 767 (al. 750) a. Chr. (*Eus. in chron.*). Memoratur *Diomed. gramm. I.* 477. 9. et *Hieronym.* in *chron.* — Ei tribuitur poema inscript. τιτανομαχία, quod alii Eumelo Corinthio; item Αἰθιοπίς et Ἰλίου πέρσις, partes fortasse unius ejusdemque poematis (*Athen. VII.* 277. *D.*). — De eo videsis *Welcker, D. ep. Cycl. od. d. Homer. Dict.* 1865., *Wilamowitz, D. ep. Cycl.* 1884. et *Müller* in *Fragm. Hist. Gr. IV.* 241.

ARCTŎPHȲLAX

ARCTOS, ARCTOUS et

ARCTŪRUS. *V.* in *Lexico.*

ARDABUR, is, et

ARDABŪRIUS, ii, m. 2. (Ἀρδαβούριος *Socr.*) nom. trium consulum a. 427., 434. et 447., qui (pater, filius, nepos) ex Gothorum genere sed civitate Romana donati fuere. Primus sub Theodosio Juniore cum Persis strenue bellavit (*Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 13., coll. *Socrat.* 7. 20); alter, dictus *Aspar*, prospere bellum gessit cum Persis, Saracenis, Isauris et Hunnis (*Marcellin.* in *chron.* ad a. 441), sed affectati imperii in suspicionem adductus cum filiis ab Anthemio imp. exsulare coactus ac dein occisus (*Cassiod.* et *Marcellin.* in *chron.*) aut saltem vulneratus, ita tamen ut vivere potuerit (*Candid.* apud *Phot.* in *Cod.* 79); tertius barbarorum in Thraciam incursiones sub Marciano imp. fortiter repressit (*Suid.* in v.).

ARDĀRĪCUS v. Ardarichus, i, m. 2. fortissimus ac famosissimus rex Gepidarum, ab Attila ob fidelitatem et sagacitatem valde dilectus, teste *Jornand. Get.* 38.

ARDĔA, æ, f. 1. (Ἀρδέα) De origine vocis V. *Dionys. A. R.* 1. 72. *Serv. ad Virg.* 7. *Æn.* 412. Ardea quasi ardua dicta est, id est magna et nobilis, licet Hyginus in Italicis urbibus ab augurio avis ardeæ dictam velit. Cf. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 52. (140).

Ardea ¶ 1. Fuit oppidum Latii, Rutulorum metropolis, inter Ostiam et Antium, a Danae, Persei matre, conditum, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (57). et *Solin.* 2., coll. *Virg. loc. cit.* Ceterum hæc fabula probat a Pelasgis Ardeam exstructam esse, ut videtur *Niebuhrio, Röm. Gesch. I. p.* 50. *Wr.* Cf. *Heyne, Exc. VII.* ad *Æn.* 7. — Memorat *Virg.* 7. 411. locus Ardea quondam Dictus avis et nunc magnum tenet Ardea nomen. *Sil. It.* 1. 291. Daunia pubes Sedis inops misit largo quam dives alumno, Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen. Adde *eund.* 1. 667., *Liv.* 21. 7., *Varr.* 2. *R.R.* 11., *Mel.* 2. 71., *Val. Max.* 4. 1. 2., *Flor.* 1. 7. — Post Turni, Rutulorum regis, necem incensa est ab Ænea, ex cujus cineribus *Ovid.* (14. *Met.* 574) fabulatur *ardeam* avem natam esse; sed restituta postea fuit (*Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 6. [17]).; dein vero a Tarquinio Superbo, ejus divitiis inhianti, obsessa (*Liv.* 1. 57-60., *Corp. I. L.* 10. 6764., coll. *Flor.* 1. 75); denique colonia deducta (*Liv.* 4. 7-11) a. U. C. 313., etiam sub Hadriano imp. recognita (*Gromat.* 1. *p.* 231. *L.*), ita floruit, ut colonos Saguntum in Hispaniam, Zacynthiis adjectos, mitteret (*Liv.* 21. 7. et *Sil. It.* 1. 293); quamquam deinde ob Samnitarum vastationes et insalubrem ex paludibus aerem prope deserta mansit (*Martial.* 4. 60. et *Senec. ep.* 105., coll. *Strab.* 5. 231). — Inscriptt. ad eam pertinentes V. in *Corp. I. L.* 10. 6763-6772.; monumenta in *Bullett. Inst. arch.* 1845-1852-1853.; historiam apud *Liv., Jul. Obseq., Aur. Vict. vir. ill.* et apud recentiores, *Tomassetti, Arch. d. soc. Rom. di stor. patr.* (1880) 139-141., coll. *Nibby, I.* 218-241.; *Abeken, Mittelit.* 131. *sqq.* et *Gell, Topogr. of Rom* 97-100. ¶ 2. Item oppidum magnum Persidis (Ἄρδεα), fortasse nunc *Urd. Ammian.* 23. 3. 42 (*Hardea*). Cf. *Ptol.* 6. 4. 5. et *Barbier de Meynard, Dict. geogr.* 20.

ARDĔAS (sync. ab *Ardeatis*, teste *Cat. Orig.* apud *Prisc. gramm. I.* 129), âtis, comm. gen. adject. ad Ardeam Latii pertinens, Ardeatinus. *Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 47. Natio (*al.* Nascio) quoque dea putanda est, cui quum fana circumimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus. Adde *Liv.* 8. 12. et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (115). — Absolute

Ardeates, ium, m. plur. 3. incolæ seu cives Ardeæ. *Liv.* 3. 72. Ardeatium populus. *et* 4. 7. Ardeatium (Ardeatum *Medic.*) defectio. Sic *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* Ardeatum. *et Inscr.* in *C. I. L.* 10. 6764. COLONIAE ARDEATIVM. et *Ibid.* 14. 2331. DIOSI (= *Dioscuri*) ARDEATES.

ARDĔĀTES. *V.* voc. præc.

ARDĔĀTĪNUS, a, um, adject. ad Ardeam Latii pertinens. *Liv.* 4. 7. Ardeatinum fœdus. *Colum.* 3. 9. 2. ager. — *Ardeatina via*, strata a Roma XXIV. mp. *Fest. p.* 282. *M.*, *Curios. Urb.* et *De Region. p.* 24. et 25. *Url.* et *Corp. Inscr. Lat.* 6. 8469. Cf. etiam *Nolli, Pianta di Roma f.* 40.; *Westphal, Röm. Campagna* 19-27. et *Nibby, Dint. di Rom. III.* 559-568. — Hinc absolute

Ardeatinum, i, n. 2. territorium vel prædium Ardeæ. *Vitr.* 8. 3. 2. In Ardeatino fontes frigidi. Adde *Senec. ep.* 105.

Ardeatinus, i, m. 2. ¶ 1. Est incola seu civis Ardeæ: in plur. num. usurpatur *Gromat. p.* 251. *L.* et *Corp. Inscr. Lat.* 10. 1254 (Cf. *Momms. Corp.* 10. *p.* 676). *Ibid.* 8. 7044 (*Cirtæ*) M. FLAVIO - CVRATORI COLONIAE ARDEATINORVM. ¶ 2. Item nom. vir. *Ibid.* 5. 1842.

ARDŪĔLIUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 200. 4. 18 (a. 70).

ARDŪENNA, æ, f. 1. (Ἀρδουέννα ὕλη) Scribitur etiam *Ardenna* apud *Venant.* 7. *carm.* 4. 19.; et *Ardinna* apud *Fredeg. chron.* (*Mon. Germ. Merov. II*).

Arduenna, silva Galliæ Belgicæ, ab ripis Rheni finibusque Treverorum ad Nervios pertinens (*Cæs.* 6. *B. G.* 29), hodie *Ardennes* (Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 187), nunc tamen fere tota excisa. *Cæs.* 5. *B. G.* 3. In silvam Arduennam - ingenti magnitudine. *et* 6. *ibid.* 29. totius Galliæ maxima - milibusque amplius quingentis in longitudinem patet. *Tac.* 3. *Ann.* 42. Saltus, quibus nomen Arduenna.

ARDŪENNENSIS, e, adject. ad Arduennam pertinens. *Greg. Tur.* 8. *Fr.* 21. In medio Arduennensis silvæ (Ardennensis *codd. duo*).

ARDŪINNA (Ardoinna), æ, f. 1. numen silvæ Arduennæ. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 46. ARDVINNE (*dat.*) subscriptum effigiei Dianæ in anaglypho posito a M. Quartinio M. f. etc. Cf. *Inscr. Rhen.* 589. DEAE ARDBINNAE etc. (*Braun, Rhein. Jahrb. I.* 201., 217).

ARDYS, yis, m. 3. (Ἄρδυς) Etiam *Ardysus* v. *Ardis*(*us*) apud *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1289. ¶ 1. Fuit primus rex Lydorum. *Hieronym. loc. cit.* Cf. *D. H. Müller, PW.* 2. 617. 3. et 5. ¶ 2. Item rex alter Lydorum, Gygis filius, proavus Crœsi. *Id. ibid.*, coll. *Herod.* 1. 16. et *Eustath.* ad 11. *Odyss.* 14. ¶ 3. Item filius Antiochi M. *Liv.* 33. 19. Antiochus (*contra Romanos*), præmissis terra cum exercitu filiis duobus, Ardye ac Mithridate, cum classe proficiscitur.

ĀRĔA, æ, f. 1. nom. pers. et loci. ¶ 1. *Area* pers. — 1.º) Hebr. *'Arahh* « migrans », vir princeps e Babylone in Judæam cum Zorobabel reversus. *Vulg.* 1. *Esdr.* 2. 3. et 2. *ibid.* 7. 10., ubi utriusque loci dissensus de filiorum numero, tempora distinguendo ante vel post reditum, facile componitur. — 2.º) *Area* (Ἀρέα), nom. filiæ Herculis ex Megara. *Mythogr. II. fab.* 158. ¶ 2. *Area* loc. — 1.º) Est locus specialis in Urbe vel extra Urbem publicus, ubi ludicra fiebant certamina et exercitationes, vario nomine designatus, ut *Area Isidis, Saturni, Victoriæ* v. *Capitolina*, *Flacciana, Palatina, Radicaria, Sancta* etc., quas V. suis locis. — 2.º) Item provincia Asiæ. *V.* ARIA.

ĀRĔĀNI, ôrum, m. plur. 2. genus hominum in Britannia, « quorum erat officium (ut) ultro citroque discurrentes vicinarum gentium strepitus nostris ducibus intimarent ». Ita *Ammian.* 28. 3. 8.

ĀRĔĀTÆ, ôrum, m. plur. 1. gens Sarmata. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (41). « Arræi Sarmatæ, quos Areatas vocant ». Fortasse hodiernæ *Bulgariæ* (olim Mœsiæ inf.) populus.

ARECARII, ôrum, m. plur. 2. collegium nautarum Lugduni commorantium, nomine sumpto vel a loco, ubi stationem habebant, vel a fluvio, ubi navigabant. *Inscr.* apud *Grut.* 472. 1 (*Boissieu, Inscr. de Lyon. p.* 259. = *Corp. I. L.* 13. 1688). Cf. *Momms. Ann. d. Inst.* 1858. 68.

ĀRĔCŌMICI, ôrum, m. plur. 2. (Ἀρηκόμιοι *Ptol.* 2. 10. 6.; Ἀρηκόμισκοι *Strab.* 4. 1. 12.) gens Galliæ Narbonensis ex Volcarum genere, ad septentr. et orient. sita. *Cæs.* 1. *B. G.* 35., *Mel.* 2. 75. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (37). Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 189.

ĀRECTEUS. *V.* ARACH.

ARĔI. *V.* ARII.

ARĔIUS, ii, *V.* ARRIUS.

ĀRĔLĀS, âtis, et

ĀRĔLĀTA, æ, f. *V.* voc. seq.

ĀRĔLĀTĔ, indecl. n. *Arelate* (Ἀρελάτης *Strab.* 4. 181) apud *Junior. Phil. in Descr. orb.* 34. et *Corp. I. L.* 11. 3281. et 3283. Sic *Arelatum* (Ἀρέλατον *Ptol.* 2. 10. 8), vel *Arelatus* (*i*), Ἀρέλατος, sæpe apud sequiores. — Item contract. *Arelas*, præsertim apud poetas. - *Ariate* in cod. Paris. *Honor. geogr.* — Licenter primam produxit, tertiam corripuit *Venant.* 8. *carm.* 3. 4. *V.* ARELATENSIS.

Arelate, oppidum Galliæ Narbonensis ad lævam Rhodani fluvii, jussu Julii Cæsaris dictatoris a Tib. Claud. Nerone, Tib. imp. patre, aut a militibus legionis VI. aut in ejusdem legionis honorem deducta et nominata colonia Julia paterna Sextanorum, tribui adscripta Teretinæ. *Mela* 2. 75., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36)., *Corp. Inscr. Lat.* 12. 694. (Cf. *Sueton. Tib.* 4.), fortasse a Græcis conditum ac « *Theline* » vocatum sub priore sæculo, Grajo incolente (*Avien. Or.* 689), hodie *Arles* (Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 190). De eo *Cæs.* 1. *B. C.* 36. Cæsar naves longas Arelate - facere instituit. *Cassiod.* 8. *Var.* 10 (a. 526). Arelatus est civitas supra undas Rhodani constituta. *Auson.* 292 (tit. *Arelas*). Pande duplex, Arelate, tuos blanda hospita portus, Gallula Roma, Arelas *etc.* Duplex *dixit*, *quia utramque Rhodani ripam accolit* (V. infra). *Venant.* 8. *carm.* 9. 157. Porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi *etc.* et *Prosp.* 1290. Arelas nobile oppidum Galliarum. Adde *Oros.* 1. *Hist.* 2. 65., *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 30., *al.* — « Hæc (*urbs*) in tantum a gloriosissimæ memoriæ Constantino peculiariter honorata est ut ab ejus vocabulo præter proprium nomen, quo Arelas vocitatur, *Constantina* nomen acceperit (Cf. *Auson. loc. cit.*). - Hanc - Valentinianus et Honorius - specialibus privilegiis et, ut verbo ipsorum utamur, matrem omnium Galliarum appellando decorarunt ». Ita *Leo M. ep.* 65. Cf. *Const. Honor.* et *Theod.* a. 418 (*Corp. leg.* ante *Just.* ed. *Hænel p.* 238), ubi statuitur, ut sit « in Constantina urbe annis singulis concilium »: tantæ dignitatis erat id temporis Arelate; quæ fuit etiam imperatorum sedes et Galliarum metropolis constituta. *Ibid.* — Plura disces a scriptoribus ecclesiasticis, quicum conferas *Edm. Le Blant, Etud. Sarcoph. chrét. ant. d. Arl.* Paris 1878; *Longnon, Géogr. de la Gaule au VI. siècl.* 433. *sqq.*

ĀRĔLĀTENSIS, e, adject. ad Arelate oppidum pertinens. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 41. 57. (116). Arelatensis ager. *Symm.* 9. *ep.* 20. urbs. *Greg. Tur.* 8. *Fr.* 30. castrum. — Licenter *Venant.* 8. *carm.* 3. 40. « Temporibus nostris Arelatense decus ». *V.* ARELATE. — Hinc absolute

Arelatenses, ium, m. plur. 3. incolæ. *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 5. Arelatensium provincia. *Not. Gall.* 11. 13. Civitas Arelatensium (*sic codd. plerique*, Arlatensium *pauci*). Adde *Sidon. ep.* 1. 17. et *Corp. Inscr. Lat.* 12. 531.

ĀRELLĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Scribitur etiam *Arelius*, unico *l*. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit pictor, de quo *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (119). Arellius Romæ celeber paullo ante Divum Augustum, nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicujus feminæ amore flagrans et ob id deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaque in pictura ejus scorta numerabantur. — 2.º) Item Fuscus, rhetor tempore Augusti, qui filium habuisse videtur item rhetorem. De eo plura tradit *Seneca*, ejusdemque fragmenta refert ac specimina declamationum memorat et explicationes, quas *Fuscianas* vocat. « Erat explicatio Fusci Arelli splendida quidem sed operosa et implicata, cultus nimis adquisitus; compositio verborum mollior, summa inæqualitas orationis, quæ modo exilis erat, modo nimia licentia vaga et effusa; nihil acre, nihil solidum, nihil horridum; splendida oratio et magis lasciva quam læta etc. ». *Senec.* 2. *Contr. præf.* et *Suas.* 2. 10. *et* 33. — 3.º) Item Græcus, memoratus in Lap. Pomp. ed. *Guarini, Fast. Duumv. p.* 104. et *Momms. n.* 2372., fortasse avarus ille, de quo *Horat.* 2. *Sat.* 6. 78. — 4.º) Fuit etiam quintus Assyriorum rex. *Cassiod. chron. II.* 121. et *Hieronym. chron.* a. Abr. 121., ubi *Aralius* (*Jorn. Rom.* 17), ex *Euseb.* Ἄραλιος (*Diehl*). ¶ 2. In titulis. *V.* ARRIUS.

ĀRĔMŎRĬCA, æ, f. 1. *V.* AREMORICUS.

ĀRĔMŎRĬCĀNUS et Armoricianus, a, um, adject. ad Aremoricam Galliæ regionem pertinens. *Notit. Dign.* occ. 1. Tractus Aremoricani. Adde *Hydat. chron. II.* 33., 218. et *Corp. Inscr. Lat.* 3. 1919. — *Cosmogr. geogr.* 84. 17. Armoricianus limes (*codd.* miles). — Absolute *Jornand. Get.* 191. Armoriciani. *h. e.* incolæ Aremorici.

ĀRĔMŎRĬCUS, a, um, adject. (Ἀρμόριχος pro Ἀρμορικός *Zosim.* 6. 5.). In codicib. frequentatur forma contracta *Armoricus*. — Secundam syllabam poetae producunt, ut *Sidon.* 7. *carm.* 247., 369. et 548., *Rut. Namat.* 1. 213. et *Auson. loc. cit.* — Licenter *Venant.* 3. *carm.* 8. 3. « Ultima quamvis Sit regio Armorica », pænultima producta. — Etymon alii ducunt ab *ar*, solum pingue; aliter *Anon. de nom. Gall. chron. I.* 613. 2. « Aremorici antemarini, quia are ante, mor mare, morici marini »; quod in litore Galliæ est, potissimum in septentrionali; latiore vi ponit *Plin.* ». Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 202. *sqq.* et *Glück, Kelt. Nam.* 31. *sqq.*

Aremoricus, ad regionem Galliæ Celticæ pertinens. *Cæs.* 5. *B. G.* 53. Civitates, quæ Armoricæ appellantur. *Auson.* 200. 28. Aremorica gens. *Id.* 345. 15. Lars (*Viridomarus*). et 398. 35. pontus. *Sidon.* 7. 369. tractus. — Hinc absolute

Aremorica, æ, f. 1. et

Aremoricum, i, n. 2. regio Galliæ Celticæ, nunc *Bretagne*, ad Oceanum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (105). Aquitanica, Aremorica antea dicta. Cf. *Holder*

et Vit. Gild. (chron. III.) p. 96. 12. In Armoricam quondam Galliæ regionem, tunc autem a Britannis, a quibus possidebatur, Letavia dicebatur. — Eutrop. 9. 21. Per tractum Belgicæ et Armorici (al. Armoricæ), Ἀρμόρικον. Sic Conc. Tur. a. 567 (Mon. leg. III. 124. 8). In Armorico (-arica H). et Sidon. 7. 548. litus Aremorici. Cf. 7. 247.

Aremorici, ōrum, m. plur. 2. Aremorici incolæ. Eucher. Eucher. instr. 2. p. 146. frameæ: hastæ longissimæ sunt, quibus etiam nunc Armorici utentes hoc nomen tribuunt.

ĀRĔMŬLUS, i, m. 2. Ita nominatus fuit Silvius, rex Latinorum, Agrippæ Silvii filius: Romulus a Liv. 1. 3.; Remulus ab Ovid. 14. Met. 616. et 4. Fast. 49. (Ἀλλώδιος a Dionys. Ant. 1. 71). Hieronym. in Chron. a. Abr. 1142. Aremulus Silvius a. XVIIII. (Eus. Ἀρέμουλος). Silvius Aremulus sive Remulus Agrippæ superioris regis filius, præsidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit. Oros. 1. Hist. 20. Fuerat - apud Latinos rex Aremulus - in diebus Aremuli (Remul - codd. Laur. et Bob. Ambros.). Adde Prosp. chron. 141.

ĀRĒNA, æ. V. ARENE.

ĀRĒNACUM, i, n. 2. (Pænultimæ quantitas incerta est; sed ex analogia cum aliis hujus formæ nominibus longam puto) oppidum Germaniæ seu statio in Batavis, hodie Ryndern v. Arnheim (Cf. I. Schneider, Rhein Jahrb. LXXII. 56. et Holder I. 205). Tac. 5. Hist. 20. Decuma legio Arenaci. — Arenatium v. Harenatium in Itin. Ant. p. 256. et Tab. Peut. 2.

ĀRĒNĒ, es, f. 1. (Ἀρήνη) nom. pers. et loci. ¶ 1. Est Polyphemi filia. Dict. 6. — Item filia Œbali, soror Tyndari et Icari, uxor Apharei et ἐπώνυμος Messenes oppidi. Val. Fl. 1. 460. ¶ 2. Est etiam oppidum Messenes, ab Aphareo, uti fertur, conditum. Hygin. fab. 14 (Cf. Paus. 4. 2. 4). Curtius (Vermut. Pelopon. II. 193) censet idem esse ac vetustum opp. Pharai.

ĀRĔŎPĀGĪTA et

ĀRĔŎPĀGĪTĒS, æ, m. 1. (Ἀρειοπαγίτης) Etiam Ariopagites in codd. - Etymon satis ineptum habet Gloss. V. 168. 1. 8. Ariopagita ara paganorum.

Areopagita — a) Universim. Varro 7. L. L. 19. Areopagitæ ab Areopago. Augustin. 18. Civ. D. 10. Areopagites, summus judex, in Areopago, ex iis nempe, qui Athenis statuto loco de gravissimis causis cognoscebant et sententiam pronunciabant. Cic. 5. Phil. 5. 14. Si Lysiades citatus judex non responderit excuseturque Areopagites esse. Id. Balb. 12. 30. Vidi nostros cives Athenis in numero judicum atque Areopagitarum. Trebell. Gall. 11. Areopagitarum cupiebat (Gallienus) ingeri numero. Macrob. 7. Sat. 1. 17. Areopagitæ tacentes judicant. Gell. 12. 7. 5. judices graviores exercitatioresque. — Gloss. V. 263. 12. Areopagita græce locus in Athenis. et 346. 20. locus Martis Athenis (V. AREOPAGUS). — « Decretum Ariopagitarum (sic Harl. et Palat.) ὑπομνηματισμόν illi vocant » Cic. 13. Fam. 1. — Ironice Cic. 1. Att. 16. judices Clodianos « præclaros Ariopagitas » vocat. — Zopyrus - Areopagitas et judicium Orestis in duobus scyphis cælavit, teste Plin. 33. Hist. nat. 12. 55. (156). — b) Speciatim cognomen seu epitheton Dionysii, qui Areopagites dicitur Vulg. Act. 17. 34. Augustin. serm. 150. Nominatur quidam Dionysius Areopagites, id est Atheniensium principalis. V. DIONYSIUS.

ĀRĔŎPĀGĪTĪCUS v. Ariopagiticus, a, um, adject. (Ἀρειοπαγιτικός) ad Areopagum pertinens. Sidon. 9. ep. 9. 14. Areopagitica gymnasia. Enn. apud Varr. 7. L. L. 2. ad fin. petra. Ita Scalig. Locus vexatus: leg. Müller « Areopagitæ dedere æquam pugnam ». Nodum solvere conati sunt etiam Turnebus, Acquavios, Bothe, Vahlen, Ribbek, Fleckeisen; sed frustra. Etiam Canal noster in adn. ad Varr., rem erudite pertractat. — Substantive Priscian. gramm. III. 310. 2. Isocrates in Ariopagitico.

ĀRĔŎPĀGUS, i, m. 2. (Ἀρειοπάγος, Ion. Ἀρηοπάγος, Att. Ἀρεοπάγος et sæpe divisim Ἄρειος v. Ἄριος πάγος) — a) Orthographia: Scribitur etiam Ariopagus v. Arios pagus v. pagos; quin separatim ubique legit Nipperdey ad Tac. 2. Ann. 55., coll. Keil, Spec. onomat. Gr. 100., quod confirmat Wachsmuth, PW. 2. 627., nec rejicit Diehl, Thes. L. L. ad v. Ares; sed, ut apud Græcos Ἄρειος πάγος coaluit in Ἀρειόπαγος ad analogiam derivati Ἀρεοπαγίτης; sic et Latini Areopagus et Areopagites conjunctim quoque usurparunt. — b) Prosodia: pænultimam syllabam producendam docent Fest. et Serv. ad Virg. 3. G. 812., quia prima in pagus producitur a Græco πηγή, fons, Dor. παγά; sed alia quum sit origo vocis, sc. a πάγος, saxum, quæ vox corripitur ab Eurip. Iphig. in Taur. 1470. 1482. et Hom. Od. 5. 403., procul dubio brevem esse dicimus. Cf. etiam Forcellin. et Georg. ad v. — c) Etymologia: nomen ducitur ab Ἄρης, Mars, et πάγος, quæ saxum, rupes, collis significat, quasi sit rupes seu collis Martis; erat enim in edito loco situs. De hoc etymo ita Augustin. 18. Civ. D. 10. « Varro nec Areon pagon - vult inde accepisse nomen, quod Mars, qui Græce Ἄρης, dicitur, cum homicidii reus fieret, judicantibus duodecim diis in eo pago, sex sententiis absolutus est - sed contra istam, quæ multo amplius est celebrata, opinionem aliam quandam de obscurarum notitia litterarum causam nominis hujus conatur astruere, ne Areon pagon Athenienses de homine Martis et pagi quasi Martis pagum nominasse credantur ».

Areopagus, vicus Athenarum, in quo judicia exercebantur; sed fere accipitur pro ipso loco judicii, eratque inter septentr. et occid. Acropolis situs; variis autem nominibus appellatus est, sc. Curia Martis apud Juvenal. 9. 101., Areum judicium apud Tac. 2. Ann. 55. et græco ἡ ἄνω βουλή (Plut. Sol. 19) et ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον (Lykurg. 12., Din. I. 112. et III. 7). Memoratur etiam Senec. Tranquill. anim. 3. ad fin. Areopagos, religiosissimum judicium. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (200). Judicium capitis in Areopago primum. Hieronym. in ep. Tit. 1. 12. In Areopago, quæ est curia Atheniensium. Id. nom. Hebr. p. 67. Ariopagus primitiva sollemnitas. Vitr. 2. 1. 5. Athenis Areopagi antiquitatis exemplar ad hoc tempus luto tectum. Cic. 1. Divin. 25. 29. Sophocles ascendit in Areopagum. — Vulg. Act. 17. 19. « Et apprehensum eum (Paulum) in Areopagum duxerunt ». h. e. non vi ut judicaretur, sed comiter et longe a forensi strepitu ut ibi contionaretur; nec tam coram judicibus sed ordinibus seu condicionibus, sc. coram stoicis quibusdam et epicureis aliisque novitatum studiosis omnis sexus et condicionis (Cf. ibid. 9. 27.; 17. 22. et 34); nec alioqui de causis religionis Areopagitæ judicium ferebant (Cf. Zockler, Apostelgesch. XVIII). — Areopagi laudes videsis apud Isocr. Areop. c. 14., 18. et Arist. Polit. V. 3., 5. — « Ibi selecti judices severissimi ac sapientissimi, quibus præerat ἐπιστάτης (Plut. an seni etc. 20. 1), graviores causas, præsertim capitales, incorrupta justitia expediebant cautumque erat lege inviolabili, ne qui causam dicebat, procemio uteretur, quo moverentur affectus, aliasque persuadendi subdolas artes adhiberet, eo consilio, ne cui plus in misericordia, quam in causa, spei esset, et ne judices a justa sententia averterentur. Quam ob rem ipsi velamine ante se posito et fere noctu sententiam dabant, ut tantummodo facta cognoscerent, personas non viderent. Tacentes etiam judicabant, ex quo natum est proverbium Ἀρεοπαγίτου στεγανώτερος, Areopagita tectior seu taciturnior. Ob hæc summa erat Areopagitarum auctoritas, ad quos ex omnibus orbis terræ partibus non solum homines sed deos quoque accessisse disceptaturos fabulati sunt poetæ. Neque solum capitalia judicia sed et graviora reip. negotia eorum consilio administrabantur ». Ita Forcellin. Cf. Cic. 2. Nat. D. 25. 74., 1. Divin. 25. 54. et 1. Fam. 27. 43., Augustin. 18. Civ. D. 10., Ammian. 29. 2. 19., coll. Ælian. 5. 15., Paus. Att. 1. 28., Diog. Laert. 3. 115. — Porro institutum fuit hoc judicium, vivente Cecrope, et subinde a Solone (Plut. in Sol., coll. Cic. 1. Off. 22. 15) optime ordinatum ita ut ante Periclem summum amplitudinis ac dignitatis gradum attingeret (Plut. Themist. c. 10. et Arist. loc. cit., coll. Wilamowitz, Arist. u. Athen.). Verum post varias rerum hominumque vices ita sensim defecit, ut demum a XXX. viris abrogatum fuerit (V. Curtius, III. 3. sqq., coll. tamen Schoemann, III. p. 430), non ita ut omnino desineret, sed etiam Athenarum rebus prolapsis et usque ad Rom. imperii tempora aliquid polleret (Beurlier in Dict. Bibl. Vig. 1. p. 940). — Plura de eo tradunt, præter veteres, Forchhammer, De Areop.; Lange, Die Eph. u. d. Areop., al.

ĀRĔŎPŎLIS, ĕos, f. 3. (Ἀρεόπολις) Videtur vox conflata ex Ἄρεως et πόλις, quasi Areos seu Martis urbs; quod tamen negat Hieronym.; unde fortasse rectius duxeris ab Hebr. Ar, i. q. 'ir « urbs » et πόλις, quasi ἐπεξηγητικόν, ut nos dicimus Mongibello. ¶ 1. Fuit oppidum Arabiæ Petrææ. Hieronym. nom. Hebr. p. 86. Moab-Arabiæ civitas est, quæ nunc Areopolis adpellatur. Id. in Is. 15. 1. (Moab provinciæ) metropolis civitas Ar, quæ hodie ex Hebræo et Græco sermone composita Areopolis nuncupatur, non, ut plerique existimant, quod Ἄρεως id est Martis civitas sit. ¶ 2. Item oppidum priori vicinum, fortasse ab hoc diruto cognominatum, Rabba v. Rabbat Moab. Notit. Dignit. or. 87. — Ejus nummos illustrarunt Eckhel, 3. p. 503. et Mionnet, V. 591. Suppl. VIII. 388.; et rudera inspexit Robinson, Pal. III. 1. 12. 3. sq.

ĀRĔŎPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. ad Areopolim pertinens. Conc. Mansi (Constant. a. 536) VIII. 9. 21.

ĀRĔŎPŎLĪTES, æ, m. 1. prioris Areopoleos incola. Hieronym. in Is. 15.

ĀRĒS (is), eos et ētis, m. 3. (Ἄρης, Æol. Ἄρευς apud Sapph. frg. 66. 91. et Alc. frg. 124. Bgk; gen. Ἄρητος Eustath. Il. 1133. 15) — a) Genet. Aris nullum quod sciam habet exemplum, et Aretis in Corp. I. L. sub 1. a. et Areos apud Ps. Apul. loc. cit. — Acc. Aren est Val. Fl. 3. 102. — b) Primam syllabam Græci poetæ modo corripiebant, modo producebant, teste Lucilio apud Scaurum, Orthogr. p. 18. K., quod Latinis negatum esse notat Martial. loc. cit. alludens loc. Hom. Il. 5. 31. « Ἄρες Ἄρες βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα ». — c) Etymon alii ducere conantur ab Hebr. 'ârah « carpsit » more pecudum; unde et Græci ἄρης vocant arietem et fortasse Hebr. 'ari « leo » h. e. discerpens, sed inepte; alii a Skr. ar-is, hostis; alii potius ab αἴρω « tollo », a them. ar, quod in omnibus linguis Indo-Europæis vim ac potentiam significat. (Talbot, op. c. p. 77. sq., Curtius et Roscher ad v.): cf. Gr. ἀρι particula augendi vim habens, et ἀρείων, ἀρετή, quibus violentiæ vel fortitudinis ac virtutis inest notio. — Perraro hoc nomen occurrit apud Latinos, at fere Mars seu Mavors.

Ares ¶ 1. Apud scriptores, deus Thracius, filius Jovis (Ζεύς) et Junonis (Ἥρα), hoc est elementorum inter se pugnantium, unde turbines, procellæ ac naturæ perturbationes oriuntur; hinc deus fragoris et speciatim bellorum tam apud Græcos quam apud Latinos, quem recentiores comparant cum Skr. marut, procella, qua voce duplicem formam Ares et Mars contineri putant (Cf. Homer., Herod., Hesiod., Apollod., quos illustrarunt mythologi Preller, Roscher, Lauer, Gruppe (V. MARS). Usurpatur — a) Proprie. Martial. 9. 11 (ubi tamen græce effertur). Corp. Inscr. Lat. 6. 9644. Ad lacum Aretis. — Jculariter Plaut. Truc. 2. 7. 64 (615). Si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares (Cf. Varr. apud Non. 2. 557). Sed alii leg. clue(o) pro Ares. — b) Translate de milite. Val. Fl. 3. 102. super addit Aren fratremque Melanthum. — Ares late cultus dictusque est, in Thracia, Ἄρεια; in Macedonia, Ἄρας; in Bœotia, Ἄρευς v. Ἀρητία; in Eubœa, Ἄρεος; in Argolide, Ἐνυάλιος etc. — De hoc vide plura apud Müller, Ares 55. et Mgth. I. 183. et Sauer, PW. 2. 642-667. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 29079.

ĀRESCON, ontis, m. 3. (Ἀρέσκων, placens) ¶ 1. Apud scriptores vir quidam, antea mulier. Plin. 7. Hist. nat. 4. 3. (36). Licinius Mucianus prodidit visum a se Argis Arescontem (Aristontem codd.), cui nomen Arescusæ fuisse, nupsisse etiam, mox barbam et virilitatem provenisse uxoremque duxisse. Cf. Gell. 9. 4. 15. ¶ 2. In titulis nom. et fort. cogn., serv. et libert. Corp. Inscr. Lat. 6. 10474. — Arescusa (Ἀρέσκουσα) nom. et cogn. mul., sæpe in tit. Italicis, præsertim Romanis et Puteolanis. Ibid. 6. 9466. Item 3. 7259. CANIAI ARESQVSAI (dat.). et 12317. ARESCHVSA. — Hinc

Arescus, Arescius, Arescusianus, Arestus, ibid. passim et Arestius, unde et Arestor. V. voc. seq.

ARESTOR, ŏris, m. 3. (Ἀρέστωρ, ορος, placens, gratus) filius Phorbantis (Apollod. 2. 1. 3) et pater Argi centum oculos habentis. Serv. ad Virg. 7. Æn. 790. Argum oculatum omnibus membris Arestoris - filium. Mythogr. 2. 5. et 2. 89., ubi corrupte Aristocles pro Arestor. — Hinc Arestorides (Ἀρεστορίδης), filius Arestoris, sc. Argo. Ovid. 1. Met. 624. Alii male leg. Aristorides.

ĀRESTŌRĪDĒS, æ, m. 1. V. voc. præc.

ĀRĔTAS, æ, m. 1. (Ἀρέτας v. Ἀρέθας) nom. plurimorum regum Nabathæorum in Arabia P., quod alii a Gr. ἀρετή, alii rectius ab Arabica lingua deducunt: cf. Pocock in not. ad Abulph. 74 (V. de Vogüé, Rev. numism. N. S. XIII. 157. Pl. V. 1. 2). Hieronym. nom Hebr. p. 76. « Areta stupor vel descensio ». Memorantur — 1.º) Aretas I. a. 167., qui Iasonem, infensissimum Judæis, expulit, teste Vulg. 5. Mach. 5. 8. — 2.º) Aretas III., qui, Hircano et Aristobulo de Judææ regno contendentibus, prioris partibus etiam armis studuit; ideo Pompejus, Hierosolymis potitus, bellum in illum conversurus erat; at Romam festinare coactus est. Oros. 6. Hist. 6 (coll. Jos. Ant. 14. 2-9. et 1. B. J. 7. et 8). et Flor. 3. 5. 29. Cf. Schürer, Gesch. d. Jud. Volk. I. 614. sqq. — De nummo cuso Damasci inscr. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ disputarunt eruditi. V. Visconti. Icon. Gr. I. 3. p. 26., Eckhel, 3. p. 330. et Gutschmid b. Euting. Nabat. etc. (1885) 82. 4. — 3.º) Aretas IV., olim Æneas dictus, post Rahham'ammeh, i. e. Philodemus (Euting, Nabat. inscr. p. 24-61), rex Arabiæ et Damasci in Cœlesyria. Vulg. 2. Cor. 11. 32., coll. Act. 9. 24-25. — Fuit socer Herodis Antipæ, qui ejus filiam, uxorem suam, repudiavit, ut duceret Herodiadem, uxorem fratris Philippi; quapropter Aretas eum armis petitum devicit. Verum Herodes a Tiberio auxilium impetrat, qui Vitellium proprætorem contra Aretam cum exercitu mittere statuit; at dum ille bellum parat, Tiberius moritur et Aretas, occasionem nactus, Damasco potitur (Jos. Ant. 18. 5); hinc ratio patet, cur rex Nabathæorum, tempore ap. Pauli, præpositum gentis haberet Damasci, quod historiæ adversari videretur, et cur id, quod sibi molestum illic contigisset, Paulus accurate enarret ac testetur Corinthiis, qui de illa sua fuga forsitan dubitaverint. Vulg. loc. cit. Cf. Curci in ep. ad Cor. et Schürer I. p. 617-619. — 4.º) Fuit etiam Argi filius ex stirpe Acaci. Inc. apud Jul. Val. 1. gest. Alex. M. 58.

ĀRĔTĒ, es, f. 1. (Ἀρέτη) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filia Dionysii, Syracusarum tyranni et Aristomaches sororis Dionis, de qua Nep. in Dion. 1. — 2.º) Item mulier adultera, fortasse fictum mulieris nomen apud Apul. 9. Met. 17. — 3.º) Item uxor Alcinoi, regis Phæacum. Auson. in Perioch. Odyss. 7., coll. Hom. Od. 7. 14. et Hygin. fab. 23. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 6. 10107.

ĀRĔTĒS, is, m. 3. (Ἀρέτης) ¶ 1. Fuit dux strenuus Alexandri M. Curt. 4. 15. 15. ¶ 2. Item Dyrrachinus astronomus. Censor. de Nat. 18. 11. Annum maximum putavit Aretes Dyrrachinus VIII. annorum vertentium. — Ejus sententia de anno excidii Trojæ adfertur ibid. 21. 3.

ĀRĔTHON, ontis, m. 3. (Ἀράθων) ¶ 1. Est fluvius Epiri. V. ARATHUS. ¶ 2. Est etiam nom. et cogn. libert. vir. Corp. Inscr. Lat. 5. 3882. (Veronæ: non vidit Momms.). In numm. Mionnet, Descr. I. 397. — Arethusa, nom. et cogn. mul. V. suo loc.

ĀRĔTHŪSA, æ, f. 1. (Ἀρέθουσα) Scribitur etiam Aretusa, sine aspiratione, Fulgent. loc. cit. et Corp. I. L. 5. 2498 (Ateste) et Arethisa apud Solin. 37. Sic Ἀρέθοισα apud Theocr. et Moschum. — « Secundum latinitatem in pænultima habet accentum, secundum rationem græcam in tertia a fine, sicut Creusa et Κρέουσα » Serv. ad Virg. 10. Ecl. 1. — Inepte interpretatur Fulgent. Myth. 3. 12. « Aretusa - quasi arete isa id est nobilitas æquitatis ». Rectius Eustath. ad Od. N. 408. ducit ab ἄρω, a quo per paragogen ἀρδω, irrigo, unde ἀρέθω, ut a φλέγω fit φλεγέθω, ita ut vox omnibus fontibus sit accommodata. V. H. Steph. Thes. ad v. — Arethusa, nom. geogr. et person.

I.) Est nom. geogr., sc. ¶ 1. Nomen fontium satis vulgatum. — A Latinis scriptoribus — 1.º) Proprie — a) Memorantur, præter Bœotiæ fontem (Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. [25]., Solin. 7., Capell. 6. p. 210)., fons Eubœæ (Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (64). et Bruttiorum (Cassiod. 8. Var. 32), Syracusanus celeberrimus, prope Syracusas (Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (89), sive in insula Syracusarum (Cic. 5. Verr. 53. 118), aquæ dulcis, incredibili magnitudine, plenissimus piscium (Id. ibid. 31. 80., Serv. ad Virg. 6. G. 351. et Sil. It. 14. 53), celebratissimus carminibus, nitidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundens (Senec. Dial. 6. 17). Adde Mel. 2. 117. et Flor. epit. 1. 22. — b) Compellatur quasi persona Sil. It. 44. 294. « Testatus divos Siculorum amnesque lacusque Et fontis, Arethusa, tuos ». Adde eund. ibid. 514. — 2.º) Translate pro Syracusis. Id. 5. 490. ¶ 2. Est ejusdem fontis nympha et dea (Gloss. IV. 406. 16. Nympha Syracusæ). Virg. 10. Ecl. 1. Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem. Cf. Serv. ad l. per Arethusam - musam Siculam, id est bucolicum Theocritium invocat carmen (Cf. Theocr. 1. 117. epit. Bion. 78). Adde Virg. 3. Æn. 696. et Ovid. 4. Fast. 423. — Hanc nympham Alpheus Elidis amnis adamavit, qui subter mare fluendo in Siciliam pervenit (Virg. loc. cit., Sil. It. 14. 53., Avien. Descr. orb. 1173., Ammian. 15. 4. 6); alii vero ferunt nympham de Elide ortam fugientem per maria in Siciliam persecutum esse Alpheum (Ovid. 5. Met. 409-642., Hygin. fab. præf. p. 10.: cf. Serv. ad Virg. 3. Æn. 696. et 10. Ecl. 4. et Mythogr. 1. 166., 2. 178). Porro vero fabulæ explicatio sumenda esse videtur ex eo quod ad Pisas in Elide fons est ingens, qui in duos alveos Alpheum et Arethusam dividitur. — De nummis, in quibus repræsentatur, videsis Müller-Wieseler, Denkm. a. K. 1. Taf. 16. n. 78. et Taf. 42. n. 197. et Baumeister, Denkm. II. 959. ¶ 3. Est etiam nomen oppidorum: Macedoniæ (Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. [38]. Ammian. 27. 4. 8. Cursualis [al. convallis] statio, in qua visitur Euripidis sepulcrum. Cf. Itin. Burdig. 604. Mutatio Euripidis); Arabiæ (Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. [159]: Syriæ (in Itin. Ant. 188). — Patr. Nic. 2. 65. Eustathius Aretusiæ. nisi est illius oppidi regio.

II.) Est nom. pers., sc. ¶ 1. Nomen fictum, quo latet Ælia Galla apud Propert. 4. 3. 1. ¶ 2. Item nom. et cogn. in titulis. Corp. I. L. 6. 12297., 9462.; 9. 5520. et 10. 2901. ¶ 3. Item nomen canis Actæonis. Hygin. fab. 181.

ĀRĔTHŪSÆUS, a, um, adject. (Ἀρεθουσαῖος) ad Siciliæ fontem pertinens. Claudian. rapt. Pros. 2. 60.

ĀRĔTHŪSĒNUS et Arethusianus, adject. ad Syriæ oppidum pertinens. Patr. Nic. 1. 64. et Conc. Const. (Mansi VIII. 920).

ĀRĔTHŪSIS, idis, adject. (Ἀρεθουσίς) ad fontem Siciliæ pertinens. Ovid. 4. Fast. 873.

ĀRĔTHŪSĬUS, a, um, adject. (Ἀρεθούσιος) ¶ 1. Est Syracusanus. Sil. It. 14. 356. Arethusia proles. sc. Syracusani. ¶ 2. Item incolæ oppidi — a) Syriæ. Plin. 5. Hist. nat. 23. 19. (82). — b) Macedoniæ. Id. 4. ibid. 10. 17. (35).

ĀRĔTĪNUS. V. ARRETINUS.

ĀRĔTIUM. V. ARRETIUM.

ĀRĔTĬUS, ii, m. 2. (Aretus) nom. gent. vir. Inscr. apud Furlanetto, Lap. Patav. p. 150. — Aretia, nom. mul. Ibid.

ĀRĔTULLA, æ, f. 1. cogn. mul. demin. Martial. 8. 32. 2. in ipsos Fluxit Aretullæ blanda columba sinus. Schneid. leg. Aratulla; unde et Aratullius, nom. gent. Inscr. apud Grut. 641. 2., fortasse ab Aratus.

ĀRĔTUS, i, m. 2. (Ἄρητος) ex Priami filiis. Hygin. fab. 90. — In titulis nom. vir. Inscr. Lupi epitaph. Sever. mart. p. 117.

AREUNA, indecl. m. (Hebr. 'Aravnâh, 'Aranyâh, et 'Ornân; LXX. Ὀρνά) vir Jebusæus, possessor areæ in monte Moria, qui Areuna (Vulg. 2. Reg. 24. 16) vel Ornan (Id. 1. Par. 21. 15) nuncupabatur, celeberrima tempore Davidis; inde enim ipsi se Angelus visendum dedit; item tempore Salomonis, qui ibi templum erexit. Vulg. locc. citt., coll. 2. Par. 3. 1. V. ORNAN.

ĀRĒUS (Arius), a, um, adject. (Ἄρειος) ut Areus pagus v. Areos (Arios) pagus, positione Græca. Val. Max. 2. 6. 4. et 5. 3. ext. 3., Senec. dial. 9. 5. - Tac. 2. Ann. 55. Areo judicio - damnatus. V. AREOPAGUS.

ĀRĔUS, ei, m. 2. (Ἀρεύς, unde Areus bisyllabon; et Ἄρειος, unde Arēus v. Arius trisyllabon). Areos apud Ovid. 12. Met. 310. et Arius apud Vulg. loc. cit. — Etymon sumitur ab Ἄρης, Ares v. Mars. — Areus, nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. personæ ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Centaurus, a Dryante occisus. Ovid. loc. cit. V. Roscher, Jahrb. f. Philol. CV. (1872) 426. — 2.º) Item Lacedæmonum rex ex Agidarum stirpe, qui regnum tenuit ann. 45 (Diod. 20. 767). De eo Vulg. 1. Mach. 12. 20. sqq., ubi celebris Arii epistola legitur missa ad Oniam (fortasse Oniam I.: v. Schürer I. 386; cf. tamen Jos. Ant. 12. 4. 10. et 13. 5. 8.), Judæorum pontificem, in qua dicitur eadem fuisse origo Spartiatum ac Judæorum ab Abrahamo. — Bellum ab eo gestum contra Ætolos, sed frustra, memorat Justin. 24. 1.; in altero autem bello contra Antigonum victus ac profugus, interfectus est. Trog. prol. 26., coll. Justin. 26. 2. — 3.º) Item Didymus, philosophus stoicus, Alexandrinus, dictus et Ægyptius, magister Augusti. Sueton. Aug. 89. et Senec. Cons. ad Marc. 4., coll. Quintil. 2. 15. 36. et 3. 1. 16. et Plut. vit. Ant. 81. De eo V. Zeller IV.[3] 614. 2. — 4.º) Item rex Thraciæ, a quo antea est Aria appellata; a Thrace postea, ejus filia, Thracia dicta. Prob. ad Virg. 4. G. 462. Alii tamen aliter: v. sub II. — 5.º) Item Lacedæmonius quidam, una cum Alcibiade exsul, de quo Liv. 39. 35. ¶ 2. In titulis cogn. gent. Inscr. apud Renier n. 100 (B. 31).

II.) Est nom. fluvii, a quo regio Aris v. Areia appellata est (Strab. 11. 515), cui fortasse respondet Pers. olim Haraiva, nunc Hare a th. har « celer » et Indic. Sarayu a Skr. sâras « aqua »: secundum Kiepert inter Ghorian et Kûsan est situs. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 23. 25. (93).

ĀRĒVA, æ, f. 1. flumen Hispaniæ Tarraconensis. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (27). Quomodo nunc vocetur, explicare conantur Florez, Esp. sagr. V. 16. 39. et Hübner, PW. 2. 682.

ĀRĒVĀCI, ōrum, m. plur. 2. Scribitur etiam Aravaci et Arvaci (Ἀραυάκαι, Ἀρουακοί) gens Tarraconensis. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (27). Arevacis nomen dedit fluvius Areva. Id. ibid. 3. 4. (19). Celtiberi Arevaci (V. Holder, Altcelt. Sprachsch. I. 179). — Cf. Corp. I. L. 3. p. 1971. COHORS II HISPANORVM ET ARVACORVM.

ARGÆUS, a, um, adject. ad Argæum montem pertinens. Claudian. epigr. 23. de equo. phal. Cappadocum gelida sub valle natantem Argææ lavere nives. Adde eund. Laud. Seren. 191.

ARGÆUS, i, m. 2. (Ἀργαῖος: in libris fere semper Argeus) nom. pers. et geogr.

I.) Argæus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit in fabulis Apollinis et Cyrenes filius, Justin. 13. 7. 7., nisi legend. Agræus, quæ lectio rectior videtur. — 2.º) Item Macedoniæ rex, Perdiccæ I. filius, pater Philippi, optimus regni administrator, teste eod. 7. 2., coll. Diod. 7. 16. 4. et Eus. in Chron. I. 227. Cf. Gutschmid, Symb. phil. 110. sq. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 12999. et 7891. — Argæis (Ἀργαΐς) nom. mul. Ibid. 6. 12298.

II.) Argæus, mons altissimus in Cappadocia aut potius montium series, hodie Erdjias. Memoratur Claudian. 1. Eutrop. 248., coll. Solin. 45. et Ammian. 20. 9. 1. — In plur. num. Tertull. anim. 25. Si aeris rigor thesaurus est animæ, extra Germanias et Alpes et Argæos nemo debuit nasci. — Equis alendis pascua fert optima. Hinc Claudian. 2. Rufin. 31. volucrumque parens Argæus equorum. — Sub hoc monte Cæsarea sita est, Argæi tamquam dei cultrix (Max. Tyr. Diss. VIII.), cujus imago radiis coronata visitur in nummis apud Head, H. N. 633. sq.

ARGANTHON, ōnis, m. 3. (Ἀργανθών) cogn. vir. Corp. I. L. 6. 2997.

ARGANTHONĬACUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ARGANTHŌNIUS, ii, m. 2. (Ἀργανθώνιος: ab Ἀργανθών. *V.* infra) rex Tartessiorum, *Gaditanus* dictus (*Val. Max. l. c.*). *Cic. Cat.* 19. 69. Exspectemus Tartessiorum regis ætatem; fuit (*enim*) - Arganthonius (*codd.* Argantonius) quidam Gadibus, qui octoginta regnaverat annos, centum viginti vixerat. Adde *Val. Max.* 8. 13. *ext.* 4. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (154). Alii vero tradunt eum vixisse centum quinquaginta (*Censor. Nat.* 17., ubi *Arganthonion* (acc.); alii trecentos (*Sil. It.* 3. 396)). — Hinc *Arganthoniaci nepotes*, sc. posteri, apud *eund. ibid.*

ARGANTHUS, i, m. 2. (Ἀργανθών: ab Ἀργανθώνη, Rhesi uxore, *Parthen. c.* 36) mons Bithyniæ, hodie *Samanlidagh*. *Propert.* 1. 20. 33. *de Hyla.* ad fontem Arganthi a Nymphis Thynis raptus.

ARGANTOMAGUS (Argentomagus), i, m. 2. nom. vici Celt., hodie *Argenton-sur Creuse*, in *Itin. Ant. p.* 470. — Hinc *Argantomagensis*, adject. ad Argantomagum pertinens. *Notit. Dign. occ.* 9. — Fortasse cognatum *Argantiolum (i)*, hodie *Torienzo*, Hispaniæ. *Itin. Ant. p.* 423.

ARGĒA, ōrum. *V.* ARGEI.

ARGEĀDES. *V.* ARGOS.

ARGEI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀργεῖοι) Etymon ducit *Varro* 7. *L. L.* 44. ab *Argis*; et *Fest. p.* 334. ab *arcendo*. Fortasse iidem sunt, qui a Latinis *Argivi* vocantur (Cf. etiam *Momms., St. R. I.* 123. *sq.*).

Argei ¶ 1. Fuerunt Græci homines lustrandæ Urbis causa olim immolati, pro quibus postea scirpeas effigies sacrificare soliti erant Romani, quotannis de ponte Sublicio projiciendas a sacerdotibus vel a Vestalibus. *Varro* 7. *L. L.* 3., *Ovid.* 5. *Fast.* 621. et *Fest.* apud *Paul. Diac.* 15. — Horum tamen sacrorum quæ fuerit origo, non plane constat. ¶ 2. Item loca sacra, sacraria. *Ovid.* 3. *Fast.* 791. Itur ad Argeos (qui sint, sua pagina dicet) Hoc si commemini, præteritaque die. *Liv.* 1. 21. Multa alia sacrificia locaque sacris faciendis, quæ Argeos pontifices vocant, dedicavit. *Gell.* 10. 15. 3 (*Flaminica dialis*) cum it ad Argeos - neque comit caput neque capillum depectit. Cf. *Varr.* 5. *L. L.* 45. Argeorum sacraria septem et viginti in (quattuor) partes Urbis sunt disposita. *et Paul.* ex *Fest.* 19. Argea loca Romæ appellantur, quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri. *Alii sed perperam leg.* Argei. Cf. *Marquardt, St.-Verw. III.* 190. *sqq.*, *Saglio, Dict.* 3. *Ant. I.* 404. *sqq.*

ARGEIUS. *V.* ARGOS.

ARGENTĀNUM, i, n. 2. oppidum in Bruttiis. *Liv.* 30. 19.

ARGENTĀRIA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. mul. *V.* ARGENTARIUS, ii. ¶ 2. Item oppidum Rauricorum in Gallia, *Argentuaria* et *Argentovaria* quoque dictum, inter Vogesum montem et Rhenum, hodie *Herburg*, in *Itin. Anton. p.* 354. — Prope hoc oppidum, Gratiano IV. et Merobaude coss., Alamannorum exercitus cæsus fuit. *Cassiod.* in *Chron.* et *Ps. Aur. Vict. epit.* 47. — Hinc *Argentariensis*, in *Not. Gall. chron. l.* 460.

ARGENTĀRIUS, a, um, adject. ad argentum pertinens, hinc *Argentarius vicus*, a re pecuniaria dictus. *Augustin.* in *Ps.* 88. 12. et *Conf.* 6. 9. — Item, ad argentum metallum pertinens in officinis elaboratum. *Id.* 7. *Civ. D.* 4. — *Argentaria basilica*, sita inter bas. Æmiliam et templum Concordiæ, in VIII. Urbis regione. *Notit.* et *Curios. Urb.*; quæ et *Vascularia* (*Vascellaria*) dicta in *Inscr.* apud *Marini Fr. Arv. p.* 248. — Haud procul erat *Argentarius clivus* (nunc *Salita di Marforio*), memoratus in *Papyr.* apud *eund. Pap. Dipl. n.* 1 (a. 570).

ARGENTĀRIUS, ii, m. 2. (argentum) nom. pers. et geogr.

I.) Argentarius, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores homo Græcus, rhetor, L. Cestii Pii auditor et imitator. *Senec.* 9. *Contr.* 3. 12. *sq.* et *alib.* passim. — Idem fortasse est M. Argentarius, qui epigrammata Græca scripsit. Cf. *Reitzenstein, PW.* 2. 712. ¶ 2. In titulis nom. gent., ortum ex artis sive collegiorum vocabulo. *Corp. Inscr. Lat.* 2. 3283. - Et nom. serv. *Ibid.* 9. 715. — *Argentaria*, nom. mul. *Ibid.* 6. 1975. — Celebris est *Argentaria Polla*, uxor M. Annæi Lucani poetæ, de qua *Stat. Silv.* 2. *præf.* et *alib.* et *Martial.* 7. 21. et 23. *Id.* 10. 64. ejus pudicitiam laudat. *Sidon.* 2. *ep.* 10. et *carm.* 23. 165., ubi intelligimus ex illo *duplicibus jugata tædis* bis nupsisse, sc. Lucano et Pollio Felici, non autem Statio, ut quidam falso putant, cui non *Polla* sed *Claudia* uxor fuit.

II.) Argentarius ¶ 1. Est mons Etruriæ, hodie *monte Argentaro*. *Rutil. Nam.* 1. 315. Tenditur in medias mons Argentarius undas *etc.* Adde *Greg. M. dial.* 3. 17. ¶ 2. Item Hispaniæ Bæt. *Avien. or.* 291. At mons paludem incu(m)bit Argentarius sic a vetustis dictus ex specie sui: stagno iste namque latera plurimo nitet etc. Cf. *Strab.* 3. 2. 11.

ARGENTĒUS et Argentius, ii, m. 2. (argentum) ¶ 1. Est cogn. vir. et signum. *Augustin. ep.* 29., *Greg. M. ep.* 1. et *Corp. I. L.* 6. 1058. 3. 118 (a. 210). — *Argentea* et *Argentia*, nom. mul. *Ibid.* 3. 11971. et *Inscr. Chr.* apud *De Rossi II. p.* 118. 102 (= *Carm. epigr.* 1336. sors tibi sub teneris, Argentea, contigit annis, Cujus fausta patrum secula nomen erant). — Hinc *Argentilius (a)*, nom. demin. serv. *Corp. I. L.* 6. 15700. et 9. 1749. ¶ 2. Item *Argenteus*, flumen Galliæ Narbonensis, ab argenteo aquarum colore dictum, hodie *Argens* (Ἀργέντιος *Ptol.*). *Lepid.* apud *Cic.* 10. *Fam.* 34. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (35). — Hinc *Pons Argenteus*, apud *Cic.* 10. *Fam.* 34. et 35.

ARGENTĪNUS, i, m. 2. nom. divinitatis confictum. *V.* ÆSCULANUS. — Hinc *Argentilius (a)*, cogn. demin. *Inscr. Grut.* 1117. 1. et *Fabrett. p.* 391. *n.* 260.

ARGENTĪUS. *V.* ARGENTEUS.

ARGENTŎRĀTENSIS. *V.* voc. seq.

ARGENTŎRĀTUS, i, f. 2. (Ἀργεντόρατον *Ptol.* 2. 9. 9). Scribitur et *Argentorate* (Ἀργεντοράτη) *Corp. Inscr. Rh.* 1955. et *Tab. Peut.* 3. — *Argentoratum*, neutr. gen., adfert *Forcellin.*, cui favet vox Græca et *Cosmogr. geogr. p.* 79 (cod. *Laur.*).

Argentoratus, oppidum Vangionum, ad Rhenum, olim Strateburgus v. Stratiburgium, hodie *Strasburg*, ultimis imperii R. temporibus regionis caput. *Ammian.* 15. 11. 8 (*Hieronym. ep.* 123). « Argentoratus barbaricis cladibus nota ». Hic enim, Juliano Cæs. duce, magnæ Alamannorum copiæ in cruentissimo prœlio cæsæ sunt. Cf. etiam *Cassiod.* in *Chron.* ad a. 357. — Hinc *Argentoratensis*, ad Argentoratum pertinens. *Ammian.* 17. 1. 1. Argentoratensis pugna. — *Argentoratenses*, incolæ. *Not. Gall. chron. I.* 592.

ARGENTŎVARĬA, æ, f. 1. oppidum Rauricorum, hodie *Horburg*, in *Corp. I. L.* 13. 2. *p.* 57.

ARGESTÆUS Campus, in Macedonia, teste *Liv.* 27. 33. Alii aliter legunt et alibi ponunt.

ARGESTIS, is, m. 3. (Ἀργεστής) ¶ 1. Fuit in fabulis filius Astræi et Auroræ. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 186. ¶ 2. Item ventus (ab ἀργός, *celer* et *albus*) epith. Noti, quo serenus fit aer. V. *Lexic.*

ARGEUS et

ARGI. *V.* ARGOS.

ARGĪA, æ, f. 1. (Ἀργεία) Acc. *Argian*, Græca positione, apud *Stat.* 2. *Theb.* 203. — Videtur esse ab ἀργός, *albus*, vel potius ab *Argos* opp., quasi sit Argiva.

Argia ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Adrasti, Argivorum regis, filia, *Adrastis* hinc vocata, Polynicis uxor, cujus in pugna interfecti cadaver, contra edictum Creontis, Thebarum regis, quum sepelisset, ab eodem Creonte interempta est; quam postea Theseus, illato Creonti bello eoque occiso, ultus est. Ita ex *Mithogr. I. fab.* 151. et *alib.* et *II. fab. fab.* 78. et *alib.*, *Apollod.* 1. 9. 13. etc. et *Stat.* 2. *Theb.* 266. et 12. *Ibid.* 678. etc., coll. *Lact.* ad *ll.* — 2.°) Item Oceanitis, uxor Inachi, Oceani filii, mater Ionis, a Jove adamata. *Hygin. fab.* 145. — 3.°) Item uxor Polybi, mater Argi. *Id. fab.* 14. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Inscr.* apud *Momms. n.* 6928.

ARGĬĀDES (Argeades), um, m. plur. 3. (Ἀργεάδες) ¶ 1. Gens Argolidis et universim Græci. *Jul. Valer.* 3. *gest. Alex. M.* 58. ¶ 2. Item Argi, Macedoniæ oppidi. *Id.* 3. *ibid.* 58. Rex Argiadum.

ARGIÆ, ārum, f. plur. 1. insulæ numero XX., in ora Cariæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (133).

ARGĬLĒTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ARGĬLĒTUM, i, n. 2. Per tmesim, fortasse pravam nominis etymologiam exprimens, divisit bis *Martial.* 1. 118. Argi nempe soles subire letum. *et* 2. 18. Argique letum multus obsidet sutor. Cf. *Priscian. gramm. III.* 113. Etiam divisa possunt conjungi, ut malefida, *Argiletum*, hujusmodi, malesana. *et Capell.* 3. *p.* 63. Sciendum etiam uni vocabulo accedere omnes tres accentus posse, ut est Argiletum. *et Quintil.* 1. 6. 31. « Continet autem etymologia in se multam eruditionem - sive ex historiarum veterum notitia nomina hominum, locorum, gentium, urbium requiramus - quæ C a p i t o l i u m - et A r g i l e t u m appellandi ratio ». Etymon *V.* infra.

Argiletum, locus in Urbe secus Tiberim a theatro Marcelli ad Rupem Tarpejam sive Capitolinum montem usque pertingens ex una parte, ex altera vero ad Aventinum inter hunc et Lupercal, ut ex *Serv.* et *Martial.* aliisque colligitur. Alii tamen, minus recte, statuunt inter Quirinalem et Capitolinum (V. *Momms.* in *Annal. dell' Istit. arch.* a. 1844. *p.* 311. *sqq.*). Porro dictum est, ut ait *Varro* 5. *L. L.* 157. *M.* vel ab *argilla*, quod argillosa ea terra fuerit (Veteres *argila*, scribebant; neque enim geminabant consonantes); vel, quod pluribus placet, a quodam Argo (*Argola* leg. *C. O. Müller*) ibi occiso et sepulto. Sed quis iste fuerit, non convenit inter eos; quidam namque dicunt fuisse hospitem Euandri, qui quum ipsi mortem machinaretur, ab ejus sociis vel ab ipso Euandro, auxiliante sibi Hercule, re cognita, interfectus sit. Hinc *Virg.* 8. *Æn.* 345. « Nec non et sacri monstrat (*Euander*) nemus Argileti Testaturque locum et letum docet hospitis Argi ». Alii scribunt fuisse filium Danaes et Phinei: hunc venisse in Italiam cum fratre Argeo et ibi occisum esse per insidias ab Aboriginibus: alii fuisse filium cujusdam haruspicis Tusci, ab ipso patre interemptum, quod arcanum quoddam ejus responsum Romanis revelasset: alii denique putant appellatum esse *Argiletum* a quodam Argillo senatore, qui quod suasisset in senatu post Cannensem pugnam, ut pacem a Pœnis postularent, acriter carptus sit, domo ejus solo æquata et loco Argileto dicto. Ita *Forcellin.* ex *Serv.* ad *loc. Virg. cit.*, *Liv.* 1. 19. (*Numa*) Janum (*sc.* Jani ædem) ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit. — Ibi nemus olim fuisse tradit *Virg. loc. supra cit.*, ubi postea plurimæ bibliopolarum, sutorum aliorumque opificum tabernæ meritoriæ sunt ædificatæ. Cf. *Martial. locc. citt.* et *Cic.* 12. *Att.* 32. — De eo V. *Lanciani, Bull. com.* (1890) 98-102. et *Jordan, Top. I.* 2. 351. — Hinc *Argiletanus*, ad Argiletum pertinens, *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* Argiletanam portam appellari (*dicunt*) quod eam Cassius Argillus sive fecerit sive refecerit; (*vel*) quod ibi Cassius Argillus bello Punico primo sit interfectus ob turbulentam et seditiosam naturam. *Martial.* 1. 3. 1. Argiletanæ tabernæ (*sc.* bibliopolarum). *Cic.* 1. *Att.* 14. Argiletanum ædificium. *h. e.* in Argileto situm.

ARGILIUS, ii, m. 2. (Ἀργίλιος) nom. adulescentuli cujusdam, a Pausania Spartano adamati, de quo *Nep. Paus.* 4. et 5., coll. *Thucyd.* 1. 132.

ARGILLUS. *V.* ARGILETANUS et ARGILETUM.

ARGINŪSA (Arginussa), æ, f. 1. (Ἀργίνουσα v. Ἀργινοῦσα aut Ἀργίνουσσα pro Ἀργινόεσσα, *Steph. Byz.* Ἀργαννοῦσα) nom. Græc. insularum. ¶ 1. *Arginusa*, insula cum oppido prope Ephesum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. (137). — Fortasse regio apud *eund.* 8. *ibid.* 58. 83. (225). V. *Hirschfeld, PW.* 2. 718. ¶ 2. *Arginusæ*, insulæ Lesbo adpositæ duæ, a priore nuncupatæ. *Id.* 5. *ibid.* 31. 39. (140). — Ad eas Callicratidas Spartanus ab Atheniensibus in bello Peloponnesiaco victus est, ut tradit *Cic.* 1. *Off.* 24. 84., coll. *Val. Max.* 3. 8. *ext.* 3.

ARGIŎNA, æ, f. 1. (Ἀργειώνη *Steph. Byz.*) idem ac Argiva, cogn. Junonis, vel potius Jani uxor. *Capell.* 1. *p.* 2. Janus Argionam utraque miratur effigie. V. *Kopp* ad *l.*, qui videtur corruptus.

ARGIŎPE, es, f. 1. (Ἀργιόπη, quæ *albo ore* v. *oculis* est) filia Agenoris, regis Tyri et Sidonis, soror Cadmi. *Hygin. fab.* 178. *Alii Argiopen dixerunt.*

ARGIPHONTES, is, m. 3. (Ἀργειφόντης) cogn. Mercurii. *Macrob.* 1. *Sat.* 19. 12. (*Mercurius*) Argiphontes - cognominatur, non quod Argum pere-

merit - sed - ambitus cæli stellarum luminibus ornatus tunc æstimatur erectus a Mercurio cum sol sidera veluti enecat vi luminis sui conspectum eorum auferendo mortalibus. Adde *Arnob.* 6. *p.* 209.

ARGĪUS et

ARGĪVUS, a, um, adject. (Ἀργεῖος) — *a)* Ad scripturam quod attinet, ita *Prisc. gramm. II.* 74. 3. « Inveniuntur quædam, in quibus *ei* diphthongus in *i* longam convertitur, sequente *v* loco digamm. Æolici, ut Ἀργεῖος, *Argivus*; dicitur tamen et *Argeus* ». et *Porphyr.* ad *Hor.* 2. *Od.* 6. 5. « *Argeo* pro *Argivo* antique dicitur ». Etiam *Argius* habet *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (133). et *alib.*; *Argeus*, ut *Horat. loc. cit.* et *Argeius* in *Corp. I. L.* 14. 3556. At prævalet omnino *Argivus*. — *b)* Declinatur n o m. *Argivos* et g e n e t. plur. *Argivom*, Græca positione, *Frg. inc.* 7.; sed *Argivum* apud *Enn. trag.* 291.; et *Argivorum* apud *Oros.* 1. *Hist.* 7. 1. — Argivus v. Argius

I.) Adjectivorum more ¶ 1. Geographice — 1.°) Stricto sensu pertinet ad Argos oppidum. *Cic. Brut.* 13. 50. Argivus orator. *Schol. Stat.* 4. *Theb.* 47. regio. *Liv.* 35. 27. agri. *Sil. It.* 11. 21. muri. — Substantive, de incolis. *Liv.* 34. 35. In Argivorum agro. Adde *Corp. I. L.* 3423. — 2.°) Latiore sensu est Achaicus. *Gell.* 10. 16. 17. Argivum - bellum, id est Achaicum, multis post annis a L. Mummio imperatore gestum est. — 3.°) Universim Græcus. *Auson.* 388. 2. Argivus circus. *Ovid.* 3. *Am.* 13. 31. pompæ facies. *Propert.* 2. 25. 43. figura. *Martial.* 4. 55. 4. urbes. — Substantive. *Tertull. test. anim.* 6. Non Latinis nec Argivis solis anima de cælo cadit. Adde *Chalc. Comm.* 170. ¶ 2. Mythice — 1.°) In Argonauticis. *Catull.* 64. 4. Argivæ robora pubis. *Val. Flacc.* 6. 201. sibila - cuspidis Argivæ. — Substantive. *Manil.* 1. 694. (*Cygnus cælestis obliquus*) Argivumque ratem per aplustria summa - secat. Adde *Hygin. fab.* 14. — 2.°) De Atridarum regno. *Acc. trag.* 281. egone Argivum imperium attingam aut Pelopia digner domo? — Substantive. *Acc. trag.* 364. O ingratifici Argivi immunes Grai immemores benefici. Adde *Varr.* 7. *L. L.* 88. et *Horat.* 3. *Od.* 3. 67. — 3.°) Ad Græcos, Troja capta, profectos. *Liv.* 25. 12. Argivus Diomedes (Cf. *Virg.* 11. *Æn.* 243). *Solin.* 2. Halæsus. *Ovid.* 3. *Am.* 13. 31. Falerius. — 4.°) De Herculis patria. *Senec. Herc. f.* 1124. Argiva palæstra. *Id. ibid.* 1180. Argivæ impotens dominator urbis. *Carm. epigr.* 22. (*Romæ*) Argive victor Hercules. — 5.°) In Thebaicis. *Horat.* 3. *Od.* 16. 11. Argivus augur (*Amphiaraus*). *Stat.* 12. *Theb.* 58. frater (*Eteocles*). *Id.* 7. *ibid.* 498. rex (*Polynices*). *Propert.* 1. 15. 22. pudicitia (*Euadnes, Capanei uxoris*). — Substantive. *Stat.* 10. *Theb.* 540. Argivum exercitus. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 630. muri. — 6.°) Universim. *Virg.* 3. *Æn.* 547. Junoni Argivæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (70). Templo Junonis Argivæ ab Iasone condito insignis. *et Cic.* 1. *Tusc.* 47. 113. Argiæ sacerdotis Cleobis et Biton filii prædicantur. *Tertull.* 2. *Nat.* 9. Argivi juvenes (*Cleobis* et *Biton*). Adde *Hygin. fab.* 170. — Substantive. *Hieronym. Chron.* ad a. Abr. 116. Castor chronographus de Argivorum regno ita loquitur. *Hygin.* 2. *Astr.* 5. Argivorum fines. Adde *Oros.* 1. *Hist.* 7. 1 (Cf. *Diehl* in *Th. L. L.* ad v.).

II.) Absolute ¶ 1. Est nom. vir. — *a)* Apud scriptores. *Sueton. Galb.* 20. Dispensator Argivus. — *b)* In titulis. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 16048. et 11. 63. ¶ 2. Item *Argiva* et *Argia*, nom. mul. — *a)* Apud scriptores celeberrima est Argia (Ἀργεία), Adrasti regis filia, *Adrastis* hinc vocata; quam *V.* suo loco cum aliis memoratam. — *b)* In titulis nom. et cogn. *Corp. Inscr. Lat.* 10. 4789. et 6862., ubi *Argivai* ἀρχ. pro *Argivæ*.

ARGŌ, us, f. 4. (Ἀργώ, οῦς; *Pind. Pyth.* 4. 185. ναὸς Ἀργοῦς; *Eurip. Med.* 1. σκάφος Ἀργοῦς) — *a)* D e c l i n a t.: Gen. *Argus*, in ceteris casibus *Argo*; sed gen. *Argonis* apud *Capell.* 8. *p.* 283. — *Argo* apud *Schol. Stat. loc. cit.* — A c c. *Argon* est *Propert.* 1. 20. 17. et *Ovid.* 2. *Trist.* 439. — *b)* E t y m o n alii ducunt ab ἀργός, *celer*: sic *Serv.* ad *Virg.* 4. *Ecl.* 34.: vel ab *Argo*, navis fabricatore, ut *Val. Fl.* 1. 93. et *Hygin.* 2. *Astr.* 37.: vel ideo dicta quia ab *Argo* profectus Danaus, ut *Schol. Stat. Theb.* 2. 222.: vel quia *Argivi* in ea delecti viri, ut ait *Enn. trag.* 208.: alii vero a longitudine: cf. Hebr. *'orek* « longitudo » et Syr. *'yurko* « longus »; scribit enim *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (195). primum Danaum nave in Græciam ex Ægypto advenisse; at nave longa primum Iasonem (*V.* integr. loc.). — Sed etymologi multa congerunt, extricant nihil.

Argo ¶ 1. Fuit, in fabulis, navis celeberrima et prima dicta (*Mythogr. I. fab.* 24. et 134. et *II. fab.* 135. et 136), qua Jason cum flore juventutis in Colchidem navigavit vellusque aureum a Medea adjutus in Græciam reportavit. Memoratur — *a)* Proprie. *Schol. Stat. Theb.* 5. 412. Tiphys gubernator navis Argo. *Propert.* 2. 20. 39. Cum rudis Argus Dux erat ignoto missa columba mari. *Claudian.* 26. 2. Argo audax. *Varr. Men.* 15. citremis. *Sil. It.* 12. 399. infesta. *Ovid.* 12. *Her.* 9. Magnetis. *Lucan.* 3. 193. rudis. *Senec. Med.* 365. non Palladia Compacta manu regumque ferens inclita remos. *Ovid.* 6. *Her.* 65. sacra. — Fabricata est ex arbore eone, in navalibus opp. Pagasæ, in Thessalia (Cf. *Plin.*, *Sil.*, *Propert.*). — Circumscribitur per periphrasim. *Stat.* 1. *Ach.* 156. pinus Thessala. *et* 5. *Theb.* 336. Pelias. *Lucan.* 3. 715. Pagasæa ratis. et *Stat.* 5. *Theb.* 363. Pelasga. — *Manil.* 1. 623. Argivum. *et* 5. 18. heroum. *Cic. Arat.* 277. Argolica. *Avien. Arat.* 756. Iasonia (Ἰησονίς). — Plura videsis apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (128). — *b)* Translate. *Virg.* 4. *Ecl.* 34. Alter erit tum Tiphys et altera quæ vehat Argo Delectos heroas (Cf. *Serv.* ad *l.*). ¶ 2. Est etiam sidus; fabulantur enim poetæ a Minerva post peractam navigationem in cælum translatam fuisse, quod sua ope et consilio facta fuerit (Cf. *Senec. l. c.*) et quod prima omnium percurrisset mare. *Hygin. fab.* 14., *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 40., *al.* Cf. *Preller, Gr. Myth.*[3] *II.* 324. et *Seeliger* in *Lex. Myth. Rosch.* 1. 502. *sq.* V. etiam ARGO in *Lexic.* ¶ 3. Item unus ex canibus Actæonis. *Hygin. fab.* 181. V. *Homer. Od.* 17. 291-296. *de cane Ulyxis*, coll. *Eckhel*, 5. *p.* 248.

ARGŎLAS, æ, m. 1. (Ἀργόλας). *V.* ARGILETUM.

ARGŎLĬCUS, a, um, adject. (Ἀργολικός) ad Argolidem vel ad Argos vel ad totam Græciam pertinens.

Argolicus ¶ 1. Est ad Argolidem pertinens — 1.°) Apud mythographos. *Stat.* 6. *Theb.* 92. Argolicos inter saltusque educta Lycæos (*silva*). *Id.* 6. *ibid.* 686. Argolici amnes. *et* 3. *ibid.* 462. gentes. *Senec. Thy.* 185. tellus. *Sil. It.* 8. 474. Halæsus. *Ovid.* 1. *Trist.* 9. 27. Orestis. *Lucan.* 9. 367. tyrannus (*Eurystheus*). *Senec. Herc. Œt.* 1932. leo. *h. e.* quem juxta Cleonas in Nemeæ silva Argolidis Hercules confecit. *et* 1818. superba matres inter Argolicas eris (*Alcmene*, nisi pro *Græcas* sumendum: *Diehl*). — 2.°) Ad Argos. *Ovid.* 4. *Fast.* 72. (Tibur) Argolicæ - posuere manus (*Tiburtii Amphiarai nepotis*). *Claudian. carm. min.* 17. 39. Argolici fratres (*Cleobis* et *Biton*). *Val. Flacc.* 6. 676. hospes (*Iason*). *Ovid.* 1. *Met.* 726. pælex (*Iones*). *Stat.* 10. *Theb.* 49. vates (*Amphiaraus*). *Augustin.* 18. *Civ. D.* 3. Phoroneus Argolicus rex. — Substantive. *Ovid. Ib.* 578. miseri Argolici (ubi *Ellis* et *Merkel* leg. *Argolisin*; sed cf. *Gloss. IV.* 21. 9. Argolici Græci). — Opponitur *Thebano* apud *Stat.* 4. *Theb.* 648. Argolicæ Thebanæque animæ. *et alib.* sæpe. Adde *Senec. Phœn.* 58. et 576. — 3.°) Ad Argo sidus. *Cic. Arat.* 277. Argolica navis. Cf. *Manil.* 1. 694. — 4.°) Ad totam Græciam — *a)* Speciatim oppon. *Trojano*. *Virg.* 9. *Æn.* 200. Argolicum terrorem inter Trojæque labores. Adde *eund.* 2. *ibid.* 118. *Ovid.* 2. *Met.* 817. et 13. *ibid.* 659., *Cic.* 5. *Fin.* 18. 49., *Stat.* 2. *Ach.* 78. *Senec. Ag.* 395. telluris Argolicæ decus (*Agamemnon*). — *b)* Universim. *Val. Flacc.* 6. 334. Argolici coloni. *Ovid.* 8. *Met.* 267. urbes. *Senec. Herc. O.* 400. nuribus Argolicis fui mensura voti (*Dejanira*). ¶ 2. Geographice et historice. — 1.°) Ad Argolidem et Argos pertinens. *Ovid.* 15. *Met.* 276. Argolicis ingens Erasinus in arvis. *Solin.* 23. Ab oppidis Adriaticum, Argolicum, Corinthium, Tyrium (*fretum dictum*). et *Virg.* 5. *Æn.* 52. Argolicove mari - et urbe Mycenæ (*ubi tamen apud Serv.* Ionico et Adriatico). *Mela* 2. 50. sinus. *Justin. prol.* 8. bella. — Absolute n. plur. *Hygin.* 2. *Astr.* 5. *p.* 39. 8. *B.* Qui autem Argolica conscripserunt, hanc afferunt causam. *Jos. Cassiod. c. Ap.* 1. 17. Neque - de Argolicis, qui de Argis historiam protulerunt, alterutros consecuti sunt. — 2.°) Ad totam Græciam pertinens, idem ac Græcus. *Virg.* 3. *Æn.* 637. Argolici clipei. *Sidon. carm.* 23. 237. Linguæ Argolicæ rotunditas. *Auson.* 348. 1. Dux elementorum studiis viget in Latiis A et suprema notis adscribitur Argolicis Ω. *Id.* 348. 74. In Latio numerus denarius Argolicum X. — Hinc absolute, substantivorum more

Argolica, æ, f. 1. regio Argolis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (225). Lycus in Asia, Erasinus in Argolica. Cf. *Ovid.* 15. *Met.* 286. *et Vib. Seq. p.* 148. *R.*

Argolicum, i, n. 2. Peloponnesi provincia. *Mela* 2. 51. In Argolico sunt noti amnes Erasinus atque Inachus. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (56).

Argolicus, i, m. 2. nom. vir. *Tac.* 6. *Ann.* 18. (*Pompejæ Macrinæ*) maritus Argolicus. Adde *Cassiod.* 3. *Var.* 11. et *Corp. I. L.* 6. 1930. — *Argolice (a)*, æ, f. 1. nom. mul. *Ibid.* 3. 8024.

ARGŎLIS, idis, f. 3. (Ἀργολίς) usurpatur substantive et adjectivorum more. ¶ 1. Substantive, Peloponnesi regio, ab *Argis* dicta, ab oriente habens mare, a septentr. Achaiam et Corinthum, ab occid. Arcadiam et a meridie Laconiam, divisa in provincias plures, *sc.* Argiam, Epidauriam, Trœzeniam, Hermionidem, Phliasiam etc. Describitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 9. (17)., coll. *Capell.* 6. *p.* 299. — Argolidis personæ mythicæ sunt Io, Danaides, Gorgones, Medusa, Perseus, Andromeda, Atrides (*V.* suis locis): item ibi urbes « Argos et Mycenæ et templum Junonis percelebre » inquit *Mela* 2. 3. 4. — Etiam hodie visuntur rudera murorum, quibus arces muniebantur ex solidissimis mirificisque lapidum acervis ædificatæ, bellicosæ indolis ac potentiæ argumentum populorum, qui ab initio eam regionem incoluerunt, *sc.* Pelasgi, dein Achæi, postea Dores Argolide potiti sunt et Argis, in urbe capite, sedem fixerunt; hinc in tres classes divisi feruntur, sc. in Dores, Periœcos v. Achæos et Gymnesios seu servos; unde etiam tot origo mythorum et heroum, qui scriptorum et maxime poetarum ingenia exercuerunt. — Plura de Argolide videsis apud *Schneiderwirt, Gesch. d. dor. Arg.*, Heilig. 1866., *Curtius, St. Gr. I.* et *II.* tr. *Müller* 1877. et *Cauer, PW.* 2. 728-743. *V.* etiam ARGOS. ¶ 2. Adjectivorum more — *a)* Est ad Argos pertinens v. quæ Argos incolit. *Ovid.* 9. *Met.* 276. Argolis Alcmene. *Stat.* 6. *Theb.* 138. Argolides matres. — Absolute. *Id.* 2. *ibid.* 228. Argolides. *et* 4. *ibid.* 752. Argolidum thalami. — *b)* Ad universam Græciam. *Ovid. Remed. Am.* 735. Argolides puppes.

ARGŎNAUTĒS (a), æ, m. 1. (Ἀργοναύτης) vox composita, ut liquet, ex Ἀργώ, *Argo*, et ναύτης, *nauta*. — Facete luditur de alia etymologia ἀργός v. ἀεργός, *piger*, apud *Martial.* 3. 68. 8. At vos tam placidas vagi per undas Tecta luditis otiam carina: Non nautas puto vos sed Argonautas (Cf. *Friedländer* ad *l.*). — Perraro in num. sing., plerumque in plur. usurpatur.

Argonauta, nom. heroum, qui, duce Jasone, nave Argo conscensa, Colchos profecti sunt, velleris aurei rapiendi causa (*V.* ARGO et IASON). ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) In sing. num. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 6700. 488 (*ubi nom. propr.*) et *Gloss. It. I.* 489. 28. Argonautes. *Gloss. III.* 293. 40. et *Not. Tir.* 95. Argonauta. — 2.°) In plur. num. — *a)* Generatim. *Cic.* 2. *Nat. D.* 35. 89. Divinum et novum vehiculum Argonautarum. *Ammian.* 22. 8. 22. Argonautarum augur (*Idmon*). *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 752. navigatio. *Paulin. Nol. ep.* 49. infelicium puppis. Adde *Varr.* 2. *R. R.* 1., *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 23. (98)., *Tertull.* 2. *Nat.* 14., *Justin.* 32. 3. 14. — *Ampel.* 8. (*Sicyone in æde Apollinis positi sunt*) remi Argonautarum cum gubernaculis. — Argonautæ *Minyæ* dicti sunt, quia plerique eorum ex filiis Minyæ orti, teste *Paul.* ex *Fest.* 122. — Horum præcipui fuere *Acastus, Amphiaraus, Castor, Hercules, Hylas* puer, *Idmon, Iphitus, Jason, Meleager, Oileus, Peleus, Pirithous, Pollux, Polyphemus, Telamon, Typhys* aliique haud pauci, quos recensuit *Burmann* ad *Val. Fl.* — Horum heroum expeditio, quæ, post

varios casus, Medeæ artibus cum velleris raptu per ducem Jasonem felicem exitum habuit, quaque probabiliter adumbrantur Græcorum maritima itinera in incognitas Mediterranei litoraneas regiones, facta creditur octoginta ann. ante bellum Trojanum, sc. an. circ. 1250 (al. 1352) a. Chr. Cf. *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 737., 747. et 752. — Eam pulcre describit *Val. Flacc.* in suo poemate *Argonauticon*, ad *Apollonii Rhodii* imitationem confecto (*V.* C. VALERIUS FLACCUS); unde amplissimum argumentum deduxerunt poetæ, ut ex Græcis *Apollonius Rhodius* et ex Latinis *L. Accius* et *Varro Atacinus* (V. infra), tum etiam artifices, ut Phidias, Lycias, alii apud *Plin.* 34. *Hist. nat.* et *alib.*, de quorum plurimis monumentis *Luynes* in *Bullett. d. Inst. arch.* 1848. 72.; *O. Müller, Arch. d. Kunst* § 412.; *Overbeck Gall., heroisch. Bildw. XXXI.* 8.; *Jatta, Annal. d. Inst.* 1888. 90. *sqq.* aliique complures scripserunt. — *b)* Speciatim ab his nomen accepit Romæ, in campo Martio ad Neptuni, *porticus Argonautarum*, sic dicta a pictis Argonautis, de qua *Martial.* 2. 14. 6. et *alib.*, coll. *Dion.* 53. 27. V. *Lanciani, Ann. d. Inst.* (1883) 8-10. et *Gilbert, Topogr. III.* 247-251. — *c)* Est etiam carminum heroicorum et fabulæ titulus. *Front. p.* 158. 10. *N.* Apollonius - qui Argonautas scripsit. *Prisc. gramm. III.* 424. 6. Accius in Argonautis. *Prob.* ad *Virg.*. 2. *G.* 126. Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit. *et* 1. 14. Traditur - in corpore Argonautarum a Varrone Atacino. *Dar.* 1. Qui volunt *etc.*, Argonautas legat. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 6700. 483.

ARGŎNAUTĬCUS, a, um, adject. ad Argonautas pertinens. Hinc absolute *Argonautica (ōrum)*, τὰ Ἀργοναυτικά, titulus poematis *Val. Flacci. Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 1. Apollonius Argonautica scripsit. Sic *Prisc. gramm. II.* 289. 10. Apollonius Argonauticorum in III.

ARGOS, i, n. et in plur. num. Argi, ōrum, m. 2. (τὸ Ἄργος, ους) — *a)* Ad genus quod attinet, *Varro* 9. *L. L.* 89. Dicimus hic *Argus*, cum hominem dicimus, cum oppidum græce hoc *Argos*, cum latine *Argi.* Cf. *Prob. gramm. IV.* 8. 18. Duo in numero plurali masculina, in numero singulari neutra, hi *Argi*, hoc *Argos;* hi porri, hoc porrum. — *b)* Declinat.: Nomin. sing. *Argos* est *Trag. inc. fr.* 29., *Varr.* 1. *R. R.* 2., *Ovid.* 2. *Met.* 240., *Liv.* 38. 10. — *Argi* plur. apud *Senec. Thy.* 119., *Stat.* 1. *Theb.* 651., *Liv.* 32. 25.; et *Argei* apud veteres. Cf. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5294. — Gen. sing. *Argi* (*Plot. loc. cit.*), raro in libris *Argus*, Græca positione. *Liv.* 29. 18 (*cod.* Put.), *Stat.* 3. *Silv.* 1. 182 (*cod.* Matrit.) *et Gloss. IV.* 208. 10. — *Argorum* plur. nusquam legitur (*Phoc. gramm. V.* 426). — Dat. et certe Abl. plur. *Argis* apud *Plaut. Amph. prol.* 98., *Acc. trag.* 682., *Varr.* 2. *R. R.* 1., *Cic.* 2. *Off.* 23. 81., *Virg.* 7. *Æn.* 286. et arch. *Argeis* in *Corp. Inscr. Lat.* 1. 595. — Acc. *Argos* apud *Pacuv. tr.* 283., *Virg.* 10. *Æn.* 782., *Liv.* 31. 7., *Stat.* 3. *Silv.* 1. 23. et *alib.* Hinc colligitur hoc nomen a Latinis, præter Nom. et Acc. sing., fere plur. num. declinari. — *c)* De notatione *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 95. « *Argi* ab Argo dicti ». Adde *Hygin. loc. cit.* V. ARGUS.

Argos, nomen variorum oppidorum, ex quibus præcipuum est opp. Peloponnesi, caput Argolidis, dictum *Inachion* ab Inacho fluvio vel potius rege, patre Phoronei (*Ovid.* 4. *Amor.* 9. 2., *Virg.* 7. *Æn.* 286), et *Abanteum* ab Abante, duodecimo Argorum rege (*Ovid.* 15. *Met.* 164) et *Dipsion* v. *Dipsium* (quod *Argos siccos* vocat *Ovid.* 1. *Amor.* 10. 5), *h. e.* siticulosum, a δίψος, *sitis*, quia olim aquarum penuria laboravit (Cf. *Hom. Il.* 4. 171), cui postea, effossis puteis, subventum est, ut refert *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (195). Cf. 4. *ibid.* 6. 9. (18). Coryphasium appellatumque alias Inachium, alias Dipsium Argos. — Adhibetur — 1.°) Stricto sensu — *a)* Sine additis. *Hygin. fab.* 45. Ex Nioba natus est Argus, qui suo nomine Argos oppidum cognominavit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (194). Aliqui Argos a Phoroneo rege conditum volunt. *Mela* 2. 41. In Argolide Argos et Mycenæ. *Senec. Agam.* 808. Argos nobilibus nobile civibus, Argos iratæ carum novercæ. *Horat.* 1. *Od.* 7. 9. Argos aptum equis. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 182. priscum. *et* 11. *Theb.* 211. infandum. *Varr.* 1. *R. R.* 2. « Argos, quod Homerus πολύπυρον appellat », *h. e.* igne abundans. — *b)* Cum additis alia oppida designantur. — α) *Argos Amphilochium* (Ἄργος Ἀμφιλοχικόν; sic *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. [5]. Amphilochicum), oppidum Acarnaniæ sive Epiri (quod *Argos Amphilochi* dicitur *Mel.* 2. 54. et *Hippoboton* appellatum *Ampel.* 8.). *Liv.* 38. 10. — β) *Argos Hippium, h. e.* equestre, oppidum Apuliæ Dauniæ, conditum a Diomede; ita dictum, quod nempe ager ejus pascua equis aptissima suppeditat (Cf. *Hom. Il.* 2. 87. et 3. 75). *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (104). In Apulia Arpi, aliquando Argos Hippium, mox Argyripa dictum (Cf. *Auson.* 223. *epithaph. Diomedis*). — γ) *Argos Pelasgicon* appellata est Thessalia, quæ et Hæmonia, teste *eod.* 4. *ibid.* 7. 14. (28). et *Solin.* 8., coll. *Hom. Il.* 2. 681. *sqq.*, ubi alii aliter interpr. — 2.°) Lato sensu pro Græcia universa. *Lucan.* 10. 60. Quantum impulit Argos Iliacasque domus etc. Cf. *Theocr.* 15. 142.

ARGŌUS, a, um, adject. (Ἀργῷος). ¶ 1. Est ad Argos pertinens, in libris et quidem perraro. *Culex* 343. et *Martial.* 4. 5. 3. ¶ 2. Item præcipue ad Argo, sc. — 1.°) Ad navem. *Val. Flacc.* 6. 731. Argoa auxilia. *Martial.* 13. 72. carina. *Horat. Epod.* 16. 57. remex. *Stat.* 4. *Silv.* 6. 42. remi. — 2.°) Ad sidus. *Germ.* 346. Aplustria puppis. ¶ 3. Item ad Argonautas. *Val. Flacc.* 5. 435. Texitur Argoa pinus Pagasæa securi.

ARGUĔTIUS, ii, m. 2. dux Cæsarianus, de quo *Auct. B. Hisp.* 10.

ARGUS, i, m. 2. (Ἄργος) Etymon vocis sic proponit *Macrob.* 1. *Sat.* 19. 12 (Cf. *Gloss. III.* 241. ὁ ἄργος Argo signum cæli). « Argum vocari placuit a candore et velocitate ». Sane ἀργός est *candens, candidus* (it. *bianco-splendente*) et etiam *velox, celer.* Aliter *Fulg. Myth.* 1. 18., qui derivat ab ἀεργός (ἀργός), sc. *otiosus, piger.* — De Argo alii aliter scripserunt ob confusionem ex veteribus mythologis ortam inter se aliquando discordibus.

Argus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Arestoris filius (*Apoll. Rh. I.* 112., 324. *sq.*, hinc *Arestorides* dictus (*Ovid.* 1. *Met.* 624) v. Agenoris (*Hygin. fab.* 275. ex errore), custos Ius. — *a)* Proprie. *Plaut. Aul.* 555. fures si Argus servet, qui oculeus totus fuit, quem quondam Ioni Juno custodem addidit. *Paul.* ex *Fest.* 28. Argus oculeus, Argus nomen est hominis, fuisse fingitur oculis plenus. *et Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 790. Argus oculatus omnibus membris. *Ovid.* 3. *Am.* 4. 19. Centum fronte oculos, centum cervice gerebat. *Stat.* 5. *Silv.* 4. 11. lumina mille, Quæ sacer alterna tantum statione tenebat Argus. *Fulg. Myth.* 1. 18. luminum populositate consæptus. *Ovid.* 1. *Met.* 720. Arge, jaces, quodque in tot lumina lumen habebas, Exstinctum est centumque oculos nox occupat una. — Facete et proverbialiter. *Rutil. Nam.* 1. 611. « Quæ luscum faciunt Argum, quæ Lyncea cæcum ». *i. e.* quæ callidissime decipiunt. — *b)* Translate. *Hieronym. ep.* 54. Inclusum hostem (*i. e.* interiorem hominis) Argi, ut fabulæ ferunt, centum oculis observare. Cf. *Phædr.* 2. 8. — Fabula narrat, Junonem, ne Juppiter amplius cum Ione concumberet, eam in vaccam mutatam Argo custodiendam tradidisse; quem, jussu Jovis, Mercurius quintus interemit oculis fistulæ sono sopitis (*Ovid.* 1. *Met.* 624. *sqq., Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 56., *Fulg. Myth. l. c., Hygin. fab.* 145); sed Juno eum in volucrem pavonem transformavit, pennis insignem, quibus amissa lumina indicaret. *Ovid. loc. cit. Martial.* 14. 85. Nunc Junonis avis; sed prius Argus erat. — 2.°) Item Polybi et Argiæ v. Danai filius (*Hygin. fab.* 14.), fabricator navis Argonis. *Val. Flacc.* 1. 93. Thespiaca ad carum Tritonia devolat Argum; Moliri hunc puppem jubet. *Phædr.* 4. 7. (*utinam*) nec-fabricasset Argus opere Palladio ratem. Adde *Hygin.* 2. *Astr.* 37., *Propert.* 2. 26. 39 (Cf. *Rothstein* ad *l.*). *Val. Flacc.* 1. 314. (*Dar.* 1). Argus architectus. — 3.°) Item Argivorum rex, filius Niobes et Apis vel Jovis (*Hygin. fab.* 14), Pelasgi frater (*Rufin.* 10. *Recogn.* 21), Phoronei nepos, qui oppidum a se conditum ab eo Argos denominavit (*Hygin. l. c.* et *Hieronym.* in *chron. Eus.*). De eo *Augustin.* 18. *Civ. D.* 8. ait traditum, eo regnante, Græciam cœpisse uti frugibus et habere segetes in agricultura; quapropter post mortem deum habitum esse et cultum. — 4.°) Item Phrixi et Chalciopes filius, Athamantis nepos, *Hygin. fab.* 3. et 21., Argonauta. Memorat etiam *Val. Flacc.* 5. 461. — 5.°) Item Æacidarum unus, pater Xanthi dictus *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.* 58. — 6.°) Item rex Persarum, apud *Tertull. c. Jud.* 8.; *sed corruptum nomen ex* Arsea. — 7.°) Item frater Amphitruonis, apud *Plaut. Amph.* 98. « Amphitruo natus Argis ex Argo patre ». Contra *Non. p.* 487. 35. Argus pro Argivus Plautus Amphitryone. — 8.°) Alii apud *Stat.* 9. *Theb.* 758. et *alib.*, *Lucan.* 3. 723. et *alib.* ¶ 2. In titulis nom. viri. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 4430.; et nom. equi, 6. 10053.

ARGŪTUS, i, m. 2. (arguo) nom. servorum humillimorumque hominum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 3485.; 13. 2874. etc. — Hinc *Argutio* (*onis*), nom. et cogn. libert., demin. *Ibid.* 8. 10687.

ARGYNNUS, i, m. 2. (Ἄργυννος) ¶ 1. Speciatim puer Bœotus, filius Leuconis, nepos Athamantis, Agamemnonis amasius, quem exstinctum in Cephiso amne vel in mari dum natabat, ille in sollemni tumulo sepelivit juxtaque Veneris templum dicavit. *Propert.* 4. 7. 21., ubi tamen varia est lectio. ¶ 2. Generatim nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 10027. et *Martial.* 7. 15. 5.

ARGȲRĒ. *V.* ARGYRUS.

ARGȲRĬPA, æ, f. 1. (τὰ Ἀργύριππα et ἡ Ἀργυρίππα) Scribitur *Argyrippa*, duplici *p*, sed minus recte, quamvis Græca vox faveat.

Argyripa, vetus Arporum, oppidi Dauniæ, nomen, fortasse a Diomede condita et primum dicta *Argos Hippium*, deinde *Argyripa*, postremo *Arpi;* sed hæc, ut *Otto* animadvertit, sunt antiquariorum commenta. *Virg.* 11. *Æn.* 243. Ille (*Diomedes*) urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arvis - quæ causa attraxerit (*nos*) Arpos. Ita etiam *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (104).; *Auson.* 223. 3. et *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 286.

ARGȲRŎPŎLIS. *V.* ARGYRUS.

ARGȲRUNTUM, i, n. 2. (Ἀργυροῦντον) oppidum Liburniæ, nomen Illyricum fictum, ut *Dalluntum*, *Salluntum*, cognatum cum Argyripa. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (140). *Rav. p.* 244. Argeruntos.

ARGȲRUS, i, m. 2. (Ἄργυρος) ¶ 1. Est nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 6378.; 9. 372. etc. — *Argyris* (*idis* v. *inis*), Ἀργυρίς, nom. mul. et cogn. *Ibid.* 9. 4818. — Derivata *Argyrius* (Ἀργύριος), nom. vir. *Augustin. ep.* 237. — *Argyre* (*es*) v. *Argirea* (*æ*), Ἀργυρῆ νῆσος, insula, nunc *Arakan. Mela* 3. 70. Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangen Argyre, altera aurei soli (a χρύσος, *aurum*), altera argentei (ab ἄργυρος, *argentum*) atque ut maxime videtur aut ex re nomen aut ex vocabulo fabula est. — *Capell.* 6. *p.* 224. Chrysea et Argyrea. — *Argyritus*, fluvius. *Jul. Val.* 3. 36. — *Argyrippus* (Ἀργύριππος), Atheniensis adulescens in *Plaut. Asin.* 74. et *alib.*, argenti inops et cupidus. — *Argyropolis* (Ἀργυρόπολις), oppidum Bithyniæ. *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 2.

ARĪA, æ, 1. (Ἄρεια) nom. pers. et loci. ¶ 1. Masc.: nom. gent. vir. et cogn. (Ἀρίας). *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1324. Scribitur et *Arria* et pro *Area* in *Inscr.* apud *Furlanett. Lap. Pat. p.* 348. ¶ 2. Est etiam nom. loc. (Ἀρία), sc. — 1.°) Regio Persidis. *Mela* 1. 12. Indis proxima est Ariane, deinde Aria et Cedrosis et Persis. Adde *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (212). et *Ammian.* 23. 6. 14. et 69., qui eam describit, hodie *Khorasan.* — 2.°) Item hujus regionis oppidum (*Strab.* Ἀρία, *Ptol.* Ἄρεια); num idem *Tab. Peut.* 12. Aris? Cf. *Tomaschek, PW.* 2. 846. sub *Aris* 2., qui contulit Ζάρις, fortasse hodie *Herat.* — 3.°) Item Thracia, antiquitus ita dicta ab Areo rege, teste *Prob.* ad *Virg.* 4. *G.* 462. — 4.°) Item insula Ponti Euxini, haud procul a Colchis, teste *Mela* 2. 7. 2. Adde *Plin.* 6. *Hist. nat.* 12. 13. (32).

ARĪĂCÆ, ārum, m. plur. 1. Scytharum populi, memorati *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 19. (50)., ubi celebriores referuntur. Cf. *Ptol.* 6. 14. 14.

ĀRĬADNA, æ, f. 1. (Ἀριάδνη; hinc etiam *Ariadne, es*) — *a)* Varie scribitur apud Græcos (V.

Kretschmer, Griech. Vaseninschr. p. 171. et *Brugmann, Indog. Forsch.* 5 (1895). 879. *Inscr. Ital. Fabretti suppl. II.* 374. Araga; apud Latinos græce declinatur inde a *Petr.* 138., latine *Cat.* 64. 54. et 253., *Propert.* 2. 3. 18., *Ovid.* 3. *Artam.* 35. — *b)* Declinat.: Gen. et Dat. *Ariadnæ* apud *Hygin.* 2. *Astr.* 5., *Tertull. cor.* 7., *al.*; - *Ariadne* tantum in titulis, ubi mirifice variatur. *Corp. I. L.* 10. 4208. etc. — Acc. *Ariadnam* apud *Stat.* 7. *Theb.* 686. *Pb.* — *Ariadnem* est *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (99)., *al.* — *c)* Haud recte *Schwenk, Andeut.* 158. vult hoc nomen significare *bene* v. *valde placens;* sed quum *Hesych.* doceat apud Cretes ἀδνόν idem esse quod ἁγνόν, etymon rectius ducitur ab ἀπαξ. particula ἀρι et ἁγνή, *casta*, h. e. castissima vel sanctissima, ut vertit *Wagner* ex *Schmidt, Kuhns Ztschr. XXV.* 145.

Ariadna ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Minois Cretensium regis filia ex Pasiphae, Gnosi nata, quæ regia erat patris, unde absolute *Gnosia* (*Gnossis*) v. *Gnosias* v. etiam *Gnosis* dicta. *Hygin. fab.* 14. 42. et 224. Ariadnen Liber pater Liberam appellavit Minois et Pasiphaes filiam. — Ab Ariadna denominatum genus quoddam choreæ ab ea ductæ, cui alludit *Propert.* 2. 3. 18. Egit ut euhantes dux Ariadna choros. — Ea, ut fabula narrat, varie a mythographis exposita, Thesei amore capta, qui ab Atheniensibus ex fœdere cum Minoe in Cretam Minotauro devorandus missus fuerat, ei arma et filum dedit, ut labyrinthi vias signaret et, monstro interfecto, incolumis evaderet. Victor Theseus cum Ariadna in patriam reversus est. Sed vel consulto beneficii immemor, vel necessitate vel monitu Mercurii abductam in Chium seu Naxon insulam ibi deseruit (hinc fortasse illud ital. *lasciare in Nasso*, corrupte *in asso*, i. e. sine ope et consilio: *Fir. Luc., Buon. Fier.*); a Baccho tamen in uxorem ducta est. Interea Bacchus in Indiæ expeditionem proficiscitur, ubi, victis Indis, inter ceteras captivas perduxit in Græciam regis filiam præstantissima forma. Ariadne igitur etiam a Baccho relicta est. Quum idcirco in litore fleret, Bacchus eam in cælum transtulit et coronam quandam, quam Venus aut Liber Ariadnæ fuerat largitus, novem gemmis ornatam, opus Vulcani, astris intulit gemmasque in novem stellas transformavit. Hinc Ariadna accipitur pro ipso sidere, quod et Corona dicitur, septentrionalis vel Gnossia, sita in parte cæli boreali, inter Booten et Herculem, quæ nunc, aliis detectis, XXI. stellis constat. Hinc *Ovid.* 3. *Art. am.* 35. Quantum in te, Theseu, volucres Ariadna marinas Pavit, in ignoto sola relicta solo. *Hygin.* 2. *Astr.* 5. Hæc (*corona*) existimatur Ariadnes fuisse, a Libero patre inter sidera collocata. *Tertull. Scorp.* 10. Aratus Persea et Cephea et Erigonam et Ariadnam inter sidera deliniabit. *Schol. Bern. Virg. georg.* 1. 222. Liber pater Ariadnan - cum corona in cælo dedicavit. — Ejus *crinis* sidus (idem, ut videtur, quod *crines Berenices*). *Schol. Germ. Bas.* 62. et *Schol. Arat. p.* 193. *Dittmann.* — De ejus cultu in insulis Græcis, præsertim Naxo, V. *Diod.* 5. 51. 2. et 4., coll. *Pallat, De fab. Ar.* 50. *et Schoemann, III.* 403. — Apud poetas, *Ariadne* inscripta est comœdia Pomponii, teste *Acron.* ad *Horat. A. P.* 221. — Apud artifices. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 10. 36. (99). Liberum et Ariadnen spectatos Romæ in æde Cereris. *Sill.* leg. *Artamenen.* De ejus statua gigantea, quæ prostat Romæ et Matriti, deque nummis V. *Baumeister, Denkm. I.* 125. et 126. Item de speculo raptum Ariadnes repræsentanti V. *Schmidt* in *Ann. dell' Istit. arch.* 1859. *p.* 258-267. — Plura de ea videsis apud veteres *Apollod., Hygin., Ovid.* et recentiores *O. Jahn, Arch. Beitr.* 251-297.; *H. Kanter, De Ariadne* etc. 1879.; et *Pallat, De fab. Ariadn.* Berol. 1891. — 2.°) Item celebris, Ariadne v. Ariagne, Leonis imp. filia et Zenonis imp. uxor, de qua *Marc. Com. chron. II.* 91. 11., *Vales. chron. anc. I.* 314. et *Jornand. Rom.* 339. et 342. ¶ 2. In titulis nom. mul. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 6556.; 9. 3205. etc.

ĀRĬADNÆUS et Ariadneus, a, um, adject. (Ἀριάδνειος) ¶ 1. Est ad Ariadnen, uxorem Liberi, pertinens. *Claudian. carm. min. app.* (*spurium fortasse*) 6. 3. (*Bacche*) flos Ariadneæ Corybantiæ, læte Thyonen. ¶ 2. Item ad Ariadnæ sidus. *Avien. Arat.* 198. (*Corona*) Ariadnei capitis testatur honorem. *Catull.* 60. 59. in lumine ex Ariadneis (*codd.* Adrianeis) Aurea temporibus fixa corona foret. Adde *Ovid.* 5. *Fast.* 346. et *Manil.* 5. 21. et 253.

ĀRĬAMĔNĒS v. Ariamnes, is, m. 3. (Ἀριαμένης v. Ἀριάμνης) Darei filius. *Justin.* 2. 10. 2. — Item rex Cappadociæ. *Id.* 27. 3. 7.

ĀRĬĀNA æ, v. Ariane, es, f. 1. (Ἀριανή) ¶ 1. Est regio Asiæ orientalis, Persarum regno obnoxia, ab antiquis interdum confusa cum Aria et *Ariani*, ejusque incolæ cum Ariis, hodie *Iran* (vet. Pers. *Ariyana*). Memorat *Mela* 1. 2. « India proxima est Ariane, deinde Aria et Cedrosis et Persis ad sinum Persicum »; ubi recte distinguitur *Ariane* ab *Aria*, non tamen recte *Ariana* a *Cedrosia*, quæ Ariane continetur. — Eam describit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (93). ¶ 2. In titulis cogn. *V.* ARRIUS.

ĀRĬĀNI, ōrum. *V.* voc. seq.

ĀRĬĀNUS, a, um, adject. (Ἀριανός) ¶ 1. Est ad Ariam vel Arianam regionem pertinens. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 8. 18. (33). Contermina Indis gens Ariana appellatur. ¶ 2. Item ad Arium hæresiarchum pertinens (Ἀρειανός). *Hieronym. c. Lucif.* 7. Arianus orbis. *et* in *chron.* impietas. *Venant. vit. s. Hilar.* 7. 21. hæresis perversitas. — Hinc absolute

Ariani (*Arieni*), *ōrum*, m. plur. 2. ¶ 1. Dicti sunt incolæ — *a)* Arianæ regionis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 25. 29. (113)., *Curt.* 7. 3. et *Solin.* 55. *Avien. orb.* 895. et 1300. vocat eos etiam *Arianos.* Sic græce Ἀριανοί et Ἀρηνοί. Cf. *Prisc. perieg.* 1005. — *b)* Item Ariæ. *Ammian.* 23. 6. 69. ¶ 2. Etiam hæretici, Arii sectatores (*V.* ARIUS), qui longe lateque Asiæ, Africæ et Europæ regiones diutissime infestarunt. *Greg. Tur.* 2. *Franc.* 9. Arianorum secta. *Vict. vit.* 3. 63. barbara ferocitas. *Id.* 3. 69. serpentina proles. *Venant. vit. s. Maurit.* 1. 2. perfidia. — Hinc *Arianicus (a, um)*, adject. (Ἀρειανικός), ad Arium vel ad Arianos pertinens. *Novell.* 42. 1. Nestoris et Eutychis (*dogmata*), quæ ex Arianicis et Apollinariis constant pollutionibus.

ĀRĬĀNUS, i. *V.* ARRIUS.

ĀRĬĀRĀTHĒS, is, m. 3. (Ἀριαράθης) nom. Persicum multorum Cappadociæ regum, ex parte materna a stirpe Achæmenidum. — De eorum nummis V. *Eckhel, Reinach* et *Head*, deque historia *Meyer, Gesch. d. Kgr. Pontos u. A.* et *Gutschmid, Kl. Schr. III.* 468. *sq.* et *alib.* ¶ 1. Apud scriptores, præcipue memoratur — 1.°) Ariarathes V., filius IV. et Stratonices. *Justin.* 29. 1. et *Vulg.* 1. *Mach.* 15. 22. — Hic in bello contra Romanos quum adjuvisset Antiochum, socerum suum, hoc victo, ab iis pecunia multatus est (*Liv.* 37. 31. et 38. 26., 37), dein vero in amicitiam receptus, quibus in bello Macedoniæ contra Perseum auxilio fuit (*Oros.* 4. *Hist.* 20). Obiit a. U. C. 588. — In nummis *Eusebes* cognominatur (V. *Eckhel*, 3. *p.* 197. et *Visconti, Iconogr. Gr. II. p.* 291. *sqq.*). — 2.°) Ariarathes VI., filius præcedentis, Romanorum amicus. *Liv. epit.* 46. — Bello petitus et regno spoliatus a Demetrio. rege Syriæ, cujus filiam in uxorem accipere recusavit; sed postea, Senatu R. adjuvante, regnum recuperavit; periit vero in bello, quod socius populi R. contra Aristonicum gessit a. U. C. 622. — In nummis *Eusebes*, ut pater ejus, et *Philopator* dicitur. *Visconti, Iconogr. Gr. II. p.* 295. *sqq.* — 3.°) Alii: apud *Justin.* 37. 1. Ariarathes VII., dictus in nummis *Epiphanes:* item apud *eund.* 38. 1. Ariarathes VIII., in nummis *Philometor* vocatus: item apud *Cic.* 15. *Fam.* 2. Ariarathes X., quem, quum, fratre vivo, regnare recusasset, fratris sui amantissimum et summa pietate præditum appellat; unde et in nummis *Philadelphus* et *Eusebes* cognominatur. — Ceteros recenset *Niese, PW.* 2. 815-819. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9457. et 22750., ubi *Ariarates.*

ĀRĬĀRĀTHĬA, æ, f. 1. (Ἀριαράθεια) oppidum Cappadociæ, ab Ariarathe IV., denominatum (*Steph. Byz.*), fortasse nunc *Karakala.* Memoratur in *Nov. Inst.* 31. 1. 2. et *Itin. Ant. p.* 181. et *alib.* — Hinc *Ariarathenses*, incolæ. *Cod. Theod.* 13. 11. 2. et *Inst.* 11. 48. 10.

ĀRĬAS, æ, m. 1., v. Arius, ii, 2. (Ἄρειος *Polyb.*, Ἄρειος *Arrian.*) fluvius Ariæ, regionis Asiaticæ sub Persarum ditione. *Ammian.* 23. 6. 69. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (98).

ĀRĬASPĒ, es, f. 1. (Ἀριάσπης: vet. Pers. *Aryi-ãspa*) municipium Persicum clarum et opulentum, teste *Ammian.* 28. 6. 71., coll. *Ptol.* 6. 19. 5. et 8. 29. 5.

ĀRĪCĬA, æ, f. 1. (Ἀρικία *Strab.* v. Ἀρίκεια *Dionys.*) Scribitur et *Arilia*, solita litterarum permutatione (*Guido p.* 481), et *Aratia* (*Rav. p.* 277). Nomen est incertæ originis. Cf. *Solin. loc. cit.*

Aricia, oppidum Latii veteris, ad Appiam viam XVI. mp. ab Urbe, hodie *l'Ariccia.* Memoratur *Solin.* 2. Notum est Ariciam constitutam ab Archilocho Siculo, unde et nomen, ut Heminæ placet, tractum. Contra *Virg.* 7. *Æn.* 760. Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius, insignem quem mater Aricia misit etc., sc. ab hac oppidum denominatum, quæ fuit Thesei conjux et Hippolyti mater. — Memoratur etiam *Horat.* 1. *Sat.* 5. 1. Egressum magnâ me accepit Aricia Româ Hospitio modico. *Ovid.* 6. *Fast.* 59. Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos. Sic *Lucan.* 6. 74. et *Martial.* 13. 19. nemoralis Aricia. — Hoc enim ad oppidum erat lucus, qui et lacus Triviæ et speculum Dianæ: item clivus, de quibus *V.* ARICINUS. — Ibi ædem Jovi dicatam memorat *Liv.* 24. 44.; item, præcipue, ibidem simulacrum erat Scythicæ Dianæ ab Oreste consecratum et lucus eidem deæ sacer. *Fest. p.* 145. *M.* Manius Egeri (*us lucum?*) Nemorensem Dianæ consecravit, a quo multi et clari viri orti sunt et per multos annos fuerunt, unde et proverbium multi Mani Ariciæ. Sinnius Capito longe aliter sentit. Ait enim turpes et deformes significari, quia Maniæ dicuntur deformes personæ *etc.* Cf. etiam *Jul. Obs.* 18. 44. — Porro in sacris Dianæ Tauricis humanæ victimæ immolabantur ex servis; unde *Sil. It.* 4. 369. Ariciam *immitem* vocat. — Ariciæ vetusta monumenta adhuc visuntur. V. *Annal. dell' Istit. arch.* et *Lucidi Mem. dell' Ariccia.* — Ariciæ fertilitas et vites et brassicæ et olus et porri eximii a veteribus laudantur. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 6. 33. (110). et *Colum.* 10. 139., ubi *porri mater* dicitur. *et Plin.* 14. refert *Hist. nat.* 1. 3. (12). Cynean, vitium altitudinem demiratum. *V.* integr. loc. — Olim sui juris et cum aliis Latii civitatibus fœderata, dein in ditionem Romanorum venit, a quibus fuit civitate donata; postea colonia et municipium, splendore honestissimum, ut ait *Cic.* 3. *Phil.* 6. 15. — De ea V. *Nibby I.*² 244-256. et *Dessau, Corp.* 14. *p.* 208..

ĀRĪCĪNUS (Arrecinus), a, um, adject. ad Ariciam pertinens. *Varro* 5. *L. L.* 6. Aricinus ager. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 168. arvum. *Martial.* 10. 68. regio. *Symmach.* 10. *ep.* 70. urbs. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (140). brassica. *Front. p.* 29. *N.* olus. — Speciatim *Silva* v. *lucus* v. *nemus* v. *vallis Aricina*, ubi Diana colebatur; hinc *Nemorensis* dicta. *Ovid.* 3. *Fast.* 91. et 261. et *Juvenal.* 3. 12.; unde *Fulg. Myth.* 2. 20. Non referam virginali figmento Aricinam lusam viraginem. sc. Callisto Dianæ comitem ac nemorensem. — *Clivus Aricinus*, statim ab oppido incipiebat, ubi erant mendici. Hinc *Martial.* 2. 19. Debet Aricino conviva recumbere clivo *etc.* et *Juvenal.* 4. 117. dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. — *Aricinus lacus*, pæne in centro nemoris Dianei, antiqua religione sacer, hodie *lago di Nemi.* — Hæc autem omnia conjunctim fere describunt *Ovid.* 3. *Fast.* 261. *sqq.* et *Juvenal.* 3. 12. — Hinc absolute

Aricini, ōrum, m. plur. 2. incolæ Ariciæ. *Liv.* 2. 14. et *Vellej.* 1. 14. — Aricini mensem Junium *Junonium* vocabant (*Macrob.* 1. *Sat.* 12. 30) et Octobri dies XXXVIIII. assignabant (*Censorin. d. nat.* 22).

ĀRĪCĪNUS, i, m. 2. nom. serv. ab *Aricia* tractum. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 200. 4. 12. et 12306. — *Aricina* v. *Arrecina*, cogn. mul. *Ibid.* 14. 2338. — *Arrecina Tertulla*, uxor Titi imp. *Sueton. Tit.* 4. et *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell.* 5429. — Etiam *Arrecinus* (*Arricinus*), nom. libertorum *Ariciæ*, ut patet ex *Corp. I. L.* 14. 2165 (Cf. *Dessau p.* 208). Adde *Tac.* 4. *Hist.* 68. — *Arrecina*, nom. mul. *Ibid.* 14. 2679. — Hinc *Aricinius*, nom. vir. et *Aricinia*, mul. *Ibid.* 6. 12307.

ĀRIDÆUS. V. ARRHIDÆUS.

ĀRĪDĒLUS, i, m. 2. (Ἀρίδηλος, valde notus, clarissimus) — a) Fuit libertus M. Aurelii, procurator, qui M. Cornelium Frontonem a pueritia curavit, a studio perdicum usque ad seria officia, teste Front. p. 87. 2. N. — b) Generatim nom. serv. in Inscr. apud Gud. 271. 8.

ĀRĪDĪCES, is, m. 3. (Ἀριδείκης) nomen, ut videtur, compositum ex ἀρι, valde, et δίκη, jus, æquitas, quasi valde justus: vel a δείκνυμι, ostendo, quam notationem pluris facit Dindorf in H. Steph. Thes. L. G. ad v.

Aridices ¶ 1. Fuit pictor Corinthius, qui linearem picturam primus exercuit. Plin. 35. Hist. nat. 3. 5. (16)., ubi Ardices olim legebatur. ¶ 2. Item philosophus, fortasse Arcesilai discipulus, cujus scomma in quemdam libertum recens divitem adfert Macrob. 7. Sat. 3. 18., coll. Plut. Quæst. Conv. 12. q. 1. 12. 2.

ĀRĪĒL, indecl. (Hebr. 'Ariēl «leo Dei», Gr. Ἀριήλ) ¶ 1. Dicitur de viro fortissimo sive heroe, quod nom. Vulg. (1. Par. 11. 25. et 1. Esdr. 8. 16) videtur accepisse ut proprium, uti est Num. 26. 17., ubi tamen Hebr. legitur 'Ar 'ēlī, Gr. Ἀριηλί, ex quo familia Arielitarum. Cf. Gen. 46. 16. Interpretes vero Græci hoc confudere cum sequenti. ¶ 2. Item de urbe Hierosolymorum. Vulg. Is. 29. 1. Ariel civitas. — Hieronym. nom. Hebr. p. 98. Arihel - quam Aquila et Symmachus interpretati sunt leonem Dei, hanc putant esse quidam Areopolim; - mihi autem videtur Arihel ibi allegorice Jerusalem sive templum significare, hoc est leonem Dei, quod forte regnum fuerit et potens. Cf. tamen Ezech. 43. 15. et 16. «Ariel quattuor cubitorum»; ubi focum sive altare significat (V. Hieronym. in Is. 9. 29. et Euch. instr. 2). — Hinc melius ducitur vox Ariel ab Hebr. 'ărāh, «ussit» ita ut significet ignis Dei, i. e. loc. ubi servatur ignis sacer holocausti (Orelli in Jer. 29. 1). Quod quidem urbi Hierosolymorum congruit, cui cum regno Davidico cultus Dei et cum imperio sacerdotium inerat (Cf. Knabenbauer in Is. I. p. 518. sq.).

ĀRĪĒLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. præc.

ĀRĪENSES, ium, m. plur. 3. incolæ Ariæ, oppidi Bæticæ, dicti in Inscr. apud Henzen, Suppl. Orelli, n. 6522., prope Hispalim, ubi hodie fortasse Arizza.

ĀRĪES, ĕtis, m. 3. cogn. libertinum. Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 406.

ĀRĪGNŌTUS, i, m. 2. (Ἀρίγνωτος, valde notus, celeber) nom. et cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 12. 3571. et 15. 1094. Adde Apul. 2. Met. 14.

ĀRĪI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄριοι Strab., Ἄρειοι Arrian.) — a) Scribitur etiam Arēi, non autem recte Aræi cum diphthongo. V. Dübner ad Justin. l. c. — Arēi apud Oros. 3. Hist. 23. 13. — Harii cum aspiratione habet Tac. Germ. 43. — b) Declin. Genet. plur. Arium, apud Justin. 13. 4. 22. et Arion, apud Plin. loc. cit. — c) Quantitas secundæ communis est; sed brevis usurpatur Lucan. 3. 281. — d) Etymon alii aliter proponunt: vox Persica videtur. V. ARIA.

Arii, gens Asiæ antiquissima, fortasse ex stirpe Japetica, ex Aria in totam ferme Asiam diffusa, diversis nominibus Persarum, Indorum aliorumque, dein in Africam (Liv. 38. 18., coll. Xenoph. Ephes. 5. p. 66-67) et Europam, ut patet ex Tac. loc. cit. — a) In plur. num. fere usurpatur. Plin. 6. Hist. nat. 17. 21. (61). Alexandria Arion. pro Ariorum. Id. ibid. 20. 23. (78). et 25. 29. (113). (Parthyæi) habet ab ortu Arios, a meridie Carmaniam et Arianos. Apul. 11. Met. 5. Æthiopes Ariique. — Dicuntur et Ariani vel Arieni ab Ariana regione, Indis contermina, quam sedem præcipuam habuerunt (Plin. 12. Hist. nat. 8. 18. (33).; verum eos Solin. 55. et Plin. loc. cit. alteros ab alteris distinguunt. — b) In sing. num. collective. Lucan. loc. cit. Hinc fortis Arius Longaque Sarmatici solvens jejunia belli Massagetes.

ĀRĪMĀNIUS, ii, m. 2. (Ἀρειμάνιος) deus Persarum, Ariman, in Inscr. apud Orelli n. 1933. DEO ARIMANIO AGRESTIVS V. C. DEFENSOR etc. Orelli h. l. adnotat, a Theod. Mopsuest. apud Phot. Bibl. n. 81. p. 63. Bekk. Arimanium appellari Σατανᾶν. Fortasse ita Pluto vocabatur a Persis, Ormuzd, deo bono, infensus. — Huc videtur pertinere Lapis descriptus ab Henzen, Suppl. Orell. n. 6110. — Fortasse adjectivorum more in Inscr. sel. Dessau 4265. Signum Arimanium.

ĀRĪMASPI (et Arimaspæ), ōrum, m. plur. 2. (Ἀριμασποί: a Scyth. ἄριμα, unus, et σποῦ, oculus, quasi unioculi. Herod. 4. 27., coll. Solin. 15. Uniocula gens. — Arimaspæ apud Avien. orb. 66. Belligeratores nutrit tellus Arimaspas. — Fortasse adumbrantur metallorum fossores lampade frontem muniti.

Arimaspi, gens Scythica sed fabulosa. ¶ 1. Substantive. — 1.º) In plur. num. sæpius adhibetur. Curt. 7. 3. 1. Arimaspas, quos jam mutato nomine Euergetas appellabant. Plin. 4. Hist. nat. 12. 26. (88). Ultimi a tergo (Mæotarum) Arimaspi. et 7. ibid. 2. 2. (10). Arimaspi - uno oculo in fronte adsidue bellum esse circa metalla cum grypis. Adde Ammian. 23. 6. 13. — 2.º) In sing. num. Lucan. 3. 280. auroque ligatas Substringens, Arimaspe, comas. Id. 7. 756. Quodque (aurum) dives summis (legit) Arimaspus arenis. Adde Val. Flacc. 6. 131. ¶ 2. Adjectivorum more. Priscian. perieg. 40. gens fervens Arimaspa sub armis. Adde Vib. Seq. p. 146. V. Heeren, de chorogr. a Val. Fl. adhib. p. 81.

ĀRĪMĀTHÆA v. Arimathia, æ, f. 1. Ἀριμαθαία: ab Hebr. Rāmāthayim, Gr. Ἀρμαθαίμ, nom. originis Syriacæ, quod hebraice est Rāmāh «altitudo, locus excelsus», articulo hā præfixo. — Ad quantitatem quod attinet, Arimāthia, metri causa, habet Juvenc. 4. 718.

Arimathæa, vicus v. oppidum in tribu Juda, IV. m. p. ab urbe Hierosolymis, quæ censetur patria Josephi, nobilis decurionis. Vulg. Matth. 27. 57., Marc. 15. 43. et Joh. 19. 38., coll. Luc. 23. 51. — De situ disputant eruditi, quorum alii illum minus probabiliter statuunt, ubi nunc est Ramleh (Guérin), vox Arabica significans sabulum, etymo a Ramatha plane diverso; alii ubi Beth-Rimah (van de Welde); alii denique ubi Rentis, olim Ramathaim-Sophim, tempore Euseb. et Hieronym. dicta Remphis v. Remphtis (M. Heidi) juxta Liddam (V. Jos. Ant. 5. 10).

ĀRĪMĬNENSES, ium. V. voc. seq.

ĀRĪMĬNENSIS, e, adject. Forma Arimenensis in vetustissimo titulo et passim. Sic Ariminiensis in Corp. I. L. 8. 7030. - Abbreviatur in titulis Arimin., Arim. et Ari.

Ariminensis, ad Ariminum pertinens. Plin. 10. Hist. nat. 21. 25. (50). Ariminensis ager. Horat. Epod. 5. 42. Folia (socia Canidiæ). Avell. p. 10. 17. civitas. Adde Val. Max. 7. 7. 4., Greg. M. ep. I. p. 80. et Corp. Inscr. Lat. 14. 4269. — Absolute, substantivorum more

Ariminenses, ium, m. plur. 3. incolæ coloniæ Arimini. Cic. Cæc. 35. 102. Eodem jure - quo fuerint Ariminenses, quos quis ignorat duodecim coloniarum fuisse et a civibus Romanis hereditates capere potuisse? Cf. Walter (Orell. On. Tull.). Adde Varr. 1. R. R. 2. — Inter socios, qui Romanis fidem servarunt, memorat Liv. 29. 9. et 10.

ĀRĪMĬNUM, i, n. 2. (Ἀρίμινον) Scribitur Arimenon apud Cic. 8. Fam. 4. (M R) et Arimnenon (G). Cf. Polyb. 2. 23., Appian. civ. 1. 67., al. — Inter primitiva, pænultimam corripientis, ponit Prisc. gramm. II. 80. 18.: Lucan. 1. 231. — Nomen accepit (Paul. ex Fest. p. 25) a fluvio cognomine; at nunc quæritur, undenam fluvius? Prisc. loc. cit. dicit «Ariminum ab Arimo derivatum», quod viri cognomen est. Recentiores vero ducunt alii ab Arimno, primo Etruscorum rege, qui ei regioni dominabatur; alii ab Ἄρης et μένω, maneo (Cf. Fabretti in Gloss. Ital. p. 161), quasi sedes Martis; hunc enim Ariminenses singulari cultu venerabantur. — In titulis et nummis abbreviatur Arim. et Arimn. Cf. Garrucci, mon. I. p. 576. et Bormann, l. c.

Ariminum, oppidum Umbriæ, a. 486., colonia deducta (Vellej. 1. 14. et Eutrop. 2. 16), lege Julia, ut videtur, municipium, tribu Aniensi, dictum Colonia Augusta in Corp. I. L. 11. 408., coll. Bormann, ibid. p. 76., inter Cæsenam et Pisaurum sita. Sueton. Aug. 30. Desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda. Lucan. loc. cit. vicinumque minax invadit Ariminum. sc. Cæsar, cis Rubiconem, in bello civili. Adde Cic. 5. Att. 19., Cæs. 1. B. C. passim et Flor. 2. 18. — Coloniam fuisse Umbrorum a Gallis Senonibus subinde habitatam refert Strab. 5. 1. 11. sqq.; quamquam videntur Siculi prius et Liburni regionem illam occupasse (Cf. Tonini, op. cit.) et postea Umbri ab Etruscis subjecti ac tandem Romani, Gallis Senonibus devictis a. 486., Arimino potiti fuisse. — Hinc sub Romanis provinciæ caput exstitit, ut patet ex Liv. 24. 44., qui tradit Ariminum tunc (a. 549) Galliam appellatam, 28. 38. — Celebre fuit ob concilium ibi a. 359. quod feliciter inceptum vi ac dolis Arianorum in conciliabulum desiit, ut inquit Hieronym. loc. cit. (in ARIANUS): «Tunc fidei Nicænæ damnatio conclamata est; tunc ingemuit orbis et Arianum se esse miratus est». Cf. Hilar. op. hist. fr. 7. 10. — Rudera supersunt marmorei pontis magnificentissimi, quem Augustus incepit et perfecit Tiberius et arcus triumphalis in honorem Augusti (Tonini, loc. cit.). — De Arimino plura apud eund. Stor. di Rimini etc. 1848-1862., qui alia scripsit de Arimino ejusque portu. Cf. etiam Bormann, Corp. 11. p. 76. et Hülsen, PW. 2. 828.

ĀRĪMĬNUS, i, m. 2. fluvius Umbriæ ex Appennino defluens in Adriaticum mare prope Ariminum oppidum. Memoratur Cat. frg. 8. apud Peter, HR. r. I. 63., Plin. 3. Hist. nat. 15. 20. (115), et Paul. ex Fest. 25. — Steph. Byz. s. v. Ἀρίμινον πόλις Ἰταλίας, ἔστι καὶ ποταμός; unde videtur neutr. gen. esse, præter quam oppidum, etiam fluvius.

ĀRIMMAS, æ, m. 1. pictor Græcus, Apelle antiquior, apud Varron. 9. L. L. 6. 12., ubi alii leg. Arimnæ pro Arimmæ. V. integr. loc. et adnotationem Mülleri.

ĀRIMPHÆI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀργιππαῖοι Herod.; Aremphæi apud Mel. 1. 11 et Ariphæi apud Capell. 6. p. 214) gens Scythica Pontum accolens. Plin. 6. Hist. nat. 13. 14. (34). Sedes (Arimphæis) nemora, alimenta bacæ, capillus juxta feminis virisque in probro existumatur, ritus clementes. Adde Ammian. 22. 8. 38. et Licent. carm. ad Augustin. 118.

ĀRIN et Aris, inis, m. 3. Etymon nominis quærendum a Pun. vel Hebr. 'ări «leo v. vir fortis». — Utraque syllaba (Ari-) longa, ut ex Sil. It. 15. 232. patet, coll. Prisc. gramm. II. 219. 8.; at Val. Flacc. 6. 638. utramque (Ari-) corripit. — Arin est nom. pers. et loci.

Arin v. Aris, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores 1.º) Est dux Pœnorum, præfectus præsidio Carthaginis novæ in Hispania, de quo Liv. 26. 49., ubi alii aliter leg. Sil. It. loc. cit. Aris ductor erat etc. — 2.º) Item miles Colchicus a Iasone interemptus. Val. Flacc. loc. cit. Nunc Arinen Olbiumque necat etc. (fortasse a recto Arines) — 3.º) Item vir Sardus, de quo Cic. Scaur. frg. 1. 6. B. et 1. 9. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 8. 16772.

II.) Aris, nom. variorum oppidorum. — a) Ariæ provinciæ. Tab. Peut. 12. — b) Mesopotamiæ. Ravenn. p. 81. — c) Indiæ Thermanticæ. Id. p. 45.

ĀRINTHÆUS, i, m. 2. (Ἀρινθαῖος Zosim.: scribitur etiam Arinthēus, Arentheus v. Aruntheus, Arinthius: cf. Fea in Framm. d. Fasti p. XCV. ex Aruntheus conjicit veram lectionem esse Aryntheus) dux celeberrimus et consul a. 372. Laudatur imprimis ab Ammian. 15. 4. 10. et Cod., ubi Arintheus; sed Claudian. 18. 63. unam subeunt quot sæcula culpam! Inter Arinthæi (al. Arinthei) fastus et nomen herile Servus erit etc., sc. Arinthæi servus Eutropius, spadonum famosissimus, postea consul factus (a. 399), si poetæ habenda est fides. (Adde Cassiod. 8. Hist. trip. 13). Deinde sub Gratiano, Valentiniano et Theodosio præfectus præt., quem tamen alii rectius alium esse monent. Cod. 11. 10. 3.

ĀRĪŎBARZĀNĒS, is, m. 3. (Ἀριοβαρζάνης Thes. H. Steph.) ¶ 1. Fuit nomen variorum Cappadociæ regum, inter quos eminet Ariobarzanes I., permissu Romanorum in regem suum a Cappadocibus electus, a Mithridate bis regno expulsus, a Romanis bis restitutus ac tertio per Tigranem rejectus, qui, Pompeji ope a. U. C. 688. regno recuperato, quum voluisset diadema cedere filio, filius vero recusasset, hunc Pompejus illud sumere jussit, inde merito appellatum Philopatorem, h. e. amantem patris. Mirum hoc pietatis certamen mire describit Val. Max. 5. 7. ext. 2. Adde Flor. 3. 5., Liv. epit. 70. et 74. et Cic. Manil. 2. 12. — Primus inter reges titulum Philoromæi assumpsit, cujus uxor Athenaides Philostorgos cognominata est. V. Eckhel 3. p. 199. ¶ 2. Est etiam mons. Oros. 1. Hist. 2. 41. Inter Massagetas et Parthos mons Ariobarzanes.

ĀRĬŎCH, indecl. m. (Hebr. 'Aryōk «leoninus»; Babyl. Eri-aku «famulus Lunæ»; LXX. Ἀριωχής, Ἀριώχ et Εἰριώχ Judith 1. 6.) ¶ 1. Fuit rex Ponti aut potius Assyriæ vel Ellasar (Hebr. et LXX.) in terra Sennaar, ob litterarum inversionem, vetustissimi oppidi Larsa, hodie Senkéréh (V. Delitzsch, Wo lag d. Parad. p. 223-224), tributarius Kudur-Mabug, regis Elam, socius regis Codorlahomor contra reges Sodomæ et Gomorræ, victus fugatusque ab Abrahamo. Vulg. Gen. 14. 1. sqq. — In inscriptt. cuneatis legitur Rim-Aku v. Riv-Aku; vel etiam, secundum Smith et Schrader, legi potest Eri-Aku, quod rejicit Tiele (Babyl.-Assyr. Gesch. I. p. 124). Satis est hoc innuisse: ceterum v. Lenormant, Choix d. text. cuneif. III. p. 164. et Sayce, Alt. Denkm. p. 52. ¶ 2. Item princeps militiæ seu satellitum Nabuchodonosor (Chald. rab tabbāhhayā). Vulg. Dan. 2. 14. — Fuerunt qui, ut historicam Danielici libri auctoritatem exploderent, etymon nominis petierint a Skr., Pers. etc. (Cf. Hitzig, Dan. p. 26. et Keil, Dan. p. 78); at recentiores etymologi vocem derivant a Babyl. Ariku «longus» vel potius a Rim-Aku, coll. Sudur-Aku fere ejusd. significationis, idest Sidrach, de quo Dan. 1. 7 (V. Lenormant, La divinat. chez les Chald. p. 198., coll. Vigouroux, La Bibl. etc. t. 4. p. 456. ed.[5]).

ĀRĬŎMANĪTÆ, ārum. V. ARĪUS.

ĀRĪON v. Ario, ŏnis, m. 3. (Ἀρίων v. Ἀρείων, ονος, aliquando - ωνος) Nomin. Ario apud Gell. 16. 19. — Acc. Ariona, Græcorum more, habet Ovid. 2. Fast. 83. et alib. — Etymon sumitur ab ἀρείων, præstantior, quod ab Ἄρες, Mars, quasi vir virtute bellica præstans. — Arion

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit poeta lyricus et citharœdus, patria Methymnæus (Cic. 2. Tusc. 27. 67), ex Lesbo insula (Front. p. 237. 3. N.), filius Cyclei (Olymp. XXXV., sc. a. 629-625. Suid.), primus dithyramborum inventor (Front. ibid.) quos, additis modis musicis, cantu gestuque efferre docebat (Id. ibid., coll. Herod. 1. 23. et Procl. apud Phot. p. 320). Memoratur Hygin. 2. Astr. 17., Solin. 7., Plin. 9. Hist. nat. 8. 8. (28)., coll. Ælian. nat. anim. II. 15., Lucian. Dial. mar. 8. et Pausan. 9. 30. Serv. auct. Ecl. 8. 55. citharœdicæ artis. Gell. loc. cit. fidicen. et ibid. 2. nobilis cantator. Ovid. 2. Fast. 91. vocalis. — Quum in patriam rediret, pecunia cumulatus, quam Tarenti et in aliis Magnæ Græciæ oppidis sibi arte sua comparaverat, a nautis, qui ut iis opibus potirentur, eum occidere parabant, sibi nonnihil temporis concedi postulavit, quo velut cycnus moriturus suas sibi exsequias caneret. Quod quum impetrasset, carmen orthium diis cecinit moxque se præcipitem dedit, quem delphinus exceptum dorso vexit ad Tænarum Laconiæ promontorium; unde citharœdus Periandrum tyrannum adiit, qui de re certior factus nautas jussit interfici. Hoc autem merito delphinum Juppiter astris recepit et IX. stellis ornavit (nunc vero, aliis detectis, XVIII.), inter quas Arion, ut narrant Ovid. 2. Fast. 80. sqq. et Gell. loc. cit. ex Herod. et Serv. locc. citt. Virg. 8. Æn. 56. Orpheus in silvis, inter Delphinas Arion. — Hinc fama rei tanta fuit, ut Ovid. loc. cit. scite cecinerit: «Quod mare non novit, quæ nescit Ariona tellus?». Hanc fabulam e colonarum ratione ingeniose explicat Müller in Dor. 4. p. 369., coll. Plehn. in Lesb. I. p. 166. Cf. etiam Doxopater, Rhet. Gr. II. 331. Walz. — De nummis Arionis ac delphini v. Eckhel, 2. p. 502., coll. 1. p. 143. — 2.º) Item philosophus Pythagoreus, de quo Cic. 5. Fin. 29. 87 (ubi Orell. leg. Aerion; al. Arrion), coll. tamen Val. Max. 8. 7. ext. 3. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 9102. bD. et 5. 34718. — Item nom. mul. 4. 1410.

II.) Est nom. equorum, sc. ¶ 1. Equi Bellerophontis, qui Pegasus appellatur. Corp. Inscr. Lat. 14. 4106. ¶ 2. Item Adrasti, qui ejus beneficio ex morte ereptus est (V. ADRASTUS). Stat. 1. Silv. 1. 52. Adrasteus equus. Id. 6. Theb. 501. flavus. et ibid. 301. rutilæ manifestus - Igne jubæ. et 424. præsagus, sc. dono præcinendi futura instructus. Claudian. 8. 565. Nereidum stabulis nutritus. Id. carm. min. app. 4. 5. velox. Propert. 2. 34. 37. Qualis et Adrasti fuerit vocalis Arion. Cf. Mythogr. II fab. 119. et III. fab. 5. n. 4. et Winckelm. Mon. etc. p. 23., qui antiqua ejus monumenta exstantia illustravit. ¶ 3. Item equi memorati Corp. Inscr. Lat. 6. 10053.

ĀRĪŎNĬUS, a, um, adject. ad Arionem citharœdum pertinens. Ovid. 2. Fast. 93. Nomen Arionium Siculas impleverat urbes. Propert. 2. 20. 18. Arionia lyra. et Capell. 9. p. 70. chelys.

ĀRĬŎVISTUS, i, m. 2. (Ἀριόβιστος v. Ἀριούιστος Appian. et Plut.) nom. vir. Gallicum, de cujus etymologia non constat. V. Förstemann, Altd. Namenb. p. 783. ¶ 1. In litteris — 1.º) Celeber rex Germanorum, a Cæsare devictus. Cæs. 1. B. G. 31. sqq. et passim. et Tac. 4. Hist. 33. Oros. 6. Hist. 7. 6. Ariobistus. — 2.º) Item dux Insubrum, a Flaminio cæsus a. U. C. 531. Flor. 2. 4. Mox (Galli), Ariovisto duce, vovere de nostrorum militum præda Marti suo torquem. Intercepit Juppiter votum; nam de torquibus eorum aureum tropæum Jovi Flaminius erexit. ¶ 2. In titulis cogn. Corp. I. L. 7. 1320. — Hinc Ariobisto (onis) apud Jornand. Rom. 179., si ita legend. Cf. Corp. Inscr. Lat. 16268.

ĀRISBA, æ, et Arisbe, es, f. 1. (Ἀρίσβη et Ἀρισβα) nom. pers. et geogr.

I.) Arisba, nom. pers. ¶ 1. In litteris — 1.º) Fuit amasia Priami. Mythogr. I. fab. 212. ex Serv. ad Virg. 8. Æn. 32., ubi quidam leg. Arispe. — 2.º) Item Meropis v. Macarei filia, prima uxor Paridis, teste Serv. ad Virg. 9. Æn. 264., unde fortasse appellata Arisba, opp. Troadis. Cf. Apollod. 3. 12. 5. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 3. 2477.

II.) Arisba, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidulum Troadis. Virg. 9. Æn. 262., coll. Serv. ad l. Lucan. 3. 204. nimium glæbis exilis Arisba. Adde Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (125). et Dict. 2. ¶ 2. Item Lesbi. Plin. 5. Hist. nat. 31. 39. (139). Arisbe terrarum motu subversa.

ĀRISTÆNUS, i, m. 2. (Ἀρίσταινος: ab ἄριστος et αἶνος, laus) prætor Achæorum. Liv. 32. 20. et ibid. 19. Romanis gentem jungi volebat. — Hinc Aristænetus (Ἀρισταίνετος), notissimus consul Orientis a. 404. Prosp. chron. I. 488., et Cassiod. chron. II. 154. — Alii in Cod. 3. 92. 2., Ammian. 17. 7. 6. et Corp. Inscr. Lat. 6. 1511. et 11745. — Aristænete (a), es (æ), Ἀρισταινέτη, nom. mul. Hieronym. vit. s. Hilar. 14., Cod. Inst. 8. 42. 1. et Corp. Inscr. Lat. 5. 4531.

ĀRISTÆUS. V. ARISTUS.

ĀRISTĀGŎRĀS, æ, m. 1. (Ἀρισταγόρας, optimus contionator) ¶ 1. Apud scriptores præcipuus fuit Milesius. Plin. 36. Hist. nat. 12. 17. (78). et Gell. 17. 9. 21. et 26. et 26., ubi Aristagoran (acc.) — Scripsit de rebus Ægyptiacis, teste Plin. loc. cit., cujus fragmenta collegit Müller (Fragm. Hist. Gr. II. p. 98. sqq.). ¶ 2. In titulis nom. serv. Inscr. apud Murat. 176. 2. Adde Anthol. Lat. 1657. Meyer. «Lætus Aristagoras natis bene vilicus uvis, De cera facili dat tibi poma Deus».

ĀRISTANDER et Aristandros, i, m. 2. (Ἀρίστανδρος, optimus vir) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit vir Lycius. Curt. 4. 2. 14. Aristander peritissimus vatum. Adde eund. 5. 4. 2. et alib. Plin. 17. Hist. nat. 25. 38. (243). Quibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet (Ind. 17. ex auctoribus: Aristandro qui de portentis). Cf. ARISTODEMUS. — 2.º) Item Atheniensis sive Athenæus, uti vocat Plin. Hist. nat. Ind. 8. ex auctoribus., quem Harduin. putat scripsisse de re rustica, laudatus a Varr. 1. R. R. 1. et Colum. 1. 1. 8. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 14987.

ĀRISTARCHĒUS V. voc. sq.

ĀRISTARCHUS, i, m. 2. (Ἀρίσταρχος, optimus imperator) In codd. tam Aristarchus, quam Aristarcus, sine aspiratione.

Aristarchus ¶ 1. Fuit præclarissimus grammaticus, in Samothracia natus ann. circ. 215. a. Chr. — a) Proprie. Varro 8. L. L. 68. et alib. et Gell. 2. 25. 1. Græci grammatici illustres Aristarchus et Crates. Ammian. 22. 16. 16. grammaticæ rei doctrinis excellens. Donatian. gramm. VI. 276. 7. auditor Aristophanis. Quintil. 10. 1. 59. Aristarchi judicium — b) Translate pro critico severo — α) in bonam partem. Tertull. Apol. 3. Grammatici (nuncupantur) ab Aristarcho. Cic. 1. Att. 14. 4 (Mearum orationum) tu Aristarchus es. Horat. A. P. 489. Arguet ambigue dictum, mutanda notabit, Fiet Aristarchus. Adde Cic. Pis. 30. 73. et Lact. 5. Inst. 2. 17. — β) In malam partem. Senec. ep. 88. (ineptias Aristarchi) suggillat. — Aristarchus editiones adornavit Homeri, Hesiodi, Alcæi, Pindari et Eschyli ex parte et commentariorum fere octingentorum (Suid.) in universa fere classicorum poetarum opera; sed præcipue ejus gloria in duplici Homeri editione emicuit, quæ ad nos usque pervenit magna ex parte quaque utimur, Croiset, Ludwig et Cauer dissentientibus. Non omnia vero judicia tulit probanda; item licenter Homeri versus summovit quasi suppositicios, teste Cic. 3. Fam. 11., coll. Gell. 14. 6. 3. Hinc Ovid. 3. Pont. 9. 24. «Corrigere at res est tanto magis ardua, quanto Magnus Aristarcho major Homerus erat». Xenonem et Hellanicum, Homeri chorizontes dictos, adversos habuit (Cf. Susemihl I. p. 453. n. 101 et II. p. 149. sq.). Jam et dum in vivis esset, adversarios nactus est plures, imprimis Crateten, teste Varr. 8. L. L. 38., coll. Sueton. gramm. 2. Ceterum V. voc. in Lexico. ¶ 2. Item Tegeates poeta tragicus, æqualis Euripidis, qui primus in eam, quæ nunc est, prolixitatem extendit tragœdias docuit vitamque produxit ultra centum annos, teste Suid. in v. Memorant Plaut. Pœn. prol. 1. et Fest. p. 242. M. Hieronym. in chron. a. Abr. 1564. Aristarcus tragœdiografus (sic) agnoscitur. — Hujus fragmenta collegit Wagner, Poet. trag. fragm. p. 18. sqq. — Scripsit tragœdiam, titulo Achillem. Hinc Plaut. loc. cit. Achillem Aristarchi mihi commentari lubet. et Fest. p. 305. Ennius in Achille Aristarchi. — Hujus fragmenta collegit Nauck, Fragm. Tr. Gr. 728. sq. Cf. Welcker, Gr. Trag. III. 931. sqq. et Bergk, Gr. Litt. Gesch. III. 602. sq. ¶ 3. Item Samius, mathematicus et astronomus. Vitr. 1. 1. 17. et 9. 2. 3. — Scripsit librum de magnitudine solis et lunæ (Fabric. Bibl. Gr. IV. 16. et Susemihl 760) et de variis rebus organicis et gnomonicis: hujus inventum est hemispherium seu horologium ibid. Id. 8. 1. V. Nizze in Gymn. progr. Stralsund 1856. et Hultsch, PW. 2. 873. sqq. ¶ 4. Item Sicyonius. Plin. Hist. nat. Ind. 5. (ex auctoribus). — Videtur idem ac qui rerum Olympicarum interpres memoratur Pausan. 5. 20. 4. — Addimus, ab Aristarcho derivatum Aristarche (Ἀριστάρχη), cogn. mul. Corp. Inscr. Lat. 10. 1297. — Hinc

Aristarcheus v. Aristarchius, a, um, adject. (Ἀριστάρχειος) ad Aristarchum grammaticum pertinens. Tertull. 1. Nat. 4. Grammatici Aristarchii, h. e. qui ab Aristarchi grammatici partibus stant. Sic absolute Aristarchei (orum) apud Varron. 8. L. L. 6. 3. et Schol. Ver. ad Virg. 10. Æn. 738.

ĀRISTARĔTĒ, es, f. 1. (Ἀρισταρέτη, præstantissima virtute) femina pingendi arte illustris, filia et discipula Nearchi. Plin. 35. Hist. nat. 11. 49. (147).

ĀRISTĒAS (non Aristæas), æ, m. 1. (Ἀριστέας) ¶ 1. In litteris — 1.º) Fuit Proconnesius (Gell. 9. 4. 3.), scriptor rerum mirabilium et magus famosissimus, de quo Plin. 7. Hist. nat. 52. 53. (174). Aristeæ animam visam evolantem ex ore in Proconneso corvi effigie. — Plura hac de fabula referuntur Herod. 4. 13-15., Orig. c. Cels. 3. p. 129. et Apollon. Dysc. de mirab. 2. V. etiam Tournier, De Arist. 1863. et Dieterich, Nekyia 130. sq. — 2.º) Item historicus Græcanicus rerum Judaicarum, temporibus Ptolemæi Philadelphi in Ægypto (Περὶ Ἰουδαίων Eus. Præp. ev. IX-25.). Memorant Tertull. apol. 18. et Hieronym. 2. in Ezech. 5.

13. V. Freudenthal, Hellen. Stud. I. 136. sqq. — 3.°) Item auctor epistolæ ad fratrem Polycratem de LXX. Interpretibus, sub Aristeæ, fortasse præcedentis, nomine vulgatæ, ubi dicuntur, ann. 180. a. Chr. LXX. (LXXII.) Interpretes in insula Pharo, in singulis cellis inclusi a Ptolemæo Philadelpho, in cujus gratiam vertendæ sacræ scripturæ ex Hebraico in Græcum Alexandrinum opus suscepissent, hoc totidem dierum spatio confecisse et in omnibus ac singulis fere verbis ita concordasse, ut viderentur a Spiritu sancto illustrati; quam fabulam explodit Hieronym. Apol. c. Rufin. 2. n. 25. — Primus de epistolæ origine dubitavit P. Vives (Not. ad Aug. Civ. D. Basil. 1522); dein falsam eam esse demonstravit H. Hody (contr. hist. Arist. Lond. 1685), quem, quamvis Usserius, Vossius, Hayes, Wiston, Grinfield, alii contrariam sententiam defenderint, secuta est et nunc sequitur maxima eruditorum pars. V. Rosenmüller, Handb. d. Bibl. crit. II. 358.; Schürer, Gesch. d. jüd. Volks II. (1886) 819-824. et Mangenot, Dict. Bibl. Vig. v. 1. p. 963. ¶ 2. In titulis Aristias (a), æ (Ἀριστίας), nom. et cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 12311.; itemque Aristias (Ἀριστιάς), nom. mul. Ibid. 23028.

ĀRISTĪDĒS, is, m. 3. (Ἀριστείδης) Charis. gramm. I. 41. « (Veteres) et Aristidis et Aristidæ et Aristidi etiam dixerunt » in genit. sing. — Acc. Aristidam apud Nep. Arist. 1. 4. et Senec. 2. Contr. 1. 18. — Aristiden est Plin. 34. H. N. (50).

Aristides, nom. patron. ab Aristeus. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Lysimachi filius celeberrimus, Atheniensis, cognomento Justus (Cic. 3. Off. 4. 16. Cf. Schol. Bob. ad l.) seu Dicæos græce (Ampel. 15), æqualis Themistoclis, quicum de principatu certavit; eo tamen auctoritate ac potentia prævalente, in exsilium abire coactus est, quod « præter modum justus esset » (Cic. 5. Tusc. 36. 105). Hinc Ovid. 1. Pont. 3. 71. « Pulsus Aristides patria Lacedæmona fugit ». Sed paucis post annis revocatus in patriam eam domi bellique plurimum adjuvit. Rursus Cic. Sest. 67. 141 (Aristides) unus omnium justissimus fuisse traditur. et Auson. Mos. 388. Justi spectator et æqui. — Senec. 11. Dial. 13. 7. confudit cum Phocione (V. Judeich, PW. 2. 880). — Translate. Lactant. 3. Inst. 19. 8. Nihil interest, utrumne Aristides sit aliquis an Phalaris. — Inter alia plura illud commendandum, quod justitia sua prohibuit, quominus ex Themistoclis consilio classis Lacedæmoniorum ad Gytheum incenderetur. Cic. 3. Off. 11. 16. et Val. Max. 6. 5. ext. 2. — Aristidis vitam scripserunt Nepos et Plutarchus, quos videsis. Cf. etiam Winkler, De Corn. Nep., qui putatur, ejusque vit. Arist., Progr. Breslau 1868.; Haebler, Quæst. Plut. etc. 1873. et Mayer, Ueber d. Quellen etc. 1882. — 2.°) Item P. Ælius, Milesius, rhetor et historicus. Plin. 4. Hist. nat. 64. et 70. Ind. 4. ex auctoribus et Vitruv. 8. 3. 7. — Scripsit Milesia, i. e. amatorias ac lascivas narrationes, ob quas in exsilium pulsus est. Ovid. 2. Trist. 412., coll. Ibid. 443. — Fragmenta ex historicis ejus libris rerum Sicularum, Italicarum ac Persicarum collegit Müller in Frg. Hist. Gr. p. 320. sqq. — Plura de eo apud W. Schmid, Philol. XLVII. 375-378. et 433. et XLVII. 56. Cf. etiam Holback, Conject. crit. in A. Panathen. 1874., et Cherbuliez, La ville de Smyrn. et son orat. A. (1887) 881-895. — 3.°) Item Samius, mathematicus. Varro apud Gell. 3. 10. 6. et Vitr. 8. 3. 7. — 4.°) Item statuarius, Polycleti discipulus. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (50). — 5.°) Item pictor eximius, Thebanus, Apellis æqualis, filius Aristodemi, frater et discipulus Nicomachi et Euxenidæ. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (75). Æqualis (Apellis) fuit Aristides Thebanus. Is omnium primus animum pinxit et sensus hominis expressit, quæ vocant Græci ἤθη, item perturbationes; durior paullo in coloribus etc. — Speciatim celebrantur tabula Liberi patris, de qua, præter Plin., insignis est locus Strab. 8. p. 381., et picturæ meretricum; quare πορνογράφος dicebatur (Polemo apud Athen. 13. p. 567. B.). - Creditur primus encausticam picturam invenisse, cujus tamen exempla Polygnotus, Nicanor et Arcesilaus Parii antea præstiterant (Plin. 35. Hist. nat. 11. 39. (122). — 6.°) Item Atheniensis, philosophus eloquentissimus, Christianæ religionis assertor, temporibus Antonini Pii imp., cui Apologeticon pro Christianis tradidit a. 123.; at id Euseb. de Hadriano imp. refert (Chron. ad a. Abr. 2140. et Hist. Eccl. IV. 3. 3). Laudatur Oros. 7. Hist. 13. Aristides vir fide sapientiaque plenus. Hieronym. vir. ill. ait Apologeticum illud contextum fuisse philosophorum sententiis. — Hoc autem opus jam deperditum putabatur; sed a. 1878. Mechitaristæ s. Lazari, Venetiis, ejus fragmentum ediderunt ex interpretatione Armenica et a. 1891. totum ex Syra Rendel Harris. Hoc dein germanice verterunt Raabe in Text. und Untersuch. etc. IX. 1. Leipz. 1892. et Schönfelder in Theol. Quartalschr. LXXXV. (1892) 531-557.; Seeberg vero scripta Aristidis omnia edidit (Herlangen 1894). ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 6. 272. et 5. 5841. 22.

ĀRISTIPPĒUS a, um, adject. (Ἀριστίππειος) ad Aristippum philosophum pertinens. Cic. 2. Fin. 7. 20. Aristippeo genere voluptatis (sc. qua sensus dulciter ac jucunde movetur 18). — Aristippicus, item. Not. Tir. 115.

ĀRISTIPPUS, i, m. 2. (Ἀρίστιππος, optimus equus).

Aristippus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit philosophus Cyrenaicus, Socratis auditor, unde et Socraticus appellatus (Vitr. 6. præf. 1), Cyrenaicæ seu Hedonicæ scholæ v. sectæ conditor (Lact. epit. 28. 3), Epicureorum antecessor. Memorant Horat. 1. Ep. 1. 18. et 2. Sat. 3. 99., Cic. 1. Off. 41. 148. et alib., Val. Max. 4. 3. ext. 4., Senec. 7. Benef. 25. 1., Apul. Socr. p. 106. Oud. — Docuit scientias omnes veras esse; nil cognosci nisi sensilia; felicitatem in voluptate consistere, quæ tamen moderanda est; nec dominari voluptati, qui ea non utitur, sed qui ea sic utitur ut ei non serviat: ἔχω οὐκ ἔχομαι debet esse morale principium sapientis (Cf. tamen Cic. 9. Fam. 26. et Horat. Ep. loc. cit.); præterea quasi animum nullum habeamus, corpus solum tuebatur; aliter a Zenone, qui contrariam profitebatur doctrinam (Cic. 2. Acad. [pr.] 45. 131). Præter libros historicos de Libya, scripsit XXV. dialogos philos. Cyrenaica dialecto, teste Diog. Laert. 2. 80., quæ tamen opera interciderunt. Fragmenta videsis apud Mullach, Fragm. phil. Gr. II. 405. sqq. Cf. etiam Orelli, Op. Gr. sent. v. II. — Alia de eo colligi possunt ex Senec., Quintil., Apul., Lucil., Tertull., Lact., Hieronym. et Augustin. et, ex recentioribus, Zeller, Philos. d. Gr. II. 344.; Susemihl, Rh. Mus. XXVI. 338. sqq. et Croiset, IV. 252. sqq. — 2.°) Item nepos præcedentis ex filia Arete, Metrodidactus appellatus, quasi a matre doctus, cujus argutum responsum refert Gell. 19. 1. — 3.°) Alii Græci: ut Aristippus a Philochare pictus. Plin. 35. Hist. nat. 4. 10. (28).: item alius cum Alexandro certans Olympiæ. Jul. Val. 1. 12. ¶ 2. In titulis cogn. lib. Corp. Inscr. Lat. 3. 7220.

ĀRISTO, ōnis, m. 3. (Ἀρίστων, ωνος), cujus acc. Aristonem et Aristona ¶ 1. Apud scriptores, præsertim — 1.°) Philosophus peripateticus sæc. III. a. Chr., Chius patria, Miltiadis filius, discipulus Lysiæ et Zenonis, Scepticus cognominatus, ideest quæsitor, considerator, scholæ ad Cynosarchum conditor, quæ Stoicis, Peripateticis, Scepticis simul favebat. Cic. 2. Acad. (pr.) 39. 123. Si verum est quod Aristo Chius dicere solebat etc. Id. 1. Legg. 13. 38. Sive Aristonis difficilem atque arduam sed jam tamen fractam et convictam sectam secuti sunt. Fronto p. 112. M. Aristonis libri me hac tempestate bene occipiunt atque iidem habent malo etc. V. integr. loc. — Nihil sciri posse censebat, sed de omnibus dubitabat et inquirebat. Nec formam Dei intelligi posse existimabat et dubius hærebat, an Deus animans omnino, necne esset, cui etiam sensum negabat. Nihil præterea bonum dixit esse, ut Stoici, nisi quod rectum et honestum esset. Ad hæc rerum differentiam sustulit. Idcirco tamquam naturam ipsam excludens, ab omnibus rejectus est (Cic. 2. Fin. 11. 35. et alib.) et a Chrysippo confutatus (Id. 4. ibid. 11. 28. sqq.) — De eo videsis Susemihl, I. 64-66. et Gerke, Arch. f. Gesch. d. Phil. V. 198. sqq. — 2.°) Item Ceus, (Diog. Laert. VII. 164. Ἰλιήτης v. Ἰουλιήτης), post Lyconem caput scholæ Peripateticæ, circ. ann. 206. a. Chr. Memoratur Cic. 5. Fin. 5. 13. Lyconis discipulus, concinnus et elegans; sed ea, quæ desideratur a magno philosopho, gravitas in eo non fuit etc. — Ejus fragmenta collegit Hubmann Jahns Jahrb. Suppl. III. 102-126. — 3.°) Item Alexandrinus, philosophus Peripateticus, Critolai discipulus. Cic. 2. Acad. (pr.) 4. 12. et Quintil. 2. 15. 19., coll. Diog. Laert. 5. 61. et 7. 164. V. etiam Müller, Fragm. Hist. Gr. III. 324. et Prantl, Gesch. d. Log. l. A. I. 590. 28. — 4.°) Item scriptor sæc. II. p. Chr., Pellæus cognominatus, ex patria Pella in Palæstina. Hieronym. in Gal. 2., coll. Eus. 4. Hist. Eccl. 6. — Scripsit librum apologeticum, cui titulus Altercatio Jasonis et Papisci, ubi vaticinia V. T. in Christo adimpleta demonstrabantur; sed amplius non exstat. Fuit autem versus in Latinum sermonem; at « nec de libro nec de interprete aliquid scimus » inquit Walch (Bibl. Patr. p. 588). — 5.°) Alii: argenti cælator et statuarius, Mytilenis natus, apud Plin. 33. Hist. nat. 12. 55. (156): item pictor, filius celebris Aristidis et frater Nicerotis, apud eund. ibid. 10. 36. (110)., ubi laudatur ejus Satyrus cum scypho coronatus: item medicus, cujus malagma ad podagram describit Cels. 5. 18. 33.: item pater Platonis Senec. 3. Benef. 32. 3. et Apul. Plat. 1. 2. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Corp. I. L. 6. 3944.; 15. 1532. — Hinc Aristoneus (a, um) adject. (Ἀριστώνειος), ad Aristonem Chium pertinens. Cic. 4. Fin. 15. 40. Aristonea vitia et peccata. — Aristonidas (æ), Ἀριστωνίδας, nom. vir. Plin. 34. Hist. nat. 14. 40. (140). Aristonidas artifex æs ferrumque miscuit, ut robigine ejus per nitorem æris relucente exprimeretur verecundiæ rubor.

ĀRISTŎBŎLĪUS, a, um. V. voc. seq.

ĀRISTŎBŪLUS, i, m. 2. (Ἀριστόβουλος, optimus consiliarius) Aristobolus in universum per o (Flor., Oros., Hieronym. Augustin.); scribitur tamen rectius per u.

Aristobulus ¶ 1. Apud scriptores, præsertim — 1.°) Hircani, summi sacerdotis filius, nepos Simonis Machabæi, Hasmonæorum omnium primus post reditum de Babylonia, « diadema, insigne regiæ potestatis cum honore pontificatus » sumsit (Hieronym. in Dan. c. 9), alio nomine Judas (Jos. Ant. 20. 10) et Philellen (Id. ibid. 13. 318), i. e. Græcorum amans, appellatus. — Hircano in regnum successit; sed brevi crudelis et parricida matrem ac tres fratres fame enecavit; Antigonum, fratrem superstitem, qui videbatur regno inhiare, sæva nece de medio sustulit; quo facto, dolore tabescens et morbo confectus, tragico fine decessit a. Chr. 105. (Id. ibid. 18. 11. 3. et 1. B. J. 3. 6), quem excepit Alexander Jannæus, a Salome seu Alexandra, defuncti uxore, vinculis eductus. — Memoratur Hieronym. loc. cit. et in chron. a. Abr. 1913., Augustin. 18. Civ. D. 36. et 45., Sulpic. Sev. chron. 2. 26. et in nummis, quos illustravit Madden, Coins of the Jews (1881) 81. sqq. — De eo videsis Schürer, Gesch. d. jüd. I. 216-219. — 2.°) Item alter Jannæi filius ac frater natu minor Hircani, sacerdotis magni, quem regno inhians, tribus mensibus post mortem Alexandræ matris (non triennio, ut leg. alii apud Jos.: v. Wilcken, PW. 2. 908) in planitie Jericho (Jos. Ant. 14. 1), justo prœlio aggressus devicit et ad privatam condicionem, pace jurejurando utrinque firmata in templo, redegit; nec Areta, rex Arabum, quem Hircanus ab Antipatro Idumæo, patre Herodis M., impulsus, in suum auxilium vocaverat, illum, armis coactis, potuit in regnum restituere, a Scauro, legato Pompeji, bellum minitanti territus (ibid. 14. 2-5); dein a Pompejo, post varias vices, Hircanus ad regnum summumque sacerdotium revocatus est et Aristobulus cum filiis Romam in triumphum ante currum victoris adductus (Flor. 3. 5., Oros. 6. Hist. 6. et Eutrop. 6. 16. a. U. C. 693). Sed octo post annos custodia elapsum cum filio Antigono iterumque armis regimen recuperare conatum Gabinius præfectus profligavit ac Romam remisit. Inde octo ferme post annos libertate donatum a Cæsare et contra Pompejum legionum ducem destinatum Pompejani veneno absumpserunt (Jos. Ant. 14.

11. et 13. et 1. B. J. 7) — 3.°) Alii principes: filius Alexandri, nepos Aristobuli, fratris Hircani princeps omnium sui temporis pulcherrimus, ultimus ex genere Hasmonæorum, quem Herodes M. socer, suspiciosus, in aquis natantem a sociis specie ludendi demergi jussit. Hieronym. in chron., coll. Jos. loc. cit.: item Judæus sacerdos, magister Ptolemæi Evergetis II., ad quem scripserunt Judæi epistolam de morte Antiochi III. M. (Vulg. 2. Mach. I. 10. sqq.): item filius Herodis, regis Chalcidis, a Nerone imp. rex Armeniæ creatus, a. post Chr. 54. Tac. 13. Ann. 7. et 14. ibid. 26., coll. Jos. Ant. 20. 8. 4., quem putant nonnulli esse eundem ac philosophum, de quo mox: item Judæus, philosophus Peripateticus et historicus. Hieronym. in Chron. (a. ant. Chr. 176). — Ad Ptolemæum Philometorem ἐξηγήσεις τῆς Μωυσέως γραφῆς, sc. commentarios seu expositionem allegoricam in Moysi Pentateuchum, scripsit (Hieronym. vir. ill. 38.), quorum fragmenta genuina esse eruditissime defendit Walckenaer (Distrib. de Arist. Lugd. Bat. 1806). Hæc autem collegit Eichhorn in Allgemeine Bibl. d. Bibl. Litt. t. V. p. 253-259. — De eo V. Walckenaer, De Arist. Jud. phil. perip. Alex.; Freudenthal, Hellenist. Stud. I. 167. sq. et Levesque, Dict. Bibl. Vig. 1. 994. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 29104. — Aristobula, cogn. mul. Ibid. 18098. — Hinc

Aristobolius, a, um, adject. (Ἀριστοβούλειος) ad Aristobulum aliquem pertinens. Gramm. VI. 614. 7. Aristobolius (anapæstus). et 615. 9. Aristodolion (acc.).: utrubique erravit grammaticus de versus Archebulei nomine.

ĀRISTŎCLĒS, is et i, m. 3. (Ἀριστοκλῆς, optimatium gloria) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit pater Argi a Mercurio interfecti. Mythogr. II. fab. 5. et 89. V. tamen ARESTOR. — 2.°) Item Plato, qui hoc nomine prius est nuncupatus, teste Apul. 1. dogm. Plat. 1. et Boet. herm. sec. 1. 2. p. 56. 2. — 3.°) Item Rhodius grammaticus, æqualis Strabonis et Varronis, qui eum memorat 10. L. L. 75. Definitiones grammaticorum - ut Aristeæ, Aristodemi, Aristocli. Adde ibid. 10. V. Bopp, Leipz. Stud. VIII. 87. et 134. et Müller, Fragm. Hist. Gr. IV. 329. — 4.°) Alii apud C. Müller, ibid. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 15578. — Aristoclea (is), Ἀριστόκλεια, nom. et cogn. mul. Ibid. 29022. et 10. 4520. — Hinc Aristoclides (æ), Ἀριστοκλείδης, cogn. vir. Ibid. 6. 12323. — Etiam nom. pictoris. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (138). (Aristoclides) pinxit ædem Apollinis Delphis. — Hieronym. c. Jovin. 1. 41. Aristoclides Orchomeni tyrannus.

ĀRISTŎCLĪDĒS. V. voc. præc.

ĀRISTŎCRĂTĒS, is, m. 3. (Ἀριστοκράτης, optimus princeps) nom. vir. Lucil. 418. Vilicus Aristocrates. Vit. Pers. p. 74. 3. Reiff. Petronii Aristocratis Magnetis (Cornuti, qui Persii amicus erat). Adde Corp. I. L. 14. 2420.

ĀRISTŎCRĔŌN, ontis, m. 3. (Ἀριστοκρέων, optimus regnator) historicus, qui scripsit de Æthiopia. Plin. 5. Hist. nat. 9. 10. (59). et Ind. 5. et 6.

ĀRISTŎCRĬTUS, i, m. 2. (Ἀριστόκριτος, optimus judex) ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit historicus Græcus, inter fontes Plin. in Ind. 4. et 5. — Hujus fragmenta collegit Müller, Fragm. H. Gr. IV. p. 334. sqq. — 2.°) Item Ciceronis servus vel libertus. Cic. 14. Fam. 8. ¶ 2. Generatim nom. serv. v. libert., ut patet ex Cic. l. c.: itemque cogn. Corp. I. L. 5. 4606.

ĀRISTŎCȲDĒS, is, m. 3. (Ἀριστοκύδης, optimatium decus) pictor non ignobilis, memoratus Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (146).

ĀRISTŎDĒMUS et Aristodamus, i, m. 2. (Ἀριστόδημος et Ἀριστόδαμος, optimus seu princeps populi) nom. variorum Græcorum. ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit ita nuncupatus Aristomachi filius, recta ab Hercule abavo prognatus, frater Temeni et Cresphontis, Lacedæmoniorum regum proavus, cujus filii Procles et Eurysthenes geminum Spartæ regnum propagarunt. Memoratur Vellej. 1. 2. — 2.°) Item Cumarum tyrannus, Aristocratis filius (Dionys. Hal. 5. 2. 6), ad quem se recepit post cladem et obiit Tarquinius Superbus, relicto herede Aristodemo. Liv. 2. 21. et 34. V. Duncker, Gesch. D. Altert. VIII. 398. sq. — 3.°) Item actor fabularum tragicarum, Stemphylios dictus, a Metaponto (Schol. Æsch. II. 15), Demosthenis æqualis, civitate Attica donatus et Atheniensium legatus (Cf. Schaefer, Demosth. I.[2] 244. sqq.). Cic. 4. rep. 11. 32. et Augustin. 2. Civ. D. 11. — De eo facetum hoc refert Gell. 11. 9. 2. « Cum Demosthenes interrogasset Aristodemum, actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus talentum respondisset: At ego plus, inquit, accepi, ut tacerem ». — 4.°) Item grammaticus Aristarchius, filius Menecratis ex Nysa (Strab. 14. p. 650), frater Jasonis stoici (Suid. v. Ἰάσων). Memoratur Varron. 10. L. L. 74. — De ejus scriptis grammaticis et historicis V. Schwartz, PW. 2. 926. — 5.°) Item statuarius, de quo Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (86). — Tatian. in orat. c. Gr. 55. memorat Æsopi statuam ab Aristodemo factam; attamen, an huic artifici tribuenda sit, nos latet. ¶ 2. Generatim, cogn. Corp. Inscr. Lat. 6. 19845.

ĀRISTŎGĔNĒS, is, m. 3. (Ἀριστογένης, optime natus) medicus Antigoni Gonatæ perceleber, Gnidius a patria, Thasius a diuturna commoratione. Cels. 5. 18. 27. et Plin. H. N. ind. 29. 30., 33-35. ex auctoribus.

ĀRISTŎGĪTO et Aristogiton, ōnis, m. 3. (Ἀριστογείτων, optimus propinquus) Acc. Aristogitona apud Quintil. 12. 10. 22.

Aristogito ¶ 1. Fuit Hipparchi filius, Atheniensis. Val. Max. 2. 10. ext. 1., Cic. 1. Tusc. 49. 116. et Hieronym. in chron. a. Abr. 1497. — Fuit amicissimus Harmodii, quicum Hippium et Hipparchum, Pisistrati filios, tyrannos, crudeliter remp. administrantes, facta conjuratione, occidit et ob id divinis honoribus cultus, teste Ampel. 15., coll. Gell. 9. 2. 10. et Senec. 7. Benef. 14., et statuis simul honestatus, Plin. 34. Hist. nat. 4. 9. (15). — Occisores ne proderet, Leæna meretrix, eorum amica, etsi tormentis prodere coacta, linguam suam mordicus amputavit, teste Hieronym. in chron. cum Plin. ibid., coll. Hygin. fab. 257. ¶ 2. Item orator Albicus, Cydimachi filius, sycophanta (V. Blass, Att. Ber. IV. p. 247. sqq.) et bonis omnibus infestus, in dicendo violentus (Suid. in Vit.). Memoratur Quintil. loc. cit. Transeo plurimos, Lycurgum, Aristogitona - quos ut homines inter se genere similes, differentes dixeris specie. — Ejus fragmenta edidit Müller in Fragm. Orat. Att. II. 434. sqq. — De eo videsis Blass, op. cit. III. 2. 247. sqq. et Sauppe, Or. Att. II. 309. sq.

ĀRISTŎLĀUS, i, m. 2. (Ἀριστόλαος, optimus seu princeps populi) ¶ 1. Fuit pictor Sicyonius, filius et discipulus Pausiæ. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (137). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 2. 2844. — Aristolais (Ἀριστολαΐς), cogn. mul. Ibid. 5. 7906.

ĀRISTŎMĂCHUS, i, m. 2. (Ἀριστόμαχος, optimus prœliator) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit pronepos Herculis, Hylli nepos, Cleodæi filius, pater Temeni, Cresphontis et Aristodemi (Herod. 6. 6. 52. et alib. et Apollod. 2. 8. 2). Memoratur Hygin. fab. 124. et 137., coll. Pind. Pyth. 10. 4. — 2.°) Item Solensis, scriptor rei naturalis et fortasse ex discipulis Lyconis peripatetici. Plin. 11. Hist. nat. 9. 9. (19). Amore (apium) captus duodesexaginta annis nihil aliud egit. Adde Colum. 9. 13. 8. — Scripsit de apibus (μελιτουργικά) et de conditura vini. Plin. 14. Hist. nat. 19. 24. (120). Cf. etiam Laert. 5. 70. — 3.°) Item princeps plebis Crotone, qui Hannibali oppidum tradidit, teste Liv. 24. 2. — 4.°) Item scriptor rei astronomicæ, memoratus Hygin. 2. Astr. 34. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. Inscr. Lat. 6. 10646. — Aristomache (es), Ἀριστομάχη, Dionysii Syracusani uxor, soror Dionis. Cic. 5. Tusc. 20. 59., ubi Aristomachen (acc.). et Val. Max. 9. 13. ext. 4.

ĀRISTŎMĒDĒS, is, m. 3. (Ἀριστομήδης, vir optimi consilii) Corinthiorum rex. Hieronym. in chron., coll. Diod. 7. 9. 4. — Item dux Thessalus in exercitu Darei. Curt. 3. 9. 3.

ĀRISTŎMĔNĒS, is, m. 3. (Ἀριστομένης, optimi animi) Voc. Aristomene, apud Apul. 1. Met. 6.

Aristomenes ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit dux Messenius celeberrimus, de quo mira refert Plin. 11. Hist. nat. 37. 70. (184)., Cf. Val. Max. 1. 8. ext. 15. — 2.°) Item Atheniensis, poeta comicus, qui floruit a. ant. Chr. 424. Memorant Macrob. 5. Sat. 20. 12., Apul. loc. cit. et Priscian. gramm. III. 336. 13. — Ejus fragmenta collegit Meineke in Vet. Com. Gr. fragm. p. 276. sqq. Did. ed. ex quinque fabulis, quarum tituli: Ἀδμητος, Βοηθοί, Γόητες, Διόνυσ. ἀσκητής et Ὑλοφόροι. V. Kaibel, PW. 2. 949. — 3.°) Item pictor Thasius, non ab industria artisque sollertia, sed a felicitate desertus, ut ait Vitr. 3. præf. 2. — 4.°) Item rei rusticæ scriptor, de quo Varr. 1. R. R. 1. 9. et Colum. 1. 1. 10. — 5.°) Item Messenius quidam, vir justissimus, de cujus honestate mira narrat Hieronym. 1. c. Jovin. 41. ¶ 2. In titulis cogn. Inscr. apud Torremuzza, Inscr. Sicil. 181. 49.

ĀRISTŎNĪCUS, i, m. 2. (Ἀριστόνικος, optimus v. princeps victor) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Eumenis filius, qui regnum occupavit Pergamenum. Memoratur Justin. 36. 4. 6. Erat ex Eumene Aristonicus, non justo matrimonio sed ex pælice Ephasia, citharistæ cujusdam filia, genitus. Vellej. 2. 4. 1. mentitus regiæ stirpis originem. Flor. contra epit. 1. 35. 4. regii sanguinis ferox juvenis (Cf. Liv. epit. 49). Adde Cic. 11. Phil. 8. 18., Tac. 1. Ann. 55. et 12. ibid. 62., Val. Max. 8. 2. 12. et alib. — Attalus, ejus frater, regnum Romanis reliquerat; quod Aristonicus haud passus Asiam invasit ubique victor, etiam de Licinio Crasso consule contra ipsum misso a Romanis; sed postea a M. Perperna consule victus et Romam tractus, ibi interfectus est. Vellej. loc. cit. et Eutrop. 4. 20., coll. Strab. 14. 1. 38. et Diod. 34. 25. — 2.°) Item Methymnæorum tyrannus, piraticam exercens, a Macedonibus tandem captus et crudeliter occisus, teste Curt. 4. 5. 19. sqq., coll. Arr. 3. 2. 4. — 3.°) Item Tarentinus, historicus Græcus. Serv. ad Virg. 3. Æn. 534. — Ejus fragmenta collegit Müller in Fragm. Hist. Gr. IV. 337. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. Corp. I. L. 6. 33136. et 16854. — Aristonica (e), æ, Ἀριστονίκη, nom. mul. Ibid. 8. 2621. Adde Gran. Licinian. 35.

ĀRISTŎNĪDĀS, æ, m. 1. V. ARISTUS.

ĀRISTŎNŎĒ, es, f. 1. (Ἀριστονόη, optimæ mentis) una ex filiabus Danai, quæ virum suum prima nuptiarum nocte occidit, teste Hygin. fab. 170.

ĀRISTŎPHĂNĒS, is, m. 3. (Ἀριστοφάνης, optimus qui videtur) Scribitur Aristophanes a Jos. Cassiod. v. Ap. 1. 216. — Gen. Aristophanæ apud Gell. præf. 20. — Acc. Aristophanem apud Cic. 12. Att. 6. - Aristophanen apud Vitr. præf. 7., Quintil. 1. 1. 15. et Gell. 13. 25. 7. — In codd. aliquando litt. f invenis pro ph scriptum.

Aristophanes, frequens nomen apud Græcos ¶ 1. In litteris — 1.°) Fuit poeta comicus celeberrimus, veteris comœdiæ princeps (Vellej. 1. 16), Philli v. Philippi et Zenodoræ filius et comicorum pater (Suid. in v.), ex Lindo v. Camiro, lege tamen Atheniensis, tribu Pandionis, nat. a. circ. 445. ant. Chr., humili genere (Id. ibid.). Memoratur Horat. 1. Sat. 4. 1. Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetæ Atque alii, quorum comœdia prisca virorum est. Cic. 2. Legg. 15. 37. facetissimus poeta veteris comœdiæ (Gell. 13. 25. 7). Diomed. gramm. I. 475. comicus (Macrob. 5. Sat. 18. 5)., Hieronym. in chron. a. Abr. 1580. clarus. Ter. Maur. 2243. Aristophanis ingens micat sollertia. Adde Val. Max. 7. 2. ext. 7. — Scripsit intra annos 427-388. fabulas seu comœdias XLIV., ex quibus undecim ad nos pervenerunt, sc. Acharnanes (Ἀχαρνεῖς); Equites (Ἱππῆς); Nubes (Νεφέλαι), optima; Vespæ (Σφῆκες); Pax (Εἰρήνη); Aves (Ὄρνιθες), omnium pulcherrima; Lysistrata (Λυσιστράτη), maxime omnium scurrilis; Thesmophoriazusæ (Θεσμοφοριάζουσαι); Ranæ (Βάτραχοι) ex popularibus celebrior contra Euripidem; Contionatrices (Ἐκκλησιάζουσαι) in socialium novitatum fautores (ital. dixeris: socialisti); Plutus (Πλοῦτος), ineos, qui partitionem somniant divitiarum. V. Novati, Herm. XIV. 461. et Zuretti Anal. Arist. 1892. — Fuit inventor versus tetrametri anapæstici (Diomed., Atil. Fort., Mar. Victorin., Terentian.: v. etiam Lexic.), Atticæ linguæ usu excellentissimus (Quintil. 10. 1. 65), ut Dionysio

roganti aliquem ejus sermonis eruditum, hunc miserint; maledicus, in carpendis vitiis mordacissimus, scurrilis, Socrati infensissimus, ut ex *Nubibus* facile arguitur (Cf. *Senec. de vit. beat.* 27. 2). — Effigiem bicipitem Aristophanis detexit primus *Welcker* in herma marmorea Tusculi a. 1852., ac dono dedit Museo Bonnensi (Cf. *Friederich* et *Ann. Istit. arch.* 1853) et aliam similem *Braun* (*Ibid.*). — — De eo plura videsis apud *Kok, Arist. als. Dicht. u. Polit.* (in *Rh. Mus.*) 1884. et *Croiset, III.* 526-532. — 2.º) Item Byzantinus, grammaticus, Callimachi et fortasse Zenodoti auditor, nat. circ. dimid. sæc. III., bibliothecæ Ptolemæi Epiph. addictus. *Varro* 5. *L. L.* 1. 9. Non solum ad Aristophanis lucernam sed etiam ad Cleonthis lucubravi. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 5. 5. (13). celeberrimus in arte grammatica. *Quintil.* 10. 1. 54. Aristarchus et Aristophanes poetarum judices. — Translate. *Lactant.* 5. *Inst.* 2. 17. Quod ægre ferret quod illam re(ligione)m non Aristophanes aliquis aut Aristarchus commentatus sit. — Grammaticus scripsit de *Analogia* (*Varr.* 10. *L. L.* 68. et *alib.*); lexicographus vim investigavit vocum in variis dialectis (Ἀττικαὶ λέξεις etc.), in proverbiis (περὶ παροιμιῶν); locos poetarum obscuriores declaravit (περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης); bibliographus additamenta et emendationes in *Tabul.* Callim. invexit (*Athen. p.* 408.); non invenit accentus, nec interpunctionem, uti vulgo creditur, sed rectiorem et communiorem usum accentuum linguæ Græcæ reddidit (*Lenz, Herod. rell. I. préf. p. XXXVII*); editor denique fuit non solum Homeri sed etiam Hesiodi, Alcæi, Anacreontis, Pindari et majorum ex tragicis comicisque auctoribus (*Quintil.* 1. 1. 15). — Ejus fragmenta edidit *Nauck, Arist. Byz. gramm. Alexandrini fragm.* Halle 1848. — 3.º) Item Mallotes, scriptor rei rusticæ, memoratus *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8. ¶ 2. In titulo Caralitano cogn. *Corp. I. L.* 10. 7651.

ĂRISTŎPHĂNĒUS v. Aristophanius, a, um, adject. (Ἀριστοφάνειος) ad Aristophanem comicum pertinens, quod *V.* in *Lexico.* — Usurpatur etiam absolute. *Serv. gr. IV.* 458. *de metr. iamb.* Aristophanium constat monometro hypercatalecto. *Censorin. fragm.* 15. Aristophanius fit heroico. — Hinc cogn. mul. *Aristophania* (Ἀριστοφάνεια). *Corp. I. L.* 12. 558.

ĂRISTŎPHĂNĬCUS, a, um, adject. (Ἀριστοφανικός) idem qui Aristophaneus. *Hieronym.* in *Is.* 54. 11 (*p.* 638. *Vall.*). Illud Aristophanicum. *h. e.* dictum Aristophanis.

ĂRISTŎPHON, ontis, m. 3. Ἀριστοφῶν, *optime lucens.* ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Thasius, ut videtur, Aglaophontis filius et discipulus, Polygnoti frater. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (138). Aristophon (*laudatur*) Ancæo vulnerato ab apro cum socia doloris Astypalæa numerosaque tabula, in qua sunt Priamus, Helena, Credulitas, Ulysses, Deiphobus, Dolus (Cf. *Plut. de aud. poet.* 3). *Id. ibid.* illum *primis proximum* dicit (V. *Kroker, Gleichn. gr. Künstl.* 23. *sqq.*). — 2.º) Item Agenlensis, Demostrati filius, orator Atheniensis, qui, archonte Euclide, legem scripsit, ne quis civis haberetur, nisi qui matre libera natus esset (Cf. *Charist.* apud *Athen.* 13. *p.* 577). Memorat *Quintil.* 5. 12. 10. — 3.º) Item vates Macedonicus, apud *Tertull. anim.* 46., qui tamen incertus erat; inquit enim: Aristodemus vel Aristophon conjectant etc. ¶ 2. in titulis cogn. *Inscr.* apud *Fabretti* 751. *n.* 583.

ĂRISTŎPHONTĒS, is, m. 3. (*optimatum interfector*) ¶ 1. Est persona comica in *Plaut. Capt.* 527. et *alib.* ¶ 2. Item Atheneus quidam, apud *Fulg.* 3. *Myth.* 6. In libris, qui *disarestia* nuncupantur, hanc fabulam (*Psychæ* et *Cupidinis*) « inormi verborum circuitu prodidit ».

ĂRISTŎRĬDĒS. *V.* **ARESTOR.**

ĂRISTŎTĔLĒS, is, m. 3. (Ἀριστοτέλης, *optimas perfectus* v. *optimus finis*) nom. vir. Gr. — *a)* Scribitur haud raro *Aristoteles*, ut *Cic.* 1. *Nat. D.* 33. 93. *Gell.* 1. 11. 17., *Colum.* 7. 3. 12. — *b)* Declinat.: Genet. *Aristoteli* apud *Cic.* 13. *Att.* 28., *Gell.* 4. 11. 4. et *Apul. Apol.* (Cf. *Achill.*). — Acc. *Aristotelem* habet *Cic.* 1. *Orat.* 10. 43. et *alib.*, *Quintil.* 1. 6. 28., *al.* — *Aristotelen*, Græca positione, *Juvenal.* 2. 6., *Censorin.* 14. 16. *Tertull. anim.* 12. — *c)* In antiquis MSS. confusum fuisse hoc nomen cum Aristæo demonstrat *Dübner* ad *Justin.* 13. 7. 1.

Aristoteles ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est philosophus antiquorum maximus, Nichomachi medici et Phæstidiadis filius, natus Stagiris ann. a. Chr. 384 (*Suid.* in *v.* et *Diog. Laert.* 5. 1., coll. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. [106]).; hinc *Stagirites* (*Stagerites*) cognominatus (*Varro* 2. *R. R.* 1. 3). Memorant *Cic.* 5. *Fin.* 3. 7. Aristoteles princeps philosophorum, excepto Platone. *Id.* 2. *Acad.* (*pr.*) 43. 132. meo judicio in philosophia prope singularis. *Id. Orat.* 51. 172. Quis omnium doctior? quis acutior? quis in rebus vel inveniendis vel judicandis acrior fuit? *Id.* 1. *Tusc.* 4. 7. vir summo ingenio, scientia, copia. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 19. 17. (44). summus in omni doctrina vir - quinquaginta ferme volumina illa præclara de animalibus condidit. *Id.* 18. *ibid.* 34. 77. (335). vir immensæ subtilitatis. *Lactant. Ira* 10. 49. maximæ sectæ princeps. *Gell.* 19. 5. 10. vir doctissimus. *Hieronym.* in *ep.* ad *Tit.* 3. 9. dialecticorum princeps. *Quintil.* 10. 1. 83. Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suavitate, an inventionum acumine, an varietate operum, clariorem putem. *Colum.* 7. 3. 12. vir callidissimus rerum naturæ. *Arnob.* 3. *p.* 118. vir ingenio præpotens atque in doctrina præcipuus. Adde *Boet. Herm. sec.* 4. 10. *p.* 273. *M.*, *Vitr.* 7. *præf.* 2., *Justin.* 12. 16. 8. et *Apul. Mund. præf.* At *Lucian. Paras. p.* 862. Aristotelem parasitum vocat. *et Tertull. apol.* 46. adulatorem. *Epicur.* apud *Cic.* 1. *Nat. D.* 33. 93. eum contumeliosissime vexavit. *Suid.* et *Laert. ll. cc.* « Fuit Aristoteles parvus, gibbosus, deformis, balbutiens, sed excelluit ingenii magnitudine ». — Translate, pro statua philosophi. *Juvenal.* 2. 6. Si quis Aristotelem similem vel Pittacon emit. Cf. *Cic.* 4. *Att.* 10. — Adulescens Athenis se Platonis auditorem præbuit ann. 20. usque ad hujus philosophi decessum (a. 347); deinde, a Philippo, Macedoniæ rege, accitus (a. 342), magister et institutor fuit, usque ad ann. 335., filii Alexandri, quo regni gubernacula suscipiente, Athenas rediit et in Lyceo, suburbano gymnasio, scholam condidit, quæ nomen Peripateticæ accepit, quia ipse plerumque in portica et in umbrosis Lycei ambulacris cum suis discipulis disceptans deambulabat (περιεπάτει), ut refert *Cic.* 2. *Acad.* (*post.*) 4. 17.; et mane, ut ait *Gellius*, difficiliora (ἀκροαματικοὶ λόγοι), faciliora vespere (ἐξωτερικοὶ λόγοι) tradebat. — Is tamen æque ac Socrates impietatis (ἀσέβεια) ab invidis accusatus, Athenis profectus est et Chalcidem in Eubœa recessit, ubi paullo post, ann. 322., obiit 63. annos natus. — Ex Pythiade, prima uxore, filiam cognominem habuit et ex altera Herpyllide, filium Nicomachum, quo ejus Ethica nuncupatur, ac Theophrastum scholæ successorem suum reliquit. — Plurima opera Aristoteles, omnium Græcorum eruditissimus, scripsit, quarum pars intercidit, pars vero manca superest, si credimus *Laertio l. c.*, usque ad quadringenta in mille libros distributa, de disciplinis omnigenis, sc. *Logice* (Ὄργανον - κατηγόρ., περὶ ἑρμ., ἀναλυτ. πρ. et ὕστ., τοπικ. etc.), *Physice* (τὰ φυσικά, μετεωρολογικά, τ. ζῴων ἱστορίαι etc.), *Metaphysice* (τὰ μετὰ τ. φυσικ. vel potius πρώτη φιλοσοφία), *Mechanica* (τὰ μηχανικά), *Psychologia et Anthropologia* (περὶ ἀνθρ. φύσεως, περὶ ψυχῆς, τὰ φυσιογνωμονικά etc.), *Ethice* (μεγάλα ἠθικά v. Νικομάχεια), *Politice* (τὰ πολιτικά, οἰκονομικά), *Historia* (Ἀθην. πολιτεία), *Rhetorice* (ἡ ῥητορική), *Poetica* (ἡ ποιητική). Hæc autem a Sylla Romam translata Andronicus Rhodius, philosophus Peripateticus, primus in lucem edidit (*Plut. Syll.* 26), quorum scholia edenda curavit *Brandis*, et indices *Bonitz, Bussemacher, Dübner* et *Heitz*; fragmenta vero collegerunt *Rose, Müller, Mullach, Egger, Bernays.* — Aristotelis tamen ingenium in hisce lucubrationibus si ubique nitet, in Logica maxime excellit, cujus pater appellari meruit, quamque ei quasi divinitus revelatam dixit *Barthélemy St. Hil.* (*De la Logiq. d'Arist. II.* 319) et Euclidis geometriæ comparavit *Trendelenburg* (in *Log. Forsch.* Cf. etiam *Tertull. præscr.* 7. et *Cassiod.* 1. *Var.* 45); ubi methodum inductionis quæ dicitur, invexit Platoni e diametro oppositam, qua a singulari (τόδε τι), quod sensu percipitur, ad universale intellectu assurgitur. — Porro ea, quæ pertinent ad doctrinam Aristotelis physica et metaphysica, ad hæc redigi possunt, quæ agunt — *a)* De cognitione, cujus fontes sunt sensus et intellectus. Sensu percipitur singulare (τόδε τι v. οὐσία πρώτη), cui respondet in intellectu quod res est (τὸ τί ἐστιν v. οὐσία δευτέρα s. φύσις); οὐσία dicitur, qua consideratur quid sit (τὸ τί ἦν εἶναι); ὑπόστασις, qua spectatur formaliter ut substantia singularis: quis sit (τίς ἐστι). Hanc vero essentiam si singularibus communem intellectus invenit, ad conceptum universalem ascendit. Decem autem existunt suprema genera (κατηγορίαι), sc. *substantia* (οὐσία), *quantitas* (ποσόν) etc. E duobus autem divisis aut junctis conceptibus oritur judicium et ex duobus judiciis conclusio, quæ si ab universali transit ad particulare, fit syllogismus (συλλογισμός), contra inductio (ἐπαγωγή). — *b)* De mundo: duo principia corporum sunt, materia (ὕλη) et forma (μορφή, εἶδος): ad materiam accedit forma et oritur substantia v. essentia concreta; negatio vero formæ debitæ vocatur privatio (στέρησις). In re vero aliqua per se spectata est potentia (δύναμις), forma rei actus (ἐντελέχεια), a qua secernenda est facultas agendi (ἐνέργεια); materia sine ulla forma concepta vocatur prima (ὕλη πρώτη), quæ quum sit mera potentia, re non existit. Præterea quum materia quasi substratum sit rerum omnium, debuit res omnes antecedere; non ergo orta est nec sine forma; hinc mundus nec initium habet nec finem, quia materia manet et formæ tantum immutantur. — *c)* De Deo: est Deus et quidem primus motor immobilis (πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον), qui debet esse actus purus, *entelechia* æterna, immutabilis, indelebilis et simplex, in quo scilicet nulla est compositio materiæ et formæ, et absoluta unitas intelligentis et intellecti (νόησις νοήσεως): ideo unus, ad quem omnia ab ipso mota tendunt; hæc autem unica est Dei actio in mundum; quare aliam in mundum directam ejus actionem et creationem rerum ex libris Aristotelis, quamvis *Brentano* et *Knauer* hoc velint, nullo modo argui posse *Stöckl* et *Zeller* demonstrant. — *d)* De homine: anima humana est forma seu *entelechia* vitæ physicæ et organicæ (ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ), cui quinque insunt potentiæ seu facultates, præcipua vero intellectualis. Intellectus autem ita distinguitur, ut sit activus (νοῦς ποιητικός), qui phantasmata sensu percepta illuminat et intelligibilia facit; passivus (νοῦς παθητικός), qui abstractas formas, illuminatas et intelligibiles, suscipit; ratio (διάνοια), quæ ab intellectu logice tantum differt, ideas componit ac judicia efformat atque conclusiones. Intellectus vero (νοῦς) est aliquid supra animam (ψυχή), quæ a parentibus per semen traditur cuique intellectus, divinum quiddam, simplex, extrinsecus (θύραθεν) adveniens, tum demum accedit: illa cum corpore perit, hic manet, quod tamen adfirmat philosophus, non probat. Quod autem hic νοῦς sit ipse animus, non intelligendi facultas, censent *Thomas Aquin., Brentano, Brandis, Trendelenburg, Farges*, ita ut animum humanum spiritualem esse et immortalem docuisset Aristoteles, præsertim inspecto Ethicæ Nicomacheæ lib. I. c. XI., huic doctrinæ consentaneo; alii contra locos Aristotelicos *de Anim.* aliter interpretantur (V. *Croiset, IV. p.* 721): ita de immortalitate animæ inclara esset ejus sententia, Platone hac in re inferior, qui diserte illam asserit ac demonstrat. Addimus ab eo defendi, servitutem non modo esse licitam sed in ipso naturali jure habere fundamentum; infantes vitiis affectos exponendos, supernumerarios vero exstinguendos in semine; obscœna quælibet a juvenibus removenda eosque in gymnastica, musica et in scribendi pingendique arte instruendos; hanc autem institutionem eo tendere debere ut, quod caput est, ad virtutis amorem cultumque adulescentulorum informentur animi; præterea optimam regiminis civilis formam esse regiam (βασιλεία); ceterum eam præferendam, quæ ad commune bonum melius conducit. — De his tamen aliisque doctrinis, in quibus proba malis sunt admixta, deficiente christianæ fidei lumine, consu-

lantur præter laudatos auctores *Lewes, Arist. Lond.* 1864.; *Grote, Aristotle,* 1880.; *Wilamowitz-Möllendorf, Arist. u. Athen.* 1892. et *Kaufmann, D. teleol. Naturph. d. Arist.* 1893. — 2.º) Alii apud *Liv.* 36. 21. (*V.* BATTUS), *Cic.* 13. *Fam.* 52., *Justin.* 13. 7. 1. et *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 1255. ¶ 2. In titulis cogn. *V.* LICINIUS.

ĂRISTŎTĔLĒUS v. Aristotelius, a, um, adject. (Ἀριστοτέλειος), ad Aristotelem philosophum pertinens. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 71. Aristotelia vis. *Id.* 7. *Fam.* 19. topica. *Id.* 3. *Fin.* 3. 10. commentarii (Cf. 13. *Att.* 19. Ἀριστοτέλειον morem). *Id. Top.* 1. 3. Hæc Aristotelia (*al.* Aristotelica) se ignorare. *Hieronym. ep.* 48. Aristotelea illa vel de Gorgiæ fontibus manantia.

ĂRISTŎTĔLĬCUS, a, um, adject. (Ἀριστοτελικός) idem quod Aristoteleus. *Macrob.* 2. *Somn.* 14. 7. Aristotelica argumentatio. *et ibid.* 22. ratiocinatio. *Boet. herm. sec.* 41. *p.* 26. propositio. *Id. ibid.* 3. 9. *p.* 192. subtilitas. *Iren.* 2. 14. 5. minutiloquium circa quæstiones, cum sit Aristotelicum inferre etc. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 448. Platonicum illud vel Aristotelicum. — Hinc absolute

Aristotelici, ōrum, m. plur. 2. discipuli Aristotelis (*Gloss. III.* 510. 37). *Serv. gramm. IV.* 405. 9. Definitio etiam Aristotelicorum. Adde *Pompon. gramm. V.* 134. 9. et *Rufin.* 8. *Recogn.* 7.

ĂRISTŎTĪMUS, i, m. 2. (Ἀριστότιμος, *optimatium decus*) Eleorum tyrannus. *Justin.* 26. 1. 4.

ĂRISTOXĔNUS, i, m. 2. (Ἀριστόξενος, *princeps peregrinorum*) ¶ 1. Fuit musicus insignis idemque philosophus, Aristotelis auditor (*Cic.* 1. *Tusc.* 10. 19. et *Gell.* 4. 11. 4.), filius Spintharl musici; Tarentinus, post Aristotelem maximus inter Græcos polyhistor. Memoratur præterea — *a)* Proprie. *Vitr.* 5. 4. 1. Aristoxeni scripturæ. *Cic.* 1. *Tusc.* 11. 24. harmonia. Adde *Censorin.* 5. *Nat.* 2. 12., *Lactant.* 7. *Inst.* 13. 9., *Boet. mus.* sæpe. — *b)* Translate. *Varr. Men.* 360. Tuus ipse frater cibarius (*quasi* collactaneus) fuit Aristoxenus. *i. e.* quivis malus musicus. Adde *Vitr.* 1. 1. 13. — Scripsit primus fortasse historias philosophorum et litteratorum (Βίοι ἀνδρῶν). Ejus vero libri CCCCLIII. recensentur a *Suid.*, quorum tituli aliquot et fragmenta supersunt a *Müller* collecta (*Fragm. Hist. Gr. II.* 262-292). — De eo plura *V.* apud veteres *Diog. Laert.* 2. 20. et *Ælian. H. A.* 2. 11. et recentiores, *Westphal, Uebers.* 1883.; *Jan, Philol. XXIX.* 300., imprimis *Ueberweg, Grundriss d. Philos. d. Gr.* 8.ª ed. Berlin (1894) *p.* 252. *sqq.*

ĂRISTRĀTUS, i, m. 2. (Ἀρίστρατος, *optimus bellator*) Sicyoniorum tyrannus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (109).

ĂRISTUS, i, m. 2. (Ἄριστος, *optimus*) ¶ 1. Speciatim ac præcipue — 1.º) Fuit notissimus philosophus veteris Academiæ, frater Antiochi, hospes et familiaris Ciceronis et magister M. Bruti. *Cic. Brut.* 97. 332., coll. *Plut. Brut.* 3. — 2.º) Item chirurgus, cujus emplastrum ad omne recens vulnus describit *Scribon. Compos.* 209. ¶ 2. Generatim nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9619. et *ibid.* 4873. — *Arista(a), æ, -enis(æ)*, Ἀρίστη, nom. et cogn. mul. *Ibid.* 15085. et 9. 2824. — *Arista*, nom. etiam equæ. *Ibid.* 6. 10056. 16. — Hinc *Aristilla*, demin. *Ibid.* 8. 4917. — Hinc quoque: *Aristæus* (Ἀρισταῖος), Apollinis filius (*Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 45.) ex Cyrene, Penei seu Hypsei filia (*Hygin. fab.* 161. et 2. *Astr.* 4), Autonoes maritus et Actæonis pater (*Id. fab.* 180. et 247). — Porro Cyrene, ut fabula narrat, eximiæ pulcritudinis virgo, ab Apolline rapta ac vitiata quattuor mares peperit, ex quibus Aristæus in Arcadia diu regnavit primusque dicitur homines olivæ, coaguli lactis mellisque usum solstitialesque ortus sideris docuisse (Cf. *Justin.* 13. 7). Pastor etiam fuit et quum Euridicem nympham, Orphei uxorem, vitiare voluisset et illa fugiens a serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cuncta animalia et apes amisit: quas reparare ex bubulis visceribus putrefactis, monstrante matre, didicit, uti referunt *Virg.* 4. *G.* 317. et *Serv. ibid.* Hinc *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 8. « Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerno, Triptolemo fruges, poma det Alcinoo? » — Quod abiit in proverbium. *V.* NOCTUA. — Docuit insuper rei agrariæ et rusticæ disciplinæ culturam, per Thessaliam, Arcadiam et insulas Græcas, imprimis Ceam, propagatam (Cf. *Colum.* 1. *præf.* 32) et ovium curam (*Pind. Pyth.* 9. 104. *sqq.* et *Virg.* 4. *G.* 285). — Post mortem divinos honores obtinuit atque una cum Libero patre apud Syracusanos in templo consecratus est (*Cic.* 4. *Verr.* 57. 128., coll. *Schol.* ad *Germ. Arat.* 285), immo apud Arcadas pro Jove cultus (*Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 14.). — Ejus effigies in nummis Ceæ insulæ visitur apud *Eckhel*, 2. *p.* 326. et 327., coll. *p.* 180. Alia insuper monumenta artis videsis apud *Blondel* in *Daremberg* et *Saglio I.* 424.; *Welcker. Gr. Götterl. I.* 489.; *Preller-Plew, Gr. Myth. I.* 372. *sqq.* et *Roschers Lex. II.* 1716. *sqq.* — Ceterum quæ illi uni tribuuntur, pluribus fortasse adjudicanda.

ĂRĬTHMI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀριθμοί) Numeri, titulus libri quarti Pentateuchi, ita dicti ex eo quod ibi dinumerantur bellatores Israelis, primogeniti ac levitæ, præter leges Hebræis datas eorumque historiam in deserto. *Tertull.* 4. *c. Marc.* 22.

ĂRĬTHMĬO, ōnis, m. 3. (ἀρίθμιος, *numerandus*) cogn. libert. Græc. demin. *Inscr.* apud *Momms. n.* 3297.

ĀRĬTĬUM, ii, n. 2. (Ἀρίτιον) oppidum Lusitaniæ, nunc *Alvéga*, in *Itin. Ant. p.* 418. — Hinc *Aritiensis*, ad Aritium pertinens. *Corp. I. L.* 2. 172 (a. 37).

ĀRĪUS, a, um, adject. Thraciæ incola. *V.* ARII.

ĀRĪUS, ii, m. 2. (Ἄρειος v. Ἄριος) Scribitur etiam *Arēus* et *Arrius.* — Licenter primam produxit geminata litt. *r*, et secundam corripuit *Prudent. Psych.* 794. Sic *Sedul. carm. pasch.* 1. 300., *Arat. act. Ap.* 1. 444. et *Venant.* in *vit. s. Mart.* 1. 108. — Origo nominis est ab *Ares*, unde *Areos* et *Arios.*

Arius ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) In fabulis, Centauri nomen. *Ovid.* 12. *Met.* 310. — 2.º) Item Assyriorum rex. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 91. Assyriorum IV. Arius a. XXX. (*Eus.* Ἄρειος: *Jornand. Rom.* 16). Sed *Augustin.* 18. *Civ. D.* 3. Quintus erat rex Arrius. Adde *Cassiod. chron.* 2. 121. 12. — 3.º) Item Arius I., rex Spartæ, ex familia Agidarum a. 309-265. Memoratur *Vulg.* 1. *Mach.* 12. 22. (20). et *Justin.* 54. 1, 4. ex hist. Philarchi. — De ejus nummis *Sallet, Num. Ztschr. II.* 1875. — 4.º) Item Thraciæ incola (*V.* ARIA). — 5.º) Item Julius mensis, ita dictus Bithyniensium lingua. *Gloss. V.* 168. 12 (Cf. *Kubitschek, PW.* 2. 626). — 6.º) Item Alexandrinus philosophus. *Senec.* 6. *Dial.* 4. 2., *Quintil.* 2. 15. 36. et *Sueton. Aug.* 89. *Tertull. anim.* 54. Apud Arium in aerem (*sublimantur animæ sapientes* 55). — 7.º) Item hæresiarcha famosissimus, Alexandrinus vel ex Libya Cyrenaica oriundus, temporibus Constantini M. Memoratur *Prudent. Psych. loc. cit.* Hac sese occultant Photinus et Arrius arte. *Sedul. loc. cit.* Arrius infelix. *Venant. loc. cit.* Dogmaque, sacrilego quod fuderat Arrius ore. *Ambros. serm.* 42. Arrium archipiratam, qui nos per mare sæculi adinstar Pharaonis insequitur, non timemus. Adde *eund. de fid. orth. c.* 2., *Augustin. hær.* 49., *Cassiod.* 3. *Hist. trip.* 10. et *alib.* — Hic dialecticæ artis satis expertus cœpit de re dogmatica disputare et, quod caput est, Verbum (Λόγος), Dei filium, Deum et ipsum esse negavit in suo libro, quem *Thalia* (Θάλεια) inscripsit; dumque ajebat Deum unum esse ingenitum (ἀγέννητος) nec principium habere (ἄναρχος), contra, Verbum principium habuisse, nempe generatum fuisse seu creatum adfirmabat (οὐκ ἦν πρὶν γένηται ἀλλὰ ἀρχὴν τοῦ κτίζεσθαι ἔσχε καὶ αὐτός); generandi enim et creandi verba promiscue adhibebat. Non ergo erat Verbum ante quam gigneretur, aut Deus non semper fuit Pater; qui creare quum voluisset, prius Verbum fecit ex nihilo (ἐξ οὐκ ὄντων), per quod tamquam ministrum cetera creavit. Unde sequebatur, Filium non eandem habere cum Patre substantiam (οὐδὲ γάρ ἐστιν ἴσος ἀλλ' οὐδὲ ὁμοούσιος αὐτῷ) ab eoque et natura et proprietatibus penitus differre (ἀνόμοιος κατὰ πάντα τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας καὶ ἰδιότητος); idcirco Deum appellatum improprie (καταχρηστικῶς), per denominationem vel per adoptionem creaturarum rationalium instar, quamvis creatura (κτίσμα, ποίημα) esset ipse perfecta et immutabilis (ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος). Quapropter in divina Trinitate tres admittebat substantias (ὑποστάσεις), non solum sejunctas sed natura inter se diversas et gloria absolute et infinite dissimiles (ἀνόμοιοι πάμπαν ἀλλήλων ταῖς τε οὐσίαις καὶ δόξαις εἰσὶν ἐπ' ἄπειρον), ita ut, unitate Dei (μονάς) manente, secunda persona a prima extrinsecus oriatur, tertia a secunda, hujus opus perfectissimum, ideoque una (Πατήρ) non creata, dum reliquæ (Υἱός καὶ Πνεῦμα) sint creatæ. Hinc persona in Christo non est vere divina; nec corpus cum anima humana (ἄψυχον σῶμα ἄλογον), ut servetur unitas personæ, cui præsentia Verbi et animæ simul existentium nocuisset. Idcirco δοκήσει seu, uti ajunt, putative tantum homo fuisset Christus; unde sequebatur, eam tantummodo carnem (σάρκωσιν), non autem humanitatem (ἐνανθρώπησιν) seu humanam naturam, assumpsisse. Cf. *Athanas. de incarnat. p.* 495., *Ambros. de fid.* 3., *Fulgent. ad Trasim. c.* 7., *Philastr. hær.* 44. etc. Attamen in Arii scriptis, quæ supersunt, hæc sententia de anima humana in Christo excludenda, quam suppleat Verbum, non legitur; sed auctores adfirmant hoc illum docuisse a Luciano traditum; ceterum Ariani ita profecto sentiebant V. *Tixeront, Hist. d. dogm.*, coll. *Theodoret. hær. V.* 11. et *Caspari, Quellen IV.* — Hoc autem doctrinæ monstrum, quod Arius partim a Platone (*Petau, de Trin. I.* et *Ritter, Hist. d. phil. chrét. V.* Cf. *Plat.* in *Phædr.* 245), partim ab Aristotele (*Baur, die Christl. Lehre* etc. *I.* 184) et Philone ac Luciano composuerat et Dionysii Alex., Origenis aliorumque sententiis et sacrarum litterarum (*Prov.* 8. 22., *Rom.* 8. 29., *Col.* 1. 15. etc.) locis male intellectis defenderat, Conc. Nicænum, definiens Filium esse consubstantialem Patri (ὁμοούσιος τῷ Πατρί) an. 325. damnavit ejusque auctorem exsilio punivit; a quo tamen, opera præsertim asseclarum Eusebii Nicomediensis, qui Ario favebat, et decepti imperatoris assensu liberatus, ut ab Alexandro, Constantinopolitano episcopo, in communionem reciperetur, qui jam professioni fidei Nicænæ se adhærere falso adfirmabat, Constantinopolim rediit more triumphali; sed « vidi inquit psaltes (*Ps.* 36. 37), impium superexaltatum, et quæsivi eum et non est inventus locus ejus ». Sane dum Arius in templum sollemniter ducebatur, probroso morbo deprehensus, mox turpi morte decessit an. 336 (V. *Cassiod. op. cit.* 1. 18. et 3. 10). — Fragmenta operis, Θάλεια (*convictus*) inscripti, exstant apud *Athan., Orat. c. Arian. I.* 2. 10. et *de synhod. c.* 16.; item *epist. ad Euseb. Nicom.* apud *Theod. Hist. Eccl. I.* 4. et *ad Alexandr.*, ep. Alexandriæ, et *al.* minora. — De eo plurima disces ab *Athanas., Greg. Naz.* et *Nyss., Basil., Hilar., Ambros., Augustin.* Cf. etiam *Newmann, Gwatkin, Cinti, Loofs, Batiffol.* — 8.º) Item Arius alter, præcedentis fautor, apud *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 13., coll. *Hilar. Op. Hist. fragm.* 2. *n.* 28.: hunc non eundem esse cum illo ex eo arguitur, quod Arianarum partium fidei subscripsisse dicatur *Epiph. hær.* 69. duo Arii (Cf. *Socrat. Hist.* 1. 6). — 9.º) Item episcopus Petræ in Palæstina, qui sub Constantio imp. floruit fidemque catholicam contra Arianos propugnavit. *Hilar. Op. Hist. fragm.* 2. 4. 7. et 15., coll. *Athan. ep. ad Solit. p.* 820. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 13. 3097. e. Areus *et* Arius. Sic fortasse *ibid.* 3. 925. Areo. — *Aria*, cogn. mul. *Ibid.* 10. 275.; 9. 5569. *V.* ARIA. — Derivata *Arianus* (*a, um*), Ἀρειανός, Arianorum fautor. *V.* suo loc. — *Arianicus* (*a, um*), Ἀρειανικός, idem quod Arianus. *Novell.* 42. 1. — *Ariomanitæ* (*arum*), Arii fautores, ab Ἄρειος et μανία. *Avell. p.* 210., *Hilar. Trin.* 7. 7. et *Op. Hist. frg.* 2. 3.

ĀRĬUS, ii, m. 2. amnis Bithyniæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (148). *Sillig.* leg. *Areus.*

ĀRĬŪSĬUS, a, um, adject. ad Ariusiam (Ἀριουσίαν), Chii regionem, pertinens. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 7. 9. (73). In summa gloria post Homerica illa (*vina*) ex Chio, quod Ariusium (*al.* Arvisium) vocant. *Virg.* 5. *Ecl.* 70. in umbra Vina novum fundam calathis Ariusia nectar. *Sil. It.* 7. 210. ambrosiis Ariusia pocula sucis. Adde *Marc. med.* 27. 7. et *Corp. Inscr. Lat.* 15. 4587.

ARIXO, onis, m. 3. Gallorum in Aquitania deus

vel Martis, ut videtur, cognomen. *Corp. Inscr. Lat.* (A)RIX(ONI) DEO. *et* 366. MARTI ARIXONI. — *Ibid.* et 365. ARIXO DEO.

ARMĂGĔDŌN (Armageddon), indecl. Vox est Hebr. composita ex *har* « mons v. regio montana » et *Megiddo* vel *Megeddo*, quæ pars est occidentalis vallis Esdrelon in Galilæa, ubi oppidum cognomine, hodie *Ledjun*, Gr. Ἀρμαγεδδών, locus celeber temporibus Judicum et Regum; ibi enim maxima prœlia commissa sunt inter Israelitas et Chananæos. Hic ideo erit tamquam campus, ubi extremum bellum Deo erunt illaturi reges rebelles in fine mundi, ut interpretes quidam intelligunt obscura verba *Joh. Apoc.* 16. 16. « congregabit illos in locum, qui vocatur hebraice Armagedon ». Quæ ceteroquin verba non in litteralem sed potius in mysticum sensum accipienda sunt. Cf. *Ezech.* 39. 2-4. Alii volunt locum esse prope Jerusalem et vallem Josaphat, nunc ignotum, ubi judicium universale futurum sit. Viderint eruditi. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 80. ita vocem interpretatur: « Armageddon consurrectio tecti sive consurrectio in priora, sed melius mons a latrunculis vel mons globosus ».

ARMĀTUS, i, m. 2. (ab *armo*, vel ἅρμα, *currus*, quasi curulis) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit consul cum Flavio Basilisco tyranno anno post Chr. 476., postremo imperii Rom. occidentalis. *Marc. chron., Avell. p.* 138. et *Vict. Tunn. chron. II.* 189. — 2.º) Item deus epichorius Delmatinus. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 14320. ¶ 2. In titulis — 1.º) Gen. masc. — *a)* Est cogn. vir. *Corp. I. L.* 5. 6404. — *b)* Item nom. equi. *Ibid.* 6. 10056. — 2.º) Gen. fem. — *a)* Est nom. mul. *Ibid.* 10. 3589. — *b)* Item nom. navis Liburnæ. *Inscr.* in *Boll. Nap.* a. 1860. *p.* 22.

ARMĒNĒ, es, f. 1. (Ἀρμένη *Strab.*, Ἀρμήνη *Xenoph.* et cum aspiratione Ἁρμένη *Scyl.*) oppidum Paphlagoniæ. *Mel.* 1. 104. De eo *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (6). « Fuit et oppidum eodem nomine (*Carambis*) et aliud inde Armene, nunc est Colonia Sinope ». Adde *Ravenn. p.* 100., ubi *Armone.*

ARMĒNĒS, is, et Armenas, æ, m. 1. (Ἀρμένας) ¶ 1. Fuit Nabidis tyranni filius, Lacedæmonius, quem T. Quinctius Flamininus, victo patre (a. ant. Chr. 196), obsidem ante currum triumphalem Romam duxit, ubi decessit. *Liv.* 34. 52., coll. *Eutrop.* 4. 2. 3. et *Polyb.* 20. 13. 4. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 7049.

ARMĔNĬA, æ, f. 1. (Ἀρμενία) nom. regionis. — *a)* In libris legitur nonnunquam *Arminia;* et etiam *Armœnia* in *Not. Tir.* 85. et in codd. haud raro. — *b)* Etymon nominis ducit ab Hebr. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 2. « Ararat Armenia sive mons vellicatus ». Historici Armenii antiquissimi testantur ab *Aram*, ex posteris Haic (*Haikh*, plur. ex *Hai*: cf. *Mos. Chor. I.* 10. et *Kiepert, Akad. M.-Ber. Berl.* 216. *sqq.*) eam fuisse denominatam, qui, late finibus terræ suæ prolatis, eidem nomen suum reliquisset: vel ab Hebr. *ăram* « altus », quod quadrat in hujus regionis naturam (cf. *Rosenmüller, Handb.* etc. *I. p.* 267): vel ab *Arga*, minus probabiliter (*Spiegel, Beitr. z. vergl. Sprachf. I.* 131), invitis *Lenormant* et *Max Müller:* vel ab Hebr. *hăr* « mons » et Zend. *mino* « cælum » (*Wahl, Asien p.* 807): aut potius *ar-Minni*, ut in *Targ. Jonath.* ad *Jer.* 51. 27., ubi *Menni* (*Minni*) tantum legitur, alia ejusdem regionis denominatio (*Bochart., Phaleg.* 1. 3., coll. *Gesen. Thes.* 390). — *c)* Nomina: Hebr. Arārat. (*Urarthu* v. *Urtu* in tabulis cuneatis, *Sayce, Cuneif. Inscr. of West. As.* II. 48) apud *Is.* 37. 38. — Menni (*Minni*) apud *Jer.* 51. 27. — Thogormah apud *Ezech.* 27. 14. et 28. 6. et *alib.* LXX. Θοργαμά) — Terra Aram v. Haic Haiastan v. Hoiasdan, ut est hodie, sc. *sedes* v. *domus Hai* v. *Haic.* — Monumentum antiquius, ubi legitur *Armenia*, est ingens inscriptio Darei ad *Bēistun*, in qua sæpe occurrit *A-r-mi-n-a*, unde apud *Herod.* 3. 93., *LXX.* aliosque Ἀρμενία hæc regio est appellata (V. *Rawlinson, Herod. IV. ess. III.* et *Hyvernat* in *Dict. Bibl.* etc. *I.* 1000. *sqq.*). Aliquando apud poetas Niphates, montium series australis, pro Armenia usurpatur. *Virg.* 3. *G.* 30. et *Horat.* 2. *Od.* 9. 19.

Armenia, Asiæ edita regio, inter montem Taurum a meridie et Caucasum a septentrione, a Cappadocia usque ad mare Caspium porrecta (*Justin.* 4. 2. 2. et *Isid.* 14. *Orig.* 3. 35.); vel accuratius inter Cappadociam ad orientem sita, Colchidem et Iberiam ad septentr., Mediam Atropatenem et Adiabenem ad occid., Osroenem et Commagenem ad merid. (Cf. *Schweiger-Lercenfeld, Armen.* Jena 1878. et *le Centr. de l'Armen.* etc. *IV.* 24. in *Langlois Collect. d. hist. anc. et mod. de l'Armen. I.* 361), fluviis Tigride, Araxe et Euphrate irrigata, qui eam in duas partes dividit, *Majorem* (Ἀρμ. μεγάλη v. μείζων), nempe provinc. *Erzerum, Kars, Wan* et *Eriwan*), et *Minorem* (Ἀρμ. μικρά v. βραχυτέρα) trans Euphratem, fortasse quæ nunc *Anatolia.* Hinc — 1.º) Generatim. *Lucan.* 2. 638. populos utraque vagantes Armenia. *Flor. epit.* 1. 40. Utræque Armeniæ. Adde *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 3. (9)., *Mel.* 3. 5. 5., *Ammian.* 17. 5. 6., *al.* — Translate pro incolis. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 78. Pannoniusque ferox arcuque fugaci Armenia. *et* 5. *ibid.* 2. 33. Indocilem - fero servire Neroni Armeniam. Cf. *Vellej.* 2. 100. 1. et *Flor. epit.* 2. 32. — 2.º) Speciatim — *a) Major*, regio montana inter Euxinum mare, Caspium, Mediterraneum et Persicum sinum, fuse describitur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 9. (25). Adde *Solin.* 37. et 48., *Capell.* 6. *p.* 222. et *alib.*, *Ammian.* 18. 6. 20. — Attamen veteres videntur aliquando Armeniam cum Assyria commutasse nec ejus fines probe cognovisse (Cf. *Herod., Ptolem., Strabon., al.*). — Primi incolæ fuisse videntur posteri Magog (*Gen.* 10. 2), alterius geniti Japhet, ab *Herod.* 3. 94. Ἀλαρόδιοι nuncupati, qui regnum, ab Assyriis *Urarthu* dictum, condiderunt potentissimum, ut ex magnis inscriptt. ibi repertis colligitur (V. *Lenormant, Les orig. II.* 470. et *Perrot, Hist. de l'art dans l'antiq. II.* 756), cujus reges memorantur *Is.* 37. 38. et 4. *Reg.* 18. et *alib.*, coll. *Mos. Choren., Hist. d'Armen.* apud *Langlois loc. cit.* Alia postea gens Arianæ stirpis seu posteri Thogormah (*Gen.* 10. 3.), tertii filii Gomer, partem Armeniæ occidentalem occuparunt, Thogormah ab ejusdem gentis conditore denominatam (*Ezech. loc. cit.*), sæc. septimo a. Chr. ad finem vergente (*Lenormant, Hist. I.* 204). Utraque gens olim libera Chaldæis deinde et Assyriis an. circ. a. Chr. 580 subjacuit; sed tempore Arbacis, Medorum satrapæ, excusso jugo, proprios reges iterum habuit ex familia Haicanorum usque ad Tigranem I., qui fines regni prolatavit Medosque et Cappadoces sibi vectigales fecit; deinde tamen sub Cyro Persis paruit, mox Alexandro M. et Seleucidis; postea Parthorum regi Arsaci VI., qui Armeniam sibi subdidit ac fratri dedit, an. 149., a quo Arsacidarum familia ibi regnavit; postremo in potestatem Romanorum pervenit, tempore Antonii a. U. C. 720.; sed dein varias subiit vices, donec circ. an. 420. post Chr. regnum ejus omnino deletum est. Cf. *Mon. Ancyr.* 5. 24., *Eutrop.* 8. 3. et 9. 25., *Spartian. Hadr.* 21. et *Carac.* 6., *Capitolin. Ant. Pius* 9. et *Macrin.* 12., *Vopisc. Aur.* 30. et *Ammian.* 17. 5. 6. — *b) Minor*, quæ sola mansit a Trajani tempore sub potestate Romanorum, fuit in duas provincias, *primam* et *secundam*, divisa (*Notit. Dign. or.* 1., 2. et 23); mox in quattuor sub Justiniano imp. *Nov. Just.* 31. 1. « Quattuor fecimus Armenias, aliam quidem interiorem (*primam*) et 1. 1. secundam. 1. 2. tertiam. 1. 3. quartam ». *et ibid.* « proconsulem - primæ præsidentem Armeniæ, comitem vero tertiæ, secundæ autem et quartæ ordinarios ». — De Armenia plura videsis apud *Mos. Chor. Hist. Arm.* et recentiores *Cappelletti, L'Armenia*, Firenze 1841. *t.* 3.; *Lagarde, Arm. Stud.*, Götting. 1877.; *Brosset, Coll. d'hist. Arm.* Petersb. 1874-76.; *Müller* et *Hyvernat, Du Caucas. au golf. Pers. à trav. l'Arm.* Paris 1892.; *Alischan, Ajrarat*, Vened. 1890 (Armen.) et *Hyvernat loc. cit.* 1902. — Hinc

Armeniacus, a, um, adject. (Ἀρμενιακός) ad Armeniam pertinens. *Spartian. Car.* 6. Armeniacum bellum. *h. e.* a Caracalla Armeniis illatum (*Corp. I. L.* 6. 1497). *Plin.* 30. *Hist. nat.* 2. 6. (16). triumphus. *Inscr.* apud *De Rossi I.* 355. civis. *Notit. Dign. or.* 7. 18. et 49. legio prima. *Corp. I. L.* 8. 965. victoria. — Est etiam titulus imperatorum ut *M. Aurelii et Veri, Caracallæ, Constantii Chlori, Diocletiani, Constantini, al.* Hinc *Fronto p.* 121. 5. *N.* Ad nomen Armeniaci, quod recusaverat (*M. Aurelius imp.*), sumendum. Adde *Corp. Inscr. Lat.* 7. 1211. — In hanc tituli formam solves potius, quam in rariorem *Armenicum*, ubicumque *Arm. Armen.*, sim. breviata in inscriptt. legeris. — Absolute *Armeniaca, æ*, f. 1. et *Armeniacum, i*, n. 2. V. in *Lexic.*

Armenicus, a, um, adject. (Ἀρμενικός) idem qui Armeniacus. *Solin.* 55. Armenicus limes. *Fulg. æt. mund.* 11. *p.* 169. *H.* Tigranes. — *Spartian. Pesc.* 4. Trecenti Armenici et centum Sarmatæ. — Titulus imperatorum. apud *Capitolin. Ver.* 7. et *Corp. Inscr. Lat.* 3. 578.

Armenii (Armeni), m. plur. 2. *V.* voc. seq.

Armenius, a, um, adject. (Ἀρμένιος) ¶ 1. Est idem qui Armeniacus. — *a)* Generatim. *Varro* 5. *L. L.* 20. Armenia lingua. *Cic.* 2. *Att.* 7. reges. *Ovid.* 8. *Met.* 121. et 15. *ibid.* 86. « tigres » quibus Armenia abundat. Sic *Virg.* 3. *Ecl.* 29., *Propert.* 1. 9. 19. et *Tibull.* 3. 6. 15. *Nep. Dat.* 8. pedites. *Flor.* 4. 2. triumphi. — *Armeniæ pylæ* v. *portæ* (αἱ Ἀρμενίων πύλαι *Strab.*), de quibus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 27. (99). Taurus - ubi se populis aperit, portarum tamen nomine unitatem sibi vindicans, quæ alibi Armeniæ, alibi Caspiæ etc. Adde *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Mel.* 1. 81., *Solin.* 38. — *b)* Speciatim, ad Armenium quendam pertinens. *Coripp. Joh.* 4. 426. Armenia cædes. *i. e.* Artabani Armenii. — Hinc absolute *Armenius*, Armeniæ incola. *Corp. I. L.* 3. 3109. — Collective. *Horat.* 1. *Ep.* 12. 26. Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. *et Hieronym. ep.* 107. deponit pharetras. — Et in plur. num. *Armenii*, apud *Lucan.* 2. 593., *Martial.* 5. 7. et 59. et *Justin.* 10. 3. — De Armeniorum indole. *Tac.* 2. *Ann.* 56. Gens ambigua - discordes sunt, adversus Romanos odio et in Parthum invidia. Adde 12. *ibid.* 46. — De moribus. *Claudian. carm.* 18. 47. edoctos mollire mares. *Veget.* 2. *Mulom.* 28. 35. Crines aliquos in tonsura equorum per ordinem derelinquunt. *Ibid.* 8. 531. eorum sagittandi peritia laudatur. — Armenios in Africam colonias duxisse testatur *Sall. Jug.* 18. Hinc *Not. Dign. or.* 5., ubi *Comites Sagittarii* dicuntur. *et Isid.* 69. *Orig.* 23. 6. pharetrati. Cf. *Hieronym. ep.* 107. ¶ 2. Est etiam nom. montis. *Jul. Hon. geogr. p.* 25. Armenius mons. *et ibid. p.* 30. de monte Armeno (*sic*). Ἀρμένιον ὄρος. ¶ 3. Item nom. pers. — *a)* Est Armeniæ ἐπώνυμος. *Justin.* 42. 2. 10. — *b)* Apud scriptores. *Arnob.* 1. *p.* 31. Armenius Zostrianis nepos (*magus*). Adde *Sulpic. Sev. chron.* 2. 51. et *Ennod. ep.* 2. *Id. carm.* 2. 20. Conditor Armenius, supero qui dignus honore est. — *c)* In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 25841. et 8. 3823.

Armenium, ii, n. 2. *V.* in *Lexico.*

ARMĔNĬUS, ii, m. 2. *V.* **ARMENIA.**

ARMĔNŎCHĂLYBES, um, m. plur. 3. populi Iberiæ Armeniis commixti, ultra Trapezunta siti. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (12).

ARMENTĀRĬUS, ii, m. 2. armenti custos, nom. commune, quod in nom. serv. et cogn. transiit tam apud ethnicos quam apud christianos. *Corp. Inscr. Lat.* 14. 109. et 6. 13718. — Ita cognominatus est Gal. Maximianus imp., qui pastor armentorum fuerat. *Aurel. Vict. epit.* 40. — Apud scriptores passim occurrit, ut *Plin.* 7. *Hist. nat.* 12. 10. (55)., *Augustin. ep.* 127., *Cassiod.* 4. *Var.* 39. 2. — *Armentaria*, nom. mul. *Corp. I. L.* 12. 2104. *Venant.* 10. *carm.* 15. Tu quoque prole potens, recte Armentaria felix Nec minor ex partu quam prior illa suo.

ARMĔNUS. *V. Armenius* in **ARMENIA.** — Est etiam nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 8. 2339.

ARMĬGER, i, m. 2. (arma *et* gero) nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 7. 888.

ARMILLĀTUS, i, m. 2. (armilla) nom. delatoris. *Juvenal.* 4. 53. Si quid Palphurio, si credimus Armillato. *Schol.* in *l.* Cum fuissent potentes apud Domitianum hi, Armillatus etc.

ARMĪNĬUS, ii, m. 2. (Ἀρμένιος *Strab.*, Ἀρμίνιος *Dio*) Origo nominis incerta est; nam alii ex Latino, fortasse ab *Arrius* primitivo, unde gens *Arminia* dicta et permulta nomina creverunt sive

Latina sive Etrusca (*V.* ARRIUS); alii ex Germanico *har-mann* « dominus » (it. *signore*), ita ut sit nomen commune, sed Romani proprium fecerint ac duci Germanico attribuerint. De hoc etymo dubia proponit atque expendit *P. von Rohden, PW.* 2. 1190. *sq.* V. etiam *Orell.* in *Tac. loc. cit. p.* 46. *n.* 55. et *Balan, Stor. d'It. I. p.* 193.

Arminius ¶ 1. Apud scriptores, Cheruscorum dux, Sigimeri filius, Flavii frater, Thusneldæ, filiæ Segestis, maritus. Memoratur *Vellej.* 2. 118. Arminius Sigimeri principis gentis ejus filius - adsiduus militiæ nostræ prioris comes, jure etiam civitatis Romanæ decus, equestres consecutus gradus. *Id. ibid.* 105. gentis ejus (*Cheruscæ*), mox nostra (*Variana*) clade nobilis. *Tac.* 1. *Ann.* 55. insignis perfidia in nos aut fide. *Id. ibid.* turbator Germaniæ. *Id.* 2. *ibid.* 88. liberator Germaniæ - prœliis ambiguus, bello non victus - Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur. Adde *Flor.* 2. 30. et *Frontin.* 2. *Strat.* 9. 4., coll. *Strab.* 7. 1. 4. — Hic P. Quinctilium Varum, Romanorum ducem, contra Saxones rebelles cum tribus legionibus, auxilii specie secutus, eumque per dolum in silvas perductum ad Teutoburgum et necopinum aggressus, post triduanam pugnam, exercitu Romano cæso, omnino profligavit, ita ut et Varus ceterique legionum præfecti sibi mortem consciverint a. U. C. 762 (*Tac.* 1. *Ann.* 61., *Vellej.* 2. 117-120. et *Flor.* 4. 12); unde Augustus, dolore quasi amens ac dedecoris impatiens, Germanicum, Drusi filium, misit cum exercitu, cladem Varianam ulturum, qui Arminium magnis duobus prœliis devicit ad Visurgim a. 769. Postremo quum Arminius arma contra Maroboduum vertisset eumque fregisset, abscedentibus Romanis et pulso Maroboduo, regnum adfectans libertatem popularium adversam habuit petitusque armis quum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit a. 773. « Romanis haud perinde celebris, dum vetera extollimus recentium incuriosi » inquit *Tac.* 2. *Ann.* 88. — De eo plura disces, præterquam ex *Vellej.* et *Tac.*, ex recentioribus *Kemmer, Armin.* Lips. 1893.; *Fischer, Armin. u. d. Röm.* Halle, 1893.; *Meyer, Unters. üb. d. Schlacht* in *Teut. Wald.* Berl. 1893. et *von Rhoden loc. cit.* ¶ 2. In titulis — *a)* Est nom. gent.: cf. Etr. *arnne, arminiei. Corp. I. L.* 6. 5642. Adde *Plin. ep.* 65. et 66., ubi *Armanius.* — *Arminia*, nom. mul. *Corp. I. L.* 6. 12847. et *Inscr. chr.* apud *De Rossi II.* 448. Armenius. — *b)* Item nom. equi. *Corp. I. L.* 8. 12504. 2. 7. — Hinc *Armenianus*, cogn. *Ibid.* 8. 937. — *Armonius* (*a*), nom. gent.: cf. Etr. *armunia. Ibid.* 5. 1884.

ARMĬPŎTENS, is, m. 3. (arma *et* possum) nom. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 1410.

ARMIS, idis, f. 3. cogn. mul., *Inscr.* apud *Alessi, Stor. d'Este p.* 184., quam adfert *Furlanetto* in *App.* et contulit *Mommsen.*

ARMŎDĬUS. *V.* **HARMODIUS.**

ARMŌN (rectius Harmon), indecl. Hebr. *Hharmôn*, LXX. (Ῥομμάν v. Ῥεμμάν) locus exsilii, in quem Israelitæ translati sunt. *Vulg. Am.* 4. 3. — Varia est lectio hujus vocis (Cf. *Kennicott, V. T. cum var.* et *J. B. De Rossi, Sch. crit.* in *V. T.*); idcirco varia interpretatio. *LXX., Aquil. Theod.* et *Hier.* intellexerunt de monte et *Symm.* de Armenia; recentiores mirifice inter se dissentiunt, quippe alii nomen commune putant, alii vero proprium (*Rosenmüller, Schol.* in *V. T.* etc. *II.* 93. et *Hoffmann, Versuch. zu Am.* etc. 1883. *p.* 108). De his variis interpretationibus V. *Legendre* in *Dict. Bibl. Vig.* 1. *p.* 10. 15. *sq.* At mihi arridet opinio cl. *Re* (*Arch. Bibl. Dict. p.* 743), qui ait vocem *Armon* significare non arcem vel Armeniam, ut quidam volunt, sed desertum Carmaniæ, Persidi confine, quod Hebræi, in Perside et Media captivi, adierint; de hoc enim loquitur *Amos.*

ARMŌRĬCA, æ, et

ARMŌRĬCUS, a, um. *V.* **AREMORICUS.**

ARNA, æ, vel Arnē, es, f. 1. (Ἄρνα v. Ἄρνη) nom. pers. et loci. ¶ 1. Est nom. mul., sc. — 1.º) Arcadiæ nympha et fons. *Paul. Diac.* ex *Fest.* 20. Arnæ caput agni caput (Cf. *Wentzel, PW.* 2. 1203. 3). — 2.º) Item Æoli filia. *Ovid.* 7. *Met.* 465. impia prodidit (*Minos*) Arne (*al.* Arnen, *al. aliter*) Siphon et accepto - auro mutata est in avem (*monedulam*). — 3.º) In titulis cogn. mul. *Corp. I. L.* 6. 8790. ¶ 2. Est etiam nom. loci, sc. — 1.º) Oppidum Lyciæ. *Culex* 13. sive educat illum (*Apollinem*) Arna, Chimæreo Xanthi perfusa liquore. — 2.º) Item Thessaliæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28). Oppida celebrata Hellas-Arne. — 3.º) Item Bœotiæ. *Stat.* 7. *Theb.* 331. uvida Arne. — 4.º) Item oppidum et municipium Umbriæ (Ἄρνα *Ptol.* 3. 1. 47), hodie *Civitella d'Arno* (Cf. *Bormann, Corp.* 11. *p.* 811). *Sil. It.* 8. 456. Urbes Arna et lætis Mevania pratis. *Corp. Inscr. Lat.* 11. 5608. PHILEROS QVI PRAEFVIT TEMPLO ARNAE (*dedicato Fortunæ, ut videtur:* cf. 5607-5611). — Hinc *Arnates*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113). et *Corp. I. L.* 11. 1937. — *Arnatius*, nom. gent. *Ibid.* 6. 28092. et *Arnatia*, nom. mul. gent. *Ibid.*

ARNÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἄρναι) oppidum, fortasse Calcidicæ. *Hygin. fab.* 275. Apollo Jovis filius (*condidit*) Arnas. Cf. **CALARNÆA.**

ARNĀLĬA, æ, f. 1. cognom. Minervæ, fortasse a Celt. *arn*, honor, et *ali*, omnis, quasi omnibus honoranda. *Inscr.* apud *Orelli, n.* 1961. ex *Maffei, Ant. Gall. p.* 29.

ARNĀTES et

ARNĒ. *V.* **ARNA.**

ARNENSIS, e, adject. In libris et in titulis quibusd. *Arniensis* (Cf. *Momms., Eph. epigr. IV. p.* 220. *n.* 2). — Aliquando, fortasse, cum aspiratione, *Harnensis.* — Compend.: *Arn., Arni. Ar., Arnie., Arnen., Arnien., Arnens.*

Arnensis ¶ 1. Est ad Arnam, Umbriæ oppidum, pertinens. *Corp. I. L.* 6. 13777. ¶ 2. Est etiam ad Arnum, fluv. Etruriæ, pertinens. — Hinc *Arnensis* et *Arniensis* tribus, rusticarum ultima et omnium remotissima, constituta a. U. C. 369. *Liv.* 6. 5., *Cic.* 2. *leg. Agr.* 29. 79. — In titulis absolute scribitur ac fere compendio (*V.* supra). *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2500.; 8. 791. etc.

ARNŌBĬUS, ii, m. 2. (Ἀρνόβιος) Etiam *Arnovius* in subscr. librorum, in cod. Paris. — Nomen, quod a Gr. ἄρνος, *agnus*, et βίος, *vita*, derivare pronum est; sed probabilius oritur a Punica lingua, primum enim in Africa usurpatum occurrit.

Arnobius ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit rhetor, antea ethnicus, postea christianus, Siccæ, quæ *Veneria* dicitur, in Numidia nat. a. circ. 295. sub Diocletiano, Lactantii Firmiani magister. De eo *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 2343. Arnobius rhetor in Africa clarus habetur. *Id. vir. ill.* 79. Florentissime rhetoricam docuit. *et ep.* ad *Paulin.* 58 (*p.* 326. *Vall.*). Arnobius inæqualis et nimius et absque operis sui partitione confusus. — Scripsit *Disputationum adversus gentes* (cod. unic. *nationes*) *libr. VII.*, quos « luculentissimos » vocat *Hieronym.* in *Chron. cit.*; ubi « gentilium theologiam et religionem acriter insectatur et salse admodum irridet. Ejus stilus assurgit ubique forturque, velut torrens, magno impetu: sermo ut illis temporibus castigatus, verbis ex antiquo probatoque usu acceptis refertus, subinde tamen novis occurrentibus aut audacius deductis, ut vel vulgarem nasum habenti redolere Africam facile possint ». Ita *Forcellin.* — De ejus scriptis vide etiam *Röhricht, De Clem. Alex. Arnob.* etc. 1893. et *Francke, Die Psych. u. Erkenntn. d. Arn. Disc.* Leips. 1878. — 2.º) Item junior, Gallicus, scriptor christianus, a. circ. 460., apud *Bedam* in *chron. III*, 253., ubi cum priore confusus videtur. — Scripsit *commentarios in Psalm.*, interpretatione allegorica usus, doctrinæ Augustini *de gratia* adversa, stilo satis barbarico, itemque opus, *Serapionis et Arnobii conflictus de Deo trino et uno* inscriptum, quod tamen *Fausto de Riez* tribuendum putat *Bäumer*, D. *Katholik* (1887) 402. *sqq.*, sed perperam; *Grundel* vero, *Theol. Quartalschr. LXXIX.* 1897. *p.* 529-566, quidam *Arnobio* monach. Rom. *Maurin, Pages inéd. d'Arnob.* in *Revue Benedict. XX.* 1903. *p.* 64-76. Cf. *Engelbrecht, Ztschr. f. d. Ost. Gymn.* (1890) 4. et *Patrist. Anal.* (1892) 97-99. Utrumque opus in v. *VIII. Bibl. Patr. Max.* et *LIII.* (*p.* 238-569) *Patr. L. Mign.*

ARNŌN, indecl., et Arnon, ōnis, m. 3. (Hebr. *'Arnôn* « rapiens v. urens »; *LXX.* Ἀρνῶν) torrens seu fluvius et vallis inter Palæstinam et Moab, hodie *el-Modjib.* Memoratur *Vulg. Num.* 21. 13. *sqq.*, *Deut.* 3. 8. *sqq.*, *Jos.* 12. 1. et *alib.* — Oritur a montibus Arabiæ et, deserto percurso, in mare Mortuum defluit (*Jos. Ant.* 4. 5. 1). — Fuit statio militaris Rom. imperii temporibus, teste *Hieronym.* et *Eus. Onom.* Gött. 1870. — In celebri inscriptione, nuper detecta, Mesa, rex Moabitarum, se jactat, quod Arnon transiverit (Cf. *A. de Villefosse, Not. des monum.* etc. Paris 1879. *p.* 2. et 4. et *Vigouroux, La Bibl. et les decouv.* etc. Paris 1889. *IV. p.* 62).

ARNŌNENSIS, e, adject. ad Arnonem, torrentem Palæstinæ, pertinens. Hinc *Arnonensis castra* in finibus Arabiæ. *Notit. Dign. or.* 30.

ARNUM. *V.* **LARNUM.**

ARNUS, i, m. 2. (Ἄρνος) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est præcipuus Etruriæ fluvius ex Appennino in monte, qui *Falterona* dicitur, Florentiam interluit ac Pisas et in mare Tyrrhenum defluit, hodie quoque *Arno.* Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (50). Pisæ inter amnes Auserem et Arnum. *Sil. It.* 8. 109. tellus lacrimabilis Arni. *Cassiod.* 5. *Var.* 17. In fluminibus navigeris, id est in Arno etc. Adde *Liv.* 22. 2. et *Tac.* 1. *Ann.* 79. ¶ 2. Item rex ævi vetusti. *Sil. It.* 5. 7. quæ vada Faunigenæ regnata antiquitus Arno, Nunc volvente die Thrasymenni nomina servant.

ĂRŎĒR, indecl. (Hebr. *'Arô'ēr* « nudus, ex ædium fundamentis *nudatis* »: ita *Gesen.* in *Lex.* (*Thes.*) *Hebr.* in *v.*; alii ab Arab. *'ar'ar* « locus juniperis consitus » it. *ginepraio* [etiam *'Ar'ôr Jud.* 11. 26]; *LXX.* Ἀροήρ). ¶ 1. Fuit oppidum tribus Ruben in Palæstina, ad Arnonis fluvii ripam septentrionalem, hodie *Arair*, apud *Vulg. Deut.* 2. 36. et 4. 48., *Jos.* 12. 2. et 13. 9. et 16. — Memoratur in celebri inscriptione Moabitica, ubi rex Mesa dicit se *ædificasse Aroer* (V. ARNON et cf. *Sayce, Alte Denkm.*, Leipz. 1887. *p.* 93. et 209); quod repugnaret Pentateuchi antiquitati, quia hic jam mentio fit de Aroer; at *ædificare* in scripturis sacris haud raro sonat *reædificare, instaurare, ampliare* (*Dan.* 4. 27., *Is.* 44. 28. et *alib.*, coll. *Virg.* 1. *Æn.* 8). ¶ 2. Item oppidum e regione Rabbath, tribus Gad, hodie *Qala 'at Zarka Gadda* vel *Agra* seu *Aireh*, quod tamen dubium est. *Vulg. Jos.* 13. 25. et 2. *Reg.* 24. 5. et etiam *Is.* 17. 2., de quo loco cf. *Knabenbauer* in *Is. p.* 358., *Delitzsch, Ueber d. B. Jes. p.* 233. et *Trochon* in *Is. p.* 105. — *De Vit* noster vult conditum fuisse a tribu Gad, ex illo *Num.* 32. 34. « exstruxerunt filii Gad Aroer »; quod pugnaret iterum cum antiquitate Pentateuchi; sed scrupulum evellit, quod ad rem supra diximus. ¶ 3. Item oppidum in tribu Juda, memoratum *Vulg.* 1. *Reg.* 30. 28. — Hinc *Arorites* v. *Ararites*, adject. *Vulg.* 1. *Par.* 11. 27. et 44.

AROGĀS, æ, m. 1. amnis Bruttiorum, hodie *Crocchio*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 15. (96). *Alii leg.* Arocas.

ĂRŌGUS, i, m. 2. (ἀρωγός, *auxiliator, defensor*) nom. et cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 12849. et 9540.

ĂRŌNĒUS. *V.* **AARONEUS.**

ĂRŌNUS. *V.* **AARON.**

ĂRŎTĒRES, ium, m. plur. 3. ¶ 1. Est gens Scythicæ stirpis prope Caspium et Amazones Sauromatides, ita fortasse appellata, quia dedita agriculturæ, ut sonat vox ipsa ἀροτῆρες, *i. e.* aratores. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (44). et *Solin.* 10. ¶ 2. Item Æthiopes. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (173).

ARPĀGĬUS. *V.* **HARPAGIUS.**

ARPĀNUS, a, um, adject. ad Arpos, Apuliæ oppidum, pertinens. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 96. 98. (211). In agro Arpano frumentum satum non nascitur. Adde *Gromat. p.* 210. et 260. *Lachm.*, ubi quidam *Aspanus* leg., sed minus recte. *V.* **ARPINUS.** — Hinc absolute

Arpani, ōrum, m. plur. 2. incolæ Arporum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105).

ARPHAD, indecl. (Hebr. *'Arpâdh* « fulcrum »; *LXX.* Ἀρφάδ) oppidum Syriæ, haud procul ab Hemath, quacum sæpe memoratur. *Vulg.* 4. *Reg.* 18. 34. et 19. 13. — *Winer, Calmet, al.* hoc cum oppido *Arad* confuderunt, quæ ipsa etiam monumenta Assyriaca probe distinguunt (*Panier* in *Dict. Bibl. Vig.* ad *v.*). — In cuneatis inscriptt. crebro occurrit nom. *Arpadda*, quæ civitas magnam partem habuit in bellis contra Assyrios variasque subiit

vices (Cf. *Schrader, Keilinschr. u. Geschichtsf.* p. 121. et *alib.*, *Ménant, Ann. de Rois d'Ass.* p. 129. et *alib.* et *the cuneif. Inscr. of West. As. II. pl.* 25. etc.). Hodie supersunt ejus ruinæ et priscum nomen *Tell-Erfârd* v. *Arfâd* (V. *Riehm, Handw. d. bibl. Altert. I.* 87.; *Kiepert, Zeitschr. d. deutsch. morg. Gesellschr. XXV.* 655.

ARPHAXAD, indecl. m. (Hebr. *'Arpakshad*; LXX. Ἀρφαξάδ) Etymon hujus nominis varium proposuerunt eruditi, ut *arma-Ksad* « regio edita Chaldæorum » (*Knobel*); Arab. *arp-Ksad* « arx Chaldæorum (*Wescott, Ewald, Schrader-Whitehouse*); Pers. *phars-xad* « rex-clemens » (*Janssens*) et communius Æthiop. *arpha-Khes* c. *Khesed* « terminus Chaldæorum » (*Re*).

Arphaxad ¶ 1. Fuit filius Sem, biennio post diluvium natus, pater Sale et avus Heber. *Vulg. Gen.* 10. 22. *sqq.* — Eum *Euseb.* et *Hieronym.* secuti *Jos. Ant.* 1. 6. 4. esse putarunt conditorem imperii Chaldæorum, qui olim nuncupati fuerint Ἀρφαξαδαῖοι; *Bochart* vero in *Phaleg* p. 1. *l.* 2. c. 4. dicit eum nomen dedisse *Arrapachiti* geographorum veterum (*Ptol. As.* 6. 1. 2), hodie *Albak*, et in cuneatis textibus Ass. *Arraphha* v. *Arbahha*, quod et geographicæ et philologicæ notioni repugnat. ¶ 2. Item rex Medus, memoratus *Vulg. Judith* 1. 1-12. — Critici recentiores nomen hoc ab historia omnino expungunt et etiam ex hoc censent fabulam esse romanensem, quæ in libro Judith narratur. Sed falso; nomina enim propria apud scriptores vel ex diversitate linguæ vel ex amanuensium inscitia facile adulterantur; ideo probabile est *Arphaxad* pro *Arbaces* v. *Phraazad*, quod a Phraorte oritur, positum, aut cognomen v agnomen nomini substitutum, ut vulgo fit; nec si dicitur *ibid.* condidisse Ecbatana, quod *Herod.* 1. 98. tribuit Dejoci, falsum id putent, quum vox *ædificare*, usurpata ab Hagiographo, ut οἰκοδομεῖν *LXX.*, significet, quod supra monuimus, etiam *munire, amplificare, instaurare* (*V.* **AROER**). — De Arphaxad consulas *Smith, Dict. of the Bibl. I.* 116. et *Vigouroux, Les Livr. saints* etc. *IV.* 568-571.

ARPI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄρποι), apud *Prob. cath.* 1. p. 26. *K.* Quod Arpos legimus, numero semper plurali declinatur.

Arpi, vetus Apuliæ Dauniæ oppidum, olim *Argos* (non *Arpos*) *Hippium* et *Argyripa* dictum (Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (104)., hodie *Arpi* prope *Foggia* (Cf. *Momms. Corp.* 9. p. 83). *Martial.* 4. 55. 3. « Arpis cedere non sinis disertis »; ubi *Arpis* confunditur cum *Arpino*, Ciceronis patria; nisi velis hoc ad Horatium referre, in Arporum finibus natum. *Virg.* 10. *Æn.* 28. Ætolis surgit ab Arpis Tydides. Adde *Liv.* 9. 13. et *alib.*, *Sil. It.* 8. 248., *Solin.* 2. — Conditum hoc creditur a Diomede, quod probari nequit: olim Romanis amicum, in bello tamen Punico secundo Hannibali favit, quare ab illis acerrima pœna affectum a. 213. ant. Chr. cœpit a pristina magnitudine delabi (*Smith, GA. I.* 4. c. 27.). — De Arporum nummis v. *Garrucci, Monete d'Ital.* 111.

ARPĪNĀS, ātis. *V.* **ARPINUM**.

ARPĪNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Arporum. *Liv.* 34. 45. — In hac quoque forma errat vel poeticæ licentiæ indulget *Martial.* 10. 19. 17. Arpinis chartis *Ciceronis* (*Plin.* 3. *ep.* 21.). Cf. **ARPI**. — Hinc et adjectivorum more usurpari colligitur, et in sing. num. occurrit apud *Liv.* 24. 46.

ARPĪNUM, i, n. 2. (Ἀρπῖνα, ης) Volscorum oppidum (*Juvenal.* 8. 245), haud procul a Liri, hodie quoque *Arpino*, civitate R. donatum a 303. et suffragii jure a. 188 (*Liv.* 38. 36), municipium post bellum Italicum (*Cic. Planc.* 8. 19), tribu Cornelia (*Liv. loc. cit.*, coll. *Momms. Corp.* 10. p. 556. et *O. A. Schmidt, Progr. St. Afr.* 1900), patria Marii (*Sall. Jug.* 63. et *Sidon. ep.* 13) et Ciceronis, qui ibi Atticum secum de legibus sermocinantem facit (2. *Legg.* 5), teste ipso *Cic.* 13. *Att.* 46. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1912. « Cicero Arpini nascitur ex regio Volscorum genere »: id quod multi chronologi repetiverant. — Inscriptt. ad Arpinum pertinentes edidit *Momms.* a n. 4470-4483., quas consulas. — Hinc *Arpinas*, olim *Arpinatis*, *atis*, ut *Cato* apud *Prisc. gramm. II.* 129. — 1.°) Est ad Arpinum opp. pertinens. *Cic.* 1. *Off.* 7. 21. Arpinas ager. *Id.* 14. *Fam.* 7. fundus. *Id.* 16. *Att.* 13. iter. et 1. *ibid.* 16. a *med.* aquæ. *Val. Max.* 6. 9. 14. honores. — Speciatim *Arpinas insula*, quam Fibrenus amnis facit, ubi villa *Cicer.*, 2. *Legg.* 1. descripta et appellata *patria germana* (*V.* integr. loc.), hodie *Isola* v. *Isola di Sora*. — Absolute *Arpinas*, neutr. gen., fundus seu prædium *Cicer.* (3. *leg. Agr.* 2. 3). *Id.* 1. *Att.* 16. in Arpinati. et 5. *Tusc.* 6. 74. in Arpinati nostro. *et* 5. *Att.* 1. veni in Arpinas. — 2.°) Est incola Arpini. *Sil. It.* 4. 401. Fibreno miscentem flumina Lirim Accolit Arpinas. *Sidon. carm.* 2. 186. Arpinas consul. *i. e.* Cicero. — Et per antonomasiam ipse Cicero, *Symm. carm.* 1. *ep.* 1. *de Hortensio*. Contra Arpinatem qui stetit eloquio. Adde *Sidon.* 8. *ep.* 6. et 11. *Juvenal.* 8. 237. novus Arpinas, ignobilis et modo Romæ Municipalis eques. Rursus *Sidon.* 5. *ep.* 5. varicosus Arpinas. — Item Marius, apud *Juvenal.* 8. 245. et *Sidon. carm.* 9. 259. — In plur. num. *Arpinates* (*ium* et *um*), apud *Cic.* 1. *Off.* 7. 20. Ut ager Arpinas Arpinatium (*al.* Arpinatum) dicatur, Tusculanus Tusculanorum. *et* 4. *Att.* 7. Arpinatium fremitus. Adde 15. *ibid.* 15. — Hinc etiam *Arpinus, a, um* — 1.°) Est ad Arpinum pertinens. *Martial.* 10. 19. 17. « Arpinæ chartæ (*Ciceronis*) » ubi poetarum licentiæ indulget. Cf. *Plin.* 3. *ep.* 21. 6. — Et absolute, in plur. nom. *Liv.* 34. 45. Ager, qui Arpinorum fuerat. — 2.°) Item ad Apros pertinens vel Aprorum incola. *Id.* 24. 35. Dasius Altinus Arpinus. V. *Drakenb.* ad *l.* ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 3. 274. — Derivata *Arpinejus*, nom. equitis Rom. *Cæs.* 5. *B. G.* 27. — *Arpinianus*, cogn. apud *Quintil.* 7. 2. 24. — *Arpius* (*a*), nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 2376. et 9. 4913.

ARPĪNUS, a, um. *V.* voc. præc.

ARPOS. *V.* **ARPI** init.

ARQUINIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp. I. L.* 10. 4335. — *Arquinia*, nom. mul. *Ibid.* — Item *Arquitius*, nom. gent. *Ibid.* 6. 12352.

ARQUIS, is, v. itis, f. 3. dea arcuum, ab *arcus* appellata, ut fortasse *Arculus*. Memorat *Tertull.* 2. *Nat.* 15. Diva Arquis est Jana. Ita cum *Gothofredo* rectius, non *Arquis et Lana*.

ARRĒTĪNI, ōrum. *V.* voc. seq.

ARRĒTĪNUS, a, um, adject. (Ἀρρητῖνος) Scribitur etiam *Aretinus*, *Arentinus* etc. ¶ 1. Est ad Arretium pertinens. *Sall. Cat.* 36. Arretinus ager. *Cic. Cæc.* 33. 97. mulier. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 9. 20. (87). siligo., *Nep. Att.* 14. prædium. *Jul. Obs.* 40. stagnum. — *Gell.* 3. 3. 6. *ex Freto Plauti comœdia* (*frg.* 1) duo hos versus exscripsimus, ut historiam quæreremus oraculi Arretini: « nunc illud est quod responsum Arretini (Arreti *Hertz*) ludis magis (*corr.* magnis) dicitur: peribo, si non fecero; si faxo, vapulabo; at male ad *Arretium* oppidum refertur: est nom. masc. (*V.* **ARETA** et **ARETES**); scilicet de Rom. ludis agitur » (*Bücheler*). — Celeberrima sunt *Arretina vasa*, quæ rubra erant. *Isid.* 20. *Orig.* 4. 5. et *Gloss. V.* 615. 41. *Plin.* 35. *H. N.* (160)., *Schol. Pers.* 1. 129., *Martial.* 14. 98. eorum nobilitatem laudant. — Hinc translate *Fulg. serm. ant.* 51) p. 124. 15. *H.*). Averuncassit (*sic*) deus tam aricinas (-itinas *Bern.*) hominum mentes arietinas (aricinas *Bern.*) testeas vel argilleas. Adde *Myth. præf.* p. 15. 13. — De his videsis *Gamurrini, Iscr. di ant. vasi fitt. Aret.* Rom. 1869. et *Not. degli scav.* 1878. p. 329-336., 1883. p. 265-269. etc.; *Fabroni, Storia dei vasi fittili Aret.*, Arezzo 1841. et *Müller-Deecke, d. Etrusk. I.* 230. et *II.* 245. — Hinc absolute

Aretini, ōrum, m. plur. 2. incolæ Arretii. *Cic.* 1. *Att.* 19., *Liv.* 9. 32. et *Corp. I. L.* 9. 1888.

ARRĒTIUM et Aretium, ii, n. 2. (Ἀρρήτιον *Strab.* et *Ptol.*, Ἀρήτιον *Suid.*). Scribitur *Arretium*, geminato *r*, in libris et titulis plerisque, non geminatum (subst. et adject.) rarius. — Etiam *Arentium*, unde *Arentinus*, in *Not. Tir.* 85. 42. et apud *Orib. syn.* 5. 33. — Origo nominis mythica est ab Areta, Jani filio, oppidi conditore. — In titulis abbreviatur *Arr.* v. *Arret.* (V. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 2381. c. 1. 16. et 5. 2678).

Arretium, oppidum Etruscum, municipium, tribu Pomptina, hodie *Arezzo* (Cf. *Bormann, Corp.* 11. p. 336). *Gromat.* p. 215. 3. *Lachm.* Colonia Arretium lege Augustea censita (Cf. *Bormann, loc. cit.*). Adde *Liv.* 9. 32. et *alib.* sæpe. — Laudat *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 46. (160). Arretii vasa (*V.* voc. præc.). *et* 14. *ibid.* 3. 4. (36). vitem. — Arretium inter capita Etruriæ populorum recenset *Liv.* 9. 37. — Præcipue invaluit Gallici belli tempore (Cf. *Sil. It.* 8. 478); at ineunte bello civili a Cæsare an. 39. ant. Chr. occupatum paulatim celebritatem amisit (*Smith, I.* 4. c. 25. tr.). — Fuit fortasse patria Mecænatis, de quo fortasse lepidum illud Augusti apud *Macrob.* 2. *Sat.* 4. 12. « laser Arretinum, Ciniorum smaragde, iaspi figulorum ». — De Arretio videsis *Müller-Deecke, d. Etrusk. I.* et *II.* et *Pauli, Etruskisch. Inschrift.* (in *Corp. Inscr. Etr.* 371-434).

ARRHĒTOS, i, m. 2. (Ἄρητος: cf. ἄρρητος, *ineffabilis*) æon Valentinianorum. *Tertull. c. Valent.* 35. et *Iren.* 1. 11. 5.

ARRIĀNUS, a, um, adject. ad Arriam gentem vel ad aliquem Arriam pertinens, ut *Arrianus fundus* in pago Veiejate, in *Tab. Alim.* 2. 19.; et *Arianum vinum* in *Corp. Inscr. Lat.* 15. 4654.

ARRIĀNUS, i, m. 2. (Arrius) Etr. *larus arianas* (*Fabretti* 266), i. e. Laris Arriani; Gr. Ἀρριανός (*Arr.* 4. *B. C.* 41); hinc, haud recte tamen, scribitur *Arrhianus*; et etiam, *r* non geminato, *Arianus*.

Arrianus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit JCtus, Ulpiano et Paulo anterior, cujus aliqua fragmenta supersunt, ab illis citata (*Hænel, Paling. I.* 69. 2. *II.* 1230. 1). *Dig.* 5. 3-11.; 28. 5. 19.; 43. 3. 1. § 4. et *alib.* — Scripsit libros duos *de interdictis*, de quibus V. *Jörs, PW.* 2. 1229. — De eo cf. *Zimmern, Gesch. d. r. Priv.-Rom. I.* 332. et *Karlowa, R. R.-G. I.* 702. *sq.* — Quod autem hic idem sit ac Arrianus Maturus Altinas, ad quem scripsit ejus amicus *Plin.* 3. *ep.* 2. 2., coll. 1. *ibid.* 2.; 2. 11. 12., 6. 2. et 8. 21., videsis *Krüger, Quell. u. Litt. d. R. R.* 172. 74. — 2.°) Item poeta, qui « versibus heroicis Georgica Virgilii reddidit et Alexandriadem (libr. XXIV) et etiam in Attalum Pergamenum poemata » conscripsit, ut ait *Suid.*, apud *Sueton. Tib.* 70., ubi tamen rectius legendum *Rhianus*. — 3.°) Item Flavius, historicus, Nicomedensis, sæc. primo exeunte natus, discipulus et amicus stoici Epicteti, consul suffectus cum Severo, Hadriano imp., et Cappadociæ proprætor. Memoratur *Gell.* 1. 2. et 2. 19., *Dig.* 49., 14. 2. et *Corp. Inscr. Lat.* 10. 6006., coll. *Borghesi IV.* 157. — Criticæ amans ac diligens et a partium studio alienus, perspicuus, quamvis non semper ordinatus nec ulla dicendi arte et lingua usus fere Attica, utilis magis quam delectabilis, scripsit *Expeditionem Alex. M.* (Ἀνάβασις Ἀλεξ.), ob quam *novus Xenophon* (νέος Ξενοφῶν) dictus: item *historiam Indiæ* (Ἰνδικὴ) et *successionis Alexandri M.* (τὰ μετ' Ἀλεξ.), quibus Anabasin complevit: item *historiam Rom. et Parth.* sub Trajano (Παρθικὴ), opus maximi momenti; item *navigationem* (περίπλους Εὐξ. Πόντ.): item *compendium* doctrinæ moralis sui magistri (ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου), aliaque, de quibus consulas *Bolla, Arriano di Nicomed.* Torino 1890.; *Boehner, De Arr. dic. gen., Act. sem. philol.* Erlang. *IV.* 1. *sqq.* et *Croiset, V.* p. 571. — 4.°) Item scriptor *Græcæ Historiæ*, tempore impp. Maximini et Gordianorum, de quo *Capitolin.* in *Max. Jun.* 7. et *Gord. tr.* 2. Cf. *Mommsen, Herm. XXV.* 261. 3. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. I. L.* 6, 24047.; 11. 132. etc. — *Arriana*, nom. mul. *Ibid.* 5. 3468. — Hinc *Arrianilla* cogn. demin. mul. *Ibid.* 6. 12404. — *Arienus* (*a*), nom. gent. *Ibid.* 19631.

ARRIUS, ii, m. 2. nom. gent., ex cujus stirpe permulta nomina creverunt tam Latina quam Etrusca, in titulis utraque lingua conscriptis; ubi qui tusce *aruni* est, latine nominatur Arrius. Ex his memorantur — 1.°) C. Arrius, vicinus Ciceroni Formiis et contubernalis, sed illi admodum molestus, teste eod. *Cic.* 2. *Att.* 14. et 15., fortasse filius Q. Arrii prætoris et frater M. Arrii Secundi, quos ambos prodigos et helluones carpit *Horat.* 2. *Sat.* 3. 243. *sqq.* (*Borghesi, della Gente Arria* p. 33) et idem qui ob affectatam pronunciationem ita irridetur *Catull. carm.* 85. « Chommoda dicebat, si quando commoda vellet Dicere et hinsidias Arrius insidias ». *V.* integr. loc. (*Id. loc. cit.*, coll. tamen *Klebs, PW.* 2. 1251. 1. et 4.). — 2.°) Q. Arrius, præn. *Secundus* (*Cavedoni* in *Mem. di Mod. t.* 18. p. 206., coll. *Cic. Brut.* 69. 243. Cf. tamen *Klebs, loc. cit.*), prætor a. U. C. 681., futurus successor Verris in Sicilia (*Cic.* 2. *Verr.* 15. 37. et 4. *ibid.* 20. 42), nisi bello servili occupatus fuisset, ubi cum An. Lentulo cos. acie victus est, teste *Liv. epit.* 96. De eo *Cic. loc. cit.* Infimo loco natus et honores et pecuniam et gratiam consecutus sine doctrina, sine ingenio - sed ut pugiles inexercitati etiamsi pugnos et plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen ferre possunt, illius judicialis anni (702) severitatem quasi solem non tulit. *V.* integr. loc. Sic alia apud eund. *Cic. Vatin.* 12. 30., coll. 1. *Att.* 5. et *Horat.* 2. *Sat.* 3. 86. — 3.°) Arrii Antonini tres: — *a*) Primus horum, avus maternus Antonini Pii imp., fuit bis consul « homo sanctus » (*Capitolin. Ant.* 6. 1), et « gravissimus senex » *Plin.* 4. *Ep.* 37.; proconsul in Asia, laudatus ab eod. *Plin.* 5. *Ep.* 15. et 18. ob ingenium et etiam stilum in epigrammatis et iambis scribendis (ubi *Skutsch, Herm. XXVII.* 1892. p. 317. *sq.* mimiambos *legend. putat*). — *b*) Alter, præn. *Cajus* (*C. I. L.* 6. 2100.), tribu Quirina, prætor, quæstor urbanus, IV.vir viarum cur., ædilis curulis etc. ut constat ex duabus Inscriptionib., quarum altera (an. 161-169) Concordiæ reperta, legitur in *Corp. I. L.* 5. 1874. = *Dessau* 1118., coll. *Borghesi, Œuvr. V.* 383-422.; altera Cirtæ (an. 180), *ibid.* 8. 7030. = *Dessau* 1119.: item primus Juridicus per Italiam regionis Transpadanæ (Cf. *Hist. Aug. Marc.* 11., coll. *Dion.* 78. 22. 1. V. *Momms. St.-R. II.*[2] 1085. 3) et proconsul Asiæ (an. 180), ut patet ex *Lamprid. Comm.* 7. et *Tertull. Scap.* 5. — *c*) Tertius, senator, filius præcedentis et frater Arrii Pacati et Arrii Maximi (*Corp. I. L.* 8. 7032). — 4.°) Arrius Mucius Gracchus, cujus elogium exstat in *Inscr.* apud *Momms.* n. 109. — 5.°) Arrius Menander, JCtus sub Sept. Sev. et Carac. impp., ex cujus libris fragmenta exstant in *Dig.* passim. — 6.°) Arrius Varus, præf. cohortis sub Domitio Corbulone in Armenia (a. 54), teste *Tac.* 13. *Ann.* 9. vir « strenuus bello; quam gloriam et dux Corbulo et prosperæ in Armenia res addiderant », et, Vitellianis prope Interamnam fusis, præf. prætorio. *Id.* 3. *Hist.* 52. et 61., 4. *ibid.* 2. et 4. V. *Hoefer, PW.* 2. 1258. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 7876. et 2196. — *Arria*, nom. mul.: — 1.°) Ex celebrioribus — *a*) Fuit uxor Cæcinæ Pæti, cujus facinus, masculæ fortitudinis, non tamen virtutis, argumentum, laudant *Plin.* 3. *ep.* 16. et *Martial.* 1. 14., quibus addas *Tac.* 16. *Ann.* 34. et *Auct. vit. Pers.* — *b*) Item filia præc., uxor P. Pæonii Thraseæ Pæti, cujus simile facinus narrat *Tac.* 16. *Ann.* 34. ac plura alia *Plin.* 3. *ep.* 16. — *c*) Item quæ φιλοπλάτωνα dicta est ex Platonica philosophia, cui sedulam operam dedit, teste *Auct.* (vulg. *Galeno*) *XIV.* 218., fortasse eadem, quæ uxor fuit M. Nonii Macrini cos. *Corp. Inscr. Lat.* 5. 4864., coll. *Borghesi, I.* 85. et *VI.* 61. — *d*) Item A. Fadilla, mater Antonini Pii imp. *Capitolin. Ant. P.* 1. et *Inscr.* apud *Orelli* n. 4370. Cf. etiam *Lacour-Gayet, Ant. le Pieux* 454. *sq.* — 2.°) In titulis nom. et cogn. *Ibid.* 2. 6074. et 4124. — Hinc derivata: *Arrianus* (*a*), *Arienus* (*a*), *Arrenius* (*a*) et *Arronius* (*a*), nom. gent.; *Arejanus*, *Arredius* (*a*), *Arrenus* (*a*), *Arrenius* (*a*), *Arellius* (*a*), *Arellianus*, cogn.; *Arinius* (*a*), nom. gent.; *Arulejus* (*a*); *Arulenus* (*a*); *Arulenius* (*a*), alia in *Corp. Inscr. Lat.* passim.

ARRUNS, tis, m. 3. præn. ab Etr. *arunθ*, *aranθ*, *arnθ* (Cf. *Arantius*, nom. gent.), græce Ἄρρους, Ἄρρος, Ἄρρων; in titulo Perugino semilatino *Corp. Inscr. Lat.* 11. 2081. ARNS VELIMNIOS; falisce (*Deecke, Fal.* p. 185) *aronto cesies*, i. e. Aruntis Cæsii (p. 188).

Arruns ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Etruscus, Æneæ socius. *Virg.* 11. *Æn.* 759. fatis debitus Arruns. Adde *ibid.* 784. — 2.°) Item filius Tarquinii Prisci, *Liv.* 1. 34.: item f. Superbi, *ibid.* 56.: item f. Porsennæ, 2. 14. — 3.°) Item vates Etruscus. *Lucan.* 1. 586. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 11. 2167. — Hinc *Arruntius* (rarius *Aruntius*, unico *r*) nom. gent.— 1.°) Apud scriptores memorandi — *a*) Arruntius, historicus, tempore Augusti, de quo *Senec. ep.* 114. « Arruntius, vir raræ frugalitatis, qui *Historias belli Punici* scripsit, fuit Sallustianus et in illud genus nitens. - Quæ apud Sallustium rara fuerunt, apud hunc crebra sunt et pæne continua ». — *b*) Arruntius Celsus, grammaticus, tempore Antonini Pii imp., laudatus *Charis. gramm. II.* p. 213. et *Prisc. gramm. III.* 98. — Scripsit scholia, quæ ætatem non tulerunt. V. *Ritschl, Parerg.* p. 367-370. et *Ribbeck, Proleg.* in *Verg.* p. 25. *sq.* — *c*) L. Arruntius Stella, patria, non Neapolitanus, sed Aponensis v., rectius, Patavinus (Cf. *Martial.* 1. 61. 3. *sq.*); cos. suffectus a. post Chr. 101-102 (V. *Furlanetto* in *Lap. Pat.* p. 63., coll. *Stobbe, Philol. XXVI.* 77. et *XXVII.* 631.; *Momms. Herm. III.* 123. *sq.* et *Rasi, De L. Arrunt. Stell.* etc. Patav. 1890) et XV.vir libr. sibyll. (*Martial.* 9. 42), amicus Statii et Martialis (*Stat. loc. cit.* et *Martial.* 6. 21). *Stat. Silv.* 1. *præf.* vocatur « juvenis optimus et studiis eminentissimus ». *Martial.* 5. 59. 2. disertus. *et* 12. 3. 11. facundus. *et* 5. 11. 2. meus. — Scripsit carmina amatoria nobilissimæ Violantillæ (*al.* Violentillæ) Neap. sub nomine *Asteridis* apud *Stat.* 1. *Silv.* 2. 197. *sqq.* et *Ianthidis* apud *Martial.* 6. 21. et 7. 18., quam duxit uxorem et epithalamio ornavit (*Stat.* 1. *Silv.* 2): item columbæ mortem sibi carissimæ versibus deflevit (*Martial.* 1. 7.; 7. 14): hæc poemata exstabant ætate *Sidonii Apoll.*, qui eum inter celebres poetas recenset, *carm.* 9. ad *Felic.* — 2.°) In titulis nom. vir., frequentissimum in Italia et in Africa. *Corp. I. L.* 6. 12417.; 14. 2260. etc. — *Arruntia*, nom. mul. *Ibid.* 5. 2517.; cogn. et nom. singulare *Ibid.* 6. 12450. — Hinc *Arruntianus* (*a*), cogn. *Ibid.* 3547. et 14. 2260. — Adjectivorum more. *Ibid.* 6. 8826. — *Arruntinus*, cogn., *Ibid.* 3. 619.; et *Arentius*, nom. gent. 6. 10824.

ARSĀCĒ. *V.* **ARSACIA**.

ARSĀCĒS, is, m. 3. (Ἀρσάκης) Nomin. *Arsacis* apud *Coripp. Joh.* 4. 898. et *Arsax* in *Corp. I. L.* 5. 8905. — Acc. *Arsacen* sæpe, *Arsacem* rarius. — Origo nominis Parthica vel certo orientalis. Cf. *Comm. Bern.* in *Lucan.* 1. 108. Arsacidæ - Parthi ab Arsace rege dicti vel certe ab eo, quod pilosi sint sicut ursi, quos arsacas lingua sua vocant.

Arsaces ¶ 1. Apud scriptores, nomen plurium regum Parthiæ et Armeniæ, ex quibus commemorantur — 1.°) Arsaces, primus Parthorum rex, ex posteris Abrahami, *Mos. Chor. Hist.* 2. 1.; et « sicut incertæ originis, inquit *Justin.* 41. 4., ita virtutis expers ac solitus latrociniis ex rapto vivere ». Hoc tamen de Tiridate, ejus fratre, fortasse dicendum est; sic etiam *Tac.* 6. *Hist.* 8. et *Ammian.* 23, 6. 2. eos confudisse videntur. Cf. *Arrian.* in *Parth. frg.* 2. et *Strab.* 11. 9. 2. et 3. De eo *Justin. ibid.* 5. « Arsaces - quæsito simul constitutoque regno non minus memorabilis Parthis quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senecta decedit; cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent ». — Hunc exceperunt alii triginta, de quibus historicos consulas, variis nominibus propriis, sc. *Artabani, Artaxis, Bardanis, Chosroes, Gotarzis, Mithridatis, Orodotis* (qui Romanorum exercitum sub Crasso duce penitus delevit a. U. C. 701), *Phrahatis, Pachori, Phrahatacis, Priapatii, Sanatræcis, Tigranis, Tirani, Tiridatis, Vologesis, Vononis*. — 2.°) Arsaces, dictus Valasarces, primus Armeniorum rex, frater Arsacis seu Mithridatis I. (cogn. *Magni*), qui virtute regum præcedentium nulli secundus Babyloniam, Bactrianos, Medos, Indos et Elymæos sibi subjecerat imperiumque Parthorum a monte Caucaso ad flumen Euphratem protulerat (*Oros.* 5. *Hist.* 4., coll. *Diod.* 33. 20), Valarsacem hunc constituit Armeniæ regem circ. an. ante Chr. 149. (*Mos. Chor. Hist.* 2. 2.). — Porro Armeniorum regum series, a Valarsace I. incepta, desiit in Artaxem vel Artaxerxem a. 433., in qua describenda historici mirifice dissentiunt. De horum aliquibus *Tac.* 6. *Ann.* 31., *Ammian.* 20. 11 1-3. et 23. 2. 1., 25. 7. 12. et 27. 12. 3.; sed plenius *Mos. Chor.* in sua Armeniorum historia. Cf. etiam *Langlois, Collect. des hist. anc. et mod. de l'Arm. II.* 386. *sqq.* Arsacibus autem successit dynastia Sasanidarum, quæ regnavit in Persia usque ad an. p. Chr. 652. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 84. 81.

ARSĀCIA, æ, et Arsace, es, nom. loci et person. ¶ 1. Est nom. oppidi in Media Magna sive Rhagiana (Ἀρσακία *Ptol.* et *Strab.*, Ἀρσάκη *Steph.*), fortasse *Scheri* in hod. *Iran*. Memoratur *Ammian.* 23. 6. 39. « Opibus et magnitudine mœnium conspicuæ sunt Heraclia et Arsacia etc. ». ¶ 2. Est etiam *Arsacia* nom. appellativum, quod in plurib. numm. legitur et in *Inscr.* apud *Orell.* n. 2098. = *Inscr. Rhen. Bramb.* 1969. MATRIBVS ARSACIS PATERNIS SIVE MATERNIS M. AVRELIVS VERONIVS VERVS. Ita appellatæ videntur a loco aliquo peculiari in Galliis (*Orell.*). At *Marsacis* conjicit *Bergk*.

ARSĀCĪDĒS, æ, m. 1. (Ἀρσακίδης) Acc. *Arsaciden* apud *Ammian.* 23. 6. 6. - Gen. pl. *Arsacidum* pro *Arsacidarum* est *Lucan.* 10. 51. et *Sil. It.* 8. 4.; at *Arsacidarum* semper apud *Tac.*

Arsacides, patronym. ab *Arsaces* ¶ 1. Dicitur de Parthis regibus — 1.°) In sing. num. filius aut nepos Arsacis cujusdam, speciatim vero Arsacis, Parthorum regis (*Ammian. loc. cit.*). — Hinc, absolute, Arsacides est rex Parthorum. *Lucan.* 8. 207. « vocesque superbo Arsacidæ perferre meas. *Justin.* 36. 106. Arsacidæ regis Parthorum crudelitas. *i. e.* Mithridatis III. — 2.°) In plur. num. sæpius — *a*) Stricto sensu usurpatur de Parthorum regibus ab Arsace appellatis. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 760. Persæ (*imperatores vocantur*) Arsacidæ. Adde *Isid.* 9. *Orig.* 3. 15., coll. *Hieronym.* in *Ezech.* 9. 29. *Tac.* 6. *Ann.* 34. Arsacidarum claritudo. *Ammian. loc. cit. de Tiridate.* (*Parthi*) numinis vice (*Arsacen*) venerantur et colunt eousque propagatis honoribus ut ad nostram memoriam non nisi Arsacides is sit etc. *V.* integr. loc. — *b*) Latiore sensu de Persis regibus, quos Latini cum Parthis promiscue usurparant. *Lucan.* 10. 51. Arsacidum dominus., *i. e.* Alexander M., Persarum, in quorum regione gemmæ pretiosissimæ abundant et vestibus ornandis adhibentur. Adde *Sil. It.* 8. 467., *Apul. Flor.* p. 19. et *Symmach. ep.* 10. Cf. *Horat.* 2. *Od.* 2. 17.

ARSĀCIUS, a, um, adject. ad Arsacen vel Parthos pertinens. *Martial.* 9. 35. 3. Scio quid in Arsacia Pacorus deliberet aula. Adde *Claudian.* 18. 415. et *Sidon. carm.* 2. 450.

ARSANIĀS, æ, m. 1. (Ἀρσανίας) ¶ 1. Est fluvius Armeniæ, qui a Melitene meridiem versus in Euphratem labitur, hodie *Murad-Tschai*, Arm. *Arazani*. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (128). Cf. *Saint-Martin, Mém. hist. et géogr. sur l'Arm. I.* 50. *sq.*). ¶ 2. Item alter fluvius in Euphratem cadens. *Tac.* 15. *Ann.* 15. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (84). vocat *Arsanum*. — Hoc nomen recte restituisse sibi visus est *Dietsch* apud *Sall. Hist. frg.* 4. 74. *M.*, ubi traditur *amnem Tartanium*.

ARSĒNĀRIA, æ, f. 1. (Ἀρσεναρία) oppidum Mauretaniæ Cæsariensis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 1. (19). — *Mela* 1. 31. vocat *Arsinnam* et Numidiæ adscribit. Hinc cl. *Morcelli* in *Afr. Chr. I.* 83. *sq.* duplicem statuit hoc nomine civitatem. — Visuntur ruinæ ab hod. *Sidi-bu-Râs* ad montes Cap. *Magrana* (*Mar'ona*). Cf. *Corp. I. L.* 8. p. 828. et *Cat, La Maurit. César.* 146.

ARSĒNIUS, ii, m. 2. (Ἀρσένιος) nom. vir. satis frequens apud Græcos ac Latinos ¶ 1. Speciatim, lector ep. Athanasii, celeber in historia Arianorum. - Jlocalariter *Hieronym. Apol. adv. Rufin.* 3. 42. Athanasius, Alexandrinæ urbis episcopus, tertiam Arsenii amputavit manum. — Alios videsis apud *Cassiod.* 3. *Hist. trip.* 1. et 8. et *Cod. Th.* 8. 4. 15. ¶ 2. Generatim, nom. gent. vir. *Inscr.* apud *Momms.* n. 6356.

ARSIA, æ, f. 1. ¶ 1. Est fluvius Histriæ, quo Augustus finiri voluit Italiam (Ἄρσις v. Ἀρσίας), hodie *Arsa*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (45). Universæ autem (*Italiæ*) ambitus a Varo ad Arsiam. *et ibid.* 19. 23. (129). finis Italiæ fluvius Arsia. Adde *eund. ibid.* 19. 23. (132). et *Flor.* 1. 21. Cf. *Plut. Pomp.* 7. *Gloss.* ad *Ptol.* 3. 1. 23. Ἀρσίας, τέλος Ἰταλίας ¶ 2. Item silva inter Romam Vejosque sita. *Liv.* 2. 7. Ex silva Arsia ingens edita vox. Adde *Val. Max.* 1. 8. 5.

ARSĪNOĒ, es, f. 1. (Ἀρσινόη: ab ἄρσις, *elatio*, et νόος, *mens*, quasi elatio mentis v. elata mens) Scribitur etiam *Arsine* in titulis et *Arsenoe* apud *Flor.* 2. 13 (cod. *Leid.*). — Græce declinatur inde a *Catullo*; forma vero Latina est *Arsinoa*; unde Gen. *Arsinoæ* apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 57. et *Avell. p.* 188. — Dat. *Arsinoæ* scripserunt editores *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 32. (108)., *Justin.* 17. 2. 7. et 24. 2. 1. et *prol.* 17. *Firm. err. loc. cit.*, *Cod. Just.* 5. 16. 22. — *Arsinoeni* (conjugi) in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 12451. Cf. *Neue, I.* 100. *sq.* — Acc. *Arsinoan* (*-am* hab. *Frising.*) apud *Cic. Pis.* 37. 91. — *Arsinoas*, plur., apud *Arnob. loc. cit.* — Quin iidem auctores etiam formas Græcas adhibuere; immo tituli unam exhibent *Arsinoe*. — Arsinoe, nom. pers. mythicum et historicum; inde nom. geographicum.

I.) Est nom. mul. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit mater Mercurii tertii, quam ex Arsippo habuit, teste *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 57. — 2.°) Item Leucippi filia, mater Æsculapii ex Apolline, teste *Apollod.* 3. 10. 3. Memoratur *Firm. err.* 12. 3. (*Apollo*) Arsinoe adultera cupiditate blanditur. — Hinc translate *Arnob.* 4. *p.* 144. Numquid Apollo - a nobis arguitur Arsinoas - inconsulti pectoris adpetisse fervoribus? — Eadem et *Coronis* dicta. V. *Schol.* ad *Pind. Pyth.* 3. 14. — 3.°) Item una Hyadum. *Hygin. fab.* 182. — 4.°) Item filia Lysimachi, Thraciæ regis, et prior Ptolemæi II. uxor, a quo, filiis susceptis, Ptolemæo III. Evergete et Berenice, repudiata est. Memorat *Schol. Theocr.* 17. 128., coll. *Pausan.* 1. 7. 3. — De ea videsis *Gercke, Rh. Mus. XLXI.* 271., coll. *Krall, S.-Ber. Akad.* Wien (1883) 271. — 5.°) Item filia Ptolemæi Lagi et Berenices, soror Ptolemæi Ceranni, Lysandræ et Ptolemæi Philadelphi, cujus postea uxor fuit, mulier famosissima, eximiæ pulcritudinis, cui illa et artem addidit (*Athen.* 16. 12). Memoratur *Cat.* 66. 52. *Auson.* 36. 68. Conjuge eademque sorore Arsinoe. — Lysimachi Thraciæ regis prius uxor, ut filiis suis Lysimacho et Philippo faveret, ejus filium Agathoclem, viro annuente, veneno absumpsit. *Justin.* 17. 1. et 24. 3. — Ptolemæus Ceraunus Arsinoes nepotes ex filio Lysimacho interfici jussit eamque in exsilium Samothraciam pepulit, a quo revocata est per fratrem Ptolemæum Philadelphum eamque duxit uxorem ac « reginam appellari jussit ». *Id.* 24. 3. 2., coll. *Schol. Theocr. loc. cit.* — Hic in ejus honorem oppida condidit vel instauravit, monumenta sumptuosissima erexit (*Plin.* 36. *Hist. nat.* 9. 14. (68). et 37. *ibid.* 8. 32. (108). et nummos cudit (V. *Eckhel* 4. *p.* 12) et Alexandriæ mausoleum exstruxit, quod *Arsinoeum* dictum est (*V.* hanc voc.); quin et Ægyptii templum ei dicarunt in promontorio Libyæ Zephyrio, ubi culta fuit *Veneris Zephyritidis* nomine. *Catull.* 66. 57., coll. *Steph. Byz.* in Ζεφύριον. Cf. *Hygin.* 2. *Astr.* 24. (*Berenicen*) crinem in Veneris Arsinoes Zephyritidis posuisse templo etc. — Narrat *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 42. (148). Magnete lapide architectum Timocharem Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoasse ut in eo simulacrum a ferro pendere in aere videretur. — Hinc metonymice *Auson. Mos.* 311. Arsinoen Pharii suspendit in aere templi. *h. e.* ejus statuam. *et Paus.* 9. 31. refert ejus statuam exstitisse quoque Helicone in templo Musarum, ubi regina a struthione vecta sistebatur (Cf. *Catull. loc. cit.*). — Porro in monumento Ægyptio (Pithom) ejus titulus ita sonat: *Regis filia, soror et uxor, Hnem-ib-n-Su mr-neteru*: Magna, Domina duarum regionum, Arsinoe (*Naville, The store city of Pithom*, Gud. 1885. 27). — De ea vide etiam *Poole, Catal. of Greek coins in the Brit. Mus.*, 1883. *p. XXXVIII. sqq.* et *Mahaffy, Greek life and tought*, Lond. 1887. — 6.°) Item Arsinoe, Apamea dicta, filia Antiochi Soteris, uxor Magæ, regis Cyrenarum, et mater Berenices. *Justin.* 26. 3., coll. *Niebuhr, Opusc. I. p.* 230. — 7.°) Item filia minor regis Ptolemæi Aletæ, reginæ Cypri ac dein Ægypti; instigante tamen Cleopatra ejus sorore, a M. Antonio III.viro Magnesiæ in templo Dianæ interfecta an. 41. a. Chr. De ea *Cæs.* 3. *B. C.* 112., *Auct. B. Alex.* 4. et 33., *Lucan.* 10. 519., coll. *Flor.* 1. 2., *Dion.* 43. 19. et *Appian. B. C.* 5. 9. ¶ 2. In titulis plurimæ Romanæ. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 5822., 10832.; 14. 356., 1403 etc.

II.) Est etiam nom. geogr., *sc.* aliquot oppidorum, ex quibus memorantur ¶ 1. Oppidum Ætoliæ prope Lysimachiam, olim *Conopa*, a Ptolemæo II. Philadelpho amplistum et ab uxore *Arsinoe* (*Arsinoa*) dictum, hodie *Angelacastro* (*Lolling, Landesk.* 139). *Cic. Pis.* 37. 91., coll. *Strab.* 10. 460. et *Polyb.* 17. 10. ¶ 2. Item Ægypti mediæ, caput nomi Arsinoitæ, olim *Crocodilopolis*, celebre ob Mœridis lacum, pyramides et labyrinthum, ita a Ptolemæo eodem, qui oppidum instauravit, in honorem uxoris adpellatum, hodie *Medinet el Fayûm* (V. *Brugsch, Dict. geogr.* 679., 689. et 804. et *Erman, Ägypt. I.* 47). Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 11. (61). ¶ 3. Item aliud in Ægypto, a Ptolemæo eodem conditum et ab uxore ibidem nuncupatum in sinu Carandra, ad sinum Arabicum, et etiam *Cleopatris* dictum (*Strab.* 17. 804), hodie fortasse *Ardcherûd* prope *Suez*. Memorant *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. (65). et 6. *ibid.* 29. 33. (167)., *Solin.* 33. et *Capell.* 6. *p.* 219. Cf. *Bädeker, Unterägypt.* 444. *sq.* ¶ 4. Item Cyrenaicæ seu Libycæ Pentapolis (*Ptol.* 4. 4. 4), olim *Teuchira*, dein ab eodem Philadelpho refectum et sororis nomine adpellatum, hodie quoque *Teichira* v. *Teukera* (*Tokra*). Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (31)., *Mel.* 1. 8., *Ammian.* 22. 16. 4. et *Capell.* 6. *p.* 217 (*V.* TEUCHIRA).

ARSĪNOĒUM, i, n. 2. (Ἀρσινόειον) monumentum sororis uxorisque Arsinoe, a Ptolemæo erectum ab eaque denominatum. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 32. (108). Facta statua Arsinoæ Ptolemæi uxori quattuor cubitorum, sacrata in delubro, quod Arsinoeum (*codd.* aureum) cognominabatur. *et* 36. *ibid.* 9. 14. (68). Obeliscus in Arsinoeo positus a rege supra dicto munus amoris in conjuge eademque sorore Arsinoe positus. Cf. voc. præc.

ARSĪNOĪTA, æ, m. 1. et

ARSĪNOĪTĒS, is, 2. (Ἀρσινοΐτης) ad Arsinoen, Ægypti oppidum, pertinens. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 16. (75). In Arsinoite nomo. — *Arsinoitæ nomoe* duo sunt, a duobus Ægypti oppidis cognominati, *sc.* Arsinoites et Memphites usque ad summum Delta, de quibus 5. *ibid.* 9. 9. (50). Cf. *Capell.* 6. *p.* 219. *Chr. Alex. chr. I. p.* 106. Arsinoita Indis. — In plur. num. *Arsinoitæ*, incolæ hujus nom. *Hieronym. vir. ill.* 88. *Corp. Inscr. Lat.* 3. 7127. Arsinoitum *pro* Arsinoitarum (*gen.*).

ARSĪNOĪTICUS, a, um, adject. (Ἀρσινοητικός) ad Arsinoiten (*nisi potius* ad Arsinoem *Ptolemæi sororem*) pertinens. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 22. 47. (165).

ARSIPPUS, i, m. 2. (Ἄρσιππος, quasi *tollens equum*) pater Mercurii tertii, quem ex Arsinoe suscepit. *Cic.* 2. *Nat. D.* 22. 57.

ARTĂBĀNĒS, is, m. 3. et

ARTĂBĀNUS, i, 2. (Ἀρτάβανος v. Ἀρτάπανος) Acc. *Artabanen* apud *Oros.* 6. *Hist.* 19. 3. — Scribitur *Artabannes*, litt. *n* geminata, ab *Ammian.* 27. 12. 9. et 11.; et *Artabanis* apud *Jornand. Rom.* 384. Est autem idem atque *Artapanus*, ex solita litterarum permutatione. — Nomen videtur ex Persarum lingua ortum, quod apud eos est *Ardewan* et cum aliis hujusmodi occurrit, ut *Artabazus*, *Artaphernes*, *Artaxerxes* etc., ubi *arta* (*art, ard* Pers.), quod his vocabulis præmittitur, significat *fortis*, *magnus*, *excellens*: cf. ἀρχι apud Græcos.

Artabanus, nomen, quo varii Parthi, Persæ, Armenii nuncupati sunt; ex his autem præcipui ¶ 1. Artabanus, Ponticus, ab Dareo oriundus seu a Septem Persis, caput seu conditor regni Pontici, Mithridatis M. proavus. Memoratur *Flor.* 3. 5 (cui tamen est Artabazes). Cf. *Appian. Mithr.* 112. ¶ 2. Artabanus, Hircanus, præfectus Xerxis, quem ille imperio inhians interfecit; sed a filio Artaxerxe, cui insidias struebat, et ipse occisus est. *Justin.* 3. 1., coll. *Nep. Reg.* 1., *Hieronym.* in *Dan.* 7. 5. *V.* ARSACES.

ARTĂBAZĒS, æ, m. 3. et

ARTĂBAZUS, i, m. 2. (Ἀρταβάζης et Ἀρτάβαζος) Forma *Artabazes* apud *Flor.* 1. 40 (*Ampel.* ex *Sall.* 30. 5. nom. corruptum in *Artabanes*); ceterum semper *Artabazus*, cujus origo ex Persica lingua repetenda. Cf. *Artabanus*.

Artabazus ¶ 1. Fuit dux sub Xerxe, rege Persarum, filius Pharnacis, quem idem Xerxes cum pecunia misit ad Pausaniam, ut Græcos corrumperet. *Nep. Paus.* 2. Cf. *Herod.* 6. 66. et *alib.* ¶ 2. Item princeps purpuratorum in aula regis Darei, ad quem victum ab Alexandro M., nonagesimum et quartum annum agentem, venit cum novem filiis et benigne atque honorifice habitus domum rediit ac dein Bactrianæ præfectus est. *Curt.* 3. 13. 13. et 5. 9. 16. et *alib.* — Plura de eo habet *Arrian.* 3. 21., 23. 28. et *alib.* Cf. *Droysen, Gesch. d. Hell. I.* 1. *p.* 383. *sq.* et *Niese, Gr. u. Mak. Staat.* ¶ 3. Item rex Characenes circ. an. 712. a. Chr. *Ps. Luc.* in *Macrob.* 16. Cf. *Justi, Iranisch. Namenb.* (1895). 33. ¶ 4. Artabazes Ponticus. *V.* ARTABANUS.

ARTĂBRI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄρταβροι) gens Hispana, in Gallæciae ora. *Mela* 3. 13. *V.* voc. seq.

ARTĂBRUM, i, n. 2. promontorium in extrema ora Lusitaniæ ad occid., hodie *Finisterre*. Describitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 21. 35. (113).

ARTĂCĀNA, æ, f. 1. (Ἀρτάκανα) oppidum Parthiæ, hodie *Ardekan*. Memorat *Ammian.* 23. 6. 43.

ARTĂCĒ portus (Ἀρτάκη) in Arctonneso Propontidis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (151).

ARTĂCĪE, es, f. 1. (Ἀρτακίη) fons apud Lestrygonas celeber. *Tibull.* 4. 1. 59. Incultos adiit Lestrygonas Antiphatenque Nobilis Artacie etc. Cf. *Homer. Od.* 10. 108.

ARTĂCŎĀNA (ōrum), n. plur. 2. (Ἀρτάκοανα) oppidum Ariorum regium seu regionis caput. *Curt.* 6. 6. 33. Ad Craterum, qui Artacoana obsidebat, redit. Adde *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (93). In Ariana regione Indiæ oppidum Artacoana (V. *Tomaschek, PW.* 1304).

ARTĂGĪRA, æ, f. 1. (Ἀρτάγειρα) Scribitur etiam *Artagera* (Ἀρτάγερα *Zonar.* 10. 36) et *Artogerassa* (*Ammian.* 27. 12. 5).

Artagira, oppidum Armeniæ ad Euphratem, quod opibus, muris et civibus validum describit *Ammian. loc. cit. Vellej.* 2. 102. Circa Artageram (*Artagera Muretus*). Adde *Flor.* 2. 32. 44. et *Corp. Inscr. Lat.* 9. 5290.

ARTĀMO (ōnis), m. 3. Ἀρτάμων, fortasse ab ἄρταμος, *coquus* v. *lanius* ¶ 1. Fuit lorarius quidam apud *Plaut. Bacch.* 799. Constringe tu illi, Artamo, actutum manus. Adde 832. Cf. *Schmidt, Herm.* 37 (1902) 178. ¶ 2. Etiam cogn. vir. libert. *Corp. I. L.* 6. 8239.

ARTĀNI, orum, m. plur. 2. Incolæ vici seu pagi, *Artani* appellati, ut videtur, in agro Cremonensi, ubi reperta *Inscr.*, edita a *Bianchi, Marm. Crem. p.* 155. *Tab.* 21. Chartæ sæc. VIII. memorant *curtem Attani*, unde postea factum *Curtettano*, loci nomen. De hac voce V. *Furlanetto* in *App.*

ARTĀNUS, i, m. 2. cognom. fortasse Celtic. cujusdam amicissimi *Martial.* 8. 72., qui Narbonensis fuisse videtur. Cf. voc. præc.

ARTĂPHERNĒS (Arthaphrēnēs), is, m. 3. (Ἀρταφέρνης et Ἀρταφρένης) Acc. *Artaphernem* habent *Nep. Milt.* 4. et *Pomp. Trog. prol.* 2.; *Artaphernen* vero *Plin.* 35. *H. N.* 8. 34 (57). et *Justin.* 2. 10. 9. — Est nom. Persicæ originis, quod *Æschylus* et *Herod.* scribunt Ἀρταφρένης. Cf. *Boeckh, C. I. G. II. p.* 117. et *Spiegel, Altpers. Keilschr. p.* 38. *n.* 88.

Artaphernes ¶ 1. Fuit Darei, regis Persarum, frater, patruus Xerxis, qui Dareum excepit. *Justin.* 2. 10. 9. - De eo v. *Herod.* 5. 25., 30-32. 35., 96. et 123.; 6. 1-4. et *alib.* Cf. etiam *Busolt, Gr. Gesch. I.* 621. et *II.* 38. et 43. ¶ 2. Item filius præcedentis, qui a Dareo cum Dati præfectus classi contra Græcos Marathoni a Miltiade devictus est. *Nep. Milt.* 4. et 6., *Ampel.* 15. et *Trog. prol.* 2. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (54). Panænus frater Phidiæ - iconicos duces pinxisse traditur - barbarorum Datim, Artaphernem. Cf. *Herod.* 6. 116. et *alib.*

ARTĀTUS, i, m. 2. Illyriæ amnis, fortasse hodie *Rádika*. Memoratur *Liv.* 43. 19.

ARTĀVASDĒS, is, m. 3. (Ἀρταουάσδης) Scribitur *Artabasdes* in *Corp. I. L.* 6. 32264. et apud *Treb. Val.* 3. 1.; et *Artuasdes* apud *Cic.* 15. *Fam.* 2. Cf. *Justin.* 42. 2. 6. — Acc. *Artavasdan* est *Liv. epit.* 131., *Vellej.* 2. 82. 3. et *Tac.* 2. *Ann.* 3.

Artavasdes, nom. originis orientalis (Cf. Armen.

Artavazd); idem fortasse quod *Artabazes* (Ἀρταβάζης: *Momms. R. g. D. Aug.* 2. 110). Ita nuncupati imprimis — 1.°) Armenii reges varii, ut — *a*) Filius et successor Tyranis, animo subdolo ac vaferrimo, optime a puero in litteris Græcis eruditus adeo ut et scriptis libris claruerit, teste *Plut.* in *Crass.* 33., quos tamen alii tribuunt Artavasdi, filio Ariobarzanis, memorato in *Mon. Ancyr.* 5. 29 (V. *Cappelletti* in *Armenia T.* 2. *p.* 16). — De eo *Tac.* et *Cic. locc. citt.* cum aliis, quamvis quæ a Latinis traduntur, minus quadrant in Armeniorum scriptorum historias. — Post pugnam Actiacam Cleopatra eum supplicio affecit ejusque caput Artavasdi, Medorum regi, misit, ut auxilia inde impetraret. *Tac. loc. cit.* et *Dio* 49. 25-41. et 51. 5. — *b*) Item alii, quos videsis apud *Tac.* 2. *Ann.* 4., *Aug.* in *Mon. Ancyr.* 5. 30. et *Vellej.* 2. 102., coll. *Treb.* in *Valer.* 6. — 2.°) Item Medi, ex quibus Artavasdes, filius Ariobarzanis, de cujus bello, gesto cum M. Antonio III.viro et cum Parthis, mentionem facit *Dio* 49. 25. et 44. Memoratur in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 1798. et *Mon. Ancyr.* 6. 11. *sq.* (V. *Comm. Momms. R. g. D. Aug. p.* 111), ubi *Augustus* inter reges, qui ad se confugerant, hunc nominat Artavasden. — De iis consulas *Baumgartner* et *Wilcken PW.* 2. 1308. *sqq.*; *Langlois, Coll. d. hist. de l'Armen. II.* et *Gutschmid, Gesch. Irans* 97. et *alib.*

ARTAXĀTA, æ, f. 1. et

ARTAXĀTA, ōrum, n. plur. 2. (ἡ v. τὰ Ἀρτάξατα) — *a*) Scribitur aliquando *Artaxiasata* (Ἀρταξιάσατα *Strab.* 11. 527.); apud historicos Armenios *Artaschat* (*S. Martin, Mém. hist. et géogr. s. l'Armen. I.* 117). — *b*) Duplicem habet formam, *sc. Artaxata, æ*, quam primus adhibuit *Tac.* 2. *Ann.* 56. et 6. *ibid.* 33.; et etiam *Artaxata, orum*, apud *eund.* quater, tum apud *Juvenal. loc. cit.*, *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (42)., *al.* — *c*) Pænultimam breviat *Juvenal.* 2. 170. « Sic prætextatos referunt Artaxata mores ». — *d*) Vox originem ducit ab *Artaxia*, quod nomen fuit regum Armeniorum (Cf. *Artasiaxata*). — *Artaxause* apud *Capitolin. Gord. III.* 26. fortasse corruptum, pro *Artaxata*.

Artaxata ¶ 1. Est oppidum, caput Armeniæ Majoris, ab Artaxia, Hannibalis consilio conditum ad Araxem, teste *Plut. Lucull.* 31., coll. *Strab.* 11. 527., non ad Euphratem, uti vult *Ptolem.* 5. 13. 12., in planitie situm. *Tac.* 13. *Ann.* 39. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. (26)., *Capitolin. M. Antonin. Phil.* 9. — Deletum est, duce Corbulone, a Romanis, teste *Tac.* 13. *Ann.* 41. « Artaxatis ignis immissus deletaque et solo æquata sunt »; dein vero a Tiridate instauratum, sæc. tertio exeunte, iterumque sæc. quinto a Persis dirutum, cujus rudera visuntur in regione *Eriwan* inter *Tovin* et *Aralyk* (Cf. *Alischan, Armen. M.*, *Venez.* 1855. Armen.) vocanturque sub nomine *Takhti-Terdat*, h. e. Solium Tiridatis ¶ 2. Est etiam genus vestis peregrinæ. Ita *Gloss. V.* 652. 30.

ARTAXERXĒS, is, m. 3. (Ἀρταξέρξης, sed Ἀρτοξέρξης *Herod.* et *Plut.*) nom. vir. Pers. — *a*) Scribitur et *Artaxerses*, ut apud *Nep. Con.* 2., *Frontin.* 4. *Strat.* 2. 7., *Solin.* 35., *al.* (V. *Crecelius* in *Augustin. dial.* 7. *p.* 12. et 16) et apud Armenos est *Artashir*; antiquiores vero in inscriptionib. Nakschi Rustam (*Niebuhr, Itin. T.* 2. *tab.* 27), *Artakhshatra* v. *Artakhshatra*, unde Hebr. *Arthahhsastha*; apud Medos *Artaksassa* et Assyrios *Artaksatsu*. V. infra sub c. — *b*) Nomin. etiam *Artaxerxis* apud *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 1612. et *Oros.* 3. *Hist.* 7. 6. — Gen. *Artaxersi* in *Itin. Alex. p.* 31. — Acc. *Artaxerxem* apud *Hieronym.* in *Dan.* 8. 5.; *Artaxerxen* est *Nepot. Ages.* 2., *Dat.* 1. et *Them.* 9., *Curt.* 6. 6. 18., *Lamprid. Alex.* 55. B. — Nomin. plur. *Artaxerxæ* apud *Nepot. regg.* 1. — Declinatur etiam *Artaxersiss* sicut et *Xerxiss* (*ii*) ab *Auct. Itin. Alex. M.* 72. Ita cl. *Mai* ad *eund.* — *c*) Nomen ita interpretatur *Hieronym. nom. Hebr. p.* 56. « lumen silentio tentans ». *Herod.* 6. 98. vertit μέγας ἀρήϊος, *magnus bellator*: ita *Gesen.* in *Lex. Hebr.* Verum ejus origo petenda est a Persica lingua, in qua *art* v. *arta* idem est ac *magnus*, *fortis*, et *khshetr* v. *khshetro* (Cf. Skr. *khshetria*), h. e. *rex*. Similiter ex antiq. Pers. forma *Artakh shathra* ducit *Nöldeke, Aufs. z. pers. Gesch.* (1887) 186. *sqq.*, quasi sit *magnum imperium possidens*. V. etiam *Oppert, Le peuple et la lang. d. Med.* Paris (1879) *p.* 232. — *d*) Occurrit corruptum in *Artaxe* apud *Napot. Chabr.* 2. et in *Xerxes* apud *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 2289., *Prosp. chron. I. p.* 436. et *Cassiod. chron. II. p.* 146. et 914.

Artaxerxes, nom. regum, maxime Persarum, ex quibus præcipue memorantur ¶ 1. Artaxerxes ex errore transcriptionis pro *Assuero*, sc. Xerxe I., memoratur *Vulg. Esth.* 11. 2. et 13. 1., coll. 12. 2. et 16. 1., in quem quadrant omnia, quæ de illo ab *Herod.* aliisque Græcis historicis traduntur. *Hieronym.* in *Chron.* ad ann. 1. regni Artaxerxis I. monet ea, quæ de Assuero in libro Esther dicuntur, non esse tribuenda huic Artaxerxi, quum nihil de iis referat Esdras; sed potius, ut alibi ait, Artaxerxi II. Memnoni. *V.* tamen ASSUERUS. ¶ 2. Item Artaxerxes, Assueri successor, vulgo *Pseudo-Smerdis* seu *Bardiya*, qui fortasse cum regio illius imperio et nomen sibi arrogavit. *Vulg.* 1. *Esdr.* 4. 7-8., coll. 23-24. ¶ 3. Item Artaxerxes I., *Longimanus* latine, græce Μακρόχειρ, dictus (*Hieronym.* in *Dan.* 8. 5.), quod ei manus dextera lævâ major esset (*Ammian.* 30. 8. 4), sed vero similius in symbolicum sensum (Cf. *Poll.* 2. 151. et *Nep. regg.* 1), filius Xerxis I., rex Persarum, nepos Darei, vir amplissima pulcherrimaque corporis forma (*Nep. loc. cit.*) et incredibili virtute bellica præditus, omnium Persarum manu fortissimus (*Id. ibid.*). — Ab initio regni Bactrianos, ad rebellionem a fratre Hystaspe incitatos, domuit; dein ab Ægyptiis, Inara rege v. duce Atheniensium ope devictus, viribus instauratis, de iis per Megabyzum seu Megabazum triumphavit, a. 456. *Trog. prol.* 5., coll. *Ctes. R. P.* 32., *Plut. Cim.* 19. et *Thucyd.* 1. 109. *sqq.* — Regnavit ann. 40., sc. ab an. 464 ad 424 (*Afric.* apud *Syncell. p.* 478. Bonn. et *Eus.* apud *Hieronym.* in *Chron.* ad an. Abr. 1772. Cf. *Lesêtre* in *DBV.* 1. 1039); quod quidem statuere magni momenti est; hinc enim tempus definiri potest decreti, quo concessum est Hebræis muros reædificare Hierosolymorum, et aliquatenus etiam Danielici vaticinii, unde sc. LXX. hebd. incipiendæ sint. Porro anno regni septimo licuit Esdræ coloniam ducere Babylone Hierosolymas (*Vulg.* 1. *Esdr.* 7., ubi et edictum regis, quod falso *Jos. Ant.* 11. 5. tribuit Xerxi patri) et vicesimo Nehemiæ redire in Judæam, cum potestate instaurandæ urbis (*Id.* 2. *Esdr.* 3. 2-3). Cf. etiam *M. van Hoonacker, Néhém.* etc. Gand 1892. *V.* DANIEL. ¶ 4. Item Artaxerxes II. rex Persarum, a. 405-359., privatim *Arsicas* v. *Arsaces* dictus (*Plut. Artax.* 1. 2., coll. *Nöldeke, Aufs.* 2. *Pers. Gesch.* 61), cognomento *Memnon* ob singularem, qua præstabat, memoriam (*Ctes. de reb. Pers.* 57. et *Nep. regg.* 1), Darei II. et Parysatidis filius (*Hieronym.* in *Chron.*), frater Cyri junioris (*Pomp. Trog. prol.* 5.), qui Artaxerxi bellum clam moliturus, se tamen, re detecta, apud regem ita defendit, ut ab eo vinculis tantum sed aureis fuerit constrictus; at postea liber aperte arma intulit fratri a Græcis adjutus; sed Cunaxæ, regio exercitu profligatus periit (*Justin.* 5. 11., coll. *Diod.* 14. 12-23. et *Oros.* 2. *Hist.* 18); unde decem millia Græcorum post innumeras vices ac rerum discrimina in patriam redierunt, Xenophonte duce et celeberrimi eventus scriptore (*Justin. loc. cit.*, coll. *Xenoph. Anab.* 1. 8. 24. *sqq.*). — Artaxerxes postea se cum Græcis conciliavit, quod ab historicis *pax Antalcidæ* dicitur (*Justin.* 6. 6); bellum gessit cum rege Ægypti et cum Cadusiis, quos devicit, cumque aliis, defectoribus in Asia, purpuratis suis (Cf. *Nep. Dat.* 1. et *Oros.* 3. *Hist.* 1); tandem, Dareo filio suo cum fratribus rebelli omniumque conjugibus interemptis, morbo ex dolore contracto decessit « rex quam pater felicior », ut ait *Justin.* 10. 1-2. — Eo regnante, Esdras secunda vice (sc. ann. LIX. post Nehem.) coloniam duxit Hierosolymas, non autem prima, uti vult *M. van Hoonacker, Nehem. et Esdr.* 1890., cujus argumenta retusa videsis apud *Lesêtre, DBV.* 1., *p.* 1042. *sqq.* ¶ 5. Item Artaxerxes III. dictus antea *Ochus* (Ὦχος), filius præc. et Statiræ (*Pomp. Trog. prol.* 10.), rex Persarum ann. 358-337. ant. Chr. (Cf. *Corp. I. G.* 2919. = *Le Bas, As. min.* 1651. et *Judeich, Kleinas. Stud.* 228. *sq.*). Memoratur etiam *Justin.* 10. 3. *et* 16. 4. *sqq.* — Plura bella gessit contra Artabazum, Phœnicios et Ægyptios rebelles (*Justin. ibid.*). *Hieronym.* in *Chron.* ad Olym. CV. an. 2. « Ochus, apodasmo (*i. e.* parte aliqua) Judæorum capta, in Hyrcaniam accolas translatos juxta mare Caspium collocavit ». *et ibid.* ad Ol. CVIII. a. 1. « Sidonem subvertit et Ægyptum suo junxit imperio » a. 339. — Ob famam crudelitatis omnibus invisus a Bagoa eunucho necatus est (*Diod.* 17. 5) ejusque filiis et uxorem in potestatem Alexandri M. post commissam ad Issum pugnam venisse traditum. *Curt.* 3. 13. 12. ¶ 6. Alii successerunt ut Artaxerxes, *Bessus* v. *Bessa* appellatus, Darei III. Codomanni interfector; et post dominationem Alexandri M. instaurato imperio, Sasanis nepotes, seu posteri, qui Sasanidæ dicti sunt: ut Artaxerxes I. (a. 214-240), a Romanis sub Alexandro Severo devictus (*Lamprid. Alex.* 55. *sqq.*); Sapor I. (a. 240-271); Vararanes I. (a. 273-276); Narses (a. 297-302); Artaxerxes II. (a. 379-384) etc., de quibus alib. mentio fiet. V. *Nöldeke, Aufs. z. pers. Gesch.* 1887., *Weissbach, Die altpers. Keilinsch.* (*Assyr. Bibl. IX.* 1890. et *X.* 1893). et *Babelon, Monn. gr. de la Bibl. nat. Les Perses Achém.* etc. Paris 1893.

ARTAXĒS, is, m. 3. (Ἀρτάξης) Videtur nom. Persicum, contractum v. corruptum pro *Artaxerxes*.

Artaxes ¶ 1. Fuit rex Armeniæ majoris, Artavasdis filius. *Mon. Ancyr.* 5. 25. « Rex Armeniæ majoris ». Alii tamen scriptores *Artaxiam I.* vocant. — Antea, post cladem a Romanis inflictam Antiocho, Romanorum socius; deinde a. 165. ab Antiocho Epiphane, Armeniam invadente, victus et in captivitatem ductus fuit (*Appian. Syr.* 45. et 66., coll. *Diod.* 31. 17. V. *Langlois, Coll. d. hist.* etc. *de l'Armen. II.* 86. *sqq.*). ¶ 2. Item præpositus quidam sacri cubiculi sub Theodosio et Valentiniano impp. *Cod. Just.* 3. 26. 11 (a. 442).

ARTAXĪĀS, æ, m. 1. (Ἀρταξίας et Ἀρτάξας) nom. vir. Pers. — Etiam *Artaxius* in *Act. pass. Perp. et Felic.* 91.

Artaxias ¶ 1. Fuit rex Armeniæ majoris, de quo *Tac.* 2. *Ann.* 3 (V. voc. præc.), Artavasdis filius, illius, qui, Romanis infensus, aliquando ab Antonio victus vinctusque in Ægyptum ad Cleopatram missus fuit. Is autem aliquamdiu regnum recuperatum tenuit a. 33. *Tac.* 2. *Ann.* 3. et *Mon. Ancyr.* 5. 25., coll. *Jos. Ant.* 15. 5. et *Dion.* 49. 39-40; 51. 16. et 54. 9. — Porro de hoc Artaxia II. nulla mentio apud historicos Armenos, qui propinquorum dolo interfectus est, ut Tigranes ei succederet, a. 20. ant. Chr. a Cæsare datus. *Tac. loc. cit.*, coll. *Sueton. Tib.* 9. et *Horat.* 1. *Ep.* 12. 16. — Perperam *Artauzdes* dictus est a *Vellej.* 2. 94. ¶ 2. Item filius Polemonis, regis Pontici, et Pythodoridis (*Strab.* 12. 556), Artaxias III., antea *Zeno* (V. *Bull. d. Inst.* 1871. 79. et *Ephem. epigr. I. p.* 270), rex Armeniæ a Tiberio datus a. 18. *Tac.* 2. *Ann.* 56., ubi *Artaxia* nominatus ab urbe Artaxata haud recte dicitur, quum nomen hoc Armeniis regibus usitatum esset.

ARTAXĪUS, ii. *V.* voc. præc.

ARTĒMA et

ARTĒMĀS, æ (ātis), m. 1. (Ἀρτεμᾶς, contr. ab Ἀρτεμίδωρος, *Artemidis donum*) nom. et cogn. vir. sæpe apud Romanos. *Corp. I. L.* 6. 5243., 38176. etc., *Varron.* 8. *L. L.* 21. *Hieronym. nom. Hebr.* 79. Arteman (*acc.*). — Etiam Artimas (Ἀρτιμᾶς) in *Corp. I. L.* 6. 12457.

ARTĒMĒNĒS, is, m. 3. (Ἀρταμένης) nom. vir. Persicum, quo nuncupatus est Darei filius, Xerxis I. frater. *Justin.* 2. 10. Rectius fortasse legeris *Ariamenes*, uti est apud *Plut.* in *Them.* 14.

ARTĒMĪDŌRUS, i, m. 2. (Ἀρτεμίδωρος) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit sculptor, Apollonii et Taurisci item sculptorum pater. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 4. 5. (34). — 2.°) Item geographus laudatissimus, Ephesinus an. 104. ant. Chr. *Id.* 36. *ibid.* 12. 17. (78). et in *Elench. ll.* 2-7. et 36. et *Capell.* 6. 611. et *alib.* — Scripsit Γεωγραφούμενα, i. e. libros XI., ubi terras descripsit et maris περίπλουν, quos *Marcianus* Heracleotes, ut

in Peripl. p. 31. tradit, in compendium redegit, eique a civibus statua aurea posita est in templo Artemidis, teste Strab. 14. 1. 26., qui eum, ut et Plin., frequenter laudat, ab eoque tanquam fonte sua γεωγραφικά, sc. ὑπομνήματα, deprompsit. — De eo vid. Viviend. St. Martin, Hist. d. la géogr. 150. et Susemihl, Alex. Litt.-Gesch. I. 693. sq. — 3.º) Item auctor incertæ ætatis, Parianus, qui de rebus astronomicis (περὶ μετεώρων) scripsit. Senec. 1. Quæst. nat. 4. et 7 Ibid. 13. — Ad hunc fortasse refertur locus Schol. ad Germ. Arat. 320., de quo consulas Kauffmann, PW. 2. 1332. sqq. — 4.º) Item philosophus Cynicus Stoicus, ut videtur, gener C. Musonii Rufi, de quo Plin. jun. 3. ep. 11. Cf. Momms. Herm. III. 84. — 5.º) Item pictor sæc. I. post Chr. Martial. 5. 41. «Pinxisti Venerem, colis, Artemidore, Minervam», quibus verbis Artemidorum carpere videtur, quod Venerem quidem pinxerit, sed magis quam hujus gratiam, Minervæ in ea severitatem expresserit. Cf. Sillig. in Cat. Art. et Brunn, Gesch. d. gr. Kunstl. II. 310. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. lib., sæpissime apud Romanos, Latinos, Italos. Corp. I. L. 5. 713.; 6. 44. 4. 14.; 14. 256. — Artemidora (Ἀρτεμιδώρα), nom. et cogn. mul. Ibid. 479. — Hinc Artemidorianus, nom. et cogn. vir. Ibid. 9. 4022. et 3945.

ARTĒMIS, is et idis v. idos, f. 3. (Ἄρτεμις, Etr. Artumes) Scribitur etiam perraro Arthemis cum aspiratione. Corp. I. L. 8. 14320. — Etymon obscurum dicit Curt. Grundz. p. 525. Sunt qui, quod probabilius videtur, ab ἀρτεμής, integer, ob incorruptam virginitatem duxerint, quasi sit virgines (Cf. Preller, Gr. Myth. I. 228. et Welcker, Gr. Götterl. I. 608); vel quia opitulari creditur maribus feminisque, ab ἀρτεμής, saluber; vel ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν (Strab. 14. 635. et Eustath. 1732. 27); vel a rd. σταr-ρατ- = vibrare, quasi sit jaculatrix (Goebel, Lexilog. zu Homer. I. 594). Quod vero tradit Macrob. 1. Sat. 17. 11. ex eo dici quia «aerem secat» quasi ἀερότομος, etymologi recentiores omnino rejiciunt (Pott, Etym. Forsch. I.[2] 221. et Jahrb. f. Philol. Suppl. III. 321). Hieronym. loc. V. infra.

Artemis ¶ 1. Est nom. pers. — 1.º) Apud scriptores, dea ita dicta Græcis, quæ Latinis Diana. Plin. 25. Hist. nat. 7. 36. (73). Sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatam putent Artemisiam. Hieronym. nom. Hebr. p. 67. Artemis (idest Diana) suscitans ægrotationes. — Artemis, dea Græcorum propria, quæ a Diana, Sabinorum dea, olim differebat sed postea cum illa confusa est (V. DIANA et cf. Talbot, Myth. Gr. et Lat. 1890. p. 463. sq.) fuit Jovis et Leto filia, nata in insula Delo (quamquam alii alias texant genealogias: v. Æsch. frg. I. 24., Herod. 2. 156., Paus. 8. 37. 6), dea lunaris, quam sagittis-gaudentem describit Hom. Od. 6. 102.: Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα etc. (V. integr. loc.), cujusque vera origo repetenda est e naturæ cultu, unde facile transitum est ad Phœbum (Solem) et Phœben (Lunam), quorum influxum vimque natura persentit. Hinc ei tributa fecunditas terræ, agrorum et pecoris cultus, venatio, veris pulcritudo, animalium partus, virginum ac juventutis tutamen, fidei custodia, commercii prosperitas, bellorum successus, divinatio omniumque salus. — Porro latissime divini honores ei conlati in Asiæ et Africæ regionibus, præsertim in Græcia ejusque insulis, dein in Italia, Gallia et Hispania, et plura pro diversis gentium aut locorum adjunctis nomina tributa; hinc dicta Agrotera (Ἀγροτέρα h. e. agros percurrens, venatrix) in Lacedæmonia; Amarysia (Ἀμαρυσία, h. e. illuminans) in Eubœa; Bulæa (Βουλαία, h. e. consiliaria) Athenis; Ephesia (Ἐφεσία) Ephesi, ubi templum habuit celeberrimum; Orthia (Ὀρθία, h. e. alta, sonora) variis in locis, præcipue Spartæ ubi coram ejus effigie pueri flagellis cædebantur sacrificii loco et corporis doloribus assuefaciendi causa; tum festa celebrata, Artemisia dicta (V. Maury, Hist. d. relig. de la Grèc. ant. III. 157. sq., coll. C. I. G. 2954. et Thuc. III. 104) et alia plurima, quæ videre est apud Talbot, MGL. p. 85-96; Schoemann, Antt. Gr.; Roscher, Lex. Myth. I. 594.; Claus, De Dianæ ant. ap. Gr. nat. Diss. 1888.; Curt., Stud. z. Gesch. d. Artemis (S.-Ber. Akad. Berl. 1887. = Ges. Abh. II. 1. sqq.); Meyer, Gesch. d. Altert. II. et plenissime Wernicke PW. 1. 1336-1440. — Cum ea autem connectuntur fabulæ Endymionis, Hippolyti, Iphigeniæ et Actæonis, de quibus V. suis locis. De monumentis denique artis sive antiquioribus sive recentioribus consulendi sunt, præter laudatos, Dittenberger, Overbeck, Head, Imhoof-Blumer; præsertim vero Preller-Robert, qui eorum historiam seu expositionem in duas periodos tribuunt, antiquam et recentiorem (I. 333. sqq.). — 2.º) In titulis nom. serv., dein libert. et cogn. mul. Corp. I. L. 6. 11124., ubi, teste Fabrett., male Æmilia pro Manlia. Adde aliam ibid. 12459. et 18038. — Hinc Artemitis, apud Murat. Inscr. 1430. 4. et Artemiclas, apud eund. 1085. 2.; Artemius et Artemia; Artemisius et Artemisia, quæ V. suis loc. ¶ 2. Est nom. fluvii in Bactriana. Ammian. 23. 6. 57. ¶ 3. Est etiam nom. loci, sc. — 1.º) Mutatio Bithyniæ. Itin. Hier. 573. — 2.º) Peos Artemidos (Ἀρτέμιδος σπέος), locus Ægypti mediæ. Not. Dign. or. 31. et Itin. Ant. p. 157.

ARTĒMĪSĬA, æ, f. 1. (Ἀρτεμισία) Scribitur etiam Artimisia, Artemesia et Artamisia in inscriptionib. V. infra. — Antepænultima longa est; sed brevem dixit cl. De-Vit, quo exemplo fretus, nescio. — De vocabuli origine V. vocem præc. sub 1. 1.º et Hieronym. nom. Hebr. p. 67. — Est nom. pers. et geogr.

I.) Artemisia, nom. pers. ¶ 1. Fuit Lygdaminis filia (Her. 7. 99) et Mausoli I., Cariæ regis uxor, quæ in exercitu Xerxis I. apud Salaminam fortissime dimicavit. Justin. 2. 12., coll. Oros. 2. Hist. 10. 3., ubi Artemidora dicitur; Her. 8. 68. et alib. et Paus. 3. 11. 3. ¶ 2. Item Hecatomni filia (Strab. 14. 2-17), Mausoli II., Cariæ regis soror itemque uxor. Hieronym. 1. c. Jovin. 44. Artemisia uxor Mausoli insignis pudicitiæ fuisse perhibetur. Quæ quum nobilium poetarum atque historicorum laudibus prædicaretur etc. Adde Cic. 1. Tusc. 31. 75., Vitr. 2. 8. 14., Gell. 10. 18. et Val. Max. 14. 6. ext. 1. — Mortuo viro (ann. 353. ant. Chr.), quem «semper amavit ut vivum, miræ magnitudinis exstruxit sepulcrum, in tantum ut usque hodie omnia sepulcra pretiosa ex nomine ejus Mausolea nuncupentur» (Hieronym. loc. cit. Cf. Lucan. 8. 697), idque Halicarnasi, unum de miraculis septem (Mela 1. 85. et Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. [30]), quod tamen perfectum videre non potuit; nam, biennio post virum luctu confecta obiit. — Ab ea denominata est herba, quæ antea parthenis vocabatur. Plin. 25. Hist. nat. 7. 36. (73).

II.) Artemisia, insula Italiæ, alio nomine Dianium, a cultu Dianæ seu Artemidis sic appellata, hodie Giannutri, haud procul a litore Etrusco contra promontorium, quod Monte Argentaro dicitur. Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. (81). Cf. Mel. 2. 7. 19.

ARTĒMĪSĬUM, ii, n. 2. (Ἀρτεμίσιον Steph.) Eubœæ promontorium cum oppido, dictum a templo Artemidis; quare et Ἀρτέμιδος ἱερόν appellatur Ptol. 2. 15. Memorat Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (64). — Celebre est ob victoriam Themistoclis, qui classem Persicam ibi destruxit an. 480. a. Chr. Nep. Them. 3. et Val. Max. 5. 3. ext. 3.

ARTĒMĪSĬUS (Artemesios), ii, m. 2. Ἀρτεμίσιος ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est mons, qui dividit Arcadiam ab Argolide. Plin. 4. Hist. nat. 6. 10. (21). — 2.º) Item mensis. Gloss. V. 168. 36. Artemesios Perinthinorum lingua October mensis dicitur. et 87. Byzantinorum lingua Aprilis mensis. et 38. Macedonum lingua Majus mensis. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir., sæpe. Corp. I. L. 6. 5528., 8618., 11915. — Artemisia, nom. et cogn. mul., plerumque apud Romanos. Ibid. 7772. et 11. 6394. V. ARTEMISIA. — Hinc Artemisianus, cogn. vir. Ibid. 3. 2700.

ARTĒMĪTA, æ, v. Artemita, es, f. 1. (Ἀρτεμίτα) ¶ 1. Est oppidum (Chalasar) Assyriæ regionis, quæ vocatur Apolloniatis. Plin. 6. Hist. nat. 26. 30. (117). (Mesopotamiæ oppida) Seleuciam, Laodiceam, Artemitam. Adde Tac. 6. Ann. 41. Rav. p. 67. Artemida. ¶ 2. Item ex Echinadibus insulis. Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (5). et Schol. Stat. Theb. 2. 726., ubi codd. Artemites. ¶ 3. Item ex Cycladibus. Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (67).

ARTĒMĬUS, ii, m. 2. (Ἀρτέμιος) Scribitur Artimius v. Artimeus et Arthemius cum aspiratione. Corp. I. L. 5. 702.; 10. 4751. Adde Cod. Theod. 8. 3. 1. et Cod. Just. 8. 2. 2.

Artemius, nom. ab Artemis ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit vicarius præfecti urbis a. 358. post Chr., cujus administratio seditiones perpessa est turbulentas, ut ait Ammian. 17. 11. fin. — 2.º) Item dux Ægypti sub Constantio et Juliano impp. Id. 22. 11. 2. — Is, Alexandrinis urguentibus, ob atrocia crimina officio exutus et supplicio capitali multatus est. Ita Ammian. ibid. At veram supplicii causam aperit Cassiod. 6. Hist. trip. 36.; nam quum in Ægypto Artemius idola plura confregisset, Julianus eum bonis exspoliatum «capitis sectione multavit»; ideo martyr occubuit. Martyr. Rom. 10. Oct., coll. Athan. ep. ad Solit. et Julian. imp. ep. 10. — 3.º) Alios videsis in Cod. Just. et Theod. et apud Ambros. ep. 8. (Mign. 16. 916)., Greg. Tur. Fr. præf. 1. p. 33., al. ¶ 2. In titulis nom. vir. tam ethnicum quam christianum, idque sæpius. Corp. I. L. 6. 11179.; 8. 9913.; 13. 2172. — Artemia, nom. mul. Ibid. 5. 6256. — Hinc Artimio (Ἀρτεμίων), nom. vir. Ibid. 4087. — Artemo et Artemona. V. voc. seq.

ARTĒMO v. Artemon, ōnis, m. 3. (Ἀρτέμων) Scribitur Artimo et Arthemon in Corp. I. L. 6. 13763.; 10. 4324. et 11. 5295. Adde Fest. 305. — Acc. Artemonem apud Cic. 2. Verr. 64. 156.; Artemona apud Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (56). — Abl. Artemoni habet Fest. 274., sed Artimone 305.; ita etiam Cic. 3. Verr. 87. 200. Arthemone (sic codd. plerique, inter quos optimus Lg. 42). — Est nom. pers. et geogr.

I.) Artemo, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit pictor laudatus Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (139). — Ejus incerta est patria et etiam ætas; quamquam Sillig. in ind. Artif. ex eo quod Plin. tradat Artemonem pinxisse reginam Stratonicen, conjicit eum floruisse circ. ann. 280. ant. Chr.; Müller vero in Arch. § 163. 1. circ. ann. 300. — 2.º) Item sculptor sæc. I., qui «cum Pythodoro Palatinas domos Cæsarum probatissimis signis replevit». Ita Plin. 36. ibid. 5. 4. (38). — 3.º) Item machinator eximius, Clazomenius, qui testudines, machinas bellicas, invenit, teste Plin. 7. ibid. 56. 57. (201). cum Serv. ad Virg. 9. Æn. 505. — Pericli maxime profuit in bello contra Samios. Diod. 12. 28. Cf. Unger, Rh. Mus. XXXVIII. 499. et Busolt, Gr. Gesch. II. 600. — 4.º) Item scriptor Milesius, laudatus Fulgent. 1. Myth. 13. et Tertull. anim. 46. — Scripsit opus de interpretatione somniorum (Ὀνειροκριτικῶν), quod XXII. libr. constabat, teste Artemid. Onir. 1. 2. et 2. 44. — 5.º) Item rhetor Græcus, sæpe memoratus Senec. 1. Contr. 6. et 7. et alib. (Cf. Buschmann, Char. d. Gr. Rhet. etc. (1878) et Rohden, Rh. Mus. XLI (1886). 179. 1). — 6.º) Item hæreticus sæc. III., damnatus in concilio Antiocheno an. 270., dictus Artemas ab Athan. de synh. 20., quem secutus Paulus Samosatenus negavit Christum esse Deum. Is, Theodoti socius, ejusque secta in mutilandis et adulterandis sacris scripturis excelluerunt, teste Euseb. 5. H. E. 28. Adde Cassiod. 1. Hist. trip. 14. et Gennad. dogm. 3. et 22. — 7.º) Item titulus comœdiæ Plautinæ deperditæ. Fest. 165. Plautus in Artemone (274. 305). V. Ritschl., Parerg. p. 153. — 8.º) Alios videsis apud Plin. 7. Hist. nat. 12. 10. (53)., coll. Val. Max. 9. 14. ext. 1., et Solin. 1.; Lucil. 985., Cic. 3. Verr. 45. 108. et 2. ibid. 52. 128. et 13. Fam. 67. etc. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir., inde ab infima liberæ rei publ. ætate. Corp. I. L. 6. 2730.; 10. 6263. etc. — Artemona (Ἀρτεμώνη), nom. mul., matrona, apud Plaut. As. 855. — Artemonis (idis), Ἀρτεμωνίς, cogn. mul. Corp. I. L. 6. 26433.

II.) Artemo, fluvius Ciliciæ. Ravenn. p. 113.

ARTĒNA, æ, f. 1. oppidum Volscorum (Liv. 4. 61.), a Romanis an. ant. Chr. 404. captum et dirutum, servo quodam, qui Servius Romanus inde est vocitatus, arcem prodente (Id. ibid.); non confundendum cum alio cognomine Vejentium (Id.

ibid. 10). — Putant Gell (Topogr. I. 196) et Nibby (Dintorni di Rom. I.[2] 262) fuisse, ubi sunt immania rudera ad eum locum, qui Monte Fortino nunc dicitur.

ARTĒNĬA, æ, f. 1. oppidum Carniæ, hodie Artegna, prope Utinum. Memoratur Paul. Diac. 4. Hist. Lang. 37. Cf. Momms. Corp. I. L. 5. p. 169.

ARTĪCŬLA, æ, f. 1. insula Nili in Æthiopia, ubi primum visum est animal sphingion, teste Plin. 6. Hist. nat. 29. 35. (184).

ARTĪCŬLĀNUS pagus. V. voc. seq.

ARTĪCŬLEJUS, ii, m. 2. (Ἀρτικουλήιος) nom. gent. vir. fortasse ab Articulus deriv. Memorantur — 1.º) Q. Articulejus Pætinus (non Pætus) cos. an. post Chr. 123. cum L. Venulejo Aproniano. Corp. I. L. 6. 154.; 15. 478. et alib. — Ab hoc consule repetendum est Senatusconsultum, quod Articulejanum ideo dicitur, de fideicommissa libertate, a De-Vit perperam Q. Articulejo Pæto tributum. Dig. 40. 5. 51. 7. Cf. Momms., Herm. III. 45. 5. — 2.º) Q. Articulejus Pætus (Παῖτος), cos. ordinarius a. 101. post Chr. cum Trajano Cæsare. Spartian. Hadr. 3. et Corp. I. L. 6. 2074. et 12. 1839. — Quater cum Trajano cos. fuit (Spartian. ibid.) ejusque nom. integrum legitur apud Henzen, Suppl. Orell. n. 5958. V. tamen de hoc Rohden, PW. 2. 1450. — Hinc videtur nuncupata fuisse Tab. Alim. Ligurum Bæbianorum apud Momms. n. 1354. et Henzen, ibid. n. 6664 (Corp. I. L. 9. 1455.), coll. 8. 12), ubi de Articulano pago est mentio, nisi ab Articulo aliquo nomen accepit. — 3.º) Q. Articulejus Regulus, prætor, proconsul et legatus Cæs. Augusti, in tit. Canusii statuæ ei positæ inscr. et edit. a Momms. n. 640 (Corp. I. L. 9. 331 = Dessau 929). — Articuleja, nom. mul. Corp. I. L. 6. 12470 (Articleia habetur ibid. 26540).

ARTĪCŬLEJĀNUS, a, um. V. voc. præc.

ARTĪCŬLUS, i, m. 2. (demin. ab artus) cogn. vir. Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 236.

ARTŌRĬUS, ii, m. 2. (Ἀρτώριος v. Ἀρτούριος) nom. gent. vir. ¶ 1. Speciatim — 1.º) Artorius, medicus Augusti celebratissimus, patria Smyrnensis, ut videtur, cognomento Asclepiades, sumpto ab Asclepiade Prusiensi, medico insigni, cujus sectatorem fuisse tradit Cæl. Aurel. 3. Acut. 14.; nisi Asclepiades antea dictus, dein civitate Romana donatus, ab aliquo Artorio nomen acceperit. — Post Actiacam victoriam naufragio periisse tradit Hieronym. in Chron. ad Ol. 187. ejusque memoriæ Smyrnenses titulum Gr. posuerunt, quem refert Maff. Mus. Ver. p. 55. Cf. Brian, L'Archiatr. rom. Paris (1877) 37. et Patin, Comm. ad cenotaph. etc. — 2.º) C. Artorius Proculus, rhetor haud ignobilis, memoratus Fest. p. 225. et Quintil. 11. 1. 2., ubi C. Aristarchus Procalus ex MSS. Cf. Manitius, Herm. XXVII. (1892) 319. — 3.º) M. Artorius, architectus, qui magnum theatrum aliaque ædificia Pompejis exstruxit, ut habet Inscr. in Corp. I. L. 10. 841. et alia ibid. 807. Cf. Nissen, Pomp. Stud. 204. et 242. et Overbeck-Mau, Pomp. 157. et 640. — 4.º) Artorius cum Catulo memoratur Juvenal. 3. 29., qui «nigrum in candida vertunt» pro hominibus, qui malis artibus vivunt et ex sordidis divites facti sunt, ut interpretatur Schol. ad l. ¶ 2. Generatim, in titulis, nom. vir. Inscr. apud Momms. n. 2288. et alia apud Fea, Var. di Not. p. 98. — Artoria, nom. mul. Inscr. apud Momms. n. 3666. — Apud scriptores Artoria Flacilla, uxor Navii Prisci cos., de qua Tac. 15. Ann. 71.

ARTŎTRŌGUS, i, m. 2. nom. personæ comicæ seu parasiti in Plauti Mil. glor., ab ἄρτος, panis, et τρώγω, mando, rodo (it. mangiapane, mangiapagnotte o scannapagnotte), sc. homo inutilis et solum comedendo idoneus (it. disutilaccio).

ARTŎTȲRĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀρτοτυρῖται: ab ἄρτος, panis, et τυρός, caseus) hæretici sæc. III. et IV., præsertim in Galatia, ex Marcionitis vel ex Montanistis et Priscillianistis orti, qui, exemplum primorum hominum imitati, panem et caseum ad altare offerebant. Ita Augustin. hær. 28. et Hieronym. in ep. ad Gal. 2. præf., coll. Damasc. hær. 49. et Philastr. hær. 74.

ARTULLUS, i, m. 2. cogn. Corp. I. L. 6. 12487.

ARTYNĬA, æ, f. 1. (Ἀρτυνία, sc. λίμνη) lacus seu stagnum Bityniæ, in quo Rhyndacus fluvius oritur prope Miletopolim, hodie lago di Abullonia. Memorat Plin. 5. Hist. nat. 32. 40. (142).

ARUCCI (Aruci), is, m. 3. (Ἀρουκκί Ptol.) oppidum Hispaniæ Bæticæ, nunc Aroche, olim Moura putabatur. Itin. Anton. p. 427. Ravenn. p. 317. Aruci. — Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (14). Arunci. — Hinc Aruccitana nova civitas in Corp. I. L. 2. 963. et Aruccitani, incolæ, in Inscr. apud Grut. 368. 1.

ARŬLĒNUS, i, m. 2. (Ἀρουλῆνος) nom. et cogn. gent., ut Junius Arulenus Rusticus, prætor, Stoicæ sectæ addictus, de quo Tac. 16. Ann. 26.; Q. Arulenus, cos. suff. cum C. Julio Silano, Corp. I. L. 14. 245. et Cn. Arulenus Cælius Sabinus, cos. suff. cum T. Flavio Sabino, Ibid. 6. 2051. = Dessau 241. 81. Cf. Tac. 1. Hist. 77.

ARUNCŬLEJUS, ii, m. 2. fortasse ab eadem, unde Aurunculejus, origine, nisi mavis unum idemque esse (V. AURUNCULEJUS), cogn. vir., ut L. Gabo Arunculejus Severus, tribu Fabia, clarissimus vir, juridicus regionis Transpadanæ et proconsul designatus provinciæ Cypri. Corp. I. L. 5. 4332., coll. 4333.

ARUNDA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Bæticæ, nunc Ronda. Plin. 3. Hist. nat. 2. 3. (14). — Hinc Arundensis ordo ibi in duabus inscriptionib. prope Gibraltar repertis. Corp. I. L. 2. 1359. et 1360.

ĀRUNDĬNĒTI torrens. V. TORRENS.

ARUNS et

ARUNTĬUS. V. ARRUNS et ARRUNTIUS.

ĀRŪPĪNUS, a, um, adject. ad Arupium opp. pertinens. Paneg. Mess. (Tib. 4. 1. 110). «Testis Arupinis et pauper natus in arvis». Alii leg. A-rupinas - in armis, minus recte. Cf. Ἀρουπῖνοι Strab. et Appian.

ĀRŪPĬUM, ii, n. 2. (Ἀρούπαινον Strab., Ἀρουπία Ptol.) oppidum Illyrici, cujus incolæ Arupini v. Aurupini. Memoratur in Itin. Anton. p. 274. — Tab. Peut. 5. Arypium. Inscr. (Salon.), ubi MVNIC. AR. legitur, ad Arupium refert Hirschfeld (Arch.-epigr. Mitt. IX. 14). — De nomine hodierno disputant eruditi. V. Tomaschek, PW. 2. 1491.

ARŪRA, æ, f. 1. (Ἄρουρα) ¶ 1. Est nom. fluvii Helvetiorum, nunc Aare, qui ex Alpibus Penninis oritur et influit in Rhenum. Corp. I. L. 6. 35991. — Hinc Araranci Aramici (a deo Aramo?) nautæ in honorem domus divinæ, uti legitur apud Momms. Inscr. Helv. 182. et Hagen, Prodr. nov. inscr. Helv. sgll. 17. — Hinc etiam fortasse Arurensis regio apud Momms. Inscr. Helv. 216 (= Henzen 5903) et Hagen, Prodr. etc. 118. Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaul. I. 128. ¶ 2. Est nom. et cogn. mul. Corp. I. L. 6. 35991.

ARUSĪNI campi in Lucania, ubi supremum cum Romanis prœlium commisit Pyrrhus circa oppidum Malventum, sed adversa fortuna. Flor. 1. 18., Frontin. 4. Strat. 1. 14. et Oros. 4. Hist. 2. 3.

ARVA (Arua), æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Bæticæ, Hispalensis conventus, inde a Vespasiani temporibus, ut videtur, municipium, Flavium Arvense appellatum (Corp. I. L. 2. 1065). Plin. 3. Hist. nat. 3. 1. (11). — Hinc Arvensis, ad Arvam pertinens, ut Arvensis ordo in Corp. I. L. 2. 1066. et Arvenses, incolæ. Ibid. 2. 1180.

ARVĀLES Fratres. V. ARVALIS in Lexico.

ARVERNENSIS, e, adject. idem qui Arvernicus. Greg. Turr. glor. conf. 5.

ARVERNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀρβέρνοι) Mira est in MSS. varietas, prout nempe a rd. Arev, Avern v. Aruern, Aruenn, Aruen, Alvern, Advern, Arivern, Arumbern vox efformatur (V. Diehl Th. L. L. ad v.); Græc. vero Ἄρβερν, Ἀρουερν, Ἀρουρν: cf. hod. Auvergne. — Ad prosodiam quod attinet, usurpavit Sidon. carm. 7. 149. et 248. voc. Arĕrne pro Arverne.

Arverni ¶ 1. Gens primum Galliæ Celticæ (Liv. 5. 34), dein Aquitaniæ (Tac. 4. Hist. 17), cujus situm accuratius describunt Cæs. 1. B. G. 31., 45. et alib. et Plin. 4. Hist. nat. 29. 33. (109); unde adject. Arvernus, a, um, et subst. n. Arvernum, i, oppidum vel regio, ut infra videre est. Memorantur, inde a Cæsare, a plurimis scriptoribus, inter posteriores imprimis Sidon. et Greg. Tur., perraro, ut res fert, a poetis. Ex iis, præter laudatos, Liv. 5. 24. et alib., Sueton. Ner. 2., Flor. 1. 25. 20., Val. Max. 9. 6. 3., — Lucan. 1. 427. Arvernique ausi Latio se fingere fratres Sanguine ab Iliaco populi (Cf. Sidon. 7. ep. 7. et Cæs. 1. B. G. 33). — Potentissimi fuere, ut patet tam ex amplitudine dominationis (Strab. 4. 2. 3) quam ex bellis, gestis contra Romanos, a Fabio Maximo et Domitio Ahenobarbo ac dein a Cæsare ductos (Val. Max. l. c., Vellej. 2. 10., Plin. 7. Hist. nat. 50. 51. (166)., Flor. et Sueton. locc. citt.); serius a Vesegothis sive Gothis subacti, qui et eorum oppidum Arvernos occuparunt a. 474 (Jornand. Get. 45). — Plura de Arvernis videsis apud Sidon. 3. ep. 1-7. et 7. ibid. 1., 6. et 8. ibid. 9. et 9. 2. Cf. etiam Walckenaer, 1. p. 339., Desjardins, Géogr. de la Gaul. II. et Ihm, PW. 2. 1488. sq. ¶ 2. Item oppidum, gentis caput, ceterum Augustonemetum (Αὐγουστονέμετον) sub Augusto imp., nunc Clermont-Ferrand (medio ævo Claremunte in Formul. Arvern. p. 28. 14. Z). Ammian. 15. 11. 13. Inter Aquitaniæ civitates Burdigala et Arverni excellunt. Hieronym. in Chron. a. Abr. 1891. Arverni, nobilissima Galliarum urbs, capta et rex Vituitus (al. Bituitus), sc. a Romanis. Plin. 34. Hist. nat. 7. 18. (45). Omnem amplitudinem statuarum ejus generis vicit ætate nostra Zenodorus, Mercurio facto in civitate Galliæ Arvernis per annos decem. — Floruisse litterarum studio testatur Sidon. locc. citt., antequam a Gothis caperetur. — Etiam Arvernum, pro oppido v. regione Arvernorum. Sidon. 1. ep. 11. et Greg. Tur. 2. Fr. 36. et alib.

ARVERNĬCUS, a, um, adject. idem qui Arvernus. Conc. Aurel. a. 549. p. 109. Ecclesia Arvernica. — Absolute nom. vir. Corp. I. L. 13. 10010. 174.

ARVERNUM, i, n. 2. V. voc. præc.

ARVERNUS, a, um, adject. ad Arvernos pertinens. Plin. 14. Hist. nat. 3. 7. (18). Arvernus ager. Sidon. 3. ep. 1. municipiolum. et 7. ibid. 5. oppidum. Adde Venant. 8. carm. 15. 3. et Greg. Tur. 4. Fr. 5. et alib. sæpissime. — Hinc absolute Arvernus, i, m. 2. ¶ 1. Est Arvernorum finium incola. Cæs. 7. B. G. 4., Sidon. 4. ep. 21. et Corp. I. L. 13. 1706. — Collective pro Arvernis apud Sidon. 7. carm. 149. et 248. et Venant. 8. carm. 3. 161. ¶ 2. Est etiam epitheton Mercurii. Greg. Tur. 1. Fr. 32., Inscr. Rhen. Bramb. 335. et 595. Cf. Plin. 34. Hist. nat. 7. 18. (45). et Corp. I. L. 7. 165. — Hinc Arvernicus, idem qui Arvernus — a) Adject. Concil. Aurel. a. 511. p. 11. 8. — b) Absolute, nom. vir. Corp. I. L. 13. 10010. 174. — Arvernensis, idem, apud Greg. Tur. glor. conf. 5.

ARX, cis, f. 3. nom. commune, partem oppidi v. urbis munitam seu acropolim significans; sed etiam ut proprium usurpatur, sc. ¶ 1. Est castellum inter Arpinum et Aquinum, nunc Arce et Rocca d'Arce, de quo cf. Momms. Corp. 10. p. 555. Memoratur Ravenn. p. 275 (Guido p. 479) et Paul. Diac. 6. Hist. Lang. 27. Arcim (acc.) — Hinc Arcanum, prædium ita dictum, Ciceronis. Cic. 2. Q. fr. 5. 1. et 3. ibid. 3. 1. et alib. ¶ 2. Item «castrum Casini, quod Arx appellatur» Paul. Diac. 1. Hist. Lang. 26. ¶ 3. Item urbs Roma apud Prudent. 1. Symm. 4. ¶ 4. Item pro Capitolio usurpatur Flor. 1. 26. et 3. 16. ¶ 5. Item, cum additis, ut Arx Minervæ apud Virg. 3. Æn. 530., quod Castrum Minervæ in Tab. Peut. vel Minervium apud Vellej. 1. 15. (Ἀθηναῖον Dionys.), locus Calabriæ in Sallentinis, ad quem dicitur appulisse Æneas. Serv. ad l. Virg. Ita etiam Arx Tarpeja, Arx Jovis, Arx Athenarum etc.; in quibus tamen Arx pro communi nom. accipitur.

ARȲBĀS et, rectius, Arrybas, æ, m. 1. (Ἀρύββας v. Ἀρρύβας et, minus recte, Ἀρίβας) rex Molossorum ex stirpe Æacidarum, Alcetæ filius (Paus. 1. 11. sqq. et Plut. Pyrrh. 1), frater Neoptolemi, quo defuncto in regnum successit et Pyrrhi, filii fratris sui, tutor. Memoratur Justin. 7. 6., Frontin. 2. Strat. 5. 19., Oros. 1. Hist. 12. 8. — Ei bellum intulit Bardylis (a. 358), rex Illyricus; sed, ut narrat Frontin. loc. cit., eum strategemate profligavit. Cf. hic Kaerstli, PW. 2. 1496. conjecturam.

— Dum vero ob affinitatem cum Philippo II, Macedoniæ rege, cui uxoris suæ Troadæ sororem Olympiadem in matrimonium dederat, sibi ab eo pollicebatur majorem regni amplitudinem, fuit et regno spoliatus et in exsilium pulsus, ubi consenuit, ut ait Justin. loc. cit., et fortasse obiit. — De eo scripserunt Schubert, Gesch. d. Pyrrh. 99. sqq.; Droysen, Gesch. d. Hell. I. 89., al.

ARYCANDA, æ, f. 1. oppidum Lyciæ (Steph. Byz. Schol. Pind. Ol. VII. 33.) prope hodiern. Aruf (V. Fellows Account of Discov. 218. sqq., coll. Ritter, Kleinas. II. 1162. sq.), ita fortasse dictum ab Arycando fluv. Plin. 5. Hist. nat. 27. 25. (95). ibid. 28. (100). Cf. Corp. I. G. 4316. et Head, H. N. 576.

ARYCANDUS, i, m. 2. V. voc. præc.

ARZŪGES, um, m. plur. 3. gens Tripolitana. Oros. 1. Hist. 2. 20. Tripolitanæ provincia, quæ et Subventana vel regio Arzugum dicitur, ubi Leptis magna civitas est, quamvis per longum Africæ limitem generaliter vocentur. Adde Augustin. ep. 46.

ARZŪGIS, e, et

ARZŪGITĀNUS, a, um, adject. ad Arzuges pertinens. Coripp. Joh. 2. 147. horrida tellus Arzugis. Aurel. ep. (Migne 20. 1011). Provincia Arzugitana et Byzacena. Sidon. carm. 5. 337. Arzuge (abl. sing.).

ARZYGIUS (Araigius), ii, m. 2. vir consularis Thusciæ et Umbriæ, cui Pelagonius de re veterinaria libellum dedicavit. — Arzigius cum litt. i pro y habet ubique Riccardianus. Cf. Bücheler, Rhein. Mus. 45. (1890) 333. et Ihm, Pelag. præf. p. 15.

AS

ASA, nom. pers. et loc.

I.) Asa, nom. pers. (Hebr., originis Syro-Chald., NCN, Āsā « medicus; al. myrtus »; LXX. 'Οσσά; cod. Alex. 'Ασά) ¶ 1. Fuit tertiusdecimus rex Juda, filius et successor Abiæ, pater Josaphat et unus ex majoribus Christi, regnavitque ann. XLI (955-914). Memoratur Vulg. 3. Reg. 15. 8. et 9. et Matth. 1. 7. — Pietate eximius « abstulit effeminatos », sc. obscœnos deorum cultores ac « sordes idolorum, quæ fecerant patres ejus » purgavit; insuper Maacham, filiam seu privignam Abessalom et matrem, sc. aviam, suam amovit « ne esset princeps » h. e. regina, quæ sacra Priapi fovebat et lucum ei consecraverat, « subvertit specum ejus et confregit simulacrum turpissimum et combussit in torrente Cedron » Id. 3. Reg. 15. 12. sq., coll. 2. Par. 15. 16. — Attamen « excelsa non abstulit » (Ibid. 14), quod pugnare videtur cum alio loco (Id. 2. Par. 14. 2), ubi contrarium adfirmatur; sed excelsa alia erant sacra Deo vero (bamôth), quamvis non legitima; alia diis: hæc destruit, illa ignota de causa reliquit; « verumtamen cor Asa perfectum erat cum Domino ». Id. 2. Reg. 15. 14. — Bellum gessit cum rege Zara seu Zerach (sc. Osorcon, XXII. dynastiæ secund. in monum. Ægyptiis), dictus Æthiops tum ex origine tum etiam ex eo quod Æthiopia cum Ægypto tunc unum constituebat regnum, eumque fudit fugavitque, a Domino exterritum (2. Par. 14. 12). Quod si (ibid. v. 6.) dicitur « nulla temporibus ejus fuisse bella, pacem Domino largiente », id non obstat, quia in textu Hebr. pro temporibus ejus legitur annis istis. — Duplex præterea difficultas oritur ex eo quod 3. Reg. 15. 16. dicitur bellum fuisse « inter Asa et Baasa cunctis diebus eorum ». et 2. Par. 15. 19. bellum non fuisse « usque ad tricesimum quintum annum regni Asa »; et ex eo quia Baasa traditur (3. Reg. 15. 33) obiisse ann. XXVII. regni Asa; contra alibi (2. Par. 15. 19) bellum intulisse regi Asa ann. XXXV. regni ejus. Hanc porro veteres diremerunt rati ann. XXXV. fuisse, non Asa, sed Judaici regni inde a schismate: ita sentiunt etiam recentiores Ewald, Clinton, Lynch, Cotton, Kaulen, al. At si mendum in annorum numerum irrepsisse ut facile et alibi evenisse constat, sique bellum sero inter eos ortum esse ponamus, omnia statim concordant. Cf. Renard in DBV. 1. p. 1052. sqq. et Re, Arch. Diz. etc. p. 754. sqq. — Deo haud confisus sed Benadad, regi Syriæ, Hanani frustra ob id ipsi pœnas, Dei nomine, prædicente, illius ope Baasa, regem Israel, profligavit (Vulg. 3. Reg. 15. 20); carceri vero addixit prophetam plurimosque ex Juda simul interfecit. Id. 2. Par. 16. 10. — Hac crudelitatis nota partam gloriam imminuit; corde tamen « perfecto cunctis diebus »: idest nulla unquam idololatriæ labe corrupto, regni sui an. XXXIX. podagra confectus decessit (Ibid. 16. 12.). ¶ 2. Item levites, filius Elcana et pater Barachiæ. Vulg. 1. Par. 9. 16.

II.) Asa est etiam nom. stationis Galliæ Lugdunensis seu oppiduli, quod plenius dicitur Asa Paulini, in itinere a Lugduno Durocortorum, hodie Anse. Memoratur in Itin. Ant. p. 359.

ASA PAULINI. V. voc. præc.

ASAMUS, i, m. 2. fluvius Mœsiæ inferioris, nunc Osem v. Osma. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 26. 29. (149). Ex Hæmo Asamus. V. Momms. Corp. 3. p. 992.

ASAPH, indecl. m. (Hebr. 'Āsāph « congregans v. collector »; LXX. 'Ασάφ) ex quattuor hujus nominis præcipuus filius Barachiæ, levites, cantorum Davidicorum præfectus. Memoratur Vulg. 1. Par. 6. 31. et 39. Frater ejus (Heman) Asaph, qui stabat a dextris ejus. sc. secundo choro præfectus. Id. ibid. 16. 4. sq. Constituitque (David) coram arca Domini de Levitis, qui laudarent Dominum Deum Israel, Asaph principem. — Fuit psalmorum cantor et etiam auctor ac propheta (2. Par. 29. 30. et 2. Esdr. 12. 45); cui duodecim tribuuntur psalmi, ut ex eorum inscriptionibus arguitur, nempe XLIX (Hebr. L) et LXXII-LXXXII (Hebr. LXXIII-LXXXIII); quamquam ex eorumdem argumento critici recentiores conjiciunt illos ad alia tempora vel ad ejus filios seu posteros pertinere, præter ps. XLIX (Hebr. L) et LXXVII (Hebr. LXXVIII) huic omnino adjudicandos. V. Mangenot in Dict. Bibl. Vig. 1. p. 1056. — Hic psaltes in carminibus didascalicis (mashkîl) præcellit vel ipsi Davidi, cui si poetica suavitate et elegantia cedit, vi tamen præstat et doctrina, quamvis aliquando audacia quadam et obscuritate laboret (Cf. Herder, Hist. de la poes. d. Hebr. (1845) p. II. c. 10.; Schegg, Die Psalm. (1857) t. 1. p. 25. et Lesêtre, Le Livr. d. Psaum. (1883) p. LVI-LVII. et 340-341). — Alios videsis apud Vulg. 4. Reg. 18. 18.; 1. Par. 9. 15. et 2. Esdr. 2. 8.

ASARAMEL, indecl. ('Ασαραμέλ v. Σαραμέλ) nom. loci seu plateæ, ubi convenerunt Judæi ad elogium Simonis Mach. edendum vel ad conferendum eidem Simoni ejusque posteritati perpetuum titulum et munus summi sacerdotii ac principatus. Vulg. 1. Mach. 14. 27. sq. — Origo autem nominis varie explicatur; alii nempe putant nomen esse corruptum pro Jerusalem, ut F. de Saulcy (Hist. d. Mach. 1880. p. 276), quod tamen de nomine tam noto absurdum videtur; alii plures, Grotio et Calmet ducibus, derivant a hhatzar-Millô, h. e. atrium-Mello (Cf. 2. Reg. 5. 9. et 3. ibid. 9. 15., 24) vel, ut Ewald (Gesch. d. Volk. Isr. t. IV. p. 438) a hhatzar-'am-'El, h. e. atrium - populi - Dei: alii denique, ut Wernsdorf (Comm. hist.-crit. etc. p. 176), quem secuti sunt Trendelenburg, Gaab, Scholz, Grimm, Derenburg. ab hasar-'am-'El, h. e. princeps - populi - Dei: sic Syrus: Rabba d'Israel; quod tamen refellit Keil (Comm. üb. d. Büch. d. Makk. 1875). Viderint eruditi.

ASARHADDON, indecl. m. Hebr. 'Ēsar-haddôn; LXX. 'Ασορδάν; can. Ptol. 'Ασαρίδινος; in cuneatis inscript. 'Asur-ahh-iddin « (deus) Assur - fratrem - dedit »; unde nom. corruptum Axerdis in fragm. Abydenis; Σαχερδονός in libro Tobiæ apud LXX. 1. 21. et 22. et ex multorum interpretum sententia Asenaphar in l. 1. Esdr. 4. 10.; 'Ασσαραχόδδας apud Jos. Ant. 10. 1. fin.; Aserdan apud Hieronym. nom. Hebr. p. 49. Vulg. eum appellat Asarhaddon 4. Reg. 19. 37. et divisim Asor Haddan 1. Esdr. 4. 2.

Asarhaddon, rex Assyriæ ann. 681-668 (Can. Assyr.), filius et successor Sennacherib, quem interfecerant filii parricidæ, Adramelech et Sarasar, dum in templo Nesroch deum suum adorabat. Vulg. 4. Reg. 19. 37. Regnavit Asarhaddon filius ejus (Sennacherib) pro eo. Id. 1. Esdr. 4. 10. magnus et gloriosus. Hieronym. nom. Hebr. p. 44. Asarhaddon vincens vel exacutus. — Fratribus in acie ad Khanirabbat devictis, Ninivem triumphali more ingressus est ibique rex salutatus. Porro decem expeditionibus susceptis, feliciter bella gessit; ac primum Phœnicios, Palæstinenses et Syros (in monum. Khatti) rebellantes transtulit in Assyriam (Cf. Is. 23. 13-15. et alib.); utque Sargon olim Cuthæos aliasque gentes, ipse Chaldæos, Ælamitas simulque Dinæos, Apharsæos, Apharsachæos (in monum. Duha, Parsua et Partakka), fortasse tribus Medicas aliosque populos in civitates Samariæ transduxit (Id. 1. Esdr. 4. 9. et 10); postquam vero duos et viginti reges sibi tributarios redegisset, quos inter fuit Manasses, rex Judæ (in monum. Minsei sar 'ir Yhudi), ex pluribus regionibus, præsertim ex remotiore Arabia (Cf. Is. 21. 11-17), incredibile militaris audaciæ opus, ab uno Ælio Gallo sub Augusto imitatum,, Tharaca (Tarku), Æthiopiæ et Ægypti regem, de primatu Asiæ occid. secum contendentem, variis prœliis fractum Napata, Æthiopum metropolim, fugere coegit (ann. 675-671) seque « regem regum Ægypti, Thebaidis, Æthiopiæ (in monum. sar sarrani Mushur Paturisi Kusi) » appellavit iisque postremo adjunxit regionem Sinai (Makan), quo facto illustria bellicæ suæ virtutis facinora explevit; nam Babylonem reversus, quam sibi regendam reservavit, Sardanapal seu Assurbanipal, filio suo, in regem Assyriæ Ninive electo, paulo post circ. ann. 668, vita excessit. — Plura de eo videsis apud Budge, History of Esarhaddon, Lond. 1880.; Harper, Cylind. A of Esarhad. Inscr., New-Hav. 1888.; Oppert, Inscr. d. Sargonid. p. 59. sqq.; Brunengo, L'imp. di Babil. etc. 2. p. 72. sqq.

ASARMŌTH, indecl. (Hebr. Hhatzarmâveth « atrium mortis »; LXX. Σαρμώθ) nom. personæ et regionis.

Asarmoth ¶ 1. Fuit tertiusdecimus filius Jectan, stirpe Semitica. Vulg. Gen. 10. 26. et 1. Par. 1. 20. — Ejus posteri Jectanidæ pæninsulam Arabicam incoluerunt, inde expulsis tribubus Chamitarum, quæ fere omnes in Africam (Cush) migrarunt. Cf. Gen. 10. 7. ¶ 2. Hinc regio ab iis culta, quam nunc etiam Arabes vocant Hadramaut, territorium quidem ferax gummi, myrrhæ ac præcipue turis, sed torridum et insalubre. Hieronym. nom. Hebr. p. 2. « Asarmoth atrium mortis ». (Cf. Ptol. 6. 7. 25). Fortasse ita dictum non solum ob aeris insalubritatem sed ob ingentes hiatus alicubi subterraneos, incautis teterrimæ mortis causam. V. Sitzung, Berl. Akad. Wiss. 1879. p. 579-580.

ASBĀMÆUS, i, m. 2. epitheton Jovis, a fonte Cappadociæ ('Ασβαμαΐον) desumptum. Ammian. 23. 6. 19. Apud Asbamæi quoque Jovis templum in Cappadocia, ubi Apollonius traditur natus prope Tyana, stanno effluens fons cernitur.

ASBŎLUS (Asbolos), i, m. 2. ("Ασβολος, fuligo) ¶ 1. Fuit Centaurus, augur, de quo Ovid. 12. Met. 307. Quique suis (fratribus Centauris) frustra bellum dissuaserat augur Asbolus (Astylos codd., em. Roscher). — Hinc Asbole (Inis), 'Ασβόλη, nom. mul. Corp. I. L. 12. 796. — Hinc Asbolius, 'Ασβόλιος, 28. 1. 8. Asbolius palæstrita. et Inscr. Chr. Gall. Leblant, I. 29. VIVAS IN DEO ASBOLI. Adde Ammian. 28. 1. 8. ¶ 2. Item canis Actæonis, a pilorum colore fuligineo. Ovid. 3. Met. 218. Et niveis Leucon et villis Asbolus atris.

ASBŸTÆ v. Asbystæ, ārum, m. plur. 1. ('Ασβύται v. 'Ασβύσται: Hasbitæ apud Plin. 5. Hist. nat. 5. 5. [34] et Asbotæ apud Prisc. perieg. 195) gens agri Cyrenaici, quæ rura colens lasere vivere traditur. Prisc. loc. cit. et Solin. 28. — Hinc Asbyte, es, nom. mul., quod fictum videtur, apud Sil. It. 2. 58., sc. Jarbæ, Gætulorum regis, filia, virgo fortissima, quæ bello Punico secundo cum grege mulierum, quasi Amazon, Pœnis circa Saguntum auxilio venit, sed a Therone, Herculis sacerdote, curru dejecta, occisa est. — Ejusdem, ut videtur, originis Asbytes, æ, Trojanus, a Turno occisus. Virg. 12. Æn. 362. Asbyten (acc.).

ASBŸTĒ, es, f. 2. et

ASBŸTĒS, æ, m. 1. V. voc. præc.

ASCĂLĂPHUS, i, m. 2. ('Ασκάλαφος) ¶ 1. Est dæmon, filius Acherontis et Stygis (al. Orphnes Avernalis nymphæ). Hic vidit Proserpinam, quæ a Plutone rapta fuerat, septem grana mali Punici ex arbore decerpti in horto comedentem. Quum Ceres filiæ suæ reditum a Jove ea lege impetrasset, si nihil apud Inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit. Indignata Proserpina sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, convertit eum in bubonem, avem funestam et tristium sæpe rerum nuncium. Ita Forcellin. ex Ovid. 5. Met. 533. et Serv. ad Virg. 4. Æn. 462. Adde Stat. 3. Theb. 511., Mythogr. 1. 7. et 2. 101. et Comm. Bern. Lucan. 6. 740. ¶ 2. Item filius Martis et Astyoches, rex Orchomeni, Argonauta. Serv. ad Virg. 10. Æn. 470., Hygin. fab. 96. et Dict. 1. Homer. 187. Ascalaphusque potens et Ialmenus, acer uterque. et 778. Deiphobus ferit Ascalaphum mergitque sub umbras. ¶ 3. Item procus Helenæ. Prisc. perieg. 666.

ASCĀLON, ōnis, f. 3. et Ascalona, æ, 1. (Hebr. Ashqelôn; LXX. 'Ασκάλων) — a) Declin.: Nomin. Ascalo pro Ascalon apud Plin. 5. Hist. nat. 12. 14. (68). — Gen. Ascalonis habent Vulg. 2. Reg. 1. 20. et Soph. 2. 7. et Hieronym. sit. et nom. p. 92. — Ascalonos, apud Petr. Nic. I. 26. — Acc. Ascalonem est Plin. 6. Hist. nat. 34. 39. (213)., Ammian. 14. 8. 11., al. — Ascalona in Itin. Ant. p. 151. et Theod. 3. et apud Rav. p. 2. — Ascalon, neutrorum more, Cypr. Gall., Jud. 47. et Itin. Buch. p. 129. — Abl. Ascalone apud Plin. 19. Hist. nat. 24. 51. (109). et Vulg. Am. 1. 8. — Altera forma Ascalona et etiam Ascalonis, minus usitata, a sequioribus tantum usurpatur. — b) Ultima in Ascalōn corripitur a Cypr. Gall. loc. cit. et Coripp. Just. 3. 89.

Ascalon, oppidum vetustissimum Philistinorum seu Palæstinæ proprie dictæ princeps, in planitie Sephela inter Azotum et Gazam, mari Mediterraneo præ ceteris propinquius, 520. stad. ab Jerusalem (Jos. 3. B. J. 11. 1.) v. 63. m. p. (Tab. Peut. 10), nunc Scalona et Arab. Askalan, olim Assyr. Asqalna, probabiliter a Chananæis vel Lydiis conditum, ut putant Mignot, Sixième Mém. sur les Phénic. in Mém. de l'Académ. d. Inscr. t. XXXIV. p. 339. et Bochart, Phal. II. 12., secuti Steph. Byz. v. 'Ασκάλων, qui Ascalo, filio Hymenæi et fratri Tantali, in Palæstinam misso ab Achiamo, Lydiæ rege, quod mythicum plane videtur (Cf. tamen Vigouroux in Dict. Bibl. v. 1. p. 1061), ante bellum Trojanum (Justin. 18. 3.), una ex quinque satrapiis Philisthæorum (Jos. Ant. 6. 6), quam tribus Juda post obitum Josue occupavit (Jud. 1. 18). Memorant Mela 1. 11. 3., Plin. 6. Hist. nat. 34. 39. (213)., Inscr. apud Momms. n. 2581. et Vulg. passim. — Laudantur ejus vineæ, cæpæ et cyprum (Plin. 12. Hist. nat. 24. 51. [109], coll. 19. ibid. 6. 32. [101]. et Theophr. Plant. 7. 4), et luctatores, castabula, pyctæ ex ea missi (Descr. orb. 17); dicta etiam « æmula Cæsareæ » (Ammian. 14. 8. 11). — Ægyptii eam ceperunt sub Ramsete II. (Lepsius, Denkm. Abth. III. pl. 145 C); dein Assyrii sub Sennacherib (Inscr. of west. As. t. 1. pl. 37. c. II. l. 58-68); tempore autem imperii Persarum Tyrii (Scylax Peripl. 104. in Geogr. gr. min. ed. Müll t. 1. p. 79); post Alexander M. (L. Müller, Numism. Alex. M. 1855. p. 308); mox Ptolemæi, reges Ægypti (Jos. 12. B. J. 4. 5.) et Seleucidæ, reges Syriæ (1. Mach. 10. 86), coll. Mionnet, Descr. d. méd. V. p. 25. n. 219. p. 38. 72. etc. et Schürer, Gesch. d. Jüd. Volk. Leipz. 1887. t. 2. p. 63-67) et Machabæi (1. Mach. 10. 86. et 11. 60); denique Romani « oppidum liberum » habuerunt. Plin. 5. Hist. nat. 12. 14. (68) inde ab ann. 104. a. Chr. — Fuit patria Antiochi philosophi (Strab. 16. 2. 29) et Herodis M. (Eus. 1. H. E. 6. 11. et Justin. Dial. c. Triph. 52). — Diu idololatriæ dedita et christianorum insectatrix, tandem subversa ac deleta fuit. Vulg. Soph. 2. 4. Ascalon erit in desolationem. et Zach. 9. 5. non habitabitur. Cf. Bädeker, Paläst. p. 334. — De duabus æris ejus propriis ac nummis V. Eckhel 3. p. 444. sqq., coll. Mionnet loc. cit. et Suppl. VIII. p. 366. — Plura de ea apud Guérin, Jud. II. 135-149. et 153-171.; Guthe, Die Ruin. Ascal. in Zeitschr. d. deutsch. Paläst. t. II. 1879. p. 164-171. et Ritter, Erdk. t. XVI. p. 69-89.

ASCĂLŌNA, æ. V. voc. præc.

ASCĂLŌNENSIS, e, adject. Ascalonis incola. Sulpic. Sev. chron. 1. 31.

ASCĂLŌNĪTĀNUS, a, um, adject. ad Ascalonem pertinens. Corp. Inscr. Lat. 9. 3664. et 10. 1746. — Ascalonitani, incolæ. Ibid. 3. 600.

ASCĂLŌNĪTĒS (Ascalonita), æ, comm. gen. 1. ('Ασκαλωνίτης) et Ascalonitis, Ascalonis incola. Fulg. Myth. 1. 14. Serapion Ascalonites. Hieronym. in Chron. a. Abr. 1950. Antipater Herodis Ascalonitæ filius. — Itin. Ant. Plac. 33. Majoma Ascalonitis. — Sæpius in plur. num. Vulg. Jos. 13. 3. Ascalonitæ, Gethæi etc. Hieronym. in Chron. a. Abr. 2295. Annus - juxta Ascalonitas (Epiph. metrol. p. 103. 13).

ASCĂLŌNĬUS, a, um, adject. ad Ascalonem pertinens, ut Ascalonia cæpa (vel Ascalonia absol.) apud Apic. 4. 2. et Plin. 19. Hist. nat. 6. 32. (106)., ital. scalogno; fr.-gall. échalotte; germ. Aschlauch; angl.-sax. ynnilec (V. Gloss. V. 340. Ascalonium, n.). — Absolute, Ascalonii, in plur. num., incolæ. Justin. 18. 3. (Sidonii) a rege Ascaloniorum expugnati, navibus appulsi Tyron urbem ante annum Trojanæ cladis condiderunt ». — Reges antiquitus habuisse Ascalonii traduntur inde a tempore Sennacherib, qui Sidka, eorum regem, a se captum nominat in cylindro Taylor (Cuneif. Inscr. of west. Asia t. I. pl. 37. c. II. l. 58-68. et t. III. pl. 12. l. 29).

ASCĀNĬUS, a, um, adject. ('Ασκάνιος) ad Ascanium aliquem pertinens, absolute etiam aliquando adhibitum. ¶ 1. In masc. gen. — 1.°) Ascanius portus, apud eund. 5. ibid. 30. 32. (121). Troas: ibi a Phocæa Ascanius portus. — 2.°) Ascanius sinus seu lacus ('Ασκανία λίμνη) inter Prusam et Nicæam. Id. 5. ibid. 43. 32. (148). — Diversum putant lacum cognominem in Pisidia, hodie Bullur Giöllü (V. Leake, Journ. etc. 145) v. Adjituz Giölü (V. Hamilton, Reis. etc. I. 457), Id. 31. ibid. 10. 46. (110). — 3.°) Ascanius fluvius Mysiæ e lacu Ascanio (Vib. Seq. p. 145) in sinum Cianum influens, hodie Giöldere. Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 32. 40. (144). — Ad Virg. 3. G. 270. (Colum. 6. 27. 5). « illas (equas) ducit amor trans Gargara transque sonantem Ascanium » Serv. adnotat, Ascanium positum esse pro quibuslibet fluminibus. — Ad hujus fontem Hylas a Nymphis raptus est. Propert. 1. 20. V. HYLAS. ¶ 2. In fem. gen. — 1.°) Ascania, regio Phrygiæ circa lacum Ascanium. Plin. 5. Hist. nat. 32. 40. (144). — 2.°) Ascania, insula maris Ægæi, hodie Askani. Id. 4. ibid. 12. 23. (71). — 3.°) Ascaniæ, insulæ in Ægæo ante Troada. Id. 5. ibid. 31. 38. (138).

ASCĀNĬUS, ii, m. 2. ('Ασκάνιος) nom. ignotæ significationis; nam ex eo quod ait Serv. ad Virg. 1. Æn. 267. « dictum a Phrygiæ flumine Ascanio » nihil erueris; nisi mavis etymon in eo latere quod refert Auct. orig. g. Rom. 14., coll. Dionys. 1. 65. nuncupatum in paterna fuga Ascanium, qui antea Euryleon vocabatur. Sunt etiam qui conferant cum Ascenez quasi As-khniz, sc. filius As, qui summus deus erat Phrygibus (Cf. Eusus v. Æsus). Ita Lenormant, Orig. etc. II. 392. et Rhein. Mus. 1885. p. 475.

Ascanius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Æneæ ex Creusa, Priami regis filia, natu maximus. Liv. 1. 3. Ascanius major - Creusa matre Ilio incolumi natus. - Hic, incensa Troja, una cum patre in Italiam venit et post ejus mortem Lavinii regnavit annos 38., Albam Longam condidit eoque regni sedem transtulit. (Virg. 1. Æn. 271., Tibull. 2. 5. 50., Justin. 43. 1. 13., Solin. 2., al.). V. tamen infra sub 2. — Variis nominibus appellatus fuit, sc. Julus (antea Ilus, teste Liv. l. c.) quasi ἰόβολος, idest sagittandi peritus, vel a prima barbæ lanugine, quam ἴουλον Græci dicunt (Serv. ad loc. cit.); hinc binominis dictus Ovid. 14. Met. 609.; Euryleon antequam Ascanius (Auct. orig. g. Rom. l. c.); Dardanus et Leontodamas « ad exstinctorum fratrum solacium » (Serv. ad Virg. 4. Æn. 159), quæ verba tam obscura non sunt, quam putat Wörner in Roschers Lex. I. 614., ut idem sit ac si dicatur, « nomina fratrum exstinctorum ad parentum solacium Ascanio indita ». — Epitheton sollemne puer apud Virg. 2. Æn. 598. et alib. — 2.°) Item alter Æneæ ex Lavinia filius. Liv. 1. 3. « Nondum maturus imperio Ascanius Æneæ filius erat etc. ». — Hicine fuerit Ascanius, an major quam hic Creusa matre, Ilio incolumi natus est, non liquet, ut ibid. dicitur. Sic de Albæ conditore Serv. ad Virg. 1. Æn. 7. « Albam ab Ascanio conditam constat, sed a quo, incertum est, utrum a Creusæ an a Laviniæ filio: de qua re etiam Livius dubitat » (V. SILVIUS POSTUMUS). — 3.°) Item Priami filius. Hygin. fab. 90., coll. Apollod. bibl. III. 12. 5). — 4.°) Item Phryx, de quo Homer. 248. Phorcus et ingens Ascanius. (Hom. Il. 3. 862. 'Ασκάνιος θεοειδής-ἐξ 'Ασκανίης. Cf. Strab. 12. 564). Adde Dict. 2. et Dar. 18. — 5.°) Item Capuanus a Volesco interemptus. Sil. It. 13. 244. ¶ 2. In titulis cogn. vir. satis frequens. Corp. I. L. 3. 4257., 14996. et alib. — Hinc Ascanio (onis) nom. servi, ut videtur, Q. Ciceronis, Cic. 3. Q. fr. 4. 5.; et liberti, Corp. I. L. 6. 18874.

ASCARII, ōrum, m. plur 2. genus militum (fortasse ab ἀσκός, saccus pelliceus v. pellis detracta, quasi pelliceo vestitu induti). Memorantur Ammian. 27. 2. 9. Didici regem hostilium agminum cum paucis captum ab Ascariis. Notit. Dign. or. 32. Auxilia Ascarii. et 9. Ascarii seniores et juniores. et Not. Dign. occ. 7. Ascarii Honoriani.

ASCENEZ v. Aschenez, indecl. m. (Hebr. 'Ashkenaz; LXX. 'Ασχανάζ: cf. Assyr. Asguza seu Askhuz). — De vocis etymo ita Hieronym. nom. Hebr. p. 2. « Aschenez ignis sic aspersus ». et Lib. gen. chron. I. p. 168. « Agganaz id est ignis ardens ». Aptius vero hoc nomen conjungitur cum Ascanius ('Ασ-κάνιος), quam voc. V.

Ascenez ¶ 1. Fuit primus ex tribus filiis Gomer, filii Japheth. Vulg. Gen. 10. 3. et 1. Par. 1. 6. — De eo variæ sunt sententiæ eruditorum, sive consideretur gens sive regio hoc nomine distincta. Insignis est locus Jerem. 51. 27., ubi statuitur Ascenez sociatus Ararat et Menni opemque ferens Cyro contra Babylonem; unde censueris eam gentem Asiam minorem (ita 'Ashkenaz interpretantur Thalmudici: cf. Neubauer, La géogr. d. Talm. Paris 1868. p. 309-310., 423.: sane nomina Ascanius et Ascania sæpe occurrunt in hac regione, ut monet Roscher, Lex. Myth. p. 614) et Armeniam propriam seu occidentalem incoluisse (M. P. de Lagarde, Gesamm. Abhandl. Leipz. 1866. p. 255. et Legendre in Dict. Bibl. Vig. 1. p. 1070. sqq.). Fuisse porro Ascenez patrem τῶν 'Αχαναζέων, qui Rhegini modo vocantur, docet Jos. Ant. 1. 6.; sed quinam ii sint, ignoramus. Alii minus recte suggerunt Πόντον Εὔξεινον, qui ante 'Άξενον vocaretur (Strab. 7. 300. et Plin. 4. Hist. nat. 12. 24. [76]), nomen accepisse ab Ascenez. Knobel vero (Die Völkertaf. d. Gen. Giessen 1850) proponit Asas, Germanorum majores; quin Judæi Germanici etiam hodie se Askenaz ignorantiæ causa (Gesen., Lex. Hebr. h. v.) appellant; dum Bochart (Phaleg. III. 9) Ascaniam Phrygiæ in medium adfert. Ex quibus concludi merito potest omnia esse perquam incerta. ¶ 2. Item gens Armeniæ vel Europæ septentrionalis. Id. Jerem. loc. cit. Cf. dicta in superiore paragrapho et v. etiam Maspero, Hist. anc. d. peupl. d. Or. Paris 1886. p. 450. et Re, Arch. Bibl. Diz. 1. p. 763. sqq.

ASCIBURGĬUM, ii, n. 2. oppidum seu statio Germaniæ inferioris, hodie Asberg, inter Gelduba et Vetera: fortasse a Germ. ass, fraxinus, et burg, vicus, oppidum, vel berg mons. Tac. Germ. 3. Asciburgium, quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur. Adde eund. 4. Hist. 33. Cf. Bergk, Westd. Ztschr. I. 502.

ASCĪTÆ, ārum, m. plur. 1. ('Ασκῖται) ¶ 1. Est gens Arabum, fortasse ab ἀσκός, uter, denominati, « quoniam, ut ait Plin. 6. Hist. nat. 34. (176)., bubulos utres binos insternentes ponte piraticam exercent ». Adde Solin. 56. ¶ 2. Item hæretici, pariter « ab utre appellati - quem perhibentur inflatum et opertum circuire lascivientes

et bacchantes tamquam ipsi sint euangelici utres novi novo vino repleti ». Ita *Augustin. hær.* 62.

ASCLĒPĬĂDES, is, m. 3. (Ἀσκληπιάδης, patronym. ab *Asclepius*. — *Asclepiades*, æ, in *Cod. Just.* 6. 24. 10. — Acc. *Asclepiadan* vet *Scribon. Larg.* 5., *Plin.* 26. *Hist. nat.* 3. 8. (16). et *Tertull.* 2. *Nat.* 14. et *An.* 15. — Pænultimam longam facit *Prudent. Perist.* 10. 42. et 892.

Asclepiades ¶ 1. Apud auctores frequens, ex præcipuis — 1.°) Samius, poeta lyricus, a quo appellatum est *asclepiadeum metrum* (*Atil. Fortun. gramm. VI.* 295. 19.). *V.* voc. in *Lexic.* — Hunc imitatus est *Theocritus*, qui in *Eid. VII.* Sicelidem Samium eundem vocat. — Asclepiadis epigrammata XVIII. habet *Anthologia Palat.* Adde *Meineke*, qui choliambos collegit in *Babr. fab.* Berl. *Lachm.* — 2.°) Item rhetor et præcipue medicus Prusiensis v. Chius, æmulus Hippocratis (*Apul. Flor. n.* 19); unde *Cic.* 1. *Orat.* 14. 62. eloquens medicus dicitur. *Plin.* 26. *Hist. nat.* 3. 7. (12). Asclepiades ætate Magni Pompeji grandi magister. *V.* integr. loc. — Studuit etiam philosophiæ Epicureorum, horum doctrinam secutus de corpusculis, de anima etc. (*Susemihl, Alex. Litt.-Gesch. II.* 430. *sq.* et *Sprenge, Gesch. d. Med. II.*[3] 13. *sq.*). — Fuit scholæ conditor; hinc *Asclepiadei* medici dicti ejus sectatores. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 37. (124). et 14. *ibid.* 7. 9. (78). et *alib.* sæpe. — Plura opera scripsit a veteribus magno in pretio habita. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 19. (32).; et *alib.*, *Cels.* 1. 3., *Cæl. Aur.* 1. *Acut.* et *alib.* passim, *Macrob.* 1. *Somn. Scip.* 14. 19., *Scribon. præf.* et *comp.* 75. et 84., *al.*, saltem septendecim, ut περὶ ὀξέων παθῶν, *de communibus auxiliis, de tuenda sanitate*, παρασκευαί, *de clysteribus, de periodicis febribus, de hydrope*, περὶ ἀλωπεκίας etc., quorum fragmenta collegit *Gumpert, Ascl. Bithyn. fragm.* Weimar 1794. — De eo cf. *Raynaud. de Ascl. med. et phil.* Paris 1862., *Bruns, Quæst. Ascl.* etc. et *Diels, S.-Ber. Akad. Berl.* (1893) 101. 1. — 3.°) Item Tragilensis, Isocratis discipulus, τραγῳδουμένων auctor, unde fabularum argumenta tragici expromserunt, quorum fragmenta collegit *Müller. Hist. Gr. Fragm. T.* 3. *p.* 298. Memoratur *Plin. H. N. elench.* 7., *Hygin.* 2. *Astr.* 21., *Prob.* in *Virg. G.* 2. 84. et 3. 267. et *Myth.* 1. 121. — De eo videsis *Wilamowitz, Anal. Eur.* 183. et *Herm. XXVI.* 214. — 4.°) Item grammaticus, Mendesius, in Ægypto, quem *Theologumena* scripsisse ait *Suston. Aug.* 94. Cf. *Müller, Hist. Gr. fragm. T.* 3. *p.* 306. — 5.°) Item philosophus Cynicus, de quo *Tertull.* 2. *Nat.* 14. — Ab hoc diversus alter apud *Symm. ep.* 5. et *Ammian.* 22. 13. 3. — 6.°) Item historicus Cyprius, qui sæc. III. de rebus Cypriis ac Phœnicis scripsit, *Hieronym.* 2. *c. Jovin.* 14. ex *Porphyr.* Neanthes Cyzicenus et Asclepiades Cyprius scribunt etc. Cf. *Müller loc. cit. p.* 306. — 7.°) Item Clazomenius, Philini filius, ob præclara in rem publ. Rom. opera, amicus declaratus pop. R. et privilegiis ornatus ex SCto a. U. C. 676., ed. in *Corp. I. L.* 1. 203. Cf. *Momms. St. R. III.* 591. 1., coll. *Bruns, Font. jur. R.* 159. 3. — 8.°) Item Myrleanus, grammaticus, distinguendus ab historico, qui floruit Alexandriæ sub Ptolemæo IV. Memoratur *Macrob.* 5. *Sat.* 21. 5, « Asclepiades vir inter Græcos adprime doctus ». Alii tamen putant non de hoc juniore sed de seniore hic mentionem fieri. — Scripsit ὑπομνήματα in Iliad. et Odyss. (*Etym. M.* 146. 14. et 160. 14), *Periegesin* regionis Turdetanæ in Hispania (*Strab.* B. 157. et 166), *de rebus Bithynicis* libr. decem (*Schol. Parthen.* 35.: cf. *Susemihl Alex. Litt. Gesch. I.* 383. 43. et *II.* 19. 98) et alia. — De eo consulas etiam *Müller, op. cit. T.* 3. *p.* 298. et *Rohde, Rh. Mus. XXXIII.* 178. 4. — 9.°) Alios habet *Cic. Flacc.* 15. 34. et 5. *Tusc.* 39. 34-38. et ex christianis *Lactant.* 7. *Inst.* 4. 17., *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 10. et 12. *ibid.* 2., *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2227. etc. ¶ 2. In titulis multi, imprimis Romani et Ostienses, ita cognominati. *Corp. I. L.* 6. 10221.; 9. 4957.; 14. 32. etc.

ASCLĒPĬĂDĒUS et Asclepiadius, a, um, adject. (Ἀσκληπιάδειος) ¶ 1. Est ad poetam Samium pertinens. *Diom. gramm. I.* 501. 25. Metra Asclepiadia. *Isid.* 1. *Orig.* 38. 8., ubi Asclepidii et Asclepidius: cf. *Asclepiadicum* metrum, apud *Mar. Vict. gramm. VI.* 51. 1. V. voc. in *Lexico* ¶ 2. Item ad medicum Prusiensem. *Corp. Inscr. Lat.* 12. 1804 (*prope Viennam*).

ASCLĒPĬĂS v. Asclepis, æ, m. 1. (Ἀσκληπιᾶς) ¶ 1. Fuit philosophus, idem qui Asclepiades. *V.* hanc voc. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn., nisi compendium est pro *Asclepiades*. *Corp. I. L.* 10. 6471. — *Asclepias (adis)*, cognom. mul. *Ibid.* 10. 6700.

ASCLĒPĬŌDŌRUS, i, m. 2. (Ἀσκληπιόδωρος, *Asclepii donum*) ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit pictor Atheniensis, æqualis Apellis, cum Euphranore et Nicia comparandus (*Plut. glor. Athen.* 2). Memoratur *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (107). — 2.°) Item statuarius. *Id.* 34. *ibid.* 8. 19. (86). ¶ 2. Generatim, in titulis, cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 22046. — *Asclepiodora* (Ἀσκληπιοδώρα) cogn. mul. *Ibid.* 5. 136.

ASCLĒPĬŌDŌTOS, i, m. 2. (Ἀσκληπιόδοτος, *ab Asclepio dono datus*). — Est nom. et cogn. vir., quo Græci varii, clarissimi consules a. 292. et 423., al., præsertim in *Inscriptt.* et *Cod. Just.*, nuncupantur. — *Tertull. Apol.* 23. « Iste ipse Æsculapius medicinarum demonstrator, alia die morituris Socordio et Tanatio et Asclepiodoto vitæ subministrator etc. », ubi *Asclepiodotus* non pharmaci, uti vult *Forcellinus*, sed viri esse nomen ex contextu liquet. — *Asclepiodote (es v. ēnis)* et *Asclepiodota (æ)*, cogn. mul., satis frequens. *Corp. I. L.* 6. 22406.; 12. 1059. etc. Adde *Cod. Just.* 4. 12. 1. et 6. 36. 2. — *Asclepiodotianus*, cogn. vir. *Corp. I. L.* 14. 648.

ASCLĒPĪTĀNUS, a, um, adject. ad Asclepium sive Æsculapium pertinens, ut *Asclepitana colonia*, sc. Epidaurus, Asclepii cultrix, in *Inscr.* apud *Appendini, Not. St. di Ragus. I.* 29., si sincera est. — Hinc absolute

Asclepitani, ōrum, m. plur. 2. incolæ Epidauri. *Liv.* 45. 26. — At *Weissenborn* leg. *Selepitani*.

ASCLĒPĬUS, ii, m. 2. (Ἀσκλήπιος) Forma *Asclepius* pro *Æsculapius* non raro ipsi Latini usi sunt, ut *Hygin. fab.* 14. et *alib.*, *Augustin. loc. cit.*, *Lact.* 1. 17. et in Lapidibus litteratis. *V.* infra. — Nomin. *Asclepios*, Gr. positione, apud *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 2. et *Asclipius* apud *Greg. Tur.* 6. *Fr.* 19. — Voc. *Asclepi* est *Apul. Ascl.* 1. et *Augustin.* 8. *Cic. D.* 23. 1. — Cetera de varia nominis orthographia sive Græca sive Latina et de notatione V. *Pietschmann, PW.* 2. 1633. et ÆSCULAPIUS.

Asclepius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est deus, idem qui Æsculapius. — Hinc *Asclepii templum* in *Tab. Peuting.* V. plura in ÆSCULAPIUS. — Item *Asclepii* v. *Asclepium diadema*, herbæ species apud *Apul. Herb.* 109. — 2.°) Item medicus. *V.* ÆSCULAPIUS. — 3.°) Item Afer episcopus. *Gennad. vir. ill.* 74. — Scripsit adversus Arianos et Donatistas, teste eod. *Gennad. ibid.* — 4.°) Etiam fluvius, in *Itin. Anton. Plac. rec.* A 2, prope Sidona, hod. *Nahr el-Bar-ghût*. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. plurium quam apud auctores. *Corp. I. L.* 6. 12499., 25125. - 14679., 26548. etc. — *Asclepia* (Ἀσκληπία), cogn. mul. *Ibid.* 20380., 26434. etc. — Hinc derivata: *Asclepias (adis)*, cogn. mul. *Ibid.* 17200. — *Asclepianus*, cogn. vir., unde cogn. demin. puellæ *Asclepianillis*, 8. 1181. - *Asclepiacus* (Ἀσκληπιακός), nom. serv. et cogn. *Ibid.* 6. 12497. — *Asclepides (is)*, cogn. vir. *Ibid.* 3. 14403. — *Asclepio (on), ōnis* (Ἀσκληπίων), nom. Gr. *Cod. Just.* 562. 25.

ASCLĒTĂRĬON v. Ascletario, ōnis, m. 3. mathematicus, de quo *Sueton. Dom.* 15. Cf. *Dion.* 67. 16. 3. At *Kumanudis* conjectura probanda est, qui pro *Ascletarion* leg. *Asclepation*, ab *Asclepius*.

ASCLUM. *V.* ASCULUM.

ASCŌDRUGĪTÆ, ārum, m. plur. 1. hæretici in Galatia, ab ἀσκός, *uter*, unde et *Ascitæ* dicti, de quibus *V. Philastr. hær.* 75. — Alia forma *Ascodrogitæ* v. *Pascodrogitæ* in *Cod. Theod.* 16. 5. 65. et *Nov. Theod.* 3. 9. Cf. etiam *Hieronym.* in *Gal.* 2. 3.

ASCŌNĬUS, ii, m. 2. (Ἀσκώνιος: cf. voc. præc.) ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Asconius Labeo, Neronis imp. tutor, qui a Senatu an. 54. a. Chr. ei petivit consularia insignia. *Tac.* 13. *Ann.* 10. — 2.°) Q. Asconius Pedianus (v. Pædianus, Παιδιανός), grammaticus otrbetor et etiam historicus, in gentem Pediam adoptatus, unde cognomen *Pediani* ei inditum est, Patavinus, ut conjicitur ex ipso *Ascon.* in *Comm.* ad *Orat. pro Corn. p.* 68. 17., ubi *Livium nostrum* dicit, et ex Patavinis inscriptionibus in *Corp. I. L.* 5. 2829., 2848., 2899. et 2937. Cf. *Sil. It.* 12. 212. *sqq.* — Eum probabilius videtur vixisse an. 3-88. post Chr.; hinc æqualem fuisse M. Apicii (*Suid.* h. v.) et Junii Blæsi cons. (*Hirzel, Rh. Mus. XLIII.* 1888. *p.* 314. *sq.*, et *Borghesi, Œuvr. I.* 357), non autem Virgilii, ut perperam legitur apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *Ecl.* 105.; ubi *Philarg.* et *Schol. Bob.* ad *l.* leg. « *Cornif.* (v. *Cornel.*) ait se audivisse Vergilium ». — Memoratur *Quintil.* 1. 7. 24. T. Livium ita his usum esse ex (*Asconio*) Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur. *Hieronym.* in *Chron.* an. Abr. 2096 (= 76. post Chr.). Quintus Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui LXXIII. ætatis suæ anno captus luminibus, XII. postea annis in summo omnium honore consenescit. Adde *Prob.* ad *Virg.* 1. *Ecl. circ. fin.* et *Gell.* 15. 28. — De eo non minus armis quam litteris egregio *Sil. It.* 12. 212-252. « Polydamanteis (*i. e.* Trojanis) juvenis Pedianus in armis Bella agitabat atrox etc. ». — Scripsit breves commentarios historicos in *Cic. c. Pisonem, pro Scauro, pro Milone, pro Cornelio, in toga candida*, detectos a *Poggio* in cod. Sangall. a. 1416. (V. *Schanz, I. p.* 283), qui adhuc exstant notitiarum pretio ac « stilo puro et supra grammaticum suaque ætate non indigno » ut *Forcellin.* ait, magni æstimandos; non tamen alii ad nos pervenerunt, ad quos in illis provocat; præterea vitam Sallustii exarasse scimus ex *Acron.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 2. 41.; denique etiam librum *contra obtrectatores Virgilii*, teste *Donat.* in *vit. Virg.* 16; non autem comm. in Verrinas et schol. Bob. ed. *Mai.*, *pseudo-Ascon.* tribuenda (V. *Teuffel, II.* 278). De his cf. etiam *Quintil.* 5. 10. 9. et *Sueton. rel. p.* 66. 2. *Reiff.*, coll. *p.* 57. 5. et ex recentioribus *Suringar, Hist. crit. schol. lat. I.* et *II.*; *Madvig, De Ascon. Pediani comment.* 57. *sqq.*; *Lichtenfeldt, De Q. Ascon. Ped. fontibus ac fide*, Breslau, 1888. — 3.°) Q. Asconius Gabinius Modestus, Patavinus, prætor, proconsul, præfectus ærarii Saturnii, de quo *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 99. et 524 (*Corp. I. L.* 5. 2820). ¶ 2. In titulis nom. gent., crebrum in Gallia Cisalpina. *Corp. I. L.* 5. 2243 (*Altini*). - In Gallia Transalp. *Ibid.* 12. 3426. — *Asconia*, nom. mul. *Ibid.* 5. 2937.

ASCRA (Ascre), æ, f. 1. (ἡ Ἄσκρη et Ἄσκρα: v. *Meineke* ad *Steph. Byz.*, *Herodian. I.* 340. et *II.* 848. *L.*) Etymon præbet *Hesych.*: ἄσκρα· δρῦς ἄκαρπος, *quercus infecunda*.

Ascra, oppidulum seu vicus (*Vib. Seq. p.* 27. *R.*) seu civitas (*Serv. l. c.* 2. *ibid.* 176) Bœotiæ, in dextera parte Heliconis, ad territorium Thespiorum pertinens, ubi Hesiodus, probabilius, natus et diu commoratus, *Ascræus* appellatus est, hodie *Pyrgaki* (V. *Setti, Esiod.* 12). *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 31. Esset perpetuo sua quam vitabilis Ascre, Ausa est agricolæ Musa docere senis etc. Adde *eund.* 1. *Art. am.* 27. *Serv. Georg.* 1. *præf.* Hesiodus fuit de Ascra. *et Sidon. carm.* 9. 211. non hic Hesiodea pinguis Ascræ spectes carmina. — De ea V. *Bursian, Geogr. I.* 237. et *Ulrichs, Reisen II.* 94. *sq.*

ASCRÆUS, a, um, adject. (Ἀσκραῖος) ¶ 1. Est ad Ascram pertinens. *Varro* 1. *R. R.* 1. 9. Ascræus Hesiodus. *Virg.* 6. *Ecl.* 70. senex. *Culex* 96. poeta. *Ammian.* 14. 6. 8. vates. *Ovid.* 6. *Fast.* 14. oves. *h. e.* quas pavit Hesiodus Ascræ, ubi rusticam et pastoralem vitam aliquandiu egit. *Fulg. Myth.* 1. 12. pastor. — *Propert.* 2. 13. 3. nemus. *h. e.*, latiore sensu, quasi Heliconium. ¶ 2. Item ad Hesiodum, vel generatim ad Musas pertinens, Heliconius. *Virg.* 2. *G.* 176. Ascræum carmen. *h. e.* georgicum. *Propert.* 2. 10. 25. fontes. — Hinc *Ascrejus*, nom. gent. *C. I. L.* 9. 8739.

ASCRÆUS, i, m. 2. (Ἀσκραῖος) ¶ 1. Est Hesiodus ex Ascra. *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 11. Vivet et Ascræus, dum mustis uva tumebit. ¶ 2. Item mons « unde vicus in Bœotia, unde Hesiodus ». Vix recte ita *Vib. Seq. p.* 125. *R.*

ASCŪLĀNUS, a, um, adject. (Ἀσκολανός) Etiam *Asclanus* (Ἀσκλαῖος) syncop. *Corp. I. L.* 9. 6086. — *Asculaneus* in *Fast. cos. Cap.* a. 665. — *Asculitanus* in *Conc. Const.* a. 536 (*Mansi VIII. p.* 966. *D*). — *Asculaus* apud *Lucan.* 2. 468. — *Asculanensis* leg. quidam in *Inscr.* apud *Lupuli, Itar. Venus. p.* 174. et apud *Vellej.* 2. 16.; sed utrobique *Aeclanensis* v. *Asculanensis* legend. est. Cf. *Momms.* in *Ind. Inscr. R. N. p.* 457. et *Guarini* in *Ricerch. d. città di Eclano p.* 94. *sqq.*

Asculanus, ad Asculum oppidum pertinens et incolarum vocabulum. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 44. (135). Asculanus triumphus. *Gromat.* 1. *p.* 227. ager. *et p.* 244. regio. *Leo M. ep.* 108. Lucretius episcopus. — *Cic. Brut.* 169. T. Betucius Barrus. — Hinc absolute

Asculani, ōrum, m. plur. 2. Asculi incolæ. *Grom.* 1. *p.* 18. Pars oppidi Asculanorum. *Tertull.* 2. *Nat.* 8. Asculanorum (*Æsculanorum cod. Agobard.*) dea Ancharia (*V.* ANCHARIA). *Corp. I. L.* 6. 1511. colonia. *et* 14. 3900. res publica. Adde *Frontin.* 3. *Strat.* 17. 8., *Gell.* 15. 4. 8. et *Vellej.* 2. 15. 2.

ASCŪLĪNUS, a, um, adject. idem qui Asculanus. *Lib. col. p.* 110., ubi *Lachm.* leg *Ausculinus.*

ASCŪLUM, i, n. 2. (Ἄσκουλον *Ptol.* 3. 1. 47). *Asclum* per sync. (Ἄσκλον *Plut.* in *Pomp.* 4) *Sil. It.* 8. 438. et *Itin. Ant. p.* 307. — Etiam *Asculus*, m., apud *Paul. Diac.* 2. *Hist. Lang.* 19.: cf. Ἄσκλος *Steph. Byz.*

Asculum, oppidum hujus nominis duplex, sc. ¶ 1. Est oppidum Piceni (*Paul. Fest. p.* 212. et *Cic. Brut.* 46. 169), primarium (*Flor.* 1. 14), quod ideo audit *Asculum Picenum* ut ab altero distinguatur (Cf. Ἄσκλον τὸ Πικηνόν *Strab.* 5. 4. 2); municipium (*Cic. Sull.* 8. 25.), postea colonia, tribu Fabia, hodie *Ascoli* v. *Ascoli Piceno*. Memoratur etiam *Plin.* 3. *Hist. nat.* 13. 18. (111). Colonia Asculum Piceni nobilissima. *Flor. loc. cit.* Caput gentis Asculum. Adde *Vellej.* 2. 21. 1., *Val. Max.* 6. 9. 9. et *Gell.* 15. 4. — Natura munitum et muro montibusque silvestribus vix ulli exercitui pervius (*Strab.* 5. 166., al. 369) inclusum, unde *inclementa* et *hirsutum* h. e. durum, asperum vocat *Sil. It. loc. cit.* — In bello sociali, ob jus civitatis sibi negatum, strenue contra Romanos dimicavit in eoque P. Quintilius consul periit (*Eutrop.* 5. 3.); at demum Asculum cedere debuit, et a Strabone Pompejo captum eversumque est (*Flor. loc. cit.*) a. post Chr. 89., unde ei decretus triumphus (*Corp. I. L.* 1. *p.* 49., coll. *Plin.* et *Gell. locc. citt.*). — De hoc deque aliis, quæ ad Asculum pertinent, plura invenies apud *Liv. epit.* 73. et 76., *Oros.* 5. *Hist.* 18., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 17. et 26., *Corp. I. L.* 9. 5177-5274., coll. *Appian. B. C.* 1. 38. *et Plut. Sull.* 6.; et ex recentioribus *G. B. Carducci, Mem. e mon. di Ascoli*, Fermo 1853. — De nummis consulas *De Minicis, numism. Ascul.* Rom. 1857. ¶ 2. Est etiam oppidum in Apulia, quod et *Ausculum* scribitur. *V.* AUSCULUM.

ASCŪLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est idem quod Asculum oppidum. *V.* voc. præc. init. ¶ 2. Est etiam nom. gent. *Corp. I. L.* 8. 2457.

ĀSELLĪUS. *V.* voc. seq.

ĀSELLUS, i, m. 2. (demin. ab *Asinus*) Scribitur et *Aselus*, unico *l*, in *Corp. I. L.* 12. 2197.

Asellus, cogn. ingenuum, lib. reip. ætate jam exstans, et etiam libertinum ex nom. servili profectum, frequens apud christianos. ¶ 1. In titulis. *Corp. I. L.* 6., 1668.; 11. 6700. 99.; 15. 7172. et *alib.* — *Asella*, cogn. mul. *Ib.* 6. 34411. Adde *Hieronym. ep.* 45. ad *Asellam*, virginem insignem. — Item cogn. vir. in gente *Lucretia* et *Vinnia*. *Ascon.* in *Tog. cand. p.* 92. *Or.* et *Schol. Hor.* 1. *ep.* 13. ¶ 2. Apud scriptores *Ti. Claudius Asellus*, prætor a. 206. et tribunus militum a. 207. apud *Liv.* 27. 41. et 28. 10.; item *Claudius Asellus*, summus Rom. eques apud *eund.* 24. 8. — Hinc *Asellio (onis)*, nom. serv. et cogn. ingen. et libert. *Corp. I. L.* 3. 4733. et 10. 6700. 586., *Val. Max.* 9. 7. 4., *Spartian. Sev.* 13. et *Ennod. epigr.* 24. — *Asellius*, nom. gentis pleb. apud scriptores. *Senec. ep.* 40. de Asellio rhetore seu declamatore. Cf. tamen *Sueton. Tib.* 42. *Acro* ad *Horat.* 9. *Sat.* 2. 29. « Tutus erat rhombus tutoque ciconia nido, Donec vos auctor docuit prætorius ». *h. e.* Asellius quidam prætor horum esum docuit. *Aliis* Sempronius videtur. Adde *Spartian. Sev.* 10. — In lapidibus passim. *Corp. I. L.* 6. 12512.; 10. 2109. Cf. *Inscr. Le Bas-Waddington* 2210. ἐπὶ Ἀσελλίου Αἰμιλιάν(ου ὑ)πατικοῦ. — *Asellia*, nom. mul. *Corp. I. L.* 5. 1410. — *Asellianus*, adject. *Ibid.* 11. 1147. fundus. — *Asellinus*, nom. vir. *Ibid.* 10. 8058.-61. — *Asellio (onis)*, demin. ab *Asellus*, cogn. vir. *Val. Max.* 9. 7. *n.* 4.

ĀSĔNĀPHAR, indecl. m. nom. originis Assyriacæ, *'Osnappar* v. *'Ashnappar* (LXX. Ἀσσεναφάρ) vir « magnus et gloriosus » Assyrius, qui colonias in Palæstinam deduxit. *Vulg.* 1. *Esdr.* 4. 10. — Communius creditur Assurbanipal, filius Asarhaddon. V. *Gelzer, Die Colonie* etc. in *Ztschr. f. Ægypt. Sprach.* 1875. *t. XIII. p.* 81. et *Hengstenberg* in *Dan. p.* 178.

ĀSĔNĒTH, indecl. f. nom. originis Ægypt. ab *as-Neit*, h. e. « Neit deæ dicata » (*Plenkers*): vel potius *as-Net*, h. e. habitatio Net v. Neith (*Lesesque*). V. etiam *Lieblein, Dict. d. noms hieroglyph. nn.* 193., 241., 343. et *alib.* Hebr. *'Asenath*; LXX. Ἀσενέθ. — Scribitur *Asennet* apud *Sulpic. Sev. chron.* 1. 11. 9 (*Asenec* P); *Asennes* apud *Cypr. Gall.*, *Gen.* 1294. « conjunx cui nomen Asennes ». *et Asednec* in *Ital.* cod. Lugd. *Gen.* 46. 20. — Prima syllaba longa breviatur *Cypr. Gall. loc. cit.*

Aseneth, filia Putiphare, sacerdotis magni Heliopoleos (Hebr. *On*), a Pharaone in uxorem data Josepho, ad auctoritatem ejus significandam, mater Manasse et Ephraim. *Vulg. Gen.* 41. 45-50. et 46. 20. et *Augustin. quæst. Hept.* 1. 136. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 3. Aseneth ruina. — Putant nonnulli hoc nomen fuisse illi inditum a viro suo, quæ antea Ægyptiaco vocabatur (Cf. 1. *Esdr.* 2. 60); sed hæc opinio nullo fundamento innititur.

ĀSĒR, indecl. m. Hebr. *'Āshēr* « felix, beatus »; *LXX.* Ἀσήρ. — Aser, nom. personæ et loci.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Jacobi octavus, ex Zelpha, ancilla Liæ, in Mesopotamia natus et frater Gad. *Vulg. Gen.* 30. 13 (et 35. 26). Dixitque Lia: hoc est pro mea beatitudine; beatam quippe me dicent mulieres. Propterea appellavit eum Aser. Sic *Hieronym. nom. Hebr. p.* 3. *Id. ep.* 54. Aser vel in beatitudinem vel in divitias vertitur. — Hinc tribus ex duodecim Israeliticis, ab Aser appellata, cui sorte obtigit pars illa Palæstinæ, quæ a Carmelo in septentrionem præ ceteris procurrebat in litora maris Mediterranei (*Jud.* 5. 17); dein vero prope Phœnicem, seu a Libano (*Jos.* 13. 6) ad planitiem Esdrelon (Cf. *Guérin, Descr.* etc. *Galil. t. I. p.* 79-80). *Id. Jos.* 19. 24-31., coll. *Num.* 10. 26. et 13. 14. et *Jud.* 1. 31. et *alib.* — Territorium cum « civitatibus viginti duabus et villis earum » (*Jos.* 19. 30) sortita est fertilissimum, quod ei a patre moriente prædictum est *Gen.* 49. 20. « Aser, pinguis panis ejus et præbebit delicias regibus ». Cf. *Deut.* 33. 24. *sq.* « Aser - tingat in oleo pedem suum. Ferrum et æs calceamentum ejus ». Sane oleo et metallo terra Aser abundavit (*Talm. Siphrê Deut.* 355. ed. *Friedm. p.* 148.; *Neubauer, La géogr. du Talm. p.* 180. et *Trochon, Les Nombr. et le Deut.* Paris 1887. *p.* 212-213). — Non potuit tamen universam sibi attributam Palæstinæ partem occupare. *Vulg. Jud.* 1. 34. Aser non delevit habitatores Accho - et habitavit in medio Chananæi. — Memoratur quoque *Luc.* 2. 36. et *Apoc.* 7. 6. ¶ 2. Item filius Core. *Vulg. Exod.* 6. 24., ubi hebr. est *'Assir* « vinctus, captivus », ut 1. *Par.* 6. 22. et 23. et 3. 17.

II.) Fuit etiam oppidum haud procul a Sichem ad orientem, in tribu Manasse, inter Neapolim (Sichem) et Scythopolim, hodie *Teissir* v. *Yasir* (V. *Van de Velde, Mem. to accompany the Map* etc. *p.* 289. et *Guérin, Descr. etc. Samar. t. I. p.* 355. *sqq.*). *Vulg. Jos.* 17. 7.

ĀSĬA, æ, f. 1. (Ἀσία; Ion. et ep. Ἀσίη; poet. Ἀσίς) — *a)* Orthogr.: *Assia*, cum duplici *s*, in *Gloss. V.* 268. 59 (Cf. *Assiani, ibid.* 31). — *b)* Declin.: Gen. *Asiai*, ἀρχαϊκῶς, apud *Quintil.* 1. 5. 17 (*Papin. Cassiod. gramm. VII.* 158. 14). et *Asies*, Græc. more, in *Corp. I. L.* 10. 3720. — *c)* Etym.: origo vocis mythica ducitur ab Asia, filia Oceani et Thetidis, uxore vel matre Promethei (*Schol. Apoll. Rhod. I.* 444); v. ab *Asio*, Manei Lydi filio (Cf. *Hesiod. Theog.* 959. et *Apollod.* 1. 21); v. ab Asia mythologiæ Germanicæ, qui in Asia min. antiquitus sedem habebant (*Herod.* 4. 45); sed nulla inde eruitur vocis significatio: v. etiam ab Hebr. *Hhezi* « medium » quasi sit media inter Europam et Africam (*Bochart* in *Phal.* 4. 33. et *Forbiger, Handb. 3. alt. Geogr. I.*[2] 38. 77.); v. a rd. ἀσα, *aqua*, unde ἄσιος, ἄσιος, ἄσις (*Pape-Benseler, Wörtb. Gr. Eig.* ad *v.*, coll. *Agath.* 4. et *Baunach, Stud. Nicol.* 22., coll. *Steph. Byz.*) ita ut sit regio humida, paludosa, marinis aquis abundans; vel denique ab Assyr. *aṣu* « ascensus, oriens », quasi pars terrarum, quod ad nos attinet, orientalis, minus inepte, ut puto, nam cetera mihi fere nugatoria videntur (Cf. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 72., 78., 78. et 80., qui vocabulo elevandi notionem tribuit. Similiter *Pott* (*Etym. Forsch. II. p.* 190) « Asia, ex rd. *as*, idem ac *regio solis* v. *orientis*, cui opponitur Europa (*'Ereb* v. *'Erob*), *regio occidentis*. — *d)* Prosod.: prior syllaba, ut in Gr. voce, brevis est; sed licenter aliquando producitur *Prisc. perieg.* 188. et *al.* Cf. tamen *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 383., qui docet, quid inter « Ăsia (palus) et Āsia (provincia) » intersit. — *e)* Structura: *Asia* pro *in Asia* habet *Vitr.* 2. 6. 5.; *Asiam* pro *in Asiam* apud *Treb. Poll. Gall.* 2. In Asiam primum venit. Cf. *Virg.* 1. *Æn.* 2. — Asia est nom. geograph. et person.

A. Est nom. geogr. et usurpatur I.° sensu latissimo; II.° minus lato; III.° stricto.

I.) Asia, latissime sumpta, est tertia (vel dimidia) orbis terrarum pars, quam potius uti generis humani incunabula aliaque præ ceteris excellentia primam dixerim; describitur autem a *Strab.*, qui eam in quinque partes divisit, et *Mel.*, *Plin.*, *Avien.*, *Priscian.* aliisque geographis Græcis atque Latinis. — Antonini imp. tempore Ptolemæus in sua γεωγραφικὴ ὑφήγησις memorat has Asiæ regiones, sc. Pontum et Bithyniam, Asiam (Ioniam), Lyciam, Galatiam, Pamphyliam, Cappadociam, Armeniam minorem, Ciliciam, Sarmatiam Asiaticam, Colchidem, Iberiam, Albaniam, Armeniam majorem, Palæstinam, Arabiam Petræam, Mesopotamiam, Arabiam desertam, Babyloniam, Assyriam, Mediam, Susianam, Persidem, Parthiam, Carmaniam desertam, Arabiam felicem, Hyrcaniam, Margianam, Bactrianam, Sogdianam, Saas, Scythiam intra et extra Imaum, Sericam, Ariam, Paraponisadas, Arachosiam, Gedrosiam, Indiam intra et extra Gangem, Sinas, Tapobrane. Ceterum hic continens *Major* dictus, ex parte septentr. et orientali erat antiquis prope incognitus, nec propterea cognoscebantur utriusque limites, sed putabantur Oceano quodam eoo terræ illæ circumcingi (*Smith*). — Ab Europa porro eam disterminant Tanais (*Ovid.* 4. *Pont.* 10. 55), Danubius (*Senec.* 6. *Nat.* 7. 1), Hellespontus (*Lucan.* 2. 674), Bosporus Cimmerius (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (87)., Bosporus Thracius (*Mela* 1. 101). et Nilus ab Africa (*Capell.* 6. *p.* 202. et *Solin.* 40). Memoratur etiam a *Sall. Jug.* 17. In divisione orbis terræ plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantum modo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa. *et Augustin. qu. in Hept.* 6. 15. Quamvis Asiam vel dimidiam - quidam vel alii tertiam partem orbis (*Serv. Æn.* 3. 1. et *Gloss. IV.* 478. 41) posuerint. *Liv.* ac *Plin. nat.* et *Liv.* Græciam Asiamque sæpe conjunxerunt. — Epith.: *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (115). Asia lata. *Bergk* (loc. vexat.). *Stat.* 3. *Silv.* 4. 80. magna. *Avien. orb.* 196. immensa. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 19. ditis. *Ovid.* 11. *Met.* 464. florens. *Manil.* 4. 753. potens. *Senec. Tro.* 7. pollens. *Id. Ag.* 205. ferox. *Cic. Manil.* 6. 14. Asia tam opima est ac fertilis ut et ubertate agrorum et varietate fructuum - facile omnibus terris antecellat.

II.) Asia, sensu minus lato, est quæ *Minor* dicitur (*Oros.* 1. *Hist.* 2) et absolute *Asia* (apud *Horat.* 1. *Ep.* 3. 3., *Plaut. Trin.* 2. 4. 298. etc.), pæne tota mari circumdata (*Oros. loc. cit.*); hinc pæninsula vocata (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. [7], coll. *Curt.* 3. 1) et, quia orientalis respectu habito ad urbem Constantinop., a posterioribus *Anatolia*

etiam dicta, ab ἀνατολή, *oriens*; regio vero Asiæ magis occidentalis, amplissima (*Solin.* 40). Ceterum hoc nomen numquam inditum est universæ pæninsulæ sed vel continenti majori vel ejusdem pæninsulæ parti, quin sæpe apud auctores Latinos et in scripturis sacris N. T. hæc tantum ita est appellata (Cf. *Smith, G. A. II.* 7. 98.; *Judeich, Kleinasiatisch. Stud.* Marburg 1892.; *Ramsay, The Hist. Geogr. of Asia Min.* Lond. 1890. — Porro hæc Asia provincias complectebatur, præsertim post Alexandri M. tempora, Cariam, Mysiam, Lydiam, Pisidiam, Pamphyliam, Isauriam, Lyciam, Bithyniam, Ciliciam, Paphlagoniam, Pontum, Phrygiam, Lycaoniam, Galatiam et Cappadociam, una cum tribus antiquioribus, Æolide, Ionia et Doride, quæ postea in territorio finitimarum sunt aliquando comprehensæ; ubi olim illustria floruerunt regna et quæ in proverbium abierunt, utpote divitiis maximis referta. — Augusti denique ætate, integra Asia Romanis parebat, in varias diœceses distributa, quas *Cic.* 5. *Att.* 21. commemorat. Adde *Dig.* 27. 1. 6. et *Oros. loc. cit.* — De Asiæ Minoris politica divisione et regimine, commercio, religione etc. V. *Momms. Prov. Rom. I.* et *II.* c. 8. et 9. v. *Rugg.* — Sæpe dicitur pro Asiæ incolis. *Cic.* 2. *Att.* 16., *Nep. Them.* 5., *Virg.* 2. *Æn.* 193., *Propert.* 2. 3. 36., *Ovid.* 2. *Amor.* 12. 18., *al.* — Translate pro rhetoribus Asianis. *Cic. Orat.* 68. 212. coll. 2. *Orat.* 23. 95. *Auson.* 336. 73. Prosa Asiæ in causis numeros imitata chororum.

III.) Asia, stricto sensu, ¶ 1. Est provincia Romana proconsularis, quæ absolute etiam *Asia* dicitur (*Cic.* 2. *leg. Agr.* 29. 80. et 5. *Verr.* 83. 192), et quidem clarissima (*Id.* 1. *Q. fr.* 1. 9). Memoratur etiam *Vulg. Act.* 2. 9. et 6. 9 (Ἀσία ἡ ἰδίως καλουμένη). — Romani provincias Asiæ cis Taurum, quas iis cesserat Antiochus a L. Scipione devictus (*Justin.* 31. 7), nempe Mysiam, Lydiam, Lycaoniam, Phrygiam utramque et Myliadem (*Liv.* 38. 39. et 26. 24., coll. *Strab.* 13. 429), dein ipsi Eumeni, regi Pergami, donarunt; Attalus vero III. Polymetor, hujus successor, moriens regnum suum iis legavit (*Flor.* 3. 12., *Liv. epit.* 58. et 59., *Justin.* 36. 4., coll. *Plut. Ti. Gracch.* 14. et *Strab.* 13. 624), qui eas regiones in provinciæ Romanæ formam redegerunt a. 129. per M. Aquilium (*Justin.* 36. 4., coll. *Strab.* 14. 646), a prætoribus aliquando, fere autem a proconsulibus, unde Asia, dicta *proconsularis*, administrata est. Porro Sulla post bellum Mithridaticum an. 84. eam in XL. regiones distribuit (*Cassiod.* in *Chron.*); mox an. 83. Cibyra et an. 62. Apamea et Synnada eidem conjunctæ sunt (*Cic. Flacc.* 27. 66. coll. *Strab.* 13. 631). — Post varias vices Asia fines habuit ab occid. et merid. mare Ægæum, ab orient. Galatiam et Cappadociam, a septentr. Bithyniam, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (142).; quapropter comprehendebat Mysiam, Phrygiam, Cariam, Pisidiam, Lycaoniam, Lydiam cum Ionia et Æolide. - Præterea idem *Plin. ibid.* novem *conventus juridicos* recenset, sc. Laodiceam, Synnadam, Apameam, Alabanda, Ephesum, Sardes, Smyrnam, Adramyttion et Pergamum, in quorum oppida primaria proconsul se conferebat judiciorum exercendorum causa; ex iis autem præcipua fuit Ephesus, sedes proconsulis (πρώτη πασῶν καὶ μεγίστη, μητρόπολις Ἀσίας). — Coloniæ ab ea deductæ sunt: Apamea, Parium, Troas, quo spectant nummi cum epigraphe ASIA RECEPTA apud *Eckhel* 6. *p.* 82.; ut CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS, sc. XII. oppidis terræmotu collapsis sub Tiberio imp. (*Tac.* 2. *Ann.* 47. et 4. *ibid.* 13) ab eoque restauratis (inter quæ Ephesus, Magnesia, Sardes) inscripti sunt nummi apud eund. *Eckhel* 6. *p.* 192. Cf. etiam *Inscr.* apud *Momms. n.* 2486. et *Orelli* apud *Tac. loc. cit.* Brevi tamen Asia refloruit commercio, artibus, industria, litterarum cultu (*V.* ASIARCHA). — De Asia proconsulari plura videsis apud *Bergmann, Philol. II.* 664., 670-678., 681. et 684., *Brandis, PW.* 1. 1638-1562. et *Momms. loc. cit.* ¶ 2. Dicitur etiam de locis finitimis, sc. — *a)* De Phrygia et Mygdonia. *Virg.* 2. *Æn.* 557., ubi Priamus, *Asiæ regnator,* duabus hisce regionibus dominatus est (Cf. *Serv.* ad *h. l.*) et cujus *eversor* Achilles appellatur *Stat.* 1. *Achill.* 630. Adde *Senec. Tro.* 6., coll. *Ovid.* 13. *Met.* 484. — *b)* De Ionia, ubi Ephesus sita est. *Vulg. Act.* 16. 6., coll. 2. 9., 1. *Cor.* 16. 19. et 1. *Petr.* 1. 1. et *alib.* Cf. *Strab.* 14. *init.*

B. Est nomen person. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit nympha, Oceani et Thetyos filia (Ἀσίη), ex Elide (*Hipp. frg.* 3. *Schol. Dion. perieg.* 270), Iapeti uxor et mater Promethei (*Lycophr.* 1283. et 1412.); unde Asia, terræ universæ pars, denominata, sec. *Eustath. Dion. perieg.* 270., coll. 620. et *Apoll. Bibl. I.* 2. Sic *Varro* 5. *L. L.* 6. « Asia dicta a Nympha, a qua et Iapeto traditur Prometheus ». At *Herod.* 4. 45. et *Steph. Byz.* eam dicunt Promethei uxorem, γυναικός, ubi tamen *Eustath.* leg. μητρός et rectius quidem: fortasse *Hesionem* cum *Asia* confudit *Herod. loc. cit.*, quæ fuit Promethei conjux. — De hac re videsis *Stein, z. d. St. und Mayer, Gig. u. Tit.* 86., coll. *Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 45. — 2.°) Item Nerei et Doridis filia. *Hygin. fab. præf.* 2. ¶ 2. In titulis nom. serv. mul. et cogn. lib., inde ab ultima lib. rei publ. ætate. *Corp. I. L.* 6. 3952., 17112.; 14. 620. etc.

ĀSĬA PALUS. *V.* ASIUS, a um.

ĀSĬĀCÆ, ārum, m. plur. 1. ad Asiacem pertinentes. *Mela* 2. 11. Asiacæ, furari quid sit, ignorant. *Id.* 4. 82. Asiacæ cognomines flumini.

ĀSĬĀCES, is, m. 3. fluviolus Ponti (Ἀσιάκης *Ptol.*). *Mela* 2. 7. Asiaces proximus inter Callipidas Asiacasque descendit. Adde 2. 11. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (230). In Ponto fluvius Asiaces (*al.* Astaces) rigat campos.

ĀSĬĀCUS, a, um, adject. (Ἀσιακός) ad Asiam pertinens. *Ampel.* 18. Asiaca provincia. *Id.* 4. gentes.

ĀSĬĀGĔNĒS, is, m. 3. v. Asiagenus, i, 2. (*Asia* et *gigno*) cogn. seu agnom. L. Cornelii Scipionis, cos. a. U. C. 564., ita dicti ab Asia, ubi Antiochum, Syriæ regem, devicit, ut a *Diod. exc.* 35. 605 (Ἀσιαγενής) *Eutrop.* 4. 4. Scipio nomen et ipse, ad imitationem fratris, Asiagenis accepit., sc. ut frater *Africanus* ab Africa victa (Cf. *Plin. Fraccaro, I processi dei Scip.* Pisa 1911. *p.* 367). Adde *Liv.* 39. 44., ubi tamen *Weissenb.* leg. *Asiatico.* — Absolute. *Sidon. carm.* 7. 80. Sulla, Asiagenes, Curius etc. — *Inscr.* in *Corp. I. L.* 6. 1291 (= 1. 36. *in sepulcro Scipionum*), ubi legitur: ASIAGENVS COMATVS ANNORV*m* GNATVS XVI. pertinere videtur ad nepotem ejus, qui Antiochum regem vicit. Sed neutra forma ubique certa est. *V.* CORNELIUS.

ĀSĬĀGĔNUS, i. *V.* voc. præc.

ĀSĬĀNI, *V.* voc. seq.

ĀSĬĀNUS, a, um, adject. ad Asiam tam orbis terrarum partem, quam ad eam, quæ dicitur minor et ad provinciam Rom. pertinens. ¶ 1. Generatim — 1.°) Proprie — *a)* Lato sensu, de Asia orbis parte. *Cic. Mur.* 31. - Asianæ nationes. *Solin.* 40. flumina — *b)* Stricto senso, de Asia minore. *Hil. Syn.* 63. Asianæ provinciæ. *Avell. p.* 701. Urbes et ecclesiæ tam Ponticæ quam Asianæ. *Ampel.* 15. Asianæ insulæ. — *c)* Strictiore sensu de Asia provincia. *Liv.* 31. 2. His legationibus responsum est, curæ Asianam rem senatui fore. *Macrob.* 7. *Sat.* 5. 24. mensa. *Juvenal.* 3. 218. Asianorum veterum ornamenta deorum. *Id.* 7. 14. Asiani equites. *Justin.* 31. 6. milites. *Id.* 38. 3. exercitus. *Pallad.* 12. 13. 5. oves. *Vulg.* 2. *Mach.* 10. 24. reges. *et Act.* 20. 4. Asiani Tychicus et Trophimus. — 2.°) Translate de dicendi genere apud Asiæ populos. *Senec.* 1. *Contr.* 2. 23. Asia declamator. *Quintil.* 12. 10. 17. Attici limati quidam et emuncti - Asiana gens tumidior alioqui atque jactantior. *Hieronym. ep.* 125. Qui Asianum tumorem Attico siccabant sale. *V.* ASIANUS in *Lexico.* ¶ 2. Speciatim *Asiana diœcesis,* quæ et absolute, substantivorum more

Asiana, æ, f. 1. una ex quinque diœcesibus per Orientem constitutis sub præfecto prætorio Orientis ejusque vicario, constans decem provinciis, de quibus *Notit. Dign. or.* 1., coll. *Cod. Theod.* 1. 15. 13. et 12. 1. 69. Adde *Cod. Just.* 1. 52. 1. et *Novell. Theod. II.* 6. 1. — Item absolute

Asianus, i, et sæpius *Asiani, ōrum,* m. plur. 2. ¶ 1. Apud scriptores, dicitur de Asiæ incolis vel de iis, qui sunt ex Asia. — *a)* In sing. num. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2186. Apollinaris Asianus, Hieropolitanus episcopus. *et ibid.* Melito Asianus, Sardensis episcopus. *Id. vir. ill.* 37. Rhodon genere Asianus. *et Chron.* a. Abr. 2023. Philistio mimographus natione Magnes Asianus. — *b)* In plur. num. — 1.°) Generatim, Asiæ populi. *Firmic.* 1. *Math.* 1. Luxuriosi semper Asiani et voluptatibus occupati. — Item Asiæ provinciæ. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 26. 98. (171). et *Trog. prol.* 41. — Translate de genere dicendi seu de rhetoribus. *V.* ASIANI in *Lexico.* — 2.°) Speciatim — *a)* Gens Scythica. *Justin. prol.* 41. 42. V. *Tomaschek, PW.* 2. 1605. sub *Asioi.* — *b) Asiani* dicti sunt conductores vectigalium. *Cic.* 1. *Att.* 17. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* apud *Renier n.* 2386. et *Corp. I. L.* 6. 7027. — *Asiana,* cogn. mul. *Ibid.* 32329.

Homonym. *Asius, Asianus* et *Asiaticus* aliquantum differunt; nam, ut ait *Priscian. part. XII.* (*II.* 476. 8) « Aliud derivativum ab eo quod est Asia: Asianus et Asiaticus et invicem supra dicta tria (*accedit* Asius) pro sese proferri possunt; proprie autem Asius possessivum est, Asianus gentile, Asiaticus victoriæ ». Cf. *Varr.* 8. *L. L.* 56. — Speciatim *Asiaticus* et *Asianus* ita differunt, ut hic sit, qui in Asia natus est, vel indole aut vivendi ratione ad Asiam pertinere videtur (*Plin.* 21. *Hist. nat.* 26. 98. [171]., *Quintil.* 12. 10. 18. et *Liv.* 31. 2); ille vero, qui in Asia aliquandiu fuerit vel cum Asianis communicaverit (*Cic. Manil.* 7., 19., *Liv.* 37. 17., *al.*).

ĀSĬARCHA, æ, m. 1. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

ĀSĬĀTĬCUS, a, um, adject. (Ἀσιατικός) Aliquando scribitur *Asiatichus,* cum aspiratione. *Corp. I. L.* 6. 16167.

Asiaticus, ad Asiam universam, plerumque provinciam, pertinens. ¶ 1. Generatim. — 1.°) Proprie. *Cic. Manil.* 7. 19. Asiaticum bellum, sc. Romanorum cum Mithridate, Ponti rege. *Id. Flacc.* 16. 37. « creta » adhibita in obsignandis litteris. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (75). Genus picturæ. et *ibid.* 6. 20. (38). cerussa. *Flor.* 2. 11. amœnitas. *Id.* 3. 13. hereditas. *Apul. de mund.* regnum. *Cic. Flacc.* 25. 60. Græci. *Id. Manil.* 7. pecuniæ. — 2.°) Translate de genere dicendi. *V.* ASIATICI in *Lexico.* ¶ 2. Speciatim *Asiaticum edictum* apud *Cic.* 6. *Att.* 1., promulgatum a Q. Mucio Scævola, pont. max. et cos. a. U. C. 659., quum Asiam pro consule provinciam obtinebat. — Hinc absolute

Asiaticus, i, m. 1. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit dux Galliarum, ad supplicium postulatus a Vitellio, quod pro Vindice bellasset. *Tac.* 2. *Hist.* 94. — 2.°) Item libertus famosus Vitellii imp. *Id. ibid.* 57. Honoravit Asiaticum anulis, fœdum mancipium et malis artibus ambitiosum. — In plur. num. *Id. ibid.* 95. Magna et misera civitas (*Roma*) eodem anno Othonem Vitelliumque passa, inter Vinios, Fabios, Icelos, Asiaticos varia et pudenda sorte agebat. — Hic an. 60. post Chr., exstincto Vitellio, flagitia et impotentiam suam tandem servili supplicio expiavit, teste eod. *Tac.* 4. *ibid.* 11. — Alia de eo habet *Sueton. Vit.* 12. — 3.°) Est cognomen seu agnomen ob Asiam devictam, inditum L. Cornelio Scipioni, fratri Africani (*V.* ASIAGENES). *Liv.* 37. 58., *Gell.* 7. 19., *Val. Max.* 4. 1. 8., *al.* — Porro cognomen transiit in ejus posteros, ut ex *Fastis Capit.* a. U. C. 671. colligitur. ¶ 2. In titulis nom. serv. et libert. et cogn. *Inscr.* apud *Momms. n.* 153. et *n.* 5994. et *Corp. I. L.* passim. — Reperitur etiam in gente *Julia, Valeria* aliisque. — *Asiatica* (*æ* et *-es, enis*), Ἀσιατική, cogn. mul. *Corp. I. L.* 6. 7899., 25153. etc. — Hinc *Asiaticiani* scænici. *Ibid.* 12. 1929.

Homonym. *V.* ASIANUS.

ASIDO, ōnis, f. 3. et

ASIDŌNA, æ, f. 1. (Ἀσινδὸν *Ptol.*) oppidum Hispaniæ Bæticæ, nunc *Medina Sidonia.* *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11)., *Joh. Bicl. chron. II. p.* 212. et 571. Asidona, fortissima civitas.

ĀSĪLĀS, æ, m. 1. nom. Etrusc. (*Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 127). Scribitur etiam *Asylas,* fortasse contr. ab *Asilaus.* Memoratur *Virg.* 9. *Æn.* 568. Corynæum sternit Asilas. *et* 10. *ibid.* 175. hominum divumque interpres. *et* 12. *ibid.* 127. fortis.

ĀSĪLI, ōrum, m. plur. 2., gens Picena, de qua *Sil. It.* 8. 443.

ĀSĪNA, æ, m. 1. ¶ 1. Est cogn. vir., a duobus solis Scipionibus, coss. a. 494. v. 500. et 533., ut putat *Zimmermann,* usurpatum in *Fast. Cap.* — De *Vinnio Asina* dicit *Schol. Hor. ep.* 1. 13. « hac epistula adloquitur Vinnium, qui alio nomine Asellus vocabatur a patre, qui Asina dictus (sc. ab *Horatio*) abusive. — De Scipionum cognomine fabellas adfert *Macrob.* 1. *Sat.* 6. 29.; lepidiorem dat *Wölfflin, Arch.* 7 (1892). 279. — *Asinus,* cogn. sive agnom. vir. *Corp. I. L.* 8. 18997. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi. *V.* ASINE.

ĀSĪNĀRIA, æ. *V.* voc. seq.

ĀSĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad asinum pertinens. — Absolute, nom. vir. *Corp. I. L.* 10. 7898. — *Asinaria* dicta est — *a) Porta Romana,* sita prope hod. *Porta di S. Giovanni Later.* (V. *Gell und Nibby, Le mura di R., Tav. XVIII.* et *XIV.*, coll. *Jordan. Topogr. I.* 363). Memoratur *Procop. B. Goth.* 1. 14. et 3. 20. — *b)* Item *via,* inter Latinam et Labicanam, Appiam vero cum Latina secabat (inter ædem S. Sebastiani et sepulcrum Romuli) et Ardeatinam pertingebat, dicta fortasse ab aliquo Asinio (Cf. *Jordan, Topogr. II.* 571. et *M. St. De Rossi, Analisi del Cimit. di S. Call. p.* 10). V. *Fest.* sub v. *retricibus* et *Notit.* et *Curios. Urb. p.* 28. *Prell.* — *c) Asinaria,* absolute, titulus comœdiæ jocularis Plautinæ. *Plaut. Asin.* 12. Asinariam volt esse. Adde *Varr.* 7. *L. L.* 79. et *Gell.* 6. 17. 12. — Originaria est Ὀναγός *Demophili;* hinc « Demophilus (*al.* Diphilus) scripsit, Maccus (*al.* Maccius) vortit barbare ». Ita *G.-Sch.* Cf. tamen *Ritschl* in *Parerg. p.* 272. (*opp. ph.* 683) n.

ĀSĪNĒ et Asina, æ, f. 1. (Ἀσίνη) ¶ 1. Est oppidum Messenes, a quo *Asinæus Sinus* nuncupatus est, teste *Mela* 2. 50 (ὁ Ἀσιναῖος κόλπος) et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 7. (15). ¶ 2. Item insula Hadriæ. *Mela* 2. 114.

ĀSĪNI, ōrum, m. plur. 2. gens Indica. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (77). Asini trium urbium incolæ.

ĀSĪNĬUS, ii, m. 2. (Ἀσίνιος) nom. gentis plebejæ, Teate Marrucinorum profectæ, fortasse *Asiniæ* dictæ ab asinis, quibus, velut divitiis, abundaret, ut *Porcia* a porcis, ex qua multi prodiere viri, publicis muneribus aut litterarum cultu illustres. ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.°) M. Asinius Agrippa, filius C. Asinii Galli, nepos Asinii Pollionis et M. Agrippæ, unde cognomen accepit (Cf. *Tac.* 4. *Ann.* 61. et 6. *ibid.* 28. et *Borghesi, Œuvr. III.* 348. *sq.*)., cos. a. 25. post Chr. cum Cn. Cosso Cornelio Lentulo (*Tac.* 4. *Ann.* 34. et *Fast. Arv.* in *C. I. L.* $1.^2$ *p.* 71. et 11. 3613), cui alteri postea suffectus C. Petronius Umbrinus, de quo idem *Tac. ibid.* 61. « Fine anni (26. post Chr.) excessere insignes viri, ut Asinius Agrippa, claris majoribus quam vetustis vitaque non degener etc. ». — 2.°) Asinius Gallus, *Saloninus* agnominatus a Salonis, Dalmatiæ oppido, quod pater jam ceperat, C. Asinii Pollionis et Quintiæ, L. Quintii Galli filiæ, unde cognomen accepit, filius, n. an. 31. a. Chr., orator etiam ipse, ut pater, non indisertus, teste *Senec. excerpt. contr.* 4. *præf.* 4. — Fuit vir monetalis sub Augusto (*Eckhel* 5. *p.* 144., *Cohen* $1.^2$ 114., 387. *sq.*, *Babelon I.* 221. *sq.*); dein quindecemvir sacris faciundis (*Eph. ep. VIII. p.* 231., 107.; 238. 161). et prætor designatus (*C. I. A.* 3. 583). — Uxorem duxit Vipsaniam Agrippinam, a Tiberio, jussu Augusti, repudiatam, an. 12. a. Chr. *Sueton. Tib.* 7., coll. *Dion.* 54. 31. 2., *Corp. I. L.* 1. 12. = *Dessau* 165. et *Tac.* 1. *Ann.* 12. — Consul creatus est cum C. Marcio Censorino (*Plin.* 33. *Hist. nat.* 10. 47. (135), *Mon. Ancyr. Lat.* 2. 6.; *Gr.* 4. 18., *Corp. I. L.* 3. *p.* 790., *Sueton. vit. Hor. p.* 48. 4. *Reiff.* et *Censorin. d. nat.* 22. 16); dein proconsul Asiæ (*Corp. I. L.* 3. 6070. = *Suppl.* 7118. = *Dessau* 97. Cf. etiam *Waddington, Fast. des proc. As. nr.* 58). — Videtur ex concepto in eum odio Tiberius effecisse, ut damnaretur (*Dio* 58. 3., coll. 23) et inedia, sponte aut necessitate, exstingueretur (τά τε ἄλλα καὶ ὅτι τῷ Σηιανῷ τῆς πρὸς σεαυτὸν φιλίας φθονοίη *Id. loc. cit.*). De hoc tamen v. etiam *Tac.* 1. *Ann.* 3. et 6. *ibid.* 23. et *Hieronym.* in *Chron.* — Fortasse de eo canit *Virg.* 4. *Ecl.* 11., ut ait *Serv.* ad *h. l.* « Quidam Saloninum accipiunt, alii Asinium Gallum, fratrem Salonini, qui prius natus est, Pollione cons. designato » (Cf. *Acr.* ad *Hor.* 2. *Od.* 1. 15). Alii tamen putant de puero, statim post captas *Salonas* a Pollione suscepto ac brevi demortuo, genethliacon esse dictum Virgilii (*Virg. ibid.*, coll. 60-63); alii vero de M. Marcello ex Octavia jam edito (de quo *Virg. Æn.* 6) vel de prole edenda ex Scribonia intelligunt. Sed commentitia hæc esse, et quod de Saloninis dicitur, non magis fide historica niti docet *Heyne* ad *Virg. loc.* — Scripsit libros *De comparatione patris et Ciceronis,* teste *Plin.* 7. *ep.* 4., coll. *Gell.* 171.; cui *Ciceronis defensionem* opposuit Claudius imp. (*Sueton. Claud.* 41); tum etiam epigramma in Pomponium Marcellum grammaticum (*Sueton. gramm.* 22): laudaturque oratoria ejus facultas a *Senec. loc. cit.* hisce verbis: Asinius Gallus, magnus orator, nisi illum, quod semper evenit, magnitudo patris non produceret, sed obrueret. — 3.°) Asinius Pollio, grammaticus, apud *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 7. — Scripsit libellum *in Valerium,* teste *Priscian. X. p.* 513. 7. *P.* et *Charis. I. p.* 84. 11. et *p.* 97. 11. *K.* qui quædam ejus loca referre videntur. — 4.°) C. Asinius Pollio, quod quidem cognomen, cujus origo latet, duplici *l* recte scribitur, ut constat ex titulis gentis Asiniæ (*Corp. I. L.* 6. 1858.; 10. 1682; 14. 2599., coll. *Ritschl, Prisc. lat. mon. tab. XCIV.*; *Op. III.* 249., *IV.* 771.; at *Wölfflin, Bell. Afr. præf. X.*, exhibet *Polio,* scripturam non imitandam. — Hæc autem feruntur: — *a)* De ejus vita ac politicis gestis: fuit nempe Cnei filius, an. 76. a. Chr. nat. (*Corp. I. L.* 6. 1976); proavum habuit M. Asinium Marcellum « clarum neque morum spernendum, nisi quod paupertatem præcipuum malorum credebat » (*Tac.* 14. *Ann.* 40), et fratrem Asinium Marrucinum, quicum componitur a *Catullo* in *carm.* 12., ubi noster dicitur « leporum Disertus puer ac facetiarum ». — Romam ductus est ut erudiretur (*Vellej.* 2. 128) a patre; ubi patriciatum obtinuisse, si non certum (Cf. *Büdinger, Cic. u. d. Patric.* Wien 1881. 29.), veri tamen simile est. — Inde ab ineunte ætate clarescere cœpit ita ut familiaris fuerit Cæsari (Cf. *Cic.* 4. *Att.* 15. et 17), qui primum in Gallia, dein in Græcia prœlio Pharsalico eum inter duces secum habuit. *Sueton. Cæs.* 30., coll. *Plut.* in *Cæs. p.* 730. et *Pomp. p.* 657. et *Appian. B. C.* 2. 86. — Anno U. C. 709. fuit in Hispania pro prætore Bæticæ provinciæ ibique contra Sex. Pompejum *clarissimum bellum* gessit, teste *Vellej.* 2. 73., coll. *App. B. C.* 4. 84. et *Dion.* 45. 10. — Exstincto Cæsare, Antonianas partes secutus in Galliam ad Antonium se contulit cum legionibus (*Vellej.* 12. 63. et 64., coll. *App. B. C.* 2. 97. et *Plut.* in *Anton. p.* 928. V. etiam *Cic.* 10. *Fam.* 31-32. et 33); et paulo post, triumviratu inter M. Antonium, Lepidum et Octaviam inito, consul in an. 711. designatur, cui Antonius Transpadanam Italiæ partem administrandam commisit (*Serv.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 1. et *Macrob.* 1. *Sat.* 11. 22., coll. *Vellej.* 2. 76), ubi agris dividundis præfuit (*Serv. ibid.*) curavitque ut Virgilius suos non amitteret (*Donat. vit. Virg.* 36) et ipsius hortatu poeta Bucolicis scribendis operam daret (*Serv.* ad *Virg. loc. cit.*). — Sortes dein subiit M. Antonii in belli Perusini malo exitu; unde provincia ab Augusto privatus est; quamquam ita rem gessit ut M. Antonius Octavio conciliaretur (*Serv. Ecl.* 6. et 9., coll. *App. B. C.* 50., 59. et 61). — Cum septem legionibus Venetiam diu tenuit, ubi præclara suæ prudentiæ ac solertiæ specimina dedit (*Vellej.* 2. 76). — Triumviris demum pacatis, a. 714. consul creatus est cum Cn. Domitio Calvino (*Corp. I. L.* 6. 1976. et 10. 5159), ob id a *Virgilio* 4. *Ecl.* 3. 11-12. celebratus. — Denique a M. Antonio cum exercitu missus in Dalmatiam cum Parthinis strenue dimicavit, Salonas cepit, unde puer tunc ipsi natus *Salonini* cognomentum accepit, de quo *V.* supra sub 2.°. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Ecl.* 88. et *alib.* et *Acr.* ac *Porphyr.* ad *Horat.* 1. *Od.* 1; porro Romam reversus splendidum de victis Dalmatis triumphum egit a. 715. (*Act. triumph. Cap.* et *Corp. I. L.* 1. *p.* 77., coll. *Flor.* 2. 25. V. etiam *Zippel, Röm. Herrsch. in Illyr.* 223. *sqq.*). Hinc de eo *Horat. l. c.* « Cui laurus æternos honores Dalmatico peperit triumpho ». Nec ita postea quievit, ut ab officiis optimi civis erga rem publicam abstinuerit in variis muneribus gerendis; unde *Horat. l. c.* eum sic laudat « Insigne mœstis præsidium reis Et consulenti Pollio curiæ ». Obiit octuagenarius a. 758. in sua villa Tusculana (*Val. Max.* 8. 13. *ext.* 4., coll. *Hieronym.* ad *Eus. chron.* a. Abr. 2020. V. *Nipperdey, Opusc.* 288.) pæne ad extremum Augusti principatum, ut ait *Tac. Dial.* 17. — Ejus integritatem morum laudat *Tac.* 11. *Ann.* 6., coll. *Senec. Benef.* 4. 31.; urbanitatem ac festivitatem *Quintil.* 6. 3. 110., coll. *Sueton. Tib.* 42. et *Plin.* 5. *ep.* 2. — *b)* De ejus opera litteraria: — α) Fuit declamator inter præcipuos et orator non ignobilis, de quo *Quintil.* 10. 1. 113. « Multa in Asinio Pollione inventio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur et consilii et animi satis a nitore et jucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit sæculo prior». *Tac. Dial.* 21. « Pollio durus et siccus ». *Senec. exc. contr.* 4. *præf.* « Asinius floridior erat aliquanto in declamando - strictum et asperum et nimis iratum judicium ». *et ep.* 100. « Pollionis Asinii salebrosa et exsiliens et ubi minime exspectes (sc. compositio) ». *et dial. de orat.* 121 « Pacuvium et Accium - etiam orationibus suis expressit ». At idem *Senec. Tranquill.* 15. eum dicit *oratorem magnum,* et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (115). *principem oratorem.* — Octo habuit orationes, sc. in *C. Catonem,* quæ quamvis effectu vacua, tamen cum admiratione legebatur (*Tac. Dial.* 34); pro *Lamia;* pro *Nonio Asprenate;* pro *Moscho Apollodoreo rhetore;* pro *Urbiniæ heredibus* (Cf. *Tac. Dial.* 38. et *Harder, Jahrb. f. Phil. CXXXVII.* 370); pro *Liburnia* (Cf. *Quintil.* 6. 1. 21. et 9. 2. 24); in *Plancum,* cujus vestigia apud *Charis. gr. I.* 80. 2., *Sueton. Aug.* 43., et *Quintil.* 9. 2. 9., et 10. 1. 24. — β) Item historicus commendandus, ut colligitur ex testimoniis (*Senec. suas.* 6. 15., *Val. Max.* 8. 13. *ext.* 4., *Horat.* 2. *Od.* 1. 1., *Suid.* in *v.*, *App. B. C.* 2. 71. et 82., *al.*) et fragmentis (*Meyer* in *Oratt. Rom. frg. p.* 211. *sqq.* et *Peter, Hist. fragm.* 262. *sqq.*); argumentum vero ejus historiarum potissimum fuisse videtur bellum civile inter Pompejum et Cæsarem. V. *Wölfflin* et *Miodonski, C. Asin. Poll. de B. A. comment.* 1889., *Bailleu, Quomodo App. in B. C.* etc. 1874.; *Thouret, Leipz. Studien I.* 324. *sqq.* — γ) Item poeta; hinc *Virg.* 3. *Ecl.* 84. « Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam - Pollio et ipse facit nova carmina etc. ». Scripsit tragœdias, de quibus idem *Virg.* 8. *Ecl.* 10. « Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno ». Cf. *Horat.* 1. *Od.* 1. 9. et 1. *Sat.* 10. 42. et *Serv.* ad *Virg. l. c.* — Item epigrammata *Plin.* 4. *ep.* 3. V. *Welcker, Gr. Trag.* 1422. *sq.* et *Teuffel-Schwabe,* $I.^5$ 474). — δ) Fuit præterea criticus acerrimus in Sallustium (*Sueton. gramm.* 10. et *Gell.* 10. 26. 1): item in Cæsarem (*Sueton. Cæs.* 45.); item in Ciceronem (*Senec. suas.* 5., *Quintil.* 12. 1. 22., *Sueton. Claud.* 41. et *Vellej.* 2. 36); item in Livium, cujus patavinitatem reprehendit (*Quintil.* 1. 4. 45. et 8. 1. 3., de quo cf. *Weissenborn, Einl.* 72. *sq.*; *Riemann, Études sur la lang. et la gramm. d. T. Liv.* 1885. 13. *sqq.* et *Rasi, Della così detta Patavinità di T. Liv.* in *Rendic. dell' Ist. Lomb. di sc. e lett.*). V. LIVIUS. — ε) Item denique studiorum fautor ac patronus, ita ut rhetoribus ac scholis hospitium et domum suam præbuerit; conventus apud se convocaverit declamatorum: bibliothecam ex manubiis primus Romæ magnificentissime exstruxerit, « ingenia hominum rempublicam faciens » ut acute ait *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (115)., et excellentium artificum operibus augustam reddiderit. *Senec. Ira* 3. 23., *Ovid.* 3. *Trist.* 1. 71., *Martial.* 12. 3. et *Plin.* 36. *Hist. nat.* 3. 3. (11). — 5.°) Asinius Quadratus, historicus, Græce de bello Parthico scripsit IX. saltem libros et Rom. historiæ XV. usque ad Alex. Severi imp. tempora, quorum pauca fragm. collegit *C. Müller, Hist. Gr. frg. T.* 3. *p.* 659. *sqq.* Memoratur *Capitol. Ver.* 8. et *Volcat. Avid. Cass.* 1., coll. *Agath. de reb. gest. Just.* 1. *p.* 17.

ĀSĬONGĀBER, indecl. Hebr. *'Etsyôn Gebahr* (in pausa *Gâbhar*) « spina - dorsi viri », ita dictum fortasse ex forma montium, ad quorum radices op-

pidum jacet, vertebris spinæ dorsi humani adsimili (*M. Hall, Munt Seir*, Lond. 1885. *p.* 71. 78); *LXX.* Γεσιὼν Γάβερ; et *Jos. Ant.* 8. 6. 14. 'Ασιογάβαρος ed. *Hav.* v. Γασιογγάβελ ed. *Dind.*; in papyro hier. *'Uzaina* (Chabas) et Arab. *'Atzgûn* (Burckhardt).

Asiongaber, statio v. oppidum Idumææ ad extremitatem septentr. sinus Elanitici. *Vulg. Num.* 33. 35. — Ter occurrit, idest quum Hebræi in deserto Arabiæ hic loci castrametati sunt (*Num. loc. cit.* et *Deut.* 2. 8); dein quum Salomon rex classem instruxit mittitque inde Ophir mercimonii causa (3. *Reg.* 9. 26); postremo quum Josaphat, rex Judæ, Salomonem imitari cupiens, una cum Ochozia, rege Israelis, classem ædificavit, quam Deus, initum fœdus abominatus, confregit. *Ibid.* 22. 48. — De situ recentiores *Hull, Shaw, Montaign, Pococke, Büsching, Schubert de Laborde, Kneucker, Bénédite* disputarunt; sed frustra: quibusdam probabilius videtur oppidi ejusque portus vestigia haberi, ubi nunc est *'Ain el 'Agian* v. *Ghudyân*. Cf. *Ebers et Guthe, Paläst. II. p.* 251.

ĀSIS, idis, f. 3. ('Ασίς) Primam brevem (Cf. *Asia* et deriv.) produxit *Ovid. locc. citt.*

Asis, idem quod Asia. Hinc *Asis terra*, apud *Ovid.* 9. *Met.* 447. *Id.* 5. *ibid.* 648. Jam super Europen sublimis et Asida terram (*pro* Asidem, *positione Græca et more poetarum*).

ASISĪNAS, ātis, adject. et incolarum Asisii ('Ασινοί) vocabulum. — *a)* In sing. num. *Conc. Rom.* a. 649 (*Mansi X. p.* 867 A) Aquilinus Asisinas episc. ('Ασισίνης). — *b)* In plur. num. sæpius. *Procop. B. Goth.* 3. 12. *Corp. I. L.* 11. 3375. MVNICIPVM ASISINATIVM. — Absolute *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113). et *Corp. I. L.* 11. 5411.

ASISIUM, ii, n. 2. (Αἰσίσιον v. 'Ασίση). Singulariter *Assisium*, cum duplici *s*, apud *Ravenn. p.* 491. — Origo nominis fortasse a monte, cui adsidet, *Asio* (v. *Subasio*) appellato: cf. Αἰσιον pro Αἰσίσιον *Strab.* 5. 2. 10. codd. — Duas priores syllabas corripit *Propert.*; alii productas volunt; alii vero primam producunt, ceteras contrahunt. Cf. *Lanfranchi, Lex. poet.* ad *v.*

Asisium, oppidum Umbriæ in declivio occid. Appenninorum situm, municipium tribu Sergia, hodie *Assisi*. Memorat *Propert.* 4. (5). 1. 125. scandentisque Asisi consurgit etc. (*Lachm.* ita leg., *cod. Neap.* Asis). *Marc. Com. auct. chron. II. p.* 107., 545. Totilas - discurrens per Tusciam - Asisium (*cod. Tilianus* Asisum) Clusiumque oppida tenuit. Adde *Corp.* 6. 3884 (a. 198). 2. 50. et 11. 5384. — Hinc ortum censet *Lachmann* Propertium poetam, cui alii Mevaniam patriam adsignant. Cf. *Propert.* 4. 1. — Inter alia prisca artis monumenta eminet hic templum Minervæ, post *Pantheon* Rom., omnibus in Italia nativa integritate excellens et magis, quam Romanum, Græcæ venustati accedens (V. *Antolini, Il tempio di Minerva*, Milano 1808).

ASIUM, ii, n. 2. ("Ασος *Steph. Byz.*) oppidum Cretæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59). Alii leg. *Asum*.

ASĪUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Asiam, qua paludem significat, pertinens. Hinc *Asia myrtus*, quæ plurima ibi provenit, apud *Catull.* 61. 21. — *Asia palus* ('Ασιος λειμών *Homer. Il.* 2. 461), olim *Maconia* dicta, regio depressa ac palustris prope Caystrum (hod. *Kavasu*), Lydiæ fluvium. Sic *Virg.* 7. *Æn.* 701. «sonat amnis et Asia longe Pulsa palus». Hinc 1. *G.* 383. «Jam varias pelagi volucres et quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. — *Asia area* est *Poet. tr. inc.* apud *Cic. Orat.* 49. 163. ¶ 2. Item ad Asiam provinciam seu regionem aut Asiam Minorem pertinens. Hinc *Asiæ villæ* apud *Varron.* (*Non.* 486. 3. *Merc.*). ¶ 3. De Asio lapide V. ASSIUS.

ĀSIUS, ii, m. 2. nom. myth. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Trojanus, filius Imbrasi, unde *Imbrasides* dictus, comes Æneæ. *Virg.* 10. *Æn.* 123. — 2.º) Item quidam Dymante genitus, Hecubæ frater ex Phrygia. *Dict.* 2. 35. — 3.º) Item filius Hyrtaci, princeps Trojanus, de Sesto vel Arisbe. *Id.* 2. 35. et 3. 14., coll. *Homer. Il.* 2. 837. *sqq.* et 12. 95-139. et 160. *sqq.*, a Jove interfectus, ut *ibid.* 13. 384. *sq.* et *Dict. loc. cit.* Sic *Sabin. ep.* 1. 15. jacet Asius, jacet Hector. Cf. *Tümpel, PW.* 2. 1605. 1. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 10. 1403. 31. 21. et 15. 4057.

ASMIRA, æ, m. 1. mons Scythiæ. *Ammian.* 23. 6. 64. Ultra hæc utriusque Scythiæ loca, contra orientalem plagam in orbis speciem consertæ celsorum aggerum summitates ambiunt Seras (fort. murus Sinensis: *la muraglia della Cina*) - Appellantur autem ibidem montes Anniba et Auzacium et Asmira.

ASMŌDÆUS, i, m. 2. Hebr. *'Eshmadhai* «perdens» idem quod *Abaddon* et *Apollyon*; LXX. 'Ασμοδαῖος. *Windischmann* (*Zoroastr. Stud. p.* 138-147) vult esse a Pers. *Aeshma-daêva* «dæmon violentiæ»; ideo *Bréal* (*Mélang. de ling.* etc. *p.* 123) cernit in libro Tobiæ originis Iranicæ vestigia. At nec vox *daêva* in *dai* converti potuit, nec eadem utriusque est notio, nec historiam Tobiæ, quæ librorum Iranicorum narrationes longa sæculorum serie præcedit, ab iis unquam ortam dicere fas est. Cf. *M. de Harlez, La Controv.* 1881. *p.* 722.

Asmodæus, dæmon libidinis seu epitheton dæmonis a perditione factum. *Vulg. Tob.* 3. 81. «Dæmonium nomine Asmodæus occiderat (*sc.* Saræ viros)». Eam namque duxerant uxorem unice «ut suæ libidini vacarent sicut equus et mulus». *Ibid.* 6. 17., coll. 22. et 8. 9. *Optat. Sch. Donat.* 3. 2. Asmodæus dæmon a Sara fugatus est. Cf. *Tob.* 6. 14. *sqq.* et 8. 2. *sqq.*, ubi dicitur fumo jecoris piscis, *i. e.* illius piscis speciatim, non omnium, in fugam conversus ligatusque ab angelo «in deserto superioris Ægypti» *i. e.* ibi jussus habitare.

ASMŌNÆUS. *V.* HASMONÆUS.

ASMŌNĪUS, ii, m. 2. ¶ 1. Fuit grammaticus et metricus. *Prisc. gramm. II.* 516. Asmonius in arte, quam ad Constantium imperatorem scribit. ¶ 2. Est etiam nom. vir. aut Semiticum (Cf. *Asmunis, Hasmonæus*) aut Italicum, conjungendum cum *Asmunius*. *Id. ibid. III.* 420.

ASMUNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 20792. *b.* 10.

ASNAUM, i, n. 2. mons Illyriæ, qui cum Meropo claudit vallem, qua excurrit Aous. *Liv.* 32. 5.

ĀSŌPĪADĒS, æ, m. 1. ('Ασωπιάδης) patronym. ab *Asopus*, Asopi filius vel nepos. Ita dictus est Æacus, Asopi filius ex filia Ægina. *Ovid.* 7. *Met.* 484.

ĀSŌPIS, idos et idis, f. 3. ('Ασωπίς) Priorem syllabam longam corripuit *Avien. loc. cit.*

Asopis ¶ 1. Est ad Asopum personam spectans. *Ovid.* 6. *Met.* 113. Aureus et Danaen Asopida luserit ignis. Adde 7. *ibid.* 616. *Avien. orb.* 953. magni Jovis ardor, Asopis virgo (*condidit Sinopem*). Cf. *Val. Flacc.* 5. 110. ¶ 2. Item ad Asopum fluvium. *Stat.* 4. *Theb.* 370. errare Asopide ripa Lernæos equites. ¶ 3. Item *Asopis* dicta est antiquitus a poetis Eubœa. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 21. (64). et Phlius *ibid.* 5. 6. (13). Hinc absolute *Asopis* — 1.º) Est Ægina, Asopi filia et Æaci mater ex Jove in ignem converso, apud *Ovid.* 6. *Met.* 115. et 7. *ibid.* 616., coll. *Val. Flacc.* 5. et *Avien. locc. citt.* — 2.º) Item Evadne, filia ejusd. Asopi, quam Nilus adamasse dicitur. *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 41.

ĀSŌPĪUS, a, um, adject. ('Ασώπιος) ad Asopum personam pertinens. *Stat.* 7. *Theb.* 723. Asopius Hypseus. *h. e.* filius Asopi. Adde 8. *ibid.* 428. et 9. *ibid.* 256.

ĀSŌPŌDŌRUS, i, m. 2. ('Ασωπόδωρος, *Asopi donum*) statuarius, Polycliti discipulus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (50). Cf. *C. Robert, PW.* 2. 1705. 6.

ĀSŌPOS et

ĀSŌPUS, i, m. 2. ("Ασωπος, *limosus ore*) *Assopus*, cum duplici *s*, apud *Ravenn. p.* 399. — Nomin. *Asopos* apud *Lucan.* 6. 374. et *Vib. Seq. p.* 147. et Acc. *Asopon* apud *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 33. et *Stat.* 3. *Theb.* 337. — In libris aliquando confunditur cum *Æsopus*, ut *Mythogr.* 1. 165. et *Propert.* 3. 15. 27. *N.* — Quod attinet ad quantitatem prioris syllabæ, cf. ASOPIS.

Asopus, nom. vir. et etiam geogr. ¶ 1. Fuit antiquissimus rex Bœotiæ, ab Oceano et Terra prognatus, qui plures habuit filias (*Hygin. fab.* 155. et *Rufin.* 10. *Recognit.* 21): quinque recenset *Ovid.* 3. *Amor.* 6. 33. a Thebe uxore susceptas; sed complures alias *Apollod.* 3. 12. 6. et 17., *Pind. Isth.* 3. 39., *Hom. Il.* 4. 383. et 10. 287. — Porro fabulam de Asopo cum Jove luctanti, ob filiam ab eo vitiatam, et de fulmine, quo fuerit percussus, narrant *Stat.* 7. *Theb.* 315. *sqq.* (*Schol.* ad *h. l.*) et *Mythogr. II. fab.* 208. ¶ 2. Est etiam fluvius cognominis — 1.º) Bœotiæ, a rege nomine accepto, et fluvii deus ἐπώνυμος, nunc *Asopo*. Memoratur *Propert.* 3. 15. 27. Asopi sonitu - fluentis. *Stat.* 7. *Theb.* 424. Jam ripas, Asope, tuas Bœotaque ventum Flumina non ausæ transmittere protinus alæ Hostilem fluvium. Adde *Ampel.* 14. — 2.º) Item Thessaliæ. *Vib. Seq. loc. cit.* Asopus Thessaliæ in Apidanon fluit. Adde *Liv.* 36. 22. et *Lucan.* 6. 374. — 3.º) Item Cariæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (105). Laodicea imposita est Lyco flumini, latera adluentibus Asopo et Capro.

ĀSŌR, indecl. (Hebr. *Hhâtzôr* «septum, castellum»; *LXX.* 'Ασώρ) Scribitur etiam *Hasor, Aser, Heser* apud *Vulg.* et *Hieronym.* — Declinatur tantum a *Cypr. Gall., Jos.* 378. Jabirus - Ditis qui populis Asorum regna regebat.

Asor, nom. plurium oppidorum Palæstinæ, ex quibus memorantur — 1.º) Oppidum regium Chananæum, montanum ac valde munitum, *Vulg. Jos.* 11. 1. et 12. 19.; a Josue, regnante Jabin, assignatum tribui Nephthali, *ibid.* 11. 10. et 19. 36.: dein reædificatum, ubi regnum iterum Chananæorum ita floruit ut vectigales sibi redderet sub altero Jabin Israelitas; sed, prœlio commisso, Chananæi a Barac et Debora profligati sunt in campo Esdrelon, et Sisara, eorum dux, a Jahel femina clavo transfossus. *Jud.* 4. 14-22. — Postea Salomon oppidum muniit (3. *Reg.* 9. 15), Theglathphalasar occupavit (4. *ibid.* 15. 29); Jonathas denique sua victoria de Demetrio illustravit (1. *Mach.* 11. 63-74). — De situ disputarunt *M. de Saulcy, Van de Velde, Robinson, Guérin*, qui, probabilius, videtur esse hod. *Tell el - Harraui* v. *Harrauah*, prope Cades et lacum Merom (Cf. *Jos. Ant.* 5. 5. 1. et 9. 11. 1). — 2.º) Item Asor, quæ *nova* dicitur (*Hhatzor Hhadhattah*) in tribu Juda, ita dicta, ut distinguatur ab altera antiquiore. *Vulg. Jos.* 15. 25. — «Fallitur, inquit *Rosenmüller*, qui duo putat oppida, quasi *Hhadhattah*, sc. nova, aliud oppidi nomen habendum sit, nulla quum sit interjecta copula, sed utraque vox accentu *Mahpach* simul juncta» (*Schol.* in *V. T. p.* 302-303). — Nunc, teste *Guérin*, vocatur *Yasur*, cui probe respondet *A-zuru*, oppidum a Sennacherib captum tempore Ezechiæ (*Schrader, Die Keilinschr.* etc. 1888. *p.* 289. et *Vigouroux, La Bible* etc. *IV.* 207). — 3.º) Item Asor altera in tribu Juda, fortasse nunc *Djebel Hadîréh*. Memoratur *Vulg. Jos.* 15. 23. — *LXX.* vocant 'Ασοριωναίν, duobus in unum oppidis perperam conjunctis. V. *Legendre* in *Lex. Bibl. Vig.* 1. *p.* 1109. — 4.º) Item loca, ubi Arabes in (*hhatzerim*) tabernaculis degunt, non vagi; vel, collective, Arabes non nomades. *Vulg. Jer.* 49. 28., 30. et 33., coll. *Is.* 42. 11. Cf. *Keil, Biblisch. Comm. Jer.* 1872. *p.* 490. — Alii tamen putant hic designari locum hodie *el- Akhdar* dictum (*Halevy*), quem cum Ceder Nabuchodonosor destruxit. — 5.º) Item oppidum quod Beniamitæ post captivitatem habitarunt, hodie probabilius *Khirbet Hazzur*. Memoratur *Vulg.* 2. *Esdr.* 11. 33.

ASPĂLĀTHUM (Aspalatum), i, n. 2. ('Ασπάλαθος: cf. ἀσπάλαθος, spina candida, *aspalato*) Scribitur etiam, et fortasse rectius, *Spalatum*.

Aspalathum, villa Diocletiani imp. in Dalmatia prope Salonas, ubi nunc opp. *Spalato* v. *Spalatro*. Memorat *Hieronym.* in *Chron.* ad a. post Chr. 317. Diocletianus haud procul a Salonis in villa sua Aspalatho admoritur et solus omnium privatus inter deos refertur. Adde *Notit. Dign. occ.* 10. — Sunt adhuc amplissimæ Palatii ruinæ cum templo christiano, magnificum cum tot tantisque aliis de prostrato Christiani nominis teterrimo hoste monumentum.

ASPARAGĪUM, ii, n. 2. locus Dyrrhachinorum ad flumen Genusum situm, hodie *Pekjin* ad *Skumbi*. Memoratur *Cæs.* 3. *B. C.* 30. et 41. et *alib.*

ASPĀSĪUS, ii, m. 2. ('Ασπάσιος, *optatus, adamatus*) ¶ 1. Apud auctores, philosophus Peripateticus, de quo *Boeth. Herm. pr.* 2. 10., *sec.* 1. 1. et *alibi* sæpe. — Alios *V.* in *Cod.* 10. 60. 2., apud *Ps. Ambros. op.* 1. 14., *Venant. carm.* 7. 12. etc. ¶ 2. In titulis nom. serv., quod in cogn. transiit. *Corp. I. L.* 10. 3089. — Et fortasse etiam nom. gentilicium. *Act. procons.* 2. Aspasius Paternus proc. (Cf. *Augustin. serm.* 309.), qui Cyprianum episc. exsilio multavit. — *Aspasia* ('Ασπασία) nom. mul. Gr. — 1.º) Speciatim — *a)* Fuit Axiochi filia, sophistria Milesia, Socratis in eloquentia magistra et poetria (Cf. *Athen.* 5. et 13), Periclis uxor. *Cic.* 1. *Inv.* 31. 51., *Quintil.* 5. 11. 27., *Front. p.* 227. 4. *N.*, *Victorin. rhet. p.* 240. 37. — In causa fuit cur duo maxima bella, Samium et Peloponnesiacum, excitarentur. *Plut. Per.* 24. 1., 25. 1. et *Aristoph. Acharn.* 524. *sqq.* V. *Busolt, Gr. Gesch. II.* 578. 4). — Moribus discinctis fuit, quæ in comœdiis (*Plut. loc. cit.*) dicitur *nova Omphale, Dejanira* et *Juno*, a *Cratino* diserte *pælex*, et ab *Hermippo* comico accusata est violatæ religionis et quod liberarum feminarum, quibus Pericles uteretur, faceret lenocinium. — Dialogos, quibus titulus *Aspasia*, scripsere Antisthenes Socraticus (*Laert.*) et Æschines Socraticus (*Athen.*). Cf. *Quintil. loc. cit.* — Effigiem ejus illustrarunt *Visconti, Iconogr. Gr. I. p.* 179. *sqq.*, coll. *Mus. Pio-Cl. VI. T.* 30.; *Baumeister, Denkm. d. Klass. Altert. I.* 40., *al.* — De ea scripsit *Mæhly, Philol. VIII.* 219. — *b)* Item mulier Phocensis, Hermotimi filia, antea *Milto* vocata a Cyro juniore inter pælices habita et ab Artaxerse in matrimonium recepta, dictaque *Aspasia* in prioris memoriam (*Plut. Per.* 24). Memoratur *Justin.* 10. 2. 2., coll. *Xenoph. Anecd.* 1. 10. 1. — 2.º) Generatim, in titulis nom. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 34536. et 17920. — Et nom. gent. *Ibid.* 14. 25115.

ASPENDĪUS (os), a, um (on), adject. ad Aspendum pertinens, oppidum Pamphyliæ ab Argivis conditum, ut est apud *Mel.* 1. 14. (78). — Hinc *Aspendii* (*orum*), ejus oppidi incolæ. *Nep. Dat.* 8., *Liv.* 37. 23. *et alib.* et *Itin. Alex.* 11.

ASPENDĪUS, ii, m. 2. ('Ασπένδιος) insignis citharœdus, de quo *Cic.* 1. *Verr.* 20. 53. et *Pseud. Ascon. Verr.* 2. 1. — Is originem præbuit proverbio *intus canere*. Quum enim citharœdi dextera manu plectrum teneant, quo chordas pulsant, quod est *foris canere*, sinistræ vero digitis chordas carpant ad sonorum differentias exprimendas, quod *intus* (ἐν τῷ ὀργάνῳ) *canere* dicitur; Aspendius tantæ subtilitatis fuisse traditur ut sola sinistra usus universam cantionem complecteretur: qua ratione sonus citharæ exiguus quidem erat et ad ipsum tantum citharœdum aut certe ad proxime adstantes perveniebat; magnam tamen omnium admirationem tam exquisitæ artis excitabat. Hinc callidi fures a Græcis *Aspendii citharistæ* proverbio dicti sunt, quod, ut ille carminis, ita isti furtorum occultatores sunt: et quia, ut ille sinistra utebatur in cithara pulsanda, ita hi eadem utuntur in furtis patrandis; sinistra enim furtis apta est dicta, ut patet ex *Catull. carm.* 12. et 47. et *Ovid.* 13. *Met.* 111. — Valet etiam in eos, qui multum intestinis suis commodis consulunt præter honestatem. Qui etiam dicuntur *in se canere* aut *sibi canere*, quia suam modo rem ut bene gerant, student et quidquid agunt, sua tantum causa faciunt, nihil aliorum damna curantes. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 26. 68. Atque hoc carmen hic tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit. Ita *Ps. Ascon. Verr.* 2. 1. *p.* 173., coll. *Cic.* 1. *Verr.* 20. 53. Attamen, pace cl. *Furlanetto* dicam, videtur *Aspendius* nomen esse potius commune vel adjectivum, uti ex *Zumpt* et *Volkmann* colligit *Crusius, PW.* 2. 1724. censetque *Diehl* in *Thes. L. L. II.* 806., ab Aspendo oppido sumptum (V. etiam *Georges, Handw. I.* 581).

ASPENDUM n. vel

ASPENDUS (Aspendos), i, f. 2. (ἡ "Ασπενδος) oppidum Pamphyliæ, hodie *Minugat* vel *Köprisu*. (Cf. *Georges* et *Ruge*). Memoratur *Mel.* 1. 14 (78). Aspendos, quam Argivi condiderant. *Cic.* 1. *Verr.* 20. 53. Aspendum, vetus oppidum et nobile in Pamphylia, scitis esse plenissimum signorum optimorum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 26. (96). Eurymedon juxta Aspendum fluens. — De ejus nummis v. *Head, H. N.* 581. *sq.* et de eo *Lanckoronski, Die Städte Pamph. u. Pisid. I.* 85-124., 179-184.

ASPER, ri, m. 2. *Asprus* scribitur in *Exc. Bob. gramm. I.* 534. 39 (Cf. *Lyd. de mag.* 1. 7. 5 'Ρωμαῖος "Ασπρος). ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Fuit præses provinciæ cujusdam in Africa, benevolus erga Christianos, a. 198 (V. *Morcelli Afr. Chr. T.* 2. *p.* 60), de quo *Tertull. Scap.* 4. — 2.º) Item grammaticus. *V.* Æmilius Asper. — 3.º) *Liv.* 3. 65. *de L. Trebonio Aspero*. Insectandis patribus, unde Aspero - inditum est cognomen. ¶ 2. In titulis fere, nom. serv. et cogn. ing. *Corp. I. L.* 1. 755.; 2. 1810. — *Aspra*, cogn. mul. *Inscr. Rhen. Bramb.* 450. — Hinc derivata *Asprius (a)*, nom. gent. *Corp. I. L.* 10. 7845. 150-12. 2683. — *Asprilla*, demin. mul. *Ibid.* 3. 651. — *Asprianus*, cogn. vir. *Vopisc. Car.* 17. et *Asprênus*, nom. *C. I. L.* 10. 2848. — *Asprênas (ātis)*, cogn. ing., rarius nom. gent. et serv., præsertim in gente *Calpurnia* et *Nonia*, ductum fortasse a loco vel aspredine morum. *Ibid.* 6. 811.; 10. 4881. et 11. 4119. — *Asperinus*, cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 788. 4.

Homonym. Inter Asprum et asperum hoc interest, quod *Asprum* vocabulum hominis esse intelligitur, *asperum* autem non leve esse demonstratur. Ita *Prob. app. gr. IV.* 201. 31. At *Liv.* 3. 65. habet *Aspero* vocabulum hominis. Sic etiam *Consent. gr. V.* 402. 15. *Corp. I. L. Christ.* 5. 6201. ASPERO... P. C. ASPERI.

ASPHALTĪTĒS lacus vel absolute Asphaltites, æ, m. 1. 'Ασφαλτῖτις v. Σοδομῖτις λίμνη; Hebr. *yâm hammêlah* «mare salis»; *LXX.* ἡ θάλασσα τῶν ἁλῶν v. ἁλυκή, v. ex situ "Αραβα v. πρὸς ἀνατολὰς Φοινικῶνος, *mare orientale* (*Vulg.*) V. *Neubauer, La géogr.* etc. 1868. *p.* 24., 26. — Acc. *Asphaltitem* est *Solin.* 1. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 15. 15. (71). — Abl. *Asphaltite* apud *eund. ibid.* 17. 15. (73). — Varie appellatur, ut *Asphaltius lacus* (*Heges.* 4. 15.); *mare Asphaltitis* (*Jul. Hon. rec.* A 2. *geogr. p.* 24) vel *Asphaltenes* (*Cosmogr.* 1. 2. *geogr. p.* 73); *palus Asphaltis* (*Cassiod. c. Ap.* 1. 174); *mare Asphalti* (*Eucher. instr.* 2. *p.* 153); *mare Mortuum* (*Isid.* 13. *Orig.* 19. 3); *Mare Deserti* (*Vulg. Jos.* 12. 3); v. *mare Solitudinis* (*Id. Deut.* 4. 49); *mare Salinarum* (*Id.* 2. *Reg.* 8. 13); *mare Salis* (*Id. Gen.* 14. 3); *mare salsissimum* (*Id. Num.* 34. 3).

Asphaltites, lacus Judææ, in quem Jordanes cum aliis fluviis influit, altissimis montibus circumdatus: ita dictus ab *asphalto* seu bitumine, quod gignit, hodie itai. *Asfaltide o mar Morto*; arab. *Bahr el Lut* «mare Loth» v. *Bahiret Montine* «mare fœtidum», et m. 392-393. Mediterraneo inferior (*Duc de Luynes, Voyage d'expl.* etc. *II. p.* 4), long. km. 75., lat. 16., salinis elementis refertum et ex vaporibus morbidis aliquando efflantibus noxium. De eo *Adamn. Itin. Hier. p.* 268. «Nihil quod spiret et possit incedere, præ amaritudine nimia, in hoc mari reperiri potest». *V.* integr. loc. *Justin.* 36. 3. neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur neque navigationis patiens. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 15. 15. (71). dirum natura. *V.* integr. loc. Adde *Tac.* 5. *Hist.* 6. et 7. — Probabilius pentapolis sita haud erat ubi nunc est Asphaltites, ut olim perperam putabatur (Cf. *Bullett, Répons. crit.* 1826. *I.* 166. et *du Clot, La St. Bibl. veng.* 1824. *II.* 186), sed lacus jamdiu exstabat (V. *Blanckenhorn, Entst. u. Gesch. d. Todt. Meer.* in *Zeitschr. d. Deutsch. Paläst.-Verein XIX.* 1896. *p.* 570-574), et oppida partem australem lacus, ubi erat vallis Siddim seu Silvestris, puteis bituminosis sparsa, occupabant, quæ non fuerunt submersa, verum igne et sulphure consumpta (*Gen.* 19. 24-25), ita ut sacra scriptura cum recentiorum studiis plane concordet (V. *Guérin. Descr.* etc. *I.* 91., *Lartet, Géolog. p.* 267. et *Blanckenhorn, op. cit. p.* 51-59). — De hoc mari scripserunt, præter laudatos auctores, *O. Fraas, Das Todt. Meer*, Stuttg. 1867.; *Terreil., Compos. d. eaux de la mer Mort.* in *Compt. rend. de l'Acad. d. scienc.* Paris 1866. *p.* 1329-1333.; *Gautier, Autour de la mer Mort.* Genèv. 1901., *al.* — *NB.* Alterum lacum ejusdem nominis agnovisse sibi visus est *Scholt* apud *Vitr.* 8. 3. 8. «Babylone lacus amplissima magnitudine, qui *limne Asphaltitis* appellatur».

ASPHĒNEZ, indecl. m. Hebr. *'Ashpenaz*; Theod. 'Ασφανέζ; *LXX.* 'Αβιεσδρί (*Dan.* e *Chis.* cod.); Syr. *Abiêzer* (*Bugati, sec. ed. des.* ex cod. Syr.-estranghelo). Origo, saltem prioris syllabæ, certe est a Skr. *açua*, v. Pers. *asp* «equus» ut in *Açvati, Hystaspe*, et *nasa* «nares» sc. equi nares» (*Gesen. Th. ling. hebr. add. p.* 73., coll. *Re, Arch Dic. I. p.* 791). Accedit *Hier. nom. Hebr. p.* 55. Asfanez equorum domitor. At, hoc aliisque etymis omissis, rectius putat qui ab Assyr. *ashpenazar* v. *ashbenazar* vocabulum repetit, coll. *assa-ibni-zir* «domina (Istar Ninivis) - formavit - germen» (V. *Lenormant, La divin. chez les Chald.* Paris 1875).

Asphenez, præcipuus minister Nabuchodonosor, regis Babylonensis seu, ut apud *Vulg. Dan.* 1. 3., præpositus eunuchorum, cui a rege traditi sunt educandi Daniel, Ananias, Misael et Azarias, pueri Hebræi in captivitatem deducti. *Ibid. vv.* 6-19. — Animadvertendum est voc. Hebr. *saris*, quam *Vulg.* vertit *eunuchus*, in tabella cuneata (*British Mus.* n.º 82-7-14, 3570) aliud sibi velle, nempe quod Hebr. est *rab sarisim* «præpositus eunuchorum» (Vulg.), Assyr. legitur *rabû-sha rêshu* (*rabû-sha-ri-e-su*), h. e. «caput seu magister vel præpositus capitum seu principum», *sc.* cui commissa est cura principum regiorum (V. *Pinches* in *Acad.* 1892: *p.* 618. et *Winckler, Unters. z. Alt. Gesch.* 1889. *p.* 138).

ASPIS, idis, et is, m. 3. 'Ασπίς, *serpens* v. *clipeus*: cf. *Sil. It. l. c.* in clipei speciem - Aspis. et *Solin.* 27. Clypea civitas Aspis. V. *Dessau, PW.* 2. 1784. 11. et *Wilmanns, Corp.* 8. *p.* 128. ¶ 1. Est nom. geogr., *sc.* — 1.º) Insula maris Ægæi, ad Lyciam pertinentis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (131). — 2.º) Item insula Cæcia ad Spiræum promont. *Id.* 4. *ibid.* 12. 19. (57). — 3.º) Item statio in procons. Africa. *Sil. It.* 3. 248. *Solin.* 27. Clypeam civitatem Siculi exstruunt et Aspida primum nominant. — 4.º) Item statio Contestanorum in Hispania ('Ιασπίς), nunc *Aspe*, in *Itin. Ant. p.* 401. ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Nep. Dat.* 4. Aspim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat.

ASPLĒDON, ōnis, f. 3. ('Ασπληδών v. Σπληδών *Hom. Il.* 2. 510) oppidum Bœotiæ, hodie *Avriokastro*. Memorat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26)., coll. *Strab.* 9. 415. Cf. *Baedeker, Griechenl.* 195. et *Leake, North. Gr. II.* 162.

ASPONA (Aspuna), æ, f. 1. et -ôrum, n. plur. 2. ("Ασκουνα) oppidum Galatiæ. *Ammian.* 25. 10. 10. Aspuna Galatiæ municipium breve. *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 8. et *Tab. Peut.* 9. Aspona. et *Rav. p.* 99. Asponna. Cf. *Ramsay, Asia min. p.* 216. et 243.

ASSA, æ, f. 1. ("Ασσα) oppidum Chalcidicæ in ora ad Singiticum sinum (*Herod.* 7. 122), cujus ruinæ visuntur ad Παλαιοκάστρο v. Πυργάδικια (*Leake, North. Gr. III.* 153. *sqq.*). *Hieronym. ep.* 60. Timasius - Assæ vivit inglorius. — *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (38). Cassera. Cf. "Ασσηρα *Steph. Byz.* (frg. 165).

ASSABĪNUS, i, m. 2. deus Æthiopum, cui illi, ante messem cinnami, sacrum faciunt: fortasse hoc nomine significatur Juppiter aut Sol. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. (89). — *D'Anville* confert cum *Sabat* (*Strab.* 16. 771) et *Pietschmann*, cum *Assab*.

ASSĀRĂCUS, i, m. 2. ('Ασσάρακος) Cf. *Assur, Assyrii* (*Etym. Gud. v.* 'Ασύρριοι., coll. *Etym. M. v.* 'Ασσυρία) Acc. *Assaracon*, Gr. positione, apud *Ovid.* 4. *Fast.* 34.

Assaracus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Speciatim. — *a)* De genealogia. Fuit rex Trojæ, filius Trois, nepos Erichthonii, frater Ili et Ganymedis, pater Capys, avus Anchisis (*Homer. Il.* 20. 230. *sqq.*, *Diod.* 4. 75. 3. et 5., *Tzetz. Lycophr.* 1232). Addit *Apoll.* 3. 12. 2. fuisse filium Trois et Callirhoes, filiæ Scamandri, fratrem Cleopatræ, maritus Hieromnemes, filiæ Simoentis. (V. *Wellmann, Comm. phil.* etc. Berlin 1887. *p.* 54. *sqq.* et *Myth. Vat. I.* 135). *Schol.* vero *Bern. Virg.* 1. *G.* 502. Accius (*trag.* 653) hæc docet: Juppiter Dardanum genuit, Dardanus Troum, Trous Assaracum et Ilium Ganymedemque. Capys ex Assaraco satus, qui statuit Pergamum, Laomedon Priamum et Anchisem edidit. Cf. etiam *Enn. Ann.* 17., *Ovid.*

4. *Fast.* 34., *Virg.* 1. *Æn.* 284., *Serv.* ad *eund.* 8. *ibid.* 190., *Hygin. fab.* 94., *Sil. It.* 11. 293. *sqq.*, *Dion. Hal.* 1. 62. et *Dict.* 4. 22., qui de genealogia Assaraci diversa tradunt. — *b)* Epith. *Ovid.* 11. *Met.* 943. Phryx., *Senec. Ag.* 878. vetus. *Augustin. loc. hept.* 5. 28. Trojanus. Sic *Gloss. IV.* 406. 31. vir Trojanus. — *c)* De proavo Romanorum gentisque Juliæ. *Virg.* 1. *Æn.* 284. domus Assaraci (*Augustin. loc. hept.* 2. 28. Roman. civ. 15. 19). *et* 6. *ibid.* 778. Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater Educet. *et* 9. *ibid.* 256. Excipit Ascanius: per magnos, Nise, penates Assaracique Larem etc. (Cf. *Sil. It.* 8. 566) *et* 640. gente sub Assaraci (*sc.* Julia. *Sil. It.* 8. 347). *et* 3. *G.* 35. *stabunt in foribus* Assaraci proles demissæque ab Jove gentis Nomina (*Serv.* ad *l.*: eorum statuas, qui a Jove usque ad Assaracum et ab Assaraco usque ad Augustum originem ducunt). *Ovid.* 4. *Fast.* 123. Assaracique nurus dicta est *Venus. Sil. It.* 3. 701. Assaraci prolem (*i. e.* Romanos). *et* 5. 145. ingentem Assaraci - alumnum (*i. e.* Romulum). — *d)* De ejus regione. *Horat. Epod.* 13. 13. tellus (i. e. *Troas*). — 2.°) Item duo Trojani, comites *Æneæ. Virg.* 10. *Æn.* 124. Assaracique duo. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp. I. L.* 2. 6108. et 6. 27468.

ASSAREMOTH, indecl. (Hebr. *Hashsherēmôth* [*Shedhēmôth*] « regio mortis »; *LXX.* 'Ασαρημώθ) nom. propr. loci in urbe Jerusalem, quod, ut asserit, *Vulg.* interpretatur *Jer.* 31. 40. Et universam « regionem mortis ». Memorat *Hieronym. nom. Hebr. p.* 99. Assaremoth in Jeremia: pro quo in hebræo scriptum est sademoth, quod Aquila interpretatur suburbana.

ASSIA, æ, *f.* 1. campus magnus et planitiosus, in quo martyr Christi Mercurius apostatam Julianum peremisse legitur. Ita in *vit. s. Macar. Rom.* 4.

ASSĪDÆUS, i. et, fere, Assidæi, ōrum, plur. m. 2. (Hebr. *Hhasîdhîm* « pii »; *LXX.* 'Ασιδαῖοι v. 'Ασιδαῖοι) viri pii et legis servantissimi, præcursores Pharisæorum et fortasse etiam Essæorum et Therapeutarum, quippe qui singulari quodam religiosæ vitæ genere uterentur. Memorantur *Vulg.* 1. *Mach.* 2. 42. — Reduces a captivitate Babylonica Esdræ et Nehemiæ, legis instauratoribus, fideliter adhæserunt: iis opponuntur οἱ ἀσεβεῖς (1. *Mach.* 3. 8), οἱ ἄνομοι (*Ibid.* 9. 23) v. παράνομοι (*Ibid.* 1. 11). Temporibus vero Ptolemæorum ac Seleucidarum, Judæis græcissantibus, nempe a fide desciscentibus vitiisque deditis obstiterunt « voluntarii in lege » seque dediderunt, societate inter se jam inita (*Ibid.* 2. 42.), Mathathiæ ejusque filiis Machabæis, qui iis præerant (2. *Mach.* 14. 16), et adversus hostes strenue dimicarunt. — Incredibile religionis specimen ab eis datum refert *Vulg.* 1. *Mach.* 2. 30-38. — Postea tamen se commiscuerunt Pharisæis et a pristina integritate defecerunt. — De Assidæis cf. *Crusius, De Assid.*; *Hamburger, R. E. für Bibl.* etc. *II. p.* 132. et *Schürrer, Gesch. d. jüd. Volk. p.* 157.

ASSĪUS, a, um, adject. *V.* **ASSUS**.

ASSĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 9. 205. (*Brundisii*). — Etiam præn. Marrucinum *As.* (*Zvet. Inf.* 9.) *Teste.* — Hinc deriv.: *Assianus, Asidius, Assidonius, Assonius, Asullius, Asuvius, Asuivius, Asubrius, Asurius, al.* V. *Corp. I. L.*

ASSON. *V.* **ASSOS**.

ASSŌRĪNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Assori, oppidi Siculi. *Cic.* 4. *Verr.* 44. 96. Assorini - viri fortes et fideles, sed nequaquam ex tam ampla neque tam ex nobili civitate etc. *et alib.* et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91)., coll. *Diod.* 14. 58. et 78.

ASSŌRĪNUS, a, um, adject. ad Assorum pertinens. *Cic.* 3. *Verr.* 18. 47. Assorinus ager. — *Assorini*, plur., absolute. *V.* voc. præc.

ASSŌRUM, i, n. ('Ασσώριον v. "Ασσωρον) et Assorus, m. 2. ("Ασσωρος *Apoll.* et "Ασσηρος *Ptol.*) oppidum Siciliæ mediterraneæ, ad fluvium Chrysam, hodie *Assaro.* Memoratur *Cic.* 4. *Verr.* 44. 96. — In nummis *Assoru*, apud *Eckhel* 1. *p.* 198.

ASSOS. *V.* **ASSUS**.

ASSOTĀNUS, i, m. 2. incola oppidi Bastetanorum in Hispania (*Ptol.* 'Ασσώ). *Corp. I. L.* 2. 3423.

ASSUĒRUS, i, m. 2. Hebr. *'Ahhashwērōsh*, cum a prosthet. ex vet. Pers. *Khsajarsha* in monum. cuneatis etiam *Kshoarse* « leo rex »; *LXX.* 'Ασσούηρος v. 'Ασύηρος et apud scriptores Græcos ac Latinos Ξέρξης, *Xerxes.*

Assuerus legitur apud *Vulg.* in *l. Danielis, Tobiæ, Esdræ* et sæpe *Esther.* ¶ 1. Assuerus igitur memoratur *Dan.* 9. 1. « In anno primo Darei filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum ». Hic non est confundendus cum Assuero, de quo mentio est apud *Tob. loc.* infra *cit.*, ut nonnulli putant, qui eum volunt esse *Cyaxarem* (Pers. *Uvakshtra*), Medorum regem; contra alii hunc Assuerum unum eundemque censent cum *Astyage.* De hac re dubia *V.* **DAREUS** Medus. ¶ 2. Assuerus ('Ασύηρος) memoratur *Tob.* 14. 15 (græc.) « Audivit Tobias interitum Ninives, quæ a Nabuchodonosore et Assuero capta est ». Videtur hic forma nominis Græca corruptionem aliquam passa vel ab additionum auctore ob diversum apud vulgus efferendi modum mutata *Uvakshtra* (= *Cyaxares*) in *Khshayarsha* (= *Assuerus*), cujus magna est in rebus gestis cum illo similitudo (Cf. *Herod.* 7. 35. 37., *Justin.* 11. 10., *Strab.* 14. 634. V. *Spiegel, Iran. Alt. II. p.* 402., *Fritzsche, D. Bücher Tob. u. Jud.* 1853. *p.* 69. et *Gutberlet, Das Buch Tob.* 1877. *p.* 356. ¶ 3. Assuerus memoratur 1. *Esdr.* 4. 6. « In regno autem Assueri, in principio regni ejus, scripserunt accusationem adversus habitatores Judææ et Jerusalem ». Hic medius legitur inter Dareum (*Ibid.* 5) et Artaxerxem (*Ibid.* 7., 11. et *alib.*). — Putarunt veteres hunc Assuerum et hunc Artaxerxem statim post Cyrum regnasse et sub Dareo tantum Hebræis res prosperrime cessisse (*Ibid.* 4. 24.); at recentiores ex monumentis Persicis Assuerum hunc eundem esse cum *Xerxe* pro certo habent; quamvis alii *Cambysem* haud recte substituerint (V. *Oppert, hist. et phil. du livr. Esth.* in *Ann. d. phil. chrét.* 1864.; *Clair, Esdr. et Néh. p.* 28. et *Cornely, Intr. II. p.* 354), idque eo magis quod in tabulis Achæmenidarum *Xerxem* (Assuerum) statim *Artaxerxem* subsequitur. ¶ 4. Assuerus memoratus sæpe apud *Esth.* 1. 3-8.; 2. 1-11. etc. idem est ac Xerxes I., de quo diximus; in eum namque optime quadrant quæ in sacris leguntur litteris et a veteribus *Herod.* 9. 35. 37., *Strab.* 14. 634., *Ctes. De reb. Pers.* 54. et *alib.* et *Justin.* 11. 10. referuntur. Cf. *Spiegel, Iran. Alt. II. p.* 402.; *Fritzsche* et *Gutberlet, locc. citt.*; *Curtius, St. Gr. II.*; *Lesêtre* et *Pannier* in *Dict. Bibl. Vig.* ad *v.*

ASSŪR, fere indecl. Hebr. *'Asshûr* « gressus »; *LXX.* 'Ασσούρ. Scribitur etiam *Asur, Assir Asyr,* — Declinatur *Assur, is,* a *Cypr. Gall., Jud.* 201. manu ex Asuris pube coacta. *Sulp. Sev. chron.* 1. 48. Ninive ab Assure, Sem filio, conditum. *et Eucher. Instr.* 2. *p.* 151. 5. Assyrii ab Assure. — Etymon ita proponit *Hieronym. nom. Hebr. p.* 2. Assur dirigens vel beatus aut gradiens sive arguens. — Assur, nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers., *sc.* ¶ 1. Fuit secundus filius Sem. *Vulg. Gen.* 10. 22. et 1. *Par.* 1. 17. *Hieronym. sit. et nom. p.* 111. Chalach, urbs Assyriorum, quam ædificavit Assur. — Attamen in loco *Gen.* alii *Assur* accipiunt non de uno viro sed de universa Assyriorum gente, quod haud probandum aliis videtur, quum ibi strictim de filiis, ut Arphaxad etc., non de nepotum seu posterorum progenie sermo sit (*V.* **AMORRHÆUS**). ¶ 2. Item, collective, gens, ab Assur filio Sem oriunda, *sc.* Assyrii. — *a)* Proprie. *Id. Judith* 16. 3. Venit Assur ex montibus ab Aquilone. Adde *Is.* 19. 23. et *alib.* et *Augustin.* 16. *Civ. D.* 3. — *b)* Translate, pro diabolo, apud *eund.* in *Ps.* 82. 9. ¶ 3. Item filius Hesron et Abio, pater Tecuæ, de tribu Juda. *Vulg.* 2. *Par.* 4. 5. — Hebraice tamen scribitur *'Asshûr*; *LXX.* 'Ασχώ, 'Ασσούρ et *Vulg.* 1. *Par.* 2. 24. Ashur.

II.) Est etiam nom. geogr., *sc.* ¶ 1. Terra Assur v. Assyria, quæ vox nusquam occurrit in *Vulg.*; sed ejus loco ubique Assur, ut 5. *Reg.* 15. 29. Rex Assur. *sc.* Theglathphalasar. Adde *Is.* 7. 16., *Os.* 8. 9. et *alib.* sæpe. et *Ps. Isid. chron. II.* 381. et 384. — *Ezech.* 27. 23. post Saba memorat Assur; unde *Movers* (*Die Phönix.* 1868. *II. p. III. p.* 252); *Keil* (*Ezech.* 1868. *p.* 245) et *Trochon* (*Ezech.* 1880. *p.* 496) hoc putarunt oppidum Cura, nunc *Essurich*, inter Palmyram et Rusapha (*Reseph*); at Assyriam etiam hic significare alii interpretes probabilius opinantur. ¶ 2. Item oppidum. *Id. Gen.* 10. 11. De terra illa egressus est Assur. — Perperam hic *Assur* interpretati sunt antiquiores recentioresque de uno aliquo homine, filio Sem vel de Assyriis collective sumptis; propositionis namque subjectum est Nemrod, qui de Sennaar *egressus Niniven ædificavit*, quod quidem ex ipso contextu elucet; regni enim Nemrod v. 10. principium enarrabatur, nunc vero v. 11. ejusdem progressus; nec Assur tantum, ut ex contraria sententia sequeretur, sed alii quoque egressi fuissent. Porro hic progressus non per regiones describitur sed per oppida; unde difficultas solvitur apud *Schrader*, cui sacer auctor videtur ignorare oppidum Assur (*Kalat-Sherkat*), antiquissimam regni sedem (V. *Calmet, Tiele, Bochart, Lamy, Knabenbauer* in *h. l.*, præter *Chald.* et *Ps. Jon.*).

ASSŪRĀS, indecl. ("Ασσουρας *Ptol.*) Occurrunt aliæ formæ, ut *Assuri, Assures, Assyres, Asiræ* etc. — Est autem oppidum provinciæ proconsularis Africæ, hodie *B'hairt Essers* (Cf. *Wilmanns, Corp.* 8. *p.* 211). Memoratur *Cyprian. ep.* 64., *Augustin. reg. gr.* V. 506., *Itin. Anton. p.* 47. et *Corp. I. L.* 8. 1798. — *Carm. epigr.* 488. cui domus Assyribus fuerat, cui Quintio nomen.

ASSURBANIPAL. *V.* **ASSYRIA, JUDITH** et **NABUCHODONOSOR.**

ASSŪRĒ, indecl. Hebr. *Hhâtzôr*, Gr. 'Ασσούρ. *Hieronym. sit. et nom. p.* 97. Assure civitas Judæ, quam ædificavit Salomon (Cf. 3. *Reg.* 9. 15. In *Vulg.* nomen deest).

ASSŪRIM (Asurim), indecl. m. plur. (Hebr. *'Asshûrim*, ab Assur aliquo, ut videtur, derivatum; *LXX.* 'Ασσουριείμ) nomen tribus Arabicæ, quæ ab Abraham originem duxit et Cetura per Jecsam et Dadan. *Vulg. Gen.* 25. 3. et 1. *Par.* 1. 32. Cf. *Hieronym. quæst. hebr.* in *Gen. p.* 39. Asurim in negotiatores transferri putant - alii ab hoc Asurim vocatos Syros esse contendunt. *et nom. Hebr. p.* 9. Asurim nemus. *et p.* 56. Assurim ignis inluminationum. *Eucher. instr.* 2. *p.* 151. Syros appellatos ab Assurim, filio Abraham. — *Lib. geneal. chron. I. p.* 172. Assyrin.

ASSŪRĪTĀNUS, a, um, adject., ad Assuras pertinens. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (29). Oppidum Absuritanum. *Vict. Vit. not. prov. proc.* 19. peregrinus. *Augustin. Bapt.* 5. 5. plebs. *et c. Petil.* 1. 15. civitas. *Corp. I. L.* 8. 12879. regio. — Hinc absolute

Assuritani, ōrum, m. plur. 2. incolæ Assuras. *Augustin. c. Parm.* 3. 6.

ASSUS (Assos), i, f. 2. ("Ασσος et "Ασσον) oppidum maritimum Troadis, ad Ægæum, inter Smynthium et Gargara (*Tab. Peut.* 9), etiam *Apollonia* dictum *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (123). Memoratur quoque *Vulg. Act.* 20. 13. et 14. et *alib.* — Perperam *Ihm* in *Thes. L. L.* adfert illud *Act.* 27. 13. « Quam sustulissemus de Asson, legebant Cretam »; nam hic *de Asson* non est ex oppido Troadis nec fortasse oppidum Cretæ (*Asus* enim v. *Asum* apud *Plin.* procul est a litore), sed adverbium; siquidem legitur in text. recepto, in MSS. Gr. et in criticis quibusque editis libris: "Αραντες ἆσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην, ubi ἆσσον non opp., sed forma est compar. a posit. ἄγχι, *prope*, sc. *propius* (V. *Wilk, Clav. Phil.* ad *v.*), ital.: *salpando, costeggiammo più d' appresso Creta.* — Fuit olim oppidum situ florentissimum cum portu et acropoli ejusque ruinas, priscæ magnitudinis reliquias, descripserunt *Clarac, Fellows, Choiseul-Gouffier, le Camus.* — De eo videsis, præter antiquiores *Quandt, De Asson* 1710. et *Amnelle, De* "Ασσῳ 1758., etiam recentiorem *Clarke, Report* etc. *at Asson,* Boston 1882. — Hinc *Assius, a, um,* adject. ("Ασσιος), ad Assum pertinens (In codd. fere *Asios*, quasi ab Asia). *Cels.* 4. 31. Assius lapis. Adde *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 27. (96).

ASSȲRĬA, æ, f. 1. (Ἀσσυρία) nom. regionis. — *a)* Scribitur etiam *Assuria*, mutato υ in *u*, in quibusd. Codd. MSS. et edit. libr., ut in *Dig.* 45. 1. 1. et *alib.* Hebraice est *'Ashshûrāh* cum *he* loc. (*Gen.* 25. 18. et *Os.* 9. 3) v. *'Ashshûr* v. *ĕresh*

'Ashshûr, h. e. terra Assur; Assyr. *mat Aušar* et sæpius *mat Assur* v. *Asur* v. *amali Assuri*; Gr. etiam 'Ατουρία, cui respondet Pers. *Athurâ* et Chald. *'Athûr*; Vulg. *Assur* v. *terra Assyriorum.* — *b)* Vocem ab *Assur* derivatam esse docet *Isid.* 14. *Orig.* 3. 10., quem uti deum principalem colebant Assyrii (Cf. *Schrader-Zimmern, Keilinschr.* 351); recentiores vero ducunt a v. Sumero-Accad. *A-uschar* « aquosa vel aquis irrigata planities » Cf. *Delitzsch, Wo lag das Paradies* 252. *sq.* — *c)* Ad structuram quod attinet, *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (192). Litteras semper arbitror Assyrias fuisse. *pro* in Assyria. Adde 16. *ibid.* 32. 59. (135). Contra *in Assyria* 11. *ibid.* 22. 25. (75).

Assyria ¶ 1. Apud scriptores, Asiæ regio — *a)* Stricte accepta olim inter Tigridem et Lycum fluvios et Gordyæos montes comprehendebatur, ubi urbes Niniven, Roboth 'Ir (*Vulg.* plateas civitatis), Cale et Resen ædificavit, non Assur (*V.* **ASSUR** II. 2), sed Nemrod (*Gen.* 10. 12-13), *Athuria* a Græcis appellata (*Strab.* 16. *init.*) et *Adiabene* (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 12. 13. (66)., coll. 6. *ibid.* 13. 16. (41). et *Ammian.* 23. 6. 20. *sqq.* — *b)* Latiore sensu postea tota illa terra est dicta, quæ a Gordyæis montibus a septentr. usque ad occid. Tigridis ad Euphratem pertingit et Gynde (*Diala*) fluvio et montibus ad orient. disterminatur a Media, *i. e.* Assyria vetus et propria, quam Græci in varias provincias diviserunt, *sc.* Arrapachitim, Arbelitim, Calachenen, Apolloniatim et Sittacenen (*Ptol.* 6. 1). — *c)* Latissimo denique sensu, florente Assyriorum imperio, Babyloniam et Mesopotamiam (*Is.* 10. 9-10. et 39. 1. et *Jer.* 2. 18., coll. 2. *Par.* 33. 11., *Herod.* 1. 178. et *Arrian. Anab.* 7. 21.), ad Euphratem usque pertingens (*Is.* 7. 20. et 8. 7.), immo Armeniam, Persiam, Syriam ipsamque Asiam Minorem (*Dion. Perieg.* 975., coll. *Herod.* 7. 63.) complectebatur, ita ut aliquando cum Syria confusa et Phœnicia reperiatur (Sic *Virg.* 2. *G.* 465. Assyrio fucatur lana veneno. Adde *Justin.* 1. 2. et *Ammian.* 23. 6. 13-23) et Dareus *rex Assur* dicatur 1. *Esdr.* 6. 22. — *Assyriam* memorat primus *Lygd.* 2. 24.; sæpe *Plin.* 5. *Hist. nat.* 12. 13. (66). Adiabene Assyria ante dicta (Cf. *Capell.* 6. *p.* 219). *Id.* 6. *ibid.* 26. 30. (121). Pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est. *et* 18. *ibid.* 25. 57. (215). Assyria et Babylonia. — Epithet.: *Lygd.* 2. 24. Assyria dives. *Ammian.* 23. 4. 13. tepens. *et* 23. 6. 15. celebritate et magnitudine et multiformi feracitate ditissima. *Jorn. Rom.* 12. antiqua. — *Jul. Hon.* 5. *geogr. p.* 25. provincia. Sic *Eutrop.* 8. 3. 2. Trajanus tres provincias fecit, Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam. — Celebriora Assyriæ oppida fuerunt Assur (*Calah-Shergat*), Chalah (*Nimrud*) et Ninive (*Nina* v. *Ninna*, Gr. Νῖνος), quarum unaquæque eodem ordine fuit regionis caput seu metropolis; præcipuus vero fluvius Tigris (*Ass. Diklat*, Hebr. *Hiddekel*); alii Capros et Lycus (*Zab*), Physcus (*Adhem*), Chaboras (*Khabur*) etc. — Regio est fere montana et aeris temperie mitis ac « terra fructifera et fertilis vini; terra panis et vinearum; terra olivarum, olei et mellis » (*Vulg.* 4. *Reg.* 18. 32. et *Is.* 46. 17). — Ejus historiæ, Berosi aliorumque veterum historicorum narrationibus satis confusæ et obscuræ, magna hodie lux affulsit ex nuper repertis inscriptionibus ac textibus cuneatis et anaglyptis (V. *Dumont, Terres cult. orient.* Paris 1884) itemque ex ruderibus urbium vetustissimarum variisque artium monumentis, tum etiam ex Canone (*Smith, The Ass. Epon. Canon.*) i. e. elencho consulum seu « eponymorum » (*Limmu*), a sæc. X. ad VII. a. Chr. pertingenti, quibus et fabulosa nobis tradita, præsertim ab Herodoto, Ctesia, Diodoro Siculo, exploduntur et narrationes biblicæ mirum quantum confirmantur (Cf. *Perrot, Hist. de l'art. II. p.* 1-14.; *Layard, Nin. u. Bab.* passim et *M. von Niebuhr, Gesch. Assyr. u. Bab. p.* 378-428). — Omissis itaque mythicis de Nino, filio Beli, Semiramide, Ninia ejusque successoribus rejectaque sententia de duobus Assyriæ imperiis (V. *Lenormant, Lettr. Assyrol. p.* 2. et *Prem. Civilisations II. p.* 220. et *Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l'Or. p.* 363) et de longa regum serie usque ad Sardanapalum, ab Arbace et Belesi dejectum an. 888., dicimus, magnam Assyriæ dominationem sæc. XIII. a. Chr. cœpisse et sextæ ex octo dynastiis a Beroso, Seleucidarum priorum æquali, propositis, apte respondere. — Jamdiu ab an. 1800. sub Ismidagan unum erat imperium Assyriæ et Chaldææ; sed, illo exstincto, divisum est in duo et Assyria recta a Samsiramman I., ejus filio (*Ménant, Annali d. Rois d. Ass. p.* 20-21). Serius autem Assyria fuit ab Ægyptiis, duce Thothmes III. Magno, ex dynastia XVIII., ac dein ab iis sub Amen-hotep II. plenius, subacta, quorum dominium usque ad sæc. XII. peratitit (*Maspero, op. cit. p.* 190., 198. *sqq.* et *Rawlinson, History of anc. Egypt,* 1881. *II. p.* 229. *sq.* et 234-236). — Postea an. 1400. litem de regnorum finibus, exortam inter regem Babylonensem Purna-puryas II. et regem Assyriæ Busur-Assur, matrimonium diremit; verum, regnante Salmanasare I. ac dein Tuklat-Samdam I. ejus filio, bellum iterum exarsit, ex quo hic victor evasit condiditque magnum illud imperium Assyriæ, quod cœptum circ. an. 1300 (*Rawlinson* et *Sax*; 1314. *Oppert* et *Lenormant*; 1305. *Smith*; 1270. *Menant*; 1249. *Dunker*) desiit probabilius an. 625. (al. 606) a. Chr. — Porro reges, qui apud Assyrios famosi exstiterunt, sunt *Tiglat-Piliser I.* (1130-1100. a. Chr.), *Assunasipal* (886-858), *Salmanassar II.* (858-823), *Tiglat-Piliser II.* (745-727), *Salmanassar IV.* et *Sargon* novæ (*Sargonidum*) dynastiæ conditor (721-704), *Sennacherib* (704-680), *Asarhaddon* (680-668), *Assurbanipal* v. *Sardanapal V.* (668-647), quo regnante, Assyria magnitudinis culmen attigit; postremo *Assur-Omid-Lin* seu, nomine magis noto, *Saracus* v. *Sarak*, ultimus Assyriorum regum, qui, a Cyaxare Medo et Nabopolasser Chaldæo Ninive capta, sibi mortem conscivit (647-625), de quibus dictum est vel dicetur suo loco. — Plura de Assyria disces a recentioribus, uti sunt, præter laudatos, *Hommel, Gesch. Babyl. u. Assyr* 1885.; *Tiele, Bab.-Ass. Gesch.* 1886-1888. et ex textibus, transcriptionib. et interpretationib. monumentorum. V. *The Cuneif. Inscr. of West. Asia*; *Transact. and proceed. of the Society of Bibl. Arch.* Adde *Civiltà Catt.* (1878. *sqq.*), *Hougton* (1879), *Finzi* (1872), *Chipler* (1884), *Birch* (1880), *O'Conor* (1885), *Buddensieg* (1880), *Halévy* (1880), *Kamphausen* (1886), *Bonnet* (1884), *Mürdter* (1882), *Watson* (1885), *Feloni* (1887), *Winckler* (1889), *Meisser u. Rost* (1893), *Strassmaier* (1889), *Brünnow* (1889), *Reber* (1886), *Kaulen* (1891) etc. ¶ 2. In titulis nom. mul. *V.* **ASSYRIUS**.

ASSȲRĬCUS, a, um, adject. (Ἀσσυριακός) ad Assyriam pertinens. *Not. Tir.* 53-55. Assyrus, Assyria, Assyricus.

ASSȲRĬI, ōrum. *V.* voc. seq.

ASSȲRĬUS, a, um, adject. (Ἀσσύριος) Scribitur etiam per *i*, raro *u*, passim in Codd., ut apud *Cic.* 3. *Rep.* 7. in palimps. Vat. et *Carm. epigr.* 1185 (Rom.) 9., ubi *Assurios* et *Asurios.* — *Assurim Assyria*, apud *Euch. instr.* 2. *p.* 151. et *Lib. Geneal. chron.* 1. *p.* 172. — *Adsyrus* in *Corp. I. L.* 14. 1890. — *Assyrus* in *Not. Tir.* 53. 55.; et *Asyri* pro *Assyrii Lib. Gen.* etc. *ibid. p.* 164 (Cf. *Serv. Georg.* 2. 4. 65). — Ad notationem, quod attinet, *V.* **ASSYRIA** init.

Assyrius est ad Assyriam pertinens; adhibetur autem tam de Assyria proprie dicta, quam de lato Assyriæ imperio, tum etiam de quibusdam aliis regionibus apud classicos Latinos, vel finitimis vel inclusis. — Occurrit itaque

I.) Apud scriptores — 1.°) Speciatim — *a)* De regno Semiramidis, ex Græcorum sententia, v. de Syria. *Horat.* 3. *Od.* 4. 31. arentis Harenæ litoris Assyrii. Adde *Claudian.* 18. 48. et *Sil. It.* 13. 886. Cf. *Justin.* 36. 2. 1. Damascus Syriæ nobilissima civitas, unde et Assyriis regibus genus et reginæ Semiramidi fuit. — *Ulp. Dig.* 45. 1. 1. Assyrius sermo, *sc.* Aramæorum. — *b)* De Parthia. *Lucan.* 8. 283. Assyria clades. *et Claudian.* 7. 35. cædes. — Hinc pro Parthicus. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 121., *Val. Flacc.* 5. 109., *al.* — *c)* De India, quæ Assyriam attingit. *Ovid.* 2. *Am.* 5. 40. — *d)* De Phrygia. *Claudian. Phœn.* 86. — *e)* De Phœnicia. *Senec. Herc.* 558. Assyria puella, *sc.* Europe. Adde *Sil. It.* 11. 41. — 2.°) Universim — *a)* De locis, rebus etc. *Catull.* 66. 12. Assyrii fines. *Lucan.* 6. 53. populi. *et* 6. 52. noctes diesque. *et* 8. 92. casus. *Justin.* 18. 3. 3. stagnum. et *Ammian.* 12. 8. 6. lingua. *Avien. orb.* 534. axis. *et* 949. terra. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 2. Res Græcæ multo sunt nobis quam Assyriæ notiores. — *Assyria malus*, arbor Assyriæ, Mediæ et Persidis, omni anni tempore fructus ferens acres quasi mali citrini, de qua *Plin.* 11. *Hist. nat.* 53. 115. (278). et *alib.*, coll. *Virg.* 2. *G.* 126. *V.* **CITRUM** in *Lexico.* — *b)* De urbibus v. fluviis. *Paul. Nol. carm.* 26. 255. Babylon. *Avien. orb.* 1158. ostia Thermodontis. — *c)* De hominibus. *Senec. Phæn.* 125. rex. *Tac.* 5. *Hist.* 2. convenæ. *Vellej.* 1. 6. 6. Assyrii principes. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1271. accolæ. — Hinc absolute

Assyrius, ii, m. 2. — 1.°) Apud scriptores, incola Assyriæ — *a)* In sing. num. et quidem collective. *Lactant. Phœn.* 79. Colligit hinc succos et odores divite silva, Quos legit Assyrius. *Vulg. Is.* 14. 25. Conteram Assyrium. *et* 19. 23. Et intrabit Assyrius Ægyptum. Adde *Mich.* 5. 5. — Translate. *Horat. A. P.* 114. Intererit multum - loquatur - Colchus an Assyrius. *i. e.* ferox an mollis. — *b)* In plur. num. sæpius, tam stricto quam lato sensu. *Trebell. Poll. Claud.* 13. Assyriorum tribunus. *Macrob.* 1. *Sat.* 21. 1. religio. *Salvian.* 7. *Gub.* 30. ferratæ acies. in *Hieronym. Chron.* a. Abr. 1192. imperium. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (41). Adiabene Assyriorum initium. — Assyrii astrologiæ inventores dicuntur *Cic.* 1. *Divin.* 1. 2., coll. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (203). — Translate. *Tertull. Apol.* 26. — 2.°) In titulis, fere, nom. serv. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 12557. — Etiam, fortasse, nom. gent. *Ibid.* 10. 7307. — *Assyria*, nom. mul. *Ammian.* 18. 3. 2. — His addimus: — *a)* De Assyriorum origine seu stirpe mentio fit apud *Vulg. Gen.* 10. 23., coll. 11.; quamquam alii aliter de hoc loco sentiunt, opinione tamen rejecta, qua Assyrii a genere Semitico abjudicantur, quamque defendit *Renan* (*Hist. de lang. Semit.* 1858. *p.* 61-68), at recentiores, eorum lingua et forma corporis habituque inspectis, omnino explodunt (*Pannier, D. B. V. I. p.* 1150. *sq.*). — *b)* De indole videsis *Is.* 13. 7-14.; 27. 24-28., et *alib.*, *Nah.* 3. 1., *Ezech.* 31. 1-11.; unde illud liquet, ad bellum fuisse maxime proclives, arma frequentissime longe lateque intulisse, immanis sævitiæ ubique vestigia relinquere solitos: idque firmatur inscriptionibus et anaglyptis, ubi eorum victoriæ describuntur simulque repræsentantur terrificæ crudelitatis monstra (Cf. *Ménant, Annal. d. rois d'Add. p.* 70-72. et *passim*). — *c)* De religione diisque (*ilu*, plur. *ilani*), ita scripsit *Macrob.* 1. *Sat.* 21. 1. « Adonin quoque Solem esse non dubitabitur, inspecta religione Assyriorum, apud quos Veneris Architidis (*i. e.* Atagartis) et Adonis maxima olim veneratio viguit etc. ». Fortasse de Syris agit *Macrob.*; ceterum hæc recentiores ex parte confirmant, qui quamvis doceant præcipue ab Assyriis cultum fuisse *Assur* (= hebr. *yashar*, rectus, bonus), quasi sit Ashur ὁ bonus v. sanctus κατ' ἐξοχ. (Cf. *Schrader, Keilinschr. A. T. p.* 37. ed. 2.ª), ei addunt *Ishu*, deum ignis v. Solem, et *Istar*, deam belli et etiam voluptatis cum *Tammuz-Adonide* conjunctam, præter triadem *Anu*, *Bel* (Baal) et *Ea* ("Ωη, "Αος, Ὠάννης Græcorum) deum sapientiæ et magices (*Beros.* in *Fragm. hist. gr.* ed. Didot, *II. p.* 496); dein *Sin* et *Samash*, Lunam et Solem, *Nabu* (Nebo), deum litterarum, *Marduk* (= Juppiter). *Nergal* (= Mars), *Adramelech* etc. Hinc *Vulg. Is.* 46. 1. Confractus est Bel, contritus est Nabo. Adde *eund.* 4. *Reg.* 17. 31.; *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 729., *Isid.* 8. *Orig.* 11. 23., *Gloss. V.* 347. 7. et 402. 21.; eorum autem sacerdotes vocat *Dan.* 1. 4. Chaldæos, qui et astronomi erant, divini, philosophi et medici, lingua usi archaica populo ignota (*Id.* 2. 2.). V. *Fr. Lenormant, Les dieux de l'Ass.* Paris 1877. et *Tiele, die Assyrol. u. ihre Ergebn. für die vergl. Religionsgesch.* Paris 1882. — *d)* De doctrinis ac moribus hoc a veteribus scimus, Assyrios habitos esse tamquam litterarum (*Victorin. gramm. VI.* 194. 12) et astrologiæ inventores (*Cic. loc. cit.*), præter ea, quæ de iis supra innuimus (*Dan. loc. cit.*); insuper eos locum post mortem

Arel (= Sheol Hebr.) dictum vitamque futuram admisisse, ubi præmia aut pœnæ mortuorum meritis constituta sint (ex poem. Isdubar: v. Pannier l. c.). Nullum tamen invenire est apud eos sepulcrum: fortasse cadavera humanda curabant in Chaldæa, ut hodierni Persæ mortuos suos mittunt sepeliendos Nedjef et Kerbela. An vero apud Assyrios in usu fuerint sacrificia humana, incerta res est eritque usque dum argumenta de hoc reperiantur; sed animalia certo immolabantur, accinentibus musicorum instrumentis ac ministris psallentibus ex variis sacrorum virorum classibus, quibus rex pontifex præerat. — ε) De lingua Assyria vel potius Assyrio-Babylonensi (Sauveplane in D. B. V. 1. p. 1170) ad familiam Semiticarum pertinente et Hebraicæ Arabicæque affini satis claro locuntur litterata Assyriorum monumenta; unde patet eam in duas dialectos tributam fuisse, Ninivitam et Babylonensem, signisque expressam in cuneorum vel clavorum formam, ampius syllabicis, aliquando vero ideographicis, a læva ad dexteram legendis, de quo deque aliis plura dabunt Delitzsch, Assyr. Lesestück. 3.ª ed. Leipz. 1885. et Assyr. Wörtb. ibid. 1887-1888.; Sayce, Assyr. gramm. Lond. 2.ª ed. 1883. et Layard, Inscr. in the cuneif charact. Lond. 1851.

ASSȲRUS et Assȳri. V. voc. præc. init.

ASTA. V. HASTA.

ASTĂBŎRĀS, æ, m. 1. (Ἀσταβόρας Ptol. 4. 7. et Strab. 16. 770) Scribitur etiam Astaboras, Astaboris, Astobores etc. — Etymon ducit Plin. loc. cit. ab asta v. astap, quod illarum gentium lingua significat « aqua e tenebris profluens ». Cf. etiam Vivien de St. Mart. op. cit. p. 66. 3.

Astaboras, fluvius Æthiopiæ, hodie Tokazze v. Atbara. Memoratur Mel. 1. 60. Nilus cum diu simplex sævusque descendit, in Æthiopiam diffunditur alteraque parte Assabores, altera Astape dictus est. Adde Plin. 5. Hist. nat. 9. 10. (53)., Solin. 32., Jul. Hon. Geogr. 45. p. 48. Vitr. 8. 8. 2. 6. Astoboam.

ASTĂBŎRĒS. V. voc. præc.

ASTĂCĀDES. V. ASCATADES.

ASTĂCÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἀσιῶται Ptol.) gens Scythica. Plin. 6. Hist. nat. 17. 19. (50). Sillig. leg. Ariacæ.

ASTĂCĀNI, ōrum, m. plur. 2. gens Indiæ, vitium et arborum universarum proventibus copiosissima, memorata Solin. 52. Apud Plin. 6. Hist. nat. 21. 23. (79). al. leg. Astacani, al. Aspagani. Cf. voc. seq.

ASTĂCĒNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἀστακηνοί Strab. 15. 698.: cf. tamen voc. præc.) gens Parthiæ. Plin. 2. Hist. nat. 105. 109. (235). (Naphta) in Astacenis Parthiæ profluens bituminis liquidi modo.

ASTĂCĒNUS sinus (Ἀστακηνὸς κόλπος) ab Astacos dictus, in Propontide, nunc golfo di Comidia. Memorant Plin. 5. Hist. nat. 32. 43. (148). et Cassiod. 6. Hist. trip. 30. V. voc. seq.

ASTĂCĬDĒS, æ, m. 1. nom. patronym. ab Astacos, Astaci filius. — Absolute pro Melanippo. Ovid. Ib. 515. et Stat. 8. Theb. 718 (ubi Menalippus habent PBM).

ASTĂCOS (Astacus), i, f. 2. (Ἄστακος) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est oppidum Bithyniæ, fortasse nunc Olbia; unde Olbianus sinus dictus, qui Astacenus. Mela 1. 19. Id. ibid. 100. Astacos a Megarensibus condita. Hieronym. in Chron. a. Abr. 1306. (Treb. Poll. Gall. 4. 8. et Ammian. 22. 8. 5) Nicomedia condita, quæ prius Astacus vocabatur. Strab. tamen et Ptol. hanc ab illa distinguunt. V. NICOMEDIA. — Etiam Astacum, n., apud Plin. 5. Hist. nat. 32. 43. (148). Fuit et Astacum (oppidum Bithyniæ) et ex eo Astacenus idem sinus. ¶ 2. Est etiam nom. mythicum, sc. — 1.º) Puer quidam. Calpurn. 2. Ecl. 1. Intactam Crocalen puer Astacus et puer Idas lanigeri dominus gregis, Astacus horti, Dilexere diu. — 2.º) Etiam heros Thebanus, filius Astaci. Schol. Ovid. Ib. 515. Menalippus fuit quidam Thebanus filius Astaci.

ASTĂCUM. V. voc. præc.

ASTĀPA. V. OSTIPPO.

ASTAPHÆUS, i, m. 2. æon Ophitarum. Iren. 1. 30. 5. Eum, qui matre primus sit, Jaldabaoth vocari - septimum autem et novissimum omnium Astaphæum (Clarom., Artapheum Pass. et Voss.).

ASTĀPHĬUM, ii, n. 2. (ἀσταφίς, uva passa) nom. ὑποκορ. ancillæ in Plaut. Truc. 93. Hæc quidem ejus Astaphium est ancillula. Adde 115., 128. etc. Cf. ABROTONIUM. — Scriptum varie occurrit: Astapium, Staphium, sim. Cf. Schmidt, Herm. 37 (1902). p. 179., 608.

ASTĀPUS, i, m. 2. (Ἀστάπους) cogn. Nili. Memorat Plin. 5. Hist. nat. 9. 10. (53). (Nilus) medios Æthiopas secat cognominatus Astapus. Adde Jul. Hon. Geogr. 45. p. 48. — De ejus etymo Plin. loc. cit. Cf. ASTABORAS.

ASTĀRŌTH, indecl. f. Hebr. 'Ashterôth v. 'Ashterôth-qarnaym « Astartæ-cornutæ » (V. voc. seq.) fem. plur. nominis 'Ashtâreth, addito duali nom. qeren « cornu »; LXX. Ἀσταρώθ.

Astaroth ¶ 1. Est oppidum Basan, sedes regis Og (Vulg. Deut. 1. 4. et Jos. 9. 10. et alib.); serius tribui Manasse adsignatum. (Jos. 13. 31); tandem leviticum (Jos. 21. 27) sub forma Bosra seu Βεεσθαρά LXX. et be'shterâh Hebr. quasi « domus Astarte »). — Porro quum Vulg. memorentur Astharoth, Carnaim et Carnion, dubium est, utrum inter se distinguenda an unum idemque sit oppidum; quod alterum R. von Riess probabilius putat locatque, ubi nunc est Tell-el-Ash'ari v. Tell-'Ashtara in Auranitide occid., collinum formamque exhibens duorum cornuum et ob id fortasse Carnaim (dual. a qeren, cornu) appellatum (Géogr. du Talmud p. 246). Alii tamen ex recentioribus aliter sentiunt, ut Wetzstein, Sepp, Buhl et Furrer, qui Astaroth ab Astaroth-Carnaim sejungunt (J. van Kasteren in D. B. V. 1. p. 1178. sqq.). — Nomen vero sumpsit deæ Astartes, cui sacrum erat; non enim pluralis forma plures fuisse hujus nominis deas indicat, sed plures deæ statuas (Jud. 2. 13), quæ ibi colebantur. Cf. Gesen. Thes. p. 1082. et Augustin. lib. quæst. in Jud. 2. 13). ¶ 2. Pro dea Astarte. Cypr. Gall., Jos. 416. Astarōta cui domus est et sedis in Ædra. Cf. Jud. 402. dæmonis Astaratis aras-Judæa paravit.

ASTARTĒ (Astarthe), es, f. 1. et Astartis, is, 3. Hebr. 'Ashtoreth; LXX. Ἀστάρτη. — Etymon incertum est; alii namque cum Zend. ςtar, Gr. ἀστήρ, Ind.-Pers. Esther « astrum, stella » (Cf. v. regina cæli apud Jer. 7. 18. et 44. 18) v. Hebr. Asht-'er « femina v. virgo luminis = luna »; alii vero ab Arab. 'ashara « conjunxit », ita ut Astarte dea amoris et fecunditatis habenda sit (Cf. Deut. 28. 4. et 51., ubi astheroth sonat progeniem v. sobolem, et Cic. loc. cit.). Hieronym. nom. Hebr. p. 25. Astartes factura superflua id est ποίησις περιττή.

Astarte, dea Syrorum. Cic. 3. Nat. D. 23. 59. Venus - quarta Syria Cyproque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. Min. Fel. 6. 1. (Videmus) Astartem Syros colere. Tertull. apol. 24. Unicuique provinciæ - suus deus est ut Syriæ Astartes (Adargatis cod. Fuld.). — In plur. num. Augustin. quæst. hept. 7. 16. Servierunt Baal et Astartibus. - Hebræi a Chananæis cultum Baal et Astartes mutuati sunt (Jud. 2. 13., coll. 1. Reg. 12. 10. et 3. ibid. 11. 5. et 33), ubi dea Sidoniorum dicitur, apud quos nomina ab ea composita Abdastart, Bodastart, Astargathan et fem. Amastart passim occurrunt (Corp. Inscr. Semit. I. p. 13., 21. etc.) regiusque titulus ita efficitur: sacerdos Astartes, rex Sidoniorum (V. Acad. d. inscr. et bell. lettr. 1887. ser. IV. t. 15. p. 163., 340). Immo ex coloniis Phœnicii cultus transiit ad Græcos atque Romanos (V. Preller, Gr. Myth. II. 116), a quibus comparatur cum Junone. Hinc Augustin. loc. cit. Astarte nomen Junonis, quod et lingua Punica putatur ostendere. - Item cum Luna et Venere, ut Lucian. de dea Syra 4.. Cic. loc. cit. et Ampel. 9. Cf. Gesen. loc. cit. in ASTAROTH. — Denique in Oriente jamdiu apud Assyrios et Babylonenses viguit hic cultus deæ Istar exhibitus, quæ deo Thammuz nupserat (Cf. Ezech. 8. 14.) in templis Arach et Accad (Schrader, Keilinschr. p. 177. et Loisy, Etud. sur la rel. chald.-assyr. in Revue d. relig. 1891. p. 53-55. et alib. — A Moabitis vocabatur Astor-Kamos, ut in monum. Mesa regis (Smend u. Socin, Die Stele d. K. Mesa 1886), et Arabibus Athar (Levi, Phön. Wört. h. v.); Philistæis quoque (1. Reg. 31. 10) ac Tyriis (Lebas, Inscr. etc. n. 1890) culta. — De hujus deæ signis ac nummis V. Sanchon, Hist. gr. fragm. t. III. 569. et, ex recentioribus, Porter, Handb. for Syr. and Pal. 1875. p. 480., Merril, East of the Jord. 1881. p. 40-42.; Pollard, On the Baal and Ast. etc. in Proceed. of the Soc. of Bibl. 1891. XIII. 293.; L. Müller, Numism. de l'anc. Afriq. Copenh. 1862. III. 53. et Head, H. N. 673. — Plura de ea videsis apud Paus. Att. 1. 14.; Eus. Præp. ev. l. 10. t. 21. p. 84.; Plut. De Isid. et Osir. 41. et, ex recentioribus, Movers, Phönix. I. 601. sqq.; Tiele-Collins, Hist. comp. de relig. sem. 1882. 311. sqq.; Meyer in Roschers Lex. I. 645.; Scholz, Götzendienst bei d. Hebr. 1877. 259. sqq.; Bäthgen, Beitr. z. semit. Relig. 1888. 31. sqq.; Vigouroux, La Bibl. etc. 1889. III. p. 259. sqq.

ASTARTĒUM v. Astartium, ii, n. 2. (Ἀσταρτεῖον v. Ἀστάρτειον) templum deæ Astarti sacrum. Philastr. hær. 27., coll. Jos. Ant. 6. 14. 8.

ASTARTIS. V. ASTARTES.

ASTASĬUS, ii, m. 2. (Ἀστάσιος instabilis) comes, qui Mediolani martyrio affecit Gervasium et Protasium. Ps. Ambros. ep. 2. 14. — Hinc Astasianus, adject. ad Astasium aliq. pertinens, ut centuriones Astasiani leg. Traj. in Act. Marc. 2. et 8. de Marcello mart.

ASTER, ĕris, m. 3. (Ἀστήρ, ερος: cf. ἀστήρ stella) Scribitur etiam Astir in C. I. L. 3. 6835. et Haster, cum aspiratione, ibid. 6. 1056 (a. 205).

Aster ¶ 1. Apud auctores. — 1.º) Fuit quidam Olynthius, de quo Solin. 8. Philippus, Macedonis Magni pater, damnatus est oculo jactu sagittæ, quam jecerat Aster oppidanus (opp. Mathones) inscriptam suo nomine. — 2.º) Item puer a Platone adamatus, de quo Apul. Apol. 10. Disce igitur versus Platonis philosophi in puerum Asterа. ¶ 2. In titulis cogn. Corp. I. L. 6. 8943.; 10. 8059. 9. etc. - Est etiam cogn. mulierum Judæarum, fortasse breviatum pro Astarte. Ibid. 10. 1971.; 8. 8423. etc. — Hinc derivata V. in ASTERIUS.

ASTĒRĬA, æ, f. 1. et

ASTĒRĬON, ōnis, m. 3. V. voc. seq.

ASTĒRĬUS, ii, m. 2. (Ἀστέριος, sidereus) nom. vir. Gr. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Ægypti filius. Hieronym. in Chron. a. Abr. 570. In Creta regnavit Asterius (DLXXII. Cretensium rex), pater Minois. Adde Hygin. fab. 170. — 2.º) Item rex Cretæ, qui Europam, jam a Jove raptam et vitiatam, uxorem duxit ex eaque filios suscepit Minoem, Rhadamanthum et Sarpedonem. Hieronym. loc. cit. Contra Diod. 4. refert eos ab Asterio prole carenti adoptatos fuisse, de qua re v. Augustin. 18. Civ. D. 12., ubi Xanthum pro Asterio nominat. — 3.º) Item Arianæ factionis sophista et scriptor. Hieronym. vir. ill. 94. et Cassiod. 3. Hist. trip. 9. — 4º.) Scythopolitanus quidam, Psalmorum post Eusebium et Theodorum interpres. Hieronym. ep. 112. — Alios videsis apud Diomed. gr. III. 478. 26 (ubi Keil leg. Astheus), Symmach. 9. ep. 103. et in Cod. Theod. et Just. passim. ¶ 2. In titulis, cogn. vir. Inscr. apud Orelli n. 1488., cui tamen suspecta est. et alia in C. I. L. 6. 1774. et 1773. — Asteria (æ) v. Asterie (es), Ἀστερία, nom. pers. et geogr. — 1.º) Est nom. pers. — a) Speciatim — α) Poli et Phœbes filia, soror Latonæ, mater Herculis quarti et Hecatæ. Cic. 3. Nat. D. 16. 42. et 18. 46. et Hygin. fab. 53. — β) Item Titanis filia, a Jove adamata ab eoque in aquilam converso rapta, cujus illa amorem quum sperneret, in coturnicem mutata est. Ovid. 6. Met. 108. Hanc Serv. ad Virg. 3. Æn. 73. cum priore confundit. V. loc. — γ) Item mulieris nom., ut videtur, fictus Horat. 3. Od. 7. 1. V. Acr. et Porphyr. in h. l. — δ) Item Plejas, mater Œnomai ex Marte. Hygin. fab. 250. — b) Generatim, in titulis. Corp. I. L. 3. 13665. et 5. 6162. — 2.º) Est etiam nom. geogr., sc. — a) Insula Delos, quam Mythogr. I. fab. 37. et II. fab. 17. et Serv. loc. cit. fabulantur, prius feminam in lapidem versam a Jove sub fluctibus latuisse ac tandem apparuisse (δῆλος, manifestus). Hinc Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (66). Delon insulam appellatam prodiderunt alii - Asteriam. Solin. 11. Delos nunc Asteria a cultu Apollinis. Culex 15. decus Asteriæ (i. e. Deli, scripsit Scalig., Astrigeri Bemb.: cf. Haupt, opp. III. 64) — b) Item vetus nom. Rhodi ins. Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (132). — c) Item insula maris Ionii, inter Ithacam et Samum. Mela 2. 110. In Ionio Prote, Asteria, Cephallenia. Cf. Auson. 448. et ASTERIS. — Hinc etiam — 1.º) Asterion (ōnis), Ἀστερίων, demin. — a) Est nom. pers., m. — α) Fuit Argonauta. Hygin. fab. 14. Asterion Pyremi filius matre Antigona ex urbe Pellana. — β) Hyperasii filius. Id. ibid. et Val. Fl. 1. 355. Rufin. rec. 10. 21 (Juppiter vitiat) Ideam Minois, ex qua nascitur Asterion. — b) Est etiam nom. geogr., sc. — α) Argolidis mons. Plin. 9. Hist. nat. 5. 9. (19). — β) Item Argolidis fluvius. Stat. 4. Theb. 121. Asterion celer. et 4. ibid. 713. Audax Erasinus et æquus fluctibus Asterion. — c) In titulis cogn. viri, Corp. I. L. 6. 16927. - et mulieris, ibid. 14. 2477. — 2.º) Asteris (idis), f. — a) Est insula maris Ionii (Hom. Ἀστερίς) eadem fortasse quæ Asteria. Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (35). Ante Ithacam in alto Asteris. — b) In titulis cogn. mul. Corp. I. L. 6. 6186. — Sic appellatur Violentilla (al. Violentilla) Stellæ poetæ sponsa: Stat. 1. Sil. 2. 197. Asteris et vatis totam cantata per urbem, Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu. V. ARRUNTIUS. — 3.º) Asteridēs (æ), acc. - ēn, Ἀστερίδης, m. 1. alius Ægypti filius. Hygin. fab. 170. — 4.º) Astericus (i), quasi Ἀστερικός, cogn. vir. Corp. I. L. 11. 3562. — 5.º) Asteriolus (i), demin., Gallus, amicus Theudoberti. Greg. Tur. 3. Fr. 33. — Sic Asterolus (i), cogn. Corp. I. L. 13. 5552.; et Asterianus (i), cogn. ibid. 6. 32563. Cfr. Momms., Herm. 37. 449.

ASTĒRŎPÆUS, i, m. 2. (Ἀστεροπαῖος). ¶ 1. Fuit ita dictus princeps quidam Lycius sub rege Sarpedone, Pelegoni filius, qui Priamum adjuvit in bello Trojano, ab Achille interfectus. Hygin. fab. 112., Justin. 7. 1. 5., Dict. 2. 43. et Dar. 18. 21., coll. Hom. Il. 12. 102. et alib. Cf. Höfer, PW. 2. 1788. et Stoll in Roschers Lex. 1. 659. ¶ 2. Etiam nom. serv. Corp. I. L. 4. 1422.

ASTĒRŎPĒ, es, v. ănia, f. 1. v. 3. (Ἀστερόπη, fulgor v. visu splendido) ¶ 1. Fuit Penelei mater, qui e Bœotia Trojam ivit cum XII. navibus. Hygin. fab. 97. — Item Plejas (Ἀστερόπη Hesiod. frg. 12. R., Στερόπη Arat. 263), communius Sterope dicta. Cic. Arat. 36., Hygin. fab. 84. et 159., Germ. 263., Schol. Germ. Bas. p. 88. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. I. L. 9. 34286. Inscr. apud Momms. n. 5793. Asteropen (acc.).

ASTĬAGI, indecl. statio Africæ prope Macomadas in Syrtide, hodie Mhad Husein sec. Lapie vel Zeraife sec. Borsari (Tripolitania 131). Memoratur in Itin. Anton. p. 64. Cf. ASTYAGES.

ASTĪCĒ, es, f. 1. (Ἀστική) ¶ 1. Est nom. regionis in Thracia. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (45). ¶ 2. Est etiam cogn. mul. Corp. I. L. 3. 3168.

ASTĪCUS, i, m. 2. mons Thraciæ. Tab. Peut. 8. Cf. ASTUS.

ASTIGIS, is, f. 3. (Ἄστιγις v. Ἀστιγίς) Scribitur Astygi et etiam Hastigi cum aspiratione. Mela 2. 88. — Acc. Astigim et Astigin.

Astigis (Astigi) ¶ 1. Est oppidum Hispaniæ Bæticæ. Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (12). Sunt in Bætica oppida libera Astigi vetus, Ostippo. ¶ 2. Item colonia Rom., cognominata Augusta firma, hodie Ecija. Memoratur Mel. loc. cit., in Itin. Ant. p. 413. et Corp. I. L. 11. 32. 82. Cf. Strab. 3. 141 (ubi MSS. Ἀστίνας habent).

ASTIGITĀNUS, a, um, adject. ad Astigim pertinens, ut Astigitana colonia, apud Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (12).; ĕt Astigitanus conventus juridicus, ibid. 1. 3. (7).

ASTĬI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄσται Strab. 7. 6. 2) gens Thracum. Liv. 38. 40. Hinc Astiæ et Asticus.

ASTĬUS. V. ASTUS.

ASTOILUNNUS, i, m. 2. deus Pyrenæorum. Corp. I. L. 13. 31 = Orelli n. 1962 (V. Millin, Mon. ant. inéd. I. 97., Becker, Rh. Mus. XVII. 14. sqq. et Mérimée, De ant. aquar. relig. 76). Cf. Ilunnus.

ASTŌMĂCHUS, i, m. 2. (Ἀστόμαχος, sine ventriculo; al. sine bile) nom. serv. Carm. epigr. 1582. 10. SIT TIBI TERRA LEVIS SOCRATES ASTOMACHI (fili). — Hinc Astomachetus (a), ibid. 1592. 7. et C. I. L. 6. 15611. V. ASTOMACHETUS in Lexico.

ASTŎMI, ōrum, m. plur. 2. (Ἄστομοι, sine ore) gens Indiæ fabulosa, de qua Plin. 7. Hist. nat. 2. 2. (25). « Ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis Astomorum gentem sine ore - halitu tantum viventem et odore, quem naribus trahant »: Indorum lingua a-mukha dixeris.

ASTŌRES etc. V. ASTUR.

ASTRĂBA, comœdia Plauti, de qua Varro 6. L. L. 73., Gell. 11. 7. 5., al. V. hanc voc. in Lexico.

ASTRÆA. V. ASTRÆUS,

ASTRÆUM, i, n. 2. (Ἄστραιον) oppidum Pæoniæ. Liv. 40. 24.

ASTRÆUS, a, um, adject. (Ἀστραῖος, stellatus) ad Astræum gigantem pertinens. Ovid. 14. Met. 545. Astræi fratres. h. e. Venti, in fabulis Astræi et Auroræ filii. Adde Germ. frg. 4. 125. Cf. Astrææ Uraniæ apud Capell. 8. p. 274., ubi alii distinguunt. V. Kopp.

ASTRÆUS, i, m. 2. (Ἀστραῖος) ¶ 1. Est Titan, Crii filius, qui cum Aurora concubuit ex eaque Ventos genuit, et parens astrorum, testibus Hygin. præf. fab., Capell. 8. p. 275., Avien. Arat. 280., Germ. 105., Schol. Stat. Theb. 2. 4. et Mythogr. I. 183., coll. Arat. 98. 99. ἄστρων ἀρχαῖον πατέρα. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Plin. 10. ep. 104., ubi alii aliter leg. — Astræa (Ἀστραία) et Astrea, extrita priore diphthongi littera, Buc. Eins. 2. 23 (codd.), nom. filiæ Astræi et Auroræ vel Jovis et Themidos (Juven. l. c., coll. Hesiod. opp. 200), soror Pudicitiæ, eademque Latinis Justitia et Græcis Themis et Erigon cognominata, quæ sæculo aureo seu Saturni ætate terram incoluit; sed, invalescente ubique iniquitate, cum Pudicitia cælum repetiit; hinc Virginis sidus in Zodiaco cælesti Astræa quoque dictum, quod Sol ingreditur XIII. K. Aug. et CLXXX (olim notis tantum XVIII) stellis constat (V. VIRGO). Hinc Mythogr. 2. 16. ext. Astræa, - fertur in cælum recessisse cum sorore sua Pudicitia. Senec. Octav. 425. Fugit Astræa virgo, siderum magnum decus. Ovid. 1. Met. 150. sæculo ferreo virgo cæde madentes Ultima cælestum terras Astræa reliquit. Stat. 1. Silv. 4. 2. Astræa alma. Val. Fl. 2. 368. Saturnia. Adde Juvenal. 6. 19. Senec. Herc. O. 69. Annum fugacem tradit Astrææ Leo. Lucan. 9. 535. Astræa jubet lentos descendere Pisces. — Apud Senec. Herc. F. 1068. dicitur Astræa mater Somni, quia beneficio Justitiæ secure dormiunt homines. — Capell. 8. p. 280. et 283. docet eam « spicas manu afferre » quæ Virgini cælesti sive Erigonæ tribuuntur (Hygin. 3. Astr. 24. et Macrob. 1. Sat. 21) et Libram esse Virginis octavam partem; unde et Libræ respondere dicitur, quæ pariter Justitiæ symbolum dici potest. Sic Macrob. loc. cit. Virgo - justitia creditur, quæ sola facit nascentes fructus ad hominum usus pervenire (δύναμις ἡλιακή dicta). V. ASTRÆA in Lexico. — NB. Nomen Astrææ, vetus et obsoletum, nunc inditum est planetæ, ab Hencke a. 1845. detecto (Nouveau Larousse et Lessona-Valle, Diz. univ. di scienz. ed art. ad v.).

ASTRĂGĂLUS, i, m. 2. (Ἀστράγαλος, talus) nom. serv. et libert. et etiam cogn. Corp. I. L. 6. 8871., 91026. 3. - 22898.

ASTREUS, i, m. 2. (quasi Ἀστρεύς bisyll.) Phinei socius. Ovid. 5. Met. 144. occidit Astreus, Matre Palæstina, dubio genitore creatus. Cf. ASTERIUS.

ASTRĪCES, um, m. plur. 3. gens Africæ. Coripp. 6. Joh. 404. Astricum gens clara virûm. et 430. genus omne manebit Securum Astricum - pollens. — Partsch, proœm. p. 11. et 32. contulit Ἀστράκουρες Ptol. et Astrixim, montem Mauretaniæ merid., de quo Oros. 1. Hist. 2. et Isid. 14. Orig. 5. 11.

ASTRĬUS, ii, m. 2. (astrum) nom. gent. Corp. Inscr. Lat. 3. 8898.

ASTRIXIS. V. ASTRICES.

ASTRON, i, n. 2. (quasi Ἄστρον) fluvius Mysiæ. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122).

ASTUR, ŭris, m. 3. (Ἄστυρ) Scribitur Astyr apud Virg. 10. Æn. 180. et 181 (Cf. tamen B 1)., Sil. It. 3. 334. et Mel. 3. 13.

I.) Apud scriptores ¶ 1. In sing. num. — 1.º) Substantive et quidem — a) Speciatim — α) Fuit princeps Cæretanus, socius Æneæ. Virg. loc. cit. sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens et versicoloribus armis (Astyr alii: v. Diom. gramm. I. 445. et cod. M.). — β) Item armiger Memnonis, filii Auroræ, a quo Astures et Asturia denominata finguntur. Sil. It. loc. cit. Armiger Eoi non felix Memnonis Astur (Astyr leg. alii). — b) Generatim de gente Asturum et quidem collective. Lucan. 4. 8. Astur impiger. Sil. It. 1. 231. avarus. et 10. 30. 4. belliger. et 15. 412. volucri Mauro pernicior. — 2.º) Adjectivorum more, ad Astures pertinens. Id. 1. 252. Astur exercitus. et Martial. 14. 199. equus. Macrob. 5. Sat. 15. 4. dux. ¶ 2. In plur. num. Astures (Ἄστουρες v. Ἄστυρες: latine etiam Astores, Astyres et Hastores rarius), gens Hispaniæ. Isid. 9. Orig. 2. 112. Astures - vocati eo quod circa Asturam flumen sæpti montibus silvisque crebris inhabitant. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (28). Junguntur iis (Cantabris) Asturum XXII. populi divisi in Augustanos et Transmontanos (Cf. Inscr. apud Orelli n. 154). Id. 3. ibid. 3. 4. (18). Conventus Asturum. Flor. 2. 33. Duæ validissimæ gentes, Cantabri et Astures. — Asturum cohortes et alæ sæpe commemorantur in titulis præcipue Germaniæ, Britanniæ et Illyriæ. V. Corp.

II.) In titulis nom. vir. et cogn. Corp. I. L. 2. 6260. 9. - 2604. — Hinc derivata Asturius, cogn. vir. Ibid. 6. 16492. et Inscr. Chr. apud De Rossi I. 567. — Astyrius apud Sidon. 8. ep. 6. 5. et Asterius sæpius. Cod. Just. 5. 17. 8., Cassiod. 4. Hist. trip. 24., Pol. Silv. chron. 1. p. 547., al. — Asturia, nom. gent. mul. Corp. I. L. 2. 5650.

ASTŪRA, æ, f. 1. (Ἄστουρα) Scribitur Græce etiam Στόρας v. Στύρας Strab. 5. 232. et latine Stura. — Etymon nonnulli ducunt a Celt. asta, rupes, saxum, qua significat aquarum fluxum, sc. inter saxa vel intra rupes. — Astura, nom. geogr. et pers.

I.) Est nom. geogr., sc. ¶ 1. Fluviolus et insula Latii, nunc quoque Astura v. Stura, cum opp. Torre d'Astura. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (57). (Prope Antium) Astura flumen et insula. Id. ibid. 6. 12. (81). Ultra Tiberina ostia in Antiano Stura insula. Serv. ad Virg. 7. Æn. 801. Haud longe a Terracina oppidum est Astura et cognominis fluvius. Fest. 317. Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vo(cant). Adde Liv. 8. 13. et Sueton. Aug. 97. et Tib. 72. — In hac insula villam habuit Cicero. Cic. 12. Att. 40. Est hic (Asturæ) locus amœnus. Adde 13. ibid. 26. et alib. passim. Cf. Plut. Cic. 47. εἰς Ἄστουρα-χωρίον παράλιον τοῦ Κικέρωνος (V. Nicolai, Diss. sopra Astura in Atti dell'Acc. Pontif. Ser. I. vol. III. 1829.; Nibby, Dint. di Roma I. 266-278; Nissen, It. Landesk. 2. 629. sq.). ¶ 2. Item fluviolus Hispaniæ Tarraconensis, hodie fortasse Esla v. Estola, ab Asturia dictus. Flor. 2. 33., Oros. 6. Hist. 21. et Isid. 9. Orig. 2. 112. ¶ 3. Item oppidum Mysiæ. Mela 1. 91. V. ASTYRE.

II.) Est cogn. vir., sumptum, ut videtur, a fluviolo vel oppido sic appellato. Corp. I. L. 5. 1884. — Hinc fortasse Asturesis, pro Asturensis, nom. serv. Ibid. 6. 21213.

ASTŪRĒSIS. V. voc. præc.

ASTŪRĬA, æ, f. 1. (Ἀστουρία) Scribitur etiam Astyria, in Corp. I. L. 13278.

Asturia, regio Hispaniæ Tarraconensis, nunc quoque Asturia, inter Gallæciam et Cantabriam, celebris ob copiam equorum, qui asturcones inde appellantur (V. ASTURCO in Lexic.) et ob aurifodinas, de quibus Plin. 33. Hist. nat. 4. 21. (78). et 4. ibid. 32. 35. (118). et alib., Corp. I. L. 2. 2634.; 12. 1855. etc. et Ravenn. p. 302. — Cum hoc nomine confunditur oppidum Asturica. V. Hübner, PW. 2. 1863. — Sub Augusto, qui Asturiam cum Cantabris aliisque finitimis regionibus subegit, in provinciam Rom. redacta, Hispaniæ citeriori cum Gallæcia addita est (Inscr. apud Borghesi, Œuvr. T. 2. p. 137. et apud Momms. n. 4033); dein sub Caracallo imp. Asturia et Gallæcia separatæ sunt ab Hispania citeriore et nova provincia ex iis constituta, quæ Hispania nova citerior est appellata. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6914.

ASTŬRĬCA, æ, f. 1. (Ἀστούρικα Αὐγοῦστα *Ptol.*) oppidum Asturiæ caput, nunc *Astorga*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (28). Asturica urbs magnifica. *Jul. Honor. geogr.* 19. p. 36. oppidum. *Not. Gall. chron. I. p.* 574. civitas. Adde *Itin. Ant. p.* 422. et *alib.* sæpe.

ASTŪRĬCENSIS e, adject. qui est ab Asturica. *Corp. I. L.* 2. 4072. — Minus recte *Conc. Tol.* a. 646. Ecclesia Asturiensis.

ASTŪRĬCUS, a, um, adject. ad Asturiam pertinens. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 67. (166). In eadem Hispania Gallica gens est et Asturica. *Sil. It.* 16. 184. Lælius Asturica rapidos de gente jugales etc. — Absolute, substantivorum more

Asturica, æ, f. 1. Asturia provincia. *Inscr.* apud *Momms. n.* 4083. V. etiam ASTURICA.

Asturicus, i, m. 2. cogn. vir, ut videtur, fictum a *Juvenal.* 3. 112. Si magna Asturici cecidit domus (*Schol.* ad *h. l.*, nobilis senatoris).

ASTŪRIS, is, m. 3. oppidum Norici, fortasse prope hod. *Klosterneuburg*. Memorat *Eugipp. vit. s. Sever. c.* 1. In oppido, quod Asturis vocatur. *Id. ibid.* 1. In vicinia Norici Ripensis et Pannoniorum parvo, quod Asturis dicitur, oppido morabatur. Adde *Not. Dign. occ.* 34. V. *Boecking in h. l.* (Cf. *Holder, Altkelt. Sprachsch.* v. Astura).

ASTUS, i, m. 2. (Ἀστός) nom. serv. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 662. - 10. 1403. — *Aste (es)*, Ἀστή, cogn. mul. *Ibid.* 6. 33812. — Hinc derivata: *Astius* (Ἀστεῖος), nom. serv. et cogn. — *a)* In titulis. *Corp.* 4. 1299. - 6. 19203., 21028. — *b)* Apud scriptores. *Rav. Guid. p.* 540. unus de septuaginta apostolis primo nomine Cesar (*sic*) dictus est, nunc vero Astius a civibus ejusdem urbis (*Epidauri*) nominatur. — Ab hoc cognomine diversum est gentile Latinum *Astius*. — Item *Astio (onis)* quasi Ἀστείων. V. AGASTHENES.

ASTȲAGĒS, is, m. 3. (Ἀστυάγης v. Ἀστυΐγας) nom. pers. — *a)* Scribitur passim in codd., ut fit, *i* pro *y*, raro *a* (*Exc. Barb. p.* 314. 15). — *Astyaces* in *Lib. geneal. chron.* 1. p. 181. — *Astyagus* et *Astuagus* in *Exc. Barb. l. c.* Ceterum de ejus variationibus V. *Henr. Steph.* in *Thes. L. G.* ad *v.* ed. *Did.* — Assyr.-Bab. nom. est *Ishtuwigu* v. *Istuvegu*. — *b)* Declinat.: Acc. *Astyagen* apud *Stat.* 9. *Theb.* 253. et *Astyagem* apud *Justin. prol.* 1. — *c)* Etymon videtur peti posse a Pers. *Asdahages*, quæ vox, ut Arm. *Visab*, significat *draconem* (*Mos. Chor. Hist.* 1. 29). — *Hieronym. nom. Hebr. p.* 56. interpretatur: voluntas vel consilium festivitatis; quæ interpretatio recentioribus non probatur.

Astyages ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit rex Medorum ultimus, Cyaxaris filius, Cyri avus per Mandanen, ejus filiam, Cambysi nuptui traditam, an. 584-549. a. Chr. (*Herod.* 1. 107. et *Inscript. Babyl.*). Memoratur *Cic.* 1. *Divin.* 49. 112. *Val. Max.* 1. 7. *ext.* 5., *Hieronym. chron.* a. Abr. 1419., *Oros.* 1. *Hist.* 19. 5. *sqq.*, *Solin.* 15., *Sidon. carm.* 2. 117., *Jorn. Rom.* 57., *Ampel.* 12., *Tertull. anim.* 46. — Fuit rex voluptuosus et crudelis, quamvis alii ex historicis ejus justitiam et fortitudinem laudent, ut *Ampel. l. c.*, quod tamen eventu confirmari non videtur. Nam ex inscr. Nabonidis, regis Babylonii (*Delattre, D. B. V.* ad *v.*), et *Herodoti loc. cit.* testimonio, fuit ab eo devictus; dein Pasagarde a Cyro, in cujus manum, vinctus ab ipsis suis militibus, traditus est (*Sayce, A. Denkmäl. p.* 179-180); illum tamen nepos humanissime habuit, qui novum regnum Medo-persicum condidit an. 560. a. Chr. — De eo fit mentio apud *Vulg.*, quum de Susanna et de Belo ac dracone sermo est (*Dan.* 13. 65. « Astyages appositus est ad patres suos et suscepit Cyrus Perses regnum ejus »; unde facta, quæ hic narrantur, Astyage regnante, videntur accidisse; locus Danielicus obscurus est et a *LXX.* prætermissus. Cf. *Inscr. Nabon.* ed. *Pinches* in *Cuneif. Inscr. of West. Proceed. of the Soc. of Bibl. Arch. V. p.* 7. 8. et *Latrille* in *Zeitschr. für Keilinschriftforsch. II. p.* 251-262., 335-359.; non *Xenoph. Cyrop.*, ubi falsa narrantur et iis, quæ *Anab. III.* 4. referuntur, contraria (*Delattre l. c.*, et *Schrader, Keilinschr. Bibl. III.* 2., 99., 129. *sq.*). — 2.º) Item Phinei socius, qui, visa Gorgone, in marmor diriguit. *Ovid.* 5. *Met.* 203. et 205. — 3.º) Item vir Tyrius, de quo *Stat.* 9. *Theb.* 253. — 4.º) Item grammaticus Græcus apud *Prisc. gramm. II.* 16. 8., qui sec. *Suid.* scripsit τέχνην γραμμ., περὶ διαλέκτ., περὶ μέτρ., κανόνας ὀνοματ. καὶ εἰς Καλλίμαχον τὸν ποιητὴν ὑπόμνημα. Cf. *Schmidt, Ztschr. f. d. Gymn. p.* 127. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. I. L.* 6. 34537. — Hinc *Astyagius*, nom. grammatici Latini, quem memorat *Pomp. gramm. V.* 209. 5 (*Ars Bern. gramm. suppl.* 141. 24). *et* 211. 8.

ASTȲĀGIUS. *V.* voc. præc.

ASTȲĂNAX, actis, m. 3. (Ἀστυάναξ, *urbis rex*) Scribitur *Astuanax* in *C. I. L.* 15. 666. et *Astianax* in *tesser.* apud *Orelli n.* 2555. — Acc. *Astyanacta* est *Virg.* 2. *Æn.* 457., *Homer.* 565., *al.* et *Astyanactem* apud *Dar.* 24. — Abl. *Astyanacte* habet *Charis. gramm. I.* 121. 17.

Astyanax ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Hectoris et Andromachæ filius, natus post incohatum bellum Trojanum, *Scamandrius* olim a patre appellatus (*Dict.* 3), dein in gratiam patris hoc altero vocatus nomine (Cf. *Hom. Il.* 6. 402). Memoratur *Virg. loc. cit.* et avo puerum Astyanacta trahebat. *et* 3. *ibid.* 409. Astyanactis imago. Adde *Senec. Ag.* 640., *Hygin. fab.* 109., *Schol. Horat.* 3. *Od.* 3. 67. — Hunc Ulysses, antequam naves a Sigæo solverent, e turri dejecit, ne quid reliquiarum superesset, quod excidium Trojæ ulcisceretur. Hinc *Ovid.* 13. *Met.* 415. Mittitur Astyanax illis de turribus, unde - Sæpe videre patrem a matre monstratum solebat. *et Stat.* 6. *Silv.* 3. 76. Phrygia - turre cadentem. — At *Dionysius* narrat, Scamandrum et alios Hectoris filios a Pyrrho in Græciam captivos ductos fuisse; deinde, ab illo dimissos, ad regnum paternum in Troadem rediisse ductu Ascanii filii Æneæ, ad quem in agro Dascylitico regnantem se contulerant. — Translate. *Martial.* 14. 212. pumilus si solum spectes hominis caput, Hectora credas: Si stantem videas, Astyanacta putes. *Id.* 8. 6. Miratus fueris cum prisca toreumata multum In Priami cyathis Astyanacta bibes. *h. e.* licet cyathi Priamum ipsum memorent, tamen vinum novum iis contentum bibes. Frigidus sane locus! — De eo monumenta artis videsis apud *Baumeister, Denkm.* 742. *sqq.*; *Robert, Bild u. Lied.* 59. *sqq.* et *Heydemann, Iliupersis* 18. *sqq.* — 2.º) Item actor tragicus, Ciceronis tempore, de quo idem *Cic.* 4. *Att.* 15. « In Andromacha tamen major fuit quam Astyanax; in ceteris parem habuit neminem ». Cf. *Orelli* in *Onom. Tull.* ad *h. v.* — 3.º) Item titulus tragœdiæ. *Non.* 357. Accius Astyanacte. *et Fulg. serm.* 114. Rutilius Geminus in Astyanactis tragœdia. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 10205. Adde *Cic.* 4. *Att.* 15. et *Treb. Poll. tyr.* 12.

ASTYCRATĪA, æ, f. 1. (Ἀστυκράτεια, *urbi imperans v. in urbe potens*) nom. filiæ Niobis. *Hygin. fab.* 11. et *Schol. Stat. Theb.* 3. 191 (*Mythogr.* 1. 156).

ASTȲLĬDĒS, æ, m. 1. patronym. ab *Astylus*, h. e. Astyli filius v. nepos, cognomen cujusdam Hagnonis, apud *Grat. Cyneg.* 215 (*Scalig.* Hastilides).

ASTȲLUS v. Astylos, i, m. 2. (Ἄστυλος, *sine columna v. non columnatus*) Scribitur etiam *Astillus* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 4081. — Secunda syllaba, si vox e στῦλος componitur, longa esset; sed a poetis corripitur; nec probandus *Furlanetto* (*Lex.* ad v., ubi citat *Hesiod. Scut. Herc.* 185) nec *Roscher* (*Jahrb. Philol. CV.* 1872. *p.* 428), qui apud *Ovid. loc. cit.* volunt legi *Asbŏlos*. Cf. *Astilides* apud *Grat. loc. cit.* in *h. v.*

Astylus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est nom. pastoris. *Calp.* 6. *Ecl.* 7. — 2.º) Item Centauri auguris. *Ovid.* 12. *Met.* 307. — 3.º) Item stadiodromi, qui Olympiæ ostenditur, ut ait *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (59). ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 8419. - 2254. - *Astyle (es)*, cogn. mul. *Ibid.* 12. 3428.

ASTȲMĒDĒS, is, m. 3. (Ἀστυμήδης, *urbis consiliarius*) legatus quidam Rhodiorum ad Romanos. *Liv.* 45. 25. Philocrates et Astymedes principes legationis.

ASTȲNŎMĒ, es. *V.* voc. seq.

ASTȲNŎMUS, i, m. 2. (Ἀστύνομος, *urbis administrator*) nom. pers. — 1.º) Fuit Priami filius, occisus ab Achille. *Hygin. fab.* 90., ubi alii leg. *Astinous*, et 113. — 2.º) Item scriptor Græcus (historicus an geographus, incertum est). *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (129). Astynomus (*tradit Cyprum antea vocatam esse*) Crypton et Colinian. — *Astynome (es)*, Ἀστυνόμη, nom. mul. mythicum. — 1.º) Fuit filia Amphionis et Niobis, a qua Thebarum porta nomen accepit. *Hygin. fab.* 69., quæ tamen appellari debuit *Astyoche*. — 2.º) Item filia Talai, uxor Hipponei, mater Capanei, soror Adrasti. *Id. fab.* 70. et *Schol. Theb.* 1. 45., ubi legitur *Astynomia*. — 3.º) Item Chrysi filia et Eetionis conjux, quæ, Eetione occiso ab Achille, captiva data est Agamemnoni in conjugium; quo facto, pestilentia ab Apolline immissa, virum coegit Chryso ejus sacerdoti illam restituere, quam ipse rem demiratus ad Agamemnonem remisit, teste *Dict.* 2., coll. *Hygin. fab.* 106.; qui mythus, quod Abrahamo et Saræ narratur in *Ægypto* accidisse (*Gen.* 12. 10-20), quodammodo adumbrare videtur. Cf. **AARON** sub 1. *ad fin.*

ASTȲNŎUS, i, m. 2. (Ἀστύνοος, *urbis mens*) ¶ 1. Fuit Priami filius, ab alterutro Ajace interfectus. *Dict.* 3. Alii tamen aliter leg. *V.* voc. præc. sub 1.º ¶ 2. Item vir Trojanus, a Diomede fusus. *Homer.* 443. (*Diomedes*) Astynoum magnumque Hyperona fundit.

ASTȲŎCHĒ, es. *V.* voc. seq.

ASTȲŎCHUS, i, m. 2. (Ἀστύοχος, *urbem tenens v. tuens*) cogn. vir. *Inscr.* apud *Murat.* 928. 16., si tamen proba. — *Astyoche* (Ἀστυόχη) — 1.º) Est cogn. mul. *Corp. I. L.* 6. 23960. — Hinc *Astyochēa* (Ἀστυόχεια), Agamemnonis soror. *Hygin. fab.* 117. — 2.º) Est etiam nom. matris Penthei, a Tydeo occisi, *Stat.* 3. *Theb.* 171. - filiæ Priami (*Serv.* Laomedontis), matris Telephi et Eurypyli, *Dict.* 2. - matris Tlepolemi ex Hercule, *Hygin. fab.* 97. et 162.

ASTȲPĂLÆA, æ, f. 1. (Ἀστυπάλαια) Origo vocis ab *Astypale*, Ancæi matre (*Paus.* 7. 4. 1. et *Apoll.* 2. 7. 1): vel potius, uti vox sonat, ex Gr. ἄστυ, *urbs*, et παλαιά, *vetus*. Ceterum recentiores secuntur *Bochart* (in *Chan.* 1. 7), qui ex Punica lingua ducit, ita ut vox, ex primitiva Græca detorta vel reficta, significet *humilis*, sc. quasi inter duo editiora demissum locum occupans. V. *Kiepert, S.-Ber. Akad. Berl.* 1891. *p.* 839. *sqq.*

Astypalæa ¶ 1. Est insula maris Cretici, hodie *Stampalia*. Memoratur *Mel.* 2. 114., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (243). Astypalæa in Carpathio mari insula. *et* 4. *ibid.* v. (71). libera civitas. Adde *Mel.* 2. 114. et *Capell.* 6. *p.* 199. — Ejus cochleæ laudatissimæ et in medicina efficacissimæ. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 39. 59. (140). Hinc *Ovid.* 2. *Art. am.* 82. Cinctaque piscosis Astypalæa vadis. ¶ 2. Est etiam nom. myth., *sc.* filia Phœnicis et Ancæi mater ex Neptuno. *Hygin. fab.* 157., ubi alii leg. *Astyphile*. et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (138)., ubi alii leg. *Astypale*. Cf. *Schol. Eurip. Phœn.* 5.

ASTȲPĂLÆENSIS, e, adject. ad Astypalæam insulam pertinens. Hinc absolute *Astypalæenses*, incolæ. *Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 45. Achillem Astypalæenses insulani sanctissume colunt.

ASTȲPĂLĒ. *V.* ASTYPALÆA.

ASTȲPĂLĒĬUS v. Astypalæicus, a, um, adject. (Ἀστυπαλήϊος v. Ἀστυπαλαϊκός) idem qui Astypalæensis. *Ovid.* 7. *Met.* 461. Hic Anaphen sibi jungit et Astypaleïa regna. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 4. 11. (32). Astypalæicæ cochleæ.

ASTȲPHĬLĒ, es. *V.* ASTYPALÆA.

ASTȲRA (Astura), æ, v. Astyrē, es, f. 1. (Ἄστυρα) oppidum Mysiæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (121). et *Mel.* 1. 91.

ASUR. *V.* ASSUR.

ĀSȲLAS. *V.* ASILAS.

ĀSȲLUM, i, n. 2. Persidis fluvius. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (135).

ĀSȲLUS, i, m. 2. (ab ἄσυλος, *non raptus, illæsus*) Scribitur etiam *Asyllus*, duplici *l*, in *Corp. I. L.* 6. 12564. — Est nom. serv. et cogn. *Juvenal.* 6. 267. Uxor Asyli (*Schol.* ad *l.*: nom. gladiatoris). *Martial.* 9. 103. 3. Dat faciem Pollux Hiero, dat Castor Asylo. — Et in titulis nom. et cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 280. - 6715.

ĀSYNCRĬTUS, i, m. 2. (Ἀσύγκριτος, *incomparabilis*: minus apte *Hieronym. nom. Hebr. p.* 73. Asyncritus dirigens turibulum) Scribitur etiam *Asyncritus*, *Asyncretus* in *Corp.* 6. 31955. et 12565. — Est cogn. libert. *Inscr.* apud *Momms. n.* 571. — *Vulg. Rom.* 16. 14. Salutate Asyncritum (Græci episcopum censent primum Hyrcaniæ, quod et *Dorothæus* in *Synopsi* tradit).

AT

ĀTA. *V.* ATTUS.

ĀTĀBŬLI. *V.* ADABULI.

ĀTĀBŬLUS ventus. *V.* ATABULUS in *Lexico*.

ĀTĀBȲRIA, æ, f. 1. (Ἀταβυρία) insula Rhodos, ita vocitata a nomine regis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (132).

ĀTĀBȲRION mons, nunc *Tabor*. *V.* ITABYRION.

ĀTĀBȲRIUS, ii, m. 2. (Ἀταβύριος) Scribitur etiam, Latina consuetudine, *Ataburius*, et est cogn. Jovis, ex nom., ut videtur, Punico (*V.* ITABYRION) regis cujusdam in insula Rhodo (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. [132])., apud quem Juppiter hospitio exceptus est. Hinc constituta sunt, ut ait *Lact.* 1. *Inst.* 22. 23., templa Jovi Ataburio, Jovi Labryandio; Ataburus enim et Labryandus hospites ejus atque adjutores in bello fuerunt. — Atabyrius v. Ataburius cultus quoque fuit in monte Siciliæ prope Agrigentum cognomine. *Polyb.* 9. 22., coll. *Eckhel.* 1. *p.* 198.

ĀTĀCĪNUS, a, um, adject. Scribitur etiam *Attacinus*, duplici *t*, ab *Attagus* pro Attacus, apud *Avien.* (V. ATAX), quod minus probatur.

Atacinus, ad Atacem fluvium pertinens et incola territorii, quod fluvio adjacet; hinc *Atacinus* cognominatus P. Terentius Varro. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 46. experto frustra Varrone Atacino (*i. e.* poeta etiam satirico). Cf. *Porphyr.* ad *l.* « Terentius Varro Narbonensis, qui Atacinus ab Atace fluvio dictus est. Non enim assentiendum est *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1935., qui vico Atace hunc natum refert. Adde *Quintil.* 10. 1. 87., *Non.* 191. 23., *Anth.* 414. *tit.* et *Gramm.* sæpe (Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 251). — Hinc cogn. mul. *Atacina* in *Corp. I. L.* 2. 4627. — Absolute

Atacini, ōrum, m. plur. 2. incolæ Atacis, seu gens Galliæ Narbonensis. *Mel.* 2. 5. 2. Narbo colonia Atacinorum.

ATĀCOTTI. *V.* ATECOTTI.

ĀTĀD, indecl. (Hebr. *'Âṭâdh* « rhamnus »; *LXX.* Ἀτάδ), plenius *Gôrän-'Âṭâdh*, *sc.* area rhamnorum seu spinarum, ita dicta eo quod esset spinis cincta (*Stock, Clavis* etc. ad *v.*), locus Palæstinæ, memoratus *Vulg. Gen.* 50. 10. — Hic, in area, ut moris erat, Joseph ejusque fratres cum Ægyptiis septem dies mortem Jacob defleverunt ac funebribus cærimoniis honestarunt (Cf. *Wetzstein, Die syr. Dresche taf.* in *Ztschr. für Ethnol.* 1873. *p.* 294-302); unde factum est ut Chananæi, illius loci incolæ, eum vocarint *Abel Misraim*, sc. planctus Ægypti, ut *ibid.* dicitur. — De situ alii alia scripserunt; verum probabilius censetur hanc aream, non ad orientem Jordanis, ut nonnulli putant (*Delitzsch, Die Gen. II. p.* 162), sed ad occasum fuisse. *Hieronym. sit. et nom. Hebr. p.* 85. « Area Atath locus trans Jordanem - tertio ab Jericho lapide duobus milibus ab Jordane, qui nunc vocatur Bethagla ». Huic sententiæ recentiores adhærent (*Raumer, Paläst. p.* 175.; *Ritter, Erdk. XV. p.* 544.; *Vigouroux, Lex. Bibl.* 1. *p.* 1199).

ĀTÆCĪNA, æ, f. 1. dea Hispanorum, eadem ac Proserpina, quæ *Adegina Turibrigensis, Sancta, Domina* dicitur *Corp. I. L.* 2. 605., 5298. et 5299. et cum precatione *ibid.* 462. DEA ATAECINA TVRIBRIGensis PROSERPINA PER TVAM MAIESTATEM TE ROGO ORO OBSECRO VTI VINDICES QVOT (*sic*) MIHI FVRTI FACTVM EST etc. aut cum imprecatione *ibid.* 7. 140. Cf. *Hübner, Rhein. Jahrb. LXXI.* 36. - Aliquando cum sigl. D. A. T. P., *sc.* deæ Atæcinæ Turibrigensi (ab ignoto aliquo loco *Turobriga*) Proserpinæ.

ĀTĂLANTA, æ, et Atalante, es (ēnis), f. 1. (Ἀταλάντης) nom. pers. et geogr. — *a)* Orthographia: formæ vetustæ in vasculo Prænestino *Corp.* 14. 4107. Ateleta, et in speculis Etruscis *Inscr. Gerhard Spieg. II.* 176. atlenta., 224. atluta. — Codd. passim exhibent *Athalant* - et *Athlant* cum aspiratione. — *b)* Declinatio: utraque Græca -*e*, *es* et Latina *a*, *æ*, indiscriminatim adhibetur; rarius in obliquis *enis* etc. — Dat. *Atalantæ* apud *Acc. tr.* 447. et *Atalante* in *Inscripti.* sæpius: cf. *Schol. Stat. Theb.* 4. 256. et *Hygin. fab.* 174. — *Atalantani* in *Corp.* 6. 12567. — Acc. *Atalantam* v. *Atalantem* plerumque, *Atalanten* aliquando. — Acc. plur. *Schol. Stat. Theb.* 7. 267. duas Atalantas. — Abl. *Atalante* apud *Liv.* 35. 38., *Mythogr.* 1. 39., *Frg. Bob. gr. VII.* 544. — *Atalantene* in *Corp.* 6. 20025. — *c)* Etymologia: vox Græcæ originis composita est ex τάλαντον, *pondus*, et α priv. (στερητικόν) (*Furlanetto, De-Vit, Brandstaeter*) quasi sit *incomparabilis*; vel α copul. (ἀθροιστικόν), ut sit *æqualis ponderis seu pretii* (*Henr. Steph., Schenkl, Schirmer*); vel ex ἀ-ταλάω (*Preller, Escher*), ab α intens. (ἐπιτατικόν) et rd. ταλ, *portare*, ut sit *multum portans, magna gerens*. — Atalanta igitur

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Nomen. myth. duarum virginum (*Schol. Stat. Theb.* 7. 267), Arcadicæ et Bœoticæ, quæ viros cursu superabant — *a) Arcadica* v. *Arcadia*, Iasii Arcadici filia (*Hygin. fab.* 70); hinc *Iasis* dicta (*Propert.* 1. 1. 10), unde et cognominis ratio, qua ab altera distinguitur, cursu celerrima (*Id. ibid.* v. 15. velox. et *Ovid.* 3. *Amor.* 2. 29. fugax). Etiam *Nonacrina* appellata a monte Tegeæ patriæ *Nonacris* (*Id.* 2. *Art. am.* 185), forma et viribus corporis præstans et comes Dianæ. — Venatrix aprum Calydonium prima ex sociis vulneravit, Meleager occidit Althææ filius, qui ejus amore captus illi caput feræ dono dedit; sed quum Althææ fratres, Plexippus et Toxeus, hoc indignati munus ademissent, a Meleagro interfecti sunt. Tum Althæa stipitem fatalem igni admovit, quo combusto, Meleager et ipse consumptus est (*Ovid.* 8. *Met.* 280. *sqq.*, *Hygin. fab.* 99., 174. et 270. et *Mythogr. II. fab.* 144. ed. *Mai.*). Porro traditur *Mythogr. I. fab.* 174. Atalanta a Meleagro per vim compressa puerum edidisse, cujus conceptus quia illa diu virginem simulans eum in monte Parthenio, ab ea dicto, exposuit, *Parthenopæus* vocatus est. Contra alii Milanioni nupsisse tradunt (*Ovid.* 3. *Art. am.* 775. et *alib.* et *Propert.* 1. 1. 9). — Memoratur quoque *Acc. loc. cit.* exuvias dignavi (*sc.* Meleager) Atalantæ dare. Adde *Stat.* 6. *Theb.* 562. et *Schol. Stat. Theb.* sæpius., *Fest.* 334., 375. et *Non.* 490. et 495. *Hieronym. c. Jovin.* 1. 41. (*Atalanta*) Calydonia virgo. — De monumentis artis *Sueton. Tib.* 44. Parrasi - tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur. Adde *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 6. (17). Cf. *Robert, op. cit.* 455. *sqq.*, *Mus. ital. di ant. class. II.*; *Duhn, Bull. d. comm. arch. di Rom. XVIII* (1890). 48. *sq.*; *Helbig, Die öffentl. Samml. Roms. I. nr.* 561. et *Mau, Bull. d. Inst.* (1879) 108. — *b) Bœotica*, Schœnei filia (*Hygin. fab.* 214.; hinc *Schœnis* dicta a *Sidon. carm.* 14. 15 et *Schœneis* a *Claudian.* 30. 170), formosissima, a nuptiis abhorrens, silvis et venatione tantum delectata. Quum porro mira corporis velocitate præstaret, procis suis cursus certamen proposuit, in quo victum mortis pœna, victorem conjugii sui præmium sequeretur. Multis superatis, tandem ab Hippomene Megarei et Meropes filio, tribus pomis aureis, quæ ei Venus dederat, singillatim in stadium projectis, semel, iterum, tertium a currendo retardata et victa est. Irata Venus, quod sibi gratias non egisset Hippomenes, nec tus dedisset, effecit ut in via in sacro Cybeles templo concumberent, quod erat in silva. Cybeles scelus ulta est eosque in leones convertit, atque hi sunt, qui Cybeles currum trahunt. Ita *Forcellin.* ex *Ovid.* 10. *Met.* 560. *sqq.* Memoratur etiam *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 61. (*Atalante*) puella Schœneia cursu potens. *et Ovid. loc. cit.* 598. victrix. — Utra sit intelligenda, incertum: *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 6. (17). Lanivi, ubi Atalante et Helena comminus pictæ sunt - utraque excellentissima forma, sed altera ut virgo. Adde *Corp.* 4. 2411. et *Quintil.* 5. 9. 12. — *Schol. Ver. Virg. Æn.* 12. 468. - qualis in tragœdiis Atalanta traditur. — Translate. *Varro Men.* 300. Si non malit vir veracius uxorem habere Atalantam. *i. e.* qualis erat Atalanta. — 2.º) Est etiam fabularum titulus. *Fest.* 334. Pacuvius in Atalanta (*Non.* 490., 495). *Priscian. gramm. II.* 206. Gracchus in Atalanta. *Porphyr. Hor. A. P.* 221. Pomponius Atalanten (*al.* -em) satyricon scripsit. — Plura videsis apud recentiores *Immerwahr, De Atalanta Diss.* Berl. 1885.; *Kékulé, De fab. Meleagr. Diss.* Berl. 1861.; et *Surber, Die Meleagersag. Diss.* Zürich 1880. ¶ 2. In titulis cogn. mul. sæpe. *Corp. I. L.* 6. 12567-12569; 9. 5465. etc.

II.) Est nom. geogr., *sc.* insula (Ἀταλάντη) prope Eubœam sita, nunc *Talanda* v. *Talanti*. Memoratur *Liv.* 35. 38., *Senec.* 6. *Nat.* 24. 6., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 88. 90. (204). et *Oros.* 3. *Hist.* 18. 7.

ĀTĂLANTÆUS et Atalanteus, a, um, adject. (Ἀταλάντειος) ad Atalantam pertinens — *a)* Ad Arcadicam. *Manil.* 5. 179. et *Stat.* 4. *Theb.* 309. — *b)* Ad Bœoticam. *Id.* 7. *Ibid.* 267.

ĀTĂLANTĒ. *V.* ATALANTA.

ĀTĂLANTĬĂDĒS, æ, f. 1. (Ἀταλαντιάδης) patronym. ab *Atalanta*, Græc. more effictum: Atalantæ filius, sc. *Parthenopæus*, absolute apud *Stat.* 9. *Theb.* 789. trux Atalantiades.

ĀTĂLANTUS, i, m. 2. nom. serv. *C. I. L.* 6. 20631.

ĀTARGĀTIS, is, et idis, f. 3. (Ἀτάργατις) Scribitur varie: *Atargata*, *Atergatis*, *Adargatis* etc. — Origo vocis videtur esse Semitica, *sc.* Assyriorum v. Syrorum. Hebr. *Addir-Dagh* « magnificus piscis » (Cf. DAGON.) et Syr. *'Atar 'ata* (*Vögué, Inscr. Sem.* 8. Cf. *Movers, Phœn. I.* 594), i. e. *Atar* v. *Astarte*. Alia etyma exhibent *Selden, De diis Syr. synt. II.* 3.; *Gesen. üb. de Jes. II.* 342.; *Grimm, Das zw. Buch d. Makk. p.* 179.

Atargatis, dea Syrorum et etiam Romanorum, eadem quæ *Derceto* (Δερκετώ *Luc. dea Syr.* 14) apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81). et *Derceto* apud *Ovid.* 4. *Met.* 45.; *Athares* apud *Justin.* 36. 2. et *Tertull.* 2. *Nat.* 8. et *Adadi* apud *Macrob.* 1. *Sat.* 23. *Id. ibid.* 19. Adargatidis simulacrum. *Schol. Germ. Arat.* 95. Nonnulli eam (*Virginis sidus*) Cererem (dicunt) eo quod spicas teneat; alii Atargatin. V. *Wissowa, Rel. und Cult. p.* 300.

ĀTARNA, æ, et Atarne, es, f. 1. (Ἀτάρνα et Ἀτάρνη) Etiam *Atarnea* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (122).

Atarna, oppidum Æoliæ (*Plin. ibid.*), ubi jamdiu intercidisse dicitur, situm prope ruinas *Kaléh-Agili* inter *Kabakům Kaléh* et *Dikeli-kiöi*. Memorat etiam *Apul. Apol.* 39. — Ejus templum prope Carnion in Batanæa (Ἀταργατεῖον) memorat *Auct.* 2. *Mach.* 12. 26. Gr.; alia erant Ascalone, Hierapoli, Palmyræ, Mycenis temporibus Augusti et Antonini Pii impp. V. *Mionnet, Suppl. V.* 297. *sq.* et *Head, H. N.* 449. — De ea videsis *Richter* in *Ersch* et *Gruber, Encykl. XXIV. p.* 199. *sqq.* et *Smith, Lect. on the rel. of the Semit.* 1889. *p.* 159. — Hinc *Atarneus* pagus (Ἀταρνεύς) apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 56. (156). Cetionides in Æolide nunc Atarneo pago, quondam oppido, nascuntur, multis coloribus tralucentes.

ĀTARNEUS. *V.* voc. præc.

ĀTARNĪTĒS, æ, m. 1. incola Atarnes. *Ovid. Ib.* 319. Aut, ut Atarnites, indutus (*al.* insutus) pelle juvenci Turpiter ad dominum præda ferare tuum. Cf. *Sch.* ad *l. c.* Hermias (*tyrannus*) ab Atarno oppido sic dictus, a Memnone rege captus corio tauri indutus ante eum ductus est. Cf. *Diod.* 16. 52. et *Paus.* 7. 2. 11.

ĀTĀRŌTH v. Atharoth, indecl. f. (Hebr. *'Ataroth* « coronæ » et etiam *Hieronym. sit. et nom. p.* 16.; *LXX.* Ἀταρώθ) ¶ 1. Est nom. complurium oppidorum Palæstinæ, ut in tribu Gad (*Vulg. Num.* 32. 3); in tribu Ephraim et Manasse (*Jos.* 16. 2., 7. et *ibid.* 18. 13). Aliquando *Ital.* (cod. Lugd.) habet *Adaroth* v. *Aseroth.*; at in Hebr. textu additis vocibus distinguuntur. ¶ 2. Est etiam filius Salma sive Salmon, ut in Paralipomenis scriptum est (*Vulg.* 1. *Par.* 2. 54. « corona domus Jacob »). At probabilius locum designat in tribu Judæ, ut quæ præcedunt, Bethlehem et Netopha, sed ignotum (V. *Legendre, D. B. V.* ad *v.*).

ĀTAX, ăcis, m. 3. (Ἄταξ, ακος *Strab.* - αγος *Ptol.*; hinc *Attagus* habet *Avien. or.* 587) ¶ 1. Est fluvius Galliæ Narbonensis, hodie *l'Aude*. Memoratur *Mel.* 2. 81. Atax ex Pyrenæo monte degressus (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. [32]). et *Vib. Seq. p.* 146. *Lucan.* 1. 403. Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas. *Sidon.* 9. *ep.* 15. 13. Atacem tonare cum suis oloribus. Adde *Porphyr. Hor. sat.* 1. 10. 46. et *Venant. vit. s. Mart.* 2. 77. — Sumitur pro persona. *Tibull.* 1. 7. 3. forti milite victus Atax (*Messallæ*). ¶ 2. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1935. P. Terentius Varro vico Atace in provincia Narbonensi nascitur (Cf. tamen ATACINUS). Adde *Prosp.* in *Chron. I. p.* 403. ¶ 3. Est etiam nom. regis cujusdam Alanorum, de quo *Hydat.* in *Chron.* ad a. 418.

ĀTĒ, es, f. 1. (Ἄτη, *offensio, damnum, infortunium*) dea malorum et mentis excæcatæ, apud Græcos (*Hom. Il.* 19. 805. et *alib.* et *Odyss.* 15. 234.) et culpæ damnique, quod ex ea sequitur (apud tragicos vett. et *Plat.*) et apud Latinos *Discordia*. Legitur in *Inscr.* apud *Lanzi, Sagg. di Ling. Etr. II. p.* 619. In *alia* apud *Ignarra, de Phratr. p.* 200. IVSTITIAE NEMESI ATI. sc. scelerum ultricibus, ut ait quasi epitheton aliis deabus attributum. — Plura de ea disces ab *Eichoff V. d. Ate od. Sinnesbeth. durch d. Gött.* 15. *sqq.* et *Preller-Robert I.* 534.

ĀTĔCOTTI, ōrum, m. plur. 2. (Varie scribitur ut *Atacotti, Atocotti, Atticoti* etc.) gens Britannica, bellicosa Scottorum confinis, humanis carnibus vesci solita, ut refert *Hieronym.* 2. *c. Jovin.* 7. *Id. ep.* 69. Scottorum et Atticotorum ritu. — Inter auxilia palatina per Illyricum in *Not. Dign. occ.* 5. et 7., ubi distinguuntur in *Juniores* et *seniores*, in *Honorianos* et *Gallicanos*.

ATECTORIS, igis, m. 3. nom. principis Pictonum v. Petracoriorum in nummis Celticis, a quo appellata videtur *ala Atectorigiana* in *Corp. I. L.* 13. 1041 (*sæc. I.*). *V. Holder, Altcelt. Spr. I.* 254.

ATECTUS, i, m. 2. ¶ 1. Est. cogn. vir. (Cf. ἄτηκτος, *non liquefactus*). *Corp. I. L.* 10. 4019 (*Capuæ*) ¶ 2. Est etiam nom. vir. Celt. *Ibid.* 3. 11481. — Hinc *Atectius*, nom. gent. *Inscr. Ztschr. d. Aachener Gesch.* 7. *p.* 165.

ATEDIUS. *V.* ATTIUS.

ĀTĔGUA et Attegua, æ, f. 1 (Ἀτέγουα *Strab.*, Ἀττέγουα *Dio*) oppidum Hispaniæ Bæticæ ad flumen salsum prope *Ucubi*. Memoratur *Bell. Hisp.* 6. 1. et *alib.* — Hinc *Ateguenses*, incolæ, apud *Val. Max.* 9. 2. 4.

ĀTĔGUENSES, ium. *V.* voc. præc.

ĀTELLA, æ, (Ἀτελλα v. Ἀτέλλα) et Atellæ, ārum, plur. f. 1. (*Obseq. p.* 124. 14) Scribitur *Attella, Attellanus*, duplici *t*, sed minus recte. Cf. tamen *Mar. Victor. gr. VI.* 312. et *Gloss. V.* 342. 11. — Origo nominis ab Osc. *Aderl, Ade*, in nummis Osc. apud *Fabrett. Gloss. It. n.* 19. *sq.* et *Zvet. Inf.* 271.; at melius fortasse ab *Aterulus* (Ious.) demin. Cf. Umbr. *atru*, Lat. *ater*, ut sit *Atella* pro *Aterula*: sic *nigella* a *niger*, *rubella* a *ruber* et similia.

Atella ¶ 1. Apud scriptores, oppidum Oscorum in Campania, nunc excisum prope opp. *Aversa*, quod ei successit, inter Capuam et Neapolim. *Sil. It.* 11. 14. Jamque Atella suas (*adegit cohortes*). *Sueton. Tib.* 75. Tiberi corpus ut moveri a Miseno cœpit, conclamantibus plerisque Atellam potius deferendum et in amphitheatro semiustulandum Romam - deportatum est. *Eutrop.* 7. 8. Obiit autem (*Augustus*) - in oppido Campaniæ Atella (*Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2029). *Ravenn. Guid. p.* 482. Tetella seu Atella. — Pro fabula Atellana usurpat *Petron.* 53. malui illos (*comœdos*) Atellam facere (*cod.*). Alii tamen leg. *Atellanam*. *V.* ATELLANUS in *Lexico*. — Fuit Atella colonia (*Lib. col. grom. I. p.* 230) et municipium (*Cic.* 2. *leg. Agr.* 31. 86. et 2. *Q. fr.* 14. 12), tribui Falernæ adscripta (*Inscr.* apud *Momms. n.* 3540-3548 et *Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 16). V. *Corp. I. L.* 10. 3731-3756. — De ea cf. *Beloch, Campanien* 379-382. et *Hülsen, PW.* 2. 1913. *sq.* ¶ 2. In titulis cogn. vir., præcipue in Safinia gente. *Corp. I. L.* 6. 22745. Adde *Cic. Cluent.* 25. 68.

ĀTELLÆ, ārum. *V.* voc. præc. init.

ĀTELLĀNIA, æ. *V.* ATELLANUS.

ĀTELLĀNĬCUS, a, um, adject. ad Atellanam fabulam pertinens. *Petron.* 68. Atellanici versus. *Sueton. Tib.* 45. Mora in Atellanico exhodio proximis ludis adsensu maximo excepta. *Porphyr. Hor. ep.* 2. 1. 144. Dicta autem Fescennina ab oppido Fescennino, unde primum processerunt et Atellanica dicta sunt. *Carm. epigr.* 286 (*in agro Labicano*) can(ebat) comica Atella(nica).

ĀTELLĀNĬŎLA, æ, f. 1. demin. ab *Atellana*, sc. fabula. *Aurel.* ad *Front. p.* 34. *N.* Inibi sunt et Novianæ et Atellaniolæ et Scipionis oratiunculæ.

ĀTELLĀNIUS. *V.* voc. seq.

ĀTELLĀNUS, a, um, adject. (Ἀτελλανός, non Ἀτελλαῖος) ad Atellam pertinens, incola. *Cic.* 2. *Q. fr.* 12. Atellanum municipium. Adde 13. *Fam.* 7. *Liv.* 24. 19. Cn. Magius Atellanus, qui eo anno medix tuticus erat. *Greg. M. ep.* 9. Atellana civitas. *Corp. I. L.* 10. 3732 (*Atellæ imp. Constantino*) ORDO POPVLVSQVE ATELLANVS. *Ibid.* 4. 2457. METHE COMINIAES ATELLANA AMAT CHRESTVM. — *Atellani*, incolæ. *Liv.* 22. 61. Hi populi: Atellani, Calatini etc. *Fest.* 142. Servius filius municipes ajebat initio fuisse, qui ea condicione cives fuissent, ut semper rempublicam separatim a populo R. haberent, Cumanos, Acerranos, Atellanos etc. *Paul. Fest.* 131. Municipes erant, qui ex aliis civitatibus Romam venissent - ut fuerunt Cumani, Acerrani, Atellani — Hinc absolute

Atellana, æ, f. 1. sc. fabula, comœdia, seu ludicri genus Saturniis versibus prius, dein ad vera metra conscriptum, quod ab Atella Romam transiit, de quo *V* ATELLANUS in *Lexico*.

Atellanus, i, m. 2. ¶ 1. Est qui Atellanam fabulam agit. *V.* ATELLANUS in *Lexico*. ¶ 2. Est etiam cogn. vir., a patria fortasse ductum. *Symmach.* 6. *ep.* 29. — Hinc deriv.: *Atellanicus* (V. supra) et *Atellanius*, a, um, ut *Atellanius versus* apud *Cic.* 2. *Divin.* 10. 25. — *Atellania ars* apud *Macrob.* 1. *Sat.* 10. 8. — *Atellania fabula* apud *Gell.* 12. 10. 7. — Absolute. *Macrob.* 6. *Sat.* 4. 1. Pomponius in Atellanis. *Charis. gr. I.* 445. Mummius in Atellanis. *Gell.* 17. 2. 8. Novius in Atellanis.

ĀTĔPŎMĀRUS, i, m. 2. (Ἀτεπόμαρος: vox Celtica. V. *Holder, Altc. Spr. I.* 257) ¶ 1. Est epitheton Apollinis. *Corp. I. L.* 13. 1318 (*in agro Bitur. Cub.*). ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Ibid.* 12. 5216 (*Narbone*) — Hinc *Atepomarius* nom. gent. *Ibid.* 13. 2066ᵃ (*Lugd.*).

ĀTER, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 12. 3464. — Hinc *Atellus* demin. cogn. *Ibid.* 8. 10648. Adde *Liv.* 27. 8. — 2.°) Item, indecl. nom. vir. Hebr. (*'Atēr*, Ἀτήρ) *Vulg.* 1. *Esdr.* 2. 16. et 2. *Esdr.* 7. 21. ¶ 2. Est etiam nom. montis in Africa. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (35).

ĀTERBĬUS, ii, m. 2. (Scribitur et *Aterbius, Aterbius, Atherbius* etc.) vir quidam Rufini et Hieronymi obtrectator, de quo *Hieronym.* in *Apol. adv. Rufin.* 3. 33.

ĀTERNENSIS, e, adject. ad Aternum oppidum pertinens. *Lib. col.* 1. *grom. p.* 226.

ĀTERNĬUS, ii, m. 2. (Aternum) nom. gentis patriciæ. *Fast. Cap.* cos. a. 300. A. Aternius Varus Fontinalis. *Cic.* 2. *Rep.* 35. 60. Sp. Tarpejus et A. Aternius consules. Adde *Liv.* 3. 31., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 28. 29. (101). *Sillig.* Aterius. — *Aternia*, nom. mul. *Corp. I. L.* 3. 6910. 20. — Hinc *Aternia*, plenius *Aternia Tarpeja lex*, ita dicta ab Aternio et Tarpejo coss. a. U. C. 300., qui eam tulerunt de multæ sacramento comitiis centuriatis (*Cic. loc. cit.*). — De ea *Gell.* 11. 1. 2. « Lege Aternia constituti sunt in oves singulas æris deni, in boves æris centeni (*multa*). Adde *Fest.* in v. Peculatus.

ĀTERNUM, i, n. 2. (Ἄτερνον) oppidum v. vicus ad Aterni ostia situs. *Marc. Com. chron. II. p.* 105., 538. 3. Aternoque oppido expugnato. Adde *Liv.* 24. 47., *Itin. Ant. p.* 101. et *Corp. I. L.* 9. 2337.

ĀTERNUS, i, m. 2. (Ἄτερνος) *Atternus*, duplici *t*, apud *Mel.* 3. 110 (*codd.*) et *Corp. I. L.* 9. 5959.

Aternus ¶ 1. Est fluvius, qui oritur in Sabinis et influit in mare Adriaticum, nunc *Pescara*. *Inscr.* apud *Planta Osc.-Umbr. gramm. II. p.* 550. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (44). Ab ostio Aterni amnis in Hadriaticum mare influentis. *Vib. Seq. geogr. p.* 147. Aternus Hadriæ decurrens per Marsos. Adde *Varron.* 5. *L. L.* 28. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp. I. L.* 3. 9179. 2. 15.

ĀTERONĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 5. 6518. — *Ateronia*, cogn. mul. *Ibid.* 6520.

ĀTĔSIS (Athesis), is, m. 3. (Ἄθεσις *Ptol.*) *Athesis* cum aspiratione, de qua non constat, quia in unico titulo Veronensi (*Corp.* 5. 3348), qui hoc nomen continuisse videtur, cum alia tum *trans Ath* - scalpro recentiore interpolata sunt; editorum autem scripturis et adnotationibus fide habita apud singulos auctores hoc nomen sic fere traditur: Ates-: *Plin., Flor., Vib. Seq., Ennod., Venant., Martial., Sidon.* — Athes-: *Val. Max., Obseq., Sil. It.* - variant codd. *Virg., Paneg., Serv., Claudian. Cassiod.* In *tab. Peuting.* 4. Atesia *seu rectius* Atesis. Cf. *Ateste* et Gr. Ἀτησῖνος et Ἀτισών. - In MSS. tamen *Sil. It.* 8. 536., in aliis *Virg.* apud *Ribbeck* et apud *Ptolem.* cum aspiratione occurrit. — Declin.: Acc. *Atesim* apud *Martial.* 4. 668., *Venant. carm. præf.* 4., *al.*; *Atesin* apud *Flor.* 1. 38. 12., *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 676., *al.*

Atesis, fluvius Rhætiæ, unde ex Brenno Alpium monte ortus, postquam alluit Tridentum, in Venetiam fluit, Veronam ambit et inter Fossam Claudiam et Carbonariam in mare Adriaticum labitur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (121). Hinc perperam *Vib. Seq. p.* 146. et *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 680. ajunt Atesim in Padum decurrere. — Olim vero a Verona, inter Annejanum v. Forum Allieni, nunc *Montagnana* vel potius *Legnago* (*V.* ALLIENI FORUM) et *Saletto* Ateste pergebat; sed a. post Chr. 589. ob aquarum exundationem, corruptis aggeribus, cursum immutavit (V. *Alessi, Ricerche delle antich. di Este*, Padova 1776. 4-5). — Memoratur *Virg.* 9. *Æn.* 680. Sive Padi ripis, Athesim (*M c* Atesim) seu propter amœnum. *Sidon.* 1. *ep.* 5. Atesis velox. *Paneg.* 9. 8. saxis asper et gurgitibus verticosus et impetu ferox. *Claudian. carm. min.* 65. 105. fremens. *Cassiod.* 3. *Varr.* 48. inter fluvios honorus. — De eo videsis *Nissen, Ital. Landesk.* 192-194. et *Holder, Altc. Spr. I.* 259.

ATESTAS, ātis, m. 3. cogn. et nom. gent.: fortasse ab *Ateste* derivatum. *Corp. I. L.* 5. 4876. — *Atestatia*, nom. mul. *Ibid.* 4887. — Hinc *Atestius* (*Antestius*), nom. gent. *Suppl. ital. Pais* 546 (*Ateste*), quam tamen falsam existimat *Momms.* — *Atestia*, nom. mul. *Corp. I. L.* 5. 5148 (*Bergomi*).

ĀTESTĒ, indecl. n. (Ἀτέστε *Ptol.* 3. 1. 30) In quibusd. MSS. Codd. scribitur *Atheste* cum aspiratione, sed minus recte. - *Adestum* legitur apud *Ravenn. p.* 258. et 383. — Nomen aptotum est, quod sciam; cur vero cl. *De-Vit* declinaverit *Ateste, is*, nescio. — Origo vocis incerta est; non enim petendam eam censeo ab *Ateste*, comite Antenoris, vulgato oppidi conditore, ut nonnullis placet confisis auctoritati *Vet. epigr. Hieronymi Atestini*, procul dubio ficti, apud *Pith. p. m.* 85.; vel ab ἀτήτης, inserta litt. *s*, ab ἀτέω, ut *Acestes* ob ἀκέω, cujus etymi rationem adfert *Alessi* (*Ricerche* ecc. *p.* 28): melius duxeris ab *Atesis* fluvio, ad quem olim situm erat (*V.* ATESIS).

Ateste, oppidum Venetiæ, ad montium Euganeorum radices, qua ad meridiem vergunt, hodie *Este* (*Ateste*), quod Græcæ originis ex monumentis ibi repertis aliisque indiciis arguerit *Alessi, ibid. p.* 30. *sqq.* Memoratur *Consent. gramm. V.* 349. 3. Hoc Soracte, Ateste, Præneste. *Tac.* 3. *Hist.* 6. Patavium et Ateste partibus adjunxere. Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130)., *Corp. I. L.* 3. 217.; 5. 819.; 6. 31122. etc., *Inscr. Rhen.* 932. et *Itin. Ant. p.* 281. — Statio viæ a Mutina Aquilejam. *Rav. l. c.* — Euganei, vel potius Veneti (Cf. *De Sanctis, St. d. Rom. I.* 155), feruntur oppidum condidisse (Cf. *Liv.* 1. 1.), fertilissimo agro dives; quibus prævalentibus, Atestini contra Gallos cum iisdem et Romanis dimicarunt, quibus coacti sunt subesse, ut ex eo quidem patet quod, dissensione de finibus terminisque Atestinos inter et Vicetinos orta, an. 147. a. Chr., sequester a Senatu R. missus est Sex. Atilius Saranus procos. (*Corp. I. L.* 5, 2490), ut L. Cæcilius Q. F.

procos. Atestinos cum Patavinis composuerat (*Inscr.* apud *Alessi p.* 83. et *Furlanetto A. L. P. p.* 78. Cf. ATESTINUS). — Fuit porro Ateste municipium, tribui Romiliæ seu Romuliæ adscriptum (*Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 107), primum colonia Latina, ac tempore Augusti colonia *Julia* dictum (*Plin. loc. cit.*, coll. *Momms. Corp.* 5. *p.* 240. et *Mon. Ancyr.*² 128); mox autem, post Actiacum prælium, Veneta regione in 28. colonias militares divisa, militibus adsignatum, qui Actii pugnando excelluerunt, quique *Actiaci* in lapidibus Atestinis appellantur. — Ex iisdem præterea monumentis apparet ibi templum exstitisse Castori et Polluci dicatum, ad Atesis ripam; sacra etiam celebrata Jovi O. M., Isidi aliisque numinibus, itemque sacerdotes fuisse Augustales, seviros, duumviros, pontifices, decuriones, præfectos, ædiles, quæstores aliósque magistratus. Postremo clari hujusce oppidi prosperitas ita declinavit ut partim ob Attilæ vastationes, partim ob Atesis exundationes (a. 589) fere interierit, nec resurgere potuerit nisi Langobardorum tempore, qui Venetiam occuparunt (a. 600-602). — Ateste patria fuit Sabinæ poetriæ, de qua *Martial.* 10. 93. 3.; Corellii equitis, memorati a *Plin.* 17. *Hist. nat.* 17. 26. (122). et Plautii Marci Cleostæ pictoris, apud *eund.* 35. *ibid.* 10. 37. (115)., quem hinc oriundum vult *Hermann*; alii tamen aliter leg. Cf. et ATESTINUS. — Plura de eo videsis apud *H. Angelieri, Saggio ist.* etc. Venezia 1745.; *Alessi, Ric. ist.-crit.* etc. Padova 1776.; *Furlanetto, Ant. Lap. d. Mus. d' Este*, Padova 1837.; *De-Vit, Ant. Lap. Pat.*, Padova 1847.; *Nuvolato, Storia di Este*, Este 1851.; *Soranzo, Scavi e scop. nel pod. Nazari in Este*, Rom. tip. R. Accad. Linc.; *Benvenuti, Il Mus. Eug. Rom. di Este*, Bol.-Zan. 1880.; *Franceschetti, La necropoli Euganea* ecc. Roma 1882.; *G. Pietrogrande, Ateste nella milizia R.* Venezia 1888. His adde quæ, in *Fondo Baratela* reperta, collegerunt *Ghirardini, Not. d. Scavi* 1888. *p.* 3-42., 71-127. etc. et *Prosdocimi, App.* 1889. *p.* 200-203.; 1891. *p.* 175-191.; 1893. *p.* 89-105., coll. *Pauli, Altital. Forschung. I.* et *III.* 1885. *V.* etiam VENETI.

ĀTESTENSIS, e, adject. Atestinus. *Paul. Diac.* 5. *Hist. Lang.* 2. Atestensis civitas.

ĀTESTĪNUS, a, um, adject. ad Ateste pertinens, incola. *Martial.* 10. 93. 3. Perfer Atestinæ nondum vulgata Sabinæ Carmina. — In plur. num., absolute. *Inscr.* apud *Alessi p.* 83. et *Furlanetto, A. L. P. p.* 78. Patavini et Atestini (a. 613. U. C.). et *ibid. p.* 81. Atestini et Vicetini (a. 619). Cf. *Henzen, Suppl. Orell.* ad *n.* 5114. *sq.* (V. *Corp. I. L.* 5. 2490-2492). — Hinc etiam *Atestinus*, cogn. oratoris, fortasse Ateste oriundi, ita ob celebritatem vocati. *Martial.* 3. 38. 5. egit Atestinus causas.

ĀTESŬI, ōrum, m. plur. 2. gens Galliæ Lugdunensis. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 18. 32. (107).

ĀTĔUS, i, m. 2. ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp. I. L.* 8. 14351. ¶ 2. Est etiam statio Phrygiæ. *Ravenn. p.* 111. contulerunt edd. κάστρον Ἀτεοῦς *Georgii Monachi*.

ĀTHĂCH, indecl. (Hebr. *'Athâk* « diversorium ») ¶ 1. Est nom., orig. Pers., eunuchi in aula Asueri, Gr. Ἀρχαθαῖος. *Vulg. Esth.* 4. 5., 9., 10. ¶ 2. Est etiam (*'Athâk*) nom. oppidi in tribu Juda. *Id.* 1. *Reg.* 30. 30. — Quum *loc. cit. Reg.* præcedat vox *Asan*, quæ ubique conjungitur cum *Ether* v. *Athar* (*Jos.* 15. 42.; 19. 7), putant nonnulli ultimam litteram *r* in *ch* (*k*), Hebraica forma in fin. voc. similem, mutatam fuisse; huc vero accedit, quod LXX. *Ether* (*Jos.* 15. 42) in Ἰθάκ verterunt.

ĀTHAL v. Athala. *V.* voc. seq.

ĀTHALĀRĬCUS, i, m. 2. Scribitur etiam *Athlaricus* apud *Jornand.* et, minus recte, *Atalaricus* sine aspiratione, in *Inscr.* apud *Orelli n.* 1101.; *Attaricus* in *C. I. L.* 15. 1671. et aliquando *Alaricus*, ut in *Cons. It. Fast. Vind. chr. I. p.* 334. — Origo vocis barbaræ videtur esse ab *Athal* v. *Athala*, heroe Gothorum, uno ex Amalis, et voc. Teut. *reich*, dives, potens. *V.* ALARICUS. — Confusus interdum fuit cum *Athanarico* et *Alarico*.

Athalaricus, rex Ostrogothorum, ex posteris Amalæ, Gothorum principis, filius Eutharici et Amalasunthæ, sororis Theoderici (*Jorn. Get.* 80., 81. et *alib.*), cui successit an. 526. *Exc. Vales. chron. I. p.* 328. 96. Theodericus nepotem suam Athalaricum in regnum constituit. *Corp. I. L.* 5. 6418. ATALARICVS REX GLORIOSISSIMVS. Adde *Jornand. Rom.* 367. *sq.* et *Get. loc. cit.* — Eum Amalasuntha tutrix educandum curavit civili more, quod Gothorum factioni ad bellandum proclivi displicuit; sed postea ab iis coacta filium sivit amicis uti perditissimis, unde matrem odisse didicit; nec diu vixit, sed vitiis consumptus, Amalasuntha adhuc vivente, obiit an. 534. — *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 13. ejus nomine scriptæ sunt *epistolæ* librorum *var.* 8. (exc. *ep.* 11) et 9. omnes et 17. 17. *edicta* ejus *var.* 9. 2. et 18. — De eo consulas præter *Cassiod., Jorn.*, coll. *Procop. B. G.*, etiam *Troya, St. d' It.* 43. 10.; *Balan, St. d' It. I. p.* 468. *sq.* et *Hartmann, PW.* 2. 1926. *sqq.*

ĀTHĂLYĀ (Athalia), æ, 1. Hebr. *'Athalyâ* « (mea) vis Yahwe »; at *Gesen.* « (quem) afflixit Yahwe »; *LXX.* Γοθολία, aspiratione præmissa ob litt. ע, qua nomen incipit. - Alia forma *'Athalyâhû* muliebris est.

Athalia ¶ 1. Fuit vir quidam Beniamita, filius Jeroham, pater Isaiæ, Gr. Ἀθελία, memoratus *Vulg.* 1. *Esdr.* 8. 7. - *Id.* 1. *Par.* 8. 26. habet formam *Otholia*. ¶ 2. Item nom. reginæ Judæorum famosæ, filiæ Achab regis Israel et Jezabelis, nepos Amri. *Vulg.* 4. *Reg.* 8. 26., coll. *Jos. Ant.* 8. 15. 3. — Hæc nupsit Joram, regi Juda (*Ibid.* c. 18. et 2. *Par.* 21. 6) fuitque ardens idolorum cultrix, adeo ut « Athalia impiissima » dicatur (*Ibid.* 24. 7.), ac tam virum quam Ochoziam filium corrupit (*Ibid.* 22. 3). — Hoc exstincto, regnandi cupiditate incensa, omne interemit semen regium, præter Joas, quem Josaba soror cædi eripuit (*Ibid.* 11. 2. *sqq.*), regnavitque sex annos scelestissime; donec anno septimo Jojada, summus sacerdos, clam matrem, sed coram populo proceribusque plaudentibus, Joas puerum unxit in regem jussitque ut illa, re attonita et exterrefacta, dum filium occidere parabat, ad supplicium traheretur extra templum, juxta palatium, ubi gladio transfossa periit an. 878. a. Chr. *Vulg.* 4. *Reg.* 11. 15-16., 21. et 2. *Par.* 23. 14-15., coll. 2. *Esdr.* 3. 28. et *Jos. Ant.* 9. 7. *sqq.*

ĀTHĀMĀNES, um, m. plur. 3. (Ἀθαμᾶνες). Gen. plur. *Athamanum* apud *Cic. Pis.* 40. 96. et *Liv.* 27. 30. — Acc. plur. *Athamanas* habent *Nep. Tim.* 2. et *Ovid.* 15. *Met.* 311.

Athamanes, gens Athamaniæ, Ætolorum genere. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (6). *Cic.* et *Nep. locc. citt.*, præsertim *Liv.* 27. 30., 29. 12., 31. 28. et *alib.* passim. — Hi Ætolorum socii modo contra Philippum pro Romanis, modo contra Romanos bella gesserunt, duce Amynandro eorum rege. *Liv. locc. citt.*

ĀTHĀMĀNĬA, æ, f. 1. (Ἀθαμανία) regio Epiri, contermina Thessaliæ ad Acheloum fluvium. *Liv.* 36. 14.; 38. 4. et 42. 55. *Grat. Cyneg.* 182. Comparat his (*Molossis*) versuta suas Athamania fraudes. *Cæs.* 3. *B. C.* 78. Per Epirum et Athamaniam (sic *Drumann*, Acarnaniam *codd.*).

ĀTHĀMĀNĬCUS, a, um, adject. (Ἀθαμανικός). *Plin.* 20. *Hist. nat.* 23. 94. (253). Duo genera ejus: nobilius Athamanticum vel Athamanicum vocant: illi tamquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamania reperiatur.

ĀTHĀMĀNIS, idis et idos, f. 3. adject. quæ est ex Athamania. *Ovid.* 15. *Met.* 311. Admotis Athamanis aquis accendere Narratur. *h. e.* mulier ex Athamania in Dodonæo fonte exstinctas faucas mergens accendit. *Alii tamen leg.* Athamantis *et rectius*.

ĀTHĀMĀNIUS, ii, m. 2. cogn. vir. ab Athamanum gente fortasse sumptum. *Corp. I. L.* 9. 5819. Athamanio (*voc.*).

ĀTHĀMANTĒUS, a, um, adject. (Ἀθαμάντειος) ad Athamantem pertinens. ¶ 1. Generatim. *Ovid.* 4. *Met.* 496. Inoosque sinus Athamanteosque pererrant Inspirantque graves animas. *Claudian.* 3. 81. (*Megeræ*) Athamantea direxit spicula dextræ. ¶ 2. Specialim — *a*) *Athamantea pinus*, apud *Stat.* 5. *Silv.* 3. 143. est corona ex pinu, quæ dabatur in ludis Isthmicis, ab Athamante institutis in honorem Melicertæ filii. *V.* ATHAMAS. — *b*) *Athamanteum aurum*, apud *Martial.* 8. 28. est aureum vellus arietis, quo Phrixus, Athamantis filius, in Colchidem vectus est. *V.* PHRIXUS.

ĀTHĀMANTĬĀDĒS, æ, m. 1. patronym. ab *Athamas* (Ἀθαμαντιάδης), Athamantis filius. *Ovid.* 13. *Met.* 919. Athamantiadesque Palæmon.

ĀTHĀMANTĬCUS, a, um, adject. (Ἀθαμαντικός) ad Athamantem, Æoli filium, vel ad Athamantem montem pertinens. *Plin. loc.* V. in ATHAMANICUS.

ĀTHĀMANTIS, idis v. idos, f. 3. patronym. ab *Athamas* (Ἀθαμαντίς), Athamantis filia. *Ovid.* 4. *Fast.* 903. Athamantidos Helles. Adde *Propert.* 3. 22. 5. — Hinc *Athamantidis æquor* apud *Ovid.* 17. *Her.* 137., dicitur Hellespontus, in quod Helles, Athamantidis filia, se præcipitavit (*V.* HELLES). Huc pertinet illud *Avien. orb.* 691. « tenuis sese Quo freta præcipitant Athamantidis inclita leto. *et Propert.* 1. 20. 19. *V.* etiam ATHAMANIS.

ĀTHĀMĀNUS, a, um, adject. ad Athamaniam pertinens, et, latiore sensu, Epiroticus. *Propert.* 4. 6. 15. Est Phœbi fugiens Athamana ad litora portus, Qua sinus Ioniæ murmura condit aquæ.

ĀTHĀMĀS, antis, m. 3. (Ἀθάμας *Ion.*; Τάμμας apud *Callim. frg.* 21.a *Schn.*; Θάμας *Chœrob.*) nom. pers. et geogr. — *a*) Nomin. *Athamans* in *Corp. I. L.* 1. 760. — *Athamas*, æ, vel-*antis*, habent *Prob. gramm. IV.* 24. 16., *Corp. I. L.* 6. 35535. et *Inscr. Korr.-Bl. d. Westd. Ztschr.* 1891. *p.* 109. — Acc. *Athamantem* apud *Cic.* 3. *Tusc.* 5. 11., *Hygin.* 2. *Astr.* 20., *al.* — *Athamantha* est *Ovid.* 4. *Met.* 467., *Val. Flacc.* 1. 280. — Abl. *Athamante* sæpius. — *b*) De etymo alii alia proferunt. *Forchhammer, Hellenika*, 170. *sqq.* ducit ab α priv. et θάω, *sugo*, quasi heros loci profundi, non sudi sed continenter humidi; at melius *Pott, Ztschr. f. vergl. Spr.* 164. conjungit cum Skr. *dhmâ* « vehementer flare », fortasse ex α intens. (ἐπιτατικόν) et ἄῆναι, *flare*; erat enim filius Æoli, patris regisque ventorum.

I.) Athamas, nom. pers. ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Fuit Æoli et Enaretes filius (*Hygin. fab.* 1.), rex primum Thebarum in Thessalia, vel Orchomeni (*Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 241., coll. *Müller, Orchom.* 1. *p.* 161); dein parvæ regionis, quam ab Andreo accepit, ubi Coronea erat et Haliartus (*Paus.* 9. 34. 7); vel Bœotiæ (*Apollod. Bibl.* 1. 80. *W.*). — Memoratur *Cic. Har.* 18. 39. Exsultatio Athamantis. *Stat.* 4. *Theb.* 571. Athamas Æolides. *Ovid.* 4. *Met.* 512. furibundus. *Id.* 6. *Fast.* 555. improbus. et 4. *Met.* 467. superbus. *Stat.* 4. *Theb.* 571. infelix. *et* 2. *Silv.* 1. 143. torvus. *Dracont.* 10. 583. miserandus. Adde *Schol. Stat. Theb.* 2. 281., *Mythogr. I. fab.* 23. et 204. *M.*, *Val. Fl.* 1. 280., *Corp. I. L.* 8. 14195., *Tertull. anim.* 17. — Plures uxores habuit: *Nephelen* (Nubem v. Nebulam), ex qua filios suscepit Phrixum et Hellen; *Themisto*, matrem Plinthii et Orchomeni; *Inonem*, Cadmi filiam, unde nati sunt Learchus et Melicerte, teste *Hygin. fab.* 1. Alii tamen duas tantum uxores ei tribuunt (*Mythogr. II. fab.* 78., 79. et 134. *M.*) ac laudatis etiam Chalcum filium, clipeorum inventorem, addunt. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (200). — Traditur Juno, indignata, quod Ino Baccham ex Semele ejus sorore pælice sua natam nutrivisset, Athamanti furorem immisisse, quo ille actus Learchum filium, feram credens, saxo illisum interfecit, uxorem autem cum Melicerta altero filio persequentem, ut leæna esset cum catulo, illos in mare se demergere adegisse, ubi deorum misericordia in marinos deos versi sunt: appellatique Ino *Leucothea*, Melicerta vero *Palæmon* v. *Portunus*; ipse autem Athamas, recepta tandem sanitate, in eorum honorem Isthmicos ludos instituisse. Ita fere *Forcellin.* ex *Hygin. fab.* 2. Adde *Acr.* ad *Hor. A. P.* 124., *Ovid.* 4. *Met.* 489., *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 241. et *Pausan.* in *Att. sub fin.* etc. Hinc *Ovid.* 6. *Fast.* 489. agitur furiis Athamas et imagine falsa, Tuque cadis patria, parve Learche, manu. *Id.* 4. *Met.* 470. et in facinus traherent Athamanta sorores. *Cic. Pis.* 20. 47. Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste aut Athamante dementiorem putem? Adde *eund.* 3. *Tusc.* 5. 11. — *Athamas* est etiam titulus tragœdiarum, *Accii* nempe et *Ennii*, de quibus *Non.* 56. Accius Athamante (416). et *Charis. gramm. I.* 241. 6. Ennius in Athamante. — Horum fragmenta collegit *Ribbeck, Rom.*

trag. rell. 33. *sq.*, 204. *sq.*, 526. *sqq.*, coll. *Quæst. scæn. p.* 278. et 832. — De monum. artis hæc habet *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 40. (140). « Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem pœnitentis, æs ferrumque miscuit ut robigine ejus per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor: hoc signum exstat hodie Rhodi. Cf. *Overbeck, Gesch. d. gr. Plast. II.* 295.; *Gräf, Arch. Jahrb. VI.* 1892. *p.* 47. et fortasse *Mus. Borb. I.* 49. — De Athamante plura apud tragicos (V. *Nauck trag. fr. p.* 103., 228. et *Welcker, gr. frag.* 1. 317. *sqq.*) et historicos vel mythologos Græcos (*Paus., Apollod., Eustath., Philosteph., al.*) et Latinos (*Hygin., Serv., Isid., Lact., al.*). Cf. etiam *Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 128.; *O. Müller, Orchom. p.* 133. *sqq.* et *Seeliger* in *Roschers Lex.* 1. 670. *sqq.* — 2.º) Item Demophoontis filius, Perrechiæ nepos. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 262. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 12595., 5955., 35533.; 9. 5750. Adde *Cic.* 12. *Att.* 10. et *Pis.* 38. 89.

II.) Est nom. montis in Phthiotide. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 9. 15. (29).

ĀTHĀNA. *V.* **ATHENA.**

ATHANĀCUM, i, n. 2. vicus Galliæ, nunc *Ainay*; unde *Athanacensis*, incola, apud *Greg. Tur. glor. mart.* 48.

ĀTHĀNĀGĬA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Tarraconensis, Ilergetum caput, quæ et Ilerda dicitur, nunc *Lerida*. Memoratur *Liv.* 21. 61. *Drak.* Fortasse pro *Athanasia*, quasi oppidum « immortale »: vel ab *Athana* pro Athena, quæ ibi culta fuerit At *Weissenb.* leg. *Atanagrum*.

ĀTHĀNĀGILDUS, i, m. 2. Scribitur etiam *Athanageldus* apud *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 8.; *Atanagildus*, sine aspiratione, in *Inscr. Chr.* apud *De Rossi II.* 295. et in *Chron. Cæsaraug. chron. II. p.* 223; *Athanaildus* apud *Joh. Biel. chron. II.* 286. — Primam syllabam producit *Venant. loc. cit.*

Athanagildus, rex Visigothorum. *Venant.* 6. *carm.* 1. 124. genus Athanagildi. Adde *Corp. I. L.* 12. 5343 *(Narbone)*; *Isid., vir. ill.* 22 (35. *Arev.*)., *Jornand. Get.* 303.

ĀTHĀNĀRĪCUS et Athanarichus, i, m. 2. (Ἀθανάριχος *Zosim.* 4. 7) Scribitur *Althanaricus* apud *Hydat. fast.* 381. et *Haitanaricus* apud *Hieronym. chron.* a. 2385. — De notatione cf. **ALARICUS** v. **ATHALARICUS.**

Athanaricus, filius reguli Rothestei (*Vit. s. Sabb. Act. ss. Apr. II.* 967. *D)*, Gothorum princeps et judex Thervingorum potentissimus (*Ammian.* 31. 3. 4., coll. *Wagner* ad *eund.* 27. 5. 6. et *Ambros. de Sp. S. I.* 17), non rex titulo, ut apud *Hieronym.* et *Hydat. locc. citt.*, *Oros.* 7. *Hist.* 34. 6., *Eunap. fr.* 37. et *Augustin.* 18. *Civ. D.* 52. (*Migne L.* 41. 616); ab hoc enim gens illa abhorrebat (*Themist. orat. X. ad Valentem*). Ita *Seek.* At *Corp. I. L.* 3. 7494 (*in Mœsia inf.* an. 369) IN FIDEM RECEPTO REGE ATHAN*arico*. Ceterum chronographi titulo usi sunt vulgari et ab hac barbarorum dignitate haud alieno, qui Athanaricum regem Gothorum v. Visigothorum vocant. Memoratur etiam *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 4., *Cassiod. chron. II. p.* 153., *Isid. chron. II. p.* 269. *sqq.* — Bellum intulit Valenti imp.; verum fusus ab eo fugatusque est a. 367. *Ammian.* 27. 5. 6. — Ad sedes suas reversus, in odium imperatoris, in christianos paganus desæviit a. 370., ita ut multi id temporis martyres crudelibus suppliciis affecti sint (*Ambros. de Sp. S. prol. n.* 17., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 52), quod tamen a Gothis, Valentis imp. artibus et Ulphilæ ep. defectione (*Sozom.* 6. *H. E.* 37), tunc Arianis factum fuisse arguitur ex *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 13., a quibus postea, a. 378., Deo ultore, horrendo prœlio victus ustusque periit (*Ammian.* 31. 12. et 13). — Deinde ab Hunnis pulsus a suisque derelictus in Sarmatiam se recepit, dum Thervingi duces sibi adsciverunt Alavivam et Fritigernum, quo mortuo, gentis suæ regimen iterum suscepit; sed minus prospere ei res cessit, adeo ut fœdus cum Theodosio imp. inire coactus fuerit, a quo Constantinopolim invitatus quindecim post dies ibi vita excessit a. 381. v. 382. ac magnificentissimis, cum magna Gothorum admiratione, exsequiis elatus est (*Ammian.* 27. 5. 10. et *Jornand. Get.* 28.); paullo tamen aliter rem narrat *Cassiod.* (*loc. cit.*). Huc pertinet illud *Ambros. l. c.* « Postea vero quam fidei exsules abdicavit *(Constantinopolis)*, hostem ipsum judicem regum *(Athanaricum)*, quem semper timere consueverat, deditum vidit, supplicem recepit, morientem obruit, sepultum possidet ». — De eo præter laudatos scriptores consulas *Dahn, Die Könige d. German. V.* 3.; *Balan, St. d' It. p.* 403-413. et *Wietersheim, Gesch. d. Völkerwand. I.* 545. et *II.* 9., 33. *sqq.*

ĀTHĀNĀSĬĀCUS, a, um, adject. ad Athanasium pertinens. — Hinc *Athanasiaci* absolute dicti, qui contra Arianos doctrinam catholicam, ab Athanasio ep. Alex. propugnatam, sequebantur. *Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 23. Athanasiaci et Pauliani. — Iidem etiam *Athanasiani* appellabantur. *Augustin. op. imp.* 1. 75. Athanasianos et Homousianos Ariani catholicos vocant.

ĀTHĀNĀSĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĀTHĀNĀSĬUS, ii, m. 2. (Ἀθανάσιος, *immortalis*) Scribitur *Athenasus* et *Atanasus* in *Corp. I. L.* 9. 339. et 8. 13469. — Primam corripuit et secundam produxit *Venant.* 5. *carm.* 3. 37. et 8. *ibid.* 1. 55. Āthanāsius. — Sic *Athēnasius*, cogn. *Inscr.* apud *Momms. n.* 643. — Confusus sæpe occurrit in MSS. et edit. libr. cum *Anastasius*: cf. *Hieronym. Apol. adv. Rufin.* 2. 17.

Athanasius ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.º) Alexandrinus episcopus et cath. Ecclesiæ doctor celeberrimus (archiepiscopus vocatus a *Dionys. Exig. ep.* 1. *de rat. Pasch.*), Alexandriæ natus an. circ. 296 (al. 295., al. 300). Memoratur *Augustin.* 10. *Conf.* 33. *n.* 50. et *c. Cresc.* 3. 34., *Hieronym. c. Joh. Hieros. n.* 4. et *comm.* in *ep. ad Tit.* 3. 10. et *ep.* 70. 4. et 107. *Venant. loc. cit.* Athanasius fortis. *et* 8. *ibid.* 1. 55. acer. De eo scripsit etiam *Ammian.* 15. 7., sed male, homo ethnicus et rei catholicæ ignarus; contra, vere et egregie *Greg. Naz. or.* 21.; idem enim esse ait laudare Athanasium ac laudare virtutem, quem vocat « ὁ στῦλος τῆς ἐκκλησίας ». et *Basilius M. ep.* 82.: « ἰατρὸς τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀρρωστημάτων »; ob eximium vero incredibilis fortitudinis et constantiæ exemplum cognomento *Magnum* eum sæcula conclamarunt. — Inde a pueritia optime eruditus sacris præsertim litteris, ita ut seu veteris seu novi Testamenti libros mirifice calluerit (*Greg. Naz. or.* 21. 6), sub disciplina Antonii M., cœnobitarum patris, diaconus ordinatus ab Alexandro, ep. Alexandrino, ductus est a. 319. ad concilium Nicænum, ubi valide cum Arianis docertavit (*Socr.* 1. *Hist. Eccl.* 8). — Unanimi dein populi consensu ac plausu ad episcopatum Alexandriæ a. 328. elatus est (*Athan. Apol. c. Arian. c.* 6.); mox autem in eum Ariani invecti sunt adeo ut in concilio, Tyri ab iis habito a. 335., damnatus, Constantino M. imp. falsis criminationibus decepto et Arianis, Meletianis et Eusebianis conspirantibus, Treviros exsulare coactus sit. *Cassiod.* 3. *Hist. trip.* 8. 11. et *Rufin.* 1. *Hist.* 2. 9. — Postea cum honore rediit Alexandriam sub Constantino juniore a. 338.; sed paullo post iterum, quum Pistus et Gregorius quidam Cappadox ecclesia ac sede Alexandrina per vim et cædes potiti essent, etiam Constantio imp. infesto, primum fuga se proripuit, dein opportunam nactus occasionem Romam se contulit ad Julium pontificem (*Cassiod.* 4. *ibid.* 4. 11.); ubi monachorum disciplinam primus invexit. *Hieronym. ep.* 127. — Interea Julius, coacta synhodo, Athanasii innocentiam proclamavit a. 342., confirmavitque Sardicense concilium a. 343.; idcirco ad suam sedem, Constantio et Constante impp., triumphatoris more a plebe receptus est a. 349 (al. 346). Sed anno insequenti Constantius rursum Arianorum fraudibus circumventus catholicos vexavit vimque intulit synhodis Arelatensi ac Mediolanensi, qui Athanasium a sede sua depositum pronunciarunt an. 353. et 355.; quare sanctus antistes, solum vertere adactus, ad monachos Ægyptios in desertum confugit a. 356. Ibi delituit (*Augustin. ep.* 228.) usque ad mortem Constantii a. 361.; quo defuncto, Julianus successor exsules episcopos, ut in Ecclesia turbæ denuo excitarentur, ipsumque Athanasium revocavit a. 362.; nec tamen qui curaverat multos Semiarianos ad bonam frugem reducendos, quasi pacis violator, quartum exsulare cogitur; sed a Joviniano imp. a. 363-364. in suam sedem restituitur, unde quintum sub Valente tyranno compellitur in exsilium a. 365., a quo imperator, populi tumultu territus, invictum athletam Alexandriam redire permisit a. 373., ubi suum gregem ad obitum usque sanctissime rexit, postquam annos ipsos sex et quadraginta in episcopatu transegerat prope octuagenarius (*Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 36., coll. *Sozom.* 10. 19, et *Socr.* 4. 16): « vir vere magnus, quem hæreticæ persecutionis procella non contrivit sed probavit; qui similem semper splendenti speculo vitam habens, prius pæne indeptus est martyrii meritum quam confessoris caperet dignitatem » (*Cassian.* 7. *Incarn.* 29); « in cujus persecutionem universus conjuratus est orbis et commoti sunt principes terræ - dum ipse impavidus caneret: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum* » (*Rufin.* 1. *H. E.* 14), « Orientis vexillifer universi totoque Occidente (πάσῃ τῇ δύσει) ea veneratione cultus ut nemo unquam supra » (*Basil. M. ep.* 66). — Scripsit magna ac nobili quadam cum perspicuitate et simplicitate atque ratiocinandi vi simulque doctrinæ puritate et accuratione verborum ac veritate narrationis, opera plura de re dogmatica, historica, exegetica, hagiographica, ut *quattuor Orationes contra Arianos* (κατὰ Ἀρειανῶν λόγοι δ': *Migne XXVI.* 11-526. a. 356); dein *quattuor epp. ad Serapionem* (πρὸς Σεραπίωνα ἐπ. δ': *ibid.* 529-676); librum *de Trinitate* et *de Spiritu S.* (*ibid.* 1191-1218) et *de incarnatione Verbi Dei* et *contra Arianos* (περ. τ. ἐνσάρκου ἐπιφ. τ. θεοῦ λόγου καὶ κατ. Ἀρ.: *ibid.* 983-1028), quem nonnulli spurium censent, ut alia quædam opuscula, inter quæ *Symbolum Athanasianum* seu *Quicumque*, ut dicitur, egregia quidem expositio doctrinæ Athanasianæ seu catholicæ, quod ex eo quia Eutychianam hæresim partim respiciat et ex aliis indiciis, merito ab illo abjudicatur tribuiturque vel Honorato Arelatensi (*Burn* 1896. et 1899); vel Vincentio Lirinensi aut Vigilio Tapsensi *(Ommaney* 1897); vel Eusebio Vercellensi *(Turner* 1900); præterea tres apologias *contra Arianos, ad Constantium imp.* et *de sua fuga* et *historiam Arianorum*; item *commentarios* in *Psalmos* sensum allegoricum fere secutus, quorum exstant fragmenta, atque in alios libros et *de Psalmorum titulis*; item *vitam S. Antonii ab.*, ab Euagrio Antiocheno in Latinum versam. Ceterum de his deque aliis videsis præter laudatos scriptores Græcos atque Latinos, ex recentioribus, *Fialon, St. Athanas.* 1877.; *Krueger, Die Bedeut. d. Athan.* in *Jahrbb. f. prot. Theol. XVI.* (1890) 337-356.; *Lietzmann, Chronol. d. erst. u. zw. Verbannung d. Athan.* in *Ztschr. f. wissensch. Theol. XLIV* (1901) 380-390.; *Vernet, Essai sur la Doctrine christol. d'Athan.-le-Grand*, 1879.; *Straeter, Die Erlösungslehre d. hl. Athanas.* (1894); *Lauchert, Die Lehre d. hl. Athanas. d. Gr.* 1895. et *Bardenhewer, Patrol. II* (1900). 24-38. — Opera s. Ath. edita sunt primum Vicetiæ a. 1482.; dein Heidelberg. a. 1627. et Col. Agr. 1686.; mox a Maurin. *Lopin* et *Montfaucon* Paris 1698.; postea eadem aucta, Patavii, curante ep. *Giustiniani*, a. 1777.; hæc autem, recentius, cum additamentis a *Migne, P. Gr. XXV-XXVIII.* Paris 1857. — 2.º) Item vir clarissimus, apud *Symm.* 7. *ep.* 120. et 125. — 3.º) Alios videsis apud *Plin. med.* 2. 17., *Ammian.* 29. 3. 5., imprimis apud scriptores ecclesiasticos. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 7649. — *Athanasia* (Ἀθανασία), persona immortalitatis, quam finxit Apotheoseos filiam eique quasi deæ cultum adhibitum fuisse tradit *Capell.* 2. *p.* 35., coll. *p.* 36.

ĀTHĀNĀTUS, i, m. 2. (Ἀθάνατος, *immortalis*) nom. serv. factum ac viro tributum prodigiosi roboris, de quo *Plin.* 7. *Hist. nat.* 20. 19. (83). « Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum cothurnisque quingentorum pondo calceatum per scænam ingredi ».

ĀTHAR. *V.* **ATHAC.**

ATHAULFUS (Ataulfus et Ataulphus) i, m. 2. (Ἀδαοῦλφος, *Philostorg. H. E.* 12. *n.* 4., unde rectius scripseris *Adaulphus* v. *Ataulphus*, i. e. *pa-*

ter auxiliator: cf. Teut. *helfen, Hülfe*) Visigothorum rex a. 410. post Alaricum, cujus fertur fuisse consanguineus, forma et mente conspicuus (*Jornand. Get.* 31), Romanis infestus, quibus, si quid primum remanserat *(post Alarici vastationem)*, more locustarum erasit; nec privatis modo sed etiam publicis divitiis Italiam spoliavit atque Urbe captivam abduxit Gallam Placidiam, Honorii imp. sororem, teste *eod. ibid.* 31., coll. *Oros.* 7. *Hist.* 40., *Marcell.* et *Hydat. chron.* ad a. 410. — Porro una cum Jovino, Alamannorum aliorumque duce, Gallias invasit (*Hydat., Jornand.* et *Oros. ibid.*); deinde vero, invidia et imperii amittendi metu, eum occidit ejusque caput Honorio imp. misit; unde aliqua inter eos concordia orta est. At quum Athaulfus potitus esset Gallia Narbonensi et Aquitania prope universa, Placidiamque liberam illi restituere noluisset, nisi eam in uxorem duxisset (quam duxit Narbone, *al.* Forolivii v. Forocornelii, a. 414., *Jornand.* et *Hydat. ibid.*, coll. *Oros.* 7. 44., *Olympiod.* 7-8. et *Troya, St. d' It.* 18. 14), discordiæ fax accensa est; quam tamen brevi exstinxit pax (*Jornand. Get.* 31) magisque Athaulfi mors, qui tertio anno post quam Gallias Hispaniasque domuerat, Barcinonæ regni sede constituta, dum alia molitur ibidem « gladio illo perforato Vernulfi, de cujus solitus erat ridere statura » periit a. 415., fortasse non sine culpa cujusdam Sigerici (*al.* Regerici); hunc enim statim regem salutarunt, quem tamen paullo post interfectum Valia excepit (*Jornand. Get.* 31. et 32. et *Oros. loc. cit.*). — De eo cf. *Balan, St. d' Ital. I. p.* 441. *sq.*; *Dahn, Die Königr. d. Germ. V.* 55.; *Hodgkin, Italy and her invaders I.*[2] 821.

ĀTHĒLĀNI vicus, in Syria, nunc *Atil*, in *Corp. I. L.* 13. 2448. Cf. *Hirschfeld* ad *l.*

ĀTHĒNA et Athana, æ, f. 1. (Ἀθανᾶ; *Ion.* Ἀθήνη; *Æol.* et *Dor.* Ἀθάνα; *Att.* Ἀθηναία, Ἀθηνάα v. Ἀθανάα, unde contr. Ἀθηνᾶ; sæpe apud poetas epic. Παλλὰς Ἀθήνη vel Παλλὰς Ἀθηναίη). — *a) Athena* scribitur *Petron.* 58. « Athana tibi irata sit, curabo ». — *Atena*, sine aspiratione (*V.* sub 2.) et *Atene* in *Corp. I. L.* 15. 7042. TIBI PROPITIOS ABEAS HERCVLE (sic) *et* ATENEN. — *b)* De etymo alii alia scripserunt. *Rufin. rec.* 10. 33. « Ἀθήνη propter immortalitatem nominata est » quasi sit ab ἀθάνατος, quod ceteroqui commune est omnibus diis deabusque. Item *Fulg. Myth.* 1. « Athene dicitur quasi athanate parthene: id est immortalis virgo. *Chalc. transl.* 21. « Conditor vero deus urbis (Saiticæ) Ægyptia lingua censetur *Neith*, Græca dicitur *Athena*. Ex recentioribus alii originem Semiticam tuentur ab אתנה (*Athanâh*), h. e. luna, soror Solis dicti תן v. אתן (*Than* v. *'Athân*): cf. Ἀθήνη σεληναίη, a σελήνη, *luna*: alii ab ἄνθος, *flos*, quasi florida (*Lobeck* et *Curtius*); alii a θάω et θῆλυς, quasi ad sexum femineum et fecunditatem pertinens (*Gerhard*); alii denique conjungunt cum Skr. *Ahana*, i. e. Aurora v. Fulgur, ex quibus ut illa a vaporibus et rore orientis exsurgit, hoc vero de nubibus emicat procellosis; ita Athena e capite Jovis fulgens erumpit (*Talbot*: cf. *Schoemann, Antt. gr. III.* 364. et infra). Quod autem ait *Fulg. loc. cit.* « Minerva Athene græce dicitur », non est probandum; differt enim proprie *Athena* Græcorum ab Latinorum *Minerva*, quamvis demum una cum altera confusa sit.

Athena ¶ 1. Apud mythographos, Græcorum dea, quæ cum Minerva Romanorum paullatim, ut diximus, confusa est. *Gell.* 2. 28. 9., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 9., *Mythogr. I.* 2., coll. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 468., *Rufin.* et *Chalc. locc. citt.* Memoratur præcipue a scriptoribus Græcis; a Latinis namque perraro, sed plerumque Minerva v. Pallas. — Apud Græcos Athena fuit summi dei cælestis (Διός) filia unigenita, dea clari ac splendentis Ætheris, cælis terrisque dominans et etiam aeri ac telluri lucem fundens et calorem roremque ad eam fecundandam, utque ætheris dea regit quoque hominum ingenia animosque ac præest scientiis litterisque et artibus non modo pacis sed etiam belli; hinc dea sapientiæ et victoriæ (V. *Hom. Il.* et *Od. passim*, *Apoll., Strab.*, coll. *Schoemann, op. cit. III*). — Ejus idcirco cultum longe lateque diffusum fuisse, præsertim in Attica, Bœotia, Peloponneso, Megaride, Thessalia, Creta; eandemque variis nominibus appellatam novimus vel ab ipsius natura vel influxu vel locis aut festis aliisque adjunctis; hinc dicta *Selenia* (lunaris), *Heliotis* (clara: cf. ἕλη [σέλας], ἥλιος), *Fratria* (dea sodalitatum vel curiarum), *Ergane* (dea artium), *Nice* (dea victoriæ), *Skiras* (dea agrorum), *Bulæa* (dea consiliorum), *Itonia* (dea vitium v. viminum, v. Itonia: cf. ἰτέινος, *vimen*, v. Ἴτων), *Alalcomenia* (dea tutrix), *Alea* (dea caloris), sæpius vero *Pallas* (Parthenia seu virgo) et *Tritogenia v. Tritonia (Hom. Il.* 22. 184. et *alib.*), quod Aurora quasi ex aquis oriatur (Cf. *Tritones*, torrentes Bœotiæ, Thessaliæ, Arcadiæ et marina numina) vel quod sit ex capite nata (Æol. τρίτω, caput), siquidem mythologi eam perhibent a capite Jovis egressam (Cf. *hymn. Homer. XXVIII*). — De ea plura tradunt, vel ex monumentis artium vel ex auctorum scriptis, *Robert, Die Marathonschl. in d. Poikile* (1895) *p.* 85. *sqq.*; *Furtwängler, Meisterw.* 109., 112., 114.; *Lange, Arch. Zeitg.* (1881) 197.; *Schreiber, Parthen. VIII.* 545. *sqq.* (*V.* **PARTHENON**); *C. O. Müller, Minerv. Pall.* 1820.; *Preller, Gr. Myth. I.* 184. *sqq.*; *Bergk, Die Geburt Athen.* in *Jahrb. f. Phil. LXXXI.*; *Dummler, PW.* 2. 1941-2020. et in vv. **MINERVA** et **PALLAS.** ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp. I. L.* 3. 642. AEGIA ATENA *(sic)* EX VOTVM FECIT.

ĀTHĒNÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἀθῆναι, i. e. urbs Athenæ v. sacra Athenæ) nom. loc. — *a)* In Codd. passim *t* aspiratione caret et pro *e* scribitur *i*, ut *Chron. Alex. chron. I. p.* 129. et 311. Athinæ. — *b)* Etymon vocis alii aliter tradunt. *Comm. Einsidl. gramm. suppl.* 242. 9. « Dicuntur Athenæ quasi athanatoe, *i. e.* immortales » (*Mythogr. I.* 119. ἀθανάτη). *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 12. ab *Athena* deducit. Hariolatur *Hieronym. nom. Hebr. p.* 87. Athenæ in tempore dissipatæ. — Fusius de nominis origine agit *Augustin.* 18. *Civ. D.* 9. ex *Varrone*, qui refert, suffragiis feminarum numero pluribus quam marium, ex Minerva (*rectius* Athena) civitatem vocatam fuisse. *V.* integr. loc. Adde *Isid.* 15. *Orig.* 1. 44., coll. etiam *Justin.* 2. 6. 9. Cf. etiam **ATHENA.** — *c)* Sing. num. caret. *Priscian. gramm. II.* 376. 16. Athenæ, Thebæ voce pluralia sunt, significatione singularia. Adde *Prob. app. gr. IV.* 195. 27. Cf. *Varr.* 8. *L. L.* 35. Trinæ Athenæ (*Hom.* tamen *Od.* 7. 80. semel in sing.; dein semper in plur. num. usurpavit). Ratio, cur id factum sit, ita redditur a *Steph. Byz.*, quia, nempe, Theseus undecim oppidorum populos in unum coegit. Cf. *Plut.* in *Thes.* et *Val. Max.* 5. 3. *ext.* 3. Similiter συνοικισμῷ tribuit formam pluralem *Angermann* in *Curt. Stud. IX.* 252. *sqq.* Cf. etiam *Sengebusch* in *Eigenn. Lex.* et *Wachsmuth, St. Athen. I.* Ceterum alia erat pars plana, alia alta (*Acropolis*), alia ex portubus constabat; unde hujus formæ ratio argui potest. — *d)* Ad structuram quod attinet: — Status: *Spart. Hadr.* 19. Athenis archon fuit. *Hieronym.* in *Jer.* 4. 20. in Athenis. Cf. *Cic.* 6. *Att.* 9. et *Liv.* 38. 33. in arce Athenis; *Vitr.* vero 7. *præf.* 12. Athenis in arce. - *Varr.* 1. *R. R.* 2. 20. Athenis in arcem non inigi. — Motus: *Prop.* 3. 21. 1. magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas (at *Ovid.* 2. *Her.* 83. doctas est, inquit, Athenas). - *Quintil. decl.* 339. in Athenas misit. - *Spart. Hadr.* 13. per Athenas. - *Cic.* 4. *Fam.* 12. ab Athenis in Bœotiam irem. *at Liv.* 36. 37. ab Athenis Thebas processit. - *Lib. pont. p.* 8. 1. Anecltus natione Græcus de Athenis. — *e)* Confunduntur aliquando *Athenæ* et *Attice*, ut *Serv.* ad *Virg.* 2. *Ecl.* 24. Athenæ primo Actis dictæ sunt (unde *Schol. Stat. Theb.* 12. 464. Acte).

Athenæ ¶ 1. Oppidum Atticæ regionis princeps (*Mel.* 2. 3. 4), κατ' ἐξοχὴν etiam *Asty* v. *Astu* dictum (ut *Urbs*, Roma, et Πόλις, Alexandria), Græciæ oculus, tenui cælo (*aris sotilie*), teste *Cic. Fat.* 4. 7., in medio fere Græciæ, immo totius orbis, secundum Xenophontem, situm, inter fluvios Cephisum et Ilisum ad radices Lycabetti, haud procul a Saronico sinu, nunc gr. *Athinè*, vulgo *Sethines*, ital. *Atene*. Ceterum de situ Athenarum inde ab antiquiore ætate V. *Forchhammer, Zur Topogr.*, *Ath.* et *Milchhöfer, Text. z. d. Kart. v. Attika II.* 5. — 1.º) Universim. — *a)* Dicitur oppidum *Enn. trag.* 243.; civitas *Nep. Alc.* 11., *Eutr.* 5. 6., *Oros.* 1. *Hist.* 2. 68; urbs *Tac.* 2. *Ann.* 58., *Flor.* 1. 40. 10., *Ampel.* 15. *Fest.* 258. « Quadrurbem Athenas Accius appellavit, quod si ex IIII. urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Piræo, Sunio ». — *b)* Epithetis et adjectivis insignitur, attributive appos.: — α) derivatis a nominibus, ut: Atticæ *Plaut. Epid.* 502., *Cic. Orat.* 7. 23., *Plin.* 4. *ep.* 3. 5., *Apul. Flor. p.* 86. *Oud.*, *Sidon.* 4. *ep.* 3. 9., *Colum.* 6. *præf.* 7., *al.* - Erichthææ *Cir.* 22. - Palladiæ *Ovid.* 7. *Met.* 723. - Pandioniæ *Ps. Ovid.* 15. *Met.* 430. (*Sidon.* 2. *carm.* 282). - Cecropiæ *Ætn.* 581 (Cf. *Catull.* 64. 74). - Grajæ *Juvenal.* 15. 110. - Actææ *Auson.* 336. 71. - Ioniæ (*V.* **ION**) et Mopsopiæ (*V.* **MOPSUS**); — β) communibus, ut: antiquæ *Manil.* 1. 885. - vetustæ *Tac. loc. cit.* - novæ *Capitolin. Hadr.* 13. et 20 (*sc.* oppidi pars ab Hadriano imp. refecta, quasi nova urbs prope Ilissum, ab eoque vocata Hadrianopolis, teste *Spartian. Hadr.* 20., non Mediolanum, ut falso quidam putarunt ex male intellecto Lapide apud *Grut.* 177. 4. — claræ *Ovid.* 5. *Met.* 652 (Cf. *Val. Max.* 5. 3. *ext.* 3. *Mel.* 2. 41. clariores quam ut indicari egeant. *Lucret.* 6. 2. præclaro nomine Athenæ. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. [24]. non indigæ ullius præconii amplius: tanta claritas superfluit) - florentes *Manil.* 4. 687. - doctæ *Propert.* 1. 6. 13. - magnæ *Stat.* 12. *Theb.* 538. - invictæ *ibid.* 586. - sublimes *Claudian.* 24. 162. - fertiles *Stat.* 2. *Silv.* 7. 28. - famæ veteres *Lucan.* 5. 52. Adde « anticum, opulentum oppidum » *Enn. loc. cit.* - « splendidissima civitas » *Nep. Alc.* 11.; — *c)* prædicative appos.: *Plaut. Pers.* 549. « tibi sunt visæ fortunatæ atque opiparæ? » *Senec. suas.* 2. 5. « eloquentia inclitæ ». *Arnob.* 5. *p.* 173. « humanitatis artibus studiisque pollentes »; — *d)* substantive appos., ut: nutrices Græciæ *Plaut. Stich.* 649. - omnium doctrinarum inventrices *Cic.* 1. *Orat.* 4. 13. - bonarum artium magistræ et inventrices *Paneg.* 11. 9. - sedes sapientium *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 15. - mater sapientiæ *Comm. Eins. gr. suppl.* 242. 8. - philosophorum et oratorum genitrix *Rav. p.* 537. - Græciæ decus *Flor.* 1. 40. et 3. 5. - frugum parens (nam fruges ibi primum inventæ aut invectæ *Diod. Sic.*) - mater aut nutrix liberalium doctrinarum et tot tantorumque philosophorum, qua nihil habuit Græcia clarius atque nobilius *Augustin. loc. cit.* (Neminem quippe latet ibi floruisse insignium virorum copiam, uti fuerunt *Plato, Sophocles, Æschylus, Euripides, Aristophanes, Demosthenes, Thucidides, Xenophon, Phidias, Pericles, al.*; — *e)* et aliis hujusmodi laudibus, ut: *Plaut. Men. prol.* 7. omnis res gestas esse Athenis autumant (*poetæ*). et *Most.* 1072. Athenis nemo doctior dici potest. *Cic. Brut.* 13. 49. Studium dicendi non erat commune Græciæ sed proprium Athenarum. *et* 3. *Orat.* 11. 43. Athenis - domicilium tantum remanet studiorum, quibus - peregrini fruuntur capti quodam modo nomine urbis et auctoritate. *Nep. Att.* 4. Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur. *Quintil.* 6. 3. 107. Illa est urbanitas - in toto colore dicendi, qualis apud Græcos ἀττικισμός ille reddens Athenarum proprium saporem. *Tertull. anim.* 20. Athenis (*nasci*) sapiendi dicendique acutissimos. Adde *ibid.* 3. — Conjunguntur inter se vel opponuntur *Athenæ* et *Asia*, ut apud *Cic.* 2. *Orat.* 88. 360. et *alib.* vel *Athenæ* et *Græcia*, ut apud *Plin.* 15. *Hist. nat.* 4. 5. (19). Athenæ victores olea coronant, Græcia oleastro - vel *Athenæ* et *Roma*, ut apud *Varr. Men.* 335. Romæ quidem stat, sedet Athenis. *Cic.* 3. *rep.* 22. 33. Alia lex Romæ, alia Athenis. *Horat.* 2. *Sat.* 7. 13. jam mœchus Romæ, jam mallet doctus Athenis vivere. - *Athenæ* et *Lacedæmon*, ut apud *Senec. ep.* 94. *de Alex. M.* Lacedæmona servire jubet, Athenas tacere. *Quintil.* 8. 7. 24. Minus Lacedæmone studia litterarum quam Athenis honoris merebuntur, plus patientia ac fortitudo. — Hinc in proverbiis. *Cic.* 6. *Att.* 6. Sed heus tu. πορούς εἰς δῆμον Athenis? *Id.* 2. *Q. fr.* 15. Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adjuvabo et tibi verens, quos rogas, hoc est « A-

thenas noctuam » mittam (Cf. γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας [φέρειν, portar] nottole ad Atene). Ovid. 7. Met. 507. Ne petite auxilium sed sumite « dixit » Athenæ. V. ATHENIENSIS. — 2.º) Speciatim pro incolis. Cic. Brut. 7. 27. Non nascentibus Athenis, sed jam adultis. et ibid. 11. 44. Hujus (sc. Periclis) suavitate maxime hilaratæ Athenæ sunt, hujus ubertatem et copiam admiratæ, ejusdem vim dicendi terroremque timuerunt. Horat. 2. Ep. 2. 43. Adjecere bonæ paullo plus artis Athenæ. Val. Max. 3. 1. ext. 1. Viderint Athenæ, utrum Alcibiadem lamententur an glorientur. Senec. dial. 9. 5. 3. Hunc (sc. Socratem) - Athenæ ipsæ in carcere occiderunt. Adde Stat. 12. Theb. 586., Martial. 6. 64. 16., Flor. 1. 23. 4., Sulpic. Sev. dial. 3. 17. 6., Claudian. 17. 94. — 3.º) Translate — a) Pro sede sapientiæ. Val. Max. 2. 1. 10. Quas Athenas, quam scholam, quæ alienigena studia huic domesticæ disciplinæ prætulerim? Fronto frg. 2. Bähr. p. 376. Et illæ vestræ Athenæ Dorocortboro. Consent. ad l. Discimus Dorocortborum Athenarum nomine venisse apud Gallos sed sensu metaphorico, ut puto, potius quam usu et consuetudine incolarum. — b) Item pro ipsis litteris. Juvenal. 15. 110. Nunc totus Grajas nostrasque habet orbis Athenas. i. e. Romanas et Græcas litteras. — Addimus — a) De urbis origine et historia: Plato scribit, ante diluvium alias Athenas exstitisse et apud Græcos et apud Ægyptios, quas Pallas condidit et docuit, ea rei publ. forma tradita, quam ipse in suis libris describit. Athenas in Græcia conditas fuisse mille annis ante Ægyptias: Atticam regionem a Volcano et Minerva gubernatam fuisse eosque priscis Atheniensibus rem publ. tradidisse: veteres Athenienses omnium virtutum genere ceteris hominibus excelluisse: bellum gessisse cum regibus et populis Atlantidis insulæ, qui in Græciam venerant, novem mille annis ante suam ætatem: Athenas veteres terræmotu absorptas fuisse. Ita Forcellin. exscribit ex Platone; cui, si quidem philosophi, non autem historici debetur laus, fabellas hujusmodi tradenti. - Eas videtur condidisse Cecrops ac rexisse a. 1555-1506., qui jam ex Ægypto in Atticam coloniam duxisset circ. an. 1582. a. Chr. secund. Marmor Parium; sed 1556. secund. Euseb. apud Hieronym. in Chron. — Porro huic successerunt XVI. reges usque ad Codrum a. 1089 (Vellej. 1. 1); quo pro patriæ salute demortuo, secuti sunt Archontes (de quibus consulendus Boeckh in Corp. Inscr. Gr. v. I.) olim perpetui, dein decennales (Vellej. 1. 23), inter quos Draco severus (a. 622) et Solon sapientissimus (a. 594) imprimis memoria digni sunt (Justin. 2. 7., Tac. 3. Ann. 26., Liv. 3. 31); mox Pisistratus tyrannus (a. 561), qui per dolum « arcem occupat » (Phædr. fab. I.), sc. Acropolim, summa nempe rerum potitur, non tamen « crudelis » (Id. ibid.) sed cives in servitutem redigens, bis repulsus, tertio usque ad obitum (a. 528) dominatus, quique ac dein ejus filii et serius Pericles urbem amplarunt atque excoluerunt; cujus olim cives divisi erant in quattuor tribus (φυλάς), deinde in decem (Pollux Onom. 8. c. 9), aliis postea in honorem Demetrii et Antigoni et sub Hadriano imp. adjunctis (V. et infra). — Pisistratum itaque excepit Hippias, ejus filius, altero, Hipparcho, ab Harmodio et Aristogitone jam occiso, a. 514. Is Dareo, regi Persarum, bellum Atheniensibus inferenti, se ducem obtulit; sed ibi cum Persa cecidit « auctor et concitor ejus belli » (Justin. 2. 9), Marathone per Miltiadem devictus. Dareo successit Xerxes ultor, innumeris copiis instructus; sed ipse prudentia ac virtute Themistoclis aliorumque ducum prope Eubœam et ad Salaminam fusus fugatusque est (Justin. ibid. 9-12., Nep. Milt. 4. sqq. et Them. 2. sqq., coll. Val. Max. 1. 6. ext. 1., Sil. It. 14. 286., Manil. 5. 50., Claudian. carm. 17. 152., al.); inde pax ac prosperitas effloruit ita ut ætas illa merito aurea dicta fuerit. Quæ tamen non diu perduravit; nam, Cimone exstincto, a. 449., et Pericle rem. publ. gerente, si initia optime cesserunt, non ita extrema, si quidem ejus consilio susceptum est bellum Peloponnesiacum, ab an. 431. ad 404. continuatum, in quo, præsertim inter Athenas ac Lacedæmonem, est varia fortuna pugnatum, dum illæ huic cedere coactæ sunt (Justin. 3. 2.; 4. 3. 5.; Liv. 28. 41.; Nep. Ages. 6., Epam. 9. et alib.); dein a XXX. tyrannis oppressæ et a Thrasibulo liberatæ; mox tamen cum Lacedæmone restituta pax (Nep. Thras. 1., Justin. 5. 9., coll. Vellej. 2. 58). Sed iterum bellum exarsit inter eas aliasque urbes, quæ, de principatu et libertate contendere conatæ, vires fregerunt viamque straverunt Macedonibus ac post varias vices tandem Romanis, qui, eversa Corintho, Græciam in provinciam redegerunt. V. ACHAIA. — De Athenis, in doctrina christiana eruditis, consulas Act. 18. 15-34., coll. 18. 1. et 1. Thess. 3. — c) De locis ac monumentis notatu dignis: nempe urbs — α) In duas partes divisa, altam et planam, muro conjunctas, ac tribus portubus instructa fuit, Pyræo, Phalereo et Munychio, quos V. suis locis, et ædificiis decorata, ut: — β) Olympieo (Ὀλυμπιεῖον), sc. templo in honorem Jovis Olympici, CXX. columnis ornato, orbis miraculo, una cum Panhellenio (Cf. C. I. Gr. 5832); — γ) Prytaneo (Πρυτανεῖον), ubi leges Solonis servabantur, et reipubl. impensis alebantur legati ac cives de ea bene meriti; dein etiam in ludis Olympicis victores eorumque filii,qui pro patria depugnantes ceciderant; — δ) Odeo (Ὠδεῖον) Periclis, Musis sacro, ubi certamina de musica ac poesi celebrabantur; huic postea alterum accessit ab Herode Attico, an. 160. a. Chr., ædificatum, omnium artium ornamentis decorum; — ε) Propylæo (Προπύλαιον) cum porticu eximia, architecto Mnesicle auctore, quæ ad Acropolim, in media urbe sitam, ejus partem magnificentiorem, ducebat, ubi erat inter alia celeberrimum templum, Palladi dicatum, opus Ictini et Callicratis; ubi statuæ plurimæ, inter quas eminebat, procul spectabilis, mira deæ statua a Phidia ex ebore auroque fabrefacta; cui templo ex virgine nomen Parthenon (Παρθενών) inditum est; — ζ) Areopago, de quo et de Athenæo v. suis locis; — η) Pœcili (Ποικίλη), porticu varie picta, ubi Polygnoti opera spectabantur, ut Marathonis pugna, Miltiadis triumphus etc.; et ubi etiam disputabant Stoici, ab ea (Στοά) denominati. - His adde extra urbem Ceramicum (Κεραμεικόν) et Lyceum (Λύκειον), in quo Peripatus fuit seu schola Aristotelis; Academiam (Ἀκαδήμεια), ubi Plato docebat: porro Cynosargen (Κυνόσαργες), gymnasium puerorum Herculi sacrum; Pnycen (Πνύξ), forum exadversum Acropolim pro populi conventu et Agoran (Ἀγορά) pro mercatu etc., præter innumera alia artis vel religionis monumenta, statuas videlicet, deorum ac virorum illustrium, turrim marmoream octogonon (Vitr. 1. 6); agonem et bibliothecam miri operis, quæ cum plurimis insignibusque ædificiis construxerat Hadrianus imp. (Hieronym. in Chron. a Avr. 2146); sacras ædes, inter quas magnifica Erechthei et Leoidum delubra, Theseum, templum ex marmore Pentelico splendidissimum, super sepulcrum Thesei constructum; fana Cereris, Athenæ, Eumenidum etc., crebra altaria (Cf. Act. 17. 23). — d) Accedunt festa et ludi, ut Thesmophoria (Justin. 2. 6.), Panathenaica a Theseo instituta (Varr. frg. p. 253. Bip.), Isthmica, Apaturia etc. — De his omn. scripserunt præter veteres Græcos etiam Latini Nep. Them. 6., Plin. 4. Hist. nat. 7. 11. (24). et 7. ibid. 37. 38. (125). et 36. ibid. 5. sqq., Liv. 41.20. et 45. 27., Vitr. 2. 1., 3. 1. 4. 7. et alib. etc. et recentiores Momms., Heorthol. Ant. Untersuch. über d. städt. Feste d. Athen. Leipz. 1864.; Milchhöfer, Athen. Münch. 1884.; Meyers Reiseb. durch Gr. etc. Leipz. 1901.; Harrison, Myth. and monum. of anc. Athen. Lond. 1890.; Schoemann, op. cit.; Curtius, Attisch. Stud., Gött. 1862-65. et Gr. Gesch. 1887-88.; Grote, Hist. of Greece, Lond. 1864-1884.; Dyent, Anc. Athen., its hist. etc. Lond. 1873.; Wachsmuth, op. cit.; Perrot, l'Eloq. pol. et jud. à Ath. Par. 1873., al. ¶ 2. Alias Athenas exstitisse auctor est Plin. 4. Hist. nat. 28. 32. (159)., sc. unam in Attica, alteram in Arabia, quibus tertiam addit Varr. 8. L. L. 18.; denique Steph. de Urbib. novem enumerat, sc. in Acarnania, in Attica, in Bœotia, in Caria, in Eubœa, in Italia (dein Minervium dictam), in Laconia, in Liguria et in Ponto. Sic Hieronym. in Chron. a. Abr. 490. Cecrops in Eubœa Athenas, quas et Diadas condidit; quam urbem Euboici Orchomenon appellaverunt. Adde Tab. Peut. 10., Rav. p. 102. et Guid. p. 531.

ĀTHĒNÆI, ōrum, m. plur. et

ĀTHĒNÆUM, i, n. 2. V. voc. seq.

ĀTHĒNÆUS, a, um, adject. (Ἀθηναῖος) Athinæus habet Chron. Alex. chron. I. p. 114. 224. et p. 117. 238.

Athenæus, ad Athenas pertinens, idem qui Atheniensis, sed raro usurpatur. Augustin. 18. Civ. D. 9. (Neptuni) ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor (sc. Varro) ab Atheniensibus affectas esse mulieres, ut nulla ulterius ferret suffragia, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, ut ne quis eas Athenæas vocaret. et 18. ibid. 10. (Minerva) amicas suas feminas Athenæas habere non potuit. Lucret. 6. 749. Athenæa mœnia. Sedul. carm. 1. 42. Athenæi pædorem linquite pagi. i. e. Atheniensis seu ethnici, quoniam Pagani a pagis sunt appellati. Fulg. Myth. 1. præf. 15. Athenæa civis. Auson. 204. 7. locus. i. e. Athenæ. Orest. trag. 516. sedes. et 912. culmen. i. e. Athenienses judices. Adde Plin. Hist. nat. ind. seu elench. 14. 15. 18. — Hinc absolute, substantivorum more

Athenæi, ōrum, m. plur. 2. incolæ Athenarum. Varro 8. L. L. 18., ubi tamen Müller leg. Athenaios, diphthongo soluta, ut in aulai et sim. Adde Chron. Alex. chron. I. p. 114. et p. 117.

Athenæum, i, n. 2. (Ἀθήναιον v. Ἀθήναιον) ¶ 1. Fuit locus Athenis vel templum Athenæ sacrum, ubi poetæ aliique scriptores Græci scripta sua deferebant, carmina recitabant, oratorie declamabant, philosophice disputabant et litterarii conventus agitabantur. — 1.º) Proprie seu speciatim de Athenis. Porphyr. ad Hor. ep. 2. 2. 24. Significat sedem Musarum, in qua poetæ recitabant: et hoc recte; nam Græci poetæ in Athenæo consueverunt. — 2.º) Improprie seu generatim de quocumque loco, ubi similia agebantur. Hieronym. Comm. in ep. ad Gal. 3. præf. Jam enim et in ecclesiis ista quæruntur omissaque apostolicorum simplicitate et puritate verborum quasi ad Athenæum et ad auditoria convenitur, ut plausus circumstantium suscitentur. Id. ep. 66. Meminisse te puto erroris mutui, quando omne Athenæum Scholasticorum vocibus consonabat. Sidon. 9. ep. 14. Quo recitante crepitantia Athenæi subsellia cuneata quaterentur. Id. 2. ibid. 19. Athenæi cuneī. — Ad instar Atheniensis Hadrianus imp. quoddam quasi Athenæum constituit Romæ, fortasse in Capitolio, teste Aur. Vict. de Cæs. Ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocabat (instituit Hadrianus). Hinc Capitolin. Gord. 3. In Athenæo controversias declamavit. Lamprid. Alex. Sev. 35. Ad Athenæum audiendorum et Græcorum et Latinorum rhetorum vel poetarum causa frequenter processit (Hinc factum est ut etiam hodie Academia v. Universitas, quæ dicitur, Athenæi nomine insigniatur). — Pro bibliotheca quidam accipiunt. V. ATHENICUS. ¶ 2. Est castellum. Athamaniæ. Liv. 38. 1. et 38. 2. V. Heuzey, Macedoine 413.

ĀTHĒNÆUS, i, m. 2. (Ἀθήναιος) cogn. vir. Scribitur etiam Atheneus, Athaneus, Athenaus, Ateneus in Inscript. ¶ 1. Apud scriptores præcipui occurrunt Græci nonnulli, omnes fere Asiatici, nemo Atheniensis. — 1.º) Athenæus, frater Eumenis III., regis Pergami, Romanorum adjutor cum fratre Attalo in bello contra Gallogræcos a. U. C. 565. et contra Perseum a 583. Liv. 38. 12. et 18. et 42. 55. sqq. — 2.º) Item medicus Tarsensis, sectæ pneumaticæ princeps. Cæl. Aurel. 2. Acut. 1. n. 5. — 3.º) Item rhetor, Hermagoræ par atque æmulus et æqualis Varronis. Varr. 8. L. L. 41. Athenæus dicitur rhetor nomine, etsi non sit Atheniensis. Adde Quintil. 2. 15. 23., 3. 1. 16. et alib. sæpe. — NB. Fuit etiam grammaticus Græcus, Naucrate in Ægypto natus, initio sæc. tertii, qui opus scripsit, cui titulus Δειπνοσοφισταί, eruditionis thesaurum, nunc magna ex parte deperditum; item, qui amplius non exstat, librum περὶ τ. ἐν Συρίᾳ βασιλευσάντων. Cf. Macrob. 5. Sat. 21. 6. et alib., qui tamen eum non nominat, nec alius ex Latinis, quod sciam. — Plura de eo habent Welmann, Herm. XXIII. 179. et Wentzel, PW. 2. 2026-2033. 22. Cf. etiam Crotest H. Ł. G. v. III. ¶ 2. In titulis, ubi aliquando Atheneus, extrita priore diphthongi littera, cogn. vir. Corp. I. L. 6. 1119., 34881. etc.

ĀTHĒNÆŌPŎLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. cives Athenarum (Ἀθηναιοπολῖται). Varro 8. L. L. 35. Cum trinæ fuerint Athenæ, ab una dicti Athenæi, ab altera Athenalis (l. e. Ἀθηναεῖς), a tertia Athenæopolitæ (Cf. tamen ATHENOPOLIS).

ĀTHĒNĀGŎRĀS, æ, m. 1. (Ἀθηναγόρας, Athenarum consiliarius) ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.º) Athenagoras, præfectus Philippi, Macedoniæ regis, qui pro eo contra Romanos prœliatus est. Liv. 31. 27., 36., 40. Athenagoram (acc.). — 2.º) Item dux Persei, Macedoniæ regis, qui Thessalonicæ præerat. Id. 44. 32. — 3.º) Item scriptor rei rusticæ, incertæ ætatis et patriæ, apud Varr. 1. R. R. 1. et Colum. 1. 1. — 4.º) Item quidam Martialis poetæ æqualis, a quo sic carpitur 9. 95. « Alphius ante fuit, cœpit nunc Olphius esse, Uxorem postquam duxit Athenagoras ». — 5.º) Item Cymæus quidam, de quo Cic. Flacc. 7. 17. — 6.º) Fuit etiam illustris Atheniensis philosophus, christianus, apologiæ auctor, inscriptæ Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν, et tractatus περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν; de quo tamen, a nullo, quod sciam, Latinorum commemorato, plura videas apud Bardenhewer, Patrol. 18. 1. et Arnould, de Apolog. Athenag. Paris 1898. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 6. 19856., 27799. et 13. 1973.

ĀTHĒNĀICUS, a, um, adject. (Ἀθηναϊκός) ad Athenas pertinens. Fulgent. æt. mund. p. 165. H. Athenaica virtus.

ĀTHĒNĀIS, ĭdis v. ĭnis, f. 3. (Ἀθηναΐς) Scribitur etiam Athanais, Athenæis, Athenais, Athenoia, Atenais, in Corp. I. L.

Athenais, cognom. mul. ¶ 1. Apud scriptores perpaucæ hujus nominis, ut — 1.º) Athenais, filia Leontii rhetoris, Atheniensis, poetria, post baptismum vocata Eudocia, uxor Theodosii II. imp., dein exsul Hierosolymis obiit a. 460. Cassiod. 11. Hist. trip. 17. — 2.º) Item uxor Ariobarzanis II., regis Cappadociæ, memorata Cic. 15. Fam. 4. — 3.º) Aliæ in Cod. Just. 6. 30. 4. et 7. 16. 32. ¶ 2. In titulis, plerumque cogn., et quidem mulierum plurimarum, generatim in Italia. Corp. I. L. 9. 5234.; 11. 2028.; 15. 7877. Carm. epigr. 1549. — Etiam nom. serv. in Inscr. apud Marini, Fr. Arv. p. 176.

ĀTHĒNĀSIUS. V. ATHANASIUS.

ĀTHĒNĬCUS, a, um, adject. ad Athenæum pertinens, qua bibliothecam ex nonnullorum sententia significat. Hinc Athenica, orum, absolute, loca ubi litterarum monumenta asservabantur, apud Trebell. XXX. tyr. 10. Ita De-Vit; at Ihm non Athenicis sed authenticis legendum esse monet, archivis vero Peter.

ĀTHĒNIENSIS, e, adject. (Ἀθηναῖος) — a) Scribitur Athinensis apud Bedam in chron. III. p. 274. Prisc. gr. III. 133. 15. « Athenæ Atheniensis: euphoniæ causa i habuit antepænultimam, ut Halice Haliciensis ». Addiderim quoque Carthaginensis et Carthaginiensis. — Etiam Athenlesis, extrita, ut mos est, litt. n ante s, in Inscr. apud Gori 1. 212. — b) Ablativi subst. forma Pliniana Atheniense pro Atheniensi, ut 13. Hist. nat. 24. 47. (130). et alib. — c) Violenta, ipsi auctori visa, nominis interpretatio sic proponitur Hieronym. nom. Hebr. p. 67. « Athenienses exploratores aut respondentes vel humiles sive tempore dissipati ». De hac V. ATHENÆ.

Atheniensis, ad Athenas pertinens v. Athenarum civis seu incola. Usurpatur autem adjectivorum more et substantive. ¶ 1. Adjectivorum more. Plaut. Mil. 440. Atheniensis adulescens. et Cas. 82. ingenua. Cic. Orat. 10. 31. homines. Nep. Dion. 8. civis. et Phoc. 4. clari viri (Jul. Val. 2. 4. Athenienses viri. i. e. ἄνδρες Ἀθηναῖοι). Ammian. 29. 2. 19. Areopagitæ judices tristiores. Porphyr. in Horat. A. P. 402. poeta. Hieronym. vir. ill. 20. philosophus. Liv. 32. 21. legatus. Cic. 1. Fam. 9. populus. Senec. dial. 11. 7. 2. turba. Augustin. 12. Civ. D. 14. urbs. Isid. 14. Orig. 4. 10. civitas. Paneg. 4. 7. humanitas. Prisc. gramm. III. 408. 22. talentum parvum minæ sexaginta, magnum minæ octoginta tres et unciæ quattuor. ¶ 2. Substantive, Athenarum incola. — 1.º) Proprie — a) In sing. num. Rut. Lup. 1. 16. — Collective. Senec. 10. Contr. 5. 1. Atheniensis, redde me Philippo (Cf. ibid. 9. Athenienses - reddite Philippo). — b) In plur. num. variis nominibus appellati sunt, nempe Iones, Codridæ, Cecropidæ, Erechthidæ et Theseidæ, quæ videas suis locis. Liv. 34. 23. Athenienses libertatis quondam duces et auctores. Serv. ad Virg. 3. Æn. 281. terrigenæ (Cf. Cic. Flacc. loc. cit.). Apul. apol. 24. cati. et 10. Met. 33. legiferi. Hieronym. chron. a. Abr. 688. Ion vir fortis ex suo vocabulo Athenienses Iones vocavit. Serv. ad Virg. 3. Æn. 281. Trojani - ab Atheniensibus originem ducunt; - Iliacis ergo Atheniensibus, unde Ilienses didicerunt. Cic. 2. rep. 1. 2. Atheniensium res publica. Id. Sext. Rosc. 25. 70. prudentissima civitas. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (69). demon. i. e. Parrhasius. Cic. 3. Orat. 11. 43. doctrina. 1. rep. 3. 5. levitas et crudelitas in amplissimos cives. Id. Vellej. 2. 23. 4. in Romanos fides. Augustin. c. Cresc. 1. 15. In Areopago Atheniensium, hoc est contentiosorum maxime impiorumque Græcorum. Hieronym. in Tit. 12. sqq. (Corinthii) Attica facundia expoliti et propter locorum viciniam Atheniensium sapore conditi. — 2.º) Translate pro finibus Atheniensium. Hieronym. in chron. a. Abr. 1918. Sylla Athenienses vastat. — Addimus — α) De historia Atheniensium V. ATHENÆ. — β) De laudibus plura apud veteres Sall., Gell., Justin., Tac., Liv., al., sive quod attinet ad illustria eorum gesta, sive leges, sive litteras vel scientias aut artes. Cic. Flacc. 26. 62. hæc habet: « Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ atque in omnes terras distributæ putantur ». V. integr. loc. Idcirco Thuc. ep. VIII. 45. merito Athenas vocavit Ἑλλάδος Ἑλλάς et Ἑλλάδος μουσεῖον. et Pind. in deperditis Ἑλλάδος ἔρεισμα. Sic Acropolis dicta fuit Ἀθηνῶν Ἀθῆναι. — γ) De indole. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (69). « Atheniensium populus - varius, iracundus, injustus, inconstans - exorabilis, clemens, misericors, excelsus, gloriosus, humilis, ferox ». Vulg. Act. 17. 21. « Athenienses autem omnes - ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere aut audire aliquid novi ». Petron. Sat. p. 5. B. « Ventosa istæc et enormis loquacitas Athenas ex Asia commigravit animosque juvenum ad magna surgentes veluti pestilenti quodam sidere adflavit ». et Tertull. anim. 5. « Athenæ linguata civitas ». - Hinc prov. Athenis loquacior, de homine verbosissimo. Cf. AMYCLÆ et Senec. ep. 94. — Sic Attica fides, fuit olim Romæ celebrata, cui templum Athenienses ædificaverant (Plaut. Aul. 3. 6. 48. et alib.); dein vero ita ei defuerunt, ut ipsorum civitatem ingens fœdaverit calumniatorum, falsariorum, sycophantarum turba (Aristoph. Plut. 850., Acarn. passim, Ran. 150. etc.; Aristot. in Æl. v. 4. 3. 36.; Hom. Od. 7. 120.; Eurip. Med. 439., coll. loc. ejusd. apud Cic. 3. Off. 29. etc.) simulque adulatorum, adeo tyrannis adsentantium ut templa eorum meretricibus exstruxerint (Athen. 6. 56. et 62-65). — δ) De moribus: apud eos legitima habebantur connubia cum sororibus (Minuc. Oct. 31); item, etiam cives liberique subjiciebantur tormentis; sontes venenata potione exstinguebantur (Tac. 15. Ann. 64., Juvenal. 7. 205., Senec. tranquill. an. 3), simulque magnus erat servorum mercatus (Strab. 14. 5. 2). — Alia V. apud Gell. 3. 15. 17. et 17. 8., Hygin. fab. 274., Censorin. 23. — ε) De religione. Vulg. Act. 17. 22. (Athenienses) per omnia superstitiosiores, i. e. religionibus valde dediti, quorum « regio, teste Petron. Sat. p. 19. B., tam præsentibus plena est numinibus ut facilius possis deum quam hominem invenire ». — Diis quoque ignotis eos altaria statuisse colligimus ex Act. loc. cit. v. 23. « Inveni et aram, in qua scriptum erat: deo ignoto ». Cf. Diog. Laert. Epim. 3. τῷ προσήκοντι θεῷ; qui et βωμοὺς ἀνωνύμους commemorat. Adde Philostr. vit. Apoll. 6. 2. De inscriptione tamen apud Hieronym. in ep. ad Tit. 1. 12. nullum usquam repertum est vestigium.

Homonym. Varro 8. L. L. 88. Cum trinæ fuerint Athenæ, ab una dicti Athenæi, ab altera Athenalis (Athenæis O. Müller; Gr. Ἀθηναεῖς), a tertia Athenæopolitæ. Cf. Augustin. 18. Civ. D. 9. — Item differunt Athenienses ab Atticis; illa enim voce significatur patria vel locus natalis; hæc vero latius patet designatque terram vel qualitates seu dotes civium, quod attinet ad linguam aut litterarum cultum vel humanitatem. Sic Thucydidem dixeris scriptorem Atheniensem, quia Athenis ortum habuit, sed Atticum, qua nobile Atheniensium ingenium et artem in scribendo refert. « Itaque nobis monendi sunt ii, quorum sermo imperitus increbruit, qui aut dici se desiderant Atticos aut ipsi Attice volunt dicere, ut mirentur hunc (Demosthenem) maxime, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas etc. ». Cic. Orat. 7. 23.

ĀTHĒNĬO (Athenion), ōnis, m. 3. (Ἀθηνίων) nom. vir. demin. ab Athena, quasi Atheniolus, quo multi vocati sunt in titulis, pauci a scriptoribus memorantur.

Athenio ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Fuit pictor Maronea natus, ætate paullo posterior Nicia eique aliquanto præferendus. De eo Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (134). Athenion Maronites, Glauconis Corinthii discipulus, austerior colore et in austeritate jucundior (sc. Nicia). — 2.º) Item pastor, dein prædonum dux in Cilicia, mox venundatus in Sicilia, rebellium servorum caput in sec. bello servili, a cons. Manlio Aquillio victus et occisus an. 104. a. Chr., sæpius memoratus Cic. 2. Verr. 54. 136., Harusp. 12. et alib. — Bellum hoc servile describitur Flor. 3. 19. 9. — Translate de P. Clodio, signifero servorum Romæ tumultuantium. Cic. 2. Att. 12. — 3.º) Alii apud Cels. 5. 25.; Heges. 1. 32. et Cod. Just. 8. 19. 1. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. lib. vir. Corp. I. L. 15. 5010.; 3. 4784.; 6. 7980. etc. — Athenō (Ἀθηνώ), cogn. mul. Ibid. 6. 21583.

ĀTHĒNIPPĪUM, ii, n. 2. et

ĀTHĒNIPPUS, i, m. 2. V. in Lexico.

ĀTHĒNIS, ĭdis, m. 3. (Ἀθῆνις) sculptor in Chio insula. Plin. 36. Hist. nat. 5. 6. (11). Archermus sculptor, cujus filii Bupalus et Athenis vel clarissimi in ea scientia fuere Hipponactis poetæ ætate. Cf. Ovid. Ib. 525.

ĀTHĒNIUS, ii, m. 2. (Ἀθήνιος) nom. vir. signorum modo fictum, ætatis recentioris. Cod. Just. 7. 56. 2. Imp. Gordianus A. Athenio. — Plures apud scriptores christiani. Sidon. 1. ep. 11. 10. Athenius, homo litium temporumque varietatibus exercitatus. Adde Optat. 2. 18., Vict. vit. not. Byz. 47., al. — Athenia, nom. mul. Inscr. apud Renier n. 545.

ĀTHĒNŌBĬUS, ii, m. 2. (Ἀθηνόβιος, Athenæ ope vivus) cogn. vir. Corp. I. L. 6. 10520. — Vulg. 1. Mach. 15. 32. Et misit (Antiochus) ad eum (Simonem Mach.) Athenobium, unum de amicis suis. sc. ut sibi restituerentur quædam oppida; quod quum ille renuisset, hic bellum iniit, quo victus est.

ĀTHĒNOCLĒS, is, m. 3. (Ἀθηνοκλῆς, Athenæ ope gloriosus) cogn. vir. Cod. Just. 8. 44. 27 (a. 294). — Athenoclia (Ἀθηνόκλεια) cogn. mul. Corp. I. L. 6. 34549.

ĀTHĒNŌDŌRUS, i, m. 2. (Ἀθηνόδωρος, Athenæ donum v. ab Athena donatus). Scribitur etiam Athinodorus apud Hil. op. hist. 4. 131. et Athenidorus in C. I. L. 2. 2284.

Athenodorus ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Fuit philosophus Stoicus Tarsensis, Canantias dictus, a vico Cana prope Tarsum (Strab. 14. 4. 14), Calvus, per jocum, a Cicerone (16. Att. 11), Sandonis filius (ὁ Σανδώνος), Posidonii Rhodii auditor, complurium magister, inter quos fuit ipse Cæsar Octavianus (Lucian. in Macrob. v. 8. p. 126. Bip., Sueton. Claud. 4. et Senec. tranquill. an. 8), Apolloniæ in Epiro, Ciceronis familiaris, ad quem ὑπόμνημα miserat (Cic. 16. Att. 11. et 14. 14). — Quum Romæ degeret, ætate provectus, ab Augusto veniam petiit redeundi in patriam factionibus divexatam; qua obtenta, eam potuit feliciter sedare salutisque beneficiis cumulavit, ut ei defuncto, tamquam servatori, honores divinos attribuerit

(Plut. Apophth., Strab. loc. cit., Hieronym. in Chron. ad Ol. 197. et Clem. Alex. Adm. ad Gent. p. 31. 5). — Ei adjudicatur liber Octaviæ (πρὸς Ὀκταουίαν), sorori Augusti dicatus (Plut. in Popl. 17), inscriptus περὶ σπουδῆς καὶ παιδιᾶς (de studio et institutione disciplinarum), et historia περὶ Ταρσοῦ (Steph. Byz. v. Ἀγχιάλη). — Ceterum et ejus persona et scripta confusa sunt cum altero Athenodoro, de quo mox dicendum est. — Fragmenta operum historicorum collegit Müller in Hist. gr. fragm. III. p. 485-488. — 2.º) Item alter Stoicus Tarsensis, cognomento Cordylion, M. Catonis minoris amicissimus, olim bibliothecæ Pergamenæ custos. Memoratur Senec. tranquill. an. 3. et ep. 10., coll., Strab. loc. cit., Plut. in Cat. 8. et Diog. Laert. 7. 34. — Huic tribuitur liber περὶ Ὠκεανοῦ (Strab. 2. 2) et etiam πρὸς τὰς Ἀριστοτέλους κατηγορίας; sed verius hæc priori adscribuntur. — 3.º) Item philosophus Peripateticus. Explan. in Don. gramm. IV. 530. 15. Athenodorus summi acuminis vir. et ibid. 529. 4. Duas esse prosodias putavit, unam inferiorem, alteram superiorem. — De eo V. Diog. Laert. III. 3., V. 36. et alib. Cf. etiam Zeller, Philos. d. Gr. IV.³ 680. 2. — 4.º) Item sculptor Rhodius, filius Agesandri, qui cum Agenodoro et Polydoro Laocoontem fecit, Plin. 36. Hist. nat. 5. 24. (37).; et Isidis statuam (Isis Athenodoria). V. Nardini, Rom. ant. III. 278. et Förster, Arch. Jahrb. VI. (1891) 195. sq. — De eo videsis inscriptt. apud Kekulé, Z. Deut. u. Zeitbest. d. Laokoon 16. sqq. — 5.º) Item statuarius Arcas, Clitore natus (Paus. 10. 9), Polycliti discipulus, teste Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (50). — 6.º) Item Neocæsareæ in Ponto episcopus, frater Gregorii Thaumaturgi, doctrina clarus sed clarior martyrio sub Aureliano imp. Hieronym. Script. Eccl. 65., coll. Niceph. 5. 20. et Suid. in Origene. ¶ 2. In titulis nom. Græc. et cogn. frequens. Corp. I. L. 15. 2716., 13. 7084. — 6. 282. et 8898. — Athenodora (Ἀθηνοδώρα) cogn. mul. Corp. 10. 3740. — 7. 12067. Atinodora. Adde Cod. Just. 7. 14. 10 (a. 244). — Hinc deriv. Athenodorius, adject. ad Athenodorum, ut videtur, artificem quendam, pertinens. Not. curios. p. 16. 8. Isidem Athenodoriam (Reg. Urb. p. 17. 10).

ĀTHĒNŌDŌRĬUS, a, um, adject. V. voc. præc. in fin.

ĀTHĒNŎDŎTUS, i, m. 2. (Ἀθηνόδοτος, ab Athena datus), Musonii discipulus et Frontonis magister. Fronto p. 73. et 115. N.

ĀTHĒNŌNĪCE, es, f. 1. (Ἀθηνονίκη, Athenæ victoria) nom. trieris. Corp. I. L. 10. 3602.

ĀTHĒNŎPŎLIS, is, f. 3. (Athenæ urbs) oppidum Galliæ Narbonensis. Mela 2. 77. et Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (35). Cf. Hirschfeld, Corp. 12. p. 55.

ĀTHĒNUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. I. L. 3. 3550.; 7. 587 (descr. Hübner).

ĀTHERSĀTHĀ, indecl. m. (Chald. Hattirshâthâ « severus ; gubernator »; LXX. Ἀθερσαθά [Ἀρταρσασθά Esdr. l. c.], vox originis Persicæ, articulo hâ præmisso. Ceterum de etymo cf. Benfey et Stern, Ueb. d. Monatsn. etc. Berlin p. 196.; Burnouf, Comm. sur le Yacna, Paris p. XLVI et Delitzsch, Jes. 1879. p. VI.) proprie nom. tituli seu muneris publici. Vulg. 2. Esdr. 10. 1. « Nehemias, Athersatha, filius Hachelai (i. e. Helchiæ) » ubi Athersatha ad Nehemiam refertur ut nomen dignitatis. Cf. ibid. 8. 9. — Varie porro intelligitur 1. Esdr. 2. 63.; nempe aliis est Zorobabel, quod communius placet; aliis vero Nehemias. Attamen Athersatha (vel potius Thirhatha) titulum esse Persis usitatum ad præfectum provinciæ designandum omnes consentiunt.

ĀTHĒSIS. V. ATESIS.

ĀTHICTUS (Atictus), i, m. 2. (Ἄθικτος, intactus, illibatus) cogn. vir. Corp. I. L. 2. 2127. — Athicta (Aticta), cogn. serv. mul. Corp. 10. 217.

ĀTHIS, is, m. 3. ¶ 1. Fuit socius Phinei. Ovid. 5. Met. 47. erat Indus Athis, quam flumine Gange Edita Limnæe vitreis peperisse sub undis Creditur, egregius forma. Id. 5. ibid. 63. Athin (acc.). Cf. ATHYS. ¶ 2. Est etiam vicus Syriæ. V. ATTAS.

ĀTHIULFUS (Athiulphus), i, m. 2. rex Visigothus, Suevis præfectus a Theoderico in Hispania, qui tyrannidem affectans interimitur sufficiturque Remismundus. Jornand. Get. 44. Cf. tamen ATHAULFUS.

ATHLAS. V. ATLAS.

ATHON, ōnis, m. 3. vel

ĀTHOS (us) et Atho (on), i (ōnis), m. (Ἄθως, Ἀθόως, Ἄθους, Ἄθων) — a) Declinat.: Nomin. Athos apud Cic. 3. rep. 49., coll. Prisc. gr. II. 256. 9. et Virg. 12. Æn. 701. - Athus apud Prisc. loc. cit. - Athon est Serv. ad Virg. 12. Æn. 701. - Atho habent Ovid. 1. Pont. 5. 22., Liv. 44. 11., Mela 2. 31., al. — Gen. Athonis apud Prisc. loc. cit. et Corp. I. L. 8. 8809. et Inscr. Rev. arch. 41 (1902) 153. p. 437. — Dat. Atho est Mel. 2. 106. — Acc. Athon apud Serv. loc. cit., Virg. 1. G. 332., Catull. 66. 46., al. — Athonem apud Prisc. loc. cit. et Schol. Juv. 10. 174. - Athona, posit. Gr., Serv. loc. cit. — Abl. Atho est Vib. Seq. p. 154. 37., Ammian. 22. 8. 2., Charis. gr. I. 117. 9., Isid. 14. Orig. 8. 10. - Athone apud Cic. 2. Fin. 34. 112. — Plur. nom. Athones est Lucil. Sat. 3. 78. — b) Prosodia de litt. o non constat: Athōs habent Culex 31., Ovid. Med. fac. 30., Ib. 202., Petron. frg. 27., Val. Fl. 4. 322., al. - Athŏs contra Juvenal. 10. 173. - Athōn (nomin.) Serv. loc. cit. et Athōn (acc.) Virg. 1. G. 332. et Val. Fl. 1. 664. — c) Vox composita videtur ab α intens. et θοός, acutus, quasi dictus ab acutis scopulis vel rupibus (Cf. ACROATHON); nomen vero ducunt mythologi ab Athos gigante, Terræ et Cæli filio, cui Neptunus montem imposuit (Tertull. 2. Nat. 12).

Athos ¶ 1. Apud scriptores, mons Macedoniæ, altissimus, instar pæninsulæ in Ægæum mare excurrens, hodie item Athos v. Monte Santo (Ἅγιον ὄρος), ita dictus ex multis cœnobiis, ubi monachi schismatici commorantur et rem publicam administrant, olim ob litterarum cultum insignes. — 1.º) Proprie. Gloss. III. 490. 3. Atho mons Macedoniæ. Vib. Seq. p. 154. Thraciæ. Serv. auct. Virg. Æn. 12. 701. Græciæ. Ovid. Med. fac. 29. arduus. et 30. altus. Ibis 202. multa - grandine canus. Liv. 44. 11. inclitus magnitudine. Senec. Herc. O. 145. præruptus. Ammian. loc. cit. in Macedonia mons ille precelsus. Claudian. 21. 126. nivibus profundus. et 26. 177. vastus. Isid. loc. cit. altior nubibus. Senec. Med. 720. Hæmonius. et Herc. O. 1153. Pindo congestus. et 1383. Thracios fluctus frangit. — Quod Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (37). et Mela 2. 2. ex Græcis tradunt, a Xerxe hunc montem perfossum fuisse et continenti abscisum immissoque mari fretum ea navigabile sua classe factum, ita sugillat Juvenal. 10. 173. « Creditur olim Velificatus Athos et quidquid Græcia mendax Fingit in historia ». — 2.º) Translate pro persona. Senec. Herc. O. 1048. abrumpit scopulos Athos Centauros obiter ferens Et juxta Rhodopen stetit Laxata nive cautibus. Adde Claudian. carm. min. 53. 68. - Frustra conjicit Schmidt apud Hygin. præf. fab. p. 10. Athos pro Othus (Otus). V. Mayer, Die Gigant. u. Titan. p. 195. — 3.º) Item pro altis montibus. Lucil. loc. cit. αἰγίλιποι montes, Ætnæ omnes, asperi Athones. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 8. 1657 (Siccæ Veneriæ). — Plura de Atho videsis apud Neyrat, L'Ath. Paris 1880., Gedeon, Ὁ Ἄθως, Konst. 1885. et Miller, Le Mont A. etc. Paris 1889.

ATHRIBIS, is et idis, m. 3. (Ἄθριβις) oppidum in Delta et nomus Ægypti, fortasse ita appellatus a dea Thribi seu Thriphi (V. Letronne, Recherch. sur l'Egypt. p. 289), hodie Atrib. Memorat Plin. 5. Hist. nat. 10. 11. (64). Athribis Isidis oppidum. Adde Ammian. 22. 16. 6. — Athribites, ad Athribim nomum pertinens. Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49). Athribiten (acc.).

ATHRIBĪTĒS, is. V. voc. præc.

ĀTHYR, is, m. 3. (Ἀθύρ) ¶ 1. Est nom. mensis Ægyptii octavi, qui respondet apud nos Novembri. Hieronym. in Zach. 1. 1. ¶ 2. Est etiam nom. cujusd. Pœni, apud Sil. It. 1. 412. Nec non serpentem diro exarmare veneno Doctus Athyr. Cf. PSYLLI in Lexico.

ĀTHYS. V. ATYS.

ATI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Est gens accola Cataractarum Nili. Ammian. 22. 15. 9. Atos usu aurium fragore adsiduo deminuto, necessitas vertere solum ad quietiora coegit. ¶ 2. Item oppidum Syriæ. V. ATTAS.

ĀTĪLIUS (Atilius v. Atillius) et deriv. V. ATTUS.

ĀTĪMĒTUS, i, m. 2. (Ἀτίμητος, inhonoratus) nom. vir. Scribitur etiam Atimitus et Athimetus. ¶ 1. Apud scriptores fuit libertus Domitiæ, amitæ Neronis, concubinus, ab eo, Agrippinæ opera, supplicio interemptus. Tac. 13. Ann. 19. et ibid. 21. et 22. — Item servus, apud Scribon. Larg. 120. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn., frequentissimum inde a prima ætate imperatoria, imprimis Romæ et in Italia, raro in provinciis. Corp. I. L. 11. 5935. Carm. epigr. 995. morte est mihi tristior ipsa Mæror Atimeti conjugis ille mei. - Corp. I. L. 6. 33234. — Atimete (es), cogn. mul. Corp. 12. 1396. — Hinc cogn. Atimetianus, 6. 656. et Atimetio (onis), 34559.

ĀTĪNA, æ, f. 1. (Ἄτινα v. Ἀτίνα) nom. plurium oppidorum in Italia. ¶ 1. Est opp. olim Volscorum et colonia Latii, deducta a Nerone Claudio, in Campaniæ monte apud fines Samnii (Cf. Sil. It. 8. 396), nunc quoque Atina. — Fuit aliquando confusum cum Athinæ seu Athenæ. — De voc. origine ita Serv. 7. Æn. 629. « Civitas hæc est juxta Pomptinas paludes, dicta Atina (om. duo codd.) a morbis, qui græce ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat ». Memoratur Virg. loc. cit. Atina potens Tiburque superbum. Sil. It. loc. cit. nec de monte nivoso Descendens Atina aberat. Adde Cic. Planc. 8. 30. Liv. 9. 28. Atinam (al. Atellam) et Calatiam. Adde Paulin. carm. 14. 64. ¶ 2. Item opp. Venetorum, quod videtur fuisse Venetiæ Forojuliensis provinciæ caput, Utinum vocabulo, ital. Udine, postea vero dirutum revixisse. Plin. 3. Hist. nat. 19. 23. (131). « Interiere ex Venetis Atina et Cælina ». Marcellus Op. epigr. IV. p. 298. Patav. ex ingentibus ædificiorum reliquiis oppidum vetustum conjicit et pro Atina apud Plin. legendum esse Utina censet. ¶ 3. Item opp. Lucaniæ mediterraneum, nunc Atena, olim fortasse municipium, certe præfectura, teste Auct. col. 1. p. 209. Lachm., tribui Pomptinæ adscriptum Inscr. apud Momms. n. 240. Cf. Plin. 3. Hist. nat. 11. 15. (98). et Corp. I. L. 10. 330-371., 8097-8100., ex quibus plura de hac Atina elici possunt. V. etiam Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr. 45. — Atinum pro Atina habet Eckhel, 1. p. 151. ¶ 4. Item oppidum Marsorum V. voc. seq.

ĀTĪNĀS, ātis, omn. gen. adject. ¶ 1. De loco et quidem — 1.º) Est ad Atinam Volscorum pertinens. Cic. Planc. 8. 19. Hic est e præfectura Atinati non tam prisca, non tam honorata etc. Adde eund. ibid. 47. et Val. Max. 1. 7. 5. Liv. 10. 39. Pervagati Samnium consules, maxime depopulato Atinate agro. — Atinates, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63). et Schol. Cic. Bob. ad Planc. p. 254. — 2.º) Item ad Atinam Marsorum, cujus nomen ex adject. arguitur, non tamen memoratur. — Absolute de incolis. Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (106). Marsorum Anxantini, Atinates etc. — 3.º) Item ad Atinam Lucaniæ. Id. 2. ibid. 103. 106. (225). In Atinate campo fluvius (Tanager) mersus etc. — Absolute de incolis. Id. 3. ibid. 11. 15. (98). Lucanorum autem Atinates (Attinates pars codd.), Bantini etc. Adde Inscr. apud Momms. n. 250. Atinatium. ¶ 2. Est etiam — a) Nom. vir. Virg. 11. Æn. 869. et 12. ibid. 661., nisi utroque loco legend. Asilas, coll. 12. ibid. 127. et 550.; est enim prima brevis. — b) In titulis nom. gent. Etrusc. (Corp. Inscr. Etr. I. 1788. Danis Atinati pumpunal) Corp. I. L. 10. 345. — Etiam cogn. in Inscr. in Ann. dell'Ist. arch. a. 1846. p. 312. — Etiam Atinatius, nom. vir. C. I. L. 3. 3174. et Atinatia, mul. apud Orell. Inscr. n. 2648.

ĀTĪNĀTES, ium. V. voc. præc.

ĀTĪNENSIS, e, adject. incola oppidi alicujus, cui nomen fuit Atina. - Absolute Atinenses apud Tertull. 2. Nat. 8. Quos (deos) Varro posuit: Narniensium Visidianum, Atinensium (Atheniensium cod., corr. Oehler) Numiternum etc.

ĀTĪNIUS. V. ATTUS.

ĀTISTIUS, fortasse pro Antistius, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. I. L. 6. 34566. - Atistia, nom. mul. Ibid. 1958 (= Carm. epigr. 14).

ATĬUS. V. ATTUS.

ATLANS et

ATLANTES, is. V. ATLAS.

ATLANTĒUS, a, um, adject. (Ἀτλάντειος) ¶ 1. Est ad Atlantem virum pertinens. Ovid. 3. Fast. 105. Plejades Atlanteæ. i. e. Atlantis filiæ. Arnob. 3. p. 112. Atlantea progenies. i. e. Mercurius. ¶ 2. Item ad Atlantem montem vel regionem ab eo dictam. Lucret. 5. 36 (Lucan. 5. 598). Atlanteum litus. Claudian. 10. 280. Oceanus. Stat. 1. Achill. 223. gurges. Avien. Arat. 916. æquor. Horat. 1. Od. 34. 10. Quo Styx et invisi horrida Tænari Sedes Atlanteusque finis Concutitur. i. e. extrema Libya, ubi Atlas mons et Oceanus Atlanticus. — Atlantei, absolute, gens illius regionis. Ammian. 15. 3. 6.

ATLANTĬA, æ, f. 1. (Ἀτλαντία) vetus nomen Æthiopiæ. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (187).

ATLANTĬĂCUS, a, um, adject. (Ἀτλαντιακός) Prima semper corripitur. ¶ 1. Est ad Atlantem virum pertinens. Calpurn. 4. 83. Si quis Atlantiaci molitur pondus Olympi. i. e. cæli, quod Attus suis humeris sustinere fingitur. ¶ 2., Item ad Atlantem montem vel regionem ab eo dictam. Sil. It. 13. 200. Atlantiacum litus. Auson. Mos. 144. profundum. Avian. or. mar. 676. gurgites.

ATLANTĬĂDĒS, æ, m. 1. (Ἀτλαντιάδης) Prima semper corripitur. — Prisc. gr. II. 67. 4. Atlantiades pro Atlantides, littera addita. — Est autem patronym, ab Atlans, Atlantis nepos v. pronepos. ¶ 1. Est Mercurius, Atlantis nepos, ex Maja genitus. Ovid. 8. Met. 627. Venit Atlantiades, positis caducifer alis. Adde Stat. 1. Theb. 303. ¶ 2. Item Hermaphroditus, Mercurii ex Venere filius. Ovid. 4. Met. 368.

ATLANTĬĀS, ădis, f. 3. (Ἀτλαντιάς) prima producta: patronym. ab Atlans, Atlantis filia. Priap. 68. 23. Circem Atlantiademque Calypson. — In plur. num. Sil. It. 16. 136. Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum (sc. Aurora Pliadas). V. voc. in Lexico.

ATLANTĬCUS, a, um, adject. (Ἀτλαντικός) Prima quater producta est, semel correpta (Horat. 1. Od. 31. 14); sed apud Avien. or. septiens prosodia propter senarios dubia manet (Diehl).

Atlanticus, ad Atlantem virum vel montem vel regionem ab eo dictam. ¶ 1. Universim. Sil. It. 10. 185. Atlanticus accola. i. e. Calpensis seu qui accolit circa montem Atlantem. Martial. 14. 89. mensa citrea. Accipe felices, Atlantica munera, silvas. i. e. lignum citri, quod in Atlante monte optimum nascitur. Solin. 24. Atlanticæ solitudines. et 30. gentes. ¶ 2. Speciatim Atlanticum mare, æquor v. Atlanticus Oceanus, Ἀτλαντικὴ θάλασσα. Cic. 6. rep. 20. 21., Omnis - terra, quæ colitur a vobis - parva quædam insula est circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris. Plin. 3. Hist. nat. 5. 10. (74). (Mare) Atlanticum ab aliis magnum (nuncupatum). et Apul. mund. 6. Maria majora sunt Oceanus et Atlanticum. Horat. 1. Od. 31. 41. æquor Atlanticum. Avien. or. 398. salum (et 568. gurges). — Atlanticum litus, apud Melam 3. 107. — Atlantica insula, apud Arnob. 1. p. 5. est quæ dicitur Atlantis (idis). V. hanc voc. — Britannia et Hibernia videntur insulæ Atlantici, quæ Plin. 34. Hist. nat. 16. 47. (156). memorantur. — Hinc

Atlantici, ōrum, m. plur. 2. cognominati Cambolectri, gens Galliæ. Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (36). Adde Augustin. 8. Civ. D. 9.

ATLANTĪDĒS. V. voc. in Lexico.

ATLANTĬGĔNA, æ, f. 1. Atlantis filia, sc. Maja. Carm. de mens. II. (poet. min. I. 12. Bähr.) 19. Mensis Atlantigenæ dictus cognomine Majæ. i. e. Majus.

ATLANTĪON. V. in Lexico.

ATLANTIS, idis (ides), f. 3. (Ἀτλαντίς) Gen. Atlantidis est Val. Flacc. 2. 72.; Atlantidos vero Ovid. 1. Trist. 11. 15. et Paneg. Mess. 77. — Acc. Atlantidem apud Serv. auct. Æn. 8. 188.; Atlantida apud Ovid. 3. Fast. 659. — Acc. plur. Atlantidas in Brev. Exp. Virg. g. 1. 221.; Atlantides vero Schol. Germ. Bas. p. 78. — Prima syllaba semper producitur præter unum locum Ovid. 4. Fast. 34 (idem ter produxit).

Atlantis ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) In sing. num. — a) Substantive. — α) Est filia Atlantis. Virg. 8. Æn. 134. Dardanus - Electra, ut Grai perhibent, Atlantide cretus. Ovid. 1. Trist. 11. 15. custos Atlantidos Ursæ. i. e. Callistus (sc. Arcturus Arctophylax), filiæ Nyctei, non Lycaonis, ab Atlante oriundi (Cf. Owen, Class. Review 2 [1888]. 180. sq.). — Translate. Id. 3. Fast. 659. Invenies (sc. Anna Perenna), qui te nymphen Atlantida (sc. Hagno) dicant. Cf. Peter ad l. — Collective. Val. Flacc. 2. 72. sub Eoæ dubios Atlantidis ignes (i. e. Pliadum). — β) Item insula mythica Platonis in Timæo et in Critia concelebrata, ultra Herculis columnas, Libya et Asia major, ex qua ad antipodas esset trajectus; sed terræ concussione et ingenti eluvione aquarum superfuso mari Atlantico absorpta; illud autem mare navibus impervium factum ex multo limo, qui ex ejus insulæ reliquiis remanserit; quod Platonis commentum de hod. America explicare quidam conantur. Ceterum totum hoc fabulosum esse ipsi innuunt Plin. 2. Hist. nat. 90. 92. (205). et Arnob. 1. p. 5., coll. Tertull. apol. 40. Plin. 6. Hist. nat. 31. 36. (199). Traditur et alia insula contra montem Atlantem et ipsa Atlantis appellata. Adde Chalc. tr. 25. et Ammian. 17. 7. 13. — b) Adjectivorum more, ad Atlantem montem pertinens. Lucan. 10. 144. Atlantide silva. — 2.º) In plur. num. Atlantides (Ἀτλαντίδες), filiæ Atlantis (Gloss. V. 169. stellæ orientales). V. in Lexico. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. I. L. 9. 4194 (Amiterni).

ATLANTĪUS, a, um, adject. (Ἀτλάντιος) ad Atlantem Mauretaniæ regem pertinens. Sil. It. 15. 37. Atlantia regna. Alii rectius leg. Atlantica. — Absolute Atlantius, Mercurii et Veneris filius, qui hermaphroditus appellatus est. Hygin. fab. 271.

ATLĀS (Atlans), antis, m. 3. (Ἄτλας) nom. pers. et geogr. — a) Orthogr.: Atlans sæpius scribitur quam Atlas (codd. scriptura usitatissima Athlans, cum aspiratione, raro Adlans). — Atlatum apud Chron. Alex. chron. I. p. 116., 235. — b) Declinatio: Nomin. Atlas, teste Serv. ad Virg. 4. Æn. 48. « Nullum nomen gr. as terminatur ». et Ars Bern. gr. suppl. 98. 12. « Nomina, quæ n litteram in genetivo addunt: Athlas, Athlantis ». Atlans (Atlas) habent Cic. 5. Tusc. 3., Virg. 1. Æn. 471., Val. Fl. 2. 620. Inscr. apud Momms. n. 787., al. - Solum Atlas apud Plin. 2. Hist. nat. 8. 6. (31)., Vib. Seq. p. 154. 20., Hygin. præf. fab. p. 10., al. — Acc. Atlanta habent Juvenal. 8. 32., Propert. 3. 22. 7., Sil. It. 16. 415., al. - Atlantem Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (5)., Ampel. 9., Hygin. 2. Astr. 17., Sidon. carm. 5. 282. — Voc. Atlā apud Ovid. 4. Met. 644. (-as MN). — Nom. plur. Atlantes est Næv. carm. frg. 20., Mel. 1. 23. et Acc. Atlantas habent Vitruv. 6. 7. 6., Mel. 1. 23.; Atlantes vero Serv. ad Virg. 8. Æn. 134. — c) Prosod. Prima syllaba communis est, sc. longa apud Virg. et Propert., brevis apud Horat.; varia apud Ovid., Lucan., Sil. It., Stat. V. quæ ad metricam spectant, accurate exposita in Th. L. L. 2. p. 1042. — d) Etymon alii ducunt ab α priv. et τλῆμι, patior, quasi qui non patitur; vel potius ab α intens. aut ἀνά et τλας a ταλ (τλα, τλη), unde Lat. tul, (t)latus, tollo, i. e. ferre, sustinere, sufferre, ita ut Atlas sit gerulus, gestator (Cf. Homer. Od. 1. 52). Gloss. Hom. III. 276.: ἀνάτλας - ἄντλας - Ἄτλας. Huc accedit Serv. ad Virg. 1. Æn. 741. et 4. ibid. 246., qui ait Atlantem latine dici Telamonem. V. TELAMO. Alii vero, quibus vocabulum originis Punicæ v. orientalis videtur, et quidem antiquissimæ, conjungunt cum Berberorum v. Adrar, i. e. mons, litt. r in l, uti assolet, mutata; unde (Adlar) Adlas et Atlas (V. Vivien de St.-Martin, Le nord de l'Afriq. 154); alii vero vertunt Adtlas, mons nivosus. — Quidquid sit de etymo, Atlas

I.) Est nom. personæ. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) In sing. num.: fuit, in fabulis, filius Ætheris et Diei (Serv. auct. Æn. 4. 247) vel Libyæ (Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. [203]), rex Mauretaniæ; porro duas habuit uxores, Pleionem et Æthram, ex quibus filias suscepit multas, Atlantides et Hesperides dictas, præter filios, de quibus Serv. ad Virg. 8. Æn. 130. — Idem tamen Serv. ibid. tres refert fuisse hoc nomine viros, olim inter se confusos: unum Maurum, qui est maximus; alterum Italicum, patrem Electræ, unde natus est Dardanus; tertium Arcadicum, patrem Majæ, unde ortus est Mercurius. At quum, ubi multitudo, ibi sit confusio, ad unam tantummodo omnia reducenda censeo; quædam tamen attingo mythica ad declarandos auctorum de Atlante locos. Fabulantur enim veteres — α) Illum fuisse ducem Titanum, qui bellum intulerunt Jovi, a quo victus jussusque est ut in rebellionis pœnam molem cæli sustineret, eique aliquando suffectum Herculem (Cf. Cic. 5. Tusc. 3. 8. et Sext. 8. 19., Serv. ad Virg. 1. Æn. 741., Mythogr. I. fab. 183. et II. fab. 41. et 53. ed. Mai); sustineret autem capite manibusque (Hesiod. Theog. 517. sqq., 746. sqq.) vel humeris (Apollod. 1. 2. 3) vel dorso (Æsch. Prom. 427. sqq.) vel cervice (Ovid. 5. Fast. 180): — β) Hospitio Cælum excepisse; sed deprehensum, quod illi struxisset insidias, se in mare conjecisse, inde Atlanticum dictum: hinc proverbium Græc. Atlas cælum de iis, qui se magnis et molestis implicant negotiis; itemque de iis, qui sibi malum arcessunt: — γ) Monitum oraculo, ut sibi a filiis caveret, Perseum a se rejecisse Medusæ victorem, qui iratus Gorgonis caput ei ostendit, moxque crevisse in montem altissimum, cujus cacumen cerni nequit cælumque contingere videtur (Cf. Mayer, Gig. u. Tit. 87. et Steuding, Roschers Lex. II. 2110). — Memoratur autem — a) Proprie et quidem primum a Liv. Andr. carm. frg. 16., Varr. apud Serv. Æn. 5. 824., præsertim apud scriptores mythographos. Hyg. præf. fab. p. 11. Ex Japeto et Clymene Atlas, Epimetheus, Prometheus. et 2. Astr. 21. Ex Atlante et Æthra, Oceani filia, sunt filiæ XV. procreatæ, quarum V. Hyades appellatas demonstrat Musæus (Serv. ad Virg. 1. Æn. 744., coll. Schol. Germ. Bas. p. 75. 10. p. 60. 12. Adde Mythogr. I. 129. et II. 107). - Horat. 1. Od. 10. 1. Mercuri, facunde nepos Atlantis. Ovid. 5. Fast. 169. humeros oneratus Olympo. et Senec. Herc. O. 1907. stelligeri rector Olympi. Val. Fl. 5. 410. Atlas ferreus. Stat. 8. Theb. 315. astriger. Ovid. 15. Met. 149. validus. et 15. Her. 62. magnus. Stat. 1. Theb. 741. maximus. Prisc. perieg. 74. cæliferas tenens columnas. Arnob. 2. p. 92. bajulus - ac destina cæli. Lucan. 9. 654. Titan. Paulin. Nol. carm. 10. 228. gravis. Virg. 4. Æn. 246. apicem et latera ardua cernit Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit. Id. 6. ibid. 797. ubi cælifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Cic. 5. Tusc. 3. 8. Nec vero Atlas sustinere cælum - traderetur. Claudian. carm. min. 53. 23. Atlantis apex flammantia sidera fulcit. et 8. 141. cæli qui sidera tollit. Adde Juvenal. 13. 48., Tibull. 4. 1. 77., Propert. 3. 22. 7., Sil. It. 1. 202., Martial. 6. 77. 7., al. - Attamen ex veteribus alii putarunt fuisse virum Libyum, astronomiæ et navigationis peritissimum (Cf. Plin. 2. Hist. nat. 3. 6. [31]. et Vitr. 6. 7. 5., coll. Pind. Pyth. 4. 515., Homer. Od. 1. 52. sqq.); alii ætate Moysi vixisse astrologiæ apprime gnarum, cujus nepos fuerit Trismegistus (Augustin. 18. Civ. D. 39., coll. Hieronym. in Chron. a. Abr. 380. et 481. et Prosp. in Chron.). Ceterum varia mythi interpretamenta atque artis repræsentationes videsis apud Preller-Robert Gr., Myth. I.; Steuding, Roschers Lex. II.; Daremberg-Saglio, Dict. I.; De-Vit ad v. et Wernicke, PW. 2. 2119-2133. — b) Translate adhibetur de homine magnæ staturæ, et ironice de nano. Juvenal. 8. 32. nanum cujusdam Atlanta vocamus, Æthiopem Cycnum, pravam extortamque puellam Europen. - Jocose Martial. 6. 77. 7. monstratur Atlas cum compare ginno. — 2.º) In plur. num.: — a) Dicitur de gente Mauretaniæ, inter montes Atlantem majorem et minorem, de quibus mira narrant Plin. 5. Hist. nat. 8. 8. (45)., Solin. 31. et Mela 1. 4. et 8., coll. Tertull. anim. 40. et Capell. 5. p. 217. — b) Item, metaphorā sumptā ex super. § 1. b, de gigantibus. Næv. carm. frg. 20. inerant signa expressa, quo modo Titanes bicorpores Gigantes magnique Atlantes Runcus atque Porporeus filii Terrai. — Hinc etiam Atlantes in architectura dicuntur iidem qui telamones. Vitruv. loc. cit. Si qua virili figura signa mutulos aut coronas sustinent, nostri telamones appellant, cujus

rationes quid ita aut quare dicantur, ex historiis non inveniuntur. Græci vero eos Atlantes vocant. *Isid.* 19. *Orig.* 19. 6. et *Enn.* apud *Serv. loc. cit.* init. Cf. CARYATIDES in *Lexico*. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. *Inscr.* apud *Momms. n.* 737. et *alis* apud *Marini, Fr. Arv. p.* 807. V. *Corp. I. L.* 9. 466 (*Venusia*). 20. et 6. 6211.

II.) Est nom. geogr., sc. montis Gætulici, ita vocati ab Atlante rege et ab accolis *Adiris* et *Dyris* et etiam *Durius* (V. *Solin.* 24.) et distincti in *majorem* et *minorem*, quorum primus *cæli columna* dictus, quod nempe cælum et sidera sustineat, est prope Libyam et Mauretaniam a Libya inferiore disterminat; alter vero pars Atlantis majoris, vicinior columnis, quæ dicuntur, Herculis. Eum fuse describit vocatque fabulosissimum *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (6). *sqq.* Adde *Mel.* 3. 101. *sq.* Memoratur *Val. Fl.* 2. 630. occidui regnator montibus Atlans. *Sil. It.* 16. 35. Phœbe stellas, ut fratris lumina Phœbus Exsuperant montesque Atlas et flumina Nilus. *Juvenal.* 11. 24. quanto sublimior Atlas Omnibus in Libya sit montibus. *Ravenn. p.* 550. Atlans et Herculis columnæ. *et Sil. It.* 7. 434. Atlantem et Calpen, extrema habitabimus antra? *Stat.* 1. *Theb.* 98. Atlans ardens. *Lucan.* 1. 555. summus. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 380. altissimus. *Ammian.* 29. 1. 25. extremus. *Ovid.* 4. *Met.* 772. gelidus. *Prudent. apoth.* 433. Maurus. *et Claudian.* 28. 104. Maurusius. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (12). Equitibus Romanis - Atlantem penetrasse in gloria fuit.

ATLEJUS. *V.* ATTUS.

ATMĒTUS, i, m. 2. (ἄτμητος, *non castratus*: ab α priv. et τέμ-νω, *seco*) nom. equi, in *Inscr.* apud *Fabretti p.* 273. *n.* 12.

ATOSSA, æ, f. 1. (Ἄτοσσα) ¶ 1. Fuit Artaxerxis Ochi soror et socrus. *Val. Max.* 9. 2. *ext.* 7., ubi *ottosam* codd. ¶ 2. Item filia Beloci, Assyriæ regis, quæ et Semiramis (*Exc. Barb. p.* 282. 26. *Frick*). Memoratur *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 583.

ATRĂCES et

ATRĂCĪDES et

ATRĂCIS et

ATRĂCIUS. *V.* ATRAX.

ATRACTIĀNÆ v. Atrectianæ Alpes. *V.* ALPES.

ATRÆUS. *V.* ATREUS.

ATRAMĪTÆ, ārum, m. pl. 1. *V.* CHATRAMOTITÆ.

ATRĀNI, ōrum, m. 2. incolæ oppidi in secunda Italiæ regione siti. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105).

ATRANS, tis, m. 3. ¶ 1. Est statio Illyrim (περὶ τὰ Ἄδρανα *Zosim.* 2. 45. Cf. *Forbiger, III. p.* 460), hodie *Trojana* (vulgo *Trajaner berg*), in *Itin. Ant. p.* 129., *Corp. I. L.* 3. 3605. *Tab. Peut.* 5. Adrante. *Itin. Hier. p.* 560. Hadrante (Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 627). — Hinc *Atrantina* quoque dicitur. *Corp.* 3. 15184. ¶ 2. Item dicas ibidem cultus. *Corp. I. L.* 3. 5117.

ATRANTĪNUS, a, um. *V.* voc. præc.

ATRĀPUS, i, m. 2. (ἀτραπός, *callis, semita*) nom. serv. in *Inscr.* apud *Murat.* 1630. 30.

ATRĀTĪNUS, i, m. 2. (Ἀτρατῖνος) cogn. deminut. ab *Atratus*, in gente Sempronia. ¶ 1. In titulis *Corp. I. L.* 8. 9999 (*in Dalmatia*) et in nummis apud *Eckhel*, 1. *p.* 304. - Adde *Liv.* 4. 52. - *Atratinus*, absolute. *Corp. I. L.* 6. 9362. - *Atratina*, nom. mul. *Ibid.* 6834. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Fuit clarus orator. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1998. Atratinus, qui septemdecim natus annos Cælium accusaverat, clarus inter oratores habetur. *Cic. Cæl.* 1. 2. Atratino, humanissimo atque optimo adulescenti, meo necessario. *Sueton. Rhet.* 26. L. Plotium Gallum M. Cælius - significat dictasse Atratino accusatori suo actionem. — 2.º) Alii consules ita cognominati memorantur *Cic.* 9. *Fam.* 21., *Liv.* 4. 7. et 52. *Val. Max.* 3. 2. 8. et 6. 5. 2.

ATRĀTUS, i, m. 2. fluvius prope Romam, nunc ignotus, qui sanguine fluxit, teste *Cic.* 1. *Divin.* 43. 98. et 2. *ibid.* 27. 58.; unde fortasse nominis ratio.

ATRAX, ăcis, m. 3. (Ἄτραξ) Male scribitur *Athrax* cum aspiratione. — Atrax, nom. pers. et geograph.

I.) Atrax, nom. pers. — *a)* In sing. num., fuit rex Thessaliæ, filius Penei, pater Cænei et Hippocatiæ quam Pirithous duxit uxorem. *Schol. Stat. Theb.* 1. 106. Atracis, qui fuit rex Thessaliæ - qui primus artem magicam apud Thraciam constituit. — Hinc *Atracius*, adject. *Stat. loc. cit.* Atracis rubet arte. *i. e.* magica. Adde *Val. Fl.* 6. 447. - *Mythogr. I. fab.* 170. Atracios *pro* Atrax. V. *Atracius* infra. — *b)* In plur. *Atraces, um*, Ætolorum populus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (6).

II.) Atrax, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Thessaliæ prope Larissam situm, ad hod. *Aliphaka* vel rectius ad Penei ripam (*Lolling, Hellen Landesk.* 146. *sq.* et *Bädekers Griechenl.* 228). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (29). *et Liv.* 36. 13. et *alib.*, coll. *Strab.* 9. 440. Cf. ejus nummos apud *Head, H. N.* 248. *sq.* — De loco *Liv.* 35. 4., ubi *Diehl* dubitat, utrum fluvius sit an oppidum, hoc esse omnino putaverim. Cf. etiam *Drakenb.* et *Oberhummer* ad *l.* ¶ 2. Item amnis, qui ab Atracibus Ionio mari infunditur, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (6). — Hinc

Atraces, um, m. plur. 3. Ætolorum populus. *V.* sub I. *b.*

Atracides, æ, m. 1. (Ἀτρακίδης) patronym. ab *Atrax*, Cæneus Lapithes, Atracis filius vel ab Atrace oppido oriundus. *Ovid.* 12. *Met.* 209.

Atracis, idis, f. 3. (Ἀτρακίς) ex Atrace oriunda, sc. Hippodamia. *Ovid.* 1. *Am.* 4. et 16 (17). *Her.* 248. *V.* HIPPODAMIA.

Atracius, a, um, adject. (Ἀτράκιος) ad Atracem pertinens vel oppidum vel Thessaliæ regionem. *Propert.* 1. 8. 25. Atracis - in oris. *Val. Flacc.* 1. 141. Atracia - virgo. sc. Hippodamia. *et* 6. 447. venenum. *V.* etiam ATRAX.

ĀTRĔBAS, ătis, et sæpius

ATRĔBĀTENSIS v. Atrabatensis, e, adject. ad Atrebates pertinens. *Inscr.* apud *Orelli n.* 5236. Cf. *Revue arch.* 1861. *p.* 411. — De incolis. *Not. Gall.* 6. 5. *chron. I. p.* 590. Civitas Atrebatensium (*al.* Atrebatum).

ĀTRĔBĀTES, tum v. um, m. plur. 3. (Ἀτρεβάτιοι et Ἀτριβάτιοι) nom. gentis. — *a)* Orthogr.: scribitur *Atrabates* in *Not. Gall.* 6. 5. *chron. I. p.* 590., *Not. Dign. occ.* 42., *al.* et *Atrabatii* apud *Vopisc. Car.* 20. — Declinatur: genet. plur. *Atrebatum* apud *Cæs.* 5. *B. G.* 46., *Hirt.* 8. *B. G.* 7., *Sidon. carm.* 5. 213., *al.*; aliquando *Atrabatium* in codd. — Dat. et Abl. *Atrebatibus* plerumque; *Atrebatis* v. *Atrabatis* rarius. — Acc. *Atrebates* sæpius; aliquando *Atrebatas*, ut *Oros.* 7. *Hist.* 32. 8. — *b)* Prosod.: quantitas syllabarum eruitur ex *Sidon. loc. cit.* Francus qua Cloio patentes Atrebatum terras pervaserat. — *c)* Etym.: nom. *Atrebates* (*ad-trebates*) significat vicani, oppidani v. incolæ, possessores (Celt. *treb* = vicus, oppidum). Ita *Glück, Kelt. Nam.* 36. *sqq.* Cf. etiam *Holder, Altc. Sprachsch.* ad v. Porro *Atreba*, nom. mul. Celt. legitur in *Inscr.* (Burdig.) apud *Robert, Bull. épigr. I.* 155.

Atrebates ¶ 1. Fuit populus Galliæ Belgicæ, qui partem regionis septentrionalem occupabat, hodie *Artois* seu *Dép. du Pas-de-Calais* dictam, cujus oppidum caput olim Nemetocon vel Nemetocenna, nunc *Arras*. Memorantur inter celeberrimos a *Cæs.* 4. *B. G.* 21. et 7. *ibid.* 75. — *a)* In plur. num. *Id.* 2. *ibid.* 4. Polliceri - quindecim milia Atrebates. *Id.* 4. *ibid.* 21. Commium, quem ipse (*Cæsar*), Atrebatibus superatis, regem ibi constituerat. *Liv. epit.* 104. Cæsar Atrebates - in deditionem accepit. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2383. Aput Atrabatas lana cælo pluviæ mixta defluit. et 2. *c. Jovin.* 21. Lineis et sericis vestibus et Atrebatum (*al.* Atrebatarum) ac Laodiceæ indumentis ornatus. Adde etiam *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (106)., *Cassiod.* in *Chron.* a. post Chr. 367. — Oppidum seu civitas *Atrebatum*, apud *Hirt.* 8. *B. G.* 7. et *Not. Gall.* 6. 5. *chron. I. p.* 590. — *b)* In sing. num. *Cæs.* 4. *B. G.* 27. et 35. et *Frontin.* 2. *Strat.* 13. 11. Commius Atrebas (Atrabas). — *Notit. Dign. occ. loc. cit.* Præfectus læotorum Batavorum Nemetacensium, Atrabatis Belgicæ secundæ (Cf. nummos Meroving. apud *Holder, p.* 270). ¶ 2. Item populus Britanniæ. *Itin. Ant. p.* 478. Calleva Atrebatum. *et Ravenn. p.* 427. Caleba Arbatium *pro* Atrebatium.

ATRĔBĀTĬCUS v. Atrabaticus, a, um, adject. ad Atrebates pertinens. Hinc *Atrebatica saga*, quoddam vestium genus ab Atrebatibus confectum, apud *Treball. Gall.* 6. Perdita Gallia, risisse ac dixisse perhibetur Gallienus: num Atrabaticis (Atrabiticis *cod. Bamb. m.* 1) sagis tuta res p(ublica) est? Cf. *Edict. Diocl.* 25. 9. et *Lyd. mag.* 1. 17. *Suid.* Ἀτραβατικάς (χιτῶνας κ. χλαμύδας) ξηραμπελίνας τὸ χρῶμα. Adde *Vopisc. Car.* 19.

ATRECTĬĀNÆ Alpes. *V.* ALPES.

ATREJĀS. *V.* ATREUS.

ATREJUS. *V.* ATRĒUS et ATRIUS.

ATREUS, i, m. 2. (Ἀτρεύς et Ἄτρευς, εως et εος) *Inscr. Gerhard, Etrusk. Spieg. V.* 87. 1. atre. — *a)* Nomin. apud poetas bisyllabus tam in versus initio (*Martial.* 11. 31. 1.) ante cons., quam ad finem, quam in medio versu (*Senec. trag.*). — Gen. *Atrei*, bisyll. *Ovid.* 3. *Am.* 12. 39. *al.* et *Atreus* (i. Ἀτρέως) *Exc. Barb. p.* 290. 16. *Frick.* — Acc. *Atreum* apud *Acc. tr.* 198. et *Mythogr. Lat. I.* 202. et *Atreā* apud *Senec. Thy.* 486 (Cf. *Phocas* [*V*] 428. 14). — Voc. *Atreu* (Gr. ὦ Ἀτρεῦ), bysill., apud *eund. ibid.* 513. — *b)* Prima syllaba manifeste longa est in quibusdam versuum generibus, unde in senariis statuere licet de locis dubiis. — De accentu V. *Quintil.* 1. 5. 24. et *Aud. gramm. VII.* 359. 19., — *c)* Etymon alii petunt ab ἄτρεστος (α priv. et τρέω), *intrepidus*, ut sit hujus ὑποκοριστ.: alii vero ab ἀτηρός, *noxius, perniciosus*. Cf. *Fick, Wörterb. d. idg. Grundspr. II.* 113. 1., *Crusius, Jahrb. f. Phil. CXXXV.* (1887) 657. et etiam *Plat. Crat.* 395. B.

Atreus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filius Pelopis ex Hippodamia, unde *Pelopejus* dictus (*Ovid.* 8. *Her.* 27), ab Argis, non Pisis (*Thrämer, Pergamos* 54 *sqq.*), frater Thyestis, pater Agamemnonis, Menelai, Alconis v. Alcei, Melampodis, Tmoli ex Ærope et Chrysippi ex Axioche; vel Agamemnonis et Menelai ex Plisthene (*Apoll.* 3. 2., *Hesiod. frg.* 116. *K.*, *Schol. Fur. Or.* 1239., *Hygin.* 84. et 124. *Cic.* 3. *Nat. D.* 21. 53.), rex Mycenarum et Argorum totiusque Peloponnesi. Memoratur *Varr.* 2. *R. R.* 1., *Porphyr. Horat.* 1. *Od.* 6. 8., *Sch. Stat. Theb.* 4. 306. et *Pers.* 5. 8., *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 749. et 756., *Ascon.* in *Pis. p.* 16. *B.*, *Chron. Alex. chron. I. p.* 119. *et* 254. — Ejus uxorem Æropen Thyestes adamavit et a viro abduxit; unde inter fratres orta discordia et Thyestes a regno pulsus. Inde Atreus nefaria scelera meditatus fratrem revocavit, quasi ad regni societatem eique duos ipsius filios Tantalum et Plisthenem epulandos eorumque sanguinem vino admixtum bibendum dedit, ad extremum capita objecit, quærens, cognosceretne, quibus cibis pastus fuisset. Sol, ne tanta scelera cerneret, in occasum fugisse fertur. — Hanc vero fabulam veteres sic explicant: Thyestem, quum fratri, cui pessime cupiebat, dissensione nocere non posset, in simulatam gratiam rediisse et ea occasione uxorem ejus adulterio polluisse etc.; sed veritatem hanc esse, Atreum apud Mycenas primum solis eclipsim invenisse, ei invidentem fratrem ex urbe discessisse eo tempore, quo ejus dicta probata sunt. Ita docet *Forcellin.* ex *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 572. et *Hygin. fab.* 248., additque Atreum ab Ægistho, filio Thyestis, occisum fuisse, qui etiam post bellum Trojanum interfecisset Agamemnonem; atque ita Thyestem regnum obtinuisse. — Hinc *Horat. A. P.* 186. humana palam coquat exta nefarius Atreus. *Ovid.* 3. *Amor.* 12. 39. Aversumque diem mensis furialibus Atrei. *Oros.* 1. *Hist.* 12. 8. Atrei et Thyestis odia, stupra et parricidia. Rursus *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 121. Atreus crudus. *Senec. Thy.* 485. timendus. *et* 546. ferus ille et acer. *et* 712. durus. Hinc etiam proverb. *Thyesteæ cenæ*, ut apud *Martial.* 11. 45. 1.; 4. 40. 4.; 10. 35. 6. — JQculariter idem *Mart.* 11. 31. 1. « Atreus Cæcilius cucurbitarum, sic illas quasi filios Thyestæ in partes lacerat secatque mille ». — Tragœdiæ memorantur ex Græcis *Sophoclis* et ex Latinis *Accii* (*Cic.* 3. *Orat.* 58. 217., *Gell.* 13. 2. 2., *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 130. et *Prisc. gramm. II.* 238. 44. et 490. 15), *Pomponii* (apud *Non.* 144. num Atellana? cf. *Ribbeck*, qui *trag frg.* collegit, *p.* 267.), *Rubreni Lappæ* (apud *Juvenal.* 7. 72), *Æm. Scauri* (apud *Dion.* 58. 24).

Cf. *Porphyr. Horat. Od.* 1. 6. 8. Atreus et Thyestes - de quorum sceleribus tragœdias videmus compositas, quarum stilus non nisi sublimitate ornatur. — Monumenta artis videsis apud *Millingen, Peint. d. vas. gr. pl.* 28., *Reinach, Bibl. des mon. fig. pl. II.* etc. Cf. etiam *Loewy, Eranos Vindob.* 272. *sq.* — 2.º) Item filius Priami. *Hygin. fab.* 90. Atreus (*F*), ubi Aretus (*Bunte*) et Areius (*Munk.* ad *l.*). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 7898. *Inscr. Boletin de la Réal Acad. de l' hist.* 1899. *p.* 509. — Hinc fem. *Atrejas, Atreis, Atrine*, patronym. *Atrion* (Ἀτρείων), in *Ars anonym. gr. suppl. p.* 72. *V.* ATRIUS.

ATRĒUS (Atrejus), a, um, adject. (Ἄτρειος) ad Atreum pertinens. *Stat.* 8. *Theb.* 748. « Atrei si quid tibi sanguinis unquam etc. » Ita leg. *Klotz*; alii *Argivi* (M); *Argei* vero *Schrader* forma non Statiana. Cf. *O. Müller, Woch. f. Phil.* 20 (1903). *p.* 196.

ĀTRĬA, æ, f. 1. (Ἀτρία *Ptol.*) nom. geogr. et pers. — *a)* Orthogr. Scribitur etiam de loco, sed minus recte, *Adria*, apud *Justin.* 30. 1. 9.: cf. *Strab.* 5. 214. et *Plut. Camill.* 16; falso autem *Hadria* cum aspiratione, fortasse ex confusa *Atria* Venetorum cum *Hadria* (*Adria*) opp. in Piceno (cujus incolæ *Hadriani* apud *Liv.* 27. 10. et 34. 45. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (120). et *alib.*): contra *Atria* habent *Inscr.* apud *Brambach, C. I. R.* 1264., *Varr.* 5. *L. L.* 88., *Liv.* 5. 88., *Tac.* 3. *Hist.* 12., *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 726., *Corp. I. L.* 5. 2310.; 6. 2375. 1. 16 (a. 120). et 13. 7010., *Inscr. Ephem. epigr. VIII. p.* 90. *n.* 334., *Steph. Byz.* Ἀτρία πόλις Τυρρηνίας. Sic *Ptol.* 3. 1. 30. — Ad *Justin. loc. cit.* « Adria » *Momms.* adnotat: « immo *Atria* (*C. I. L.* 5. *p.* 220). — *Atria* igitur scriptura *Adria* videtur præferenda — *b)* Origo vocis latet: sunt qui fere omnia ex Semitica lingua deducentes, ut *Padula*, ab Hebr. *Edrai* (Cf. Ἄδρα *Ptol.* 5. 17. 7), *h. e.* validus: vel ab *Adar*, Marte: vel ab *hadra*, petra (*Schol. Virg. cod. Bern.* 165. *G.* 2. 158.): vel etiam ab *Adria*, Ionis filia (*Eustath.* ad *Dion.* v. 92): aut ab *atrium*, quia id genus ædificii Atriæ primum in Etruria sit institutum (*Paul. Fest.* 13).; sed hæc ineptias nugasque verius dixeris.

Atria ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est oppidum Etruscum in Venetia, inter Atesim et Padum, hodie *Adria*; Tuscorum colonia (*Liv.* 5. 33), municipium, *Camiliæ* tribui (al. *Meneniæ*) adscriptum (*Momms. loc. cit.* et *Kubitschek, Imp. R. trib. discr.* 108), proximum « mari Illyrico, quod et Adriatico mari nomen dedit » (*Justin.* 20. 1), celeber portus ab antiquissimis temporibus; unde nunc *Adria* distat XIV. m. p. (= km. 22 circ.). Memoratur etiam *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (120). Nobili portu oppidi Tuscorum Atriæ, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Hadriaticum. *Tac.* 3. *Hist.* 12. Liburnicis navibus Atriam pervectus. *Corp. I. L.* 6. 2375.ª 1. 16 (a. 120) HYPSIACVS FEROX ATRIA. *Inscr. Ephem. epigr. VIII. p.* 90. *n.* 334 (*Nolæ*). L. METTIVS *L.* f. CAM*ilia* MAXIMVS DOMO ATRIA. *Corp.* 5. 2315 (*Atriæ*). COLLEGIVM NAVT*arum Municipii Atriæ*. Adde *Corp.* 13. 7010 (*Moguntiaci*). Cf. tamen *Propert.* 1. 6. 1., *Tab. Peuting.* 4., *Isid.* 13. *Orig.* 16. 6., *Corp. I. L.* 5. 2318-2374. *Rav. p.* 383. Adre. — Atria ab Etruscorum dominatione transiit ad Romanam habuitque collegium navicularium, decuriones, et sub Vitellio imp. militari vi potens fuit Veneti litoris præsidium; recentiore vero tempore, igne ferroque deleta, ex ruinis eodem nomine instaurata revixit (*Silvestri, Hist.* etc. Venezia 1785., coll. *Hülsen, PW.* 2. 2244. et *Nissen, Ital. Landesk. II. p.* 214. *sqq.*). — Varia et mirifica artis musivæ, statuariæ etc. monumenta inde effossa, cujus antiqui illi incolæ peritissimi exstitere, visuntur in museis Atriæ collecta (*De Lardi, Indic. stor.-arch. intorno alla città di Adria*, Venezia 1851. et *Schoene, Le antichità del Museo Bocchi di Adria*, Rom. 1878). *V.* HADRIA. — 2.º) Item fluvius, ab *Atria* v. *Hadria* dictus, qui Atriam oppidum præterfluit, hodie *Canal Bianco*; cujus pars superior vocatur Tartarus, idem ac *fossio Philistina* apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 21. (121). Cf. Ἀτριανὸς ποταμός *Ptol.* 3. 1. 25. ¶ 2. In titulis nom. *V.* ATRIUS.

ATRĬĀNI, ōrum, m. plur. 2. Atriæ incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (120). In Atrianorum paludes, quæ Septem maria appellantur, nobili portu oppidi Tuscorum Atriæ. Cf. *Steph. Byz.* Ἀτρία: τὸ ἐθνικὸν Ἀτριανὸς καὶ Ἀτρ(ι)αῖος καὶ Ἀτριάτης. — Adjectivorum more *Martial.* 3. 93. 9. et Atrianus dulcius culex cantet. Cf. *Adrianus* (*Hadrianus*).

ATRĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ATRĬĀTES, ium, m. plur. 3. iidem qui Atriani. *Varro* 5. *L. L.* 161. Atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis. Adde *Corp. I. L.* 4. 2343 (*Atriæ*). et *Steph. Byz. loc. cit.* in ATRIANI.

ATRĬĀTĬCUM mare. *V.* HADRIA.

ATRĬĀTĬCUS, a, um. *V.* HADRIATICUS.

ATRĪDES, is, m. 3. et Atrida, æ, 1. (Ἀτρείδης) patronym. ab *Atreo*. — *a)* Scribitur *Atreides* apud *Boet.* 4. *Cons. phil. metr.* 7. — *b)* Declinatur: nomin. sæpius *Atrides*. — Gen. passim *Atridæ*; aliquando *Atridis*, ut *Dracont. carm.* 8. 449. — Dat. *Atridæ* sæpius; *Atridi* habet idem *Dracont. ibid.* 537 (*Anth.* 198. 57). — Acc. *Atriden* apud *Horat.* 1. *Ep.* 2. 12., *Ovid.* 15. *Her.* 364., *Senec. ep.* 104., *Juvenal.* 4. 65., *al.* et etiam *Atridam* apud *Octav.* 816. - *Atridam* habet *Aurel.* ad *Front. p.* 10. 20. *N.* (*Fronto p.* 12. 15. *N.*) *et Auson.* 406. 11. — Voc. *Atridē* (Ἀτρείδη) est *Horat.* 1. *Ep.* 7. 48. et *Homer.* 124. - *Atridā* quoque *Horat.* 2. *Sat.* 3. 187. — Abl. *Atride* apud *Ovid.* 3. *Her.* 39. et *Atrida* apud *Senec. Ag.* 293. et *Homer.* 90. et 327. — Pluraliter nom. *Atridæ* est *Plaut. Bacch.* 925. et *Frg. inc.* 26. — Dat. *Atrideis* apud *Auson.* 224. 2. — Acc. *Atridas* apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 458. — *c)* Prosod.: apud poetas dactylicos ineunte vel in medio hexametro - semper fere ante cæsuram semiquinariam - prima syllaba producta est (plus 50.[ies] *Virg.*): apud scænicos longa est *Trag. inc.* 26., *Senec. Ag.* 513. et *Tro.* 148.; brevis *Octav.* 816.; anceps *Plaut. Bacch.* 925., *Acc. frg.* 14., *Auson.* 406. 11., *al.*

Atrides, Atrei filius. ¶ 1. Proprie. — 1.º) In sing. num. — *a)* Agamemno. *Donat. gramm. IV.* 375. 23. Patronymica ut Atrides, Pelides - masculina - in *des* exeunt ut Atrides ab Atreo; femina autem - in *is* exeunt ut Atreis (*Consent. gr. V.* 341. 15). *Serv. gr. IV.* 480. 7. Patronymica, si Græca fuerint aut in *des* exeant, ut Atrides, aut in *ius* ut Atreius, aut in *on* ut Atrion; sed quæ in *des* exeunt, tantum patronymica sunt ut Atrides Agamemnon etc. *Ovid.* 3. *Art. am.* 12. Atrides major. *Virg.* 2. *Æn.* 104. magnus. *Homer.* 159. acer. *et* 504. ferus. *et* 8. sceptriger. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 98. tumidus. *et* 1. *Ach.* 781. ultor. *Culex* 334. Tantaleæ generarem prolis Atrides - Argivum lumen. *Ovid.* 1. *Am.* 9. 37. summe durum. *et* 13. *Met.* 655. Trojæ populator. *Auson.* 218. 1. rex regum. Adde *Horat.* 2. *Od.* 4. 7., *Ovid. Rem.* 467., *al.* — *b)* Menelaus. *Virg.* 11. *Æn.* 262. Atrides - Menelaus. *Ovid.* 3. *Art. am.* 11. minor. *Homer.* 327. Grajum - dux acer. *et* 568. impiger. *Auson.* 220. 3. pravus. Rursus *Homer.* 377. sævus. *et* 349. tremebundus. *et* 322. violentus. Adde *Horat.* 1. *Ep.* 7. 43., *Ovid.* 15. *Met.* 805., *Stat.* 2. *Ach.* 8., *al.* — *c)* Orestes. *Serv. loc. cit. V.* infra. — *d)* Halesus. *Ovid.* 4. *Fast.* 73. Venerat Atrides fatis agitatus Halesus. — 2.º) In plur. num. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 158. Atridas, Atrei filios, Agamemnonem et Menelaum. *Plaut. Bacch.* 925. Atridæ duo fratres cluent fecisse facinus maxumum. *Ovid.* 2. *Am.* 1. 30. Atrides alter et alter. *Virg.* 2. *Æn.* 415. gemini. *Trag. inc.* 26. reges. *Horat.* 1. *Od.* 10. 13. superbi. *Stat.* 1. *Ach.* 36. tumidi. *Auson.* 224. 2. Atrideis (*dat.*). ¶ 2. Translate. — *a)* Dicitur de aliis ob similitudinem. *Juvenal.* 4. 65. itur ad Atriden. *i. e.* Domitianum imp. — *b)* Pro conjuge, qui, ut Agamemno, ab uxore interficitur, apud *eund.* 6. 660. *V.* AGAMEMNO.

ATRĪNUM, i, n. 2. oppidum, in Æmilia, ut videtur, situm (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II. p.* 972). *Liv.* 24. 47. Ab altero prætore Sempronio oppidum Atrinum expugnatum.

ATRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Cf. Etrusc. *atrane* (*Inscr. etr. I.* 3415., 3426., 4142). et *Varr.* 8. *L. L.* 80. « Alia nomina a vocabulo, ut ab albo Albius, ab atro Atrius ». Legitur autem in *Corp. Inscr. Lat.* et apud auctores.

Atrius ¶ 1. In titulis. *Corp. I. L.* 6. 12690. et *alib.* — *Atria* (*Hatria*) nom. mul. *Ibid.* 11273. et 9. 2101. ¶ 2. Apud auctores, C. Atrius, Umber, seditionis Sucronensis princeps in Hispania a. U. C. 548., gregarius miles in exercitu P. Cornelii Scipionis. *Liv.* 28. 24. — Q. Atrius Clonius, legatus pro prætore Syriæ Majoris aliarumque provinciarum sub Septimio Severo et Alexandro Mammææ filio, et etiam fortasse cos. suffectus. *Corp. I. L.* 2. 4111. *Ulp. dig.* 26. 10. 7. Epistola imperatoris nostri et divi Severi ad Atrium Clonium. — Alii apud *Cæs.* 5. *B. G.* 9., *Liv.* 28. 27., *Auct. B. Afr.* 68. 4. et 89. 5. etc. — Atria Galla, uxor prior Domitii Sili, dein Pisonis, ab hoc alteri erepta. *Tac.* 5. *Ann.* 59. — Atilia Regilla Elpinice Agrippina Atria Polla, Ti. Claudii Attici Herodis filia. Cf. *Prosopogr. imp. Rom. I. p.* 74. — Hinc deriv. *Atrejus* (*Hatrejus*), nom. gent. *Liv.* 43. 13. et *Atreja*, mul. *C. I. L.* 6. 8833. Adde *Atrienus* (*a*); *Atronius* (Etr. *atru, atrunia* in *C. I. E.*) in *C. I. L.* 1199. et 1834. et *Atrilius* 6. 29758. et 8. 4576.

ATRŌPĀTĒNĒ, es, f. 1. (Ἀτροπατηνή) regio Mediæ septentrionalis, ab Armeniæ Otene regione discreta Araxe, quasi Media minor (*Justin.* 28. 4. 13.), ita dicta ab Atropato, socero Perdiccæ, duce sub Alexandro M., ei regioni præfecto. Memoratur etiam *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (42). et *Oros.* 3. *Hist.* 23. — *Ammian.* 23. 6. 27. Acropatene. *et Tab. Peut.* 12. Atrapatene. Sic apud Græcos Τροπατηνή *Ptol.* 6. 2. 5., Ἀτροπατία *Steph. Byz.*; apud Armenos *Atrpatakan* vel *Atrpajakan* et Syros *Adurbīgān*; hodie major pars provinciæ dictæ *Ardebisthan* (V. *Rawlinson, Journ. of the Soc. of geogr. of London I*, 10), cujus caput opp. *Gazaka*.

ATRŌPĀTĒNI, ōrum, m. plur. 2. Atropatenes incolæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (42). et *Prisc. perieg.* 942. *Avien. orb.* 1213. Agropateni.

ATRŌPĀTOS v. Atropatus, i, m. 2. (Ἀτροπάτης), Mediæ satrapes. *Justin.* 13. 4. 13. et *Oros.* 3. *Hist.* 23. *V.* ATROPATENE.

ATRŎPOS, i, f. 2. (Ἄτροπος) *Inscr. Gerhard, etrusk. Spiegel II.* 176 (Cf. *V. p.* 121) *aθrpa.* — Acc. *Atropon* apud *Chalc. comm.* 144. *bis.* — Prima syllaba apud auctores semper producitur, excepto uno *Homer.* 890 (in codd. pro glossa); at brevis est *Carm. epigr.* 1141 (*Salonis*). 13.; contra, longa 1550 (*Velejæ*) B. 10. et 1552 (*in colonia Cilitana*). A 70. — Ad interpretationem quod attinet, *Fulg.* 1. *Myth.* 8. « Tertia (*Parca*) Atropos; - Atropos quoque sine ordine dicitur; - tertia mortis conditio, quæ sine lege venit » (*Mythogr. I.* 110., *II.* 14). et *Apul. mund.* 38. « Atropos præteriti temporis fatum, quod ne deus quidem faciet infectum » ex *Arist. in fin.* 1. *de mund.* τὰ παρελθόντα πάντα ἄτρεπτά ἐστι. Gr. vox est ab α priv. et τρέπω, *verto*, quod nullo modo mutari v. flecti potest, immutabilis, inexorabilis, ἄτρεπτος.

Atropos ex tribus Parcis tertia, *sc.* post Clotho et Lachesin (*Hesiod. Theog.* 217. *et Hygin. præf. fab.*). Memoratur *Mythogr. I.* 110. Clotho colum bajulat, Lachesis trahit, Atropos occat. *Sil. It.* 17. 119. Sed jam claudebat flatus nec plura sinebat Atropos. *Stat.* 4. *Theb.* 600. neverat annos. *et* 3. *Silv.* 3. 127. Florentesque manu scidit - annos. *et* 4. *ibid.* 4. 56. longi cursum dabit - ævi. *Martial.* 10. 44. 5. Gaudia tu differs, at non et stamina differt. *Auson.* 172. 6. ævique supra puberis exire metas vetuit. *Inscr.* apud. *Grut.* 692. C. LAELIVS - AB IMMANI ATROPO VITA RECISVS (*V.* voc. seq.). Rursus *Stat.* 1. *Theb.* 327. Atropos immota (Cf. 3. 67). et 4. *ibid.* 600. ferrea. *et* 5. *Silv.* 1. 178. dura. *Auson.* 172. infesta. — Contra *Stat.* 4. *Silv.* 8. 19. alba. *sc.* fausta et longam vitam promittens. — De ea *V.* etiam *Dümmler, PW.* 2. 2150. *sqq.*

ATROX, ōcis, m. 3. cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 2375. 26 (a. 119) C. LAELIVS ATROX PAT(*avio*). Adde 2377. et 22820.

ATTA, æ, m. 1. ¶ 1. Est cogn. vir. *Fest.* apud *Paul. Diac.* 12. Attæ appellantur qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt et attingunt magis terram quam ambulant, quod cogno-

men Quintio (C.) poetæ adhæsit. et *Horat*. 2. *Ep*. 1. 79. ad cognom. alludens « Recte necne crocum floresque perambulat Attæ Fabula etc.» (V. *C. Quintius Atta*). — Hinc *Voss*. in *Etym*. putat esse ab ἄττω (ἀίσσω, ᾄσσω), *subsilio, subsulto*, quia qui pedum plantis laborat, stare loco nescit, semper quasi subsilit. — Memoratur in titulis. *Corp. I. L*. 6. 1059., 34400. etc. — *Atta* v. *Atte*, cogn. mul. *Inscr*. in *Bull. d. Istit. arch*. a. 1862. *p*. 33. ¶ 2. Item præn. et cogn. antiquissimum Ital. (Cf. Atta et tata). *V*. etiam *Kretschmer, Einl. in d. Gesch. d. gr. Spr. p*. 349. *sqq*. — Atta Claudius, gentis Claudiæ princeps. *Sueton. Tib*. 1. « Patricia gens Claudia - orta est ex Regillo, oppido Sabinorum, inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigravit, auctore Tito Tatio consorte Romuli vel, quod magis constat, Atta Claudio gentis principe post reges exactos sexto fere anno. ». *V*. ATTUS. ¶ 3. Item nom. *V*. ATTIS.

ATTACCENSIS. *V*. voc. seq.

ATTACCITĀNUS, a, um, adject. ad Attacon, Celtiberiæ opp. (hod. *Ateca*), pertinens. *Corp. I. L*. 2. 4189. Alii leg. *Attaccensis*.

ATTĀCĒNUS, a, um, adject. (Ἀττακηνός) ad Attacorum gentem pertinens. Hinc *Attacenus sinus* apud *Solin*. 51., qui *Attacorus* dicitur *Capell*. 6. *p*. 233., *Attacorum* vero *Plin*. 6. *Hist. nat*. 17. 20. (55). *V*. ATTACORI.

ATTACON v. Attacum, i, n. 2. (Ἄττακον) *V*. ATTACCITANUS.

ATTĀCŌRES, um, m. plur. 3. gens Serica. *Plin*. 6. *Hist. nat*. 17. 20. (55). Sinus et gens hominum Attacorum, apricis ab omni noxio adflatu seclusa collibus. *Ammian*. 23. 6. 66. Athagoræ. - *Oros*. 6. *Hist*. 2. 14. Ostia fluminis Ottorogorræ, ex quo oceanus Sericus appellatus (*Ptol*. Ὀττοροκόρρα), hod. *Uttara-kuru*. — Videtur tamen pro *Attacores* (-*i*) apud *Plin*. legend. *Attaci, orum*, unde *Attacenus* vel etiam *Attagenus* sinus (*Solin*. 51).

ATTACOTTI. *V*. ATECOTTI.

ATTĀGUS. *V*. ATAX.

ATTĀLENSIS. *V*. ATTALUS.

ATTĀLI latrones, Arabum gens. *Plin*. 6. *Hist. nat*. 25. 30. (125). Cf. *Isid*. 19. *Orig*. 26. 28.

ATTĀLĬCUS, cum aliis deriv. *V*. voc. seq.

ATTĀLĬUM vel

ATTĀLUM, i, n. 2. (Ἀττάλιον) medicamentum. fortasse ab Attalo III. vel a medico quodam (*V*. ATTALUS sub 4°) ita dictum. *Cels*. 6. 6. 5.

ATTĀLUS, i, m. 2. (Ἄτταλος, *lætus*) Scribitur etiam *Atalus*, unico *t*, in *Corp. I. L*. 8. 6614. et *alib*. — In plur. num. legitur apud *Vellej*. 2. 38. 5. — Etymon nominis ducendum videtur ab ἀτάλλω, *ludo, recreo*; unde ἀταλός, *juvenilis; serenus, lætus* (Cf. *Pape-Benseler* h. v.).

Attalus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores, ex exteris, præcipue memorantur — 1.°) Attalus, dux Philippi II., cujus soror (*Justin*. 9. 5., coll. *Diod*. 16. 93. 9) seu rectius sororis filia (*Paus*. 8. 7. 7), Cleopatra (*Satyr. frg*. 5. = *Athen*. 13. 557., *Plut. Alex*. 9), ducta fuerat a Philippo in locum Olympiadis (*Diod. l. c*. 17. 2. et 5), in Asiam cum Parmenione et Amynta præmissus an. a. Chr. 336., dein ab Alexandro cum iis interfectus, teste *Justin. l. c*. et 12. 6. Cf. etiam *Curt*. 7. 1. 3. et 8. 7. 5. et *Oros*. 3. *Hist*. 14., coll. *Arr*. 12. 14. 2. — De eo videsis *Droysen, Hellen. I*. 96. 2. — 2.°) Attalus I., rex Pergami, an. a. Chr. 241-197., cognomento *Soter*, nepos Philetæri, qui regnum Pergamenum condidit et successor Eumenis I., patruelis sui, divitiis potens et bellica virtute ac prudentia dignus, regnum obtinuit regiumque nomen primus invexit (*Liv*. 32. 21., coll. *Polyb*. 6. 18. 41. et *Strab*. 13. 624). — Prius Galatas, terribilem tunc Asiæ gentem (βαρύτατον καὶ μαχιμώτατον ἔθνος τότε κατὰ τ. Ἀσίαν *Polyb*.), profligavit (Cf. *Thrämer, Die Siege d. Perg. über d. Galat*. 1877. 5. *sqq*.); postea, an. 211., orto Græcorum bello contra Philippum V. Macedonem, societate cum Ætolis inita, una cum Sulpicio Galba Opuntem cepit; ac tandem a rege cum Romanis pace composita, iis fœdere adscriptus est (an. 209). Postea Romanis iterum cum Philippo bellantibus (a. 200), Athenas profectus est renovandæ cum iis societatis causa, magnificoque ibi exceptus, eas opibus armisque adjuvit (*Liv*. 29. 46.; 32. 8. et 39. 40., *Flor*. 2. 7. 8., *Eutrop*. 3. 14); quibus antea rogantibus ex oraculo Apollinis Delphici Cybelem, sacrum lapidem, quem Pessinunte in Phrygia Matrem deûm esse incolæ dicebant, tradiderat; unde Romæ ludi in ejus honorem celebrati sunt, *Megalensia* dicti (a. 204); itemque per legatos coronam auream ducentum quadraginta sex pondo in Capitolio posuit gratiasque egit Senatui, quod Antiochus III., quicum bellasset, legatorum Rom. auctoritate, propriis finibus exercitum deduxisset (*Liv*. 32. 27). — Eo tamen bello nondum confecto, Thebis, ubi quum in Concilio orationem ad Bœotas aggressus perficere ex subito morbo non potuisset, Pergamum eductus, ibi paulo post decessit, a. 198 (*Liv*. 33 21. et *Plut. Flamin*. 2. Cf. *Meischke, Symb. ad Eum. II. hist*. 12 - 34) ann. æt. 72. et regni 44. — De litteris et artibus optime meritus, Pergami insignem bibliothecam exstruxit, quam tamen alii Eumeni II. adjudicant (*Smith. G. A*. 2. 7), et tabularum pictarum studiosissimus fuit, teste *Plin*. 34. *Hist. nat*. 8. 19. (84). — De nummis huic Attalo tributis V. *Visconti, Iconogr. T*. 2. *p*. 287. *sqq*.; *Eckhel*, 2. *p*. 473. *sqq*.; *Imhoof-Blumer, Münz. d. Dyn. v. Perg*. 1884. *III*. — Ita laudat *Liv*. 33. 21. « Attalus summa justitia suos rexit: unicam fidem sociis præstitit: comis uxori (*Apollonidi*) ac liberis: mitis ac munificus amicis: regnum adeo stabile ac firmum reliquit ut ad tertiam stirpem possessio ejus descenderit ». — Plura de eo videsis apud *Diod*. 28. 5. et 34. 13., *Strab. p*. 533. *D*., *Val. Max*. 1. 8. *ext*. 8.; 4. 8. 4. et 5. 2. *ext*. 3., *Gell*. 12. 18. 26., *Vitruv*. 4. 1. 4., *al*. et ex recentioribus *Meischke, l. c*.; *Gaebler, Erythr*. 46. et *alib*.; *Meier, Perg. Reich. in d. Allg. Encycl*. etc. 360. et *alib*. — 3.°) Attalus II., cognomento *Philadelphus*, præcedentis filius, Eumenis II. natu majoris frater et successor, an. 158-138. a. Chr. — Varia bella egit: contra Antiochum Romanos adjuvit (*Liv*. 37. 43); cum Gallogræcis a Manlio cos. arcessitus feliciter pugnavit (*Id*. 38. 12. 18. et 25); contra Perseas Romanis bellantibus fidus socius opem tulit (*Id. ibid*. 55. et 58. et 65. et 44. 13); Thracas subegit (*Trog. prol*. 36., coll. *Diod*. 33. 15); quo autem tempore id contigerit, non liquet. Eumenem fratrem, exstinctum ratus, regnum statim invasit facile potiturus, nisi, re dein cognita, abstinere debuisset; quin a fratre Romam missus eum a criminibus objectis in Senatu expurgavit (*Liv*. 45. 19. et 20., coll. *Diod*. 31. 7); immo, eo mox demortuo, urbem in Phrygia condidit, quam in honorem fratris sui *Eumeniam* appellavit, unde et *Philadelphi* nomen inditum fuit (*Eutrop*. 4. 4., coll. *Strab*. 14. 1. 24). Denique cum Selgensibus et rege Prusia bellum gessit, quem proditoris occidendum curavit (*Trog. prol*. 34. et *Liv. epit*. 50). — Artes hic quoque fovit (*Plin*. 7. *Hist. nat*. 38. 39. [126]. et *alib*.) aliaque egit, de quibus consulas *Strab., Plut*. in *Mor*. et *alib*., et ex recentioribus *Fränkel, Inschr. v. Perg. n*. 65. *sqq*. et *Baumeister, Denkm. kl. Altert. II*. 1206. *sqq*.; — 4.°) Attalus III., cognomento *Philometor*, Eumenis II. et Stratonices filius, an. 138-133. a. Chr., sub tutore puer regnum tenuit. *Justin. prol*. 36. — Magnificentissima dona P. Scipioni ad Numantiam misit (*Cic. Dejot*. 7. 19., coll. *Schol. Ambros*. ad *l. p*. 372. *Or*.); at cædibus amicorum cognatorumque initia regni fœdavit; dein vitam omnino privatam ac fere solitarius barba capillisque demissis quasi pœnam luens, hortos agrosque colebat, olera aliaque veneno infecta amicis insanus mittebat, piscatione delectabatur, ærariæ arti studebat, dumque matri sepulcrum facere instituit, unde *Philometoris* nomen meruit, ex morbo inde contracto brevi obiit, an. 134. ac testamento populum R. heredem voluit hac formula: POPVLVS ROMANVS MEORVM HERES ESTO. Quam Romani, etiam de regno sibi legato interpretati, hoc statim occuparunt et in provinciam, *Asiæ propriæ* nomine, redegerunt. Id autem minime passus heres legitimus, Aristonicus ejus frater, cum Romanis bellum gessit, in quo tamen victus captusque fuit (*Justin*. 36. 4., *Flor*. 2. 20., *Vellej*. 2. 4. 1. et 38., *Plin*. 33. *Hist. nat*. 11. 53. [147]). Hinc etiam *Horat*. 2. *Od*. 18. 5. « neque Attali Ignotus heres regiam occupavi. Cf. *Schol*. ad *h. l*. et *Plaut. Pers*. 3. 1. 11. — *Hieronym. ep*. 7. « Attalus membranas a Pergamo miserat, ut penuria chartæ pellibus pensaretur ». — Scripsit de agricultura (Cf. *Varr*. 1. *R. R*. 1., *Colum*. 5. 1. et *Plin*. 18. *Hist. nat*. 3. 5. [22]. et *alib*., qui in *Ind*. 8., 10., 11. etc. ejus scripta recenset); etiam medicamentorum omnigenûm studiosus (*Plut*. in *Demetr. p*. 897), de medicinis animalium scripsisse traditur (*Galen*. 1. κατὰ γένη 13. de *Aufid*. 1. 1. et *de facult. simpl. med*. 10. 1.; alii tamen hoc referunt Attalo cuidam medico, quem inter suos fontes retulit *Plin*. 32. *Hist. nat*. 8. 27. (87). — 5.°) Attalus, plenius (*Flavius*) *Priscus Attalus* (in nummis apud *Eckhel* 8. *p*. 180. et *Mionnet* 2. *p*. 358. *sqq*.), in Ionia natus (Ἴων τὸ γένος *Philost*. 12. 3), Romæ vixit (*Sozom*. 9. 9), vir spectabilis (*Symm*. 2. *ep*. 82), præfectus Urbi (*Zos*. 5. 46. 1) an. 408. post Chr., ab Alarico Romam potito imperator creatus; mox vero tyrannidem exercens ab eodem dejectus est (*Cod. Theod*. 9. 38. 11., coll. *De Rossi, Inscr. Chr. I. p*. 251. *sq*.). De eo *Oros*. 7. *Hist*. 42. « In hoc Alaricus imperatore facto, infecto, refecto ac defecto, citius his omnibus actis pæne quam dictis, mimum risit et ludum spectavit imperii ». — Mortuo Alarico, tyrannidem resumpsit in Galliis; sed mox neglectus in potestatem venit Honorii imp., qui Romam triumphans ingressus est, præeunte currum ejus Attalo, eique obtruncata manu, Liparam exsulare jussit (*Prosp*. et *Marcellin. Com*. in *Chron*.). — 6.°) Attalus, philosophus Stoicus « magnæ vir eloquentiæ, ex philosophis suæ ætatis longe et subtilissimus et facundissimus ». L. Senecæ præceptor et amicus (*ep*. 108) « cujus scholam obsidebant plurimi et ille primus veniebat, novissimus exibat, vir egregius, qui Etruscorum disciplinam cum Græca subtilitate miscebat ». Ita *M. Senec. suas*. 2. et 4. *Quæst. nat. p*. 50. Cf. etiam *ep*. 9., 63., 67., *al*. ¶ 2. Ex Latinis — 1.°) Apud scriptores. *Martial*. 1. 79. semper agis causas et res agis, Attale, semper: Est, non est quod agas, Attale, semper agis. Si res et causæ desunt, agis, Attale, mulas, Attale, ne quod agas, desit, agas animam. Adde *Cod. Just*. 5. 3. 28 (a. 239)., *Paul. Pell*. 294., *Ambros. ep*. 8., *Venant*. 7. *carm*. 12. 14., *al*. — 2.°) In titulis nom. serv. et cogn. vir. *Corp. I. L*. 6. 33277. - et 33497.; 8. 6614. etc. — Hinc derivata:

Attalensis v. *Attaliensis, e*, adject. ad opp. Attaliam pertinens. *Avell. p*. 714. Civitas Attaliensis. — Hinc *Attalenses*, absolute, incolæ — 1.°) Pamphiliæ. *Cic*. 1. *leg. Agr*. 2. 5. Agri Attalensium atque Olympenorum. — 2.°) Æolidis. *Plin*. 5. *Hist. nat*. 30. 33. (126). Conveniunt Attalenses.

Attalia, æ, f. 1. (Ἀττάλεια), oppidorum variorum nomen ut — 1.°) Pamphyliæ, nunc *Adalia*. *Hieronym. nom. Hebr. p*. 67. Attalia tempus ejus, melius declinatio Domini (V. *Vulg. Act*. 14., 24)., *Tab. Peut*. 10. Atalia; et *Guido p*. 526. Attalia. — 2.°) Mysiæ (?) prope Pergamum (Cf. Ἄττεα *Strab*.) *Tab. Peut*. 9., *Rav. p*. 362. et *Guid. p*. 528. — 3.°) Æolidis. V. *Attalensis*. In nummis apud *Eckhel* 3. *p*. 9. *sqq*. — 4.°) Lydiæ (*Steph. Byz*. ad v. *Hierocl. synecd*. 670. 5. et *Not. I*. 178., *VIII*. 190. et *IX*. 97). Cf. *Radet, La Lydie* Paris 1893. *p*. 319. *sqq*. et *Head, H. N*. 548. — Hinc *Atalianus* cogn. vir. *C. I. L*. 6. 1481.

Attalicus, a, um, adject. (Ἀτταλικός) — 1.°) Apud scriptores, ad Attalum regem Pergami ejusque opes et oppidum pertinens. Hinc *Attalica aulæa* apud *Varr. frg*. 68., *Propert*. 2. 32. 12. et *Sil. It*. 14. 659., auro intexta, fortasse inventum Attali I (*al*. III). — Etiam *Attalica, orum*, absolute, vulgo *tappezzerie*. *Plin*. 8. *Hist. nat*. 48. 74. (196). Cf. tamen *Blümner, Gewerbl. Thätig*. 38. — *Attalicæ vestes* apud *Propert*. 3. 18. 19.; *Attalica peripetasmata* apud *Cic*. 5. *Verr*. 12. 27. et *Attalici tori* (sc. *lecti tricliniares*) apud *Propert*. 4. 5. 24. et *Lucan*. 2. 357. — *Attalica hereditas* apud *Varr. frg. cit*. et *Attalicum testamentum* apud *Sidon. carm*. 2. 466. — *Attalicæ urbes* apud *Horat*. 1. *Ep*. 11. 5., sc. urbes Asiæ, ubi regnavit Attalus. — Metonymice de re magnifica et Attalo rege digna, ut *Attalicæ condiciones* apud *eund*. 1. *Od*.

1. 11., sc. amplissimæ et opulentissimæ. Sic *Liv*. 45. 10. naves (Cf. *Luterbach, Philol. Rundsch*. 1900. *p*. 518). et *Tertull. Jejun*. 15. *fin*. divitiæ, sc. immensæ. Cf. ATTALUS I. et v. *Lexic*. h. v. Hinc etiam *Attalici agri* in Cherroneso, ad Attalicum aliquem pertinentes, apud *Cic*. 2. *leg. Agr*. 19. 50. — *Attalicus, i*, m. 2. absolute, in titulis, nom. serv. et cogn. *Corp. I. L*. 6. 2464.

Attalis, idis et *is*, f. 3. (Ἀτταλίς) ¶ 1. Fuit tribus Atheniensis, in honorem Attali regis ita appellata. *Liv*. 31. 15. Honores regi - Attalo - immodici; - tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem veteres tribus addenda. ¶ 2. Est cogn. mul. *C. I. L*. 14. 1445.

ATTĀNÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Persicum. *Plin*. 6. *Hist. nat*. 28. 32.(149). « Homnæ et Attanæ, quæ nunc oppida maxime celebrari a Persico mari nostri negotiatores dicunt ». - Cl. *De-Vit* vult esse nomen populi Arabiæ, quod evidenter oppidi est; quamquam potuit esse utrique commune.

ATTĀNĒ, is, m. 3. regulus quidam Turdetanorum in Hispania, qui an. 206. a. Chr. a Pœnis ad Romanos transfugit cum magna popularium manu, traditis insuper duobus munitis oppidis cum præsidiis, teste *Liv*. 28. 15.; ubi alii leg. *Attene*.

ATTĀS, æ, m. 1. ¶ 1. Est nom. pueri (Gr. Ἄττας). *Carm. epigr*. 400 (*Romæ*). ¶ 2. Item Nice, Dioscuridis filia. *Corp. I. L*. 6. 22947. ¶ 3. Est etiam nom. stationis in Syria (Ἄθις *Ptol*.). *Tab. Peut*. 11. et *Ravenn. p*. 54.

ATTEJUS. *V*. ATTUS.

ATTĔLĔBUSSA, æ, f. 1. (Ἀττελέβουσα *Ptol*. 5. 5. 10.: ab ἀττέλαβος v. ἀττέλαβος, *locusta*) insula maris Lycii, ita appellata a locustarum copia. *Plin*. 5. *Hist. nat*. 31. 35. (131).

ATTĒNĒ, es, f. 1. (Ἀττήνη) regio Arabica. *Plin*. 6. *Hist. nat*. 28. 32. (148). Cf. *D. H. Müller, PW*. 3. 2152. sub *Atta* 1. Cf. etiam ATTANE.

ATTHIS, idis (is), f. 3. (Ἀτθίς) Scribitur etiam *Attis, Atis, Atys*. Cf. ATTIS. — Gen. *Atthidis* et *Atthis* esse docet *Prob. cath. gr. IV*. 30. 19. — Acc. *Attidem* est *Apul*. 1. *Met*. 1; *Atthida* vero *Ter. Maur*. 2154. — Nom. plur. *Atthidĕs* apud *Stat. loc. cit*. et *Martial*. 5. 67. 2. — Gen. *Atthidum* apud *Senec. loc. cit*. — Acc. *Atthidas* est *Jos. Cassiod. c. Ap*. 1. 17. et *Serv*. ad *Virg*. 1. *Æn*. 8. — Usurpatur autem non solum substantive sed etiam adjectivorum more.

I.) Atthis, substantive ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) De loco — *a*) Est Attica, prius *Actæa* v. *Acte* appellata. *Lucret*. 6. 1116. Atthide temptantur gressus oculique in Acheri Finibus. *Mela* 2. 39. A Macedonia prima est Thessalia, deinde Magnesia Phthiotis, Doris, Locris, Phocis, Bœotia, Atthis, Megaris sed omnium clarissima. — *b*) Item Salamina insula dicitur appellata *Atthis* ab Apollonio Rhodio, apud *Hygin. fab*. 14. — 2.°) De pers. v. anim. — *a*) Est filia Cranai, quæ regioni (sc. Atticæ) nomen dedit, teste *Justin*. 2. 6. 8. Adde *Isid*. 9. *Orig*. 2. 76 (Cf. ATTICA). — *b*) Item mulier Attica. *Senec. Phædr*. 106. Atthidum chori. Adde *Stat*. 12. *Theb*. 536. — *c*) Sic appellantur luscinia (Philomela) et hirundo (a Procne v. Progne). *Senec. Herc. O*. 199. fugit vultus Philomela suos natumque sonat flebilis Atthis (Ityn *A*). *Martial*. 1. 53. 9. multisona fervet sacer Atthide lucus. Adde *eund*. 5. 67. 2. — 3.°) De aliis, ut — *a*) De annalibus Atticis. *Hieronym. chron*. a. Abr. 623. Scribit Philochorus in Atthidis libro secundo (787). Adde *Jos. Cassiod. c. Ap*. 1. 17. — *b*) De lingua Attica. *Diomed. gramm. I*. 440. 5. Quinque sunt linguæ Græcorum, Jas, Doris, Atthis, Æolis, communis. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp. I. L*. 6. 24228. et 15. 1140. (*sæc. I*.). — Apud scriptores puella adamata Sapphus. *Ep. Sapph*. 18. non oculis gratast Atthis, ut ante, meis. *Ter. Maur*. 2154. cordi quando fuisse sibi canit Atthida parvam, Florea virginitas sua cum foret.

II.) Adjectivorum more. *Germ*. 157. Atthide terra natus Erichthonius. *Martial*. 11. 53. 3. Matres Italides - Atthides. *Serv. auct. Æn*. 1. 8. Atthides Musæ. — *Apul*. 1. *Met*. 1. linguam Attidem.

ATTĬCA. *V*. ATTICUS, a, um.

ATTĬCIUS (Attecius), ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L*. 6. 220 (a. 208).; 3. 18975 (*in Dalm*.). — *Atticia*, nom. mul. *Corp*. 13. 5434 (*in Germ*.). et cogn. 3. 6496 (*in Norico*). — Cf. *Aticius* et *Atecius*, nom. *Corp*. 6. 34551. et 5. 6788 (*Epor*.). — Hinc *Atticianus*, cogn. *Corp*. 13. 2654.

ATTĬCUS, a, um, adject. (Ἀττικός) Varie scribitur, ut *Adticus, Athicus, Acticus*. V. *Attica*. — Declinatur *Attice* pro *Attica* apud *Cels*. 5. 18. 19. et *Atticen* pro *Atticam*, apud *Liv*. 28. 8 (Σ). — *Atticon*, n., pro *Atticum*, apud *Lucil*. 1159. — *Atticûm* (tetradrachmûm) pro *Atticorum*, apud *Liv*. 37. 46. — Ad comparationem quod attinet, *Cic*. 1. *Att*. 13. habet ἀττικώτερα *et* 15. *ibid*. 1. ἀττικώτατα (adv.). — Passim legitur inde a *Plauto, Terentio* et *Varrone*.

Atticus (Atticos), ad Atticam regionem vel ad Athenas pertinens. ¶ 1. Proprie. — *a*) De loco. *Plaut. Epid*. 502. Athenæ Atticæ (Cf. *Leo, Plautin. Forsch. p*. 200. *V*. ATHENÆ). *Vellej*. 1. 18. urbs. *Senec. Herc. O*. 599. Eleusis. *Apul*. 1. *Met*. 1. Hymettos. *Ovid*. 4. *Fast*. 502. terra. *Val. Max*. 5. 6. *ext*. 1. regio. *Avien. orb*. 582. tellus, Belligeratorum genetrix memoranda virorum. *Plaut. Epid*. 306. ager. *Liv*. 31. 45. continens. *Solin*. 7. montes. *Horat*. 1. *Od*. 3. 6. fines. — *b*) De persona. *Plaut. Epid*. 502 (*Ter. Eun. per*. 10. *sq*.) civis. *Turpil. com*. 186. meretrix. *Martial*. 10. 55. pælex. *Tertull*. 1. *Nat*. 1. mulier. *Varr. Men*. 453. rivalis. *Min. Fel*. 38. Socrates scurra. *Cic*. 1. *Att*. 19. homo. *Stat*. 12. *Theb*. 609. miles. *Nep. Epam*. 6. rhetor. *Trag. inc*. 38. pubes. *Plaut. Pers*. 474. civitas. *et Ps*. 202. juventus. *Paul*. ex *Fest*. 302. juvenes. *Hieronym. chron*. a. Abr. 787. pueri. *et* 887. principes. — *c*) De diis eorumque cultu. *Sueton. Aug*. 93. Ceres. *Auson*. 417. 52. Nemesis. *Tertull*. 1. *Nat*. 12. Pallas. *Varr. Men*. 379. Musæ. *Trag. inc*. 240. sorores. *Tertull. apol*. 39. mysteria. Adde *Sedul. carm. pasch*. 1. 40. et *Ennod*. 2. *carm*. 3. 13. — *d*) De animalibus rebusque. *Propert*. 2. 20. 5. volucris. *i. e*. Philomela. *Carm. epigr*. 19. aedo. *et* 468. avis. *Ovid*. 5. *Trist*. 4. 30. apis. *Vitr*. 2. 9. 17. mel. *Paulin. Nol. ep*. 16. 6. favi. *Martial*. 5. 37. 10. ceræ. *Laber. mim*. 67. lanitia. *Quintil*. 12. 10. 25. seges. *Plin*. 33. *Hist. nat*. 6. 35. (106). spuma argenti. *et* 37. *ibid*. 5. 18. (70). smaragdi. *Varr. Men*. 480. talentum. *Liv*. 37. 58. tetradrachma. *Prisc. gr. III*. 408. 20. mina. *Pelagon*. 277. obolos. *Plin*. 21. *Hist. nat*. 39. 109. (185). drachma. *Ovid*. 7. *Met*. 492. puppis. *Mela* 2. 26. classis. *Sidon. carm*. 23. 126. theatrum. *Cic. Brut*. 7. 28. monumenta. *Tertull. anim*. 1. et 6. academiæ et porticus. *Plaut. Asin*. 793. lingua. *Cic*. 1. *Nat. D*. 33. 93. sermo (*Plin. jun*. 2. *ep*. 3. 1. sermo Græcus, immo Atticus). *Dict. ep. p*. 1. 12. litteræ. *Venant*. 1. *s. Mart*. 12. stilus. *Cic. Brut*. 17. 67. genus dicendi. *et* 51. salubritas Atticæ dictionis et quasi sanitas. *Virg*. 2. *Cat*. 2. Cimber rhetor - tyrannus Atticæ febris. *Auson*. 294. 39. Attica facundæ - mera gloria linguæ. *Ter. Eun*. 1093. elegantia. — De Attico dicendi genere *V*. etiam ATTICUS in *Lexico*. — *Noctes Atticæ*: ipse *Gell. præf*. 4. « Quoniam longinquis per hiemem noctibus in agro - terræ Atticæ commentationes hasce ludere ac facere exorsi sumus, idcirco eas inscripsimus noctium esse Atticarum, nihil imitati festivitates inscriptionum, quas plerique alii etc. ». Hinc *Prisc. gr. II*. 355. 20. Agellius Noctium Atticarum inscripsit. ¶ 2. Translate est elegans. *Lucil*. 1159. lecti omnes. Atticon hoc est. *Cæcil. com*. 222. egon vitam meam Atticam (Asticam *Bergk*) contendam cum istac rusticana (tua) Syra? Adde *Apul. apol*. 24. — Hinc absolute, substantivorum more

Attica, æ, f. 1. (*i. e*. terra, regio) Ἀττική. Scribitur etiam *Atthica* apud *Hieronym. chron*. a. Abr. 236. et *Actica* 461. A. *Serv*. ad *Virg*. 4. *G*. 462. Quidam volunt Ἀττικὴν primo vocitatam Ἀκτικήν, quia sit litoralis. Cf. *Gell*. 14. 6. 4. Attica Ἀκτή. — Formas Græcas exhibet *Varro*: sc. 2. *R. R*. 5. nom. *Attice*. et 4. *ibid*. 19. acc. *Atticen*. - *Cels*. 5. 18. ochra, quæ *Attice* appellatur. — Vox derivatur ab ἀκτή, ut *Serv. loc. cit*. exponit, unde probabilius nom. Ἀκτική; verum non improbandi qui ab *Att*- v. *Ath*- deducunt, ex quo incipit vox *Athenæ* (Cf. *Smith, G. A*. 4. 21. *n*.), quæ regionis caput est.

Attica, provincia media Græciæ, pæninsula formæ triangularis inter mare Ægæum et Saronicum, Cithæronis et Parnethi jugis a septentrione conclusa et Bœotiæ ac Megaridi contermina, olim *Acte* appellata vel *Actæa, Atthis, Jas, Mopsopia, Posidonia* etc. hodie, una cum Bœotia, ex XV. Græciæ nomarchiis seu præfecturis. Memorat *Plin*. 4. *Hist. nat*. 7. 11. (23). In ea (*Hellade*) prima Attica, antiquitus Acte vocata. Attingit Isthmum parte sui, quæ appellatur Megaris, - a regione Pagarum etc. (*V*. integr. loc.). Adde *Mel*. 2. 3. 7., *Capell*. 6. *p*. 49. et 6. *p*. 209., *Liv*. 28. 8. et 31. 14. et 26., *Solin*. 7., *Sueton. Claud*. 25., *Ampel*. 6., *Prisc. perieg*. 425., *Avien. orb*. 582., *al*. — Figurate pro persona. *Varro* 2. *R. R*. 5. 4. Qua in re testis Attica, testis Peloponnesus. — Eam Cecrops, primus Atticæ rex, in duodecim partes totidemque oppida divisit, singula singulis rectoribus legibusque propriis administrata; hæc vero in unum, sc. Athenas, quasi centrum et caput, contraxit Theseus (*Cic*. 2. *Legg*. 2. 5), heros illius gentis celeberrimus, et in tres classes distribuit, sc. *Eupatridarum* seu nobilium, *Agroicorum*, seu agricolarum, et *Demiurgorum*, seu opificum; insuper territorium Atticæ protendit ludosque instituit, qui ex loco, ubi celebrabantur, Isthmici dicti sunt, præter festa Panathenaica et Synorchia (*V*. THESEUS). — Hoc demortuo, Dores Atticam invaserunt, sed quum Codrus rex, oraculo annuens, se hostibus pro salute civium occidendum tradidisset, recedere sunt coacti (*V*. CODRUS). — Deinde regione potiti sunt Lacedæmonii, qui tyrannidem exercuerunt, a qua demum liberatam divisit Clisthenes in decem tribus, quattuor abolitis, quæ jamdiu exstabant, iisque incolas liberos libertosque omnes adscripsit, in *demos* dispertitos. Hæ postea tredecim fuere, quarum nomina sunt: *Erechtheis*, ab Erechtheo rege denominata; *Cecropis*, a Cecrope, primo Atticæ rege; *Ægeis*, ab Ægeo, patre Thesei; *Pandionis*, a Pandione, rege Athenarum; *Leontis*, a Leonte, qui filias suas Posidoni devovit; *Ptolemais*, a Ptolemæo Lago; *Achamantis*, ab Achamante, filio Thesei; *Adrianis* ab Adriano imp.; *Danais*, ab Danao, filio Pandionis; *Hippothoontis*, ab Hippothoonte, filio Posidonis; *Æantis*, ab Æante v. Ajace Telamonio; *Antiochis*, ab Antiocho, Herculis filio; *Attalis*, ab Attalo I., rege Pergami (*V*. ATTALUS). Porro factionibus eorum, qui Πεδιεῖς, Διάκριοι et Πάραλοι dicebantur, afflictam, pauperibus in divites nobilesque insurgentibus, Solon instauravit (an. 594. a. Chr.), saluberrimum opus aggressus celebri illo decreto, quod Σεισάχθεια vocatum est (*V*. SOLON). Verum hæc et alia de immigrationibus, de bellorum vicibus deque variis eventibus ad Atticæ historiam pertinentia, quæ partim obiterque attinguntur in v. ATHENÆ, *V*. apud veteres *Strab*. 9. 1., *Paus*. in *Att*., *Plin*. in *Hist. nat*. 4. (23). 10. (78). et *alib*. passim, *Macrob*. 1. *Sat*. 10. 22., *Nep. Alcib*. 4. et *alib*.; et apud recentiores historicos et geographos, *Bursian, Curtius, Busolt, Hanriot, Judeich, Lolling, Kastromenos, Kiepert, Milchhöfer, Mommsen, Saal, Wordsworth*, al.

Atticum, i, n. 2. tetradracma. *Liv*. 34. 52.

Atticus, i, m. 2. (In titulis etiam *Aticus*, unico *t*. *Corp. I. L*. 10. 4093. etc.). ¶ 1. Generatim — 1.°) Adhibetur pro incola Atticæ, tum pro Atheniensi, tum fortasse pro Græco in universum. — *a*) Singulariter. *Plaut. Mil. arg*. 2. 4., *Ter. Andr*. 928. *Phædr*. 3. 14. Atticus quidam. *Senec*. 2. *Contr*. 5. 11. Dionysius. *Vellej*. 1. 4. 1. et *Avien. or*. 50. Thucydides. *Auson*. 301. 1. Solon. *et* 419. 15. Xenophon. — Collective. *Stat*. 2. *Theb*. 709. — Translate. *Juvenal*. 11. 1. Atticus eximie, si cenat, lautus habetur; si Rutilus, demens. *i. e*. Atticus pro divite, Rutilus pro paupere. — *b*) Pluraliter. *Cic. Brut*. 62. 224. Veteres Atticorum comœdiæ. *et* 1. *Off*. 29. 104. Plautus noster et Atticorum antiqua tragœdia. *Vellej*. 1. 2. 1. Quum Lacedæmonii gravi bello Atticos premerent. *Avien. fab. proœm*. 6. Quum - et Atticos Græca eruditione superes et latinitate Romanos. *Ammian*. 22. 8. 8. Vetus Byzantium Atticorum colonia. — *Liv*. 34. 52. Signati argenti octoginta quattuor fuere Atticorum. — 2.°) Item pro oratore. *Cic*. persæpe in libris rhetoricis et pluraliter *Attici* usurpat. — Singul. *Aurel*. ad *Front. p*. 254. *N*., *Tac. dial*. 18. *Paneg*. 4. 17. Non civitate Atticus, sed eloquio.

¶ 2. Speciatim nom. pers. — 1.º) Apud scriptores mentione digni — a) Atticus scriptor, laudatus ab Interpr. Virg. ad 2. Æn. 717. — Videtur esse T. Pomponius Atticus, amicus Ciceronis, quem præter eund. in epp. memorant Varro 2. R. R. 2., Tac. 2. Ann. 43., al., præsertim Nep. in vit.; de quo V. T. POMPONIUS. — b) Item scriptor de re rustica, laudatus Colum. 1. 1. 14. et 16. 11. 1. — c) Item rhetor, discipulus Apollodori, cujus præcepta tradidit græce. Quintil. 3. 1. 18., ubi alii intelligunt M. Vipsanium Atticum Agrippam, filium v. nepotem T. Pomponii; alii Ateium Dionysium, Apollodori itidem discipulum. — d) Item philosophus Platonicus, qui floruit sub Aurelio Antonino et L. Commodo. Hieronym. in chron. ad Ol. CCXXXIX. 4. — e) Item familiaris poetæ Martialis, quem hic laudat in exercitatione currendi, 7. 32. — Est etiam ad eum epigramma 100. libr. IX. — f) Item episcopus Constantinopolit. (a. 406-425), genere Armenius, habitu monachus, a juventute sua naturali sapientia decoratus (Cassiod. 19. Hist. trip. 22); quin etiam hæreticis miraculum sapientiæ visus est (Id. 11. ibid. 2. et 3). — Scripsit librum de fide et virginitate valde egregium, epistolas et sermones, quorum fragmenta habet Mar. Marc. in Collect. 1. Exc. Nest. p. 874-875. M. — g) Alios scriptores, rhetores; tum etiam consules et episcopos plus minus illustres. V. in PW. 2. 3239. sqq. — 2.º) In titulis, universim, servi multi et liberti, inde a prima ætate imperatoria per totum orbem Rom. Corp. I. L. 10. 3790 (Capuæ a. 728. U. C.) et alib. — Attica (Ἀττική) — a) Est cogn. mul. Corp. 10. 6640. — Attice legitur 14. 851., Atice, 8. 21204., Atticai, 5. 3699. et Attices (gen.) 6. 20382. — Atticeni (dat.) 6. 33981. — b) Fuit Attici, Ciceronis amici, filia, nomine Cæcilia. Cic. 12. Att. 1. — Hinc derivata: Atticianus, a, um, adject. ad Atticum pertinens. Corp. I. L. 6. 8067. horti Atticiani. — Atticula, cogn. demin. mul. Corp. I. L. 6. 7682. Adde Cic. 6. Att. 5. — Atticillus, cogn. demin. vir. Corp. I. L. 6. 12701. et Atticilla, cogn. demin. mul. Ibid. 4965 (Adde Martial. 12. 79. 1) et 16356. Aticilla. — Ad Atticillæ, statio in via Carthagine Theveste. Tab. Peut. 5. — Atticillianus, cogn. vir. Corp. I. L. 9. 338 (Canusii a. 223).

ATTĪDĬĀS, ātis, adject. ad Attidium oppidum pertinens. Lib. col. 1. gromat. p. 240. 10. Attidias ager. Alii leg. Attejas. — Attidiates, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 14. 19. (113). et Corp. I. L. 11. 5718. Municipium Attidiatium.

ATTĪDĬUM, ii, n. 2. municipium Umbriæ, e cujus ruinis ortum est opp. Fabriano; nunc vero in ejusdem agro pagus Attigio dictus. Inscr. apud Orelli n. 8 = Corp. I. L. 11. 5718. — In tabulis Eugubinis legitur Atiiediur (V. Bréal, Les tabl. Eug. 217. et 222). i. e. fratres Attedii.

ATTĪDĬUS, ii, m. 2. V. ATTUS.

ATTĪLA, æ, m. 1. nom. pers. — a) Declinatur etiam Attila, ānis, anem, ane. V. Nov. Just. 11. 1., Marc. Com. chron. II. p. 79. et Jornand. Get. 209. et 301. — Acc. Attilanum habet Prosp. add. II. chron. I. p. 400. 3. 19. — b) Scribitur quoque Athila, Atthila, Attyla, Attela, Atthela (Athel). — c) Interpretatio vocis barbaricæ videtur peti posse a Germ. Adel (Atel) « nobilitas » ita ut Attila idem sonet ac nobilis; magna quippe pars Teutonicorum nominum virtutem bellicam, nobilitatem, claritudinem significat.

Attila ¶ 1. Fuit præcipue rex Hunnorum (an. 433-453), filius Mundzuc (Jorn. Get. 25. et alib. et Prisc. frg. 12), Octar et Roas successor cum fratre Bleta v. Bleda (Prisc. frg. 1. et Prosp. chron. 444). Memoratur etiam Eugipp. vit. Sev. 1. 1., Greg. Tur. 2. Fr. 7. Sidon. ep. 7. Attila Rheni hostis. Ravenn. Guid. p. 544. sævissimus. Cassiod. 1. Var. 4. 11. armorum potens. Jorn. Get. 35. terrarum omnium metus. et ibid. bellorum amator sed ipse manu temperans et consilio validissimus. et ibid. 34. Hunnorum omnium dominus et pæne totius Scythiæ gentium solus in mundo regnator, quæ erat famosa inter omnes gentes claritate mirabilis. et 36. homo subtilis, antequam bella gereret, arte pugnabat. et 35. superbus incessu, huc atque illuc circumferens oculos - forma brevis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aspersus, simo naso, teter colore. — Sine ulla religione at superstitiosus gladium Martis a pastore effossum sibi tradi gestiens, inde et belli potestatem sibi fieri et totius mundi se principem constitutum censuit (Prisc. apud eund. ibid.) — Ad Vormatiam exercitum Burgundionum omnino profligavit occiditque Guntherum (Gondicaro), eorum regem, cum ipsius familia (a. 437). — Postquam (a. 447) cum Bleda Illyricum vastavit ac Thraciam, fratrem ipse peremit ut ex ejus copiis suus exercitus augeretur; Romanos enim Vesegothasque statim subdere peroptabat (Jorn. Get. 35., Prosp. et Marc. in chron.). Dein arma intulit victricia in Orientem, unde legatos misit ad Theodosium imp. (a. 448). — Non tamen omnia ei prospere cesserunt; brevi namque (a. 451) in Galliæ campis, qui Catalaunici (Châlon-sur-Marne) dicuntur, ab Ætio, Romanorum duce, Gothorum aliorumque viribus adjuto, cum ingenti suorum cæde fugere Pannoniamque repetere coactus est (Jorn. ibid. 37-42.: cf. Troya, S. I. XXII. 24). — Anno autem insequenti, nactus occasionem ex recessu Vesegotharum, ut ait Jorn. ibid. 42., Aquilejam obsessam mox occupat, metropolim illam munitissimam, vastatque deletque; dein Venetiam invadit ac Liguriam, tum Mediolanum, Ticinum, Bergomum aliaque oppida dejicit demoliturque Italiam pæne universam (Id. ibid., Eutrop. XV. 67., coll. Capsoni, St. d. Pavia II. 260-261. et Momms. S. R. I. 302. 662. et II. 26. et alib.). — Continuo Romam cogitat, ubi Ætius paucas copias coegerat; sed illi præsidi legatio Romanorum advenit, duce Leone M., pontifice, « in agro Veneto Ambulejo, ubi Mincius amnis in Padum confluit » (Eutrop. cont. XV. 670.: cf. Jorn. Get. 42.: Troya locum putat, ubi nunc est Peschiera), qui Attilæ, non tam supplicando, quam jubendo, suasit ut ab Urbe adeunda abstineret, quod sanctissimus vir statim obtinuit ac prodigio tributum merito est. « Territus namque Dei nutu Attila fuerat; nec aliud Christi sacerdoti loqui valuit nisi quod ipse (Leo) præoptabat - Attila dicitur respondisse non se ejus, qui advenerat, personam reveritum esse, sed alium se virum cum eo vidisse - forma augusta - evaginato gladio sibi terribiliter mortem minitantem nisi cuncta, quæ ille expetebat, explesset ». Ita Eutrop. cont. XV. p. 670. col. 2. Nec Hydatio 35. credendum, qui prœlio id adscribit, cum Ætianis et orientalibus auxiliis commisso, a quibus Attila fusus fugatusque sit, quod nec Theophanes in Chron. refert, nec alius ullus historicus confirmat (V. Saint-Charon, St. Léon. M. II. 90.; Troya, St. It. XXII., 40. et 41. et Balan, St. It. I. p. 450. sq.). — Inde, tributo tantum imposito, in Pannoniam reversus, a nuptiis cum Ildico seu Ildegunda, post innumeras uxores ducta, celebratis, dum novas vastationes molitur, ad necem transiit; nam, vino somnoque gravatus, ab illa, ut quidam tradunt, transfoditur, suos a tyranno cæsos mulier ulta (a. 453); quamquam alii aliam violentæ v. subitæ mortis causam referunt (Jorn. Get. 49., coll. Theoph. et Marc. chron. et Chron. Pasch. p. 818. V. etiam Barbieri, La guerra d'Att.; Thierry, Hist. d'Att. et Haage, Gesch. Attilas, Progr. etc. 1862). ¶ 2. Alius apud Venant. vit. s. Germ. 159. Attila vir inluster ac nobilis aulæ domesticus.

ATTĪLĀNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

ATTĪLĀNUS, a, um, adject. ad Attilam regem pertinens. Jorn. Get. 40. Attilanum regimen. — Hinc absolute Attilani, Attilæ posteri. Id. ibid. 58.

ATTĪLĬUS (Attilius) et deriv. V. ATTUS.

ATTĬNAS et

ATTĪNĀS, æ, m. 1. (Ἀττινᾶς, contract. pro Ἀττινόδωρος, ab Ἄττιν et δῶρον, h. e. Attinis donum) ¶ 1. Fuit præfectus Macedonum in Bactriana, a rebellibus interfectus. Curt. 8. 1. 3. et 5. ¶ 2. In titulis nom. vir. satis frequens. Corp. I. L. 6. 8015. etc.

ATTIS (Athys et Atys) - inis - idis, - is (yis, yos), 3. (Ἄττις, Ἄτυς, Ἄττυς, Ἄττιν, ινος, Ἀττης) nom. pers. — a) Orthogr. Scriptura librorum vacillat: Athis v. Actis apud Catull. 63. 1. et Attis v. Atis apud eund. ibid. 27. — Atys apud Hieronym. in Os. 1. 4. 14. p. 41. Vall. — b) Declin.: nom. etiam Attes, Atts apud Charis. gr. I. 67. — Gen. Attinis est Macrob. 1. Somn. Sc. 21. 8. et C. I. L. 6. 505. — Attidis in Cath. Prob. gr. IV. 29., Varr. Men. 150. Lachm., Augustin. 7. Civ. D. 25. — Attis in C. I. L. 6. 30973. — Atteos in Carm. epigr. 111. — Dat. Attini in C. I. L. 9. 3146. — Attidi in eod. 6. 506. — Atti, ibid. 568. — Acc. Attin sæpe inde a Catullo. — Attinem apud Macrob. 1. Somn. Sc. 21. 7. — Attidem est Arnob. 5. p. 187. — Atten habet Tertull. apol. 15. ed. Gel. — abl. Attine in C. I. L. 4. 2258. — Attide est Arnob. loc. cit. — c) Genus, in universum, masc., at Catull. 63. 27. Attis - notha mulier. et 31. furibunda. et 32. comitata. Contra traduntur: 42. excitum Attin. et 45. ipse. et 88. tenerumque., ubi edd. formam femininam restituerunt. Ratio ex eo petenda quod, quum Attis sibi virilia abscidisset, veluti femina factus, feminino genere a Catullo aliquoties effertur. — d) Etym. seu interpretatio vocis: Macrob. 1. Somn. Scip. 121. 9. (Phryges) Solem - sub nomine Attinis ornant fistula et virga (V. infra). Adde Arnob. loc. infra cit. Augustin. vero 7. Civ. D. 25. Porphyrius - Attin flores significare perhibuit et ideo abscisum, quia flos decidit ante fructum. et Firm. err. 3. 2. Attin - hoc ipsum volunt esse, quod ex frugibus nascitur. Fulg. Myth. 3. 5. Attin dici voluerunt quasi eton, etos enim Græca consuetudo dicitur. Cf. Arnob. 5. p. 159. — Sed probabilius vocis origo Asiatica seu Orientalis.

Attis ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Pastor Phrygius, ex Celænis oppido, eximiæ pulcritudinis. Arnob. 5. p. 187. Attidem cum nominamus, Solem, inquit, significamus et dicimus: sed si Attis Sol est - quis erit Attis ille, quem in Phrygia genitum vestræ produnt litteræ? Ovid. 4. Fast. 223. Phryx puer - facie spectabilis. Id. 10. Met. 104. Cybeleius. Senec. Ag. 690. Phrygius. Ner. Pers. 1. 90. Berecyntius. Serv. ad Virg. 9. Æn. 115. puer speciosus. et Prud. c. Symm. 2. 52. pulcher. Sic Augustin. 6. Civ. D. 7. pulcher adulescens (Matri deûm) dilectus. Fulg. Myth. 3. 5. formosissimus. Opt. Porph. 27. almus. Inscr. apud Orelli n. 1904. Augustus et n. 2353. Minotyrannus. et n. 1960. et 1901. conservator - invictus. et n. 2264. sanctus. Adde Ovid. 6. Fast. 227. Ib. 455. Deque viro fias nec femina nec vir, ut Attis. Hieronym. loc. cit. Atys, quem eunuchum dea meretrix fecerat. — Filium fuisse scribit Arnob. 5. p. 159. cujusdam Nanæ nymphæ, filiæ Sangarii vel regis vel fluminis, quæ hunc concepit ex malo Punico, quod decerptum in sinum suum reposuerat etc. — Hunc Cybele, deûm mater, adamavit suisque sacris præfecit, ea tamen condicione ut castum se et ab omni venere integrum servaret. Sed quum is postea in Singaritide nympha peccasset, ab irata Cybele in furorem actus, genitalia sibi amputavit: quumque præ dolore manus etiam sibi afferre vitamque finire pararet, miserata dea eum in pinum vertit: quam arborem sibi sacram esse postea voluit; Attis vero memoriam in suis sacris celebrari et sacerdotes suos eviratos esse jussit. Ita Forcellin. ex Ovid. 4. Fast. 223. sqq. Aliter rem narrat Serv. ad Virg. 9. Æn. 116.; aliterque etiam rem totam persequitur Arnob. loc. cit. — Docet vero Macrob. 1. Sat. 21., Phryges nomine Attis significasse solem; nam solis et terræ beneficio cuncta gignuntur. Itaque ejus simulacrum effinxisse cum fistula et virga, fistula significante ventos, qui propriam sumunt de sole substantiam (fortasse ex calore, quo dilatatus movetur aer); virga potentiam solis in cuncta et gubernationem rerum universarum (V. ibi plura). — Attidis cultus fere ubique conjungitur cum Cybele (Inscr. apud Orelli n. 1898-99., 1902. etc.), cum Minerva Berecyntia (Ibid. n. 2328) seu Paracentia (Ibid. n. 2329. et 2330) et cum Bellona (Inscr. apud Momms. n. 5354). - et etiam ex quibusdam epithetis arguitur, quæ supra retulimus, dei propriis. — Apud artifices. Tertull. 1. Nat. 10. Vidimus sæpe castratum Attin deum a Pessinunte. Adde C. I. L. 10. 6074. Cf. Visconti, Ann. d. Inst. 1860. p. 225.; Robert, Myth. de Cyb. et d'At., Revue numism. III. 1. sqq.; Dütschke, Bildw. Oberital. IV. 354., 359. et 380. — Catullus integrum carmen de Atti condidit, de quo Martial. 2. 86. 4. Nec dictat mihi luculentus Attis

mollem debilitate galliambon. V. Cumont apud Ruggiero, Diz. epigr. I. 763.; Wissowa, Relig. u. Kult. 266. et 270. sq.; et Preller, Gr. Myth. I. 532. — 2.º) Item (etiam Attys v. Atys) filius Herculis et Omphales, qui Lydum et Tyrrhenum genuit. Tac. 4. Ann. 55. « Tyrrhenum Lydumque Attye rege genitos etc. ». His Carem et Mysam addit Herod. 1. 171., ex quibus populi Lydii, Tyrrheni, Cares et Mysii dicti sint. — Fuit rex Lydorum primus et dynastiæ Atyadum caput (Herod. 1. 7. et 94., coll. 4. 45). — 3.º) Item (Atys cum prima syllaba brevi) natione Indus, filius Limniaces seu Limnatees, filiæ Gangis fluvii, unus ex sociis Phinei in pugna contra Perseum et ab isto occisus. Ovid. 5. Met. 47. — 4.º) Item (Atis cum prima brevi), a quo gens Atia Latina originem traxit, ut docet Virg. 5. Æn. 568. — 5.º) Item (Atys) filius Crœsi, regis Lydiæ, fortuito dum venaretur aprum, qui Mysiam vastabat, occisus. Val. Max. 1. 7. ext. 4. — 6.º) Item (Atys) alter Crœsi filius, qui mutus quum vidisset patrem a Cyro trahi ad supplicium, vi timoris in hæc verba miranda erupisse fertur: « Parce patri meo, Cyre, et hominem te esse vel casibus disce nostris ». Solin. 1. Cf. Val. Max. loc. cit. — 7.º) Item filius Albæ, Albanorum regis, et ipse rex, Capis pater. Liv. 1. 3., ubi et Atis scribitur. — 8.º) Item sponsus Ismenes. Stat. 8. Theb. 554. Jacet pro sanguine nostro Hospes Atys. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 6. 6556., 19122 (V. etiam tant.). — Demin. videtur Attinulus, nom. serv. (?). Inscr. Notiz. degli scavi 1901. p. 149 (Pomp.).

ATTĪUS. V. ATTUS.

ATTO, onis, m. 3. ¶ 1. Est nom. serv. et cogn. (Cf. Attu, nom. barb. et Atto, nom. Germ.: Förstemann p. 152). Corp. I. L. 6. 4881. - 13. 922 (in Aquitania). — Hinc Attonius (Atonius), nom. vir. Corp. 3. 5669 (in Norico). et Attonia, nom. mul. 13. 6175 (in Germ. sup.). ¶ 2. Atto. V. TATTO.

ATTŬĀRII, ōrum, m. plur. 2. gens Germanica. Vellej. 2. 105. 1. Ammian. 20. 10. 2. Atthuarii. Cf. Χαττουάριοι Strab. 7. 292.

ATTUS, i, m. 2. prænom. Italicum antiquissimum. - Attius pro Attus aliquando usurpatur. V. infra. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Attus (v. Attius) Navius (v. Nevius: cf. Dionys. Νέβιος τὸ δὲ συγγενικὸν Ἄττιος), augur ætatis Tarquinii Prisci. Cic. 2. Rep. 20. 36., coll. 1. Divin. 17. 31. Quis veterum scriptorum non loquitur, quæ sit ab Attio (Leid. Voss. 86., cett. Atto, unus Accio) Navio per lituum regionum facta discriptio? Liv. 1. 36. Attus Navius inclitus ea tempestate augur. Lact. 2. Inst. 7. 8. summus augur. Plin. 15. Hist. nat. 18. 20. (77). Tamquam in comitium sponte transisset (ficus ruminalis), Atto Navio augurante. Fest. 169. Ficus quoque in comitio appellatur Navia ab Atto Navio augure. Liv. loc. cit. Statua Atti capite velato - in comitio in gradibus ipsis ad lævam curiæ fuit. Plin. 34. Hist. nat. 5. 11. (21). Namque et Atti (Bamb.) Navi statua fuit ad curiam. et ibid. (22). Primas putarem has (statuas) et Atti (Attii Bamb.) Navi positas ætate Tarquinii Prisci, ni regum antecedentium essent in Capitolio. Cf. Apul. Socr. p. 135. Oud. Attio Navio auguris miraculum cotis addicant. — De hoc V. ACCIUS, cujus sunt hæc quasi supplementum. — 2.º) Attus Clausus, cui postea Ap. Claudio fuit Romæ nomen. Liv. 2. 16. et 10. 8. V. ATTA. — 3.º) Attus Curiatius. Sch. Cic. Bob. Mil. p. 277. 17. Horatius - occisis tribus Curiatiis Albanorum, obviam sororem habuit deplangentem Atti Curiati obitum, cui desponsa fuerat. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. I. L. 5. 5354. et 7. 1336. 114. et Inscr. Rhen. 688. — Atta (Atta), nom. mul. Corp. 2. 5791., 2672. - 5. 7228. Ata. V. etiam Holder, Altcelt. Sprachsch. I. p. 272. — Hinc derivat.: Attius v. Accius, nom. gent. frequentissimum Romæ et in Galliis Cisalpina et Narbonensi (Etrusc. Ate v. Atei in C. I. E. 1. 178a. et 281b.: cf. Atius, unico t, antiquius). Ex multis memorantur — 1.º) Apud auctores — a) Attius Patera, rhetor Burdigalensis « fandi nobilis, doctor potentum rhetorum », teste Auson. in elogio Prof. 4 (V. integr. carmen). — b) Attius Tiro Delphidius, rhetor, filius præced., nepos Attii Phœbicii, quem Auson. præf. 5. dicit « cum soluta tum ligata oratione floruisse, ingenio ac doctrina nobilem ». Laudat etiam Sidon. 5. ep. 10. — c) Attius Tullus, rex Volscorum, qui Coriolanum exsulem humaniter excepit eique, duci in bello contra Romanos suscepto, cum copiis adfuit, a quo traditur genus suum duxisse Cicero, teste Aur. Vict. vir. ill. 81. et Sil. It. 8. 404. Id tamen ab aliis merito addubitatur. Memorat Liv. 2. 35-38., coll. Plut. Cor. 22. sqq., qui Amphidium, et Appian. Ital. 5. 5., qui Attidium pro Attium vocat. — d) P. Attius Varus, Pompejanus, prætor sive proconsul Africæ a. U. C. 703., de quo plura apud Cæs. 1. B. C. 12. et 31. et 2. ibid. 23. et 34. et Cic. 7. Att. 13. — Hunc Publium vocant Cic. et Cæs.; hinc corrigendi Eutrop. 6. 23., qui eum Quintum, et Borghesi, Œuvr. II. 151., qui Cajum nuncupant. — Prœlia in Africa Scribonis Curionis Cæsariani cum Attio Varo et Juba fuse describit Lucan. 4. 661. sqq. Cf. Porphyr. ad Horat. 1. Sat. 7. 1. et Auct. B. Afr. 62. — Postremo, victo Scipione, quicum de summo imperio contenderat, paulo post victus et ipse est a Didio a. U. C. 709. apud Mundam ejusque caput ad Cæsarem perlatum. Vellej. 2. 55. et Oros. 6. Hist. 16., coll. Appian. B. C. 2. 105. — e) Q. Attius Varus, Cæsarianus, præfectus equitum in Gallia, singularis et animi et prudentiæ vir. Hirt. B. C. 8. 28. et Cæs. 8. B. C. 37. — Fuit sæpe confusus cum Alfeno Varo; itemque cum Quintilio Varo aliquo. Cf. Welchert in Exc. 1. de L. Vario poeta, qui vult Q. Varum hunc fuisse Virgilii amicum, deque eo in agris dividundis sub Octaviano bene meritum ita ut Maro illi Eclog. VI. inscripserit. — Alios V. in ACCIUS. — 2.º) In titulis nom. gent. Corp. I. L. 9. 3973.; - cogn. 5. 2554 (Veronæ).; - prænom. apud Liv. 2. 35. — Attia (Atia, Attie), nom. mul. Corp. 12. 1034. — Hinc Atta, prænom. et cogn. Ital., ut Atta Claudius, gentis Claudiæ princeps. Sueton. Tib. 1 (Cf. Kretschmer, Einleit. in d. Gesch. d. gr. Spr. p. 349. sqq.). — Attianus, a, um, adject. ut Attiani milites, sc. P. Attii Vari (Cæs. 1. B. C. 13.); Attianæ legiones (Cic. 7. Att. 15). — Absolute Attianus, cogn. Tac. 4. Hist. 41. Nonius Attianus crebris apud Neronem delationibus famosus. Adde C. I. L. 14. 3039. et Attiana, nom. mul. 10. 8889. — Item Attio (ōnis), demin. cogn. mul. Grut. 687. 12. — Ateius (a), nom. gent. Corp. 6. 36564. — Atafidius, nom. gent. ibid. 1056. — Attalius (Atalius), a, nom. gent. ibid. 12696. — Atenius (Athanius), a, nom. gent. Corp. 10. 1589. et 12571. — Atejus (Attejus), a, Gr. Ἀτήιος, Etrusc. Ateini, Atsini), nom. gent. Corp. 6. 200. — Apud auctores L. Atejus Prætextatus Philologus, de quo Sueton. gramm. 10. L. Atejus Philologus libertinus Athenis est natus. Hunc Capito Atejus notus jurisconsultus inter grammaticos rhetorem, inter rhetores grammaticum fuisse ait - coluit postea familiarissime C. Sallustium et, eo defuncto, Asinium Pollionem - Ateja, nom. mul. Corp. I. L. 6. 12577. — Item Atilius, rarius Attilius, Ἀτίλιος, ab Attus v. Attius, sicut Lucilius a Lucius et Manilius a Manius; etiam Atellius, ut Ἀτείλιος non raro in titulis Græcis; in Latinis vero sæpissime I longa secundæ syllabæ. — Est autem nom. gentis plebejæ ex antiquioribus et patriciæ, toto Romano orbe diffusæ et in plures familias divisæ, imprimis Calatinorum v. Cajatinorum, Regulorum et Serranorum v. Sarranorum, aliisque affinitate v. adoptione conjunctæ, ut Glitiæ, Braduanæ etc. — 1.º) Apud scriptores — a) Atilius, poeta comicus (Gell. 15. 24). Cic. 14. Att. 20. Atilius durissimus. et Porc. Licin. apud eund. 1. Fin. 2. 5. ferreus scriptor. - Scripsit Misogynus vel Misogyne, fabulam fortasse a Menandro expressam (Cic. 4. Tusc. 11. 25), cujus exstant fragmenta, collecta Ribbeck, Com. Lat. rel. p. 29. Scripsit et tragœdiam, probabilius Sophoclis (Electra), in Latinum male conversam, (Cic. 1. Fin. 2. 5) apud Char. gr. I. 241. et Sueton. Cæs. 84. — b) Atilius, libertini generis, qui apud Fidenam amphitheatrum exstruxit, quod perverse finitum, dum spectaculum gladiatorum celebrabatur, corruit, immensa mortalium vi exanimata, teste Tac. 4. Ann. 42., a. Chr. 27. sub Tiberio, et obiit in exsilium pulsus. — c) A. Atilius A. f. C. n. Cajatinus (Capitolinus Cassiod., Calatinus Chronogr., Catacenus Hydat.), cos. a. U. C. 496. cum C. Sulpicio Paterculo, antea prætor, haud magno exercitu de Pœnorum copiis numero potioribus ab Hamilcare ductis (Zonar. p. 207) gloriose triumphavit, ut Fast. triumph. Cap. docent. Cf. Flor. 2. 2. 12. sqq., ubi per anticipationem dictator appellatur; nam iterum cos. fuit a. 500. cum Cn. Cornelio Scipione Asina, et a. 505. dictator rei gerundæ causa cum L. Cæcilio Metello magistro equitum; quo quidem in munere primus fuit qui exercitum extra Italiam duceret, ut refert Liv. epit. 19.; dein censor et judex inter Q. Valerium prætorem et C. Lutatium cos., in qua causa judicium protulit mirificum, ut ait Val. Max. 2. 8. 2. — Sepulcrum ejus extra portam Capenam prope sep. Scipionum memorat Cic. 1. Tusc. 7. 13. — d) Atilius Fortunatianus, incertæ ætatis, Terentiano Mauro antiquior, ut conjicitur ex præf. Lachmanni ad eund. Terent. p. XV. — Hujus opus inscribitur Ars Fortunatiani vel plenius Ars Atilii Fortunatiani de re metrica, edita primum a Jano Parrhasio (a. 1504) ex MSS. in Bobiens. Cœnob. asservatis; recentius a Putschio p. 2671-2685.; dein inter Scriptores rei metricæ a Gaisford, Oxonii a. 1837. p. 333-362.; postremo a Keil inter Gramm. vett. VI. p. 278-304., ubi opus summa metrorum dicitur (p. 279. 5), cui auctor hæc verba præmittit: « Ut Sallustius ait, carptim, quæ memoria digna videbantur, de multis auctoribus excerpta præscripsi ». Cf. Cäser in Paulys R. E. 1. 2025. sq. et Wentzel, Symb. critt. Bresl. 1855. — e) L. Atilius Nomentanus, triumvir monetalis, cujus nummi cum epigr. L. ATILI NOM. exstant descripti apud Cohen, Monn. de la Rép. Rom. p. 50. pl. VII. n. 4. et Babelon, Descr. d. monn. d. l. rep. R. I. 232. Sic Borghesi, Œuvr. II. 269. habet NOM., non ROM, quasi ex errore monetarii, uti vult Momms. (Blacas II. 299. 2), quod jam refellit cl. Cavedoni in Riv. Num. ant. e mod. I. 110. et etiam R. von Rohden, PW. 2. 2084. cum Babelon negat eo nummos an. 150. a. Chr. (Borghesi an. 163.) cusos putat. — f) C. Atilius Regulus, cognomento Serranus, cos. a. U. C. 497. cum Cn. Cornelio Blasione, eodem anno de Pœnis navalem triumphum egit. Fast. triumph. Cap. et Liv. epit. 17. — Hic ex rustico ad primos reip. gradus et « in medio Serentis opere anhelos boves statuit » ut ait Symm. 1. ep. 58. Hinc Virg. 6. Æn. 841. et 844. « Quis te, magne Cato, tacitum aut te, Cosse, relinquat? - vel te sulcos, Serrane, serentem? Serv. ad l. adnotat: « Atilius quidam senator fuit, qui quum agrum suum coleret, evocatus propter virtutem meruit dictaturam. Serranus autem a serendo dictus est ». Sic Plin. 18. Hist. nat. 3. 4. (20). « Serentem invenerunt dati honores Serranum, unde ei et cognomen ». Cf. Mythogr. I. fab. 223. ed. Mai. et Cic. Rosc. 18. 50. — Quia vero in antiquissimis nummis ac titulis Saranus dicitur, non Sarranus vel Serranus, videtur ille cognomentum accepisse potius a Sarano, Umbrino oppido. Ita monet etiam Momms. ad C. I. L. 1. 42., coll. Liv. 22. 35. Fortasse, ut recte putat cl. De-Vit, hunc cum Cincinnato, ex agricola in dictatorem electo, confusum fuit. Ceterum etymon vocis petendum esse reor a Sara, serius Sarra, i. e. Tyro, unde Saranus v. Sarranus = Tyrius, qua appellatione usi sunt aliquando Latini scriptores inde ab Ennio et Plauto. — g) M. Atilius Regulus M. f. L. n. (M. Atilius Regulus Eutrop., M. Atilius Erranus Cassiod., Regulus Chronogr.), cos. a. U. C. 487. cum L. Julio Libone, quicum et triumphavit de Sallentinis VIII. k. Febr. Act. triumph., Flor. 1. 15., Eutrop. 2. 17., Sil. It. 6. 434. et alib. — Iterum cos. Q. Cædicio suffectus a. 498., cum L. Manlio Vulsone, primus Romanorum classem CCCXXX. navium trajecit retulitque de Hamilcare victoriam (an. 256. a. Chr.) et plurima oppida cepit (Liv. epit. 18., Oros. 4. Hist. 8., coll. Polyb. 1. 25. 5-28. et Zonar. 8. 9. p. 208. Dind. Porro hinc victor Romam solus rediit Manlius bellumque continuavit Atilius initio satis prosperum; verum, quum Carthaginienses a Lacedæmoniis opem implorassent, advenit Xantippus, qui cum Romanis congressus tam perite ac fortiter egit ut ipsum con-

sulem caperet, a. 499 (Flor. 2. 2., Eutrop. 2. 21., Sil. It. 2. 340. sq. et alib., Frontin. 2. Strat. 3. 10., coll. Polyb. 1. 31-35. et Diod. Exc. p. 563-566. W. — Carthaginienses tamen quum pacem optarent, ipsum Regulum miserunt Romam qui eam peteret, quam si obtinere non posset, commutandos saltem captivos curaret, jurejurando devinctum se Carthaginem rediturum, si vel hoc Romani abnuissent; sed ille patriæ amantissimus simulque integerrimus civis iis auctor fuit ut utrumque negarent, et incredibili in proposito constantia Carthaginem revertit, ubi immerito crudelique supplicio eum Pœni irati ignobilesque peremerunt (Liv. epit. 23., Flor. 2. 2., coll. Diod. 23. frg. 16). Hujus autem necis modus aliter ab aliis refertur. Cic. 5. Fin. 27. 82. tribuit vigiliis et inediæ; et Pis. 19. 43 (Oros. 4. Hist. 10) scribit: « Carthaginienses (eum) resectis palpebris in machina vigilando necaverunt ». et Æl. Tubero apud Gell. 7. 4. 3. « In atras et profundas tenebras eum claudebant ac diu post, ubi erat visus sol ardentissimus, repente educebant et adversus ictus solis oppositum continebant atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque ejus, ne conivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant ». Dubia tamen sunt ejus Romam legatio ac supplicium; immo Niebuhr et Mommsen aliique ex recentioribus hæc omnino falsa arbitrantur. Ad rem Klebs: « Die neuere Kritik hat auch das Gespenst des tugendreichen Regulus mitsamt seinem patriotischen Heiligenschein endlich ins Reich der Schatten zurückgescheucht ». Quamvis vero criticæ hodiernæ sit plurima, quæ a veteribus traduntur, ex præjudicata opinione, per fas et nefas barbarorum ritu, concutere vel demoliri, non infitiamur tamen plus minus falsi huic inesse narrationi; non enim in rei tempore aut adjunctis statuendis veteres consentiunt (Gell. 7. 4. 1); quin secum pugnant vel silent, ut Polybius (1. 35), ita ut id potius videatur ad summum Romanorum decus amplificandum magna ex parte confictum, philosophorum, poetarum oratorumque uberrimum laudis argumentum. — De hoc eventu consulas etiam Cic. 1. Off. 13. 39., et 3. ibid. 26. 99. 16. Att. 11. et 5. Fin. 27. 82. et 29. 88., Gell. loc. cit., Horat. 1. Od. 12. 37. et 3. ibid. 5. 13., Sil. It. 6. 346-544. et Senec., tranq. an. 15. — Ejus paupertatem et continentiam Frontin. 4. Strab. 3. 3., virtutemque universim Liv. 28. 42. et 30. 30., coll. Ambros. ep. 18. et Lact. 5. 13., laudibus extollunt. — h) P. Attilius Septicianus, grammaticus Latinus, cujus elogium continetur Inscr. apud Orelli n. 1197., ubi dicitur ordo Comens. ornamenta decur. ei decrevisse, qui universam substantiam suam ad remp. pertinere voluit et de se ita fatur: « Morborum vitia et vitæ mala maxima fugi ». — i) Alios plures prætermittimus, quos videsis apud Pauly-Wissowa, RE. 2. 2076-2099. — 2.°) In titulis nom. frequentissimum, præcipue in Gallia Cisalpina et in Illyrico. Corp. I. L. 1. 773.; 6. 12611. 12617. etc. - 5. 5773 (Mediolani). Attilius. et 13. 3040 (Parisiis). Attillius. - Atilia, nom. mul. Corp. 3. 2585. - 6. 31008. Attilia. et 13. 7077. Attillia. — Hinc Atilius, a, um, adject. ad Atilium aliquem pertinens, ut Atilia Marcia lex a. U. C. 443. lata a L. Atilio et C. Marcio, trib. pl., de senidenis tribunis militum in quattuor legiones non a dictatoribus et consulibus, sed a populo creandis. Liv. 9. 30. — Item lex Atilia altera, lata a. U. C. 544. a L. Atilio, trib. pl., de dediticiis. Id. 26. 33. et 34. — Item lex Atilia de tutoribus, ab Atilio quodam lata, ut mulieribus pupillisve tutore carentibus, a prætore urbano et majore parte tribunorum pl. tutor daretur. Cajus 1. Inst. § 185., Ulp. in lib. Regul. jur. tit. 11. de tutela § 18. et Just. 1. Inst. 20. — Atilia via, falsa lectio pro Appia via, apud Cic. Sext. 49. 126.; nisi quis putet per jocum dici semitam obscuram, qua Sex.-Atilius Gavianus, trib. pl., ad gladiatorum spectaculum ibat, ne visus a populo sibilis exciperetur. — In plur. num. Atilii, qui ad Atiliam gentem pertinent. Symmach. 7. ep. 15. Catones atque Atilios æmulare etc. Adde Cic. Sext. 33. 72. — Hinc etiam Attilianus, cogn. ab Attilia gente ductum. Corp. I. L. 6. 10527., 12609. - 10-7414. Attillianus. et 8. 3001. Attilianus. et 13. 10010. Attillianus; Attilana, cogn. mul. 2. 4387. — Attilianus, a, um, adject., ad Atilium aliquem pertinens. Val. Max. 4. 4. 6. Virtutis Atilianæ (Atilii Reguli) exemplum. Cajus 1. Inst. 185. tutores. Cic. 5. Att. 1. prædia. — Alia nomina, in Corp. I. L. passim proposita, sunt Attianus (a); Attienilla, cogn. demin. mul.; Attienus (a); Attiolus (a); Attiolenus; Attiedius v. Atiedius (a); Attidius v. Atidius (a), unde Atidianus adject.; Atiedius v. Atedius (a); Atenius v. Athenius (a); Atullius (a); Atinius (a); Atolejus, Atiejus (a); Atulius (Atulitus), Atilius (a); Atellius (a), unde Atellianus, a, um, adject. (Cic. 5., Att. 19); Atucius (a); Aturius (a) etc.

ĀTUR. V. ATURUS.

ĀTURA, æ, m. 1. vicus ad Aturum fluvium situs, hodie Aire-sur-l'Adur. Memorat Greg. Tur. glor. conf. 51. Alii Atora. Id. alib. vicum Julii seu Juliensem vocat.

ĀTURENSIS, e, adject. ad Aturum pertinens. Hinc Aturenses, absolute, incolæ Aturæ. Not. Gall. 14. 9. chron. I. p. 607. — Iidem Aturres apud Sidon. 2. ep. 1.

ĀTURRES. V. voc. præc.

ĀTURRĪCUS, a, um, adject. ad Aturum pertinens. Sidon. 8. ep. 12. Aturricus piscis Garumnicis mugilibus insultet.

ĀTURUS, i, m. 2. (Ἄτουρις v. Ἀτοῦριος) Scribitur etiam Aturrus, Atur, Atyrus v. Atyr. — Quantitas secundæ syllabæ incerta est, quam Græci producunt, Latini vero, ut Lucan. loc. cit., corripiunt.

Aturus, fluvius Aquitaniæ in Gallia, e Pyrenæis montibus nascens, hodie l'Adour v. Dour. Memoratur Auson. 163. 11. in terris, per quas erumpit Aturrus. Id. 334. et 468. Mosellæ nomine adorato Tarbellicus ibit Aturrus. Lucan. 1. 42. ripas Atyri (al. Aturi) quæ litore curvo Molliter admissum claudit Tarbellicus æquor. — Vib. Seq. p. 146. 21. Atyr Tarbellæ, civitatis Aquitaniæ, in oceanum fluit. — Tibull. 1. 7. 4. Quem tremeret forti milite victus Atax. ex errore pro Atur (v. Atyr).

ĀTYS. V. ATTHIS.

AU

AUCHĀTES. V. AUCHETÆ.

AUCHĒNIUS, a, um, adject. ad gentem Auchenium pertinens. Claudian. 1. 8. « Sola genus Auchenium nec te latuere potentes Amniadæ ». Sunt tamen qui Auchenium pro Aucheniorum (genet. plur.) accipiunt. — Absolute

Auchenii, ōrum, m. plur. 2. qui ex gente Auchenia fuerunt. Claudian. 1. 21. prima sede relicta Auchenis de jure licet certare secundo (in senatu Rom.).

AUCHĒNIUS, ii, m. 2. Αὐχένιος (Aucenius sine aspiratione in Corp. I. L. 9. 1569), cogn. — 1.°) Trium Aniciorum, de quibus V. Seeck, PW. 1. 2200. 30. 31. et 33., sc. — a) Anicii Auchenii Bassi, præf. Urbi. Corp. I. L. 6. 1679. — b) Auchenii Bassi, cos. a. 408. v. 409 Corp. 9. 1364. — c) Anicii Auchenii Bassi, cos. Inscr. Chr. De Rossi I. 666 (a. 431). — Hinc absolute Auchenii, qui ex hac gente nobilissima fuerunt. Claudian. cons. Olybr. et Prob. 20. — 2.°) Ammian. 28. 1. 27. Auriga Auchenius. — 3.°) Corp. I. L. 14. 2349. GENIO GERMANICI AVCHENIVS. fortasse Domitianus.

AUCHĒTÆ, ārum, m. plur. 1. (Αὐχάται) gens Scythica. Plin. 4. Hist. nat. 12. 26. (88). A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetæ, apud quos Hypanis oritur. Adde eund. 6. ibid. 7. 7. (21). et Solin. 14. — Collective. Val. Fl. 6. 132. Doctus et Auchates patulo vaga vincula gyro Spargere et extremas laqueis adducere turmas. Cf. voc. Gr.

AUCĪDIUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. I. L. 6. 2086. 23 (a. 155). C AVCIDIO. et alib. Sunt qui leg. Caucidio, quia deest interpunctio (Prosop. imp. R. II. n. 515).

AUCĪLIUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. cogn. Osc. Aukil apud Zvet. Inf. 140. et Etrusc. Aucilna apud Pauli I. 1791). Corp. I. L. 6. 2763. — Aucilia, nom. mul. 13. 906 (Burdigalæ).

AUCĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. I. L. 12. 1743. — Aucia, nom. mul. 2. 2828. — Hinc deriv. Aucidius et Aucilius. V. suo loc. — Aucissa (Angissa), nom. vir. Corp. 15. 7096. · 1057. 1. 101.

AUCTOR, ōris, m. 3. V. voc. seq.

AUCTUS, i, m. 2. (augeo) Scribitur etiam Autus, Auta v. Autta. — Compendia: Auctu vascula et amphoræ exhibent; Auct. vel Auc. alia. — Genet. f. Auctæ v. Auctaes v. Aucte occurrit passim in C. I. L. 5. 6786.; 6. 12802. etc.

Auctus, cogn. ¶ 1. Apud auctores. Martial. 7. 51. Mercari nostras si te piget, Urbice, nugas - Pompejum quæres - Auctum - Jure madens varioque togæ limatus in usu, Non lector meus hic, Urbice, sed liber est etc. Adde eund. 7. 52.; 9. 21. 3. — Cic. 13. Fam. 30. inscr. M. Cicero s. d. Aucto (sic Mediceus in cont., Aucio in ind. epp.). Sane ratione temporis (V. sub 2) merito dubitaveris Aucto dedisse epistolam Ciceronem. V. Fleckeis. Jahrb. suppl. 24 (1898) 759. ¶ 2. In titulis hoc nom. mere Ital. servis imponi cœptum infima libera reip. ætate, per duo potissimum sæcula viguit, exolevit tertio, præter servos etiam libertinos, brevi tantum humilis loci ingenui sic vocati sunt (Otto). Corp. I. L. 5. 8257.; 6. 21280. etc. — Aucta, cogn. mul. 10. 1003. — Hinc deriv. Auctianus, cogn., Corp. 5. 1107. - Auctinus (a), 2. 1885. - 1497. - Auctinius, nom. gent. Inscr. West. Ztschr. 5. p. 40. - Aucticius (Auticius), cogn. demin. Corp. 19726. - Auctilius (a), cogn. demin. 6. 35458. - 34585. — Similiter Auctor (oris), cogn. vir. Corp. Ibid. 10. 5670. Adde Cod. Just. 7. 8. 6. — Hinc Auctorina, cogn. mul. Corp. 5. 5297. - Auctoritas (atis), cogn. mul. 6. 12705.

AUDAX, ācis, m. 3. (audeo) Audax scribitur Corp. I. L. 9. 2868. Cf. Αὔδας (acc. Αὔδακα) nom. equi in Inscr. Wünsch, Seth. Verfl.-Taf. (sæc. IV) 21. 14.

Audax ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit grammaticus ætatis recentis. Augustin. ep. 260. inscr. et 26. — Beda gramm. VII. p. 241. 10. habet Audacius. — Scripsit De Scauri et Palladii libris excerpta per interrogationem et responsionem. — Plura sane ex antiquorum doctrina servavit, sed eorum maximam partem e Maximi Victorini libris, qui feruntur, recepit. Cf. Keil in Herm. I. p. 332. et gramm. VII. 315. sqq. — 2.°) Item vir pius, scriptor epigrammatis in fine epistolæ Augustino missæ (Augustin. ep. 260), ubi continuo ejusd. Augustin. responsum. Hoc autem epigramma inseruit Wernsd. in IV. Poet. latt. min. p. 514. — 3.°) Item illustris præfectus Urbi sub Julio Nepote imp. a. 474. Sidon. 8. ep. 7. inscr.; qui christianus videtur distinguendus a præf. U. Castatio Innocentio Audace, Corp. I. L. 3. 6835., ubi dicitur « vice sacra judicans barbarica incursione sublata restituisse ». ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. Corp. 4. 1955.; 13. 3262.; 9. 4066. etc. — Similiter Audentius, cogn. vir. 8. 20162 (Cuiculi). — Audentia, cogn. mul. 3. 3485 (Aquinci). — Apud scriptores: omnes Christiani. Gennad. vir. ill. 14. Audentius, episc. Hispanus, adversus Manichæos scripsit et Sabellianos et Arianos maximeque speciali intentione adversus Photinianos - librum quem prætitulavit « de fide adversus hæreticos ». Adde Leon. M. ep. 40. et 66. inscr. — Audentia, mater Aviti. Alc. Avit. carm. 6. 19.

AUDENTĪUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

AUDĒUS (Audius), i, m. 2. (Αὔδιος: cf. Ptol. 5. 15. 16. Αὔδεια, opp. Syriæ) cogn. viri, de quo Hieronym. chron. a. Abr. 2357. Audeus in Syria cœle (i. e. Cœlesyria) clarus habetur, a quo hæresis audiana. et Prosp. chron. I. p. 453. 1059. Audiani sunt ab Audeo quodam cognominati, quos et Anthropomorphitas vocant (Cf. Aug. hær. 20., ubi Vadianos legitur, Prædest. 1. 50. p. 605). Cassiod. 7. Hist. trip. 11. Syrus quidam et genere et lingua pariter Audæus nomine. — Hinc Audianus, a, um adject. V. Hieronym. l. c. — Audiani, absolute, Audei sectatores. V. Prosp. l. c.

AUDIĀNI, ōrum, m. plur. 2. et

AUDIĀNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

AUDIFAX, ācis, m. 3. nobilis Persa, Marii et Marthæ filius, Christi martyr (XIII. K. Febr.). Sacr. Gelas. 2. 4 (687).

AUDĪUS, ii, m. 2. nom. vir. Inscr. apud Momms. n. 2291. — Audia, nom. mul. Corp. I. L. 1. 1418. Audiai pro Audiæ. — Hinc deriv.: Audianus fundus., ibid. 4. suppl. 138. et, absolute, cogn. Cod. Just. 8. 53. 18. — Audienus (a), nom. gent. Corp. 7. 33298.-33299.; Audatus (a), nom. gent. 9. 1752.-1753.; Audacius (a), nom. gent. 6. 32916. et Inscr. Rh. 420f.; Audacilius, nom. gent. Corp. 11. 5728. et Audasius (a), nom. gent., apud Suet. Aug. 19. et Corp. 5. 3503 (Veron.) et 3379 (inter Crem. et Brix.).

AUDĪUS. V. AUDEUS.

AUDULFUS, i, m. 2. nom. vir. Germ. Venant. carm. app. 5. 12.

AUFANÆ, ārum, plur. f. 1., vel

AUFANES, ium, 3., vel

AUFANĪÆ, ārum, 1. Dat. plur. Aufaniabus (Inscr. Rh. Bramb. 73); Aufanibus (Ibid. 48). — Etymon deduci potest a Celt. au vel auhil, aqua v. flumen v. vallis, et fan, dominus, quasi præsides aquarum seu fontium; sed res est incerta.

Aufaniæ, matronæ et matres, ita appellatæ a Gallis et divinis honoribus cultæ. Corp. I. L. 13. 1766 (Lugd. sæc. III). AVFANIS MATRONIS ET MATRIBVS PANNONIORVM ET DELMATARVM. Adde Corp. 3. 5418. et Bonn. Jahrb. 88. p. 119. et Rhen. Bramb. 48. et 73.

AUFEJUS et Aufeilius V. AUFIUS.

AUFENĪAS, æ, f. 1. (Aufius) virgo quædam in Inscr. Chr. apud Mai, Nov. Coll. V. p. 419. 7 (Anagniæ).

AUFENTĪNUS, i. m.

AUFENTUM, i, n. 2. V. OUFENS.

AUFĪDĒNA, æ, f. 1. (Aufidus) oppidum Samnii, municipium, sec. titulos (Corp. I. L. 9. 2805), colonia, sec. Lib. col. Ptol. 3. 1. 57., hodie Alfidena. Memoratur Liv. 10. 12. (Cn. Fulvius) Aufidenam vi cepit. Itin. Ant. p. 102. Aufidena (Aufidentia pars codd.) civitas (Cf. Momms., Corp. 9. p. 259). — Aufidenates, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (107). et Corp. I. L. 9. 2801. et 2808.

AUFĪDĒNĀTES, ium, m. plur. 3. V. voc. præc.

AUFĪDĒNUS, i, m. 2. V. AUFIDIUS, ii.

AUFĪDĬUS, a, um, adject. ad Aufidum aliquem pertinens, ut Aufidia lex de ambitu, ab Aufido Lurcone promulgata, de qua εἰρωνικῶς Cic. 1. Att. 16. Lurco autem tribunus pl., qui magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est et Ælia et Fufia, ut legem de ambitu ferret: quam ille bono auspicio claudus homo promulgavit. - Novi est in lege hoc ut qui nummos in tribus pronuntiarit, si non dederit, impune sit; sin dederit, ut, quoad vivat, singulis tribubus HS CIO CIO CIO debeat. Cf. Quintil. 10. 1. 22. — Item Aufidia lex, lata a Cn. Aufidio trib. pl. a. U. C. 640. ad populum, ut liceret Circensium gratia pantheras Romam importare, teste Plin. 8. Hist. nat. 17. 24. (64).

AUFĪDĬUS, ii, m. 2. nom. gentis plebejæ, fortasse dictæ ab Aufido, Apuliæ fluvio, unde originem duxerit, cognatæ vel ejusdem cum Afidia, Aufidena, Ofidia v. Ofdia vel etiam Obidia, Obidaja. — Confusum est sæpe hoc nomen cum Aufius, Alfius, Fufidius. Sic pro Auli filius in antt. MSS. et edit. libr. legitur apud Cic. 1. Att. 1. V. Orelli ad l.

Aufidius, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Mœchus famosus, qui ob id etiam in proverbium abiisse videtur. Juvenal. 8. 25 « Notior Aufidio mœchus ». Fortasse est idem qui Aufidius Chius dicitur Martial. 5. 61. 10. — 2.°) Cn. Aufidius, trib. pl., qui legem tulit (V. AUFIDIUS, a, um), et prætor. Cic. 5. Tusc. 38. 112., ubi eum laudat et ob adoptatum Cn. Aurelium Orestem, quem Cn. Aufidium Orestem Aurelianum vocat Dom. 13. 35. ac Tusc. loc. cit. addit eum Græcam historiam scripsisse (nobis ignotam) et vidisse in litteris. et 5. Fin. 19. 54. eruditum dicit sed oculis captum — An vero hic idem sit auctor Epitomarum, apud Aur. Vict. Orig. G. R. 18.; item qui citatur Plin. 6. Hist. nat. 9. 10. (27)., ut censuit Müller in Hist. Gr. III. p. 199., dubium est. — 3.°) M. Aufidius, vir monetalis, de quo Plin. 35. Hist. nat. 3. 4. (14). Anno Urbis CLXXV. M. Aufidius tutelæ Capitolio redemptor, docuit patres argenteos esse clipeos, qui pro æreis per aliquot jam lustra adsignabantur. — Nummos ei tribuit Cavedoni in Ragg. St. etc. p. 267., qui cusos putat an. U. C. 570-580.; ubi RVS ibi legitur, probabilius pro Ruso v. Rusticus. Porro hi descripti habentur apud Cohen, p. 51. — 4.°) T. Aufidius, orator M. Virgilii, « vir bonus et innocens-volebatque esse similis T. Juventii et P. Orbii, sed dicebat parum » inquit Cic. Brut. 48. 179. — 5.°) Aufidius Bassus, historicus, Augusti et Tiberii tempore. Quintil. loc. cit. — Multa de eo tradit Seneca ep. 30. eumque virum optimum - alacrem animo, Epicuri præceptis obsequentem dicit; laudat vero Tac. orat. 23. ob eloquentiam. Quintil. 10. 1. 103. Bassus Aufidius egregie, utique in libris belli Germanici, præstitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor. — Scripsit itaque libros de bello Germanico, quod opus an fuerit historiæ amplioris pars, incertum esse ait Momms., Cassiod. p. 558. sq. Plin. præf. 15. adfirmat se temporum suorum historiam orsum a fine Aufidii Bassi (Cf. Plin. jun. 3. ep. 5. 6), qui fortasse cum dominatione Claudii imp. desinebat, unde Plin. de Neronis imperio scribere aggrediebatur (V. G. Teuffel in Paulys R. E. I. 2 2129. sq. n. 11). Hieronym. ep. 60. Aufidius Bassus, qui ætate imperatorum incipiente historiam scripsit. — 6.°) Aufidius Luscus, honorum municipalium studiosissimus et ob id irrisus Horat. 1. Sat. 5. 34. « Fundos Aufidio Lusco prætore libenter Linquimus etc. ». Fuit enim ex scriba Fundorum præfectus sibique prætoris titulum ultro arrogabat. — 7.°) Aufidius Lurco, trib. pl. an. U. C. 693., qui legem tulit de ambitu. V. AUFIDIUS, a, um. — 8.°) Aufidius Namusa, JCtus, qui scriptis libris inclaruit, teste Pompon. Dig. 1. 2. 2. § 44.; cui adde Aufidium Tuccam ab eod. ibid. eadem laude citatum. — 9.°) Aufidius Victorinus, præf. Urb. a. post Chr. 180. et bis cos. Inscr. apud Orelli n. 1176., discipulus ac gener M. Cornelii Frontonis. De eo Fronto p. 232. N. Victorinus pietate, mansuetudine, veritate, innocentia maxima, omnium demum optimarum artium præcipuus vir. Cf. Dion. 72. 11. — Bellum gessisse contra Cattos tradit Capitolin. Antonin. phil. 8.; sibi vero mortem conscivisse a. 186. refert Dio ibid., cujus epitaphium a filio M. Aufidio Frontone ei positum ac Pisauri inventum habet Orell. l. c. — 10.°) Alios videsis apud Varron. 2. R. R. 9. 6., Liv. 43. 3., Martial. 5. 61. 10., Cic. 12. Fam. 26. et 27. etc. — In plur. num. Hieronym. loc. cit. Prætermitto Maximos, Catones -, Aufidios, quorum non minor in luctu quam in bellis virtus fuit, et quorum orbitates in consolationis libro Tullius explicavit. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir., antiquitus apud Pælignos, Sabinos, in Piceno, Volscis, Campania. Corp. I. L. 6. 2385a. 2. 4. - 14. 251. — Aufidia, nom. mul. Ibid. 12887.; 9. 3210. etc. — Hinc deriv. Aufidienus (a), nom. gent. Corp. 9. 4242. Adde Tac. 1. Ann. 20. — Aufidenus (a), nom. gent. Corp. 6. 4242. - 20885. V. Aufidena, æ, oppid. — Aufidinius, nom. gent. Corp. 3. 8104. — Aufidianus, adject. Corp. 3. 15115. Aufidiana officina. Adde Cic. 16. Fam. 19. — Etiam cogn. Corp. 6. 31140. Adde Val. Max. 6. 1. 3.

AUFĪDUS, a, um, adject. ad Aufidum pertinens. Sil. It. 10. 180. stagna Aufida.

AUFĪDUS, i, m. 2. (Αὔφιδος Ptol. 3. 1. et Polyb. 3. 110. 9). Scribitur Aufidius apud Liv. 22. 44., Plut. Fab. Max. 15. — Ad originem quod attinet, conferas cum Aufius — Adhibetur etiam adjectivorum more. Sil. It. 10. 171. Aufida stagna. Adde eund. 11. 510.

Aufidus, fluvius Apuliæ, ex Appennino monte oriens in finibus Hirpinorum et inter Daunios et Peucetios in mare Hadriaticum rapidus ac violens (Cf. ALIACMON, i. e. velox ad mare currens) influit, hodie Ofanto (Cf. Oufens v. Ufens, Aufentum fl.: Aufidius Liv., Plut., Ptol.). Memoratur Virg. 11. Æn. 405. Amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas. Horat. 3. Od. 30. 10. violens obstrepit. et 4. ibid. 9. 2. longe sonans. et ibid. 14. 25. sævit horrendamque cultis diluviem meditatur agris. et 1. Sat. 1. 58. acer. et 4. Od. 14. 25. tauriformis (Poetæ sæpe fluviis cornua ob eorum in currendo flexus tribuunt. V. CORNU in Lexic.). — Aufidi pons, statio in itinere a Benevento Tarentum. Itin. Ant. p. 121., fortasse hod. Ponte di pietra dell' Olio (Cf. Nissen, Ital. Landesk. 337): v. inter Aquiloniam et Venusiam, hodie Ponte S. Venere (Cf. Momms., Corp. 9. p. 88).

AUFILĒNA, æ, f. 1. et

AUFILĒNUS (Aufillenus), i, m. 2. (Aufius) nom. gent. apud Catull. 100. 1. Cælius Aufilenum et Quintius Aufilenam Flos Veronensium - depereunt juvenum: Hic fratrem, ille sororem. Adde Corp. I. L. 11. 877. - 5. 857.

AUFĪNĀTES. V. voc. seq.

AUFĪNUM, i, n. 2. ¶ 1. Est oppidum Vestinorum, hodie Ofena. Cf. Momms., Corp. 9. p. 320., qui hoc latere putat sub Safinum apud Charis. gramm. I. p. 193 (ex Romano). Corp. I. L. 9. 3375-3413., Eph. epigr. 8. 158. — Hinc Aufinates, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (107). ¶ 2. Item locus in Apulia. Tab. Peuting. Aufinum. At Rav. p. 261. habet Aufidum, quod locus ad ostium Aufidi dicitur Otto. Probabiliter idem est cum Αὔφιδος apud Strab. 5. 3. 9.

AUFĪUS, ii, m. 2. Etrusc. Afe (Corp. I. Etr. I. 908. ϑanχvi afe). Cf. Ofius. In titulo Osco n. 27 (Planta) Saofi potius quam Aofi intelligendum et apud Cic. 6. Att. 1. 10. Saufejum pro Aufium restitutum, auctore Büchelero. At De-Vit conjicit Alfium v. Aufidium pro Aufium; hanc enim lectionem temere invectam arbitratur; quamquam ex nom. demin. Aufiola apud Renier, Inscr. n. 2780. hanc quoque gentem admittendam esse non infitiatur. Ceterum eidem suffragatur Corp. I. L. 6. 30865 (a. 175); ubi Aufius, nom. gent., legitur. Incerta tamen est lectio in titulo fracto 14. 687., ubi Auf., et in vasculis Gallicis 13. 10010. 230., ubi Aufi. tantum occurrit. — Cf. etiam derivata haud pauca nom. gent., sc. Aufatius (a); Aufejus a (unde adj. Aufeja aqua, nom. vet. Aquæ Marciæ apud Plin. 31. Hist. nat. 3. 24. (41). et Aufeja lex apud Gell. 11. 10. 2.; Aufonius (a); Auficius (a); Aufestius (a); Aufilius (a); Aufellius (a); etc., quæ in Corp. passim leguntur.

AUFUSTĪUS, ii, m. 2. (Aufius) ¶ 1. Est scriptor, aliquando citatus a grammaticis, ad Ciceronis tempora fortasse pertinens. Prisc. gramm. II. p. 383. Scaur. app. gramm. VII. p. 35. Aufustii grammatici liber - ad Asinium Pollionem (traditur abnesti fusti, corr. vero Usener, Rh. Mus. XXIV. 101). Cf. etiam Paul. ex Fest. p. 94 ¶ 2. Item C. Aufustius, qui egressus, quum in Senatum iret, offenso pede in comitio, obiit, teste Plin. 7. Hist. nat. 53. 54. (181).

AUGA. V. AUGE.

AUGÆ (Auge), oppidum Mesopotamiæ. Jul. Honor. rec. A 6. p. 26. et alib.

AUGÆUS, i, m. 2 (Αὐγαῖος) incola fort. oppidi in Chalcidice. Curt. 5. 2. 5.

AUGĒ, ēs, - ēnis - inis, f. 1. (Αὔγη, non Αὐγή, splendor) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est Alei Arcadis filia et Minervæ sacerdos, ex qua Hercules Telephum genuit; sed mox neglectam cum partu arcæque inclusam mari exposuit. Illa Minervæ beneficio Cariæ litoribus appulit, ubi a Teutrante rege benigne excepta et in uxorem ducta fuit, educato etiam Telepho filio. Ita Forcellin. ex Hygin. fab. 172. Ovid. 9. Her. 49. et Serv. ad Virg. 6. Ecl. 72. — Aliter Hygin. fab. 173. Cf. Apollod. 2. 7. 4. et Dict. 2. 3., Hecat. apud Paus. 8. 4. et Eurip. apud Strab. 13. 423. et 615. — Jornand. Get. 9. eam dicit sororem Priami. — Memorat etiam Stat. 4. Theb. 298. Senec. Herc. O. 366. Auge, Arcadia virgo. — De ea, præsertim apud Græcos, templis aliisque et cultus et poesis monumentis honestata cf. Furtwängler, Roschers Lex. 1. 2247. — 2.°) Item una Horarum et Themidis filia. Hygin. fab. 83. — 3.°) Item nom. loci V. AUGÆ. ¶ 2. In titulis, inde ab ultima liberæ reip. ætate, nom. serv. mul. et cogn. lib., sæpius forma Græca: Nomin. Auge (Auce) in Corp. I. L. 1. 1087.; 2. 16992.; 18800. etc.; gen. Auges:

ibid. 6. 9319. et Augenis: ibid. 5869; dat. Auge; ibid. 27608., Augeni: 3995. et Augini: 10. 5726.

AUGĒAS v. Augias, æ, m. 1. et etiam Augeus, i, 2. (Αὐγείας et Αὐγέας) ¶ 1. Apud scriptores, Solis et Neupidames, Amphidamantis filiæ, filius, Eliensium vel Epeorum rex, qui bubile habuit tria millia boum capiens: quod quum per triginta annos expurgatum non fuisset fœdoque tam alti congesti stercoris odore regioni pestilentiam intulisset, ab Hercule fuit uno die purgatum, immisso illac Alpheo vel Peneo fluvio vel, ut alii dicunt, utroque. Reddita igitur regioni salubritate, quum Augias pactam Herculi mercedem negaret, ab ipso interfectus fuit. Ita Forcellin. ex Hygin. fab. 30., Serv. ad Virg. 8. Æn. 300. et Senec. Herc. F. 248., ubi Augeus pro Augias legitur. Adde Varr. Men. 70., Auson. 366. 7. et Anth. 627. 7. — Hinc factus est proverbio jocus: Augiæ stabulum purgare (Gr. καθαίρειν τὴν κόπρον τοῦ Αὐγείου), quod significat rem agere difficillimam et immensi laboris. Ad rem Senec. apoc. 7. Tu scis, quantum illic miseriarum pertulerim, cum causidicos audirem et diem et noctem; in quos si incidisses, valde fortis licet, malnisses cloacas Augiæ purgare. Cf. Otto, Sprichwörter p. 46. Plin. 17. Hist. nat. 9. 6. (50). tradit Augeam in Græcia primum agros stercore lætificare excogitasse; divolgasse vero Herculem in Italia. — Inter Argonautas eum recenset Hygin. fab. 14. idque et Orph. in Argon. 212. et Apollon. 1. 172. et 3. 361. confirmant. — De eo V. etiam Wernicke, PW. 2. 2306. sqq. ¶ 2. In titulis nom. serv., quo trahi potest Inscr. Corp. 3. 10798.

AUGENDUS, i, m. 2. (augeo) cogn. vir. ¶ 1. Apud scriptores, ad unum omnes christiani Africæ originis. Cyprian. ep. 44., Paulin. Nol. ep. 51., Augustin. in Ps. 36. serm. 2. 20. ¶ 2. In titulis plerique Africani. Corp. I. L. 8. 878., 4152.; 11. 4446. — Augenda, cogn. mul. 6. 20951. — Scribitur aliquando Aucendus et Aucenda. — Augentius, cogn. vir. Hieronym. nom. Hebr. p. 66. Efraim fertilis sive auctus, quem nos possumus ab augendo Augentium dicere. et p. 80. Epafran, quem nos Crescentem sive Augentium possumus dicere. Corp. I. Gr. 9682 (Romæ). Αὐγεντής. — Hinc cogn. Augentianus in Corp. I. L. 8. 16688 (in proc. procons.).

AUGILÆ et Augylæ, ārum, m. plur. 1. gens Libyca seu incolæ Oasis, quæ appellatur Augila. (Cf. Rev. p. 186). Mela 1. 23. Primos ab Oriente Garamantas, post Augilas et Trogodytas et ultimos ad occasum Atlantas audimus. Plin. 5. Hist. nat. 4. 4. (26). Garamantes ab Augilis dierum XII. itinere distantes. et ibid. Augilæ ipsi medio fere spatio locantur ab Æthiopia, quæ ad occidentem vergit et a regione, quæ duas Syrtes interjacet, pari utrinque intervallo. Adde Solin. 31. — De iis rursum Mela 1. 46. « Augilæ manes tantum deos putant (Sic Plin. 5. ibid. 8. 8. [45]) inferos tantum colunt). Feminis eorum solemne est nocte, qua nubunt, omnium stupro patere, qui cum munere advenerint - in reliquum pudicitia insignis est ». Putant quidam Melam de Augilis ea dixisse, quæ de Nasamonibus dicit Herodotus (IV. 172); sed Voss. in Obs. ad Mel. opponit Augilas idem esse cum Nasamonibus, de quibus Herodotus loquitur (V. Wernsd. in Exc. II. ad Prisc. perieg. in Poett. min. T. 4. p. 413. sqq., coll. Tzschuck. ad Mel. l.). — Iidem fortasse memorantur Chron. Alex. chron. I. p. 101. et 105 — De iis cf. H. Barth, Reisen und Entdeckungen V. 194.

AUGUR, is, m. 3. (Αὔγουρ: a Lat. avis et gero. V. AUGUR in Lexico. ¶ 1. Est cogn. vir.: celeberrimi sunt consules Cn. Cornelius Lentulus Augur (an. a. Chr. 14), de quo V. Klebs, Prosopogr. I. p. 454; et Arrius Augur (a. 121). Prioris consulis Augur cognomen fuisse docent et Chronogr. a. 354. Chron. I. p. 56. 740. Grasso et Augure. et Corp. Inscr. Gr. 2948. 15. (Nysæ). Præterea cogn. traditur Mon. Ancyr. 3. 23., Act. Fr. Arv. a. 14. I. 1. Tac. 3. Ann. 59. Augur Lentulus. Adde Sueton. Tib. 39.; gentilicium vero alterius semel legitur. Ep. imp. Plotin. (Corp. 3. 12283. a. 121) 2. ¶ 2. Item agnom.; Augur enim dictus est etiam Q. Mutius Scævola cos. ¶ 3. Item nom. equi. Corp. I. L. 8. 12504 (Carth. 1. 9). ¶ 4. Item epitheton sive titulus Apollinis, divinandi arte peritissimi. Horat. 1. Od. 2. 32. et Carm. sæcul. 61. V etiam Lexic. ad v. — Hinc derivata: Augurinus (a): cogn. demin., apud Græcos Αὐγουρῖνος (Αὐγουρεῖνος-α), et Αὐγορῖνος (Corp. inscr. Gr. 5237). — 1.°) Fuit cogn., primum tributum gentibus plebejis Genuciorum et Minuciorum ab augurata post a. U. C. 454., quo lata est lex Ogulnia; postea demum consulibus gentium patriciarum eorundem nominum multo vetustioribus adjectum esse censet Mommsen (Römisch. Forschung. p. 65. sqq.). Minucii sic cognominati coss., tribuni pl., equites, tresvir. monet. memorantur sive in Corp. passim, sive apud scriptores ut Plin., Gell., Senec.: item Genucii in Fast. cos. Capit. et Corp. I. p. 16.; item alii nobiles, in Corp. 5. 2822 (Patavii a. 96-98); 3. 686., coll. Plin. 4. ep. 27. 1. — Augurina, cogn. mul. Corp. 6. 16993. — Ibid. 13495. Agurina. et 8. 17807. Augulina. et Inscr. Notiz. degli scavi 1896. p. 444 (in Samnio). Augerinæ. — 2.°) Fuit etiam cogn. oppidi. Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (10). In Bætica celeberrima - Segida, quæ Augurina cognominatur. — Hinc etiam Augurinianus, cogn. vir. Corp. I. L. 6. 3531. — Augurius, cogn. vir. Corp. 8. 10758. et Auguria, cogn. mul. 6. 12086. — Auguriæ aquæ, quæ aluminis habent qualitatem, uti sunt in Italia Albulæ appellatæ et Nepesinæ et Cotiliæ. Cæl. Aurel. tard. 5. 4. 7. — Hinc cogn. Augurianus, in Corp. 6. 28559. et Auguralis. 27938.

AUGUSTA, æ, et

AUGUSTÆ, ārum. V. sub AUGUSTUS.

AUGUSTĀLIS et deriv. V. in Lexico.

AUGUSTAMNĪCA, æ, f. 1. (Αὐγουσταμνική) regio ita appellata ab amne augusto, sc. Nilo (Cf. Wesseling ad Hierocl. p. 726), seu potius fluvio, quo mare Rubrum cum Nilo conjungebatur et cum Mediterraneo, quem Trajanus imp. instauravit et fort. ampliavit vocavitque Trajanum vel Augustum (Momms., Röm. Gesch. V.[3] 615). — Scribitur Augustanica (Αὐγουστανική) apud Just. Nov. 8. 38. et 37.; sed haud recte (Cf. Vales. ad Ammian. 22. 16. 1).

Augustamnica, provincia Ægypti inferioris, inter Nilum ad occid. et maris Mediterraneum ac Rubrum ad septentr., hodie fort. Errif. De ea Ammian. loc. cit. Tres provincias Ægyptus fertur habuisse temporibus priscis, Ægyptum ipsam et Thebaidem et Libyam, quibus duas adjecit posteritas, ab Ægypto Augustamnicam et Pentapolim a Libya sicciore disparatam. Adde Not. Dign. or. 28. — A tempore Constantini fuit una e sex provinciis Ægypti, quæ a correctore v. præside fuit administrata, ut patet ex Cod. Theod. 1. 14. 1.; 12. 1. 34. et alib. — Extremis porro imperii R. temporibus in duas divisa fuit, fort. sub Theodosio II., nempe in Augustamnicam Primam et Secundam, quarum illa correctorem habuit, hæc vero præsidem. Novell. Just. 8. 21. et 8. 25.

AUGUSTĀNEUS, a, um, adject. Augustaneus. Var. Auct. Limit. p. 265. Goes. At Lachm. leg. ubique Augustianus v. Augusteus. Cf. Sueton. Ner. 25.

AUGUSTĀNUS, a, um. V. in Lexico.

AUGUSTĀTĪCUS, a, um, adject. ut Augustaticus mensis pro Augustus, apud Gromat. cas. litt. p. 332. Lachm.

AUGUSTĒANUS, a, um, adject. ad Augustum pertinens. Frontin. Colon. p. 140. Goes.; et Lachm. leg. Augusteus.

AUGUSTĒUS. V. AUGUSTUS.

AUGUSTIĀNUS. V. in Lexico.

AUGUSTĪNUS. V. AUGUSTUS et AURELIUS.

AUGUSTŌBŌNA, æ, f. 1. (Αὐγουστόβονα Ptol. 2. 8. 10. et Αὐγουστόβανα et - μανα) oppidum Galliæ Lugdunensis secundæ, Tricassium v. Tricassinorum princeps, unde Tricassæ dictum (Ammian. 15. 11. 12., coll. Itin. Ant. p. 381), hodie Troyes (Départ. de l'Aube) ad Sequanam. V. Revue Arch. XII. 535. sqq. et Longnon, Géogr. de la Gaul. VI. siècl. 332. sqq.

AUGUSTOBRĪGA, æ, f. 1. (Αὐγουστόβριγα: V. BRIGA) ¶ 1. Est oppidum Vettonum in Lusitania, ab Augusto appellatum, prope hod. Talavera la vieja (C. I. L. 2. p. 113. et 831). Memoratur in Itin. Ant. p. 138. Plin. vero eam civitatem inter stipendiarias recenset loc. cit. — Hinc Augustobrigenses, incolæ, apud eund. 4. Hist. nat. 22. 35. (118). ¶ 2. Item oppidum in Hispania Tarraconensi, inter Numantiam et Turiasonem, nunc Muros de Agreda, item ab Augusto dictum. Memoratur in Itin. Ant. p. 442.

AUGUSTOBRĪGENSIS, e, adject. ad Augustobrigam Lusitaniæ pertinens. Corp. I. L. 2. 941. et 5346. — Augustobrigenses v. Augustobricenses, incolæ. V. voc. præc. sub 1.

AUGUSTŌDŪNENSIS, e, adject. ad Augustodunum pertinens. Notit. Dign. occ. 8. Cf. Boecking ad l. — Absolute Augustodunenses, incolæ. V. voc. præc. in fin.

AUGUSTŌDŪNUM, i, n. 2. (Αὐγουστόδουνον) Præter rectam hanc scripturam (Mel. 3. 20., Tac. 3. Ann. 43., 45., 46) traditur Augustudunum (Ammian. 15. 11. 11.; 16. 2. 1); Augustidunum (Venant. 8. carm. 8. 160., Greg. Tur. 3. Fr. 11., Ps. A. Sp. gramm. suppl. p. 61); Austedonum (Greg. M. ep. 6) etc. — Metri dactylici causâ Augustidunum, tertia syllaba producta, scripsit Venant. loc. cit.

Augustodunum, oppidum Galliæ Celticæ, in Lugdunensi prima (Ammian. 15. 11. 11), princeps Æduorum civitas et caput gentis (Tac. l. c.), ab Augusto ita appellata et voc. Celt. dun, h. e. castrum, arx; olim ex plurimorum sententia Bibracte (Cf. Strab. 4. 192); recentius Flavia in honorem Constantii Chlori et Constantini, teste Eumen. Paneg. Const. Flav. nom. 14.; nunc Autun (Départ. de Saône et Loire). Cæs. 1. B. G. 23. Augustodunum - oppidum Æduorum longe maximum et copiosissimum. Id. 7. ibid. 53. magnæ auctoritatis. et Mel. loc. cit. urbs opulentissima. — Apud Augustodunum Cæsar Helvetios justo prœlio vicit; dein oppidum (a. Chr. 21) a Sacroviro perturbatum C. Silius legatus itemque, tempore Gallieni, Tetricus cepit et, uti fertur, Attila diruit. — De eo consulas, præter Cæs. B. C. et Ammian. locc. citt., etiam Notit. Dign. occ. 16., Oros. 7. Hist. 29., Notit. Gall. 1. 2. chron. I. p. 584. et Chron. Gall. chron. I. p. 668. — Hinc Augustodunenses incolæ. Paneg. 4. 14. et Hieronym. vir. ill. 82. — Inscriptiones et rudera, vetustæ gloriæ ac potentiæ vestigia, nunc quoque visuntur et plenius cognoscendæ ejus historiæ inserviunt, ut reliquiæ murorum, theatri, templi Jano dicati, amphitheatri, naumachiæ etc: nomina ipsa Monjeu (mons Jovis) et Chaumar (Campus Martius) Rom. ætatis indicia videntur. Cf. Smith, 4. 30.

AUGUSTŌDŪRUM, i, n. 2. (Augustus et durum = dunum, arx: ita Glück, Kelt. Nam. 133) oppidum seu civitas Baiocassium in Gallia Lugdunensi, hodie Bayeux (Départ. Calvados). Tab. Peuting. 2. — De eo cf. Longnon, Géogr. de la Gaul. VI. siècl. 238. ac specistim de ejus ruderibus Caylus, Recueil III. 384.

AUGUSTŌMĂGUS, i, m. 2. oppidum Galliæ Belgicæ, hodie Senlis. Memoratur in Itin. Ant. p. 380. — Sejunctim Aug. Magus in Tab. Peut. 2. — Vox est composita ex nom. Augustus et magus, Celt. mag, h. e. campus (Glück, Kelt. Nam. 122).

AUGUSTŌNĔMĔTUM, i, n. 2. (Αὐγουστονέμετον) Scribitur Augusta Nemetrum apud Jul. Hon. cosmogr. B 4. p. 35. p. 79. et Strab. 4. 191. Νεμωσσός, si sana lectio. — Nomen significare videtur « Augusti sacrarium » (Glück, Kelt. Nam. 75).

Augustonemetum, Arvernorum caput (Cf. ARVERNI). Corp. I. L. 13. 5209 (Vindonissæ); 8. 16549 (Thevestæ). et 3. 15002 (in Dalmatia). — Not. Tir. 87. Arvennus Agustonemeti.

AUGUSTŌPŎLIS, ĕos, f. 3. (Αὐγουστόπολις, Augusti urbs) ¶ 1. Est oppidum Ciliciæ. V. AUGUSTA, Græce tamen scriptum. ¶ 2. Item Phrygiæ. Mar. Marc. Nest. Eph. synh. p. 895., coll. Epiph. hær. 3. 73 (p. 453. Mign.). V. Ramsay, As. Min. 148. et 178. ¶ 3. Item Palæstinæ tertiæ. Conc. Const. a. 536 (Mansi 8. 1021). V. Ritter, Erdkund. XIV. 120. et 870. — Hinc Augustopolitanus, adject. incola opp. Phrygii: Conc. Eph. a. 431 (Mansi 4. 1366). et Palæstinæ: Conc. Const. (Mansi 9. 177).

AUGUSTŌRĬTUM, i, n. 2. (Αὐγουστόριτον, h. e. Augusti vadum: v. Glück, Kelt. Nam. 25) Lemovicum civitas in Aquitania, hodie Limoges (Dép. Haute-Vienne). Itin. Ant. p. 462.

AUGUSTŬLUS et

AUGUSTUM. V. voc. seq.

AUGUSTUS, a, um, adject. (Αὔγουστος Dio Cass. 53. 116. et 54. 10) Etymon vocis alii aliter exponunt; vel enim ducunt ab augeo (Isid. loc. cit. in Augustus, i): vel, ut recentiores, a vetusto nomine Augus (Ind. ôjah, h. e. vis): vel ab αὐγάζειν, illuminare, ut Döderlein in Lat. Synon.; at communius ac verius, ab augur, ut a robur robustus, pro auger (avis et gero) i. e. ab avium gestu gustuve, quibus auguria captantur, ut docet Sueton. Aug. 7. V. AUGUR in Lexico. Cf. etiam Walde, Latein. Etym. Wört. ad v., Heidelb. 1910.

Augustus ¶ 1. Generatim ac proprie dicitur de loco aliave re aut persona augurata; translate vero vel universim pro venerabili, magno, majestate pleno, cui tamen insit sacri aliquid ac religiosi. V. AUGUSTUS in Lexico. ¶ 2. Speciatim ac stricto sensu pertinens ad Cæsarem Augustum Octavianum: vel latiore sensu, ad imperatores Romanos, imperatorius. Hinc usurpatur — 1.°) De variis rebus: Augusta aqua dicta, quam Augustus in supplementum Marciæ perduxit et in ipsam immisit, et alia ab eod. Romam perducta, quæ ex Alsietino lacu concipiebatur (V. Lexic. ad v.). — Augusta charta, quæ olim hieratica, dein sub Claudio melior excogitata (V. Lexic. ad v.). — Augusta curia, ædes sacra seu templum Augusti: sic curia Ælia Augusta ab Hadriano appellata. Corp. I. L. 11. 5996., Decret. decur. Gab. (C. I. L. 14. 2795. a. 140). — Augustum forum, ab Augusto ædificatum in regione Urbis octava (Mon. Ancyr. 4. 21., Ovid. 5. Fast. 552., Macrob. 2. Sat. 4. 9., Sueton. 29.) prope domum Sex. Pompeji (Ovid. 4. Pont. 5. 10) propter judiciorum multitudinem exstructum cum templo Martis Ultoris, non sufficientibus duobus, Romano nempe et Cæsaris. Hinc Martial. 3. 38. et 8. 44. forum triplex; Stat. 4. Silv. 9. 14. forum trinum. et rursum Martial. 7. 65. fora tria. — Fora Augusta apud Pol. Silv. not. urb. chron. I. p. 545. Fora XIII.: Romanum etc. (Cf. Fora Cæsaris apud Ovid. 3. Trist. 1. 27). Plin. 36. Hist. nat. 15. 24. (102). recenset inter pulcherrima operum, quæ unquam visit orbis, cum porticibus, quas decorabant statuæ ducum Rom. (Sueton. Aug. 31), Æneæ aliorumque (Ovid. 5. Fast. 551. sqq.), Apollo eboreus (Plin. 7. Hist. nat. 53. 54. [183]), picturæ (Id. 35. ibid. 4. 10. [27]), situm, ut putat Nibby, Rom. ant. P. 2. p. 165. sqq., inter arcum Septimii Severi et ædes s. Martinæ et s. Hadriani aut potius in vicinia, nam basilica Æmilia in medio foro erat, inter forum Cæsaris et forum Augusti (P. Rosa apud De-Vit ad v.); dein ab Hadriano imp. instauratum (Spartian. Hadr. 19). — Augusta historia, laurus, marmor, mensis, urbs etc. V. Lexic. — Augustus mons, sc. Cælius. Tac. 4. Ann. 63. Adduntur sententiæ, ut mons Cælius in posterum Augustus appellaretur, quando cunctis circumflagrantibus sola Tiberii effigies - inviolata mansisset. Adde Sueton. Tib. 48. — Augusta curia (Corp. I. L. 8. 8293). — Augusta via v. Julia Augusta (C. 11. 3083. et 5. 8102. Cf. Momms., Corp. 5. p. 828). — Claudia Augusta via (C. 5. 8002). — Augusta fossa (Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (119). — Augusta tribus, quæ data est militibus oriundis ex coloniis, quæ Augustæ cognominatur (ut Aurelia, Flavia, Julia etc. Corp. I. L. 6. 32523. 4. 5. 12. 22., 32623. etc. Addimus: (C. 11. 37. 84) Augusta porticus: Corp. 2. 2194. pagus. et 11. 3303. numen.; Auson. Mos. 369. muri.; Homer. 901. genus.; Prudent. c. Symm. 2. 431. caput.; Val. Max. 6. 1. pr. penates. et 2. 8. 7. domus., Trebell. Claud. 10. familia.; Sueton. Aug. 100. sæculum (Inscr. Rostowzew, tess. plumb. n. 1815. et 1816. saeculum aureum felix Augustum; Auson. 332. 5. majestas.: Juvenal. 6. 118. meretrix (Messalina); Paulin. Nol. ep. 41. mater.; Inscr. Eph. epigr. VIII. p. 447. n. 198. sacra. Sic locutiones: in Cod. Theod. 6. 26. 7. augustæ memoriæ (Valentinianus). et Avell. p. 126. 15. augustæ recordationis (Leo). — 2.°) De coloniis, quarum præcipuæ memorantur: IVLIAE AVGVSTAE, a C. Cæsare et Augusto deductæ, ut Apamea Bithyniæ (Inscr. numm. Mionnet II. 413. 28); Aquæ Sextiæ (Corp. I. L. 12. 982); Barcino Hispaniæ Tarrac. (C. 2. 4537. sqq.); Beneventum (C. 9. 2165); Berytus (C. 3. 14388); Dertona Liguriæ (C. 5. 7376); Heliupolis Syriæ (C. 3. 202); Parma (C. 11. 1059); Pella (C. I. G. 1997); Philippi (Inscr. numm. Eckhel 2. p. 76); Potidæa (Inscr. numm. Imhoof-Blum., Monn. Gr. 67. sqq.); Taurini (C. I. L. 5. 7047) apud auctores plerumque Augusta Taurinorum, in titulis col. Aug. Taur. v. Julia Augusta: incolæ appellantur Augustani Taurini (C. 5. 4192. et 7039); Vienna (C. 12. 2327). Item coloniæ AVGVSTAE: Actium (Plin. 4. h. n. 1. 2. [5]); Æcæ (C. 9. 950); Ariminum (C. 11. 414); Arretium (Grom. p. 215); Brixia (C. 5. 4212); Cæsaraugusta (Auson. 417. 87) - adj. Cæsaraugustanus (V. OSICERDA); Concordia (C. 9. 2165); dea Augusta Vocontiorum (C. 12. 690); Emerita (Plin. 4. h. n. 22. 35. [117]); adj. Aug(ustani) Emer(itenses?) C. 2. 656.; Nemausus (C. 12. 3265); Nola (C. 10. 1224); Nuceria (Grom. p. 235); Panhormus (C. 10. 7279); Puteoli (v. FLAVIAE AUG.); Augusta Rauricum (V. Augusta); - Salassorum Aug. Praet. V. Augusta Prætoria. - Syracusæ (C. 10. 7132); Tarquinii (V. Graviscl); Augusta Treverorum (C. 3. 4153) v. Treavirorum (Tab. Peut. 5); Augusta Troas Mysiæ (C. 3. 7078); Tyndaris Siciliæ (C. 10. 7474). — LIVIA AUGUSTA ab Augusto et uxore appellata: Abellinum (C. 10. 117). — CLAUDIAE AUGUSTAE: Claudia Aug. ara Agrippiniensium (V. sub AGRIPPA); Lugdunum Galliæ (V. sub LUGDUNUM). — col. FLAVIAE AUGUSTAE: Ammædara Numidiæ (C. 8. 308); Cæsarea Palæstinæ (C. 3. 12082); Puteoli (Grom. p. 236). — col. NERVIA et NERVIANA AUGUSTA: Scolacium [Scylacium] (C. 10. 103); Sitifis Mauretaniæ (C. 8. 8473). — col. ULPIAE TRAIANAE AUGUSTAE: Hadrumetum (C. 8. 1687). — col. AELIAE HADRIANAE AUGUSTAE: Formiæ (C. 10. 6079). — col. AELIAE AUGUSTAE (ab Hadriano vel Pio nuncupatæ): Æclanum (C. 11. 1111); Italica Bæticæ (C. 12. 1856); Lares Numidiæ (C. 8. 1779); Vindelicum Augusta (V. Augusta Vindelicorum). — col. AURELIA (AU)G. PIA: Canusium (C. 9. 344). — col. AURELIA COMMODA P. F. AUG. Pupput (Inscr. Dessau 6783). — col. HELVIA AUGUSTA (L)ilybitanorum (C. 10. 7228) - incolæ: Augustani - Lilybitani (Inscr. cat. numm. Sic. mus. Brit. p. 95. n. 7. 8). — SEPTIMIAE AUGUSTAE (Sebaste): Samaria Palæstinæ (Inscr. numm. Eckhel 3. p. 440). — col. AURELIA AUG. ANTONINIANA: Felix Neapolis (Inscr. Eph. epigr. VIII. 871) — col. ALEXA(ND)RIANA AUGUSTA Uchi majus (prov. proc. Afr.). — VIBIA AUGUSTA: Perusia (C. 11. 1930). — col. GALLIENIANAE AUGUSTAE: Verona (C. 5. 3329); Mediolanum seu Mediolanium (C. 5. 5465. 5869), de quo tamen nomine non omnino constat. — 3.°) De municipiis: AUGUSTA: Bilbilis (Martial. 10. 103. 1. municipes, Augusta mihi quos Bilbilis acri Monte creat); Gades (C. 2. 1313), incolæ Augustani (C. 2. 1729); Semta Africæ (Inscr. Rev. arch. 24 (1894) p. 412); Veii (C. 11. 3797). - col. FLAVIA AUGUSTA: municipium Scarbant(i)a Pannoniæ superioris (C. 3. 4192). — AELIA HADRIANA AUGUSTA: municipium Chlulitanum (C. 6. 1684). — AURELIA COMMODA AUG.: municipium Segermes prov. procons. (Inscr. Eph. epigr. VII. 134. p. 45). — ALEXANDRIANA AUGUSTA: municipium Aurelium Alex. Aug. Magnum Giufitanum prov. procons. (C. 8. 866). — 4.°) De rebus publicis Augustis: Asturica Gallæciæ (V. sub voc.); hinc Astures Augustani (Plin. 3. h. n. 3. 4. (28); Diana Numidiæ (C. 8. 10384) etc. — 5.°) De re militari: Augustæ honoris causa cognominatæ sunt ab eo, qui primus imperavit, et ab eis, qui secuti sunt (Cf. Domaszewski, PW. 2. 2349. et Dio 54. 11); legiones (Cf. Ruggiero, Diz. epigr. I. 819), cohortes (Cf. Cichorius, PW. 4. 284), alæ (Cf. Cichor. ibid. 1. 1225), classis Alexandrina (Cf. Fiebiger, PW. 3. 2641). Hinc milites Augustani (Not. Dign. occ. 5). — 6.°) De diis, qui Augusti dicti sunt sed raro in Italia, neque alii præter Dianam, Fortunam, Herculem, Janum, Justitiam, Lares, Martem, Mercurium, Silvanum, Minervam, Salutem, Statam Matrem, Victoriam et quosdam alios; Lares tamen persæpe Augusti nominati sunt atque id sæpius in Italia quam in provinciis. Ordinem itaque ducunt, quod ad tempus attinet, Lares a. U. C. 695 (in Gallia Cisalp.); secuntur vero Pax, Diana, Fortuna, Stata, Justitia, Ceres, Pietas, Salus. Porro tituli positi sunt diis Augustis sæpe ab Augustalibus, maxime in Gallia Cisalp. et in Hispania, a magistris vicorum paganorumque Apollini, Laribus, Mercurio, Statæ matri, Vulcano etc. et quidem pro salute imperatoris, crebro in Africa, haud raro in Illyrico, alibi rarissime. Exempla: Apollini et Æsculapio Aug. (C. I. L. 2. 174. et 2004); Castori Aug. sacr. (C. 8. 6940); Æsculapio Aug. sacr. (p)ro salute imp. Cæs. T. Ælii Hadriani Antonini Aug. Pii (C. 8. 15446); Herculi Aug. s. ob salutem et reditum d. n. imp. S. Al(e)x(andr)i (C. 3. 3427); Laribus August. mag. vici anni noni (C. 6. 30957) etc. — Hinc:

Augustalis et deriv. V. in Lexico.

Augustaneus, Augustanus, Augustaticus. V. in Lexic. et suo loc.

Augusteus (Augustæus), a, um (Αὐγούστειος), ad Augustum pertinens, ut marmor, lapis, charta, lex, limes, alia. V. in Lexico. — Augusteum, absolute, templum Augusti. Corp. I. L. 11. 1420. etc. Cf. Sueton. Tib. 47. et Dion. 57. 10.

Augustinus. V. Lexic. et AURELIUS.

Augustulus, cogn. ultimi impp. Romanorum occidentalium, antequam regnaret, dictus Romulus (Anon. Vales. 8. 37), sed imperator adclamatus, a. 475., patris Orestis, patricii et ducis militiæ, operâ (Id. ibid. et Marcellin. chron. II. p. 91), Augustus Romulus appellatus est. — At Odoacar, rex Herulorum, Oreste interfecto Placentiæ, filium ob ætatem nimis juvenilem Augustulum vocatum, imperio privavit a. 476. relegavitque in Campaniam (Anon. Vales. 8. 38. et Marcellin. chron. II. 91). Ita occid. Romanæ gentis imperium, quod primus Augustorum Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo periit. Adde Jornand. Rom. 344. et 345. et Get. 241-243. — Sic ann. 522., teste Procopio, post Pharsalicum prœlium Rom. imperium exstinctum est.

Augustum — 1.°) Statio in Gallia Narbonensi prope col. deam Augustam Vocontiorum. Tab. Peut. 3. Rav. p. 241. Auguston. Itin. Ant. p. 358. Augusta. — 2.°) Item Allobrogum vicus, nunc Aoste et St. Genix d'Aoste. Tab. Peuting. 3.; sed Augusta dicitur in Itin. Ant. p. 346. — Augustani vicani, incolæ. Corp. I. L. 12. 2395.

AUGUSTUS, i, m. 2. (Αὔγουστος) nom. pers. — a) Scribitur etiam Agustus jam inde ab ætate Neronis. Corp. I. L. 4. 2124; 14. 4068., coll. 10. 4502. etc. — Acustus ibid. 5. 1784. — b) Not. et compend.: sæpe A. (V. litt. A); plerumque Aug., cujus exempla in titulis innumerabilibus (V. Corp.). — In plur. num. AA. sæpissime in rescriptis imperatorum (Cod. Theod. 1. 1. 5. etc.). Aug. (C. I. L. 8. 8482. etc.) et Augg. (Ibid. 10. 5064. etc.): similiter Gr. Σεββ. v. Σββ. (C. I. G. 3. 7172. etc.). - Augg. (C. I. L. 7. 200). - Anggg. (C. 8. 2557) v. Aggg. (C. 10. 6936). - Angggg. (C. 8. 12215), sc. littera g pro num. impp. multiplicato, ut patet. - Aliquando Aauugg. (Inscr. num. apud Cohen. VII.[2] p. 189). - Augn. (C. 13. 2606). - Augus. (C. 10. 3691). - August. (C. 6. 128). — c) Græci ab Augustus finxerunt μελλοαύγουστος (vit. Euthym. 11. 13.), ἀειαύγουστος (Cf. infra semper Augustus), αὐγουστιακός etc.; voce porro Σεβαστός Latinam Augustus expresserunt (Mon. Ancyr. 6. 14. ipse Octavianus Aug. de se: Σεβαστὸς προσ(ηγορε)ύθην, i. e. Augustus appellatus sum). — Agustus, Ἄγουστος, in titulis Gr. Corp. I. G. 3. 14815. ἀρμόρι Ἄγουστα οὐδεὶς ἀθάνατος V. Eckinger, Die Orthogr. latein. Wörter in griech. Inschr. (Dissert. Turic. a. 1893) p. 12. - In eisdem titulis aliquando Aug. imp., Ag. mensis v. mensis Aug. Ὄγουστος (Corp. 4. 2993 γ). — De his multa col-

legit *Schuchardt, Vokal. d. Vulgärlat. I. p.* 308. *sqq.* — *d)* Etymon *V.* in voc. præc. init. et infra.

Augustus, cogn. v. titulus honoris, primum C. Julio Octaviano, dein sequentibus imperatoribus, præcipue, inditus; et quidem

I.) De Octaviano, de quo plura in *C. Julius Octavianus (Octavius)* dicenda sunt. — 1.°) Apud scriptores — *a)* Origo cognominis: Octavianus Cæsar ex Senatus consulto *(Mon. Ancyr. VI.* 16) post devictos triumphatosque undique Romani imperii hostes, clauso Jani templo firmataque per orbem pace a. U. C. 727., ipso VII., M. Vipsanio Agrippa III., coss. cum, quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi et ipsum Urbis conditorem, prævaluisset L. Munatii Planci sententia, ut *Augustus* potius appellaretur, non tantum novo sed etiam ampliore cognomine, ut ait *Sueton. Aug.* 7., ut scilicet jam tum, dum colit terras, ipso nomine ac titulo consecraretur, ut addit *Flor.* 4. 12., coll. *Isid. loc. cit.* (Cf. *Dion.* 53. 16. et *ibid.* 12. *sqq.*). Porro Senatus consulti verba leguntur apud *Macrob.* 1. *Sat.* 12. 35. CVM . IMPERATOR . CAESAR etc. *V.* integr. loc. *Plin. paneg.* 88. 10. Ut nomine Augusti admonemur ejus, cui primum dicatum est, ita hæc Optimi appellatio etc. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 292. Populus Romanus Octaviano tria obtulit nomina, utrum vellet Quirinus, an Cæsar, an Augustus vocari. *Oros.* 6. *Hist.* 20. Hoc die primum Augustus consalutatus est. *et* 6. *ibid.* 20. Clarissimum illud Augusti nomen adsumpsit. *b)* Ad interpretationem quod attinet, *Hieronym. nom. Hebr. p.* 64. Augusti: solemniter stantis. *et* aptius *Isid.* 9. *Orig.* 3. 16. Augustus ideo apud Romanos nomen imperii est eo quod augerent olim rem publicam amplificando; quod nomen primitus senatus Octaviano Cæsari tradidit ut, quia auxerat terras, ipso nomine et titulo consecraretur. — *c)* Cognominis adtributio: dicitur in titulis v. apud auctores: simpliciter *Augustus (Corp. I. L.* 4. 2460., *Propert.* 2. 10. 15., *al.*). — Cum addito *divus (C. I. L.* 9. 3634., *Mon. Ancyr.* tit., *Horat.* 3. *Od.* 5. 2., *Senec.* 2. *contr.* 4. 13., *Vellej.* 2. 37. 1. — Cum add. *imperator, princeps (C. I. L.* 5. 7691., *Val. Max.* 7. 8. 6., *Vellej.* 2. 38. 3., *Gell.* 13. 12. 1). — Cum add. *Cæsar* ante vel post., sc. *Cæsar Augustus (Corp. I. L.* 6. 1257. 2. 12.; 11. 5820. etc.; item *Horat.* 2. *Ep.* 2. 48., *Fest. p.* 178., *Senec.* 2. *contr.* 4. 12., *Vellej.* 2. 90. 4. et 103. 2., *Martial.* 11. 20. 1., *Solin.* 1.: vel *Augustus Cæsar* (ubi tamen nomen magis intelligitur quam princeps, maxime in templis et vivo consecratis: v. *Momms.* ad *Corp.* 10. 6305. Sic *C. I. L.* 9. 2845.; 10. 823., *Liv.* 4. 20., *al.*: vel *Octavianus Augustus (Eutrop.* 7. 7., *Jornand. Rom.* 2., *Macrob.* 2. *Sat.* 4. 21. v. *Augustus Octavius (Eutrop.* 1. 12): vel *Octavianus Cæsar Augustus (Ruf. Fest.* 2) v. *Octavius Cæsar Augustus (Flor.* 4. 3. 5) v. *Cæsar Augustus Octavianus (Eutrop.* 7. 4.), *Cæsar Octavianus Augustus (Id.* 3. 1) v. plenius *Julius Octavianus Cæsar Augustus (Ruf. Fest.* 5). — *d)* Ad Octavianum Augustum pertinentia, sc. — Augusti ædes. *V.* Augusti templum. — Augusti ara v. aræ *(Corp.* 12. 25., *Mela* 3. 13., *al.*). — *Ara Romæ et Augusti* a Druso cum Lugdun. a. U. C. 742. censui Galliarum intentus moraretur, dedicata ad confluentem Araris et Rhodani. Cf. *Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 227. — Augusti arcus in foro Rom. ob devictam Ægyptum et in provinciis *(Inscr.* apud *Borghesi, Œuvr. I. p.* 361., coll. *Dion.* 51. 19). — Augusti circus. *V.* CIRCUS MAXIMUS. — Augusti coloniæ. V. *Augustæ coloniæ.* — Augusti domus vel sacrarium. *Corp.* 6. 2271. — Augusti forum (fora) v. Forum Augusti. V. *Augustum forum* supra. — Augusti lucus, dictus in Numidia, quod a rege Juba Augusto consecratus est, cujus mentio fit in ejus regis nummis apud *Eckhel* 4. *p.* 156. — Alio sensu de lucis in Gallæcia *(Itin. Ant. p.* 424), in Germania superiore *(Corp. I. L.* 6. 22961), in Illyria [?] *(Ibid.* 32536c. 46), in Numidia *(Inscr. numm. Eckhel* 4. *p.* 156). — Augusti mausoleum (mausoleum), Romæ in campo Martio, duobus obeliscis (inde amotis et adhuc exstantibus) ornatum, inter Flaminiam viam ripamque Tiberis ab eo exstructum (a. U. C. 726), hodie eo spatio indicatum, quod excurrit inter ædem s. Caroli et Tiberim, haud procul a via Recta (Cf. *Nibby, op. cit. P.* 2. *p.* 521. *sqq.*). Memoratur *Sueton. Aug.* 100. et *Curios. Urb. p.* 20. — Ibi ante Augustum sepulti sunt Marcellus, de quo *Virg.* 6. *Æn.* 872., et Agrippa, de quo *Albinov. Cons. ad Liv.* et paullo post Octavia, soror Augusti, de qua *ibid.* — Augusti v. Augustum numen. *Corp.* 6. 882.; 11. 3303. — Augusti Pagus. *V.* PAGUS AUGUSTI. — Augusti pons, locus, de quo *C. I. L.* 8. 7853 *(in col. Dacia). Tab. Peut.* 7. et *Rav. p.* 189. — *Augusti* v. *Augustus portus,* locus *(Ostiæ,* nempe *Claudii). Corp. I. L.* 14. 4089. et *Apul.* 11. *Met.* 26. — *Augusti possessio (Lib. pont. p.* 64. 13). — Augusti promontorium, quod de Ponto mergit in Propontidem *(Rav. Guid. p.* 529). — Augusti Rostra, locus in Urbe, memorata *Pompon. Vig.* 1. 2. 2. § 45. — Augusti Templum, Romæ in Palatio statim ab ejus exitu a Tiberio *(Sueton. Tib.* 42) et a Livia *(Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. [94]) ædificatum et a Caligula dedicatum *(Sueton. Calig.* 21., coll. *Dion.* 50. 12), Augusti statua ex auro exornatum, immo Liviæ Augustæ aliorumque Cæsarum Divorum commune *(Sueton. Galb.* 1., coll. *Fr. Arv. tab. XV.* 19); ætate *Plinii* (12. *Hist. nat.* 19. 42. [94]) incendio absumptum, dein mox, ut videtur, a Domitiano restauratum *(Momms.* in *Bull. d. Istit. arch.* a. 1843. *p.* 126. *sq.*) aut serius certe ab Antonino Pio *(Eckhel* 7. *p.* 25). — Augusto, si non Romæ, saltem sibi cum Roma vel sibi soli templa et aras erigi in provinciis passus est *(Tac.* 4. *Ann.* 37) et etiam in pluribus Asiæ civitatibus, quæ post ejus obitum innumera exstiterunt, Græce Καισαρεῖα v. Αὐγουστεῖα dicta (V. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5965. et 7172.; in quibus erant *sacerdotes, Augustales* v. *Augusti* vocati *(Corp. I. L.* 5. 5511., 3936. etc. (V. AUGUSTALIS in *Lexic.*) vel *publici a sacrario Augusti (Inscr.* apud *Orelli n.* 2470); *Augusti flamen (Corp. I. L.* 10. 131), æditus *(Ibid.* 14. 78). — Augusti tropæum, monumentum, in extremitatibus Alpium Maritimarum in honorem Augusti ex Senatus decreto constructum ob gentes Alpinas omnes, a mari Supero ad Inferum pertinentes, sub imperium populi R. ab eo redactas, ut ait *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (136)., hodie *la Torbia,* ubi ejus rudera visuntur (V. *Casole, sul monum. d. Trof. d'Aug.* etc. in *Mem. d. R. Acad. di Tor., II.* 5). — Augusti turris *(Hispaniæ),* locus, apud *Mel.* 3. 11). — Augusti vicus, in Byzacena *(Itin. Ant. p.* 58), in Hippone Carthaginem *(Ibid. p.* 48), Verecunda in Numidia *(Corp. I. L.* 8. 4194). *V.* suo loco. — *e)* Epitheta aliaque Augusto adtributa. *Horat.* 4. *Od.* 2. 43. fortis. *Octav.* 477. patriæ primus parens. *Id. ibid.* deus. *Senec.* 1. *Clem.* 9. 1. mitis. *Frontin. Aquæd.* 11. providentissimus. *Hadr. Char. gramm. I.* 209. 18. non pereruditus homo. *Virg.* 6. *Æn.* 792. divi genus. *Val. Max.* 1. 7. 1. Augusti sacratissima memoria. *et* 9. 15. 2. excellentissimum numen. — Alia. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 7. 11. (56). Augusti principatus. *Senec.* 1. *clem.* 16. 1. auctoritas. *Flor. epit.* 4. 12. 61. conservatio. *Horat.* 2. *Od.* 9. 19. tropæa. *Id.* 4. *ibid.* 14. 2. virtutes. *Lib. col. I. grom. p.* 402. libri. *Sueton. Cal.* 38. diplomata. *Quintil.* 1. 7. 22. epistolæ. *Oros.* 3. *Hist.* 8. 5. Sub Augusto primum Cæsare - universum terrarum orbem - Romanis paruisse legibus. *Octav.* 504. Ille, qui meruit pia virtute cælum, divus Augustus. *Venant. ep.* 2. 12. An felicior Augusto, fortior Alexandro, favorabilior Trajano, sanctior ac Theudosio? — 2.°) In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 2605.; 12. 657.; 13. 1966. etc. Adde *Greg. M. ep.* 1. et 12. — Hinc derivata: *Augusteus,* adj. et absolute *Augusteum* (V. suo loco); *Augustalis (a),* nom. gent. *Corp. I. L.* 6., 35659. et 12873. — *Augustalinius (a),* nom. gent. *C.* 13. 6772. — *Augustanius,* nom. gent. *C.* 13.6484. — *Augustinus (a),* cogn. *C.* 3. 19871. et 27. 140. De Aurelio Augustino *V.* AURELIUS. — *Augustianus,* cogn. vir. *C.* 6. 2977. — *Augustio (onis),* cogn. vir. *C.* 13. 8545.

II.) De imperatoribus Octavianum secutis, qui generatim *Augusti* dicti sunt, teste *Justin.* 41. 5. 8., etiam addito *semper* adv., quorum primus ita dictus fuit Claudius Gothicus *(Inscr.* apud *Orelli n.* 1025); dein alii *(Corp. I. L.* 3. 12483. et in nummis apud *Eckhel* 8. *p.* 359. et *Inscr.* apud *Cavedoni, Sillog. epigr. Mod. p.* 14. etc.): vel cum adject. *perpetuus (Ammian.* 17. 5. 10); vel *perpetuus semper (C.* 9. 5960.; 10. 7950): vel *perennis (C.* 10. 1692): vel *æternus (C.* 6868). — 1.°) Universim. *Spartian.* 5. Ipsi sunt *(Marcus* et *Verus),* qui primi duo Augusti appellati sunt et quorum fastis consularibus sic nomina præscribuntur, ut dicantur non duo Antonini sed duo Augusti. *Justin. loc. cit. (Parthi)* omnes reges suos hoc *(Arsacis)* nomine sicut Romani Cæsares Augustosque cognominavere. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 760. Albani omnes reges Silvii dicti sunt, hodieque Romani imperatores Augusti, *Ægyptii* Ptolomæi. *Hieronym.* in *Ezech.* 29. 1. Sicut apud Romanos Cæsares et Augusti reges eorum appellantur a primo Gajo Cæsare et secundo adoptivo ejus Octaviano, qui postea Augustus est nominatus. *Sueton. cit.* 8. *(Vitellius)* cognomen Germanici - cupide recepit, Augusti distulit, Cæsaris in perpetuum recusavit. — Imperatorum Augustorum numina. *Corp. I. L.* 12. 4146. NVMINI AVGVSTORVM. et 13. 1730. NVMINIB. AVGVST. DEO. APOLLINI. etc. — 2.°) Speciatim. — *a)* Cum additis seu cum ceteris imperatorum appellationibus præcedentibus, sed ita ut cognomina triumphis parta sequantur. Sic ex. gr. imp. Cæsari Vespasianus Aug. *(C.* 14. 3485); imp. Cæsari Domitiano Aug. Germanico *(C.* 10. 1631); imp. Cæsari L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. Arab. Adiabenic. p. p. *(C.* 1650); imp. Cæs. L. Ælio Aurelio Commodo Aug. Sa(rmatico) Germanico... Felici Invicto *(C.* 14. 3449) *etc.* — Secuntur interdum cognomina *Vespasiani, Trajani, Commodi,* ut divi Titi Aug. Vespasiani *(C.* 5289). — Antecedunt aliquoties cognomina triumphis obtenta, ut magno et invicto imp. Galliano Germanico Aug. *(C.* 5. 856). — Cognomen ipsi nomini aliquando præponitur, ut imp. Cæs. Aug. P. Helvio Pertinace *(C.* 14. 281). — *b)* Absolute. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (18). Maximus omnis ævi rector Vespasianus Augustus. *Avell. p.* 703. 24. Deo amabili ac piissimo imperatori ex Deo Augusto et principi Justino christianissimo. *Martial.* 11. 3. 9. *de Nerone.* Cum pia reddiderint Augustum numina terris. *Plin. paneg.* 57. *de Trajano.* Tantone Papiriis etiam et Quintiis moderatior Augustus et Cæsar et pater patriæ. — Hinc

Augusta, æ, f. 1. cogn. fem. sive person. sive geogr.

I.) Augusta, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Universim, ut ab Octaviano successores *Augusti;* ita ab ejus uxore, quae, illo demortuo, ex testamento in familiam Juliam nomenque Augustum (Augustae *corr.*) assumpta est, ut ait *Tac.* 1. *Ann.* 8., et *Julia* v. *Livia Augusta* vel absolute *Augusta* et, post mortem, *diva Augusta* appellata est *(Inscr.* apud *Momms. n.* 2398. et 4316), sequentium imperatorum uxores *Augustæ* sunt cognominatae itemque eorum matres aliquando et filiæ et sorores *(Tac.* 12. *Ann.* 26. et 15. *ibid.* 23. *et* 2. *Hist.* 89., *Plin. paneg.* 84., *Claudian. carm.* 8. 189. et *ibid.* 10. 252). — Initio imperii in nummis vestigium aliquod Augustorum cernitur; sed in nummis commatis peregrini etiam ad mulieres honor monetarius extendi cœptus est ita ut earum forma in iis conspiceretur; at velo, si consecratæ, obnubebantur. In nummis vero commatis Romani prima fuit Domna, cujus caput lunae imponitur jugatum capiti radiato Severi mariti; deinde Augustorum indulgentia gemmata quoque diademata sibi imposuere *(Philost.* 3. 22. apud *Eckhel,* 8. *p.* 364). Postea, ut Augusti *Domini,* ita Augustae *Dominæ* appellatae sunt. Sic *C. I. L.* 80. 1483. PIISSIMAE AC CLEMENTISSIMAE DOMINAE NOSTRAE AVGVSTAE HELENAE MATRI DOMINI DOMINI NOSTRI *(Constantini). Cod. Theod.* 13. 1. 21. Dominae ac venerabilis Augustæ Pulcheriæ germanæ nostræ. — 2.°) Speciatim — *a)* De hominibus. Livia Julia: *Ovid.* 1. *Fast.* 536. Augustanorum Julia nomen erit. Adde *Vellej.* 2. 72. 3. — De Livia Drusilla. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. (136). Liviae Drusillæ, quae postea Augusta(m) matrimonii nomen accepit. Adde *Sueton. Cal.* 10. et *Corp. I. L.* 6. 882.; 10. 799. — De Antonia Drusi. *Sueton. Claud.* 11. Claudius matri-cognomen Augustae ab (viv)a recusatum *(decernendum curavit).* Adde *Corp. I. L.* 10. 1417. — De Augustis, quae secutae sunt, ut de Agrippina matre *(Tac.* 12. *Ann.* 26. et *Octav.* 328) et Poppæa, uxore Neronis *(Sueton. Ner.* 35., coll. *Tac.* 14. *Ann.* 60. et *Act. Fr. Arv.* a. 63); de Domitia, uxore Domitiani *(Sueton. Dom.* 8); de Flavia Titiana, uxore Pertinacis *(Capitolin. Pert.* 5.); de Pulcheria, sorore Theodosii et Marciani uxore *(Cod. Theod. loc. cit.*); de Theodora « Augustarum prudentissima » *(Cassiod.* 10. *Var.* 21. 1) etc. — *b)* De numinibus, nempe *Cerere, Diana, Bellona, Concordia, Salute, Fortuna, Minerva, Stata matre* etc. *V.* AUGUSTUS. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp.* 3. 4458.; 5. 4849.; 8. 17059. — Hinc derivata *Augustilla,* cogn. demin. v. ὑποκοριστικ. *Corp.* 13. 6081. et *Augustula,* item, *Corp.* 5. 6490.

II.) Augusta, nom. geogr. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Oppida cum cognomine *Augusta:* — *a)* Bracara Augusta et Bracaraugusta, quæ et Augusta Bracarum. *V.* BRACARA. — *b)* Cæsarea Augusta. *V.* CÆSARAUGUSTA. — *c)* Pax Augusta Lusitaniæ, eadem quæ Pax Julia. *V.* PAX. — *d)* Treba Augusta. *V.* TREBA. — 2.°) Oppida absolute *Augusta:* — *a)* Augusta Arvernorum. *V.* AUGUSTONEMETUM. — Augusta Bagiennorum v. Vagiennorum, metropolis Vagiennorum (Αὐγουστα Βαγιεννῶν *Ptol.*) in Liguria, nunc *Bene* v. *Bene Vagienna,* una ex XXVIII. coloniis, quas Augustus deduxit in Italia *(Borghesi* in *Arch. Stor. di Firenze* a. 1850. *T.* 16), plene *Col. Julia Augusta Bagiennorum* dicta *(Vernazza Mon. Alb. Pomp.* 18) et municipium *(Corp.* 5. 7153). Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (49). - *Augusta* tantum dicitur *Corp.* 5. 7669. et 6. 2757. et *Inscr. Rh. Bramb.* 492. Cf. *Momms. Corp.* 5. *p.* 873. — *b)* Nova Augusta, in Hispania Tarraconensi prope Segoviam seu Augustobriga (Νοοῦα Αὐγουστα *Ptol.*), nunc fort. *Torquemada.* Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (27). — Est etiam *Augusta Nova* apud Alamannos, nobis ignota. *Rav. p.* 232. — *c)* Augusta Prætoria (Αὐγουστα Πραιτωρία *Ptol.* v. Αὐγουστα *Strab.*), colonia Salassorum, juxta geminas Alpium fores, Grajas et Pœninas, hodie *Aosta,* ab Augusto condita. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21. (123)., *Solin.* 2., *Corp.* 3. 8447. et *Tab. Peut.* 3. — *Augustana civitas* dicitur *Cassiod.* 2. *Var.* 5. 1. — *d)* Augusta Rauricum v. Rauracum v. Ruracum (Αὐγουστα Ραυρικῶν *Ptol.*); Rauraca (orum) in *Itin. Ant. p.* 353., Rauriaca apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (106), Raurica in *Inscr.* apud *Orelli n.* 4812. tribui *Quirinæ* adscripta, ut constat ex *Inscriptt. Helv. p.* 58. *sqq.* Hodie *Augst* v. *Basel-Augst,* prope Basiliam *(Basilea),* caput Rauracum *(Ammian.* 30. 3. 1), colonia tempore Augusti a L. Munatio Planco cos. an. 42. Chr. deducta *(Inscr.* apud *Orelli n.* 590). — *e)* Augusta Suessionum v. Suessonum, horum olim princeps (Αὐγουστα Οὐεσσόνων *Ptol.*), nunc *Soissons,* in Gallia Belgica. *Itin. Ant. p.* 379. *Tab. Peut.* 2. Augusta Suessorum. et *Greg. Tur.* Suessiana urbs. Adde *Not. Gall. VI.* 3. — Putant nonnulli idem esse quod Noviodunum *(Cæs.* 2. *B. G.* 12), quibus favet *Desjardins, Géogr. de la Gaul. II.* 453.; rectius vero refragatur *D' Anville, Not.* 118. — *f)* Augusta Taurinorum, plenius *colonia Julia Augusta Taurinorum (Corp.* 5. 7047., coll. 6954, et 7629), tribui *Stellatinæ* adscripta (V. *Kubitschek, Imp. R. trib. discr.* 117), Taurina colonia apud *Tac.* 2. *Hist.* 66. et *urbs Taurinorum* apud *Liv.* 41. 39., metropolis Taurinorum seu Taurinatium (non *Taurinensium.* V. *Ihm, PW.* 2. 2347), hodie *Torino* (Ταυρίσκοι *Steph. Byz.;* Αὐγουστα Ταυρινῶν *Ptol.*), fortasse a *taurn,* mons, v. a ταῦρος, taurus, ex primitivo pastoritiae cultu vel ὅτι τιμῶσιν τ. βοῦς, ὡς Αἰγύπτιοι. *V.* TAURINI. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21. (123). Coloniæ ab Alpium radicibus Augusta Taurinorum, inde navigabili Pado, antiqua Ligurum stirpe etc. — Fuit una ex XXVIII. coloniis ab Augusto deducta, ut probat *Borghesi, op.* supra *cit.*). — De ea plura disces ex *Promis, Storia dell'Ant. Torino,* Torin. 1869., et *Lat. Inschr. Corp. I. L.* 5. 6949-7141. *Pais, Suppl.* 935-940., 1301-1303. — *g)* Augusta Trajanensis, in Thracia. *Corp.* 3. 18312. Fuerit oppidum Trajanopolis vel Trajana (ἡ Τραιανῶν πόλις vel Αὐγούστη Τραιανή: *cf. Corp.* 3. *p.* 2065. et *Oberhummer* in *PW.*). — *h)* Augusta Treverorum v. Trevirorum (Treevirorum *Tab. Peut.:* Αὐγουστα Τριβήρων *Ptol.*), *Trever urbs* a *Salvian. Gub. D.* 6. et *Augusta in Treveris* a *Mela, loc. cit.,* dicta, metropolis civitas *(Not. Gall. V.),* olim Galliae Belgicæ opulentissima *(Mel.* 3. 20) ad Mosellam, nunc *Trier* (gall. *Trèves,* it. *Treviri*), colonia *(Tac.* 4. *Hist.* 72. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 839), ab Augusto vel a Claudio deducta (Cf. *Zumpt, Comm. epigr. I.* 385. et *Marquardt, St.-V. I.*[2] 279). — De ea *Auson. de clar. Urb.* 4. « Armipotens dudum celebrari Gallia gestit Trevericæque urbis solium, quæ proxima Rheno - Longinqua omnigenae vectans commercia terræ ». — Fuit Augustorum sedes saec. IV.; a Francis olim et Alamannis capta, sed a Probo imp. recuperata; basilicis, foro, circo, amphitheatro aliisque ædificiis Romano cultu superbis ornata, quorum vestigia adhuc exstant. — Plura dabunt inscriptiones a *Steiner, Kraus, Kettner* collectæ et innumeri pæne loci, quos *Ukert,* ex veterum scriptis excerptos, naviter congessit. — *i)* Augusta Tricastinorum in Gallia Narbonensi, *Civitas Tricastorum* in *Not. Gall. XI.* 9., vel *Tricastina urbs* a *Sidon. Apoll. ep. VI.* 12., hodie *S. Paul-trois-châteaux* v. *Aouste-en-Diis.* Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36). — *l)* Augusta Vindelicum (Αὐγουστα Οὐινδελικῶν *Ptol.*), civitas princeps, in titulis modo *Augusta Vind.,* modo *Augusta* tantum, et municipium *Ælium Augustum* in *Corp.* 38. 5981. *sqq., Augusta Vindelicensis* in *Notit. Dign. occid.* 11., *Ælia Augusta* apud *Bramb. C. I. R.* 4. 1617., hodie *Augsburg.* Memorat etiam *Venant.* 4. *cit. s. Mart.* 642. Pergis ad Augustam, qua Virdo *(hod.* Wertach) et Licca *(v.* Licus, *hod.* Lech) fluentant. — Fortasse ab Hadriano imp. condita est *(Zumpt, Comm. epigr. I.* 403.; sed cf. *Momms. C. I. L.* 3. *p.* 711. et *Marquardt, St.-V. I.*[2] 269). — Illud *Tac. Germ.* 41. « Splendidissima Ratiæ provinciae colonia » huc referri negat *Zumpt.* V. *Ruggiero, Diz. epigr. I.* 823. — *m)* Augusta Viromanduorum, in Gallia Belgica, civitas princeps (Αὐγουστα Οὐρομανδύων *Ptol.*), *Augusta Viro Muduorum* in *Tab. Peut.* 2. et *Aug. Veromandorum* in *Itin. Ant. p.* 379., hodie fort. *Saint-Quentin.* v. *Vermand* prope *Saint-Quentin* (Cf. *Mannert, Longnon* et *Desjardins* ad *v*). — 3.°) Oppida, quæ mere *Augusta* appellantur. — *a)* Augusta, oppidum Ausciorum in Aquitania (Αὐγουστα *Ptol.*); olim *Eliberre (Eliumberrum, Elimberrum;* serius *civitas Ausclus* in *Itin. Hier. p.* 550.; *Ausci* apud *Ammian.* 15. 11. 14., *civitas Ausciorum* in *Not. Gall.,* hodie *Auch* (Cf. *Desjardins II.* 34). V. AUSCI. — *b)* Augusta, opp. Galliæ Narbonensis et Allobrogum statio, quæ *Augustum* communius dicitur, hodie *Aoste* v. *Genix d'Aoste.* Memoratur in *Itin. Ant. p.* 346. et *Tab. Peut.* 3. *V. Augustum.* — *c)* Augusta in Mœsia inferiore. V. *Augustæ.* — *d)* Augusta in Cilicia (Αὐγουστα *Ptol.;* Ἀγουσία *Hier.;* Αὐγουστα *Steph. Byz.*), ab Augusto ita dicta, cujus symbolum præfertur in nummis apud *Eckhel* 3. *p.* 51., V. etiam *Imhoof-Blumer, Ztschr. f. Numism. X.* 292., coll. tamen *Bent, Journ. of Hell. Studies XI.* 233. Hodie ejus rudera visuntur apud *Sis.* Memoratur *Plin.* 5. *h. n.* (93). — *e)* Augusta in Britannia. *Ammian.* 27. 8. 7. Lundinium, vetus oppidum, quod Augustam posteritas appellavit. Adde 28. 3. 1. Sic *Rav. p.* 429. Londinium Augusti. Cf. hod. *London (Londra)* et v. TRINOBANTES. ¶ 2. In plur. num. — *Augustæ* — *a)* Daciæ Ripensis sive Mœsiæ inferioris, in ore fluvioli, qui nunc appellatur *Ogust* (Αὐγουστα *Theoph. S. H.* 1. 4), memoratae in *Tab. Peut.* 7. et *Itin. Ant. p.* 220. — At *Notit. Dign. or.* 39. Cuneus equitum Dalmatarum Augustæ *(locat.).* — *b)* Rætiæ in *Itin. Ant. p.* 249. — *Augustani,* incolæ. *Notit. Dign. occ.* 35.

AULEJUS. *V.* AULUS.

AULERCI, ōrum, m. plur. 2. Scribitur varie in codd. et in nummis Celticis, ut *Aulirci* (Αὐλίρκιοι), *Aurerci* (Αὐριρκοί) etc.

Aulerci, gens Galliæ septentrionalis, inter Ligerim et Sequanam (V. *Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 507., 508. et 510), quae processu temporis in plures populos divisa est, ut fuere Brannovices, Cenomanni (Cenomani), Diablintes (Diablinthes), Eburovices (De singulis *V.* suis locis). Porro horum metropolis fuit *Mediolanium (Mediolanum) Aulercorum.* De his *Hirt.* 8. *B. G.* 7., *Cæs.* 3. *B. G.* 17. et 7. *ibid.* 75., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 18. 32. (107)., *Liv.* 5. 34., *Corp. I. L.* 13. 1390., *Oros.* 6. *Hist.* 8. 18. coll. *Ptol.* 2. 8. 7. — Incoluerunt autem eam Galliae partem, quæ nunc dicitur *le départ. de l'Eure.* — In sing. num. *Aulercus* apud *Cæs.* 7. *B. G.* 57. Camalogenus Aulercus. Adde *Corp.* 13. 610.

AULES, ētis, m. 3. et

AULESTĒS, æ, 1. heros Tyrrhenus, Æneæ socius. *Virg.* 10. *Æn.* 207. Et gravis Aulestes *(al.* Auletes). *et* 12. *ibid.* 290. regem regisque insigne gerentem Tyrrhenum Aulesten - Adverso *(Messapus)* proterret equo. *Serv.* ad *eund.* 10. *ibid.* 198. « agmen ciet Ocnus » adnotat: Hunc Ocnum alii Aulestis filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit.

AULĒTĒS, æ, v. is, m. 1. v. 3. (Αὐλητής) cognomentum Ptolemæi XII., Ægypti regis. *Cic. Rabir. Post.* 10. 27. *Orell.* « Ut ventum est Alexandriam ad Auleten ». Sed cf. *Klotz* ad *h. l.* et *Quintil.* 4. 2. 18. — De eo *V.* PTOLEMÆUS.

AULIS, idis v. is, f. 3. (Αὐλίς) nom. geogr. — *a)* Declinatur: Gen. *Aulidis* apud *Ovid. Ib.* et *Solin.* 7. — Acc. *Aulida* apud *Ovid.* 13. *Met.* 182., *Senec. Ag.* 567., *Stat.* 7. *Theb.* 332., *al.; Aulidem* habet *Liv.* 35. 50.; 45. 27. etc., *Hygin. fab.* 98., *Schol. Hor. Sat.* 2. 3. 190., *al.; Aulin* est *Lucan.* 5. 236.; *Aulidem* denique *Dict.* 1. 17. et 18. et 2. 10. — *b)* Ad structuram quod attinet: (ubi): *Aulide* apud *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 116., *Lucret.* 1. 84., *Virg.* 4. *Æn.* 426 *(Serv.* ad *l.:* Aulide aut pro Aulidi), *Apul. Socr. p.* 169.; sæpius in Aulide: *Gran. Lic. p.* 48. *Homer.* 247., *Hygin. fab.* 98., *al.* - (quo): ad Aulidem: *Liv.* 35. 51., *Hygin. fab.* 261.; in Aulidem: *Dar.* 15., *Hygin. fab.* 98.; Aulidem: *Liv.* 45. 27., *Dict.* 1. — *c)* Etymon ducitur ab αὐλίς *tentorium, castra,* sc. Græcorum *(Dict. l. c.)*: vel ab Evonymi filia et Cephissi nepte (Cf. *Eustath. Il. p.* 265).

Aulis, regiuncula saxosa in Bœotia, cum oppido et portu cognomine ad Euripum ex adverso Chalcidis (hodie *Porto Vathi);* quo Græci convenerunt deliberandi causa, bellumne Trojanis inferendum esset, teste *Dict. l.* c. et unde postea, diu tamen, tempestate prohibente, classis communis Trojam profectura solvit. *Id.* 1. 23. *Liv.* 35. 51. Admoto ad Aulidem exercitu. *Id.* 45. 27. Aulis, portus inclitus statione quondam mille navium Agamemnoniæ classis. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26). Aulis capaci nobilis portu. *Ovid.* 13. *Met.* 122. Euboica. *Stat.* 1. *Ach.* 447. Hecateja. *Senec. Ag.* 567. tarda ratibus. *et Lucan.* 5. 236. iniqua classibus. *Ovid.* 12. *Met.* 10. piscosa. Adde *Virg.* 4. *Æn.* 425., *Cic.* 2. *Divin.* 30. 63., *Propert.* 4. 1. 109., *Mel.* 2. 45., *Claudian. carm.* 15. 483. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 21. (64). Œchaliæ ex adverso in continenti Aulis est *(Capell.* 6. *p.* 213). Contra minus recte: *Manil.* 4. 637. Æqualis Cyclades Delonque Rhodenque Aulidaque et Tenedon etc. *Itin. Ant. p.* 595. Insula Bœotiæ Aulis. *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 426. Aulis insula est in Ægæo mari. Adde *Mythogr. I.* 30. et *Schol. Stat. Ach.* 1. 447. — De Aulide cf. *Ross, Königsreisen II.* 106. *sq.* et præsertim *Ulrichs, Reisen II.* 38. *sqq.* V. etiam IPHIGENIA.

AULĪUS, ii, m. 2. *V.* AULUS.

AULOCRĒNĒ, ēs, f. 1. (Αὐλοῦ κρήνη, sc. *tibiæ* seu *vallis fons)* Scribitur *Aulucrene* apud *Solin.* 40. — Acc. *Aulocrenen* est *Plin.* 16. *Hist. nat.* 44. 89. (240). — *Crenas,* acc. plur., pro *Aulocrenas* dixit *Sil. It.* 8. 503.

Aulocrene, vallis, cum monte et fonte cognomine, in Phrygia majore, hodie *Dinare* v. *Dineir:*

ita appellata a certamine Marsyæ et Apollinis ob sonum tibiarum, teste Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (106). « Marsyas ibi (in Apamea Ciboto) redditur, ortus ac paulo post conditus, ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline. — Id. ibid. 29. 31. (113). Amnis Mæander, ortus e lacu in monte Aulocrene plurimisque adfusus oppidis etc.

AULON, ōnis, m. 3. (Αὐλών, ῶνος, locus depressus, angustus, montibus inclusus et in longum porrectus; vallis: cf. Lat. alvus, alveus et Hebr. avel, vallis). — Etiam Aulona, æ, usurpatur. V. infra n. 4. — Aulona., acc. Græcorum positione, pro Aulonem sæpe apud Plin. et geogr. — Aulon, nom. geogr. et pers.

I.) Aulon, nom. geogr. ¶ 1. Est mare inter Cyprum et Ciliciam, dictum idcirco Aulon Cilicium c. Cilicum v. Ciliciæ apud Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. (130)., Tab. Peuting. 10. et Dimens. prov. 5. p. 10. Oros. 1. Hist. 2. 25. Cilicius sinus. ¶ 2. Item oppidum seu statio (vallis) Elidis ad Alpheum sita. Val. Flacc. 1. 389. levis Elis equis et fluctibus obvius Aulon. Adde Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (14). — Hinc Asclepius Aulonius dictus, quod ibi templum habuerit. Cf. Xen. Hell. III. 2. 25. et Strab. 8. 350 (V. Bursian, Geogr. II. 179). ¶ 3. Item locus seu vallis in agro Tarentino ad Saturum, prope hod. Monte Melone (V. Romanelli, Topogr. I. 294). Memorant Horat. 2. Od. 6. 18. Amicus Aulon Fertili Baccho minimum Falernis Invidet uvis. Martial. 13. 123. Nobilis et lanis et felix vitibus Aulon Det pretiosa tibi vellera, vina mihi. Serv. ad Virg. 3. Æn. 553. « Caulonisque arces » Aulon mons est Calabriæ (ubi Aulonisque cod. Lips. contra Virg. codd.). Cf. CAULONIA. ¶ 4. Item statio seu oppidum Illyrici in finibus Epiri cum portu, nunc Lavalona (Avelona, Valona, Vallona v. Vallone). Itin. Ant. p. 323. Aulonam. et p. 497. Aulona (acc.). Ravenn. p. 378. Alona. ¶ 5. Item vallis Jordanis in Palæstina, hodie el-Ghôr. Ital. Deut. 1. 1. (Lugd). Inter Pharam et Thobol et Lobon et Aulon (Vulg. et Haseroth), ubi auri est plurimum. Hieronym. ep. 78. loca aurea. Id. nom. Hebr. p. 88. Aulon non græcum, ut quidam putant, sed hebræum vocabulum est; adpellatur autem vallis grandis atque campestris in immensam longitudinem se extendens, quæ circumdatur ex utraque parte montibus sibi invicem succedentibus et cohærentibus, qui incipientes a Libano et ultra eum usque ad desertum Faran perveniunt suntque in ipso Aulone, id est in valle campestri, urbes nobiles et regiones in circuitu, per quas medius Jordanis fluit. Adde eund. ep. 73. Cf. Jos. Ant. 16. 145. et Strab. 16. 763. — Aulōnites, dat. - ē (Αὐλωνείτης), adj. ad opp. Aulonem (situm, ut videtur editori, ad sinum Strymonicum) spectans. Corp. I. L. 3. 7378 (Abderæ). et Inscr. Dessau 4067 (prope Neapolim). — Aulonitanus (a, um) ad Aulonem (Illyrici opp.) pertinens. Avell. p. 671.

II.) Aulon, nom. pers., sc. cogn. vir. Corp. I. L. 5. 4731 (Brixiæ).

AULŬLĀRĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est fabula Plautina ab aulula auri dicta. Aulularia argumentum fabulæ in acrostichide. Memoratur Plin. 18. Hist. nat. 11. 28. (107). Plautus in fabula, quam Aulularium (Aurulariam codd. fere omnes) (in)scripsit. Adde Varr. 7. L. L. 103., Charis. gramm. I. p. 55. et Prisc. gramm. II. p. 38., ubi Aularia pars codicum. — Inter Plautinas longe præstat; non integra ad nos pervenit hæc avari iconica descriptio. De ea V. Wagner, de Pl. Aul. Bonn. 1864. et Claus, de Aul. Pl. fab. etc. Stettin 1862. ¶ 2. Item Laberii mimus. Non. p. 168. Laberius - in Aulularia.

AULŬPOR. V. voc. seq.

AULUS, i, m. 2. (Αὖλος) nom. pers. — a) Scribitur etiam Olus pro Aulus in Inscr. apud Maffei, M. V. 239. 1. et Gell. 17. 21. 17. V. Corp. I. L. passim. - Adde Inscr. bilinguem apud Orelli n. 2713. Ὦλος Κοσσίνιος. pro Αὖλος. - Græce legitur in epigr. apud Bracci T. 1. p. 40. ΑΥΛΟΣ ΑΛΕΞΑ Ἐποίει (Aulus Alexa faciebat), ubi sculptoris nomen et cognomen. - Item Aulias, duplici l, in Inscr. apud Fabretti, Class. it. p. 225. — Etiam Ohlus cum aspiratione inserta, ut censet cl. Garrucci, in Inscr. apud Momms. n. 6081. — b) Not. et compend.: A. et Aul. persæpe in sculptis præsertim monumentis et in titulis, itemque O. pro Olus. V. Corp. I. L. n. 625. et Momms. ad n. 1281. — c) Etymon alii inepte ducunt ab alo: ita Auct. de Nominib. « Auli, qui diis alentibus nati sunt »; alii conjungunt cum Gr. αὐλός, tibia; alii probabilius derivant ab aula pro olla (Paul. Diac. p. 23. 13. M.), ut sit qui aulas v. ollas facit (it. pentolaio).

Aulus, prænomen, antiquis Latinis usitatum. — a) Cum nomine gentilicio, ut A. Lælius in Inscr. apud Orell. n. 1175. etc. — Aulus Atticus apud Tac. Agric. 37. — Aulus Pudens apud Martial. 6. 58. — Apud poetas post gentilicium, fort. metri causa, ut Cascellius Aulus apud Horat. A. P. 371. — b) Aliquando transiit in cognomen. Inscr. apud Spon. Miscell. p. 72. — c) Etiam absolute Aulus, pro A. Gabinius, apud Cic. 6. Att. 2. - Sæpe apud Martial., ut 5. 28., 6. 78., 7. 14. etc. - Sæpissime pro integro nomine in compellationibus, ut apud Horat. 2. Sat. 1. 170. — Aula, præn. mul. Corp. I. L. 1. 1491. - In Inscr. apud Visconti, Opp. var. T. 1. p. 82. non Aula (Cornelia) sed Paulla legend. autumat Mommsenius. — Hinc derivata: Aulius (a), nom. V. Inscr. apud Orelli n. 126., Brunati, Mus. Kirch. p. 64., Momms. n. 4177. etc. — Apud scriptores M.' Aulius, occisus in pugna contra Hannibalem a. ant. Chr. 208., teste Liv. 27. 26-27.; et Q. Aulius Q. f. M. n. Cerretanus, cos. Fast. Capit., qui in bello Samnitum ducem occidit sed et ipse occisus est. Liv. 9. 22.; Aulupor (Aulipor, Olipor), ŏris, m., cogn. ab Aulus et per pro puer (Cf. Marcipor). Corp. I. L. n. 1034. — Item Aulejus (a); Aulenus (a); Aulianus (a); Aulienus (a); Aulinus (a), demin.; Aulinius (a); Aullulis, demin. mul. etc. V. Corp. I. L. passim.

AUNĒDONNĀCUM, i, n. 2. oppidum Galliæ in Aquitania apud Pictones, hodie Aulnay., in Itin. Anton. p. 459.

AUNĬOS, ii, f. 2. insula Hispaniæ citeriori adjacens, nunc fortasse Ons, apud Plin. 4. Hist. nat. 20. 34. (111).

AUNĬUS. V. voc. seq.

AUNUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. herois Liguris, apud Virg. 11. Æn. 700. Appenninicolæ bellator filius Auni Haud Ligurum extremus. et 11. ibid. 715. Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 13. 5042.; 6. 8248.; 8. 21555. — Hinc derivata: Aunius (a), nom. gent. Etr. Corp. 11. 2951.; Aunalius, Aunanius, Aunicius, Aunilis, Aunillius passim ibid.

AURA, æ, f. 1. (Αὔρα) nom. servarum libertinarumque, sæc. I. p. Chr. non antiquius. C. I. L. 6. 20389.; 10. 2488. etc. — Canis femina sic vocatur 6. 16844. Cf. Corp. Gr. 3285. Χρυσὶς, Αὔρα canes. — Aura, nom. canis Actæonis, apud Hygin. fab. 181., quod videtur errore fictum esse ex Ovid. 3. Met. 209 (Otto). — Aura. V. HABRA.

AURĀN, indecl. Hebr. Hhaurân; LXX. et Jos. Ant. 15. 10. 1. Αὐρανῖτις v. Ὠρανῖτις et apud Latinos Auranitis, quæ eadem videtur fuisse ac Ituræa (Vulg. Luc. 3. 1), una ex octo provinciis, in quas Peræa regio trans Jordanem tempore Christi divisa erat (Reland. Palæst. p. 108. — Etymon petitur a rd. hhur, cui notio effodiendi inest; und voces hhôri « troglodyta » et Hhôrim, Horræi v. Chorræi Χορραῖοι. V. Fürst (Hebr. Handw. Leipz. 1876. I. p. 386) et Gesen. (Thes. p. 458), ita ut inferri liceat significari cavernam, quæ quidem plurima est in ea regione et domicilio adhuc inservit hujus incolis; nec sequendus est Wetzstein, qui alias significationes hariolatur, modo nigram, modo albam illam regionem interpretatus. Porro etiam Arabes Hhurân vocant (Cf. Abulfeda, Tab. Syr. p. 102. ed. Koeller) et Assyrii mat-Hha-u-ra-ni (V. Schrader, Keilinschr. u. d. A. T. 1883. p. 209-210). Memoratur Ezech. 47. 16. et 18. Hic tamen locus obscuritate laborat, ubi propheta novum Dei regnum novamque terræ promissæ partitionem describit. Regio Ezechielis in visu ei objecta territorium universum comprehendebat, situm inter lacum Tiberiadis et montes Auran ab occid. ad orient. et inter Damascum et montes Gilead a septentr. ad austrum. Apud veteres Auranitidem accurate a Batanæa et Trachonitide distinguit unus Jos. Ant. 15. 10. 1. et 17. 11. 4. et B. J. 1. 20. 4. et 2. 17. 4 (Cf. Luc. 3. 1.), nunc Dschebel Hhauran. Ejus fines, ut hodie se habent, simulque historiam persequitur cl. Legendre in Dict. Bibl. etc. II. p. 1254. Cf. etiam Amiaud. et Scheil, Les inscr. d. Salmanasar, II. Paris 1890. p. 60. sq.; Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l'Or. 4.ª ed. p. 470. et Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod. ed. 6.ª IV. p. 71.

AURANĪTIS, idis, f. 3. V. voc. præc.

AURĒLĬA. V. AURELIUS.

AURĒLĬACUS, a, um, adject. ad Aureliam gentem vel coloniam pertinens. Hinc Aureliaci equites scutarii, fortasse ita dicti ab Aurelia Carnutum, in Notit. Dign. occ. 7.

AURĒLĬĀNENSIS, e, adject. ¶ 1. Est ad Aurelianum imp. pertinens. Sidon. 8. ep. 15. Aurelianensis urbe seu Aurelianorum civitas. h. e. Genabum, hodie Orléans, quæ ab Aureliano refecta creditur et ab eo dein nuncupata. Adde Greg. Tur. 5. H. Fr. 33. et glor. mart. 65. — Absolute Aurelianenses, incolæ. Id. 7. Fr. 21. ¶ 2. Item ad Aurelium Caracallum imp. Corp. I. L. 8. 8426 (in Africa Sitif.). Castellum Aurelianense Antoninianense.

AURĒLĬĀNŌPŎLIS. V. AURELIOPOLIS.

AURĒLĬĀNUS, a, um, adject. ab Aurelio vel etiam aliquando ab Aureliano factum. Hinc Aurelianum balineum, a M. Aurelio Pio institutum. Corp. I. L. 11. 556. — Aureliana (?) casa in Inscr. apud Momms. n. 1354. — Aureliana cohors prima in Notit. Dign. or. 37. — Aurelianus fundus, duplex in pago Ambitrebio Velejate, Tab. Alim. Velej. 1. 2. et Moninate ibid. 4. 34.; et Aurelianus Marcianus fundus in Inscr. apud Momms. n. 1354. — In plur. num. Aureliani argentei apud Vopisc. Prob. 4.; Aurelianæ lapicidinæ in Inscr. apud Grut. 1035. 2. — Aureliani Mauri in Notit. Dign. occ. 38. Cf. Boecking. ad l. — Aureliani sodales, sacerdotes instituti a M. Aurelio Antonino et L. Vero in honorem T. Ælii Aurelii Antonini Pii. Capitol. in M. Aurel. 7. fin. — De oppidis ita cognominatis, ut: Aureliana civitas, Genabum olim dicta, hodie Orléans, apud Jorn. Get. 37. 194. — Hinc absolute Aureliani, incolæ. Not. Gall. 4. 7. — Aurelianæ Turres, mutatio in Itin. Burdig. 609. 13.

AURĒLĬĀNUS, i. m. 2. (Aurelius) Scribitur Aurilianus sequiore ætate in codd. passim. — Compend.: Aurs. in Corp. I. L. 8. 12456.

Aurelianus (Αὐρηλιανός Dio 78. 12. 2) nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur præsertim — 1.°) L. Domitius Aurelianus imp., de quo V. DOMITIUS. — 2.°) Aurelianus, proconsul Ciliciæ, nepos Aureliani imp. ex filia. Vopisc. Aurelian. 42. — 3.°) Aurelianus, præf. præt. a. 396. p. Chr. Cod. Theod. 4. 2. 1. et 5. 1. 5. et consul cum Stilichone a. 400. Prosp. et Marc. in Chron. et Jorn. Get. 29. — 4.°) Aurelianus, Festicus, libertus Aureliani imp., qui vitam Firmi tyranni scripsisse videtur, de quo Vopisc. Firm. 6. — 5.°) Aurelianus Tacitus, sc. Claudius Tacitus imp., perperam tamen Aurelianus dictus Vopisc. Aurelian. 41. V. CLAUDIUS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 14. 250. 3. 15. — Aureliana (Inscr. Gr. It. Sic. 1492. Ἀβρελιανά) nom. et cogn. mul. Corp. 9. 6414. — Aureliane, Græca positione. Ibid. 4805.

AURĒLĬENSIS, e, adject. ad Aureliam coloniam in Mauretania pertinens. Corp. I. L. 8. 20618. « Territorium Aureliese » pro Aureliense, extrita, ut solet, litt. n ante s.

AURĒLĬŎPŎLIS et Aurelianopolis, ĕos, f. 3. (Αὐρηλιούπολις, Aurelii urbs v. Αὐρηλιανόπολις, Aureliani urbs. Etiam Aurilianopolis apud Patr. Nic. 4. 125. Cf. 7. 140. coptice Auililanopolis) nomen duorum oppidorum, quorum alterum in provincia Ephesi, alterum vero in Lydia sistitur, teste Eckhel 3. p. 94. Memorant Conc. Eph. a. 431 (Mansi 5. 590) et Patr. Nic. loc. cit. et doc. Copt. apud Pitra, Spic. Solesm. T. 1. p. 535. — Hinc Aureliopolitanus, adject. ad Aureliopolim pertinens. Patr. Nic. 2. 138. Antiochus Aureliopolitanus.

AURĒLĬUS, a, um, adject. V. voc. seq.

AURĒLĬUS, ii, m. 2. (Αὐρήλιος v. Αὐρῆλις et Αὐρέλιος) nom. pers. — a) Orthogr. Scribitur etiam cum diphth. Aurælius (C. I. L. 3. 5362) et Aurellius, duplici l, passim: imp. Caracallus in Act. Arv. a. 213. v. 21., Corp. I. L. 6. 1062. etc.; Heliogabalus (14. 2809); Severus Alex. (6. 1083. etc.), homines privati (31. 93. etc.); et Aurilius (C. I. L. 3. 2010). — b) Declinat.: Genet. Charis. gramm. I. p. 122. « Aurelii genetivus non tantum crescit cum nominativo, sed ut par sit dativo casui, ut Plinius scribit ». At in titulis semper fere - ii pro iii. — Aurelies, pro Aureliæ (æ), f. ἀρχαϊκῶς: Corp. I. L. 3. 3276.; Aureliai: 10. 4520. — Dat. Aureliati pro Aureliæ in Corp. 6. 31981. — Etiam plur. acc. Aurelios apud Cic. 13. Fam. 40. — c) Prosod.: Secunda syllaba fere longa. Catull. 11. 1. Furi et Aureli, comites Catulli. Adde 15. 2., 16. 2. et 21. 1. Cf. Gr. Αὐρήλιος (C. I. G. 10. 719). — Aliquando tamen corripitur. Carm. epigr. 13. 59 (Chr. a. 475). Aurĕlius penetrans etc. Cf. Gr. Αὐρελ. Ἐμιλ. (Inscr. Arch. epigr. Mittell. 12. 192. 15). — d) Etymolog.: Aurelii nomen recte conferendum videtur cum Tusco nom. solis, usil, ūsil, auril, prisce Auselius. Ad rem Paul. ex Fest. p. 23. « Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant, quod ei publice a populo Romano datus sit locus, in quo sacra faceret Soli, qui ex hoc Auselii dicebantur, ut Valesii, Papisii pro eo quod est Valerii, Papirii ». et p. 213. pignosa pignora eodem modo, quo Valesii, Auselii - dicebantur. Cf. Quintil. 11. 2. 31. Sic etiam aurora pro auso-sa, a Skr. usah, hoc autem ab ush v. vas, i. e. ardens, lucens. Id tamen a cultu Solis, in hac gente olim vigenti, ortum nomen fuisse rejicit Marquardt, R. St.-Verw. III. 181. Alii vero ab ausum pro aurum, ejusdem ceteroqui originis, vocem deducunt (Fest. ibid.). V. Curtius Gr. Etym. 399. et Preller-Jordan, Röm. Myth. I. 324. At Furlanetto et De Vit, sententiam cl. Visconti (Mus. Pio-Clem. T. 4. p. 135. ed. Mediol.) secuti, arbitrantur gentem Aureliam nominis originem ducere ab aurigandi peritia. Hinc in duobus nummis illius gentis apud Morell. Famil. Rom. Numism. et in alio Aureliopolitarum Lydiæ apud Vaillant Numism. Imp. Gr. p. 67. videre est duos Centauros, in alio autem imp. M. Aurelii Antonini in Mus. Odescalch. quattuor ibid. Centauros currui junctos. — e) Compendia: Aur. et Aurel. passim in titulis; Aurs., ut Corp. I. L. 8. 3397. 18925., 12028. etc.; etiam Au. in nummis. V. Corp. 1. 226., 263.; immo simplex A., ut 3. 3365. - In plur. num. Aurr., sc. Aureliorum, ibid. 4218. — f) Gens Aurelia in plurimas familias distincta fuit, præcipue Cottarum, Rufforum, Scaurorum, dein Antoninorum aliarumque, quibus via patuit ad Imperii dignitatem sibi comparandam.

Præcipui hujus nominis viri, ordine alphabetico dispositi, memorantur ¶ 1. Absolute — 1.°) Aurelius, grammaticus, apud Varr. 7. L. L. 65. 70. et 116. et alib. — 2.°) Aurelius, familiaris Catulli, ad quem una cum Furio, ejus sodali, sunt duo carmina 11. et 16. — Item alter, ad quem solum sunt carmina 15. et 21. — 3.°) Aurelius, senator clarissimus, cujus colonus inter Daciam et Macedoniam fuisse dicitur pater Aureliani imp. Aur. Vict. epit. 35. — 4.°) Aurelius, Carthaginiensis episc. inde ab an. circ. 391-429., vir illustris doctrina et sanctitate, una cum Augustino et Hieronymo columna ecclesiæ catholicæ, ut ait Oros. apol. 1. — Ad viginti concilia celebravit, Donatistas impugnavit a Primiano, ultimo eorum duce, suffultos, templum deæ Cælestis, quod superstitionis tempore paganus pontifex Aurelius primum dedicaverat, ipse in usum veræ religionis sollemni ritu expiavit (Cf. Auct. libr. de Prædict., qui Prospero tribuitur). Huc pertinet locus Augustini, serm. 11. « Dies anniversarius ordinationis senis Aurelii crastinus illucescet » etc. — Scripsit epistolas ad episcopos Galliæ de causa Leporii (Hard. Conc. I. p. 1261) et ad episcopos Byzacenæ et Arzugitanæ provinciæ de damnatione Pelagii et alias duas ad Bonifatium et Cælestinum Rom. pontifices (Dionys. Exig. Cod. Can. 134. et 138). — De eo plura invenies apud Morcell. in Afr. Chr. T. 3. an. 391. sqq. et Migne P. L. XX. 1009-14. ¶ 2. Cum prænomine. — 1.°) C. Aurelius, plenius C. Aurelius Cotta, cos. an. a. Chr. 200. cum P. Sulpicio Galba (Fast. Capit.). Liv. 28. 16. et Nep. Hann. 7., cujus, Italiam provinciam sortiti, simultates cum L. Furio Purpureone prætore, quod, eo absente, bellum gessisset in Etruria contra Gallos, idem Liv. 31. 4. et 6., coll. 47., enarrat. - Huic tribuuntur denarii cusi inter an. U. C. 540-548. cum epigr. AVR (nexu ligata) et ROMA (Cavedoni in Ragg. p. 242). — 2.°) M. Aurelius, architectus, memoratus Vitruv. 1. præf. 2. ¶ 3. Cum cognomine — 1.°) Aurelius Alexander, rectius M. Aurelius Severus Alexander, imp. post Chr. an. 222-235., filius Gessii Marciani et Juliæ Mammææ, Elagabali consobrinus, natus apud Arcam Cæsaream Libani in templo ipso Alexandri M. (Lamprid. Alex. 1., 5. et 13) an. 205. sec. eund. ibid., 208. sec. Herodian. 5. 7. — Nomen, nato impositum, Bassianus, teste Dion. 78. 30., et sec. Herodian. 5. 7. ex nomine avi Alexianus, mutatum deinde in Alexandrum. Porro appellatus est M. Aurelius Alexander ab Elagabalo, qui an. 221. eum adoptavit; Severi autem nomen sumpsit, imperator factus, vel a Septimio Severo imp., cujus pronepotem se dictitabat, vel ab Elagabalo ita nuncupato; Antonini postremo nomen a militibus acceptum, quod tamen ipse semper rejecit, utpote ab eodem Elagabalo inquinatum (Lamprid. Alex. 5): his accesserunt tituli, nempe Cæsar (Eckhel 7. p. 268. et C. I. L. 6. 2001., 2009), dominus (Ibid. 2. 3413), princeps juventutis (Cohen, 485), pontifex (Id. 458. sq.), nobilissimus (C. I. L. 6. 328.), optimus (C. 2. 1554), optimus atque fortissimus (Ibid. 1533), sanctissimus (Ibid. 3413), invictus (Ibid. 1554), cos. et proc. (C. 4. 660. et 3. 226), pater patriæ (Lamprid. ibid., coll. Borghesi, Œuvr. T. 3. p. 447), tribuniciæ potestatis (Ibid.); Imperator et Augustus (Cohen, 67. et Cod. Just. 4. 44. 1. et 8. 44. 6) etc.: hinc in act. publ. dictus Imp. Cæs. M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix Augustus pont. max. trib. pot. cos. p. p. — Institutio a puero ea fuit quæ principem virum maxime deceret; nam « artibus bonis imbutus tam civilibus quam militaribus - litteratores habuit Valerium Cordum, T. Veturium et Aurelium Philippum - grammaticum in patria Græcum Nehonem, rhetorem Serapionem, philosophum Stilionem, Romæ grammaticos Scaurinum - rhetores Julium Frontinum et Bæbium Macrianum et Julium Granianum - sed in Latinis non multum profecit - sed amavit litteratos homines vehementer ». Ita Lamprid. Alex. 3. — Gesta ejus, qui, Elagabalo a prætorianis interfecto, unus imperator agnitus est, præclara fuerunt; mores enim urbis statim emendavit, veterem religionem restituit, viros ab integritate et rerum scientia cognitos rebus gerundis præfecit, teste eod. ibid. 15. sqq. et Eckhel 7. p. 270.; ita ut sub eo floruerint homines doctrina, præcipue juridica, insignes, ut Ulpianus, Paulus, Marcianus, Callistratus, al. (Cf. Hirschfeld, Verw.-Gesch. I. 235., coll. Dion. 80. 1). Artes etiam fovit: aquam Alexandrinam Romam duxit, fortasse ab eo appellatam, qua Thermæ Alexandrinæ constitutæ sunt, ut monet Lamprid. ibid. 26.; itemque Nymphæum Alexandrinum Romæ prope hod. Basilica di S. Maria Maggiore (Bull. d. Istit. arch. 1844. p. 93). — Nec solum domi excelluit sed etiam foris; bellum namque intulit Artaxerxi, qui vetus Persarum regnum instaurare cupiens Romanas provincias invaserat deque eo victoriam retulit, Persis ingenti clade inflicta a. 232.; dein de Parthis a. 233. triumphavit; mox vero cum Germanis Gallias vastantibus jamjam congressurus a tumultuantibus legionibus, in quas ipse severe animadverterat, instigante fortasse Maximino, una cum matre apud Moguntiacum, an. 235., interemptus est. — Hanc immeritam necem maxime luxerunt senatus populusque, apud quos magna erat illius existimatio et amor simulque in Maximinum odium deque ejus feritate metus; nec mirum, si tantum principem laudibus cumularunt historici, qui, matris virorumque optimorum consiliis usquequaque obsecutus, rem publicam sapienter gessit, comis atque affabilis etiam erga infimos, sobrius et frugalis in victu et corporis cultu, religioni suæ devotus, ita tamen ut, si Lampridio ibid. 29. fides est habenda, in larario suo etiam Christum cum falsis diis repositum haberet, matre Mammæa haud dubie ad christiana dogmata hortante, quam fuisse christianam passim creditum est. Hæc de eo Eckhel habet, potissimum ex eod. Lamprid. desumpta. — Senatus illum in deos retulit datique sunt ei sacerdotes, Alexandrini ab eo dicti, quo spectant nummi, ubi divus appellatur; idemque monumentis illum una cum matre honestavit, a quibus Maximinus, scelestissimus homo, nomen Alexandri Pii deletum voluit. — De eo consulendi sunt ex veteribus Dio Cass. 79. 17. sqq. et 80. 2., Herodian. 5. 7. sq. et 6 (qui tamen Alexandrum oderat. Cf. Capitolin. in Maximin. 13); Hist. Aur. Heliog. et Max.; Ps. Aur. Vict. Cæs. 24.; Eutrop. 8. 23.; Zonar. 12. 14.; tum etiam numm. apud Eckhel et Cohen locc. citt.; Corp. jur. civ. ed. Krüger-Momms. II. 491. sq. et Hänel, Corp. legg. 157. sqq.; item Porrath, Der Kaiser Alex. Sev., Halle 1876.; Wirth, Quæst. Sever. Leipz. 1888., Ruggiero, Diz. epigr. I. (1889) 396. sqq. et Groebe, PW. 2. 2526-2542. — 2.°) Aurelius Antoninus Pius, qui Antoninorum seriem incipit ex gente Aurelia, nempe M. Antonini, Antonini Veri, Antonini Commodi, Antonini Magni et Antonini Elagabali. — Primus itaque, filius T. Aurelii Fulvi et Arriæ Fadillæ, filiæ Arrii Antonini et Bojoniæ Procillæ (ex quibus olim dictus T. Aurelius Fulvus Bojonius Arrius Antoninus), natus est a. 188 post Chr. in villa Lanuvina (Capitolin. Ant. Pius 1. et Aur. Vict. Cæs. 15), ex vetustissima familia sec. eund. Vict. (ex genere claro sed non admodum veteri sec. Eutrop. 8. 8), ex opp. Nemauso oriunda in Gallia Narbonensi. — Pueritiam egit cum avo paterno, mox cum materno, omnes suos religiose colens. — Antequam rem publicam gerendam aggrederetur, privatus uxorem duxit Anniam Galeriam Faustinam, Annii Veri, præf. urb., filiam, in cujus honorem puellas (alimentarias) Faustinianas instituit, quam præterea, etsi inhonestam et infidelem, brevi mortuam, deam appellavit templumque ei erexit, incredibilis in cordatissimo viro insaniæ documentum; quamquam et ipse, ceteroqui tam egregius princeps, fuerit consuetis Græcorum amoribus deditus et adulter (Capitolin. ibid. 8. M. Aur. τὰ εἰς ἑαυτόν 1. 13. et Julian. Cæs. p. 13). — Fuit quæstor liberalis, prætor splendidus, consul a. 120 cum Catilio Severo (Capitolin. ibid. 2. et Inscr. apud Orell. n. 2946); inter viros quattuor consulares, quibus Italia committebatur, electus ab Hadriano imp. (Capitolin. ibid.), proconsul Asiæ circa a. 130-132. — Mortuo Ælio Cæsare, quem Hadrianus in filium adoptaverat, Antoninus in ejus locum atque condicionem adoptatus est, ut et ipse postea in filios sibi adoptaret L. Verum, demortui filium, et M. Aurelium, nepotem suum; unde nomina assumpsit T. Ælii Hadriani Aurelii Antonini, addito dein cognomento Pii, brevius vero T. Ælius Cæsar Antoninus v. Aurelius Antoninus aut Antoninus Pius v. Antoninus v. Pius. V. Inscriptt. 332. et 333. apud Dessau et nummos apud Eckhel 7. p. 3. et Cohen 86-103., 381., 675., 684. sq., 636-653. etc. Cf. etiam C. I. L. 3. p. 936. sq., Momms. St.-R. II.³ 774-775., Front. p. 26. Marc. 6. 1. sqq. 8. 1., 6. 29. 6. — Statim autem et in imperii socium ab Hadriano assumptus est proconsulari ac tribunicia potestate, quo mortuo Augustus continuo dictus itemque Pius (V. Eckhel loc. cit.). — Imperator bonos præsides in provinciis detinuit (Capitolin. ibid. 5); tribuniciam potestatem geminavit a. 139. ex consuetudine, ab Hadriano primum invecta; consulatum II. iniit, cum C. Bruttio Præsente (Inscr. apud Orell. n. 3119) et « patris patriæ » nomen a senatu delatum tandem gratus suscepit (Capitolin. ibid. 6); a. 142. secundo imperator adclamatus, fortasse ob militare aliquod facinus eximium (Inscr. apud Momms. n. 140., coll. Front. d. B. Parth. post init.); rhetoribus et philosophis etiam per provincias salaria

publica constituit (*Capitolin. ibid.* 11); a. 145. cos. IV. cum M. Aurelio Cæsare II (*Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6621. et *numm.* apud *Eckhel l. c. p.* 17. *sq.*, ubi *optimi principis* titulo a senatu honestatus legitur); a. 148, prima sua vota decennalia pro incolumitate solvit (*Eckhel l. c. p.* 18. et 19) et insequenti anno munera dedit munificentissima ac mira spectacula belluis numquam visis, nempe rhinocerotibus, crocodilis, hippopotamis; immo et centum leones una missione edidit (*Capitolin. ibid.* 10. et *Eckhel loc. cit.*); insigni namque fuit liberalitate, ita ut ejus largitiones ac beneficia sive publica sive privata enumerari nequeant (*Capitolin. ibid.* 2., 4., et 7., coll. *numm.* apud *Eckhel, Cavedoni, Cohen* et *Bull. Nap.* a. 1860), quæ tamen ipsum, uti assolet, a malevolis ejus incolumitati insidiantibus ac seditiosorum insultibus non exemerunt, quibus fortasse vel justitiæ studium et exercitatio vel publicæ calamitates id temporis populum graviter divexantes ansam dederunt; sed miti animo princeps omnibus ignovit (*Capitolin. ibid.* 7. *sqq.* et *Aur. Vict.* 15). — Nec minus munificum se præbuit in publicis operibus, quod luculenter probant portus Cajetæ et Tarracinæ refecti, lavacrum Ostiense, aquæductus Antiatium, templa Lanuvii, monumenta varia Nemausi ac Romæ sepulcrum Hadriani et Agrippæ templum, instauratum amphitheatrum, Græcostadium restitutum et Pharus, pons Sublicius (*Capitolin. ibid.* 8. et 22., coll. *Paus.* 8. 43. et *Thierry, Hist. de la Gaule* etc. *I.* 363. *C.* et *I. L.* 3. 836). — Scripsit etiam orationes; etsi, an sint genuinum Pii opus, dubium est (*Capitolin. ibid.* 13. et *M. Aur.* apud *Front.* 5. 39., coll. *Mar. Maxim.*); fragmenta tamen ejus litterarum apud *Fronton.* in libro epp. hujus ad Pium, dictaque nonnulla exstant apud *Capitolin.* in *vit.* passim. Quod autem *Itinerarium Antonini Aug.*, sæpe hic cit., nomine inscribitur, fortasse sub primis Cæsaribus inceptum, dein ab aliquo sæculi quarti locupletatum perfectumque, ei a criticis viris omnino abjudicatur (V. *Indic. auct.* init.). — Præterea « solus omnium prope principum, prorsus sine civili sanguine et hostili quantum ad se ipsum pertinet, vixit et qui rite comparetur Numæ » ac tantum sane auctoritatis apud exteras gentes nemo habuit, cum semper amaverit pacem, eo usque ut Scipionis sententiam frequentaret, qua ille dicebat *malle se unum civem servare quam mille hostes occidere* » (*Capitolin. ibid.* 9. et 13); tumultus namque Achaiæ et Ægypti consilio magis pacavit quam armis, et si hæc aliquando adhibita sunt contra Mauros in Africa et Brigantes in Britannia aliosque Alamanniæ et Daciæ populos, a Romanis legionibus devictos subjectosque, id per legatos factum est (*Capitolin. ibid.* 5., coll. *Cavedoni* in *Bull. Nap.* a. 1856. *p.* 26., *C. I. L.* 8. 1416. et 6. 1208), duce potissimum Lollio Urbico, qui imperatoris jussu *Vallum Antoninum*, quod dicitur, erexit (Cf. *Alford, Ann. Angl.* ad a. 142. *n.* 2. et *Hutton, History of the Rom. wall.*); pacem quoque conclusit cum Vologeso III., Parthorum rege (*Borghesi* in *Annal. d. Istit. Arch.* a. 1859. *p.* 39). — Mirum tamen est, tempore Antonini (in alios vere pii) in Christianos, utut illi tam benevolos ac beneficos, atrocissime sævitum esse, ita ut ne in latibulis quidem Christi fideles essent tuti. Sic enim legitur in cœmeterio Callisti: « Vitam explevit (*s. Alexander*) cum Antonino imp., qui - pro gratia odium reddit -. O tempora infausta! quibus inter sacra et vota ne in cavernis quidem salvari possimus! » (*Aringhi, Rom. subt. II.* 685). Id autem præcipue factum esse constat, sive initio imperii, ut patet ex Apologia, a Justino, philosopho insigni eodemque martyre, Cæsari oblata, qui argumentandi vi et eloquentia orationis permotus circ. a. 162. injunxit, ut Christiani solum ob eorum fidem delati absolverentur, punirentur delatores (*Euseb. Hist. Eccl.* 4. 13., coll. *Tillemont, Mémoires II.* 599-604); sive circa finem vitæ ejus, quod confirmat secunda Justini ejusdem Apologia a. 160 (*Hieronym.* in *Chron.*). — Denique, postquam circ. an. 23. regnavit, apud Lorium, ex casei Alpini esu, ut traditur, male digesti morbo contracto, nonis Mart. a. 161., æt. LXXIII., decessit (*Capitolin. ibid.* 12., coll. *Dion.* 70. 4. et *Aur. Vict.* 15., ab omnibus defletus et « magnifico exsequiarum officio honestatus (*Id. Antonin. Phil.* 7.). — Fuit vir « forma conspicuus, ingenio clarus, moribus clemens, nobilis vultu, placidus ingenio, singularis eloquentiæ, nitidæ litteraturæ, præcipue sobrius, diligens agri cultor, mitis, largus, alieni abstinens et omnia hæc cum mensura et sine jactantia » (*Capitolin. ibid.* 1. et 2), immo « divinus vir providentia, pudicitia (?), frugalitate, innocentia, pietate, sanctimonia omnes omnium principum virtutes supergressus » (*Fronto p.* 226), laudatusque, etsi minus turgide, etiam a Græcis (*Paus.* 8. 43. 6.; *Dio* 79. 30. 1. et *alib.*). Porro a senatu *divus* est appellatus meruitque et flaminem et circenses et templum et sodales Antoninianos » (*Capitolin. ibid.* 13). *V.* epitaph. Ant. Pii apud *Auson.* in *Cæs.* 16. — Plurima monumenta artis ad Antoninum Pium pertinentia videsis in *Annal.* et *Bull. d. Ist. arch.* passim, *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. T.* 6. *p.* 202. et *Mon. Borgh. p.* 269. ed. Mediol. — Plura de eo disces ex vett. *Capitolino* aliisque historiæ Augustæ scriptoribus, ex *Frontone de fer. Als.* 3. et *epp.* ad *M. Cæs.* et *ad Antonin. Imp., Dionys., Appian., Aur. Vict.* et *Oros. Hist.* etc., tum etiam ex Inscriptt. apud *Dessau I.* 322., 331-352., 1071-1081. etc. et nummis apud *Eckhel* 7. *p.* 1. 37., *Cohen. II.*[2] 268. 413., *Mionnet, VI.* 208-286. *nn.* 1383-1969. et *Suppl. IX.* 67-88. *nn.* 248-363., coll. *Sievers, Stud. zur Gesch. d. röm. Kais.* Brl. 1870. *p.* 171-223.; *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I.* 2. Goth. 1883. *p.* 628-635.; *Lacour-Gayet, Antonin Le Pieux et son temps,* Paris 1888.; *Bernoulli, Röm. Ikonogr. II.* 2. 1891. *p.* 139-151. — 3.º) **M. Aurelius Antoninus**, cognomento *Philosophus*, sæpius *Antoninus Philosophus* appellatus et, antequam adoptaretur ab Antonino Pio, *M. Annius Verus,* utpote filius Annii Veri præt., postmodum *M. Aurelius Aurelius Verus*, aliquando etiam *M. Aurelius Claudius* (V. *Inscr.* apud *Orelli n.* 1020-1021) vel simpliciter *M. Aurelius*, immo absolute *Marcus;* imperator vero factus, *T. Marcus Aurelius Antoninus.* Cf. etiam *Capitolin.* in *vit.* 1., ubi de ejus nominibus agit satis confuse. — Natus est Romæ VI. kal. Majas (Cf. *Inscr. Orell. n.* 1104) in monte Cælio, in hortis (*Capitolin. ibid.*), ex familia Hispaniæ Bæticæ nobilissima, an. 121. post Chr. — Hadrianus imp., candore pueri captus, non *Verum,* sed *Verissimum* eum vocabat, qui ab ineunte tamen ætate « gravis, ut ait idem *Capitolin. ibid.*, et pueriles egressus annos » magnis præceptoribus traditus, Euphorioni litteratori et Gemino comœdo, musico Androni eidemque geometræ, grammaticis Gr. Alexandro Cottiensi, Lat. Troslo Apro et Eutychio Proculo Siccensi, oratoribus Gr. Caninio Celeri et Herodi Attico, Lat. Frontoni Cornelio, philosophis Apollonio Chalcedonio stoico, Sexto Cheronensi aliisque (*Capitolin. ibid.* 2.). — Jussu Hadriani ab Antonino Pio in filium adoptandus et exinde *Aurelius* cœptus vocari, dein, illo demortuo, *M. Antoninus,* jure adoptionis, dictus, a. 139., quo et adoptatus et designatus consul et *Cæsaris* nomine donatus est (*Capitolin. ibid.*); mox a. 140. consul processit cum patre suo adoptivo iterumque consulatus munere functus a. 145; post tribunicia potestate atque imperio extra urbem proconsulari auctus, donec, mortuo Antonino Pio « coactus a senatu regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designavit, quem *L. Aurelium Verum Commodum* appellavit Cæsaremque atque Augustum dixit. Atque ex eo pariter inceperunt rem publicam regere; tuncque primum Rom. imperium duos Augustos habere cœpit » (*Capitolin. ibid.* 7., coll. *Inscr.* apud *Orelli n.* 3767. et apud *Henzen, Suppl. Orelli n.* 6572. et 5472.); eodem autem die, quo Augusti appellati sunt, etiam *Imperatores I.* adclamatos putat *Borghesi, Œuvr. T.* 2. *p.* 464., coll. *Inscr.* apud *Orelli n.* 1546). — Gesta ejus domi bellique præclara sunt sive cum fratre L. Vero, sive solus egerit. Quod enim ad hoc attinet, cum collega de Parthis per legatos triumphavit contra Romanos a Vologeso incitatis, unde et *Armeniacus* primum dictus est, Artaxatis a Statio Prisco et Martio Vero captis a. 163. et *Imp. II.;* dein a. 164. profligato bello, *Parthicus* et *Imp. III.*, dum a. 165. Media occupata, *Medicus* dictus est et *Augustus* iterum et *Imp. IV.* ac *Pater Patriæ* uterque (*Capitolin.* 9., coll. *Inscr.* apud *Orelli n.* 859., *Front.* ad *M. Cæs.* 4. 4. et ad *Ver.* 1.; *Dion.* 71. 2. et *Bull. dell' Istit. arch. Napol.* 1857. *p.* 71). — Collega ad Altinum apoplexi correpto et exstincto, ipse solus habenas imperii sumpsit perrexitque jam susceptum Marcomannicum bellum, in quo est vario Marte pugnatum; tandem, Sarmatis (Jazygibus?) ad Danubium victis a. 174., contra Quados profectus, imperator in eo erat ut, exercitu siccitatis causa ad incitas redacto, in hostium manus caderet. Sed pluvia, legionis XII., quæ ex Christianis fere universa constabat, precibus obtenta simulque fulminibus hostium castra vastantibus, facilem de iis Romani victoriam retulerunt; idcirco legioni illi M. Aurelius titulum *Fulminatricis* (seu *Fulminatæ*, fortasse ex fulminibus, quibus clipei aliaque ejus arma insignita fuerint) si non indidit tunc primum, ut vult *Xiphilinus* apud *Dion.* 71. 9., negat vero, inter alios, *Letronne* in *Recueil T.* 2. *p.* 328. *sqq.*, saltem dein confirmavit (*Balan, St. d' It. I.* 256). Non tamen defuerunt nec desunt, qui vel precibus M. Aurelii (*Capitolin. ibid.* 24.) vel magicis artibus (*Dio, loc. cit.*) vel causis naturalibus, ut increduli recentiores, id tribuerint; at contra ipse imperator scripsit ad senatum « Christianorum forte militum precationibus impetrato imbri » (*Tertull. apol.* 5.). et *alib.:* « Marcus quoque Aurelius in Germanica expeditione christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in siti illa impetravit » (*Scap.* 4) reique testis adhuc manet Romæ columna cochlis in campo Martio (vulgo *piazza Colonna*), Antonino Pio aliquando perperam tributa (*Nibby, Roma ant. P.* 2.ª *p.* 636), quæ, statuam illius imperatoris sustinens, erecta est ab eod. M. Aurelio Jovi Pluvio (V. *Tillemont, Hist. d. Emp. II.* 651-658., ubi homo haud credulus criticorum commenta explodit. Cf. etiam *Euseb. H. E.* 5. 5., *Claudian. VI. cons. Honor.* 310., *Oros.* 7. *Hist.* 15. et *Troya, St. d' It. I.* 621). — Inde in inscriptt. et nummis *Armeniaci, Medici, Parthici, Germanici* titulis insignitus visitur (*Corp. I. L.* 8. 1450., 6121., et 7. 4209). — Postea alii tumultus orti sunt in Hispania, in Galliis, in Ægypto (*Capitolin. ibid.* 21., coll. *Dion.* 71. 4), quos statim Aurelius compescuit, fortasse ab Avidio Cassio legato excitatis, ambitionis impulsu, ad imperatoriam dignitatem sibi comparandam, quamvis beneficiis ab Augusto cumularetur; nec diu se continuit, sed, mortuum dictitans Aurelium eumque inter deos referens, Antiochiæ se imperatorem conclamandum curavit. Verum, misso Pertinace, qui rebellionem comprimeret, ubi rescivit Cassium fuisse a centurione interemptum, ipse in Syriam se contulit, in Antiochenos Cassii fautores animadvertit, Alexandriæ ignovit, civitatibus et scholis Græcis beneficum se præbuit, philosophos ac sophistas humanissime habuit rediitque Romam una cum collega triumphum de Germanis celebraturus, quos iterum insurgentes per Paternum, præf. præt., magno prœlio a. 179. fractos ac viribus omnino destitutos reliquit; sed et ipse inopinato ægrotavit Vindobonæ (*Aur. Vict.* 16) vel Sirmii (*Tertull. apol.* 25) ex veneno a filio Commodo ei propinato aut potius bellicis victus incommodis ac dolore ob magna filii sui vitia concepto (*Capitolin. ibid.* 25-28., *Lamprid. Com.* 2., *Aur. vict. epit.* 16., coll. *Dion.* 71. 31. *sqq.* et *Herodian. Hist. I.* 5. *sq.*) ibique obiit omnibus comploratus a. 180., æt. suæ LXI., regni circ. XIX., sc. ab a. 161-180., quo in inscriptt. et nummis *Arm. Med. Parth. Max. Germ. Sarm. p. m. trib. pot. XXXIV. imp. X. cos. III.* appellatur, statimque inter deos relatus templum habuit ac sacerdotes, Antoninianos dictos, et sodales et flamines (*Capitolin. ibid.* 18). Huc spectant monumenta plurima in ejus honorem erecta, imprimis statua equestris aenea, nunc in Capitolio conspicua, præter inscriptiones et nummos (*Corp. I. L.* et *Eckhel* 7. *p.* 56., 61., 70. etc.), nec solum Romæ sed etiam in provinciis. — Fuit corpore gracili, colore albido, densa barba, naso grandiusculo, pulcris oculis (*Julian. Cæs.* 317. c.

et *Malal. XI.* 281) excelluitque inter Romanos imperatores in re publica optime administranda; in largitionibus pecuniæ publicæ parcissimus (*Marc.* 23. 2), liberalitate, indulgentia, benignitate eximius, justitiæ vindex, juris veteris restitutor magis quam institutor novi (*Id.* 11. 9.) aliisque virtutibus dotibusque animi egregiis præclarissimus (*Julian. Cæs.* 312B., *Herodian. I.* 2. 3., *Dio* 71. 30. 2. et *alib.* et *Front. p.* 29., 34., 49.); simul vero haud paucis nec levibus de causis vituperandus, sive quod ad suam domum spectat; nam Faustinæ uxoris turpitudines toleravit atque adeo divinis eam honoribus excoluit et honestissimam prædicans et ipso *Pudicitiæ* nomine appellans, cui sacrificia tamquam deæ tutelari deberentur (*Capitolin. ibid.* 19. et 25., coll. *Dion.* 71. 31); L. Veri vitia fœdissima defendit ac, si verum traditur, pessimum collegam veneno exstinxit (*Capitolin. ibid.* 15) eidemque dei nomen tribuit templumque ædificavit. Quod autem ad Christianos attinet, quorum doctrinam vulgarem putabat ac plebejam (*M. Aur.* τὰ εἰς ἑαυτ. 12. 24), quamvis ignorare non posset Quadrati et Aristidis apologias doctissimas vel saltem scripta Melitonis atque Apollinaris, Hieropolitani episcopi, immo et Justini; at non doctrinæ humilitas sed superbia philosophica et stoicorum rabies adversus Christi cultores, a quibus repellebantur, in causa fuerunt, cur M. Aurelius eos acerrime vexari juberet aut sineret saltem, potissimum postquam Commodum sibi socium adscivit inde ab a. 177., ut apertissime ostendunt recentia inventa ac studia in cœmeterio Callisti (*De Rossi, Rom. sott. II. p.* 155. *sq.*; *Desbayssin de Richemont, Le cim. de Callist. p.* 81. *sq.*), plurima documenta historica, acta martyrum Lugdunensium (*Thierry, Hist. de la Gaule* etc. 186. *sq.*) et critici severiores (*Tillemont, Hist. d. Emp.*). Postea ob victoriam Christianorum pietate impetratam aliquantum utique desæviit; at decretam in eos capitis pœnam non abrogavit; quamquam, sibi minime cohærens, ne Christiani accusarentur, prohibuit (Cf. *Cavedoni, L' êra de' mart.* etc. *Mem. di rel. ser. III.* et *VII.*). — Litteræ, M. Aurelio imp., etsi viro doctissimo et litteratorum hominum patrono, sive bellorum sive calamitatum, præsertim pestilentiæ ac famis, horrendum in modum populos torquentium causa, parum floruerunt (V. *Teuffel, St. R. L. I.* ed. it. *p.* 341. *sq.*). Sane ipse studii philosophiæ fuit amantissimus, unde et *Philosophus* dictus; scripsit etiam Græce, præter epist. ad *Fronton.* aliosque (*Capitolin. Clod. Alb.* 10. 5. *sq.*), duodecim libros considerationum (τῶν εἰς ἑαυτόν). De eo *Avid. Cass.* apud *Vulcat. Gall.* 14. 5. 6. « M. Antoninus philosophatur et quærit de elementis et de animis et de honesto et justo ». — De M. Aurelio plura traduntur, præter quam a veteribus *Capitolin., Aur. Vict., Dione Cass., al.*, etiam a recentioribus, ut *Sievers* in *Paulys R. E. I. p.* 1197. 1203., coll. *Zeller, Philos. d. Gr. IV.*[3]; *Bernoulli, Röm. Ikonogr. II.*[2] 1891. *p.* 162-197. et *Schiller, Gesch. d. Röm. Kaisers.* Goth. 1883. — 4.º) **M. Aurelius Commodus**, simpliciter *Commodus*, plene *M. Aurelius Commodus Antoninus* v. *L. Ælius Aurelius Commodus*, Rom. imp. a. 180-192., filius M. Aurelii Antonini Philosophi et Anniæ Galeriæ Faustinæ (*Capitolin. M. Ant.* 19. et *Lamprid. Comm.* 1., coll. *Auson. Cæs. Tetr.* 18), natus Lanuvii cum gemino fratre suo Antonino a. 161. et quinquennis *Cæsar* appellatus (*Marc.* 16. 1., 21. 3. et *Cohen* 694), annuente L. Vero, a quo et prænomen fortasse accepit. — Pater eum, ut scribit *Lamprid. Comm.* 1., « et suis præceptis et magnorum atque optimorum virorum erudire conatus est ». « Habuit litteratorem Græc. Onesicratem, Lat. Capellam Antistium: orator ei Atejus Sanctus fuit ». « Sed tot disciplinarum magistri nihil ei profuerunt. Tantum valet aut ingenii vis aut eorum, qui in aula institutores habentur; nam a prima statim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinosus, ore quoque pollutus et constupratus fuit. Jam in his artifex - ut calices fingeret (*al.* frangeret), saltaret, cantaret, sibilaret, scurram denique et gladiatorem perfectum ostenderet »; Caligula et Nerone et Domitiano pejor, nam quot flagitia potest mens excogitare, tot ipse patravit, teterrimum humanæ nequitiæ monstrum. « Popinas et ganeas in Palatinis semper ædibus fecit, neque unquam pepercit vel pudori vel sumptui. In domo aleam exercuit: mulierculas formæ scitioris ut prostibula mancipia per speciem lupanarium et ludibrium pudicitiæ contraxit. Imitatus est propolas circumforaneos; equos currales sibi comparavit: aurigæ habitu currus vexit: gladiatoribus convixit: aquam gessit ut lenonum minister, ut probris natum magis quam ei loco eum crederes, ad quem fortuna provexit » (*Lamprid. ibid.* 2.). Nec minus crudelitati indulsit qui duodennis apud Centumcellas « cum tepidius forte lotus esset, balneatorem in fornacem conjici jussit » (*Id. ibid.* 1); serius innumeri fuerunt ex consulibus, senatoribus, præfectis aliisque præstantissimis viris, quos inter memorantur nonnulli speciminis gratia, ut Annia Lucilla soror sua et Bruttia uxor, Didius Julianus, Tarrutenius Paternus, Quintiliorum familia omnis, Vetius Rufus, Egnatius Capito, Antistius Byrrhus, Arrius Antoninus, Vitruvius Secundus (*Lamprid. ibid.* 4-7). — Bellica gesta si quæ sunt præclara, omnia tribuenda vel patri, quem ipse sequi debuit, in Germaniam profecto, a quo *Germanici* nomen accepit a. 172 (*Cohen, III.*[2] 133. *n.* 2. et *alib.* et *C. I. L.* 10. 6001 = *Dessau* 889); dein patrem in Orientem comitatus sibi *Sarmatici* nomen adjunxit a. 175 (*Cohen, ibid.* 1. 2. 41. 76. et *alib.* sæpe) et in collegium sacerdotum adscitus est a. 175 (*Lamprid. ibid.* 1. et 12); quin a. 183. summus pontifex creatus (*Cohen, ibid.* 417-420); quo anno et *Pius* appellari cœpit, fortasse quia se jactabat patrem e fovea salvum extraxisse (*Dio* 72. 4), vel quia consulem designasset adulterum matris suæ *Lamprid. ibid.* 8). A Syria autem et Ægypto reversus Romam a. 176. cum patre triumphavit (*Lamprid. ibid.* 2.) et *imperator* dictus et paullo post tribunicia potestate donatus et designatus consul; a. autem 177. consul processit cum M. Plautio Quintillo (*Inscr.* apud *Orelli n.* 880., 2566. et 5015) ac tribuniciam potestatem geminavit et *Imperatoris* iterum iterumque *Augusti* et *Patris patriæ* appellationes recepit (*Cohen*, 63., 66., 67. etc., coll. *Corp. I. L.* 6. 1016a = *Dessau* 375. etc.). — Mortuo patre, pace cum barbaris, non sine pecuniæ largitione, composita, Romam rediit eoque nomine rursus *Imperatoris* titulo triumphavit, « subactore suo Saotero post se in curru locato » quem « sæpius cervice reflexa publice » osculatus est (*Lamprid. ibid.* 3., *Capitolin. M. Aur.* 27., coll. *Dion.* 71. 33. et *Cavedoni* in *Bull. Nap.* a. 1857. *p.* 30) ac populo congiarium dedit, ut cum a. 178. Bruttiam Crispinam uxorem duxit. Porro, solus rem publicam gerens « patris ministeria seniora summovit, amicos senes abjecit (*Id. ibid.*); provinciis homines præfecit vel criminum socios vel a criminosis commendatos; mensium nomina immutavit (*Lamprid. ibid.* 11. et *Dio* 72. 15) suorumque criminum laudatorem habuit senatum, qui *Commodianus* dictus est (*Lamprid. ibid.* 14-17., *Herodian. I., Dio* 72. 15) *et colonia Commodiana* Roma et *Commodianum* sæculum (*Lamprid., Herodian.* et *Dio ibid.*). Attamen, eo regnante, per legatos Albinum, Pescennium et Ulpium Marcellum victi sunt Mauri et Daci, Pannoniæ compositæ et Britannia, Gallia, Hispaniæ sedatæ (*Lamprid., ibid.* 15. et *Dio* 72. 8.); unde tituli reperiuntur *Felix, Pacator mundi, Pius, Amazonius, Maximus, Invictus, Herculeus, Britannicus* aliique, quos sibi ipse indidit, vel adulatores ac senatus ei impertierunt, quamvis dein « in senatus odium ita venit ut et ipse crudeliter in tanti ordinis perniciem sæviret » (*Lamprid. ibid.* 3). — An. 191. dementiæ signa exhibuit se *deum* publice profitendo jubendoque ut quæ crudeliter, gladiatorie, impure et lenonie fecerat, actis Urbis inciderentur, et *Hercules* esse maluit, quippe qui belluarum cæde a se peracta ejus se virtutem pæne æquasse credi voluerit (*Inscr.* apud *Orelli n.* 886). Quibus excessibus postremo incitati « Q. Æmilius Lætus præfectus, qui eam ab incendenda Roma deterruerat (*Lamprid. ibid.* 15), et Marcia concubina ejus inierunt conjurationem - primumque ei venenum dederunt; quod cum minus operaretur, per athletam (*Narcissum*), cum quo exerceri solebat, eum strangularunt (a. 192). - Corpus ejus ut unco traheretur atque in Tiberim mitteretur, senatus et populus postulavit; sed postea jussu Pertinacis in monumentum Hadriani translatum est ». — Nomen ejus operibus incisum alienis, præter lavacrum seu *Thermas Commodianas*, a Cleandro præfecto, nomine ipsius, exstructas, ac monumentis omnibus senatus erasit, ut scribit *Lamprid. ibid.* 17 (Cf. *Inscr.* apud *Orelli n.* 5783. et 6597. et apud *Momms. n.* 271. etc.) eique imprecatus cum populo maledixit, quamquam id non impediit, quominus dein Septimius Severus eum inter deos cooptaret (*Lamprid. ibid.* 18-19)., dignum sane ethnici Olympi ornamentum. - Ceterum infitiari non possumus aliquid rei publicæ profuisse, classem suis impensis juvando, mercatorum societates fovendo, quæ frumentum Romam adveherent, quod Alexandria suppeditare nequiret, aliaque id genus, quæ vel in hominibus perditissimis aliquando cernere est. — De eo scripserunt, præter recentiores adlatos *Lamprid., Dion., Herodian.* etc., qui incredibilia narrant dementiæ, crudelitatis et impudicitiæ monstra a nobis fere prætermissa, etiam *J. Zürcher, Commod.* etc. Leipz. 1868.; *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz.* Gotha 1883. *p.* 660-668.; *Herzog, Gesch. u. Syst. d. röm. Staatsverf. II.* Lips. 1887. et *Bernoulli, Röm. Ikonogr. II.*[2] (1891) *p.* 226-245. — 5.º) **M. Aurelius Severus Antoninus Pius v. Magnus**, vulgo *Caracallus* v. *Caracalla*, imperator ab an. p. Chr. 211-217., simplicius *Antoninus* v. *Antoninus Pius* v. *Magnus* v. etiam *Bassianus Antoninus,* ex avo materno filius L. Septimii Severi imp. et Juliæ Domnæ, frater Getæ, natus Lugduni in Gallia a. 188. — Porro *Caracalla* (*Eutrop.* 8. 20. et *Ps. Aur. Vict. de Cæs.* 21) et rectius *Caracallus* (*Dio* 78. 3. 3., et *Spartian. Car.* 9. et *Diad.* 2) ob cucullatam et manicatam tunicam talarem, uti sonat vox Celtica (Cf. *Bockhoff* et *Draxler, Carac.* [1880] 214-217. *De expedit.* etc. [1868] 27), corpori adhærentem, Gallis usitatam, quam ipse induebat et induendam distribuit populo Romano, qui eam *caracallam* vel *Antoninianam* vocavit (*Dio* 78. 3., *Spartian. Carac.* 9., *Ps. Aur. Vict. de Cæs.* 21. et *Eckhel* 7. *p.* 209. *sq.*), ab altera diversam, quæ *minor* dicebatur. — Inde a prima ætate in itinere pater ex Mesopotamia contra Albinum profectus eum *Cæsarem* creavit et pro Bassiano *M. Aurelium Antoninum* appellavit (*Spartian. Sev.* 10). Alia deinde cognomina ei indita cum titulis et muneribus fuere, sc. *Pius Felix* (*Corp. I. L.* 6. 225. = *Dessau* 424-427), *Augustus*, (*Eckhel*, 8. *p.* 422., *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5508. etc.), *Magnus* (*Corp. I. L.* 5. 28., 10. 5826. etc.), *Parthicus Max., Britannicus Max., Germanicus Max.* (*Ibid.* 8. 884., 9. 6010., 6. 2086., *Cohen.* 213.), fortasse *Arabicus, Adiabenicus* (*C. I. L.* 2. 1007., 7. 1004., 2164. etc.), *Alamannicus* (*Car.* 10.), *Sarmaticus Max.* (*Get.* 6.), *optimus, fortissimus, indulgentissimus, sanctissimus* princeps (*C. I. L.* 8. 1798. = *Dessau* 437.; 8. *Suppl.* 19493. etc.), *pacator orbis* (*C. I. L.* 2. 1671), *numen præsens, pater militum, pontifex maximus, trib. pot., imperator* I-VIII., *cos.* I-IV., *pater patriæ, proconsul, frater Arvalis, princeps juventutis* et post mortem *deus* v. *divus* (*Corp. I. L.* passim; *Cohen.* 175., 181., 182., 185., 213.; *Eckhel,* 7. *p.* 199., 201. et 8. *p.* 422. etc.; *Ruggiero, Diz. ep. II.* 1894. *p.* 106). Huc hominum vel adulatio vel metus vel ambitio pervenit ut, quod ceteroqui tunc moris erat, tantopere honestaretur qui patri necem palam intentavit, fratrem in sinu matris trucidavit, servosque et amicos inimicosque ad viginti millia, uti fertur, necari jussit, inter quos fuit etiam celeber Papinianus cum filio ac viris feminisque clarissimis; « omnium durissimus et, ut uno complectamur verbo, parricida et incestus, patris, matris et fratris inimicus »; « qui nec in Italia tantum sed etiam in Gallia jura violavit, divites expilavit, a morbo convalescens medicos sui curatores occidit cum proconsule Narbonensi aliaque nefaria ac dementis propria patravit (*Spartian. Carac.* 9. et 11. et *Herodian.* 4. 23., coll. *Dion.* 77. 1. 15). — Pueritia « blanda, ingeniosa ac longe aliena ab ea immanitate, quæ provectiorem ætatem infecit » (*Spar-

tian. in vit. 1), exacta, cum patre in Oriente bello Parthico interfuit a. 199-200.; dein Syriam et Ægyptum peragravit; unde Romam reversus *Fulviam Plautillam* uxorem duxit ac triumphum cum patre egit, quibus et arcus triumphalis a. 203. positus adhuc exstat in foro ad Capitolium (Cf. *Spartian. Sev.* 14.); mox cum Britannis patri bellum gerenti adfuit an. 209-211., quo anno quum Septimius Severus Eboraci obisset, frustra malis artibus sibi uni imperium arrogare conatus est; unde cum fratre concordia simulata, ambo, jam *Augusti* inde ab an. 209-210., regimen susceperunt a. 211; sed quum vellent imperium ita dividere ut Caracallus Romam et Italiam aliasque provincias Europæ et Africæ, Geta vero Asiam administraret, nulli placuit hujusmodi consilium (*Spartian. Carac.* 2., coll. *Dion.* 77. 1. et *Herodian.* 3. 51. et 4. 4-7). — In re bellica aliquid laudis retulit, utpote qui cum Germanis aliquando satis feliciter dimicaverit, quo nomine Romani varios populos trans Rhenum ac Danubium degentes appellabant (Cf. *Jornand. Get.* 5); scribit enim *Spartian. ibid.* 5. « Cum Germanos subegisset, Germanicum se appellavit vel joco vel serio, ut erat stultus et demens, asserens, si Lucanos vicisset, Lucanicum se appellandum ». Hinc triumphum ac spectacula circensia celebravit (*Eckhel*, 7. *p.* 210). Postea a. 214. Alamannos ad Mœnum flumen devicit (*Aur. Vict. de Cæs.* 21) aliasque victorias, fortasse per legatos suos reportatas vel potius a se fictas, jactavit; nam Inscriptiones sequentium annorum de iis omnino silent. Porro an. 215. Syriam petiit, mox perrexit Alexandriam, ubi cædem innocentium civium edidit (*Spartian. ibid.* et *Herodian.* 4. 15-17., coll. *Dion.* 77. 22-24) et insequenti anno transiit in Asiam alterum Alexandrum M. se dictitans, Mediam invasit, Arbela cepit, stragem ubique et incendia circumtulit (*Spartian. ibid.* 6). Denique an. 217. vastata Parthia, quamvis statim inde recedere coactus esset, tamen in Mesopotamiam reversus scribere ausus est ad senatum se Orientem subegisse; unde ob metum honores victoriæ ei decreti sunt (*Eckhel* 7. *p.* 218). Sed quum Charras profectus esset, ut templum insigne Luno deo sacrum inviseret, in itinere, conjuratione in eum facta, a Julio Martiale tribuno, instigante Macrino Opelio, præf. præt., pugione transfossus periit VI. vel VII. id. Apriles a. 217 (*Spartian. ibid.* 6., coll. *Dion.* 78. 6). — Caracallus, in Antoninorum sepulcro tumulatus ac divinis honoribus auctus est habuitque templum, Salios, sodales Antoninianos etc. (*Inscr.* apud *Orelli n.* 948). Servatum autem est cognomentum *Magni*, ut a ceteris Antoninis distingueretur (*Paul. Dig.* 49. 18. 5. et *alib.*). — Quædam tamen bene gessit, ex quibus illud ceteris præclarius commemoro, quo decessoribus cunctis excelluit, eum decrevisse ut Romanæ civitatis jure totius imperii subditi donarentur; nisi malis hoc aliaque id genus beneficia consilio suo privato tribuere, quod Ulpiano, Paullo aliisque sapientissimis viris constabat. Huc pertinet loc. *Ulpian.* 1. 17. - *D. d. Stat. hom.* « In orbe Romano qui sunt, ex constitutione imp. Antonini *(Caracalli)* cives Romani effecti sunt ». — Opera quoque Romæ reliquit, uti sunt *Thermæ Caracallæ* dictæ v. *Antoninianæ* in Reg. XII *(Curios. Urb.)*, *porticus* patris nomine, quæ gesta illius contineret; *via* nova pulcherrima ac templa magnificentissima deæ Isidi, cujus cultum Romam invexerat, dedicata. — Plura de eo videsis apud historicos hic passim citt., in Inscriptionib. apud *Dessau I.* 419-446., 1141-1168. et nummis apud *Eckhel* 7. *p.* 199. *sqq.*, *Cohen IV.*[2] 99-103., 187-139. etc., *Mionnet VI.* 351-357. *Suppl. IX.* 108. et *Rapp, Ueber eine selt. Med. Carac.* in *Rhein. Jahrb. XXXV.* 1-12. Cf. etiam *Niele, De bell. ab Ant. Carac. in Germ. et Sarm.* a. 212-214., Breslau, *Diss.* 1866.; *Bockhoff* et *Drexler, opp. citt.*; *Wirth, Quæst. Sever. Diss.* 1888. et *Ruggiero, Diz. epigr.* 104-111. — 6.°) **M. Aurelius Antoninus Elagabalus v. Heliogabalus**, imp. an. p. Chr. 218-222., antea dictus *Varius Avitus Bassianus* ex patris *Sex. Varii Marcelli* et avunculi *Julii Aviti* nomine, vocatus postea *M. Aurelius Antoninus*, quod haberetur ejus filius ex concubitu cum Sœmiade Bassiana (*Sgmiamira* apud *Lamprid. Elag.* 2.); *Elagabalus* vero dictus v. *Heliogabalus*, quia sacerdos Elagabali (Solis) in oppido Emesa, ubi natus est circa an. 205. (*Capitolin. Macr.* 9., coll. *Dion.* 78. 28. *sqq.* V. etiam *Marini Fr. Arv. p.* 651). — Juliæ Mæsæ aviæ dolis et auro, nepos, quindecim annorum ætate, pulcherrimus forma, ab exercitus Romani ducibus ad Emesam adclamatus est imperator (*Capitolin. ibid.*, *Herodian.* 5. 6. et *Dio ibid.* 34). Quod ut rescivit Macrinus, qui Caracallo successerat, donis militum favorem assecutus, ut filius Diadumenus imperator ab iis conclamaretur, facile obtinuit, dum Apamææ morabatur; profectusque Antiochiam acerrimum prœlium cum Elagabalo commisit; at de victoria dubius ac pusillanimis Byzantium profugit, unde cogitans in Italiam, per viam in potestatem hostium jam jam casurus, sibi mortem conscivit ejusque filio, capto apud Parthos, Elagabali jussu caput obtruncatum est (*Capitolin. ibid.* 10. *sqq.*, *Herodian.* 5. 8-9. et *Dio ibid.* 36-38). Ipse autem ad senatum scripsit, se *M. Aurelium Antoninum Imper. Cæs. Augustum, f. Antonini (Caracalli), nep. Severi Pium Felicem Trib. pot. procons.* dicens, antequam hos titulos ei senatus conferret, a quo omnia probata « faustaque in Antoninum et dira in Macrinum ejusque filium dicta sunt » (*Lamprid. ibid.* 3). Dein, Mæsa suadente, Romam se contulit cum mulieribus, mimis, sacerdotibus Syris ac flagitiosorum hominum turba scanditque Capitolium tiara caput obtectus, vestitu serico aureoque et margaritis ornato, picto vultu totusque cum deridiculus tum maxime formidandus (*Id. ibid.* 3., *Dion.* 79. 4. etc., *Herodian.* 5. 12-13. et *Ps. Aur. Vict. Cæs.* 23). — Ea mox secuta sunt, ex quibus quod decessores suos facinorum turpitudine vicerit et crudelitate saltem æquaverit, nimium patet; voluit namque sibi uti deo templum consecrari in Palatino monte ad sedes imperatorias (*Kiepert-Hülsen, Form. urb.* 78.), *Elioqabalium* dictum (*Momms. Chron. min. I.* 147.) « studens et Matris typum et Vestæ ignem et Palladium et ancilia et omnia Romanis veneranda in illum transferre et id agens, ne quis Romæ deus nisi Heliogabalus (Sol) coleretur » (*Lamprid. ibid.* 3) et « omnes sane deos sui dei ministros esse ajebat, cum alios ejus cubicularios appellaret, alios servos, alios diversarum rerum ministros » (*Id. ibid.* 7); ac « Judæorum et Samaritanorum religiones et Christianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret » (*Id. ibid.* 3) ipse *sacerdos amplissimus dei Solis Elagaball* (*C. I. L.* 10. 5827. et 7. 585). Immo ignem perpetuum exstinguere voluit nec Romanas tantum tollere religiones « sed per orbem terræ unum curans ut Heliogabalus deus ubique coleretur et in penum Vestæ, quod solæ virgines solique pontifices adeunt, irrupit pollutus ipse omni contagione morum » (*Id. ibid.* 6). — Præterea fecit in colle Quirinali senaculum, id est mulierum senatum, Mæsa et Sœmiade præsidibus, ubi fierent « consulta de legibus matronalibus, quæ quo vestitu incederet, quæ cui cederet, quæ ad cujus osculum veniret, quæ pilento, quæ equo etc. » (*Id. ibid.* 4) — Incredibilia sunt quæ ad libidines explendas patravit, quarum genera quædam invenit « spinthrias veterum malorum vincens », ita ut « ne beluam quidem talem quisquam ferret; nec sine maximo pudore dici possint » (*Id. ibid.* 32 et 34) quæ fœda ipse admittebat et admittenda ardenter curabat. — Aquiliam Severam, virginem Vestalem, inaudito Romæ sacrilegio, uxorem duxit, quam repudiatam post alias atque alias iterum recepit (*Id. ibid.* 6. et *Herodian.* 5. 14. et 15). — Muliebres vestes induebat aliaque crudelia ac dementis propria factitabat, pueros etiam nobiles et decoros in sacris litandis mactabat excruciabatque hostias ad ritum gentilem suum (*Id. ibid.* 8); et ex mero arbitrio, aut suspicione vel etiam voluptatis capiundæ vel dominii in hominum vitam ostentandi causa eos interimebat ebriosque amicos ipsos claudebat, quos immisse in cubiculum noctu feræ necabant (*Id. ibid.* 25); parasitos ligabat ad rotam aquariam et cum vertigine mittebat sub aquas rursusque in summum revolvens Ixionios amicos vocabat (*Id. ibid.* 24). « Vendidit et honores et dignitates et potestates tam per se quam per omnes servos ac libidinum ministros » (*Id. ibid.* 6). — Fecit libertos « præsides, legatos, consules, duces, omnesque dignitates polluit ignobilitate hominum perditorum » (*Id. ibid.* 11). — Præterea ingentes pecuniæ summas in sumptuosissimas cenas impendit, leonesque ac leopardos « edoctos per mansuetarios subito ad secundam et tertiam mensam jubebat accumbere ignorantibus cunctis, quod exarmati essent, ad pavorem ridiculum excitandum opprimebatque in tricliniis versatilibus parasitos suos violis et floribus sic ut animam aliqui efflaverint » (*Id. ibid.* 21). — Hæc aliaque homo impudicissimus ac scelestissimus perpetravit, quæ ultra referre piget, quæque in causa fuere, cur milites Alexandro, honesto ac probo adulescenti, quem consobrinum suum Elagabalus Cæsarem creaverat, magis magisque adhærerent, ita ut tyrannus, metuens, ne ab eo damni aliquid sibi obveniret, necem eidem moliretur (*Id. ibid.* 13). — Quod ut animadverterant prætoriani, de ejus insidiis ac monstrosa vita pertæsi, tandem, seditione excitata, Elagabalum, Antoninorum ultimum, in latrina ex metu abditum una cum matre Sœmiade trucidarunt pridie id. Martias an. 222., postquam annos IV. non integros regnasset (*Oros.* 7. *Hist.* 18., coll. tamen *Eutrop.* 8. 22. et *Dion.* 79. 3. et 20). — Elagabali corpus per Urbem tractum, de ponte Æmilio, adnexo pondere, ne fluitaret, in Tiberim abjectum est ejusque nomen, sc. *Antonini*, erasum est, senatu jubente, remansitque *Varii Elioqabali*, eique adjecta post mortem, ludibrii causa, epith. *Tiberinus* et *Tractatitius* et *Impurus*, « quod odio communi omnino contigit, a quo speciatim cavere debent imperatores, si quidem nec sepulcra mereantur qui amorem senatus, populi ac militum non merentur » inquit *Lamprid. ibid.* 17. — Opera ejus publica, præter templum dei Elagabali et amphitheatrum instauratum et lavacrum in vico Sulpicio, ab Antonino Severo jam cœptum, nulla exstant (*Id. ibid.*). — Plura, quæ de eo apud *Lamprid. in vit.* aliosque auctores Historiæ Augustæ, quæ obscena vel profusa in vestium cenarumque luxum incredibilem vel perridicula describuntur, humanæ dignitatis ac pudoris tuendi gratia prætermitto. Cf. etiam *Dion.* 78. et 79., *Herodian. in vit. Elag.*, *Aur. Vict. epit.* 23., *Inscriptt.* apud *Orelli n.* 948., 949., 950. et *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5515., 5614., 6042. et 6058. et nummos apud *Eckhel*, 7. *p.* 248. *sq.* et *Cohen IV.* 349. et 503. etc. — Hermam Elagabali marmoream illustravit *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. T.* 6. *p.* 220. *sq.* — Ex recentioribus V. *Schiller, Gesch. d. röm. Kais.* Gotha 1883., coll. *Ruggiero, Diz. epigr. A. R.* Roma 1894. et *Studniczka, Röm. Mitt. XVI.* 278. — 7.°) **Aurelius Ambrosius**, episcopus Mediolanensis, doctrina et sanctitate insignis, qui indoctis doctisque absolute *Ambrosius* vulgo vocatur perinde ac si nomine seu prænomine careret, quum contrarium probe constet, modo hæc attendantur. Monet enim cl. *Marucchi (Il sepolcro gent. di S. Ambr. n. Catac.)*, sepulcrum v. m. Soteres opus esse s. Ambrosii, qui fuit ejusdem ac martyr familiæ; jamdiu autem *De Rossi*, virum, si quis unquam, doctissimum, latibulis pervestigatis, reliquias aliquot detexisse, *Aurelii* nomine Ambrosii gentilicio insignitas, nec non fragmentum cujusdam *Aurelii Satyri* et *Marcellinæ*, quibus nominibus ejus frater ac soror nuncupabantur. Porro idem *De Rossi* (*Bull. di Arch. Crist.* 2. (1864) *n.* 877. *p.* 76-77), ex eo quod Ambrosius scribit de nobilissimis majoribus mart. Soteres, merito arguit et ipsum ad eandem stirpem pertinere: idque plane evinci ait ex monumento Mediolani exstanti, ubi sanctus antistes se Aurelium vocat, ita ut si ex patre *Ambrosii* cognomen, ex paterno vel materno genere gentilicium nomen v. quasi prænomen duxerit *Aurelii*. Hoc autem ille colligit ex carmine, quod ipse Ambrosius Mediolani in templo s. Nazarii mart. posuit, ubi dicitur: « Condidit Ambrosius templum Dominoque sacravit Nomine apostolico, munere, reliquiis etc. »; cujus epigrammatis inscriptio est: *Nazario Martyri*, et subscriptio: *Aur. Ambrosius episc.* Has vero, a

veteribus amanuensibus neglectas, sed ab anonymo scriptore servatas, ex antiquissimo codice (f. 146) deprompsit *Alciatus* in *Sylloge* ed. Dresdæ, sinceras omnino esse optimeque iis respondere, quæ in cœmeterio Callisti visuntur, eodem modo positis a Damaso pontif., Ambrosii coævo, in elogio s. Eusebii, illustris hic archæologus scite ac luculenter demonstrat. Quin cl. *Cavedoni* apud *eund. ibid.* (1865) *p.* 15. *sq.* inde conjecit, *Augustinum*, de quo mox dicemus, in memoriam baptismi, ab Ambrosio recepti, ejus quoque, tamquam patris sui spiritualis (*Augustin.* 9. *Conf.* 6), *Aurelii* nomen sumpsisse. Ceterum quæ diximus, probe confirmat *Corp. I. L.* 5. *p.* 617. Hinc *Dreves* recens suum opus jure optimo inscripsit: *Aurelius Ambrosius d. Vater des Kirchensang. Ein. hymnol. Studie* (Frib. Brisg. 1893). Mirum itaque est nullam de hac re mentionem factam esse in laudatissima operum Ambrosii Mediolanensi editione a. 1875., a cl. *Ballerini* adornata (V. AMBROSIUS). — Porro de tanti viri, de quo alibi disserui, virtute ac religionis studio illud hic addere placet, quod in ejus laudem scripsit *Hieronym.* in *Chron.* « Post Auxentii seram mortem, Mediolani Ambrosio constituto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur ». Sane quam fortiter se gesserit pro fide contra Arianos tuenda, imperante præsertim Justina, Valentiniani tunc pueri, matre ac domina, vix dici possit. Nec parum, illa demortua, laboravit sub Maximo tyranno, qui sibi imperatoris nomen potestatemque arrogaverat iisque faverat, quique Gratianum, legitimum optimumque imperatorem, per dolum necaverat Lugduni (a. 383). Hoc autem Aquilejæ a Theodosii imp. militibus interfecto a. 388. Arianisque profligatis, decertandum ei fuit cum paganorum reliquiis, qui, Symmacho præf. urb. eorum causam perorante, sed Ambrosii eloquentia (Cf. *Ambros. ep.* 18) et Prudentii poetica vi (*Prud. contra Symm.* 1. 1-2) protrito, a Theodosio modis omnibus obtinere nitebantur ut aram Victoriæ, constanti Ambrosii opera jam ex senatu remotam, iterum restitueret; sed frustra. Nec minus ejus fortitudo enituit, ut primum adversus Maximum, deinde etiam contra ipsum Theodosium, quem e Thessalonicensium cæde redeuntem a. 390. ab ingressu in templum prohibuit ac pœnam publice subire coegit (*Paulin. Nol.* in *vit. Ambr.* 24., coll. *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 30.), suisque pedibus iterum christianum hunc imperatorem provolutum vidit ac testantem se de Eugenio, æmulo imperii, Ambrosii meritis precibusque victorem exstitisse (*Paulin. ibid.* 31). Verum, ceteris prætermissis, hæc pauca adjecisse sufficiat, ne actum agere videar; de eo namque plura opportunius dixi ad v. *Ambrosius*, quia hoc dumtaxat nomine communiter nuncupatur. — 8.°) **Aurelius Apollinaris**, iamborum scriptor « qui patris *(Cari)* ejus *(Numeriani imp.)* gesta in litteras rettulit, iisdem, quæ recitaverat editis veluti radio solis obtexit ». Ita *Vopisc. Numer.* 11. — 9.°) **Aurelius Arcadius Charisius**, JCtus, qui « magister libellorum fuit sub Caro imp. ejusque filiis (*Dig.* 1. 11. 1) et sub Diocletiano imp. Syriæ præses. — Scripsit sub Constantino imp. *de muneribus civilibus* (*Ibid.* 1. 4. 18) et *de testibus* (*Ibid.* 22. 5. 1. etc.). Cf. *Lyd. de mag. I.* 14. — 10.°) **Aurelius Aristobulus**, vir insignis (*Aur. Vict. de Cæs.* 39), præf. præt. « dein a. 285. post Chr. cos. ordinarius cum imp. M. Aurelio Carino Aug. III. *(Hydat.* in *Chr.)*, mox cum imp. Diocletiano Aug. II. *(Borghesi* apud *Cavedoni* in *Opusc.* etc. *T.* 6. *p.* 430), quod primum fuit exemplum privati hominis in eodem magistratu Augusto adjuncti, ut animadvertit *Ammian.* 23. 1. — 11.°) **Aurelius Augustinus**, Hipponensis episcopus, splendidissimum ecclesiæ catholicæ lumen, natus Thagaste in Numidia idibus Nov. a. 354., al. 353 (*Augustin. ep.* 126) ex Patricio, viro tunc ethnico, decurione, et Monica, muliere summæ virtutis ac religionis, dupliciter matre, utpote quæ eum et mundo et cælo peperit. Memoratur *Hieronym. ep.* 105. Augustinus dominus vere sanctus et beatissimus papa. *et* 126. vir sanctus et eruditus. *et* 134. omni mihi affectione venerabilis. *Gennad. vir. ill.* 39. Afer Hipporegiensis oppidi episcopus, vir eruditione divina et humana orbi clarus, fide integer, vita purus, scripsit quanta nec inveniri possunt. *Paulin. Nol. ep.* 4. unanimus et venerabilis. *et ep.* 3. sanctus et perfectus. *et ep.* 7. cælestis. *Avell. p.* 367. 19 (a. 498). ecclesiasticorum lumen magistrorum. *Vict. vit.* 1. 10. omni laude dignus. *Cassiod.* 12. *Var.* 26. vir venerabilis vita clarus. *et Inst. div.* 1. disertus et cautissimus disputator. *et* 2. 22. doctor eximius, debellator hæreticorum, defensor fidelium et famosorum palma certaminum. *Mart.* 4. 663. pretiosus. *Hydat. chron. min. II. p.* 18. insignis. *et p.* 22. sanctus insignis et doctor eximius. *Prosp. chron. min. I. p.* 463. multa facundia doctrinaque excellens. *et ibid.* 473. episcopus per omnia excellentissimus. *Marcell. chron. min. II. p.* 77. Hipponiensis ecclesiæ elegantissimus Christi sacerdos doctorque præcipuus. *Sidon.* 4. *ep.* 3. 7. Jam ad sacrosanctos patres pro comparatione veniatur, instruit ut Hieronymus, destruit ut Lactantius, adstruit ut Augustinus. *et* 9. *ibid.* 2. 2. Hieronymus interpres, dialecticus Augustinus, ecclesiasticorum lumina magistrorum. *Venant.* 5. *carm.* 3. 39. Gregorius radiat, sacer Augustinus inundat. — Augustini vitæ primordia in suis ipse *Confessionum IX.* prioribus libris enarrat, unde discimus eum experrecti sui ingenii specimina dedisse in Thagastensibus scholis; deinde a patre missum Madauras ad rhetoricam addiscendam, ubi si non in Græcis, at in Latinis litteris multum se profecisse declarat (*Ibid.* 2. 3. *n.* 5. et 1. 13. et 17., coll. *de Trin.* 3. 1); hinc Carthaginem ire jussus (a. 371), ut illam academiam ejusdem studii causa frequentaret, ibi vitiis cœpit indulgere eoque pervenit ut concubinæ adhæreret, ex qua filium suscepit, nomine Adeodatum (a. 372). — Porro omnes artes liberales excoluit, philosophiæ Platonis operam dedit ac Ciceronis *Hortensium* ex philosophicis primum perlegit, quamvis et hunc ægre, « quod nomen Christi non erat ibi » principium sapientiæ (*Ibid.* 3. 4. 8., coll. 8. 7), et sacras litteras, quas ob demissiorem stilum olim fastidiebat (*Ibid.* 5. 5. et 7.). — Quod tamen maxime dolendum est, in Manichæorum hæresim incidit (a. 374), ad quam illectus alios quoque pertraxit socios, inter quos Romanianum, Alypium et Honoratum, illud obtexens se nullum velle « ad fidem premere nisi prius discussa et enodata veritate » (*Id. de util. cred.* 1. 2), in eoque errore novem ipsos annos perstitit (*Ibid.* 5. 12. et *de util. cred.* 1. 2). — Absolutis studiis, primum in patria grammaticæ doctor, dein rhetoricæ magisterio functus iterum Carthaginem adiit (a. 380), ubi tam felici successu docuit ut Vindicianus proconsul eum in agone litterario certantem et inter poetas publice coronatum, sua exinde amicitia dignum censuerit (*Ibid.* 4. 3). — Circa id tempus astrologiæ judiciariæ se totum dedit, a qua eum deterrere frustra conati sunt Vindicianus et amicus Nebridius; serius tamen Firmini consilio eam deseruit (*Ibid.* 4. 2. et 3. et *contr. Acad.* 1. 17. et 18). — Paullatim vero suborta de Manichæorum doctrinis dubitatio, quam maxime augebat fovebatque ingens apud illos morum corruptela, ac præterea colloquium cum Fausto, eorum coryphæo, quem sapientiæ oraculum ipse putaverat, at nunc cominus blateronem comperit magis quam doctum, a secta illa nonnihil ejus animum dimoverunt. Quod tamen omnino Augustinum ad catholicam fidem bonamque frugem revocavit, fuit sacrarum scripturarum repetita lectio, cui antea Ciceronis libros prætulerat; tum etiam Ambrosii, Mediolanensis antistitis, venerabilis præsentia, doctrina, facundia. Quum enim ab Africa in Italiam se contulisset, et Romæ, Symmachi præfecti opera, cathedram rhetoricæ in urbe Mediolano obtinuisset, ibi feliciter accidit ut Ambrosium adiret et in catechumenorum numerum, a quo olim recesserat, cooptaretur (*Ibid.* 5. 14. et *Possid.* in *vit.* 1). Huc accessit, quod Augustinus sibi antea contigisse narrat: « Ecce (inquit) audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis: - Tolle, lege; tolle, lege. - Surrexi, nihil aliud interpretans divinitus mihi juberi nisi ut aperirem codicem *(ap. Pauli)*. - Arripui, aperui et legi in silentio capitulum, quo primum conjecti sunt oculi mei: *Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis* etc. (*Rom.* 13. 13. *sq.*). Nec ultra volui legere, nec opus erat » (*Ibid.* 8. 12. 29). Jam de eo triumphaverat Dei gratia, maternis lacrimis, quarum vi « filius perire haud potuisset » (*Ibid.* 3. 12. 21), obtenta; quapropter Augustinus, cathedræ vale dicto, Cassiciacum cum matre et filio Adeodato Alypioque amico recessit ibique varios libros scripsit, nempe *contra Academicos*, quos Romaniano dicavit, aliosque et, quod potissimum est, ad baptismum suscipiendum se paravit, quem ei ejusque filio et Alypio contulit Ambrosius (a. 387; al. 386); dein Africam proficiscens Ostiæ sanctissimam matrem mortuam deflevit, quæ « me (ut ille scribit) parturivit et carne, ut in hanc temporalem, et corde, ut in æternam lucem renascerer » (*Ibid.* 9. 8. 17). — Hinc Romam repetivit; unde paullo post Carthaginem reversus, bonis hereditariis divenditis, in locum Thagaste proximum cum sociis se recepit, ubi, communi vitæ regula instituta, totum se divino cultui mancipavit (*Possid.* in *vit.* 3. et *Augustin. ep.* 126. *n.* 7). — Triennio exacto, (a. 391) Hipponem Regium, Alypii valetudini consulturus, ire debuit, ubi Valerius episcopus, cui oblatus fuerat, eum sanctitatis ac doctrinæ fama omnibus jam notum, invitum quamvis, presbyterum consecrare voluit eique secessus amantissimo permisit ut monasterium in suo horto ædificaret, cui alterum Hippone addidit (*Possid.* in *vit.* 11. et 31. et *Augustin. ep.* 101). — Valerius, jam ætate devexa, ut eum suæ ecclesiæ devinciret, a Megalio, Calamensi antistite et Numidiæ primate, sibi episcopum adjutorem ordinandum curavit (a. 395), cui demortuo successit Augustinus (*Possid.* in *vit.* 8. et *Augustin. ep.* 31. et *alib.*). — Longum est omnia vel leviter attingere, quæ ille dixit, fecit, scripsit in suæ atque adeo universæ ecclesiæ emolumentum. Multus in contionando, largus in egenis sublevandis vel redimendis captivis, in provehenda pietate sive sacrorum ministrorum sive popularium sollicitus, in rudibus erudiendis indefessus, ac præcipue in refellendis erroribus; verus enim hæreticorum malleus, et coram et scriptis perpetuo eos impugnavit ac nullo loco passus consistere Africam e Manichæorum, Donatistarum, Pelagianorum, etiam Arianorum, Priscillianistarum aliorumque magna ex parte liberavit, potissimum intra ann. 411-419 (*Possid.* in *vit.* et *Augustin. epp. passim.*). Quæ quidem admiratus *Hieronym.* jam senex eum salutavit orbis terræ decus et ab omnibus honoratum tamquam « conditorem antiquæ rursum fidei » (*Ep.* 195. inter *epp. Aug.*). — Denique dum Vandalorum omnia vastantium exercitus Hipponem obsidebat, tertio obsessionis mense febri correptus, Deum obsecrans « ut civitatem ab hostibus circumdatam liberare dignaretur, aut, si aliud videretur, suos servos ad perferendam ejus voluntatem fortes faceret, aut certe ut ipsum de hoc sæculo ad se reciperet » (*Possid.* in *vit.* 29), sanctissime obiit V. kal. Sept. an. a. 430, ætatis LXXVI., ejusque corpus Hippone in Sardiniam est translatum circ. an. 508. indeque an. 723. a rege Luitprando Ticinum, ubi adhuc servatur coliturque in basilica s. Petri, vulgo *Cieldauro*. — Plurima scripsit « pie, subtiliter et copiose, quibus et christianam doctrinam mirifice illustravit; quem imprimis secuti sunt qui postea theologicam disciplinam via et ratione tradiderunt »; rigidus grammaticus et acer dialecticus, verbosus modo, modo argute concisus; interdum scholasticorum angustiis detentus, interdum vero liberior et eloquens, varia studiorum genera excoluit, nempe philosophica, in quibus se magis Platonicum quam Aristotelicum probat, tum etiam theologica, moralia, exegetica, oratoria, historica, grammatica, arithmetica, musica etc., versatili quo erat ingenio maximæque eruditionis supellectile ornato. — Ejus opera genuina, ab apocryphis in critica Maurinorum editione, posteriorum fundamento, accurate distincta (Paris, 1679. *sqq.*), recensentur in *Indice* auctorum huic Lexico præmisso; inter quæ eminent, critices ratione habita, *Retractationum libri duo* (a. 427), in Maurina editione merito ceteris præmuntes; ratione litteraria, *Confessionum libri tredecim* (a. 400. *sqq.*), de quibus auctor hæc

scripsit: « de malis et de bonis Deum laudant justum et bonum atque in eum excitant humanum intellectum et affectum » (*Augustin. Retract.* 2. 6. 4); et *De civitate Dei* libri XXII (a. 413-426) contra ethnicos, quibus magnifice suppletur quod in Orosiana historia adv. paganos deficit, qui Romæ expugnationem (a. 410) per Alaricum, Gothorum regem, iræ deorum a Christianis provocatæ ridicule tribuebant; ubi mirum providentiæ divinæ consilium in rerum humanarum vicibus, salva humana libertate, sapienter et acute ita describitur commendaturque, ut singulare hoc stupendum Augustini opus jure optimo communiter appelletur « christianæ historiæ universæ philosophia » itemque sublimis christianæ religionis defensio; cujus operis vestigia recentiores cil. *Bossuet, Schlegel, Balbo* sunt secuti. — Porro Augustinus et numero et mole librorum ceteris Latinis patribus excellit, teste Possidio, antiquissimo vitæ Augustini scriptore, qui: « tanta, inquit, ab eo dictata et edita sunt tantaque in ecclesia disputata, excepta atque emendata, ut ea omnia vix quisquam studiosorum perlegere et nosse sufficiat ». — Doctrina hujus inter ecclesiæ patres præstantissimi, unde, tanquam ex fonte, alii plurima hauserunt, cum fidei catholicæ plane consentanea, tum etiam moderatæ libertati indulgens, cumque traditis a majoribus innixa documentis, tum proprio illius cogitandi modo atque indoli accommodata, per summa capita, quæ imprimis ad cognitionem referuntur, quæque ad Deum respiciunt, ad mundum, ad animam et ethicen, ita carptim presseque expono. Et primum — *a)* Cognitio depromenda est ex auctoritate, unde fides oritur, et ex ratione, unde scientia; « nulli enim dubium est gemino pondere nos impelli ad discendum, auctoritatis et rationis » (*c. Acad.* 3. 43), quæ ratio « antecedit fidem (*Ep.* 120. 8) »; hinc formula: « Intellige ut credas, crede ut intelligas » (*Serm.* 43. 9). Hæc autem cognitio certa est, id quod per sui conscientiam quisque probat; nemo enim illud in dubium vocare potest se intelligere ac propterea exsistere (*De Trin.* 10. 14. et *Sol.* 3. 191); cognitionis vero intellectualis suprema norma est veritas absoluta, nempe Deus, in cujus lumine homines verum agnoscunt et de omnibus judicant, non tamen ea ratione, quam ontologi, qui dicuntur, quasi ab Augustino traditam perperam docent (*De div. quæst. oct. tr.* 46., coll. *Thom. Qq. dispp. de ver. q. XVIII. a.* 2. *c.* et *alib.*). — *b)* Deum esse novimus ex miro universitatis rerum ordine (*Serm.* 141. 2.; *Enarr.* in *Ps.* 41. 7. et 8); tum ex eo quia omne, quod potest esse et non esse, indiget aliquo alio, quod faciat ipsum esse; quantum namque est in se, se habet ad utrumque (*Conf.* 10. 8-10); dein ex eo quod verum cognosci tantum potest per supremam cognoscendi normam, quæ est veritas absoluta (*V.* supra); præterea ex appetitu boni, quod rebus non inest nisi ex supremo bono proficiscatur; « nulla enim essent mutabilia bona, nisi esset incommutabile bonum » (*De Trin.* 8. 5); præcipue vero ex perfectionis gradibus, quos in creatis rebus conspicimus, unde adscendere necesse est ad perfectissimum aliquem, qui omnis perfectionis causa exsistat (*Ibid.* 8. 4. et 5. *et* 8. *Civ. D.* 7. et 11. *ibid.* 2); denique ex ideis, ut ajunt, necessariis, uti sunt justitia, pulcritudo, ratio numerorum et veritas generatim, quæ sunt æternæ et intellectu superiores, ipse nempe Deus affulgens humanæ menti eâque superior (*De lib. arb. l.* 2. 7-14.; *Enarr.* in *Ps.* 41. 8). — Porro Deus est: absoluta intelligentia et voluntas, qui se perfecte intelligendo seu comprehendendo progignit Pater Verbum consubstantiale ab æterno, ex quibus, non modis sed personis, tamquam ex uno, non duobus principiis, persona Spiritus sancti procedit, ita ut in una essentia trias sit personarum: absolute unus et simplex, totus substantia; nam « quidquid ibi intelligi potest, substantia est » (*De fid. et symb.* 20. et *Tract.* 99. in *Joh.*); hinc immutabilis et æternus, quia « manet apud se et in se ipsa plena et perfecta est æternitas » (*Serm.* 215. 2) ejusque natura « ubique tota est et perfecta et infinita » (*In Joh.* 96. 4). Quidquid autem « de Deo dicitur, dicitur de omnibus et singulis personis divinis: unus quippe Deus est ipsa Trinitas et sic unus Deus quomodo unus creator » (*Serm. c. Arian.* 3). — Est itaque omnium rerum conditor, quas cognovit antequam essent; non autem eas cognoscit quia sunt, sed sunt, quia eas cognoscit. Item « apud eum rerum omnium instabilium stant causæ et rerum omnium mutabilium immutabiles manent origines et omnium irrationalium et temporalium sempiternæ vivunt rationes » (*Conf.* 1. 6); et ipse « semel et simul et semper vult omnia quæ vult ». (*Ibid.* 12. 15). - Creavit autem Deus omnia simul et immediate, materiam nempe omnium formarum subjectum, ex qua mundus efformatus est (opus formationis); sed ut se captui humanæ mentis accommodaret, melius censuit sex creationis dies proponere, qui sexenum perfectionis gradum significant (*Conf.* 11. 12. et *De gen. imp. lib.* 7. et *ad litt.* 4. et *c. Manich.* 2. 6. 1. 15., coll. *Eccli.* 18. 1. « ἔκτισε τὰ πάντα κοινῇ, quod tamen et *pariter* sonat); nulla vero sui mutatione sed « una eademque sempiterna et immutabili voluntate res, quas condidit, et, ut prius non essent, egit, quamdiu non fuerunt, et, ut posterius essent, quando esse cœperunt » (12. *Civ. D.* 17). — Quæ autem creavit ex rationalibus, idest homines, propria ipsorum culpa perditos per Christum redemit, qui « unus Dei filius idemque hominis filius, non tamen duo filii Dei, Deus et homo, sed unus filius Dei » (*Serm.* 186. 1. et *Enchir.* 35): « non adoptivus Dei filius (*c. Secundinum Manich.* 5); idem Deus qui homo et qui Deus idem homo, non confusione naturarum sed unitate personæ » (*Serm.* 186. 1); in quo « erat anima, non irrationale tantum animæ sed etiam rationale, quod mens dicitur » (In *Joh. tr.* 23. 6., coll. 47. 9). Non itaque « Verbum in carnem pereundo cessit, sed caro ad Verbum, ne ipsa periret, accessit » (*Serm.* 293. *n.* 1): « ipse Deus Deus manet: accedit homo Deo et fit una persona, ut sit non semideus, quasi parte Dei Deus et parte hominis homo, sed totus Deus et totus homo » (*Ibid. n.* 7). — *c)* Mundus ex partibus constat mutabilibus, unde patet a se ipso vel æternum esse non posse; sed ex nihilo creatus est a Deo, qui « etiamsi de aliqua informi materia factus, hæc ipsa facta est omnino de nihilo » (*De ver. relig.* 36., *Conf.* 12. 8., *De fid. et symb.* 2); ante quem nec tempus erat nec spatium; propterea non per emanationem, quia quælibet res Deus esse deberet, quod absurdum est; etsi, antequam res essent, in Deo vita erant, *sc.* vivebant in Verbo tamquam creandorum omnium ideæ seu exemplaria (*De Gen. ad litt.* 5. 33). In constitutione autem corporum nihil intelligitur nisi duo distinguantur principia, hoc est materia prima et forma substantialis (*Conf.* 12. 4-6., coll. *de Gen. ad litt. c.* 4. *sqq.* et *Th. s. th.* 75. 5. — *d)* Anima suapte essentia et natura differt a corpore, cum sit materiæ expers, individua, unica, non duplex (ἡ ψυχὴ λογικὴ et ἡ ψυχὴ ἄλογος) contra Manichæos (*De dupl. anim.*) et quidem spiritualis atque immortalis, quia ratione prædita, a metempsychosi prorsus abhorrens; non ante corpus, sed una cum corpore exsistens (*De anim.* passim), a Deo creata, ut ipse sentit, quamvis « suam opinionem noluit aliis imponere » (*De Genes. ad litt.* 10. 34. et 37., coll. *ep.* 164. 19); quomodo autem et quando illa peccatum originarium contrahat, explicari haud facile potest; hinc est quod de animæ origine quæstionem, utrum scilicet per *generationem* (ceteroquin spiritualem), an per *creationem* habeatur, ipse solvendo non est (*ep.* 168., coll. *Greg. M.* 7. *ep.* 53. et *Isid. off.* 2). — *e)* Ethices fundamentum, idest hominis libertas, duplex distinguenda est, libertas nempe electionis et libertas moralis, seu a malo, cum propensione ad bonum. Liberum vero arbitrium non tollitur Dei præscientiâ; nam homo non eligit, quia Deus hoc præscit, sed quia homo ita eligit et agit, Deus hoc præscit. Nec tollitur divina actione libertas: « aguntur enim (homines) ut agant, non ut ipsi nihil agant » (*De correpl. et gr.* 4. 31). « Liberi arbitrii nos condidit Deus nec ad virtutem nec ad vitia necessitate trahimur, alioquin ubi necessitas, nec corona est » (*De nat. et gr.* 78). « Non igitur nisi voluntate peccatur » (*De nat. bon.* 10). Porro quum Deus velit ut homo in agendo ordinem servet; hinc oritur notio legis, quæ « ratio est et voluntas Dei ordinem naturalem conservari jubens, perturbari vetans » (22. *c. Faust.* 27). — Præterea bonum duplex est, delectabile nempe, quod nos felices reddit, et utile, quod via est ad aliud bonum adipiscendum; virtus autem « animi habitus, naturæ modo et rationi consentaneus » ad bonum delectabile supremum et infinitum, quod est Deus, perducens; malum contra, quod non est aliud nisi « privatio boni debiti, naturæ contraria et corruptio » a summo bono abducit. Illud autem non vult Deus, sed admittit ut ex eo bonum proveniat, non qua malum est sed quia per malas hominum voluntates bonam voluntatem implet suam. Unde sequitur absurdam esse doctrinam de duobus principiis, qua cur malum exsistat, id explicetur; quum enim malum nihil aliud sit quam « defectus vel corruptio vel negatio boni sive quod ad modum vel speciem vel ordinem naturalem » (*De nat. bon.* 4); « non ergo mala est, in quantum natura est, ulla natura, sed cuique naturæ non est malum nisi minui bono ». « Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola mala nunquam » (12. *Civ. D.* 3); itaque « malum per se absolute exsistere non potest » (*De nat. bon.* 17). — Hæc et alia longe plura, etiam cursim delibata, discere est potissimum ex libris *Confess. c. Acad., Soliloq., de Genes. ad litt., de liber. arb., de quant. et qual. anim., de civit. Dei* aliisque supra citt. — De insigni hoc doctore ita *Forcellin.* noster: « Multa præditus fuit facundia, acumine ingenii et doctrinarum copia: dictio ejus neque pura neque elegans est » (V. *Ind. auctt.*). Id tamen ei, qua vixit, ætate tribuendum; quamquam nec rudis illa aut inelegans, sed generatim selecta ac nobilis, aliquando vero populari captui accommodata: « Sæpe enim, inquit ipse *Augustin.*, verba non latina dico ut vos intelligatis » (*Enarr.* in *Ps.* 123. 8); et *alib.*: « Melius est reprehendant nos grammatici, quam non intelligant populi » (*Enarr.* in *Ps.* 138. 20). Quod autem singulare est, philosophus ille simulque poeta ac musicus, orator et scholasticus, rhetor et grammaticus, mathematicus et historicus, rationis præco et auctoritatis fideique rigidus propugnator, diversa, ne dicam opposita, amico fœdere in se conjunxit, eruditione et sanctitate sæculis omnibus admirandus. — De eo multa colligi possunt, præterquam ex *Possidii*, ejus discipuli, vita, etiam ex omnibus fere sui temporis et posteriorum catholicæ ecclesiæ patribus et ex recentioribus, ut *Poujoulat, Hist. de St. Aug., sa vie, ses œuvres* etc. Parigi, 1845-46.; *Boehringer, Aur. Aug.* etc. Stuttg. 1877-78.; *Reuter, Augustinisch. Stud.* 1887.; *Dorner, Aug.* etc. 1873.; *Martin, St. Aug.*, Parigi 1901.; *Hatzfeld, St. Aug.*, Parigi 1901.; *Hertling, Aug. der Untergang d. ant. Kult.* etc. Magonza 1901.; *Mac Cabe, Saint Aug. and his age*, Lond. 1902.; *Portalie, Le rôl doctr. d. St. Aug.* in *Bull. de litt. eccl.* 1903. *p.* 33-57.; *Kaufmann, Élém. arist. chez s. Augustin (Revue Neo-schol.* 1904); *Tixeront, Hist. d. Dogm.* 351-429.; *Hähnel, Ueber d. Verhältniss d. Glaub. zu Wissen bei Aug.* Leipz. 1891.; *Herzog, Die kirchl. Sünd. nach d. Lehr. d. hl. Aug.* Borna 1902. etc. — 12.°) **M. Aurelius Carinus**, in *Inscr.* (*C. I. L.* 2. 4829): *Imp. Cæs. M. Aurelius Carinus (Karinus) Aug.* et in *aliis* (*ibid.* 3835. et *Orelli n.* 1045): *nobilissimus Cæsar* et *princeps juventutis* et (*ibid.* 14. 126): *Britannicus Maximus* et *Persicus Maximus* (*Cohen* 166): *Germanicus Maximus* (*Henzen Suppl. Orell. n.* 5557): *Imp. Cæs. M. Aurelius Carinus Invictus Pius Felix Aug. Pontif. Maxim. tribunic. potest. pater patriae procons.*, quos titulos partim bella cum patre Caro vel ab eo gesta aut adulatio ei comparaverant, brevi tempore regnavit (a. 283-284. p. Chr.). — Carus filios, Carinum natu majorem et Numerianum, prius Cæsares, dein Augustos denunciatos, imperii collegas sibi adscivit; Carinum vero misit in Galliam contra Germanos, quamvis de eo timeret sciens hominem contaminatissimum, corruptorem juventutis, crudelem, voluptatibus totum immersum, adulterum, qui plures duxisset uxores et repudiasset, pulsis plerisque prægnantibus (*Vopisc.* in *vit.* 7. et 15); sed

res prospere cessit. — Occiso, uti creditur, ictu fulminis Caro, adclamatus fuit Numerianus imperator, Carini collega, qui in Gallia et Romæ nefarie vivebat (*Id. ibid.* 16.), sceleratis hominibus suorumque vitiorum ministris conferebat honores ac magistratus reipubl. summos, templa expoliebat ut flagitiorum socios ditaret ita ut odium in se concitaret omnium; quo factum est, ut quamquam, signis cum Diocletiano, qui imperio inhiabat, conlatis, fortiter dimicans, apud Margum Mœsiæ superioris victor evaserat, vel quia militum uxoribus insidiabatur (*Aur. Vict. epit.* 38) aut ex aliis injuriis iis inlata vel Diocletiani fraude, inter Viminacium et montem Aureum, a suis occideretur a. 285., indefletus atque adeo maledictus (*Hydat.* et *Cassiod.* in *chron.* et *Eutrop.* 9. 20. et *Oros.* 7. *Hist.* 25). — Carini et Magniæ Urbicæ, quæ una fuit ex novem ejus uxoribus, nummos illustrarunt *Eckhel* 7. *p.* 513-520. et *Cohen VI.* 363., 366. et 382-404. et 408. V. *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I.* 884-885. et *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 125. — 13.°) **Aurelius Carus**, in Inscr. *Imp. Cæs. M. Aurelius Carus (Karus) Aug.* (*C. I. L.* 8. 968) et *fortissimus atque clementissimus Imp. Cæs. M. Aurelius Carus invictus Aug. P. M. Tri. Pot. II. Cos. II. P. P. Pro Cos.* (*Orelli Inscr. n.* 1045), natus Narbone in Gallia vel rectius Naronæ in Illyria (*Eutrop.* 9. 18. et *Aur. Vict. epit.* 38., coll. *Vopisc.* in *vit.* 4). — Militari scientia maxime præditus, Probo imp. placuit, qui eum præfectum præt. creavit (*Id. ibid.* 6). Post, illo ad Sirmium a militibus interfecto, ipse appellatus imperator Probi necem acerrime ultus est (*Id. ibid.*). — Contra Sarmatas tunc ferociores bellum suscepit eosque fregit; qua insigni parta victoria, Persas adortus est tam felici successu ut merito *Imperatoris Persici* titulo fuerit decoratus (*Id. ibid.* 8. et *Eutrop.* 9. 18; in nummis vero apud *Eckhel*, 7. *p.* 509., dicitur *Persicus* et *Parthicus*). Sed quum longius progressus esset, quo latius imperii fines proferret « avidus gloriæ, præfecto suo *(Apro)* maxime urgente, qui et illius et filii ejus *(Carini)* quærebat exitium - ut alii dicunt, morbo, ut plures, fulmine interemptus est » (*Vopisc. ibid.* 8., coll. *Eutrop.* 9. 18., *Oros.* 7. *Hist.* 24. et *Aur. Vict. de Cæsarib.* 38). — Fuit « vir medius et inter bonos magis quam malos principes collocandus et longe melior, si Carinum non habuisset heredem » (*Vopisc. ibid.* 5) regnavitque an. 282-283. — Post mortem inter deos relatus consecratusque est (V. *Eckhel, loc. cit.* et *Cohen* 14. *sqq.*). — De eo consulas *Bernhart, Gesch. Roms v. Valer. bis z. Diocl. Tod. I.* 245-250. et *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 124-125. — 14.°) **Aurelius Cassiodorus**, et, plenius, *Magnus Aurelius Cassiodorus*, senator, natus in Bruttiis (a. 480-575) ex nobilissimo genere, utpote qui majores habuerit « Cassiodoros fama concelebratos, cum togatis claros, inter viros fortes » (*Cassiod.* 1. *Var.* 3. et 4). *V.* integr. loc. — Floruit sub variis principibus; sed maxime sub Theoderico, cujus tempore fuit cos. a. 514. et regia primus administer seu ab epistolis, et præf. prætorio, ac regni quasi habenas gerebat. — Dein, a. 540., in claustrum Vivarii recessit, ab ipso conditum, apud Calabros; ubi quoad vixit, studiis theologicis et historicis operam dedit, curavitque ut antiquorum volumina, ab interitu vindicanda, exscriberentur sæpius, ibique obiit a. 575., æt. ann. circ. 110. — Plura scripsit, quæ recensentur in *Indice auctt.* ac dividi possunt in historica et politica, idest *Orationes, Chronica, hist. Gothorum* et *Varias*, quæ duo postrema opera ceteris longe excellunt; dein etiam in theologica et grammatica, quæ in secessu Vivarii composuit, uti sunt *Institutiones div. et sæc. litt., de anima, de amicitia* etc. et de *Orthographia*, aliaque id genus (quorum elenchum ipse præbet auctor in *præf.* ad tract. *de grammatica*), ubi non mediocri antiquæ litteraturæ scientia se imbutum prodit. At qui *Computus Paschalis* inscribitur, et ad calendarii christiani tempora statuenda valde confert, videtur non esse illius opus, sed illi tributum ab amanuensi, qui hoc Cassiodori chronicis adjecit. — Quod vero attinet ad ejus nomen, in cod. Ver. *Cassiodorius* dicitur; sed postea inde ab ætate, quæ *Carolingia* appellatur, vulgo *Cassiodorus* vocitari cœpit (V. *Teuffel, St. L. R. II. n. p.* 784. *sq.*). — 15.°) **C. Aurelius Cotta**, filius Lucii, ex sua gente et familia, quam ex Sabinis oriundam perhibent, atque adeo ex Numa rege (*Ovid.* 3. *Pont.* 2. 105), primus, qui consulari dignitate insignitus fuerit a. U. C. 502. cum Servilio Gemino I. et iterum a. 506. cum Servilio Gemino II. ac porro censor a. 518. cum Fabio Buteo (*Liv.* 23. 22) et *Cottarum* familiam propagaverit, summis deinde honoribus illustratam. — In bello Punico I. de Pœnis et Siculis victor triumphavit (*Fast. triumph. Capit.* 502). Memorat *Frontin.* 4. *Stat.* 1. 22. et *alib.*, coll. *Val. Max.* 2. 7. 4. et *Cic.* 2. *Acad. (pr.)*. 26. — 16.°) **C. Aurelius Cotta**, orator, cos. a. U. C. 679., cum L. Octavio, dictus etiam *C. Aurelius* tantum (*Jul. Obseq.* 60), filius Marci et Rutiliæ (*Fast. Capit.* 679. et *Cic.* 12. *Att.* 20.), natus a. 630 (Cf. *Cic. Brut.* 30. 116). Antea tribunus pl. a. 663., per invidiam vero exsul, Romam dein rediit a. 672 (*Id. ibid.* 88. 305. et 90. 311., coll. *Appian. B. C.* 1. 37). — Legem tulit, ut tribunis plebis liceret postea alios magistratus capere, quod lege Sullæ ademptum erat (*Ascon.* in *Corn. p.* 78. *Orell.*, coll. *Cic. Corn.* 1. *frg.* 25. *p.* 451. *Or.*). — Cottæ hujus eloquentiam et acutissimum ingenium laudat eumque, limatum et subtilem appellat *Cic.* 2. *Nat. D.* 1. 1. et 2.; *Brut.* 49. 182., 55. et 86. et 2. *Orat.* 23. 98. et *alib.* — Nihil scriptum reliquit, teste *eod. Orat.* 88. 132.; nam oratio, quæ inscribitur *Cottæ pro se, lege Varia*, exarata fuit a L. Ælio Cottæ rogatu; unde *Cic. Brut.* 56. 205., coll. 57. 207., miratur « Cottam summum ipsum oratorem - Ælianas leves oratiunculas voluisse existimare suas ». — Alia de eo videsis apud *Meyer* in *Orat. Rom. frg. p.* 279. ed. Paris et *Rohden, PW.* 2. *p.* 2484. — 17.°) **L. Aurelius Cotta**, trib. pl. a. U. C. 600 (*Val. Max.* 6. 5. 4) et cos. a. 610. cum Ser. Sulpicio Galba (*Fast. Capit.* 610. et *Frontin. Aquæd.* 7). De eo hæc habet *Val. Max.* 6. 4. 2. « Cum consules hi in senatu contenderent, uter adversus Viriathum in Hispaniam mitteretur ac magna inter patres conscriptos dissensio esset, exspectantibus: *Neutrum*, inquit, *mihi mitti placet*, quia *alter nihil habet, alteri nihil est satis*; æque malam licentis imperii magistram judicans inopiam atque avaritiam. Quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit ». Adde *Cic. Brut.* 21. 81., *Fontej.* 18. 28. et *Tac. Ann.* 66. — 18.°) **L. Aurelius Cotta**, C. Cottæ oratoris frater, prætor a. U. C. 684., auctor, probabilius, legis judiciariæ (V. *Aurelius, a, um*); dein consul a. 689. cum L. Manlio Torquato creatus (*Nep. Att.* 4), cui nummos tribuit *Momms.* in *Bull. arch. Ital.* a. 1861. *p.* 61., et ad quem spectant *Inscr.* in *C. I. L.* 1. 784. et 1123. — 19.°) **M. Aurelius Cotta Maximus Messallinus**, filius M. Valerii Messallæ Corvini oratoris (*Plin.* 10. *Hist. nat.* 22. 27. [62]). et Aureliæ Cottæ, Sardiniæ prætoris, filiæ, vocatus idcirco *M. Valerius Maximus*; dein ab avunculo adoptatus in gentem Aureliam transiit (*Henzen, Inscr.* in *Ann. dell' Istit. arch.* a. 1865. *p.* 5). Hinc *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 41. « Maternos Cottas cui Messalasque paternos Maxima nobilitas ingeminata dedit ». — A puero optimis litteris institutus possim et oratoriam vehementer excoluit meruitque dici ab *Ovid. ibid.* 16. 42. « Pieridum lumen præsidiumque fori ». Cf. *eund.* 3. *ibid.* 5. Nullum tamen exstat ejus scriptum sive poeticum sive oratorium opus; nisi ad eundem pertinere existimetur loc. *Apuleii de Orthogr.* § 8., ubi citatur: « Cotta in Pharsalico bello » (V. *Borghesi, Œuvr. T.* 1. *p.* 152). — Immodicam ejus liberalitatem et luxum damnant *Plin. loc. cit.* et *Pers.* 2. 72. *Schol.* « Fuit (inquit) et multis vitiis deditus ». De eo vid. etiam *Tac.* 2. *Ann.* 32., 4. *ibid.* 20. et 6. *ibid.* 7. aliaque apud *Rohden loc. cit. p.* 2490. — 20.°) **M. Aurelius Julianus**, tyrannus, qui, audita Cari imp. morte, quum esset Venetorum corrector, imperium sibi arrogavit dixitque Augustum; attamen, ut scribit *Aurel. Vict. de Cæsarib.* 39. Carinus, Cari filius « spe facilius erumpentes motus sedatum iri, Illyricum propere Italiæ circuitu petit; ibi Julianum, qui ei adventanti obviam processerat, pulsa acie, obtruncat » in campis Veronensibus, ut alter *Vict. epit.* 38. — De ejus nummis V. *Eckhel*, 7. *p.* 521. et *Cohen VI.* 410-411. — 21.°) **M. Aurelius Numerius Numerianus** vel, cum titulis, *Imp. Cæs. M. Aurelius (Numerius) Numerianus Aug.*, filius Cari, natu minor, et Numeriæ, unde cognomen fortasse sumptum est (*Inscr.* reperta Mutinæ et a *Cavedon.* edita in *Bull. dell' Ist. arch.* a. 1856. *p.* 152. et apud *Murat.* 256. 7. et 461. 5., quam immerito *Henzen, Suppl. Orell. n.* 1043. spuriam censuerat) et cum fratre Carino patris successor a. 283-284 (*Vopisc. Car. et Num.* 7). — Patri comes fuit in bello Persico; sed, mortuo patre, factione Apri soceri sui, qui invadere conabatur imperium, occisus est a. 284., quo anno et consul fuit (*Fast. Cons.* et *Not. degli scavi* 1886. *p.* 368). Attamen frustra, quia statim Diocletianus appellatus est Augustus, qui « educto gladio Aprum præf. præt. ostentans percussit » dignum moribus exitum sortitum (*Vopisc. ibid.* 13). — Fuit Numerianus « moratus egregie et vere dignus imperio, eloquentia etiam præpollens adeo ut publice declamaverit feranturque illius scripta nobilia »; stilo itaque non Tulliano sed declamatorio, ut subditur *ibid.* 11. « Versu autem talis fuisse prædicatur ut omnes poetas sui temporis vicerit: cum Olympio Nemesiano contendit et Aurelium Apollinarem iamborum scriptorem - veluti radio solis obtexit » (*Id. ibid.*). « Ejus oratio fertur ad senatum missa tantum habuisse eloquentiæ ut illi statua non quasi Cæsari sed quasi rhetori decerneretur, ponenda in bibliotheca Ulpia; cui subscriptum est: Numeriano Cæsari oratori temporibus suis potentissimo » (*Id. ibid.*). — De eo vitam scripsit *Vopiscus* (*Car., Carin.* et *Numer.*). — Cf. ejusd. nummos apud *Eckhel*, 7. *p.* 511. aliaque videsis apud *Bernhardt, Gesch. Roms* etc. *I. p.* 251. *sq.* et *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I.* 884. — 22.°) **M. Aurelius Olympius Nemesianus**, poeta didacticus, patria Carthaginiensis, sub Numeriano imp., cujus familiæ conjunctus videtur. Memoratur *Vopisc. Car. Carin. et Num.* 11. et, tacito nomine, *Auson. Grat. act.* 27. et *Lact. Plac.* ad *Stat.* 5. *Theb.* 389. — Is « ἁλιευτικά, κυνηγετικά et ναυτικά scripsit inque omnibus coloniis (*al.* colonis; *al. perperam* coronis) inlustratus emicuit » (*Vopisc.* in *vit.* init.). Pro ναυτικά *Bernhardy* habet ἰξευτικά (sc. ars avium visco capiendarum), *Baehrens* Pontica (V. *Schanz, G. R. L. III.* 195. *p.* 31). Ex his poematis, quæ sunt latine *Halieutica, Cynegetica, Nautica*, nil aliud exstat nisi pars Cynegeticorum (V. *Ind. auctt.*); ubi auctor declarat se brevia aliquot carmina scripsisse et poema compositurum in laudem Carini et Numeriani pro bellicis eorum gestis (v. 63. *sqq.*), tum etiam *Eclogas IV.* cum Calpurnii bucolicis conjunctas et fortasse quædam fragmenta, de quibus tamen V. *Teuffel, II. p.* 428. tr. et *Schanz, III. p.* 3. *sq.* — De eo *Forcellin.* hæc habet: « Nemesianus, poeta elegantissimus - versibus plane nitidis stiloque puro ac Latino, quo se præ ceteris Afris scriptoribus commendavit ». — Ejus scripta collegit edidítque *Wernsd.* in *Poet. lat. min. I. p.* 128-131. Adde *Riese* in *Anthol. Lat.* 720. — 23.°) **Aurelius Opilius**, grammaticus, Epicurei cujusdam libertus, philosophiam primo, deinde rhetoricam, novissime grammaticam docuit. Ita *Sueton. gramm.* 6. *p.* 106. *Reiff. Gell.* 1. 25. 17. « Aurelius autem Opilius in primo librorum, quos *Musarum* inscripsit »; ibi vocum significationes exhibet, quibus usi sunt *Varro* in *L. L.* et præsertim *Festus* passim. — Dimissa schola, « Rutilium Rufum damnatum in Asia secutus ibidem Smyrnæ simulque consenuit composuitque variæ eruditionis aliquot volumina » inquit *Sueton. loc. cit.*; unde patet error *Symmachi* (*ep. I.* 15), qui Rutilii discipulum eum censuit. Memoratur etiam *Priscian. VII. p.* 381. 8. — De eo consulas *Osann, Aurel. Opil.* in *Giorn. Arch.* 1949. *n.* 25-28. et *Ritschl, Parerga p.* 180-239. *sq.* et 381-364. *sq. XV. sq.* — 24.°) **L. Aurelius Orestes**, frater C. Aurelii oratoris, orator et ipse habitus. *Cic. Brut.* 25. 84. « Sunt etiam L. et C. Aureliorum Orestarum (orationes), quos aliquo video in numero oratorum fuisse ». — Fuit cos. a. U. C. 628. cum M. Æmilio Lepido, teste *Liv. epit.* 60., coll. *Jul. Obs.* 29., quibus consulibus quartos ludos sæculares Romæ actos fuisse

tradit *Censorin.* 17. — Hic cum Sardis dimicavit deque iis procons. a. 632. triumphum egit (*Fast. triumph.*, coll. *Plut. C. Gracch.* 1. et 2. et *Henzen C. I. L.* 1. *p.* 58). — 25.°) M. Aurelius Probus, plenius *M. Aurelius Valerius Probus* (*Vopisc.* in *vit.* 11), sæpius *Probus* absolute, imp. ab a. p. Chr. 276-282., Maximi filius, Claudii Taciti propinquus et Claudiæ frater, uti fertur (*Id. ibid.* 5), ejusd. Claudii Taciti et Floriani successor, oriundus e Pannonia, civitate Sirmiensi, ubi et natus traditur (*Id. ibid.* 21). — Adulescens « corporis viribus tam claruit, ut Valeriani judicio tribunatum prope imberbis acciperet » et « exstat epistola Valeriani ad Gallienum, qua Probum laudat adhuc adulescentem et imitationi omnium proponit » (*Id. ibid.* 3. et 4). — Bellicis gestis enituit; nam jam tribunus in bello Sarmatico fortiter pugnavit ita ut publice in contione multis iisque splendidis muneribus fuerit donatus et ob liberatum e Quadorum manibus Valerium Flaccinum, nobilem parentem Valeriani, corona civica ab eo decoratus sibique commissam meruerit legionem tertiam Felicem pluraque alia honorificentissima ab eod. Valeriano, Claudio, Aureliano et Tacito impp. obtinuerit, militibus usquequaque carus (*Id. ibid.* 5-8). — Postea contra Marmaridas in Africa strenue dimicavit et ex Libya Carthaginem profectus eam a rebellionibus vindicavit; ad hæc dein in Ægypto pontes, templa, porticus, basilicas labore militum struxit, ora fluminum multa patefecit, paludes siccavit atque in iis segetes agrosque constituit aliaque plura facienda curavit utilissima easque regiones maximam partem Aureliano subjecit (*Id. ibid.* 9). — Hinc factum est, ut, exstincto Floriano, unanimi fere consensu eum invitum milites fecerint imperatorem, litterisque Probi acceptis, senatus libentissimis animis imperatoriam ei dignitatem confirmaverit (*Id. ibid.* 10.). — In Europam reversus a. 276., Francos aliosque populos in Gallia a. 277. adortus variis prœliis profligavit (*Id. ibid.* 13. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 1038): novem reges devicit; quadringenta barbarorum milia cecidit, innumeros captivos abduxit universamque Galliam ab hostibus liberavit (*Id. ibid.* 15). — Anno insequenti, 278. vicit barbaros ubique in Rætia, in Pannonia, in Thracia et in valles Tauri transgressus a. 279. Isauros prædones domuit, Blemmyos subegit, rebelles compescuit, Saturninum ad imperium a militibus dolo evectum repressit, quod postmodum cum Proculo in Gallia et Bonoso in Germania se imperatores adclamantibus egit, eis pariter nece absumptis (*Id. ibid.* 18); mox Parthos ad pacem coegit. Dein eod. anno Romam rediens triumphum celebravit, ut ex nummis colligitur (V. *Eckhel*, 7. *p.* 500. *et Vopisc. ibid.* 19), ludos civibus, militibus congiaria dedit, votis quoque decennalibus (quinto imperii sui anno) susceptis. Præterea a. 281. consul IV. processit cum Tiberiano (*Inscr.* apud *Momms.* 35. et 36. et apud *Orelli n.* 1040.) et a. 282. V. cum Victorino (*Fast. cons.*) et ob victorias de variis gentibus reportatas titulis honestatus est *Francici, Gothici, Sarmatici* et *Parthici* (*Vopisc. ibid.* 10). — Omnibus compositis, quæ ad bonum reip. valde conferebant, religiose servans vel restituens jura, quæ antecessores vel concesserant vel abstulerant, dum bellum Persicum parat, iter per Illyricum faciens a militibus suis per insidias Sirmii est interfectus, fortasse nimia ejus severitate ac laborum pondere oppressis (Cf. *eund. ibid.* 20). — Omnibus defletus ac divinis honoribus, monumento insigni, templis, statuis decoratus est (*Id. ibid.* 20. et 24). — Probus, quinquennio imperii sui, per totum orbem tot bella gessit et quidem per se, ut mirabile sit, eum omnibus occurrere potuisse prœliis: multa manu sua fecit, duces præclarissimos instituit, ut Diocletianum, Constantium, Asclepiodotum aliosque (*Id. ibid.* 22); fuit denique, ut paucis dicam, tam privatus quam imperator, et nomine et re vere probus, nobilissimis virtutibus exornatus, optimis principibus comparandus, adeo ut in hoc uno, omnium scriptorum suffragiis, omnia, quæ alios immortalitati consecrarunt, collecta videantur, ac sane dignus, quem sæcula *Magni* titulo honestassent, aliis aliquando, antiquis ac recentioribus, tributo, qui nullo jure aut fructu, immo cum magno ac nefario hominum rerumque excidio tot regiones populosque ambitionis æstu subverterunt (Cf. *eund. ibid.* 22. et 23). — Plura de eo apud *Atorff, De M. Aurelio Probo Diss.* Münst. 1866.; *Boehm, De M. Aurelio Probo Imp. R. Diss.* Breslau 1867.; *Lépaulle, Etude hist. sur M. Aur. Prob. d'après la numism.* etc. Lyon 1884. — 26.°) Sex. (Aurelius) Propertius. *V.* PROPERTIUS. — 27.°) (M.) Aurelius Prudentius, plenius *M. Aurelius Prudentius Clemens*, poeta christianus, in Hispania ortus an. p. Chr. 348-410 (?), Salia et Philippo consulibus (*Prudent. præf.* ad *Cathem.*); pueritiam vero, Juliano imp., transegit (*Id.* in *Apoth.* 450)., sed quo loco natus sit, non convenit; nam alii, et quidem probabilius, Calagurritanum faciunt (Cf. περὶ Στεφ. *I.* 116. et *IV.* 31); alii Tarraconensem (Cf. *ibid. VI.* 143); alii denique Cæsaraugustanum (Cf. περὶ Στεφ. *IV.* 97. et 101. et *alib.*). Re in medium relicta, dicimus eum experrecti ingenii atque ad omnia summa natum mature se probasse; nam brevi e rhetorum scholis egressus, in primis dicendi peritus, declamatoriis exercitationibus, uti ferebat temporum condicio, totum se dedit, unde, famam adeptus, ad provinciarum administrationem non semel accessit; nec tamen consulatum aut præturam urbanam gessit, ut tradunt nonnulli magis docte quam vere, ut ait cl. *Lanfranchi*; immo et militiam civilem (non castrensem), quæ togata vel palatina vocabatur (Cf. *Cod. Theod.* 6. *tit.* 37), fortasse Valentiniano II. et Theodosio I. impp.; sed et ab imp. Honorio Romam Ravennamque accitus est; at brevi, favore principis destitutus, patriam repetens totam pietati litterisque sacris excolendis, jam ad senium vergens, operam dedit. Quando autem et ubi obierit, incertum omnino est. De eo *Gennad. vir. ill.* 13. « Prudentius, vir sæculari litteratura eruditus ». *Avit. ad. Fusc. sor. v.* 414. « Quæ prudenti olim cecinit Prudentius ore. Adde *Sidon.* 2. *ep.* 9 ». — Anno ætatis LVII. (a. 405) sua opera edidit, quorum argumenta ad tempus, ut videtur, respectu habito, ipse in *Præf.* 1. et 34. *sqq.* proponit, ita ut hoc ordine sint disposita: *Cathemerinon, Hamartigenia, Apotheosis, Psychomachia, contra Symmachum, Peristephanon, Dittochæon*, quod postremum ei adjudicat hisce verbis *Gennad. loc. cit.* « Composuit διττοχαῖον de toto vetere et novo Testamento personis exceptis ». Quin aliud opus deperditum addit *ibid.* « Commentatus est autem in morem Græcorum Hexæmeron de mundi fabrica ». — De Prudentio ejusque scribendi ratione hæc habet *Volpi, Comm. in Catull.* « Prudentius poeta suo sæculo major, cultissimus ac veterum elegantiorum studiosissimus »; et in primis *Forcellin.* noster: « Aurelius Prudentius Clemens Hispanus ex Calagurri urbe, Christianorum poetarum elegantissimus - vario carminum genere multa scripsit poetico spiritu, uberi vena, stilo delectabili, latinitate tamen, ut sua tempora ferebant, minus castigata et legibus carminis ex ignoratione Græcæ linguæ sæpe violatis, sed non ob id legi indignus ». Animadvertimus tamen voces exoticas ex more tunc inducto non ad normam quantitatis sed accentus exactas fuisse; ceterum hæc licentia tam frequens haud est, ab oscitantia amanuensium orta; metri enim rationem albi magnæ curæ fuisse ipse ostendit hymm. IV. περὶ Στεφ. v. 162. V. apud *Dressel* in *Catal. n.* 54. *p. XVII. sqq.* suæ editionis vocabula hujusmodi collecta, ex quibus tunc poesis ex metrica paullatim in rythmicam transire cœpisse videtur. — De eo consulas, præter recentiores *Teuffel* et *Schanz, G. R. L.*, etiam *Brys, de vit. et script. Prud.* Lond. 1855. — 28.°) M. Aurelius Scaurus, cos. a. U. C. 646. cum Servio Sulpicio Galba (*Inscr.* apud *Momms. n.* 3561). — Oratorem fuisse tradit *Cic. Brut.* 55. 135. « M. Aurelius Scaurus non sæpe dicebat sed polite; latine vero imprimis est eleganter locutus ». — In bello contra Cimbros ab hostibus captus est et quum in consilium ab iis advocatus deterreret eos, ne Alpes transirent Italiam petituri eo quod diceret Romanos vinci non posse, a Bojorige, feroci juvene, occisus est. Ita *Liv. epit.* 67. Adde *Vellej.* 2. 12., *Tac. Germ.* 37., *Oros.* 5. *Hist.* 16. et *Gran. Licinian. fig. p.* 17. *B.* — In plur. num. *Horat.* 1. *Od.* 37-40. Regulum et Scauros animæque magnæ Prodigum Paullum superante Pœno Gratus insigni referam Camena Fabriciumque. — De eo vid. *Rohden, PW.* 2. 2525. — 29.°) Q. Aurelius Symmachus (Eusebius), ex Aureliæ gentis familia quam maxime celebri, ac viris insignibus per tria ferme sæcula illustrata, Romæ orta in monte Cælio (*Symmach.* 7. *ep.* 18. et *alib.*), ubi nunc *villa Casali*, in qua *Inscriptio* reperta est, quæ ad hunc pertinet, apud *Orelli n.* 1187. — Fuit hic orator disertissimus, filius Lucii Aur. Avianii Symmachi Phosphorii (*Inscr.* apud *Orelli n.* 1186), Gallo præceptore usus, fortasse Minervio (*Tiraboschi, St. L. L. t. II.* 1. 4), cui se gratissimum profitetur (9. *ep.* 86). — Ejus dignitates et officia in antiquo Lapide descripta leguntur apud *Orelli Inscr. n.* 1187.: sc. quæstor fuit et prætor (*Symm.* 8. *ep.* 14., 9. *ibid.* 119. et 125); pontifex major, h. e. de classe patriciosacerdotum (*Id.* 9. *ep.* 128); corrector Lucaniæ et Bruttiorum a. 365 (*Cod. Theod.* 8. 5. 25); proconsul ordinarius cum Tatiano a. 391 (*Inscr. Chr.* apud *De Rossi T.* 1. *n.* 395. *sqq.*). — De ejus religione hæc habet cl. *Mai* in *Præf.* ad *Symm. orat. frg.* « Symmachus quidem nullam non habuit; nam et ab illorum opinione dissentire se ajebat (8. *ep.* 6), qui nihil curare cælestes existimabant; ceteroquin superstitionis ethnicæ tenacissimus fuit; quamquam - jam tum nobilissimi Romanorum proceres Annii, Probi, Anicii, Olybrii, Paulini, Bassi, Gracchi aliique cum maxima senatus parte et cum innumero populo non Romano solum sed barbaro in fidem Christi transierant. - Symmachi autem zelus ethnicus multis occasionibus patuit, veluti cum Maximi tyranni panegyricum scripsit ac recitavit (*Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 23) *etc.* ». « Sed nihil æque ostendit fanaticam Symmachi superstitionem, quam relatio illa celebris de restituenda ara Victoriæ, repetito et casso semper conatu, cui nimirum obstiterunt statim Ambrosius pauloque post Prudentius, ille prosa oratione, hic carmine, summis uterque eloquentiæ viribus, contra quos Symmachus disertissimus nihil hiscere ausus est » (*Paulin. vit. Ambros.* 26). Ejus indolem ac mores ex ipsis ejus epistolis rite expressos describit *Teuffel, op. cit. II.* 568. *sqq.* tr. — Res Symmachi familiaris immensa fuisse videtur (*Symm.* 4. *ep.* 68. et *alib.*); quas opes in publicis voluptatibus insumebat summa cum magnificentia, teste historico *Olympiodoro* apud *Phot.* (*Cod.* 80), non tamen maxima locorum amœnitate et rerum copia lasciviens, ut ipse de se testatur (8 *ep.* 23). — Inter oratores sui temporis summe excelluit, quem ob rotunditatem laudat *Sidon.* 1. *ep.* 1. et ob genus dicendi pingue et floridum *Macrob.* 5. *Sat.* 1., in quo « nullo veterum minor luxuriatur ». *Prudent. c. Symm.* in *l.* 642. *sqq.* « O linguam miro verborum fonte fluentem, Romani decus eloquii, cui cedat et ipse Tullius. - Os dignum, æterno tinctum quod fulgeat auro, Si mallet laudare Deum ». *et præf.* 55. « Tanti viri, quo nunc nemo disertior ». Adde *Cassiod.* 11. *Var.* 1., *Ammian.* 27. 3. — Quæ quidem laudes æquo majores satis ostendunt pravum sæculi stilum; unde merito ait Erasmus in *Cic.*, Symmacho illos delectari, quibus placet non bene sed cum aliorum tædio loqui. — Nonnullæ ex ejus orationibus ætatem tulerunt, sed mutilæ, ab *A. Mai* in palimpsesto Mediolani repertæ a. 1815., et epistolarum libri X., de quibus V. *Ind. Auctt.*; nec desunt ejus quædam poesis specimina, ut carmina elegiaca in epistola prima ad patrem (*I.* 1) et anacreonticon in octava (*I.* 8). — 30.°) Aurelius Valerius Valens. *V.* VALERIUS. — 31.°) Aurelius Verus, scriptor rerum Alexandri M., quem memorat *Lamprid.* in *Alex. Sev.* 48. *sq.* « Scio volgum hanc rem - Trajani putare; sed neque in vita ejus id Marius Maximus ita exposuit, neque Fabius Marcellinus, neque Aurelius Verus, neque Statius (*al.* Tatius) Valens, qui omnem ejus vitam in litteras miserunt ». — 32.°) Sex. Aurelius Victor, historicus, « rure ortus tenuique et indocto patre » in Africa, Septimii Severi conterraneus, ut ipse monet (*Cæs.* 20. 5. et 6). — Floruit sub Constantio et Juliano impp. Memoratur *Hieronym. ep.* 10. *Ammian.* 21. 10. 6 (a. 361). « Ubi Victorem, apud Sirmium visum scriptorem historicum exindeque venire præceptum, Pannoniæ secundæ

consularem præfecit (*Julianus* a. 361) et honoravit aenea statua virum sobrietatis gratia æmulandum, multo post Urbi præfectum ». Fuit autem Urbi præf. sub Theodosio imp. a. 388. Cf. *Inscr.* apud *Grut. p.* 286. 5., *Lid. de magistr. III.* 7. et *Paul. Diac.* 2. *gest. Lang.* 18. — Exstant ejus *de Cæsaribus Hist. abbrev.* etc. a fine T. Livii usque ad consulatum X. Constantii Aug. et Juliani Cæs. III. — *Hieronym. loc. cit.* « Ne putes modica esse quæ deprecor - scilicet commentarios Fortunatiani et, propter notitiam persecutorum, Aurelii Victoris *historiam* ». Hinc conjicere est ab eo petitam historiam Imperatorum, quam profecto Victor scribere debuit. In hoc opere « apparet, inquit *Forcellin.*, stilus, ut illa ætate, satis nitidus et elegans et ab Africanorum salebris remotus ». — Eidem quoque tribuitur liber *de Viris illustribus*, a Proca, rege Albanorum, usque ad Cleopatram, ex *Nepotis, Hygini, Suetonii* et *Flori* scriptis compositus (*V. Wölfflin, Cat. Ant.* 1872. *p.* 28. et *de Ampel. p.* 25. *sqq.*); tamen de auctore nihil certi ab eruditis statuitur (*V. Borghesi* in *Ann. dell' Istit. arch.* a. 1837. *P.* 2. *p.* 21. et *Teuffel II.* 521). Sed *Victori* plane abjudicatur libellus *Origo gentis Rom.*, a Saturno ad Romulum, opella parvi momenti, quam *Niebuhr* sæculo XV. adscripsit; at huic conjecturæ repugnant codices longe antiquiores: veri similius dixeris eam pertinere ad sæc. V. vel VI. Hac super re cf. *Mähly, De auctore libelli, qui inscr. De orig.* etc. in *Arch. Jahn XVIII. p.* 132-153. et *XIX. p.* 316-319.; *Roth ibid. XIX. p.* 314. *sq.*; *Rotter, De auctore lib.* etc. 1858. 4.; *Jordan* in *Mus. Rhen. XVIII. p.* 589. *sq.* et *Herm. III.* 389-425. In codd. dicitur *Victor Afer.* — Porro *Epitomen de vita et moribus Imperatorum Romanorum* a Cæs. Augusto usque ad Theodosium M., ad alium *Sex. Aurelium Victorem*, ætate posteriorem, pertinere *Forcellin.* aliique putant; qui et scribendi et interdum sentiendi modo ab auctore op. *de Cæsaribus* differt; recentiores tamen arbitrantur ambo esse compendia unius ejusdemque operis longioris, cujus *Aur. Vict.* sit auctor. Nos rem in medio relinquimus, doctioribus viris, si fieri potuerit, enodandam.

II.) In titulis nom. vir. gent. *Corp. I. L.* 5. 1066.; 12. 3361., 3455. etc. — Etiam cogn. vir., rarum in Italia. *Corp.* 9. 1927.; 12. 2569., 3661. etc. — Hinc

Aurelius, a, um, adject. ad Aureliam gentem vel ad Aurelium aliquem pertinens. ¶ 1. Generatim. *Capitolin. Ver.* 2. Aurelia familia. ¶ 2. Speciatim: *Aurelius agger*, h. e. Aurelia via. *Ruf.* 1. *Itin.* 39. — *Aurelia aqua*, Romæ, memorata tantum in *Notit.* et *Curios. Urb. p.* 28. *Prell.* — *Aurelia Curia*, memoratur in *Inscr.* apud *Renier n.* 185. — *Aurelium Forum*. V. FORUM AURELII. — *Aurelius pons*, Romæ super Tiberim ædificatus ab Aurelio Antonino Caracallo. *Notit.* et *Curios. Urb. p.* 26. et 27. *Prell.*; dein sub Valentiniano a Symmacho præf. urb. refectus a fundamentis dictusque *Valentiniani pons* (Cf. *Jordan, Topogr. I.* 1. 417. et *Gilbert, III.* 261), hodie *Ponte Sisto*, quod eum vetustate corruptum Sixtus IV., p. m., instauraverit, teste *Nibby, Rom. ant. I. p.* 178. *sqq.*, olim et *Janiculensis* et *Antoninus* dictus a primo suo conditore. — *Aurelia Porta*. V. Aurelia 6. — *Aurelium tribunal*, in foro, fortasse ab ipso legis Aureliæ latore constructum. *Cic. Sest.* 15. 34., coll. *Flacc.* 28. 66. — *Aurelia via*. V. Aurelia 6. — *Aurelius vicus*, unde *Vicani Aurelii* in *Inscr. Rhen.* apud *Brambach* 1561 (*a.* 232). Cf. *Hübner, Rhein. Jahrb. LXXX.* 47. *sq.* — *Aurelii gradus*, nempe laudato tribunali ædificati quasi pro theatro, teste *Cic. Cluent.* 34. 93. — *Aureliæ leges*, sc. — *a*) Lex, quam C. Cotta tulit in consulatu a. U. C. 678.: ut « *iis, qui tribuni plebis fuissent, alios quoque magistratus capere liceret* ». *Ascon.* in *Cornel. p.* 66. *Or.* — *b*) Altera *de judiciis privatis*, apud *eund. p.* 67., coll. 78. — *c*) Tertia *judiciaria*, qua abrogata est senatoribus summa judicandi potestas, L. Aurelio Cotta prætore a. 683. *Ascon.* in *Pis.* 48. et *Cornel. fr.* 26. *p.* 451. *Orell.* et *alib.* — *d*) Quarta *de ambitu*, ut ex contextu argui potest, apud *Cic.* 1. *Q. fr.* 3.; cujus vero Aurelii fuerit, non constat.

Aurelia, nom. fem. pers. et geogr. — Scribitur etiam *Aurælia* cum diphthongo in *Inscr.* apud *Grut.* 885. 14.; *Aurilia* in *Corp. I. L.* 6. 5625.; *Aurelia, ibid.* 31955. et *Antrelia*, 3. 8922. ¶ 1. Quæ nom. pers., præcipuæ sunt — 1.°) Apud scriptores — *a*) Aurelia, filia M. Aurelii Cottæ et Rutiliæ, mater C. Julii Cæsaris dictatoris, femina morum honestate illustris (*Plut.* in *Cæs.* 9. et 10., *Cic.* 28. et *Tac. Dial.* 28) ac testis in *P. Clodium* citata (*Sueton. Cæs.* 74., coll. *Schol. Bob.* in *Clod. p.* 3. *Or.*). — *b*) Aurelia Orestilla, Catilinæ uxor, libidinosa, cujus, præter formam, nihil unquam bonus laudavit, inquit *Sall. Cat.* 15. et 35., coll. *Cic.* 9. *Fam.* 22. — Ejus filia Cornificio adulescentulo desponsa, memoratur *Cæl.* apud *Cic.* 8. *ibid.* 7.; sed hujus amore captus, Catilina filium suum, ne nuptiis impedimento esset, veneno sustulit. *Val. Max.* 9. 1. 9. — *c*) Aurelia Petronilla, mulier christiana, memoratur in *Inscr.* apud *De Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1865. *p.* 22. et 46. — Vulgo creditur Petri ap. filia, quod, ut mihi videtur, minus congruit nomini demin. a *Petronius*, non autem a *Petrus*; probabilius illud foret, si eam putaverimus Petri filiam spiritualem. — 2.°) In titulis nom. et cogn. *Corp. I. L.* 14. 2330. - 2. 8258. ¶ 2. Quæ nom. geogr. — 1.°) Aurelia Colonia dictum est Æclanum. *V.* hanc voc. — 2.°) Aurelia (Colonia) Antoniniana Ovilaba. *V.* OVILABA. — 3.°) Aurelia Aquensis, civitas, hodie *Baden-Baden*, ob aquarum copiam medicinalium. *Corp. Inscr. Rhen.* apud *Brambach* 1956. - 1960. — 4.°) Aurelia Carnutum, hod. *Orléans*. V. CARNUTUM. — 5.°) Aurelia tribus, imaginaria seu militaris, in *Inscr.* apud *Fabretti p.* 340. 513. — Fortasse vera tribus, a M. Aurelio imp. condita et nuncupata, cui fuit adscriptum oppidum Lambæse in Africa Numidica, ut colligitur ex *Inscr.* ibi reperta apud *Gazzera, Lap. Epored. p.* 11. — 6.°) Aurelia Via, quæ et *Aurelia* absolute, ab Aurelio Cotta, viro consulari, ut quidam censent, strata a. U. C. 512., dum censor erat, ducebat initio per maritima Etruriæ Roma usque ad Forum Aurelii, dein usque Pisas (*Cic.* 12. *Phil.* 9. 22. et *Eutrop.* 7. 16); incipiebat autem a porta Janiculensi, nunc *Porta s. Pancrazio*, cui postea alius additus viæ tractus a porta Aurelia (*Procop. B. G.* 1. 19. et 22), quicum prior conjungebatur, ubi nunc *Val Canuta* est (V. *Nibby, Dintorni di Rom. T.* 3. *p.* 565); nec itaque distinguenda duplex via, *nova* et *vetus*, ut in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6501. — Item alia *Aurelia via* Roma per Etruriam et Alpes Maritimas usque Arelatum ducens, descripta in *Itin. Anton. p.* 293. *sqq.*, seque jungens Juliæ Augustæ, de qua *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5102. Cf. tamen *Smith, Geogr. ant.* 4. 30. *p.* 652. *tr.*

AURĔŎLUS, i, m. 2. (demin. ab *aureus*) Scribitur *Auriolus* v. *Hauriolus*, *Aurelius* v. *Aurilius* in codd. ¶ 1. Apud auctores fuit imperator sive potius tyrannus, ex Dacia oriundus, obscuro loco natus, exercitui præfectus sub Valeriano; dein, Gallieno imp., a militibus adclamantibus imperium coactus accepit (*Trebell.* in *XXX. tyr.* 11) « cum per Rætias legionibus præesset » *Ps. Aur. Vict. Cæs.* 33. Memorant etiam *Vopisc. Aurelian.* 16. et *Ammian.* 21. 16. 10. — Macrianum, alium tyrannum, de imperio secum certantem devicit (*Trebell.* in *Gallien.* 2. et in *XXX. tyr.* 12. et 14); unde Gallienus eum potentiorem sibi socium adscivit contra Postumum tyrannum (*Id.* in *Gallien.* 7. et in *Salon.* 3). Sed post, discordia suborta, Gallienus æmulum aggressus ad *pontem*, hinc *Aureoli* dictum, fudit ac profugum Mediolani obsedit; at frustra, ipse namque interea occisus est: alter vero periculum illud evadens in aliud incurrit; ad eumdem enim pontem a Claudio, cui Gothico cognomentum fuit, Gallieni successore victus interfectusque est (*Aur. Vict. l. c.* et *epit.* 32. *sqq.*, coll. *Ammian. loc. cit.*). — Victor eum ibidem sepulcro humiliore donavit, elogio adposito, quod hisce verbis concluditur: « vitam qui jure negavit Omnibus indignis et magis Aureolo: Ille tamen clemens, qui corporis ultima servans Et pontem Aureoli dedicat et tumulum » (*Trebell.* in *XXX. tyr.* 11). Hoc autem ex originario Græco textu translatum est; recens vero iterum ex Latino græce versum est; quem græcum duplicem textum, in *Corp. I. G.* insertum, *Momms.* (*C. I. L.* 5. 645) ita inspexit, ut verum a falso recentiore rite discreverit (V. in *Kaibels I. G. I.* 355). — De hoc ponte, hod. *Pontirolo*, V. *Trebell. loc. cit.* Sic *Aur. Vict. Cæs.* 33. Apud pontem, cui ex eo Aureoli (Aureli et Aurili *tr.*) nomen est. — In *Itin. Burdig. p.* 558. Mutatio argentea - mutatio Ponte Aurioli (Aureoli *cod. Ver.*) - civitas Vergamo.

AURĔŎMONTANUS, a, um, adject. ad Aureomontum opp. pertinens. *Notit. Dignit. or.* 4. Auxilium Aureomontanum, Tricorno, *sc.* quod Tricorni consistebat.

AURĔŎMONTUM. *V.* voc. seq.

AURĔUS MONS, m. vel Aureomontum, i, n. 2. ¶ 1. Est oppidum Mœsiæ superioris. *Itin. Ant. p.* 132. Singiduno castra - Aureo Monte (ab Aureo Monte Vinceia) - Viminacio. *Itin. Burdig. p.* 564. Civitas Aureo Monte. *Tab. Peuting.* 7. Monte Aureo. *Notit. Dign. or.* 41. Aureomonto (-e *Monac.*) *et* 15. Statio cunei equitum Dalmatarum. — Montem, unde oppido nomen factum est, vineis Probus imp. consevit easque provincialibus colendas dedit, teste *Eutrop.* 9. 17. et 20., coll. *Aur. Vict. epit.* 37. et *Hieronym.* in *Chron.*, inter Margum et Singidunum. *Itin. Ant. loc. cit.* ¶ 2. Item oppidum in Pannonia, inter Mursa et Antiana situm. *Itin. Ant. p.* 243. et *Notit. Dign. occ.* 31. Præfectus legionis Sextæ Herculeæ - Aureo Monte.

AURGI, Celtiberorum Arevacorum oppidum, municipium Flavium. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (19)., ubi *Detlefsen* leg. *Aurci*, codd. *Urci*.

AURGITĀNUS, a, um, adject. ad Aurgi opp. pertinens, quod sæpius occurrit in titulis hujus municipii. *Corp. I. L.* 3. 3366-3369. et *alib.* V. *Hübner, PW.* 2. 2547. *sq.*

AURĬCŬLA, æ, m. 1. (demin. ab *auris*, quod et *Oricula* [*Oricla*] dicitur, solita diphthongi *au* in *o* mutatione, ut *Clodius, plodo* etc.) cogn. vir. *Corp. I. L.* 12. 2810. - Orecula, 11. 3444. — Hinc *Auriculo* (*Oriculo, Oriclo*), ōnis, cogn. vir. *Corp.* 5. 3267.

AURĬENSIS v. Aurensis, e, adject. ad oppidum Hispaniæ (Callæciæ) pertinens, quod hodie *Orense* appellatur. *Corp. I. L.* 2. 5626. et 6098.

AURĬFEX, icis, m. 3. cogn. vir. *Corp. I. L.* 12. 5908. — Memoratur etiam quidam judex statura exigua. *Cic.* 1. *Orat.* 60. 245. Sedebat judex L. Aurifex brevior ipse quam testis. *V.* AURIFEX in *Lexico*.

AURĪGA, æ, m. 1. signum cæleste. *V.* AURIGA in *Lexico*.

AURĬGĔNES. *V.* ORIGENES.

AURIGITĀNUS, a, um, adject. ad Aurigim pertinens (*Liv.* 24. 42. *Aurigin* vocat), oppidum Hispaniæ Bæticæ, nunc *Jaen*. *Inscr.* apud *Grut.* 407. 5. Ita cl. *Furlanetto*; at *Weissenb.-Müller* nunc apud *Liv.* leg. *Auringem*.

AURINX. *V.* ORINGIS.

AURĪNUS, i, m. 2. (aurum) deus ficticius. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 21. Miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum, quia et aurea pecunia subsecuta est. Quem deum isti si haberent, sicut Saturno Jovem, ita et patri Argentino et avo Æsculano Aurinum præponerent. Adde 4. *ibid.* 28. — *Aurina*, cogn. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 30.

AURĬUS, ii, m. 2. nom. vir. ex Auria gente municipii Larinatis. Memoratur — 1.°) A. Aurius Melinus. *Cic. Cluent.* 5. 11. A. Cluentius - homo municipii Larinatis, ex quo erat virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is - reliquit - nubilem filiam, quæ - nupsit A. Aurio Melino, consobrino suo, adulescenti in primis ut tum habebatur, inter suos et honesto et nobili. — 2.°) M. Aurius, Larinas, Dinææ filius, bello Italico captus apud Asculum, in ergastulo prius, dein, Sulla imperante, una cum præcedenti ab Oppianico interfectus. — *Auria*, nom. mul. *Corp. I. L.* 6. 28862. Hinc *Auronius* et *Aurustus*, nom. gent. *Corp. I. L.* 8. 6394. — 6. 2541.

AURŌRA, æ, f. 1. nom. mul. in titulis christianis. *Corp. I. L.* 11. 6289.

AURUNCA, æ. *V.* AURUNCUS, a, um.

AURUNCUS, a, um, adject. ad Auruncos pertinens. *Liv.* 2. 16. Auruncum bellum. *Virg.* 12. *Æn.* 94. Actor. *Id.* 7. *ibid.* 206. senes. Adde *Sil. It.* 4. 516. et *Vellej.* 1. 14. — Collective. *Sidon. carm.* 7. 59. Vejens pariterque Auruncus et Æquus. *Paulin. Nol. carm.* 14. 75. geminamque Teanum, Quam gravis Auruncus vel quam colit Apulus asper. — Latiore sensu, poetice, idem qui Latinus. *Sil. It.* 4. 516. — Absolute

Aurunci, ōrum, m. plur. 2. Αὔρουγκοι vel Αὐρωγκοι et etiam Ἄρουγκοι *Dionys.* 6. 32.; hinc *Suessa Aurunca* (*Arrunca* A) apud *Frontin. grom. p.* 3. Cf. *Corp. I. L.* 6. 13416. et 11. 150.; non autem apud *Juvenal.* 2. 100. et *alib.*, ut perperam in quibusd. codd. et edd. (*V. Hermann*, Lips. 1883). — Origo est eadem cum voc. *Ausones*, mutata litt. *s* in *r*, ut in *aurum, aurora* etc., ita ut *Auson*, qui pater Auruncorum dicitur, idem fuerit atque *Auron*; iidem enim putantur Aurunci cum Ausonibus (Cf. *Dion. fr.* 2. 1. et *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 206. et 727), nomenque ab eadem radice atque *Osci* (Cf. *Arist. Polit.* 7. 10) derivandum videtur (V. *Smith, G. A.* 4. 26. *p.* 546). Utrorumque discrimen dumtaxat sæc. IV. apparet et ex eo arguitur, quod separatim Romani primum Auruncos debellarunt a. U. C. 414., deinde vero Ausones a. 418., teste *Liv.* 8. 16. Cf. etiam *Plin. loc. cit.* — Aurunci, gens Osca, Volscorum aliorumque prolatis finibus in terram, quæ Vulturni et Liris ostia interjacet, compulsi, incoluerunt extremam Latii partem, inter montes et mare Inferum Rutulis ac Volscis finitimi (Cf. *Virg.* 11. *Æn.* 316. *sq.*), Italiæ populus antiquissimus. *Gell.* 1. 10. 1. Auruncorum aut Sicanorum aut Pelasgorum, qui primi coluisse Italiam dicuntur. Adde *Caton. orig.* 71. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (56). *Latium* colonis sæpe mutatis tenuere alii aliis temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli et ultra Circejos Volsci, Osci, Ausones (Hinc pendet *Solin.* 2). — Sæpe bellarunt cum Romanis, nempe a. U. C. 249-253., quum Cora et Pometia, coloniæ Latinæ, ad Auruncos defecerunt (*Liv.* 2. 16. et 17), iterumque, a. 259., sed malo semper exitu, ac, tertio, a. 409. Porro a. 414. de Latinis, Campanis, Sidicinis et Auruncis, T. Manlio Torquato cos. III. cum P. Decio Mure, Romani triumpharunt, ut constat ex *Act. triumph. Capitol.* (*Corp. I. p.* 44), coll. *Liv.* 8. 15. — Rursum a. 417. inter Sidicinos Auruncosque bellum exarsit; sed hi, a Romanis, quorum opem imploraverant, neglecti Auruncam, oppidum caput, deseruere, a Sidicinis mox deletam, et Suessam, prius ipsorum coloniam, confugerunt ac post tot clades, cum rebus etiam nomine amisso, Suessani dicti sunt; hæc vero *Suessa Aurunca* (hod. *Sessa Aurunca*) est appellata, ut a *Suessa Pometia* distingueretur (*Liv.* 8. 15. et *Vellej.* 1. 44. 4). — Addimus Auruncos, teste *Diom. gramm. I. p.* 478. 7., trochæum versum rutilum nuncupavisse. *V.* integr. loc. — Hinc

Aurunca, æ, f. 1. oppidum in Campaniæ finibus ad septentr. Suessæ in collibus situm, hodie *Monte S. Croce* (Cf. *Virg.* 7. *Æn.* 716), ex iis nempe, qui *Roccamonfina* constituunt, teste *Paul. Fest. p.* 18., ab *Ausone*, a quo *Ausonia* nomen accepisset, conditum. Quin ab *Ausonibus*, qui, ut dictum est, unum idemque censentur cum Auruncis, *Ausonam* quoque appellatam plerique putant, duce *Niebuhr* in *Hist. Rom.*, apud *Liv.* 9. 25. Memoratur ab *eod.* 9. 16. — *Juvenal.* 1. 20. magnus Auruncæ alumnus. *I. e.* Lucilius. Poeta tamen loquitur de Suessa Aurunca. *V.* SUESSA. — In hisce vero nominibus inter se similibus rerumque narrationibus historicorum figmentum aliquod vel errorem inesse putant *Momms.* (*Corp.* 10. *p.* 465. et *De Sanctis* (*St. d. Rom. II.* 1907. *p.* 105).

AURUNCUS, i, m. 2. cogn. vir. in Cominia gente, dictum fortasse a solo natali. *V.* COMINIUS AURUNCUS. — Hinc *Auruncejus* (*Aruncejus*), nom. cognatum cum Auruncis. *Corp. I. L.* 6. 13417. et 13418. etc. — *Auruncеja*, nom. mul. *Ibid.* 7684. — *Aurunculejus* v. *Arunculejus* (a), nom. gent. *Corp.* 6. 8323. - 13422. — Apud *Liv.* 27. 41. trib. militum. *et* 36. 45. prætor. et *Cæs.* 2. *B. G.* 11. legatus Cæs. in bello Gallico, ab Eburonibus interfectus. — *Catull.* 61. 86. flere desine: Non tibi, Aurunculeja, periculum est (*al.* Aurunclеja *per sync.*).

AUSA. *V.* **AUSETANI.**

AUSĀFA, æ, f. 1. oppidum Africæ, in provinciæ Proconsularis finibus, ut videtur, situm, non confundendum cum *Ausana* (de qua *Notit. episc. prov. proc. n.* 47., ubi ejus episc. *Ausanensis* memoratur). *Cypr. sent. episc.* 78. Lucius ab Ausafa dixit (*Augustin. bapt.* 7. 37., ubi *Aresafa*). — Hinc *Ausafensis* apud *Augustin.* in *ps.* 36. *serm.* 2. 20. et *Cresc.* 3. 22., ubi *Ausaphensis*.

AUSĀFENSIS et

AUSANA et

AUSANENSIS. *V.* voc. præc.

AUSĀRĪTÆ, arum, m. plur. 1. Arabiæ meridionalis gens, apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (158)., in continente sita, unde appellata est murra *Ausaritis*, de qua 12. *ibid.* 16. 35. (69). V. *Sillig.* in *h. l.*

AUSĀRĪTIS. *V.* voc. præc.

AUSCI (ii), ōrum (iorum), m. plur. 2. (Αὔσκιοι) populi Galliæ in Aquitania. *Mela* 3. 20. Aquitanorum clarissimi sunt Ausci. Adde *Cæs.* 3. *B. G.* 27. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). Cf. *Itin. Burd. p.* 550. Civitas Ausclus. *Not. Gall.* 14. 2. Metropolis civitas Ausciorum. — *Rav. p.* 300. Autis (*opp.*). — *Auscenses* v. *Auscienses*, incolas, vocat *Sidon.* 7. *ep.* 6. — In sing. num. *Greg. Tur.* 8. *Fr.* 22. — Eorum oppidum caput seu metropolis *Eliumberrum* apud *Mel. loc. cit.*; *Climberrum* in *Itin. Ant. p.* 462.; *Augusta* (Αὐγ.) apud *Ptolem.* 2. 7. 11., hodie *Auch.* - Videtur in ea Aquitaniæ parte fuisse, quæ Novempopulonia dicta est (Cf. *Ammian.* 15. 11. 13).

AUSCII. *V.* voc. præc.

AUSCĪUS (Auscus), a, um, adject. ad Ausclum v. Auscios pertinens. *Auson.* 210. *tit.* - *Auscius* (*Auscus*) et *Auscia* (*Ausca*) cogn. in *Corp. I. L.* 3. 5265., 10815. et 6. 18201.

AUSCŬLĀNUS et Osculanus, a, um, adject. ad Ausculum opp. pertinens. *Inscr.* apud *Momms. n.* 909 (*C. I. L.* 9. 665). — *Fest. p.* 197. Osculana pugna in proverbio, quo significabatur victos vincere, quia in eadem et Valerius Lævinus imp. Rom. a Pyrrho erat victus (a. U. C. 475) et brevi eundem regem devicerat Sulpicius. - Lectio inc. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105).

AUSCŬLĪNUS, a, um, adject. idem ac Ausculanus. *Lib. col. I. p.* 210. *Lachm.* Ager Ausculinus. — In nummis Oscis αυhυσκλι, αυσκλιν.

AUSCŬLUM, i, n. 2. (Ἄσκλον *Dion.*, Ἄσκουλον *Zonar.*) In libris sæpe cum nomine oppidi Piceni *Asculum* confunditur; sed diphthongum testantur nummi Osci (*V.* voc. præc.) et apud *Mionnet, descr.* etc. *T.* 1. *Suppl. p.* 262.

Ausculum, oppidum Apuliæ Dauniæ, tribu Papiria, hodie *Ascoli della Puglia o di Satriano* (Cf. *Corp. I. L.* 9. *p.* 62), prœlio inter Romanos et Pyrrhum, a. U. C. 475. commisso insigne. *Flor.* 1. 18. 9. In Apulia deinde aput Asculum melius dimicatum est. Adde *Frontin.* 2. *Strat.* 3. 21. — Inscriptiones Ausculi Apuliæ collegit edIditque *Momms. n.* 909-923 (*Corp. I. L.* 9. 660-683); et nummos illustravit *Mionnet, loc. cit.* Cf. etiam *Friedländer, Osk. Münz.* 54. — De oppidulo « quod versu dicere non est » (*Horat.* 1. *Sat.* 5. 86) alibi mentio fit, disseritque etiam *Chaupy, Découverte de la maison d' Horace III.* 494.

AUSCUS. *V.* **AUSCI** et **AUSCIUS.**

AUSECŬLĀNI, ōrum, m. plur. 2. Hirpinorum populus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105). Ausculani. Ita *codd.* fere omnes; nonnulli tamen *Æclani* v. *Æculani* (Leid. *A.* et Paris. *B*), quam lectionem probat *Momms.*, *Corp.* 9. *p.* 62.

AUSENIUS. *V.* **AUSIUS.**

AUSENSIS. *V.* **AUSONENSIS.**

AUSER, ĕris, m. 3. Scribitur *Ausar, Ausur, Auxer* in antiq. codd. et edd. - Etiam *Auseris* apud *Greg. M. dial.* 3. 9. Auseris fluvius - sæpe inundatione facta cursus sui alveum egressus (*pars codd.* Ausaris). — *Ausur* habet *Rut. Namat.* 1. 566. Quam cingunt geminis Arnus et Ausur aquis (*al.* Auser). — *Anser* pro *Auser* leg. ex codd. cl. *Furlanetto* apud *Cassiod.* 5. *Var.* 176. Sic *ibid.* 20. 3., ubi codd. etiam *Ansere*. V. *App.* ad *Lex. Forcell.* - *Strab.* 5. 222. Ἄρνου τε καὶ Αἴσαρος confundere videtur cum *Æsare* Bruttiorum.

Auser, fluvius Etruriæ, antiquis temporibus in Arnum apud Pisas, nunc in mare influit, hodie *Serchio*. Memoratur quoque *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (50). Colonia Luca inter amnes Auserem et Arnum. Adde *Gloss. V.* 423 (V. *Repetti, Diz. geogr. d. Tosc. III.* 696. et 706., *V.* 270. et *Müller, Etrusch. I.*[2] 197).

AUSĒTĀNI (Ausitani), ōrum, m. plur. 2. (Αὐσητανοί (-ανοι-ανοι) Ausæ incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22)., *Cæs.* 1. *B. C.* 60., *Liv.* 21. 61. — In sing. num., ad Ausam pertinens. *Id.* 39. 56. A. Terentius haud procul a flumine Ibero, in agro Ausetano prœlia secunda cum Celtiberis fecit. Cf. 29. 2. — *Ausa* (Αὖσα), eorum oppidum in Hispania Tarraconensi, Vicus Ausonensis v. Auson, uti legitur apud Latinos scriptores. *V.* **AUSON.** — *Ausa* in nummo quodam legend. dubius putat *Eckhel*, 1. *p.* 35. Cf. etiam *Corp. I. L.* 2. *p.* 614.

AUSĒTĀNUS. *V.* voc. præc.

AUSĪMUM et deriv. *V.* **AUXIMUM.**

AUSĪTIS. *V.* **HUS.**

AUSĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 160a (*a.* 142 ?). — Hinc *Ausenius*, nom. gent. vir, et *Ausenia*, mul. *Corp.* 8. 9252 (*in pr. Maur. Cæs.*). — Hinc *Ausidius*, nom. gent. *Corp.* 10. 1468 (*Hercul. a.* 35. *p. Chr.*).

AUSON, ŏnis, m. 3. (Αὔσων) Scribitur *Auso* in *Inscr. Rhen. Bramb. l. c.* — Etymon *V.* sub *Ausones*. Cf. **AURUNCA.** — Auson, nom. personæ et loci.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Apud mythographos, filius Atylis et Circes (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 328): vel Ulyssis et Calypsus (*Paul. Fest. p.* 18. *M.* et *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 171): aut Itali et Leutariæ v. Leutarniæ (*Tzetz. Lyk.* 702., coll. *Strab.* 6. 281): aut Atlantis et Calypsus (*Eustath. Dion. perih.* 78), a quo gentem terramque nomina accepisse, Græcos secuti, ferebant Romani (Cf. *Höfer, PW.* 2. 2561). *Paul. Fest. loc. cit.* Ausoniam appellavit Auson. *V.* **AUSONIA.** ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr. Rhen. Bramb.* 1428[a].

II.) Est nom. loci seu oppidi in Hispania Tarraconensi, quod et *Ausa* dicitur, nunc *Vic d' Osonav. Vich.* (V. *Holder, Atcelt. Sprachsch. I.* 297). *Corp. I. L.* 2. 6110 [*Tarr. sæc. II*]. et 13. 6859 (*prop. Mogunt.*). *Ps. Isid. chron. II. p.* 382. Ausona (*acc.*). — Hinc adject. *Ausonitanus, a, um*, ut *Ausonitana civitas* in *Conc. Tarr.* a. 516 (*Mansi* 8. 544). — *Ausonensis, e*, ut *Ausonensis ecclesia* in *Conc. Tol.* a. 589 (*Mansi* 9. 1001).

AUSŎNA, æ, f. 1. (Auson) Ausonum oppidum, quod *Momms.* (*Corp.* 10. *p.* 465) ipsam esse Auruncam seu Suessam Auruncam judicavit. *Liv.* 9. 25. Ausona et Minturnæ et Vescia urbes erant Ausonum. — Oppidi diruti vestigia apparent in loco, cui *Fratte* nomen, prope fontem fluvii, quem *Ausente* vocant, haud longe a Minturnis.

AUSŎNES, um, m. plur. 3. (Αὔσονες) Origo vocis sumitur vel ab *Ausone*, eorum patre (*Fest. Paul.* et *Serv. locc. citt.*); quamquam hic *Mares* ab *Ælian. Var. Hist.* 9. 16. nuncupatur: vel ex eo quod Italiam incolentes advenæ Αὔζενας appellabant, unde mutata ζ in σ et ε in ο, Αὔσονες (v. Αὔζονες, h. e. οἱ Ἄζωνες, *discincti*) ipsi quoque dicti sunt (*Etymol. M.*). Cf. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 328.

Ausones, antiquissimi Italiæ populi, Opicorum vel Oscorum genere (*Strab.* 5. 242. et *Arist. Polit.* 4. 1329b), qui a Pellene, Achaiæ oppido (non αὐτόχθονες, uti vult *Ælian. loc. cit.*), unde *Pellenii* dicti sunt (*Lycophr. v.* 922), eam partem occuparunt, quæ ab iis *Ausonia* nominata est (*V.* **AUSONIA**), olim, ut diximus, iidem cum Auruncis (*Hülsen*), postea ab his ita distincti a *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9 (56). « Latium antiquum a Tiberi Circejos. - Colonis sæpe mutatis tenuere alii aliis temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli et ultra Circejos Volsci, Osci, Ausones, unde nomen Latii processit ad Lirim amnem ». Memorantur etiam — 1.°) Substantive — *a*) Stricto sensu: *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 727. Aurunci: isti græce Ausones nominantur. *et* 8. *ibid.* 328. Convenæ (*sunt*) de diversis (*locis venientes*) ut Ausones (Ausonii *Hamburg.*) et Sicani, quamvis quidam Ausones cognominatos ab Ausone etc. *et* 11. *ibid.* 253. Antiqui Ausonii; quia, qui primi Italiam tenuerunt, Ausones dicti sunt. *et Auct.* ad *Virg.* 2. *G.* 168. « Volscosque verutos »: hi sunt autem qui olim Ausones dicebantur. — *b*) Latiore sensu, pro Italis v. Latinis, fere apud poetas. *Stat.* 4. *Silv.* 5. 37. Ausonum portus. *i. e.* Italiæ (Cf. *Lycophr. v.* 593., 615. etc.). — 2.°) Adjectivorum more. *Fulg. Virg. cont. p.* 85. *de Virgilio:* Ausonum vatum clarissime. — In sing. num. *Avien. Arat.* 102. Ausone eadem (ἄρκτους) Voce feras ursasque et plaustra vocare solemus. *I. e.* Latino vocabulo. — Ausones bellum gesserunt cum Romanis, primum a. U. C. 418., ubi a L. Papirio Crasso, Cæsone Duilio coss., victi sunt ad Cales ipsi et Sidicini; itemque a. 419. a M. Valerio Corvo capti cum oppido celebratusque de iis triumphus. *Marm. Capit.* et *Liv.* 8. 16.; denique a. 440., Romani Sora potiti omnia Ausonum et agros et oppida invaserunt, edita ingenti cæde. *Liv.* 9. 25. « Deleta Ausonum gens vix certo defectionis crimine perinde ac si internecivo bello certasset ». — De Ausonibus plura videsis apud *Heyne* in *Excurs. IV.* ad *Virg. Æn.* 7. et *Nissen, Ital. Landesk.* 524., 531. et 544. — Hinc *Ausonis (idis)*, adject. f. (Αὐσονίς), Ausonia. *Ovid.* 2. *Fast.* 94. Ausonis ora. *Avien. orb.* 115. regio. *i. e.* Italia. *et* 482. gens. *Sil. It.* 9. 188. Ausonidum aquarum. *Claudian.* 26. 627. matrum. — Absolute *Sil. It.* 7. 80. turba Ausonidum. — *Ausonidæ (ārum)*, m. plur. 1. Ausonii. *Lucan.* 9. 999. mœnia reddunt Ausonidæ Phrygibus. *Virg.* 10. *Æn.* 536. ditissimus agri Qui fuit Ausonidum. *pro* Ausonidarum. *Opt. Porph. carm.* 16. 38. O lux Ausonidum (*imperator*). Adde *Avien. orb.* 147. *Prisc. periheg.* 338. tellus Ausonidarum Limite quam recto mediam secat Appenninus. — Ex hisce exemplis satis patet utramque vocem (*Ausones* et *Ausonidæ*) latiore sensu usurpari solitam fuisse a poetis pro Italis.

AUSŎNIA et

AUSŎNIĀNUS et

AUSŎNII, ōrum. *V.* voc. seq.

AUSŎNĪUS, a, um, adject. (Αὐσόνιος) ante *Capell.* a solis poetis usurpatum, nisi quod *Plin.* et qui eum secuti sunt, *Ausonium mare* dixerunt.

Ausonius ¶ 1. Stricto sensu, ad Ausones vel ad Ausoniam Italiæ regionem pertinens. *Plin. loc. cit.* et *alib.* « Ausonium mare » situm inter Tyrrhenum, quod ad fretum Siculum terminatur, et Ionium, *sc.* ea Mediterranei pars, quæ ultra Siciliam Sallentinos alluit et in tres sinus recedit, ex quo Ausoniæ antiquæ limites patent (τὸ Αὐσόνιον πέλαγος, nom. Gr. maris Siculi). Adde *Virg.* 3. *Æn.* 385. et *Senec. Med.* 108. — *Solin.* 28. A gentibus *dictum mare* Ausonium, Dalmaticum, Ligusticum, Tuscum. — Item alii mare Tuscum sic appellaverunt: cf. *Dionys. ant.* 1. 11. — De Hadriatico mari *Lucan.* 9. 43. ¶ 2. Latiore sensu pro Italo aut Romano. *Gloss.* Ausonium Italicum. Hinc *Virg.* 3. *Æn.* 278. Ausonius portus. *et* 5. *ibid.* 83. Thybris. *et* 12. *ibid.* 183. Turnus. *Ovid.* 2. *Fast.* 171. dux. *i. e.* Tiberius. *Sil. It.* 1. 51. cruor. *et* 4. 609. ensis. *et* 15. 344. agger. *Stat.* 3. *Silv.* 4. 18. Juppiter (*imperator*). *Martial.* 8. 55. arena. *i. e.* amphitheatrum Rom. *et* 12. 6. aula. *h. e.* imperatoris Rom. domus, regia. *Virg.* 4. *Æn.* 236. proles. *et ibid.* 349. terra. *Martial.* 10. 73. toga. *et* 9. 101. 2. via (*Appia*). *et* 12. 61. 9. macellum. *et* 9. 87. os (*Latinæ facundiæ*). *Virg.* 6. *Æn.* 546. fines. *Ovid.* 2. *Fast.* 2. 72. imperium (*Romanum*). *Sil. It.* 16. 213. populi. *et* 15. 290. bellum. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 76. matres. *et* 3. *ibid.* 171. terræ. *et* 7. *ibid.* 105. urbes. *Propert.* 3. 4. 5. virgæ. *sc.* fasces seu magistratus. — *Ausoniam Pelorum*, promontorium Siciliæ, quod ad Italiam spectat. *Ovid.* 5. *Met.* 350. — Hinc absolute

Ausonia, æ, f. 1. (terra) Αὐσονία. — Etymon ab *Auson* ducit *Fest. l. c.* et *Fulg. Virg. cont. p.* 104. « Ausonia enim apo tu ausenin id est cremento ». — Ausonia est pars Italiæ inter Œnotriam et Tyrrheniam, sive pars Italiæ maritima inter Amyclas et Cales (*Virg.* 10. *Æn.* 560) vel inter Cales et Beneventum, teste *Paul. ex Fest. p.* 18. Ausoniam appellavit Auson - cum primam partem Italiæ, in qua sunt urbes Beneventum et Cales; deinde paulatim tota quoque Italia, quæ Appennino finitur: cf. *Serv. auct. Æn.* 3. 171. *Dionys. periheg.* 5-95., 339., 366., 383. et *Apollon. Rhod. Arg.* 4. 553.; unde *Virg.* 10. *Æn.* 54. « magna ditione jubeto Carthago premat Ausoniam ». Hinc *Gloss.* Ausonia Italia *dicta.* et rursum *Virg.* 3. *Æn.* 477. Ausoniæ tellus. *et* 7. *ibid.* 623. Ausonia inexcita atque immobilis. *et* 9. *ibid.* 134. fertilis. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 30. armipotens. *Sil. It.* 4. 220. dives. *et* 6. 104. ruens. *Opt. Porph. carm.* 10. 18. O decus Ausoniæ (*Auguste*). et *Avien. orb.* 484. mediam secat Appenninus Ausoniam. *Ammian.* 22. 8. 3. ed Ausoniam veterem - properavit *Æneas*. *Serv. auct. Æn.* 8. 328. Italia plura nomina habuit; dicta est enim Hesperia, Ausonia, Saturnia. Adde *Ovid.* 1. *Trist.* 3. 6., *Lucan.* 5. 388., *Claudian. carm.* 26. 290. *Sil. It.* 1. 302. *et* 4. 220., *Val. Flacc.* 7. 86., *Prudent. apoth.* 880. etc.

Ausonii, ōrum, m. plur. 2. (Αὐσόνιοι), iidem qui Ausones sive Ausoniæ populi; sæpius tamen accipiuntur pro Romanis aut Italis. *Virg.* 11. *Æn.* 253. Saturnia regna, antiqui Ausonii. Adde *eund.* 7. *ibid.* 233. *et* 12. *ibid.* 834. et *Terentian.* 247. — *Sil. It.* 8. 800. Ausonium (*gen. plur. pro* Ausoniorum: sed Ausoniam *codd.*).

AUSŎNĪUS, ii, m. 2. (Αὐσόνιος) Scribitur et *Auxonius* in *Corp. I. L.* 3. 9509.; cavendum tamen, ne, quod sæpe fit in mss. et edd., unus cum altero confundatur.

Ausonius ¶ 1. Apud scriptores præcipuus fuit poeta, plenius *D. Magnus Ausonius*, cujus cognomines tres memoramus, avum nempe, patria Vasatensem (*Bazas*) in Aquitania; patrem *Julium*, domo Burdigala, arte medicum tam illustrem ut a Valentiniano imp. ad se medicinæ causa accersitus fuerit ornatusque deinde Illyrici præfectura, clarum quoque scriptis de medicina ac sapientiæ fama (*Auson. Parent.* 1. et *Edyll.* 2. inscr. *Epiced. in patrem* etc.); et etiam nepotem ex filia Ausonia; ipse vero item Burdigalæ natus est an. p. Chr. 309. v. 310 (*F. Marx* in *PW.* ad *v.*) dictusque aliquando *Pæonius*, fortasse a patre medico, et sæpius *Magnus* in honorem avunculi Æmilii Magni Arborii, Tolosæ, quam ipse *altricem* sui vocat (*Urb.* 98. *p.* 101), et Narbonis rhetoris, quo in bonis disciplinis præceptore usus est (*Id. præf. ad Syagr.* et *Par.* 5. *p.* 42. et *Prof.* 17. *p.* 66), ut etiam grammatico Macrino in Latinis litteris, et Romulo, Corinthio ac Mnestheo in Græcis (*Id. commem. X*), et rhetore Minervio et maxime Staphilio (*Id. comm. I., XVI., XX.*, coll. *Parent. III.* 9. et *IV.* 25). — Burdigalæ, ubi celebris schola grammaticæ et rhetoricæ florebat, has ipse professus est ab an. 334. usque ad an. 364 (al. 365); quo Valentinianus I. imp. eum ad docendos liberos, Valentinianum et Gratianum, accivit comitemque habuit in bello contra Alamannos eique victor captivam donavit *Sulpitiliam Bissulam*, puellam Suevam venustissimam, ab Ausonio delicatissimis epigrammatis (*Id. Edyll.* 7) in ipsa expeditione laudatam, circ. a. 368. — Hinc patuit ei via ad summos honores; nam ab Augustis, patre et filio, quæstor primum creatus; mox duplici præfectura, Italiæ a. 377. et Galliarum a. 378., insignitus et insequenti anno consul factus cum Clodio Hermogeniano Olybrio (*Inscr. Chr.* apud *De Rossi, I. nn.* 281-284. et *Symm.* 1. *ep.* 12., 14. et 15-16., 20): quæ ceteroquin munera ipse Ausonius memorat in suo *Epicedio* patris, in *Edyll.* 2. 42., 8. et 9., in *Paneg. Grat. act.* 12. *p.* 292. *Bip.* et in *præf.* ad *Syagr.*, ubi canit: « Cujus (*Gratiani*) ego Comes et Quæstor et culmen honorum Præfectus Galliis et Libyæ et Latio Et prior indeptus fasces Latiumque curulem, Consul etc. »; non vero proconsul Asiæ et vicarius Africæ an. 381.; in *Cod.* enim *Theod.* non *Ausonius* legendum sed *Auxonius* (V. *Canal* in *vit. Aus. p. XLVI*). — Postremo ætate maxime provectus sub Theodosio in patriam se recepit, ubi majorem suorum operum partem conscripsit. — An vero fuerit semper christianus, dubium est; is tamen certe fuit, quum in regia domo magisterium suscepit, a pia uxore Therasia fortasse primum ad Christi fidem amplectendam inductus (Cf. *Ambros. ep.* 36); quamquam si ab ineunte ætate a duabus « materteris, Æmilia Hilaria et Julia Cataphronia, devotæ virginitatis mulieribus » fuit educatus (*Parent. VI.* et *XXVI*), pronum est credere, eum christianam religionem inde a puero sectatum esse; idque porro elucet ex parecbasi *Ephemeridis*, ex carminibus *Paschalibus* aliisque locis; nec tamen minus liquet passim quædam ab eo interseri, quæ haud leviter huic sententiæ adversantur (*Teuffel G. R. L. II.* 549. tr. et *Böcking* in *Ann. arch. Rh. VII. p.* 66-68); unde conjici potest eum de religione nihil vel parum curasse (Cf. *Speck, Quæst. Auson. I. p.* 1-21. *Breslau* 1874. et *Martens, Quæst. Aus. I. p.* 3-33. Leipz. 1880). — Discipulos habuit eximios, ut, præter Gratianum, optimum imp., etiam *Meropium Pontium Anicium Paulinum* eumdemque amicum carissimum una cum *Syagrio Gregorio, Tetradio, Petronio Probo, Q. Aurelio Symmacho, Nepotiano* aliisque. — Laudatur ejus « morum gravitas et disciplinarum vetustas »; et « ingenium placabile inter reliqua virtutum » *Symmach.* 1. *ep.* 21. et 30.; diciturque « tranquillus, clemens, oculis, voce, ore serenus » in *Edyll. II.* 43., ut se quidem prodit in operibus, quæ plurima composuit seu soluta seu ligata oratione, partim deperdita, ut *Fasti, Chronica* et *Apologi Æsopi* (probabilius carminibus descripti: V. *Ind. auctorum*, Lexico præmissum). Ex his autem in prosa oratione eminet *ad Gratianum gratiarum actio*, rhetoricis floribus referta, et in versu poemation, quod *Mosella* inscribitur, *X.* ex *Edyll.*, totum naturæ artisque veneribus aspersum; de quo *Symm.* 1. *ep.* 14. « Volitat tuus Mosella per manus sinusque multorum, divinis a te versibus consecratus » (Cf. *Völker* in *Symb. phil.* Bonn. 1864. *p.* 447-454). — Quo anno obierit, incertum est; sane non ante an. 393., quia tunc cum Paulino commercium epistolarum habebat (*Canal, ibid. LIV*). — Porro de ejus scribendi ratione ita scribit *Forcellin.* noster: « Exstant ejus carmina varii generis atque argumenti: quædam etiam prosa oratione scripta et præcipue Oratio ad Gratianum imperatorem, in qua gratias ei agit pro delato consulatu; in quibus omnibus apparet studiosissimum fuisse atque in omni Latinæ et Græcæ eruditionis genere apprime versatum et in optimorum scriptorum lectione assiduum, licet subinde a puritate verborum ac phrasium Latini sermonis discedat et sæculum prodat, in quo scripsit, plerisque nihilominus suæ ætatis, multis etiam superioris temporis scriptoribus sine dubio præferendus ». Addimus, nihil esse aridi, quod ille variæ doctrinæ et eloquentiæ divitiis non opimet vel ornet luminibus, nihil metri difficultate ardui, quod mirifica quadam dexteritate non expediat. — Plura de Ausonio videsis apud *C. Schenkl, D. Magni Auson. opp. cum proœm. I.-LXI* (*Mon. Germ. Hist.* Berol. 1883.; *Seeck, Gött. Gel. Anz.* 1887. *I.* 519.; *F. Marx, PW.* 2. 2562-2580. et *P. Canal* in *vita* etc., Venezia 1853. *I-LIX.*, sacerdotii et archigymnasii Patav. clarissimum lumen, virum cum modestia ac pietate venerandum tum philologiæ studiis omnique eruditione excultum, qui, præmissa Ausonii vita, ejus carmina edidit, in Italicam linguam a se tam concinne sciteque translata, ut interpres prope dixerim auctori præstare videatur. ¶ 2. In titulis cogn. et. post. *Corp. I. L.* 6. 34618. — *Ausonia*, nom. mul. 3. 13845 (*in Dalmatia*). — Etiam filia poetæ, nupta Valerio Latino Euronio, præf. Illyrici. *Auson. Parent.* 111. — Hinc *Ausonianus*, adj. ad Ausonium poetam pertinens. *Fulg. Myth.* 1. *præf. p.* 18. Sulpicilla Ausoniana. — Absolute, nom. vir. *Symmach.* 3. *ep.* 53.

AUSPEX, icis, m. 3. cogn. vir. *Corp. I. L.* 13. 3012 (*sæc. I*). et 8. 2743 (*a.* 300). — Adde *Tac.* 4. *Hist.* 69. Cf. Ἄσπαξ *Dio Cass.* 76. 9. 3. — Hinc *Auspicalis* et *Auspicandus* in *Corp.* 10. 4242. et 11. 6439. - *Auspicatus (a)*, Gr. Αὐσπίκατος (temp. Hadriani: cf. *Momms. ad tit.* et *Dessau ad Corp.* 14. 3030), cogn. *Corp.* 3. 231. et 6. 13423.[a] — *Auspicius (a)*, cogn. plerumque in Gallia inventum, apud christianos. *Corp. I. L.* 13. 2191 (*sæc. III.*). Adde *Sulpic. Sev.* 3. *dial.* 7. 1. et *Sidon.* 4. *ep.* 21. - *Auspiciola*, nom. mul. demin. *Salv. ep.* 4. 1.

AUSTEDŪNUM, i, n. 2. idem quod Augustodunum. V. hanc voc.

AUSTER, tri, m. 2. nomen venti et regionis. V. AUSTER in Lexico. — Hinc nomina Austrus, Austerinus, Austronius etc. in Corp. I. L.

AUSTERAVĬA (Austravia), æ, f. 1. oceani Germanici insula. Plin. 4. Hist. nat. 13. 27. (97). Insulæ nobilissimæ Burcana - item Glessaria a sucino militiæ appellata, a barbaris Austeravia etc.

AUSTICŬLA, æ, f. 1. oppidum Campaniæ, apud Liv. 23. 39. Cf. Momms. Corp. 9. p. 196.

AUSTRĀSII, ōrum, m. plur. 2. gens Francorum. Greg. Tur. 4. Fr. 18.

AUSTRĬA, æ, f. 1. regio Austrasiorum. Greg. Tur. mart. 4. 29.

AUSTRŎGŎNĬA, æ, f. 1. prov. in Hispania Tarrac. Jorn. Get. 44. Alii leg. Austrigonia v. Autrigonia. — Austrigones v. Autrigones, incolæ. Liv. frg. 22. et Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (27).

AUSTRŎGŎTHI (Austrogoti). V. OSTROGOTHI.

AUSTUR. V. voc. seq.

AUSTURĬĀNI v. Austoriani, ōrum, m. plur. 2. gens Africæ. Ammian. 26. 4. 5. Austoriani Mauricæque aliæ gentes. et 28. 6. 2. Austoriani his contermini (sc. Tripolitanis). — Collective Austur apud Coripp. Joh. 2. 89. sævus. et 2. 91. belliger. et 209. et 345. furens. et 4. 816. equo fidens.

AUSUCIĀTES, ium, m. plur. 3. incolæ vici cujusdam, qui nunc appellatur Ossuccio, in Corp. I. L. 5. 5227 (ad lacum Larium).

AUTÆI (Autei), ōrum, m. pl. 2. gens Arabiæ et Ægypti. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (158).

AUTARIĀTÆ v. Auderiatæ, ārum, m. plur. 1. (Αὐταριᾶται) gens Illyriæ in finibus Dardaniæ, de quibus Plin. 3. Hist. nat. 22. 26. (141). V. integr. loc. Adde Justin. 15. 2. 1., Oros. 3. Hist. 23. 36. et fortasse Gromat. p. 241. Lachm., coll. Strab. 7. 5. et Diod. 3. 30.

AUTESSĬŌDŪRUM, i, n. 2. oppidum Senonum Galliæ Lugdunensis, nunc Auxerre (V. Hirschfeld, Corp. 13. p. 444. et Holder, Altcelt. Spr. I. 300). Corp. I. L. 13. 2920. — Varie legitur, ut Autesiodorum in Itin. Ant. p. 361.; Autisiodorum in Not. Gall. 4. 3. chron. I. p. 588. v. Audisiodorum apud Greg. Tur. glor. conf. 40. etc. — Hinc Autessiodurensis, e, ad Autessiodorum pertinens. Prosp. chron. I. p. 472. — Autissiodurenses, incolæ. Corp. I. L. 13. 921 (apud Nitiobriges sæc. IX. exeunt.).

AUTHARITH (Authari etc.) indecl. nom. Germ., m. (V. Förstemann, Altdeutsch. Namenb. p. 195). ¶ 1. Fuit Langobardorum rex a. 584. Greg. M. ep. 7. 23. Paul. 3. Hist. Lang. 32. Authari. — Fuit filius Clephis, cognomento Flavius; uxorem duxit a. 587. Theodelindam, filiam Garibaldi, ducis Bavariæ (Paul. ibid. 30); bella gessit cum Francis et Græcis, varia primum armorum sorte; dein vero eo potentiæ audaciæque pervenit ut, Græcis profligatis, Roma potiri, sed frustra, conatus sit, moxque regiones omnes australes invaserit Italiæ ejusque terminos occuparit (Paul. ibid. 32). — In bellando strenuus et in re publ. gerunda sagax, Catholicis plerumque infensus, Arianorum contra patronus, teste Greg. M. ep. 1. 17. « Nefandissimus Autharith-Langobardorum filios in fide catholica baptizari prohibuit » (Cf. etiam Troya, Cod. dipl. Long. 1. 149. - Doc. 55. et 58. p. 167). Adde eund. ibid. 41. et 2. 16. et dial. 2. 17. — Obiit Ticini a. 590., veneno a suis, uti fertur, necatus. Paul. 3. ibid. 35. ¶ 2. Item Langobardorum dux quidam. Greg. M. ep. 2. 45.

AUTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. I. L. 6. 211 (a. 174. p. Chr.). — Autia, nom. mul. 11. 5686. — Huc fortasse pertinet Autus et Auta, cogn. mul. in alia apud Momms. n. 3165. — Hinc Autiasius, nom. gent. Corp. 15. 7875. — Autilius, nom. gent. in alia apud Murat. 1557. 4.

AUTŎBŪLUS, i, m. 2. (Αὐτόβουλος) nom. Gr. et serv. ¶ 1. Fuit pictor, memoratus Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (148). ¶ 2. Item Pisonis conviva, apud Cic. Pis. 36. 89. Te - inde Thessum cum tuis saltatoribus et cum Autobulo, Athamante et Timocle, formosis fratribus, contulisti.

AUTŎDĬCĒ, es (et ēnis) f. 1. (Αὐτοδίκη, se ipsam judicans) nom. mul. myth. et cogn. Hygin. fab. 170. Danai filia. — In titulis Corp. I. L. 6. 23051., 15318. etc.

AUTŎGĔNĒS, is, m. 3. (αὐτογένης, ex se genitus seu sponte sua natus) æon Valentinianorum. Iren. 1. hær. 29. 2. et 3.

AUTŎLŎLES, um, m. plur. 3. (Αὐτολάλαι Ptol. 4. 6. 17) Scribitur Autoles v. Auloles ab Oros. 1. Hist. 2. « Autolum gentes, quas nunc Gaulalas vocant » (al. Autololum). — Autoli a Solin. 24. — Acc. Autololas est Sil. It. 13. 145. — Abl. Autololis apud Sidon. carm. 5. 335.

Autololes, gens Gætulica, pedum pernicitate celebris. Plin. 5. Hist. nat. 1. (5). Autololum gente, per quam iter est ad montem fabulosissimum Atlantem. Sil. It. 3. 306. A. levibus gens ignea plantis, Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis (Cf. Claudian. 21. 356. A. fugaces). et 15. 671. feroces. Rursus Plin. 5. Hist. nat. 2. 1. (17). validissimi - et horum pars quondam Vesuni.

AUTŎLȲCUS, i, m. 2. (Αὐτόλυκος, ipse lupus, λύκος, h. e. vorax; v. ipse lux, λύκη) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) In mythis filius Mercurii et Chiones vel Philonices, Dædalionis filiæ: ita Hygin. fab. 200. et alib. Adde Ovid. 8. Met. 738. et 11. ibid. 312. — Huic pater muneri dedit ut « furacissimus esset nec deprehenderetur in furto ». Id. fab. 201. et Ovid. 11. Met. 311. sqq., coll. Serv. ad Virg. 2. Æn. 79. — Uxorem habuit Mestram, filiam Erisichthonis (Nearam vocat Paus. 8. 4. 6); unde Anticleam suscepit, quæ furti ulciscendi causa (Hygin. fab. 201. et Lact. Plac. arg. fab. 1. 8) a Sisypho compressa, Ulyssem peperit. — Translate de homine furaci. Plaut. Bacch. 2. 3. 41 (275). Deceptus sum: Autolyco hospiti aurum credidi. Cf. Martial. 8. 59. Non fuit Autolyci tam piceata manus. Colum. 1. 3. 7., Eustath. ad Odyss. p. 1871. 7. — 2.°) Item Phrixi et Chalciopes, sororis Medeæ, Argonauta (Hygin. fab. 14), vel Dimachi filius (Apoll. Rhod. 2. 958). Memorat Val. Flacc. 5. 113. Cf. Serv. loc. cit. — 3.°) In historia, Atheniensis quidam, Lyconis filius, in Panathenaicis victor, de quo Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (79). « Leochares (fecit) Autolycum pancratii victorem, propter quem Xenophon symposium scripsit » (V. Xenoph. conv. 1. et 3). — 4.°) Item Græcus, religione ethnicus, in quem Theophilus, septimus Antiochiæ episcopus (Eus. chron. ad a. Abr. 2185) circ. a. 169., facili ac vivido stilo tres libros scripsit (πρὸς Αὐτόλυκον), ut ethnicorum errores impietatemque refelleret. Memoratur Hieronym. vir. ill. 25. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 6. 14601 (Antii a. 167).

AUTŎLȲTUS, i, m. 2. (αὐτός ipse, et λυτός, solutus) nom. serv. Inscr. apud Fabrett. p. 292. n. 242 (C. I. L. 6. 9819).

AUTŎMĂTA, æ, f. 1. (Αὐτομάτη) cogn. Veneris. Serv. ad Virg. 1. Æn. 720. « Apud Ephesios Venerem Automatam dixerunt vel Epidætiam - quod ergo sponte fuissent (funes) soluti Automatæ Veneri nomen sacravit »; Automatos enim dicitur qui sponte se movet. Cf. AUTOMATUS.

AUTŎMĂTĒ, es, f. 1. (Αὐτομάτη) insula, sita in mari Ægæo, dicta etiam Hiera, sponte emersa, hodie Cameni. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 25. (70). Ex ea (Thera) avulsa postea Therasia atque inter duas enata mox Automate, eadem Hiera. Adde eund. 2. ibid. 87. 89. (202). V. etiam voc. seq.

AUTŎMĂTUS, i, m. 2. (Αὐτόματος, ipse se movens), nom serv. et cogn. lib. Corp. I. L. 6. 8999. - 10. 3357. — Automate, cogn. mul. Corp. I. L. 6. 34004 (a. 9). — Automatia (as) Αὐτοματία, nom. seu cogn. deæ. Nep. Timol. 4. Suæ domi sacellum Automatias constituerat idque sanctissime colebat. Cf. AUTOMATA.

AUTŎMĔDO et

AUTŎMĔDON, ontis, m. 3. (Αὐτομέδων, ipse regnans v. se regens) ¶ 1. Fuit Dioris filius e Scyro cum decem navibus Trojam profectus, Achillis socius et auriga, propter celeritatem clarus. Memoratur — a) Proprie. Virg. 2. Æn. 477. et equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Adde Ovid. 5. Trist. 6. 10., Varr. apud Non. 79. 28. Marc., Dict. 3. et Hygin. fab. 97., coll. Hom. Il. 16. 145., 219., 279. et alib. — In monum. artis apud Heydemann, Vasenkat. Neapel 2746., 3254. Brit. Mus. Cat. of V. 553., 759. et Studniczka, Arch. Jahrb. I. 1886. 89. — b) Translate seu per synecd. de quocumque celeri auriga. Juvenal. 1. 61. Ovid. 1. Art. am. 5. 8. Tiphys et Automedon dicar amoris ego. — Jocose, ob celeritatem cursus, Mallius Glaucia ita dictus apud Cic. S. Rosc. 35. 98. ¶ 2. Item Sicyoniorum sacerdos. Exc. Barb. p. 294. 21. Fr. ¶ 3. Item Lacedæmonum rex. Exc. Barb. p. 304. 2. Fr. — Utrubique tamen legitur Automidus v. Automedus.

AUTŎMĔNĒS, is, m. 3. (Αὐτομένης, sibi ipse animus v. mens) ultimus Corinthiorum rex. Hieronym. in Chron. ad a. Abr. 1238. Cf. Diod. 7. 9. 6.

AUTŌNĬUS, ii, m. 2. rector provinciæ Samnitium, cogn. Justinianus, in Corp. I. L. 9. 2638 (Æsernia).

AUTŎNŎĒ, es (ēnis), f. 1. (Αὐτονόη, Dor. Αὐτονόα, sibi mens, sc. sui arbitra) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Cadmi et Harmoniæ filia, soror Semeles, Inonis, Agaues et Polydori, uxor Aristæi, cui peperit Actæonem, matertera Penthei (V. PENTHEUS). Memorant Hygin. fab. 179., Ovid. Ib. 471. et 3. Met. 720., Stat. 4. Theb. 562., coll. Hesiod. Theog. 977. — Ab ea saltationis genus dictum videtur ex Juvenal. 6. 72. Schol. ad h. l. Autonoen saltat. Adde Hygin. fab. 179. et 184. — 2.°) Item nom. feminæ sacerdotis Phœbi, quæ Scipionem ad inferos duxit, fictum a Sil. It. 13. 401. et 489. — De ea ejusque monum. V. Escher, PW. 2. 2606. et Heydemann, Griech. V.-B. VIII. 3. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. I. L. 6. 18425.

AUTŎNŎĒĬUS, a, um, adject. (Αὐτονόηιος) ad Autonoen pertinens; unde Autonoeius heros, sc. Actæon, apud Ovid. 3. Met. 198.

AUTŎNŎMUS, i, m. 2. (Αὐτόνομος, ipse lex sibi) nom. serv. Corp. I. L. 6. 5574.

AUTŎNŎUS, i, m. 2. (Αὐτόνοος: cf. Αὐτονόη) heros Græcus, in bello Trojano a Deiphobo, filio Priami, interfectus. Hygin. fab. 113. Cf. Hom. Il. 11. 301.

AUTOPHRĀDĀTES (Autophrodates), is, m. 3. (Αὐτοφραδάτης) nom., ut videtur, hybridum ex Græco et Persico. ¶ 1. Fuit satrapes, Artaxerxis ætate, de quo Nep. Datam. 2. et 3., coll. Diod. 15. 90. et Frontin. 1. Strat. 4. 5. et 2. ibid. 7. 9. ¶ 2. Item satrapes seu dux Persarum sub Dareo, Alexandri M. ævo. Itin. Alex. M. 42., coll. Arrian. Exped. 2. 1. sqq. et 3. 2.

AUTRĬCŌNES. V. AUTRIGONES.

AUTRĬCUM, i, n. 2. (Αὔτρικον Ptol. 2. 8. 10) oppidum provinciæ Lugdunensis Senoniæ. Tab. Peut. 2., Not. Gall. 4. 4. et Corp. I. L. 8. 1876. — Serius nomen civitas Carnutum prope Auturam (Eure) fluvium ad opp. hod. Chartres. Cf. Longnon, Géogr. d. la Gaule etc. 323. sqq.

AUTRĬGŌNES (Autricones), um, m. plur. 3. (Αὐτρίγονες) gens Hispaniæ Tarraconensis (Cf. Holder, Altcelt. Spr. I. 303). Memorant Liv. frg. 22., Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (27)., Flor. 4. 12. et Chron. Alex. chron. I. p. 109. — Horum provincia Autrigonia dicitur Ravenn. p. 302.

AUTRĬGŌNĬA. V. voc. præc.

AUTRŌNĬĀNUS, a, um. V. voc. seq.

AUTRŌNĬUS, ii, m. 2. (Αὐτρώνιος Appian. Illyr. 28). Varie scribitur, ut Auttronius, Atronius, Otronius, Antronius etc.

Autronius, nom. gent. ¶ 1. Apud scriptores, memoratu digni — 1.°) Autronius Justus, senator, qui floruit sub Tacito imp. a. p. Chr. 276. Vopisc. Flor. 6. — 2.°) P. Autronius, qui a. U. C. 667. M. Antonium oratorem interfecit, teste Val. Max. 8. 9. 2. — 3.°) P. Autronius (Pætus), cos. designatus a. U. C. 689. Sall. Cat. 17. et alib. — Fuit vir senatorii ordinis, qui ante Catilinam et dein cum Catilina contra rempubl. conjuravit, bis pulsus in exsilium. Sall. ibid. 18., coll. Sueton. Cæs. 9., Cic. Sull. 1. sqq. et 3. Att. 2. et 7. et Ascon. in Cornel. p. 74. Or. — De ejus eloquentia Cic. Brut. 68. 240. « Erat ejus (M. Pisonis) æqualis P. Autronius voce peracuta atque magna, nec alia re ulla probabilis. — In plur. num. Id. ibid. 69. 244. — 4.°) L. Autronius Pætus, cos. a. U. C. 721. Fast. Venus. in Corp. I. L. 1. p. 471., ubi tamen P. præn. mutandum in L., ut habent Fast. triumph. a. U. C. 726.; deinde enim procons. triumphavit ex Africa. ¶ 2. In titulis nom. in urbe Roma frequens. Corp. I. L. 1. 740 (a. U. C. 721).; 15. 959 (a. p. Chr. 146): in Italia occid. 10. 392.; in Venetia 5. 265.: in Gallia 12. 4511.: in Germ. sup. 13. 5975.: in Africa 8. 2567. 92. etc. — Autronia, nom. mul. 10. 392. — Hinc Autronianus, a, um, adject. ad Autronium aliquem pertinens. Cic. 1. Att. 13. Messala consul Autronianam domum emit.

AUTUMNUS, i, m. 2. Etiam Auctumnus, quasi ab augeo, apud Paul. Fest. p. 23 (non tamen, nisi raro, in bonis Codd., numquam in Inscrr.), anni tempestas, quæ poetis præsertim et artificibus censetur accipi quasi deus, ut Græcorum Ὀπώρα. Ovid. 2. Met. 29. Stabat et Autumnus calcatis sordidus uvis. Adde eund. 4. Fast. 897. Horat. epod. 2. 17. « decorum mitibus pomis caput Autumnus agris extulit »; quia vites uvis, arbores pomis onustæ præ ceteris agri frugibus visuntur. — Hisce locis innituntur qui hanc significationem admittunt, ubi tamen putaverim Autumnum sisti tanquam personam (personificazione dell' autunno), non deum, ut de aliis sæpe fit. — Inscr. autem apud Orelli n. 2109., ubi videtur Autumno divinus cultus exhiberi, merito falsam censet Aust (PW. 2. 2614). — De artis monum., ubi Autumnus repræsentatur, videsis Bull. d. Ist. arch. 1873. 29. (Rossi), coll. Matz-Duhn, Ant. Bildw. II. 3016. et ibid. 1872. 166 (Goedechens). et 1867. 166 (Pellegrini). et Marx, Röm. Mitt. VII. 1892. 26. sqq. — Hinc Autumna, cogn. mul. Corp. I. L. 6. 22818. et Autumnis, item, 2. 1074.

AUXĀNĬUS, ii, m. 2. (αὔξω, augeo) Sidonii Apollinaris amicus, præfectus prætorio et abbas, vir præstantissimus sanctitate et verecundus ingenio, teste eod. Sidon. 1. ep. 7. 6. et 7. ibid. 17. 3.

AUXENTĬUS, ii, m. 2. (Αὐξέντιος: ab αὐξέω pro αὔξω cresco, quasi Crescentius) ¶ 1. In titulis primum fuit agnomen, deinde abiit, ut fieri solet, in cogn. (chr.). Corp. I. L. 9. 1760. — 6. 1669 (a. 425-450) et 1725 (a. 441-445). — Auxentia (Αὐξεντία) cogn. mul. chr. Nom. mart. p. 878. et Nov. Just. 155. 1. (a. 538). ¶ 2. Apud scriptores memorantur præcipue — 1.°) Auxentius, vir clarissimus, mechanicus, de quo Symmach. 10. ep. 45. et 46. — 2.°) Auxentius, Cappadox, famosus Arianæ hæresis fautor, presbyter Alexandrinus, a Gregorio pseudoep. ordinatus, qui in locum Dionysii, Mediolanensis ep., in exsilium a Constantio depulsi, ab eod. imp. suffectus hanc « incubavit ecclesiam » ut ait Paulin. Nol. vit. s. Ambr. 6. a. 355-374. Memoratur etiam Hieronym. ep. 1. fin., Ambros. de Spir. S. 3. n. 11. et 59., Gaudent. serm. 21., Cassiod. 5. Hist. trip. 29. sq. et 7. ibid. 8., Rufin. 11. Hist. eccl. 11. — In eum scripsit a. 365. Hilarius, ep. Pictavorum, librum inscriptum contra Arrianos v. Auxentium Mediolanens. (Cf. Hieronym. vir. ill. 100. « Elegans libellus contra Auxentium ») ejusque epistolam ad Valentinianum et Valentem adfert ibid. 13. sqq. — 3.°) Auxentius, Scytha, Arianorum item fautor, junior et Mercurinus dictus, quem Ambrosio adversarium Justina Augusta Mediolanum arcessivit. — Eum Ambrosius ad publicam disputationem provocavit; sed imbecillus homo renuit accedere; tum scriptis refellit, ut ex ejusd. Ambrosii ep. 21. satis constat, quam sequitur Sermo de Basilicis tradendis contra Auxentium an. 386. conscriptus.

AUXĒSIS, is et inis, f. 3. (Αὔξησις, augmentum) nom. serv. mul. et cogn., frequentissimum Romæ. Corp. I. L. 6. 17980.; 12. 3686.; 14. 2489. etc.

AUXĒTUS, i, m. 2. (Αὔξητος, auctus) cogn. vir. Inscr. apud Murat. 1698. 6. et Not. degli scavi 1901. p. 279 (in via Salaria).

AUXĬLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. I. L. 5. 5788 (Mediolani). — Signum plerumque Christianis adhibitum Corp. 8. 900. — Fuit etiam grammaticus quidam, in cujus nomine ludit Auson. epigr. 138. — Hinc Auxilicus, cogn. vir. Corp. 8. 17181. et Auxiliaris, m. et f., cogn. Inscr. apud Momms. n. 4882. et 5415.

AUXĬMĀTIS, e, adject. ad Auximum, Piceni opp., pertinens. Lib. col. II. 227. et 353. et Corp. I. L. 15. 187. — Absolute Auximates (Auxumates), ium, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63). Cæs. 1. B. C. 13. et Corp. I. L. 9. 5854., 5855. etc.

AUXĬMUM, i, n. 2. (Αὔξιμον Proc., Αὔξουμον Strab.) Scribitur Auxumum, Ausimum, Auxinium. — Acc. Auximon, posit. Gr., apud Lucan. loc. cit. — Videtur nomen ab augendo oriri (Corssen in Zeit. f. vergl. Spr. III. 248. sqq.).

Auximum, oppidum Piceni, prope Anconam, nunc Osimo. Memoratur Cæs. 1. B. C. 13. et 15., Liv. 41. 21. et 27., Lucan. 2. 466. Itin. Ant. p. 312. Auxinium, coll. Plut. Pomp. 6. ἐν Αὐξίμῳ πόλει μεγάλῃ. - Marcellin. chron. II. auct. p. 107. 27. Totilas, vastato Piceno pugnansque ad Auximum, vincit. — Conditum est a Gallis Senonibus (Gramm. suppl. 187); a Romanis colonia deducta a. U. C. 626 (Vellej. 1. 15. et Corp. I. L. 9. 559., coll. 5839); in bello civili inter Pompejum et Cæsarem hujus partes secutum est (Cæs. et Lucan. locc. citt.); ex Inscr. vero apud Orell. n. 3306., 3868., 3899. et 3900. patet tribui Velinæ fuisse adscriptum. — Falso municipium nominatur Corp. 9. 5825. — De eo V. Talleoni, Istoria di Osimo, Osimo 1807. et Inscr. in C. I. L. 9. 5823-5888. et 6383-6385.

AUXĬMUS, i, m. 2. (Αὔξιμος) cogn. libert. et imp. Corp. I. L. 8. 21010.

AUXĬNĬUM. V. AUXIMUM.

AUXĬUS. V. AXIUS.

AUXŌ, ōnis et us, f. (Αὐξώ, οῦς: ab αὔξω, augeo) una ex Horis, apud Hygin. fab. 183.

AUXON, ontis, m. 3. (Αὔξων, augens) cogn. vir. Corp. I. L. 10. 3857 (Capuæ, IV. fere sæc.). — Hinc Auxānon (ontis) apud Grut. Inscr. 127. 4. et Auxānūsa, apud Fabretti Inscr. p. 141. n. 150.

AUXŌNĬUS, ii, m. 2. (Αὐξόνιος) signorum modo fictum videtur a præc., nisi plane idem est nomen atque Ausonius, quod non solum in codd., verum etiam in tit. Corp. 3. 9509 (a. 380). Auxonius scribitur. — Hinc Auxonia, cogn. mul. Inscr. Notiz. degli scav. 1898. p. 398. — Apud auctores celeberrimus est corrector Tusciæ et Asiæ vicarius sæc. IV. med., laudatus in Cod. Theod. sæpe et Cod. Just. 11. 8. 4. et alib. — Item memoratu dignus procons. Asiæ a. 381., ad quem hoc anno lex data est in Cod. Theod. 16. 1. 5., qua Gratianus, Valentinianus et Theodosius impp., omnes episcopis catholicis ecclesias tradi jubent. Adde Facund. Def. trium capit. 4. 2. — Item alii apud Cassiod. 3. Hist. trip. 31., Liberat. brev. 14., Dionys. Exig. in Collect. Decr. Cæl.

AUZĔA et Auzia, æ, f. 1. (Αὐζία Ptol. 4. 2. 7) oppidum Numidiæ. Tac. 4. Ann. 25. et Corp. I. L. 8. 10439 (a. 155). — Hinc

Auziensis, e, adject. ad Auziam pertinens. Corp. 8. 9047 (a. 260). — Auzienses, absolute, incolæ. Ibid. 9029 (a. 198).

AUZĬENSIS. V. voc. præc.

AUZĬUS, ii, m. 2. genius coloniæ Auziæ, tamquam numen ibi cultus. Corp. I. L. 8. 9014. (a. 224).

AV

AVĀ et Avāh, indecl. (Hebr. 'Iovah v. 'Aova' « eversio »; LXX. 'Αϊά et 'Αβά) oppidum captum ab Assyriis ac memoratum cum Sepharvaim et Ana (4. Reg. 17. 24), cujus incolæ Hevæi dicuntur (Ibid. v. 31). V. HEVÆI. — Ubinam situm fuerit, latet adhuc; non enim facile admiserim, quod Rawlinson probare conatur, comparari hoc posse cum hod. Hit ad dexteram Euphratis ('Αειπολις Græcorum), puteis bituminis celebri (Herod. 1. 179); quum nec textus canceatus ullus, nec orthographica formæ affinitas id confirmet. — De hoc V. Isid. de Charax, Mans. Parth. apud Müller, Geogr. gr. min. ed. Did. t. 1. p. 249.

AVALĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Αὐαλῖται) populus Arabiæ. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (157).

AVALĪTĒS (Abalites Sillig.), æ, m. 1. sinus Æthiopiæ, trans mare Rubrum, hodie la Baia di Zeila (Αὐαλίτης κόλπος). Plin. 6. Hist. nat. 29. 34. (174).

AVANTICI, ōrum, m. plur. 2. gens Galliæ Narbonensis (Cf. Avance Avançon). Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (37), ex Inalpinorum genere.

ĀVAR. V. voc. seq.

ĀVĀRI, ōrum, m. plur. 2. et Avares, um, 3. (Ἄβαροι et Ἄβαροι) gens Asiatica. Rav. p. 202. In Dacia modo Uni qui et Avari inhabitant. Coripp. 1. Just. 254. En Avares Francique truces. Id. præf. 4. Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis. et 3. ibid. 321. effera gens Avarum. Isid. 9. Orig. 2. 66. Ugnos, antea Hunnos vocatos, postremo a rege suo Avaros appellatos. — In sing. num. Coripp. 3. Just. 270. Crudus et asper Avar dictis sic cœpit acerbis.

AVĀRĬCENSIS, e, adject. ad Avaricum opp. pertinens. Cæs. 7. B. G. 47. Avaricensia præmia.

AVĀRĬCUM, i, n. 2. (Οὐάρικον) oppidum Galliæ, nunc Bourges, ad fluvium Avarum (Auron) situm. Cæs. 7. B. G. 13. Cæsar ad oppidum Avaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum (Cuborum) atque agri fertilissima regione. Id. ibid. 15. (Avaricum) pulcherrimam totius Galliæ urbem, qua et præsidio et ornamento sit civitati. Adde Liv. epit. 107. et Flor. 3. 10. 23. Cf. Eckhel, 1. p. 66.

AVATHA, æ, f. 1. oppidum Arabiæ, in Not. Dign. or. 30.; itemque Phœniciæ, ibid. 31.

AVĀTĬCI, ōrum, m. plur. 2. (Αὐατικοί) gens Galliæ Narbonensis. Memorant Mela 2. 78., Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (34). et Avien. or. 700.

AVECTĬUS, ii, m. 2. nom. Gallicum tribuni seu ducis Nerviorum, in bello a Druso gesto memorati. Liv. epit. 141.

ĀVĒJA (Aveja Vestina), æ, f. 1. (Ἀουία) oppidum Vestinorum, colonia, tribu Quirina, prope Aquilam, situm ubi nunc pagus Fossa, aut in viciniis, ad viam Salariam. Sil. It. 8. 518., Tab. Peut. 5. et Rav. p. 280. — Romani eam sibi subjecerunt a. 290-293. in bello contra Samnitas et præfecturam cum Nursia, Reate, Amiterno et Peltrino constituerunt. Cf. Momms. ad Inscr. R. Neap. n. 5983-6010. et C. I. L. 9. p. 341., coll. De Sanctis, St. d. Rom. II. p. 444. — De eo videsis Giovenazzi, Della città di Aveia, Rom. 1773.

ĀVĒJAS, ātis, adject. ad Avejam pertinens, ut Ager Avejas, apud Gromat. p. 228. Lachm. — Avejates, absolute, incolæ. Corp. I. L. 9. 4206. et 4207. Avejatium (gen.).

ĀVĒJUS, i, m. 2. nom. gent., cognatum fortasse cum Aveja Vestina: cf. Etr. avei (C. I. Etr. 1. 3201). Inscr. apud Momms. n. 6048. — Aveja, nom. mul. Corp. I. L. 6. 12806.

ĀVELLĪNAS, et

ĀVELLĪNUM, V. ABELLINAS et ABELLINUM.

AVELLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. I. L. 8. 9422 (in Maurel. Cæs.). Cf. Avelius, unico l, nom. gent. Corp. 9. 3151. — Avellia, nom. mul. 8. 19141. — Hinc Avellianus, cogn. Corp. 3. 6580. 2. 22. (a. 194).

ĀVENĬO. V. AVENNIO.

ĀVENNĬCUS, a, um, adject. ad Avennionem opp. pertinens. Greg. Tur. 6. Fr. 24. Avennica civitas. et 4. ibid. 30. urbs. Sidon. ep. 6. 12. possessor.

ĀVENNĬENSIS, e, adject. idem qui Avennicus. Corp. I. L. 12. 1120. — Avennienses, Avennionis incolæ. Ibid. 3169.

ĀVENNĬO (Avenio), ōnis, m. 3. (Scribitur etiam Avinio) oppidum Galliæ Narbonensis, colonia Massaliæ (Steph. Byz.), hodie Avignon, ad Rhodanum, plenius Avenio Cavarum, apud Mel. 2. 75 (Ptol. 2. 10. 8. Καυάρων πόλεις-Ἀουεννιών κολωνία. et Strab. 4. 1. 11. Αὐενιών). Greg. Tur. 6. Fr. 26., Vib. Seq. p. 150. et Itin. Burdig. p. 553. V. Eckhel, 1. p. 66.

ĀVENNĬŌNENSIS, e, adject. idem qui Avenniensis. Greg. Tur. 7. Fr. 40.

AVENS, entis, m. 3. ¶ 1. Est fluvius in Sabinis, a quo Aventinus mons dictus, teste Varr. apud Serv. ad Virg. 7. Æn. 657., hodie Velino. Memoratur etiam Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (109). ubi al. alit., et Vib. Seq. p. 145. ¶ 2. Item Umber, apud Sil. It. 6. 167. Aquino Appenninicola atque Umbro comitatus Avente. et ibid. 191. Avens - Antiquæ quercus ingenti robore sese Occuluit.

ĀVENTĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. deæ Hel-

veticæ. *Inscr.* apud *Momms. Inscr. Helv. n.* 164., 165. et 166. ¶ 2. Item nom. fluvii in Etruria, nunc *l'Avenza*, vulgo *Lavenza*, cognatum cum *Avens*, in *Tab. Peuting.* 4.

ĀVENTĪCENSIS, e, adject. ad Aventicum oppidum pertinens. *Inscr.* apud *Momms. Inscr. Helv. n.* 154. — *Aventicenses*, ejus incolæ. *Corp. I. L.* 13. 5072. et 5091.

ĀVENTĪCUM, i, n. 2. (Ἀὐαντικόν, Ἀὐεντικόν *Ptol.* 2. 9. 10) Est etiam *Aventicus*, *i*, m. in *Not. Gall.* 9. 3. *chron. I. p.* 596. Civitas Helvetiorum id est Aventicus. — Etiam *Aventiculum*, forma demin., in *Itin. Ant. p.* 352. — Scribitur autem *Aventecum* apud *Fredeg. chron.* 2. 36. et *Adventicum* apud *Ammian.* 15. 11. 12. — Vox videtur conjungenda cum *Aventia*, dea Helvetiorum, quam *V.* suo loco.

Aventicum, oppidum Helvetiorum, nunc *Avenches* (germ. *Wiflisburg*), haud procul ab hod. *Fribourg*. De hoc V. *Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 18. et *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 311. ¶ 1. Apud auctores. *Tac.* 1. *Hist.* 68. Aventicum gentis (*sc.* Helvetiorum) caput. *Ammian. loc. cit.* desertam quidem civitatem (*Aventicum*), sed non ignobilem quondam, ut ædificia semiruta nunc quoque demonstrant. *Not. Gall. loc. cit.* Lausanna, quæ prius Aventicus. ¶ 2. In titulis nomen integrum *colonia Pia Flavia Constans Emerita Helvetiorum* fuit. *Corp. I. L.* 13. 5093. et 5089 (*sæc. I.*) et 3. 11257. — In miliariis. *Inscr. Helv.* 331. — Hinc adj. *Aventicus*, ut *Aventica civitas* apud *Greg. Tur. vit. patr.* 1. 1. et *Aventicensis*, quod *V.* suo loco.

ĀVENTĪNENSIS v. Aventiniensis, e, adject. ad Aventinum montem pertinens. *Fest. p.* 165. Aventiniense lauretum. Adde *Corp. I. L.* 14. 2105. — Absolute, cogn. 2. 391.

ĀVENTĪNUM. *V.* **AVENTINUS**, i.

ĀVENTĪNUS, a, um, adject. ad Aventinum montem pertinens. *Propert.* 4. 1. 50. Aventinus Remus. *Id.* 4. 8. 29. Diana. *Ovid.* 1. *Fast.* 551. silva. *Id.* 4. *ibid.* 816. cacumen. *Id. ibid.* 67. herbæ.

ĀVENTĪNUS, i, m. 2. (Αὐεντῖνος v. Αὐεντῖνον v. Ἀουεντῖνος) nom. geogr. et pers. — *a)* Ad genus quod attinet, *Aventinum*, n., adhibuit *Liv.* 1. 33. et 3. 67. — *b)* Scribitur etiam *Aventinus*, duplici *v*, in *Corp. I. L.* 3. 5688. etc. — *Adventinus* in codd. nonnunquam. — *Abentinus*, ex affinitate litt. *v* et *b*, in *Inscr.* in *Acad. des inscr.* 1887 (*Corp. I. L.* 15. 7181). Cf. Ἀβεντῖνος apud *Lyd. mens.* 4. 155. — *c)* Etymon varie proponitur a veteribus atque recentioribus, ut a *Varr. L. L.* 5. 43 (coll. *Serv. loc. cit.*). « Aventinum aliquot de causis dicunt. Nævius ab a v i b u s : quod eo se ab Tiberi ferrent aves; alii ab rege A v e n t i n o Albano, quod ibi sit sepultus (Cf. *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 19); alii A d v e n t i n u m ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianæ templum sit constitutum. Ego maxime puto, quod ab a d v e c t u ; nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus; itaque eo ex urbe advehebantur ratibus ». *Augustin.* 18. *Civ. D.* 21. Item *Varr.* apud *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 657. tradit eum de quorundam opinione *Aventinum* dictum Sabinis ab A v e n t e, fluvio provinciæ suæ (*V.* AVENS); quod mihi videtur probabilius et *Otto* confirmat ratus vocabulum esse cum *Avens, Aventia* cognatum. Nec meliora extundes a recentioribus *Fabretti, Gloss. It. p.* 214; *Becker, Handb. d. röm. Alt. I.* 1. 132. et *Gilbert, Topogr. II.* 144-257.

I.) Aventinus, nom. geogr. ¶ 1. Est unus ex septem collibus (*Vib. Seq. p.* 154. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 784., coll. tamen **SEPTIMONTIUM**) urbis Romæ, a Tiberi, quo alluitur, secundum Velabrum et Appiam viam ad portam Capenam excurrens et ab ea conversus usque ad Ostiensem pertingens indeque ad Tiberim rediens, longior quam latior et, angusta valle divisus, duos vertices extollens, antea *Murcus* (*Fest.* apud *Paul. p.* 148) appellatus, olim desertus (*Plut. Num.* 15.: cf. tamen *Serv. loc. cit.*) et ab Anco Marcio ad habitandum Politorii, Tellenes et Ficanæ oppidorum incolis concessus urbique una cum Cælio adjunctus (*Cic.* 2. *rep.* 18. 33., *Liv.* 1. 33., *Eutrop.* 1. 2., coll. *Strab.* 5. 234. et *Dionys.* 2. 37. et 3. 43), nunc quoque *Aventino* seu *S. Sabina*, ex æde hujus nominis vocatus. Memoratur — 1.°) Proprie seu stricto sensu. *Enn. ann.* 1. *frg.* 59. 4. Romulus pulcher in alto Quærit Aventino, servat genus altivolantum. *Horat.* 2. *ep.* 69. extremo in Aventino. *Ovid.* 6. *Fast.* 6. 518. Aventini saxa. *Liv.* 1. 6. Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. *Id.* 3. 31. et 32. De Aventino publicando lata lex est. *sc.* Iciliis a U. C. 298., quæ agrum publicum Aventini inter plebejos dividendum statuit (Cf. *Dionys.* 10. 31). — In plur. num. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 4. 19. (56). — In hoc monte plebeji, quum Romam armati rediissent, « consederunt ibique nocturnos cœtus fecerunt, quas secessiones appellant sive Aventini occupationes juris parandi et majestatis constituendæ gratia » (*Cic.* 2. *rep. l. c.* et *Corn.* 1. *frg.* 24., *Sall. Jug.* 31., *Liv.* 2. 28. et 32. et 3. 50., coll. *Dionys.* 6. 45), quod bis contigisse, *sc. a.* 260. et *a.* 395. *ibid.* narratur. — Aventinus, qui usque ad Claudii tempora extra Urbis pomœrium fuit, ab eo imperatore intra pomœrii fines receptus est (*Messala* apud *Gell.* 13. 14., coll. *Senec. Brev. vit.* 14). — 2.°) Improprie seu latiore sensu dicitur de regione Aventina. *Notit. Urb. p.* 23. « Aventinus (*sc.* XIII. Urbis regio) continens Armilustrium, templum Minervæ, Nymphæa tria, Thermas Syrianas et Decianas, Dolocenum (*sc.* templum Jovis Dolicheni), Privata Trajani, Mappam Auream, Horrea Galbes et Aniciana, Porticum Fabarium, Scalam Cassi, Forum Pistorium etc. ». Unde patet non omnem, qui vulgo mons Aventinus appellatur, hac regione comprehensum fuisse, sed tantum eam partem, quæ proprie Aventinum dicitur, ubi hodie ædes sunt s. Sabinæ et s. Priscæ, quæque terminatur ad occid. a Tiberi, ad merid. a monte *Testaccio*, ad orient. a valle dicta *della Moletta*, ubi sunt ædes s. Balbinæ et s. Sabbæ, et ad septentr. a Circo Maximo; quare collis, hac valle exclusa, spectat ad regionem XII. sive Piscinæ Publicæ, sc. ambitum habet XVIII. stadiorum, uti vult *Dionys.* 3. 43. Cf. *Nibby, Rom. ant. P.* 1. *p.* 13. *sqq.* Ulteriora vero pertinent ad reg. I. seu Portæ Capenæ. — Hisce addimus alia loca seu ædificia, inde ab antiquissimo ævo insignia, nempe altare Euandri, quod templo Herculis postea in foro Boario tegebatur (Cf. *Ovid.* 6. *Fast.* 477), Remuriam (*Dionys.* 1. 56., coll. *Ovid.* 5. *Fast.* 150), Caci speluncam et silvam lauri seu lauretum (*Varr. frg.* 205. *B.* et *Virg.* 8. *Æn.* 230), templum Jovis Elicii (*Varr.* 6. *L. L.* 95), Dianæ a Servio Tullio pro Latino fœdere dedicatum (*Fest. p.* 838), Junonis Reginæ, a Camillo locatum post Vejos devictos (*Liv.* 5. 22., 23. et 53), Saxum, ubi auguria copisse dicebatur Remus (*Id.* 1. 6. et *Ovid.* 5. *Fast.* 148), templum Bonæ Deæ (*Id.* 5. *ibid.* 153), Lunæ (*Id.* 3. *ibid.* 883), Libertatis, a T. Sempronio Graccho exstructum (*Paul.* apud *Fest. p.* 121., coll. tamen *Mon. Ancyr.* 4. 6), domos Ennii (*Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1777) et Suræ (*Martial.* 6. 64. 13), insulas Ciceronis (*Cic.* 12. *Att.* 32), Emporium et Porticum Æmiliam, a L. Æmilio Lepido et L. Æmilio Paulo constructam et ab eorum nomine nuncupatam; postea 130. magnifica ædificia seu palatia, Gothorum igni ferroque vastata ac diruta a. 410., Alarico duce, aliaque, quorum reliquiæ identidem effodiuntur (*De Sanctis St. d. Rom. I.* 187. et 208.; *II.* 4., 208., 272., 274., 284. et *alib.* 1907. et *Huillier, La destruct. de Rom. ant.* tr. (R. Lanciani, *p.* 46-49. et 177). — Alia de Aventino monte sive regione colligi possunt a vett. *Flor.* 1. 24. et 3. 15., *Macrob.* 3. *Sat.* 12. 5., *Frontin. Aquæd.* 76. et 87., *Ps. Aur. Vict. orig. G. R.* 6., 22. et 25., *Ovid.* 3. *Fast.* 295. et 4. *ibid.* 51. et *alib.*; et ex recentioribus *Gilbert, Gesch. u. Topogr. Std. II.* 144-257. et *III.* 439-446.; *De Rossi, Bull. com.* 1887. 286. *sqq.* et *Merlin, L'Aventin dans l'antiquité*, Bibl. des éc. franç. d'Ath. et de Rom. XCVII (Paris 1906). ¶ 2. Item vicus, Arimini, *Corp.* 11. 421 (*Arimini a.* 116).

II.) Aventinus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores præsertim — 1.°) Fuit filius Herculis, celebratus *Virg.* 7. *Æn.* 656. satus Hercule pulcro Pulcher Aventinus. *Serv.* ad *h. l.* tradit nomen accepisse ab Aventino monte, non montem ab eo. — 2.°) Item rex Albanus. *Ovid.* 4. *Fast.* 51. venit Aventinus post hos, locus unde vocatur Nunc quoque. *Id.* 14. *Met.* 619. sceptrum - Acrota forti Tradit Aventino, qui, quo regnarat, eodem Monte jacet positus tribuitque vocabula monti. Cf. *Mythogr. I. fab.* 204. et *Liv.* 1. 3. *Lact.* 1. *Inst.* 11. 59. In Latio Aventinus vocabulum monti dedit, in quo sepultus est. *Ps. Aur. Vict. orig.* 18. 5. Silvius Aventinus. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1161. Aventinus Silvius (*regnavit*) a. XXXVII. et *Cassiod.* in *Chron.*, coll. *Dionys.* 1. 70. *sqq.* Aventinus Remuli superioris regis major filius in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus ac sepultus æternum loco vocabulum dedit. *Augustin. loc. cit.* Aventinus autem, qui duodecimo loco Æneam sequitur, cum esset prostratus in bello et sepultus in eo monte - deorum talium, quales sibi faciebant, numero est additus. *et ibid.* 27. A rege Latinorum Proca sive superiore Aventino. — 3.°) *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 657. hunc ab alio Aventino, rege Aboriginum, ibi occiso et sepulto, distinguere videtur. ¶ 2. In titulis cogn. vir., ductum fortasse a monte Aventino (Cf. tamen etiam **AVENTIUS**). *Corp. I. L.* 6. 20884. et 10. 2843. — *Aventina*, cogn. mul. 3. 4207 (*in Pann. sup.*). — Hinc *Aventinius*, nom. gent. *Corp.* 12. 4109. — *Aventinianus*, cogn. *Ibid.* 1469.

ĀVENTĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 8. 1978. — Etiam cogn. et nom. sing. (*Pomp. gr. V.* 286. 9) *Corp.* 8. 19920. *Murat. Inscr.* 1640. 7. habet *Abentius*. — Adde *Symm. rel.* 23. 4. et *Venant.* 8. *carm.* 2. 6.

ĀVERNĀLIS, e, adject. ad Avernum lacum pertinens. *Propert.* 4. 1. 49. Avernalis Sibylla. *Horat. epod.* 5. 26. aquæ. *Ovid.* 5. *Met.* 540. Nymphæ. *Stat.* 2. *Silv.* 6. 101. Najades.

ĀVERNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Avernum lacum pertinens. *Virg.* 2. *G.* 164. Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Avernis. *Ovid.* 10. *Met.* 51. Avernæ valles. ¶ 2. Item ad inferos. *Virg.* 4. *G.* 495. Averna stagna. *Sil. It.* 15. 76. tenebræ. *Ovid.* 14. *Met.* 114. et *Sil. It.* 13. 601. Juno. *h. e.* Proserpina. *Val. Flacc.* 6. 158. palus. Rursum *Virg.* 4. *Æn.* 512. fons. et 5. *ibid.* 813. portus. — Hinc absolute

Averna, ōrum, n. plur. 2. *subaud.* loca. Vix recte *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 732. Ut Gargarus Gargara, ut Tartarus Tartara, ut Mænalus Mænala pluraliter; ita Avernus Averna (3. *ibid.* 442). *Lucret.* 6. 738. nunc age, Averna tibi. - Principio quod Averna vocantur nomine id ab re impositumst, quia sunt avibus contraria cunctis etc. (*tractat loc.* Campanum, Atheniensem, Syriacum). *Virg.* 5. *Æn.* 732. Averna per alta. *et* 6. *ibid.* 91. imis Acheronta adfatur Avernis (*Tibere*). *Ovid.* 14. *Met.* 105. ad manes veniat per Averna paternos. (*Æneas*).

ĀVERNUS, i, m. 2. (Ἄορνος) Ad etymon ἄορνος (α priv. et ὄρνις v. ὄρνεον, *avis*) referuntur *Lucret.* 6. 740., et *Sil. It.* 12. 123. Sic *Non.* 14. Avernus lacus idcirco appellatus est, quia est odor ejus a v i b u s infestissimus. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 386. et 442. Avernus dictus est quasi ἄορνος (*Isid.* 13. *Orig.* 19. 8). *Gloss. V.* 649. 7. Avernus, quod a v i s n o n ferat, a græco, o r n e a enim a v i s dicitur. At *III.* 237. 12. τὸ Εὔορνον Avernus. Addendum foret illud *Virg.* 6. *Æn.* 242. « Unde locum Graii dixerunt nomine Aornon »; quam lectionem alteri, quæ est *Avernum*, prætulit *Ribbeck* ex præstantibus codd. Sed ab hoc aliisque criticis viris totus versus nunc Virgilio abjudicatur, quem nec *Nonius* legit nec *Servius* innuit, nec poetæ stilus nec epica ratio patitur, quamquam non infitiandum satis veterem esse ejus auctoritatem, ut forte e *Prisciano, Dionysii periheg. v.* 1149 (al. 1056.) iisdem verbis interpretante, confictus videri possit. Versum hab.: R Bern. 165. Gud.; *aornum* Gud. Prisc., *Avernum* R Bern. Cf. *Wagner* et *Ribbeck* edd.

Avernus ¶ 1. Est lacus Campaniæ Cumis, Bajis et Puteolis proximus Lucrinoque olim junctus (*Porphyr.* ad *Virg.* 2. *G.* 162), hodie *Lago d'Averno* vel *Lago di Tripergola*: etiam apud antiquiores prævalet usus genet. *lacus Averni*, ut de

nomine primigenio regionis vel genii cogitare liceat (*Ihm*). — 1.°) Proprie. *Cic.* 1. *Tusc.* 16. 37. In vicinia nostra Averni lacus « unde animæ excitantur obscura umbra opertæ (ex) ostio altæ Acheruntis salso sanguine » imagines mortuorum. *Trag. inc.* 250. quænam te adigunt, hospes, stagna capacia visere Averni. *Lucr.* 6. 746. si forte lacus substratus Averni(st). *Virg.* 5. *Æn.* 813. tutus - portus accedet Averni (*Æneas*). *Liv.* 24. 12. (*Hannibal*) ad lacum Averni per speciem sacrificandi - descendit. Adde *Mel.* 2. 70., *Vellej.* 2. 79. 2., *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 3. (6). *Lucan.* 2. 668. Avernus stagnans. *Virg.* 6. *Æn.* 201. grave olens. *Claudian.* 36. 348. pestifer. *Sil. It.* 12. 121. celeber. *Vib. Seq. p.* 153. immensæ magnitudinis, cujus ima pars deprehendi non potest. — Juxta Avernum *Cimmerium* oppidum exstitisse tradit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (61). — Augustus quum portum *Julium* apud Bajas effecisset, mare in Avernum et Lucrinum lacum immisit (*Sueton. Aug.* 16), eumque dein salubrem et amœnum reddidit (*Martial.* 1. 63., coll. *Strab.* 5. 4. 5); nuper vero (a. 1844) infra Avernum Cumas usque cuniculus repertus est, qui vulgo *Grotta di Cuma* appellatur describiturque a cl. *Scherillo* in op. inscr. *Di una antica strada sotterr.* etc. Napoli 1858. — Alia de piscina et fossa, a Nerone imp. ibidem incohatis, referunt *Sueton. Ner.* 31. et *Tac.* 16. *Ann.* 42. — Fuit hic antrum Sibyllæ Cumanæ et descensus ad inferos. *Virg.* 3. *Æn.* 442. *sqq.*; 6. *ibid.* 732. et 6. *ibid.* 118., 201. et 239., coll. *Lycophr.* 704. et *Diod.* 4. 22. — 2.°) Translate — *a)* De inferis adhibetur. — Apud ethnicos. *Virg.* 4. *G.* 493. immitis rupta tyranni Fœdera terque fragor stagni est auditus Averni. Adde *eund.* 4. *Æn.* 512. *Ovid.* 3. *Am.* 19. 27. Avernus niger. *Epiced. Drus.* 445. nebulosus. *Senec. Phædr.* 1201. pallidus. *Lucan.* 6. 636. Stygius. *Val. Flacc.* 2. 602. vacuus. *Sil. It.* 10. 136. livens. *et* 11. 452. tristis. *Stat.* 3. *Theb.* 108. Tartareus. et 7. *ibid.* 98. ingens. *et* 8. *ibid.* 34. inimicus. et 11. 588. piger. *Martial.* 7. 47. 7. taciti regnator Averni. *Prudent. c. Symm.* 1. 389. arbiter obscuri - Averni. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 27. deis pallentis Averni. *Claudian.* 33. 116. Lucidus umbroso miscebitur axis Averno. — Et in plur. num. *Virg.* 7. *Æn.* 91., *Ovid.* 14. *Met.* 105., *Sil. It.* 17. 466., *al.* — Apud christianos. *Prud. ham.* 128. gehennæ mancipium, Stygio qui sit damnandus Averno. Adde *Drac. laud. Dei* 2. 546., *Ambros. hymn. II.* 79. 20., *Inscr. Chr.* apud *De Rossi II. p.* 258. — *b)* De diabolo. *Arat.* 2. *act.* 611. nigredine plenus Averni. — *c)* De carcere. *Cassiod.* 11. *Var.* 40. Reos de Averno tuo victuros emitte. ¶ 2. Est etiam lacus in Thesprotia. *Hygin. fab.* 88. ¶ 3. Item mons Indiæ. *Epit. Alex.* 46. Barbari in montem Avernum confugerunt - hic plenissimus omnium generum avium, quæ voces imitarentur hominum.

ĀVERRUNCUS (Auruncus), i, m. 2. deus, malorum depulsor, a Latinis cultus, teste *Varr.* 7. *L. L.* 102. A v e r t e n d o a v e r r u n c a r e, ut deus, qui in eis rebus præest, Averruncus. *Gell.* 5. 12. 14. In istis autem diis, quos placari oportet, uti mala a nobis vel a frugibus natis amoliantur, Auruncus (*vulg.* Averruncus) quoque habetur et Robigus. *Gloss. II.* 27. 15. Auruncus θεὸς ἀποτρόπαιος. *et* 568. 20. Auruncus deus fugæ (V. *Löwe, prodr. p.* 365). Cf. **ALEXICACUS**. — Hinc *dii Averrunci* v. *Avertentes* apud *Macrob.* 2. *Sat.* 16. dicti Dioscuri, græc. Ἀποτρόπαιοι.

ĀVERTENTES DII. *V.* voc. præc.

ĀVIĀNIUS, ii, m. 2. (Avius) ¶ 1. In titulis nom. gent. vir., frequens in Campania et in Africa (Ἀβιάνιος). *Corp. I. L.* 6. 1698 (*a.* 377); 14. 244. — *Aviania*, nom. mul. *Corp.* 10. 479. ¶ 2. Apud scriptores memoratur A v i a n i u s E u a n d e r, statuarius, de quo *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (32). « Timothei Diana Romæ est in Palatio, Apollinis delubro, cui signo caput reposuit Avianius Euander ». *Alii tamen* Aulanius *leg.* — Fortasse est artifex, de quo *Porphyr.* ad *Horat.* 1. *Sat.* 3. 90. « Euandrum ferunt cælatorem ac plasten Atheniensem a M. Antonio Alexandriam perductum et inde inter captivos Romam venisse ibique multa, admiratione digna, finxisse ». Sane qui de Euandro Arcade vetere cogitaverunt, decepti sunt; nullum enim antiquitatis studium hic videtur, sed quod pluris aliquis fecit poculum bene cælatum quam amicum suum (V. *Ritter*). Cf. etiam *Cic.* 7. *Fam.* 23. et 13. *ibid.* 2., qui de alio statuario C. Avianio Euandro mentionem facit *ibid.* 2., liberto M. Æmilii Aviani. — Alii porro apud *eund. ibid.* 21., 35., 79. et *alib.*, familiares et hospites laudantur.

ĀVIĀNUS, i, m. 2. (Avius) ¶ 1. In titulis *Avianus* (Ἀϊανός) nom. gent. et cogn. vir., interdum cum *Avianius* (Ἀβιάνιος) confusum. *Corp. I. L.* 10. 3701. — *Aviana*, nom. mul. *Corp.* 6. 35667. et 8. 18686. ¶ 2. Apud auctores memorantur — 1.°) A v i a n u s, præn. *Flavius*, qui scripsit elegiaco metro fabulas Æsopicas XLII., quas Theodosio cuidam dicavit (*Avian. præf.*), fortasse ad sæc. V (Cf. *Fröhner* in ed. *p. XII.* et *Unrein, De Av. æt.* Jena 1885) pertinens et christianus, ut ex fab. XXIII. et ultima conjici potest. Ita in *præf.* « (*Quas fabulas*) græcis iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit, Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos resolvit: de his ego ad quadraginta et duas in unum redactas dedi, quas rudi latinitate compositas elegis sum explicare conatus ». Ceterum quædam moralia adjecta ævi longe posterioris opus esse liquet. — Primus *Cannegieter* edidit 1731. Amsterd.; dein *Tzschukke* 1731. Lips.; recentius *Lachmann* 1845. Berl., *Fröhner* 1862. Lip., *Ellis* 1887. Lond. *Herviaux* 1894. Par. Cf. etiam de eo *Wernsd.* in *Poet. Lat. min. præf. T.* 5. *p.* 39. *sqq.* — 2.°) A v i a n u s L æ t u s v. L æ t i u s, auctor epigrammatis in op. Martiani Capellæ de *Nuptiis Mercurii* a Barthio editi, sed dubiæ fidei. *Anthol. Lat. n.* 558. *Meyer.* V. *Poet. Lat. min. V. p.* 425. ed. *Bæhrens*.

AVICANTUS, i, m. 2. deus Gallicus prope Nemausum, cujus nominis origo latet. *Corp. I. L.* 12. 3077. Cf. *Glück, Kelt. Nam.* 34., 48., 176. Fortasse nomen fuit fontis, tamquam dii ab illa gente culti, veterum more. V. *Mérimée, De antiq. aquar. religionib. in Gall. merid.* 19.

ĀVIDIĒNUS, i, m. 2. (Avidius) ¶ 1. In titulis nom. gent. *Corp. I. L.* 9. 1604. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Vir quidam parcus sed dives, apud *Horat.* 2. *Sat.* 2. 55. « Avidienus Cui canis ex vero ductum cognomen adhæret Quinquennes oleas etc. ». *Canis* nempe non ob mordacitatem v. aviditatem, sed immunditiem, unde et Diogeni cognomen adhæsit, uti censet *Ritter*. Cf. *Ovid.* 3. *Fast.* 733., *Horat.* 2. *Sat.* 1. 65. et *Corp. I. L.* 6. 14358. — 2.°) Item rhetor, cujus meminit *Senec.* 7. *Contr.* 17. *n.* 14., si vera est lectio.

ĀVIDIUS, ii, m. 2. (Avius) ¶ 1. In titulis nom. gent. (Ἀουίδιος, Αὐίδιος et Ἀβίδιος) *Corp. I. L.* 9. 26. — *Avidia*, nom. mul. *Ibid.* 81. Cf. **AUDEUS** v. **AUDIUS**. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) A v i d i u s C a s s i u s, sæpissime *Cassius* tantum appellatus (*Dio* 71. 22), Heliodori v. Avidii Severi, ex Cyrrho, Syriæ oppido, oriundi (*Capitolin. Ant. Phil.* 25) filius, sed per patrem ex familia Cassiorum (*Vulc. Avid. Cass.* 1.), homo severus et fortis et reip. per ea tempora necessarius (*Id. ib.* 2); consul suffectus cum Celso Planciano a. p. Chr. 161-168. *Corp. I. L.* 3. *p.* 889 (a. 161. *Borghesi Œuvr. VI.* 98. *sqq.*, v. a. 166 *Napp, De reb.* etc. 62). — Dux fuit strenuus cum Statio Prisco et Martio Vero in bello Parthico, quod, capta Ctesiphonte, feliciter absolvit, a. 165 (*Dio* 71. 2., coll. *Capitolin. Var.* 8). — Præfectus inde toti Orienti amatusque ab omnibus, mortuo L. Vero imp., ambitione excæcatus M. Aurelio rebellavit seque imperatorem appellavit, instigante etiam Faustina, Antonini uxore, quam excusat *Vulcatius* (*ibid.* 9. *sqq.*), contra *Dio* (*l. c.*) et *Borghesi* (in *Bull. arch. Nap.* a. 1855. *p.* 125) incusant; at, dum Antoninus, bello Sarmatico relicto, in æmulum arma vertit, ad eum Cassii caput perfertur a suis interfecti (*Capitolin. l. c.* 24. *sqq.*) ejusque familiares, tum clementia imperatoris illæsi, Commodi, crudelissimi successoris, jussu vivi combusti sunt (*Vulcat. Avid.* 13) et Avidii nomen abrasum a publicis monumentis (*Corp. I. L. Gr. III. n.* 4544). — De eo plura ex *Vulcatio* in *vit. Avid.* Cf. etiam *Klebs, Rh. Mus. XLIII.* 1888. *p.* 321-346. et *Napp, op. cit.* Bonn. 1879. *p.* 37-50., 57-65. — 2.°) A v i d i u s H e l i o d o r u s, præn. *Cajus* (*C. I. L.* 3. 6025. = *Dessau* 2615), pater Avidii Cassii, rhetor professione et philosophus seu potius sophista, quem Hadrianus imp. amicissimum et ab epistolis Græcis habuit (*Spartian. Hadr.* 16. et *Dio.* 69. 3.); præfectum vero Ægypti nominavit, a. circ. 136-140. Antoninus Pius (*Corp. I. L.* 3. 6025. = *Dessau* 2515). Cf. *Schmid, Rh. Mus. XLVIII.* 1893. *p.* 56. — 3.°) Alii: A v i d i u s M æ c i a n u s, filius Avidii Cassii, præf. Ægypti a. p. Chr. 175., cum patre interfectus (*Vulc. Avid.* 7): A v i d i u s N i g r i n u s, proavus maternus L. Veri imp., proconsul sub Domitiano imp. (*Plin.* 10. *ep.* 71): A v i d i u s Q u i e t u s, cons. suffectus, Thraseæ familiaris et amicus Plinii junioris (*Plin.* 6. *ep.* 19. et *C. I. Gr. n.* 3835).

ĀVIĒNUS, i, m. 2. Scribitur *Avienius, Abianus, Abinius* et *Habianus* in codd. et inscriptt.

Avienus ¶ 1. In titulis nom. gent., rarioris formæ, quod et in cogn. transiit. *Corp. I. L.* 14. 251 (*Ostiæ a.* 192). *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 327. 375. et *alia* apud *Frizzi, Mem. di Ferr. I. p.* 244. — *Aviena* v. *Avienia*, nom. mul. *Corp. I. L.* 6. 12898. ¶ 2. Apud scriptores in gente *Gennadia* et *Rufia*, ut *Gennadius Av.* cos. et *Rufius Festus Av.* procons. Africæ et poeta. *Carm. epigr.* 1530. *V.* in **GENNADIUS** et **RUFIUS**.

ĀVIŎLA, æ, m. et f. 1. (demin. ab *avis*) cogn. gentis Aciliæ et Calpurniæ proprium, non autem absolute (Cf. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1124): vir. *Corp. I. L.* 9. 482.: mul. 6. 353. — Apud scriptores memoratu dignus *M'. Acilius Aviola*, cos. a. 54. p. Chr., de quo ita *Val. Max.* 1. 8. 12. « Aliquid admirationis civitati nostræ Acilii etiam Aviolæ rogus attulit, qui a medicis et a domesticis mortuus creditus - postquam corpus ejus ignis corripuit, vivere se proclamavit auxiliumque - invocavit. Sed jam flamma circumdatus, fato subtrahi non potuit ». Hinc *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 52. (173). Aviola consularis in rogo revixit.

AVIŌNES, um, m. plur. 3. populi Suebici Germaniæ, qui « terram matrem colunt » *Tac. Germ.* 40. *Kritz* ad *l.*: Hæ nationes (*Reudigni, Aviones* etc.) quærendæ sunt in Mecklenburgicis terris et meridionali parte Chersonesi Cimbricæ. — *Zeuss D. p.* 152. apud *Orelli* ad *Tac. l.* putat eosdem esse ac *Caviones* v. *Chaibones*, de quibus *Mamertin. Geneth.* 7. V. loc.

ĀVIS, is, f. 3. sidus cæleste. *V.* **AVIS** in *Lexico*.

ĀVĪTĀCUM, i, n. 2. prædium seu villa cujusdam Aviti, patris Papianillæ, Sidonii uxoris, hodie *Aydat*, olim *Agdat*, descriptum *Sidon.* 2. *ep.* 2. Adde *carm.* 18. 1.

ĀVĪTIĀNUS, a, um, adject. ad Avitiam gentem pertinens, ut *Avitianæ figlinæ* in *Corp. I. L.* 15. 15.[a] et 15.[b] (a. 131).

ĀVĪTIĀNUS, i, m. 2. (avitus) Licenter syllabam secundam corripuit metri causa *Venant.* 4. *vit. s. Mart.* 52. et *alib.*

Avitianus, cogn. vir. *Corp. I. L.* 8. 7037. — *Avitiana*, cogn. mul. *Corp.* 12. 1395. — Apud auctores — 1.°) Fuit frater Ausonii poetæ. *Auson. Parent.* 13. — 2.°) Item comes, vir crudelissimus in Galliis, a s. Martino, ep. Turonensi, ad mitiora conversus. *Sulpic. Sev. dial.* 3. 3-8.

AVĪTTA, æ, f. 1. oppidum prov. Africæ. *Corp. I. L.* 8. 12275 (*Honorii imp. act.*) municipium Avitta Bibba. *et Tab. Peut.* 5. *Rav. p.* 143. Abitan. — Hinc *Avittensis*, ad Avittam pertinens. *Corp.* 8. 797. *Augustin.* in *ps.* 36. *serm.* 2. 20. Tertullus Abitensis episcopus. — Fortasse duo fuerunt municipia ita cognominata (*Diehl*).

AVITTENSIS. *V.* voc. præc.

ĀVĪTUS, i, m. 2. (Ἀουῖτος v. Ἄβιτος) Scribitur *Abitus* et *Avithus* cum aspiratione et etiam *Avittius*. V. *Inscr.* apud *Momms. n.* 699., *Corp. I. L.* 10. 1754., *Inscr. Chr.* apud *De Rossi I.* 795. etc. — Origo vocabuli videtur esse ab *avus*; sed varia scribendi forma huic etymo obstare videtur.

Avitus, cogn. vir., rarum apud ethnicos scriptores; e titulis vero frequens tam humilium (neque tamen servorum) quam nobilissimorum, præcipue in gentibus *Alfia, Didia, Dubia, Roditia, Flavia, Hedia, Julia, Rufia*, inde a primo p. Chr. sæculo

medio, magis autem sæc. secundo et tertio, sæpius in Hispaniis, ubi ita cognominati plus centum occurrunt, ex quibus dimidia fere pars Lusitani, oriundi imprimis ex oppidis Olisipone et Collipone; præterea numerosi innotuerunt ex Norico, Pannonia, Gallia Narbonensi, sed pauci Romani, nemo in columbariis; porro nomen nunquam interiisse docent christiani saec. V. et VI (Cf. *Otto, Fleckeis. Jahrb. suppl.* 24 [1898] 760. *sq.*). ¶ 1. Apud scriptores, memorantur præsertim — 1.º) Avitus orator, laudatus a *Symmach.* in *Orat. pro Synes.* 6.; fortasse *Alcimus Avitus*, de quo *Auson.* in *Prof.* 2.: vel *Avitus* rhetor, laudatus a *Cassiod. Orth. fin.* — 2.º) Avitus (*Alcimus Ecditius*), de quo *V.* ALCIMUS. — 3.º) Avitus (*Alfius*), de quo *V.* ALFIUS. — 4.º) Avitus (*Eparchius* apud *De Rossi, Inscr. Chr. urb. Rom. I.* 796.; *M. Mæcilius Avithus* in nummis apud *Eckhel* 8. *p.* 193. et *Cohen* 8. *p.* 222), Arvernus e nobilissima Gallorum familia. Memorant *Prosp., Hydat., Marcellin.* aliique chronographi, *Sidon.* 9. *ep.* 1. et *Greg. Tur.* 2. *Franc.* 11. — Vir virtute ac prudentia insignis post obitum Placidi Valentiniani imp., sub quo fuerat variis muneribus optime perfunctus, quemadmodum et sub Maximo; hoc vita functo, consentiente Theoderico, Gothorum rege, Tolosæ imperator proclamatus fuit a. 455.; bellavit cum Vandalis ac Suecis, quos ope Gothorum et Ricimeri comitis devicit. At dum hic parabat eum solio deturbare ac Majorianum intrudere, Avitus sponte se abdicavit a. 456. et episcopus Placentinus creatus est. *Hydat. chron.* 183. et *alib.*, coll. *Momms. chron. min. I.* 304., 664. et *II.* 157., 186. et 232., *Theoph. chron.* 5948., *Jorn. Get.* 45. et 240., *Greg. Tur. loc. cit.* et *Joh. Ant. frg.* 202. — Alios plurimos et quidem dignitate clarissimos, brevitatis causa, omittimus. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 10. 8678., 31147. et *alib.* sæpe. — Etiam Elagabali apud *Dion. Cass.* 78, 30. — *Avita*, cogn. et nom. mul. *Corp.* 6. 11724.; 13. 7118. etc. — Adde *Inscr.* apud *Dessau* 484. IVLIAE MAESAE ET IVLIAE AVITAE MAMEAE SANCTISSIMARVM AVGVSTARVM. — Hinc deriv. *Avitius* (*a*), nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 1056. - 13. 1839. — *Avitianus* (*a*). V. suo loco. — *Avitianus*, cogn. *Corp.* 5. 1486. — *Avitula* cogn. mul. demin. *Corp. I. L.* 8. 4096. et *Avitilla*, item, 13. 2899.

AVĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp. I. L.* 6. 7696.; 9. 3679. etc. — *Avia*, nom. mul. 8. 6392. et *Inscr. Rhen.* 713. — Etiam cogn., sed exempla parum certa. — Hinc deriv. *Avianus*. V. suo loco. — *Avianianus* cogn. *Cic.* 13. *Fam.* 21. et 23. — *Aviasius*, nom. gent. *Corp. I. L.* 11. 720. — *Aviatius* nom. gent.: cfr. Etr. *aviati* (*C. I. E.* 1. 1933) *Corp. I. L.* 6. 2379a. 2. 3 (*a.* 144). — *Avidius*. V. suo loco; unde *Avidianus*, cogn.; *Avidiarius*, *Avidiaceus* (*a*). *Aviedius* (*a*), nom. gent. passim *Corp.*; item *Avidienus* et *Avienus*, *a* (V. suo loco). Item *Avilius* (*a*) et sæpius *Avillius*, nom. (et cogn.) in Italia haud rarum, maxime in Latio vetere, in Piceno, in Campania, in Gallia Cisalpina. *Corp. I. L.* 1. 1087.; 6. 128. etc. — Apud *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 2054. Flaccus Avillius, præf. Ægypti, inimicus Judæorum, Philonis adversarius. - *Avitius* (*Avittius*). *V.* suo loco. — Hinc *Avillianus* fundus *C. I. L.* 9. 1455 (*a.* 101). et *Avillianus*, cogn. 15. 3977-3982 (*a.* 149). et *Avillienus*, *Avilenus* (*a*), *Avilledius* (*a*), *Avilejus* (*a*) etc. nom. gent. 9. 4062.; 3. 13744.; 9. 3760. et 3003. — *Avōnius* (*Aōnius*), *a*, nom., cujus multa exempla Romæ, paucissima in Latio vetere, in Etruria, in Dacia, in Africa, jam inde ab ineunte æt. imp., cum præn. fere *Sexti*, in *Corp. I. L.* 6. 200 (*a.* 70). etc. De forma *Aonius* V. *Solmsen, stud. p.* 70. et 174.

AVO, ōnis, m. 3. ¶ 1. Est fluvius Callæciæ, nunc *Ave* (*Rio d'Ave*), apud *Mel.* 3. 10 (Αὔος *Ptol.* 2. 6). ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp. I. L.* 7. 1344. et *Greg. Tur.* 7. *Fr.* 3. Cf. *Inscr. Bull. Soc. d. Antiq. d. Fr.* 1883. *p.* 292.

AVOBRĪGA v. Abobrica, æ, f. 1. oppidum Callæciæ, apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (112). - Hinc *Avobrigensis*, incola. *Corp. I. L.* 2. 4247.

AVOBRĪGENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

AVONA, æ, m. 1. fluvius Britanniæ, nunc *Avon*. Memorat *Tac.* 12. *Ann.* 31.

AVOTH, indecl. plur. f. (Hebr. *Hhavōth*, « tentoria circulatim disposita v. generatim locus, ubi vivitur, sc. habitationis: a *hhavah*, vixit; hinc pagus, vicus »; *LXX.* Αὐώθ, plenius cum addito *Ya'ir*, ἐπαύλεις Ἰαΐρ, *sc.* vicus Jair), nom. civitatis (*al.* familiæ seu hominum Jair) in Palæstina. *Vulg.* 3. *Reg.* 4. 13.; sed *Num.* 32. 41. et *alib.* *Hhavoth*. — Fuerunt *Hhavōth-Ya'ir* sexaginta vici seu oppidula (*Jos.* 13. 30) Galaad in terra Basan et Argob sparsa, in quibus degebant Jairi posteri ex tribu Manassitarum. — De concordandis vero horum oppidorum numeris in diversis locis (*Jos.* 13. 30., 3. *Reg.* 4. 13., *Jud.* 10. 4. et *alib.*) cf. *Keil, Die Bücher Mose's II. p.* 429.; *Cornely, Intr. II. p.* 85. et *Legendre, Lex. Bibl.* etc. *III.* 458.

AX

AXA. *V.* ACHSA.

AXATIS, is, f. 3. oppidum conventus Hispalensis in Hispania. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11).

AXATITĀNUS, a, um, adject. ad Axatin pertinens. *Corp. I. L.* 2. 1055.

AXĒNUS Pontus (ἄξενος, *inhospitalis*) dictus olim qui nunc Euxinus: ab α priv. et ξένος, *peregrinus, hospes*; non enim nisi raro adibatur, quia Scythæ appulsos hospites mactare et comedere solebant. *Ovid.* 4. *Trist.* 4. 55. Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. Adde 3. *ibid.* 13. 27. — *Cic.* 3. *rep.* 9. ed. *Mai.* habet *Axinus*, fortasse pro *Axenus*. V. EUXINUS.

AXĪA, æ, f. 1. castellum in Etruria situm, hodie *Castel d'Asso*. Memoratur *Cic. Cæcin.* 7. 20. — *Axia*, nom. mul. *V.* AXIUS.

AXIĀCES v. Asiaces, is, m. 3. (Ἀξιάκης) fluvius Sarmatiæ Europææ, hodie *Tiligul*. Memorant *Mela* 2. 1. 7. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (82).

AXĪNUS. *V.* AXENUS.

AXIŌPŌLIS (Axiupolis), is, f. 3. (Ἀξιόπολις v. Ἀξίου πόλις, *urbs ad Axium*) oppidum Scythiæ v. Mœsiæ inferioris, ad ostium Axii. *Itin. Ant. p.* 224. — Ibi stationem habebant « milites superventores » dicti, ut ex *Notit. Dign. or.* 36. constat.

AXIŌTHĒA, æ, f. 1. (ἄξιος, *dignus* et θέα *spectaculum*) cogn. mul. *Inscr.* apud *Muratori* 1490. 5.

AXĪUS, ii, m. 2. nom. pers. et geogr.

I.) Axius (Ἄξιος), nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores, memorantur — 1.º) Axius senator, familiaris *Varronis* 3. *R. R.* 7. et *Ciceronis* 1. *Att.* 12., 3. *ibid.* 15. et *alib.* — Librum unum epistolarum Ciceronis ad eum laudat *Front.* 2. *ad Antonin. imp.* 5., cujus fragmenta tantum exstant in fine opp. *Cic.* ed. *Orell. t. IV. p.* 972. *sq.* — 2.º) Axius Paulus, rhetor ac poeta, Bigervitanus, familiaris Ausonii poetæ, qui ad eum plures epistolas scripsit (8-14). — 3.º) Axius, genius. *V.* II. 1. ¶ 2. In titulis nom. gent. pleb. (Cf. Etrusc. *acsie, axsie* apud *Schulze, Eigenn. p.* 10). *Corp. I. L.* 6. 10119. - *Ibid.* 35300. Axsius — *Axia*, nom. mul. 6. 13440. — Hinc *Axianus*, cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 10578.; 10. 8059. Adde *Cic.* 15. *Att.* 29. et *Axiana*, nom. mul. *Corp. I. L.* 11. 6677. — *Axenius*, nom. gent. *Corp.* 9. 3352. — Adde *Axilius* (*a*), *Axinia*, *Axsenia*, nom. gent. *Corp.* 6. 8098. et 6. 19716.; 13. 6184. et 8. 16922. — Alios videsis apud *Varr.* 3. *R. R.* 7., *Corp. I. L.* 3. 1422. etc.

II.) Axius, nom. geogr. (Ἄξιος v. Ἀξιός: cf. Maced. ἄξος = ὕλη *Hesych.*; vel Cret. ἄξος = ἀγμός *Steph. Byz.*) ¶ 1. Est amnis Macedoniæ, hodie *Wardar* (Βαρδάριος v. Βαρδάρις). Memorant *Liv.* 39. 53., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (34)., *Ammian.* 21. 10. 3., *Mela* 2. 35., *al.*, coll. *Hom. Il.* 2. 849. *sq.*, 16. 288., 21. 141. et *Herod.* 7. 123. — Est etiam ἐπώνυμος, seu genius in mythis, amnis Macedonici. *Dict.* 2. 35. Pyræchmes Axii (*sc.* filius) Pæonius. ¶ 2. Item alius oriens de monte Armeno ac transiens per Caucasum ad Mesopotamiam, teste *Jul. Honor. cosmogr.* B. 11 (*Cosmogr.* 1. 11. Auxius et 1. 7. Aexius).

AXŌMIS (Axumis), is, m. 3. (Ἄξουμις, Ἄξωμις et Αὔξουμη) oppidum Æthiopiæ. *Ravenn. p.* 118. *V. Peterson, De antiq. Axum.* Lund 1822. et *Dillmann, Anfänge des Axum. Reich.* etc. Berl. 1879.

AXŌMĪTÆ (Axumitæ), ārum, m. plur. 1. (Ἀξωμῖται v. Ἀξουμῖται) incolæ Axomis. *Vopisc. Aur.* 33. et 41. — De his triumphum egit Aurelianus imp., teste *eod. ibid.*

AXŌNA, æ, f. 1. Remorum fluvius in Belgio, nunc *l'Aisne* (Cf. *Holder, Altc. Sprachsch. I.* 319). Memoratur *Cæs.* 2. *B. G.* 5. Flumen Axonam, quod est in extremis Remorum finibus. Adde *Auson. Mos.* 461. — *Pons*, de quo loquitur *Cæs. loc. cit.*, statuendus, ubi nunc *Berry-au-Bac*, ex ruderibus nuper ibi repertis, et *castra*, ubi nunc *Mauchamp*.

AXŪMIS, is, m. 3. (Ἄξουμις Ἄξωμις) oppidum Æthiopiæ. *Ravenn. p.* 118. — *Axomitæ, arum*, incolæ (Ἀξωμῖται). *Vopisc. Aurelian.* 33. — De Axomi V. *Peterson, De antiq. Axume*, Lund 1822.; *Dillmann, Anfänge des Axumitischen Reiches*, Berl. 1879. et Inscriptiones apud *Deramey* (*Rev. de l'hist. d. relig. XXIV.* 554. *sqq.*).

AXŪMĪTĀNUS, a, um, adject. ad Axumim pertinens. *Ravenn. p.* 166. Æthiopia Axumitana — Hinc *Axumitani*, incolæ. *Id. p.* 5.

AXŪRUS. *V.* ANXUR.

AZ

AZA, nom. ¶ 1. Indecl. m. Hebr. *'Uzzā* « robur »; *LXV.* Ἀζά, Ὀζζά. — 1.º) Est nom. pers., sc. filius Abinadab, idem qui Oza, ut vertit *Vulg.* 2. *Reg.* 6. 3. *sqq.* et 1. *Par.* 13. 7. *sqq.* *V.* OZA.: — item filius Gera ex tribu Benjamin. *Ibid.* 8. 7., ubi *Vulg.* habet *Oza*: — item filius Phasea, princeps cognationis Nathinæorum. *Id.* 1. *Esdr.* 2. 49. et 2. *ibid.* 7. 15. — 2.º) Est etiam nomen oppidi in tribu Ephraim. *Id. Par.* 7. 28. — Quod ad scripturam vocabuli attinet, plures MSS. et ed. libr. habent *'Ayāh* (V. *Kennicott, Vet. Test. hebr.* Oxford 1780. *II. p.* 686. et *Joh. De Rossi, Var. lect. V. T.* Parm. 1788. *IV. p.* 174-175); sed vett. interpr. ac textus Massoreticus *'Azzāh*, quæ lectio tenenda est (*Id. loc. cit. p.* 175). — Quod vero ad loci situm, nihil certi statui potest — 3.º) Item oppidum Philisthæorum. *V.* GAZA. ¶ 2. Decl. f. 1., oppidum Armeniæ minoris. *Itin. Ant. p.* 183., coll. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. (26)., hodie fortasse *Kalkil Tschiflich*.

AZALI v. Azalii, ōrum, m. plur. 2. (Ἀζαλοι), gens Pannoniæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (148). et *Corp. I. L.* 9. 5363. — In sing. num. *Azalus* habet *Const. vet.* 60 (a. 148) *p.* 1985. 1. 14. et 2. 3. et *alib.* Cf. *Inscr.* apud *Cardinali, Dipl. imp. p.* XXXXI.

AZALUS. *V.* voc. præc.

AZĀN, ānis, m. 3. ¶ 1. Est heros ἐπώνυμος montis Azanii. *Stat.* 2. *Theb.* 292. Venit et Idmis niuistibus æmulus Azan Parrhasiique duces. Cf. *Schol.* ad *l.* Azan apud Arcades Curetes hoc nomen habent de monte Azanio, unde vulgo in sacris Deæ Magnæ dicitur Azan. *V.* AZANIUS mons. ¶ 2. Item incola, collective sumptus. *V.* sub 1.

AZĀNENSIS. *V.* AZANI.

AZĀNĒS, eunuchus Saporis, Persarum regis. *Cassiod.* 3. *Hist. trip.* 2.

AZĀNI, ōrum, m. plur. 2. et Azanes, um, 3. ¶ 1. Arcadum gens vetusta (Ἀζάνιοι v. Ἀζᾶνες). *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 31. Sane Arcadum genera fuerunt quattuor, Parrhasiorum, Mænaliorum, Azanorum, Cynæthorum. Alii non Azanos et Cynæthos, sed Azanes et Cynætheos dicunt. ¶ 2. Etiam oppidum Phrygiæ (Αἰζανοί). *Patr. Nic.* 1. 142. Pisticos Azanon. *pro* Azanorum. *Conc. Const.* (*Mansi* 9. 177). Azanorum. — Hinc *Azanensis*, adject. ad Azanos pertinens. *Patr. Nic.* 2. 138. Pisticus Azanensis. — *Azanitæ*, incolæ. *Conc. Const.* a. 536 (*Mansi* 8. 1049).

AZĀNIA, æ, f. 1. regio Arcadiæ, dicta ab Azanis vel ab Azane, heroe Arcade (*Eurip. Orest.* 1647). *Apul. Orth.* 51. Azania est pars Arcadiæ,

ubi natum Jovem tradit Euphorion. — Est etiam apud Græcos *Azania* Phrygiæ et *Azania* Æthiopiæ. V. *Bunzen, De Azania*, Bonn 1852.

AZĀNĪTÆ. *V.* AZANI.

AZĀNĪUS, a, um, adject. ad Azaniam Æthiopiæ pertinens. Hinc *Azanium mare* apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (153). et *ibid.* 29. 34. (172). — Item *Azanius oceanus* apud *eund. ibid.* 24. 29. (108). Oceanum, qui influit (sc. in sinum Arabicum), Azanium appellant. — *Solin.* 56. pelagus Azanium. — *Azanius mons*, apud Arcades. *Schol.* ad *Stat.* 2. *Theb.* 292.

AZANOTTHABOR v. Azanot-Thabor, indecl. (Hebr. *'Aznōth-Thabhōr* « aures, sc. vertices, Thabor »; *LXX.* Ἀθθαβώρ) nom. oppidi in tribu Nephthali ad occid. *Vulg. Jos.* 19. 34. — Situm erat circa montem Thabor, cui respondet Ἀζανώθ, quod memorat *Eusebius* in finibus Diocæsareæ (Sephoris, *Séfūrīgéh*). Cf. *Hieronym. sit. et nom.*, coll. *Onom.* Götting. 1870. *p.* 224.

AZĀRĪĀS, æ, m. 1. (Hebr. *'Azaryāh* et plenius *'Azaryāhū* « adjuvit Dominus »; *LXX.* Ἀζαρίας) nom. personæ apud Hebræos, quo plurimi nuncupati sunt. Memorantur, præsertim — 1.º) Azarias, filius Sadoch, summi sacerdotis. *Vulg.* 3. *Reg.* 4. 2. — Fuit ex principibus ac præfectis, sc. *kōhēn*, dict. de sacerdotibus et etiam de præcipuis regum administris. *V.* tamen de hac re *Lesêque* in *Lex. Bibl. Vig.* 1. *p.* 1298. *sq.* et *Re, Arch. Diz.* 1. *p.* 870. — 2.º) Azarias, rex Juda, dictus etiam *Ozias*, de quo *V.* OZIAS. — 3.º) Azarias, filius Achimaas et pater Johanan, de tribu Levi, summus Judæorum sacerdos, qui primus statim post ædificatum a Salomone templum Hierosolymitanum, ibi sacra fecit. *Id.* 1. *Par.* 6. 10. — 4.º) Azarias, filius Helciæ, pater Saraiam, ultimus ex pontificibus summis ante captas a Chaldæis Hierosolymas. *Id. ibid.* 6. 13., 14., coll. 1. *Esdr.* 7. 3. — 5.º) Azarias, summus Judæorum sacerdos, qui regi Oziæ, manus offerendi turis sibi arroganti, obstitit, eamque a Deo in criminis pœnam lepra percussam de Templo ejecit. *Id.* 2. *Par.* 26. 17. *sqq.* — 6.º) Azarias, filius Obed (2. *Par.* 23. 1) v. Oded (*Ibid.* 15. 1), propheta, qui venit in occursum Asa, regis Juda, quum hic e triumpho contra Zara, regem Æthiopum potentissimum, acto redibat eique consilium dedit, ut a Juda et Samaria auferret idola et lucos; aliter gravissimis calamitatibus Judæorum gentem obnoxiam fore prædixit. *Id. ibid.* 15. 1-8. — 7.º) Azarias, socius Ananiæ et Misaelis, ex regia familia, in captivitatem cum iis et Daniele Babylonem ductus ibique regis Nabuchodonosor jussu Abdenago nuncupatus (*V.* ABDENAGO). *Id. Dan.* 1. 3-20.; 2. 17., 49.; 3. 12-23. — Horum trium historia, quibus *puerorum* appellationem sacer liber servavit, adulta quoque jam ætate (quamquam Lat. *puer*, ut Hebr. *na'ar* et Gr. παῖς, etiam *famulum* significat), prioribus tribus capitulis libri Danielis describitur. — Precatio « Azariæ », quæ hymnum eucharisticum ab iis decantatum in fornace, præcedit (*Dan.* 3. 25-45. Vulg.) an genuina sit habenda, vide in DANIEL. — 8.º) Azarias dicitur etiam angelus Raphael, qui Tobiæ comitatus est Rages usque et, ne tunc proderetur, ita se vocavit quasi personatum Dei auxilium. *Vulg. Tob.* 5. 18.; 6. 6. et 9. 1. — De hoc consulas *Cornely, Hist. Introd.* in *V. T. II. t.* 1. *p.* 388. et *Gutberlet, Das Buch Tobias*, Münster 1887. *p.* 157. *V.* etiam ANANIAS et RAPHAEL.

AZDRŪBAL. *V.* HASDRUBAL.

AZĒTĪNUS, a, um, adject. ad Azetium pertinens, oppidum Apuliæ Peucetiorum seu Calabriæ, prope Norbam, nunc *Rutigliano*. Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (100). et *ibid.* (105), ubi alii aliter leg. *Rav. p.* 288. Esetium. — Legitur etiam in nummis apud *Romanelli, Top. Nap. II. p.* 178. et *Garrucci, mon. d'It.* 1. 16.

AZĒTIUM, ii, n. 2. *V.* voc. præc.

AZIZUS, i, m. 2. (Ἄζιζος) ¶ 1. Syrorum deus, qui non tantum in Syria, sed etiam in Arabia, unde nomen *Abd-al(ul)-'Aziz* aliaque affinia orta sunt: a voc. Syr. *'aziz* « vis, fortitudo ». *Inscr.* apud *Orelli n.* 4986. DEO AZIZO BONO PUERO PHOSPHORO PRO SALUTE etc. Cf. *Henzen, Suppl. Orelli* ad *h. l.* Cf. etiam *C. I. L.* 3. 1138. et 1138. DEO BONO PVERO APOLLINI PYTHIO. — Apud *Julian.* 11. *Orat.* 4. *p.* 150. ed. Lips. est Mars, quasi Solis anteambulo. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp. I. L.* 11. 3092 (*sæc. III. med.*). — *Avell. p.* 571. 7. Azizos.

AZONACĒS, is, m. 3. nom. mythicum. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (4). « Hermippus tradidit Azonacen (*al.* Agonacem) artis magicæ præceptorem Zoroastri - quinque milibus annorum ante Trojanum bellum fuisse ».

AZŌNI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Gens Arabica in Mesopotamiæ seu Armeniæ finibus sita. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (118)., ubi *Sillig.* leg. *Azones*. ¶ 2. Azoni dii. V. *Lexic.*

AZŌRUS, i, m. 2. (Ἄζωρος) oppidum Thessaliæ, fortasse ab *Azoro* dictum, navis Argus gubernatore, qui ejus conditor fuisse perhibetur (*Hesych.*). *Liv.* 42: 53. et 44. 2. — *Wernsd.* restituit *Grat. Cyn.* 183. pro tradito *Acirus*.

AZŌTII, ōrum, m. plur. 2. (Ἀζώτιοι) nom. incolarum Azoti. *Vulg. Jos.* 13, 3.; 1. *Reg.* 5. 6. et 7. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 24. Azotii id est Asdodi ignis patrui mei vel incendia. *V.* voc. seq. — Azotios sermone ab Hebræorum lingua diverso locutos fuisse patet ex illo *Vulg.* 2. *Esdr.* 13. 24. « Et filii eorum - loquebantur azotice et nesciebant loqui judaice ».

AZŌTIS, idis, adject. f. 3. quæ est ex Azoto. *Vulg.* 2. *Esdr.* 13. 23. Uxores Azotidas (Ἀζωτίας *acc. pl.*).

AZŌTUS, i, m. 2. (Hebr. *'Ashdōd* « locus munitus, castellum » vel potius « fanum [ignis] Solis », qui ibi colebatur: cf. etiam *Hieronym. loc. cit.*; LXX. Ἄζωτος) oppidum Philisthæorum, ad litus maris Mediterranei, inter Ascalonem, Gazam et Jamniam (*Jos. ant.* 5. 1. 22., coll. *Ptol.* 5. 16), hodie *Asdod* v. *Esdod* v. *Esdud*. Memoratur *Hieronym.* in *Am.* 1. 8. Azotus id est Esdod ignem uberis sive patrui: licet quidam *dor* pro *dot* male legentes ignem generationis putent. *Id. nom. Hebr. p.* 23. Asdod dissolutio vel effusio sive incendium. *Id. sit. et nom. p.* 91. Azotus usque hodie non ignobile municipium Palæstinæ. *Mela* 1. 61. Arabia - portum admittit Azotum suarum mercium emporium. *Itin. Ant. Plac. rec.* A 25. *ad* Cæsarea Palæstinis vel Diaspoli civitatem, quæ antiquitus dicitur Azotus. — Fuit unum ex quinque oppidis primariis Philisthæorum, in monticulo (1. *Reg.* 6. 17) situm, olim ab Enacim habitatum sed tribui Judæ sorte adscriptum (*Jos.* 15. 47); nunquam tamen ab Hebræis possessum, nisi per intervalla (2. *Par.* 26. 6. et *Neh.* 4. 7., coll. 3. *Reg.* 4. 24., 1. *Mach.* 5. 68), templum Dagon habens, ubi Philisthæi, Hebræorum exercitu profligato, captam Arcam quasi trophæum collocarunt; mox vero, idoli divinitus confracti lapsu et gravissimarum calamitatum vi restituere coacti sunt (1. *Reg.* 5. 1. *sqq.* et 6. 15., coll. *Jos.* 11. 22. et 15. 46); occupatum deinde ab Assyriis per « tharthan » Sargon regis a. 722-705. a. Chr. (*Is.* 20. 1), quod eorum monumentis comprobatur (*Oppert* et *Menant, Fast. d. Sargon.* 1863. *p.* 5-6. et *Schrader, Keilinschr. Bibl. t. II. p.* 64-67); postea a Psammeticho, Ægyptiorum rege, post obsessionem 29. annorum devastatum (*Jer.* 25. 20., coll. *Herod.* 2. 157) et a Persis et ab Alexandro M. ejusque successoribus, Ptolemæis Seleucidis, subactum (Cf. *Stark, Gaza u. die philist. Küste p.* 228. et 236-244); postremo a Pompejo primum provinciæ Syriæ attributum (*Jos. Ant.* 14. 4. 4. et 1. *B. J.* 7. 7), sub Gabinio dein civium numero auctum an. 56. a. Chr. (*Id. ant.* 11. 5. et 17. 8. 1) et a Philippo diacono Christi euangelio edoctum (*Act.* 8. 40., coll. *Lequien, Oriens christ. t. III. p.* 660. *sqq.* et *Gams, Ser. episc.* 1873. *p.* 453). — Azotum a fundamentis aliquando evertendum fore vaticinati sunt *Amos* (1. 8), *Sophonias* (2. 4) et *Zacharias* (9. 6)., quod et tempore Machabæorum evenit, quo per Jonatham incendio deletus fuit (1. *Mach.* 10. 84., coll. *Jos. ant.* 13. 4); postea vero reædificatum, iterum subversum fuisse historici testantur oppidique ruinæ id satis confirmant. — De ejus nummis V. *Eckhel*, 3. *p.* 448. et *Hoffmann, Zeitschrift von Numism.* 1876. *t. IV. p.* 266. de historia, *Thomson, The Land and the Book Southern Pal.* 1881. *p.* 157-161. et 169-171.; *Ebers* et *Guthe. Pal. t. II.* 1884. *p.* 177. *sq.* et *Schürer, Gesch. d. jüd. Volk. t. II.* 1886. *p.* 67. *sqq.*

B

B, littera secunda alphabeti, ad nomina propria quod attinet, raro adhibetur ut nota in Inscriptionibus; hinc *B.* pro *Balbus* v. *Brutus*, apud *M. Val. Prob. de not. P.* 1496.; *B.* (*D.*) pro *Bona* (*Dea*) in *Corp. Inscr. Lat.* 6. 61. — Cetera de hac littera videsis in *Lexico*.

BA

BĀAL, indecl. m. (Hebr. *Ba'al* « dominus, potens, possessor »; *LXX.* Βάαλ) nom. dei. — *a*) Scribitur etiam *Bahal*, in Itala et in vetustioribus codd. fere semper; rarius *Bachal*, ut apud *Sulp. Sev. chron.* 1. 25. 5. et *Cyprian. Gall., Jud.* 127. — Aliæ formæ sunt *Bal*, *Beel Bel* (Βήλ), *Belus* (Βῆλος). — *b*) Aliquando declinatur in sing. num., ut Dat. *Bahali* apud *Tertull. adv. Jud.* 1., *Ital.* 3. *Reg.* 16. 31., *Sulp. Sev. chron. loc. cit.*; et in plur. *Bahalim*, positione Hebraica, *Hieronym.* in *Os.* 2. 13. et *ep.* 72. et *alib.* — De genere. *Id.* in *Os. loc. cit.* « Baal - et Baalim masculino genere - licet quidam male τῇ Βαάλ et ταῖς Βααλεὶμ legant genere feminino (in *Jer.* 9. 14) ». — *c*) Secunda syllaba apud poetas longa est; primam vero alii producunt (*Prudent. cath.* 12. 196. et *apoth.* 325., *Cyprian. Gall. Jud.*, 127), alii corripiunt (*Sedul. carm. pasch.* 5. 147). — *d*) Etymon nominis, probabiliter, a rad. *bā'al* « possedit, dominus est »; at *Hieronym.* ducit a rad *'ālāh* « ascendit », unde *'Al* « excelsus »; dicit enim (*Soph.* 1. 4). « Baalim, quod interpretatur in sublimioribus (e partic. *be* « in » et plur. *'Alim* « excelsi seu sublimes »). *Id.* tamen *nom. Hebr. p.* 51. 8. « Baal habens vel devorans ». Rectius *Augustin. quæst. hept.* 7. 16. « Baal Punici videntur dicere dominum; unde Baalsamen quasi dominum cæli intelliguntur dicere ». Porro in Arabica ceterisque linguis Semiticis *Baal* idem sonat; nec solum adhibetur ut nom. proprium, sed etiam commune (*Exod.* 22. 7., *Jud.* 19. 22., *Eccle.* 5. 12. etc.). — *e*) In compositis forma *Baal* (*Bal*, *Beel*, *Bel*) legitur tum priore loco, ut *Baalgad*, *Baalhamar*, *Baalberith*, *Beelphegor*, *Beelzebub*, quam posteriore, ut *Ethbaal*, *Jerobaal*, *Hannibal* (V. *Nestle, Die israel. Eigenn. nach ihrer religionsgesch. Bedeut.* Harlem 1876. *p.* 108-132). — Baal est nomen personæ et geographicum.

1.) Baal, nom. pers. ¶ 1. Fuit deus summus Chananæorum, cultus Tyri et Sidone, et etiam in Syria, apud colonias Phœnicias, apud Assyrios, Persas, Ægyptios ipsosque Israelitas, ut ex Inscriptionibus et auctoribus orientalibus itemque Græcis ac Latinis colligitur (V. *Jer.* 50. 2., *Is.* 46. 1., 3. *Reg.* 19. 18., 4. *ibid.* 3. 27., *Her.* 2. 24., *Strab. p.* 774., *Apoll.* 2. 1-4., *Diod.* 1. 28., *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 729., coll. *Gesen., Mon. Phœn.*; *M. De Vogüé, Mélang. d'Arch. or.* 1868. *p.* 53.; *Baudissin, Baal und Bel* in *Herzog, R. E. II.* 33. *sq.*; *Re, Arch. Diz. I. p.* 4.). Memoratur etiam *Philastr.* 16. 1., *Ps. Rufin.* in *Os.* 2. 13.; *Gild. Brit.* 71. *chron. III. p.* 66. 20. et *alib.*, *Lib. geneal. chron. I.* 167. et *III.* 66. et *alib.*; et *Gloss.* V. 847. 44., 401. 18. — Primitus fuit cogn. seu epith. Dei summi, qua est omnium rex ac dominator; postea vero nom. proprium dei peculiaris, sc. ὁ Βάαλ « dominus » κατ' ἐξοχήν, quod scriptores sacri in *Adon* v. *Adonai* mutarunt, ut verus Deus a falso distingueretur, quamquam ad quodcumque numen designandum aliquando usurpatur (*Corp. I. Semit. t.* 1. *part.* 2. *p.* 151., coll. etiam *Jer.* 32. 35. et 19. 5). Hinc *Vulg. Os.* 2. 16. « Et erit in die illa (*sc.* post captivitatem), ait

Dominus, vocabit me vir meus et non vocabit me ultra Baali ». — Occurrit quoque Baal conjunctus cum dea Astarte v. Astaroth, uti numen solare (*hhamman*), quod patet ex simulacris, radiorum diademate redimitis (V. *Dissert. de simulacr. sol. Isr.* apud *Ugolini Thes. A. S. t.* 23.; *Schröder, Die phönix. Sprach.* 1869. *p.* 125.; *Roschers Lex. myth. I.* 1884., coll. *Lev.* 26-30., 4. *Reg.* 23. 4., 2. *Par.* 14. 4., *Is.* 17. 8., 24. 23. et 27. 9., *Ezech.* 6. 4., 6., *Cant.* 6. 10. etc.). — Sæpe Israelitæ etiam deum Baal coluerunt (*Num.* 22. 41. et 25. 1-3., *Jud.* 2. 11., 13.; 3. 7., 8.; 6. 25-32.; 10. 6-7., 10.; 3. *Reg.* 16. 31.; 18. 19., 22. *Jer.* 19. 5. et *alib.*), nec a ritibus abhorruerunt cruentis, quibus turpissimum hoc numen sibi propitium reddere credebant, erectis fanis, aris, statuis adhibitisque sacerdotibus et prophetis atque adeo victimis humanis immolatis, ut patet ex *locc.* Scripturæ modo *citt.* — Mythologi occidentales eum dixere patrem Ægypti, Phœnicis, Nini (*Roscher, loc. cit.*). At non satis constat, utrum de pluribus, an de uno eodemque hæc dicantur. ¶ 2. Item rex Tyriorum. *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 157. Post (*Thobalum*) regem Tyri regnavit Bahal annis decem. ¶ 3. Item filius Reja ex posteris Ruben. *Vulg.* 1. *Par.* 5. 30.; 9. 36. ¶ 4. Item quartus filius Jehiel, Beniamita, cognominatus Abigabaon, ex majoribus Saul. *Ibid.* 8. 30.

II.) *Baal*, nom. geogr., sc. oppidum in confinils Simeonitarum. *Ibid.* 4. 33. — In catalogo *Jos.* 19. 8. videtur unum idemque cum Baalath Beer Ramath.

BÅALĂ, indecl. (Hebr. *Ba'alah* « in ascensione, sc. locus montanus »; *LXX.* Βάαλ) ¶ 1. Est oppidum ad septentr. tribus Juda, idem quod Cariathiarim (*Kiriath-Yearim* « urbs silvarum » et *Kiriath-Baal*: *Jos.* 15. 60), hodie *Qariyet el-'Enab.* Memorat *Vulg. Jos.* 15. 9. — De eo v. *Keil, Die Büch. Sam.* Leipz. 1875. *p.* 258. et *Legendre, Dict. Bibl.* etc. ad *v.* ¶ 2. Item oppidum tribus Juda (*LXX.* Βαλά, Βωλά, Βαλαά), serius vero tribui Simeonis attributum, quod situm fuisse putat *Knobel*, ubi hodie *Deir el-Belahh;* sed ei favet simplex vocabuli sonus, non rei veritas. *Vulg. Jos.* 15. 29., coll. 19. 3. et 1. *Par.* 4. 29. ¶ 3. Item mons in confinio sept.-occ. tribus Juda, inter Accaron (*'Akir*) et Jebnéel (*Yebna*). Cf. *Keil, Comm. üb. A. T., Jos.* Leipz., 1874. *p.* 121.

BÅALĂM, indecl. (Hebr. *Bil'âm* « dominus populi, *al.* civitas »; *LXX.* Ἰεμβλαάν: scribitur communius *Balaam*) oppidum in tribu Manasse ad occid., adsignatum filiis Caath., i. q. *Yble'âm*, Jeblaam. *Vulg.* 1. *Par.* 6. 70 (Hebr. 55)., coll. *Jos.* 21. 25., ubi ex errore amanuensis *Gethremmon.*

BÅALĂTH, indecl. (Hebr. *Ba'alâth*: cf. Baala; *LXX.* Γεβεελάν *Jos.* 19. 44.; Βαλάθ 3. *Reg.* 9. 18.; Βαλαάθ 2. *Par.* 8. 6.: *Vulg.* Baalath 3. *Reg.* 9. 18.; Balaath *Jos.* 19. 44. et 2. *Par.* 8. 6.). ¶ 1. Est oppidum tribus Dan, reædificatum munitumque a Salomone (3. *Reg.* 9. 18. et 2. *Par.* 8. 6). Est igitur unum idemque *Baalath* et *Balaath*, hodie *Bel'ain*, ut putant *Armstrong, Wilson* et *Conder* (*Names and places* etc., Londr. 1889. *p.* 99); vel potius *Balluth* (sc. *Deir Balluth*) apud *Van de Velde* (*Mem. to accomp. the Map of the Holy Land* 1859. *p.* 291). ¶ 2. Item oppidum in confinio tribus Simeonis, quod plenius *Baalath Beer v. Baalath Beer Ramath* dicitur, fortasse situm in valle prope *Bîâr Mâyin;* sed omnia incerta, sive in textu orig. sive in translationibus, utrum nempe duo sint oppida, an unum idemque (V. *Palmer, The desert of the Exod.*, Cambr. 1871. *t. II.* 345.; *Keil, Jos. p.* 125. Cf. etiam *Vercellone, Var. lect. V. T.* Rom. 1874. *t. II. p.* 57). Memoratur *Vulg. Jos.* 19. 8.

BÅALBĒRĪT v. Baal-Berit, indecl. m. (Hebr. *Ba 'al Berith* « dominus fœderis »; *LXX.* Βααλβερίθ, Βααλβεέρ, Βάαλ διαθήκης) nom. dei Baal proprii Sichemitarum, tempore Abimelech, filii Gedeonis. *Vulg. Jud.* 9. 4. — Sunt qui hunc conferant cum Ζεὺς ὅρκιος Græcorum et cum *Deus Fidius* Latinorum; sed illi ita dicti, quia fœderibus præerant; contra hic, quia Sichemitæ cum eo fœdus inierant (Cf. *Jud.* 9. 46). — Fanum habebat, de quo ædium genere ibi primum Scriptura sacra mentionem facit.

BÅALGĂD v. Baal-Gad, indecl. (Hebr. *Ba 'al gâd* « dominus Gad v. Baal [cultus quasi] Gad seu deus Fortunæ »: cf. *Is.* 15. 11.; *LXX.* Βααλγάδ, Βαλαγάδ) nom. loci in Palæstina (*Vulg. Jos.* 11. 17.) et quidem ad radices Hermon in valle Libani (*Id.* 12 7.), quam alii intelligunt Cœlesyriam; idcirco putant Baalgad fuisse celebrem Heliopolim seu Baalbek, ut *Iken, Michaelis, Rosenmüller, Kitto, Thomson, al.*, quod falsum esse patet ex eo quia hæc urbs sita non erat *sub monte Hermon* (*Id.* 13. 5) et nimis distat a Palæstina. Alii Hasbeyiam præferunt, ut *Kneucker* (apud *Schenkels Bib. Lex. t.* 1. *p.* 331); sed minus recte, quum ad occasum potius fuerit Baalgad quam ad meridiem Hermon. Alii malunt *Baalhermon*, apud *Vulg. Jud.* 3. 3. et 1. *Par.* 5. 23. Alii denique probabilius censent locum fuisse, qui olim Cæsarea Philippi, dein Banias (i. e. *Panium*, a deo Pane appellatum, qui ibi colebatur et in locum *Baal* successerat), ut *Robinson* (*Biblic. researches in Palest. t. III. p.* 519).

BÅALHĂSÔR v. Baal-Hasor, indecl. (Hebr. *Ba'al Hhâtzôr* « villam habens » ut *Hasor* significare videtur, præposito *Baal*, quod in compositione idem est etiam ac *beth*, domus, locus: cf. tamen et *Hieronym. loc. cit.*; *LXX.* Βελασώρ) locus Palæstinæ, Absalonis possessio, ubi frater Amnon, ad Thamar sororis ab hoc violatæ crimen ulciscendum, in convivio illius jussu interfectus est. *Vulg.* 2. *Reg.* 13. 23.; ubi *Itala* (Vind.) Bailassor. — Incertum est ubinam situs fuerit; alii namque conferunt cum *Tell Assur* (Robinson) v. *Tell Azur* (Guérin); alii cum *Khirbet-Hazzur* (Legendre). Dicitur autem *juxta Ephraim*, oppidum, hodie *Taygebêh*, ad septentr. et orient. Bethel. Memoratur etiam *Hieronym. nom. Hebr. p.* 98. Balasor habens sagittam luminis vel adscensio atrii.

BÅALHERMÔN v. Baal-Hermon. V. BAALGAD.

BÅALMĒÔN, indecl. (Hebr. *Ba 'al me 'ôn* « locus habitationis »; *LXX.* Βεελμεών) Scribitur *Beelmeon, Baalmaon* et *Beelmeon.*

Baalmeon, oppidum in planitie Madaba Hesebon ad Sebon pertinens, regem Amorrhæorum, a Moyse destructum, dein a Rubenitis reædificatum, postea occupatum a Moabitis, hodie *Ma 'in.* Memoratur *Vulg. Jos.* 13. 17. et *Num.* 32. 38. et *alib.* V. *Kiepert, Neue Handk.* 1875.; *De Saulcy, Voyag.* etc. *I.* 288. et *Bädeker, Palæst. et Syr. p.* 322.

BÅASĂ, indecl. m. (Chald. *Ba 'esha'* « malefficus » *Gesen.* v. « audax » *Fürst*; *LXX.* Βαασά) filius Abia, de tribu Issachar, ex humillimo loco (3. *Reg.* 16. 2) dux exercitus sub Nadab, rege Israel, quem, excitata militum rebellione, per insidias occidit ac pro eo regnavit, tertius post Jeroboam, a. 954-930., ejusque universum semen interficiendum, a Deo jussus, curavit, strenue bellavit contra Asa, regem Juda, ita ut ipsam regni metropolim se brevi occupaturum minitaretur, nisi Benadad, rex Syriæ, ab Asa exoratus hostem debellasset eumque Thersam, regni caput, confugere coegisset. Verum quum Baasa in idololatriam brevi delapsus esset, nec monitis nec minis prophetæ Jehu resipuit, quin eum interemit. At Zambri, dux exercitus, regno potitus, Ela successorem, filium Baasa, omnemque ejus domum de medio abstulit. *Vulg.* 3. *Reg.* 15. et 16., coll. 4. *Reg.* 9. 14. et *Jer.* 41. 9.

BĂBĂLĀTUS. *V.* VABALATUS.

BABBA, æ, f. 1. (Βάββα et Βάβα) Posterius *Bobba* et *Obba* vulgo dicta est.

Babba, oppidum Mauretaniæ Tingitanæ, initio sub Octaviano a. U. C. 727. colonia *Julia Campestris*, dein *Augusta* (V. *Eckhel.* 4. *p.* 153. et *Mionnet, Suppl. t.* 9. *p.* 212), hodie fortasse *Baba Kalam.* De ea *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 5. (5).

BABBĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., et Babbia, nom. f. 1. Stirps nom. *Bab* videtur esse secundum exempla propria linguæ Italicæ, quæ dicitur Osca-Umbrica: *Babbius, Babius, Babienus, Babienus* ex Italia inferiore originem ducere videntur. Legitur etiam in titulo Osco *Conway, It. dial. n.* 156. Item exempla nominum Italic. *Baberius, Babidius, Babidus, Babidenus, Babilianus, Babinius, Babullius* in Italia inferiore pleraque, nonnulla in media exstant; *Babrius, Babrenus, Babudius* apud Umbros quoque; *Baburius* semel in Etruria. v. *Corp. Inscr. Lat.* 6. 9435., coll. *Schulze, Eigenn. p.* 132. et *alib.*

BĀBEL, indecl. (Hebr. *Bâbhel* « confusio »; *LXX.* Σύγχυσις, id est mixtio; *Ægypt. Bebera; Assyr. Bâbiru;* Ind. *Bawri*) nom. urbis cum turri celeberrimæ (*V.* BABYLON). De ea — 1°) Ad historiam quod attinet, hæc habet *Vulg. Gen.* 11. 1. *sqq.*: « Erat autem terra labii unius et sermonum eorundem. - Cumque proficiscerentur (*homines*) de oriente, invenerunt campum in terra Sennaar et habitaverunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum - Venite: faciamus nobis civitatem et turrim, cujus culmen pertingat ad cælum antequam dividamur in universas terras. Descendit autem Dominus - et dixit: - Confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui. Atque ita divisit eos - et idcirco vocatum nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universæ terræ ». Hæc igitur Noachidarum multitudo, potentiæ ostentandæ sibique gloriæ ac nominis comparandi causa constituere nitebatur urbem cum altissima turri seu templo, quæ metropolis foret ac centrum imperii amplissimi simulque ut ibi civili more conjuncta habitaret, ne alteri ab alteris disjuncti et hac illac dispersi vivere cogerentur; non enim legendum cum *Vulg.* interprete, loc. cit. « *antequam* dividamur » sed « *ne* dividamur »; quum particula Hebr. *pen* ita sonet. — 2.°) Quod ad etymon, vera nominis *Babel* significatio patet ex textu ipso adlato *Gen. v.* 9.; ex usu linguæ Hebraicæ vel potius Assyro-Chaldaicæ, qua prior radicis duplicatur (ut a *bâlal* « confudit » *balbel* v. *babel:* sic a *naoa* « habitavit » *ninua* v. *ninioe:* cf. etiam Syr. *boblo* « lingua confusa »); ex testimonio antiquiorum, ut Berosi, Chaldaicarum rerum testis atque interpretis fidissimi, quod ex Abydeno refert *Eus.* (*Chron. p.* 24. « Ea rudera Babel nomen acceperunt - Tunc enim a diis confusio varia et dissona linguarum etc. »); postremo eadem vox *balal* (*balah*), cui significatio inesse dicitur confusionis linguæ (*tammasle*), legitur in fragmentis laterum ibi nuper repertis, ut ex *Smith, Sayce, Boscawen* colligitur (V. *Vigouroux, La Bibl.* etc. *I.* 335. *sqq.*). Ceterum nil mirum, si Babylonii posteriores suam urbem *Babil* v. *Babilu* vocarunt, cui et *E-ki, Su-an-na-ki, Din-tir-ki* nomina indiderunt, fortasse, ut quidam censent, quia primitiva illa significatio iis displicuerit. Cf. *Gesen.-Muhlau-Volk, Lex.* et *Buhl, Dillmann, Holzinger* in *Gen. l. c.*). Perperam igitur *Plenkers*, in *Thes. L. L.*, *Babel* a *Babilu* deducit; immo et audacter alii sacras Scripturas insimulant falsæ etymologiæ, quos inter *Maspero, Gunkel, Maury,* substituuntque nomen *Bab-ilu*, i. e. porta vel aula Dei, quod tempore posterius esse liquet (Cf. *Oppert, epigr. Assyr.; Brunengo, Imp. di Bab. e Nin.* et *Vigouroux, La Bibl. et les découv.*). — 3.°) Quod ad modum, quo Deus linguam hominum confuderit, nihil certi adferri potest. Ad rem cl. *Zschokke:* « Quum Scriptura de confusione *sermonum* taceat, linguarum varietas in formæ varietate statuenda esse videtur, linguæ primævæ radicibus servatis ». — Hanc porro confusionem linguarum ex toto contextu patet repentinam ac prodigiosam fuisse; nec idcirco naturali modo explicari posse ac si ex dissensione animorum populorumque dispersione sensim variæ linguæ enatæ sint; nam hujusmodi confusio non effectus sed causa fuit dissensionis ac dispersionis gentium. Nec tamen credendum novas tunc linguas creatas fuisse, sed unam linguam in plures divisam, servatis inter diversas nexu quodam ac similitudine; cui sententiæ favet philologia, quæ unitatem *labii* originariam testatur, ut inter alios erudite demonstravit *M. Müller* (*La scienza del ling.*) et amplius ac mirifice nuper cl. *A. Trombetti* (*L'unità d'orig. del ling.*). — 4.°) Quod ad situm, alii alia opinantur. Reliquias urbis, quam Noachidæ ædificare cœperant, apud *Hillah* v. *Hille* supersunt, ex quibus eminent *Babil, el-Kashr, Amran ibn 'Ali* in sinistra et *Birs-Nimrud* in dextera ripa Euphratis (*Zimmern-Guthe, Bibelwörtb.* ad *v.*). Porro alii *Birs-Nimrud* = *E-zida* (æterna vel dex-

tera domus) esse reliquias ingentis templi Nebo; alii vero plerique turris Babylonicæ rudera arbitrantur; at *Birs-Nimrud* in urbe Borsippa fuit, quæ in cuneatis inscriptionibus a *Babel* distinguitur. Quare turris Babylonica probabilius in *Babil* vel *Amram ibn 'Ali* quærenda est, uti putant *Rawlinson, Sayce, Lenormant, Dillmann, Nikel, Strack, Hetzenauer.* V. tamen etiam *Oppert* (*Expéd. en Mésop. t. I. p.* 200-216. et *Étud. Assyr. p.* 91-132), qui *Borsippa* (i. e. turris linguarum) Babelicæ turris situm esse docet, cui adhærent *Brunengo, Imp.* etc. *I.* 174. *sqq.* et *Koch, Das zwanz. Jahrhund.* 1906. *p.* 319., coll. *Lagrange, Méth. hist. p.* 214. — 5.°) Ad formam denique turris quod spectat, ea (dicta *Zikurat*, i. e. memoria seu monumentum) quadrangularis fuisse videtur et ita exstructa ut per septem gradus, quasi tabulata, ex coctis lateribus bitumine connexis, ab imo in altum pyramidum more consurgeret, diversi quemque coloris pro diverso astro v. planeta, cui gradus sacer esset (fortasse nigri, albi, citrei, cærulei, rubei, argentei, aurei, prout ad nostrum Saturnum, Venerem, Jovem, Mercurium, Martem, Lunam, Solem referrentur (Cf. *Finzi, Ricerche sull' antich. Ass. p.* 519); quod tamen potius dicendum est de ea turri, quam ibi erexit Nabuchodonosor (*V.* BABYLON); et quidem in duplicem, religiosum nempe et astronomicum, usum, cum quadrigemina facie quattuor mundi plagas adamussim respicienti. Hæc eruditi conjiciunt ex turribus *Khorsbad, Calach, Ellassar,* unde turrium construendarum mos, illarum gentium ac temporum proprius, facile cognoscitur (*Schrader, Ninio. et l'Assyr. I. p.* 137-148. et *pl.* 30. et 33).

BABRĬUS, ii, m. 2. (Βάβριος) nom. gent.. apud Umbros *Babris.* ¶ 1. In titulis. *Corp. I. L.* 11. 5889. et 5390. — *Babris*, nom. mul. *Corp.* 6. 13451. — Hinc deriv. *Babrenus (a), Babrinius (a), Baberius (a)* et *Baburius (a)*, nom. gent. in *Corp. I. L. V.* BABBIUS. ¶ 2. Apud scriptores fabulator quidam Græcus. *Avian. fab. præf.* « Quas (*Æsopi fabulas*) Græcis iambis Babrius repetens in duo volumina coartavit (*V.* ÆSOPUS). — Fuit incertæ gentis et ætatis; fortasse vixit tempore Augusti v. Domitiani v. potius, uti *Bergk* censet, a. circ. 250. post Chr. qui, teste *Suida*, fabulas Æsopi metro choliambico inclusit; has vero pedestri oratione postea *Julius Titianus* Latinas fecisse videtur, ut ex *Auson. ep.* 16. *ad Prob.* arguit *Wernsd.* in *præf.* ad *Poet. Lat. min. t.* 5. *p.* 41. *sq.*; et etiam ex nimio earum in scholis usu adulteratas fuisse critici animadvertunt (V. *Croiset, Hist. Litt. Gr. V. p.* 624). Porro hujus Babrianæ collectionis fragmenta reperta sunt a Græco *Minas*, sc. a. 1843., in cœnobio montis Athos, ex fab. 123 (*ms. Athous*), quibus alias addidit *Knöll* ex cod. Vatic. 777. aliasque *Hesseling* ex tabulis Palmyrenis omniaque ediderunt *Boissonade* (1848), *Lachmann* (1854), *Lewis* (1859), *al.*; præ cunctis vero excellentius *Crusius* (1896).

BĂBȲLĀS, æ, m. 1. (Βαβυλᾶς) nom. vir., quod Semiticæ an Græcæ sit originis, non constat.

Babylas fuit episcopus Antiochenus, vir sanctissimus, a quo, ut refert *Prosp.* in *Chron.*, coll. *Zonar. Ann.* 12. 19. et *Chron. Pasch. p.* 630., pœnitentiam acceperunt Philippus imp. et Otacilia Severa, ejus uxor, ob usurpatum imperium a. 244-249. — Martyrium fecit sub Decio imp. a. 250. sepultusque est Antochiæ in suburbano; unde jussu Juliani imp. alio Christiani transtulerunt (*Hieronym. vir. ill.* 54. et 62., *Rufin. H. E.* 1. 135. et *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 31).

BĂBȲLO, ônis, m. 3. nom. ethnicum a *Babylon* tractus ¶ 1. In titulis nom. et cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 26753.[a] Babyloni (26753.[b] Babylloni). — *Solin.* 12. Babylonem puerum Delphinus amavit. ¶ 2. Apud scriptores idem ac Babylonius — *a)* Proprie. *Ps. Cypr. mont.* 8. Judæi cum captivi detenti essent a Babylone, dicebant illis Babylones etc. Adde *Donat.* in *Ter. Eun.* 167. — *b)* Translate de homine prodigo et profuso, quo vitio olim Persæ ac Medi infames erant. *Ter. Adelph.* 915. Dinumeret ille Babylo viginti minas (*Don.* an fratrem Babylonem ob nimiam liberalitatem vocat, an Æschinum nimis prodigum? *Eugraph.* Babyloni milites stulti dicebantur: alii intelligunt Babylones divites esse: et hic sensus ille est ergo, ut Micio Babylo sit, qui viginti minas dedit pro meretrice, quæ rapta est (*Schol. Juvenal.* 3. 221.: cf. *Otto, Sprichw. p.* 52). Alii pro *Babylo* conj. *babulus* (cf. Ital. *babbio*), i. e. stultus. (V *R. Kauer, Wien. Stud.* 1902. 537. *sq.*).

BĂBȲLON, ônis, f. 3. (Βαβυλών) nom. urbis et regionis. — *a)* Scribitur *Babylona, Babilona, Babilonia, Babillonia, Babyllon, Babillon* etc. — *b)* Formæ declinationis: Nomin. inusit. *Babylona* ex acc. *Babylonam* derivasse videntur *Gloss. Plac. V.* 8. 26., 27.; 49. 17. 18. — Gen. *Babylonis* communiter, etiam *Babylonos* apud *Stat., Martial., Nemesian., Claudian.* (8. 653. cod. *P*). — Acc. *Babylonem* apud *Lucil., Cic., Plin. nat.*; et *Babylona* apud *Propert., Senec., Vellej., Curt., Lucan., Stat., Martial.*; et etiam *Babylonam* apud *Curt.* 3. 2. 2. et alib., *Justin.* 12. 13. 6. et alib., *Oros.* sæpe. — Voc. *Babylon* est *Mar. Victorin. Just.* ad 13. — Abl. *Babylone* communiter; *Babylona* apud *Oros.* 5. *Hist.* 10. 8. — *c)* Origo vocis videtur repetenda a Chaldaico *Babel*, terminatione adjecta, cui eadem insit significatio. *Hil. in ps.* 136. 5. Ut Genesis docet, a confusarum linguarum hominibus nuncupata Babylon est - ipsum illud Babylonis vocabulum interpretationem habet confusionis. Adde *Eutr.* 8. 2., coll. *Eus. Præp. ev.* 9. 14., et *Orig. contra Cels.* 7. 22. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 3., 18. etc. « Babylon confusio sive translatio ». Nec ulla habenda fides *Steph. Byz.*, qui a *Babylone*, filio Beli, urbis conditore, ejus nomen deducit. Cf. tamen BABEL sub 2.° et alia etyma apud *Gesen.* in *Thes.* ad *v.* — Babylon, nom. loci et personæ.

1.) Babylon, nom. loci. ¶ 1. Fuit urbs et regio Mesopotamiæ; et quidem — 1.°) Urbs, caput regni Chaldæorum (*Isid.* 14. *Orig.* 3. 14), quæ et *Babylonia* appellata, in planitie vastissima sita seu in campo *Sennaar*, ut *Vulg. Gen.* 11. 2. refert, ad Euphratem fluvium interfluentem. Hinc *Avien. orb.* 1160 (*Euphrates*) dividit inserto mediam Babylona fluento. Usurpatur autem — *a)* Proprie. — α) Cum adjectivis vel adpositis. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 137. Babylon antiqua. *Curt.* 5. 1. 7. opulentissima. *Ampel.* 8. nobilissima. *Lucan.* 1. 10. superba. *Mela* 1. 63. miræ magnitudinis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 26. 21. (89). Chaldææ caput. *Hieronym.* in *Is.* 21. 1. mare - propter multitudinem habitantium. *Id.* 39. 8. urbs in toto orbe potentissima. *Vulg. Dan.* 4. 27. magna. *Id. Is.* 13. 19. gloriosa in regnis, inclita superbia Chaldæorum. *Id. Jer.* 51. 13. locuples in thesauris. *Id. ibid. v.* 41. inclita universæ terræ. *Id. Is.* 47. 5. domina regnorum. — Alia in ejus laudem habent *Cic.* 2. *Divin.* 67. 138., *Vitruv.* 1. 5. 8., *Manil.* 4. 802., *Claudian. carm.* 7. 201. et *alib.*, *Solin.* 9., *Quintil.* 8. 5. 24., *Nep. Eum.* 2. et *Reg.* 2., *al.* — β) Aliis nominibus appellata: *Babylonia*, apud *Liv.* 38. 17. et *al.*; *Assyria*, quia caput olim imperii Assyrii, *Lucan.* 8. 299.; *Persea*, quod aliquando Persarum imperio subjacuit, *Lucan.* 6. 449; *Parthia* (V. BABYLONIA); *Sesach* per anagrammatismum, *Jer.* 25. 26. et 51. 41. (cujus vocis plura adferunt interpretamenta *Corn. a Lapid.* ad *l.* et *Delitzsch, Parad.* 214. et *Calw. Bibell.* 8. 66: *V.* SESACH); *Urbs*, κατ' ἐξοχήν, absolute, ut postea Roma, *Is.* 25. 2., coll. 26. 5. — Ejus conditor quinam fuerit, non plane constat; quamvis videatur fuisse Nembrod, filius Chusi, nepos Cham, qui omnium primus « cœpit esse potens in terra » (*Vulg. Gen.* 10. 8). « Fuit autem principium regni ejus Babylon » (*Ibid. v.* 10). *Sulp. Sev. chron.* 1. 4. 3. Nebroth - a quo Babylon civitas constructa traditur. Adde *Cypr. Gall., Gen.* 382. Fortasse *Belus*, quem ex veteribus alii referunt Babylonem ædificasse (Cf. *Herod.* 1. 181., *Eus. in Chron.*, *Curt.* 5. 1. 24. et *Hygin. fab.* 275), ipse fuit, ab iis uti deus habitus coltusque; alii vero mythicos Ninum vel Semiramidem, ejus conjugem (*Curt. loc. cit.* et *Propert.* 3. 11. 21) urbis conditores putant, qui quum eam tantam amplificassent, ex priscorum more condidisse dicuntur (*Vellej.* 1. 6., *Justin.* 1. 2. V. *Lenormant, La légend. de Semiram., Mém. de l'Acad. Roy. de Brux.* 1873. coll. *Adler* 1887., *Gilmore* 1887., *Teloni* 1892., *al.*). — Ea, quam describunt *Herodotus* 1. 178., coll. *Diod.* 2. 7-10., *Strab.* 16. 738. ed. *C.*, *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (121). et *Curt.* 5. 1., non antiqua credenda est: hanc a fundamentis delevit Sennacherib an. 683 (al. 690). a. Chr. una cum templis (*Lenormant - Babelon, Hist. Or. IV. p.* 290); sed reædificavit Asarhaddon undecim post annos ac dein Nabopolassar, præcipue vero Nabuchodonosor, in pristinum splendorem restituerunt (*Ménant, Babyl. et la Chald. p.* 168. et *alib.*). — Quadrato murorum gyro duplici circumdata erat « ingentis operis » (*Curt.* 5. 1. 16), quorum exterior *Imgur-Bel*, interior vero *Nivit-Bel* appellabatur, ut ex ipsa Asarhaddon inscriptione colligitur (*Ménant, loc. cit.*); ex his vero major erat 480. stadiorum, unde superficies fuisse conjicitur 613 kil. qd. (Cf. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (121)., h. e. « un territoire aussi grand que tout le département de la Seine, sept fois l'étendue de l'enceinte fortifiée de Paris ». (*Lenormant, loc. cit. p.* 86). Hæc autem urbis mœnia inter septem opera mundi mirabilia recenset *Hygin. fab.* 223. — Plus quam centum portæ æneæ, turribus utrinque munitæ editissimis, in illam aditum præbebant, quæ quattuor partibus seu urbibus constabat, idest *Cutha* et exadversum *Borsippa*, media vero *Babilu* seu *Civitas Regia*, triplici cincta muro ac templis, bibliothecis, palatiis, hortis amplissimis ac magnificentissimis ornata; more tamen Orientalium, tertiam ejus partem viridaria et agri occupabant nec domus contiguæ erant (*Curt.* 5. 1. 27), ita ut provinciæ magis ambitum quam urbis habuisse videretur (*Arist. Polit.* 3. 2); quarta denique, *Civitas popularis*, regiam circuibat domorum incolarumque numero immensa. Hinc ita inducitur loquens Nabuchodonosor apud *Vulg. Dan.* 4. 27. « Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ et in gloria decoris mei? » *Augustin.* 16. *Civ. D.* 3 (et 16. *ibid.* 4). Babylon, cujus mirabilem constructionem etiam gentium commendat historia. *et Curt.* 5. 1. 24. Urbis pulcritudo ac vetustas - omnium oculos in semet - convertit. - Murus instructus latereulo coctili, bitumine interlitus spatium XXXII. pedum latitudinem amplectitur: quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur - Pons lapideus, flumini impositus jungit urbem. Hic quoque inter mirabilia orientis opera numeratus est - Super arce vulgatum Græcorum fabulis miraculum pensiles horti sunt summam murorum altitudinem æquantes multarumque arborum umbra et proceritate amœni. *V.* integr. loc. (Cf. *Lact.* 3. 24). Quia duplicem arcem duplicemque regiam ponunt *Diod.* 2. 8. et *Beros.* apud *Jos. ant.* 10. 11. — Quæ ex tam magnifica urbe superant, rudera suspexerunt *Eldredus et Rauwolf* sæc. XVII; dein, exeunte sæc. XVIII., invisit descripsitque *C. Niebuhr*, cui accesserunt *Beauchamp, Ker-Porter* et *Rich*; præcipue vero *P. Æm. Botta* sæc. XIX. ineunte, quem secuti sunt recentiores *Layard, Rawlinson, Smith, Oppert, Selby, Rassam, Kaulen, al.*, potissimum ex Anglia et Gallia exploratores v. scriptores doctissimi. Principalium porro monumentorum ruinæ sunt: — α) *Cuthæ*, ubi in edito loco (nunc *Oheymyr*) sunt *Elkazneb* (palatium thesauri) ac templum dei *Nirgal* seu *Nergal*, de quo mentionem facit *Vulg.* 4. *Reg.* 17. 30. — β) *Borsippæ*, ubi reliquiæ visuntur acropolis, templorum *Adar, Bin, Sin* et deæ *Nanæ*, maxime vero stupendæ *Turris* seu pyramidis *Nembrod*, ab Arabibus dictæ *Birs-Nimrud* et in Inscriptt. *Bil-Zida* seu templi *Septem Luminum Terræ*, h. e. planetarum (V. *Finzi, loc. cit.* in BABEL), fortasse ibi erectæ a Nabuchodonosor, ubi fuerat turris Babelica, ut ipsum nomen innuit *Borsip*, i. e. turris linguarum (*Oppert, Étud. Ass.* in *Journ. As.* 1857. *X.* 220), in cujus vertice nunc statua visitur b. virg. Mariæ, quam posuit p. Maria-Joseph, an. 1865., cælestis pacis et dominationis symbolum ac testimonium. — γ) *Babilu* seu Civitatis Regiæ et Popularis (cujus partem nunc occupat oppidum *Hillah*), ubi tres sunt cumuli ruderum ingentes, dicti *Babil, El-Kasr* (castellum) et *Tel Amran-ibn-Ali*, eminentque Turris Beli seu *Bit-Saggatu*, deo Marduk

seu Merodach dicata, in pyramidis formam, maximam Ægyptiarum altitudine superans, aureis statuis, vasis, mensis, altaribus referta, opus Asarhaddon, Nabuchodonosor ac Neriglissor, et *al-Kasr*, principum regia, quæ ex duobus palatiis constabat, simul cuniculo conjunctis incredibilique magnificentia a Nabuchodonosor exstructis (*Ménant, Babyl. et la Chal. p.* 216. et *alib.* Cf. etiam *Baumstark, PW.* 2. 2662. *sqq.*, ubi accurata de his ruinis cumulisque descriptio exhibetur). — *b)* Figurate — *α)* Est Roma, idololatriæ omnigenisque superstitionibus ac turpitudinibus dedita, v. colluvies perditissimorum hominum. *Vulg.* 1. *Petr.* 5. 13. Salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone collecta (*Hieronym. vir. ill.* 8. Sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans. Cf. *Curt.* 5. 1. « Nihil urbis hujus (*Babylonis*) corruptius moribus »). Rursum *Apoc.* 14. 8. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ a vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes (Cf. *Is.* 21. 9.: *Tertull. Scorp.* 12. et 3. c. *Marc.* 13. *p.* 140. *Oehl.* Babylon - apud Johannem nostrum Romanæ urbis figura est. Sic *Comm. instr.* 1. 41. 12. Tunc Babylon meretrix [erit] incinefacta favilla. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 22. Roma velut altera Babylon et velut prioris filia Babylonis. Cf. *Is.* 47. 1. *Ambros. pœnit.* 2. 11. Babylonis filia est quæ Dei filia esse desivit. *Id.* 18. *ibid.* 27. Occidentalis Babylon. — *β)* Item mundus, *h. e.* homines corrupti et corruptores (Cf. *Joh.* 1. 10. et *Augustin in h. l.*). *Hieronym.* in *Is.* 13. 1. Babylon - spiritualiter mundus iste intelligitur, qui in maligno positus est. *Id. ibid.* 21. 4. Babylon, pro qua Aquila et Theodotion « tenebras » interpretati sunt, ut significaret mundum etc. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 10. Scriptura divina cum terrenam civitatem (*i. e.* mundum malorum) in Babylone - monstrasset etc. — *Eucher. form.* 9. Babylon aut mundus aut Roma. — 2.°) Fuit nom. provinciæ. *Cic. Dom.* 23. 60. Cum - alteri (*consuli*) Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas pacatissimasque gentes ad diripiendum tradidisses. *Id.* 1. *Divin.* 19. 36. Contemnamus etiam Babylonem (*al.* Babylonios) et eos, qui - stellarum cursus persecuntur. Adde *Ovid.* 2. *Pont.* 4. 27., *Jul. Valer.* 3. 60. *Vulg.* 1. *Esdr.* 7. 16. et *Dan.* 2. 48. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi in Ægypto paullo supra Memphim ad dextram Nili, hodie fortasse *Babul.* v. *Bebel (Beber)*, Ægypt. *Habenbon*, ubi olim Romani legionem XIII. *geminam* collocarant (*Notit. imp.*), proxime *Vet. Kasyro (Fostât)*. *Rufin. hist. mon.* 18. In regionibus Mempheos et Babylonis. *Cassiod. Jos. antiq.* 2. 10. Tendebant (*Hebræi*) ad civitatem nomine Licus, quæ tunc erat deserta, ubi Babilon postea fabricata est, dum Cambyses Ægyptum devastaret. — Eadem urbs vocatur *Babylonia*, in *Itin. Anton. p.* 169., *Not. Dign. or.* 28. et *Tab. Peut.* 9. — Putarunt quidam, ex præjudicata opinione, hinc scripsisse Petrum ap. suam epist. priorem (5. 13). At falso; tunc enim ibi nulla erat Christianorum ecclesia; ceterum Hebræis fere tralaticium fuit *Babylonios* vocare homines improbos (*Otho, Lex. ad h. v.*).

II.) Babylon, nom. pers., *sc.* dea, ficticium. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (196). Alii medicinam volunt repertam per Arabum, Babylonis et Apollinis filium. *Sillig.* tamen *Babylones* v. *Babylonidis* scribendum putat; at perperam. Cf. etiam **BABYLO**.

BĂBȲLŌNA. *V.* voc. præc. init.

BĂBȲLŌNIA, æ, f. 1. (Βαβυλωνία) Variam nominis orthographiam videas in voc. *Babylon*.

Babylonia ¶ 1. Est idem ac Babylon urbs. — *a)* Proprie. *Liv.* 38. 17. Macedones - Alexandriam in Ægypto - Seleuciam ac Babyloniam - alias sparsas per orbem terrarum colonias habent. *Curt.* 4. 6. 2. Duces - Babyloniam convenire - jubet. Adde *sund.* 9. 2. et *ibid.* 16. 6. *Ampel.* 8. Murus intus medio Babyloniæ, quem Memnon non ædificavit. *et* 16. (*Alexander*) nobilissimas urbes Asiæ cepit - Babyloniam, ubi etiam defunctus est. *Solin.* 37. Babylonia quondam Chaldæorum caput. *Rufin. Clem.* 1. 30. Apud Babyloniam Nemroth primus regnavit. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 10. Roma velut altera in occidente Babylonia. *Oros.* 2. *Hist.* 3. 6. Similis Babyloniæ ortus et Romæ, similis potentia, similis magnitudo - similis exitus similisve defectus. *Coripp.* 3. *Just.* 279. frustra celsis Babylonia muris Cincta foret. — *b)* Figurate. *Augustin.* 17. *Civ. D.* 4. Adversariis civitatis Dei ad Babyloniam pertinentibus. *et in ps.* 61. 6. Quid est « una civitas et una civitas »? Babylonia una, Jerusalem una - civitas, quæ dicitur Babylonia mystice. Adde *sund.* 64. 1. et 86. 6. *Isid. sent.* 1. 19. 18. ¶ 2. Est etiam idem ac provincia seu regio, dicta a *Babylone* metropoli, olim dicta *regio* v. *provincia Babylonis* (*Dan.* 3. 1. et 12.) et sensu strictiore *Chaldæa* v. *terra Chaldæorum* (*Judith* 5. 7), sed posterius; antiquissima namque monumenta *Babilu* a *mat-Kaldu* clare distinguunt (V. *Ménant, Bab. et la Chald. I.* 45. et *Delattre, Les Chald.* in *Rev. d. quest. hist.* 1877. *p.* 536); item *Sennaar*, et in cuneatis inscriptt. *Sumer* (pars australis), *Accad* (pars borealis), antiquius *mat Su-me-ri u Ak-ka-di-i, mat Kal-di, mat-Babili*, cujus limites varii fuerunt pro temporum varietate, hodie *Irak-Arabi* v. *Babeli*. Memoratur *Curt.* 5. 1. 43. Prætores, qui regioni Babyloniæ ac Ciliciæ præessent. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (121). Babylon, Chaldaicarum gentium caput - propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est. *Dracont. laud. D.* 1. 220. Flammantes viridesque tulit Babylonia crustas. Adde *Tertull. idol.* 17., *Jul. Val.* 2. 58., *Justin.* 1. 7. 4., *Vulg. Bar.* sæpius, 1. *Mach.* 6. 4. et 2. *ibid.* 8. 20., *Hieronym. sit.* et *nom. p.* 148., *Isid.* 14. *Orig.* 3. 13., *al.* — Porro hæc addimus: — *a)* De primitivis ejus populis: *Berosus (Hist. Gr. fragm.* ed. *Did. t. II. p.* 496) tradit Babyloniam varias incoluisse gentes inde ab initio; hoc autem confirmat Scriptura *Gen.* 10. 22-25. et 11. 11-32), quæ memorat simul Chamitas seu Chusitas cum Nemrod et Semitas cum Thare et Abraham; hinc inscriptiones, duplici exaratæ lingua, in Babylonia occurrunt, Chamitica seu Accadica-Sumeriana v. Proto-Chaldæa antiquiores et Semitica recentiores, quæ numero alteras excedunt. Porro lingua Semitica Babyloniensis vix differt ab Assyriaca, Chamitica seu Proto-Chaldæa generatim monosyllabica est (*Oppert, Étud. sumér. ou accad.* in *Journ. As.* 1875. *t. V. p.* 267-318.; 442-500.; *Haupt, Die akkad. Spr.* Berl. 1883.; *Hommel, Die sumeroakk. Spr. u. ihre Verw.* 1884). — *b)* De cultu litterarum, scientiarum, et artium: Babylonia in his dici potest magistra Assyriæ, quod docti viri plerique omnes testantur, si excipias *Halévy, Docum. de l'Assyr.* etc. (1882.), cui adhæsit *Guyard, Bull. crit.* etc. in *Rev. de l'hist. V.* 253-278 (1882). Mathematicæ ac præcipue astronomiæ studia coluit et magiam, texendique artem mirifice exercuit. *V.* **BABYLONIUS**. — *c)* De religione: Deum prius unum vitamque alteram post mortem (*Lenormant, Essai d. comm. d. fragm. d. Berose* 1872. *p.* 17.; *Maspero, Hist. anc.* etc. *p.* 148. et *Duncker, Gesch. d. Alt.* 1871. *I. p.* 201); dein plures deos admisit, multaque habuit communia cum Assyris, et quidem quæ ad cultum astrorum pertinebant, ut *Sin* Lunæ, *Samas* Solis, *Istar* Veneris; item deæ *Nana*, dei *Nergal*, dei *Marduk* seu *Beli* (cujus uxor *Zarpanitu*, pater *Ea* et filius *Nebo* seu *Nabo*), dei *Ilu* (*El* Hebr.), quod generale erat nomen divinitatis apud Semitas, seu veræ seu falsæ, etc. *Curt.* 1. 5. 38., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (117)., *Vulg.* 2. *Mach.* 1. 13., 15.; 4. *Reg.* 17. 30., coll. *Dan.* 14. 2-25., *Jerem.* 6. 9-42., *Herod.* 1. 181. et 183. et *Diod.* 2. 30. 3. *V.* etiam *Phil. de Bybl.* in *Hist. Gr. fragm. t. III. p.* 567. — Ibi statuendum esse situm paradisi terrestris (*Gen.* 3. 5-14), qui *gan-'Eden* in Hebraico textu vocatur, nuperrime *Rawlinson* et *Delitzsch* conati sunt demonstrare, sed ineptis tam interpretationibus quam etymis (Cf. *Hummelauer, Gen.* ad *l.* et *Vigouroux, La Bibl.* etc. *I.* 216. *sqq.*). V. **EDEN**. — *d)* De historia: Babyloniam quæ respiciunt a veteribus tradita, satis obscura sunt et dubia v. mythica. Primus in ea regione idemque antiquissimus regnavit Nemrod, filius Chus, quod certum habemus ex *Moyse* (*Gen.* 10. 8-10) et conforme, ut videtur, testimonio *Herodoti*, apud quem *Evechus* (=*Aval-Ehus*, i. e. filius Chus) primus fuit rex Babylonius. Post hunc in plura regnum scinditur, in quibus excelluere Sargon I. rex Achad, qui longe lateque imperium protetavit (*Tiele, Bab. Ass. Gesch. p.* 102) an. circ. 3800. a. Chr.; Gudea, rex Sirpurla v. Zerghul, an. 2700-2800., qui totam fere Babyloniam sibi subjecit (*Heuzey, Découv. en Chald.* etc. Paris, 1884); reges Ur, dein dicti Sumer et Achad, et reges Ellasar (*Larsa*), ubi dominati sunt *Kuduri*, ex quibus fuit Chodorlahomor (*Gen.* 14. 1. *sqq.*). — Hæc divisio mansit usque ad Hammurabi v. Hammuragas circ. tempora Abrahami, cujus virtute ac prudentia Babylonia universa in unum regnum idemque gloriosum coaluit; verum an. circ. 1747. eam invaserunt populi Kassi (Cossei v. Cissii), a montibus ad orientem Tigridis profecti, tenueruntque usque ad an. 1170 (*Pognon* in *Journ. As.* 1883. *II. p.* 422-425); quo tempore alia dynastia ab an. 1170. ad 1080. successit, ad quam pertinuit celeber Marduk-Nadin-Aki, monumentis plurimis memoratus (*Oppert, Gr. Encycl.* v. *Babyl.*). Sed brevi Teglathphalasar II., rex Assyriorum, pæne totam Babyloniam sibi tributariam reddidit; Sennacherib vero, ejus successor, Babylonem ipsam evertit an. 712., quam reædificavit Asarhaddon. Denique Assurbanipal magno vita functo (an. 625-604), una cum Medis Assyriam sibi subegit delevitque Niniven, ejus metropolim, Nabopolassar, quem exceperunt Nabuchodonosor II (an. 604-561), Evilmerodach (an. 561-559), Neriglissor (an. 559-556), Nabonid (555-538) cum filio Balthassar, quo regnante, Cyrus Babylone potitus est, ubi Dareum Medum satrapam constituit, victumque Nabonid, occiso jam Balthassar, ad Carmaniam regendam misit. At brevi factum est ut ipsa rebellaret Persis (*Justin.* 1. 10), sed frustra; quin Dareus, Smerdi mago interfecto, Babylonem subvertit (*Frontin.* 3. *Strat.* 3. 4) an. 509., teste *Clem. Strom.*, 1. *p.* 336., quem locum temere corrigendum aliqui putant (V. *Clinton, Fast. Hell.* 2. *p.* 513). Aliquantum a ruinis relevatam Alexander M. occupavit ibique obiit an. 323 (*Curt.* 5. 1. et 10. 5. *et Justin.* 12. 13. 15., coll. *Senec. Suas.* 4); cujus imperio diviso, Babylonia cessit Peucesti (*Justin.* 13. 4. et *Oros.* 3. *Hist.* 23.); sed paulo post Seleucus Nicator eam cepit Seleuciamque suam, ad Tigrim exstructam, Babylonis spoliis ditavit et quæ erat superba olim tot gentium dominatrix, at vitiorum omnium ac turpitudinum serva, decidit (*Is.* 21. 9) sine honore, rerum humanarum vanitatis et vindictæ divinæ teterrimum exemplum. — Plura de Babylonia dabunt, præter antiquiores laudatos, *Winckler, Gesch. Ass. u. Bab.*; *Ménant, Babyl. et la Chald.*; *Oppert, Expéd. en Mésopot.*; *E. de Sarzec, Découv. en Chald.*; *Amiaud, The Inscr. of Telloh* in *Records of the Past, n. s. I.* et *II.*

BĂBȲLŌNIĂCUS, a, um, adject. (Βαβυλωνιακός) ad Babylonem vel Babyloniam pertinens; hinc *Babyloniacæ undæ*, sc. Euphratis, qui Babyloniam interfluit. *Manil.* 4. 580.

BĂBȲLŌNĬCUS, a, um, adject. ad Babylonem vel Babyloniam pertinens. — *a)* Proprie. *Lucret.* 5. 726. Babylonica (Babylonisa *codd.*) Chaldæûm doctrina. *h. e.* astronomica scientia Chaldæorum. *Apul. Florid. n.* 9. pictura. *h. e.* ars variegandi miris coloribus. *Marcian. Dig.* 39. 4. 16. § 7. pellis. (ital. *marrocchino*), nobilior peculiarique artificio confecta (*Jun. descr. orb.* 28. Babyloniarum pellium pulcritudo). *Epit. Alex.* 114. pallium purpureum. *Prudent. hamart.* 445. captivitas. *Fulgent. æt. mund. p.* 163. imperium. — *b)* Translate. *Augustin.* 4. *c. Julian.* 3. 26. Exhibuerunt terrenæ patriæ Babylonicam dilectionem. — Hinc absolute

Babylonicum, i, n. et sæpius

Babylonica, ōrum, plur. 2. vestes Babylonica arte pictæ. — *a)* In sing. num. *P. Syrus* apud *Petron.* 55. plumato amictus aureo Babylonico. — *b)* In plur. *Plaut. Stich.* 378. Babylonica et peristroma tonsilia et tappetia. *Lucret.* 4. 1029. cura Babylonica magnifico splendore rigantur. *Fest p.* 298. Sol(i)aria vocantur Babylonica, quibus *(solia)* sternuntur.

BĂBȲLŌNIENSIS, e, adject. qui est ex Babylonia. *Plaut. Truc.* 84. Babyloniensis miles.

BĂBȲLŌNII, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

BĂBȲLŌNIUS, a, um, adject. ad Babylonem vel Babyloniam pertinens: aut qui est ex Babylonia vel in Babylonia provenit. — *a)* Proprie. *Ovid.* 2. *Met.* 248. arsit et Euphrates Babylonius. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 15. 51. (180). Babylonium bitumen. *Hieronym. sit. et nom. p.* 107. Bel idolum. *et p.* 113. Chobar flumen. *Claudian. carm.* 8. 146. augur. *Cic.* 4. *Tusc.* 3. 5. Diogenes. — *Horat.* 1. *Od.* 11. 2. nec Babylonios tentaris numeros (*Porph.* ad *l.* Mathematicam intellige; Babylonii enim astrologiam invenisse traduntur). — *b)* Translate. *Hieronym.* in *Jer.* 29. 14. In hujus mundi Babylonia regione. *Cassian.* 6. *Inst.* 17. Rex Babylonius. *h. e.* diabolus. — Absolute, substantivorum more

Babylonius, ii, m. 2. nomen equi. *Ammian.* 28. 3. 6. Equus Babylonius nomine.

Babylonii, ōrum, m. plur. 2. qui sunt ex Babylone vel Babylonia, incolæ Babyloniæ. *Cic.* 1. *Divin.* 42. 93. Ægyptii et Babylonii - omnem curam in siderum cognitione posuerunt. *Ital. Bar.* 6. 3 (*Tertull. Scorp.* 8). Dei Babyloniorum aurei et argentei. *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 131. Nabolassarum - Babyloniorum et Chaldæorum regem etc. — *Priscian. gramm. III.* 309. 15. Aristophanes in Babyloniis. *i. e.* in comœdia hujus tituli. — Horum fuit proprium astrorum studium (*Cic. loc. cit.*) et mathematicæ studium (*Horat. loc. cit.*); et magiæ cultus (*Claudian. carm.* 8. 143. et *Rufin.* 1. *Recogn.* 30); ars in vestibus varias texendo figuras subtiliter exprimendi (*Tertull. hab. mul.* 1) et mores perditissimi (*Curt.* 1. 5. 38). *V.* **BABYLONIA** et **BABYLONIUS**.

BACCHA, æ, et Bacche, es, f. 1. (Βάκχη) In codd. sæpe scribitur (et S. C. de Bacch.) unica, rarius duplici, *c*, sine aspiratione. V. **BACCHUS**, a quo dicta est.

Baccha ¶ 1. Speciatim, plerumque in plur. num. — 1.°) Est Bacchi comes v. Bacchi sacerdos v. Bacchi sacris initiata. *Varro* 7. *L. L.* 87. Bacchi: est Liber, cujus comites Bacchæ. *Schol. Virg. Bern. ecl.* 5. 30. Bacchæ idest mulieres debacchantes in sacris Liberi patris. *Corp. I. L. (S. C. de Bacch.)*. BACAS VIR NEQVIS ADIESE (*adiisse*) VELET CEIVIS ROMANVS. *Plaut. Bacch.* 58. Bacchis, Bacchas metuo et bacchanal tuum. *Ovid.* 4. *Met.* 25. Bacchæ satyrique. *Fronto p.* 154. 19. *N.* nymphis Bacchisque etc. *Serv.* ad *Virg.* 7. *Ecl.* 25. Poetæ, ut Bacchæ, insaniunt. *Schol. Stat. Theb.* 1. 328. Baccharum ululatus. *et ibid.* 329. (*In Citærone*) ea Bacchæ secant in honorem Liberi. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 13. Liber pater bellavit in India, qui multas habuit in exercitu feminas, quæ Bacchæ appellatæ sunt non tam virtute nobiles, quam furore. *Plaut. Bacch.* 371. Bacchæ acerrumæ. *Nav. trag.* 31. thyrsigeræ. *Horat.* 3. *Od.* 25. 15. valentes. *Propert.* 3. 22. 33. sævæ. *Tac.* 11. *Ann.* 31. insanientes. — *Bassarides* appellantur a Libero Bassareo, ita dicto a vestibus (*Porphyr. Hor. Od.* 1. 18. 11); *Mænades* (V. hanc voc.); *Ismariæ, Cadmeæ, Thebanæ, Threiciæ, Delphicæ, Latiæ*, a locis, apud poetas. — In sing. num. *Ovid.* 1. *Art. am.* 312. Aonio concita Baccha deo. *et* 3. *ibid.* 710. per medias sparsis furibunda capillis Evolat, ut thyrso concita Baccha, vias. — *Hygin. fab.* 7. Liberi Baccha fuerat. *i. e.* Dirce. — Opera litteraria: titulus fabulæ *Accii (Fest. p.* 197., 314. et *Non.* sæpe) et *Euripidis (Prisc. gramm. III. p.* 251. 20). — Opera picturæ: *Nichomachi (Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (109); cælaturæ: *Acragantis* in templo Liberi patris Rhodi. — 2.°) Item nutrix Bacchi, quæ appellatur Bacche. *Serv.* ad *Virg. ecl.* 6. 15. *V.* alia in *Lexico* ad *v.* ¶ 2. Generatim, in titulis, cogn. mul. *Corp. I. L.* 6. 10537.

BACCHĀNAL et sæpius

BACCHĀNĀLIA, ium et iorum, n. plur. et

BACCHĀNĀLIS et

BACCHANTES. V. *Lexicon*.

BACCHĒIS, idos, f. 3. (Βακχηΐς) adject. a *Bacchis*, qui caput fuit familiæ *Bacchiadarum*, est ad Bacchidem pertinens, Corinthi regem. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 34. Qualis, si subeas Ephyres Baccheidos altum Culmen. *h. e.* Corinthi, quam urbem per CC. ferme annos tenuit Bacchiadarum familia.

BACCHĒIUS, a, um, adject. (Βακχήϊος) ad Bacchum pertinens. *Virg.* 2. *G.* 454. Baccheia dona (*Ser. Samm.* 37. 10). *i. e.* vites et vina. *Carm. epigr.* 280. sacra.

BACCHĒUS, a, um. *V.* h. v. in *Lexico*.

BACCHIADÆ, ārum, m. plur. 1. (Βακχιάδαι) Etiam *Bacchidæ* (Βακχίδαι) apud *Hieronym.* in *Chron.* ad an. Abr. 1060., coll. *Herod.* 5. 92.

Bacchiadæ, gens seu familia, quæ summam potestatem sive tyrannidem per CC ferme annos obtinuit Corinthi (*Strab.* 8. 6. 20), a *Bacchis*, Prumnidis filio, appellati; sed a Cypselo expulsi in Siciliam venerunt, ubi condidere Syracusas (*Herod. loc. cit.* et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. [152]). Hinc *Ovid.* 5. *Met.* 407. Et qua Bacchiadæ, bimari gens orta Corintho, Inter inæquales posuerunt mœnia portus.

BACHĪĀRĪUS, ii, m. 2. vir christianæ philosophiæ, ut eum vocat *Gennad. vir. ill.* 24., qui floruit a. 400. p. Chr. scripsitque *grata opuscula* aliaque, de quibus V. *Schepss Corp. script. eccl.* Vindob. *XVIII.* 167., *Migne, P. L. XX.* 1015-1062. et *Nolte, Theol. Quartalschr.* L (Tubing. 1868) 447. *sq.*

BACCHĪĀS, ădis, f. 3. (Βακχιάς) insula sinus Arabici. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (173).

BACCHĬCUS, a, um, adject. (Βακχικός) ad Bacchum vel Bacchas pertinens. *Macrob.* 1. *Sat.* 18. Bacchicus ritus. *Enn. trag.* 111. modus. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 34. 62. (147). hedera. *Stat.* 2. *Achill.* 4. Naxos. *Martial.* 7. 62. serta. *Prisc. perieg.* 886. sacra. — Hinc absolute *Bacchica*, festa in honorem Bacchi. *Prudent.* 1. *c. Symm.* 628. — De *Bacchico metro V.* **BACCHICUS** in *Lexico*.

BACCHĪDÆ. *V.* **BACCHIADÆ**.

BACCHĬDĀS. *V.* voc. seq.

BACCHĬDĒS, æ, et is, m. (Βακχίδης et Βακχείδας) De hisce formis apud Latinos ita *Varro* 10. *L. L.* 71. Aliæ sunt (*declinationes*) priscæ ut *Bacchideis* et *Chrysideis*: aliæ recentes, ut *Chrysidas* et *Bacchidas*. V. integr. loc.

Bacchides ¶ 1. Apud scriptores satrapa sub Antiocho Epiphane et præfectus Judææ. *Vulg.* 1. *Mach.* 7. 8. — Anno a. Chr. 166., cum Timotheo, alio exercitus duce, a Juda Machabæo profligatur (2. *Mach.* 8. 20. *sqq.*); dein iterum sub Demetrio, Eupatoris successore, an. 161. cum Alcimo Judam adortus victor evasit et, inito fœdere cum Jonatha, fratre Judæ, discessit (1. *Mach.* 9). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 3. 26951.

BACCHIS, is, m. 3. Corinthiorum rex, Prumnidis filius, qui regnavit an. 958-923. Corinthi et a quo filii, ejus successores, *Bacchiadæ* v. *Bacchidæ* cognominati sunt, teste *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 1060. *V.* **BACCHIADÆ**.

BACCHIS (Isis), idis, f. 3. (Βάκχις et Βακχίς) Varie scribitur in codd. et in titulis.

Bacchis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est mulier Bacchi sacerdos, Baccha. V. *Lexic.* — 2.°) Item nomen duarum sororum, quæ ita appellatæ sunt, quia earum parentes Bacchi sacris fuerant initiati; unde *Bacchides* titulus comœdiæ Plautinæ. *Fest. p.* 169. et 363. *M.* Plautus in Bacchidibus. — 3.°) Item persona comica in *Terentii Heautontimorumenos* et *Hecyra* sæpe. — ¶ 2. In titulis nom. serv. mul. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 26244. - 1842., 12885. — *Ibid.* 36583. Antoniæ Bacchini. — Adde *Cic.* 15. *Att.* 27 (mima?).

BACCHĪUM, ii, n. 2. (Βακχεῖον) ¶ 1. Insula Ioniæ prope Phocæam. *Liv.* 37. 21. Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. (138). ¶ 2. Item nom. sodalicii Bacchici. *Corp. I. L.* 3. 7437 (*s.* 227). — *Bacchia, ōrum*, Βακχεῖα, Bacchi sacra. *Julian. Tol. gramm. V. p.* 323. 32. *sqq.* et *Isid.* 1. *Orig.* 16. 11.

BACCHĪUS et Bacchius, a, um. *V.* **BACCHIUS** in *Lexico*.

BACCHŌ (Βακχώ), una ex quinque Hyadibus. *Serv. auct. georg.* 1. 138.

BACCHŪLUS. *V.* **BACCHYLUS**.

BACCHUS, i, m. 2. (Βάκχος) deus, memoratus inde a *Plaut.* et *Cic.* — *a)* Orthogr.: Scribitur etiam *Bachus*, simplici *c* (*Corp. I. L.* 8. 19540) et *Baccus*, sine aspiratione (*Inscr. Rh. Bramb.* 310). V. **BACCHA**. — *b)* Prosod.: Ultima vocativi producitur *Horat.* 1. *Sat.* 3. 7. ab ovo usque ad mala citaret « io Bacche », modo summa voce, modo etc. *Ritter* tamen dat *Bacche*, quod videtur fuisse in versu amœbæo carminis dithyrambici, in quo Agaus insanientes Bacchas in cædem Penthei filii concitaret; sed « codd. et edd., inquit *Diehl*, vix recte ita interpretati sunt, ut vitium metri de medio tolleretur ». — *c)* Etymon alii aliter exponunt. Qui Græcum nomen putant, derivant a βάκχω, quo proprie notatur qui inconditum sonum βὰ βὰ edit; hinc addito sono gutturali, Βάκχοι dicti qui furore Bacchico perciti sunt; deinde eorum deus *Bacchus*, quod arbitrarium sane ineptumque censeo. Alii deducunt ab ejus nutrice *Bacche*, teste *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 15., quod est idem per idem, ut ajunt scholæ. Alii denique melius conjungunt cum Gr. Ἴακχος (Lat. *Iacchus*) a v. ἰάχω, ἰαχέω, *clamo*; unde, præmisso digammate Ϝίακχος = Βάκχος significationem habet *clamoris*, eorum scil. qui Baccho perciti in orgiis vel symposiis, in clamores inconditos erumpunt. Cf. etiam Skr. *vâk*, Lat. *vox* (*Curt. Grundz. d. gr. Etym. p.* 462. *sq.*). — *d)* Nomina Bacchi varia recenset *Auson. epigr.* 30. Ogygia me *Bacchum* vocat; *Osirin Ægyptus* putat; mystæ *Phanacem* nominant; *Dionyson* Indi existimant; Romana sacra *Liberum*; Arabica gens *Adoneum*; Lucaniacus *Pantheum*. — *e)* Plures, Bacchos nomine, fuisse docent veteres, ut *Plin.* 11. *Hist. nat.* 17. 17. (62)., de quibus nil certi dici potest. *Cic.* primum duos statuere videtur 2. *Nat. D.* 24. 62., coll. *Jul. Firmic.* 6., sc. unum Cretensem, Jovis Cretensis filium ex adulterio progenitum, instigante Junone, a Titanibus membratim discerptum; alterum Thebanum, magicæ artis peritissimum, qui a Lycurgo ob scelera et regno privatus est et in mare conjectus. Mox vero idem *Cic.* 3. *ibid.* 23. 58., coll. *Ampel.* 9., quinque recenset, ex quibus primus Jove et Proserpina natus, agricola et vini inventor: secundus, natus Nilo, qui Nysam dicitur interfecisse; quamquam paullo aliter rem enarrat *Ampel. loco cit.* sed corrupto: tertius de Cabiro, Asiæ rege, cui *Sabazia* (al. *Cabiria*) sunt instituta et fortasse idem est ac *Baal* seu *Belus*, præcipuum Babyloniorum numen: quartus Jove et Luna (vel Semele), cui « sacra Orphica putantur confici »: quintus Niso (v. Nyso) et Thyone, « a quo Trieterides constitutæ creduntur ». hinc *Thyonianus* dictus *Catull. loc. cit.* — Ceterum hi omnes, quomodocumque hæc et alia veterum loca inter se comparantur, ad unum reducuntur, qui primitus in Asia, deinde in aliis regionibus, variis vocatus fuerit nominibus variisque figmentis repræsentatus, nempe ad *Solem*. Hinc *Mythogr. II. fab. proœm.* et *fab.* 18. dicitur esse *Sol* apud Superos, qui *Liber pater* in terris (Cf. *Macrob.* 1. *Sat.* 17. et 18.): vel, etiam Bacchi pluribus sive diis sive semideis sive heroibus admissis, iis longe excellit celebritate caniturque a poetis, qui Thebis Jove et Semele, Cadmi filia et Agenoris pronepote, genitus fertur; unde *proles Semeleia* dictus (*Ovid.* 3. *Met.* 5. 20. et 9. *ibid.* 540) et *Cadmi progenies* (*Cic.* ap. *Lact. inst.* 1. 15. 20); et quia in utero Semeles quum fulminis ictu arsisset, a Nymphis ereptus, igne et aqua infusa recreatus est vel ab ipso Jove proprio femori assutus abditusque est et in lucem editus (*Hygin. fab.* 167., coll. *Stat.* 9. *Theb.* 428. et *Claudian. carm.* 24. 227); hinc dictus *ignigena* (*Ovid.* 4. *Met.* 12) et *bimater* v. *satus iterum, bis genitus* (*Id.* 4. *ibid.* 11. et 3. *ibid.* 317); cui nascenti « risit pater: undique fulsit Cælicolum sedes etc. » (*Avian. orb.* 1121., coll. *Nemes. Cyn.* 16. *sqq.*). — Natus est autem cornutus; hinc *corniger* et *bicornis* dictus (*Tibull.* 2. 1. 3., *Horat.* 2. *Od.* 19. 29., *al.*); nempe quia vinum *addit cornua pauperi*, ut ait idem *Horat.* 3. *Od.* 21. 18.; vel quia homines nimio vino truces fiunt, ut *Fest.* in *Cornua p.* 37. *M.* docet: vel quia bello potens foret. — De anno natali mythico disputarunt veteres (*Hieronym.* in *Chr.*, *Plin.* 12. *Hist. nat.* 19. 42. [85]., *Herod.* 2. 145): item de loco, ubi fuerit educatus; alii namque in Arabia, alii in antro Nysi, a nymphis, hinc *Nysæus* (*Ovid.* 4. *Met.* 13), seu a Bacche nympha cum sorore Brome, hinc *Bromius* vocatus (*Plaut. Men.* 835. et *Ovid.* 4. *Met.* 11): vel a Najadibus (*Tibull.* 3. 7. 25): vel ab Ino (*Hygin. fab.* 2.): vel a Brise (*V.* **BRISEUS**): vel a Bassaride (*V.* **BASSAREUS**): vel a Marone, hinc *Maroneus* cognominatus (*Tibull.* 4. 1. 57):

vel a Mercurio (Plin. 34. Hist. nat. 8. 19 [87]): vel a Cerere, quæ Mammosa Lucr. 4. 1168. appellatur: vel a magistro Sileno (Nemes. ecl. 3. 27); hinc Horat. A. P. 239. «deus alumnus Sileni» absolute dictus. — Adulescens multa gessit mirabilia, pluribus comitantibus feminis, quibus vires supra sexum furorique similes animos indidit; varias terras peragravit, Indos bello perdomuit deque his triumphavit. Tigres porro et lynces currui suo adjunxit; et quia vitium colendarum rationem mortales docuit, ex quo vini repertor et præses habitus est, hinc semper ebrius esse fingitur semperque sitiens, currumque habere dicitur, vitium pampinis et uvis decoratum, pampineis frenis tigres regens, pro sceptro thyrsum gestans, hoc est hastam frondibus viteis aut hederaceis ornatam (Cf. Horat. 2. Od. 19. 7), coronam in capite ejusdem materiæ cervinamque pellem ab humeris dependentem; quo ornatu ejus quoque comites Bacchæ incedunt, una cum Sileno, qui ejus currum asello insidens sequitur, Satyris hunc vinosissimum senem comitantibus et subinde labantem sustinentibus. Ipse autem Bacchus perpetua juventa eximiaque pulcritudine florere dicitur (Ovid. 4. Met. init., ubi multa de eo narrantur, ut hæc, poetarum figmenta). Ceterum de ejus itineribus per orbem, deque gestis multiplicibus consulas Mythogr., Hygin., Senec., Ovid.; quibus peractis, cælum adiisse et ex mortali immortalem factum eum tradunt Senec. Œt. 94., Hygin. fab. 227., al. — His itaque præmissis, Bacchus, ad unum ex multis redactus, dicitur primum ac præcipue de persona; dein etiam de aliis vel brutis animantibus vel rebus inanimis.

I.) De persona et quidem ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est Jovis et Semeles, ut diximus, filius. — a) Proprie. Ovid. 4. Met. 416. Tum vero totis Bacchi memorabile Thebis Numen erat. Id. 6. ibid. 587. Tempus erat, quo sacra solent Trieterica Bacchi Sithoniæ celebrare nurus. Id. Ib. 497. teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi. i. e. Nysa. Petron. 133. Nympharum Bacchique comes. i. e. Priapus. Virg. 2. G. 143. Bacchi Massicus humor. i. e. vinum. Sil. It. 7. 194. inde nitentem Lumine purpureo frontem (Bacchi) cinxere corymbi Et fusæ per colla comæ dextraque pependit Cantharus etc. Ennod. carm. 2. 67. (famuli) Dum tingunt rosei plantas de sanguine Bacchi. Adde Manil. 4. 204. et 10. 8., Sil. It. 11. 285., Stat. 2. Achill. 101., Senec. Œd. 824. — α) Epitheta et adposita: — ex qualitatibus v. adjunctis desumpta: Propert. 3. 17. 2. Bacchus pater. Ovid. 3. Fast. 772. candidus. et 1. ibid. 303. corymbifer. et 15. Met. 413. racemifer. Horat. 2. Od. 6. 19. fertilis. Apul. 2. Met. 11. armiger. Stat. 10. Theb. 424. fulmineus. et 2. Theb. 663. crudelis. Val. Flacc. 5. 497. audax. et 7. 301. sævus. Ovid. 4. Met. 765. generosus. et 3. Fast. 481. levis. et 2. Pont. 9. 31. intonsus. et 3. Art. am. 348. insignis cornu. Senec. Œd. 545. nitidus. Avien. orb. 752. pulcher. Tibull. 1. 4. 37. puer æternus. et ibid. formosissimus. et 2. 3. 63. tener. Cassiod. 6. Hist. trip. 15. muliebris. Val. Flacc. 15. 172. sacer. Virg. 4. G. 521. nocturnus (quia noctu Orgia fiebant). Ovid. 4. Met. 12. satumque iterum solumque bimatrem (Id. 3. ibid. 317). et 6. Fast. 483. racemiferos hedera redimite capillos. Virg. 1. Æn. 734. lætitiæ Bacchus dator. Tibull. 2. 3. 63. jucundæ consitor uvæ. — Ex locis v. personis: Ovid. 1. Art. am. 312. Aonius. Stat. 1. Achill. 593. Agenoreus. Horat. 1. Od. 18. 11. Bassareus. Schol. Pers., 1. 76. Brisæus. Plaut. Men. 835. Bromius. Inscr. apud Momms. Inscr. Helv. n. 115. Cocliensis. Stat. 9. Theb. 794. Echionius. Ovid. Rem. am. 593. Edonus. h. e. Thrax. Id. 4. Met. 15. Eleleus. et ibid. Evan. Acc. apud Macr. 6. Sat. 5. 11. Euhius. Ovid. 4. Met. 15. Iacchus. Virg. 2. G. 529. Lenæus. Id. ibid. 229. Lyæus. Stat. 3. Silv. 1. 61. Lydius. Colum. 10. 429. Mænalius. Tibull. 4. 1. 57. Maroneus. Ovid. 4. Met. 15. Nyctelius (nocturnus). Id. ibid. 13. Nysæus et 18. Her. 48. Ogygius. Fest. p. 182. M. Oreus. Inscr. apud Orell. n. 2115. Pantheus. Cic. 2. Legg. 15. 37. Sabazius (Macrob. 1. Sat. 19. Sebadius). Horat. 1. Od. 17. 22. Semeleius. et ibid. 19. 2. Semeles. Prudent. 1. c. Symm. 122. Thebanus. Catull. 27. 7. Thyonianus (Ovid. 4. Met. 13. indetonsusque Thyoneus). etc. — β) Adclamationes: Virg. 7. Æn. 389. Euhoe Bacche. Horat. 1. Sat. 3. 7. io Bacche. Bass. gramm. VI. 256. 5. Bacche Bacche Bacche. et 9. Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche Bromie Bacche. Adde Plaut. Men. 835., Ovid. 3. Art. am. 157. et Paulin. Nol. carm. 19. 281. — γ) Alia, ut: Bacchi aræ v. metæ v. statuæ v. columnæ duæ ad oceanum orient. in finibus terræ, signum triumphi de Indis. Plin. 6. Hist. nat. 16. 18. (49)., Claudian. 7. 208., Avien. orb. 1184., Prisc. perieg. 1057., Jul. Val. gest. Alex. M. 3. 81. — Bacchi insula. V. BACCHIAS. — Bacchi flos, odor vini, apud Lucret. 3. 222.; vel optimum vinum: cf. Plaut. Cist. 1. 2. 8. — Bacchi fons in insula Andro mirabilis, teste Plin. 31. Hist. nat. 2. 13. (16). — δ) Bacchi cultus, per orbem longe lateque diffusus et sæpe cum aliis diis conjunctus, uti sunt Ceres, Venus, Diana, Minerva, Neptunus etc. Virg. 1. G. 7., Varr. 1. R. R. 1., Inscr. apud Orelli 1307., 1491., 1612., 1893. etc.; speciatim cum Apolline, apud poetas. Propert. 2. 5. 25. et 3. 2. 7., coll. Ovid. 3. Am. 1. 23. et 15. 17. et 5. Trist. 3. 15. — Bacchi templa, ædes, luci, oracula etc. Pacuv. tr. 310. Senec. Herc. f. 1286., Ovid. 2. Fast. 313., Lucan. 5. 77., Val. Fl. 2. 254., Sueton. Aug. 94. — De his innumeræ sunt inscriptiones. V. Corp. passim. — Bacchi festa, quæ ubique terrarum celebrabantur ab antiquissimis temporibus. In his, mysteriis dictis, sæpius probrosa quæque agebantur (Arnob. 5. p. 169. sq. et Augustin. 7. Civ. D. 21), ex quibus memorantur Alimontia, Bacchanalia, Dionysia v. Dionysiaca, quæ et Trieterica et Nyctelia, Liberalia, Orgia, Orphica, Sabazia v. Sabadia etc. V. suis locis. — Bacchi inventa plurima, ex quibus præcipuum colendæ vitis modus (Macrob. 1. Sat. 19. 2., Manil. 3. 153., Flor. in Anth. Lat. n. 213): item choreæ; hinc chori pater dictus Prop. 2. 32-38: item mellis, teste Ovid. 3. Fast. 736: item belli: cf. Senec. cit. B. 25: item commercii, ut tradunt Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (191). et Macrob. 1. Sat. 19. 4. — Bacchi imagines apud artifices et poetas. Carm. epigr. 889. Fecerat Euphranor Bacchum etc. Adde Corp. I. L. 6. 49. — Sagittis v. hasta v. thyrso armatus sistitur, aliquando barbatus, aliquando cornutus v. radiatus, in nummis apud Eckhel 1. p. 226.: 2. p. 602.; 12. p. 84., coll. etiam Sil. It. 7. 194; aliquando nudus ac nebride tantum v. syrmate amictus. Solin. 53. — Alia V. init. sub e; plura vero in DIONYSUS et LIBER. — b) Metonymice pro vino adhibebatur jam Lucretii ætate; immo et pro vitibus usurpatum fuisse videtur. V. BACCHUS in Lexico. — 2.º) Item persona comœdiæ. Donat. Ter. Eun. 537. Neque enim conveniebat personæ Bacchi aliquid amusum aut infacetum aut ἄκαιρον. ¶ 2. In titulis nom. vir. et cogn. Corp. Inscr. Lat. 8. 19640. - Id. 6. 1057 (a. 210). 2. 33. et 14275. — Cognomen inditur Mithridati. Cic. Flacc. 25. 60.

II.) Dicitur de aliis, sc. ¶ 1. De brutis animantibus, ut de pisce quodam. V. BACCHUS in Lexico. ¶ 2. De sidere. Manil. 3. 156. et 2. 658.

BACCHYLĬDĒS, is, m. 3. (Βακχυλίδης) Male scribitur Bacchilides vel Bachilidas. — Vocabulum ducunt nonnulli a βάκχυλος, panis subcinericius (Athen. 3. 111. D.); quod alii significare volunt restiarius. — Est autem nom. patronym. a Βακχύλος (Inscr. Gr. 270., 275).

Bacchylides ¶ 1. Poeta lyricus, Ceus, filius Medontis, nepos Simonidis, floruit circ. a. 460. a. Chr. Ejus vita fere incognita est; scimus enim tantum eum olim Ceo expulsum in Peloponnesum (Plut. exsil. 14) et aliquandiu moratum fuisse Syracusis apud Hieronem, cui tria poemata dicavit (Ælian. Hist. var. 4. 15). Memoratur Ammian. 25. 4. 3., Serv. ad Virg. 2. Æn. 201. et 6. ibid. 21. et 11. 93., Gell. 20. 7. 2., Prisc. gramm. III. 428. 21., Bass. gramm. VI. 261. 10., Hieronym. in Chron. ad a. Abr. 1549., 1586., Schol. Stat. Theb. 2. 271., Porphyr. Hor. Od. 16. 1. 1. - Cius, absolute, appellatur Apul. apol. 9., nisi mavis cogitare de Simonide. — Ex ejus scriptis pauca fragmenta cognoscebantur, sc. ad 50., de quibus V. Rambaldi (Bacchilide e i suoi tempi, Torino 1888., Della Giovanna (Bacchilide in Riv. di fil. etc. Torino 1888. et Setti, Lett. Gr., Firenze 1895). At plura alia nuperrime reperta sunt in papyro Ægyptia, a Museo Britannico an. 1896. empta, quæ M. Kenyon interpretatus edidit hoc tit.: The Poems of Bacchylides from a papyrus in the Britsch Mus. Londr. 1897., ex 200. fragmentis in quattuor partes collectis; alia dein accesserunt, quorum duo item ex Ægypto secum tulit Bern. Grenfell. Hæc omnia cl. Blass inter se collata et in tres magnas partes tributa in lucem protulit, quarum duæ priores carmina continent epinicia, tertia vero sex cum nominibus mythicis, uti sunt Ἡρακλῆς, Θησεύς, Ἰώ, Ἴδας etc. — Bacchylides varia poesis genera tractavit; scripsit enim dithyrambos (Serv. loc. cit.), hymnos, hyporchemata, pæanas, convivalia (παροίνια seu σκόλια), amatoria (ἐρωτικά), epinicia, præsertim epigrammata, etiam longiora et adhuc intacta: facilis ubique, elegantiæ magis quam novitatis studiosus, totus in mythicis inventis, quæ ab eo accuratius ac fusius, quam a Pindaro, describuntur, sententiis moralibus, communibus tamen, abundans, maxime in epiniciis, Homeri ad exemplum epithetis proprio marte conflatis proprioque metro, quod Bacchylidium ab eo dicitur, nunc logaœdico, nunc dactylo-epitrito in strophas inæquales, dialecto plerumque Dorica, aliquando vero Æolica usus (Cf. Blass in præf. et Croiset, II. 363), immo etiam Attica, ut censet cl. Bergk (fr. 28. р 579). — Laudatur a Longin. seu Auct. tr. de sublim. 33. 5., tamquam ἀδιάπτωτος καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντη κεκαλλιγραφημένος κτλ.; in epigr. Anthol. Palat. 9. 190. dicitur λάλος Σειρήν; Canon Alex. eum recenset inter novem excellentiores Græciæ lyricos poetas; quem et Horatius imitatus est (Porphyr. loc. cit.) et Pindarus (frg. 218), ut hic a Bacchylide (frg. 27), et Didymus est commentatus et Julianus imp. jucunde legebat (Ammian. loc. cit.). Porro facile credideris Wilamovitzio, qui ait Bacchylidem apud rhetores in honore non fuisse, quia de eo mentionem faciunt nullam. ¶ 2. Item christianus quidam vir Ponticus, apud Rufin. 4. Hist. 23. 6.

BACCHYLĬDĬUS, a, um, adject. (Βακχυλίδειος), metrum a Bacchylide dictum. Serv. gramm. IV. 459. 19. De Bacchylidio trochaico: Bacchilydium constat dimetro hypercatalecto. V. etiam voc. præc.

BACCHȲLUS v. Bacchyllus, i, m. 2. (Βακχύλος v. Βάκχυλλος), qui et Bacchulus, Baccylus v. Baccillus scribitur, nom. vir. Græc. Corp. I. L. 6. 17159. — Etiam nom serv. et libert. Ibid. 13466. et 12. 499. — Transiit in cogn. Ibid. 5. 12449., 31090 etc.

BACĒNIS, is, f. 3. silva infinitæ magnitudinis, in Germania, dividens Suebos a Cheruscis. Cæs. 6. B. G. 10. — Fortasse pars fuit Hercyniæ silvæ, fuse descriptæ ab eodem Cæs. ibid. 24., quæ postea Buchonia dicta est (V. R. Much, Deutsche Stammsitze 21. sq.).

BACĬLIUS, ii, m. 2. nom. gent. Cic. 2. Q. fr. 1.

BĂCIS, idis, m. 3. ¶ 1. Fuit hariolus Bœotius, Βάκις, de quo Cic. 1. Divin. 18. 34. et Arnob. 1. p. 38. — Bacides plures memorantur Herod. 8. 20., 77., 96. et 9. 43., Paus. 9. 14. et Clem. Alex. 1. Strom. p. 398. — De eo etiam cogitasse videtur Fulg. serm. 4. Labeo, qui disciplinas Etruscas Tagetis et Bacitidis (alii ll. alia exhibent) quindecim voluminibus explanavit. ¶ 2. Item taurus, qui colebatur Hermunthi in Ægypto. Macrob. 1. Sat. 21. 20., ubi acc. Bacin. Cf. Strab. 17. 817. et W. Spiegelberg, Arch. f. Papyrusforsch. I. 339. sqq., qui docuit hieroglypha transcribenda esse græce Βοῦχις.

BACO, onis, m. 3. deus Celticus. Corp. I. L. 13. 2603 (sæc. II. init.). Contulit editor p. 404. Pass. Marcell. (act. sanct. 5. sept. 2. p. 197) atrium divi Baconis.

BACORIS, is, m. 3. geographus Rhodius, apud Avien. ora 47.

BACTRA, orum, n. plur. 2. (τά Βάκτρα v. ἡ Βάκτρα) caput regionis Bactrianæ aut ipsa regio, quam describit Curt. 7. 4. 26. sq. — Varia est declinatio: Bactra, n. plur., apud Augustin. gramm., V. 506. 28. «In neutro tantum pluralis. - Bactra. quæ est civitas Parthiæ». — Bactra (æ), f. sing., apud Jul. Val. 3. 48. «Bactra te (Alexander) vidit,

Æthiopia salutavit, Scythæ tremuerunt». et Capell. 6. p. 223. «Circa Bactram cum ejus nominis oppido fluvioque». — Bactrum (i), n., apud Plin. 6. Hist. nat. 16. 18. (48). «Bactri, quorum oppidum Zariastes, quod postea Bactrum a flumine». Adde Solin. 49. et Isid. 15. Orig. 1. 11. — Forma in cuneatis Pers. Bâkhtris, Assyr. Bâχtar etc. apud Tomaschek (PW. 2. 2804), qui varias vocum significationes persequitur. — Hodie est Balkh in regione Chorassan haud procul a Bakara.

Bactra ¶ 1. Urbs Asiæ interioris, Bactrorum regionis caput. Curt. 7. 4. 31. Ipsa Bactra, regionis ejus (Bactrianæ) caput, sita sunt sub monte Parapamiso (Plin. Paropaniso). Bactrus amnis præterit mœnia. Is urbi et regioni dedit nomen. Propert. 7. 4. 31. et 3. 11. 26. (Semiramis) jussit et imperio subdere Bactra caput. Stat. 3. Silv. 2. 136. regia Bactra. Virg. 2. G. 138. et 8. Æn. 688. Antonius - victor ab Auroræ populis - ultima secum Bactra vehit. Adde Sil. It. 3. 613. et Sidon. carm. 2. 448. — Tradunt orientales conditam fuisse a Kaïmort, qui Adam Persarum dicitur; divitiis vero maxime inclaruisse arguitur ex eo quod apud poetas Bactra et Babylon conjunguntur ad significandas Orientis opes, ut Lucan. 8. 243. et 299., Stat. 4. Silv. 1. 40. etc. ¶ 2. Item provincia. Horat. 3. Od. 29. 28. quid Seres et regnata Cyro Bactra parens Tanaisque discors. Adde Sidon. carm. 2. 249. et Curt. 3. 10. 5. Serv. ad Virg. 2. G. 138. Bactra regio juxta Assyrios, unde et populi Bactriani.

BACTRĀNI, ōrum, m. plur. 2. iidem ac Bactriani. Spartian. Hadr. 21., Trebell. Val. 4. et Vopisc. Aurelian. 33.

BACTRĒNUS, a, um, adject. idem ac Bactrinus seu Bactrianus. Avien. orb. 918.

BACTRI, ōrum, m. plur. 2. (Βάκτροι) populi Asiæ interioris, iidem ac Bactriani. Memorant Curt. 10. 10. 4. Qui Indiæ Bactris et Sogdianis ceterisque - accolis præerant. et Senec. 5. Nat. 18. 10. Alexander ulterior Bactris et Indis volet. Adde Mel. 1. 2. 7., Plin. 6. Hist. nat. 16. 18. (48). et alib. sæpe, Solin. 9. et alib. sæpe, Lucan. 3. 267., Avien. orb. 910., al. — De eorum moribus Rufin. 9. Recogn. 20., Hieronym. 2. c. Jovin. 7. et Curt. 4. 25. 3. V. in BACTRIANI. — De eorum commercio cum Romanis V. Capitolin. Hadr. 21., Aur. Vict. epit. 15., Vopisc. Aurelian. 33. et 41.

BACTRĬA, æ, f. 1. (Βακτρία) idem ac Bactriana. Isid. 14. Orig. 3. 30. Bactriæ regioni proprius amnis Bactrus nomen dedit - mittit Bactria fortissimos camelos. Adde Plin. 8. Hist. nat. 18. 26. (67). et Rav. p. 114.

BACTRĬĀNA, æ, f. 1. (Bactra) regio inter Sogdianam et fluvium Oxum (Ighun) a septentr. et montem Paropanisum (Candahar) et Ariam ad merid. sita, ad occid. habens Margianæ desertum et ad or. montem Merum v. Sakai (Cf. Strab. 11. 514. et Kiepert, Alt. Geogr. 59.); olim vero latius patebat divisa in ulteriorem et citeriorem (Justin. 13. 4., coll. Oros. 3. Hist. 23. et Isid. 14. Orig. 3. 30), hodie Balkh (Zend. Bakhdhi) et Khorasan. Memoratur quoque Chron. Alex. chron. I. p. 106. et 164., ubi legitur Bactriona. Rav. p. 415. et 417. India, Serica, Bactriana. Plin. 12. Hist. nat. 9. 19. (35). In Bactriana bdellium abundantissimum. et ibid. 6. 13. (25). est et (arbor) terebintho similis, pomo amygdalis, præcipuæ suavitatis. — Primitiva Ariorum sedes habita est, qui postea in finitimas regiones demigrarunt seque in totam Asiam diffuderunt potentia ac dominatione paullatim aucti (quamquam de hoc vera cum mythicis historici tradiderunt: cf. Tac. 2. Ann. 60), quam Bacchus invisisset (Bacch. 15), Ninus ope Semiramidis (Justin. 1. 1. ex Ctes.) suo adjecisset imperio. — Dein Bactriana a Medis est subacta (Herod. 7. 64. et alib.) fuitque XII. satrapia Darei; mox ab Alexandro M. occupata, quo mortuo per præfectos recta cessit tandem imperio Seleucidarum (Justin. 13. 4. et 15. 4., coll. Oros. 3. Hist. 23). Sed an. circ. 250. a. Chr. Theodotum ejusque successores reges habuit, ex quibus Eucratides a. 181. partem occid. Indiæ et Menander hanc usque ad Gangem tenuit; donec subjacuit Arsacidi Mithridati I., Parthorum regi; partim vero deinde Scytharum tribubus a. circ. 100., quo regnum Bactrianæ omnino desiisse videtur. — De ejus nummis consulas cl. Visconti, Iconogr. Gr. T. 3. p. 245-257., et Eckhel 3. p. 556-562. Cf. etiam Cunningham, Coins of the Ind. Scyth. Lond. 1892.

BACTRĬĀNI. V. voc. seq.

BACTRĬĀNUS, a, um, adject. ad Bactra v. Bactrianam pertinens. Curt. 5. 8. 4. Bactriana regio. et 9. 7. 2. arx. Plin. 37. Hist. nat. 5. 17. (65). smaragdi. Solin. 49. cameli. Tac. 11. Ann. 8. campi. — Absolute, substantivorum more

Bactriani, ōrum, m. plur. 2. populi Bactrianæ, orti a «Scythis, qui suorum factione a sedibus suis pulsi juxta Bactrum fluvium consederant» (Isid. 9. Orig. 2. 43., coll. Justin. 2. 1. et 3). Memorantur Curt. 7. 18. 30. et Oros. 1. Hist. 2. — De his Ammian. 23. 6. 55. sqq. Bactriana natio antehac bellatrix et potentissima Persisque semper infesta. et ibid. Gentes iisdem Bactrianis obediunt plures. Curt. 4. 25. 3. Sunt autem Bactriani - promptissimi, horridis ingeniis multumque a Persarum luxu abhorrentibus. - Calamis pro sagittis utuntur. Hieronym. 2. c. Jovin. 7. canibus ad hoc ipsum nutritis objiciunt senes; quod quum Alexandri præfectus Stasanor emendare voluisset, pæne amisit provinciam. (Cf. Duncker, Gesch. d. Altert. IV. 15-37. et Geiger, Ostiran. Kult. 1882).

BACTRĪNUS, a, um, adject. idem ac Bactrianus. Apul. 7. Met. 14. et Epit. Alex. p. 194. — Absolute Bactrina (æ), regio. Ibid. 14. — Cf. Bactrinus et Bactrina, de personis. Ibid. 118. et 121.

BACTRĬUM. V. voc. seq.

BACTRĬUS, a, um, adject. ad Bactra pertinens. Ovid. 5. Met. 135. Bactrius Halcyoneus (socius Phinei). Plin. 8. Hist. nat. 18. 26. (67). Camelos - pascit oriens, quarum duo genera, Bactriæ et Arabiæ. Adde Isid. 14. Orig. 3. 30. et Solin. 49. — Absolute

Bactrium, ii, n. 2. regio. Chron. Alex. chron. I. p. 96. 26. et 106. 162.

BACTRUM, i, n. 2. V. BACTRA.

BACTRUS (Bactros), i, m. 2. (Βάκτρος) ¶ 1. Apud geographos fluvius, qui probabilius Bactris et Bactrianæ nomen fecit, oriens in monte Tauro et in Oxum influens (Cf. tamen Isid. 13. Orig. 21. 14), hodie Balch-ab, rûd-i Deh-âs, Âdarsigah. De eo Lucan. 3. 267. tinxere sagittas Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros Includit gentes vastisque Hyrcania silvis. Adde Curt. 7. 4. 31. et Solin. 49., coll. Ps. Plut. de fluv. 23 (= Araxes) et Strab. 11. 516. ¶ 2. Est etiam nom. regis, a quo Isid. loc. cit. ait nomen accepisse Bactrum et Bactriana. Cf. tamen Jos. ant. 1. 6. 4.

BACŬLUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. I. L. 3. 2836. — Adde Cæs. 3. B. G. 5 (Oros. 6. Hist. 8. falso Pacurius traditur pro Baculus).

BACUNTIUS, ii, m. 2. amnis Pannoniæ, nunc Bosut. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 25. 28. (148).

BACURDUS, i, m. 2. deus Germanicus. Inscr. Rhen. Bramb. 385 (a. 189. Colonia Agrippinensi).

BĀDĀN, indecl. m. (Hebr. Bedân; LXX. Βαράκ) ¶ 1. Fuit judex Israel. Vulg. 1. Reg. 12. 11. — Creditur unus ex judicibus, de quibus agit lib. Judicum; nam hic quamvis non nominetur, certe debuit, uti celeber, ad eos, diverso etsi nomine, pertinere; at quisnam sit, ignoratur. Eum alii putant esse Abdon, alii Jair, fortasse Badan, ut distinguatur ab alio, dictum 1. Par. 7. 17., quod non facile admiserim; alii Samsonem ex tribu Dan (quasi Be (n)-Dan, filius Dan, ut in cod. Am.); alii denique probabilius Barac, ex similitudine litterarum Hebraicarum; nec tamen, quod obstaret, in suo sermone Samuel rationem temporum sequitur (Cf. Hebr. 11. 32); neque credibile videtur ab eo tam illustrem virum omissum fuisse. Huic sententiæ Syriacus, Arabicus et Alexandrini interpretes suffragantur. ¶ 2. Item filius Ulam, Manassita. Vulg. 1. Par. 7. 17.

BADĬA, æ, f. 1. V. voc. seq.

BADĪUS, ii, m. 2. nom. gent., cujus exempla Italica omnia in finibus Oscorum atque apud finitimos populos reperiuntur. Corp. I. L. 9. 580. Adde Liv. 25. 18., coll. Val. Max. 5. 1. 2., ubi mentio fit de Badio quodam Campano, qui hospitem Q. Crispinum ad singulare certamen provocavit, sed vulneratus aufugit ad suos. — Badia — a) Est nom. mul. Corp. I. L. 5. 2371. — Pro cognomine: Inscr. Ephem. epigr. VIII. 54. — Hinc deriv. Badianus (a), cogn. et adject. Corp. I. L. 8. 4085. - Ibid. 4. 2551.; Badæus, Badeius, Badesius, Badiolus, Badusius, Badulis. V. Corp. — b) Est etiam oppidum Hispaniæ. Val. Max. 3. 7. 1.

BADŬĀRĬUS, ii, m. 2. gener Justini imp. Coripp. 2. Just. 284. — Cf. nom. gentis Badoaro v. Badoero, Badoer, unde septem duces Venetæ reip. multique alii viri illustres effloruerunt.

BÆBĪUS (Bebius), a, um, adject. ad Bæbiam gentem vel Bæbium aliquem pertinens. Hinc — 1.º) Lex — a) Bæbia de prætoribus, qua jubebatur, ut alternis annis quaterni prætores crearentur, quum sex quotannis creari solerent, denominata a M. Bæbio, trib. pl., legis latore, an. a. Chr. 180. v. 181. Cf. tamen Pighium, Ann. Rom. I. 2. p. 275. et 339.; Momms., St. R. II.[3] 198. 4., Meyer, Frg. Or. Rom. p. 62. et Lange, Röm. Altert. II.[3] 259. Meminit Liv. 40. 44. Fest. p. 394. Cato in dissuasione, ne lex Bæbia derogaretur. — b) Bæbia Cornelia, de ambitu. V. Cornelia Bæbia. — 2.º) Mons Bæbius (Bebius), Vesuvius. Vib. Seq. p. 28. Ob. «Bæbius (mons) Campaniæ flammæ flumen emittens». At Riese rectius leg. Besbius. V. VESUVIUS.

BÆBĪUS, ii, m. 2. nom. gent. pleb. — a) Scribitur Baibius (Gr. Βαίβιος), Báebius in C. I. L. 5. 8854. et 10. 6976.; sæpe vero in codd. Bebius, extrito a, et Bebbius, duplici b, in cod. Corp. 6. 13462. et 9. 1455. — b) De formis Bæbiei et Bæbiais agit Varro 10. L. L. 50. — Gen. sing. fem. Bæbiaes in C. I. L. 6. 13494. — c) Origo vocis non satis constat. — d) Compend. Bæb. in titulis frequens; B. rarum.

Bæbius ¶ 1. In titulis, nom. gent. temporibus reip. Corp. I. L. 1. 1348. — Stirps Tampilorum v. Tamphilorum VI. Urb. sæc. Inscr. numm. apud Babelon I. 254. et posteriore æt. unus exstat senat. ordinis. C. I. L. 1860. — Plurima æt. imperatoria in omnibus fere provinciis, excepta Aquitania et Belgica. Corp. 5. 1838. et 1839.; 6. 1359. etc. — Sine cogn. Ibid. 13461. — Est etiam cogn. 2521. et 15. 6242. — In plur. num. 3. 134. — Bæbia, nom. mul. 3. 4837 (Cf. Corp. Gr. 3. 3278. Βαβία). — Hinc derivat. Bæbianus, nom. et cogn. et adject. Corp. 10. 3786. 8.; 14. 3339. et 11. 3003. — Hinc etiam Bæbiana, vicus Etruriæ, in Tab. Peut. 5. — Alia nomina sunt Bæbatius, Bæbenius, Bæbidius, Bæbilius, Bæbutius. V. Corp. et Schulze, Eigenn. ad v. ¶ 2. Apud scriptores memorantur ex multis — 1.º) M. Bæbius, senator, vir summa fide, prudentia ac diligentia, teste Cic. Cluent. 16. 47. Cf. Orell. — 2.º) Bæbius Macer, qui Festalia sacrorum scripsit, ut refert Fulg. serm. ant. 6., cujus operis fragmenta collegit Suringar in Hist. Schol. Lat. P. 2. p. 214. sqq. — Floruit temporibus Augusti (Cf. Fulg. loc. cit. et Serv. ad Virg. 5. Æn. 556. et 9. Ecl. 46., non confundendus cum Macro, Ovidii amico (Teuffel-Schwabe R. L. G. § 252. 8. Cf. Peter, Hist. Rom. frg. p. 270. et præf. p. XXIII). — 3.º) Bæbius Macrianus, rhetor, cujus fuit discipulus Alexander Severus imp. Lamprid. Alex. Sev. 3. — 4.º) Bæbius Massa, procurator Africæ, homo «optimo cuique exitiosus et delator famosissimus» Tac. 4. Hist. 50. — A provincia Bætica accusatus, contra eum advocatis Plinio juniore et Senecione (3. ep. 4. et 6. ibid. 29), damnatus est (Tac. Agric. 45., coll. Plin. 7. ep. 33). — Absolute Massa dicitur Juvenal. 1. 35. «quem Massa timet, quem munere palpat Carus». Cf. Schol. ad h. l. — 5.º) Cn. Bæbius Tamphilus, trib. pl. an. 204., quo diem dixerat M. Livio Salinatori et C. Claudio Neroni censoribus (Liv. 29. 37. et Val. Max. 7. 2. 6); dein ædilis pleb. an. 200. et prætor a. 199 (Liv. 31. 49), quum clade affectus Arimini, provincia excedere jussus est a L. Cornelio Lentulo (Id. 30. 1. et 17., coll. Zonar. 9. 15); sed postea an. 186. creatus est III.vir ad novos colonos deducendos Sipontum et Buxentum (Liv. 39. 29) ac tandem an. 183. cos. cum L. Æmilio Paullo (Fast. Capit. et Liv. 39. 56). Consules porro ambo,

in Ligures, quæ tum una consularis provincia erat, proficiscuntur, et quia « prospere ibi res gesserunt, supplicatio in unum diem decreta est » (*Liv.* 40. 16). — Huic probabilius, non patri, uti censet *Momms. R. M. - W.* 495. 71., tribuendi sunt nummi cusi cum epigr. ROMA TAMP. an. 540=214 (*Babelon I.* 250. *sqq.*). — 6.º) M. Bæbius Tamphilus, trib. pl. et III.vir. coloniæ deducendæ, an. a. Chr. 194. — Ad eum pertinere videtur fragm. *legis Thoriæ*, ed. *Corp. I. L.* 1. 200., coll. *Momms.* ad *l. p.* 95. — Consul factus est an. 181. cum P. Cornelio Cethego (*Plin.* 13. *Hist. nat.* 13. 27. [86]., *Liv.* 40. 18., *Val. Max.* 2. 5. 1. et *Nep. Hann.* 13., coll. *Plut. Num.* 22); eique prorogatum imperium in annum seq., quo exercitum in Apuanos Ligures induxit deque iis triumphum egit, nullo prœlio commisso, teste *Liv.* 40. 37. et *Flor.* 1. 19. Ex his autem orti sunt *Ligures Bæbiani* et *Ligures Corneliani*. Cf *Liv.* 40. 41. et *Corp. I. L.* 9. *p.* 125.

BÆCŬLA, æ, f. 1. (Βαίκυλα) oppidum Hispaniæ Bæticæ in finibus Oretanorum. *Liv.* 27. 18. et 28. 13. Cf. Βαιτύκη *Appian. Hisp.* 24. — Non est confundenda cum Βαικοῦλα in regione Ausetanorum in Hispania Tarraconensi apud *Ptol.* 2. 6. 69.; unde *Bæculonenses*, stipendiarii conventus Tarraconensis, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24). Cf. BÆTULO.

BÆCŬLŌNENSES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. præc.

BÆCŬLŌNĬUS, ii, m. 2. (Bæcula) nom. gent. vir. apud *Liv.* 41. 4. « Atius tribunus - Bætulonium signiferum suum, notæ fortitudinis virum, inferre signum jussit ».

BÆLO (Belo et Bello), ōnis, f. 3. (πόλις κ. ποταμός *Strab.*, Βαίλων *Ptol.*) opp. Bæticæ, hod. *Belonia*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). *et Mela* 2. 96. *Itin. Ant. p.* 407. Belo Claudia. — In nummis apud *Eckhel* 1. *p.* 15. *sqq.* legitur BAILO. — Hinc *Bælonensis* (al. *Velonensis*) *civitas* apud *Capell.* 6. *p.* 216.

BÆLŌNENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

BÆSERTA, æ, m. 1. nom. dei Gallici, ex reperta ad Pyrenæos *Inscr.* Tunetana *Corp.* 13. 85. Contulit ed. *Nr.-Dame-de-Basert* templo ex antiquo dei nomine inditum.

BÆSIPPO (Besippo), ōnis, f. 3. (Βαισιππώ *Ptol.*) oppidum Bæticæ in Turdetanis, hodie *Barbate*; itemque portus cognominis. Memoratur *Mel.* 2. 96. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 2. 3. (15). et *ibid.* 1. 3. (7). Cf. *Hübner, Ztschr. für allg. Erdk.* XIII (1862). 35. *sqq.*

BÆSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp. I. L.* 8. 12390. — *Bæsia*, cogn. mul. *Ibid.* 8849.

BÆTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Asiæ or. *Ammian.* 23. 6. 66.

BÆTĀSII, ōrum, m. plur. 2. (Scribitur etiam *Betasii*, *Bethasii* et *Vetasii*) populi Galliæ Belgicæ v. Germaniæ inferioris (Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch.* ad *v.*). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (106)., *Tac.* 4. *Hist.* 56., *Not. Dign. occ.* 28. et *Corp. I. L.* 8. 5331.; fortasse prope hodiernum *Beetz* seu *Betz* ad fluvium *Gette* seu *Gecte* inter *Leau* et *Haelen*. — Ex his *cohors* militum constituta in Britannia. *Corp.* 7. 386., 390. etc. — Plerique censent hos *Aduaticos* olim dictos fuisse. V. *Orelli* ad *Tac. l. c.* — Hinc nom. ethn. *Bætasius* in *Corp.* 6. 8808.

BÆTERRÆ, ārum, f. plur. 1. (Βαίτερα *Strab.* et Βαίταρρα *Steph. Byz.*) Scribitur *Beterræ*, *Biterræ* et corrupte *Beteroris* apud *Rav. p.* 244. — Compend. *Bæ.* in *C. I. L.* 13. 6857.

Bæterræ, oppidum Galliæ Narbonensis, hodie *Béziers*. Memorant *Mela* 2. 75. et 80., *Sulp. Sev. chron.* 2. 39., *Hyd. chron. II. p.* 70. et *Greg. Tur.* 3. *Franc.* 22. — Fuit colonia Romana, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36). Adde *Inscr.* apud *Herzog, Gall. Narb. n.* 80. et *aliam* in *C. I. L.* 12. 4240., ubi *Colonia Julia dicitur*.

BÆTERRENSIS v. Biterrensis, e, adject. ad Bæterras pertinens. *Hil. c. Const.* 2. Biterrensis synhodus. — Absolute *Biterrensis*, sc. civitas, apud *Sidon.* 9. *ep.* 10. et *Bæterrenses* v. *Biterrenses*, incolæ. *Id.* 8. *ep.* 4. et *Not. Gall.* 15. 3. *chron. I. p.* 608.

BÆTICA, æ, f. 1. — *a)* Forma *Betaca* apud *Hyd.chron. II.* 21. 90.[b] — *Betica* sæpe in codd. et *Corp. I. L.* 15. 4128. — *Bæthica* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 3306. — *b)* Compendia, in titulis, *Bætic.*, *Bæt.* sæpius occurrunt. — *c)* A fluv. *Bætis* nomen mutuata est. V. *Plin. loc. cit.*

Bætica, regio seu provincia Hispaniæ ulterioris ad merid., ad quam gemino mari alluitur, in duas partes ferme æquales divisa a fluv. Bæti, quarum altera *Bæturia*, altera *Turdetania* nominatur, fluvio *Ana* a Lusitania discreta, hodie *Andalusia* (a Vandalis dicta) cum majore parte regni Granatensis, cum metropoli Corduba ad dexteram Bætis ripam et Hispali ad sinistram. ¶ 1. Stricto sensu. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). Bætica a flumine mediam secante cognominata cunctas provinciarum diviti cultu et quodam fertili nitore præcedit. Juridici conventus ei quattuor - Oppida omnia numero CLXXV., in iis coloniæ IX., municipia VIII., Latio antiquitus donata XXIX., libertate VI., fœdere III., stipendiaria CXX. *V.* integr. loc. item *Capell.* 6. *p.* 203. *sq.* Bætica cunctas ubertate fecunditatis provincias antevenit. Adde *Stat.* 2. *Silv.* 7. 29., *Martial.* 5. 38. 7. et 12. 65. 5., *Tac.* 1. *Hist.* 53., *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (66)., *Juvenal.* 12. 42., *Solin.* 23., *Colum.* 1, *præf.* 20. — Hinc ex situ et proventuum copia et excellentia prima habita est ex antiquis regionibus, quæ amplissimam mercaturam exerceret, maxime cum Phœniciis, dein cum Græcis, Afris et Britannis ad Gaditanum fretum et Tartessum, unde tota Hispania *Tartessia* tellus dicta *Sil. It.* 13. 673., coll. *Ovid.* 14. *Met.* 416. Cf. *Corp. I. L.* 6. 1625.[b] — Provincia jam Romana constituta et variis appellata nominibus, i. e. *Ulterior*, *Citerior*, *Vetus*, *Italicensis* (non *Alicensis*: V. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6490. et 6928. et *Corp. I. L.* 2. *n.* 3490. *et n.* 4164), a proconsulibus aliisque magistratibus Romanis administrata est (*Corp. L.* 2. 190., 1177., 1663.; 6. 1361. etc.). *V.* HISPANIA. — De ejus nummis cf. *Eckhel*, 1. *p.* 13. *sqq.* ¶ 2. Latiore sensu, aliquando, de tota Hispania ulteriore dicitur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 2. (6). Prima Hispania terrarum est, Ulterior appellata, eadem Bætica.

BÆTĬCI, ōrum. *V.* BÆTICUS, a, um.

BÆTĬCŎLA, æ, comm. gen. Bætis accola. *Sil. It.* 1. 146.

BÆTĬCUS (Beticus), a, um, adject. ad Bætim v. Bæticam provinciam pertinens, v. ex Bætica aut in Bætica proveniens. *Tac.* 1. *Hist.* 78. Bætica provincia. *Ser. Sammon.* 1105. sal. *Juvenal.* 12. 42. ser. *Martial.* 5. 37. grex. *et* 6. 71. crusmata. — *Bæticæ lanæ*, valde nobiles, olim in pretio propter colorem nativum rutilum et nulla alia tinctura adhibita (*Id.* 12. 65); hinc *Bæticatus*, vestibus ex hac lana indutus (*Id.* 1. 97). — Absolute *Bætica, æ*, f. 1. regio seu provincia. *V.* BÆTICA.

Bæticus, i, m. 2. ¶ 1. Est incola Bæticæ. *Ann. Flor.: Virg. orator an poet.* — In plur. num. *Bætici*, gens Bætica. *Plin.* 1. *ep.* 7. et *alib.* sæpius. *Hyd. chron. II. p.* 24. 134. et *Grom. p.* 368. *L.* ¶ 2. In titulis cogn. *Corp. I. L.* 2. 395. Etiam *Sil. It.* 16. 469. Mox subit - Bæticus: Hoc dederat puero cognomen ab amne Corduba. Adde *Martial.* 3. 77. 1. et 10. — *Bætica*, cogn. mul. *Corp. I. L.* 12. 4116.

BÆTĬGĔNA, æ, comm. gen. a Bæti vel Bætica oriundus. *Sil. It.* 9. 234.

BÆTIS, is, m. 3. nom. fluvii. — *a)* Scribitur *Betis*, abjecta priore diphthongi littera, haud raro in Codd. *V.* etiam infra sub *c.* — *Betus* in *Chron. Alex. chron. I. p.* 112., 201. — *b)* Acc. in *im* passim; - *in* apud *Martial.* 9. 61. 2., *Claudian.* 17. 286., - *em* apud *Sil. It.* 13. 676. et *C. I. L.* 2. 4712. — Abl. *Bæte* apud *Liv.* 28. 22., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (13). et *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5201 (*C.* 2. 4701). — *Bæti* est *Ammian.* 23. 6. 21. — *c)* Prosod.: Priorem syllabam natura longam metri causa corripit *Paulin. Nol.* 10. *ad Auson.* 236. « Quæ Betis Oceanus Tyrrhenumque auget Iberus ». Sic et *Ser. Sammon. loc. cit.* in *Bæticus.* « Sal niveum sumes, Beticum quod nomine dicunt ». — *d)* Etymon nominis ita exhibet *Isid.* 13. *Orig.* 21. 34. « Bætis dictus eo quod humili solo decurrat; βαθὺ enim Græci humile vel mersum vocant ».

Bætis, fluvius in Hispania, olim ab incolis *Circe* v. *Certis* dictus (*Liv.* 28. 22.) et gr. Πέρκης (*Steph. Byz.*), dein communius Βαῖτις (*Strab.* 3. 148. et 162., *Ptol.* 1. 12. 10. etc.), oriens in confinio provinciæ Tarraconensis et per ulteriorem Hispaniam decurrens, aliis fluviis receptis, in oceanum influit, crebris dextra lævaque oppidis accolitur, hodie *Guadalquivir* (Arab. *Uedelel Kebir*, i. e. fluvius magnus). — 1.º) Generatim. *Mela* 3. 5. Bætis ex Tarraconensi regione demissus per hanc fere mediam diu sicut nascitur uno amne decurrit etc. *Lucan.* 2. 589. Bætis Hesperius. *Calp.* 4. *ecl.* 42. cursibus ingens. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 97. 100. (219.). navigabilis. *Martial.* 8. 28. 6. Tartesiacus. *et* 9. 61. 2. placidus. *Ammian.* 23. 6. 21. insignis. Adde *Claudian.* 12. 31. et 17. 286., *Stat.* 2. *Silv.* 7. 34., *Senec. Med.* 726. — In titulis. *Corp. I. L.* 2. 4701 (*a. U. C.* 762). A BAETE ET IANO AVGVSTO AD OCEANVM. — 2.º) Aliquando personatus. *Martial.* 12. 98. 1. Bætis olivifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tinguis aquis. Cf. *Corp. I. L.* 2. 1163.

BÆTON, ōnis, m. 3. (Βαίτων « frugalis v. modicus » *Hesych.*) Alexandri M. itinerum mensor. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (61). et *Solin.* 52. — Ejus opus inscriptum Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας citatur *Athen.* 10. *p.* 442. *B.*, cujus fragmenta collegit *Müller* inter *Script. Rer. Alex.* *p.* 134. *sq.*

BÆTŬLO (Betulo), ōnis, f. 3. (Βαιτουλών *Ptol.*; oppidum (et fluvius) Hispaniæ Tarraconensis, trib. *Galeria*, hod. *Badalona*. *Mel.* 2. 90. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22). — Hinc absolute *Bætulonenses*, Bætulonis incolæ. *Corp. I. L.* 2. 4606 (*a.* 238-244); et adjectiv. 2. 4607 (*a.* 244-249).

BÆTŬLŌNENSES, ium, m. plur. 2. *V.* voc. præc.

BÆTŬLUS (Bætylos), i, m. 2. (Βαίτυλος) deus quidam apud orientales, sub rudis lapidis figura cultus, apud *Hesych.* Βαίτυλος-ὁ δοθεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ Διός: cf. *Gen. c.* 28., ubi mentio est de lapide prope Bethel a Jacobo in voti memoriam consecrato, unde hunc ortum putat *Zoega, orig. et us. Obel. p.* 201 (Cf. ABADDIR). Hinc *Plin.* 1. *Hist. nat.* 37. 51. Bætylos genus cerauniæ gemmæ. *et* 37. *ibid.* 9. 5. (135). Ex his quæ nigræ sint ac rotundæ - bætulos vocari.

BÆTŪRĬA, æ, f. 1. (Bætis) regio provinciæ Bæticæ inter Anam et Bætim (*V.* BÆTICA), hodie pars provinciæ, *Estremaduræ* dictæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (13). Quæ autem regio a Bæti ad fluvium Anam tendit - Bæturia appellatur, in duas divisa partes totidemque gentes: Celticos, qui Lusitaniam attingunt, Hispalensis conventus: Turdulos, qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt etc. Adde *Auct. Bell. Hisp.* 22. 7. et *Liv.* 33. 21.

BÆTȲLUS, i, m. 2. *V.* BÆTULUS.

BAGACUM, i, n. 2. opp. Nerviorum in Gallia Belgica, hod. *Bavay*, in *Itin. Ant. p.* 380. et *Corp. I. L.* 13. 1. *p.* 570.

BAGĀTHA, indecl. m. (Hebr. *Bigthan* v. *Bigtha'*; Pers. *Bagadâna* « donum Dei »; *LXX.* Βαγαθάν, Γαβαθᾶ) unus ex septem eunuchis regis Assueri, memoratus *Vulg. Esth.* 1. 10. — Eum (*Vulg. Esth.* 1. 10) quidam distinguunt a *Bagathan* (*Id. ibid.* 2. 21) item eunucho, qui una cum Thares conjuravit in Assuerum, vel, ut Mardochæus, cui invidebant, trucidato rege, honoribus privaretur, quod falsum esse ex eo patet quia nondum hic regi cognitus erat: vel potius ab Aman, primo regis administro, instigatus ut ambitioso homini viam sterneret ad regnum. At probabilius unus idemque est, voce parum detorta, qui memoratur *Esth. locc. citt.* et *alib.*

BAGĀTHĀN. *V.* voc. præc.

BĂGAUDA, æ, m. 1. *V.* voc. seq.

BĂGAUDÆ v. rectius Bacaudæ, ārum, m. plur. 1. (Βακαῦδαι *Pæan.*). *Zeuss* (*Gramm. celt.* 790) docet compositam esse vocem ex Altir. *baga* « lucta, certamen » et terminatione *auda*, ut in *alauda*. Cf. etiam *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 329. *sqq.*

Bagaudæ, factio Gallorum rusticanorum, qui, an. 283-284. p. Chr. seditione facta, a Romanis eos vexantibus defecerunt et loca situ munita occupantes perpetuis latrociniis in obvios grassabantur, teste *Salvian. gub. D.* 5. 22. *Ps. Aur. Vict. de Cæsar.* 30. 17. Per Galliam excita manu agrestium ac latronum, quos Bagaudas incolæ vocant. Adde *Oros.* 7. *Hist.* 25., *Prosp.* in *chron.* et *Hyd. chron. II. p.* 24. — Eos Maximianus imp. profligavit (*Eutr.* 9. 20. et *Ps. Aur. Vict. de Cæsar. loc. cit.*), qui deinde in Hispanias profecti eas regiones vastarunt, dum Fredericus, Theodorici regis frater, de iis in Tarraconensi provincia cædem edidit (*Hyd. chron.* ad an. 441. *sqq.*). — Hinc *Bacauda*, cogn. Celt., apud *Cassiod.* 5. *Var.* 25. et *Greg. M. ep.* 1. 4. — Etiam in titulis. *Corp. I. L.* 11. 287. — *Bagaudicus*, adject. ad Bagaudas pertinens. *Paneg.* 4. 4. Latrocinio Bagaudicæ rebellionis.

BĂGAUDĬCUS, a, um. *V.* voc. præc.

BĂGIENNI, ōrum, m. plur. 2. *Bagenni* habent *Sil. It.* 8. 605. et *Corp. I. L.* 6. 2890. — Male *Vagienni* pro *Bagienni* scribitur (*Hülsen* et *Ihm*).

Bagienni, populus Liguricus (Cf. *Corp.* 5. *p.* 878) ad septentr. Appenninorum usque ad fontes Padi. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (47). Ligurum celeberrimi - citra (Alpes) - Soti, Bagienni (*al.* Vagienni), Statielli. *Sil. It. loc. cit.* Pernix Ligus et sparsi per saxa Bagenni. *Vellej.* 1. 15. 5. In Bagiennis Eporedia (*colonia deducta est*), Mario sextum Valerioque Flacco consulibus. Adde *Varr.* 1. *R. R.* 51. — Hinc *Augusta Bagiennorum*, opp. gentis caput, fortasse ubi nunc *Saluzzo*. *Corp. I. L.* 6. 8896. et 8070b. — In sing. num. *Bagiennus* v. *Bagiennius* — *a)* Est nom. gent. v. cogn. (?), *Pollio* apud *Cic.* 10. *Fam.* 33. et *Corp. I. L.* 3. 13481. — *b)* Item pagus. *Tab. alim. Vel.* (*Corp.* 11. 1147).

BĂGIENNUS. *V.* voc. præc.

BAGINĀS, ātis, m. 3. ¶ 1. Est nom. Jovis Celt. *Corp. I. L.* 12. 2383 (*Morestel prope Viennam*): cf. *Baginus*, deus Celticus, in *Inscr.* in *Rev. épigr.* 1889. *p.* 437. *n.* 777. ¶ 2. Item vicus, in *Inscr.* in *Atti della soc. arch. di Torino* 7 (1901). *p.* 192. prope Augustam Bagiennorum.

BAGINUS, i. m. 2. *V.* voc. præc.

BĂGŌĀS, æ, m. 1. (Βαγώας *Strab.* 15. *extr.*); *Bagous, i* (Βαγῶος) *Ovid.* 2. *Am.* 2. 1.; *Vagao* apud *Vulg. Judith* 12. 10. et *alib.* Vox Persica. — *Plin.* 13. *Hist. nat.* 4. 9 (41). Bagoi (*al.* Bagou *gen.* = Gr. Βαγώου): ita vocant (*Persæ*) spadones.

Bagoas, spado seu eunuchus, nom. commune factum omnibus regum administris, in Asia, qui sæpe custodes puellis apponebantur. *Ovid. loc. cit.* Quem penes est dominam servandi cura, Bagoe (*voc.*). — Hoc autem transiit in nom. appellativum. *Curt.* 6. 3. 12. et 4. 10. et 28. et *Nep. Alcib.* 10. — Dubium est, ad quem pertineat illud *Quintil.* 5. 12. 21. « Statuarum artifices - nunquam in hunc ceciderunt errorem, ut Bagoam aut Megabuxum aliquem in exemplum sumerent ». *V.* etiam *Lexic.* ad *v.*

BĂGŌUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

BAGRĀDA (as), æ, m. 1. (Βαγράδας).

I.) Est nom. loci, sc. oppidum Numidiæ, apud *Ravenn. p.* 152.

II.) Est etiam nom. fluvii, sc. ¶ 1. Fluvius magnus Numidiæ, hodie *Medjerda*. Memoratur *Tuber.* apud *Gell.* 7. 3. 1., *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 19., *Sil. It.* 6. 141. *et Cæs.* 2. *B. C.* 24. *Vib. Seq. p.* 147. Bagrada Africæ juxta oppidum Musti, ubi Regulus (*consul*) serpentem interfecit. *Lucan.* 4. 588. Bagrada lentus. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 91. Cinyphius. ¶ 2. Item Persidis, ad fines Carmaniæ, hod. *Nabend-rud*. *Ammian.* 23. 6. 91. Bagrada, amnis maximus.

BAHAL. *V.* BAAL.

BAJÆ, ārum, f. plur. 1. (Βαΐαι et Βαίαι) — *a)* Etiam *Baja*, in sing. num. *Anth.* 271. 1. « Ante bonam Venerem gelidæ per litora Bajæ ». — Dat. et Abl. *Bais*, unica *i*, apud *Serv. loc. cit.* et in *Itin. Anton. p.* 146. — *b)* Ad notationem quod attinet, hæc *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 707. « Euboico Bajarum litore: bene Bajarum addidit, ne Eubœam insulam intelligeremus, unde Chalcidenses venerunt, qui condiderunt Cumas, quæ sunt Bais vicinæ. Postumius de adventu Æneæ et Lutatius communium historiarum Bojam Euximi comitis nutricem et ab ejus nomine Bojas vocatas dicunt: veteres tamen portum Bajas dixisse. — Varro a Bajo, Ulixis comite, qui illic sepultus est, Bajas dictas tradit (V. infra sub 1. 1.º). Item *Strab.* 5. 245., coll. *Lycophr.* 694., *Sil. It. loc. cit.* et *Front. p.* 9. *N.* Etiam *Schulze* (*Eigenn. p.* 560) cum nom. gent. *Bajus* conjungi posse existimat. — *c)* Constr. motus ad loc. cum præp. *ad*, ut *Martial.* 3. 20. 19. profectus ad Bajas. Adde *Cic.* 2. *Q. fr.* 8. et 15. *Att.* 13. - Sine præp. *Horat.* 1. *Ep.* 15. 12. est iter Bajas. *Juvenal.* 11. 49. Bajas - currunt. Adde *Tac.* 14. *Ann.* 4. — Cum præp. *apud*. *Cic. Orat. frg.* A. XIII. 20. Mense Aprili apud Bajas essent etc. *pro* Bajis. Veri tamen simile est *ad Bajas*, *apud Bajas* significare *ad Aquas*. Cf. etiam *Liv.* 41. 16. — Stat. in loc.: *Bajis*. *Horat.* 2. *Od.* 18. 20. et *Senec. ep.* 51. — Motus a loc. cum præp. *de*, *s. Cic.* 9. *Fam.* 7. De Bajis - veniat. *Senec. ep.* 57. A Bajis Neapolim repetere. — Bajæ

I.) Substantive ¶ 1. Est oppidum Campaniæ, locus amœnissimus (*Horat.* 1. *Ep.* 1. 83), cum portu (*Serv.* ad *Virg. loc. cit.*), in litore maris Tyrrheni, inter Cumas, quibus per cuniculum conjungebatur, et Misenum, conventus, præsertim Romanis, studiorum vel deliciarum causa huc commeantibus; idcirco paullatim « sedes luxuriæ et vitiorum diversorium » factum, teste *Senec. ep.* 51 (Cf. *Varr. fragm. Non. p.* 154., *Horat.* 2. *Od.* 18. 20. et 1. *Ep.* 15. 2. et *alib.* et *Cassiod.* 9. *Var.* 6.), hodie *Baja*. Memoratur — 1.º) Proprie seu stricto sensu. *Horat.* 1. *Ep.* 1. 83. Nullus in orbe sinus Bajis prælucet amœnis. *Id.* 3. *Od.* 4. 24. Seu liquidæ placuere Bajae. *h. e.* aeris liquidi et puri. *Ovid.* 1. *Art. am.* 255. Bajas prætextaque litora Bajis. *Auson. Mos.* 346. Quod si Cumanis huc afforet hospes ab oris, Crederet Euboicas simulacra exilia Bajas His donasse locis. *Cic. Cæl.* 11. 27. Eam, qui nullum convivium renuerit, qui in hortis fuerit, qui unguenta sumpserit, qui Bajas viserit. *Id.* 20. 49. In Bajarum illa celebritate. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 96. blandissima litora, Bajas. — Fuit celebre non solum amœnitate sed etiam salubritate ob aquas calidas, ad morbos sanandos utilissimas. Hinc *Propert.* 3. 18. 2. Fumida Bajarum stagna tepentis aquæ. *Ovid. loc. cit.* Bajas - Et quæ de calido sulpure fumat, aquam. *Martial.* 3. 20. 19. Bajæ æstuantes. *et* 4. 57. 6. Bajas igne calere suo. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 96. Bajæ vaporiferæ. *Flor.* 1. 16. Tepentes fontibus. — Mythologi hac olim vagatum fuisse Herculem et Ulixem tradunt (V. *Propert.* 3. 18. 2. et 7. et *Sil. It.* 8. 539. et 12. 114). Hinc fortasse dicta via *Herculea*, quæ lacum Lucrinum a mari Tyrrheno dividit, ubi Bajarum territorium erat; et « diuturnus Ulixis labyrinthus » Bajæ appellatæ *Front. p.* 9. *N.* — Augustus portum ampliavit et *Julium* vocari jussit (*Sueton. Aug.* 16. et *Flor. l. c.*, coll. *Virg.* 9. *Æn.* 711). — Ibi plures sumptuosasque villas habuere Hortensius, Piso, Lucullus, Pompejus, Cæsar, Domitianus, Caligula, Hadrianus, qui Bajis excessit (*Spartian. Hadr.* 25. et *Ps. Aur. Vict. de Cæs.* 14), aliique (*Sueton. Aug.* 14., *Tib.* 6., et *Ner.* 27. et *alib.*). — Personatæ. *Cic. Cæl.* 20. 47. Nihil Bajæ denique ipsæ locuntur? Illæ vero non locuntur solum, verum etiam personant etc. *Senec. ep.* 51. Satis diu cum Bajis litigavimus, nunquam satis cum vitiis. Adde *Propert.* 3. 18. 7., *Symm.* 1. *ep.* 1. et 6. *ep.* 67., *Martial.* 6. 43. 1., *Schol. Horat.* 1. *Ep.* 15. 2. — 2.º) Translate vel lato sensu accipiuntur — *a)* Pro balneo. *Cic. Cæl.* 16. 38. Cujus in hortos, domum, Bajas jure suo libidines omnium commearent. *Id.* 11. *Att.* 6. L. Lentulus Hortensii domum sibi et Cæsaris hortos et Bajas desponderat. — Cf. *Tibull.* 3. 5. 3., quem locum interpretes satis vexarunt. *et Tac.* 13. *Ann.* 21. — Locutiones item translatæ apud *Martial.* 10. 13. 3., *Sidon. carm.* 18. 12., *Cassiod.* 12. *Var.* 22. — *b)* Pro loco aquis calidis instructo. *Anth.* 179. 1. Parvula succinctis ornavit jugera Bajis. *Sidon.* 5. *ep.* 14. Calentes nunc te Bajæ et scabris cavernatim ructata pumicibus aqua sulpuris atque jecorosis ac ptisiscentibus languidis medicabilis piscina delectat? etc. Adde *Inscr.* metricam apud *Orell. n.* 132. — *c)* Pro vita luxuriosa Bajis acta. *Cic. Cæl.* 15. 35. Accusatores - libidines, amores, adulteria, Bajas, actas, convivia, commissationes, cantus, symphonias, navigia jactant. — De Bajis plura apud *Beloch, Campanien p.* 180-188.; *Mommsen, Corp.* 10. *p.* 351.; *Jordan, Arch. Ztg.* XXVI (1869) 91. et *Friedländer, Sittengesch. II.*[3] 102-108. ¶ 2. Item locus seu mansio in Cilicia ad sinum Issicum inter Castabalam et Alexandriam, hodie *Payâs*. Memoratur in *Itin. Anton. p.* 146. et *Hieros. p.* 580. — De ea videsis *Tomaschek, S.-Ber. Akad. Wien CXXIV* (1891). *VIII.* 71. et *Humann u. Puchstein, Reis. etc.* 160. ¶ 3. Item locus prope Syracusas situs. *Greg. M. ep.* 7. ¶ 4. Item pars patriæ Albis Ungani. *Rav. p.* 218., cujus aliqua pars Bajæ dicitur.

II. Etiam adjectivorum more, ad Bajas Campaniæ pertinens. *Propert.* 1. 11. 30. Ah pereant Bajæ crimen amoris aquæ!

BAJĀNUM, i. *V.* voc. seq.

BAJĀNUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Bajas Campaniæ pertinens. — *a)* Universim. *Cic.* 14. *Att.* 8. Bajana negotia. *Vitr.* 2. 6. 1. regiones. *et* 2. 6. 2. montes. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 60. oræ. *Martial.* 6. 68. 3. undæ. *et* 3. 58. 1. villa. *Symm.* 1. *ep.* 47. otium. *et* 7. *ep.* 16. 2. festivitas. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 32. murex. *Apic.* 5. 210. embractum. — *b)* Speciatim *Bajanus lacus*, proximus Lucrino. *Macrob.* 3. *Sat.* 15. 2. Sergius Orata primus - ostrearia in Bajano locavit. Adde *Plin.* 9. *Hist. nat.* 54. 79. (168). et *Martial.* 4. 30. — Aliquando cum Lucrino commutatur ob vicinitatem, ita ut unus idemque videatur. *Id.* 13. 82. — *Bajanus sinus*, hodie *il golfo di Baja*, memoratus *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (227)., *Sueton. Cal.* 19., *Stat.* 3. *Silv.* 2. 17., *al.* — *Bajana dea*, Ceres. *Corp. I. L.* 10. 3698. ¶ 2. Item Bajarum incola vel ex Bajis. *Corp. I. L.* 10. 2367. — Hinc absolute

Bajanum, i, n. 2. regio Bajana. *Varro* 3. *R. R.* 16. In Bajano - ædificans tanta ardebat cura Lucullus. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (24). Puer ex Bajano Puteolos in ludum litterarium itans etc. *et* 9. *ibid.* 54. 79. (168). (*Aquæ*), quæ in Bajano Posidianæ vocantur, nomine accepto a Claudio Cæsaris liberto. Addo *Lamprid. Alex.* 18., *Vopisc. Tac.* 7. et *Macrob.* 3. *Sat.* 15. 3.

Bajanus, i, m. 2. fundus. *Corp. I. L.* 2. 5406.

BAIGORIXUS v. Baicorixus, i, m. 2. deus Ibericus Aquitaniæ, fortasse dictus a fluvio, vel fluvius ipse, ex Celtico *baga*, flumen, et *goria*, altus (V. *Rev. Archéol. de Paris* 1859. *l. VIII.*). *Inscr.*, ad Pyrenæos reperta, apud *Sacaze, Inscr. ant. d. Pyr. n.* 210., 214. et 344. Cf. *Mérimée, De ant. aquar. relig.* 45.

BAIŎCASSES, ium, m. plur. 3. gens Galliæ Lugdunensis. *Not. Gall.* 2. 2. *chron. I. p.* 585. Civitas Baiocassium. — Apud posteriores hæc dicitur *Bajocas* (*Not. Dign. occ.* 42) corrupto vel decurtato vocabulo, hodie *Bayeux*. — Hinc *Baiocassensis* (*Baiocasinsis*) civis, apud *Greg. Tur. mart.* 2. 53. — *Baiocassis*, stirpe Druidarum, apud *Auson.* 194. 7. — Hinc etiam *Baiocassinus, a, um*, ut *Baiocassina prædia*, apud *Sidon.* 4. *ep.* 18. 2. et *Baiocassini*, absolute. *Greg. Tur.* 10. *Fr.* 9.

BAIŎVĀRII, ōrum, m. plur. 2. (Scribitur *Baioarii*, *Baiuvarii*, *Baguarii*, *Baiobari*, *Baibari*) gens Germanica. *Jorn. Get.* 280. Regio illa Suevorum ab oriente Baiobaros, ab occidente Francos etc. *Schol. Hor. gloss. carm.* 4. 4. 17. Retii, Vindelici, Norici, Illyrici et Baguarii unum sunt. — Fortasse illam regionem incoluerunt, quæ postea *Baiovaria* dicta est (*Baviera*). — In sing. num. *Mart.* 4. 644. Si vacat ire viam, neque te Baiovarius obstat.

BAJUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp. I. L.* 9. 4964. et *Horat.* 1. *Sat.* 4. 110. — Etiam cogn. vir. *Corp.* 8. 14165.[1] — Hinc *Bajanus (a)*, cogn. *Corp.* 6. 10636. et 14214.; *Bajanius (a)*, *Bajenus*, *Bajenias*, *Bajonius*, nom. gent. *Corp.* passim.

BAL, idem ac Baal. *V.* hanc voc.

BALA, æ, 1. nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Apud Hebræos (aliquando indecl.), vir et mul. Scribitur etiam *Balla*, duplici *l*, et in recto etiam *Balas*. — Origo nom. ab Hebr. *Bilhâh* « terror v. verecundia »; hinc « tremebundus »: vel a Syr. *Ba'ala'* « rex » idem ac *Ba'al* (Cf. *Bochart, Phal.* 4. 14. et *Æschyl. Pers.* 656). *Hieronym. nom. Hebr. p.* 3. Balla inveterata. *et p.* 100. Bala interpretatur absorpta. Bala — 1.º) Gen. masc. — *a)* Fuit filius Azaz (Hebr. *Belah*, LXX. Βαλέκ) ex tribu Ruben, incola Arver. *Vulg.* 1. *Par.* 5. 8. — *b)* Item (*Bala* v.

Balas), Alexander, I. rex Syriæ, de quo *Justin.* 35. 1. 6., coll. *Jos. Ant.* 13. 4. Ἀλέξ. ὁ Βάλας λεγόμενος. *V.* ALEXANDER. — 2.º) Gen. fem., nom. ancillæ Rachelis (Hebr. *Bilhâh*, LXX. Βαλλά), a qua viro suo Jacobo tradita est, ut ex ea filios acciperet, qui fuerunt *Dan* et *Nephthali*, teste *Vulg. Gen.* 29. 29. et 30. 3-7. — Hæc, non alia, ut minus recte putant nonnulli, a Ruben, primogenito Jacobi, violata est; quamobrem a patre omnibus primogenitorum juribus privatus est (*Ibid.* 35. 22. *sqq.*, coll. 49. 4). ¶ 2. Apud Latinos cogn. C. Allii, triumviri monetalis. *Inscr. numm. Numism. Zeitschr.* 32. 8 (*in Sicilia a.* 644). — Hinc *Balabius, Ballas* (*s*) et *Ballius* (*s*), *Balonius* et *Ballonius* (*s*), nom. gent., et *Ballitor*, cogn. *Corp. I. L.*

II.) Est etiam nom. geogr., sc. ¶ 1. Oppidum Juda, serius Simeoni datum. *Vulg. Jos.* 15. 20. et 1. *Par.* 4. 29.; idem ac *Baala* apud *eund. ibid.* 15. 29. ¶ 2. Item oppidum, situm ad litus maris Mortui, idem quod *Segor* (Hebr. *Sôar*). *Vulg. Gen.* 14. 2. *V.* SEGOR.

BĂLAAM, indecl. et aliquando decl. m. Hebr. *Bil 'âm* « dominus v. victor populi »; *LXX.* Βαλαάμ. *Gesen.* vult esse a *bal* « non » et *'am* « populus » quasi *non ex populo seu peregrinus*. Sic *Hieronym. nom. Hebr. p.* 3. Balaam sine populo vel absque substantia eorum. — Formæ *Bălam, Bălămus, Bălămus, i*, apud *Cypr. Gall., Num.* 581. et 759. *et Jos.* 424. — *Bălăām* in fine hexam. *Orient. comm.* 1. 31. — Balaam, nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers., *sc.* filius Beor et frater Bela, regis Edomitarum (*Num.* 22. 5., coll. *Gen.* 36. 32), ex oppido Bosor (2. *Petr.* 2. 15). ubi est pro *Pethor* ex errore amanuensium (*Pithru* in cuneatis Inscriptt. *Inscr. V. Riehm's Bibl. Lex. p.* 189), quamquam alii intelligunt de patre *Bosor* pro *Beor*; qui ex Mesopotamia (*Num.* 23. 7. et *Deut.* 23. 4), non ex regione Ammonitarum, ut minus recte apud *Vulg.* (*Num.* 22. 5) vertentem *Ammon*, quod est hebraice *'ammo'* « populus suus v. ejus ». Memoratur *Vulg. locc. citt. Hieronym.* in *Mich.* 6. 5. Per vanum populum suum quod interpretatur Balaam. *et nom. Hebr. p.* 16. Balaam vanus populus sive præcipitans eos. *et p.* 21. aut devoratio ejus. *et quæst. Hebr.* in *Gen. p.* 35. Balaam divinus. *et ep.* 77. ariolus. *Eucher. fid.* 1. magister idolatriæ (*sic*) et caput hæresis. *Petr. Chrys. serm.* 27. divinator. *Tertull.* 4. *c. Marc.* 28. prophetes. *et* 759. vates. *Max. Taur. hom.* 19. gentilium sacerdos. *Priscill. tract.* 1. 32. idolorum cultor. *Philastr. hær.* 25. 1. pseudopropheta. — A Balac, rege Moabitarum, arcessitus, ut malediceret Israelitis (putabant namque veteres quarundam hujusmodi formularum vi de hostibus victoriam posse obtineri: cf. *Macrob.* 3. *Sat.* 9), primum, consulto numine, negavit (*Num.* 22. 13); dein legatorum dignitate et splendidiorum munerum promissione incitatus (*Ibid. v.* 14), a Deo veniam impetravit abeundi eo pacto ut Israelitis bona omnia ominaretur; sed avaritiæ dæmone illectus eo consilio profectus est ut potius Balac incitamentis quam divino imperio obtemperaret. Quamvis autem iter faciens et Angeli minis et asinæ, cui insidebat, prodigiosæ adloquentis (non per visum aut somnium, ut ex modo narrationis patet: cf. etiam 2. *Petr.* 2. 15-16), a proposito deterreretur, at obsisteret; tamen divinitus ea portendere coactus est, quæ Israeliticæ genti profutura, ejus vero hostibus adversa forent; nempe celebre illud edidit vaticinium, ubi Messiæ adventus ejusque pleni de hostibus triumphi poetico ac sublimi stilo prædicuntur. (Num. 22. 9 - 23. 24). — Quidquid porro de hoc homine sentiatur, quum ipse et avarus (*Jud. v.* 11. et *Petr. loc. cit.*) et idololatra (*Num.* 22. 41. et 23. 3) et pessimus seductor (*Ibid.* 31. 16., coll. 25. 18) exstiterit, malam quidem famam de se reliquit; ceterum videtur postea prœlio Israelitarum contra Madianitas interfuisse; nam in eo ipse quoque occisus dicitur (*Ibid. cc.* 22-24., coll. *Jos.* 13. 22). — De eo ejusque vaticinio scripserunt, præter veteres, ex recentioribus *Hengestenberg, Die Gesch. Bileams u. Seine Weissag.* Berl. 1842.; *Kalisch. The proph. of Bileam* Lond. 1877.; *Keil, The Pent. III. p.* 196.; *Palis* in *Lex. Bibl. I. p.* 1390 et *Re, Arch. Diz. II. p.* 55. *sqq.*

II.) Est etiam oppidum Manassitarum (Hebr. *Bil 'am*; XXX. Ἰεμβλάαν) ex dimidia tribu Manasse occid. *Vulg.* 1. *Par.* 6. 70. — Fortasse est quod *Jos.* 17. 11. dicitur *Jeblaam*.

BĂLAC, indecl. m. (Hebr. *Bâlâq* « vastator v. vacuus »; *LXX.* Βαλάκ) Forma *Bălăcus, i*, est *Cypr. Gall., Num.* 663.; item genet. *Bălăcis* et dat. *Bălăci* apud *eund. Jos.* 554. *et Num.* 579. et 591.

Balac, filius Sephor, rex Moabitarum, quem quidam putant ex Madian et ex regibus Moab primum; sed levioribus rationum momentis innixi. Memoratur *Vulg. Num.* 22. 24., ubi plura de eo narrantur, coll. *Jos.* 24. 9., *Jud.* 11. 25., *Mich.* 6. 5. (*V.* BALAAM sub I.). *Hieronym.* in *Mich.* 6. 5. Qui devorare voluit et nostram congregationem elingere, verus Balac diabolus. Balac enim interpretatur ἐκλείχων id est elingens, rex aquæ paternæ, siquidem Moab-aqua paterna dicitur. *et nom. Hebr. p.* 16. Balac lingens vel elidens sive involvens. *et Isid.* 7. *Orig.* 6. 48. Balac præcipitans sive devorans.

BĂLĂRI, ōrum, m. plur. 2. gens Sardiniæ orta e mercennariis Ibericis aut Libycis, qui an. 224. a. Chr. a Carthaginiensibus desciverant (*Paus.* 10. 17. 5. Βαλαροί τὸ ὄνομά ἐστιν αὐτοῖς etc.). *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (85). Celeberrimi in ea (sc. Sardinia) populorum Ilienses, Balari.

BALĂS, æ, m. 1. *V.* BALA

BALBUS, i, m. 2. cogn. vir. (mul. non legitur, aliter mirum!), satis frequens in gentibus *Acilia, Ampia, Atia, Cornelia, Domitia, Fabia, Lælia, Lucilia, Nonia, Octavia* etc. ¶ 1. Memorantur ex nobilioribus gentis *Aciliæ:* M.' Acilius Balbus, cos. a. 150. a. Chr. *Corp. I. L.* 6. 1242. — *Atiæ:* M. Atius Balbus, conjux Juliæ, sororis C. Cæsaris, pret. ca. a. 60. a. Chr. *Sueton. Aug.* 4. — *Corneliæ:* L. Cornelius Balbus major (Cf. *Cic.* 8. *Att.* 9., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. [36]), cos. suff. an. 40. a. Chr. ejus nepos L. Cornelius Balbus minor (*Cic.* 8. *Att.* 9) triumphavit an. 19. a. Chr. « ex Africa ». — *Luciliæ:* L. Lucilius Balbus, doctus et eruditus (*Cic. Brut.* 42. 154) et Q. Lucilius Balbus, qui « tantos progressus habebat in Stoicis » (*Id.* 1. *Nat. D.* 6. 15) et « Balbi duo (Q. et L. Lucilii Balbi), homines Stoici » (*Id.* 2. *Orat.* 21. 78). — *Octaviæ:* L. Octavius Balbus « homo et juris et officii peritissimus » (*Id.* 3. *Verr.* 11) et P. Octavius Balbus, vir, quo « quis ingenio prudentior, jure peritior? » (*Id. Cluent.* 38. 107). — *Læliæ:* D. Lælius Balbus, orator æt. Tiberii (*Tac.* 6. *Ann.* 47. et *Quintil.* 10. 1. 24). Adde C. Valerium Flaccum Setinum Balbum, poetam ætat. Vespasiani (*Tac.* 14. *Ann.* 40), et Balbum, absolute, mensorem Trajani temporibus, qui scripsit librum ad Celsum, cui titulus: *Expositio et ratio omnium formarum*, sc. figurarum geometricarum, in usum agrimensorum, quæ ex Euclide et Erone (?) deprompta est, sed fortasse ex ea tantum parte nunc exstans, ubi de mensuris agit, nisi ad alia ejus opera pertinet. V. *Grom.* apud *Lachm. p.* 91., 225., 239., 245. et 249 (Cf. *Hultsch, Metrol. script. II. p.* 7-13). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 8. 954.; 11. 4190. etc. — Hinc *Balbius* (*s*), nom. gent. *Corp.* 6. 24397.: 10. 4852. et *Balbinus* (*s*), cogn. *Corp.* 6. 727. Adde *Horat.* 1. *Sat.* 3. 40. et *Cic.* 13. *Att.* 21. — Cons. et imp. V. *D. Cælius Balbinus*. — Compend.: Balb. *Corp. I. L.* 8. 10806 (*s.* 218); et Bal. C. 15. 900 (*s.* 187). — Accedunt *Balbinius, Balbinianus* (etiam adject.), *Balbillus, Balbillius, Balbillianus* et *Balbutius*. V. *Corp. I. L.*

BALCHĔUS, i, m. 2. nom. nobilis cujusdam adulescentis, qui cum Alexandro M. in Indis Olympicis certavit. *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.*[3]

BALDAD, indecl. m. (Hebr. *Bildad* « litigator », fortasse contr. ex *Ben lĕdad* « filius litis »; *LXX.* Βαλδάδ) amicus Job, Suhites, secundus in disputando ex tribus Jobi amicis, tunc adversariis. *Vulg. Job* 2. 11. — *LXX.* Interpretes socios duos alios vocant *reges*, hunc vero Σαυχέων τύραννος. Cf. hod. *Scheik* v. *Emir* apud Arabes.

BĂLĔĀRES et Baliares, ium (-um), m. et f. plur. 3. (Βαλιαρεῖς et Βαλεάρεις) nom. populi et insularum. — *a)* Ad scriptionem quod attinet, vulgo *Baleares* per litt. *e*, unde *Balearius* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 168.; sed scripturam *Baliares* meliorem testantur codd. optimi et tituli: *Act. triumph. Capit.* a. U. C. 633. (bis), *Corp. I. L.* 2. 3695 (*s.* 6. *p. Chr.*); 9. 1331 (*s.* 66) et ita auctores bonæ ætatis ubique scripsisse veri simile est, inde a *Cic.* minimum ad *Sueton.*, ubi *Galba* 10. *Baliari* exstat in cod. Memmiano; nec apud posteriores quidem vestigia genuinæ scripturæ desunt, ut *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 682., *Hyd. chron. II.* 21. 86., *Lib. gen. chron. I.* 110. 216., ubi *Valli* - pro *Bali*; item Βαλι - (Βαλλι - *Ptol.*, coll. *Strab.*) apud Græcos passim (V. *Pape-Benseler p.* 195. et *Ihm, Th. L. L. I. p.* 1697). — *b)* Etymon vocis incertum est; scriptores namque a *Baleo* v. *Balio* quodam, Herculis comite, ibi relicto (*Liv. epit.* 60) derivant; alii vero a Gr. βάλλω, *jacio*, quod hi populi jaculatores essent peritissimi (*Diod.* 5. 17) eaque arte in bello formidabiles, *Flor.* 3. 8. et *Veget.* 2. 16. testibus, qui tradunt quoque etiam in more apud eos fuisse, ut cibum puer a matre non acciperet, nisi quem, ipsa monstrante, lapide funda jacto percussisset; hinc Græci insulas ipsas Γυμνησίας vocant, ut docet *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (77); quia incolæ nudi æstatis tempore in fundæ jactu se exercebant. Cf. etiam Punic. seu Hebr. *be 'al-yerĕh* « princeps v. dominus jaculandi », a quo vocem deducunt nonnulli, probante *Bochart* in *Geogr. sacr. p.* 664. et confirmante *Polyb.* 3. 35. 11.

Baleares v. Baliares ¶ 1. Insulæ in mari Mediterraneo, e regione Hispaniæ Tarraconensis (*Mela* 2-7. 20.), nunc quoque *isole Baleari*, Græci Βαλιαρίδες (*Diod. loc. cit.*) et Γυμνησίαι (*Ptol., Strab., al.*), *Gymnesiæ* (*Prisc. perieg.* 464). *V.* supra. *Ampel.* 6. Insulæ Baleares duæ sunt. *Isid.* 14. *Orig.* 6. 44. Baleares duæ sunt, Aphrosiade et Gymnasia. Adde *Auct. B. Afr.* 25. — Absolute. *Cic.* 12. *Att.* 2. Pompejum non comparere nec in Baliaribus omnino fuisse. *Liv.* 28. 41. Hasdrubalem a Balearibus nuper trajecisse. Adde *Vitr.* 8. 3. 24., *Solin.* 23. — *Capell.* 6. *p.* 206. Gymnasias a Balearibus, male intellecto *Plin.* loco (3. *Hist. nat.* 5. 11. (77), distinxisse monet *Kopp.* ad *l.*; sed fortasse lectio corrupta est. — Duæ autem fuerunt, altera Balearis *Major* seu *Majorica* ad occid., trib. *Velina*, hod. *Majorca*; altera vero Balearis *Minor* seu *Minorica* ad orient., trib. *Quirina*, hod. *Minorca* v. *Menorca* (*Isid. loc. cit.*) et aliis quoque nominib. appellantur (*Id. ibid.* supra *cit.*). — *Itin. marit. p.* 512. *Wess.* vocat Majorem *insulam columbam* et Minorem *Nuram*. et *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 662. *Ebusum* seu *Ebusam*. V. EBUSA. — Earum fertilitatem laudat *Plin.* 18., 19. et 35. *Hist. nat.* — Has insulas potiti sunt Romani per Q. Cæcilium Metellum, qui an. 121. a. Chr. cognomen *Balearicus* accepit (*Liv. epit.* 60) ac triumphum egit (*Fast. triumph. Capit.* a. 122.); Augustus provinciæ Tarraconensis et conventui Carthaginis Novæ adjecit (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (18. coll. 76); rexit Nero per præfectum pro legato (*Corp. I. L.* 11. 1331); dein vero Diocletianus, inter septem provincias diœcesis Hispanicæ insertas, per Vicarium Hispaniarum (*Not. Dign. occ.* c. 1. 3. et 20). ¶ 2. Item incolæ Baliarium v. qui sunt ex Baliaribus. — *a)* In plur. num. *Cæs.* 2. *B. G.* 7. funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Adde *Liv.* 21. 21. et *alib.* et *Sall. Jug.* 105., *Frontin.* 2. *Strat.* 3. 16. — Collective. *Sil. It.* 5. 193. Baliaris sævus. Adde 9. 233. — Fuerunt, ut dictum est, jaculandi arte celebres, in primis funditores peritissimi. *Liv.* 28. 37. Fundis ut nunc plurimum, ita tum solo eo telo utebantur, nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte quantum inter alios omnes Baliares excellunt. Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (76). Quin *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 309. eos fundam invenisse tradit, coll. *Philarg.* ad *eund. loc.* et *Veget.* 1. *Mil.* 16. Cf. tamen *Vulg.* 1. *Reg.* 17. 40., 49. — De Balearibus videsis *Warnsdorf, De antiq. Balear.* Braunschw. 1760.; *Hübner, Die Balearen* etc. Berl. (1880) 208. *sqq.* et *Cartailhac, Monum. primit. d. Îles. Balear.* (50. Taf.), Toulouse 1892. fol.

BĂLĔĀRĬCUS et Baliaricus, a, um, adject. (*Valeriacus* pro *Baliaricus* apud *Rav. p.* 167. et *Guid. p.* 555) ad Baleares insulas v. populos pertinens. *Ovid.* 2. *Met.* 278. cum Balearica plumbum funda jacit. *Plin.* 1. *Hist. nat.* 35., 59. terra. *Solin.* 23. mare. *Flor.* 3. 6. fretum. *et* 3. 8. bellum. *Stat.* 2. *Achill.* 134. actor habenæ. *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 662. insulæ. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (71). vina. — Hinc

Balearici, ōrum, m. plur. absolute, incolæ. *Id.* 8. *ibid.* 55. 81 (218).

Balearicus, i, m. 2. — *a)* Est ethnicum. *Corp. I. L.* 2. 4218. — *b)* Item cognomentum *Q. Cæcilii Metelli*, cos. an. 223. a. Chr. (*V.* BALEARES sub 1).

BĂLĔĀRIS et Baliaris, e, adject. idem ac Balearicus. *Sueton. Galb.* 10. Balearis insula. *Virg.* 1. *G.* 309. funda (*Stat.* 10. *Theb.* 857). *Lucan.* 3. 710. tortor. *Sil. It.* 7. 279. telum. *et* 1. 314. verber. — *Balearis*, absolute. *Id.* 3. 365. *V.* etiam BALEARES sub 2.

BĂLEUS, i, m. 2. (Baal v. Belus) ¶ 1. Fuit antiquissimus rex Assyriorum sextus, de quo *Eus. chron.* apud *Hieronym.* ad an. Abr. 161., ubi *Balenus* legitur. At *Augustin.* 18. *Civ. D.* 3. Regnantibus apud Assyrios Xerxe illo antiquiore, qui etiam Baleus vocabatur etc., cujus tempore Abraham defunctus est. ¶ 2. Item rex Assyriæ decimus, de quo idem *Augustin. ibid.* 4. et 6. et *Oros.* 1. *Hist.* 8. ex *Hieronym.* ad an. Abr. 281., cujus tempore et sterilitas Ægypti, Josepho prorege, et mors Jacobi traditur contigisse. *sc.* inter ann. 1800-1700. a. Chr. sub Apapi, rege Ægypti (Cf. *De Cara, Hyks. p.* 117). Quodnam autem fuerit verum Assyrii regis utriusque nomen haud facile in tenebris illius historiæ reperies. ¶ 3. Item comes Herculis. *V.* voc. seq.

BĂLĬUS, et Ballius, ii, m. 2. (Bala) ¶ 1. Generatim nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 10767 (V. *Schulze, Eigenn. p.* 206. et 425. *adn.* 2., qui *Pal(l)ius* confert). — Etiam cogn. *Corp.* 3. 8064. 3 (*in Dacia*). ¶ Speciatim — *a)* Est comes Herculis. *Liv. epit.* 60. (*V.* BALEARES sub *b*). Apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 91. est *Baliarchus*. — *b)* Item nom. equi Achillis. *Claudian. carm. min.* 46. 9. Frenaque, quæ volucrem Xanthum Baliumque decerent.

BALLĬO, ōnis, m. 3. (Βαλλίων) nom. lenonis *Pseudoli* Plautini. *v.* 607. « tune es Ballio? immo ego vero ego ejus sum Subballio ». Hinc *Cic. Q. Rosc.* 7. 20. Ballionem illum improbissimum et perjurissimum lenonem cum agit etc. — Hinc adject. *Ballionius*, jocose fictum *Plaut. Pseud.* 1064. « jamne habeat signum ex arce Ballionia ». *i. e.* domo Ballionis, qua puella, Phœnicium nomine, custodiebatur.

BALLĬŌNĬUS, a, um. *V.* voc. præc.

BALLISTA (Balista), æ, m. et f. 1. (Cf. βάλλω, *jacio*) nom. personæ et geographicum.

I.) Ballista, nom. pers. ¶ 1. In titulis, generatim, cogn. vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 639 (*Corp. I. L.* 9. 876); et etiam mul. in *alia* apud *Murat.* 1438. 6 (?). ¶ 2. Speciatim — 1.º) Fuit fur insignis, qui ludimagistri officio furta sua tegebat, in quem *Virgilius* primum suum distichon composuit, quod refert *Serv.* initio *Carm.* in *Virg.* « Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus: Nocte, die, tutum carpe, viator, iter ». Memorat et *Donat. vit. Virg.* 7. Poeticam puer (*Virgilius*) adhuc auspicatus in Ballistam ludimagistrum, ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus, distichon fecit etc. — 2.º) Item tyrannus, præfectus prætorio sub Valeriano imp. « vir insignis, eruditus ad rempublicam gerendam, in consiliis vehemens, in expeditionibus clarus, in provisione annonaria singularis » (*Pollio, XXX. tyr.* 18). — A Sapore, Valeriani imp. victore, obtinuit ut quantocius bellum Persarum cum Romanis finem haberet (*Ibid.* 14., coll. *Capitolin. Val.* 7.); dein Macriano suasit, ut Gallieni imperio indigni purpuram pro eo sumeret (*Id.* 12); verum ob hæc interemptus fuisse traditur (*Id.* 18., coll. 14. et 15).

II.) Est etiam mons Liguriæ. *Liv.* 41. 18. Hostes (*sc.* Ligures) - montes Letum et Ballistam ceperunt. Adde *eund.* 39. 2. Sunt qui putant esse hod. *Valestra* prope *Reggio d'Emilia* (V. *Cavedoni, Bull. d. Inst.* 1858. *p.* 159. *et Hulsen, PW.* 2. 2831).

BALLĪUS. *V.* BALIUS.

BALLŌNĪTI, ōrum, m. plur. 2. (Scribitur etiam *Ballonōti*) gens Sarmatiæ, Jasoni in bello Colchico auxiliata. *Val. Flacc.* 6. 160. — Eadem gens, ut videtur, apud *Sidon. carm.* 5. 475.

BALMARCŌDĒS, is, m. 3. deus Phœnicius (*Ba'al Marqôd*, i. e. κοίρανος κώμων) in titulis Beryti repert. *Corp. I. L.* 3. 155. etc.

BALNĔĀRIS Fortuna. *V.* FORTUNA.

BALNĔUM et Balineum, ii, n. 2. nom. commune, quod cum additis specialia quædam loca designat, ut *Balneum Daphnidis, Mamertini, Prisci, Regis* etc. *V.* ea singillatim descripta.

BALSA, æ, f. 1. (Βάλσα) oppidum Lusitaniæ, trib. *Quirina*, nunc *Tavira*. Memoratur *Mel.* 3. 7. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (116)., coll. *Ptol.* 2. 5. 2. — Hinc *Balsensis*, incola. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (116). — Compend. in titulis *Bals.* V. *Corp. I. L.* 2. 4990., 5164. etc.

BALSĀMĒN, indecl. et

BALSĀMUS, i, m. 2. (Hebr. *Ba'al shamesh* « dominus sol »; Gr. Βεελσάμην, Βαλσάμης) ¶ 1. Est nom. dei Semitici. *Plaut. Pœn.* 1027., coll. *Augustin. quæst. hept.* 7. 16. *Priscill. tract.* 1. 35. Neque Balsamus neque Barbilon Deus est. Adde *Hieronym. ep.* 75. *n.* 3. et *c. Vigil.* 6. in *Is. c.* 64. ¶ 2. Item nom. vir. Hebr. *Vulg.* 3. *Esdr.* 2. 16. apocr.

BALSENSIS. *V.* BALSA.

BALTASSAR. *V.* BALTHASAR.

BALTHĀSAR, indecl. m. Scribitur etiam *Baltassar* sine aspiratione et cum duplici *s*; *Balthassar* et *Baldasar*. — Declin. etiam *Balthasar, āris*, 3. — Origo vocis est Assyria, sc. *Bel-shar-usur* « Bel (deus) - regem - protegat » (Chald. *Bēlshatzār* et Gr. Βαλτασάρ). *Hieronym. nom. Hebr. p.* 56. « Baltasar capillus capitis ».

Balthasar ¶ 1. Fuit filius Nabonid, regis Babylonis, socius, ut videtur, in regno ab eo creatus; unde et *rex* dicitur *Dan.* 5. 1 (Cf. *Jer.* 46. 2). Memoratur etiam *Optat.* 3. 3., *Hieronym. chron.* a. Abr. 1441., *Chron. Alex. chron. I. p.* 128. et *Jorn. Rom.* 57. — Fuisse tunc Nabonid (in Inscr. cuneat. *Nabu-nahid*, i. e. Nabu excelsus; unde Ναβόννηδος *Beros.*, Ναβονάδιος in *Can. Ptolem.*; at Λαβύνητος *Herod.*) proprie regem; Balthasar vero, quem Nabonid in suis inscriptt. vocat « filium dilectissimum », patris collegam in regno vel post regem, cum arguitur ex textu sacro, ubi hic Danieli pollicetur se eum, purpura indutum, *tertium* in regno constituturum (*Dan.* 5. 16); tum solide firmatur ex nuper repertis monumentis, ubi compendium legitur vitæ postremi regis Babylonii (*Schrader, Keilinschr. Bibl. I.* P. 2., 8. et 128., *Sayce, A. Denkm. p.* 223.; *Transact., Bibl. Soc. VII. p.* 156), quo duo hæc nomina, *Balthasar* in sacris libris et *Nabonid* apud profanos scriptores, optime componuntur (Cf. *Brunengo, Bab. e Nin. II. p.* 362). Nec obstat, quod Balthasar dicatur filius Nabuchodonosor (*Dan.* 5. 2. et *alib.*) ex matre Neith-eqar (Νίτωκρις *Herod.*), hujus filia seu consanguinea; quum neminem lateat filium in sacris litteris pro nepote usurpari (Cf. *Gen.* 29. 5.; 3. *Reg.* 19. 16. et *alib.*, coll. etiam *Menant, Bab.-Chald. p.* 253). — Qua denique nocte sacrilegum convivium fecit sibique interpretanda, regina matre vel uxore sua suadente, Danieli commisit celebria verba illa: *mane* « numeravit »: *thecel* « appendit »: *phares* « divisit » (Chald. *menê menê, tekêl û pharsin*), *Dan.* 5. 25. *sqq.* (Cf. de his *Clairmont-Ganneau* in *Journ. asiat.* 1886. *jul. t. VIII. p.* 36-67), vel probabilius nocte insequenti (text. *in ea nocte*, *sc.* quæ secuta est convivium), Balthasar, Nabonid exercitu jam profligato, nunc autem urbe ab hostibus capta, interfectus est (*Dan. ibid.*, coll. *Xen. Cyr.* 7. 5. 15. *et Herod.* 1. 19) an. a. Chr. 538. *V.* CYRUS. ¶ 2. Item filius Nabuchodonosor, de quo in monumentis cuneatis nulla est mentio, quod ante, quam pater, defunctus sit, cujus tamen fuit socius v. primus administer, teste *Bar.* 1. 12. « Vivamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis et sub umbra Balthassar filii ejus ». — Hic fortasse est alio nomine Evilmerodach (Ewil-Merodak) *Jer.* 52. 31 (coll. *Eus.* in *Chron.* apud *Hieronym.* an. Abr. 1445); sane, ratione temporum habita, confundi nequit cum præcedenti (V. *Niebuhr, Gesch. Ass. u. Bab. p.* 92. et *Panner* in *Dict. Bibl.* etc. *II. p.* 1422). ¶ 3. Item nomen, quo vocatus est Chaldæis captivus Daniel propheta (*Vulg. Dan.* 1. 7), quodque tamen ab antecd. paulo differt; Assyr. enim est *Balat-su-usur*. V. DANIEL.

BALTHI, ōrum, m. plur. 2. regia stirps Vesegotharum, ita dicta a *baltha*, quod *audacem* significat, teste *Jornand. Get.* 42. Vesegothæ familiæ Balthorum - serviebant. *et* 146. Ordinato super se rege Halarico, cui erat post Amalos secunda nobilitas Balthorumque ex genere origo mirifica, qui dudum ob audacia virtutis baltha, id est audax, nomen inter suos acceperat.

BALTĪA. *V.* BASILIA.

BALTIS, is, f. 3. (Βῆλτις *Abyd.*, Βήλθης *Hesych.*) dea Syra. *Corp. I. L.* 3. 10393. — Videtur esse pro *Ba'alhi*, i. e. domina mea (Ital. *madonna*, Fr. *madame*). Cf. etiam *C. I. Sem.* 1. 1.; *Vogüe, Inscr. sem.* 155., coll. 52. et *Cureton, Spic. Syr.* 44.

BALVENTĪUS, ii, m. 2. quidam primipili centurio in exercitu Rom., vir fortis et magnæ auctoritatis. *Cæs.* 5. *B. G.* 35.

BAMBĪNA, æ, f. 1. *V.* BAMPSUS.

BAMBOTUS, i, m. 2. fluvius Africæ in ora occidentali in mare Atlanticum influens, crocodilis et hippopotamis refertus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (10). Cf. *Riese, Geogr. lat. min. p.* 5. *V.* etiam quæ de *Senegal* v. *Gambia* scribit *Entz, Ueb. d. Periplus d. Hanno* (1884) 36.

BAMBȲCĒ, es, f. 1. (Βαμβύκη *Strab.*) Syr. *Mabog* dicta (*Plin.*); *Hierapolis* (*Æl.*), i. e. urbs sacra, sc. deæ Atargati; *Edessa* (*Strab.* et *Lucian.*); nunc vero *Membidy*. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81). — De ejus nummis V. *Head, H. N.* 654. et 777. Cf. *Ritter, Erdkund. X.* 1041. *sqq.* et *Forbiger, Geogr. II.* 643. *sq.* — Hinc *Bambycii pisces* apud *Avien. Arat.* 542. et 646., sidus cæleste, ita dictum, quod Atargatis dea se in piscem aliquando mutaverit. *V.* ATARGATIS.

BAMPSUS, i, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 11. 4518 (*Ameriæ*). — Huc pertinet fortasse *Bambina*, nom. gent. mul. *Corp.* 10. 5448 (*Aquini*) et *Bampsamus*, 8. 1058 (*Carthag.*).

BĀNAIAS (Banaia), æ, m. 1. (Hebr. *Benâyâh* (plenius *Benâyâhû*) « ædificavit Yah s. Yawhe »; *LXX.* Βαναίας). Plures fuerunt Hebræi ita nuncupati, ex quibus præcipui. — 1.º) Banaias, filius Joiadæ, summi sacerdotis, princeps custodum David (It. *guardia del corpo*). *Vulg.* 2. *Reg.* 8. 18. et alib. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 38. Banaia cæmentarius, id est ædificator Domini. — Hic tanti fuit roboris ac fortitudinis, ut duos leones (quos tamen Chal. et Syr. verterunt « gigantes ») interfecerit in regione Moab et virum Ægyptium, alterum Goliath, aggressus baculo, mox lancea ab eo detracta, transfoderit (*Vulg.* 2. *Reg.* 23. 20-22., coll. 1. *Par.* 11. 22-23). Quare David eum magnis honoribus decoravit, eumque misit, qui contra Adoniam regno inhiantem partes Salomonis defenderet, cujus jussu eundem Adoniam et Joab, ejus patronum, occidit et in Joab locum ipse suffectus est. *Id.* 3. *Reg.* 11. 17. et 27. *sqq.* — 2.º) Item Pharathonites, de fortissimis viris, quos David militibus suis custodibus præfecerat, ex tribu Ephraim. *Id.* 2. *Reg.* 23. 30. et 1. *Par.* 11. 31. et 27. 15.

BĀNĂSA, æ, f. 1. (Βάνασα *Ptol.*). ¶ 1. Est oppidum Mauretaniæ Tingitanæ ad fluvium Subur, prope hod. *Sidi Ali-bu-Djenûn*. Memoratur *Mel.* 3. 107. Urbes opulentissimæ - Gilda, Volubilis, Banasa. Adde *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (5). — Fuit Augusti colonia, *Valentia* cognominata (*Plin. loc. cit.*) et serius *Aurelia* v. *Ælia* (*Corp. I. L.* 8. 9992. — De ejus ruinis V. *Tissot, Mém. prés. à l'Acad. d. inscr.* deque nummis *Müller, Numism. de l'anc. Afr. III.* 171. ¶ 2. Item statio equitum in Osrhoene sita. *Not. Dign. or.* 35.

BANIŪRÆ, ārum, m. plur. 1. (Βανιοῦβαι *Ptol.*) gens Gætula Mauretaniæ Tingitanæ. *Sil. It.* 3. 300. Baniuræ, cruda juventus. Adde *Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 1. (17).

BANTĬA, æ, f. 1. (Βαντία v. Βάντεια; Osc. Bansae; Etr. pantna: cf. Schulze, Eigenn. p. 561. et 575. V. Tab. Bant. Conway 26. 19., 23., 28) ¶ 1. Est oppidum Apuliæ Dauniæ in finibus Lucaniæ, in regione montana et silvestri, hodie Banzi v. S. Maria (Abbazia) di Banzi. Memoratur Liv. 27. 25. et Porphyr. in Hor. 3. Od. 4. 15. Rav. Guid. p. 487. Bantea. ¶ 2. Est nom. mul. V. BANTIUS.

BANTĪNUS, a, um, adject. ad Bantiam pertinens. Hinc Bantini saltus, qui adhuc exstare dicuntur, apud Horat. 3. Od. 4. 15. — NB. Celebris est inscriptio seu tabula Bantina, partim Latina, partim Osca, an. U. C. 621-636.; Bantiæ a. 1790. reperta editaque a. 1795., documentum Rom. juris, cujus exemplar dedit Ritschl, textum recensuit Kirchoff et interpretatus est Mommsen. De hac V. etiam Buecheler apud Bruns, Font. jur. 53.; Bréal, Mem. d. la soc. d. ling. de Paris IV. 381. sqq. et Zvetajeff, Syll. inscr. Osc. (1877) tab. 19. — Hinc absolute Bantini (Βαντιανοί), Bantiæ incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 11. 15. (98). et Inscr. apud Momms. n. 250 (C. I. L. 10. 344).

BANTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. (quod cum Etr. pantna confert Schulze, Eigenn. p. 212. et 575) ¶ 1. Apud scriptores celeber L. Bantius Nolanus, de quo Liv. 23. 15., coll. Front. 3. Strat. 16. 1. et Plut. Marc. 10. et 11. ¶ 2. In titulis nom. Corp. I. L. 13. 1549. - et pro cogn. 11. 5758. — Bantia, nom. mul. Corp. 6. 9181.

BĂPHĒ, es, f. 1. (Cf. βαφή tinctura) nom. serv. mul. Corp. I. L. 6. 34668.

BAPPO, ōnis, m. 3. præf. Urbis a. 372. p. Chr. Auson. Mos. 409. et Ammian. 15. 4. 10., ubi trib. mil. Promotorum dicitur.

BAPTÆ, ārum, m. plur. 1. V. hanc voc. in Lexico.

BAQUĀTES, tum, m. plur. 3. (Βακουᾶται) gens Mauretaniæ Tingitanæ ad Ibericum mare. Corp. I. L. 6. 1800. et 8. 9663. Scribitur etiam Baquatæ, Bacuatæ v. Bacuates.

BĂRABBĀS, æ, m. 1. (Βαραββᾶς v. Βαραβᾶς v. Βαρραβᾶς v. Βαρραβᾶς: hinc alii leg. bar-rabba «filius doctoris» (Langen); v. bar-rabban «filius nostri doctoris» (Ewald); v. bar-Abba «filius Abba; sed communius «filius patris» (Hier., Hil., Theoph., Lightf., Wünsche, Sieffert, Grimm, Bisping). — Quod nom. Jesus addunt quidam mss. Gr., Syr. Hieros. Armen., et Origenes memorat, hodie critici doctiores Tischendorf, Westcott et Hort, Griesbach, Tregelles omnino rejiciunt.

Barabbas, famosus latro, in seditione rebellis et homicida, de quo Vulg. Joh. 18. 39. «Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum? Clamaverunt: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro» Cf. Matth. 27. 16. sq., Mr. 15. 11. et Luc. 22. 20. — Disputant eruditi, utrum id factum sit ex more Romanorum, qui v. g. in lectisterniis apud eos servabatur, ut apud Græcos in festo Bacchi Eleutherii; an Judæorum. Priori sententiæ adhærent Orig., Bed., Schegg; alteri Jans., Maldon., Schenz, Fillion. Sunt etiam qui putent hoc quasi privilegium Judæis concessum esse a Romanis (Rosenmüll., Friedlieb., Fouard). Cf. Luc. 23. 17.

BĂRĂC, indecl. m. (Hebr. Bārāq «fulgur». Phœn. Barqas; LXX. Βαράκ) filius Abinoem, ex tribu Nephthali (Vulg. Jud. 4. 6), numero adscriptus judicum Israel (sôphêt, liberator), ex eo quod populum liberavit e diuturna servitute Chananæorum, celebri prœlio illo, ubi is cum Debbora prophetissa, parvo quidem exercitu sed arte ac virtute magna, prodigiose etiam a Deo adjutus (Ibid. 5. 20), copias Jabin, regis Asor, aliorumque regum fœderatas in Thanach juxta aquas Mageddo (Ibid. 5. 19) ad internecionem delevit (Ibid. 4. 16) ac Sisaram, earum ducem, profugum Jahel, virili animo mulier, domi exceptum clavo transfodit (Ibid. v. 2). Id autem cantico triumphali, insigni poesis lyricæ monumento, Debbora et Barac concelebrarunt (Ibid. vv. 2-31).

BĂRĂCHĪĀS, æ, m. 1. (Hebr. Berekyāh «benedixit v. benedicens Yah seu Dominus»; LXX. Βαραχίας) nom. quorumdam Hebræorum, ex quibus memorantur — 1.°) Barachias, filius Addo (V. ADDO) et pater Zachariæ prophetæ. Vulg. Is. 8. 2. et Zach. 1. 1. et 7. — Huic, qui Hebraice est Yebĕrĕkyāhû, tribuerunt nonnulli (Knobel, Bleek, Wellhausen) partem libri Zachariæ, quod commentum explosit Wright (Zechar. Lond. 1878). — 2.°) Barachias, qui «occisus fuit inter templum et altare» (Vulg. Matth. 23. 35). sc. in atrio sacerdotum. — Disputatur, utrum hic, an alius sit Zacharias, de quo sermo fit: at ex variis variorum sententiis probabilior est, quæ tenet hunc esse Zachariam, de quo 2. Par. 24. 22. et Euang. Nazaræorum, a primitivo Aramaico Matthæi exscriptum, quamvis utrubique Joiada pro Barachia legatur (V. Hieronym. in Matth. l. c.). Argumenta videsis apud Knabenbauer in Matth. II. p. 207. sq. et Jacquier in Dict. Bibl. Vig. ad v. — 3.°) Alios videsis apud Vulg. 1. Par. 6. 39., 2. Esdr. 3. 41. etc.

BĂRĂCĪBĀS v. Barachiba, æ, m. 1. (Hebr. Bar-'aqîbhah «filius Achibæ v. calcanei»; Gr. Βὰρ 'Ακιβά) insignis Judæorum doctor seu rabbi ex Tiberiade. Hieronym. Comm. in Eccle. p. 424. «Hebræus meus (Baranina) - hæc Baracibam, quem unum vel maxime admirantur, super præsenti loco (Ecclesiastæ) tradidisse testatus est». Cf. Epiph. hær. 15. et 33.

BARANINA, æ, m. 1. Hebræus doctor, de quo Hieronym. ep. 84. «Quo labore, quo pretio Baraninam nocturnum habui præceptorem! Timebat enim Judæos et mihi alterum exhibebat Nicodemum».

BARBA, æ, m. 1. ¶ 1. Est cogn. vir. Etruscæ originis et ab appellativo Latino ductum, illud si familiarum cognomen est, hoc si singulorum hominum. Corp. I. L. 12. 4686 (Narbone). — In plur. num. Cic. 13. Phil. 2. 3. Illa naufragia Cæsaris amicorum, Barbas, Cassios etc. — Hinc deriv. Barbula, Barbius, Barbus, Barbo (onis), Barbarius, Barbatius, Barbatianus, Barbonius in C. I. L. ¶ 2. Est etiam locus s. oppidum prov. Bæticæ. Itin. Anton. p. 412. V. SINGILIA.

BARBALISSUS v. Barbarissus, i, f. 2. oppidum Syriæ ad dextram Euphratis ripam, rei militari opportunissimum, Justiniano imp. instauratum, hod. Palis, in Not. Dign. or. 33., coll. Ptol. 5. 15. 17.

BARBANNA (Barbana), æ, m. 1. fluvius Illyriæ, hodie Bojāna. Memoratur Liv. 44. 31. et Vib. Seq. geogr. p. 147.

BARBĂRA. V. BARBARUS.

BARBĂRĬĀNA, æ, f. 1. ¶ 1. Oppidum Hispaniæ Tarraconensis, hodie S. Martin de Barberana, in Itin. Ant. p. 450. ¶ 2. Item opp. Bæticæ, hodie Venta de Guadiaro. Ibid. p. 406.

BARBĂRUS, i, m. 2. ¶ 1. In titulis — 1.°) Est cogn. vir. inde ab Augusti ætate inventum, præsertim in Urbe et Africa. Corp. I. L. 8. 6588.; 10. 5169.; 11. 5684. etc. — Etiam nom. equi Corp. 6. 10056. — Hinc demin. Barbarula, nom. serv. mul. Inscr. Murat. 1575. 3. — 2.°) Item — a) Est cogn. mul. itemque serv. Inscr. apud Momms. n. 2858. et alia apud De Rossi I. 606. — Ennod. op. 6. 23. p. 409. Domna Barbara, Romani flos genii. — b) Etiam insula, in Gallia hodie Ile-Barbe, apud Greg. Tur. gl. mart. 22. ¶ 2. Apud scriptores Græcus rhetor. Senec. 2. Contr. 6. 13. — Alii apud Augustin. ep. 159., Carm. epigr. 1614. 5. etc.

BARBĀTUS, i, m. 2. (barba) cogn. antiquissimum, in gentibus Horatia, Quinctia, Valeria etc. Elog. Scip. carm. epigr. 6. 3. (c. a. U. C. 500). LVCIOM SCIPIONE FILIOS BARBATI CONSOL CENSOR AIDILIS. Adde C. I. L. 6. 2565., Sueton. Claud. 26., Liv. 4. 36., al. — Juppiter Barbatus, apud Augustin. 4. Civ. D. 11.

BARBELO, ōnis, m. 3. et Barbelus (Barbelos), i, 2. Scribitur Græce: Βαρβελώ, Βαρβηλώ, Βάρβηλος, Βαρβηλώθ etc., latine etiam Barbelio, Barbello, Barbelo, Barbeloth etc.; ex quibus arguitur modo fem., modo masc. gen. usurpatum fuisse.

Barbelo, nom. origine Hebr. s. Aram., teste Hieronym. ep. 75., sc. ex Bar, filius, et baal, dominus, v. baalah, domina; unde colligitur modo feminam, flagitiosissimarum libidinum deam, habitam fuisse, modo virum: fortasse Solem et Lunam, cultos ut numina apud Orientales. Hunc inter æones apud Gnosticos, hinc Barbeliotas v. Barbelitas dictos, recenset Iren. 1. hær. 29., Hieronym. in Am. 9. 10. et Philastr. hær. 33., coll. Epiph. hær. 20.

BARBĒSULA, ōrum, m. plur. 2. (Βαρβήσολα) oppidum cum fluvio cognomine Hispaniæ Bæticæ, trib. Quirina, hodie La Torre y Cortijos de Guadiaro. Memoratur Mel. 2. 94., Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (8). — Hinc Barbesulanus, adject. Corp. I. L. 2. 1941. et ethn. Barbesulana, cogn. mul. 3. 1388.

BARCA, æ, f. 1. Scribitur et Barcha v. Barchas cum aspiratione. — Origo nominis Punica: cf. Barac. — Est nom. pers. et geogr.

Barca ¶ 1. Fuit cogn. Hamilcaris Carthaginiensis, patris Hannibalis, teste Nep. Ham. 1. Hinc de Hannibale, cui pater odium in Romanos inseverat, Sil. It. 1. 72. Hanc rabiem - Addiderat quondam puero patrius furor, ortus Sarrana prisci Barcæ de gente. et Frontin. 3. Strat. 10. 9. Proles Barcæ. i. e. Hannibal. — Ampel. 36. Hamilcar, qui et Bocoor cognominatus est (sic C). — Generatim cogn. vir. C. I. L. 9. 5076.; et deriv. Barcinus, cogn. Corp. 3. 13249. ¶ 2. Est etiam locus Mediæ. Ravenn. p. 64.

BARCABĀS (Barchabbas), æ, m. 1. (Βαρκαββᾶς) propheta a Basilide gnostico fictus, teste Philastr. hær. 13. Hieronym. vir. ill. 21. Enumerans Barcaban et Barcob et ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina.

BARCÆUS, a, um, adject. ¶ 1. Est ad Barcam pertinens v. ex Barca. Sil. It. 10. 344. Barcæus juvenis. i. e. Hannibal. ¶ 2. V. BARCE.

BARCĒ, es, et Barca, æ, f. 1. (Βάρκη) Origo nominis Punica vel a Barce, Sichæi nutrice (Virg. 4. Æn. 632): vel a Barce, regina, unde nom. oppidi in Cyrenaica (Serv. ad Virg. 4. Æn. 42): vel a Barca, cogn. Hamilcaris. Ita etymologi. — Est nom. pers. et geogr.

Barce ¶ 1. Fuit nom. mul., sc. — 1.°) Nutricis Sichæi. V. supra. — 2.°) Item Reginæ, quæ Barcen opp. condidit. V. supra — 3.°) Item Sidoniæ uxoris Xantippi, teste Sil. It. 4. 355. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Cyrenaicæ, hod. Medinet-el-Merdy, conditum a Cyrenæis profugis sæc. VI. a. Chr., æmulum Cyrenes. Id. 2. 62. æternumque arida Barce. Hieronym. ep. 129. Barcæi a Barca oppido, quod in solitudine situm est. — Ejus portus, instauratus a Ptolemæo Sotere, Ptolemais appellatus est, quod nomen confusum legitur cum oppido. Plin. 5. Hist. nat. 5. 5. (32). Ptolemais antiquo nomine Barce. — De ejus nummis V. Cavedoni, Osserv. sulle mon. dellaCiren. et Eckhel 4. p. 128. Cf. Besnier, Lex. G. A. (1914) p. 128. — Hinc Barcæus, adject. Virg. 4. Æn. 43. et Coripp. Joh. 4. 506. — Vib. Seq. p. 157. Barcæi Mauri. — Ethnic. Barcensis apud Patr. Nic. 4. 17.

BARCHŎCHĒBĀS (Chochebas v. Cochebus) et plenius Simeon Barchochebas, Hebr. Bar-chôchāb «filius stellæ»; sibi enim accommodaverat verba Balaami (Num. 24. 17), dictus etiam Bar-Chôzibâ' «filius mendacii»; Gr. Βαρχωχεβᾶς.

Barchochebas, dux seditionis Judæorum et Christianorum insectator, temporibus Hadriani imp., qui tamquam Messia venditabatur aut ita se ipse venditabat. Hieronym. adv. Rufin. 3. 31. et vir. ill. 21. et Rufin. 4. Hist. 6. 2. — Causam rebellionis fuisse, quod Judæi ab Hadriano circumcisione prohiberentur, tradit Spartian. Hadr. 14. — Hanc autem coercuit legatus Julius Severus a. 136. (al. 126), pluribus Judæorum oppidis, præcipue Bether, quo rebelles postremo se receperant, expugnatis innumerisque Judæis cum ipso duce occisis vel in servitutem abductis. — De hujus pseudomessiæ nummis V. Madden, Coins of the Jews 1881 p. 233. sqq. — Plura apud Derenbourg, Essai sur l'Hist. et Géogr. de la Pal. Paris 1876. et Quelq. not. sur la guerr. de Bar-Koziba 1878. et Selzer, Aufstand d. Bar-Cochba in Magaz. d. Berlin 1878.

BARCĪNO v. Barcinon, ōnis, f. 3. (Βαρκινών) Scribitur etiam Barceno in Itin. Ant. p. 390.;

Barcilo apud Paulin. Nol. ep. 3.; Barcinona v. Barcilona apud Oros. 7. Hist. 43. et 1. 2.; Barcino et Barcelona (Hieronym. vir. ill. 106) apud Rav. p. 303. et 341. — Vox est Punica, fortasse a cognomine Hamilcaris Barca, favente Auson. ep. 24. 68. V. infra.

Barcino, oppidum Hispaniæ Tarraconensis Læetanorum, maritimum cum portu, conditum, ut tradunt veteres, ab Hercule 400. an. ante Romam et instauratum ab Hamilcare Barca (Smith p. 885), sub Romanis colonia immunis (Dig. loc. cit.), Faventia Julia Augusta Pia appellata (Inscr. apud Orell. n. 3127), trib. Galeria, V. Besnier, Lex. G. A. (1914) p. 28. hodie Barcelona v. Barcellona. Memoratur Mel. 2. 90., Plin 3. Hist. nat. 3. 4. (22)., Auson. ep. 24. 68., Corp. I. L. 2. 4514. — Compend.: Barc. et Barcin. sæpe, nisi intelligendi sunt etiam Barcinonenses. — Hinc deriv.: Barcinonensis adject. Auson. 411. 1., Paulin. Nol. ep. 1.; et Barcelonensis apud Hieronym. vir. ill. 36. — Absolute Barcinonenses, incolæ, apud Paul. Dig. 50. 15. 8.

BARCĪNŌNENSIS. V. voc. præc.

BARCĪNUS (Barchinus), a, um, adject. ad Hamilcarem Barcam vel ejus posteros pertinens. Liv. 23. 13. et alib. Sidon. carm. 2. 532. Barcina clades. i. e. in qua Hasdrubal, Hannibalis frater, occisus est. — Absolute Barcini, apud Liv. 28. 12., coll. 21. 3.

BARDÆI, ōrum. V. VARDÆI.

BARDAICUS. V. hanc voc. in Lexico.

BARDĒSANĒS, is, m. 3. (Βαρδησανής). — Bardisanus leg. apud Cassiod. 8. Hist. trip. 6. noster Furlanetto in App., sed locus est corruptus. — Syriace est Bar-Daisan.

Bardesanes, vir doctissimus, probabilius Edessæ natus a. 154., olim christianus insignis, hæreticorum insectator; dein superbia elatus, quæ omnium hæresum mater est, hæreticus Valentinianus, docuit humanum corpus a Christo non fuisse assumptum, nisi aereum; animam humanam ante quam corpori conjungeretur, exstitisse et, ob culpam, in corpus quasi carcerem inclusam; materiam esse æternam, aliaque contra fidei ac sanæ philosophiæ documenta. De eo Hieronym. vir. ill. 33. «Bardesanes in Mesopotamia (adv. Jovin. 2. 14. vir Babylonius) clarus habitus est, qui primum Valentini sectator, deinde confutator, novam hæresim condidit. Ardens ejus a Syris prædicatur ingenium et in disputatione vehemens. Scripsit infinita adversus omnes pæne hæreticos, qui ætate ejus pullulaverant; in quibus clarissimus ille et fortissimus liber, quem M. Antonino de Fato tradidit; et multa alia super persecutione volumina». — Ejus sectatores dicti sunt Bardesanistæ ab Augustin. hær. 35. et Bardesanitæ a Prosp. chron. I. 430. et 691.

BARDĒSANISTÆ et

BARDĒSANĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. præc.

BARDI, orum, m. plur. 2. V. hanc voc. in Lexico.

BĀREA, æ, m. 1. ¶ 1. Barēa, cogn. vir., originis fortasse Etruscæ (Schulze, Eigenn. p. 349). Corp. I. L. 6. 244. Cf. Mommsen, not. ad Corp. 6. 31761. - 68a. — Reperitur in gente Servilia, ex qua Soranus Barea, cos. suff. a. 52. et Tac. 16. Ann. 23. — In plur. num. Juvenal. 7. 90. ¶ 2. Barēa (Baria), opp. Hispaniæ Bæticæ (Βάρεια Ptol.), Bastet. conv. Carthag., prope mare, hod. Vera, apud Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (19). et Cic. 16. Att. 4. — Hinc Barienses, incolæ. Corp. I. L. 2. 5947 (sæc. III.).

BARGȲLIÆ, ārum, f. plur. 1. v. Bargyla, ōrum, n. 2. opp. Cariæ (Gr. Βαργυλία), civitas Atheniensium socia ac tempore Romanorum libera, hodie Assarlik. Memoratur Liv. 32. 33., Plin. 5. Hist. nat. 29. 30. (107). Mel. 1. 85., V. Head, 612. — Hinc Bargylietes (a), incola, Cic. 13. Fam. 56 (Cf. Mionnet, Descr. III. 336). et Bargylieticus v. Bargylicus sinus (Iassicus Mel. 1. 16), hod. golfo di Mandelia. Liv. 37. 17.

BARGȲLIĒTĒS et **BARGYLIETICUS** v. **BARGYLICUS** sinus. V. voc. præc.

BĀRIA ¶ 1. Indecl., m., nom. Hebr. Barî 'âh «filius calamitatis»; LXX. Βαριά; Lat. Baris v. Beria, apud Vulg. Gen. 46. 27., 1. Par. 7. 23., ibid. 8. 13. et 23. 10. sq. ¶ 2. Declin. 1. f. — a) Baria, nom. gent., fortasse orig. Hebr. Inscr. apud Momms. n. 2105. — b) Baria, nom. opp. Hispaniæ Bæticæ, hod. Vera. V. BAREA.

BĀRIÆ, ārum, f. plur. 1. V. BARIUM.

BĀRIAMMĀS, æ, m. 1. nom. vir., quod cl. Furlanetto derivat ab Aram. bar «filius» et yammah «mare» quasi filius maris. Legitur in Corp. I. L. 19146.

BĀRĪENSES, ium, m. pl. 3. incolæ Bariæ. Corp. I. L. 2. 5947 (sæc. III).

BĀRĪĒSŪ (minus recte Bariesus), u, m. 4. (Aram. bar «filius» et Yeshua' «Jesu v. Josue»; Gr. Βαριησοῦς). Hieronym. nom. Hebr. p. 67. «Barieu: maleficum - nonnulli Barieseu corrupte legunt». Sane in quibusd. codd. Act. 13. 6. legitur Βαριησοῦς, filius Jehu.

Barieseu, pseudopropheta Judæus, cognomine Arab. Elymas, sc. ('elymôn, sapiens) magus, a s. Paulo in Cypro insula, ubi magices schola exstabat (Plin. 30. Hist. nat. 1. 2. [11]), quod ab audiendo apostolo alios absterreret, utroque lumine prodigiose orbatus, teste Act. loc. cit.; ubi ut «plenus omni dolo et omni fallacia, filius diaboli, inimicus omnis justitiæ» ab eod. Paulo, reprehenditur, sine ulla quidem christianæ caritatis offensa, quam teneriores quidam et pii, at verius impii, pro scelestis errorumque seminatoribus in veri defensores crepare solent, qui illorum vafritiem malitiamque malam detegere nituntur ac redarguere, ne boni decepti a recto tramite discedant.

BĀRĪNUS. V. BARIUM.

BĀRĪŌNĀS (rectius Bariona, indecl.), æ, m. 1. ex bar «filius» et yônâh «columba»: ita Hieronym. nom. Hebr. p. 60 (Cf. Joh. 1. 43. υἱὸς Ἰωνᾶ, et 21. 16); quod nomen alii contractum censent ab Hebr. 'Johhanâh, sc. Johannes v. Johanna, ita ut sit filius Johannis vel rectius Johannæ (Joh. 21. 15). Neutrum tamen certum est ex codicum varietate; sed hoc etymon videtur illi præferendum.

Barionas (Bariona v. separatim Bar Jona), nom. patronym. Simonis, cui cogn. Cephas seu Petra (Petrus) indidit Christus, eum caput Ecclesiæ constituturus (Vulg. Matth. 16. 17. sqq.); nam apud Hebræos vox filius (bar v. ben), nomini paterno juncta, supplebat nom. familiæ: cf. Bartholomæus, Barnabas, Barsabas etc.

BĀRIS, f. 3. (Βάρις) ¶ 1. Baris, is, v. eos, nom. loc. — 1.°) Est opp. Pisidiæ, hodie Isbarta. Plin. 5. Hist. nat. 32. 42. (147). circa Barin. — Hinc Barensis v. Baretensis, incola. Patr. Nic. 3. 151. et 2. 152. — 2.°) Item opp. Lydiæ. Patr. Nic. 1. 180. — Hinc Barensis, incola, ibid. 2. 180. — 3.°) Item arx apud templum Hierosolymitanum. Heges. 1. 6. 3. In castro, cui nomen primo Baris, postea Antonia fuit ab Antonio - triumviro donata appellatione cum urbis dignitate. ¶ 2. Baris, idis, cogn. mul. Corp. I. L. 6. 28812.

BĀRĬUM, ii, n. 2. (Βάριον Ptol.). — a) Forma Bariæ, arum, f. pl. 1., exstat in Corp. I. L. 5. 2381., 1. 10 (a. 153-156). — Beroes in Itin. Burdig. p. 609. — Varia in Itin. Ant. p. 117. et 119. — b) Paul. Fest. p. 24. Barium - appellarunt conditores ejus expulsi ex insula Bara (al. Barra). Alii ducunt a Bariona, pirata, oppidi conditore, a. U. C. 540; alii a Βᾶρις (V. H. Steph. Thes. L. Gr., coll. Ann. Inst. arch. a. 1848. p. 109. sq.); alii aliunde: omnia incerta.

Barium, oppidum Peucetiorum Apuliæ, in via Trajana ad mare, trib. Claudia, hodie Bari (Cf. Nissen, Ital. Landesk. II. 859). Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (102). Barion, ante Japix a Dædali filio, a quo et Japigia. Horat. 1. Sat. 5. 96. «via pejor adusque Bari mœnia piscosi». Piscosum dum nominat, locum mari adjacentem notat (Ritter): vel ita, quia maritimum, vocat. Adde Liv. 40. 18., Mel. 2. 66. — Tac. 16. Ann. 9. Municipio Apuliæ, cui nomen Barium est. — Guido p. 506. Barium, quæ et Monopolis. — Bario illustrando inserviunt Inscripti., quas edidit Momms. nn. 599-615 (Corp. I. L. 9. 282-306) et Eph. epigr. 8. 71. — De ejus nummis V. Eckhel 1. p. 141. et Head, 45. — Hinc Barinus, a, um, adject. Inscr. apud Marin. Fr. Arv. p. 330.

BARNĀBĀS, æ, m. 1. Βαρνάβας, filius consolationis (Act. 4. 36. υἱὸς τῆς παρακλήσεως). Hieronym. nom. Hebr. 67. «Barnabas, filius prophetæ aut filius venientis, aut, ut plerique putant, filius consolationis». Et sane fuit Ecclesiæ nascentis consolator. At hæc significatio petenda est ab Aram. neoah, «solatus est» mutata litt. o in β, ut a Græcis fieri solet, unde nabas, h. e. παράκλησις. Ita etiam Cotelar et Klostermann. Non tamen improbandum etymon Bar nebhû'âh, i. e. filius prophetæ seu propheta v. præco divino afflatu instinctus; παράκλησις enim est etiam hortatio, admonitio. — Pænultimam produxit, sed licenter, Mant. V. Lanfranchi, Lex. P. p. 86.

Barnabas ¶ 1. Fuit vir Cyprius, ex tribu Levi, nomine Joseph, ab Apostolis ita cognominatus (Act. loc. cit.), qui sane magnam partem habuit in euangelio prædicando (Ibid. 9. 27.; 13. 1. et alib.), fortasse unus ex septuaginta Christi discipulis (Clem. Alex. strom. II. 20. et Eus. H. E. 1. 12) et comes s. Pauli. De eo Vulg. Act. 4. 36. Barnabas quum haberet agrum, vendidit eum et attulit pretium et posuit ante pedes Apostolorum. Id. ibid. 11. 24. erat vir bonus et plenus Spiritu sancto et fide. et ibid. 13. 1. propheta et doctor. et 14. 13., coll. 4. etc., 1. Cor. 9. 6., coll. Gal. 2. 9. apostolus. Inscr. chr. apud De Rossi II. p. 188. n. 22. apostolicus. — Ab Hierosolymis, ubi morabatur, missus est Antiochiam Syriæ, unde Tarsum abiit secumque adjutorem duxit in hanc urbem, Christianorum copia florentissimam, Paulum jam ad fidem conversum (Act. 11. 22. et 25. sqq.), quos sollertissimos euangelii præcones a se electos Spiritus sanctus segregari et consecrari jussit (Ibid. 13. 2). — Inde Barnabas cum Paulo percurrit Seleuciam et Cyprum, dein Pergen Pamphiliæ, Antiochiam Pisidiæ, Iconium, Lystra, ubi, ob miracula ab iis patrata, Barnabam cives illi putabant Jovem, Paulum vero Mercurium (Ibid. 13-14. 11). — Dein quum Barnabas in apostolica peregrinatione sibi socium Johannem Marcum, consobrinum suum, adjungere vellet, hinc orta dissensione, discesserunt ab invicem, et Barnabas, assumpto Marco, navigavit Cyprum (Ibid. 15. 36. sqq.: cf. de hac dissensione Hieronym. 2. adv. Pelag. 17). Ceterum Paulus Marcum postea comitem voluit, ut colligitur ex Col. 4. 10. quem sibi «utilem in ministerio» dixit 2. Tim. 4. 11. — Porro de postremis tanti apostoli vicibus nihil exstat, nisi quod incertum scimus ex Act. et martyr. Barnabæ in Cypro apocr., Johanni Marco attributis; ubi ille traditur fuisse Cypri episcopus, Romam primum omnium apostolorum venisse, deinde Mediolanum, mox Romam rediisse et hinc Cyprum, ac denique Salaminam profectus ibi martyr occubuisse ejusque corpus an. 488. fuisse inventum, supra pectus gerens Matthæi euangelium Græc. propria manu ab ipso conscriptum (Cf. etiam Biraghi Diss. præmissam Historiæ Dalianæ ed. Mediol. 1848). et Tischendorf in prol. ad Act. Apost. apocr. Lips. 1851. XXVI. sqq.) — Epistolam, quæ dicitur s. Barnabæ, inventam primum in calcem cod. Sinaitici a Tischendorf (Sharpe, ep. Barnab. from Sin. ms. Lond. 1880), genuinam immo et canonicam censuere Clem. Alex. (2. Strom. 6. et alib.) et Origenes (c. Cels. I. 63), quod non propugnavit Cave (Hist. Liter. II. 9. et III. 6), consentientibus Henke, Rördam, Sprinzl, aliis; antiquissimum vero opus putant critici plerique omnes, sæc. II. (a. 120-125) vel potius sæc. I. an. 79 adscribendum (V. Zockler, Handbuch I. 411. ed. Nördling) plurimique habendum, quippe quod plura afferat testimonia ex euangeliis, ex epp. Paulinis et canonicis (Weiss., Einl. N. T. p. 30. et Zeitschr. Wiss. Theol. p. 386). — De ea scripserunt Weizächer (1863), Kayser (1866), I. G. Müller (1869) Riggenbach (1873), Heydecke (1874), Cunningham (1877), Funk (1881), Weiss (1888), Salmon (1889), Bardenhewer (1908); et de Barnabæ vita Braunsberger (1876). ¶ 2. Item presbyter ecclesiæ Hipponensis, quem laudibus exornat et a calumnia vindicat Augustin. serm. 356. n. 15.; et alius, quem sanctum vocat idem Augustin. ep. 8. 126.

BARO, ōnis, m. 3. cogn. vir. Celt. Inscr. apud Grut. 893. 7 (= Corp. I. L. 5. 5503). — Barus (a), nom. Celt. Corp. 3. 5265.

BARŌSUS, i, m. 2. centurio retiariorum tiro. *Corp. I. L.* 6. 631. 5 (a. 177). *Gloss. Philox.* βάκηλος, σοβαρός, stultus, mulierosus, mollis.

BARRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum in Insubria. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 17. (21). « In hoc situ interiit Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos etc. ». *Alii tamen leg.* Parra. — Ejus ruinæ visuntur, ubi mons est Barræ, vulgo *Monbar* (V. *Ferrari* in *Diss.* 9. p. 178). ¶ 2. Item insula ante portum Brundisii. *Mela* 2. 114.

BARRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 9. 6160. — Hinc *Barianus* cogn., *Barratius*, *Baretus* et *Bar(r)onius*, nom. gent.; *Barilla* cogn. et *Barenia*, nom. gent. mul. V. *Corp.* Cf. *Barrus*, cogn. Betutiorum. *Cic. Brut.* 46. 169. Omnium autem eloquentissimus extra hanc urbem T. Betutius Barrus Asculanus, cujus sunt aliquot orationes Asculi habitæ etc. — In plur. num. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 8. — Alii apud *Senec.* 1. *Contr.* 7. 18., *Val. Max.* 7. 8. 8. et *Corp. I. L.* 9. 3455.

BARSĀBĀS, æ, m. 1. (Βαρσαβᾶς [Βαρσαββᾶς], *filius Sabæ*) ¶ 1. Fuit patronym. cujusdam *Josephi*, ex sententia *Euseb.* (*Hist. I.* 12. et *III.* 39) de LXX. discipulis Christi, qui et *Justus* cognominabatur ob insignem sanctitatem et unus ex duobus, in locum Judæ proditoris eligendis per sortes; at « sors cecidit super Matthiam » *Vulg. Act.* 1. 26. ¶ 2. Item alius, cognominatus *Judas*, propheta dictus (*Ibid.* 15. 32) et unus « ex viris primis in fratribus (*Ibid. v.* 22), qui una cum Paulo, Barnaba et Sila missus est ab Apostolis, ut epistolam ferret ad christianos « ex gentibus, qui erant Antiochiæ et Syriæ et Ciliciæ ». *Ibid.* 15. 22. *sqq.*

BARTHŎLŎMÆUS, i, m. 2. Aram. *Bar Thalmai*, Vulg. *Tholmai*, sc. filius Tholmai, non *Ptolemæi*, ut quidam arbitrantur; quamquam Judæi poterunt nom. Θολομαῖος cum Πτολεμαῖος confundere. Ceterum *Thalmai* occurrit *Jos.* 15. 14., 2. *Reg.* 13. 37 (LXX. Θολαμί v. Θολμί) Vulg. *Tholmai* v. *Tholomai* et Thalm. *Bar-Thalmia* v. *Thalmon* (V. *Schöttgen, Hor. hebr.* in *Matth.* 10. 3). Non igitur scribendum *Barptolomæus*, sicut doctis indoctisque græcissatoribus placet.

Bartholomæus, unus ex duodecim Apostolis, fortasse ex Cana Galilææ, ita nuncupatus a patris nomine. *Vulg. Matth.* 10. 3., *Mr.* 3. 18., *Luc.* 6. 14. et *Act.* 1. 13. *Claudian. ep.* 27. Et comes ad bellum Bartholomæus eat. — Plerique censent eundem esse cum Nathanaele, de quo *Joh.* 1. 45-49. Enimvero inter discipulos seu apostolos Christi (*Id.* 21. 2) is enumeratur; aliquando est cum apostolo Philippo conjunctus (*Id.* 1. 45. *sq.* et *Matth.* 10. 3), et cum ceteris apostolis unus tantum ex iis nomine patronymico nuncupatur, sc. Bartholomæus, cui certe proprium nomen esse debuit, nec ex dictis nullus alius esse potuit quam Nathanael (V. *Patrizi* in *Joh. l. c.*; *Le Camus, Vie d. N. S. Jésus-Chr.* t. 1. p. 424. et *alib.*). — Traditur Bartholomæus ad prædicandum Christi euangelium se contulisse in Indiam (dictam *Felicem*, fortasse Arabiam), dein in Phrygiam, Lycaoniam, Armeniam majorem; hic autem ad fidem convertisse Polymium regem ejusque conjugem ac duodecim civitates; at sacerdotes invidia moti Astyagem, Polymii fratrem, in apostolum incendisse perhibentur, cujus jussu excoriatus et decollatus vel cruci affixus, martyrii palmam sit assecutus (*Euseb. Hist. V.* 10., coll. *Martyr. Rom.* not. *Baron. XXV.* aug.). Hæc tamen dubia sunt, ut ex eo arguitur quod documenta sibi aliquando contradicunt (Cf. *Cahier, Caract. d. Saint.* p. 52. et 673., coll. p. 288). — Ejus reliquiæ ex Albanopoli Armeniæ translatæ in ins. Liparim indeque Beneventum et Romam, hic in insula Transtiberina magna populi veneratione asservantur (*Martyr. Rom. l. c.*). — De s. Panteno, qui dicitur apud Indos invenisse euangelium Matthæi syro-chaldaicum, illuc a s. Bartholomæo adlatum, vid. *Eus. l. c.*, coll. *Hieronym. vir. ill.* 36.; et de euangelio s. Bartholomæi apocr. in Decr. Gelasiano vid. *Batiffol* in *Dict. Bibl. Vig.* 1. p. 1472. et *Bardenhewer, Patrol. I.* p. 122).

BARTIMÆUS, i, m. 2. (Βαρτίμαιος) Perperam quidam scribunt *Barthimæus* cum aspiratione. — Vox est hybrida ex Aram. *bar* « filius » et Gr. Τιμαῖος « Timæus », sc. filius Timæi. Sunt tamen qui utrumque derivent ex Aram. בר-טמאא *bar-temá'* « filius impurus fuit », quod minus probaverim; nec facile admittendum est illud *Hieronym. nom. Hebr. p.* 66. « Barsemia filius cæcus, quod et ipsum corrupte quidam Bartimeum legunt »; recentiores namque fere omnes interpretes lectionem veram arbitrantur *Vulg. Mr.* 10. 46. « Et (*Jesu*) proficiscente de Jericho - filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat juxta viam mendicans ». — Quod autem apud *Luc.* 18. 35. dicitur hic cæcus sanatus fuisse a Christo, dum adpropinquaret Jericho, id facile componitur, si existimatur, Christo ingrediente, cæcus clamare cœpisse; egrediente vero, visum recepisse; vel potius si ἐγγίζειν (*Luc. l. c.*) non *adpropinquare*, sed *in propinquitate esse*, ut sonat aliquando, explicatur, quod sive de ingressu sive de exitu potest intelligi. *V.* tamen interpretes.

BĀRŪCH, indecl. m. (Hebr. *Bārûk* « benedictus »; *LXX*. Βαρούχ) ¶ 1. Fuit filius Neriæ (*Bar.* 1. 1), illustri genere, de tribu Simeonis, frater Saraiæ, principis in aula Sedeciæ regis, amicus et scriba Jeremiæ et prophetæ, auctor libri deuterocanonici, ipsius nomine inscripti. Memoratur *Vulg. Jer.* 32. 12., 36. 4. 32. et *alib.* sæpe; *Bar. loc. cit.*, *Hieronym. nom. Hebr.* p. 53., *Optat.* 7. 1., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 33. *Itin. Theod.* 6. Baruc. — Scripsit Baruch « ex ore Jeremiæ omnes sermones Domini, quos locutus est ad eum Dominus » (*Jer.* 36. 4), id est « omnia verba, quæ locutus est Dominus adversus Israel et Judam et omnes gentes ex diebus Josiæ usque ad diem hanc » (*Id. ibid.* 3). Hæc vero scripta quum Joachim rex combussisset, eadem denuo Jeremias Baruch dictavit et « sermones alios multo plures » (*Id. ibid.* 3-32). — Quum Jeremias ægre (*Id.* 43. 3) in Ægyptum duceretur, Baruch eum secutus est; quo vita functo, secum asportans exemplar epistolæ Jeremiæ, ubi suos hortabatur propheta ad confidendum non diis gentium, sed Deo vero, eos ex servitute aliquando liberaturo, Babylonem venit ad fratres suos captivos, ibique, ut Thalmudici scriptores tradunt (V. *Hamburg.*, *Encycl. I. p.* 157), non in Ægypto, obiit an. 576. v. 578 (V. *Kneucker, Das Buch Bar. p.* 2-4). — Scripsit librum prophetiæ (cpp. VI.), in canone libro Jeremiæ conjunctum ita ut quinque prioribus Ecclesiæ sæculis plusquam triginta ex Patribus libro Baruch usi sint, modo huic illum adjudicantes, modo Jeremiæ; attamen cum veteribus hæreticis recentiores quoque critici apocryphis adscribunt *Rothstein* et *Kautz* (*Die Apochryph. I. p.* 213.), quos sequitur *Jacobsohn, Thes. L. L. II. p.* 1758. Sed perperam; nam si olim dubia orta sunt de auctore deque humana libri hujus ac divina auctoritate, eum postea Ecclesia agnovit universa et in canonem sacrorum librorum recepit; nec obstat, ut cuivis sano patet, si quædam ibi narrantur, a ceteris scriptoribus sacris haud tradita; quæ vero videntur secum pugnantia, hæc facili negotio conciliantur (V. *Re, Arch. Bibl. Diz. II. p.* 103. et *Philippe, Lex. Bibl. Vig. II.* 157); ceterum certam fidem facit, quod initio de se testatur auctor (*Bar.* 1. 1): « Et hæc verba libri, quæ scripsit Baruch, filius Neriæ, filii Maasiæ etc. »; nisi contrarium evidenter probetur. — Prophetiæ, partim Messianicæ (Cf. *Bar.* 2. 34. 35.; 4. 37-5. 9. et præcipue 3. 36. 38.), textus originarius fuit Hebraicus, ut ex ipso arguitur auctoris nomine aliisque invictis rationum momentis, quæ longum est referre; translationem vero Græcam, quæ primitivum textum Hebraicum jam deperditum supplet, probabilius videtur ex eodem auctore profectam esse qui Jeremiam græce reddidit (V. *Cornely, Intr. t. II. part. II. p.* 351. *sqq.* et *Knabenbauer, Dan. p.* 444). — Jeremiæ epistola, Baruch prophetiæ adnexa (*Bar. c.* 6), quidquid adversarii blaterent, ea continere omnino dicenda est, quæ optime respondent prophetæ hujus temporibus, ut luculenter evincit cl. *Knabenbauer, Bar. p.* 447. *sq.*, coll. *Vigouroux, La Bible et les découv.* etc. *t. IV. p.* 308. *sq.* et *Brunengo, L'Imp. di Babil.* etc. *I. p.* 71. et *II. p.* 330. — Tres exstant pseudepigraphi huic prophetæ attributi, nempe 1.° *epistola Baruch* ad decem tribus trans flumen (*Fabricius, Apoc. N. T. I.* 147), 2.° *Apocalypsis Baruch* ex Aram. latine reddita a cl. *Ceriani* (*Anecd. sacr.* Milano 1867); 3.° liber epistolæ affinis, a *Dillmann* æthiopice ed. (*Chrestom. æth.* Lips. 1866). — De Baruch ejusque prophetia præter laudatos scripserunt *Wahl, Clavis libr.* etc. Leipz. 1853.; *Reusch, Erklärung d. Buchs Bar.*, Frib.-en-Bade 1853., *Trochon, La St. Bibl.* etc. Paris 1878., *al.* ¶ 2. Item levites, filius Zachai, vir legis servantissimus, qui muris urbis reædificandis operam sedulam dedit (*Vulg.* 2. *Esdr.* 3. 20); cui addas alios ex *eod. ibid.* 10. 6. et 11. 5. ¶ 3. Item nomen Dei. *Iren.* 2. 24. Nomen quod dicitur Deus, quod et ipsum hebraice Baruch dicitur, et duas et dimidiam habet litteras. Adde *Hieronym.* in *Eph.* 1. 3.

BĀSĀN, indecl. Hebr. *Bāshān* = Arab. *bathnah* v. *butháinah* « planities vel solum molle et fertile » (*Wetzstein, Das Hiobskloster in Auran* etc. in *Delitzsch, Das Buch Job* Leipz. 1876., *Anhang p.* 557. *n.* 1); Syr. *Baison;* Arab. *Beisan;* LXX. Βασάν. — Sunt qui nomen idem putent quod *Bethsan* v. *Basan*, dictum a cultu Solis (*Beth-San*, domus Solis); quumque et *Batana* vocatum sit, id a cultu Anæ seu Lunæ sumptum (*Bath-Ana*, domus Lunæ). Porro *Bethsan* oppidum fuit sedes regni; hinc *rex Bethsan* pro *rex Basan* legendum; ex nomine enim urbis fere apud scriptores sacros, potius quam regionis, rex aliquis appellatur. Βασανῖτις (*Basanitis* in Ital. *Deut.* 3. 13) dicitur *Eus.* in *Onom.;* Βαταναία (*Batanæa*) *Jos. ant.* 17. 8.; aliquando vero Γαυλανῖτις *ibid.* 4. 3.

Basan, regio Palæstinæ, ultra Jordanem sita (*Jos.* 17. 5) ad orientem, a montibus Hermon a septentr. usque ad terminos dimidiæ terræ Galaad (*Id.* 11. 4), sc. dimidiæ partis regionis Transjordanicæ, divisæ in Basan et Galaad (*Mich.* 7. 14) a meridie et accuratius usque ad flumen Jabbok vel Jarmuk (*Hieromax*). et ad orientem usque Selcha (Salkhad), cujus hodie a sept. planities Damasci et *Djebel esch - Scheikh*, a merid. *Scheriat el - Menadireh* (Yarmuk), *Djebel ez - Zumleh* et desertum Syriæ; ab or. *Djebel Hauran* et *Ledjah;* ad occ. *Djebel Heisch* confinia essent. Memoratur — *a)* Universim seu proprie. *Vulg. Deut.*, *Num.*, *Jos. Ps.*, *Is.*, *Ezech.* et *alib.* passim. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 16. Basan bruchus sive pinguedo; nam quod interpretari solet ignominia vel confusio, busa dicitur. *Id. sit. et nom. p.* 89. Basanitis (*Basan*), quæ nunc Batanea dicitur (*et p.* 126. Batanæa). *Itin. Silv.* 12. 8. Og regis Basan (*civitas*), quæ nunc dicitur Sasdra. Adde *Hilar.* in *Ps.* 67., *Cassiod.* in *Ps.* 67., *Eucher. instr.* 1. *p.* 95. — *b)* Tropologice, symbolum est vitæ voluptuariæ vel crudelitatis vel potentiæ. *Vulg. Am.* 4. 1., *Ps.* 21. 13., *Ezech.* 34. 18. — Celebratur ob pascua opima pecudumque ubertatem et quercuum excellentiam *Deut.* 32. 14., *Am. loc. cit.*, *Ezech.* 39. 18. et *alib.*; hinc *tauri pingues* [hebr. *Bashan*] *Ps.* 22. 15); *carnes et sanguis taurorum et altilium et pinguium* (hebr. taurorum et bubalorum *Bashan; quercus de Basan* (*Ezech.* 27. 6., coll. *Is.* 2. 18), navibus ædificandis aptissimæ (*Ezech.* 27. 6). — Erat Basan regio montana, feris abundans (*Deut.* 33. 1) et plana, colliculis tamen referta, ad quos alludit Psaltes (*Ps.* 22. 16-17. hebr.) mons Basan, mons Dei (*sc.* præaltus), mons colliculorum (*Vulg.* coagulatus), fortasse Antilibanus. — Antequam Hebræi ea regione potirentur, degebant ibi Amorrhæi, quos præcesserant homines statura gigantea; hinc *Deut.* 3. 13., coll. 11., et *Gen.* 14. 5. Cuncta Basan vocatur terra gigantum. — Obtigerat autem Basan dimidiæ tribui Manasse (*Ibid.* 3. 13); quam deinde terram sibi totam subjecit David, quando « Syria facta est ei serviens sub tributo » (2. *Reg.* 8. 6). Mox sub Salomone Basan et Galaad unam constituerunt provinciam (3. *Reg.* 4. 19) usque dum varias post vices (4. *Reg.* 10. 33. et 14. 25) ab Augusto imp. hæc regio Herodi M. concessa est. *Jos. ant.* 15. 10 (V. *Porter, Damasc. II.* Lond. 1865., *Wetzstein, Reiseber.* etc. 1860. et *Burton, Drake Syr.* 1872. — Hinc *Bassămes* (litt. *s* geminata), incolæ. *Cypr. Gall.*, *Jos.* 414. Basamum (Basamum *B*) rector Ocum (*h. e.* Og) dixere vetusti etc.

BĀSĀNĪTIS. *V.* voc. præc.

BASIĀNI, ōrum, m. plur. 2. hæretici anthropomorphitæ, de quibus *Facund. Herm. def. trium cap.* 8. 7. et quorum nomen abolitum est cum hæresi. — *Vadianos* v. *Valdianos* eos vocat *Augustin. præd.* 1. 30. — Rectius vero *Adianos* appellat *Prosp. chron. I. p.* 458.; ab Audeo enim (Αὔδιος) nomen acceperunt, dein varie corruptum. Sic *Hieronym. chron.* a. Abr. 2357. Audeus in Syria, a quo hæresis Audiana.

BĂSĬLĬA, æ, f. 1. (Βασίλεια, *regia*) ¶ 1. In titulis, etiam *Basilea*, cogn. mul. *Corp. I. L.* t. 1699. et 6. 8927., quod transit in nom. gent. *Ibid.* 1698. — De Sextia *Basilia* V. SEXTIUS. ¶ 2. Apud geographos — *a) Basilia* et sæpius *Basilea*, oppidum Helvetiorum, hodie *Basel*, apud *Ammian.* 30. 3. 1. — *b)* Item oppidum Galliæ Belgicæ. *Itin. Ant. p.* 364. — *c)* Item insula. *V.* BALTIA.

BĂSĬLĬA, ōrum, n. plur. 2. V. hanc voc. in *Lexico*.

BĂSĬLĬĀNI, ōrum. *V.* BASILIUS.

BĂSĬLĬĀNUS, a, um, adject. (Βασιλιανός) ad Basilium aliquem spectans. *Cassiod.* 8. *Var.* 17. 5. Basiliana familia. *Tab. Velej.* (*Corp.* 11. 1147) 1. 88. fundus.

BĂSĬLĬĀNUS, i, m. 2. cogn. *Corp. I. L.* 12. 5768 (christ.).

BĂSĬLĬCA, æ, f. 1. adject. a *basilicus*, substantive usurpatum ex communi, quod ædem vel porticum significat magnifice exstructam; sed proprie occurrit cum additis sive in Urbe, ut *Basilica Æmilia*, *Argentaria*, *Constantiniana*, *Fulvia*, *Julia*, *Opimia* etc., quas *V.* suis locis; vel extra Urbem in municipiis et coloniis, ut *Basilica Vascularia*, Vejis, in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 7218., *B. Sulpiciana*, Cære, in *alia* apud *Orelli n.* 3782. etc. — Item apud christianos templa cum additis, ut *Basilica s. Mariæ* in valle Gessemani v. Josaphat, in *Itin. Ant. Plac. rec.* A 9. 17.; *B. s. Petri*, Romæ, *Hieronym. ep.* 77.; *B. Lateranensis*, Romæ, *Avell. p.* 76.; *B. Aurea*, apud *Greg. M. ep.* 2.; *B. mm. Vicentii, Agnetis et Eulaliæ* in Gallia, *Corp. I. L.* 12. 4318 (*a.* 455) aliæque plurimæ, in diversis regionibus v. oppidis, quas *V.* suis locis. — Item mutationes vel stationes, ut *Ad Basilicam*, statio Mauretaniæ Sitifensis. *Itin. Ant. p.* 40. et *Tab. Peut.* 5. — *Ad Basilicam Diadumene*, statio Numidiæ. *Tab. Peut.* 3.

BĂSĬLĬCUS, a, um, adject. (Βασιλικός, *regius*). Hinc *Basilicus sinus*, in Ionia, hodie *Basilicus Bag*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (112). et *Mel.* 1. 16. 17., ubi tamen videntur hunc distinguere a sinu Iassico, quum uterque ad unum redigatur (V. *Tzschuck* ad *Mel.* 1. 16. et etiam *Rennell, Geogr. of West. As. II.* 39., qui cum *Kasikli* idem putat). — Absolute

Basilicus, *i*, m. 2. ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 16962. — Singulare in *alia* chr. apud *Mai, Coll. T.* 5. *p.* 367. 4. BASILICO IN PACE. — *Basilice (ea)*, nom. mul. *Corp. I. L.* 6. 15200. — Cogn. 20298. IVLIAE BASILICENI LIB. (*dat.*) — Singul. 12. 3463. ¶ 2. In litteris — 1.°) Fuit quidam Gnosticus. *Rufin.* 5. *Hist.* 14. 3. Duo principia introducunt Potitus et Basilicus (*al.* Basiliscus). — 2.°) Item presbyter et archimandrita. *Conc. Cpolit.* a. 536 (*Mansi* 8. *p.* 1058)

BĂSĬLĬCUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

BĂSĬLĪDÆ, arum, m. plur. 1. *V.* voc. seq. in fin.

BĂSĬLĪDES, æ, et is, m. 1. et 3. (Βασιλείδης v. Βασιλίδης) patronym. a *Basilius*. — Sæpius usurpatur *Basilides*, *is*, cum acc. in *em* et *en*. — Penultima syllaba, respectu habito ad Græcam alteram formam, potest esse brevis; nullius tamen auctoris exemplum subit.

Basilides ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.°) Fuit sacerdos quidam montis deique Carmeli, cujus responsum Vespasiano imp. sacrificanti refert *Tac.* 2. *Hist.* 78. — Apud *eund.* 4. *ibid.* 82. alius, quem *Tac.* virum e primoribus Ægyptiorum dicit; *Sueton.* vero *Vesp.* 7. libertum appellat (!). — 2.°) Item philosophus Scythopolitanus, Veri Cæsaris præceptor. *Hieronym. chron.* ad an. Abr. 2165., coll. *Cassiod. chron. II. p.* 142. — 3.°) Item hæresiarcha Gnosticus in Syria, unde oriundus videtur (*Epiph. hær.* 1. 3. et 4), Alexandriæ Ægypti commoratus temporibus Hadriani imp., Menandri discipulus ac doctrinis ejus imbutus et Pythagoræ, Simonis, Hebræorum atque Christianorum, ex quibus suam γνῶσιν seu potius miscellanea concoxit. De eo *Augustin.* 2. *c. Advers. leg. et proph.* 40. « Hic primus apertius ausus est dicere, Deum, quem gens Judæa coluit, non fuisse verum Deum ». *Prosp.* in *Chron.* (coll. *Iren.* 1. *hær.* 24. et *Tertull. Præscr.* 46. « Is CCCLXV. cælos esse credebat, quo numero dierum annus includitur. Unde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est *Abraxas*, quia hujus nominis litteræ secundum supputationem Græcam eundem numerum complent ». Præterea docebat, malum ex commixtione spiritus et materiæ oriri; peccatis omnes esse obnoxios, atque adeo ipsum Christum, qui venerat ad hominem liberandum ab illorum spirituum tyrannide, a quibus mundus fuisset creatus; animas de corpore in corpus transmigrare ad sua peccata expianda, multaque alia absurda ac deridicula, quæ a veteribus traduntur confuse; constat enim alia referri ab *Irenæo* (*adv. hær. I.* 24), alia ab *Hippolito* (*Philos. VII.* 20-27. etc.), ob fontium diversitatem, unde rem hauserunt (Cf. *Bardenhewer, Patr. I. p.* 94. *Ilgenfeld*, *Ketzergesch. p.* 195-232.; *Uhlhorn, Basil. Syst.* Gött. 1855.; *Hofstede de Groot, Basil.* Leipz. 1868. *Amelineau, Essai sur le gnost. égypt.* Paris 1887). Porro « luxuriæ et turpissimorum complexuum magistrum » eum vocat *Hieronym. adv. Jovin.* 2. 37. — Basilidi adscribitur *Euangelium sec. Matthiam*, ex quo apostolo ipse ejusque filius Isidorus sua documenta, ore vel scriptis evulgata, se sumpsisse dictitabant; item XXIV. libr. *Exegetica* inscripti et *Euangelium Basilidis*. Illud vero notatu dignum est, eum omnium primum citavisse loca ex euangelio *s. Johannis* (sc. 1. 9. et 2. 4), quod quidem quarti euangelii auctoritati tam humanæ quam divinæ firmandæ inservit (*Abbot, Author of the IV. Gospel p.* 83-87). — Horum operum fragmenta colleg. *Grabe, Spicil. Ss. Patr. et hær.* etc. Oxford, p. 35-48. et 64-68.; *Massuet*, ed. *Iren. adv. hær.* Paris 349. *sqq.* et 351 *sqq.* et illustravit *Zahn, Gesch. d. neutest. Kan. I.* (1888-1889) 763-774. — De eo videsis etiam *Kennedy, Buddist gnost. The syst. of Basil.* 1902 (*Journ. of the r. as. society*). — Hinc *Basilidæ*, Basilidis sectatores. *Rufin.* 4. *Hist.* 22. 5.; item *Basilidiani*, de quibus *Augustin. hær.* 4. « Hos Ecclesia ut energumenos computans non atterando, sed projiciendo damnavit. ¶ 2. In titulis cogn. — *a)* Masc. *Corp. I. L.* 11. 208 (*Ravenn.*). — *b)* Fem. *Alis* apud *Murat.* 1661. 12. — Nom. sing. *Corp. I. L.* 6. 10699.

BĂSĬLĪDĬĀNI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Basilidis hæretici sectatores. *V.* voc. præc. ¶ 2. Item populus Scythiæ. *Mela* 2. 4.

BĂSĬLĪNŎPŎLIS, is, f. 3. (Βασιλινόπολις) oppidum Bithyniæ. *Liberat. Brev.* 18. *V.* voc. seq. — *Basilinopolitani*, incolæ. *Conc. Chalc.* a. 451 (*Mansi* 7. 307).

BĂSĬLĪNUS v. Basilinus, i, m. 2. nom. martyris cujusdam. *Martyr. Hier.* 10. K. Jan. — *Basilina* (Βασιλῖνα), mater Juliani imp. *Ammian.* 25. 2. 28., coll. *Julian.* in *Misopog.*, a qua opp. *Basilinopolis* denominatum est (*Heg.*).

BĂSĬLIS, idis, m. 3. (Βάσιλις, *regalis*), scriptor quidam rerum Indicarum, memoratus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (183). et inter fontes suos in *Elench.* 1. 6. — In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 27849. — Etiam nom. mul. (Βασιλίς). *Ibid.* 15367.

BĂSĬLISCUS, i, m. 2. (Βασιλίσκος, demin. a βασιλεύς, i. e. *regulus*) Scribitur etiam *Baseliscus* in *Corp.* 5. 5685.

Basiliscus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit senator, consul cum Herminerico a. 465. et 476. et imperator a. 475-476., Zenone expulso, plenius *Flavius Basiliscus* (*Inscr. chr.* apud *De Rossi I.* 818. et *Corp. I. L.* 5. 5687). Memoratur etiam in *Chron. Marcell.* et *Vict. Tonn.*, *Ennod. dict.* 6. 8., *Jorn. Rom.* 337. et *alib. Anon. Vales.* 9. 41., *Avell.* 95. 43. *p.* 384. 22. (*Gelasius*) Basilisco tyranno et hæretico. — Bello contra Gensericum feliciter gesto, ab hoc subornatus Zenonem imp. in Isauriam detrusit seque Constantinopoli Augustum proclamavit; sed, rebus mutatis, Zeno imperium recuperavit suumque proditorem cum familia in oppidulo Leminis Cappadociæ fame enecuit. *Marcell.* in *chron.* ad a. 475. et 476. — De ejus nummis vd. *Eckhel* 8. *p.* 204. Adde *Inscr. numm. Sabatier I.* 143. 1. — 2.°) Alii, ut: martyr in Comanis, *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 18. et *Marcell.* in *chron.* ad a. 408.: episcopus Sardicensis, *Facund. c. Moc. fin.*: subdiaconus ecclesiæ Rom., legat. Zosimi pont. in Africam a. 414. hæresis Pelagianæ causa, *Paul. Med. adv. Cæl.* 4.: episcopus Cyzicenus metropolitanus, *Conc. Const.* a. 536 (*Mansi* 8. 1048) etc. ¶ 2. In titulis in nom. transit serv. et cogn. sive ingenuum sive libertinum. *Inscr.* apud *Labus, Mon. di Canturio p.* 49., *Corp. I. L.* 5. 7498. — *Cic.* 5. *Verr.* 11. 25. Cn. Pompejus Basiliscus (*civis Mamertinus*).

BĂSĬLISSA, æ, f. 1. (Βασίλισσα, *regina*) cogn. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5898 (= *C. I. L.* 9. 3237). — Fuit hoc nomine martyr, cujus meminit *Venant.* 8. *carm.* 6. 35.; ubi tamen alii leg. *Blesilla*, sed mss. favet *Beda Ven.*, qui integrum versiculum in *arte metrica* citavit.

BĂSĬLĬUM, ii, n. 2. (Βασίλιον) nom. hypocorist. *Corp. I. L.* 9. 842 (*Luceriæ*). - *Corp.* 13. 674 (*Burdig.*) Basileum.

BĂSĬLĬUS, ii, m. 2. (Βασίλειος, *regius*) nom. vir. Gr. — *a)* Orthogr.: Scribitur etiam *Bassilius*, duplici *s*, in *Corp. I. L.* 8. 5467.; unde *fundus Bassilianus* 11. 1147 (*Velej.*). V. *Schulze, Eigenn. p.* 447. — *Basileus* in libris. *Hieronym.* in *chron.* a. Abr. 2337., *Greg. Tur. gl. mart.* 22., *Greg. M. ep.* 9. — *Basilæus* in *C. I. L.* 6. 1058 (*a.* 210). — *Basilyus* in *Conc. Const.* c. 536. — *Basilas*, Gr. Βασιλᾶς, ex Βασίλειος, contr. more Alexandrinorum. *Inscr.* apud *Orell. n.* 4765. — Cf. *Basilus* (*Basillus*), nom. vir. *Corp. I. L.* 5. 8546. *V.* BASILUS. — *b)* Declin.: Genet. *Basili* pro *Basilii* in *Inscr. Corp.* 6. 31997. — *c)* Prosod.: Licenter *Băsīlius* apud *Venant.* 1. *carm.* 7. 7. et *Băsĭlius* 4. *ibid.* 18. 6. et *Carm. epigr.* 1835. 3. et *Băsĭlēus* in princ. hexametri, *ibid.* 548. 7. — *Basileus* quadrisyll. in iambis. *Carm. epigr.* 108. 3 (v. adn. *Büch.*). — *d)* Etymon est a βασιλεύς proprie adj., *regius*, sc. vir, i. e. rex (de cujus origine Ion. βα (βόσκω), *pasco*, et λευ = λαο, *populus*, v. Ind. λαFα, *saxum*, disputant *Curt.*, *Meyer, Kuhn*).

Basilius ¶ 1. In titulis — *a)* Forma *Basilius*: nom. gent. *Corp.* 6. 13619. et *Bassilius* 8. 6867. — Sing.: *C.* 6. 11605. — Etiam cogn. *C.* 9. 1820. — In plur. num. *C.* 8. 9278(*Mauret., descr.*) DIDIORVM VENANTI BASILIORVM (ad famil. cons. a. 508. refert *De Rossi*, v. adn.). — *b)* Forma *Basileus*, cogn. et nom. *Corp.* 6. 1057 (*a.* 210). et 5839. — *Basilæus*, c. 6. 1058 (*a.* 210). — Sing.: 8896. — *Basilia*, cogn. mul. *V.* suo loco. — ¶ 2. Apud auctores, ex præcipuis memorantur — 1.°) Ex civili ordine — *a)* Valerius Maximus Basilius, præf. urb. a. 319-322. *V.* VALERIUS. — *b)* Basilius, comes sacrarum largitionum per Occidentem, præf. urb. a. 395. *Cod. Theod.* 4. 20. 1. et *Symm.* 10. *ep.* 34. (alius comes *ibid.* 11. 12. 4. a. 407) — *c)* Flavius Basilius junior, dictus etiam *Anicius Faustus Albinus*, novissimus privatorum, qui consulatum gererent, cos. a. 541., in titulis passim (Cf. tamen *De Rossi, Inscr. chr. I.* 492. et *Lib. pontif. p.* 153. 14. *Momms.*). — *d)* Basilius, Bacaudarum dux in Hispania, de quo *Hydat. chron. II. p.* 25. ad a. 449. — *e)* Basilius « agens vices præcellentissimi regis Odovacris », patricius et præf. prætorio. *Conc. Rom.* a. 502. *p.* 445. 4. — 2.°) Ex sacro ordine — *a)* Basilius, ob insignem sanctitatem ac sapientiam cognomento *Magnus*, episcopus Cæsariensis, cœnobiarcha, orator et scriptor eximius, Ecclesiæ catholicæ doctor, natus Cæsareæ in Cappadocia a. 331 (al. 326. v. 329., v. 330) ex nobili genere, patre Basilio, matre Emmelia, Macrinæ filia (*Greg. Naz.* in *Or. s. Basil.* et *ep.* 8. *ad Basil.*). Memoratur *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 36. Basilius totius orbis lumen. *et* 6. *ibid.* 37. magnus. *Gaudent. serm.* 17. summus sacerdos ac beatus confessor. *Hieronym.* (*ep.* 70. et *vir. ill.* 110. *et alib.*) in *chron.* a. Abr. 2392. clarus. *Augustin.*

c. Jul. 1. 5. et Oros. comm. 3. sanctus. Rursum Cassiod. inst. div. 1. a. 7. doctissimus pater. — Rudimenta litterarum ab ipso patre, Neocæsareæ in Ponto rhetore egregio, edoctus, adulescens scholas frequentavit Antiochiæ et Constantinopolis, ubi Libanium audivit; dein Athenis magistro usus est Himerio et Proæreso, ubi familiarem habuit Gregorium Nazianzenum et condiscipulum Julianum apostatam (Rufin. 2. Hist. Eccl. 9), ab utroque in studiorum palæstra sæpe devictum. — Hinc quadriennio exacto (a. 351-355), Cæsaream rediit ibique rhetoricam professus est (Cassiod. 6. Hist. trip. 37); sed brevi, animo ad vitam solitariam proclivi obsecundans, celebria Libyæ, Ægypti, Palæstinæ, Mesopotamiæ cœnobia invisit; postremo ad Neocæsaream in solitudinem quamdam secessit prope monasterium s. Macrinæ, ubi monachorum vitam degens aliis quoque, inter quos fuere Petrus et Naucratius, ejus fratres, hanc vivendi rationem suasit ac regulas (longiores 55.: ὅροι κατὰ πλάτος, et breviores 313: ὅροι κατ' ἐπιτομήν) composuit, ita ut pater monachorum seu potius cœnobitarum habitus sit in Ponto et Cappadocia nomenque serius ab eo Basilianorum ejus asseclis factum sit (Cassian. inst. præf. et alib.); unde contigit, ut ejus cum verbis tum exemplis «brevi permutata sit totius provinciæ facies» (Rufin. 2. Hist. Eccl. 9). — Presbyter an. 364. consecratus ab Eusebio Cæsareæ episcopo, huic paulo post functo, sanctitatis et doctrinæ fama ubique celebratus, an. 370. successit; quo in munere virtutum pastoralium lumine plurimum enituit, non solum in grege suo regendo, sed in aliarum ecclesiarum discordiis sedandis, e schismate Meletiano exortis (Liberat. brev. 3); in primis vero invictæ fortitudinis contra Valentem imp., Arianorum fautorem, qui exsilii decretum in sanctum antistitem, fidei Nicænæ præfracte adhærentem, scripturus, ejus constantiæ ac prodigiis, Deo pro illo militante, cedere coactus est, aliaque præclara gessit, ab historicis de tanto viro memoriæ tradita. Denique meritis cumulatus obiit, decimo episcopatus anno (379) ineunte, ac tam incredibili apud omnes existimatione, ut Gregorius Nazianzenus dicere non dubitaverit, quosdam eum non solum in minimis sibi imitandum proposuisse, sed etiam in iis, quibus laborabat, corporis mendis (Orat. 43. in laud. Bas. M. n. 38). — Scripta reliquit δογματικά: contra Eunomium libr. V (a. 363-364: vd. Hieronym. vir. ill. 116); sed duos postremos cl. Bardenhewer cum aliis criticis viris alicui recentiori tribuit; immo Draeseke adjudicat Apollinari, Funk vero et Krüger Didymo; item de Sp. Sancto (a. 375) et adversus Manichæos, quod opus intercidit (Augustin. c. Julian. I. 16); - ἐξηγητικά: IX. Homil. in Hexæm., Gen. I. 1-26 (Mign. XXIX, 3-208), et XV. in Psalm. (XXIX-XXX), præter quasdam De opificio hominis et de Paradiso (XXX) et in Ps. 115 (XXX. 104-116), quæ nunc spuriæ habentur; item fragmenta in aliquot Psalm., a cl. Pitra edit. (a. 1888); item Comm. in Is. cpp. I. XVI (XXX), si tamen genuinum est; et Comm. in Job, quod ætatem non tulit; - ἀσκητικά: collect. sermonum (XXXI. 619-1428), quibus præmittuntur tract. de militia Christi, de excellentia vitæ monachorum (βίος τ. μοναχῶν) eorumque officiis: accedunt, ut proœm. ad præcepta moralia (τὰ ἠθικά), i. e. 80. regulæ (ὅροι), alii duo de judicio Dei (περὶ κρίματος θεοῦ) et de fide (περὶ πίστεως). Alia hæc pertinentia nunc ei abjudicantur, sive græce sive latine conscripta (Bardenhewer, II. p. 55). Postremo inter alias Homilias germanæ existimantur XXIV. Homiliæ (XXXI. 163-618), partim δογματ. et ἀσκητ., partim vero ἠθικ. et ἐξηγητ., quas inter eminent Hom. κατὰ τοκιζόντων (Hom. II. in Ps. 14. XXXX. 263-280) et πρὸς τ. νέους ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων (XXXI. 563-590); ad hæc epistolæ a Greg. Nazianz. collectæ quamplurimæ (XXXII. 219-1110), quarum «in certamine victus sum, inquit Libanius: Basilius est qui me vicit» (Basil. opp. III. ep. 145). At nunc adulterinæ censentur epp. Basilii ad Libanium et Libanii ad Basilium (n. 335-339); dubiæ vero epp. inter Basilium et Julianum Apostatam (n. 39-41. et 360). Adde Liturgiam Basil. (XXXI. 1629-1678) græca et coptica lingua exaratam, quam tamen integram haud facile dixeris. — Quæ quidem opera omnia ita laudat Photius «Basilius præstantissimus est in libris omnibus. Persuadendi vim necnon jucunditatem cum perspicuitate amat, et oratio ejus fluit tamquam e fonte rivulus» (Cod. CXII). — Eorum editionem omnibus numeris absolutam adornarunt PP. Maurini (a. 1721-1730. Paris. 3. vol. fol.), item locupletiorem refecit Migne (P. gr. XXIX-XXXII. Paris. 1857) et nuperrime Kaplanidas: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρ. ἡμ. Βασιλ. τὰ εὑρισκόμενα πάντα κατὰ τὸν Μίγνιον etc. 8.° Athen. 1900. — De Basilii vita, doctrina et operibus scripserunt præter veteres Greg. Naz. (Or. XX. et epigr. XII. apud Lambec Bibl. Vind. VIII. p. 366); Greg. Nyss. (Opp. II. p. 911); Ephrem Syr. (Coteler, Eccl. Gr. Mon. III. p. 54) et Anonym. (Combefis, Bibl. conc. VII. 9), al., etiam multi ex recentioribus, quos inter memorantur Feisser (1828), Jahn (1838), Doergens (1857), Schürmann (1862), Martin (1865), Fialon (1865), Bœhringer (1875), Smith (1881), Scholl (1881), Kranisch (1882 et 1896), Berger (1897-98), Allard (1899), Unterstein (1903). — b) Basilius presbyter ecclesiæ Anagranæ, «vir studiosus, circa dogmata probatus, dum vixit Constantius, restitit Arianis». Cassiod. 6. Hist. trip. 14. — Juliano imp. christianos insectante, ob mirificum ejus studium constantiæ in fide inter christianos palam publiceque fovendæ, tyranni jussu comprehensus ac fortiter tormenta perpessus martyr occubuit (Id. ibid., coll. Sozom. H. E. 5. 10).

BĀSĬLUS, i, m. 2. (Βάσιλος) Scribitur etiam Basillus duplici l (V. BASILIUS init.). ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Ita cognominatus fuit L. Minucius, unus ex conjuratis in Julium Cæsarem, de quo Cic. 3. Off. 18. 73. — 2.°) Item dux Cæsarianus in bello civili. Oros. 6. Hist. 15. 7. Basilus et Sallustius (Cæsariani duces) — 3.°) Item orator ætate Juvenalis. Juvenal. 7. 145. Basilus, rara in tenui facundia panno. — 4.°) Apud Cic. 7. Att. 9. Quinctius - ad bustum Basili vulneratus et spoliatus est (Cf. Ascon. Mil. p. 50. Monumentum Basili, qui locus latrociniis fuit perinfamis). ¶ 2. In titulis, cogn. Corp. I. L. 5. 8846.

BASSANĬA, æ, f. 1. oppidum Illyriæ, V. mp. ab Lisso. Liv. 44. 30. — Bassanites (vulg. Bassanitæ), incolæ. Id. ibid.

BASSĀRA, æ, f. 1. V. BASSAREUS.

BASSĀRES. V. BASSARIS.

BASSĀREUS, i, m. 2. (Βασσαρεύς) trisyll., cogn. Bacchi, quod alii ducunt ab Hebr. bâtzar «vindemiavit»: quasi vindemiator; alii vero a βαττάρεύς «blæsus»; alii denique a genere vestis, teste Porphyr. (Horat. loc. cit.): unde et ipsæ Bacchæ Bassarides appellantur (V. BASSARIS). Schol. Hor. ibid. Bassareus dictus et Liber pater a genere vestis Baccharum -; vestis enim genus est usque ad pedes demissæ, dicta a Bassara, loco Lydiæ, ubi fit. Memoratur Horat. 1. Od. 18. 11. candide Bassareu. Bass. gramm. VI. 255. 16. Lyæe, Bassareu, bicornis, Mænalie etc. (Cf. Macrob. 1. Sat. 18. 9). Adde Pers. 1. 101.

BASSĀRĬCUS, a, um, adject. (Βασσαρικός) idem ac Bacchicus. Propert. 3. 17. 30. Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. — Bassaricum metrum appellatur, «quod - post tres bacchios postremo pæone concluditur. Mar. Victorin. gramm. VI. 98. 8.

BASSĀRIS, idis (is), f. 3. (Βασσαρίς) nom. — a) Est Baccha. Nero Imp. Pers. 1. 101. Bassaris - euhion ingeminat. Schol. Pers. ad h. l. (Jahn). Bassaris, ipsa Agaue, a qua Bassarides omnes Bacchæ dictæ sunt. Senec. Œd. 432. te (Bacche) Bassaridum comitata cohors. Avien. Arat. 627. Bassaridum impia dextera (in Orpheum). et orb. 887. Indica agmina. Sidon. 22. 37. Bassaridas, Satyros, Panas Faunosque. — Schol. Arat. lat. p. 232. Bassares - dissipaverunt eum (Orpheum).

BASSĬĀNUS v. Bassianus, i, m. 2. (Bassius) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) M. Aurelius Antoninus, vulgo Caracalla, a patre Severo Septimio ita cognominatus. Capitolin. Opil. 8. et M. Aurelius Antoninus, vulgo Heliogabalus, apud eund. 2. V. AURELIUS. — 2.°) Item avus Heliogabali imp., de quo Aur. Vict. epit. 23. — 3.°) Item dux Romanus, Cæsar a quibusdam habitus, maritus sororis Constantini M. Origo Const. 5. 14. chron. I. p. 8. 28. — 4.°) Item episcopus Laudensis, sanctitate conspicuus, de quo Ambros. ep. 4. et Paulin. vit. s. Ambros. 47. — 5.°) Item vir memoratus in Act. Arv. a. 213. 4. M. Julius Gessius, quem imp. Severum Alexandrum esse suspicatur Rhoden. ¶ 2. In titulis. V. BASSUS in fin.

BASSĬUS, ii. V. voc. seq.

BASSUS, i, m. 2. (bassus: cf. Prob. inst. art. 115. 30) cogn. in gente Anicia, Annia, Asinia, Aufidia, Cæcilia, Cæsellia, Cæsia, Calpurnia, Gavia, Jovia, Julia, Junia, Læcania, Lucilia, Masonia, Nonia, Pomponia, Saleja, Silacia etc. — Compendia: Bas. et Bass. sæpius.

Bassus ¶ 1. Apud auctores, hujus nominis — 1.°) Fuerunt consules, præfecti Urb., pontifices etc. Cod. Greg. 2. 3. 1.; Plin. 10. ep. 21. et 4. 15.; Poll. XXX. tyr. 9., coll. Vopisc. Aur. 18.; Spartian. Sev. 8.; Cod. Just. 7. 57. 7. et Theod. 1. 5. 3. et 16. 2. 17. — 2.°) Item scriptores: — a) Bassus, nobilis iamborum scriptor, contubernalis Ovidii Nasonis. Ovid. 4. Trist. 10. 47. Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambo. Cf. Propert. 1. 4. 1. et 12. — b) Bassus, poeta tragicus, sed dignus, qui sua carmina videat undis aut flammis destructa, teste Martial. 5. 53. «Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten? quo tibi vel Nioben, Basse, vel Andromachen?» — c) Lollius Bassus, poeta Græcus, Smyrnæus. Propert. 1. 4. — d) Sepullius Bassus, rhetor. Senec. 10. Contr. præf. 12. — e) Aufidius Bassus, epicureæ philosophiæ studiosus, historicus belli civilis et Germanici. V. AUFIDIUS. — f) Cæsius Bassus, poeta lyricus ætate Neronis. Pers. 6. 2. 4. Mire opifex numeris. Adde Quintil. 10. 1. 96. — g) Cæsius Bassus alter, auctor libri de metris. Mar. Vict. G. L. VI. 209. 10. Vir doctus atque eruditus. Terent. Maur. G. L. VI. 395 (v. 2368. et 2369) «auctore tanto me tutum fore». — Putat tamen Consbruch hunc unum eundemque esse cum præcedente (PW. 3. 1313). — h) Salejus Bassus, poeta epicus, de quo Tac. Dial. 5. Quis nescit neminem mihi conjunctiorem esse - quam Salejum Bassum cum optimum virum tum absolutissimum poetam. et ibid. Salejus Bassus - carminum gloriam fovet cum causas agere non possit Id. ibid. 9. Salejum nostrum - egregium poetam. - Versus - Basso domi nascuntur, pulcri quidem et jucundi. Quintil. 10. 1. 90. Vehemens et poeticum ingenium Saleji Bassi fuit, nec ipsum senectute maturuit. Juvenal. 7. 80. tenuique (povero) Salejo Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est? (vulg. fumo senz' arrosto). — 3.°) Calpurnius Bassus, auctor l. de natura rerum. Plin. Hist. nat. Ind. l. 16. etc. — 4.°) Alii, laudati Schol. Horat. 1. Od. 36. 13. (Bassus) validus potator. Adde Cic. 7. Fam. 20., Cyprian. ep. 21., Ambros. ep. 56., Hilar. op. hist. frg. 2. n. 15. et 8. n. 29. — In plur. num. Prudent. 1. c. Symm. 558. «Non Paulinorum, non Bassorum dubitavit Prompta fides dare se Christo stirpemque superbam Gentis patriciæ venturo attollere sæclo» (Alludit fortasse Aniciis, Auchenis, Bassis (V. ANICIUS), vel antiquiori Junio Basso. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 14. 3664 (Tibure æt. Cic.). — Aliquando in gent. nom. transiisse videtur. Inscr. apud Grut. 12. 7. et Murat. 1441. 9. — Etiam nom. serv. in aliis apud Ald. Orth. p. 142. — Bassa, nom. mul. Corp. I. L. 6. 859 (æt. Tiberii). — Etiam cogn. vir. Corp. 6. 35471. — Hinc derivata Bassulus et Bassillus (a), cogn. demin. C. 9. 1165. et 11. 5672. — Etiam Bassilius (a), nom. g. C. 6. 10170. et Bassilaes 365 (gen.). — Bassanus, cogn. Corp. 5. suppl. 957.; Bassæus v. Bassæus (a), nom. gent. C. 9. 1640.; Bassenius (a), nom. gent. C. 6. 13521. et Bassentius 32658. — Bassius (a), nom. gent. C. 3. 1431. et et 6. 13520. — Bassianus (a), cogn. C. 10. 226 (Grumenti, litt. opt.). C. 5. 5418. (Comi) MONASTERIVM SANCTI BASIANI. et 12. 1772. — Hinc Bassiana — a) Oppidum in Pannonia sup. Itin.

Ant. p. 262. — b) Item in Pannonia inf. Corp. I. L. 3. 10197ᵃ., unde Bassianensis, adject. C. 3. 3336. — Alia sunt: Bassinus (a), cogn., C. 6. 273.; Bassianus (a), C. 6. 5572.; Bassidius (a), C. 5. 6733.; Bassilius (a), C. 14. 160.; Bassinius (a), nom. gent. C. 6. 34067.

BASTA, æ, f. 1. oppidum Sallentinorum, hodie, ut videtur, Vaste, apud Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (100). Cf. Momms. Unterital. Dialekt. 52. et Kretschmer, Einleit. 264. — Huc fortasse pertinent Sal(l)entinorum - Basternini, apud eund. 3. ibid. 11. 16. (105).

BASTARNÆ v. Basternæ, ārum, m. plur. 1. (Βαστάρναι et Βαστέρναι Strab. et Memn.). Scribitur Basterni, Basternæi, Bastreni, Bastani etc. — Antiquior scriptura per a, ut videtur: Mon. Ancyr. 5. 52., C. I. L. 14. 3608., Tac. Germ. 46., al. — Bātarnæ, metri causa, Val. Flacc. 6. 96. — Bastarnes, ex conjectura inc., apud Liv. 40. 57.

Bastarnæ, gens Sarmatica, sec. alios Germanica (Grimm., Jorn. p. 51), iidem fortasse qui Peucini, a Galicia Carpathorum (qui inde Bastarnicæ Alpes dicti) tractum secuti per totam Moldaviam (Kritz in Tac. Germ. 46. «Peucini, quos quidam Bastarnas vocant»). Cf. Plin. 4. Hist. nat. 14. 28. (100). «A Maro sive is Duria est, a Suevis regnoque Vanniano dirimens eos, aversa Basternæ tenent, aliique, inde Germani». De iis — 1.°) In plur. num., generatim. Avien. orb. 442. Basternæ feroces. Claudian. 8. 450. truces. et 21. 96. cæde tumentes. Oros. 4. Hist. 20. 34. gens ferocissima. Adde Ovid. 2. Trist. 197. — 2.°) In sing. num., collective. Sidon. carm. 5. 474. Hoc totum tua signa pavet. Bastarna, Suevus, Pannonius - Post aquilas venere tuas. — Bellicosi probantur Liv., Oros., Justin.: auxiliares Persei (Liv. 40. 5. et Oros. 4. Hist. 20), cum Dardanis (ibid.) et Getis (Justin. 38. 8) prœliantes; Mithridatis socii adversus Romanos (Id. 38. 3), sed a Pompejo victi (Plin. 7. Hist. nat. 26. 27. (98); sub Augusto, missis legatis, amicitiam Romanorum exposcentes (Mon. Ancyr. 5. 51., coll. Aur. Vict. epit. 1). — De iis consulas etiam Zeuss, Die Deutschen, 129. et Müllenhoff, Deutsche Altertumsk. II. 104. — Hinc deriv.: Basterna, cogn. vir. Const. sæt. 19. p. 862. (a. 98). — Bastarnia, terra. Chron. Alex. chron. I. p. 98. — Bastarnicus, adject. (Βαστερνικός). Tab. Peut. 8. Alpes Bastarnicæ. Pomp. Trog. prol. 28. Basternici motus.

BASTERNÆ. V. voc. præc.

BASTERNĪNI. V. BASTA.

BASTĒTĀNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

BASTI, indecl., v. Basti, is, n. 3. oppidum Hispaniæ, hodie Baza, idem, ut videtur, ac Μαστία Polyb. 3. 24. 2.: cf. Avien. or. 450. et Hübner, Corp. 2. 456. et 458., civ. stipendiaria conv. Carthag. Memoratur in Itin. Anton. p. 401. — Ethnicon Bastitanus v. Bastetanus, incola. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25). — In plur. num. sæpius, absolute (Βαστητανοί), incolæ oræ maritimæ Hispaniæ meridionalis (antea, ut videtur, apud Græcos, Μαστιανοί v. Μασσιανοί, et apud Avien. or. 422. Massieni (V. Hübner, Monum. ling. Iber. p. 236), colon. Phœnic. (Besnier, Lex. G. A. p. 125). Liv. 37. 46. et Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25). — Hinc Bastitanius, adj., apud eund. ibid. (19). Regio Bastitania. Sillig. Mavitania. — Absolute Bastetania v. Bastitania, apud eund. ibid. 1. 8. (10). gens Hispaniæ Bæticæ. — Bastuli, iidem ac Bastitani. Id. ibid. 1. 8. (8). et Mel. 3. 4. — In sing. num. Varro 2. R. R. 10. 4. Neque Bastulus neque urdulus. — Est etiam cogn. vir. Corp. I. L. 9. 1142. (Æclani) C. VIBIOC. F. COR. BASTVLO.

BASTĪTĀNĬA, æ, f. 1. et

BASTŪLI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. præc.

BĀTĀNĒA, æ, f. 1. (Βατανεία), quæ scribitur etiam Batanæa, regio Palæstinæ, ultra Jordanem sita, dicta quoque Basan et Basanitis, hod. Hauran, apud Hieronym. sit. et nom. p. 84. et 101.

BĀTĀNĒŌTĒS, æ, m. 1. (Βατανεώτης) qui est ex Batanea. Hieronym. in ep. ad Gal. Bataneotes et sceleratus ille Porphyrius etc.

BĀTĀVA. V. BATAVUS, a, um.

BĀTĀVI, ōrum, m. plur. 2. Scribitur etiam, in titulis, Betavi et Batai; et in Tab. Peut. 2. Patabi; unde videtur nomen hoc unam eandemque habere originem ac Patavi-um: sic apud Zosim. 3. 6. Πατάοοι. et in Tab. Peut. 2. Patavia (V. voc. seq.). — Compend.: Bata., Ba. et B. — Penultima est ambiguæ quantitatis; corripiunt enim Lucan. 1. 431. et Venant. 6. carm. 5. 349.; producunt Sil. It. 3. 608., Martial. 6. 82. 6. et alib., Juvenal. 8. 51. et Carm. epigr. 427.

Batavi, gens Germaniæ inf., originis Celticæ, antiquitus trans Rhenum sita (Tac. 4. Hist. 12); dein domestica seditione pulsa, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus simulque insulam (V. voc. seq.) occupavit (Id. ibid.), idque ante Cæsarem, qui 4. B. G. 10. insulæ Batavorum meminit; hinc Plin. 4. Hist. nat. 17. 31. (106). eos inter Galliæ populos recenset. — Hæc autem insula, teste Cæs. loc. cit. efficitur «Mosa parte quadam ex Rheno recepta, quæ appellatur Vacalus». Adde Serv. ad Virg. 8. Æn. 727., Tac. 2. Ann. 6. et Germ. 29., coll. Dion. 54. 32. 2. τὴν τῶν Βαταούων (Πα - codd.) νῆσον. Memorantur Lucan. loc. cit. Batavi truces. Tac. 1. Hist. 59. ferox gens. et 4. ibid. 17. tributorum expertes. et 4. ibid. 12. omnium harum gentium præcipui. et ibid. 33. fortissimus quisque e Batavis. et ibid. 15. Gens Cannefatium origine, lingua, virtute par Batavis. — In sing. num. Sil. It. 3. 608. Batavus auricomus. Martial. 14. 176. 1. rufi persona Batavi. Adde Juvenal. 8. 51. et Tac. 2. Hist. 66. — A Romanis subacti, sub Vespasiano imp. rebellarunt et a Claudio Civile ducti Romanorum legiones non semel fuderunt; sed victi demum a Cereale an. 70. p. Chr. se submiserunt. — In exercitu Romanorum erant Batavorum cohortes, Tac. Agr. 36. et passim in titulis, sæpius Concordiensibus. Cf. Momms. RG. V. 118. sqq. et Müllenhoff, Ztschr. f. Deutsch. Altert. N. F. XI.

BĀTĀVĬA, æ, f. 1. (Legitur Patavia in Tab. Peut. 2) regio, i. q. insula Batavorum, ita dicta, quia sita inter duo cornua Rheni, hod. Paesi Bassi v. Olanda. Memoratur in Paneg. 5. 3. et 6. 4. Bataviam aliasque cis Rhenum terras invaserant (Franci). et 7. 5. terram Bataviam (Cf. Forstemann, Namenb. II. 216).

BĀTĀVĪNUS, a, um, adject. ad Batavos vel Bataviam pertinens. Eugipp. Sev. 20. Batavinus limes. et 22. oppidum. — Batavini, incolæ. Id. 27. Batavinis genitale solum relinquere dubitantibus.

BĀTĀVŌDŪRUM, i, n. 2. (Βαταυόδουρον) oppidum Batavorum in Germania inferiore (Ptol. 2. 9. 8). Memoratur Tac. 5. Hist. 20. — De situ nihil est certi, nisi velis idem esse cum Noviomago, Nymwegen, quod maxime dubium est: vel Durostadt, ut Forcellin. putat. — NB. Docet Holder, Altkelt. Sprachsch. ad v., terminationem durum hujusmodi nominum Celticam esse et arx significare. Cf. etiam Glück, Kelt. Nam. 133.

BĀTĀVUS, a, um, adject. ad Bataviam vel Batavos pertinens. Martial. 6. 82. 5. «aurem qui modo non habet Batavam». Batavam aurem habere est nescium esse aut abhorrentem a dictis lascivioribus et fœdis jocis; Batavi enim barbari, rustici et a luxu alieni (Cf. Otto, Sprichw. p. 54). Id. 8. 33. 20. «mutat Latias spuma Batava comas». h. e. sapo. Tac. 2. Ann. 6. Batavus ager. et 4. Hist. 17. eques. — Hinc absolute

Batava, orum, n. plur. 2. subaud. castra, oppidum Rætiæ, hodie Passau, memoratum in Notit. Dign. occ. 34. — Indecl. Batavis apud Eugipp. Sev. 19., ec. oppidum inter - Henum et Danuvium. Adde 24. et 27.

Batavus, i, m. 2. ¶ 1. Est cogn. vir. Corp. I. L. 9. 4890.; 13. 8707. et 1000 67. — Batava, cogn. mul. Inscr. Rhen. Bramb. 327. ¶ 2. Est etiam fluvius in Tab. Peut. 2., ubi tamen legitur Patabus.

BĀTHĀNĒA (Batanea), æ, f. 1. Scribitur etiam Bathanæa cum diphthongo) villa Palæstinæ in quintodecimo a Cæsarea lapide. Hieronym. sit. et nom. 105. Bathanæa - in qua dicuntur semper lavacra esse salubria, quam et supra sub nomine Anea posuimus.

BATHNÆ, ārum, f. plur. 1. (Scribitur Batnæ, omissa aspiratione, ab Ammian. 23. 2. 7.; et Batne, Græca positione, ab eod. 14. 3. 3 (Βάτνη)).

Bathnæ ¶ 1. Locus Cyrrhesticæ Syriæ, cis Euphratem, nunc fortasse Basch., in Itin. Anton. p. 190. ¶ 2. Item oppidum trans Euphratem in Osrhoene. Itin. Anton. p. 192. — De eo Ammian. 14. 3. 3. «Bathnæ (al. Batnæ) municipium - conditum Macedonum manu priscorum - refertum mercatoribus opulentis».

BĀTHŪĒL indecl. et Bathuel, ēlis, m. 3. (Hebr. Bethû'êl «domus v. commoratio (ejus Deus) Dei»; LXX. Βαθουήλ) ¶ 1. Fuit filius Nachor ex Melcha, nepos Abrahami, pater Laban et Rebeccæ, uxoris Isaac. Vulg. Gen. 22. 23. et alib. — Quum Eliezer, ab Abrahamo missus, venisset ad petendam Rebeccam in uxorem Isaac, non Bathuel sed Laban videtur egisse de his nuptiis; unde alii putant patrem jam obiisse, teste Jos. ant. 1. 16. 2., et fratrem cognominem matrimonio assensisse; alii vero patrem senio ineptum omnia commisisse filio Laban (Cf. Blunt, Undesigned Coincidences p. 38). At omnia composueris, si statuas patrem senem satis habuisse, quod præcipuum erat, assensum præbere (Cf. Gen. 34. 5., 7-8., 14. 31). ¶ 2. Est etiam oppidum Simeonitarum (quod contracte Bethul dicitur Jos. 19. 4). Vulg. 1. Par. 4. 30.

BATHŪLUS. V. voc. seq.

BĀTHYLLUS, i, m. 2. (Βάθυλλος: a βαθύς, profundus, demin. a Βαθυκλῆς, ut Ἥρυλλος ab Ἡρακλῆς, notat Herodianus (Etym. M. p. 143. 1). — Scribitur Batyllus, omissa aspiratione, et Bathillus, Batullus in inscriptt., sed perperam Batillus.

Bathyllus ¶ 1. In litteris — 1.°) Fuit puer Samius, Anacreontis amasius. Horat. epod. 14. 9. Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta. Apul. flor. 15. p. 51. (In fano Junonis Samiæ) ante aram Bathylli statua a Polycrate tyranno dicata. — 2.°) Item comœdus Alexandrinus, qui pantomimum excoluit et æmulum habuit Pyladem; porro uterque scholam instituisse videtur Romæ. Memoratur — a) Proprie. Senec. excerpt. contr. 3. præf. 10. Pylades in comœdia, Bathyllus in tragœdia multum a se aberrant. Phædr. 5. 7. 5. Princeps tibicen - operam Bathyllo solitus in scena dare. Adde Pers. 5. 123 (Schol. ad l. pantomimus fuit libertus Mæcenatis). — b) Pro appellativo seu δεικτικόν. Juvenal. 6. 63. Ledam molli saltante Bat(h)yllo (Schol. saltante pantomimo). Senec. excerpt. contr. 3. præf. 15. Si pantomimus essem, Bathyllus essem. — 3.°) Item libertus Antipatri. Heges. 1. 4. et 3. 8. ¶ 2. In titulis — a) Nom. singulare. Corp. I. L. 6. 8885. — b) Etiam cogn. libert. Ibid. 4223. — Hinc Bathyllis (idos), cogn. mul. Corp. 12. 3703. — Bathyllio (ōnis), nom. vir. 6. 18581. et Bathyllianensis, adject. 6. 32475.

BĀTHYNĬĀS, æ, m. 1. (Βαθυνίας) amnis Thraciæ in Propontidem influens. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (46)., coll. Strab. 7. 331. frg. 56. et Ptol. 3. 11. 4. V. Kiepert, Karte etc. II.

BĀTHYS, yis, m. 3. (Βαθύς, profundus, i. e. profundi alvei) fluvius Ponti in Colchide, hodie la Vatg. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 4. 4. (12). — Apud Scyl. 81. Ἀρατῶν ποταμός. — NB. Alius inter Panormum et Drepanum Siciliæ, hodie Isti, apud Ptol. 3. 44., a Latinis, quod sciam, haud memoratus.

BATĬA, æ, f. 1. (Βάτεια v. Βατίη) ¶ 1. Fuit filia Teucri, soror Nesus, uxor Dardani, mater Erichthonii et Ili. Serv. ad Virg. 1. Æn. 38. ¶ 2. Fuit etiam oppidum antiquissimum in agro Theatino. Varr. apud Dionys. 1. 14.

BATNÆ et Batne. V. BATHNÆ.

BĀTŌ(n), ōnis, m. 3. (Βάτων) nom. Illyricum (V. Schulze, Eigenn. p. 32. adn. 1.) ¶ 1. In litteris — 1.°) Fuit heros, conditor urbis Harpyæ Illyricæ et auriga vatis Amphiarai, in Ann. d. Ist. arch. a. 1843. p. 214., coll. Pausan. 2. 23. 2. et Apollod. bibl. 3. 6. 6. — 2.°) Item rex Dardanorum, Longari filius. Liv. 31. 28. — 3.°) Item quidam Pannonius, dux seditionis Pannonicæ. Vellej. 2. 110. et 4. 114. — 4.°) Item alius dux seditionis Dalmaticæ, qui, a Tiberio imp. victus, humanissime tamen habitus est (Sueton. Tib. 20), de quo Ovid. 2. Pont. 1. 46. Maxima pars horum vitam veniamque tulerunt, In quibus et belli summa caputque Bato. — At Pannoniæ hunc regem fuisse tradit Sueton. loc. cit.; at Dio 55. 29., coll. Vellej.,

loc. cit. Dalmatiæ attribuit, quem falsi accusat Scaliger in Chron. Eus. n. 2203., ubi ex veteri lapide Pannonium fuisse probat. Cf. tamen Abraham, Zur Gesch. d. germ. u. pannonisch. Kriege unter Aug. Berl. (1875) 11-22.; Schiller, Kaiserzeit I. 226-227. et Hirschfeld, Herm. XXV. 351-362. — 5.°) Item statuarius, fortasse Heracleotes, ex Inscr. nuper reperta Athenis (Loewy, Inscr. gr. Bildh. 61. 258). Memoratur Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (73 et 91). ¶ 2. In titulis nom. vir. - in Dalmatia: Corp. I. L. 13. 6538. et 7508. BATO EX COH. III. DELMATARVM. - in Pannonia: Corp. 3. 3325. - in Dacia: Corp. 3. 7649. — Transiit in cogn. Inscr. Ephem. epigr. 8. 216. p. 53. — Batoniana, cogn. mul. Corp. I. L. 3. 14633 (in Dalm.) — Hinc Batonianus, adject. 5. 3346 (Veronæ). Cf. Batonius (a), nom. gent. Corp. 6. 1058. 6. 58. et 13535. Adde Cic. 6. Att. 8.

BĀTŌNĬĀNUS, a, um, et

BĀTŌNĬUS. V. voc. præc.

BATRĂCA, æ, m. 1. cogn. vir. Corp. I. L. 9. 2669 (Æserniæ). — Batrachīa, cogn. mul. Symm. ep. 10. V. BATRACHUS.

BATRĂCHĪA, æ, f. 1. nom. mul. Symm. 10. ep. 38. 2. et 4.

BATRĂCHĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Βατραχῖται) hæretici quidam, memorati una cum Ascodrogitis in Cod. Just. 1. 5. 5 (a. 428).

BATRĂCHŎMĂCHĬA, æ, f. 1. (Βατραχομαχία [cf. Βατραχομυομαχία]: a βάτραχος, rana, et μάχη, pugna) titulus poematii Homero attributi. Martial. 14. 183. in lemmate. Homeri Batrachomachia (in text.: cantatas carmine ranas). Stat. 1. Silv. præf. p. 1. 12. et Culicem legimus et Batrachomachiam etiam cognoscimus. — Hunc, non Batrachomyomachia (sc. ranarum ac murium pugna), verum esse titulum putat Ludwig (Berl. philol. Woch. 1894), cui Heg suffragatur; poema sane mediocre nec fama dignum, quam obtinuit apud veteres, insulsum quoddam parodiæ genus, ex heroicis poematis contextum, lingua satis pedestri ac spiritu vacuum, quod Homero perperam adjudicarunt Statius, Martialis et Fulgentius ac fortasse etiam Theon sophista et Philostratus; sed probabilius auctorem habet recentiorem, quem olim censuerunt fuisse Πίγρης, Carium, filium Artemisiæ (V. Suid.), nunc vero ignoti poetæ opus credendum est.

BATRĂCHŎMȲŎMĂCHĬA. V. voc. præc.

BATRĂCHUS, i, m. 2. (Βάτραχος, rana) ¶ 1. Fuit architectus et sculptor tempore Pompeji et Octaviani, commemoratus, cum Sauro, a Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (42)., qui Romæ « fecere templa Octaviæ porticibus inclusa, natione ipsi Lacones ». V. integrum loc. — In columnarum spiris insculpta erant artificum nomina non vocabulis sed sauri et ranæ figuris; earum porro fragmentum etiam nunc exstare dicitur (Winckelm. Mon. ined. 206. et Brunn, Künstlergesch. II. 343. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. I. L. 6. 7990. sine aspiratione. — Cl. Furlanetto in App. ad Lex. putat esse cogn. mul.; suspicatur enim pro Barachus legend. esse Batrachus in Inscr. apud Murat. 39. 1.

BATRĂSABBĒ et rectius

BATRĂSĀVĒ, es, f. 1. oppidum Arabiæ. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (149)., ubi leg. Sillig. Batrasabbe (gen.) et H. Müller Batrasabbes vel Batrasavane, non Batrasavane, ut Ihm in Thes. L. L. 2. 1788.

BATTA, æ, m. 1. ¶ 1. Est nom. vir. in urna Perusina apud Vermiglioli, Inscr. Per. p. 26. n. 18. ¶ 2. Est etiam oppidum Æthiopiæ. Plin. 6. Hist. 29. 35. (179)., ubi alii leg. Batha v. Bata.

BATTĀRA, æ, m. 1. cogn. vir. (Cf. Schulze, Eigenn. p. 394. adn. 3. et Ræcum Baccaram) Cic. 7. Fam. 9. et Corp. I. L. 6. 9714.

BATTĀRUS, i, m. 2. nom. tibicinis. Diræ 64. Battare, fluminibus tu nostros trade dolores.

BATTĪĀDĒS, æ, m. 1. (Βαττιάδης) patronym. a Battus, sc. filius v. nepos Batti. — Acc. Battiaden est Terent. Maur. de metr. 1886. — Voc. Battiadē apud Ovid. 2. Trist. 367. — Acc. plur. Battiadas habet Sil. It. 3. 253.

Battiades ¶ 1. in sing. num. — 1.°) De Callimacho, qui se prædicabat filium Batti Laconis. Catull. 65. 16. carmina Battiadæ (116. 2. et Stat. 5. Silv. 3. 157). Adde Ovid. 15. Amor. 8. 13. Ib. 55. Battiades inimicum devovet Ibin. et loc. supra cit. Nec tibi, Battiade, nocuit, quod sæpe legenti Delicias versu fassus es ipse tuas. Cf. Petron. Sat. 135., ubi Battiadæ vatis Daniel conj. pro Baccineas veteres. — 2.°) Item scriptor de haruspicina. Fulgent. 3. Myth. 10. et Virg. cont. p. 86., ubi et ejus Paredros citat. Cf. et de prisc. serm. 4. ¶ 2. In plur. num. Battiades sunt Cyrenenses sive incolæ oppidi Cyrenæ, a Batto conditi. Sil. It. loc. cit. Adde eund. 2. 61. et 17. 592.

BATTIS, idis. V. BITTIS.

BATTUS (Battos), i, m. 2. (Βάττος, balbus) Origo nominis incerta: nonnulli putant esse a Libyca voce, quæ idem sonat ac latin. rex; alii vero a Græco derivant ita ut sit a vitio linguæ, sc. a balbutie: cf. βάταλος v. βάτταλος, quod epith. contemptus causā inditum fuit Demostheni; unde βατταρίζω, balbutio. V. infra (Cf. Justin. loc. cit. et Herod. 4. 155).

Battus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit vir Lacon, qui Cyrenem condidit vel eo coloniam deduxit ibique regnavit (Paus. 10. 15. 6. et Herod. 4. 150. sqq.). Solin. 27. « Battus (Momms. Battius) Lacedæmonius Olymp. XLV (a. Chr. 600), rege Marcio res Romanas tenente, anno post Trojam captam 586. condidit (Cyrenas), quæ domus Callimacho poetæ fuit patria » Cf. Catull. 65. 16. — Batti proprium nomen, si Græcis credimus, fuit Aristoteles (Heracl. et Diod. exc. Vat. VII.-X. 515; sin Hieronymo in Chron., fuit Aristæus: « Therei Cyrenem (al. -en) condiderunt - et conditor urbis Battus, cujus proprium nomen Aristæus (al. Aristoteles) ». et Justin. 13. 7. « Cyrene autem condita fuit ab Aristæo, cui nomen Battos propter linguæ obligationem ». Hinc Cyrene domus et urbs Batti dicta Sil. It. 11. 380. et 17. 591., qui 8. 57. eum mitem vocat. Addit Justin. l. c. ejus patrem Grinum (al. Polymnestum), regem Theræ insulæ, Delphicum numen deprecatum pro filio nondum loquente, ex oraculo didicisse hunc linguæ usum, si Africam peteret et urbem Cyrenen conderet, recepturum. — Hinc nom. Battus regum illorum commune factum esse creditur (Cf. Pind. Pyth. 4. 10. 94. et ibid. 5. 168., coll. Aristoph. Plut. 926). — Idem, ut videtur, Annam, sororem Didonis, hospitio excepit (Sil. It. loc. cit.); contra Ovid. 3. Fast. 570. idem rex fuit insulæ Melitæ. — 2.°) Item pastor Messenius in lapidem mutatus, uti narrat Ovid. 2. Met. 688. sqq., coll. Ib. 586. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 6. 6059. — Item Batta (V. BATTA).

BATUM, i, n. 2. fluvius Italiæ in Bruttiis. Plin. 3. Hist. nat. 5. 10. (72)., ubi tamen rectius videtur legend. Baletus v. Betus.

BAUBO, ūnis, f. 3. (Βαυβώ: a βαυβάω, sopio) dea, nutrix Cereris, quod eam infantem adhuc ἐβαυβα et ἐκοίμιζε, quamvis idipsum et κοιλίαν significare apud Empedoclem dicat Hesych. — Obscœnam de ea fabulam narrat Arnob. 5. p. 174. sqq., quam exposuit Millingen in Ann. d. Ist. XV. 1843. t. E. — Cultum habuit in insula Paro, de quo V. Bechtel, Inschr. ion. Dial. nr. 65. — Plura dabunt Dieterich, Philol. LII. 1894., 3.; Preller, Demeter u. Perseph. 184. et Ludwich, Neue Jahrb. f. Philol. CXLI. 1890. 51.

BAUCIS, idis (inis), vel is, f. 3. (Βαυκίς: dictum vel a quodam vestimenti genere [Pollux 7. 94]; vel a βαυκός, delicatus, jucundus) Forma Baucis (is) in Inscr. apud Momms. n. 4071. — Acc. Baucida est Ovid. 8. Met. 715.

Baucis ¶ 1. Fuit uxor Philemonis, paupercula, quæ cum marito Jovem et Mercurium, humanam speciem mentitos, hospitio excepit. Rem graphice describit Ovid. 8. Met. 630. sqq. — Translate, de quavis anicula. Pers. 4. 21. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. I. L. 6. 5230. — Baucidi et Baucini (dat.): Corp. 6. 21792. et 19419.

BAUDĔGUNDIS, is, f. 3. nom. mul. Germ. Venant. 1. carm. 7. 7. « Cum Baudegundē quo mente Basilius una - auget opus ». et 4. ibid. 18. 21. « Annis bis denis cum Baudegundē jugali etc. ». Ultima in Baudegunda producitur contrahiturque, et licenter, nisi velis ad rhythmi seu cæsuræ jura recurrere. Cf. famē apud Forcellin. ad h. v.

BAUDŎBRĪGA v. Baudobrica, æ, f. 1. Scribitur Bodobrica, Bondobrica v. Bontobrica, Bodorecas etc. Forma Celtica est Boudobriga (V. Marjan, Keltisch. Ortsnam. in Rheinprov. II. 1881). — Vox componitur fortasse ex baudus a Germ. seu Got. ana-biudan, « instruere, edicere, imperare » v. Theodisc. biotan « offerre et etiam imperare », et Celt. briga « collis, mons ».

Baudobriga ¶ 1. Est oppidum Germaniæ superioris, ad sinistram Rheni ripam, hodie Boppard. Legitur in Itin. Anton. p. 254., Tab. Peut. 3. et Not. Dign. occ. 41. ¶ 2. Item statio Germaniæ sup. inter Augustam Treverorum et Argentorate, hodie Bupprich, in Itin. Anton. p. 374.

BAUDUS, i, m. 2. ¶ 1. Est fluvius in Syria, fortasse idem ac Βαδᾶς apud Strab. Memoratur Mel. 1. 12., ubi alii aliter leg. ¶ 2. Est etiam nomen, quo quidam podagrosus et nihilo secius venandi avidus appellari cupiebat. Anthol. 307. 5. « Esse inter juvenes cupit, vocari Baudus, dum misero gemat dolore Et nil prævaleat ». Sunt qui vocem adjectivis adnumerent et significare putent vel animosus, audax (coll. Ital. baldo): aut imperans v. edicens (V. BAUDOBRIGA). — Hinc fortasse nomina Baudinus, Baudio, Baudia, Baudillus, Baudimundus, Baudoaldus, Baudulfus, sim. apud Greg. Tur., Venant. et Corp. Inscr. Lat.

BAULĀNI et

BAULENSIS. V. voc. seq.

BAULI, ōrum, m. plur. 2. (Βαῦλος) Baulæ et Bauliæ apud Serv. ad Virg. 6. Æn. 107. — Rectius Boaulia (Βοαύλια) dicendum, siquidem nomen proprie est a βοῦς et αὐλή, quasi sit bovile, sed, corrupto vocabulo, Bauli, teste Symm. 1. ep. 1. Cf. Myth. II. fab. 152. Serv. ad Virg. 7. Æn. 662. Juxta Bajas caulam bubus fecit (Hercules) et eam sæpsit: qui locus Boaulia dictus est, nam hodie Bauli vocatur: cf. 6. 107. Bauloe. Not. Tir. 83. et Dio 59. 17. 1. — Hodie Bacoli esse putat De-Vit ex Forcellin., quod falsum dicit Hülsen; hoc enim oppidulum satis distat, in Puteolano situm.

Bauli, oppidum vel villa, in Campania, inter Misenum et Bajas (Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. [61]). Memoratur etiam Tac. 14. Ann. 4., Sil. It. 12. 156. et Martial. 4. 63. — Ibi Q. Pompejus empeneticam fecisse traditur (Cic. 8. Fam. 1)., Hortensius piscinam habuit, hod. Peschiera di Ortensio v. Piscina Mirabile (Plin. 9. Hist. nat. 55. 81. [172]). et Nero matrem suam Agrippinam, simulata pace, ad epulas invitavit, ut per sicarium interficeretur, uti tradunt Tac. loc. cit. et Sueton. Ner. 34. — Historiam hujus villæ narrat Symm. 1. ep. 1. sqq. — De ea videsis etiam Beloch, Campanien p. 176-180. — Hinc absolute Baulani, servi imperatoris Baulis degentes (Cf. Momms. Corp. 10. p. 213). Corp. I. L. 10. 1746. et 1747., ubi Baulanum pro Baulanorum. — Baulensis, adj. ad Baulos pertinens. Not. Tir. 88.

BAUTIS (Baudis), is, m. 3. (Cf. Βαύτισος Ptol. 6. 16. 3.) fluvius Sericæ, quem « famosi nominis » vocat Ammian. 23. 6. 65., hodie Ta-tung-Ho v. Hoang-sui v. Hoang-Ho.

BAUTO, ōnis, m. 3. Scribitur Baudo apud De-Rossi, Inscr. chr. I. n. 356. et Batho apud Symm. 4. ep. 15. et 16.

Bauto, Francus genere, Transrhenanus (Ambros. ep. 24.), cujus filia Arcadio Aug. nupsit (Philostorg. Hist. II. 6). — Fuit magister militum (Ambros. ep. 57) et cos. a. post Chr. 385. cum imp. Fl. Arcadio Aug. (De-Rossi, Inscr. chr. I. n. 357). Hinc Augustin. 3. c. litt. Petil. 24. n. 30. ait se, quum Mediolani esset rhetoricæ professor, ei consuli in conventu laudem recitavisse. — Porro quum in Italia primis anni sequentis mensibus nondum innotuissent novi consules, annus ille ex postconsulatu præcedentis signatus est, ut colligitur ex Inscr. apud De-Rossi loc. cit. p. 158. et Orell. n. 4360.

BĀVĀRES, um, m. plur. 3. Ita legitur in optimis codd.; sed Baveres apud Riese, Geogr. lat. min. p. 129. et Provinc. laterc. Veron. 14. 4.; Babari in Corp. 8. 9324.; Barbares apud Jul. Honor. 53. 54.; Barbari in Itin. Ant. p. 2. et Corp. I. L. 8. 2615.; Davares apud Ammian. 29. 5. 33.

Bavares, gens Maurorum, fortasse dicti a Vabar,

opp. Mauretaniæ Cæsariensis (Ptol. 4. 2). Corp. I. L. 8. 2615. Bavaribus, qui, adunatis (quattuor) regibus, in prov. Numidiam irruperant. Adde 8. 9047.

BĀVĬUS, ii, m. 2. Scribitur Vavius, ob solitam b et v permutationem, Hieronym. in Chron. a. Abr. 1983. et Philarg. ad Virg. ecl. 3. 90.

Bavius ¶ 1. Fuit poeta temporibus Virgilii, qui fere semper cum Mevio pariter poeta conjungitur, quia fratres fortasse (Cf. Philarg. loc. cit.), quia poetae, quia pessimi, quia obtrectatores ambo Horatii et Virgilii, de quo Serv. ad Virg. 1. G. 210. « Reprehensus Virgilius dicitur a Bavio et (aut Weichert) Mevio hoc versu: Hordea (plur. in Ecl. 5. 36) qui dixit, superest ut tritica dicat » (V. Reitzenstein Ind. lect. Rostock 1891-1892. 6. 2). De iis Virg. 3. Ecl. 90. « Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mevi ». Serv. ad h. l. « pro pœna et id contingat, ut diligat Mevium, pejorem poetam ». et Philarg. loc. cit. « Duos sui temporis poetas dicit pessimos, quorum carmina ob humilitatem abjecta sunt. Vult ergo notare qui sunt inimici Virgilii: qui Bavium, id est pessimum poetam (sc. non oderunt) et Mevium, id est pejorem poetam (sc. ament), ut duplum habeant malum. Ex quibus Bavius curator fuit: de quo Domitius in Cicuta: Omnia cum Bavio communia frater habebat - Corporibus geminis spiritus unus erat. Sed postquam alterius mulier communis utrique Nupsit etc. ». — Obiit vir, ut videtur, Romanus in Cappadocia, an. 720., teste Hieronym. in Eus. chron. ¶ 2. Bavius, nom. gent., quod quibusdam videtur apud Domit. Mars. loc. supra cit. non poetæ sed alius proprium. — Bavia, nom. mul. Inscr. apud Grut. 357. 4. — Hinc fortasse Bavonia, cogn. mul. Rom., ut Helia Bavonia apud Consult. vet. JCti 9.

BAVO. V. BOA (Bova).

BAVŌNĬA. V. BAVIUS.

BAZA, æ, m. 1. cogn. vir. Corp. I. L. 8. 11646 (christ.) et Jorn. Get. 266.

BAZANĒ, es, f. 1. (Βαζανίς: hinc alii leg. Bazanis) urbs caput Armeniæ primæ, quæ et Leontopolis dicta, Novell. Just. 31. 1. Cf. Eustath. apud Dion. perieg. 694.

BAZANUS, i, m. 2. eunuchus Darei regis. Jul. Val. 2. 31.

BE

BĒAN, indecl. (Βαιάν), nom. oppidi in Palæstina ultra Jordanem ad orientem maris Mortui, ubi beduinorum seu prædonum tribus degebat, qui filii Bean (Jos. υἱοὶ τοῦ Βαιάνου) dicuntur Vulg. 1. Mach. 5. 4., fortasse idem quod Beon v. Baalmeon, hodie Ma'in. Cf. Num. 32. 3. Alii minus recte Bean personam putant.

BĒĀTA, æ, f. 1. ¶ 1. Est insula juxta Fretum Gaditanum, ita dicta ob amœnitatem et cæli clementiam, haud procul ab alia, quæ Fortunata dicitur, una ex Hesperidibus. Jorn. Get. 1. — Apud Ravenn. p. 444. legitur Beathee. ¶ 2. Est etiam cogn. mul. V. BEATUS.

BĒĀTRIX, icis, f. 3. (beo) cogn. mul. Corp. I. L. 6. 25146. — Absolute Beatrix, soror Simplicii et Faustini, quicum martyrium fecit. Martyrol. R. XXIX. Jul., coll. De-Rossi, Rom. Sott. t. I. p. 128. et alib.

BĒĀTUS, i, m. 2. (beo) cogn. vir. Corp. I. L. 6. 5596. — Adulescens nobilis, de quo Ennod. ep. 2. 29. — Beata, cogn. mul. C. I. L. 7. 3828. — Hinc Beator, nom. vir. Greg. M. ep. 13. et Beatrix, cogn. mul. V. suo loc. — Beatianus, cogn. vir. Corp. 8. 1474. — Beatilla, cogn. demin. mul. 8. 9449.

BEBRȲCĒ et

BEBRȲCĬA et

BEBRȲCĬUS, a, um. V. voc. seq.

BEBRYX, ycis, m. 3. (Βέβρυξ) Scribitur etiam Bebrix, omissa aspiratione, in Inscr. apud Orelli n. 2502. — Acc. Bebryca apud Stat. 1. Achill. 190. — Nomen derivatur a βρύκω, frendo, strideo, fremo, unde et βρύξ, profunditas maris et, syllaba geminata, βέβρυξ. Ita Etymol. M.; alii deducunt a Bryce (Apollod. 2. 1. 5), eadem quæ Bebryce, Danai filia (Steph. Byz.) v. a Bebryce rege (Plin. loc. cit.). — Penultima in obliquis est longa apud Sil. It. 3. 423. et Avien. or. 485., coll. orb. 974.; sæpius tamen brevis: cf. Bebrycius apud Val. Flacc. 5. 502., Stat. 1. Achill. 190. etc.

Bebryx ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est nom. gentis, quæ stirpis fortasse Scythicæ Bithyniam incolebat. Cf. Strab. 7. 295. et 12. 541. et 13. 586., ubi si Bebryces inter Thraciæ populos recenset; at 13. 586. eos a Thracibus distinguit. Memorat Val. Flacc. 2. 642. « procul effera virtus Bebrycis et Scytici procul inclementia sacri » ubi Bebryx collective sumitur. — In plur. num. sæpius, cujus acc. Bebrycas apud Serv. ad Virg. 3. Æn. 107. — Describit Avien. or. 485. « Bebryces illic gens agrestis et ferox etc. ». Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (127). Ex Asia interiisse gentes tradit Eratosthenes Solymorum, Lelegum, Bebrycum. Adde Ammian. 22. 8. 14. — 2.°) Est etiam rex Bebryciæ. Plin. 16. Hist. nat. 44. 89. (239). Portus Amyci - Bebryce rege interfecto clarus. Adde Val. Flacc. 4. 157. et alib. et Stat. 1. Achill. 190. — 3.°) Item rex Galliæ Narbonensis (al. Iberiæ), qui filiam habuit Pyrenem, unde nomen Pyrenæis montibus, sec. Sil. It. 3. 420. « Nomen Bebrycia duxere a virgine colles Hospitis Alcidæ (qui cum ea concubuerat) crimen - sæva Bebrycis in aula etc. ». — 4.°) Item rex Indiæ (?). Jul. Val. 3. 81. ¶ 2. In titulis nom. sing. vel cogn. Rom. Corp. I. L. 6. 13536. — Hinc adject. Bebrycius — 1.°) Est ad Bebryciam vel Bebryces pertinens. Val. Flacc. 4. 220. Bebrycium fretum. et 4. 442. litus. et ibid. 99. regnum. Stat. 3. Theb. 352. nemus. Sil. It. 15. 494. aula. Virg. 5. Æn. 375. gens. Rursum Val. Flacc. 4. 739. tropæa. — 2.°) Item ad Bebrycem, Galliæ Narbonensis v. Iberiæ regem, pertinens. Sil. It. 3. 443. — Bebrycia virgo apud eund. 3. 420. i. e. Pyrene, filia Bebrycis regis. — In plur. num. Bebrycii, absolute, Bebryces. Jul. Val. 3. 30. Bebryciorum tyrannus. Adde Schol. Stat. Theb. 3. 358., Priscian. perieg. 773. et Mythogr. I. fab. 93. 107. — Hinc etiam Bebrycia (Βεβρυκία) absolute, regio Asiæ minoris ad Pontum Euxinum. Sall. hist. frg. 3. 70. Bithynia, prius Bebrycia dicta, deinde Mygdonia. Stat. 3. Theb. 358. Pollux cum Argonautis ad Bebryciam appulsus. Adde Avien. orb. 974., Hieronym. in Chron. a. Abr. 1045., Jul. Val. 1. 46. Hygin. fab. 17. Amycus - Bebryciæ rex.

BECCO, ōnis, m. 3. nom. vir. Celt. Corp. I. L. 12. 5381 (Tolosæ). — Etiam cogn., quo appellatus fuit Antonius Primus, qui Vitellium oppressit. Sueton. Vitell. 18. Alii tamen hoc rectius ad voc. seq. referunt.

BECCUS, i, m. 2. cogn. (vocab. Gallicum fuisse videtur). Sueton. Vitell. 18. Cui Tolosæ nato (Antonio Primo) cognomen in pueritia Becco fuerat: id valet gallinacei rostrum (ital. becco, syllabā primā latiore sono prolatā: francog. bec). Adde Corp. I. L. 12. 2514. — Deriv.: Beccīācus, vicus, hodie Bessay (Vendée). Greg. Tur. gl. mart. 89.

BĒCHĔR, indecl. m. (Hebr. Beker « prior natus v. camelus juvencus ») filius Ephraim, a quo familia Becheritarum. Memoratur Vulg. Num. 26. 35. — Aliquando vertitur Bechor (LXX. Βαχόρ), filius Benjamin. Id. Gen. 46. 21.

BĒCHĪRES, um, m. plur. 3. (Βέχειρες) Etiam Becheri, ōrum (Βέχειροι) gens oræ Ponticæ, stirpis Scythicæ. Mela 1. 107., Avien. orb. 944. et Priscian. perieg. 739.

BĒDA, æ, f. nom. person. et loc. ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.°) Dea Frisiorum, una cum Fimmilena, quæ Alaisiagæ nuncupantur. De his consulas Weltkin, Bull. épigr. IV. 49. sqq. et Momms., Herm. XIX. 232. Cf. etiam Tac. 4. Ann. 73., ubi de luco Baduhennæ mentio est. — 2.°) Item Beda (Bæda cum diphthongo, de qua scriptura v. H. Zimmer, N. Archiv. XVI. 599. sqq.), cognomento Venerabilis, ob sanctitatem vitæ ac doctrinam singularem, nunc vero (a. 1899), inter sanctos Ecclesiæ doctores cooptatus, floruit a. 673-735. Natus est in agro Dunelmensi in Britannia (hod. Durham in Northumberland), presbyter, monachus in Viræmudæ (Wearmouth), dein Ingyrui (Jarrow) cœnobio, vir pro ea ætate eruditissimus et laudabilis scriptor. Memoratur in titul. lib. de Orthografia cod. Paris., 7530. sæc. VIII. « Incipit libellus Bede (beta) presbyteri ». Multa ac varia scripsit, sc. grammatica (De Orthographia etc.), mathematica (De arithmeticis numeris etc.), historica (Hist. Eccl. gentis Anglorum usque ad an. 731 libr. V. et Chron. s. de VI. mundi ætat.), poetica (De metrica ratione, carmina de vit. et mirac. Sanctorum, iambicis vel hexametris versibus); exegetica (Hexæmeron l. IV., in Sam. l. IV., in Reg. XXX. quæst., in Esdr. Prov., Is., Hab., Matth. etc.) et homiletica (Hom. Evang. L.). — Porro horum operum titul. vd. ex parte in Ind. auctt. et in ed. Migne P. L. v. VI., XC.-XCV (a. 1850). Quædam vero sunt spuria, ut commentaria in Boet., tribuenda Pseud. Bedæ (fort. Gothofrido Antissiodorensi 1180); item quædam poetica (V. Teuffel, II. n. 478. 3); item quædam homiletica (V. Heurtebize in Dict. Bibl. Vig. ad v.). — De eo V. Gehle, De Bed. Ven., Lugd. Bat. (1838) p. 113.; Schöel, Eccl. Brit. hist. (1851) p. 20-28. et Ginzel in scriptt. de Hist. Eccl. II. p. 1. sqq. Wien 1872. ¶ 2. Est etiam vicus Treverorum, hodie Bitburg, in Itin. Ant. p. 372. — Hinc Bedenses, incolæ. Corp. I. L. 13. 4131 (a. 245).

BEDAIUM, ii, n. 2. civitas Norica. Itin. Ant. p. 236. — Hinc Bedaius, nom. dei cujusdam, in Germania culti. Corp. I. L. 3. 5572 (a. 237). Cf. Ptol. 2. 13. 3. Βέδαιον.

BEDAIUS. V. voc. præc.

BĔDĔSIS, is, m. 3. fluvius regionis octavæ Italiæ, qui ex Appennino inter Forum Livii et Ravennam in mare Hadriaticum defluit, hodie Ronco (non Rocco), apud Plin. 3. Hist. nat. 15. 20. (115). Anon. Vales. 11. 64. Bedente (abl.). — Cf. Atesis, Tamesis.

BEDRĪĀCENSIS, e. V. voc. seq.

BEDRĪĀCUM, i, n. 2. Varie scribitur, ut Betriacum (Βητρiακόν Plut. Oth. 8. et alib.: corrupt. Bretiacum apud Sueton. Oth. 9., ut Brediacum apud Rav. p. 252. et Φρηδιακόν Jos. 4. B. J. 9. 9); Bebriacus (adj.) apud Prisc. gr. II. 69.; Brittanicum apud Eutr. 7. 17.; Vetriacum apud Hieronym. et Prosp. in Chron.

Bedriacum, vicus v. oppidulum Galliæ Transpadanæ inter Mantuam et Cremonam, trib. Aniensi, hodie Calvatone. Memoratur Tac. 2. Hist. 23. et Juvenal., Sueton., Hieronym. locc. citt. — Ad hunc locum duplici clade celebrem, nam Otho de imperio cum Vitellio certans ab æmulo victus est, ibique (a. post Chr. 60) suapte manu occubuit; dein ipse Vitellius a Vespasiano eod. anno profligatus est, ut tradunt Sueton. loc. cit. et Tac. 2. Hist. 44. et 3. 23.; 49., 50. Cf. Juvenal. loc. cit. Schol. ad h. l. « Bedriacos campos inter Hostiliam et Cremonam ». et supra ad eund. 2. 99. « Othonis et Vitellii bellum scripsit Cornelius: scripsit et Pompejus Planta, qui ait Bedriacum vicum esse a Cremona vicesimo lapide ». Adde Oros. 7. Hist. 8. — Hinc Bedriacensis, e, adject. ad Bedriacum pertinens. Tac. 2. Hist. 66. Bedriacensis acies. et 2. 86. pugna. et 3. 47. via. et 2. 70. campi. Sueton. Vit. 10. victoria. et 15. copiæ et duces. Plin. 10. Hist. nat. 49. 69. (135). bella. — Bedriacus, a, um, idem. Juvenal. 2. 106. Bedriaci (al. Bebriaci) campi.

BEDRĪĀCUS, a, um. V. voc. præc.

BĒEL, indecl. m. idem quod Baal, quod præsertim in compositis occurrit. Eucher. 2. Instr. 9. « Beel, quod interpretatur vetustus, idolum est Babylonium ».

BĒELMĔŎN. V. BAALMEON.

BĒELPHĔGŎR, indecl. m. Hebr. Ba 'al - Pe 'or « dominus Péor » sc. montis Phegor v. Phogor, ubi colebatur; LXX. (Βεελφεγώρ). — Genet. Beelfegori, apud Ps. Rufin. in Os. 9. 10. Beelfegori idoli sui. Cf. Cypr. Gall., Num. 725. « Beseli (pro Beel) devota prius mutoque Phegoro » (dat.).

Beelphegor, numen montis Moabitici Peor, a Moabitis et Madianitis cultum. Vulg. Num. 25. 3. (et 15-18). Initiatus est Israel Beelphegor. Adde

Os. 9. 10. Cf. Num. 31. 16. « Feminæ deceperant filios Israel ad suggestionem Balaam et prævaricari fecerunt super peccato Phogor ». Hieronym. nom. Hebr. 16. Behelfegor habens os pelliceum. Est autem idolum Moab cognomento Baal super montem Fogor, quem Latini Priapum vocant. Adde eund. in Os. 4. 14., Isid. 8. Orig. 11. 24. et Tertull. Scorp. 3. Rursum Hieronym. ep. 129. « In Nabo enim erat Chamos idolum consecratum, quod alio nomine appellatur Beelphegor ». Probabile quidem est unum idemque idolum fuisse; sed Moabitæ unum ab altero distinguebant; et ad formam seu figuram quod attinet, quam Ps. Rufin. in Os. 9. 10. comparat cum Priapi effigie apud Latinos, nihil certi statui potest; immo hunc ab illo differre, quamquam utrumque obscœnitate adsimilem concedit, putat Selden, cui recentiores suffragantur (Selden, de diis Syris, coll. Baudissin apud Herzog, Réal-Enc. II. p. 33). — Cultus turpissimi hujus idoli (quod significabat humanæ stirpis generationem, vocaturque Hieronym. in Os. 4. 14. « idolum tentiginis ». et 2. 9. « simulacrum ignominiæ ». et Jos. 22. 17. « iniquitas Peor ») usque ad tempora perduravit Trajani imp., qui Moab in provinciam Rom. redegit (Dio 68. 14), fortasse sub nomine Jovis Beellephari, ut colligitur ex hac inscr. nuper reperta Romæ (a. 1886) prope Lateranum: DIS. DEABVSQVE. IOVI. BEELLEFARO. SACRVM. PRO. SALVT. T. AVR. ROMANI. ET. IVLIANI. ET. DIOFANTI. FRATRES. EQ. SING. DN. N̄ V. S. L. M. l. e. equites singulares imperatoris nostri votum solverunt libentes merito, singulares dicti, quia comitabantur tutelæ causa imperatoribus Rom. (ital. guardia del corpo), sive nostrates sive exteri, inter quos fortasse Moabitarum aliquot votivum monumentum deo suo dedicarunt, uti censet cl. Marucchi.

BĔELSĔPHŌN, indecl. (Hebr. Ba'al-Tzephôn « dominus, i. e. domus Sephon »; LXX. Βεελσεπφών) Licenter quod ad formam, declinationem et quantitatem Bellisĕphōni (dat.) apud Cypr. Gall., Exod. 419.

Beelsephon, mons (al. oppidum) juxta mare Rubrum. Vulg. Exod. 14. 2. Mare contra Beelsephon. Adde Deut. 25. 4., Jos. 22. 17. et alib. Itin. Silv. 7. 4. Locus Belsephon - ipse est campus supra mare rubrum etc. Hieronym. ep. 78. Beelsephon in linguam nostram vertitur dominus aquilonis aut ascensus speculæ aut habens arcana. — Sunt qui vocem compositam velint ex Baal et Typhon, uti Gesen. Thes. l. hebr. p. 255., cui favet noster De-Vit, quasi sit locus Typhonis vel sacer Typhoni. At Typhon cacodæmon non Ægyptium sed Græcum nomen est, quod profecto in Exodo reperiri nequit; quare iis assentior magis, qui docent Tzephon significare ventum borealem (Cf. Hieronym. loc. cit.), quem Phœnices, mare Rubrum antiquitus frequentantes, sibi propitium experiebantur; unde probabile est eos sacrarium Baal (venti) boreæ erexisse. Ceterum in papyro Sallieriana (IV. pl. 1. l. 6), litteris hieraticis conscripta et in museo Britannico adservata, legitur Ball Sapuna, uti vocabulum dei externi, qui ad nomen, quo de loquimur, accedere videtur. Quod vero attinet ad situm Tzephon v. Sephon, putat Champollion (L'Égypt. sous les Phar. II. p. 87) fuisse Heroopolim; sed nunc hanc urbem eandem esse ac Pithom probe demonstravit M. Ed. Naville, quæ quum valde distet a mari Rubro, cum Beelsephon confundi nequit. Porro ex recentioribus alii censent eum locum fuisse prope Phihahiroth (Exod. 14. 2), ut Smith (Dict. of the Bibl. I. 1893. p. 310); alii plerique, ubi nunc Djébel Attaka, ut Mülhau (Handw. d. bibl. Altert. I. 1893. p. 166), quod veri similius videtur.

BĔELTĔĔM v. Beel-Teem, indecl. m. (Chald. Be'ēl-Te'ēm « dominus edicti v. imperii »; LXX. Βαλτάμ) nom. præfecti regii Samaritanorum, qui ad regem Artaxerxem epistolam misit, ut prohiberet Hebræis, quo minus templum reædificarent, apud Vulg. 1. Esdr. 4. 8., 9. et 17. et 23.; ubi ponitur tamquam proprium nomen quod est commune; est enim quidam Reum nomine, hac dignitate præditus, sc. beelteem, i. e. vir, cui inest « potestas imperandi seu præcipiendi » nomine regis (ital. governatore). Attamen in tertio Esdræ 2. 25. apocr., coll. 17. hunc titulum ita reddit: ὁ γράφων τὰ προσπίπτοντα « scribens accidentia » i. e. quæ in subdita regione eveniunt, ad regem referenda (ital. referendario officiale), scriba (sâfrâ) regius, quasi mazkir; quod etiam inscriptiones Assyriacæ confirmant (Smith, Dict. of the Bibl. I. 1893. p. 379). Cf. etiam Xenoph. Cyrop. 8. 2.

BĔELZĔBŪB v. Beel-zebub et Beelzebul, indecl. m. Hebr. Ba'al zebûb « dominus muscæ v. muscarum »; Gr. Ζεὺς Ἀπόμυιος, sc. « abactor muscarum » (Paus. 5. 14) v. Βάαλ μυῖαν (LXX. et Jos. ant. 9. 2. 1); Lat. Myodes v. Myiagrus « muscas capiens » Plin. 10. Hist. nat. 28. 40. (75).

Beelzebub, deus ab Accaronitis cultus, quasi muscarum, quæ in calidis regionibus molestiores sunt et noxiæ, aliorumque insectorum, immo etiam morborum quorumlibet, abactor. Vulg. 4. Reg. 1. 2-16., coll. Matth. 12. 24. et alib. — Serius Judæi Βεελζεβούβ in Beelzebul (Βεελζεβούλ) commutarunt, i. e. dominus habitationis, nempe inferorum, unde princeps dæmoniorum dicitur (Vulg. Matth. loc. cit.), Gr. οἰκοδεσπότης. — Animadvertere juvat Assyrios vocasse Bit zebel « domus excelsa » sc. grandia templa; hinc nonnulli deduxerunt Beelzebul non Dominum habitationis sed Dominum excelsum significare, quod magis placet (Cf. Journ. Asiat. 1880). — Videtur tamen hac voce significari universim princeps astrorum seu deus solaris, cui insecta gignendi atque expellendi vis inest, ita ut omnibus idolis nomen olim fuerit commune (Cf. Eucher. 2. Instr. 9).

BĔELZĔBŪL, indecl. (V. voc. præc.); Prudent. tamen perist. 5. 267. et Augustin. c. Julian. op. imperf. 5. 2. habent Beelzebulis (gen.).

BEGŌĒ, es, f. 1. V. VEGOE.

BĔHĔMŌTH, indecl. m. Hebr. Behêmôth « bestiæ » plur., ex sing. Behêmâh f. (LXX. Θηρία) et quidem excellentiæ, ad ingens aliquod animal significandum, probabilius hippopotamum sive equum vel bovem marinum. Vulg. Job 40. 10. « Ecce, Behemoth, quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet » (Cf. Bochart, Hieroz. II. 15. et Loreta Zool. nella Bib. p. 312. 316. Torino 1901). Alii tamen censent esse elephantum (Thom. et Calmet); alii mammoth (Barzilai), alii denique taurum (Sanchez). — Porro nom. hieroglyphicum est api seu apt, hab, teb v. deb et reret; Copt. vero p-ehe-mu « bos aquæ ». Graphice hunc Nili incolam describit Job (40. 15-24. hebr.), de quo consulas W. Baker, Wild-beasts and their ways 2. Londr. 1890. p. 1-28. — Veteres (Hieronym., Theodoret., Augustin., Greg. M.) sub hoc vocabulo intellexerunt satanam vel dæmonia in universum, at non in sensum litteralem, sed allegoricum. Isid. 8. Orig. 11. 27. Behemoth ex Hebræa lingua in Latinam linguam animal sonat, propter quod de excelsis ad terrena cecidit et pro merito suo ut animal brutum effectus est. Adde Hieronym. ep. 22., Theodoret. in Ps. 103., Augustin. de Gen. ad litt. 11. 20. et 11. Civ. D. 15. et Greg. M. moral. in Job 32. 12.

BEL, indecl. m. Hebr. Bêl et LXX. Βῆλ et Βῆλος; Assyr. Bi'lu « dominus ». Etiam Bel (Belis), is, et Belus, i, per syncop. a Baal (V. hanc voc.).

Bel, nomen idoli Babyloniorum. Vulg. Dan. 14. 3. Quare non adoras Bel? et 9. templum Bel. Adde Is. 46. 1. Contractus est Bel, contritus Nabo. Adde Jer. 50. 2., Hieronym. in Ezech. 23. 11., Tertull. idol. 18. V. BELUS. — Errant qui putant Bel (Bi'lu) Assyriorum unum idemque esse cum Baal Chananæorum; hoc est enim numen solare, non autem illud (Baudissin in Herzog, RE. II. 36). Quin Bel duos deos significat, non solares, alterum in regione Euphratis, Tigris vero alterum, quum in inscriptt. cuneatis distinguantur (Cuneif. Inscript. IV. pl. 25. col. 2. l. 29), ubi legitur: « tres victimæ Belo, Samas (Soli) et Bel ». Cf. etiam Serv. ad Virg. 1. Æn. 642., coll. 1. 343. « Hæc est genesis series: Jupiter, Epaphus, Belus priscus, Agenor, Phœnix, Belus minor, qui et Methres ». Sed res apud Græcos Latinosque scriptores nimis confusa est atque incerta, qui Bel faciunt conditorem imperii Assyriaci et regni Babylonensis (V. Roscher, Lex. d. gr. u. röm. Myth. I. p. 778. sq.); quod ex documentis cuneatis falsum esse constat (Cf. Cuneif. of Western Asia, II. pl. 48. l. 28-39). — Beli (et draconis) historia, quæ legitur apud Dan. c. 14., a Judæis et hæreticis apocrypha censetur, ex eo quia in textu Hebr. et Aram. Danielis deest et, quod græce habetur, non LXX. interpr. sed Theodotionis hæretici opus est; sed ex parte Aram., quæ inserta fuit in Bereshit Rabba, a Raimundo Martini in Pugio fidei nobis tradito ac genuino, aliisque argumentis contrarium probat F. Delitzsch in cit. Habac. p. 32. et alib., coll. Hamburger, Encycl. ad v. Dan., et Furst, Der Canon d. A. T. nach Talmud u. Midr. p. 103. et etiam Arrian. Anab. VII. 17. ac Beros. frg. apud Richter p. 50. V. BELUS.

BELA, indecl. m. Hebr. Bela' « exitium, devoratio ». (Hieronym. nom. Hebr. 8. Bale præcipitans sive devorans); LXX. Βαλά, Βαλέ, Βαλάκ. Etiam Bala et Bele legitur apud Vulg. 1. Par. 5. 8. et 7. 13. et ibid. 1. 43. et 44.

Bela, nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit Filius Beor, regis Edom (Βαλάκ LXX), frater Balaam harioli. Vulg. 1. Par. 1. 43. — 2.°) Item filius Beniamin. Id. Gen. 46. 21. (Bala Ital. Lugd. Βαλά LXX) et Num. 26. 38 (Balac Ital. Lugd.), a quo familia Belaitarum ad Num. loc. cit. et 1. Par. 7. 6. et 7. — 3.°) Item filius Azaz de tribu Ruben. Id. ibid. 5. 8., ubi Bala legitur. ¶ 2. Generatim cognom. mul. Corp. I. L. 6. 16536.

II.) Est etiam nom. loc., sc. — 1.°) Oppidum regium prope Sodomam, quod et Segor dicebatur. Vulg. Gen. 14. 8., ubi legitur Bala. — 2.°) Item Bēla (Gr. Βηλά), terminus Judææ ad orient. respiciens, de quo et sub nomine Arbela diximus. Hieronym. sit. et nom. p. 102.

BELACI, ōrum, m. plur. 2. gens Alpium Cottiarum inter civitates Segusinorum et Caturigum. Corp. I. L. 5. 7231. — Glück, Rênos etc. 25. derivat a Kimr. bel « bellum » et bellicosos interpretatur. — De his Desjardins Géogr. de la Gaul. II. 35. et Detlefsen, Herm. XXI. 588.

BELAĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. BELA.

BELATES. V. PELATES.

BELATUCADRUS, i, m. 2. deus belli Britannicus, idem ac Mars: a Celt. cadr, fortis (Cf. Holder, Altcelt. Spr. I. p. 367). Corp. I. L. 7. 294. DEO BELATVCADRO. et ibid. 314. DEO SANTO (sic) BELATVCAdro. Inscr. Ephem. epigr. 3. 92. DEO MARTI BELATVCADRO.

BELATUS, i, m. 2. cogn. vir. Conc. Tol. II. a. 589 (Mansi 9). — Belata, nom. mul. Corp. I. L. 5. 6000. — Hinc Belatonus(-ius), nom. Celt.; Belatullus et Belatulla, demin.; Belatusa et Belatumāra, cogn. mul. et Belatullius, nom. gent. V. in Corp. I. L.

BELBĪNA, æ, f. 1. (Βέλβινα) parva insula sinus Saronici, hodie S. Giorgio d'Arbore. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (56)., in codd. Bellina. V. Ross, Inselreis. I. 4. et II. 172. sq. et Bursian, Geogr. II. 476.

BELCA, æ, f. 1. statio in Gallia Lugdunensi, hodie Buzi sec. D'Anville, Not. 146. Memoratur in Itin. Anton. p. 367. et Tab. Peut. 1.

BELCÆ, ārum, m. plur. 1. ¶ 1. Nom. gentium Scythicarum. Mela 3. 36. Scythici populi incolunt, fere omnes et in unum Belcæ (al. Bergæ) adpellati. et 3. 57. Thyle Belcarum litori adposita est. ¶ 2. Item gens Aquitaniæ. Auson. ord. urb. nob. 114. sq. (p. 151. Peiper). Interiusque premunt Aquitanica rura Cebennæ Usque in Teutosagos paganaque nomina Belcas (var. Belcos et Volcas).

BĔLĒNUS, i, m. 2. Forma Belinus in Corp. I. L. 3. 4774.; sed apud scriptores et in titulis meliotis notæ Belenus. — Βέλενος Herodian. hist. 8. 3. 8.; Βήληνος in Corp. 12. 5693. 12., sed suspectæ fidei. — Etymon nonnulli ducunt a βέλος, sagitta, quod quadrat in vocabuli significationem (V. infra); at sec. D'Arbois de Jubainville (V. Holder, Altcelt. Spr. h. v.) idem est ac splendens, ardens, quod pariter vim nominis refert: melius tamen conjungitur cum Bel v. Baal, de quo dictum est. — Compend.: Belen. et Bel. in C. I. L. 5. 733 et 744.

Belenus ¶ 1. Est deus Celticus, idem fortasse ac Sol seu Apollo (Auson. Prof. 4. 9. et 10. 19), cultus in provincia Norici (Tertull. apol. 24. et 2. Nat. 8) et Aquileiensium itemque Gallorum. — 1.°) Apud auctores. Tertull. apol. loc. cit. Unicuique provinciæ et civitati suus deus est - ut Noricis Belenus, ut Africæ Cælestis. et Nat. loc. cit. Belenus Noricus (tit. in Norico repert. Corp. 3. 4774). Capitol. Maximin. 22. Cum - frustra obsideret Aquilejam Maximinus, legatos in eandem urbem misit, quibus populus pæne consenserat, nisi Menofilus cum collega restitisset dicens etiam deum Belenum, per haruspices respondisse Maximinum esse vincendum; unde etiam postea Maximiniani milites jactasse dicuntur, Apollinem contra se pugnasse debere. — Fons Beleni in regione Aquilejensi colebatur. Corp. I. L. 5. 754. — Porro de ejus cultu Aquilejæ exstanti usque ad fin. sæc. VI. a. Chr. V. Braida in Diss. ad Nicet. c. 7. Ceterum plura apud Wissowa in Roschers Lex. I. 755. sq.; Schaaffhausen, Rhein. Jahrb. LXXXVI. 77. et Friedländer, Sittengesch. III. 581 (Cf. Beligna, vicus prope Aquilejam situs). — 2.°) In titulis multis, quorum plerique in territorio Aquilejensi prodierunt, adsimilatur Apollini (Corp. I. L. 5. 732 (a. 286-305) v. Soli (Ibid. 803) v. Antinoo ætate formâque par; unde « si par, cur non Antinous sit quoque qui Belenus? » (Carm. epigr. 879): aut est epitheton Augusti (V. suo loc.) — Adde Inscr. apud Furlanetto, Museo d'Este p. 9. AEDEM BELENI PECVNIA SVA REFECERVNT. et Corp. 3. 4774. 2143. etc. — Hinc Belenius (a), cogn. Celt. Corp. 5. 785. et 3. 13000. ¶ 2. Est etiam nom. regis cujusdam Cadusiorum, cujus epistola, qua Saporem ad reddendum Valerianum imp. ab eo captum hortatur, apud Trebell. Valerian. 5., ubi Peter leg. Velenus pro Belenus ex facili litt. b et v commutatione.

BELGA, æ, m. 1. V. voc. seq.

BELGÆ, ārum, m. plur. 1. (Βέλγαι Strab. 4. et Βελγικοί Dio 39. 1) nom., quod alii deducunt a belgen seu welgen, illorum lingua, « peregrinus »; alii a Germ. balgen « pugnare »; alii aliunde.

Belgæ, gens Galliæ septentr., memorantur Cæs. 1. B. G. 1. Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgæ. et ibid. 2. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. Mela 3. 20. Ad Sequanam Celtæ, inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Adde Plin. 15. Hist. nat. 14. 15. (51)., Tac. 1. Ann. 34. et 4. Hist. 17., 37. et 76., Flor. 3. 10., Vib. Seq. p. 150. et Auson. Mos. 10. et 319. — In sing. num. Belga — a) Absolute, incola. Inscr. apud Orelli n. 4079. — Collective. Claudian. 21. 226. pascat Belga pecus. Sidon. carm. 7. 327. Et jam terrificis diffuderat Attila turmis In campos se, Belga, tuos. — b) Adjectiv. Lucan. 1. 426. docilis rector monstrati Belga covinni. — De eorum origine non omnia traduntur certa. Ait Oros. 2. Hist. 4. 1., plerosque Belgas esse ortos a Germanis Rhenumque antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosque, qui ea loca incolerent, expulisse solosque esse, qui patrum nostrorum memoria, omni Gallia vexata, Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerint. Id. 1. ibid. 1. 6. « Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem ». Ex antiquissimis autem temporibus eos in Britannias transiisse, suumque nomen ibi in parte, quæ mari adjacet, indidisse, ab iis Venta Belgarum (Οὐέντα), hod. Winchester, dicta, auctor est Cæs. 2. B. G. 4.; immo Britanniæ etiam imperium obtinuisse regemque habuisse tradit 5. ibid. 12. — Eos, armis armatisque potentissimos, a. 697. adortus est Cæsar divisos fuditque; quo facto, regio Belgica Romanis subjacuit; hinc in exercitu Rom. etiam cohortes Belgarum commemorantur, sæpe in titulis Delmatiæ (Corp. I. L. 3. 8487., 8484., 8756. etc.), apud Cæs. 2. B. G. 1., coll. Appian. de reb. Gall. 4. 75. et Napoléon III. Hist. d. J. Cæs. II. 97. V. BELGICA. — De Belgarum indole et moribus ita idem Cæs. 1. B. G. 2. Horum omnium (populorum) fortissimi sunt Belgæ, propterea quod a cultu atque humanitate provinciæ longissime absunt minimeque ad eos mercatores sæpe commeant atque ad ea, quæ ad effeminandos animos pertinent, important. — De hoc plura apud Schayes, Essai hist. sur les usag., le croyances etc. d. Belges anciens et mod. Louvain 1884. et Hettner, Zur Kult. in Germ. et Gall. Belg. Westd. Ztschr. II. 18. sqq.

BELGĬCA, æ, f. 1. V. voc. seq.

BELGĬCUS, a, um, adject. ad Belgas vel Belgicam provinciam pertinens. Virg. 3. G. 204. Belgica esseda. Propert. 2. 18. 26. color (crinium). et 4. 10. 40. vasti parma-ducis (Virdomari). Plin. 16. Hist. nat. 25. 30. (103). cerasa. Id. 16. ibid. 36. 65. (161). calamus. Sidon. 4. ep. 3. terra. et 36. ibid. 22. 44. (159). provincia. Sil. It. 10. 30. canis. — Hinc absolute

Belgica, æ, f. 1. ¶ 1. Est tertia Galliæ pars (Cæs. 1. B. G. 1., Tac. 1. Hist. 48., Sidon. 9. ep. 7. 7. etc.), a Belgis incolis appellata, plenius Gallia Belgica (Plin. 7. Hist. nat. 16. 17. [76]. et Inscr. apud Orell. n. 798) et provincia Belgica (Plin. 36. Hist. nat. 22. 44. [159], Corp. I. L. 6. 1401., 1435. etc. et 14. 3593. prov. Velgica). et Belgia apud Rav. p. 226. — 1.°) Lato sensu, apud Latinos, tractus inter Sequanam, Matronam et Rhenum, ab occ. Oceanum, a septentr. Rhenum, ab orient. Vogesum montem habens ad extremos Leucorum fines, a merid. flum. Matronam et Sequanam usque ad mare et plurimos complectens populos, nempe Aduaticos, Ambianos, Ambivaretes, Atrebates, Batavos, Bellovacos, Centrones, Menapios, Marinos, Nervios, Suessiones, Treveros, Ubios etc. et partem Parisiorum et Senonum, quibus addendi Britanni, Hassi, Tungri etc. (Cæs. 1. B. G. 1. et Tab. Theodos.). — Latius vero apud Græcos, qui Helvetios et Sequanos (Ptol.) et etiam Armoricos populos in ea comprehendunt (Strab.). — 2.°) Strictiore sensu Belgica, ut Plin. vocat, vel Belgium, ut Cæsar (V. BELGIUM), est ejus pars a Scalde ad Sequanam et continebat Bellovacos, Atrebates et Ambianos. — Belgicæ pars borealis silvestris est ac paludosa; idcirco parum fertilis (Diod. 5); australis vero ex parte videtur feracissima fuisse (Plin. 15. Hist. nat. 25. 30. [103]. et alib. et Varr. 1. R. R. 7); nunc fere universa hæc regio uberrima et cæli temperie mitior. — A Cæsare Romæ subjecta, redacta dein est ab Augusto in provinciam Rom. limitibus usque ad Albim porrectis (Mon. Ancyr. 6. 10. sqq. et Momms. ad l.), postea vero, Germania aucta, ad Rhenum tantum productis; sed ab ejus successoribus a Germania omnino separata est, ita ut tres haberentur provinciæ (Cf. Tac. 13. Ann. 53. et 1. Hist. 59., Sueton. Vitell. 7. et Domit. 6., Inscr. apud Orell. n. 179., 485., 798., 3574. etc. et Mém. de l'Acad. de la Belg. 17). Post Constantini M. imp. tempora, divisa est in duas provincias, sc. Belgicam Primam et Secundam, quarum Prima inter Germanias duas et Belgicam Secund., Lugdunensem Sequanosque, complectebatur Leucos (c. Tullo), Mediomatricos (c. Mettis), Virodunos (c. Verdun), Treveros, quorum Augusta Treverorum v. Trevirorum erat metropolis, hodie Départ. de la Meurthe, de la Moselle, de la Meuse et partem Borussiæ Rhen. (Prussia Renana); Secunda vero inter Mosam, Matronam et Sequanam usque ad Oceanum protendebatur, hodie Départ. du Nord, du Pas-de-Calais, de la Somme, de l'Oise, de l'Aisne, de la Marne et de l'Aube et etiam la Flandre or. et occ. et le Hainaut (Ammian. 15. 11. 9. et 10., Hil. agn. præf. 1., Not. Gall. 5. Chron. I. p. 589. et p. 590. et Not. Dign. occ. passim., Pol. Silv. prov. 2. 8. et 9., Greg. Tur. Jul. 32). — De ea plura apud Moke, la Belgique ancienne et ses orig. etc., Gand 1855. et Schayes, La Belg. et les Pays-Bas avant et pendant la domin. rom., Bruxelles 1877. ¶ 2. Item vicus Germaniæ inferioris in Ubiorum agro, seu in Gallia Belgica inter Marcomagum (Marmagen) et Tolbiacum (Zülpich), in Itin. Ant. p. 378., hodie Billig.

Belgicus, i, m. 2. monachus quidam, apud Sulpic. Sev. dial. 1. 8. 6.

BELGĪTES, ium, m. plur. 3. gens Pannoniæ. Plin. 3. Hist. nat. 25. 28. (148).

BELGĬUM, ii, n. 2. regio, dicta a Belgis, fortasse prima eorum sedes cis Rhenum, dein lato sensu in Belgica comprehensa. Cæs. 5. B. G. 25. — Pro finibus Belgarum, apud Hirt. 8. 46. et alib. et Corp. I. L. 13. 1166 (in Aquitania sæc. I.).

BELGĬUS, ii, m. 2. (Βόλγιος Paus.), dux Gallorum, qui sub Brenno circ. an. 280. in Macedoniam invaserunt. Justin. 24. 4. et 5. et alib. et Trog. prol. 24.

BĔLĬĂL, indecl. m. Hebr. Beliya'al, compos. ex beli « sine » et ya'al « utilitas », idest inutilis, noxius, malus: cf. reqa' « ineptus » (fr. vaurien et lat. nequam), quæ adjectiva ex usu longe probrosiora sunt quam ex eorum significatu; non enim probatur etymon, quod communius invalet ex Hieronym. in Eph. 4. 27. « Belial, hoc est absque jugo, quod de collo suo Dei abjecerit servitutem, quem Aquila apostatam transtulit ». — Scribitur etiam Beliar (Βελίαρ), Syrorum more, qui sæpe lomad substituunt litt. rish (r pro l seu ρ pro λ). Cassian. conl. 12. 16. « Quantum disparatur Christus a Beliar ». At Gramm. VII. 264. 4. « Belial, non Beliar ». et Hieronym. nom. Hebr. 76. « Beliar cæca angustia sive cæcum lumen vel filius prævaricationis; sed rectius Belial dicitur ». Βελίαρ (« dominus silvæ ») pro Βελίαλ leg. 2. Cor. 6. 15. Tischend., Lachm., Griesb.; immo Gesen., sed perperam, unum ab altero distinguit (V. J. Perin, Nov. Test. cum lectt. var. et Lex., Pat. Semin. 1890). — Belia, æ, m. 1., apud Priscill. tract. 1. 7. « Christo et Beliæ ». et 1. 20. « Anathema sit qui Sanctam-Beliam-venerantur ». Adde Tertull. loc. cit. Sic Prudent. hamartig. 5. 20. et psych. 714. — Quantitas priorum syllabarum incerta est: secunda tamen syllaba producitur in Carm. epigr. 1847. B. 25. « quo demigrante Bĕlīai ». et etiam prima a Prudent. hamart. l. c. « principe Bēlia, rectoribus horret iniquos ». et psych. l. c. « præceptor Bēlia mihi ». Ceterum « frustra est, qui prosodiæ leges a Prudentio exigit » inquit Forcellin. noster.

Belial ¶ 1. Proprie, saltem in V. T. textu Hebr., nom. est commune, quod Græci reddunt « ἀνομία, ἀποστασία, λοιμός, παλαίστης vel παράνομος, ἀσεβής, ἄφρων ». et Vulg. aliquando « prævaricator (2. Reg. 23. 6); iniquus (1. Reg. 25. 25); injustus (Ps. 100. 3); impius (Prov. 16. 27); apostata (Job 34. 18); iniquitas (Ps. 18. 5); prævaricatio (Nah. 1. 11) ». — Absolute v. adjectivorum more adhibetur — a) De personis. Vulg. Nah. 1. 15. Non adjiciet ultra ut pertranseat in te Belial. sc. hostis (Assyrius). Id. 2. Reg. 16. 7. Egredere vir sanguinum, vir Belial. sc. scelestus. Adde eund. Deut. 13. 13., Judic. 19. 22. etc. — Hinc filii Belial, homines impii, scelerati, perditis moribus, seu viri seu feminæ. Id. 1. Reg. 2. 12. Porro filii Heli, filii Belial. et 1. Reg. 1. 16. Ne reputes ancillam quasi unam de filiabus Belial. — In sing. num. Ibid. 25. 17. ipse est filius Belial. — b) De rebus. Id. 2. Reg. 22. 5. Torrentes Belial terruerunt me. sc. vastatores v. profundi. Adde Deut. 15. 9. ¶ 2. Translate de Satana v. de dæmone aliquo (Cf. Baal, Bel, nom. Hebræis unitatum et affine). Vulg. 2. Cor. 6. 15. Quæ autem conventio Christi ad Belial? Tertull. hab. mul. 2. Quod commercium damnaturis cum damnandis? opinor, quod Christo et Beliæ. Hieronym. in Eph. 4. 27. Ibi in Hebraicis voluminibus Belial, hoc est diabolum, pro pestilentia nominari.

BĒLĬAR. V. voc. præc.

BĒLĬĀS, æ, m. 2. nom. fluvii in Mesopotamia, nunc Balicha, apud Ammian. 23. 3. 7.

BĒLĬAS, ădis, f. 3. nom. patronymicum. ¶ 1. Bēlias, patronym. a Belial, filia Belial, apud Prudent. hamart. 608. ¶ 2. Bēlias, patronym. a Belus, Beli filia. Senec. Herc. Œt. 959., ubi alii leg. Belis, ut sit Belis idis. V. hanc voc. et BELUS.

BĒLĪDÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. seq.

BĒLĪDĒS, æ, m. 1. patronym. a Belus (Βηλίδης). Gen. etiam Belidis. V. infra. — Voc. Belidē (Gr. ὦ Βηλίδη): Ovid. loc. cit. — Pænultima etiam brevis. Cinna carm. frg. 3 (V. Charis. I. 124. 5. K.) « Jam inde a Belidis natalique urbis ab anno Cecropis etc. ».

Belides, filius vel nepos Beli. Ovid. 14. Her. 73.

Gurge, age, Belide, de tot modo fratribus unus. — Palamedes dictus *Belides* a *Virg.* 2. *Æn.* 81., quia septimo gradu, ut docet *Serv.* ad *loc.* ex *Apollon.*, a Belo originem duceret. — In plur. num. *Belidæ* (*arum*), Danaus et Ægyptus, Beli filii. *Stat.* 6. *Theb.* 291.

BĒLIS, idis, f. 3. patronym. a *Belus*, Beli filia vel neptis. — In plur. num. *Belides*, quinquaginta Danai filiæ, quæ prima nuptiarum nocte, præter unam, maritos suos interfecerunt. Fabula narratur *Ovid.* 1. *Art. am.* 73. et 3. *Trist.* 1. 61. et 4. *Met.* 462. et *alib.* V. DANAIDES. — Translate, apud *Juvenal.* 6. 655.

BELIS, is, m. 3. dictus Ganymedes. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 28. Ganymedes Catamitus dicitur, licet Theodotius, qui Iliacas res perscripsit, hunc fuisse Belin Chaldæum dicat etc.

BELISAMA, æ, f. 1. dea Celtica, it. *Belizama*, artium inventrix, quam Romani cum Minerva conjunxerunt, ut ex *Inscr.* in Aquitania reperta, *C. I. L.* 13. 8. MINERVAE BELISAMAE SACRVM etc. Alii minus recte leg. *Belisanæ*. Vox quibusdam Punica videtur, compos. ex *Bel* v. *Baal* et *Shama*, cælum, quasi domina cæli. Cf. etiam *Holder, Altcelt. Sprachsch.* h. v., et *Pictet, Rev. arch. XXV.* 1873. p. 197. *sqq.* V. BELENUS. — Βηλησαμι (*dat.*) in tit. Celt., *Vaisone* repert. *Corp.* 12. p. 162 (*Dict. arch. de la Gaul.*).

BĔLĪSĀRĬUS, ii, m. 2. (Βελισάριος) Scribitur etiam *Belisarios, Belesarius* v. *Beleçarius, Belsuarius, Bilisarius, Vilisarius* v. *Velisarius, Vulisarius* etc. — De vocabuli etymo V. *Schröter, Ztschr. f. d. Altert. XXXV.* 1891. p. 244.

Belisarius, dux Justiniani imp. celeberrimus, n. in Illyrico fortasse a. 500 (Cf. *Procop. Pers. I.* 12. p. 59. et *Agath. V.* 16. p. 312), plenius *Flavius Belisarius*. Memoratur *Novell. Just.* 47. 1. 1. Belisarius, vir clarissimus. *Coripp.* 1. *Joh.* 367. Tempore quo Libycas tetigit Belisarius oras. *Hydat. app. chron. II.* p. 36. patricius. Adde *Isid. Vand.* 83. 84. *chron. II.* p. 299., *Rav.* p. 8., *Avell.* p. 340., *Jorn. Rom.* 366. *sqq.* — Primum Persis a. 529. bellum intulit victorque reversus, ingenti classe comparata, aliam expeditionem suscepit in Africam, ubi Gilimerum, ultimum Vandalorum regem, profligavit captivumque secum Constantinopolim abduxit ibique summis triumphi honoribus, ab imp. Justiniano decoratus est; dein cum Africa etiam Corsicam et Sardiniam imperio submisit (*Jornand. Get.* 60., coll. *Procop. Vand. I.* 10., 11). — Consul creatus a. 534. v. 535 (*Novell. loc. cit.*: cf. tamen *De Rossi, Inscr. chr. I.* p. 479. *sqq.* et 611), in Italiam missus, Neapolim, Catanam, Panormum cepit ac Romam ingressus Vitigis, intrusi Gothorum regis, obsidionem strenue sustinuit a. 536., ita ut ille recedere coactus sit a. 539., qui cum Belisario victore dein captivus Constantinopolim venit (*Jorn. Get.* 60., coll. *Proc. B. G. II.* 29). — Iterum Persas aggressus vastavit Assyriam ibique mansit usque ad a. 543.; unde revocatus est in Italiam contra Totilam, Gothorum regem, qui Romam invaserat a. 546., sed parum profecit viribus destitutus; quamquam mox urbem recuperavit a Totila relictam et a Gothis rursus tentatam defendit (*Proc. B. G. III.* 22. 23); Hunnos in Europam irruentes repulit a. 558 (al. 559) aliaque gessit præclara. At, quæ vitrea, quum splendet, frangitur, fortuna magni ducis inclinabat, pœnam ob sacrilegum facinus subituri, qui dum Romæ versaretur, Antoninæ, uxoris suæ, ac Theodoræ imp., feminæ scelestissimæ, artibus subornatus, operam in id contulit ut Silverius, pont. max., vir sanctissimus, falso crimine accusatus, tamquam Gothorum fautor, ac de solio detrusus a. 537. in carcere martyr occumberet, eique substitueretur Vigilius (*Id. ibid. I.* 25., *Liberat. diac. Brev.* 22., *Lib. pont.* apud *Duchesne*, et *Vict. Tun.* 368). Hinc namque factum est ut, quamvis alia bella gereret, non tam feliciter ei res cesserit; immo et favorem amiserit ingrati Justiniani, qui eo devenit ut tantum virum, tot victoriis illustrem, sed conjurationis ab invidis delatum, an. 561., bonis omnibus exspoliatum (non tamen orbatum oculis, ut olim cum aliis vulgi fabellis traditum est), in vincula conjiceret; qui paulo post liberatus, sed ab imperatore neglectus et in mendicitatem prolapsus, durum vitæ genus agere debuit miserrimeque obiit a. 575. — De eo plura apud *Lord Mahon, Life of Bel.* (1829); *Zeller, Rel. d. röm.*; *Roth, Ueber Belis.* etc. (1847); *Balan, St. d'It. I. p.* 470. *sqq.*; *Hartmann, PW.* 3. 209-240. — Mentio *Belisariæ portæ* (πύλη ἡ Βελισαρία) Romæ fit tantum a *Procop. B. Goth. I.* 18. *p.* 89. *D.* et 22. *p.* 106. *D.*, quod fortasse est alterum nom. p. *Pincianæ*. Cf. *Jordans Bedenk.* (*Topogr. I.* 354) et *Lanciani, Bull. comm.* 1892. *p.* 102. — *Belisariuα*, locus in Hispania Tarraconensi, apud *Rav. p.* 313. Alii tamen aliter nuncupant *Belsinum*.

BĒLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. Beli, ut videtur, cultores ita dicti; sed nomen est gentis Asiaticæ, *Curt.* 4. 12. 10. Hunc Armenii, quos minores appellant, Armenios Babylonii, utrosque Belitæ et qui montes Cossæorum incolebant, sequebantur.

BELLĀTOR, ōris, m. 3. (bello) ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp. I. L.* 12. 1939. Adde *Cassiod.* 1. *inst. div.* 5. 6. et *Anth.* 110. 5. ¶ 2. Est etiam nom. dei. *Corp. I. L.* 3. 10220. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 292. Templum Martis quasi Bellatoris id est Gradivi.

BELLĀTŬLA, æ, f. 1. nom. et cogn. mul. demin. a *bellula*. V. BELLATULUS in *Lexico*. Alii tamen apud *Plaut. loc.* ibi *cit.* rectius leg. *belle bellatula*. Cf. BELLIUS.

BELLĔRŎPHON vel

BELLĔRŎPHONTĒS, is, m. 3. (Βελλεροφῶν v. Βελλεροφόντης) nom. vir. — *a)* Orthogr.: *Bellorophontes* apud *Plaut. Bacch.* 810 (C D), *Horat.* 3. *Od.* 7. 15 (C R L)., *Auson.* 418. 72a., *Hygin.* 2. *Astr.* 18. — *Bellorophantes* apud *Plaut. loc. cit.* cod. *B.* — *Bellerephontes* est *Serv. Æn.* 6. 288. *R.*, *Fulg. myth.* 3. 1. et *C. I. L.* 6. 10206. — *Belerofontes* apud *Hieronym.* in *chron.* a. Abr. 682. et *Belerophontes* apud *Schol. Germ. Bas. p.* 79. *Melerpanta* V. suo loc. — *b)* Declin.: Nomin. *Bellerophontes* sæpius. — *Bellerofons* apud *Fulg. myth.* 3. 1., *Gloss. Schol. Hor. od.* 1. 27. 23. et *Not. Tir.* 115. — *Bellerofon* apud *Hygin. fab.* 57. et *Schol. Stat.* 4. *Theb.* 589. — Genet. in - *tis* est *Porphyr. Hor. od.* 4. 11. 28., *Avien. orb.* 1035., *Hygin.* 2. *Astr.* 21. *al.* — Dat. in - *te* apud *Horat.* 3. *Od.* 7. 15. - in *ti* apud *Juvenal.* 13. 326., *Plin.* 13. *Hist. nat.* 13. 27. (88)., *al.* — Acc. *Bellerophontem* est *Plaut. Bacch.* 810., ubi *Ritschl* (in *opusc.* 4. 296.: *Bellorophantam*), et *Manil.* 5. 97. - *Bellerophonta*, Gr. posit., *Anth.* 388. 2., *al.* — Abl. *Bellerophonte* est *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 63., *Horat.* 3. *Od.* 12. 8., *al.* — *c)* Etymol.: *Fulg. myth.* 3. 1. Bellerofonta posuerunt quasi boleforunta ac sapientiæ consultatorem ». Alii a *Bellero*, nom. pers., derivant et a φόντης ex φόνος, *occisio*, v. φονεύω, *occido*, i. e. occisor Belleri, Græci herois (Cf. *Schol. Homer. Il.* 6. 155., *Tzetz. Chil. VII.* 810. V. infra); alii vero (*Pott, Kuhns Ztschr. V.* 416. et *Lewis, Semit. Fremdwörter* in *Griech.*, *p.* 190) a Skr. v. Semit. lingua deducunt.

Bellerophontes ¶ 1. Apud mythographos, filius Neptuni et Eurynomes, Nisi filiæ (*Hygin. fab.* 857): vel Sisyphi filius (*Cic.* 3. *Tusc.* 26. 63., ubi *Hom.* υ. 201. *I.* 6. *Il.* vertit): vel Glauci filius, Sisyphi nepos, Æoli pronepos (*Hom. loc. cit.*), primum dictus *Hipponous* (*Schol. Hom. Il.* 6. 115), dein *Bellerophontes*, a quodam *Bellero* Corinthio, quem ipse occidit. — In fabulis fuit rex Ephyræ, sed regno spoliatus a Prœto, Argivorum rege, apud illum ejus jussu aulicam vitam vixit. Corporis pulcritudine, simul et præclarissimis maximisque virtutibus excelluit. Quum ab Anthia seu Stenobœa, uxore Prœti, interpellatus esset, veritus hospitalis Jovis iram, lascivam feminam repulit. Quare exardescens repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusavit, qui hospitii jure motus illum domi interficere non sustinuit, sed, datis codicillis, ad Ariobatem seu Jobatam socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis, Jobates in ultionem criminis Solymos domandos Bellerophonti commisit ut sub obtentu memorabilis pugnæ interiret. Verum quum et Solymos facile vicisset aliasque plurimis objectus periculis semper victor rediisset, postremo ad interimendam Chimæram missus est; quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegasum equum, summa cum laude superavit. Jobates, virtutem juvenis admiratus, alteram illi ex filiis, Achimenen (*al.* Alcumenem v. Alcimenem) appellatam, cum regni parte uxorem dedit, ex qua Isandrum, Hippolochum et Laodamiam suscepit. Hæc quum audisset Stenobœa sibi ipsa mortem conscivit. Verum Bellerophontes, felici rerum successu elatus, quum in cælum evolare cum Pegaso conaretur, immisso a Jove œstro, equo excussus decidit in eum campum, qui Alejus vocatus est. Ita *Forcellin.* ex *Hygin. fab.* 57. et 2. *Astr.* 18. Adde *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 118., *Porphyr. Horat.* 3. *Od.* 7. 13., *Schol. Stat.* 4. *Theb.* 589., *Fulg. myth.* 3. 1 (cum interpretatione allegorica). — De insania (*Hom. Il.* 6. 200): *Cic. Tusc. loc. cit.*, *Auson.* 418. 72. *Paulin. Nol.* 10. *carm.* 191. ne me - carpas - mentis vitio, non anxia Bellerophontis mens est - mihi. — De eo *Horat.* 3. *Od.* 7. 15. Bellerophon nimis castus. *et Avien. orb.* 1035. clarus. — Memorat eum ascensorem Pegasi *Manil.* 5. 97. et *Augustin.* 18. *Civ. D.* 13. — equitis exemplar *Horat.* 3. *Od.* 12. 8. — inventorem equitationis *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (202). — primum victorem in equorum certamine *Hygin. fab.* 273. — a Pegaso excussum *Schol. Germ. Bas. p.* 79. — pœnas avaritiæ dantem *Horat.* 4. *Od.* 11. 28. et *Senec. ep.* 115. — codicillos ei datos *Plin.* 13. *Hist. nat.* 13. 27. (88). — montem Chimæræ, quem is habitabilem reddidit, *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 288. — et laudes Pindari *Schol. Hor.* 4. *Od.* 2. 13. — Proverb.: *Plaut. Bacch.* 810. « Bellerophontem tuus me fecit filius, egomet tabellas tetuli, ut vincirer ». Dictum, quia Bellerophon nescius litteras ad eum attulit, a quo occidendus erat. Cf. huic mytho quædam fortasse inserta e sacris litteris *Gen. cc.* 3., 11., 39., 2. *Reg.* 11., *Luc.* 10. 18., coll. 2. *Petr.* 2. 4. — Alii mythum interpretantur de procella, aquis, nubibus etc. (V. *Rapp, Roschers Myth. Lex. p.* 774). — Translate de ascensoribus. *Apul.* 7. *Met.* 26. meum (*i. e.* asini) - Bellerophontem. *et* 11. 8. vidi - asinum pinnis adglutinatis adambulantem cuidam seni debili, ut illum - Bellerophontem, hunc - diceres Pegasum. ¶ 2. Alii: *Corp. I. L.* 6. 10206. in opere musivo adscriptum imagini Samnitis retiarium interficientis: BELLEREFONS. *et* 9. 3708 (*Marsis Marruv.*) Q. ALBIVS Q. L. BELLEREPHONTE[S] (*hasta oblique ducta per* TE). Ita *Hey*.

BELLĔRŎPHONTĒUS, a, um, adject. (Βελλεροφοντεῖος) ad Bellerophontem pertinens. *Propert.* 3. 3. 2. Heliconis in umbra, Bellerophontei qua fluit humor equi. *Claudian.* 8. 560. Pegasus indignaretur habenas Bellerophonteas. Adde *Sidon. carm.* 5. 184. — *Bellerophonteæ sollicitudines* apud *Rut. Nam.* 1. 450 (Cf. *Hom. Il.* 6. 200).

BELLICUS, a, um, adject. ad bellum pertinens. Sic proprie — *a) Bellicus deus* dicitur Romulus v. Mars, et *Bellica dea* v. *Bellica Virgo* Pallas, *Ovid.* 2. *Fast.* 478. et 814. et 4. *Met.* 754. — *Bellicus*, Mars, absolute, apud *eund.* 3. *Fast. init.* — *b) Bellica* dicta etiam fuit porta quædam urbis Uticæ, teste *Cæs.* 2. *B. C.* 25. Sed fortasse rectius legend. *Belica*, unico *l*, a *Belo*, qui ibi colebatur. Cf. *Freinshem.* ad *Curt.* 3. 3. 16.

BELLICUS, i, m. 2. *Vellicus* pro *Bellicus* in *Dig.* 19. 1. 13 (ubi tamen alii leg. *Bellicus*) nom. serv. et cogn. satis frequens, præsertim in finibus Celtarum. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2965. et *Marini, Fr. Arv. p.* 485. Memoratu dignus C. Bellicus Natalis Tebanianus, cos. a. 87. et XVvir Flavialis, ut in *Inscr.* apud *Orelli n.* 2375. et in *alia* apud *eund. n.* 737., ex qua patet fuisse suff. cum P. Cornelio Scipione Asiatico. — De quantitate vocalis *i*, vd. *Schulze, Eigenn. p.* 42.

BELLĪGER, i, m. 2. cogn. vir. (bellum *et* gero). *Corp. I. L.* 5. 1298.

BELLĪNUS, i, m. 2. ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp. I. L.* 12. 1866. — *Bellina*, nom. mul. 2698. ¶ 2. Est idem ac Belleaus seu Beleous v. Belinus. V. hanc voc.

BELLIUS, ii, m. 2. nom. gent. et cogn. in titulis haud paucis, ut videtur, originis Celticæ et Illyricæ (V. *Schulze, Eigenn. p.* 43. *sq.*). *Corp. I. L.* 12. 3460. *Cic. Orat.* 45. 153. Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? Nam ut duellum bellum, duis bis; sic Duellium eum, qui Pœnos classe devicit, Bellium nominaverunt, cum superiores appellati essent semper Duelli (s. Duilii). — *Bellis*, nom. mul. *Corp. I. L.* 3. 2591. — Hinc deriv. *Belliolus, Bellejus* (*a*), *Bellenius* (*a*), *Bellienus*, *Bellonius*, *Bellictus* (*a*), frequenter in *Corp. I. L.*

BELLŌNA, æ, f. 1. (bellum) nom. divinitatis. — Scribitur ἀρχαϊκῶς etiam *Belona*, unico *l* (*Inscr. Rev. archéol.* 1904. 4. *p.* 445). — *Duellona* apud *Varr.* 5. *L. L.* 73. Bellona ab bello nunc, quæ Duellona a duello. — *S. C. de Bacch.* (*C. I. L.* 10. 104) 2. *Duelonai* (gen.). *Gloss. II.* 56. 34. Duellona πολεμική.

Bellona ¶ 1. Fuit Romanorum dea belli, quæ inde a *Plauto* sæpissime apud poetas et scriptores legitur: plerumque *Enyo* intelligitur: Gloss. Ἐνυώ, Ἐνυώ πολεμική, Ἐνυώ μήτηρ Ἄρεως (sed *III.* 168. 43. soror Martis); « dea belliccsa, dea belli, dea inferorum, mater Martis, dea paganorum, Latine a bello nominata » (*V.* 170. 39). — 1.°) Proprie. *Paul.* ex *Fest. p.* 33. « Bellona dicebatur dea bellorum, ante cujus templum erat columna, quæ *bellica* vocabatur, super quam hastam jaciebant, cum bellum indicebatur ». Erat autem templum ad portam Carmentalem in circo Flaminii, ubi senatus exterarum gentium legatos audiebat, quoties id opportunius videbatur, ac duces victores recipiebat. *Liv.* 8. 9 (a. 340) *prec.* « Jane, Juppiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares - divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque diique manes ». Adde *eund.* 10. 19. *prec. Appil.* — Templum seu ædes Bellonæ memoratur *Sall. hist. frg.* 5. 26., *S. C. Bacch. loc. cit.*, *Cic.* 5. *Verr.* 16. 41., *Liv.* 28. 38. et passim. — Epitheta: *Virg.* 7. *Æn.* 319. pronuba. *Liv.* 10. 19. victrix. *Claudian.* 5. 263. vindex. *Senec. Ag.* 82. tristis sanguinolenta manu. *Ammian.* 28. 1. 1. sæviens. *et* 31. 13. 1. furens. *Prudent. psych.* 557. mendax. Rursum *Claudian.* 2. *Eutrop.* 144. Tartarea. *sc.* quia in Tartaro sedem habere fingitur. *Id. carm.* 11. 413. Stygia. *Inscr.* in *Bull. d. Istit. arch.* 1859. *p.* 50. Augusta. *Alia* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5676. dea. — Jungitur sæpe Marti. *Plaut. Amph.* 43. Neptunum, Virtutem, Victoriam, Martem, Bellonam etc. *Id. Bacch.* 847. neque Bellona - neque Mars. *Senec. Herc. O.* 1312. me stricto petat Bellona ferro: mitte Gradivum trucem. *Id. frg.* 39. Bellonam Marti conlocemus. sc. uxorem. *Lucan.* 7. 568. sanguineum quatiens Bellona flagellum Bistonas aut Mavors agitans. Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 703. — In plur. num. *Arnob.* 1. 28. Pavores - atque Bellonas. *et* 3. 26. Bellonas, Discordias, Furias. — Festum Bellonæ celebrabatur III. Non. Jun. (*Ovid.* 6. *Fast.* 201. et *Kal. Venus.*) ejusque sacra fiebant IX. Kal. Apr., qui dicebatur *dies sanguinis*, a Bellonariis sacerdotibus, galero ex nigra lana et vestibus furvo colore tinctis, teste *Tertull. Pall.* 4., coll. *Apol.* 9. — 2.°) Translate — *a)* De hæresi. *Vinc. Lir. Commonit.* 1. — *b)* De bello. *Claudian. carm.* 26. 86. ¶ 2. Item dea Cappadocum (*Mâ*), postea sæpius cum Magna Matre Phrygum confusa. *Auct. B. Alex.* 66. 3. Vetustissimum et sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 223. qui sceleratus Et furiosus erit, quem cepit vitrea fama, Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis etc. *Val. Flacc.* 7. 636. Attonitos mœstæ Phrygas annua Matris Ira vel exsectos lacerat Bellona comatos. *Lamprid. Comm.* 5. Bellonæ servientes vere exsecare brachium præcipit studio crudelitatis. Adde *Lucan.* 1. 565., *Apul.* 8. *Met.* 25. *Martial.* 12. 57. 11. turba - entheata Bellonæ. — *Porphyr. Hor.* 1. *ep.* 10. 49. Vacunam quidam Bellonam, alii Minervam, alii Dianam putant. *Corp. I. L.* 6. 490. Bellona Pulvinensis. *et* 2234. Rufilia. — *Bellonæ mons*, apud *Optat. app.* 1. — *Bellonæ vicus* in *Corp. I. L.* 6. 2235. ¶ 3. Item dea Celtarum, fortasse eadem ac *Litavis* (V. *Holder, Altcelt. Sprachsch. II.* 245. 25. *sqq.*). *Corp. I. L.* 13. 5598 (*apud Dibionem*). *Ammian.* 27. 4. 4. Scordisci - hostiis captivorum Bellonæ litantes et Marti (Cf. *Zeuss, Die Deutschen* 182. *sqq.*).

BELLŌNĀRIUS, ii, m. 2 (*Bellonaris* in *Not. Tir.* 81) Bellonæ sacerdos. *Schol. Hor.* 2. *sat.* 3. 222. Insaniunt Bellonarii cum lacertos humerosque concidunt. Adde *Schol. Juv.* 6. 105. - *Comm. instr.* 1. 17. 6. Vidistis sæpe Duellonarios (sic *Dombart*) quali fragore luxorias ineunt.

BELLŎVĂCI, ōrum, m. plur. 2. (Βελλοάκοι) De quantitate syllabæ tertiæ v. *Groeber, Archiv.* 3 (1886) 271. Cf. AREVACI. — De vi nominis v. *Glück, Kelt. Nam.* 152. et 161.

Bellovaci, populus Galliæ Belgicæ, inter fl. Sequanam, Isaram et Samaram situs, ubi nunc *Beauvais*. Memorant *Cæs.* 2. *B. G.* 4. Plurimum inter eos (*Belgas*) Bellovacos virtute et auctoritate et hominum numero valere. *Hirt. Gall.* 8. 6. Bellovacos, qui belli gloria Gallos omnes Belgasque præstabant. Cf. *Strab.* 4. 196.: αὐτῶν δὴ τῶν Βελγῶν Βελλοουάκους ἀρίστους φασί. — Eos vicit Cæsar, ut ipse et *Liv. epit.* 108. tradunt, coll. *Cæl.* apud *Cic.* 7. *Fam.* 1., ep. a. 708. exarata. — In sing. num. usurpatur — *a)* Adjectiv., ut *Bellovacum solum* in *Paneg. Const. Cæs.* 21. et *B. civis* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 191. — *b)* Absolute in *Corp. I. L.* 8. 14214b 1. 1.

BELLŎVĂCUS, i. *V.* voc. præc.

BELLŎVÆDĬUS, ii, m. 2. tribunus quidam insignium numerorum in bello contra Persas sub Juliano; dein sub Joviano his obses datus, teste *Ammian.* 25. 7. 13.

BELLŎVĒSUS, i, m. 2. dux Biturigum, Ambigati horum regis ex sorore nepos, Segovesi frater, qui, Tarquinio Prisco Romæ regnante, Alpibus superatis, cum popularibus in Italiam profectus obvios quosque hostes, Etruscos, Tauriscos, alios ad Ticinum devicit et in Insubria ipse, ut videtur, condidit Mediolanum, novarum gentium caput, indeque regiones illæ Gallia Cisalpina vocari cœperunt. *Liv.* 5. 34. et 35., coll. *Polyb.* 2. 4., *Justin.* 24. 4. et, ex recentioribus, *Micali, Thierry, Steur, Balan, Desjardins.* Ibi et alia oppida brevi ab iis condita sunt (*V.* BRIXIA et CENOMANI).

BELLUM, i, n. 2. nom. comm., de quo V. *Lexicon*; adhibetur tamen ¶ 1. Etiam proprie, tamquam persona. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 10. (27). « Tabula Belli faciem pictam habet. *et ibid.* 10. 36. (93). Belli imaginem restrictis ad terga manibus Apelles pinxit, Alexandro in curru triumphante » (Hanc Augustus Romæ in foro suo dicavit, ut ibi *Plin.*). Sic *Ovid.* 1. *Fast.* 702. religata catenis - vestro sub pede Bella jacent. Adde *Calpurn. ecl.* 1. 42. et *Fulg. Virg. cont. p.* 98 (V. *Brunn, Griech. Künstlergesch. II.* 141). ¶ 2. Est et nom. montis in finibus Massyliorum. *Liv.* 20. 31., ubi incertum genus.

BELLŪNUM v. Belunum, i, n. 2. (Βελοῦνον *Ptol.*- *Velunum* est *Plin. loc. cit.*) oppidum Venetiæ, inter Opitergium et Vicetiam. *Plin.* et *Ptol.* collocant in regione decima, in valle, quæ Serpentina vocabatur, hodie quoque *Belluno*; sed incertæ originis. Nomen vero quidam ducunt a *Viruno* (*cir unus*) apri ea loca vastantis occisore: v. a *Bellovaso*: aut a *Bello*, Tauriscorum deo: v. *Bellona*; alii vero aliunde, quibus imaginandi campus late patet. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130). Venetorum - oppida - Opitergium, Velunum, Vicetia. *Corp. I. L.* 5. 993 (*Aquileiæ*). et 6. 2612. — Ex historicorum sententia oppidum probabiliter condiderunt v. instaurarunt Etrusci, quos secuti sunt Veneti; dein an. 150. a. Chr. Romani sibi submiserunt. Fuit a. autem 88., Cajo Pompejo Strabone, Lucio Porcio Catone coss., civitate Rom. donatum et tribui Papiriæ adscriptum (*Kubitschek, Imp. R. trib. discr.* 108). — Hinc *Bellunatus*, adject., ut *Bellunatæ ecclesiæ* apud *Greg. M. ep.* 1. 16.

BELLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Speciatim — *a)* Fuit rex Armeniæ, qui irruens in Græciam Pythii Apollinis templum incendit, sed « tempestate et frigore exercitum amisit » ut tradit *Ampel.* 32. At *Wölfflin*, præeunte *De-Vit*, correxit in *Brennus*. — *b)* Item princeps quidam Illyricus, de quo *Liv.* 44. 31. Oratores - ad prætorem mitteret Gentius (*rex Illyrii*) Teuticum et Bellum, principes gentis. — 2.°) Generatim nom. vir. et cogn. libert. *Corp. I. L.* 3. 14115. 41.; 6. 21011., 26919. etc. — *Bella*, nom. mul. *Corp.* 10. 6587 (*Coræ*); 13. 1760., 2855. etc. — Hinc *Bello* (*onis*), nom. serv. et cogn. lib. *Corp. I. L.* 6. 282. ¶ 2. Est etiam nom. montis herbidi aquosique ad fines regni Carthaginiensis, quo confugit Masinissa Syphace devictus. *Liv.* 29. 31. At fortasse rectius legas *Balbus* pro *Bellus*.

BĒLŎCHUS, i, m. 2. (Βήλοχος v. Βηλοῦχος) Etiam *Belocus* sine aspiratione, apud *Augustin.* 18. *Civ. D.* 3. — Origo nominis Asiatica videtur et quidem a *Bel* v. *Baal*.

Belochus ¶ 1. Fuit octavus rex Assyriæ. *Hieronym.* in *Chron.*, coll. *Ctes.*; sed nonus apud *Augustin. loc. cit.* ¶ 2. Item decimus octavus rex Assyriæ, pater Atossæ, quæ et Semiramis, memoratus *Hieronym.* in *Chron.* et *Jorn. Rom.* 30.

BĔLŎNĒ, es, f. 1. (Βελόνη) nom. mul. cujusdam. *Hygin. fab.* 274. Belone prima acum reperit, quæ græce βελόνη appellatur.

BELONISTRIA v. Bellonistria, æ, f. 1. titulus mimi Decimi Laberii, cujus fragm. exstat apud *Non.* 104. 25. *Merc.*

BĔLŬNUM. *V.* **BELLUNUM.**

BĒLUS, i, m. 2. (Βῆλος) Alia forma *Bel* et *Bal* (Gr. Βήλ et Hebr. בל *Bēl*) indecl., contr. a *Beel* v. *Baal*. — Etiam *Bēlis* (*is*), decl. apud *Hieronym.* in *Ezech.* 23. 11., *Tertull. idol.* 18. et *Gloss. IV.* 498. 10. — Ad etymon pertinet loc. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 49. Bel vetustus sive absque. *V.* tamen BAAL. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Belus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Ex diis. — *a)* Fuit deus semiticus, non diversus a *Baal*. Memorant *Cyprian. ep.* 58., *Vulg. Is.* 46. 1., *Jer.* 50. 2., *Bar.* 6. 40., *Dan.* 14. 2., *Paulin. Nol. carm.* 19. 251., *Isid.* 8. *Orig.* 11. 23. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 729. Lingua Punica Bal deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione et Saturnus et Sol. *Hieronym. sit. et nom. p.* 107. Bel idolum Babylonicum. *et* in *Is.* 46. 1. Bel, quem Græci Belum, Latini Saturnum vocant. *et* in *Ezech.* 23. 11. Idolum autem Baal sive Bel et, ut apertius dicam, Belis, Assyriorum religio est. *Gloss. V.* 402. 21. Beel pater Saturni. Adde *Avien. orb.* 1199., *Ambrosiast.* in *Rom.* 1. 23., *Curt.* 3. 3. 16. — *b)* Item deus Palmyrenus. *Carm. epigr.* 872 (*sæc. III. in.*). Belus fortunæ rector mentisque magister. Adde *Corp. I. L.* 6. 50. Cf. MALACHBELUS et *Wissowa Relig. und Kult. p.* 308. — 2.°) Ex regibus — *a)* Fuit primus rex Assyriorum et pater Nini, ut mythologi tradunt. *Ovid.* 4. *Met.* 212. rexit Achæmenias urbes pater Orchamus isque Septimus a prisci numeratur origine Beli. *Philastr.* 24. 4. Belus autem sive a proprio nomine sive a fortitudine belli - hoc nomen aut cognomen habere sortitus est. *Ampel.* 11. Belus rex, Jovis filius, cujus posteri per Ninum Asiæ regnaverunt, per Ægyptum Libyæ, per Danaum Europæ. *Gloss. V.* 9. 8. Beli multi fuerunt, præcipue rex Assyriorum et Græcorum; alter præcipue Babylone. — *b)* Item rex Punicus. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 642. Belo, primo rege Assyriorum, ut ab antiquo durantia cinnama Belo usque ad Belum, patrem Didonis, qui et ipse Assyrius fuit, quamvis alio nomine pater Didonis fuisse dicatur. Hinc est quam Belus et omnes a Belo soliti, cum inter patrem et filiam medius nullus existat et hoc regis nomen ratione non caret; nam omnes in illis partibus Solem colunt, qui ipsorum lingua El dicitur, unde et Ἥλιος. Ergo addita digamma et in fine facta derivatione a Sole regi nomen imposuit. *Virg.* 1. *Æn.* 621. Teucrum memini Sidona venire Finibus expulsum patriis, nova regna petentem Auxilio Beli: genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum. Rursum *Serv.* ad *eund.* 1. 343. Belus, Didonis pater, Mettes [*dictus est*]. et *Sil. It.* 1. 71. (*Hannibal*) ortus Sarrana prisci Barcæ de gente, vetustos A Belo numerabat avos. Adde *eund.* 2. 49. et 8. 30. — 3.°) Ex aliis. — *a)* Fuit pater Danai. *Schol. Stat.* 1. *Theb.* 324.; 2. 222. et 3. 286. Jovis filius Elus, Eli filius Belus, Beli et Libyæ Agenor, Danaus et Ægyptus. Adde *Hygin. fab.* 168. et *Schol. Germ. Strozz. p.* 172. — *b)* Item unus ex majoribus Palamedis. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 81. Palamedes, ut Apollonius dicit, septimo gradu a Belo originem ducens. *Mythogr.* 1. 45. Belus Palamedis pater. Cf. *Hygin. fab.* 275. et *Cass. var.* 1. 30. — Hinc deriv. *Bēlias*, f., patronym. *Senec. Œt.* 960. Stricto cruenta Belias ferro

stetit (al. leg. Belis (idis) in ferro). — Bēlĭdēs (æ), m., patronym. Virg. 2. Æn. 82. Belidæ nomen Palamedis. Stat. 6. Theb. 291. Belidæ fratres. Ovid. 14. Her. 73. Surge, age, Belidē, de tot modo fratribus unus. — Sil. It. 3. 650. maxime Belide (sc. Hannibal). — Belĭdēs (um), filiæ Danai. Ovid. 4. Met. 463. Adsiduæ repetunt, quas perdant, Belides undas. Adde eund. 3. Trist. 1. 62., Ib. 177. et Juvenal. 6. 655. — c) Item quintus Hercules in India. Cic. 3. Nat. D. 16. 42. — d) Item magus quidam. Arnob. 1. p. 31., ubi alii leg. Valus. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. I. L. 6. 1057.

II.) Belus, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius Phœniciæ a radicibus Carmeli juxta Ptolemaidem coloniam profluens « lentus, insalubri potu sed cærimoniis sacer, limosus, vado profundus » ut ait Plin. 36. Hist. nat. 26. 65. (190). et « vitri fertiles arenas parvo litori miscens ». Adde 5. ibid. 19. 17. (75). Sic Tac. 5. Hist. 7. Belus amnis Judaico mari inlabitur: circa cujus os collectæ arenæ admixto nitro in vitrum excoquuntur. Adde Isid. 16. Orig. 16. 1., coll. Strab. 16. 758. ¶ 2. Item mons Syriæ. Plin. 5. Hist. nat. 23. 19. (81)., ut videtur; nam alii cum præc. conjungunt. — V. etiam BELUS in Lexico.

BELZEBUB. V. BEELZEBUB.

BEN, indecl. m. (Hebr. Bēn « filius » a rd. banah « ædificavit ») nom., quo appellatus est Levites quidam de familia Merari, laudatus Vulg. 1. Par. 15. 18. Et cum eis fratres eorum: in secundo ordine Zachariam et Ben et Jaziel etc. Ita cl. De-Vit; sed, haud recte, ut mihi videtur; in vers. enim 20. omittitur, ubi repetendum fuisset; deest etiam apud LXX. et in tribus mss. Hebr.; Syrus autem itemque Arabicus interpr. supplent nom. patris (bēn-Neašl), amanuensium incuria prætermissum. Est igitur hic quoque nom. comm., quod apud Hebræos — 1.º) usurpatur sæpissime in compositione plurimorum nominum, ut Beniamin, Benadad etc. — 2.º) significat non solum filios sed etiam — a) nepotes, pronepotes etc., ut benē-Yehūdah « filii Juda » i. e. Judæi. — b) cives seu incolas alicujus oppidi seu urbis, benē-Tsiyōn « filii Sion » i. e. cives Sion seu Hierosolymorum. — c) discipulos, ut benē-hannebī'īm « filii prophetarum » i. e. discipuli prophetarum. — 3.º) cum nomine qualitatis adjectiva efficit, ut bēn hhagil « filius roboris » i. e. robustus etc.

BĒNĀCUS, i, m. 2. (Βηνακός Strab., Βαίνακος Ptol.) maximus Venetiæ lacus Alpinus, in reg. X., ita dictus, ut geographi nonnulli putant, ab oppido quodam Benaco, sito ad ripam lacus (ut nunc a Garda), quod sæc. I. fuerit eversum (V. infra), hod. Lago di Garda, inter Brixiam et Veronam, ex quo Mincius effusus Mantuam defertur (Virg. 10. Æn. 205), nunc ambit. 124. km. et supf. 366 kmq. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Proprie. Plin. 9. Hist. nat. 22. 38. (75). Lacus est Italiæ Benacus in Veronensi agro Mincium amnem transmittens etc. Serv. ad Virg. 2. G. 160. Benacus in eadem regione mille et ducentorum (stadiorum circuitu patet). Vib. Seq. p. 147. Benacus Galliæ. Rav. p. 253. Apud eas civitates (« Sirmio et Garda ») lacus maximus, qui dicitur Benacus. — Ad hunc lacum Claudius Gothicus ingenti prœlio de Alamannis triumphavit, teste Aur. Vict. epit. 34. — Circa Benacum etiam larem locaverunt posteri Probi, ut refert Vopisc. Prob. 24. — 2.º) Figurate seu personæ instar. Virg. 10. Æn. 205. Quos patre Benaco velatur arundine glauca Mincius infesta ducebat in æquora pinu. sc. Mincius fluv. personatus, non Mincius navis (Serv. ad l. « jure dux Venetus fluvium provinciæ suæ depinxit in navi: quem Benaci filium, quia ex ipso habet originem, dicit). Cf. Virg. 2. G. 160. teque fluctibus et fremitu adsurgens, Benace, marino (Serv. ad l. « Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas). — Pro deo cultus. Corp. I. L. 5. 3998 (rep. ad lacum). ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Ibid. 4892 (Val Sabbia). — Hinc Benacenses, incolæ pagi cujusdam ad lacum siti, unde hic fortasse est denominatus (Cf. Momms., Corp. 5. p. 507). C. 5. 4313 (Brixiæ).

BĒNĀDĀD, indecl. m. Hebr. Ben-Hadad « filius Hadad seu cultor Hadad » (V. ADAD); LXX. υἱὸς Ἀδερ) nomen trium principum, qui regnarunt in Syria Damascena, sæc. X. et IX. a. Chr. ¶ 1. Benadad I., filius Tabremon, æqualis Abiam et Asa, regum Juda (a. 958-914), Jeroboam, Nadab et Baasa, regum Israel (a. 976-930), rex potentissimus, fœdere et amicitia junctus cum Asa ejusque auxiliator in bello contra Baasa, in quo percussit « Ahion et Dan et Abelmain et universas urbes Nephthali muratas », uti narrat Vulg. 2. Par. 16. 1-4. ¶ 2. Benadad II., æqualis Achab, Ochoziæ et Joram, regum Israel (a. 917-885), qui Samariam obsedit, sed ab Achab fusus fugatusque est; itemque anno insequenti (900) iterum Israelem aggressus ad Aphec tam est victus ut in manus Achab caderet, a quo tamen, contra Dei voluntatem, vita donatus est et honorifice habitus; quare Benadad ei oppida restituit, quæ a patre suo fuerant capta. Verum hujus rebellionis pœnas luit Achab tribus post annis, in prœlio contra Benadad, ubi vulneratus periit (a. 897). Id. 3. Reg. 20. et 22. — Benadad bellum intulit etiam Joram, regi Israel, obseditque Samariam; verum et urbs Dei prodigio liberata est et rex Syrus in fugam conversus (Id. 4. Ibid. 6. et 7), quem sequenti anno ægrotantem Hazael, ipsius minister, stragulo suffocavit ejque in regnum Damasci successit. Id. ibid. 8. et 2. Par. 18. — Assyriologi, lectioni LXX. interpr. « ben-Ader » innixi, de eo intelligunt inscript. Salmanassar II., regis Ninive, ubi fit mentio de Benadad vel Benader (Dad-idri) et de Achab (Ahhabbu Sir 'alai, sc. rex Israel) cum Ninivita rege bellantibus (Cuneif. Inscr. of West. Asia III. t. 8. l. 90., coll. Schrader, Die Keilinschr. u. d. Alt. Test. ed. 2.ª p. 193-203), quod quidem historiæ sacræ veritati firmandæ inservit. ¶ 3. Benadad III., filius Hazaelis, ex eo tantum notus, quod ter in prœlio a Joas, rege Israel, devictus est (a. 848-825) coactusque oppida restituere, quæ patri Joachaz eripuerat Hazael Id. 4. Reg. 13. 24., coll. Am. 1. 4. et Jer. 49. 27.

BĒNARNA et

BĒNARNENSIS. V. BENEARNUM.

BENDIDĪOS, ii, m. 2. (Βενδίδειος) Bithyniensium lingua Aprilis mensis dicitur Gloss. V. 170. 41. — Est fortasse Græcorum Elaphebolion (Cf. Usser, De ann. Maced. 41).

BENDIS, is, f. 3. dea Thracum, Artemis s. Diana v. Luna Latinorum (Βενδῖς ἡ Ἄρτεμις Θρακιστί Hesych.) v. Persephone. Corp. I. L. 3. 14406 (Philipp. Maced.). — Grimm in Kl. Schrift. V. 430. sqq. vocem confert cum Germ. antiq. Vanadis, i. e. pulcra v. splendens domina. — Hinc Bendidius, a, um, adject. ad Bendin pertinens. Liv. 38. 41. Bendidium (Mendidium codd.) templum. — Bendidia (Βενδίδεια), feriæ, quæ Athenis celebrabantur in honorem hujus deæ vicesima die Thargelionis. Inscr. in Ann. dell' Ist. arch. a. 1840. p. 66. Cf. Schœmann, A. G. III. 42. sq. tr. et Momms. Heort. 425.

BĒNĔARNUM v. Beneharnum, i, n. 2. Etiam Benarnus in Notit. Gall. 14. 8.; unde Benarnensis, incola, ibid., et Benarna (æ), apud Greg. Tur. 9. Fr. 7.

Benearnum, oppidum Aquitaniæ ad Pyrenæos in via Aquæ Tarbellicæ - Tolosa, nunc fortasse Lescar; ceterum etiam hodie est regio Béarn dicta (V. Desjardins et Longnon). Memoratur in Itin. Anton. p. 457., coll. p. 452. et 453. Cf. Benarni (Venarni) apud Plin. 4. Hist. nat. 19. 33. (108).

BĔNĔDICTUS, i, m. 2. nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit amicus quidam et familiaris Symmachi oratoris, de quo idem Symmach. 4. ep. 53. et 9. ibid. 1. — 2.º) Item conditor ordinis monachorum in Occidente, nat. a. 480. ex nobilissima Aniciorum gente Nursiæ seu potius in provincia v. territorio Nursiæ (Greg. M. in Vit. init.), sed Romæ in litteris eruditus. Memoratur Greg. M. dial. l. 2. init. Vir vitæ venerabilis gratia Benedictus et nomine - scienter nesciens et sapienter indoctus. et c. 1. plus appetens mala mundi perpeti, quam laudes, et pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ hujus favore extolli. et c. 16. vir Dei divinitatis secreta penetrans. etc. Adde Isid. chron. II. p. 476. et Ravenn. Guid. p. 481.; unde novimus, eum naturæ in solitudinem Sublaci secessisse ibique paucis post annis, sanctitatis fama percrebrescente, multos ad se solitarios accivisse ita ut duodecim conderet monasteria: inde vero a. 529. montem Casinum adiisse, ubi, templo Apollinis everso, incolas illos ad fidem convertit, sacella erexit ss. Martino et Johanni jecitque fundamenta celeberrimi illius monasterii, unde tanti patris alumni in alias regiones, tamquam semen, diffusi feliciter in tota Europa pullularunt atque per tot sæcula mirifice floruerunt cum maximo religionis, litterarum artiumque incremento, adeo ut monachis ab eo institutis et populorum humanitas et antiquorum monumentorum vita, quæ secus miserrime perissent, omnino debeatur. Casini porro degens regulam illam scripsit sermone luculentam et discretione præcipuam, ut ait Greg. M. in ejus Vita, ab ipso editam in secundo libro Dialogorum, cujus tres codices sæc. IX. continent textum originarium, alii vero longiorem, a Simplicio, ejus discipulo, interpolati. V. Migne P. lat. LXVI. 215-932.: S. Ben. Regula, cum comment. et 933-934. Nuper vero criticam editionem curavit D. Schmidt, Ratisb. 1880. et etiam Wölfflin, Lips. 1895.; dein C. Butler, The Text of St. Benedict's Rule 1899 (in Downside Review) et The Montecassino Text of St. Ben. etc. (in Journal of theol. Stud. III. (1901-1902) 458-468 (contra Traube) et Plenkers Neuere Arb. u. Streitfr. über die Benedictinereg. Wien 1902. (pro Traube) et rursus Schmidt in Stud. u. Mitth. etc. 1902 (contra Plenkers). — Obiit in Casini monasterio a se ædificato sanctissimus vir an. 543 (Mabillon), v. 544 (Pagi), v. 547 (Lancelot), sui aliorumque hinc enatorum ordinum innumerorumque monachorum pater, qui vel sanctitate vel dignitate vel scientiis seu litteris quovis tempore ad nos usque excelluerunt. — 3.º) Item Benedictus I., dictus Bonosus, post Johannem III., a. 573 (al. 574) pont. max., qui tempore regnavit, Langobardorum incursionibus et famis calamitate exagitato, scripsitque epistolam ad David, episc. Hispaniæ, de Trinitate: obiit a. 577 (al. 578) sanctitate illustris. Memoratur Greg. M. ep. 9. et Lib. pontif. p. 159. — 4.º) Item Flavius Virius, præses provinciæ Tripolitanæ sub Valentiniano II (a. 375-392) v. Valentiniano III (424-455). Corp. I. L. 8. 12. 10489. ¶ 2. In titulis cogn. et nom. sing. (signum). Corp. I. L. 14. 246 (a. 140). — Benedicta, cogn. mul. 18799. — Inscr. Notiz. degli scav. 1895. p. 509. Βενεδίκτα καὶ Πέτρος.

BĔNĔFĪCIUM, ii, n. 2. deus Democriti. Plin. 2. Hist. nat. 7. 5. (14). Innumeros quidem credere, aut, ut Democrito placuit, duos omnino (deos), Pœnam et Beneficium, majorem ad socordiam accedit.

BĔNĔFĪCUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. I. L. 2. 3285.

BĔNĔNĀTUS, i, m. 2. cogn. vir. et nom. sing. (plerumque christ.), præsertim in Africa. Corp. I. L. 8. 12666 (Carth.). et Inscr. chr. apud De-Rossi I. 192 (a. 367). — Augustin. ep. 253. et 254. Benenato consacerdoti. — Benenata, cogn. mul. Corp. I. L. 5. 4120 (Cremonæ); 8. 4015. etc.

BĔNĔVENTĀNUS (et Benebentanus), a, um, adject. ad Beneventum (Benebentum) Samnii pertinens (Steph. Byz. Βενεβεντός: τὸ ἐθνικὸν Βενεβεντῖνος). — Compend.: Ben. (C. I. L. 9. 1764); B. (Ibid. 1590). Cic. 1. Verr. 15. 38. Beneventanus ager. Juvenal. 5. 46. sutor. Ravenn. p. 280. splendidissimus ordo et honestissimus populus. Sueton. gramm. 9. Orbilius Pupillus. Corp. I. L. 9. 1556 (æt. Aug.) colonia. — Beneventanus pagus, in territorio v. agro Ligurum Bæbianorum. Corp. I. L. 9. 1455. III. 28. — Absolute, substantivorum more

Beneventani, ōrum, m. plur. 2. incolæ Beneventi in Samnio. Liv. 24. 16. Beneventani omnes. Papin. dig. 36, 1. Colonia Beneventanorum. Corp. 9. 1571. SPLENDIDISSIMVS ORDO BENEVENTANORVM. Adde Ps. Ascon. Verr. p. 169. et Inscr. apud Orelli n. 130. et 1178. Sed ab eod. adlata n. 131. spuria est. — In sing. num. Beneventanus, cogn. et nom. Corp. I. L. 9. 1998. et 1764., ubi Benebentanus legitur.

Beneventanum, i, n. 2. (subaud. territorium) ager Beneventanus. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orelli n. 6664.

BĔNĔVENTENSIS, e, adject. ad Beneventum, opp. Africæ in provincia proconsulari, pertinens. Not. Afr. Gulosus Beneventensis (episcopus).

BĔNĔVENTĪNUS, a, um, adject. idem qui Beneventensis (Cf. Steph. Byz. supra cit.). Conc. Arel. a. 314 (Mansi II. p. 477). Civitas Beneventina.

BĔNĔVENTUM, i, n. 2. (Βενεουεντόν, Βενουέντον et Βενεβεντός) nom. oppidi. — a) Scribitur Benebento in Tab. Peut. 6. et Benventod in Inscr. numm. Corp. 1. 19. — Beneventus habet Ravenn. p. 276.: cf. Auson. 69. 18. Campana in Benevento. et Gloss. IV. 26. 39. Benebentus dicta etc. — b) Origo vocis ab omine ducitur; quum enim prius Maleventum diceretur, mutato nomine ominoso, Beneventum vocari cœpit (Liv. 9. 27. et Paul. ex Fest. p. 34). Gloss. loc. cit. « Benebentus dicta quasi bene inventa vel bene habens ». At fortasse melius a bene venio. Ceterum, ut Maleventum (Μαλοεντός Steph. Byz., latine Maloentum) conferri potest cum similibus Buxentum, Statuentum etc.; sic et Beneventum, quasi Benuentum, in communem terminationem desinens. — Compend. in titulis: Benevent., Beneven., Beneve., Benev., Ben. V. Corp. I. L. — Est autem

Beneventum ¶ 1. Oppidum in Samnio (Eutr. 2. 16) ad Calorem et Sabatum fluvios confluentes situm, in via Appia, tribu Stellatina, hodie quoque Benevento. Memoratur Paul. ex Fest. p. 340. Beneventum - antea Græci incolentes Μαλόεντον appellarunt. Sic Liv. loc. cit. Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est. et Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (105). Beneventum auspicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum. Ravenn. Guid. p. 480. Beneventum urbs ducalis inclita, nobilis atque fortissima. Gloss. loc. cit. Benebentus - fertili terra seu opulentissima. Paulin. Nol. carm. 20. 318. Apula trans urbem Beneventum rura colentes (Cf. 20. 378. Transbeneventanis). Adde Cic. 2. Verr. 15. 38., Horat. 1. Sat. 5. 71., Vellej. 2. 128. 1. — Condita traditur a Diomede, teste Serv. ad Virg. 8. Æn. 9. et 11. ibid. 246., Solin. 2. et Capell. 6. 642 (Steph. Byz. Βενεβεντός, χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ. οἱ δὲ ὅτι κτίσμα Διομήδους. ἡ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο). — Romani an. 268. in hanc olim potentissimam remp. coloniam deduxerunt, P. Sempronio Sopho et Ap. Claudio Crasso coss., nomenque mali ominis tunc mutarunt (Vellej. 1. 14), eamque postea, quæ primum fuerat Hirpinorum (Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. [105])., novis colonis auxerunt (Corp. I. L. 10. 6087. an. 712-142); immo oppidum, Pœnorum vastationibus prope dirutum, sub Augusto refectum fuit et, alia colonia deducta, Claudio cum territorio suo adjudicata (Grom. p. 232. Lachm.) et dicta Augusta. — Huc etiam spectat illud (Ibid. p. 231) « Beneventum muro ducta colonia Concordia: deduxit Nero Claudius Cæsar » (Cf. C. I. L. 9. 2165). — In titulis: Corp. I. L. 9. 2165 (æt. Pertinacis) COLONIA IVLIA CONCORDIA AVG. FELIX BENEVENTVM (1645 BENEVENTVM FELIX: cf. 2048. = Carm. epigr. 1271. Optat ut cives similes habeat felix Beneventum). Ibid. 6008. VIAM A BENEVENTO BRVNDISIVM FECIT Trajanus. Adde Inscr. Notiz. degli scavi 1899. p. 149 (in Hirpinis). — An. 545. a Totila eversum est; at, a Narsete reædificatum, fuit Langobardorum principum sedes. Patria fuit Orbilii Pupilli, cujus statua posita in Capitolio, teste Sueton. loc. cit., et etiam Vatinii, de quo Tac. 15. Ann. 34. — Monumentis quoque claruit, inter quæ etiam nunc exstat arcus triumphalis a S. P. Q. R. dicatum Trajano opt. Aug. Germanico Dacico etc. — Alia plura de Benevento colliges ex Inscripti. editis a Momms. n. 1375-1851., ex Tab. alim. Ligurum Bæbian. apud Henzen in Ann. dell' Ist. arch. 1844. p. 5-111. Cf. etiam Meomartini, I monumenti antichi della città di Benevento, Ben. 1889-1896.; Rossini, Archi trionf. tav. 38-43. et Petersen, Röm. Mitt. (1892) 239-264. ¶ 2. Item oppidum episc. in Africa proconsulari, de quo V. BENEVENTENSIS. ¶ 3. Item mutatio ad Benacum Brixiam versus, hodie Castelnovo, haud procul ab Arilica (Peschiera), in Itin. Hieros. p. 558.

BĔNĔVŎLUS, i, m. 2. Etiam, et usitatior, Benivolus. — Est autem cogn. vir. Corp. I. L. 14. 246. — Gaudent. serm. præf. tit. servo Christi Benivolo Gaudentius. — Benevola (Benibola), cogn. mul. Corp. I. L. 11. 2586.

BĔNĬĀMĪN (Benjamin), indecl. m. Scribitur aliquando Beniamim. — Hebr. Bin'yāmīn « filius dexteræ seu felicitatis » ita a patre vocatus (Gen. 35. 18); a matre vero antea ob partus dolores morti proxima dictus Ben'ōnī « filius doloris » (Ibid.); LXX. Βενιαμίν. — Prima tamen hebr. brevis, latin. producitur, mediæ autem syllabæ corripiuntur a Venant. 2. carm. 21. 14 (V. voc. seq.); quamquam pænultima hebraice longa est. — Declinatur a Cypr. Gall., Gen. 1092., 1310. etc., qui Beniamin anapæstum esse voluit.

Beniamin ¶ 1. Fuit filius Jacob et Rachelis, in Palæstina ortus, natu minimus (Gen. loc. cit.), frater Josephi uterinus (Ibid. 43. 29). Memoratur — 1.º) Proprie. Hieronym. quæst. Hebr. in Gen. p. 55. Errant qui putant Beniamin filium dierum interpretari; cum enim dextera appelletur iamin et finiatur in n litteram, dies quidem appellantur et ipsi iamim sed in m litteram terminantur. Vulg. Gen. 45. 14. Cumque (Joseph) amplexatus recidisset in collum Beniamin fratris sui, flevit: illo quoque similiter flente super collum ejus. — 2.º) Figurate. Tertull. scorp. 13. de Paulo apost. Lupus rapax Beniamin. Sic Ambros. serm. 6. Beniamin lupus rapax apostolus Paulus factus est, non jam insidiator ovilium Christi sed defensor et custos. — Isid. in Gen. 28. 6. Per Beniamin terrestris figurabatur Jerusalem. — A Beniamin accepit nomen una ex tribubus Israeliticis, cui in partitione terræ Chanaan sorte contigit tractus, qui a Jordanis ingressu in mare Mortuum procurrebat penes Jerichunta ad borealem plagam Bethel usque ad Cariathiarim (Jos. ant. 18. 11-19. et 19. 40-47), pluribusque oppidis ditatus, inter quæ numerantur imprimis opp. Jericho, celebre sub Josue, Bethel, sacrarium terræ promissæ, Gabaon, tabernaculi aliquando sedes; Ramatha, patria Samuelis; Galgala et ante cetera Jerusalem, quam urbem communem habuit cum Juda (Jos. 15. 63. et 18. 28). — Porro tribus Beniamin (brevius etiam Jemini dicta), cui benedixit Jacob moriens (Gen. 49. 27) et Moyses (Deut. 33. 12) non multitudine, sed bellica fortitudine ac dexteritate, animi robore et pertinacia excelluit, illustrium virorum mater, nempe Aod, Jephte, Saulis, Mardochæi, Esther ac denique Pauli, splendidissimi ecclesiæ christianæ luminis. At olim, moribus corrupta, ob horrendum flagitium, in uxorem cujusdam levitæ admissum, a ceteris tribubus in pœnam fere exstincta est, aliquantum postea instaurata (Jud. 19. 20). — Ex ea dein electus primus rex, Saul, filius Cis (1. Reg. 9. sqq.); quo mortuo, septem annis cum ceteris tribubus, una excepta, sc. Juda, paruit Isboseth, Saulis filio; denique adhæsit regi David ejusque successoribus ac tribui Juda, quicum prope unum corpus constituit et post exsilium prior ad reædificandum templum properavit. — Porta Beniamin appellata est — a) Ea ex portis Jerusalem, quæ erat in septentrionali mœnium parte (Jer. 37. 12. et 38. 7. et Zach. 14. 10), quia in territorium ducebat hujusce tribus, ea fortasse, quam Veterem vocat Nehemias (2. Esdr. 3. 6). — b) Item templi (Jer. 20. 2. et 38. 7), ubi Jeremias fuit vinculis constrictus, Superior dicta (Ezech. 9. 2) et Custodiæ (2. Esdr. 12. 28). — c) Una ex duodecim portis Jerusalem, quas in visione conspexit Ezechiel (Ezech. 48. 32). — De conciliandis vero simul tribus tabulis filiorum Beniamin (Gen. 46. 21.; Num. 26. 38-40. et 1. Par. 8. 1-5) bene agit Levesque in Dict. Bibl. Vig. h. v., coll. Keil, Bibl. Comm. über d. nachexil. Geschubüch.: Chron., Leipz. 1870. p. 104. sq. — A Beniamin posteri Beniamitæ dicti sunt. Ps. Rufin. in Os. 10. 9. et Sulp. Sev. chron. 1. 29. 5 (Βενιαμῖται Jos. ant. 5. 1). — ¶ 2. Alii occurrunt apud Vulg. 1. Par. 7. 10.; 1. Esdr. 10. 32. et 2. Esdr. 3. 23., Cassiod. 10. Hist. trip. 33., Rufin. 4. Hist. 5. etc.

BĔNĬĀMĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. præc.

BĔNĬĀMĪTĬCUS, a, um, adject. ad Beniamin pertinens. Hieronym. ep. 108. Tribus Beniamitica. Adde Ps. Rufin. in Os. 9. 9.

BĔNĬĀMĪTUS, a, um, adject. idem qui Beniamiticus. Licenter Venant. 2. carm. 21. 14. Beniamita tribus te gessit sanguine claro (V. BENIAMIN initio).

BĔNIGNUS, i, m. 2. (fort. a bene et gigno, genus; vel, si ex beningnus, a bonus et ingenium). ¶ 1. Apud scriptores, mentione digni: Orfidius Benignus, legatus Othonis imp., Tac. 2. Hist. 43.; item præses Sardiniæ, vicarius urbis Romæ a. 399-400., Symm. ep. 9. 42.; itemque episc. Heracleæ, Avell. p. 235. - Aquæviniensis, Ennod. carm. 2. 86. - Mediolanensis, Greg. Tur. gl. conf. 17. et martyr Divionensis, Id. gl. mart. 50. ¶ 2. In titulis cogn. et nom. sing. vir. Corp. I. L. 9. 3155.; 6. 9516. — Benigna, cogn. et nom. mul. 9. 855.; 8. 2851. Inscr. chr. De-Rossi I. 651. Benicna. Corp. 3. 14056. Benignes (gen.).

BENNA. V. VIENNA.

BENNĬUS (Benius), ii, m. 2. nom. gent. satis frequens Romæ, in Latio, in Campania, in Dalmatia, in Africa (V. Schulze, Eigenn. p. 519). Corp. I. L. 3. 2686 (in Dalm.); 10. 4042 (Capua). — Bennia, nom. mul. Corp. 6. 13552. — Hinc Bennonius, nom. gent. Inscr. Ephem. epigr. VIII. p. 4. n. 10 (Brundisii), nisi est Vennonius. Cf. etiam Bennus, nom. vir. barb. Corp. I. L. 3. 2785 (in Dalm.).

BĔNŌNĪ, indecl. m. V. BENIAMIN.

BĔŌR, indecl. m. Hebr. Be 'ōr « fax, lampas; v. in lumine » LXX. Βεώρ v. Βαώρ) ¶ 1. Fuit pater Bela, regis Edom, non confundendus cum sequenti, ut a quibusdam interpretibus factum est. Vulg. Gen. 36. 32. et 1. Par. 1. 43. — Hieronym. nom. Hebr. p. 3. Beor (al. Bahor) in pelle. ¶ 2. Item pater Balaam prophetæ. Vulg. Num. 22. 5. et alib. — Apud eund. 2. Petr. 2. 15. vertitur Bosor loco Beor. V. BOSOR.

BERCORCATES, ium, m. plur. 3. gens Aquitaniæ in Gallia, infra saltum Pyrenæum. Plin. 4. Hist. nat. 19. 33. (108).

BERDRIGÆ, ārum, m. plur. 1. populus orientis ex genere Mardorum, in eo tractu, qui per juga Camasi ad Bactros protenditur. Plin. 6. Hist. nat. 16. 18. (47).

BĔREA, æ, f. 1. duplex est, sc. ¶ 1. Berēa (Βέροια), oppidum Judææ, ubi Bacchides et Alcimus, duces Demetrii I. Soteris, regis Syriæ, castra posuerunt paulo ante prœlium, in quo Judas Mach. fortiter decertans occubuit. Vulg. 1. Macch. 9. 4. — Oppidi nomen et situs incerta sunt. Plerique censent Beream idem esse ac Beroth, hodie El-Birêh (Cf. Conder, Tent work in Pal. II. p. 335); nonnulli vero Bethzecha, fortasse hod. Bir ez-Zeit (Cf. Guérin, Descr. de la Pal., Jud. III. p. 33-34). ¶ 2. Berœa (Βέροια), rectius Berœa. V. BERŒA.

BĔRĔCYNTHĬA et

BĔRĔCYNTHUS. V. BERECYNTUS.

BĔRĔCYNTĬĂCUS, a, um, adject. ad Berecyntiam pertinens, Berecyntius. Prudent. c. Symm. 2. 51. Cur Berecyntiacus perdit truncata sacerdos inguina?

BĔRĔCYNTĬĂDĒS, æ, m. 1. patronym. a Berecyntus, apud Ovid. Ib. 508. « Phryx tu venator sis Berecyntiades ». i. e. fortasse Attis puer.

BĔRĔCYNTĬUS et Berecynthius, a, um, adject. (Βερεκύντιος). « Ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus quotiens montem Deli Cynthum dicimus ». Ita Serv. ad Virg. 9. Æn. 81.

Berecyntius, generatim ac proprie, ad populum Phrygiæ (Βερέκυντες v. Βερεκύνται) pertinens; speciatim vero ¶ 1. Est ad Berecyntum, Phrygiæ montem, pertinens. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (108). « Berecynthius tractus ». Dictum potius ut videtur de Caria (Bürchner). Claudian. carm. 20. 300. juga. Schol. Horat. 1. Od. 18. 13. mons. ¶ 2. Hinc ad Cybelem, quæ in illo monte colebatur, et ad ejus sacra pertinens. Horat. 2. Od. 1. 22. et Ovid. 11. Met. 16. « Berecyntia tibia » sc. tibia, qua utebantur sacerdotes Cybeles ad furorem concitandum. Virg. 9. Æn. 6. 19. tympana. Martial. 4. 43. 8. furores. Ovid. 11. Met. 106. heros (i. e. Midas, Cybeles filius). Pers. 1. 93. Attis. — Paul. ex Fest. p. 269. Ait - Agathocles complures esse auctores, qui dicant Æneam sepultum in urbe Berecynthia proxime flumen Nolon.

et *Vib. Seq.* 151. Castellum Berecyntium. — Eadem *Minerva Berecyntia* in titulis Beneventanis. *Corp. I. L.* 9. 1538 (*s.* 228). — Hinc absolute

Berecyntia, æ, f. 1. absolute, aut Berecyntia mater v. genitrix, dicta est Cybele. *Ovid.* 4. *Fast.* 355. Quod bene mutavit sedem Berecyntia. *Virg.* 6. *Æn.* 785. Qualis Berecyntia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes. *Id.* 9. *ibid.* 82. Deûm genitrix Berecyntia. Adde *Mythogr. I. fab.* 230. et *III. fab.* 2., *Augustin.* 2. *Civ. D.* 5. et 7. *Fulg. myth.* 3. 5. Berecintiam *(sic)* dici voluerunt quasi montium dominam. *V.* CYBELE.

BĔRĔCYNTUS v. Berecynthus, i, m. 2. (Βερέκυντος et in codd. quibusd. Βερέκυνθος) nomen montis et castelli, ut videtur, fictum, ad Sagarium (Sangarium) fluvium. *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 81. A monte Phrygiæ Berecynto. *Vib. Seq. p.* 155. Berecyntus Phrygiæ mons. — *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 784. Berecyntos castellum est Phrygiæ juxta Sagarium fluvium, ubi mater deum colitur. *Schol. Hor.* 3. *Od.* 19. 18. Berecynthus urbs est Phrigiæ *(sic)*. Cf. *Vib. Seq. p.* 151. Sagaris Phrygiæ ad castellum Berecyntium.

BEREGRĀNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Beregræ, coloniæ Picenæ prope hod. *Civitella del Tronto* (al. *Montorio)*, in cujus viciniis vestigia antiqui oppidi cernuntur, teste *Mozzetti* apud *Arduini, Illustr. del Piceno Ant. p.* 13. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 13. 18. (111). — *Beregranus ager* in *Lib. colon. p.* 259., ubi alii rectius *Veregranus*. Cf. etiam *Barnabei, Giorn. degli scavi di Pomp. N. S. I.* (1868). 82. *sq.*

BĔRĔNĪCĒ, es, f. 1. (Βερενίκη et rarius Βερενείκη) nom. mul. — *a)* Orthogr.: Scribitur *Bernice* (Βερνίκη) apud *Schol. Juv.* 6. 156.; *Beronice* (Βερονίκη) in *Corp. I. L.* 5. 652. 44.; *Bironice* in *Inscr. Notiz. degli scavi* 1893. *p.* 27.; *Verenice* v. *Veronice* (Cf. *Veronica*) in *Corp. I. L.* 10. 7445 *(Sicil.)*. — *b)* Declin.: Genet. *Berenices* (al. *Pherenices*) apud *Val. Max.* 8. 15. *ext.* 4., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 70. 71. (178)., *al.* — *Berenicis* apud *Juvenal.* 6. 156., *Hygin.* 2. *Astr.* 24. — *Berenicenis* in *Corp. I. L.* 9. 6228. — Dat. *Berenicæ* apud *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 32 (108)., *Avell. p.* 749. — *Berenice* in *C. I. L.* 6. 10853. etc. — *Berenicent* in *C. I. L.* 6. 13932. — Acc. fere *Berenicen* (-*cam* est *Solin.* 27). — Abl. *Berenice* apud *Plin.* 2. *Hist. nat.* 73. 75. (183)., *al.* — *c)* Prosod.: In fine hexametri *Juvenal. loc. cit.*, coll. 59. et 62. Videtur tamen secunda produci posse, ex Gr. Βερωνίκη (*C. I. L.* 9. 6226). — *d)* Etymologiam fingit *Hieronym. nom. Hebr. p.* 67. « Bernice eleganter vel electe commota vel filius innocens ex Syro Hebræoque compositum ». Probabilius ex Maced. Φερενίκη, *h. e.* victoriam referens (a φέρω et νίκη) ducunt *Plut. quæst. gr. init.* et *Eustath.* ad *Odyss. p.* 1654., tradentes Macedonas consuevisse Β pro Φ usurpare (Cf. *Pherenices* apud *Val. Max.* 8. 15. *ext.* 4). — Est autem nom. pers., geogr. et phys.

I.) Berenice, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit filia Lagi et Antigones, Macedo patria, ex familia Cassandri, nupta prius cuidam Philippo, ex quo genitus est filius *Magas*, rex dein Cyrenarum, et filiæ *Antigona* et *Theogone* (*Paus.* 1. 7. 1); postea Ptolemæo Soteri, ex quo filius *Ptolemæus* dictus *Philadelphus*, ejus successor, culta, quum in vivis degeret, divinis cum viro honoribus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 8. 32. (108)., coll. *Schol. Theocr. Idyll.* 17. 58. et 61 (V. *Dittenberger, Syll.* 152. et *Wilcken, Gött. Gel. Anz.* 1895. *p.* 139. *sq.*). — De ejus nummis et monumentis v. *Visconti Iconogr. Gr. T.* 3. *p.* 290. et *Poole, Catalog. of Gr. coins in the Brit. Mus. Ptol. t. VII*). — 2.°) Item filia Ptolemæi II. Philadelphi. *Val. Max.* 9. 10. *ext.* 1. et *Justin.* 27. 1. 2. — 3.°) Item filia unica Magæ, Cyrenarum regis, uxor Ptolemæi Evergetis I., de qua *Justin.* 26. 3. et *Solin.* 27. — Hanc confudit *Hygin.* 2. *Astr.* 24. cum Berenice Philadelphi, fortasse quia sororem Evergetis putavit, ut eam *Catull.* quoque 66. 22. appellat, ignorans vel non advertens Ægyptiorum consuetudinem, qui principes regnantes *fratres* vocant (V. *Letronne, Recueil. Inscr. T.* 1. *p.* 3. *sq.*). — Porro hæc, quum Ptolemæus vir ejus expeditionem in Asiam suscepisset, vovit se comam sibi detonsuram, qua nihil pulcrius unquam visum est, Venerique dicaturam, si incolumis rediret. Igitur, Ptolemæo reverso, Berenice abscissos crines tulit in templum Veneris. Quum postridie coma non apparuisset, ægre id ferente rege, Conon mathematicus regis gratiam adulatione captans, inter sidera collocatam adfirmavit, septem ei figura vacuas ad caudam Leonis ostendens stellas, in quas Berenices comam (Βερενίκης πλόκαμοι) mutatam asserebat (Cf. *Hygin.* 2. *Astr.* 24. et *Capell.* 8. 523). De ea exstat elegans *Catulli* carmen (*c.* 66), quod is e Callimacho, cujus poema periit, deprompsit et in Ital. ling. *H. Foscolo* eleganter vertit (Cf. *Susemihl, Litt. d. Alex. I.* 362. et *II.* 269) Cf. etiam *Plin.* 2. *Hist. nat.* 70. 71. (178). — Ab ipso filio suspicioso, qui patri successerat, per Sosibium, regis ministrum, interempta cum altero filio (*Justin.* 30. 1., coll. *Polyb.* 2. 36. 1), post necem tamen divinis itidem honoribus culta, ut ex *Inscr. Rosettana* colligitur. V. *Visconti, Iconogr. Gr. T.* 3. *p.* 320-325. et *Poole, Catal. of Gr. coins in the Brit. Mus. Ptol. p. XLV. t. XIII.* — 4.°) Item filia Salomis, uxor Aristoboli. *Heges.* 1. 42. 2. et *Beda* in *Chron. III. p.* 281. — 5.°) Item filia Herodis Agrippæ majoris, tali patre digna, et soror minoris (Βερνίκη *Act.* 25. 13., Βερενείκη in *Inscr.* ei Athenis dicata, *C. I. Gr. n.* 361), nupta primum patruo suo Herodi, Chalcidis regi, quo mortuo incestuosæ cum fratre Agrippa familiaritatis suspicionem movit (Cf. *Juvenal.* 6. 55. *sqq.*, coll. *Jos. ant.* 18. 3. 4.; 19. 5. 1. et 20. 7. 3. et *Act. loc. cit.*); dein fertur Tito, postea imp., nuptias promisisse (*Tac.* 2. *Hist.* 2. et *Sueton. Tit.* 7), qui tamen ob indignationem populi et Vespasiani jussum « invitus invitam » dimisit, ut ait *Sueton. loc. cit.*, ex quo episodio ortas esse tragœdias *Racine* et *Corneille*, tit. *Bérénice*, omnes norunt. — Cum Cleopatra comparat *Momms. R. Gr. V.* 540., quod *Wilcken* rejicit. Cf. *Schürer, Gesch. d. jüd. Volks I.* 493. *sqq.* — Hæc femina famosa in *Inscr. Gr.*, edita a *Marini, Fr. Arv. p.* 725., inani jactatione *Julia Berenice regina magna Julii Agrippæ regis filia et magnorum benefactorum Urbis Soboles* dicitur. De ea, cujus pulcritudinem formæ celebrarunt historici, animi vero turpitudinem debita infamiæ nota inusserunt, ita scribit *M. le Loeb.*: « Bérénice a réuni dans sa personne tous les vices de la famille d'Hérode » *(Grand. Encycl. t. VI. p.* 290). — 6.°) Item filia, eadem soror et mater Olympionicarum. *Val. Max.* 8. 15. *ext.* 4. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 41. 42. (133). — 7.°) Item Cleopatra. *V.* hanc voc. — 8.°) Item sponsa Attali. *Justin.* 36. 4. 1. — 9.°) Adde *Tertull. anim.* 24. et 57., *al.* ¶ 2. In titulis cogn. et nom. sing. *Corp. I. L.* 1. 28689.; 9. 2420. etc.

II.) Berenice, nom. geogr. et phys., sc. ¶ 1. Nom. oppidorum, quæ a Berenice, Ptolemæi Soteris I. uxore, matre Philadelphi, fere omnia nomen acceperunt. — 1.°) Opp. in litore occidentali maris Rubri seu sinus Arabici, in regione Trogodytarum, inter alia præcipuum, cum portu, celeberrimum emporium, conditum a Ptolemæo II. Philadelpho *(Steph. Byz.)* et ab ejus matre denominatum (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 33. [168])., cujus ruinas primus detexit *Belzoni* noster, Patavinus, prope locum hodie dictum *Sikket Bender-el-Kebir*. Memorant *Plin.* 2. *Hist. nat.* 73. 75. (183). et 6. *ibid.* 23. 26. (103). et *ibid.* 23. 33. (104)., *Solin.* 54., *Jul. Hon. cosm.* A 44., *Itin. Ant. p.* 171. — De ejus viis ac stationibus vd. *Golemischeff, Recueil de trav. rel.* etc. *XIII.* 75. *sqq.* et *Miller, Rev. arch. N. S. XXI* (1870). 314. — 2.°) Item alterum, quod *Panchrysos* cognominatum est *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (170)., hodie *Malaki* v. *Solaka* (*Strab.* 16. 771. Βερενίκη ἡ κατὰ Σάβας). — 3.°) Item opp., *Epidires* dictum, fortasse a *Dira* promont. in Æthiopiæ ora (*Strab.* 16. 4. 14) ad fauces maris Rubri, hodie, ut videtur, *Bailul*, loco insigne. Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (170). Berenice tertia. *Mela* 3. 80. Berenice inter Heroopoliticum et Strobilum, deinde ultra Arsinoe et alia Berenice: tum silva, quæ hebenum odoresque generat et manu factas etc. *Strab. loc. cit.* et *Ptol.* 4. 7. hoc videntur *Arsinoe* appellare. — 4.°) Item opp. in Cyrenaica, a matre Philadelphi nuncupatum, sed a Maga, altero filio, in ejus honorem conditum vel potius instauratum (*Letronne, Recueil* etc. *T. I. p.* 184. *sqq.*), quamquam *Solin.* 27., coll. *Steph. Byz.*, alteri Berenice, Ptolemæo Evergeti nuptæ, tribuere videtur, hodie *Bengasi (Benghâzi)*. V. *Barth, Wanderung. durch d. Küstenländ. d. Mittelmeers I.* 382. *sqq.* De eo *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (31). « Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum - vagantibus Græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluvius Lethon, lucus sacer, ubi Hesperidum horti memorantur. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 483., *Ammian.* 22. 16. 4 (*Steph. Byz.* Ἑσπερίς. Βερενίκαι). — 5.°) Item in Arabia Petræa, tempore *Jos.* (*Ant.* 8. 6. 4) ita appellatum, quod antea *Ezyon Geber* seu *Asiongaber* (Ἀσιωγγάβερ) dicebatur, cujus ruinæ ad *Assyun* v. *Aszyun*, non tamen omnibus in id consentientibus. Huc trahit *Benzinger* (*PW.* 3. 280) locum vexatissimum *Mel.* 3. 80., a *Tzschuck* in *Not. crit. p.* 282. illustratum (Cf. *Georges, Handwb. I.* 763). Quid vero de *Asiongaber* tenendum sit, *V.* in hac voc. ¶ 2. Est etiam unus ex Oceani meridiani montibus, ut ait *Jul. Hon. cosm.* A. 42. Adde *Corp. I. L.* 8. 32 (*Thebis s.* 72. = *Carm. epigr.* 272) et 9. 3088 *(Sulmona)*. V. *Ruggiero, diz. epigr. I.* 285.*, coll. *Inscr. Röm. Mitteil.* 12. *p.* 75. ἐπάρχου ὄρους Βερενε(ί)κης. ¶ 3. In lapidibus gemma. *Frg. Bob. gramm. VII.* 543. ad *Juvenal.* 6. 156. « Dedit *(Ptolemæus)* ei *(Berenice)* annulum cum gemma pretiosa: exinde pretiosæ gemmæ Berenices appellabantur. Adde *Gloss. V.* 652. 44.

BĔRĔNĪCĒUS, a, um, adject. (Βερενίκειος) ad Berenicen, Ptolemæi Evergetis I. uxorem, pertinens. *Catull.* 66. 8.
et *Cornel. Gall. ep.* 2.

BĔRĔNĪCĬĀNUS et Beronicianus, i, m. 2. (Βερενεικιανός) nom. vir. *Corp. I. L.* 5. 8865.; 6. 18560.: Vicarius Asiæ a. 334. in *Cod. Theod.* 8. 1. 4 (= *Just.* 12. 49. 1): itemque rhetor sub Hadriano in *Papyr. Berol.* 136. 5.

BĔRĔNĪCIS (et Bernicis), idis, f. 3. (Βερενικίς) proprie adject.; sed substantivorum more adhibetur et est — 1.°) Urbs Cyrenaicæ seu Pentapoleos (*Heg. Thes. L. L.* ad *v.)* vel potius regio Pentapolitana, sc. tractus Cyrenaicæ, juxta mare Mediterraneum et Syrtim majorem *(Lemaire)*. *Lucan.* 9. 524. « quidquid pulvere sicco Separat ardentem tepida Berenicida Lepti ». *Sil. It.* 3. 249. « Affuit undosa cretus Berenicide miles ». *Undosa*, quia ad mare Mediterraneum sita. Ceterum v. *Heyne* ad *Virg.* 3. *Æn.* 698. — 2.°) Item urbs Trogodytarum. *Ravenn. p.* 59. Civitas Berenecide *(sic)*. (*Tab. Peut.* 9. Pernicide portum). Adde *Corp. I. L.* 3. 6627. 2. 13 *(Copti)*. — 3.°) Item mons. *Corp.* 10. 1129. Cf. BERENICE.

BĔREUM, i n. 2. (Scribitur etiam *Bireon, Biræon, Biroe)* castellum in Scythia minore, a Romanis concessum Gothis ad habitandum. *Jornand. Get.* 56., *Rav. p.* 186., *Itin. Ant. p.* 245., *Tab. Peut.* 8. et *Not. Dign. or.* 36. — Hodie exstare ejus ruinas *Hasariyh* ad *Baroju* censet *Tomaschek*.

BERGÆ, ārum, f. plur. 1. ¶ 1. Est gens Scythica Europæ septentr. *Mela* 3. 5. 1., ubi alii leg. *Belcæ*. ¶ 2. Est etiam oppidum Italiæ. *Liv.* 30. 19. Ad Cn. Servilium consulem, qui in Bruttiis erat, Consentia, Aufugum, Bergæ *etc.* defecere.

BERGIDA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Tarraconensis, hodie *Castro de la Ventosa* prope *el Vierzo*. Memorat *Flor.* 4. 12., ubi olim vulgo *Belgica*. — *Bergidum* in *Itin. Ant. p.* 425 (Βέργιδον Φλαούιον *Ptol.*); hinc *Bergidoflaviensis*, incola. *Corp. I. L.* 2. 4248 (*Tarracone s.* 75).

BERGIDUM, i, n. 2. *V.* voc. præc.

BERGĪMUS, i, m. 2. ¶ 1. Est deus Celticus. *Corp. I. L.* 5. 4200 *(Brixiæ)*. et 4202 *(ibid.)*. ¶ 2. Item nom. vir. *Corp.* 15. 889.

BERGĪON, onis, m. 3. filius Neptuni cum Hercule luctatus. *Mela* 2. 5. 4., ubi alii leg. *Belgion*.

BERGĪUM, ii, n. 2. oppidum Hispaniæ Tarraconensis, hodie *Berga*. *Liv.* 34. 17.

BERGISTĀNI, ōrum, m. plur. 2. gens Hispaniæ Tarraconensis cis Iberum, a Romanis, M. Porcio Catone duce, devicta; dein ab iis sæpe rebellis, iterum iterumque edomita an. 195. a. Chr., teste *Liv.* 34. 16. et 17.

BERGŌMAS, ātis. *V.* voc. seq.

BERGŌMUM, i, n. 2. (Βέργομον *Ptol.* 3. 1. 31) Ita legitur in optim. MSS. - *Bergame* in *Itin. Ant. p.* 127.; *Bergume* est *Pass. Firm.* 9.; *Bergamum (Vergamum)* in *Itin. Hieros. p.* 648. et apud *Paul. Diac.* 2. *Hist. Lang.* 23. et 6. *ibid.* 20.; *Pergamum* apud *Rav. p.* 252. et *Pergamus* apud *Paul. Diac.* 2. *Hist. Lang.* 14. et 4. 8. — Vox duci posse videtur a Gr. πέργαμον, *locus editus, arx* (Πέργαμος v. Πέργαμα, arx Ilii seu Trojæ vel Troja: cf. *Virg.* 2. *Æn.* 177), quod a πύργος, *propugnaculum, murus, turris, arx*, sæpe in edito loco exstructa (Cf. Goth. *bairgan, bergen, baurgs, barg* et Celt. v. Germ. *Berg*, mons).

Bergomum, oppidum Galliæ Cisalpinæ, in Orobiis Cenomanorum caput, in edito loco situm, a. circ. 170. a. Chr., municipium, tribu *Voturia* (al. *Votinia*: ita cl. *De-Vit* explicat vor. in *Inscr.* apud *Orelli n.* 65., sed perperam. V. *Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr. p.* 118), hodie *Bergamo*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21. (124). et *Cassiod. chron. p.* 158. — Primi incolæ fuerunt ex stirpe Orobiorum (*i. e.* montanorum), teste *Catone* apud *Plin. loc. cit.*; oppidum vero conditum videtur esse vel instauratum a Gallis (*Justin.* 20. 5. 8) et quidem Cenomanis (Cf. *Ptol.* 3. 1. 27), expulsis Etruscis. — Captum est a. 452. ab Attila, Hunnorum rege, ac devastatum (*Paul. Diac.* 15. *Hist. misc.* 7) et a. 460. Alanorum minitantium periculo exemptum Ricimeri virtute, qui eos devicit (*Id.* 16. *ibid.* 1). — De eo alia disces ex Inscriptt. (*Corp. I. L.* 5. 5112-5195. et 8893-8895. et *Pais Suppl.* 720-722). et ex *Not. d. scavi* (1881) 206. et (1890) 26. — Hinc

Bergomas (Bergomatis), ātis, adject. ad Bergomum pertinens. *Synhod. ep. Euseb. ad Leon. M.* 97. Præstantius episcopus ecclesiæ Bergomatis. Adde *Conc. Rom.* a. 501. *p.* 484. — *Pass. Firm.* 1. civis Bergumatis. — Et in plur. num. *Bergomates, ium*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21. (125). Oppidum Orumboviorum (*i. e.* Orobiorum) Parra, unde Bergomates Cato dixit. *et* 34. *ibid.* 1. 2. (2). E lapide æroso, quem vocant cadmeam, celebri trans maria et quondam in Campania, nunc et in Bergomatium agro.

BERGONĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 9. 1644 *(Beneventi)*. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 74. et opp. BERGÆ. — *Bergonis*, dea Celtica. *Corp. I. L.* 12. 1061 *(prope Aptam)*. Videtur fuisse culta in locis montanis: a Celt. *Berg*, mons.

BERGUSĬA, æ, f. 1. et Bergusium, ii, n. 2. (Βεργουσία *Ptol.*) oppidum Allobrogum, hodie *Bourgoin*, in *Itin. Anton. p.* 346. *Rav. p.* 184. Birgusia. *et Tab. Peut.* 3. Bergusium. — Hinc *Bergusitanus*, adject. in *Corp. I. L.* 12. 4529 *(Narbone)*.

BERICUS, i, m. 2. nom. vir. in *Inscr. chr. Brit.* 80. Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I. p.* 406.

BĒRIS, is, m. 3. mons in Armenia. *Hieronym. sit. et nom. p.* 88. (126. *Vall.*). Nicolaus quoque Damascenus - refert « est in Armenia super Minyadem mons nomine Beris, ad quem multos in diluvio confugisse autumant - et usque ad multas ætates ligna arcæ monstrari solita (*transl.* ex *Jos. ant.* 1. 3. 6., ubi mons dicitur Βάρις).

BĔRŎĒ, es, f. 1. (Βερόη) nom. personæ et loci. ¶ 1. Fuit nom. pers., sc. — 1.°) Nutrix Semeles. *Ovid.* 3. *Met.* 278. Beroe Semeles Epidauria nutrix. — 2.°) Item Oceanitis. *Virg.* 4. *G.* 341. Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambæ. — *Hygin. fab. præf.* Cleio Beroe *(Nereides)*. — 3.°) Item uxor Dorycli. *Virg.* 5. *Æn.* 620., 646. et 650. Beroen *(acc.)*. Cf. *Fulg. Virg. cont. p.* 95. — 4.°) Item uxor Glauciæ, Illyriorum regis. *Justin.* 17. 3. 19. — 5.°) Item, generatim, cogn. mul. *Corp. I. L.* 15. 8406. ¶ 2. Est etiam nom. oppidorum. *V.* BERŒA et BEREUM.

BĔRŒA (Beroe), æ, f. 1. (Gr. Βέροια v. Βέρροια, Βεροίη, Βερόη) Scribitur *Berrhœa, Beræa, Behræa, Beroa, Beroe* etc.) nom. oppidorum. — De ejus etymo v. *Tomaschek, D. alt. Thrak. II.* 2. 58. *sq.* ¶ 1. Fuit opp. Syriæ, in provincia Cyrrhestica, hodie *Aleppo* (*Hhaleb.* v. *Hhelbon*), nom. antiquissimum, inde a tempore Seleuci Nicatoris mutatum in Βέροια, sed a. 638. sub reb. *Abu Obeidah* restitutum, situm in vasta planitie, quæ ab Oronte ad Euphratem protenditur. Memorant *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 21. (89). Berœa. *Hieronym.* in *vit. Malch.* 3. Eremum - quæ inter Immas et Beroam. *Corp. I. L.* 3. 14934. Beroa. *Ravenn. p.* 86. Beria., *Tab. Peut.* 10. Berya. — Oppidi conditor fuit Seleucus (Nicator), teste *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1715. — Plura de eo in Inscriptt. (*C. I. Gr.* 3. 4545-4555. et *C. I. L.* 3. 191-192. et ex nummis apud *Eckhel* 3. *p.* 259. *sq.* et *Head, H. N.* 654. Cf. *Ritter, Erdkunde XVII.* 1592-1599. et *Bädeker, Palläst. u. Syr.* 404-409). ¶ 2. Item Macedoniæ, hodie *Verria*, Turc. *Karaferia*, Slav. *Ber* (vilay. d. Salouiki). Memorant *Cic. Pis.* 36. 89., *Liv.* 43. 19. et *alib.*, *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (216). *Vulg. Act.* 17. 10. et 13 (Cf. *Lequien, Or. chr. II.* 70. *sqq.*). *Jornand. Get.* 288. Beron. — Fabula narrat eam fuisse conditam a nympha Beroea, unde nomen traxerit (*Jacquier, Dict.* etc. ad *v.*). In bello autem Peloponnesiaco capta est ab Atheniensibus (*Thucid.* 1. 61) et post prœlium Pydnæ se dedidit Romanis (*Liv.* 44. 45) pertinuitque ad *tertiam regionem* (*Id.* 45. 29). In titulo, Nervæ imp. tempor. scripto, vocatur metropolis (*Delachoulonche, Rev. d. soc. sav. II.* 765). — De ejus nummis cf. *Mionnet, I.* 469. *Suppl. III.* 48. et *Head* 811. — Describitur hæc Berœa a *Leake, North. Gr., III.* 290. et *Cousinéry, Voyag. dans la Macéd. I.* 68. ¶ 3. Item Thraciæ, hodie quoque *Beræ*. Memoratur *Ammian.* 27. 4. 12. Berœa ampla civitas. *Jornand. Get.* 102. 102. Beroam., *Rav. p.* 191. Beroe. *Cod. Just.* 6. 29. 2., ubi Berœæ pro *Veronæ* legit *Mommsen*. Huc fortasse spectat *Corp. I. L.* 6. 2886 (*sæc. III*). ¶ 4. Item Mœsiæ, in *Itin. Anton. p.* 225. Adde titulos, in quibus indicatur domus. *Corp. I. L.* 6. 2397. 15. et *alib.* — Hinc

Berœæus, a, um, adject. (Βεροιαῖος) ad oppidum Macedoniæ pertinens. *Liv.* 40. 24.; 42. 51. et 47. 58. — *Berrhœi, ōrum*, incolæ opp. Syriæ. *Conc. Const.* a. 586 (*Mansi* 8. 920). — Hinc *Berrhœanus (a, um)*. *Ibid.* (*Mansi* 9. 972).

Berœensis (Berœnsis), *is*, adject. — 1.°) Est ad Berœam Macedoniæ pertinens. *Vulg. Act.* 20. 4. — 2). Item ad Berœam Syriæ. *Marcellin. chron.* a. 898. — *Berœnses*, absolute, incolæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (82). — 3.°) Item ad oppidum Thraciæ. *Corp. I. L.* 6. 3196.

BERŒÆUS et

BERŒENSIS. *V.* voc. præc.

BĔRŌNĪCĒ. *V.* BERENICE.

BĒRŌSUS et Berossus, i, m. 2. Βηρωσσός v. Βήρωσσος, Βηρωσός v. Βήρωσος) Græce prævalet prior scriptura; Latine vero posterior, unico *s*, commendatur (Cf. *Voss, de hist. Gr. I.* 13. et *Müller, Frg. vet. hist. Gr. p.* 492). — De vocabuli etymo alii aliter sentiunt. Sunt qui compositum velint ex בר *(Bar v. Bar)* « filius » et אסי *('Asa)* « medicus », quasi filius medici; v. *Ber* et *Osea*, quasi filius Oseæ *(Voss, Richter)*; alii dicunt esse Pers. et Arab *Firuz* « felix », qui apud Byzantinos Περόζης et Armenios *Béroze* dicitur (*Renan, Finzi, Langlois*), quibus tamen opponimus, duo nomina *Berasa* et *Firuz* Arabice diversis litteris scribi, ita ut rem in medio relinquere satius sit.

Berosus ¶ 1. Apud scriptores, vir, Chaldæus natione (*Jos. c. Ap.* 1. 19) v. Babylonius *(Tatian. loc. cit.)*, domicilium et scholam habens « in insula et civitate Coo » (*Vitr.* 9. 6), sacerdos Beli *(Tatian. loc. cit.)* antequam huc veniret aut postea (*Richter* et *Simler*). — Quamvis vero Babylonius fuerit, græce scripsit de astronomia et philosophia Chaldæorum et, antiquissima monumenta secutus, de corruptione generis humani, de diluvio et arca Noetica, Mosaicæ narrationi conformia (καθάπερ Μωϋσῆς οὕτως ἱστόρηκεν: *Jos. c. Ap. I.*) et de migrationibus Noachidarum rebusque Babylonicis usque ad Nabopolassar et Nabuchodonosor (*Ed. Aur. Allobr. p.* 1043-44). Similia tradunt: *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 37. (123). « Astrologiâ Berosus enituit, cui ob divinas prædictiones Athenienses publice in gymnasio statuam inaurata lingua statuêre ». *Vitr.* 9. 2. 1. « Berosus, qui, ab Chaldæorum civitate sive natione progressus, in Asia etiam disciplinam Chaldaicam patefecit ». *Senec.* 3. *Nat.* 29. 1. « Berosus, qui Belum interpretatus est ». *Hieronym.* in *Dan.* 5. 1. « Berosum, qui Chaldæam scripsit historiam, et Josephum, qui Berosum sequitur etc. ». Adde *Tertull. apol.* 19., *Cassiod. Jos c. Ap.* 1. 129. *sqq. Schol. Arat. p.* 143. Berossus - in « procreatione ». — Vixit sub Alexandro M. et ætate devexa suam græce composuit *Historiam Chaldæorum*, quam dicavit Antiocho I. Soteri (*Eus.* Antiocho II. Theos, a. 262. ant. Chr.), regnante in Ægypto Ptolemæo Philadelpho (*Tatian. orat. ad Gr.* 36. *p.* 33., coll. *Scalig., De emend. temp.*; *Voss, de hist. Gr.*; *Richter, loc. cit. p.* 5. et *Müller, Fragm.* etc. *l. c.*). Quæ quidem historia (l. III) varie citatur, ut apud *Athen.* 14. 639.: ἐν πρώτῳ Βαβυλωνιακῶν; *Jos. ant.* 10. 219.: ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Χαλδαϊκῶν ἱστοριῶν et *c. Ap. I.* 142.: ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ τῶν Χαλδαϊκῶν, et *Clem. Alex. protr. I.* 62.: ἐν τρίτῃ Χαλδαϊκῶν. Alia quoque scripsit Berosus, vel ei tributa sunt, de re astronomica, quorum mentionem faciunt, præter *Jos.*, *Vitr.*, *Senec.* et *Plin.* supra laudatos, etiam *Plut. de plac. phil.* 2. 29., *Censorin. de die nat.* 17., *Stobæus, Eclog. p.* 552. — Fragmenta Berosi edidit *Annius Viterb.* tit.: *Ber. Babyl. Antiq. ll. V.*, quem severius « improbissimum fabularum consarcinatorem » vocavit *Blound (Cens. celeb. auct. p.* 484. *sq.)*. Vera tamen Berosi fragm. primus collegit *Scalig.*; mox « multo plura » *Fabricius* (*IV. Bibl. Gr.*); plurima *Richter* post repertum *Chronicon* Armenium *Euseb.*; sed locupletissimam eorum editionem numerisque omnibus absolutam adornavit cl. *C. Müller* in *Fragm. Hist. Gr.* Did. *v. II. p.* 495-510., quem secutus est *F. Lenormant* a. 1872. « *Essais de Comm. des fragm. Cosmogr. d. Ber.* Etiam *A. v. Gutschmid*, qui, cum *frg. Ktesias*, edid. *frg. Berosi* in *Rhein. Mus. p.* 252-287. V. *Masquerag, Bibliogr. Litt. Gr.* Paris 1914. — Perperam autem *E. Havet* defendit (in *Acad. I. B. lettr. compt. rend.* 1873. *p.* 305-308) ea esse Beroso recentiora nec fide digna; nam hic historicus, ut ex diligenti comparatione colligitur, scripsit sæpe iis documentis innixus, quæ nuperrime in Assyria et Chaldæa detecta sunt (V. *Smith p.* 361.; *Susemihl* in *Rev. crit.* 1874. *p.* 132. *sq.*; *Schrader* in *Theol. Stud. u. Krit. p.* 469. et *Keilinschr. u. Geschichtsforsch. p.* 460. et *Tiele, Gesch. Ass. Bab. p.* 7. et *alib.* Ceterum non omnia in eo probanda, ut quæ de Chaldæorum chronologia tradit, quam alii aliter conantur interpretari (Cf. *Schwartz* in *PW.* 3. 310. *sqq.*). *V.* tamen chronologiæ Berosianæ de regibus Chald., ante diluvium et VIII. dynast. a diluvio usque ad Alex. M., computum apud *Brunengo, Imp. Bab. e Nin. II. p.* 523. *sq.* — *NB.* De Beroso, patre Sibyllæ (*Paus.* 10. 12. 5.; *Justin. M. Coh. ad. Gr. c.* 30.; *Suid. v.* Σίβ.), duo adfirmari possunt: vel alius is est vel confusus noster cum Sibylla, quia libros Sibyllinos aliquando citat (V. *Müller frg. loc. cit.*). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 25820. — *Berosa*, cogn. mul. *Inscr. Muratori* 1887. 8. (*Romæ, christ.*).

BĒRŌTH (Beeroth), indecl. f. (Hebr. *Be'ērôth*) plur. a sing. *Be'ēr* « puteus »; *LXX.* (Βηρώθ, Βηρωθά) nom. loci. ¶ 1. Est statio Hebræorum in deserto Sinai, quæ *Beroth filiorum Jacan* dicitur *Vulg. Deut.* 10. 6. Cf. *Num.* 33. 31. et 32. ¶ 2. Item oppidum Chananæorum, quod, Israelitis primum advenientibus in terram promissam, fœdere junctum erat cum Gabaon, Caphira et Cariathiarim (*Vulg. Jos.* 9. 17), serius tribui Beniamin adscriptum (*Ibid.* 18. 25), hodie *El-Bireh* in via Neapolim *(Naplusa)*, ut censent *Armstrong, Wilson* et *Conder (Nam. and plac. in the Old and New Test.*, Londr. 1889). — Dicitur de quolibet loco, ubi sit aquarum copia, quod non obstat, quo minus interdum locum aliquem significet hujus nominis proprium; cf. Germ. *Brunnen* et Franc. *Fontaine*. — Hinc *Berothites*, ad hanc Beroth pertinens. *Id.* 2. *Reg.* 23. 37. — Absolute *Berothitæ*, incolæ. *Id. ibid.* 4. 2-9. ¶ 3. Item *Beroth* (Hebr. *Bērôthai* v. *Bērôthâ*), oppidum Adarezer, regis Soba, a Davide captum, qui magnam inde vim æris asportavit: *Vulg.* 2. *Reg.* 8. 8.; hodie *Brisa*, ut putat *Tomkins (Palest. Expl. Fund, Quarterly Stat.* 1885. *p.* 108-110), ad radices Libani: v. *Bereitan* in

magna planitie Cœlesyriæ, ut Purrer (Zeitschr. d. Deutsch. Paläst. Vereins 1885. p. 34): vel Birah ad ripam orient. Euphratis, de quo v. Winer (Biblisch. Realw. I. p. 156.): v. Bagrut (Berytum), portus Medit. maris, ut interpretes censent complures; sed Berotha, quod habet Ezech. 47. 16., non maritimum oppidum, sed potius Hamathæ (Emath, nunc Hamah), propinquum in Syria, ad Orontem.

BĒRŌTHĪTES, æ, m. 1. V. voc. præc.

BERSA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum in Armenia secunda. Notit. Justin. 31. 1. 1. — Etiam Cassiod. 8. Hist. trip. 5.; sed ibi legend. Berœa pro Bersa. ¶ 2. Item nom. indecl. regis Gomorrhæ (Hebr. Birsha', fortasse pro ben-resha' « filius iniquitatis »; LXX. Βαρσά), qui cum fœderatis contra Codorlahomor prœliatus est. Vulg. Gen. 14. 2.

BERSĀBĒ, es, f. 1. (Βηρσαβῆ) locus in septentrionali parte Palæstinæ, nunc fortasse 'Ain eth-Thabigha. Heges. 3. 6. 12. ad Bersaben.

BERSĀBĒĒ, indecl. Hebr. Be' ērsheba' « puteus jurisjurandi » v. « puteus septem » sc. agnarum (Gen. 21. 30), cui etymo obstat forma vocis sheba' contracta a shebū 'āh « jusjurandum »; tum testimonium Gen. 21. 31., Jos. ant. 1. 12. 1. et Euseb. Onom. 1870. p. 234. et compositorum comparatio 'Elisheba' (Elisabeth) Exod. 6. 23. et Yehōsheba' (Joseba) 4. Reg. 11. 2., sc. « Deus jurisjurandi ». Cf. etiam Bethsabee. — Singulariter Hieronym. quæst. in Gen. p. 42. « Civitas Bersabee, hoc est puteus saturitatis ». Gr. Βηρσαβεέ.

Bersabee ¶ 1. Est locus seu oppidum in tribu Simeon vel Juda, in finibus australibus Palæstinæ, nunc Bîr es-Seba' (Gr. Βηρσαβεέ). Memoratur Vulg. Gen. loc. cit., 2. Reg. 24. 7. et alib., Tertull. jejun. 9. Notit. Dign. or. c. 29. et Gloss. IV. 25. 22. Bersaba. De eo sic Hieronym. sit. et nom. p. 103. « Bersabee in tribu Juda sive Simeonis. Est usque hodie vicus grandis in vicesimo a Chebron miliario vergens ad austrum: a quo loco termini Judææ incipientes tendebantur usque ad Dan, quæ juxta Paneadem ». Hinc usitata in V. T. dictio: de (a) Dan usque Bersabee, ad designandos terminos universæ Palæstinæ, ut Jud. 20. 1. et alib. sæpe, vel Bersabee ad Dan, ut 1. Par. 21. 2.: aut terminos regni Judaici: a Gabaa usque Bersabee, ut 4. Reg. 23. 8. Quia vero periculum erat, ne ob oppidi situm idololatriæ Hebræi se dederent; ideo ita monentur Am. 5. 5. « Quærite me et vivetis - in Bersabee non transibitis ». — Origo autem vocabuli, ut supra innuimus, narratur Gen. 21. 25-31., ubi ad puteum ab Abraham effossum fœdus dicitur inter eum et Abimelech jurejurando pactum, septem agnis ab Abraham huic datis in testimonium, quo numero sacro solebant Semitæ jusjurandum firmare (Num. 23. 7., coll. Herod. 3. 8. V. etiam Feathermann, Social History V. p. 388), quod postea iterum evenisse traditur inter Isaac et Abimelech. Gen. 27. 18-33. — Etiam hodie ad es-Sheba' exstant duo putei ex antiquis temporibus adhuc celebres aquarum copia et bonitate (V. Robinson, Bibl. Research. in Pal. 1856. I. 204. sq., Palmer, The Desert of the Exod. 1871. II. p. 387-390. et Conder, Tent Work in Pal. 1889. p. 247. ¶ 2. Bersabee et Bersabea. V. BETHSABEE.

BERTA (Bertha), æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum Macedoniæ ad Strymonem situm, tribu Menenia. Corp. I. L. 13. 7574 (Aquis Mattiac.). ¶ 2. Est etiam regina Anglorum, quæ, suis egregiis virtutum exemplis, Ethelbertum regem, virum suum, ethnicæ superstitioni addictum, ad fidem christianam perduxit, quem monachus Augustinus, a Gregorio M. missus, baptismo abluit a. 597. Memoratur Greg. M. ep. 11.

BĒRYLLUS, i, m. 2. (beryllus v. berullus) Græce Βήρυλλος; Latine etiam Berullus v. Berulus, Berillus et Verullus. Primam syllabam in Beryllum, nom. comm., corripuerunt Prudent. psych. 855., Venant. 8. carm. 8. 263. et Martial. 3. 468.; quod an et in Beryllus servari possit, quamvis licenter, nullus dubito.

Beryllus ¶ 1. Apud auctores episcopus Arabiæ Bostrenus, clarus scriptor, sub imp. Alexandro, Maximo et Gordiano. Hieronym. Chron. ad Olymp. CCLI. a. 4. post Chr. 228. Id. vir. ill. « Beryllus - cum aliquanto tempore gloriose rexisset ecclesiam, ad extremum lapsus in hæresim, quæ Christum ante incarnationem negat, ab Origene correctus. Scripsit varia opuscula et maxime epistolas, in quibus Origeni gratias agit; sed et Origenis ad eum litteræ sunt. Exstat dialogus Origenis et Berylli, in quo hæreseos arguitur ». Adde Gennad. dogm. Eccl. 8. Scripta tamen ejus ætatem non tulerunt. — Alii memorantur apud Cassiod. 6. Hist. trip. 22., Paul. Dig. 31. 87. 2. etc. ¶ 2. In titulis cogn. et nom. serv. Græcan. Corp. I. L. 6. 802.; 8. 21145. — Berylla, nom. mul. C. 5. 140. et Berulla, genet. Berullai, 2. 2232. — Hinc Beryllis (idis), cogn. mul., C. 10. 6185 (Formis); et adject. Berullianus (a, um), in Tab. alim. Velej. (Corp. 11. 1147) 3. 46.

BĒRȲTENSIS v. Berytiensis, e, adject. ad Berytum oppidum pertinens. Ulp. Dig. 50. 15. 1., Tertull. anim. 46., Avell. p. 442. — Berytenses, absolute, incolæ Beryti. Corp. I. L. 10. 1634. Inst. Just. tit. Berytensium inclita civitas. et Cod. Just. 1. 17. 2. 9. In Berytiensium splendidissima civitate.

BĒRȲTĬUS, a, um, adject. (Secundam syllabam corripuit Auson. 470. 20. « Berytiumve Probum ». V. voc. seq.) ad Berytum oppidum pertinens, Berytensis. Plin. 14. Hist. nat. 7. 9. (74). Berytium vinum. et 15. ibid. 17. 18. (66). uva. Auson. loc. cit. et Hieronym. in Chron. ad a. 2072. Id. ibid. a. 2161. Taurus Berytius philosophus. — Berytii, absolute, incolæ. Corp. I. L. 3. 167. Ordo Berytiorum.

BĒRȲTUS et Berytos, i, f. 2. (Βηρυτός) Varie scribitur, ut Biritos, Berithus, Birithon, vel etiam Piriton. — Etymon probabilius ducitur ab Hebr. Be' ēr « puteus » vel a Gr. Βηρ, ejusd. significationis; nam Βηρ, τὸ φρέαρ, Σύροι dicunt, teste Hesych., coll. Eustath. ad Dionys. perieg. 912., quum sit litoranea et fortasse olim puteis (Beeroth) abundans; quamquam alii ex copia cupressorum pinorumque (Beroth) vel a v. Beruti, deducunt, quæ vim significat; non enim probandi sunt qui nomen derivant a nympha Beroe, unde et urbs, Beroe olim vocata, ut docet Nonn. Dionys. 41. 364. — Secundam corripit Avien. orb. 1071., ut Auson. 470. 20. in Berytius; at recte producit Priscian. perieg. 853. — Compend.: Ber. in Corp. I. L. 3. 6041. et Bery. 6. 2397. 3.

Berytus, oppidum Phœniciæ ad ostia Lyci maritima, portus Mediterranei ad septentr. Sidonis, hodie Beyrûth. Memoratur Mela 1. 69. In ora Syriæ urbes Seleucia, Hypatos, Berytos. Avien. loc. cit. Berytus optima. Priscian. perieg. loc. cit. grata. Expos. mund. 25. civitas valde deliciosa. Dig. procem. 7. pulcherrima civitas. et 9. pulcherrimum oppidum (Eustath. κτίσμα Κρόνου, ob magnam antiquitatem). Ammian. 14. 8. 9. amœnissima et vino inter laudatiora fertilis. Tac. 2. Hist. 81. Consilium de summa rerum Beryti habitum. Paul. Dig. 50. 15. 8. juris Italici. — Fuit Fabiæ tribui adscripta (Inscr. apud Orell. n. 1245). — Olim a prædonibus Libani vastata et a Tryphone eversa, a Romanis, regnante Augusto, instaurata est et colonia an. 14. a. Chr. (Hieronym. in Chron. ad Olymp. CXCI. a. 3), fuit, duabus legionib. (V. Maced. et VIII. Augusta) ab Agrippa deductis, et ampla regione ejus ditioni subjectâ (Strab. 16. 756., coll. Jos. ant. 19. 7. 5. et alib.), Felix Julia (C. I. L. 3. 161. et 165) et plenius Colonia Julia Augusta Felix (Inscr. Orelli n. 514) appellata, itemque in nummis (Eckhel 3. p. 357. et Head, H. N. 790); dein ab Herode M. et Herode Agrippa I. adornata (Jos. ant. 8. 13.; 16. 11). — Exinde vero celebris exstitit ob litterarum studia, maxime jurisprudentiæ; unde dicta nutrix legum (Inst. in Dig. loc. cit.) et « auditoria legis habens » (Expos. mund. loc. cit.) et sub Justiniano imp. (Cod. Just. 11. 22. 1) « metropolitano nomine ac dignitate » insignita. — Plura colligi possunt ex inscriptt. C. I. L. 3. 153-176.; 6004-6042., Suppl. 3. 6668-6695.; ex nummis (Eckhel 3. 354-359., Mionnet V. 334-351., Suppl. 8. 238-260., Head, 668.; ex recentioribus scriptoribus Forbiger, Handb. III. 668.; Robinson, Paläst. III. 725. sqq.; Baedeker, Paläst. u. Syr. 284-294.; Movers, Die Phönicier II. 110. sq., al. — Hinc Berytius et Berytensis (V. suo loco); Berutius, nom. vir., ut videtur, in C. I. L. 4. suppl. 4862.

BERZELLAI, indecl. m. (Hebr. Barzillay « ferreus »; LXX. Βερζελλί: Hieronym. nom. Hebr. 38. « Berzellai ferrum meum ») vir Galaadites, opulentus, qui David fugientem ab Absalonis satellitibus, hospitio excepit (2. Reg. 17. 27-29. et 19. 31-32); a Davide autem redeunte invitatus est ad regiam (Ibid.), cujus dein filios moriens David Salomonis benevolentiæ commendavit (3. Reg. 2. 7). — Alios vd. 2. Reg. 21. 8. et 1. Esdr. 2. 61.

BESACĬUS, ii, m. 2. (Cf. BESUS) nom. gent. Corp. I. L. 6. 33218. Cf. Schulze, Eigenn. p. 366. adn.

BĒSĂRA, æ, f. 1. (Βήσαρα) oppidum Galliæ Narbonensis. Avien. or. 589.

BESARO, ōnis, f. 3. civitas stipendiaria Hispaniæ Bæticæ, Gaditani conventus, apud Plin. 3. Hist. nat. 2. 3. (15).; situs tamen ignotus.

BĒSĀS, æ, m. 1. (Βησᾶς et Βήσας) ¶ 1. Est numen Ægyptiorum. Ammian. 19. 12. 3 (Abydi in Thebaide). Besæ dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat. — Videtur hoc numen ex Arabia in Ægyptum quoque translatum esse, ut ex ipso nomine, orto a Semitico בסי besag, i. e. victor, arguitur, unde Besas, oppidum, olim 'Αντινόου πόλις Hesych., nuncupata est (Steuding in Dict. Myth. I. 784. sq.). — De eo plura colliges ex Lanzone, Diz. di mitol. egiz. I. 202-221.; Meyer, Gesch. d. Altert. I. § 218., coll. Drexler, Myth. etc. I. 95. sq. et 152. ¶ 2. Item Bactrianorum præfectus, qui, occiso Dareo, se Artaxerxem appellari jussit, dein ab Alexandro M. debito supplicio affectus, teste Jul. Val. 2. gest. Alex. M. 42. et 43. Ceteri historici Bessum (Βῆσσον) vocant, ut Curt. 4. 6. 2. et alib. et Justin. 12. 5., coll. Arrian. 3. 8. 3. et alib. sæpe.

BESBĪCUS (Besbicos), i, f. 2. (Βέσβικος Strab.) insula in Propontide, hodie Kalolimno, apud Plin. 2. Hist. nat. 88. 90. (204). et Ammian. 22. 8. 6.

BESBĪUS. V. VESUVIUS.

BĒSĔLĔĒL, indecl. m. Hebr. Betzal' ēl « umbra seu tutela Dei » (Hieronym. nom. Hebr. 12); LXX. Βεσελεήλ. ¶ 1. Fuit filius Uri et Mariæ, sororis Moysi, de tribu Juda, electus et adjutus a Deo una cum Ooliab ad tabernaculum fœderis ædificandum omniaque vasa paranda, quæ, etiam ab Ægyptiis peritissimis jam edoctus, miro artificio fabrefecit. Vulg. Exod. 31. 2. « Ecce vocavi ex nomine Beseleel - et implevi eum spiritu Dei, sapientia et intelligentia et scientia in omni opere ». Adde eund. ibid. 35. 26-29. et 36. 3-7. — Cypr. Gall., Exod. 1126. Bēsēlum, Latina positione, eum vocat, et secundâ productâ. ¶ 2. Item filius Phahath Moab, qui monitus ab Esdra uxorem alienigenam, in captivitate ductam, dimisit. Id. 1. Esdr. 10. 30. et 44.

BĒSĒLUS, i, m. 2. V. voc. præc.

BESIDĬÆ (Besidiæ), ārum, f. plur. 1. oppidum Bruttiorum, nunc fortasse Bisignano, de quo Liv. 30. 19.

BESĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. I. L. 8. 9990. — Besia, nom. mul. 6. 1489. — Cum hoc conjungi possunt Besavius, Besidianus, Besonius, Bessius, Bessio (onis), Bessus, Bessulenus (a). V. Schulze, Eigenn. p. 133. et Corp.

BĒSONTĬO. V. VESONTIO.

BESSA, æ, 1. ¶ 1. Fem. — a) Oppidum Locrorum Opuntiorum, Gr. Βῆσσα, Senec. Tro. 848. Bessan (acc.) et Scarphen. — b) Cogn. mul. V. BESSUS, i. ¶ 2. Masc., dux ex Gothorum gente sæc. Justiniani imp. Jorn. Get. 265. et Marcellin. auct. Chron. II. p. 106.

BESSI, ōrum, m. plur. 2. (Βησσοί v. Βέσσοι) gens Thraciæ, ferox, a lævo Strymonis latere, multorum nominum (Solin. 10). Isid. 9. Orig. 2. 91. Bessi barbari fuerunt, qui a multitudine boum sic vocati creduntur. Gloss. IV. 585. Bessi homines in Thracia belligeratores. Val. Flacc. 2. 231. immanes. Ammian. 27. 4. 11. durissima gens. Paulin. Nol. carm. 17. 206. sua nive duriores. et ibid. 9. a bello indomiti. Hieronym. ep. 60. Bessorum feritas. Veget. mil. 4. 24. Auri argentique venas Bessorum rimatur industria (V. BESSUS, 1). Id.

2. 11. Ad morem Bessorum ducto sub terris cuniculo - improvisi emergerent ad urbes hostium capiendas. Jorn. Get. 75. Lingua Bessorum Hister vocatur. Adde Liv. 39. 55., Cic. Pis. 34. 84., Ovid. 3. Trist. 10. 5., Oros. 6. Hist. 3. 4. — Bessis primus bellum intulit M. Terentius Varro Lucullus, Macedoniæ administrator, qui eos ingenti prœlio in Hæmo superavit (Eutrop. 6. 10. ad an. 72. a. Chr. et Ammian. loc. cit.); sic M. Minucius Rufus, cos. a. U. C. 644., de Gallis, Scordistis et Bessis a. 648. triumphavit (Corp. I. L. 3. 14203.; deinde C. Octavius, Augusti pater, Bessos ac Thracas magno prœlio fudit (Sueton. Aug. 5). — In exercitu Romanorum meruerunt, quibus « cohors II. Flavia efformata est ». (Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6857). Cf. BESSUS. — Ad fidem vero Christianam conversos a s. Niceta refert Paulin. Nol. loc. cit. Nam simul terris animisque duris - Nunc oves facti etc.

BESSĪCUS, a, um. V. BESSUS, 1.

BESSUS, a, um, adject. ad Bessos pertinens. Itin. Anton. Plac. rec. p. A 37. Linguas - Syriacas et Ægyptiacas et Bessas. (plur. pro sing.). — Sing. num. passim domus indicatur in titulis, præsertim militum classiariorum. Inscr. Rhen. Bramb. 334. LONGINVS BIARTA BISAE f. BESSVS etc. Sic Corp. I. L. 2. 2984. IVLIVS LONGINVS BOLES BITICENTI f. BESSVS. et 3. 4378. DOMO BESSVS.

BESSUS, i, m. 2. Etiam Besus v. Vessus in tit. — Comp.: Bess. et Bes. ¶ 1. Est aliquis ex Bessica natione et quidem collective. Lucan. 5. 441. Orbita migrantis scindit Mæotida Bessi. Claudian. 17. 41. Quicquid luce procul venas rimata sequaces Abdita pallentis fodit sollertia Bessi. Sic Paneg. 12. 28. p. 296. Aurum quod de montium venis aut fluminum glareis quæsitor Bessus etc. (Cf. BESSI). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 14. 234. et 10. 3600. — Bessa, cogn. mul. C. 8. 1488. — Speciatim, apud scriptores, Bactrianorum dux. V. BESAS. — Hinc

Bessicus, a, um, adject. ad Bessos pertinens, Bessus. Cic. Pis. 34. 84. Bessica gens. Jorn. Get. 335. progenies. — Absolute

Bessica, æ, f. 1. regio Bessorum, quam sexto circulo includit Plin. 6. Hist. nat. 34. 39. (217). Alii leg. Bessis.

BESTĬA, æ, m. 1. V. voc. seq.

BESTĬUS, ii, m. 2. cogn. fictum (persona fortasse Luciliana, ut Mænius) vel potius a similitudine accommodatum. Horat. 1. Ep. 15. 37. « Scilicet ut ventres lamna candente nepotum Diceret urendos correctus Bestius » sc. egestate in viam reductus et perinde correctus ut Bestius olim, qui magnis in opibus prodigus, adeo is parcus fuit. (Alii cum Lambino leg. corrector, i. e. censor similis Bestio. Cf. Pers. 6. 37. et Bestius urguet Doctores Grajos (Schol. ed. Kurz ad l. « philosophos bestiarum more et ferocibus animis culpat avarus »). Cf. Werchert, Comm. p. 421. sq. — Bestia ¶ 1. Est cogn., præsertim in gente Calpurnia. — 1.º) In titulis cogn. vir. libert. Corp. I. L. 6. 18880. et 10. 5726. — Etiam cogn. mul. Corp. 3. 2378. (Salonis). — 2.º) Apud scriptores — a) Fuit ædilis, amicus Ciceronis. Cic. 13. Phil. 26. — b) Item tribunus pl. et cos. Id. Brut. 34. 128., Val. Max. 1. 8. 11., Oros. 5. Hist. 15. 1., al. — c) Item unus ex conjuratis Catilinariis, Ciceronis adversarius et trib. pl. designatus. Sall. Cat. 17. ¶ 2. Est etiam statio in Gedrosia in via a Persia ad Indiam inter Paradene et Rana (Pangpur). Tab. Peut. 12. — Apud Rav. p. 43. Bestigia Daselenga (Iran. vastiga, habitatio ?), hodie Gwast v. Wast. ¶ 3. Sidus, cui nomen lupus. V. hanc voc. in Lexico.

BETÆ (Bætæ), ārum, m. plur. 1. populus Asiæ orientalis, in Serica regione. Ammian. 23. 6. 66. Betæ - australi celsitudine montium inclinati.

BETH, indecl. Hebr. Bêth, nom. f. constr. a Baith « domus », spec. « domus Dei (fanum, templum) v. regia »; et etiam littera secunda alphabeti Hebraici. Porro hæc vox locorum nominibus propriis componendis inservit, quorum præcipua sunt: — 1.º) Bēthănath (Βαιθθαμέ, Βαιθανάχ) nom. oppidi cis Jordanem in tribu Nephthali, indecl., Hebr. Bêth 'Anah « domus seu fanum Anaitis » h. e. Lunæ, a Chananæis cultæ. Vulg. Jos. 19. 38. Hinc et Bethanitæ dicti Vulg. Jud. 1. 33. — In plur. num. Bethanoth, quod plures ibi deæ essent. Id. ibid. 15. 59. — Idem vero 3. Reg. 4. 9. appellatur Bêth-Hhânân, Vulg. Bethanan; quod idem videtur ac Bêth-Hhōrôn, duo oppida continens (Cf. Jos. 21. 22), quorum unum inferius in finibus tribûs Beniamin (Id. 18. 13), alterum superius, datum tribui Ephraim (Id. 16. 5). — 2.º) Bēthănĭa (Hebr. Beth-'ania, Syr. et Arab. Beith-'ania, Gr. Βηθανία; in qua voce interpretanda Hieronym. non sibi constat, nam nunc vertit « domus obedientiæ » (in Matth. 21. 17), nunc « domus afflictionis » v. miseriæ » (nom. Hebr. p. 60), quæ altera videtur probabilior interpretatio. Talmud habet Beth-uni « domus dactylorum ». — Primâ productâ, duas sequentes breviant poetæ. Juvenc. 3. 654. Bethaniamque petit. Sic Sedul. carm. pasch. 4. 48. et alib. — Est autem vicus non procul ab Hierosolymis, hodie El-'Azarieh, sc. locus Lazari. Memoratur Vulg. Joh. 11. 18. Erat autem Bethania juxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim. Id. ibid. v. 1. Lazarus a Bethania de castello Mariæ et Marthæ. Adde Matth. 26. 6-9., Ambros. ep. 71., Prudent. ditt. 149. — Itin. Burdig. p. 596. Villa, quæ appellatur Vetania. — Hic Christus et familiam Lazari invisebat (Luc. 10. 38. sqq.) et domum Simonis leprosi ingressus (Matth. 27. 7. et Mr. 14. 3), a muliere, nomine Maria, pretioso unguento innunctus est ac Lazarum, ejus fratrem, a mortuis suscitavit (Id. Joh. 11. 1-8., 43). — Sunt critici cerebrosi, qui scriptorem euangelii quarti, sc. Joh., gravissimi erroris accusant, quod dixerit (1. 28) « Hæc facta sunt in Bethania trans Jordanem, ubi erat Johannes baptizans », quum Bethania sit cis Jordanem, ut ipse alibi scripsit (11. 18); quibus respondemus Origenem ibi pro Bethania legisse Bethabara; item et Codices et Syriacus interpres (ed. Cureton): cf. Jud. 7. 24. « Occupate aquas usque Bethbera et Jordanem »: idque eo magis quod significationes Bêth 'anngah « domus navis » et Bêth 'abarah « domus transitus sc. fluvii » in idem recidunt. Si igitur vel duplex Bethania admittatur vel potius aliud hic sit nomen loci ejusve significatio, nihil est quod reprehendi possit (C. Riess, Bibel-Atlas ad v., et Knabenbauer in Joh. l. c.) — 3.º) Bēthărābă v. Beth Araba, indecl. f. (Hebr. Bêth-hâ-'Arâbâh « domus deserti », LXX. Βαιθάραβα et Jos. Βηθάραβα) oppidum in tribu Beniamin et in finibus tribus Juda, unde huic fuit attributa. Vulg. Jos. 18. 22., coll. 15. 6. et 61. — De ejus hodierno situ v. Riehms Handwb. d. Bibl. Altert. (1884) I. 176. et Riess, op. cit. p. 5. — 4.º) Bēthāvĕn, indecl. f. (Hebr. Bêt 'Âvēn « domus vanitatis v. iniquitatis v. idoli », LXX. Βαιθήλ, Cod. Alex. Βηθαύν, Jos. Βαιθών) oppidum in montibus Beniamin, prope Hai ad orient. Bethel, Vulg. Jos. 7. 2.; unde nomen factum deserto (Hebr. midbar Bêth 'Âvēn) in finibus septentr. Beniamin (Ibid. 18. 12). — Os. 4. 15., 5. 8. et 10. 5. memorat Bethaven, pro Bethel, qui locus ex origine Deo consecratus a patriarchis in centrum quoddam idololatriæ sub Jeroboam evaserat. Non est igitur alterum cum altero confundendum. Apud eund. 5. 5. LXX. leg. 'Ων (On form. constr. ex Aven ?), nom. Heliopolis, quæ urbs sacra erat Soli, quasi dicat: « oppidum Bethel tamquam On factum est ». — 5.º) Bethbĕrā. V. Bethania. — 6.º) Bethdăgōn, indecl., Hebr. Bêth-dāgōn « domus seu fanum Dagonis », LXX. Βαιθαγενάθ. — a) Est fanum Dagonis seu dei Solis apud Philisthæos in opp. Azoto. Vulg. 1. Mach. 10. 83., coll. 1. Reg. 5. 2. — b) Est etiam oppidum in tribu Aser, hod. Tell Da'uk probabilius (sec. Conder). Vulg. Jos. 19. 27. — De eo V. M. de Saulcy, Voyag. autour de la mer Mort. I. 100. et Robinson, Bibl. Res. III. 208. — c) Item oppidum Judææ (LXX. Βαγαδιήλ, Cod. Alex. Βηθδαγών) in tribu Juda. Vulg. Jos. 15. 41. Hieronym. sit. et nom. p. 104. Bethdagon (Βηθδαγών Eus.) in tribu Juda; sed et usque hodie grandis vicus Caferdago inter Diospolim (Lydda seu Ludd) et Jamniam (Yebna) demonstratur. — Hodie videtur esse Beit-Dedjan v. Dâdjûn, sec. Clermont-Ganneau. — d) Item locus, de quo Hieronym. sit. et nom. p. 105. « Bethdagon (Βηθδαγών Eus.) locus, in quo duæ tribus Zabulon et Issachar ». — 7.º) Bethel, indecl. f. (Hebr. Bêth'el « domus Dei », LXX. Βαιθήλ v. Βηθήλ). — Aliquando declinatur Bethel, ēlis, v. etiam Bethēla, æ. Hieronym. sit. et nom. p. 83. Bethelis. et Cypr. Gall., Gen. 1080. domum fidam Betheli in sede locare. et Jud. 53. Bethelam. — a) Oppidum Judææ, antiquissima sedes Chananæorum, postea Beniamitarum (Jos. 18. 22., coll. Jud. 1. 22. et 27), in monte situm (Jos. 16. 1., 1. Reg. 13. 12. etc.), hodie Beitin pro Beitil, Arabum more, mutato l in n, ut fit. Hieronym. nom. Hebr. p. 3. Bethel domus Dei. Id. sit. et nom. p. 83. Sita est autem Bethel euntibus Æliam de Neapoli in læva parte viæ duodecimo circiter miliario (circ. 18. km.) ab Ælia et usque hodie, parvus licet vicus, ostenditur. Adde Augustin. quæst. hept. 1. 118., Sulpic. Sev. chron. 1. 10. — Origo Bethel, primi in Palæstina sanctuarii, ita narratur Gen. 28. 10. sqq.: « Egressus Jacob de Bersabee, pergebat Haran, cumque venisset ad quendam locum - tulit de lapidibus, qui jacebant, et supponens capiti suo dormivit - viditque in somnis scalam stantem super terram et cacumen illius tangens cælum: angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam. - Cumque evigilasset Jacob de somno - tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo et erexit in titulum (sc. monumentum) fundens oleum desuper appellavitque nomen urbis Bethel, quæ prius Luza erat ». Quod ceteroquin nomen Bethel legitur κατὰ πρόληψιν dictum ibid. 13. 8. et 18. 3., ubi sermo est de Abraham eodem ritu perfunctus, quem bis adimplevit Jacob (Ibid. 28. 19. et 35. 6. sq.) adeo ut Dominus ex hoc loco ita consecrato se appellaret « Deus Bethel » (Ibid. 31. 13). Ibi enim etiam tabernaculum fœderis sedem olim habuit (Jud. 20. 18. et 26. 27. et 1. Reg. 10. 3), postea idololatriæ receptaculum sub Jeroboamo, quare a prophetis dictum Bethaven, sc. domus iniquitatis » per contemptum (Os. 4. 15. et 10. 45., coll. Am. 3. 14. et alib.). Porro hoc opp. ereptum est Abia, regi Judæ, ab eod. Jeroboamo (2. Par. 13. 19), a Beniamitis recuperatum (Neh. 11. 33), tempore Machabæorum munitum (1. Mach. 5. 50), denique a Vespasiano imp. occupatum (Jos. 5. B. J. 8). Posterius Bethar vocatum est (Itin. Hieros. p. 588). — Plura de eo vd. apud Legendre, Diz. Bibl. V. 1. p. 1672-1680. — b) Item oppidum Ephraim, memoratum Vulg. Jos. 12. 16. et 1. Reg. 30. 27. Isid. 15. Orig. 1. 22. Bethel, urbem Samariæ, condiderunt Jebusæi. — Hinc mons Bethel apud Jos. 16. 1. - Risum movent critici quidam, putantes Jacob lapidem erexisse quasi in domum Dei, tamquam numinis habitaculum, eumque cultu idololatrico adorasse; non enim « in domum » sed « in titulum » erexit lapidem, nec lapidem sed locum vocavit, Bethel, ut dicitur Gen. 35. 15. Cf. Bösigk, De Bætyliis 1854. et Plin. 37. Hist. nat. 9. 51. (135). Hesych. Βαίτυλος οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ δοξεὶς λίθος τῷ Κρόνῳ ἀντὶ Διός. — 8.º) Bēthĕmec, indecl. (Hebr. Bêth hâ 'ēmeq « domus vallis », LXX. Σαβαχιβαιθμέ et Cod. Alex. Βηθαμέκ) oppidum in tribu Aser, prope vallem Jephtahel, fortasse nunc Beth-'Amqa, quod ordini congruit, quem Josue in circumscribendis territoriis servavit (Jos. 19. 26-30); cui opinioni, a Robinson (Res. in Pal. III. p. 103., 108) propositæ, assentiunt Van de Velde, Guérin, Riess, Legendre; immo M. E. de Rougé se invenisse arbitratur hoc nomen in Listes géogr. d. Karnak sub forma Asmeku. — 9.º) Bēther, indecl., Hebr. Bâther « regio montibus et vallibus divisa v. dissecta » quasi vallis divisionis seu scissionis; hinc LXX.: ὄρη κοιλωμάτων. Vulg. Cant. 2. 17. « Similis esto, dilecte mi, capreæ hinnuloque cervorum super montes Bether »; ubi montes Bether unam dictionem multi putant, quasi montes dissecti, intercisi, non loci alicujus nom. propr. sed commune, coll. locc. parall., ut ibid. v. 17. in fin. et 4. 6.; 8. 14. LXX. interpr. et Peshitho deriv. a בּתר, fidit, dissecuit. Nihil tamen obstat, quo minus Bether sit nom. propr., ut apud Vulg., cui alii substituunt Bethel, ut in quibusd. codd. latt.; alii Betron, ut Calmet; alii Betther, ut Eusebius; alii Bethora, ut Josephus; probabilius vero Bæther, ut Hieronym. ex LXX. Βαιθήρ, hodie

Bittir. — 10.º) Bêthesda. *V.* Bethsaida. — 11.º) Bêthlĕem, indecl. Hebr. *Bêth-lehhem* « domus panis »; *LXX.* Βηθλεέμ; *Jos.* Βηθλέμη v. Βηθλεέμη; *Steph. Byz.* Βήτλεμα. — Scribitur *Bethlehem* (raro), *Bethleem* (sæpius), *Bethlem* v. *Bethle* (perraro). — Declin. *Bethela*, *æ* (in *Ital. Jos.* 19. 15. Lugd.); *Bethleum* apud *Prosp. loc. cit.*, ubi tamen alii aliter leg., et *Bethlemus*, *i*, fortasse apud *Hieronym. ep.* 108. — Prosodia ex subjectis exemplis patebit: *Prudent. ditt.* 101. sanctâ Bēthlem. — *Prosp. carm. de ingrat.* 55. Bēthlĕi *(gen.)* Cf. *Hieronym. ep.* 108. Bēthlĕmiti conditur antro. — At *Juvenc.* 1. 149. Urbs est Judææ Bethlem, Davidis canorum Quæ genuit *(quidam tamen codd. leg.* Bethleem). — Nomina: Bethleem appellatur — *Ephrat* v. *Ephrata* (*Gen.* 48. 7) v. *Ephrathah* (*Jos.* 15. 59. et *Mich.* 5. 1); ita enim antiquitus vocabatur, adeo ut aliquando hæc duo conjunguntur: « Bethlehem Ephrata parvulus (minima *Ital.*) es in milibus Juda » (*Mich.* 5. 2); hinc etiam additur — *Juda* (*Ruth.* 1. 2) v. *terra Juda* (*Matth.* 2. 6) ut ab alia in Galilæa distinguatur. — *Civitas David*, quia patria Davidis (*Luc.* 2. 11., coll. *Joh.* 7. 41). — Etyma *Bethleem* et *Ephrata* in unum recidunt; prius namque nom. sonat *domus panis*, ob fertilitatem adjacentis soli: posterius, a rd. פרה « fructum edidit, fructificavit », sonat *frugifera*; quam feracitatem etiam hodie docti testantur (*Volney, Guérin, Conder, Le Camus, al.*). — *a)* Bethleem, oppidum tribus Juda antiquissimum idemque celeberrimum, quamvis parvum (*Mich. l. c.*), montanum, in terra Juda, ab Jebusæis conditum, dein a Roboamo, exstructis muris, communitum (2. *Par.* 11. 6), sex mil. ab Jerusalem ad merid., nunc quoque *Beitlahm* v. *Betlamme.* — α) Apud scriptores. *Ambr. Jac.* 2. 7. Bethlehem vere domus panis. *Hieronym. sit. et nom. p.* 101. Bethleem civitas David in sorte tribus Judæ - in sexto ab Ælia miliario contra meridianam plagam juxta viam, quæ ducit Chebron (*sc.* Hebron) - propter eandem Bethleem. *et ep.* 58. Bethleem - nostra. *Paulin. Nol. ep.* 31. Bethlehem Adonidis fano profanata est (*sc.* fuerat ab Hadriano constructum duravitque usque ad Constantinum M.). *Augustin. catech. rud.* 22. 40. In civitate Bethlehem, quæ inter omnes Judææ civitates ita erat exigua ut hodieque villa appelletur. *Sulpic. Sev. dial.* 1. 8. 1. Ecclesiam loci illius (*Bethleem*) Hieronymus presbyter regit, nam parœchia (*i. e.* diœcesis) est episcopi, qui Hierosolymam tenet. *Itin. Ant. Plac. rec.* A 27. Bethlem locus splendidissimus. *Itin. Hieros. p.* 598. Bethleham - ibi (*ubi natus Dominus*) basilica facta est jussu Constantini: inde non longe est monumentum Ezechiel, Asaph, Job et Jesse, David, Salmon. — Laudes Bethlehem *Sophronius* composuit, teste *Hieronym. vir. ill.* 134. — In hoc oppidulo, ubi facta Rachelis (*Gen.* 35. 16-20) et Ruth evenerunt (*Ruth* 1. 4. *sqq.*), patria Isai ejusque filii David (*Ibid.* 4. 22. et 1. *Reg.* 16. 3-13), « populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam » (*Is.* 9. 2); nam ibi de Maria Virgine regia Davidicæ stirpis (*Leo M. serm.* 1. *de Nat. Dom.*, coll. *Is.* 7. 14), gratia Dei plena (*Luc.* 1. 28), Spiritu Sancto superveniente ac virtute Altissimi obumbrante (*Ibid. v.* 35), Deus simul et homo conceptus (*Ibid. v.* 31), in præsepio seu stabulo vel specu (ἐν σπηλαίῳ *Justin.* et *Hieronym.*) natus est DOMINUS JESUS CHRISTUS SALVATOR (Μαριάμ - ἔτεκεν τὸν υἱὸν αὐτῆς - ἐν τῇ φάτνῃ - ἐτέχθη - σωτὴρ ὅς ἐστιν Χριστὸς κύριος ἐν πόλει Δαυίδ *Luc.* 2. 7. 11). *V.* JESUS. — Modum conciliandi vaticinii Messianici de ortu Christi in Bethleem inter *Mich.* 5. 2. et *Matth.* 2. 6., vd. apud *Knabenbauer* in *Matth.* ad *l.* — Item de cæde hic edita puerorum, quorum numerus nimis vulgo exaggeratur, vd. *eund. ibid.* — *Bethleem cisterna*, ad oppidi portam, memoratur in bello Davidis contra Philisthæos, de qua *Vulg.* 2. *Reg.* 23. 15. « David ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem juxta portam! - et attulerunt David; at ille noluit bibere, sed libavit eam Domino ». — Alia memoranda posteriorum temporum sunt: templum *Nativitatis seu s. Mariæ*, ubi situs est nativitatis Christi, conditum a Constantino M. (an. 330) et instauratum a Justiniano I (530); ubi in crypta visuntur sacellum Præsepii, altare Magorum et locus, unde Joseph jussus est in Ægyptum fugere, et ss. Innocentium, s. Hieronymi ac s. Paulæ sepulcra. — Plurima de Bethleem tradunt, præter *Hieronym., Augustin., Sophron.* aliosque ecclesiæ patres et scriptores, ex recentioribus *Tobler, Sepp, Robinson, Guérin, Schaff, Stanley, Ritter, Bädeker, Le Camus*; quæ quidem indoctis doctisque cum ad tantum divinæ bonitatis sacramentum impensius colendum, tum ad fovendam pietatem maximo incitamento esse debent ac solatio. — Hinc *Bethleemites, æ (is)*, Βηθλεεμίτης, incola. *Vulg.* 1. *Reg.* 16. 1. et 1. *Par.* 20. 5. (*Prædest.* 1. 88. Bethleites). — *Bethleemiticus, a, um*, adj. ad Bethleem pertinens. *Hieronym. ep.* 108. et *Cassian. conl.* 11. 5. — *Bethlæus(-eus), a, um*, adj. idem ac Bethleemiticus. *Paul. Nol. carm.* 31. 585. et *Sedul. carm. pasch.* 2. 78. — β) Est etiam nom. vir. *Vulg.* 1. *Par.* 2. 51. et 54. et 4. 4. Gr. Βαιθά, Βαιθαλαέμ. De eo tamen dubitatur. — *b)* Item opp. majus Galilææ, in tribu Zabulon (Βαιθμάν), apud *Vulg. Jos.* 19. 15., cujus reliquias reperit *Robinson* in colle inter Nazareth et Carmelum, hodie *Beit-lahm.* — 12.º) Bêthŏrōn, indecl. (Hebr. *Bêth hhôrôn* « locus cavitatis », a via cava et angusta appellatum; *LXX.* Ὡρωνίν — *a)* Est nom. duorum oppidorum Palæstinæ, in tribu Ephraim sed adsignatum Levitis, quorum alterum superius (*hâ-elyôn*) dictum (*Jos.* 16. 3), hod. *Ur el-fôqa*; inferius (*hâ-hhathôn*) alterum (*Ibid. v.* 3. et 18. 13), hod. *Ur et-tahhta*: utrumque autem una conjungebatur via; hinc « ascensus et descensus Bethoron » (*Ibid.* 10. 10-11) unumque oppidum efficiebat (2. *Par.* 25. 13), conditum a filia Ephraim (1 *Par.* 7. 24), prodigio Josue (*Jos.* 10. 11) multisque exercituum cladibus insigne (1. *Mach.* 7. 39. *sqq.*), a Salomone munitionibus firmatum, ob ejus situm quasi propugnaculum (3. *Reg.* 9. 17., coll. *ibid.* 8. 5); quæ munimenta instauravit Bacchides temporibus Machabæorum (1. *Mach.* 9. 50., coll. *Jos. ant.* 13. 1). — Fuit porro etiam, æræ vulg. prioribus sæc., locus conspicuus (*Ptol.* 5. 168) et a profugis Hebræis habitatus (*Succah* 44. - *Niddah* 61). V. *Robinson, Bibl. res. II. p.* 251. et *Clarke* apud *Legendre, Dix. Bibl.* 1. 1698. *sqq.* — *b)* Item vicus ad orient. Jordanis (Hebr. *Hab-bithrôn*), indecl. f., nunc fortasse *Tell er-Râmeh.* Memoratur *Vulg.* 2. *Reg.* 2. 29. « Abner autem et viri ejus - transierunt Jordanem et, lustrata omni Bethoron, venerunt ad castra ». V. *J. Furst, Hebr.-chald. Handw.* 1876. *I.* 228. — 13.º) Bethphâgê v. Bethfage, indecl. (Hebr. *Bêth-phâg* « domus s. regio grossorum »; Aram. *Bêth-phaka'* « domus maxillarum », ut vertit *Hieronym. ep.* 108., Gr. Βηθφαγή) villula seu vicus vel tractus in vicinia Hierosolymorum ad montem (*Matth.* 21. 1) v. in monte (*Hieronym. sit. et nom. p.* 108) Oliveti, unde Christus duos discipulos misit, qui pullum asinæ ad se adducerent, ut sollemnitus urbem ingrederetur (*Vulg. Matth. loc. cit.* et *Luc.* 19. 29. *sq.*). — Situs Bethphage adhuc incertus (*Stewarth, City of the Great King p.* 66); sed nuper inter Bethaniam et montem Oliveti lapis quadratus est repertus, ubi nom. *Bethphage* legitur (V. *Hamme, H. Land* [1887] *I.* 264), hodie *el-Biâr*, ut quidam putant (V. *Gatt, Bemerk. über die Ortslage von Bethphage* in *Das heil. Land*, Cologne 1873. *XVII. p.* 65-78; *Clermont-Ganneau, The Stone of Bethph.* in *The Pal. Expl. Fund, Quarterly Stat.* 1878. *p.* 51-60. et *La pierre de Bethph.* in *Revue arch. XXXIV* (1877) *p.* 366-388. — 14.º) Bethphŏgŏr, indecl. (Cf. Hebr. *Bêth-Pe'ôr* « domus seu templum Pegor », *LXX.* οἶκος Φογώρ, *Jos.* 13. 20. Βαιθφογώρ) oppidum trans Jordanem in tribu Ruben, dictum ex cultu adhibito numini Baal Phogor v. Phegor (Cf. BEELPHEGOR), situm e regione Jerichuntis, hodie *Tell Mataba. Vulg. Jos.* 13. 20., coll. *Deut.* 4. 46 (*Heidet*) — 15.º) Bethsăbĕĕ, indecl. f. (Hebr. *Bath-sheba'* « filia jurisjurandi v. filia septem » *sc.* annorum; *LXX.* Βηρσαβεέ; at Βηθσαβεέ *cod. Alex*). Sic *Itala* 2. *Reg.* 11. 3 (Vind.) Bersabee. *Ambros.* in *Luc.* 3. 38. *sq.* Bersabee (Bersabeæ-eæ *pars codd.*) genet. *et Heges.* 5. 16. Triumphavit David cum Bersabeam, hoc est filiam sabbati, eo conjugio propheticis mysteriis copulavisset. Adde *Augustin.* 22. *c. Faust.* 87. — De quantitate *V.* infra. — Bethsabee (quod nom. cum *Bersabee* sæpe confusum est), filia Eliam (2. *Reg.* 11. 3) vel Ammiel (1. *Par.* 3. 5), uxor Uriæ Hethæi, quam David rex adulterio cognovit et postea, viro exstincto, ipse uxorem duxit (*Vulg.* 2. *Reg.* 11. 2. *sqq.*), cujus primogenitum Deus in flagitii pœnam percussit; at secundogenito Salomoni cum reliquis tribus filiis pepercit; quin, Bethsabee curante, hunc David, rejecto Adonia, filio Haggith (*Ibid.* 7. 12. et 15), in suum successorem elegit (*Ibid.* 1. 1. *sqq.*). Memoratur etiam *Hieronym. nom. Hebr. p.* 38. Bethsabee filia saturitatis, ita tamen ut prima correpta sit syllaba, alioquin ubi producitur, semper domus interpretatur. *et* 41. Bethsabee, filia juramenti, per brevem primam syllabam legendum est. *Fulg. æt. mund. p.* 158. Bersabe (*al.* Bersabee) tam turpissimi sceleris fuscedine maculosa. — Magno honore eam habuit Salomon (3. *Reg.* 2. 19-20), quem deinde secuti sunt reges, quorum matres maximam in regnum exercuisse potestatem patet ex 2. *Par.* 15. 16. — Porro ex ejus filiis, Salomone (*Matth.* 1. 6) et Nathan (*Luc.* 3. 31), procedunt genealogiæ Christi, de quibus *V.* interpretes. — De ejusdem autem pœnitentia vitæque sanctitate V. *Pineda, De rebus Salomonis I. c.* 4. *n.* 5. et *Bossuet* in *Prov.* 4. 3. — 16.º) Bethsaidă, modo decl., modo indecl. — *a)* Est oppidum Palæstinæ (Aram. *Bêth-Tzeidah* v. *Tsêdah* « domus venationis v. piscationis »; Syr. *Beth-tzaidos*, Gr. Βηθσαϊδά) — α) In Galilæa inferiore ad latus occidentale lacus Genesareth, celebre ob plurima miracula ibi a Christo patrata, patria app. Petri, Andreæ et Philippi, nunc fortasse *El-Mes'adjah* vel potius *El-Aredj.* Memorat *Joh.* 1. 45., ubi dicitur πόλις, coll. *Matth.* 11. 21. et *Luc.* 10. 13. — β) Item in inferiore Gaulanitide ad orientale litus lacus Genesareth trans Jordanem, postea *Julias* appellatum, in honorem Juliæ, Augusti imp. filiæ, hodie *Tabagha.* Memorat *Luc.* 9. 10. Cf. *Jos. ant.* 18. 3. et 2. *B. I.* 18. — Ex hoc tamen loco *Luc.* orta est quæstio, utrum unum an duo essent hujusce nominis oppida. Ex eruditis recentioribus alii (*Kiepert, Socin, Schumacher, Seetzen*) secuntur *Lightfoot*, qui unum fuisse statuit; alii vero (*Munk, Robinson, Stanley, Tristram, Guérin, Riess*) secuntur *Quaresmium, Fischer* et *Reland*, qui duo distinguunt (quorum omnium argumenta docte exposuit *Heidet*, in *Dict. Bibl. G. I. p.* 1714-1720. Cf. etiam *Re, Arch. Bibl. Dix.* 2. *p.* 218. *sqq.*): hæc vero altera sententia probabilior videtur — *b)* Item nom. piscinæ in urbe Jerusalem ad septentrionem a templo prope portam Probaticam, seu pecualem, quæ ab oriente ad vallem Josaphat spectat, haud procul ab arce Antonia et ad radicem collis Bezetha cum superstructo ædificio quinque porticus habenti, ubi ægroti jacebant exspectantes aquæ motum ab angelo agitatæ, quorum « qui prior descendisset in aquam, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate » teste *Joh.* 5. 2-4 (ubi lectio, plurimorum testium auctoritate commendata, est ἐπὶ [ἐν] τῇ Προβατικῇ, i. e. ad (portam) Probaticam). Porro miraculum quod hic narratur, tam evidens est, ut increduli ad hoc negandum coacti sint absurda et ridicula sophismata consarcinare. — Pro *Bethsaida* communiter legitur *Bethesda* (Βηθεσδά), quæ vox explicanda est ex Hebr. בית חסד *Bêth hhesed*, et Chald. בית־חסדא *Bêth-hhesda'* « domus misericordiæ »; hinc vitiosa est lectio Βηθζαθά « domus curationis » (*Wilk-Grimm, Lex.* in *h. l.* V. etiam *Wünsche, Beitrage p.* 517) — Hanc piscinam cum quinque porticuum reliquiis sæc. V. superfuisse testatur *Tobler, Denkblatter p.* 63. *sq.* — De hac piscina scripserunt, præter *Hieronym., Ammonium, al.*, etiam *Hottinger, D'Outrein, Stiebriz, Zeibich, Scheignig, Olearius, Witsius* et, recentius, *Tischendorf, N. T. crit.*; *Riehm, Bibl. Wörtb.* ad *v.*; *Re* et *Heidet locc. citt., al.* — 17.º) Bethsāmes, indecl. (Hebr. *Bêth shamesh* « domus Solis » quia Soli sacrum; *LXX.* πόλις ἡλίου, Βαιθσαμύς: *Cod.*

Alex. Βεθσαμές: scribitur *Bethsemes, Bethsamis, Bethsamys* etc.) nomen plurium oppidorum: — *a)* Fuit oppidum situm in finibus Juda, inter Chesalon et Thamna (*Jos.* 15. 10), sacerdotibus adscriptum (*Ibid.* 21. 16. et 1. *Par.* 6. 59) et adnumeratum inter oppida tribus Dan, nomine *Hirsemes* (urbs solis), hodie *'Ain-Shems* (fons Solis), ubi adhuc rudera visuntur (*Robinson, Pal. II.* 599.; *III.* 224. et *Furrer, Vander. p.* 199), temporibus Salomonis alicujus momenti; illud namque rex uni ex duodecim præfectis « super omnem Israel » gubernandum tradiderat (3. *Reg.* 4. 9.). Hic currus substitit, qui Arcam portabat, jam a Philisthæis captam (1. *Reg.* 6. 19); hic etiam eam, quod non licebat, apertam curiose inspicere ausi sunt Bethsamitæ, ex quibus « septuaginta viros » et quinque milia (non « quinquaginta milia »), ut ex codicibus et antiquis interpretationibus probabilius colligitur, et quidem ex ingenti Israelitarum multitudine, qui læti eventus nuntio illuc convenerant, Deus criminis vindex percussit (1. *Reg.* 6. 19). — *b)* Item oppidum in finibus tribus Issachar, inter Thabor et Jordanem, situm fortasse ubi nunc *Khirbet Shemsin.* Memoratur *Jos.* 19. 22. — Hinc *Bethsamitis, is*, apud *Vulg.* 1. *Reg.* 6. 18.; et *Bethsamites, æ*, apud *eund. ibid.* 1. *Reg.* 6. 14. et plur. *Bethsamitæ, arum*, incolæ, *ibid.* 6. 13. — *c)* Item oppidum in tribu Nephthali, cujus incolas Chananæos Hebræi sibi vectigales tantum reddiderunt, situm vero eruditi nondum certo statuerunt. Citatur cum Bethanath *Jos.* 19. 38. et *Jud.* 1. 33. — *d)* Item oppidum in Ægypto (*LXX.* Ἡλιουπόλις [ἐν Ὤν]); Vulg. *domus Solis*; Hebr. *Beth-Shemesh*, hodie *'Ain-Shems.* Memoratur *Jer.* 43. 13. — *On* (*Æg. An*) nom. civile, *Si-ra* vero (domus-Solis) nom. sacrum, significat oppidi partem, ubi erant templa; at probabilius *Jeremias* generatim alludit oppidis, quæ haud pauca fuissent (V. *Brugsch, Dict. géogr. de l'anc. Égypt.* 1879. *p.* 409), ubi erant delubra, *Ra* (Soli) sacra, et statuæ deorum colebantur. Cf. *Knabenbauer, Comm.* in *Jer.* Paris 1889. *p.* 494. — 18.º) Bethsan, indecl. Hebr. *Bêth-She'an* « domus quietis »; *LXX.* Βαιθσάν. — Declinatur *Bethsa, æ*, a *Cypr. Gall., Jud.* 65. « prædia Bethsæ » pro Bethanath. *et ibid.* 78. « cultio Bethsæ ». — Est autem oppidum pertinens ad tribum Manasse occid., etsi in finibus Issachar, hodie *Beisan.* Memoratur *Vulg. Jos.* 17. 11. et 1. *Par.* 7. 29. *Hieronym. sit. et nom. p.* 105. Bethsan - urbs nobilis Palæstinæ, quam interdum scriptura sacra cognominat domum San (Cf. etiam *Augustin. quæst. hept.* 7. 8., ubi ex *Itala* pars codicum *Bethsam* et *Betsam*). — Postea nominata est Græco vocabulo *Scythopolis* (*Jos. ant.* 5. 1. 22. et *alib.* « Civitas Scytharum » dicitur 2. *Mach.* 12. 29); quod nomen *Reland* (*Palæst. II. p.* 992) vult esse a *Socoth*, Hebr. *Sukkôth* « tabernacula », et Gr. πόλις; sed haud ita facile crediderim nomen a minore majus mutuari, nec apud Græcos hybridam vocem inveniri (Cf. *Robinson, Bibl. researc.* etc. *III.* 330): potius a Scythis, qui terram invaserunt (*Herod.* 1. 103-105) temporibus Psammetici, regis Ægypti, et Josiæ, regis Juda (Cf. *Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l'Or.* 1886. *p.* 512. *sq.*), nomen repetendum puto, ibique coloniam probabiliter statuerunt. — De eo sæpe mentio fit, ut *Jos.* 17. 12. *sq.* et 16., *Jud.* 1. 27. *sq.*, 1. *Reg.* 31. 8-13., 2. *Reg.* 21. 12. et 3. *Reg.* 4. 12. et 2. *Mach.* 12. 20-31.; unde patet, quanti hoc oppidum haberetur, maxime vero tempore recentiore, quo inter Decapoleos oppida eminebat. - Epicrates, dux Antiochi a. 109. a. Chr., proditor, illud cum ceteris vendidit Hyrcano; Pompejus potitus est; instauravit Gabinius, proconsul Syriæ (*Jos. ant.* 13. 10. 3. et 14. 3. 4. et 5. 3). — 19.º) Bethsur, indecl. (Hebr. *Bêth-shûr* « domus rupis »; Gr. Βηθσοόρ v. Βαιτσούρα) Scribitur etiam et declinatur *Bethsura, æ*, f. vel *Bethsura, ōrum*, plur. n. (ἡ et τὰ Βαιθσοῦρα). — Est autem — *a)* Oppidum in montibus Juda. *Vulg.* 2. *Esdr.* 3. 16. Vicus Bethsur. *et* 2. *Mach.* 11. 5. « Bethsura, quæ erat in angusto loco ab Jerosolyma intervallo quinque stadiorum ». Hic tamen obrepsit error amanuensis Græci: *Cod. Alex.* habet ΣΧΟΙΝΟΥΣΠΕΝΤΕ, quæ mensura Ægyptia = 30. stad. × 5 = 150. stad. = 25 km. circ. Secundum *Hieronym. sit. et nom. p.* 104. (*Eus. Onom.* h. v.) Bethsur in tribu Juda sive Beniamin; et est hodie Bethsoro (Βηθσωρώ *Eus.*) vicus euntibus nobis ab Ælia Chebron in vicesimo lapide (CL. stad. = 20. m. p. Rom.), hodie *Khirbet* (rudera) *Beth-es-Sur* v. *Bordj-Sur.* Memorat *Vulg.* 2. *Par.* 11. 7., *Jos.* 15. 58. et *alib.* — Conditum est a populo Maon (Cf. 1. *Par.* 2. 45), munitum a Roboamo (2. *Par.* 11. 7), ab Idumæis captum, reædificatum post exsilium a Juda Mach. (1. *Mach.* 4. 21) et Machabæorum victoriis illustratum (*Ibid.* 28-36., 2. *Mach.* 11. 1-12. et *alib.*) et aquarum fonte insigne, ubi fertur diaconus Philippus eunuchum reginæ Æthiopis baptismo abluisse (*Act.* 8. 26-39., coll. *Hieronym. sit. et nom.* supra *cit.*). — *b)* Est etiam nom. viri, filii Maon. *Vulg.* 1. *Par.* 2. 45. « Filius Sammai, Maon: et Maon pater Bethsur ». *Legendre* (*Dict.* etc. *II.* 1750) vult hic designari oppidum Bethsur, conditum vel reædificatum a Maon, de quo tamen nullam reddit rationem. Ita igitur se res habet. Quum in genealogia (ut fit), ad hoc nomen non redeatur in sequentibus, ut ejus paternitas indicetur, et paulo inferius dicatur: « Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader » quæ sunt duo oppida (*Ibid. v.* 51), itidem interpretanda videtur locutio: *Maon pater* (i. e. conditor) *Bethsur.*

BĒTHABARA. *V.* Bethania in BETH.

BĒTHĀNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* BETH.

BĒTHĒLA, æ, f. 1. *V.* Bethel in v. BETH.

BĒTHLÆUS (Bethleus), a, um, et

BETHLĔEM v. Bethlehem et deriv. *V.* BETH.

BETHLĒMUS, m. et

BETHLĔUM, i, n. 2. *V.* Bethleem in v. BETH.

BĒTHULĪA, æ, f. 1. (Βετυλούα; Syr. *Beith-Palu*; Arab. *Beith-Falua'*) Scribitur etiam sine aspiratione *Fulg. æt. mund. p.* 161. et *Itin. Theod.* 8. — Etymon obscurum, quia vox Hebraica deest. Alii cum בתול *bethûlâ* « virgo »; alii vero vocem conjungunt cum בית אל *beth 'El* « domus Dei » et etiam בית עליה *beth 'alîâh* « domus loci superioris ». Cf. *Bethul* vel *Bethuel* apud *Calmet* in *Comm. Judith p.* 381.

Bethulia, oppidum Galilææ in tribu Zabulon, in monte situm in finibus Samariæ, patria Judith, viduæ celeberrimæ, qui populum suum, ad incitas redactum et jam jam obsidentibus hostibus se deditorum ex aquarum, non virtutis, defectu, incolumem servavit ab Assyriorum vi caput obtruncando Holophernis, eorum ducis. Hujus facti historia narratur *Vulg. Judith cpp.* 1-7. Verum Græca interpretatio plura continet, ex quibus plenior hauritur rerum notitia. — De situ autem Bethuliæ varia traduntur in re maxime incerta. Hodie loca, quibus honor tribuitur natalium Judith ac Bethuliæ situs, sunt Tell-Kheibar (*Riess*) v. Sanur (*Guérin*) v. Beth-Ilfa (*Schulz* et *Ritter*) v. Hharaïeq-el-Mallahh (*Khalil Marta*) v. Scheik-Shibel (*Heidet*) v. Mithilia (*Conder, Re*). Hæc duo postrema probabiliora videntur; ceterum qui locus propius accedat, etiam sono vocis, mutato *b* in *m*, ut ex *Jabne Jamnia*, ex *Bathuel Methuel* factum est, Mithiliam esse crediderim, quæ, quod plurimum interest, ad meridiem Dothaim sitam esse docent geographi. Ceterum qui hanc historiam fabulam putant, ajunt numquam Bethuliam exstitisse, quia nusquam reperiatur; sed hoc argumentum foret, quo confirmetur quod probatum sit, non autem, quo aliquid probetur; at increduli, qui semper recte se ratiocinari gloriantur, puerorum aut dementium more plerumque locuntur et « dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt » (*Rom.* 1. 22). — De Bethulia videsis *Mislin, Les Saints Lieux* (1858) *III.* 359-361.; *Guérin, Descr.* etc. (1874) *I.* 344-350.; *Brunengo, Il Nabucod. di Giuditta XVII.*; *Il sito di Betulia* in *Civiltà Catt. s. XXX* (1888) *s. XIII. t. II. p.* 627-536.; *Re, Arch. Bibl. Dix. I.* 2., et *Vigouroux, Dix. Bibl.* ad *v.*

BETITĪUS, ti, m. 2. *V.* voc. seq.

BETTĪUS, ti, m. 2. (Βέττιος) nom. gent. (in parte exemplorum fortasse i. q. *Vettius*) *Corp. I. L.* 6. 35550. — *Bettia*, nom. mul. 10. 8134. — Pro cognomine *Inscr. Ephem. epigr.* 3. ad *Corp.* 10. 429. — Hinc deriv. *Bettiena*, nom. gent. (*nisi est Vettiena*). *C.* 6. 18668. — *Betilienus (a)*, nom. gent. *Corp.* 10. 5806. - *P. Betilienus Bassus*, vir monetalis, sub Augusto apud *Cohen I.* 115. et 376. et *P. Betilienus Bassus*, quæstor Caligulæ. *Senec. dial.* 5. 18. 3. — *Betiliena*, nom. mul. *C.* 10. 4048. — *Betilenus*, nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 6946. - *Inscr. Gr. Olymp.* 226. 5. Λούκιος Βετιληνὸς Φλῶρος. Cf. *Dittenberger, syll.* 686. adn. 6.; *Schulze, Eigenn. p.* 406. adn. 7. — *Betitius* (v. *Betutius*), nom. gent., plerumque in finibus Hirpinorum inventum (Osce *Bn. Betitis Bn. meddiss*: v. *Planta, gramm. d. osk.-umbr. Dial. II. p.* 531. *n.* 185). *Corp.* 9. 1232. — *Betitia*, nom. mul. 13. 1901. — Apud scriptores T. Betutius Barrus Asculanus « omnium eloquentissimus extra Urbem » inquit *Cic. Brut.* 46. 169. — Betitius Perpetuus Arzigius, vir clarissimus, consularis Tusciæ et Umbriæ a. post Chr. 379. apud *De Rossi Inscr.* in *Prim. Racc. p.* 164. — C. Betitius Pietas, præf. coh., quæstor, vir juri dicundo, vir quinquennalis in *Inscr.* apud *Momms. n.* 1116., cujus filius Pius fuit cos. (V. *Borghesi* in *Ann. d. Ist. arch.* 1856. *p.* 49) et senator in *Tab.* Cannusina a. U. C. 976., apud *Momms. n.* 685. — De hac familia Æclanensi sæc. II-III. vd. *Guarini* in *Ricerche Eclan. p.* 130. *sqq.* et cf. *Momms. Corp.* 9. *p.* 106. — *Bettoius*, nom. gent. *Inscr. Notiz. d. scavi* 1898. *p.* 188. Adde *Bettonius*, unde adject. *Bettonianus*; *Betonius* (nisi est *Vetonius*); *Betulenus* (Βετληνός): *Betulius (a)*; *Betuvius (a)*; *Betuus (a)*, nom. gent. (originis Etruscæ: *Schulze*); *Betuedius (a)*; *Betuelius (a)*; *Betuinus (a)*; *Betusius*; *Betutius (a)*, nom. gent., præsertim in Gallia Cisalpina et Narbonensi rep., aliquando cogn.; unde *Betutianus*, adj. V. *Corp.*

BĒVUS, i, m. 2. (Βέβος) fluvius Macedoniæ. *Liv.* 31. 33. Ad Lyncum stativa posuit prope flumen Bevum.

BEZABDĒ, es, f. 1. *Bizabde* apud *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2363. Vox, ut videtur, composita, quasi sit Aram. *Bethzobde*, a *Beth*, domus, et *Zabde*; unde *Zabdicenus, a, um*, apud *Ammian.* 25. 7. 9.: vel *Zabdai*, h. e. *Zebedæi.* Arab. *Bâzabdâ.* — Acc. *Bezabdēn.*

Bezabde, oppidum Mesopotamiæ, municipium Romanum, regionis Zabdicenæ caput, a Macedonibus conditum ad Tigrim, hodie *Gezire ibn 'Umar.* Describitur *Ammian.* 20. 7. 1. — An. XI. imp. Constantii a Sapore I., rege Persarum, captum fuit, ut tradit *Hieronym. loc. cit.* et an. 360. ipse Constantius frustra illud validissimis copiis oppugnavit; denique an. 363. Jovianus imp. Persis tradidit. *Ammian.* 7. 16. et 9. — *Phœnica* absolute ab *eod. ibid.* nuncupatur.

BEZEC v. Bezech, indecl. Hebr. *Bezeq* « fulgur ». Sic *Hieronym. nom. Hebr.* 31. « Bezec fulgur vel contemptus vanus sive micans ». *et* 34. Bezec egestas ». *LXX.* Βεζέκ.

Bezec ¶ 1. Fuit oppidum, ubi Adonibezec (*sc.* dominus Bezec), Chananæus, suam sedem habebat, nunc fortasse rudera *Bezkah. Vulg. Jud.* 1. 4. *sqq.* « Ascenditque Judas (*et Simeon*) et percusserunt in Bezec decem milia virorum - Fugit autem Adonibezec, quem persecuti comprehenderunt cæderuntque summitates manuum ejus et pedum ». *et ibid.* 7. « Dixitque Adonibezec: septuaginta reges, amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus ». ¶ 2. Item oppidum ad septentr. Sichem, haud procul a præcedenti, hodie *Ibziq.* Memoratur 1. *Reg.* 11. 8., ubi Saul copias recensuit antequam pugnaret cum Ammonitis, Jabes-Galaad minitantibus, quos fudit fugavitque; mox vero in Galgala « perrexit omnis populus et fecerunt ibi regem Saul ». *Ibid. v.* 15.

BI

BĪĀNOR et Bienor, ŏris, m. 3. (Βιάνωρ; Ion. Βιήνωρ, *homo robustus*) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filius Tiberis et Mantus, Tiresiæ The-

bani vatis filiæ, dictus etiam *Ocnus* (*Virg.* 10. *Æn.* 198), Mantuæ oppidi conditor. *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* — De sepulcro ejus ibidem posito canit idem *Virg.* 9. *Æn.* 60. — 2.°) Item Centaurus memoratus *Ovid.* 12. *Met.* 345. — 3.°) Item miles, qui contra Argonautas pugnavit. *Val. Flacc.* 3. 112. — 4.°) Item princeps quidam Acarnanum, de quo *Liv.* 33. 16. ¶ 2. In titulis nom. servorum et ingenuorum. *Corp. I. L.* 6. 22217. — In cogn. transiit. 27169.

BĪANTES, is. *V.* voc. seq.

BĪĀS, antis, m. 3. (Βίας, *vim adferens*) Ultima corripitur in *Carm. Hygin. fab.* 221. « Plures esse malos Bias autumat ». — *Biantes* pro *Bias* legitur apud *Hygin. fab.* 90. — Voc. *Biā*, apud *Sidon. l. c.*

Bias ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit filius Tentames (Τευταμίδου *Stob.*), unus ex septem Græciæ sapientibus, patria Prieneus; hinc ejus sententia *Prienela* dicta *Capell.* 8. *p.* 272. Memoratur *Val. Max.* 7. 3. *ext.* 3. Bias - cujus sapientia diuturnior inter homines est quam patria Priene fuit. *Sidon. carm.* 2. 161. Prienæe Bis, quod plus tibi turba malorum est (Cf. *Carm. Hygin. fab.* 221. et *Auson.* 301. 11). Adde *Cic. Læl.* 16. 59., *Gell.* 5. 11., *Solin.* 40., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 25. et *Colum.* 1. 1. 9., coll. *Herod.* 1. 170. *Aristotel. Rhet.* 2. 15. et *Diod.* 9. 13. et 25. — Dictum ejus refert *Cic.* 1. *Par.* 1. 8. « Omnia mecum porto mea ». Alia apud *Auson.* in *Lud. Sept. Sap.* et in *Sept. Sap. sent.* — Biantis effigiem ex monumentis antiq. illustravit *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. T.* 6. *p.* 136. *sq.* et in *Iconogr. Gr. T.* 1. *p.* 135-138. — Plura de eo apud *Bernhardt, Die sieben Weis.* 7. *sq.*; *Bohren, De sept. sap.* Bonn 1867., *Zeller, Phil. d. Gr. I.* 496. *sqq.*, *Lenschau, De rebus Prienensium, Leipz. Stud. XII.* 124-136. — 2.°) Item Priami filius apud *Hygin. fab.* 90., ab Idomeneo occisus, *Dict.* 4. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp. I. L.* 14. 1254.

BĪBĀCŬLUS, i, m. 2. (demin. a *bibax*) cogn. gentis Furiæ. *V.* FURIUS.

BIBAGA v. rectius Bibacta, æ, f. 1. insula Indiæ, hodie *Karâci*, apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 21. 23. (80). Ab ea (*Crocala*) XII. m. pass. Bibaga, ostreis et conchyliis referta. — Etymologi ducunt a Skr. partic. pf. *vi-bhakta*, i. e. separatus, solutus (*Lassen*).

BIBALI v. Biballi, ōrum, m. plur. 2. (Βιβαλοί *Ptol.*) gens et civitas Hispaniæ Tarraconensis. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (28). — Eorum caput φόρος (*forum*) Βιβαλῶν, et fluvius Bibesia, hodie *Bibey* (*Ravenn.* 321). — Ad Aquas Flavias fuit ab iis erectum monumentum Vespasiano imp. *Corp. I. L.* 2. 2477 = 5616.

BĪBĒRĬUS, facete dictum pro *Tiberius*, apud *Sueton. Tib.* 42. In castris tiro etiam tum propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur (*mp. Tiberius*. Inde *Ps. Aur. Vict. epit.* 2. 2. Iste quia *Claudius Tiberius Nero* dicebatur, eleganter a jocularibus *Caldius Biberius Mero* ob vinolentiam nominatus est.

BIBESIA, æ, f. 1. *V.* BIBALI.

BĪBĬENSES. *V.* voc. seq.

BĪBĬUM vel rectius Bivium, ii, n. 2. ¶ 1. Est statio v. oppidum Pannoniæ inter Arupium et Romulam. *Itin. Ant. p.* 274. — Ejus situs ignotus, ut patet ex variis conjecturis pro hod. *Poloi* v. *Carlstadt.* v. *Lesce.* ¶ 2. *Bibium* (*ad*), statio ad juncturam viarum Latinæ et Labicanæ prope hod. *Valmontone*, in *Tab. Peut.* 6. ¶ 3. Item oppidum Sardiniæ. *Ravenn. p.* 411. ¶ 4. Item vicus in Germania superiore, cujus incolæ *Bibienses* dicuntur. *Corp. I. L.* 13. 6315. DIIS QVADRVBIS VICANI BIBIENSES. Hinc *Biviæ* (*ārum*), deæ, quæ maxime in Germania sup. colebantur. *Ibid.* 5621 (*apud Lingones a.* 226) deis DEABVS BIVIS TRIVIS QVADRIVIS. Ita fortasse dictæ sunt, quasi deæ viarum.

BIBRACTĔ, is, n. 3. Etiam *Bibracta, æ*, apud *Cæs.* 7. *B. G.* 90., ubi alii aliter leg. — Locat. et abl. in *e* desinunt. — Vox est Celtica, quam *Zeuss* significare ait « urbem castorum ». Cf. BIBRAX.

Bibracte, oppidum Hæduorum, magnum et civium multitudine et auctoritate, situm in monte *Beuvrai*, qui olim *Bibractus* dictus esse fertur, non unum cum Augustoduno (V. *Paneg.* 8. 14), ut quidam velint; quamquam, si duplex, alterum civile, alterum vero sacrum, ubi dea *Bibractis* colebatur (*Inscr.* apud *Orelli n.* 1978). Memoratur *Cæs.* 1. *B. G.* 23. Bibracte, oppido Hæduorum longe maximo et copiosissimo. *et* 7. *ibid.* 55. oppidum apud eos (*Hæduos*) maximæ auctoritatis. *et ibid.* 63. Totius Galliæ concilium Bibracte indicitur. *Hirt.* 8. *B. G.* 2. ab oppido Bibracte. *Paneg. loc. cit.* Sis licet dominus urbium (*Constantine*), omnium nationum, nos tamen etiam nomen accepimus tuum: jam non antiquum Bibracte, quod hucusque dictum est Julia, Polia, Florentia, sed Flavia est civitas Æduorum. *h. e.* Augustodunum, hod. *Autun*, jam inde a Constantii et Constantini M. temporibus Hæduorum caput pro antiquo Bibracte.

BIBRACTIS, is, f. 3. et

BIBRACTUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

BIBRAX, ăcis, f. 3. oppidum Remorum, fortasse a monte Lauduno, qui « antiquo sermone *Bibrax* nuncupabatur » (*Act. ss. Jan. IV.* 24), dictum hodie *Vieux-Laon* (ad *Laon, dép. de l'Aisne*: cf. *Desjardins, Géogr. de la G. II.* 458. et *Napoléon III. Vie de Cés. T.* 2. in *Tab. Gall. antiq.*). Memorat *Cæs.* 2. *B. G.* 6.

BĪBROCI, ōrum, m. plur. 2. gens Britanniæ ad merid. *Cæs.* 5. *B. G.* 21. Bibroci - sese Cæsari dedunt.

BĪBŬLUS, i, m. 2. Βίβουλος *Dio*; Βύβλος v. Βύβλος *Plut.* ¶ 1. Est cogn., a *bibendo* factum, præsertim in Calpurnia et Publicia gente, ut L. Publicius Bibulus (*V.* PUBLICIUS) et M. Calpurnius Bibulus (*V.* CALPURNIUS) etc. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Absolute — *a*) Bibulus, cos. a. post Chr. 126. apud *Capitolin. Pertin.* 15. — *b*) Bibulus item apud *Horat.* 1. *Sat.* 10. 86. « Vos, Bibule et Servi, simul his te, candide Furni » (in libr. *Bibuli*, plur., ex prava accommodatione et ob alia vitia emendand.: cf. *Ritter* in *l.*). Fortasse *M. Calpurnius Bibulus*, collega J. Cæsaris in consulatu. — *c*) Item apud *eund.* 3. *Od.* 28. 8. (et *Vellej.* 2. 44). « Parcis deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram » (*sc.* amphoram Bibuli cons. a. 695); de eo namque nihil mentione dignum nisi quod ad amphorarum annum designandum spectat, collega J. Cæsare dominante; hinc illud *Sueton. Jul.* 9. 10. et 19. 20. « Non Bibulo quidquam nuper sed Cæsare factum est; nam Bibulo fieri consule nil memini ». — 2.°) Cum præn. — *a*) C. Bibulus ædilis a. U. C. 775. *Tac.* 3. *Ann.* 52. « Incipiente C. Bibulo, ceteri quoque ædiles disseruerunt sperni sumptuariam legem vetitaque utensilium pretia augeri in dies etc. ». — *b*) M. Bibulus, cos. a. U. C. 695., de quo supra, apud *Sueton. loc. cit.*, *Gell.* 4. 10. 5. et *Val. Max.* 4. 1. 15., falso *Lucius* apud *Eutrop.* 6. 17. et olim apud *Senec. Cons. ad Marc.* 14. *V.* CALPURNIUS.

BICERA, fluvius in Guasconia, hodie *Vezère*, apud *Ravenn. p.* 299.

BICLEJUS v.

BICOLEJUS (Biculejus), ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 1261 (*titulus aquæductus suburbani ætatis Aug.*). *et* 14. 3654 (*Tibure*) etc.

BĪDA (Bidda) ¶ 1. Est oppidum Mauretaniæ Cæsariensis (*Ptol.* Βίδα κολωνία), unde nom. sumpsisse videtur *limes Bidensis* seu *Vidensis* in *Not. Dign. occ. c.* 38. — Idem municipium. *Ravenn. p.* 156. et *Tab. Peut.* 2., ubi *Syda* pro *Bida*, et *Itin. Ant. p.* 39., ubi *Bidil*, nunc fortasse *Djêma-Saharîdj*. ¶ 2. Item princeps sacerdotum Israel, in *Lib. geneal. chron. I. p.* 190.

BĪDENSIS. *V.* voc. præc.

BĪĒNUS et Biennius, ii, m. 2. (Βιῆνος) nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 13584. — *Schulze, Eigenn. p.* 135. confert *Viennius* et *Benus, Bionius.* et *p.* 587. *Biesius* (Βιήσιος) et *Biolenus*.

BĪGERRA, æ, f. 1. oppidum Oretanorum in Hispania Tarraconensi, hodie *Becerra*, socium Romanorum in secundo bello Punico, oppugnatum idcirco a Carthaginiensibus sed a Scipione liberatum. *Liv.* 24. 41.

BĪGERRI, ōrum, et

BĪGERRĪCUS, a, um, adj. *V.* voc. seq.

BĪGERRĬŌNES (Bigerrones), um, m. plur. 3. (Etiam *Bigerri* v. *Begerri*, apud *Paulin. Nol.* et *Plin. locc. citt.*) populus Aquitaniæ, cujus urbs caput fuit *Turba* (hod. *Tarbes*) cum castro *Bigorra* v. *Begorra* (*Bogorra*) in *Not. Gall.* 14. 11. et apud *Greg. Tur. glor. conf.* 48. urbs *Beorretana*, hodie *Bagnères-de-Bigorre* (*dép. Hautes Pyrénées*). Memorant *Cæs.* 3. *B. G.* 27. Tarbelli, Bigerriones, Pliani etc. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). Convenæ, Begerri (Bigerriones *in cod. Paris.* 6795), Tarbelli. *et Paulin. Nol. carm.* 10. 246. digna - pellitis habitas deserta Bigerris. — Huc pertinet, ut videtur, *Bigerrus*, nom. vir. apud *Sidon.* 1. *ep.* 11. 8. — Adject. *Virg. gramm. ep.* 2. *p.* 8. 13. Bigerrus (*al.* Bigerricus) sermo. — Hinc *Bigerrica vestis*, brevis, hispida, crasso panno et villoso, apud *Sulpic. Sev.* 2. *dial.* 1. et *Venant. s. Mart.* 49. — Hinc etiam *Bigerritanus, a, um*, apud *Auson.* 400. 4. Patria Bigerritana.

BĪGERRĪTĀNUS, a, um, adj. et

BĪGERRUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

BILBĪLIS, is, f. 3. (Βίλβιλις) *Belbilis* apud *Ravenn. p.* 309. et *Birbilis* apud *Paulin. Nol. carm.* 10. 223. — Acc. *Bilbilim* apud *Plin.* 34. *loc. cit.* (144). et *Bilbilin* apud *Martial.* 1. 49. 3. — De nominis significatione V. *Hübner, Bemerk. Wochenschr., Klass. Philol. IV* (1887. 818).

Bilbilis, oppidum celebre Celtiberorum in Hispania Tarraconensi, trib. *Galeria*, patria Martialis poetæ, hodie *El Cerro de Bambola*. Memoratur *Martial. loc. cit.* Bilbilis alta - equis et armis nobilis. *et* 4. 55. 11. optima metallo, quæ vincit Chalybesque Noricosque. *et* 12. 18. 9. auro - et superba ferro. *Paulin. Nol. loc. cit.* acutis pendentem scopulis. *Auson.* 418. 57. Ergo meum patriæque decus columenque Senati Bilbilis. — Incolæ *Bilbilitani* et *Bilbitani*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24). — Eam municipium olim Rom. fuisse et *Augustam* itemque *Italicam* cognominatam tradunt *Martial.* 10. 103., *Corp. Inscr. Lat.* 2. *p.* 410. et nummi apud *Eckhel* 1. *p.* 35. *sqq.* — Hinc *Aquæ Bilbilitanorum*, hodie *Alhama* in *Itin. Ant. p.* 437. ¶ 2. Item fluvius, idem quod *Salo*, apud *Justin.* 44. 3. 8. Cf. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 41. (144). et *Martial.* 10. 101.

BILBĪLĬTĀNI, ōrum. *V.* voc. præc.

BĪLĬUS, ii, m. 2. *V.* BILLIUS.

BILLIS, is, m. 3. (Βιλλαῖος) flumen Bithyniæ, hodie *Filios*. Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 1. 1. (4).

BILLĪUS (Billus), ii, m. 2. nom. gent., idem fortasse ac *Villius* (*Villus*), quod probat cl. *Borghesi* in *Bull. dell' Ist. arch.* a. 1846. *p.* 88., aut etiam *Duilius* (*Duilius*): cf. *bellum* pro *duellum*, *bis* pro *duis*. Memoratur in *Corp. I. L.* 6. 6740. et 200. 3. 14 (*a.* 70). etc. — *Billis*, nom. mul. *Corp.* 13. 1756 (*Lugduni*). — Apud scriptores celebris est *Bilia*, pudicitiæ exemplum (uxor Duilii cons. an. 260. a. Chr., qui primus Romæ navali certamine triumphavit) apud *Hieronym.* 1. *adv. Jovin.* 46., si recte traditum est. *V.* integr. loc. — Hinc deriv.: *Billenus* et *Billenius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 3. 6790 (*in Lycaonia*); *Billienus* (*a*), nom. gent. 14. 3328 (*C. Præneste*). Adde *Cic. Brut.* 47. 175. et 15. *Fam.* 22. — Etiam cogn. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5222. — *Billienius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 3. 4057 (*in Pannonia sup.*). — *Billo* (*Bilo*), *onis*, cogn. *C.* 9. 3521. — *Biluenus* (*a*) et *Bilucidius* (*a*), nom. gent. *C.* 9. 3521. et 5. *suppl. Pais* 490. — *Billus*, cogn. *C.* 9. 888.

BĪMARCUS, i, m. 2. (bis *et* Marcus) titulus saturæ Varronis, quo jocose et festive (*ut Marcopolis* et *Marcipor*) se ipsum intelligi voluit (*Vahlen*). *Non. p.* 530. Varro Bimarco. *Sic sæpe*.

BĪNDUS, i, m. 2. deus Japodum Neptuno similis, cujus tituli ad fontem quendam inventi sunt. *Corp. I. L.* 3. 14325., 14326. etc.

BINGĬUM, ii, n. 2. oppidum Vangionum in Germania sup., hodie *Bingen*. Memoratur *Tac.* 4. *Hist.* 70., *Not. Dign. occ.* 41. et *Tab. Peuting.* 3. *Ammian.* 18. 2. 4. Vingo (ob solitam litt. *b* et *v* commutationem). Sic *Auson. Mos.* 2. Addita miratus veteri nova mœnia Vingo (sic *Momms.*, Vinco *Minola*, vico *codd.*). *Not. Dign. occ.* 41. 10. Bingio. — Hinc *Bingensis* in *Not. Dign. occ.* 41.

22. Præfectus militum Bingensium. Cf. *Desjardins, Géogr.* etc. *IV.* 31. et *Ritter, Rhein. Jahrb. XVI.* 1. *sqq.*

BINGENSIS. *V.* voc. præc.

BĪNĬŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (a *binio*) hæretici « qui dividunt unitam in Dei virtute substantiam, et magnitudinem Christi tripertito Ecclesiæ fonte venerabilem partiuntur », teste *Priscill. tract.* 1. *p.* 5. *Id.* 3. *p.* 49. « Binionitarum error ». *At editor in app. crit.* Ebionitarum *legend. censet.*

BĪO et Bion, ōnis, m. 3. (Βίων, *vivens*) ¶ 1. Est nom. vir. Gr. — 1.°) Apud auctores — *a*) Bion v. Bio, Borysthenites, libertinus, cui herus sua bona reliquit (*Laert.* 7. 46-58), Theodori Cyrenaici discipulus, philosophus et sophistes, antea Platonicus, postea Cynicus (*Ibid.* 7. 52), vir ingeniosus, sed perditis moribus, impius, jocis mordacibus homines deosque ipsos insectatus, a. circ. 300. a. Chr. Athenis floruit. Memoratur *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 62., *Senec. tranquill. an.* 8. et 13. et *benef.* 7. 7., coll. *Plut. de sera num. vind.* 19. *Acron* ad *Hor.* 2. *Ep.* 2. 60. « Hinc Bion, qui Sophistes cognominatus est, in libro, quem edidit mordacissimis salibus, ea, quæ apud poetas sunt, ita laceravit ut ne Homero quidem parceret ». *Porphyr.* ad *eund. ibid.* « Bion Aristophanis comici pater (per *conj. Bücheler*) dicitur fuisse. — Plura ejus effata traduntur a Latinis quoque scriptoribus (collecta ab *Orelli* in *Opusc. Græc. vett. sent. et moral. v.* 2), ut *Cic. loc. cit.*, qui dictum facetum de Agamemnone rege retulit; sic et *Senec. locc. citt.* — Scripsit tractatus varios, quos *Laert.* obscure indicat; præterea Παίγνια, ut *Crates*, et quamdam prosa oratione, Διατριβαί inscripta, vel sermones (*Id.* 2. 77), ex quibus pauca supersunt, at satis ad ferendum judicium, præeunte ipso *Horatio* (*loc. cit.*), qui Bionem in suis *sermonibus* est imitatus. — Hinc *Bioneus* (Βιώνειος) adject. ad Bionem pertinens, apud *eund. loc. cit.* « Hic delectatur iambis, Ille Bioneis sermonibus et sale nigro ». — Ejus fragmenta collegerunt *Rossignol* (« *Fragm. Bionis Borysth. philos.* » Paris 1830) et *Wachsmuth* (*De Timone philas. ceterisque Sillogr. gr.* etc. Leipz. 1899). V. *Susemihl, Gesch. Gr. Litt. I.* 32-42. — *b*) Bion, Soleus v. Solensis, scriptor rei rusticæ (*Varr.* 1. *R. R.* 1. 8) et historicus, cujus libri de rebus Æthiopicis (Αἰθιοπικῶν) interciderunt; horum tamen fragmenta exstant apud *Müller, Hist. Gr. frg. IV.* 351. Memoratur inter fontes suos *Plin.* in *ind. II.* Adde *eund.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (183). V. *Susemihl op. cit. I.* 664. — *c*) Alii, de quibus nulla mentio, quod sciam, apud Latinos, ut: Bion, Abderitanus, philosophus et mathematicus (*Laert.* 4. 58), ex schola Democriti (V. *Susemihl loc. cit.* et *Hultsch, PW.* 3. *p.* 485. *sqq.*): item Bion Smyrnæus, poeta bucolicus (Βουκόλος), a. 275. a. Chr., magni habitus: hujus fragmenta, apud *Stob.* et in *Anthol.* (V. etiam *Hermann*, Berl.-Leipz. 1849), inter quæ longum *epitaph. Adonis* (Ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος) vv. 100., non sine lacunis et additamentis, illustrarunt *Ziegler, Hiller, Buecheler* (V. *Stier, De Bionis et Moschi Epitheph. Diss.* Berl. 1864): item Proconnesius, de quo v. *Arnim, PW.* 3. *p.* 482. *sq.* et *Müller, Fragm.* etc. *II.* 19.: item Cæcilius Bion apud *Plin.* 1. *Hist. nat.* 28. in *Ind. auctt.*, qui περὶ δυνάμεων scripsit etc. — 2.°) Bion. *V.* UTUM. ¶ 2. In titulis cogn. libertorum et ignobilium. *Corp. I. L.* 6. 9753.; 13. 10010. 302. etc.

BĪŌNĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

BĪŌPĀTOR, ŏris, comm. gen. (Βία, *vis*, et πατήρ, *pater*, quasi violento seu invito patre v. auctore natus v. conditus) ita appellata *Troja* parva in Epiro, a reliquiis Trojanorum condita, teste *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 349., coll. *Varr.* ibi laudato. Sed « incertum omnino quid lateat » inquit *Ihm.*

BIRRĪUS (Birius), ii, m. 2. ¶ 1. Fuit nom. adulescentis cujusdam perditis moribus, qui cum Cælio, criminum socio, ob egestatem latrocinia perpetrasse videtur ex *Horat.* 1. *Sat.* 4. 69. « Ut sis tu similis Cæli Birrique latronum, Non ego sum Capri neque Sulci cur metuas me? » Capri et Sulci delatorum similis non fuit Horatius; non erat ergo, cur timeretur a Cælio et Birrio: ita *Schol.* ad *l.* ¶ 2. Est etiam in titulis nom. gent. *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 356., coll. *Corp. I. L.* 5. 2906. — *Birria*, nom. mul. *Ibid.* — Hinc deriv.: *Birrianus fundus*, in pago Herculanio Placentino. *Tab. alim. Velej.* 6. 96. — *Birro* (*onis*), nom. gent. *Corp.* 5. 4125., unde *Birronius* (*a*), nom. gent. et cogn. et *Birronianus*, cogn. *Carm. epigr.* 1102. et *Corp.* 6. 13595. — *Birrio* (*onis*), cogn. *C.* 5. 7278.

BIRRUS. *V.* BURRUS.

BĪSALTÆ, ārum, m. plur. 1. (Βισάλται) Primam breviat *Grat. cyneg.* 523. « Sic et Strymonio facilis tutela Bisaltæ » (*equo*).

Bisaltæ, gens Macedoniæ, Thraciam versus, fortissima, trans Nessum amnem et circa Strymonem fluvium (*Liv.* 45. 30). Memorat etiam *Virg.* 3. *G.* 461. Bisaltæ quo more solent ». Ad quem *l.* adnotat *Serv.* Bisaltas populos Scytharum fuisse, qui fugientes equorum sanguine aluntur lacte permixto. Adde *Claudian. carm.* 21. 134. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (38). — In sing. num., collective. *Sidon. carm.* 5. 477. Bisalta, Ostrogothus, Procustes etc. Adde *Grat. loc. cit.* — Nummos, qui ad eos pertinent, cum epigr. ΒΙΣΑΛΤΙΚΩΝ, illustravit *Eckhel*, 2. *p.* 69. *sq.* Cf. *Cavedoni, Spicil. numism. p.* 50.

BĪSALTES (is), æ, m. 1. Solis et Terræ filius (*Favorin.* apud *Steph. Byz.* in Βισαλτία). *Val. Fl.* 6. 48. Bisaltæ regio. *Alii leg.* legio. — Hinc *Bisaltes*, fluvius, et *Bisaltia*, regio, denominatur (*Favorin.* apud *Steph. Byz.*).

BĪSALTĪA, æ, f. 1. (Βισαλτία, non Βησαλτία) Bisaltarum regio, vino, oleo, ficis, pascuis celebrata. *Gell.* 16. 15. Theopompus in Bisaltia lepores bina jecora habere dicit. De ea etiam *Plut. Per.* 11., *Strab.* 7. 329. *sq.*, *Diod.* 19. 20. Cf. etiam *Head, H. N.* 199. — Hinc *Bisaltica* (terra), absolute, apud *Liv.* 45. 30.

BĪSALTĪCUS, a, um, adject. ad Bisaltas pertinens. *V.* voc. præc.

BĪSALTIS, idis, f. 3. (Βισαλτίς) patronym. a *Bisaltes*, Bisaltis filia Theophane. *Ovid.* 6. *Met.* 117 (*de Neptuno*). aries Bisaltida fallis. *Hygin. fab.* 188. *errore* sic: Theophane Bisaltidis (*pro* Bisaltis) filia formosissima virgo (Cf. *Schol. Germ. Strozz. p.* 148).

BISANTHĒ, es, f. 1. (Βισάνθη) oppidum Thraciæ in Propontide, *castellum* dictum *Nep. Alcib.* 7. et *Bisanthe Samiorum*, quod eorum colonia fuerit, *Mel.* 2. 24. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (48)., coll. (43). *Itin. Hieros.* 601. *Registo*, mansio, et Gr. in *Not. episc. VIII.* 145. Ῥαιδεστός *et IX.* 52. Ῥοδοστός, Rhædestus, hodie *Rodosto*, olim ab Alcibiade munitum (*Nep. loc. cit.*), ut etiam dein a Justiniano imp., commerciis florens. Cf. *Kalopathakes, de Thracia* 31.; *Tomaschek, Die alt. Thrak. II.* 2. 68. et *Head, H. N.* 266.

BISICA, æ, f. 1. municipium Africæ proconsularis (Cf. *Corp. I. L.* 8. 12296); postea colonia Romanorum, plenius dicta, *Colonia Bisica Lucana* in *Corp.* 8. 1357 (*a.* 316-317), hodie *Henchir Bischka*. In *Tab. Peut.* 5. Bisca v. Risca. — Hinc *Bisicanus*, titulus imperatoris cujusd. in fragm. *Inscr.* apud *Donati* 218. 7. Cf. *Orelli* ad *n. cit.* — *Bisicensis*, adject. et incolarum vocabulum. *Corp.* 8. 12296. SPLENDIDISSIMVS ORDO MVNICIPI BISICENSIS. — De ea v. *Tissot, Géogr. comp. de l'Afr. II.* 333. et *Shawe, Voyag. I. p.* 215. *sq.*

BISICENSIS. *V.* voc. præc.

BISĪUS, ii, m. 2. (cf. *bisius*, color cinereus) nom. gent. vir. *Corp. I. L.* 5. 3702. — *Bisia*, nom. mul. *Inscr. Rhen. Bramb.* 1169. — Cognominis locum tenet. *Corp.* 8. 11870. et 5. 5239 (*ad lacum Larium*). — Hinc *Bisinius*, nom. gent. *C.* 14. 2408. 3. 9. et *Bisellius* (*a*), nom. gent. *C.* 6. 13596. et 10. 2169. — De his nominibus cf. *Schulze, Eigenn. p.* 133.

BĪSONTES, Bisontii, Bisontini et

BĪSONTĪUM. *V.* VESONTIO.

BISSŬLA, æ, f. 1. nom. barb. originis: Sueba bello capta, Ausonii serva et liberta. *Auson.* 328. 1. Bissula trans gelidum stirpe et lare prosata Rhenum, Conscia nascentis Bissula Danubii etc. *V.* integr. *Edyllium* 7.

BISTON, ŏnis, m. 3. statio in Dalmatia, ad hod. *Baska voda*. Memoratur *Rav. p.* 208. et 380. et *Guid. p.* 542. Cf. *Tomaschek, Mitteil. d. geogr. Gesellsch.* in Wien 1880. — De *Bistone* mythico *V.* voc. seq.

BISTŌNES, um, m. plur. 3. (Βίστονες) nom. usitatum poetis et græce declinatum. — Mythologi ejus originem deducunt a *Bistone*, qui fuit filius Martis et Callirrhoes (*Steph. Byz.* v. Βιστονία). — Penultima producitur *Cir.* 165. « Sæva velut gelidis Cicōnum Bistōnis in oris ». Sed *Ribbeck* leg. *Edōnum Bistōnis oris*; alii aliter.

Bistones ¶ 1. Sunt populi Thraciæ. *Lucan.* 7. 569. Bistonas aut Mavors agitans. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (42). Stagnum Bistonum et gens. *Sil. It.* 2. 76. lunatis Bistones armis. *Stat.* 3. *Theb.* 221. ille (*Gradivus*) furentes Bistonas et Geticas populatus cædibus urbes (*Schol.* gentes Thraciæ crudelissimæ). *Schol. Stat. Theb.* 2. 586. Mars apud Bistonas colitur. Rursus *Stat.* 2. *Theb.* 421. Bistonas aut refugo pallentes sole Gelonos. Adde *Serv.* 3. 14. ¶ 2. Lato sensu, iidem qui Thraces. *Senec. Herc. O.* 1042. defecisse putant Getæ Hebrum Bistones ultimi. — Hinc

Bistonidæ, ārum, m. plur. 1. iidem qui Thraces. *Val. Flacc.* 5. 652. Non tibi Bistonidæ, quibus hæc fera murmura jactes, Non Lapithæ sed Pallas, ait etc.

Bistōnis, idis, f. adject. ¶ 1. Est ad Bistonas pertinens. *Ovid.* 2. *Pont.* 9. 54. Bistonia terra. *et* 15. *Her.* 344. ora. *h. e.* Thracia. *Calv. carm. frg.* 12. frigida - ora. *Senec. Ag.* 673. ales (*hirundo*). - *Stat.* 5. *Theb.* 142. Bistonides maritæ. *Avien. orb.* 756. alumnæ. — Absolute, substantivorum more. *Cic.* 165. Sæva Bistonis. *Horat.* 2. *Od.* 19. 20. Bistonidum - crines. *sc.* anguium, quos mulieres in capite gestabant in Liberi sacris.

Bistōnius (Bisthonius), a, um, adject. ¶ 1. Est ad Bistonas seu Thraces pertinens. *Culex* 252. Bistonius rex. *h. e.* Tereus. *Sil. It.* 11. 478. vates. *h. e.* Orpheus. *Lucan.* 3. 200. avis. *h. e.* grus. *Claudian. rapt. Pros.* 2. *præf.* 8. chelys. *h. e.* lyra Orphei Thracis. *Ovid. Ib.* 379. Minerva. *h. e.* a Thracibus culta. *Lucret.* 5. 31. plagæ. *Propert.* 2. 30. 36. rupes. *Herc. O.* 1894. matres. - *Stat.* 2. *Silv.* 4. 21. quæ Bistonio queritur soror orba cubili. *h. e.* Procne. *et* 2. *Theb.* 587. trahit ocius ensem Bistonium Tydeus (Cf. *Schol.*: quia Œneus Martis est filius, primum quia vicina est Ætolia Thraciæ aut quia Mars apud Bistonas colitur; ensem vero Bistonium Thracium dixit, quia Bistonia gens Thraciæ est). ¶ 2. Item idem qui Thracius. *Ovid.* 13. *Met.* 430. tellus Bistoniis habitata viris. Polymestoris illic Regia - erat (13. 436. rex Thracum). et 2. *Her.* 90. Bistonia aqua. *et* 1. *Pont.* 3. 59. sarisæ. *et* 1. *ibid.* 10. 48. aquæ. *h. e.* Pontus. — *Bistonium stagnum* (Βιστονὶς λίμνη), lacus in Thraciæ ora ambitu CC. stad. (*Strab.* 7. 331), hodie *Buru Gjöl* v. *Burugoel*. Memoratur *Solin.* 10. — Absolute, *Bistonia* (Βιστονία), Bistonum terra. *Val. Fl.* 8. 160. Bistoniæ magnus - alumnus. *h. e.* Orpheus. — Item, *Bistonii* (*Bisthonii*), ōrum, m. plur. 2. idem quod Bistones. *Porph.* ad *Horat.* 2. *Od.* 19. 20. Bisthoni Thraces sunt. *Claudian.* 20. 565. Bistonii Hæmoque nivali. *Schol. Germ. Bas. p.* 69 (*ex Nigidio Figulo*). Nisæus rex Bisthoniorum.

BISTŌNĬDÆ, Bistonis et Bistonius. *V.* voc. præc.

BITERRÆ et Biterrensis. *V.* BÆTERRÆ.

BĪTHȲNĬA. *V.* BITHYNIA.

BĪTHO. *V.* voc. seq.

BĪTHUS, i, m. 2. (Scribitur *Bitus, Beitus* in tit.; et etiam *Bythus* apud *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. [82]. et *Porph.* ad *Hor.* 1. *Sat.* 7. 20) nom. vir. Thrac. et sæpe nom. servorum (in Italia jam inde ab ætate Augusti) et ignobilium hominum. ¶ 1. Apud scriptores. *Horat. loc. cit.* cum Bitho Bacchius (Cf. *Porph.* Bythus et Bacchius gladiatores fuerunt. *et Schol. Hor.* Bithus et Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum). *Plin. loc. cit.* Bythus (*plerique*: Bithus *alii*) Durrachinus medicus. ¶ 2. In titulis, nom. satis frequens in Italia, maxime Romæ. *Corp. I. L.* 6. 228. 14. (*a.* 205); 2854., 2581., 2601. etc. Hinc *Bitilla*, demin. mul. *C.* 3. 7458 (*in Mæs.*

inf.). — *Bitius*, nom. vir. *C.* 3. 2984. et *Bitiaus*, 14412. — *Bitho (onis)*, cogn. vir. *C.* 6. 36021.

BITHYÆ. *V.* BITIÆ.

BĪTHȲNI, Bithynii, Bithynion et Bithynis. *V.* v. sq.

BĪTHȲNĬA, æ, f. 1. (Βιθυνία v. Βειθυνία) Vocabulum in codd. sæpius multisque modis corruptum occurrit, ut *Bythin-*, *Bithin-*, *Bithan*, *Bytin-* *Bitinn-*, *Bitin-*, *Bittin.* etc. *V. Corp.* 5. 8666.; 6. 1552., coll. *Corp.* 6. 27053. et *Chron. Alex. chron. I.* 101. 105. 18. — Ad notationem quod attinet, *Sall. hist. frg.* 3. 70. « A Bithyno rege Bithynia nuncupata ». *Eustath.* vero ad *Dionys.* 793. et *Appian. B. Mithr.* 1. a *Bithyno* vel *Bithy*, Jovis et Thraces Titanidis filio, ducunt, quod ad mythica remittendum est. At *Hieronym. nom. Hebr. p.* 67 (ad *Act.* 16. 7) « Bithynia: filia speciosa vel inutilis. et *p.* 72 (ad 1. *Petr.* 1. 1) virguncula vel filia domini ». *V.* etiam infra sub 2.° et v. THYNIAS.

Bithynia, regio Asiæ minoris, montosa et silvosa, ab septentr. a Bosporo Thracio usque ad Parthenium (*Bartintschai*) flavium protensa, inter Propontidem ab occid. et Paphlagoniam ab orient. et Mysiam, Phrygiam et Galatiam a merid., olim tamen fortasse angustior, quæ ab exordio Ponti a fontibus Sangarii (*Sakaria*) fluv. primos fines habebat (*Solin.* 42), additis insulis: *Thynias*, *Besbicos*, *al.*, de quibus *Plin.* (Cf. *Kiepert, Spec. d. westl. Kleinas., Kart. II., III., V., VI.* et *Hirschfeld, Geogr. Jahrb. X.* 437. *sqq., XII.* 301. *sqq., XIV.* 175. *sqq.*), antiquitus denominata *Cronia*, dein *Thessalis*, mox *Mariandyna* v. *Marianda* (quamquam *Ammian.* 22. 8. 14. ab hac Bithyniam sive Thyniam proprie dictam distinguit) et *Strymonis* (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. [143]), post *Bebrycia*, deinde *Mygdonia* ex parte et ex parte etiam *Gallogræcia*, teste *Ammian. loc. cit.*; postremo *Bithynia* (*Solin. loc. cit.*, coll. *Sall.* apud *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 373. et *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1036), hodie pars magna Anatoliæ (*Natolia*). — Eam describit *Plin.* 5. 32. 43. (148). ejusque urbes, inter quas præcipuæ excelluerunt *Nicomedia* (hod. *Ismid*), *Prusa* (cognominata *ad Olympum*, montem hujus regionis celebratissimum: hod. *Brussa*), *Nicæa* (antea *Antigonia*, hod. *Isnik*), *Chalcedon* (hod. *Kadi-Kioi*), *Heraclea Pontica* cum duplici portu, *Gordium* (hod. *Gordiu Kome*, dein *Juliopolis*), sedes regum Phrygum. *V.* singulas suis locis. — Memoratur etiam *Varron. Men.* 197. Nondum - invecti erant cultelli empæstati e Bithynia. *Hieronym. ep.* 123. Hannibal Bithyniæ (pro in Bithynia) mortem - reperit. *Claudian.* 20. 247. Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur (Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32, 43. [150]., *Mel.* 1. 2. 8., *Schol.* ad *Hor.* 3. *Od.* 7. 3). Adde *Cæs.* 3. *B. C.* 3., *Auct. B. Alex.* 65., 1., *Nep. Hann.* 12., *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 12., *Vellej.* 2. 42. 3., *Trajan. Plin.* 10. *ep.* ad Trajan. 18. 1., *Liv.* 37. 25. — Fuit regio pinguissima et commerciis florentissima, vino, caseo et præter edulia marmore, crystallo copiosa. et *Manil.* 4. 761. Bithynia dives te colit. Cf. *Catull.* 10. 7. Rursum *Plin.* 22. *Hist. nat.* 28. 47. (98). Fungi suilli, junco transfixi, quales e Bithynia veniunt. *Solin.* 43. Acone portus (*in Bithynia Mariandynorum*), qui proventu malorum graminum usque eo celebris est ut noxias herbas *aconita* illinc nominemus. Adde *Priscian. perieg.* 761., *Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. (241). *Varr. loc. cit.*, *Horat.* 1. *Od.* 35. 7., *Val. Fl.* 3. 6., *Ser. Sammon.* 701., *Symm.* 1. *ep.* 12., *Gloss. III.* 15. 28. Cf. *Weichert* ad *Poet. min. p.* 198. — Bithyniæ antiquissimis temporibus habuisse reges novimus a mythologia (Cf. *Ammian.* 22. 8. 14), ita tamen ut, quod historicum dici potest, incipiat cum regno Dedalsi an. 435. a. Chr. et desinat cum Nicomede III., qui an. 74. a. Chr. sui regni heredem instituit populum Rom. (*Cic.* 6. *Verr.* 27). Aliquando autem Bithyniæ dominati sunt Lydii, Medi ac Persæ; sed, Alexandro M. exstincto, Zipoetes in ea primus reguavit, unde æra cœpit Bithynica an. 278 (al. 297) a. Chr. (Cf. *Cavedoni* in *Bull. Nap.* a. 1858. *p.* 139. *sq.*); quem secuti sunt Nicomedes I., Prusias I. Κυλλός, Prusias II. Κυνηγός, Nicomedes II. Epiphanes, Nicomedes III. Philopator, ex quibus Nicomedes I. metropolim Nicomediam condidit; Prusias I., Hannibalis fuit proditor, et Prusias II. ejus filius, cum rege Pergami bellum gessit, an. 184. a. Chr. — Mortuo autem Nicomede III., Romani, ut ejus hereditatem adirent, coacti sunt cum Mithridate, rege Ponti, qui Bithyniam occupandam curaverat, bellare; sed victores demum, pulso Mithridate, eam in provinciam redegerunt; illo dein exstincto, ex Ponto et Bithynia unam provinciam Rom. prætoriam Q. Pompejus constituit (Cf. *Cic.* 2. *leg. Agr.* 15. 39. et *Manil.* 2. coll. 13. *Fam.* 9. et 29). — Augusto postea imp., Bithynia adscripta fuit senatui et a proconsulibus recta; sed sub Hadriano imperatoria fuit, qui eam cum Pamphylia commutavit; dein sub Caracallo imp. aliquandiu senatoria fuisse videtur, (Cf. *Borghesi in Ann. dell' Ist. arch.* a. 1855. *p.* 218), ut antea sub Trajano habuerat *legatos pro prætore*, quos inter *Plin. jun.* (a. 111-113. p. Chr.). Sub Constantino autem M. a consulari viro administrari cœpit (*Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6480); mox, separata a Ponto, fuit una ex VII. provinciis *diœcesis* Ponticæ (*Notit. Dign. or.* 1., 2. et 23); postremis denique imperii Rom. temporibus in duas provincias, *Bithyniam Primam* cum metropoli Nicomedia et *Bithyniam Secundam* cum metropoli Nicæa, divisa est, fortasse sub Valentiniano et Valente impp. — Patria fuit illustrium virorum, ut Dionis Prusiensis, Memnonis Heracl. historici, Arriani Nicomediensis, Cassii Dionis Nicæni etc. — Alia plura de Bithynia colliges, præterquam ex veteribus *Strab.*, *Dion.*, *Paus.*, *Appian.*, *Plin.*, *Liv.*, *Flor.*, *Justin.*, *Eutrop.*, *Sueton.*, *Vellej.*, *Oros.*, etiam ex recentioribus *Perrot, Explor. de Bithyn. et Gal.*; *Momms., Le Prov. Rom.* etc. *I.* Rom. 1887.; *Ruggiero, Diz. epigr. p.* 804. *sq.*; *Schwarz, Quer durch Bithyn.*; *Myer* et *Brandis, PW.* v. *Bythin.* 3. *p.* 507-539. et ex nummis apud *Eckhel* 2. *p.* 396-447. et *Head* 509. ¶ 2. Item insula Propontidis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151). Est ultra Heracleam (*insula*) adversa Bithyniæ Thynias, quam barbari Bithyniam vocant. Cf. *Bithynis*. — Hinc

Bithynicus, a, um (Βιθυνικός), adject. ad Bithynos vel ad Bithyniam pertinens. — *a)* Cum subst. *Cic.* 13. *Fam.* 9. Bythinica societas. *Carm. epigr.* 557. origo. *Plin.* 10. *ep.* 115. civitates. *Capitolin. Albin.* 6. exercitus. — *Bithynicus* cognominatus est Q. Pompejus a devicta Bithynia (*Fest. p.* 262. *M.*) et *Bithynica regina* ac *Bithynicus fornix* I. Cæsar, per contumeliam, Nicomedis, Bithyniæ regis, amoribus infamis (*Sueton. Cæs.* 49. et *Bibul. ibid.*). — Absolute, quidam sæpe in suis epigrammatis a *Martiale* derisus (2. 26., 6. 50. etc.). — Sic *Volusius Bithynicus* apud *Juvenal.* 15. 1., de quo *V.* suo loco. — *b)* in titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 10. 522 (*Salerni*), 5915. etc.

Bithynicus, i, m. 2. *V.* supra.

Bithynion, ii, n. 2. (Βιθύνιον) oppidum Bithyniæ; dein *Claudiopolis* dictum a Claudio et civitas *Hadriana* ab Hadriano imp. (*Head, H. N.* 487. et 511. et *Poole, Catal. of Greek coins Brit. Mus.* 1889. *p.* 117. *sqq.*), hodie *Boli*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (149). Ceterum intus in Bithynia colonia Apamena, Agrippenses, Juliopolitæ, Bithynion. Cf. *Strab.* 11. 565. et *C. I. L.* 3. 345.

Bithynis, idis, v. *Bithynitis, is*, f. 3. ¶ 1. Est nom. oppidi in insula Ponti Euxini Thynia, de qua *Mela* 2. 98. Thynias - urbem habet, quam quia Bithyni incoluut, Bithynida adpellant. ¶ 2. Est etiam nom. pers., et quidem mul. *Ovid.* 3. *Am.* 6. 25. Inachus in Melie Bithynide (Lyrceide *conj. R. Unger*) pallidus isse Dicitur. — Etiam cogn. libertini generis vir., ut quibusdam videtur. *Corp.* 2. 2327 (*descr.*). ATTICVS C. FABI NIGRI f. FIRMO BITHYNITIS *Liberti? - æ? Liberius* AVGVSTALES.

Bithynius, a, um, adject. (Etiam *Bithyneus* apud *Schol. Arat. lat. p.* 143. et *Bitineus* sine aspiratione, apud *eund. ibid. p.* 149), incola Bithyniæ. *Colum.* 1. 1. 10. — *Bithynii*, plur. 2. item. *Sall. hist. frg.* 4. 74. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 15. (70)., ubi al. *Bithyni*. — Absolute, cogn. mul. *Corp. I. L.* 3. 15167. et 6. 25378.

Bithynus, a, um, adject. (habens primam brevem, apud *Juvenal.* 7. 15.; quem locum alii sollicitant, sed perperam) idem qui Bithynicus. *Horat.* 1. *Od.* 35. 7. Bithyna lacessit Carpathium pelagus carina. *sc.* navis fabricata ex ligno Bithynico vel potius in ipsa Bithynia, silvarum feraci. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. (241). Bithynus caseus fere in gloria est. *Val. Fl.* 3. 6. palmes. *Ser. Sammon.* 701. Lyæus. *Solin.* 42. ager. *Symm.* 1. *ep.* 12. Columnæ Bithyno lapide cæsæ. *Priscian. perieg.* 761. Bithynique viri pinguissima rura colentes. *Gloss. III.* 15. 28. βίθυνον bithinum (sic) *inter epitheta* vini (Cf. *Ser. Samm. loc. cit.*). *Juvenal. loc. cit.* Cappadoces - equitesque Bithyni. *Tac.* 2. *Ann.* 60. Bithynum - ad mare. *h. e.* Pontum Euxinum. — Absolute, substantivorum more — *a) Bithynus, i*, m. 2. rex Bithyniæ ἐπώνυμος. *Sall. hist. frg.* 70. Bebrycia - a Bithyno rege Bithynia nuncupata. Adde *Varr.* 1. *R. R.* 9. 7. et *Flor.* 9. — In titulis: milites classiarii. *Corp. I. L.* 9. 3490., 3492., 3558. etc. — Cogn. 9. 671 (*prope Ascul. Apul.*). — *b) Bithyni* plur. (Βιθυνοί), populus Bithyniæ, interdum ipsa regio. *Cæs.* orationem habuit « pro Bithynis » (*Gell.* 5. 13. 6). *Nep. Hann.* 11. Bithyni (Bithynii *codd.*). *Plin.* 10. *ep.* 79. Pompeja lege, quæ Bithynis data est. *Cajus* 1. *Inst.* 193. Lex Bithynorum. *sc.* de contractibus matrimonialibus. *Ammian.* 26. 4. 25. A Persis adusque Bithynos. Adde *Avien. orb.* 952., *Claudian.* 18. 201., 20. 289. etc. 467., *Nepotian.* 9. 23. — Bithyni, saltem occidentales, erant origine Thraces, qui, expulsis Mysiis, Phrygibus aliisque gentibus, regionem occuparunt, in duas tribus divisi *Thynorum* et *Bithynorum* (hos namque distinguit *Herod.* 1. 28.: Θρήικες οἱ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοί), quarum prior litoraneam partem incolebat, altera vero terrestrem (de quo tamen cf. *Claudian.* 2. *Eutrop.* 247. et *Mel.* 1. 2. 6., 1. 19. 1. et 2. 7. 1); Mariandyni vero litus orientale possidebant. Postea Græci colonias ea in loca deduxerunt præstantiora, ubi incolas ad suum cultum moresque informarunt (Cf. *Momms. loc. cit.*). — Eorum metropolis Nicomedia, de quo titulo cum Nicæa olim decertatum fuerat, locus erat, ubi Bithyni maximum habebant conventum ad imperatoris cultum celebrandum (κοινὸν Βιθυνίας) in templo illi dicato, iis (κοινόβουλοι) præsidente Bithyniarcha (Βιθυνιάρχης). V. *Corp. I. Gr.* 1720. et 3428. et *Beurlier, Le culte imperial p.* 122. Cf. ASIARCHA. — Denique ad Christianam fidem conversi sunt, non tam ab ap. Paulo edocti, qui euangelium apud eos prædicare prohibitus est (*Act.* 16. 6-7); sed fortasse a Judæis ex Bithynia, qui Hierosolymis die Pentecostes apostolos audierant (*Ibid.* 2. 9-10). Porro certum est etiam ad eos litteras dedisse ap. Petrus (1. *Petr.* 1. 1). — De Bithynis alia videsis apud *Jacquier, Diz. Bibl.* etc. *I. p.* 1800. *sqq.*; *Schœnemann, de Bithyn.* etc. 1855., coll. *Hirschfeld, Sitzungsber. d. königl. Pr. Akad.* 1888. *p.* 888.

BĪTHYS, yis (?), m. 3. (Βίθυς) nom. Thraciæ originis, quo nuncupatus est filius Cotyis, Thraciæ regis, an. 167. a. Chr. in triumphum adductus ante currum Æm. Pauli, sed ad patrem postea remissus, teste *Liv.* 45. 42. — De Bithy, filio Jovis. *V.* BITHYNIA init.

BĪTĬA, æ, f. 1. (Βιθία πόλις et Βιθία λιμήν *Ptol.* 3. 3. 3.; hinc fortasse et *Bithia* scribitur: cf. *Solin.* 1. de Bitiis v. Bithiis) oppidum Sardiniæ ad merid., inter *Capo Spartivento* et *Capo Malfattano* in *Inscr.*, ibi reperta in loco dicto *Nurachedios* prope *Cala d' Ostia*, apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5195. *Inscr. Ephem. epigr. VIII. p.* 180. *n.* 739 a. 248 (*C. I. L.* 10. *p.* 830). — Hinc *Vitienses* pro *Bitenses*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (85). Celeberrimi in ea (*Sardinia*) populorum - Vitienses (unus cod. *Sillig.*).

BĪTĬÆ v. Bithyæ, ārum, f. plur. 1. (Βιθύαι *Steph. Byz.*) mulieres visu effascinantes. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (17). Hujus generis et feminas in Scythia, quæ Bitiæ (Vitiæ *plerique*) vocantur, prodit Apollonides. Adde *Solin.* 1. — *Bithiæ* inscriptæ sunt epistolæ Latinæ duæ *Libanii p.* 782.

BĪTĬĀS (Bithyas), æ, m. 1. (Βιθύας *Appian.*) nom. vir. — Acc. *Bitiam* et *Bitian*. *V.* infra. ¶ 1. Pœnus quidam, fortasse præf. classis Punicæ, senectute venerandus. De eo *Liv.* (ex deperd. libr.) apud *Serv.* ad loc. *Virg.* 1. *Æn.* 738. *de Didone libante et prœbente poculum.* « Tum Bitiæ dedit increpitans (sc. ad bibendum invitans): ille impiger hausit Spumantem pateram et pleno se proluit auro (*synecd. pro* poculo aureo) ». (Cf. *Stat.* 4. *Theb.* 187. et *Horat.* 1. *Sat.* 5. 16). Mos namque erat libandi in deorum cultum et vino abstinendi proprius matrumfamilias. Adde *Sil. It.* 2. 409. et *Martial.* 8. 6. 13., ubi ed. libr. *Bytias*, coll. *Macrob.* 5. *Sat.* 11. 29. et 7. 1. 14. ¶ 2. Item socius Æneæ. *Virg.* 6. *Æn.* 669. Pandarus et Bitias Idæo Alcanore creti. *et* 6. *ibid.* 700. tum Bitian ardentem oculis (Sic *Macrob. l. c. Bitian*) *Serv. Æn.* 9. 672. Bitiam. ¶ 3. Item frater Cleobis, Cydippes filius. *Hygin. fab.* 254. At plerique leg. *Biton*. V. voc. seq.

BITO (Biton), ōnis, v. ontis, m. 3. (Βίτων) ¶ 1. Est nom. vir. Gr. — 1.°) Argivus, sacerdotis Cydippæ filius et frater Cleobis. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 532. « Quum mos esset, sacerdotem Argivam junctis bubus ire ad templa Junonis et sollemni die boves non invenirentur - duo sacerdotis filii Cleobs et Bito, matrem subeuntes jugum ad templa duxere ». *V.* integrum loc. Adde *Cic.* 1. *Tusc.* 47. 113. et *Mythogr. I. fab.* 59., ubi fabula narratur. *Hygin. fab.* 254. pro *Bitone* nominat *Bitiam*. — 2.°) Item Græcus ab Alexandro M. inter milites Bactra deductus, de quo *Curt.* 9. 7. 4. ¶ 2. Est etiam nom. vir. Celt. *Corp. I. L.* 5. 6913. — Et nom. serv. in figlina, apud *De-Vit, Lap. del Polesine p.* 99. — In cogn. Rom. transiit, ut in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6472. — *Bito*, etiam nom. mul. *Corp.* 12. 4066 (*inter Nemausum et ostia Rhodani*).

BITOCUS, i, m. 2. nom. vir. Celt. (Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 433) *Liv. epit.* 102. Mithradates a milite Gallo, nomine Bitoco, interfectus est. — Βίτοιτος (Βίτιτος) apud *App. Mithr.* 111.

BITTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Act. Fr. Arv.* a. 101. et *Corp. I. L.* 9. 1262 (*Æclani*). — *Bittia*, nom. mul. *C.* 13. 2080 (*Lugduni*). — Hinc *Bittianus fundus* in *Tab. alim. Vel.* 7. 60. — *Bittus* in *C. I. L.* 5. 6645.

BITTO (onis), 3. Βιττώ ¶ 1. Est nom. mul. *Lucil.* (ed. *Marx*) 1065. Lamia et Bitto (Pitto *codd.*) oxyodontes. Cf. *Marx, Lucil. II. p.* 339. ¶ 2. Item cogn. vir. Celt. *Corp.* 5. 6853 (*Augustæ Præt.*).

BĬTŪĪTUS, i, m. 2. (Βιτουίτος: scribitur etiam *Betultus*, *Betuitus*) rex Arvernorum, Luerii sive Luerni filius (*Strab.* 4. 2. 2). De eo *Liv. epit.* 61., *Flor.* 1. 37. 5., *Eutrop.* 4. 22., *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1891. (*ubi* Vetuitus *F*) et *Oros.* 5. *Hist.* 14. 1. — Is cum Allobrogibus contra Romanos bellum gessit; sed tandem a Cn. Domitio Ahenobarbo et Q. Fabio Maximo Æmiliano victus ductusque in triumpho Romam (*Act. triumph. Capit.* a. U. C. 735., ubi *Betultus* dicitur) « discoloribus in armis argenteoque carpento, qualis pugnaverat » (*Flor. loc. cit.*). *Sueton.* tamen Ahenobarbo victoriam adsignat; quamquam alii tradunt illum fuisse per dolum a Romanis captum, simulato colloquio, et in Urbem traductum, quem Senatus, de re mala conquestus, Albiam relegasset (*Val. Max.* 9. 6. 3); alii vero ipsum, Romam profectum, se Domitio dedidisse (*Eutrop. loc. cit.*).

BĪTŪRĬCUS et

BĪTŪRĬGÆ (Bituricæ), ārum, f. plur. 1. *V.* voc. seq.

BĪTŪRĬGES, um, m. plur. 3. Βιτούριγες οἱ Κοῦβοι et Βιτούριγες οἱ Οὐίβισκοι *Ptol.* vel Οὔισκοι aut Ἰόσκοι *Strab.*) *Tab. Peut.* 2. *Beturiges.* — Acc. *Biturigas* apud *Flor.* 1. 45. 20. — Secunda syllaba longa apud Græcos, brevis apud Latinos: v. *Lucan.* 1. 423. et *Rut. Nam.* 1. 353.; tertia in obliq. brevis dicitur *Forcellin.*, nullo auct. cit. — Vocabulum alii interpretantur « late dominantes seu potentes » (*Zeuss*); alii « semper seu perpetui reges » (*d' Arbois de Jubainville*). V. *Holder, Altc. Spr. I. p.* 464., ubi multa congessit.

Bituriges, populus nobilissimus Aquitaniæ, Celtici generis, quos plerique distinguunt in *Vibiscos* et *Cubos* (*Ptol.* et *Strab.*). ¶ 1. Universim — 1.°) In sing. num., collective. *Lucan. loc. cit.* gaudetque amoto Santonus hoste Et Biturix. — 2.°) In plur. num. *Cæs.* 7. *B. G.* 5. Flumen Ligerim, quod Bituriges ab Hæduis dividit. et *ibid.* 13. Oppidum Avaricum, quod erat maximum munitissimumque in finibus Biturigum. *Liv.* 5. 34. Prisco Tarquinio Romæ regnante, Celtarum - penes Bituriges summa imperii fuit. ¶ 2. Speciatim — 1.°) Bituriges *Vivisci* seu *Vibisci (Ubisci)* inter Santonos et Cocosates ad Oceanum, in ea Aquitaniæ parte, olim dicta *la Guienne*, hodie *Départ. de la Gironde*, circ. æstuarium Garumnæ (*Strab.* 4. 190), quorum portus ac dein metropolis celeberrima Burdigala (*Bordeaux*); ubi natus *Ausonius*: « Hæc ego, Vivisca ducens ab origine gentem etc. » (*Mos.* 438). — *a)* In sing. num. *Corp. I. L.* 13. 613. NATIO BITURIX VIVISCA. — *b)* In plur. num. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). Bituriges liberi cognomine Vivisci. *Corp.* 13. 568. CIVITAS BITVRIGVM VIVISCORVM. — 2.°) Bituriges *Cubi*, ad Ligerim, in hod. *Berry*, quorum metropolis Avaricum, post *Bituriges* dicta (*V.* infra). — *a)* In sing. num. *Corp. I. L.* 13. 2025a. CIVIS BITVRIX CVBVS. Adde 7. 248. — *b)* In plur. num. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (109). Bituriges liberi, qui Cubi appellantur. — Bituriges, præcipue Vivisci, antiquitus potentissimi (*Liv.* 5. 34); dein, temporibus Julii Cæsaris, a prisca potentia delapsi, Romanorum dominationi subjacere coacti sunt (*Cæs.* 7. *B. G.* 89. *sq.*, *Auct. B. G.* 8. 2. *sqq.*, coll. *Flor.* 3. 10. 20. et *Liv. epit.* 107). et in eorum exercitu militare (*Corp. I. L.* 2. 4208.; 13. 6812. etc.). — Eorum regio fertilissima fuit, qui agros calce uberrimos reddidisse dicuntur; tum etiam texuisse vela et argentum incoquere æreis operibus, equorum maxime ornamentis, in Alesia oppido « gloriam Biturigum » fuisse testatur *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (8). et 34. *ibid.* 17. 48. (162). — De iis videsis etiam *Longnon, Géogr. de la Gaul.* 462. *sqq.* et *Allmer, Rev. épigr.* 1891. *n.* 886. *p.* 135. *sqq.* — Hinc

Biturigæ, ārum, f. plur. 1. oppidum, dictum ætate priore *Avaricum Biturigum*, hodie *Bourges*. Memoratur *Ammian.* 15. 11. 11. Lugdunensem primam Lugdunus ornat et - Biturigæ (Veturrigæ *V*). *Sidon.* 7. *ep.* 9. 23. Prius Bituriges noveram quam Biturigas (Bituricas *C F*). Cf. *Notit. Prov. Gall.* « civitas Biturigum ». Adde *Jorn. Get.* 45. — Incolæ *Biturigenses* appellati in *Notit. Dign. or.* 4.

Biturigus (Bituricus), a, um, adject. ad Bituriges pertinens. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. (27) Biturica (*al.* Bituriaca v. Biturigiaca) vitis vel uva, laudata ob ubertatem et bonitatem apud Bituriges Viviscos (Ubiscos). Adde *Colum.* 3. 2. 19. et 7. *Id.* 3. 9. Vineæ generis Biturici. *et ibid.* 21. Bituricæ (*vineæ*) fructibus opimæ. *Greg. Tur.* 5. *Franc.* 10. Biturigus terminus. *et* 6. *ibid.* 31. territorium. *Venant.* *s. Germ.* 40. pagus. - *Biturigum oppidum* apud *Greg. Tur.* 5. *Franc.* 39. et *Bituriga urbs* apud *eund.* 1. *ibid.* 31 (*Biturigo* dicitur *Oros.* 6. *Hist.* 11). — Incolæ *Biturigi* apud *eund.* 5. *ibid.* 49.

Biturigensis, e, adject. ad Bituriges pertinens. *Greg. Tur. Jul.* 14. Biturigensis Basilica. — Biturigenses, absolute, incolæ. *V.* BITURIGÆ.

Biturix (in *Not. Tir.* Biturrex), *igis*, adject. Bituricus, ut *Biturix urbs, civitas, oppidum*, apud *Greg. Tur.* 4. *Franc.* 31. 5. 33. et 59. Sic *Rut. Nam. loc. cit.* Non Biturix largo potior strictura camino. *Sidon.* 7. *ep.* 8. 2. Episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari. Adde *Corp. I. L.* 13. 2025a. et *al. V.* supra. — Absolute, nom. vir. *Corp. I. L.* 13. 2929.

BĪTŪRĬGĬĀCUS (Bituriacus), et

BĪTŪRĬGUS, a, um, adject. et

BĪTŪRIX. *V.* BITURIGES.

BĪTUS. *V.* BITHUS.

BĪVĬÆ, ārum, f. plur. 1. et

BĪVĬI, ōrum, m. plur. 2. (bivius) dei v. deæ, quæ maxime in Germania superiore colebantur. *Corp. I. L.* 13. 5621 (*apud Lingones a.* 226) *deis* DEAbus BIVIS TRIVIS QVADRIVIS. Adde *Corp.* 13. 6429a (*prope Hochheim ad Mœnum*). et 6437 (*Cannstatt a.* 221).

BĪVĬUM. *V.* BIBIUM.

BIZANTĬUM. *V.* BYSANTIUM.

BIZIĀS, æ, m. 1. nom. vir., quod fortasse in cogn. Rom. transiit, apud *Symmach.* 10. *ep.* 62.

BIZŌNĒ, es, f. 1. (Βιζώνη) oppidum Thraciæ, inter Dionysopolim et Tirissam, fortasse hod. *Kavarna*. Memorat *Prob. cath. gramm.* 4. *p.* 11. et 10. « Hæc quoque syllaba (*zo*) nullum nomen reperi terminatum nisi unum barbaræ civitatis lectum in Sallustio: Vizzo Vizzonis (al. *Vizo*) ». *Vizone* ablativo casu scripsisse Sallustium conjecit *Maurenbrecher, Sall. hist. frg. IV.* 19. Cf. etiam *Kritz* ad *Sall. frg.* 4. 47. *Mela* 2. 22. Bizone (*abl.*). et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (44). Bizonen (*acc.*) terræ hiatu raptam. Adde *Tab. Peut.* 8. et *Rav. p.* 181.

BIZȲĒ, es, v. Bizya, æ, f. 1. (Βιζύη) oppidum Thraciæ hod. *Viza* v. *Wisa*, patria Terei regis (in fab. Philom. et Procn.). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (47). Intus Bizyæ arx (*al. aliter leg.*) regum Thraciæ, a Terei nefasto invisa hirundinibus. Adde *Solin.* 70., *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 29. et *Jorn. Get.* 266.

BLĀBĪA. *V.* BLAVIA.

BLABORĪACUM. *V.* LAURIACUM.

BLÆSĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Osc. *blaisiis* (V. *Conway, the Italic dialects* 187. *f.* 8); Etrusc. *plaisina*, *plesnas* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 295). Cf. voc. seq. — Scribitur et *Blesius*, extrita prima diphthongi littera, *Corp. I. L.* 3. 2013 (*Salonis*). In titulis sæpe occurrit. *Corp.* 6. 13613.; 4. 138. 1 (*a.* 53); 10. 5798 (= *Carm. epigr.* 168. *Verulis*) etc. — *Blæsia*, nom. mul. *C.* 10. 2170 (*Puteolis*). — Hinc *Blesidius, a* (sic), nom. gent. *C.* 5. 7384. — *Blæsidienus (a)*, nom. gent. *Inscr. Ephem. epigr. IX.* ad *Corp.* 2. 18. — *Blæsonius*, nom. gent. *Inscr. Not. degli scavi* 1900. *p.* 116 (*in Gallia transpad.*).

BLÆSUS, i, m. 2. Βλαῖσος (blæsus) *Steph. Byz.* v. Καπρία. — Præn. Osc. esse contendit *Schulze, Eigenn. p.* 516. 2. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Blæsus, dictus Cinyras, pater Myrrhæ. *Ovid. Ib.* 541., ubi *Blæsus* transvertit *Battum* — 2.°) Item servus, scriba Melioris, a patrono post ejus mortem quotannis, recurrente die ejusdem natali, celebratus. *Martial.* 8. 38. — Sæpe in gente *Junia* (*Tac.* 1. *Hist.* 59), *Pedia* (*Prosop. III.* 20), *Sempronia* (*Liv.* 26. 8), *Vellejа* (*Plin.* 2. *ep.* 20. 7) aliisque. ¶ 2. In titulis cogn. vir., in *signaculo æreo* apud *Momms. n.* 6310. Exempla pleraque in regionibus Celtarum (*Holder, Altcelt. Sprachsch.* v. *Blæsius*); in Italia: *Corp. I. L.* 14. 4258 (*Tibure, æt. Hadr.*) etc. — *Blæsa*, fem. semel legitur: *Corp.* 12. 4074. — Est etiam nom. gent. *Inscr. Not. degli scavi* 1898. *p.* 332 (*in Campania*). — Hinc *Blæsianus, a, um*, adject. ad Blæsum aliquem pertinens. *Martial.* 8. 38. 14. *de servo Melioris.* Nomen non sinis interire Blæsi. Quod donas, facis ipse Blæsianum. — Cogn. *Inscr. Not. degli scavi* 1892. *p.* 105 (*in Sardinia, æt. Neron.*). *Corp.* 13. 1393 (*apud Lemovices, sæc. II.* = *Carm. epigr.* 481) BLAESIANVS BITVRIX MVSARVM. — Cogn. mul. *Blæsina* in *Corp.* 12. 3037. — *Blæsillus(a)*, cogn. demin. 14. 4256. — *Venant.* 8. *carm.* 1. 43. pietate Blæsillam. *Ennod.* 7. *ep.* 29. 4. Domna Blæsilla soror Cethegi.

BLANDA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers.

I.) Blanda, nom. geogr. ¶ 1. Oppidum Lucaniæ (Βλάνδα *Ptol.*) *Liv.* 24. 20. « Blanda et Apulorum Æcæ oppugnatæ ». Ita leg. *M. Müll.*; at *Blandæ* plur. apud *Drakenb.* Adde *Mel.* 2. 69., coll. *Ptol.* 3. 1. 61. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 10. (72). Blanda (*Bruttiorum finibus falso tribuit*). — *Blanda Julia* vocatur *Corp.* 10. 125. — *Itiner.* eam ponunt prope hod. *Maratea* et mare (*Hülsen*). — De ea videsis *M. Lacava* in Giorn. *Arte e Storia*, Fir. 1892. *p.* 84. *sqq.* et *Momms., Corp.* 10. *p.* 50. — Hinc *Blandanus, a, um*, apud *Greg. M. ep.* 2. ¶ 2. Item opp. Lætanorum in Hispania Tarraconensi (Βλάνδα *Ptol.*), hodie *Blanes*. Memoratur *Mel.* 2. 90., ubi legitur *Blande*, parvum oppidum. — In plur. num. *Blandæ* apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22); ubi *Blande* cod. *Voss.* ¶ 3. Item opp. Cretæ, ut videtur, apud *Varron. frg. Prob. Virg. eccl.* 6. 31. *p.* 337. Cf. BLENNA.

II.) Blanda, nom. pers. ¶ 1. Est dea Celtica. *Corp. I. L.* 13. 2486 (*apud Ambarros*). ¶ 2. Item cogn. mul. *V.* BLANDUS cum deriv.

BLANDÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* voc. præc.

BLANDĬĀNA, æ, f. 1. oppidum Daciæ, prope hod. *Dorfe-Karna*, v. *Flégés*, in *Tab. Peut.* 8. et apud *Rav. p.* 189. Cf. *Jung, Fast. d. Prov. Dac.* 30. et 147. *V.* etiam BLANDUS.

BLANDITIÆ (arum), f. plur. 1. personatæ (Cf. Auson. 329. 1. de Bissula). Ovid. 1. Am. 2. 35. Blanditiæ comites tibi erunt Errorque Furorque. Martial. 10. 72. 1. frustra, Blanditiæ, venitis ad me attritis miserabiles labellis.

BLANDŌNA, æ, f. 1. (Βλανδῶνα Ptol.) oppidum Delmatiæ, hodie, ut videtur, Vrana, in Itin. Ant. p. 272. Cf. Narona, Flanona, Alvona etc. (V. Kiepert, C. I. L. 3. tab. III. et Form. orb. ant. XVII).

BLANDUS, i, m. 2. cogn. Latin. et Celt., cum derivatis plerumque Celticis, ut Blandus, eques Rom., rhetor Romæ docens (Senec. contr. 2. præf. 5.); C. Rubellius Blandus, Tiburtinus, cos. ante a. 21. p. Chr. (Prosopogr. imp. Rom. III. p. 136); Blandus, presbyter a. 519. ab Hormisda legatus Constantinopolim missus. Avellin. passim. — In titulis: Corp. I. L. 6. 3269., 4942. etc. — Pro nom. gent. (nisi subest error lapicidæ). C. 5. 2405. — Blanda, cogn. mul. C. 6. 6500., 5. 3692. Blandai (gen.). — Etiam nom. equi. Tab. devot. Audollent 272. a. 6. — Hinc deriv. Blandius (a), nom. gent. C. 6. 21923.; 5. 3768. — Blandianus, cogn. C. 8. 16421.; Blandinus, cogn. demin. C. 13. 5568. et Blandina, martyr Lugdunensis. Greg. Tur. gl. mart. 48. — Blandinius, nom. gent. C. 13. 1983 et Blandinia, nom. mul. C. 13. 1983 (Lugd. sæc. III.). — Blandulus (a), cogn. demin. C. 8. 131. et 13. 5676.

BLANIRUS, i, m. 2. nom. proci Helenæ, apud Hygin. fab. 81.; sed fortasse corruptum pro Jalmenus, quem Apollod. commemorat. Ita De-Vit; at nimium inter se differunt.

BLĀNUS, i, m. 2. (βλάνος, lippus, cæcutiens). Inscr. apud Grut. 357. 4.

BLASĬUS et sæpius Blassius, ii, m. 2. (Cf. BLATTIUS) nom. gent. vir. Corp. I. L. 9. 1016 (in agro Compsino); 10. 4930 (Venafri) etc. — Blasia, nom. mul. C. 11. 6310 (Pisauri) Blassia. — Blasio (onis), cogn. demin. Liv. 15. 17. — Hinc Bassianus, cogn. Corp. 5. 539 (Tergeste); et adject. in Tab. alim. Vel. 2. 85. — Blassidis, nom. gent. mul. C. I. L. 9. 366 (Canusii).

BLASTUS, i, m. 2. (Βλάστος) nom. et cogn. lib. ¶ 1. In titulis, nom. sing. Corp. I. L. 6. 8977., 9296. etc. — Cogn. sæpissime in familia Claudiorum. C. 6. 2084.; 15. 2403 (sæc. I.). etc. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Blastus, christianus hæreticus, fortasse Græcus, contra quem scripsit Irenæus, teste Hieronym. vir. ill. 35. Tertull. præscr. 53. Blastus - qui latenter Judaismum vult introducere. Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi, quartadecima mensis. — 2.°) Item præf. regii cubicali Herodis Agrippæ. Vulg. Act. 12. 20 (Cf. Nettleship, Contributions p. 437). — Blasta (gen. -ēnis, dat. -enī, et abl. -e) cogn. mul. Corp. 6. 11682. — Hinc Blastianus, cogn. vir. C. 14. 102 (Ostiæ M. Aur. æt.) - Blastiane(ētis), cogn. mul. 6. 21233.

BLATOBULGĬUM. V. BULGIUM.

BLATTĬUS (Blatius), ii, m. 2. (Βλάττιος) nom. gent. V. voc. seq.

BLATTUS, i, m. 2. (Βλάττος) nom. vir. Inscr. Dittenberg. sygll. 268. 14. Gr. — Hinc Blattius, nom. vir. Corp. 6. 13610. Adde Liv. 26. 38. — Blattia, nom. mul. C. 5. 7615.

BLAUNDENĬUS. V. voc. seq.

BLAUNDUS, i, 2. oppidum in Phrygia occid. in finibus Lydiæ, prope hod. Suleimanly, in Not. episc. Corp. I. L. 3. p. 71. et 1272. et in nummis apud Head, 648. — Hinc Blaundenius, adj. Cic. Q. fr. 2. 2. -Alii aliter leg.

BLĀVĬA, æ, f. 1. castellum Aquitaniæ, hodie Blaye, in Itin. Anton. p. 458., Tab. Peut. 2., Rav. p. 298. Auson. 399. 16. militarem ad Blaviam. — Idem, ut videtur, in Not. Dign. occ. 37. — Hinc Blaviensis, adject. Greg. Tur. glor. conf. 45. Blaviensi castello super litus amnis Garonnæ.

BLAVIENSIS. V. voc. præc.

BLĒMYÆ, ārum, et Blemyes v. Blemmyes (Blemmes), -yum, v. Blemyi, ōrum, m. plur. (Βλέμυες, Βλέμμυες); ita dicti a Blamy, duce Indorum, si fides habetur Steph. Byz.; vel potius a βλέπω et μύω. — Simplex m, præsertim apud poetas, Avien., Claudian. Prisc., Mel., Solin., al. — Duplex: Plin. nat., Vopisc., Ammian., al. — Hinc Blemmyicus, adj. Opt. Porf. carm. 19. 11.

Blemyæ, populi ad cataractas Nili, fortasse hod. Bedja, quos post Megabaros usque ad fines Ægypti pertingere ait Strab. l. 17., imperio Æthiopum subjectos. Ptolem. vero 4. 8. inter Avalitas simul cum Nubis recenset. Ammian. 14. 4. 3. eorum mores describit (V. integr. loc.). et Plin. 5. Hist. nat. 8. 8. (46). eos ultra Atlantem inter fabulosos ponit, quibus portentosa deformitas tribuebatur. Cf. Mel. 1. 23., qui semiferos vocat., Claudian. 1. 48., qui Blemyis capita abesse, vultus in pectore esse canit, et Solin. 31., qui Blemyis dicit truncos nasci parte qua caput est. Avien. orb. 329. « Post Blemyes medii succedunt solis habenas Corpora proceri, nigri cute, viscera sicci. At Steph. Byz., coll. Nonn. Dionys. 17. 385. sqq. veros Blemyas supra Ægyptum Libycam gentem esse docet, qui tempore Decii imp. Ægyptum invaserunt. At repressi deinde fuerunt et sub Aureliano imp. in triumphum ducti (Vopisc. Aurelian. 35. et 41); postea vero rebellantes rursum a Romanis subacti (Procop. Bell. Pers. 1. 19., coll. Mamertin. Geneth. Maxim. 17) novoque bello profligati fuere a Maximino, duce exercitus Marciani, quicum a. 452. fœdus fecerunt; postremo sub Justiniano imp. omnino devicti jacuerunt et reliquiæ idololatriæ apud eos deletæ (Letronne in Acad. d. Inscr. T. 9. p. 169. et Niebuhr in Atti dell' Acad. Arch. Rom. T. 1. p. I. Quatremère, Mém. Géogr. sur l'Egypt. II. 127. sqq.; Revillout, Mém. sur les Blemmyes 1874).

BLEMMYĪCUS, a, um. V. voc. præc.

BLENDĪUM, ii, n. 2. portus Hispaniæ Tarraconensis, fortasse nunc Puerto de Pó, prope Santander. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 20. 34. (111).

BLĔPHĂRO, ōnis, m. 3. persona comica, sc. hominis magnas habentis palpebras v. cilia, cigliuto, in Plaut. Amphitruone (a Gr. Βλέφαρον, palpebra, unde βλεφαρίζω, nicto, crebro conniveo) v. 951., 968. et alib.

BLĒRA (Bleera), æ, f. 1. (Βλῆρα Ptol. et Strab.) oppidum Etruriæ, hodie Bieda, in Tab. Peut. 5., apud Ravenn. p. 284. et Corp. Inscr. Lat. 6. 221. 6 (a. 113); 2608.; 9629. etc. — Hinc Bleranus, a, um, adject. ad Bleram pertinens. Greg. M. ep. 9. Blerana civitas. Conc. Rom. a. 499. ecclesia. — Blerani, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (52). V. Nissen, Ital. Landesk. II. p. 345.

BLĒSĀMĬUS, ii, m. 2. V. voc. seq.

BLĒSĀMUS, i, m. 2. cogn. vir., fortasse Celticum. Corp. I. L. 6. 16169a 21994. etc. Carm. epigr. 1254. 1. Blesamus hoc Novius (statuarius) requiem sortitus in ævon. — Hinc Blesamius, vir Gallogræcus, Dejotari minister, apud Cic. 16. Att. 3.; et legatus, apud eund. Dejot. 38. 34. et alib.

BLETISA, æ, f. 1. oppidum Vettonum in Lusitania, hodie Ledesma, in Corp. I. L. 2. 859 (a. 6. p. Chr.).

BLĬAS, ădis, f. 3. mater Manephrontis, quacum filius contra fas concubuit, teste Hygin. fab. 253. Cf. Ovid. 7. Met. 386.

BLITĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Tac. 15. Ann. 71. de Blitio Catulino a Nerone relegato. In Inscr. apud Momms. n. 2458., ubi Blicius, ex consueta litteræ t in c permutatione.

BLŌSĬUS et

BLOSSĬUS, ii, m. 2. (Βλόσσιος Plut.) Sæpe Blosius, unico s, sed minus recte; et etiam Blosus. — Origo nominis Osca, i. q. Blassii.

Blossius ¶ 1. In titulis nom. vir., cujus compend. Blos., in Corp. I. L. 10. 3772 (= 1. 571. Capuæ, a. U. C. 660); 4045. etc. — Blossia, nom. mul. C. 8. 22616. ¶ 2. Apud auctores — 1.°) Blossius Marius, prætor Campanus, Hannibalis fautor, a. 210. a. Chr., Liv. 23. 7.; cujus filii videntur fuisse Blossii, fratres conjurantes contra Romanos pro Hannibale, sed ab his oppressi. Id. 27. 3. — 2.°) C. Blossius Cumanus, Stoicus, Antipatri Tarsensis Romæ auditor et Ti. Gracchi amicitia famosus. Cic. 2. leg. Agr. 34. 93., coll. Læl. (Amic.) 11. 37. et Plut. Ti. Gracch. 8.

BO

BOA (Bova), æ, f. 1. insula Delmatiæ, hodie Bua. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 26. 30. (152)., ubi Sillig. leg. Bavo. Tab. Peut. 6., Cod. Theod. 16. 5. 53. (a. 412). et Rav. p. 408. — Plur. num. Ammian. 52. 3. 6. Contrusus est in insulam Delmatiam Boas.

BŌAGRĬUS, ii, m. 2. (Βοάγριος = βοὸς ἄγριος, scutum ex pelle taurina; sed a βοάω, clamo, probabilius nom. factum) amnis in Locride, alio nomine Manes (Homer. Il. 2. 533), qui juxta opp. Thronium in mare fluit. Plin. 4. Hist. nat. 7. 13. (27).

BŌANERGES, indecl. Varie scribitur: Gr. Marc. 3. 17. Βοανηργές; Cod. Alex. et Gloss. Gr. Alberti Βοανηργές, Suid. Βοανηργεῖς et in aliis codd. Βοανεργής. — Etymon vocis ducitur ab Hebr. bene « filii » et regesh « fulgur v. tonitru » (V. tamen Kautzsch, Gramm. d. Bibl.-Aram. mit aram. Wört. in N. T. Leipz. 1884. p. 9-10). Alii vero, minus recte, volunt esse a ben « filius », hareg « occidit » et 'esh « ignis ».

Boanerges, cognom. duorum apostolorum, nempe Jacobi majoris et Johannis fratrum, quo nuncupati sunt a Christo, teste Marc. loc. cit.: vel quia singulari præditi facundia et quidem vehementi, quasi tonitruo vel fulguri simili; ita enim ibid. loc. cit. « Et imposuit (Christus) eis (Jacobo Zebedæi et Johanni, fratri Jacobi) nomina Boanerges, quod est Filii tonitrui » (υἱοὶ βροντῆς, quæ vox metaphorice est facultas et efficacia dicendi. Cf. Colum. 1. R. R. in præf. 30); alii vero melius sic appellatos volunt, quia vehementis ingenii homines a Christo petierunt ut in Samaritanos, ei ejusque discipulis hospitium recusantes, « ignis descenderet de cælo et consumeret eos » (Luc. 9. 54. et Marc. 9. 38). — De hoc videsis Gurlitt, Ueber Bedeutung d. Bein. Boar. in Theol. Stud. u. Krit. 1829. p. 715.

BŌĀRIS, is, f. 3. parva insula in sinu Gallico prope Sardiniam, hodie il Toro. Memoratur Tab. Peut. 3. et Rav. p. 410.

BŌĀRĬUM Forum. V. BOARIUS in Lexico.

BŌĀTĬUS, ii, m. 2. nom. gent., sumptum a bubus colendis (Cf. BOVIUS). Corp. I. L. 9. 876 (Luceriæ).

BŌBĒRĬUS, ii, m. 2. (bubulcus) cogn. vir. Inscr. apud Grut. 250. col. 1. Ita ci. Furlanetto.

BOBO, ōnis, m. 3. dux Chilperici I. regis Francorum. Greg. Tur. 5. Fr. 39. Desiderio atque Bobone ducibus.

BOBOLĒNUS, i, m. 2. referendarius Fredegundis reginæ. Greg. Tur. 8. Fr. 32. — Item diaconus apud Venant. 4. carm. 15. in lemmate.

BOCCAR, ăris, m. 3. ¶ 1. Est nom. viri Africani. Juvenal. 5. 88. Quod canna Micipsarum prora subvexit acuta, Propter quod Romæ cum Boccare nemo lavatur, Quod tutos etiam facit a serpentibus atris. Schol. ad h. l. « Quidam illo tempore, qui putenti oleo se unguebat in balneis. Adde Gloss. V. 568. 36. — Sunt qui accipiant pro Mauro quolibet. ¶ 2. Est etiam rex Maurorum, a quo Masinissa contra Syphacem frustra auxilium petiit, teste Liv. 29. 30. ¶ 3. Item ex præfectis regis Syphacis, vir acer et impiger contra Masinissam missus. Liv. 29. 32., ubi rectius alii leg. Bucar.

BOCCHOR vel

BOCCHŌRIS, is et idis, m. 3. (Βόκχορις Diod.) Acc. Bocchorem (Bocchorum R) apud Cassiod. Jos. c. Ap. 1. 306.; Bocchorin apud Solin. 23. et Bocchorim apud Tac. 5. Hist. 3.

Bocchoris ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Fuit ita græc. et latin. nuncupatus, sed æthiop. Bokenrenf, filius Tafnekht, qui post crebra bella Ægypto potitus, ibi regnavit Saide, sapientia et legum peritia apprime celeber (Diod. 1. 45., 62. 79. et 94), caput dynastiæ XXIV. Saitarum. Hieronym. in Chron. tradit Ægyptiis jura constituisse ac regnasse per ann. XLIV., a Sabachone (Schabak) Æthiope victum in bello, qui eum exili corpore ac

despecto vivum exussit et Ægyptum Æthiopiæ subjecit. Cassiod. loc. cit. 305. Sub rege Ægyptiorum Bochore. Adde eund. 306. — 2.°) Item rex insularum Baliarium, ut tradit Solin. 23. 3. ¶ 2. In plur. num., apud Arnob. 1. p. 20. Titanes et Bocchores (v. Bocores) Mauri inter deos gentium connumerantur.

BOCCHŌRĪTĀNUS, a, um, adject. ad Bocchorum oppidum pertinens. Corp. I. L. 2. 3695 (a. 6).

BOCCHŌRUM, i, n. 2. oppidum, situm in insula Baliarium majore, orig. Phœnic., trib. Velina, hodie Campo de Bocar, apud Plin. 3. Hist. nat. 5. 11. (77). — Bocchorum hoc loco putat Hübner genet. plur. a Bocchori, ut Bocchoris apud Solin. 23. genet. sing. nominis oppidi. Adde Corp. 2. p. 496. et 962.

BOCCHUS, i, m. 2. (Βόκχος) Scribitur etiam Boccus sine aspiratione (Corp. 13. 10036. 19) et Bocus, unico c (Ibid.). — Origo nominis Punica videtur.

Bocchus ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Rex Mauretaniæ, socer Jugurthæ ejusque adjutor in bello contra Romanos; sed quum hic victus voluisset bellum pergere, ab illo vinctus fuit traditusque Mario. Sall. Jug. 80. sqq. et 101. sqq., Liv. epit. 66., Flor. 3. 1., coll. Plut. Mar. 10. et Sull. 3. — Hinc factum est, ut socius populi R. appellatus fuerit (σύμμαχος Ῥωμαίων ἀναγεγραμμένος Plut. Mar. 32.) summisque honoribus ac monumentis decoratus Romæ, aucto quoque ejus regno. Sall. Jug. 111., Solin. 25., Plin. 6. Hist. nat. 5. 5. (15)., Senec. brev. vit. 13. 5., Val. Max. 8. 14. 4., Vellej. 2. 12., Oros. 5. Hist. 15., coll. Claudian. 15. 49. et Sil. It. 3. 285. — De ejus nummis vd. Momms. R.M.W. 624. n. 263. et Babelon I. 421., coll. Müller, Numism. de l'anc. Afr. III. 88. — 2.°) Item rex Mauretaniæ, ætate Cæsaris. Plin. 5. Hist. nat. 2. 1. (19). Diu regum nomina obtinuere, ut Bogutiana appellaretur extima (Mauretania), itemque Bocchi, quæ nunc Cæsariensis. Adde Auct. B. Afr. 25. 2. et Oros. 5. Hist. 21. 14. Tradit Appian. B. C. 2. 96. et 4. 54. hunc Jubæ regnum invasisse a. U. C. 707. Cirtamque oppugnasse, unde brevi expulsus fuit. — Hinc bocchus, flos, ab hoc vel altero Boccho dictus. Cf. Leo ad Culic. p. 108. Culex 406. bocchus Libyæ regis memor. — 3.°) Item rex Arabiæ. Heges. 1. 29. Μάλιχος Jos. 1. B. J. 14. 1. — 4.°) Item scriptor rei naturalis, quo usi sunt Plin. ut 1. 16. Ind. auct., 1. 38. et alib. et Solin. 1. et 2. Cf. etiam Corp. I. L. 15. 35. ¶ 2. In titulis cogn. Corp. 10. 5744 (Soræ).

BOCCUS, i, m. 2. deus in Aquitania cultus. Corp. I. L. 13. 78. — Tituli inventi sunt Boucou, qui locus a deo duxisse nomen videtur.

BŎCŬLUS, i, m. 2. nom. viri apud Ascon. tog. cand. p. 94. Fuit autem notissimus in circo quadrigarum agitator Boculus.

BODINCOMĂGUM, n. et

BODINCOMĂGUS, m. 2. V. voc. seq.

BODINCUS (Bodencus), i, m. 2. (Βόδεγκος) nomen Ligur. fluvii Padi (Cf. Germ. Boden, fundus). Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (122). Ligurum - lingua amnem ipsum (Padum) Bodincum vocari (Metrodorus dicit), quod significet fundo carentem; cui argumento adest oppidum juxta Industriam, vetusto nomine Bodincomagum, ubi præcipua altitudo incipit. — Hinc Bodincomagum, n., et rectius Bodincomagus, m. (Bodincus et magus, vicus, castrum) oppidum Liguriæ, hodie Monteù da Po (Cf. INDUSTRIA). Id. ibid. et Corp. I. L. 6. 2818.; unde Bodincomagensis, incola. Corp. 5. 7464 (inter Tanarum et Padum rep.).

BŌDIONTĬCI, ōrum, m. plur. 2. gens Alpina. Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (37). Adjecit formulæ Galba imperator ex Inalpinis Avanticos atque Bodionticos, quorum oppidum Dinia. Adde C. I. L. 3. 9907 = 14321⁵ (in Dalmatia).

BŌDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. I. L. 11. 210 (Ravennæ). — Bodia, nom. mul. Ibid.

BODOTRĬA, æ, f. 1. (Βοδερία) sinus in Britannia orientali. Tac. Agr. 23. Clota et Bodotria diversi maris æstibus per immensum revectæ angusto terrarum spatio dirimuntur. Adde eund. ibid. 25. — Rav. p. 438. Bdora fluvius. — Prope hod. Edimburgo miscetur mari boreali, hodie Firth of Forth.

BODUOGNĀTUS, i, m. 2. nom. vir. Celt. Cæs. 28. B. G. 23. Omnes Nervii confertissimo agmine, duce Boduognato, qui summam imperii tenebat etc.

BODUS, i, m. 2. deus Celt. Corp. I. L. 2. 5670 (Asturicæ Aug.).

BŒA (Boea), æ, f. 1. (Βοία, Βοιαί) oppidum Laconiæ in sinu Argolico, ad sinum Βοιατικόν, hodie Vatika. Memorat Plin. 4. Hist. nat. 5. 9. (17)., coll. Paus. 1. 27. 5. et 3. 22. 11. sq.

BŒBĒ, ēs, f. 1. (Βοίβη) lacus Thessaliæ, ad radices Ossæ montis, hodie Karla. Memoratur Ovid. 7. Met. 231. junceaque litora Bœbes. Liv. 31. 41. qui circumcolunt Bœben paludem. — Item Bœbēis, idos, f. 3. (Βοιβηίς) dicitur Lucan. 7. 176. Ossæam - Bœbeida. Adde Val. Fl. 1. 449. — Sanctas undas hujus lacus nominat Propert. 2. 2. 63., quod in iis dicatur olim Minerva pedes lavisse. — Hinc adject. Bœbeius (Bœbiacus vel Bœbicius), Thessalicus. Val. Fl. 3. 548. proles Bœbeia. sc. Hylas. Lucan. 6. 382. Bœbicius vomer.

BŒBĒIS, idos, et

BŒBĒĬUS et Bœbicius, a, um, adj. V. voc. præc.

BŒBEUS, i, m. 2. nom. vir. Corp. I. L. 8. 16299 (proc. proc.). — Bœbius, 2. nom. vir. Corp. I. L. 3. 1374 (in Dacia a. 195) Sex. Bœbio Scribon. An pro Bæbio?

BŒDĀS, æ, m. 1. (Βοίδας) statuarius. Plin. 34. Hist. nat. 18. 19. (66). Lysippus filios et discipulos reliquit laudatos artifices Laippum, Bœdan. Id. ibid. 18. 19. (73). Bœdas adorantem fecit. — In museo Berolinensi aenea statua juvenis adorantis prostat, cujus præsertim caput Lysippi stilum maxime refert (Robert, Beschr. d. ant. Skulpt. d. Berl. Mus. n. 2. Cf. etiam Visconti et Böttiger in Amalth. 1. præf. p. 7). — Idem, ut videtur, apud Vitr. 3. præf. 2. Bœdas Byzantius.

BŒDĪNUS pagus in finibus Pælignorum, in Inscr. C. I. L. 9. 3311. Superæqui reperta. Cf. Schulze, Eigennam. p. 547.

BŌĔN, indecl. m. (Hebr. Bōen « pollex »; LXX. Βαιών) filius Ruben, Vulg. Jos. 15. 6.; unde locutio Abenboen, sc. Lapis Boen, h. e. locus, qui terminus erat tribus Juda et Beniamin. V. ABEN-BOEN.

BŒŌTARCHĒS, æ, m. 1. (Βοιωτάρχης, Bœotis imperans) Bœotorum princeps vel summus apud Bœotos magistratus. Liv. 33. 27. Bœotarchen (acc.) et 42. 43. Bœotarchæ (nom. plur.). Cf. Thucyd. 4. 91. et Diod. 15. 62.

BŒŌTES, um, m. plur. 3. iidem ac Bœoti, ad Bœotiam pertinentes. Homer. 169. Bœotes agere carinas. Prisc. gramm. II. 33. 2. Solebant Bœotis (Bœotes pars codd.) h ponere pro s.

BŒŌTI, ōrum, m. plur. 2. (Βοιωτοί) Gen. plur. Bœotum pro Bœotorum apud Avien. Descr. or. 586. et, probabilius, Horat. loc. cit. — Etymon varie proponitur: alii namque voc. ducunt a Bœoto, Neptuni et Arnes (Diod. 4. 67) v. Itoni (Paus. 9. 1) v. Melanippes (Hygin. fab. 186) filio, cui nomen ex eo factum quod mater eum πατρὸς φησὶ Βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις (Euphor. apud Steph. Byz.); alii παρὰ τ. Βόας, ob aeris crassitiem (Steph. v. Βοιωτία) vel ex eo quod scribit de Bœotia Ovid. 3. Met. 10. sqq.; unde Gloss. Bœotia terra Thebanorum: a vestigio bovis (V. Isid. 14. Orig. 4. 11). Cf. etiam Boii, apud Græcos Βοῖος, Βοιοί (Caner); quæ quidem vel mythum redolent vel quemdam etymologorum conatum produnt. Forte a situ regionis orientali nomen derivari posse censet Meyer, G. d. Alt. II. 189. sqq. (Cf. Hesiod. frg. 77).

Bœoti, populus Græciæ, et quidem regionis inter Maliacum et Corinthiacum sinum, olim dicti Aones, ab Aone, filio Neptuni (V. AON); Sparti, a satis draconis dentibus, e quibus primi Thebarum restitutores nati ferebantur (Censorin. d. nat. 4., coll. Pind. Pyth. 9. 145); Cadmei, a Cadmo, ejusdem draconis occisore (V. CADMUS); Hyantes, ab Hyante eorum rege (V. HYANTES) et Leleges (Solin. 7). V. BŒOTIA init. — Bœotorum — a) Lingua: quasdam habebat varietates, ut grammatici tradunt, dialecti proprias, quod videre est apud Priscian. gramm. I. 33. et IX. 454. Hinc τῇ φωνῇ βοιωτιάζω, loquor Bœotorum more, bœoteggio. Cf. Boeckh, Intr. ad Inscr. Bœot. 9. et 10., in C. I. L. 1. p. 723.; Collitz, Verwandtsch. d. gr. Dial. 67.; Hoffmann, De mixt. gr. l. dial. 67. et Curtius, Dialectolog. Gött. 1862. — b) Religio diique: huc spectant sacrificia in eorum cultum oblata (Talbot, Myth. 143); oraculum Trophonii celebre (V. TROPHONIUS), ex quo condita colonia Heraclea in Ponto (Justin. 16. 3); ludi, in honorem deorum haberi soliti (V. THEBANI), in primis numina, ex quibus præcipue colebantur Apollo, Liber pater, a Semela seu Bona dea, Thebana, natus (Macrob. 1. Sat. 18. 3., coll. Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. [25]), Hercules et Minerva, in Bœotia orti. — c) Indoles animique dotes: mala cum bonis mixta exhibent Bœoti; siquidem eos ingeniis fuisse crassis auctores testantur, ita ut in proverbium abierit: Βοιωτία ὗς et Βοιώτιον οὖς (Pind. Olym. 6. 153., coll. Steph. loc. cit.). Hinc Cic. Fat. 4. 37. « Athenis tenue cælum, ex quo acutiores etiam putantur Attici; crassum Thebis, itaque pingues Thebani et valentes ». Horat. 2. Ep. 1. 244. « Bœotum (pro Bœotorum) in crasso jurares aere natum ». Nep. Alcib. 11. « Omnes Bœoti magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt ». Id autem confirmatur Hom. Il. 2. 494-510. et alib., ubi primæ iis dantur (Cf. etiam Dar. 14) in re militari, bellicus ardor ac virtus, cujus specimina dederunt præsertim in bello Peloponnesiaco et Persico aliisque (V. voc. seq.). — d) Cultus litterarum artiumque: in eis ita versati sunt ut, quicquid dicatur de ingeniorum tarditate, eximia in primis reliquerint poesis monumenta Bœoti, apud quos famosi exstitere mons Helicon, sedes Apollinis ac Musarum, et mons Cithæron, sacer Baccho, poetarum præsidi; fontes Aganippe et Hippocrene, unde vis poetica hauriri ferebatur, immortalesque exorti poetæ Hesiodus, Pindarus, Corinna, quibus adde alios celebres viros, uti sunt ex scriptoribus Plutarchus, ex artificibus Trophonius et Agamedes, ex militiæ ducibus Epaminondas et Pelopidas (Cf. Setti, Esiod. Bol. 1901. p. 10. sq.). — e) Historia, de qua V. voc. seq.

BŒŌTĬA, æ, f. 1. (Βοιωτία) In libris sæpissime Bœtia, Beotia et sim. - Boiotia apud Plaut. Merc. 647. cod. B (Bœtia C D) et Viotia apud Diosc. 3. 50. Bgotia habet Chron. Alex. chron. I. 98. et alib. — De nominis etymo Porphyr. Hor. ep. 2. 1. 244. « In Bœotia, id est crassos et hebetes faciente ». Ceterum de hoc V. BŒOTI init. — Structura: ubi? in Bœotia (Liv. 37. 58. et Chron. Alex. loc. cit.) et Bœotiæ (? Ampel. 8). - unde? Bœotia (Flor. 3. 5) et ex Bœotia (Liv. 35. 50). — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Bœotia, nom. geogr. ¶ 1. Est regio Græciæ propriæ sive Helladis (Plin. 18. Hist. nat. 24. 56. [201]), inter duos sinus, Maliacum et Corinthium interque Atticam meridiem versus et Phocidem ad septentr. et occid., in tertio Europæ sinu (Capell. 6. p. 209), olim Aonia et Heliconis appellata (Gell. 14. 6. 4., Vib. Seq. p. 155., Serv. ad Virg. 6. Ecl. 64., Isid. 14. Orig. 4. 11. V. HELICON), hodie quoque Beozia vel potius Livadia, quæ cum Attica primam νομαρχίαν constituit, cujus caput sunt Athenæ. — Memoratur etiam et quidem — 1.°) Proprie. Cic. 3. Nat. D. 19. 49., Cæs. 3. B. G. 4., Liv. 27. 30., Flor. 3. 5. 11., Apul. 1. Met. 5., Frontin. 2. 8. 12., Justin. 2. 14. — In plur. num. Capell. 6. p. 210. Nec Athenis cedunt Bœotiæ. — Describitur Solin. 7. et fusius Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (25). sqq., coll. Prisc. perieg. 428. sqq. — Pars Bœotiæ altior, sc. septentrionalis, tota montibus cincta, in duplicem planitiem divisa, una ubi Orchomenus cum lacu Copaide, altera ubi Thebæ cum lacu Hylica; pars vero australis demissior ac longior, Asopo irrigatur. Universim regio est aere crasso ex multis aquis stagnantibus; ex magna tamen parte fertilissima, ubi triticum provenit ac vinum exquisitum et cucumis, napus, ficus, madon etc.; tum pinguia sunt pascua, equi excellentiores, aves meleagrides, perdices et etiam, in Hyetto monte, magnes lapis; ubi fontes a poetis celebrati, Epicrene, Arethusa, Hippocrene, Aganippe, Dirce, et fluvii Cephisus, Asopus, Ismenus, et Copais, lacus sacer, et Helicon ac Cithæron montes, Musarum sedes, et oppida, Thespiæ ac Delion templis

insignia, *Chæronea, Haliartus, Platæa* bellicis eventibus illustria, et *Orchomenus* ac *Thebæ*, metropolis utraque, inter se de potentiæ primatu decertantia. — Ad Bœotiæ historiam quod attinet, hæc in duas partes dividi potest, alteram antiquiorem fere mythicam, historicam alteram; siquidem multa vulgi ac poetarum commentis tribuenda sunt, qui, præter deos, heroas confinxerunt; hinc *Bacchus, Hercules, Semele* (*V.* suo loc.), *Ogyges*, qui primus ibi regnasse traditur; *Cadmus*, Thebarum conditor et rex, cujus posteri regnum tenuerunt usque ad Epigonos (*Paus.* 9. 5. et *Strab.* 9. 2. 3. *sqq.*); *Amphion*, poeta idemque musicus, *Amphiaraus, Œdipus*, fratres *Eteocles* et *Polynices*, cujus filius *Thersander* Thebas cepit. Tum Bœoti patria expulsi iterumque reversi sunt; dein Xutho mortuo, postremo eorum rege, regiam dignitatem aboleverunt an. circ. 1126. a. Chr. et liberum constituere cœperunt civitatum regimen, unde præsertim floruere Thebarum, Plateæ, Thespiarum, Cheroneæ et Tanagræ respublicæ. — Hinc incipit fortasse historicus temporum rerumque ordo, ex quo excludi nequit notio priorum gentium, quas Bœotiam incoluisse plus minus certe scriptores conjiciunt, uti sunt Aones (*Lykophr.* 1289., *Strab.* 7. 321. et *Paus.* 5. 1), Hyantes (*Strab. loc. cit.*), Cabirii (*Steph. Byz.* v. Καβεῖροι), Cadmæi seu Phœnices (*Herod.* 1. 146), Leleges (*Strab. loc. cit.*), Minyi (*Herod. loc. cit.*), Pelasgi (*Procles* apud *Phot. bibl.* 239., coll. *Müller, Orchom.* 124. *sq.*), Phlegiæ (*Paus.* 9. 9. 7), Thraces (*Lykophr.* 644 et *Strab.* 9. 410), in primis Bœoti, stirps Æolica, ita a Bœoto dicti, ut quidam tradunt (V. *Curtius I. p.* 101. tr.), filio Arnes, qui cum Arneis ex Thessalia, communi nomine sumpto, in Bœotiam, ab iis dein appellatam, immigrarunt (*Strab.* 9. 2. 3), unde cœpit eorum historiæ quasi textura; at antiquioris ætatis civilem abstulerunt cultum atque humanitatem, nec tamen novam, rudes homines, invexerunt (*Curtius, III.* 259). — Deinde, Thebanorum metropoli præside, quattuordecim civitates mutuo fœdere consociatæ sunt; quæ fœderatio paullatim ita est imminuta, ut tempore Romanorum sola exstiterint Tanagra ac Thespiæ, ceteris deletis. — Porro respublicæ, superius laudatæ, processu temporis a democratia, quæ dicitur, in oligarchiam desciverunt, nil proficientibus, quas Philolaus Bacchiades Thebanis tradiderat, legibus (*Curtius, I.* 279. et *III.* 260), nec Tolmidis conatu, qui eam abrogare tentaverat a. 447. — Hæc itaque usque ad Persicum bellum et ultra perduravit (Cf. *Justin.* 2. 14. et 3. 6), in quo Bœoti male ex invidia contra Athenienses et ambitione se gesserunt pro hostibus certantes (*Curtius, III.* 89); resque cessit in eorum ignominiam ac damnum, quum, Pausania duce, Mardonii exercitus Platæensi prœlio fusus est a. 479.; quæ quidem victoria magis profuit Græciæ quam Marathonia ac Salaminia; hæ namque Persarum animos dejecerunt, illa vero et vires omnino prostravit. Quod si postea in bello Peloponnesiaco, magisque in Thebano, non parum gloriæ ac potentiæ, primum Lacedæmonios Cadmæa potitos fugando (a. 379), dein per Epaminondam et Pelopidam Leuctris (a. 371) et Mantineæ (a. 362) eos fundendo, sibi compararunt; brevi tamen eorum res in pejus ruere cœperunt, dum Macedonicum jugum subire coacti sunt (a. 338). Hoc autem, Philippo mortuo, quum excutere essent conati, Alexander M. eos profligavit simulque Thebas captas vastavit diruitque a. 335 (*Justin.* 11. 4). — Postea ut se eximerent a Macedonum ditione, cum Romanis societatem inierunt, a quibus demum Græcia universa libertatem obtinuit (*Liv.* 20. 12. et 33. 2); mox novo bello orto Romanos inter et Antiochum a. 191., huic Bœoti adhæserunt; dein tertio Persico a. 171. et quarto denique Achaico, in quo primum Ætolis ac Bœotis a Q. Cæcilio Macedonico ad Thermopylas (*Oros.* 5. *Hist.* 3), deinde Achæis a Mummio Achaico devictis et Corintho a. 146. ac Thebarum, quas Cassander reædificaverat, bis vero ceperat Demetrius, mœnibus eversis, Græcia in provinciam Romanam redacta est, tandemque in bello Mithridatico Thebarum urbs, a Sulla de suo gradu dejecta, ita viluit ut vix nomen olim tam gloriosum servaret. — 2.°) Improprie v. latiore sensu — *a*) Ponitur pro Achaia v. Græcia, synecdochice, ut conjici potest ex illo *Paulin. carm.* 19. 83. « Creta Titum sumpsit, medicum Bœotia Lucam ». Traditur enim Lucas, uti Andreas, in Achaiam venisse ibique apud Patras sepultus, ubi cum Andrea prædicasset (*Gaudent. Brix.* in *serm. dedic. Eccl.*), quum Achaia, provincia Rom., Græciam propriam complecteretur. — *b*) Item pro nomine civitatis, ut apud *Plaut. Merc.* 647., ubi alii acciperent de *Bœotis*, Laconiæ oppido (Βοιωτοί, olim Θαλαμοί *Strab.*) — *c*) Item pro Thebis, quæ urbs prius *Bœotia* videtur appellata, teste *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 88. — 3.°) Poetice, per hypallagen, pro Bœotis usurpavit *Ovid.* 2. *Met.* 239. « quærit Bœotia Dircen ». — 4.°) Est etiam titulus comœdiæ *Plauti* deperditæ, cujus meminit *Gell.* 3. 3. 3 (*Leo, Plaut. Forsch.* 133. 4); itemque *Aquilii* seu *Atilii* (al. *Attii*), apud *Varron.* 6. *L. L.* 89. — De Bœotia ejusque incolis V. *Kopp, Hist. reip. Boeot.*, Groning. 1836.; *H. Francke, D. boiotisch. Bund*, Wismar 1843.; *Rhys Roberts, The ancient Boeotians*, Cambr. 1895.; *Bursian, Geogr. I.*; *O. Müller, Orchom. I.* Cf. *Eckhel*, 2. *p.* 195-205. et *Head*, 348.

II.) Bœotia, nom. mul. (Βοιωτία), sc. uxor Hyantis et mater Plejadum. *Hygin.* 2. *Astr.* 21.

BŒŌTĬCUS, a, um, adject. (Βοιωτικός) ad Bœotos pertinens. *Liv.* 42. 44. Bœoticum concilium. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (66). triticum. *Id.* 19. *ibid.* 5. 23. (68). cucumeres.

BŒŌTĬI, ōrum, m. plur. 2. (Βοιώτιοι) incolæ Bœotiæ, Bœoti. *Cic. Pis.* 35. 86. Bœotii exusti. Adde *Justin.* 8. 4. 4., *Macrob.* 1. *Sat.* 12. 23., *Oros.* 3. *Hist.* 2. 1. *Chron. Alex. chron. I.* 108., 175. Biotii. — In sing. num. — *a*) Subst. *Propert.* 2. 8. 21. Bœotius Hæmon. *Liv.* 23. 39. Crito. Adde *Grat. cyneg.* 214. et *Colum.* 1. 1. 7. — *b*) Adject. (Βοιώτιος). *Varro frg. Non. p.* 218. Bœotiæ perdices. *Cic.* 1. *Divin.* 34. 74. augures. et 2. *ibid.* 26. 56. vates. *Ovid.* 3. *Met.* 13. mœnia. *Pomp. Trog. prol.* 6. 6. bellum. *Auson.* 413. 73. numina. — Hinc deriv. *Bœotianus*, nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 6436.

BŒŌTĬS, idis, f. 3. adject., quod absolute pro *Bœotia* usurpatur *Mel.* 2. 39. Phocis, Bœotis, Atthis, Megaris.

BŒŌTĬUS, a, um, adj. *V.* **BŒOTII.**

BŒŌTUS, a, um, adject. ad Bœotiam pertinens, Bœotius. *Ovid.* 12. *Met.* 9. Bœota (Bœotia *codd.*) tellus. *Lucan.* 3. 174. duces. *Stat.* 4. *Theb.* 370. urbes. et 5. *Silv.* 3. 209. vocales lucos Bœotaque (Biotaque *cod.*) Tempe.

BŌĒTĒS, is, m. 3. quidam Græcus ab Hectore occisus, teste *Dar.* 20. Cf. βοητής, *clamosus*. — *V.* etiam **BOOTES.**

BŌĒTHĬUS, ii, m. 2. (Βοήθιος) nom. vir. — *a*) Scribitur *Boethius* cum aspiratione sæpius in titulis, ut *Corp. I. L.* 5. 8120.; 7408 (*a.* 510); 12. 2404 (*a.* 523); *Boetius* (optime script. *Bernhardy*) sine aspiratione sæpius in libris, ubi passim quoque *Boitius*. — Etiam *Boheigus* in *Corp.* 12. 1213 (a. 604?). — *b*) Prima syllaba producitur *Maxim. eleg.* 3. 48. Solus, Boethi, fere miseratus opem (*nota lusum verborum*, etymo *spectato*). — *c*) Etymon sponte ducitur a βοηθεῖν (quod a βοή, *clamor* et θέω, *curro*), *ad clamorem accurro, auxilio venio*, speciatim in bello, quasi sit *auxiliaris*.

Boethius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit vir celeberrimus ex antiqua nobilissimaque Aniciorum familia, hinc dictus *Anicius* et, plenius, *Anicius Manlius Torquatus Severinus* (Cf. *Usener, Anecd. Hold.* 43), patricius et consul, scriptor insignis, natus Romæ an. 470 (al. 475. v. 480) p. Chr., temporibus Theoderici, ducis Ostrogothorum et regis Italiæ. — Memoratur *Cassiod. art.* 3. *p.* 1171. Boetius vir magnificus. *Maxim. eleg.* 3. 48. magnarum scrutator maximus rerum. *Theoder.* apud *Cassiod.* 1. *Var.* 45. multa eruditione saginatus. *Ennod. ep.* 7. 13. *ad Boeth.* « Tu, emendatissime hominum - quem in annis puerilibus - industria fecit antiquum, qui per diligentiam imples omne, quod cogitur, cui inter vitæ exordia lusus est lectionis assiduitas - in cujus manibus duplicato igne rutilat qua veteres face fulserunt ». Adde *Isid.* 2. *Orig.* 25. 9. et *Schol. Stat. Theb.* 4. 106. — Græcis Latinisque litteris ab adulescentia fuit eruditus itemque gravioribus disciplinis, arithmetices, geometriæ, mechanicæ, astronomiæ, musicæ, inprimis philosophiæ operam dedit, quam Latino sermone illustrare sibi proposuit, non ut Varro Stoicam nec ut Tullius Academicam sed quæ ceteras obscuravit, ab Aristotele invectam, reddiditque variis Græcorum opera, ita ut ad eum scripserit *Theoder.* apud *Cassiod. loc. cit.* « Translationibus tuis Pythagoras musicus, Ptolemæus astronomus leguntur Italis; Nicomachus arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur Ausoniis; Plato theologus, Aristoteles logicus quirinali voce disceptant. Mechanicum etiam Archimedem latialem Siculis reddidisti; et quascumque disciplinas vel artes fecunda Græcia per singulos viros edidit, te uno auctore patrio sermone Roma suscepit: quos tanta verborum luculentia reddidisti claros, tanta linguæ proprietate conspicuos ». Quamquam non semper ita transtulit ut commentaria prætermitteret, quod, inter alia, constat ex Euclide, cui et dimetiendi rationes et quædam de suo penu adjunxit; item ex Nicomachi arithmetica ab eo locupletata; itemque ex musica, quam ex optimis quibusque collegit: ubi et Aristoxeni copiam et Pythagoræ judicium expressit. — Non est idcirco mirandum, si rex tantum virum admiratus, a quo Romam et Curiam ingressus (a. 500) eleganti oratione laudatus fuerat, ad summas dein dignitates extulerit; fuit enim iterum cos. (nam primum consulatum inierat juvenili ætate, ut ipse ait in *Consol. philos.*, teste *Cassiod.* in *Chron.*) et quidem a. 510. una cum socero suo Symmacho, ejusque liberi, Patricius et Hypatius, quos a Rusticiana, filia Symmachi, susceperat, post eum item consulatu functi sunt. — Verum quum humana omnia fluxa sint homineque ex naturæ levitate vel malitia ad partem quamlibet facile inclinent, factum est, ut quum Justinus imp., Theoderici, religione Ariani et dominandi libidine præpotentis, ruinam meditatus, Italiam catholicam contra hæreticos excitaret, Boethius, qui Albini consularis viri, a Cypriano falso de rebellione accusati, innocentiam vehementer sed ingenue defenderat, in suspicionem venerit, ac Basilii, Gaudentii et Opilonis, hominum flagitiosorum, calumniis apud Theodericum delatus, rege et conjurationis metu et religionis causâ consentiente ac volente, quippe qui probe eum nosset sibi ob Arianam tabem infensum, simulque patriæ libertatis studiosum, Ticinum relegatus sit et quo minus se defenderet, a servili senatu prohibitus, dein in agro Calventino decollatus aut, veri similius, crudeli supplicio (*Anon. Vales.*) interfectus est a. 525. Ostenditur hodieque Ticini turris lateritia, ubi, detentus in vinculis, libr. scripsit *de Consolatione philosophiæ*; ejus vero corpus cives in templo s. Petri condidere, sub Cælo Aureo, sacello s. Augustini, qua parte in adytum sacræ ædis adscensus incipit estque ejus monumento inscriptum epitaphium: Mæonia et Latia lingua clarissimus etc. - Sunt ex recentioribus, qui, Boethium, etsi christianum, nimis ethnicorum more sensisse et aliquando scripsisse, ut ex libr. *de Consol. philos.* argui potest (*Schenkl, Nitzsch*); tum etiam, quum is occisus esset a rege Ariano in odium catholicæ fidei, quam in libro *de Trinit.* adseruisset, ob id perperam creditum variorum operum theologicorum auctorem et martyrem (*Teuffel*). At hæc leviter aut falso dicta esse nemo non videt; nam qui philosophice loquitur, non ideo minus religiose, quamvis non ita clare ibi disserat Boethius aut diserte, quod ceteroquin in cit. opere nondum absoluto sibi proposuerat, mox eas addendo doctrinas ad philosophicas confirmandas, quæ ex christianis fontibus promuntur, ut ex attenta lectione deduci potest et ex aliis de re theologica libris comprobari, quos post ea documenta, quæ nuper reperta sunt a *Krieg* et *Holder* et ab *Usener* in lucem edita (1877), spurios nemo sanus traducere audebit: nec denique martyris titulus jure merito ab eo abjudicatur, qui non sine suspicione odii in eum Arianorum occubuit, cujusque cultum *ab immemorabili* civitas Ticinensis servat sanxitque an. 1879. ipse Leo XIII. p. m. (Cf. *Hildebrand, Boeth. u. seine Stellung z. Christent.*, Ratisb. 1885.; *Boissier, Le christianisme de Boèce* in *Journ. d. savants* Paris 1889.; *Semeria, Il cristianesimo di Sev. Boez. rivendicato*, Roma 1910.; *Biraghi, Boezio filos., teol., martire* etc. Milano 1865). — Plura scripsit, præsertim philosophica, quibus ad Scholasticam, quæ dicitur, philosophandi rationem strata via fuit, quibusque auctor subtili, quo pollebat, ingenio Aristotelis opera et Platonis dialogos interpretando et commentando in iis, quæ potiora sunt, concordiam utriusque demonstrare constituerat, uti *Analytic. pr. et post., Topic. Soph. elench., De interpr.* (a. 507-509. opus omnium præstantissimum), *Categ. comm.* Adde *Introd. ad categ. syllog., De categ. syllog., De hypoth. syllog., De divisione, De definitione* (quod nunc spurium habetur), *in Top. Cic., De differ. topic., De inst. arithm., De inst. musica, De geometr.* (de quo tamen dubitatur), *Dialog. in Porphyr. a Victorino* transl. et *comm.* in *Porphyr.* ab eo transl. et *De Consol. Philosophiæ* v. *Consolatio philosophiæ*, opus ad instar Menippearum Varronis, prosa oratione et carminibus vario metro compactis alternatim contextum, elegantia formæ, vivido stilo selectisque a philosophis, maxime a Platone, doctrinis de divinæ providentiæ, mundana quæque sapientissime administrantis, ratione celebratissimum et in diversas linguas translatum; insuper et theologica, ubi conatur auctor divina humanis dialectica ratione conjungere et quasi coagmentare, sc. *De sancta Trinitate, De divinitate*, de qua tres Personæ substantialiter prædicantur, *De bonitate rerum*, *De fide* (christiana et catholica), *Liber contra Nestorium et Eutychen*, magni ponderis opus, de quorum αὐθεντία, ut diximus, æquum dubium esse nequit. — De eo ejusque scriptis, plurimi habitis et illustratis partim a doctissimis viris (*Gilbert. Porret., Gothofrid. Antissiod., Thom. Aquin.*), quorum omnium editionem absolutissimam adornavit *Migne, P. Lat.* LXIII-LXIV., consulas, præter laudatos, *Prantl, Gesch. d. Log. im Abendl. I.* Lips. 1855. *p.* 679-722.; *Di Giovanni, Sev. Boezio filos.*, Palerm. 1880.; *Stangl. Boeth.*, Gotha 1882.; *Peiper, Boet.* etc. cum *Opusc. sacr.* (i. e. tract. V. theol., quorum tria tantum priora genuina habet editor), Lips. 1871.; *Krieg, Ueber theol. Schrift. d. Boeth.* in *Jahresber. d. Görresg. f.* 1884., Colon. 1885. *p.* 23-52.; *Dräseke, Boëthiana* in *Ztschr. f. wissensch. Theol. XXXI.* (1888) 94-104.; *Bednarz, De univ. orationis colore et sgnt. Boet.*, 1883-1892. — 2.°) Item præfectus prætorio sub Valentiniano imp., a quo cum amico suo Ætio in palatio necatus est a. 454. *Marcellin.* et *Cassiod.* in *Chron.* — 3.°) Item Flavius Boethius, cos. a. 522.: itemque alii, memorati in *Conc. Agath.* et *Aurel.* (Mansi) et apud *Vict. Tonn. chron. II.* 203. etc. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 8401. 18 (*a.* 577).

BŌĒTHUNTES, ium, m. plur. 3. (Βοηθοῦντες, *auxiliantes*) titulus comœdiæ Sex. Turpilii, cujus fragmenta apud *Non.* 1. *p.* 86. *Merc.* « Turpilius Boethuntibus ». et 2. *p.* 751. « in Boethuntibus ».

BŌĒTHUS, i, m. 2. (Βοηθός v. Βόηθος, *adjutor*) Scribitur etiam *Boetus*, sine aspiratione, in *Corp. I. L.* 5. 7451. et *Boethos*, Græca posit., apud *Macrob.* 1. *Sat.* 14. 20. et *C. I. L.* 12. 5106. — Bisyllabum usurpatur *Auct. Culic.* 67. « Alconis referent Boethique toreuma ».

Boethus ¶ 1. In litteris — 1.°) Fuit Stoicus, memoratus *Cic.* 1. *Divin.* 8. 13. et 2. *ibid.* 21. 47. et *Macrob. loc. cit.* — Scripsit libros *de Natura* et *Fato*, teste *Laert.* 71. 148. et 149., qui ætatem non tulere. — 2.°) Item Peripateticus, Sidonius, Andronici Rhodii discipulus, quem magistrum habuit Strabo in addiscenda Aristotelis philosophia (*Strab.* 16. 2. 24). Memorat *Macrob.* in *Somn. Scip.* 1. 14. 20. — 3.°) Item statuarius et cælator, Carthaginiensis (*Paus.* 5. 17. 1), artifex eximius, teste *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 55. (155)., *Cic.* 5. *Verr.* 14. 32., *Culex loc. cit.* Ad hunc refert *Benndorf* illud *Porphyr.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 5. 1. « Archias breves (*leg.* celebres, i. e. usitatissimos) lectos fecit, qui inde Archiaci dicti, sicut a Boeto Boetoos (*al.* Boethicos) dicimus ». — Maxime pueris fingendis operam dedisse conjicitur ex *Paus.* 1. 1. et *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (84)., ubi ait: Boethi quamquam argento melioris, infans eximie anserem strangulat ». — Etiam Æsculapii statua ei tribuitur, de qua duo exstant epigrammata in *App. Anth. Pal. T.* 2. *p.* 777. *sq.* ed. *Jacobs.* — 4.°) Item medicus. *Cels.* 5. 21. 3. Compositio, Boetho auctore. — 5.°) Item auctor περὶ ὀρνιθογονίας apud *Plin. nat.* 1. 10. *ind. auct.* et 10. 7., ubi alii leg. *Boeus*, alii aliter. — 6.°) Alii in *Cod. Just.* 9. 41. 11 (a. 290). et *Fulg. Rusp. ep.* 17. *inscr.* ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Act. Fr. Arv.* a. 183. *II.* 13., *Corp. I. L.* 6. 3983.; 14. 2220., *Inscr. Ephem. epigr. VIII.* 124. 14 (*Teste Marruc.*) — Nom. sing. *Corp. I. L.* 6. 59. 11 (*s.* 140) Poethus.

BŌĒTĬA. *V.* **BŒOTIA.**

BŌĒTĬUS. *V.* **BOETHIUS.**

BŌĒTOUS, a, um, adject. *V.* **BOETHUS.**

BŌGUD, dis, m. 3. (Cf. *Bocchus*) *Bogudes* habet *Oros.* 5. *Hist.* 21. - *Bocut* leg. in nummis *Cavedoni* in *opusc. di Mod., Ser.* 2. *T.* 2. *p.* 14. — *Bogus* (Βόγος *Strab.* 17. 3. 5) apud *Auct. Bell. Alex.* 62. Cf. Βογοῦδας *Dion.* — Gen. *Bogudis* apud *Priscian. gramm. II.* 146. 18. « Bogud nomen barbarum quod Livius in CXIV declinavit Bogudis ». Adde *eund. ibid.* 218. 15. *Cic.* 10. *Fam.* 32. ex *Pollione.* « In regnum Bogudis (Bogutis *M*) ». — Acc. *Bogudem* apud *Auct. B. Alex.* 59. Adde *Liv. frg.* 49. — Abl. *Bogude* est *Oros.* 5. *Hist.* 21. 14.

Bogud ¶ 1. Filius Bocchi, rex Mauretaniæ Tingitanæ. *Liv. frg.* 47. Castra - diversis partibus Cassius et Bogud adorti. *Sueton. Jul.* 52. Dilexit et reginas, inter quas Eunoen Mauram Bogudis uxorem, cui maritoque ejus plurima et immensa tribuit, ut Naso scripsit. — Hic Cæsarianis partibus studuit, ita ut a proprætore Q. Cassio Longino invitatus veniret cum auxiliaribus copiis (a. 706) et cum Marcello dimicaret (*B. Afr.* 25); dein Pompejanos suum regnum vastantes rejecit regnumque Jubæ invasit (*Ibid.*). — Hinc Mauretania ab eo appellata est *Bogudiana* v. *Bogutiana*, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 1. (19). « Diu regum nomina obtinuere, ut Bogutiana (Bogudiana *E*) appellaretur extuma, itemque Bocchi, quæ nunc Cæsariensis ». ¶ 2. Alius, ut videtur, *Oros. loc. cit.*

BŌGŪDĬĀNUS, a, um, adj. *V.* voc. præc.

BŌGUS, i, m. 2. ¶ 1. Fuit quidam vates Carthaginiensis. *Sil. It.* 4. 131. et 5. 402. ¶ 2. Item rex Mauretaniæ. *V.* **BOGUD.**

BŌGŪTĬĀNUS, a, um, adj. *V.* **BOGUD.**

BOIA, æ, f. 1. (Βοία) ¶ 1. Est nom. geogr. sc. — 1.°) Insula maris Ægæi. *Itin. Ant. p.* 522. — 2.°) Item regio in Gallia Lugdunensi, ab incolis Boiis dicta. *Cæs.* 7. *B. G.* 14., ubi alii aliter leg. Cf. tamen *Interpr. Cæs. Græc.*: ἀπὸ τῆς Βοΐας. ¶ 2. Est nom. pers. *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 710. Boiam Euximi, comitis Æneæ, nutricem vocat. Cf. **BAJÆ** et **BŒA.**

BOIĀTES, ium, m. plur. 3. (Boii) civitas Aquitaniæ. *Not. Gall.* 14. 7 (*In provincia Novempopulana*) civitas Boiatium (*codd. tamen plerique* Boatium). — Apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108). Boviates *conj. Detlefsen.* Cf. *Corp. I. L.* 13. 165 (*Burdigalæ*).

BOICUS, a, um, adject. ad Boios pertinens. *Paul.* ex *Fest. p.* 36. Boicus ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum; is autem est in Gallia citra Alpes, quæ togata dicitur, in quibus sunt Mediolanenses.

BOICUS, i, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 5. 433 (*prope Piquentum in Histria*). Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 30.

BOIHÆMUM (Boiohæmum v. Boihemum), i, n. 2. (Βουίαιμον *Strab.* 7. 290). Vox Germanica *habitationem* v. *domum Boiorum* significare videtur.

Boihæmum, regio inter Hercyniam Silvam (*sc.* Nigram Silvam) Rhenumque et Mœnum (*Tac. Germ.* 28), sive Badensium terram (*Kritz*), olim Boiorum sedes, hodie *Böhmen*, it. *Boemia*. *Vellej.* 2. 109. 5. Boiohæmum, id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est (τὸ Βουίαιμον τὸ τοῦ Μαροβόδου βασίλειον *Strab. l. c.*). *Tac. loc. cit.* « Manet adhuc Boihemi nomen signatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus » sc. nomen signum est quasi loco impressum, quo vetus memoria, h. e. invasio in eam terram, adhuc cognoscitur.

BOIHĒMUM. *V.* voc. præc.

BOII, ōrum, m. plur. 2. (Βοΐοι, Βῶιοι v. Βοιοί) — *a*) Declin.: Nom. *Boi* in *Corp. I. L.* 13. 6448., *Liv.* 21. 25. et passim., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (116)., *Oros.* 4. *Hist.* 20. 4. — *Boii* est *Cæs.* 1. *B. G.* 25., *Liv.* 5. 35., *Tac. Germ.* 28., *Frontin.* 1. *Strat.* 6. 4. — Dat. et Abl. *Bois* apud *Liv.* passim, *Oros.* 4. *Hist.* 20. 11. — *Boiis* apud *Cæs.* 7. *B. G.* 75 (*Bois* v. *Boviis* in codd.), *Liv.* 31. 2., *Tac. Germ.* 42. — « Litt. *o* longam vix probant *Plaut. Capt.* 888., *Sil. It.* 4. 148., et *Paulin. Nol. carm.* 10. 241. » (*Ihm*); at quum syllaba videatur potius constitui ex *oi*, coll. Gr. Βοΐοι v. Βοιοί, quasi diphthongo; vel quum vocalis ante *i* (*j*) semiv. fere producatur, ut in *māior* (*major*) et sim., saltem ubi vox a Græco non oritur (unde non *Boii*, sed, nunc obsoleto more, *Boji* scribendum foret), proinde, dum quantitatem dubiam alii censent, certiorem reddunt *Sil.* 4. 148. « Bojorum ante alias, Cryxo duce, mobilis ala ». et *Paul. Nol. loc. cit.* « Burdigalam et piceos malis describere Bojos? » — *b*) Vocabulum alii aliter explicant: *Ernault* vult idem esse ac terribiles (V. *Holder Altcelt. Spr.* 463) et *Much* (in *Ztschr. f. D. Alt.* 1895. *p.* 34. *sq.*) juvenci, quasi bovii: cf. *Corp. Gloss. Lat. II.* 31.; sed hujus etymi ratio latet. — Est nom. autem populi et oppidi.

Boii ¶ 1. Gens Galliæ Celticæ (*Strab.* 5. 212), de qua *Liv.* 33. 36. Boi, - gens minime ad moræ tædium ferendum patiens. *Id.* 21. 52. Boiorum perfidia. *Plin. loc. cit.* Boi, quorum tribus CXII. fuisse auctor est Cato. *Cæs.* 7. *B. G.* 10. et 17., coll. *Sil. It.* 11. 29. et 4. 706. Boiigens « corde levis et astus inops » dicuntur. Adde *Mel.* 3. 5. 8. et *Tac.* 2. *Hist.* 71. — Boios fixæ sedis impatientes fuisse historici tradunt; eorum namque ex Gallia in varias Germaniæ regiones et Italiam magna multitudo transmigravit, quamvis partem aliquam in Galliis mansisse, quam Hannibal, transacto Pyrenæo monte, reperisset (Cf. *Liv.* 21. 29. et 52., *Tac. Germ.* 28. et *Sil. It.* 4. 149) et Helvetiis finitimam fuisse constat (*Cæs.* 1. *B. G.* 9. 28. et 29). — Porro de his Boiorum transmigrationibus hæc consideranda sunt: — 1.°) In Transalpinis, ubi res obscuriores sunt; scimus tamen a Cæsare, a. 696. Boiis a se victis concessum ut cum Æduis habitarent, qui deinde eos in parem juris libertatisque condicionem admiserunt (*Cæs. loc. cit.*). — Etiam in finibus Burdigalensium ad Oceanum videtur eorum pars constitisse; hinc *Paulin. Nol.* 10. 241. *ad Auson. carm.* An(ne) tibi, o domine, in lustris, si scribere sit mens, Qua regione habites, placeat reticere nitentem Burdigalam et piceos malis describere Boios? (*piceos* vocat fortasse a commercio apud eos picis vel resinæ excellentioris). — Rhenum transgressi partem Bavariæ et Bohemiæ occuparunt (*Tac. Germ.* 28); donec a Marcomannis, duce Maroboduo, quem suum regem constituerant, sunt repulsi (*Id. ibid.* 42., coll. *Vellej.* 2. 109. et *Strab.* 7. 290). — Hinc in agrum Noricum transierunt, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 24. 27. (146). « Noricis junguntur lacus Pelso (Peiso *codd.*), deserta Boiorum ». Adde *Cæs.* 1. *B. G.* 5., coll. *Strab.* 7. 292. « Οὐινδελικοί - καὶ ἡ Βοίων ἐρημία, μέχρι Παννονίων πάντες ». Adde *Ptol.* 2. 14. 2. Sic *Dimens. provinc.* 18. « desertis, in quibus habitabant Boi et Carni ». Huc fortasse pertinet *Corp. I. L.* 13. 6448 (*Marbach*). — Indicatur domus (Boii in Pannonia super.) in titulis: *Const.* veteran. 35 [24] *p.* 867). - 3. 4594 (*Pann. sup.*). etc. — De his V. *Contzen, Wanderungen d. Kelt.* 97. *sqq.*; *Momms. B. G.* I.[5] 668.; *Jung, Die romanisch. Landschaft.* 353. *sq.* et *C. I. L.* 3. *p.* 525. et 588. — 2.°) In Cisalpinis: Boii una cum Lingonibus ex Pœnino monte transgressi sunt in Italiam, circa tempora Tarquinii Prisci; sed quum ab aliis, qui antea huc commearant « inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto, non Hetruscos modo sed etiam Umbros agro pepulerant » (*Liv.* 5. 35). *Plin.* vero tradit eos « Laudem Pompejam condidisse » (3. *Hist. nat.* 17.

21. [124]) et « Melpum, oppidum opulentia præcipuum, delevisse » (ibid. 26. 21. [125]); nec parvo numero venisse, sed eorum « tribus CXII. fuisse, auctore Catone ». qui « in hoc tractu (reg. VIII) interierunt » (ibid. 15. 20. [116]). — Cum Romanis sæpe, varia tamen fortuna, bella gesserunt: nempe a. U. C. 531. a C. Flaminio cos. per tribunos cæsi sunt (Sil. It. 7. 704. sqq. et Fast. Cap.); at dein, a. 536. in bello Punico secundo, Placentia et Cremona vastatis, ipsum Postumium, cos. design., cum toto exercitu profligarunt (Liv. 28. 24., coll. Frontin. 1. Strat. 6. 4) et a. 553. C. Appium præf., contra eos a P. Ælio Peto missum, interfecerunt, a quo anno ad a. 563. prope continuum actitatum est bellum inter Boios et Romanos, donec a L. Cornelio Merula plane devicti novoque prælio petiti a Cn. Domitio Ahenobarbo, se Romanis dediderunt; rursus vero insurgere conatos eos consul Scipio Nasica insigni pugna omnino fregit (Liv. 35. 4. et 5. et ibid. 40. et 36. 38) egitque triumphum (Id. ibid. 39). — De his V. Momms. R. G., I.[8] 575. et 688. et III. 244., 248. sq. et 282. ¶ 2. Est etiam — 1.°) Oppidum seu statio in Aquitania prope Burdigalam, quod et Boios, num. sing., sed minus recte, illorum Boiorum caput. Itin. Ant. p. 456 (Cf. Paulin. Nol. loc. cit. et Inscr. Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1905. p. 78). — 2.°) Item oppidum Illyricum apud Polyb. 5. 108. 8., a nullo tamen, quod sciam, auctore Latino memoratum.

BOIN, indecl. oppidum Africæ interioris supra Garamantes. Plin. 5. Hist. nat. 5. 5. (37).

BOIŎCALUS, i, m. 2. quidam Ampsivariorum regulus, Romanis initio fidus, dein infensus. Tac. 13. Ann. 55. et 56.

BOIŎDŪRUM, i, n. 2. (Βοιόδουρον Ptol., i. e. Boii arx, sec. Holder) oppidum in finibus Rætiæ et Norici, quod et civitas Boiorum dicitur in Inscr. apud Grut. 490. 2. et castellum in Tab. Peut. 4., hodie Innstadt prope Passau. In Not. Dign. occ. 34. et Itin. Ant. p. 249. Boiodoro. et apud Eugipp. Sev. 22. 1. Boiotro (codd. var. Boitro, Bolotro al.). Erat autem statio tribuni cohortis sub duce Pannoniæ Primæ (Not. Dign. occ. l. c.).

BOIONĪUS, ii, m. 2. (Boius) nom. gent. ¶ 1. Ita dictus est M. Aurelius Antoninus Pius, apud Aur. Vict. Cæs. 16. — Item M. Aurelius Antoninus Philosophus, quod adoptatus fuerit ab Aurelio Antonino Pio. Capitolin. Pius 1. ¶ 2. In titulis. Corp. I. L. 10. 1815 (Puteolis) TANNONIO BOIONIO CHRYSANTIO PVERO EGREGIO statua honorato. Adde Notiz. degli scavi 1900. p. 153. (Brundisii). — Boionia, nom. mul. Corp. I. L. 6. 13622. — Memoratu digna Boionia Procilla, uxor Arrii Antonini, avia Antonini Pii imp. Inscr. apud Orelli n. 884. Adde Capitolin. Ant. P. 1.

BOIŎRIX, igis, m. 3. (Βοιόριξ Plut.) Vox Celtica, qua Boiorum rex significatur (Holder). Occurrunt apud scriptores hoc nomine ¶ 1. Boiorum regulus, in Gallia Cisalpina, de quo Liv. 34. 46. sqq. V. integr. loc. (ad an. 194. a. Chr.). ¶ 2. Item rex Cimbrorum, qui contra Marium in acie dimicans « impigre nec inultus occiditur », teste Flor. 3. 3. 18. Adde Oros. 5. Hist. 16. 20. et C. I. L. 13. 2656 (Augustoduni).

BŎISCI, ōrum, m. plur. 2. (Βόισκοι) gens Hunnorum. Jornand. Get. 24.

BŎISCĪUS, a, um, adject. V. voc. seq.

BŎISCUS, i, m. 2. (Βοΐσκος, parvus bos) Cyzicenus, poeta Græcus, inventor octometri iambici. Mar. Victorin. gramm. VI. 82. Boiscum Cyzicenum (affert epigramma Βοΐσκος ἀπὸ Κυζίκου etc.); idem, Juba auctore, apud Rufin. gramm. VI. 564. cum versione Latina Boiscus is de Cyzico novi repertor carminis; nam primus octonopedem versum deo dicavit. Id. ibid. 558. tetrametros quem finxerat ille Boiscus. — Inde adject. Boiscius (Βοΐσκιος). Id. ibid. 564. De octametro Boiscio idem sic dicit: octametrum catalecticum, quod appellatur Boiscion. — In titulis (nom. Celt. esse putat Holder). Corp. I. L. 6. 21418. — Est nom. serv. in Inscr. apud Furlanetto, Lap. Patav. p. 451.

BOIUS, a, um, adject. ad Boios, Galliæ populos, pertinens. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6857. — Jculariter Plaut. Capt. 888. « Boius est, Boiam terit ». V. BOIÆ in Lexico — Absolute Boius — a) Nom. cursoris, qui cum Sicyoniis (calceis) cursitasse dicitur. Auct. Herenn. 4. 3. — b) Cogn. in Fulvia gente. Vopisc. Aurel. 13.

BOIUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

BŎLA, æ (Βῶλα) et Bolæ, ārum (Βῶλαι), f. 1. oppidum vetus Latii, colonia Albana, fortasse hod. Lugnano v. Zagarolo (V. Nibby et Besnier). Memoratur Virg. 6. Æn. 775. Castrumque Inui Bolamque Coramque. — In plur. num. Liv. 4. 49. Qua (rogatione) Bolas quoque, sicut Labicos, coloni mitterentur. — Memoratur inter oppida a Coriolano capta (Liv. 2. 39); olim autem sub ditione Æquorum fuisse colligitur ex eod. 4. 49. et Romanorum a. 415. U. C.; ab Æquis recuperatum a. 414., sed mox amissum, iterum, sed frustra, ab iis obsidetur; nam M. Furius Camillus, « exercitum Æquorum ad Bolas oppressit » (Id. 6. 2., coll. Diod. 14. 117).

BŎLĀNUS, a, um, adject. ad Bolam pertinens. Liv. 4. 49. Ager Bolanus. — Hinc Bolani, incolæ. Liv. loc. cit. (Volani codd.). et Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (69)., coll. Plut. Cor. 28. et Steph. Byz. « τὸ ἐθνικὸν Βωλανοί ». — Hinc

Bolanus, i, m. 2. nom. gent. et cogn., præcipue in Vettia gente. ¶ 1. In litteris. Cic. 13. Fam. 77. M. Bolanum, virum bonum et fortem et omnibus rebus ornatum meumque veterem amicum. Horat. 1. Sat. 9. 11. O te, Bolane, cerebri felicem (Cf. Porph. et Schol. Hor. ad l.). Tac. 15. Ann. 3. Vettium Bolanum memorat, qui fuit legatus leg. in Armenia sub Corbulone a. 62., postea cos. suffectus (ante a. 69)., de quo etiam 2. Hist. 65. et 97. et Stat. 5. Silv. 3. Fortasse ad hunc pertinent Corp. I. L. 2. 6259. 19. et 6. 65. Cf. Curios. urb. reg. 1. p. 3. et Prosop. imp. Rom. 3. p. 411. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. I. L. 14. 4202 (Nemore Dianæ); et nom. mul., 5. 5849 (Mediol.). - Cogn. vir. C. 8. 2518. et mul. 6. 21971. — Hinc deriv. Bolanius (a), nom. gent. C. 6. 3559 (a. 168).

BŎLĀNUS, i, m. 2. V. voc. præc.

BOLBĪTĬCUS v.

BOLBĪTĪNUS, a, um, adject. Hinc Bolbiticum v. Bolbitinum ostium aut etiam Bolbitinum, absolute, unum ex quondam septem celeberrimis Nili ostiis, quæ recenset Plin. 5. Hist. nat. 10. 2. (64). Adde Mel. 1. 60. et Ammian. 22. 15. 10. Schol. Stat. Theb. 8. 358. Volveticon (Volvetion codd). Græce Βολβιτικὸν στόμα, dictum a Βολβιτίνη, quod est nom. oppidi in Ægypto (Herod. 2. 17. et Strab. 17. 801). Copt. Tirasckit, nunc Rosetta v. Braccio di Rosetta.

BŎLBULÆ, ārum, f. plur. 1. insulæ maris Ægæi, ad littus occ. Asiæ Min. Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (137).

BŎLENTA, æ, f. 1. V. voc. seq.

BŎLENTĬUM, ii, n. 2. (Βωλέντιον Ptol.) oppidum Pannoniæ super. Tab. Peut. 5. — Itin. Burdig. p. 562. mutatio Bolenta. — Falso Balentio apud Rav. p. 215. — Situs ignoratur: Kiepert (C. I. L. 3. tab. IV. et Form. orb. ant. XVII) ponit inter Bares et Moslavina (Cf. Momms., Corp. 3. p. 507); alii vero prope Novaki v. Czabonna.

BŎLĔTĀNUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. I. L. 5. 8431 (Aquilejæ). — Est etiam ethnicon Hisp. Tarrac., sc. incola, ut videtur, opp. Boleti (Cf. Hübner, Corp. 2. p. 989). Corp. I. L. 2. 5843. et 5845.

BŎLINGÆ, ārum, m. plur. 1. (Βωλίγγαι) populus Indiæ. Plin. 6. Hist. nat. 20. 23. (77).

BOLĪTĀNUS, i, m. 2. ethnicon Afric. proc., ad oppidum Οὐώλ (Ptol.), ut videtur, pertinens. Paul. Med. vit. s. Ambros. 54. Murano - episcopo Bolitano. - Not. ep. proc. Afr. 28. Bonifatius Volitanus. — « Auxere oppidi famam martyres Bolitani, quorum in Kal. Carthag. mentio est ad d. XVI. Kal. Nov., quorumque in festo sermonem ab Augustino (Serm. 156. de verb. Ap.) habitum constat Carthagine in Basilica Gratiani ». Ita Morcelli in Afr. Chr. T. 1. p. 104. Cf. Halma Vict. Vit. p. 64.

BOLLĪA (Bolia), æ, m. 1. fluvius Pannoniæ, ad quem Suevi contra Gothos castra posuerunt. Jorn. Get. 54.

BOLONIA. V. BONONIA

BŎLUS, i, m. 2. (Βῶλος: a βῶλος, gleba) philosophus quidam Democriteus et scriptor, patria Mendesius. Colum. 7. 5. 17. Ægyptiæ gentis auctor memorabilis Bolus. et 11. 3. 53. Apud Ægyptiæ gentis Bolum Mendesium legimus. — Scripsit Chirocmeta (Χειρόκμητα), quæ « sub nomine Democriti falso produntur » ut ait idem Colum. ibid. (Χειρωνικὰ προβλήματα Mullach ad Democr. frg. p. 127. sq.). Cf. Plin. 24. Hist. nat. 17. 102. (160). et Suid. ad v. — Alios videsis in Corp. I. L. 6. 6059., 21939.

BOLVINNUS, i, m. 2. cogn. Martis Celt. Corp. I. L. 13. 2899 (sæc. II. exeunt.) AVG. SACR. MARTI BOLVINNO. Adde ibid. 2900. Uterque titulus rep. Bouhy (dép. Nièvre). V. Leblant, Inscr. chrét. de la Gaule (= Cavedoni, Bull. d. Inst. 1859. 191); Becker, Rhein. Jahrb. XLII. 99. et Allmer, Rev. épigr. 1895. n. 1141.

BOMBĪUS, ii, m. 2. nom. gent., in Africa. Corp. I. L. 14. 256. et 263 (in albo fabrum nav.). — Bombia, nom. mul. C. 8. 3027.

BŎMĬLCAR, ăris, m. 3. (Βομίλκας et Βοδμίλκας Polyb.), rectius Bodmelkart, quod nom. Punicæ originis « famulus v. puer Melkart » significare docet Schroeder (D. phönix. Spr. 100. sq.), de quo tamen valde dubitat P. Jensen in adn. Cf. Justin. loc. cit. — Primæ syllabæ quantitas patet ex Gr. voce apud Polyb. 3. 42.; cur autem « correpte, non producte, in obliquis casibus pronuncietur Bomilcar, ăris etc. », rationem reddit Prob. art. min. n. 542.

Bomilcar ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit rex Pœnorum, ita dictus « ob affectatam tyrannidem » ut ait Justin. 22. 7. — Hic dux Carthaginiensium in bello contra Agathoclem, tyrannum Siciliæ, ad hostem, victo collega Hannone, cum suis copiis transire conatus est, sed frustra; idcirco Carthaginienses eum captum, proditionis reum, in medio foro, ubi insignia honoris acceperat, patibulo suffixum interemerunt a. 308. a. Chr. Justin. loc. cit., coll. Diod. 20. 10. et 43. et 44 (Cf. Holm, Gesch. Sicil. II. 239. sq. et 250. sq. et Schubert, Gesch. d. Agath. 107. sq. et 153. sq.). — 2.°) Item pater Hannonis, quem Polyb. 3. 42. 6. regem Carthaginiensium, tacito nomine, appellat. Cf. Appian. I. 24., ubi tamen lectio incerta est. De eo Liv. 21. 27. — 3.°) Item pater Himilconis v. Maharbalis illius, qui post prœlium Cannense Hannibalem ad petendam statim Romam impulerat. Liv. 32. 51., coll. 21. 12. — 4.°) Item dux Pœnus, qui ad Hannibalem a. 215. auxiliaris cum copiis venit, Locros accessit seque in Bruttiis Hannoni conjunxit (Liv. 23. 41); postea vero, ut videtur, præfectus classis, ivit Syracusas a. 214., sed Romanos metuens rediit Carthaginem (Id. 24. 36. et 25. 25) ac deinde a. 212. rursus Syracusas adiit, at frustra cum Romanorum classe congressus inde recessit ac Tarentum petiit (Id. 25. 27., coll. Polyb. 9. 9. 11) ad arcendos illinc præsidii Romani commeatus, quod in arce Tarentina erat; sed « adsidendo diutius artiorem annonam sociis, quam hosti, faciebat; tandem majore gratia, quam venerat, classis dimissa est » (Id. 26. 20). — 5.°) Item amicus fidissimus Jugurthæ, cujus jussu Massivam, Masinissæ nepotem, per sicarios occidit a. 110.; verum postea in bello adversus Metellum Numidicum, dum regem prodere studet, re comperta, a Jugurtha a. 108. interemptus est. Sall. Jug. 35., 49., 61. et 70-72). ¶ 2. In titulis. Corp. I. L. 8. 9618. HIPPOCRATIS MEDICI BODMILKARIS F.

BOMILDUS, i, m. 2. nom. vir. Punicum. Corp. I. L. 8. 17289.

BOMĪTÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Syriæ in monte Amano situm, qui Syriam a Cilicia disterminat, nunc ignotum. Plin. 5. Hist. nat. 22. 18. (80).

BOMĪUM, ii, n. 2. oppidum Britanniæ II., ad mer.-occ. Iscæ Silurum (Caerleon on Usk), in Itin. Ant. p. 484, hodie fortasse Cowbridge.

BŎNA DĔA, æ, f. 1. (Ἀγαθὴ Θεά) nom. vel cogn. deæ cujusdam. — a) Scribitur etiam Bona dia in Inscr. (C. I. L.) 6. 70. et 10. 1548; Bona dea in Corp. I. L. 8. 10765. — Bonna, cum duplici n. in Inscr. Eph. epigr. VIII. 106. — Græce Βοναδίη (ἱερεὺς - Βοναδίης) legitur in Inscr. (= Inscr. Sic. et It. 1449) apud Oderici, Diss. et Adn. p. 177., quam lect. adprobavit Marini, Inscr. Alb. p. 180. et Winck. Mon. ined. p. 16.; refutavit Lobeck, Aglaoph. p. 1012.; defendit Garrucci, Segn. d. Lapid. p. 7.; confirmat Hey in Thes. L. L. II. 2071. — b) Declin.: Gen. Bonai deai in C. I. L. 6. 54 a et b ἀρχαϊκῶς et Bonæ deæ (Bone dee) C. I. L. 11. 47. 67. — Dat. Bonæ diæ et Bonæ deæ in C. I. L. 6. 30854. et 30855. — In vers. deæ Bonnæ in Inscr. Eph. epigr. VIII. 106 (V. Dessau, Inscr. sel. 3491. sqq.; Wissowa, Kult. p. 177. sqq. et Vagliari, Diz. epigr. I. 1012). — c) Etymon ducitur a Gr. antiquissimo hujus deæ nomine Δηώ, Ceres (rd. δαίω, præbeo epulum); unde Deona et Duona, deinde Bona (mater): Δηὼ μήτηρ seu Δημήτηρ: Bona Mater. Ita Visconti, Mon. d. Scip. p. 38. ed. Mediol.

Bona Dea videtur fuisse numen rusticum Italicum antiquissimum, a priscis Romanis cultum (Cic. Har. 5. 8. et 17. 37), dein vero similitudinis causa confusum cum Cerere vel Terra seu Maja (quæ Romanis sequioribus Bona Dea proprie fuisse videtur), vel cum Proserpina et etiam Venere (Caidia in Inscr. apud Orell. n. 1522). ¶ 1. Sine epithetis. — 1.°) In litteris. Macrob. 1. Sat. 12. « Auctor est Cornelius Labeo huic Majæ, id est Terræ, ædem Kal. Maj. dedicatam sub nomine Bonæ Deæ - Hanc eandem Bonam Faunamque et Opem et Fatuam pontificum libris indigitari. - Eandem alii Proserpinam credunt; - alii Χθονίαν Ἑκάτην, Bœoti Semelam credunt. Necnon eandem Fauni filiam dicunt. - Quidam Medeam putant, quod in æde ejus omne genus herbarum sit. Hæc apud Græcos ἡ θεὸς Γυναικεία dicitur, quam Varro Fauni filiam esse tradit adeo pudicam ut etc. » (V. integr. loc.). Sic Serv. ad Virg. 8. Æn. 314. « Hic Faunus habuisse filiam dicitur omnium castissimam et disciplinis omnibus eruditam, quam quidam, quod nomine dici prohibitum fuerat, Bonam Deam appellatam volunt ». Arnob. 1. p. 36. « Fenta Fauna, Fauni uxor, Bona Dea quæ dicitur (et 5. p. 168. Bona quæ dicitur Dea), sed in vini melior et laudabilior potu » h. e. bona sed melior in bibendo vino. Item Lact. 1. 22. « Faunus in Latio - Picum patrem inter deos honoravit et sororem suam (et in epit. 22. Fentam Faunam) eandemque conjugem consecravit; quam Gabius Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris. Eandem Varro scribit tantæ pudicitiæ fuisse ut nemo eam quoad vixerit præter virum suum mas viderit etc. ». et ibid. « Sex. Clodius in eo libro, quem græce scripsit, refert Fauni hanc uxorem fuisse, quæ quia contra morem decusque regium clam vini ollam ebiberat et ebria facta erat, virgis myrteis a viro usque ad mortem cæsa. Postea vero - divinum illi honorem detulisse; idcirco in sacris ejus obvolutam vini amphoram poni ». Sic Plut. in Cæs. 9. (cui Ἀγαθὴ eadem quæ Γυναικεία, coll. Cic. loc. cit. 19. sq. et 28. et quæst. Rom. 20) refert eam Phryges Midæ regis matrem putare; Romanos nympham Dryadem, Fauni uxorem, et Græcos unam de nutricibus Bacchi, quam nominare nefas sit. — Dea Cupra ab aliis creditur, quæ a Picenis et Umbris colebatur (V. CUPRA). — 2.°) In titulis. Corp. I. L. 11. 3303. 15. MVLSVM - MVLIERIBVS VICANIS AD BONAM DEAM - DEDIMVS. Adde 1735. et 12. 654., 5880. etc. ¶ 2. Cum epithetis. — a) De virtutibus et beneficiis: hinc dicta Restituta (Corp. 6. 67); Compos (71); Nutrix (74); Oclata sc. Oculata, (75); Agrestis (6. 66); Cereria (5. 761); Lucifera (6. 73); Hygia (3. 986) etc. — b) De locis (Cf. Momms., Corp. 6. p. 30855): Annaeanensis, i. e. domus Annæorum (6. 69); Quietana, i. e. domus Quieti cujusd.; Castrensis (30854); Galbilla - villic. horreorum Galbianorum (14. 3437); Arcensis triumphalis (Inscr. Eph. epigr. VIII. 188). — c) De dignitate: Bona Dea Sancta (C. I. L. 10. 5383); Augusta (11. 2996); Domina (6. 68); Cælestis (10. 4849); Felix (6.68); Pia (Orell. n. 1527); Sevina, i. e. veneranda (14. 3437). — d) Cum nominibus aliarum dearum: Corp. I. L. 11. 3243. BONAE DEAE REGINAE TRIVMPHALI. i. e. Isidi? et 3. 10400 (Pannon.) FORTVNAE CONSERVATRICI ET BONAE DEAE IVNONI. ¶ 3. De ejus cultu hæc traduntur: Bonæ Deæ sacra aliquando publica (Sueton. Cæs. 3); sed fere privatim in domo consulis vel prætoris plerumque vel etiam pontificis maximi, fiebant, ac dum per uxorem procurabantur, maritus et mares omnes domo egredi debebant (Cf. Macr. loc. cit., coll. Plut. loc. cit.); et ipsæ picturæ masculorum animalium contegebantur (Juvenal. 6. 340. et Senec. ep. 97); in iis tamen impudicitiæ flagitia patrabantur multa (Juvenal. 6. 318., Ovid. 3. Art. am. 637., Tibull. 1. 6. 22., Macrob. 1. Sat. 24. 12. et Lact. 3. 20). Hinc hæc sacra dicta mysteria, Cic. 5. Att. 21. et 6. ibid. 1. et 15. ibid. 25.; occulta, Har. 17. 37.; operta, Parad. 4. 32 (in operto, Ascon. Schol. Bob. et Senec. ep. 97); secreta, Juvenal. 6. 314 (ἱεροῖς ἀπορρήτοις Plut. Cic. 19). — Fortasse Bona Dea ab initio fuit dea Castitatis, cujus sacrificia fiebant a virginibus vel a matronis Romanis; sed postea in obscena transierunt. — Hujusmodi autem sacrificium institutum fuerat pro salute populi Romani, teste Cic. Har. loc. cit. « Quod sacrificium tam vetustum est quam etc. - fit per virgines Vestales, fit pro populo Romano, fit in ea domo, quæ est in imperio, fit incredibili cæremonia, fit ei deæ, cujus ne nomen quidem viros scire fas est ». — In his sacrificiis porca cædebatur (quia segetem, ut ait Macrob. 1. Sat. 12., quam Ceres mortalibus tribuit, porca depasta est) et vas cum vino inferebatur, mutatis tamen nominibus, ut vas ipsum mellarium, vinum lac appellaretur uti tradunt Macrob. loc. cit. et Juvenal. 2. 86., ubi Minervæ Quinquatria agi nonnulli interpretes haud recte putant, quæ in Albano celebrabantur, contrario ritu, collegio a Domitiano imp. instituto (Sueton. Domit. 4.). — Hujus deæ sacra erant in monte Aventino (Ovid. 5. Fast. 148) et quidem dedicata jam a Claudia Quinta Vestali Kal. Majis; quo firmatur Corn. Labeonis opinio de Maja, id est Terra, sub nomine Bonæ Deæ, a Romanis culta (Macrob. loc. cit.); alia porro ædes erat Romæ, constructa ab Hadriano imp. (Spartian. in vit. 19); item sacrarium Fundo T. Sextii Galli (Cic. Mil. 31. 86); item prope Ariciam sacellum (Ascon. ad Mil. p. 32. Or.). — Hinc sacerdotes et magistræ Bonæ Deæ (Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 42., Marini, Fr. Arv. p. 544. et Momms. n. 2588. C. I. L. 5. 759). — Collegium Bonæ Deæ apud eund. n. 4608 (C. I. L. 10. 4849). — De ea consulas E. Gerhard, Agath. u. Bona dea etc. Berl. 1847. p. 461. sqq.; Guidobaldi, Damia o Buona Dea ecc. Napoli 1865 (de qua cf. Bücheler, Rh. Mus. XXXIII. 71. sq. et XLIII. 562); Daremberg - Saglio, Dict. des antiqu. I. 725. sq.; Vagliari apud Ruggiero, Diz. epigr. I. 1012. sqq. et Peter in Roschers Myth. Lex. I. 789. sqq.

BŎNA diva. V. sub DIVUS.

BŎNA mansio (Bonamansio ŏnis, f. 3), oppidum Thraciæ. Itin. Burd. p. 567., coll. C. I. L. 3. p. 2085. Cf. Act. Alex. (ex Gr.) Bolland. Mai III. p. 197. Castrum quoddam Bonamasium nomine. — Castelli hujus ruinæ visuntur prope vicum hod. Vjetren Jireček.

BONIFACIUS. V. voc. seq.

BŎNĬFĀTĬUS, ii, m. 2. (bonum et fatum) Gr. Βονιφάτιος in ep. Anat. ad Leon. p. ep. 101. — Bonifatius, hieronica in Pseudomoneta reperitur, de quo Eckhel 8. p. 298. — Bonifacius ex pronuntiatione ortum, quæ rursus falsam originationem traxit, nunc bis legitur in titulo infimæ ætatis (Corp. I. L. 8. 898., et 9. 3512), in libris utraque scriptura pæne promiscue habetur (Cf. Heraeus, Sprache des Petronius p. 29). — Bonifa v. Bonifas per sync. in Inscr. apud De Rossi, Inscr. Chr. T. 1. p. 195. n. 446., ubi tamen Momms. pro Bonifæ legeret Bonitæ. — Ratione metri alterutram syllabam produxisse videtur Sidon. carm. 9. 279. V. etiam epitaphia infra posita.

Bonifatius, nom. christ. non ante sæc. IV. repertum, persæpe ecclesiasticis inditum, raro hominibus inferioris ordinis, et quidem frequentissime occurrit (Gudeman). ¶ 1. Apud scriptores memoratu digni: — 1°.) Ex pontificibus Rom. — a) Bonifatius I., pontifex maximus post Zosimum, a. 418-422., a populo et presbyteris electus (Prosp. in Chron., coll. De Rossi, Rom. sott. I. p. 113), vir sanctitate illustris, cujus electionem turbarunt quidam ex clero, qui Eulalium archidiaconum ad pontificatum evehere conati sunt. Huic porro Honorius imp., a malignis subornatus, præsertim a Symmacho, præf. urbis, initio favit; sed brevi admonitus, quomodo se res haberet, utrumque Ravennam accivit, ubi concilium episcoporum ex Gallia, Italia et Africa coegit, ut de gravissimo negotio deliberaretur (Labb., Conc. t. II. p. 1582); sed Eulalius Romam confugit ibique seditionem excitavit; quapropter Honorius iratus turbulentum hominem urbe depelli jussit firmavitque in pontificio solio Bonifatium; quod tunc primum factum est, ut civilis potestas in hujusmodi electionem se ingereret, aliquando necessitate, uti tunc, coacta, sed, ut plurimum, intrusa ac perpetua dein perniciosissimarum dissensionum causa. Prosp. chron. I. 486., Marcellin. chron. II. 74. et 420., Ennod. opusc. 109. p. 321., Reg. Pont. ed. Kaltenbrunner p. 52-54 (Cf. etiam Bar. et Pagi ad a. 418., Muratori, Ann. an. eod. et Symm. in Actuar. epist. apud eund. Murat.). — Obiit a. 422. post ann. III. et m. VIII. et in Lib. Pont. m. IV., fortasse a tempore, quo ab omnibus recognitus fuit, sepultusque est in cœmeterio s. Felicitatis m., cum triplici inscr., quarum prima hæc est: « Atria magnifici sunt membris plena sepultis Sedis Apostolicæ Bonifaci, præsulis almi », succedente Cælestino. — Exstant novem epp. hujus sancti pontificis (Constant, epp. rr. Pontif. apud Migne, 6. L. XX. 749. 599), ex quibus alia ad ejus vitam illustrandam colligi possunt. — De eo cf. Duchesne, Lib. Pont. I. (1886) 227-229. et Langen, Gesch. d. Röm. Kirch. I. 768-793. — b) Bonifatius II., patria Romanus sed origine Gothus, in pontificem R. electus post Felicem III. a. 530-532., sed ab eodem, celebri edito decreto, in successorem suum designatus (V. Amelli, Spic. Casin. I. [1888] 179-180. et Momms. in Neues Archiv. f. ält. deutsch. Gesch. XI. 1886), cui factiosi quidam, ab Athalarico vel potius ab Amalasuntha adjuti, Dioscorum in basilica Vaticana consecratum eodem, quo legitimus, die opposuerunt, paullo post vita functum; unde schisma ortum est, quod ita brevi desiit. — Obiit a. 532. ejusque epitaphium legitur in Carm. epigr. 1374. 3. « Membra beata senex Bonifatius hic sua clausit ». De eo Cassiod. 9. Var. 15. 3. et Vict. Tonn. chron. II. p. 199. et 538, coll. Chantrel, Hist. pop. d. Pap. V. et Herzog, Real-Encycl. Leipz. 1897. — Exstant ejus epp. apud Migne, Patr. LXV. 31. sqq. — c) Bonifatius III., Romanus, in Sabiniani locum successit a. 606-607., antea sub Gregorio M. apocrysiarius seu nuncius, qui nunc dicitur, ad Phocam missus ut contra Langobardos opem ab eo peteret (Paul. Diac. 4. Hist. Lang. 7), duo notatu digna gessisse traditur, nempe concilium (cujus Acta deperdita sunt) Romæ habuisse, ubi sub anathematis pœna decretum est, ne quis viventi seu pontifici seu episcopo successorem designare auderet; et, quod Gregorius M. impetrare non potuit, ut œcumenici titulum dimitterent, quem sibi arrogabant patriarchæ Constantinopolitani, id obtinuit Bonifatius per Phocam imp., qui, decreto evulgato, vetuit, quo minus Cyriacus tunc episcopus ejusque successores patriarchas œcumenicos se vocarent (Lib. Pont. ad Bonif. III., coll. Le Quien, Oriens Chr. I. 13. et Constant, Hist. d. Pap. II. 82). — Obiit post octo menses a. 607. — d) Bonifatius IV., o. s. B., præcedentis successor, a. 608-615., Valeriæ in Bruttiis natus, a Phoca imp., quamvis pessimo, obtinuit ut Pantheon, a M. Vipsanio Agrippa, genero Augusti imp., exstructum in honorem Jovis et Cybeles, matris deorum omnium, quorum singulorum effigies continebat, a. 25. a. Chr., ab Hadriano dein ac Septimio Severo instauratum et a barbaris vastatum, in templum christianum converteretur, Virgini Mariæ Sanctisque omnibus sacrum, nunc s. Mariæ ad Martyres appellatum. Præterea synodum Romæ collegit a. 610. (Labb., Conc. V. 1618), ubi de rebus ad Ecclesiam Anglicam pertinentibus

actum est. — Ei adjudicantur aliquot epistolæ, quæ amplius non exstant, itemque tract. *de arte Alchemiæ, de prærogativa Petri, Parænesis ad Scholos* et *Doctrina Fidei*, quæ omnino spuria esse inter recentiores convenit. — Obiit a. 615., quem excepit Adeodatus (*Lib. Pont.* in *Bonif. IV.* ed. *Duchesne I.* 317. et *Paul. Diac.* 4. *Hist. Lang.* 37., coll. *Herzog, R. E.* Leipz. 1897). — 2.°) Ex episcopis, presbyteris, diaconibus, præcipue Africanis, apud *Optat.* 2. 4. p. 38. et 39., *Augustin. ep.* 77., 78 (*in tit.*), 98., 143. *sæpe* et *Leo M. ep.* 90., 93. et 98., *Avell. p.* 297., *Vict. Tonn. chron. II. p.* 197. et 198.; *Not. episc.* (octo diversi notantur), *Vict. Vit.* 1. 19. et *alib.*, *Ps. Vict. Vit.* pass. 7., *Greg. M. ep.* 1., 3., 5 (ubi varios clericos memorat: vd. ind. *Mon. Germ. II*). etc. Ex his eminet, inter martyres, Bonifatius, antea Winfridus, natus Kirton a. 683., monachus, primus archiep. Moguntiæ, vir celeberrimus sanctitate et doctrina, jam a Gregorio II. missus ad Alamannos in fide christiana erudiendos, apud quos varios episcopatus constituit, concilia habuit multaque alia mirabilia gessit et dignitates obiit, dum ad Moguntinam sedem ascendit (a. 745-755), a Zacharia confirmatus ac Pipini regis favore suffultus; unde tamen postea recedens Ultrajectum se recepit, ubi euangelicum apostoli munus constanter pergens in odium fidei a. 755. occisus fuit ab idololatris, qui mox in sacrilegii vindictam a Pipini militibus gladiis confossi omnes perierunt (*Willibald, Vit. s. Bonif.* ed. *Jaffé* Berl. 1866. *Bibl. rer. germ. III. p.* 422-471). — Plura scripsit, stilo duriore et barbarico, sed sapientiæ sale condita, ut sunt aliquot epistolæ (*s. Bonif. et ad eum scriptæ CLVI*), editæ cum *notis a N. Serario*, Mogunt. 1605. et 1629. 4. in *Bibl. Patr. max. XIII.* et apud *Migne. LXXXIX.* ord. chr. disp. et ill. *Würdtwein* (*V.* infra), plusquam XV. orationes sacræ; liber scholasticus *de VIII. partibus orationis* ed. Mai ex codd. Palat. 1746 (*in class. auct. VII. p.* 475. *sqq.*) « simpliciter et sine ulla reconditioris doctrinæ specie, sicut usus discentium requirebat » exaratus (*Keil, de gramm. inf. æt.* 1868); nonnulla poetica a *Wilmanns* in lucem edita (*Mus. Rhen. XXIII. p.* 403-405), ut de ænigmatis acrostichis (385 hexametr.), fortasse ad a. 745. pertinentibus (*C. P. Bock in Archiv. diœc.* Friburg. p. 221-272. 1868); *vita s. Livini*, quam tamen spuriam esse docent recentiores. Quæ exstant, omnia in ed. *Giles*, Lond. 1844. et in *Patr. Mign. LXXXIX.* p. 598-891. Cf. *Hist. lit. de la France IV.* p. 92-120., *I. P. Müller, Bonif.* etc. Amsterd. 1869. et *Oelsner, Ann.* etc. *p.* 28-41., 166. *sqq.* et 489. *sqq.* Lips. 1871. — 3.°) Ex aliis cœtibus — *a*) Bonifatius tribunus ac dein comes Africæ, vir præclarissimus, in bello strenuus, doctrinæ ac virtutum studio deditus. De eo *Jorn. Rom.* 330., *Sidon. carm.* 9. 279., *Cassiod. chron. II.* 156. 1214., *Prosp. chron. I. p.* 469., *Augustin. ep.* 220., 222., 224., 229. et 230. — In Hispania contra Vandalos profectus, quum se a Castino, collega suo, male habitum vidisset, a. 422. in Africam trajecit, ubi ob recte facta magnam apud Honorium imp. gratiam ac beneficia sibi comparavit. — Amicitiam quoque cum Augustino iniit, cui, uxore amissa, se monachorum statum amplexurum promisit; sed ab illo inductus ad christianam vitam in mundo agendam, quo Ecclesiæ melius prodesse posset, Arianam duxit uxorem aliaque perpetravit tam mala ut ab eod. Augustino vehementer reprehenderetur atque adeo a fidelium communione arceretur. Ad bonam tamen frugem reversus, postquam Vandalos iterum aggressus profligavit, in alia incidit mala; nam, ut assolet, ab invidis, potissimum Ætii operâ, affectatæ tyrannidis (a. 427) accusatus et hostis publicus appellatus, in causa fuit, cur Africa a barbaris teterrime devastaretur; hinc contra eum exercitus missi sunt, a quibus ut se defenderet, Vandalos Genserici in Africam ab Hispania arcessivit. Quum vero dein cum imperatore pacem composuisset, fuit, commisso prœlio, a barbaris victus pulsusque; mox ab æmulo Ætio bello lacessitus victor exstitit, sed, vulnere accepto, paucos post menses a. 433. inimico ignoscens occubuit (Cf. præter *Jornand. Get.*, *Procop. Bell. Vand.* 1. 3. et *Olympiod.* in *Hist. Byz. T.* 1. in *Eclog. Hist. p.* 14. et *Inscr.* apud *Maffei Mus. Ver.* 165). — De nummo ei tributo V. *Eckhel*, 8. *p.* 293. *sq.* — Plures sunt epistolæ ad Augustinum sub ejus nomine, sed spuriæ (*Migne L. XXXIII.* 1095. et *Seeck* in *PW.* 3. 699). De eo videsis etiam *Momms., Chron. min. I.* 201., 469. et 658. et *II.* 20., 76. et *Papencordt, Gesch. d. Vand. Herrsch.* etc. 54. — *b*) Bonifatius grammaticus. *Corp. I. L.* 6. 9446.: palatinus, qui « hactenus, in officio urbano militavit » *Symm.* 10. *ep.* 43.: primicerius notariorum (*Dionys. Exig. ep. d. pasch.* 2): vir magnificus Africæ (*Greg. M. ep.* 4.) etc. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 8. 398. et 898.; 9. 3512. etc. — *Bonifatia*, nom. mul. *C.* 5. 6197 (*Mediolani*). et 13518., *Inscr. Chr. Hisp.* 330.; *alia* in *Not. degli scavi* 1888. *p.* 637. et 1893. *p.* 311 (*Syracusis*). — *C. I. L.* 8. 8651. Vonifatia.

BŎNĪPORTUS, locus in merid. Cretæ insulæ ora prope Thalassam seu Lasæam. *Vulg. Act.* 27. 8 (ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς Λιμένας, ᾧ ἐγγὺς ἦν πόλις Λασαία).

BŎNĬTĀS, atis, f. 3. cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 8519. et mul. *C.* 2810., 13419. etc.

BŎNĪTUS, i, m. 2. (Secunda producitur in *Carm. epigr.* 1429. 9. « carmen ferale Boniti ») nom. vir. *Treb. XXX. tyr.* 10. Bonitus et Celsus, stipatores Gallieni. Adde *Ammian.* 15. 5. 33. — In titulis. *Carm. epigr. l. c.* et *Corp. I. L.* 15. 1680. — *Bonita*, nom. mul. *C.* 3. 2248 (*Salonis*). *C.* 6. 2906. Bonitta.

BONNA, æ, f. 1. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est oppidum Germaniæ inf., ad Rhenum, hodie *Bonn* (Cf. *Corp.* 13. 2. 2. *p.* 537). *Tac.* 4. *Hist.* 19. et 4. *ibid.* 25., *Flor. epit.* 4. 12. 26 (ubi alii leg. *Borma*)., *Rav. p.* 227. et *Tab. Peut.* 3., coll. *Ptol.* 2. 9. 8. Βόννα. — Hinc *Bonnensis*, ad Bonnam pertinens. *Tac.* 4. *Hist.* 20. Bonnensia castra. *et ibid.* prœlium. — 2.°) Item *Bonna* (*dea*). V. hanc voc. ¶ 2. In titulis nom. mul. (nisi est *Bona*) *Corp. I. L.* 13. 179 (*Aquit.*).

BONNENSIS. *V.* voc. præc.

BŎNŎMĀGUS, i, m. 2. oppidum in Gallia Narbonensi. *Rav. p.* 289. — *Tab. Peut.* 3. Senomagus (*inter Acunum et Arausionem*).

BŎNŌNIA, æ, f. 1. (Βονωνία) nom. geogr. et person. ¶ 1. Est nomen oppidorum Celt. — 1.°) Fuit oppidum in provincia Æmilia (*Tac.* 2. *Hist.* 53)., septimi circuli (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. [218])., octavæ regionis Italiæ, primum dicta *Felsina*, dein *Bononia*, unde hod. *Bologna* (Cf. *Bormann, Corp.* 11. *p.* 130. *sqq.*). — In titulis domus indicatur per compendia: *Bon.*, *Bono.*, *Bonon.* — Etymon incertum: *V.* tamen infra. — Memoratur *Martial.* 3. 59. 1. Bononia culta. *et* 6. 85. 5. Funde tuo lacrimas orbata Bononia Rufo. *Liv.* 39. 2. (*C. Flaminius cos.*) viam a Bononia perduxit Aretium. *Rav. p.* 272. Bononia civitas. — Ejus origo obscura est et mythicis fabulis obvoluta. *Schol. Virg.* 10. *Æn.* 179. et 198., coll. *Strab.* 5. 219., Tarcontem Etruscum perhibet oppidi conditorem (Cf. *G. De Sanctis, Stor. d. Roman. I* [1907] *p.* 436.) At *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 198. de *Bononia* hæc habet: « *Celsenam* pro *Felsinam* quidam vocatam tradunt et conditam ab Aucno v. Ocno dicunt. - Hunc Ocnum alii Aulestis filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit, referunt: et ne cum fratre contenderet, in agro Gallico Felsinam, quæ nunc Bononia dicitur, condidisse ». Hanc vero ætate Villanoviana valde prosperam fuisse veteres testantur (V. *De Sanctis, loc. cit. p.* 154. *sq.*). Cf. *Sil. It.* 8. 599. « Ocni prisca domus parvique Bononia Rheni ». — Hinc colligitur Etruscos, qui, Appennino transmisso, in valle Padana sedes fixerunt, novam Etruriam statuentes, *superiorem* dictam, Bononiæ originem dedisse (Cf. *Polyb.* 2. 17., *Diod.* 14. 113. et *Müller-Deeke I. p.* 125. *sqq.*), non Umbros, quibus ab Appennino, longius se protendentibus inter hunc et Padum, id alii tribuendum esse haud recte censuerint. Certum namque illud est, Plinii temporibus Bononiam ad hanc Etruriam pertinuisse, cujus caput dicitur ab *eod.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (115). « Bononia, Felsina vocitata, cum princeps Etruriæ esset (*sc.* alterius) ». Nec inter historicos convenit, unde duo nomina, *Felsina* nempe et *Bononia*, oriantur; sed plerique arbitrantur hoc alterum derivandum esse a Gallis Boiis, qui, Etruscis pulsis, potiti sint regione inter fluvios Lavinium et Rhenum (*Savena* et *Reno*) parvum dictum (*Sil. It. l. c.*), ut a Rheno Galliæ et Germaniæ magno distinguatur. — Deinde Romani (a. 196. a. Chr.) in suam potestatem oppidum redegerunt, a quibus septennio post deducta fuit colonia Latina (*Liv.* 37. 47. et 57), agro de Boiis capto (*Vellej.* 1. 15) a. U. C. 565., ex quo *Bononia* appellari cœpisse videtur; postea, civitate Romana donata, tribui *Lemoniæ* adscripta est (*Inscr.* apud *Orelli n.* 446. et 621., coll. *n.* 3076. et *Kubitschek, Imp. rom. trib. discr.* 95). — In civili bello partibus Antonii studuit, qui in ejus viciniis cum Lepido et Octaviano de partiendis rei publ. Rom. regionibus consilium habuit. Sed, Antonio jam devicto, Bononia paruit Augusto, a quo et novis colonis aucta est (hinc dict. *parens*, *sc. colon.*, in *C. I. L.* 11. 720) et sumptuosis ædificiis, templis, thermis, fortasse et amphiteatro, ubi a. 69. p. Chr. C. Fabius « Valens spectaculum gladiatorum edere » paravit (*Tac.* 2. *Hist.* 67. et 71); eam vero antea, a. 53., incendio fere deletam Claudius imp. restauraverat. — Tempore Langobardorum, modo fuit iis subjecta, modo Ravennati hexarchæ, modo etiam ad Decapolim pertinuit, ex iis civitatibus constitutam, quæ Græcis obnoxiæ erant (*Paul. Disc.* 6. *Hist. Lang.* 49. 54., coll. *Procop. B. Goth.* 3. 11). — Fuit patria inter alios C. Rusticelli (*Cic. Brut.* 46. 169), T. Fullonii (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (159)., L. Terentii *ibid.* 49. 50. (163)., L. Pomponii (*Vellej.* 2. 9). — De ea ejusque antiquis monumentis consulas *Savioli* in *Ann. Bologn.*; *Gozzadini, Stud. arch.-top. sulla città di Bol.* in *Atti d. dep. di st. patr. d. Romagn.* 1868.; *Not. degli scavi* 1877-1896. et *Brizio, Not. d. scavi* 1896. *p.* 260.; *C. I. L.* 11. 695. de Isidis templo.; *Inscriptt.* in *C. I. L.* 11. 693-815., coll. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 262. — 2.°) Item oppidum Galliæ, antea Gessoriacum, hodie *Boulogne - sur - mer* (Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I. p.* 485. *sq.*). *Tab. Peut.* 2. Gesogiaco, quod nunc Bononia. Adde *Cod. Theod.* 11. 16. 5 (a. 343), *Eutrop.* 9. 21., *Ammian.* 20. 1. 3.; 27. 8. 6., *Paneg.* 7. 5. *p.* 163. — *Not. Gall.* 6. 12. *chron. I. p.* 592. Civitas Bononiensium (*in uno cod. sæc. X.* additur: quam nunc Boloniam vocant). — 3.°) Item castellum in Pannonia sup., antea *Malata* dictum, hodie *Banostor* (Cf. *Momms., Corp.* 3. *p.* 421). *Itin. Ant. p.* 243., *Ammian.* 21. 9. 6. et *Not. Dign. occ.* 32. — 4.°) Item castellum in Mœsia sup., hodie *Vidin* (*Bodun, Bodin*). *Itin. Ant. p.* 219., *Opt. Porph. carm.* 6. 26. et *Not. Dign. or.* 42. ¶ 2. Est etiam nom. gent. mul., a *Bononia*, urbe aliqua, fortasse factum. *V.* BONONIUS.

BŎNŌNIENSIS, e, adject. ad Bononiam aliquam spectans. ¶ 1. Est ad Bononiam Italiæ pertinens. *Cic. Brut.* 46. 169. C. Rusticelius Bononiensis. *Catull.* 59. 1. Bononiensis Rufa Rufulum fellat. *Liv.* 39. 2. Bononiensis ager. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 36. 66. (161). amnis (*sc.* Rhenus). *Tac.* 12. *Ann.* 58. colonia. — *Bononienses*, incolæ. *Sueton. Aug.* 17. Bononiensibus - gratiam fecit conjurandi. ¶ 2. Item ad Bononiam Galliæ. *Paneg.* 7. 5. *p.* 163. Qui (*exercitus*) Bononiensis oppidi litus insederat. — *Bononienses*, incolæ. *Not. Gall.* 6. 12. *chron. I. p.* 592. Civitas Bononiensium.

BŎNŌNIUS, ii, m. 2. nom. gent. a *Bononia* aliqua dictum. *Corp. I. L.* 6. 13626.; 13. 1833. — *Bononia*, nom. mul. *C.* 6. 34689.; 11. 837 (*Mutinæ, periit*).

BŎNŌSUS, i, m. 2. cogn., præcipue christ., a *bonus*, ut videtur, ductum, addita terminatione, quæ augendi vim habet, in Lapidibus præsertim Africanis frequens (Cf. *Cavedoni* in *Opusc. Mod. ser.* 2. *t. I. p.* 12). ¶ 1. In litteris — 1.°) Bonosus tyrannus, domo Hispaniensis, origine Britannus, Galla tamen matre, rhetoris filius. *Vopisc. quatt. tyr.* 14. — Parvulus patrem amisit atque a matre fortissima educatus litterarum nihil didicit: militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites: duxit ordines: tribunatus egit: dux limitis Rætici

fuit: bibit quantum hominum nemo: de hoc Aureliianus sæpe dicebat: *non ut vivat, natus est, sed ut bibat;* quem quidem diu in honore habuit causa militiæ. Quum olim in Rheno Romanas lusorias Germani incendissent, timore ne pœnas daret, sumpsit imperium (*Colon. Agripp.* a. 280) idque diutius tenuit, quam merebatur; nam, longo gravique certamine a Probo superatus, laqueo vitam finivit (a. 281). Ita *Vopisc. ibid.* 14. et 15., coll. *Prob.* 18. *Eutrop.* 9. 17. et *Oros.* 7. *Hist.* 24. — 2.°) Item magister equitum a. 347. sub Constantio imp. *Cod. Theod.* 5. 4. 1. — 3.°) Item vir præsidialis « optimus et post militiam Palatinam geminæ administrationis integritate conspicuus » teste *Symm.* 4. *ep.* 70, et 5. 76. — 4.°) Item auctor carminis *Anthol.* 280. — 5.°) Item episcopus Sardicensis in Dacia, non Naissitanus, hæreticus, immo hæreticorum caput, qui Christi deitatem ac Mariæ virginitatem negabat, damnatus in synhodo Capuana a. 389. — Ab eo dicti hæretici *Bonosiaci* (rarius *Bonosiani*), apud *Isid.* 8. *Orig.* 5. 52. « Bonosiaci (Bonosiani *Otto*) a Bonoso quodam episcopo exorti produntur, qui Christum filium Dei adoptivum, non proprium, asserunt. *Gennad. vir. ill.* 14. Photinianos, qui nunc Bonosiaci dicuntur. *Alc. Avit. ep.* 31. *p.* 62. Bonosiacorum pestis. *Greg. M. ep.* 11. Bonosiaci et Catafrigæ. — In sing. num. *Conc. Aur.* a. 538. *p.* 83. Bonosiacus vel cujuslibet alterius hæresis sacerdos. — 6.°) Item doctissimus vir quidam, de sententia Elpidii ariani, una cum Jasone memoratus *Augustin. ep.* 242. An Bonosus hæreticus? — 7.°) Item monachus insignis, quem summopere laudat *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Chr. 381. et in *ep.* 3. *ad Rufin.* et *ep.* 7. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 2677., *Inscr. Notiz. degli scavi*, 1890. *p.* 172 (*Concordiæ*). — *Bonosa*, cogn. mul. *Corp. I. L.* 6. 2499. et *Inscr. Jahreshefte d. œsterr. arch. Inst.* 6. 1903. *Beibl. p.* 59. — *Corp. I. L.* 6. 2682. Bonossa.

BŎNUS, i, m. 2. (Βόνος et Βῶνος) cogn. vir. ¶ 1. De hominibus: *Capitolin. Aur.* 1. Rupilius Bonus consularis. *Nep. Phoc.* 1. Phocion - cognomine Bonus est appellatus. Adde *Corp. I. L.* 6. 2761. — Nom. sing. *Cod. Inst.* 6. 40. 1. a. 241. — *Bona*, cogn. mul. *Corp. I. L.* 8. 869. Adde *Caldon.* in *ep.* ad *Cypr.* 24., de muliere christiana extorri in persecutione a fide, pro qua pacem petit. *et Greg. M. ep.* 9. — Præn. *Corp. I. L.* 5. 8516 (*Polæ*). — Signum. *C.* 8. 12937. ¶ 2. De diis: cogn. vel epith. quarundam divinitatum, puta *Casus, Eventus, Fortunæ, Mentis, Spei, Valetudinis* etc., de quibus *V.* suo loco.

BŎŌPIS, idis, f. 3. (Βοῶπις: a βοός, *bos*, et ὄψ, *oculus*) cogn. seu epitheton Junonis, bovinis, i. e. magnis iisque perpulcris, oculis præditæ et græce usurpatum *Cic.* 2. *Att.* 9. et *alib.* de Clodia, quam Clodius jure eandem et sororem et uxorem appellare poterat, sicut Juno erat Jovis et soror et conjux. Alii tamen (*Münscher*) non proprium sed commune habent. Cf. *Varr.* 2. *R. R.* 5., ubi latine *Boopin* (acc).

BŎOSCŒTĒ, es, f. 1. oppidum Bithyniæ, alio nomine *Helgas* et *Germanicopolis*, nunc *Ermenek*, apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (143).

BŎŌTĒS, æ et is, m. 1. et 3. (Βοώτης) nom. — *a*) Nomin. *Bootes* passim, inde a *Cic. Arat.* 394. — *Bootis* apud *Schol. Arat. p.* 104 (*Bootes* G). — Gen. *Bootæ* est *Cic. Arat.* 100 (*Booti* ap. *Prisc. gramm. II.* 247), *Ovid. ars am.* 2. 55., *Lucan.* 2. 722., *Martial.* 4. 3. 5., et *Bootis* in *Carm. poet. min. V.* 63. 44., *Avien. Arat.* 723. et *orb.* 188., *Hygin.* 3. *Astr.* 24. et *Isid.* 3. *Orig.* 70. 9. — Dat. *Booti* apud *Cic.* 2. *Nat. D.* 42. 110. — Acc. *Booten* apud *Catull.* 66. 67., *Ovid.* 8. *Met.* 206., *Lucan.* 10. 289., *Val. Fl.* 7. 456. — *Bootem* est *Hieronym.* in *Am.* 5. 8. et *Schol. Arat. p.* 104 (*pro nom.*), 107., 9., 197. — Voc. *Boote* apud *Ovid.* 2. *Met.* 176 (*Bootes* opt. codd.). — Abl. *Boote* est *Plin.* 18. *Hist. nat.* 24. 56. (202). et *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 516. — *b*) Etymon ducit *Forcellin.* ab eo quod vox sit ἀπὸ τοῦ βόας ἐᾶν, *boves* aut *plaustrum agere*: vel a βοάω, ut sit *vociferans*; sed utrumque minus recte, quum vox Græca, a qua derivatur, βοώτης v. βούτης, sit, sine aspiratione, a βοῦς, *bos*, communi terminatione addita, et significet *bubulcus* v. *pastor boum*, ut apud *Æsch.* et *Eurip.* — Est autem nom. astron. et person.

I.) Bootes, nom. astron., est sidus (*i. q.* Arctophylax) vel stella (*i. q.* Arcturus). Sic *Gloss. III.* 241. 39. ὁ ἀρκτοφύλαξ, ὁ βοώτης, *bootes.* — 1.°) Sejunctim igitur — *a*) Est sidus: *Cic. Arat. frg.* 16. 1. Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes, quod quasi temoni adjunctam præ se quatit Arctum (Cf. *Arat.* 91). Adde *Ovid.* 3. *Fast.* 405., *Manil.* 1. 316., *Avien. Arat.* 257., *Martial.* 4. 3. 5. *Virg.* 1. *G.* 229. Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes (*Serv.* ad *l.* verno scilicet tempore, tunc enim Bootes occidit). *Hieronym.* in *Is.* 13. 10. Orionem - qui ab aliis appellatur Bootes. — Hodie sidus hoc cœli borealis compositum dicitur ex CXL stellis, quarum præcipua Arcturus. — *b*) Item stella: *Ampel.* 3. 1. Bootes, idem Arcturus. *Prob. Virg.* 1. *G.* 227-229. Bootes est stella in arctophylacis, ut plerique putant, balteo, ut alii, judicant, in humero, dicta a bubus. *Serv. Virg.* ad 1. *G.* 67. Arcturus - idem Arctofylax (*sic*) - idem Bootes. Adde *Isid.* 3. *Orig.* 59. 2. *Gloss. V.* 601. 41. Stella juxta septentrion(em). — Sideris fabula: *Mythogr. II. fab.* 61. « Receptus - in cœlum cum plaustro Icarus; plaustrum septentrio vel arctos, ipse Bootes vel Arctophylax est vocatus. Cf. *Hygin.* 3. *Astr.* 4. et *Schol. Stat. Theb.* 5. 655. De hoc tamen *V.* ARCTOPHYLAX in *Lexico*. — Poetæ sæpius lato sensu ad regiones septentrionales significandas utuntur. — *c*) Cometem esse hariolantur *Gloss. IV.* 693. 4. Bootis stella comis. *et* 212. 34. Septentrionalis stella comis. *et* 593. 37. Stellæ sunt circa septentrionem quasi comam haben(te)s. — 2.°) Cum aliis astris. *Cic. Arat.* 394. Cum procedunt - Chelæ, exsistet pariter larga cum luce Bootes, Cujus in adverso est Arcturus corpore fixus. *Arat. frg.* 18. 1. sub pedibus profertur (*Virgo*) finita Booti. — Epitheta: (Cf. *Hom. Od.* 5. 272. ὀψὲ δύοντα Βοώτην) *Q. Cic. carm. frg.* 20. Bootes serus. *Catull.* 66. 67. tardus. *Ovid.* 3. *Fast.* 405. piger. *Gætul. carm. frg.* 3. 8. Lycaonius. *Manil.* 5. 20. memor - plaustri. *Germ.* 718. vicinus terris. *Senec. Ag.* 60. cæruleis immunis aquis. *et Med.* 315. senex. *Lucan.* 2. 732. flexus. *et* 3. 252. velox. *Val. Fl.* 2. 68. Actæus. *et* 7. 457. extremus (*i. e.* qui ultimus occidit). *Martial.* 4. 3. 5. Hyperboreus. *et* 8. 21. 3. placidus. *Avien. Arat.* 1308. ingens. *et* 1212. gelidus. *Claudian. rapt. Pros.* 3. 225. iratus. — Ceterum *V.* ARCTOPHYLAX et BOOTES in *Lexico*.

II.) Est etiam cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 15416. CLAVDIAE EVTYCHIAE ET BOOTI PARENTIBVS - FECIT TI. CL. BOOTES.

BŎOZ, indecl. m. Hebr. *Bŏʿaz* « in eo robur » vel sec. *Gesen.* « agilis, alacer, vivax »; *LXX.* Βοόζ. Scribitur etiam *Boos* (Βοός) in *Lib. geneal. chron. I. p.* 178. et *Boox* 1. *Par.* 2. 11. et 12. in cod. *Amiat.* — Prima corripitur ex lege communi et ex Gr. voc. *Prudent. Ham.* 786. « Fulcra Booz meruit (*Ruth*) etc. » ubi *Boos* (genet.) habet cod. *Put.*; hebraice tamen longa est.

Booz ¶ 1. Fuit de tribu Juda, maritus Ruth. Memoratur *Ruth* 4. 18-20.; 1. *Par.* 2. 3-11 et *Matth.* 1. 5. — Vixit ætate Judicum (*Ruth* 1. 1) et quidem ejus initio, si Rahab, ejus mater (*Matth. l. c.*), ut certum videtur (V. *Maldonat* in *Matth. l. c.*) est meretrix Jericuntina, de qua mentio est *Jos.* 2. 3-21. — Filius Salmon et consanguineus Elimelech Bethlehemitæ, potens et magnarum opum, fuit unus ex majoribus Christi secundum carnem ex Obed, quem ex Ruth Moabitide suscepit, quique genuit Jesse seu Isai, patrem Davidis (*Ruth* 4. 4. 21-22). — Quæres qui fieri possit, ut inter Salmonem et Davidem non nisi tres viri numerentur, quum constet CCCLXVI. annos intercessisse: sed vel aliquot majorum nomina hic, ut alibi, omissa sunt, vel, quod incredibile non est, quattuor viri totum illud temporis spatium æquarunt; fieri enim potuit, ut prolem in senectute susceperint, eo magis, quod illo ævo vita erat diuturnior. *V.* RUTH. ¶ 2. Item una ex duabus columnis (*ʿammûdîm*), quas posuit Salomon ad ornatum templi (3. *Reg.* 7. 21. et 1. *Par.* 3. 17), aheneis, XVIII. cub. alt. et III. cub. crass.; quarum quæ a dextra, *Yākîn* « (Deus) firmet v. roboret »; quæ vero a læva, *Bŏʿaz* « in eo robur », ita dicta ab architecto vel datore (Cf. *Mühlau* et *Volck, Gesen. hebr. Handw.* 1878. *p.* 121), non autem una continua, uti vult *Perrot* (*Hist. de l'art IV. p.* 314), sed duplici dictione (Cf. *Jud.* 6. 24)., nec, ut probabilius videtur, in vestibulo templi (quod non postulant verba *le 'ulām*: 1 (3). *Reg.* 7. 21), ita ut aliquid supportarent, sed ante vestibulum, obeliscorum more (Cf. *Ezech.* 40. 48-49 (V. *De Saulcy, Hist. de l'art. jud.* 1864., *plan du Templ. d. Salom.* K. L. et *Bartolini, Sull' ant. Temp. d. Salom.* etc. 1868. *pl. III*).

BOPĪENNUS. *V.* BORIENNUS.

BOPLO, indecl. mons Liguriæ, in finibus Genuatium, hodie *Monte Bastia* (V. *Banchero, La Tavola di bronzo etc. Tav.* 11. ad *p.* 52). *Sent. Minuc.* (*Corp. I. L.* 5. 7749) 18.

BŌRA, æ, m. 1. ¶ 1. Est mons Macedoniæ. *Liv.* 45. 29. - *Vib. Seq. p.* 155. Boreas Dyrrachi. ¶ 2. Item nom. propr. *Corp. I. L.* 13. 5728 (*Andematunni: periit*).

BŌRAX, ācis, m. 3. nom. canis Actæonis, apud *Hygin. fab.* 181., fortasse pro *Vorax*.

BORBĒTŎMĀGUS vel

BORBĪTŎMĀGUS, i, m. 2. oppidum v. civitas Vangionum in Germania super., ad Rhenum, olim *Wormitzmagen*, hodie *Worms* (Cf. *Corp.* 13. 2. *p.* 187); *Ptol.* Βορβητόμαγος. Memoratur *Ammian.* 15. 11., *Not. Dign. occ.* 41., *Cod. Theod.* 13. 6. 8., *Itin. Anton. p.* 355. — *Tab. Peut.* 3. Borgetomagus. Cf. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orelli n.* 5236.

BORBŎRĬĀNI, ōrum, m. plur. 2. vel

BORBŎRĪTÆ, ārum, 1. hæretici ex Gnosticorum secta vel universim omnes Gnostici: a βόρβορος, *cœnum*, dicti, quasi cœnosi, propter nimiam mysteriorum, quæ celebrabant, turpitudinem, teste *Prosp.* in *Chron.* ad a. 138. et *Augustin. hær.* 6. Adde *Hieronym.* 2. in ep. ad *Gal.* c. 3. et *Gennad. dogm.* 52. — Contra hos lata est lex a Theodosio in *Cod. Theod.* 16. 5. 65 (a. 428). — Adjectivorum more: *Priscill. tract.* 1. *p.* 23. Borboritæ hæresis.

BORCANI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Incolæ oppidi Italiæ in reg. II. (Samnii v. Apuliæ). *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105). ¶ 2. Item fluvius Sardiniæ. *Ravenn. p.* 412.

BORCOVĪCIUM v. Borrovicium, ii, n. 2. oppidum in Britannia Romana (*Valentia*) ad vallum Hadriani, hodie *Borwick* (al. *Housesteads*) in *Not. Dign. occ.* 40. et *Corp. I. L.* 7. *p.* 122. — Fortasse idem ac Velurtion apud *Rav. p.* 423.

BŎRĒA, æ, f. 1. ¶ 1. Est civitas Arabiæ Felicis. *Rav. p.* 57. ¶ 2. Item *Borea Canti* (servus) in *Corp. I. L.* 2. 4963. 1.

BŎRĔAS, æ, m. 1. Βορέας (*Borras*, Βορρᾶς).

I.) Est nom. venti, qui et aquilo dicitur, proximus a septentr. orientem versus, tam apud eos, qui octo quam qui duodecim ventos esse arbitrantur, de cujus forma et etymo *V.* BOREAS in *Lexico*, ubi ut nom. commune exponitur. ¶ 1. Stricto sensu, ventus, de quo *V.* dicta in *Lexico*. ¶ 2. Latiore sensu, regio venti terrena et cœlestis (*i. e.* polus, axis), regio cœli septentrionalis, septentriones. — 1.°) Proprie. — *a*) Generatim. *Hieronym. tract. in Ps.* 106. Orientem, occidentem, meridiem et boream, hoc est quattuor climata mundi. *Virg.* 3. *G.* 278. in Boream Caurumque. Adde *Ovid.* 13. *Met.* 727., *Manil.* 4. 646., *Lucan.* 7. 364., *Stat.* 3. *Theb.* 288. Rursus *Virg.* 1. *G.* 370. Boreæ de parte trucis. *Manil.* 1. 314. Proxima - Arctos Boreamque rigentem etc. *Avien. Arat.* 966. manus extima (*Andromedæ*) desuper acri Subrigitur Boreæ. *Lucan.* 8. 818. quidquid - regnorum in Borea jacet. *Oros.* 1. *Hist.* 2. 57. (*Macedonia habet*) a Borea Thraciam. — *Ital. Jos.* 19. 14 (*Lugd.*). Transivit fines super Borram (τὰ ὅρια βορρᾶ. *Vulg.* ad Aquilonem). — *b*) Speciatim de terris septentr. *Claudian.* 3. 29. (*Aeus Honorii*) Boreæ vastator et Austri. *Prisc. perieg.* 40. Boreæ gens. Adde *Sidon. carm.* 2. et 222. et *Anthol.* 469. 4. — *Paulin. Nol. carm.* 17. 245. plaga tota Borræ. — 2.°) Translate v. spirituali sensu. *Comm. instr.* 2. 1. 38. Rex - iniquus - in partem Boreæ refu-

git (*apol.* 981). *Hieronym.* in *Agg.* 1. 5-6. Pallium, de multiplicis sapientiæ sensibus verbisque contextum, non sinit - dilectionis calorem Borea flante frigescere. — *Prudent. psych.* 847. sive algida Borræ Ætas decrepitam vocet ad - sacra senectam.

II.) Est nom. pers., *sc.* ¶ 1. Deus venti, Astræi filius, Thrax, famosus ob raptam Erechthei, regis Atheniensis, filiam Orithyiam, ut tradit *Eus.* apud *Hieronym.* in *Chron.*, coll. *Herod.* 7. 189., ubi narrat etiam fanum Boreæ ad Ilissum fluvium exstructum eumque honoribus divinis cultum fuisse ab Atheniensibus. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5945. — De Hyacintho puero a Borea adamato vd. *Mythogr. I. fab.* 26. et 27., coll. 117. ¶ 2. Item cogn. vir. *Corp. I. L.* 3. 14216 (*in Dacia*). — Etiam cogn. mul. *C.* 2. 3013. — *Spartian.* in *Æl. Ver.* 5. refert, Verum cursoribus suis ventorum nomina aliquando imposuisse, Boream alium, alium Notum etc. — Sic quasi personæ inditum fuisse cani Actæonis tradit *Hygin. fab.* 181 (Cf. BORAX).

BORESTI, ōrum, m. plur. 2. populus Britanniæ Rom. *Tac. Agr.* 38. Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 490.

BŎRĒUM. *V.* **BORION.**

BORGODI, ōrum, m. plur. 2. populus Arabiæ, memoratus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (148).

BŎRĬON, ĭi, n. 2. (Βόρειον: a *Boriæ* seu *Boreæ*, qua ventus est) ¶ 1. Est ostium Danuvii fluvii, Gr. Βόρειον στόμα, a plaga boreali, ad quam spectat, appellatum, *Borionstoma* etiam dictum unica voce, hodie *Kilia*. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 24. (79). et *Solin.* 13 (similiter *Ammian.* 22. 8. 45). — Scribitur etiam *Boreum* v. *Boreon*. ¶ 2. Item promontorium et fluvius in finibus Scythiæ. *Oros.* 1. *Hist.* 2. 47., ubi *Boreum* alii leg. ¶ 3. Item promontorium Cyrenaicæ, hodie *Ras Tejunes*. *Mela* 1. 37. (*Syrtidos*) promunturium est Borion. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (28). Promunturium, quod majorem (*Syrtim*) includit, Borion appellatur (Βόρειον ἄκρον). *Solin.* 27. Borion promontorium, quod aquilone cæditur etc. Adde *Ammian.* 22. 15. 2. et *Isid.* 14. *Orig.* 7. 7. ¶ 4. Item vicus in Africa (Βόρειον κώμη). *Itin. Ant. p.* 66. Boreo.

BŎRĬUS v. Boreus, a, um. *V.* **BOREUS** in *Lexico*.

BORMA. *V.* **BONNA.**

BORMĀNI (Bormanni), ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Oppidum Galliæ Narbon. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36). ¶ 2. Item Liguriæ. *Itin. Ant. p.* 295.

BORMĀNĬCUS, i, m. 2. nomen dei in titulis Hisp. *Corp. I. L.* 2. 2402. et 5558. Cf. voc. seq.

BORMĀNUS et Bormana, dii Celtici, salutarium aquarum, ut videtur, præsides. *Corp. I. L.* 12. 1561 (*prope deam Vocontior.*). et 494 (*Aquis Sextiis*).

BORMĬÆ Aquæ, siccativæ et salutares podagræ sanandæ creditæ (*Cassiod.* 10. *Var.* 29), apud aquas Statielias, fortasse ita dictæ a *Bormia* fluvio, hodie *Bormida* in provincia *Monferrato*.

BORMO, ōnis, m. 3. deus Celt., Apollini similis, fortasse idem ac Borvo. *Corp. I. L.* 13. 2805 (*Bourbon - Lancy prope Augustodunum, sæc. I.*). — Hinc dictæ videntur *Aquæ Bormonis* in *Tab. Peut.* 2. Cf. *Corp.* 13. 1. *p.* 430. et **BORMIÆ AQUÆ.**

BORON, i, n. 2. ¶ 1. Est oppidum Liguriæ. *Tab. Peut.* 4. et *Rav. p.* 269 (*Guid. p.* 475. Biron). ¶ 2. Item oppidum Ægypti in mediterraneo situm. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (178).

BORROVICIUM. *V.* **BORCOVICIUM.**

BORSIP(P)A, æ, f. 1. urbs Babyloni proxima, habitata a Chaldæis, Ass. *Bor-sip*, h. e. turris linguarum (*Oppert, Étud. assyr.* in *Journal Asiat.* 1857. *t. X. p.* 220); serius *Bar-Sab*, h. e. altare fractum (*Lenormant, Lang. primit. de la Chald.* 1875. *p.* 355); sed signum ideograph., quod dicitur, in scriptura Assyr. sonat: « urbs dispersionis tribuum » (*Oppert, op. cit. p.* 503); Gr. Βόρσιππα; Arab. *Burs* et Talm. *Bursif* (*Neubauer, Géogr. du Talm.* 346). Memoratur *Justin.* 12. 13. 4. In Borsipam urbem trans Euphraten, desertam olim, concessit. — *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 152. Reversus est ad Borsippum (*sic*). — Celebris est Inscriptio Borsippæ, varie explicata, ubi Nabuchodonosor narrat se turrim Babelicam dirutam exædificasse (*Oppert, op. cit. p.* 192-193), ibi turrim seu pyramidem erigendo deo Nebo consecratam; hæc enim urbs præ ceteris religione eminebat (*V. Vigouroux, La Bibl. et les découv. etc. I.* 347. *sqq.* et *alib.*). — Hinc *Borsip(p)enses*, incolæ. *Cassiod. op. cit.* 151. In Borsippensium (Borsipensium *pars codd.*) civitate. *V.* etiam **BABYLON.**

BORSIPPENSES. *V.* voc. præc.

BORSO v. Boreus, i, m. 2. nom. vir. *Corp. I. L.* 13. 268 (*Aquit., periit*).

BORTĪNA, æ, f. 1. (Βουρτίνα *Ptol.*) oppidum Hispaniæ Tarraconensis inter Oscam et Cæsaraugustam, prope *Almudevar*, ut videtur. *Itin. Ant. p.* 451 (V. *Guerra, Discorso á Saavedra* 88).

BORVO, ōnis, m. 3. cogn. dei Celtici, Apollini similis. *Corp. I. L.* 13. 5911 (*Bourbonne-les-Bains*) DEO APOLLINI BORBONI ET DAMONAE. Item *ibid.* 2806 (*Bourbon-Lancy*) BORVONI ET DAMONAE. — Hinc videntur fuisse thermarum dii apud Sequanos et Æduos; unde et nom. *Bourbon* (it. *Borbone*) quidam deducunt. Cf. **BORMO.**

BŎRYSTHĔNĒS, is, m. 3. (Βορυσθένης) nom. geogr. et pers. — *a)* Orthogr.: *Borustenes* in *Corp. I. L.* 14. 3608. 24. — *Borystenes, Borist(h)enes* passim in libr. — *b)* Declin.: Acc. *Borysthenen* in *Corp. I. L.* 14. 3608. 24. et fere in libr. (*Borysthenem* editur: *Curt.* 6. 2. 13). — *c)* Prosod.: Quantitas syllabarum patet ex *Prisc. periheg.* 303. « Hic ubi descendit porrecta Borysthenis unda ». *et Ovid.* 4. *Pont.* 10. 53. « Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes ». Cf. etiam vox Græca (*Herod.* 4. 71). — *d)* Etymon in lingua Scythica, quæ origine Chaldæa censetur, ducunt quidam a v. *borith*, nom. unguenti ex herba ad corpus lavandum Hebræis usitati, et *tan'sth* « macula » quasi fluvius ad eluendas maculas aptus; sacer enim erat Scythis, cujus ad ripam fanum deæ Opi dicaverant (V. *Nickhes, de libr. Esth. I. p.* 212). At *Müllenhoff* a zd. *vouru-stāna* ob latitudinem, v. *barezsāna* ex betullarum copia deducit.

I.) Borysthenes, nom. geogr. ¶ 1. Est maximus fluvius Scythiæ sive Sarmatiæ Europææ, in Pontum Euxinum influens, dein vocatus *Danapris*, nunc *Dniepr*. Memoratur *Mel.* 2. 6. « Borysthenes gentem sui nominis alluit inter Scythiæ amnes amœnissimus: turbidis aliis, liquidissimus defluit, placidior quam ceteri, potarique pulcherrimus. Alit lætissima pabula magnosque pisces etc. ». Adde *Senec.* 4. *quæst. nat.* 2. 20., *Gell.* 8. 4. 9., *Symm. or.* 2. 24., *Jornand. Get.* 44. *Ammian.* 22. 8. 40. (*Borysthenes*) primigeniis fontibus copiosus. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 4. 29. (52)., æstatis temporibus cæruleus fertur, quamquam omnium aquarum tenuissimus. Rursus *Mela* 2. 98. longe venit ignotisque ortus e fontibus quadraginta dierum iter alveo stringit: tantoque spatio navigabilis *etc.* At *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (82). « fontes habet apud Neuros » in hodierna *Moscovia*, qua relicta, *Poloniam* ingreditur, dein *Volhiniam* inferiorem et in Pontum Euxinum se exonerat (*Vitr.* 8. 2) prope *Oczacoviam*, quæ aliis Olbia et Borysthenes etiam dicta fuit (*Mel.* 2. 1. 6). — In fabulis Borysthenes filiam habuit, ex cujus concubitu Juppiter filium suscepit *Targitaum* nomine (*Herod.* 4. 5). ¶ 2. Item civitas in marginibus fluvii memorosis, ut ait *Ammian.* 22. 8. 40. Adde *Capell.* 6. *p.* 214., *Mel.* 2. 1. 6., *Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 1372. — Hinc *Borysthenitæ* (Βορυσθενῖται *Herod.*), incolæ. *Macrob.* 1. *Sat.* 11. 33. ¶ 3. Item lacus, apud *Capell. loc. cit.* « Fluvius, lacus, oppidum, sub uno cuncta nomine ».

II.) Borysthenes, nom. (cogn.) vir. — *a)* vigil: *Corp. I. L.* 6. 1056. 3. 73 (*a.* 205). — *b)* gladiator: *Corp. I. L.* 6. 631. 5 (*a.* 177). — Ex similitudine, nom. equi Hadriani imp. *Carm. epigr.* 1522. 1 (= *Corp.* 12. 1122. *periit*) « Boristhenes Alanus, Cæsareus veredus, Per æquor et paludes Et tumulos Etruscos Volare qui solebat etc. » Cf. *Dio* 69. 10. 3.

BŎRYSTĔNĬDÆ, ārum (-es, um), m. plur. 1. accolæ Borysthenis: pro populo longinquo *Propert.* 2. 7. 18. meruit mea gloria nomen, Gloria ad hibernos lata Borysthenidas.

BŎRYSTHĔNIS, idis, f. (Βορυσθενίς) oppidum ad ostium Borysthenis fluvii situm, quod distinguitur ab Olbiapoli. *Mel.* 2. 6. (*Borysthenes*) navigabilis secundum Borysthenida (*al.* Borysthenidam) et Olbiam, Græca oppida. *Jornand. Get.* 32. Oppidis - Borysthenide, Olbia etc. - *Rav. p.* 183. *inter civitates Bosphorianas*: Boristenida, Olbiapolis etc. — Adjectivorum more usurpavit *Calvus* apud *Val. Prob. gramm. I. p.* 1394. *K.* « Frigida jam celeri pergrata Borysthenis ora ».

BŎRYSTHĔNĪTÆ, ārum. *V.* **BORYSTHENES.**

BŎRYSTHĔNIUS, a, am, adject. ad Borysthenem fluvium pertinens. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 53. Cum - Borysthenio liquidissimus amne Dryaspes. *Avien. orb.* 448. Borysthenii vis - fluminis. Adde *ibid.* 721.

BŌSA, æ, f. 1. (Βῶσα v. Βόσα) ¶ 1. Est oppidum Sardiniæ, hodie item *Bosa* vel *s. Pietro di Bosa*, in *Itin. Anton. p.* 83. — Hinc *Bosenses*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (85)., sed falsa lectio. — Huc etiam fortasse pertinet *Bosanus*, adject. in *Inscr. Ephem. epigr. VIII.* 227. ¶ 2. Item oppidum Africæ in provincia proconsulari, de qua ita *Morcelli* in *Afr. Chr. I. p.* 106. « *Bosa*, quæ et *Vosa* et *Bossa*. - Numidiæ proxima ». *Conc. Const.* a. 510 (*Mansi* 8. 398). « Episcopus - civitatis Bosaæ provinciæ proc. ». *V.* tamen **BOSETH.**

BŌSĀNUS, a, um, et

BŌSENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

BŌSES, indecl. (Hebr. *Bôtsets* « splendens », *LXX.* Βαζές) nom. scopuli seu rupis. *Vulg.* 1. *Reg.* 14. 4. Erant autem inter ascensus, per quos nitebatur Jonathas transire ad stationem Philisthinorum, eminentes petræ ex utraque parte - nomen uni Boses et nomen alteri Sene: unus scopulus prominens ad aquilonem ex adverso Machmas (hodie *Mukhmas*), alter ad meridiem contra Gabaa (hodie *Djeba*). — *Conder* (*Pal. Expl. Fund, Quarterly Stat.* 1881. *p.* 252) vult esse nunc *El-Hosn*, rupem ad septentr. *uadi Sueinit*, quæ etymologiæ Hebraicæ respondet ob colorem ex radiis solis fulgentem (*Tent, Work in Pal.* Londr. 1889. *p.* 256).

BOSFŎRUS et deriv. *V.* **BOSPORUS.**

BOSO, ōnis, m. 3. nom. vir. Germ. *Greg. Tur. vit. patr.* 19. 4. Boso diaconus. Adde *Venant. carm.* 7. 22. *tit.*

BŌSOR, indecl. (Hebr. *Betzer* « domus Zaræ, i. e. Lunæ »; *Tzarah* enim est Luna, a *Tzir*, Sol; *LXX.* Βοσόρ) nom. geograph. et person.

I.) Bosor, nom. geogr., *sc.* oppidorum, quæ alii ad unum redigunt (*De-Vit*); alii duo (*Keil, Mühlau, Otto*), tria alii (*Legendre, Conder*) fuisse arbitrantur, quos sequimur postremos. — Est igitur Bosor ¶ 1. Oppidum, refugii dictum, cum aliis duobus (*sc.* Ramoth Galaad et Golan) trans Jordanem; hoc autem pro Rubenitis a Moyse statutum, vel, secundum alios, Levitis, filiis Merari, adsignatum sed ad tribum Ruben pertinens, situm ad orient. Jordanis. *Vulg. Deut.* 4. 43. « Bosor in solitudine, quæ sita in terra campestri (ἐν τῇ ἐρήμῳ) », quod oppidum idem esse cum *Bosra Moab* putamus, de quo *Jer.* 48. 24. Non est tamen confundendum cum *Bostra*, metropoli Arabiæ, ut apud *Euseb.* et *Hieronym.* (*Onom. sacr.* Götting. 1870. *p.* 102. et 232); probabilius, hodie, *Kesur el-Becheir*. Cf. *Armstrong, Wilson* et *Conder, Names and places in the Old and New Test.* Londr. 1889. *p.* 3. ¶ 2. Item oppidum (Βοσσόρ *Cod. Alex.*) pariter ad orient. Jordanis in Galaaditide, memoratum cum Barasa, Alimis aliisque *Vulg.* 1. *Mach.* 5. 26. et 36., fortasse nunc *Busr el-Hariri* ad merid. extr. *Ledjah*. At *Keil* (in *Josua* Leipz. 1874. *p.* 103) et *Mühlau* (in *Riehms Handw. d. Bibl. Altert.* Leipz. 1894. *I.* 198) censent hoc idem esse ac præcedens. Verum illud obstat hoc fuisse in Galaad (1. *Mach.* 5. 25) et quidem ubi erant oppida, quæ cum eo ibi memorantur, quod quidem in præcedens minime quadraret (V. *Legendre, B. V. I.* 1858). — Sunt qui putent in *Mach. loc. cit.* v. 26. « in Barasa et in Bosor » verba *et in Bosor* putidum esse glossema, vel unum idemque habendum *Barasa* et *Bosor*. At idem exhibent *LXX.* « εἰς Βοσόρρα καὶ Βόσορ »; nec tam facile glossema admittendum, nisi evidenter probetur. Viderint tamen eruditi. ¶ 3. Item aliud oppidum in Galaad, captum eversumque a Juda Mach. (1. *Mach.* 5. 28). Cf. *Patrizi* (*De cons. libr. Mach.* Rom. 1856.

p. 276) vult esse idem ac Bosor ad tribum Ruben pertinens; at contextus id vetat, ex quo potius cum *Barasa* idem esse arguerís, vel cum veteri *Bosra* Auranitidis, Græcis atque Romanis frequentato.

II.) Bosor, m. nom. vir. ¶ 1. Fuit pater Balaami, proprie *Be'or* (a rd. *ba'ar* « exarsit ») Gr. Βεώρ, apud *Vulg. Num.* 22. 5.; sed 2. *Petr.* 2. 15. legitur *Bosor* (Gr. Βοσόρ), quod non repugnare demonstratur ex more Græcorum, qui litt. Hebr. ע mutant in σ. Sic etiam *Hieronym. nom. Hebr. p.* 72. ¶ 2. Item unus ex filiis Supha, memoratus *Vulg.* 1. *Par*, 7. 37.

BOSPŎRĀNUS (Bosphoranus, Bosporianus et Bosforianus), a um, adject. ad Bosporum pertinens. — *a)* De Bosporo Cimmerio. *Pomp. Trog. prol.* 37. 6. Regum Bosporanorum et Colchorum. *Val. Max.* 7. 6. 6. Bosporanus tractus. *Tac.* 12. *Ann.* 63. bellum. — *b)* De Bosporo Thracio (*i. e.* Byzantino). *Sidon.* 8. *ep.* 9. 5. v. 48. partibus arma Bosphoranis - surgere. *Not. Dign. or.* 38. Cohors Bosporiana. — Hinc absolute *Bosporanus* (Βοσποράνός) et *Bosporani*. — 1.º) De incolis Bospori Cimmerii. *Tac.* 12. *Ann.* 15. Mithridates Bosphoranus. — Plur. *Cic. Manil.* 4. 9. Bosporanis, finitimis suis (*Mithridatis*). Adde *Tac.* 12. *Ann.* 16. — *Ala Bosporanorum* (V. *Ruggiero, Diz. epigr. I.* 1019). *Corp. I. L.* 10. 1258.

BOSPŎRĒUS (Bosporius) et

BOSPŎRĪNUS et

BOSPŎRĪTANUS, a, um, adj. *V.* voc. seq.

BOSPŎRUS et Bosphorus, i, m. 2. (Βόσπορος) nom. geogr. et person. — *a)* Orthogr.: *Bosphorus* (*Bosforus*) in libr. usitatior. Cf. *Fleckeisen, Jahrb. Phil.* 99 (1869), 656. et 101 (1871). 468. et *Brandis, de aspir. latin. p.* 7., *de inscript. v. p.* 2144. 63. *sqq.* — *b)* Decl. (Cf. *Neue-Wagener I.*[3] 201): Nomin. in -os apud *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 49., *Lucan.* 5. 436., *al.* — Acc. in -on apud *Lucan.* 8. 175., *Val. Fl.* 4. 419., *Flor.* 3. 5. 25., *al.* — Etiam neutr. gen. *Bosphoron* (-*um*) apud *Jul. Hon. rec.* A 28. *p.* 40. — Femininum adhibetur *Sulpic. Sever. dial.* 1. 26. « Bosporus exclusa ». — *c)* Etymol.: Vox composita est ex Gr. βοῦς, *bos*, et πόρος, *transitus*; hinc *Ammian.* 22. 8. 13. « Βόσπορος enim græce est trajectus bovis ». *et Solin.* 23. « A bovis transitu vel angustiis etiam meatibus boum perviis, Bosporos ». Adde *Varr.* 2. *R. R.* 1. 8. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 1. 1. (2). — *Gloss.* Βόσπορος, transitus maris, transitus Ponti in Asia [stella vespertina vd. sub **PHOSPHORUS**]. Est igitur proprie *vadum boum* ob transitûs angustias.

I.) Bosporus, nom. geogr. ¶ 1. Est universim fretum seu angustæ maris fauces. — 1.º) Generatim. — *a)* Latiore sensu. — α) Proprie. *Ammian.* 20. 9. 1. Bosphori fretum. *Id.* 27. 4. 10. Oppida - in Bosporo sita., *Horat.* 2. *Od.* 13. 14., *al.* Vox tamen plerumque ad specialia refertur. — β) Translate. *Vulg. Abd.* 20. Transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est. *Hieronym.* in *h. l. p.* 383. « de ipsa Jerusalem - translati - in Sapharad, quod nos « in Bosphorum » vertimus ». *Ibid. infra* « Nos ab Hebræo, qui nos - erudivit, didicimus bosphorum sic (*sc.* Spharad, ספרד) vocari ». (Sed cf. quæ seq.) — *b)* Strictiore sensu, poetice, pro longinquo et periculoso freto. *Horat.* 3. *Od.* 20. 14. visam gementis litora Bospori Syrtisque - Hyperboreosque campos (Cf. *eund.* 2. *ibid.* 13. 14). et 3. *ibid.* 4. 30. « insanientem navita Bosporum temptabo et - arenas litoris Assyrii - visam Britannos etc. ». Sunt tamen qui 2. *Od.* 20. 14. intelligant de Bosporo Thracio. *et* 3. *ibid.* 4. 30. de Bosporo Cimmerio. — 2.º) Speciatim. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 102. (*Io*) transiit - per mare angustum, quod Bosphoron appellatum est, nunc Hellespontum nominatur. *V.* IO. — Præcipui sunt *Bosporus Cimmerius* et *Bosporus Thracius* (*Threicius*): prior transitus est a palude Mæotide ad Pontum Euxinum, dictus a Cimmeriis populis ibi accolentibus, qui hinc *Bosporani* vocantur, hodie *Vospero* (*Wospor*) v. *Stretto di Kertch* v. *Bocca di S. Giovanni*; posterior, a Ponto Euxino in mare Ionium, hodie *Bosforo* o *Stretto di Costantinopoli*, unde item *Bosporani*, qui circa accolunt, populi. De his *Mela* 1. 20. Ubi primum se artat (*mare*), Hellespontus vocatur: Propontis, ubi expandit. Ubi iterum pressit, Thracius Bosphorus. Ubi iterum effundit, Pontus Euxinus. Qua paludi committitur, Cimmerius Bosphorus. *Varr.* 2. *R. R.* 1.8. Bosporus, unus Thracius, alter Cimmerius. Adde *Plin.* 2. *Hist. nat.* 90. 92. (205)., *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 49., *Lucan.* 5. 436., *Eutrop.* 6. 6. ¶ 2. Est etiam oppidum et regio ad Bosporum Cimmerium: oppidum (hod. *Kertch*). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (78). Panticapæum, aliqui Bosporum vocant. *Eutrop.* 7. 9. Omnes Ponti maritimas civitates, in his nobilissimas Bospori. Bosphorum et Panticapæum. ¶ 3. Item regnum Bospori. *Cic. Mur.* 16. 34. Cum - ille (*Mithridates*) - Bosporum confugisset. *Bell. Alex.* 78. 2. Rex Bosphori. *Justin.* 38. 7. 10. Regna - Colchos, Paphlagoniam, Bosphorum etc. Adde *Tac.* 12. *Ann.* 15., *Liv. epit.* 98. 101., *Petron.* 123. 242. et *Prosp.* 3. 11. 68. — Regum Bosphoranorum duplex fuit dynastia, sc. *Archæanactidarum*, teste *Diod.* 12. 31. et *Leuconidarum*; quibus tertia quoque additur *Aspurgitanorum*, regum barbarorum. Porro regnum, in quod constituta est regio, quæ circa Bosphorum Cimmerium est et Paludem Mæotidem (*Justin.* 38. 7. *fin.*), comprehendebat olim Chersonesum Tauricam (*la Crimea*) et quicquid occid. et austr. parti Mæoticæ paludis adjacet; dein etiam Pontum, Paphlagoniam aliasque finitimas regiones (*Strab.* 7. 4. et 11. 2). — Hoc autem in potestatem Romanorum venit, qui per Pompejum Mithridatem, regem Ponti, ultimo devicerant (a. 63); deinde per Cæsarem etiam Pharnacem, regem Bosphori et post per Agrippam sub Augusto, qui Pontum et Bosphorum uni concessit, Polemoni I., quod iterum sejunctum a Ponto subjacuit novæ dynastiæ sub rege Sauromate I. usque ad a. 335., quo a Constantino M. exstinctum est (*Tac.* 12. *Ann.* 15., *Oros.* 6. *Hist.* 21., coll. *Dion.* 54. 24. et *Eckhel* 2. *p.* 262-382). — Hinc deriv. *Bosporanus* (V. suo loco). — *Bosporensis* (*Bosphorensis*), adj. ad Bosporum pertinens. *Patr. Nic.* 2. 217. — Plur. incolæ. *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 19. — *Bosporeus* (*Bosphorius*), *a, um*, adject. (Βοσπόριος) idem ac Bosporanus. *Ovid.* 2. *Trist.* 298. Ionio Bosphorioque mari (*i. e.* Byzantino). *Sidon. carm.* 2. 55. trunca reportat Bosphoreis elefas inglorius ora tributis. — *Bosphorium jugum*, alio sensu, fortasse quod a bovibus fertur, apud *Prudent. cath.* 5. 147. — Substant. *Bosphorius, ii* — *a)* Nom. vir. *Conc. Const.* 4. 586 (*Mansi* 6. 972). — *b)* Byzantinorum lingua Junius mensis. *Gloss. V.* 171. 3. — *Bosporicus, a, um*, adject. (Βοσπορικός). *Gell.* 17. 8. 16. Mare Bosporicum, quod Cimmerium appellatur. — *Bosporinus, a, um*, adject. *Chron. Alex. chron. I. p.* 98. Bosporina provincia. — Ex adj. subst. *Bosforitanus, i*, Byzantinus. *Chron. Gall. chron. I. p.* 650.

II.) Bosporus, nom. et cogn. *Corp. I. L.* 3. 14406., 29875,; 9. 6082. 17. etc.

BOSRA, æ, f. 1. (Hebr. *Botzrāh* « ovile v. arx seu locus munitus » a rd. *bātzar* « retinuit, reddidit impervium v. inaccessum »; *LXX.* Βοσόρρα) nom. trium oppidorum. ¶ 1. Est oppidum Idumææ (*Encycl. bibl. I. p.* 602. Bozra. et [*Benzinger*] Bosor). *Vulg. Gen.* 36. 33. Regnavit - Jobab filius Zaræ de Bosra. *Is.* 63. 1. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? *i. e.* Messias, indutus purpura regia (Bosræ enim vestes eo colore magnifice tingebantur), vel veste proprio sanguine rubefacta, victor de Idumæis, a quibus repræsentantur Dei et Messiæ hostes acerrimi (Cf. *Venant. in laud. Mar.* 167). Adde *eund.* 34. 6., 1. *Par.* 1. 44., *Jer.* 49. 13. *Ps. Rufin.* in *Am.* 1. 12. Populum - Esau, qui Bosra vocabulo habuerat metropolim civitatem. — Locum *Mich.* 2. 12. Hebr. « quasi gregem de Bosra » recentiores haud pauci de hac urbe interpretantur; at interpretes omnes antiquiores Septuag., Vulg., Syr. Chald., Aquila et Symmach. hic *Bosra* non proprium nom. sed commune agnoverunt, quod, spectato etiam membro, uti ajunt, parallelo « quasi pecus in medio caularum », facile evincitur. — Hodie videtur esse *El-Butzēirēh* (demin. *Bosræ*) vel *Beszeyra* sec. *Burckhardt* (*Favels in Syr. and the Holy Land*, Londr. 1822. *p.* 407). ¶ 2. Item oppidum refugii (*Be'astharah*, LXX. Βοσορά, Cod. Alex. Βεεσθαρά), Levitis adsignatum in dimidia tribu Manasse orient. *Vulg. Jos.* 21. 27. In catalogo parall. 1. *Par.* 6. 71. legitur *Astharoth* (Hebr. *'Asthārōth*, LXX. 'Ασηρώθ, et Cod. Alex. Ραμώθ), hodie *Tell el - As'ari* vel *Tell 'Astara* (*Armstrong, Wilson et Conder, Nam. and plac.* etc. 1889. *p.* 18. et 26). *V.* **ASTHAROTH.** — Sunt qui secuti *Reland* volunt hanc *Bosram* (ut et præc. apud *Gesen.* sed falso: cf. *Legendre* in *D. B. V.*) eandem esse cum *Bosra* Auranitidis, quam Græci et Romani *Bostra* appellavere, sub Trajano reædificata dictâque *Nova Bostra*, quasi *Nova Be'esterah*, ab Arabibus contracta in *Bosra*: ita *Wetzstein* (*Reisebericht über Hauran* etc. Berlin 1860. *p.* 108-111); sed etymologiæ nimium negotii facessit hujusmodi mutatio *Be'esterath* in *Botzrah*, quæ grammaticæ legibus omnino repugnat. Ceterum rem in medio relinquimus remittimusque doctoribus definiendam. ¶ 3. Item oppidum Moab (Hebr. *Bôtzrāh*, LXX. Βοσόρ), memoratum *Jer.* 48. 24., idem quod *Bosor* tribus Ruben (*V.* **BOSOR** 1).

BOSTAR, ăris, m. 3. (Βώσταρος, Βώστωρ *Polyb.*; Οὐοδόστωρ v. Βοδόστωρ *Diod.*) nom. Punicum, quo *servus Astartis* significatur (*P. Schroeder, Die Phönix. Spr.* 93), de qua tamen interpretatione dubitat *P. Jensen*. — Secunda corripitur non solum in recto, ut apud *Sil. It.* 3. 649., sed etiam in obliquis, ut tradit *Prisc. gramm. II.* 222. 4.

Bostar ¶ 1. Fuit præfectus Sagunti, vir « non ad cetera ingenia Punica callidus » ut ait *Liv.* 22. 22., coll. *Polyb.* 3. 98. ¶ 2. Item legatus Pœnorum ad Philippum, regem Macedoniæ, an. 215. a. Chr., missus ab Hannibale sed interceptus in itinere a Valerio Flacco (*Liv.* 23. 34. et a. 211), defensor Capuæ contra Romanos (*Id.* 26. 5. et 12). ¶ 3. Item vir Sardus, patria Norensis, veneno a M. Æmilio Scauro necatus. *Cic. Scaur. frg.* 8. Bostarem igitur quemdam Norensem, fugientem e Sardinia Scauri adventum. *Quintil.* 7. 2. 10. Ut Cicero pro Scauro circa mortem Bostaris in matrem avertens crimen facit. ¶ 4. Item vir quidam apud *Sil. It.* 3. 6. et 649. « citus æquore Bostar Vela dare - jubetur ». Fortasse est nomen a poeta confictum.

BOSTRA, æ, f. 1. (Βόστρα *Ptol.* et *Steph. Byz.*, Βόσορρα 1. *Mach.* 5. 26., nom. Semit. *Bôtzrāh* « arx v. locus munitus », quod certum est ex Inscr. Palmyr. [*Vogüé, Inscr. Palmyr. n.* 25] *V.* etiam **BOSRA**) oppidum Arabiæ Petrææ, hodie *Bussra*, Dusari sive Bacchi cultu famosum, cujus idcirco in nummis torcular expressum est; hinc dictum « metropolis Actia *Dusaria* » apud *Mionnet, Descr. d. Méd. V. p.* 585. *n.* 36., colonia Romana tempore Alexandri Severi (in nummis *colonia Bostra, Nova Trajana Alexandriana colonia Bostra, colonia metropolis Bostra*, etiam *Antoniniana* sub Caracalla: vd. *Mionnet V.* 581., 582. *sq.*, 584. *Suppl. VIII.* 386. 19). De Bosra *Ammian.* 14. 8. 13. « Arabia civitates habet inter oppida quædam ingentes, Bostram et Gerasam atque Philadelphiam, murorum firmitate cautissimas ». *Expos. mund.* 38. « Arabiæ maxima civitas - in qua publicum opus tetropyli mirabile nominatur ». Adde *Tab. Peut.* 10. *Notit. Dign. or.* 37. Præfectus legionis tertiæ Cyrenaicæ, Bostra. — Fuit diu sub regibus Nabatæis, ut colligitur ex *Vogüé, La Syr. centr. Inscr.* 103. *Nabat. Inscr.* 4.; dein in Romanorum ditione, a quibus refecta, quam jam Chaldæi (*Mal.* 1. 3), dein Machabæi ac postremo ipsi Romani everterant bellorum Judaicorum tempore (*Am.* 1. 12). — De ejus nummis consulas, præter *Mionnet locc. citt.*, *Eckhel* 3. *p.* 500-503., et *Cavedoni* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1857. *p.* 64., coll. *Annal.* etc., ubi æra Bostræ cœpisse traditur vere an. U. C. 858=105., imperante Trajano, a quo capta a. 105., sed et beneficiis cumulata, unde in ejus honorem se *coloniam Trajanam* appellavit (*V.* supra). Cf. etiam *Head, H. N.* 812. — Bostræ inscriptiones leguntur in *Corp. I. L.* 3. 89-107. — De ea consulas quoque *Ritter, Erdkunde XV.* 968-987.; *Baedeker, Pal. u. Syr.* 202-205; *Corp. I. Gr.* 4644-4653. et *Le Bas-Waddington, III.* 1906-1958. Cf. etiam **BOSOR** et **BOSRA.** — Hinc *Bostræi* (Βοστρηνοί), incolæ. *Jul. Hon. rec.* A 48. —

Bostrensis, adject. ad Bostram pertinens. *Liber.* 13 (Conc. Chalc.). « Constantinus Bostrensis episcopus ». et *Bostrenses*, incolæ. *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 28. — *Bostrenus*, adject. et incolarum vocabulum, idem ac Bostrensis (Βοστρηνός), apud *Cic.* 2. *Q. fr.* 10. « Bostrenus prætextatus » (dubia lectio: *Benzinger*). Adde *Hieronym. vir. ill.* 60. et *Cod. Just.* 5. 27. 4 (a. 470). — *Bostritanus*, apud *Patr. Nic.* 2. 72 (*Bostaritanus, Bostarinus* pars codd.). et 3. 71. Nicomacus *(sic)* Bostri (Vostritanus *R*).

BOSTRÆI, ōrum, m. pl. 2. et

BOSTRENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

BOSTRĒNUS, a, um. — *a)* Adject. idem ac Bostrensis. *V.* BOSTRA. — *b)* Subst., fluvius. Phœnices, hod. *Nahr-el-Auwali*, apud *Avien. orb.* 1072. et *Prisc. perieg.* 855.

BOSTRŸCHUS, i, m. 2. (Βόστρυχος: a βόστρυχος, *cincinnus* v. *cirrus)* nom. vir. Gr. *Corp. I. L.* 6. 12366.

BŌTER, ēris, m. 3. (Βοτήρ, *pastor*) nom. libert. *Sueton. Claud.* 27. « Claudiam ex liberto suo Botere conceptam - abjici jussit (*Claudius*) ».

BŌTERDUS, i, m. 2. locus Hispaniæ Tarraconensis in Celtiberia, prope Bilbilim. *Martial.* 1. 49. 7. Boterdi (*var.* Botredi *o.* Botrodi) nemus. Adde 12. 18. Boterdum (*acc.*: sed *al.* Botrodum).

BOTRIĀNENSIS. v.

BOTRĪENSIS, e, adject. ad Botriam, oppidum, ut videtur, in Africa, pertinens. *Corp. I. L.* 8. 11184. (?) et *Conc. Carth.* a. 411 (*Mansi* 4. 128). — Fortasse huc pertinet titulus *Corp. I. L.* 8. 915. CVRATOR PVBLICAE BOTRIÆ (*Burger*).

BOTRĪO. *V.* BOTRYO.

BOTRŌDUS. *V.* BOTERDUS.

BOTRUS. *V.* BOTRYS.

BOTRȲO, ōnis, m. 3. (Cf. Βοτρύων: a βότρυς, *botrus, racemus*) Pænultima in obliquis casibus græce corripitur: Βοτρυών, ονος, apud *Dindorf* in *Thes. L. Gr.* ed. *Did.*; at latine producitur, ut *Martial.* 11. 27. 4. — Occurrit etiam in titulis, ut nom. serv. et cogn. *Corp. I. L.* 6. 18628. Botryo. — Sæpius, ut *ibid.* 13868., 14952.; 10. 1403., Botrio.

BOTRYS, yos, m. 3. Βότρυς (*Polyb.* 12. 18), *botrus, racemus.* ¶ 1. Est oppidum Phœnices, sub Libano, ad mare, hodie *Batrūn*. Memoratur *Mel.* 1. 67. Oppida Bylos et Botrys. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (213). Botryn *(acc.)*. — *Rav. p.* 357. Botris. *et Tab. Peut.* 19. Botrus. — Huc videntur pertinere *Bostrinus* apud *Rav. p.* 94. et *Bruttos* in *Itin. Burdig. p.* 593. ¶ 2. Est etiam nom. vir., ut medicus Atheniensis, apud *Plin.* 1. *Hist. nat.* 13. 33. et *alib.*, cujus opera deperdita inter fontes ejusd. *Plinii*: item clericus Numida, comes Cælestii et cum hoc schismaticus. *Optat.* 1. 18. *p.* 19. et *Augustin. psalm. c. Donat.* 47. — In titulis, nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 7299.-24163. Botrus.; et mul. 6. 7741.

BOTTĪA (Bottiæa), æ, f. 1. (Βοττία, Βοττιαία) ¶ 1. Est regio Macedoniæ versus sinum Thermaicum, *Bottia* apud *Justin.* 7. 1. 3., coll. *Thuc.* 2. 99. et *Polyb.* 5. 97. et *Bottiæa* apud *Liv.* 26. 25., coll. *Herod.* 7. 185., ita dicta a *Bottiæis*, Cretensibus populis, qui, Bottone duce, e Sicilia et Japygia illuc concesserant, *Strab.* 6. 3. 2.; sed aliter *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (40). ¶ 2. Est etiam nom. mul. *Corp.* 12. 4112., ut *Bottius*, vir. *C.* 3. 4864.

BOTTĪUS, ii. *V.* voc. præc.

BOUDICCA, æ, f. 1. (Βουνδούικα *Dio* 62. 4) nom. Celt. ¶ 1. Fuit regina Britannorum, uxor Prasutagi, regis Icenorum, quæ, viro mortuo, male habita a Romanis, iis rebellavit a. 813. U. C.; sed frustra, ita ut ex dolore se veneno occiderit. *Tac.* 14. *Ann.* 31., 35. et 37. et *Agr.* 16. ¶ 2. In titulis nom. mul. *Corp. I. L.* 2. 455. Cf. *Holder, Altc. Spr. I.* 497. — Scribitur etiam *Boudica* et *Bouducca*.

BŌVENNA, æ, f. 1. insula parva prope Sardiniam, hodie *Vacca* (?), in *Tab. Peut.* 3. *Ravenn. p.* 410. Bovenia.

BŌVIĀNENSIS, e, adject. ad Bovianum, vetus oppidum Samnii, pertinens. — *Conc. Rom.* a. 502. *p.* 453. Ecclesia Bovianensis. — *Bovianenses*, incolæ. *Corp. I. L.* 6. 1406.

BŌVIĀNĬUS, a, um, adject. Bovianensis. *Sil. It.* 8. 564. Boviania - lustra. — Absolute, *Bovianius (a)*, nom. gent. *Corp. I. L.* 10. 399 *(in agro Atinati)*. — Item *Bovianus (a)*, nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 14399.

BŌVIĀNUM, i, n. 2. (Osc. *Buvaianud* abl.) nom. duorum oppidorum in Samnio. — *a)* Unum dicitur *Vetus* (V. *Plin. loc. cit.*: Βουίανον *Ptol.*), memoratque taurum, qui fertur Sabinos in Samnium migrantes duxisse, trib. *Voltinia*, hodie *Pietrabbondante* prope *Agnone*. Ad hoc fortasse pertinent: *Liv.* 10. 12., *Lib. col. I. p.* 259., ubi *Bobianus* opp. pro *Bovianum* legitur (Cf. *Momms. Corp.* 9. *p.* 257) et *Jul. Obs.* 116. — Fuit colonia, teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (107). — Inscriptiones ad hoc oppidum spectantes edidit *Momms. n.* 5164-5181. — *b)* Alterum *Undecumanorum* (V. *Plin. loc. cit.*: Βοιανόν *Strab.*, Βουιανόν *Appian.*), item trib. *Voltinia*, hodie *Bojano* (V. *Momms., Corp.* 9. *p.* 239), captum a Cn. Fulvio cos. a. 298 (*Liv.* 10. 12); Cæsaris tempore municipium, ita appellatum, quia eo milites legionis XI. coloni deducti sunt a Vespasiano, non autem ab Augusto, ut quidam putant (*Borghesi* in *Archiv. stor. di Firenze* a. 1850. *t.* 16), caput Pentrorum Samnitium, longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque, ut ait *Liv.* 9. 31 (an. 311. a. Chr.), 10. 41., 22. 24., 25. 13. et *alib.* Adde *Itin. Anton. p.* 102., *Tab. Peut.* 6., *Corp. I. L.* 9. 2438. *Rav. p.* 281. Bobianum.

BŌVILLÆ, ārum, f. plur. 1. (Βοίλλαι *Plut.*) Scribitur etiam *Bovellæ* (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. [63]).; *Bobellæ* (*Tab. Peut.* 6); *Boviolæ* (*Rav. p.* 277); *Bobillæ* (*Lib. col. I. p.* 231. et *Jorn. Rom.* 124). — Etymon ducitur ex eo quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens *bos* jam consecratus, ibi comprehensus est, ut traditur *Schol. Persii* ad *Sat.* 6. 55. Nugatur *Non.* 2. *p.* 410. *Merc.* « *Hillas*, inquiens, intestina veteres esse dixerunt, unde *Bohilla (e)* oppidum in Italia, quod eo *bos* intestina vulnere trahens advenerit ». Fortasse melius alii eas quasi *boum villam*, quod ibi boves Romam adducendi cogerentur, dictas arbitrantur.

Bovillæ, oppidum Latii vetus (Cf. *Dessau, Corp.* 14. *p.* 280), tempore imper. municipium (*Cic. Planc.* 9. 23) in Appia via, paullo supra locum, qui hodie dicitur *Osteria delle Fratocchie* (V. *Nibby, Dint. di Rom. I. p.* 310-322), prope Romam; hinc dictæ *suburbanæ* ab *Ovid.* 3. *Fast.* 667. et *Propert.* 4. 1. — Conditæ sunt ab Albanis, qui, regnante Latino Silvio, coloniam eo deduxerunt, teste *Ps. Aur. Vict. orig. G. Rom.* 17.; quare incolæ *Albani Longani Bovillenses* dicuntur *Corp. I. L.* 14. 2409. — In bello Latino a Romanis captæ sunt; unde *Flor.* 1. 11. 6. « De Verulis et Bovillis pudet, sed triumphavimus ». — Bovillis sacrarium fuit gentis Juliæ, teste *Inscr.* apud *Orelli n.* 1287. VEDIOVEI. PATREI GENTEILES IVLIEI. et alio in latere: LEEGE ALBANA DICATA; quod postea Divo Augusto dicatum est, additis in honorem domus Juliorum ludis circensibus (*Tac.* 2. *Ann.* 41. et 15. *ibid.* 23). Ita etiam theatrum, de quo *Inscr.* apud *Orelli n.* 2626. — De iis V. *Nibby, Dint. d. Roma I.* 302-313. et *Bormann, Altlat. Chorogr.* 159-164. — Hinc deriv. adject. *Bovillanus*, apud *Cic. Planc.* 9. 23. Bovillana vicinitas. *Id.* 5. *Att.* 13. pugna (*circa Bovillas* contracta ex occursu, in qua Milo Clodium interemit a. 701). — *Bovillenses*, incolæ. *Corp. I. L.* 14. 2409.

BŌVILLĀNUS, a, um, et

BŌVILLENSES, ium. *V.* voc. præc.

BŌVĪUM, ii, n. 2. statio seu oppidum Britanniæ Romanæ inter Devam et Mediolanum, hodie fortasse *Boverton* v. *Barwardsley*. Memoratur in *Itin. Anton. p.* 469.

BŌVĪUS, ii, m. 2. nom. gent. a *bobus*, fortasse ab eorum cultura, dictum, ut *Porcius* a *porcis*: similiter *Caprius, Cervius, Corvius, Suefus, Ursius* etc. *Corp. I. L.* 5. 1811 (*Gemona*); 10. 1686 (*Neapoli*). — *Bovia*, nom. mul. *Corp.* 10. 129 (*Potentiæ*). — Cogn.: *Corp.* 14. 2321 (= 6. 3378. *in agro Albano*).

BOX, rex Antorum, cum filiis suis et septuaginta primatibus, cruci affixus a Winthario, Gothorum rege. *Jorn. Get.* 48. Alii rectius leg. *Boz.*

BOXUS, i, m. 2. miles quidam Margianus (*non* Macerianus, *ut alii leg.*), qui subornatus a Bicone Athenodorum *(principem Bactrianorum, qui regis nomen assumpserat)* in convivio occidit. *Curt.* 9. 7. 4.

BOZ. *V.* BOX.

BRABONĬĀCUM. *V.* BROVONACÆ.

BRĂCA, æ, m. 1. mons litoris occident. Africæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (10). Alii allt. leg. — *Ravenn. p.* 8. Montes qui appellantur Bracæ. Adde *eund. p.* 161.

BRACADĀS. *V.* BAGRADA.

BRACANTĪA. *V.* BRIGANTIUM.

BRĂCĂRA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Tarraconensis occid., nunc *Braga*, Bracarorum vel Bracarum caput, unde nomen sumpsit, *Augusta* absolute vel plenius *Bracara Augusta* dicta in honorem Augusti (Βρακαραυγοῦστα *Ptol.* 2. 6. 39) in *Corp. I. L.* 2. 2423., 4747. et 4749. et *Augusta Bracaris* apud *Geogr. Rav. p.* 307. Cf. etiam *C. I. L.* 2. *p.* 338. — Fuit adscripta tribui *Quirinæ*, ut patet ex *Inscr.* apud *Hübner* 2. a. *n.* 2411-2461. Memoratur quoque *Auson. clar. urb.* 8. « Quæque sinu pelagi jactat se Bracara dives ». *Hyd. chron. II. p.* 20. et 29. Bracara extrema civitas Gallæciæ. Adde *Jul. Hon. cosm.* A 19. et *C. I. L.* 2. 4324. — Caput fuit Augustani sive Bracaraugustani conventus, de quo V. *Hübner* in *C. I. L.* 2. *p.* 338. *sqq.* — Hinc *Bracaraugustani*, incolæ. *Inscr.* apud *Orelli n.* 965., 1034. etc. et *suppl. Henzen n.* 5442.

BRĂCĂRAUGUSTA, æ, et

BRĂCĂRAUGUSTĀNI, ōrum. *V.* voc. præc.

BRĂCĂRENSIS (Bragarensis), e, adj. *V.* voc. seq.

BRĂCĂRES, um, m. plur. 3. et

BRĂCĂRI, ōrum, 2. (Βράκαρες et Βρακάριοι *Ptol.*). — Gen. *Bracarum* semper (Cf. *Appian. Iber.* 74. et *Ptol.* 2. 6. 1. Βρακάρων); quamquam alii putant esse contractum pro *Bracarorum*, quod, ob constantiam formæ, Græcorum usum ac. probabilius, declinationem a *Bracares*, haud facile admiserim.

Bracares, gens Hispaniæ Tarraconensis. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (18). Universa provincia dividitur in conventus VII. - Asturum, Lucensem, Bracarum. *et* 3. *ibid.* 3. 4. (28). Bracarum XXIIII. civitas - ex quibus præter ipsos Bracaros Biballi, Bœlerni, Callæci etc. *et.* 4. *ibid.* 20. 34. (112). Durius amnis - Turdulos a Bracaris arcens. — *Augusta Bracarum* in *C. I. L.* 8. 9358.; unde *Bracari Augustani* dicuntur *C.* 3. 1773 (*Narona*). et 12. 1358 (*sæc. I. inc.*). — Hinc *Bracarensis*, ad Bracares pertinens. *Hyd. chron. II. p.* 29. *Isid. Goth.* 31. *chron. II. p.* 279. Bragarensis.

BRĂCĂRUS, i, m. 2. nom. vir. Hisp. *Inscr. Ephem. epigr. VIII.* ad *Corp.* 2. *n.* 112. Bracarus. *et C.* 2. 4967. 32 (*in tegulis, chr.*) Bracari, *nisi est nom.* Bracarius.

BRĂCĀTA, æ, f. 1. proprie partic. a m. *Bracatus*, dicta *Gallia Narbonensis* (opp. *Comata* et *Togata*), quia « incolas suos bracatos habet » *Gloss. V.* 632 (Cf. *Götz, Thes. gloss.* ad *v.*) *V.* GALLIA.

BRACCHĪUM, ii, n. 2. oppidum Britanniæ Romanæ, cognitum ex *Inscr.* reperta *Brough* in *Yorkshire* (*C. I. L.* 7. 269 = *Orelli-Henzen* 5254). Cf. cogn. Celt. Martis in *Inscr.* apud *Orelli n.* 1357., in Britannia prope Devam reperta, ubi hic deus *Braciaca*, i. e. « deus hordei » appellatur: DEO MARTI BRACIACAE etc. — Hinc *Bracchio* (*onis*), abbas Germ. *Greg. Tur. vit. patr.* 12. 2.

BRACHMĀNÆ, Brachmanes et Brachmani. *V.* BRAGMANI (-æ).

BRACHYLLES (Brachyllas), æ, m. 1. (Βραχύλλης *Polyb.*) princeps Bœotorum seu Bœotarches, filius Neon, fautor Philippi V. in bello contra Romanos, a contraria factione interfectus, a. Chr. 196. *Liv.* 33. 27. Bœotarchen - Brachyllem (Barcillam *Mog.*) quendam fecerunt. *et* 35. 47. Brachyllæ (*ita vetus liber Sigonii*, Brachylli *codd. plerique*).

BRACĬĀCA, æ, m. 1. cogn. Celt. Martis. *V.* BRACCHIUM.

BRĂDĀNUS, i, m. 2. nom. fluvii in Italia inferiore (reg. III.) a βραδύς, *tardus*, unde βραδύνω, *cunctor*, hodie quoque *Bradano*, dividens Lucaniam ab Apulia et in sinum Tarentinum influens.

Hinc *Rav. Guid. p.* 470. « Bradanus amœnissimus, qui et Tardus propter sinuosos orbes sui discursus, unde et Bradinos græce dicitur. Adde *Itin. Ant. p.* 104.

BRĂDŬA, æ, m. 1. (Βραδούας *Philostr.*) cogn. vir., præsertim in gente *Annia, Appia, Atilia, Valeria*: a Gr. βραδύς, *tardus*, ut *M. Appius Bradua*, cos. temporibus Hadriani — *Bradua Mauricus*, procons. Africæ (*Dig.* 1. 21. 4. et 26. 10. 1.) a. 199. et 209 (impp. Sever. et Antonin.) V. *Tissot, Fast. de la prov. rom. d'Afr.* 117. et *Ruggiero, Diz. epigr. I.* 383. — *M. Valerius Bradua Mauricus*, cos. a. 191., idem cum præc. creditur (*Klein, Fast. cons.* s. d. I.). Cf. *Corp. I. L.* 5. 7783., ubi dicitur *pontifex, sodalis Hadrianalis, curator operum publicorum, curator aquarum sacræ urbis et Miniciæ, censitor provinciæ Aquitaniæ, consul, proconsul provinciæ Africæ* etc. — Pro nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 228. 12 (a. 205). — Hinc *Braduanus*, cogn. *C.* 3. 6183.

BRÆCORES (Bræcorii), um, m. plur. 3. gens Galliæ cisalpinæ. *Corp. I. L.* 5. *suppl.* 847 (*ad Comum in vico, hodie* Galliano).

BRÆTĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 3. 5220., 5. 2851 (*Patavii*). — *C.* 3. 7524 (*in Mœsia inf.*) Brættius. (Cf. *Bræcius*, nom. gent. C. 11. 6736). — *Brætia*, nom. mul. *C.* 5. 2446 (= *Inscr.* apud *De-Vit, Lap. del Poles. p.* 77). — Hinc *Brætianus, a, um*, adject. *Tab. Vel.* (*Corp.* 11. 1147) 4. 69. — *Brætianus, i*, cogn. vir. *Carm. epigr.* 891 (*Julii Carnici*).

BRAGÆ, ārum, f. plur. 1. insulæ desertæ sinus Persici. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (150).

BRAGMĀNI et Brachmani, ōrum, m. plur. 2. et Brachmanæ, arum, 1. Gr. Βραχμᾶνες, Zend. *Barəçman*; Ind. *Brahhmanahh*) Scribitur etiam *Brachmanes* (*Jul. Val.* 3. 10) et *Bracmani* sine aspiratione (*Apul. Flor.* 15); *Bragmanæ* (*Plin. loc. cit.*) et *Bragmones* (*Fulg. æt. mund. p.* 166). — Meliores libri præbent *g* vel *c*; utraque igitur scriptura probanda, pace cl. *De-Vit.* — Sing. num. Βραχμάν v. Βραχμήν (*Nonn.* 34. 258). — Etymon petendum ex Ind. *brahmán* « precator, sacerdos » v. a rd. *barh* « augere, roborare, extollere »; unde *Brahmá* « elevatio, contemplatio » præcipua divinitas Indorum Asiæ, quæ cum *Siva* et *Visnu* constituit *trimurti* (trinitatem Indicam); et *Brahmane*, princeps Indorum classis (*varna*), sacerdotum nempe et literatorum, quorum curæ et studio quattuor *Vedas*, libri eorum sacri, commissi sunt (Cf. *Lassen, Ind. Alt. III.* 339. *sqq.*).

Bragmani, apud scriptores Latinos, gens Indiæ, quæ cultu ac vita secundum rationem philosopham ab omnibus distabat, ital. *Bramani, Bramini* et *Naloi* vulgo dicti. *Schol. Hor. od.* 2. 2. 17. A Bragmanis, philosophis Indorum. *Apul. Flor.* 15. *p.* 56. Pythagoran Chaldæos atque inde Bracmanos - hi sapientes viri sunt: (illa) Indiæ gens contulerunt. *Ammian.* 23. 6. 33. Præcelsa Brachmanorum ingenia. — « Sapientes in India citeriore diligentissimi siderum observatores, alterum genus gymnosophistarum duo tradidit genera (dogmata), quorum illi, qui ex generis successione veluti hereditariam sapientiæ professionem amplectebantur, *Brachmanæ* dicti; qui vero electione ad philosophiæ professionem assumebantur, *Samanæi* ». Ita *Hieronym. adv. Jovin.* 2. 14. et ex *Strab.* 15. 712 (*V.* GYMNOSOPHISTA). Memorantur hi *Tertull. Apol.* 42., *Jul. Val.* 3. *gest. Alex. M.* 17., *Claud. Mamert.* 2. *Stat. anim.* 8. et *Sidon.* 8. *ep.* 3. *circ. fin.* — Ab his nequaquam distinguendi videntur populi Indiæ memorati *Junior. Descr. orb.* 6 (*Expos. t. m.*), sive potius cognominati, ut ait *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (64). « Multarumque gentium cognomen Brachmanæ ». — De iis V. *Lassen, op. cit. III.* et *Pavolini, Lett. Eccl. I.*

BRANCHĬĀDĒS, um et

BRANCHĬDÆ, ārum. *V.* voc. seq.

BRANCHUS (Branchus), i, m. 2. (Βράγχος) Etymon ducitur ab ipsa voc. βράγχος, *raucedo* (V. infra sub 1.; *Gelhard, Gr. Myth.* et *O. Müller, Dorier I.* 224. *sq.*, coll. *Schwenck, Etym.-myth. Andeut.* 157); cui etiam sacerdotis ex oraculo vaticinantis notio inest, ita ut cum *brahmán* conferri possit (Cf. *Kägi, Rig-Veda, Anm.* 82).

Branchus ¶ 1. Apud mythographos, filius Smeri (Smiari ?) et filiæ Patroni, quæ quum gravida esset, vidit in somnis per fauces suas introisse solem et exisse per ventrem; ideo infantem, quem peperit, Branchum vocavit ἀπὸ τῶν βραγχίων, hoc est a faucibus. Alii patrem ei assignant ipsum Apollinem et matrem quandam Jauci filiam, Sucronis uxorem. — Hic quum in silvis Apollini occurrisset eumque osculatus esset, accepit ab eo coronam et virgam et vaticinari cœpit subitoque nusquam comparuit. Idcirco templum ei factum est, quod Branchiadon (*Brachiodon* apud *Mythogr. I. fab.* 81. et *II.* 85., sed perperam) appellavere: et Apollini quoque Philesio (ἀπὸ τοῦ φιλεῖν, *osculari*) templa sunt consecrata, quæ ab osculo Branchi sive certamine puerorum *philesia* sunt nuncupata. — Hæc et alia plura *Vetus Schol. Stat.* ex *Varrone* refert (V. *Forcellin.*). Meminit enim hujus Branchi *Stat.* 3. *Theb.* 479. et 8. *Ibid.* 198 (coll. *Orph. h.* 34. 7., *Kallim. frg.* 36. *Schn., Philostr. ep.* 5. 8. 57., *Luc. dial. deor. II.* 2). *Ter. Maur.* 1886. Hymnum Battiaden Phœbo cantasse Jovique Pastorem Branchum cum captus amore pudico Fatidicas sortes docuit depromere Pæan. — De ejus monumentis vd. *Gelzer, De Branch. Diss.* Lips. 1869.; *Dilthey, Bull.* 3. *Inst.* 1869. 150; *Helbig* 220. et 221., *Mus. Borb. XI.* 23.; *Welcker, A. D. IV.* 418. et *Schreiber* (*Bull. com. XIX.* 1891. 301-304. *I. XI*). — Hinc *Branchiades*, cogn. Apollinis, apud *Stat.* 3. *Theb.* 479. — *Branchiadæ*, qui Jovem Branchum colunt, et *Branchiadon*, templum Brancho dedicatum, apud *eund. ibid.* — *Branchidæ* (Βραγχίδαι), gens sacerdotum Milesiorum, qui ita dicebantur ex loco prope Miletum, hodie *Geronta*, ubi sacra administrabant. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (112). « In Ionia primus sinus Basilicus, Posideum promontorium et oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis. Memorant etiam *Mel.* 1. 17., *Ammian.* 29. 1. 31. *Curt.* 7. 5. 28. Perventum erat in parvulum oppidum: Branchidæ ejus incolæ erant Mileto quondam jussu Xerxis. Cum e Græcia rediret, transierant et in ea sede consiterant, quia templum, quod Didymæon appellatur, in gratiam Xerxis violaverunt. Mores patrii nondum exoleverant, sed jam bilingues erant etc. *Plin. loc. cit.* Oppidum, oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymæi Apollinis. — *Branchides, æ*, apud *Mel.* 1. 86. Oraculum Apollinis dictum olim Branchidæ, nunc Didymæi. ¶ 2. In titulis, cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 4945.

BRANCUS (Branchus), i, m. 2. rex Allobrogum an. 218. a. Chr., adjutus ab Hannibale et hujus adjutor. *Liv.* 21. 31.

BRANDOBRĪCI, ōrum, m. plur. 2. gens Gallica. *Inscr. chr.* reperta an. 527 (*Corp. I. L.* 12. 2584 *ad lacum Lemanum*). Cf. *Leblant, Inscr. chrét. de la Gaule II.* 683. et *Longnon, Géogr. de la Gaule* (VI. siècle) 82.

BRANNŌVĪCES, um, m. plur. 3. cogn. Aulercorum. *Cæs.* 7. *B. G.* 75. Imperant Hæduis atque eorum clientibus, Segusiavis - Aulercis Brannovicibus (Biannovicibus *A*: *sequitur* Blannoviis v. Brannoviis - ita *X* -, *quod Clacconius delevit*). - *Holder (Altc. Spr.)* nomen confert cum *Brandobrici*.

BRANŌDŪNENSES. *V.* voc. seq.

BRANŌDŪNUM, i, n. 2. oppidum Britanniæ in litore Saxonico, ubi sedes erat « Præpositi Equitum Dalmatarum Branodunensium ». *Not. Dign. occ.* 28. Hodie *Brancaster* prope *Burnham* in *Norfolk*.

BRĀSĬDĀS, æ, m. 1. (Βρασίδας) nom. Gr. vir. ¶ 1. Apud scriptores memoratur — 1.°) Dux Lacedæmonius, filius Tellidis, rei militaris peritissimus, patriæ, cujus primatui in totam Græciam inhiabat, amantissimus et longe animosior quam cives sui, desides ac segnes, et facundus, in bello Peloponnesiaco miracula virtutis patravit, postquam classem, qua carebat, instruxit, captis oppidis sibique populis callida sua prudentia addictis; sed a suis destitutus invidia tabescentibus et a Perdicca, rege Macedoniæ, antea socio, postea adversario, ad Amphipolim, qua jam potitus fuerat, hostium numero impar sed victor, mortali tamen vulnere percussus cecidit, dum contra Athenienses, a Cleone ductos, decertabat, qui et ipse fugitivus ibidem vitam amisit an. 422. a. Chr. De eo *Frontin.* 1. *Strat.* 5. 23., coll. *Thuc.* 3. 69., 4. 106. *sqq.*, *Diod.* 12. 66. *sqq.* et *Plut. Lyk.* 25. — V. *Curtius, St. Gr. II.* 459. *sqq. tr. G. Müll.* 1877. — 2.°) Item quidam Lacedæmonius, vir prætorius, temporibus Marci Aurelii imp. *Scæv. dig.* 26. 1. 23. et *cod. Just.* 8. 40. 17. ¶ 2. In titulis nom. gent. *Corp.* 10. 721.

BRATTĪA, æ, f. 1. (Βραττία *Steph. Byz.*) magna insula oræ Dalmaticæ contra Surium, hodie *Brazza* (Croat. *Brac*). *Itin. Ant. p.* 519., *Tab. Peut.* 6. et *Rav. p.* 408. Brazia. — Laudantur ejus capri *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (152)., vinum *Corp. I. L.* 3. 3093. et 3094. et lapis calcaris (*alberese*) excellens, *ibid.* 10107 (V. *Hirschfeld, Arch.-epigr. Mitt. IX.* 21).

BRATUSPANTĪUM, ii, n. 2. oppidum Bellovacorum in Gallia Belgica, tantum apud *Cæs.* 2. *B. G.* 13. Situs incertus; probabiliter tamen, sec. *Kiepert*, hod. *Breteuil* (*dép. Oise*). V. etiam *Desjardins, Géogr. de la Gaul. II.* 451.

BRAULĬO, ōnis, m. 3. ecclesiæ Cæsaraugustanæ episcopus clarissimus. *Isid. ep.* 2. — Braulionis opera edidit *Migne LXXX.* 649.

BRAURON, ōnis, m. 3. (Βραυρών) locus Atticæ regionis in Bœotiam vergens. *Fest. p.* 258. Quadrurbem Athenas Accius appellavit, quod - ex IIII. urbibus in unam domicilia contulerant, Braurone, Eleusine, Piræo, Sunio. *Stat.* 12. *Theb.* 615. gelidum Braurona (*acc.*). Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (24). — Una fuit ex duodecim civitatibus Atticæ a Cecrope constitutis, apud *Strab.* 8. 371. — *Mela* 2. 46. Brauronia. *pro* Brauron.

BREGNANA, æ, f. 1. oppidum Persicum in via Ecbatanas *Tab. Peut.* 12. et *Rav. p.* 52. — Situs oppidi in *Bezirk Kolatan*, quod metallo dives ostendit ipsum nomen ex Neo-pers. *biring*, h. e. cuprum, æs. Cf. *Tomaschek* (*S. Ber. Akad. Wien CII.* 171).

BRĒMĒNĪUM, ii, n. 2. (Βρεμένιον) castellum v. oppidum Britanniæ Romanæ, in vallo Hadriani. *Itin. Ant. p.* 464. et *Rav. p.* 434., coll. *Ptol.* 2. 3. 10. — Rudera exstant apud *High-Rochester* in *Northumberland*. — Hinc *Bremeniensis* adj. in *Corp. I. L.* 7. 1037. Exploratores Bremenienses.

BRĒMĒTENNACUM, i, n. 2. castellum Brigantium Britannicorum, hodie *Overborough*. Memoratur in *Not. Dign. occ.* 42., ubi dicitur stationem suam ibi habuisse *cuneus Sarmatarum*. — *Itin. Ant. p.* 481. Bremetonacum (Bremotonnacum *Vatic.*). — Hinc *Bremetennacensis*, adj. *Corp. I. L.* 7. 218.

BRĒMON, ontis, m. 3. (Βρέμων, *fremens*) nom. serv. *Corp. I. L.* 6. 9728. — *Bremūsa* (Βρέμουσα) cogn. mul. *Ibid.* 20862.

BRENDICE (es), f. 1. oppidum Thraciæ ad viam Egnatiam situm, prope hodiern. *Schabdscht Chane. Itin. Anton. p.* 322. — *Rav. p.* 373. Brindice. *et Itin. Burdig.* Berozicha. Cf. BRUNDISIUM.

BRENNI. *V.* BREUNI.

BRENNĪCUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

BRENNUS, i, m. 2. Nom. Celt., quod appellativum est seu titulus, quo significatur *rex, dux* (V. *Holder, Altc. Sprachsch.* 1896. *p.* 517. *sq.*); sed veteres scriptores de viris proprie ita nominatis accipiunt, *sc.* ¶ 1. Stricto sensu — 1.°) De illo duce Gallorum Senonum, qui a. 390. a. Chr. Urbem ceperunt, Romanorum exercitu ad Alliam fuso, quoque post sextum mensem, dum magnum auri summam ab iis exigebant, ut liberarentur, Furius Camillus, dictator creatus, coactis copiis, aggressus expulit fregitque. *Liv. epit.* 5. fuse rem narrat. *Id. ibid.* 38. Brennus, regulus Gallorum. *Propert.* 4. 10. 41. ducis Virdomari: genus hic Brenno (*sic Itali*, Rheno *codd.*) jactabat ab ipso. *Sil. It.* 4. 150. Ipse tumens atavis Brenni se stirpe ferebat Crixus. Adde *Sidon. carm.* 2. 526. et *alib.* sæpe., *Oros.* 2. *Hist.* 19. 5., *Fest. p.* 568., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 826., *Prudent. c. Symm.* 2. 562., *al.* — 2.°) Item de illo duce Gallorum v. Gallogræcorum, qui in Macedoniam irrumpentes c. a. 280. a. Chr. parvum Macedonum exercitum, a Sosthene ductum, facile vicerunt ac prædæ cupiditate omnia et ipsum Delphicum delubrum in

Parnasso vastarunt; sed terræmotu ac terribili procella percussi, multi cum ipso duce, qui se pugione transfodit, interierunt a. 278. *Justin.* 24. 6-8., coll. *Diod.* 22. 11. et 12., *Liv.* 38. 16., *Propert.* 3. 13. 51., *Flor.* 2. 11. 3., *Val. Max.* 1. 1. 18. — De eo cf. *Droysen, Hell. II.* 2. *p.* 347. *sqq.*; *Contzen, Die Wander d. Kelten* 190. *sq.* et *van Gelder, Galat. res* etc. 34. *sq.* — 3.°) Alii in *Corp. I. L.* 13. 677. et 10010. 352. — *Tac.* 4. *Hist.* 15. 16. confudit *Brennum* cum *Brinno*, quem ait fuisse ducem Canninefatium, generis nobilitate clarissimum sed stolide audacem contra Romanos, a. 69. p. Chr. rebellium caput. ¶ 2. Lato sensu de quocumque vastatore, apud *Hieronym. ep.* 130., qui *Alaricum* vocat *Brennum nostri temporis.* — Hinc adject. *Brennicus*, apud *Sidon. carm.* 7. 561. cum Brennica signa Tarpejum premerent etc.

BRENTĒSĬA, æ, f. 1, fluvius Venetorum idem quod Meduacus major vel Brinta (*Venant. vit. s. Mart.* 4. 677), ut quidam appellatum dicunt, puto non recte, ex *Messel. Prog. Aug.* 10. *V.* **BRINTA.**

BRENTĒSĬUM. *V.* **BRUNDISIUM.**

BREUCI, ōrum, m. plur. 2. (Βρεῦκοι *Strab.*) gens Illyrica Pannoniæ infer. *Sueton. Tib.* 9. *Tiberius bello* Pannonico Breucos et Dalmatas subegit. Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (147). — In titulis sæpe occurrunt cohortes Breucorum in exercitu Rom. *Corp. I. L.* 5. 875 (*Aquilejæ* a. p. Chr. 105); 13. 6213., 8318. etc. — Indicatur domus: *Corp. I. L.* 3. 11150. BAEBI MARIVS ET VIPIVS BREVCI. — In sing. num *Tab. cer. Dec.* 7. DASIVS BREVCVS. *Sil. It.* 4. 228. Labarumque Padumque Et Caunum et multo vix fusum vulnere Breucum. (*Alii tamen leg.* Breunum). — *Breucus*, in titulis, nom. vir. *Corp. I. L.* 13. 7510.

BREUNI, ōrum, m. plur. 2. (Βρεῦνοι *Strab.*) Varie scribitur, nempe *Branni, Brenci, Brenni* etc., etiam *Breones* apud *Venant.* in *vit. s. Mart.* 4. 645. et *Cassiod.* 1. *Var.* 11.

Breuni, gens Alpina, probabilius in Vindelicia australi (*Strab.* 4. 206); quamquam *Flor.* 2. 22. et *Jorn. Rom.* 241. Vindelicos a Breunis distinguunt. Sunt qui collocent supra Verbanum lacum ultra *Bellinzona*, ubi *Val di Blegno*, quam secat fluvius, hodie *Brenno* dictus; alii potius in comitatu *Tyrolensi*, ubi mons *Brenner* et oppidum *Bruneck* inter Œnum et Maranum; huc enim quoque alludit *Venant. loc. cit.* Qua vicina sedent Breonum loca, perge per Alpes, Ingrediens, rapido qua gurgite volvitur Œnus. Cf. *eund.* in *ep.* ad *Greg.*, quæ operibus præmitti solet, ubi Œnus Breunis attribuitur. Cf. etiam *Breonio*, pagus prov. Veronensis. — Memorantur *Horat.* 4. *Od.* 14. 11. Drusus Genaunos - Breunosque veloces et arces Alpibus impositas tremendis Dejecit. *Cassiod. loc. cit.* Breones -, qui militaribus officiis assueti civilitatem premere dicuntur armati.

BREVES, oppidum Æthiopiæ secundum Jubam: ita *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (179). *Alii* Ganbreves. — Item *Brevis* — 1.°) Nom. loc. — *a)* Statio Gallæciæ, in *Itin. Ant. p.* 430. — *b)* Locus Macedoniæ, apud *Hil. op. hist. frg.* 2. 15. — 2.°) Cogn. *Corp. I. L.* 5. 2557 (*Ateste*).

BRĒVĬŌDŪRUM, i, n. 2. statio Galliæ a Cæsaromago (*Beauvais*) supra Ratumagum (*Rouen*) prope Gesoriacum (*Boulogne-sur-mer*) inter Ratumagum et Juliobonam (*Lillebonne*), sec. *d' Anville* hodie *Pont-Audemer* (*Notice* 173). Memoratur in *Itin. Ant. p.* 385. *Tab. Peut.* 1. Brevodurum.

BREVIS. *V.* **BREVES.**

BRĬĀRĒĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

BRĬĂREUS, ei, m. 2. (Βριαρεύς v. Βριάρεως *Hom. Il.* 1. 403) nom. trisyll. (*Ovid.* 3. *Fast.* 805. et *Sidon.* 5. *ep.* 7. 5) Vox a βρι, *valde*, et Ἄρης, *Mars:* vel a βριαρός, *robustus, validus.*

Briareus ¶ 1. Stricte ac proprie, gigas qui et Ægæon (*Mythogr. II. fab.* 53. 16., quod tamen negat *Solin.* 11), filius Titani (*Mythogr. II. fab.* 53) vel Ætheris et Terræ (*Hygin. fab. præf.*) vel Terræ et Ponti (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 564), fortissimus, quem poetæ fingunt centum habuisse brachia v. manus et quinquaginta ventres (Cf. *Plut. am. mult.* 6). Hinc *Gloss.* gigas centimanus. *Virg.* 6. *Æn.* 287. centumgeminus. (*Sil. It.* 13. 588. ostia Ditis centenis suetus recludere palmis) *Sidon. carm.* 15. 27. plurimus - populoso corpore. *Stat.* 2. *Theb.* 596. immensus. — Cum de cælesti regno certamen fuit inter Jovem et Saturnum, contra illum pugnavit, unde a Jove fulmine ad inferos trusus est; sed cum aliquando Jovem dii ligare vellent, a Tethide Briareus adhibitus, eum vinculis exemit sicque in ejus gratiam rediit: ita *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 287. Cf. *Lucan.* 4. 596., *Schol. Horat.* 2. *Od.* 16. 13. et 3. *ibid.* 4. 69, et *Hom. Il.* 1. 402. *sqq.* — Hæc porro fabula ita potest explicari, ut Briareus sit ventus vehementissimus, quo mare concitetur ingentesque volvat fluctus; Juppiter vero aer, qui per hujusmodi ventum a multis nubibus liberatur: ita *Forcellin.* — Fuit tamquam deus divinis honoribus cultus; hinc *Solin. loc. cit.* Briareo rem divinam Carystii faciunt. — De eo vd. *Meineke, Anal. Alex.* 278. et *M. Mayer, Gig. u. Tit.* 121. et 159. ¶ 2. Latiore sensu et improprie dicitur de quocumque violento, præsertim fure. *Sidon.* 5. *ep.* 7. 5. Quorum si naves afflaverit uspiam rubiginosi aura marsupii, confestim videbis illic et oculos Argi et manus Briarei et Sphingarum ungues. — Hinc *Briareius*, adject. ad Briareum pertinens — *a)* Proprie. *Claudian.* 3. *rapt. Pros.* 287. nostros an forte penates Appetiit centum Briareia turba lacertis? — *b)* Translate. *Rutil. itin.* 1. 613. « Sed non Lucillum Briareia præda fefellit » *h. e.* præda facta ab hominibus, qualis Briareus fuit.

BRICCA, æ, m. 1. vicus Galliæ in Turonibus, hodie *Brèches*. Memoratur *Greg. Tur.* 10. *Fr.* 31.

BRICCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 13. 4663 (*Narbone*). — *Briccia*, nom. mul. *Ibid.* 11. 1032 (*Brixelli*); sed 13. 3295. Bricia. — *Bricco* (*onis*), nom. vir. *Corp.* 3. 4724 (*in Norico*). — *Briccus*, cogn. vir. *C.* 10. 7098 (*Cataniæ*). — Adde *Bricanus*, nom. vir. *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 276. — *Bricana*, nom. mul. *Inscr.* apud *Herzog, Gall. Narb. n.* 917. — *Bricio* (*onis*), nom. vir. *C.* 3. 5086.

BRICĬA, æ. f. 1. nom. deæ Celticæ. *Corp. I. L.* 13. 5425 (*Luxovii*).

BRICTĬO, ōnis, m. 3. nom. vir. *Sulp. Serv. dial.* 3. 15. — Apud *Venant.* 4. *s. Mart.* 629., 630. et 552. furiosus quidam.

BRĪGA, æ, f. 1. nom. mul. *Corp. I. L.* 3. 5285 (in *Norico*). — Cf. *Briga, Brica, Briva* v. *Brix.* a vett. Gallis *pons* appellatur; hinc etiamnum Germani sup. *brücke*, inf. *brugge*, Anglo-Britanni *bridge* dicunt; unde et nomen oppida in Gallia et Hispania sumpserunt, ut *Abobrica, Augustobriga, Segobriga* etc.: cf. Angl. *Cambridge, Corbridge* etc.; sed *Strab.* 7. 221. et *Steph. Byz.* docent βρίαν significare *urbem* apud Thraces, *Hesych.* vero *vicum*. Cf. et Celt. *brig* « mons ». *V.* **BRIGANTIA** et **BRIVA.**

BRĪGÆCIUM (Brigætium), ii, n. 2. (Βριγαίκιον *Ptol.*) oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Asturia, fortasse *Villabrázaro* (V. *Guerra, Discurso á Saavedra* 88). Memoratur in *Itin. Ant. p.* 439. *Rav. p.* 319. Brigicon. — Hinc *Brigæcini*, incolæ. *Flor.* 4. 12. 55. Nisi Brigæcini prodidissent. Cf. *C. I. L.* 2. 6094 (*Tarracone*) Brigiæcinus (duumvir).

BRĪGANITĪUS, ii, m. 2. cogn. dei Heronis. *Corp. I. L.* 6. 2807.

BRĪGANTES, um, vel ium, m. plur. 3. (Βρίγαντες *Ptol.*, de quorum etymo *V.* voc. seq.) gens Britanniæ septentr. potentissima, regiones incolens, ubi nunc sunt *Yorkshire, Cumberland, Westmooreland, Lancasshire, Durham*, et partem austr. *Northumberland*, habensque metropolim Eburacum (*York*). Memorantur *Juvenal.* 5. 196. Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum. *Tac.* 12. *Ann.* 32. Brigantas (*acc.*). Adde *eund.* 3. *Hist.* 45. et *Agric.* 17. et 31. Cf. etiam *Head*, 11. — Huc pertinere videtur titulus in massa plumbi *Corp. I. L.* 7. 1207 (*a.* 81). — Sæpe domiti fuerunt a Romanis, quia sæpe inquieti ac rebelles. Hinc (*Ps.*) *Senec. apocol.* 12. *v.* 28. *sq.* cæruleos - Brigantas dare Romuleis colla catenis jussit (*Claudius*).

BRĪGANTĬA, æ, f. 1. (Βριγαντία) ¶ 1. Est nom. pers., sc. — *a)* Deæ apud Brigantas (sc. *incola montium:* fortasse a Celt. *brig* « mons »). *Corp. I. L.* 7. 1062. et 203 (Cf. *Inscr. Rev. Celt.* 16. 259). et 200. — *b)* Item cogn. mul. *Corp.* 3. 5458 (*in Norico*). ¶ 2. Est etiam nom. oppidorum. *V.* **BRIGANTIO** et **BRIGANTIUM.**

BRĪGANTĪCUS, i, m. 2. cogn. viri, de quo *Tac.* 2. *Hist.* 22. et *alib.*

BRĪGANTĪNŌMĂGUS, i, m. 2. oppidum Galliæ inferioris, sec. *Pinder* et *Parthey*, hodie *Brignançon* (*dép. Var.*). Memoratur *Rav. p.* 240.

BRĪGANTĪNUS, a, um, adject. *V.* **BRIGANTIUM.**

BRĪGANTĬO, ōnis, f. 3. ¶ 1. Est oppidum in Alpibus Cottiis, trib. *Quirina*, hodie *Briançon* (gr. Βριγάντιον *Strab.* 4. 6. 8. et *Ptol.* 2. 12. 3). Memoratur in *Corp. I. L.* 12. 94 (*sæc. IV*)., *Itin. Vicarell. IV.* (*Corp.* 11. 3284)., *Itin. Ant. p.* 341., *Tab. Peut.* 3. et *Ennod. carm.* 1. 1. *tit.* — *Itin. Burdig. p.* 555. Mansio Byrigantum., *Ammian.* 15. 10. 6. Castellum Virgantia. — Deriv. *Brigantiensis* in *Corp.* 12. 95 (*sæc. I.*) ¶ 2. Aliud, ut videtur, Galliæ oppidum, in *Corp.* 12. 118. ¶ 3. Item in Pannonia. *V.* **BRIGETIO.**

BRĪGANTĬUM, ii, n. 2. (Βριγάντιον *Strab.* et *Ptol.*) ¶ 1. Est oppidum Rætiæ, hodie *Bregenz*, in *Tab. Peut.* 3. et *Corp. I. L.* 3. 5998. et 5999. — Idem *Brigantia*, in *Itin. Anton. p.* 237.; *Bracuntia* apud *Rav. p.* 231.; *Brecantia* in *Not. Dign. occ.* 35. — Hinc *Brigantiensis* in *Corp.* 3. 13542. negotiatores Brigantienses. — *Brigantinus*, qui et *Venetus*, lacus Rætiæ, quem prætervehit Rhenus fl., hodie *lago di Costanza*, ab opp. Constantia, ad ejus ripam occid., appellatus, Germania, ad quos maxime pertinet, hod. *Badensee*, ex opp. *Baden*, item ad ejus ripam condito ab imp. Gratiano. Memoratur *Plin.* 9. *Hist. nat.* 27. 29. (63). Proxima est mensa jecori dumtaxat mustelarum (*lamprede*), quas (mirum dictu!) inter Alpes quoque lacus Rætiæ Brigantinus æmulas marinis generat. Cf. *Solin.* 21. — Hic lacus, qui *Brigantiæ* (vel *Brigantia*) dicitur *Ammian.* 15. 5. 1. et 3. est « rotundus et vastus, quadraginta et sexaginta stadia longus parique pæne spatio late diffusus (*nunc alt.* 237. m., *long.* 63. *et lat.* 15. *km.*), horrore silvarum squalentium inaccessus » (*V.* integr. *Ammiani* loc.). ¶ 2. Item oppidum Gallæciæ. *Itin. Ant. p.* 424. et *Jul. Hon. rec.* A 21., *Cosmogr.* 1. 22.: firmatur Gr. Φλαούιον Βριγάντιον (municip. *Flavium Brigantium*) apud *Ptol.* 2. 6. 4. et *Dion.* 37. 53., qui tradit Julium Cæsarem ἐς Βριγάντιον πόλιν Καλαικίας navibus advectum incolas classe, fluctus vehementer commoventi, territos sibi subjecisse. — Brigantia: *Oros.* 1. *Hist.* 2. Brigantia Callæciæ civitas - altissimam pharum et inter pauca memorandi operis ad speculam Britanniæ erigit. Sic *Not. Dign. occ.* 42. « Tribunus cohortis Celtiberæ Brigantiæ, nunc Juliobriga » *h. e.* qui antea Brigantiæ, nunc autem Juliobrigæ consistebat. — Situm alii collocant ubi nunc *la Coruna* (*Corogna*), alii ubi *Ferrol*. — De iis cf. *Momms. C. I. L.* 3. *p.* 708. et 1050. et *Suppl. p.* 1852. et *Jenny, Mittell. der k. k. Central-Commiss. XIX.* 1898. *p.* 442.

BRĪGĒ, oppidum seu statio Belgarum in Britannia Rom.: a Celt. *brig* « pons » vel « mons » (*V.* **BRIGA**). *Itin. Ant. p.* 486. Hodie *Broughton*, quod tamen valde dubium est.

BRĪGĒNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 5. 2907 (*Patavii*).

BRĪGĒTĬO, ōnis, m. 3. (Βριγαίτιον *Ptol.*) oppidum Pannoniæ, colonia (*Corp.* 3. 4335) et municipium (*Corp.* 3. 4328)., hod. *O-Szœny.* — *Brigitio* apud *Oros.* 7. *Hist.* 32. 14., *Hieronym.*, *Prosp.* et *Cassiod.* in *Chron.* — *Bregitio* apud *Ammian.* 30. 5. 15. et *Jorn. Rom.* 309. — *Bergentio* apud *Aur. Vict. epit.* 45. 8. — Hinc *Bregetione(n)ses*, incolæ. *Corp.* 3. 10533. et 4309. Breg(etionenses).

BRĪGĬĀNI, ōrum, m. plur. 2. gens Inalpina, ab Augusto devicta. *Inscr. Plin.* in *Hist. nat.* 3. (137). — Iidem, ut videtur, *Briciani* nominantur in *Corp.* 12. 80 (*Ebroduni, sæc. I.*).

BRĪGĬDA, æ, f. 1. nom. mul. *Hieronym. Martyrol. Kal. Febr.* In Scotia depositio sanctæ Brigidæ virginis. Cf. *Brisida*, cogn. mul. *Corp. I. L.* 9. 2136.

BRIGINDO, onis, m. 3. nom. dei Gallici. *Corp. I. L.* 13. 2638 (*prope Cavillonum*) in titulo Celtico (V. *Holder, Altc. Spr. I. p.* 542., coll. *d'Arbois de Jubainville, Cours de littér. Celt. II.* 146. et *Allmer, Rev. épigr.* 1895. *p.* 331. *n.* 1142.

BRĪGINNA, æ, f. 1. (*al.* Briginnum, i, n. 2) oppidum Nemausensibus attributum, hodie fortasse *Brignon*, in *Corp. I. L.* 12. 3362 (*inter alia decem*). — Huc trahitur *n.* 2913 (*repert. prope* Brignon).

BRIGIŌSUM, i, n. 2. opp. Galliæ Celticæ, dein Aquitanicæ, hod. *Brioux*, in *Corp. I. L.* 13. 1. *p.* 154. et *Tab. Peut.* 2.

BRIGOMANNE, opp. in extrema Rætia occid., hod. *Hüfingen*, in *Tab. Peut.* 3.

BRILESSUS, i, m. 2. (Βριλησσός) mons Atticæ, hod. *Mendeli*, apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (24). et *Solin.* 7. — Forma *Brile(t)tus* (Βριληττός). *Plin.* 11. *ibid.* 37. 78. (190). — De situ et etymo cf. *Fick, Altgr. Ortsnam. I., Beitr. z. Kunde d. Indogerm. Spr. XXI.* 272. *sq.* — Fortasse a βρι, *valde* et λᾶς, *saxum*, i. e. durum saxum vel silex (*pietradura*). V. *Pape-Benseler* ad *v.*

BRĪMŌ (Βριμώ, οῦς), dea culta Pheris in Thessalia, hinc Φεραία dicta; de *Forcellin.* vero aliorumque sententia cogn. Proserpinæ, quæ eadem est atque Hecates vel Diana. — Etymon ducunt alii a βριμάω v. βριμάω, *leonis voce utor* terrendi causa; v. a βριμάομαι, *excandesco, fremo, minitor*, quod credita est Hecates pueris noctu terriculamenta immittere; alii similiter derivant a βρέμω, *fremo*, quod ex fabulis explicatur; tradunt enim mythologi Mercurium, puellæ amore correptum, ipsi in venationem prodeunti per vim commisceri voluisse, eam vero adversus illum infremuisse; quamobrem ab incepto deterritum recessisse. Huc alludit *Propert.* 2. 2. 62. « Mercurio fertur - Virgineum Brimo (primo *codd.*) composuisse latus ». Id Apollonius de Mercurii voluntate et conatu interpretatur. Cf. *Stat.* 2. *Silv.* 3. 38. — Aliter *Arnob.* 5. *p.* 170., qui de Jove hoc narrat; in taurum enim versus Cereris matris concubitum appetens in eam irruit, qua injuria Cererem indignatam æstuasse et infremuisse ait, ut inde *Brimus* (codd. *Primus*) nuncuparetur.

BRINDĪCENSIS, e, adject. Brundisinus. *Ravenn. p.* 248. Provincia, quæ dicitur Calabria Brindicensis.

BRINDĪSIUM. *V.* **BRUNDISIUM.**

BRINNĀCUS (um?) v. Brennacus, i, m. 2. villa in Gallia. *Greg. Tur.* 4. *Franc.* 46. et *Venant. carm.* 9. 1. in *lemmate*, hodie villa *Berny-Rivière* (*dép. Aisne, canton Vic-sur-Aisne*) sec. *Longnon, Géogr. de la Gaule au VI. siècle* 395-401. — De ea consulas *Prioux, La ville Brennacum, Étude hist.* (1864)., coll. *Glück, Rénos Moinos* etc. 17.

BRINNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 448 (*a. 2. ant. Chr.*). — *Brinnia*, nom. mul. *Inscr. not. degli scavi* 1892. *p.* 317 (*Neapoli*). — Hinc adject. *Brinnianus*, ut *Brinniana auctio* apud *Cic.* 13. *Att.* 12. et 14., i. e. ad Brinnium quendam pertinens, qui Ciceronem heredem fecit a. U. C. 709. Adde 13. *ibid.* 50.

BRINNO, ōnis, m. 3. *V.* **BRENNUS.**

BRINTA, æ, m. 1. qui et Brentesia, fluvius Venetiæ (reg. X.), prisce Meduacus, hod. *Brenta*, qui, ab Alpibus Tridentinis ortus, Bassanum, Patavium aliaque loca alluens per lacunas in Hadriaticum mare fluit ad meridiem Fossæ Claudiæ. *Venant. carm. præf.* 4. De Ravenna progrediens Padum, Atesim, Brintam, Plavem - tranans etc. *Martial.* 4. 677. Brinta fluens iter est Retenone secundo. *Rav. p.* 290. Brinta. - *Tab. Peut.* 4. Brintesia. — De eo cf. *Nissen, Ital. Landesk. I. p.* 194. *V.* **MEDUACUS.**

BRĪŌNES, um, m. plur. 3. gens Germanica in finibus Galliæ Belgicæ, ad Rhenum fortasse sita, ex qua a. 451. p. Chr. auxiliarii adhibiti sunt ab Ætio in bello contra Attilam, teste *Jorn. Get.* 36., ubi tamen alii (*Closs*) leg. *Ibriones:* legendum forsitan sit *Britones* (V. *De-Vit* in *Opusc. di Modena. Ser. II. t.* 10. *p.* 77. *sq.*).

BRĪSÆUS, i, m. 2. (Βρισαῖος) Scribitur etiam *Briseus* (disyllabon), extrita prima diphthongi littera, græce Βρισεύς, et etiam Βρησεύς v. Βρησαγένης, sc. in promontorio Bresa (Βρῆσα *Androtion frg.* 59. v. Βρῖσα *Steph. Byz.*) genitus. ¶ 1. Apud scriptores — *a)* Proprie est cogn. Bacchi, a Græcia ei inditum, ut docet *Macrob.* 1. *Sat.* 18.; qua tamen de causa, non constat, eo magis quod scriptura vocis dubia est tam græce quam latine, unde varia nominis interpretatio; alii enim a *bris*, « jucundus » (*Schol. Pers. loc. cit.*); alii vero a βρύσις « fons pellucidus » ad solvendum curis animum (*Varinus* in *Lexic.*); vel a βρύω, *stillo*, quasi sit prosperitatem stillans v. deus copiæ, abundantiæ v. deus veris, (*Welcker. Griech. Götterl. II.* 607), a quibus, etymi causa, scribendum esset *Bryseus;* nullum tamen hujus exstat scripturæ exemplum. De hoc fuse *Schol.* ad *Pers.* 1. 75. « *Brisæus* Liber pater cognominatus est vel, ut quibusdam videtur, a mellis usu, eo quod ipse primum invenisse dicatur mel et ex favis exprimere. *Bris* enim (*al.* Brisin) jucundum dicimus, ut etiam quidam *Briseida* existimant dictam, quod Achilli jucunda fuerit: vel certe, ut aliis videtur, ab uva, quod uvam invenerit et expresserit pedibus; *brisare* enim dicimus exprimere: vel certe *Brisæum* dictum ex nomine Nymphæ, quæ eum nutrivisse dicitur ». *et* mox « *Brisæus* est etiam hirsutus, tractum a Libero patre, qui in Græcia est, ubi etiam ejus duæ statuæ sunt, una hirsuta, quæ dicitur *Brisæi*, altera levis, id est sine pilis, quæ dicitur *Lenæi* » (V. *Mythogr. III. fab.* 12. *n.* 2). — *b)* Improprie seu latiore sensu, de aliis, quæ sunt Baccho hoc altero sensu similes. Hinc *Pers.* 1. 76. « Brisæi venosus liber Acci ». Ad quem loc. *Schol.* « Brisæum Accium ideo dixit, quia poetæ in Liberi patris tutela esse noscuntur ». Sed verius censueris ita dictum, quod Accius durus stilo fuerit, maxime si pro *Brisæi* legeris *Brisæis* vel *Briseis*, quo nomine putatur a Persio tangi epos Q. Accii, tit. *Briseidem*, duriore stilo conscriptum. V. *Gerhard, Griech. Myth.* § 447. et *Ronchini, La prima satira di Persio p.* 40. *sq.* ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 6678.

BRĪSĒĬDA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

BRĪSĒĬS, idis et idos, f. 3. (Βρισηΐς) patronym. a *Brises*, h. e. Brisæ filia (*V.* **BRISÆUS**). — Nomin. *Breseis* (Βρησηΐς) in *Corp. I. L.* 6. 16153. et 8. 13784. et *Horat.* 2. *Od.* 4. 3 (ex cod. Φ). — Etiam *Briseida* (æ) apud *Hygin. fab.* 106. et *Dar.* 13. Dubium *Anthol.* 135. 2., ubi licenter *Briseīda* (nom.) pro *Briseīda*. — *Brisæis* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 6948. Cf. *Brisæidi* in *C. I. L.* 6. 10635. — Genet. *Briseidos*, Græc. posit., habent poetæ et *Schol. Pers.* 1. 76. — *Briseidem* apud *Stat. Ach.* 175. — Voc. *Brisei* est *Ovid.* 2. *Art. am.* 613. — Abl. *Briseide* passim.

Briseis, filia Brisæ sacerdotis, ut diximus, sc. *Hippodamia*, ita frequentius a patre nuncupata, ut *Chryseis* a Chryse. Memoratur — 1.°) Proprie. *Propert.* 2. 8. 35. Briseis formosa (Cf. *Hom. Il.* 2. 689. καλλιπάρῃος. et ἠΰκομος. et 19. 282. ἰκέλη χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ) et 2. 22. 29. candida (*manu*). et *Horat.* 2. *Od.* 4. 3. niveo colore. *Auson.* 421. 4. concubina. *Ovid.* 3. *Her.* 137. sollicita. *Homer.* 693. intacta (*Ovid.* 19. *Her.* 783. nunquam tacta *ab Atride*). *Stat.* 4. *Silv.* 4. 35. cantata. *Senec. Tro.* 222. captā tellus nobilis Briseide. — Hæc, capta Lyrnesso urbe et Pedaso, captiva cum Chryseide consobrina abducitur et dono datur Achilli victori, dum alia Agamemnoni cessit; sed vix abductæ fuerunt hæ puellæ, quum, orta pestilentia in exercitu Græcorum, Agamemnon oraculo coactus fuit suam Chryseidem patri remittere. Ipse autem Achilli suam Briseidem ademit, quam contumeliam hic tam gravissime tulit ut numquam adduci potuerit ad arma sumenda, donec Patrocli mors nunciata eum ad vindictam impulit. Ita *Forcellin.* ex *Hom. Il.* 1. 180. *sqq.* Cf. *Hygin. fab.* 106., *Mythogr. I. fab.* 209. et *II. fab.* 205., *Dict.* 2. 17., *Dar.* 13., *al.* — De ea monumenta artis apud *Gerhard A. V. III.* 187.; *Robert, Bild u. Lied* 102.; *Heydemann, Vasenkat. von Neapel*, 3254., coll. 3228.; *Mus. Borb. II.* 58. et *Pompejan. Wand-gemälde Helbig* 1309., *Mon. d. Inst. VI.* 19.; *Noack, Iliupers.* 48. *sq.* et *Overbeck H. G. XVI.* 3. — 2.°) Improprie vel generatim. — *a)* Est exemplar pulcræ puellæ. *Varro Men.* 368. Suam Briseidem producere, quæ ejus nervia tractare solebat. *Querol.* 18. 21. Sume Paphien, Cytheren, Briseidem (Briseiden *codd.*) sed cum pondere Nestoris. — *b)* Ex filia nomen inditum aliis servis mulieribusque. *Corp. I. L.* 6. 496., 1807., 1830.; 14. 314 (*Ostiæ*) etc.

BRĪSĒS, æ, m. 1. (Βρίσης) ¶ 1. Fuit pater Briseidis sacerdos. *Dict.* 2. 17. — Genet. etiam *Brisi* apud *eund.* 2. 19. — Idem *Briseus* (Βρισεύς seu potius Βρίσης, ῆος *Hom. Il.* 1. 392. et *alib.* Cf. *Eustath. Il.* 77. 29. *sq.*). *Hygin. fab.* 106. Briseidam Brisei (Briso *F.*) sacerdotis filiam. ¶ 2. Item filius Ardyis Phrygius, frater Chrysæ, Pedasi sedem principalem habens (*Hom. loc. cit.* et 9. 132. et 274. *sqq.*), sacerdos (*Hygin. loc. cit.*) et rex (*Dict. loc. cit.*), qui quum Lyrnesso, urbi suæ, adversus Achillem defendendæ imparem se agnovisset, laqueo vitam finivit (*Ibid.*).

BRĪSEUS. *V.* **BRISÆUS.**

BRĪSĬĀCUS mons, locus ad Rhenum situm, hodie *Altbrisach*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 289. Monte Brisiacon. Adde *Corp.* 13. 2. *p.* 62. — *Cod. Theod.* 6. 35. 8 (*a.* 369) Brisiaci. — *Rav. p.* 231. Brezecha.

BRISIGĀVI, ōrum, m. plur. 2. gens Alamannorum, ex qua distincti sunt inter Auxilia Palatina *Brisigavi Seniores* (*Not. Dign. occ.* 5. 52) et *Brisigavi Juniores* (*Ibid.* 5. 53).

BRĪSO (Brison), ōnis, comm. 3. (Βρίσων, ωνος) cogn. Græcanicum vir.: a βρίζω, *me sentio gravem, dormito;* hinc βρίζων, *deses* et *gravis*. — 1.°) Masc.: *Cic. Brut.* 25. 97 (*Cassii*) legi tabellariæ M. Antius Briso tribunus plebis diu restitit (*an.* 137. a. Chr.). Adde *Corp. I. L.* 6. 3516. et 3172. — Βρίζων, eunuchus Eudoxiæ Augustæ, apud *Cassiod.* 18. *Hist. trip.* 8. Brison. et 14. Breson. — 2.°) Fem.: *Corp.* 6. 10855 (*perdif.*). — Deriv. *Brisonius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 5. 6495 (*prope Novariam*).

BRISŎANA, æ, m. 1. (Βρισόανας *Ptol.;* Βρίζανα *Arr.*) fluvius Persiæ, in sinum Persicum influens. *Ammian.* 23. 6. 41. « Brisoana atque Bagrada » idem, ut videtur, ac *Brixa* apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (136).; idemque cum hod. *Hôr Sini* prope ruinas oppidi *Sinix* vel *Sinix-Ausinza*, ex Pers. ant. *brizāna* v. *brizavāna*, i. e. rumpens, lacerans v. circumvolvens.

BRISSŌDŪNUM. *V.* **BRIVODURUM.**

BRĪTANĪUS. *V.* **BRITANNIUS.**

BRĪTANNI, ōrum, m. plur. 2. nom. populorum. — 1.°) De prosodia et orthogr. Cf. *Serg. explan.* in *Don. gramm. IV.* 527. 22. *Inter paroxitona:* « Britannum » pænultima acuta, quia positione longa est. — Apud poetas prima syllaba brevis, secunda longa, præter *Lucr.* 6. 1106. « Nam quid Britannis (Brittanis *cod. quadr.*) cælum differre putamus? » ubi prima producitur. Nihilominus codd. poetarum (*Hor., al.*) nonnumquam scripturam per duplicem litt. *t* exhibent, quæ et in reliquis scriptoribus nusquam fere sibi constare videtur (de *Cæs.* cf. *Meusel* in *lex.* sub v. *Britanni*). Formæ: — *a)* in libris: *Britanni, Brittanni* (ita semper *Not. Tir.*), *Brittani* (ita semper cod. *Heges.*: cf. Βρεττανοί in codd. *Jos.*), *Britani*, apud *Greg. Tur. Brintani, Brictani, Bricctani*, ut de rarioribus nihil dicatur; — *b)* in titulis: *Britanni* passim, ut *Mon. Ancyr.* 6. 2., *Corp.* 6. 920 (*tit. triumph. imp. Claudii*)., 3. 7061 (*Cyzici sæc. I.*)., *Inscr. numm. Cohen I.*² *p.* 252. *n.* 15., *al.* (*Claud.*) *p.* 269. *n.* 1. *al.* (*Britannicus Claudii f.*): cf. *p.* 271. *n.* 1. Βρεταννικὸς Καῖσαρ. *Corp.* 7. 1202 (*idem*)., *Const. vet.* 29. *p.* 1969 (*a.* 98) *int.* 8. et *ext.* 10. — *Brittanni* passim inde a sæc. I. *Corp.* 8. 9960 (= 2864. *et Trajan.*) Brittanniæ. *Inscr. numm. Cohen II.*² *p.* 121. *n.* 198., *al.* (*Hadrianus*). — *Brittani* in *Corp.* 6. 2464. et 8. 2830. 19 (*Dalm.*)., *Inscr. numm. Cohen III.*² *p.* 282. *n.* 37 (*Commodus*). — *Britani* in *Corp.* 3. 445 (*Asia*). — Scripturæ per e (Bret-, Brett-): *Corp.* 3. 249. — *Bretannicus* in *Corp.* 6. 13634. — *Brettannicus* in *Corp.* 3. 712 (*cogn. imp. Carac., Maced.*). — Græcorum scriptura sollemnis est Βρεττανοί (prisce Πρεττανοί v. Πρετανοί); ad Latinam accedit *Corp. inscr. Gr.* 6627 (*Velitris, in tit. bil.*) = *C. I. L.* 10. 6569 (*Hag*). Concludi posse videtur, Latinos generatim contrariam scripturæ Græcorum suam tenuisse; hi namque per e, duplici τ et unico ν; illi contra per *i*,

unico t et duplici n vocabulum efferre consuerunt. — 2.°) Origo vocis probabiliter ducitur a nom. Brittus (C. I. L. 2. 1385., 5812). et Brittæ (Britannæ) matres (Brambach 201), unde Βριτόμαρτος (Plut. Rom. 16) v. Βριτόμαρς (Appian.) et insula Brittia, ex qua Britanni et Brittones oriuntur (V. Procop. B. Goth. IV. 20). Celticam crediderim vocabuli originem; incolæ enim Britanniæ, saltem Romanæ, erant Celtæ, (Smith, G. A. 4. 31). De hoc tamen V. etiam **BRITANNIA**. — 3.°) Compendia in inscriptt.: Britann., Britan., Brittann., Brittan. Britta., Britt., Bret., Bri. V. Corp.

Britanni, incolæ Britanniæ insulæ vel insularum (Serv. ad Virg. 1. Æn. 287., Chron. Alex. chron. I. p. 98), Gr. Βρεττανοί (Cf. **BRITTONES**), origine Celtæ, ut diximus, saltem in Britannia Rom., variis nominibus appellati, ut Cantii, Belgæ, Durotriges, Atrebatii, Damnonii, Trinobantes etc., et a Romanis in extrema orbis parte habitare crediti (V. infra). Memorantur ¶ 1. In libris, et quidem — 1.°) Generatim. — a) Proprie. Propert. 2. 27. 5. Seu pedibus Parthos sequitur seu classe Britannos. Adde Ovid. 2. Am. 16. 39., Martial. 12. 8. 9., Flor. 3. 12. 4., Hieronym. ep. 46. — Epitheta: de longinquitate et situ. Catull. 24. 149. Britanni ultimi (Horat. 1. Od. 35. 30). et Claudian. 26. 416. extremi. Virg. 1. Ecl. 66. penitus toto divisi orbe. Horat. 4. Od. 14. 48. remoti. Ovid. 15. Met. 752. æquorei. Juvenal. 2. 161. minima contenti nocte. Auson. Mos. 407. aquilonigenæ. — De moribus (V. infra). Horat. 3. Od. 4. 33. hospitibus feri (hospites enim immolasse tradit Acron ad Hor. l. c.). Avien. orb. 318. duri. Rutil. 1. Itin. 500. feroces. — Prisc. perieg. 274. bellaces. — De colore cutis, capillorum. Propert. 2. 18. 23. infecti (sc. vitro: Cæs. 5. B. G. 14. 2.; sed cf. Rothstein ad Prop. l. c.). Ovid. 2. Am. 16. 39. virides. Lucan. 3. 78. flavi. Martial. 11. 53. 1. cærulei. et 14. 99. picti. Sil. It. 3. 608. auricomi. — b) Metonymice, pro regione. Tac. 14. Ann. 29. Suetonius obtinebat Britannos (i. e. provinciam). Ammian. 22. 3. 3. Palladium - in Brittanos exterminarunt. Oros. 6. Hist. 10. 1. A Britannis reversus. — De Britannorum moribus ita Cæs. 5. B. G. 14. « Ex iis (populis) omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt - interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt pellibusque sunt vestiti. Omnes vero se Britanni vitro inficiunt, quod cæruleum efficit colorem atque hoc horridiores sunt in pugna aspectu; capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa, præter caput et labrum superius. Uxores habent deni duodenique inter se communes et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis; sed si qui sunt ex iis nati, eorum habentur liberi, quo primum virgo quæque deducta est ». Huc spectat Plin. 22. Hist. nat. 1. 2. (2). « Glasto Britannorum conjuges nurusque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris et nudæ incedunt, Æthiopum colores imitantes ». Cf. Sil. It. 17. 416., Auson. Mos. 68. et Martial. 11. 54. — Præterea refert Plin. 4. Hist. nat. 16. 30. (102). eos vitilibus navigiis uti. et 33. ibid. 1. 6. (24). medio digito anulos induere. et 30. ibid. 1. 4. (13). magicam rem tantis cæremoniis celebrare ut dedisse Persis videri possint. — Quod vero spectat ad religionem, hæc apud eos erat eadem ac Druidarum (Cf. Cæs. 6. B. G. 13-14) eorumque sacerdotes maximam in rem publicam auctoritatem exercebant tamquam scientiarum magistri et administri justitiæ; numina vero gentilicia erant Mars Belatucadrus v. Cocidius et dea Bulis, par Minervæ. Quem Britanni cultum abjecerunt, fidei christianæ lumine collustrati, antequam Romani amplius ea regione potirentur. Hinc Tertull. adv. Jud. 7. « Britannia inaccessa Romanis, Christo vero subdita ». Cf. Hieronym. hom. 4. in Ezech. — Britannorum denique sermo, saltem præcipue, fuit Celticus; a Latino vero dominatorum ii fere abhorrebant (Cf. Momms. loc. cit. et Rhys, Celt. Brit. 1. sqq.). — De historia V. voc. seq. — 2.°) Speciatim — a) De Caledoniis. Lucan. 6. 68., Martial. 10. 44. 1., Auson. Mos. 68. et Sidon. carm. 7. 89. — b) De Britannis in continenti: et quidem in Belgica: Plin. 4. Hist. nat. 17. 31. (106). — supra Ligerim: Sidon. 1. ep. 7. et Greg. Tur. 2. Franc. 106. — in Asia minore: Ravenn. p. 368. ¶ 2. In titulis (V. Ruggiero, Diz. epigr. I. 1042): Cohortes auxiliares in Corp. I. L. 6. 7717. et 3. 5935 (Abusina s. 211). et Inscr. Rostowzewtess. 237. — Adde Notit. Dign. occ. 35.

BRĪTANNĬA, æ, f. 1. (Βρεττανία) Scribitur etiam Britanea in C. I. L. 8. 445 (Asia, sæc. III. med.). — In hexametris non nisi nom. sing. et ante ultim. pedem. — De etymo nihil certi. Iis, quæ diximus in voc. præc., hæc addimus. Isid. 14. Orig. 6. 2. « Britannia Oceani insula, a vocabulo suæ gentis cognominata ». Britannos vero dictos quidam putant a Celt. brit, coloratus, quasi Britannia sit fucatorum hominum regio, ubi incolis se tingendi pingendive mos quidem erat. Sed pro suo more Bochart (Chanaan 1. 59) ducit ab Hebr., quasi Britannia significet ager stanni et plumbi; nec ab re, quum remotissima ætate inde maximus esset proventus stanni (V. Silurum insulæ et Plin. 34. Hist. nat. 17. 49. [164]. et alib.).

Britannia ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est insula, quæ et Albion, serius autem Anglia, nunc Inghilterra, ad merid. freto Britannico (la Manica) a Gallia, ad occid. mari Hibernico (mare d'Irlanda) ejusque duobus fretis, infer. (Canale di S. Giorgio) et super. (Canale del Nord) ab Hibernia divisa, Romanis dicta Major (hodie, cum aliis adjectis insulis, Gran Brettagna), ut ab altera distingueretur (V. infra sub 2.); porro terra Britannorum universa, ut postea magis explorata cognitaque patuit, cincta erat mari Britannico ad austr., Germanico ad orient., Atlantico ad occid., Cronio seu Pigro ad septentr. — a) In sing. num. — α) Proprie. Plin. 4. Hist. nat. 16. 30. (102). Britannia, insula clara Græcis nostrisque monimentis inter septentrionem et occidentem jacet. - Albion ipsi nomen fuit. Oros. 1. Hist. 2. Britannia Oceani insula, per longum in borea extenditur. A meridie Gallias habet, cujus proximum litus transmeantibus civitas aperit, quæ dicitur Ruthubi portus. - Hæc insula habet in longo milia passuum DCCC., in lato milia CC: a tergo autem, unde Oceano infinito patet, Orcadas insulas habet - deinde insula Thule (Plin. 4. Hist. nat. 16. 30. [102]). Adde Mel. 3. 6. 4., Solin. 22. sqq., Cæs. 5. B. G. 13. et Jorn. Get. 2. — Dicitur insula Cic. 15. Fam. 16., Quintil. 7. 4. 2., Jul. Hon. rec. A 16., Rav. p. 27., al. — terra Hieronym. hom. Orig. in Ezech. 4. p. 919. — provincia Jul. Hon. rec. A 18., Hieronym. ep. 133., Corp. I. L. 3. 9960 (=2864. Dalm., æt. Traj.); 7. 22. etc. — β) Metonymice, pro incolis. Propert. 4. 3. 9. Hibernique Getæ pictoque Britannia curru. Plin. 10. Hist. nat. 22. 29. (56). Lautiores epulas non novit Britannia. Martial. 11. 3. 4. dicitur - nostros cantare Britannia versus. Adde Tac. Agr. 31., Hieronym. ep. 67., Claudian. 3. 131., al. — γ) Personata. Corp. I. L. 7. 282. BRITANNIAE SANCTAE P. NIKOMEDES AVG. N. LIBERTVS. Adde 1129., coll. Inscr. numm. Cohen II.[2] p. 109. et 121. — Addimus epitheta et adposita: Catull. 29. 4. Britannia ultima. Anthol. 426. 1. vasto disjuncta - ponto. Nemes. cyn. 225. divisa. Heges. 2. 9. 1. extra orbem posita. Claudian. 17. 51. nostro diducta - mundo. Plin. 4. Hist. nat. 17. 30. (102). clara. Claudian. 8. 73. sæva. et 26. 568. dira. Venant. 8. carm. 3. 155. fecunda. Eumen. Paneg. Const. Cæs. 11. læta numero pascuorum, - fluens rivis - vectigalibus quæstuosa, accincta portubus - immensa circuitu. Spartian. Hadr. 11., coll. Eckhel, 6. p. 493. Romana et Barbara. Corp. I. L. 3. 6995.; 8. 1578 (sæc. III.), 2080., 2766. et 5180. superior et inferior. Notit. Dign. occ. 1. et 2. prima et secunda (sc. provinciæ). — b) In plur. num. tam de insulis oceani Britannici (Britannia, Hibernia, Mona etc.) quam de provinciis Romanis: vel poetice. Plin. 4. Hist. nat. 17. 30. (102). Albion ipsi nomen fuit, cum Britanniæ vocarentur omnes insulæ (sc. Hibernia, Orcades, Monapia, Ricina etc.); unde liquet nomen latissime sumptum ad omnes insulas, majores minoresque, significandas, usurpatum fuisse; quamquam postea, suo quibusque nomine vocatis, una tantum hujusmodi nomen servavit. Sic Catull. 45. 22. Acmen mavult quam Syrias Britanniasque. Apul. mund. 7. Britanniæ duæ et Albion et Hibernia. Vopisc. Prob. 18. Britannias, Hispanias et bracatæ Galliæ provincias etc. Adde Ammian. 20. 1. 1., Hieronym. chron. a. Abr. 2305., Sulpic. Sev. chron. 2. 49., Itin. Ant. p. 463., Cod. Theod. 11. 7. 2 (a. 319)., Corp. I. L. 8. 445. et 6753. — Generatim de temperie et fertilitate dicendum est Britanniæ aerem fuisse humidiorem ac nebulosum (Tac. Agr. 12), præcipue ex paludibus ac silvis, quibus olim abundabat hæc regio; quæ quo tempore innotuit Romanis, non erat tam ferax, quia parum culta, sed pascuosa; at posteriore ævo coli cœpta est cum magno laborum fenore. Hinc Eumen. loc. cit. « Tanto frugum ubere, tanto læta numero pascuorum etc. » (Cf. Ammian. 18. 3. 2. et Cæs. loc. cit.); quam ubertatem ut alant, Britanni marga utuntur, teste Plin. 17. Hist. nat. 6. 4. (42). Id. 34. ibid. 17. 49. (164). Plumbum nigrum eruitur - summo terræ corio adeo large ut lex ultro dicatur, ne plus certo modo fiat. Id. 37. ibid. 2. 11. (35). « Sotacus credidit (sucinum) in Britannia petris effluere, quas electridas vocavit » (Sunt et insulæ ibi Glæsariæ seu Electridæ dictæ). Nihil tamen auri vel argenti in Britannia esse, se audivisse scribit Cic. 7. Fam. 7., 10. et 16.; cui contradicit Tac. Agr. 12. Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla. Cæs. 5. B. G. 12. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum sed ejus exigua est copia - Materia cujusque generis, ut in Gallia est, præter fagum et abietem. - Leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant: hæc tamen alunt animi voluptatisque causa. — De moribus V. voc. præc. — De historia Britanniæ scimus primum eam cognitam fuisse Romanis per Cæsarem; quamquam antea ab Himilcone, an. 500. circ. a. Chr., ut Plin. et Avien. tradunt, insulæ Britannicæ detectæ fuerant; ac dein a Pythea, qui, celeber navigator Massiliensis, duplex iter a se institutum descripsit, quo prius exploravit, an. 334. circ. a. Chr., occid. litus Europæ, a Massilia usque ad insulam Thule, ubi perpetuum diem invenit. — Cæsar itaque a Galliis bis ad Britanniam transiit, primum a. 55. a. Chr. e Portu Itio, probabilius usque ad Deal (al. hodiern. Romney Marsch, al. Rye, al. etiam Pevensey: cf. Smith, G. A. 4. 31. p. 675. et Langes, Caes. zweiter Zug nach Brit., Jahrb. f. Philol. 1889. p. 597-607., coll. Petsch et Schneider, Ztschr. 1890); dein a. 54., quo Britannos profligavit, Tamesim trajecit, Cassivellaunum, eorum metropolim, cepit; quamquam australem modo partem Romanis non tam subjecerit, quam fecerit eorum stipendiariam (Cæs. 4. B. G. 20-33. et 5. ibid. 2. 23., Liv. epit. 105., Flor. 3. 10. et 12., Oros. 6. Hist. 9., coll. Cic. 4. Att. 16. et 17. et Eutrop. 6. 17); quare Tibull. 4. 1. 150. Te manet invictus Romano Marte Britannus. et Horat. Epod. 7. 7. « intactus Britannus » dicitur. Britannia tamen amicitiam cum Romanis obtinuit, ita ut et legationibus et officiis et donariis eos sibi magis magisque devinxerit, etiam sub Augusto (Mon. Ancyr. 6. 2., Serv. ad Virg. 3. G. 25., coll. Strab. 4. 200); quamvis Appon. in Cant. 12. p. 237., coll. Liv. loc. ex lib. 135., fertur Augustus a Britannia regressus; unde Horat. 3. Od. 5. 2. « præsens divus habebitur Augustus adjectis Britannis imperio »; quod tamen hyperbolice dictum existimaveris, coll. Sueton. Claud. 17., Tac. Agr. 13., Eutrop. 7. 13. et Dion. 59. 21.: nam Britannia proprie subdita Romanis non fuit nec sub Cæsare, nec sub Augusto, nec sub Tiberio, nec sub Cajo Cæsare (Dio loc. cit., coll. Sueton. Calig. 19., Eutrop. 7. 13. et Tac. Agr. 13). Vera tamen Romanorum in eam insulam dominatio cœpisse videtur sub Claudio imp., ob id Britannici cognomentum adepto, a. 43. p. Chr., per Plautium Silvanum et dein Vespasianum, mox per ipsum imp., qui Camalodunum occupavit a. 44. (Sueton. Claud. 17., 21. et 28.; Vesp. 4. et Galb. 7). Deinde subsecuti sunt Aulus Plautius et Ostorius Scapula, a. 47., egregii viri; post Didius Gallus a. 51-60., Veranius a. 61 (Tac. Agr. 14); Paullinus Suetonius, qui rebelles compescuit ac prope amissam sub Nerone imp. Britanniam recuperavit (Id. ibid. 15) a. 50-62.; Petronius Turpilianus, homo ignavus, qui Trebellio Maximo, provinciam tradidit (Id. ibid. 16), quemque excepit a. 74. Vettius Bolanus, paris inertiæ vir; Petilius Cerialis et Julius Frontinus, eximii belli duces, sub Vespasiano imp., usque ad a. 68.; quo anno Julius Agricola successit (Id. ibid. 18., 24-40) statimque Calidoniæ fines transiit victor, a. 80., ad fluvii hod. Clyde fauces perveniens, ubi munitionum seriem constituit (a. 81) ac Rom. imperium, sub Domitiano imp., protendit usque ad Grampios montes, a. 84. Hunc secuti sunt Sallustius Lucullus et Neratius Marcellus sub Trajano (Henzen, Inscr. Suppl. Orell. n. 5447., coll. n. 5442) et Platorius Nepos, a. 124., sub Hadriano, quo regnante, fines dominii Rom. redacti sunt ad Tinam fl. (hodie Tyne), ubi Hadriani murus v. vallum, long. 4 m. p., ad incursiones tribuum septentr. reprimendas, erectum est (a. 120-121), limes inter Britanniam Romanam et Britanniam Barbaram (Eckhel, 6. p. 493. et Spartian. Hadr. 11); deinde sub Antonino Pio (Capitolin. Ant. P. 5. et Eckhel, 7. p. 14) amplius coartati imperii Britannici fines, altero vallo exstructo, a. 144., quod Antonini vallum dictum est quodque æque distabat a locis, quæ jam muniverat Agricola. — Temporibus autem: M. Aurelii (Capitolin. M. Aur. 8. et 22) iterum rebelles repressit Calpurnius Agricola; Commodi vero, legati fuerunt Albinus et Ulpius Marcellus; Severi, a. 193., Heraclitus ad Britannias occupandas missus est; dein imperator ipse victor « magnis gravibusque prœliis gestis, receptam partem insulæ a ceteris indomitis gentibus vallo distinguendam putavit - per CXXXII. m. p. ducto (a. 208-211) - ibique apud Eboracum morbo obiit » (Oros. 7. Hist. 7. Cf. Spartian. Sever. 18., ubi etiam Britannicum cognominatum illum fuisse tradit firmantque nummi apud Eckhel, 7. p. 188. et 22-14). Idem imp. Britanniam in duas provincias divisit, inferiorem et superiorem (Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 7414. B et al. sub 2.°). — Posteriore tempore seditiones alias ortas sub Probo imp., pacavit Victorinus, teste Zosimo 1. 66. Dein sub Diocletiano rebellarunt Britanni, duce Carausio, a. 287., contra quos frustra dimicavit Maximianus, ita ut insulæ regimen tyranni tenuerint. At Constantius per Asclepiodotum præfectum, iis bello superatis, a. 296., Britanniam recuperavit (Eutrop. 9. 22., coll. Aur. Vict. de Cæs. 39. et Eumen. paneg. Const. Cæs. 11. sqq.). Alias postea vices subiit Romanorum dominatio modo prosperas, modo, et plerumque, adversas sub Valentiniano et Theodosio, ab filiis regionis tribuum ducibus tyrannisve impugnata vel deleta, quorum « Britannia fertilis » dicitur Hieronym. ep. 133. — Serius sub Constantino M. divisa fuit in quattuor provincias, nempe Britanniam Primam (ad merid. Tamesis), Britanniam Secundam (ad occid. Sabrinæ), Maximam Cæsariensem (inter Tamesim et Album) et Flaviam Cæsariensem (ad septentr. Abus), quarum prima erat consularis, ceteræ præsidiales (Not. Dign. occ. 3). Porro alia erat provincia item consularis, Valentia dicta Ammian. 28. 3. 7. et Valentina in MSS. Laterc. Polem. Silv. in Seecks Ausg. d. Not. Dign. p. 260. et Riese, G. l. m. p. 132., quæ a memoratis a. 319. in honorem Theodosii, Britanniæ ducis, separata est, qui eam provinciam contra Valentinum recuperavit. — Ex Richardo autem a Corinio, qui scripsit « de situ Britanniæ », notitias ex antiquissimis fontibus mutuatus, novimus in Britannia fuisse duo municipia (Verulamium et Eboracum), novem colonias (Londinium, Camalodunum, Cambricum etc.), decem urbes, Latio jure donatas (Durobrivas, Lugubalium, Cantiopolim, Ventam Belgarum etc.); et ex itinerariis, præsertim Anton. Aug., ex geographis, in primis ex Ptolemæo, ac monumentis, Britanniam Romanam oppidis, viis, ædificiis, templis, basilicis, balneis publicis, amphitheatris, villis refertam, singulari magnificentia constructis, et ex majoribus urbibus (de quibus plura suo loco dicemus) maxime floruisse Londinium (London), regionis caput, Augustum postea cognominatum et principalium viarum Britannicarum terminum. Accedit Verulamium (Old Verulam), sedes fortasse Cassivellauni, quem cepit Cæsar, ac dein metropolis sub Tasciovano, cujus nummi plures exstant hodiedum; Camalodunum (Colchester), oppidum inter Trinobantes, præcipua sedes principis Cunobelini sub Tiberio imp., quod dein captum a Claudio, colonia fuit Romana, Camalodunensis Victricensis appellata (Tac. 12. Ann. 32. et 33); Eboracum (York) in Brigantia, statio militaris primaria (ubi Severus et Constantius Chlorus decesserunt et Constantinus M., quod tamen valde addubitatur, ortum habuit). Postremo Rom. dominationis tempore, exeunte nempe sæc. quarto et quinto ineunte, Barbari, magistratibus Romanis expulsis, in libertatem se vindicarunt (Zosim. 6. 5); quamquam paullo post Romanorum opem implorarunt, ut ab incursionibus Scotorum Pictorumque liberarentur; tam exiguo tamen profectu ut coacti fuerint piratas Anglos et Saxones in auxilium vocare, qui Eptarchiam ibi constituerunt. Igitur a Romanis relicta (Id. 10), Honorio imperante, deinceps suis regibus administrata fuit. — Quæ porro Romanorum dominationi subjacuit, Romana dicta est (hod. Inghilterra), quæ tamen latius patebat; et Barbara, quæ comprehendebat regionem septentrionalem, olim generatim Caledoniam (Scozia), vix cognitam Romanis, ut ex Tacito et Plinio arguitur, qui primi de ea mentionem faciunt (V. CALEDONIA). — De ea consulas Gild. Sap. Lib. querol. de excid. et conquest. Brit. (Momms. Mon. Germ. auct. ant. XIII. chron. min. III. p. 25-367); Momms., Prov. Rom. etc. P. I. c. V. p. 157-179.; Kiepert, in Form. orb. ant. Berl. 1894. et Haverfield, in Hist. Atl. etc. 1896. — 2.°) Est etiam regio Galliæ, in continenti, hodie Bretagna. Memoratur Greg. Tur. 4. Fr. 20. et 5. ibid. 16. et alib., Venant. vit. Patr. 10. 33. Ravenn. p. 295. Ad Oceanum occidentalem juxta Galliam Belgicam ponitur, quæ dicitur Britannia in paludibus. V. quæ sequntur apud eund. p. 418. et alib. — Huc trahi potest loc. Plin. 4. Hist. nat. 17. 31. (107)., ubi pro Britanni gratis quidam leg. Brianni, nom. ignotum, ut negent tunc in Gallia illos exstitisse (recentiores enim statuunt Britannos, barbarorum incursionibus coactos, in Armoricam confugisse sæc. V. p. Chr.); quod contra facile admitti potest, si patentur hi Britanni iidem qui Brittones, antiquitus Brittiam insulam incolentes, unde tempore Plinii commigrassent in Galliam Belgicam ac deinde in Armoricam descendissent, ita ut ab his Britannia appellata fuerit. Certum est sua ætate illos in Gallia memorasse Sidon. 1. ep. 7., 3. ibid. 9. et 9. 9 (V. De-Vit in Opusc. relig. lett. e mor. Ser. II. v. X. Modena 1867. p. 42-70., 193-214. et Bull. d. Inst. 1869. p. 29., coll. Hübner in Herm. XVI. 1881. p. 53). Hæc autem, ut a majore distingueretur, dicta est Britannia minor, qua Cæsar an. 56. a. Chr. potitus est. — Ex Britannia deriv.: Britannicus, a, um, adj. (V. suo loc.). - Britanniacus, a, um, adj., ut Brittaniacæ (sic) insulæ apud Chron. Alex. chron. I. 99. 63. — Britannicianus, a, um, adj., ut de exercitu: Corp. 3. 1919. ALAE BRITANICIANAE; de patria: Corp. 8. 3279. MIO. MARINIANVS - NATIONE BRITANICIANVS; de commercio: Corp. 13. 8164[a] (Colon.) NEGOTIATOR BRITANNICIANVS. — Absolute Britanniciani, milites a Britannica provincia conscripti. Not. Dign. occ. 5. et 7. — Britannis (idis), f. 3. (Βρεττανίς), idem quod Britannia. Anthol. 425. 6. victa Britannis. — Plur. Prisc. perieg. 578. Rhenique Britannides ostia cernunt. — Britannius (V. suo loc.). — Britannio (ōnis) dicitur Vetranio (tyrannus a. 350), apud Cassiod. 4. Hist. trip. 37 (de Britannione). et 5. ibid. 4. Cf. Socrat. 2. H. E. 25. ¶ 2. In titulis, dea regionis Brit. Corp. 7. 232. BRITANNIAE SANCTAE etc. - Cf. C. 7. 1103. GENIO TERRAE BRITANNICAE (V. Holder, Altc. Spr. v. et Steuding, Roschers Lex. Myth. I. 821).

BRĪTANNĬĀCUS et

BRĪTANNĬCĬĀNUS. V. voc. præc.

BRĪTANNĬCUS (Brittanicus), a, um, adject. (Βρεττανικός) — 1.°) Generatim. Val. Max. 3. 2. 23. Britannicæ insulæ. i. e. Britannia (Gran Brettagna) et Hibernia v. Jerne (Irlanda). Plin. 4. Hist. nat. 28. 37. (122). portus. Juvenal. 10. 14. balænæ. Sueton. Claud. 28. triumphus. et Ner. 39 (Ammian. 30. 9. 1). clades. Solin. 53. ostreæ. Plin. 9. Hist. nat. 35. 57. (116). margaritæ. — Britannica herba (V. **BRITANNICUS** in Lexic.). — 2.°) Speciatim — a) De metallis. Corp. I. L. 7. 1201 (in lamina plumbea a. 49. p. Chr.) et 1215 (in massa argenti) — b) De re militari et bellica. — Tac. 1. Hist. 9., Spart. Did. 5., Capitolin. Alb. 13. Inscr. Rhen. Bramb. 67. exercitus. Tac. 2. Hist. 32. milites. Const. veteran. 37. p. 868. a. 110. pedites singulares. Notit. Dign. occ. 5 (Tac. 3. Hist. 22). legio secunda Britannica. Corp. I. L. 3. 7684. et 7478. cohors. et 4575. ala. et 4462. vexillatio. — Item Cic. 4. Att. 16. bellum. Sueton. Galb. 7. et Vit. 2. expeditio. Corp. I. L. 8. 11018. a. 210. et Inscr. numm. Cohen. IV.[2] p. 76. victoria. Corp. 6. 1643. et Javol. dig. 36. 1. 48 (46). classis. — c) De aquis. Mel. 1. 15. Oceanus (Cf. Dio 53. 12. 6. τοῦ Ὠκεανοῦ τοῦ Βρεττανικοῦ). et 3. 48. mare. Ammian. 23. 6. 88. litora. — Cic. 3. Nat. D. 10. 24. æstus maritimi vel Hispanienses vel Britannici. — Britannicus, i, substantive — a) Appellativum: Oros. apol. 12. 3. Britannicus noster (Pelagius, sc. natione Britannus) — b) Cogn. triumphale datum — α) imp. Claudii filio ex Messalina (T. Claudius Germanicus). Sueton. Claud. 27. Ex Messalina (tulit) - quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominavit (Eutrop. 7. 13. 8. et Dio 60. 12. 5. Βρεττανικός). Adde Corp. I. L. 7. 1202. et 11. 3602. — Hujus exstat nummus unicus, celeberrimus, in Collectione Sartori-Canova, Seminario Patavino dono data (descr. a Dom. Barbaran, ejusd. Sem. prof., in suo op.: Moneta Rom. dell'alto imp. [1872]), qui anterius præfert verba TI. CLAVDIVS. CAESAR AVG. F. BRITANNICUS cum ejus protome, retro: s. c. cum effig. Martis galeati barbati incedentis dextraque manu hastam et sinistro brachio clipeum gestantis. De eo cl. Eckhel: « Hic nummus a. 1773. repente in conspectum Romæ prodiit magnæque omnibus admirationi fuit. - Joh. Bapt. Visconti, Romanis antiqq. præfectus, magno quingentorum scutorum pretio in museum suum intulit. Delineatus is exstat in Magnani Miscellaneis numismaticis T. 3. tab. 18., tum et in Winkelmanni a cl. Fea editi fronte voluminis 3. et explicatus infr. p. 464 ». Similiter cl. M. Visconti: « Le portrait le plus vrai de Britannicus est celui qu' on voit sur une medaille unique en grand bronze qui se trouvait jadis dans le cabinet de mon père » (Iconogr. Rom. II. p. 202). V. etiam Inscr. Numm. Cohen I.[2] p. 269. n. 1. sqq. — Absolute. Octav. 169. Infelix puer, modo sidus orbis, columen augustæ domus, Britannice. Juvenal. 6. 124. generose Britannice. - Inscr. Rostowzewtess. 11. Britannicus. — Hunc, juvenili ætate et virtute florentem, Nero, imperii cupidus, ab Agrippina instigatus, veneno necavit. V. CLAUDIUS. — β) imperatoribus, uti sunt: Commodus (Lamprid. Comm. 8) in Corp. 6. 992. 5 (a. 192). et 14. 2947. - Septimius Severus, Geta, Caracalla, in nummis Cohen IV.[2] p. 21. n. 154. al. p. 142. n. 5. al., p. 258. n. 3. al. et in titulo: Inscr. gr. ad res Rom. pert. III. 1182 (Syria a. 213). — Britannicus maximus cognominatur - Sept. Severus (Spart. Sept. Sev. 18) in Corp. 9. 4959. 3. et 6010. 5. - Antonini Severi f. Caracalla in C. 6. 1085. 5. et 7. 2527. - Geta, in C. 6. 1076. 3. a. 210. - Aurelianus, in C. 8. 12383. - Diocletianus, in C. 6. 1116 (in fronte). 5. — Galerius Maximianus, in C. 6. 1137. et 8. 6979. — Constantius Chlorus in Edict. imp. Diocl. inscr. 7. - Constantinus Magnus in C. 8. 8412. - Carinus et Numerianus in C. 14. 126. 6. — γ) Etiam privatis hominibus, in C. 7. 1336. 179. - 6. 13634. Bretannicus pater. — Britannica, mul. Corp. 5. 8682.

BRĪTANNĬCUS, i, m. 2. V. voc. præc.

BRĪTANNIS, idis. V. **BRITANNIA**.

BRĪTANNĬUS, ii, m. 2. nom. vir. — 1.°) Fuit episcopus quidam Macedonianus. Cassiod. 7. Hist. trip. 25. Britannio (Socr. 4. H. E. 12. Βρεττανίῳ). — 2.°) Item episc. Trevirensis (a. 373-386). Sulpic. Sev. chron. 2. 49. 4 (al. Pritannius, al. Britonius, ut Hontheim, prodr. hist. Trev. I. 134).

BRĪTANNUS et Brittannus, a, um, adject. ex Britannia (idem qui Britannicus, fere poetice). — a) U-

niversim. Propert. 2. 1. 76. Britanna esseda. Grat. cyn. 178 (coll. 158). catuli (canes enim Britannæ famosæ erant in venationibus: cf. Claudian. carm. 24. 301). Juvenal. 4. 126. temo. Claudian. 8. 28. litus. et 26. 206. Oceanus. Sidon. carm. 7. 370. salum. Venant. 7. carm. 8. 64. crotta. Stat. 6. Silv. 2. 149. rex. Prosp. carm. de ingr. 2 (13). coluber. et epigr. 2. æquoreus Britannus (sc. Pelagius). Conc. Tur. a. 567. 9. p. 124. 8. Britannum aut Romanum - ordinare. — Thucydides Britannus dictus per contemptum et ironice Annius Cimber a Virg. in epigr. apud Quintil. 8. 3. 28. — Britannus, i — b) Collective plerumque. Horat. Epod. 7. 7. Britannus intactus. Paneg. in Mess. 149. invictus Romano Marte. Adde Tac. 14. Ann. 32., Rutil. Nam. 1. 500., Firm. err. 28. 6., Venant. vit. s. Mart. 3. 494., al. — c) De origine. Vopisc. quatt. tyr. 14. Bonosus domo Hispaniensis fuit, origine Britannus. Alc. Avit. ep. 4. p. 30. (Faustum) ortu Britannum, abitaculo Regiensem.

Homonym. Ita differunt inter se Britannus et Britannicus, ut prior eum significet, adhibitus fere de personis, qui ortus est in Britannia (Ammian. 30. 7. 3., Tac. 14. Ann. 32., Vopisc. quatt. tyr. 14., Sil. It. 3. 608., al.); posterior vero de iis fere usurpetur, qui, non origine, ad Britanniam pertinent, vel quæ ab ea proveniunt aut quomodocumque ad eam spectant. Sic gens Britanna (Solin. 22) est aliud ac legio Britannica (Tac. 3. Hist. 22) v. bellum Britannicum, sc. Romanorum contra Britannos (Cæs. 5. B. G. 4) etc.

BRĬTŌMARTIS, is, f. 3. (Βριτόμαρτις, Βριτόμαρρις Bull. hell. VI. 1882. 23.; Βρυτόμαρτις Rangabé, Ant. hell. 691). Vox a quibusdam ita solvitur ut sit Brito Martis, sc. filia Martis (Myth. Vat. II. 28); sed rectius Hesych. vult esse a βριτὺ γλυκύ, sc. puella dulcis: βριτύ vox Cretica. V. Solin. loc. cit. — Voc. Britomarti in Cir. 295. et 296.

Britomartis, dea Cretensium, Dianæ assimilata. Solin. 11. Cretes Dianam religiosissime venerantur, Britomartem gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem. — Alii Proserpinam censent ex loco Cic. 3. Nat. D. 34. 83. — At Rufin. Clement. 10. 21. « Britomartis, quæ fuit sodalis Dianæ ». Sane putatur sæpius eadem quæ Aphæa, virgo Cretensis, in fabulis « Jovis et Carmes, filiæ Phœnicis et Eubulus, filia » (Paus. 2. 30. 3), de qua Claudian. carm. 24. 251. « Igne Cretæa properat Britomartis ab Ida ». — Alii tamen mythicam genealogiam paullo aliter texunt (Cf. Anton. Lib. 40. = Cir. 290) et syncretismum, qui dicitur, referunt vigentem Æginæ, Cephalleniæ et Spartæ (Wentzel, Epikl. d. VI. 16. et Wide, Lakon. Kulte 109). — De ea consulas etiam Rapp. Roschers Myth. Lex. I. 822. sq.

BRĬTŌMĂRUS. V. BRITTOMARUS.

BRĬTONES. V. BRITTONES.

BRĬTOVĬUS, ii, m. 2. cogn. Martis apud Celtas, fortasse a loco aliquo ita dicti. Inscr. duæ, Nemausi repertæ, in Corp. I. L. 12. 3082. et 3083. Cf. Becker, Rhein. Jahrb. XLII. 99. et Holder Altc. Sprachsch. ad v.

BRITTA, æ, m. et f. — 1º). Est nom. vir. Corp. I. L. 13. 5020 (Noviodunt). — 2º.) Item nom. mul. Greg. Tur. glor. conf. 18. et Corp. 2. 1335. et 5812. 15 (a. 239). — Matres Brittæ, in Inscr. Rhen. Bramb. 201. et 208. Cf. Corp. 7. 5., ubi matres Britannæ (Ihm, Matronenkult. p. 18). — Fortasse hæ Brittæ matres ita a Brittonibus nominatæ fuerunt, qui Belgicam Galliam vel Armoricam incolebant, ut distinguerentur a Matronis Britannicis, quæ in ipsa Britannia colebantur. Cf. Henzen, Suppl. Orell. n. 5942. — Deriv. Brittula, nom. mul. (?) demin. Corp. 13. 497 (christ.). OVIIT BONE MEMORIE ⟨B⟩RITTVLA.

BRITTĬUS. V. BRUTTIUS et BRUTTII.

BRITTO, onis, m. 3. Scribitur Brito, unico t, in codd. - Brytto in Corp. I. L. 3. 13704. — Ad quantitatem syllabarum quod attinet, secunda syllaba in obliq. modo producitur, modo corripitur. - Prob. cath. gramm. IV. 11. 6. « to: Latina nomina hac syllaba terminata in genetivo corripiuntur: Britto, Brittŏnis ». Hinc Juvenal. 15. 124. « Qua nec terribiles Cimbri nec Britones unquam ». Sed Martial. 11. 21. 9. « veteres bracæ Britōnis pauperis ». — Originem vocis exhibet Procop. de B. Goth. 4. 20. eos tradens cognomines fuisse insulæ Brittiæ (Βριττίας). V. etiam BRITANNI et BRITANNIA.

Britto idem est ac Britannus, ut patet ex Auson. epigr. 109. sqq., qui Brittonem et Britannum promiscue usurpat (V. De-Vit, opusc. di Modena superius cit.). Isid. 9. Orig. 102. Britones (Britannos al.) nominatos quidam suspicantur eo quod bruti sunt, gens intra Oceanum interfuso mari quasi extra orbem posita. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Generatim seu promiscue, de incolis Britanniæ (tam insulæ quam continentis). Martial. et Juvenal. locc. citt. et Auson. epigr. 107-112. « de quodam Silvio Bono, qui erat Brito ». — Brittones « mali » habebantur; itaque 108.: Silvius hic Bonus est. « Quis Silvius? » Iste Britannus. « Aut Brito hic non est Silvius, aut malus est » sim. rell. et Augustin. ep. 186. 1. Pelagium - Britonem fuisse cognominatum (fuit alter Pelagius Tarentinus). et Prosp. chron. 1. p. 467. et 1252. Pelagius Britto (Cf. ejusd. carm. de ingr. 2). Arnob. in psalm. 147. Nec ipsos Indos lateat a parte orientis, nec ipsos Britones a parte occidentis. Adde Jorn. Get. 237. et 238., Venant. vit. s. Germ. 78. et 193. et Greg. Tur. 6. Fr. 21. Rav. p. 13. Transindorum vel Britonum regionibus oritur vel ponitur sol. — 2.º) Speciatim, de incolis continentis idem Rav. p. 9. Britonum patria, cujus post terga infra Oceanum magna insula Brittania rejacet. Diplom. Domitiani apud Arneth n. 4., ubi « Cohors 1. Britannica miliaria et Cohors I. Brittonum miliaria ». In exercitu namque Rom. eos fuisse et plures auctores et tituli ostendunt (quorum compendia: Britton., Britto., Britt., Brit., Br., Bt.): — inter legiones et auxilia Not. Dign. or. 9. 2. et 22. et Hygin. mun. castr. 29. — cohortes miliariæ, equitatæ, Æliæ, Flaviæ, Ulpiæ etc. (Cf. Holder, Altc. Spr. I. 604): Corp. 9. 5357.; 11. 393.; 7. 4812., 13704. — alæ Notit. Dig. or. 31. — numerus Corp. 11. 3104.; 13. 6606. etc. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 6. 3594.; 8. 1950., 3962. et Inscr. Christ. Hisp. 305 (a. 546). — De iis videsis etiam J. Hirst, On the contin. Brit. in Arch. Journal XL. 1883. p. 80. sqq., coll. Lersch, Bonner Jahrb. IX. p. 67-72.

BRITTŌMĀRUS (et Britomarus), i, m. 2. dux Gallorum Insubrum, quo duce voverant se non prius baltea posituros, quam Capitolium ascendissent, teste Flor. 2. 4. 3. Cf. Momms. R. Forsch. II. 366-376.

BRITTONES. V. BRITTO.

BRITTUS, i, m. 2. ¶ 1. Est idem ac Britannus. Not. Dign. occ. 35. Tribunus cohortis tertiæ Brittorum (Brutorum M), Abusina. ¶ 2. Est etiam nom. vir. Corp. I. L. 5. 5002 (ap. Ripam).

BRĬŪLI, ōrum, m. plur. 2. (Βριουλα Strab. Βριουλλα Hierocl.), vox a Thrac. βρια « urbs » (V. Radet, Lyd. 52).

Briuli, oppidum Cariæ, hodie Bilara. Memorat Conc. Eph. I. a. 431 (Mansi 5. 616). Timotheus episcopus Briulorum. — Ex nummis constat Briulos Phœbum, Cybelem, Dionysum coluisse (Head, H. N. 548). — Hinc Briulitæ (arum), incolæ. Plin. 5. nat. 29. 31. (120)., ubi Briullitæ, duplici l, leg. Sillig. Cf. tamen Eckhel, 3. p. 96. ΒΡΙΟΥΛΙΤΩΝ et ΒΡΙΟΥΛΕΙΤΩΝ. — Conc. Eph. I. a. 431 (Mansi 5. 587) Episcopus Bryulitorum.

BRIVA, æ, f. 1. nom. plurium locorum Galliæ. ¶ 1. In sing. num. — 1.º) Briva Curretia, vicus Lemovicum. Greg. Tur. 7. Franc. 10. et Ruric. ep. 2. — 2.º) Briva Isaræ, statio ad Isaram. Itin. Anton. p. 384. et Tab. Peut. 2. — 3.º) Briva Sugnutia in agro Hæduorum. Corp. I. L. 13. 2828 (Cf. Hirschfeld, Corp. 13. p. 434). — Hinc Brivensis (e), adject. pertinens, ut videtur, ad Brivam Curretiam. Inscr. Chr. Leblant II. p. 345. SANCTO MARTYRI MARTINO BRIVENSI. ¶ 2. In plur. num. Brivæ (arum), vicus. Greg. Tur. glor. conf. 79. Apud Brivas vicum, in honorem sancti ac beatissimi Martini antistitis oratorium ædificavit.

BRĪVĀS, ātis, m. 3. vicus Aquitaniæ: a Celt. briva « pons ». Sidon. carm 24. 16. Hinc te suscipiet benigna Brivas, Sancti quæ fovet ossa Juliani. Greg. Tur. 10. Fr. 30. Julianus a Brivate. — Hinc Brivatensis (e), adject. ad Brivatem pertinens. Id. glor. mart. 47. Brivatensis pagus. — Id. 2. Franc. 11. Brivatinsis (sic) vicus.

BRĪVŌDŪRUM, i, n. 2. oppidum Galliæ v. statio viæ, quæ Augustodunum et Lutetiam conjungit, hodie Briare (dép. de la Loire), in Itin. Ant. p. 367. et Tab. Peut. 8 (V. Desjardins, Tabl. Peut. 33. et Holder, Altc. Spr. I. p. 612). - Alii leg. Breviodurum, al. Brissodunum.

BRIXA. V. BRIXIA.

BRIXANTUS, i, m. 2. deus Celticus, cujus Inscr., reperta, ubi hodie Moulins-Englibert (dép. Nièvre), legitur apud Orell. n. 1923 (= C. I. L. 13. 2812) AVGVsto SACRVm DEO BRIXANTV PRODITIV (in clavi æræa permagna). V. Steuding, Roschers Lex. ad v. et cf. Βριξάνται Ptol., unde quidam Brixantum seu Brixantum (sc. populorum) deum, non tamen recte deducunt. V. etiam BRIXENETES.

BRIXELLĀNUS, a, um. V. voc. seq.

BRIXELLUM, i, n. 2. (Βρίξελλον Ptol.) Forma minus recta Brixillum apud Plin., Plut., Sidon., Corp. I. L. — Brixellis (abl. plur.) in Orig. Rom. chron. I. 146. « Otho (imp. a. 69. p. Chr., bello male gesto contra Vitellium) se Brixellis interfecit ». (Cf. Tac. 2. Hist. 33). — Brixillam (acc. f.) in Add. Prosp. Havn. chron. I. p. 339.

Brixellum, oppidum Galliæ Cispadanæ, tribu Arnensi, hodie Brescello, apud Plin. 3. Hist. nat. 15. 20. (115). Brixillum colonia. Ambros. ep. 39. Brixellum memorat inter « semirutas urbes ». Adde Sueton. Oth. 9., Sidon. 1. ep. 5. 5., al. — Quum situm esset ad Padum et munitissima arx, adversis vicibus subjacuit; Autari enim, rex Langobardorum, exeunte sæc. VI., ejus muros ac mœnia diruit et sæc. VII. Græci oppidum incensum funditus everterunt (V. Cherbi, Brescello illustrato, ms. ined.). — Hinc Brixellani, incolæ. Corp. 11. 6658. et Brixellanus, a, um, adject. ad Brixellum pertinens v. ex Brixello. Corp. 11. 1027. et 1295. - Rus. Med. Leo M. ep. 97. Cyprianus episcopus ecclesiæ Brixillianæ.

BRIXENETES, um, m. plur. 3. gens Inalpina, ab Augusto devicta, cujus memoria habetur in Inscr. (C. I. L. 5. 7817) e trophæo Alpium apud Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (137).; ubi tamen alii leg. Brixentes. — Ptol. 2. 12. 2. κατέχουσι δὲ τῆς Ῥαιτίας τὰ μὲν ἀρκτικώτερα Βριξάνται.

BRIXIA, æ, f. 1. (Βρηξία Strab.; Βριξία Ptol.) Formæ: Brixsia in C. I. L. 13. 14997.[1]; Bryxia in C. 3. 12690.; Brixa in C. 13. 5241 (Cf. Inscr. Rhen. Bramb. 116. Brixsæ v. adn.), Itin. Burdig. p. 558., Hil. op. hist. frg. 2. 15.; Brexia apud Cosmogr. 1. 19. p. 80. — De accentu in antepænultima: Prisc. gramm. III. 522. 11. — Origo nominis, quam quidam Græcam putant, quod Orobii appellentur ejus incolæ (De-Vit), videtur potius conjungi posse cum aliis locis hujusmodi Celticæ originis, sc. Braxa in Hispania, Bresse v. Brest in Gallia, Breis-gau (Brisgovia), Bres-lau (Breslavia) in Germania, Brixen (Bressanone) in valle Atesis sup.; Celtæ enim primi fortasse vel ex iis prognati, ut Cenomani, eas terras occuparunt; sed etymon latet.

Brixia ¶ 1. Est oppidum ad fluv. Melam (hod. Mella) in Gallia Cisalp. (Catull. 67. 34), colonia Romanorum, ab Augusto deducta, colonia civica Augusta appellata (Plin. 3. Hist. nat. 19. 23. [130]. et Corp. 5. 4212), in Cenomanorum agro (Plin. ibid.), tribu Fabia (Kubitschek, Imp. rom. trib. discr. 108), Rom. civitate donata a Cæsare a. U. C. 705 (Cf. Dion. 41. 36), hodie Brescia. Memoratur Catull. loc. cit. « Brixia Veronæ mater amata meæ ». Locus disputationi obnoxius: fortasse hoc dicit poeta Veronensis, quia Brixia Veronam aliquanto præcedebat antiquitate et potentia, sec. alios ab Etruscis, sec. alios vero a Celtis v. Cenomanis condita, qui dein et Cremonam, Mantuam et Veronam ædificarunt, quosque Liv. 21. 25. vocat Brixianos Gallos, dein vero Romanorum præcipuum in ea regione propugnaculum. Hinc idem Liv. 32. 30. Mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat. et Justin. 20. 5. 8. Galli Brixiam, Veronam - condiderunt. Adde Virg. catal.

10. 5., Plin. 1. ep. 14. 4., Tab. Peut. 4., Serv. ad Virg. 4. G. 278., Cod. Theod. 6. 4. 27. et sæpius. — Passim in titulis (sæpe per compendium). Corp. I. L. 6. 3580., 32724. etc. — Primis temporibus videtur ad Celtas pertinuisse, mox ad Etruscos, deinde vero ad Cenomanos, socios Romanorum in bellis Punicis, qui eam fortasse jam conditam amplificarunt, ita ut prope conditores dici potuissent. Ævo postea barbarico primum a Gothis et Hunnis vastata, dein Langobardorum dominationi subjacuit, quorum rex ultimus et dux Brixiæ celeber, Desiderius nomine, ibi exstruxit cœnobium s. Michaelis, ubi filia Hermengarda, a Carolo M. repudiata, obiit ac tumulata est. — Priscæ autem magnitudinis vestigia etiamnum cernuntur in amphitheatro, balneis, arcubus, aquæductibus, foris, curiis, porticibus, templis ac basilicis, inter quæ eminet templum (v. basilica) Herculis stili Corinthiaci, hodie Museum, Brixiæ quasi Capitolium (Cf. Act. Faust. et Jovit. n. V. p. 806. V. Museo Bresciano illustrato Br. 1838., Friederichs-Walters, Bausteine n. 1453. et Inscr. Gr. 2302-2304. apud Keibel et Lat. in Corp. 5. 4197-4852.; 8882-8888., apud Pais, Suppl. 676-690. et 1267-1288. Cf. etiam Not. degli scavi 1877. 74. sq., 1890. 270. — Hinc Brixiani, incolæ. Liv. 21. 25. et Corp. I. L. 5. 4319. — Brixianus, a, um, adject. ad Brixiam pertinens. Tac. 3. Hist. 27., Augustin. hær. 41., al.; et absolute, cogn. vir. Corp. 5. 4629 (Brixiæ). — Brixiensis, Brixianus. Augustin. ep. 222. ¶ 2. Item nom. deæ Celticæ. Corp. I. L. 13. 5425 (Luxovii) ubi alii leg. Bricia.

BRIXIĀNI, ōrum, et

BRIXIĀNUS, a, um, et

BRIXIĒNSIS. V. voc. præc.

BRIXIS (is), m. 3. vicus Galliæ, hodie Reignac (dép. Indre - et - Loire), apud Greg. Tur. 10. Fr. 31. Cf. Holder, Altc. Spr. ad v.

BROCCHUS, i, m. 2. Scribitur etiam Brochus (Inscr. apud Biraghi, A. M. Cr. agr. Mil. p. 21); Broccus sine aspiratione (C. I. L. 9. 448. Venusiæ) et Brocus, unico c (C. I. L. 8. 5758). — Etymon sumitur a brocchitate dentium: vd. BROCCHUS in Lexico; unde Plin. 11. Hist. nat. 27. 60. (159). « Labra, a quibus Brocchi Labeones dicti ».

Brocchus, cogn. præcipue in gente Annæa, Arminia et Furia. ¶ 1. In litteris — 1.º) Fuit quidam non malus rhetor, ut ait Senec. 2. contr. 1. 25. — 2.º) Item Q. Ligarii avunculus, apud Cic. Lig. 11. 32. Hujus T. Brocchi - lacrimas - video. — 3.º) Item C. Annæus Brocchus, senator « homo eo splendore, ea virtute, qua omnes existimatis »: ita Cic. 3. Verr. 40. 93. — 4.º) Item Milo Brocchus (sic M) « prætorius, homo optimus » inquit Val. Max. 6. 1. 13. — 5.º) Item Armenius Brocchus, proconsul. Trajan. apud Plin. jun. 10. ep. 66. 2. ¶ 2. In titulis. Corp. I. L. 6. 9.; 9. 3354 (Pinnæ), 4806 (Fori Novi), 4958 (Curibus a. 201-202); 13826 (in Dalmatia) N. SERTORIO C. f. BROCCHO AQVILIO etc. (ejus pater naturalis fuisse potest Γ. Σερτώριος Βρόκχος: cf. Prosop. 3. 223). — Hinc deriv. demin. mul. Brochilla in Corp. 6. 9846. et Brochina item C. 8. 6361. — Brocc(h)ius, nom. gent. C. 6. 13642. — Brochianus, cogn. C. 6. 25771.

BRŎCŌMĂGUS, i, m. 2. (Βρευκόμαγος Ptol.) oppidum Tribocorum in Germania sup., hodie Brumath, in Itin. Ant. p. 253. - Tab. Peut. 3. Brocomacus. Aliter Ammian. 16. 2. 12. et Inscr. Rhen. Bramb. 1953 (miliar., sæc. III). — Ibi Julianus imp. Alamannos profligavit a. 356. p. Chr.

BRŎGĪTĀRUS, i, m. 2. (Βρογίταρος Inscr. Bull. Inst. 1873. p. 227) Galata seu Gallogræcus, gener Dejotari regis, homo impurus ac nefarius et venalis, de quo Cic. Har. resp. 13. 28. et Sest. 26. 56.

BRŎMĀGUS, i, m. 2. oppidum Helvetiorum, in via Aventicum (Windisch) a Viviaco (Vevey), in Itin. Anton. p. 252. et Tab. Peut. 3., hodie probabiliter Promasens (V. D'Anville, Not. 180. et Hallen, Helv. unter d. Röm. II. 286).

BRŎMĒ. V. BROMIE.

BRŎMIÆUS, i, m. 2. (Βρομιαῖος) mons Phthiotidis. Plin. 4. Hist. nat. 8. 15. (29).

BRŎMIĀLIS, e, adject. ad Bromium pertinens. Capell. 8. p. 271. Bromiales vernaculæ. V. integr. loc.

BRŎMIĒ et Brome, es, f. 1. (Βρομίη, Βρόμη) nympha, Oceani filia, quæ Bromium seu Bacchum educavit in monte Nysa, unde nomen accepit. Hygin. fab. 182. et Serv. ad Virg. 6. Ecl. 15.

BRŎMĬUS, a, um, adject. V. voc. seq.

BRŎMĬUS, ii, m. 2. (Βρόμιος) ¶ 1. Apud mythologos cogn. Bacchi: a βρόμος « fragor, fremitus » quia inter fragores tonitruum, matre Semele fulmine icta, editus fertur; vel quia vino ebrii fremere ac furere solent. — 1.º) Proprie. Arnob. 4. p. 141. Liber, qui Bromius vocatur. Ovid. 4. Met. 11. Turaque dant Bacchumque vocant Bromiumque Lyæumque. Enn. trag. 107 (123. Vahl.). his erat in ore Bromius, Bromie, quo me in silvam venatum vocas? Petron. 41. puer - vitibus hederisque redimitus, modo Bromium, interdum Lyæum Euhiumque confessus, calathisco uvas circumtulit. Stat. 2. Silv. 3. 38. immitis Bromius. Capell. 4. p. 98. Bromius facetior deorum. Claudian. 7. 132., 8. 132. carm. min. app. 6. 1. Bromie Semeleie Bacche. Ennod. ep. 7. 22. 3. progressi ad Bromium et Bacchi orgia. Adde Calp. ecl. 4. 123., Martial. 4. 45. 8. et 12. 98. 3., Prudent. Symm. 1. 131., 2. 496., Sidon. carm. 10. 16., Carm. epigr. 894 (= Corp. 6. 462. sæc. IV.: v. adn. Büchel.). — 2.º) Metonymice — a) Pro vino. Copa 20. est hinc munda Ceres, est Amor, est Bromius. Auson. 386. 46. Bromii quadrantal. — b) Pro vite. Stat. 2. Silv. 2. 4. Bromio dilectus ager. — Hinc Bromius, a, um, adject. ad Bromium pertinens. Varro Men. 448. 2. dapem de fronde Bromia (al. dapem de fronde Bromiæ autumnitatis uvidam). Carm. de mens. 2. 39. Jam Bromios spumare lacus et musta sonare Apparet. Claudian. carm. min. 24. 365. Taurinaque plausu (al. pulsu) Baccharum Bromios invitant Tympana ramos. Drac. Romul. 6. 17. Bromius - Hymen (sc. Liberi filius). ¶ 2. Bromius, cogn. et nom. sing. Juvenal. 6. 378. Tondendum eunucho Bromium (Schol. puerum ephebum) committere noli. Corp. I. L. 6. 3962. 9375. Inscr. Notiz. degli scavi 1896. p. 210 (in Samnio). — Bromia, nom. mul., ancilla Amphitruonis, apud Plaut. Amph. 1077. Cf. K. Schmidt, Herm. 37. (1902) 180.

BRŎMUS, i, m. 2. (Βρόμος, fremitus) nomen Centauri, in pugna Lapitharum a Cæneo interfecti. Ovid. 12. Met. 459.

BRONA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Bæticæ. Plin. 3. Hist. nat. 2. 3. (15). Alii leg. Brana. Situs ignoratur (Hübner).

BRONTĒ, es, 1. (Βροντή, tonitru) ¶ 1. Est nomen equi Solis. Hygin. fab. 183. ¶ 2. Item de tabula Apellis. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (96). (Apelles) pinxit et quæ pingi non possunt, tonitrua, fulgetra fulguraque; Bronten, Astrapen et Ceraunobolian appellant.

BRONTES, æ, m. 1. (Βρόντης) Acc. Brontem apud Stat. 1. Silv. 1. 4.

Brontes, Cyclops, filius Cæli et Terræ (Hesiod. Theog. 140), ex tribus Vulcani ministris, memoratis Virg. 8. Æn. 425. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon (Serv. ad l. Brontes a tonitru dictus est. Cf. Gloss. V. 272. 27. Brontes discipuli Vulcani). Claudian. 7. 193. Brontes innumeris exasperat ægida signis. Stat. 3. Silv. 1. 131. stolidus. et 1. ibid. 1. 4. Steropem Brontemque. Adde Ovid. 4. Fast. 288.

BRONTON, ontis, m. 3. (Βροντῶν: partic. a βροντάω, i. e. tonans) cogn. Jovis (Giove Tonante). Corp. I. L. 6. 432. IOVI SANCTO BRONTONTI. AVR. POPLIVS. et 733. MITHRE FL. SEPTIMIVS ZOSIMVS... SACERDVS (sic) DEI BRONTONTIS. Adde 2241. — De ejus cultu in Græcia, Phrygia, Galatia et etiam Romæ, ubi Augustus templum Jovi Tonanti erexit in Capitolio, vd. Preller, Röm. Myth. I. 237., coll. C. I. L. 14. 252 (Mon. Ancyr. C. I. L. 3. p. 780. 5. Zeus Βροντήσιος). — De eo cf. Wissowa, Relig. u. Kult. p. 305.; Radet, Arch. Miss. Scientif. VI. 1895. 568. n. 12. sqq. et Mionnet IV. 285. et 520.

BRŌTĔĀS, æ, m. 1. (Βροτέας v. Βροντέας Paus. et Tzetz.) ¶ 1. Filius Vulcani vel Jovis et Minervæ, qui quum se ob deformitatem contemni se ab omnibus cerneret, in pyram se conjecit. De eo Ovid. Ib. 517. ¶ 2. Item Lapitha, a Gryneo centauro oppressus. Ovid. 12. Met. 262. Bronteam (acc.) et Orion. ¶ 3. Item pugil. Ovid. 5. Met. 107. gemini fratres Broteasque et cæstibus Ammon Invicti.

BRŌTĒS, æ, m. 1. (Cf. βρωτήρ, vorax) nom. viri, in pugna Argonautarum interfecti. Val. Flacc. 3. 152., ubi Broten (acc.). Alii tamen leg. Bronten. V. adn. Langen.

BRŌTĬUS, ii, m. 2. (Cf. βρότειος, mortalis) nom. gent. Corp. I. L. 15. 2398. C. BROTI PHILOCALI (idem sæpius in Volscis 10. 8043. 40). Adde 6. 13643.

BROTOMĀGUS. V. BROCOMAGUS.

BRŪANĬUM, ii, n. 2. (Βρυάνιον) oppidum Macedoniæ sup. (Strab. 7. 327), hodie Tscherna Reka. Memoratur Liv. 31. 39. « Philippus cum primo ad Bruanium (Bruantiam Bamb.) stativa habuisset »; ubi De-Vit leg. Brianium, quod statuit in Thesprotia Maced., secutus fortasse Steph. Byz., sed minus recte. Cf. Leake, North. Greece III. 307. sqq. Heuzey et Daumet, Μακεδονία (1898) 281. sq. et 321. sq.

BRUCHĪON v. Bruchium, ii, n. 2. Βρουχεῖον v. Βρούχιον (quare secunda corripi potest). Aliis placet Προυχεῖον (Vit. Apollon. Dysc.), a προσχής, sc. locus « in altiore parte » situs (Göttling de Acc. p. 11).

Bruchion, regio Alexandriæ in Ægypto. Ammian. 24. 16. 15. Alexandria - amisit regionis maximam partem, quæ Bruchion appellabatur, diuturnum præstantium hominum domicilium. Hieronym. chron. a. Abr. 2287. In Alexandria Bruchium - tandem destruitur. — Aliis dicitur vicus Alexandriæ suburbanus, celeber doctorum hominum contubernio et bibliotheca, a Ptolemæo Philadelpho primitus exstructa et Museo conjuncta (Parthey, Das Alex. Mus. 55). V. ALEXANDRIA.

BRUCTĒRI, ōrum, m. plur. 2. (Βρούκτεροι Strab.) Varie scribitur sive græce (Βώκτεροι, Βουσάκτοροι, Βουσάκτοροι etc.) sive latine (Bricteri, Broctері, Burcturi etc.). — Genet. plur. sync. Bructerum, apud Plin. 2. ep. 7. 2. Bructerum ferocissima gens. Adde Corp. 5. 8768.; ubi tamen alii leg. Brucherum. — Secundæ syllabæ brevitas patet tam ex voc. Græca, quam ex usu poetarum, ut Claudian. 8. 451. et Sidon. carm. 7. 324. — Etymon nominis expiscari conati sunt Grimm, Gesch. d. deutsch. Sprach. I.[2] 371. sq. et Much, Deutsch. Stammsitze 142. sqq., quos V.

Bructeri, gens Germaniæ inter Ruram et Amisiam, qui, olim a Tiberio imp. victi, dein rebelles a Constantino M. domiti sunt a. 310. — 1.º) In plur. num. sæpius. Vellej. 2. 105. 1. Subacti Canninefates - Bructeri. Tac. 1. Ann. 51. et 60. Cæcinam - per Bructeros ad flumen Amisiam mittit - Bructeros - L. Stertinius - fudit - ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum. Id. Germ. 33. « Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum » (Hæc tamen narratio caute accipienda est, ut monet Orelli ad l., coll. Plin. loc. cit.). Adde 4. Hist. 21., Not. Dign. occ. 5. 39. et 187. et 7. 69. — Accolas fuisse Lupiæ fl. (quo dividebantur in majores inter Amisiam et Lupiam et in minores cis Lupiam), non Oceani, uti vult Strab. 7. 1. 3. et 4., ratus Lupiam non in Rhenum sed in Oceanum exire, colligi potest etiam ex Greg. Tur. 2. Fr. 9 (ex Sulpicio Alex.). Transgressus Rhenum Bricteros ripæ proximos - depopulatus est. — 2.º) In sing. num. Sueton. Tib. 19. A Bructero quodam occideretur. — Collective. Claudian. loc. cit. Accolæ silvæ Bructerus Hercyniæ. Adde Sidon. l. c. — Adjectivorum more. Tac. 4. Hist. 61. Veleda virgo nationis Bructeræ.

BRUCTĒRUS, a, um. V. voc. præc.

BRUGETĬA, æ, f. 1. nom. vici in agro Nemausensi. Corp. I. L. 12. 3362 (= Orelli-Henzen n. 5280). — Situs incertus; at sec. Charvet, Le volces Rom. chez les Volces-Arécom. debet esse hod. Brouzet (arr. Alais). Cf. etiam Germer-Durand, Dict. topogr. d. Gard. ad v. et Desjardins Géogr. de la Gaule II. 213. et 219.

BRŪMĂCHĬUS, ii, m. 2. nom. viri, de quo *Venant.* 4. *carm.* 20. Brumachius quondam fulsit in orbe potens, Quem sensu, eloquio legati nomine functum - Sors inimica tulit.

BRUNDĬSĬUM, ii, n. 2. (Βρεντέσιον v. Βρενδέσιον *Ptol.* et Βρεντήσιον *Polyb.*) — *a)* Scribitur *Brentesium* apud *Scæv. dig.* 45. 1. 122.; *Brendesium* apud *Rav. p.* 261.; *Brindisium* in *Corp.* 6. 3884. 1. 16. *s.* 197-198.; *Brundesium* habet *Porphyr. Hor. sat.* 1. 5. 104.; *Brindice* in *Tab. Peut.* 7.; *Brindisi* in *Itin. Hier. p.* 609 (*Brindisim* acc. apud *Schol. Cic. Bob. p.* 308). — In titulis semper scribitur secunda syllaba per *i*, ut *Corp.* 9. 23., 37., 61., 136., 6003 (*æt. Traj.*) etc., nusquam *u*, ut sæpius codices male exhibent (Cf. *Deecke, Rhein. Mus.* 36. et 586. *sq.* et *Kretschmer, Einl. in die Gesch. d. Gr. Spr. p.* 275.); quamquam « recte ita scribi » dicit *Forcellin.*, sed « frequentius *Brundisium* »; quam scripturam, altera repudiata, omnino probant recentiores. — Formam antiquissimam *Brenda* testatur *Paul.* ex *Fest. p.* 33. Brundisium quidam poetæ brevitatis causa Brendam dixerunt. — *b)* Ad etymon quod attinet, veteres nomen derivant a lingua antiquissima Messapiorum (*Liv.* 21. 48. coll. *Momms., Unterital. Dialekt.* 60). *Comm. Lucan.* 2. 609. Brundusium oppidum (in) fine Italiæ, quod complures auctores a forma situs cognominatum tradunt; est enim simillimum cervino capiti, quod sua lingua b r u n d a dixerunt. *et Isid.* 15. *Orig.* 1. 49. Brundisium - dictum est græce, quod b r u n d a caput cervi dicitur, ut et cornua videantur et caput et lingua in positione ipsius urbis. Sic *Steph. Byz.* (qui etiam a Brento, filio Herculis, deducit) Βρεντέσιον - ἀπὸ Βρέντου Ἡρακλέους ἢ ὡς εὐλίμενος οὖσα - βρέντιον γὰρ παρὰ Μεσσαπίοις ἡ τῆς ἐλάφου κεφαλή ». Adde *Strab.* 6. 282., coll. *Hesych.* et *Eustath.* ad *Il.* 1409 (Cf. *Cic.* 9. *Att.* 14. *De Brundisio* ab utroque portus cornu moles jacimus).

Brundisium, oppidum et portus Calabriæ (*Mel.* 2. 4. 7) in Sallentinis (*Liv. epit.* 19), municipium, tribui *Mæciæ* adscriptum (*Kubitschek, Imp. R. trib. discr.* 30), ab Appia in Trajana via, hodie *Brindisi*. Memoratur *Enn. ann.* 468. *Vahl.* Brundisium pulcro præcinctum præpete portu. *Id. frg. var.* 37. *Vahl.* Brundisii sargus bonus est. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (101). Brundisio conterminus Pœdiculorum ager. *Id. ibid.* 26. 30. (151). Calabro litore ante Brundisium (*sc. sunt insulæ*), quarum objectu portus efficitur. *Sil. It.* 8. 574. Additur his Calaber Sallentinæque cohortes Necnon Brundisium, quo desinit Itala tellus. *Flor.* 1. 15. 1. Sallentini Picentibus additi caputque regionis Brundisium inclito portu, M. Atilio duce. Adde *Varr.* 3. *R. R.* 6., *Cæs.* 3. *B. C.* 2., *Sueton. Jul.* 58., *Tac.* 3. *Ann.* 1., *Lucan.* 2. 609. et *Val. Max.* 9. 13. 2. — Appius Claudius Cæcus viam usque Brundisium lapidibus stravit, unde illa Appia dicta (*Aur. Vict. vir. ill.* 34., coll. *Itin. Ant. p.* 119. et *Rav. p.* 261); item Trajanus viam a Benevento Brundisium pecunia sua fecit (*Corp. I. L.* 9. 6003., 6004., 6008. etc.). — Ad ejus historiam quod spectat, oppidum vetustissimum cum celeberrimo portu, in Hadriatico mari, unde Dyrrachium appellebant naves in Græciam recta abituræ, alii conditum tradunt a Cretensibus, qui cum Theseo Minotauri victore illuc profugerant (*Mythogr. II. fab.* 126., coll. *Lucan.* 5. 406. et *Strab.* 6. 194., qui *l.* 4. eos ad antiquam gentem Japigum in Apulia pertinuisse refert); alii ab Ætolis, duce Diomede, teste *Justin.* 12. 2. 7., coll. *Heracl. Pont. r. p.* 27.; aliis verius a Messapiis, ut etiam ab ipso oppidi nomine argui potest. — Captum fuit a Romanis an. 266. a. Chr., qui coloniam deduxerunt a. 244 (*Eutrop.* 2. 17. et *Vellej.* 1. 14), ita ut progressu temporis et numero civium et commercii prosperitate maxime præstaret; a qua declinasse cœpit, quo tempore bella exarserunt inter Cæsarem et Pompejum (Cf. *Cæs.* 1. *B. C.* 24-28., *Cic.* 9. *Att.* 3., *Lucan.* 2. 609-735., coll. *Appian. B. C.* 2. 40). — Ibi natus est Pacuvius an. a. Chr. 219. et Virgilius an. 19. obiit. — De eo plura disces, præterquam ex laudatis scriptoribus, ab Inscriptt. Latt. in *Corp.* 9. 32-214., 6096-6150., 6391-6396. c. *Eph. epigr. VIII.* 2. 51. (de quibus legend. *Momms. Inscr. Neap. p.* 27) et a Græc. apud *Kaibel, I. G. I.* 672-684., et etiam a nummis apud *Eckhel* 1. *p.* 143., coll. *Momms. Röm. Münzwes.* 284., 291., 321. et 351. et *Head,* 51. — Hinc

Brundisinus, a, um, adject. ad Brundisium pertinens. *Cæs.* 1. *B. C.* 10. Brundisinus portus. *Cic.* 7. *Att.* 2. porta. *Id.* 4. *ibid.* 1. colonia. et 10. *ibid.* 14. militia. *Vellej.* 2. 86. 3. pax. *Tac.* 1. *Ann.* 10. fœdus. — *Lib. col. II. grom. p.* 262. Brundisinus ager.

Brundisinus, i, m. 2. — *a)* Incola Brundisii. *Liv.* 42. 40. Brundisinus hospes. *et ibid.* 41. judex. Adde *Hieronym. chron.* a. Abr. 1868. — *Brundisini,* incolæ. *Cic.* 4. *Att.* 1. Brundisini honestissimi. *Corp. I. L.* 9. 59. Brundisinorum. Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 28., *Liv.* 27. 10., *Eutrop.* 2. 17. — *b)* Item cogn. vir. *Inscr. Not. degli scavi* 1891. *p.* 172. — *Brundisina,* cogn. mul. *p.* 184. — *c) Brundisina* v. *Brundisinæ,* tit. fab. Afranii, apud *Fest. p.* 321., *Non. p.* 97., *Donat. de com.* 6. 4. et *Prisc. gramm. II.* 500. 6.

Brundisinum, i, n. 2. regio v. territorium sive ager Brundisinus. *Varro* 1. *R. R.* 8. et 2. *ibid.* 6. et *Inscr.* apud *Momms. n.* 6306. et 3727.

BRUNDŬLUM (Brundulus), i, n. 2. portus oræ inter Atesim et Venetias, hodie *Brondolo* o *Porto di Brondolo.* Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (121). Cf. *Momms., Corp.* 5. *p.* 219.

BRUNDŪSĬUM. *V.* **BRUNDISIUM.**

BRŪNĬCHILDIS, is, f. 3. Forma *Brunechildis* et etiam *Brunechilde* (g e n. et d a t. - æ) apud *Greg. Tur.* 5. *Fr.* 1., *ibid.* 18. et 9. *ibid.* 20. et *Venant.* 5. *carm.* 3. 18. et *alib.* — V o c. *Brunichildis* apud *eund.* 10. *ibid.* 7. 67. et *Brunichildi* 6. *ibid.* 1. 101. — *Brunigildis* habet *Greg. M. ep.* 6. et 18. — Apud alios etiam *Brunehaude* nominata est (V. *Moreri, Dict. Hist.* ad *v.*). — Etymon sumitur a Teutonica lingua, in qua *brun-hild* idem est ac *pulcra* vel *illustris puella.*

Brunichildis, filia Athanagildi, regis Visigothorum in Hispania et uxor Sigiberchti, regis Austrasiæ. *Greg. Tur.* 9. *Fr.* 20. gloriosissima domna Brunechildis. *Venant.* 5. *carm.* 3. 13. Sigiberchthus amans Brunichildæ carpitur igne. — Quum Brunichildis Galsuintæ sororis, quam duxerat uxorem Chilpericus I., Neustriæ rex, necem a Fredegunda inlatam ulcisci decrevisset, et ob id Sigiberchthum ad bellum contra Chilpericum suscipiendum incitasset, a Clotario II., Fredegundæ filio, aliaque ob scelera, damnata mulier, olim pietate commendanda, dein vero ita vitiis criminibusque dedita, omnibus ut esset invisa ac detestata, tandem aliquando ignobili horrendaque nece flagitiosissimam vitam finivit (Cf. *Greg. Tur. l.* 4., 5. et 6., *Aimoin, l.* 3. *Sigebert.* in *Chron.*). *Cordemoy* tamen in sua *Hist. Fr.* eam magna ex parte expurgare conatus est.

BRŪTĂCES, ium, m. plur. 3. iidem ac Bruttii, ut docet *Fest.* apud *Paul. Diac. p.* 35. « Bilingues Brutaces Ennius dixit, quod Bruttii et osce et græce loqui soliti sint. Sunt autem Italiæ populi vicini Lucanis ». Ita leg. *Lind.* et *Ihm;* alii vero *Brutiates,* ut *Scalig.,* v. *Brutates* et rectius *Bruttates,* ut *Müller;* nulla enim *Brutaces* gentiliciorum nominum analogia defenditur, quamquam apud *Porphyr. Hor. sat.* 1. 10. 30. nonnulli pro *Brutates* sic scriptum tradunt. Ita *Müller, ibid.* (Cf. etiam ejusd. *Etr. rer. intr. I.* 6. *t. I. p.* 24).

BRŪTĀTES v. Bruttates. *V.* voc. præc.

BRŪTĬĀNI v. Bruttiani et

BRŪTĬĀNUS v. Bruttianus. *V.* **BRUTTIUS.**

BRŪTĬI. *V.* **BRUTTII.**

BRŪTĬUS. *V.* **BRUTTIUS.**

BRUTTĬI, ōrum, m. plur. 2. gens (Βρέττιοι, rar. Βρούττιοι, et Βρέντιοι Βρύττιοι) et regio (Βρεττία) Italiæ inferioris (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 924. *sqq.*). Scribitur etiam *Bretti* (*Prisc. periheg.* 356); *Brittii* (*Liv. epit.* 18. 11., *Eutr.* 2. 12., *al.*), *Bryttii* (*Jorn. Get.* 156); *Bruttates* v. *Brutaces* (*V.* suo loc.). — Etiam *Ibrittii* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 106. — Originem vocabuli ducunt mythologi a *Bretio* (*Brutto*), Herculis et Valentiæ filio, a quo et *Brettum* opp. conditum sit (*Eustath.* ad *Dionys. v.* 360. et *Steph. Byz.*): vel a Bruttia (*Brutia*) regina, de qua cf. *Eckhel,* 3. *p.* 419 (V. *Bruttia*). — *Pais, St. Sicil. I.* 477. *sq.* conjungit *Bruttii* cum v. *Aborigenes* seu *Borigoni* (Βορίγονοι), quos cum *Zielinski,* faventibus quoque *Geffeken, Kiessling* et *Wilamowitz,* diximus significare *montanos* seu *a montibus ortos,* non qua montium incolas sed qua a montibus in planities digressos, omnino tamen repugnante *G. De Sanctis,* qui hoc etymon, male intellectum, quasi absurdum sugillat in sua *Stor. dei Rom. I. p.* 174. *sq.;* sed immerito quidem ac perperam. — Fortasse rectius *Strab.,* qui a Lucanis nomen Bruttiis datum esse adfirmat, qua *desertores* v. *defectores* hoc nomine apud eos appellantur (6. 255. ὠνόμασται δὲ τὸ ἔθνος ὑπὸ Λευκανῶν, βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας· ἀπέστησαν-ἡνίκα ἐπιστράτευσε Δίων Διονυσίῳ). Cf. *Liv.* 8. 24.

Bruttii ¶ 1. Gens extremæ Italiæ, memorata *Justin.* 23. 1. 5 (*Bruttii*) auctores quoque suos Lucanos bello vicerant. *et ibid.* 11. Dionysios-sexcentos Afros ad compescendos (*Lucanos*) miserat; quorum castellum proditum sibi per Bruttiam mulierem expugnaverant ibique civitatem concurrentibus ad opinionem novæ urbis pastoribus statuerunt Bruttiosque se ex nomine mulieris vocaverunt (Sed cf. 20. 2. 14). *Liv.* 24. 3. (*Crotoniates*) morituros se adfirmabant potius quam immixti Bruttiis in alienos ritus, mores legesque ac mox linguam etiam verterentur. *Id.* 27. 15. Vibius et Paccius fratres longe nobilissimi gentis Bruttiorum (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 508). Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 30., *Val. Max.* 1. 8. 6., *Mel.* 5. 59., *Act. triumph. Cap.* a. U. C. 476., *Frontin.* 2. *Strat.* 21., *Vib. Seq. p.* 153., *Solin.* 2., *al.* — Sing. pro plur. *Liv.* 24. 2. Cum Bruttius oppugnaret etc. *Sil. It.* 11. 9. levis et sero pressurus facta pudore Bruttius. *et* 13. 92. sulcat aratro Ad freta porrectis Trinacria Bruttius arvis. Adde *Flor.* 1. 18. 27. — De Bruttiorum origine et historia, ad scriptorum loca illustranda, hæc pauca subjicimus: nempe horum provinciam primi, ut videtur, occuparunt Œnotrii, in duas tribus divisi, *Chonum* videlicet et *Morgetum;* dein secuti sunt Græci, qui, etsi territorium totum potiti, illis tamen interiorem regionis partem reliquerunt sibique meliorem ad maris litus reservarunt ab an. 700. ad 390. circ., quo tempore Lucani ea loca invaserunt; sed a. 356. et ipsi subjacuerunt Bruttiis, seu gentium multitudini, ex servis rebellibus vel facinorosis, a suis sedibus exsulare coactis aut depulsis, compositæ, qui et Lucanis primatum ademerunt et cum Græcis dimicarunt tam strenue ut, quamvis hi in suum auxilium Alexandrum, regem Epiri, vocassent, eos cum magno Epirotarum exercitu profligarint, teste *Liv.* 8. 54., coll. *Justin.* 12. 2. — Romanis primum ignoti an. 284. a. Chr. se prodiderunt, quum in bello Gallico postremo Bruttii, cum Lucanis, Samnitibus, Etruscis et Senonibus Gallis, inita societate, conjuncti eos bello aggressi sunt a. 283.; sed frustra, nam P. Cornelius Dolabella Gallos Senones et Etruscos ita debellavit ut de iis egerit triumphum, iterumque, bello Tarentino inter eos aliosque socios et Romanos exorto (a. 281-266) victi triumphatique fuerant, ut ex *Fast. Capit.,* coll. *Eutrop.* 2. 12. et *Liv. epit.* 12. 13. et 14., manifestum est. — Dein modo Romanis, modo Pœnis adhæserunt (*Liv.* 22. 61. et 24. 1), usque dum in pristinam fidem populi R. sunt redacti a. 201., in quos paucis post annis etiam colonia Latina deducta est (*Id.* 34. 53). — De gentis origine cf. etiam *Momms. Unterit. Dial. p.* 97. ¶ 2. Item regio Italiæ inferioris, a nomine gentis appellata, quia proprio nomine carens; vox enim *Bruttia* recens est, fortasse a metropoli *Prætutiorum* v. *Prætutianorum,* prius *Interamnia Prætutia,* dein *Aprutium* (*Abrutium*), it. *Abruzzo.* — Sita autem erat inter Lucaniam et fretum Siculum (Cf. *Strab.* 6. 255.: Βρέττιοι χερρόνησον οἰκοῦντες ἐν ταύτῃ δ' ἄλλη χερρόνησος), antea Œnotria, dein Italia dicta (*Id. ibid.*), hod. *Calabria.* Non semper tamen apud auctores discerni potest, utrum de terra agatur an de incolis; uno enim eodemque nomine utramque appellatur (Cf. *Wölfflin, Archiv* 6 [1902]. 382). — Eam describunt *Avien. orb.* 505., *Mel.* 2. 4. 2., *Prisc. perihег.* 356., 2. et fusius *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 10. (71). Memorant etiam *Cic. S.*

Rosc. 46. 132. In Sallentinis aut in Bruttiis. *Varro* 2. *R. R.* 1. 2. Nobiles pecuariæ in Bruttiis habentur. *Liv.* 25. 1. In Bruttiis ex duodecim populis Consentini et Tauriani in fidem populi Romani redierunt. *et* 27. 35. Cui Bruttii provincia evenisset. Adde *eund.* 30. 1. et *alib.* sæpe. *Senec. dial.* 9. 2. 13., *Cosmogr.* 1. 32., *Nepotian.* 7. 10., *Corp. I. L.* 9. 334., *Treb. XXX. tyr.* 24. *Cassiod.* 12. *Var.* 12. Cancellarius Lucaniæ et Bruttiorum. *et passim.* — Bruttii universim commendantur plurimum cultæ telluris fertilitate (Cf. *Horat.* 3. *Od.* 6. et *Martial.* 13. 20) et pascuorum celebritate (*Varr. loc. cit.*). — Olim Bruttiorum agro cohæsisse Siciliam « a quo, interfuso mari, mox avulsa est, XV. m. in longitudinem freto (*nunc km.* 42. *circ.*), in latitudinem autem MD. p. juxta Columnam Rhegiam » (*nunc inter* Punta di Faro *et* batteria di Torre Cavallo *km.* 3. *circ.*) docet *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (86). — Coloniæ porro Græcæ ad oram sitæ majores erant: Croton (*Cotrone*), Caulonia v. Caulon (*Virg.* 3. *Æn.* 552), Locri, Epizephyrii (*Pind. Olymp.* 10), Rhegium (*Reggio*), Medma v. Mesma (*Mesima*), Hipponium v. Hippo. osc. Vibo (*Vibona*) et Terina; Bruttiæ vero: Clampetia v. Lampetia, Tempsa v. Temesa et Consentia (*Cosenza*). Præterea ex promontoriis memorantur: ad orient. Taurianum (*C. Vaticano*), Pelorum (*C. di Faro*); ad merid. Leucopetra seu Bruttium (*C. dell'Armi*), Heracleum (*C. Spartivento*), Zephyrium (*C. di Brussano*); ad occid. Cocynthum (*Punta di Stilò*), Japygium (*C. Rizzuto*), Lacinium (*C. delle Colonne* v. *C. di Nau*), Crimisa (*Punta dell'Alice*). — Temporibus Augusti, quum Italia in XIV. regiones est tributa, Lucania et Bruttiorum ager tertiam constituebant: dein sæc. II. et III. cum Apulia, Calabria et Lucania administrata est a *juridico* et sæc. IV., Constantino M. imp., cum Lucania, a *correctore,* qui Rhegii residebat (*Inscr.* apud *Orelli n.* 1074. et 1187., *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6745. et 6932., *Notit. imp. occ. c.* 17). — Hæc tandem regio, Romano imperio collapso, Gothorum, dein Græcorum ac postremo Langobardorum dominationi subjacuit. — Inscriptiones ad Bruttios pertinentes edidit *Momms., n.* 1-79. Cf. etiam *Ruggiero, Diz. epigr. I.* 1050.; *Cantarelli, Bull. com.* 1892. *p.* 212-218. — Nummos vd. apud *Eckhel,* 1. *p.* 166-182., coll. 3. *p.* 419. *sqq., Cavedoni, Spicil. Numism. p.* 19. *sqq.* et *Head,* 90. — De Bruttiis, præter laudatos, scripserunt *Strab.* 6. 253-263. et *Dionys. Hal.* 20. 15. et etiam recentiores *Kiepert, Alt. Geogr.* 459-462.; *Nissen, Ital. Landesk. I.* 244. *sq.* et 535. *sq.; Pais, Stor. della Sicilia e della Magna Grecia c. I.* et *II.* et *Beloch, Griech. Gesch. II.* 591. *sq.*

BRUTTĬUS, a, um, adject. ad Bruttios pertinens. *Cato or. frg.* 64. Bruttius ager. *Colum.* 10. 139. tellus. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 33. ora. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (127). pix-utilissima medicinæ. *Pelagon.* 453. resina (ῥητίνης Βρουττίας). *Senec. Thy.* 578. pontus. *Liv.* 8. 24. 4. legiones. *et ibid.* 5. fines. *Sall. hist. frg.* 4. 28. Duo promunturia, Bruttium et Sallentinum. — *Bruttia pira,* teste *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (56)., ita a nomine gentis appellata. — Absolute, sensu collectivo, præsertim apud poetas, ipsi Bruttii. *Sil. It.* 8. 570. et 6. 15. et *Flor.* 1. 18. 27. — Hinc *Bruttianus* (*Brutianus*), *a, um,* adj. — *a)* Est idem ac Bruttius. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 41. (141). Frigora-quibus-aluntur (*caules*) Bruttiani prægrandes foliis, caule tenues, sapore acuti. — *Bruttianus campus,* Romæ in IV. regione (Transtiberina). *Not. reg. XIV.* et *Polem. Silv.* apud *Momms. chron. min. I.* 545. — *Bruttianus vicus,* unus ex variis Romæ vicis, a Bruttiis denominatus. *Corp. I. L.* 6. 975 (*a.* 136). Sic *Bruttiana ollis* in *C.* 6. 9834. et *Bruttianæ figlinæ,* 15. 18-43. — *Bruttiana domus,* sc. Bruttii Præsentis, in Urbis regione III., apud *Rufum* et *P. Vict. de regionib.* Cf. *Notit. Urb. p.* 4. et 5. *P.* — *Bruttianæ parmæ,* dicebantur scuta, quibus Bruttiani sunt usi. — Absolute. *Bruttianus* (*Brutianus*), *i,* cogn. vir., a Bruttia gente vel regione ductum, in titulis apud *Momms. n.* 6793. et in aliis *Corp. I. L.* 6. 1686 (*a.* 322). et 10. 1773. — Fuit etiam poeta elegiacus et epigrammaticus Græcus, quem valde laudat *Martial.* 4. 23. 5.: item Lustricius quidam, præfectus provinciæ, sub Trajano imp., teste *Plin.* 6. *ep.* 22. 2 (*Bruttianus codd.*). — *b) Bruttiani, orum,* apparitores magistratuum Romanorum. De iis *Fest. ep. p.* 31. « Bruttiani dicebantur qui officia servilia magistratibus præstabant: eo quod hi primum se Hannibali tradiderant et cum eo perseveraverant, usque dum recederet de Italia ». *et Gell.* 10. 3. 19. « Postquam Hannibal Italia decessit superatique Pœni sunt, Bruttios ignominiæ causa non milites scribebant nec pro sociis habebant, sed magistratibus in provincias euntibus parere et præministrare servorum vicem jusserunt - quod autem ex Bruttiis erant, appellati sunt Bruttiani » *et ibid.* 16-18. Dixit (sc. *Thermus*) a decemviris parum bene sibi cibaria curata esse. Jussit vestimenta detrahi atque flagro cædi. Decemviros Bruttiani verberavere. — *Fulg. serm. ant.* 49. Congerrones dicuntur qui aliena ad se congregant, unde et aput Romanos gerrones Bruttiani sunt dicti.

BRUTTĬUS, ii, m. 2. nom. gent., inventum præcipue in Italia inferiore, fortasse derivatum a populo Bruttiorum (Cf. *Plut. Sull.* 16). Ex his ¶ 1. Apud scriptores memoratu digni — 1.°) Sine cogn.: — *a)* B r u t t i u s, Latinus philologus, amicus filii M. Tullii Ciceronis, apud quem « Athenis latine declamitabat » a. U. C. 710. *M. Cic.* 16. *Fam.* 21. Bruttius magister. — *b)* B r u t t i u s, historicus. *Fragm. hist. p.* 375. *sqq.* (*Prosp.* in *chron. I. p.* 418. et 538. et *Hieronym.* in *chron.* ad a. post Chr. 96), a nonnullis creditus pater et avus uxoris Commodi imp. (*De Rossi, Bull. Cr.* a. 1865. *p.* 19. *V.* etiam infra). Cf. tamen *Müller, fragm. Hist. Gr. t.* 4. *p.* 352. et *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5488. — *c)* B r u t t i u s, nomen fictum, ex Volscorum gente et aquilifer Flaminii in bello adversus Boios, apud *Sil. It.* 6. 15. « Bruttius-Tennis opum, non patre nitens (*sc.* nobili genere) linguave (*sc.* arte dicendi) sed asper Ense nec e Volsca quisquam sibi gente redemit (*sc.* virtute sibi paravit) Plus ævi (*sc.* immortalitatem famæ). — 2.°) Cum cogn.; sed præmittendum est, ex una gente consules hujus nominis natos esse, quam ex Lucania ortam demonstrare videtur *Plin.* 7. *ep.* 3., ad *Præsentem* quendam script. Porro ex his memorantur — *a)* C. B r u t t i u s P r æ s e n s, cos. II. a. 139., nam quo anno cos. I. processerit, non constat, idem fortasse, de quo *Plin. loc. cit.* (B r i t t i u s *Corp.* 6. 633. et 15. 1061); ceterum nota geminati consulatus excidit apud *Censorin. d. nat.* 21. et in figlina (*Ann. d. Istit. Arch.* a. 1857. *p.* 319) omittitur. Cf. etiam *Klein, Fast. cons.* ad a. 139. et *Bull. com. XIV.* 1886. *n.* 1139.; unde colligi potest consulem fuisse primum cum Antonino Pio imp. — *b)* C. B r u t t i u s P r æ s e n s, cos. a. 153. et 180 (*Inscr.* apud *Momms. n.* 217., coll. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5488), pater *Bruttiæ* Crispinæ, quæ, uti fertur, nupsit Commodo imp. — *c)* C. B r u t t i u s Q u i n c t i u s C r i s p i n u s, cos. I. a. 187., fortasse pater ejus, qui fuit inter clarissimos Patronos Canusinorum cum L. Bruttio Præsente (*Inscr. Gr. Sic. et Ital.* 7090. Βρουττίῳ Κρισπίνῳ), quique a. 224. consul processit cum App. Claudio Juliano II (*Henzen, Suppl. Orell. Inscr. n.* 6582). — *d)* B r u t t i u s P r æ t e x t a t u s A r g e n t i u s, consularis Byzacii, cui Hadrumetini statuam erexerunt (*Inscr.* apud *Momms. n.* 3595); et B r u t t i u s S u r a, legatus et proquæstor C. Sextii Saturnini procons. Macedoniæ a. U. C. 666., 688. Apud *Plut. Sull.* 16. Βρέττιον Σούρραν (*Appian. Mithr.* 29 Βρύττιον). ¶ 2. In titulis. *Corp. I. L.* 10. 181.; 14. 8107 (*Volceis*). — Pro cogn. *Corp.* 6. 1058. 7. 113. — *Bruttia,* nom. mul. *C.* 3. 12056. — *Bruttia Crispina,* de qua dictum est sub 2. *b.:* item mulier, quæ Bruttiis nomen dedisse dicitur *Justin.* 23. 1. 11., coll. tamen 20. 2. 14. — Hinc *Bruttienus,* nom. gent. *Corp.* 6. 28473. et cogn. 8. 143866 (*in Syria*). — *Bruttedius,* nom. gent. *Senec.* 2. *contr.* 1. 36. et 7. *ibid.* 5. 9. *et Juvenal.* 10. 83. « Bruttidius meus ad Martis fuit obvius aram » (*si est idem*). — *Bruttidius* (*a*), nom. gent. *C.* 15. 379 (*a.* 128). — *Brittidius* (*a*), nom. gent. *C.* 6. 13636. — 14. 1458 (*Ostiæ*).

BRŪTUS, i, m. 2. (Βροῦτος) cogn. vir., gentis plebejæ a quinto a Chr. sæculo usque ad exitum reip. florentis, quod proprie adhæsit genti *Juniæ.* — Ratio cognominis patet ex historia; quum enim *brutus* (fortasse a βαρύς, *gravis*) dicatur etiam de homine stupido, hebeti (*Pacuv.* apud *Non.* 2. 76), ab hac notione cognomen traxisse perhibetur L. Junius, qui, teste *Liv. loc. cit.,* ut tutus esset a Tarquinio Superbo, avunculo suo, qui patrem fratremque ejus interfecerat, stupiditatem simulavit. Verum, statim ac Sextus, Tarquinii filius, vim intulit Lucretiæ, matronæ Rom., Tarquinii Collatini uxori, occasionem nactus populum incitavit in regem; quo expulso, libera respublica proclamata est. Quam tamen narrationem recentiores fabulosam existimant, et merito quidem: id tantum vero congruum rati, Romanum, alios populos imitatum, unius dominatione rejecta, se in libertatem vindicasse annuosque consules sibi elegisse, a. U. C. 244., a. Chr. 510 (V. *Balan, St. d'It. I.* 34).

Brutus ¶ 1. Apud scriptores non unus memoratur; ex præcipuis, servato ordine temporis — 1.°) Fuit L. J u n i u s, *Brutus* primo cognominatus, de quo supra diximus, primusque in libera rep. consulatum gerens cum Collatino; unde *Bruti secures* v. *fasces* habet *Propert.* 4. 1. 45.: immo pro insigni consulatu vel ipso consule adhibetur *Prudent.* 1. *Symm.* 556. De eo *Liv.* 1. 56. L. Junius Brutus - ex industria factus ad imitationem stultitiæ cum se suaque prædæ esse regi sineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen, ut sub ejus obtentu cognominis liberator ille populi Romani animus latens opperiretur tempora sua (*Id.* 8. 43. L. Brutus conditor Romanæ libertatis). Cf. *Lyd. mag.* 1. 31. Sic *Ovid.* 2. *Fast.* 717. Brutus erat stulti sapiens imitator. Adde *Martial.* 11. 44. 1., *Juvenal.* 8. 182., *al.* — In plur. num., ex hoc « principe Juniorum domus » et cognominis auctore. *Quintil. decl.* 268. *p.* 98. Tulit civitas populi Romani liberatores Brutos, tulit Camillos. *et Senec.* 9. *contr.* 29. Exsurgite nunc, Bruti, Horatii, Decii et cetera imperii decora. — Latius occurrit de tota *Brutorum* familia. *Sall. or. Lep.* 3. Præclara Brutorum atque Æmiliorum et Lutatiorum proles. — *Brutorum imagines* ap. *Plin.* 1. *ep.* 17. — *Bruti ultores* ap. *Lucan.* 5. 207. — De his libertatis vindicibus, sæpius proditorum ac sicariorum more usis, hæc putidus adulator habet *Cic.* 4. *Phil.* 3. 7. *sq.* Quasi deorum immortalium beneficio et munere datum reip. Brutorum genus et nomen, ad libertatem populi R. vel constituendam vel recuperandam (*V.* sub 7.°). — Brutus a Tarquinio creatus fuerat tribunus Celerum (*Liv.* 1. 59), dum stupidum se simulabat; quod quomodo verum esse possit, non video. Ad illum igitur, pervulgata facinoris fama turbisque Romæ excitatis, tumultuantium multitudo concurrit; non enim nisi magistratui populum convocare licebat (*Dionys.* 4); quam ita incendit Brutus vehementi oratione, ut illa « imperium regium abrogaret exsulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis » (*Id. ibid.*). — Dein quum Tarquinius regnum recuperare, coactis inter Etruscos et Vejentes copiis, paravisset jamque agrum Romanum cum exercitu invasisset, Brutus, commisso cum Tarquiniensibus prœlio, ab Arunte, Tarquinii filio, provocatus ad singulare certamen, postquam mutua sibi uterque vulnera inflixit, una cum hoste periit, ejusque corpus in foro positum, isque primum a collega, dein vero ab innumeris scriptoribus est laudatus, præcipue a *Cic. Brut. loc. cit.,* 3. *Phil.* 4. 9., coll. 1. *ibid.* 6. 66. 2. *Fin.* 20. 13., 2. *Rep.* 25. 46., 1. *Orat.* 9. 37., 4. *Tusc.* 1. 2., *Val. Max.* 4. 4. 1., *Flor. præf.* 6. et 1. 9. et 10., *Senec. cons. ad Marc.* 16. 1. etc. — Insuper ejus nomine et inscripta tragœdia *Accii* poetæ (*Cic. Sext.* 58. 123.) vel *Cassii* (*Varr.* 6. *L. L.* 2, coll. *Ribbeck, tr. rel.* 349. *sq.*); et statuæ ei erectæ (*Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 4. [9] et *Sueton. Cæs.* 80); et effigies in nummis cusæ (*Visconti* in *Iconogr. Rom. p.* 25-32., coll. *Borghesi, Œuvr. I. p.* 94). Cf. etiam *Macrob.* 1. *Sat.* 7. et alib., *Tac.* 1. *Ann.* 1., 11., 22. et 25., *Solin.* 11., *Quintil.* 5. 11. 7., *Sil. It.* 8. 361., *Martial.* 8. 30. et 10. 39., *Pers.* 5. 26., *Ovid.* 2. *Fast.* 717.; *Stat.* 1. *Silv.* 4. 42. etc. —

2.º) D. Junius Brutus Scæva, apud Cassiod. chron. vocatus D. Junius, coll. Diod. 18. 2., ubi Δέκιος (pro Δέκιμος) Ἰούνιος, primus ex gente plebeja consul a. U. C. 429., cujus filius D. Junius Brutus Scæva consul fuit a. 462., corrupte Scævola pro Scæva apud Chronogr. a. 354. et Branchus in Fast. Hisp. et Βράχχος in Chron. Pasch. pro Βροῦτος. — 3.º) C. Junius Bubulcus, qui et Bubulcus, cos. I. a. 437. cum Q. Æmilio Barbula (Cf. Neumann, Festschrift d. Strassb. Philol.-Vers. 1901. p. 319. sqq.), C. Junius dictus Cassiod. in Chron., cos. II. a. 441. cum L. Papirio Censore (Liv. 9. 20. et 28) et III. iterum cum Q. Æmilio Barbula a. 443. (Id. ibid. 30): bis Samnites devicit egitque triumphum (Fast. triumph. Capit.); deinque a. 452. dictator Æquos subegit ac die octavo triumphans quum rediisset, ædem Salutis, quam consul voverat et censor locaverat, dictator dedicavit (Id. 10. 1. et Fast. triumph. Capit.). — Filium habuit C. Junium Brutum Bubulcum, cos. a. 463. cum L. Postumio Megello. — 4.º) D. Junius Brutus, primus a. 490. munus gladiatorium edidit (Liv. epit. 16). Ad rem Val. Max. 2. 4. 7. « Gladiatorum munus primum Romæ datum est in foro boario App. Claudio Q. Fulvio coss. Dederunt Marcus et Decimus, filii Bruti, Peræ funebri memoria patris cineres honorando », clarissimi viri, qui cos. a. 488. cum Numerio Fabio Pictore Sassinates primum, dein Messapios et Sallentinos profligavit ac triumphum egit (Fast. triumph. Capit.). — 5.º) M. Junius Brutus, JCtus suo tempore illustris, cos. a. 576., vir optimus et juris peritissimus dictus Cic. Brut. 34. 130. et 47. 175. — Tres libros de jure civili scriptos reliquit, teste eod. Cic. Cluent. 51. 140. et 2. Orat. 55. 223.; at Pompon. Dig. 1. 2. 2. § 39. ait Brutum septem reliquisse, fortasse quattuor prioribus additos ab alio juris perito. Laudatur etiam Gell. 6. 15. 1. et 17. 7. 3. et Quintil. 6. 3. 44., qui docet libros illos scriptos fuisse forma dialogica, simulque filium habuisse, quem Cic. memorat Accusatorem quasi suo nomine vocans. Cf. Cluent. 50. 141. et 2. Orat. 54. 220. sqq. et alib. — 6.º) D. Junius Brutus, cognomento Gallaicus (Callaicus) sive Gallæcus, cos. a. 616. cum P. Cornelio Scipione Nasica Serapione. De eo Vellej. 2. 5. 1. « Ante tempus excisæ Numantiæ præclara in Hispania militia D. Bruti fuit, qui, penetratis omnibus Hispaniæ gentibus, ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis, quæ vix audita erant, Gallæci cognomen meruit (Prosp. chron. 1. p. 402. Brutius Gallæcus). Cf. Cic. Arch. 11. 11. 27 (Val. Max. 8. 14. 2), Ovid. 6. Fast. 461., coll. Plut. æt. Rom. 34. — Artes præterea liberales valde in pretio habuit, teste Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (26)., et litteras, sive Græcas sive Latinas, ut tradit Cic. Brut. 28. 107 (quod et de eo dicit, qui cos. fuit cum Mamerco, 47. 175); hinc Schol. Bob. Cic. pro Arch. l. c. scribit: « Ejus etiam nomini (h. e. Junii Bruti Gallæci) dicatus Accii poetæ tragici exstat liber, cujus plurimos versus, quos Saturnios appellaverunt, vestibulo templi Martis superscripsit Brutus », sc. templi in circo Flaminio, quod ipse ex manubiis Hispanis erexit ac statuis et etiam versibus exornavit. — 7.º) M. Junius Brutus, qui et Q. Bæbius, fortasse filius Cæsaris ex Servilia, sorore M. Porcii Catonis Uticensis (Appian. B. C. 2. 112), a prisco L. Junio Bruto ex vulgari opinione prognatus, eloquentia præstans et Stoicorum philosophia imbutus (Cf. Quintil. 10. 1. 123) ab avunculo, cujus exemplis inductus optimatium partibus studere cœpit et, civili bello exorto inter Cæsarem et Pompejum, huic adhæsit, etsi Cæsari devinctus, præter alia, ob multa ab eo accepta beneficia; qui conjurationi nomen dedit contra illum jam structæ, eoque audaciæ ingratissimus homo pervenit ut Cæsarem idib. mart. a. 710. una cum Cassio aliisque conjuratoribus in curia Pompeja pugione transfoderit frustra se defendentem clamantemque « Tu quoque, Brute, fili mi » (V. CÆSAR): quæ postrema moribundi verba in proverbium abierunt de parricidis vel ingratis, quos, exsecrandum hominum genus, aliquando heroes turba demens vocitat et inhonestis cumulat honoribus. Ceterum nefario hoc crimine nihil profecit libertas, cujus obtentu patratum est, nec Roma; quia populorum salus ac prosperitas non ex proditione et cæde sed ex civium virtute et animorum in verum bonum concordia oritur atque efflorescit. — Porro, cognito immani facinore indeque magna honestorum civium ubique indignatione oborta, ut se a populi furore eriperet, Brutus cum sociis Capitolium occupavit (Vellej. 2. 58); attamen tutius existimans alio confugere, in Macedoniam recessit, dum Cassius in Syriam proficiscebatur (Id. ibid. 62., coll. Cic. 15. Att. 5. et 9. et alib.). — Interea Octavius, Cæsaris heres, Romam venit et cum M. Antonio et M. Æmilio Lepido triumvir constitutus, legem tulit ut Cæsaris interfectores hostes publici declararentur bellumque idcirco iis indictum est. Quapropter Brutus cum Cassio tandem cum Antonii et Octavii legionibus prœlium committere coactus est, Philippis in Macedonia, (hinc dictus Philippensis), ubi, omni victoriæ spe amissa, vix potuit ex acie fuga evadere, interemptus enim fuit, an. 43. a. Chr. (Id. ibid. 70. et Flor. 4. 7). — Ejus caput Romam periatum est, ut statuæ Cæsaris subjiceretur (Sueton. Aug. 13), cui honores divini jam delati fuerant, sed in itinere submersum est (Dio 47-49). — Multos is habuit laudatores cum ex veteribus tum ex nuperis scriptoribus, inter quos tunc eminuit Cicero, qui 2. Phil. 11. 26. « Brutos (inquit) ego impellerem ad interficiendum Cæsarem ». et 14. Att. 14. « Ita Brutos Cassiumque defendis, quasi eos ego reprehendam - ista culpa Brutorum? minime illorum sed aliorum brutorum, qui se cautos ac sapientes putant. et 4. Phil. 3. 16. « Quasi deorum immortalium beneficio et munere datum reip. Brutorum genus et nomen ». Quid quod innumera sunt loca, ubi Tullius Brutum laudat, quæ collegit Orelli in Onom. Tull. p. 319-324.; quin ei plures libros dedicavit, ut de Finibus et de Natura deorum, Tusculan. disputationes, Paradoxa, Oratorem et librum de claris oratoribus, qui Brutus inscribitur; cui consonat inter recentiores A. Vannucci in sua Stor. d'Ital. ant. et alib., istorum libertatis vindicum laudator amplissimus. Aliter tamen senserunt Lucan. 10. 308., Plin. 1. ep. 17., Hieronym. ep. 60. Vellej. 2. 72. hæc scribit: « Hunc exitum M. Bruti partium fortuna esse voluit, incorrupto animo ejus in diem, quæ illi omnes virtutes unius temeritate facti abstulit. Fuit autem dux Cassius melior, quanto vir Brutus: e quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium: qui si vicissent, quantum reip. interfuit Cæsarem potius habere, quam Antonium principem, tantum retulisset habere Brutum quam Cassium ». — De ejus nummis cusis in Macedonia et Asia ann. U. C. 710-712. fusius agit Eckhel, 6. p. 19-25. et Borghesi, Œuvr. I. p. 88., 91., 98. et alib., coll. Cavedoni, Ripost. p. 227. sq. et Friedländer in Bull. d'Ist. arch. a. 1870. p. 198. sqq. — Statuam Bruti memorat Sueton. Rhet. 6.; imaginem Plin. 1. ep. 17. 3. et Paneg. 55. et effigiem illustrat Visconti in Iconogr. Rom. p. 178-201. — Scripsit Brutus libros, ex quibus, præter epp. XI., fragmenta tantum supersunt, ut de virtute ad Cic. 1. Fin. 1. 1. 3. Tusc. 5. 1. Senec. cons. ad Helv. 9.; de patientia (Diomed. gramm. l. p. 378); περὶ καθήκοντος (Senec. ep. 95. 45): itemque orationes, de quibus V. Meyer, Orat. Rom. fragm. p. 443-452.; immo et historica quædam videtur exarasse (Plut. Brut. 4) et factitasse versus, et quidem lascivos, refert Plin. 5. ep. 3. 5., coll. Stat. 4. Silv. 9. 20. V. Weichert, Poet. min. p. 126. — Cf. etiam de ejus scribendi genere Cic. Brut. 6. 21. sq. et 97. 331.; Vellej. 2. 36., Column. 1. præf. 30., Quintil. 9. 4. 63. et 76. et 12. 10., Senec. 5. contr. 30., al. - Sordidam tamen ejus avaritiam et pecuniæ cupiditatem multi vituperarunt. Cf. Cic. 6. Att. 1-3. et vitas de eo scriptas a Græcis Appian., Dion., Plut. et a Latinis Flor., Vellej., Sueton., Oros. — 8.º) D. Junius Brutus Albinus, filius D. Junii Bruti cos. a. 677. et Semproniæ (Catilinariæ) et adoptivus Postumii Albini. — Cum Cæsare adulescens militavit, a quo fuit unus ex secundis heredibus institutus, a. 677. idemque a. 706., legatus Cæsaris in Galliam Cisalpinam, ibi Bellovacos rebelles prœlio vicit (Liv. epit. 114) et cum Cæsare ex Hispania redeunte a. 709. Romam venit atque in triumpho una cum M. Antonio et C. Octavio currum ejusdem ascendit (Plut. in Ant. 13). — Nihilo minus et ipse conjurationis in Cæsarem ita particeps fuit, ut illum reluctantem ad curiam petendam hortatus sit, in qua trucidaretur (Sueton. Cæs. 80. et 81., et Liv. epit. 116., coll. Dion. 44. 17. et Appian. B. C. 2. 116). — Quum vero Octavius legem tulisset de quæstione habenda in Cæsaris interfectores, cujus vi Brutus aliique absentes damnati sunt, Brutus a suis relictus, dum fugere parat, a Capeno Sequano interfectus est (Liv. epit. 120., coll. Oros. 6. Hist. 18. 3-6. et Vellej. 2. 62-64). — Alia de eo colligi possunt ex Liv. epit. 117., 118., Sueton. Aug. 10., Cic. 10. Fam. 11., Lucan. 3. 514. et sqq. et 762., Frontin. 3. Strat. 13. 7. et 8. et 4. ibid. 11. 3., Val. Max. 4. 7. 6. et 9. 13. 3., qui aliter quoque mortem ejus enarrat, et Flor. 4. 2. 24. et 4. 4. — Exstant ejus epistolæ X. inter epp. Cic. scriptæ ann. 710. et 711., ad quos annos pertinent etiam ejus nummi, probabilius Mutinæ cusi, ut conjicit cl. Cavedoni, Marm. Moden. p. 27. ¶ 2. In titulis. Corp. I. L. 2. 3434 (Carth. Nov.), 6. 15708. — Hinc Brutianus, a, um, adj. Val. Max. 4. 7. 6. Brutiana ultio. Vellej. 2. 72. castra. et ibid. 74. partes. — Absolute Brutiani, M. Junii Bruti fautores. Ps. Frontin. 4. Strat. 2. 1. Ne - præstarent Cassiani Brutianos. Adde Obseq. 70. — Brutinus, a, um, adj. Cic. 1. ad Brut. 15. Brutina consilia. — Brutilius, cogn. lib. demin. Corp. I. L. 6. 26390. — Brutanus, cogn. Corp. 10. 7432 (Thermis Himeræis). — Brutio, onis, nom. vir. Inscr. Rev. arch. 4. sér. VI. 1905. p. 189 (Africa).

BRȲALĬON, ii, n. 2. oppidum Asiæ minoris. Plin. 5. Hist. nat. 32. 40. (144). Flumen Echeleos anticus Troadis finis et Mysiæ initium: postea sinus, in quo flumen Ascanium, oppidum Bryalion (Sillig. Bryllion). Cf. Bryela, hodie Urla, Vurla v. Wriula (V. Ramsay, As. Min. 113. sq.).

BRȲANĬUM, ii, n. 2. (Βρυάνιον) oppidum ad Erigonem fluvium in Macedonia sup. (Strab. 7. 327), non Thesprotia, uti vult Steph. Byz., hodie Tscherna Reka. Memoratur Liv. 31. 39. Philippus (III.) quum primo ad Bryanium (al. Bruanium v. Bruannam, Bamb. Bruantiam) stativa habuisset etc. Cf. Leake, North. Greece III. 307. sqq. et Heuzey, Miss. de Macéd. 322. sq.

BRȲAXIS, idis, m. 3. (Βρύαξις) statuarius et sculptor Atheniensis. Vitr. 7. præf. 13. Singulis frontibus (Mausolei) singuli artifices sumpserunt certatim partes ad ornandum et probandum Leochares, Bryaxis, Scopas, Praxiteles. Plin. 34. Hist. nat. 5. 4. (36). Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxim et Timotheum et Leocharem. et 34. ibid. 8. 19. (73). Bryaxis Æsculapium et Seleucum fecit. Corp. I. L. 6. 10039. OPVS BRYAXIDIS (V. Imhoof-Blumer et P. Gardner, Num. Comm. Paus. p. 5. 6. p. A VI. et VII).

BRȲAZON (Βρυάζων), amnis oræ Bithynicæ. Plin. 5. Hist. nat. 32. 43. (148). Amnis Alcas in Bithynia Bryazum adluit - hoc est et templo et deo nomen (sic H, Brizon N, Bryacum rell. codd.).

BRȲĒS, ētis, m. 3. (Cf. Βρύας) pictor Græcus. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (123). — Ejus filius et primo discipulus fuit Pausias Sicyonius, fortasse æqualis Pamphili, qui et Apellem et Pausiam docuit (V. Brunn, Gesch. d. gr. Künstler II. 144. et Keil, Anal. epigr. 224).

BRYGI, ōrum, m. plur. 2. (Βρύγες, Βρύγοι, Βρύγαι) gens Thracica. Plin. 5. Hist. nat. 32. 41. (145). « Sunt auctores transisse ex Europa Mœsos et Brygos et Thynos, a quibus appellentur Mysi, Phryges, Bithyni ». Conferenda igitur vox est cum Phryges (V. Kretschmer, Gesch. d. gr. Spr. 229. et Tomaschek, Thraker I. 29. sq.).

BRYSACĬUM, ii, n. 2. V. voc. seq.

BRYSÆ, ārum, m. plur. 1. gens Thracica. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (40); ubi Sillig. mutavit Brysas in Brygas; sed cf. Brysacium, oppidum Parthinorum.

BRȲSON, ōnis, m. 3. (Βρύσων) philosophus Heracleota. Memoratur Boeth. in Arist. poster. Anal. 1. 7. Cf. Diog. Laert. 6. 85.

BRYTĒ, es, f. 1. (Βρυτή ?) Martis filia. Mythogr. Vat. II. 26. Minos, Cretensium rex, cum Bryten, Martis filiam, Dianæ Cretensi dicatam stuprare vellet, illa se injecit in mare illistaque est retibus piscatorum, quæ græce δίκτυα nominantur, qui corpus ejus extraxerunt, et a quibus poetes Diana ipsa Dictynna est appellata. Cf. BRITOMARTIS, quod ad etymon attinet, apud Rangabé, Ant. Hell. n. 691.

BU

BUBACĒNĒ, es, f. 1. regio Scythiæ, quam Polyperco, dux Alexandri M., in dicionem redegit, teste Curt. 8. 5. 2., ubi tamen alii aliter leg. Cf. voc. seq.

BŪBĂLUS, i, m. 2. (Βούβαλος: cf. babalus, it. bufalo) ¶ 1. Generatim cogn. vir. Corp. I. L. 3. 1043 (Apuli Daciæ); 5. 5841 (Mediolani) etc. — Item nom. serv. Corp. 3. 1527 (in Dacia). — Etiam nom. equorum. Corp. 6. 10056. 3. ¶ 2. Speciatim — 1.º) Sculptor et architectus. V. BUPALUS. — 2.º) Item cogn. Paphnutii monachi abbatis, de quo Cassian. conl. 18. 15. 1. ita scribit: « In heremi secretis tanto studio semper insedit Pafuntius (sic) abbas ut ei ceteri anachoretæ Bubali (a similitudine bubali, cui solitudo perplacet) cognomen indiderint.

BŪBĂRĒS, is, m. 3. (Βουβάρης) nom. Pers. cujusdam ducis sub Megabazo, qui dum bellaret adversus Amyntam in Macedonia, bello relicto, cum filia Amyntæ nuptias fecit, uti narrat Justin. 7. 3. 7. sqq. et 4. 1. Cf. Herod. 5. 21. et 8. 136.

BŪBĂSIS, idis, f. 3. V. BUBASUS.

BŪBASTĬĂCUS, a, um, adject. V. voc. seq.

BŪBASTIS, is, f. 3. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est dea Ægyptiorum, Gr. Βούβαστις vel Βουβάστια [Nikom. Ger. apud Phot. bibl. p. 144. Bekk.], Copt. Πουβαστι, Ægypt. olim Per-Bastet, dein Pi-Bast v. potius Pa-Beset, i. e. domus v. sedes Bast v. Beset; nomen enim sumptum est a loco, ubi dea Bastet colebatur: v. etiam ab Ægypt. artic. pu (bu) et Pasht (Bast) ita ut sit ἡ (θεὰ) Bast. Cl. Vercellone in Diss. Acad. 339. verius putat etymon apud Hieronym. nom. Hebr. p. 57., qui interpretatur (hebr.) Pi-beseth « os vel labium experimenti ». Non igitur a Gr. βοῦς, ut in Etymol. M. — Memoratur Ovid. 9. Met. 691. Sanctaque Bubastis variusque coloribus Apis. Adde Corp. I. L. 3. 4234 (in Pannon. sup.). et 14. 21. add. (Ostiæ). — Fuit hæc præcipuum numen regionis, quam alii conferunt cum Artemide v. Diana, alii cum tot apud varias gentes solaribus diis, quibus præsertim Ægyptus affluebat, similis deæ Sekhet, quæ solis malum influxum repræsentabat, Bastet e contrario bonum, cui feles sacer erat, utpote qui animalia soli infensa destrueret. Cf. Ovid. 3. Met. 330. — Ejus cultus etiam in Romano orbe receptus cum aliis exterarum gentium diis. Corp. I. L. 3. 4234. ISIDI AVG. ET BVBASTI. (V. Champollion, l'Egypte sous les Phar. II. 63.; Naville, Bubast. [1891] 52. sqq. et Lanzone, Diz. mitol. egiz. I. 223. et III. 82). — Hinc Bubastius, a, um, adj. ut Bubastis sacra, apud Grat. 43. — Absolute Bubastes, incolæ. Corp. I. L. 6. 2249. Bubastiorum. — Bubastiacus, a, um, adj. ad Bubastim pertinens. Corp. 6. 32464. et 14. 21. add. — 2.º) Est etiam nom. oppidi in Ægypto, hodie Tell-Bastah. Memoratur Hieronym. hom Orig. in Jer. 2. p. 750. In Bubasti - Bubastim. Adde Mel. 1. 60. — Fuit celeberrimum hoc opp., sedes altera Pharaonum (Herod. 2. 59. et Strab. 17. 1. 27. Cf. C. De Cara, Gli Hyksôs, Roma 1899. p. 295), in cujus ruderibus multæ repertæ sunt inscriptiones hieroglyphicæ et porticus et statuarum fragmenta ex insigni templo aliisque ædificiis, regumque monumenta (a. 1887-1889), post quorum dynastiam Hyksôs seu reges pastores Ægyptum occuparunt moxque Ismaelitæ ibi sedes suas fixerunt; quin Bubasti nuper inventa est a M. Naville statua regis Apapi, a quo Joseph, filius Jacob, regiis honoribus decoratus est, quique Bubasti videtur resedisse; ubi alia postea dynastia floruit, quæ Bubastidarum dicta est. — Hinc Bubastus, (Βούβαστος) — 1.º) Est idem ac Bubastis. Vulg. Ezech. 30. 17. Juvenes Heliopoleos et Bubasti (Pi-Beseth) gladio cadent et ipsæ captivæ ducentur. Adde Hieronym. nom. Hebr. p. 57. et sit. et nom. p. 107. — 2.º) Etiam numen. Corp. 12. 2215. 17 (ex Nemore Dianæ). — Hinc Bubastites, æ, m. 1. (Βουβαστίτης), nomos Ægypti, de cujus nummis V. Ackermann, Num. Chronicl. VII. 17. et Eckhel, 4. p. 104. Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49). — Item dynastia XXVI., Bubastitarum dicta, in latercula dynastiarum. — Hinc etiam Bubastani, orum, iidem qui Bubastitæ. Exc. barb. chron. min. ed. Frick p. 288. 8. Potestas Bubastanorum. ¶ 2. In titulis nom. mul. Corp. I. L. 6. 26980. et nom. vir. in Inscr. Græc. Sic. et Ital. 1452 (Romæ).

BŪBASTĪTĒS, æ, et

BŪBASTĪUS, a, um, et

BŪBASTUS, i. V. voc. præc.

BŪBĂSUS (Bubassus), i, f. 2. (Βουβασσός v. Βούβαστος) nom. oppidi et regionis Cariæ. Plin. 5. Hist. nat. 28. 29. (104). — Hinc Bubasis, mulier, oppidi incola. Ovid. 9. Met. 644. « Bubasides videre nurus » unde patet secundam brevem esse. — Bubasius, sinus, apud Mel. 1. 84. Fr. Alii Bubassius.

BUBEGENÆ, ārum, m. plur. 1. gens, quam Hermanaricus, Gothorum rex, domuit, teste Jornand. Get. 116., ubi alii leg. Bubegeniæ aut aliter. — Hæc et aliæ « extra Wolgam perque montes Uralienses ac latius etiam diffusæ » ibi memorantur. V. Müllenhoff in indice editionis Mommseniane.

BŪBETĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Βουβέντανοι Dionys. 5. 61) populus antiqui Latii. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (69). Carnem in monte Albano soliti accipere populi Albenses - Bubetani (Nubetani cod. Riccard.) - interiere sine vestigiis.

BŪBETII, ōrum, m. plur. 2. (bos) genus ludorum, de quibus Plin. 18. Hist. nat. 3. 3. (12). Ludos boum causa celebrantes Bubetios (ludos) vocabant.

BŪBON, ōnis, f. 3. (Βουβών) oppidum Lyciæ in Cabalia, a Bubone quodam conditum, teste Steph. Byz. (Cf. Strab. 13. 631), cujus ruinæ vix cognoscuntur prope Ebedschik in Indosthal sup. Plin. 5. Hist. nat. 27. 28. (101). — Ejus inscriptiones apud Le Bas, n. 1219., coll. Corp. I. Gr. 4380.; et nummi apud Head, H. N. 577.

BŪBŌNA, æ, f. 1. nom. deæ, a Romanis cultæ, quæ boum curam gerere putabatur. Augustin. 4. Civ. D. 24. Earum rerum nominibus appellabant deos, quas ab eis sentiebant dari, aliqua vocabula inde flectentes - sicut a bubus Bubonam, non Bovem. Adde ibid. 34. Cf. BUBETII ludi.

BŪBULCUS, i, m. 2. cogn. vir. — 1.º) In gente Junia. Plin. 18. Hist. nat. 3. 3. (10). Juniorum (e) familia Bubulcum nominarunt, qui bubus optime utebatur (Cf. Plut. Poplic. 11. Βουβούλκους et 9. Rom. 41. Βουβολκοί). V. BRUTUS. — 2.º) Ex aliis gentibus: C. Salvius Bubulcus, quæstor Venusiæ. Fast. Venus. a. U. C. 720 (Corp. 1. p. 66). Adde Cod. Theod. 12. 1. 186 (a. 429) ubi alii leg. Eubulus. — Apud Oros. 4. Hist. 12. 2. Bubulco ex errore pro Bulbo. — Cf. Bubulus, cogn. vir. Corp. 6. 200. 7. 88 (a. 70).

BŪCA, æ, f. 1. (Βοῦκα) ¶ 1. Est oppidum Frentanorum in Samnio, prope hod. Termoli, a monte Gargano 400. st. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (106). et Mel. 2. 65. — Hinc Bucani, incolæ, in Inscr. apud Murat. 1082. 4. V. tamen Hülsen, PW. 3. 934. ¶ 2. Est etiam cogn. V. BUCCA.

BUCCA (Buca), æ, m. et f. 1. — 1.º) Cogn. vir. Cf. Etr. (Corp. Inscr. Etr. 1. 1689., al.) pu-ce. et (ibid. 2610) pucna, al.; ex Latinis autem Buccius, Bucanius, Buccinius, Buccerius, Buccidius, Buccionius, Bucculius (V. Schulze, Eigenn. p. 350. et 134). Ascon. Scaur. p. 29. Ad genua judicum bifariam se diviserunt qui pro eo (Scauro) rogabant: ab uno latere - L. Æmilius Buca filius. L. Buca et L. Æmilius Buca in nummis. V. Momms., Röm. Münzw. p. 647. et 652. — Celt. quoque Bucca videtur fuisse, in Corp. 12. 3095 (Nemausi). — 2.º) Etiam nom. mul. Corp. 8. 17806 (in prov. Num.).

BUCCO (Buco), ōnis, m. 3. nom. vir. a bucco; sed potest etiam Celticum esse: cf. Corp. 3. 3789 (in Pann. sup.). Hinc Licinius Bucco, senator, (ætate Cæsaris) apud Val. Max. 8. 3. 2. et C. Porcius Bucco, in Corp. 6. 14422. 7. Adde Inscr. numm. apud Cohen, Monn. imp. I. p. 200 — Absolute Bucco quidam, fraudulentus homo, perstringitur a Martial. 11. 76. — In fabulis Bucco, ut Maccus, persona stolida. V. BUCCO in Lexico. — Hinc Bucconius (a), nom. gent. et cogn. Corp. 6. 10243. - 12. 3480 (Nemausi).

BUCCONIS, mutatio in Gallia, itinere a Burdigala Tolosam, hodie Empeaux; alii vero ubi nunc Isle-en-Jourdain (dép. Gers). Memoratur in Itin. Burd. p. 550. (Bucconse cod. Veron.). Bucconne ætate posteriore silva appellata est. Cf. Holder, Altc. Spr. I. 626.

BUCCUS (Buccos), i, m. 2. nom. vir. Celt. Corp. I. L. 13. 5730 (in Germ. sup.). — Hinc Bucculus (Buculus) nom. vir. demin. Corp. I. L. 5. 14078. — Est etiam titulus fabulæ Atellanæ Novii, apud Non. p. 507. 7. — Buccula, nom. mul. Corp. 3. 1732 (in Dalm.).

BŪCĔPHĂLA, æ, et Bucephalē, es, f. 1. et Bucephalon (um), n. 2. (ἡ Βουκεφάλη, ἡ Βουκέφαλος Ἀλεξάνδρεια, τὰ Βουκέφαλα) oppidum ab Alexandro M. in India conditum et in honorem equi, Bucephali appellati. Curt. 9. 3. 23. Oppida - duo condidit, quorum alterum Nicæam appellavit, alterum Bucephalam, equi, quem amiserat, memoriæ ac nomini dedicans urbem. — Bucephala apud Justin. 12. 8. 8. Bucephalen (acc.). — Bucephalon apud Gell. 5. 2. 5. — Bucephalam in Epit. Alex. 62. — Ravenn. p. 43. Alexandria Bucephalos.

BŪCĔPHĂLĀS, æ, f. 1. Etiam Bucephalus, i, m. 2. (Βουκεφάλας et Βουκέφαλος) nom. equi Alexandri M., fortasse a βοῦς et κεφαλή, bovis caput, vel a βου particula intens., valde, ita ut sit equus magni capitis v. capito. Memorat Paul. ex Fest. p. 32. Bucephalus vocatus est equus Alexandri regis propter quandam bubuli (bubali codd.) capitis similitudinem. Curt. 6. 5. 18. Equus regis - Bucephalam vocabant - quem Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo æstimabat. Plin. 8. Hist. nat. 20. 28. (77) et alib. Bucephalam eum vocarunt sive ab adspectu torvo sive ab insigni taurini capitis armo impressi. Adde Solin. 45., Gell. 5. 2. tit. et Jul. Val. 1. 9. p. 16. et alib.

BŪCĔPHĂLOS, i, m. 2. (τὰ Βουκέφαλα) promontorium Argolidis, ad orientem, apud Mel. 2. 49., fortasse quia, cum portu, capitis taurini formam referebat.

BŪCĔPHĂLUS, i, m. 2. (Βουκέφαλος λιμήν) portus in Argolide (V. voc. præc.). Plin. 4. Hist. nat. 5. 9. (18). « In eo (sc. sinu Saronico) - portus Anthedus et Bucephalus ». Fortasse, qui hodie dicitur Baia di Kechries. V. Bursian, Geogr. II. 23.

BŪCĒS (Byces), is, m. 3. (ἡ Βύκη λίμνη et Βύκος ποταμός Ptol.) lacus et fluvius prope Mæotim. Memorant Mel. 2. 2. Mæotidis flexum Buces amnis secat. Plin. 4. Hist. nat. 12. 26. (84). Ipse Buces (al. Buges) a Coreto Mæotis lacus sinu petroso discluditur dorso etc. Val. Flacc. 6. 68. Quique lacum cinxere Bycen.

BŪCĪNA, æ, 1. (bucina) cogn. vir. Corp. I. L. 11. 4652 (Tuder).

BŪCINNA, æ, f. 1. (Βούκιννα) insula Lilybæo propinqua, hodie Levanzo. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (92).

BUCINOBANTES, ium, m. plur. 3. gens Alamanna contra Moguntiacum sita (a. 373), ut ait Ammian. 29. 4. 7. Not. Dign. or. 6. Auxilia Palatina Bucinobantes.

BŪCŎLĬA, ōrum, n. plur. 2. (τὰ βουκόλια Heliod. Æth. 1. 5.) locus Ægypti, ita dictus ab armentis boum, quæ ibi habebantur, unde appellati Bucolici (Βουκόλοι) milites, qui a curis boum ad latrocinia conversi « quum per Ægyptum gravia multa facerent, ab hoc (sc. Avidio Cassio) retunsi sunt » teste Gallican. Avid. 6. 7. ex Marco Maximo (Capitolin. Aur. 21). — In hunc locum ad

mare situm ad occid. Alexandriæ et quasi insulam desertam secessit s. Hilarion, teste *Hieronym.* in *ejus vit.* 43. « Cupienti - navigare - ad ea loca, quæ vocantur Bucolia - suasit ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet ».

BŪCŎLĬCI. *V.* voc. præc.

BŪCŎLĬON, ōnis, m. 3. (Βουκολίων) filius Laomedontis, Priami frater. *Dict.* 4. 22. et *Dar.* 6., coll. *Homer. Il.* 6. 21. *sqq.*

BŪCŎLĬUM, ii, n. 2. (Βουκολιών) oppidum Arcadiæ prope Mantineam. (Cf. *Thucyd.* 4. 134. 2). Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. (20). — De eo videsis *Curtius, Pelop. I.* 316. et *Bursian, Geogr. II.* 227. *sq.*

BŪCŎLUS, i, m. 2. (Βούκολος: a βοῦς, *bos* et κόλον, i. e. τροφή, *alimentum*, sc. boum nutritor et curator) nom. serv. *Corp. I. L.* 5. 5868 (*in agro Mediol.*); 6. 7118. et 13656.

BŪCONIA, æ, f. 1. silva in Germania. *Greg. Tur.* 2. *Franc.* 40. Quum - ille egressus de Colonia civitate, transacto Rheno, per Buconiam (*al.* Buchoniam) silvam ambulare disponeret (V. *Corp.* 13. 2. p. 194). - Nomen videtur oriri a voc. *boka* « fagus » (Cf. *Zeuss, Die Deutschen* 9., 311., 344).

BŪDA, æ, f. 1. nom. servæ. *Corp. I. L.* 6. 29088., fortasse a *buda*, quod genus herbæ est.

BŪDĂLĬA, æ, f. 1. vicus in Pannonia inf., patria Decii imp., prope *Sirmium-Mitrovica*, apud *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2268., *Jorn. Rom.* 284. et in *Itin. Ant. p.* 268. - *Eutr.* 9. 4. et *Ps. Aur. Vict. epit.* 29. Bubalia.

BUDAR (Budares?), is, m. 3. nom. fortasse Celt. (V. *Holder, Altc. Spr. I.* 628), ducis Hispani, qui cum Bæsadine ad Turdam oppidum contra Romanos dimicavit, bellum gerente Q. Minucio pro prætore, captusque fuit. *Liv.* 33. 44.

BUDDĀS, æ, m. 1. ¶ 1. Fuit philosophus Indicus, *Siddhartha* nomine, dictus etiam *Gotama Sakyamuni*, i. e. Gotama (nom. familiæ) solitarius (de stirpe) Sakias, qui regem habebant istius patrem, novæ religionis conditor. — Olim creditus fuit Βουδδᾶς (Bodyas) rex, de quo *Arrian. Ind.* 8.; ut Buddistæ *Budii*, de quibus *Herod.* 1. 101. Memoratur *Clem. Alex., Strom. I.*, 305. ubi dicitur *Butta*. — Sinenses *Poto* v. *Fo* (*Mém. Acad. Inscr. XXXI.* 87); Indi *Budha* (sapiens) v. *Buddha* (illuminatus), epitheto, non nomine, eum vocant. — Addimus eos, qui a Manichæorum hæresi ad christianam fidem transissent, abjurandum fuisse *Boddam Scythianum*, fort. *Sachyanum*, nam *Sacæ* Græcorum sunt Latinorum *Scythæ* (V. *Hunter, Ind. Empir. p.* 160). — De eo *Hieronym.* 1. *adv. Jovin.* 42. Apud gymnosophistas Indiæ quasi per manus hujus opinionis auctoritas traditur, quod Buddam principem dogmatis eorum e latere suo virgo generavit. — Natus est in regione *Nepal* an. 622. a. Chr. suoque ingenio ab humanis negotiis alieno ac meditandi studio impulsus in solitudinem secessit vixitque vitam austeram; dein totum se dedit religioni a se inventæ in suos evulgandæ, unde ejus doctrina ore tradita, dein a sectatoribus magistri suisque etiam opinionibus commentisque completa, quæ *Buddismus* vulgo vocitatur, libris eorum sacris consignata est, ubi sunt mixta bonis mala, uti metempsychosis, polytheismus seu potius pantheismus, superstitiosi ritus etc. — Sunt qui maligne summam deprehendant Buddhæ cum Christo ejusque doctrina morum et ecclesiæ similitudinem (*Seydel*): et sane quidem, ut simii cum homine; quæ enim similia sunt, in libris occurrunt longe recentiore ætate conscriptis, quando nempe euangelium jam erat promulgatum; vel ipso naturalis legis magisterio ex parte traduntur; nam quis sanus dogmata christiana cum absurdis Buddistarum doctrinis audeat conferre? — Obiit Buddas octogenarius, an. 542 (al. alio tempore), divinisque honoribus cultus fuit in Asia, præsertim apud Indos, Sinenses, Japonenses aliosque populos orientales, illius sapientiæ ac sanctitatis specie decepti. — De his vd. *C. Perini, Il Buddha* etc. 1872.; *Oldenberg, Buddha, sein Leben* etc. Berlin 1881.; *Hardy, Der Budd. noch ält. Pâli-Werk.* Münster 1890.; *Samerla, Budd. e Crist.* etc. in *Studium* 1907.; *Vallée-Poussin, Bouddhisme* 1909.; *Asvagosa, Buddhacarit.* 1913. tr. *Pavolini.* ¶ 2. Item Persa quidam, errorum disseminator. *Marc. Victorin. ad Just.* 7. Jam vidistine ergo quot Manis, Zoradis aut Buddas hæc docendo deceperint? Cf. *Epiph. hær.* 66.

BUDENICENSES. *V.* voc. seq.

BUDENICUS, i, m. 2. cogn. Martis, culti ad Ucetiam (hod. *Uzes*) in Gallia Narbon., quod permutatur cum nom. vici (*Allmer, Rev. epigr. I.* 182). *Corp. I. L.* 12. 2973 (*inter Ucetiam et Nemausum*) MARTI BVDENICO GRATVS SEVERI FILIVS. — Hinc *Budenicenses*, incolæ. *Corp.* 12. 2972.

BŪDĪNI, ōrum, m. plur. 2. (Βουδῖνοι et Βουδῖνοι) gens Scythica prope Taphras sita (*Herod.* 4. 21., 108. et 109). De his *Ammian.* 31. 2. 14. Post quos (*Neuros*) Budini sunt et Geloni perquam feri, qui, detractis peremptorum hostium cutibus, indumenta sibi equisque tegmina conficiunt, bellatrix gens. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (88)., ubi alii leg. *Vidini.*

BUDROE v. Budroæ, ārum, f. plur. 1. insulæ duæ parvæ prope Cretam contra Cydoniam (*Kanea*). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (61)., in *cod. Riccard.* Buditiæ.

BŪDŪA, æ, f. 1. (Βούρδουα *Ptol.*) oppidum Lusitaniæ, prope *Badajoz* ad *N. S. de Bōtoa* (Cf. *Guerra, Discurso á Saavedra* 89). Memoratur in *Itin. Ant. p.* 419. — Fort. *Burdoga* apud *Ravenn. p.* 317 (*Hübner*).

BŪGÆUS, i, m. 2. (Βουγαῖος) cogn. Amani, corruptum pro *Gogæus* seu *Agagites*. Memoratur *Vulg. Esth.* 12. 6 (Hebr. *hā-agāgī*). Minus recte vult *Grotius* esse idem quod Βαγώης (*Judith* 12. 11. Gr., *Vagao* Vulg.). *V.* **AMAN.**

BUGĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. dei Celtici. *Corp. I. L.* 13. 4555 (*in Gall. Belg.*). ¶ 2. Etiam nom. gent.: cf. *Bucclus* in *Corp.* 8. 2562. 32 (*in castris Lambæsitanis*).

BŪGŌNĬA, æ, f. 1. (βοῦς, *bos*, et γίγνομαι, *nascor*) titulus carminis ludrici. *Varro* 2. *R. R.* 5. Non minus satis faciam tibi, quam qui Bugoniam (i. e. apium e *bove* putrefacto *genituram*) scripsit. *Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 1254. Eumelus poeta, qui Bugoniam et Europiam composuit etc.

BŪL, indecl. Hebr. *Būl, LXX.* Βοὺλ, contr. ex Βαάλ. — Videtur aliis esse contract. ex *gebūl* « pluvia », vel « terræ germen, fructus » significat (*Jud.* 6. 4). Probabilius tamen ex Phœnicio oritur, ut alia duo *Ethanim* et *Zio*; in *Corp.* enim *Inscr. Sem. Phœn. I.* 15. 86. et *Tab. II. n.* 3. et *Tab.* V. *n.* 10.; quod firmatur *Reg. loc. cit.* ubi in Hebr. text. nom. *Phœn. yerahh* « mensis » (hebraice etiam *hhōdesh*) præcedit nom. *Bul.* ac mentio est de templo, quod ab opificibus Phœniciis exstructum perfectumque est.

Bul ¶ 1. Est nom. mensis octavi apud Hebræos. *Vulg.* 3. *Reg.* 6. 38. Mense Bul (ipse est mensis octavus) perfecta est domus *Domini*. et *Hieronym. nom. Hebr. p.* 41. Bul (Buul *H*) germinis. - *Ital.* 3. *Reg.* 6. 38 (Quedl.) Bahal. - Serius hic mensis *Marchešhvan* dictus est (*Jos. ant.* 1. 3. 3). ¶ 2. Bul. *V.* **HUL.**

BŪLARCHUS, i, m. 2. (Βούλαρχος, *consilii princeps*) pictor antiquissimus, qui videtur floruisse Romuli ætate in Asia minore, jam tum artibus exculta, cum Græcia litteris artibusque cœperat clarere. Memoratur tabula prœlii Magnetum, a Candaule rege Lydiæ, auro repensa, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 38. 39. (126). *V.* integr. loc.

BULBUS, i, m. 2. cogn. gentis Atiliæ. *Fast. cos. Capit.* a. U. C. 509 (*Corp.* 1. *p.* 24). Adde *Oros.* 4. *Hist.* 12. et *Chronogr.* a. 354. *chron. I. p.* 53., 509. et 519. — M. Atilius Bulbus, senator, homo nequam, de majestate damnatus, in causa Oppianici. *Cic. Cluent.* 26. 71. et 97. et 3. *Verr.* 32. 79., *Quintil.* 4. 2. 107., *Ps. Ascon. Verr. p.* 141. — *Schol. Pers.* 2. 19 (*Albas*).

BŪLENSES, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi Βοῦλις, in Phocide siti (*Paus.* 10. 37. 2), a Bulone conditi, cujus rudera feruntur reperta in loc. *Palæo-Castro*, juxta portum *s. Lucæ*. Memorantur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (8). — In sing. *Not. Tir.* 88. Bolensis.

BŪLĒPHŎRUS, i, m. 2. (Βουληφόρος, *consilium ferens*) nom. vir., rationalis et consularis Campaniæ. *Cod. Just.* 3. 26. 7 (a. 349). et 15. 15. 1 (a. 364). *Symm. ep.* 9. 116. Frater meus Bulephorus.

BULGĀRES, um, m. plur. 3. et

BULGĀRĪ, ōrum, 2. (Βούλγαροι) Scribitur etiam *Vulgares* apud *Ennod. locc.* infra *citt.* — Etymon ducitur a Turc.-Mong. *bulgha* « miscere » (3. sing. præs. *bulghā-r*), quasi gentium *mixtio*; hæc enim gens ex Hunnis aliisque constabat (Cf. *Jorn. Get.* 37. et 52. *Gloss. V. p.* 423. Vulgari Huni).

Bulgari v. Bulgares, populus supra mare Ponticum distentus, teste *Jorn. Get.* 5., extremis tantum Rom. imperii temporibus cognitus, eversoque jam imperio occidentali, cujus regio, hodie *Bulgaria*, olim Mœsia infer., est infra Pontum et Danubium. *Ravenn. p.* 186. « Inter vero Thraciam vel Macedoniam et Mysiam inferiorem modo Bulgari habitant, qui ex - majore Scythia egressi sunt ». *Ennod. opusc. p.* 278. 21. Indomita Vulgarum juventus. Adde *eund. ibid. p.* 266. et 278. 16. *Cassiod.* 8. *Var.* 10. 4. Bulgares (Bulgaros *F*, Burgares *K*) toto orbe terribiles. *et* 8. *ibid.* 21. 3. Non te terruit Bulgarum globus. *Jorn. Get.* 37. Ultra quos (*Acatziros*) distendunt supra mare Ponticum Bulgarum (Vulgarum *V*) sedes, quos notissimos peccatorum nostrorum mala fecerunt. Hinc jam Hunni etc. *Marcell. chron. II. p.* 96. Gens Bulgarorum. — Bulgares, quos Græci aliquando, ex eorum communi cum Hunnis origine vocarunt Οὐννογουνδοῦρες, tunc modo cogniti quum, primum R. imperii fines transgressi, Anastasii imp. copias profligarunt an. 499. et 502. p. Chr.; sed mox a Theoderico, Gothorum rege, in Italia devicti, qui Sirmium ab iis captum recuperavit, non ideo a bello destiterunt, sed, Justiniani imp. tempore, audaciores rediere ita ut ipsam Constantinopolim oppugnandam aggrederentur, nisi Belisarius, quamvis ætate pæne fractus, eos strenue adortus in fugam convertisset. — Sub Justiniano II. constat eos imperio auxilio fuisse ac postea pro eo contra Turcas dimicasse; ex idololatria vero conversos ad Christi fidem sub eorum rege *Bogoris* seu *Boris*, Leonis IV. imp. ætate, a qua postea desciverunt in schisma prolapsi, an. 640. Dein ab Avaris cæsi ad incitas redacti sunt eorumque reliquiæ, Dagoberti regis Galliæ concessu, in Bavariam, uti fertur, confugerunt. — Serius dicitur *Jesperich* seu *Asparuch* citra Danubium Bulgarorum regnum, sæc VII., condidisse, quod diu perduraverit; sed quæ secuntur, omittimus, ne historiæ limites excedamus, nobis ratione temporum injunctos. — De iis, præter veteres laudatos, cf. *Zapiski, Petersb. Akad. d. Wiss.* 1878. *p.* 118-161., *Zeuss, D. Deutsch.* 710-727. et *Tomaschek, Ztschr. f. d. österr. Gymn.* 1877. *p.* 682. *sqq.* — Hinc *Bulgaricus, a, um*, adj. ad Bulgaros pertinens. *Greg. M.* 4. *dial.* 26. Bulgarica lingua. — Absolute, nom. vir. in *Inscr. Chr. Hisp.* 369 (a. 562?).

BULGĀRĪCUS. *V.* voc. præc.

BULGĬATENSIS villa, in Arvernis sita, hodie *Bongheat* (prius *Boughéat*), apud *Greg. Tur.* 3. *Franc.* 16.

BULGĬUM et, plenius, Blatobulgium v. Blatumbulgium, ii, n. 2. oppidum Britanniæ septentr., hodie *Birrens* ad *Middleby* Scotiæ, ubi sunt reliquiæ castellorum Rom. et inscriptiones (Cf. *Corp. I. L.* 7. *p.* 186. *sq.*). Memoratur in *Itin. Ant. p.* 467 (nisi est legend. *Burgium* v. *Burgum*).

BŪLIMEŌN. *V.* **BULINIA.**

BŪLĬMĬO, ōnis, m. 3. (Βουλιμίων, quasi vehementer esuriens: a βούλιμος, *magna fames*) nom. vir. lib. *Corp. I. L.* 6. 13659. — Etiam cogn. *ibid.* 10126., ubi *Bulimionidi* (dat.) pro *Bulimioni* leg. *Fabretti, Inscr. p.* 125. *n.* 35.

BŪLĬNĬA, æ, f. 1. regio Illyrici, in *Tab. Peuting.* 6. — Hinc de populo: *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 26. (139). Bulini. (Gr. Βουλῖνοι et rectius Βουλινοί). Alii alit. leg. — *Prisc. perieg.* 380. Bulineon pariter præstringens litora currit (gen. pl. pro *Bulineorum*; ubi alii leg. *Bulimeon* a Βουλιμεῖς, rectius Βουλινέων vel sec. *Müller* Βουλίνων. *Dio* tamen *per.* 387. Βουλιμέων).

BULLA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. mul. *Corp. I. L.* 3. 1818 (*in Dalm.*). ¶ 2. Est etiam opp. Africæ in prov. proc., Βοῦλλα Ῥηγία (*Ptol.*), Bulla Regia, liberum opp. Numidiæ, cujus rudera ad

Hammâm Darrady indicat *Tissot, Géogr. de l'Afr. II.* 259. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 3. 2. (22)., *Oros.* 5. *Hist.* 21., *Capell.* 6. *p.* 216. *Itin. Ant. p.* 43., *Tab. Peut.* 4. et *Rav. p.* 148. — A ceteris *Bulla* tantum nominatur, ut *Cyprian. sent. episc.* 61., *Corp.* 8. 18068. 2. 21. et 8274. *Augustin. serm.* ed. *Den.* 17. Quid quæris? mimos, meretrices? Bullæ habes. — Hinc *Bullensis* — *a)* Absolute *Bullensis Regius*, incola. *Id. gen. ad litt.* 3. 8. Fons quidam magnus Bullensium Regiorum (regionum *pars codd.*). Adde *Not. episc. proc. Afr.* 50. — *b) Bullensis*, adject. *Augustin. ep.* 65. — Etiam ad aliud opp. Africæ pertinens. *Not. episc. proc. Afr.* 34.

BULLENSIS. *V.* voc. præc.

BULLIS. *V.* **BYLLIS.**

BULLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *C. I. L.* 12. 4646 (*Narbone*). — Hinc *Bullenius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 10. 6140 (*Formis*); *Bullatius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 6. 5221. et *ibid.* 13661. — *Horat.* 1. *Ep.* 11. 1. Quid tibi visa Chios, Bullati, notaque Lesbos? — Item *Bullo* (*onis*), *Bullenius*, *Bullonius* (?), *Bultius*, *Bultisnus*. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 350.

BŪLNETĬA, æ, f. 1. statio Liguriæ. *Rav. p.* 269. et 337. — *Guid. p.* 475. Vulnetia, prope Corneliam (*Corniglia* inter *Spezia* et *Levanto*).

BŪLOTUS, i, m. 2. amnis. *Liv.* 20. 7. A Buloto (*al. plerique* Buthroto) amni - haud procul is ab urbe Locris abest.

BUMBŪLUS, i, m. 2. nom. viri cujusdam propudiosi, quem deridet fortasse *Luxorius* poeta in *epigr. Anth.* 190. et 191.

BŪNŎMUS, i, m. 2. Paridis ex Helena filius, frater Corythi, Idæi et Agani, ab aliis *Bunicus* et *Bunimus* nominatus. *Dict.* 5. 5. Cf. *Tzetz. Lyk.* 851.

BŪPĂLUS, i, m. 2. (Βούπαλος, quasi *magnus jactator*) sculptor et architectus Chius, ab Hipponacte irrisus. *Horat. epod.* 6. 14. acer hostis Bupalo (*Hipponax*). *Porphyr.* ad *h. l.* « Hipponacta significat, qui - iambicis versibus Bupalum persecutus est. At *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (11). Archermus (*Chius*), cujus filii Bupalus et Athenis vel clarissimi in ea scientia (*marmoris scalpendi*) fuere Hipponactis poetae ætate - imaginem ejus lascivia joco(sa)m hi proposuere ridentium circulis, quod Hipponax indignatus destrinxit amaritudine carminum in tantum ut credatur aliquis ad laqueum eos compulisse ». Alii aliam quæsiverunt causam inimicitiæ, nempe in matrimonio, quod Hipponax cum Bupali filia inire voluerat, recusato (V. *Welcker, Hipp. frg. p.* 12. *sq.*). — De pluribus Bupali operibus V. *Plin. loc. cit.*, coll. *Paus.* 4. 30. 4. et *Mythogr. II. fab.* 221.

BUPRĀSĬUM, ii, n. 2. (Βουπράσιον) oppidum in Elide ad septentrionem. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (13). et *Dar.* 14. 270. et 309., celebratum *Homer. Il.* 2. 615., 755-759. et 23. 631. et descriptum *Strab.* 8. 340. 345. et 387. — Fuit etiam fluvius et regio, apud *Steph.* Byz. « πόλις καὶ ποταμὸς καὶ χώρα τῆς Ἤλιδος », Cf. *Curtius, Pelop. II.* 36. et *Bursian, Geogr. II.* 270. et 309.

BŪRA, æ, f. 1. (Βοῦρα) ¶ 1. Est oppidum Achaiæ, ad sinum Corinthium, una cum Helice terræ motu an. 373. ant. Chr. absorptum (*Hieronym, chron.* a. Abr. 1637); quod tamen negat *Polyb.* 2. 41., contra adfirmat *Eckhel*, ex nummis, 2. *p.* 237.; quin ex locc. *Plin.* et *Ovid.* mersorum ruderum vestigia sub aquis cerni potuisse eruitur. — Apud auctores duplex est forma, sc. — *a)* Bura (*Plin.* 2. *Hist. nat.* 92. 94. [206]., *Ammian.* 17. 7. 13). — *b)* Buris (*Ovid.* 15. *Met.* 293., *Senec.* 6. *Nat.* 26. *Burin* [acc.]. et *alib.*). Cf. *Philippson, Pelop.* 276. et 428. ¶ 2. Item oppidum Mesopotamiæ (Arab. *Būrā*) ad Pallacontam flumen, prope *Bagdad* (V. *Jâkut I.* 755).

BURBĬDA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ in Gallæcia situm, fort. ubi nunc est *Borben*, in *Itin. Ant. p.* 430. — *Bonisana* (?) apud *Ravenn. p.* 307.

BURBŪLEJUS, i, m. 2. Origo nominis a vitio fortasse quodam oris et linguæ; primus enim ita nominatus occurrit histrio quidam corpore et lingua, de quo *Sall. hist. frg.* 2. 25. « *Cn. Scribonius Curio* nomine histrionis cujusdam vix sani Burbulejum appellabat » (*male* Barbulejum: cf. *Inscr.* in *Corp.* 10. 6006. et 11. 6162). Etiam *Val. Max.* 9. 14. 5. « Curio - Burbulei - propter parem corporis motum - nomen coactus est recipere ». — *Burbuleja*, nom. mul. *Corp. I. L.* 6. 16238.

BURBURES, um, m. plur. 3. montes alti in Sabinis, apud *Varr.* 2. *R. R.* 1. 17., ubi *G. Schneid.* leg. *Gurgures*. V. *Nissen, Ital. Landesck. I. p.* 237.

BURBURUS, i, m. 2. nom. barb. militis cujusdam, de quo *Vopisc. quatt. tyr.* 4. « Quidam Burburus nomine de numero vexillariorum notissimus potator, cum ad bibendum eundem (*Firmum tyr.*) provocasset, situlas duas plenas mero duxit et toto postea convivio sobrius fuit; et cum ei Burburus diceret: *Quare non fæces bibisti?* respondit: *Stulte, terra non bibitur* ».

BURCANA, æ, f. 1. (Βορχανίς, Βούρχανις) insula oceani Germanici, hodie *Borkum*, apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (97). XXIII. inde insulæ Romanis armis cognitæ: earum nobilissimæ Burcana Fabaria nostris dicta a frugis multitudine sponte provenientis.

BURCO, ōnis, m. 3. dux quidam, a Majorano imp. missus, qui Alamannos vicit a. 457. *Sidon. carm.* 5. 378. Burconem dirigis illo Exigua comitante manu. — Alios videsis apud *Ennod. opusc.* 3. 22. *sqq. p.* 336. *sq.* et *Not. ep. Maur. Cæs.* 45.

BURDĬGĂLA, æ, f. 1. (Βουρδίγαλα) Scribitur etiam *Burdegala*, *Bordigala*, *Bordegala*, apud auctores et inscriptt. *Isid.* 15. *Orig.* 1. 64. Burdegalim (acc.) et *Rav. p.* 198. Bordicalon. At veram nominis formam jam statuit *Auson.*, cujus erat Patria, in *clar. Urb.* 14. 8. « Burdigala est natale solum etc. ». — Originem vocabuli ita exponit *Isid. loc. cit.* « Burdegalim appellatam ferunt, quod Burgos Gallos primum colonos habuerit, quibus antea cultoribus adimpleta est ».

Burdigala, oppidum Biturigum Viviscorum, ad lævam Garumnæ, in Aquitania secunda, cujus fuit metropolis, tribui *Quirinæ* adscripta. (*Corp. I. L.* 8. 2103), hodie *Bordeaux*. De ea *Auson. loc. cit.* O patria, insignem Baccho fluviisque virisque Moribus ingeniisque hominum - clementia cœli Mitis ubi et riguæ larga indulgentia terræ. Ver longum brumæque breves, juga frondea subsunt - Diligo Burdigalam: Romam colo etc. *Id.* 397. 2. Burdigalæ molles liquimus illecebras. *et* 470. 7. Ipse ego Burdigalæ genitus. *et Mos.* 19. nitentis Burdigalæ (*Paulin. Nol. carm.* 10. 241. nitentem). *Eutrop.* 9. 10. Tetricus - apud Burdigalam purpuram sumpsit (ἐν Βουγρδιγάλλοις *Pæanius*, ἐν Βουρδογάλῳ *Capito*). *Add. Prosp. Havn.* a. 498. *chron. I. p.* 331. Franci Burdigalam obtinuerunt. *Paulin. Nol. ep.* 3. Burdigalæ baptizatus sum. — *Tab. Peut.* 2. Burdigalo. *Ammian.* 13. 11. 13. Burdegala et Arverni excellunt. — Portus erat, Rom. imperii temporibus commercio (*Strab.* 4. 190. « ἐμπόριον Βουρδίγαλα) et cultu studiorum locus celeberrimus, patria Ausonii, Paulini Nolani aliorumque illustrium virorum (*Eutrop.* 9. 10., *Auson. ep.* 24. 79., *Sidon.* 8. *ep.* 11. et 12., coll. *Notit. provv. Gall.* Cf. etiam *Jullian, Inscr. rom. d. Bordeaux* 1887. et *Revue hist. XLVIII.* 1892. 1. *sqq.* et *Millin, Voyag. IV.* 608. *sqq.*). — *Burdigalensis*, adject. ad Burdigalam pertinens. *Auson.* 398. 19. Burdigalensia ostrea. *Sulp. Sev. chron.* 2. 49. 7. synhodus. *Alc. Avit. carm.* 1. 18. *tit.* villa. et 4. 9. et 10. *tit.* civitas. *et* 1. 16. 68. decus. *Greg. Tur.* 2. *Franc.* 27. urbs. *Auson.* in *lemm.* professores. — *Burdigalenses*, absolute, incolæ. *Greg. Tur.* 9. *Franc.* 31. Petrocoricis Burdegalensibusque. *Not. Gall.* 13. 1. *chron. I. p.* 604. Metropolis civitas Burdigalensium. — *Burdigalis* adj. pro *Burdigalæ* subst. male legunt quidam apud *Martial.* 9. 33.

BURDĬGĂLENSIS et

BURDĬGĂLUS. *V.* voc. præc.

BURDO, ōnis, m. 3. cogn. vir. quod cl. *Furlanetto* trahit ab Hebr. *phared.* « mulus ». *Tac.* 1. *Hist.* 58. (*Vitellius*) Julium Burdonem, Germanicæ classis præfectum, (*Cæciliæ militum*) astu subtraxit. *Tab. alim. Velej.* (*Corp.* 11. 1147) 5. 84. Aruntio Burdone. — In titulis. *Corp.* 5. 4491 (*Brixiæ*); 13. 10010. 367. etc. — Est nomen fossoris in tit. Christiano apud *De-Rossi, Inscr. Chr. T.* 1. p. 281. *n.* 658. — Hinc *Burdonianus*, nom. vir. *Corp.* 8. 11861 (*in prov. Byzacena*). — *Burdonus*, nom. vir. *Corp.* 12. 5686. 146.

BURDŪA, æ, f. 1. (Βούρδουα *Ptol.*) oppidum in Lusitania, Olisipone ad Emeritam Aug., fort. ap. *N. S. de Botoa*, prope *Bajadoz*, in *Itin. Ant. p.* 419 (V. *Guerra, Discurso á Saavedra* 89).

BURGĒNÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Pannoniæ secundæ, hodie *Nove Banovoze*, in *Not. Dign. occ.* 32. et *Tab. Peut.* 6. — Erat ibi cuneus equitum Constantianorum; item equitum Dalmatarum et pref. legionis V. Joviæ. *Notit. loc. cit.*

BURGINATĬUM, ii, n. 2. oppidum Galliæ Belgicæ, ubi erat statio militum Rom., inter Arenacum et Coloniam Trajanam, hodie *Schenkenschanz*, prope *Monterberg* ad *Calcar*, in *Itin. Ant. p.* 370. et *Tab. Peut.* 2. — Idem fortasse *Bogodium* (Βογάδιον).

BURGUNDĬA et

BURGUNDĬO. *V.* voc. seq.

BURGUNDĬŌNES, um, m. plur. 3. (Βουργοῦνδοι, Βουργουνζίωνες) Varie scribitur: *Burgodiones* apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (99).; *Burgundiones* ap. *Jorn. Get.* 161. et *Rom.* 309.; *Burgundii* ap. *Ammian.* 18. 2. 15. et ap. *alios aliter.* — Etymon habet *Isid.* 9. *Orig.* 2. 99. et 4. 28., ubi a *burgis* vocatos ita tradit: « Burgarii a burgis dicti, quia crebra per limites habitacula constituta *burgos* vulgo vocant. Unde et *Burgondionum* genti nomen inhæsit, quos quondam, subacta Germania, Romani per castra disposuerunt atque ita ex locis nomen sumpserunt ». Ita et *Oros.* 7. *Hist.* 32. 11. — Similiter recentiores hoc nomen conferunt cum *baurg* (burg) et *andja*, i. e. proximus. Alii vero aliunde voc. deducentes explicant « monticolæ » (*Kluge*). Cf. etiam *Much, Deutsch. Stammsitze* 41. *sqq.*

Burgundiones, gens Germaniæ, e Vandalorum genere, inter Chattos et Alamannos (*Müllenhoff, Deutsche Altert. III.* 316), quorum ab illis « terminales lapides confinia distinguebant » (*Ammian.* 18. 2. 15), primum a Romanis cogniti sub Augusto (*Oros. et Isid. locc. citt.*). De iis *Plin. loc. cit.* « Germanorum genera quinque: Vandili, quorum pars Burgodiones (*al.* Burgondiones), Varinnæ, Charini, Gutones. *Paneg. loc. cit.* Burgundiones et Alamanni. *Ammian.* 28. 5. 9. Burgundios - bellicosos et pubis immensæ viribus adfluentes. *et* 5. 11. Jam inde a temporibus priscis subolem se esse Romanam Burgundii sciunt. — Collective. *Sidon.* 5. *carm.* 476. Bellonotus, Rugus, Burgundio, Vesus, Alites. *et* 12. 6. et *alib.* Quod Burgundio cantat esculentus, Infundens acido comam butyro. — Adjectivorum more, apud *Veget.* 6. *Mulom.* 6. 3. Equi Burgundiones injuriæ tolerantes. — Ex ea Poloniæ parte, ubi nunc *Gnesne* ad mare Suevicum, paullatim transmigrantes, in Rom. imperii fines penetrarunt; sed a Tiberio Cæsare devicti sunt et dein sub Maximiano imp. rebelles repressi (Cf. *Oros. loc. cit.* et *Claud. Mamert.* in *Paneg. Maxim. Herc.* 5.). — An. 435. « partem Galliæ propinquam Rheno obtinuerunt » teste *Prosp. Chron. I.* 467. — Sic *Hieronym. chron.* a. Abr. 2389. Burgundionum (Burgundiorum *B*: ita sæpe *in codd.*) LXXX ferme milia, quot nunquam antea, ad Rhenum descenderunt. — Hinc eos Ætium in bello contra Attilam sibi auxiliares adjunxisse intelligi potest, quod ceterum tradit *Jornand. Get.* 36., simulque ei regioni Burgundiæ (*V.* infra) nomen ab iisdem factum, quo tempore eos religionem Christianam amplexatos esse refert *Oros.* 7. *Hist.* 32. — Burgundionum regnum postea ab Hunnis deletum fuisse a. 450.; deinde transgressos ad regionem Rhodani sup. eos novum regnum condidisse, quod Franci a. 534. destruxerunt, testatur *Prosp.* in *chron.* — Eorum reges dicti sunt generatim *Hendini* (sc., Gothorum lingua, *kindins* seu *duces*: ἡγεμόνας) et maximus sacerdos *Siniatus* (sc. *sinista*, h. e. presbyter). — Plura de Burgundionibus disces, præterquam ex laudatis scriptoribus, etiam ex *Derichsweiler, Gesch. d. Burgund.* etc. Münst. 1863.; *Jahn, Die Gesch. d. Burg.* etc. Halle 1874. et *Wietersheim, Gesch. d. Wölckerwand.* 2.ª ed. v. *F. Dahn*, 2. v. Leipz. 1880-1881. — Hinc *Burgundia* terra (*Borgogna*), apud *Cassiod.* 1. *Var.* 46. (Gundibaldo regi Bur-

gundionum Theodericus rex) discat sub vobis Burgundia res subtilissimas inspicere. *Greg. Tur.* 2. 2. *Franc.* 33. Regionem omnem, quæ nunc Burgundia dicitur. Adde *Venant. vit. Pat.* 15. 44. *Ravenn. p.* 236. Juxta - Galliam Belgicam Alobriges ponitur patria, quæ dicitur Burgundia, quam Burgundiam secundam esse legimus Galliam.

BŪRI, ōrum, m. plur. 2. (Βοῦροι) populus Germaniæ inferioris, inter Sarmatas et Quados (*Tab. Peut.* 5) et Marcomannis proximus. *Tac. Germ.* 43. « Retro Marsigni, Gothini, Osi, Buri (*sc.* in agro Cracoviensi: *Kritz*) terga Marcomannorum Quadorumque claudunt: e quibus Marsigni et Buri sermone cultuque Suevos referunt » (*sc.* Suevos sese ostendunt). — In bello contra Dacos et Marcomannos cum Romanis dimicarunt (*Dio* 68. 8., 71. 18., 72. 2); sed extremis M. Aurelii imp. temporibus rebellarunt, ut colligitur ex *Inscr.* continuo posita. — Hinc *Buricus*, adject. ad Buros pertinens, in *Inscr.* a *Furlanetto* nostro edita in *App. II.* et *Corp. I. L.* inserta (3. 5937), I. O. M. STATORI FL. VETULENUS LEG. III. ITAL. REVERSVS AB EXPEDIT. BVRICA EX VOTO POSVIT. De ea tamen nihil aliunde constat. — Est etiam cogn. vir. *Corp.* 8059. 36. et 12. 2525.

BŪRICUS. *V.* voc. præc.

BURNISTÆ. *V.* voc. seq.

BURNUM, i, n. 2. (Βοῦρνον) oppidum Burnistarum in Liburnia mediterranea, postea castellum Romanum (*Patsch*), hodie *Archi Romani*, vel ubi *Traianski-grad* (sc. Trajani urbs) prope *Kistagne* sec. *Momms.* in *Corp. Inscr.* 3. *p.* 367. *sq.*, qui et *Inscriptt.* ad Burnum pertinentes *ibid.* edidit. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (142). « Burnum, Andetrium, Tribulium, nobilitata prœliis castella (*Dalmatiæ propriæ*) ». Sed erravit Plinius ex solita confusione Liburniæ cum Dalmatia (Cf. *Momms. loc. cit.*). Adde *Tab. Peut.* 6. — Hinc *Burnistæ*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (139). et *Corp. I. L.* 3. 2809.

BURRHUS, i, m. 2. (Πύρρος) Scribitur etiam *Burrus*, unico *r*, in *Inscr. Dessau* 8421.; *Byrrus* in *Corp.* 6. 10868.; *Birrus* apud *Pomp. gramm. V. p.* 210. et *Burrhus* apud *Quintil.* 1. 4. 15. — Vox ducitur a Gr. πυρρός, *rufus*, unde Lat. *burrus* ejusdem significationis.

Burrus, cogn. proprium gentis *Afraniæ* et *Antistiæ* (Cf. *Quintil.* 1. 4. 25). *Cic. Arat.* 1160. « Burrum semper Ennius (*dicit*), nunquam Pyrrhum ». *Scaur. gramm. VII.* 14. « Quem nos Pyrrum (*dicimus*), antiqui Burrum (Byrrum *codd.*) ». Ceterum de Epirotarum rege V. PYRRHUS. Memorantur — 1.°) **Sex. Afranius Burrus**, (Βοῦρρος), origine fortasse Vasiensis ex Gallia Narbonensi, præf. præt. inde ab an. 51. p. Chr. (Cf. *Prosop. imp. R. I. p.* 40). *Corp.* 12. 5842., *Senec.* 2. *clem.* 1. 2. et *Sueton. Ner.* 35. V. AFRANIUS. — 2.°) **Burrus**, filius Parthenii, imp. Domitiani cubicularius. *Martial.* 4. 45. 4. et 5. 6. 6. — 3.°) **L. Antistius Burrus**, cos. a. 181. p. Chr. (Cf. *Prosop. imp. R. I. p.* 85). *Corp.* 6. 213. et 725. — Ad eum videtur pertinere *Lamprid. Comm.* 6. 11. Ut Byrrum, sororis Commodi virum - in suspicionem regni adfectati traheret et occideret (*Cleander*). et *Capitolin. Pert.* 3. Pertinax - dictus est insimulasse apud Commodum adfectati imperii Antistium Burrum. — Alios vd. in *Corp.* 6. 35758.; 15. 7897. etc. — *Burra*, præn. mul. *Lib. de præn.* 7. Burra, a colore ducta. — Hinc *Burrius (Burius)*, nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 13668 (*Herculanei*). — *Burris*, nom. mul. *Corp.* 8. 7236. (*in prov. Numid.*). — *Burrianus*), cogn. *Corp.* 6. 256. 72 (*Ostiæ*). — *Burrienus* (*a*), prætor urb. a. 83. a. Chr. *Cic. Quinct.* 6. 25. — *Burredius* (*a*), *Burrejus* (*a*), *Burrenus* (*a*) et *Burrentius* (*a*) in *Corp.* 5. 1130., 6. 9614. 3. 7341. etc.

BURSA, æ, m. 1. ¶ 1. Est cogn. sive agnom. vir., a βύρσα ductum, ut *T. Munatius Plancus Bursa*, trib. pleb. a. 52. a. Chr. *Cic.* 9. *Fam.* 10. — Alii: *Corp.* 9. 4184 (*Amiterni*); 5. 1130 (*Aquilejæ*). etc. — Hinc fort. *Bursenus*, nom. vir. *Sueton. gramm.* 11. — *Bursio* (*onis*) cogn. vir., in *Inscr. numm. Babelon. II. p.* 6. n. 5. — *Bursius*, nom. gent. *Corp.* 8. 16816 (*in prov. proc.*). ¶ 2. Est etiam arx Carthaginis, de qua *V.* BYRSA.

BURSAŌNES, um, m. plur. 3. gens Hispana, cujus oppid. *Bursada* (Βούρσαδα) dicitur *Ptol.* 2. 6. 57), in Hispania Tarraconensi. Memoratur *Liv. frg.* 22. — *Bursaonenses* quoque appellantur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24). Cf. *Bursao* v. *Bursavo*, hod. *Borja*.

BURTUDIZUM, i, n. 2. oppidum Thraciæ, hodie *Eski-Baba*, in *Itin. Ant. p.* 137., ubi data est ab impp. Diocletiano et Maximiano constitutio, de qua *Cod. Just.* 2. 3. 28 (a. 294).

BURUNCUM (Burungum), i, n. 2. statio in Gallia Celtica, inter Durnoma (*Dormagen*) et Novesium (*Neuss*), hodie fort. *Worringen*, in *Itin. Ant. p.* 255. Cf. *Cramer, Bonner Jahrbb.* 107. *p.* 190. *sqq.* et *Brambach, Inscr. Rhen.* 295-299.

BUSA, æ, 1. ¶ 1. Est nom. mul. Apulæ, *sc.* mulieris Canusinæ, genere claræ et opulentissimæ, quæ divitiis suis decem circ. millia militum Romanorum, Cannensis prœlii reliquias, aluit. *Liv.* 22. 52. et *Val. Max.* 4. 8. 2. — Ejus sepulcrum sæc. elapso repertum dicitur Canusii (V. *Lombardi* in *Ann. dell' Ist. arch.* a. 1832. *p.* 285. *sqq.*) ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Greg. M. ep.* 5. — Hinc *Busidius*, nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 28641.

BUSAN, indecl. castellum in Mesopotamia, a Romanis conditum, inter *Rebase* et *Amida*, apud *Ammian.* 18. 10. 1. Castella Romana - quorum unum Reman, alterum Busan appellatur.

BUSENTUS, i, m. 2. (Scribitur *Basentus*, *Basentius*, *Barsentum* etc.) nom. fluvii, hodie *Busento*, in Italia australi et prov. Salernitana, in cujus alveo fertur sepultus fuisse a. 410. Alaricus, rex Visigothorum. *Jornand. Get.* 30. *V.* ALARICUS.

BŪSĪRIS, idis et is, 3. (Βούσιρις et, minus recte, in cod. Urbin. *Isocrat.* Βούσειρις, Copt. Πουσιρι, Assyr. *Pusiru* v. *Busiru*, vet.-Æg. *Per-Usire* « domus Osiridis », Arab. *Abusir*). — *a)* Declin.: **Genet.** rarius in - *is*, ut apud *Ovid.* 1. *Art. am.* 649., et in - *idos*, ut habet *Stat.* 12. *Theb.* 155 (- *idis* pars codd.). — **Acc.** in - *im* est *Quintil.* 2. 17. 4., *Ammian.* 28. 1. 46., *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 13., in - *em* apud *Capitolin. Maximin.* 8., in - *in* apud *Ovid.* 9. *Met.* 183. et 1. *Art. am.* 649., in - *idem* apud *Hygin. fab.* 31. et 56., *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 299., *al.* — *b)* Etymon falso quidam trahunt a βοῦς cum *Diod.* 1. 85. 5.; alii ducunt a voc. *Ægypt. Per-Usire* qua « domus v. sepulcrum Osiridis » significatur, teste *Plut. de Isid. et Osir. p.* 359. ex Eudoxo Gnidio; contra vero *Hieronym.* V. sub II.° — Est autem nom. person. et geograph.

I.) Busiris, m., nom. pers. ¶ 1. Fuit rex Ægypti antiquissimus idemque crudelissimus, an. a. Chr. 1458 (*Euseb. chron.*, coll. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 12), sec. mythologos filius Ægypti, regis Thebarum, ab Hercule, cui parasset insidias, interfectus (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 300. et 3. *G.* 5., *Hygin. loc. cit.* et *Mythogr. I. fab.* 64. et *II. fab.* 157); hospites enim Jovi immolabat. Hinc *Cic.* 3. *rep.* 9. 15. Quam multi ut - rex Ægypti Busiris - homines immolare et pium et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt! *Virg.* 3. *G.* 5. Quis - inlaudati nescit Busiridis aras? (Cf. *Serv.* « Busiridis laudes scripsit Isocrates, unde *inlaudati* participium est pro nomine, ut sit inlaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit ». De hac interpretatione *V.* plura in *Lexico* ad v. ILLAUDATUS). *Ovid.* 1. *Art. am.* 649. cum Thrasius Busirin adit monstratque piari Hospitis adfuso sanguine posse Jovem Illi Busiris « fies Jovis hostia primus » inquit. *et* 9. *Met.* 182. fœdantem peregrino templa cruore Busirin. *et* 3. *Trist.* 11. 39. sævior es tristi Busiride. *Senec. Herc. f.* 483. hospitali cæde manantes foci bibere justum sanguinem Busiridis. *Capitolin. loc. cit.* (*Maximinus*) tam crudelis fuit ut illum alii Cyclopem, alii Busirem vocarent. *Augustin. loc. cit.* Vel rex vel potius tyrannus Busiris. *Drac. Romul.* 5. 140. Busiris atrox Ægyptius ille cruentus. *Ammian. loc. cit.* Busirim veterem et Antæum imitatus et Phalarim (Cf. *Callim. frg.* 182. et 194. *Schn.*, *Ps. Plut. Parall. min.* 39. et etiam *Knaack, Callim.*, *Progr.* Stettin 1877. et *Preller - Plew, Gr. Myth. II.* 219). Rursum *Senec. Herc. f.* 26. cecidit ante aras suas Busiris. — Pluraliter *Augustin. c. Secundinum* 26. Pauciores Ochos et Busirides quam impietatum aliarum et scelerum viros. ¶ 2. Item persona fabulæ satyricæ, apud *Diomed. gramm. I. p.* 490. 20. ¶ 3. Item homo christianus, apud *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 13. Ajunt itaque Busirim in Ancyra Galatiæ clarissimam fortissimamque habuisse confessionem.

II.) Busiris, f., nom. geogr., *sc.* quattuor oppidorum in Ægypto, ex quibus tria laudantur a Latinis scriptoribus; quo sensu *Hieronym.* 2. *c. Jovinian.* 7. putat, Busiridem oppidum nomen sumpsisse ab animali, quod ibi colebatur, ab eo non nominatum, sed ex Ægyptiaca voce arguunt nonnulli fuisse *vulpem* (Cf. *H. Steph. Thes. L. Gr.*, coll. *Peyron, Lex. Copt. p.* 28); « urbes enim, ut idem *Hier. ibid.* ait, apud eos (*Ægyptios*) ex animalium vocabulis nuncupantur: Leonto, Cyno, Lyco, Busiris ». — Fuit itaque ¶ 1. Oppidum ad Nilum sive ad illud Nili brachium, quod Βουσιριτικὸν ποταμόν appellat *Ptolem.*, a Busiride tyranno conditum. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 10. 11. (64). — Ibi erat Isidis templum, unde Busiris quasi *Isidis* oppidum accipiunt *Steph. Byz.* in *v.* et *Herod.* 2. 59. — *V.* etiam numm. apud *Eckhel*, 4. *p.* 104. — Subversum a Romanis in pœnam rebellionis una cum opp. Copto (*Hieronym.* in *Chron.* a. Abr. 2309), dein vero, ut videtur, instauratum est (*Notit. Dign. or.* 25 (28). — Hoc tamen opp. *Busiris*, cum Copto a Romanis dirutum, *Otto* diversum putat. — Ab eo dictus est *Busirites nomos* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49). ¶ 2. Item oppidum seu vicus prope Memphim, hodie *Abusir* v. *Busir*, de quo idem *Plin.* 36. *ibid.* 12. 16. (76). Reliquæ tres (*pyramides*) - sitæ sunt in partes Africæ - inter Memphim oppidum et quod appellari diximus Delta - vico adposito, quem vocant Busirin (- im *pars codd.*): in eo sunt adsueti scandere illas. Cf. *Brusch, Dict. géogr.* 653. ¶ 3. Item civitas regionis Tripolitanæ in Africa, apud *Evagr. vit. s. Anton.* 30.

BŪSĪRĪTĒS, æ, m. 1. *V.* voc. præc.

BUSSĒNIUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 1366. — Adde *Cic.* 3. *Att.* 12. — *Bussenia*, nom. mul. *Inscr. Rev. arch. sér. VI* (1905). *p.* 188 (*in Liguria*). — Item *Bussienus* (*a*), nom. gent. *Corp.* 6. 200. 8. 11 (*a.* 70). et 6784.

BUSSUMĀRUS, i, et Bussumarius, ii, m. 2. cogn. Celt. Jovis. *Corp. I. L.* 3. 1033 (*in Dacia*). *Iovi optimo* BVSSVMARO. et 14215. in nummis Gallicis: cf. *Holder, Altc. Spr. I. p.* 645. Adde *alias* duas sæc. III. p. Chr., nuper in Galatia repertas, ubi legitur Ζεὺς βουσσουριγιος (Bussurities? *Cumont* in *PW.*). V. *Turchi, Stor. delle relig.* Torino 1912. *p.* 568. et *Anderson* in *Journal of Hell. Studies* 1910. *I. p.* 163. *sq.*

BUSTA GALLICA, locus in urbe Roma, in regione IV., ubi Gallorum, qui eam ceperant, ossa condita fuerunt.; *bustum* enim (ab inus. *buro*, uro, amburo) dicitur de loco ubi mortuus comburitur et sepelitur (*V.* BUSTUM in *Lexico*). *Varr.* 5. *L. L.* 157. Locus Ad busta Gallica quod, Roma recuperata, Gallorum ossa, qui possederunt urbem, ibi conservata ac consepta. *Liv.* 5. 48. Bustorumque inde Gallicorum nomine insignem locum fecere. *et* 22. 14. Media in urbe, quæ nunc busta Gallica sunt (*spuria et ex* 5. 48. *sumpta esse conj.* Weissenb.). Adde *Senec.* 5. *benef.* 16. et *Sil. It.* 8. 642.

BŪTA et Butas, æ, m. 1. (Βούτας) nom. vir. *Senec. ep.* 122. Acilium Butam prætorium, cui post patrimonium ingens consumptum Tiberius paupertatem confitenti « sero, inquit, experrectus es ». Adde *Sil. It.* 5. 540. Cf. *Plut. Cat.* 70. — Cl. *Furlanetto* derivat a voc. cadentis latinitatis *buta* v. *buttus*, genus vasis vinarii; ipse tamen a Gr. βούτης, Dor. βούτας, *bubulcus*, ducendum esse putaverim. Cf. **BUTES**.

BŪTĀDĒS, is, m. 1. (Βουτάδης) artifex. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (151). Fingere ex argilla similitudines Butades Sicyonius figulus primus invenit Corinthi. *et ibid.* (152). Butadis inventum est rubricam addere aut ex rubra creta fingere. Adde *Prisc. gramm. II. p.* 66. 8.

BŪTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Indicus, inter Sarastrenem et ostium Indi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (76).

BŪTĀS. *V.* **BUTA.**

BŪTĔO, ōnis, m. 3. cognom. vir. in gente Fabia (a *buteo*, ex genere accipitrum, derivatum *Plin.* 10. *Hist. nat.* 8. 9. [21]., quæ avis cernitur in nummis C. Fabii Buteonis apud *Babelon, monn. de la républ. I. p.* 486. *sq.*) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) **Q. Fabius Buteo**, ædilis curulis a. U. C. 551. *Liv.* 30. 26. — Q. Fabius Buteo, prætor a. U. C. 558. *Liv.* 33. 26. — *Id.* 40. 18. Prætores inde facti duo Q. Fabius Maximus et Buteo (a. U. C. 573). Adde *Flor.* 1. 18. 30. et *Oros.* 4. *Hist.* 13. 18. — 2.°) Declamator ætatis Augusti. *Senec.* 1. *contr.* 1. 20. Buteonis colorem non probabat Latro. *et* 2. *ibid.* 5. 15. Buteo aridus quidem declamator, sed prudens divisor controversiarum. ¶ 2. In titulis. *Corp. I. L.* 6. 333. POMPONIA BYTEONIS *Herculi victori Defensori*.

BŪTĒS, æ, m. 1. (Βούτης, *bubulcus*: cf. **BUTA**) nom. vir. Memorantur ¶ 1. In litteris — 1.°) Butes Atticus, filius Pallantis, *Butadum* familiæ auctor. *Ovid.* 7. *Met.* 500. Clyton et Buten Pallante creatos. — 2.°) Item vir Atheniensis (*Val. Flacc.* 1. 394), rex Siculus (*Diod.* 4. 83), filius Teleontis et Zeuxippes, Eridani fluminis filiæ (*Hygin. fab.* 14), pater Erycis v. Neptuni ex Venere (*Id. fab.* 260., *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 570., coll. *Lact.* 1. 17), Argonautes. De eo *Val. Flacc. loc. cit.* Butes Actæis dives ab oris. — 3.°) Item filius Lycurgi, qui, ob patrem sublatum a Baccho, hujus sacerdotes omnes variis acerbissimisque suppliciis occidit. *Ovid. Ib.* 609. — 4.°) Alii: *sc.* Butes Anchisæ armiger, de quo *Virg.* 9. *Æn.* 646. *sqq.*: item Butes ex Oleno, Ætoliæ opp. in bello Thebano interfectus: *Stat.* 8. *Theb.* 485. *sq.*: item Butes, Trojanus, a Camilla occisus: *Virg.* 11. *Æn.* 690. *sqq.*: item Butes seu Buta ex Anagnia miles, qui periit in bello Punico secundo: *Sil. It.* 5. 540. Ab hoc fortasse Atiliæ gentis familia cognomen duxit. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. I. L.* 3. 7898 (*in Dacia*).

BUTHRŌTĬUS, a, um. *V.* voc. seq.

BUTHRŌTUM (Buthroton), i, n. 2. (Βουθρωτόν) Etiam *Buthrotus* v. *Buthrotos*, m. (Βουθρωτός) et, sine aspiratione, *Butrotus* (Βουτρωτός); cujus duplicis scripturæ causa ex duplici etymo deducitur, prout nempe nomen sumitur a **Buthroto**, oppidi conditore (*V.* tamen infra): vel a **bove** (βοῦς), quæ, ibi, ut fabulantur, in sacrificio percussa, quum aufugisset, cecidit periitque (*Serv.* ad *loc. cit.* et *Steph. Byz.* sub *v.*).

Buthrotum ¶ 1. Est oppidum Epiri in ora, contra Corcyram, ad lacum Peloden, hodie *Butrintò* v. *Butrinto* v. *Butronto* vulg. *Vutzindro*). Ad *Virg.* 3. *Æn.* 293. « et celsam Buthroti accedimus (*al.* ascendimus) urbem » Adnotat *Serv. auct.* « Hæc autem civitas est in Epiro, cujus pars est Chaonia, quæ ante Molossia dicta est. Posita est autem in saxo, quod mari cingitur, in quo fons hujus naturæ esse perhibetur, ut cum mare quietum fuerit, crescat; cum vero fluctibus attollitur, decrescat ». Ita *Serv.* fortasse rationem quoque reddens, cur *celsa* a *Virg.*, haud recte tamen, dicatur, quæ contra demisso loco jacet. Idem *Serv. auct. ibid.* « (*Helenus urbem*) a vulnere bovis Buthrotum appellavit ». — Helenus, non Buthrotus, eam condidisse ibique sedem fixisse canit *Ovid.* 13. *Met.* 720. « Epiros ab his (*tenetur*) regnataque vati Buthroto Phrygio (*sc.* Heleno, filio Priami) ». — A Romanis, postquam Cæsar eam cepit, colonia deducta est; quare *colonia Buthrotum* dicitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (4). et *colonia Julia* apud *Imhoof-Blumer, Monn. gr.* 138-40., *Head, H. N.* 271. et *Eckhel*, 2. *p.* 162.: itemque sub Augusto *colonia Augusta* apud *eund. ibid.*, ubi legitur C. A. BVT. EX D. D. (*sc.* decreto decurionum), coll. etiam 1. *p.* 144. col. 2., *Head* et *Imhoof-Blumer locc. citt.* — De ea videsis *Drumann, Gesch. Roms. V.* 9. *sq.* et 62 *sq.* et *Bursian, Geogr. I.* 17. ¶ 2. Est etiam nomen fluminis apud Locros, oppidum Magnæ Græciæ in Italia, nunc *Noolto. Liv.* 29. 7. « Hannibal a Buthroto amne (haud procul ab urbe Locris abest) nuncio præmisso ». Ita leg. *Forcellin.* et *Drakenb.*; nunc vero *Buloto* edidit *Weissenb.* — Hinc *Buthrotius*, *a*, *um*, adj. (Βουθρώτιος) ad Buthrotum opp. pertinens. *Cic.* 14. *Att.* 10. res. *et* 14. *ibid.* 17. negotium. *et* 15. *ibid.* 14. et causa et civitas. V. etiam *Orelli* in *Onom. Tull.* — *Buthrotii*, absolute, incolæ. *Cic.* 14. *Att.* 11. et 15. 29.

BUTHRŌTUS v. Buthrotos. *V.* voc. præc.

BŪTHȲTĒS, æ, m. 1. (Βουθύτης: a βοῦς et θύω, *qui bovem immolat*) opus statuarii Isidoti laudatum *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (78). — De hoc vexatissimo loco V. *Sillig*.

BŪTOA, æ, f. 1. insula prope Cretam, fort. *Letoa* (V. *Bursian, Geogr. II.* 5692), apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (61).

BŪTŌRĪDĀS, æ, m. 1. (Βουτορίδης) homo Græcus, qui scripsit de pyramidibus. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 12. 17. (78)., qui et inter fontes suos eum recenset in *ind.* 36. Cf. *Susemihl, Gr. L. Gesch. I.* 486.

BŪTOS, i, m. 2. (Βοῦτος, Βουτώ et Βοῦτοι) oppidum in Delta Ægypti. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 10. 11. (64)., *Rav.*, *p.* 124., *Tab. Peut.* 9. Buto. et *Guid. p.* 524. Buti. — Videtur vox Ægyptiaca, qua significetur mortuorum conditorium. Cf. *Plut. Isid. et Osir.* 18. — Hinc *Buticus*, *a*, *um*, adj. *Plin.* 19. *ibid.* 1. 2. (14). Quattuor ibi (*in Ægypto*) genera lini: Taniticum, Pelusiacum, Buticum, Tentyricum regionum nominibus, in quibus nascuntur.

BŪTRĀ, æ, m. 1. nom. sodalis *Horatii* 1. *ep.* 5. 26. Butram tibi Septiciumque - adsumam (*Acron.* ad *Hor. loc.* leg. *Brutam*: cf. *Orelli* ad *l.*). Adde *Corp. I. L.* 8. 20084 (*in prov. Numid.*). — Vox videtur Etrusc. *Corp. Inscr. Etr.* 1. 174. putruei: Butronius, Butrium. V. *Schulze, Eigenn. p.* 350.

BUTRĬUM, ii, n. 2. (Βούτριον *Ptol.* et *Strab.*) vicus Ravennatium haud procul a Ravenna et a mari, inter hanc et Augustam, apud hodiernum *Comacchio*, ubi nunc *s. Alberto* vel potius *Budrio*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (115). Umbrorum Butrium. Adde *Corp. I. L.* 6. 23796. 1. 14. — *Tab. Peut.* 5. Butrio.

BUTTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 215. et 519. et *Inscr. Osc.* apud *Planta, Gramm. Osc.-Umbr. II. p.* 511. dekis buttiis). *Corp. I. L.* 9. 1987 (*Beneventi*). — Hinc *Buttæus*, *Buticejus*, *Butronius* in *Corp.* 6. 1057. 6. 80 (*a.* 205).; 14. 3330 (*Præneste*); 10. 8397. 1. 11. (*Tarracinæ*). — *Buttis* (*idis*), nom. mul. *Corp.* 6. 18299. — Cf. *Buttus*, cogn. vir. *Corp.* 4. *suppl.* 14. 1., 5., 9. 15 (a. 55).

BŪTŪA, æ, f. 1. (Βουδούα, Βουθοίη, Βουθόη, Βουτόη) portus Dalmatiæ, ad sinum maris (*Bocche di Cattaro*), hodie *Budua*, apud *Rav. p.* 208. — *Guid. p.* 541. Budua. — *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (144). *inter oppida civium Romanorum* Butuanum.

BŪTUNTĪNUS. *V.* voc. seq.

BŪTUNTUM, i, n. 2. Scribitur etiam *Butuntus*, m. in *Tab. Peut.* 6. et *Budruntus* in *Itin. Ant. p.* 117.; sed fort. rectius ibi legend. *Butuntus*.

Butuntum, oppidum Apuliæ vetustissimum, quod ab Atheniensibus conditum fertur, hodie *Bitonto*. Memoratur *Martial.* 4. 55. Hæc tam rustica, delicate lector, Rides nomina? rideas licebit. Hæc tam rustica malo, quam Butuntos. Adde 2. 48. — Hinc *Butuntinus*, *a*, *um*, adj. ad Butuntum pertinens. *Lib. col. II. p.* 262. Botontinus ager (in *Calabria*). Cf. *Plin. l.* 45. — Βυτοντῖνοι, incolæ, in *Inscr. numm.* apud *Momms. Röm. Münzw. p.* 356. Cf. *Garrucci, Monet. d' Ital. XCV.* 6-7. — *Butuntinenses*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105).

BUXENTĪNUS. *V.* voc. seq.

BUXENTUM, i, n. 2. (Βούξεντον *Ptol.*) oppidum Lucaniæ, hodie *Policastro*: fortasse dictum a *buxo*, quo abundabat; unde græce etiam Πυξοῦς, οῦντος dicebatur (*Strab.* 6. 1. 1). Hinc *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 10. (72). « Oppidum Buxentum, Græcis Pyxus ». Et in nummis: Πυξόες (*Momms.*, *Corp.* 10. *p.* 41., coll. *Garrucci, Monet. d'Ital.* (*VIII.* 1-3). — Conditum fuisse dicitur a Rheginis, Micytho duce, a. 470. a. Chr.; quamquam certum est ibi antea exstitisse oppidum, probabiliter coloniam Siris (*Strab. loc. cit.*); postea vero (a. 194. et 186) colonia Romanorum (*Liv.* 32. 29. et 34-45). — Hinc *Buxentinus*, *a*, *um*, adj. (Βοξεντῖνος) ad Buxentum pertinens. *Lib. col. I. p.* 209. Buxentinus ager. — *Buxentini*, incolæ. *Corp. I. L.* 10. 455. — *Buxentius*, *a*, *um*, adj. et *Buxentia pubes* apud *Sil. It.* 8. 585.

BUXĒNUS, i, m. 2. cogn. Martis Celt. *Corp. I. L.* 12. 5832.

BUXUS, i, m. 2. cogn. vir. (a πύξος, *buxus*) in *Corp. I. L.* 10. 6508. — *Buxa*, cogn. mul. *C.* 3. 11581 (Viruni). — Hinc *Buxurius*, nom. gent. *C.* 9. 5279 (*ad Truentum*). Cf. *Schulze, Eig. p.* 214.

BUZ, indecl. m. (Hebr. *Būz* « contemptus ») ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Filius Nachor ex Melcha, fratris Abraham, secundo natus (*LXX.* Βαύξ), a quo regio quædam Arabiæ desertæ vel Idumææ vel potius tribus nuncupata est. *Vulg. Gen.* 22. 21. — 2.°) Item filius Abdiel et pater Jeddo, ex tribu Gad (*LXX.* Βούζ). *Id.* 1. *Par.* 5. 14. ¶ 2. Est etiam nom. regionis in Arabia deserta vel Idumæa, fortasse dicta a Buz, filio Nachor (*De-Vit*); aut potius tribus seu populus (*LXX.* Ῥῶς), cum Dedan et Thema memoratus *Jer.* 25. 23. inter Arabes (*v.* 23), distinctus ab Idumæis (*v.* 21). Cf. *Is.* 21. 13-14 (*Levesque*). — Utrumque tamen simul consistere posse censuerim, si terræ nomen populi seu tribus ibi degentis adhæsisse credatur, quam multi auctores conferunt cum *Busan* (V. *Bädecker, Palest. et Syr.* tr. 1893. *p.* 205.); ubi ex inscriptt. cuneatis terram *Bazu* ponit *Delitzsch* (*Wo lag das Parad. p.* 307). — Hinc *Buzites*, patronym. a *Buz*, seu ex gente Buz (Hebr. *Būzi*; LXX. Βουζίτης). *Vulg. Job* 32. 2. et 6., ubi *Buzites* alii ex gente, alii ex regione interpretantur. — *Hieronym. nom. Hebr.* 59. Buzi contempsit me. *pro* Buzites, etymon vocis proponens. — Ceterum *Buzi* (Βουζεί), nom. sacerdotis, patris Ezechielis proph. (*Vulg. Ezech.* 1. 3) et etiam prophetæ, memorati cum Hieremia et Uria in *Lib. gener.* a. 384. *chron. I. p.* 133. — *Chron. Alex. chron. I. p.* Buzzi. — Mos fuit apud Buzitas, ut attonderent sibi capillos circum caput, vertice excepto, quod quia superstitionem idololatricam redolebat, a Moyse prohibitum fuerat Hebræis. *Vulg. Jer.* 9. 26. et 25. 23., coll. *Lev.* 19. 27. et *Herod.* 3. 8.

BUZĒRI, ōrum, m. plur. 2. et Byzeres, um, 3. (Βύζηρες *Strab.*) populi nomades Ponti, quos ideo *oagos* appellat *Val. Fl.* 5. 153. *Mel.* 1. 107. Buzeri.

BUZĪ, indecl. et

BUZĪTĒS, æ, m. 1. *V.* **BUZ.**

BUZȲGĒS (Buzuges), æ, m. 1. (Βουζύγης: a βοῦς et ζυγόν, *boum jugum*) epitheton eorum, qui artem jungendorum boum aratro docuerunt, seu dictum de boum domitoribus atque aratoribus (*Schol.* ad *Arist. v.* 3. *p.* 473. 16). ¶ 1. Primus fuit heros Atheniensis, de quo *Varro* 2. *R. R.* 5. 4. Ab hoc pecore (*bove*) Athenis Buzuges nobilitatus. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (199). Bovem et aratrum Buzyges Atheniensis (*invenit*), ut alii Triptolemus. *Auson.* 415. 48. Triptolemon olim sive Epimenidem vocant aut Tullianum (Butianum *Souch.*, Villicanum *Peiper*) Buzygem. *Serv. auct.* 1. *G.* 19. Epimenides, qui postea Buzyges dictus est secundum Aristotelem. — *Prob.* ad *Virg. loc. cit.* « Quidam putant Triptolemum Atticum dici, quem in volucri curru tradunt poetæ fruges terris credidisse: quidam Buzygen, qui primus junctis (*bubus*) existimatur ad arandum usus. Sed constat multis annis ante et fruges in Ægypto inventas esse et arasse primum Osirim duobus bubus, quorum nomina nunc sunt sacra sub iis, qui religionis causa eodem vocabulo appellati coluntur, Apis et Mævis, quorum alterum Memphitæ colunt Apim, alterum Heliopolitæ Mævim ». — Etiam *Herculem* fuisse appellatum Buzygen tradit *Lact.* 1. 21. ad cujus aram duo juncti boves immolabantur « sicut illi, quos abstulerat aratori ». *V.* integr. loc. De hoc Herculis cognomine cf. *Wentzel*, Ἐπικλήσεις *I.* 4.: *Knaack, Herm. XXIII.* 140. et *Toepffer, Attisch. Geneal.* 146. 4. ¶ 2. Est in titulis nom. serv. *Corp. I. L.* 6. 22970.

BY

BYBLĬAS, ădis, f. 3. *V.* **BYBLOS.**

BYBLIS, ĭdos (idis), f. 3. (Βυβλίς) Minus recte *Biblis* apud *Names. loc. cit.* et *Greg. Tur. glor. mart.* 48. ¶ 1. In fabulis Mileti et Cyanees Nym-

phæ filia, quæ Caunum fratrem adamavit et in fontem conversa est. *Ovid.* 1. *Art. am.* 283. Byblida quid referam, vetito quæ fratris amore Arsit? *et* 9. *Met.* 453. Byblida cum Cauno. *et ibid.* 454. Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellæ. *et ibid.* 663. Sic lacrimis consumpta suis Phœbeïa Byblis Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus illis *(prope Miletum)* Nomen habet dominæ nigraque sub ilice manat. *Martial.* 10. 35. 7. Scyllam, Byblida nec fuisse credit *(Sulpicia)*, sed castos docet et probos amores. *Nemes. cyn.* 26. Byblidos indictum nulli scelus. ¶ 2. In titulis nom. mul. *Corp. I. L.* 6. 11626.

BYBLOS et Byblus, i, f. 2. (Βύβλος) *Bublos* apud *Mel.* 1. 67., in codd. sæpe *Biblos*. — In papyris Ægypt. *Kepni* fortasse nuncupatur (*Papyrus, Ebers* 1550. a Chr., coll. *Meyer Gesch. d. Altert. I.* 221) et in vet. Phœnicio *Gibel*, i. e. mons. Cf. *Hieronym. loc. cit.*

Byblos ¶ 1. Est oppidum Phœniciæ, inter Tripolim et Berytum, hodie *Dschebeil*. Memoratur *Hieronym. sit. et nom. p.* 107. 25. Byblos civitas Phœnices - pro qua in Hebræo continetur Gobel. *Avien. orb.* 1070. Hic Tyrus est opulens, et Berytus optima, Byblos. *Repos.* 36. lucus - quem Byblos coleret. *Expos. mund.* 30. Byblus, Tyrus, Berytus, quæ linteamen omni orbi terrarum emittunt. — *Itin. Ant. Plac. rec.* A I. Venimus exinde Biblo (*sic*), quæ et ipsa subversa est cum hominibus (*terræ motu*). Adde *Plin.* 5. *Hist. nat.* 20. 17. (78)., *Rav. p.* 89. et *Tab. Peut.* 10. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 12. 229 (*Antipoli*). — Hinc *Byblius*, adj. (Βύβλιος) *Capell.* 2. *p.* 192. Ammon et arentis Libyes ac Byblius Adon. — *Cod. Just.* 10. 39. 1. Te Byblium origine - esse proponis. — *Byblias* (*-ădis*), f. 3. (Βυβλιάς), mulier Byblo orianda. *Repos.* 20. Solvite, Bybliades, præduri pectora Martis. *Drac. Romul.* 7. 33. Bybliades Satyris jungant Nymphisque hymenæos. *et* 10. 288. Bybliades saltant Bacchæque rotantur.

BYLAZŌRA, ōrum, n. plur. 2. (τὰ Βυλάζωρα) oppidum Pæniæ, apud *Liv.* 44. 26.: fortasse hod. *Veles* (Βελεσά, Βελεσσός) = Turc. *Köprülü* (« Pons ») V. *Leake, North. Greece, III.* 470. *sq.* et *Hahn, Reise* etc. 166. *sq.* et 250.

BYLLIS et Bullis, idis, f. 3. (Βυλλίς et Βουλλίς) nom. loc. et pers. ¶ 1. Est oppidum Epiri novæ. *Cic.* 11. *Phil.* 11. 26. Byllidem, - Amantiam. *et Cæs.* 3. *B. C.* 40. Byllide atque Amantia. Adde *Corp. I. L.* 6. 22178. — Hinc *Byllidenses (ium)*, incolæ (Βυλλιδεῖς). *Cæs.* 3. *B. C.* 12. et *Corp.* 3. 600. — Item *Bullinus, a, um*, adj. ad Bullidem pertinens, ut *Bullinus ager* apud *Liv.* 36. 7. et *Bullini*, incolæ, 44. 30. — Item *Bulliones*, populus (Βυλλίονες). *Cic.* 3. *Fam.* 42. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. (145). — *Bullienses*, incolæ. *Cic. Pis.* 40. 96. ¶ 2. Etiam nom. vir. *Corp. I. L.* 11. 5667 (*Matilicis*).

BYRRUS, i, m. 2. ¶ 1. Est fluvius Rætiæ, hodie *Rienz*. Memoratur *Venant.* 4. *s. Mart.* 648. Norica rura petens, ubi Byrrus (Pyrrus *MS*) vertitur undis. Cf. *Paul. Diac.* 2. *Hist. Lang.* 13. ¶ 2. Byrrus. *V.* BURRUS.

BYRSA, æ, f. 1. (Βύρσα) *Bursa* apud *Liv.* 34. 62. — Vox Punica est, quæ conferri potest cum Hebr. *bĕtzar* « munivit »; unde *botzra* v. *bosra* « munimentum ». Verum quum græca βύρσα (lat. *bursa*) significet corium, præsertim bubulum, inde videtur orta fabula de Didone, quæ a patria extorris in illum Africæ sinum delata, loco ab incolis empto, qui corio bovis tegi posset, ubi fessos socios, quoad proficisceretur, recrearet, corium in frustula secari jussit atque ita ingens spatium occupavit (*Justin.* 18. 5). De hoc *Virg.* 1. *Æn.* 369. « (*cernis*) novæ Karthaginis arcem, Mercatique solum, facti de nomine Byrsam Taurino quantum possent circumdare tergo ». Cf. *Serv.* ad *l.* et ad 4. *ibid.* 670. et *Sil. It.* 1. 24. Sed veteres Græci rem hanc omnino reticent, ut *Polyb., Diod., Paus., Strab., al. V.* CARTHAGO.

Byrsa ¶ 1. Est nom. loci, sc. — 1.°) Arx Carthaginis. *Liv.* 34. 62. Advenis, quantum secto bovis tergo amplecti loci potuerint, tantum ad urbem communiendam precario datum: quicquid Bursam, sedem suam, excesserint, vi atque injuria partum habere. *Flor.* 2. 15. 11. Byrsa, quod nomen arci fuit. *Oros.* 4. *Hist.* 22. Arx, cui Byrsæ nomen erat, paulo amplius quam duo milia passuum tenebat. Ex una parte murus communis erat urbis et Byrsæ imminens mari. Adde *Auson.* 286. 13., *Tertull.* 2. *nat.* 14. *Sidon. carm.* 2. 351. Torrida Caucaseos infert mihi Byrsa furores. *et* 7. 445. in bella - Perfida Elissææ crudescunt classica Byrsæ. — Hinc *Byrsicus, a, um*, adj. *Id.* 7. *ep.* 17. Spernis Elissææ Byrsica tecta domus. — 2.°) Item locus in Syria inter Apameiam et Bata, fort. idem ac hod. *Bersera*, apud *Ravenn. p.* 87. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp. I. L.* 9. 4184 (*Amiterni*).

BYRSEUS, i, m. 2. (Βυρσεύς) rex quidam Thraciæ, pater Orionis, de quo *Hygin. fab.* 195.

BYRSĬCUS, a, um. *V.* BYRSA.

BȲSANTĬUM. *V.* BYZANTIUM.

BYTARĬUM, ii, n. 2. proastium Byzantii. *Novell. Just.* 159. *præf.* (τὸ προάστειον τὸ Βυθάριον).

BȲTHĬUS v. Bythios, ii, m. 2. (Cf. βύθιος, *profundus*) unus ex æonibus Valentini. *Tertull. adv. Valentin.* 8. et *Iren.* 1. *hær.* 1. 2. — *Hil.* 7. *Trin.* 9. *Bythonem* vocat.

BȲTHOS v. Bythus, i, m. 2. ¶ 1. Est (Βύθος) summus Valentinianorum deus. *Tertull. adv. Valentin.* 7. Nescio ubi illic etiam Valentinianorum deus ad summas tegulas habitat. Hunc substantialiter quidem Αἰῶνα Τέλειον appellant, personaliter vero Προπάτορα et Προαρχήν, etiam Bython. Adde *Iren.* 1. *hær.* 1. 1. — *Hil. Trin.* 6 9. Bythona (*acc.*) et Silentium et ter denos Æonas. ¶ 2. Est etiam scriptor Dyrrhachenus, laudatus *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (82). — Item gladiator, una cum Bacchio compositus *Horat.* 1. *Sat.* 7. 20. *V.* BACCHIUS.

BYZĂCĒNA, æ, f. 1. et

BYZĂCĒNUS, a, um, adject. et

BYZĂCĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

BYZĂCĬUM, ii, n. 2. Scribitur *Bizacium*, sine aspiratione, in *Itin. Ant. p.* 50. - *Bisancium* habet *Momms.* apud *Solin.* 27. *p.* 238. ex *Isid.* 14. *Orig.* 5. 3., ubi vulgo *Bizacium*. — Ad quantitatem quod attinet, secunda longa est (*Sil. It.* 9. 204); sed aliquando contrahitur (*Coripp.* 1. *Joh.* 350. et 461. et *al.*). — Etymon, quum vox sit Punica, ab hac lingua ducitur. *Gesenius* trahit a duabus vocibus *Byth-sakl* « regio irrigua », sc. regio fertilissima. Hinc etiam *Morcelli, Afr. Chr. I.* 111. « Biza (inquit) est uber Phœnicibus, unde et Byzacium feracissima frumenti regio appellata creditur ». Cf. *Solin. Varr.* et *Plin. locc. citt.* — In antiquis MSS. et edit. libr. vocabula *Byzacium (Bisancium)* et *Byzantium* inter se confusa sunt.

Byzacium, regio in Africa septentrionali sive Carthaginiensi, postea provincia diœcesis Africanæ infra Zeugitanam et inter Bagradam fluvium et Syrtim minorem, quæ partem hodie constituit territorii Tunisini. *Varr.* 1. *R. R.* 44. In Syria ad Gadara et in Africa ad Byzacium - ex modio nasci centum. *Liv.* 33. 48. Nocte Byzacium - ita regionem quandam agri vocant - transgressus (*Carthagine Hannibal*). *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. (24). Libyphœnices - qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio CCL. pass. circuitu, fertilitatis eximiæ etc. *Augustin. un. eccl.* 19. 51. Provincia, Byzacium, Tripolis. *et ep.* 93. 8. Maximianistæ - quorum schisma in Byzacio et in Tripoli exarsit. — Regionis hujus maxima fertilitas satis probatur ex *locc. superius citt.*; hinc *Emporia* antiquitus dicta est, teste *Polyb.* 3. 13. et *Liv.* 34. 62. — *Valeria* etiam cognominata videtur a Q. Aradio Valerio Proculo, præs. provinciæ sub Diocletiano (*Inscr.* apud *Orelli n.* 1079. [a. 321] et *n.* 3058). — Tunc Africa in sex provincias tributa erat (*Sex. Ruf. brev.* 4), ex quibus *Byzacium* provincia erat *consularis* (*Momms. Inscr. n.* 3595. *Cod. Theod.* 11. 20. 1. etc.). — An. 442. fuit a Vandalis occupata; dein recuperata a Justiniano imp., a quo ibi rector statutus est consularis ex decreto: Byzacium aliæque provinciæ rectores habeant consulares (*Cod.* 133. 1. et 27. 1. 12). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 4. *p.* 133. *sqq.* — Hinc *Byzacius, a, um*, adject. *Sil. It. loc. cit.* Byzacia rura. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 10. 21. (94). campus. — *Byzacenus, a, um*, adject. *Prob. app. gramm. IV.* 198. 1. Byzacenus, non Bizacinus. *Solin.* 27. Byzacenus ager. *Isid.* 14. *Orig.* 5. 7. regio. *Greg. M. ep.* 4. episc. primas. *et ep.* 9. concilium. *Novell. Just. app.* 2. 3. provincia. — Substantive *Byzacena, æ*, provincia Byzacena. *Novell. Valent.* 33. 3 (a. 451). et *Cod. Theod.* 11. 20. 1. (a. 363). — Item *Byzaceni*, absolute, incolæ provinciæ Byzacenæ. *Cod. Theod.* 12. 1. 60. *Augustin. un. eccl.* 4. 6. et *c. Cresc.* 4. 58. 69. — *Byzaciensis*, idem ac Byzacenus. *Conc. Carth.* a. 411 (*Mansi* 4. 148) « Saturnus, episcopus Bizaciensis » Verum ita dictum nonnulli putant a *Byzacio*, oppido Africæ in Byzacena provincia (*Inscr.* apud *Reines. cl.* 6. *n.* 122. et *Morcelli, Afr. Chr. I.* 111). Quin ab hoc derivant nom. *Byzacii* v. *Byzacenæ* regionis. Cf. *Isid. loc. cit.* « Byzacena regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus unum *Adrumetus* vocatur, alterum *Byzacium* ». Hinc sequi videtur *Byzacium* nomen esse regionis et etiam oppidi; non ita tamen dicendum de *Byzacis*; quum interdum aliquis episcopus *Byzaciensis*, non ab oppido aliquo sed a regione dicatur. Cf. *Hieronym. adv. Lucif. n.* 18.

BYZĂCĬENSIS et

BYZĂCĬUS. *V.* voc. præc.

BYZANTĬĂCUS et

BYZANTĪNUS, a, um. *V.* voc. seq.

BYZANTĬUM, ii, n. 2. (Βυζάντιον) — *a)* Acc. *Byzantion*, Græc. posit., apud *Vitr.* 10. 19 (13)., *Mel.* 2. 24., *Lucan.* 9. 958., *al.* — *Byzantius*, m., *Chron. Alex. chron. I.* 109. 180. — Genet. *Byzanti*, in versu, apud *Auson.* 206. 13. Byzanti inde arcem Thressæque Propontidis urbem Constantinopolim. Adde *Nep. Paus.* 2. *codd.* — *b)* De forma et genere notand.: *Chron. Gall. chron. I.* 635. « Bizantium » sine aspiratione. — *Venant. carm. app.* 1. 97. bellica (sc. urbs) - Byzantion. Sic *Oros.* 3. *Hist.* 13. 2. Hæc autem Byzantium - a Pausania condita, post Constantinopolis dicta. — *c)* Nomen sumpsisse a suo conditore *Byza seu Byzante*, Milesiorum duce, quidam putant (*Vellej.* 2. 15); quod repugnare videtur *Oros. loc. cit.*; at voc. Thrac. Βυζία, Βύζηρες, Βυζαντίς huic origini suffragantur (*V. Curtius, Gr. Etym.* 291. et *Grasberger, Stud. z. d. gr. Ortsnam.* 110. et 278).

Byzantium ¶ 1. Est oppidum Thraciæ, ad Bosporum (*Mel. loc. cit.*), in promontorio, quod *Chrysoceras* (it. *Corno d'Oro*) dicitur (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. [46]), portu præditum, antea *Lygos* appellatum; hinc « Byzantina Lygos » dictum *Auson. clar. urb.* 2. (quod nomen *Solin.* 10. potius promontorio « Ceras Chryseon » tribuit), olim *Bisanzio*, nunc *Costantinopoli* (V. infra), incolis vero *Stambul* appellatum, nom. ortum ex verbis εἰς τὴν πόλιν, quæ Græci accolæ, quum urbem adirent, usurpabant. Memoratur *Tac.* 12. *Ann.* 63. Byzantium in extrema Europa posuere Græci, quibus Pythium Apollinem consulentibus ubi conderent urbem, redditum oraculum est, quærerent sedem cæcorum terris adversam (*V.* integr. loc., coll. *Strab.* 1. 1. et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 20 [50]). *Oros. loc. cit.* Byzantium, nobilem civitatem - obsidione cinxit. Hæc autem Byzantium - a Pausania, rege Spartanorum, condita (Sic *Justin.* 9. 1. « Hæc urbs condita primo a Pausania » vel de colonia a Spartanis ducta vel de urbe instaurata id intelligendum videtur. Cf. *Ammian.* 22. 8. 8. et *Vellej. loc. cit.*). Rursum *Tac. loc. cit.* Byzantium fertili solo, fecundo mari, quia vis piscium immensa, Pontum erumpens - hos ad portus defertur. Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (149). et *alib.* Adde *Liv.* 38. 16., *Sueton. Vesp.* 8., *Hieronym. chron.* a. Abr. 2090., *Jornand. Get.* 63., *Cassiod. chron. II.* 151., *al.* — Ex his, quæ sparsim citavimus, illud efficitur, hoc oppidum coloniam fuisse Græcorum sive Atticorum (*Ammian. loc. cit.*) sive Milesiorum (*Vellej. loc. cit.*) sive Lacedæmonum (*Oros. loc. cit.*) sive Megarensium, qui duas colonias, ann. 667. et 628. a. Chr., deduxerint (V. *Smith G. A.* 4. 18); idcirco a Græcis, ubi Lygos fuerat, conditum esse, et quidem an. 658. a. Chr., uti communiter tradunt historici, situ pulcherrimo ac tuto et commercii quam maxime idoneo. — Præcipua autem de Byzantii historia attingentes dicimus, dominationi Persarum olim hoc opp. subjacuisse (Cf. *Jornand. Get.* 10); dein, a Spartanis possessum, a. 477., transiisse in ditionem Atheniensium (*Justin.* 9. 1) et hanc, jam excussam, iterum subiisse sub Alcibiade a. 409 (*Nep. Alc.* 8); dein recuperatum a Lysandro (*Diod.* 14. 12. *sq.* et 15. 28) rursumque sub Timotheo ab Atheniensibus occupatum (*Nep. Timoth.* 1.); unde bellum sociale exortum est (*Trog. prol.* 1., *Frontin.* 1. *Strat.* 4. 13. et *Diod.* 16. 7. *sqq.*). Interim a Philippo Macedone, contra Athenienses dimicanti, obsidione cingitur, sed frustra, a. 340 (*Justin. loc. cit.*); postremo autem a Romanis adversus Macedones bellum gerentibus, in quo Byzantini Romanorum partibus studuerant inieruntque cum iis fœdus, civitas libera declaratum est (*Cic. prov. cons.* 4. 7). Id autem perduravit usque ad a. 74. p. Chr., quo Vespasianus imp. in provinciam oppidum cum pluribus aliis redegit (*Sueton. Vesp.* 8.). Bello postea civili cum Pescennio Nigro, a Byzantinis adjuto, Septimius Severus Byzantium, triennio obsessum, cepit a. 196. ac dure habuit (*Spartian. Sev.* 8. et *Carac.* 1); durius vero postea Gallienus imp., cujus milites oppidum teterrime vastarunt (*Trebell. Gall.* 6. *sq.*). Denique eo potitus est, quum Licinius illuc se receperat post prœlium Hanopoli cum æmulo commissum, Constantinus M., qui super promontorium, cui vetus insidebat, novam urbem ædificare cœpit IV. non. maias a. 330., ab eo Constantinopolim appellatam (*V.* CONSTANTINOPOLIS et CONSTANTINUS M.). — De antiquo ejus cultu Artemidis Orthosiæ et Dionysi (*Herod.* 4. 87), Heræ (*Dio* 14. 10), cujus templum Persæ diruerunt sub Dareo; item Plutonis, Posidonis, Aphroditis aliorumque, videsis *Miller, PW.* 3. 1145. *sqq.*: de lingua seu dialecto Dorica, qua utebatur, *Collitz-Bechtel, Dialektinschr. III.* 39.* *sqq.*: de nummis *Eckhel*, 2. *p.* 26. *sqq.*; *Mionnet, I.* 376. *sqq.*; *L. Muller, Die Münz.* etc 27. *sqq.* et 55. *sqq.*; *Head, H. N.* 229. *sqq.*; *Sabatier Descr. gen. des mon. byz.* etc. 1862.; *Cohen VII.* (1888) et *VIII.* (1892).: de signis aliisque monumentis, quibus hanc urbem « refertissimam » vocat *Cic. prov. cons.* 4. 6. et de illustrium virorum copia, qui ibi floruerunt, uti fuere Aristænetus et Chrestos sophistæ, Aristophanes et Demetrius grammatici, Dionysius geographus, Epigenes astronomus, Philon mechanicus, Python rhetor, Alcibiades poeta et Myro poetria aliique, cum ceteris, quæ ad Byzantium pertinent, *A. Falk, De origine Byz. p.* 22. Vratisl.; *Schwen, Hist. Byz.* etc. *Diss.* Halle 1875.; *C. de la Berge, de reb. Byz. Diss.* Paris 1877. — Hinc deriv. *Byzantius, a, um*, ad Byzantium pertinens. *Cic. dom.* 20. 53. Byzantii exsules. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 66. ora. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 31. litora. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 15. 20. (51). portus. — *Byzantii*, absolute, incolæ. *Cic.* 2. *Orat.* 54. 217. Rhodii et Byzantii. Adde 14. *Att.* 8., *Treb. Claud.* 9. et *Gall.* 6 (ubi *Byzantini* codd.: *Peter*). — *Byzantius, ii*, subst. *Cic. Orat.* 12. 39., *Liv.* 37. 34., *al.* — *Byzantis*, cogn. mul. *Corp.* 14. 675. — *Byzantiacus, a, um*, adj. (Βυζαντιακός) Byzantius. *Stat.* 4. *Silv.* 9. 13. lacerti. — *Byzantinus, a, um*, adj. idem. *Tertull. Scap.* 3. In illo exitu Byzantino (i. e. *excidio Byzantii sub Severo imp.*: *Dio* 74. 14). *Auson.* 286. 13. Tu (*Epolis*) - Byzantina Lygos - fuisti. *Claudian.* 20. 136. Byzantinos proceres Graiosque Quirites. *Sidon.* 4. *ep.* 7. 2. Apicios epulones et Byzantinos chironomuntas. — *Byzantini*, incolæ. *Hieronym. chron.* a. Abr. 854. balneas Byzantinorum. Adde *Treb. Claud.* 9. et *Tab. Peut.* 8. ¶ 2. Est etiam signum mul. *Corp. I. L.* 10. 5269 (*Casini*).

BYZANTĪUS, a, um. *V.* voc. præc.

BYZĂRES. *V.* BYZERES.

BYZĂS, antis, m. 3. et Byza, æ, 1. (Βύζας, αντος et Βύζης, ου) conditor, uti fertur, Byzantii ἐπώνυμος. *Avien. orb.* 978. Calchedon - Europam proceraque mœnia Byzæ. *Claudian.* 20. 83. Byzas Constantinusque (*opp.* tertius urbis conditor). *Prisc. perieg.* 771. Byzantis (*gen.*).

BYZĒRES, um, m. plur. 3. (Βύζηρες) gens Ponti. *Mela* 1. 107. Dein minus feri, verum et hi incondītis moribus, Macrocephali etc. *Val. Flacc.* 5. 152. Byzeresque vagi. *Avien. orb.* 945. Aspera - Byzaron (sic *A*, Byzerum *v.* Byzerorum *Hudson*) est gens. Adde *Prisc. perieg.* 739. — *Ammian.* 22. 8. 21. Terras patentes Byzares obtinent.

C

C. De hac tertia alphabeti Latini littera satis dictum est in *Lexico*. Hæc tantum adjicienda arbitramur: — 1.°) Quod jam ibi innuitur de litt. C pro G, uti nota nominum propriorum, ac de *Cajo* et *Cnæo* traditur *Quintil.* 1. 7. 28. « Quæ scribuntur aliter quam enuntiantur: nam et « Gajus » C littera significatur (*Charis. gramm. I.* 10. 2. et *Diom. gramm. I.* 424. 8). et *ibid.* 29. Nec « Gnæus » eam litteram in prænominis nota accipit, qua sonat ». et *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 194. Per *c* scribitur et per *g* pronuntiatur, ut C « Gajus », Cn « Gnæus »; sic litt. C notantur et efferuntur: « *Cæsar, Castor, Claudius, Cornelius* ». 2.°) C inverso mulier declaratur, quia, ut ait *Quintil. ibid.*, « tam Gajas esse vocitatas quam Gajos etiam ex nuptialibus sacris apparet ». *et Vel. gramm. VII.* 58. 9. Litteram *k* non magis in numero litterarum esse oportere quam illam notam, qua « centuria », e *C* conversum, quo « Caja » significatur. Quod notæ genus exstat in monumentis; cum quis libertus mulieris ostenditur, habent tituli: ƆL, i. e. Cajæ (sc. mulieris, non viri) libertus v. liberta, et quidem gentis illius, quam ab ea manumissus accepit (Cf. *Momms., Hermes* 2. 119). Non igitur sequendus *Cavedoni*, qui ductus conjectura cl. *Boeckh*, nempe per litt. Ɔ inversam nom. patris significari, quasi *Alexander Ɔ Camenius* ait idem ac *Alexander Alexandri f. Camenius*; sic indicari censuit nom. gent. mulieris manumittentis, ita ut SOSIA ƆL sit idem ac *Sosia Sosiæ liberta*. — 3.°) Quoties apud scriptores proprium aliquod nomen occurrit a litt. K incipiens, illud sub litt. C quærendum est, quæ sono suo etiam K, propriam Græcorum litt., complectitur. V. *Lexicon* sub *A*.

CA

CĂATH, indecl. m. Hebr. *Qehāth* (*Qōhāth* tantum *Num.* 3. 19) « contio »; *LXX.* Καάθ et Κααθ.

Caath, filius secundo genitus Levi patriarchæ, frater Gerson et Merari (*Gen.* 46. 11), pater Amram, Jesaar, Hebron et Oziel (*Exod.* 6. 16. et 18) et avus Moysi, quod tamen difficultatem facessit, inspecto intervallo nimis longo inter utramque, si computentur, non an. 215 commorationis Hebræorum in Ægypto, uti a quibusdam criticis viris recentioribus fit ad rem componendam, sed an. 430 (*Exod.* 12. 40), ut ex textu sacro et monumentis Ægyptiis nuper pervestigatis certissime constat. Sed hæc difficultas facile dirimitur, ubi inter Caath et Moysem aliæ generationes inserantur, quod et in aliis genealogiis describendis a sacris scriptoribus factitatum videmus (Cf. *Gen.* passim 1. *Esdr.* 7. 3., coll. 1. *Par.* 6. 7-11. et *Matth.* 1). — De Caath consulas *Keil, Comm. on the Pent.* 1872. tr. *I. p.* 470.; *Palis* in *Dict. Bibl. Vig. II.* 1. *sqq.*; *Brucker, Chronol. d. prem. âges* in *Controv.* 1886. *p.* 101. et 388. et *Robiou, ibid. p.* 299-300.

CĂATHĪTÆ, ārum, m. plur. 1. Hebr. *benē Qohāthi* « filii Caath » (sing. *Haqqohathi* « ὁ Coathita »), *LXX.* υἱοὶ Καάθ; *sc.* posteri Caath, a cujus filiis quattuor ortæ sunt familiæ, Amramitarum, Jesaaritarum, Hebronitarum et Ozielitarum (*Num.* 3. 27). — Horum officium, a Moyse in solitudine Arabiæ decretum, « tabernaculum et Sanctum Sanctorum » respiciebat (*Num.* 4. 4); nempe « quidquid erat intra Sanctum Sanctorum fuit sub custodia Caathitarum (*Vatab.* in *Num. l.*) »; « filiis autem Caath non dedit plaustra et boves, quia in sanctuario serviunt et onera propriis humeris portant » (*Ibid.* 7. 9) et quæ involverint sacra Aaron et filii ejus in commotione castrorum, « filii Caath portent involuta (*Arca Domini vasaque sanctificata tabernaculi*), et non tangent vasa sanctuarii, ne moriantur (*Ibid.* 4. 15) ». — In distributione XLVIII. oppidorum cum suburbanis inter Levitas filiis Caath civitates decem de tribubus Ephraim, Dan et dimidia tribu Manasse (*Jos.* 21. 4) obtigerunt. — Ministrabant vero proprie an. æt. tricesimo, sed ad hoc an. vicesimo quinto consecrabantur, quod inservit conciliandis sacrarum litterarum locis (*Num.* 4. 8., coll. 8. 24 et 1. *Esdr.* 3. 8), quæ secum pugnare videntur. Ceterum ob diversam temporum condicionem David quædam mutavit, ut, præter ætatem, etiam quæ ad Levitarum officia pertinebant (Cf. 1. *Par.* 23. 26); porro numeri ita certi non sunt, ut ex locorum dissensu argui possit, diversos fuisse fontes, unde scriptor sacer narrata deprompserit (V. *Cahen, Bibl. Nombr. IV.* 3. et *Re, Arch. Bibl. Diz. II. p.* 322).

CĂBALACA, æ, f. 1. oppidum Albaniæ præcipuum, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 11. 12. (29). Græce est Χάβαλα (*Ptol.* 5. 11), unde *Chabala* alii leg. *cll. Plinii loc.*, fort. hodie *Kablasvar*.

CĂBĂLIA, æ, f. 1. (ἡ Καβαλία) Scribitur *Carbalia, Gabalia* et *Garbalia*, sed minus recte; est autem regio Lyciæ et Pamphyliæ apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 29. (101). *et ibid.* 32. 42. (147)., cujus civitates ibi recensentur, idest Œnianda, Balbura, Bubon, a L. Murena a. U. C. 670. Lyciæ attributæ. — Hinc *Cabaleni*, incolæ (Καβαληνοί) in *Inscr.* in *Ann. dell' Ist. arch.* a. 1852. *p.* 153. Cf. *Cavedoni* in *Bull.* a. 1853. *p.* 148.

CĂBALLODŪNUM. *V.* CABILLONUM (Cavillonum).

CĂBALLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. vir. seu potius agnom., a similitudine caballi factum, ut arguitur ex *Martial.* 1. 41. 14. « Quare desine jam tibi videri, Quod soli tibi, Cæcili, videris, Qui Gabbam salibus tuis et ipsum Posses vincere Tettium Caballum ». Cf. 1. 41. 19. Ludit qui stulta procacitate, Non est Tettius ille, sed caballus. ¶ 2. Est etiam cogn., ut Andræmon Caballus: *Corp.* 6. 10052. et 10053. Adde 3. 4980. — Nummorum inscriptt. congessit *Holder, Altcelt. Spr. I.* 658. ¶ 3. De Caballi fonte *V.* FONS CABALLI.

CĂBARDĬĂCENSIS. *V.* voc. seq.

CĂBARDĬĂCUS, i, m. 2. nom. duorum fundorum in Velejate pago Ambitrebio (*Tab. alim. Vel.* 2. 47), ortum ex *Cabardius*, unde est *Cabarsus*, nom. gent. (V. *Schulze, Eigenn. p.* 14. *sq.*). Porro horum alter *Cabardiacus vetus* appellatur in *Tab. alim. Velej.* 2. 66.; alter *Cabardiacus* absolute dictus *ibid.* 2. 47., alteruter castellum, quod nunc est *Caverzago* ad sinistram Trebiæ (V. *Bormann, Corp.* 11. *p.* 254. et *Holder, Altc. Spr. I.* 659). — Ab hoc loci nomine cognomen accepit *Minerva Cabardiacensis*, quod ibi sacellum habebat, credulitate popelli, qui ei mira tribuebat, dicta idcirco *Medica* et *Memor*, ut ex titulis patet ibi repertis editisque a cl. *P. Bortolotti* = *Corp. I. L.* 11. 1301. et 1306.

CĂBARSUSSITĀNUS. *V.* voc. seq.

CĂBARSUSSUM et Cebarsussum, i, n. 2. oppidum Africæ in Byzacena provincia, laudatum *Augustin.* 4. *c. Cresc.* 6., ubi concilium habitum est a. 393. a Maximianistis (V. *Morcelli, Afr. Chr.* 2, *p.* 311. *sq.*). — Hinc *Cabarsussitanus* episcopus apud *eund.* in *Ps.* 36. *Serm.* 2. *n.* 20.

CĂBASĪTĒS, æ, m. 1. nomus Ægypti in Delta ad fluvium Thermuticum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49). « Thebais - dividitur in præfecturas oppidorum, quas νομούς vocant ». Sic dicitur a metropoli sua Cabasa (*Khabas*), apud *Ptol.* 4. 5. 20. « Καβασίτης νομὸς καὶ μητρόπολις Κάβασα ». V. adn. *C. Mulleri*.

CĂBELLĬO, ōnis, m. 3. (Καβελλίων) oppidum Galliæ Narbonensis ad Druentiam, colonia Latina ab Augusto, ut videtur, factum, ac tribui Voltiniæ adscriptum (*Eckhel, loc. cit.*), hodie *Cavaillon*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36)., *Itin. Vicarell. I* (*Corp.* 11. 3281) 3. 7. et *alib.*, *Corp.* 12. 3242 (*Nemausi*). et 13. 6945 (*Moguntiaci*). — Ejus nummi apud *Eckhel*, 1. *p.* 67. — Hinc deriv. *Cabellionensis*, adj. et incolarum vocabulum, varie scriptum. *Greg. Tur.* 8. *Fr.* 31. Veranus ep. Cavellonensis.

CĂBENCES, ium, m. plur. 3. ¶ 1. Populus Hispaniæ Bæticæ. *Corp. I. L.* 2. 1948. ¶ 2. Item

sacerdotes feriarum Latinarum montis Albani. *Corp.* 14. 2228 (*rep. in monte Albano*). — In sing. num. *Corp.* 6. 2174. - SACERDOTIS CABESIS (*pro* Cabensis) MONTIS ALBANI. Adde 2175. Cf. *De Rossi, Ephem. epigr. II.* 99. Sacerdotes Cabenses sacra olim fecerant pro populo quodam vetusto, de quo *V.* CABIENSES; post interitum populi Romanum sacerdotium factum est.

CĂBĒRA, æ, f. 1. et Cabira, ōrum, n. plur. 2. (τὰ Κάβειρα) oppidum Ponti Armeniæ proximum, ad Lycum, ubi Mithridates a Lucullo, an. 71. a. Chr., gravi clade percussus est, uti tradunt *Eutrop.* 6. 8., *Aur. Vict. vir. ill.* 76. et *Sall. ep. Mithr.* 16. — Olim vocatum est etiam *Diospolis* et *Sebastea* (*Strab.* 12. 556), et a Romanis captum dictumque *Neocæsarea*, patria Gregorii Thaum., hodie *Niksar.* — In nummis apud *Eckhel,* 2. *p.* 350. ΚΑΒΗΡΩΝ; ideo *Cabera* Latine scribitur. *V.* etiam *Head, H. N.* 497. et 502.

CABĪENSES, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi Latini (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II. p.* 581). *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (64). Regio - prima Italiæ - ex discriptione Augusti - Castrimonienses, Cingulani, Cabienses (Gabienses *libri*, sed contra ordinem alphab. *Sillig.* Fabienses) in monte Albano. — Singulariter, loc. *ejusd.* 2. *Ibid.* 94. 96. (208). huc trahit *Momms.*, ubi de agro Gabiensi sermo est « non procul urbe Roma ». — *Cabani* nominantur *Dionys. ant.* 5. 61. inter populos Latinos, qui conjuraverunt a. 499. a. Chr. Καβανῶν. — *Cabum* vel *Cabium*, oppidi antiqui nomen fuisse veri simile est, unde dicti *Cabenses sacerdotes* et mons Albanus hodieque appellatur *monte Cavi* v. *Cavo*, non a *cavitate* aliqua, sed ab hoc oppido vetusto, quod jamdiu excisum est. Cf. etiam *Wilmanns, De sacerd. p. p. R. quod. gen.* Berol. 1868. *p.* 54. *sq.* et *Marquardt, St.-V. III.* 476. *sqq.*

CĂBILLŌNUM v. Cavillonum, i, n. 2. opp. Galliæ Celticæ, dein Lugdunensis, hod. *Châlon-sur-Saône,* in *Cod. Theod.* 9. 40. 2., *Corp.* 13. 1. *p.* 408. — *Not. Dign. occ.* 42. Caballodunum.

CĂBĪRA, æ, f. 1. *V.* CABERA.

CĂBĪRI, ōrum, m. plur. 2. (οἱ Κάβειροι) Origo nominis, qua deos quosdam significat, ducitur ab Hebr. כַּבִּיר *kabbîr,* i. e. potens, fortis, ita ut *Cabiri* (*Kabirim*) iidem sint ac θεοὶ μεγάλοι v. θεοὶ χρηστοί v. δυνατοί Græcorum (V. *Eckhel,* 3. *p.* 374., in cujus nummis Κάβιρι pro Κάβειρι). Quæ quidem origo probabilior videtur; quum enim pro certo habeamus antiquitus Phœnicios colonias deduxisse in litora et insulas Ægæi, unde postea a Græcis depulsi, suorum tamen deorum cultum in iis regionibus reliquerint, dein Hellenicis admixtum, nomen a Phœnicio potius quam a Græco fonte derivandum esse censemus. — Aliud etymon proponit *Nikes, de Esth. l. P. I. p.* 242., quod ibi *V.* — Multa de his traduntur ab orientalibus et Græcis scriptoribus, præsertim mythographis; quæ vero a Latinis, pauca.

Cabiri, dei v. potius deorum socii et administri v. dæmones, de quorum origine, numero et cultu scriptores mirifice dissentiunt; quum eos alii, et fortasse verius, originis Phœniciæ (*V.* supra dicta); alii Pelasgicæ esse defendant, qui primum in Bœotia, mox in Lemno, Imbro aliisque regionibus cultum habuerint; alii vero aliter sentiant. — Cabirorum *mysteria* in Samothracia diutius perdurarunt, de quibus primus loquitur *Herod.* 2. 51 (Καβείρων ὄργια). Cf. etiam *Pind. frg.* ex *Origene Philos.* apud *Schneidewin, Philolog. I. p.* 426. — Eos apud Latinos primus memorat *Acc. trag.* 526 (*anapæsti*) « Lemnia præsto litora rara et celsa Cabirum delubra tenes, Mysteria quæ pristina castis concepta sacris ». Alia loca *V.* in CABIRUS. — *Samothraces Cabiri* memorantur etiam in *Inscr.* apud *Reines. cl.* 1. *n.* 143 (quæ tamen sublestæ fidei est). Cf. *Sall.* 4. *Hist.* 19. V. *Kritz* ad *h. l.* — Imperatoribus hunc titulum in Oriente collatum esse ex nummis colligitur apud *Eckhel,* 3. *p.* 374. *sq.*; unde etiam constat Dioscoros quoque sub Cabirorum nomine, saltem serius, venisse — Inde etiam *Cabiria* seu festa vel sacra instituta in honorem Cabirorum, KABEIRIA dicta in nummo *ejusd.* 4. *p.* 437. — De iis, præter antiquiores *Strab.* 10. 466., 470., 472., *Apoll. Rh.* 1. 917., *Paus.* 10. 38., *Varr.* 5. *L. L.* 58., *Macrob.* 3. *Sat.* 4., scripserunt etiam recentiores *Bochart, Geogr. sacr. I.* 12.; *Hyde, Hist. d. rel. d. Pers.* 29. et *alib.*; *Lobeck, Aglaoph. p.* 1202-1295. et *Schœmann, Ant. Gr. III. p.* 296. *sqq.* (1877. tr. *Pichl.*); *Romagnoli: Ninfe e Cabiri.*

CĂBĪRĬA, ōrum. *V.* voc. præc.

CĂBĪRUS, i, m. 2. (Κάβειρος) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. pers. et quidem — 1.°) Dicitur de deo quodam, a Macedonibus culto, teste *Lact.* 1. *Inst.* 15. 8. « Singuli populi gentis aut urbis suæ conditores - summa veneratione coluerunt, ut Macedones Cabirum (Gabinum *pars codd.*). et *Firm. err.* 11. *de sacris Corybantum.* « Parricidium colitur. - Hunc eundem (*fratrem a fratribus interemptum*) Macedonum colit stulta persuasio: hic est Cabirus (Gabirus *cod.*), cui Thessalonicenses quondam cruento (ore), cruentis manibus supplicabant ». Cf. *Minuc. Oct.* 21. et *Clem. Alex. Protr.* 2. — In nummo Claudii Gothici, unico commatis Romani, apud *Cohen, mon. imp. VI. p.* 137. « DEO CABIRO » in honorem hujus imp. cuso et grati animi causa, tamquam ejus numine Gothi Thessalonicæ obsidione, quam ab iis tentatam narrat *Trebell. Claud.* 9., depulsi essent. — *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 58. Tertium (*Dionysum*) Cabiro patre (*natum*) eumque regem Asiæ præfuisse dicunt, cui Sabazia (*al.* Cabiria) sunt instituta. Sic *Ampel.* 9. Tertius (*Liber*) de Cabiro (Cabirro *Monac.*), qui regnavit in Asia (*V.* CABIRI). — 2.°) De hominibus et est nom. vir. *Corp. I. L.* 13. 8342 (*Coloniæ Agripp., sæc. I.*) et 16017. 241 (Cf. *Holder, Altc. Sprachsch. I.* 665). — Hinc *Cabirius,* nom. gent. *Inscr. Rev. ep. V.* (1904) *n.* 1570 (*Valentiæ in G. Narb.*). ¶ 2. Est fluvius Arachosiæ in Indum confluens, inter Kophes et Pomanum, hodie *Kurram, Krumu:* fort. origo nominis est a Skr. *gabhīra, gambhīra,* i. e. profundus. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (94). Flumen Cabirus (Apirus *Sillig.*) Suarorum ostio portuosum.

CĀBŪL et Chabul, indecl. Hebr. *Kābûl,* LXX. Χωβαμασομέλ, ex conjuncto in unum nomine insequenti *missemō'l* (*Cod. Alex.* Χαβώλ; *Jos.* Χαβωλώ). — Etymon vocis varie proponitur; vel enim est quasi *Ghabûl,* locus « confinis » seu "Οριον apud *LXX.*: vel quasi *Kî-bûl,* « ut nihil » (*Thenius* in 1. *Reg.* 9. 13. et *Hiller, Onom.* h. v.): vel locus *aridus, sterilis* (*Furst, Hebr. Wört.*): vel denique, quod idem sonat, ex Aram. *Macbabela* « terra infructuosa » (*Neubauer, Gr. du Talmud p.* 206). — Quidquid sit de etymo, Cabul ¶ 1. Est oppidum tribus Aser, quod fort. respondet vico Χαβωλὼ (*Jos. in vit.* 43., 44., 45), hodie quoque *Kabul* prope Ptolemaidem (*St.-Jean-d' Acre*), XL. v. L. stad. a Jotapata (*Khirbet Djéfat*) ad septentr. Nazareth, quod et in scriptis Arabum occurrit (Cf. *Guy Le Strange, Palest. under the Moslems,* Londr. 1890. *p.* 15., 39., 289., 467., 585. et *Guérin, Gal. I. p.* 424). Memoratur *Vulg. Jos.* 19. 27. ¶ 2. Item regio in Galilæa, viginti oppida complectens, quam Salomon dono dedit Hiram « regi Tyri præbenti ligna cedrina et abiegna et aurum » (3. *Reg.* 9. 11) pro templo erigendo; quæ tamen « civitates non placuerunt ei » (*v.* 12) « et appellavit eas Chabul » (*v.* 13). Et sane, teste *Jos. ant.* 8. 5. 13., vox hæc Phœnicibus est idem ac *non placens* (οὐκ ἀρέσκων).

CĂBŪRA, æ, f. 1. opp. Indiæ ad Cophen fl., hod. *Kabul,* apud *Ammian.* 23. 6.

CĂBURRENSES, ium, m. plur. 3. incolæ Caburri, oppidi Liguriæ. *Corp. I. L.* 5. 7896 (*in Alpibus maritimis*). — Hoc autem opp., hodie *Cavour,* tribum habuit *Stellatinam,* et idem est ac *Forum Vibii* (Cf. *Momms., Corp.* 5. *p.* 825). *V.* voc. seq.

CĂBURRIĀTES, ium, m. plur. 3. gens Liguriæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (47). Ligurum celeberrimi - citra Alpes Veneni, Turri - Caburriates etc. (*Sillig.* Eburiates). Sic *Flor.* 1. 19. 5. Caburiates (*alii aliter leg.*) — *Jornand. Rom.* 177. Caburrenses. (V. *Nissen, Ital. Landesk. II. p.* 164).

CĂBURRUM, i, n. 2. *V.* CABURRENSES.

CĂBȲLĒ, ēs, f. 1. (Καβύλη) oppidum Thraciæ mediterraneæ, ad radices Hæmi, hodie *Tauschanlepe.* Memoratur *Ammian.* 31. 11. 5. Prope Cabylen oppidum. *Eutrop.* 6. 10. Alter autem, Lucullus, qui Macedoniam administrabat, Cabylen cepit (a. 72. a. Chr.). — *Itin. Ant. p.* 175. Cabile. *Tab. Peut.* 8. Cabilis. *Hilar. op. hist. frg.* 3. 29 (a. 347). Severus episcopus a Cabula. — Hinc *Cabyletæ,* incolæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (40)., ubi tamen alii aliter leg.

CĀCA, æ, f. 1. ¶ 1. Est dea, soror Caci (Κακή) *Lact.* 1. *Inst.* 20. 36. Colitur et Caca (Cacca *B H*), quæ Herculi fecit indicium de furto boum, divinitatem consecuta, quia prodidit fratrem. *et epit.* 16. 2. Cacam, quæ ad Herculem de furto boum detulit, ut occideret fratrem. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 190. Hunc (*Cacum*) soror sua ejusdem nominis prodidit; unde etiam sacellum meruit, in quo ei pervigili igne sicut Vestæ (*sic Floriacensis,* per virgines Vestæ etc.) sacrificabatur. Hinc *Mythogr. II.* 153. et *III.* 13. 1 (*utroque loco* per virgines Vestæ). Cf. *Osthoff, Quæst. myth.* Bonn 1869. *p.* 7. *sqq.* ¶ 2. Item nom. serv., figulus, C. Titi Nepotis servus, in vasis Arretinis. *Corp. I. L.* 11. 6700. 691.

CĂCĀBUS, i, m. 2. nom. vir. *Corp. I. L.* 13. 10010. 386.

CĂCLÆ scalæ. *V.* CACUS.

CĂCISTUS, i, m. 2. (Κάκιστος, *pessimus*) piscator in « Vidularia » *Plauti,* cit. a *Fulg. serm. ant.* 15. Plautus in Cacisto ait (= *Plaut. Vid. frg.* 18). *Ritschl* mallet *Cacistin* (Cf. *K. Schmidt, Hermes* 37. *p.* 358).

CĂCĪUS, ii, m. 2. nom. gent., Ostiæ sæpissime inventum (Cf. Etr. caceis [*Corp. Inscr. Etr. I.* 3712. *sq.*], *cacni* sim. [*I.* 3394.], *caceinei* [*I.* 3659], *caciu* [*I.* 2142]. V. *Schulze, Eigenn. p.* 350) ortum videtur a *Cacus.* Occurrit in *Corp. I. L.* 6. 200. 5. 21 (a. 70). et 14. 308 (*Ostiæ*). — C. 14. 418. Kacius. — *Cacia* (*Kacia*) — *a*) Est nom. mul. *Corp.* 14. 308. et 1106. — *b*) Item unus ex æonibus Valentini, a Gr. κακία, *malignitas,* apud *Iren.* 1. *hær.* 29. *n.* 4. — Hinc deriv. *Cacelius* (*a*) et *Cacilius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 9. 1041. et 6. 8222. Cf. *Caculæ* fundus Nomentanus. *Lib. Pont. p.* 56. 8.

CĂCŪNUS, i, m. 2. cogn. Jovis originis incertæ: cf. apud Sabinos *Mutunus, Tutunus, Vacuna.* Occurrit in *Corp. I. L.* 6. 371. et 9. 4865 (*Trebulæ Mutuescæ, in monte,* fortasse in ejus vertice tamquam cacuminis præses). De hoc altero titulo scripsit *Labus, Diss. de la cartitude* etc. *p.* 52. et *Biondi, Diss. dell' Accad. Rom. I.* Cf. etiam *Orelli* ad eund. tit. *n.* 1209.

CĂCŪRĬUS, ii, m. 2. fortasse dictus ab officio *cacurii* sive *caculæ* in militia, vel, ut *Furlanetto* videtur, a *cacando,* sicut *Stercurius* a *stercorando,* nisi cognatum esse malis cum *Cacius,* a κακός, *malus. Cic.* 5. *Verr.* 37. Cacurii (*Lilybætani*) prompti hominis et experientis et in primis gratiosi supellectilem omnem (*Verres abstulit*). Adde *Corp.* 8. 5039. et 14. 3032. (*Præneste*). — Est etiam cogn. *Corp.* 5. 5985 (*Mediolanii*).

CĀCUS, i, m. 2. (Κάκος) *Cacos,* Gr. positione, in *Corp. I. L.* 4. 31. — *Cacu,* nom. adulescentis, in speculo Etr. apud *Gerhard-Körte, Etr. Spiegel V. tab.* 127. — Etymon vocabuli ducitur a Gr. καίω, *uro, caleo,* ita ut sit *urens* v. *calens* (Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 198), quod dein ex fabulæ adjunctis in Κακός, sc. *malus,* mutatum est (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 190. et *Augustin.* 19. *Civ. D.* 12. *n.* 2). Priori etymo magis favet quantitas primæ syllabæ, quæ a poetis producitur, ut *Virg., Ovid., Prop., Juv. locc. citt.* — Sunt tamen qui a rd. Skr. *kak* « damnum afferre » deducunt, ita ut τῷ *Cacus* « damnosus » opponatur. *Euander* « bonus vir » (V. *Vanicek Gr.-Lat. Etym. p.* 100. et cf. *Ovid.* 1. *Fast.* 543) quod ceterum in posterius etymon recidit: vel a rd. Skr. *çak* « fortem esse » quasi sit *fortis dæmon* (V. *Grassmann, KZ. XVI.* 176).

Cacus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit deus olim cultus cum dea Caca, ejus sorore, quem poetæ (V. *Virg. loc. cit.,* coll. *Mythogr. I. fab.* 66) tradunt Volcani filium fuisse et, de quorundam sententia, monstrum dicendum magis esse vel semihominem (*Hieronym. contra Vigil. præf.* et *Virg. loc. cit.*), tricipitem (*Propert.* 4-9. 7-16., coll. *Ovid.*

1. *Fast.* 550. *sqq.* et 5. *Ibid.* 648), ignem ore vomentem. De eo rursum *Virg.* 8. *Æn.* 205. furis Caci mens effera. *et* 193. dira facies. *et* 303. spirans ignibus. *Propert. loc. cit.* metuendo raptor ab antro. *Ovid. loc. cit.* Aventinæ timor atque infamia silvæ. *et ibid.* (*Liv.* 1. 7) ferox. *Martial.* 5. 65. 6. silvarum tremor. *Sidon. carm.* 13. 9. flammigena. *et* 15. 142. Hospes, Nessus, Eryx, Cacus, volucres, Thrax, Amazon (*ærumnæ Herculis*). — Ex fabula novimus Cacum fuisse insignem latronem temporibus Euandri regis, qui Latium undique rapinis et incendiis infestabat: demum Herculis quoque ex Hispania, occiso Geryone, redeuntis et apud Euandrum hospitantis boves noctu cauda traxisse in antrum suum, in Aventino monte situm. Has quum mane deminutas cerneret Hercules, nec quo erravissent, scire posset, forte fortuna ad hoc antrum pervenit; sed quum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abiit: abeuntibus autem ceteris, occlusas boves mugientes audiit aliarum desiderio, unde Caci fraude cognita, iratus Hercules recurrit extractumque furem clava interfecit. Aliter tamen quidam ex veteribus rem enarrant ajuntque Cacum fuisse ipsius Euandri servum, non ab Hercule sed a domino damnatum extremo supplicio, quum ejus furtum Caca ejus soror, quæ postmodum dea habita esset, Herculi prodidisset (*Liv.* et *Ovid. locc. citt.* et *Ps. Aur. Vict. orig. gent. R.* 6. et 7). — *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* « De Caco interempto ab Hercule tam Græci quam Romani consentiunt: solus Verrius Flaccus dicit Garanum (*Ps. Aur. Vict.* Recaranum) fuisse pastorem magnarum virium, qui Cacum adflixit ». Hinc *Ps. Aur. Vict. loc. cit.* « Euandri servus nequitiæ versutus et præter cetera furacissimus Recarani hospitis boves subripuit. - Euander - servum noxæ dedit ». — Aliquatenus sensum fabulæ explicat *Fulg. Myth.* 2. 3. « Ideo et duplex Cacus, quod malitia multiformis, non simplex sit; triplici etiam modo nocet malitia etc. ». — *Solin.* vero 1. 8. hæc habet « Aram Hercules - punito Caco patri Inventori dicavit, qui Cacus habitavit locum, cui Salinæ nomen est: ubi Trigemina nunc porta - Hic, ut Gellius tradidit, cum a Tarchone Tyrrheno, ad quem legatus venerat missu Marsyæ regis, socio Megale Phryge, custodiæ foret datus, frustratus vincula et unde venerat redux, præsidiis amplioribus occupato circa Volturnum et Campaniam regno, dum attrectare etiam ea audet, quæ concesserant in Arcadum jura, duce Hercule, qui tunc forte aderat, oppressus est ». Hæc est *Ara Maxima* inter Palatinum et Aventinum, ubi prid. id. Aug. immolabatur taurus *patri Inventori,* cui alludit *Horat.* 2. *Sat.* 6. 12 (V. *Talbot, Myth. Gr.* et *Lat.* 1890. *p.* 469). — Hinc *Caci scalæ* apud *eund. ibid.* 18., in quarum supercilio Roma quadrata habebat terminum; hæ *Caciæ* dicebantur (*Diod.* 4. 21. 2. κλῖμαξ ἡ ὀνομαζομένη ἀπ' ἐκείνου Κακία). — *Atrium Caci* dicitur locus Romæ in regione VIII. sive Foro Romano (*Curios. urb. reg.* 8. *p.* 12. et *Reg. urb. p.* 16). — *Atra Caci rura* inter Jani nemus et Quirinales agros recenset *Stat.* 2. *Silv.* 3. 12. — 2.°) *Cacus* est etiam nomen fori boarii. *Cosmogr.* 1. 26. « Forum boarium, quem Cacum dicunt ». Fortasse ita nuncupatum, quia proximum erat Aræ Maximæ Herculis, qui Cacum vicerat (Cf. *De Rossi, Bull. dell' Ist. arch.* a. 1854. *p.* 37): vel quia ibi Cacus habitaverat (Cf. *Pol. Silv. not. urb. chron. I. p.* 545). ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 33864. KACI OCTAVIAES (*sororis Augusti*) CACVS *fecit.*

CADÆI, ōrum, m. plur. 2. gens Arabiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (150)., ubi al. leg. *Cadæi.* — Fortasse illam Arabiæ partem incolebant, quæ *Cades* v. *Cadesbarne* dicitur *Gen.* 14. 7., *Deut.* 1. 46. et *alib.*

CĂDĀVĔRUM VALLIS, nom. vallis, quod est Hebr. *'ameq pĕgārîm,* apud *Vulg. Jer.* 31. 40., a propheta usurpatum ad significandam partem urbis Jerusalem australem olim restaurandæ. — Sec. text. Chaldæum est vallis, ubi Assyrii perierunt, quia « nocte angelus Domini percussit » exercitum Sennacherib (4. *Reg.* 19. 35.: cf. *Saulcy, Jerus. p.* 71).

CADEMOTH, indecl. Heb. *Qedēmōth,* regio « orientalis »; *LXX.* Κεδαμώθ (*Deut.* 2. 26) et Βακεδμώθ (*Jos.* 13. 18); ἡ Δεκμών (*Jos.* 21. 37); ἡ Καδμώθ (1. *Par.* 6. [hebr. 64] 79).

Cademoth, oppidum ad orient. maris Mortui (*Vulg. Deut.* 2. 26), Rubenitis adsignatum (*Jos.* 13. 18), cum deserto (*midbar*), ubi castra posuerunt Hebræi, quum Moyses legatos misit ad Sehon, regem Amorrhæorum, qui ab eo veniam impetrarent illinc transeundi ad terram promissam (*Deut.* 2. 26), civitas refugii, cum suburbanis, Levitis ex Merari in tribu Ruben, concessa (*Jos.* 21. 37. hebr.). — Plures critici disputarunt, an genuinus sit Hebr. textus, ubi hoc oppidum memoratur *Jos.* 21. 37.; sed jamdiu cl. *G. B. De Rossi,* in *Var. lect. V. T. II.* 96-106. omne de hac re dubium diremit. — Situs oppidi ignotus. Cf. *Eus.* et *Hier. Onom.* Gott. 1870. *p.* 109. et 270. et *Legendre* in *Dict. Bibl.* ad *v.*

CĀDĒS, indecl. Hebr. *Qâdêsh,* plenius *Qâdêsh Barnē'a*; LXX. Κάδης et Κάδης Βαρνή v. τοῦ Βαρνή. — *a*) Vox varie exponitur. *Hieronym. ep.* 77. ad *Marcell.* 33. « Cades, non, ut plerique æstimant, s a n c t a dicitur, sed m u t a t a sive t r a n s l a t a. Legimus in Genesi (38. 21) juxta Hebraicam veritatem, ubi Judas meretricem putans Thamar, dona transmisit; et sequester munerum interrogat: Ubi est cadesa, hoc est scortum, cujus habitus a ceteris feminis i m m u t a t u s est? In multis quoque locis hoc idem reperimus. Sin autem s a n c t a interpretatur, κατ' ἀντίφρασιν est intelligendum ». — Hinc *Cadesim* plur. « commutati sive effeminati ». *Id. nom. Hebr. p.* 45. *Gesenius* tamen interpretatur *sancta* seu *sacra,* scil. Veneri, ut est *meretrix* (in *Lex. Hebr.* ad *l.*). — Animadvertimus aliquando pro *Cades* scriptum esse Hebr. *Qedesh,* i. e. *sacrarium.* Cf. *Jos.* 15. 23. et 12. 22. *Cades;* sed *alib.* ut *ibid.* 19. 37. *Cedes;* nam pro *Cedes* sæpe *Cades* habet Vulgatus. — *b*) Primam recte producit *Cypr. Gall., Num.* 13. 27. « Judæa phalanx - Cādessa (Cadesa *A*) venit ».

Cades, nomen aliquot oppidorum. ¶ 1. Est oppidum cum deserto cognomine, situm ad extremum limitem australem terræ promissæ (*Vulg. Num.* 34. 4., *Jos.* 15. 3., *Ezech.* 47. 19. et *alib.*), statio ex præcipuis Hebræorum (*Num.* 13. 27., 20. 1. etc.) et post Sinai principalis locus in longa eorum per pæninsulam Arabicam peregrinatione, qui et *Cadesbarne* dicitur. Hoc tamen altero nomine alii dicunt significari non ipsum oppidum sed regionem, in qua oppidum erat, coll. *Num.* 13. 26. et 20. 1., ubi tamen vel duo oppida, quorum alterum in deserto Sin, alterum in Pharan; vel potius unum in uno eodemque deserto, quum Sin et Pharan contigua ita sint ut ad unum redigi possint: alii verius utrumque esse unum eundemque locum, ut facile colligi potest ex comparatione *Num.* 13. 27. cum *Num.* 32. 8., *Deut.* 1. 19., 9. 23. et *Jos.* 14. 6. et 7. — Porro *Cades* antiquitus vocabatur etiam *Fons Mispat* (i. e. judicii) apud *Vulg. Gen.* 14. 7., fortasse ex fano alicui deo sacro, qui consultus responsa seu oracula ediderit: vel ex aliquo eventu, quo Deus « sanctificatus est (*yeqaddêsh*) » nempe suam potentiam ostendit (*Num.* 20. 13). Cur autem hoc nomen *Cades* conjungatur cum *Barne,* ratio non adeo patet: fortasse eo significatur vetus oppidum, alteri aliquando junctum, vel potius vir aliquis, ut conjicitur ex LXX., qui verterunt Κάδης τοῦ Βαρνή (Cf. *H. Clay Trumbull, Kadesch-Barnea,* New-York 1884. *p.* 24. et 43. et *Keil, Num.* Leipz. 1870. *p.* 292). — Porro de situ valde inter eruditos disceptatur, qui multiplex proponitur; sed nunc duo ceteris præferuntur, idest *Aïn el-Ueibéh* et, probabilius, *Aïn Qadîsh* ad radices montis Hor (*Djébel Harun*). V. *Holland, Pal. Expl. Fund, Quarterly Stat.* 1870. *p.* 9. et 1884, *p.* 9.; *Clay Trumbull, ibid.* 1881. *p.* 208-212. et *op. cit.*; *Hull, Munt Seir,* Londr. 1889. *p.* 188.; *Fillion, Atlas géogr. de la Bibl.* Paris 1890.; *Jullien, Sinaï et Syr.* Lille 1903. *p.* 161. — De ea sic *Eus.* in *Onom. sacr. p.* 269. « Cades, ubi fons judicii. Est et Cadesbarne in deserto, quæ conjungitur civitati Petræ in Arabia: ibi occubuit Maria et Moses, rupe percussa, aquam sitienti populo dedit: monstratur ibidem usque in præsentem diem sepulcrum Mariæ; sed et principes Amalec ibi a Chodorlagomer cæsi sunt ». Est tamen ita locus intelligendus ut non Cadesbarne, sed desertum, ubi hoc erat, extenderetur usque ad Arabiam Petræam (Cf. *Vulg. Num.* 20. 16., coll. 22). — Hinc *desertum Cades* apud *eund. Ps.* 28 (hebr. 29). 8. et *alib.* « Commovebit Dominus desertum Cades » quo alluditur horrendis arenæ turbinibus, ventis agitatæ (Cf. *Fillion, La S.te Bibl.* Paris 1892. *p.* 90. et *Palmer, The desert* etc. Cambr. 1871. *p.* 349-351). — Præcipua, quæ ibi contigerunt, ne historici eventus ex simili locorum nomine confundantur, hæc statui possunt: sc. exploratorum missio in terram Chanaan; hinc orta seditio populi, eorum nunciis exterriti ac Deo diffisi, qui præter Josue et Caleb generationem ab Ægypto profectam a terra promissa ingredienda prohibuit: mors Mariæ, sororis Moysi, eadem pœna adfectæ: prodigiosa aquæ ex rupe emissio per Moysen, qui tamen dubitans bis virga silicem percussit; quapropter nec populum suum introducere, nec ipse ingredi potuit in terram promissam, nec denique, quod a rege Edom petierat, ut liceret Hebræis illac transire, obtinuit (*Num.* 23. 29.; 14. 16.; 20. 3. *sqq.*). ¶ 2. Item oppidum (*Cedes* sp. *Vulg.*), in tribu Nephthali, civitas Leviticа (*Jos.* 20. 7. et 21. 32) et refugii (4. *Reg.* 15. 29), inter Galilæam et Tyrum (*Jos. ant.* 13. 5. 6), patria Barac (*Judic.* 4. 6), serius ab Assyriis vastatum (4. *Reg. loc. cit.*) an. circ. 740. a. Chr. et ineunte sæc. I. a Tyriis occupatum (*Jos.* 2. *B. J.* 18), hodie quoque *Qedesh,* ad septentr. et occ. lacus Merom (*Huleh*). V. *Bädeker - Socin, Palæst. p.* 403. et *Robinson, Palest. III.* 622. ¶ 3. Item oppidum (*Cades*) in tribu Juda ad extremos fines australes, sedes regis, a Josue occisi (*Jos.* 15. 23). — Hujus Cades feracitatem prodit locus *Eccli.* 27. 18. (*loquitur Sapientia*) « Quasi palma exaltata sum in Cades ». Sed *LXX.*: ἐν αἰγιαλοῖς (Ἐγγάδδοις *al.*). ¶ 4. Item oppidum tribus Issachar (*Cedes*). *Vulg.* 1. *Par.* 6. 72 (Cf. *Jos.* 19. 20. et 21. Cesion).

CĀDESBARNĒ et

CĀDESIM. *V.* voc. præc.

CĀDI, ōrum, m. plur. 2. *V.* CADIENI.

CĀDIĀNUM, i, n. 2. (Cadius) statio inter Veronam et Vicetiam, hodie *Cazzano,* in *Itin. Burdig. p.* 558.

CĀDĪĒNI (Macedones), oppidum v. potius incolarum nomen oppidi Phrygiæ, olim Mygdoniæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 30. (111). Sardiana nunc appellatur ea (*Lydiæ*) jurisdictio, conveniuntque in eam - Macedones Cadieni (*Sillig.* Cadueni). — Sunt qui illud *Propert.* 4. 6. 8. « Tibia Mygdoniis libet eburna Cadis » accipiant de oppido *Cadi* (*orum*): ita etiam leg. *Baehrens,* non *modis* v. *sonis,* ut alii (Cf. *Eckhel,* 3. *p.* 142. et *Cavedoni, Spic. num. p.* 234). Hinc *Cadueni* v. *Cadieni* (Καδηνοί), incolæ Cadorum (Κάδοι).

CĀDISTUM. *V.* voc. seq.

CĀDISTUS, i, m. 2. (Κάδιστος) mons Cretæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (60). Montes Cadistus, Idæus, Dictynnæus. *Solin.* 11. Creta albet jugis montium Dictynnæi et Cadisti, qui ita excandescunt, ut eminus navigantes magis putent nubila. Hinc *Plin.* vocat montes *Albos.* Cf. *Ptol.* 3. 17. — In eadem insula oppidum *Cadistum* memorat *Ravenn. p.* 397. Gnosos, Cadistum, Eraclium.

CADĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Tac.* 12. *Ann.* 22. Damnatus lege repetundarum (C.) Cadius Rufus, accusantibus Bithynis (*imperante Claudio*). — Hic proconsul Bithyniæ, a. 801., in nummis dicitur Κάδιος 'Ροῦφος: cf. *Prosopogr. imp. Rom. I. p.* 245. et *Corp.* 6. 1508.; accusatus autem a. 802. de repetundis dimissus fuit; sed postea ab Othone imp. restitutus, teste eod. *Tac.* 1. *Hist.* 77. Redditus ab Othone Cadio Rufo senatorius locus. — Alii: *Inscr. Ephem. epigr. VIII. p.* 28. 124. et *Corp.* 9. 3050. — Scribitur etiam *Kadius* in *Corp.* 10. 1158 (*Abellini*). et *alib.* — Hinc *Cadienus,* nom. gent. *C.* 11. 389 (*Arimini*). — *Cadianum.* V. suo loco. — *Cadilla,* nom. mul. demin. *C.* 2. 971 (*in Hisp. Bæt.*).

CADMÆUS, a, um. adj. et

CADMĒIS, idis, f. 3. et

CADMĒUS, Cadmius et Cadmeius, a, um, adj. V. CADMUS.

CADMĪGĔNA, æ, m. et f. 1. (Καδμογενής: a Κάδμος et γεν-γίγνομαι, *gigno*) Cadmo genitus (-a). *Acc. trag.* 642. «Deum Cadmigena (*al.* Cadmogena) natum Semela adfare et famulanter pete». Locus vexatus (Cf. *Eurip. Phœn.* 808. et *Sophocl. Trach.* 116).

CADMUS, i, m. 2. (Κάδμος) Origo vocis in sua prima notione trahitur ab Hebr. *Qadmônî*, quod est nomen gentis Chananææ: vel a *Kasdîm*, i. e. Chaldæis: quæ utraque gens litteris exculta bene componitur cum mytho Cadmi. Hoc vero mihi videtur aptius, utrumque in unum conjungi vel etymi ratione vel historiæ, si vox derivetur a *Qedem* (plur. *Qedâmîm*), qua significatur *oriens*: quæ orientis seu orientalium notio bene quadrat in populos, qui ex iis regionibus litterarum cultum in occidentis partes invexerunt, *Cadmo*, sive uno aliquo duce, sive collective sumpto pro *Cadmeis*: idque ex mythi descriptione satis elucet. — Sunt tamen, qui a Gr. καζω, *condo*, quasi *Cadmus* sit conditor, deducant (*Pape-Bens., Wörtb. I. p.* 588): vel a Cret. κάδμος = δόρυ, λόφος, ἀσπίς (*Hesych.*, coll. *Hygin. fab.* 178). Aliæ etyma de Cadmo et Cadmæa habent *Welcker, Baunack, Müller, Gruppe* (V. *Crusius l. c.*). — Cadmus itaque est nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers. et quidem ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Cadmus, heros, filius Agenoris et Agriopes (*Hygin. fab.* 6), hinc *Agenorides* dictus (*Ovid.* 1. *Pont.* 3. 77). — Cadmi fabula variis exponitur non solum a veteribus sed etiam a recentioribus, qui nimium quantum conjecturis indulgent, uti sunt *Movers, Brandis, Baudissin, Lenormant, Duncker, Busolt, Hesselmeyer*, quas persequi longum ac prope supervacaneum est. Primum itaque dicitur Cadmus ex Ægypto in Syriam venisse ac Tyri et Sidone regnasse (*Hieronym.* in *Chron.* ad a. Abr. 560): hinc *Tyrius* dictus a *Cinna* apud *Char. gr. I. p.* 99. *P.* et dictio illa *municipes Cadmi* de lacernis, Tyrio seu purpureo colore tinctis, apud *Martial.* 10. 87.: vel, quum Europa, ejus soror, a Jove in taurum verso, aut secundum alios ab Asterio, Cretæ rege, rapta esset (*Hygin. fab.* 178. et *Hieronym. loc. cit.* ad a. Chr. 570. v. 583., coll. *Hesych.* ad *v.* Κάδμος), nec pater sciret, quo ducta, fertur Cadmus ad eam inquirendam missus esse cum Phœnice et Cili fratribus, quorum alter in Phœniciam, alter in Ciliciam se contulisset, ipse vero in Bœotiam (*Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 88), ibi regnasse uxoremque duxisse *Harmoniam*, deorum præsentia honestatum, ex qua suscepisset filias *Semelem* (Bacchi ex Jove matrem: *Val. Fl.* 6. 137), *Inonen, Agauen, Antonoem* et filium *Polydorum*, ac Thebarum arcem, ab eo *Cadmeam* dictam (*Hieronym. loc. cit.* a. Abr. 611), immo *Thebas*, bove duce, Delphico oraculo admonitus, condidisse, ubi illa constiterat, a septem portis *Heptapylas* vocatas (*Mythogr. I. fab.* 149. et *Hygin. fab.* 275., coll. *fab.* 178). Quum autem vellet litare Athenæ, misisse traditur qui aquam a fonte Marti sacro haurirent, sed hos draco custos devorasse; tum ipse, suadente Athena, eum interemisse ejusque dentes disseminasse, unde *Sparti* (Σπαρτοί) dicuntur nati fuisse, armis instructi, qui se invicem occidissent præter quinque, illi socios adjutoresque in oppido ædificando (*Hygin. loc. cit., Censorin. d. n.* 4. 12., *Acron* ad *Hor.* 4. *Od.* 4. 61., *Ovid.* 3. *Met.* 1-130). Porro ex *Marmore Pario* constat advenisse Cadmum in Bœotiam et Cadmeam ædificasse an. 1493 (v. 1492). a. Chr. (Cf. *Müller* in *Comm.* ad *Marm.*) ejusque vestigia inveniri in Illyrico, Samothracia, Troade, Ionia, Libya aliisque regionibus, itinerum vel cultus habita ratione (*Crusius loc. cit.*). — Alia de eo fabulosa videsis in primis apud *Hesiod. Theog.* 935. *sqq.*, et *alib.*, coll. *Hom.* (*Wilamowitz, Hom. Untersch.* 129), *Paus.* 9. 16. 5. et *alib.*, *Apollod.* 3. 1. *sqq.*, coll. *Theogn., Stesich., Pind., Euripid.* ap. *Bergk, P. L. Gr.* 2. *p.* 119. etc.; *Hygin. fab.* 6., *Mythogr. I. fab.* 130., *Horat. A. P.* 187., *Claudian.* 18. 293., *Prob.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 245., *Avien. orb.* 540. *sqq.*, *Prisc. periheg.* 383. *sqq.*, *Stat.* 1. *Theb.* 6., 168. et 680. et *Lact.* ad *Stat.* passim. *V.* THEBÆ. — Traditur insuper, quod silentio prætereundum non est, Cadmus sedecim litteras primus reperisse (*Solin.* 7), easque ex Ægypto (*Hygin. fab.* 277) vel ex Phœnicia in Græciam tulisse (*Mar. Victorin.* 1. 4. 95., coll. *Movers, Rel. d. Phœnix.* Bonn. 1841. *p.* 518. *sqq.*), quod ultimum arbitratur *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57 (192)., coll. *Tac.* 11. *Ann.* 14., eique scribendi auctor fuisse; has autem *Cadmi filias*, ab auctore, vocat *Auson. ep.* 4. 72. et 7. 52. et *Punicas litteras*, a loco, *Dict.* 1. 16. et 5. 17.; tum lapicidinas invenisse Thebis, vel, ut Theophrastus, in Phœnice, et auri metalla ac flaturam, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (195). et *ibid.* (197). — De arce, oppido, incolis Thebarum. *Propert.* 3. 9. 37. regia Cadmi. *Stat.* 3. *Theb.* 183. domus. *et* 10. *ibid.* 908. turres. *et* 9. 520. mœnia. *et* 4. 345. Mavortia plebes. *et* 10. 127. populus. — Monuments artis plurima de Cadmo adfert ex veteribus idem *Plin.* Il. 35. et 37., et ex recentioribus *Cavedoni, Mon. del Catalo, p.* 35. *sq.* — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 389., *Mionnet*, 5. 451., 747., *Head*, 676., *Imhoof-Blumer u. Keller, Tier. u. Pfl.* 12. 27., *Percy Gardner, Num. chron.* 3. *v. II. t.* 13 = *Samos and Samian coins* 1-A. 1882.; *Inghirami, Vasi fitt.* 239. — De eo cf. etiam *Heydemann, Arch. Zeit.* 1872. 35.; *Crusius* in *Allg. Encykl.* 2. *s.* (1882) 32. 38. *sqq.* et in *Roschers Lex. Myth.* II. 824-893.; *Busolt, Gr. Gesch.* (1885) 49. *sqq.*; *Maass, Gött. gel. Anz.* 1890. *p.* 348. *sqq.*; *O. Gruppe, Gr. Kult. u. Myth.* 604., 611. — 2.º) Item Cadmus Milesius, rerum scriptor, qui «primus prosam orationem condere instituit», teste *Solin.* 40. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31 (112)., qui tamen dein inquit 7. *ibid.* 56. 57. (205).: «prorsam orationem condere Pherecydes Syrius instituit Cyri regis ætate, historiam Cadmus Milesius». Sic et *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 13. — Sunt qui hunc cum priore confundant, immo dubitent, num hic omnino unquam vixerit; ab aliis vero dicitur floruisse paullo ante Hecatæum et Pherecydem (Cf. *Müller* in *frg. Hist. Gr. II. p.* 2. *sqq.* et *Croiset, G. L. II.* 539 [548]). — 3.º) Item carnifex ob crudelitatem famosus, ex quo invaluit illud *tradere aliquem Cadmo*, h. e. ad carnificem dare, apud *Horat.* 1. *Sat.* 6. 38. Cf. *Acr.* et *Porph.* ad *h. l.* ¶ 2. In titulis *Cadmi* servi vel liberti jam inde ab ætate Augusti: *Corp.* 6. 4253 (*in mon. Liviæ*), 6366 (*in mon. Statiliorum*)., 13. 5449 (*in Germ. sup.*, de cujus tamen sinceritate dubitat *Leblant*); et in carm. ætatis Cæsarianæ: *Carm. epigr.* 960. 5 (*Beneventi*). — Hinc **Cadmēius**, **Cadmēus** et **Cadmius**, *a, um*, adj. (Καδμήιος, Καδμεῖος), a Cadmo ortus, ad Cadmum pertinens. - Cadmeius: *Senec. Œd.* 446. Nereidumque choris Cadmeia cingitur Ino. *Stat.* 1. *Theb.* 376. Cadmeius heros (*Polynices*). et 4. *ibid.* 565. genetrix (*Agaue*, Penthei mater). et 11. *ibid.* 215 (*Semeles*) conubia. et 12. *ibid.* 380. virgo (*Antigona*). et 9. *ibid.* 9. proles (*Thebani*). — Cadmeus: *Culex* 254. discordantes Cadmeo semine fratres (*Eteocles et Polynices*). rursum et *Senec. Œd.* 751. nepos (*Actæon*). et *Val. Flacc.* 6. 437. hydrus. *Propert.* 1. 7. 1. Thebæ. *Lucan.* 3. 175. Dirce. *Stat.* 1. *Theb.* 123. culmen. et 8. *ibid.* 600. juventus. et 10. *ibid.* 67. pælex (*Semeles*). et *Martial.* 6. 11. 7. Tyros. *Sil. It.* 14. 579. (*Sidon.* 1. 6). gens (*i. e. Punica*). et 17. 581. manus (*Carthaginiensis*). — Hinc *Cadmea*, absolute, arx Thebana: *Nep. Pelop.* 1. arcem oppidi (*Thebanum*), quæ Cadmea nominatur. et *ibid.* 3. Cadmeæ occupandæ etc. — Cadmius. *Rufin. Clem.* 10. 22. Semelem Cadmiam. - *Cadmii*, incolæ. *Hieronym. chron.* a. Abr. 758. Contra Cadmios. — **Cadmēis**, *idis*, f. 3. (Καδμηΐς) nom. patronym. a *Cadmus*. — Voc. *Cadmei* apud *Ovid.* 6. *Fast.* 553. — Acc. *Cadmeida* pro *Cadmeidem* habet idem *Ovid.* 6. *Met.* 217. — Porro *Cadmeis* est Cadmi filia; universim vero ad Cadmum pertinens, hinc Thebana. — Absolute: *Culex* 111. Cadmeis. *i. e.* Agaue. *Ovid.* 3. *Met.* 287. Cadmeida. *i. e.* Semelen. — In plur. num. *Senec. Herc. f.* 758. errant (*in inferis*) furentes impiæ Cadmeides. *i. e.* Agaue, Ino, Autonoe, Cadmi filiæ. - Adjectivorum more: *Cadmeis arx* apud *Ovid.* 6. *Met.* 217. - *Cadmeis domus* apud *eund.* 4. *ibid.* 544. - et in plur. num. *Cadmeides matres*, mulieres Thebanæ. Adde 9. *ibid.* 304.

II.) Cadmus, nom. geogr. ¶ 1. Est mons Cariæ (Κάδμος), e quo Lycus et Cadmus flavii oriuntur (Κάδμος ὄρος), hodie *Baba Dagh*, memoratus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (118). Tmolus in Cadmo *desinit*, ille in Tauro. ¶ 2. Est etiam fluvius, de quo *Plin. loc. cit.* ¶ 3. Item fluvius, hodie *Gieuk Bonar*, de quo tamen mentio est tantum apud Græcos (V. *Strab.* 12. 578).

CADRA, æ, f. 1. collis Tauri montis apud Clitas in Cilicia Aspera, de quo *Tac.* 6. *Ann.* 41.

CADRUSI, oppidum ad Caucasum Indicum situm. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (92). Ad Caucasum Cadrusi oppidum ab Alexandro conditum. — *Solin.* 54. codd. sic: Cadrusiam (*v.* Catrusia) oppidum. — Alii tamen haud recte populum interpretantur.

CĀDŪMIM, indecl. m. (Hebr. *Qedûmîm*, LXX. Κειμάρρους, ἀρχαίων: mss. Καδημίμ, Καδημεί(μ) torrens, memoratus *Vulg. Judic.* 5. 21. «Torrens Cison traxit cadavera eorum, torrens Cadumim, torrens Cison etc.». (Cf. *Hieronym. sit. et nom. p.* 110. Cademi torrens). — Disputant eruditi, utrum *Qedûmîm* sit hic nom. propr. an commune seu epitheton Cison (hod. *Oahr el-Muqatta*), per planitiem Esdrelon in mare ad Caifam excurrentis. Syr. et Arab. primæ significationi favent; plerique tamen interpretes secundæ, ut sit unus idemque torrens, eamque pro diversa origine vocis varie exponunt, prout nempe a *qedem* «antiquitas» quasi torrens antiquitatum seu antiquissimus, coll. *LXX.* (*Gesen.*): vel a *qiddêm* «præventus v. deprehensus», aut «occursus hostilis, prœlium» (*Rosenmüll., Vigouroux*): vel a *qâdîm* «oriens», ut sit torrens orientalis (*Hummelauer*). De hac voce consulas *Bickell, carm. V. T. metr.* Inspr. 1882. *p.* 196. *sq.* et *Fürst, Hebräisch. Handw.* 1876. *II. p.* 296.

CĀDURCENSIS. *V.* voc. seq.

CĀDURCI, ōrum, m. plur. 2. (Καδοῦρκοι) Scribitur etiam *Cadorci, Carduci, Cardurci*. — Prima syllaba sæpius corripitur, ut *Auson.* 207. 15., *Sidon. carm.* 9. 281. et *Juvenal.* 6. 537. et 7. 221; aliquando vero producitur, ut *Carm. epigr.* 1419.

Cadurci, nom. pers. et loci. ¶ 1. Est nom. pers., *sc.* ethnicon seu gentis Galliæ Aquitanicæ, cujus territorium hodie appellatur *le Quercy*. Memorantur *Cæs.* 7. *B. G.* 75. Cadurcis, Gabalis, Vellaviis, qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (109). Narbonensi provinciæ contermini Ruteni, Cadurci (Caduríci *D*). — Singulariter: nom. vir. *Corp. I. L.* 13. 10010. 394. — Cadurci in texendo peritissimi fuere. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (8). Cadurci Galliæ universæ vela texunt. *et ibid.* 1. 2. (13). In culcitis præcipuam gloriam Cadurci obtinent. Cf. *Juvenal.* 7. 221. — De iis V. *Allmer, Rev. épigr.* 1891. *n.* 845-848. *p.* 69. *sqq.* ¶ 2. Est etiam nom. oppidi, hodie *Cahors* (*dép. Lot*), Cadurcorum caput, olim Divona. *Paulin. Nol. ep.* 48. Alethius Cadurcis *sacerdos*. et *Sidon. loc. cit.* natales puer horruit Cadurcos. *Carm. epigr. loc. cit.* «Complet Cadurcis morte deflenda diem» (*si ita legend.*). — In sing. num. *Cadurcus* et *Cadurcum* (*i*), idem, apud *Greg. Tur.* 3. *Franc.* 12. et 9. *ibid.* 11., *Conc. Aurel.* a. 511. *p.* 9. — *Caturcium* apud *Rav. p.* 297. — *Cadurca* (*æ*), idem. *Vit. s. Max.* 1. 4 (*Act. Ss.* 2. *jan. I. p.* 91) et 1. 5. — In nummis Merovingicis *Cadurca, Cadorca, Caturca*. Cf. *Holder, Altc. Spr. I. p.* 678. — Hinc *Cadurcus*, *a, um*, adj. — *a*) Est ad Cadurcos pertinens. *Auson. loc. cit.* Tempora prædives finisti sede Cadurca. *Sulpicia* apud *Schol.* ad *Juv.* 6. 536. Cadurcæ fasciæ. — *b*) Item qui ex Cadurcis. *Cæs.* 7. *B. G.* 5. Luxorius Cadurcus. Adde *Hirt. B. G.* 8. 30., *Corp. I. L.* 13. 155 (*in Aquit.*). — Absolute *Cadurcum*, probabilius, genus culcitæ. *Juvenal.* 7. 221. Institor hibernæ segetis niveique Cadurci. At *Schol.*: Cadurcum quidam cucullum dicunt candidum propter hiemes et nives comparatum: alii tabernaculum aut tentorium - quibus merces suas protegere consuerunt. — Deriv. *Cadurcinus, a, um*, adj. et *Cadurcinum, i*, territorii et oppidi nomen (*ex* Cadurcinus pagus *ortum* Le Quercy, *quod hodie est territorii Cadurcorum nomen. M.-L.*). *Greg. Tur.* 6. *Franc.* 38. et 4. *ibid.* 7. — *Cadurcensis*, adj. *Id.* 5. *ibid.* 42. Cadurcensis urbis episcopus. - *Vit.* 1. *Max.* 1. 4. In territorio Caturcense (*sic*). - *Vit. s. Trev.* 12. Caturcinensi territorio.

CĀDURCUM, i, n. 2. et

CĀDURCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CĀDŪSIA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

CĀDŪSII, ōrum, m. plur. 2. (Καδούσιοι) *Caddusii*, cum duplici *d*, apud *Liv.* 45. 48. et 49. leg. *Drakenb.*, coll. *Polyb.* 5. 44. et 79., ubi Καδδούσιοι. — *Cadusion*, posit. Græc., genet. plur. pro *Cadusiorum* habet *Ravenn. p.* 60. — Prima brevis usurpatur *Avien. orb.* 907.; longa *Priscian. periheg.* 710.

Cadusii, populus bellicosus Asiæ, ad Mediam Atropatenen, prope Caspium mare. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (48). Gæli, quos Græci Cadusios appellavere. Adde *Liv. loc. cit.* — Refert *Trog. prol.* 10., eos ab Artaxerxe (*Justin.* 10. 5. ab Ocho) subactos fuisse; et ad Arbela pro Dareo contra Alexandrum M. strenue depugnasse, tradit *Itin. Alex.* 62., coll. *Curt.* 4. 12. 12. et *Diod.* 17. 59. — In sing. num. *Cadusius*, unde *Cadusia*, terra seu regio, a Cadusiis eam incolentibus dicta. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 18. 15. (36). — *Cadusus* et *Cadusi* pro *Cadusius* et *Cadusii*, apud *Avien. loc. cit.* trux illic arva Cadusus. *Trebell. Val.* 2. Velenus, rex Cadusi. *Prisc. loc. cit.* Post hos Cadusi (Candusi *A*) durissima rura colentes. *et Mela* 1. 13. Caspium sinum Comari, Massagetæ, Cadusi, Hyrcani.

CĀDŪSUS. *V.* voc. præc.

CÆCLÆ, ārum, f. plur. 1. insulæ duæ sinus Saronici contra Spiræum promontorium. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (57).

CÆCĪLĪDĒS, is, m. 3. (patronym. a *Cæcilius*), Liberatus quidam, tribunus, natione Afer, apud *Coripp.* 3. *Joh.* 47. Vester Cæcilides illa de parte tribunus. Adde *eund.* 7. *ibid.* 375. et 475.

CÆCĪLĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CÆCĪLĬUS, ii, m. 2. (Καικέλιος: cf. *Schulze, Eig. p.* 455) Scribitur etiam *Cæicilius, Caicilius, Cæcilius, Cicilius*. V. *Corp.* 2. 3676.; 5. 2491.; 9. 2802. etc. — Compendia: *Cæcil., Cæci., Cæc., Cæ.* v. *Ceci., Ce.* — Etymon vocis apud *Fest. p.* 14. «Cæculus condidit Præneste: unde putant Cæcilios ortos, quorum erat nobilis familia apud Romanos. Alii appellatos eos dicunt a Cæcado Trojano, Æneæ comite». At simplicius ac verius a *cæcus* duxeris, ut a *catus Catilius*, ab *orbus Orbilius*, a *manus Manilius* etc. Ad *cæcus* refertur etiam illud *Cic.* 2. *Inv.* 9. 28. «Ut si dicamus idcirco aliquem Caldum vocari, quod temerario et repentino consilio sit; aut si ea re hominibus Græcis [imperitis] verba dederit, quod Clodius aut Cæcus aut Mutius vocaretur». Fortasse ideo primus ab oculorum parvitate, vel potius a cæcitate ita appellatus est.

Cæcilius, nom. gentis plebejæ sed clarissimæ, ad quam multi tribuni plebis et patricii pertinent, in plures familias divisæ, ex quibus celeberrima *Metellorum* est ac nummis illustrata apud *Eckhel* 5. *p.* 150-155., *Cohen, Descr.* etc. *VIII., XLIX.* et *L., al.* V. infra. ¶ 1. Apud scriptores: de iis, qui publico munere seu magistratu functi sunt, et in primis de Metellis, de quibus *Vellej.* 2. 11. «Ut paullo ante Domitiæ familiæ, ita Cæciliæ notanda claritudo est, quippe intra XVI. ferme annos (631-645. U. C.), hujus temporis consules fuere Metelli aut censores aut triumpharunt amplius XII., ut appareat, quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire». — Fortasse ita dicti sunt eo quod vel ex majoribus aliquem habuerint *metellum* seu militem mercennarium (μίσθιος *Gloss. Lab.*); ita enim vox sonat, teste *Fest. p.* 147. 30. Sic *Acc. ann.* 27. «Calones famulique metellique caculæque, a quo genere hominum Cæciliæ familiæ cognomen putatur datum». Non igitur est deminutivum, quamvis ita videatur, uti docet *Prisc. gramm. III.* 618. — De Metellis consulas *Wende, De Cæc. Met. I.* Bonn 1875. — Metellorum sepulcra, non ad Appiam viam, ut quidam male arbitrantur, sed extra portam Capenam posita tradit *Cic.* 1. *Tusc.* 9. 13. Cf. tamen *Cæcilia Metella* s. I. — Verum quinam fuerit ex iis primus, qui Metelli cognomen sit nactus, incertum adhuc est, veteribus de hac re silentibus. Præ ceteris tamen ex antiquitate agmen ducere videtur — 1.º) L. Cæcilius Metellus, cognomento *Denter* (*Dento* in *Fast.*), cos. a. 470. U. C. cum C. Servilio Tucca, putatus familiæ caput, qui, prætor a. 471., a Gallis Senonibus, Aretium obsidentibus, interfectus fuit. Memorant, tacito cogn., *Liv. epit.* 12., *Oros.* 3. *Hist.* 22. et *Augustin.* 3. *Civ. D.* 17., coll. *Polyb.* 2. 19. 8. — 2.º) L. Cæcilius Metellus, cos. a. U. C. 503., vulgo creditus L. Cæcilii Dentris filius. — A. 504. de Hasdrubale victor exstitit duxitque primus ex primo bello Punico in triumpho actos (*Frontin.* 2. *Strat.* 5. 4. et *Fast. triumph.*) CXX. elephantos (*Liv. epit.* 19., *Flor.* 2. 2. 27. et *Varr. frg. p.* 376. *Bip.*, coll. *Plut. Parall.* 1), ubi eum fabulantur ex haruspicis responso mactatum filiam suam Cæciliam produxisse ad sedandam procellam, classis Rom. excidium minitantem, a Vesta in patrem irata excitam; deam vero, puellæ misertam, buculam in ejus locum submisisse. — Fuit rursum cos. a. 511. et pontifex maximus, quo tempore ex incendio templi Vestæ sacra, idest Palladium, rapuit, unde *conservator religionum* dictus *Symm.* 2. *ep.* 36 (*Cic. Scaur.* 2. 48., *Ampel.* 20., *Liv. ep.* 19., *Senec.* 4. *contr.* 2. et 1. *dial.* 20., coll. *Oros.* 4. *Hist.* 11. *in fin.*). — Postremo, a. 530., Comitiorum habendorum causa dictator creatus est (V. *Fast. Capit.*). — De eo, quem laudibus cumulat, hæc addit *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 45. (141). «Memorabili casu sed eventu misero (*amissis oculis, dum sacra ex incendio eripuit*); quo fit ut infelix quidem dici non debeat, felix tamen non possit. Tribuit ei populus Romanus, quod nulli alii ab condito ævo, ut quotiens in senatum iret, curru veheretur ad curiam, magnum et sublime sed pro oculis datum». — Vixisse centum annos tradit idem *Plin. ibid.* 48. 49. (157). ex eoque duo *lactucæ* genera nomen cepisse, *Cæcilia* v. *Cæciliana* dicta, refert *Colum.* 10. 182. *V.* integr. loc. — 3.º) Q. Cæcilius Metellus, filius præcedentis, cos. a. U. C. 548. cum L. Veturio Philone, sed antea pontifex a. 538. et ædilis plebis a. 546 (*Liv.* 23. 21. et 27. 21); dein a. 549. dictator in Bruttiis comitiorum causa dictus (*Id.* 29. 11. et *Fast. Capit.*). — Ad hunc referuntur verba *Nævii* poetæ apud *Pseudascon.* in *act.* 1. *Verr. p.* 140. *Or.* «Dictum facete et contumeliose in Metellos antiquum Nævii est: *Fato Metelli Romæ fiunt consules*. Cui tunc Metellus consul iratus versu responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur: *dabunt malum Metelli Nævio poetæ*. De qua parodia subtiliter *Cic.* (2. *Verr.* 10) dixit: *Te non fato, ut ceteros ex vestra familia*». Adde *Atil. Fortunat.* 1. 8. 3. Unde conjicitur, non unum sed omnes universim Metellos id temporis Nævium momordisse (*V. Klussmann, Næv. vit.* et *rel. p.* 15. *sqq.*). — 4.º) Q. Cæcilius Metellus Macedonicus qui et Celtibericus, filius Q. Metelli cos. a. U. C. 548., frater L. Metelli Calvi cos. a. 612. — Hic prætor (*Vellej.* 1. 11), dux (*Eutr.* 4. 13), sed perperam consul (*Flor.* 2. 14. 5), in Macedonia Pseudophilippum, dictum et Andriscum, qui sibi regnum arrogabat, devicit a. 606. deque eo triumphum egit a. 608.; quamobrem *Macedonici* cognomento appellatus est (*Flor., Vellej., Eutr. locc. citt., Liv. ep.* 50. et 52., *Aur. Vict. vir. ill.* 61., coll. *Appian.* 8. 135). — Vicit quoque a. 608. Achæos ad Thermopylas (*Liv. loc. cit.*). — Ob ejus severitatem vix consul creatus a. 611. cum Ap. Claudio Pulcro (*Fast. Capit.*). — In Hispania Arevacos perdomuit, unde *Celtibericus* dictus, teste *Flor.* 2. 17. 10. Metellus - meruerat et *Celtibericus* fieri, quum et Contrebiam memorabili cepisset exemplo et Nertobrigæ majori gloria pepercit. Cf. et *Val. Max.* 7. 4. 5., *Eutr.* 4. 16., *Liv. epit* 59., *Ampel.* 18. - Anno 623. censor cum Q. Pompejo, de quibus *Liv. epit.* 59. Tunc primum uterque ex plebe facti censores lustrum (LIX) condiderunt, quo in munere «Q. Metellus censuit, ut cogerentur omnes ducere uxores liberorum creandorum causa» (*Ibid.*). Tum etiam C. Atinium Labeonem de Senatu ejecit; quare parum abfuit, quin ab eo, trib. pl. a. 624., vacuo foro et Capitolio, de Tarpeja rupe præcipitaretur (*Oros.* 5. *Hist.* 17., coll. *Cic. dom.* 47. 123). — Etiam inter oratores habitus est, deque ejus orationibus mentio fit apud *Cic. Brut.* 21. 81., *Liv. epit.* 59., coll. *Acron.* ad *Hor.* 2. *Sat.* 1. 65. et fortasse *Augustin. de util. cred.* 7. *n.* 16. — Hunc ita laudat *Vellej.* 1. 11. «Vix ullius gentis, ætatis, ordinis hominem inveneris, cujus felicitatem fortunæ Metelli compares. Nam præter excellentes triumphos honoresque amplissimos et principale in republica fastigium extentumque vitæ spatium et acres innocentesque pro republica contentiones (*sc.* cum Scipione Africano minore, cum Q. Pompejo, cum C. Graccho), quattuor filios sustulit - omnes adultæ ætatis vidit, omnes reliquit superstites et honoratissimos. Mortui etiam lectum pro rostris sustulerunt quattuor filii, unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est (a. U. C. 641). Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare quam mori». Et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 13. 11. (59). «Q. Cæcilius Metellus, cum sex liberos (quattuor mares, duas fem.) relinqueret, undecim nepotes reliquit, nurus vero generosque et omnes, qui se patris appellatione salutarent, viginti septem». Obiit a. 640. Hinc explicantur verba *Cic.* 1. *Tusc.* 35. 85. et 36. 6. «Metelli sibi quisque sperat fortunam». Adde *Val. Max.* 7. 1. 1. — Ad hunc referendi sunt nummi, de quibus cf. *Cavedoni, Ragg. p.* 248). — De eo videsis *Wende, de Cæc. Met.* 37. *sq.*, coll. *Momms. R. G. II.* 41.; *Ihne, R. G. III.* 249.; *Dittenberger, Syll.* 237. et *Herm. VI.* 140. cum *Arch. Ztg. XXXVII.* 127. — 5.º) L. Cæcilius Metellus Calvus, cos. U. C. 612. cum Q. Fabio Maximo Serviliano (*Fast. comm.*, coll. *Cic.* 12. *Att.* 5). — Is est qui legatos Judæorum excepit iisque tradidit litteras ad regem Ægypti et alios in Asia (*Vulg.* 1. *Mach.* 15. 16. *sqq.*); eidemque tribuitur apud *Furlanetto, Mus. d' Este p.* 29. inscr. (*C. I. L.* 1. 547), ubi dicitur missus, ut inter Atestinos Patavinosque statueret fines. *V.* ATESTE. — 6.º) Q. Cæcilius Metellus Baliaricus, Macedonici filius, cos. a. 631. — Contra Baliares, qui piraticam exercebant, profectus, cos. cum T. Quinctio Flaminino, eos devicit et procons. triumphavit a. 633 (*Act. tr.*); unde *Balearici* cognomen meruit (*Liv. epit.* 60., *Flor.* 3. 8. et *Oros.* 5. *Hist.* 13). — Fuit etiam censor a. 634. cum L. Calpurnio Pisone Frugi (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 44. 45. (143)., coll. *Vellej.* 1. 11. — Filium habuit *Metellum Nepotem* et filiam *Cæciliam Metellam*, quam memorat *Cic.* 1. *Divin.* 2. 4. — De ejus nummis V. *Momms.* in *Corp.* 1. 384. Cf. etiam *Wende op. cit.* 78. — 7.º) L. Cæcilius Metellus Calvus Delmaticus, filius L. Metelli Calvi, cos. a. U. C. 635. cum L. Aurelio Cotta (*Jul. Obs.* 34. et *Chron. Pasch.*). — Anno insequenti proconsul Delmatas subegit (*Liv. epist.* 62) et a. 637. triumphavit, unde *Delmaticus* cognomento est appellatus (*Act. tr.* et *Liv. loc. cit.*). — Fuit et censor a. 639. cum Cn. Domitio Ahenobarbo, qui e Senatu duos et triginta removerunt (*Liv. epit.* 62); et pontifex maximus a. 640., in quo munere accusatus est, quod male judicasset de incestu Vestalium (*Ascon.* in *Mil. p.* 40. *K.*, coll. *Bardt, Priest d. vier gross. Colleg.* 7). - Obiit a. 650. — 8.º) C. Cæcilius Metellus Caprarius, *Plut. Sull.* 51. dictus tantum *C. Caprarius*, filius Macedonici, cos. a. U. C. 641. cum Cn. Papirio Carbone (*Tac. Germ.* 37. et *Eutr.* 4. 25). — Hic a. 643. de Thracia triumphavit (*Fast. triumph.*); censor fuit a. 652. cum Q. Metello Numidico (*Vellej.* 2. 8.) et titulo *imperatoris* ornatus in elogio ed. in *Corp. I. L. p.* 1. 280. *n.* 12. — Huic tribuuntur nummi cum epigr. (*Cavedoni* in *Ragg. p.* 259). — 9.º) Q. Cæcilius Metellus Numidicus, filius L. Metelli Calvi (*Vellej.* 2. 8), cos. a. 645. cum M. Junio Silano (*Cic. Brut.* 35. 135). — Provinciam Numidiam sortitus, Jugurtham duobus prœliis fudit totamque regionem vastavit (*Liv. ep.* 65). — Ejus gesta narravit *Sall. Jug.* 43-81. et Romam reditum, quum vir egregius Mario æmulo imperium cedere coactus esset, ubi «postquam invidia cesserat» (*Sall. ibid.*

88) maxima cum lætitia civium exceptus « plebi patribusque juxta carus » Numidici cognomentum ac triumphum obtinuit (Id. ibid. 88., Aur. Vict. vir. ill. 62., Gell. 12. 9. et Eutr. 4. 27). — De repetundis falso accusatus, orator quum esset eximius (Vellej. 2. 9. et Gell. 15. 14), pro se causam dixit, ac judices indignum putarunt « integritatem tanti viri exigua cera et paucis litteris perpendi » (Val. Max. 2. 10. 1). — Censor an. 652. cum fratre patruele Metello Caprario (Vellej. 2. 8) lustrum condidit, in quo munere et ipse orationem habuit ad populum de ducendis uxoribus ad filios pro bono reipublicæ procreandos (Gell. 1. 6). — Verum a. 652. quum nollet subscribere legi agrariæ, per vim a Saturnino latæ, ab urbe secessit exsul in Asiam una cum Præconino grammatico; unde Q. Calidii rogatione a. 655. est revocatus (Plut. Mar. 31. 1), vir domi forisque illustris, qui etiam et ore facundus et in scribendo « caste pureque lingua usus latina », ut ait Gell. 15. 13. 6. et 17. 2. 7. — De magnifica ejus villa Tiburtina loquitur Cic. 2. Orat. 66. 263. — 10.º) Q. Cæcilius Metellus Creticus, cos. a. U. C. 685. cum Q. Hortensio (Fast. Hisp., Cassiod. et Dio 35. init., Schol. Bob. pro Flacc. p. 233. et pro Planc. p. 258. Or. et Corp. 1. 724. et 780). — An. 686. proconsul bellum gessit adversus Cretenses, quorum « plurimas urbes expugnavit » (Liv. epit. 99), et an. tertio belli, Cretensibus jam perdomitis, liberæ in id tempus insulæ leges dedit, ut ait Liv. epit. 100. De qua tamen famosa victoria nihil amplius, quam Cretici cognomen retulit; unde illud Martial. 2. 2. « Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen, Scipio quod victor, quodque Metellus habet ». Triumphum tamen egit a. 692., de quo, ut de Lucullo (Eutr. 6. 16. et Fast. triumph. Capit.), ita Vellej. 2. 34. « Sed et Luculli et Metelli triumphum cum ipsorum singularis virtus, tum etiam invidia Pompeii apud optimum quemque fecit favorabilem ». — Inscriptiones et tribuit Momms., ad Argos Peloponnesiacos et Athenis repertas insertasque Corp. I. L. 1. 595. et 3. 565 (Cf. Revue archéol. XV. 1867. p. 418). — 11.º) Q. Cæcilius Metellus Celer, trib. pl. a. U. C. 664., ita cognominatus propter celeritatem, qua ludis funebribus editis patri (vulgo Metello Nepoti cos. a. 656) parentavit, ut tradit Plut. in Romul. 10. et in Coriol. 11. — De eo tribuno una cum C. Carbone, Q. Vario et C. Carbone mentionem facit Cic. Brut. 89. 305., ubi ait se illum audivisse, juvenis quum esset, additque: « Q. Metellus Celer, non ille quidem orator, sed tamen non infans ». — 12.º) Q. Cæcilius Metellus Pius, cos. a. U. C. 674. cum L. Cornelio Sulla, filius Numidici, ita cognominatus ob pietatem in patrem, cujus reditum lacrimis ac precibus impetravit (Cic. 2. Orat. 40. 167., Vellej. 2. 15., Val. Max. 5. 2. 7., coll. Appian. B. C. 1. 33., et nummi apud Borghesi, Œuvr. I. 389., in quibus pietatis typus visitur). — Adulescens in petitione præturæ et pontificatus consularibus prælatus est (Aur. Vict. vir. ill. 63); in bello sociali Popedium, Marsorum ducem, occidit (Id. loc. cit.); in bello civili inter Sullam et Marium optimatium partibus studuit pugnavitque contra Marianos (Licinian. Ann. l. 35); proconsul in Hispaniam missus L. Hirtulejum quæstorem Sertorii cum exercitu occidit (Liv. epit. 91), unde imperator appellatus, ut ex nummo cum epigr. infert Momms. (in Corp. 1. 440. a. 675.), quamquam eum cum aliis cusum putat Cavedoni post Marsicas victorias. — Ejus tamen luxum et superbiam perstringit Sall. apud Macrob. 3. Sat. 13. 6. sqq., coll. Plut. in Sert. 22. — 13.º) Q. Cæcilius Metellus Nepos, Baliarici filius, cujus « adulescentia ad summam laudem omnibus ornata » fuisse dicitur Cic. Corn. frg. apud Ascon. p. 63. Orell. V. loc. integr. — Cum eo postea Cicero simultates gessit (Ibid., coll. Val. Max. 9. 14. 4), qui a. 692. trib. pl. turbulentissimas leges adversus collegarum intercessionem tulit, quibus maxime petebat Ciceronem cons. an. præc. ob supplicium Lentuli et reliquorum conjuratorum (Sueton. Cæs. 16., coll. Cic. Mur. 3. et Plut. Cat. min. 20) ac prohibuerat, quominus idem Cicero consulatu abiens de rebus, quas in eo gesserat, contionaretur (Ascon. in Pis. p. 7. Or.). Cicero tamen brevi contra ejus contentionem dixit a. 692., quæ est oratio Metellina (Cic. 1. Att. 13). — An. 697. cos. processit cum P. Cornelio Lentulo Spinthere (Inscr. apud Momms. n. 321), de quibus Val. Max. 9. 14. 4. « Generosissimum consulatus collegium Lentuli et Metelli fuit ». — Postea cum Cicerone est reconciliatus cumque collega egit ut is ab exsilio revocaretur (Cic. 5. Fam. 4., Sext. 33. 71. et 62. 130. et alib.). — Hic Metellus Nepos cum Metello Celere ab Ascon. p. 63. Or. ob eloquentiam laudatur. — Alia colligi possunt ex Cic. et Plut. variis in locis. — 14.º) L. Cæcilius Metellus, trib. pl. a. U. C. 705 (Cic. 10. Att. 4. et 8). — Is Cæsari sacrum ærarium aperire paranti, obstitit (Appian. B. C. 2. p. 745. et Plut. Cæs. 46). Hinc Lucan. 3. 114. sqq. « pugnaque Metellus Ut videt ingenti Saturnia templa revelli Mole, rapit gressus et Cæsaris agmina rumpens - prohibensque rapina Victorem etc ». Quare Cæsar eum Italia discedere coegit (Cic. 11. Att. 7). — 15.º) Q. Cæcilius Metellus Celer alter, filius Q. Metelli Nepotis cos. a. 656. et frater Metelli Nepotis cos. a. 697., quicum etiam laudatus ob eloquentiam (Borghesi, Œuvr. II. p. 221). — Consul designatus a. 693. restitit publicanis locationem induci postulantibus (Cic. 1. Att. 17). — De eo hæc habet idem Cic. in Pis. 4. 8. « Q. Metello, fortissimo viro - cujus paucos pares hæc civitas tulit »: « ille designatus consul - id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate ». — An. 694. consul fuit cum L. Afranio (Flor. 4. 2. 8), quo anno semina bellorum civilium jam sata erant; quum nempe Cæsar, Pompejus et Crassus societatem inierant sibi utilem, reip. gravem; quapropter Horat. 2. Od. 1. 1. « Motum (sc. animorum populi R.) ex Metello consule civicum » memorat (V. Ritter et Schol. ad l.). — Ejus laudes habet Cic. etiam Sext. 62. 130., post red. in sen. 10. 25. et 1. Att. 20. — Ab uxore Claudia a. 695., quod Clodio fratri restitisset, veneno absumptus perhibetur Cic. Cæl. 24. 59., coll. Quintil. 8. 6. 53. — De eo V. Drumann, G. R. II. 25. et Momms., R. Forschung. I. 899. sqq. — Item de litteratis viris et scriptoribus. — 1.º) Cæcilius, rhetor, patria Calactinus, Siculus, Archagathus antea dictus (fortasse sub Cæcil nomine in Schol. Plaut. apud Ritschl. op. I. p. 5. sqq. et p. 124. sqq.), floruit Augusti temporibus et fort. etiam sub Tiberio scripsitque de figuris rhetoricis (Quintil. 9. 3. 89., coll. ibid. 1. 12), et historicus librum de servorum bellis in Sicilia (Athen. VI. p. 272. F., coll. Strab. 6. 230). Cf. Müller, Hist. Gr. frg. III. p. 330. — 2.º) Sex. Cæcilius Africanus, JCtus sub Hadriano et Antonino Augg. a. 117-161., Juliani æqualis. De eo Gell. 20. 1. « Sex. Cæcilius in disciplina juris atque in legibus populi Romani noscendis interpretandisque scientia usus auctoritateque illustris fuit » - Disputavit cum Favorino philosopho de legibus XII. Tabularum (Ibid.) scripsitque IX. libr. Quæst., opus præcipuum, cujus fragmenta exstant in Digestis (V. Lenel, Pal. I. 2. sqq.; frg. 2-122). et epist. saltem XX. libr. — De eo videsis Buhl, Ztschr. 198., Krüger 178. et Momms. Ztschr. f. R.-G. IX. 98. sq. — 3.º) Cæcilius Balbus, scriptor Trajani, ut videtur temporibus, cujus operis De nugis philosophorum in IV. libr. fragmenta primus e Codd. et Auctt. collecta edidit atque illustravit Woelfflin 1855.: nulli veterum memoratur. — 4.º) Cæcilius Bion, scriptor historiæ naturalis, cujus liber περὶ δυνάμεων laudatur Plin. in ind. I. 28. et 28. Hist. nat. 13. 57. (200). — Hic autem cum Bione Solensi, cum Cæcilio medico et cum M. Cælio aliquando apud auctores confusus occurrit. — 5.º) Cæcilius Cyprianus, plenius Thascius Cæcilius Cyprianus, olim Thascius Cyprianus, sed ad fidem christianam conversus circ. an. 246., Cæcilii nomen mutuatus a presbytero Cæcilio (probabilius cogn. Natali: cf. Minuc. Oct. 16., Hieronym. vir. ill. 67. et Pont. vit. s. Cypr. 4), quem novæ vitæ velut parentem habuit coluitque (Hieronym. et Pont. locc. citt. et Cypr. ep. 69. n. 2), in Africa, Carthagine vel apud hanc urbem, natus a. 200. p. Chr. ex ethnica familia. Laudatur Lact. 5. Inst. 1. Unus igitur præcipuus et clarus - Cyprianus. Id. ibid. ingenio facili, copioso, suavi et quæ sermonis maxima est virtus, aperto. Hieronym. ep. 58. instar fontis purissimi dulcis incedit et placidus. Eucher. Paræn. ad Valer. a med. facundia clarissimus. Eugypp. Thes. 270. doctor suavissimus. Augustin. de bapt. 3. 3. quanto magis magnus erat, tanto se in omnibus humilians. et serm. 313. reverendi episcopi et venerandi martyris Cypriani laudibus nulla lingua sufficeret, nec si se ipse laudaret. — Primum « gloriose rhetoricam docuit; exinde, christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogavit ac post non multum temporis electus in presbyterum etiam episcopus Carthaginiensis constitutus est » a. 248 (Hieronym. vir. ill. 67., coll. Lact. loc. cit.), cujus dignitatis officia per decem annos, inter gravissimas tempestates, mira sollertia ac fortitudine explevit. Sæviente enim in Africa immani Decii imp. persecutione, a qua ipse ad Gregorii Thaum. et Dionysii Alex. exemplum fuga se subtraxit, quum multi a fide, tormentorum metu, descivissent (sacrificati v. turificati, libellatici, acta facientes), eos primum, statim ut Carthaginem, pace restituta, rediit, severe habendos esse in concilio decrevit, a. 251.; postea vero, a. 252., novo coacto concilio, mitius cum iis agendum esse statuit, quod indigne ferentes Felicissimus diaconus, Fortunatus, Novatus aliique, ut Novatianus Romæ, schisma fecerunt, quo spectant libri Cypriani de Lapsis et de Unit. Eccl. — Deinde circ. a. 255. alia orta est gravissima quæstio de baptismo ab hæreticis collato, quem Cyprianus, Tertullianum secutus, nullum esse definiens eum propterea iterandum esse præfracte defendebat in synhodis, Carthagine habitis, quas Stephanus, pont. max., reprobavit et contrariam sententiam hisce verbis protulit. « Si qui ergo a quacumque hæresi venient ad vos, nihil innovetur nisi quod traditum est ut manus illis imponatur in pœnitentiam » (Cypr. ep. 74. Cf. Augustin. de bapt. 3. 4. 5. et Peters Vit. s. Cypr. VIII. 3). Hanc porro inter duos sanctissimos viros contentionem diremit nova, i. e. octava, persecutio sub Valeriano et Gallieno impp. (a. 258. sec. Amand, a. 257. sec. alios codd. Chron. Hieronym.), in qua Cyprianus decollatus est « eodem die, quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno » (Id. vir. ill. 68), in proconsulari Villa Sexti haud procul a Carthagine. — Fuere nihilo minus, qui hujusmodi controversiam confictam a Donatistis adfirmaverint (V. Tizzani, La celebre contesa fra s. Stef. e s. Cipr., Roma 1862). At cf. Grisar, Cyprians « Oppos. Konzil » gegen Papst Steph. in Ztschr. f. kath. Theol. V. (1881). Id tamen omnino negandum est, Cyprianum a Stephano communione privatum fuisse. V. Ernst, War d. h. Cypr. exkommunizt? (1894) 478-499. — Pontius « diaconus Cypriani, usque ad diem passionis ejus cum ipso exilium sustinens, egregium volumen vitæ et passionis Cypriani reliquit » (Hieronym. loc. cit.). Quod vero opus, quamvis genuinum esse non infitiemur, saltem haud leviter interpolatum non uno argumento seu indicio evinci potest (Cf. de eo S. Teuffel 1878. et M. Schanz, G. R. L. 1904). — « Hujus ingenii superfluum est indicem texere, quum sole clariora sint ejus opera » (Hieronym. vir. ill. 69). Quæ quidem in duas classes dividi possunt « tractatus nempe (sermones) et epistolas »; ubi Cyprianus si fontem suppeditat historiæ et juris ecclesiastici uberrimum, ita pastorem animarum sollertissimum se probat (« Er war, inquit laudatus Schanz, keine spekulative, sondern eine durchhaus praktische Natur»), in primis fidei et ecclesiæ Christi egregium assertorem, quam unam esse atque catholicam singulari studio et amore defendit, quasi omnium doctrinarum operumve suorum caput. Hinc patet illius elogii vis apud Augustin. de bapt. III. 9. 5. « Cyprianus catholicus episcopus, catholicus martyr ». Quin librum De catholicæ ecclesiæ unitate, præ ceteris omnino ejus menti tribuendum, non aliorum, quos consuluerit, quamvis plurium scripta evolveret, præsertim Tertulliani, quem quotidie a suo ministro poscebat dicens: da magistrum, ac sedulo perlegebat transfundebatque in sua fere scripta, alia tamen forma ac stilo. De quibus ita Forcellin. noster: « Ejus

autem Latinitas pro illis temporibus et ut Afri hominis et Tertulliani scriptis summopere delectati - satis nitida et, ut dicam, casta est, longeque abit a stilo ferreo et novatione verborum ». Ita vero omnem laudem paucis complectitur Hieronym. ep. 58.: « Unus igitur præcipuus et clarus exstitit Cyprianus, quoniam et magnam sibi gloriam ex artis oratoriæ professione quæsierat et admodum multa conscripsit in suo genere admiranda ut discernere non queas, utrumne ornatior in eloquendo, aut facilior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit ». — Catalogum operum Cypriani a. 359. edidit Th. Mommsen in Herm. XXI (1886) 142-156., coll. XXV (1890) 636-638. et Sanday præsertim ac Turner in Stud. bibl. et eccles. III. (Oxford 1891) 317-325. V. etiam Goetz, Gesch. d. cyprianisch. Litteratur etc. Diss. Basil. 1891. — Editio ex melioribus nuper adornata est a W. Hartel 1868-1871.: cf. etiam Lagarde in Götting. Gelehrt. Anzeig. (1871) 521-548. et Mercati, D'alcuni nuovi sussidi per la crit. del testo di s. Cipr. Rom. 1899. — Cypriani opera recensentur in Indice auctt., qui huic Lexico præmissus est, ex quibus uti spuria nunc vel suspecta consideranda sunt: De laude martyrii, De montibus Sina et Sion, De spectaculis, De bono pudicitiæ, De duodecim abusionibus, Ad Novatianum, De Aleatoribus, Adversus Judæos, De singularitate clericorum, De pascha computus, De rebaptismate et etiam Carmina de Genesi, de Sodoma ad senatorem apostatam aliaque, et ex epistolis (81) 67-75. ann. 254-256 (V. Schanz et Bardenhewer). — De eo consulas Freppel, St. Cypr. Paris 1865.; Fechtrup, Der hl. Cypr., Münst. 1878.; Peters D. hl. Cypr. Ratisb. 1877.; Monceau, Hist. litt. de l'Afr. chrét. etc. Paris 1902. Adde Havet, S. C. (1885), Prevost (1889), Kohlschmidt (1891), Hoesbroech (1893), Heidenreich (1900), Melardi (1901) — 6.º) Cæcilius Statius, absolute Cæcilius vel Cæcilius Comicus (Vellej. 1. 17., Varr. 2. R.R. 11., Symm. 9. ep. 114. etc.), plenius Cæcilius Statius v. C. Cæcilius Statius in Onom. Tull. Orell. 110), comicus, in Insubria Celtica, fortasse Mediolani ortus. Memoratur etiam Gell. 4. 20. 13. Cæcilius ille comœdiarum poeta inclutus. et Hieronym. in Chron. Ol. CLV. 3 (= a. 575. U. C. et 179. a. Chr.). comœdiarum scriptor clarus. Cic. opt. gen. or. 1. Licet dicere et Ennium summum epicum poetam - et Cæcilium fortasse comicum. Horat. 2. Ep. 1. 57. Dicitur - Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte. Volcat. carm. frg. 1. 5. Cæcilio palmam Statio do mimico. et Varr. frg. p. 300. Bip. (Non. p. 374. 7). Cæcilius Statius in argumentis poscit palmam, in ethesi Terentius, in sermonibus Plautus (Cf. Charis. gramm. II. p. 241). Adde Cic. Brut. 74. 258. et 2. Orat. 10. 40., Quintil. 1. 8. 11. et 11. 1. 39., Vopisc. Numer. 13., Front. 4. ad. M. Cæs. 3., al. — Fuit æqualis Plauti et fortasse Pacuvii, et « Ennii primum contubernalis » (Hieronym. loc. cit.), fortasse captus in prœlio Clastidii (Casteggio) in Gallia Cispadana, a M. Claudio Marcello cum Celtis (a. 532. U. C.) commisso, Romam ductus est et a Cæcilio hero suo dein libertate donatus ejusque nomen mutuatus. — Fuit poeta absolute comicus; non tamen ab initio Romanis placuit (Cf. Ter. Hecyr. prol. 14. sqq.); sed, mortuo Plauto, clarere cœpit, quamquam doctis viris aliquo nomine displicuit; « malus enim latinitatis auctor » dicitur Cic. 7. Att. 3. et parum honorifice habetur Quintil. 10. 1. 99. — Exstant quadraginta comœdiarum Cæcilii tituli, ex quibus plures sunt iidem qui Menandri, uti Androgyne, Hymnis, Chalcis, Karine, Synephebi etc.; alii Latini, ut Exsul, Portitor, Pugil etc., Græci alii, alii denique mixti; Plocium vero (Πλόκιον Menandri) comœdia est ex Cæcilianis, cujus major fragmentorum numerus et notitia ad nos pervenere. Porro ex reliquiis illud colligi potest Cæcilium et vi Terentio excelluisse, et minus antiquatas, quam in Pacuvio videre est, locutiones usurpasse et universim palliatarum modos seu stilum fuisse imitatum. Has autem collectas edidit Spengel (Cæc. Stat. - deperd. ff. fragm. pp. 4) et Ribbeck (p. 29-69). — Obiit « anno post mortem Ennii et juxta Janiculum sepultus » (Hieronym. loc. cit.). Quum tamen, eodem teste (Ibid.), Terentius, ab ædilibus jussus, Andriam « Cæcilio multum se miranti legisset », quæ acta est a. U. C. 588., et ob id hoc demum anno vel paulo ante (sc. a. 587) ejus mors statuenda esset; iccirco Ritschl (Sueton. Vit. Ter. ed. Reiff. p. 497) locum Hieronym. ita emendavit « anno post mortem III. et juxta eum (sc. Ennium) in Janiculo sepultus ». Unde patet non tam provecta ætate Cæcilium obiisse, nempe paullo post Ennium, qui decessit a. 585. — De eo videsis Momms. I.[2] p. 883., G. Teuffel, Cæc. Stat. Tubing. 4. p. 1-5. et Progr. 1858. P. 3. N. 16-20. et Bernhardy, Grundr. R. L. 1872. p. 463. sq. — 7.º) L. Cæcilius Firmianus Lactantius. V. LACTANTIUS. — 8.º) Q. Cæcilius Epirota, grammaticus, Tusculi natus, libertus Attici, de quo Sueton. gramm. 16. (Q. Cæcilius Epirota) - ad Cornelium Gallum (poetam elegiacum, Virgilii amicum) se contulit vixitque una familiarissime. Post - mortem Galli scholam aperuit, sed ita ut paucis et tantum adulescentibus præciperet, prætextato nemini - primus dicitur latine ex tempore disputasse primusque Virgilium et alios poetas novos prælegere cœpisse, quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat: « Epirota, tenellorum nutricula vatum ». — 9.º) L. Cæcilius Vindex, grammaticus, ex cujus libris deperditis quædam excerpsit Cassiod. orthogr. 10. — Scripsit etiam de metris poetarum sæculorum, teste Rufin. metr. 1. 30. — 10.º) M. Cæcilius Novatillianus, vir clarissimus « orator et poeta illustris » (Inscr. apud Momms. n. 1420) « abstinentissimus, justissimus, disertissimus » (Corp. I. L. 2. 4113). — 11.º) Cæcilius, poeta, amicus Catulli, qui ad eum misit carmen XXX. « Poetæ tenero, meo sodali Velim Cæcilio, papyre, dicas Veronam veniat etc. ». ¶ 2. In titulis, nom. frequens in Hispania, frequentissimum autem in Africa. Corp. I. L. 6. 8229., 8230., 8232.; 8. 5300 (in prov. proc.). et 9852 (in Mauret. Cæs. a. 458. p. Chr.). — Cogn., nom. et signum et nom. sing. Corp. 6. 1423.; 14. 256. 226 (Ostiæ). - 1260 (in Hisp. Bæt.); 2505 (in Hisp. Tarrac.) etc. — Cæcilia, nom. mul. Corp. 8. 5800. — Hinc Cæcilianus. V. infra.

Cæcilia, nom. mul. — 1.º) Absolute: — a) Cæcilia, filia Q. Cæcilii Pomponii Attici, unde vulgo Pomponia dicta (Cic. 6. Att. 2. in fin., coll. ibid. 5., ubi Atticula per jocum nuncupatur. et 5. ibid. 19). — Magistrum habuit Q. Cæcilium Epirotam (Sueton. gramm. 16). — b) Cæcilia, virgo et martyr Romana celeberrima, patre senatorio et avita nobilitate insignis, christiana, ut videtur, ab incunabulis, Valerio seu Valeriano desponsata, quem contra ad christianam fidem conversum in cælum martyrem præmisit; ipsa vero cum Tiburtio, sponsi fratre, eadem persecutione, sub M. Aurelio et Commodo impp., sæviente, jussu Almachii præf. paullo post passa est et in cœmeterio Callisti sepulta a. circ. 177., dein vero in urbem, Paschale I. pont., translata (De Rossi, R. S. II. 137. sqq.), cui basilica (Cæciliæ domus Urbano I. ab ea, ut in templum verteretur, tradita) in regione Transtiberina dicata fuerat, tunc uti nunc quoque, a cl. card. M. Rampolla magnificentissime instaurata in honorem tantæ virginis, musicorum patronæ, utpote quæ nuptias Deo celebrasse tradatur, cantantibus organis (Act. mart. ex Bosio 1600), immortali scriptorum calamo et artificum penicillo illustratæ (V. Guéranger, s. Cécile et la soc. rom.). — 2.º) Cum additis. — a) Gaja Cæcilia, uxor Tarquinii Prisci, quæ antea Tanaquil (V. hanc voc.) vocitata erat (Paul. Fest. p. 95). De ea Lib. de præn. 7. Ferunt enim Gajam Cæciliam - optimam lanificam fuisse et ideo institutum, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, Gajas esse se dicerent. et Paul. Fest. loc. cit. Gaja Cæcilia - tantæ probitatis fuit ut id nomen ominis causa frequentent nubentes, quam summam asseverant lanificam fuisse. et Plin. 8. Hist. nat. 48. 74. (194). Lanam in colo et fuso Tanaquilis, quæ eadem Gaja Cæcilia vocata est, in templo Sancus durasse prodente se auctor est M. Varro factamque ab ea togam regiam undulatam in æde Fortunæ, qua Ser. Tullius fuerat usus. Inde factum ut nubentes virgines comitaretur colus compta et fusus cum stamine. Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tirones induuntur novellæque nuptæ. V. alia apud Fest. p. 238. — b) Cæcilia Metella, filia Baliarici, ut probabilius censetur, quam impense laudat Cic. Rosc. Am. 10. 27., ubi se honoris causa eam nominare profitetur. — Ejus somnium, ab eod. 1. Divin. 2. 4. et 44. 99. et alib. narratum in causa fuit, cur templum Junonis Sospitæ restauraretur a. U. C. 664 (Borghesi, Œuvr. II. 221). — Alia de ea narrantur Val. Max. 1. 5. 4. et Cic. 1. Divin. 46. 46. V. integr. loc. — c) Cæcilia Metella, filia Q. Cæcilii Cretici et uxor M. Licinii Crassi, qui contra Parthos dimicans periit a. U. C. 700., teste celebri Inscr., quæ adhuc exstat ad ejus sepulcrum, juxta viam Appiam inter II. et III. ab Urbe lapidem (nunc Capo di bove), apud Nibby, Roma ant. II. 550 (C. I. L. 1274., coll. 31584), unde etiam scimus eam præmortuam viro ac tumulatam, non ubi sunt sepulcra Metellorum, sed in fundo Licinii (Cf. Cic. 1. Tusc. 7. 13). De hoc tamen Crasso videsis, quid censuerint Drumann, G. R. II. 55. et Hulsen, Neue Heidelberg. Jahrbüch. VI. 50. sqq. — d) Cæcilia Paulina (C. I. L. 10. 50. 54. dicta Diva Cæcilia Paulina Pia Augusta), uxor Maximini imp. a. 235-238., mitissimi animi mulier, quæ ferum maritum ad mitiorem agendi rationem inducere conabatur, teste Ammian. 14. 1. 8.; quamquam, quum nomen hic taceat, nihil certi inde potest inferri de utroque. Porro, si Zonaræ (12. 16. p. 124. Dind.) et Syncello (p. 680) credimus, ab ipso marito ad mortem adacta fuisset a. 238. — Ejus nummi cum epigr. DIVA PAVLINA - CONSECRATIO apud Eckhel, 7. p. 297., Cohen IV.[2] 523. sq. et Mionnet III. 395. — Hinc Cæcilius, a, um, adject. ad Cæcilium aliquem pertinens. Vellej. 2. 11. Cæciliæ familiæ notanda claritudo est. — Speciatim Cæcilius vicus Lusitaniæ, ab Emerita Salmanticam, hodie Naval Concejo v. S. Estevan (Cf. Guerra, Discurso á Saavedra 89). — Cæcilia lactuca v. Cæcilia, duplex « Altera crebra viret, fusco nitet altera crine: Utraque Cæcilii de nomine dicta Metelli » Colum. 10. 179. et absolute ibid. 190. — Cæcilia lex — a) De repetundis, a. 607. Val. Max. 6. 9. 10., ubi ex errore Cæcilia pro Calpurnia. — b) De P. Sulla et P. Autronio lata a. 690. a L. Cæcilio Rufo, trib. pl. Cic. p. Sulla 22. sq., coll. Dion. 37. 25. V. integr. loc. — c) Duplex de Cn. Pompejo lata a Q. Metello Nepote, ut absens consul fieret: ut præsidio Italiæ contra Catilinam veniret. Schol. Bob. pro Sestio p. 362. ed. Orelli. — d) Cæcilia et Didia, lata a Q. Cæcilio Metello et T. Didio coss. a. 655. civitati R. utilissima, de modo promulgandarum legum, sc. tribus nundinis antequam ferantur et de duabus rebus non una lege conjungendis. Cic. 2. Att. 9., Dom. 20. 41. et 53. et Sest. 64. 135., coll. Schol. Bob. p. 310. ed. Orell. — Cæcilia via Italiæ, quæ a Salaria deflexit ad lapidem XXXV., auctore, ut videtur, L. Cæcilio Q. f. Metello cos. a. 117. a. Chr. Corp. I. L. 6. 31603 (litteris ætatis Sullanæ). — Cæcilia castra, oppidum Lusitaniæ. Plin. 4. Hist. nat. 22. 35. (117). Contributa sunt in eam (coloniam Norbensem) Castra Servilia, Castra Cæcilia etc. Itin. Ant. p. 433. Castris Cæcilii (sic D). — Hinc etiam

Cæcilianus, i, m. 2. cogn. (quod et Cecilianus, extrita priore diphthongi littera, in Corp. I. L. 2. 4158.; et Caicilianus in alia, 5. 3936), præsertim in gente Alfia, Domitia, Mæcia et Magia, in scriptis Lapidibus; apud scriptores vero, præter alios - Domitius Cæcilianus ex intimis Thraseæ. Tac. 16. Ann. 34. — L. Bæbius Cæcilianus, legatus Aug. pr. pr. Pannoniæ inf. a. 199. p. Chr. Corp. 3. 3706. — Cæcilianus, nom. fictum, quo sæpe utitur poeta Martial., ut 1. 65. 4. etc. — Cæcilianus, celeber episcopus Carthaginiensis, Mensurii successor, a Felice Aptungitano seu Autumnitano consecratus, sed a competitoribus Botro et Cælestio, suffragio plurium Numidiæ episcoporum innixis, coacto concilio, falso accusatus, depositus et anathemate percussus, Majorino in ejus locum suffecto; contra vero a ceteris episcopis, favente Constantino imp., absolutus et suæ sedi restitutus.

incredibile tamen est, qua pertinacia schismatici institerint, ut denuo damnatus extruderetur, sive apud Anulinum procons. Africæ sive apud Miltiadem, pontif. Rom., sive apud imperatorem, qui tandem aliquando suo judicio rem subjici decrevit eaque probe cognita, adversarios compescuit et innocentem antistitem in sua sede confirmavit (*Euseb. H. E.* 10., *Augustin. ep.* 88. et 8. c. *Crescon. n.* 81., *Optat. Schism. Donat.* 1. 16., coll. *Gest. Collat. Carthag. Cognit.* 3. *n.* 216., 516., 521. et 523), quam tenuit usque ad obitum, post conc. Nicænum, a. 325. celebratum, cui interfuit et ipse, constantia et fide admirandus ac dignus malignantium adversariorum contemptu, qui ejus sectatores, vocabulo a *Cæciliano*, Græcorum more, efficto, *Cæcilianistas* appellabant (*Gest. Coll. Carth.* a. 411. *Cogn.* 3. *n.* 30). — Hinc

Cæcilianus, a, um, adject. ad Cæcilium aliquem pertinens. *Varro* 9. *R. R.* 71. Cæciliani gladiatores. *Cic.* 1. *Att.* 16. Vereor, ne, Luculli quoniam Græcum poema condidit (*Archias*), nunc ad Cæcilianam fabulam (*i. e.* laudes Cæciliorum Metellorum) spectet. — De Statio Cæcilio poeta. *Id.* 2. *Fin.* 4. 13. Ille Cæcilianus, qui omnibus lætitiis lætum esse se narrat. *et* 3. *Tusc.* 23. 56. Cæcilianum illud. *sc.* dictum. *et Rosc. Am.* 16. 46. Cæcilianus senex (*a Cæcilio in fabula inductus*). et *Quintil.* 12. 1. 39. Aliter Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. — Item, speciatim, *Cæciliana lactuca* (cf. *Cæcilia*) apud *Plin.* 19. *Hist. nat.* 8. 38. (127). et *Cæciliana cerasa* apud *eund.* 15. *ibid.* 25. 30. (102). — *Cæciliana area*, quæ appellatur etiam Veturiana: *Corp. I. L.* 6. 10248. 19 (*a.* 81. *p. Chr.*). et *Cæcilianus fundus*, in pago Vercellensi Placentino, qui memoratur in *Tab. alim. Velej.* 4. 45., fortasse ubi nunc *Asigliano* inter *Trino* et *Vercelli*.

CÆCINA, æ, m. 1. (Καικίνας *Dio*, Κεκίνας *Plut.* et Καικιννας *Jos.*) nom. pers. et fluv. — *a*) Scribitur *Cæccina*, duplici n, in *Corp. I. L.* 10. 3925 (*Cajatiæ*) et etiam *Caicinia* in *Corp.* 1. 1364. Cf. *Varr.* 10. *L. L.* 27. — *b*) Vox est originis Etruscæ. *Corp. Inscr. Etr.* 1. 19. Ceisna. — A rd. *Cæc-*, quod latine est *Cæclus*, pendent pariter et hoc et *Ceiana, Cæcina, Cæcenninus*: hinc declinata *Cæculus, Cæcilius*. — *c*) Cæcinam origine Volaterrani sunt, quorum in oppido sepulcra hujus gentis inventa sunt (*Corp. I. Etr. loc. cit.*). De Cæcinis multus est *Dempsterus Etrur. Reg.* 1. 2. 59. docetque, etiamnum hanc familiam Volaterris florere; nec procul ab eis abest *Cæcina* fluvius a gente nominatus. Porro ex cognominibus quoque, de quibus infra, Etruria redolet (*Tuscus, Pætus, al.*). Cf. de his *Bormann, Corp.* 11. *p.* 325. et *Schulze, Eigenn. p.* 75., 83. et 567. — *d*) Secunda syllaba brevem esse idem docet fluvii nomen, quod pronunciatur etiam italice, non *Cecina* sed *Cécina* (V. *Conway, Italic dial. I. p.* 392. et *Schulze, loc. cit. p.* 285. *n.* 3), coll. *Porsina* apud *Horat., Sil., Martial.*; alii tamen longam efferunt (*Forcellin., Furlanetto* in *Lex.* et *Cocchia* in *Less. pron. nom. st. e geogr.*). Viderint alii. — Igitur Cæcina

I.) Est nom. pers. quod olim putabatur unius gentis *Liciniæ* proprium; quum e contrario nunc inveniri constet etiam in gente *Cejonia, Flavia* aliisque; ex hac vero gente plurimæ familiæ exstiterunt, præsertim *Albinorum, Largorum* et *Pætorum*. — Ex his ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) A. Cæcina, Volaterranus, nobilissimus et optimus vir, quem laudat *Cic.* 6. *Fam.* 6. defenditque a. 685., oratione habita, nempe *pro Cæcina*, coll. *Orat.* 30. 102., non confundendus cum sequenti, ut *Orelli in Onom. Tull.* demonstrat. — 2.°) A. Cæcina, præcedentis filius, Ciceronis amicus, jam a patre Etruscam disciplinam edoctus. Hinc *Cic.* 6. *Fam.* 6. 3. Ratio quædam Etruscæ disciplinæ, quam a patre - acceperas. *et ibid.* 6. 9. Te hominem in parte Italiæ minime contemnenda facile omnium nobilissimum. et *ibid.* 9. 1. Hunc a puero, quod et spem magnam mihi adferebat summæ probitatis summæque eloquentiæ et vivebat mecum conjunctissime non solum officiis amicitiæ sed etiam studiis communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine conjunctius viverem. *Senec.* 2. *Q. nat.* 39. Genera fulgurum tria esse ait Cæcina. *et ibid.* 56. Cæcinam facundum virum, qui habuisset aliquod in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra pressisset. — In bello civili Pompeji partibus studuit adeo ut in Cæsarem libellum scriberet criminosissimum (*Cic.* 6. *Fam.* 7. et *Sueton. Cæs.* 75), victoque Pompejo, alium edidit qui est *Querelarum* (*Cic.* 13. *Fam.* 66), quo Cæsar motus ei, in exsilio degenti (an. U. C. 708), vitam tandem concessit (*Auct. B. Afr.* 89. 6). — Scripsit etiam librum de Etrusca disciplina, laudatum a *Plin.* in *Ind.* 1. 2. Cf. *Müller, Etrusk.* 1. *p.* 416. — 3.°) A. Cæcina Severus, legatus Aug., in Mœsia a. 6. p. Chr.; deinde, a. 14. p. Chr., prius Marsos, mox Arminium in Germania inferiore prœlio devicit; unde triumphalia insignia obtinuit. *Vellej.* 2. 112. 4. et *Tac.* 1. *Ann.* 31., 56. et 72. — 4.°) A. Cæcina Alienus, Vicetiæ natus, quæstor in Bætica a. 68. p. Chr., a Galba imp. in Germania super. legioni præpositus; consul a. 69. p. Chr., in partes prius Vitellii (*Tac.* 1. *Hist.* 61), postea Vespasiani transgressus (*Id.* 2. *ibid.* 30. 56. *et alib.*); sed nova machinatus a Tito occiditur (*Sueton. Tib.* 7., coll. *Dion.* 66. 16). — De eo hæc habet *Tac.* 1. *Hist.* 53. « Decora juventute, corpore ingens, animi immodicus, scito sermone, erecto incessu studia militum inlexerat ». His tamen bonis corporis dotibus non par animus eum ad vitia et ruinam traxit (Cf. *Aur. Vict. epit.* 10. 4). Periit circ. a. 79. p. Chr. — 5.°) Cæcina Decius Albinus, præf. Urb. sub Arcadio imp., quem disputantem inducit *Macrob.* in *Saturnalium* libris (Cf. 1. *Sat.* 2. 15., 20., 3. et 4., 2. *ibid.* 8. etc.). — 6.°) Cæcina Decius Albinus, filius præcedentis, præf. urbis sub Honorio et Theodosio Augg. (*Inscr.* apud *Orell. n.* 3328., coll. *Cod. Theod.* 13. 5. 38. — Hunc laudat poeta *Rutilius Namatianus* 1. *Itin.* 466. *sqq.* Albini patuit proxima villa mei. Vitæ flore puer, sed gravitate senex *etc.* — 7.°) A. Cæcina Largus, plenius *C. Silius A. Cæcina Largus*, cos. a. 13. p. Chr., legatus exercitus Germaniæ super. ab a. 14. ad a. 21. p. Chr. Cf. *Prosop. imp. R. III. p.* 244.: *Fast. cos. Antiat.* a. U. C. 766 (*Corp.* 1. *p.* 72). C. Silius A. Cæcina Largus. *et Fast. cos. Capit.* a. U. C. 766 (*Corp.* 1. 1. *p.* 29). C. Silius P. f. P. n. C(a)e (ceteris erasis). Hinc *Momms. Corp.* 1. *p.* 40. « Undecumque traxerit Silius ille nomen alterum A. Cæcinæ Largi, jus quod habuit in id ita comparatum esse crediderim, ut secundum proprium legitimumque usum ille abstineret et propter hanc ipsam causam adscitum id a scriba fastorum Capitolinorum ex vulgaribus indicibus, postea publico jussu sublatum esse ». Cf. *Dion. ind.* 56. — 8.°) Cæcina Pætus, vir consularis, maritus Arriæ majoris (cujus filia *Arria* Fannio Thraseæ Pæto nupsit), quod partes Scriboniani, in Illyrico contra Claudium imp. secutus fuerat, damnatus mortem sibi ipse conscivit, uxore præeunte, ut ait *Plin.* 3. *ep.* 16. ¶ 2. In titulis nom. gent. *Inscr.* apud *Momms. n.* 3925. — Cogn. vel nom. alterum in *Corp. I. L.* 15. 7382. — *Cæcina*, loco cognominis, in mulieribus. *Corp.* 8. 3901 (*Lambæsi*). Plerumque tamen *Cæcinia*, nom. gent. mul. *Corp.* 11. 1471 (*Pisis*); 1768 (*Volaterris*) etc. — Memoratu digna *Cæcinia Lolliana*, clarissima et inlustris femina, sacerdos deæ Isidis. *Corp.* 14. 512. 9. — *Cæcinius*, nom. gent. *Corp.* 11. 2742. — Hinc etiam *Cæciniana* dicta oratio *Ciceronis* pro *Cæcina* Volaterrano, teste *Victorin. I. p.* 46. *Orell.*

II.) Est etiam fluvius Etruriæ, qui non procul a Volaterris oritur et prope Vada Volaterrana in mare influit, sic nominatus a gente *Cæcina*, hodie item *Cécina*, ut dictum est. Memoratur *Mel.* 2. 72. Populonia, Cecina (*sic*), Pisæ, etrusca et loca et flumina. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (50). Vada Volaterrana, fluvius Cæcina (Cecinna *A R*), Populonium.

CÆCINIĀNUS, a, um, adj. et

CÆCINIUS, ii, m. 2. *V.* voc. præc.

CÆCIUS, ii, m. 2. Antiquissima forma *Caicios* in *Corp.* 14. 3066 (*Præneste*). Apud *Cic.* 9. *Att.* 11., 9. *ibid.* 13. *de C. Cæcio*, amico Lentuli Spintheris (codd. modo *Cæcius* habent, modo *Cetius* v. *Cecius*). — In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 4911 (*sæc. I. p. Chr.*). — *Cæcia*, nom. mul. 9. 1915. — Hinc *Cæcianus* cogn. *Corp.* 3. 2980 (*in Dalmatia*). Sic *L. Cassius Cæicianus* in nummis ætatis liberæ reip.: cf. *Babelon, Monn. de la rép. I.* 327. et *Bahrfeldt, Nachtr. I. p.* 78.

CÆCŪBUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

CÆCŪBUS, a, um, adject. (Καίκουβος *Strab.*) ad Cæcubum locum pertinens Latii, in sinu Amyclano situm. Hinc *Cæcubus ager* (*Varr. Men.* 38), in quo erat *lacus Fundanus* (it. *lago di Fondi*). Cf. *Vitr. loc. cit.* — *Cæcuba vitis* (*Plin.* 17. *Hist. nat.* [31]). — *Cæcubum vinum*, in Terracina et Fundis (*Vitr.* 8. 3. 12. et *Colum.* 3. 8. 5); et, absolute, *Cæcubum*, vinum apud Romanos celebratissimum. *Horat.* 1. *Od.* 37. 5. depromere Cæcubum cellis avitis. *et* 3. *ibid.* 28. 3. promere reconditum Cæcubum. *et epod. loc. cit.* repositum ad festas dapes. *et* 9. 35. quod fluentem nauseam coerceat. Cf. *Galen.* apud *Athen. I.* 27., ubi dicitur: πληκτικός, εὔτονος, πολύτροφος, κεφαλῆς καὶ στομάχου ἅπτεται. — Pluraliter. *Horat.* 2. *Od.* 14. 25. absumet heres Cæcuba dignior Servata centum clavibus Et mero tinguet pavimentum superbo Pontificum potiore cenis. Adde *Martial.* 2. 4. 5. *et* 3. 26. 3. Cf. *Dressel, Bull. com.* 1879. 54. et *Marquardt, Privatl.*[2] 449.

CÆCŪLUS, i, m. 2. (demin. a *Cæcus*) Volcani filius, conditor urbis Prænestinæ, auctor gentis Cæciliæ, ab ejus nomine nuncupatæ (*Schulze, Eigenn. p.* 75. et 579. *V.* CÆCILIUS). *Virg.* 7. *Æn.* 681. Nec Prænestinæ fundator defuit urbi, Volcano genitum - omnis quem credidit ætas, Cæculus. *Schol. Veron.* ad *l.* « Cato in Originibus ait Cæculum virgines aquam petentes in foco invenisse ideoque Volcani (filium eum ex)istimasse et, quod oculos exiguos haberet (urbem Præne)ste fundavit ». Similiter *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 678. « Erant etiam illic (*Præneste*) duo fratres, qui divi (divini *Mythogr. II. fab.* 184) appellabantur. Horum soror dum ad focum sederet, resiliens scintilla ejus uterum percussit, unde dicitur concepisse. Postea enixa est puerum juxta templum Jovis abjecitque. Virgines aquatum euntes juxta ignem inventum sustulerunt - unde Vulcani dictus est filius; Cæculus autem, ideo, quia oculis minoribus fuit, quam rem frequenter efficit fumus. Hic dein collecta multitudine postquam diu latrocinatus est, Prænestinam civitatem - condidit etc. » *V.* integr. loc. — Idem procul dubio est vel olim fuit *Cæculus* deus, de quo ex Varrone *Tertull.* 2. *Nat.* 15. Cæculus, qui oculos sensu exanim(et). Cf. *Wissowa, Gesamm. Abhandl. p.* 318. — In titulis cogn. *Inscr.* apud *Murat.* 700. 7.

CÆCUS, i, m. 2. ¶ 1. Est cogn., a *cæcitate* derivatum, quod præsertim in *Claudia* gente usurpatum est, cujus primus fuit App. Claudius, qui viam Appiam stravit, *Cæcus* cognomento, ob oculos deperditos, uti veteres tradunt fere omnes (*V.* APP. CLAUDIUS CÆCUS). — Alia hujus cognominis exempla, quæ quidem plane certa sint, non exstant: corrupta videtur *Inscr.* in *Corp. I. L.* 12. 2216. ¶ 2. *Cæcus* fuit etiam titulus duarum fabularum, quarum una *Plauti* (V. *Ritschl, Parerg.* 1. *p.* 157), altera Titinii (V. *Charis, gramm. II. p.* 219). ¶ 3. *Cæcorum* oppidum *V.* suo loco.

CÆDĪCII, ōrum, m. plur. 2. populus in Æquicolis. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (108).

CÆDĪCIUS, a, um, adj. *V.* voc. seq.

CÆDĪCIUS, ii, m. 2. (Καιδίκιος) ita dictus a *Cædicus*: vel ab oppido seu vico *Cædicii*, jamdiu exciso sed postea restituto: vel a *cædendi* arte, sc. ligna, lapides.

Cædicius ¶ 1. Apud scriptores, præcipui — 1.°) L. Cædicius, primipilaris, qui in Germania post Varianam cædem obsessis Romanis pro duce fuit, de quo legendus *Frontin.* 4. *Strat.* 7. 8., ubi alii leg. *Cælius*. Adde tamen *Vellej.* 9. 120. — 2.°) M. Cædicius, quem plebejum narrat *Liv.* 5. 32., coll. *Plut. de fort. Rom.* 5., nunciasse tribunis se in Nova via, ubi sacellum erat supra ædem Vestæ, vocem noctis silentio audisse clariorem humana, quæ magistratibus dici juberet Gallos adventare. *V.* loc. integr. — 3.°) Q. Cædicius Noctua, cos. a. U. C. 465. cum M. Valerio Maximo Corvino (*Cassiod.* in *Chron.* et *Fast. Hisp.*); dein censor a. 471 (*Fast. Capit.*). Cf. *Borghesi* in *Bull. d. Istit. arch.* a. 1857. *p.* 82. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 1058. 2. 15 (*a.* 210). — *Cædicia*, nom. mul. *Corp.* 10. 6252 (*Fundis*). — Speciatim *Cædicicus*, in territorio Suessano situs, de quo v. *Momms., Corp.* 10. *p.* 4727., et *Nissen, Ital. Landesk. II.* 665. Memoratur *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (62)., a Sinuessa VI. millibus distans, quo nulli « in vino major auctoritas ». — Hinc

Cædicius, a, um, adject. ad Cædicium aliquem pertinens, ut *Cædiciæ tabernæ*, in via Appia, a domini nomine vocatæ, teste *Fest.* apud *Paul. p.* 45. *M.* — Huc pertinere videtur *Liv.* 22. 36. « Multo cruore signa in Sabinis, cædes aquas fonte calidos manasse (*sic P*; Cædicis aquas fonte calido gelidas manasse *c. Momms.*; Cædicias aquas *Nissen*; *sed* Cæretes aquas in fonte calido *Luterbacher*). — *Cædicius campus*, in Vestinis. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. (241). Proximum autem urbi Vestinum (*caseum Appenninus mittit*), eumque e Cædicio (*al.* Ceditio) campo laudatissimum. — Hinc deriv. *Cædicianus, a, um*, adj., ut *Cædiciana vinea* in *C. I. L.* 10. 114 (*Petelim*) et *Cædicianus hortus* in *alia, ibid.* 6. 29770.

CÆDĪCUS, i, m. 2. (cædo) nom. vir. antiquissimum, unde ortum nom. gent. *Cædicius*. — Fuit miles quidam memoratus *Virg.* 10. *Æn.* 360 (V. ad *h. l.*). — Item in exercitu Mezentii, apud *eund. ibid.* 747.

CÆDĪTIUS et deriv. *V.* CÆDICIUS.

CÆDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp. I. L.* 6. 9748. — *Cædia*, nom. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5484. — *Corp.* 9. 3087 (*Sulmone*) Cæidia. — Hinc *Cædianus*, cogn. vir. *Corp.* 9. 2349 (*Allifis*). et *Cædiana*, cogn. mul. *Corp.* 10 4885 (*Venafri*).

CÆJONIUS. *V.* CEJONIUS.

CÆLA (Coela), æ, f. 1. oppidum Thraciæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (47). Intus Bizye - regio Cænica, colonia Flaviopolis, ubi antea Cæla oppidum vocabatur.

CÆLĀNUS, i, m. 2. pagus in agro Beneventano. *Tab. alim. Bæb.* (*Corp.* 9. 1455) 2. 40. V. *Momms. ibid.*

CÆLEMONTĀNUS (Cælimontanus). *V.* CÆLIUS mons.

CÆLĒNÆ. *V.* CILENI.

CÆLES, is, m. 3. præn. Etrusc., *caile*, ut *Cæles Vibenna*, etrusce *caile vipinas* (Cf. *Martha, L'art. étr. p.* 397). *V.* CÆLIUS mons. — Hinc *Cælianus, a, um*, adj. et *Cæliani, orum*, quæ Cælis Vibennæ sunt. *Varro* 5. *L. L.* 46. De Cælianis, qui a suspicione liberi essent, traductos in eum locum, qui vocatur Cæliolus. *Orat.* imp. Claud. (*Corp.* 13. 1668). Cælianus exercitus.

CÆLESTIĀNUS. *V.* CÆLESTIUS.

CÆLESTĪNI, ōrum, m. plur. 2. gens antiquissima et jamdiu excisa in Umbria. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (114).

CÆLESTĪNUS, a, um, adj. *V.* voc. seq.

CÆLESTĪNUS, i, m. 2. (demin. a *cælestis*) cogn. sæpius a Christianis usurpatum. ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Cælestinus, rerum scriptor sæc. III. p. Chr., memoratus *Treb. Valer.* 8. — 2.°) Cælestinus quidam, ad quem M. Valerius Probus (?) suum librum *Institutionum grammaticarum* (sec. *Lind.*) sive *de ultimis Syllabis* (rectius sec. *Keil*), præposito epigrammate, misit (*Anthol. n.* 205). — 3.°) Cælestinus, pontifex Rom., hujus nominis I., successor Bonifatii I. a. 422., filius Prisci, consanguinitate cum Valentiniano III. conjuncti, antea diaconus Ecclesiæ Rom. (*Augustin. ep.* 192., coll. *Dionys. Exig. Coll. decr. p.* 240. *M.*). — Hic plura egit præclarissima: Novatianis hæreticis templa, quibus Romæ utebantur, haud pauca abstraxit (*Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 10); Pelagianos quoque insectatus, Cælestium, eorum acerrimum fautorem et cum Pelagio ducem, Italia extrusit; Britannias quoque et Orientales regiones ab hac peste liberandas curavit; itemque Nestorianos, qui tunc immani errore catholicos homines corrumpere vehementer studebant, Ephesi concilio a. 431. per Cyrillum, patriarcham Alex., faventibus Theodosio II. et Valentiniano III. impp., celebrato, retudit ac Nestorium deposuit (*V.* NESTORIUS). Nec tantum hæreticos coercuit, sed in alias gentes evangelium propagandum curavit misitque Patritium monachum in Hiberniam, qui ejus incolas partim in fide, quos reperit a Palladio conversos, firmavit, partim et longe plurimos ad fidem convertit ita ut paullatim ea regio ex impia fieret « insula sanctorum », uti vulgo dicta fuit (V. *Brenan, Storia dell' Irlanda*, Dubl. 1864. et *Todd, s. Patr. ap.* Londr. 1864). — Obiit hic sanctus pontifex a. 432 (*Lib. Pont.* ed. *Duchesne I.* 230. et *Jaffé, Reg. Pont. I.* 55). — De epistolis ab eo scriptis et allocutionum fragmentis videsis *Gennad. vir. ill.* 54., *Patrol. lat. v. L. p.* 417-558. *Mign.* et *Spicil. Casin. I.* 1888. *p.* 198-95. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 1143 (*imp. Constantino*). Adde *Inscr. chr. De Rossi I.* 117 (*a.* 358). — *Cælestina*, nom. mul. *Corp.* 15. 7404.; 10. 2944 (*Puteolis*). — Hinc *Cælestinus, a, um*, adject., ut *Juppiter Cælestinus* in *Corp. I. L.* 6. 404. IOVI OPTIMO MAXIMO CAELESTINO etc. *V.* voc. seq.

CÆLESTIS, is, f. 3. ¶ 1. Apud scriptores, Afrorum dea, Carthagine maxime culta, quæ vernacula lingua *Tanit* vocitata est, Gr. Οὐρανία (Cf. *Herodian.* 5. 6. 4. et etiam *Wissowa, Relig. u. Kult.* 312). — *Cælesta* quidam leg. in *Inscr. Corp.* 10. 1598 (*Puteolis*). Memoratur — 1.°) Stricte. *Tertull.* 2. *nat.* 18. Quanti sunt qui norint visu(m) vel auditu(m) Atargatim Syrorum, Cælestem Afrorum, Varsutinam Maurorum? (Cf. *Apul. met.* 6. 4. et nummos Septimii Severi: *Dio* 79. 12). *et* 24. Unicuique etiam provinciæ et civitati suus deus est, ut - Africæ Cælestis. *Treb. XXX. tyr.* 29. « Afri - Celsum imperatorem appellaverunt peplo deæ Cælestis ornatum ». Jocalariter *Augustin. in ps.* 106. 9. « Carthago in nomine Christi manet et olim eversa est Cælestis, quia non fuit cælestis sed terrestris ». Sic *Salvian. gub.* 8. 9. Cælestem illam - Afrorum dæmonem dico: cui ideo, ut reor, veteres pagani tam speciosæ appellationis titulum dederant, ut quia in eo non erat numen, vel nomen esset. *Philastr.* 15. 1. Est hæresis in Judæis, quæ Reginam, quam et Fortunam Cæli nuncupant, quam et Cælestem vocant in Africa. — In titulis sæpe occurrit, ut *Corp. I. L.* 6. 77.; 8. 78., 79.; 13. 7610 (*in Germ.*) — In his plurima epitheta ei tribuuntur, ut *domina* (*C.* 6. 77), *invicta* (*C.* 6. 78), *augusta* (*C.* 8. 998), *sanctissima* (*Inscr. Rev. arch.* 4. *ser. III.* 1904. *p.* 297), *incomparabilis* (*C.* 2. 4310), *virgo* (*Inscr. Not. degli scavi* 1892. *p.* 407 (*Romæ a.* 259) etc. — Virgo cælestis *sidus* dicitur *Ammian.* 31. 13. 7. « Solque sublimior decurso Leone ad domicilium cælestis Virginis transiens » (*V.* etiam *Domaszewski, Orient. stud.* etc. *p.* 861. *sqq.*). — *Cælestis dea* Julia Damna appellata est (Cf. *Wissowa, op. cit. p.* 318). — Cum aliis diis, sc. Saturno, Mercurio, Fortuna, in *Corp.* 8. 1887., 16417., 2226 (= 17619. *in prov. Numid.*). — 2.°) Latiore sensu deorum dearumque cognomen, uti sunt præcipue *Juppiter, Diana, Mercurius, Venus, Juno, Concordia, Fortuna, al.* Cf. (dii) *cælestes* et *cælites*, quibus opponuntur *inferi* (V. *Corp.* 14. 3536.; 3. 10407.; 10. 4852.; 6. 521. et 780. etc.). — Etiam *Cælesta* Venus (*Corp.* 10. 1596) et plur. dat. *Cælestabus* Augustis (*Corp.* 8. 20744 (*a.* 218). — *Cælestes* sunt dii et ii, qui ex hominibus dii facti sunt (V. *Lexic.*). *Corp. I. L.* 8. 20745 (*a.* 222) et 20746 (*a.* 241). Cf. *Ovid.* 1. *Met.* 150. ¶ 2. In titulis nom. vir. et mul. *Corp.* 8. 4866 (*in prov. proc.*). Adde *Greg. Tur. mart.* 4. 15. — Fortasse huc pertinet *Inscr. chr. Brit.* 128. Cælexti. — Hinc

Cælestius, a, um, adject. ad deam Cælestem pertinens. *Corp. I. L.* 8. 829 (*in prov. proc.*). Curia Cælestis. Adde *ibid.* 14613.

Cælestius, ii, m. 2. nom. vir. — 1.°) Fuit filius Maximini præfecti prætorio, dux Valeriæ a. 373. p. Chr. (Κελέστιος *Zosim.* 4. 16. 4). *Ammian.* 29. 6. 3., qui eum *Marcellianum* vocat. — 2.°) Item christianus, nobilis natu, famosus Pelagii hæretici sectator. *Augustin. ep.* 157. 175. et *alib.*, *Avell. p.* 99., *al.* - *Greg. M. ep.* 9. 135. Cælestinus (*sic*). — De eo *Mar. Merc. Cml.* 1. 1. Cælestius quidam, eunuchus matris utero editus, discipulus et auditor Pelagii, ante viginti plus minus annos egressus ex urbe Roma Carthaginem Africæ - venit ibique - est accusatus. *et* 1. 2. Ecclesiastica communione privatus est: a qua sententia ad Romani episcopi examen credidit appellandum: qua mox idem ipse appellatione neglecta, Ephesum - contendit ibique ausus est - locum presbyterii petere. *et* 1. 3-5. Postremo Romam venit et a Zosimo episcopo damnatus est. *et subn. c.* 4. Cum esset auditorialis scholasticus, discipulus factus Pelagii, brevi magistrum ita audacia superavit ut longe latius pestem immiserit, immo ejus nomen in oriente pæne obscuraverit suumque *Cælestianis* hæreticis dederit. Adde *Oros. apol.* 1. 6., 3. 3. 4. *al.* et *Gennad. vir. ill.* 45. — 3.°) Christiani alii: *Sidon.* 9. *ep.* 10. 1., *Conc. Arel.* a. 524. *p.* 38. et 39.

Cælestianus, a, um, adj. ad Cælestium hæreticum pertinens. *Augustin. c. Pelag.* 2. 3. Novum et exsecrabile dogma Pelagianum vel Cælestianum. *Hieronym. ep.* 143. Hæresis Cælestiana. — *Cælestiani*, absolute, Cælestii sectatores. V. *Cælestius*.

CÆLESTĪUS, a, um, adject. et

CÆLESTĪUS, ii, m. 2. *V.* voc. præc.

CÆLĪA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. oppidorum, *sc.* — 1.°) Opp. Apuliæ (quod græce est Καιλία: *Strab.*), hodie *Ceglie di Bari*, trib. *Claudia*, in *Corp. I. L.* 6. 23826. 33. et *Rav. p.* 283. Celia (*Guid.* Cecilia). — Hinc *Cælinus ager* in *Lib. col. II. grom.* 262. 9. et *Cælini*, incolæ, in nummis Gr. (V. *Bull. arch. Nap.* 1855. *p.* 145. et 156) Καιλίνων. — 2.°) Item opp. Calabriæ, inter Balesium et Brundisium, fortasse nunc *Cellino* v. *Ceglie Messapica*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (101)., ubi *Cælium* alii leg. ¶ 2. Est etiam nom. gent. mul. *V.* CÆLIUS.

CÆLĪA Horrea. *V.* HORREA.

CÆLĪĀNENSIS, e, adject. *V.* voc. seq.

CÆLĪĀNUM, i, n. 2. oppidum Lucaniæ, fortasse prope hod. *S. Mauro Forte* v. *Cirigliano* v. *S. Giuliano*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 113. — Distinguendum est a Cæliano Numidiæ, de quo *Morcelli, Afr. Chr. I. p.* 113.; unde Quodvultdeus, *Cælianensis* episcopus, in *Not. episc. Num.* 49.

CÆLĪĀNUS, a, um, adject. et

CÆLĪĀNUS, i, m. 2. *V.* CÆLIUS.

CÆLĪCUS, a, um, adject. *V.* CÆLIUS mons.

CÆLĪCUS, i, m. 2. nom. gent. rarioris formæ, ut videtur. *Corp. I. L.* 2. 2420 (*Bracaræ Aug. sæc. fere I. exeunte*). et *Inscr. Ephem. epigr. VIII. p.* 401. *n.* 115 (= *Corp.* 2. 2419). — *Cælica*, nom. mul. *Ibid. p.* 404. *n.* 120.

CÆLĪGENA, æ, comm. gen. 1. (*cælum* et *gigno*) Cæli progenies (Cf. CÆLUS). *Varr.* 5. *L. L.* 62. Et Victoria et Venus a poetis dicitur Cæligena; Tellus enim quod prima vincta Cælo, Victoria ex eo. *Auson.* 385. 38. falcigerum placant sanguine Cæligenam. *i. e.* Saturnum.

CÆLĪMONTĪUM et deriv. *V.* CÆLIUS mons.

CÆLĪNA, æ, f. 1. oppidum in Venetia situm, apud hod. *Maniago*. Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (131). Interiere - ex Venetis Atina et Cælina.

CÆLĪŎLUS, i, m. 2. mons seu potius collis, demin. a *Cælius*, cujus etiam pars dicitur, ubi nunc sedes S. Gregorii M., sejunctus ab orient. a Cælio monte, ab occid. a via Appia Nova, exstructa a Caracallo, cujus rudera nuper reperta sunt. Memoratur *Varr.* 5. *L. L.* 46. de Cælianis (*qui cum Cæle Vibenna Romulo auxilio venerant*), qui a suspicione liberi essent, traductos in eum locum, qui vocatur Cæliolus (Cæliolum *F*). — Hunc *Cic. Har. resp.* 15. 32. *Cæliculus* nominat: L. Pisonem quis nescit his temporibus ipsis - Dianæ sacellum in Cæliculo sustulisse? — Hinc patet olim cum Cælio junctum fuisse; erat autem comprehensus in regione Urbis I. Suburrana una cum Cælio monte; unde *Martial.* 12. 18. 6. Major Cælius et minor. — In nova vero regionum Urbis divisione tempore Augusti *Cæliolus* in regione I., *Porta Capena* nuncupata, et *Cælius* in II. comprehensus fuit, *Cælimontium* dicta.

CÆLĪŎMONTĀNUS. *V.* voc. seq.

CÆLĪUS, ii, m. 2. (Καίλιος *Dionys.*) Ad scripturam quod attinet, ætate posteriore confunditur *Cælius* cum *Cœlius*, quia, ut ait *Münzer*, origine

et scribendi ratione cum v. cælum connectitur. Cf. etiam Eckhel, 5. p. 175. sq., coll. p. 158 (V. tamen infra Cælius mons). — Certum hoc est, in mss. Codd. et in scriptis Lapidib., immo et in nummis apud Cohen, Descr. etc. p. 94. frequentius scribi per œ et ex antiquiore orthographia per oi apud Momms. Inscr. n. 6977., ubi Coilius et apud Orell. n. 4702. Coilia (Cf. Momms., Münzwes. 509. n. 65); quamquam aliquando et Kailius v. Cailio occurrit (Corp. I. L. 6. 6234. et 5. suppl. ital. 275). V. CŒLIUS. — Etiam Celius et Celia, extrita priore diphthongi littera, scribitur Varr. loc. cit. et Corp. I. L. 8. 4680 (in prov. proc.). — Vocabulum ducunt alii a Cælus, qui a cælum derivatur (Vanicek, Gr. Lat. Etym. p. 160); alii vero ab Etrusc. Caeles (Calle), unde et Cælennia, Cælonius etc. Cf. Varr. 5. L. L. 46. Celius mons a Celo Vibenn(a), Tusco duce nobili. Adde Paul. Fest. p. 44. — Qualiscumque tamen sit vocis origo et scriptura, non Cælium a Cælia gente distinguimus. — Cælius itaque dicitur de persona et de monte.

I.) Cælius, nom. gent. pleb. (Genet. Cæli apud Lucil. sat. 30. 117. et Virg. 3. ecl. 105.; et voc. Cæli apud Catull. 100. 5. et 9., coll. Gell. 14. 5. 2. - Compend. Cæ. et Cæl. in Inscriptt. — Cælii (Cœlii) apud Cic. Mur. 8. 17. dicuntur novi homines; in rep. enim Rom. serius magistratibus functi innotuere; et in plures familias divisi sunt, præcipue Caldorum et Ruforum. Memorantur sæpe ¶ 1. In titulis. Corp. I. L. 8. 978., 10. 3732.; 15. 7108. etc. — Cælia, nom. mul. 8. 16587 (in prov. proc.); 13. 678 (Burdigalæ). — Hinc deriv. Cælianus (a), cogn. Corp. 7. 940. - 6. 8454. — Cælianus, rhetor, natione Afer, Diadumeni imp. magister, commemoratur Lamprid. Ant. Diad. 8. — Cælianus, a, um, adject. Corp. 15. 49 (æt. Hadr. imp.) figlinæ Cælianæ. Cic. 10. Att. 15. Cælianum illud (Cf. Schmidt, d. Briefwechsel d. M. Tull. Cic. p. 178. sq.). Adde eund. ibid. 15. ¶ 2. Apud scriptores præsertim — 1.º) Cælius Aurelianus, medicus insignis, Siccæ in Numidia ortus, circ. sæc. III. (al. V.) p. Chr., ut argui potest ex vulgari, qua utitur, latinitate; vix enim probabile est eum vixisse ante v. circ. ætatem Galeni, quia, dum tot medicos minorum gentium laudat, de celebri illo nullam facit mentionem. De eo Cassiod. inst. div. 31. — Scripsit: de passionibus celeribus seu acutis (lib. 8); de tardis seu chronicis (lib. 5) (de quibus ipse «hæc sunt, inquit, quæ latinizanda suscepimus» Acut. II. 1); Græcarum epist. librum ad Prætextatum; de febribus; medicaminum muliebrium passionum libros; de passionum causis; responsionum medicinalium; salutarium præceptorum libros (ὑγιεινῶν Sor. I. 40. 206); Problemata; Chirurgumena (χειρουργούμενα Sor. I, 40. 205); librum de specialibus Adjutoriis (ἐν τοῖς περὶ βοηθημάτων ὑπομνήμασιν Sor. II. 28. 324 R.). Alia ab eo citantur de speciali significatione diæticarum passionum, de generali curatione etc. Item Isagoge in artem medendi, quæ adhuc exstat, et ab aliis tribuitur, ab aliis rectius Sorano adjudicatur. Hæc tamen fere omnia temporum injuria interciderunt, præter duo priora, accuratissime edita ab Amman, habentur etiam in coll. Medici veteres; fragmenta vero aliquot collegit Rose in Anecd. gr. lat. II. — Ad Cælianam scribendi rationem quod attinet, hæc habet Forcellin. noster: «Scripta ejus, ut Afri hominis, a nitore et puritate Romani sermonis longe absunt, sordidioribus passim aspersa vocibus et Græcis sæpissime immixtis referta, ut non modo nihil ex ejus lectione proficere possit latine sciendi studiosus, verum et labem contrahere, si nimis diu immorari voluerit». Quod vero ad artis scientiam, G. Kühn eum vocat «inter methodicos medicos haud ignobilem». — De eo consulas Rose, Herm. IV. 140. sqq.; Friedel, De script. Cæl. Aur. meth. Sicc. Bonn. Diss. 1892.; G. Kühn, de Cæl. Aur. opusc. ac. II. 1. — 2.º) D. Cælius Calvinus Balbinus imp. a. 238. p. Chr., filius Cælii Calvini leg. Aug., non Cæcilius, ut apud Aur. Vict. de Cæsarib. 26. et 27., plene in nummis, cum cogn. tantum vel ex errore cum nom. Clodius apud Capitolin. Gord. 10. et 22., in Inscriptionib. imp. Cæs. D. Cælius Calvinus Balbinus Pius Felix Augustus, pont. max., tribunic. potest., pater patriæ, consul II., proconsul. De eo hæc habet Capitolin. Max. et Balb. 7. «Balbinus nobilissimus et iterum consul (a. 213. cum Caracalla: Klein. Fast. cons. p. 98), rector provinciarum infinitarum; nam et Asiam et Africam (a. 221) et Bithyniam et Galatiam et Pontum et Thracias et Gallias civilibus administrationibus rexerat, ducto nonnumquam exercitu. Sed in rebus bellicis minor fuerat quam in civilibus; attamen bonitate nimia, sanctitate ac verecundia ingentem sibi amorem conciliaverat. Familiæ vetustissimæ, ut ipse dicebat, a Balbo Cornelio Theophane originem ducens, qui per Cnæum Pompejum civitatem meruerat, cum esset suæ patriæ nobilissimus idemque historiæ scriptor. Statura æque procerus, corporis qualitate conspicuus, in voluptatibus nimius, quem quidem adjuvabat divitiarum abundantia. - Eloquentia clarus, poemate inter sui temporis poetas præcipuus; vestitu cultus, nec quicquam defuit quod illum populo non commendabilem redderet; amabilis etiam senatui fuit». Eum cum Pupieno Maximo, ex eo quod, interempto in Africa Gordiano seniore cum filio «Maximinus ad urbem furens veniret ut quod Gordiani Augusti appellati fuerant, vindicaret» senatus prætrepidus in ædem Concordiæ conveniens, ludis Apollinaribus, Augustos novo exemplo æquata potestate creavit (Capitolin. ibid. 1. et 2). — Pupienus, Maximini exercitu ad Aquilejam profligato, Romam victor rediit, quem senatus populusque, una cum collega Balbino, magna lætitia excepit; at post neque ita pridem a prætorianis militibus, ægre ferentibus novos Augustos, non ab ipsis sed a senatu lectos fuisse, occasionem ludorum Capitolinorum nactis, ambo miserrime occisi sunt, postquam imperium in mensem tertium tenuissent (Capitolin. ibid. 11., coll. Herodian. 7. 10. 9. et 8. 9. 9). — Plura vd. apud E. Sadée, de imp. Rom. tert. p. Chr. sæc. etc. Diss. Bonn. 1891. et Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I. 790-798.; et in nummis apud Eckhel 4. p. 88. et 8. p. 305-307.; Cohen V.[2] p. 7-13.; Mionnet VI. p. 409-416. — 3.º) M. Cælius Rufus, nat. a. U. C. 672 (Cf. Plin. 7. Hist. nat. 49. 50. [165]), de quo Cic. Cæl. 4. 9. «Hoc dicam, hunc a patre continuo ad me esse deductum; - nemo hunc M. Cælium in illo ætatis flore vidit nisi aut cum patre aut mecum aut in M. Crassi castissima domo, quum artibus honestissimis erudiretur». At postea gloriæ studio illectus L. Sempronii Atratini accusator de ambitu et C. Antonii, Ciceronis collegæ, de majestate et ab ejus filio vicissim accusatus est de vi a. 698., sc. de auro, quod a Clodia (cujus amator fuerat) sumpsisse, et de veneno, quod ei parasse dicebatur; hinc a Clodia gente vehementer oppugnatus, sed a Tullio oratione, quam habemus, vehementissime defensus. — Fuit trib. pleb. a. 702., Milonis (Ascon. Mil. p. 29 sqq.) et M. Saufeji defensor (Id. p. 54); dein ædilis curulis a. 704 (Cic. Brut. 79. 273. et 86. 297.). — In bello civili Cæsari studuit; quæstor in Africam profectus inde fugere coactus est (Cæs. 2. B. C. 23. et 43); prætor legibus iniquis odium in se concitavit omnium, et ob id a cons. Servilio senatu prohibitus (Liv. epit. 111) et urbe pulsus; quum vero bellum moliretur, occisus est (Id. ibid. et Cæs. 3. B. C. 20. sqq.). — De eo oratore Quintil. 10. 1. 115. «Multum (in eo) ingenii fuit et præcipue in accusando multa urbanitas dignusque vir, cui et mens melior et vita longior contigisset». et Tac. dial. 21. «Quid e Cælianis orationibus? Nempe eæ placent, si non universæ, at partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem illæ verborum et hians compositio et inconditi sensus redolent antiquitatem, nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cælium ex ea parte laudet, qua antiquus est». Adde Vellej. 2. 86. 2. et 68. 1. — Orationum et contionum Cælii Rufi exstant fragmenta tantum apud Meyer, Oratt. Romm. fragm. 2. 468-470. et XVII. epp., quæ toto lib. VIII. epp. Ciceronis ad Fam. continentur, scriptæ intra ann. U. C. 703-706. et post Tullianas faceto et perurbano sermone excellunt, Plinianis vero omnino præferendæ, uti censet Orell. in Onom. Tull. p. 113. — De eo vide etiam Wieschhölter, De M. Cæl. Ruf. oratore, Leipz. 1885.; Boissier, Cic. et ses amis p. 167-219. et Teuffel-Schwabe, G. R. L. § 209. 6. 7. — 4.º) Alii: Cn. Arulenus Cælius Sabinus, cos. suff. cum Flavio Sabino a. U. C. 822. (Tac. 1. Hist. 77., JCtus illustris, librum de edicto ædilium curulium composuit (Gell. 4. 2. 3).: Cælius Attianus, natione Hispanus Italicensis, præf. præt. sub Hadriano imp., cujus tutor fuit (Spartian. Hadr. 1).; Q. Cælius Flavianus, clarissimus vir, patronus Canusinorum (Corp. 9. 338. 1. 19). (V. CŒLIUS).

II.) Cælius (non Cœlius) mons. ¶ 1. In urbe Romæ (Cf. Jordan-Hülsen, Top. d. Stadt Rom. I. 3 (1907). p. 220. sqq.): plerumque et ætate antiquiore scribebatur Cælius mons; at postea mons Cælius apud Vellej. 2. 130., Tac. 4. Ann. 64., Sueton. Tib. 48., Aur. Front. p. 31. N., Vir. ill. 4. 8., Capitolin. Aur. 1., Treb. XXX. tyr. 25., Ammian. 16. 12. 66. — Etiam Cælius collis ap. Frontin. aq. 87., coll. 76. — Cælius, absolute, ap. Ovid. 3. Fast. 522., Martial. 12. 18. 6., Frontin. aq. 87., Lamprid. Heliog. 30., Paul. Fest. p. 341. — Antiquitus Querquetulanus dictus, quod «silvæ frequens fecundusque erat» ut scribit Tac. 4. Ann. 65.; mox Cælius, teste Varr. 5. L. L. 46. Celius mons a Cele Vibenn(a), Tusco duce nobili. Sic Paul. Fest. p. 44. Cælius mons dictus a Cæle quodam ex Etruria. et Orat. imp. Claud. loc. cit. Servius Tullius montem Cælium occupavit et a duce suo Cælio ita appellita(vit). — De scriptura Cælius ejusque etymo jam supra diximus, et ex locis modo adlatis satis constat. — Memoratur etiam Cic. 2. rep. 18. 33. Ancus Marcius Aventinum et Cælium adjunxit urbi (Cf. Strab. 5. 234). Sic Liv. 1. 30. Roma - crescit Albæ ruinis - Cælius additur urbi mons et, quo frequentius habitaretur, eam sedem Tullus regiæ capit ibique habitavit. et ibid. 33. Cum Cælium montem Albani implessent. Paul. Fest. p. 131. Martialis campus in Cælio monte dicitur, quod in eo Equirria solebant fieri, si quando aquæ Tiberis campum Martium occupassent. — Quum Septimontio, ut ait Fest. p. 348., sc. Palatio - Cælio monti - celebrarentur feriæ et sacrum fieret ipsis montibus vel eorum numinibus, hinc Jovi inditum nomen Cælius (Corp. I. L. 6. 334. Cf. Wissowa, Gesammelte Abhandl. p. 247). Adde Paul. Fest. p. 341. — Tempore Varronis Cælius conjunctus est cum Cæliolo (V. CÆLIOLUS). — Anno 27. p. Chr. sub Tiberio «deusto monte Cælio - adduntur sententiæ ut mons Cælius in posterum Augustus appellaretur, quando cunctis circum flagrantibus sola Tiberii effigies - inviolata mansisset» (Tac. 4. Ann. 64., coll. Vellej. 2. 130. et Sueton. Tib. 48). — Memoratur in Cælio monte sita domus Mamurræ et Annii Veri, patris M. Antonini Philosophi imp., qui in ea natus est (Capitolin. Antonin. Phil. 1., coll. Lamprid. in Comm. 16. et Plin. 36. Hist. nat. 6. 7. (48).; hinc fortasse statua M. Aurelii nunc in Capitolio posita, quæ olim erat prope Lateranum (Hülsen); item domus M. Opellii Macrini (Lanciani, Acq. 214), Pisonum (Id. 214), Tetrici imp. «inter duos lucos contra Isium Metellinum pulcherrima» (Treb. XXX. tyr. 24); ædes magna Laterani (Juvenal. 10. 18., Aur. Vict. epit. 20., coll. Lanciani, Acq. 214), ubi serius ex pii Constantini imp. munificentia erecta Basilica Salvatoris «cunctarum mater caput ecclesiarum»; item domus Symmachorum (Symm. 3. ep. 12). — De fodinis in monte Cælio V. Annal. dell' Istit. Arch. a. 1852. p. 332. — De eo V. Topogr. Becker, 494-508.; Jordan, I. 1. 186-188. et Gilbert II. 1-148. et III. 347-351. — Hinc Cælicus, a, um, adject. ad Cælium m. pertinens. Stat. 2. Silv. 3. 14. Cælica tesca (sic Markland, tecta M). — Cælimontium (Cælemontium), ii, n. 2. nom. secundæ regionis sub Augusto, quam ita describ. Curios. et Not. Urb. «Regio secunda Cælimontium continet templum Claudii (ab Agrippina cœptum et a Vespasiano ad finem perductum, apud Sueton. Vesp. 9), Macellum magnum (ubi nunc ædes, s. Stefano Rotondo dicta), Lupanarios, antrum Cyclopis (fortasse prope hod. Villa Mattei), Castra peregrina, caput Africæ, Arborem sanctam, domum Philippi (Arab. imp.), Vectiliana (ubi Commodus imp. occisus est: Lamprid. in Comm. 16., Oros. 7. Hist. 16., coll. Chronogr. a. 354. apud Momms. Chron. min. I. 147), Lupum matutinum et Gallicum, Spoliarium, Saniarium, Armamentarium (prope Colosseum), Micam auream etc. — Hinc Cælimontanus (Cælemontanus), a, um, adj., ut Cælimontana porta, ad collis declive prope ædem, s. Stefano Rotondo dictam, v. intra muros Servianos prope Lateranum, apud Cic. Pis. 23. 55. et 26. 61. et Liv. 35. 9. — Cælimontanus campus in Corp. I. L. 6. 9475., fortasse Esquilinus et Viminalis. — Cælimontani arcus aquæ Claudiæ (Cf. Richter, Topogr. p. 320). Corp. 6. 1259. 10 (a. 201). — Absolute Cælimontanus, cogn. in gente Verginia, cos. a. 456. a. Chr. Fast. Capit., et Cæliomontanus in Corp. 1. p. 16. — Cælimontiensis, adj. Corp. 6. 31899. ¶ 2. Item mons Rætiæ, cum oppido cognomine inter Guntiam (Ganzburg ?) et Campodunum (Kempten), hodie fortasse Kellmünz. Memoratur Itin. Ant. p. 250. Celius (sic) mons. — Absolute. Not. Dign. occ. 35. Tribunum cohortis tertiæ Herculeæ Pannoniorum Cælio. Cf. Momms. Corp. 3. p. 721. et Müllenhoff, Deutsch. Altert. II. 355.

CÆLUM, i, n. et

CÆLUS, i, m. 2. deus omnium antiquissimus apud ethnicos orientales et apud Græcos (Οὐρανός). — Etiam Cælum apud Varr. 5. L. L. 57. sqq. et Tertull. 2. Nat. 12. Contra Serv. Auct. ad Virg. 5. Æn. 801. Ideo autem diximus Cælus pater, ut deus significaretur; nullus enim deus generis neutri est; nam cælum genere neutro elementum significat. Cf. Charis. gramm. I. p. 72. 13. et Non. p. 197. 5 (V. Neue-Wagener, Formenl. I.[2] 416). — Memoratur etiam Enn. ann. 27. Saturno, quem Cælus genuit. et frg. var. 60. Initio primus in terris imperium summum Cælus habuit. Varr. loc. cit. Principes dei Cælum et Terra (ita ex doctrina Stoicorum); hi dei iidem qui Ægypti Serapis et Isis - iidem principes in Latio Saturnus et Ops. Terra enim et Cælum, ut (Sa)mothracum initia docent, sunt dei Magni. et 5. ibid. 59. Hæc duo Cælum et Terra, quod anima et corpus. et ibid. 65. Idem hi dei Cælum et Terra, Juppiter et Juno. Frg. Prob. Virg. 6. ecl. 31. Cognomenta magnorum deorum: tres aræ sunt in circo medio ad columnas, in quibus stant signa: in una inscriptum «diis Magnis», altera «diis Potentibus», tertia «diis Terræ et Cælo» in hæc duo divisus mundus. Cic. 2. Tusc. 10. 23. Titanum suboles - generata Cælo. Mythogr. I. fab. 204. Ophion et secundum philosophos Oceanus, qui et Nereus, de majore Thetide genuit Cælum (Cf. Hesiod. theog. 132. sqq.). Corp. I. L. 6. 33., 84. CAELVS AETERNVS (De vi adject. æternus V. Cumont, Rev. arch. 1880. I. 184. sqq.). — Hyginus in præf. fab. theogoniam suam non a Cælo et Terra, ut Herod. 4. 59. et Apollod. init., sed ex Caligine et Chao incipit, quorum filios dicit Ætherem et Diem, a quibus procreati sunt Terra, Cælum et Mare. Quod quidem in Genes. 1. 1. sqq. narrationem quadrat, ab ethnicis adulteratam, ubi primum tenebræ (= Caligo) ponuntur super faciem abyssi (= Chaos), dein lux (= Dies) et firmamentum (= Æther), vocatum Cælum, mox terra et mare; cælum enim et terra initio dixit Moyses, more Hebræorum, qui ea dictione significant universa simul sumpta (Cf. Eccli. 18. 1). — Aliam vero apud veteres genealogiam, qua, contra, Cælum homo fuisse traditur, exponit Cic. 3. Nat. D. 18. 45.; unde patet antiquissimos deorum, quos homines is censet, tres numerasse, sc. Ætherem, Cælum sive Uranum et Saturnum. Sic ex Trismegisto et Euhemero probat etiam Lactant. 1. 11., ubi non solum eorum ortus sed mors ac sepultura describitur. — Alia de Cælo videsis apud Cic. 2. Nat. D. 24. 63. et 3. ibid. 24. 62., coll. Mythogr. II. fab. 30., Serv. ad Virg. 5. Æn. 80. et Macrob. 1. somn. Scip. 2. 11., quæ allegorica videntur. — De cultu Cæli hæc subdimus: ab Ægyptiis Cælus uti humani generis caput colebatur (Hesiod. theog. 5); item a Phœniciis (Eus. præp. ev. 1. 7); item a Carthaginiensibus (Lactant. 1. 15); item a Græcis (Apollod. 1) et a Latinis (Vitr. 1. 2. 5., coll. Varr. et Enn. locc. citt., Corp. 6. 86., 84., 31171. et 13. 7869). Sic de Hebræis, Juvenalis, homo ethnicus et ignarus, jculariter 14. 97. «Nil præter nubes et cæli numen adorant». Cf. 6. 545. — Ad signum dei Cæli pertinere videtur nomen agri, quod legitur in Corp. 6. 9275. AGRI CAELI AEMIL etc. — De eo V. etiam O. Jahn, Arch. Beitr. 85. 28. et Visconti, Mus. Pio-Clem. 4. 137. — Hinc Cæligena, æ, Cæli progenies. Varro 5. L. L. 62. Et Victoria et Venus (a poetis) dicitur Cæligena. Tellus enim quod prima vincta Cælo, Victoria ex eo. Auson. 385. 38. Cæligena Saturnus.

CÆMANI, ōrum, m. plur 2. Belgæ. Cæs. 2. B. G. 4. et Oros. 6. Hist. 7.

CÆNA, æ, f. 1. ¶ 1. Est statio in Cappadocia, hodie Khaz, in Itin. Burdig. p. 578. ¶ 2. Item statio in via, quæ a Tyanis Ancyram ducit. Tab. Peut. 10.

CÆNÆ. V. GENETÆ.

CÆNĂLUS, i, m. 2. cogn. vir. (fortasse a cœnando) in Inscr. apud. Murat. 1080. 5., ubi eques Romanus dicitur ex Hispania citeriore. Ita Furlanetto.

CÆNĒ, es, f. 1. ¶ 1. Est nom. loci, sc. — 1.º) Insula prope Siciliam, apud Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (92)., in cujus nummis Καινεων legitur (Eckhel 1. p. 269. — 2.º) Item oppidum Ponti, quod Parembole dicitur, ubi consistebat cohors I. Lepidiana, in Not. Dign. or. 35. — 3.º) Item regio Antiochiæ, ἡ Καινή. Lib. Pontif. p. 58. In civitate Antiocia (sic) domuncula in Cæne. ¶ 2. Est etiam nom. mul. Corp. 6. 1462.

CÆNEUS, ei, m. 2. (Καινεύς) disyllabon. — Nom. etiam Cæneos, Græca positione. — Acc. Cænea apud Val. Max. 9. 10. ext. 1. et Cænea apud Virg. 9. Æn. 573., Ovid. 12. Met. 172., al. — Voc. Cæneu apud Ovid. 12. Met. 531. — Sunt qui scribant Ceneus, quod improbat Apul. orthogr. 54.

Cæneus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Elati proles Thessala (hinc dictus Elateius et Perrhæbus, h. e. Thessalus, ab Ovid. 12. Met. 172. et 490.; sed Magnesius ab Hygin. fab. 14.), ex muliere vir, a Neptuno invulnerabilis factus; deinde vero in impietatis ac superbiæ pœnam Centaurorum ictibus terræ infixus et arborum conjectu oppressus, mox in avem mutatus (Cf. CÆNIS et Seeliger, Roschers Lex. myth. II. 894). — Fabula narratur Ovid. 12. Met. 189. sqq., Lact. in enarr. fab. Ovid. 12. 4. et Mythogr. II. fab. 108. — De eo Virg. 6. Æn. 448. juvenis quondam, nunc femina Cæneus Rursus et in veterem fato revoluta figuram (post mortem). Ovid. 12. Met. 490. - manet imperfossus ab omni Inque cruentatus Cæneus Elateius ictu. et ibid. 514. Obrutus immani tumulo sub pondere Cæneus Æstuat arboreo congestaque robora duris Fert humeris. et 531. Maxime vir quondam sed nunc avis unica, Cæneu. — 2.º) Inter Argonautas recenset Hygin. fab. 14., qui ad aprum Calydonium ierunt. et fab. 242. ait ipsum se interfecisse. — 3.º) Alii apud Stat. 7. Theb. 644., Virg. 9. Æn. 570., Val. Max. 9. 10. ext. 1., Boeth. anal. post. 1. 9. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. I. L. 6. 8858. et 14612.

CÆNICENSES (Cenicenses), ium, adject. incolæ oppidi Galliæ Narbonensis adpositi fluvio, cui hod. nom. Arc, apud Ptol. Καινός. Memorantur Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (36). — In nummis Καινικητων (V. Dict. arch. de la Gaule, monn. Gaul. 1., coll. De la Saussaye, Numism. de la Narbonn. 105. sq.).

CÆNĪNA, æ, f. 1. (Καινίνη) oppidum antiquissimum Latii, proximum Romæ, fortasse inter Urbem et Gabios, in agro Sabinorum, colonia ab Alba deducta (Liv. 1. 9. sq.), a Cænite conditore appellatum (Paul. Fest. p. 45), situm, ut videtur, in colle ad prædium, vulgo, Osteria del Fornaio (Cf. Nibby, dintorni di Rom. I. 332-335. et Bormann, Altlat. Chorogr. 183-185). Memoratur Ovid. 2. Fast. 135. (Romulum) Tatius parvique Cures Cæninaque sensit. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (68). In prima regione præterea fuere in Latio clara oppida Satricum, Pometia, Cænina (Cenina codd.) - interiere sine vestigiis. — Hinc Cæninus, a, um, adj. Propert. 5. 10. 7. «Tempore quo portas Cæninum Acronta petentem Victor in eversum cuspide fundis equum (Romulus), Acron Herculeus Cænina ductor ab arce, Roma, tuis quondam finibus horror erat» (V. ACRON). Liv. 1. 10. Per se ipsum nomen Cæninum in agrum Romanum impetum fecit (propter raptas virgines). — Cæninensis (Cæniniensis), adj. et incolarum vocabulum, ut sacerdos Cæninensis, qui pro Cæninensibus, postquam interierunt, sacra faciebat. Corp. I. L. 1. 3704 (Cumis). et 11. 2699 (Volsin.). — Et sacerdotium Cæninense, in Corp. 6. 1598 (Cf. Wissowa, Rel. u. Kult. 448). — Cæninenses (Cæninienses), incolæ. Val. Max. 3. 2. 3. (Romulus) ab Acrone, Cæninensium rege, ad dimicandum provocatus. Flor. 1. 1. 11. Cæninensium captum ac dirutum est oppidum. Liv. 1. 9. et Corp. 10. 809.

CÆNĪNENSIS (Cæniniensis), e, et

CÆNĪNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CÆNIS, idis, f. 3. (Καινίς) Acc. Auson. 69. 9. Cænida. et Sueton. Vesp. 3. Cænidem. — Voc. Ovid. 12. Met. 470. Cæni. ¶ 1. Speciatim — 1.º) Fuit filia Elati, in marem a Neptuno conversa (V. CÆNEUS). Id. ibid. 189. Cænis Thessalidum virgo pulcherrima. et 195. nec Cænis in ullos Denupsit thalamos - Æquorei vim passa dei est. Gell. 9. 4. 14. Notissima illa veterum poetarum de Cænide et Cæneo cantilena. — 2.º) Item liberta Antoniæ, Claudii Augusti matris, Vespasiani concubina, quæ plenius post manumissionem Antonia Cænis dicta est. Sueton. Vesp. 21. ¶ 2. Generatim nom. serv. in titulis urbanis frequentissimum. Corp. I. L. 6. 2286., 5537., 5647. etc. — Hinc Cænidianus (a), cogn. alterum libertorum, qui olim servi fuerant Cænidis. Corp. 6. 15110., 18858.

CÆNO, ōnis, m. 3. ¶ 1. Est oppidum prope Antium. Liv. 2. 63 (a. 469. a. Chr.) Antium consul oppugnare non ausus, Cænonem - ab Antiatibus cepit (Cf. Nissen, Landesk. II. 627). ¶ 2. Est etiam nom. vir. Corp. I. L. 2. 385 (in Lusitania).

CÆNOFRŪRIUM (Cænophrurium), ii, n. 2. (Καινὸν φρούριον: a καινός, novus, et φρούριον, castellum) locus Thraciæ, inter Byzantium et Heracleam. Lact. mort. pers. 6. 2. Aurelianus Cænofrurio, ubi locus est Thraciæ - humi jacebat falsa quadam suspicione ab amicis suis interemptus. Adde Vopisc. Aurelian. 35., Eutrop. 9. 15. et Hieronym. chron. a. Abr. 2292.

CÆNŎPŎLIS, is, f. 3. (Καινὴ πόλις v. Καινόπολις) ¶ 1. Est oppidum — a) Ægypti, in dextra Nili ripa supra Tentyram, hodie Kéneh, apud Ravenn. p. 127. — b) Cyrenaicæ apud eund. p. 137. ¶ 2. Item templum in urbis Constantinopolis regione nona. Not. urb. Const. 10. 5.

CÆNOS GALLĪCĀNOS, i, m. 2. statio Bithynica. Ammian. 14. 11. 6. «(Uxor Constantii imp.) cum Bithyniam introisset, in statione, quæ Cænos Gallicanos appellatur (mortua est)» vi febrium repentina a. 354. p. Chr. — Cenon Gallicanon, in Itin. Ant. p. 141.

CÆNUS, i, m. 2. vel

CÆNYS, yos, 3. (Καίνυς) ¶ 1. Est promontorium Bruttiorum exadversum prom. Peloritano, hod. Pezzo v. punta del Pezzo. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 5. 10. (73)., coll. Strab. 2. 1. et 6. 1. 5. ¶ 2. Est etiam Cænus nom. vir. Corp. I. L. 7. 1336. 201.

CÆPĪO, ōnis, m. 3. (Cæpius) cogn. in gente Fannia, Ruscia v. Rustia, præsertim vero Servilia. ¶ 1. Apud scriptores, præcipui — 1.º) Q. Servilius Cæpio, consul a. 106. a. Chr., auctor legis judiciariæ, qua judices æquo numero eligendi erant e senatoribus et equitibus; sed a Cimbris devictus et Romam reversus in vincula fuit conjectus, dein in exsilium pulsus obiit Smyrnæ. Gell. 15. 28. 3., Obseq. 41., Cic. Brut. 35. 135., al. Cf. tamen Corp. I. L. 6. 32991. — 2.º) Cæpio, scriptor, sub Tiberio imp. Plin. 21. Hist. nat. 4. 10. (18)., ex quo scripsisse videtur de Floribus et Coronamentis. — 3.º) Alii: Cn. Servilius Cæpio cos. a. 253. a. Chr. (Fast. cos. Capit.). — Cn. Servilius Cæpio, pontifex a. 213. a. Chr. (Liv. 25. 2) - Q. Servilius Cæpio, quæstor urbanus a.

100. a. Chr. (*Rhet. Her.* 1. 12. 21. et *Cic. Brut.* 62. 228). Nisi nimis equestri ordini deditus a senatu dissedisset. - T. Gavius Cæpio, locuples et splendidus homo, pater Sex. Lucilii, trib. pl. (*Cic.* 5. *Att.* 20) - Fannius Cæpio, qui cum L. Murena consilium inierat occidendi Cæsaris *(Augusti)*, sed « quod vi facere voluerant, jure passi sunt » *(Vellej.* 2. 91. 2., coll. *Sueton. Tib.* 19). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp. I. L.* 6. 2222., 4172.; 9. 3274 *(Corfinii)* etc. — Nominis gentilicii loco usurpatur, ut multa similia Etrusca nomina (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 309). Sic M. Junius Brutus (interfector Cæsaris) adoptatus a Q. Servilio Cæpione *Q. Cæpio Brutus* appellatus est. *Cic.* 10. *Phil.* 11. 25., 2. *Att.* 24. et *alib.* — Hinc *Cæpionis monumentum* in ora Hispaniæ Bæticæ, prope ostia fluv. Bætis, a Q. Servilio Cæpione cos. dictum, qui Viriathum devicit a. 139. a. Chr., sc. turris seu pharus, de quo *Mela* 3. 6 (*Strab.* 3. 140.: ὁ τοῦ Καιπίωνος-πύργος ἐπὶ πέτρας ἀμφικλύστου κ. τ. λ.). Cf. oppidulum, quod nunc appellatur *Chipiona*. — Hinc *Cæpionianus*, cogn. *Corp.* 6. 16587. — *Cæpionianus, a, um*, adj. ad Cæpionem aliquem pertinens, ut *Cæpioniana figlina*, spectans ad Arriam Fadillam, matrem Antonini Pii imp. *Corp.* 15. 52. *sqq.* — *Cæpionius (a)*, nom. gent. *Corp.* 9. 5206 *(Asculi Piceni)*.

CÆPĪUS, ii, m. 2. (Cf. Etrusc. *cepa* in *C. I. Etr.* 1. 3469) nom. gent. *Corp. I. L.* 14. 256. 149 *(Ostiæ)*. — *Cæpia*, nom. mul. 8. 1510 *(in prov. proc.)*. — Hinc deriv. *Cæparius, Cæpanius, Cæpatanus, Cæpio, Cæpontius, Cæpulus*. V. *Corp.* et *Schulze, Eigenn. p.* 361.

CÆRACATES, ium, m. plur. 3. gens Germaniæ, Tribocorum et Vangionum vicina, prope Mogontiacum, apud *Tac.* 4. *Hist.* 70., fortasse iidem qui Καριτνοί memorati *Ptol.* 2. 11. 6., ut putat *Müller*.

CÆRĂTUS, i, m. 2. (Καίρατος) fluvius Cretæ insulæ cum oppido cognomine, quod postea *Gnossus* est appellatum (Cf. *Callim. hymn. in Dian.* 44. et *Strab.* 10. 476), hodie *Kartero*. — Hinc *Ceratæ flumina* legitur *Cir.* 113.

CÆRE, n., oppidum Etr., olim *Agylla* nominatum, quod cognatum videtur cum nom. vir. Etr. (genet.) χaireals. V. *Schulze, Eigenn. p.* 567. — Non est indecl., ut perhibetur (quamquam *Diomed. gramm. I.* 327. 8. « Cære - singulariter aptoton nomen est generis neutri, ut Cære, Præneste »); sed acc. *Cæren* habet *Justin.* 20. 1. 12. et *Cæritis* genet. *Virg.* 8. *Æn.* 597.; abl. *Cære* apud *Paul. Fest. p.* 44. et in *Corp.* 14. 3513., sed *Cærĕte* apud *Virg.* 10. *Æn.* 183. « Cærete domo », quod adjectivum censet, at perperam, *Prisc. gramm. II.* 184. 3. — *Cære* ultimam correptam habet ap. *Sil. It.* 8. 472. « Lectos Cære viros, lectos Cortona superbi Tarcontis domus ». — Origo vocabuli incerta est; nam quod *Strab.* 5. 220. et *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 597. referunt, commentitiis narratiunculis adlatis, nempe *Cære* a Gr. χαῖρε esse derivandum, satis ineptum est. *Val. Prob.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 183. ab Etruscis *Cisram* nominatam dicit, *Cære* autem a Pelasgis; inde tamen nihil extundes.

Cære, oppidum in Etruria situm, hodie *Cervetri* v. *Cerveteri*, sc. *Cære vetus*, quod alii ab Etruscis conditum tradunt *(Schol. Virg. Veron. Æn.* 10. 183); alii a Græcia *(Justin.* 20. 1. 12) et speciatim a Pelasgis *(Varro* apud *eund. ibid.*, coll. *Serv. loc. cit.)*. Memorat *Liv.* 1. 2. Mezentius, Etruscorum rex, Cære, opulento tum oppido, imperitans. *Id. ibid.* 60. Duo Tarquinii liberi exsulatum Cære in Etruscos ierunt. — Quo tempore (sc. a. 390. a. Chr.) Galli Romam obsidebant, virgines (Vestales) profugas Cære excepit servavitque sacra huc a Romanis translata, pro quo beneficio postea civitatem Romanam meruit, ita tamen, ut suffragium non ferret *(Liv.* 5. 40. et 50., *Gell.* 16. 13. 7., coll. *Strab.* 5. 220. et *Fest. p.* 44); hinc Cære dictum « sacrarium populi Romani, deversorium sacerdotum ac receptaculum Romanorum sacrorum » *(Liv.* 7. 20); quin *cæremoniæ* vox ab oppido *Cære* deducta censetur *(Paul. Fest. p.* 44). — Varias post vices (de quibus V. *Cærites)* ejus memoria oppidi, *Strabonis* tempore (5. 23) splendidi ac præclari, fere obliterata est, ita ut vix vestigia manerent. De eo videas *Nissen, Ital. Landesk. II.* 347.; *Canina, Etrur. mar. I.* 135-203. et *Dennis, Cities and cemet. of Etrur.* 2.ª 226-284. — *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 479. et *auct.* 8. *ibid.* 597. « Alii Cære montem putabant, ab hoc oppido dictum ». Cf. *Macrob.* 5. *Sat.* 15. 4. et *Corp. I. L.* 14. 3313 *(Præneste)*. — Hinc *Cæres, itis* v. *ētis*, adject. et incolarum vocabulum. *Prisc. gramm. II.* 134. 2. *(teste Capro)* sic dictum est olim Quiritis pro Quiris et Cæritis vel Cæretis pro Cæres, qui tamen nominativi nunc in usu non sunt. *Corp.* 11. 3595 *(Cære)* IMPERATORI CAESARI - *senatus* POPVLVSQVE CAERES. Item 3601., 3604., 3605 *(a.* 73). Adde *Liv.* 5. 19. — *Horat.* 1. *Ep.* 6. 62. « Cærite cera digni » dictum proverbialiter de iis, qui juribus civium privantur, vel universim pro nota et infamia; « censores enim referri jubebant in *Cæritum tabulas* cives, quos notæ causa suffragiis privabant » *(Porphyr. Hor. loc. cit.*, coll. *Ps. Ascon. div. in Cæc. p.* 103: de hisce tamen tabulis consulendus *Momms. St.-R. III.* 572. 3); unde dictio *in tabulas referre* idem sonat ac *ærarium facere* et *tribu movere*. Ad rem etiam *Schol. Hor. loc. cit.* « Cæritibus civitas Romana sic data ut *etc.* - quia post datam ausi sunt rebellare - census eorum a ceterorum censibus remoti erant: sic factum est, ut qui aliquid flagitiosum admiserat, in tabulas Cæritum referretur ». — *Cæretes* v. *Cærites* incolæ. *Liv.* 4. 61.; 5. 50. et 7. 19. *et Fest. p.* 194. *Corp.* 11. 3614 *(Cære a.* 113-114) 2. Municipium Cæritum. *Gell.* 16. 13. 7. Primos - municipes sine suffragii jure Cærites esse factos accepimus concessumque illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. — Aliquando tamen, sc. a. 354. a. Chr., in bello Romanorum cum Tarquiniensibus, etiam Cæritibus, horum sociis, illi bellum indixerunt quasi rebellibus, quibus per legatos mox pacem impetrantibus pepercerunt *(Liv.* 7. 19. et 20); aliquando vero Cærites contra Hannibalem Romanos adjuverunt *(Id.* 28. 45). — Hinc etiam *Cæretanus*, adj. et incolarum vocabulum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (51). Cæretanus amnis (Cf. *Virg.* 8. *Æn.* 597. prope Cæritis amnem). *Martial.* 6. 73. 3. ager. *et* 13. 124. 1. vina. *Colum.* 3. 3. 3. prædia. *et*, absolute, 3. 9. 6. In Cæretano tuo. Adde *Rut. Nam.* 1. 225. — *Cæretani*, incolæ. *Val. Max.* 1. 1. 10., *Corp.* 11. 3367 *(Tarquiniis a.* 230) et 3614. — *Aquæ Cæretanæ*, hodie *Bagni del Sasso* prope *Cervetri*, quas *Cærites* vocat *Val. Max.* 1. 6. 5. Cf. *Strab.* 5. 220. Eædem fortasse *Cæritanæ* apud *Cæl. Aur. tard.* 2. 1. 48. — *Cæretanus*, cogn. vir. *Corp.* 15. 7867.

CÆRELLIĀNUS. *V.* voc. seq.

CÆRELLĪUS, ii, m. 2. (Cf. *Cære)* Scribitur etiam *Cærellius*, unico *l*, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 1699. et *Cerellius*, extrita priore diphthongi littera, in *alia* apud *eund. n.* 482. — Est autem nom. gent. satis clarum tum liberæ reip. cum imperii temporibus. ¶ 1. In titulis non vir. *Corp. I. L.* 6. 18922.; 14. 3964. etc. — *Cærellia*, nom. mul. *Corp.* 10. 5620. — Nom. sing. et cognominis loco positum. *Corp.* 11. 1269 *(Placentiæ)*; 12. 3498 *(Nemausi)* etc. et *Not. degli scavi* 1903. *p.* 463. *(Romæ)*. ¶ 2. Apud scriptores memorantur — 1.°) Ex viris — *a)* Q. Cærellius, legatus M. Antonii triumviri, proconsul, cujus filius legatus fuit Tiberii Cæsaris Augusti. *Corp.* 6. 13646. — *b)* Q. Cærellius, de quo *Censorin. die nat.* 1. 2. « *(Quintus Cærellius)* virtutis non minus quam pecuniarum dives. *et* 15. 1. sanctissimus. *et ibid.* 4. Tu - officiis municipalibus functus, honore sacerdotii in principibus tuæ civitatis conspicuus, ordinis etiam equestris dignitate gradum provincialem supergressus. *et ibid.* 6. De eloquentia quoque sileo, quam omnia provinciarum nostrarum tribunalia, omnes præsides noverunt ». — *c)* Cærellius Macrinus, vir summus clarisque muneribus perfunctus, sine causæ dictione a Severo imp. una cum Cæreliis Faustiniano et Juliano interfectus. *Spartian. Sev.* 13. — *d)* C. Cærellius Fufidius Annius Ravus Pollittianus, sodalis Marcianus, Aurelianus etc., III. triumvir monetalis, tribunus laticlavius leg. III. Cyrenaicæ, sevir equitum Rom., quæstor, candidatus, trib. pl. candidatus, prætor hastarius. *Corp. I. L.* 6. 1365 = *Dessau* 1160. — Floruit sub Caracallo imp., idem fortasse, uti vult *Henzen*, cum *C. Cærellio Pollittiano*, qui et *Helvinus*, procons. prov. Macedoniæ *(Corp.* 6. 1366. et 1367 = *Dessau* 1161). — Ex mulieribus — *a)* Cærellia, femina erudita, quam *Cic.* 12. *Att.* 51. et 13. *ibid.* 21. et 22. vocat philosophiæ studio mirifice flagrantem, suosque *de finibus* libros sit descripsisse. — Hanc adamasse Ciceroni seni objicit *Fufius Calenus* apud *Dion.* 46. 18.; non ita tamen, quod ipse et *Donat.* apud *Serv.* ad *Virg.* reprehendunt, ut « thalamum invaderet vetitosque hymenæos ». Certe Ciceronis epistolas quasdam ad Cærelliam exstitisse patet ex *Quintil.* 6. 3. 112. Cf. etiam *Auson. cent. nupt.* 4. 9 (V. *Boissier, Cicer. et ses amis* 94. *sq.* et *Drumann, G. R. VI.* 415). — *b)* Cærellia, de qua *Martial.* 4. 20. 1. Dicit se vetulam cum sit Cærellia pupa. *et ibid.* 63. 1. Dum petit a Baulis mater Cærellia Bajas, Occidit insani crimine mersa freti. — Hinc *Cærellianus*, adject, *sc.* — *a)* Ad Cærelliam philosopham pertinens. *Cic.* 12. *Att.* 51. Solutio nominis Cærelliani. — *b)* Ad fundum cujusdam Cærellii. *Tab. alim Bæb.* (*C. I. L.* 9. 1455) 2. 53.

CÆRES, itis et ētis, et

CÆRĔTĀNUS, a, um. *V.* CÆRE.

CÆRĪĀLIS. *V.* CERIALIS.

CÆRĪĀNUS, i, m. 2. nom. vir., ut *Pica Cærianus*, legatus Augusti pro prætore Arabiæ, ab Elagabalo interemptus a. 219., apud *Dion.* 79. 3. 4., ubi *Cæcilianus* conjicit *Hirschfeld*. V. PICA.

CÆRĪTUM tabulæ. *V.* CÆRE.

CÆRŬLĔUS et

CÆRŬLUS, i, m. 2. nom. vir. *Corp. I. L.* 5. 563 *(Tergeste)*. - cogn. *Corp.* 8. 11716 *(in prov. Byzac.)*. — *Cærulus*, mulio famosus, custos insularius, *i. e.* insulæ in aliqua urbe et ædificiorum locandorum curam habens. *Virg. catal.* 10. 7. — Hinc *Cæruleus fons*, a colore dictus, ex quo derivatæ sunt aquæ in Urbem a Claudio imp. *Sueton. Claud.* 20. — At *Frontin. aqued.* 14. Cæruleus fons.

CÆRUS, i, m. 2. (Καιρός) equus Amphiarai. *Stat.* 6. *Theb.* 524. Increpitans Cærumque levem Cyanumque nivalem.

CÆSĀNĬUS. *V.* CÆSIUS.

CÆSAR, aris, m. 3. cogn. gentis Juliæ — *a)* Antiquiore ætate prænomen. *Lib. de præn.* 3. « Quæ olim prænomina fuerunt, nunc cognomina sunt, ut Postumus, Agrippa, Proculus, Cæsar ». — *b)* Nomin. *Cæsar* (græc. Καῖσαρ, germ. *Kaiser*, slav. *Czar*) et etiam *Caisar* in titulis imp. Claudii v. *Cæser*, in *Act. Fr. Arv.* a. 105. I. 13. — Genet. *Cæsarus* in *Corp. I. L.* 11. 6721. 13 *(in glande Perusina)*; *Cæsaris* in *Corp.* 4. 2308. et *Cæsaris* in *Corp.* 6. 2813. — Plur. *Cæsares* apud *Senec.* 2. *Dial.* 1. 3. *V.* etiam infra. — *c)* Compend.: *Cæs.* sæpius., *C.* in quibusd. titulis, sæpissime apud jurisconsultos. — *d)* De origine nominis, ex veteribus alii alia commenti sunt: *Spartian. Hel.* 2. « *Cæsarem* vel ab elephanto, qui lingua Maurorum cæsai » (pun. *keshērā'*, i. e. tergum elephanti v. scutum ex corio elephanti) « dicitur, in prœlio cæso eum, qui primus sic appellatus est, doctissimi viri et eruditissimi putant dictum; vel quia mortua matre et ventre cæsa sit natus; vel quod cum magnis crinibus sit utero parentis effusus; vel quod oculis cæsiis et ultra humanum morem viguerit ». Similia v. eadem tradunt *Paul. Fest. p.* 57., *Solin.* 1. 68., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 9. 7. (47)., *Empor. rhet. p.* 568. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 286., *Prisc. gramm. II.* 118. 10., coll. *Lyd. mens.* 4. 102. Sic et *Isid.* 9. *Orig.* 3. 12. Cæsar autem dictus, quod cæso mortuæ matris utero prolatus eductusque fuerit: vel quod cum cæsarie natus sit, a quo etiam imperatores Cæsares dicti eo quod comati essent; - qui enim exsecto utero eximebantur, cæsones et cæsares appellabantur. Recentiores vero convolant ad Etr. *æsar*, addito c prosth. aspirationis loco: vel ad Skr. *khid* « cædo » unde *ceso* « coma » et *cesara* « juba leonis »; unde tamen vocis, non rei, ratio elicitur, quæ incerta manet. (*V.* tamen dicta sub I). Hæc autem paullo fusius adnotasse juvat; hoc enim cognomen a C. Julio dictatore et ab Augustis nobilitatem tantam

accepit majestatem ac vim historicam, quantam nullum aliud accepisse et per sæculorum decursum retinuisse constat; unde *Spartian. Æl. Ver.* 2. illud appellat « clarum et duraturum cum æternitate mundi nomen ». — *e)* *Cæsaris* nom. qui primus illustravit, fuit *C. Julius* dictator; mox per adoptionem *Octavius Augustus*: dein sic absolute appellatus *Tiberius*, quamquam non *Julia* sed *Claudia* gente genitus, ceteroquin per adoptionem cum illa conjuncta; itemque alii quamvis imperium non adepti, ita ut Augusti successores *Cæsares* dicti fuerint *(Hieronym. chron.* a. Abr. 1968. et *in Soph.* 3. 1., *Plin.* 15. *Hist. nat.* 30. 40. [137]. et *Vulg. Matth.* 22. 17. et 21., ubi fortasse Tiberio alluditur: sic Neroni *Phil.* 4. 22. et 2. *Tim.* 4. 17), ut *Augusti* ab Augusto, qui primus conjunctim *Cæsar Augustus* est vocatus, præter Vitellium *(Tac.* 1. *Hist.* 62. et *Sueton. vit.* 8.), nulla habita stirpis ratione. — Huc pertinet dictio seu formula *Habeas propitium Cæsarem* in *Inscr.* apud *Orelli n.* 2566. — Aliquando tamen nomina *Cæsar Augustus* sejuncta sunt ita ut *Augustus* simpliciter esset qui imperaret, *Cæsar* vero tantum futurus in imperio successor, ut *L. Ælius Verus*, primus sic nuncupatus, uti ab Hadriano in spem successionis adscitus *(Spartian. Æl. Ver.* 2. et *Aur Vict. de Cæs.* 13).

Hisce præmissis, dicemus I. de iis, qui ante dictatorem ita sunt appellati; II. de iis, qui absolute; III. de iis, qui cum prænomine vel titulo aliquo; IV. de iis, qui cum alio addito; V. de iis, quæ ad Cæsarem aliquem vel ad Cæsarum familiam pertinent; VI. de derivatis.

I.) *Julii Cæsares*, qui ante dictatorem fuerunt: — 1.°) Sex. Julius Cæsar, prætor a. 208. a. Chr. *Liv.* 27. 21. et 22., qui Siciliam sortitus est. — *Laur. Lydus* narrat occisionem elephanti ad vetustum avum Julii Cæsaris dict. pertinere tempore belli Punici, ad quod spectat Sex. Julius. Hinc elephantus in nummo Julii Cæsaris apud *Cohen, Descr. d. Méd.* etc. in *Julia gente* serpentem calcans exhibetur. — 2.°) Sex. Julius Cæsar, trib. mil. a. 181. a. Chr. *Liv.* 40. 27. — 3.°) Sex. Julius Cæsar, cos. a. 157. a. Chr. *Fast. cos. Capit.* a. U. C. 597. — 4.°) L. Julius Cæsar, cos. a. 90. a. Chr. *Fast. cos. Capit.* a. U. C. 664. — 5.°) C. Julius Cæsar dictatoris pater, prætor. *Inscr. bull. de corr. hell.* 1905. *p.* 18. *(Deli)*. *Plin.* 9. *Hist.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (181)., *al.*

II.) *Cæsares*, absolute dicti: — 1.°) C. Julius Cæsar dictator. *Horat.* 1. *Od.* 2. 44. Cæsaris ultor. *i. e.* Augustus. *Vellej.* 2. 88. Ultimus ex interfectoribus Cæsaris, Parmensis Cassius morte pœnas dedit. *V.* JULIUS *Cæsar*. — 2.°) Octavius Augustus, *Cic.* 14. *Att.* 12. Octavius, quem quidem sui Cæsarem salutabant. Adde *eund.* 3. *Phil.* 3. 5., *Nep. Att.* 12., *Virg.* 1. *G.* 25. et 1. *Æn.* 286., *Horat.* 1. *Sat.* 3. 4., *Propert.* 2. 1. 25., *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 51., *Liv. frg.* 60., 65. *Drac. mens.* 15. Nomen Cæsaris affert Augustus mensis. — Hinc *ludi Victoriæ Cæsaris* aliaque id genus infra sub V. — 3.°) Tiberius imp. (*V.* sub *e*), teste *Dion.* 57. 607. Omnino autem Cæsaris - nomen ipse sibi tribuebat. Sic *Vellej.* 2. 94. *sqq.* non alio eum cognomine exornat. *et Petron. Sat.* 51. de eo historiolam narrat, quam diserte *Isid.* 16. *Orig.* 16 (Cf. *Dion.* 57. *p.* 617) Tiberio attribuit. Hinc et urbs in Cappadocia ab hoc cognomine *Cæsarea* dicta (*V.* CÆSAREA). — 4.°) Caligula imp., apud *Sueton. Claud.* 9. et *Auson. de XII. Cæsarib.* — 5.°) Claudius Germanicus, apud *Ovid.* 1. *Fast.* 31. et *alib.* (*V.* infra sub IV). — 6.°) Nero imp. (de quo *Sueton. Galb.* 1. « Progenies Cæsarum in Nerone defecit. Cf. *Auson. Tetr. n. VI.* « Polluit et clausit Julia sacra Nero »), apud *Senec. Oct.* 502., *Vulg. Act.* 25. 8., *al.* — 7.°) Galba imp. apud *Sueton. Oth.* 5. — 8.°) Vespasianus v. Titus v. Domitianus, tantum apud *Martial.* passim. *V.* FLAVIUS.

III.) Cum præmisso aliquo prænomine v. titulo. — 1.°) C. Cæsar, dictus *Cæsar* dictator et *Augustus* sæpissime apud *Cic., Tac., al.* — 2.°) C. Cæsar, frater *L. Cæsaris*, nepos Augusti ex Julia et Agrippa, ab Augusto adoptatus et genti Juliæ adscriptus, apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (160). et *L. Cæsar* in *Mon. Ancyr.* et apud *Sueton. aliosque*. V. JULIUS. — 3.°) C. Cæsar, Tiberii successor, apud *Frontin aqued.* 13., sc. *Caligula*. V. CLAUDIUS. — 4.°) T. Cæsar, Augusti successor, sc. *Tiberius*, apud *Vulg. Luc.* 3. 1. — 5.°) L. Cæsar, proquæstor Catonis, de quo in JULIUS, apud *Sueton. Cæs.* 75. — 6.°) L. Cæsar, adoptatus ab Hadriano imp. *Inscr.* apud *Cavedoni* in *Bull. arch. Nap.* a. 1858. *p.* 193., coll. *Spartian. Æl. Ver.* 2. — 7.°) Deus v. Divus Cæsar. *Corp. I. L.* 8. 8475. et *Senec.* 6. *Dial.* 15. 2.; Dominus Cæsar in *Corp.* 10. 517.; Imp. Cæsar in *Corp.* 6. 985. etc. *V.* etiam infra.

IV.) Cum addito, pauca exempla ex plurimis et quidem præcipua, præsertim historica, exhibemus. — 1.°) Cæsar Augustus, absolute, ex *Virg.* 6. *Æn.* 793. et 8. *ibid.* 678. et 704., *Horat.* 2. *Od.* 9. 19., *Martial.* 11. 20. *init.*, *Vulg. Luc.* 2. 1. pluribusque *aliis*, ut constat, est *Octavianus*. — Item Tiberius, Cajus, Claudius et Nero *Cæsares Augusti* in *Inscr.* apud *Borghesi, Œuvr. III. p.* 303., 306., 309. — 2.°) Cæsar deus et sæpius divus. — *a)* Absolute, dictator. *Inscr. Bull. Inst. arch.* a. 1866. *p.* 249. dei Cæsaris. *Sueton. Aug.* 96. Divo Cæsare. Cf. *Carm. epigr.* 964. 2. Magnifici conjunx Cæsaris illa dei. *et Ovid.* 15. *Met.* 746. Cæsar in urbe sua deus est. Cf. *Serv. auct. Virg.* 9. *Æn.* 46. *(Augustus Cæsari)* in Capitolio statuam - posuit: inscriptum in basi fuit emitheo *(sic)*. *Porphyr. Hor. a. p.* 65. et 1. *Ep.* 5. 10. — *b)* Item Augustus, etiam vivens. *Propert.* 3. 4. 1. Arma deus Cæsar dites meditatur ad Indos. — *c)* Item Claudius apud *Scribon. Compos.* 60. et 163. — *d)* Item Domitianus, vivens, apud *Martial.* 9. 66 (Cf. Gr. θειότατος Καῖσαρ (κύριος Καῖσαρ, θεοφιλέστατος Καῖσαρ). V. *Corp. I. Gr. n.* 2369. et 2957. — 3.°) Cæsar Dionæus appellatus dictator, quia creditus filius Veneris ex matre Dione. *Virg.* 9. *Ecl.* 47. Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum (*V.* infra sub V.). — 4.°) Cæsar Dominus, apud *Martial.* 9. 85. est *Domitianus*. — 5.°) Cæsar Germanicus, apud *Ovid.* 1. *Fast.* 3. est *Claudius*, filius Drusi et pater Caligulæ, qui et *optimus* dictus ab *eod.* 2. *ibid.* 687. — 6.°) Cæsar invictus, apud *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 42. est *Augustus*, qui et *magnus* a *Propert.* 2. 7. 5. et *Virg.* 4. *G.* 560., et *maximus* ab *eod.* 2. *G.* 170. — 7.°) Cæsar Nobilissimus, in *Corp. I. L.* 6. 227. de *L. Septimio Geta*. et 6. 10203. de *C. Julio Vero Maximo*. et 11. 6107. de *M. Julio Philippo*, qui et *princeps juventutis* dictus *ibid.* — 8.°) Cæsar noster sæpe, ut apud *Scribon. Larg. præf.* Deo nostro Cæsari (deo *deest* ap. *Marcell. med. præf. p.* 19). *Ps. Ant. Mus. ep.* ad *Mæc.* 1. Cæsari nostro. — In plur. num. *Firm.* 1. *Math.* 10. 14. — 9.°) Cæsar Pater, dictator, qui Augustum adoptavit, apud *Sueton. Aug.* 17. et 45., *Propert.* 4. 6. 59., *Vitr.* 3. 3. 25. — Item Augustus ipse, absolute, apud *Ovid.* 1. *Art. am.* 203. — 10.°) Cæsar Princeps, dictus Augustus ab *Horat.* 1. *Od.* 21. 14., qui et *maximus principum* ab *eod.* 4. *ibid.* 14. 6. — 11.°) Cæsar Secundus est idem Augustus, apud *Sidon.* 9. *carm.* 269. — 12.°) Cæsar Trojanus, apud *Virg.* 1. *Æn.* 286. est vel dictator vel potius Augustus. — 13.°) Cæsar Victor, item *Augustus*, apud *Virg.* 2. *G.* 170.; et *victoriosissimus* in *Corp. I. L.* 11. 4781. de *Juliano*. — 14.°) Cæsar uterque, apud *Ovid.* 4. *Fast.* 2. 8. *Augustus* et *Tiberius*; et apud *Martial.* 3. 95. *Titus* et *Domitianus*. — 15.°) Alia videas in *Corp. I. L.* 6. 1156.; 10. 517. etc. *Pass. Cypr.* 44., *Treb. Gall.* 14. et *Claud.* 10., *Liberat.* 17. etc. *V.* etiam AUGUSTUS.

V.) Ad Cæsarem aliquem pertinentia. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Cæsaris Aquæ in Africa, non procul a Theveste sitæ. *Tab. Peut.* 4. Ad Aquas — 2.°) Cæsaris Aræ, aræ Cæsari Augusto dicatæ, de quibus *Horat.* 2. *Ep.* 1. 15.: vel aræ ab ipso Augusto, templorum conditore aut restitutore, diis dicatæ. Cf. *Ovid.* 1. *Fast.* 13. — 3.°) Cæsaris astrum, ipse Cæsar dictator in deorum numerum relatus; nam ludorum tempore, quos Augustus in ejus honorem ediderat, cometes fulsit. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 25. 23. (93)., *Senec.* 2. *Nat.* 7. 17., *Serv. ad Virg.* 9. *Ecl.* 47. et 6. *Æn.* 700., *Ovid.* 15. *Met.* 745-870., ubi Cæsaris apotheosin describit, coll. *Dion.* 45. 7. *Plut. Cæs.* 69. et *Eckhel* 6. *p.* 11. *sq.* — *Julium sidus* dicitur *Horat.* 1. *Od.* 12. 47.; quod « sub divo Augusto cognominavere Cæsaris thronon » *Plin.* 2. *Hist. nat.* 70. 71. (178). (Cf. *Nissen, Orient. I.* 100). — 4.°) Cæsaris Basilica. *V.* BASILICA. — 5.°) Cæsaris Castrum. *V.* URGIA. — 6.°) Cæsaris delubrum. *V.* infra. — 7.°) Cæsaris Forum, in VIII. Urbis regione, quæ a Foro Romano nomen habuit *(Curios.* et *Not. Urb.)*, inter templum Antonini et Faustinæ et basilicam Æmiliam, qua sejungebatur a foro Augusti; quod quidem, inceptum a Cæsare dictatore de manubiis belli Gallici *(Sueton. Cæs.* 26) et post bellum civile a. U. C. 708. absolutum (*Appian. B. C.* 2. 102., coll. *Dion.* 43. 22. et etiam *Ovid.* 3. *Trist.* 1. 27), Carino et Numeriano imperantibus, incendio deletum est *(Origo Rom. chron. I. p.* 148. 19.), sed a Diocletiano ac Maximiano impp. restitutum *(Ibid. p.* 148. 22). — *Forum Julium* appellatum in *Mon. Ancyr.* 4. 12 (V. etiam *Cæsareus*). Cf. *Canina, Edif. I. t.* 92., *Jordan I.* 2. 436-441. et *Gilbert, Top. III.* 225. et 227. — 8.°) Cæsaris Genius, per quem jurabant veteres. *V.* GENIUS in *Lexico*. — 9.°) Cæsaris horti, trans Tiberim, in Janiculo, quos Cæsar dictator populo Romano publice legaverat (*Sueton. Cæs.* 83., coll. *Horat.* 1. *Sat.* 9. 18., *Cic.* 2. *Phil.* 42. 109), ubi templum Fortis Fortunæ dedicavit Tiberius. Hujus fundamenta reperta sunt, ubi *Vigna Costa* nunc est *(Lanciani, Bull. com.* 1884. *p.* 27. *sq.*). V. etiam *Turris hortorum Cæsaris* ad portam Collinam, apud *Obseq.* 71. — 10.°) Cæsaris Ludus, apud *Gell.* 12. 5. 13.; et Cæsaris Ludi, instituti a. 46. a. Chr. (Cf. *Momms. Corp.* 1.² *p.* 322. *sq.*), dicti *ludi Victoriæ Cæsaris*, in *Corp.* 11. 5820. *Mat. Cic.* 11. *Fam.* 28. Ludos, quos Cæsaris Victoriæ Cæsar adulescens fecit. *Sueton. Aug.* 10. Ludos autem Victoriæ Cæsaris - ipse *(Octavianus)* edidit. — 11.°) Cæsaris Prætorium, in Dalmatia. *Rav. p.* 380. et *Itin. Ant. p.* 272. — 12.°) Cæsaris templum seu delubrum, ab Augusto ædificatum dicatumque *patri Cæsari* (*Mon. Ancyr.* 4. 2.), ubi corpus Cæsaris crematum est, triduo post triumphum Actiacum. *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 86. — Aliud habuit Cæsar Alexandriæ ad portum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 14. 14. (70). — 13.°) Cæsaris thronus, sidus in Ægypto conspicuum. *V.* Cæsaris astrum. — 14.°) Cæsaris trophæa, de quibus *Horat.* 2. *Od.* 9. 19. — 15.°) Cæsaris Turris v. Turres sunt — *a)* In Apulia, ubi nunc est *Polignano* (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 860). *Tab. Peut.* 6., *Rav. p.* 261., *Itin. Burdig. p.* 609. — *b)* In Africa. *Itin. Ant. p.* 34. A Turri Cæsaris Cirta. — 16.°) Cæsaris (Cesoris) Vicus, Romæ. *Corp.* 6. 9492. ¶ 2. In plur. num. — 1.°) Cæsarum nemus, ubi navalis prœlii spectaculum populo dedit Augustus trans Tiberim « in quo loco nunc nemus est » (*Mon. Ancyr.* 4. 44., *Sueton. Aug.* 43). — 2.°) Cæsarum tumulus, id est Mausoleum divi Augusti (*Tac.* 3. *Ann.* 9. Cf. *Richter, Top. d. Stadt Rom. p.* 250.

VI.) Derivata:

Cæsareus (Cæsarius), a, um, adject. ad Cæsarem aliquem, in primis Julium dictatorem et Augustum, universim vero ad imperatorem aliquem pertinens, quod ex dictis vel ex contextu verborum discerni facile potest, ut Cæsarea arena (*Martial.* 8. 30); Diana (*Id. Spect.* 12); Vesta (*Ovid.* 15. *Met.* 865); forum (*Id.* 3. *Pont.* 18. 458); numen (*Id.* 5. *Trist.* 3. 46); senatus (*Lucan.* 5. 40); triumphi (*Id.* 8. 430); arma (*Id.* 3. 762); castra (*Id.* 4. 695); Penates (*Ovid.* 15. *Met.* 864). — *Cæsarii Juvenales*, cogn. Castulonensium, oppidanorum Latii veteris. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 4. (25). — Absolute, substantivorum more

Cæsarēum (Cæsarium), i, n. 2. (Καισάρειον) templum in honorem Cæsaris Augusti aliorumque in posterum imperatorum, in luco deæ Dianæ aliisve locis. *Inscr.* apud *De-Vita, Ant. Benev. p.* 264. CAESAREVM CAESARI AVGVSTO etc. *Alibi*

apud Marini, Fr. Arv. p. 384. et Momms. n. 221. Heges. 1. 35. Addidit etiam Herodes in ipsa arce regiæ domus gemina habitacula maximi ambitus - unum eorum Cæsarium, alterum Agrippium nuncupabat. — In plur num. Cæsarea, ōrum, ludi in honorem Augusti aliorumque impp., apud Eckhel 4. p. 156. sq. et p. 487.

Cæsarius, ii, m. 2. (Cesarius, extrita diphthongi litt. priore, in Inscr. chr. De Rossi I. 441. et apud Leblant, I. 32. a. 492. et Notiz. degli scavi 1895. p. 507. - Κεσαρίου) nom. vir. ætatis posterioris. ¶ 1. Generatim, nom. gent. Corp. I. L. 11. 5778 (Sentini). — Cæsaria, nom. mul. apud auctores. V. infra sub 2.° ¶ 2. Speciatim — 1.°) Cæsarius, frater minor Gregorii Nazianzeni ep., vir sanctitate et doctrina insignis, sub Constantio et Juliano impp., in aula regia olim medicus et a Joviano ac Valente magnis honoribus cumulatus, verum a Procopio tyranno in vincula conjectus, sed paullo post liberatus; quem, quum privatam vitam degere statuisset, morbo correptum mors prævenit, exeunte a. 368. v. 369. ineunte. Ammian. 26. 7. 4 (a. 365) et Hieronym. vir. ill. 117. — Dialogorum libr. IV. Quæstiones et responsiones (ed. Gallandi Bibl. vet. Patr. VI. 1-152. et Migne, P. gr. XXXVIII. 851-1190), olim ei tributos, recentiores critici ejus esse negant. — 2.°) Cæsarius, Arelatensis episc. a. 503-542. Vit. Cæs. Arel. 1. 3. Sanctus ac beatissimus Cabillonensis territorii fertur indigena. Greg. Tur. 9. Fr. 39. 40. Regulam sancti Cæsarii atque Cæsariæ beatæ. et 42. regulam, sub qua sancta Cæsaria deguit, quam sollicitudo beati Cæsarii antistitis Arelatensis ex institutione sanctorum patrum convenienter collegit. Venant. 5. carm. 2. 68. Regula Cæsarii præsulis alma pii, Qui fuit antistes Arelas de sorte Lerini Et mansit, monachus, pontificale decus. et 5. Ibid. 3. 40. Basilius rutilat, Cæsariusque micat. — Sermones plurimos scripsit, in varias et exteras etiam regiones missos (Vit. s. Cæs. I. 5. 42) stilo tam populi captui accommodato ut in ecclesia Latina sit inter præcones populares facile princeps; item homilias et regulas Ad virgines et Ad monachos, libr. De gratia et libero arbitrio adversus Semipelagianos, damnatos in concilio Arausicano, cui Cæsarius præfuit; epistolas; libr. De mysterio sanctæ Trinitatis, immo et symb. Quicumque, quæ duo ei tribuit Morin, Melang. etc. (ed. Cabrières, Paris 1899) p. 109-124). — — De Cæsario Arel. consulas Villevieille, Hist. de St. Cés. év. d'Arl., Aix in Prov. 1884. et Gellert, Cäsar. von Arel., Leipz. 1892-1893. — 3.°) Flavius Cæsarius, cos. cum Nonio Attico a. 397. Corp. 10. 4493.; item Clodius Hermogenianus Cæsarius, vir clarissimus, proconsul Africæ, præf. urbis Romæ, XVvir sacris faciundis. Corp. 6. 499 (a. 374).

Cæsarianus, a, um, adject. Scribitur nonnunquam Cæsareanus, ut apud Serv. ad Virg. 1. Æn. 177. et Senec. ep. 95. 70 (cod. Bamb.); sæpius vero apud scriptores historiæ Augustæ. — 1.°) Speciatim — a) Quod pertinet ad C. Julium Cæsarem. Cic. 6. Att. 8. Cæsariani terrores. Serv. ad Virg. 2. G. 131. orationes. Val. Max. 1. 1. 19. milites. Auct. B. Afr. 14. equites. et 28. naves. Senec. loc. cit. opes. Val. Max. 7. 15. 5. æquitas. Flor. 4. 3. 2. potentia. Sueton. Ner. 3. nex Nep. Att. 7. civile bellum. — Hinc plur. Cæsariani, absolute, C. Julii Cæsaris milites et qui earum partium sunt. Auct. B. Alex. 59. Tamque omnibus Cæsarianis quam Pompejanis. Adde Auct. B. Afr. 7. et Flor. 4. 2. 66. — b) Quod ad Cæsarem Augustum. Martial. 10. 73. 4. Mæcenas Cæsarianus eques. Oros. 6. Hist. 18. 15. milites. Grom. p. 213. Lachm. centuriæ. et p. 224. lex. — Cæsariana familia apud Fulg. æt. mund. p. 177. (codd. R S). — 2.°) Generatim — a) Quod ad imperatores Cæsares pertinet. Martial. 8. 1. 4. Pallas Cæsariana (Domitiani). Call. dig. 1. 19. 3. prædia. Tertull. 1. nat. 17. majestas. et apol. 5. gladius. Capitolin. Alb. 5. familia. Ammian. 31. 11. 1. villa. — Cæsariani, servi, liberti Augusti et posteriore ætate officiales rationalium sacrarum largitionum (Καισάρειοι v. Καισαριανοί: V. Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsb. 472. 8). — In sing. num. Martial. 9. 79. 8. Et Domini mores Cæsarianus habet. — Ludit 11. 5. 14. « Ipse quoque infernis revocatus Ditis ab umbris Si Cato reddatur, Cæsarianus erit » (quia sc. optimus princeps est Domitianus). — In plur. num. Cypr. ep. 80. « Rescripsisse Valerianum ad senatum ut - Cæsariani - quicumque vel prius confessi fuerant vel nunc confessi fuerint, confiscentur et vincti in Cæsarianas possessiones descripti mittantur ». Hi Cæsarienses et Catholiciani vocabantur, in provinciis aliquam earum curam administrantes. Cf. etiam Cod. Just. 10. 1. 5. et 7. et Theod. 9. 42. 1. et 10. 1., qui est de Cæsarianis. — b) Quod ad Cæsares Augustorum filios et successores designatos spectat. Vopisc. Car. 7. Cæsareanum imperium. Capitolin. Alb. 2. nomen (Cæsareum ed. princ. hic et alib.). Cels. 6. 27. medicamentum. — Cæsariana statio Lucaniæ, in Itin. Ant. p. 110.; et Pannoniæ superioris, p. 268. — Cæsarianæ Casæ, statio viæ Clodiæ. Itin. Ant. p. 285. Florentia, ad fines sive Casas Cæsarianas, Arretio.

Cæsariensis (Cæsarensis), e, adject. ad Cæsarem imp. pertinens. Cod. Just. 2. 3. 30 (a. 531). Cæsariensis advocatio. et Just. 2. 8. 2. Cæsareenses advocati. V. etiam CÆSAREA.

Cæsarinus, a, um, adject. ad Cæsarem dictatorem pertinens. Cic. 16. Att. 10. Ajunt enim eam (Antonium) Cæsarina uti celeritate (al. Cæsariana). — Cæsarina colonia, apud Plin. 4. Hist. nat. 22. 25. (117). — Cæsarini municipes, in Corp. I. L. 2. 1315. — Cæsarinæ oppida, apud Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (11). Al. Cæsariana.

Cæsario v. Cæsarion, ōnis, m. 3. nom. demin. Græcorum more (Καισαρίων Dio 47. 31), sc. filius Cæsaris ex Cleopatra (si tamen ejus fuit: Sueton. Cæs. 52), quem Augustus post quam Antonium devicit cepitque Alexandriam, retractum a fuga in Æthiopiam, quo se recipere parabat, supplicio affecit. Sueton. Aug. 17.

CÆSĂRAUGUSTA, æ, f. 1. (Καισαραυγοῦστα Strab. et Ptol. et Καισάρεια Αὐγοῦστα in quibusd.) Sæpe in libris mss. Cæsarea Augusta, sejunctim, quod Auson., Paul. Nolan., Eug. Tolet. necessario in hexametris habent; item tituli semper Cæsar. Aug.; at Corp. 3. 14511. CAESARA (sic) AVG. (item nonnunquam in libris). In nummis Visigothorum Cæsaragosta et Cæsarausta (Heiss, Mon. Wis. 48). — Est autem colonia Cæsaris Augusti in Hispania citeriore, trib. Aniensi, hodie Zaragoza, it. Saragossa v. Saragozza. De ea Isid. 15. Orig. 1. 66. « Cæsaraugusta Tarraconensis Hispaniæ oppidum a Cæsare Augusto et situm et nominatum, loci amœnitate et deliciis præstantius civitatibus Hispaniæ cunctis, atque illustrius, florens sanctorum martyrum sepulturis ». V. de his integr. Hymn. Prudentii in peristeph. Plin. eam describit 3. Hist. nat. 3. 4. (24). Mel. 2. 88. dicitur clarissima. et Prudent. perist. 4. 3. 54. studiosa Christi. Adde Corp. 2. p. 406. et 937. — Fuit « colonia immunis, amne Ibero affusa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba regionis Edetaniæ » (Plin. loc. cit.) et sedes conventus juridici (Id. ibid. 18); unde principales viæ Hispaniæ dispertiebantur (Smith, G. A. 4. 29). — De ejus nummis vd. Eckhel 1. p. 37. — Hinc Cæsaraugustanus, a, um, adj. ad Cæsaraugustam pertinens. Plin. loc. cit. et Corp. 2. 4073. Cæsaraugustanus conventus. Sulp. Sev. chron. 2. 47. synhodus. Greg. Tur. 3. Fr. 29. civitas.

CÆSĂRĒA, æ, f. 1. (Καισάρεια) Etiam Cæsaria in Corp. 6. 1057. 18 (a. 205) et nonnunquam in libris. — Cæsarea Palæstina in Itin. Hieros. p. 150. aut simpliciter Cæsarea, ibid. p. 601. — Notatur Cæs., Cæsar. (Corp. 6. 32536. 17. 18. al.) et Cæsa. (Corp. 6. 32536. 11. et 8. 18084. 56). Pænultimam habet longam; sed eam cum aliis corripuit Arator Act. 1. 848. « Cæsarea venerandus erat Cornelius urbe ». — Est autem nomen multis oppidis in honorem Cæsaris Augusti (et Tiberii) inditum, ex quibus: — 1.°) Cæsarea Palæstinæ maritima, antea Turris Stratonis, hodie el-Kaisârîje. Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 13. 14. (69). « Stratonis Turris, eadem Cæsarea ab Herode (M) rege condita (exædificata: Ammian. 14. 8. 11., i. e. funditus instaurata), nunc Colonia Prima Flavia, a Vespasiano, qui fuit ibi adclamatus imperator, deducta (Cf. Ulp. Dig. 50. 15. 1. § 6). In Palæstina duæ fuerant coloniæ, Cæsariensis et Ælia Capitolina, sed neutra jus Italicum habet. Adde Tac. 2. Hist. 79., Eutr. 7. 5., Vulg. Act. 8. 4., 9. 30. et alib. sæpe, Corp. I. L. 3. p. 2049., 2221., 2313. — Fuit metropolis totius prov. Palæstinæ (Primæ, sc. æt. poster.) sedesque præsidum Rom. (Vulg. Act. et Tac. locc. citt.) et celebris ob scholas, quæ ibi floruere, primum Græcorum Romanorumque ethnicorum, dein, sæc. III., post Origenem, christianorum (Keuffel, Hist. Schol. Chr. VI. 28). — Patria fuit Procopii, Pamphili, Eusebii celebriumque Rabbinorum Oshjæ sen., Ezechiæ, al., in Academia Judaica (V. Otho, Lex. Rabb. h. v.). — De ea cf. etiam Jos. ant. 15. 8. 5. et alib. et Phil. de leg. etc p. 590, ubi et Augusta (Σεβαστή) dicitur, et numm. apud Head, 802. et Eckhel 3. p. 428-432., ubi plenius vocatur Colonia Prima Flavia Augusta Cæsarensis (sic) vel Colonia Prima Flavia Aug. Felix. Cæsarensis, et ab Antonino Caracallo etiam Antoniniana in nummis apud Vaillant, Colon. II. 50. — De ea videsis Ritter, Erdk. XVI. 598-607., Guérin, Samar. II. 321-329. et Bädeker, Paläst. u. Syr. 4. 265. sq. — 2.°) Cæsarea Paneas sive Philippi (Πάνιον Polyb.; Καισάρεια Πανιάς Ptol. - Φιλίππου Jos.), quorum cognominum prius non a Panis simulacro, uti monet Philostorg. Hist. 7. 3 (quamquam contrariæ sententiæ favet inscriptio ibi reperta, ubi quidam memoratur sacerdos dei Panis: Wilson, Lands-Bibl. II. 176); sed a fonte Paniade, ex quo Jordanes oritur (Plin. 5. Hist. nat. 15. 16. [71]); posterius vero factum a Philippo, filio Herodis M., tetrarcha Ituræ et Trachonitidis, qui eam construxit et « in honorem Ti. Cæsaris pariterque sui nominis (ita) appellavit - et est in provincia Phœnicis » (Hieronym. in Matth. 16. 13), unde Cæsarea Phœnices dicta Plin. 6. Hist. nat. 34. 39. (213). Ex nummis tamen deducitur eam exstructam vel potius amplificatam fuisse in honorem, non Tiberii, sed Augusti, quia ibi dicitur Cæsarea Augusta (Καισάρεια Σεβαστή), quod epith. si utrique dignitatis, non ita temporum rationi congruit, ut probat Eckhel 3. p. 339-343., coll. Head, 765.; postea vero ab Agrippa II. in honorem Neronis vocata Neronias (Νερωνιάς Jos. ant. 18., 2. 1), ut etiam ex nummis patet apud Mionnet V. 315. 24. sq., De Saulcy p. 316. et 318. et Madden, Coins etc. p. 145. et 146. — Est autem oppidum, in Phœnicia v. Syria Decapolitana situm, ad radices Hermon et fluv. Jordanis fontes, hod. Baniâs. Memoratur etiam Vulg. Matth. 9. 20., 16. 13. et 16. et 17. 1. et Mr. 8. 27., Heges. 3. 22., Cassiod. 6. Hist. trip. 41. Greg. Tur. glor. mart. 16. Phaniadæ urbis, quæ prius Cæsarea Philippi vocabatur. et Tab. Peut. 10. Cæsareapaneas. — Ibi post captas Hierosolymas magnos edidere ludos Vespasianus et Titus impp., in quibus Judæi captivi cum bestiis luctari coacti sunt (Jos. J. B. Z. 448. sq.). — De ea consulas Robinson, Paläst. III. 612. sqq. et 626-630.; Ebers u. Guthe, Paläst. etc. I. 366-356. et Buhl, Geogr. Pal. 239. sq. — 3.°) Cæsarea Cappadociæ (Καισάρεια Καππαδοκίας), sub monte Argæo, olim Eusebia (Εὐσέβεια), ab Ariarathe Eusebe (Cavedoni, Spic. numism. p. 253-256) et Mazaka vocata (Amm. 20. 9. 1) v. Mazacum (Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. [8]) a Mosoch, Cappadocum stirpis conditore, postea vero Cæsarea in honorem Tiberii Cæsaris (Eutrop. 7. 17., coll. Eckhel 3. p. 187. sqq.); quamquam Hieronym. (in Ezech. 27. 13) et Sex. Ruf. Brev. 11. in honorem Augusti eam appellatam fuisse dicant. Fortasse Tiberius ita appellari voluit in Augusti honorem. Quum vero Jul. Poll. adfirmet eam ita nuncupatam a Claudio imp., rem in medio relinquendam esse arbitramur. — Fuit metropolis Cappadociæ (Cf. Head, 633. et Blanchet, Rev. numism. XIII. 62. sqq.) et mater urbium dicta (Solin. 45), hodie Kaisarieh. Eutrop. 7. 11. (Tiberius Cappadociam) in provinciæ formam redegit et maximam civitatem appellari nomine suo jussit. Sic Ruf. Fest. 11. maxima. et Ammian. 20. 8. 4. opportuna urbe ac celebris. Contra Cassiod. 6. Hist. trip. 4. (Julianus imp.) Cæsaream

Cappadociæ maximam ac felicissimam civitatem ita vocari prohibuit. — Ejus regnum jam ab a. U. C. 734. Augustus ampliaverat, addita Armenia minore (Dio 54. 9); at Julianus imp., quod esset civitas christianæ religionis studiosissima, quæ templa deorum dejecisset, eam crudeliter habuit (Cassiod. loc. cit.). — De ea vd. Hamilton, Reis. in Kleinas. II. 243. sqq. et Texier, descr. de l'As. Min. II. 47. et 53. sqq. — 4.°) Cæsarea (Καισάρεια Strab.) in Mauretania, Cæsarea Mauretaniæ adpellata (Itin. Ant. p. 5) v. tantum Cæsarea v. Cæsarea Colonia (Ibid. p. 496. et p. 5), serius universæ Mauretaniæ provinciæ metropolis, cum portu et ante eum insula (Strab. 17. 3. 13), hodie Cherchel. Memoratur Mel. 1. 30. Urbium, quas habet (Numidia), maximæ sunt Cirta - Jol (Ἰὼλ Καισάρεια Ptol.) ad mare aliquando ignobilis, nunc quia Jubæ regia fuit et quod Cæsarea vocitatur, illustris. Ampel. 38. Juba rex - qui Cæsaris Augusti jussu regnavit et magnificentissimam urbem Cæsaream condidit. Isid. 15. Orig. 1. 75. Cæsarea Mauritaniæ oppidum Juba - in honorem Cæsaris Augusti condidit, quam ex ejus nomine Cæsaream appellavit. Plin. 6. Hist. nat. 2. 1. (20). oppidum celeberrimum - Jubæ regia, a divo Claudio coloniæ jure donata. Solin. 25. colonia a divo Claudio deducta, Bocchi prius regia, postmodum Jubæ indulgentia p. R. dono data. Oros. 7. Hist. 33. urbem nobilissimam. Ammian. 29. 5. 18. urbem opulentam quondam et nobilem - omnem pæne incendiis late dispersis - exustam a Mauris. — In templo urbis maximo, multis episcopis in exhedra sedentibus, disputavit Augustinus cum Emerito (Donatista), quem invicta argumentandi vi et eloquentia ad silentium redegit (Augustin. 2. retract. 51.). — De ea cf. Corp. I. L. 8. p. 800. sqq.; Suppl. p. 1986. sqq. et Waille, De Cæsareæ monumentis, Algier 1891. — 5.°) Aliæ: in minore Armenia (Plin. 6. Hist. nat. 9. 10. [26]. - in Bithynia, antea Smyrales v. Smyrdiana, ap. Eckhel 2. p. 408. sqq. et Rav. p. 109. - in Cilicia (Anazarbene), dicta Anazarbus (Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. [93]. - ad Libanum v. Libani, quæ et Arca (Lamprid. Alex. 13.), ubi Alex. Severus ortum habuit. - in Commagene, quæ plenius Cæsarea Germanicia, fortasse ex Caligula, qui Germanicus cognominatus est (Eckhel 3. p. 256. sq.). - in Pisidia, alio nomine Antiochia, plenius colonia Cæsarea Antiochia (Plin. 5. Hist. nat. 27. 24. [94]). Ravennæ pars, quæ urbe « trino - vocabulo gloriatur - idest prima Ravenna, ultima Classis, media Cæsarea inter urbem et mare, plena mollitie » (Jorn. Get. 29. et Rav. p. 5). - insula in mari Oceano, quod Gallias et Britannias interluit, hod. Île de Jersey (Itin. Ant. p. 509). - in Hispania Bætica (Id. p. 305) etc. — 6.°) Cum additis, ut Cæsarea Augusta, Cæsarea Flavia Neapolis, Cæsarea Germanicia, Cæsarea Palæstina, Cæsarea Philippi. V. suis locis. — Hinc

Cæsariensis, e, adj. et incolarum vocabulum. Etiam Cæsarensis in libris et Cæsarensis in titulis. — 1.°) Est ad Cæsaream Palæstinæ pertinens. Ulp. dig. 50. 15. 1. colonia Cæsariensis. Gennad. vir. ill. 17. Eusebius. Hieronym. ep. 34. bibliotheca. - Cæsarienses, incolæ. Heges. 2. 11. — 2.°) Item ad Cæsaream Cappadociæ. Hieronym. vir. ill. 20., Gennad. 17., Cassiod. 6. Hist. trip. 7. et Avell. p. 442. — 3.°) Item ad Cæsaream Mauretaniæ. Optat. app. 1. p. 198., Augustin. c. Emer. 1. et c. Gaud. 1. 14. et Corp. 6. 35117. — Provincia Mauretania Cæsariensis, apud Plin. 5. Hist. nat. 2. 1. (19)., Tac. 2. Hist. 59., Ammian. 29. 2. 50., Oros. 1. Hist. 2., Solin. 25., Corp. 6. 1090. 9 (a. 240). — 4.°) Item ad Cæsaream Numidiæ nobis ignotam (Dessau), in Not. episc. Num. 47. — 5.°) Adde — a) Cæsarienses Tralliani, ut videtur (Bürchner), apud Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (120). — b) Cæsarienses ad Libanum (Cf. Cæsarea v. Arca) in Corp. I. L. 3. 183. — c) Provinciæ Britannicæ. Ruf. Fest. 6. et Not. Dign. occ. passim.

CÆSĂRĔĀNUS v. Cæsarianus, et

CÆSĂRĔENSIS v. Cæsariensis. V. CÆSAR et CÆSAREA.

CÆSĂRĪNUS et

CÆSĂRIO. V. CÆSAR.

CÆSĂROBRĪCA et Cæsarobriga, æ, f. 1. oppidum Lusitaniæ, conv. Emeritensis, primum civitas stipendiaria et inde a sæc. I. Chr. municipium, trib. Quirina, hodie Talavera de la Reina, ita dictum a Cæsare Augusto. Corp. I. L. 2. p. 111. et 828., ubi de ea Inscr. n. 893-947. collegit Hübner. — Hinc Cæsarobrigensis, incolarum vocabulum, exstat apud Plin. 4. Hist. nat. 22. 35. (118). et in Corp. 2. 897.

CÆSĂRŎDŪNUM, i, n. 2. (Καισαρόδουνον) oppidum, caput Turonum, in Gallia Celtica, olim Turoni, nunc Tours. Memoratur Ammian. 20. 11., Tab. Peut. 2. et Corp. 13. 1, p. 475.

CÆSĂRŎMĂGUS, i, m. 2. (Καισαρόμαγος) ¶ 1. Est oppidum caput Bellovacorum Galliæ Belgicæ, hod. Beauvais, in Itin. Ant. p. 380. et Tab. Peut. 2. ¶ 2. Item oppidum Britanniæ, a Cæsare sic appellatum, prope hod. Chelmsford, in Itin. Ant. p. 474. et 480. et Rav. p. 429. - Tab. Peut. 2. Baromaci.

CÆSĂRUS, i, m. 2. (Καίσαρος) nom. vir. Hisp., Lusitanorum dux. Corp. I. L. 2. 5762 (in conv. Cluniensi). Cf. Appian. Iber. 56.

CÆSĒNA, æ, f. 1. (Καισήνα Strab., Καισαῖνα Ptol.). ¶ 1. Oppidum Galliæ cis Padum, via Æmilia, hod. Cesena. Scribitur nonnunquam Cæsena v. Cesana in Itin. Vicarell. I (Corp. 11. 3281) 4. 12. et II (Corp. 11. 3282) 4. 12. et Itin. Burdig. p. 615. - Rav. p. 615. Cesina. — Memoratur etiam in Itin. Ant. p. 100. Cæsena civitas. et p. 286. Curva Cæsena. Adde Tab. Peut. 5., Cod. Theod. 12. 1. 38 (a. 346) et Corp. 6. 55. et alib. Marcell. auct. chron. II. p. 107. Totila Cæsenam et Urbinum - occupat. — Hinc Cæsenas, atis, adject. Greg. M. ep. 14., Cod. Theod. 11. 1. 6 (a. 354). Sidon. 1. ep. 3. Candidiano scripta « Et tu mihi hæc ista Cæsenatis furni potius quam oppidi verna blateras? de cujus natalis tibi soli vel jucunditate vel commodo etc. Plin. 14. Hist. nat. 6. 8. (67). Cæsenatia vina. — Greg. M. ep. 14. Cæsinas castrum. — Cæsenates, incolæ. Cod. Theod. 11. 1. 6 (a. 354). Ordo Cæsenatium. — Hinc ortum nom. gent. Cæsennas (atis), in Corp. 6. 13985. ¶ 2. Cæsena, nom. gent. mul. Corp. 11. 4255.

CÆSĒNĀS, atis, adject. V. voc. præc.

CÆSENNIĀNUS, a, um, adject. V. voc. seq.

CÆSENNĬUS, ii, m. 2. (Cæsius) Scribitur etiam Cæsenius, unico n (Inscr. apud Momms. n. 1191), sed frequentius duplici (Corp. I. L. passim). — Sic Cæssennius in quibusd. titulis (C. 6. 17744) et aliquotiens in codd. et, extrita nonnunquam priore diphthongi littera, Cesenius (C. 6. 1056. 1. 72 a. 205). — Vox est Etrusca (V. Corp. I. Etr. I. 20. 57. et 3724. et Schulze, Eigenn. p. 185).

Cæsennius, nom. gent. ¶ 1. Apud scriptores: Cæsennius, qui Κηπουρικά scripsit (ut Plin. in Ind. 1. 19). — A. Cæsennius Gallus, cos. suff., imperante Vespasiano et legatus proprætore, sub Domitiano Aug., Galatiæ et Cappadociæ (Corp. 3. 318 [a. 80]) et cos. suff., imperante Vespasiano (Corp. 3. 212 a. 82), in nummis Καισεννιου Γαλλου (Cf. P. I. R. I. p. 265) v. Gallus simpliciter (Mionnet, Suppl. 7. p. 663. et alib.). — Cæsennius Lento, collega M. Antonii in septemviratu, Italiæ divisor, de quo Cic. 11. Phil. 6. 13. et 12. ibid. 9. 23 (sed ap. Flor. 4. 2. 85. et Oros. 6. Hist. 16. Cesonius). — Cæsennius Maximus, cos. suff., amicus Senecæ philos. Tac. 15. Ann. 71. « Cæsennius Maximus Italia prohibetur (a. 65.) ». Sed V. CÆSONIUS. — L. Cæsennius Pætus, cos. a. 61. p. Chr. cum P. Petronio Turpiliano (Tac. 14. Ann. 2., coll. Dion. 62. 20), qui an. insequenti Armeniæ rector, a Vologeso oppressus turpi fœdere incolumitatem paciscitur (Tac. 15. Ann. 6-17) et Romam reversus facetiis a Nerone illuditur (Id. ibid. 25) etc. — Cæsennia Apronia, quæ Cn. Cornelio Lentulo Gætulico nupsit, apud Sidon. ep. 2. 10., quod cave corrigendum putes cum Groag (PW. Suppl. 1. 113) in Cæsia v. Cæsiana. ¶ 2. In titulis sæpe Romæ, Ostiæ, in Etruria, in Africa. Corp. 6. 2162.; 14. 354., 468., 588. etc. — Cæsennia, nom. mul. Corp. 10. 732.; 11. 2739. etc. — Hinc Cæsennianus, nom. serv. et cogn. Corp. 6. 2308. — Cf. Cæsenus (a), nom. gent. Corp. 9. 2248 (Telesiæ) et 5. 557 (Tergeste).

CÆSĔRĪNUS, i, m. 2. nom. vir. demin. a Cæsar, pro quo et Cæsar dicitur. Corp. 9. 1737 (Beneventi). Cf. Cæsarinus sub v. CÆSAR. — Item Cæserianensis, adj. Corp. 9. 2113.

CÆSI (Cesi), ōrum, m. plur. 2. gens Indica. Plin. 6. Hist. nat. 20. 23. (73). V. Tomaschek, PW. 3. 1311.

CÆSĬUS, a, um, adject. a Cæsia gente; hinc Cæsia dicta absolute quædam aqua Avien. carm. ad Nort. 2. 59. — Cæsia Silva in Germania. Tac. 1. Ann. 50 « (Germanicus trajecto prope Vetera Rheno), agmine propero silvam Cæsiam limitemque a Tiberio cœptum scindit (Marsos aggressurus) ». Silva est quæ medio ævo Heisi sive Hese dicitur in aquilonari parte fluvii Ruræ; unde nomen duxit Heisingen (Cf. Grimm, Gesch. d. Deutsch. Spr. p. 620).

CÆSĬUS, ii, m. 2. nom. gent.: cf. Etr. kaisies, caisias, ceisi, cesi (V. Schulze, Eigenn. p. 135). Scribitur Caisius in C. I. L. 11. 6705. 8 (litt. antiqu.) et Caesius in Corp. 14. 2829., cujus derivata: Cæsianus (Cæsianius), Cæsienus, Cæsedius, Kæsio, Cæsonius, Cæsillus, Cæsilius, Cæsellius, Cæsellinus, Cæsitius (Cæsetius), Cæsarius, Cæsernius, Cæso (Cæsonius, Cæsulius), Cæsolius (Cæsolenus, Cæsulenus), Cæstius (Cæstidius, Cæstranius, Cæstronius) in Corp. passim. ¶ 1. Apud auctores, memorantur — 1.°) Cæsius Bassus, poeta lyricus, Persii amicus, quo mortuo, librum ejus curavit edendum (Sueton. vit. Pers.). Hujus post Horatium mentionem facit Quintil. 10. 1. 96. « Lyricorum Horatius fere solus legi dignus - si quemdam adjicere velis, is erit Cæsius Bassus - sed eum longe præcedunt ingenia viventium ». — Floruit sub Nerone imp. ejusque successoribus et a. 79. cum sua villa periit ex conflagratione Vesuvii. — Lyricorum ejus carminum fragmenta exstant apud Priscian. gramm. II. 527. et alib. — De eo vd. Lersch in Philol. 1846. p. 614-623.; Bücheler, Rh. Mus. XLI. 458. et Skutsch in PW. 3. 1312. sq. — 2.°) Cæsius Bassus (Bassius), grammaticus et auctor libr. de Metris. Memoratur Mar. Vict. gr. VI. 209. 10. Cæsius Bassus, vir doctus atque eruditus, in libro de metris. Cf. Terent. Maur. gr. VI. 395. Exempla ponam, quæ locasse Cæsius libro notavi, quem dedit metris super. — Hic tamen probabiliter idem est ac præcedens, maxime ex eo quod scribit Rufin. gr. VI. 555. « Bassus (Bassius, Basius codd.) ad Neronem de iambico sic dicit » (Cf. Westphal, Metr. Gr. I.² p. 108. sqq., 132. sq., 169-174. et alib.; Leutsch, Philol. XI. p. 739-744.; Zimss, Sert. Hartel., Wien 1896. p. 251. sqq. et Consbruch, PW. 3. 1313. sqq.). V. BASSUS. — 3.°) Cæsius Sabinus, Sassinas, amicus Martialis poetæ, qui de eo habet epigr. 7. 97. « Nosti si bene Cæsium, libelle, Montanæ decus Umbriæ Sabinum etc. ». Adde 9. 59. et Corp. 11. 6489 (Sassinæ). — 4.°) Cæsius Taurinus, cujus carmen exstat in Anth. Lat. — 5.°) T. Catius Bassus Fronto, cos. suff. cum M. Calpurnio a. 96 (Act. Fr. Arv. a. 101. I. 71., a. 105. I. 26). — 6.°) M. Cæsius Scæva, centurio C. Acilii, qui pro Cæsare contra Pompejum pedes dimicans « super ingentem stragem, quam ipse fecerat, corruit - cujus scutum centum et viginti ictibus perfossum apparuit » (Val. Max. 3. 2. 23). etc. — In plur. num. Catull. 14. 18. ¶ 2. In titulis nom. frequentissimum Romæ, in Campania, Venetia, Gallia Transpadana, Dalmatia; parum vero frequens in Samnio, Sabinis, Etruria, Umbria, Gallia Cispadana; quibus accedunt Hispania et Africa. Corp. I. L. 6. 200 (a. 70); 4. 26. 29. 30. etc. (a. 136); 2397a III. 6 (a. 143); 3798. sq. (a. 149); 14. 109 (Ostiæ a. 212). etc. — Cæsia, nom. mul. Corp. 5. 5517 (ad lac. Verban.), 5647 (in agr. Mediol.), 8960 (inter Hastam et Albam). — Etiam cogn. et nom. sing. — 1.°) Virorum: Corp. 15. 2320.; 14. 3906 (inter Tibur et Rom.). — 2.°) Mulierum: Corp. 6. 26612.; 14. 3755.; 5. 8872 (Patavii). — Hinc Cæsianus, a, um, adj. Tab. alim. Bæb. (Corp. 9. 1455) 2. 27. Cæsianus fundus. Corp. 4. 5516. vinum. — Cæsianus, nom. gent. Corp. 5. 5826.

et nom. serv. Corp. 6. 2821. — Etiam cogn. vir. Corp. 3. 5177. — Cæsiana, cogn. mul. semel tantum. Corp. 2. 3822.

CÆSO, ōnis, m. 3. præn. vir. antiquissimum. — a) Exemplum, quod certe hoc sit ætatis imperatoriæ, nullum occurrit, fuitque frequens in gente Fabia, Quinctia et Duilia, jam inde a sæc. a. Chr. quinto; tum etiam in gente Acilia et Tuccia; accedunt porro ex titulis gentes Albania (Romæ), Cestia, Fabricia et Satricana (Præneste), Annæa (Ardeæ), Paccia (in Marsis), Plotia (in Sabinis), Calidena (in Piceno), Atilia et Serponia (Calibus), Vomania et Aledia (in Etruria), Oidia (Gadibus) — b) Vox orta est a cædendo, quia Fabii Quinctiique Lupercalibus obvios februis cædebant, ut censet Momms. (Röm. Forsch. I. 17), cui assentitur Wissowa (Relig. u. Kult. d. Röm. 484. 1), quod tamen verendum, ne rectum non sit. — Communius, teste Paul. Fest. p. 57. « Cæsones appellabantur ex utero matris exsecti ». Fortasse ei primum impositum, qui, cæso matris utero, natus est (Plin. 7. Hist. nat. 9. 7. [47]., Isid. 9. Orig. 3. 12. et Val. Max. de præn. 3). — c) In libris sæpe K. scriptum pro C., sc. Kæso, ut Cic. dom. 32. 86. Kæso ille Quinctius (Dionys. ant. 10. 5. Καίσων Κοίντιος). Val. gramm. VII. 58. 8. « Qui k expellunt, notam dicunt esse magis quam litteram, qua significamus kalumniam - hac eadem nomen Ka(es)o notatur ». Adde Charis. gramm. I. 10. 18.

Cæso ¶ 1. Apud scriptores, in gente Fabia: Q. Fabius K. f. Vibulanus cos. II. a. 482. a. Chr. ejusque frater K. Fabius K. f. Vibulanus cos. a. 484. a. Chr. (Liv. 2, 41), cujus filius item cos. (Fast. cos. Capit. a. U. C. 289). Sic C. Fabius, qui Gallis Capitolium obsidentibus per medias hostium stationes egressus in Quirinali colle sacrificavit (Cf. Liv. 5. 46. al.), in Dion. frg. 25. 5. Boiss. nominatur Καίσων Φάβιος. Item M. Fabius, quem « Cæsonem alii, C. Claudium quidam matre eadem, qua consulem, genitum tradunt » (Liv. 9. 36). — In Quinctia: Cæso, filius L. Quinctii Cincinnati « ferox juvenis » (Liv. 3. 11) ac « petulantissimus » (Aur. Vict. vir. ill. 17). cos. a. 351. a. Chr. Item Cæso (sic P) Quintius Flamininus, duumvir ædis locandæ a. 217. a. Chr. (Liv. 22. 33). — In Duilia (Duillia): Cæso Duillius, cos. a. 336. a. Chr. (Id. 8. 16). — In Tuccia: Cæso quidam apud Val. Max. 4. 4. 10. et Titin. com. 107. — Cæso, dux Hispanus, domitor insignis equorum, apud Sil. It. 3. 377. ¶ 2. In titulis. Corp. 6. 30842 (Romæ) L. ALBANIVS K. Adde 14. 2891., 3131. et 3239 (Præneste). — Cognominis locum habet: Corp. 6. 23383.; 9. 5147. etc. — Hinc Cæsonius. V. suo loc. et Cæsoninus, cogn. in Calpurnia Pisonum gente, demin. a Cæso, in Fast. cos. Capit. a. U. C. 606 (Corp. 1. p. 26). Adde Cic. Pis. 6. 14. et Tac. 11. Ann. 36. — In plur. num. Trebell. XXX. tyr. 32.

CÆSŌNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. a Cæso: cf. Etr. ceisu, cesu, cesunia (V. Schulze, Eigenn. p. 136).

Cæsonius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Legatus Cæsaris, qui Cn. Pompejum in Hispania, prœlio victum fugientemque apud Lauronem oppidum assecutus, occidit. Flor. 4. 2. 86. et Oros. 6. Hist. 16. — 2.°) Cæsonius Maximus (quem Cæsennium vocat Tac. 15. Ann. 71), vir insignis, Senecæ philosophi amicissimus, cui fortasse comitatus est in exsilium eunti, in Corsicam a Claudio imp. relegato. Martial. 7. 44. sqq. et Senec. ep. 13 (Cf. Teuffel-Schwabe, R. L.-G.[5] 287. 1). — Ex loco Martial. colligi potest eum fuisse consulem ac provinciam Africam administrasse; sed in conjuratione Pisoniana damnatum a Nerone in exsilium pulsum esse tradit Tac. loc. cit., quem Q. Ovidius amicus est secutus; hinc Martial. loc. cit. De imag. Max. Cæs. ad Q. Ovid. « Maximus ille tuus, Ovidi, Cæsonius hic est, Cujus adhuc vultum vivida cera tenet ». Hunc Nero damnavit, sed tu damnare Neronem Ausus es etc. ». — 3.°) Cæsonius Lucillus, Macer Rufinianus, vir clarissimus, cos. (suff. a. inc.), frater Arvalis, præf. urbi, procons. Africæ, electus in familiam patriciam. Corp. I. L. 14. 3901. et 3902. et Act. Fr. Arv. a. 213. 10. ¶ 2. In titulis sæpe legitur, maxime Romæ, in Campania (præcipue Puteolis), in Venetia, in Dalmatia, in Africa. Corp. I. L. 6. 1057. 2. 58 (a. 205). et 1058. 2. 98 (a. 210).; 5. 2581 (Ateste).; 2554 (Patavii). etc. — Cæsonia. nom. mul. Corp. 11. 230 (Ravennæ). — In cogn. transiit. Corp. 6. 26631. — Hinc Cæsonianus, a, um, adj. Colum. 1. 4. 1. Cæsonianum præceptum, quo fertur usus etiam Cato Marcus.

CÆSORIX, igis, m. 3. dux Cimbrorum, de quo Oros. 5. Hist. 16. 21. Claodicus et Cæsorix capti sunt (ad Vercellas a. 101. a. Chr.).

CÆSTĬUS. V. CESTIUS.

CÆTOBRĪGA, æ, f. 1. oppidum Lusitaniæ (Cf. Holder, Altcelt. Spr. I. 1002), conv. Pacensis, hod. Setubal, in Itin. Ant. p. 417. Rav. p. 306, Cetobricca. — Hic reperta est villa Rom., quæ, teste Plin., pertinebat ad Cornelium Bocchum, historicum.

CAFO, ōnis, m. 3. cogn. vir., de quo Cic. 11. Phil. 5. 13. Veteranus Cafo. — In plur. num. Id. 8. Ibid. 3. 9. Omnes Cafones, omnes Saxæ ceteræque pestes secuntur Antonium. Adde 10. ibid. 11. 22. et alib. (Cf. Cafatius, Cafullius, Cafrantus, Cafurnius. apud Schulze, Eig. p. 137, et 351).

CAJA. V. litt. C init. et

CAJĂCĬUS v. Cajatius, ii, m. 2. V. CAJUS.

CĀIĀNI, ōrum, m. plur. 2. et

CĀIĀNĪTÆ, ārum, 1. V. voc. seq.

CAJĀNUS v. Caianus, a, um, adject. ¶ 1. Cajanus, ad Cajum (Caium) v., rectius, Gajum aliquem pertinens, speciatim vero ad Caligulam imp., qui Cajus absolute est etiam appellatus. Senec. tranquill. 14. in fin. Cajana cædes. i. e. cædes a Caligula facta. Sueton. Tit. 1. nex. i. e. ipsius Caligulæ. Rursum Senec. tranq. 11. custodia. i. e. Caligulæ. Tac. 4. Hist. 15. expeditiones. ¶ 2. Caianus, ad Cain pertinens: hinc Caiana hæresis, quæ et Caina. V. infra. — Caiani, absolute, qui et Cainæi (Καιανοί, Καινοί, Καινισταί), hæretici sæc. II., dicti a Cain, fratre Abelis, quem honorabant et « magnificabant, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso ». Ita Tertull. præscr. 47. Id. de bapt. 1. Quædam (sc. Quintilla) de Caiana hæresi vipera venenatissima doctrina sua plerosque rapuit, imprimis baptismum respuens. Hieronym. ep. 69. Consurgit mihi Caina hæresis. V. integr. loc. et c. Vigil. 8. Caina hæresis - nunc a Dormitantio suscitata est. — Id. c. Lucif. 23. Hæreticos, qui euangelia laniaverunt, Saturninum et Ophitas et Cainæos. Augustin. hær. 18. Caiani propterea sic appellati, quoniam Cain honorant. — Isid. 8. Orig. 5. 15. Cainanos (Cainianos al.) vocat. — Hi videntur baptismi virtutem negasse, ajentes quædam esse peccata, quæ Christi sanguine, ac proinde etiam baptismo, dimitti non possent; quapropter et baptismum respuebant. Cf. Iren. 1. hær. 31. 1., coll. Tertull. de bapt. loc. cit. — Cum Cain etiam Judam proditorem venerabantur et blasphemiis in Dominum Jesum ac sodomiæ indulgebant (Massuet, Opp. Iren. Diss. 1).

CAJĀNUS (Caianus v. Gaianus), i, m. 2. cogn. vir., a Cajus ductum. Inscr. apud De Rossi, Inscr. Chr. I. n. 179. — In gentilicium nom. transiisse videtur ex Inscr. Corp. I. L. 5. 137. — Apud scriptores memorandi: Cajanus, JCtus christianus, amicus Constantini M. imp. Inscr. apud De Rossi (Inscr. Chr. I.) n. 101. « Caiani semper crescit per sæcula nomen ». — Caianus, vir clarissimus, ætate pæne studiisque conjunctus Marii Plotii, grammatici, qui ad eum scripsit libr. de institutis artis grammaticæ. V. Plot. in præf. de metr. — Caianus, episc. Alexandriæ, hæreticorum Caianitarum pater, temporibus Justiniani imp., teste Isid. 8. Orig. 5. 67., qui etiam phantasiastæ dicti sunt, ut tradit Liber. disc. Brev. 20., coll. Mar. Merc. p. 967. — Hi hæretici una cum Theodosianis (a Theodosio episc. Alexandriæ, simul cum Caiano, uno die perversi populi electione ordinato) errores Eutychetis et Dioscori sequentes, ex duabus unam in Christo naturam asserebant, quam Theodosiani corruptam, Caianitæ incorruptam contendebant. Isid. loc. cit.

CAJĀTĬA (Caiatia v. Kaiatia), æ, f. 1. oppidum in Samnio cis Volturnum, in reg. I. Campaniæ, trib. Falerna (?), hod. Cajazzo. Memoratur Liv. 9. 43., et 23. 14., coll. Diod. 20. 80., Corp. I. L. 10. p. 444. et 978. et in nummis apud Head, 31. — Captum est a Romanis a. 306. a. Chr. memoratumque temporibus secundi belli Punici et socialis. - Confusa est Cajatia ab inscitissimis scriptoribus cum Calatia, trans Volturnum, quam V. Cf. Momms., Corp. 10. p. 444. et Inscr. apud eund. n. 3921. — Hinc Caiatinus, a, um, adj. ad Caiatiam pertinens, in antiquissimis nummis et titulis. Inscr. apud Momms. n. 3912. — Caiatini, absolute, incolæ. Inscr. apud eund. n. 3903. et 3919.

CAJĀTĪNUS (Caiatinus), a, um, et

CAJĀTĪNI (Caiatini), ōrum, m. plur. 2. V. voc. præc.

CĀĬCUS, i, m. 2. (Κάϊκος) Scribitur etiam Caycus, apud Senec. Tro. 288. et Kaicus apud Vib. Seq. p. 149. — Est autem nom. geogr. et pers.

Caicus ¶ 1. Est fluvius Æolidis (Mel. 2. 243) seu Mysiæ (majoris: Cic. Flacc. 29. 72), inter Elæam et Pitanem excurrens in Ægæum mare, hod. Bakyr-tschai. Memoratur etiam Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (121). Ex Mysia veniens Caycus amnis. Adde Lucan. 3. 203., Solin. 40. et Serv. auct. Virg. ecl. 6. 48. — Hinc Mysus Caicus dictus Virg. 4. G. 370. et Ovid. 3. Art. am. 196. et Teuthranteus eidem Ovid. 2. Met. 243., nam « Teuthrania oritur » ut ait Plin. loc. cit. (125)., coll. Capell. 6. p. 221. ¶ 2. Est etiam nom. vir., sc. Æneæ socius, apud Virg. 1. Æn. 183.: item Colchus, ap. Val. Flacc. 6. 688.: item Saguntinus miles, ap. Sil. It. 1. 306.

CAJĒTA, æ, f. 1. (Καιήτη Dionys., κόλπος Καιάτας Strab.) Scribitur etiam Kajeta, ut argui potest ab adj. Kajetanus in Corp. 10. 3114., et Gajeta apud Ravenn. p. 265. — De vocis origine a veteribus varia traduntur. Dionys. ant. 1. 53. 3. ducit a Cajeta, Æneæ nutrice. Cf. Virg. 7. Æn. 2. et Serv. ad eund. 6. ibid. 900. Id. ad eund. 7. ibid. 1. sqq. « Lectum tamen est in philologia, in hoc loco classem Trojanorum casu concrematam: unde Cajeta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν ». Quæ confirmat Ps. Aur. Vict. orig. 10. 3 (V. loc. infra); ubi alias quoque præbet vocabuli origines (V. Schræter ad h. l.). Sed Strab. 5. 233.: « τὸν μεταξὺ κόλπον ἐκεῖνοι (οἱ Λάκωνες) Καιάταν ὠνόμασαν· τὰ γὰρ κοῖλα πάντα καιέτας (καιάδας Thuc.) οἱ Λάκωνες προσαγορεύουσιν ».

Cajeta ¶ 1. Est oppidum et portus, in Campania, prope Formias, hodie Gaeta (olim Gr. Αἰήτη, ab Argonautis et rege Aeta dicta; dein Καιήτης: ita Diod. 4. 56. 6). Memoratur Sil. It. 8. 529. regnata Lamo Cajeta domusque Antiphatæ. Id. 7. 410. Litora Cajetæ Læstrygoniosque recessus. Juvenal. 14. 87. curvo litore Cajetæ. Cic. 2. Orat. 6. 22. Conchas eos (Lælium et Scipionem) et umbilicos ad Cajetam et ad Laurentum legere consuesse (Val. Max. 8. 8. 1). Adde 1. Att. 3. et 4. Liv. 40. 2. A Formiis (nuntiatum erat) ædem Apollinis Cajetæ de cælo tactam etc. et frg. 60. (Cicero) in Formianum, ut ab Cajeta navem conscensurus, proficiscitur. Cassiod. chron. II. p. 134. M. Cicero Cajetæ occisus est. Val. Max. 5. 3. 4. Popilius Cajetam cucurrit et Ciceronem occidit. — Sic in plur. num. Hieronym. chron. a. Abr. 1975. Cicero, ut quibusdam placet, interficitur in Cajetis (Cf. Plut. Cic. 47). — Locus fuit amœnus Romanis, quo rusticandi causa concedebant: ibi Antoninus Pius imp. villam habuit, ubi morabatur Faustina junior (Capitolin. Aur. 19): item Cicero (Val. Max. 1. 4. 5., coll. Cic. Att. locc. citt.). — Portus Cajetæ (Cajeta portus, apud Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. [59]. et Flor. 1. 16. 4). Cic. Manil. 12. 33. Portum Cajetæ celeberrimum ac plenissimum navium inspectante prætore. Adde Virg. 6. Æn. 900. — Hunc instauravit idem Antoninus Pius imp., teste Capitolin. Pius 8. Ex ruinis nunc exstant sepulcrum L. Munatii Planci, templum Serapidis et aquæductus. — Hinc Cajetanus, a, um, adj. ad Cajetam pertinens. Symm. 19. ep. 9. Cajetana forma. Val. Max. 1. 4. 5. villa. Lib. Pont. p. 70. territurium. Rursus Symm. or. 1. 16. ostia. ¶ 2. Item Cajeta v. Cajete, Æneæ nutrix. Serv. ad Virg. 6. Æn. 900., Ovid. 14. Met. 443., Ps. Aur. Vict. orig. 10. 3., Martial. 5. 1. 5. - Ps. Aur. Vict. orig. 10. 4. Cæsar et Sempronius

ajunt Cajetæ cognomen fuisse, non nomen, ex eo scilicet inditum, quod ejus consilio impulsuque matres Trojanæ - classem ibidem incenderint, Græca scilicet appellatione ἀπὸ τοῦ καίειν. Ceterum Serv. ad Virg. l. c. Hanc alii Æneæ, alii Creusæ, alii Ascanii nutricem volunt. - Obiit eo loco, qui postea Cajeta dictus, ubi et sepulta, cui Ovid. 14. Met. 441. epitaphium scripsit, divinisque est aucta honoribus (Liv. 40. 2., coll. Macrob. 3. Sat. 1. 2).

CAJĒTĀNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CAJĒTĀNUS (Kajetanus), i, m. 2. nom. vir. Martial. 8. 37. 1. quod Cajetano reddis, Polycharme, tabellas - Et Cajetano milia crede duo. — Cogn. Corp. 10. 3114 (Puteolis).

CAJĒTĒ. V. CAJETA.

CAIIARUS, i, m. 2. nom. dei Celtici. — De-Vit (Onom. ad v.) et Ruggiero (Diz. epigr. II. 1. 17) leg. Callar., ita ut sit Callarus, deus montis Callar; aliis vero cognatus videtur cum Caios dea; sed Bimard in prol. ad Murat. Inscr. p. 68. vult esse a Celt. gall, pinguis, pascuus, et ar v. ard, ager. Occurrit autem in Inscr. apud Orelli n. 1976. — At Garrucci in Diss. sugli accenti etc. testatur in Lapide haberi Caiiarus (= Corp. 12. 655., ubi Ihm leg. Callaro).

CĀĪN, indecl. m. (Hebr. Qayin; LXX. Κάϊν v. Κάϊν) nom. vir. — a) Orthogr.: Cayn in libris mss. Hilar. mgst. p. 6. Gesta Cayn et Abel. — Caim apud Ps. Orig. tr. 6. p. 60 (alter cod.). et in Novell. Just. 8. et Caym, apud Augustin. c. Adim. 4 (cod. 5) et Salv. gub. 1. 6 (cod. T). — b) Declin. Cypr. Gall., Gen. 138. Cainis (gen.). et ibid. 179. Cainem (acc.). — c) Prosod. Posterior syllaba nusquam corripitur, sed in priore variant poetæ; producitur enim Prudent. ham. 1.; ditt. 6.; Cypr. Gall., Gen. 138. et 147.; corripitur Mar. Victor, aleth. 2. 208., Ps. Prosp. carm. de prov. 309. et Cypr. Gall., Gen. 179. — d) Etymon præbet Vulg. Gen. 4. 1. « Heva peperit Cain dicens: possedi (qânîti) hominem per Deum »: a rd. qânah vel ab antiquata qâman (Delitzsch, Gen. 1860. p. 108. et Richers Schöpf. Gesch. p. 380) possedit v. acquisivit. Hinc Ambros. Cain et Ab. 11 (Hieronym. quæst. hebr. in gen. p. 8). Cain - dictus est acquisitio. Similiter alii ac plenius explicarunt: acquisivi hominem Deum (Jonathan in Targ., Marinus, Avenarius, Scindlerus, al.), quasi Heva illum promissum hominem Deum fore putasset. Interpretatio vero nominis Cayn risus et Abel fletus, nescio an sit magis ridenda quam flenda. Lenormant cum voc. Assyriaca contulit, qua significatur possessus, servus, quasi futuræ maledictionis præsagium (Lettr. assyriol. II. 173). Alii, perperam, sacræ Scripturæ etymo prorsus rejecto, ab Arab. qana « metalla fabrefecit » derivarunt, quam ejus posteri artem exercuerunt. Alii denique (Tuch, Merx) alia commenti sunt, quæ nihil moror, ne quid nimis.

Cain, filius Adami primus, frater Abel (Gen. 4. 1-17), quorum hic pastor, magna fide ac pietate (Hebr. 11. 4) Deo primitias præstantiores (Cf. ibid. vv. 3. et 4) offerens gregis, signo aliquo externo (fortasse ignis oblata cremantis, ut Hieronym. quæst. hebr. in Gen. p. 8. refert ex sententia Theodotionis) ab eo donabatur; ille agricola, terræ fructibus nec melioribus nec, quod verius est, pio animo oblatis (Ambros. de Incarn. sacr. c. 1. et Greg. M. ep. 122), nullo divinæ gratiæ testimonio fruebatur (Cf. Petr. Chrys. serm. CIX. et Joh. Chrys. hom. 17. in Gen.). Hinc invidiæ ardor et ira, qua Cain incensus, nihil veritus Dei monita et minas (Gen. 4. 6. et 7) Abel inopinum aggressus interfecit (Ibid. v. 8). — De eo Cyprian. domin. orat. 24 (mort. 17., zel. 5) Abel justum Cain zelat injustus. Comm. instr. 1. 36. Cain juniorem occidit nequam repērtus. et apol. 156. facinorosum Cain in gehenna reservat. Hilar. mgst. in ps. 119. 11. Cain negans maledicto diaboli adæquatus est. Ps. Ambros. prec. 2. (pæn. 4). Cain parricidarum princeps. Prudent. ham. præf. 48. cruentus. et 1. perfidus. et 8. rusticus invidia. Paulin. Nol. carm. 17. 284. invidus. Cassian. inst. 9. 9. sacrilegus. Sedul. op. pasch. 2. 17. germani sanguinis fusor, parricidalis maculæ factus incubator. — Ambros., Cain. et Ab. 1. 2. 5. Per Kain parricidalis populus intelligitur Judæorum. et Lib. geneal. chron. I. p. 163. Nomen ejus (Cain) lingua latina in perpetuum crescens dicitur: - quoniam usque ad Christi adventum filii Cain - occisuri essent Christianos vestigia Abel-sequentes. — Cain, Dei maledicto perculsus additoque signo quodam, ne occideretur, vagus et profugus et pœnæ, potius quam iniquitatis (ut Vulg. interpretatur Gen. 4. 13) magnitudinem veritus (Cf. Is. 5. 18. hebr. Midr. rabb. Gen. c. 22. et Palis, Lex. Bibl. Vig. II. p. 39), in terram Nod (Ibid. v. 16. hebr.) ad orientalem plagam Eden recessit (Ibid. vv. 11-16); nec solum exsul patria sed et Dei auxilio privatus (Ibid. 4. 14) et necis periculo ubique expositus (Ibid. v. 14), quem, ut ait Hieronym. ep. 26. « putant in septima generatione a Lamech interfectum ». — Cain posteri recensentur Gen. 4. 17-22. per quinque generationes ab Henoch ad Lamed hujusque filios, homines et filii hominum simpliciter appellati (Ibid. 6. 2. sqq.), ad eorum impietatem moresque corruptos significandos, non filii Dei, ut posteri Seth pietate eximii (Ibid. v. 2. et 4). — Cain historiæ innixi, ubi mentio fit de uxore, quam ille duxit, de interfectoribus, quos timebat, et de urbe, quam ædificavit (Gen. 4. 14. et 17), Præadamitæ, qui dicuntur, longe plures, quam Adami et Hevæ, tunc hominum familias fuisse fabulantur (V. Riehm's Wörtb. ad v. Kain); sed perperam, quum sacer historicus multa prætermittat, ita ut nihil, quod, quibusdam vel ipsis ex incredulorum grege fatentibus, illorum sententiæ faveat, jure inferri possit, sed facile omnia componi cum sacri scriptoris narratione, nihilve sit, quod generationes, quæ Adamum præcesserint, cogat admittere. (Cf. Re, Arch. Diz. II. p. 354. et Palis, loc. cit. p. 40). — De Cain scripserunt, præter laudatos, Bosseck, De sacrif. Cain et Abel et Hamburg, Encycl. I. v. Kain. Cf. etiam Schöpfer, Gesch. d. Alt. Test. Brixen 1893. p. 44. sqq. et Hummelauer in Gen. p. 176. sqq. et in Stimmen aus Maria-Laach X. 180. sqq. Frib. i. B. 1876. — Hinc Cainæi, Caiani, Cainitæ et Cainus, a, um, adj., quæ V. suis locis. — Sic Cainigenæ (arum), m., a Cain geniti. Mar. Victor. aleth. 2. 348. Namque Cainigenum (gen. pl. contr.) cum se conjuncis profanis Damnasset thalamis, melior cui vena, juventus (Cf. Vulg. Gen. 6. 2).

CĀĪNĀN, indecl. m. Hebr. קֵינָן Qênân « possessio (a qânah) v. fletus (a qîn) »; LXX. Καϊνάν. — Scribitur etiam Kainan, Cainam, Chainan, Chaynan, Canaan. — Forma Cainanus, i, usurpatur Cypr. Gall., Gen. 209. « quem (Enoch) Cainanus adæquans Quinque fuit tantum protentia longior annis ».

Cainan ¶ 1. Fuit filius Enos et pater Malaleel, nat. a. 325. ab hom. cond. et mort. a. 910., Gen. 5. 9., 12-14 (Cf. 1. Par. 1. 2), memoratus inter progenitores Christi Luc. 3. 37. Adde Greg. Tur. 1. Fr. 4., Isid. 5. Orig. 39. 2. et 7. ibid. 6. 12. — Ex similitudine nom. Cainan hujus et Kenan dei Sabæorum fortasse orta est rabbinica fabella de eodem Cainan, tanquam primo idololatriæ auctore et astrologiæ, de quo Mill, Gregor. Bar-Hebr. et Baethgen (V. Palis, Lex. Bibl. II. 40. sq.) ¶ 2. Item filius Arphaxad et pater Sale, inter progenitores Christi adnumeratur Luc. 3. 36. Adde Augustin. 16. Civ. D. 3., Prosp. chron. I. 386., Bed. chron. III. 258., al. — Deest tamen in textu Hebraico et Samar. et Vulg. Gen. (11. 10-26); adest contra apud LXX. Interpr. et Vulg. Luc. loc. cit.; de qua re plurimi scripserunt sive ex veteribus (V. Wolf, Cur. I. p. 605) sive ex recentioribus (Hummelauer, Fillion, Hoberg, Cornely, Knabenbauer, Hetzenauer, quos consulas. Id tantum mihi liceat animadvertere, in Hebr., ut alia nomina, etiam hoc omitti potuisse.

CĀĪNĀNI, ōrum, m. plur. 2. V. CAJANUS.

CĀĪNÆI, ōrum, m. plur. 2. V. CAIN.

CAINI, ōrum, m. plur. 2. oppidum Mesopotamiæ. Notit. Dign. or. 34. Ala quintadecima Flavia Carduenorum, Caini (Cami C). - Videntur Böcking ad h. l. esse Cænæ (Καιναί) Xenoph. Exped. 2. 4. 28., hod. Senn.

CĀĪNĬGENÆ. V. CAIN.

CAINNĀS (Cainas), æ, m. 1. (Καϊνᾶς) fluvius Indiæ, in Gangen influens, navigabilis. Plin. 6. Hist. nat. 17. 21. (64).

CAINO, onis, m. 3. vicus Turonum, hodie Chinon, apud Greg. Tur. 5. Fr. 17 (V. Holder, Altc. Spr. I. 683). — De nummis Merovingicis cf. Holder. l. c. — Hinc Cainonensis, adj. apud eund. 5. Fr. capit. 16. Ecclesia Caiconensis (al. Cainonensis. Id. glor. conf. 22. castrum. et 23. vicus.

CĀĪNUS, a, um. V. CAIANUS.

CĀĪPHĀS, æ, m. 1. (Καϊάφας et Καΐφα) nom. vir. — a) Scribitur Caiaphas apud Vulg. Matth. 26. 3. Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiaphas (Caiphas v. Cayfas pars codd.). et 26. 57. Duxerunt (Jesum) ad Caiaphan (- am pauci). Item Luc. 3. 2., Joh. 11. 49. etc. Derenbourg (Essai sur l'histoire et la géogr. de la Pal. p. 213), cui suffragatur Delitzsch (Zeitschrift für luther. Theol. p. 594), adfirmat verum vocis scripturam esse Qaïpha per litt. qoph, non kaph, ut vulgo fit. — b) Declin. acc. Caiaphan et Caiapham, ut Caiphan et Caipham. — c) Quantitas primæ et secundæ patet ex Prudent. ditt. 157. « Impia blasphemi cecidit domus ecce Caiphæ ». Adde Juvenc. 4. 405. et 587. At utramque corripit Sedul. carm. pasch. 5. 83. « Continuo ad tristes Caiphæ deducitur ædes ». — d) Varia vocabuli proponuntur etyma. Hieronym. frg. II. de nom. Hebr. interpretatur: « investigator v. sagax; sed melius vomens ore »; recentiores vero deducunt a v. Kageta' « oppressor » vel a Chald. Kêfâ' « lapis, petra » quod, formâ productâ, dixeris כיפא Kâgêfâ'. Ita Nösgen in Matth. At Derenbourg ac Delitzsch hujus nominis etymon explicari non posse candide fatentur.

Caiphas, gener Annæ (Joh. 18. 13), summus pontifex, etsi e secta Sadducæorum, plenius Joseph Caiphas (Jos. ant. 18. 2. Ἰώσηπος ὁ καὶ Καϊάφας), cognomine notior, pontificali dignitate auctus a Valerio Grato, Judææ procuratore, sed hac a Vitellio, Syriæ præside, dein privatus (Jos. ant. 18. 4. 3), ad quem duxerunt vinculis obstrictum Christum Dominum (Matth. 26. 57. et Joh. 18. 24. et 28), quique inscius antea coram synhedrio homini moriendum fore pro populo maligne prædixerat (Joh. 18. 14., coll. 11. 49. sqq.) aliaque in Christum gesserat ex euangeliis satis omnibus comperta. De eo Ambrosiast. in 1. Cor. 13. 2. Caiphas prophetavit non merito sed dignitate ordinis sacerdotalis. Petr. Chrys. serm. 49. Caiphas profano prophetat ore et cum sacerdos esset, falsitatis suæ sensum vicit officio veritatis. Cassiod. 9. Hist. trip. 29. In Balaam et in Caipha operatus est Deus. Prudent. Ditt. loc. cit. cecidit domus ecce Caiphæ, In qua pulsata est alapis facies sacra Christi. Leo M. serm. 57. Caiphas autem - scidit vestimenta sua (ex more Judæorum in luctu), et nesciens, quid hac significaret insania, sacerdotali se honore privavit. — Summum sacerdotium Caiphas exercuit temporibus Tiberii imp. (Luc. 3. 2), et quidem diu, fortasse 18. annorum spatio; non enim verba « quum esset pontifex anni illius » annuum significant pontificatum sed illum fuisse annum præ ceteris memorandum (V. ANNA). Quomodo autem vitam finierit, non constat; nec defuere qui illum ad fidem Christianam conversum adfirmaverint (Re, Arch. Diz. II. p. 356). — De domo Caiphæ hæc in Itin. Burdig. p. 592. « Paret ubi fuit domus Caiphæ sacerdotis, et columna adhuc ibi est, in qua Christum flagellis ceciderunt ». « et Itin. Theod. 7. De sancta Sion ad domum Caiphæ (Cayphe G), quæ est modo Ecclesia Petri » (Basilica grandis Brev. de Hier. p. 155). Ea traditur non procul a cœnaculo fuisse, in monte Sion, non Oliveti, uti vult Derenbourg (loc. cit. p. 465). Alii tamen de hac domo ejusque situ ita disserunt ut nihil certi statui possit (V. Saulcy, Jerus. p. 312. Porter, Syria etc. p. 205. et De Hamme, II. p. 212).

CAJUS v. Cāius, ii, m. 2. (Γάϊος) præn. Rom. — a) Est raro disyllabon, ut apud Auson. epigr. 75. « Languentem Cajum moriturum dixerat olim » et alib.; verum sæpius, præsertim apud poetas, trisyllabon: vd. Catull. 10. 30., Martial. 11. 37., Stat. 4. Silv. 9. 21., al. ita ut dactylon sit. — Veteres

duplici i scribebant Caiius (Gaiius), teste Priscian. gramm. VII. 303. 7. — b) Quod ad scripturam attinet, per G sæpissime scribitur, ut apud Græcos semper; sic in Cenotaph. Pis. et Monum. Ancyr. 2. 46. — Monet vero Quintil. 1. 7. 28. Cajus per C quidem scribi, sed Gajus per G pronuntiandum esse, quod confirmatur Mar. Victorin. gramm. I. 24. 10. et Terentian. de metr. 897. — Verum illud animadvertimus, quod quoties per notam indicatur, C significandum est, non G; quamquam scribæ et artifices, ut admonet Welchert, passim hoc neglexerunt. — c) Declinatur Genet. Caii (Gaii), ex sententia Priscian. loc. cit., repugnante Prob. loc. cit., qui docet per unum i efferendum esse, addita ratione: cf. Sueton. Cæs. 73. et Corp. I. L. 5. 5050. — Voc. Cai (Gai) apud Lucil. sat. 30. 30. et Martial. 10. 16. — Dat. et Abl. plur. Cais (Gais) apud Prob. inst. art. (IV). 104. 22. sqq. — d) Origo vocabuli sec. Auct. de nominib. Rom. est a γαίω, glorior, gaudeo; vel potius (V. Furlanetto, Mus. d'Este p. 63) a γάϊος, terrester, quod est ab inus. γάω, nascor, unde et γαῖα, terra (Cf. Prellwitz, Etym. Wörterb. ad v.); ita ut Caius referatur ad generationem explicetque formulam illam: ubi tu Cajus, ego Caja (Cf. Paul. ex Fest. p. 95. sq.).

Cajus ¶ 1. Est præn. vir. (quod, ut vidimus, per C scribi in antiquis monumentis docet Quintil. loc. cit.), at processu temporis in nom. gent. transiit. Corp. I. L. 1. 1189., 1190., 1257. etc.; et etiam in cogn. Inscr. apud Momms. n. 3390., nisi est ibi prænomen gentilicio postpositum. et alia apud Furlanetto, Lap. Pat. n. 426. De hoc autem transitu, qui sequiore tempore invaluit, loquitur et Cavedoni in Annot. al Corp. Inscr. Gr. a. 1. p. 4. — Porro ab antiquissimis temporibus Cajus, præn. sive nom. (Etruscis quoque usitatum: cf. Fabrett. in Gloss. It. p. 721) commune fuit viris et Caja mulieribus, præcipue uxoribus seu matribusfamilias, maxime celebratum post Cajam Cæciliam, uxorem Tarquinii Prisci (Auct. præn. 4), optimam lanificam et pudicitia insignem, cujus causa institutum est in nuptiis ut sponsus Cajus, sponsa Caja sollemni appellatione vocaretur. Quum enim sponsa ad viri domum pervenerat, ante fores interrogabatur, quænam esset: illa ominis causa, se Cajam esse, respondebat inquiens: Ubi tu Cajus, ego Caja. Quibus verbis vel significabat fore se dominam et matremfamilias, ubi ille dominus et paterfamilias fuisset: vel potius (Cf. Fest. p. 95. M.) promittebat futuram se honestam mulierem et frugi similemque moribus Cajæ Cæciliæ seu Tanaquilis: quare «nubentes virgines colus compta et fusus cum stamine comitabantur» ut Fest. ibid. ita Forcellin. etiam ex Plut. quæst. Rom. 30. Recentiores tamen hujus formulæ aliam statuunt causam, quam supra innuimus, ubi de nominis etymo mentionem fecimus, et de qua fuse et accurate egit cl. Galoani in op. Delle genti e favelle loro in Italia p. 252-272. — Specialim — 1.°) Apud scriptores, præcipui occurrunt — a) Cajus, cognominatus Caligula, plenius Cajus Julius Cæsar Caligula, filius Germanici et Agrippinæ, imp. a. 37-41. p. Chr., de quo V. CALIGULA. — b) Cajus, poeta, memoratus Fronton. ad M. Cæs. 5. 5. De eo cf. Mai ad h. l. — c) Cajus, JCtus celeberrimus, in orientis partibus nat., qui floruit a. circ. 110-180. p. Chr. sub Hadriano, Antonino Pio et M. Aurelio impp., nominatus in Dig. 45. 3. 39., 50. 15. 7. etc., Serv. ad Virg. 3. G. 306., Prisc. gramm. VI. 282. et alib. sæpissime. — Romæ docuit usque a temporibus Hadriani imp.; quamquam Momms. in Ann. Jur. comm. Germ. III. 1-3. censet eum vixisse in Asia ibique docuisse, fortasse in Troade, ex variis rationum momentis, quibus tamen non efficitur ipsum Romæ non scripsisse, ut ex H. Dernburg et Huschke colligere omnino est (Jurispr. Antejust. Lips. 1867. p. 82-180., coll. Dittmar, De nom., sel., stud. ac script. Gai etc.). — Plurima scripsit, ex quibus celebriora sunt VII. Rerum cotidianarum libri, Aurei dicti, et IV. libri Institutionum certe Romæ exarati editique fortasse a. 161. p. Chr., ubi, ut ait Lact. inst. div. 5. 4. 3. «totius doctrinæ substantia» continetur et historiæ Rom. juris fundamenta. Quod opus ex palimpsesto Veron. sæc. V., primum a Maffei, dein magis a Niebhur a. 1816. recognitum curisque Göschen et Hollweg, Berolini a. 1820. typis consignatum ad nos pervenit. — Non omnia tamen Caji scripta ætatem tulere, quæ partim integra, partim mutila exstant. V. in Indice auctt. — De eo consulas, præter laudatos, Elvers, Dirksen, Pöschmann, Bremer, Studemund, Kriger, Schrader, qui docte naviterque Caii opera illustrarunt. — d) Cajus, medicus, Herophili sectator, de quo Cæl. Aurel. 3. Acut. 14. 118., ubi ejus libr. De timore aquæ commemorat. — e) Cajus, presbyter, qui floruit sæc. II.-III. Romæ sub Zephyrino Rom., pont. max. (a. 197-218), quem Eus. H. E. II. 25. vocat ἐκκλησιαστικὸς ἀνήρ, auctor putatus operis deperditi contra Artemonem hæreticum, quod inscrib.: κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως (Phot. cod. 48), a Theodoreto dictum: ὁ σμικρὸς Λαβύρινθος, et Proculi, qui Montani ardens sectator erat, validus adversarius, uti constat ex celebri disputatione, quam cum eo habuit, teste Hieronym. vir. ill. 59. Cf. etiam De Rossi in Bull. Crist. a. 1866. p. 81. et 88. — Sunt qui eum censeant etiam auctorem Canonis Muratoriani (V. Re, Arch. etc. II. 357) an. 170. circ., a cl. Muratori nuncupati, qui primus eum edidit in Antiq. Ital. med. æv. III. p. 851. Verum quænam opera ad eum pertinuerint, adhuc disputant eruditi, uti sunt Batiffol, An. Litt. Chrét. p. 146.; Caspari, Quellen, III. p. 374.; Bardenhewer, Patr. I. p. 280. sq.; Herzog, R.E. v. Cajus (1897); al. — f) Cajus, pont. max. a. 283-296., ut habet Catal. Liber., v. 283-298., ut, minus recte, Eus. H. E. VII. 32. 1, Salonitanus, Diocletiani, uti quidam tradunt, conterraneus et consanguineus, ante persecutionem, ab hoc imp. excitatam, regnavit; quamobrem eum martyrem occubuisse veri simile esse negat Herzog loc. cit. Successorem habuit Marcellinum (Lib. Pont. ed. Duchesne I. p. 6., 70., 161. Cf. etiam Jaffé v. I. p. 25.; De Rossi, Rom. sott. III. p. 114. sqq. et Kraus, Rom. sott. p. 161). — g) Cajus, Corinthius, apud quem et s. Paulus et Christiani conveniebant (Vulg. Rom. 16. 23. et 1. Cor. 1. 14), idem fortasse, ad quem tertia ep. s. Johannis ap. scripta est. — 2.°) In titulis præn. vir. Inscript. apud Orelli n. 1584., 1585., 1614. etc. — In plur. num. Inscr. apud eund. n. 1688. — Caja in Inscr. apud Orelli n. 1654. etc. ¶ 2. Est etiam nom. montis in Hispania, de quo Martial. 4. 55. 2. «Luci, gloria temporum tuorum, Qui Cajum veterem Tagumque nostrum Arpis cedere non sinis disertis». Alii tamen aliter leg. Cf. et 1. 49. 5. Sic Caja apud Jul. Honor. 36. B 4. Riese. «Fluvius Durius nascitur in Carpitania exiens de monte Caja juxta Pyrenæum.

CALA, æ, m. 1. ¶ 1. Est nom. vir. in Cod. 8. 47. 4. — Item mul. Corp. I. L. 12. 2497 (inter Augustam et lacum Lemannum). ¶ 2. Item vicus prope Parisios situs, hodie Chelles, apud Greg. Tur. 5. Fr. 89. Calam Parisiacæ civitatis villam. et 7. ibid. 4. Apud villam Calam. sc. villam regiam, ubi Chilpericus rex sæpe residebat. — Hinc Calensis, adj. Id. 6. ibid. 46. Villa Calensis, quæ distat ab urbe Parisiaca quasi centum stadiis.

CĂLĂBER, bra, brum, adject. ad Calabriam pertinens. Horat. 1. ep. 7. 14. Calaber hospes. Lucan. 2. 627. Sason (ins. maris Adriatici). et 5. 379. auster. et 589. portus. Val. Fl. 1. 683. arvum. et 7. 729. armentarius. Stat. 3. Theb. 23. sinus (sc. navis). Sidon. 1. ep. 5. 8. Atabulus. Virg. 3. G. 425. saltus. Horat. 4. Od. 8. 20. Pierides. sc. Ennii. (Male Porphyr. ad h. l. sua vult intelligi carmina). Id. 1. Od. 33. 16. sinus. et 8. ibid. 16. 33. apes. et epod. 1. 27. pascua. Colum. 7. 2. 3. generis eximii oves. — Calabri versus: cf. Mar. Victorin. gramm. VI. 122. Ex tribus dactylis accedente ad extimam clausulam pyrrichio seu iambo lyrici versus metrum, quod Græci calabrion appellant, informabitur usurpatum a pastoribus Calabris, qui cantare res rusticas his versibus solent. Gloss. Calabri versus obsceni. Calabri obsceni lotore. Calabrum genus versuum malorum quasi colobon vel jocularium. Cf. καλαβρίζειν, καλαβρισμός; κολαβρίζειν, κολαβρισμός, κόλαβρος (Sonny, Arch. f. lat. Lex. 12. 126). Sic Calabrius versus «inter anapæsticos numerabitur, utpote qui ex anapæsto et spondeo constet». Mar. Victorin. gramm. VI. 126. — Non discernitur aliquando Calaber ab Apulus, ut apud Sil. It. 8. 682., Martial. 5. 30. 2., Sidon. 1. ep. 11. 1. — Calaber et Calabri, incolæ. Sil. It. 8. 578. Calaber Sallentinæque cohortes. Sueton. in vit. Virg. 63. Mantua me genuit, Calabri rapuere. Mela 2. 59. Italici populi Picentes-Calabri etc. Paul. Nol. carm. 17. 28. levis spiret sine nube siccis aura Calabris. - Chron. Alex. chron. I. p. 109. Campani, Apulisii, Calabrii.

CĂLĂBRA Curia, in Capitolio: a calando sic appellata (Varr. 5. L. L. 13) V. CALABRA et CALO in Lexico.

CĂLĂBRĬA, æ, f. 1. (Καλαβρία Steph. Byz. et Strab., Καλαυρία Dionys.) Etymon incertum est: sunt qui a voc. orient. calab, resina, qua hæc regio abundat; alii a hhalab, lac, quia maxime pecuaria est (Porphyr. Hor. 2. Ep. 2. 177). — Secunda est communis. V. infra.

Calabria, regio Italiæ extrema in modum peninsulæ, inter mare Adriaticum et sinum Tarentinum, ab Appennino monte secta, hodie Terra d'Otranto, variis populis culta, fere originis Pelasgicæ, a Græcis Messapia dicta, quasi in mediis aquis, et ante Peucetia in Sallentino agro (Serv. et Plin.), Japygia et Sallentina (Strab. 6. 3. 5., coll. Plut. in Pyrrh. et Frontin. 2. Strat. 3. 22); ætate vero posteriore Bruttiorum nomine appellata (Cf. Schol. Hor. carm. 2. 20., Rav. Guid. p. 454. et 471. Id. p. 508. Provincia nona Calabria, quæ primitus ab antiquis Britania dicta est); ab Augusto in Italiæ divisione secundæ regioni tributa (V. Auct. lib. I. Colon. p. 211. et lib. 2. p. 261. sq. Lachm.) sicque Hirpinos Apulosque complexa. De ea Avien. orb. 527. in patulos projecta Calabria campos. Porphyr. Hor. loc. cit. «Est enim Calabria præter ceteros reditus etiam pecuaria et lanarum mollium ferax». Hinc Calabrum vellus et Calabræ oves celebratæ a veteribus. Solin. 2. Calabria chersydris frequentissima et boas gignit. Expos. mund. 54. Provincia Calabria, quæ, frumentifera cum sit, abundat in omnibus bonis. Horat. 1. Od. 31. 5. Calabriæ æstuosa. Adde Colum. 11. 3. 15., Mythogr. I. fab. 143. et 206. et II. fab. 165. et 210., Tac. 3. Ann. 1. et 2. et 2. Hist. 83., Corp. I. L. 9. p. 3. 651. — De ejus nummis vd. Eckhel 1. p. 145. sqq. et Head, 51. — Primum invasa est a Pyrrho a. U. C. 474.; dein a Romanis occupata (Hieronym. in Chron. ad Olymp. CXXVI. 4., coll. Liv. 23. 34. et 47. 48), qui Tarento, Calabrorum metropoli, pæne neglecto, oppidum Brundisium, quo via Appia desinebat, cum portu maxime idoneo, prætulerunt. — Processu temporis, post Augusti partitionem, administrata fuit a juridico cum Apulia, a qua aliquando sejuncta unum constituit cum Lucania et Bruttiis (V. Inscr. apud Momms. n. 4621. Cf. Rav. Guid. p. 471. «Fretum, quod inter Siciliam et Calabriam Italiæ dividit». et Corp. 6. 1513., 1514., 1562. et 9. 2218); dein a correctore (Corp. 11. 331); mox a procuratore (Corp. 11. 378). V. Ruggiero, Diz. epigr. II. 17. — De ea consulas Pais, Storia della Sicil. e della Magna Grecia I. 335. sqq.; Momms. Unterital. etc. 41-38.; Maggiulli et Castromediano, Le iscrizioni messapiche, Lecce 1871.; De Simone apud Fabretti, Terzo Suppl. alle ant. iscr. ital. 171-229.; Helbig, Herm. XI. 257. sqq. — Hinc Calabricus, a, um, adj. Colum. 12. 51. 3. Olea Calabrica, quam - oleastellum vocant. Plin. 14. Hist. nat. 6. 8. (69). vina (al. aliter leg.). Corp. I. L. 10. 1795. regio. — Calabrica, etiam nom. mul. Corp. 10. 2201. — Calabrius versus. V. in CALABER.

CĂLĂBRĬCUS et

CĂLĂBRĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CĂLACTĒ (Calacte), es, et Calacta, æ, f. 1. (Καλὴ ἀκτή, pulcrum litus; v. Καλάκτη, Καλάκτα) oppidum Siciliæ maritimum, hodie Caronia, in plaga fertili ac speciosa, unde nomen duxisse videtur, conditum a Siculis, colonia Doriensis Sami et Mileti, Romanorum ætate florens, patria rhetoris Cæcilii, æqualis Augusti. Memoratur Cic. 3. Verr. 43. coll. Herod. 6. 22. sq. et Diod. 12. 8. et 29. Sil. It. 14. 251. litus piscosa (Ca)lacte. — Itin. Ant. p. 94. Caleacte. et Rav. p. 402. Calao. — Hinc Calacticus sinus Hispaniæ Bæt., laudatus Avien. or. 424. Alii leg. Calaticus v. Calathicus. — Calactinus, a, um, adj. Prisc. gramm. II. 78. 21. et Cic. 5. 4. Verr. 22. 49. — Calactini (Καλακτῖνοι), incolæ. Id. 13. Fam. 37. Cf. numm. apud Eckhel 1. p. 199. cum epigr. ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ.

CĂLACTĪCUS et

CĂLACTĪNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CALADŪNUM, i, n. 2. (Καλάδουνον Ptol.) oppidum Bracarum Hispaniæ citerioris. Itin. Ant. p. 422. Cf. Holder, Altcelt. Spr. I. 686.

CĂLĂGURRA. V. voc. seq.

CĂLĂGURRIS, is, f. 3. (Καλάγουρις Strab.) Traditur nonnunquam Calaguris, unico r; sæpe autem et in bonis titulis Calagorris, Callagoris; item Calagurra v. Calagorra et Calahorra apud geographos. — Origo nominis ignota. Cf. tamen hæc loca: Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (24). Calagurritanos, qui Fibularenses cognominantur. et Cæs. 1. B. C. 60. Calagurritani qui erant cum Oscensibus contributi. Cf. etiam Loharre, quod oppidum erat inter Oscam et Jaccam (Hübner).

Calagurris ¶ 1. Est oppidum Vasconum in Hispania citeriore, in loco montano (Cf. Auson. ep. 25. 57. «hærens scopulis»), hodie Calahorra, trib. Galeria et municipium, ut patet ex nummis (Eckhel 1. p. 39. sq.), ubi et Julia et Nasica (Nassica) a fluvio (Liv. frg. l. 91) dicitur, unde Calagurritani Nassici appellati (Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (24), patria Quintiliani et fortasse etiam Prudentii. Memoratur Liv. 39. 21. et epit. 91. et 93., Sueton. Aug. 49., Flor. 3. 22., Prudent. perist. 1. 117. et Oros. 5. Hist. 23. — Capta a Romanis a. 186. a. Chr. (Liv. loc. cit.), dein in bello Sertoriano «execrabilem famem» perpessa est (Flor. loc. cit.), quam describit Val. Max. 7. 6. ext. 3., coll. Oros. loc. cit. — Hinc Calagurritanus, adj. et incolarum vocabulum. Hieronym. vir. ill. in fin. Calagurritana urbs. Prudent. perist. in lemm. martyres. — Val. Max. loc. cit. Calagurritanorum exsecrabilis impietas: (uxores natique) Calagurritanis prandia atque cenæ exstiterunt. — Calagorrensis ecclesia. Ep. pont. Thiel Hil. 16. 1. ¶ 2. Item oppidum in Hispania cit., sed in finibus Ilergetum, dictum Fibularium, fort. a fibularum opificio, hinc Calagurritani Fibularenses cognominati (Plin. loc. cit.), stipendiarii, vulg. Lahorra Itin. Ant. p. 457. ¶ 3. Item opp. seu statio Galliæ Aquitanicæ in via Tolosa Lugdunum Convenarum, hod. Cazères (?), in Itin. Ant. ibid. Calagorris. V. Besnier, Lex. d. G. A. p. 159.

CĂLĂGURRĪTĀNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CĂLĂIS, is, m. 3. (Κάλαϊς, ιδος) Prob. cath. gramm. IV. 18. 17. «Calais et nominativo et genetivo: acc. - in, dat. - i, abl. - i». — Etymon vel a καλός, pulcher (Cf. Eustath. et Mythogr. II. fab. 142), vel a κάλαϊς = ἰοτίον (Hesych.).

Calais ¶ 1. Apud mythologos, vir Thrax, frater Zethis et Cleopatræ, filius Aquilonis et Orithyiæ (Serv. ad Virg. 10. Æn. 350. et Philarg. ad eund. 4. G. 464); hinc Aquilonia proles dictus (Propert. 1. 20. 26). De his Ovid. 6. Met. 716., Val. Fl. 3. 692. et 6. 557., Sil. It. 8. 513., Stat. 5. Theb. 408. — Calais et Zethes, fratres gemelli alati finguntur, quod essent pedibus velocissimi ventisque adsimiles (Cf. Hygin. fab. 14. et 19. et Ovid. loc. cit.); hinc Boreades dicti (Diod. 4. 44). — Cum Argonautis profecti, in via Harpyias, Jovis canes, quæ regnum Phinei, sororis mariti, Arcadiæ regis, infestabant, expulsas insectati sunt; sed ab Iride admoniti redierunt (Serv. ad Virg. 3. Æn. 209). Denique ab Hercule telis occisi sunt «quorum in tumulis superpositi lapides flatibus paternis moventur» (Hygin. fab. 14., coll. Senec. Med. 515. et 634). — Artis monumenta videsis illustrata Winckelm, opp. t. 3. p. 376. — Translate de alio, ficto nomine, Horat. 3. Od. 9. 14., sc. de puero amato a Chloe. ¶ 2. In titulis optimæ ætatis, maxime Romæ, nom. serv. Corp. I. L. 6. 9298. — Etiam cogn. libert. Corp. 2682. 9. et apud Furlanetto, Mus. d' Este p. 150.

CĂLĀMA, æ, f. 1. (Κάλαμα Ptol.) Scribitur etiam Chalama, Kalama (in titulis sæpe) et Galama (Corp. 8. 5351) ¶ 1. Oppidum Numidiæ, hodie Guelma v. Ghelma, inter Cirtam et Hipponem Regium, posteriore ætate colonia (Corp. 8. 5352), Papiria tribu. Memoratur Augustin. 22. Civ. D. 8., Oros. 5. Hist. 15., Cosmogr. 1. 44. et Corp. 8. 2639. — A. Postumium apud eam urbem, thesauris regiis conditis inhiantem, bello oppressit Jugurtha (Oros. loc. cit.). — Ejus historiam illustrant Inscriptiones ibi repertæ editæque Renier n. 2710-2868. Cf. Cavedoni, Mem. di Mod. t. 7. p. 144. sqq. — Hinc Calamensis, adj. et incolarum vocabulum. Augustin. c. Petil. 3. 47. 5. Calamense oppidum. — Corp. 8. 5356. SPLENDIDISSIMVS ORDO KALAMENSIUM. ¶ 2. Item oppidum Mauretaniæ, mediterraneum. Itin. Ant. p. 36. et 513.

CĂLĀMENSIS et Kalamensis. V. voc. præc.

CALĀMĪNA, æ, f. 1. — 1.°) In sing. num. oppidum Indiæ Καλαμηνή v. Καλαμίτη). Isid. ort. et obit. 132. Thomas apostolus Christi - occubuit in Calamina civitate Indiæ, ubi et sepultus est in honore. — Laterc. apost. (Brev. apost.) p. 218. In Calamina, hodie Mhasbalipur apud Madras, ubi apostolus Thomas martyrium fecit et mons exstat etiamnum, s. Thomas nuncupatus (Makn). — 2.°) In plur num. Calaminæ insulæ, in Lydia, quæ «semper fluctuantur - multorum civium Mithridatico bello salus». Ita Plin. 2. Hist. nat. 95. 98. (209). Adde Senec. 3. Nat. 25. et Varr. 3. R. R. 17. 4. Cf. Capell. 9. p. 314.

CĂLĀMIS, idis, m. 3. (Κάλαμις) statuarius et argenti aurique cælator nobilissimus, Phidiæ ætate suppar, cujus opus fort. ultimum fuit Apollo Alexicacus seu pestis abactor (Cf. Paus. 1. 3. 4), non Vaticanus (di Belvedere), cujus auctor ignoratur (V. ANTIUM); hoc autem præcesserant signa puerorum, quos Agrigentini, oppido Motya devicto, Olympiæ dicaverunt (Paus. 5. 25. 2); dein alias fecit statuas Apollinis hic artifex, quarum ea, pro incolis Apolloniæ Illyricæ confecta, humanam magnitudinem excedebat asportataque fuit in Capitolium a M. Lucullo (Strab. 7. 319); Æsculapium imberbem, ex auro et ebore, in templo Corinthi positum; Victoriam pro Elide; et Ammonis statuam Thebis a Pindaro dicatam; Bacchum pro Tanagris ibidemque Mercurium Κριόφορον; Venerem a Callia Atheniensi ad portas arcis dedicatam aliaque opera laudatissima (Paus. 2. 10. 3.; 9. 22. 2.; 16. 2) non solum hominum sed etiam animalium, præcipue equorum; unde Propert. 3. 7. 10. «Exactis Calamis se mihi jactat equis». et Ovid. 4. Pont. 1. 33. «Vindicat ut Calamis laudem, quos fecit, equorum». Et generatim magnam laudem tribuunt veteres atque inter primi subsellii artifices commemorant Cic., Quint., Front., Plin., al.

CĂLĀMŌNA, æ, f. 1. (Καλαμῶνα) ¶ 1. Fuit oppidum in Judæa seu statio Cohortis Primæ Equitatæ. Notit. Dign. or. 29. ¶ 2. Item in Phœnicia (Κάλαμον), statio equitum Sagittariorum indig., sec. Moritz (Abh. Akad. Berl. 1889) eadem quæ Adamana Tab. Peut. et Ὄδμανα Ptol., hodie Nebk, in Notit. Dign. or. 31 (V. Bädeker, Paläst. u. Syr. 391. sq.).

CĂLĀMOS, i, m. 2. (Κάλαμος) oppidum in ora Phœnices situm, hod. el-Kalmûn, apud Plin. 5. Hist. nat. 20. 17. (78).

CĂLĀMUS, i, m. 2. (Κάλαμος) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. serv. (raro ingenuorum) primi maxime p. Chr. sæc. Corp. I. L. 6. 3965. — Id. 6. 21183. Kalamus. ¶ 2. Est nom. geogr., sc. — a) Locus in eremo Scitii, quæ est in Ægypto. Cassian. conl. 3. 5. 2. — b) Item locus prope Nicæam Bithyniæ. Cod. Just. 11. 70. 6.

CALANDRUS, i, m. 2. (καλός, pulcher, et ἀνήρ, δρός, vir) nom. regis Illyriorum, cui cum exercitu ad Macedoniam venienti occurrit magna mulierum turba cum cothurnis et thyrsis, Baccharum more obstrepentium; quare territus discessit. Ita narrat Schol. Pers. 1. 99.

CALANUS, i, m. 2. nom. vir. ¶ 1. Calănus (Καλανός), rectius Callanus, gymnosophista Indus celeberrimus. Cic. 2. Tusc. 22. 52. Callanus Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est. — Quum in eo esset ut se ardenti rogo injiceret, interrogatus ab Alexandro M., quid aut mandare aut dicere vellet: Brevi te, inquit, videbo. Ita Val. Max. 1. 8. ext. 10. Adde Ambros. ep. 34. et 37., qui epistolam adfert ibidem Alexandro ab eo conscriptam. — Fortasse ab hoc nominatus Aurelius Calanus Corp. 3. 1604 (in Dacia). ¶ 2. Calānus fundus, memoratus in Tab. alim. Lig. Bæb. (Corp. 9. 1455) 3. 9.

CALĀRIS et

CALĀRĪTĀNUS. V. CARALIS.

CĂLĀTĒS, is, m. 3. (Καλάτης) pictor, fortasse sæc. IV. exeuntis, laudatus Plin. 35. Hist. nat. 10. 37. (113) «Parva et Callicles fecit: item Calates comicis tabellis». Alii leg. Calliades, alii aliter.

CALATHA (Calathe), æ, f. 1. (Καλάθη) parva insula ad septentr. provinciæ Rom. Africæ Zeugitanæ, hod. Galita. Memoratur Mel. 2. 120. et Plin. 5. Hist. nat. 7. 7. (42)., coll. Ptol. 4. 3. 44.

CALATHĒ, es, f. 1. (Καλάθη νῆσος Ptol.) ¶ 1. Est insula prope Cherronesum, cum Calathusa, apud Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (74)., ubi varia lectio. Cf. Galata apud Chron. Alex. chron. I. p. 102. ¶ 2. Item oppidum Hispaniæ. Priscian. gramm. II. 78. 21.; unde Calathinus v. Calatinus. Cf. Steph. Byz. ὁ πολίτης τῆς Καλάθης Καλαθῖνος.

CALATHUS, i, m. 2. oppidum supra Pontum. Ruf. Fest. 9. 3. Marcus Lucullus occupavit Apolloniam, Calathum, Parthenopolim, Tomos etc.

CĂLĀTHŪSA, æ, f. 1. (Καλαθοῦσα). V. CALATHE.

CĂLĀTĬA, æ, f. 1. (Καλατία) oppidum Campaniæ in via Appia inter Capuam et Beneventum, trib. Falerna, hodie le Gallazze v. San Giacomo alle Gallazze, captum a Romanis a. 313. a. Chr., colonia militaris a. 59. Memoratur Cic. 16. Att. 8., Liv. 9. 28., Vellej. 2. 41., Sil. It. 8. 542., Tab. Peut. 6., Corp. I. L. 10. p. 359. et 869., coll. Diod. 19. 101. et in nummis apud Head, 31. — Hinc Calatinus, a, um, adj. et Calatini incolæ, in nummis Oscis (Conway, Ital. Dial. I. p. 145) «Kala, Kalat, Kalati, i. e. Kalatinom». Liv. 22. 13. Calatinus ager. Id. ibid. 61. Defecere autem post cladem Cannensem ad Pœnos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini. Adde eund. 26. 33. et 34. — Calatinus, etiam cogn. in gente Atilia. Val. Max. 8. 1. absol. 9. A. (M. Par) Atilium Calatinum Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem etc. Adde Cic. Planc. 25. 60., 1. Tusc. 7. 13. et alib. Liv. epit. 17. A. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. — In plur. num. Cic. Sest. 33. 72. A calatis (Galatis Momms.) Gaviis in Calatinos Atilios insitus. V. CAJATINUS.

CALATĪNUS. V. voc. præc.

CĂLĀTŌRĬUS, ii, m. 2. (calator) nom. vir. gent., ut M. Calatorius Quartio, cui fortasse ob liberalitatem municipes et incolæ Herculanei statuam æream posuerunt. Inscr. apud Momms. n. 2383., 2426. et 2427. Cf. Marini, Fr. Arv. p. 211. et Visconti in Iconogr. R. p. 441. sq. - Calatoria, nom. mul. Corp. 6. 10344.

CĂLAURĬA (Calaurea), æ, f. 1. (Gr. Καλαυρία et Καλαύρεια, quare pænultima produci potest). — Antiquius nom. fuit Irene, a filia Neptuni et Melantheæ: itemque Anthedonia et Hyperia (Plut. quæst. Gr. p. 184. Lips.). — Origo vocabuli a Calauro, Neptuni filio (Steph. Byz.) vel potius a καλὰ αὔρια. — Olim sacra fuit Latonæ v. Apollini; hinc Latoia dicta Ovid. 7. Met. 383.

Calauria, insula sinus Saronici, exadversus Trœzenem, celebre habens templum Posidonis, sedes antiquæ fœderationis Amphictyonicæ septem oppidorum, hodie Poros. Memoratur Mel. 2. 109., Avien. or. 671. et Prisc. perieg. 525., coll. Agath. 1. 5. et Plut. Dem. 29., qui aliam memorat Calauriam in Sicilia.

CALAVĪUS (Kalavius), ii, m. 2. nom. in gente originis Campanæ, ex qua præcipui Calavius (Ofillius), vir princeps Capuæ clarus «genere factisque» (Liv. 9. 7) Calavius (Novius): item vir princeps, a. 314. a. Chr. et Ovius, capita conjurationis

contra Romanos, « sive timor sive conscientiæ vis - morte haud dubie ab ipsis conscita judicio subtraxit » (*Id. ibid.* 26): item *Calavius (Pacuvius)* « nobilis ac popularis homo, ceterum malis artibus nanctus opes » summus magistratus Capuæ, maritus filiæ Appii Claudii, Capuæ dominationem, obnoxium sibi senatum ac plebem faciens, improbe affectavit » a. 216. a. Chr. (*Liv.* 23. 2). — In titulis, Campania maxime et Samnitibus. *Inscr. Osc. Conway, Ital. Dial. I. p.* 182 (*Æserniæ*) stenis Kalaviis. *Corp.* 6. 4535 (*in mon. Marcellæ*). *Corp.* 8. 2564. Calabius. — *Calavia*, nom. mul. *Corp.* 5. 8305 (*Aquilejæ*).

CALBIENSES. *V.* voc. seq.

CALBIS, is, m. 3. (Κάλβις) amnis Cariæ, quem *Mel.* 1. 83. dicit profundum et prope Caunum opp. etiam navibus obvium, hod. *Dolomantchai;* unde fortasse milites *Calbienses* (*Inscr.* apud *Orell. n.* 1924) nomen duxerunt, quod tamen alii a *calbeis* v. *galbeis*, unde et *Galbenses* dicti, vel a *Calaba*, opp. *Mesopotamiæ* in Osrœne, derivant.

CALBURNIUS. *V.* **CALPURNIUS.**

CALCA, æ, m. 1. ¶ 1. Est cogn. vir., apud *Val. Max.* 9. 15. 5., a *calcando* ductum, quasi qui calcat, sive, ut placet *Furlanetto*, a *calca*, h. e. turba hominum se invicem prementium, *calca, folla*. At quum rectius scribatur *Calcha* cum aspiratione (cf. *Calchidius*), aliunde duxeris, probabiliter ab Etrusc., uti censet *Schulze, Eigenn. p.* 287. et 352. ¶ 2. Item nom. oppidi. *V.* CHALE.

CALCĀRIA, æ, f. 1. ¶ 1. Est statio in Gallia Narbonensi, hod. fortasse *Calas* prope *Étang de Berre*, a *calce* dicta. *Itin. Ant. p.* 299., *Tab. Peut.* 2. et *Rav. p.* 244. ¶ 2. Item statio Britanniæ, a fodinis *calcariis* appellata, ut præcedens. *Itin. Ant. p.* 468. et *Beda, Hist. Eccl.* 4. 23.

CALCHA. *V.* **CALCA.**

CALCHĀS, antis, m. 3. (Κάλχας) nom. vir. — *a)* Scribitur quoque *Calcas* v. *Chalcas*. Etiam *Calchas, æ*, apud *Prisc. gramm. II.* 239. — *b)* Declin.: Acc. *Calchantem;* sed *Calchanta* apud *Virg.* 2. *Æn.* 122., *Stat.* 1. *Ach.* 493. et 681., *Dict.* 2. 30 (*Val. Max.* 8. 11. *ext.* 6. *Calchantam* (A C, - *anta* Halm). *Pacuv.* et *Plaut.* habent *Calcham* (-*an* N). V. *Charis. gramm. I.* 66. — Voc. *Calchas;* sed *Calcha* apud *Senec. Tro.* 359. — Abl. *Calchante;* sed *Calcha* apud *Plaut. Men.* 748. — *c)* Etymon ducitur a χαλχαίνων, h. e. alta mente cogitans; alii tamen vocem aliunde derivant. V. *H. Steph. Thes. L. Gr.* ad *v.*

Calchas ¶ 1. Apud scriptores, augur Græcus (*Cic.* 2. *Legg.* 13. 33), divinandi arte peritissimus (*Ovid.* 2. *Art. am.* 7. 37. et *Hygin. fab.* 128), ex Mycenis (*Hygin. fab.* 97), Thestoris filius (*Dict.* 1. 15. et *Hygin. fab.* 190), unde *Thestorides* sæpe dictus a poetis (*Hom. Il.* 1. 69., *Ovid.* 12. *Met.* 19), cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus, cujus consilio multa gesta sunt (*Hygin. fab.* 98., *Val. Max.* 8. 11. *ext.* 6., *Dict.* 1. 21., 2. 30., 4. 18. et 5. 7., *Virg.* 2. *Æn.* 100-122., *Serv.* ad *eund.* 4. *ibid.* 166. et 3. *ibid.* 322., coll. *Mythogr. I. fab.* 209. etc.). — Diruta autem Troja, reversus cum Amphilocho, Amphiarai filio, terrestri itinere Colophonem, quum in luco Apollinis Clarii extra urbem apud fanum in Mopsum, præstantissimum augurem, incidisset, artis peritia ab illo in certamine de sue gravida superatus dolore contabuit: quod vero certamen alii aliter referunt (Cf. *Mythogr. I. fab.* 194. et *II.* 224., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 72). Hinc vanam esse haruspicinam dicit *Propert.* 4. 1. 109. De eo *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 7. Mopsum, Tiresiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum augures etc. *et* 1. *Divin.* 33. 72. Ut apud Homerum Calchas, qui ex passerum numero belli Trojani annos auguratus est. *Ovid.* 2. *Art. am.* 737. Quantus erat Calchas extis. *Senec. Tro.* 352. interpres deum Calchas. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (104). Lucani subacti a Calchante, quæ loca nunc tenent Atinates (Cf. *Lycophr.* 978. *sqq.* et 1047. *sqq.* cum *Schol.* et *Strab.* 6. 284. et Κάλχος, rex Dauniorum, ap. *Parthen.* 12). — Transfertur ad alios, ut *Plaut. Merc.* 945. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp.* 10. 6028 (*Minturnis*).

CALCHĒDON, ŏnis, f. 3. (Καλχηδών) nom. loc. — *a)* Orthogr. Scribitur etiam *Chalcedon* (Χαλκηδών), præposita aspiratione, quam scriptionem defendunt *Cavedoni* in *Spic. Num. p.* 132. et in *Opusc. d. Mod. Ser. II. T.* 2. *p.* 328. ex Inscr. et numm., duce *Boeckh, C. I. Gr. T.* 2. *p.* 662. et *Elog. Luculli* apud *Morcelli de Stil. Inscr. Lat. n.* 292. — Utramque formam servant etiam *De-Vit* in *Onom.* et *Georges* in *Lex. d. Latein. Wortf. p.* 108; at recentiores *Calchedon* formam « unice rectam » (*Thes. L. L. Suppl. n. pr.* 73), sed gratis, adfirmant, quibus tamen non repugnamus. — Scriptum sæpe *Calcedon*. - *Calchadon* in *Elog. Corp.* 1. *p.* 196. *n.* 21., et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (149). — *Calchædon* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (150) *F.* et sæpissime in codd. *Calcidon.* — *b)* Declin. Genet. *Chalcedonis* apud *Prisc. perieg.* 737. et *Chalcedonos* ap. *Ammian.* 26. 6. 4., 26. 8. 3. et 31. 1. 4. — Acc. *Calchedonem* ap *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (217). et *Chalcedona* ap. *Sall. hist. frg.* 4. 61 (19). 13., *Ammian.* 22. 8. 7., *Claudian.* 8. 177., *Eutrop.* 2. 27. et 45 (ubiq. var. *Calchedona*), *Aur. Vict. Cæs.* 41. 8. — Abl. *Calchedone* ap. *Liv.* 42. 56. — Masc. gen. usurpasse videtur *Avien. orb.* 972. « Calchedon tumulus fluctu circumdatus alto ». Alii tamen rectius pro adject. habent. — Forma serior *Chalcedona* v. *Calchedona, æ*, est *Ammian.* 22. 8. 2. et 22. 9. 3. et *Oros.* 6. *Hist.* 2. 13. — Item, posteriore ætate, *Calcedonia, æ*, in *Itin. Ant. p.* 139. — *c)* Pænultima longa est; sed corripitur *Venant.* 8. *carm.* 3. 169. *Calchĕdŏn.* et *carm. app.* 2. 26. Calcēdŏnensæ.

Calchedon ¶ 1. Apud auctores, oppidum Bithyniæ in faucibus Bospori Thracici (*Mel.* 1. 101), contra Byzantium (*Prisc. per.* 973), huic olim a Dareo Hystaspis ponte conjunctum (*Jorn. Get.* 10), portu munitum (*Liv.* 42. 56), hodie *Kadi-Kioi* v. *Kadi-Kui*, antea dictum (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. [149]) *Procerastis*, dein *Colpusa*, postea *Cæcorum oppidum* (*Tac.* 12. *Ann.* 63), conditum a Megarensibus, duce Archia (*Mel. loc. cit.*, coll. *Thucyd.* 4. 75. a. 673. a. Chr.), patria Xenocratis philosophi et Thrasimachi rhetoris. — De eo *Lucan.* 9. 959. ostriferam divinat Chalcedona cursu. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (73). Mons est juxta Calchedonem, in quo legebantur (*smaragdi Calchedonii*), Smaragdites vocatus. *Claudian. loc. cit.* caligine liber Bosphorus adversam patitur Calcedona cerni (*a Constantinopoli*). — In bellis Medicis eam Persæ sibi arcem tenuere; dein in conflictu Lacedæmonis et Athenarum modo his, modo illis, ut videtur, socium se præbuit; postea a Romanis cum Mithridate bellantibus occupata est; mox vero in liberam civitatem evasit (Cf. *Smith, G. A. II.* 9. 164. et *Besnier G. A. p.* 160). — Eversam a Gothis, Gallieno imp., Corn. Avitus aliqua ex parte reparavit (*Jorn. Get.* 20); eam porro a. 451. celebrant historici ecclesiastici, constitutam sedem Concilii œcumenici IV., sub Marciano imp. et Pulcheria, Leone M. pontifice, illuc convocati, in quo cum *latrocinio*, quod dicitur, seu conciliabulo, Ephesino a. 449. damnati sunt Dioscorus et Eutyches hæresiarchæ (*Marcell. chron. II. p.* 185. et 451., *Vict. Turon. chron.*, *Liberat.* in *breviar.* 13. et *Leo M. ep.* 114. *sqq.*). — Alia colligi possunt ex *Herod.* 4. 85. etc., *Thuc.* 4. 75., *Xenoph. An.* 7. 1. 20., *Polyb.* 4. 39., *Strab.* 7. 319. *sq.* et 563., *Arrian. An.* 3. 24. 5., coll. *Curt.*, *Stor. Gr. I.* 634., 698., 787., *II.* 298. et *III.* 204. tr. *Müll.* 1884.; tum ex nummis, ad eam pertinentibus, apud *Eckhel* 2. *p.* 411. *sq.* et *Head*, 511. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp. I. L.* 10. 6028 (*Minturnis*). — Hinc *Calchedonius*, incola et adj. *Cic.* 3. *Orat.* 32. 128. Calchedonius Thrasymachus. 1. *Acad.* (*post.*) 4. 17. Xenocrates. *Eutrop.* 8. 12. Apollonius. *Gell.* 6. 16. 5 (*ex Varrone*) pelamys. *Claudian.* 5. 55. Calchedonias contra despectat arenas (*Constantinopolis*). — *Chalcidicus* pro *Calchedonius* apud *Paul. Nol. carm.* 27. 430. et *Sidon.* 2. *carm.* 49. et 11. 21. — Cogn. vir. *Corp.* 10. 625. - et mul. *Corp.* 6. 32045. — *Calchedonensis* v. *Chalcedonensis*, adj. *Leo M. ep.* 114. Chalcedonensis civitas. — Incolæ. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 21. Chalcedonenses. — *Calchedonicus*, adj. *Diosc.* 1. 2. — Nom. mul. *Corp.* 2. 3387 (*in Hisp. Tarrac.*), sed suspectæ fidei.

CALCHĒDŎNENSIS, e, et
CALCHĒDŎNICUS et
CALCHĒDŎNIUS, a, um. *V.* voc. præc.

CALCHĪA et Chalcia, æ, f. 1. (Κάλχεια) insula in mari, quod Thraciam et Cretam interluit, hod. *Calki*, apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (71). Chalcia Rhodiorum insula - locus fecundus. Adde *Itin. Marit. p.* 522. Calchia.

CALDAICUS. *V.* **CHALDAICUS.**

CALDĪUS. *V.* **BIBERIUS** et **CALDUS.**

CĂLĒ, es, f. 1. nom. pers. et geogr. a καλός, *pulcher*. Scribitur etiam *Calla*, duplici *l*, in *Itin. Ant. p.* 125 (Galle *pars*, Cale *P*). ¶ 1. Est igitur nom. pers., *sc.* mulieris, servis maxime inditum (Κάλη), ac sæpius Romæ; cujus genet. *Cales;* dat. *Cale, Caleni, Calini, Caleti* et etiam *Calæ*, passim. *Corp.* 6. 4876 (*in mon. Marcellæ*). — Lusus in *C.* 6. 11776. ANNIA CALE PRO NOMINE (*i. e.* καλῶς) VIXIT. ¶ 2. Item nom. geogr., *sc.* — 1.°) Oppidum Theuthraniæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (126). Cf. *Strab.* 13. 1. 44. Καλὴ πεύκη, i. e. picea., ut *Hom. Il.* 14. 20. apud *Eustath. p.* 880. 59., distinguenda a *Callipeuce* in Thessalia (*Liv.* 44. 5). — 2.°) Item vicus Umbriæ in via Flaminia, inter Forum Sempronii et Helvillum, medio ævo *Callium*, hodie *Cagli* (Cf. *Bormann, Corp.* 11. *p.* 876. et *Nissen, Ital. Landesk. II.* 382). *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 728. Cales civitas est Campaniæ; nam in Flaminia quæ est, Cale dicitur. Adde *Itin. Ant. p.* 316. et *Burdig. p.* 614. — 3.°) Item locus in Gallæcia ad ostia fluminis Durii, unde hodie appellatur *Portugal* (nomen servatur in loci nomine quod hodie est *Villanova de Gaya*). *Serv. loc. cit.* sub 2.° — *Cale Portus* v. *Portucale* apud *Isid. Goth.* 31. *chron. II. p.* 280., *Hydat. p.* 29. et *Corp. I. L.* 2. *p.* 352. — 4.°) Item insula maris inter Thraciam et Cretam interfluentis. *Itin. Ant. p.* 523. Cf. CALCHIA.

CĂLĔACTĒ. *V.* **CALACTE.**

CĂLĒB, indecl. m. Hebr. *Kâlēb* « canis, latrator »; *LXX.* Χαλέβ; *Jos.* Χάλεβος). — *Chaleb* in *Amiat.* XXVII. locc. legitur, *Caleb* IX., *Chalep* v. *Calep* bis *Tischend.* ad *Vulg. Num.* 13. 7., *Chaleb* in *Ital. Lugd.* sæpe, *Chalep* bis. — Caleb est nom. pers. et geogr.

I.) Caleb, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Jephone, de tribu Juda, natus in Ægypto, dictus *Cenezæus*, probabiliter quia oriundus ab aliquo ex majoribus, nomine Cenez (Cf. Othoniel: *Jos.* 15. 17), de quo tamen nulla mentio est in genealogiis *Paral.* nec *alib.*; non enim credibile est quod nonnulli arbitrantur, fuisse ex Cenez Idumæo, rati extraneos Israeliticæ genti fuisse aliquando aggregatos (*Harvey* in *Smiths Dict. of the Bibl. I. p.* 242., *De Broglie, Les nouv. hist. d'Isr.* Paris 1889. *p.* 48. et *Delattre, Le sol en Egypt.* etc. in *Étud. relig.* nov. 1892. *p.* 399). — Fuit a Moyse cum aliis electus, qui explorarent terram Chanaan (*Num.* 13. 7., coll. 18); ipso autem et Josue, populo contra Moysen murmurante « sciderunt vestimenta sua et ad omnem multitudinem - locuti sunt: terra, quam circuivimus, bona est - tradet (*Dominus*) humum lacte et melle manantem » (*Num.* 14. 6-8). De eo *Vulg. ibid. v.* 24. « Servum meum Caleb (*loquitur Deus*), qui plenus alio spiritu secutus est me (*Deum suum*), inducam in terram hanc, quam circuivit etc. ». Hinc 1. *Mach.* 2. 56. « Caleb, dum testificatur in ecclesia, accepit hereditatem (Cf. *Jos.* 14. 12-14. et 15. 13-15., coll. 1. *Reg.* 30. 14). et *Eccli.* 46. 11. « Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem et usque in senectutem permansit illi virtus ut ascenderet in excelsum terræ locum et semen ipsius obtinuit hæreditatem » (Cf. *Jos.* 14. 10-11). — Caleb cum Josue, incredulo populo universo in solitudine jam demortuo, in terram promissam cum fidelibus ingressus plures filios habuit, ex pluribus uxoribus, inter quos ex Ephratha fuit Salma, pater (*i. e.* conditor vel instaurator) Bethlehem; quamvis interpretes quidam Bethlehem non oppidum sed personam putent, coll. 1. *Par.* 2. 54 (*V.* BETHLEEM); tum etiam Axa, Othonieli nupta, de qua *Jos.* 15. 16. *sqq.*, et nepotes, ex quibus Nabal, de quo 1. *Reg.* 25. ¶ 2. Item filius Hesron, qui et *Calubi* (Hebr. *Kelûbâi*) dicitur *Vulg.* 1. *Par.* 2. 9. etc. ¶ 3. Item frater Sua

et pater Mahir ex tribu Juda (hebr. *Kelûb*). *Vulg.* 1. *Par.* 4. 11. ¶ 4. Item filius David. *Lib. geneal. chron. I. p.* 191. et 541.

II.) Est etiam nom. geogr., desumptum a *Caleb*, filio Jephone, *sc.* ¶ 1. Pars meridiana Caleb ejusque posteris concessa (Hebr. *negeb Kâlēb*). *Vulg.* 1. *Reg.* 30. 14., coll. *Jos.* 14. 12. 14.; 15. 13. et 21. 12. ¶ 2. Item locus, ubi Hesron, pater Caleb, mortuus est, dictus *Caleb Ephratha* (Hebr. *Kâlēb Ephrâthâh*). *Vulg.* 1. *Par.* 2. 24.

CĂLĔDŎNES, um, m. plur. 3. et Caledonii, ōrum, 2. (Καληδόνιοι) Sæpe scriptum *Calidones* et *Calidonii*, ut *Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. (102)., *Stat.* 5. *Silv.* 2. 142., *Tac. Agr.* 25., 27., 31. *Solin.* 22. *al.* — *Calydones* v. *Calydonii* in multis codd. — Etiam *Dicalidones* (*Dicalydones*) apud *Ammian.* 27. 8. 5 (coll. Ὠκεανὸς Δουηκαληδόνιος *Ptol.* 2. 3. 1), ita dicti ad distinguendas duas *Pictorum* gentes, qui cum Scotis memorantur apud scriptores posteriores (*Claudian. III. cons. Hon.* 54), fortasse *Attacotti* et *Scotti*. — *Calidonis silva* in *Hist. Britt. chron. III.* 199. V. infra. — *Acc.* plur. *Caledonas* est *Flor.* 3. 10. 18. — Origo nominis probabilior est a Cambr. *celeddon:* i. e. « territorium silvosum ».

Caledones, gens Britanniæ septentrionalis (Cf. *Holder, Altc. Sprachsch. I.* 691). Memorantur *Eumen. Paneg.* 7. 7. Calidonum aliorumque Pictorum silvas et paludes. Adde *Flor.* 1. 17. 3. De iis *Jorn. Get.* 2. (*Tac. Agr.* 11) « rutilæ comæ, corpora magna sed fluida. - Virgeas habitant casas, communia tecta cum pecore silvæque illis sæpe sunt domus. Ob decorem nescio, an aliam quam ob rem, ferro pingunt corpora ». Idcirco *Picti* appellati, qui videntur fuisse idem cum Caledonibus. Cf. *brit* « pictus »; unde fortasse nom. *Britannus* derivatur. *V.* hanc voc.

CĂLĔDŎNĬA (Calidonia), æ, f. 1. (Καληδονία) regio Britanniæ Barbaræ ad septentrionem secus Oceanum occid., *Calidonium* exinde dictum; quæ latiore accipitur sensu pro Britannia hac tota ultra vallum Severi (inter hod. *Solway* et *Tyne*), vel latissimo etiam citra vallum, hod. *Scozia*, parum Romanis cognita (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. [102]), plenius tamen postquam Caledones indomiti ab Agricola ingenti clade affecti sunt, teste *Tac. Agr.* 30., qui hanc regionem describit *ibid.* 10. *V.* loc. integr. — Hinc *Caledonicus* (*Calidonicus*) adject. apud *Solin.* 22. — *Calidonicus angulus*, in quo recessu Ulixem Calidoniæ adpulsum manifestat ara Græcis litteris inscripta (Cf. *Tac. Germ.* 3). — Sæpius *Caledonius*, latissimo sensu, ap. *Val. Fl.* 1. 9. Caledonius Oceanus. *Claudian.* 22. 247. monstrum. *Id.* 8. 26. pruinæ. *Flor.* 3. 10. silvæ. *Auson.* 68. Britanni. — *Caledonia silva*, hod. *Highlands of Scotland*, collective dicta de montibus Britanniæ, apud *Flor.* 1. 17. et *Capell.* 6. *p.* 215., coll. *Ptol.* 2. 3. 12. — Absolute *Calidonii*, idem quod Caledones, apud *Jorn. Get.* 18., coll. *Prov. laterc. Veron.* 13. 4.

CĂLĔDŎNĬCUS et
CĂLĔDŎNĬUS, a, um. *V.* voc. præc.

CĂLĒMĔRUS v. Calhemerus (Calimerus et Kalimerus), i, m. 2. (Καλήμερος) nom. maxime serv.: a καλός *pulcher* v. *bonus*, et ἡμέρα, *dies*. *Corp. I. L.* 8. 2929 (*Lambæsi*). — *Calemera* (Καλημέρα), nom. mul. *Corp.* 14. 1647 (*Ostiæ*).

CĂLENDĀRĬUS v. Kalendarius, ii, m. 2. fort. nom. vir. *Corp.* 8. 8420 (*in Mauret. Sitif.*).

CĂLENDĪNUS v. Kalendinus, i, m. 2. (a *calendis, sc. die nat.*) cogn. satis frequens in Illyrico, maxime in *Norico*. *Corp.* 6. 32879. — *Calendina*, nom. mul. *Corp.* 4587. — *Calendio* et *Calendio* (*onis*), *Calandinus* (*a*) in *Corp.* passim. — *Calentius*, nom. gent. *Corp.* 6. 32777.

CĂLĒNUM et
CĂLĒNUS. *V.* **CALES.**

CĂLĔPHĂSIS, is, f. 3. (καλός, *pulcher*, et φάσις, *fama*), nom. mul. *Corp.* 6. 8710.

CĂLĔPĬUS v. Callepius, ii, m. 2. nom. vir. *Corp.* 6. 31995. CALLEPIO *viro clarissimo* CONSULE. — Scribitur etiam *Calipius* et *Calypius*.

CĂLĔPŎDĬUS et Calŏpodius, ii, m. 2. (Καληπόδιος: a καλός et πούς, οδός, *pes*) nom. vir. ¶ 1. Fuit presbyter et martyr sub Alexandro Severo, a quo nuncupatum cœmeterium christianum, in via Aurelia, dictum quoque *Callisti*, quod tamen distinguendum ab altero *Callisti*, in via Appia (*De-Rossi, Rom. sott. T.* 1. *p.* 159. et *Martyr. Rom.*); illud autem, a sepultura Julii, pont. R., est etiam *Cœmeterium Julii* appellatum (*Id. ibid. p.* 207). ¶ 2. Item episcopus a Campania. *Hilar. op. hist. frg.* 2. *n.* 15.

CĂLES (ium), f. plur. 3. (Κάλης *Ptol.*, Καλχής pars *codd.*) — *a)* Scribitur *Calis* in *Lib. col.* 1. *p.* 232. — *Cals* (acc. *Calen*) apud *Sil. It.* 12. 525. — *Calles* apud *Tac.* 4. *Ann.* 27 (V. *Orelli* ad *h. l.*). — *Calenum* apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63). *Steph. Byz.* Καλησία. — *b)* Declin. *Consent. gramm. V.* 348. 35. « Plurali tantum numero efferuntur hi - Cales ». Sed *Prob. cath. gramm. IV.* 23. 17. « Unum legi « les » terminatum generis neutri sine aliqua ratione declinationis, Cales, nomen oppidi ». - Nomin. et acc. *Cales*. - Genet. non legitur. - Dat. et abl. *Calibus* v. *Calebus* in *Corp. I. L.* 6. 4647. et 11. 6703. 4. Cf. *Dessau, Inscr. Lat. sel.* 6567. — *c)* Origo nominis mythica a *Calai*, oppidi conditore, filio Boreæ, regis Thraciæ « quem rapta per auras Orithyia vago Geticis nutrivit in antris ». Ita *Sil. It.* 8. 514.; unde *Threicia* ab eod. dicta 12. 525. — Est nom. opp. et fluv.

Cales ¶ 1. Oppidum Campaniæ (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 728), colonia Latina (*Vellej.* 1. 14. 3) a. 334., postea municipium (*Cic.* 2. *leg. Agr.* 31. 96. et *alib.*), tribu *Poblilia*, hodie *Calvi*, celebratum ob vinum (*Plin.* 14. *Hist. Nat.* 6. 8. [65]); primitus ab Ausonibus sive Auruncis habitatum (*Virg.* 7. *Æn.* 727. et *Liv.* 8. 16), a quibus Sidicini orti feruntur (*Sil. It.* 8. 511); a Romanis captum, duce M. Valerio Corvo, qui de Calenis triumphavit et ob id dictus *Calenus*, cos. a. 813. a. Chr. (*Fast. triumph.*). De eo vd. *Cic.* 7. *Att.* 14. et 16. *ibid.* 11., *Liv.* 22. 15., 23. 31. etc., *Tac.* 6. *Ann.* 15., *Horat.* 4. *Od.* 12. 14., *Val. Max.* 8. 2. *ext.* 1. et *ibid.* 8. 1., *Inscriptt.* apud *Momms. n.* 3946-3982. et nummos apud *Eckhel* 1. *p.* 140. et *Head*, 31. — Hinc *Calenus, a, um*, adj. *Varr. Men.* 114. Calenas obbas. *Cic.* 9. *Fam.* 13. municipium. *Horat.* 1. *Od.* 20. 9. uva. *Schol. Hor.* 4. *Od.* 12. 17. vinum. — Subst. cogn. vir. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (15). — Etiam nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 14058. et *Calena*, nom. mul. *ibid.* v. *Calene* in *C.* 9. 565. — Absolute *Caleni*, incolæ (Καληνοί). *Gracch. or. frg. Gell.* 10. 3. 3., *Cic.* 9. *Fam.* 13. — Hinc et *Calenius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 8. 1762. et *Pomp. Cic.* 8. *Att.* 12. ¶ 2. Est etiam fluvius Mœsiæ. *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 47. et *Vib. Seq. p.* 147., quod conjicit *Bursian*, sed improbat *Pueschel, De Vib. Sequ. fontibus* (*Diss. Halens.* 1907) *p.* 11., cum Vibius Ovidii epist. ex Pont. non adhibuerit.

CĂLESTRĬUS v. Callestrius, ii, m. 2. nom. gent. *Corp. I. L.* 6. 7468. — Apud scriptores: *Calestrius Tiro*, amicus Plinii junioris, prætor a. 93. *Plin.* 1. *ep.* 12. et 7. *ep.* 16., ubi ejus laudes recitat. - Cf. *Calesterna*, nom. gent. Etr. *Corp.* 11. 6608 (*in Umbria*).

CĂLĒTI, ōrum, m. plur. 2. vel Caletes, ium, 3. (Καλετοί) Belgæ, inter Armoricos a Cæsare (*Cæs.* 7. *B. G.* 75), recensiti ab Augusto provinciæ Lugdunensi attributi, hodie *pays de Caux*. Memorantur etiam *Hirt. B. G.* 8. 7., *Oros.* 6. *Hist.* 7. et 11. — *Plin.* 19. *Hist. nat.* 1. 2. (7). laudat inter eos, qui vela texunt lino.

CĂLĒTRA. *V.* voc. seq.

CĂLĒTRĀNUS ager Etruriæ, apud *Liv.* 39. 55. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (52)., dictus ex Caletra, opp. Etr. in *Inscr.* apud *Murat.* 826. 7., ubi leg. *Calæthra*, si genuina est. Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 309., 312.

CĂLĒTUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. artificis Græci, apud *Paul. Fest. p.* 58. « Colossus a Caleto artifice, a quo formatus est, dictus » (V. *Müller* in *h. l.*). ¶ 2. Item nom. vir. Celt. *Corp. I. L.* 13. 10011. 168.

CALFURNIUS. *V.* **CALPURNIUS.**

CĂLĪDĬUS, ii, m. 2. nom. orig. Etr. (*Schulze, Eigenn. p.* 138). Scribitur etiam *Caleidius* (*Corp.* 6. 33968) et *Callidius*, duplici *l* (*Corp.* 9. 6386). — Prior *i* longa est, ut patet ex Gr. Καλείδιος in *Inscr. Gr.* 7. 18.; unde et Καλειδιανός in *Inscr. Le Bas-Waddington* 1118. — *Calidianus* v. *Callidianus* deriv. adj. et subst. cogn. *Corp.* 11. 1147. et 6. 1358.; quamquam et Καλίδιος legitur apud *Appian. B. Mithr.* 65.

Calidius ¶ 1. Apud scriptores præstat — Marcus orator, « non unus ex multis, sed inter multos proprie singularis: ita reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio (*Cic. Brut.* 79. 274). *V.* integr. loc. De eo *Hieronym.* in *Chron.* ad Olymp. CLXXX. 4 (a. U. C. 697). M. Calidius orator clarus - cum Togatam Galliam (*proconsul*) regeret, Placentiæ obiit (a. 707). Adde *Quintil.* 11. 3. 123. et 155. et 12. 10. 11., ubi ejus subtilitatem laudat. — De eo consulas etiam *Ellendt, Hist. Eloq. R.* 58. et *Meyer, fragm. p.* 317. coll. *Harnecker, Jahrb. f. Phil. CXXV.* 607. *sq.* — Alios V. apud *Val. Max.* 5. 2. 7. et 8. 1. 12., *Cic.* 5. *Verr.* 42. etc. ¶ 2. In titulis nom. frequens Romæ, rarius in Samnio et Campania, in Gallia Cisalpina (maxime Velejæ) et in Africa: ceteris locis rarissimum. *Corp. I. L.* 6. 200. 2. 18 (*a.* 70). — *Calidia*, nom. mul. *Corp.* 2. 1782. — Transiit in cogn. *Corp.* 9. 6386 (*Anconæ*) etc.

CĂLĬDŌRUS v. Calydorus, i, m. 2. (Καλόδωρος, *pulcrum donum*). Priores duæ syllabæ corripiuntur. *Plaut. Pseud.* 35., 41. et *alib.* Cf. *Schmidt, Herm.* 37 (1902). 358.

CĂLĬDUS et contr. Caldus, i, m. 2. cogn. vir. Forma *Calidus* in Julia gente. (*V.* JULIUS); — *Caldus* potius in gente Cœlia plebeja. ¶ 1. Apud scriptores: C. Cœlius Caldus, orator mediocris (*Cic.* 1. *Orat.* 25. 117): item C. Cœlius Caldus, hujus filius, imperator, augur, X.vir (*Inscr. numm. Babelon I. p.* 379): item P. Cælius Caldus, Placentiæ præpositus, qua a Cinnano exercitu capta, voluntariam mortem obiit (*Val. Max.* 4. 7. 5): item Cœlius Caldus « post cladem Varianam cum in captivos sæviretur a Germanis, præclari facinoris auctor fuit, adulescens, vetustate familiæ suæ dignissimus, qui complexus catenarum, quibus vinctus erat, seriem, ita illas illisit capiti suo, ut protinus - exspiraret » (*Vellej.* 2. 120. 5). Ita stulte *Vellejus;* sapienter contra *Aristoteles:* « τὸ δ' ἀποθνήσκειν φεύγοντα ἤ - ἤ τι λυπηρὸν οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ· μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα » (3. *Eth.* 7). ¶ 2. In titulis cogn. *Corp.* 4. 708., 15. 896.

CĂLĬGŬLA, æ, m. 1. (Καλλίγουλα *Zosim.*, Καλιγόλας *Suid.*, Καλλιγόλα *Athen.*) Scribitur *Galicula* apud *Eutr.* 7. 12. et *Orig. Rom. chron. I. p.* 145. — *Galius* in *Exc. barb. chron. I. p.* 520. — Originem nominis a *caliga*, quo calceamenti genere utebantur milites gregarii (ἐκ τῶν καλλιγῶν οὖν Καλλιγόλαν αὐτὸν ὠνόμασαν *Suid.*). *V.* infra.

Caligula, cogn. C. Cæsaris, qui fuit Germanici et Agrippinæ filius et post Tiberium imperator. *Auson.* 257. 4. Cæsar, cognomen caligæ, cui castra dederunt. *Senec.* 2. *Dial.* 18. 4. Nec impune cessit primipilari, quod Caligulam dixerat C. Cæsarem; hoc enim in castris natus et alumnus legionum vocari solebat, nullo nomine militibus familiarior umquam factus, sed jam Caligulam convicium et probrum judicabat coturnatus. *Tac.* 1. *Ann.* 41. Infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad concilianda vulgi studia eo tegmine pedum induebatur. Adde *Sueton. Cal.* 9. — In titulis tamen nunquam *Caligula* appellatur, sed *C. Cæsar, C. Cæsar Germanicus, C. Cæsar Augustus* etc. — Item in monumentis publicis ac nummis, ita ut cl. *Eckhel* spurium habuerit nummum, ubi *Caligulæ* nomen legebatur (Cf. *Sartori Canova, collect. numm., mod. I. p.* 5., de qua *V.* BRITANNICUS). — Pluraliter *Caligulæ* apud *Lamprid. Heliog.* 1., *Vopisc. Aurelian.* 42. *Ambros. obit. Theod.* 50. Neronum, Caligularum ceterorumque probra. — De ejus incredibili libidine, crudelitate aliisque vitiis omnem modum excedentibus ut eum non sui compotem sed amentem, non hominem, sed beluam credas, hæc pauca subjicimus scriptorum testimonia. *Sueton. Cas.* 4. 36. Pudicitiæ neque suæ neque alienæ pepercit. *Id. ibid.* 24. Cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecit, *et* 28. Matrimonia contraxerit, turpius an dimisse-

rit, an tenuerit, non est facile discernere. *Capitolin. Aur.* 28. Marcus fertur filium mori voluisse - ne, ut ipse dicebat, similis - Caligulæ - esset. *et Lamprid. Heliog.* 32. Omnes apparatus libidinum - Caligulæ - norat Heliogabalus. *Sueton. Cæs.* 4. 27. Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla - aut ad bestias condemnavit aut bestiarum more quadripedes cavea coercuit aut medios serra dissecuit. - Parentes supplicio filiorum interesse cogebat. *Id. ibid.* 32. Sæpe in conspectu prandentis vel comissantis - miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. *Id. ibid.* 28. Opinans sibi exsules suos mortem imprecari, misit circum insulas qui universos contrucidaret. *Id. ibid.* 34. Nec minore livore ac malignitate quam superbia sævitiaque pæne adversus omnis ævi hominum genus grassatus est. *Id. ibid.* 55. Incitato equo - præter equile marmoreum et præsepe eburneum præterque purpurea tegumenta ac monilia e gemmis, domum etiam et familiam et supellectilem dedit - consulatum quoque traditur destinasse. *Id. ibid.* 52. Vestitu calciatuque et cetero habitu neque patrio neque civili ac ne virili quidem ac denique humano semper usus est - plerumque vero aurea barba, fulmen tenens aut fuscinam aut caduceum. *Id. ibid.* 54. Threx et auriga, idem cantor atque saltator. *Id. ibid.* 22. Simulacra numinum religione et arte præclara, inter quæ Olympii Jovis, quibus capite dempto suum imponeret etc. *Id. ibid.* 34. Cogitavit etiam de Homeri carminibus abolendis - Sed et Virgilii ac Titi Livii scripta et imagines abfuit paulum quin ex omnibus bibliothecis amoveret. *Id. ibid.* 37. Nepotatus sumptibus omnium prodigorum ingenia superavit -. Ac ne singula enumerem, immensas opes totumque illud Ti. Cæsaris vicies ac septies milies sestertium non toto vertente anno absumpsit. Hinc *Lamprid. Comm.* 10. « Commodus eum, qui Tranquilli librum, vitam Caligulæ continentem, legerat, feris objici jussit, quia eundem diem natalis habuerat, quem et Caligula ». — Hunc tamen tyrannum, tot tantisque flagitiis infamem, tamquam deum cultum, nec solum nec ultimum, tradit *Aur. Vict. Cæs.* 39. Diocletianus se primus omnium Caligulam post Domitianumque dominum palam dici passus et adorari se appellarique uti deum. — Post quattuor regni annos tantum (a. 37-41). quod antea a Lentulo Gætulico et Æmilio Lepido tentatum fuerat, tandem a trib. Cassio Chærea et Cornelio Sabino aliisque conjuratis teterrime peremptus est (*Id. ibid.* 58), cui Claudius, invito senatu, successit. — Fuit « statura eminenti, colore expallido, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis et crurum, oculis et temporibus concavis, fronte lata et torva, capillo raro ac circa verticem nullo, hirsutus cetera: - vultum vero natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem » (*Id. ibid.* 50). — Quattuor consulatus gessit, utque Romanorum favorem sibi captaret, inde ab initio spectacula edidit magnificentissima, donaria populo distribuit, ædificia publica, theatra, templa vel absolvit vel incohavit, ita ut optima sibi quæque cives ominarentur (*Id. ibid.* 9. et 13), qui, contra, « utinam unam cervicem habuisset », hanc se libentissime uno ictu obtruncaturum aliquando dixit (*Id. ibid.* 30). Nec a rebus bellicis abstinuit, sed expeditiones fecit in Germanos primum, quos se vicisse simulavit, vitavitque postea sibi imminentes, a Galliis in Orientem se fuga proripiens; dein aliam in Britannos mentitus est, pro qua triumphum Romæ agere voluisset (*Id. ibid.* 43., 46., 51., coll. *Tac. Agr.* 13). — Alia de eo videre est præter quam in *vit. Sueton.* apud *Dion.* 59. 1-13., *Jos. ant.* 18. 8. et 10. et 19. 2., 4., *Plin.* 33. *Hist. nat.* 8. 16. (53)., coll. *Balan, Stor. d' It. I. p.* 198. *sqq.*

CALINGI, ōrum, m. plur. 2. gens Arabiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (159). — Eorum oppidum caput *Mariaba* (i. e. dominus omnium), non confundendum cum Mariaba vel potius *Marib*, metropoli Sabæorum. Cf. *Mordtmann, Z. D. M. G. XXX.* 321. et *Sprenger, Alt. Geogr.* 291.

CALLÆCI, ōrum, m. plur. 2. (Καλλαικοί) Scribitur aliquando et *Callaici* (Calaici) *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (26)., *Chron. Alex. chron. I. p.* 109. et 185. et *Gallaici* (Cf. *Martial.* 14. 95. 1); at *Gallæci* amplius (*Corp.* 6. 3654., 14. 3995., *Liv. epit.* 56., *Justin.* 44. 3. 2., *Hydat. chron. II. p.* 22. et 100. etc.). — *Galleci, Gallicii* v. *Gallici* (*Hist. Sueb. chron. II. p.* 300. 15., *Jorn. Rom.* 213., *Isid.* 9. *Orig.* 2. 100). Cf. *Boissevain, Mnemosyn. XX.* 286. *sqq.* — Etymon ita exponit *Isid. loc. cit.* « Galleci a candore dicti, unde et Galli; reliquis enim Hispaniæ populis candidiores exstant ». Ceterum procul dubio vocis origo est Celtica et ex eadem rd., unde *Celtæ, Galli, Galatæ* derivantur. *V.* CELTÆ.

Callæci, gens Hispaniæ, in regione pæninsulæ Ibericæ sita, Asturibus contermina, et quidem origine Celtica; non enim credendum iis, qui illam Græcia oriundam putant (*Justin.* 44. 3. 3. et *Isid. loc. cit.*, coll. *Strab.* 3. 157) fabulæ innixi (*Hübner*); erat autem divisa in duas præsertim tribus, *Lucensium* unam ad septentr. prope fluv. Minium (*Minho*), *Bracarum* alteram ad merid. a Minio ad Durium (*Douro*). De iis *Isid. loc. cit.* Galleci - naturali ingenio callent. *Justin. loc. cit.* Gallæci - Græcam sibi originem asserunt. Adde *Oros.* 5. *Hist.* 5. 12. — Gallæci, gens bellicosa, et Carthaginiensium dominationi nunquam obnoxii, Romanorumque armis diu resistentes, tandem a Decimo Junio Bruto domiti fuerunt, qui de iis triumphavit a. 132. a. Chr., unde cognomen *Callæci* (al. *Callaici*) illi inditum est (*Fast. cons. Capit.* a. U. C. 616. *Corp.* 1. *p.* 26). Hinc *Ovid.* 6. *Fast.* 461. Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste Fecit. Adde *Liv. loc. cit.*, *Vellej.* 2. 5. 1. et *Obseq.* 62. Inde sæpe occurrunt in exercitu Rom. cohortes Asturum et Callæcorum (*Corp. I. L.* 6. 3654.; 8. 21820.; 13. 7037) vel Callæcorum Lucensium (*Corp.* 3. 3664. *In Pannon. inf.* a. 198). — De iis cf. *Boissevain, op. cit.*; *Müllenhoff, D. A. II.* 317. et *Hübner, PW.* 3. *p.* 1358-1359.

CALLÆCĬA, æ, f. 1. Scribitur etiam *Callecia*, extrita priore diphthongi littera (*Itin. Ant. p.* 387); *Gallæcia* (*Gallecia*) sæpe (*Justin.* 44. 3. 1., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. [112], *al.*); *Gallicia* (*Jornand. Get.* 7., *Venant.* 5. *carm.* 1. *tit.* et *ibid.* 2. 17. et 43).

Callæcia, regio Hispaniæ montosa, terminata ad septentr. mari Cantabrico et ad occid. Atlantico et a Lusitania fluv. Durio disjuncta, interius silvis aurifodinis, gemmis, aquis salutaribus, vallibus fertilissimis et exterius idoneis portubus abundans, hodie *Galizia*. Memoratur *Cosmogr.* 6. 21. Ulteriores Gallæciæ partes, quæ montibus silvisque consitæ Oceano terminantur. *Hydat. chron. II. p.* 14. 19. Extrema universi orbis Gallæcia. *Claudian. carm. min.* 30. 71. *Serena nascente*-Gallæcia risit Floribus. *Sil. It.* 3. 345. Fibrarum et pennæ divinarumque sagacem Flammarum misit dives Callæcia pubem. *Divis. orb.* 5. Hispania, Lusitania cum Asturica et Gallæcia. *Not. Dign. occ.* 1. 67. Hispaniæ consulares tres: Bæticæ, Lusitaniæ, Gallæciæ. Adde *Flor.* 1. 33. et *Corp.* 2. *p.* 351. et 904. — Callæcia temporibus reip. Rom. pars erat Hispaniæ citerioris, Tarraconensis vero imperii initio, ab Antoninis erecta in provinciam, Asturia ei addita (*Corp.* 3. 3664.; 6. 1620. et 1690.; 11. 1183. etc.). — In plur num. *Hydat. chron. II. p.* 28. 173. et *Joh. Bicl. chron. II. p.* 217. et 585. 2. — Hinc *Gallicienses*, adj. *Greg. Tur.* 5. *Franc. cap.* 37. et 41. *ibid.* 5. 37. — *Gallæcianus*, cogn. vir. *Corp.* 2. 4200 (*Tarrac.*).

CALLÆCUS, a, um, adject. ad Callæciam pertinens. *Grat. cyneg.* 514. Callæcis lustratur equis scruposa Pyrene. *V.* etiam CALLÆCI.

CALLĀĬCUS, a, um, adject. ad Callæciam pertinens. *Sil. It.* 2. 397. *clipeum* Callaicæ telluris opus (Cf. 4. 326. Callaici radiantem tegminis orbem). *et* 2. 602. Callaico vestes distinctas matribus auro. *et* 3. 353. quidquid duro sine Marte gerundum, Callaici conjux obit irrequieta mariti. *Martial.* 10. 16. 3. Accipe Callaicus quidquid fodit Astur in arvis, Aurea quidquid habet divitis unda Tagi. *Id.* 14. 95. 1. Gallaicum metallum (sc. aurum). *Paneg.* 12. 28. scrutator (sc. auri). *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 67. (166). gens. — *Callaicus*, cogn. vir. *Corp.* 12. 4507 (*Narbone*).; 2. 114.

CALLĀTĬĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

CALLĀTIS, is, f. 3. (Κάλλατις) oppidum Mœsiæ inferioris (*Scythia minor*), antea *Cerbatis* dictum (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. [44])., in litore occ. Ponti Euxini, colonia Mileti (*Mel.* 2. 22) et fortasse dein Heracleæ (*Besnier, Lex. G. A. p.* 161), hodie *Mangalia*. Memoratur *Plin. loc. cit.* (*Eutr.* 6. 10) Callatim (*acc.*). Adde *Tab. Peut.* 8. et *Rav. p.* 181. — *Ammian.* 27. 4. 12. Calatis. — Hinc *Callatiani*, incolæ. *Corp.* 3. 769.

CALLĒVA, Caleva et Caleba, æ, f. 1. (Καληοῦα *Ptol.*) oppidum Britanniæ primæ, caput Atrebatum, centrum Romanarum viarum quaquaversus, hodie *Silchester*, in *Itin. Ant. p.* 418. et 484. — Inscriptiones nummorum vd. apud *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 702.

CALLĬAS, æ, m. 1. (Καλλίας v. *Ion.* Καλλίης: a κάλλος, *pulcritudo*; Καλλέας in monum. ant.).

Callias ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit vir Atheniensis nobilissimo genere natus, Hipponici cognomento, Ammonis filius, princeps olim suorum civium legationis ad pacem cum Artaxerxe componendam a. 449. a. Chr., ob divitias λακκόπλουτος dictus. Hic, teste *Nep. Cim.* 1., cum Cimone egit, ut si Elpinicem ejus sororem sibi uxorem daret, pecunia ipsum a publicis vinculis esset liberaturus. Sed Cimon, qui ibi detinebatur, quod litem patris sui Miltiadis æstimatam populo solvendo non fuisset, hujus modi condicionem sprevit. At Elpinice, minime passa Miltiadis prolem in iis vinculis interire, dixit se Calliæ nupturam, modo, quod promiserat, præstitisset: tali pacto frater a custodia liberatus est. — Hæc vero narratio ansam dedit rhetorum quæstionibus, inter quos fuit *Seneca* (*Rhet. Contr. XXIV. l. IX.*, coll. *Plut. Cim.* 4). — Habuit duos filios ejusdem nominis (unde illud *Aristoph.* in *Avib.* 287. *sq.* ὥσπερ εἰ λέγοις Ἱππόνικος Καλλίου κἀξ Ἱππονίκου Καλλίας), quorum alter, luxuriose vivens, ingentes divitias ita prodegit, ut pauper obierit (*Ælian.* 4. 23). — 2.º) Item architectus, ab Arado, in machinis struendis apprime versatus, ætate Demetrii Poliorcetis. *Vitr.* 10. 16. 5. *sq.* — 3.º) Item historicus Syracusanus, qui de rebus Siculis scripsit, teste *Macrob.* 5. *Sat.* 19. 25., sive de rebus Agathoclis, regis Syracusarum, XXII. libr., ut tradit *Diod.* 21. 16. 5., quorum pauca fragmenta nunc supersunt, apud *Müller, Frg. Hist. Gr. II. p.* 382. et 383. Cf. etiam *Fest. p.* 269. *Müll.* et *Suid.* in *v.* — 4.º) Nominis exemplum apud *Boeth. herm. pr.* 2. 11. *p.* 16. et 163. ¶ 2. In titulis. *Corp. I. L.* 6. 20141 (*a.* 141). et 5. 3730 (*Veronæ*).

CALLĬCHŎRĒ, es, f. 1. (Καλλιχόρης: a κάλλος, *pulcritudo*, et χόρη, *chorea*) nom. mul. *Corp. I. L.* 6. 34623. 9. — *Corp.* 8. 22877. Callicora. - *C.* 6. 14077. Callichoreni (*dat.*).

CALLĬCHŎRUS, i, m. 2. (Καλλίχορος) ¶ 1. Est nom. fluvii Paphlagoniæ, hod. *Oksina* seu *Kosch-su*. Memoratur *Val. Fl.* 5. 73. et *Ammian.* 22. 8. 23. — *Callichorum*, gen. neutr., habet *Plin* 6. *Hist. nat.* 1. 1. (4) ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 18684.

CALLĬCLĒS, is, m. 3. (Καλλικλῆς, *pulcra gloria*) Scribitur et *Calicles* unico *l* (*Corp. I. L.* 8. 18084. 28). Gen. in - *i* apud *Plaut. Trin.* 1183. — Acc. in *-em* et *-en* codd. *Plaut. Trin.* 875 (contra metrum).

Callicles ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit artifex statuarum, Megaræ natus, filius Theocosmi sæc. V. a. Chr. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (87)., coll. *Paus.* 6. 7. 1. — 2.º) Item pictor ca. tempora Alexandri M. *Varr. frg. Char. gramm. I.* 126. 25. In pingendo ascendere potuit ad Euphranoris altitudinem. — 3.º) Item vir in *Gorgia Platonis*, apud *Quintil.* 2. 16. 28. — 4.º) Item persona comica in *Plauti Trinummo, locc. citt.* ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 4676. 6. et 10. 7521 (*in Sardinia*). — *Callicles*, nom. mul. (Καλλίκλεια). *Corp.* 3. 359 (*in Asia*).

CALLĬCRĂTES, is, m. 3. (Καλλικράτης, *pulcrum robur*) In titulis etiam sync. *Callicras, atis* (*Corp. I. L.* 11. 2638 (*Clusii*). ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit civis Atheniensis « homo et callidus et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide ». *Nep. Dion.* 8. — 2.º) Item artifex, qui « ex ebore formicas et alia tam parva fecit animalia, ut partes eorum a ceteris cerni non possent ». Ita *Plin.* 7. *Hist. nat.* 21. 21. (85)., qui *alib.*: « sunt et in parvulis marmoreis famam consecuti Myrmecides et Callicrates » 36. *ibid.* 5. 4. (43). — 3.º) Item vir Tyrius, Græcorum longe doctissimus scriptor, teste *Vopisc. Aurelian.* 4. Videtur scripsisse vitam Aureliani imp. — 4.º) Alii apud *Liv.* 41. 23., *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 4., *Cod. Just.* 2. 7. 14. etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Gr. *Corp.* 6. 1222. — *Callicratia* et *Callicratia* (Καλλικράτεια), cogn. mul. *Corp.* 6. 20399.

CALLĬCRĂTĬDĀS, æ, m. 1. et Callicratides, is, 3. (Καλλικρατίδας et Καλλικρατίδης). ¶ 1. Dux Spartanus, æmulus Lysandri, de quo *Cic.* 1. *Off.* 30. 84. Callicratidas, qui cum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello multaque fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, quum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginusis removendam nec cum Atheniensibus dimicandum putabant ». — Ad Arginusas fortiter pugnans occubuit, a. 406. a. Chr. (*Diod.* 13. 97). ¶ 2. Item Lacedæmonius, ad Dareum, de quo *Curt.* 3. 13. 15.

CALLĬDĒMUS, i, m. 2. (Καλλίδημος, *pulcher populus*) scriptor quidam, quem inter fontes suos recensuit *Plin.* 1. *Hist. nat.* 4. *ind. auctt.* et allegavit 4. 64.

CALLĬDŎRUS (Călidorus), i, m. 2. (Καλλίδωρος et Καλόδωρος) persona comica in *Plauti Pseud.* 35., 41., 273. etc. — Etiam nom. vir. *Corp.* 11. 6712. 99.

CALLĬDRŎMON. *V.* voc. seq.

CALLĬDRŎMUS (Calidromus), i, m. 2. (Καλλίδρομος, *pulcher cursus* v. *pulcre currens*) ¶ 1. Est mons in Phthiotis, *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28)., quem tamen alii latius extendunt. Hinc, in serie montium, qui præ ceteris altus. *Liv.* 36. 15. Extremos ad orientem montes Œtam vocant, quorum quod altissimum est, Callidromon appellatur. *h. e.* cacumen montis Œtæ. ¶ 2. Est etiam — *a*) Cogn. vir. *Corp. I. L.* 14. 874.; 15. 7475. etc. et *Plin.* 10. *ep.* 74. 1. — *b*) Nom. equi Circensis in *Tab.* marm. apud *Grut.* 341 (*Corp.* 6. 10053., 10054. etc.).

CALLĬDUS, i, m. 2. nom. vir. *Corp. I. L.* 9. 3593. — *Callidus* apud *Ovid.* 6. *Fast.* 685 (in codd.) est Plautius.

CALLĪFÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Samnii. *Liv.* 8. 25. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 355.

CALLĬGĔNĒS, is, m. 3. (Καλλιγένης, *pulcre* v. *bene natus*) medicus Philippi, regis Macedoniæ. *Liv.* 50. 56. — In titulis cogn. *Corp.* 10. 2274.

CALLĬGŎNOS, i, m. 2. (Καλλίγονος, *pulcre genitus*) eunuchus Valentiniani imp., ob flagitium « gladio ultore punitus, meretricis confessione convictus ». *Ambros. ep.* 20. 28. et *Augustin.* 6. *c. Julian. Pelag.* 14. *n.* 41.

CALLĬMĂCHĪUS. *V.* voc. seq.

CALLĬMĂCHUS, i, m. 2. (Καλλίμαχος, *pulcre seu fortiter pugnans*) *Calimacus*, unico *l* et sine aspiratione, legitur in *Corp.* 6. 2346. et 15. 4151.

Callimachus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit dux Atheniensis cum Miltiade, in pugna Marathonia, fortiter dimicans, in qua periit, a. 490. a. Chr. *Ammian.* 24. 6. 14. Longæ loquuntur ætates Sophanen - et Callimachum, Medicorum in Græcia fulmina illa bellorum. Adde *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (57). — 2.º) Item statuarius, cælator et pictor, initio sæc. IV. a. Chr. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (92). « Ex omnibus autem maxime cognomine insignis est Callimachus, semper calumniator sui nec finem habentis diligentiæ, ob id catatechnos (*al.* catatexitechnus: κατατηξίτεχνος) appellatus ». Fuit enim elegantiæ nimium studiosus. — Hic primus lapides terebravit novumque columnarum ordinem invenit, quem dicimus *Corinthium*, ex animadversione calathi acanthi foliis circumfusi, de quo narratiunculam habet *Vitr.* 4. 1. 9., coll. 10. V. *Winckelm. opp.* 1. *p.* 382. — 3.º) Item poeta et grammaticus celeberrimus Cyrenensis, Batti et Mesatmæ filius, hinc *Battiades* ab *Ovid.* (1. *Am.* 14. 15) appellatus, discipulus Hermocratis, Iasensis grammatici, elegiaci auctor carminis (*Horat.* 2. *Ep.* 2. 101). Memoratur etiam *Propert.* 2. 1. 40. Sed neque Phlegræos - tumultus Intonet angusto pectore Callimachus. Adde 2. 34. 32. *Ovid.* 2. *Am.* 4. 19. Est quæ Callimachi præ nostris rustica dicat Carmina. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 253. Callimachusque senex. *Martial.* 4. 23. Dum tu lenta nimis diuque quæris, quis primus tibi quisve sit secundus Grajum quos epigramma comparavit: palmam Callimachus, Thalia, de se facundo dedit ipse Brutiano. Adde *Plin.* 21. *Hist. nat.* 8. 9. (12). — Cf. *Hieronym.* in *Tit.* 1. 12. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί, cujus hexametri, ab Epimenidis poemate deperdito περὶ χρησμῶν sumpti, pars prior etiam a Callimacho citatur (*hymn.* in *Jov.* 8). — Floruit temporibus Ptolemæi Philadelphi (a. 284-246) Alexandriæ ca. a. 270., celebris bibliothecæ illius regis curator, et quidem eruditissimus, qui, *Suid.* teste, DCCC. opera scripsit omnis generis, cum poesis tamen, qua excelluit, detrimento, nimia eruditionis supellectile laborantis. Porro soluta oratione tractavit grammatica, historica, geographica, partim etiam physica et archæologica, potissimum vero litteraria et bibliographica, uti ajunt, inscr. Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὧν συνέγραψαν, opus CXX. libr., historiæ criticæque litterariæ thesaurum locupletissimum. In carminibus vero magnam sibi famam comparavit, nempe tragœdiis, comœdiis, satyris, cantibus lyricis, hymnis heroicis, poematis iambicis et choliambicis, epigrammaticis, epicis, præcipue vero elegiacis, inter quæ eminent opus epic. Ἑκάλη (cujus nuperrime quædam in papyris fragmenta reperta sunt: cf. *Reinach, Rev. d. Étud. gr.* 1898. *p.* 258-266) et Ὕμνοι, ex quibus sex tantum ad nos pervenere, sc. *ad Jovem, ad Apollinem, ad Artemidem, ad Delum, de baln. Palladis* et *ad Demetram*; ex elegis Αἴτια seu *causæ* v. *origines*, e priscis Græcorum fabulis deprompta, et πλόκαμος Βερενίκης (*V.* BERENICE), et etiam acerbissimum carmen in Apollonium Rhodium, suum æmulum, quem ficto nomine *Ibin* appellavit, postea ab Ovidio imitatum, ut in elegiis, a Propertio aliisque Romanis, qui eum elegiacorum Græcorum principem dixerunt, uti *Quintil.* 10. 1. 58. « Tunc et elegiam vacabit in manus sumere, cujus princeps habetur Callimachus » (Cf. *Horat. loc. cit.*, *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 32. et *Propert.* 3. 1., qui 4. 1. 64. *de se ipso* Umbria Romani patria Callimachi). In hoc tamen genere lascivum passim et amorum plenum se præbuit, ut etiam ex *Ovid.* 2. *Trist.* 367. et *Rem. am.* 759. colligitur. — Quamvis adversarios habuerit *Apollonium* (*Anthol. Palat. XI.* 275) et *Antiphanem* apud Græcos et quadantenus apud Latinos *Martial.* 10. 4. 9-12; tamen veteres plerique eum laudibus extollunt, quos inter medium se sistit *Auct. tract. de subl.* 33. 5. Callimachum poetis adnumerans, qui, si nunquam pedestres, non tamen excellentiæ culmen unquam attingunt. Sic et *Ovid.* 1. *Amor.* 14. 15. Battiades semper toto cantabitur orbe, Quamvis ingenio non valet, arte valet. — Criticæ ejus editiones adornarunt *Meineke* (Berl. 1861), *Schneider* (Lips. 1870-73) et *Wilamowitz* (Berl. 1882-96 et 3.ª ed. 1907. crit.-capital.). Plura de eo apud recentiores *Couat* (*Poes. Alex.*); *Knaack* (*Callimachea* 1880); *Susemihl* (*G. H. A.*); *Ehrlich* (*De Call. hymn.* etc. 1894); *Hauvette* (*Les Epigr. d. Call.* etc. 1907); *Ludwich* (*Callim.* 1907); *Nigra* (*Inni di Call.* 1892); *Piccolomini* (*Sui frammenti Callim.*). — Hinc *Callimachīus* (Καλλιμάχειος) vel *Callimachius* (Καλλιμάχιος), adj. ad Callimachum pertinens, ut *Callimachium metrum*, de quo V. *Lexicon* ad *v.* ¶ 2. In titulis cogn. *Corp. I. L.* 6. 6791., 15709. etc.

CALLĬMANDER, dri, m. 2. (Καλλίμανδρος: a καλλι, partic. excellentiæ, inserta *m*, et ἀνήρ, sc. *pulcher* seu *insignis vir*) amicus quidam Demetrii, regis Syriæ, de quo *Justin.* 38. 5. 8., coll. *Eus. chron. p.* 193. *Mai.*

CALLIMORPHUS (Callimorphus), i, m. 2. (Καλλίμορφος, *pulcher forma*, *formosus*). Scribitur *Gallimorphus* v. *Galimorphus* in *Corp.* 10. 463. et 12. 5421.; *Kallimorphus* in *Corp.* 6. 14031. et *Callimorfus*, in *Corp.* 8. 1056 (*Ostiæ*); plerumque vero *Callimorphus*, ut in *Cod. Just.* 9. 49. 4., *Corp.* 6. 679.; 14. 266. 3. etc.

CALLĬNĪCUM, i, n. 2. (Καλλίνικον: a κάλλος, *pulcritudo*, et νίκη, *victoria*) oppidum Mesopotamiæ, ad Euphratem, in Osrhœne, antea dictum *Nicephorium*, dein *Leontopolis*, hodie *Ragga*, locus munitus et commerciis opportunus, a Justiniano et Leone impp. restauratum. — De eo *Ammian.* 23. 3. 7. Ad Callinicum munimentum robustum et commercandi opimitate gratissimum. *Jorn. Rom.* 376. Parthus Callinicum devastans. Adde *Ambros. ep.* 40., *Not. Dign. or.* 35., *Cod. Just.* 4. 63. 4 (a. 408)., *Tac.* 6. *Ann.* 40., coll. *Zosim.* 3. 13. et *Eutr.* 9. 14. Cf. etiam *Head, H. N.* 815.

CALLĪNĪCUS, i, m. 2. (Καλλίνικος) nom. vir. « quod exponitur: egregiam victoriam adeptus, vel « pulcritudine vincens » (*Gloss. III.* 497. 46.); unde — *a*) Hercules ita est etiam cognominatus (*Suid.*) — *b*) Item Apollo, de quo vd. *Müller* in *Handb. der Arch.* 361. — *c*) Item Seleucus, rex Syriæ (*Pomp. Trog. prol.* 26. *sq.*, coll. *Polyb.* 2. 71. 1. et *Mionnet, Descr.* etc. *IV.* 456. *n.* 9.) — Primam syllabam breviat *Coripp. Just.* 1. 76. et 122. et 4. 332., uno ex duobus *l* extrito.

Callinicus ¶ 1. Apud scriptores memoratur — 1.º) Callinicus philosophus, laudatus *Tertull. apol.* 50. — 2.º) Item historicus, *Suctorius* appellatus, qui præter alia *de Alexandriæ historiis* libr. X. scripsit (*Suid.* in *v.*). *Hieronym.* in *Dan. prol.* Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est: Suctorii videlicet Callinici, Diodori, Hieronymi. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp. I. L.* 6. 154 (a. 128), 647. etc. — Nom. equi. *Corp.* 6. 10056. 18. 20. — Hinc *Hallinicianus*, cogn. Liberi patris, a Callinico quodam tractum. *Corp.* 6. 463.

CALLĪNUS v. Callinous, i, m. 2. (Καλλῖνος per sync. a Καλλίνοος, *pulcra mens*) Legitur *Calinus*, unico *l*, in *Corp.* 6. 35023. et *Callinos* traditur *Schol. Cic. Bob. p.* 164. 14. *Hild.* — Secunda in *Callinous* corripitur, teste *Mar. Victorin. gramm. VI.* 107., quod etiam metro comprobatur *Ter. Maur.* 1722. V. infra.

Callinus, poeta Ephesius, primus, uti fertur, elegiacorum versuum scriptor, ca. a. 720. a. Chr., de quo pauca novimus; hinc *elegiarius* dictus *Ps. Censorin.* in *fragm.* 9. De eo *Schol. Cic. Bob. loc. cit.* Primus autem videtur elegiacum carmen scripsisse Callinos. *Terent. Maur. loc. cit.* Pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor. Quidam non dubitant dicere Callinoum. — Ejus carminum superest fragm. apud *Stob.* (*Florig. LI.* 19) XXI. vers. sed lacunis refertum, ubi ad arma capienda vehementer incitat; item aliud, ubi patriam deflet Cimmeriorum incursibus exagitatam et ubi etiam videtur Tyrtæi præcursor: item aliud ἐν τῷ πρὸς Δία λόγῳ (*al.* νόμῳ), sc. in hymno (?) ad honorem Jovis (*Strab.* 13. 627. et 14. 633). — De Callini ætate scripsit *Geiger* (1877); de patria *Hoebis* (1864); de ejus vita et scriptis *Jo. Val. Franke* (1816). Cf. etiam *Bergk, Gr. Litt. II. p.* 179. et *Croiset, H. L. G. II.* 90-102. (1898). — In titulis nom. vir. *Corp.* 5. 4557 (*Brixiæ*).

CALLĬŎPĒ, es, et Calliopa, æ, f. 1. (Καλλιόπη, *pulcram vocem* seu *cantum* habens) nom. pers. — *a*) Orthogr. *Kalliope* in *Corp.* 2. 1110.; item *Caliope* et *Caliopa* in *C.* 6. 8237. et 5. 6902. Scribitur etiam *Calliopia* (Καλλιοπία) in *Gramm. suppl.* 92. *Calliopea* (Καλλιόπεια) ap. *Ovid.* 5. *Fast.* 80. et *Calliopa* in *Corp.* 6. 7944. — *b*) Declin.: Plerumque nomin. *-e*; gen. *-es* et dat. *-e*; acc. *-en* et abl. *-e*, invito *Priscian. gramm. II.* 291.

Calliope ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.º) Specialim — *a*) Una ex Musis, sororum princeps, ita dicta ab excellentia cantus (*Macrob.* 2. *Somn.* 3. 2), in fabulis, Jovis et Monetæ filia (*Hygin. præf. fab.*), Œagri uxor, mater Orphei (*Id. fab.* 14. et *Virg.* 4. *Ecl.* 57) et, apud alios, Sirenum, Hymenæi et Corybantium (*Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 864., *Strab.* 10. 3. 19), poetarum epicorum altrix et præses (*Auson. eid.* 20), qui absolute aliquando eam κατ' ἐξοχὴν *Musam* appellant (*Virg. init. Æn.*). Cf. *Eustath.* ad *Hom. Il.* et *Od. init.* Memoratur — *α*) Proprie. *Lucr.* 6. 92. callida Musa, Calliope, requies hominum divomque voluptas. Adde *Horat.* 3. *Od.* 4. 2., *Propert.* 2. 1. 3., *Ovid.* 5. *Met.* 339., *Cic.* 2. *Att.* 3., *Stat.* 2.

Silv. 7. 88., Martial. 4. 31. 8. — β) Translate de arte poetica vel carminibus, per metonymiam. Ovid. 2. Trist. 568. quem mea Calliope læserit, unus ero. Adde Colum. 10. 225. et Licent. carm. ad Aug. 111. — Per synecdochen. Virg. 9. Æn. 525. Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti. h. e. Musæ. Adde Sil. It. 3. 22. et 12. 390. — Monumenta artis illustrata sunt in Bull. et Ann. d. Ist. arch. et apud Visconti in Mus. Pio-Clem. T. 1. p. 164. sqq. Cf. etiam numm. Probi apud Eckhel 7. p. 504. cum epigr. CALLIOPE AVG. — b) Est etiam uxor Phrixi. V. CHALCIOPE. — 2.°) Generatim, in titulis cogn. mul. Corp. 6. 1973., 2485.; 12. 4913. etc. — Hinc Calliopeius, a, um, adj. Carm. poet. min. V. 118. 77. Hinc puer eluss juga Calliopeius illis Nexuerat domina (i. e. Hymenæus). — Calliopicus, a, um, adj. Firm. 6. Math. 25. tit. Calliopicorum musicorum genituræ. — Hinc quoque Calliopius, nom. vir. Himer. or. 5. init. et Cassiod. 12. Hist. trip. 2. ¶ 2. Est etiam — a) nom. oppidi Parthorum. Plin. 6. Hist. nat. 15. 17. (44)., coll. Polyb. 10. 31. 16. — b) Item nom. insulæ. Tab. Peut. 7.

CALLIŎPĒA et Calliopia, æ, f. 1.

CALLIŎPĒIUS et

CALLIŎPĬCUS, a, um, adj. et

CALLIŎPĬUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

CALLĬPARTHĔNUS, i, m. 2. (Καλλιπάρθενος, pulcre virgineus v. pulcras virgines habens) cogn. vir. Corp. I. L. 6. 27962. et 27991. — Calliparthnus legitur Corp. 5. 2520 (Puteolis).

CALLĬPHO et Calliphon, ontis (ōnis), m. 3. (Καλλιφῶν, pulcre seu fortiter cædens) nom. vir. — Gen. Calliphonis apud Turpil. com. 54. — Voc. Callipho apud Plaut. Pseud. 458. — Abl. Calliphone apud eund. ibid. 411. ¶ 1. Fuit philosophus Græcus, qui et « voluptatem - honestatem finem bonorum esse censuit » Cic. 2. Acad. (pr.) 42. 131. Alibi eum reprehendit, 3. Off. 33. 119. Adde eund. 2. Fin. 11. 35. et 5. ibid. 8. 21., Lact. 3. Inst. 7. Augustin. c. Jul. op. imp. 1. 64., al. ¶ 2. Item persona comica. Plaut. Pseud. locc. citt. et alib. Cf. Cassiod. Jos. c. Ap. 1. 164. ¶ 3. Item nom. quod apud Romanos in cogn. transiit. Corp. 5. 5892 (Mediolanii).

CALLIPHRO, ōnis, m. 3. (Καλλίφρων, pulcræ mentis v. valde prudens) saltationis magister, apud Nep. Epam. 3. Epaminondas doctus est - cantare tibiis ab Olympiodoro, saltare a Calliphrone.

CALLĬPŎLIS, is, f. 3. (Καλλίπολις, pulcra urbs) Scribitur et Calipolis, unico l, at perperam Gallipolis. — Acc. Callipolim et Callipolin. — Est nom. geogr. et person.

Callipolis ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Calabriæ, trib. Fabia, colonia Dorica, etiam Anxa dictum, ad orient. sinus Tarentini, hodie Gallipoli. Memorant Mela 2. 66., Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (100)., Greg. M. ep. l. 9. 6. 21. Corp. 9. p. 3. — Rav. p. 869=507. Calipolis. — Hinc Callipolitanus, a, um, adj. Greg. M. ep. 9. 206. — 2.°) Item opp. Siciliæ, a Naxiis conditum (Strab. 6. 2. 6., coll. Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (67). Naxus - quam - alii Siciliam minorem aut Callipolim appellarunt. — 3.°) Item Thraciæ prope Sestum, hodie Gallipoli di Romania, ad Hellespontum. Liv. 31. 16 (Gallipolis codd.)., Ammian. 22. 8. 4., Jul. Hon. cosm. A 32. — Rav. p. 182. Calipolis. Adde Tab. Peut. 9. — Ad hoc opp. prœlium commissum est navale inter Constantinum M. et Licinium. Anon. Vales. 26. — 4.°) Item opp. prope Olbiam ad Pontum Euxinum. Jorn. Get. 32. Rav. p. 370. Calipolis. — 5.°) Item Ætoliæ. Liv. 36. 30. et Mel. 2. 52. — 6.°) Item Achaiæ. Mela 2. 52. — 7.°) Item Hispaniæ prope Tarraconem. Avien. or. 514. ¶ 2. In titulis nom. mul. Corp. I. L. 6. 26401.; 9. 89 (Brundisii).; 10. 3059 (Puteolis).

CALLĬPŎLĪTĀNUS, a, um. V. voc. præc.

CALLIPPĬDĒS et Callipides, is, m. 3. (Καλλιππίδης et sæpius Καλλιππίδης) tragœdus, qui omnes motus gestusque tanta corporis agilitate ac veritate imitabatur, ut Simia appellaretur (Arist. art. p. 26., coll. Xenoph. symp. 3. 11). Hinc ortum proverb. in eos, qui multa agere videntur et nihil agunt (Cf. Otto, Sprichw. p. 66). Idcirco Tiberius, qui post imperium adeptum pedem biennio continuo porta non extulit, quamvis prope quotannis profectionem pararet, vulgo jam per jocum Callipides vocabatur « quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi proverbio Græco notatum est ». Ita Sueton. Tib. 38. — Similiter Cic. 13. Att. 12. « Biennium præteriit, cum ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit (sc. Varro, qui ei librum se dedicaturum promiserat) ».

CALLIPPUS, i, m. 2. (Κάλλιππος, pulcher equus v. pulcros equos habens) Scribitur etiam Calippus, unico l, in Corp. 6. 8930. — Fuit autem ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Astronomus Cyzicenus, laudatus Vitr. 9. 6. 3. — 2.°) Item præf. classis Persei Liv. 44. 28. — 3.°) Item Atheniensis, familiaris Dionis Syracusani, qui monitus de illius insidiis respondit « se vita malle excedere quam metu violentæ mortis amicos inimicosque juxta ponere » Val. Max. 1. 8. ext. 6. — Dione tamen occiso, Callippus occupat Syracusas, sed postea Rhegii Dionis ipsius pugione confossus periit. — Hunc Callicratem vocat Nep. in Dione. ¶ 2. In titulis cogn. Corp. 6. 9182. — Hinc Callippianus, nom. Corp. 3. 8713 (in Dalm.). et Callippianius, nom. serv. Corp. 6. 27152.

CALLĬRHŎĒ (Callirrhoe), es, f. 1. (Καλλιρρόη et Καλλιρόη: a κάλλος, pulcritudo, et ῥέω, fluo, i. e. quæ pulcre fluit vel eloquio, si de femina eloquenti: vel cursu, si de fonte seu aqua molliter labenti). Scribitur Callyrhoe in Corp. 5. 8357.; Calliroe, sine aspiratione, Corp. 2. 1238.; Callyroe in Corp. 2. 6174.; Calleroe in Inscr. chr. De Rossi I. 256 (a. 376); Caliroe in Corp. 12. 3423. etc. Scriptura Callirrhoe in titulis nusquam legitur; apud poetas metri causa ubique Callirhoe. — Genet. -es v. -æ.; Dat. -ē, sed -eni in Corp. 14. 1528. vel -æ in C. 6. 14092.; Acc. -ēn, apud Calp. ecl. 3. 25. et Pers. 1. 134.; Abl. -ē apud Ovid. 9. Met. 432. — Est nom. person. et rei.

I.) Callirhoe, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Acheloi filia, unde Acheloia dicta (Ovid. 9. Met. 413), Alcmæonis uxor, qui, spreta priore conjuge Alphesibœa, Phegei filia (Id. Rem. am. 455), hanc duxit, a Phegei filiis postea in vindictam occisus (Id. 9. Met. 406. sqq.); sed Callirhoe a Jove impetravit, ut duo, quos susceperat, filii infantes ad viri occisi ultionem statim adulescerent (Id. ibid.). — 2.°) Item filia Oceani, amata a Nilo, cui peperit Chionem. Serv. auct. 4. Æn. 250.; dein uxor Chrysaoris, ex quo habuit Geryonem trimembrem (Hygin. fab. præf.). — 3.°) Item Piranthi uxor, ex qua Argus, Aristorides et Triopas orti sunt (Id. fab. 143). — 4.°) Item filia Scamandri (Apoll. 3. 12), uxor Trolli sive Trois, filii Priami, cui Ganymeden peperit. (Schol. Germ. Strozz. p. 158. 10). — 5.°) Item nympha, quam Paris ante raptam Helenam habebat, quæ « deserta multum dicitur rupti amoris flevisse dulce consortium » Schol. ad illud Pers. 1. 134. bis mane edictum, post prandia Callirhoen do. i. e. « dem illis cantandam tragœdiam poetæ cujusdam indocti, qui Calliroen (pantomimam) vel aliquam historiam pueriliter et indocte scripsit », ut idem Schol. etiam interpretatur. ¶ 2. In titulis apud Romanos transiit in cogn. Corp. 6. 6169., 7651.; 11. 1393 (Lunæ); 14. 1093 (Ostiæ).

II. Callirhoe, nom. fontium. ¶ 1. Fons Athenarum, Ennea crunos denominatus Plin. 4. Hist. nat. 7. 11. (24). Memorantur etiam Stat. 12. Theb. 629., Solin. 7. et Capell. 6. p. 210. Cf. Paus. 7. 21. 1. ¶ 2. Item fons prope Hierosolyma. Hieronym. quæst. Gen. 10. 19. Hoc tantum adnotandum videtur, quod Lisa (Lesa Gen. loc. cit.) ipsa sit quæ nunc Callirhoe dicitur, ubi aquæ calidæ prorumpentes in mare Mortuum defluunt. — De eo Plin. 5. Hist. nat. 16. 15. (72). Calidus fons medicæ salubritatis Calirroe (al. Callirrhoe) aquarum gloriam ipso nomine præferens. ¶ 3. Item fons Arabiæ apud Edessam, Plin. 5. Hist. nat. 24. 21. (86)., ubi Callirhoe dicta videtur Edessa ipsa, quæ et Antiochia, ad quam fortasse pertinent nummi apud Eckhel 3. p. 305. sq.

CALLISTĒ, es, et Callista, æ, f. 1. (Καλλίστη, pulcherrima) ¶ 1. Est insula. Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (70). « Thera, cum primum emersit, Calliste dicta ». Fortasse est eadem, quam commemorat Hieronym. chron. a. Abr. 590. Melus et Pafus et Thasus et Callista urbes conditæ (sc. a Pandione, rege Athenarum). ¶ 2. Est etiam nom. mul., maxime lib. vel serv. Carm. epigr. 1036 (Romæ sæc. I. init.). Calliste mihi nomen erat quod forma probavit. Adde Corp. 2. 1776.; 6. 6308. etc. - Corp. 6. 6303. Caliste.; 6. 8003. Kalliste. et 2. 5806. Galliste. - Corp. 2. 6164. Callisteni. et 5. 1134. Callistini (dat.). et 4. 368. Callistene (abl.). - Cogn. Corp. 10. 4036. et Inscr. Not. degli scavi 1894. p. 148.

CALLISTHĔNĒS, is, m. 3. (Καλλισθένης, pulcritudine potens seu excellens) Scribitur etiam Callistenes, sine aspiratione, Const. vet. 66. p. 882. extr. 11. et Corp. 6. 12167.

Callisthenes ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Fuit vir, qui filiam Eubœam pro patriæ salute sacrificavit, teste Hygin. fab. 238.; sed locus corruptus. — 2.°) Item filius Demotimi aut Callisthenis et Herus, nepos Aristotelis, natus Olynthi a. 367. a. Chr., ejusdem Aristotelis discipulus, rerum scriptor, comes et amicus Alexandri M., sed, quod in eum conjurasset vel quod eum Persico more adorare recusasset, capitis damnatus a. 327. Memoratur Curt. sæpe; Cic. 2. Orat. 14. 58., Val. Max. 9. 8. ext. 1., Solin. 9., Senec. suas. 1. 5., Justin. 12. 6. 17., Oros. 3. Hist. 18. 11. — De locc. citt. Senec. et Solin., qui eum Alexandri M. præceptorem fuisse haud recte tradunt, consulas C. Müller, Scrip. rer. Alex. M. p. 1-32., ubi illius fragmenta, præsertim ex historia rerum Hellenicarum, collegit. Ex Inscr. nuper Delphis reperta editaque M. Homolle in Bull. de corr. Hell. 1898. p. 260. sq. colligitur eum una cum Aristotile laborasse in exarando opere, quod inscribitur Πυθιονῖκαι. — Tum ex Simplicio, sæc. V. scriptore, scimus, Callisthenem, ut Porphyr. tradit, Babylone observationes siderum ann. 1903. consignatas, reperisse, quarum idcirco initia incidunt in a. ant. Chr. 2234. seu 89. Abrahami; id vero ævi confirmat mensis Adar, fortasse ab ariete desumptus, nam tunc temporis sol hoc mense in ariete versabatur. — De eo vd. plura apud C. Müller in op. cit. et Croiset, H. L. Gr. V. p. 104. sq. — Est etiam titulus libri, quem scripsit Theophrastus, Callisthenis sodalis necem conquestus (Cic. 3. Tusc. 29. 21). — 3.°) Item homo scelestissimus, qui templum Hierosolymitanum incendere tentaverat, sed, in domo quadam delitescens, ipse a Judæis incensus periit. Vulg. 2. Mach. 8. 3. V. integr. loc. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 6. 5189.; 15. 7617. etc.

CALLISTŌ, us, et ōnis, f. (Καλλιστώ: cf. κάλλιστος, pulcherrimus, optimus) Traduntur Callsto, Calysto, Calixto, Chalisto, Callistho. — Gen. Callistus est Hygin. 2. Astr. 4. et Callistonis est Serv. auct. ecl. 10. 57. et etiam Callisto apud Hygin. fab. 224. — Dat. Callisto apud Catull. 66. 66. — Acc. Callisto ap. Hygin. 2. Astr. 1. et Char. gramm. I. 127. et Callistum ap. Schol. Germ. Bas. p. 58. — Abl. Callistone ap. Prisc. gramm. II. 156. et Callisto ap. Hygin. fab. 155.

Callisto ¶ 1. In litteris, regis Lycaonis filia, a Jove compressa, a Junone in ursam mutata, postea sidus facta (sc. Ursa major) pulcherrimum cæli septentr., quod septem stellis constat. Ovid. 2. Fast. 156 (de re etiam 2. Met. 401). et Serv. ad Virg. 1. Æn. 744. — De sidere vd. Propert. 2. 28. 23., Colum. 11. 2. 15., Avian. 2. Arat. 254., al. ¶ 2. In titulis cogn. Corp. 6. 10859.; 14. 2262 (in agro Albano). etc.

CALLISTRĂTUS, i, m. 2. (Καλλίστρατος, pulcher v. fortis exercitus) Scribitur in codd. Gallistratus et Calistratus.

Callistratus ¶ 1. Apud auctores, ex præcipuis — 1.°) Fuit rhetor Atheniensis, sæc. IV. De eo Nep. Epam. 6. Callistratus, Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes eo præstabat tempore. Gell. 3. 13. 2. sq. Demosthenes cognoscit currere eos auditum Callistratum. Is Callistratus Athenis orator in republica fuit, quos illi δημαγωγούς appellant - audit Callistratum illam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην dicentem atque ita - captus est ut Callistratum

jam inde sectari cœperit. et Ammian. 30. 4. 5. Callistratum - perorantem idem Demosthenes, Academia - relicta, sectatus est. — In exsilium pulsus a. 361. et postea in patriam reversus, adversariorum invidia supplicio affectus periit a. 356. - Fragmenta Callistrati collegit Müller in Orat. Att. II. 308. — 2.°) Item philosophus, de quo Rufin. Clem. 8. 15. Pythagoras elementa principiorum numeros esse dixit, Callistratus qualitates. — 3.°) Item statuarius, de quo Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (52). Ars rursus Olymp. CLVI revixit cum fuere longe quidem infra prædictos probati Antæus, Callistratus etc. — 4.°) Item JCtus, qui floruit sub Sept. Sev. et Carac. impp. Dig. passim, ubi ejus fragmenta (Cf. Klebs, P. I. R. I. 272). Adde Lamprid. Alex. 67. ¶ 2. In titulis nom. (plurimis locis libertorum videtur esse). Corp. 14. 255. 18.; 6. 2132., 4491., 14096. etc. — Callistrate (Καλλιστράτη), nom. mul. Corp. 6. 14096.

CALLISTUS, i, m. 2. (Κάλλιστος) cogn. vir. maxime, ut videtur, libertarum et servorum. — De scriptura certe legitur Calistus in tit. Corp. 6. 20521.; 15. 1681. etc. — In libris mss. traduntur vv. ll. Calistus, Calestus, Callestus, Calixtus.

Callistus ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis — 1.°) Fuit C. Julius, qui conjuravit in C. Cæsarem, Claudii Cæsaris lib., cui dedicavit Scribonius librum compositionum, famosus potentia et divitiis, ut Senec. ep. 47. et Jos. ant. 19. 1. 10 (οὐδὲν ἄλλο ἢ ἰσοτύραννον εἶχε τὴν δύναμιν), Caligulæ imp. necis conscius et particeps, ut ex Tac. 11. Ann. 20. videtur. — 2.°) Item Callistus, pontifex maximus, a. 217-222., vir sanctitate et doctrina insignis, Domitii filius, Romanus, regionis Transtiberinæ (Lib. Pontif p. 21), Zephyrini ante adjutor, dein successor. Memoratur etiam Rufin. 6. Hist. 21. 2., Augustin. ep. 53., Prosp. chron. I. p. 436, coll. Optat. 2. 4. — Socium seu diaconum in clero regendo sibi adscivit Zephyrinus eumque cœmeterio præfecit, quod in prædio seu fundo Cæciliæ ad Appiam viam construendum curaverat, tantam adeptum celebritatem ut Cœmeterium κατ' ἐξοχὴν seu Callisti appellaretur, ab altero distinguendum item Callisti, via Aurelia, olim Calepodii (Cf. De-Rossi, Rom. Sott. T. 1. p. 236). — Hippolytum, qui, auctor putatus l. Philosophumen., hunc pontificem prudentissimum ac tenacem traditæ ab Ecclesia doctrinæ ac disciplinæ custodem et vindicem, accusaverat quasi Sabellianum, refellit in concilio Romæ habito Sabellium damnando (Hilar. fgr. 3. 26). — Varia sapienter decrevit, ut sempe adulteris et fornicatoribus pœnitentibus venia concederetur, contra quod decretum Tertull. de pudicitia librum scripsit, homo noxiæ severitati inclinis; ut quæ nobili genere natæ ex Romano jure nubere non potuissent nisi nobilibus viris, iis liceret etiam cum servis ac libertis matrimonium contrahere, quod idem auctor Philosophumen. vehementer improbavit; itemque alia temporibus suis perquam accommodata, quæ Duchesne in Origin. chrétiennes c. 18., 19. et alib. commendat gravissimisque argumentis contra obtrectatores defendit. — Basilica juxta Callistum, ita dicta, quod fort. ibi antea fuerat memoria Callisti, trans Tiberim, ædificata in honorem s. Callisti a Julio, pont. rom., sæpius instaurata, vulgo S. Maria in Trastevere (V. De Rossi, Rom. Sott. T. 2. p. 94). — Area Callisti, ex eo dicta, quod ibi martyrium fecisset (De Rossi, ibid.). Sane Callistum martyrem fidei occubuisse referunt ejus Acta (Cf. De-Rossi loc. cit. p. 95. sq. et Martyrol. Rom. d. XIV. etc.).; sed quum hoc opus sit sæc. VII. idemque interpolatum quumque Callistus regnaverit intervallo temporis, quo Ecclesia pace fruebatur, contraria sententia videtur probabilior (Herzog, Realencycl. 17.; Watterich Rom. Pont. vitt. II.; Döllinger, Hipp. u. Kallist.). ¶ 2. In titulis cogn. rarius extra urbem, in Campania et Gallia Cisalpina frequens. Corp. I. L. 6. 161., 221. 7.; 10. 3124. etc. — Hinc Callistianus, cogn. Corp. 6. 2586. et Callistinus 5. 7499. — Callistio (-on),onis, Καλλιστίων. Corp. 6. 8836 (Veronæ). — Callistius (a), nom. gent. Corp. 8. 23056 (in prov. Byz.).

CALLĬTY̆CHUS, i, m. 2. (Καλλίτυχος, pulcram seu bonam fortunam habens) nom. vir. Corp. 11. 7051 (Florentiæ). — Callitychē, nom. mul. (serv. v. lib.), Καλλιτύχη. Corp. 6. 4146 (in mon. Liviæ). C. 6. 14119. Callytyche. C. 6. 11018. Calityce. C. 9. 2678 (Æserniæ) Calletyche. C. 6. 18956. Calethuca. et 6. 28634. Kallityche. Not. scav. 1906. p. 147. Calytice etc. — Hinc Callitychianus, cogn. C. 6. 15581.

CALLIUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. 11. 2968 (Tuscanæ). — Callia, C. 5. 142 (Polæ). — Hinc Callianus, Callonius, Callienus etc. V. Schulze, Eig. p. 138. et 171.

CALLIXĔNUS, i, m. 2. (Καλλίξενος, pulcher v. bonus hospes) statuarius Olymp. CLVI., apud Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (52): item Rhodius rerum Alexandrinarum scriptor, apud eund. 36. ibid. 9. 14. (67). et Greg. M. ep. 9.

CALLIXTUS. V. CALLISTUS.

CALLO v. Callon, ōnis, m. 3. (Κάλλων) Calo apud Liv. 24. 5. et in titulis Corp. 3. 6010. 249. et 11586 (in Norico) etc. — Plur. acc. Calonas habet Quintil. 12. 10. 10. ¶ 1. Fuit statuarius Ægineta, Canachi Sicyonii aequalis (Paus. 7. 18. 6). De eo Quintil. 12. 10. 7. Duriora atque Tuscanicis proxima Callon atque Hegesias (fecerunt). — Duo ejus opera memorantur Paus. loc. cit. et 2. 32. 4. ¶. 2. Item statuarius Eleus. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (49). et Liv. 24. 5., coll. Paus. 5. 27. 5.

CALLŎCÆRUS (Calocærus), i, m. 2. (Καλόκαιρος, pulcre opportunus) Scribitur et Calocorus ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit magister pecoris camelorum, de quo Aur. Vict. Cæs. 41. 11. Repente Calocærus - Cyprum insulam specie regni demens capessiverat. Oros. 7. Hist. 28. (Constantinus imp.) Calocærum quendam in Cypro aspirantem novis rebus oppressit. — 2.°) Item martyr sub Diocletiano et Maximiano, VIII. coss., h. e. a. 304. Ita Fer. Rom. et Martyr. Hier. 3. id. Feb. Cf. De-Rossi, Rom. Sott. T. 2. p. 211. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. Inscr. apud Momms. n. 6803, Adde Corp. 6. 1074 (a. 202-204).

CĂLOR, ŏris, m. 3. ¶ 1. Fluvius in Samnio prope Beneventum, hod. Calore, apud Liv. 24. 14. et Vib. Seq. p, 147. ¶ 2. Item in Lucania, hod. item Calore, in Itin. Ant. p. 110. et Serv. ad Virg. 7. Æn. 563. Cf. Nissen, Ital. Landesk. I. 332.

CALPĒ, es, f. 1. (Κάλπη: cf. κάλπη, urceus): Nomin. - ē et a, ap. Charis. gramm. I. 62.; - es, ap. Mel. 2. 95.; et - is, ap. Sidon. 8. ep. 12. 2. - Genet. - ēs, apud Sil. It. 7. 171. - Acc. - ēn sæpe (- em, ap. Poll. Cic. 10. Fam. 32). - Abl. - ē, ap. Solin. 23. — Terminationem e abl. corripuit Juvenal. 14. 279. « sed longe Calpe relicta ». Quod improbat Prisc. gramm. II. 291.; sed fortasse a recto Calpis declinavit poeta.

Calpe ¶ 1. Est mons in Hispania Bætica extimus, hodie Calpe (Gibraltar), freto imminens, qua Oceanus in Mediterraneum mare influit, cui impositum est oppidum Calpis, nunc Gibilterra: ita dictus, quod urnæ cavæ figuram referat (Schol. Juv. loc. cit.). — De eo Mela 1. 27. Deinde est mons præaltus, ei, quem ex adverso Hispania attollit objectus; hunc Abilam, illum Calpen vocant: columnas Herculis utrumque. Avien. or. 348. Calpeque rursum in Græcia species cavi teretisque visa nuncupatur urcei (Cf. Strab. 3. 96). Sic Schol. Juv. 14. 279. Calpe urnæ similis mons, inde Calpe. Propert. 3. 12. 25. Non illi (Ulixi) longæ tot nocuere moræ, Castra decem annorum et Ciconum mons Ismara Calpe. — Metonymice. Sil. It. 1. 644 (Hannibal) trans juga Pyrenes medium indignatus Hiberum, Excivit Calpen et mersos Syrtis harenis Molitur populos. — Epith.: Sil. It. 5. 396. Calpe Herculea. Lucan. 1. 555. Hesperia. Senec. Herc. O. 1259. Hibera. Avien. orb. 111. Hiberica. et ibid. 478. ardua. Auson. 409. 1. Tartesia. Paul. Nol. carm. 10. 230. bimaris — Ampel. 6. 7. 7. mons clarissimus. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. 6. 8658. Ulpia Calpe. — Hinc Calpetanus, adj. Paneg. 9. 16. et Avien. Arat. 1024. — Subst. nom. gent. Corp. 6. 8230. — Calpetanus, medicus clarissimus, apud Plin. 29. Hist. nat. 1. 4. (7)., ubi Carpetanus leg. Mayhoff: item C. Calpetanus Rantius Quirinalis Valerius Festus, legatus et consul suff. a. 71., de quo Tac. 4. Hist. 49 et Corp. 5. 531 (Tergeste), ubi omnia ejus munera recensentur.: item alii in Corp. 5. 1238, maxime de familia figlinaria sub Traj. et Hadr. florentissima.

CALPĒTĀNUS et

CALPIS. V. voc. præc.

CALPURNIĀNUS. V. voc. seq.

CALPURNĬUS, ii, m. 2. (Καλπούρνιος v. Καλπόρνιος) Scribitur Kalpurnius in Corp. 3. 12438. et Calburnius in C. 6. 13292. — Scriptura Calphurnius traditur in titulis Corp. 5. 5617. et 3. 128., sed certa exempla non exstant; sed in mss. haud raro (Cf. Brandis, de aspir. lat. diss. Bonn. 1881. p. 18. n.). — Calpurnus in Not. degli scavi 1887. p. 469. — Etymon alii ducunt a Calpo sive Calpure, Numæ filio (Paul. Fest. p. 47., Laus Pis. 15. et Porphyr. Hor. a. p. 291); alii a κάλπη, urceus v. urna, in sacrificiis adhibita; sed fortasse vocabulum ejusque significatio derivanda est ab Etrusc. (Cf. Schulze, Eigenn. p. 138). — Compend.: Calpurn., Calpur., Calpu., Kal.

Calpurnius, nom. gentis plebejæ. — Cognomina, quorum ordinem sequimur, sunt Bestia, Bibulus, Fabatus, Flaccus, Piso, quod est illustrius, adjectis aliis, de quibus, saltem præcipuis, brevitatis causa, pauca attingemus.

I.) Apud scriptores ¶ 1. Absolute, — Calpurnius, poeta comicus, cujus comœdia Phronesis citatur Fulg. de prisc. serm. ¶ 2. Cum cogn. Bestia, sc. — 1.°) Calpurnius Bestia, qui suo cognomini mirifice respondet; nam, teste Plin. 27. Hist. nat. 2. 2. (4)., « aconito, omnium venenorum ocissimo - dormientes (uxores) » interimebat, « quod M. Cæcilius accusator objecit (al. M. Cælius, sc. Rufus). Hinc illa atrox peroratio ejus in digitum ». — 2.°) L. Calpurnius Bestia, præcedenti haud multum absimilis, vir acer ac disertus, si ab initio bene se gessit trib. pleb., qui P. Popilium, C. Gracchi vi expulsum, sua rogatione restituit (Cic. Brut. 34. 128.); tamen consul dein factus cum P. Scipione Nasica, quo tempore Lex agraria lata est, in Numidia, quæ ei obvenit, cum Jugurtha bellum agens, post capta aliquot oppida sordida avaritia instinctus turpem cum rege illo scelestissimo pacem fecit (Sall. Jug. 27 - 40., coll. Cic. loc. cit., Eutr. 4. 26., Flor. 3. 1. 7., Liv. epit. 64., Oros. 5. Hist. 15). — 3.°) L. Calpurnius Bestia, Catilinarius, nepos præcedentis eoque dignus, senatorii ordinis (Sall. Cat. 17), trib. a. U. C. 692. et ædilis pleb., Ciceronis adversarius (Ps. Brut. ad Att. I. 17., coll. Plut. in Cic. 23.), qui nihilo secius ob necessitudinem, ex matrimonio Calpurnii Pis. Frugi et Tulliolæ cum Calpurniis contractam, Bestiam de ambitu accusatum defendit; quin eum, pluries defensum, laterum et vocis suæ corycum vocat (13. Phil. 12. 26). ¶ 3. Cum cogn. Bibulus, ut — 1.°) L. Calpurnius Bibulus, M. Bibuli ex Porcia, filia Catonis Uticensis, filius, privignus M. Bruti, cum quo Athenis ad eloquentiam studia sua contulit. Inde reversus, in bello civili proscriptus est: in prœlio Philippensi devictus se tradidit M. Antonio, qui, in ejus gratiam receptus, fuit postea Syriæ proprætor ca. a. 720. Memoratur Horat. 1. Sat. 10. 86., ubi eum inter doctos et suos amicos (v. 87) enumerat. Cf. Ritter ad h. l., qui non Bibuli num. plur., sequente Servi voc., sed Bibule legendum esse statuit, Bentlejo et Orellio idem sentientibus. — Scripsit Memorabilia Bruti, teste Plut. in Brut. 13., 22. et 45. — De Bibuli nummis vd. Babelon, Monn., de la rép. rom. I. 304. et Cohen, méd. imp. I. 48. — 2.°) M. Calpurnius Bibulus, non Lucius (V. Cic. Dom. 15., coll. Dion., qui eum « M. Καλπ. » absolute vocat, et præsertim Corp. 1. 602., ubi M. CALPVR., et 729., ubi « M. BIB. » legitur). — Fuit ædilis cum C. Iulio Cæsare cumque eo consul a. 695, quo, ut refert Sueton. Cæs. 19., Cæsar « lege agraria promulgata obnuntiantem collegam armis foro expulit » ad eamque condicionem redegit ut « nonnulli urbanorum, ut idem Sueton. ibid. 20. tradit, quum quid per jocum testandi gratia signarent, non Cæsare et Bibulo, sed Julio et Cæsare consulibus actum scriberent ». — Cæsaris inimicus, sed amicus Ciceronis, dein proconsul Syriæ a. 703. cum eo contra Parthos bellum gessit, sed cœpit laureolam in mustaceo quærere; malo enim exitu præ-

llatus totam primam cohortem amisit (Cf. *Cic.* 4. *Att.* 18. et 5. 4. et 16. et 20). — « Aliqua accurate scriptitavisse, cum præsertim non esset orator, et egisse multa constanter » ait *Cic. Brut.* 77. 268., qui eum bonis adnumerat et civem præstantissimum dicit, 2. *Phil.* 10. 23. ¶ 4. Cum cogn. *Fabatus:* sc. L. Calpurnius Fabatus, patria Novocomensis, eques Rom., prosocer Plinii junioris (*Plin.* 6. *ep.* 4. 1). IIII.vir juri dicundo, præf. fabrum, tribunus legionis XXI. rapacis, præf. cohortis VII. Lusitanorum et nationum Gætulicarum sex in Numidia (*Inscr.* in *Corp.* 5. 5267). — Apud Neronem imp. accusatus tamquam Lepidæ incesti conscius, appellato Principe, instantem damnationem frustratus est (*Tac.* 16. *Ann.* 8) et Comi, quo se, ut videtur, receperat, obiit ca. a. 111. v. 113. ¶ 5. Cum cogn. *Flaccus*, ut — 1.°) M. Calpurnius Flaccus, amicus Plinii junioris (5. *ep.* 2), cos. suffectus cum Ti. Catio Frontone a. 96. p. Chr. (*Borghesi. Œuvr. T.* 3. *p.* 380) et auctor declamationum *excerpt. decem Rhetorum minorum*, ita inscr.: « Incipit ex Calpurnio Flacco excerptæ · excerpta · X · rethorum minorum · uxor tyrannicida » (*Bursian;* at *Ritter* ed. IX, et XI. corr. *incipiunt* pro *incipit*), quæ edi solent una cum declam. Senecæ et Quintiliani. De hoc consulas *Ritter, Die Quint. declam.* (1881) 268. *sqq.* et fuse de Calpurnio *Teuffel - Schwabe, Röm. Litt. II.*, 886. et *Schanz, Röm. Litt. II.* 443. — 2.°) C. Calpurnius Flaccus, cos. suffectus sub Hadriano imp. cum L. Trebio Germano (*Corp.* 6. 10241), qui prius fuerat legatus ejusdem imp., in Lusitania, et curator viarum Aureliæ et Triumphalis, fortasse origine Hispanus et ex tribu Quirina, ut ex *Inscr. Gr.* apud *Borghesi, Œuvr. T.* 8. *p.* 386. ¶ 6. Cum cogn. *Piso*, familiæ omnium familiarum Calpurnianæ gentis nobilissimæ, quæ recta a Numa Pompilio oriri censebatur, ideo *Horat. art. p.* 292. dicta: *Pompilius sanguis*, et *Numa* inscriptos habens nummos apud *Eckhel* 5. *p.* 165. Hæc porro subinde in alias plures divisa est, suo quamque agnomine distinctas, ex quibus duæ excellunt *Pisonum Cæsoninorum* et *Pisonum Frugi*. Memorantur itaque — 1.°) Calpurnius Piso, cos. ordinarius a. 111. p. Chr. cum M. Vettio Bolano, ut putat *Momms.* (Cf. *Corp.* 6. 222. et 12. 1840), poeta laudatus *Plin.* 5. *ep.* 17., ut qui in auditorio recitavit (105. v. 106) καταστερισμούς, scriptos « elegis fluentibus ac teneris et enodibus, sublimibus etiam ». Huic adjudicatur opus inscr. *De continentia vett. poett. ad Trajanum princ. tractatus*, sed falso. Cf. *Weichert* in *Exc. VI. De L. Vario poet. p.* 169. *sq.* — 2.°) C. Calpurnius Piso, prætor a. U. C. 568. cum L. Quintio, Hispaniam citeriorem sortitus, ubi cum hostibus in Carpetania congressus, cruenta eos pugna, ipse fortissime decertans, profligavit a. 569.; itemque sequenti anno de Lusitanis et Celtiberis triumphum egit (*Liv.* 39. 30. et 31. et 42); dein consul renuntiatus cum A. Postumio Albino, brevi in ipso magistratu moritur cum multis aliis omnium ordinum illustribus viris, « quæ clades prodigii loco haberi cœpta est, sed et fraudis insinuaverat suspicio animis, et veneficii quæstio etc. » (*Liv.* 40. 37). — Oratio Catonis *contra C. Calpurnium* citatur *Prisc. gramm.* X. 43 (*I.* 533. *Hertz*). — 3.°) C. Calpurnius Piso, cos. a. U. C. 687. cum M' Acilio Glabrione (*Inscr.* apud *Momms. n.* 658), a quibus lex *Acilia Calpurnia* de ambitu lata est, constantia ac fortitudine excelluit (*Cic. Flacc.* 39. 98); dein sequenti anno proconsul Galliæ Narbonensis; sed post reditum a Cæsare de repetundis accusatus, defensore Cicerone, est absolutus (*Cic.* 1. *Att.* 68). — In dicendo « statarius et sermone plenus orator, minime ille quidem tardus in excogitando, verum tamen vultu et simulatione multo etiam acutior quam erat, videbatur » (*Cic. Brut.* 68. 239). — 4.°) C. Calpurnius Piso, cujus uxorem Liviam seu Corneliam Orestillam ipso nuptiarum die Caligula imp. vi ad se deduciam ac postea repudiatam, una cum viro, diversum tamen in locum diversoque tempore, relegavit; mox sub Claudio restitutus, et frater Arvalis et etiam consul suffectus fuit fortasse a. U. C. 801 (*Henzen* in *Ann.* et in *Scavi* etc. *p.* 4. *sqq.*, *Paneg.* in *Pis.* 68-71. et *Schol. Juv.* 5. 109). — Quum dein ille princeps habitus fuisset conjuratorum in Neronem, abruptis brachiorum venis, miserrime obiit (*Tac.* 15. *Ann.* 49. et 59). De eo idem *Tac. ibid.* 48. « C. Piso, Calpurnio genere ortus ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut species virtutibus similes; namque facundiam tuendis civibus exercebat, largitionem adversus amicos et ignotos quoque, comi sermone et congressu. Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies; sed procul gravitas morum aut voluptatum parsimonia etc. ». Adde *Juvenal.* 5. 108. *sqq.* et *Paneg.* in *Pis.* 68. *sqq.* — 5.°) Cn. Calpurnius Piso, *Catilinarius* dictus, quia Catilinæ socius in conjuratione (*Sall. Cat.* 16). adulescens nobilis, summæ audaciæ, factiosus, qui missus quæstor proprætore in Hispaniam citeriorem a senatu extra ordinem (*Sueton. Cæs.* 9), cui cædem intentabat, ab equitibus Hispanis per viam interfectus est (*Id. ibid.* 19. V. *Epitaph. Pis.* in *C. I. L.* 1. 598). — De eo plura apud *Groag PW.* 3. 1379. *sq.* — 6.°) Cn. Calpurnius Piso, filius præcedentis, prius III.vir monetalis (*Cohen, Méd. Cons. pl.* 41. *n.* 9., 10. et 11); dein consul semel a. U.C. 747 (*Inscr.* apud *Momms. n.* 2293); mox proconsul Africæ (*Strab.* 2. 130); postremo Tiberii legatus, in Hispania, in Syriam dein ab eod. missus dedita opera, ut nempe Germanici vitæ insidiaretur, quod exitus comprobavit; is namque in morbum incidit, fortasse ex veneno sibi propinato, quo brevi decessit (*Tac.* 2. *Ann.* 43. *sqq.*) At reversus, statim ab amicis Cæsaris accusatus, antequam pœnam lueret, sibi mortem conscivit. Fuit Cn. Piso, ut scribit *Senec.* 1. *Ira* 16. 13., memoria nostra vir a multis vitiis integer, sed pravus et cui placebat pro constantia vigor. V. integr. loc. Eum tamen pejorem reddidit *Munatia Plancina*, uxor vaferrima et adversus Germanicum viri adjutrix (*Dio* 58. 22); in parvo namque et in magno sive domesticarum sive civilium perturbationum et cladium causa præcipua exsistit depravata mulierum natura, quibus serviliter effeminati viri obsecundant. — 7.°) L. Calpurnius Cæsoninus, socer Cæsaris, *L. Piso* tantum dictus *Cæs.* 1. *B. G.* 12. aliisque multis et etiam *Cæsoninus* absolute *Chronogr.* a. 354. — Fuit a. U. C. 666 (58. a. Chr.) consul cum A. Gabinio (*Fast. Cap. C. I. L.* 1. 730. et 787), quos refert *Tertull. apol.* 6. Isidis, Serapidis et Harpocratis cultum Romæ prohibuisse, eversis quoque eorum aris, restitutum postea ab Heliogabalo imp. - Fuit Cæsoninus simul etiam Capuæ duumvir, hinc ironice *Capuæ consul* dicitur *Cic. post red. in sen.* 7. 17. quem lege Clodii exsulem, etiam flagitante senatu, revocare neglexit, dum Macedoniam provinciam suscepit administrandam Calpurnius et Syriam Gabinius. Hos autem avare, crudeliter et superbe rem gerentes revocandos curavit Cicero, ab exsilio jam liberatus, habita oratione *De provinciis consularibus*. Tum Piso in eum invectus est in senatu, cui Cicero respondit oratione *In Pisonem*, ubi eum *barbarum Epicurum, Clodianum canem, Volturium provinciæ, hominem tetrum, truculentum* etc. appellat; nec tamen hoc vetuit, quo minus censor fieret cum Appio Claudio Pulcro a. 50 a. Chr. (*Cæs.* 1. *B. G.* 3. et *Tac.* 6. *Ann.* 10). — Quum vero Cæsar dominari reipublicæ cœpisset et ob id Piso genero suo adversaretur, tum Cicero hominem paullo ante inimicum omnique vituperio dignum laudibus prosequi aggressus est (*Cic.* 7. *Att.* 13, coll. 4. *Fam.* 4); hanc enim miram in animos conversionem inducunt civilium partium studia, ut quis ex malo bonus derepente fiat. — Præcipuus fons, unde de hujus Pisonis vita multa promuntur, sunt Ciceronis scripta (*Münzer*). Cf. etiam *Appian. B. C.* 2. 135. *sq.*, 143. et 3. 50., 54. *sqq.*, coll. *Momms. Arch. Ztg. XXXVIII.* — 8.°) L. Calpurnius Piso (Cæsoninus), sec. *Groag* (*PW.* 3. 1396) etiam *Frugi* (V. tamen *n.* 9), filius Pisonis, soceri C. Julii Cæsaris, frater Arvalis, pontifex (*C. I. L.* 11. 1182) et consul cum M. Livio Druso a. 739 = 15 p. Chr. (*Dio* 54. 21). — Adversus Vindelicos missus, eos victor subegit (*Oros.* 6. *Hist.* 21); dein legatus Augusti in Thracia a. 741. Bessis post triennium (a. 741-743 = 13-11. a. Chr.), acerrimo bello tandem edomitis, Asiæ et Macedoniæ pacem restituit (*Liv. epit.* 138., *Vellej.* 2. 78., *Flor.* 4. 12. 17., coll. *Dion.* 54. 34); postremo sub Tiberio imp. præfectus Urbi hoc munere optime functus est usque ad an. 785 (32. p. Chr.). — Per idem tempus « L. Piso pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit, nullius servilis sententiæ sponte auctor et quotiens necessitas ingrueret, sapienter moderans: - decus triumphale in Thracia meruerat, sed præcipua ex eo gloria, quod præfectus Urbi recens continuam potestatem et insolentia parendi graviorem mire temperavit » (*Tac.* 6. *Ann.* 10). « Strenuus in munere obeundo - quem Tiberius jucundissimum et omnium horarum amicum esse » profitebatur (*Sueton. Tib.* 42); vir singularis ingenii, cujus naturam et mores pulcre depinxit *Vellej.* 2. 98., ab Augusto jam laudatus ob ejus in ædificando magnificentiam, teste *Plut.* in *Apophth.* — Huic probabilius ejusque filiis dicavit *Horatius* libellum seu epistolam *De Arte poetica* ex sententia *Porphyr.* ita scribentis: « Hunc librum ad L. Pisonem, qui postea Urbis custos fuit, ejusque filios misit. Nam et ipse Piso poeta fuit et studiorum liberalium antistes, in quem librum congessit præcepta Neoptolemi τοῦ Παριάνου de Arte poetica, non quidem omnia sed eminentissima etc. ». Cf. *Orelli* in *præf.* ad *Hor. A. P.* et *Ritter* in *Hor. II. p.* 439; sed etiam *Momms.* et *Michaelis* (*Comment.* 420. *sqq.*). — 9.°) L. Calpurnius Piso Frugi, primus hoc agnomine vere certeque ornatus, quia *frugalis*, Φρύγιος (*Cic.* 3. *Tusc.* 8. 16., coll. *Schol. Bob. Flacc. p.* 233. *Or.* et *Plin. paneg.* 88), ex quo proverbialiter fortasse illud *Cic.* 2. *Fin.* 28. 90. « Vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piso ». — Trib. pl. a. U. C. 605. primus legem tulit *de pecuniis repetundis* (*Cic.* 2. *Off.* 21. 75. et *Brut.* 27. 106): ceterum Piso « multarum legum aut auctor aut dissuasor fuit » (*Id. ibid.*). — An. 621. consul processit cum P. Mucio Scævola (*Id.* 1. *Att.* 19., *C. I. L.* 1. 200., *Vellej.* 2. 2. 2); quo anno L. Piso (ita simpliciter eum appellat *Frontin.* 4. *Strat.* 1. 26) in Sicilia bellum contra servos administravit eamque regionem liberavit (*Oros.* 5. *Hist.* 9., *Val. Max.* 2. 7. 9. et *Liv. epit.* 58). — An. 634 (al. 646) fuit censor cum Q. Cæcilio Metello Baliarico, quicum et lustrum LXI. condidit, hinc *Censorius* dictus *Plin.* 13. *Hist. nat.* 13. 27. (87)., coll. *Dionys.* 2. 38. 3. Cf. *Boor, Fast. cens.* 87. — Scripsit Annales, et « sane exiliter » ut ait *Cic. Brut.* 27. 106., quorum liber VII. citatur a *Censorin. d. n.* 17. (Cf. *Gell. frg.* 8. *Peter*, et etiam *Plin., Prisc., Macrob., Dionys.* etc.); postea in compend. redactos (Cf. *Ps. Aur. Vict. Orig.* 18): item orationes reliquit « quæ jam evanuerunt » (*Cic. Brut. ibid.*). — Fragmenta omnia collegit *Kraus* in *Vit.* et *Frg. hist. Rom. p.* 139-155 (Cf. *Lachm. De font. Liv.* 1. *p.* 32). — 10.°) M. Calpurnius M. f. Piso Frugi, alio nomine *M. Pupius M. F. Piso Calpurnianus*, quia adoptatus a M. Pupio, et *M. Piso* simpliciter (*C. I. L.*, 1. 594. et 725., coll. *Cic. Brut.* 64. 230). *Cic. Brut.* 67. 236. (*M. Piso*) habuit a natura genus quoddam acuminis (quod etiam arte limaverat), quod erat in reprehendendis verbis versutum et sollers. *V.* integr. loc. *Ascon.* in *Pis. p.* 15. *Or.* « Fuit iisdem temporibus, quibus Cicero, sed tanto ætate major, ut adulescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquæ vitæ similitudo et multæ erant litteræ: orator quoque melior quam frequentior habitus est. Biennio tamen serius, quam Cicero, consul fuit; triumphavit procos. de Hispania, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico consulibus, ante Ciceronis consulatum ». *Cic.* tamen 1. *Att.* 13., 14. et 15. eum utpote Clodii fautorem vituperat, quasi hominem « parvo animo et pravo », tantum cavillatorem, « facie magis, quam facetiis, ridiculum », nihil agentem in republica, perversum etc. — Fuit orator, litteris Græcis eruditus, philosophiæ, in primis Peripateticæ, studiis deditus, Stoicorum irrisor (*Id. Brut.* 64. 230., 1. *Nat. D.* 7. 16. et 4. *Fin.* 26. 73). — De eo vd. etiam *Varr.* 3. *R. R.* 3. et 13. et *Vellej.* 2. 41.; tum nummos, de quibus *Momms.*

Corp. 1. 561. et 594. ¶ 7. Cum aliis cognominib. — 1.°) M. Calpurnius Flamma, trib. mil., qui a. U. C. 496., primo bello Punico, A. Atilium Cajatinum consulem, a Pœnis in angustiis clausum, cum trecentis militibus perquam strenue liberavit (*Liv.* 22. 60. et *epit.* 17., *Ampel.* 20., *Flor.* 2. 2. 13., *Oros.* 4. *Hist.* 8) ideoque corona civica decoratus. Cf. *Gell.* 3. 7. 18., qui hoc tribuit *Q. Cædicio*, et *Claud. Quadrigar.* qui vocat eum *Laberium*. — 2.°) P. Calpurnius Lanarius, III.vir monetalis, de quo *Cic.* 3. *Off.* 16. 65. et *Val. Max.* 8. 2. 1. — Is contra Sertorium ad Pyrenæos montes dimicans pro Sulla, per dolum occidit Julium Salinatorem. a. U. C. 678. ad eos montes obsidendos a Sertorio missum (*Plut. Sert.* 7. 3., coll. *Sall.* 1. *Hist.* 95). — Ejus nummos videsis apud *Borghesi, Œuvr. T.* 1. 141., coll. *Cohen, Méd. Cons. pl. L. Calp.* 1. 2. — 3°.) P. Calpurnius Siculus, Latinus poeta bucolicus, non vulgaris, *Siculus* fortasse dictus non tam patria, quam imitatione Theocriti Syracusani, temporibus, non Cari et Numeriani, quæ doctorum veterum opinio fuit, sed Neronis, ut pluribus invictisque argumentis demonstrarunt *Haupt, De carm. buc. Calp.* etc. 1854. *p.* 16-26 = *Opusc. I.* 358. 397. *sqq.*; *Teuffel, R. L. G.*[5] 306. 6.; *al.* — Nonnulli, inter quos *Forcellin.* et *Furlanetto*, hunc censuerunt eundem ac *T. Julium Calpurnium*, de quo *Vopisc. Car.* 8., sed nullo solido fundamento innixi. — Ejus eclogæ (VII) cum Nemesiani eclogis (IV) diu in unum corpus confusæ permanserunt; sed in cod. Thad. Ugoleto set. ignotæ, ad quem adornata fuit Parmensis editio Angelii Ugoleto (a. 1490), probe alteræ ab alteris distinctæ innotuerunt; in hac enim legitur: *T. Calphurnii Siculi bucolicum carmen incipit: Aurelii Nemesiani poetæ Carthaginiensis ecloga prima incipit;* et in cod. Neapolitano saltem sub eclog. XI. legitur: *Aureliani Nemesiani Carthag. buc. explicit.* Ceterum sive in syllabarum quantitate, sive in usu synalœphes et cæsuræ, quæ in Calpurnio modo est κατὰ τρίτον τροχαῖον, modo τριθημιμερής, modo ἑφθημιμερής; in Nemesiano πενθημιμερής tantum, sive etiam ex stilo unum opus ab altero facile dignoscitur. — « Ejus carmina admodum sunt et eleganti facilitate composita, quarum lectio non nisi utilis litterarum studiosis esse potest ». Ita *Forcellin.*; nec aliter sentiunt recentiores. — Plura de Calpurnio videsis apud *Teuffel, op. cit.*; *Ribbeck, R. Dicht. III.* 47. *sqq.* et *Schenkl, Wiener Stud. V.* 281. *sqq.* — 4.°) Alii, uti sunt: *Festus*, pictor, in *epit. Orelli n.* 4261.; *Agricola*, cos. a. 911., de quo *Capitolin. Ant. Phil.* 8.: *Asprenas*, Galatiæ et Pamphyliæ rector a. 69. p. Chr., ap. *Tac.*, 2. *Hist.* 9.: *Aviola*, cos. a. 777. *Corp.* 15. 4568.: *Dexter*, cos. a. 225. p. Chr., in *Corp.* 6. 1868.: *Repentinus*, centurio, ap. *Tac.* 2. *Hist.* 56.: *Sabinus*, epistrategus Ægypti sub Trajano, in *Corp.* 10. 7890.: *Torquatus*, cons. (a. 143?), optimus civis Vienn., *Corp.* 12. 1853.: *Atilianus*, cons. (a. 135): *Longinus*, cons. (a. inc.): *Julianus*, eques Rom., contub. *Front. p.* 170. *N.*: *Maximus*, proc. aq. (a. 177), *Not. degli scavi* 1895. *p.* 396. etc. — Adde mulieres, ex quibus commemorantur: *Calpurnia*, quæ, jugulato viro Antistio in curia, seipsam transfixit a. 672., ap. *Vellej.* 2. 26. et 88.: item *Calpurnia*, filia C. Marii, quam ex voto pater immolavit, ap. *Doroth. Plut.* in *parall. Gr.* et *Rom.* 20.: item *Calpurnia*, illustris femina, a principe laudata, nulla libidine; sed ex ira suspiciosæ Agrippinæ in exsilium pulsa, dein a Nerone revocata, ap. *Tac.* 12. *Ann.* 22. et 14. 12.: item *Calpurnia*, uxor altera Plinii junioris, ad quam exstant tres Plinii viri sui epp. 6. 4. et 7., quamque ipse laudat (*Plin.* 4. *ep.* 19).: item *Calpurnia*, uxor Titi tyranni, « sancta et venerabilis femina de genere Cæsoninorum », univiria sacerdos, cujus statua in templo Veneris aurata posita est, ap. *Treboll.* in *XXX. tyr.* 32.

II.) In titulis, nom. frequentissimum Romæ, et in Africa et Hispania, in Latio (Ostiæ) et Campania (Puteolis). *Corp.* 6. 471., 274., 1600.; 8. 4298 (*in Numid.*); 9. 4967 (*Canuali*); 14. 309 (*Ostiæ*) etc. — *Calpurnia*, nom. mul. *Corp.* 3. 2046.; 6. 5704., 14207. etc. — Hinc *Calpurnius*, *a, um*, adj., ut *lex* — 1.ª) De pecuniis repetundis, quam primus L. Calpurnius Piso Frugi, tulit, Censorino et Manilio coss. a. 605. (*Corp.* 1. 198.), magistratuum avaritiæ scitam, ut ait *Tac.* 15. *Ann.* 20. V. REPETUNDÆ in *Lexico*. — 2.ª) De ambitu, a C. Calpurnio Pisone cos. a. 687. lata, quam *Cic. Mur.* 23. 46. dicit « severissime scriptam » quia præter alias etiam pecuniaria pœna infligebatur et perpetua ab honoribus remotio. *Ascon. Corn. p.* 68., *tog. cand. p.* 89. et *Cic. Mur.* 32. 67. — 3.ª) Militaris, apud *Sisenn. hist.* 120. « Ut lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donari ». — 4.ª) De legis actione. *Gaius inst.* 4. 19. — *Calpurnius fornix*, apud *Oros.* 5. *Hist.* 9. 2. « Gracchus per gradus, qui sunt super Calpurnium fornicem, detracto cuniculo (*al.* amiculo) fugiens (*e comitio*) ictus exanimatus est ». — *Calpurnianus, a, um*, adj. *Macrob.* 3. *Sat.* 20. 1. Calpurniana ficus. *Liv.* 39. 31. milites. *h. e.* sub Calpurnio prætore. *Tab. alim. Velej.* 1. 18. fundus. *sc.* in pago Junonio Velejate. *et* 7. 11. in pago Herculanio Placentino. *et Inscr.* apud *Orelli n.* 4364. in fundis Nævianis et Calpurnianis. *Alia* apud *Momms. n.* 2609. Calpurnianus vicus. — *Calpurnianus, i*, m. 2. cogn. *Inscr.* apud *Momms. n.* 4360.

CALPUS (Calpys), i, m. 2. ¶ 1. Fuit filius regis Numæ, a quo orta est gens Calpurnia (*Paul.* ex *Fest. p.* 46) et frater Pomponis, Pini et Mamerci, unde Pomponii, Pinerii et Mamerci originem habuere. *Laus Pis.* 3. Hinc tua, Piso, Nobilitas ceterisque citant sublimia Calpi Nomina. *Schol. Hor. a. p.* 291. Calpys. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *C. I. G.* 3989., unde *Calpenus, Calpenius, Calpurnius* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 146).

CALTĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 1057 (6). 105 (a. 210). — *Caltia*, nom. mul. *Corp.* 14. 2678 (*Ateste*). — Hinc *Caltilius, Caltinius* (V. *Schulze, Eig. p.* 188).

CĂLŪMĔRA, æ, f. 1. (καλός et ἡμέρα, *pulcra v. bona dies*) nom. mul., Calemera. *Inscr. chr. Mai nov. Coll. V. p.* 4234.

CĂLUMNĬA, æ, 1. ¶ 1. Cogn. vel agnom. vir., apud *Senec.* 9. *contr.* 18. ¶ 2. Est etiam nom. putei prope Geraram in Palæstina. *Vulg. Gen.* 26. 20., ubi historica vocabuli origo exponitur. Hebr. est *Ēseq*.

CALVĀRĬA, æ, f. 1. nom. loci, ubi crucifixus fuit Jesus Chr. D. N. *Vulg. Luc.* 23. 33. Venerunt in locum, qui vocatur Calvariæ. Cf. *Matth.* 27. 33., *Mr.* 15. 22. et *Joh.* 19. 17. — Significationem nominis, sive communis sive proprii *V.* in *Lexico* ad v. CALVARIA; quam tamen hic paulo fusius et emendatius exponimus. — Vox in primis aramaice est *Gulgoltha* et hebraice *Gulgoleth*, i. e. cranium, a verb. *gâlal* « circumvolvit », unde ita dicitur res quælibet rotunda; hinc *Matth.*, *Marc.* et *Joh. locc. citt.* habent « κρανίου τόπος, *Luc.* vero: κρανίον ». Triplici autem modo explicatur, *sc.* vel ut locus, ubi capite damnati supplicium subibant ac sepeliebantur, ut *Hieronym.* in *Matth.* 27. 33. cum aliis est interpretatus; quod tamen hodie omnino rejicitur (Cf. *Lesêtre* in *Dict. Bibl.* ad *v.*, coll. *Talmud Babyl. Sanhedr. f.* 42 *b*): vel a cranio seu capite Adami, quem veteres ibi sepultum credebant, innixi etiam loc. *Jos.* 14. 15. perperam intellecto (*Orig.* in *Matth.* 126., *Athanas. De pass. et cruc. Domini* 12., *Ambros.* in *Luc.* 10. 114., *Hieronym.* in *ep.* ad *Marcell.* etc.); hinc et sacellum ibi Adamo dicatum et cranium Crucifixi pedibus sæpe adpositum; sed nullo solido argumento hæc opinio firmatur nisi pia quadam inter « primum et novissimum Adam » similitudine seu analogia (1. *Cor.* 15. 45. et 47., coll. *v.* 22. et *Rom.* 5. 18): vel, quod probabilius est, a loci forma, cui interpretationi ex antiquis favet *Cyrill. Hieros. Catech. XIII.* 23., coll. 1. *Reg.* 14. 4. et *Strab.* 17. 8. — Situs vero Calvariæ esse debuit prope quidem sed extra urbem (*Jos.* 19. 20., coll. *Hebr.* 13. 12) ca. 100. m. ab altero muro distans, antequam Herodes Agrippa tertiam adderet murorum seriem (a. 37-44): cf. *Jos.* 9. 7. 2., quem nulla rerum vicissitudo delevit nec temporibus Titi imp. urbem diruentis, nec Hadriani, qui eam in coloniam *Æliæ Capitolinæ* nomine redegit, nec ignorabat profecto locum, ubi Christus obiit, quia statuam Veneris ibi erexit (*Eus. de vit. Const. III.* 26., *Hieronym. ep.* 58. ad *Paulin.* 3., coll. *Cyrill. Hier. Catech. XVII.* 16. et *Duchesne, Les orig. chrétien.* Paris 1881. *p.* 137). — Non fuit tamen Calvaria, ut vulgo putatur, collis aut monticulus, sed *locus* (Cf. *Matth.* 27. 33), a solo fortasse 4. v. 5. m. editus (*Guérin, Jérus. p.* 329. et *Saulcy, Les derniers jours de Jérus.* Paris 1866. *p.* 283); nec situs a præsenti communiter recognito, quamvis ab heterodoxis (*Korte, Munk, Tobler, Girler, Fergusson, Condar*) negetur, alius esse potest, ut *Guérin, Duchesne, Lesêtre* et complures alii veteres recentioresque invictis argumentis demonstrarunt.

CALVUS (Calvos et Kalvus), i, m. 2. cogn. a *calvitie* ductum, satis frequens, præsertim in gente *Cæcilia, Cornelia, Licinia, Septimia, Rupilia.* ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Præcipuus Calvus, poeta et orator, amicus Catulli (*Catull.* 14. 2., 53. 3., 96. 2., coll. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 19., *Propert.* 2. 25. 4., *Ovid.* 3. *Am.* 9. 62). *V.* LICINIUS. — 2.°) Calvus apud *Lucil. sat. frg. I.* 30. *n.* 37. « Calvu' Palatina vir nobilis ac bonu' bello ». Videtur *L. Cæcilius Metellus Calvus*, cos. a. U. C. 612., vel ejus filius *Calvus Dalmaticus*, cos. a. 635. — 3.°) Calvus, patronus Scipionis Africani maj., occisus in Hisp. a. 212 (*Fast. cos. Capit.*). — 4.°) Hasdrubal Calvus, dux Pœnus. *Liv.* 23. 34. etc. ¶ 2. In titulis. *Corp. I. L.* 6. 9699.; 12. 1735. — Cogn. muliebre perraro invenitur et quidem apud barb., cujus rei causa patet. — Deriv.: *Calvius*, nom. gent. *Liv.* 3. 31. et *Corp.* 6. 645. et *Calvia*, magistra libidinum Neronis. *Tac.* 1. *Hist.* 73. Adde *Corp.* 9. 492. et 14. 3497. — Hinc adj. *Calvianus*, in *Corp.* 11. 1147. et *Calvianensis*, ap. *Augustin. c. Cresc.* 3. 43. 47. — Hinc etiam *Calvarius, Calvaster, Calvedius, Calvenus, Calvilius, Calventius* v. *Calbentius* (V. *Schulze, Eig. p.* 139., 352. et 482.), unde *Calventianus*, cogn., et *Calventinus*, adj.; *Calvesius* v. *Calvisius* (*s*), nom. gent. frequens, ut *Calvisius Tullus*, avus maternus M. Aurelii imp. (*Capitolin. Aur.* 1): *C. Patrophilus*, juridicus Ægypti a. 147 (*Corp.* 10. 2625): *C. Taurus*, philosophus Platonicus, sub Ant. Pio (*Gell.* 18. 10. 8): *C. Sabinus*, cos. a. 715. dictus jocose Minotaurus *Cic.* 12. *Fam.* 25. Adde alios ap. *Plin.* 3. *ep.* 19. 1., *Tac.* 3. *Ann.* 19.; sæpe in titulis, præsertim Galliæ cisalp. *Corp.* 5. 2903 (*Patavii*); 11. 5789., unde *Calvisianus*, adj. et subst. *Ulp. dig.* 5. 3. 16. et *Corp.* 6. 2370.; et *Calvisiana* (*orum*), mansio Siciliæ inter Agrigentum et Syracusas. *Itin. Ant. p.* 89.

CALȲBĒ, es (-enis), f. 1. (Καλύβη: vd. voc. in *Lexico*) Scribitur etiam *Calibe* et *Kalibe*. — Est autem nom. mul. *Corp.* 9. 3029. — Specialim, sacerdos Junonis, in quam Alecto se transformavit. *Virg.* 7. *Æn.* 419.

CĂLȲCADNUS, i, m. 2. (Καλύκαδνος) ¶ 1. Est nom. fluvii Ciliciæ, hodie *Gosk-su*, apud *Ammian.* 14. 2. 15. et 18. 8. 1. Navigabile flumen Calycadnus. Adde *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (92). ¶ 2. Etiam promontorium Isauriæ. *Liv.* 38. 38.

CALȲCĒ, es, f. 1. (Καλύκη) filia Hecatæonis, ex qua Neptunus filium suscepit. *Hygin. fab.* 157. — Generatim cogn. vir. *Corp.* 10. 627.

CĂLYDNA, æ, et Calydne, es, et in plur. num. Calydnæ, arum, f. 1. insula v. insulæ maris Ægæi. — In sing. num. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (133). Calydna cum tribus oppidis Notio, Nisyro, Mendetero. *et* 11. *ibid.* 18. 13. (32). Mox Calydna insula, ubi optimum mel haberi tradit. Adde *Dar.* 14. — In plur. num. *Senec. Tro.* 839. — Apud *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 201. hoc nomine insula Tenedos vel prope Tenedum significari videtur.

CĂLȲDON, ōnis, f. 3. (Καλυδών: hinc *Calidon* minus recte scribitur) Forma Gr.: *Calydonos* (genet.) est *Val. Fl.* 5. 578. et *Calydona* (acc.) *Virg.* 7. *Æn.* 305., *Sil. It.* 15. 307., *Ovid.* 9. *Met.* 145. Calydon ¶ 1. Est oppidum Ætoliæ, patria Meleagri, Tydei, Dejaniræ, prope hod. *Kurtaga*, juxta Evenum (*Phidaris*), quod nomen traxit a *Calydone*, Endymionis filii Ætoli filio (*Steph. Byz.* h. v. et ex eo *Eustath.* ad *Hom. Il.* 2. 620., 640. etc., coll. tamen *Il.* 18. 217. Cf. etiam *Apollod.*

1. 7. 6) apud Plin. 4. Hist. nat. 2. 3. (6); et quidem præcipuum et regium ita ut cum Pleurone pro tota Ætolia usurpet Hom. Il. 13. 218. et 14. 116., illo montana, hoc campestria indicans. — Epitheta: Martial. 9. 48. 6. et Sidon. carm. 14. 17. Calydon Ætola. Ovid. 8. Met. 526. alta (Cf. Hom. Il. locc. citt.). Virg. 11. Æn. 270. pulcra. Stat. 1. Theb. 401. antiqua. Val. Fl. 3. 658. dulcis sceptris (Meleagro). et Lucan. 6. 366. Meleagrea. Stat. 1. Theb. 453. monstrifera (propter aprum). Id. 4. ibid. 104. praeceps. Sil. It. 15. 307. tristis (Dianæ). — Apud poetas et mythologos sæpe recurrit ob aprum, inde Calydonium dictum, quem Diana, quod sibi denegatus esset ab Œneo honor, irata illuc immisit, ut omnia vastaret; sed a Meleagro tandem interfectus est (Ovid. 8. Met. 230., Hygin. fab. 173. et 174., Mythogr. I. fab. 116. et II. fab. 144., Lact. Plac. 8. fab. 4. et 5., Ovid. 8. Met. 230). — Hinc Calydonius, adj. V. suo loco. — De ejus nummis cf. Eckhel 2. p. 189. ¶ 2. Item regio circa oppidum Calydonem, quo spectaret Pacuv. apud Varr. 7. L. L. 2. « Pacuvius: Calydonia altrix terra exsuperantum virûm. Ut ager Tusculanus, sic Calydonius ager est, non terra; sed lege poetica, quod terra Ætolia, in qua Calydon, a parte totam accipi Ætoliam voluit ». ¶ 3. Est etiam nom. fluvii Ætoliæ. Tab. Peut. 7 (Rav. p. 198) « Calidon »., ubi ab Eveno distinguitur.

CĂLȲDŌNES, um, m. plur. 3. populus, memoratus Mythogr. I. fab. 71. « Jobates Bellerophontem misit ut Calydonas vinceret » (V. BELLEROPHON). — Apud alios (Hom. Il. 6. 184. et Pindar. Ol. 13. 90) agitur de Tymplis seu Solymis, vel saltem de populis a Calydoniibus Ætoliæ distinguendis.

CĂLȲDŌNĬA, æ, f. 1. V. CALYDONIUS.

CĂLȲDŌNIS, idis, f. adj. (Καλυδωνίς) ad Calydonem pertinens. Ovid. 8. Met. 527. Matres Calydonides Eveninæ. — Absolute. Stat. 2. Theb. 736. « Centum ibi virgineis votæ Calydonides aris » i. e. mulieres Calydoniæ. — Calydonis, κατ' ἐξοχὴν, Dejanira, apud Ovid. 9. Met. 112. « Tradidit Aonius pavidam Calydonida Nesso ».

CĂLȲDŌNĬUS, a, um, adject. (Καλυδώνιος) ad Calydonem pertinens. Ovid. 8. Met. 324. Calydonius heros. (i. e. Meleager). Id. ibid. 627. amnis (fere i. q. Ætolus, h. e. Achelous). Homer. 441. juvenis (i. e. Diomedes). Ovid. 14. Met. 512. regna (i. e. Apulia, a Diomede occupata). Lact. Plac. 8. fab. 5. aper (V. CALYDON). — Absolute Calydoniæ, Calydonides matres. Senec. Herc. Œt. 582. — Calydonia, regio subjecta Calydoni. Lact. Plac. 8. fab. 4. Aper a Diana missus, qui Calydoniæ agros vastaret. — Calydoneus (Καλυδώνειος). adj. Manil. 5. 180.

CĂLYMNA, æ, et

CĂLYMNĒ, es, et

CĂLYMNĬA, æ, f. 1. (Καλυμνία) insula maris Ægæi, ex Sporadibus, hodie Kalymnos. Ovid. 8. Met. 222. fecundaque melle Calymne. Id. 2. Art. am. 8. silvis umbrosa. Adde Mel. 2. 111. Cf. Strab. 10. 489., Ath. 11. 479. et Corp. I. G. 2671. — De ejus nummis vd. Head, 681.

CĂLYPSŌ, us, et ōnis, f. (Καλυψώ, οῦς) Calypsonis (genet.) pro Calypsus est Apul. 1. Met. 12. et Macrob. loc. cit. — Calypsonem (acc.), de quo Quintil. 1. 5. 63. Neque enim jam Calypsonem dixerim ut Junonem, quamquam secutus antiquos C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. Sic et Pacuv. trag. 403. — Liv. Andr. ipse in frgm. apud Prisc. gramm. II. 209. « Apud nympham Atlantis filiam Calypsōnem » ubi pænultima corripitur contra communem usum. — Etymon a καλύπτω, tego, abdo, occulo, ut sit quasi occulta (sec. Hermann « die Verbergerin »: Occulina); in specu enim abdita habitabat.

Calypso ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Apud scriptores — a) Nympha, filia Atlantis, hinc Atlantias et Atlantis dicta: vel, ut alii volunt, Oceani et Tethyos, quæ regnavit in insula cognomine, ab Hom. dicta Ogygia, ab Hygin. fab. 125. et Mel. 2. 120 Ææa: unde Calypso Ææa puella appellatur Propert. 3. 12. 31., ubi Ulixem benigne excepit eique nupsit habuitque filium Ausonem (Ovid. 4. Pont. 10. 13., Serv. ad Virg. 3. Æn. 171., Hygin. loc. cit. et Cic. 1. Off. 31. 113.). — De operibus artis vd. Plin. 35. Hist. nat. (132 et 147). — b) Item pictrix, quæ, teste Plin. 35., pinxit senem et præstigiatorem Theodorum. — 2.°) In titulis nom. mul. Corp. I. L. 6. 7680. Inscr. gr. Sic. et It. 1648. Kalupso. ¶ 2. Est etiam nom. insulæ, in qua regnavit nympha Calypso, ut supra diximus. Macrob. 5. Sat. 2. 10. Insula Calypsonis. Tibull. 4. 1. 77. fecunda Atlantidos arva Calypsus. Adde Plin. 3. Hist. nat. 10. 15. (96). et Oros. 1. Hist. 2.

CĂLYX, icis, m. 3. nom. vir. Corp. I. L. 5. 8410 (Aquilejæ).

CAMACÆ, ārum, m. plur. 1. populus Scythiæ olim celeberrimus, teste Plin. 6. Hist. nat. 17. 19. (50).

CAMALŎDŪNUM, et Camulodunum, i, n. 2. (Καμουλόδουνον et Καμουδόλανον: cf. CAMULUS) oppidum Britanniæ Rom., princeps Trinobantium ac sedes regia Cynobellini (Dio 60. 21), prima Romanorum colonia, deducta a Claudio imp., a. 803= 50. p. Chr., teste Tac. 12. Ann. 32. et 33., ubi ex manifesto errore id factum fuisse tradit ad reprimendos Silures. Adde eund. Agric. 14: et 16, Tab. Peut. 2. et Rav. p. 4310., fortasse hod. Maldon v. Colchester, serius a Brittonibus captum ac deletum. — De ejus nummis cf. Holder, Altc. Spr. I. 726.

CAMARĂCUM, i, n. 2. oppidum Belgicæ, hodie Cambray, in Itin. Ant. p. 377., Greg. Tur. 2. Fr. 9., Tab. Peut. 2. et Corp. I. L. 13. 1. V. Holder, Altc. Spr. I. 708. — Hinc Camaracensis, adj. Greg. Tur. 6. Fr. 41. et absolute Camaracenses, incolæ. Not. Gall. 6. 6. chr. I. p. 591.

CAMARĪ, indecl. insula maris Rubri. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (151). Cf. Steph. Byz. Καμαρηνοί, fortasse hod. Kamaran, prope litus Arabiæ. Cf. etiam Camarum, opp. Arabiæ Felicis, apud Rav. p. 57.

CĂMARĪNA et sæpius Camerina, æ, f. 1. (Καμαρίνη) oppidum et palus Siciliæ, in ora australi inter Gelam fluv. et Pachynum promont., hodie Camarana o Torre di Camarana, colonia Dorica, a Syracusanis conditum a. 528 (al. 599) a. Chr. (Strab. 7. 2. 5., Thuc. 3. 86., Polyb. 1. 24), dein rebellis ab iis excisum a. 552. et ab Hippocrate Geloo refectum a. 495.; iterum eversum a. 486 (Diod. 16. 82. 7. et Her. 7. 156) et a. 461. instauratum (Diod. l. c.); dein a Carthaginiensibus (Id. 19. 110. 3) ac denique a Romanis captum (Id. 23. 18. 1). De eo Solin. 5. et Oros. 4. Hist. 8. Ovid. 4. Fast. 477. « Hinc Camarinan adit » ubi metri causa Græca positione usurpatur. — Adjacet Camarina palus, hod. Lago di Camarana, quæ salubritati aeris valde nocebat; unde cives illam exsiccarunt, Apollinei oraculi vaticinio (μὴ κίνει Καμαρίνην, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων) refragati; quam ob rem hostium incursibus obnoxii fuere in spreti numinis pœnam (Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. [92]. et Pomp. Trog. prol. 19. 3). Huc spectat illud Virg. 3. Æn. 700. et fatis numquam concessa moveri Apparet Camarina procul. et Sil. It. 14. 198. Et cui non licitum fatis, Camarina moveri. Hinc proverb. κινεῖν Καμαρίνην, Camarinam movere, de iis, qui ultro ad se malum accersunt (Cf. Steph. Byz. et Anth. Gr. 4). — De ea etiam Claudian. rapt. Pros. 2. 59. pigra vado Camarina palustri. et Vib. Seq. p. 154. Camarina nunc, ante Hyperia dicta, Syracusis. — De Camarina vd. Schulze, Eig. p. 538. et Brydon's Travels Through Sicily etc., deque ejus nummis Eckhel, 1. p. 199. sq. — Hinc Camerinus, adj. Prisc. perih. 489. Dianas fons est, Camerina gignitur unda (i. e. palude). — Absolute Camerini, incolæ, ap. Vib. Seq. p. 149. itemque Camerinenses ap. Flor. 2. 11. 13.

CĂMĂRĪNENSIS v. Camerinensis, is, et Camerinus, a, um. V. voc. præc.

CĂMĂRĪNI, ōrum, m. plur. 2. gens Indica v. Serica, de qua Expos. tot. mund. Geogr. Lat. min. p. 105. Riese, hod. fortasse gens Qimêr v. Qamâr in Kambôga, ubi sunt ruinæ templi cum Pali-Inscr. et deorum statuis, commixti antiquioris Brachmanum et Buddistarum cultus reliquiæ (V. Aymonier, Dict. Khmèr-Français, Saigon 1878).

CĂMARĪTÆ, ārum, m. plur. 1. gens ad mare Caspium sita, de qua fusius agit Avien. orb. 885. sqq. Prisc. perih. 682. Hic Camaritarum gens est carissima Baccho. — Epitheton magis quam nomen gentis putat Wernsdorf. in exc. ad Prisc. l. c.

CAMARS, tis, m. 3. ¶ 1. Est nom. priscum Clusii. Liv. 10. 25., coll. Polyb. 2. 19. 5. In nummis notatur Cha.: cf. Nissen, Ital. Landesk. II. 323. ¶ 2. Est etiam cogn. pers. Corp. 9. 5480 (Falerione). V. Schulze, Eig. p. 141. ¶ 3. Item Camerini incola. V. CAMERINUM.

CĂMĀSĒNE, æ, f. 1. (Καμασήνη) nom. antiquum, quo appellabatur Latium v. mater Tiberis. Macrob. 1. Sat. 7. 19. « Janus - cum Camese - terram hanc ita participata potentia possidebat, ut regio Camasene, oppidum Janiculum vocitaretur ». At Serv. ad Virg. 8. Æn. 330. Tiberim, Jani et Camasenæ filium etc. Cf. Athen. 15. 692. et Lyd. mens. 4. 2.

CAMBĒS, etis, m. 3. oppidum Rauracorum in Germania sup. ad Rhenum, hod. Kembs. Memoratur Itin. Ant. p. 354., Tab. Peut. 3. et Corp. I. L. 13. 2. p. 57. sq. V. Glück, Kelt. Nam. 34.

CAMBŎDŪNUM, i, n. 2. (Καμβόδουνον) ¶ 1. Est oppidum Vindeliciæ, hodie Kempten, in Itin. Ant. p. 237., coll. Strab. 4. 206., Tab. Peut. 4., Not. Dign. occ. 35 et Corp. 3. 15162. ¶ 2. Item oppidum Brigantium in Britannia, hodie Slack, inter Deva et Eburacum (Καμουλόδουνον Ptol.). Itin. Ant. p. 468. et Corp. 7. p. 54. Rav. p. 430. Camulodono. Cf. Glück, Kelt. nam. 34.

CAMBŎLECTRI, ōrum, m. plur. 2. populus Galliæ, in duos distinctus, sc. Atlanticorum in Gallia Narbonensi (Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. [36]. Cambolectri, qui Atlantici cognominantur) et Agessinatium in Aquitania (Plin. 4. ibid. 19. 33. [108]. Vassei, Sennates, Cambolectri Agessinates).; ubi tamen dubium, an conjungendum sit Cambolectricum Agessinates. Cf. Herzog, Gall. Narb. 92. et 129.

CAMBŎRĬCUM, i, n. 2. oppidum Britanniæ (Flavia Cæsariensis, Iceni) in via Londinium, hodie Cambridge, in Itin. Ant. p. 474. et Corp. 7. p. 35. — In nummis legitur duro et Cam, apud Evans Coins of the anc. Brit. 390. XV. 14.

CAMBŪNĬI, ōrum, m. plur. 2. montes ad fines Thessaliæ et Macedoniæ, qui valles dividunt Haliacmonis et Penei et ex orient. ad Olympum desinunt, hodie Volutza. Memorantur Liv. 43. 53. et 44. 2.

CAMBȲSĒS, is, m. 3. (Καμβύσης) — a) Scribitur Cambyses apud Pomp. Trog. prol. 1. et Cambisis apud Rav. p. 77. — b) Declinatur etiam Cambyses, æ (V. Prob. cath. gramm. IV. 28. 17), ut apud Apul. Florid. 15. — Genet. Cambisu, Græc. posit., habet Plin. 6. Hist. nat. 29. 33. (165). — Acc. Cambysen apud Senec. dial. 5. 14. et benef. 7. 3. — c) Secunda producitur, ut apud Græcos; licenter tamen eam corripuit poeta quidam in Anthol. Palat. 391. — Est autem nom. person. et geogr.

I.) Cambyses, nom. pers. ¶ 1. Fuit Persa, vir mediocris, cui Astyages, rex Medorum ultimus, in matrimonium dedit filiam suam Mandanem, unde natus est Cyrus, teste Justin. 1. 4., coll. Herod. 1. 107. sq. ¶ 2. Item rex Persiæ, Cyri filius et Cassandane, filiæ Pharnaspis Achæmeniorum principis, patris successor a. 529-522. a. Chr. Memoratur Plin. 36. Hist. nat. 9. 14. (66). Cambyses rex. et Serv. ad Virg. 1. Æn. 119. rex Persarum. Propert. 2. 26. 23. Non si Cambysis redeant et flumina Crœsi (de divitiis Cambysis cf. etiam Apul. mund. 26. et Ammian. loc. cit.). Senec. ep. 86. Cambyses furiosus ac furore feliciter usus. Lucan. 10. 280. vesanus in ortus Cambyses longi populos pervenit ad ævi - pastus cæde suorum etc. Adde Val. Max. 6. 3. ext. 3., Mel. 1. 64., Ampel. 14., Ammian. 17. 4. 1. et Oros. 2. Hist. 8. — Regni an. quinto Amasis fraudis ulciscendæ causa Ægyptum invasit, regnante post illius mortem Psammenito eaque potitus omnes deorum ædes dirui jussit ipsumque sumptuosissimum Hammonis templum fuisset eversum nisi exercitus eo missus « tempestatibus et arenarum molibus oppressus » periisset (Justin. 1. 9); Apim suo gladio, horrentibus Ægyptiis, transfo-

dit; uni pepercit « obelisco Rhamsesis regis operis admiratione » (Plin. loc. cit.); nec Ægyptum solum sed Libyam et Cyrenem invasit et Æthiopiam quoque occupatum copias misit, quas teterrimi arenarum vortices suffocarunt, quamquam Sulpic. Sev. 2. chron. 9. tradit eum et hanc regionem subegisse. — Luxuriosus sorore sua Atossa quasi uxore usus est aliamque Meroe nomine concubinam habere non erubuit. Quum porro qui libidini sunt dediti, sævitiæ ut plurimum indulgent, etiam ipse crudelis (Cf. Senec. ep. 86. init. et ira 3. 14. et Lucan. loc. cit.) atque adeo amenti similis (Herod. 3. 8. 27-28) innocuos, etiam ex primoribus regni, atrociter interemit ipsumque Smerdim, fratrem suum, quem regnaturum in somnis viderat, occidi jussit (Justin. loc. cit.); quin certior factus Persam quemdam, qui se venditarat sub nomine Smerdis ejus fratrem, a magis proceribusque regni, ad regiam dignitatem evectum esse, ira accensus cum exercitu in Persiam reversurus, dum equum ascendit, suo ipse ense, qui vagina ex violento motu exierat, vulneratus paullo post decessit (Sulpic. Sev. loc. cit., coll. Ammian. 17. 4. 3. et 4). — Regnavit ann. VI (Jos. ant. 21. 2) v. VII (Herod. 3. 66) v. VIII (Sulpic. Sev. loc. cit.) v. XVIII (Ctes. frg.), quæ conciliari possunt, si a patre præfecturam aliquam habuerit cum regio honore (Cf. Müller ad Ctes. frg. p. 64), aut sibi pater eum regni socium adsciverit. — Sunt qui velint hunc esse regem illum, de quo vaticinium edidit Ezech. 38-39., Gog nomine (Calmet, Comm. litt. Ezech. p. 381); sed nunc docti viri consentiunt « Gog, rex Magog » esse Scytharum caput seu ducem, ut suo tempore Hieronym. in Ezech. loc. cum Judæorum interpretibus docuerat. — Item complures interpretes, Josephum (ant. 11. 2. 1-2) secuti, putarunt Assuerum, cui Judæorum hostes ad eos perdendos scripserunt (1. Esdr. 4. 6), Cambysem fuisse, filium Cyri (Clair, Esdr. et Neh. Paris 1882. p. 23); sed ille omnino est Xerxes I., idem qui in lib. Esther; quin alii eundem opinantur ac Nabuchodonosor libr. Judith; sed « huic opinioni, inquit Sulpic. loc. cit. 14., eadem sacra historia repugnat ».

II.) Cambyses est etiam nom. fluvii Albaniæ. Mela 3. 41. Cyrus et Cambyses ex radicibus Coraxici montis vicinis fontibus editi, in diversa abeunt - post non longe a mari eodem lacu accepti in Hyrcanium abeunt etc. Adde Plin. 6. Hist. nat. 13. 15. (39)., Propert. 2. 26. 23., Ammian. 23. 6. 40. et Jorn. Get. 64.

CAMELĪUS, ii, m. 2. (Κάμιλος) Cf. Camellius, Camillius, Camilius: (Schulze, Eig. p. 140), nom. gent., fortasse Celt. Corp. 1. 103(=14. 3180 Præneste). — Vellej. 2. 64. « D. Brutus - in hospitis cujusdam nobilis viri, nomine Camelii, domo jussu Antonii jugulatus est ». Sed Appian. B. C. 3. 98. Κάμιλλος et Liv. epit. 120. Capenus Sequanus vocatur.

CAMELLĀNI, ōrum, m. plur. 2. cogn. Nucerinorum, qui diversi sunt a Nucerinis Favionensibus. Plin. 3. Hist. nat. 14. 19. (113). et Corp. 6. 2375. — Oppidum Nuceria Camellaria in via Flaminia, reg. VI. Umbriæ, hod. Nocera, in Tab. Peut. 5. et Rav. p. 491.

CĂMĒNÆ, ārum, f. plur. 1. (Camenæ v. Camœnæ) Antiqua forma Casmenæ: Varr. 7. L. L. 26. « (Grai) Musas quas memorant (Casmenas) esse volebant, sc. majores nostri: ita Leo. (Enn. ann. 2. versus corruptus ita supplendus est ut Casmenas restituatur). Ca(s)menarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est; alibi Carmenæ ab eadem origine sunt declinatæ; in multis verbis, in quo antiqui dicebant s, postea dicunt r - quare e Casmena Carmena, (e) Carmena - r extrito Camena factum ». Fest. p. 205. Pesnis pennis ut Casmenas dicebant pro Camenis. — Scribitur Camina in Inscr. apud De-Rossi in Ann. del l' Ist. arch. a. 1854. p. 32. — De etymo Paul. Fest. p. 43. Camenæ Musæ a carminibus sunt dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes vel quod sint castæ mentis præsides. Serv. ad Virg. 3. Æn. 59. Camenæ musæ, quibus a cantu nomen est inditum. et Macrob. 2. Somn. 3. 4. Etrusci Musas - Camenas quasi canenas a canendo dixerunt. Adde Augustin. 4. Civ. D. 11. — Plerumque in plur. num., singulare fere poetice tantum adhibetur.

Camenæ ¶ 1. Sunt nymphæ Romanæ (Cf. Wissowa, Roschers Myth. Lex. I. 846). — 1.°) Proprie. Ovid. 15. Met. 482. Conjuge qui (sc. Numa) felix nympha ducibusque Camenis Sacrificos docuit ritus. Liv. 1. 21. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua - Numa - Camenis eum lucum sacravit, quod earum ibi concilia cum conjuge sua Egeria essent. Plin. 34. Hist. nat. 5. 10. (19). L. Accium poetam in Camenarum æde maxima forma statuam sibi posuisse. — 2.°) Metonymice, tutelæ artis poeticæ. — a) Personæ Musarum. — α) In sing. num. Liv. Andr. carm. frg. 1. virum mihi, Camena, insece versutum. Senec. Med. 625. ille vocali genitus Camena (i. e. Orpheus). — β) In plur. num. Carm. in Næv. Gell. 1. 24. 2. flerent divæ Camenæ Nævium poetam. Virg. 3. Ecl. 59. amant alterna Camenæ. Horat. 3. Od. 4. 21. vester, Camenæ, vester in arduos tollor Sabinos. Apul. Met. 11. 9. Camenarum favore sollers poeta. Paneg. 4. 9. Apollo medius Camenarum. Adde ibid. 4. 7., Pers. 5. 21., Martial. 8. 66. 2., Sidon. 6. ep. 2. 1., Aus. Mos. 474., Ennod. carm. 1. 2. 7. — 3.°) Translate, i. q. ars poetica aut carmen vel poeta. Hinc Camena Daunia apud Horat. 4. Od. 6. 27 (h. e. Horatius); Syracusia ap. Sil. It. 14. 30 (h. e. Theocritus); Himera ap. eund. ibid. 232 (h. e. Stesichorus); Pindaricæ et Ceæ ap. Horat. 4. Od. 9. 8.; Calabræ ap. Martial. 19. 95 (i. e. Horatius); Castaliæ ap. Auson. 10. ep. 8.; Latiæ et Cecropiæ ap. eund. 408. 31. Hinc etiam Horat. 1. Od. 12. 39. Camena insignis (i. e. quæ insignes facit). Id. a. p. 275. tragica. Id. 1. Ep. 18. 47. inhumana. sc. severa (quæ dedecet, quum Camenæ benignæ sint). Capell. 1. p. 1. « matre Camena progenitum » dixit Hymenæum. Adde Tibull. 4. 1. 24., Lucil. frg. 30. 61., Ovid. 3. Fast. 275., Stat. 1. Silv. 2. 257., Apul. Flor. 9., Rut. Nam. 1. 600. Auson. eid. 11. 22. Camenæ cum Sirenibus certant. — Camenarum ædes, fons, lucus, vicus comprehenduntur in regione Urbis I., cujus nomen Porta Capena, in Not. et Curios. Urb. — Hinc deriv. Camenalis, adj. ad Camenas pertinens. Avien. Arat. 496. Camenalis Hippocrene. Ennod. carm. 1. 3. 23. plectrum. — Camenius (Kamenius), cogn. vir. Ammian. 28. 1. 27 et Inscr. apud Orell. n. 2351. — Signum Cæjoniorum Julianorum: cf. Seek, PW. 3. 1859. 19. et 1864. 31. — Camene, nom. mul. Inscr. apud Momms. n. 973.

CAMERĀCENSIS. V. CAMARACUM.

CĂMĒRĒ (es), ager Bruttiorum. Ovid. 3. Fast. 5. 81. Parvus ager, Cameren incola turba vocat.

CĂMĒRĬA, æ, f. 1. (Καμερία) Camerium quoque dictum Plin. et Tac. locc. citt., oppidum priscum Latii, ab Albanis conditum tempore Latini Silvii (Diod. 7. 3. 6), inter Tibur et Variam, in colle situm (Cf. Nibby, Dintorni di Rom. I. p. 363. sqq.). De eo Liv. 1. 38., Tac. 11. Ann. 24. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (68). — Camerini, incolæ, victi a Romulo et Tatio; hinc Romanorum colonia, dein rebelles, regnante Tarquinio Prisco, iterum edomiti (Liv. loc. cit.) a. 140., iterumque rebelles extremo excidio obnoxii, partim occisi sunt, partim divenditi eorumque urbs in perpetuum deleta (Val. Max. 6. 5. 1).

CĂMĒRĪNI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Incolæ Cameriæ. V. hanc voc. ¶ 2. Item opp. Umbriæ, laudatum Cat. apud Fest. p. 284. M.

CĂMĒRĪNUM, i, n. 2. (Καμαρῖνον, rarius Καμερῖνον) Camarinum scribitur Rav. Guid. p. 492. — Vetus nomen Celt. fuerit Camer(s) necesse est propter ethnicon Camertes: cf. Tuder(s) - Tudertes (V. Bormann, Corp. XI. p. 816. sq. et Nissen, Ital. Landesk. II. 389).

Camerinum, oppidum Umbriæ, hod. Camerino, trib. Cornelia, in finibus Piceni, municipium (Inscr. apud Orelli n. 2172). De eo Cæs. 1. B. C. 15., Cic. 8. Att. 12., Corp. 11. p. 814. — Cat. or. frg. 61. « Camerini cives nostri oppidum pulcrum, agrum optimum atque pulcherrimum, rem fortunatissimam ». — Fœdere devinctum Romæ (fœdus æquum) civilium bellorum tempore sæpe memoratur (Cic. Balb. 20. 46., Cæs. loc. cit., Liv. 9. 36., coll. Appian. B. C. 5. 50. et Plut. Mar. 28). — Hinc Camerinus (Kamerinus), adj. Lib. col. II. p. 256. 16. Camerinus ager. — Absolute Camerinus, cogn. vir. Corp. 5. 8352 (Aquilejæ). et 8. 15021., Tac. 2. Hist. 72., Plin. 1. ep. 5. 3., Liv. 3. 31. — Quidam poeta apud Ovid. 4. Pont. 16. 19. « canit domitam Camerinus ab Hercule Trojam ». — Camerini, incolæ. V. suo loco. — Camers, tis, adj. Cic. Sull. 19. 53. ager. Inscr. apud Orell. n. 2172. municipes. — Camertes, tium et um, absolute, de incolis. Sall. Cat. 27., Cic. Balb. 20. 46., Liv. 9. 36. — Val. Max. 5. 2. 8. Camertum (gen. pl.). — Camers fuit etiam heros Rutulus apud Virg. 12. Æn. 224. « Cui genus a proavis ingens clarumque paternæ Nomen erat virtutis ». V. VENANTIUS. — Camertinus, adj. Cic. Balb. 20. 46. Camertinum (fœdus omnium) fœderum sanctissimum atque æquissimum.

CAMERĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Italiæ mediæ et septentrionalis, præcipue Venetiæ et Umbriæ. Catull. 55. 10. et 29. Corp. 5. 2855. Q. CAMERIO. Q. F. CVLLEONI PONTIFICI. — Cameria, nom. mul. Corp. 5. 2325 (Atriæ). — Hinc Camerianus, adj. Corp. 5. 8110. 271 (in agro Patavino) et absolute nom. vir. Corp. 13. 1569 (in Aquit.). — Deriv. Camerenus v. Camarenus. V. Schulze, Eig. p. 139.

CĂMILLUS, i, m. 2. Orig. vocis Etrusc., idque probare videntur accentus in prima syllaba positus (Quintil. 1. 5. 22.: cf. Schulze, Eig. p. 322.; sed contra Mar. Victorin. gramm. VI. 198. 10) et nom. gent. Camilius in Corp. 6. 14805 (Cf. Schulze, p. 290), fort. etiam scriptura Gamillus in Corp. 6. 6541. Cf. præterea « Marce Camitlnas in scriptura sepulcrali Tusca et nom. Mercurii apud Tuscos (V. infra). — Vocalem a brevem esse patet ex usu poetarum, sed cf. Cāmillo in Corp. 13. 5098. — De suffixo: Prisc. gramm. II. 115. 4. « Inveniuntur multa propria sive appellativa, quæ cum non sint deminutiva, formas tamen deminutivorum habent, ut Camillus, Tibullus ». — Antiquam orthographiam Casmillus et nominis significationem V. in Lexico. — Camilus, unico l, in Inscr. apud Momms. n. 2644.

Camillus, cogn. vir., in gente Arruntia, Ovinia, præcipue Furia. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Occurrit M. Furius Camillus, maximam celebritatem adeptus. De eo Culex 362. hic est et Horatia virtus, Hic et fama vetus numquam moritura Camilli. Sil. It. 13. 722. superos æquantem laude Camillum. — In plur. num. Virg. 2. G. 169. Hæc (tellus) Decios, Marios magnosque Camillos (extulit). Adde Cic. Sest. 68. 143., Cæl. 17. 39. et Pis. 24. 58. — Munitissimum Vejorum oppidum obsessum, alteram Trojam, post decem annos, a. 396. a. Chr. cepit ac dein Phaleriam. Accusatus porro de surrepta parte aliqua prædæ, ex Vejis reportatæ, in exsilium pulsus est, sed paulo post revocatus Urbem, a Gallis Senonibus captam, a. 390. liberavit eversamque (δεύτερος 'Ρωμύλος Lyd. mens. 27) refecit ac præfracte obstitit, quo minus cives ad Vejos habitandos se conferrent; brevi tamen peste affectus, obiit a. 364., postquam quinquies dictator fuisset, summis laudibus a scriptoribus quibuslibet celebratus, ex quibus citantur præter laudatos, Sidon. carm. 7. 568. cum Brennica signa Tarpejum premerent, scis, tum res publica nostra Tota Camillus erat. Auson. 415. 41. Capitolino veluti turbante Camillo Censibus et trutina Galli fugere relicta (alluditur auro, quod Romani Gallis ad se liberandos pendebant). et Lucan. 5. 278. Vejos habitante Camillo Illic Roma fuit. Adde Liv. 5. 28., 6. 3. et 4., Cic. ep. frg. II. 5., Horat. 1. Od. 12. 42., Virg. 6. Æn. 825., Propert. 3. 11. 59., Ovid. 3. Am. 13. 2., et 6. Fast. 184., Senec. suas. 7. 6., Tac. 2. Ann. 52., Claudian. 22. 390., Ammian. 28. 3. 9., Martial. 11. 5. 7., Hieronym. ep. 54., Augustin. 2. Civ. D. 17., Drac. Romul. 5. 214. — 2.°) Alii: L. Furius M. f. Camillus dictator, cos. a. 405. U. C. (Tac. 2. Ann. 52): C. Furius Camillus, æqualis Ciceronis (Cf. Onom. Tull. p. 262); L. Arruntius Camillus Scribonianus, cos. a. 32. p. Chr., cujus filia fuit Arruntia Camilla, de qua V Rohden, PW. 2. 1264. et 1266. — 3°.) Est et

iam nomen Mercurii apud Tuscos. Serv. ad Virg. 11. Æn. 543. et Varr. 7. L. L. 34., coll. Plut. Num. 7. — Ex mulieribus Camilla (Καμήλλη), priscâ scripturâ Casmilla, Volscorum regis Metabi et Casmillæ filia, quæ pro Turno contra Latinos et Æneam fortissime dimicavit. Virg. 7. Æn. 803. Id. 11. 432., 498., 535., 540. Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe Infantem, fugiens media inter prœlia belli, Sustulit exsilio comitem matrisque vocavit Nomine Casmillæ, mutata parte, Camillam (sc. Dianæ ministram: Serv. ad h. l.). Id. 7. ibid. 805. sqq. (Camilla) adsueta - prœlia virgo Dura pati cursuque pedum prævertere ventos. Illa vel intactæ segetis per summa volaret Gramina (Steph. ap. Burm. emend. volasset; sed nihil mutandum: vd. Ribbeck), nec teneras cursu læsisset aristas (enall. temp., fort. pro fut. periphr. læsura esset: cf. Wagner). et 608. medias inter cædes exsultat Amazon - pharetrata Camilla. et 657. dis. — Eam ab equa nutritam tradit Hygin. fab. 252., Aruntis manu interemptam Virg. 7. Æn. 808., Sidon. carm. 5. 189., Hieronym. c. Jovin. 1. 41. et Augustin. 8. Civ. D. 11. 92. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. I. L. 9. 2335.; 10. 1902. — Camilla, cogn. mul. Corp. 2. 4987 (ad 3. 6802: V. Ramsay). — Hinc Camillanus, adj. Corp. 15. 112 (æt. Traj. v. Hadr.) Camillanum opus. sc. Arruntiæ Camillæ. Sidon. 1. ep. 11. 15 fragor. sc. convivantium. - Camillianus, adj. Plin. 6. ep. 30. 1. villa (fortasse nomine accepto ab Arruntio Cam. v. ejus filia). - Camillius, nom. gent. vir. Corp. 11. 3208 (Nepete). et Camillia, nom. mul. C. 13. 2078. - Camillus, nom. gent. vir. Corp. 6. 22791. et Camilla, nom. mul. C. 13. 2551. — Etiam tribus (Καμιλλία) ex triginta quinque itemque fortasse ex octo, quas additas fuisse scribit bello sociali Vellej. 2. 20., coll. Appian. B. C. 1. 49. — Notatur plerumque Cam., Camil. in Corp. 5. 51., 7723. Suppl. ital. 182.; 8. 2533. - Perscriptum Camilia in Corp. 6. 1333., 2380. 6. etc.; 3. 13977.; 13. 6855., 8081.; 7. 188. Inscr. Dittenberger syll.[2] 315. 3. Λεύκιος Τρεμήλιος Γναίου Καμιλλία. Adde Inscr. Ephem. epigr. IV. 215. 35. — Huic tribui plura adscripta sunt oppida, ut Tibur (cf. Dessau Corp. 14. p. 569), Antium (Corp. 6. 13470), Pisaurum (Corp. 3. 2014), Sussa (Corp. 3. 32526), Ravenna (Corp. 2. 9.; 4. 22. 36. etc.). Alba Pompeja (Corp. 6. 2649), Pola (Corp. 5. 51) etc.

CAMIRUS (Camiros), i, f. 2. (Κάμιρος) ¶ 1. Est opp. insulæ Rhodi, ἀργινόεις dictum Hom. fortasse ex colore humi. Mela 2. 102. — Eam condidit Camirus (Κάμιρος), Solis filius (Hygin. fab. 275). Sic Comm. Lucan. 5. 50. Rhodon virgineum Sol - trigeminæ prolis fecit matrem, Jalisi, Camiri, Lindi, a quibus condita oppida cognominata sunt. — Camirenses, incolæ. Macrob. 1. Sat. 17. 35. (trad. Camerienses). ¶ 2. Item heros ἐπώνυμος urbis, fortasse originis Phœnicis v. Punicæ. Cic. 3. Nat. D. 21. 54., coll. Hygin. l. c.

CĂMĪSA, ōrum, n. plur. 2 (τὰ Κάμισα) oppidum seu castellum Asiæ in Ponto, hodie Keimes, in Itin. Ant. p. 207. et Tab. Peut. 10., coll. Strab. 11. 528. et 12. 560.

CĂMISĀRĒS (Camissares), is, m. 3. vir Car, manu fortis et bello strenuus regique Persarum carus, satrapes seu præfectus apud Leucosyros, prope Cappadociam, pater Datamis, de quo Nep. Dat. 1.

CĂMŌNIUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. I. L. 9. 6847., 6081. et 6252. Ad hanc gentem pertinet Camonius Rufus Bononiensis, amicus Martialis. Martial. 6. 8. 1.; 9. 74. 1. et 76. 1.

CAMPĀNI, ōrum. V. voc. seq.

CAMPĀNIA, æ, f. 1. (Καμπανία) Scribitur Kampania in Corp. 3. 6567. et 10. 1199. — Origo vocabuli est a campis. Sic Serv. ad Virg. 3. Æn. 334, « Varro filiam Campi Campam dicit, unde provinciæ nomen ». Et clarius Schol. Hor. sat. 2. 8. 56. « In campis vero sita est Campania, unde etiam nomen accepit ». Cf. Isid. 15. Orig. 1. 54. et Steph. Byz. 352. Κάμπος, κτίσμα Καμπανοῦ ἀφ' οὗ ἐκλήθησαν (Καμπανοί). — Struct. sine præp. Sueton. Tib. 72. Rediens Campaniam. Vitr. 8. 3. 12. Campaniâ Falernum vinum. — Est autem nom. geogr. et gent.

I.°) Campania, nom. geogr. ¶ 1. Est regio Italiæ australis, se protendens Latio usque in Lucaniam, hodie quoque Campania (Terra di Lavoro etiam dicta ob campos Laborinos: vd. CAMPUS), limites habens inter Latium, Samnium, Lucaniam et mare inferum, a monte Massico ad Silari ostium, fusius descripta Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (60. sqq.), Prisc. perih. 682. sqq. et Avien. orb. 886. sqq.; habitata primum, ante conditam Romam, ab Oscis seu Opicis (Plin. loc. cit.), dein a coloniis Græcis (Plin. ibid. Tac. 4. Ann. 57., Justin. 20. 1) a sæc. VIII. a. Chr., mox ab Umbris et Etruscis occupata (Plin. loc. cit.) inde a sæc. VI. a Samnitis (Liv. 3. 37); denique a Romanis, quorum initio socii (Id. 7. 29. et epit. 7), deinde adversarii, ab his ad Vesuvium devicti a. 414. pœnam subierunt (Liv. 8. 11), præter equites Campanos fideles, quibus civitas data est (Vellej. 2. 14. et Enn. rel. v. 175. Vahl.); postea in bello Gallico Cisalpino Romanorum auxiliares a. 529.; iterum vero rebelles secundo bello Punico, sed, Hannibale profligato, cum Romanis congressi aliquando victores, dein victi (Liv. 26. 4. et alib.). — Coloniis Rom., primum a C. Julio Cæsare, post ab impp. sæpe deductis, habitata ob singularem soli fertilitatem ac cæli temperiem. — Laudatur Flor. 1. 16. Omnium non modo Italiæ, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga est: nihil mollius cælo: denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo: ideo Liberi Cererisque certamen dicitur etc. Propert. 3. 5. 5. Campania pinguis. Mel. 2. 70. amœna Campaniæ litora. Sic Plin. 3. Hist. nat. 5. 6. (40). Campaniæ ora per se felixque illa ac beata amœnitas. et Solin. 2. amœnissimus tractus. Tac. 1. Hist. 2. fecundissima ora. et 3. ibid. 60. pulcherrima. Sil. It. 6. 651. mitis. et 8. 524. dives opum. Prud. c. Symm. 2. 746. fertilis. Carm. epigr. 1552. 31. dives vino. Symm. 1. ep. 7. 1. nitet agri ubere et arbusti honore. et 7. 35. ut est absentibus desiderabilis, ita facile explet morantes. — Fuit sub Augusto Latio I. conjuncta; postea cumulata beneficiis ab Hadriano imp. (Spartian. Hadr. 9) et Antonino Pio et Philosopho (Capitolin. Ant. P. 7. et Ph. 10). — Administrata porro fuit a prætore urb. v. a præf. Urb. non a juridico, ut ex spuria inscr. apud Orelli n. 3173., monente Borghesi apud Henzen in Ann. Ist. arch. 1868.; dein provincia, sub Diocletiano et seqq. impp., a proconsulibus (Titul. Ligor. et Jul. Firmic. 1. Math. præf.) et ab Aureliani tempore a correctoribus, dein dictis consularibus (Not. Dign. occ. 2. et 18. et 51). Cfr. Momms. de prov. et inscr. n. 2511. et 4855.: Cantarelli, Bull. com. 1892. p. 184-188., 191. et 211. et De Ruggiero, Diz. epigr. II. 43. sq. — De ea vd. Momms. Corp. 10. p. 498.; Nissen, Ital. Landesk. II. 680. sqq.; Beloch, Campanien.[2] 443-446. et etiam Garrucci, Mon. d'It. 87. ¶ 2. Item nom. Epiri. Serv. ad Virg. 3. Æn. 334. Epirum campos non habere omnibus notum est, sed constat ibi olim regem nomine Campum fuisse et Epirum Campaniam vocatam. V. tamen Steph. Byz. ad v. Καμπανία. ¶ 3. Item regio Galliæ. Greg. Tur. 3. Fr. 16. Campaniæ iter. et 9. ibid. 9. regnum. et glor. conf. 66. Apud Tricassinorum Campaniæ urbem. — Hinc Campanensis, adj. apud eund. 10. Fr. 27. Campanensis populus. — Absolute, Campanenses, incolæ. Id. 5. ibid. 14. Exercitum contra Campanenses movit.

II.°) Campania, cogn. gentilicium (Cf. Schulze, Eig. p. 342., 525., 532). — Hinc

Campanus, a, um, adject. (mutatum pro Gr. Καμπανός, Osc. Kapvans - Καππανο, Καπο in nummis - a Capua: v. Schulze, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 33. 374), ad Campaniam et etiam Capuam pertinens. — Campas, æ (a), m. cogn. vir., Græcorum more (Καμπᾶς, ᾶ) pro Campanus, ut Lucas pro Lucanus etc. Cf. Plaut. Trin. loc. cit. (Non. 8. 28), ubi Ritschl leg. Campans. — Compend.: Camp. in Corp. 4. 1216. et Cap. 6. 30732. ¶ 1. Ad Campaniam pertinens. Colum. 3. 8. 4. Campanus ager. Martial. 13. 101. 1. Lyæum. Stat. 3. Silv. 3. 162. litus. Porph. Hor. 3. Od. 16. 34. pretiosissimum vinum. Symm. 4. ep. 21. 1. regio. ¶ 2. Ad Capuam pertinens (Cf. Καππανός in nummis Gr.). Plaut. Trin. 545. Campans genus. Lucil. 507. Campanus sonipes. Cic. 2. leg. agr. 32. 86. colonia. Id. ibid. 28. 76. ager orbi terræ pulcherrimus. Id. 2. Att. 18. lex. Id. 1. Fam. 9. causa. Virg. 10. Æn. 145. urbs (i. e. Capua). Liv. 7. 30. populus. Flor. 2. 6. 22. Hannibalem Campani soles et tepentes fontibus Bajæ subegerunt. — Pons Campanus, super amnem Savonem. Horat. 1. Sat. 5. 45. Proxima Campano ponti quæ villula (hod. ponte di Casalino, quinque m. p. a Capua). Adde Itin. Burd. p. 611. et Tab. Peut. 6. — Alia addimus in alterutrum sensum: C. porta, una ex iis, quæ erant Casini. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6617. — C. rosa, celeberrima, teste Plin. 21. Hist. nat. 4. 10. (16)., coll., Martial. 9. 61. — C. supellex, h. e. vasa fictilia, propter soli bonitatem, plurima ac vilis pretii. Horat. 1. Sat. 6. 118. — C. morbus, faciei verrucæ sive tubera (non fœditas oris impudici, ut interpretatur Porphyr.). Horat. 1. Sat. 5. 62. ¶ 3. Ad campos, ut videtur, pertinens, quasi campester. — a) Campana via, ad Romam secus Tiberim et viam Portuensem (V. Lanciani apud Henzen, Scavi etc. p. 107). Inscr. apud Marini, fr. Arv. p. 7., Sueton. Aug. 94. et Orelli. Inscr. Suppl. ap. Henzen n. 6660. — b) C. via, ap. Vitr. 8. 3. 17. Agro Falisco via Campana in campo Corneto est lucus, in quo fons oritur. — C. via publica, ad Amiternum. Corp. 9. 4321. IN VIA(M) POPLICAM CAMPANAM (V. Hülsen PW. 3. 1434). ¶ 4. Campana - a) Est statera in usu apud Romanos. V. Lexicon. - b) Item tribus Romana, olim ita habita, sed a numero tribuum explodenda, monente Orell. in Inscr. coll. II. p. 12. et 13. ad n. 3070. et 3071. - c) Idem ac nola. Gloss. Lat. Gr. Campana: κώδων. — Campanus, cogn. vir. Corp. 6. 1057., 1. 114 (a. 210). - E primoribus Tungrorum, apud Tac. 4. Hist. 66. — Campana, cogn. mul. Corp. 2. 981. 1663. — Hinc Campanius et demin. Campanula (C. 8. 12774) et Campanilla (C. 3. 3535). — Campanicus, adj. Plaut. Pseud. 146. peristromata Campanica. Cato agr. 135. 4. aratra. — Campanianus, Sidon. ep. 1. 10. et Greg. M. ep. 1. Cf. Campius, Campianus, Campunius, Campasius, Campatius, Campilius, ap. Schulze, Eig. p. 115. adn. 3. et p. 352.

Campani, ōrum, m. plur. 2. incolæ ¶ 1. Campaniæ. Liv. 23. 35. Campani per se adorti sunt rem Cumanam suæ dicionis facere. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (61). Tenuere Campaniam Osci, Græci, Umbri, Tusci, Campani. Adde Flor. 1. 18. 1., Porphyr. Hor. 1. Od. 5. 62., Sidon. carm. 5. 46. — Hinc et Campanienses, idem Corp. 4. 470. ¶ 2. Item Capuæ et possess. urbis. Act. triumph. Capit. a. U. C. 414. de Campanis. Enn. ann. 169. Cives Romani tunc facti sunt Campani. 7. 20. Cic. 1. leg. agr. 7. 20. Superbia (cavenda est), nata inibi esse ex Campanorum fastidio videtur. Id. 2. ibid. 32. 88. Si agrum Campanis ademissent - publicum ex illa urbe consilium sustulissent, imaginem rei publicæ nullam reliquissent, nihil fore quod Capuam timeremus. et ibid. 35. 95. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salubritate etc. Liv. 8. 14. Campanis, equitum honoris causa, - Fundanisque et Formianis - civitas sine suffragio data. et 9. 6. Quod ubi est Capuam nuntiatum, evicit miseratio justa sociorum superbiam ingenitam Campanis. Adde Val. Max. 2. 3. 3., Vellej. 1. 14. 3., Senec. 7. Benef. 4. 3., Oros. 4. Hist. 17. 12.

CAMPĒ. V. CAMPUS.

CAMPENSIS, e, adj. V. CAMPUS et CAMPITÆ.

CAMPESTER, is, et Campestris, e, adj. et

CĂMPI. V. CAMPUS.

CAMPĪTÆ, ārum, m. plur. 1. genus hæreticorum, qui Campenses apud Hieronym. c. Lucif. 28. Audieris eos, qui dicuntur Christi, non a Domino Jesu Christo sed a quoquam alio nuncupari, ut puta Marcionitas - Campitas.

CAMPŌDŪNUM. V. CAMBODUNUM.

CAMPŌNA, æ, f. 1. oppidum Valeriæ Ripensis in Pannonia, nunc Zsambeck, in Itin. Ant. p. 245., ubi erat statio equitum Dalmatarum (Not. Dign. occ. 32).

CAMPUS, i, m. 2. locus planus ac patens, v. ager cultus, v. spatium ædificiis vacuum, præsertim in urbe, certorum conventuum causa, campo,

plazza, V. Lexicon. — Speciatim ¶ 1. Est nom. loci cum additis, ex quibus præcipua exponimus, sc. — a) In sing. num. — Campus Agrippæ v. Agrippes, Romæ in reg. VII., campi Martii confinis vel ejus pars, ubi Agrippa postea Pantheon ædificavit ac thermas, quarum pars reperta est a. 1888. Not. et Cur. Urb. 10., 11., 26., 27. Pr. — C. Brutianus, in reg. XIV. trans Tiberim, dictus fortasse a Brutianis ibi stationem habentibus, (V. Nibby, Dint. di Rom. I. 65). — C. Cælimontanus, in Inscr. reperta Romæ apud Orelli n. 2617., in reg. II. Cælimontio. — C. Elysius. V. ELYSIUM. — C. Esquilinus, in reg. V., de quo Sueton. Claud. 25. et 9. Phil. 7. in fin. — C. Horatiorum. V. HORATII. — C. Laborinus. V. Campi Laborini. — C. Martialis in Cælio monte, ubi Equiria fiebant, apud Paul. Fest. p. 131. M., idem fortasse qui Cælimontanus, minor dictus Catull. 55. 5. — C. Martius, major, hodie Campo Marzio (V. Lexic.), quamvis limitibus antiquo angustioribus, sc. universim planities Romæ inter Tiberim et colles Capitolinum, Quirinalem et Pincium, quæ extra Urbem erant, dictus a Marte, cui consecratus fuerat (Liv. 1. 44); alio nomine Campus Martis ap. Ovid. 5. Trist. 1. 32.; Tiberinus ap. Gell. 7. 7. 4.; poet. gramen Martium ap. Horat. 3. Od. 7. 26.; Campus absolute ap. Lucan. 1. 580.; ubi plurima templa aliaque monumenta erant exstructa, de quibus suo loco dicendum. — Plura de hoc V. in Lexico. — C. Phlegræus. V. PHLEGRÆUS. — C. Salinarum Romanarum, pars ex paludibus salinis ad ostia Tiberis, inter Portum Claudii apud hod. Fiumicino et Ponte Galera, etiamnum Campo Salino, in Not. degli scavi 1888. p. 228. — C. Sceleratus, in Quirinali monte, ubi porta erat Collina, ab incesto Minuciæ Vestalis nuncupatus, quæ sub terram viva defossa est. Liv. 8. 15. Cf. Plut. Num. 10. et Fest. p. 333. — C. Vaticanus. V. VATICANUS. — b) In plur. num. Campi Aleii V. ALEIUS. — C. Canini, dicti a quodam Cano, in finibus Lepontiorum ad Verbanum lacum, ubi pagus Bilitiona, hod. Bellinzona. Memorantur Ammian. 15. 4. 1., coll. Sidon. carm. 5., ubi Campi Cani dicuntur. — C. Laborini, apud Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (60). (et 17. ibid. 4. 3. [28]. Laborinus campus). qui et Laboriæ appellantur (il territorio di Gaudo), in Campaniæ tractu, qui a viis consularibus, Capuam ducit, et Volturno amne finitur, hinc tota Campania nunc Terra di Lavoro dicitur, quia ingens sit labor in eo colendo, « quod agrorum genus Itali di terren forte vocant ». Ita Forcellin. — C. Lapidarii in Liguria (Solin. 2.): v. Lapidei in Gallia Narbonensi (Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. [34]), dicti « quod Jovi, eo (sc. Hercule) dimicante, creduntur pluvisse saxa ». Ita Solin. loc. cit., Capell. 6. 642. et Mel. 2. 5. 4., Plin. loc. cit. et Strab. 4. 182. collocant inter Rhodani ostia et Massiliam, hod. la Crau v. la plaine de la Crau (V. Desjardins, Emb. du Rhôn. etc. p. 34); unde Hercules Lapidarius = Saxanus in Inscr. apud Orelli n. 2012., Niciæ (Nizza) reperta. — C. Macri, planities Italiæ in reg. VIII. ad occid. Mutinæ, inter Appenninum et viam Æmiliam, olim ita dicti a sterilitate soli, ubi Romani cum Liguribus bellantes a. 176. a. Chr. castra stataria posuerunt, quæ deinde in pagum excreverunt Augusti temporibus florentem, sed sub Tiberio a pristina prosperitate delapsum, hodie Magreda. Memorantur Varr. 2. R. R. pr. 6., Liv. 41. 18. et 45. 12., Colum. 7. 2. 3., Corp. 10. 1401. et 11. p. 170., coll. Strab. 5. 216. — C. Veteres, in Lucania, ubi Ti. Gracchus periit, nunc Vietri v. vicus Campitelli, apud Liv. 25. 16. — Alii, notatu digni, alibi describuntur. ¶ 2. Est nom. propr. pers., sc. — a) Rex Epiri. Serv. ad Virg. 3. Æn. 334., unde Campania vocata. V. CAMPANIA sub I. 2. — b) Item conditor Capuæ. Id. ad eund. 20. 145.

CAMPȲLIDÆ, ārum, m. plur. 1. nom. Epiroticorum. Serv. ad Virg. 3. Æn. 334. Posteros (regis Campi) Campylidas dictos et Epirum Campaniam vocatum, sicut Alexarchus, historicus Græcus, et Aristonicus referunt. — Cf. Campylius, nom. gent. Inscr. apud Momms. n. 6658.

CAMŬLŌDŪNUM. V. CAMALODUNUM.

CAMŬLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. Martis Celticum, apud Remos. Corp. I. L. 13. 4709. — Corp. 13. 398 (apud Treveros) MARTI CAMVLO., ubi Camulus videtur agnomen vel asyndeton. — Videtur tamen et de aliis numinibus usurpatum. ¶ 2. Est etiam nom. vir. Celt. Corp. 5. 547 (Tergeste). — Hinc Camŭlŏgĕnus, i, nom. Celt. Cæs. 7. B. G. 57., dux Parisiorum Aulercus, rei militaris peritissimus. — Camulius (Camullius), nom. gent. Corp. 11. 1840 (Arretii). Fortasse conferend. Etr. Camo (V. Schulze, Eig. p. 140). — Camulianus, Camulinus, Camulinius. V. Corp.

CAMŪNI v. Cammuni, ōrum, m. plur. 2. (Καμοῦνοι et Καμμούνιοι) gens sive Rætica sive Euganea (Cf. Momms., Corp. 5. p. 519), ap. Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (134). et Corp. 5. 4957. — Videntur adscripti fuisse trib. Quirinæ (Biemmi et Bernier); qui Romanis subjacuere a. 16. a. Chr. nomenque indiderunt valli, quæ Camonica dicitur. — Civitas Camunnorum monumentum erexit in honorem Drusi Cæs. a. U. C. 776 (Inscr. ap. Labus, Marm. Bresc. p. 156). De iis vd. etiam Liv. 54. 20. et Strab. 4. 206.

CAMUS (Camos). V. CHAMUS.

CĀNA, indecl., et Cana, æ, v. Canæ, ārum, f., v. Cana, ōrum, n. Hebr. Qânâh v. Qâne « arundinetum », LXX. Χελκανά, i. e. (na)hhal qânâh « torrens arundineti ». Est autem nom. geogr. et person.

I.) Cana, nom. geogr., sc. ¶ 1. Oppidum Galilææ gentium seu superioris, in tribu Aser. Vulg. Jos. 19. 28 (LXX. Κανθάν, cod. Alex. Κανά), non confundendum cum Cana Galilææ (de quo infra), hod. quoque Qânâ, et Arabiæ (V. Robinson, Bibl. Res. in Pal. II. p. 456. et Van de Velde, Mem. to accomp. the Map etc.), quem locum fusius describant Lortet, La Syr. d'aujourd'hui in Tour du mond XLI. p. 30. et Renan, Mission de Phén. p. 635. sq. ¶ 2. Item Cana Galilææ infer., ut a priore distinguatur (Κανᾶ), ubi Christus incohasse videtur publicum suum magisterium et in nuptiis, aqua in vinum conversa, fecit « initium signorum et manifestavit gloriam suam », quæ et patria Nathanaelis seu Bartholomæi, ap. Vulg. Joh. 2. 1. 11., coll. 4. 46. et 21. 2., Hieronym. ep. 46. et nom. Hebr. p. 66. — Situm alii ponunt, ubi nunc Kefr-Kenna in via Nazareth ad lacum Tiberiadis; alii, ubi Khirbet Qana prope Nazareth et Capharnaum (Conder, Handb. p. 407. et Le Camus, Vie de N. S. J. Chr. I. p. 272).; alii denique, ubi Kanet el-Galil ad septentr. Nazareth, quibus favent heterodoxi et increduli, ut eos sugillent, qui sacras ædes, ubi est Kefr-Kenna, exstruxerunt. ¶ 3. Item in tribu Ephraim. Hieronym. sit. et nom. p. 109., coll. Jos. 16. 8. et 17. 9 (hebr.). et Jos. 1. 4. 7. εἰς Κανὰ χείμαῤῥουν. ¶ 4. Item Cănă, oppidum Æolidis, hod. Canot, in promontorio (Cap Colonni) situm (Κάνη). Mel. 1. 18. 2. et Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122). — Liv. 36. 45. Canas. ¶ 5. Item oppidum in sinu Arabico. Mela 3. 8. 7. Cf. Chene ap. Ezech. 27. 23. et Canen ap. Plin. 6. Hist. nat. 23. 26. (104). ¶ 6. Item oppidum Germaniæ, hod. Cannstadt, in regno Wurtembergensi. Inscr. apud Orelli n. 4978. ¶ 7. Item insula Oceani occidentalis, hodie Canna, apud Ravenn. p. 441. ¶ 8. Item castrum Cana venusta in Not. Gall. 10. 8. chron. I. p. 598.

II.) Cana, cogn. mul., fortasse a canitie ductum. Cic. 13. Att. 46. « Gallia Cana ». Alii leg. Kana.

CANAAN. V. CHANAAN.

CĂNĂCĒ, es, f. 1. (Κανάκη) filia Æoli regis, soror Macarei, quæ cum fratre corpore mixto puerum peperit. Hic quum extra regiam ad educandum mitteretur, se ipse vagitu avo prodidit; unde Æolus jussit puerum canibus objici: filiæ ensem per satellitem misit, ut eo pro meritis uteretur, quo illa necem sibi conscivisse fertur; Macareus vero fugit. Ovid. 2 Trist. 384., Ib. 357., Hygin. fab. 238. et 242. Serv. ad Virg. 1. Æn. 75. Propter Canacen et Macareum in se invicem turpissimos fratres. — Inde Martial. 11. 9. 1. Æolidos Canace jacet hoc tumulata sepulcro. Adde Corp. I. L. 6. 14318.

CĂNĀCHĒ, es, f. 1. nom. canis Actæonis (Κανάχη). Ovid. 3. Met. 217. et Hygin. fab. 181.

CĂNĀCHUS, i, m. 2. (Κάναχος) nom. statuariorum Sicyoniorum. ¶ 1. Canachus major, filius Cleœtæ, frater Aristoclis, sæc. V. a. Chr. De eo Cic. Brut. 18. 70. Quis enim eorum, qui hæc minora animadvertunt, non intelligit Canachi signa rigidiora esse quam ut imitentur veritatem. Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora quam Canachi. — Fusius de ejus operibus Plin. 34. Hist. nat. 8. 19 (75). ¶ 2. Item Canachus minor, priorum fortasse nepos, discipulus Polycleti (Paus. 6. 13. 7). Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (50). XCV. Olympiade floruere Naucydes, Dinomenes, Canachus, Patroclus. Fronto p. 113. 11. N. Quid si quis postularet, ut Phidias ludicra aut Canachus deum simulacra fingeret? — Incertum, uter nominetur Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (42). « Canachum, laudatum inter statuarios, fecisse marmorea ».

CANANÆUS, a, um, adj. ¶ 1. Est ad Canaan pertinens. V. CHANAAN. ¶ 2. Est etiam cogn. Simonis ap., ita dicti, non a patria, sc. Cana Galilææ, nam tunc græce esset Καναῖος v. Κανίτης; sed ab Heb. qannâ' et Aram. qanâ'nî « zelotes », græce redditum Καναναῖος, latine vero rectius scribitur Chananæus, cum aspiratione. Vulg. Matth. 10. 4. Simon Cananæus etc., quam vocem interpretatur Luc. 6. 15. (Jesus elegit) Simonem, qui vocatur Zelotes. h. e. ex iis, qui singulari studio religionem et observationem legis tuebantur. V. ZELOTES.

CĂNĀRIA, æ, f. 1. nom. insulæ in Atlantico mari, fort. hodie la gran Canaria, una ex insulis Fortunatis, teste Capell. 6. p. 228.; unde et reliquæ Canariæ dictæ sunt, apud Arnob. 6. p. 192., cum incolis nunc septem, quarum caput Las Palmas. — Ita porro appellata est ex canibus ingentis magnitudinis ibi repertis, uti tradunt Plin. 3. Hist. nat. 32. 37. (205). et Solin. 56.

CĂNĀRII, ōrum, m. plur. 2. gens Africæ circa Atlantem in Mauretania, proximorum saltuum accola, ubi elephantorum ferarumque et serpentium omnigenum copia, qua vescitur, teste Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (15).

CĂNATH indecl. v. Canatha, æ, f. 1. (Hebr. Qenâd « possessio »; LXX. ἡ Καάθ, cod. Alex. ἡ Κανάθ). Scribitur etiam Chanath, Canata, Canast, Chanatha.

Canath, nom. oppidi Syriæ Decapolitanæ in tribu Manasse, in regione Thraconitide juxta Bostra (Hieronym. sit. et nom. p. 109), olim Amorrhæorum, ad regnum Og, regis Basan, pertinens, nunc Quanawât. Memoratur Vulg. Num. 32. 42. Nobe quoque perrexit et apprehendit Chanath (Ital. cod. Lugd. Canaath) cum viculis suis vocavitque eam ex nomine suo Nabe (Canath cod. Amiat.). Hieronym. nom. Hebr. p. 16. Canath æmulatio sive zelotypia (Cf. CANANÆUS). Adde 1. Par. 2. 23., Heges. 1. 32. et Tab. Peut. 10. — Videtur fuisse colonia deducta vel instaurata a Septimio Severo imp. (Inscr. in Bull. d. Ist. arch. a. 1867. p. 204). — De ea vd. Inscr. Gr. et Lat. de la Syrie, Paris 1870. ed. W. H. Waddington, et nummos apud F. de Saulcy, Numism. de la Terre Sainte 1874. p. 400. Cf. etiam Chauvet et Isambert, Syrie, Pal. Paris 1887. — Hinc ethnicon Canathenus, in Corp. 3. 11976. Const. vet. 78. p. 1991. extr. COHORS I. FLAVIA CANATHENORVM.

CANDĂCĒ, ēs, et æ, et Candace, is, f. (Κανδάκη). In inscriptt. hieroglyph. legitur Kantaki (Lepsius, Denkmal. V. 47. et Brugsch, Entziff. d. meroitisch. Schriftd. Leipz. 1887); cujus tamen etymon ignoratur. At Hieronym. nom. Hebr. p. 66. « Candacis (Candaces F) commutatæ ».

Candace, regina Æthiopiæ, ut dicitur Vulg. Act. 8. 27. Et ecce vir Æthiops, eunuchus potens Candacis reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas ejus. Jul. Val. 3. g. Alex. M. 28. Regina oppido erat - pulcritudine famosissima - sed feminæ nomen Candace dicitur. — Videtur nomen fuisse commune Æthiopum reginis, teste Plin. 6. Hist. nat. 29. 35. (186). In Meroe oppido regnare feminam Candacem (al. Candacen), quod nomen multis jam annis ad reginas transiit. — Ad regionem

quod attinet, ubi fertur regnasse, ex *Mashahhafa Mesethir*, seu *Liber Mysterii*, et *P. Tellez, Hist. gen. d. Æthiop. I. c.* 28. discimus eam fuisse a *Kusch*, hod. *Nubia, Kordofan, Abissinia*), quam primus christianam religionem docuisset eunuchus seu unus ex præcipuis aulæ regiæ administris, probabilius gente Judæus quam proselytus, uti vult *Euseb.* 2. *H. E.* 1. At recentiores *Ludolf (Hist. Æthiop. l.* 2. *c.* 4. 1680) et *Dillmann (Zur Gesch. des axumitsch. Reichs* 1880. *p.* 4) defendunt fuisse Meroen, regionem sitam ad confl. Nili et Astaboræ (hod. *Tacassi*) idque arguunt ex *Inscripit.* Meroes *citt.* et adfirmat etiam *Plin. loc. cit.* Ceterum et Meroe ad Æthiopiam pertinet. *V.* MEROE. — Hinc *Candacisci* Æthiopes nominantur, fortasse illi, qui Candacis alicujus imperio parebant. *Ravenn. p.* 416. Æthiopas Auxumitanos, Æthiopas Candaciscos Troglodytarum.

CANDÆI. *V.* PANCHÆI.

CANDAULES, is, v. æ, et Candaulus, i, m. (Κανδαύλης v. Κάνδαυλος) *Tzetz. Chil.* 6. *hist.* 54. interpretatur τὸν σκυλοπνίκτης, *pelle præfocatus*, quod tamen *Jablonsk.* ita emendat ut sit σκυλοκλάπτης, *spolia auferens*, dictum de Mercurio et Hercule (*Hesych.* Κανδαύλης Ἑρμῆς ἢ Ἡρακλῆς) aut σκυλοπνίκτης *pelle* leonina indutus *pugnans*.

Candaules ¶ 1. Fuit rex Lydiæ, Myrsi filius (*Myrsilus* apud *Plin.*), ultimus ex genere Heraclidarum (*Herod.* 1. 7-11), qui Gygem, ut fuse narrat *Justin.* 1. 7., sodalem suum ad adulterium propriæ uxoris sollicitavit, ob idque occisus. De eo vd. etiam *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (55). et *Hieronym. chron.* a. Abr. 1301. ¶ 2. Item rex Æthiopum, tempore Alexandri M. *Jul. Val.* 3. *g. Alex. M.* 30. et *alib.* ¶ 3. Est etiam nom. liberti. *Corp.* 10. 8406 (*Terracinæ*). Kandaules.

CANDĀVĬA, æ, *f.* 1. (Κανδαουία) regio salTuosa in Illyrico orient. ad occid. lacus Lychnitis, ubi sunt montes Candavii, eam a Thessalia et Macedonia disterminantes, et via Egnatia. *Lucan.* 6. 331. terræque secutus Devia, qua vastos aperit Candavia saltus Contigit Emathiam - Thessaliam. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. (145). Montes Candaviæ. *Senec. ep.* 31. 9. Per deserta Candaviæ. — Apud *Rav. p.* 4. mansio in Epiro. *Tab. Peut.* 7. Candabia. *et Itin. Burd. p.* 607. Grandavia.

CANDĬDUM, i, n. 2. *V.* voc. seq.

CANDĬDUS, i, m. 2. cogn. ætatis imperatoriæ, a colore factum. *Corp. I. L.* 8. 2752 (*a.* 193).; 11. 3756. Kandidus. *et* 1355. Gandidus. — Nom. equi. *C.* 6. 10053 d. 10. ¶ 1. Memoratur *Candidus* — 1.°) Historicus, qui res conscripsit Leonis I. et Zenonis Isauri impp. (a. 457-491), ex Isauria Tracheotide oriundus. *Suid.* in v. χειρίζω. — 2.°) Scriptor, qui floruit temporibus Commodi et Severi impp. et « in Hexæmeron pulcherrimos tractatus edidit » ut ait *Hieronym. vir. ill.* 48., sed ejus opus deperditum est. — An sit idem Candidus, qui Valentinianam hæresim defendit, apud *Hieronym.* in *apol. c. Rufin.* 2. 18., a quibusdam disputatur, de quo *ibid.* 19. Habetur dialogus apud Græcos Origenis et Candidi, Valentinianæ hæreseos defensoris, in quo duos andabatas digladiantes inter se spectasse me fateor. — 3.°) Etiam nom. ficticium, improbi amicitiam affectantis. *Martial.* 2. 24. et 43. et 3. 36. — 4°.) Alii nobiles, equites, consules in *Corp.* 11. 6163.; 9. 2955., 15847. etc. — In titulis. *V.* supra. — 5.°) Nom. dei Celtici. *Corp.* 13. 2901 (*sæc. III*). ¶ 2. *Candida*, apud *Maxim. eleg.* 4. 7. Virgo fuit, facies dederat cui candida nomen est Candida. Adde *Paul. Med. vit. Ambr.* 4., ubi sermo est de Candida, comite Marcellinæ, sororis Ambrosii. — In titulis, cogn. mul. *Corp.* 14. 671., 3337. — Hinc, absolute, *Candidum*, nom. promontorii — *a)* In litore Africo ad Hipponem Diarrhytum, hod. *Cap Blanc*, ap. *Mel.* 1. 34. et *Solin.* 27. — *b)* Item in Gallia Narbonensi. *Avien. or.* 601. — *Area Candidi* urbis Romæ. *Reg. urb. VI. p.* 9. 9. — *Candidius (a)*, nom.; *Candidianus* et *Candidianius*, cogn.; *Candidinus*, cogn. et *Candidinius*, nom. gent.; *Candidula, Candidiola, Candidosa* in *Corp.* — *Candidiani pons* ad Ravennam. *Cassiod. chron. II. p.* 159., tertio milliario ab urbe regia Ravennate, ut ait *Jorn. Get.* 147. — *Candidianus*, adj. ad Candidum aliquem v. Candidianum pertinens. *Corp.* 6. 30937 (*V.* adn. *Momms.*). — Hinc *Candidiana statio* Mœsiæ inferioris. *Itin. Ant. p.* 223. et *Not. Dign. occ.* 40.

CANNĔFATES, ium v. um, m. plur. 3. (Scribitur etiam *Cannenefates, Cannanafates* etc.) populi Germaniæ inf. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 15. 29. (101). Nobilissima Batavorum insula et Caninefatium (*al.* Cannenefatium). — Fuerunt subacti a Tiberio imp. a. 4. p. Chr., teste *Vellej.* 2. 105. Adde *Tac.* 4. *Ann.* 73. et 4. *Hist.* 15. et 16. et 19.

CĂNĪNĬUS, ii, m. 2. *V.* CANIUS.

CĂNIS, is, m. 2. ¶ 1. Est cogn. a noto animali ductum. *Horat.* 2. *Sat.* 2. 55. Avidienus, cui Canis ex vero dictum cognomen adhæret. *V.* AVIDIENUS. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii, qui et *Cynos*, in Arabia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (149).

CĂNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. a *Canus* fortasse derivatum. — Primam longam testantur *Martial.* 1. 61. 9., 3. 20. 1. etc. et *Corp.* 9. 4471. Sed cf. *Schulze, Eigenn. p.* 144. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit poeta, memoratus *Varr.* 6. *L. L.* 8. 81., de quo tamen ambigitur. Cf. *Schanz, Röm. Litteraturgesch. I.*² 1. 228. — 2.°) Item eques R., homo non infacetus et satis litteratus, de quo *Cic.* 2. *Orat.* 69. 280. et 3. *Off.* 14. 58. — 3.°) Item Gaditanus poeta lepidissimus, cogn. *Rufus*, celebratus *Martial.* 3. 20. et 64., coll. 7. 69. et 1. 62. — *Canii*, plur. num. apud *Boeth. Consol.* 1., ubi et Senecæ et Sorani. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 5661. — *Cania*, nom. mul. *C.* 10. 884 (*in agro Atinate*). — Hinc deriv. *Canio (onis)*, cogn. *C.* 9. 3109. — *Canianus*, adj. *Tab. alim. Vel.* 2. 64. Saltus Canianus. — *Canidius*, nom. gent. *Corp.* 6. 9177. Adde *Cic.* 10. *Fam.* 21., *Senec. suas.* 7. 3. — *Canidia*, nom. mul. *Corp.* 6. 14322. — Apud *Horat.* 1. *Od.* 16. et *Epod.* 5. 17. etc. mulier venefica, nom. fictum, sub quo latebat *Gratidia*. *V. Gensel, PW.* 3. 1478. — *Canidianus*, cogn. vir. *Corp.* 6. 6239 (*in mon. Statil.*). — *Caninus*, fortasse a *canis*, nom. serv. in *Inscr. Ist. arch.* 1855. p. 51. — *Canini Campi*. *V.* CAMPUS. — *Canulejus*, nom. gent. pleb., *Liv.* 4. 1. De conubio patrum et plebis Canulejus, trib. pl., rogationem promulgavit. Adde *Flor.* 1. 25., *Cic.* 2. *rep.* 37. et *Ampel.* 25. — Alii: *Liv.* 4. 44. et 41. 25., *Corp.* 11. 6703., *Cic. Brut.* 92. 317., 2. *Verr.* 70. 171. et *Cæs.* 3. *B. C.* 42. — *Canuleja*, nom. mul. *Corp.* 6. 21577. — Hinc *Canulejus* et *Canulejanus*, adj. *Cic.* 2. *rep.* 37. et 2. *Verr.* 74. 188. — *Canulenus, Canulanius* etc. *V. Schulze, Eig. p.* 152., 852., 459. — *Canisius (a)* et *Canitius (a)*, nom. gent. *C.* 8. 17841. et *Inscr. Bull. arch. du com. d. trav. hist.* (1898) 215. — *Canīnius (Canninius)*, nom. gentis plebejæ. — 1.°) Apud scriptores distinguuntur - Caninii Rebili: ut *C. Caninius Rebilus*, prætor, cui Sicilia provincia a. 583 = 171. decreta est, *Liv.* 42. 28.: item *C. Caninius Rebilus*, legatus Cæsaris, unius diei consul a. 709 = 45. *Cic. facet. dict.* 22. *Müll.* (ex *Macrob.* 2. *Sat.* 3. 6., coll. *Anth. epigr.* 63. *M.*) « λογοθεώρητος est Caninius consul - Vigilantem habemus consulem Caninium, qui in consulatu suo somnum non vidit ». *et* 9. *Fam.* 30. « Caninio consule scito neminem prandisse ». Eodem enim die, quo consul factus est, obiit. *Sueton. Cæs.* 76. et *Ner.* 15 (Cf. *Münzer, PW.* 3. 1479. et *Nachträge* 274). - Caninii Galli: ut *L. Caninius Gallus*, trib. pl. a. 698., qui falso traditur Κανίδιος *Plut. Pomp.* 49.; cujus filius *L. Caninius Gallus* fuit cos. a. 717. Ad hunc pertinet loc. *Val. Max.* 4. 2. 6. L. Caninius Gallus ream pariter atque accusatorem admirabilem egit. *V.* integr. loc. — *Caninius Rufus*, Comensis, poeta, qui bellum Dacicum versibus scribere parabat, teste *Plin.* 8. *ep.* 4. — *Caninius Celer*, orator sive rhetor Græcus, quo usus est M. Aurelius Ant. Philosophus, uti refert *Capitolin. Ant.* 4. — 2.°) In titulis. *Corp.* 6. 4371.; 14. 256. 25. — *Caninia*, nom. mul. *Corp.* 6. 14355., 14356. etc. — *Caninius*, adj. *Gaius inst.* 1. 41. Lex Fufia Caninia. — Hinc *Caninianus*, adj. *Cic.* 12. *Att.* 44. Caninianum naufragium. et 1. *Fam.* 7. Ipso suspiciosissimo tempore Caniniano. — *Canininus*, absolute, cogn. *Corp.* 8. 7869. — Adde *Canisius, Canilius*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 142.

CANNA, æ, 1. ¶ 1. Est nom. f., *sc.* nymphæ, gr. *Syrinx*, apud *Apul.* 5. *Met.* 25. ¶ 2. Est etiam nom. m., *sc.* fluvii, prope Cannas, fort. idem atque Aufidus. *Liv.* 25. 12. Amnem, Trojugena, fuge Cannam. *Boeth. divis.* 890. Canna Romanorum plenus sanguine fuit.

CANNÆ, ārum, f. plur. 1. (Κάννη et Κάνναι rarius *Polyb.*) vicus, postea oppidum Apuliæ, prope Aufidum fluv. (Cf. voc. præc.), hod. *Monte di Canne*, ubi Hannibal Romanos fere ad internecionem delevit a. 216. a. Chr. bello Punico secundo. ¶ 1. Proprie. *Cic.* 1. *Tusc.* 37. 89. Non - pro patria cadentes - vidissent Paulum et Geminum Cannæ. *Liv.* 22. 43. ad nobilitandas clade Romana Cannas. *Val. Max.* 3. 7. *ext.* 6. Cannas, Punicæ victoriæ clarissimum monumentum. *Sil. It.* 1. 50. Cannas, tumulum Hesperiæ. *Flor.* 2. 6. 15. Quartum id est pæne ultimum vulnus imperii Cannæ, ignobilis Apuliæ vicus. Adde *Horat.* 1. *Od.* 12. 37., *Vellej.* 1. 9. 3., *Ampel.* 28., *Quintil.* 8. 6. 26. ¶ 2. Translate — 1.°) Pro pugna ad Cannas. *Liv.* 9. 19. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt. Adde *Cic.* 3. *Nat. D.* 32. 80., *Lucan.* 2. 45., *Sil. It.* 8. 256., 10. 516., 11. 771. et 574., *Manil.* 4. 566., *Flor.* 3. 3. 15. Rursum *Sil. It.* 17. 608. Non ullo Cannas abolebis, Juppiter, ævo. — Alio sensu. *Liv.* 23. 45. Capuam Hannibali Cannas fuisse (*i. e.* æque damnosam ac Romanis Cannas, his pugna, illi otio). — 2.°) Item pro campo pugnæ. *Manil.* 4. 660. Hannibal Cannas - sepulcris obruit. Adde *Prudent. c. Symm.* 2. 569. — Hinc *Cannensis*, adj. *Oros.* 4. *Hist.* 18. Cannensis vicus. *Liv.* 22. 59. campos acervi Romanorum corporum *et* 23. 4. clades. *et* 25. ruina tegunt. *Cic.* 2. *Divin.* 30. 71. pugna (*Liv.* 22. 50. Alliensi cladi nobilitate par). *Flor.* 4. 12. 55. dies. *Cic. Brut.* 3. 12. calamitas. *Id. Cat.* 20. 75. ignominia. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (180). Mater illa occisa est gaudio Cannensi filio incolumi viso contra nuntium falsum. - *Cic. S. Rosc.* 32. 89. Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum fecit. *sc.* proscriptio Sullana. *et* 5. *Verr.* 11. 28. Non se prætoris convivium, sed Cannensem pugnam nequitiæ videre arbitraretur. *sc.* luxuriam Verris. — *Cannenses*, incolæ. *Id.* 3. *ibid.* 11. 16. (105). Nobiles clade Romana Cannenses.

CANNĀR v. Cannarum, promontorium Africæ in Mauretania Tingitana, hodie *punta d' Abdan*, in *Itin. Ant. p.* 11.

CANNĬUS, ii, m. 2. nom. gen. *Corp. I. L.* 5. 4070 (*Mantuæ*). — *Cannia*, nom. mul. *Corp.* 6. 68. 8. — Hinc *Cannutius*, nom. Osc.-Etr. (V. *Planta, Gr. d. osk.-umbr. Dial.* 2. 258. *n.* 177): ut *P. Cannutius (Canutius)*, æqualis Ciceronis (*Cic. Cluent.* 10. 29)., homo eloquentissimus, in primis ingeniosus et in dicendo exercitatus (*ibid.* 50., 78), disertissimus (*Id. Brut.* 56. 205). — *Ti. Cannutius*, trib. pl. a. 710. adversarius Antonii (*Id.* 12. *Fam.* 3). — *Cannejus* (V. *Schulze, Eig. p.* 142).

CĀNO, onis, m. 3. (Κάνων) nom. vir. *Corp.* 6. 5380. — Est etiam vicus Turonum, hodie *Chinon*, apud *Venant. vit. s. Germ.* 57.

CĀNŌPĬCUS, a, um, et

CĀNŌPĪTÆ, ārum, m. plur. 1., et

CĀNŌPĪTĀNUS et

CĀNŌPĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CĀNŌPUS, i, m. 2. (Κάνωπος). Scribitur etiam *Canobus, i* (Κάνωβος) ap. *Quintil.* 1. 5. 13. — *Canops, opis*, ap. *Isid.* 14. *Orig.* 3. 28. — *Canopos*, Gr. posit. *Mel.* 2. 103. et *Lucan.* 8. 181. — *Canopon*, n. de opp. *Rav. p.* 355. — Etymon ducit *Serv.* ad *Virg.* 4. *G.* 287 (coll. *Tac.* 2. *Ann.* 68., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 34. [128]. et *Solin.* 31) a *Canobo* gubernatore, illic sepulto, quem amisit Menelaus, quum in Ægyptum se contulit, et a quo « vicina civitas nomen accepit ». Sed, fabula prætermissa, sequendus potius *Letronne (Recueil I. p.* 485. *sq.*), qui nom. derivat a Copt. *Ka'h-nnub*, h. e. Sol aureus; quamvis, si ab Ægypt. *Cam* v. *Can*, Sol, et *Apis* v. *Opis*, terra, quasi Sol terrester v. in terra cultus, deducatur, non repugnaverim. — Canopus, nom. geogr. et pers.

I.) Est nom. geogr., *sc.* ¶ 1. Oppidum Ægypti, prope hod. *Abukir*, in litore maris Mediterranei, nomi caput, in ora insulæ cognominis, inter Alexandriam et ostium Nili occid. Canopicum dictum, in fertilissima regione, luxuriæ ac libidinibus nimium obvia. — *a)* Proprie. *Lucan.* 8. 543. Et Pelusiaci tam mollis turba Canopi. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 111. cur - Therapnæi lasciviat ora Canopi. *Propert.* 3. 11. 39. *de Cleopatra.* incesti regina Canopi. *et Juvenal.* 15-46. luxuria - famoso non cedit turba Canopo. - Hinc etiam locus superstitionibus refertus et magicis artibus celeber. *Rufin.* 2. *Hist.* 26. Canopi quis enumerat superstitiosa flagitia? ubi prætextu sacerdotalium litterarum - magicæ artis erat pæne publica schola: quem locum velut fontem quendam atque originem dæmonum in tantum venerabantur pagani ut multo ibi major celebritas quam apud Alexandriam haberetur. *Prudent. perist.* 10. 255. Deos Latinos et deos Ægyptios, quis Roma libat, quis Canopus supplicat. — *b)* Metonymice, apud poetas, pro Ægypto v. Ægyptiis. *Lucan.* 10. 64. *de Cleopatra.* Et Romana petit imbelli signa Canopo. Adde *Sidon. carm.* 9. 274., *Alc. Avit. carm.* 5. 145., *Ennod.* 1. *carm.* 13. 20. - *Isid.* 12. *Orig.* 7. 26. Canopus Ægyptius. — *c)* Item, a similitudine, ædificium amœnum, deliciarum causa in villis exstructum sive templum. *Spartian. Hadr.* 26. Cf. *Grat. cyn.* 43. ¶ 2. Item Nili ostium. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 6. 6. (40). A Tingi Canopum. ¶ 3. Item insula. *Mel.* 2. 103. Parva et Canopos Nili ostio obvia est. Adde *Hygin.* 2. *Astr.* 32. — Hinc *Canopicus*, adj. ut *Canopicum ostium*, brachium Nili præcipuum Canopum usque pertingens (*Hygin.* 1. *astr.* 8., *Solin.* 31., *Mel. loc. cit.*) quod et Naucraticum (*Mel.* 5. 64) et Heracleoticum (*Solin.* 32) dicitur. — Et pro Ægyptio. *Prudent. perist.* 3. 59. Canopica regna. - *Gloss. V.* 564. 13. Canopica Ægyptiaca, tenebrosa. — *Canopius* v. *Canopeus*, adj. *Heges.* 1. 33. Vicit eum (*Antonium*) Ægyptius amor, vicit eum Canopea (sic *Ronsch, Coll. philol.* 86. trad. Conopæa) luxuries. *Ambros. ep.* 18. Pompejus Canopei manu spadonis occubuit. — De insula: *Isid.* 14. *Orig.* 3. 28. Finis Ægypti Canopia (Canopea *al.*) a Canope Menelai gubernatore, sepulto in ea insula, quæ Libyæ principium et ostium Nili facit. — *Canopitæ*, incolæ. *Cic. frg. inc. K.* 15. Canopitarum exercitus. — *Canopitanus*, adj. *Solin.* 31. Canopitanum ostium Nili. - De Canopo stella V. *Lexicon*.

II.) Est etiam nom. pers. ¶ 1. Dicitur de deo, qui Canopi colebatur. *Rufin.* 11. *Hist.* 26. Canopi sacerdos - sacerdotis fraude Canopus Chaldæorum victor ostenditur. — Dei Canopi (*fort.* Serapidis) simulacrum, in priscis monumentis, gemmis ac nummis (V. *Eckhel*, 4. *p.* 104. *sq.*), perridiculæ formæ, describit idem *Rufin. loc. cit.* Cf. *Jablonsk. Panth. Ægypt.* 5. 4. et *Prudent. perist. loc. cit.* ¶ 2. Dicitur de hominibus. — 1.°) Fuit vir Spartanus, Amyclæus aut Therapnæus, unde oppidum Canopus denominatum est, qui *Pharius* et *Pelusiacus* dicitur *Sidon. carm.* 5. 464. et 9. 271. *V.* quæ supra diximus. — 2.°) Item, generatim, nom. vir. (serv.). *Corp.* 6. 10864.; 12. 5087 (*Narbone*) etc.

CANOVĬUM, ii, n. 2. statio Britanniæ, nunc *Aber-Conwy*, apud *Rav. p.* 428. et in *Itin. Ant. p.* 482.

CANTĂBER, ri, adject. *V.* voc seq.

CANTĂBRI, ōrum, m. plur. 2. (Κάνταβροι) populus Hispaniæ Tarraconensis ad Oceanum borealem (*Oros.* 1. *Hist.* 2), regionem montosam incolens, unde nascitur fluv. Iberus. Memorantur *Isid.* 9. *Orig.* 2. 113. Cantabri Hispaniæ gens a vocabulo urbis et Iberi amnis, cui insidunt, nuncupati. *Id. ibid.* Horum animus pertinax ut magis ad latrocinium et ad bellandum vel ad perpetiendum verbera semper parati. *Flor.* 4. 12. 46. Duæ validissimæ gentes Cantabri et Astures. — In sing. num., collective. *Horat.* 2. *Od.* 6. 2. Cantabrum indoctum juga ferre nostra. *et ibid.* 11. 1. bellicosus (*Schol.* Hispaniarum gens pugnatrix). *et* 3. *ibid.* 8. 22. sera domitus catena. *Sil. It.* 3. 326. Cantaber - hiemisque æstusque famisque invictus palmamque ex omni ferre labore. — Adjectivorum more. *Claudian. carm. min.* 30. 74. Cantaber Oceanus vicino litore gemmas Exspuit (*nascente Serena*). — *Cantaber* et *Cantabra*, nom. propr. *Corp.* 6. 14866.; 15. 442. - 11. 214. — Primum cum Gallis, in quorum auxilium venerant, a Romanis, P. Crasso Cæsaris legato, victi sunt (*Cæs.* 3. *B. G.* 26. et *Oros.* 6. *Hist.* 8); dein rebelles Cæsar Augustus a. 25. a. Chr. debellavit (*Ampel.* 47) moxque penitus devicit M. Agrippa a. 19. a. Chr. (*Flor.* 4. 12. 46)., post quam victoriam Augustus templum Jani clausit, quartum ab U. C., teste *Oros.* 6. *Hist.* 21.; denique Tiberius novos eorum conatus repressit, tribus impositis cohortibus; quin plures ex his fuisse in exercitu Rom. patet ex *Inscr.* apud *Henzen Suppl. Orell. n.* 5433., coll. *Const. vet.* 19. *p.* 857.

CANTĂBRĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est regio Hispaniæ Tarraconensis juxta Oceanum, nunc *Biscaglia*. Memoratur *Plin.* 34. *Hist. nat.* 15. 43. (149). Metallorum omnium vena ferri largissima est Cantabriæ. *et ibid.* 16. 47. (158). Cantabria nigro tantum (*plumbo abundat*). et *ibid.* 14. 42. (148). Hic lapis (*magnes*) et in Cantabria nascitur. *et* 31. *ibid.* 2. 19. (23). in Cantabria fontes Tamarici in auguriis habentur. *Flor.* 4. 12. 48. (*Augustus*) bipertito exercitu totam Cantabriam amplexus efferam gentem ritu ferarum quasi quadam cogebat indagine. — *Hydat. chron. II. p.* 28. 171. Cantabriarum - loca maritima. — Hinc *Cantabricus*, adj. *Horat.* 1. *Ep.* 18. 55. Cantabrica bella (*Augusti*). *Sueton. Aug.* 29. expeditio. *Oros.* 1. *Hist.* 2. Oceanus. *mare di Biscaglia*. — *Cantabrius*, cogn. *Corp.* 6. 27441. — *Cantabrinus*, nom. *C.* 2. 5495 (*in Hisp. Bæt.*). — *Cantabriacus (a)*, nom. gent. *C.* 3. 4471 (*in Pann. sup.*). ¶ 2. Est. nom. gent. *Inscr. chr. Mai. nov. collect. V. p.* 422. 6. (*Bononiæ*) CANTABRIA SERENA CONSTANTIA. — Etiam dea. *Corp.* 3. 10882 (*in Pann. sup.*).

CANTĂBRĬACUS et

CANTĂBRĬCUS, et

CANTĂBRĬUS, a, um, adj. *V.* voc. præc.

CANTĂBRUM, i, n. 2. oppidum Cantabriæ. *Isid. hist. Goth. chron. II. p.* 287. 49. Leovigildus (*rex*) Cantabrum obtinuit. Adde *Not. Tir.* 87. 93.

CANTHĂRĬDÆ, ārum, m. plur. 1. adversarii Hermotimi. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (174). Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare solitam - corpore interim semianimi, donec cremato eo inimici, qui Cantharidæ vocabantur remeanti animæ veluti vaginam ademerint.

CANTHĂRUS, i, m. 2. (Κανθαρός: cf. κάνθαρος, genus scarabæorum vel poculi, quo Liber maxime usus fertur) fuit — 1.°) Statuarius et argenti cælator, Sicyonius, discipulus Eutychidis. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (85). — 2.°) Item nom. fictivum, apud *Martial.* 9. 11. et 11. 45. — 3.°) Item cogn. vir. *Corp.* 6. 32627. 12. — Hinc *Canthara*, nom. mul., *sc.* ancillæ, in comœdia usurpatum *Plaut. Epid.* 567. et *Ter. Andr.* 789. Adde *Vers. metr. Mar. Victorin. gramm. VII.* 88. *K.*

CANTHĒRĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. propr., fort. irrisionis causa fictum. *Hieronym.* in *Jon.* 4. 6. Cantherius (*al.* Cantelius *v.* Cancherius) de antiquissimo genere Corneliorum, sive, ut ipse jactat, de stirpe Asinii Pollionis, dudum Romæ dicitur me accusasse sacrilegii, quod pro cucurbita hederam transtulerim. ¶ 2. Est etiam mons in Sabinis. *Varro* 2. *R. R.* 1. 8., ubi alii leg. *Canterius*, sine aspiratione.

CANTHUS, i, m. 2. ¶ 1. Fuit unus ex Argonautis. *Val. Flacc.* 1. 166. *et alib.* - Alii apud *Sil. It.* 15. 700., *Calp. ecl.* 5. 1. etc. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. *Corp.* 4. 1140. et 6. 6088.

CANTĬI, ōrum, m. plur. 2. gens Britanniæ, inter fretum Gallicum et Tamesam. *Cæs.* 5. *B. G.* 14. Ex his omnibus - (*Cantii*) humanissimi.

CANTĬUM, ii, n. 2. (τὸ Κάντιον) promontorium Britanniæ, hodie *Kent*, apud *Cæs.* 5. *B. G.* 13. et *alib.*

CANTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Celt. ¶ 1. Fuit martyr Aquilejensis. *Ps. Ambros. serm.* 49. Hodie (*prid. Kal. Jun.*) beatissimorum Cantii, Cantiani et Cantianillæ natalis est. Quam bene et jucunde tres martyres uno pæne vocabulo nuncupantur! - qui erant consanguinitate fratres, fierent etiam sanctitate germani. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 5. 335. — *Cantia*, nom. mul. *Corp.* 11. 407 (*Arimini sæc. II*). — Hinc deriv. *Cantianus*, martyr, de quo *Ps. Ambr. loc. cit.* — In plur. num. *Venant.* 4. *s. Mart.* 658. « Aquilejensem si forte accesseris urbem Cantianos Domini nimium venereris amicos ». Hic licenter penultima corripitur, metri causa. — *Cantiana* in *Corp.* 3. 8876 a; et demin. *Cantianilla* apud *Ps. Ambr. loc. cit.* — Item *Cantus, Cantilius, Cantinius* v. *Cantineus, Cantonus, Cantonius, Cantorius* V. ap. *Schulze, Eig. p.* 144.

CANŪLĒĬUS, ii, m. 2. (Κανουλήιος). *V.* CANIUS.

CĀNUS (Kanus), i, m. 2. ¶ 1. Est cogn. vir. in gente *Julia, Sulpicia* aliisque. — 1.°) Apud scriptores. — *a)* Canus fuit philosophus, laudatus *Senec. dial.* 9. 14. Kanus (*al.* Canus), vir imprimis magnus, cujus admirationis etc. — *b)* Item choraula famosus, cui Galba imp. denarios quinque, prolatos manu sua a peculiaribus loculis suis, donavit, teste *Sueton. Galb.* 12., coll. *Plut. Galb.* 16. Adde *Martial.* 4. 5. 8. — *c)* Alii: *Spart. Sept. Sev.* 13.; *Martial.* 1. 80. 1. — *Cana*, nom. mul. *Cic.* 13. *Att.* 41. — 2.°) In titulis cogn. *Corp.* 6. 22049. — Præn. consulis a. 188. *Const. vet.* 108. ¶ 2. Est etiam fluv. Hispaniæ. *Avien. or.* 469.

CĂNŬSĬUM, ii, n. 2. (Κανύσιον, Κανούσιον et Κανύσιον). In libris sæpe *Canosium*. — Secunda brevis aliquando producitur, ut *Paulin. Nol. carm.* 17. 23. Cf. Gr. Κανούσιον.

Canusium, oppidum Apuliæ Dauniæ, apud Aufidum fl., in via Trajana, municipium (*Inscr.* apud *Momms. n.* 849), colonia *Aurelia Augusta Pia*, (*Corp.* 4. 344), trib. *Ufentina*, hodie *Canosa*, a Diomede conditum, si credimus *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (104). Sic *Horat.* 1. *Sat.* 5. 91. Qui locus (*Canusii*) a forti Diomede est conditus olim (Cf. *Serv. auct. Æn.* 11. 246. Diomedes multas condidisse per Apuliam dicitur civitates, ut Canusium etc.). Quod si fabulam redolet, certiores tamen nos facit, ab initio fuisse coloniam Græcam, ita ut ipsa vel serius Græcorum lingua Canusii prævaleret, unde *Horat.* 1. *Sat.* 10. 30. Canusini more bilinguis, *sc.* utraque lingua (Lat. et Gr.) utentis. — Memoratur etiam *Mel.* 2. 66., *Cic.* 8. *Att.* 11., *Liv.* 9. 20. et *alib.*, *Cæs.* 1. *B. C.* 24., *Sueton. Ner.* 30. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 48. 73. (190). « Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habent oves ». Hinc lanæ laudatissimæ *ibid.* — Romani Canusio potiti sunt a. 318. a. Chr.; quo aliquando post cladem Cannensem confugerunt (*Liv.* 22. 50-52). — De ejus nummis vd. *Head, H. N.* 46. Cf. etiam de eo *Romanelli, Topogr. Stor. II.* 262. *sqq.* — Hinc *Canusinus*, adj. (Κανυσῖνος *Inscr. Dittenb.* 42., Κανυσίτης *Steph. Byz.*, Κανύσιος *Diod.*) ad Canusium pertinens. *Val. Max.* 4. 8. 2. Canusina mœnia. *Martial.* 14. 129. *tit.* Canusinæ rufæ pænulæ. *Paulin. Nol. carm.* 17. 23. Canusino medicata flagrant - vellera fuco. *Not. dign. occ.* 11. Canusinum gynecium. — *Canusinus (a)*, absolute, cogn. *Corp.* 6. 16597. et 14. 3814. — *Canusini*, incolæ. *Varro* 1. *R. R.* 8. 2., *Liv.* 9. 20., *Corp.* 9. 348. — *Canusius*, nom. gent. *Corp.* 14. 3982. et cogn. *C.* 6. 8289.

CĂPĂNEUS (Capaneos), i, m. 2. (Καπανεύς) trisyllabum apud poetas: *Stat.* 1. *Theb.* 45. Capaneus (*nomin.*); *Propert.* 2. 25. 40. Capanei (*genet.*); *Ovid.* 2. *Art. am.* 21. Capaneu (*voc.*); sed quadrisyll. acc. *Capanea*, Gr. posit., *Auson.* 84. 2. Histrio saltabat, qui Capanea ruit.

Capaneus, Argivus, Hipponis et Astynomes filius (*Hygin. fab.* 70), Evadnes maritus, pater Sthenelii (*Acr.* ad *Hor.* 1. *Od.* 15), unus ex septem, qui cum Polynice Thebas oppugnaverunt, sed Jovis fulmine occisus, quod superbus contra ejus voluntatem Thebas se capturum jactasset, idest, scalis admotis (unde primum scalarum oppugnatio perhibetur inventa: *Veget. mil.* 4. 21), murum Thebarum scandens saxorum grandine oppressus ac velut fulmine ictus, periit. Hinc *Propert. loc. cit.* Aut Capanei magno grata ruina Jovi. *et Ovid.* 3. *Pont.* 1. 51. Notior est factus Capaneus a fulminis ictu. *Stat.* 1. *Theb.* 45. et 3. *ibid.* 598. ingentis Capaneus Mavortis amore Excitus - Superum contemptor et æqui Impatiens. — De artis monumentis *Serv. auct. Æn.* 1. 44. Ardeæ in templo Castoris et Pollucis in læva intrantibus post

forem Capaneos pictus est, fulmine per utraque tempora trajectus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (144). Tauriscus - pinxit Polynicen regnum repetentem et Capanea. Cf. etiam *Winckelm. Opp. II. p.* 18. 5. et *p.* 111. *sqq.* et *VIII. p.* 400. — Hinc *Capanēus* (Καπανήϊος) et *Capanēius* (Καπανήϊος), adj. *Stat.* 12. *Theb.* 545. Capanea pinus. et 10. *ibid.* 811. tela. et. 12. *ibid.* 545. Capaneia conjux. *Drac. laud. D.* 3. 507. et *Claudian. carm. min.* 30. 151.

CĂPELLA, æ, m. et f. 1. Scribitur etiam *Kapella* in *Corp.* 4. 3582. — *Capela*, unico *l*, in *Inscr. Not. degli scavi*, 1905. *p.* 407 (*Roma*). ¶ 1. Est nom. v. cogn. vir. — 1.º) Capella, poeta temporibus Augusti memoratus *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 36. — 2.º) C. Nævius Capella, triumvir monetalis æt. Cæs. Augusti. *Inscr.* ap. *Babelon, monn. de la rép. II. p.* 251. — 3.º) Capella Antistius, litterator latinus. Commodi imp. magister. *Lamprid. Commod.* 1. — 4.º) Capella, de quo *Tertull. Scap.* 3. Capella (*Capilla codd.*), qui christianos persecutus fuerat, in illo exitu Byzantino (*expugnato Byzantio a Severo a.* 196) «Christiani, gaudete, exclamavit». — 5.º) Capella Martianus Minnejus Felix, Afer Carthaginiensis (*al.* Madaurensis), qui paullo ante Vandalorum invasionem scripsit libr. IX. *de nuptiis Philologiæ et Mercurii et de septem artibus liberalibus*, sc. Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Geometria, Arithmetica, Astronomia et Musica, opus nimia eruditione refertum, inconditum, siccum modo, modo prosa oratione et versibus ex vario metro alternatim compositum, Varronianæ saturæ instar, cujus fontes, ut videtur, fuere Varro, Aquila Romanus, Solinus, Plinius, Aristides, Quintilianus et fortasse etiam Augustinus. Ita de eo *Forcellin.* noster: «Multa quidem (*in hoc opere*) doctrinæ et ingenii vestigia sunt; at dicendi stilus asper adeo est et barbarie subinde aspersus, præsertim in prosa (nam in versu aliquando est castigatior), ut Latinæ compositionis et nitoris nihil admodum sit pæne invenias». — In titulis exempla haud multa occurrunt, partim servorum ac libertinorum, qui a *capella* nomen duxerunt. *Corp.* 6. 7903., 27170., 74563. etc. — Hinc etiam *Capellus, Capellius (a), Capellinus (a)*, etc. (V. *Schulze, Eigenn. p.* 163. et *Corp.*). — *Capellanus (a)*, Καπελλιανός, cogn. *Corp.* 3. 3282. — Apud scriptores fuit *Capellianus*, procurator Maximini imp. in Mauretania, tam potens, ut, quum Gordianus, salutatus imperator cum filio, illi successorem dedisset, contra ipsum arma converterit ejusque filium, commisso prœlio, occiderit; quocirca pater laqueo sibi vitam ademit. *Capitolin. Maximin.* 19. et 20. et *Gord.* 15. et 16. — Adject. *Martial.* 11. 31. 17. — Scribitur etiam *Capellianus, Cappellianus, Capillianus Capellianus*, V. *Corp.* ¶ 2. Est etiam nom. mul. *Corp.* 6. 35646 (*Lardo*); 12. 1174 (*Carpentorate*).

CĀPĒNA, æ, f. 1. (Καπήνα) Plur. num. *Capenæ, arum*, est *Oros.* 4. *Hist.* 15. 1 (errore ex *Liv.*, qui singul. habet). — Videtur forma feminina adjectivi *Capenus*, idque a *capys*, voc. Etrusc., quo *falco* significatur (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 145). Cf. *colonia Capys* in *Lib. col. I. grom.* 4. 15. 1.

Capena ¶ 1. Est oppidum Etruriæ, in colle, ad cujus radices fluit *Capenas* amnis (*Sil. It.* 13. 85), prope lacum, qui nunc *Ciotiuccia* v. *S. Martino* appellatur (*Nibby, Anal.* etc. *I. p.* 382-388), ubi repertum est sepulcretum cum inscriptionibus priscæ latinitatis (V. *Bull. d. Inst.* 1864 *p.* 143-150.; *Fabretti, C. J. L.* 2453.; *Gamurrini, Append.* 828-830. et *Garrucci, Syll.* 510., 811-829. Cf. etiam *Dennis, Cities and cemet. of Etrur. I.* 131); a Vejentibus conditum (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 697), a Romanis aliquando coactum ipsorum jugum subire post captos Vejos, quos adjuverat, a. 361. U. C.; aliquando vero donatum civitate Rom., tribui *Stellatinæ* adscriptum et municipium effectum (*Corp. I. L.* 11. 3873. et 3935., coll. *Liv.* 6. 5), *Capenatium* dictum seu etiam *municipium Capena fœderatum* v. *Capenatium fœderatorum* (*C. I. L.* 11. 3932. et 3936. Cf. *Galletti, Capena municipio dei Rom.*, Roma 1756). — In ejus agro, qui crassus dicitur *Cic. Flacc.* 29. 71., erat lucus Feroniæ (*Liv.* 26. 11), ad radices Soractis montis, inter Vejos et Tiberim (*Cato, orig.* 90., coll. *Sil. It. loc. cit.*). — Hinc *Capenas, ātis*, et *Capenatis, is*, adj. ad Capenam pertinens. *Cic.* 9. *Fam.* 7 (et *Inscr.* apud *De Rossi, Bull. di arch. crist.* 1883. *p.* 115). Capenas ager. *Liv.* 5. 16. bellum. *et* 5. 24. populus. — *Cato loc. cit.* Capenatis lucus. — Absolute. *Cic. Flacc. loc. cit.* In Crustumino aut in Capenati (*Liv.* 5. 12. In Capenate agro). — *Capenates*, incolæ (Καπηνάται *Plut.*). *Id.* 5. 13. Capenates Faliscique. *et* 6. 4. Vejentium Capenatiumque ac Faliscorum. — *Marcian. Dig.* 1. 8. 4. Capenati. — In sing. num. *Liv.* 6. 8. Adversus Capenatem et Faliscum. — *Capenus*, adj. *Virg.* 7. *Æn.* 697. Capeni luci. *Lib. col. II. grom. p.* 255. ager. — Est etiam nom. viri Sequani, qui Dec. Brutum occidit, teste *Liv. epit.* 120. ¶ 2. *Capena porta*, porta urbis Romæ, dicta pro *Camena*, corrupto vocabulo (*V.* infra): vel a *Capua*, eo enim ducebat via Appia, teste *Frontin. aquæd.* 5., græce Καπηνὴ πύλη (*Dionys. Hal.* 8. 4); nunc vero hoc nomen conjungendum esse cum gentilicio *Capus*, famil. Etrusc., docet *Schulze, Eigenn. p.* 92. *et* 571. — Fere semper occurrit *porta Capena*, sed aliquando *Capena porta* (*Liv.* 10. 23. et *epit.* 26., *Val. Max.* 3. 7. 10); et etiam absolute *Capena* (*Juvenal.* 3. 11). — Erat autem sita ubi est Cœliolus mons in Vallem Camenæ devexus (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 697) inter *Porta Appia* et *Almo*, ad orient., hod. *Via di Porta S. Sebastiano*, paullo infra ædem *S. Gregorio*. — Hanc porro *madidam* vocat *Juvenal. loc. cit.*, quia «supra eam aquæductus est, quem nunc appellant arcum stillantem» *Schol.* ad *l.* et *Frontin. loc. cit.* Hinc *Martial.* 3. 47. Capena grandi porta, qua pluit gutta. *Chron. min. I. p. XI.* 3 (*Serv.* ad *Virg. loc. cit.*). Capena porta antea Camena vocata a proximo loco Camenarum: dicta est autem postea Capena sive quod Romanis bello laborantibus auxilio venientes eam intraverant sive quod eadem Capuam exeatur. — Ad eam senatores conveniebant, quoties consules eos convocassent (*Liv.* 23. 32) Cf. *Fest. p.* 347. Senaculum ad portam Capenam. — A porta Capena Capuam ducebat non solum Via Appia, sed etiam Latina, quæ paullo extra separabatur ab Appia, ut refert *Paul. Fest. p.* 115. Pagus Lemonius est a porta Capena via Latina. *Cic.* 1. *Tusc.* 7. 13. Egressus porta Capena, cum Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sepulcra vides etc. (Cf. 4. *Att.* 1). *et Paul. Fest. p.* 128. et 283. Rediculi fanum extra portam Capenam fuit. ¶ 3. *Capena* v. *Porta Capena*, item dicta est una ex *XIV.* regionibus, in quas Urbem Augustus diviserat, a porta sumpto nomine. *Curios. Urb. p.* 2., coll. *Reg. Urb. p.* 3. «Regio prima, *Porta Capena*, continet ædem Honoris et Virtutis, Camenas, lacum Promethei, balneum Torquati et Vespasiani, thermas Severianas et Commodianas, Aream Apollinis et Splenis et Calles. vicum Vitrarium, Aream Pannariam, mutatorium Cæsaris, balneum Bolani et Mamertini, Aream Carruces, balneum Abascanti et Antiochiani, ædem Martis et Minervæ et Tempestatis, flumen Almonis, arcum divi Veri Parthici et divi Trajani et Drusi etc.» (Cf. *Liv.* 7. 23., 29. 11.

CĀPĒNĀS, æ, m. 1. fluvius, qui in agro Capenate excurrebat prope lucum Feroniæ, ob id sacer dictus (*Sil. It.* 13. 84), hodie *il rivo di S. Martino* et infra versus Tiberim, in quem influit, *Gramiccia* (V. *Nibby, Anal.* etc. *p.* 387).

CĀPĒNĀS, ātis, et

CĀPĒNUS, a, um, adject. *V.* **CAPENA**.

CĀPER, pri, m. 2. cogn. vir. et fluv. ¶ 1. Est grammaticus sæc. II, *Flavius Caper* dictus (*Roman. Char. gramm. I.* 118. 1. et *alib.* et *Rufin. gramm. VI.* 556. 2), sed multo sæpius *Caper* tantum (*Prisc. gramm. II.* 85. 6., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 545. etc.). Laudatur *Prisc. gramm. II.* 188. 2. Caper doctissimus antiquitatis perscrutator (*et p.* 354. inquisitor). *Agræc. gramm. VII.* 113. 10. Vir tantæ peritiæ - tam multis præsertim litterarum operibus celebratus et in commentando Cicerone præcipuus. *Comment.* in *Don. gramm. V.* 327. 15. Caper antiquissimus doctor. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 344. Caper in libris enucleati sermonis. *Gramm. suppl.* 179. 15. Docet Caper antiquissimus et doctissimus in orthographia sua. — Ex multis, quæ scripsit Caper, supersunt dumtaxat duo libelli *de orthographia* (*p.* 2239-2246 *P.*) et *de verbis dubiis* (*p.* 2247-2250. *P.*), fort. compendia vel excerpta operum majorum (*Keil G. L.* ita: *de orthographia VII.* 92. *sqq.*; *de orthographia et de proprietate ac differentia sermonum VII.* 113. 9. et *de verbis dubiis VII.* 107. *sqq.*). Citantur etiam a grammaticis opp. *de latinitate* v. *de lingua latina*, *de dubiis generibus* v. *dubii generis* v. *dubii sermonis* et *enucleati sermonis* et *Commentaria* in *Cicer.*, quæ memorantur *Agræc., loc. cit.*, sed, ut ex *Hieronym. adv. Rufin.* 2. 9. colligitur, nihil aliud sunt quam grammatica scripta. Nec quæ feruntur commentaria in *Plaut.* aut *Terent.* (*Ritschl, Parerg. I. p.* 361-364) aut in *Virgil.* (*Ribbeck, Prolegg. p.* 166), Capro tribuenda sunt. — Quod autem dicitur *Pomp. gramm. V. p.* 154. 13. *K.* «Caper, ille magister Augusti Cæsaris etc.», falsum est, quia certo ipse post Valerium Probum et Suetonium floruit. — De eo vd. *Christ.* in *Philol. XVIII. p.* 165-170.; *F. Osann. De Fl. Capro et Agræc. gramm.* 4. *p.* 3., 5-20.; *Brambach, Die Neugestalt. d. lat. Orthogr. p.* 43. *sq.*; *G. Keil, De Fl. Capr. capp. II. diss. Hal. X.* 245. *sqq.* et *M. Schanz, Gesch. R. L.* 1905. *II. p.* 173. *sq.* ¶ 2. Est etiam fluvius in Phrygia, græce Κάπρος. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (105). - De nomine hodierno V. *Müller* in *Ind. Strab.* ad *v.*

CĂPĔRA et Capara, æ, f. 1. (Κάπαρα *Ptol.*) oppidum Lusitaniæ, hod. *las Ventas de Caparra*, in *Itin. Ant. p.* 433. *Rav. p.* 319. Cappara. — Hinc *Caperensis* v. *Caparensis* adj. et incolarum vocabulum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (118). *Corp.* 2. 812. — Inscriptiones ararum ad aquas Nympharum Caperensium (*Banos de Montemayor*) invent.: *Inscr. Ephem. epigr.* 8. *p.* 378. *n.* 71. NYMPHIS CAPARENSIVM.

CĂPERSANA, ōrum, n. plur. 2. v. Capersana, æ, f. 1. (Capessana), opp. Syriæ, memoratum *Ammian.* 18. 8. 1., fortasse a Syr. *chăphar*, h. e. vicus, et *Sana*.

CĂPĔTUS, i, m. 2. (Κάπετος *Dion. Hal.*) rex Albæ, Capyos filius et pater Tiberini (*Liv.* 1. 3) v. filius Latini, frater Epyti et Capi (*Mythogr. I. fab.* 204), *Silvius* cognominatus (*Liv. loc. cit.*), quod cognomen manavit postea omnibus, qui Albæ regnarunt (*Id. loc. cit.*); regnavit autem ab an. a. Chr. 936-924 *Hieronym. chron.* a. Abr. 1080.

CĂPHĀREUS (Caphereus), i, m. 2. (Καφαρεύς v. Καφηρεύς). Nomin. et voc. (*Caphareu*) trisyll. *Virg.* 11. *Æn.* 260. et *Val. Fl.* 1. 371. — Gen. *Caphareos* ap. *Stat.* 9. *Theb.* 307. et acc. *Capharea*, ap. *eund.* 7. *ibid.* 371. quadrisyll.

Caphareus, mons et promontorium Eubœæ, hod. *Capo d'oro*, v. potius *Xylophagos*, celebre ob naufragium Græcæ classis ab Trojæ excidio redeuntis. Cum enim Nauplius, ejus insulæ rex, filium suum Palamedem a Græcis interemptum audisset, videns Græcos tempestate laborare, montem illum ascendit et elata facula signum dedit vicini portus: quo decepti Græci ad asperrimos scopulos naves omnes alliserunt. Hæc *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* et Euboicæ cautes ultorque Caphareus. *et Val. Fl. loc. cit.* et face sæva In tua mox Danaos acturus saxa, Caphareu, Nauplius. Memoratur etiam *Sil. It.* 14. 143., *Solin.* 11., *Ammian.* 22. 8. 2., *Mel.* 2. 107. et Gr. *Eurip. Troad.* 90., *Her.* 8. 7., *Paus.* 2. 23. 1. et 4. 36. 6. — Hinc *Caphareus* (*Caphereus*), *a, um*, adj. *Propert.* 3. 7. 39. «Saxa triumphales fregere Capherēa puppes». Sed *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 36. audet Graja Capherēam currere puppis aquam. — *Capharea*, absolute, plur. n. saxa Capharea. — 1.º) Proprie. *Mythogr. III. fab.* 11. *n.* 9. *de Sirenibus.* Primo autem juxta Pelorum, post in Caphareis habitaverunt, quæ illectos suo cantu in naufragia deducebant. — 2.º) Translate. *Ovid.* 1. *Trist.* 1. 83. Quicumque - Capharea fugit, Semper ab Euboicis vela retorquet aquis.

CĂPHARNĀUM, (Καφαρναούμ) nom. opp. *Caparnaum* (Καπαρναούμ) *Ptol.* 5. 16. 4) habet *Ital.* cod. 9 (V. *Eb. Nestle. Theol. Stud., Theod. Zahn* zum 10. Okt. 1908) et *Cafarnaum* in *Not. Tir.* 120.; *Kaphar Nachum* in Syr. *Cureton* et Peshito; *Kephar Nahum* in *Midrash Kohel. VII.* 20. —

Vox est Hebr. v. Syr., sc. כפר־נחם *Kāphar-nāḥûm*, i. e. vicus - Nahum v. consolationis v. potius pulcritudinis *Hieronym.* in *Matth.* 11. 24. In Capharnaum - quæ interpretatur villa pulcherrima. — Pænultima naturâ longa est. Sic *Juvenc.* 3. 381. «Inde Capharnaum gradiens pervenit ad oras».

Capharnaum ¶ 1. Est oppidum Galilææ (*Luc.* 4. 31), in finibus Zabulon et Nephthali, ad oram occid. lacus Genezareth, statio portitorum, ubi erat synagoga (*Joh.* 6. 59), in via, quæ ducebat a Damasco Cæsaream vel ad Ægyptum (*Quaresm. Elucid.* Venet. 1882. *II. p.* 558), patria quodammodo adoptiva Christi Domini, qui solebat ibi docere (ἡ ἰδία πόλις *Matth.* 9. 1., coll. 4. 13-17), ubi dici potest cœpisse publicum ejus magisterium ac sol illuxisse doctrinæ, magnis crebrisque prodigiis (*Luc.* 4. 23) confirmatæ, quæ orbi universo affulgere debebat; quod quidem terræ Zabulon et Nephthali ita portendit *Is.* 9. 1. «Novissimo (*tempore*) aggravata est (*sc.* nobilitata) via maris (lac. *Genesareth*) - Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione mortis lux orta est eis». Memoratur tantum in N. T. (*Luc.* 4. 31. et *Matth. loc. cit.*). *Augustin. cons. evang.* 2. 25. Ipsa Capharnaum ita excellebat in Galilæa, ut tanquam metropolis haberetur Capharnaum - sicut caput Galilææ civitatibus eminebat. — Conceptus tamen erga Christum civium favor ingens paullatim Pharisæorum invidia et astu ita deferbuit ut hæc vaticina ac terribilia verba in eos ille protulerit: «En tu, Capharnaum, numquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes». Quæ ita adimpleta sunt ut deleti hujus oppidi situs etiamnum quam qui maxime incertus sit, qui *Tell-Hum* credebatur olim (*Guérin, Wilson, Ritter, Thomson*), nunc vero fortasse locus, *Khan-Minigeh* dictus (*Robinson, Conder, Kitchener, Le Camus*). — Hinc *Capharnæus*, adj. *Sedul. carm. pasch* 4. 82. Jamque Capharneæ synagogam intraverat urbis. ¶ 2. Item fons ejusdem regionis. *Heges.* 3. 26 (coll. *Jos.* 3. *B. J.* 10. 8). Accedit fontis gratia, qui memoratam regionem (*sc.* Genesar) genitali quadam irrigat infusione, Capharnaum nomen ei.

CĂPHARNĔUS, a, um, adj. *V.* voc. præc.

CAPHTŌRIM, indecl. plur. m. (Hebr. *Kaphthōrîm*; LXX. Γαφθοριείμ, cod. Alex. Χαφθοριείμ, quod *Hieronym. quæst. Hebr.* in *Gen. p.* 16. interpretatur «manus turturum sive exploratorum») populus, ex stirpe Mesraim, ita appellatus a regione, quam incolebat, item hebraice *Kaphtôr* dicta *Jer.* 47. 4. et *Am.* 9. 7., ubi *Vulg.* vertit Cappadocia, ut *Caphtorim*, quod habet *Vulg. Gen.* 10. 14. et 1. *Par.* 1. 12., vertitur *Cappadoces* a *Vulg. Deut.* 2. 23., ubi legitur ab iis Hevæos, qui habitabant usque Gazam, expulsos fuisse. — Disputatur de hujus gentis origine; alii namque putant eam e Creta oriundam (*Calmet, Lenormant, Dillmann*); alii ex Phœnicia, cujus coloni antiquissimo ævo Ægypti oram (*i Kafthor* apud *Jer.* 47. 4) septentr. inhabitasse dicuntur (*Ebers, Brugsch*); alii denique, quod probabilius videtur, coll. *Gen. loc. cit.*, defendunt fuisse *Caphtorim* populum Chamitam ejusdem stirpis atque Ægyptium, inde a remotissimo tempore in ora maris Mediterranei moratum, ubi fuit terra *Capht*, serius Phœnicia dicta, et ad magnam Hethæorum fœderationem pertinens; quin ipsam vocem *Cappadocia* (*Cappadoces*) pro Caphtorim usurpatam, his optime congruere; nomen enim primitivum *Ka-pa-t* v. *Ka-fa-t*, unde *Captor* factum est, cum litteris vocis Pers. *Katapatuka* v. *Katpatuka* (Cappadocia) consonat (*Sayce, De Cara*). Non tamen prætermittimus quæ de hac re sensit *Hieronymus* in *Am.* 9. 7. *p.* 351. «Feci et Palæstinis, quos Septuaginta alienigenas transtulerunt, qui hebraice appellantur Caphtorim, ut transferrem eos de Cappadocia et in Palæstinæ regionibus collocarem». Ceterum a *Philone* (*Cat.* ined. ad *Gen.* 26. 28.: *cf. Pape, Wörtb. d. Gr. Eigenn.* ad *v.*) Cappadoces *Chananæi* vocantur, et Cappadocia fuit ex primitivis sedibus Hethæorum stirpis Chananææ, ut qui Palæstinam et Syriam incolebant; quo posito, loca Scripturæ superius adiata facile simul conciliantur.

CĂPITĀLIA, Indiæ mons altissimus, ita dictus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (74)., hodie *Arevalli*, alio nomine *Apocopa*, ubi sunt fodinæ auri et argenti (*Ptol.* 7. 1. 19. ποιναὶ θεῶν).

CĂPITINUS, a, um, adject. ut *Capitina civitas* apud *Cic.* 3. *Verr.* 43. 103., h. e. Capitium (*Capizzi*), Καπίτιον *Ptol.*, oppidum Siciliæ mediterraneæ.

CĂPĪTO, ōnis, m. 3. cogn. vir. a *caput*, quasi magnum caput habens (*Prisc. gramm. II.* 121. et *Schulze, Eigenn. p.* 315). Legitur etiam *Kapito* in *C. I. L.* 2. 2242.; 3. 4471. etc.; græce Καπίτων ex gr. *Inscr. gr. rom. Cagnat III.* 115., Καπήτων *Chron. pasch.* Cfr. *Capiton* in *Papyr.* Lips. 38. *I.* 12. 14.

Capito ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Rhetor, de quo *Senec.* 10. *contr. præf.* 12. Amabam Capitonem, cujus declamatio est de Popillio - bona fide scholasticus erat, in his declamationibus, quæ bene illi cesserunt, nulli non post primum tetradeum præferendus. — 2.º) Alii, ut: *P. Gabinius Capito*, eques Romanus, sectator Catilinæ, *Sall. Cat.* 17.: *C. Atejus Capito*, trib. pl. a. 55. a. Chr. (*Dio* 39. 32) *Cic. ep. Att.* sæpe et *C. I. L.* 11. 3583.: *Cossutianus Capito*, legatus Ciliciæ a. 57., accusatus a Cilicibus et damnatus (Cf. *Tac.* 13. *Ann.* 33), *Quintil.* 6. 1. 14., *Tac.* 14. *Ann.* 48. — *Schol. Cic. Gron. p.* 427. Si gladiator facili ictu caput percusserit, Capito dicitur. *Sinnius Capito*, grammaticus æt. Augusti, *Fest.* passim: etc. — In plur. num. *Plaut. Pers.* 60. atque eis (*i. e.* majoribus meis) cognomentum erat duris Capitonibus. ¶ 2. In titulis nom. ubique frequens. *Corp.* 6. 10234 (*a.* 153). 2. 141., 708.; 10. 3400.; 11. 3541. etc. — Hinc *Capitonius*, nom. gent. *Inscr. Notiz. degli scavi* 1883. *p.* 150 (*in Liguria*). — *Capitonianus*, adj. *Corp.* 11. 3003 (*in agr. Viterb.*).

CĂPĪTŌDIUM. *V.* **CAPITOLIUM**.

CĂPĪTŌLIĀS, ădis, f. 3. (Καπιτωλιάς v. Καπητωλιάς) oppidum Cœlesyriæ, ubi nunc *Beit-el Ras*, in *Itin. Ant. p.* 196. et 198. — De ejus nummis, quos perperam quidam ad Æliam Capitolinam retulerunt, vd. *Eckhel*, 3. *p.* 328. et 329., ubi hujus oppidi æra incipere ostenditur a. U. C. 850. v. 851. — Hinc *Capitolianus*, adj. *Conc. Const.* a. 536 (*Mansi* 8. 1072).

CĂPĪTŌLĪNUS, a, um, adject. et

CĂPĪTŌLĪNUS, i, m. 2. *V.* voc.

CĂPĪTŌLIUM, ii, n. 2. (Καπιτώλιον et Καπετώλιον) Scribitur etiam *Kapitolium* in *C. I. L.* 8. 1858., 6981. — *Kapitodium* pro *Kapitolium*, prisce, ut *dingua*, pro *lingua*, *dacrimæ* pro *lacrimæ*, apud *Mar. Victorin. gramm. VI.* 26. 8. — *Captulium* in codd. haud raro. — Genet. *Capitoli* metro probatur. *Virg.* 9. *Æn.* 448., *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 135., *Prudent. c. Symm.* 2. 688. — Plur. num. metri causa poetæ dactylici usurpant, *Lucil.* 1145., *Virg. Æn.* ter, *Propert.* 4. 4. 27., *Ovid.* sæpe. — De Capitolio ejusque etymo, prout est nom. comm. V. **CAPITOLIUM** in *Lexico* et cf. *Jordan. Top. d. St. Rom.* etc. 1885. Hic vocabulum præcipue exponimus prout est proprium.

I.) Capitolium urbis Romæ, in VIII. regione situm (it. *Campidoglio*) ¶ 1. Universim — 1.º) Proprie — *a*) Est mons Capitolinus, sc. culmen montis australe; duo enim sunt culmina seu vertices Capitolii, septentr. unus, australis alter (hod. *monte Capitolino*), ubi erat templum Jovis; hinc distinctio apud scriptores inter *Capitolium* proprie dictum sive templum Jovis (ubi *il palazzo Caffarelli*) et *arcem* (ubi hod. *S. M.* in *Ara cœli*, i. e. *ara deæ Cœlestis* v. *ara Cœlestis*, sc. Junonis [Monetæ: *Liv.* 6. 20. et *Ovid.* 1. *Fast.* 638., coll. *Jordan, I.* 12. 70], cui hic templum dicatum fuisse constat ex inscr. nuper rep., *Notiz. scav.*, 1892. *p.* 407., coll. *Roschers Ausf. lex.* etc. *I. p.* 712-615), sive montem *Tarpejum* (*Virg.* 8. *Æn.* 947., *Cic. Rabir.* 42. 35., *Liv.* 1. 33. et *alib.* sæpe); hos autem vertices dividebat vallis (*Dionys. Hal.* 2. 15. μεθόριον, quasi *intermontium*), quæ *inter duos lucos* dicitur *Liv.* 1. 8., coll. *Cic.* 4. *Att.* 3. v. *inter lucos Tarpejos* poetice *Propert.* 1. 8. 31., quæque dein complanata est in plateam seu aream, ubi erecta statua equestris M. Aurelii. - Porro, ædificato templo, quod supra memoravimus, toti monti appellatio paullatim communicata est, ita ut nomine *Capitolii* tam vertex septentr. quam australis apud scriptores occurrat, quod «terrestre domicilium Jovis» vocat *Cic.* 4. *Verr.* 58. 129. «arcem imperii caputque rerum» *Liv.* 1. 55., «pignus imperii» *Tac.* 3. *Hist.* 72. et quidem conexum cum fatis ipsius Romæ. *Virg. loc.* infra *cit.* Sed cf. *Dionys.* 3. 69. — Capitolium cum Palatio conjunxit Caligula, ponte super templum Augusti et basilica Julia transmisso (*Sueton. Cal.* 22). — Ad Capitolium a foro triplex olim via ducebat, *sc. Clivus sacer*, *Clivus Capitolinus* et *centum gradus* rupis Tarpejæ (*Horat.* 4. *Od.* 2. 35. et *Liv.* 3. 18). — Memoratur *Virg.* 9. *Æn.* 448. Dum domus Æneæ Capitoli immobile saxum Accolet. *Gracch. or. frg. Cic. orat.* 3. 214. Quo me miser conferam? quo vertam? in Capitoliumne? *Cic. S. Rosc.* 20. 56. Anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint. *Id. Scaur.* 2. 47. Capitolium illud tribus templis illustratum, paternis atque etiam hujus amplissimis donis ornatum. Ædes Jovis optimi maximi, Junonis reginæ, Minervæ. *Tertull.* 1. *Nat.* 10. Serapem et Isidem et Arpocraten et Anubem prohibitos Capitolio Varro commemorat. *Liv. epit.* 58. Gracchus - in Capitolio - occisus est (*Ampel.* 26. et *Gell.* 2. 13. 4). *Sueton. Tib.* 1. Gens Claudia - locum sibi ad sepulturam sub Capitolio publice accepit. *Flor.* 2. 4. 3. Victos enim Gallos Æmilius in Capitolio dicinxit. — In plur. nom. *Virg.* 8. *Æn.* 347. Hinc ad Tarpejam sedem et Capitolia ducit, Aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis. *Sil. It.* 7. 558. quantus qualisque fuisti, Cum pulsus lare et exterris Capitolia curru Intrares exsul (*Camilla*). — Antiquissimis temporibus *Saturnius mons* est appellatus a Saturno (*Fest. p.* 322), qui ibi cum sociis credebatur habitasse et urbem condidisse, *Saturniam* ob id vocatam, cujus porta principalis *Pandana* v. *Saturnia*; postea vero *Capitolinus*, ubi templum in honorem Jovis Capitolini exstructum et a. U. C. 247. dedicatum est. — *b*) Item templum præcipue Jovis O. M. *Plaut. Curc.* 269. siquidem incubare velint qui perjuraverint, locus non præberi potis est in Capitolio. *et Trin.* 84. Nunc ego si te surripuisse suspicer Jovi coronam de capite ex Capitolio. *Horat.* 3. *Od.* 8. 42. Capitolium fulgens (*Senec.* 1. *Contr.* 6. 4. Fastigatis supra tectis auro puro fulgens prælucet Capitolium). Adde *Cic.* 4. *Verr.* 58. 129. *Vitr.* 3. 3. 5., *Tac.* 3. *Hist.* 71., *Liv.* 5. 30. — In plur. num. *Ovid.* 3. *Art. am.* 115. Aspice quæ nunc sunt Capitolia, quæque fuerunt: Alterius dices illa fuisse Jovis. *et* 1. *Fast.* 203. Frondibus ornabant quæ nunc Capitolia gemmis. — Epitheta a poetis adhibita: *Virg.* 6. *Æn.* 836. alta. *Ovid.* 6. *Fast.* 73. aurea. *Sil. It.* 11. 265. celsa. *Prudent. c. Symm.* 2. 834. clara. *Lucil.* 1145. magna. *Propert.* 4. 4. 27. nubila. *Prudent. apoth.* Romula. *Sil. It.* 12. 741. sacra. — De ædificatione, dedicatione, incendiis, restitutionibus templi Capitolini vd. *Cic.* 6. *Verr.* 30. 68. et *Hieronym. chron.* a. Abr. 1303. *de Numa*. — *Cic. dom.* 54. 139., *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 17. (38). — *Mon. Ancyr.* 4. 9., *Lact.* 1. 6. 11., *Inscr. numm. Cohen I. p.* 471. *n.* 3. — *Tac.* 3. *Hist.* 72., ubi fusius de historia templi. — Aliquando discerni nequit, utrum de monte an de ipso templo agatur, ap. *Cic.* 13. *Att.* 33., *Sall. Cat.* 18., *Horat.* 3. *Od.* 24. 45., *Liv.* 8. 4., *Val. Max.* 2. 1. 2., *Sueton. Jul.* 79., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (21). et 7. *ibid.* 53. 54. (182). et *Plin. paneg.* 47. — 2.º) Translate — *a*) Pars pro toto, ita ut utrumque montis culmen (*Capitolium et arx*) intelligatur. *Quadrig. hist.* 7. Marcus Manlius, quem Capitolium servasse a Gallis supra ostendi. *Liv.* 3. 15. Servos ad libertatem Ap. Herdonius ex Capitolio vocabat. *Elog.* (*Corp. I.* 1.² p. 191) 6. (Cum hostes Galli obs)iderent Capitolium. Adde *Liv. epit.* 116., *Vellej.* 2. 58. 2., *Ampel.* 42., *Flor.* 1. 26. 8., *Sil. It.* 11. 86. — In plur. num. *Ovid.* 1. *Fast.* 453. defensa Capitolia. — *b*) Pro imperio Romano. *Horat.* 1. *Od.* 37. 6. Dum Capitolio regina (*i. e.* Cleopatra) dementis ruinas - parabat. *Lucan.* 10. 63. terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro. *Sil. It.* 1. 270. *Hannibal* rumpere fœdera certus, Quo datur, interea Romam comprendere

bello Gaudet et extremis pulsat Capitolia terris. — In plur. num. Arnob. 1. p. 19. Capitolia immania Adde Oros. 5. Hist. 18. — c) Pro quocumque templo pagano seu profano. Tertull. apol. 6. — In plur. num. Prudent. 1. c. Symm. 632. — d) Metaphorice. Chalc. comm. 233. Rationabiliem quidem partem (animæ) ut sapientissimam principem partem obtinentem tamquam totius corporis Capitolium. ¶ 2. Speciatim — 1.º) Singula, quæ in Capitolio sunt a) Templa, ædificia: Cato or. inc. frg. 4., Cic. 2. rep. 20. 36. et 2. Nat. D. 23. 20., 64., Varro 6. L. L. 27., Nep. Att. 20., Serv. auct. ad Virg. 2. Æn. 225., Sueton. Jul. 10., Liv. 6. 30., 22. 37., 23. 31. Augustin. 4. Civ. D. 9. et 10., Mon. Ancyr. 4. 5. Ex his aliisque locis patet ibi fuisse templa, ubi colebantur Mars, Venus, Vesta, Mens, Nemesis, Victoria, Fides, Terminus etc.; præsertim vero Juppiter Feretrius ac Tonans (Summanus in fastigio) cui cella media; Juno, cui læva; Minerva, cui dextera dicata erat: cf. Plin. 28. Hist. nat. 2. 5. (28)., Plut. Popl. 13. et Fest. p. 274. — b) Signa, statuæ, dona: Cic. 5. Verr. 58. 129. et 6. Att. 1., Liv. 6. 29., 9. 44., Val. Max. 3. 1. 1., Ascon. Scaur. p. 30., Plin. 18. Hist. nat. 3. 4. (16)., 35. ibid. 10. 36. (69). et 37. ibid. 1. 5. (11). — c) Tabulæ in Capitolio fixæ: Cic. 5. Phil. 4. 12., Liv. 26. 24., Const. vet. 1. p. 844. extr. 20 (a. 52)., coll. S. C. de Asclep. (Corp. 1. 203) 25. — 2.º) Actiones in Capitolio haberi solitæ. — a) Res sacræ, sc. triumphus et ovatio; ad Capitolium enim ascendebant triumphatores cum hostium ducibus captivis: Sueton. Claud. 24., Cic. 5. Verr. 30. 77. et 6. rep. 11. 11., Ovid. 1. Met. 561., Lucan. 1. 287. et 8. 553. Val. Max. 5. 4. 6. Cf. Horat. 4. Od. 3. 9. et Plin. paneg. 16. — Etiam sacrificia celebrabantur, præsertim Arvalibus, ac vota nuncupabatur pro imperatoribus et imperii incolumitate (Act. fr. Arv. apud Marini cum fragm. ab Henzen ed.) et libri Sibyllini custodiebantur: Plin. 13. Hist. nat. 13. 27. (88). — b) Res profanæ, sc. de senatu, qui illic habebatur, ubi erat senaculum: Liv. 8. 5., 28. 31. et 41. 27., Cic. Sull. 23. 65. et 14. Att. 10. — de contione: Od. 1. Nat. D. 38. 106., Liv. 25. 3., Varro Men. 395., Plin. paneg. 94.

II.) Alia Capitolia — 1.º) Romæ, in colle Quirinali: Capitolium antiquum seu vetus, in VI. Urbis regione de quo Varr. 5. L. L. 32. Capitolium vetus, quod ibi sacellum Jovis - et id antiquius quam ædis, quæ in Capitolio facta. Adde Curios. et Notit. Urb. Fortasse ibi erat, ubi nunc il palazzo del Papa al Quirinale. — 2.º) Extra Romam — a) In Italia, ut Capuæ, Histonii, Beneventi, Falerlis, Marruvii, Fæsulis, Veronæ (Sueton. Tib. 40. et gramm. 9., Corp. 5. 3332.; 9. 2842.; 11. 1545). — b) In provinciis, ut Augustoduni, Narbone, Tolosæ, Thamugadi, Carthagine, Cirtæ Paneg. 4. 9., Sidon. carm. 23. 41. et 9. ep. 16. 3., Corp. 8. 2388., 12464., 6981., Corrip. 3. Just. 125. — Translate. Hieronym. in Is. 14. 22. Arx autem, id est Capitolium, illius urbis (sc. Babylonis) est turris. Adde Stat. 4. Theb. 136. — Plura de Capitolio vd. apud Jordan, Top. etc. I.; Gilbert, Gesch. u. Top. d. St. Rom.; Righetti, descr. del Campidoglio; Richter, Top. 85. 99.; Hülsen, Röm. Mitt. 1889-1893. Cf. etiam Magie, jur. publ. sacrique vocabula p. 149. — Hinc

Capitolinus (Kapitolinus), a, um, adj. (Καπιτωλῖνος v. Καπιτωλῖνος) ad Capitolium pertinens. — 1.º) Generatim. Cic. dom. 3. 7. Capitolinus hostis. et 14. Att. 10. dies. Val. Max. 6. 9. 5. fastigium. Martial. 5. 5. bellum. et 6. 10. 8. viæ. Stat. 5. Silv. 1. 189. sedes. Solin. 13. donaria. — 2.º) Speciatim. Id. 19. Capitolinus Apollo. h. e. statua Apollinis ex Apollonia Pontica a M. Lucullo in Capitolio collocata. Liv. 1. 38. Juppiter. sc. ita dictus a templo in vertice Capitolii, quod, ideo dictum Capitolinum, v. ædes Capitolina, Etruscæ artis monumentum, Tarquinius Priscus incepit, Servius Tullius continuavit, Tarquinius Superbus absolvit; dein exustum Sulla restituit, Lutatius Catulus dedicavit; iterum incendio consumptum Vespasianus refecit; tertio denique igne deletum Titus reædificare instituit, Domitianus vero ad finem perduxit, tribus cellis constans, tribus diis, Jovi, Junoni et Minervæ, sacris, cum triplici ordine columnarum. Corp. I. L. 1. 1034. Isis. sc. ita dicta ab æde ejus in Capitolio. Cf. Tertull. apol. 6. Sueton. Cal. 7. Venus, sc. habens templum in Capitolio. Gell. 2. 10. 2. area (ubi erant statuæ deorum, et etiam virorum illustrium, quas Augustus ob angustias in Martium campum transferendas curavit Sueton. Cal. 22). Tertull. spect. 11. ludi, qui et Tarpeji, instituti a Romulo in honorem Jovis Feretrii, ut dein a Furio Camillo post devictos Gallos (Liv. 5. 50), ab Augusto (Sueton. Aug. 23), a Domitiano, quinto quoque anno, more Olympicorum (Censorin. d. die. nat. 18); hinc Capitolinum certamen (Sueton. Dom. 13) v. agon Capitolinus (Censorin. d. nat. 18); Capitolina quercus, sc. corona querna pro victoribus (Juvenal. 6. 387), quæ et Tarpeja frons (Martial. 9. 4). Id. 12. 21. collis. h. e. ipsum Capitolium (qui et mons apud Solin. 1. et plur. montes poetice apud Manil. 4. 28). Liv. 6. 20. arx (aliquando Arx absolute, ut apud Sueton. Claud. 44). Porphyr. Hor. Sat. 1. 6. 39. saxum. h. e. mons Tarpejus (Acron. ad l. c.), unde damnati præcipitabantur a tribunis pl., quod Saxum absolute vocat Eutrop. 7. 15 (V. TARPEJUS). Liv. 41. 27. clivus. h. e. unus ex præcipuis ascensibus ad Capitolium e via sacra venientibus, quare et Clivus sacer dicitur Horat. 4. Od. 2. 35. et etiam Capitolinum iter apud Plin. paneg. 52. Adde Hygin. fab. 269. et Serv. ad Virg. 2. Æn. 116. — Capitolini, absolute, homines in Capitolio et in arce habitantes, quorum collegium constituit Furius Camillus ad edendos ludos Capitolinos. Cic. 2. Q. fr. 5., Liv. 5. 50., coll. Corp. 14. 2105. et Juvenal. 2. 145. — Capitolina, orum, item, ludi v. certamina in Capitolio fieri solita. Tertull. spect. 11.

Capitolinus, i, m. 2. cogn. vir. — 1.º) Cogn. deorum: Jovis (Corp. 6. 30920., Liv. 6. 17. et 41. 20., Ovid. 2. Fast. 69). — Juppiter Optimus Maximus Capitolinus in Inscr. numm., apud Cohen, I. p. 344. — Aliorum deorum: Junonis ap. Val. Max. 6. 1.; Veneris ap. Sueton. Cal. 7. — 2.º) Hominum, in gente Cornelia, Julia, Manlia, Petillia, Quinctia, Sestia aliisque: Liv. 3. 12. T. Quinctius Capitolinus, ter consul. et 6. 11. T. et L. Quinctius Capitolinus trib. consulari potestate. - Julius Capitolinus, scriptor historiæ Augustæ (V. JULIUS); Sueton. Galb. 2. « Lutatius Catulus Capitolinus dictus ob restitutionem Capitolii ». Sic absolute Capitolinus appellatus Furius Camillus ob Capitolium liberatum a Gallis, apud Sulpic. Sat. 41. — Capitolina, cogn. mul. Inscr. apud Momms. n. 4044. — Compend. in tit. Cap., Capit., Capitol., Capitoli.

Capitolius, a, um, adject. (Cf. Ζεὺς Καπιτώλιος), quod sæpe legitur. Aur. Front. p. 48. N. Omnis omnium populorum præsides deos atque ipsum lucum, qui Capitolium montem strepit, quæso, tribuat hoc nobis. Prisc. Anast. 177. Capitolia templa. — Capitolia (Καπιτώλια) absolute, ludi a Domitiano instituti. Corp. 15. 7015. Cf. Stat. 3. Silv. 5. 31.

CĂPĬTŌLĪNUS et

CĂPĬTŌLĬUS, a, um, adj. V. voc. præc.

CĂPĬTŬLUM, i, n. 2. oppidum Campaniæ in Hernicis, unde plenius Capitulum Hernicum v. Hernicorum, ap. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63)., trib. Aniensi, hod. Piglio, in monte cogn.; quod a caput nomen videtur accepisse (Cf. Nibby, Anal. I. p. 389), colonia, lege Sullana deducta. Grom. 1. col. p. 232. L., coll. Strab. 5. 238. et Corp. 10. p. 590.

CAPĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. 6. 34777 — Capia, nom. mul. Corp. 11. 5120. — Hinc Capenius, Capinius et fortasse Caponius. Cf. Cappius, Cappianus, Cappis, Cappo, Capponius in Corp. (V. Schulze, Eig. p. 145).

CAPŌTĒS, mons Armeniæ, e cujus radicibus Euphrates fluv. oritur, teste Licinio Muciano apud Plin. 5. Hist. nat. 24. 20. (83). Capoten (acc.). At Solin. 37. habet Catotes.

CAPPĂDŎCĒNUS, a, um, et

CAPPĂDŎCES, um. V. voc. seq.

CAPPĂDŎCĬA, æ, f. 1. (Καππαδοκία) ita fortasse dicta a fluv. Cappadoce (fort. hod. Kir-Shehr), ut docet Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. (8).: vel a propria urbe, ut putat Isid. 14. Orig. 3. 37., quæ tamen nobis ignota est.

Cappadocia, regio Asiæ minoris, inter Pontum ad septentr., Armeniam ad orient. Commagenem et Ciliciam ad merid., Lycaoniam et Galatiam ad occid., cujus ambitus varias subiit vices, olim enim et regnum quoque Ponti comprehendebat (Cfr. Solin. 45. sqq. et Isid. loc. cit.), hodie item Cappadocia (Turc. Sivas et Caramania). Memoratur Expos. mund. 40. « In superiori parte Cappadocia est, quæ habet viros nobiles et civitatem maximam Cæsariam (h. e. Cæsaream, olim Mazacam). Frigora autem maxima habere dicitur et non posse hominem imperitum locorum sine aliquo artificio habitare. Negotia autem hæc optima ubique mittere eam ajunt: leporinam vestem et Babylonicarum pellium et illorum divinorum animalium formunsitatem » (Cf. Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. [24]., unde Solin. loc. cit. et Capell. 6. p. 222). Bell. Alex. 66. 3. Sanctissimum in Cappadocia Bellonæ templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos ejus deæ majestate, imperio, potentia secundus a rege consensu gentis illius habeatur. Adde Plaut. Mil. 52., Cic. 15. Fam. 4., Nep. Dat. 1., Flor. 3. 12. 4., Oros. 1. Hist. 2., Jul. Val. 2. 11., — Quo autem sensu accipienda sint quædam loca Vulg. (Deut. 2. 23., Jer. 47. 4., Am. 9. 7. et alib.), ubi occurrit nom. Cappadociæ et Cappadocum, videsis ad v. CAPHTORIM. — Antitaurus, montium series, cujus culmen Argæus ceteris eminet, eam partitur a septentr. ad orient. alluitque præcipuus fluv. Halys cum lacu salso mirabili (Vitr. 8. 3); terra vero fertilissima est, præsertim quam « occupavere Tectosages ac Teutobodiaci » (Plin. 5. Hist. nat. 32. 42. [146])., ubi et sal effossum, oleum Selgicum, lapis alabastrites et specularis, gemmæ Sinopis etc. laudantur (Plin. locc. citt., Nemes. cyn. 241., coll. Exc. III. Wernsd., Claudian. carm. 5. 31., 18. 246. et alib.). — Fuit Cappadocia pars imperii Assyrii, Medi et Persici, sub quo in duas satrapias divisa est, et in duo regna sub Macedonia (Strab. 12. 533. sqq.); hinc quæ erat ad Pontum Euxinum, Cappadocia Pontica sive Pontus est appellata; quæ vero infra, Cappadocia Magna sive Cappadocia ad Taurum aut Cappadocia propria dicta, quæ, prout a Romanis agnita fuit, limites habuit supra descriptos. - Post mortem Alexandri M. Syrorum imperio subjacuit, propriæ tamen dynastiæ reges servans nomine Ariarathis et Ariamnes tantum, usque ad a. 93. a. Chr., succedente alia Ariobarzanis, usque ad a. 17. p. Chr., quæ, Archelao mortuo, exstincta est et Cappadocia sub Tiberio in provinciam redacta per Germanicum (Sueton. Tib. 37., coll. Tac. 2. Ann. 42., Vellej. 2. 39. et Eutrop. 7. 11), a procuratore Rom. administrata, primo excepto Q. Veranio, quem legatum vocat Tac. 2. Ann. 56. — Sub Vologeso, Parthorum rege, sub Nerone imp. (Tac. 15. ibid. 12. sqq.) iterumque sub Antonino Vero et Commodo a Parthis devastata fuit, unde occasio belli Parthici orta (Oros. 7. Hist. 15). — Sub Constantino M. habuit præsidem et sub Theodosio II. consularem; deinde in primam (cujus metropolis Cæsarea, nunc Kaisarijeh) et secundam (cujus metropolis Tyana) divisa est. Cod. 7. 16. 41., Notit. Dign. or. 1. 105., Novell. Just. 8. notit. p. 84., Cod. Theod. 6. 30. 2., ubi laudatur officium comitis domorum per Cappadociam, quo declaratur dictio domus divina per Cappadociam in Notit. Dign. or. 10. 2. — Addimus Cappadociam christianæ fidei luce illustratam fuisse inde a tempore Apostolorum (Act. 2. 9. et Petr. loc. cit.) duoque sanctitatis ac doctrinæ lumina habuisse, Basilium et Gregorium Naz., ex quibus præcipue orta est celebris schola, quæ Cappadox dicitur, de qua scripsere Vigouroux (Cosm. Mos. Paris 1889); Fialon (Etud. hist. et litter. etc. Paris 1865); Weiss (Die grossen Kappad. etc. Brunsb. 1872); Boehringer (Die Kirche Chr. v. VII. Die drei Kappadozier Stuttg. 1875). — Nummi autem apud Eckhel 3. p. 186-202., Visconti in Iconogr. II. p. 299-316. Head, H. N. 749. et Inscriptt. Corp. 3. p. 974-2328. 82. historiæ hujus regionis declarandæ optime inserviunt. — Hinc

Cappadoces, um (Καππάδοκες), m. 3. Genet. Cappadocum ubique; nam in illo Nov. Just. 30. pr. « Quantum sit Cappadociam nomen et gens » videtur adjectivum (etsi gr. Καππαδοκῶν). — Acc. Cappadocas habet Mela 3. 77., Pers. 6. 77., Ammian. 22. 9. 13.; sed Cappadoces in Expos. mund. 44. — Cappadoci pro Cappadoces, apud Diosc. 3. 125. et Chron. Alex. chron. I. p. 96. — Cappadoces, populus Cappadociam incolens, Leucosyri dicti a Græcis (Siri bianchi), quia putabantur ex Syrorum gente orti (Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. [9].; recentiores tamen eruditi eos originis Persicæ arbitrantur, nec, idcirco, ex stirpe Semitica sed Ariana oriundos (Smith, G. A. 2. 9. Cf. etiam Isid. 9. Orig. 3. 20). Memorantur Mel. 1. 13. Notiora jam nomina Medi, Armenii, Cappadoces. Solin. 45. Mazacam sub Argæo sitam Cappadoces matrem urbium numerant. Ruf. Fest. 11. 3. Semper inter auxilia nostra fuere Cappadoces et ita majestatem coluere Romanam ut in honorem Augusti Cæsaris Mazaca, civitas Cappadociæ maxima, Cæsarea cognominaretur. Hieronym. chron. a. Abr. 509. Hercules - a Cappadocibus - Desanaus adhuc dicitur. Pers. 6. 77. Cappadoces pingues. Lucan. 3. 244. feroces. Cic. 6. Att. 1. Nihil Cappadocum regno spoliatius, nihil rege Ariobarzane egentius. Hinc Horat. 1. Ep. 6. 39. Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex (Cf. Schol. ad l. « Cappadoces abundare mancipiis dicuntur, egere pecunia »). Martial. 6. 85. Impia Cappadocum tellus (soliti enim erant Cappadoces falsa testimonia proferre: cf. Schol. ad Pers. l. c.). Id. 6. 77. Quid te Cappadocum sex onus esse juvat? s. h. gestari a sex Cappadocibus; grandi enim erant corpore sed stupidioris plerumque ingenii. Cf. Lucan. 7. 225. Cappadocum montana cohors (fort. quingenti equites ab Ariobarzane ad Pompejum missi: Cæs. 3. B. C. 4). — Hinc Cappadocus, adj. Colum. 6. 17. 1. Cappadocus sal. Martial. 10. 184. gens. et 5. 78. 4. lactucæ (Cf. Daremberg-Saglio II. 1146). et 10. 76. 3. catastæ. — Cappadocus pro Cappadox apud Apul. 8. met. 24. - et in plur. num. Diosc. 3. 125. — Cappadoca, nom. serv. mul. Corp. 6. 5510. — Cappadocius, adj. — Absolute Colum. 11. 3. 36. Cappadocia (lactuca), quæ pallido et pexo densoque folio viret (ital. cappoccia?). — Expos. mund. 44. Paphlagonia et Pontus, virorum divitum habitatio et valde eminentium, similiter Cappadociis et Galatis, in doctrina quoque et in omnibus bonis. — Cappadocicus, adj. Inscr. numm. Cohen. 2. p. 153. n. 563 (Hadriani) exercitus Cappadocicus. — Diosc. 4. 143. Cappadoticus (helleborus) his albidior est.

Cappadox, ŏcis (Scribitur etiam Kappadox in Corp. 12. 5239) ¶ 1. Adject.: — a) De hominibus. Sueton. Tib. 37. Archelaus Cappadox. Liv. 40. 20. Ariarathes. Senec. 9. Contr. 2. 29. Glaucippus. — In primis de servis Cappadocibus numero plurimis (Wegman, Archiv. 8 [1893] 485). Cf. Cic. Flacc. 25. 61. — b) De beluis. Capitolin. Gord. 4. Cappadoces equi. Sic Claudian. 5. 31. jam pascua fumant Cappadocum volucrumque parens Argæus equorum. Nemes. cyn. 241. Cappadocumque (equorum) notas referat generosa propago. et Veget. 3. mulomed. 6. 4. gloriosa nobilitas. ¶ 2. Substant. — 1º.) Universim. Cic. loc. cit. Cappadocem autem illum (i. e. Mithridatem) non modo recipiebat suis urbibus, verum etiam ultro vocabat. Id. 9. red. in sen. 14. Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres (L. Pisonem). — 2.º) Pronomine: — a) Persona fabulæ Plautinæ. sc. leno. Curc. 233. et 342. — b) Cogn. Corp. 12. 5239. et 13. 7382 (in Germ. sup.). — c) Nom. fluvii — α) Asiæ minoris, hod. Delidje-Irmak. Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. (9). Disterminat eas (i. e. Galatiam et Cappadociam) Cappadox amnis, a quo nomen traxere antea Leucosyri dicti. — β) Syriæ ad Euphratem decurrentis. Tab. Peut. 11. et Rav. p. 90.

CAPRA, æ, 1. ¶ 1. In sing. num. — 1.º) Est nom. sideris. V. AMALTHEA. — 2.º) Item cogn. vir (Cfr. Capella et Caprarius, Capresius, Capratinus, Caprelius, Caprilius, Caprius et V. Schulze, Eigenn. p. 353). Varro 2. R. R. 1. 10. Nomina multa habemus ab utroque pecore - Equitius, Taurius (Asinius) cognomina - ut Annii Capræ etc. Adde Corp. 10. 6463. — Cogn. mul. Corp. 11. 1218 (Placentiæ). — 3.º) Est etiam nom. loci urbani in campo Martio, ubi postea Agrippa, ut quidam putant, Pantheon erexit: quæ campi pars ceteris depressior, etiam hodie (Nibby, Rom. ant. 1. p. 40), palus Capræ v. Capreæ (Plut. Romul. 27., αἰγὸς ἕλος) vocatur, celebris ob Romuli mortem; quum enim ad exercitum recensendum ibi contionem haberet, « subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem cooperuit nimbo ut conspectum ejus contioni abstulerit » (Liv. 1. 16); fortasse ictu fulminis vel militum proditione occisus, quicumque ille fuerit Romæ conditor; sed ita res tradita ut crederetur quasi in cælum raptus quasique numen colendus (V. ROMULUS). — 4.º) Capra picta, vicus seu pagus in Mauretania, in eremo, in quam relegati sunt, Genserici regis temporibus, quidam Christiani, qui gentiles illos ad Christi fidem converterunt (Vict. Vit. 1. Pers. Vand. 11), ita ut episcopi sedes ille locus fieret, quod arguit Morcelli in Afr. Chr. I. p. 115. sq. ex quodam Primo, qui episcopus Caprensis dicitur in Notit. Eccl. Afr. ¶ 2. In plur. num. Capræ, arum. — 1.º) Oppidum Istriæ, Ægida quoque dictum. Ravenn. 4. 31. et 5. 14. — 2.º) Item Liguriæ, apud eund. 4. 33. — 3.º) Item Etruriæ, ubi Totila, rex Gothorum, mortuus est. Procop. bell. Goth. 4. 32. 27.

CĂPRĀRĬA, æ, f. 1. (Secundam syllabam producit Rut. Namat. 1. 439) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.º) Insula in mari Tyrrheno inter Corsicam et Ilvam, hodie Capraia, a multitudine caprarum, teste Varr. 2. R.R. 3. 3., ubi Capraria scribitur, Græcis Ægilion, ut ait Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. (81). Adde Mel. 2. 122., Jul. Hon. cosm. rec. A 41 (Ptol. Καπραρία). Rut. Namat. loc. cit. Processu pelagi jam se Capraria tollit: Squalet lucifugis insula plena viris: Ipsi se monachos Grajo cognomine dicunt (Loquitur vir paganus). At Oros. 7. Hist. 36. (Mascezel) Caprariam insulam adiit, unde secum sanctos servos Dei aliquot permotos precibus suis sumpsit. — 2.º) Item una ex ins. Fortunatis. Plin. 6. Hist. nat. 32. 37. (202)., Solin. 56. et Capell. 6. p. 226. Rav. 5. 32. Capriaria. — 3.º) Item insula Baliaris, hodie Cabrera, « insidiosa naufragiis » Plin. 3. Hist. nat. 5. 11. (76).; unde « naufragalis » dicta Capell. 6. p. 207. Greg. M. ep. 13. Capria. — Hinc plumbum Caprariense effodiebatur, teste Plin. 34. Hist. nat. 17. 49. (164). — 4.º) Item insula in oceano Indico. Rav. 5. 39. — 5.º) Item locus Numidiæ. Tab. Peut. 4. Capriaria. — 6.º) Item castrum Gallicum. Greg. Tur. 3. Franc. 21. ¶ 2. Est etiam nom. mul. V. CAPRARIUS.

CĂPRĀRĬENSIS, is, adject. In sing. num., ut Capraríense plumbum in voc. præc. — In plur., ut Caprarienses montes apud Ammian. 29. 5. 34. — Absolute Caprarienses, gens Mauretaniæ. 20. 5. 37.

CĂPRĀRĬUS, ii, m. 2. (Kaprarius in Corp. 6. 14389) cogn. vir. Corp. 12. 3684 (Nemausi). — Capraria, nom. mul. Corp. 2. 5963 (in prov. Tarrac.) — Caprarius mons, apud Cassiod. 12. Var. 17., ut videtur, prope Ravennam.

CĂPRĀSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 13. 5165. — Caprasia, f. — 1.º) Nom. mul. Corp. 4. 207. — 2.º) Etiam nom. oppidi Bruttiorum. Itin. Ant. p. 105. et 110., Tab. Peut. 6. Rav. p. 278. Capratia. — 3.º) Item ins. maris Tyrrheni. V. CAPRARIA. 1. — 4.º) Item ostium Padi. Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (120).

CĂPREÆ, ārum, f. plur. 1. (Καπρίη v. Καπρίαι Steph. Byz., Καπρέαι Strab., Καπρέα Ptol., Καπρία Dio) Caprea apud Jul. Hon. cosm. A. 41. — Capraria in Itin. Ant. p. 516.

Capreæ, insula prope Neapolim, ante Minervæ promontorium (Strab. 6. 16., coll. Ovid. 15. Met. 709), hod. Capri. Memoratur Serv. auct. ad Virg. 7. Æn. 735. Quidam dicunt Capreas a Capreo, qui in illis regionibus potens fuit, nominatas. Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. (82). A Surrento VIII. distantes Tiberii principis arce nobiles Capreæ, circuitu X (I) M. (Cf. Juvenal. 10. 72., 93., Tac. 4. Ann. 67. et Sueton. Tib. 40). Stat. 3. Silv. 1. 128. Capreæ dites virideeque. Serv. ad Virg. 5. Æn. 864. Sirenes - in Capreis habitaverunt. Virg. 7. Æn. 735. Teleboum (colon. Gr. a Tapho) Capreas cum regna teneret (Cf. Serv. ad l.). — Hanc insulam Augustus ædificiis instruxit et incolis frequentavit (Strab. 1. 60.; 5. 247. sq., coll. Sueton. Aug. 92. et 98); sæpius etiam adiit ac diutius incoluit ædificiis a se ornatam Tiberius, quem ideo Caprineum dictitabant (Sueton. Tib. 43), exstructis sibi ædibus « præcipue delectatus insula, quod uno parvoque litore adiretur, septa undique præruptis immensæ altitudinis rupibus et profundo mari » (Sueton. Tib. 40); ubi « secreti licentiam nanctus - cuncta simul vitia male diu dissimulata tandem profudit » (Ibid. 41); « sellaria excogitavit, sedem arcanarum libidinum » « vix ut referri audirive, nedum credi, fas sit », nec Romam amplius rediit (Ibid. 44). V. TIBERIUS. Dein et Caligula Capreas invisit et Vitellius adulescens diu incoluit inter Tiberiana scorta (Id. Cal. 10. et Vit. 3). — De inscriptionib. ad eas pertinentibus vd. Corp. 10. p. 681. et 1018. Cfr. etiam Beloch, Campanien, 278-292. et Schoner, Capri, Wien 1892. — Caprensis, adj. Sueton. Tib. 43. Secessus Capreensis (Caprensis Aldin.). Adde Fast. Antiat. a. 48 (Corp. 1. p. 247) Corp. 3. 3. — Caprineus, dictus Tiberius imp. Sueton. loc. cit.

CĂPRĬCORNUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. 10. 2104 (Puteolis). — V. CAPRICORNUS, alio sensu, in Lexico.

CĂPRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. 5. 147 (Polæ). Horat. 1. Sat. 4. 64. « Sulcius acer Ambulat et Caprius, rauci male cumque libellis » (Fuit delator et causidicus: cf. Porph. et Schol. ad l.). — Capria, nom. mul. Corp. 3. 11078 (in Pann. sup.); et cogn. Corp. 9. 2499. Cf. Caper (Caprus). — Hinc Capreus, Capreolus v. Capriolus, Caprelius, Caprilius, Capronius, Caprulius. V. Lattes, Archiv. 13 (1904) 184.; Schulze, Eig. p. 145. et 353. et Corp. — Caprio, nom. dei et vir. Corp. 13. 4142. et Papyr. Marini 7359.

CAPRŎTĪNA, æ, f. 1. cogn. Junonis (Arnob. 3. p. 118); inde nonæ Caprotinæ (i. e. Juliæ) Varro 6. L. L. 18. et Auson. 335. 9. — Capratinæ in Corp. 4. 1555., Gr. Καπρατῖναι Plut. Rom. 29.

CAPSA, æ, f. 1. et, fortasse, Capse, is, 3. oppidum Numidiæ, postea prov. Byzacenæ (Ruggiero, diz. ep. II. 101.), tribu Papiria, hod. Gafsa, quod duplex a nonnullis putatur. Sall. Jug. 89. Inter ingentes solitudines oppidum magnum atque valens nomine Capsa, cujus conditor Hercules Libys memoratur. Adde eund. ibid. 91. et 97., ubi dicitur a Mario captum atque incensum (a. 106. a. Chr.). Flor. 3. 1. 14., Jul. Hon. cosm. A 44., Oros. 5. Hist. 15. et Corp. 8. 101 (Capsæ). — Fuit colonia (Tab. Peut. 5. et Rav. 3. 5). Cyprian. sent. ep. n. 69. et Augustin. c. Donat. 7. 83. n. 64. Capse (abl.). — Hinc Capsensis, adj. et vocabulum incolæ. Cyprian. ep. 56. Capsensis civitas. — Capsenses et Capsitani, incolæ. Sall. Jug. 89. et Plin. 5. Hist. nat. 4. 4. (30).

CAPTA, æ, f. 1. cogn. Minervæ, ap. Ovid. 3. Fast. 837. « Cælius ex alto qua mons descendit in æquum - Parva licet videas Captæ delubra Minervæ (i. e. Minervium ad radices montis Cælii) Nominis in dubio causa est » (al. leg. Capitæ). Quadruplex tamen ab eo causa adfertur: vel quia Minerva capitalis ingenio est; vel quia ex capite Jovis prosiluit: vel quia, Faliscis subactis, captiva Romam venit: vel quia furtum in ejus sacrario pœna capitis multabatur.

CĂPŬA, æ, f. 1. (Καπύη) Kapua in Corp. 10. 1573. et Rav. p. 277 (V. Momms. Corp. 10. p. 366. sq. et Nissen, Landesk. II. 696. sqq.): nomen plenum coloniæ Rom. posterioris temporibus Concordia Julia Valeria Felix Capua, in Corp. 10. 3867. — De vocabuli origine, prætermissis etymis Virg. 10. Æn. 145., Serv. ad h. l. et Paul. Fest. p. 43., vero similius mihi videtur, quod tradit Liv. 4. 37. « Vulturnum Etruscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam Capuamque ab duce eorum Capye vel quod propius vero est a campestri agro appellatur » sc. a camporum, in quibus sita est, planitie ac latitudine, et hoc ex eo confirmatur, quod a Capua apud veteres adjectivum factum est, non Capuanus, sed

Campanus (Cf. *Varr.* 10. *L. L.* 1. *ante med.*); quamquam sequiore ævo invaluit etiam *Capuanus*, *Capuensis*.

Capua ¶ 1. Est urbs Campaniæ caput, *Campana* dicta (*Virg. loc. cit.*), antea *Vulturnum* (*Liv. loc. cit.*, seu *Alternum* v. *Aliternum* v. *Alturnum*, ut alii leg. apud *Serv.* ad *Virg. loc.*), a Samnitibus dein *Capua* appellata (*V.* CAPYS); olim potens, nunc fere diruta, ubi est pagus *Santa Maria di Capua vetere*, inter Vulturnum et Clanium fl., in via Appia. — Condita fertur ab Etruscis (*Mel.* 2. 60., *al.*), non a Trojanis, ut fabulantur veteres (Cf. *Virg. loc. cit.*, *Lucan.* 2. 293., *Sil. It.* 11. 29. et 297., *Sueton. Jul.* 81., coll. *Polyb.* 2. 17. et *Dionys. ant.* 1. 73). Ad rem *Vellej.* 1. 7. 2. Quidam hujus temporis tractu ajunt a Tuscis Capuam Nolamque conditam ante annos fere octingentos et triginta, quibus equidem assenserim; sed M. Cato quantum differt! qui dicat Capuam ab eisdem Tuscis conditam - ac subinde autem Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter CCLX. Quod si ita est, quum sint a Capua capta anni CCXL., ut condita est, anni sunt fere D. Ego (pace diligentiæ Catonis dixerim) vix crediderim tam mature tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, resurrexisse. — De ejus fertilitate, morum corruptione, superbia ac potentia hæc loca subjicimus: *Cic.* 1. *leg. agr.* 6. 18. Qui locus (*Capua*) propter ubertatem agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem genuisse dicitur. *et post red. in sen.* 17. Capuæ - in qua urbe domicilium quondam superbiæ fuit. *et ibid.* 7. 20. Hannibalem ipsum Capua corrupit. Sic *Liv.* 23. 45. et *Flor.* 2. 6. 21. Capuam Hannibalis Cannas fuisse (Cf. *Sil. It.* 12. 287. Heu sine Marte juventus Debellata bonis Capuæ). Rursum *Cic.* 2. *leg. agr.* 32. 86. Contra hanc Romam, communem patriam omnium nostrum, illa altera Roma (sc. Capua) quæretur. *et ibid.* 37. Tres solum urbes in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. *et ibid.* 35. 97. Coloni Capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriosis collocati. *Flor.* 1. 16. 6. Capua caput urbium. *Martial.* 23. 10. 2. brevi caput Italiæ omni Capuam fore. *Sil. It.* 11. 424. (*Capua*) altera Carthago. *Auson. de clar. urb.* 6. potens opibusque valens, Roma altera quondam. *et* 17. 280. florens. *et ibid.* 301. sublimis. *Virg.* 2. *G.* 224. dives. *Colum.* 10. 132. pinguis. Rursum *Flor.* 2. 6. 42. sedes et patria altera Hannibalis. — De luxu et divitiis Capuæ; tum etiam de famosis gladiatorum scholis, unde servile bellum, Spartaco duce, ortum est a. 73. a. Chr., cf. *Liv.* 28. 2. — Capua a Samnitibus capta fuit a. 424. a. Chr.: sed a. 343., Romanis fœdere conjuncta, ab iis contra Samnites adjuta (*Liv.* 7. 29. *sqq.*) ac civitate Rom. donata sine jure suffragii et a præfecto administrata (*præfecti Capuæ et Cumis* ap. *Liv.* 9. 20), quamvis proprios haberit magistratus (*meddices*). Verum post prœlium Cannense, quum partibus Hannibalis studuisset, Romani eam, frustra equestribus prœliis aliquando victricem a. 221. a. Chr., subactam severissime habuerunt, ejus territorium in publicum addixerunt (*Liv.* 27. 11., coll. 28. 46), civile, ab antiquo tempore statutum, regimen abrogarunt, Romanosque serius coloniæ eo miserunt, temporibus Cæsaris, Antonii, Augusti et Neronis. — Porro sæc. I. p. Chr. (a. 840) eversa fuit; sed brevi reædificata, ubi erat Casilinum, opp. parum ab ea distans, quod nunc *Capua* dicitur (*G. Smith, G. A.* 4. 580). — Inscriptiones ad eam pertinentes edidit *Momms.* in *Corp.* 1. *p.* 159., coll. *Inscr. R. Neap. p.* 184. nummosque illustrarunt *Eckhel* 1. *p.* 110; *Cavedoni, Spic. numism. p.* 14.; *Garrucci, Monet. d' Ital.* 88. et 89. et *Head, H. N.* 32. V. etiam *Beloch, Campanien* 295-360. et *Momms. St.-R. II.*³ 608. — Hinc *Campanus*, adj. *V.* CAMPANIA. — *Capuanus*, adj. latinæ temporibus postremis. (f. osco *Kapoans*, græco Καπυανός.). *Varro* 10. *L. L.* 16. Quare proinde ac simile conferri non oportet ac dicere ut sit a Roma Romanus, sic ex Capua dici oportere Capuanus, quod in consuetudine vehementer natat. Adde *Symm.* 1. *ep.* 11. et 8. *ep.* 11. et *Corp.* 10. 4528. — Incolæ. *Schol. Hor. sat.* 1. 5. 54. Osci Capuani. — Nom. vir. *Cassiod.* 5. *Var.* 21. — *Capuensis*, adj. (Καπυήσιος). *Ambr. ep.* 56. et *Corp.* 10. 3860. — Ethnicon. *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 730. Capuenses dicit, qui ante Ophici appellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes. Adde *Inscr. Ephem. epigr.* 8. *n.* 119. *p.* 456. ¶ 2. Capua, nomen, ut videtur, mulieris. *Corp.* 13. 10024. 378.

CĂPŬĀNUS, a, um, et

CĂPŬENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

CĂPUT, ĭtis, n. 3. nom. commune, de quo V. *Lexicon*, quodque aliquando cum addita voce nomina propria quorundam locorum designat. Ita — 1.°) Caput Africæ: — *a)* Vicus urbis Romæ (*via dalla Navicella*), nomine sumpto ab ædificio, fort. Africæ signo aliquo distincto, ubi collegium erat ephebborum (*domus Gelotiana*), qui educati familiæ imp. adscribebantur (*paggi imperiali*). *Corp.* 6. 1052 (a. 198). PAEDAGOGI PUERORVM A CAPITE AFRICAE. *C.* 5. 1039. AD KAPVT AFRICAES. — Hinc adj. *Caputafricensis*, et vernæ v. pueri *Caputafricenses*, in *Corp.* 5. 1039. et 6. 8982-8987 (V. *Gatti, Ann. d. Inst.* 1882. *p.* 191-220. et *Lanciani, Mon. d. Lincei I.* 500). — *b)* Item vicus Carthaginis, ut viri docti contendunt. *Prob. app. gramm. IV.* 198. 24. Vico Capitis Africæ, non vico Caput Africæ. — 2.°) C. fluminis Anæ, statio Hispaniæ. *Itin. Ant. p.* 446. — 3.°) C. Arietis, castrum Galliæ australis, prope *Carcassona*, apud *Greg. Tur.* 8. *Franc.* 30. — 4.°) C. Basensis, statio Pannoniæ secundæ. *Not. Dign. occ.* 32. — *Rav. p.* 215. C. Basantis (hod. *Bosna*). — 5.°) C. Buballi, statio Mœsiæ inferioris. *Tab. Peut.* 7. et *Rav. p.* 204. — 6.°) C. Budelli, statio Numidiæ. *Tab. Peut.* 1. — 7.°) C. Canterii — *a)* Vicus regionis XIII. urbis Romæ. *Corp.* 6. 975 (a. 136). — *b)* Vicus Cordubensis. *Corp.* 2. 2248. — 8.°) C. Cellarum, statio Mauretaniæ Cæsariensis. *Itin. Ant. p.* 31. — Hinc adj. *Caputcellensis* in *Not. Dign. occ.* 23. — 9.°) C. Cilani (*Cillani*) idem, ut videtur. *Itin. Ant. p.* 31. — 10.°) C. Gorgonis, vicus regionis urbis Romæ XIV. trans Tiberim. *Curios. Urb. reg.* 14 *p.* 18. — 11.°) C. saltus opp. Africæ. *Inscr.* apud *Renier n.* 3556. — 12.°) C. Stenarum, statio Daciæ. *Rav. p.* 188. et *Tab. Peut.* 8 (Cf. *C. Goos Geogr.* 43. 17. et *J. Jung, Fasten d. Prov. Dakien* 149). — 13.°) C. Thyrsi, statio Sardiniæ. *Itin. Ant. p.* 81. — 14.°) C. Vadorum (Βραχώδης ἄκρα), promontorium Byzacii. *Coripp.* 1. *Joh.* 368. — 15.°) Capita bubula, nom. regionis urbis Romæ, ap. *Sueton. Aug.* 5., ubi ædes v. sacrarium, in Palatino, habebat Augustus. — 16.°) Capita (tria), statio Hispaniæ. *Itin. Vicarell. III.* (*Corp.* 11. 3283). 2. 6. et *Itin. Ant. p.* 399 (trad. *Trais Capita*).

CĂPYS, yis (yos), m. 3. (Κάπυς, υος) Acc. *Capym* apud *Virg.* 1. *Æn.* 183. et *Capin* apud *Boeth.* in *Porph. comm. pr. p.* 38. 11. — Abl. *Capy*, ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 273., et *Capye* ap. *Liv.* 4. 37. Cetera V. *Prob. cath. gramm. IV.* 27. 8. — *Capys* Lydorum (*Steph. Byz.*) vel Etruscorum lingua (*Serv.* ad *l. c.*) *falconem*, v. *halitum*, *flatum* (*Pape-Bensel.* ad *v.*) significat.

Capys ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit rex Dardanorum, filius Assaraci, pater Anchisæ. *Enn. ann.* 30. Assaraco natus Capys optimus isque pium ex se Anchisen generat (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 35). *Ovid.* 4. *Fast.* 34. Assaracon creat hic (*Tros*) Assaracusque Capyn. Adde *Serv.* ad *loc. Æn. cit.* et *Acc.* apud *Schol. Bern. georg.* 1. 502. — 2.°) Item socius Æneæ, Trojanus, qui fertur Capuam condidisse. *Virg.* 10. *Æn.* 145. Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Adde *eund.* 1. *ibid.* 183. et *alib.*, *Stat.* 3. *Silv.* 5. 77., *Sall. hist.* 2. *frg.* 11. *Kritz.*, *Lucan.* 2. 393. *Sil. It.* 11. 297. Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo Assaracus nulloque minor famave manuve Tum Capys et primus dederit sua nomina muris. Adde *eund.* 13. 117. et 321. — 3.°) Item Samnitium dux, a quo Capua dicta, quum antea Vulturnum sive Alliternum vocaretur, teste *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 145. V. CAPUA. Adde *Liv.* 4. 37. et *Paul. Fest. p.* 43. — 4.°) Item rex Albanorum octavus, cognomento *Silvius*, ut alii Albani reges, filius Atyis v. Epyti, pater Capeti, uti tradunt *Virg.* 6. *Æn.* 768 (*Serv.* ad *l.*), *Ovid.* 14. *Met.* 613. et 4. *Fast.* 45., *Liv.* 1. 3. — Regnavit ann. XXVIII., sc. ab an. a. Chr. 953-925., si credimus chronogr. *Cassiod.*, *Dionys.*, *Eus.* apud *Hier.* ad a. Abr. 1053. — 5.°) Item pugnator, occisus in bello Punico secundo, de quo *Sil. It.* 4. 381. ¶ 2. Est etiam cogn., ut videtur, in *epitaph. Etreiæ Thetidis* apud *Momms. n.* 4878. et in *Anthol. Lat. n.* 1511. *Mey.*

CĀR, ăris, m. 3. (Κάρ) ¶ 1. Fuit filius Phoronei, frater Lydi ac Mysi, unde Cariam regionem nomen traxisse referunt *Herod.* 1. 171, *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (203)., coll. *Paus.* 1. 39. 5., primus, qui auguria ab avibus petere instituit. ¶ 2. Item, adjectivorum more, idem ac Cares seu ex Caria. *V.* CARES. ¶ 3. Item opp. Asiæ minoris. *Hil. op. hist. frg.* 2. 29. « Bassus episc. a Car ». Alii tamen compend. putant vocis *Caria*.

CĂRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est opp. Hispaniæ Tarraconensis, hod. *Santacarra*, in *Corp.* 2. 4906. et *Rav. p.* 311. — Hinc *Carensis* (*Karensis*), incola. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24). ¶ 2. Est etiam cogn. mul. *V.* CARUS.

CĂRĂCALLA, æ, 1. et Caracallus, i, 2. agnomen imp. M. Aurelii Severi Antonini, tractum a *caracalla*, nom. vestimenti ad talos demissi, russei coloris. Caracalla, apud *Eutrop.* 8. 20; *Auson.* 282. et *Hieronym. vir. ill.* 86. — Caracallus, apud *Spartian. Sept. Sev.* 21. et *Carac.* 9., *Lamprid. Diad.* 2., coll. *Dion. Cass.* 78. 3. 3. Καράκαλλος διὰ τοῦτο ἐπικληθῆναι, *et ibid.* 9. 3. Βασσιανὸν τὸ ἀρχαῖον ὄνομα, οἱ δὲ Καράκαλλον κ. τ. λ. *V.* AURELIUS et *Lexicon* ad voc.

CARACĒNI, ōrum, m. plur. 2. (Καρακηνοί *Ptol.*, Καρεκῖνοι *Zon.*) gens Samnitium, quæ circa Aufidenam habitabat (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 789. *sq.*). *Corp.* 9. *p.* 257. Cf. *Tac.* 4. *Hist.* 5.

CĂRĀLES (Karales), ium, plur. et Caralis, is, f. 3. (Κάραλις) ¶ 1. Est oppidum Sardiniæ, hodie *Cagliari*, trib. *Quirina* (V. *Kubitschek. Imp. Rom. trib. discr.* 126), municipium, ut arguitur ex *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (85)., conditum, uti fertur, a Carthaginiensibus (*Paus.* 10. 17. 9. et *Claudian. de bell. Gild.* 520), quod confirmatur Punicis ruderibus illinc effossis (*Vivanet, Notiz. degli scavi* 1892. *p.* 189). Memoratur — *a)* In plur. num. *Bell. Afr.* 98., *Liv.* 23. 40. et 41. et 30. 39., *Drac. Romul.* 7. 139., *Prisc. gramm. II.* 82. 4. — In inscriptt. *Corp.* 10. 7541., 7999., 8022. Karales. Adde *Inscr. Ephem. epigr. VIII. p.* 183. — *b)* In sing. num. *Mela* 2. 123. (*In Sardinia*) urbium antiquissimæ Caralis et Sulci. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (243). Caralim Sardiniæ. *Flor.* 2. 6. 35. Sævitum in urbes urbemque urbium Caralim. Adde *Greg. M. ep.* 9. — *c)* Forma non declinata Caralis: *Sulp. Sev. chron.* 2. 39. Eusebius - et Lucifer a Caralis. *Hieronym. vir. ill.* 95. Lucifer, Caralitanus episcopus, reversus Caralis. Adde *Corp.* 8. 3185., *Solin.* 4. et *Greg. M. ep.* 1. — *Vicus* appellatum *Inc. Auct.* apud *Consent art.* 349. 11. *K.* 1., progressu temporis hoc opp. ita increvit ut *urbs urbium* (*Flor. loc. cit.*). diceretur fieretque sub Romanis portus militaris seu statio navalis et sedes, sæc. IV., *præsidis Sardiniæ*. — De reliquiis amphitheatri vd. *Tocco, Bull. d. Inst.* 1867. *p.* 121. deque aliis antiquis ruderibus nuper defossis *Not. degli scavi*, 1876-1893. Cfr. etiam inscriptt. Gr. apud *Kaibel* 605-607. et Lat. *Corp.* 10. 7552-7807. et 8322. et *Ephem. epigr. VIII.* 709-717. ¶ 2. Caralis est etiam nom. militis cujusdam ficticium, de quo *Sil. It.* 9. 380. — Hinc *Caralitanus*, adj. ad Caralim pertinens. *Prisc. gramm. II.* 82. Quæ - apud Græcos a nominibus urbium derivata in της desinunt, ea apud Latinos in « tanus » plerumque efferuntur - ut a Νεαπολίτης Neapolitanus - similiter a Caralibus Caralitanus. Adde *Liv.* 27. 6., *Hieronym. vir. ill.* 95., *Greg. M. ep.* 4. — *Chron. Gall. chron. I. p.* 644. Lucifer Charalitanus. — *Caralitanum promontorium*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (84)., hodie *capo Carbonara*. — *C. sinus* (Καραλιτανὸς κόλπος *Ptol.*) apud *Claudian. de bell. Gild.* 520. *sq.*, hod. *golfo di Cagliari*. — *Caralitanus*, absolute, cogn. *Corp.* 10. 7637 (*Caralibus*) Karalitanus. *et* 1978. Caralitanus. — *Caralitani*, incolæ. *Cæs.* 1. *B. C.* 30., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Corp.* 6. 13627., *al.* — *Caralensis*, adj. *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 19. Lucifer Caralensis (*episcopus*).

CĂRĀLĪTĀNUS, a, um. *V.* voc. præc.

CĂRĀLITIS lacus seu palus Lycaoniæ, hodie *Soegudgoel*, apud *Liv.* 38. 15.

CĂRĂMALLUS, i, m. 2. (Καράμαλλος *Arist.*, *Malal.* et *Anth. Pal.*), nom. famosi pantomimi, apud *Sidon. carm.* 23. 268 (Charamalus *codd.*).

CĂRAMBIS, idis (is), f. 3. (Κάραμβις) ¶ 1. Est promontorium Paphlagoniæ. *Mela* 1. 104. Paphlagonum - in litoribus pæne mediis promunturium est Carambis. *Val. Fl.* 4. 599. Nubifera surgentem rupe Carambim. *Id.* 5. 107. alta. *et* 8. 215. nubifera. *Avien. orb.* 227. saxosa. Adde *Prisc. perieg.* 149. et *alib.* — Hinc *Carambicus*, adj. *Mela* 2. 3. ¶ 2. Item oppidum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (6). Promunturium Carambis - fuit et oppidum eodem nomine. *Tab. Peut.* 9. Carambas.

CARANA, æ, f. 1. oppidum Armeniæ, serius *Theodosiopolis* dicta in honorem Theodosii junioris, hod. *Erzerum*, arx imperii Parthici. *Not. Dign. or.* 36. 20., coll. *Strab.* 12. 560.

CĂRANTŎMĂGUS, i, et

CĂRANTŎNUS, i, m. 2. *V.* voc. seq.

CĂRANTUS, i, m. 2. cogn. Celt. *Corp.* 12. 5686. 180. — Hinc *Carantius*, *Carantejus*, *Carantinus*, *Carantinius*, *Carantillus*, *Carantianus*, *Carantodius*, *Carantorius*. V. *Corp.* — Item *Carantani*, gens Celtica Transalpina (*Rav. p.* 453), *Carantonus*, fluvius in finibus Santonum, hod. *la Charente* (*Auson. Mos.* 463) et *Carantomagus* (*i. e.* Caranti campus), oppidum Galliæ Celticæ, serius Rutenorum in Aquitania, hodie *le Cranton*, in *Tab. Peut.* 2.

CĂRĀNUS, i, m. 2. (Κάρανος) quasi dux, princeps: cf. κάρη (καρά), *caput*: vel ἥρανος, *rex*, *præfectus* (*Hesych.*), nisi ex Persarum lingua est etymon ducendum, quum sit nom. Persicum (*Xenoph. hist.* 1. 48). — Secunda syllaba corripitur *Auson. ep.* 19. 17. Memorantur — 1.°) Dux exercitus Alexandri M. *Curt.* 7. 3. 2. — 2.°) Item primus rex Macedonum e gente Heraclidarum. *Liv.* 45. 9. Vicesimum (*regem Macedoniæ*) a Carano, qui primus regnavit, Perseæ. *Pomp. Trog. prol.* 7. Caranus conditor gentis. *Vellej.* 1. 6. 5. Circa tempus (*Carthaginis conditæ*) Caranus, vir generis regii, undecimus ab Hercule, profectus Argis regnum Macedoniæ occupavit. Adde *Auson. loc. cit.*, *Solin.* 9., *Hieronym. chron.* a. Abr. 1204. et *Oros.* 7. *Hist.* 2. — 3.°) Item Philippi Macedonis filius, ex noverca Cleopatra susceptus, æmulus imperii, ab Alexandro M. interfectus, ut tradit *Justin.* 11. 2. 3.

CARAUSĪUS, ii, m. 2. imperator Britanniæ a. 286-293., vili genere sed miles eximius et rei nauticæ peritissimus, a socio imperii occisus. *Eutrop.* 9. 21. *sqq.* — De ejus nummis consulas *Eckhel*, 8. *p.* 42-49.

CARBO, ōnis, m. 3. (Κάρβων) cogn., ductum a nigro cutis colore, ita fortasse alicui primum inditum, præsertim in gente *Papiria* et *Manilia*, ut *C. Papirius Carbo*, prætor peregrinus a. U. C. 534. (*Liv.* 44. 15); *C. Papirius Carbo Arvina*, de quo *Carm. gr. VI.* 461. Postquam Crassus carbo factus, Carbo crassus factus est. *Manilius Carbo* prætor, *sæt.* M. Aurelii (*Frg. Vat.* 168) etc. *V.* suo loc. — Hinc *Carbonianus*, adj. (Καρβώνειος) *Cod. Theod.* 4. 3. 1 (a. 398). — *Carbonius*, nom. gent. *Corp.* 8. 12016. — *Carbonaria*, *ōrum*, ostia partis Padi, hod. *Po di Ariano*, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (121). — *Carbonaria*, *æ*, locus Galliæ. *Venant. vit. s. Leob.* 7. — *Carbonarius*, mons Æquorum (?). *Tab. Peut.* 7. *Rav. p.* 281. Carbonarium.

CĂRCĀSO, ōnis, f. 3. (Scribitur etiam *Carcasum*, *Carcasso*, *Carcasona*) oppidum Volcarum Tectosagum in Gallia Narbonensi, colonia *Julia*, trib. *Voltinia*, hod. *Carcassonne*. Memorant *Cæs.* 3. *B. G.* 20., *Carm. epigr.* 1005., *Corp.* 12. 5371 (*sæc. I. inc.*). - *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36). Carcasum. *Greg. Tur.* 8. *Franc.* 30. Usque ad Carcasonam urbem. — Hinc *Carcassonensis*, adj. *Conc. Tolet. III.* a. 589 (*Mansi* 9. 1001). — Absolute, incolæ. *Greg. Tur. loc. cit.* Cum Carcassonensibus scandalo commoto.

CARCHĒDO (on), ŏnis, 3. (Καρχηδών) ¶ 1. Est proprie *Carthago*, pro qua scriptum in libris ex Græca lingua translatis. — Acc. *Carchedonam* apud *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 108., 125. — *Hieronym. sit.* et *nom. p.* 111. Carchedon, id est Carthago - pro qua in hebraico Tharsis scriptum est (Cf. *Ital. Ezech.* 38. 13 [*Wirc.*] - mercatores Cherchedonis, LXX. ἔμποροι Καρχηδόνιοι). — Hinc *Carchedonius*, incola. *Pelagon.* 150. — Nom. sing. *Corp.* 8. 8546 (*in Mauretania*). et 12975 (*Carthagine*). *Augustin. ep.* 62. — Adj. *Carchedoniăcus* (Καρχηδονιακός) n. gen. plur. *Sueton. Claud.* 42. (*Claudius*) Græcas scripsit historias, Tyrrhenicōn viginti, Carchedoniacōn octo. ¶ 2. Item conditor Carthaginis. *Hieronym. chron.* a. Abr. 974. Carthago condita est, ut quidam volunt, a Carchedone Tyrio. ¶ 3. Est etiam cogn. mul. *Corp.* 8. 13071 (*Carthag.*) et 6. 15426.

CARCĪNĒ, es, f. 1. oppidum Scythiæ Europææ, situm prope Chersonesum Tauricam. *Mela* 2. 4. — Hinc *Carcinites*, sinus et fluvius. *Id.* 2. 4. et *Ammian.* 22. 8. 39.

CARCĪNUS, i, m. 2. fluvius Bruttiorum, hod. *Corace*, apud *Mel.* 2. 68.

CARDĂCES, um, m. plur. 3. ita dicti milites quidam Persæ, fortes et bellicosi (a κάρδα Persis *virile* et *bellicosum*). Memorantur *Nep. Dat.* 8.

CARDĔA, æ, f. 1. dea, præses cardinibus. *Tertull. idol.* 15. Cardeam a cardinibus, Forculum a foribus et Limentinum a limine et ipsum Janum a janua. Adde *Cyprian. idol. van. p.* 9. et *Augustin.* 4. *Civ. D.* 8. — *Carda* quoque dicitur *Tertull. cor. mil.* 13. et *Cardea* apud *eund. c. Gnost.* 10. *V.* tamen CARNA.

CARDIA, æ, f. 1. (Καρδία) oppidum Chersonesi Thraciciæ præcipuum, ita dictum quod « in faciem cordis » situm sit (*Solin.* 10), ad Melanem sinum, Milesiorum colonia, eversum a Lysimacho, patria regis Eumenis et historici Hieronymi, hod. *Karidia*, prope promont. *Bak-la-burun*. Memoratur etiam *Nep. Eum.* 1., *Mel.* 2. 27. — De ejus nummis vd. *Head*, 259. — *Cardiani*, incolæ. *Nep. loc. cit.* et *Frontin.* 4. *Strat.* 7. 34.

CARDUCHI. *V.* CORDUENI.

CAREJÆ, ārum, f. plur. 1. vicus Etruriæ australis, hodie *Galera*, apud *Frontin. aq.* 71., *Tab. Peut.* 5. et *Rav. p.* 274. — Cf. *Careja*, gens, unde *Carejus (a)*, nom. (V. *Schulze, Eig. p.* 415).

CĀRES, 3. ¶ 1. In sing. num. *Cares, is* — *a)* Est fluvius Galliæ merid. in Ligerim fluens, hod. *Cher*, apud *Greg. Tur.* 5. *Fr.* 41. — *b)* Item fluvius Galliæ septentr., fortasse i. q. hod. *Chiers*, apud *Venant.* 7. *carm.* 4. 15. ¶ 2. In plur. num. *Cares, um*, nom. populi. *V.* CARIA.

CARFĪUS, ii, m. 2. et Carfia, æ, f. 1. nom. gent. *Corp.* 14. 771 (*Ostiæ*). — Hinc *Carfinius*, *Carfenius*, *Carfenas*, *Carfanus*, *Carfanius*, *Carfulanus*. V. *Schulze, Eig. p.* 353. et *Corp.*

CĀRĬA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers.

I.) Caria, nom. geogr. ¶ 1. Est regio Asiæ minoris, ad meridiem sita (*Mela* 1. 14), confinis Lyciæ ab orient., mari Rhodio a merid., ab occid. mari Carpathio, a septentr. Ioniæ et Pisidiæ (Gr. Καρία, *Caria*) et plurimis insulis circumdata, uti sunt Astypalæa, Cos, Rhodus etc., fluviis irrigata Glauco, Phryge, Indo etc., præsertim Mæandro, qui, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (113)., placidus omnes ejus agros fertilissimo rigat limo. — Ejus nomen a *Cares* ducitur. V. *Car.* — Describitur *Mel.* 1. 14. et 83. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 29. (103). *et sqq.* — 1.°) Proprie. *Nep. Ages.* 3. Caria multo locupletissima. *Manil.* 4. 768. celebrata fama. Adde *Plaut. Curc.* 67., *Ter. Haut.* 608. et *Liv.* 33. 19. — *Plaut. Curc.* 438. venimus in Cariam (fort. opp. prope Epidaurum: Καρία). — 2.°) Metonymice de incolis. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 6. 6. (47). Secandi in crustas (*marmora*) nescio an Cariæ fuerit inventum. *Id.* 5. *ibid.* 29. 29. (108). Caria interiorum nominum fama prænitet. Adde *Cic.* 1. *Divin.* 41. 94. et *Avien. Arat.* 456. — Latiores olim fines (*Vitr.* 4. 1) regesque habuit proprios (*Trog. prol.* 11), quorum primus Mausolus, conjux Artemisiæ; sed qui toti Cariæ imperaret, primus Mausolus II., Hecatomni filius (*Vitr.* 2. 8). Modo Persis paruit, modo Macedonibus, modo Seleucidis (1. *Mach.* 15. 23); sub Romanis autem Eumenis, regis Pergami, et Rhodiorum ditioni subjecta fuit (*Liv.* 37. 56., coll. *Polyb.* 22. 27); dein adnexa provinciæ Asiæ (*Cic. Flacc.* 27. 65); sed, Diocletiano imp., provincia constituta nulli obnoxia ejusque metropolis fuit Aphrodisias. — Miracula artis in Caria celebrantur *Colossus* Rhodius, statua Apollinis seu Solis, facta ex ære a Charete v. Lachete Lydio, Lysippi discipulo (alt. 31. m. prope portum, ei non diducitis, ut fabulantur, cruribus insidens) positaque a. 288. a. Chr. ac dein terræmotu subversa; tum etiam *Mausoleum*, marmoreum Mausoli sepulcrum, ab Artemisia, Cariæ regina, Halycarnassi a. 353. a. Chr. erectum, cujus architecti fuere Satyrus et Pitys, sculptores vero Scopas, Timotheus, Leocares, alii. Constabat ex templo, XXXVI. columnis signisque magnificis circumdato, et ex pyramide supra templum elata, ac terminatum erat ingenti quadriga cum statuis Mausoli et Artemisiæ (*V.* has voc. etiam in *Lexico*). — De nummis Cariæ vd. *Eckhel* 2. *p.* 571-606.; *Cavedoni, Spic. num. p.* 182-195. et *Head, H. N.* 606. — Hinc *Caricus* (Καρικός), adj., cujus gen. plur. *Caricûm*, apud *Diosc.* 4. 183. De Carica ficu *V.* CARICUS in *Lexico*. — *Caricus*, absolute, cogn. *Inscript.* apud *Momms. n.* 6918. — *Caricæ*, translate pro *joci*, ap. *Petron.* 64. — Saepius *Carius*, adj. ex Caria. *Val. Max.* 4. 6. *ext.* 7. Caria gens. Adde *Vib. Seq. p.* 149. et *p.* 156. — *Carii*, incolæ, apud *Hieronym. quæst. hebr. in Gen. p.* 18. Acarnani seu Carii. — Præcipue *Cares*, *um* (*Kares* ap. *Vib. Seq. p.* 159, *Caræ* ap. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 725), incolæ Cariæ, a Græcis Βαρβαρόφωνοι appellati (*Hom. Il.* 2. 867. et *Strab.* 8. 6. 6), gens mixta ex Semitis (*Wachsmuth, Renan, Schoemann*) et Græcis (*Ramsay*, coll. *Lassen*). Laudantur *Martial.* 1. 6. (*Mausolea*) Laudibus immodicis Carĕs in astra ferant. *Censorin. d. nat.* 19. 7. Cares et Acarnanes semenstres habuerunt annos. *Arnob.* 4. *p.* 144. (*Marti*) canes a Caribus - immolari. — Metonymice Cares *pro* Caria, apud *Ovid.* 4. *Met.* 297. et 9. *ibid.* 645. — Cares et Leleges sibi magnam olim Asiæ minoris partem subjecerunt, multaque passim oppida condiderunt (*Hom. Il.* 10. 428. etc., *Her.* 1. 171., *Paus.* 1. 39. 1., *Ath.* 8. 271., coll. *Vitr.* 2. 8. 12). ¶ 2. Item portus Ponti Euxini in Mœsia, memoratus *Mel.* 2. 22. (*Arrian.*, *in peripl. extr.* Καρῶν λιμήν). ¶ 3. Item domus quædam in urbe Constantinopoli, quod in ea esset arbor nucis, græce *Caria* appellata, in qua appensus est martyr Acacius et ubi oratorium ob hanc rem ædificatum, teste *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 35., coll. *Socr. hist. eccl.* 6. 23.

II.) Caria, nom. pers. ¶ 1. Fuit una ex Horis, teste *Hygin. fab.* 183. ¶ 2. Item gens Rom., nota ex *Inscr.* apud *Momms. n.* 1315.

CĂRIĀTH, indecl. (Hebr. *Qiryath* « oppidum v. vicus »; *LXX.* Ἰαρίμ) oppidum Judææ in tribu Beniamin. *Vulg. Jos.* 18. 25. — Ex eo alia componuntur, sive conjunctim sive divisim scripta. Sunt autem: — 1.°) *Cariathaim*, indecl. Hebr. *Qiryāthaim* (dual. a *Qiryath*) « oppida *duo* », quorum — *a)* Unum tribus Ruben, ad orient. maris Mortui, quod Hebræi, a rege Sehon abstulerunt et reædificatum Rubenitis tradiderunt possidendum (*Num.* 32. 37. et *Jos.* 13. 19), sed temporibus Jeremiæ iterum a Moabitis occupatum (*Jer.* 48. 1., 23., coll. *Ezech.* 25. 9) dictumque *Vulg. Gen.* 14. 5. Save Cariathaim, idemque antiquissimum, hod. *Qureiyat*, ut conjiciunt *Kampffmeyer*, *Tristram, Schwarz, Riess* aliique plures recentiores (V. *Legendre D. B. II.* 271. *sq.*). — *b)* Alterum, tribus Nephthali, pro Levitis, filiis Gerson (1. *Par.* 6. 76); at situs ignoratur: alibi *Carthan* dicitur (*Jos.* 21. 32). — 2.°) Cariath-arbe (Cariatharbee) v. Cariath-Arbe (Heb. *Qiryath 'Arba'* « oppidum Arba »; *LXX.* πόλις Ἀρβοκ, πόλις Ἀργοβ; *Vulg.* civitas Arbe; *Ital. Lugd.* civitas Abroc) nom. primitivum oppidi in tribu Juda, quod postea *Hebron* appellatum est. *Vulg. Jos.* 14. 15. « Nomen Hebron vocabatur Cariath Arbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est ». *et* 15. 18. « Cariath Arbe patris Enac, ipsa est Hebron ». Priscum nomen legitur etiam serius, post

captivitatem, 2. *Esdr.* 11. 15. « De filiis Juda habitaverunt in Cariatharbe ». — *Maundeville* refert, circ. a. 1322., hoc oppidum vocatum a Saracenis *Karicarbe* et *Arbotha* a Judæis (*Early Travels*, Londr. *p.* 161). *V.* HEBRON. — 3.°) Cariathbaal v. Qariath-Baal (Hebr. *Qiryath Ba'al* « oppidum Baal »; *LXX.* Καριὰθ Βαάλ) nom. antiquum oppidi Cariathiarim, in finibus tribuum Judæ ad septentr. et Beniamin ad merid. *Vulg. Jos.* 15. 60. et 18. 14., ita dictum a cultu Baal. — 4.°) Cariathiarim v. Cariath-Jarim (Hebr. *Qiryath Ye'arim* « oppidum silvarum » *LXX.* πόλις Ἰαρίν; *Jos.* 9. 16. πόλις Ἰαρίμ et 18. 14. Καριαθιαρίν) oppidum idem ac præcedens. *Vulg. Jos.* 15. 9. et 18. 14. et 15. — Dicitur etiam *Baala* (*Jos.* 15. 9). *Cariathbaal* (*Ibid.* 60 et 18. 14) et *Cariath* (*Ibid.* 18. 28). — Situm hujus oppidi nunc alii statuunt *Qariet el-'Enab* (sec. *Robinson*); alii vero minus recte *Khirbet 'Ermâ* (sec. *Conder*). — Hoc opp. primitus *Baala* et *Cariathbaal* dictum, ob cultum deo Baal adhibitum, Hebræi in *Cariathiarim* mutarunt, cujus incolæ, Gabaonitarum socii, addicti sunt tabernaculo seu arcæ fœderis tamquam servi in fraudis pœnam. Ibi temporibus David deposita est arca in domo Aminadab (*Vulg.* 1. *Reg.* 7. 1), donec eam rex reduceret in urbem Jerusalem (1. *Par.* 13. 5). — 5.°) Cariathsenna v. Cariath-Senna (Hebr. *Qiryath-Sannâh* « oppidum palmæ », alio nomine *Qiryath Sepher*, Chald. *Qiryath arkê* « oppidum archivorum », quasi Chananææ gentis monumenta litteraria continens [*Levy*] idem ac *Dabir*, Pers. *debir* i. q. liber [*Neubauer*] vel *Senna* et *Sepher*, heroes sunt eponymi, qui, ut *Arbe*, nomen indiderint τῷ *Cariath*. Cf. *F. de Hummelauer Comm.* in *Jud. et Ruth* 1888. *p.* 44) oppidum Enacitarum in tribu Juda, in regione montana. *Vulg. Jos.* 15. 49. — 6.°) Cariathsepher v. Cariath-Sepher (Hebr. *Qiryath Sepher* « oppidum libri »; *LXX.* Καριαθσωφάρ v. πόλις γραμμάτων) oppidum idem ac præcedens, postea *Dabir* nominatum. *Vulg. Jos.* 15. 15. De eo *Hieronym.* in *Onom.* Dabir in tribu Juda, quæ vocabatur civitas litterarum (*Cariathiarim*). Hanc præoccupavit Gothoniel (*Vulg.* Othoniel), frater Caleb, interfectis in ea Enacim: fuit autem et ipsa sacerdotibus separata.

CĀRĬCUS. *V.* CARIA.

CARĪNA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Phrygiæ celeberrimum, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 41. (145). - An Καρόζ in Phrygia Pacatiana? — 2.°) Item mons Cretæ. *Id.* 21. *ibid.* 14. 46. (79). ¶ 2. Est etiam nom. pers. *V.* CARUS.

CĂRĪNÆ, ārum, f. plur. 1. ¶ 1. Regio urbis Romæ insignis, seu vicus duplex, ita ex se dictus, quia in carinæ modum depressus est, non quod fuerint « ædificia facta in carinarum modum » ut minus recte *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 361., qui *ibid.* alia etyma subdit. *V.* integr. locum. Græce Καρῖναι (*Dionys.* 1. 68. et *alib.*), cujus loci culmen nunc tenet ædes s. Petri in Vinculis. - Ex his priores videntur fuisse inter Cælii montis et Esquilini radices a Sacello circiter Streniæ, ubi caput est viæ Sacræ usque ad hod. ædem s. Clementis, *Esquiliæ* dictæ *Liv.* 26. 10.; posteriores inter Esquilinum et Quirinalem, ab area, olim vulg. *piazza delle Carrette* usque ad aream vulg. *piazza della Madonna de' monti* (Cf. *Sueton. Tib.* 15., *Flor.* 4. 8. 4). — In Carinis ædes erant illustrium civium, ut Ciceronis (*Cic.* 2. *Q. fr.* 3.), M.' Manlii (*Id. Parad.* 6. 50), Pompeji (*Vellej.* 2. 77), Balbini (*Capitolin. Max.* et *Balb.* 16), L. Marcii Philippi, cos. (*Horat. loc. cit.*). Memorant etiam *Liv.* 36. 37., *Virg.* 8. *Æn.* 360. *Horat.* 1. *Ep.* 7. 48. atque foro nimium distare Carinas Jam grandis natu queritur (« mediæ inter Esquilias et Palatinum Capitolinumque montem in IIII. regione »: *Ritter*). — *Carontensis* (al. *Caroliensis*), locus (*Varro* 5. *L. L.* 47), qui eas dividebat, est parvus collis sive isthmus ille, qui Palatinum cum Esquilino conjungit ea parte, quæ respicit amphitheatrum Flavium. — *Murus terreus Carinarum* (*Varr. ibid.* 48), sub quo erat Subura (hod. quoque *Subura* v. *Suburra*), videtur collocandus in declivo Esquilini, ubi nunc ædes s. Francisci de Paul. — De his tamen consulas *Becker, Handb. I.* 524. et *Gilbert I.* 192-195. ¶ 2. Est etiam oppidum, de quo *Greg. M. ep.* 13. Barbaro episcopo Carinis obitum Victoris Panormitanæ civitatis antistitis directa relatio patefecit etc. — Hinc *Carinensis*, adj. *Id. ep.* 6. Gregorius Bonifatio, episcopo Regestano, ubi ei Carinensem ecclesiam conjungit etc.

CĀRĪNAS. *V.* CARRINAS.

CARĪNĒ, fabula Statii Cæcilii (Cf. *Ribbeck*[3] *p.* 62). *Fest. p.* 281. Cæcilius in Carine. *et p.* 317. Cæcilius in Karine. — Est etiam nom. mul. *Corp.* 6. 23063.

CARĪNIUS et

CARĪNUS, i, m. 2. *V.* CARUS.

CĂRIŌTH, indecl. (Hebr. *Qeriyôth* « urbes »; *LXX.* αἱ πόλεις) ¶ 1. Est oppidum tribus Judæ, memoratum *Vulg. Jos.* 15. 25. « Asor nova et Carioth, Hesron ». Hic *Vulg.* distinguit *Carioth* ab *Hesron*, sed hebraice non ita: *Qeriyôth Hheshrôn* = LXX. αἱ πόλεις Ἀσερών « urbes Aseron » (Cf. Syr. *qûriath Hheshrûn*), nulla particula disjunguntur; quamquam prius non commune sed proprium nomen quidam putant, ut in *Asergadda*, *Hasersual* (Heb. *Hheshar-Gaddah, Hheshar-Sû'al*), hodie *Khirbet el-Qûreitein* ad austrum Hebron, ut censent *Robinson* et *Van de Velde*. — Vulgo creditur fuisse patria Judæ proditoris. Ἰσκαριώτης nomini additum, ut a Juda Tadd. distinguatur, videtur ita compositum ut sit ab Hebr. *'Ish-Qeriyoth* « homo Carioth » quasi *Cariothensis*, ἀπὸ Καριώτου. Cf. *Joh.* 6. 71. in quibusd. Mss. Sic *Jos. ant.* 7. 6. 1. vocat Ἴστωβος « homo ex Tob » quasi Hebr. *'Ish-Tôb*, sc. Tob natus v. oriundus. ¶ 2. Item oppidum Moabitarum (*LXX.* Καριώθ). *Vulg. Jer.* 48. 24. et 41. et *Am.* 22. et *Hieronym. nom. Hebr.* 68. 24. et *all. et nom. p.* 111. — Idem dicendum de hoc nomine, quod commune videtur, sc. oppida v. urbes, ut apud *LXX. Am. loc. cit.*; præcedit namque hic Hebr. articulus: *haq-Qeriyoth.*; verum in tribus locis simul comparatis et ex auctoritate Vulg., Peshito et commentariorum fere omnium idem agnoscimus oppidum Moabiticum. Ubi vero situm fuerit, scitu difficile est. Videtur fuisse idem quod *'Ar*, urbs caput Moab, quæ in censu urbium tunc omittitur quum *Carioth* nominatur, quæ locus maximus ac munitissimus esse debuit, cui prophetæ extremum excidium portendunt; idque firmatur celebri monumento *Mesa*, regis Moabitarum (*stela di Mesa*), recens detecto, ubi *Carioth* inter præcipuas urbes enumeratur (Cf. *Héron de Villefosse, Notic. d. mon. proc. de la Pal.* etc. Paris 1879. p. 2-3 et *Vigouroux, La Bible et les découv. mod.* Paris 1889. *IV. p.* 61).

CARĪSA (Carissa), æ, f. 1. (Κάρισσα) oppidum Hispaniæ Bæticæ in conventu Gaditano. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 2. 3. (15)., hodie fort. *Carina.* — In nummis varie legitur, ut *Carisa, Carisi, Cari* etc. V. *Eckhel*, 1. *p.* 16. et *Mionnet, Descr.* etc. *I.* 16., coll. *Momms. Corp.* 1. *p.* 142.

CARISIĂCUS, i, m. 2. palatium Galliæ. *Gramm. suppl.* 178. 8. — Testimonia posterioris ætatis laudat *Holder, Altc. Spr. I.* 788.

CARISIUS. *V.* CHARISIUS.

CARITANÆ AQUÆ. *V.* AQUÆ.

CARMĀNA, æ, f. 1. (Κάρμανα) oppidum, caput Carmaniæ, florentissimum sæculo IV. p. Chr. *Ammian.* 23. 6.

CARMĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

CARMĀNĬA, æ, f. 1. (Καρμανία) regio sinui Persico adjacens, calida et fertilis, sed interiu silvosa et lacunosa, hod. *Kirman.* Eam describit *Ammian.* 23. 6. 48. Adde *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (84)., *Solin.* 53., *Curt.* 9. 10. 20., coll. 10. 10. 1. — Ejus incolæ, *Carmani* v. *Carmanii* (Καρμάνιοι v. Καρμανοί), unde genet. plur. *Carmanon* apud *Rav. p.* 51 « sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti ». Ita *Mela* 3. 75. *Prisc. perieg.* 992. Persidis ad pontum Carmani, solis ab ortu Litora pars habitant, mediæ pars limina terræ. — Adjectivorum more. *Lucan.* 3. 250. Carmāni duces. — *Carmanus* (*Germanus*), rex, a quo nominati dicuntur. *Comm. Lucan. loc. cit.* — *Carmanicus*, adj. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 9. 47. (131). — *Carmānis, idis* (Καρμανὶς ἄκρα) — *a)* Videtur promontorium Carmaniæ. *Avien. orb.* 795. aspera rupes Carmanis. — *b)* Pro Carmania, apud *Prisc. perieg.* 604., ubi tamen alii interpretantur caput seu promontorium, ut *Avien. loc. cit.*

CARMĒ, es, f. 1. (Κάρμη) nympha Dianæ sacra, Ogygii Phœnicis filia, Ciris nutrix, ut *Cir.* 220. *Id.* 278. optima Carme. *Rufin. Clem.* 10. 21. Carmen Phœnicis (*ollist Juppiter*), ex qua nascitur Britomartis.

CARMEL (Charmel) indecl. *V.* CARMELUS.

CARMĒLĪTĒS et CARMĒLĪTIS. *V.* voc. seq.

CARMĒLUS, i, m. 2. (Hebr. *Karmel* « hortus Dei » idest, ἀβραϊστικῶς, amœnissimus: a *kerem* « hortus » et *'El* « Deus »; *LXX.* Χερμέλ) *Strab.* Κάρμηλος, ubi secunda producitur. — Scribitur etiam *Carmel* ap. *Vulg. Jos.* 15. 55. et *Charmel*, cum aspiratione, ap. *eund. Is.* 29. 17., 31. 15. et 35. 2. — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Carmelus, nom. duorum montium oppidorumque. ¶ 1. Est igitur mons cum oppido cognomine seu potius jugum montium, speluncis innumeris insigne, in Galilæa et Phœnicia australi, excurrens in mare Mediterraneum (quare *promontorium* dicitur (adj.) *Carmelum* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). et *Carmelus maris* apud *Vulg. Jos.* 19. 26. v. *Carmelus ad mare* apud *Hieronym.* in *Onom.*), usque ad fines tribuum Aser, Issachar et Zabulon (*Jos.* 12. 22), hod. *el-Karmel*, regio fertilissima ac pulcherrima, olivis, lauris, vitibus consita, fontibus et rivis referta, unde similitudines exprompiæ in sacris litt. sæpe occurrunt, ut apud *Is.* 35. 2. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron. *et Cant.* 7. 6. Caput tuum ut Carmelus. *h. e.* comis ornatum, ut arboribus speciosis Carmelus. — Hinc *Is.* 16. 10. Auferetur lætitia et exsultatio de Carmelo. — In hoc monte, qui et « mons Dei » dicitur comparaturque Horeb (3. *Reg.* 19. 8), Elias ignem de cælo impetravit ad consumendum holocaustum et etiam pluviam post triennium, uti fusius narratur 3. *Reg.* 18. 30-46. — Hic quoque sacrificans oraculum consuluit Vespasianus imp., sortibus confirmatus, pollicitis « quicquid cogitaret volveretque animo, quamlibet magnum, id esse proventurum » *Sueton. Vesp.* 5., coll. *Tac.* 2. *Hist.* 78. — Hunc et antea Pythagoras philosophus habitasse meditandi causa traditur *Jambl. vit. Pyth. c.* 3. — Hinc *Carmelus*, etiam incola. *V.* infra. ¶ 2. Item mons in tribu Juda cum deserto et oppido cognomine in finibus Edom. *Vulg. Jos.* 15. 55., 1. *Reg.* 14. 12. et *alib.* — Ibi Saul erexit fornicem triumphalem ob victoriam de Amalec partam (1. *Reg.* 15. 12). — De eo *Hieronym. nom. Hebr. p.* 110. Carmelus, ubi Nabal quondam Carmelius fuit et nunc villa est Chermela (Χερμέλη) nomine, in decimo lapide oppidi Chebron (*Hebron*), vergens ad orientalem plagam, ubi est Romanum præsidium positum (Cf. *Not. Imp. or. c.* 29). *et p.* 159. Propter Chermelam, quæ in scripturis Carmelus appellatur. — Hinc *Carmelus* v. *Carmelius*, incola. *Hieronym.* in *Is.* 29. 17. et *Salv. gub.* 2. 18. — Adjectivorum more. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). Promunturium Carmelum et in monte oppidum eodem nomine, quondam Acbatana dictum. — *Carmelites*, adj. idem ac Carmelus, *Vulg.* 1. *Par.* 11. 37. et *Carmelitis* (*idis*), f. *ibid.* 3. 1.

II.) Carmelus, nom. pers. ¶ 1. Fuit nom. militis Romani apud *Sil. It.* 7. 662. *sqq.* Phœbei Soractis honor Carmelus. ¶ 2. Item nom. dei. *Tac.* 2. *Hist.* 78. « Est Judæam inter Syriamque Carmelus: ita vocant montem deumque; nec simulacrum deo aut templum sic tradidere majores ». Fortasse *Tac.*, rerum Hebraicarum ignarus, confudit cum Deo vero Israelitarum, vel cum deo Philisthæorum, probabiliter cum *Siva*, deo belli.

CARMENTĀLIA, ium, et

CARMENTĀLIS, e, et

CARMENTĀRĬUS, ii. *V.* voc. seq.

CARMENTIS, is, f. 3. et rarius *Carmenta*, æ, 1. (Καρμέντα *Dionys.*, Καρμέντις *Strab.*). Acc. *Carmentim* apud *Ps. Aur. Vict. orig.* 5-1.; sed et *Carmentem* habet *Serv. gramm. IV.* 421. 2. — Abl. *Carmente* apud *eund.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 337. — Origo nominis hæc apud *Ovid.* 1. *Fast.*

467. « Ipsa mone quæ nomen habes a carmine ductum ». Contra *Capell.* 2. *p.* 40. *Diff.* ed. *Beck. p.* 43. 4. « Carmen dictum est a Carmente matre Euandri ». Sed nemo non videt prolixiorem formam a simpliciore ac breviore derivandam esse, non contra: ut *magistratus* a *magister* idque a *magis* vel *mag-nus*: sic *Carmentis* a *casmen* pro *carmen* idque a *cas-no* pro *cano* (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 51).

Carmentis et Carmenta dicta fuit — 1.°) Nympha seu potius vaticinatrix, cujus proprium nom. *Nicostrate*, postea Carmentis appellata « quod divinatione fata caneret: nam antique vates carmentes dicebantur, unde etiam librarios, qui eorum dicta perscriberent, carmentarios nuncupatos » (*Serv. auct. Æn.* 8. 336). — Hæc mater fuit Euandri Arcadis (*Lyd. mens.* 1. 11), quæ cum filio venit in Italiam, regnante Fauno, a quo Euander benigne exceptus est et agro donatus (*Ps. Aur. Vict. orig. loc. cit.*) habitavitque ad infima Capitolini montis (*Solin.* 1). — Refert *Hygin. fab.* 277. quas litteras Græcas in Latium transtulerat Euander, Carmentam in Latinas commutasse numero XV. vel XVI. Cf. *Liv.* 1. 7. et *Isid.* 1. *Orig.* 4. 1., coll. *Dionys. ant.* 1. 31. 1. et 32. 2.; *Plut. Rom.* 21. et 56. et *Strab.* 5. 3. 3. — 2.°) Item dea Nicostrate, mater Euandri; hæc enim a filio perempta quum esset centum annorum (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 51), traditur statim divinis honoribus fuisse culta eique fanum dicatum (*Gell.* 18. 7. et *Liv.* 5. 47) et *flamen Carmentalis* creatus (*Cic. Brut.* 14. 56. et *Corp.* 6. 3720) et in memoriam ejus *Carmentalia sacra* instituta (*Varr.* 6. *L. L.* 12. et *Ovid.* 1. *Fast.* 461). Hinc *Liv.* 1. 7. Euander - venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum miratæ eæ gentes fuerant. — 3.°) Item duæ deæ, sc. *Prorsa* et *Postverta*. Meminit *Varr.* apud *Gell.* 16. 16. 4. « Quando - contra naturam forte conversi in pedes brachiis plerumque diductis retineri solent (*pueri*) ægriusque tunc mulieres enituntur, hujus periculi deprecandi gratia aræ statutæ sunt Romæ duabus Carmentibus, quarum altera Postverta cognominata est, Prorsa altera a recti perversique partus et potestate et nomine ». Sic etiam *Tertull.* 2. *Nat.* 11. Aliter *Serv. auct. Æn.* 8. 336. « Alii hujus (*Carmentis*) comites Porrimam et Postvertam tradunt, quia vatibus et præterita et futura sunt nota ». Quin — 4.°) Vates olim, si credimus *Serv. loc. cit.*, omnes Carmentes dicebantur. Sic et *Augustin.* 2. *Civ. D.* 11. deas appellat « quæ fata nascentibus canunt et vocantur Carmentes ». Cf. *Plut. Rom.* 21. — Hinc *Carmentalis*, adj. ad Carmentam pertinens. *Cic. loc. cit.* Carmentalis flamen. — Speciatim *Carmentalis Porta* Romæ, prope fanum Carmentæ versus Tiberim, quæ postea *Scelerata* dicta est, quod per eam sex et trecenti Fabii adversus Etruscos egressi, omnes ad unum ad amnem Cremeram sunt interempti; unde eam ingredi egredive ominosum semper fuit Romanis (*Fest. p.* 285). Memorant *Virg.* 8. *Æn.* 337. et *Liv.* 34. 47. et 35. 7. — *Porta Carmentis* dicitur *Ovid.* 2. *Fast.* 201. — Sita erat ad clivum Capitolinum, cujus canum (*sc.* arcum) dextrum nominat *Liv.* 2. 49 (Cf. *Ovid. loc. cit.*). Putat *Momms.* fuisse prope ædem: *s. Maria della Consolazione*; sed alii collocant potius in descensu clivi, ubi ædes *s. Omobono.* — Sic *Carmentis ara*, quæ ibi fuit, unde porta nomen accepit (*Virg.* 8. *Æn.* 337., *Solin.* 1., coll. *Dion.* 1. 32). — *Carmentalia, ium* v. *iorum*, absolute, sacra et feriæ in honorem Carmentis, apud *Varr.* 6. *L. L.* 12. et *Macrob.* 1. *Sat.* 16. 6., ubi statos dies inter stativas ferias recenset. Cf. *Fast. ann. Jul. Præn. Jan.* 11. et 15. (*Momms.* in *Corp.* 1. *p.* 387). — Adject. *Charis. gramm. I.* 33. 2. Carmentalia matri Euandri sacrificia instituta. — Scribitur etiam *Karmentalia* et *Carmentaria* (V. *locc. citt.*).

CARMĪNĬĀNENSIS. *V.* voc. seq.

CARMĪNIUS, ii, m. 2. nom. gent. Etr. *karmunis* (Karminius), et nomina *Carmeus, Carmejus*, *al.* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 174., 270., 335. et 353). Commemorantur ¶ 1. *L. Carminius*, cos. suff. a. 81. cum M. Petronio Umbrino (*Act. fr. Arv.* a. 81. 27). — *Sex. Carminius*, cos. a. 116 (*Corp.* 6. 31149 *b.* 2) et fort. hujus filius, *Sex. Carminius Vetus*, cos. a. 150. — Item familia Attudensis Phrygiæ, quæ jam inde ab ætate Antonini Pii imp. ad amplissimos honores pervenire cœpit. *Corp. inscr. Gr.* 2782. et 2783., *Bull. corr. Hell. XI.* (1887) *p.* 348. et nummi Attudenses. Adde *Inscr. degli scavi* 1888. *p.* 408 (*Bellani*). — *Carminius*, grammaticus vel rhetor, qui *de Elocutionibus* scripsit (*Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 233). De eo *Macrob.* 5. *Sat.* 19. 13. Carminii (*al. leg.* Granii) curiosissimi et docti - qui in libro *de Italia* secundo sic ait etc. ¶ 2. Tituli, quorum magna pars in Venetia prodiit, ubi maxime Opitergii Carminiorum familia floruisse videtur (*Corp.* 6. 9963.; 5. 1964. etc.). — Hinc *Carminianensis saltus*, in *Notit. Imp. occ. c.* 11., fortasse ita dictus a *Carminiano* v. *Carmiano*, oppido Calabriæ, quod hodie est inter *Lecce* et *Otranto* (V. *Nissen, Landesk. II.* 862).

CARMO, ōnis, m. 3. ¶ 1. Est oppidum Hispaniæ ulterioris, hodie *Carmona*, municipium tribus *Galeriæ*, græce Κάρμων et Καρμώνη. *Liv.* 33. 21. Validas urbes Carmonem et Baldonem. Adde *B. Alex.* 57. 2. — Hinc *Carmōnenses*, incolæ. *Cæs.* 2. *B. C.* 19. — De nummis V. *Holder, Altc. Spr. I.* 791. ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Corp.* 3. 5644 (*in Norico*).

CARNA, æ, f. 1. dea seu nympha luci Helerni, olim *Crane* seu *Grane*, et per metathesim *Carna* v. *Carne* appellata, quæ a Jano compressa in præmium cardinum præses effecta est, ut docet *Ovid.* 6. *Fast.* 101., qui tamen eam unum facit cum *Cardea* seu *Carda*, de qua diximus; insuper ea vi prædita, qua infantes a strigibus tutaretur, ne lac ab illis sugerent eorumque viscera vitiarent; nec solum infantium sed et adultorum omnium vitalibus præesset (*Ovid. loc. cit.*, *Macrob.* 1. *Sat.* 12. 31. *sqq.*). Ejus vero sacra, *Carnaria* dicta, calendis Juniis celebrabantur, quæ Junius Brutus, pulso Tarquinio, primus in Cælio monte voti reus fecit (*Macrob. loc. cit.* Cf. *Wissowa, Relig. u. Kult. p.* 190. et *Momms. Corp.* 1. *p.* 319). Legitur in *C. I. L.* 3. 3899 (*in agro Emonensi*). — NB. Videtur et *Tertullianus* et *Augustinus* (*locc. citt.* in CARDEA) scripsisse *Carna*; mutatum autem in nonnullis codd. esse hoc nomen, ut cardini similius fieret, modo in *Carda*, modo in *Cardea* v. *Cardinea*.

CARNĔĀDĒS, is, m. 3. (Καρνεάδης) philosophus Academicus (*Gell.* 17. 14), Academiæ tertiæ auctor (*Augustin. c. Acad.* 3. 18. *n.* 40) seu novæ conditor (*Cic.* 3. *Orat.* 18. 68.), in qua doctrina probabilitatis (πιθανότητος) invaluit (*Diog. Laert.* 4. 62. *sqq.* Cf. *Numenius* ap. *Mullach p.* 160. *sq.* et *Susemihl p.* 127-131), patria Cyrenæus (*Symm.* 10. *ep.* 25), Philocomi (*Suid.*) v. Epicomi filius (*Diog. Laert.* 4. 9), natus a. 215. circ. a. Chr. et mortuus a. 129., quamquam *Cic.* 2. *Acad.* (*pr.*) 6. 16., ætatis XC. ann. ei tribuit; discipulus Philonis (*Hieronym. c. Jovin.* 1. 42), auditor Egesini (*Cic. loc. cit.*), Chrysippi studiosus (*Id. loc. cit.*). De eo *Varro sat.* 483. *sq.* Viam alteram Carneadem deambulasse bona corporis secutum, alteram viam deformasse - virtutis. *Cic.* 2. *Fin.* 11. 35. Tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi vel Epicuri, alter Hieronymi, Carneadis tertius. *et* 1. *Acad.* (*post.*). 12. 45. Carneades autem nullius philosophiæ partis ignarus. *et* 2. *Acad.* (*pr.*) 18. 60. Nisi tanta in Arcesila (*Academiæ mediæ auctore*), multo etiam major in Carneade et copia rerum et dicendi vis fuisset. *Id.* 1. *Orat.* 11. 45. Carneadem in dicendo, ut ferebant, acerrimum et copiosissimum. *et* 1. *ibid.* 11. 49. et 2. *ibid.* 38. 161. Carneadi vis incredibilis illa dicendi et varietas. *et* 3. *ibid.* 18. 68. Hinc hæc recentior Academia manavit, in qua exstitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia Carneades. *Gell.* 6. 14. 10. Violenta, inquiunt (*Rutilius et Polybius*) et rapida Carneades dicebat. *Hieronym.* in *Soph. prol.* eloquentissimus philosophorum, acutissimus rhetorum. — Is ad Scepticos moderatos pertinet, qui quamvis certam dari cognitionem rei negaverit, tamen saltem opinionem admisit; hinc illud *Senec.* 10. *dial.* 14. 2. Disputare cum Socrate, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere. *Minuc. Fel.* 13. 3. Hoc fonte defluxit Arcesilæ et multo post Carneadis et Academicorum philosophorum in summis quæstionibus tuta dubitatio. — Distinguebat autem opiniones probabiles, alias simpliciter (δόξαι πιθαναί), alias vero ex argumentis quibusdam irrefutabiles (πιθαναὶ καὶ ἀπερίσπαστοι), alias denique irrefutabiles omnino (ἀπερίσπαστοι καὶ περιωδευμέναι): *Sext. Emp. c. math. VII.* 166 (Cf. *Schwegler, Gesch. d. Gr. Phil. p.* 447-448); quamquam hanc quarundam opinionum vim mere logicam putabat (*Cic.* 2. *Acad.* (*pr.*) 31. *sq.*) ita ut nihil in re verum, nihil certum esse prorsus statueret (*Id. ibid.* 45. et 189). — Missus a. 156. ab Atheniensibus cum Sicyoniis litem habentibus, Romam cum Critolao peripatetico et Diogene stoico (*Gell.* 7. 14. 8), in urbe contiones habuit, in quibus solebat « materiam poscere - in utramque partem, hoc est et pro justitia et contra justitiam disputare » (Cf. *Hieronym. ep.* 5); unde *Augustin. c. Petil.* 3. 21. 24. Dicit me Academici damnabile ingenium habere Carneadis. Cf. ACADEMIA. - Hanc tamen philosophiam defendit *Martha* (*Étud. moral. sur l'antiq.*), quem cl. *Croiset* (*Hist. L. Gr. V.* 80) merito reprehendit; quomodo enim probari possit qui scientiam destruit omnem, quique oratoriæ virtutis quasi fascino nunc nigrum album, mox vero album esse nigrum suadere contendit, nullus admodum video: deliri hominis hæc sunt, non sapientis; circumforanei, non oratoris. — Hinc *Carneadēus* v. *Carneadius*, adj. (Καρνεάδειος). *Cic.* 2. *Acad.* (*pr.*) 48. 148. Carneadea sententia. *et* 2. *Fin.* 13. 42. Carneadeum illud summum bonum. *et* 5. *Tusc.* 31. 87. Illud Carneadeum. *et* 5. *Fin.* 6. 16. Carneadia divisio.

CARNĔĀDĒUS et Carneadius, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CARNI, ōrum, m. plur. 2. (Καρνοί) Scribitur etiam *Karni* (*Act. triumph. Capit.* a. U. C. 639). — Carni, populus Gallicus Celticæ originis, olim Alpes Julias et Noricas incolens, unde digressus in fines Italiæ septentr., habens ad orient. Pannonias, ad occid. Venetos usque ad litora maris et sinum Tergestinum, ad septentr. Noricos et Illyricos, nomen dedit provinciis, quæ nunc vocantur *Carnia, Carniola, Carintia*, et Alpibus, quæ ab eo *Carnicæ* dicuntur (*V.* ALPES). *Mela* 2. 59. Italiæ sinistra parte Carni (Cauni *A*) et Veneti colunt Togatam Galliam. *et Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (38). Italiæ populi Veneti, Carni, Japudes, Histri, Liburni. Adde *Liv.* 39. 22., coll. *Strab.* 4. 206. *sq.* et 5. 216. et *Appian. Illyr.* 16. — Eos devicit M. Æmilius Scaurus a. 115. a. Chr. *Act. tr. loc. cit.* M. AEMILIVS M. F. L. N. SCAVRVS COS. - DE GALLEIS KARNEIS. Dein Augustus eos attribuit coloniæ Tergestinæ et Antoninus Aug. Pius civitate Rom. donavit: *Decr. decur. Tergest.* (*Corp.* 5. 532 *b* 3), ubi legitur « Fabium Severum impetrasse ab Antonino Pio ut Carni Catalique attributi a divo Augusto reipubl. Tergestinæ, prout qui meruissent vita atque censu - per hoc civitatem Romanam apiscerentur ». — Hinc

Carnicus, a, um, adj. ut *Julium Carnicum*, hod. *Zuglio*, primum vicus, deinde (certe ante Claudii mortem) colonia facta, tribu *Claudia*, in *Itin. Ant. p.* 279., *Rav. p.* 17. et *Corp.* 6. 2384 (*a.* 198). — *Alpes Carnicæ*, pars Alpium, quæ Venetiam a Norico sejungunt, unde Saus v. Savus fluv. oritur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (147).

Carnius, a, um, adj. ut *Jugum Carnium*, quod dicebatur ab antiquis Alpis Julia. *Rav. p.* 298. — *Carnia* terra « pars Italiæ ad Alpes (*finita*) ab oriente jugis Alpium, ab occidente Histria et Carnia » *Dimens. prov.* 15., etiam hod. *Carnia* in parte septentr. provinciæ Utinensis, regio montosa ac pulcherrima, cum oppid. capite *Tolmezzo.* — *Rav. p.* 221. *Carneola* « in qua Carnech patria ». *et p.* 293. « Montes dividunt inter patriam Carnium et Italiam », hod. *Krain.* — *Carnius*, absolute — 1.°) Est cogn. *Inscr.* apud *Momms. n.* 6857. — Etiam nom. gent. (Cf. Etrusc. *carna* ap. *Schulze, Eig. p.* 146). *Corp.* 6. 14411.; et serv. *Corp.* 6. 4312. — *Carnia*, nom. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 4701. — 2.°) Est etiam cogn. Apollinis (Καρνεῖος), fortasse a *Carno*, viro Acarnane, qui ab A-

polline divinandi artem acceperat (Paus. 3. 13. 4.; sed cf. Macrob. 1. Sat. 17. 18). Hinc Carnii sacerdotes (οἱ ἱερεῖς τοῦ Καρνείου) suffecti apud Sicyonios in locum regum, qui jam defecerant (Hieronym. chron. a. Abr. 890).

CARNĬA, æ, f. 1. et

CARNĪCUS et

CARNĬUS, a, um. V. voc. præc.

CARNONA, æ, f. 1. castellum Galliæ, hodie Chênehutte-les-Tuffeaux (Maine-et-Loire), apud Venant. in vit. s. Germ. 58. — Hinc Carnonensis, adj. Greg. Tur. Mart. 2. 48. pagus Carnonensis in Andecavo territorio.

CARNUNTUM et Carnuntes. V. CARNUTUM.

CARNUS, i, m. 2. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.º) Opp. Arabiæ. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (154). — 2.º) Opp. Illyrici. Liv. 45. 1., ubi in obliq. Carnuntis etc. ¶ 2. Est nom. pers., sc. — 1.º) Nom. vir. Corp. 13. 10027. 206. - et mul. Corp. 6. 10288. — 2.º) Nom. dei (Κάρνος); unde apud Hieronym. chron. a. Abr. 890. sacerdotes Carni v. Carnii. V. CARNIUS.

CARNŪTĒS et Carnuntes, et

CARNŪTĪNUS (Carnutenus). V. voc. seq.

CARNŪTUM et Carnuntum, i, n. 2. simul conjungimus, non quod unum idemque sint, sed quod in libris et in codd. ea cum derivatis ita scripta reperiantur, ut facile unum censeri vel confundi possint. Sit igitur ¶ 1. Carnuntum, oppidum caput Pannoniæ super. in dextra Danubii ripa, municipium Ælium, colonia Septima, tribu Sergia, originis Celticæ, hod. Petronell. — Scribitur etiam Carnutum apud Aur. Vict. Cæs. 16. 13. Urbe Pannoniæ, cui Carnuto nomen est. Adde Cosmogr. 1. 19. — Item Carnuntium apud Oros. 7. Hist. 15. — Carnuntum memoratur Vellej. 2. 5. A Carnunto, qui locus Norici regni. Plin. 4. Hist. nat. 12. 25. (80). Usque ad Pannonica hiberna Carnunti Germanorumque ibi confinium. et 37. ibid. 3. 2. (45). A Carnunto Pannoniæ. Spartian. Sept. Sev. 5. Severus imperator est appellatus apud Carnuntum. Hieronym. chron. a. Abr. 2324. Licinius a Galerio Carnunti imperator factus. Ammian. 30. 5. 2. Carnuntum Illyriorum oppidum desertum quidem nunc et squalens sed ductori exercitus perquam opportunum. — Fuit a Romanis captum ac munitum, inde a temporibus Tiberii et Claudii impp., ubi a. 73. p. Chr. legio XV. Apollinaris stationem habuit, non vero etiam legio XIV. Martia Victrix (Corp. 3. p. 550 sqq.), sicque floruit commerciis et militari potentia ut totius Pannoniæ metropolis exstiterit; fuit porro municipium, imper. Hadriano (Corp. 11. 6588), colonia sub Septimio Severo (Corp. 11. 14359), a. 193., ibi imperatore adclamato; at barbarorum incursibus paullatim dejectum et sæc. IV. penitus deletum. — Hinc Carnuntiensis (Carnuntensis, Carnutensis), adj. Corp. 3. 6593. et Not. Dign. occid. 9. — Carnuntinus, nom. vir. Corp. 6. 1117. et Carnuntilla, demin. mul. Inscript. Supplementary papers of the Americ. school of classic. stud. in Rom. 2 (1908) p. 269 (Romæ). ¶ 2. Carnutum, oppidum Galliæ Celticæ, serius Lugdunensis, olim Autricum, hod. Chartres. — Scribitur etiam Carnotum ap. Sulp. Sev. dial. 2. 4. 4. et Not. Gall. 4. 2. chron. I. p. 588. — Carnunta Senoniæ Lugdunensis in Notit. Dign. occ. 42. — Secunda (Carnŭt-Carnŏt-) corripitur Venant. 3. s. Mart. 153. et fortasse Tib. 1. 7. 12.; at (Carnūt-) producitur Paul. Petric. Mart. 4. 255. p. 10. Memoratur etiam Venant. vit. s. Leob. 15. 49. et 23. 72., Conc. Aurel. a. 511. p. 10. et Conc. Paris. a. 614. p. 191. — Hinc Carnutes et Carnuti (ætate posteriore Carnotes v. Carnoti, Carnuntes, Carnuteni), populus inter Sequanam et Ligerim, conterminus Senonum, Parisiorum, Eburovicum, Cenomanorum, Turonum et Biturigum, antiquis temporibus a regibus gubernatus (Cæs. 6. B. G. 3. et alib.), Liv. 5. 34., Flor. 3. 10. 20., Plin. 4. Hist. nat. 17. 32. (107)., Oros. 6. Hist. 11., coll. Strab. 4. 191. sq. — Druides «certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ media habetur, eorum sedes præcipua (Cæs. 6. B. G. 13) et tribunal supremum Galliæ fœderatæ (Plin. loc. cit.), considunt in loco consecrato» (Cæs. 6. B. G. 2., 3., 4. et 13). — Cæsari eorum civitatem seu territorium (quod Carnutes sæpissime ab eo vocatur) invadenti fortiter restiterunt; sed tandem victi fuere ac deleti (Id. ibid.). — Carnutinus, Carnutenus et Carnotinus (Καρνουτῖνος). Sulp. Sev. dial. 3. 2. 2. In Carnutena civitate. Paul. Petric. Mart. loc. cit. Carnutena (al. Carnotina) jacent patulis qua mœnia campis. Adde Greg. Tur. 7. Franc. 17. et glor. conf. 97., Venant. 4. carm. 7. tit. — Carnotensis, adj. Greg. Tur. 4. Franc. 49. et Venant. vit. s. Leob. 14. 44. — De his cf. Desjardins Géogr. d. la Gaul. II. 476. sqq.; Longnon, Géogr. 328. sqq., Kubitschek u. Frankfurter, Führer durch C. 1898. et Ruggiero, diz. epigr. II. 116.

CARPANTHUS, i, m. 2. nom. dei Celtici. Corp. 12. 248 (prope Forum Julii).

CARPĂTHUM. V. voc. seq.

CARPĂTHUS, i, f. 2. (Κάρπαθος Strab. et per metath. Κράπαθος Homer.). Etiam Carpathos apud Mel. 2. 114., Oros., 1. Hist. 2., Isid. 14. Orig. 6. 24., Rav. p. 395. — Carpathum, n. Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (71). et Jul. Hon. Cosmogr. A 3. — Traduntur etiam formæ Carphatus, Carphathus, Carpatus.

Carpathus ¶ 1. Est insula maris Ægæi inter Rhodum et Cretam, hodie item Karpathos (it. Scarpanto). Isid. loc. cit. De ea Carpathos una ex Cycladibus a meridie posita contra Ægyptum - vocata propter celerem fructuum maturitatem (Cf. καρπός, fructus). et Mela loc. cit. Insula, unde Carpathio mari cognomen est Carpathus. Avien. orb. 672. Carpathus hic rupes attollitur (hellenism.). — In hac insula «aliquando regnavit Proteus, relicta Pallene civitate Thessaliæ, ad quam tamen reversus est postea, quod ostendit (poeta) hoc loco dicens: patriamque revisit Pallenem». Ita Serv. ad Virg. 4. G. 387. — Fuit sub Minoe, dein a Doribus culta, Atheniensium fœderata sæc. V. a. Chr., post Rhodiis subjecta (Strab. 10. 489., cujus metropolis Nisyrus. — De ejus nummo vd. Eckhel 2. p. 598. et Head, 631. — Hinc Carpasinus et Carpasius, adj. Isid. 14. Orig. 6. 24. et 19. ibid. 1. 11. — Carpathicus, adj. in Dion. orb. 16. Carpathicum mare.. — Carpathius, adj. ut Carpathium mare ad litus Carpathi et Rhodi orientale. Lucil. 466. Carpathium mare transvectus cenabis Rhodi (Cf. Virg. 5. Æn. 595. Plin. 5. Hist. nat. 27. 28. (102). Asiaticum mare sive Carpathium. Adde Mel. 2. 114. et Solin. 23. - Poetice - Carpathium pelagus ap. Lucil. 1291.: C. gurges ap. Ovid. 11. Met. 249): C. undæ ap. Propert. 2. 5. 11.: C. sal ap. Stat. 1. Theb. 182.: C. æquor ap. Sil. It. 3. 681.: C. pontus ap. Auson. Mos. 279. — Solin. 11. Carpathus, a qua Carpathium sinum dicimus. ¶ 2. Item insula sitûs inc. Jul. Hon. cosmogr. 41 (Cf. Cosmogr. 41). «Sicilia insula, Carpathos insula, Galata insula, Fortunatæ insulæ, Syrtis major etc.». An eadem ac præcedens?

CARPENTŌRACTĒ v. Carbantorate, is, n. 3. oppidum Galliæ Narbonensis, ad lævam Rhodani, trib. Voltinia, hod. Carpentras. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (36). «Carpentoracte (al. Carbantorate) Meminorum». Ita leg. Detlefsen. - Plenius Colonia Julia Meminorum dicitur in Inscr. ap. Herzog, Gall. Narb. n. 415 (= C. I. L. 12. 1239), jure Latii a Cæsare donatum (Ptol. 2. 10. 8. φόρος Νέρωνος). Cf. Hirschfeld, Corp. 12. p. 147. — Hinc Carpentoractensium civitas in Not. Gall. XI. 10.

CARPĒTĀNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

CARPĒTĀNĬA, æ, f. 1. (Καρπητανία Strab.) regio Hispaniæ montana et fertilis, finitima Turdetaniæ, Celtiberia, Oretania etc., cujus oppidum caput Toletum (Toledo). Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25)., Liv. 39. 30., Montan. ep. 2., coll. Strab. 3. 139. — Greg. Tur. 6. Franc. 33. Provinciam Carpitaniam graviter a locustis fuisse vastatam. — Hinc Carpetani, ōrum, populus Carpetaniæ, laudatus Plin. 3. Hist. nat. 1. 2. (6)., Frontin. 2. Strat. 7. 7., Liv. 21. 5. et 11. et 23. 26., ubi vulgo olim Carpesii dicti scribuntur, cum Polyb. 3. 14. 2. et Steph. Byz. (Καρπήσιοι); quum ceteris Καρπητανοί nuncupentur. — De iis, numero et potentia insignibus, mentio est in bellis, quæ Romani cum Hannibale et Viriatho habuerunt, nec ab iis domiti sunt nisi post captum Numantiæ. Liv. 21. 5., 11., 23. et Frontin. loc. cit. — Carpetanus, adj. ut Carpetana juga, hod. Sierra Guadarrama, series montium Hispaniæ, disterminans Vaccæorum a Carpetanorum regione, vel Tarraconensem proprie dictam a Carthaginiensi. Plin. 3. Hist. nat. 1. 2. (6).

CARPI, ōrum, m. plur. 2. gens Sarmatiæ Europææ, originis Daciæ, qui dein ex antiquis sedibus a Diocletiano in Pannoniam translati (Ammian. 28. 1. 5), ad meridiem montis Carpati (Tatra), inde fortasse nomen sumpserunt. — Prima eorum mentio apud Latinos circ. a. 238., Maximo et Balbino impp. Capitolin. Max. Balb. 16., coll. Lact. mort. pers. 4. Decius profectus (nondum imperator) adversus Carpos, qui tum Daciam Mœsiamque occupaverant». Sed «circumventus a barbaris et cum magna exercitus parte deletus» (Ibid.), non vero occisus, ut patet ex Jornand. Get. 16. Tum Philippus imp. Carpos devicit ob eamque victoriam cum filio Carpicus dictus (Eckhel 7. p. 328), ut postea Aurelianus et ipse Carporum victor a senatu hoc cognomine decoratus (Vopisc. Aur. 30). Verum eos penitus tandem profligarunt Diocletianus et Maximianus impp. per Constantium et Galerium Cæsares (Paneg. 5. 5. et 10)., Oros. 7. Hist. 25. et Aur. Vict. de Cæs. 39). — Hinc Carpicus, adj. Inscr. numm. Cohen, V. p. 117. n. 288. — Cognom. impp. Philippi, Aureliani, Maximi, Diocletiani, Constantii, Galerii et Constantini M., ap. Cohen, loc. cit. p. 135., Corp. 6. 1112., 10. 3843., 8. 578., 8. 8412., Vopisc. loc. cit. et Rufin. 8. Hist. 17.

CARPI v. rectius Carpis (Καρπίς Ptol.), oppidum Africæ Zeugitanæ, ad litus orient. sinus Carthaginiensis, hodie Sidi-Raïes prope Djebel-Kurbés, postea colonia Julia (Corp. 8. 1206). — Carpi, orum, apud Plin. 5. Hist. nat. 4. 3. (24)., Itin. Ant. p. 493., Corp. 8. p. 130., 923. et 1288. — Rav. p. 142. Carpos. — Ibi cædes magnas fidelium Catholicorum a Donatistis factas sub Juliano imp. tradit Optat. 2. schism. Donat. 18. — Hinc Carpitanus, adj. Corp. 8. 6081 (in Numidia). — Absolute, nom. gent. Corp. 14. 979 (Ostiæ). Cf. Schulze, Eigenn. p. 146.

CARPĬUS, ii, m. 2. V. CARPUS.

CARPŎCRAS et

CARPŎCRĀTĒS, is, m. 3. (Καρποκράτης, fructu potens) Carpocras per syncop. apud Philastr. hær. 35. 1 (Καρποκρᾶς Epiph. hær. 27), hæreticus, sub Hadriano imp., Alexandrinus, magicarum artium et omnigenæ turpitudinis magister, ita ut doceret communi omnium feminarum usu ac nefaria necessitate se quibusvis obscenitatibus fœdandi perfectionem obtineri (Eus. apud. Rufin. 4. H. E. 7., Augustin. hær. 7. et Clem. Alex. 3. Str. 2); unde secta Gnosticorum orta est, qui Carpocratiani dicuntur (Augustin. hær. 7). v. etiam Carpocratitæ (Cod. 1. 5. 5). De aliis vero erroribus ab eo et ab ejus sectatoribus traditis vd. Philastr. loc. cit. aliosque laudatos auctores.

CARPŎCRĀTĬĀNI v. Carpocratitæ. V. voc. præc.

CARPŎPHŎRUS, i, m. 2. (Καρποφόρος, fructifer) Carpoforus in Corp. 15. 7344. — Carphophorus, Carphorus, Carpoporus etc. in Corp. passim.

Carpophorus, nom. vir Græc., quod apud Romanos in nom. serv. et cogn. libert. ac demum ingenuum transiit. ¶ 1. Apud scriptores: Carpophorus venator v. gladiator, a Domitiano imp. dilectus, de quo exstant epigr. Martial. 15. 2., 23, 2., 27. 1. — Item histrio, de quo Juvenal. 6. 199. — Item vir christianus, cujus servus Callistus fuit postea pontifex Rom., teste Auct. Philosophum. 9. 2. 12. — Item deus paganorum «græce, quem Latini frugifer dixerunt» Gloss. V. 175. 28. ¶ 2. In titulis. Corp. 6. 631 (a. 177)., 9915.; 15. 8890. etc. — Carpophora, nom. mul. Corp. 6. 2462. — Hinc Carpophorius, nom. episc. Carthag. Optat. 1. 19. et Carpophorianus, cogn. Corp. 10. 8136.

CARPUS, i, m. 2. (Κάρπος) Scribitur etiam Carpos et Carphos. — Origo nominis a καρπός, fructus, sed aliis est a καρπός, qua significat «manus» (Lommatzsch, Rhein. Mus. 52. 309) et Etr. carpe (Schulze, Eigenn. p. 146. adn. 7).

Carpus ¶ 1. Est cogn. vir. — 1.º) Apud scriptores, ut jlocaliter Petron. 36. «Trimalchio - Carpe, inquit. Processit statim scissor - ingerebat nihilominus Trimalchio lentissima voce: Carpe, Carpe - vides illum, inquit conviva, qui obsonium carpit: Carpus vocatur; itaque quotiescumque dicit «Carpe» eodem verbo et vocat et imperat». Adde Martial. 6. 39. 19. Tertull. orat. 15., coll. 2. Tim. 4. 13. «Putant Paulum pænulam suam in oratione penes Carpum reliquisse». Id fort. accidit post Pauli captivitatem. — Fuit hic episc. Beryti in Thracia, sanctitate insignis Ps. Dionys. Areop. ep. 8. 6. et 2. 190. — 2.º) In titulis, cogn. (libert. et ingen.) frequentissimum, alibi rarius, in Africa semel. Corp. 6. 148., 158., 199. etc. — Nom. sing. Corp. 6. 7358., 8587. etc. — Hinc Carpius (a), Carpinius, Carponius, Carpinianus. V. Corp. — Cfr. Carpnius, nom. dei, in Corp. 13. 93. — Carpō (Καρπώ), una ex Horis, ap. Hygin. fab. 183. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi in Africa. V. CARPI.

CARRÆ (Carrhæ), ārum, f. plur. 1. Varie scribitur: Hebr. Hhārān; Gr. Κάρραι Plut., Ath., Steph.; Χαρράν et Χαρρά LXX; Haran, Haram, Charan, Charra, Charran, ap. Vulg. et scriptores eccl.; Hharram, Assyr., idem ac via: sane ibi conjunguntur viæ, quæ ad Euphratem et Tigrim ducunt indeque magna illa incipit, qua a Chaldæa et Assyria in Syriam itur et Palæstinam - Carra v. Carrha, sing. num., ap. Hieronym. sit. et nom. p. 112. et Jul. Hon. cosmogr. A 6.

Carræ, antea Haran v. Charan, oppidum Mesopotamiæ ad lævam Bilichi fl. (Belikh) et ad merid. Edessæ, hodie Harran, celebre eo quod sedes fuit aliquando familiæ Abrahami, ab Ur Kasdim (Ur Chaldæorum) huc Dei jussu profectæ (Gen. 11. 31. et alib.) quodque ibi cum Parthis dimicans M. Licinius Crassus triumvir, una cum filio ac toto exercitu periit a. 53. a. Chr. (Eutrop. 6. 18). Memoratur Lucan. 1. 105. Crassus Assyrias Latio maculavit sanguine Carrhas. Sic Plin. 5. Hist. nat. 24. 21. (86). Carranæ, Crassi clade nobile oppidum. et Ammian. 23. 3. 1. Carras, antiquum oppidum, Crassorum et Romani exercitus ærumnis insigne. Id. 18. 7. 3. oppidum invalidis circumdatum muris. Prudent. c. Symm. 2. 574. tristificis Tritonia noctua Carris advolitans. Spartian. Carac. 6. (Caracalla) cum Carras venisset, die natalis sui, - a Macrino - interemptus est. — Hinc Carreni, incolæ. Spartian. Carac. 7. et Trebell. Gall. 10 (Cf. nummos Gr. Eckhel, 3. p. 506. sqq.). — Carrenses, apud Cassiod. 7. Hist. trip. 34.

CARRĒNI et

CARRENSES. V. voc. præc.

CARREUM, i, n. 2. oppidum Liguriæ, hodie Chieri, apud Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (49). Carreo, quod Potentia cognominatur. Alii leg. Correa, al. Carrea. Etiam Corp. 5. 7496. ex conj. Mommsenii. Cf. Nissen, Ital. Landesk. II. 157.

CARRHÆ. V. CARRÆ.

CARRĪNAS, æ, m. 1. nom. gent. Corp. 6. 17651. — Hinc Carrinas, atis (Καρσίνας et Καρρίνας), ut Carrinas Secundus, rhetor, a Caligula imp. expulsus, ap. Juvenal. 7. 205 (Dio 59. 20. 6), aliique apud Cic. 13. Att. 33., Tac. 13. Ann. 10. et 15. ibid. 45., Corp. 6. 1810., 14433. etc. — Carrinatius (a), nom. gent. Corp. 14. 3477 (V. Schulze, Eigenn. p. 530).

CARRINENSIS ager, in Hispania ubi «duo fontes juxta fluunt, alter omnia respuens, alter absorbens». Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (231). V. Hübner PW. 3. 1613.

CARSEŎLI. V. CARSIOLI.

CARSIDĬUS, ii, m. 2. nom. prætoris urbani. Tac. 4. Ann. 13., Corp. 6. 14440. et 34697. Cf. Carsenius, Carsenus, Carsicius, Carsius, Carso, ab Etr. carsna: vd. Schulze, Eig. p. 147.

CARSĬŎLI (Carseoli), ōrum, m. plur. 2. (Καρσέολοι) oppidum Æquorum, tribu Aniensi, hodie Piano del Cavaliere, inter Arsoli et Carsoli, in reg. IV. Italiæ, in via Valeria, colonia Latina a. 302. a. Chr. Liv. 10. 3. et 13. et 27. 9. et alib. Ovid. 4. Fast. 683. Frigida Carsiolis nec olivis apta ferendis Terra, sed ad segetes ingeniosus ager. — In bello Italico «cædibus, ferro et igne» vastata fuit (Flor. 3. 18. 11). — De ea vd. Inscriptiones n. 5684-5702. a Momms. editas.

CARSĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. natio hominum juxta agrum Prænestinum, ita appellata ἀπὸ τῶν καρύων, h. e. a nucibus juglandibus, de quibus Macrob. 3. Sat. 18. 5.

CARSŬLÆ, ārum, f. plur. 1. (Κάρσουλοι et Καρσοῦλα) oppidum Umbriæ in via Flaminia, tribu Clustumina, hodie Cappella S. Damiano inter Cesi et Acquasparta, memoratum in bello, quod cum Vespasiano gessit Vitellius. Tac. 3. Hist. 60., Plin. 1. ep. 4. et Corp. 11. p. 664. — Hinc Carsulanus, adj. Plin. 17. Hist. nat. 23. 35. (213). et Carsulani, incolæ. Id. 3. ibid. 14. 19. (113).

CARSŬLĀNUS. V. voc. præc.

CARTĀGO. V. CARTHAGO.

CARTALA, æ, f. 1. (Καρταλία Strab.) oppidum litoris orientalis Hispaniæ Tarraconensis. Liv. 21. 5. Hannibal Cartalam, urbem opulentam, caput gentis ejus (i. e. Olcadum), expugnat (Polyb. 3. 13. 6. Ἀλθαία nominatur).

CARTĒĪA (Karteia), æ, f. 1. (Καρτηία) ¶ 1. Est oppidum Hispaniæ Bæticæ, a Græcis Tartessos dicta, conventus Gaditanus, colonia Latina a. 191. a. Chr., prima ex iis, quæ extra Italiam et Cisalpinam deductæ sunt, metallis, piscatione et commercio celebre, hodie El Rocadillo inter Gibraltar et Algesiras, fortasse ita dicta a Carthere, matre Herculis quarti (Ampel. 11), quod fabulam satis redolet. Memoratur Cic. 12. Att. 44., Liv. 21. 5. et 28. 30. et alib., Mel. 2. 96., Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (7). et 6. ibid. 34. 39. (214)., Bell. Hisp. 32. 6. et 37. 2. sq., Corp. 2. 1928. Rav. p. 344. Cartetia. et Itin. Ant. p. 406. Calpe Carteia. — Trisyllabum est apud Sil. It. 3. 396. Arganthoniacos armat Carteja nepotes. — In nummis notatur Car. Kar. Cart.: cf. Eckhel, 1. p. 17. — Primum a Phœnicibus habitatum, dein a Pœnis captum (Mel. loc. cit.) Hannibalem adjuvit in secundo bello Punico (Sil. It. loc. cit.). — Ibi Cn. Pompejus, post prœlium Mundæ male gestum fugiens, interfectus est (Bell. Hisp. 30. sq., Liv. 24. 42., Flor. 4. 2). — Hinc Carteiensis, adj. Bell. Hisp. 36. 1. legati Carteienses. — Absolute Liv. 43. 3. ¶ 2. Est gens Romana, ex qua fuit L. Carteius memoratus Cic. 12. Fam. 11.

CARTENNA (Cartinna), æ, f. 1. (Καρτέννα et Κάρτιννα) oppidum Mauretaniæ Cæsariensis, colonia militaris sub Augusto, tribu Quirina, hodie Tenes. Memoratur Mel. 1. 31., Plin. 5. Hist. nat. 2. 1. (20)., Itin. Ant. p. 14., Corp. 8. p. 824., 975. et 2031. — Hinc Cartennitanus, adj. Augustin. gest. cum Emer. 1. — Absolute, plur., incolæ. Corp. 8. 9663. — Cartennensis, adj. Augustin. ep. 93.

CARTHA, indecl. et Cartha, æ, f. 1. (Heb. Qereth, Chald. Qartâ', Gr. Καρθά: cfr. Cirta, Cartha, Ceratha, Cariath: a rd. qîr, oppidum) nom. oppidorum, sc. — 1.º) Opp. in Palæstina, in terra Zabulon, quod Josue dedit Levitis de filiis Merari. Vulg. Jos. 21. 34. — 2.º) Item in Palæstina, ubi «sub dispositione - ducis Palæstinæ - cohors decima Carthaginiensis». Not. Dign. or. 34. — 3.º) Item Mesopotamiæ, cujus mentio est in Not. Imp. Or. c. 34. — 4.º) Item inter Tyron et Beryton. Serv. ad Virg. 4. Æn. 670. Carthago a Cartha oppido dicta est, unde fuit Dido inter Tyron et Beryton.

CARTHĀGĬNENSIS et Carthaginiensis. V. voc. seq.

CARTHĀGO, inis, f. 3. (Καρχηδών Diod., Κακκάβη Steph. et Eust.) nom. urbis. — a) Scriptura: Karthago ap. Charis. gramm. I. 10. 13. «Kalumniam aut Karthaginem scribimus». Serg. gramm. IV. 477. «Ut k tunc proponatur quando a sequitur, sed hoc in paucis nominibus observatur, ut Kalendæ, Karthago» (Pomp. gr. V. 110). Gramm. suppl. 224. «Priscianus - dicens, nullam esse differentiam, utrum Karthago et Kalendæ per k, an per c scribantur, licet moderni k in his duobus nominibus, quia græca sunt, scribendum esse asserant». At Dosith. gramm. VII. 385. k notæ tantum causa ponendum esse docet. — Aliæ formæ sunt Cartago, sine aspiratione, ap. Cic. Orat. 48. 160. Quin ego ipse - Cartaginem dicerem. — Chartago apud Consent. gramm. V. 392. — In libr. mss. Carth-, Karth-, Cart-, Kart-, Charth- inveniuntur, sed prævalet Carth.- — b) Declin.: abl. Carthagine et Carthagini; sed locat. in -i: Char. gramm. I. 188., Mar. Victorin. gramm. VI. 202., Serv. gramm. IV. 416. — c) Origo vocis sive etymon varie proponitur: Ampel. 9. «Croni filius et Cartheros, quem Carthaginienses colunt, unde Carthago dicta est». Serv. ad Virg. 1. Æn. 348. «Carthago a Cartha». et ad 4. ibid. 670. Carthago ante Byrsa, post Tyros dicta est, post Carthago a Cartha oppido». Solin. 27 (Serv. ad Virg. 1. Æn. 366). «Carthaginem Elissa mulier exstruxit domo Phœnix et Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam». Quod quidem etymon ceteris præferendum videtur; lingua enim Punica Karthad-hadtha vel Karth Hhadash idem est ac urbs nova, cui magis consonat gr. Καρ-χηδ-ών. — d) Ædificatio urbis tribuenda est, ut communior fert opinio, Phœnicibus, qui certis temporum intervallis Africam occuparunt: ipsa Didonis, sororis Pygmalionis, regis Tyri, fabula huic sententiæ favet, cui poetæ adhæserunt, in primis Virg. 1. Æn. 369., Sil. It. 2. 410., Prisc. perieg. 185., Avien. orb. 289. Sic et Mela 1. 34. «Urbes Utica et Carthago ambæ inclutæ, ambæ a Phœnicibus conditæ». Adde Tac. 16. Ann. 1., Justin. 18. 4., Oros. 4. Hist. 6. Verum Hieronym. chron. a. Abr. 797. refert ex Philisto Carthaginis conditores fuisse Zorum et Carchedonem (Tyrium, patrem Didonis). Porro cum iis, quæ de Didone narrantur, componi nequit ratio temporis ab historicis tradita, quorum alii dicunt urbem conditam LXV. ann. ante Romam, sc. 815. v. 814. a. Chr. (Vellej. 1. 12., coll. Cic. 2. Rep. 23.).; alii a. 825. v. 823. a. Chr. (Justin. 18. 6., coll. Solin. 27); alii a. 846. a. Chr. (Liv. epit. 51., Eutr. 4. 17., Oros. 4. Hist. 23); alii denique a. 880.; Serv. vero ad Virg. 4. Æn. 459. hæc habet: «Quod de Didone et Ænea dicitur, falsum est; constat enim Æneam CCCXL. annis ante ædificationem Romæ venisse in Italiam, cum Carthago non nisi XL. annos ante ædificationem Romæ constructa sit» h. e. a. ant. Chr. 793. Ex quibus saltem illud certum efficitur, Carthaginem originis fuisse Phœniciæ seu Tyriæ, unde a scriptoribus et Phœnissa dicitur (Avien. loc. cit.) et Tyria (Virg. 4. Æn. 224. et 670., coll. Curt. 4. 2. 10. sq.) vel etiam Libyca (Culex 370), fortasse quia non minus a Tyriis aut Phœnicibus (qui eam condiderunt probabilius sæc. VII. a. Chr.), quam ab Afris Libyæ incolis, frequentata. — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Carthago, nom. geogr. ¶ 1. Est urbs pæninsularis Africæ, in ora Zeugitanæ, ad occid. sinus hinc Carthaginiensis, inter duos lacus, nunc Tuneticum unum, alterum Sokra dictum, portu munita ad radices Byrsæ duplici, mercatorio et militari (Cothon), colonia postea Junonia Julia, tribu Arnensi (it. Cartagine). — De ea seu veteri seu nova — 1.º) Proprie. Sall. Jug. 19. de Carth. vet. De Carthagine melius silere puto quam parum dicere. Id. Cat. 10. Carthago, æmula imperii Romani. Cic. 2. leg. agr. 32. 87. (Majores) tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. Id. ibid. cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco succincta portibus, armata muris. Id. 4. Cat. 10. 21. huic imperio infestissima. et Mur. 28. 58. hujus imperii terror. Flor. 2. 2. 21. caput belli. Apul. flor. 20. p. 98. provinciæ nostræ magistra venerabilis: Africæ Musa cælestis, Camena togatorum. Capell. 6. p. 216. inclita pridem armis, nunc felicitate reverenda. Cyprian. ep. 52. pro magnitudine suam debet Romam præcedere. Solin. 27. de vet. alterum post urbem Romam terrarum decus. Expos. mund. 61. præcipua et admirabilis nimis civitas. Augustin. 18. Civ. D. 54. notissima et eminentissima. Id. ep. 43. ampla et illustris. et ep. 118. latinarum litterarum artifex. Oros. 4. Hist. 22. viginti duo milia muro amplexa, tota pæne mari cingebatur absque faucibus, quæ tribus milibus passuum aperiebantur: is locus murum triginta pedes latum habuit. Id. 7. ibid. 2. cotem illam magnam splendoris et acuminis sui (Carthaginem) perdiderunt (Romani). et Salvian. gub. 7. 67. universarum illic

urbium princeps et quasi mater - Romanis arcibus semper æmula, armis quondam et fortitudine, post splendore ac dignitate - in Africano orbe quasi Roma. Adde *Horat.* 2. *Sat.* 1. 66., *Val. Max.* 5. 6. *ext.* 4., et 4. 4. 6., *Ovid.* 6. *Fast.* 45., *Lucan.* 4. 585., *Claudian.* 18. 334., *Manil.* 4. 48., *Petron.* 117., *Corp.* 9. 1121.; 8. 1165. etc. et ex Græcis *Diod.* 20. 44., *Appian. Lib.* 126., *Scyl.* 111., *Arr. an.* 5. 27. 7., *Thuc.* 1. 13., *Xen. Hell.* 1. 1. 37., *Plut. min.* 315., *Isocr.* 3. 24., *Dem.* 20. 161., *Herod.* 7. 166., cui tamen, utut florentissima, erat pæne ignota (V. *Vivien de S.-Martin, Le Nord de l'Afr. p.* 59). — **Epitheta** alia a poetis usurpata: *Sil. It.* 13. 13. alma. *Claudian.* 15. 518. antiqua. *Coripp.* 6. *Joh.* 58. 174. felix. *Horat.* 3. *Od.* 5. 39. magna. *Sil. It.* 2. 406. prima. et 17. 266. acerba. *Virg.* 4. *Æn.* 97. alta. — *Coripp.* 6. *Joh.* 503. ardua. *Sil. It.* 13. 13. celsa. *Paul. Nol.* 19. 141. potens. *Sil. It.* 2. 573. victrix. *Lucan.* 4. 788. dira. *Auson.* 419. 34. discincta. *Sil. It.* 1. 3. ferox. *et* 11. 96. perfida. *Claudian. carm. min.* 15. 77. tumida. *Horat. epod.* 7. 5. invida. et 4. *Od.* 8. 17. impia. — 2.°) Translate, per metonymiam, de incolis. *Carm. devot. Macr.* 3. *Sat.* 9. 10. Ut omnes dii illam urbem Carthaginem exercitumque - fuga, formidine, terrore compleatis (Cf. *Liv.* 29. 3). *Cic. Cat.* 18. Carthagini male jam diu cogitanti bellum. *Liv.* 28. 5. Ex Africa et a Carthagine jura petere. *Horat.* 4. *Od.* 4. 69. Carthagini jam non ego nuntios mittam superbos. Adde *Manil.* 4. 658., *Senec. dial.* 11. 12. 6., *Val. Max.* 2. 10. 4. et 3. 7. 1., *Flor.* 2. 7. 1., *Oros.* 5. *Hist.* 1. — 3.°) Pro imperio Carthaginensium. *Flor.* 2. 2. 34. Aderat - gravis classis et in ea quasi tota Carthago; quod ipsum exitio fuit. *Dimens prov.* 26. Africa Carthago, Numidia finiuntur - ab oriente Syrti minore. — 4.°) Personata, in primis apud poetas. *Sil. It.* 2. 703. Tergaque vertentem *(Hannibalem)* trepidans Carthago videbit. Adde *eund.* 2. 308., *Auson.* 286. 8., *Lucan.* 2. 92., *Vellej.* 2. 19. 4., *Apul. flor.* 18. *p.* 83. — 5.°) In imagine. *Horat. epod.* 9. 25. Africanum, cui super Carthaginem virtus sepulcrum condidit. *Flor.* 2. 6. 20. Aversi a Carthagine dii. — Describitur *Oros.* 4. *Hist.* 22., ubi memoratur arx, cui *Byrsæ* nomen erat (*V.* BYRSA) - Ex una parte murus communis erat urbis et Byrsæ imminens mari. Addit *Nep.* apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 368. « Carthago speciem habuit duplicis oppidi, quasi aliud alterum complecteretur, cujus interior pars *Byrsa* dicebatur, exterior *Magalia* ». — Eam regebant optimates, *sc.* duo suffetes (Cf. *sophetim* seu judices apud Hebræos), consilium CIV. virorum et senatus, sed a populo electi, ornabatque cultus et humanitas, plerumque orientalis et Græca; ejusque dominatio in Zeugitanam et Byzacenam protendebatur et in omnes oras litorales Africæ septentr. inter aras Philænorum et Columnas Herculis. — Colonias plures habuit in Hispania, in insulis Baliaribus, in Sicilia, in Sardinia et in ora Oceani extra fretum Gaditanum. — Ex monumento nuper reperto a cl. *P. Delattre* (V. *Bréal « Journal d. Savants »* 1899. *p.* 63. *sqq.* et *Lattes « Rendiconti dell' Ist. Lomb. XXXII.* 1899. *p.* 659. *sqq.)* liquet Carthaginem cum Etruria commercium habuisse et Mediterranei maris dominationem ita inter se divisisse ut Græcorum potentia coartaretur. — Celebritas Carthaginis increvit in bellis, hinc *Punicis* dictis, quæ ter habuit cum Romanis, olim contra Pyrrhum cum eis fœderatis. — In *primo* (ab a. 264-241. a. Chr.), navalibus copiis gesto, Ap. Claudius in Siculo freto, Duilius cos. apud Liparas insulas et Lutatius Catulus apud Ægates tam strenue pugnarunt, ut Carthaginienses ad pacem petendam redacti sint: in eo quoque effulsit M. Atilii Reguli bellica virtus et in adversis animi magnitudo (*Liv. ep.* 16-49., *Ampel.* 46., *Flor.* 2. 2., *Eutr.* 2. 3., *Oros.* 4. *Hist.* 8-11., *al.* Cf. tamen ATILIUS). At in Hispania Hamilcar, Barcas cognominatus, victor magnam partem regionis imperio Carthaginensium addixit, relictis filiis Hasdrubale, Hannibale, Hamilcare et Magone. — In *secundo* (ab a. 219-202. a. Ch.) ob eversionem Sagunti, civitatis Romanorum sociæ, a Pœnis perpetratam, orto ita summatim *Ampel.* 46.: « Secundum Punicum bellum omnium cruentissimum fuit - Prima clades hujus belli apud Liternum vulnerato patre Scipione - secunda apud Trebiam, vulnerato Flacco cos.; tertia apud Trasimenum, vastato Flaminii exercitu, quarta apud Cannas, deletis duobus exercitibus Pauli cos. morte, Terentii fuga Varronis. Postea vero quattuor duces Punici belli gloriam sibi vindicant: Fabius sive cunctator, qui imminentem urbis excidio Hannibalem mora fregit: Marcellus, qui primus Hannibali apud Nolam restitit et inclinatam ejus aciem penitus trucidavit: Claudius Nero, qui venientem ab Hispania Hasdrubalem cum ingentibus copiis, priusquam se Hannibali jungeret, excepit et ingenti prœlio vicit ». Interim in Africa decertabat Scipio (cognomento hinc *Africanus)*, qui variis prœliis, Masinissa adjutore, Carthaginienses devicit, qui coacti sunt Hannibalem revocare, sed frustra; nam ipse quoque profligatus pacem a Romanis petiit, hisce condicionibus concessa, ut Carthago, quæ extra Africam possidebat, relinqueret; naves universas Romanis traderet, quæ igne consumptæ sunt, et Masinissam Numidiæ regem agnoscerent eique tributum solverent *(Liv. epit.* 30., *Liv.* 21-30., *Flor.* 2. 6., *Nep. Hannib.* 3-6. et *Sil. It.* toto suo poemate). — In tertio (an. 150-146. a. Chr.), ex eo excitato quod Carthaginienses bellum intulerunt Masinissæ novamque classem instruxerunt, Carthago a Romanis, rem feliciter agentibus, obsessa est, a. 149., captaque a Scipione Æmiliano a. 146.; quin illud notissimum Catonis: **delenda Carthago**, quod in utramque partem, nempe damni aut emolumenti inde orituri, inter Romanos diu est agitatum *(Cic.* 1. *Inv.* 12. 11., *Fab. Victorin.* 1. *rhet.* 8., *Cassiod. rhet.* 7. et *Isid.* 2. *Orig.* 6. 1., coll. *Oros.* 4. *Hist.* 23), tandem aliquando expletum est; eam namque Romanus incendio delevit (*Liv. epit.* 51., coll. *Jul. Obs.* 20., *Flor.* 2. 15., *Oros.* 4. *Hist.* 22., *Eutr.* 8. 10-12. et *Cic.* 3. *Nat. D.* 38. 91. et *Rhet. Her.* 4. 13. 19). — Verum post ann. 22 v. 23. restituitur, colonia illuc a C. Graccho deducta, suadente Rubrio *(Plut.* in *C. Gr.* 10), in solo seu in vestigiis dirutæ Carthaginis *(Liv. epit.* 60) vel prope veterem *(Macrob.* 3. *Sat.* 9), prima, ut diximus, ex coloniis extra Italiam conditis *(Vellej.* 1. 15. et 2. 15. Cf. *Momms.*, *Corp.* 1. *p.* 96. *sq.).* — Dein paullatim ad priorem magnificentiam assurrexit ita ut diceretur « alterum post Romam terrarum decus » et *Carthago Secunda* est appellata (*Solin. loc. cit.*, coll. *Paus.* 2. 1., *Appian. B. P. sub fin.* et in nummis *Colonia Julia Carthago* dicta *(Inscr.* apud *Orelli n.* 3080. et *Renier n.* 3058. = *Corp.* 8. 12545. Cf. etiam *Auson. de clar. urb.* 2). Dein ab impp. Hadriano, M. Aurelio, Severo et Antonino, Maximino et Diocletiano vel instaurata aliisve beneficiis donata est (*Spartian. Hadr.* 20., *Capitolin. Ant.* 6. 9., *Aur. Vict. Cæs.* 16. 12., *Dig.* 50. 15. 8., *Corp.* 8. 1220., coll. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5812). Eam magnifice describunt *Jun. descr. orb.* 37. et *Salvian. gub.* 7. 16. — Hæc fuit sedes proconsulum Africæ, præter quos legati provinciæ Africæ diœcesis Carthaginiensium memorantur *Corp.* 2. 1262., 4510. et 4511. — Floruit porro inde a sæc. I. ecclesia Carthaginiensis viris sanctissimis atque doctissimis, et præclaris quoque martyribus, de quibus *V.* historicos eccl. — Dein a. 439. expugnata est a Genserico, Vandalorum rege; postea a. 533. a Belisario liberata; denique a. 647. ab Arabibus destructa. — Plura de insigni hac urbe colliges ex *Momms. St.-R. I.* et *II.*; *P. Belan, St. d'It. I.* 1875.; *G. De Sanctis, St. de' Rom.* 1907., *al.* — Hinc *Carthaginiensis*, rarius *Carthaginensis* (V. infra), adj. *Cato orig.* 83. Carthaginiense bellum primum. *et ibid.* imperator. *Solin.* 56. excidium. *Liv.* 38. 48. senatus. *Vopisc. Tac.* 16. curia. *Gell.* 9. 5. 9. fœdus. *Oros.* 24. *Hist.* 49. 4. legiones. *Tertull. adv. Valent.* 8. scholæ. *Liv.* 7. 27. legati. — *Vellej.* 2. 19. 4. Marius vitam in tugurio ruinarum Carthaginensium toleravit. *Cod.* 7. 62. 24. Carthaginensis civitas. *Corp.* 14. 99 *(Ostia).* Carthaginenses naves. - Dubitari potest de scriptura *Corp.* 13. 8269.: in libris mss. haud raro tradita, unde etiam ab editoribus scriptorum recentioris ætatis subinde præfertur, ex. gr. *Solin.*, *Opt.*, *Schol. Hor.*, *Vulg. Ezech.* 27. 12., *Augustin. ep.*, *al.* — *Carthaginienses* (quam scripturam adprobat *Prisc. gramm. IV.* 683. 6., firmantque Inscriptt. ap. *Henzen, suppl. Orell. n.* 6012., 6498., 6935. et *Corp.* 8. 2409.; 14. 3615., et Inscr. vetustissima columnæ rostratæ, *Corp.* 6. 1300.; 9. 17., ubi ἀρχαϊκῶς CARTACINIENSIS [plur.] legitur, *Enn. ann.* 223. et etiam quæ de hac re supra dicta sunt), absolute, incolæ. *Enn. loc. cit.* Appius indixit Carthaginiensibus bellum. *Cato orig.* 67. Ex sale, qui apud Carthaginienses fit. *Manil.* 55. Carthaginienses homines in maritimis rebus exercitatissimi. Rursus *Cato* 84. Carthaginienses sextum de fœdere decessere. Sic *Cic.* 1. *Inv.* 39. 71. Carthaginienses autem persæpe jam nos fefellerunt. *et* 2. *leg. agr.* 35. 95. fraudulenti et mendaces non genere sed natura loci, quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quæstus vocabantur. *Gell.* 34. 31. 3. apud quos nihil societatis fides sancti haberet. *Sall. Cat.* 51. cum sæpe et in pace et per indutias multa nefaria facinora fecissent. — In sing. num. *Enn. ann.* 280. hostem qui feriet mihi, erit Carthaginiensis. Adde *Varr.* 1. *R. R.* 1. 10., *Liv.* 22. 58., *Gell.* 6. 2. 6. — Collective. *Liv.* 24. 47. Arpini repente pro Romanis adversus Carthaginiensem arma verterunt. *et* 28. 44. Milite Romano stetimus; Carthaginiensi nihil civilis roboris est, mercede paratos milites habent. — De eorum indole dicimus fuisse: perfidos ac fraudulentos *(Cic. locc. citt.:* hinc *Punica fides* apud *Capitolin. Gord.* 15); tum divitiarum cupidissimos *(Cic.* 2. *Rep.* 4. et *alib.)*; tum etiam feros, agrestes, crudeles *(Justin.* 19. 1.; 20. 5.; 21. 4. et 6. et 22. 7) ac deos suos *(Saturnum, deam Cælestem, Herculem* ac præsertim *Junonem*, cui celeberrimum templum Carthagini erat dicatum) victimis humanis placare solitos *(Sil. It.* 4. 765. *sqq.*, *Justin.* 18. 5., *Curt.* 4. 3. 23., coll. *Horat.* 4. *Od.* 8. 17); quamquam inter eos viri floruerunt illustres, ut *Hamilcar, Hannibal, Hasdrubal*, bellici duces, *Hanno* navigator, *Terentius*, comicus poeta, alii. ¶ 2. Item Carthago **nova** (Καρχηδὼν νέα *Strab.* 3. 156., Καινὴ πόλις *Steph. Byz.* in *v.*) v. **Spartaria** (σπαρταγενής *Appian. de reb. Hisp.* 12), ita cognominata a *sparto*, quo abundabat, sponte ibi provenienti *(Isid. loc. cit.* et *Plin.* 31. *Hist. nat.* 8. 43. [94])., urbs Hispaniæ in litore orientali, cum portu, colonia *Victrix Julia Nova*, in nummis dicta (V. *Eckhel*, 1. *p.* 31. *sqq.)*, a Pœnis condita, trib. *Sergia*, itemque *Galeria* et *Quirina*, hodie *Cartagena.* Memoratur *Mel.* 2. 94. Ab his, quæ dicta sunt ad principia Bæticæ præter Carthaginem, quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit etc. At *Sil. It. loc. cit.* Urbs colitur Teucro quondam fundata vetusto, Nomine Carthago. Tyrius tenet incola muros. Ut Libyæ sua, sic terris memorabile Hiberis Hæc caput est. Cf. *Justin. loc.* infra *cit. Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (21). Colonia Tarracon. Scipionum opus sicut Carthago Pœnorum. *Isid.* 15. *Orig.* 1. 66. Afri *(sub Hannibale)* Carthaginem spartariam construxerunt, quæ mox a Romanis capta et colonia facta nomen etiam provinciæ dedit. — Discriminis causa hæc *Hispana* dicitur apud *Flor.* 2. 6. 39. et *Hispaniensis* apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 159. — De ea *Inscriptiones* collegit cl. *Hübner* in *Corp. I. L.* 2. 3408-3520., unde alia de hac urbe depromere est. — Hinc *Carthaginiensis* v. *Carthaginensis (Kartaginiensis* in *Corp.* 2. 5941). *Varr.* 1. *R. R.* 67. 2. Carthaginiensis ager. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 2. 3. (18). Nunc universa provincia dividitur in conventus septem, Carthaginiensem, Tarraconensem etc. — *Carthaginiensis*, incola. *Corp.* 2. 3423. *sq.*, 5941. — *Chartaginiali*, incolæ. *Jorn. Rom.* 218.

II.) Carthago, nom. pers. ¶ 1. Fuit filia Herculis quarti, qui Tyri maxime colebatur, teste *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 42. ¶ 2. Item Teucer quidam, creditus Carthaginis novæ conditor. *Sil. It.* 15. 193., coll. *Justin.* 44. 3. *V.* sub I. 2.

CARTHĀLO (Cartalo et Kartalo), ōnis, m. 3. (Καρθάλων) ¶ 1. Fuit nobilis Carthaginiensis, penes quem summa equestris imperii in exercitu Hannibalis. *Liv.* 22. 15. ¶ 2. Item dux Hannibalis, ab eo missus, qui caput Gracchi, in prœlio cæsi, in castra Romana ad Cn. Cornelium deferret. *Id.* 25. 17. ¶ 3. Item sacerdos Herculis, Mazei filius, quem « cum sibi velut insultans purpuratus occurreret, in crucem sub oculis patris ita ut erat cum purpuris infulisque, suspendit ». *Oros.* 4. *Hist.* 6.

CARTILIS, is, m. 3. oppidum Mauretaniæ Cæs., hodie *Bordj-Uled-Damus*, memoratum in *Itin. Ant. p.* 14. — An Καρήπουλα *Ptol.* 4. 2. 4.?

CARTĪMA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Bæticæ, postea municipium, tribu *Quirina*, hodie *Cartama*, memoratum *Liv.* 40. 47. — Hinc *Cartimitanus*, adj. *Corp.* 2. 1954. Cartimitanus ordo. — *Corp.* 2. 1949. ordo Cartimitanorum *(i. e.* incolarum).

CARTĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 33855. — *Cartia*, nom. mul. *Corp.* 6. 14052. — Hinc *Cartilius* v. *Cartilius*, *Cartinius*, *Cartorius* apud *Schulze, Eig. p.* 72., 145. et 174. — An huc pertinent *Cartus* et *Cartulius?*

CARŪRA, æ, f. 1. opp. Cariæ ad Mæandrum fl., hod. *Sarikeni*, commercio et cultui dei Men deditum. *Tab. Peut.* 10., coll. *Strab.* 12. 557. et 578.

CĀRUS, i, m. 2. ¶ 1. Est cogn. ante æt. imper. non nisi serv. vel lib. (Cf. *Marx, exerc. gramm. spec.*, Bonnæ 1881), quod quum in Gallia frequens sit, etiam de Celtica origine cogitat *Holder, Altc. Spr. I.* 819. - Scriptura *Karus (a)* in titulis sæpe occurrit, ut *Corp.* 6. 6098., 6610. etc. - Græce Κάρος in *Inscr. Gr. R. Cagnat III.* 189. - Reperitur autem præsertim in gente *Aurelia* (ex qua etiam *M. Aurelius Carus* imp.: *V.* AURELIUS). *Julia, Lucretia* (ex qua *T. Lucretius Carus* poeta: *V.* LUCRETIUS), *Melia* aliisque. — Commemorantur: - **Carus** poeta, Ovidii æqualis, qui de ejus poemate, quod de *Hercule* scripsit, mentionem facit 4. *Pont.* 16. 7. Adde *Apul. orthogr.* 27. — **Carus**, libertus Neronis, ap. *Juvenal.* 1. 35., ad quem *l. Schol.* « Massa morio - Carus - nanus Neronis fuerunt liberti et deliciæ Augusti, sed et nequissimi delatores ». — Adde alios apud *Tac.* 1. *Hist.* 42., *Martial.* 6. 28. 3., *Auson.* 254. 2., *Augustin. ep.* 57. — Titulorum exemplis supra adlatis adjiciendа *Corp.* 13. 511., 2100. 2194., 6916., 18805. etc. — Hinc *Carius, Carianus, Carienus, Carisius, Carinius, Carutius, Carusius, Carullus, Carula, Carustius, Carullius.* Cf. *Schulze, Eig. p.* 146., 147., 279., 403. ¶ 2. Item nom. geogr., sc. — 1.°) Vicus, in via, quæ a Claudiopoli Ancyram ducit, hodie fort. *Kerad*, in *Itin. Ant. p.* 200. — 2.°) Item fluvius, de quo V. *Holder, Altc. Spr. I.* 819. Cf. *Cares*, fl. Galliæ australis, hod. *Cher*, ap. *Greg. Tur.* 5. *Fr.* 41.: item fl. Galliæ borealis, hod. *Chiers*, ap. *Venant.* 7. *carm.* 4. 15.

CARVENTĀNUS, a, um, adject. ad Carventum, opp. Latinum, pertinens. *Liv.* 4. 53. Arx Carventana ab hostibus occupata. — Inde cogn. vir. *Fast. cos. Capit.* a. U. C. 298.

CARVĪLIUS, ii, m. 2. (Carvus: v. *Schulze, Eig. p.* 44. *adn.* 6) nom. gent. pleb. antiquissimæ (Καρβείλιος, Καρβίλιος v. Καρουίλιος), in plures familias divisæ, quæ inter se distinguuntur cognomine *Albinorum, Maximorum, Rugarum* aliorumque. Ex his commemorantur — 1.°) **Sp. Carvilius Maximus**, primum ædilis curulis, dein a. ant. Chr. 293. consul cum L. Papirio Cursore *(Fast. cons.)*. — In Samnio et in Etruria strenue bellavit egitque triumphum a. 292 *(Fast. triumph.)* iterumque, cons. II. cum eod. collega a. 272., de Samnitibus aliisque populis triumphavit *(Fast. triumph.)*, ex quorum manubiis statuam ingentem Jovis suamque ad ejus pedes faciendas curavit. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 18. (43). — 2.°) **Sp. Carvilius Maximus**, filius fort. præcedentis, bis consul, a. 234. cum L. Postumio Albino, et a. 228. cum Q. Fabio Maximo Verrucoso, primum cum Sardis bellum gessit deque iis triumphavit a. 233 *(Fast. triumph.)*, dein cum Corsis, idemque ut senatus ex Latinis populis suppleretur, suadere tentavit « quod indignum habitum est » *(Liv.* 23. 22). — Narrat *Cic.* 2. *Orat.* 61. 249. « Sp. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob rem publicam recepto et ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit: Quin prodis, mi Spuri? ut quotiescumque gradum facies, totiens tibi tuarum virtutum veniat in mentem ». — 3.°) **Sp. Carvilius Ruga**, qui primus divortium fecit ob sterilitatem, teste *Gell.* 4. 3. 2 (Cf. *Plut. qu. Rom.* 14. et *Dionys. ant.* 2. 25) a. ant. Chr. 231 (al. 226). Adde *eund.* 17. 21. 44. Ad rem optime *Val. Max.* 2. 1. 4. « Repudium inter uxorem et virum a condita Urbe usque ad vicesimum et quingentesimum annum nullum intercessit. Primus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit. Qui quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei præponi debuisse arbitrabantur ». — 4.°) **Carvilius Pollio**, eques Rom., primus tricliniis argentum addidit et vel aureos lectos fecit vel eos testudinum putaminibus in laminas sectis vestire « prodigi et sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenii etc. »: « quæ omnia explavit bellum civile Sullanum » *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 51. (144). — 5.°) **Carvilius Pictor**, scriptor libri « adversus Æneida - titulo *Æneidomastix* ». Ita *Donat.* in *vit. Virg.* 16. Alii leg. *Carbilius.* — 6.°) **Sp. Carvilius**, libertus, historicus et litterator, qui primus scholam publicam Romæ aperuit digessitque alphab. Rom. ac litt. G novam formam invexit. *Scaur. gramm. VII.* 15. Cf. *Plut. quæst. Rom.* 59. et *Ritschl, Parerg. p.* 68-70. — 7.°) **Carvilius**, nom. regis Britannici *(Cæs.* 5. *B. G.* 22). Alii occurrunt in titulis *Corp.* 10. 2281 *(Puteolis)*. — *Carvilia*, nom. mul. *Corp.* 11. 5787 *(Sentini)*. — Hinc *Carvilianus*, adj. *Gell.* 4. 3. *lemma*: quod nullæ fuerunt rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium.

CĀRȲA, æ, et Caryæ, ārum, plur. f. 1. (Καρύα v. Καρύαι) nom. oppidi Laconici, ubi templum Dianæ fuit celeberrimum. *Schol. Stat. Theb.* 4. 225. Caryæ templum est in Laconia Dianæ sacrum, quod etiam *Caryatium* nominatum est ex hac causa: cum luderent virgines, meditatus ruinam omnis chorus in arborem nucis fugit et in ramo ejus pependit; quam nucem Græci καρύαν vocant; ergo de arbore et templum et dea nomen accepit. Adde *Mythogr. II. fab.* 27., *Liv.* 34. 26., *Stat. loc. cit.* — Hinc *Caryātes, is* (Καρυάτης), incola. *Vitr.* 1. 1. 5. « Carya, civitas Peloponnensis cum Persis hostibus contra Græciam consensit, postea Græci per victoriam gloriose bello liberati communi consilio Caryatibus bellum indixerunt. Itaque oppido capto, viris interfectis, civitate desecrata, matronas eorum in servitutem abduxerunt. Hinc *Vitr.* originem repetit Caryatidum in ædificiis. — *Caryatis, idis* (Καρυᾶτις) ad Caryam pertinens: hinc *Caryatis Diana* apud *Serv.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 30. Adde *Diomed. gramm. I.* 486. 23. — In plur. num. statuæ muliebri forma in ædificiis publicis collocatæ oneri ferendo. *Vitr. ibid.* « Si quis statuas marmoreas muliebres stolatas, quæ Caryatides dicuntur, pro columnis in opere statuerit et insuper mutulos et coronas collocaverit, percontantibus ita reddet rationem etc. ». Narrationem tamen *Vitruv.* recentiores respuunt *(Finati)*. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (38). Caryatidas a Praxitele et Diogene sculptas fuisse tradit. Cf. *Chipiez, Daremberg- Saglio II.* 929. — *Carytiae*, adj. *Hieronym. chron.* a. Abr. 230. « Thelcisiis (Τελχῖνας) et Cariatiis (Καρυᾶται) adversum Foroneum et Parrasios instituit bellum ».

CĀRYSTUS (Carystos), i, f. 2. (Κάρυστος) ¶ 1. Est oppidum Eubœæ, hod. Italis *Castel Rosso*, incolis *Karistos*, dictum, a *Carysto*, Chironis filio, sec. *Steph.* et *Eustath.* ad *Hom. Il.* 2. 539., conditum a Dryopibus, olim *Ægæa* appellatum ab *Ægæone (Diod.* 4. 37. et *Eustath.)*. Memoratur *Mel.* 2. 108., *Liv.* 32. 16., *Plaut.* 63. 730., *Lucan.* 5. 232., *Stat.* 1. *Silv.* 5. 34., *Sidon.* 2. *ep.* 2. 93. et *carm.* 22. 140. — De nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 322. et *Head*, 302. — Celebris est ob marmor « fluctibus concolor », ut ait *Capell.* 6. *p.* 213., quod ex monte Ocha eruitur; hinc *saxosa* dicitur *Lucan. loc. cit.* aliisque. — Etiam « aquas calentes habet: Ellopias vocant » *Solin.* 11. — Hinc *Carystius*, adj. et incolarum vocabulum (Καρύστιος), ut *Carystium marmor* apud *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 21. (64). — *Inscr. Rev. archéol.* 4. *sér. XI* (1908). *p.* 321 *(in Africa)*. Marmore nil Pario splendentius adq(ue) Caristio. — *Gloss.* et *Plin.* 5. *ep.* 6. 36. columellæ Carystiæ. *Solin. l. c.* Carystias aves, quæ flammas impune involant. — Incola. *Senec.* 1. *Contr.* 1. 25. Diocles Carystius. *Hieronym. vir. ill. prol.* Antigonus Carystius. — In plur. num. *Liv.* 31. 45. — *Carystēus*, adj. (Καρύσταιος). *Ovid.* 4. *Fast.* 282. Carystea vada. *Capitolin. Gord.* 32. columnæ. *Isid.* 16. *Orig.* 5. 5. *(Marmor)* Carysteum viride, optimum, nomen ab aspectu habens, eo quod gratum sit iis, qui gemmas sculpunt; ejus enim viriditas reficit oculos. ¶ 2. Item opp. Ligurum. *Liv.* 42. 7 (a. 173. a. Chr.). In Liguribus in agro Statellati pugnatum ad oppidum Carystum.

CĀSA, æ, f. 1. nom. comm., sed aliquando adhibitum ut proprium loci sive absolute sive cum addito. Aliqua tantum exempla proponimus. — 1.°) **Casa Cuculi** in Urbe Roma. *Inscr. chr.* apud *De Rossi II.* 413. 19. — 2.°) **Casa Florana**, ibid. *Inscr. chr.* apud *De Rossi II.* 418. 22. — 3.°) **Casa Rimoniana**, statio oræ Tripolitanæ. *Tab. Peut.* 7. — 4.°) **Casa Romuliana** in Urbe Roma *Inscr. chr.* apud *De Rossi II.* 418. 19. — 5.°) **Casa Romuli**. *V.* ROMULUS. — In plur. num. — 1.°) **Duæ Casæ** *Inscr. Röm. Mitt.* 1904. *p.* 148. *(sæc. IV. ad Prænesta)*: « Fundum, q(ui) a(ppellatur) duas Casas ». Cf. *Lib. Pont. p.* 67. « Possessio in territurio Sabinense, quod appellatur duas Casas ». — 2.°) **Casæ Cæsarianæ**, statio viæ Clodiæ inter Florentiam et Arretium *Itin. Ant. p.* 285. — 3.°) **Casæ villa Aniciorum**, statio in regione Syrtica *Itin. Ant. p.* 61. — 4.°) **Casæ Calventii**, statio Mauretaniæ Cæsariensis in Africa *(Itin. Ant. p.* 15), quæ et *Favenses* videntur. — 5.°) **Casæ Nigræ** v. **Nigrenses**, vicus Africæ, in Numidia, e quo fuit Donatus, Donatistarum caput. *Augustin.* 2. *c. Cresc.* 1. *n.* 2. — Inde adj. *Casænigrensis* et incolæ *Casenses Nigrenses*, in *Not. episc. Num.* 29. et 58). — 6.°) **Casæ Silvanæ**, vicus a *Silvana*, fundi domina, ut videtur, dictus, sedes postea episc. *Gest. Coll. Carthag.* a. 411. *Cogn.* 1. *n.* 198. — Inde adj. *Casensis*, in *Corp.* 8. 4327.

CĀSĀRIUS, ii, m. 2. cogn. et nom. sing. *Inscr. chr. De Rossi I. p.* 1130 (a. 345). — *Casaria*, nom. mul. *Venant.* 8. *carm.* 3. 39. Casaria *(virgo)* fulget Temporibus nostris Arelatense decus (Cf. *Leblant, N. R. n.* 298). — Hinc *Casarianus*, cogn. v. gentil. *Corp.* 8. 6041.

CĀSĀTIUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 14471. Cf. *Casatus*, cogn. Gall., *Cassatus*, *Casa*, *Casuna* ap. *Schulze, Eigenn. p.* 148.

CASCANTUM, i, n. 2 (Κάσκοντον) municipium juris Latini in conventu Cæsaraugustano, hodie *Cascante*, in *Itin. Ant. p.* 392. — Hinc incolæ *Cascantini*, ap. *Liv. frg.* 22.; et *Cascantenses*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24). Cf. *Corp.* 2. 4821. — De ejus nummis vd. *Huebner* in *PW.* 3. 1634.

CASCELLĬUS (Cascelius), ii, m. 2. nom. gent. (cascus). Memorantur — 1.°) **Cascellius**, prædiator, ad quem « legum clarissimum et certissimum vatem » Q. Scævola consultores suos nonnumquam rejiciebat, teste *Cic. Balb.* 20. 45. et etiam *Val. Max.* 8. 12. *pr.* 1. — 2.°) **Cascellius**, chirurgus dentarius. *Martial.* 7. 9. 1. et 10. 56. 3. « Eximit aut reficit dentem Cascellius ægrum ». Nisi mavis putare fictum a poeta nomen. — 3.°) **A. Cascellius**, JCtus illustris, quem jus civile docuit Volcatius, teste *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (144). De eo *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior. — Ex ejus scriptis superest unus *Liber bene dictorum*, qui titulus fortasse est de responsis facetiis et urbanis; hæc namque *bona dicta* jam ab *Ennio* de salibus et jocis usurpata fuerant (Cf. fr. *bona mots)*. — In titulis. *Corp.* 6. 4986.; 9. 1779. etc. — *Cascellia*, nom. mul. *Corp.* 6. 6715. — Cognominis vice fungitur. *Corp.* 9. 3666 *(Marruvii)*. Cf. *Casca, Cascius, Casconia, Cascus*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 358. — Hinc *Cascellianus*, adj. *Varr.* 9. *L. L.* 71. Cascellianum judicium. — Cogn. *Corp.* 6. 21137.

CASCI, ōrum, m. plur. 2. nom. vetus Latino-

rum, originis Sabinæ et cum Oscorum nom. conjungendum. Enn. ann. 24. Hesperiam - Quam primum (Varr. prisci) Casci populi tenuere Latini. et Serv. auct. Æn. 1. 6. ex Saufejo. Latini « Quoniam in cavis montium habitaverint, Cascei vocati sunt, quos posteri Aborigines cognominarunt ». — De his, non radibus aut silvestribus, Cic. 1. Tusc. 12. 27. « Illud erat insitum priscis illis, quos Cascos appellat Ennius, esse in morte sensum nec excessu vitæ sic deleri hominem, ut funditus interiret. Idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio jure et cærimoniis sepulcrorum intelligi licet, quas maximis ingeniis præditi nec tanta cura coluissent nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi hæsisset in eorum mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem sed quandam quasi migrationem commutationemque vitæ, quæ in claris viris et feminis dux in cælum soleret esse ». V. etiam CASCUS in Lexico.

CĂSĬLĪNĀS et

CĂSĬLĪNUM, i, n. 2. (Κασιλῖνον). ¶ 1. Est fluvius in Campania (idem ac Volturnus), sequiore ætate ita dictus. Vib. Seq. p. 147. R. — Alii tamen in recto casu etiam Casilinus (Κασσουλῖνος) m. afferunt (Jacobsohn), sed exempla apud Latinos desunt. Cf. Momms. Inscr. n. 3571 (Corp. 10. p. 369). ¶ 2. Item oppidum Campaniæ (reg. I.) ad viam Appiam, cum Capua postea contributum, colonia Cæsaris a. 58 et paullo post Antonii. (Cic. 2. Phil. 40. 102), dictum Capua nova, sæc. IX. p. Chr., post deletam a Saracenis Capuam veterem, cui erat subjectum. Liv. 22. 15. Quæ urbs (Casilinum), Volturno flumine dirempto, Falernum ac Campanum agrum dividit. Adde Cæs. 3. B. C. 21., Sil. It. 12. 424., Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (70)., Val. Max. 7. 6. 2., Frontin. 3. Strat. 14. 2., coll. Strab. 5. 237. — Mar. Victorin. rhet. 2. 57. p. 304. Kasilinum. — Hinc *Casilinas, atis*, adj. et incola. Cic. 2. leg. agr. 25. 66. Casilinas ager (al. Casinas). — Plur. Val. Max. loc. cit. Casilinates obsidione Hannibalis clausos. — *Casilinenses*, incolæ. Cic. 2. Inv. 57. 171.— *Casilinus*, adj. et incolæ vocabulum. Sil. It. 12. 426. et Ps. Frontin. 4. Strat. 20.

CĂSĬLĪNUS. V. voc. præc.

CĂSĪNA, æ, 1. (Κασίνη) nom. fabulæ Plautinæ ex nomine ancillæ (Cfr. K. Schmidt, Hermes 37. 359). Varro 7. L. L. 104. Maccius in Casina (106). Adde Fest. sæpius, Gell. 1. 7., Porphyr. Hor. Sat. 1. 6. 68., Gramm. et Non. passim. Fulg. serm. ant. 18. Cassina (19. 21). — *Casinus*, jocose dictus ille vir, qui vestitum Casinæ induit: Plaut. Cas. 814. — De etymo autem nominis hæc habet cl. Furlanetto in Lex. ad v.: « Cum græce hæc comœdia, teste Plauto proœm. 31., Κληρούμενοι vocetur, latine Sortientes, videtur vox Casina ficta a sortitione, nempe puella sortitione capta, licet prima et secunda in Casina breves sint ». Adde Plautum dicere ibid. 79. Revortar ad illam puellam expositiciam. — Videtur fabula composita ante vetita Bacchanalia a. 568., uti vult Momms. R. G. I. contra Ritschl, Parerg. p. 191.; non tamen integra ad nos pervenit.

CASĪNĀS, atis. V. voc. seq.

CASĪNUM, i, n. 2. (Κασῖνον). Scribitur etiam *Cassinum*, duplici s, unde et *Cassinas* pro *Casinas* in codd. mss., sed Lapides plerique omnes unico tantum s exhibent et huic scripturæ favet quantitas primæ, quam corripit Sil. It. 4. 227. et 12. 527. At Greg. M. dial. 2. 8 (et 2. 35). « Castrum, quod Cassinum dicitur ». Adde Corp. 6. 14960. Cassinati. — De etymo hæc habet Varro 7. L. L. 29. « Oppidum vocatur Casinum; hoc enim ab Sabinis orti Samnites tenuerant, et nunc nostri etiamnum Casinum forum v e t u s appellant ». Hinc patet Varronem a *Cascus* derivare; unde quidam *Cascinum* pro *Casinum* scripsere.

Casinum, oppidum Latii in Volscis, tribu Terentina, nunc San Germano, ad radices montis, qui olim castrum Casinum (Greg. M. locc. citt.), hod. Montecassino appellatur; quamquam rectius in ipso monte vetus oppidum collocandum est, cui postea successit alterum in planitie ad Lirim fluvium, temporibus impp. colonia (Corp. 10. 5200., 5207. et 5796) et municipium (Corp. 11. 5278.; 14. 2827). Memoratur Cic. 2. Phil. 40. 103., et 2. leg. agr. 25. 66. Liv. 22. 13., Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63)., Lib. col. 232., al. — Fuit olim ibi amphitheatrum et in vertice montis templum Apollinis, e cujus ruinis, quasi sol exortus, toti mundo illuxit ordo s. Benedicti ac celeberrimum illud effloruit monasterium et hodieque viget, de quo nulla ætas conticescet. V. BENEDICTUS. — Plura de Casino depromi possunt ex Inscriptt., quas collegit Momms. n. 4221-4309. Cf. etiam Romanelli, Viaggio da Napoli a Montecassino et Top. III. 389-394. — Hinc *Casinas (Cassinas), ātis* (abl. -i et -e), adj. ut *Casinas ager* apud Liv. 22. 13. et 26. 9. et *Casinas oleum* apud Lucilium, teste Prisc. gramm. VII. 12. p. 332. Kr. — Absolute (subaud. ager) apud Varr. 2. R. R. 3. — Incolarum vocabulum. Cic. Planc. 9. 22. Nemo Casinas (non Plancio studuit). et Corp. 10. 5200. colonia Casinatium. — *Casinas*, cogn. vir. Corp. 6. 14586. — *Casinienses*, apud Tertull. 2. Nat. 8. — *Casinus*, adj. Sil. It. 12. 527. nymphis habitata Casinis Rura evastantur.

CASĪUM et Cassium, ii, n. 2. (Κάσιον et Κάσσιον) ¶ 1. Est oppidum Ægypti, ad montem Casium situm. Ammian. 22. 16. 3. (Oppidum) Casium, ubi Pompeii sepulcrum est Magni. Adde Vitr. 8. 3. 7., Hieronym. in Is. 19. 18., Tab. Peut. 9. et Rav. p. 356. ¶ 2. Item, fortasse, aliud oppidum Ægypti. Rav. p. 130. Cassion.

CĀSĬUS, ii, m. 2. nom. person. et geogr.

I.) Casius, nom. pers. ¶ 1. Est nom. gent. Corp. 4. 1368. etc. — *Casia*, nom. mul. Corp. 3. 5357., 13238. etc. — Cogn. et nom. sing. vir. Corp. 2. 4970. 125. et mul. 5. 2450. et 3. 14769. Kasia. — De *Kasios* in monetis Gallicis vd. Holder, Altc. Spr. I. 823. Cf. *Casidius, Casienus, Casinetus, al.*, apud Schulze, Eig. p. 147. ¶ 2. Item cogn. Jovis in Casiis montibus et Arabiæ et Syriæ et in insula Corcyræ culti (Cf. Stauding, Roschers Lex. Mgth. 1. 855). Gr. Κάσιος. Memoratur Lact. 1. Inst. 22. 23. Jovi Casio. — In monte Arabiæ: Lucan. 8. 858. — In monte Syriæ: Ammian. 22. 14. 4. — De Corcyra: Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (52). — In titulis: Corp. 3. 576 (Corcyræ).

II.) Casius, nom. geogr. ¶ 1. Est mons — 1.º) Inter Ægyptum et Arabiam Petræam, ad oppidum Casium, nunc El- Katieh, apud Mel. 1. 61., Lucan. 8. 470. Plin. 6. Hist. nat. 11. 12. (65). — Adjectivorum more. Lucan. 10. 434. Casia rupes. Avien. orb. 166. cautes. — 2.º) Syriæ septentrionalis, nunc Shebel-Okreb, apud Plin. 5. Hist. nat. 22. 18. (80)., Solin. 36., Ammian. 14. 8. 10. — 3.º) Hispaniæ. Avien. or. 259, ¶ 2. Est etiam fluvius Albaniæ, hod. Samur, a Caucaso in Caspium mare ab occid. excurrens, gr. Καίσιον. Plin. 6. Hist. nat. 13. 15. (39)., coll. Ptol. 5. 12. 2.; 6. et 7.

CASLEU, indecl. (Hebr. Kislēv; LXX. Χασελεῦ, ab Assyr. Ki-si-li-ou, cujus etymologiam vd. apud P. Haupt in Ztschr. für Assyrol. II. 1887. p. 266) nonus mensis Hebræorum, constans XXX. diebus ac respondens lunæ decembri, sc. nostro partim m. novembr., partim decembr. in quo per octidunm celebrabatur a Judæis dedicatio templi, a Juda Machabæo instituta (1. Mach. 4. 52-59). — Vox *Casleu* legitur quoque in titulis Palmyrenis (De Vogüé, Inscr. sémit. I. 1. n. 24. et 3. 75. et Schrader, Die Keilinschr. u. d. alt. Test. 1883. p. 379).

CASLUIM. V. **CHASLUIM**.

CASMILUS, i, m. 2. deus quidam administer diis magnis, in Samothracia cultus, apud Varr. 7. L. L. 34. Cf. Orelli 440. et Preller-Robert Gr. Myth. I. 387. 1.

CASNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. Etr. camel in Corp. I. Etr. I. 368). Corp. I. L. 11. 6695. 40. Cf. etiam *Casinius, Casonius* v. *Cassonius, Casnasius, Casinianus*, ap. Schulze, Eig. p. 147.

CASPAR (aris), m. unus ex tribus magis tres enim sive ex numero donorum sive ex monumentis fuisse liquet (V. Bottari, Rom. sott. I. 88), qui Christum infantem adorarunt. Corp. 11. 281. (Ravennæ, et in Collect. olim Bedæ adscript.). Cf. Van Steenkiste in Matth. I. 1880. p. 101.

CASPĔRĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum Sabinorum, hod. Aspra, apud Virg. 7. Æn. 714., Sil. It. 8. 415. et Vib. Seq. p. 148. ¶ 2. Est etiam nom. mul., ut Casperia, uxor Rhœti, regis Marruviorum, noverca Anchemoli, qui eam stupravit. Serv. ad Virg. 10. Æn. 388. sec. Alex. Polyhist. et Avien. Adde titulos: Corp. 6. 13122., 14482. etc.

CASPĔRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. ut Casperius Ælianus, pr. pr. Κασπέριος. Vir. ill. 12. et Corp. 3. 6976. V. **CASPIUS**.

CASPĬÆ PORTÆ et

CASPĬI, ōrum, et

CASPĬS, idis. V. voc. seq.

CASPĬUS, a, um, adject. (Κάσπιος) ad Caspios populos eorumque regionem vel mare pertinens. Plin. 2. Hist. nat. 68. 68. (173). Caspius sinus. sc. maris Caspii, qua Hircaniam et Assyriam versus incurrit. Id. 37. ibid. 8. 37. (115). iaspis. Stat. 8. Theb. 573. leo. Solin. 88. mons. sc. pars montis Tauri, hod. Elburz. et Plin. 6. Hist. nat. 15. 17. (44). gens. Stat. 10. Theb. 288. tigris (Senec. O. 145., coll. Ennod. 1 carm. 9. 64)., Solin. 55. litus. Virg. 6. Æn. 799. regna. — Speciatim *Caspium mare* v. *pelagus* v. *æquor*, ital. Mar Caspio, interius Asiæ, inter Sarmatiam, Scythiam et Hyrcaniam, quod ab Herod. usque ad Ptol. creditum est communicare sive cum Ponto Euxino sive cum Oceano boreali, longe vastius olim quam nunc, multos magnosque fluvios excipiens. De eo Curt. 2. 6. 8. et 6. 4. 18. Mare Caspium dulcius ceteris ingentis magnitudinis serpentes alit -: quidam Caspium, quidam Hyrcanium appellant. Solin. tamen distinguit 23., coll. Avien. orb. 85. et or. 399. et Prisc. perieg. 59. Mela 3. 38. Mare Caspium ut angusto ita longo etiam freto primum terras quasi fluvius irrumpit atque ubi recto alveo influxit, in tres sinus diffunditur; contra os ipsum Hyrcanium, ad sinistram in Scythicum, ad dextram in eum, quem proprie totius nomine Caspium appellant: omne atrox, sævum, sine portibus, procellis undique expositum ac beluis magis quam cetera refertum et ideo minus navigabile. Plin. 6. Hist. nat. 13. 15. (39). A Cyro Caspium mare vocari incipit. Solin. 17. Gens Amazonum porrecta ad Caspium mare. Jorn. Get. 45. Mons Caucasus opinatissima flumina in Caspium mare profundens. Gloss. III. 246. 14. Caspium mare ἡ Κασπία θάλασσα. — *Caspiæ Portæ* vel *Pylæ* (Κάσπιαι πύλαι), hodie col de Sirdara, angustiæ montis Tauri (Jasonii) haud procul a Caspio mari, qua a Media transitur in Hyrcaniam, minime confundendæ cum Caucasiis portis, ut docet Plin. 6. Hist. nat. 5. 15. (5)., coll. Solin. 38. Adde Mel. 1. 81., Ammian. 23. 6., Curt. 6. 4. 16., coll. Strab. 1. 64. et Diod. 2. 2. — Eædem *Caspia claustra* dictæ sunt Lucan. 8. 222., Val. Fl. 5. 124., Avien. orb. 1228., Claudian. carm. min. 5. 28., Prisc. perieg. 954. — Hinc absolute *Claustra* Caspiarum (sc. portarum) vocat Tac. 1. Hist. 6., qui *Caspiam viam* dicit, inter eas angustias patentem, 6. Ann. 33. — Hinc *Caspii*, populi Asiæ, ad litus austr. et occid. Caspii maris, cui nomen indiderunt, moribus rudibus ac barbaris. Hieronym. adv. Jovin. 2. 7. Caspii volucribus et canibus mortuos projiciunt. Curt. 4. 12. 9., Mel. 1. 109., Flor. 3. 5. 21., Solin. 47. — Abundant canibus, quibus in bello maxime utuntur. Val. Fl. 6. 106. — *Caspiani* et *Caspiadæ*, iidem qui Caspii. Mela 1. 12. et Val. Fl. loc. cit. — *Caspiacus*, adj. Stat. 4. Silv. 4. 64. — *Caspicus*, adj. Rav. p. 328. — *Caspianus*, adj. Chron. Alex. chron. I. p. 127, 297. Caspianæ portæ. — *Caspias, ădis*, adj. Senec. Herc. O. 145. Te fera Caspias (i. e. tigris) tulit, quæ virgata tibi præbuit ubera? — *Caspis, ĭdis*, i. q. mare Caspium. Prisc. perieg. 724. Caspida (acc.): cf. Κασπίδα Dionys. per. 748.

CASPĬUS, ii, m. 2. cogn. Corp. 6. 8928. Cf. *Caspennius, Caspidius, Casplanus, Caspo, Casponius, Caspilanus, Casperius*, ap. Schulze, Eigenn. p. 112., 270., 554.

CASSANDER, dri, m. 2. (Κάσ[σ]ανδρος, i. e. victor vir v. insignis vir) Scribitur *Casander*, unico s, apud Liv. 39. 34., Jul. Val. 3. 58. et Hieronym. chron. a. Abr. 1700. et 1719. — Decl. *Cassandrus*, i, apud Nep. Eum. 13. et Phoc. 3., Cens. 18. 11. et Epit. Alex. 98. — In ant. mon. Prænestinis

Casanter legitur pro *Cassander* (Corp. 1. 1501.: cf. Quin- til. 1. 4. 16).

Cassander ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filius Antipatri, conjux Thessalonicæ, sororis Alexandri M., et unus ex hujus ducibus. Memoratur Cic. 2. Off. 14. 48., Nep. locc. citt., Senec. 3. Quæst. nat. 12., Curt. 10. 10., Jul. Val. 3. gest. Alex. M. 94., Oros. 3. Hist. 23., Val. Max. 1. 7. ext. 2., Liv. 44. 11. et Justin. locc. citt. — Ex Megalopolitano prœlio victor sibi Græciam subjecit a. 318. a. Chr.; et, occisa universa Alexandri M. familia, quo facilius ad regnum viam sibi sterneret, ac celebri de Antigono victoria ipsi obtenta a. 301., Græciæ Macedoniæque regnum est assecutus (a. 355-296). Hoc tamen cædibus partum non diu duravit; nam, ejus filiis brevi sublatis, a. ant. Chr. 294. tota Cassandri domus exstincta est (Justin. 13-16). — De ejus nummis vd. Eckhel 2. p. 115. sq. — 2.º) Item minister Philippi, Macedoniæ regis, a quo creditur veneno necatus. Liv. 39. 34. — 3.º) Item summus astrologus una cum Anchialo « illius ætatis, qua erat Panætius » ut ait Cic. 2. Divin. 42. 88. Adde Censorin. d. nat. 18. 11. Cf. Müller, Frg. Hist. Gr. IV. p. 359. et 422. ¶ 2. In titulis cogn. Corp. 10. 3146 (Puteolis); 15. 7288. etc.

CASSANDRA, æ, f. 1. (Κασ[σ]άνδρα) Scribitur *Casandra* et *Cassantra* (V. Quintil. 1. 4. 16., Porphyr. Hor. od. 1. 15. 1. et 2. 4. 14. et Jorn. Get. 60). In vasculo Prænestino *Casantar(a)*. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Cassandra, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filia Priami (unde *Priameis* dicta Virg. 2. Æn. 403) et Hecubæ. Memoratur etiam Lucil. 666., Apul. Socr. 18., Ovid. 15. Her. 121., Ampel. 8., Senec. Tro. 37. — Ea, ut tradunt mythologi, quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, illi corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret. Quod Apollo quidem ei præstitit; sed quum Cassandra promissis non staret, iratus deus fecit, ut ejusdem vaticiniis nulla fides haberetur. Nunquam igitur illi creditum est, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Corœbo (ut ait Virg. 2. Æn. 342; Homerus vero Othryon eum nominat: contra Dict. 4. 14. eam Eurypylo desponsam refert), qui in auxilium Trojanis veniens postrema nocte periit. — Hanc porro Ajax Oileus in Minervæ templo vitiavit (quod Homerus tacet: cf. Strab. 514. 6. Did.). Tandem, devastata Troja, Agamemnoni in sorte contigit, cui omnia, quæ illi a conjuge pararentur, prædixit; sed nihil ei creditum est. Venit autem cum Agamemnone Mycenas, ubi cum eo in convivio jussu Clytemnestræ occisa est. Serv. ad Virg. 2. Æn. 247. et alib., Hygin. fab. 98. et 117., quibus adde eund. fab. 90., 128., et 108. coll. Mythogr. I. fab. 180., 181. et 204. et II. fab. 196., Dar. 8., 11. et 12., Dict. 3. 2., 5. 13. et 16. — Hinc figurate de eo, cui vaticinanti nemo fidem habet; itaque Sex. Titius se Cassandram dicebat, ut tradit Cic. 2. Orat. 66. 265. — 2.º) Est persona Accianæ fabulæ. Cic. 1. Divin. 31. 67. et 2. ibid. 55. 112. — 3.º) Nota verba Trimalchionis, apud Petron. 52. Quemadmodum Cassandra (pro Medea) occidit filios suos. et 74. Curabo, domata sit Cassandra caligaria (Cf. Friedländer ad l.). — Tabula: Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (144). Theorus pinxit Cassandram, quæ est in Concordiæ delubro. — De aliis artis monumentis plura videsis in Bull. et Ann. dell' Ist. arch. passim. ¶ 2. Est etiam agnom. Corp. 9. 2893 (Histonii); sed nom. serv. apud Momms. Inscr. n. 5278.

II.) Cassandra fuit etiam appellata insula contra Peraidem. Plin. 6. Hist. nat. 25. 28. (111)., ubi alii leg. *Casandra*.

CASSANDRĒA (Casandrea) et Cassandria, æ, f. 1. (Κασσάνδρεια v. Κασάνδρεια) oppidum Macedoniæ, conditum vel restitutum ac denominatum a Cassandro rege, in Pallenensi isthmo (Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. [36]). sive ad sinum Thermaicum, olim Potidæa dictum (Id. 2. ibid. 58. 59. [149])., postea sub Augusto colonia (Inscr. numm. Cohen 5. 122. n. 293), nunc fortasse Cassandra-Capusi. Memoratur etiam Liv. 28. 8., 31. 45. et 45. 10., Mel. 2. 35., Justin. 24. 2. 1. — In nummis notatur *Cassandr., Cassan., Cassa., Cass., Cas.* V. Inscr. apud Cohen 1. 260. n. 113., Eckhel, 2. p. 70. etc. — Hinc *Cassandrensis* in Inscr. numm. Cohen 1. 303. n. 365. — Incolæ: Liv. 44. 10. et Paul. dig. 50. 15. 8. — *Cassandreus* (trisyll.), gr. Κασσανδρεύς: Ovid. 2. Pont. 9. 43. Non tibi Cassandreus pater est (i. e. Apollodorus, tyrannus Cassandreæ). Cf. Ib. 461.

CASSANDRENSES et al. deriv. V. voc. præc.

CASSANDRUS. V. **CASSANDER**.

CASSI, ōrum, m. plur. 2. populi Britanniæ, fortasse dicti a *Cassibus* diis Celt. (Corp. 10. 5784), qui videntur conditores aliorum populorum, ut *Veliocasses, Tricasses, Durocasses* etc. Memorantur Cæs. 5. B. G. 21.

CASSĬĀCUS. V. **CASSICIACUS**.

CASSĬĀNĬUS et

CASSĬĀNUS. V. **CASSIUS**.

CASSĬCĬĀCUS, i, m. 2. nom. villæ (proprie adj., subaud. pagus) in agro Mediolanensi, nunc Cassago, in colle sitæ ea regione, quæ vulgo Brianza vocatur, prope Modœtiam (al. Cazzago prope Varese), ad Verecundum spectantis, quo se recepit Augustinus (a. 386-387). Augustin. 9. Conf. 3. 5. V. AURELIUS. — Cl. Biraghi in Amico Cattolico a. 1854. p. 361. ad l. pro *Cassiciacus* leg. *Cassiacus*; vulg. tamen lectionem tenet Knoell, Corp. Vind. 33 (1896). Cf. *Cassiciate*, nom. loc. Corp. 13. 3071. et *Cassicius*, nom. gent. Corp. 6. 2655 (V. Schulze, Eigenn. p. 428).

CASSĬĔPĪA, æ, f. 1 (Κασσιέπεια) Varie scribitur, ut *Casiepia, Cassiapia* et sæpius *Cassiopea, Cassiopeia, Cassiopia* et contract. *Cassiope* (*Cassiopa*), præsertim apud poetas (Ovid. 4. Met. 738., Propert. 1. 17. 3., Manil. 5. 504), quæ est etiam nom. mul. (Κασσιόπη). Corp. 13-5570. ¶ 1. Fuit uxor Cephei, regis Æthiopum et mater Andromedæ, postea inter sidera collocata. V. CASSIOPEA in Lexico. ¶ 2. Item uxor Epaphi, mater Libyes. Hygin. fab. 149., Isid. 14. Orig. 5. 1. et Schol. Stat. Theb. 4. 737. Cassiopa. et Mythogr. II. fab. 75. Cassiopeia. ¶ 3. Item uxor Phœnicis, cum qua Juppiter, mutatus in virum ejus, concubuit et Anchinum (Atymnium apud Apollod. 3. 1. 2) genuit. Rufin. Clement. 10. 22. ¶ 4. Item uxor Œnei, mater Tydei, patris Diomedis. Mythogr. I. fab. 80. Sed hæc aliis appellatur *Periboea*, aliis vero *Althæa* v. *Eurybœa*.

CASSINOMĀGUS, i, m. 2. ¶ 1. Est oppidum Galliæ inter Annedonnacum (Aulnay) et Augustoritum (Limoges), hod. Chassenon (dép. de la Charente), in Tab. Peut. 2 (V. Desjardins, Table de Peut. 40). ¶ 2. Item statio Aquitaniæ (Novempopulana) inter Tolosam (Toulouse) et Eliberre (Auch), hodie fort. Gimont (dép. Gers), in Tab. Peut. 2. Casinomago (V. Desjardins, Tabl. de Peut. 53).

CASSĬŌDŌRUS, i, m. 2. (Κασ[σ]ιόδωρος, quasi *Casii* vd. *Cassii* Jovis donum) cogn. in Aurelia gente, de quo V. in AURELIUS. — De nominis forma *Cassiodorus*, non *Cassiodorius*, cf. Momms., Mon. Germ. auct. ant. XII. p. VII. adn. 2.

CASSĬŌPĒ, es, f. 1. (Κασσιόπη) De scriptura et formis vd. singula loca ¶ 1. Est oppidum et portus Corcyræ. Cic. 16. Fam. 9. In portum Corcyræorum ad Cassiopen. Propert. 1. 17. 3. Nec mihi Casiope etc. Adde Sueton. Ner. 22., Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (52). Ulp. dig. 14. 1. 1. 12. Naves, quæ Brundisium a Cassiopa etc. Greg. M. ep. 14. De Cassiopi castro. ¶ 2. Item oppidum Epiri (Cf. Ptol. 3. 14. 3), unde incolæ *Cassiopæi* apud Plin. 4. Hist. nat. init. 2. ¶ 3. Item insula maris Ionii. Itin. Ant. p. 520. Insula Cassiope. Oros. 1. Hist. 2. 58. Achaia - ab Africo et occasu Cephaleniam et Cassiopam insulas (habet). Rav. p. 402. Cassiape insula. — Hinc *Cassiopicus*, adj. Plin. 27. Hist. nat. 9. 55. (80).

CASSĬTĔRĪDES, um, f. plur. 3. (Κασσιτερίδες) insulæ plures, a κασσίτερος, stannum quas Avien. or. 96. Œstrymidas vocat, nunc fortasse Scilly (fr. Sorlingues), prope Cornouaglia, Britanniæ reg., unde olim Phœnices (Strab. l. 3) magnam plumbi copiam deportabant. Mela 3. 47. In Celticis aliquot sunt insulæ, quas quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiteridas appellant. Perperam Plin. 4. Hist. nat. 22. 36. (119). « Ex adverso Celtiberiæ (?) complures sunt insulæ, Cassiterides dictæ Græcis a fertilitate plumbi ». — In sing. num. Id. 7. ibid 56. 57. (197). — De affinitate plumbi et stanni V. eund. 34. ibid. 16. 47. (156. sqq.).

CASSĬUM. V. **CASIUM**.

CASSĬUS, a, um, adject. ad Cassiam gentem seu Cassium aliquem pertinens. Tac. 2. Ann. 12. Cassia familia. — Speciatim *Cassia lex* — a) A g r a r i a, a Sp. Cassio cos. a. U. C. 268. promulgata, causa dein et fomes motuum civilium. Liv. 2. 41., coll. Dionys. Hal. 8. 76. — Plur. Ampel. 27. Spurius cum agrariis legibus factionem et dominationem pararet. — b) T a b e l l a r i a, lata a L. Cassio Longino, trib. pl. a. U. C. 617., qua cautum erat ut ne viva voce sed tacite per tabellas suffragia ferrentur. Cic. Brut. 25. 97. et 27. 106., Sest. 48. 103., Ascon. in Cornel. p. 78. et Ps. Ascon. in Verr. p. 141. sq., coll. Orelli in Ind. Leg. ad Cic. opp. p. 278. sqq. — c) D e s e n a t u, lata a L. Cassio Longino, Lucii filio, trib. pl. a. U. C. 650., qui, ut tradit Ascon. in Corn. p. 78. « plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu non esset ». Cf. Cic. Corn. frg. 24. p. 451. Or. — d) F r u m e n t a r i a, lata a duobus coss. C. Cassio et M. Terentio a. U. C. 681., hinc dicta *Cassia et Terentia*, cujus caput fuit ut quotannis ex ærario pecuniæ summa decerneretur SCto, qua frumentum in Sicilia (et probabilius in aliis provinciis) emeretur, et quidem eodem omnibus annis pretio, pro singulis, ad plebis motus sedandos. Cic. 4. Verr. 70. 163., coll. 2. Att. 19. — *Cassia via*, strata a Cassio aliquo, fortasse ab eo, qui cum M. Messalla a. U. C. 600. censor fuit (Cf. Hülsen, PW. 3. 1669), Etruriam dividens media procedebat inter Flaminiam et Aureliam, alter Claudiæ (Clodiæ) ramus, qui extra portam Flumentanam ultra pontem Milvium XL ab Urbe lapide a Claudia divisus, ducebat Sutrium, Vulsinios, Clusium, proprium curatorem habens (Corp. 6. 1356) et ab Hadriano imp. a. 876. a finibus Clusinorum Florentiam usque perducta (Corp. 11. 6668). De ea Cic. 12. Phil. 9. 22. Tres viæ sunt ad Mutinam - a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia -. Etruriam discriminat Cassia.

CASSĬUS, ii, m. 2. (Κάσσιος) nom. gent. pleb., sed patricius est Sp. Cassius in Act. triumph. Capit. a. U. C. 252 (Corp. 1. p. 43). — *Casius*, unico s, in Corp. 6. 2598. et *Casios*, posit. Gr., in Corp. 14. 3083. Cf. Κάσιος Corp. J. Etr. I. 378. et Inscr. Gr. Rom. Cagnat, III. 654. et 1270. — Genet. *Cassi* metro probatur: Pompon. Atell. 14., Horat. 1. Sat. 10. 62. et 1. Ep. 16. 3., Juvenal. 5. 37. — Plur. *Cassii* apud Cic. Rab. perd. 7. 21. et Balb. 17. 40. et Corp. 12. 1746. Sic genet. *Cassiorum* in Corp. 2. 191. et dat. fem. *Cassiabus* in Corp. 8. 9052. 16. et plur. de uno: Plin. 1. ep. 17. 3. — Notatur in titulis *Cass.* sæpius: Corp. 15. 73., 5191., 6356. sq.

Cassius ¶ 1. Apud scriptores sæpius occurrit, quorum præcipui — 1.º) Absolute — C a s s i u s, poeta quidam, cujus fabula prætextata, Brutus inscripta, laudatur Varr. 6. L. L. 7. et 7. ibid. 21. et 72. Welchert tamen hanc tribuit Cassio Parmensi. — Item medicus celeberrimus, memoratus Cels. præf. 1. circ. fin. et Plin. 29. Hist. nat. 5. 1. 4. (7). — Item vir, a quo locus in Aventino, *Scalæ (Scala) Cassii* appellatus Not. et Curios. Urb. 13. p. 18. in reg. XIII., nomen sumpsit. — 2.º) Cum præn. — Q. C a s s i u s (Longinus), Julii Cæsaris interfector, in bello strenuus et litteris excultus, sed moribus dissolutis, Carpota olim dictus ex fœdissima negotiatione (Aur. Vict. vir. ill. 83), impius (Cf. Plut. Brut. 8. et 9. et Vellej. 2. 56), « numquam sine præfatione publici parricidii nominandus » (Val. Max. 1. 8. 8). — Magistro usus Staberio Erote grammatico una cum M. Bruto (Sueton. gramm. 13) et Græcis litteris imbutus est Rhodi ab Archelao (Appian. B. C. 4. 65. et 67) et inde a puero Ci-

cæsari adhæsit (*Cic.* 15. *Fam.* 14). — Anno 53. quæstor fuit M. Licinii Crassi, quum hic a Parthis teterrimam cladem cum exercitu subiit; qua tamen minime territus, collectis ex fuga militum reliquiis, præsertim ex equitatu (*Flor.* 3. 11., coll. *Dion.* 40., 1. 3), et Syriam rebellantem coercuit et Antiochum ejusque ingentes copias prœlio devicit (*Oros.* 6. *Hist.* 13). — Dein Romæ gessit auguratum (*Cic.* 9. *Att.* 9); tum XVviratum sacris faciundis (*Borghesi, Œuvr. I. p.* 344. *sqq.* ex conj.) itemque a. 49. tribunatum pleb. Cæsaris adversarius (*Cic.* 7. *Att.* 21). — In bello civili Pompejo studuit; Cæsarianam classem, a M. Pomponio ductam, in Sicilia incendit (*Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 7. 14), unde, cognita victoria Cæsaris Pharsalica (a. 48. a. Chr.), discessit. Quamvis vero fuisset ab eo liberaliter servatus ac beneficiis auctus an. 44. a. Chr. cum Bruto aliisque pluribus conjuratoribus Cæsarem in curia interfecit (*Sueton. Cæs.* 80., *Ner.* 37., *Galb.* 3., *Liv. epit.* 116., *Ampel.* 40., *Flor.* 4. 2. 93., *Eutr.* 6. 25., *Vellej.* 2. 56., *Cic.* 2. *Phil.* 11. 26). — Roma cum Bruto egressus ob populi metum, Syriam pro consule subegit; sed interim Octavius, consul factus, lege lata, percussores Cæsaris absentes damnavit; quin etiam cum Antonio, eos, qui, conjunctis viribus, Smyrnæ coierant ad bellum ordinandum (*Liv. epit.* 122. et 123) moxque de Dolabella et de Rhodiis (Cassius) ac de Lyciis (Brutus) victores extiterant, trajecto in Græciam exercitu, et Macedoniam emensus, in Campo Philippensi profligavit. Porro Cassius, amissis castris, etiam Brutum victum putans, sibi mortem conscivit (*Liv. epit.* 124., *Val. Max.* 1. 8. 8., *Vellej.* 2. 70., *Eutrop.* 7. 3) an. 42. a. Chr. — Plura de ejus indole colligas ex *Senec.* 1. *Suas.* 6. et 8. et 6. *ibid.* 11. 14., 17. 19. et 7. *ibid.* 5. Cf. de eo etiam *Appian.*, *Dion.*, *Plut.*, *Macrob.*, *Vellej.* *Tac.* aliosque laudatos, et ex recentioribus, *Zimmern*, *Rudorff*, *Karlowa*, *Fröhlich*; itemque de ejus nummis *Borghesi, Œuvr. I. p.* 348. *sqq.*, 389. *sqq.* et 401. et *Momms. Münzwesen* 635. — Exstant Cassii epistolæ V. inter *Fam. Cic.* V. *Ind. auctt.* — 3.º) Cum cogn. vario — **Cassius Dio Coccejanus**, celeber historicus Nicænus, Cassii Aproniani et Coccejæ filius, sub M. Aurelio imp. senatui adscriptus et sub Pertinace prætor (*Dio* 49. 36.; 69. 1.; 75. 12), dein consul suffectus, mox vero cos. ord. a. 229. cum Alexandro Severo (*Inscr.* apud *Orelli n.* 1177. et apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5602) aliisque publicis muneribus in Dalmatia et Pannonia functus (*Id.* 49. 36); tandem in patriam reversus ibi decessit (a. 155 † 230). — Historiam Romæ ab ejus origine ad sua usque tempora græce (Ῥωμαϊκὴ ἱστορία) scripsit, LXXX. libr. comprehensam, quorum XVII. tantum ætatem tulerunt, ex quibus satis elucet diligentia, stili nobilitas, verborum selectio eorumque structura scite numerosa, sermonis perspicuitas atque elegantia sine affectatione, ac Thucydidis et Livii nostri aliorumque classicorum more, contionum interjectio, quæ tamen sæpe evanidæ sunt ac prolixiores; verum in eo reprehenditur quædam siccitas et frigiditas animadversionum, tum robur eloquentiæ vividusque narrationum color aliaque desiderantur. At *Suidas* ei tribuit, cum pluribus aliis scriptis, etiam *Vitam philosophi Arriani*, præter librum *de somniis et signis* (Περὶ τῶν ὀνειράτων καὶ τῶν σημείων), quibus nimium delectabatur. — De eo ejusque operibus, recens editis a *Dindorf-Melber* (1890) et *Boissevain* (1895-1901), consulas *J. Melber, Frg. d. Dio C.* 1889.; *Kyhnitzsch, De contionib. Cass. Dion.* etc. 1894.; *Columba, Cass. Dion. e le guerre gall. di C.* 1902. — 4.º) **L. Cassius Hemina** (*Emina*) v. *Cassius Hemina* aut *Cassius* tantum, apud scriptores, de quo vix pauca novimus. Dicitur *Plin.* 13. *Hist. nat.* 27. (84). vetustissimus auctor annalium. *et* 29. *ibid.* 1. 6. (12). ex antiquissimis auctor est. Adde *Minuc. Oct.* 22. et *Tertull. Apol.* 10. alio cogn. — Incertum est, an sit qui citatur *Cassius Hemina* in *Schol. Veron. Æn.* 2. 717. itemque *Cassius Hemina de censoribus libr. II.* apud *Non. p.* 346. 22. *M.* — Vixit ludis sæcularibus quartis Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio coss. a. U. C. 608., ut tradit *Censorin. d. nat.* 17. — Scripsit itaque *Annalium* vel *Historiarum* libros IV., in quorum prioribus tractabat de primitiva Urbis historia usque ad bella Punica (*Vahlen, Enn. p. LI. not.*); in l. III. de bello Punico primo et l. IV. de Punico secundo (*Prisc. gramm. VII.* 69. *p.* 347). Porro quum *Plin.* inter suos fontes referat et ll. XII., XIV. et XXXII., ut qui de variis rebus naturalibus scripserit, eum citet, inde argui potest alia pertractasse, quæ perierint. — Fragmenta collegerunt *Krause p.* 155-166., *Roth. p.* 288-295. et *Schmitter, Cass. Hemin. annal. frg. emend.* 4 (1861). — De eo vd. *Schwegler, R. Gesch. I.* 87.; *Peter, Hist. Rom. rel. p.* CLXVIII. *sqq.* et *p.* 95. *sqq.* et *Hist. Rom. frg. p.* 68. *sqq.* — 5.º) **Cassius Hetruscus** v. **Etruscus**, magna facilitate facundiaque præditus in versiculis condendis, de quo *Horat.* 1. *Sat.* 10. 61. « Etrusci - Cassi rapido ferventius amni Ingenium, capsis quem fama est, esse librisque Ambustum propriis ». Perperam a *Schol. Hor. l. c.* cum Cassio Parmensi et ab aliis cum Severo confunditur (*Weichert et Skutsch*). — 6.º) **L. Cassius Longinus Ravilla**, ut plene eam appellat *Frontin. sequend.* 3., nam aliis vel tantum *Ravilla* dicitur (*Chronogr.* a. 354) a colore oculorum (*Fest. p.* 278. *sq.*), vel *Longinus* (in *Chron. Pasch.*) vel *L. Cassius* (in *Chron. Cassiod.*). — Fuit trib. pl. a. U. C. 617. et auctor legis *Cassiæ tabellariæ* (*V.* voc. præc.). — Eum vocat *Cic.* hominem popularem (2. *Acad. (pr.)* 13. 5); si non eloquentia, at facundia apud populum valde potentem (*Brut.* 25. 97.); verissimum et sapientissimum judicem existimatum (*Rosc.* 30. 84); sed nimia severitate aliquando usum, qua etiam Vestales, quas L. Metellus pontifex absolverat, electus a populo judex cum pluribus aliis damnavit, eum reprehendunt *Vellej.* 2. 10. et *Ascon.* in *Mil. p.* 46. — 7.º) **L. Cassius Parmensis**, fortasse ita dictus a loco originis, confusus aliquando cum *Cassio Etrusco* vel cum *Cassio Severo*. — Fuit unus ex interfectoribus J. Cæsaris (*Vellej.* 2. 87); in Asiam profugus victusque in prœlio Philippensi ad Sex. Pompejum confugit; dein cum Antonio Actiensi pugnæ interfuit, ex qua, fractis opibus (*Val. Max.* 1. 7. 7), Athenas fugiens se recepit, ubi Q. Varus, ab Augusto missus eum « inermem ac quiescentem » interfecit (*Id. loc. cit.*), « ultimam violati patris Cæsaris victimam » (*Oros.* 6. *Hist.* 19., coll. *Vellej.* 2. 87) a. U. C. 723 (Cf. *Drumann, II. p.* 161-163). — Poeticis studiis operam dedit laudem haud mediocrem promeritus. *Porphyr.* ad *Hor. sat.* 1. 3. scribit « in partibus Cassii et Bruti cum Horatio trib. mil. militavit - scripserat multas tragœdias Cassius ». *et Acr. ibid.* « Epicureus fuit et poeta - satyras scripsit - aliquot generibus stilum exercuit, inter quæ opera elegia et epigrammata ejus laudantur ». — De his et de epistolis ejus ad M. Antonium, ad Augustum et fortasse ad Ciceronem plura invenies apud *Weichert* (*De L. Varii et Cassii Parm. vit. et carminib.*, Grimma 1836), coll. *Skutsch, PW.* 3. 1743. *sq.* — 8.º) **Cassius Salanus**, aliis dictus *Silanus* (*Sallanus v. Syllanus*), Ovidii poetæ amicus, præceptor Germanici Cæsaris (*Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 18. [47]), cui inscripta est *eleg.* 5. *l. II.* ex Ponto *Ovidii*, ubi dicitur « doctissimus » (*v.* 15), « eloquio » (*v.* 40) et « facundia » præstans (*v.* 69). et mentio fit de operibus ejus poeticis et favore, quo eum Germanicus prosequebatur (*v.* 41-56). V. *Teuffel-Schwabe, R. L. G.*^{3} 267. 9. — 9.º) **Cassius Severus**, quem *Longulanum* a loco originis vocant nonnulli ex fost. *Plin. Hist. nat.* 35., ubi tamen nunc nomina *Cassio Severo, Longulano*, sejuncta leguntur, ita ut non unus sed duo auctores (Cf. *Urlichs D. Quellenreg. zu Plin. letzt. Büch.* Würzb. 1878. 14); nec nisi temere ei appingunt quidam T. præn. ex maxime dubio loco *Plin. jun.* 4. *ep.* 28. 1. — Oratoris seu potius rhetoris magnam laudem sibi promeruit sub Augusto et Tiberio impp.; sed primus a vetere dicendi via seu ab oratione ætatis suæ deflexit (*Tac. dial.* 19). *Senec. contr.* 3. *præf. p.* 359. *Burs.* Oratio ejus erat valens cultu, ingentibus plena sententiis - eloquentia ejus longe major erat quam lectio - suavitas valentissimæ vocis - gravitas, quæ deerat vitæ, actioni supererat. - Uno die privatas (*causas*) plures agebat - publicam vero nunquam amplius quam unam uno die; nec tamen scio quem reum illi defendere nisi se (*contra accusatorem Fabianum Maximum, ibid. p.* 154. 16) contigerit. — Omnia habebat, quæ illum ut bene declamaret, instruerent: phrasin - lectam, genus dicendi - ardens et concitatum. *et* ex *Gallion.* Cum diceret, rerum potiebatur: adeo omnes imperata faciebant: cum ille voluerat, irascebatur. Nemo non illo dicente timebat, ne desineret. *et* rursum *Tac. dial.* 26. Contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum - non pugnat sed rixatur. Ceterum - et varietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum virium robore multum ceteros superat. *Quintil.* 10. 1. 116. Multa, si cum judicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Severus, qui, si ceteris virtutibus colorem et gravitatem orationis adjecisset, ponendus inter præcipuos foret. *et* 117. Nam et ingenii plurimum est in eo et acerbitas mira et urbanitas ejus summa; sed plus stomacho quam consilio dedit. — Fuit autem multorum facilis accusator (*Quintil.* 11. 1. 57., *Sueton. Aug.* 56., *Macrob.* 2. *Sat.* 4. 9. Cf. etiam *C. Nonius Asprenas*) et maleficâ vitâ, adeo ut ob procacitatem linguæ et petulantiæ scripta (*Tac.* 1. *Ann.* 72) judicio senatus Cretam amotus fuerit a. U. C. 761., ubi eadem actitando, exutus bonis, misere obiit a. 24. a. Ch. Hinc *Hieronym.* in *Chron.* ad Olymp. CCII. 4. scribit: « Cassius Severus, orator egregius, qui Quintianum (?) illud proverbium luserat, XXV. exsilii sui anno (*V.* tamen *Robert* et *Schanz*, aliter de anno sentientes) in summa inopia moritur, vix panno verenda contectus ». — Præter orationes alia ei tribuuntur, ut libelli satyrici v. historici v. etiam carmina (Cf. *Sueton. vit.* 2., *Diomed. gramm. I.* 378. 20., ubi citatur *Accius Cassius ad Tiberium secundo* etc. pro *Cassius* ex errore: vd. *Keil.* in not.: item *Charis. gramm. I.* 10. 4. 11., ubi *Cassius Severus ad Mæcenatem* scripsisse dicitur: item *Acr. Hor. epod.* 6. — De his deque aliis plura videsis apud *Meyer, Orat. Rom. fragm. p.* 225-229.; *Weichert, op. cit.* 190-212.; *Froment, Ann. de la fac. des lettres du Bordeaux I.* 1879. *p.* 121-138.; *Robert, De Cass. Sev. eloq.*, Paris 1890.; *Schanz, R. L. II.* 203. *sqq.* — 10.º) **C. Cassius Longinus**, JCtus celeberrimus, laudatus non solum peritia legum sed etiam morum disciplina, severitate ac gravitate, quæ in proverbium quoque abiisse videntur. Cf. *Volc. Avid. Cass.* 5. et *Tac.* 13. *Ann.* 41. — Fuit cos. temporibus Tiberii, a quo dein expulsus in Sardiniam sed « a Vespasiano revocatus, diem suum obiit » (*Pomp. dig.* 1. 2. 2. *extr.*) luminibus orbatus (*Sueton. Ner.* 34). — 11.º) Alii: ut **L. Cassius Nomentanus**, homo luxuriosus, sæpe *Horat.* memoratus, 1. *Sat.* 1. 102. *et* 2. *ibid.* 1. 22. *et alib.* aliquando *nepos* dictus 1. *ibid.* 8. 11. Adde *Porphyr. Hor. Sat.* 1. 1. 102.: item **L. Cassius Longinus**, *Catilinarius*, competitor Ciceronis in consulatu, qui sibi procurationem incendendæ urbis depoposcerat (*Cic.* 3. *Cat.* 4., 6. et 7. et *Sall. Cat.* 17., 44. et 50): item **Cassius Dionysius** Uticensis, qui ex Pœnica lingua opus (de re rustica) Magonis Carthaginiensis vertit libris XX. Græca lingua et Sextilio prætori (a. 88. a. Chr.) misit (*Varr.* 1. *R. R.* 1. 10): item **L. Cassius Longinus**, *Cæsarianus*, putatus frater C. Cassii, interfectoris Cæsaris; eques R. omni et virtute et humanitate ornatus, Ciceronis familiaris, trib. pl. a. U. C. 710. « fortissimus et constantissimus » (*Cic.* 3. *Phil.* 9. 23., coll. *Cæs.* 3. *B. C.* 34): item **Sp. Cassius Vitellinus** (*Vicellinus, Viscellinus*), fortasse ab antiquo oppido Vitellia (*V. Borghesi, Œuvr. T.* 3. *p.* 203), qui filium suum, Junii Bruti æmulatus exemplum, affectati regni crimine domi verberibus affectum damnari jussit (*Val. Max.* 5. 8. 2).: item **Sp. Cassius Vitellinus**, præcedentis filius, cos. cum Verginio Tricosto, de Sabinis triumphavit (*Fast. Capit.*) a. U. C. 252.; dein a. U. C. 261. cos. II. cum Postumo Cominio Aurunco, quibus coss. plebs montem Sacrum prius, mox Aventinum occupavit (*Cic.* 2. *Rep.* 33); denique cos. III. a. 268. cum Verginio Tricosto, qui de Hernicis et

Volscis triumphasse traditur (*Dionys.* 8. 536., *Fast. Cap.* et *Val. Max.* 6. 3. 1.), legem agrariam primus tulit, ob id patribus invisus (*Liv.* 2. 41). De ejus nece diximus, quamquam a quo et quo modo necatus fuerit, non plane constat. ¶ 2. In titulis nom. ubique frequens, frequentissimum vero in Gallia Cisalpina. *Corp.* 6. 220., 14., 13.; 15. 916. etc. — *Cassia*, nom. mul. *Corp.* 6. 3104. — Cogn. et nom. sing. *Corp.* 6. 2805.; 5. 6850.; 6. 486.; 11. 2031. etc. — Hinc *Cassius*, adj. *V.* suo loco. — *Cassianus*, adj. ad Cassium aliquem pertinens. *Capitolin. Part.* 2. Cassianus motus. *sc.* Avidii Cassii. *Cic.* 3. *Verr.* 60. 137. judex. *i. e.* severus, dictus a L. Cassio, quæsitore severissimo. Sic *Ammian.* 26. 10. 10. Catoniana vel Cassiana sententia. *et Gallican. Avid.* 5. Cassiana severitas. *Cod.* 9. 8. 6. furor. *sc.* Avidianus. *Tab. alim. Bæb.* 2. 62. fundus (Sic in *Tab. alim. Vel.* 4. 71., nunc *Casseno-Spinola*. et *ibid.* 4. 2., nunc *Cassiano*). *Cæs.* 1. *B. G.* 13. bellum. *h. e.* L. Cassii cum Helvetiis. *Gallican. Avid.* 12. defectio. *i. e.* Avidii Cassii. *V.* AVIDIUS. *Plin.* 7. *ep.* 24. schola. *sc.* C. Cassii Longini, JCti. — *Cic. Mil.* 12. 32. Illud Cassianum (*sc.* dictum L. Cassii) « cui bono fuerit » (Cf. 2. *Phil.* 14. 35). — Absolute *Cassianum*, *i*, prædium seu villa prope Tibur, nunc *Casciano*, in *Inscr. ann. Bonn.* 98. 256. Cf. *Visc. Mus. Pio.-Clem. T.* 1. *p.* 47, et *John, PW. suppl.* 1. 276, — Absolute *Cassiani*, *orum* — *a)* Sectatores Avidii Cassii, qui sub M. Aurelio imperium affectavit. *Bell. Alex.* 61., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 2. 1. et *Tertull. Scap.* 2. — *b)* Sectatores C. Cassii JCti. *Pomp. Dig.* 1. 2. 2. 47. — *Cassianus*, etiam *Casianus* (Κασσιανός), in *Corp.* 6. 2787., cogn. vir. — 1.º) Apud scriptores — *a)* Fuit familiaris poetæ *Martialis*, cujus exstat ad eum epigramma 3. 64. — *b)* Item scriptor illustris, plenius *Johannes Cassianus* (apud *Prosp. chron.* ad a. 436. et ipse *Cassian.* 5. *Inst.* 35), a. 360., probabilius natione Scytha (*Gennad. vir. ill.* 61), non Gallus, ut quidam putant, Constantinopoli « a Johanne (*a quo fortasse nomen sumpsit*), magno episcopo (*sc.* Chrysostomo), diaconus ordinatus » (*Gennad. loc. cit.*), patria Romanus (*Phot. Cod.* 197), monachus. De eo *Prosp. chron. loc. cit.* Cassianus insignis et facundus scriptor. *et in ep. ad Cass. init.* Domno sanctitatis specialis gloria decorato atque per omnia memorando; sed et scientiarum decore pollenti, patri scilicet Cassiano etc. — Post varias peregrinationes a. 445. Massiliam se contulit, ubi presbyter (ca. a. 415) consecratus est, ibique duo monasteria condidit virorum unum, alterum mulierum (*Gennad. loc. cit.*). — Scripsit « *de habitu monachi* et *de canonico orationum modo atque psalmorum* - libros III.; *Institutionum* librum unum; *de origine* et *qualitate* ac *remediis VIII. principalium vitiorum* libros VIII. - digessit (a. 419-428. *sqq.*) etiam *Collationes* patribus Ægyptiis habitas - et rogatus a Leone, urbis Romæ episcopo, scripsit adversus Nestorium *De incarnatione Domini* libros VII (a. 430) et in his scribendis apud Massiliam et vivendi finem fecit (a. 435), Theodosio et Valentiniano regnantibus » (*Gennad. loc. cit.*). — Ex his *Institutiones* pro vita exteriore et *Collationes* pro interiore plurimi habitæ sunt et in Græcam linguam versæ (*Phot. Cod. l. c.*). — Pelagianorum strenuus insectator, dein mediam viam ingressus inter doctrinam Augustini et Pelagii docuit gratiam Dei haud esse necessariam initio boni operis et in bono opere perseverantiæ; unde hujus doctrinæ sectatores ex errore *Semipelagiani* et ex loco *Massilienses* dici cœpti sunt, inter quos eminent Faustus, Gennadius et Vincentius Lirinensis, viri ceteroquin, ut eorum pater ac magister, sanctitate morum « bona fide præditi, sed tamen hæretica labe infecti, quam Cœlestinus, Gelasius et Hormisda pontifices damnarunt, eorum opera iis accensendo, quæ legi prohibentur », quo nomine Cassiani *Collationes* præcipue venire viri docti arbitrantur (Cf. præsertim *Collatio XIII. De protectione Dei*). — De eo ejusque doctrina videsis *Wiggers, Versuch ein. pragm. Darstell. d. Semipel.* etc. 1833.; *Hoch, Lehre d. Joann. Cassian.* etc. 1895.; *Wörter, Beitr. zur Dogmengesch. d. Semipel.* 1898.; *Paucker, Die Latin. d. Jo. Cass.* in *Rom. Forsch. II.* Erlang. 1886. *p.* 391-448. — Edidit *Migne, P. lat.* XLIX-L. et præstantius *M. Petschenig, Corp. Vind. XIII.* et *XVII. p.* 3-231. et *p.* 235-391 (a. 1886-1888). — *c)* Item sophista sæc. III. apud *Philostr. vit. soph.* 2. 33. — *d)* Alii apud *Prudent. perist.* 4. 45., *Augustin. c. Petil.* 2. 97., *Greg. Tur. gl. conf.* 78. et *gl. martyr.* 42. et *martyrol. Hier.* sæpius. — 2.º) In titulis cogn. *Corp.* 6. 1344., 1626. etc. et *Cassiana*, cogn. mul. *Corp.* 11. 132. — Hinc *Cassianius*, nom. gent. *Corp.* 2. 4943. — Memoratu digni: M. Cassianius Latinius Postumus, imp. in Galliis a. 258-267. p. Chr., ex obscurissimo loco « vir in bello fortissimus, in pace constantissimus, in omni vita gravis » (*Trebell. XXX. tyr.* 3), de quo multa præclare gesta narrantur etiam *Eutrop.* 9. 9. *et Oros.* 7. *Hist.* 22., in nummis ex victoriis de Germanis relatis dictus *Germanicus Maximus*, ap. *Eckhel* 7. *p.* 437., coll. *p.* 446. Adde *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1015. — An. 267., quod Moguntiacum diripi vetuisset, quo se receperat Lollianus dux, imperii dignitate sibi arrogata, militum conspiratione interficitur (*Eutrop. loc. cit.*). — Item M. Cassianius Latinius Postumus, præcedentis filius, a patre appellatus Cæsar ac deinceps Augustus, simul cum eo interemptus, vir « in declamationibus disertus » laudatur *Trebell. XXX. tyr.* 3. et 4.

CASTĂBĂLA, ōrum, n. plur. 2. nom. duorum oppidorum, *sc.* ¶ 1. Opp. Ciliciæ propriæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93). ¶ 2. Item opp. Cappadociæ. *Id.* 6. *ibid.* 3. 3. (8). *Tab. Peut.* 10. Castabola. — Hinc *Castabalensis* adj. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 40. 61. (143). Cf. *Solin.* 15. — *Castabalenus*, adj. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 4.

CASTALĬA, æ, f. 1. (Κασταλία): a *Castalio*, Acheloi filia, vel a *Castalio* quodam (*Paus.* 10. 8. 9) dicta. — Est nom. geogr. et person.

I.) Castalia, nom. geogr. ¶ 1. Est fons (et nympha) ad radices Parnassi, Apollini et Musis sacer. *Porphyr. Hor. loc. cit.* Castalia fons est in monte Parnasso. *Liv. Andr. trag.* 37. quo Castalia per struices saxeas lapsu accidit. *Culex* 17. Castaliæque sonans liquido pede labitur unda. Adde *Virg.* 3. *G.* 293. et *Horat.* 3. *Od.* 4. 61. — Hinc *Castalius fons* sæpius dicitur, ut *Solin.* 7., *Sil. It.* 3. 97., *Senec. Œd.* 229., *al.* Similiter *Ovid.* 1. *Am.* 15. 36. Castalia aqua. *Lucan.* 5. 125. latices. *Claudian. carm. min.* 8. 1. gurges. *Venant.* 8. *carm.* 1. 2. liquor. — Dracon, fontis Castalii custos, memoratur *Hygin. fab.* 6. Cf. *Stat.* 7. *Theb.* 96. — In plur. num. *fontes Castalii* apud *Stat.* 1. *Theb.* 565. *Auson.* 399. 3. Camenæ. *Macrob. carm.* 1. 12. deus. *i. e.* Apollo. *Ennod. carm.* 2. 109. 2. amores. *Martial.* 6. 66. domus. *h. e.* Musis dedita. *Tibull.* 3. 1. 16. umbra. *sc.* lauri (Cf. *Propert.* 3. 3. 13. arbor). *Ovid.* 3. *Met.* 14. antrum. *sc.* fontis (v. Apollinis templum), unde oracula petebantur et fons *fatidicus* dictus. — Absolute, idem qui Apollo. *Nemes. cyn.* 5. — Item cogn. vir. *Corp.* 5. 3494 (*Veronæ*) — Et nom. equi. *Corp.* 8. 12504. *II.* 9. — Hinc *Castalianus*, cogn. *Corp.* 5. 3885. — *Castalis, idis*, adj. (Κασταλίς). *Martial.* 9. 18. 8. unda Castalis hæc nobis aut Jovis imber. — Plur. abs. *Id.* 7. 12. 10. Castalidum grex. *i. e.* Musæ. *Martial.* 4. 14. 1. decus sororum. *sc.* Musarum. ¶ 2. Inde nominatus fons Antiochiæ, in radice montis urbi imminentis, qui et Parnassus appellatus est. *Ammian.* 22. 12. 8. Julianus - venas fatidicas Castalii recludere cogitans fontis etc.

II.) Castalia, nom. pers. ¶ 1. Est virgo, Parnassum incolens « quam cum Apollo amaret et vim vellet inferre, in fontem se præcipitavit », teste *Schol. Stat. Theb.* 1. 698.; unde fons *Castalius* nominatus (*Paus. loc. cit.*). ¶ 2. Est etiam nom. mul. *Carm. de ægr. Perd.* 79. Castaliam reddit Perdiccæ nomine matrem. Adde *Afran. com.* 169., si sana est lectio.

CASTĂLIS, idis, f. 3. et

CASTĂLĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CASTELLĀNUS. *V.* CASTELLUM.

CASTELLŌNENSIS, e, adject. ductum a *Castellona*, opp. Hispaniæ citer., hodie *Castellon de la Plana*. Memoratur *Concil. Tolet. IV* (*Mansi* 10. 642).

CASTELLUM, i, n. 2. (Scribitur *Kastellum* in *Inscr. Dessau* 6865. — *Castelus*, unico *l*, m. *Sent. Minuc.* 2. Cf. *Corp.* 5. 7749) nom. comm. et etiam propr. locorum, modo absolute, modo cum additis usurpatum. ¶ 1. Absolute: **Castellum**, opp. in Gallia Belgica, laudatum *Itin. Ant. p.* 376. Cf. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5236. — **Castellum**, opp. Italiæ, haud procul a Faventia. *Itin. Ant. p.* 288. — **Castellum**, opp. Mauretaniæ Cæsar. (*Notit. Afr.*); hinc *Castellanus*, adj. *Gennad. vir. ill.* 78. — **Castellum**, opp. Mauretaniæ Sitif. *Notit. Afr.* Cf. *Rav.* 3. — **Castellum**, opp. Numidiæ, de quo *Sall. Jug.* 93. Cf. tamen *Hirt. B. Afr.* 16. ¶ 2. Cum additis: — **Castellum Amerinum**, prope Ameriam. *Tab. Peut.* 5. — **C. Berense** in Bætica. *Corp.* 2. 5363. — **C. Boiodurum.** Cf. *Boiodurum*, opp. in Norico, *Innstadt*, in *Not. Dign. occ.* 34. — **C. Carcassone** in Gallia Narb. *Itin. Burd. p.* 551. — **C. Firmanum** in Piceno, hod. *Porto di Fermo*, memoratum *Itin. Ant. p.* 102. — *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 18. (111). Firmanorum. Cf. *Strab.* 5. 241. — **C. Lucullanum** in Campania. *Marcell. chron. II. p.* 91. Cf. *Jorn. Get.* 242. et *Rom.* 344. — **C. Mattiacorum** prope Mogontiacum, hodie *Castel*, in *Corp.* 13. 6740. — **C. Medianum**, opp. Maurel. Cæs. *Notit. Afr.* Cf. *Ammian.* 29. 5. 45. — **C. Menapiorum**, opp. Germaniæ inf., hod. *Cassel*, in *Itin. Ant. p.* 376. — **C. Syracusanorum** in Sicilia. *Itin. Ant. p.* 517. — **C. Tingitanum** in Mauretania Cæs. *Itin. Ant. p.* 37. Cf. *Ammian.* 29. 5. 25. — Hinc *Castellanus*, adj. *Hieronym. vir. ill.* 79. et cogn. *Corp.* 6. 35024. — In plur. num. nom. gentis Hisp. Terr. Καστελλανοί *Ptol.* 2. 6. 71. — *Castellanensis*, adj. *Ps. Isid. vir. ill.* 11. — *Castellensis*, ut Castellense municipium. *Lib. col. II. grom. p.* 254. - et *Castellensis*, ut Castelliense monasterium, conditum *Cassiod. inst. div.* 29.

CASTĪTAS, ātis, f. 3. nom., quo absolute interdum dicitur Minerva seu Pallas, quæ virgo perhibetur exstitisse. *Pallad.* 1. 6.

CASTĪUS, ii. *V.* CASTUS.

CASTOR (Kastor), ŏris, m. 3. (Κάστωρ, ορος) nom. pers. — *a)* **Declin.**: genet. *Castorus* et *Kastorus*, pro *Castoris* ἀρχαϊκῶς, in *Epist. præt.* ad *Tiburt.* (*Corp.* 14. 3584) 1. et *Lex Bant.* (*Corp.* 9. 416. 17). — **Acc.** *Castorā* ubique apud poetas; *Castorem* in prosa oratione, ex poetis solus *Claudian.* 11. 6. — Plur. *Castores* (pro *Castor et Pollux*) ap. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 89., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 22. 22. (86)., *Min. Fel.* 22. 7., *Tertull. apol.* 22., *Auson.* 419. 81., *al.* — **Dat.** *Castoris* in *Corp.* 12. 2999. — Acc. *Castorăs* in *Paneg.* 12. 39. — *b)* **Prosod.**: secundam veteres produxerunt. Cf. *Plaut. Curc.* 481. Ad rem *Quintil.* 1. 5. 60. Castōrem media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas Castor litteras exit. *et Capell.* 3. *p.* 76. Castōris et Hectōris genetivos veteres produxerunt, sed nos corripimus, quoniam Græci horum nominum genetivum corripiunt. — Producitur tamen etiam *Jul. Val.* 1. 46. — *c)* **Etymon**, satis ineptum, ap. *Fulg. myth.* 2. 13. Castor quasi **cacon steron** (**isteron** *Keil*), id est malum extremum (*Comm.* in *Don. gramm. V.* 326). — Deriv. a Græco *Varr.* 5. *L. L.* 73. « Castoris nomen Græcum »; quod ceteroquin patet: et ab Etrusco (*Kastur, Kasutro*) ducit *Corssen, Sprache d. Etr. I.* 822. et 826.

Castor, Lacedæmonius vel Amyclæus, a mythologis et scriptoribus universim Jovis et Ledæ, uxoris Tyndari (de quo cf. *Hom. Od.* 11. 298. *sqq.*), filius dictus (*Hygin. fab.* 14., 178., 224. et 251., *Mythogr. II. fab.* 132. *Cic.* 3. *Nat. D.* 21., *al.*), frater Pollucis, communiore sententia ex eodem ovo eodemque partu editi (*Mythogr. I. fab.* 204., *Hygin. fab.* 224., *Horat.* 2. *Sat.* 1. 26); unde *Tertull. spect.* 8. « Ova honori Castorum ascribunt, qui illos ovo editos credendo de cycno Jove (*hic enim in specie cycni cum Leda concubuit*) non erubescunt »; uterque autem ex mortali immortalis factus (*Hygin. fab.* 224), præterea frater Helenæ (*Mythogr. I. fab.* 204) et etiam in cælo sidus (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 121.: cf. *Furtwängler*

in Rosc. Myth. ad v. Diosk.). Hinc ratio constat variorum nominum et epithetorum, quibus hos duos fratres antiquitas appellat, et cur aliquando unum pro altero usurpet. Dicuntur namque — a) Gemini v. gemini fratres, ap. Capell. 1. p. 12., coll. Isid. 3. Orig. 71. 25. et Ovid. 8. Her. 77 (Hinc ambo: Castores, ap. Serv., Min. Fel., Auson., al., locc. citt.; vel Polluces apud Symm. 2. ep. 29.) — b) Ledæi fratres, ap. Sil. It. 15. 88.; v. Ledæ pueri, ap. Horat. 1. Od. 12. 25.; v. Ledæi dii, ap. Ovid. 1. Fast. 706. — c) Tyndaridæ, ap. Horat. 4. Od. 8. 31., Quintil. 11. 2. 16., Lact. 1. 5.: v. Tyndarides fratres, ap. Ovid. 5. Fast. 700.: v. Tyndarides Castores, ap. Arnob. 1. p. 20. — d) Fratres Helenæ, ap. Horat. 1. Od. 3. 2., quam a Theseo raptam et Aphidnæ custoditam liberarunt Castor et Pollux (Cf. Plut. Thes. 31). — e) Dioscuri v. Dioscori (Διόσκουροι), ap. Cic. 3. Nat. D. 21. 53. — f) Fili Lacones, ap. Martial. 9. 4. — g) Amyclæi fratres, ex oppido ab iis condito vel potius eorum patria, ap. Stat. 7. Theb. 413. — h) Œbalidæ fratres, ap. eund. 3. Silv. 2. 10 (Ovid. 5. Fast. 298). h. e. Spartani. — i) Pileati fratres, a pileo, eorum insigni, ap. Catull. 37. 2.

Castor ¶ 1. Memoratur — 1.°) Proprie. — a) Solus: Horat. 4. Od. 5. 35. Laribus tuum miscet numen uti Græcia Castoris et magni memor Herculis. Propert. 2. 7. 16. Non mihi sat magnus Castoris iret equus. Val. Fl. 3. 723. Castor dulcis. Ovid. 5. Fast. 700. eques. Catull. 4. 27. gemellus. Horat. epod. 17. 43. nobilis superare pugnis. Stat. 5. Silv. 3. 139. victor. et Propert. 3. 14. 17. victor equis. Juvenal. 44. 2. 60. vigil. Adde Ovid. 12. Met. 401. et 2. Pont. 11. 15., Val. Fl. 6. 204., Stat. 4. Silv. 5. 27., Martial. 1. 70. 8., Juvenal. 13. 152., Corp. 6. 8688. — b) Cum fratre: Cic. 2. Nat. D. 2. 6. Apud Regillum - in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt. Id. 3. ibid. 21. 53. Jove tertio nati et Leda, Castor et Pollux. Serv. auct. Virg. 9. Æn. 4. Quidam Pilumnum et Picumnum Castorem et Pollucem accipiunt. Adde Varr. 5. L. L. 58., Catull. 68. 65., Horat. 2. Ep. 1. 5., Val. Max. 5. 5. 3., Senec. Med. 230., Tac. Germ. 43. - Porro unus alteri ita adhæret ut, teste Serv., Castor pro Polluce ponatur (apud scriptores), quia ambo licenter et Polluces et Castores vocantur: nam et ludi et templum et stellæ Castorum appellantur (Cf. Sueton. Cæs. 10., Dio 37. et Or. n. 1567., coll. Corp. 3. 1287). Id autem, ut liquet, a similitudine, qua etiam repræsentantur. Hinc Ælian. in frg. de Diosc. p. 1018. Habent Castoris et Pollucis gemina simulacra; juvenes scilicet ingentis staturæ, ambo genis imberbes, similes faciem, clamydem gestantes. Cf. Martial. 9. 104. — 2.°) Improprie sumitur — a) De sidere. Stat. 4. Silv. 6. 16. Donec ab Elysiis prospexit sedibus alter Castor. Martial. 10. 51. 2. alternum Castora fugit hiems. Adde Ovid. 1. Art. am. 746., Val. Fl. 2. 427., Rutil. Nam. 1. 155. — b) In imagine seu translate. Martial. 5. 38. 6. Non esset Pollux si tibi, Castor eras (i. e. eques). et 7. 57. 1. Castora de Polluce (i. e. pugili) Gabinia fecit Achillan (i. e. equitem). — c) De tabula. Plin. 35. Hist. nat. 4. 10. (27). — d) Item de signis. Corp. 6. 86 (a. 198). — e) Item de histrionibus. Apul. 10. Met. 31. Castores erant scænici pueri. — f) De homine pulcherrimo dixit Claudian. carm. 11. 6. — Castor equis aliquando delectatus fertur ita ut et in iis domandis et in equitando neminem haberet parem (Hygin. fab. 273., coll. Horat. 1. Od. 12. 25. et 2. Sat. 1. 26); aliquando vero pugilatu (Propert. 3. 14. 17., Virg. 3. G. 89). — Is autem ejusque frater a Mercurio (Tertull. spect. 9. ex Stesich.) vel a Junone (Prob. ad Virg. 3. G. 82) equis, Xantho et Cyllaro, donati, et equorum tutores fuerunt, præclaraque gesserunt artis quoque bellicæ magistri (Apollod. 2. 4. 9. et 3. 11. 2); cum Argonautis Colchos profecti sunt (Hygin. fab. 14); interfuerunt venationi apri Calydonii (Apollod. 1. 8. 2., Hygin. fab. 173. et Ovid. 8. Met. 372) et bello Trojano primum cum Hercule contra Laomedontem regem; quo interempto, in patriam redierunt: unde, rapta Helena sorore, iterum Trojam contenderunt, sed ad Lesbium litus tempestate deprensi disparuerunt, ita ut postea in cælum recepti crederentur (Dar. 3., 5., 9. et 11); quamquam alii alia de eorum morte tradunt, quum in iis magis quidem mythologia quam historia inquirenda sit. - Addit Hygin. fab. 251. eos alterna morte ab inferis redire seu alternatim vivere; quod iis concesserit Juppiter ut ne unquam sejungerentur (Cf. Talbot, Myth. etc. p. 350); unde Martial. 10. 51., coll. 5. 38. ex alterna Castorum immortalitate Callidoro cuidam lepide irridet. Communius tamen dicuntur in cælum recepti « post ingentia facta » (Horat. 2. Ep. 1. 5), tum ob eorum benefacta, tum etiam « in præmium unanimitatis eorum » (Mythogr. II. fab. 132., coll. III. fab. 5. n. 3. et Tertull. 2. Nat. 15); cujus ii sidus (Zodiaci) Gemini vocantur (it. Gemelli), XXVIII. stellis constans, ex quibus duæ, Castoris una, altera Pollucis nomine appellantur et ita collocatæ, teste Serv. ad Virg. 6. Æn. 121., ut, una oriente, altera occidat. - Nec prætereundum, a nautis stellas Castoris et Pollucis dici faculas quasdam (vulgo fuoco di S. Elmo), quæ, procella sæviente, aliquando in summitate mali aut velorum cernuntur, unde si geminæ apparent, eam desituram; sin una, vehementiorem fore portendunt, uti traditur Senec. 1. Quæst. nat. 1. et Plin. 2. Hist. nat. 37. 37. (101). Hæc autem fabula ex alia orta videtur; narrant enim in horum fratrum capitibus, dum in Argo navi tempestate agitarentur, geminas faces illuxisse statimque illam cessasse; unde Horat. 1. Od. 12. 24. Quorum simul alba nautis Stella refulsit - Concidunt venti fugiuntque nubes. — Hinc Castores olim picti cum igneo apice in capite; hinc habiti nautarum tutela, ob idque signa salutaria et gemini salutares dicti et invocati (Mythogr. II. fab. 132., coll. Claudian. carm. 1. 244., Stat. 4. Silv. 7. 48., Sil. It. 15. 83); hinc eorum cultus maxime diffusus iisque templa erecta Romæ (Vitr. 4. 8. 4), ex quibus celebris Ædes Castoris in Foro Rom. (V. Marucchi, For. Rom. 1911. p. 86. sqq.), quæ et Pollucis erat (Cf. Sueton. Cæs. 10), a dictatore A. Postumio in pugna ad lacum Regillum vota et ab ejus filio dicata a. U. C. 275 (Liv. 2. 20. et 42); tum alia plura extra Urbem, Tusculi, Capuæ, Coræ, in Græcia, in Africa, iisque tributa vel victoria ex hostibus vel a pestilentia immunitas, quæ phantasmata Castorum irridens vocat Tertull. apol. 22.; insuper in eorum honorem dies festi ac ludi celebrati (Cf. Kalend. Phil., Silv., Amit.). Hinc etiam mulieres jurare solitæ per Castorem, ac voces castor, mecastor, de quibus, ut de aliis ad Castorem spectantibus, vd. Lexicon. — De Castorum monumentis, uti sunt tabulæ, signa etc., consulas Plin. 84. Hist. nat. 8. 19. (78). et 35. ibid. 8. 19. (78)., Ampel. 8., Juvenal. 13. 152., Corp. 10. 8781.; 11. 5872.; 12. 1904. Cf. Visconti, Mus. Chiaram. p. 65-88.; Winckelm. opp. II. p. 153., IV. 411. et 553. et alib.; Cavedoni, Specchi Etr.; Fea, Miscell. I. p. 76.; Falconieri, I Colossi di Montecavallo, Romæ conspicui, opus Phidiæ et Praxitelis falso putatum. — Eorum vero symbola affert Lucian. Dial. deor. 26. « Ovi dimidium segmentum eique addita superne stella, jaculum in manu et equus utrique albus ». — Sic de nummis cf. Eckhel, 3. p. 374. sq., ubi visuntur Castores dii Cabiri, et ibid. 5. p. 519. dii Penates vulgo crediti. Cf. etiam Imhoof-Blumer, monn. gr. p. 166., 427.; Momms., Münzw. 294.; Gerhard, Auserles. Vasen t. 153. et 154. et etrusk. Spiegel 264., 275. sqq. et 355. — De his plura vd. apud Roscher, Lex. d. Gr. u. Röm. Myth. I. p. 1154.-1177. et Talbot, Myth. Gr. et Lat. 1890. p. 349-351.; Preller - Jordan, Röm. Myth. 1883. II. p. 300. sqq. ¶ 2. Est etiam inde sumptum nom. vir. (apud Romanos in primis serv. et lib.). — 1.°) Apud scriptores, notatu digni — a) Castor, filius Lyci ex prole Æaci. Jul. Val. 1. 46. — b) Castor in acie prima Æneadum contra Rutulos. Virg. 10. Æn. 124. — c) Castor, chronographus Rhodius (Suid.), ab aliis Gallus v. Galata dictus et Phanagorensis ac Philoromæus cognominatus (Appian. B. Mythr. 108. et 114), obscuro genere natus, a Dejotaro in regiam familiam adscriptus (Cic. Dejot. 10. 28), cujus filiam uxorem duxit. Memoratur etiam Auson. prof. 22. 7. — Plura scripsit, præsertim Chronica, quorum fragmenta, ab Euseb. servata, collegit illustravitque Müller, Paris. 18. 55. p. 153-181. Did. — d) Castor, gladiator vel histrio temporibus Augusti laudatissimus. Horat. 1. Ep. 18. 19. Cf. Porph. ad l. — e) Antonius Castor, auctor Plinii. Plin. 25. Hist. nat. 2. 5. (9). Scientia (herbarum) Antonii Castoris, cui summa auctoritas erat in ea arte nostro ævo, visendo hortulo ejus, in quo plurimas (herbas) alebat centesimum annum ætatis excedens nullum corporis expertus malum. — f) Agrippa Castor, vir « valde doctus adversum XXIV. Basilidis hæretici volumina - fortissime disseruit ». Hieronym. vir. ill. 21. — 2.°) In titulis — a) Cogn. vir. Corp. 6. 5920., 7411., 7592., 7598. etc. — Castora, nom. mul. Inscr. chr. Maffei, Mus. Ver. p. 264. 11. — b) Nom. equi. Corp. 4. 4879. — c) Item navis. Corp. 10. 3582 (Miseni). — Ad Castoris, nom. loci prope Cremonam. Sueton. Oth. 9., coll. Tac. 2. Hist. 24. — Hinc Castoreus, adj. Senec. Phædr. 810. Castoreo manus. Carm. epigr. 495. imago. — Absolute Castorea, cogn. mul. Corp. 8. 1181. — Castorinus, adj. Hieronym. ep. 18. et Corp. 6. 7598. et 5. — Castoris, idis, cogn. mul. Corp. 6. 24528. — Castorius (a), cogn. v. nom. sing. Christianis scriptorib. usitatum. Corp. 11. 2839. 14. 4156. Adde Augustin. ep. 69., Ennod. ep. 1., Cassiod. 3. Var. 20. 2., Venant. vit. 3. Hil. 4. 14., Greg. M. ep. 2.

CASTŌRĔUS (Castorius), a, um, adject. et

CASTŌRIS, idis, f. 3. V. voc. præc.

CASTRA. V. CASTRUM.

CASTRĪCIUS. V. voc. seq.

CASTRĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Inscr. Rev. arch. 2. ser. XXVIII. 1874. p. 109. Κάστριος. Hinc Castricus in Inscr. chr. Hisp. 350. et Martial. 6. 48. 1. et alib. — Castricius (Καστρίκιος), nom. gent. ab Osc. Kastrikiiesis (V. Schulze, Eig. p. 110. n. 3. 334). Corp. 8. 21443 (in Maur. Cæs.). — Castricia, nom. mul. Corp. 10. 2594 (Puteolis). — Cogn. v. nom. sing. Corp. 14. 794 (Ostiæ) et Castricia, ibid. 33589. — Apud scriptores: M. Castricius, Placentiæ magistratus, qui Cn. Papirio Carboni cos. minitanti se multos habere gladios, et ego annos, respondit (Val. Max. 6. 2. 10). V. integr. loc. — M. Castricius, vir « summo splendore, ingenio et gratia præditus ». Cic. 2. Att. 7. — T. Castricius, rhetor temporibus Hadriani imp. « qui habuit Romæ locum principem declamandi et docendi, summa vir auctoritate gravitateque et a divo Hadriano in mores atque litteras spectatus » (Gell. 13. 22). — Castricius, qui κηπουρικά scripsit, inter fontes Plin. in ind. l. 19. — Castricianus, adj. Cic. Flacc. 23. 54. et 2. Att. 7., Tab. alim. Vel. 2. 56. et Corp. 15. 141. — Hinc etiam Castructius (a), ab Umbr. Castructie; Castrinius (a) et Castronius (a), ap. Schulze, Eigenn. p. 270., 333., 337.

CASTRUM, i, n. 2. nom. comm. loci, proprie muro fossaque muniti (V. CASTRUM in Lex.), dein etiam de civitate seu oppido dicti. Serv. ad Virg. 6. Æn. 766. « Castrum autem civitas est ». Quo sensu usurpatur sive in num. sing. sive in plur., ut in sequentibus, saltem præcipuis, videre est. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Castrum v. plenius Castrum novum. V. infra. — 2.°) Castrum Album, in Hispania, locus insignis clade Hamilcaris, ap. Liv. 24. 41 (Drakenb., Altum P) — 3.°) C. Consilinum in Brattiis, ap. Plin. 3. Hist. nat. 10. 15. (95). — 4.°) C. Bonæ Diæ (Dianæ?) in Dalmatia. Corp. 6. 70. — 5.°) C. Herculis, in Mœsia sup. Jorn. Get. 56. — 6.°) C. Inui, opp. Rutulorum, in Latio prope Ardeam, in colle situm (Cf. Nibby, Anal. I. 447. sqq.), a Pane, qui et Inuus, dictum (Serv. ad Virg. 6. Æn. 776. Castrumque Inui, a Latino Silvio conditum) sive Priapo. — Absolute. Ovid. 15. Met. 727. donec Castrumque sacrasque Lavini sedes Tiberinaque ad ostia venit. Adde Sil. It. 8. 359. Cf. hod. fosso d' Incastro, nom. fluv. — Hinc Castranus, adj. Martial. 4. 60. 1. Ardea solstitio Castranaque (Pæstaque pars codd.) rura petantur. — 7.°) C. Julium, cognominatum Urgia, in Hispania, item Cæsaris Salutariensis. Plin. 3. Hist. nat. 2. 3. (15). — 8.°) C. Laurens, apud Serv. ex Varr. (Virg. 8. Æn. 7) dicta urbs, ab Ænea condita, ubi primum ad litus Laurentinum appulit, quæ ab aliis Troja appellatur. — 9.°) C. Minervæ nobilissimum, hod. Castro, de quo Serv. auct. 3. Æn. 531. — 10.°) C. Mutilum, ad fines Bojorum et Umbriæ, hod. Medolo, ap. Liv. 31. 2. — 11.°) C. Novum. — a) In Piceno, hod. Giulianova, ap. Plin. 3. Hist. nat. 5. 6. (44)., Itin. Ant. p. 308. et Corp. 9. 5016 (Hadriæ). Rav. p. 327. Castronovum (Strab. 5. 241. Καστρουνόουν). — Absolute Vellej. 1. 14. 8. et Liv. epit. 11 (Ptol. 3. 1. 18. Κάστρον). — Hinc Castranus, adj. Lib. col. I. grom. p. 226. 13. — b) In Etruriæ ora, prope Centumcellas, hod. Torre Chiaruccia, colonia. Liv. 36. 3., Mel. 2. 72., Itin. Ant. p. 291., Rav. p. 267., Corp. 11. 3576. — Cum Castro Inui confudit Serv. ad Virg. 6. Æn. 776. — Absolute. Rut. Nam. 1. 227. — Hinc Castronovanus, adj. Corp. 15. 7769. — Incolæ. Corp. 11. 3579. — c) In Callæcia. Conc. apud Lucum a. 569 (Mansi 9. 815). — 12.°) C. Portorium, « quo in loco oppidum nunc est » Liv. 32. 7. De nomine et situ vd. Hülsen, PW. 3. 1767. — 13.°) C. Truentinum, in Piceno, ad lævam fl. Truenti (Tronto), hod. Torre Segura, ap. Pomp. Cic. 8. Att. 12. Cæsarem Firmo progressum in Castrum Truentinum venisse. Adde Corp. 9. 5185. et Tab. Peut. 5. ¶ 2. In plur. num. — 1.°) Castra a) In Dalmatia v. Pannon. sup. Tab. Peut. 6. — b) In Rætia. Itin. Ant. p. 259.: incertum utrum de Castris Batavis, an de Reginis agatur. — c) In Macedonia. Itin. Ant. p. 330. — d) In Africa. Tab. Peut. 2. — e) In India. Itin. Burdig. p. 560. — 2.°) C. Ælia, opp. ad Hiberum fl. Liv. frg. 22. — 3.°) C. Batava, opp. Vindeliciæ, hod. Passau. V. BATAVI. — 4.°) C. Hannibalis — a) Portus Magnæ Græciæ in Bruttiis. Plin. 3. Hist. nat. 10. 15. (95). — b) In Campania prope Capuam. Tab. Peut. 6. — c) In Apuliæ. Rav. Guid. p. 487., qui locus Materiæ dicitur, hod. Matera. — 5.°) C. Herculis — a) In Batavis. Ammian. 18. 2. 4. — b) In Pannonia. Not. Dign. or. 32., Itin. Ant. p. 266. — 6.°) C. Judæorum, in Ægypto sub duce Thebaidos. Not. Dign. or. 31. — 7.°) C. Martis, opp. Daciæ Ripensis. Ammian. 31. 11. 6. — Hinc Castramartinus, adj. Jorn. Get. 265. — 8.°) C. Maurorum, opp. Mesopotamiæ, fortasse pro Mororum, apud Ammian. 18. 6. 9. et 25. 7. 9.; Arabes enim vocant Kepharmuta, sc. pagus mororum. — 9.°) C. Nova opp. — a) In Mauretania Cæs. Itin. Ant. p. 37. — Hinc Castranobensis, adj. Not. episc. Maur. Cæs. 74. — b) In Dacia Maluensi, hod. Caracal (Desjardins in Ann. d. Ist. arch. 1868. p. 87). — 10.°) C. Postumiana, opp. in Hispania ult., fort. hodie Castro el Rio, ap. Auct. B. Hisp. 8. 6. — 11.°) C. Pyrrhi — a) Locus in Triphylia terræ Molottidis. Liv. 32. 13. — b) Item locus præter Lacedæmonem. Id. 36. 27. — 12.°) C. Regina, opp. Rætiæ dictum a fl. Regino (Regen), hodie Regensburg, in Itin. Ant. p. 250. — 13.°) C. Rubra, opp. Thraciæ. Tab. Peut. 8. — Addimus tantum aliorum nomina, uti sunt Alexandri, Augustoflaviensia, Castrabariensia, Cæcilia, Constantia, Cornelia, Delia, Felicia, Galbæ, Gemina, Manuaria, Minervæ, Rapida, Servilia, Severiana, Taranamusa, Tigava, Trajana, Tricornia, Vinaria. — Hinc Castranus, adj. V. supra. — Castrensis, adj. Corp. 6. 29692.; et cogn. (in tit. sæpe Castresis). — a) Virorum (in Africa frequentius quam alibi, ubi magnus est numerus castrorum et castellorum). Corp. 6. 635 (a. 141)., 18657., 20767. etc. — b) Mulierum. Corp. 6. 18307., 36499.

CASTŪLO, ōnis, m. 3. oppidum Hispaniæ Tarrac., conventus Carthaginiensis, in finibus Oretanorum, in regione montosa et silvosa Castulonensis saltus, hod. Sierra di Segura, cum magnis plumbi fodinis, memoratum sæpe in bellis Carthaginiensium cum Romanis, municipium. Cæs. 1. B. C. 38., Liv. 22. 20. et alib., Mel. 3. 17.; 25. 29., Corp. 2. 4982., Sil. It. 3. 97., coll. Strab. 3. 142. sq., Ptol. 2. 6. 59. et Plut. Sert. 3. — Hinc Castulonensis (V. supra) et Castulonenses, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25). et Corp. 32. 265.

CASTUS, i, m. 2. nom. vir., quod invenitur ubique, perraro tamen Corp. 2., plus decies 3., 5. et 10., persæpe 6. et 8. - Kastus in Corp. 6. 3297. — Apud auctores: Castus, dux servorum in bello servili, a Licinio Crasso profligatus. — Etiam nom. canis. Corp. 8. 10891. — Casta, uxor Cæcilii Classici proconsulis Africæ. Plin. 3. ep. 9. 29. — Hinc Castius, Castio, Castinus, Castinius, Castonius (Castolus), Castulinus etc. in Corp. 12. 2912.; 13. 10017. 30. et alib.

CĂSŪĀLIS, is, m. 3. cogn. Fortunæ. Corp. 3. 10265 (in Pann. inf.).

CĂSŪENTĪNI, ōrum, m. plur. 2. gens Umbriæ, ab opp. Casuento dicta. Corp. 11. 4209 (Interamnæ a. 240). V. Nissen, Ital. Landesk. II. 206. et Schulze, Eigenn. p. 585. — Plin. vocat Casuentillanos.

CĂSŪENTUS, i, m. 2. fluvius Italiæ in regione III. Lucaniæ, hod. Basiento, influens in sinum Tarentinum ad Metapontum. Plin. 3. Hist. nat. 11. 15. (97).

CASUS (Casos), i, m. 2. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Fluvius in Asia minore australi. Liv. 38. 14. — 2.°) Item fluvius, in mare Caspium influens. Plin. 6. Hist. nat. 13. 15. (39). — 3.°) Insula montosa maris Ægæi, ex Sporadibus, inter Cretam et Carpathum, hod. Kasos, cujus opp. caput cognomine, cum portu, Athenarum socium fuit sæc. V. a. Chr. Plin. 4. Hist. nat. 12. 18. (70). et Corp. 12. p. 173., coll. Ptol. 5. 2. 32. ¶ 2. Est etiam nom. vir. Corp. 8. 23448 (in prov. Byz.). — Hinc Casa, Casuus (a), Casulus, Casulejus (a), Casulo, Casulanus, Casullinus, Casatus, Casattus, Casellius, Casurus, Casurius, Casucius, Casuna etc. V. Corp. et Schulze, Eigenn. p. 147., 148., 257. adn. 1.

CĂTĂBĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Καττάβανεῖς v. Κοτταβανοί) gens Arabiæ Felicis ad fauces et trajectum Arabici sinus, unde eis nom. a καταβαίνω, descendo, cui tamen etymo obstat duplex τ in voc. Gr. Memorantur Solin. 33. — Collective, Prisc. perih. 889. et Avien. perih. 1137.

CĂTĂBATHMOS et Catabathmus, i, m. 2. (Καταβαθμός, locus declivis, a καταβαίνω, descendo) ¶ 1. Est vallis devexa inter Africam et Ægyptum. Mela 1. 40., Sall. Jug. 17., Solin. 27., Plin. 5. Hist. nat. 5. 5. (32). ¶ 2. Item mons v. montes. Oros. 1. Hist. 2. Ægyptus incipit a civitate Paretonio et montibus Catabathmon (= Καταβάθμων). ¶ 3. Item oppidum duplex, sc. Catabathmus major, ad Cyrenaicam, limes prov. Rom. Afric. imperatorio ævo, Sall. Jug. 17. et 19., Mela 1. 39 (Ptol. 4. 5. 4. Καταβ. μέγας), et Catabathmus minor, ibidem ad orient. prom. Paretonii (Ptol. 4. 5. 32. Καταβ. μικρός). Cf. Tschuck ad Mel. loc. cit.

CĂTĂCUMBÆ, ārum, f. plur. 1. Vox est a κατά, sub, et κύμβος, effossio, v. cumba a cubo « jaceo » quasi sit hybrid. κατα-cubitoria: vel a τύμβος, ut ab aliis deducitur: sic catatumba(-tymba) legitur in Lib. pont. l. 40. sqq. — Est autem nom. loci, ubi situm erat cœmeterium, quod olim ad catacumbas, in via Appia non procul a muris hodiernis Romæ, nunc vero ad s. Sebastianum appellatur; non itaque nom. cœmeterii proprie dicti seu cœmeteriorum commune, ut ex ipsa dictione manifestum est (V. De Rossi, Roma Sott. I. p. 236-245). Sic in hist. transl. s. Seb. c. 6. « Loco, qui ob stationem navium Catacumbas dicebatur ». Item Circus Maxentii in Catacumbas ap. Chronogr. a. 254. in chron. min. ed. Momms. I. 148. Greg. M. ep. 4. Ad secundum urbis miliarium in loco, qui dicitur Catacumbas. Pass. Petr. Paul. long. 66. Comprehenderunt eos in loco, qui dicitur Catacumba, via Appia miliario tertio. Cf. etiam Schultze, Die Katakomben 89. Minus igitur recte Martigny (D. C. a. Catac.) scribit: « Les catacombes sont des souterrains creusés par les premiers chrétiens pour y déposer leurs morts etc. ». Non tamen infitiamur aliquando et pro tumulo v. sepulcro accipi posse (V. CATACUMBA in Lexico), dummodo certum illud habeatur, ut viri docti tradunt (De Rossi, Marucchi, Costantini, al.), catacumbas, hoc sensu acceptas, intelligendas non esse de cœmeteriis communibus, sed christianorum propriis omnino.

CĂTĂDŪPA, ōrum, n. plur. 2. (Κατάδουπα) locus in Nilo (alio nomine Catarractes Nili) « ubi (hoc flumen) - præcipitatur ex altissimis montibus » (inde Macr. 2. Somn. 4. 14. Si Nili Catadupa ab auribus incolarum amplitudinem fragoris excludunt), it. le Catadupe v. Catarratte: a κατά et δοῦπος, rumor, strepitus. Ex his decima et ultima ad septentr. hod. Schellâl dicitur. — Hinc accolæ Catadupi (Κατάδουποι) dicti Plin. 5. Hist. nat. 9. 10. (54). et Ammian. 22. 15. 2.

CĂTĂDŪPI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. præc.

CĂTALAUNI (Catelauni et Durocatelauni), ōrum, m. plur. 2. populus Galliæ Belgicæ et oppidum ejusd. nominis, hodie Châlon-sur-Marne. Cf. Holder, Altcelt. Spr. I. 868 (Catuvellauni, ubi etiam nummorum inscriptiones collectæ sunt). Memorantur Eutr. 9. 13., Ammian. 15. 11. 10. et 27. 2. 4., Not. Gall. 6. 3. chron. I. p. 590., Corp. 13. 1. p. 542. — Hinc Catalaunicus, adj. Paneg. 8. 4. Clades Catalaunica. Jorn. Rom. 192. Campi Catalaunici, qui et Mauriaci nominantur. Cassiod. chron. II. p. 157. 1253. Romani, Ætio duce, Gothis auxiliaribus, contra Attilam in campo Catalaunico pugnaverunt. — Catalaunensis, adj. Greg. Tur. 5. Franc. 40.

CĂTALAUNĬCUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CĂTĀLI, ōrum, m. plur. 2. populus Inalpinus, Histriam incolens. Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (133). Incolæ Alpium multi populi sed illustres a Pola ad Tergestis regionem Fecusses, Subocrini, Catali etc. Decret. Terg. (Corp. 5. 532. et Pli) 2. 8. « Uti Carni Catalique attributi a divo Augusto rei publicæ nostræ - in curiam nostram admitterentur ac per hoc civitatem Romanam apiscerentur ».

CĂTĂMĪTUS, i, m. 2. corrupte pro Ganymedes. V. CATAMITUS in Lexico et GANYMEDES.

CĂTĂNA et deriv. V. CATINA.

CĂTĂŌNES, um, m. plur. 3. (Καταόνες) gens Cappadociæ. Curt. 4. 12. 11. a Cataonia (Καταονία) dicti, regione Cappadociæ ad fines Ciliciæ, fertilissima et una ex decem præfecturis tempore Romanæ dominationis. Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (127). et alib. et Nep. Dat. 4.

CĂTĂŌNĬA, æ, f. 1. V. voc. præc.

CĂTĂPHRŌNĬUS (Catafronius), ii, m. 2. nom. fictum a καταφρονέω, contemno. Memoratur Cod. Theod. 8. 6. 31 (a. 370). Ad Catafronium vicarium Italiæ. — Cataphronia, cogn. amitæ poetæ Ausonii 185. tit. Julia Cataphronia.

CĂTĂPHRȲGES, um, et Cataphrygæ, arum, m. plur. nom. hæreticorum a Phrygia factum, ubi primum orti sunt (οἱ κατὰ Φρύγας Eus.). Ps. Tertull. hær. 7. Hæretici, qui dicuntur secundum Phrygas. Hinc Hieronym. chron. a. Abr. 2187. Pseudo-prophetia, quæ Cataphrygas (indecl.) nominatur, accepit exordium auctore Montano et Priscilla Maximillaque. Rufin. apol. Orig. 1. p. 556. Requisierunt - utrum hæresim an schisma oporteat vocari eos, qui Cataphrygæ nominantur. Augustin. prædest. 1. 27. Unum sunt cum Cataphrygis Pepuziani, a Villa Pepuza, quam ii Jerusalem appellabant - Cataphryga, sing. Rufin. hist. 2. 25. — Sæc. II. ca. a. 170. in Phrygia apparuerunt, de quibus ita Prosp. chron. seu potius Augustin. (Cf. c. Faust. 32. 17. et ep. 237): « Montano auctore, Prisca Maximillaque insanis vatibus - adventum Spiritus Sancti a Domino promissum in se potius, quam in Apostolos, fuisse asserunt. - Secundas nuptias pro fornicationibus habent - sacrificia perhibentur habere funesta etc. » et Ambrosiast. in I. Tim. 3. 11. « Cataphrygæ - etiam ipsas diaconas ordinari debere - defendunt ». V. MONTANUS. — Horum errores propugnavit Tertullianus (Augustin. de bon. vid. 4); sed impugnarunt Apollonius (Hieronym. vir. ill. 40) et Apollinaris (Rufin. ex Eus. H. E. 5. 15. et 16), damnavitque Concilium, ap. Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ habitum (Dionys. Exig. cod. Can. 111).

CĂTĂRACTŌNĬUM, ii, n. 2. (Κατουρακτόνιον) et Cataracto, onis, m. 3. opp. Brigantum in Britannia Romana, hodie Catterick, memoratum Itin. Ant. p. 468. et Rav. p. 431.

CĂTELAUNI. V. CATALAUNI.

CĂTHĂRI, ōrum, m. plur. 2. (Καθαροί: a καθαρός, *mundus, purus.* - Genet. *Catharon* pro *Catharorum* habet *Mar. Merc.*) hæretici Novatiani. *Rufin. hist.* 10. 6. Catharos, qui apud nos Novatiani sunt, si forte pœnitentes ad Ecclesiam convertentur. *Augustin. hær.* 38. Catharæ sive Novatiani, qui se ipsos isto nomine quasi propter munditiam superbissime atque odiosissime nominant, secundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant, Novatum sectantes hæreticum. *et agon.* 31. 33. qui nomen suum vellent agnoscere, mundanos se potius quam mundos vocarent.

CĂTHĂRISTÆ, ārum, m. plur. 1. quidam e secta Manichæorum quasi purgatores (a καταρίζω, *purgo*) «tanta eam *(dei sui partem)* purgantes diligentia ut se nec ab hac tam horrenda cibi turpitudine abstineant» *(Augustin. prædest.* 1. 46).

CĂTĬLĪNA, æ, m. 1. (Κατιλίνας) Cf. *Catulinus* v. *Catulinā* (V. *Wölfflin, Archiv. I.* 277. *sqq.*); *Catilina* persæpe in codd.

Catilina, cogn. in gente *Sergia*, e cujus prognatis famosus exstitit L. Sergius, sæpius *Catilina* absolute vocatus, patritius Rom., conjurationis auctor in rem publicam, quam teterrime delevisset, nisi Ciceronis consulis sagacitate, fortitudine, eloquentia detecta et quasi fulmine perculsa fuisset. ¶ 1. De eo *Vellej.* 2. 34. 3. Cicero consul Sergii Catilinæ Lentulique et Cethegi et aliorum utriusque ordinis virorum conjurationem aperuit. (Hinc *Lucan.* 7. 63. *de Cic.* cujus sub jure togaque Pacificas sævus tremuit Catilina secures). *Cic.* 1. *Cat.* 1. 3. Catilinam orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem. *et* 2. *Cat.* 1. 1. furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, urbi ferro flammaque minitantem. et *Cæl.* 5. 12. Habuit enim ille - permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum - neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque et inter se pugnantibus naturæ studiis cupiditatibusque conflatum. *Sall. Cat.* 5. L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis sed ingenio malo pravoque. *Virg.* 8. *Æn.* 668. ostia Ditis et scelerum pœnas et te, Catilina, minaci Pendentem scopulo furiarumque ora trementem. — In plur. num. *Senec. dial.* 10. 5. M. Cicero inter Catilinas, Clodios jactatus Pompejosque et Crassos. — Postquam, conjuratione detecta, ejus complices in carcere Tulliano strangulati fuerunt et ipse Roma effugere potuit, exercitum collegit, quo urbem vi caperet ac dirueret; sed prope Pistorium, a Petrejo profligatus, dum in mediam aciem pugnando desperatus se conjicit, percussus periit a. 62. a. Chr. (V. *Pall.* in *Cat.*). — Ciceronis orationes IV. in Catilinam grammatici *invectivas* vocant, ut *Prisc. gramm. II.* 410. 11. et *Audax gramm. VII.* 354. 27.; quas scrupulosi quidam critici recentiores, ut *Morstadt, Zimmermann, Ahrens, Hinrichs, Drumann, Orelli, Bake, al.,* præeunte *Wolfio,* vel ex parte vel omnino, spurias esse contenderunt, repugnantibus *Boot, Ephkema, Karsten, Franke, al.* cumque iis communi saniorum sensu (Cf. *Teuffel* et *Schanz).* ¶ 2. De aliis — *a)* Et quidem similibus. *Juvenal.* 14. 41. Catilinam quocumque in populo videas. *Gallican. Avid.* 3. Avidius fuit his moribus ut nonnumquam trux et asper videretur, aliquando mitis et lenis - nec defuerunt qui illum Catilinam vocarent. — In plur. num. *Cic.* 2. *Cat.* 10. 23. Seminarium Catilinarum. *et* 4. *Att.* 3. Omnes Catilinas, Acidinos. Adde *Senec. cons. ad Marc.* 20. — *b)* Ejusdem cognominis. *Sil. It.* 15. 448. Sic *Lyd. mag.* 1. 47. — Hinc *Catilinianus,* adj. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 51. 52. (137). Catiliniana prodigia *(al.* Catilinaria). — *Catilinarius,* adj. *Prisc. gramm. II.* 370. 18. Catilinarium bellum. — *Id. ibid.* 358. 15. Sallustius in Catilinario.

CĂTĬLĪNĀRĬUS, a, um, adj. *V.* voc. præc.

CĂTĬLĬUS, ii, m. 2. (Catus) Scribitur etiam *Cattilius* et *Catilius* in *Corp.* 7. 1380. 9. et 8. 8289. Gr. Κατίλιος et Κατίλλιος. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) *Catilius,* «homo unus omnium crudelissimus, qui tot ingenuos, matresfamilias, cives R. occidit, abripuit, disperdidit, regiones vastavit» *(Vatin. Cic.* 5. *Fam.* 10). — 2.°) *L. Catilius Severus,* proavus maternus imp. Marci *(Capitolin. Aur.* 1), quem ab eo, qui bis consul et præfectus urbis fuit, cl. *Marini* cum aliis distinguit *(Fr. Arv. p.* 856). De eo *Spartian. Hadr.* 24. Antonini adoptionem plurimi tunc factam esse doluerunt, specialim Catilius Severus præfectus urbi, qui sibi præparabat imperium; qua re prodita, successore accepto, dignitate privatus est. — Hujus nomine accepit Marcus, qui postea imperavit *(Capitolin. Aur.* 1., coll. *Dion.* 69. 21). — 3.°) *Cn. Catilius Severus,* cognatus Alexandri Severi imp. et inter eos, qui in consiliis illius fuerunt «vir omnium doctissimus» *(Lamprid. Alex.* 68). ¶ 2. In titulis, nom. frequens in urbe Roma, rarum alibi. *Corp.* 6. 2224., 11082., 14581. — *Catilia,* nom. mul. *Corp.* 6. 4916. — Adde *Catillus* et *Catilus,* cujus prima syllaba longa (sed brevis ap. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 100) et secunda item longa (sed brevis ap. *Horat.* 1. *Od.* 18. 2). Traditur plerumque *Cathillus, Cattillus, Catthillus.* De eo *Solin.* 8. «Catillus enim, Amphiarai filius, post prodigialem patris apud Thebas interitum, Œclei avi jussu cum omni fetu ver sacrum *(al.* vel sacro) missus tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coram, Catillum, qui, depulsis ex oppido Siciliæ veteribus Sicanis, a nomine Tiburti fratris natu maximi urbem vocaverunt». Hinc *Horat. loc. cit.* «circa mite solum Tiburis et mœnia Catili». — *Mons Catilli,* juxta Tibur, hodie *monte Catillo,* ap. *Vib. Seq. p.* 155. — Adde etiam *Catianus, Catienus, Catidius* etc. a *Catius,* quam voc. *V.*

CĂTĪNA, æ, 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. oppidum Siciliæ, prope Ætnam, inter Tauromenium et Syracusas, trib. *Claudia,* hod. *Catania* (Gr. Κατάνη, unde et *Catane* ap. *Sil. It.* 14. 196): ætate posteriore sæpe scriptum *Catena* et *Cathena,* ap. *Marcell. auct. chron. II. p.* 104. et *Greg. M. ep.* 6. et 9. — Etiam *Catana* quidam leg. ap. *Auson. clar. Urb.* 21. — *Catania* ap. *Rav. p.* 402., unde *Cataniensis* in *Ep. pontif. Loewenfeld, Pelag.* 26. et *Guid. p.* 495 «Cataniam, quam splendidissima Agathe æque virgo et martyr Christi sanctificat». Memoratur *Mel.* 2. 117. Catinam, illustre oppidum. *Expos. mund.* 66. Civitates - splendidas Syracusam et Catinam, in quibus spectaculum circensium bene complentur. *Cic.* 3. *Verr.* 83. 192. *et* 4. *Ibid.* 23. 50. Catina oppidum honestum, locuples et copiosum. *Sil. It.* 14. 196. Tum Catane, nimium ardenti vicina Typhœo *(h. e.* Ætnæ) Et generasse Pios quondam celeberrima fratres *(h. e.* Amphinomum et Anapia, qui parentes suos humeris sublatos per medias Ætnæ flammas portarunt: cf. *Solin.* 11. et *Val. Max.* 5. 4. 4). — Fuit a Chalcidensibus Naxi ca. a. 730. a. Chr. condita, patria Charondæ et Stesichori sedes; Hieroni I. aliquando subjecta, a. 476., dein libera ac prospera; iterum ab Atheniensibus capta, mox vero, a. 408. a Dionysio Syracusano occupata, qui eam Campanis tradidit habitandam; dein a tyrannis oppressa, postremo Romanorum ditioni obnoxia a. 491., a quibus eo colonia deducta est sub Augusto, florentissima usque ad imperii finem; sed pluries terræmotibus olim et eruptionibus Ætnæ afflicta, præcipue a. 121. a. Chr. *Eutr.* 2. 19., *Liv.* 27. 8., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (88. sq.)., *Cic.* 2. *Verr.* 75. etc., *Corp.* 10. *p.* 270. et 992., coll. *Diod.* 11. 49., *Strab.* 6. 268. *sq., Ptol.* 3. 4. 9., *Thuc.* 6. 3. etc. — De ejus nummis vd. *Eckhel* 1. *p.* 203. et *Head,* 130. — Hinc *Catinensis (Catenensis* et *Catanensis),* adj. et incolarum vocabulum. *Cic.* 13. *Fam.* 30., *Solin.* 5., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 31., *Cassiod.* 3. *Var.* 49. *in lemm.* — *Eutr.* 2. 19 (a. 263. a. Chr.) Tauromenitani, Catinenses et præterea quinquaginta civitates in fidem *(Rom.)* acceptæ. — Ob effeminatos tamen mores olim eos male audisse argui potest ex illo *Juvenal.* 8. 16. «Si tenerum attritum Catinensi pumice lumbum etc.». *Schol. ad l.* Catina, oppidum Siciliæ, usque ad probra dissolutum notatur. ¶ 2. Etiam nom. vir. *Hieronym.* in *Ezech.* 1. 7. Legi et cujusdam Catinæ, quem Syri λεπτόν, id est acutum et ingeniosum vocant, brevem disputatiunculam.

CĂTĪNENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

CĂTINNA, æ, m. 1. nom. gent., quod ex terminatione *-inna* deducitur esse Etruscum; hæ namque in *-inna, -ina, -enna -arna* et *-erna* sunt orig. Etr., ut Umbr. in *-anas, -enas;* Sabin. et Osc. in *-acus, -enus;* Illyr. v. Lusit. in *-ieus;* Celt. in *-acus;* Latin. in *-ius, -ejus, -ajus, -ceus, -eus* et *-inus. Corp.* 6. 32520 *(s.* 144). *V.* voc. seq.

CĂTĬUS, ii, m. 2. (Catus) Scribitur etiam *Cattius* et quidem sæpe: *Corp.* 6. 23623.; et *Cattia* fem.: *Corp.* 6. 34803 *(Kattia* 5. 3555); unde *Cattianus (Kattianus)* subst. et adj. *Corp.* 5. 3555. et *Inscr. chr. De Rossi II. p.* 418. 18. Cf. *Schulze, Eig. p.* 76. et 423. — Catius ¶ 1. Est nom. vir. — 1.°) Apud scriptores: *Q. Catius* ædilis pl. cum L. Lucio Porcio Licino, a. 210. a. Chr., qui «ex multaticio argento signa aenea ad Cereris dedere et ludos pro temporis ejus copia magnifici apparatus fecerunt» *(Liv.* 27. 6). — *T. Catius,* Insuber, philosophus Epicureus, qui «quattuor libros de rerum natura et summo bono» scripsit *(Acr. et Porphyr.* in *Horat.* 2. *Sat.* 4). De eo etiam *Quintil.* 10. 1. 124. et *Cic.* 15. *Fam.* 16. — *Ti. Catius Fronto* (plenius *Ti. Catius Cæsius Fronto),* cos. suff. cum M. Calpurnio Flacco a. 97. p. Chr., sub quo mortuus est Domitianus imp. et successit Nerva, de quo idem *Catius* apud *Dion* 68. 1. «Malum quidem esse (inquit), imperatorem habere, sub quo nemini liceat quidquam facere; sed multo pejus esse, quum omnia liceant omnibus». — Fuit orator insignis et «movendarum lacrimarum peritissimus» *(Plin.* 2. *ep.* 11). — *Ti. Catius Silius Italicus.* V. SILIUS ITALICUS. — 2.°) In titulis, nom. in Galliis Cisalp. et Narb. frequens, alibi rarius, in Africa nullum. *Corp.* 6. 125., 760., 3105. etc. — *Catia,* nom. mul. *Corp.* 14. 3861. — Hinc *Catialis,* adj. *Gloss. Plac. V.* 15. 36. Catialem collem ubi nunc lacus Fundani est dictus a Catio, cujus fons erat eo loco (V. *Goetz* ad *l.*): pars Quirinalis, unde ortus est Catii fons. V. *Jordan-Hülsen, Top. I.* 3. 402. — *Catianus,* adj. de Catio Epicureo, ap. *Cic.* 15. *Fam.* 16. — Cogn. vir. *Martial.* 6. 46. 2. et *Corp.* 5. 5447. ¶ 2. Est etiam *Catius pater,* nom. dei, a nom. gent. ortum. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 21. — Fortasse ab hoc dictus *Catii fons* et *collis Catialis.* V. supra.

CĂTO, ōnis, m. 3. (Κάτων, ωνος) Scribitur *Cathon* cum aspiratione *Rav. p.* 18. «Cathon atque Jamblichus hujus mundi philosophi». — *Frg. Cens.* 13. 2. Pyrrichius ex duabus brevibus, cujus exemplum *Cătŏ,* sed *Cătō* in cæsura: *Virg.* 6. *Æn.* 841. — Etymon ita deducit *Donat. Ter. Andr.* 855. «Catus» callidus, doctus, ardens, παρὰ τὸ καίειν, unde et Cato dictus. Sic et *Varro* 7. *L. L.* 3. et *Prisc. gramm. II.* 121. a voce Sabin. *Catus* derivant (V. *Schulze, Eig. p.* 315. et 418. *adn.* 3).

Cato, cognom. celebre in gente Porcia ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Generatim *Porcii Catones* dicitur de tota familia. *Gell.* 13. 20. 2. *sqq.* — 2.°) Specialim — *a)* M. Porcius Cato major, *Censor* v. *Censorius* dictus ex nimia severitate, qua hunc magistratum exercuit, Tusculi natus, quæstor, ædilis, prætor, consul et censor, a. U. C. 520-605 = 234-149. a. Chr. *(Schanz, Röm. Litt.* [3] *I.* 1. 241. *sqq.).* Memoratur — α) Proprie. *Cic.* (ubique omisso gentilicio) 1. *Orat.* 37. 171. Quid vero ille M. Cato? nonne et eloquentia tanta fuit, quantam illa tempora atque illa ætas in hac civitate ferre maximam potuit, et juris civilis omnium peritissimus? *et* 3. *ibid.* 33. 135. Quid enim M. Catoni præter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam defuit? *et* 6. *Verr.* 180. Fortissimum virum et illis temporibus doctissimum M. Catonem illum senem. *et* 5. *ibid.* 70. 180. hominis sapientissimi et vigilantissimi - qui virtute, non genere, populo commendari putaret - ad summam senectutem summa cum gloria vixit. *et Planc.* 8. 20. M. Catone illo in omni virtute principe. Cf. *Brut.* 17. 68. *Horat. ars p.* 55 (coll. 2. *Ep.* 2. 117). cum lingua Catonis et Enni Sermonem patrium ditaverit et nova rerum Nomina protulerit. *Liv.* 34. 5 *(verba L. Valerii).* M. Catonem oratorem non solum gravem sed interdum etiam trucem esse scimus omnes. *Id.* 39. 40. Censuram petebant - patricii, plebeji - sed omnes pa-

tricios plebejosque nobilissimarum familiarum M. Porcius longe anteibat. *Id. ibid.* Asperi - animi et linguæ acerbæ et immodice liberæ fuit, sed invicti a cupiditatibus animi, rigidæ innocentiæ, contemptor gratiæ, divitiarum. *V.* integr. loc. *Plin.* 25. *Hist. Nat.* 2. 2. (4). M. Cato omnium bonarum artium magister. *Quintil.* 12. 11. 23. M. Cato idem summus imperator, idem sapiens, idem orator, idem historiæ conditor, idem juris, idem rerum rusticarum peritissimus fuit. *Ampel.* 19. Hic *(Cato)* est omnium rerum peritissimus et, ut Sallustio Crispo videtur, romani generis disertissimus. *Gell.* 6. 3. 53 *(de Catonis eloquentia).* Ea omnia *(Cato)* distinctius numerosiusque fortasse an dici potuerint, fortius atque vividius potuisse dici non videntur. *Heges.* 5. 27. Cato Romanæ assertor facundiæ et veritatis sincerus interpres. — Epitheta: antiquus *Manil.* 5. 453.; priscus *Horat.* 3. *Od.* 21. 11.; vetus *Lucil.* 478.; magnus *Varr.* 1. *R. R.* 2. 28.; sapiens *Cic. div. in Cæcil.* 66. et *alib.;* censorius *Senec. dial.* 7. 21., *Colum.* 1. 1. 12., *Tac.* 3. *Ann.* 66 (cui censorii cognomentum castior vitæ indidit cultus *Ammian.* 16. 5. 2); durus *Juvenal.* 11. 90.; intonsus *Horat.* 2. *Od.* 15. 11. — In plur. num. *Cic.* 2. *leg. agr.* 24. 64. Catones, Phili, Lælii, quorum sapientiam - perspexeratis. *et Mur.* 8. 17. Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis fortissimis viris. — β) Metonymice, de viro priscæ simplicitatis. *Cic.* 16. *Att.* 1. Q. filius mihi pollicetur se Catonem *(fore).* — Item de viro gravi, severo, constanti et integris moribus. *Lamprid. Alex. Sev.* 68. Fabius Sabinus alter sui temporis Cato. *Juvenal.* 2. 40. Tertius e cœlo cecidit Cato. *h. e.* post duos numeratos, proverb., ut cum Sapientum octavus *Horat.* dicitur. — In plur. num. *Senec. ep.* 118. Scio apud te Catones repelli, Vatinios fieri. — γ) Item de homine moroso ac difficili. *Phædr.* 4. 7. Quid ergo possum facere tibi, lector Cato, Si nec fabellæ te juvant nec fabulæ? — *Contenti simus hoc Catone,* proverb. erat Augusti, quoties ad præsentia ferenda, quæcumque essent, hortabatur *(Suston. Aug.* 87). — Fuit primus prosæ orationis scriptor proprie dictus ac primus ex Romanis, qui orationes habuerit ediderilque plures, ex quibus CL. Cicero noverat, nos tantum fragmenta vel argumenta LXXX. ab an. consulatus et ultra; attamen II. sæc. legebantur *(Spartian. Hadr.* 16. Hadrianus Ciceroni Catonem prætulit), immo et IV. sæc. notæ erant Servio (ad *Virg.* 7. *Æn.* 259. et 11. *ibid.* 301) et Mario Victorino *(Boeth.* in *Cic. Top. I. p.* 271. *Or.).* Præterea «senex historias scribere *(primus Romanorum)* instituit, earum sunt libri VII.: primus continet res gestas regum populi Rom.; secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit Italica; ob quam rem omnes *Origines* videtur appellasse; in quarto autem bellum Pœnicum est primum; in quinto secundum - reliquaque bella pari modo persecutus est etc.» *(Nep. Cat.* 3. *sq.,* coll. *Dion. ant.* 1. 11., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 842. et *Plut. Cat.* 25). Eas *Plinius senior* vocat *Annales,* earumdemque fragmenta colleg. *Krause p.* 89., *Roth p.* 266-288., *Jordan p.* 3-30., coll. *p. XIX-LXI., al.* Addenda *præcepta ad filium,* ad quæ fortasse pertinet *carmen de moribus (Gell.* 11. 2. 2); item «multa multorum facete dicta ut ea, quæ a sene Catone collecta sunt, quæ vocant Ἀποφθέγματα» *(Cic.* 1. *Off.* 29. 104). Sed qui ætatem tulit, est liber *de re rustica,* si tamen genuinus et integer ad nos usque pervenit (Cf. *Varr.* 1. *R. R.* 2. 28. et *Cic. Cat.* 15. 54. et ex recentioribus *Klotz, Ann. Jahn, Suppl. X.; Keil, Obs. crit.* etc. *in Cat.* etc. et *Nitzsch* in *Giorn. Arch. n.* 62-64. *p.* 493-511). — De ejus autem vita et moribus, præter veteres *Cic., Nep., Plut.,* consulas *Drumann, Rom. V. p.* 97-148.; *Mommsen, St. Rom. I. p.* 846. *sq.; A. Cima, L'eloquenza latina prima di Cicerone,* Roma 1903.; *Pl. Fraccaro, Sulla biografia di Catone Maggiore sino al consolato e le sue fonti* in *Atti e Mem. della R. Accad. Virgil. di Mantova, N. S. vol. III.* (1910) e *Catoniana* in *Stud. stor.* etc. *vol. III. p.* 241-286. — *b)* Catonis hujus filii, sc. — α) Porcius Cato Licinianus, ad quem pater scripsit libros præceptorum *(Cic. Cat.* 28. 84., *Justin.* 32. 2. 1). — β) M. Cato Salonianus, ita appellatus a Salonio, avo materno *(Gell.* 13. 20. 9), cujus filii L. Porcius Cato, cos. a. 89. a. Chr. *(Cic. Font.* 15. 33., *Vellej.* 2. 16. 4. et *Flor.* 3. 18. 13) et M. Porcius Cato, trib. pl. *(Inscr. Babelon II. p.* 371., *Cic. Brut.* 62. 222., *Val. Max.* 8. 2. 1. et *Gell.* 13. 20. 14). — *c)* M. Porcius Cato (minor) hujus filius et majoris pronepos, dictus, ut ab eo distingueretur, *Uticensis* et etiam *Prætorius* (a. 95-46. a. Chr.). De eo *Cic. Mur.* 2. 3. M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti et diligentissime perpendenti. *et ibid.* 26. 54. M. Catoni, homini in omni virtute excellenti. *et* 13. *Phil.* 14. 30. Prætoriorum princeps M. Cato idemque omnium gentium virtute princeps. *et Brut.* 31. 118. Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem. *et* 1. *Att.* 17. heros - ille noster. *et* 2. *ibid.* 5. unus pro centum millibus. *Senec. dial.* 1. 2. virtutium viva imago. *Lact.* 3. 18. 8. Romanæ sapientiæ princeps. — Epitheta: alter *Senec. ep.* 94.; consummatus *Martial.* 1. 8. 1.; durus *Lucan.* 2. 380.; invictus 9. 18.; magnus *Martial.* 1. 78. 9.; rigidus *Claudian. carm.* 22. 382.; severus *Martial.* 1. *præf.;* invictus *Lucan.* 9. 18.; insignibus clarus pugnis *Liv.* 89. 40.; prætorius *(opp.* censorius) *Ampel.* 19.; sanctus *Lucan.* 6. 311.; Uticensis *Schol. Hor.* 1. *Od.* 12. 35. — *Val. Max.* 2. 10. 8. Catonis virtus effecit ut quisquis sanctum et egregium civem significare velit, sub nomine Catonis definiat. — In plur. num. *Senec. ep.* 60. Catones Scipionesque et alios, quos audire cum admiratione consuevimus, supra imitationem positos putamus. — Fuit ardentissimus nobilitatis et Cæsaris adversarius, quem timebat rei publ. Rom. eversorem; cum Pompejanis fortiter contra eum, sed frustra, pugnavit, dum Uticæ obsessus, convocato senatu, post varia consilia, desperatis jam rebus, sibi mortem conscivit *(Appian. B. C.* 2. 99., *Plut. vit. Cat. Utic.* 70., *Hirt. B. a.* 88), a. 46. a. Chr., ne cogeretur a Cæsare veniam supplex postulare, superbi quidem simulque pusilli animi exemplum, in tanto viro maxime complorandum. — Porro de hoc facinore ita *Senec. ep.* 9. Pompejus, Lentulus tuus, Scipio, Afranius fœde perierunt, at Cato præclare. *et suas.* 6. 2. M. Cato, maximus vivendi moriendique exemplum. *et ep.* 82. Mors enim illa, quæ in Catone gloriosa est, in Bruto statim turpis est et erubescenda. *Horat.* 1. *Od.* 12. 35. Catonis nobile letum. *et* 2. *Od.* 1. 24. cuncta terrarum subacta Præter atrocem animum Catonis. *Manil.* 4. 87. invicta devictum morte Catonem. *Mela* 1. 34. Utica et Carthago - illa fato Catonis insignis, hæc suo. - *Lucan.* 1. 128. Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni. — De eo specialim scripserunt ex veteribus *Brutus* in *Comm. Lucan.* 2. 235. «Brutus scripsit Laudes Catonis»; *Fadius Gallus* ap. *Cic.* 7. *Fam.* 24. «Catonem tuum mihi mitte»; *Augustus* imp. ap. *Suston. Aug.* 85. Multa varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in cœtu familiarium velut in auditorio recitavit, sicut rescripta Bruto de Catone»; *Curiatius Maternus,* auctor fabulæ inscr. *Cato,* de qua *Tac. dial.* 2. Etiam Cæsar libellum in eum scripserat *(Plut. Cic.* 39. ὁ δὲ Καίσαρος Ἀντικάτων), a Cicerone reprehensus 12. *Att.* 40. «Qualis futura sit Cæsaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis *(non enim a vitiis vacuus fuit),* sed cum maximis laudibus meis». — Item de eo consulas recentiores, qui pro diversis partium studiis Catonem nimium vituperant *(Napoléon* in *vie J. Cés.* et *Mommsen* in *Stor. Rom.)* aut nimium laudant *(Vannucci, I mart. d. libert. d'It.).* Cf. *Balan, Stor. d'It. I. p.* 165. *sq.* — *d)* Alii: Uticensis filius, qui apud Philippos cecidit *(Cic.* 13. *Att.* 6., 1. *ad Brut.* 5. 1. et *alib.,* coll. *Appian. B. C.* 4. 571). — *L. et A. Hostilii Catones,* decemviri *Liv.* 31. 4. — *Instejus Cato,* dux Marsorum in bello Italico *(Vellej.* 2. 16. 1). — *Valerius Cato,* poeta et grammaticus, Burseni libertus, ex Gallia, n. ca. a. U. C. 664. «peridoneus præceptor - scripsit præter grammaticos libellos etiam poemata, ex quibus præcipue probantur Lydia et Diana» *(Suston. gramm.* 11); a *Cinna* maxime laudatus *(carm. frg.* 14); «Latina Siren, qui solus legit ac facit poetas» *(Bibac. carm. frg.* 1). *Ovid.* 2. *Trist.* 436., *Augurin. carm. frg.* 7., *Catull.* 56. 1. 3 (?). V. *Leo, Herm.* 38. 305. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 11. 962.; 13. 5917 *(in Germ. sup.)* — Locum nominis gentilicii obtinet. *Corp.* 5. 8274 *(Aquilejæ).* — Hinc *Catonianus,* adj. *Cic.* 2. *Q. fr.* 4. Catoniana familia. *Senec. dial.* 9. 7. ætas. *Marcian. dig.* 35. 1. 86. et *Ammian.* 15. 12. 4. sententia. *Hieronym. c. Rufin.* 1. 13. severitas. *et c. Pelag.* 1. 28. superbia. *Sidon.* 8. *ep.* 9. 2. superciliosæ frontis arbitrium. *et* 9. *ibid.* 14. Judices Catoniani - ignorantiam suam factæ severitatis velamine tegant. — *Catoninus,* adj. *Cic.* 7. *Fam.* 25. Magister *(i. e.* Cæsar) adest citius quam putaramus: vereor, ne in catomum *(Orell.* Catonium) Catoninos. — Subst. cogn. vir. *Corp.* 8. 14455 *(in Mos. inf.).* — *Catonius (Cattonius),* nom. gent., (Κατώνιος *Dio* 60. 18. 3). *Tac.* 1. *Ann.* 19. et *Corp.* 6. 1449. — *Catonia,* nom. mul. *Corp.* 8. 8823.

CĂTŎRĪGŎMĂGUS. *V.* CATURIGOMAGUS.

CATREUS, i, m. 2. (Catreus v. Chatreus) Κατρεύς, pater Orionis. *Hygin.* 2. *Astr.* 34. Catrea *(acc.).*

CATTAJUS, i, m. 2. nom. vir. *Corp.* 12. 5688. 1. V. *Cattus, Cattulus, Cattedius, Cattedius, Cattelius, Cattenius, Cattius* etc. ap. *Schulze, Eig. p.* 76., 426., 427. et *Corp.*

CĂTULLUS, i, m. 2. cogn. demin. a *Catus,* orig. Celt., præsertim in gente *Valeria.* — Scribitur etiam *Katullus (Corp.* 6. 13042.; 12. 4899), Gr. Κάτυλλος: *Inscr. Gr.* 3. 619. et Κατοῦλ(λ)ος: *Inscr. Gr.,* 14. 2507. — Ad accentum quod attinet, ita *Diom. gramm. IV.* 371. «Si pænultima *(syllaba)* positione longa fuerit, ipsa acuetur et antepænultima gravi accentu pronunciabitur, ut Catullus, Metellus etc.». — Notatur: *Cat.* in *Corp.* 6. 10056. 6.

Catullus ¶ 1. Apud scriptores occurrit ex præcipuis — 1.°) C. Valerius Catullus, poeta lyricus, Veronæ nat. a. 87 (al. 87-84), Romæ m. 56. a. Chr. *(Hieronym. chron.* ad a. 1930. et a. 1959.: cf. *A. Tartara,* in *Stud. ital. di fil. class. VI.* 32. *sqq.); Cajus* prænomine *(Hieronym. ibid.* et *Apul. apol.* 10), non *Quintus,* quod habent prava Mss. (Cf. *Schwabe, Quæst. Catull. p.* 11. et *Munro, Criticisms* etc. *p.* 69); nomine gent. *Valerius,* teste *Suston. Jul.* 73. et *Porphyr. Hor. sat.* 1. 10. 18.; cognomine *Catullus,* ut apud *Ovid.* 3. *Am.* 15. 7., *Nep. Att.* 12., coll. *Martial.* 14. 195., et apud ipsum *Catull.* 6. 1., *al.;* patria denique *Verona,* ut traditur *Macrob.* 2. *Sat.* 1. 8., *Hieronym. chron. loc. cit.* et *Ovid.* 3. *Am.* 9. 61 (Cf. *Schanz, G. R. L. I. p.* 68). De eo — *a)* Proprie. *Horat. loc. cit.* Nil præter Calvum et doctus cantare Catullum. *Plin.* 1. *ep.* 16. 5. Facit versus, quales Catullus aut Calvus. Quantum illis leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris! *Ovid. loc. cit.* Mantua Virgilio, gaudet Verona Catullo. *Vellej.* 2. 36. 2. Auctores - carminum Varronem ac Lucretium neque ullo in suscepto carminis sui opere minorem Catullum. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 2. 4. (19). Hinc Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio. *Martial.* 10. 78. 16. Nec multos mihi præferas priores, uno sed tibi sim minor Catullo. *Quintil.* 10. 1. 96. Iambi acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio. *Gell.* 6. 20. 6. Catullus, elegantissimus poetarum. — Epitheta: lascivus *Propert.* 2. 34. 87.; tener *Martial.* 4. 14. 13.; lepidus (tener *pars codd.)* 12. 44. 5.; doctus *Lygd.* 6. 41.; non insuavis *Capell.* 3. *p.* 51.; conterraneus meus *Plin. hist. nat. præf.* 1.; Veroniensis (apud *Catull.* boni *codd.* Veronensis) 36. *ibid.* 6. 7. (48). — In plur. num. *Martial.* 12. 83. 4. dicentem tumidas in hydroceles, quantum nec duo Catulli. — *b)* Translate. *Hieronym. ep.* 53. David, Simonides noster, Pindarus et Alcæus, Flaccus quoque, Catullus et Serenus, Christum lyra personat. — Adulescens Romam venit, postquam domi amatoria cecinerat *(Catull.* 68. 15); a civilium partium contentionibus alienus, tamen in Cæsarem æque ac in Pompejum invehebatur *(Id.* 29. 23. et *alib.),* præsertim in Mamurram Cæsaris

amasium (*Sueton. Jul.* 73). — Plures feminas misere adamans, Lesbiam præ ceteris deperiit, quam Clodiam fuisse, sororem famosi Publii Clodii Pulcri, trib. pl., formosissimam simulque perditissimam mulierem, quæ lyrici hujus poetæ carminibus « ipsa notior est Helena », inquit *Propert.* 3. 34. 88., facile evincitur testimonio *Apul. loc. cit.*, *Ovid.* 2. *Trist.* 427., coll. ex recentioribus *Vorländer, Kroon, Riese, Baehrens, Francken, Ellis, al.*, et poetarum more, qui fictis nominibus, eodem syllabarum numero et quantitate servata, nuncupare solebant, uti sunt Delia-Plania (*Tibull.*), Cynthia-Hostia (*Propert.*), Perilla-Metella (*Ticid.*), Lycoris-Cytheris (*Corn. Gall.*) etc.; quamquam serius eam, aliis amasiis turpiter adhærentem, violentis exprobrat hendecasyllabis (*Cat. c.* 42). Dolendum porro vehementer est Catullum fœdæ lasciviæ sæpius indulsisse; qui, de hoc aliquando ab Aurelio et Furio reprehensus, ita eis absurde inepteque respondit: « Qui me ex versiculis meis putastis, Quod sint molliculi, parum pudicum Nam castum esse decet pium poetam Ipsum, versiculos nihil necessest Qui tum denique habent salem ac leporem Si sunt molliculi ac parum pudici ». Ceterum, prætermissa in poeta, corruptissimorum juvenum societati adsueto, morum licentia, quam ipse sic carpit *Ovid.* 2. *Trist.* 427. « Nec contentus ea (*sc.* Lesbia; *al.* eo, *sc.* amore) multos volgavit amores, In quibus ipse suum fassus adulteriumst », lyricorum Latinorum princeps dici potest, qui, quamvis Alexandrinos initio imitatus, tamen sui ingenii ac stili coloribus propria fecit aliena, et quæ de suo penu, insignium Græcorum quasi spiritu instinctus, depromit, singulari ingenuitate pingit ac simplicitate, ab eruditionis farcimine abhorrens, vario metrorum genere mirifice usus, mordax aliquando, plerumque vero suavis ac mellens ut in illis versiculis (216), ubi natura ipsa loquitur « Torquatus volo parvulus Matris e *gremio* suæ Porrigens teneras manus Dulce rideat ad patrem Semihiante labello ». — Plura videsis apud *Haupt, Quæst. Catull. opusc. I.* 1875.; *Schröder, Catulliana* 1875.; *Weymann, Zum Fortleb. Catull.* 1889.; *Meyer, Zu Catulls Gedicht.* 1889.; *Munro, Critic. and elucid. of Catull.* 1905.; *Lefaye, Catull. et ses modèles* 1894.; *Giri, de locc. corrupt. Catull.* etc. 1905.; *Ellis, Catullus* etc. 1905.; *Rand, Catullus and the August.* 1906. — 2.º) Catullus mimographus ætate Caligulæ imp., laudatus *Martial.* 5. 30. 3. facundi scena Catulli. *Juvenal.* 8. 186. clamosum ageres ut Phasma Catulli. Adde *eund.* 13. 111. *Tertull. c. Valentin.* 14. Catulli Laureolum. Cf. *Sueton. Cal.* 57. — 3.º) Catullus, mimographus alter, cujus liber memoratur *Schol. Lucan.* 1. 544 (Cf. *Usener* in *not. crit.* ad *l.*). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 29148.; 9. 650. — Nom. gent. *Corp.* 5. 2595 (*Ateste*). — *Catulla*, cogn. mul. *Corp.* 5. 2126 (*Tarvisii*). — Hinc *Catullianus*, adj. ad Catullum poetam pertinens. *Atil. gramm. VI.* 298. Catulliano hendecasyllabo. *Martial.* 11. 6. 14. Catulliana basia. — *Auson.* 335. illud Catullianum. — *Catullianus*, cogn., et *Catullius, Catullinus, Catullinius, Catullienus*, nom. gent. apud *Schulze, Eigenn. p.* 407. et 441., coll. *p.* 310., 318. et 418. et *Corp.*

CĂTŬLUS, i, m. 2. dictus a *catulus*, not. anim., vel potius demin. a *catus*. Scribitur etiam *Katulus* (*Corp.* 8. 6205). — *Callus* (*Corp.* 6. 6564) = Gr. Κάτλος: *S. C. de Ascl. gr.* 1. *Inscr. Gr.* 14. 2276. — Κάτουλος *Dio* 36. 30. 4. et *Inscr. Gr. Rom. Cagnat* 1. 1191 (*in Ægypto*). *Varro* 5. *L. L.* 99. A sagaci sensu et acuto Catulus (*luditur jocose cum appellativo*). — Notatur *Cat.* in *Corp.* 1. *add. p.* 560.

Catulus, cogn. præsertim in gente *Lutatia* et *Volusena* ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.º) *Catulus Cinna*, Stoicus, cujus auditor fuit M. Aurelius Antoninus philosophus. *Capitolin. M. Aur.* 3. — 2.º) *C. Lutatius Catulus* « cos. de Pœneis ex Sicilia navalem egit triumphum » *Fast. cos. Capit.* a. U. C. 512. — 3.º) *Q. Lutatius Catulus*, orator celeberrimus. *V.* LUTATIUS. — 4.º) Alii, ut *L. Volusenus Catulus*, curator riparum et alvei Tiberis (*Corp.* 6. 31543): *Volusenus Lutatius*, de quo *Quintil.* 10. 1. 24. Nobis pueris pro Voluseno Lutatio Domitii Afri, Crispi Passieni, Decimi Lælii orationes ferebantur etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 12. 4569. — *Catula*, cogn. mul. *Corp.* 6. 18970. — Deriv. *Catulius, Catulinus, Catulatius, Catlucius* etc. vd. apud *Schulze, Eig. p.* 407. *adn.* 8. — *Catularius* ut *Catularia porta*. V. CATULARIUS in *Lexico*. — Hinc *Catulianus*, adj. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (77). Euphranoris est Minerva Romæ, quæ dicitur Catuliana, infra Capitolium a Q. Lutatio dicata. — *Catulinus*, adj. *Sueton. gramm.* 17. (*Verrius Flaccus*) docuit in atrio Catulinæ domus, quæ pars Palatii tunc erat etc.

CĂTŬRĪGES, um, m. plur. 3. (Κατούριγες v. Κατόριγες) *Caturriges*, duplici *r*, scribi posse videtur: cf. CATURRIGIS infra. — Etiam *Caturix*, sing. num., *V.* suo loco. — Fortasse nom. est ab ὄρος, *mons*, ut sint qui κατ' οὔρεα seu ὄρεα habitant.

Caturiges ¶ 1. Populus Celticus, qui Alpes Cottias incolebat, a Cæsare devictus compluribus prœliis ac postea ab Augusto. *Cæs.* 1. *B. G.* 10., coll. *Strab.* 4. 204. et *Ptol.* 3. 1. 39. Adde *Liv.* 5. 34. et *Corp.* 5. 7231. et 7817. — Videntur et in Insubriam aliquando transisse. Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21. (125). ¶ 2. Item oppidum, de quo *V.* voc. seq. — Hinc *Caturigius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 13. 7352 (*in Germ. sup. a.* 240).

CĂTŪRĪGŎMĂGUS (Catorigomagus), i, m. 2. oppidum Caturigum in Gallia Narbonensi, quod et *Caturiges* dicitur, hodie *Chorges*, in *Itin. Vicarell. I* (*Corp.* 11. 3281) 3. 14. — *Itin. Ant. p.* 342. Caturrigas.

CĂTŪRIX, igis, m. adject. ad Caturiges pertinens. *Corp.* 3. 8491 (*in Dalmatia*) Caturix miles. — Est etiam — *a*) Cogn. vir. *Corp.* 2. 2685 (*in prov. Tarrac.*). — *b*) Item Martis. *Corp.* 13. 5035 (*in Germ. sup.*). et 6474.

CĂTURRĪGIS statio Belgicæ, ubi hodie *Bar-le-Duc*, in *Itin. Anton. p.* 365. — *Tab. Peut.* 2. Caturices.

CĂTUS, i, m. 2. (Κάτος: *Inscr. Gr.* 14. 1388) cogn. celebre in gente *Ælia* et *Firmia*, quod a *cavendo*, i. e. prudens, cordatus, cautus. Hinc *Plin.* 7. *Hist. nat.* 31. 31. (118). Reliquis animi bonis præstitere ceteros mortales: sapientia, ob id Cati, Corculi apud Romanos cognominati. *Enn. ann.* 331. Egregie cordatus homo, Catus Ælius Sextus. *Tac.* 2. *Ann.* 27. Firmius Catus senator. *Id.* 14. *ibid.* 32. et 38. Catus Decianus procurator (*Britanniæ* a. 61) a barbaris male habitus in defendenda colonia Camuloduno. — *Catus*, qui nomen indidit fonti: *Fest.* ap. *Paul. p.* 45. *M.* « ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit » in agro cujusdam Cati. — In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 1350 (*in prov. proc.*).

CATŪVELLAUNI, ōrum, m. plur. 2. (Κατυευχλανοί *Ptol.*) in Britannia (*Flavia Cæsariensis*) ad septentr. Tamesæ, a Romanis victus a. 43. p. Chr. *Corp.* 7. 863. civitas Catuvellaunorum. Cf. *Catalauni*.

CAUCA, æ, m. 1. ¶ 1. Est nom. oppidi Vaccæorum Hispanorum, conv. Cluniensis, in via Emeritam, patria Theodosii M. *Itin. Ant. p.* 435., *Hydat. chron. II. p.* 14. et *Corp.* 2. *p.* 378. et 926. — Hinc *Caucensis*, adj. *Corp.* 2. 2729. — *Caucenses*, incolæ, ap. *Frontin.* 2. *Strat.* 11. 2. — Etiam cogn., ut videtur. *Corp.* 8. 9390. ¶ 2. Est etiam nomen figuli. *Corp.* 12. 5686. 208 (*fortasse corrupt.*).

CAUCĂSIUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CAUCĂSUS (Caucasos), i, m. 2. (Καύκασος) Etymon alii aliter tradunt, *sc.* vel ducunt ab Armen. *Caucas*, fratre *Haic*, gentis Armenicæ conditore (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 19. [50]).: vel a voce Scythica, *candidum* significanti, ut sit nuncupatus a densissimæ nivis candore, qua tegitur (*Isid.* 14. *Orig.* 8. 2). — Est autem nom. geogr. et pers.

Caucasus ¶ 1. Est mons seu montium series et quidem duplex — 1.º) Caucasus Scythicus inter Pontum Euxinum et mare Caspium ac Sarmatiam ab Albania et Armenia disterminans; quapropter non recte situm Caucasi descripsisse videntur *Jul. Hon. cosmogr.* B 10. et *Expos. mundi* 46. — Memoratur — *a*) Stricto sensu *Isid. loc. cit.* Mons Caucasus ab India usque ad Taurum porrectus pro gentium et linguarum varietate quoquo versum vadit, diversis nominibus nuncupatur. Ubi autem ad orientem in excelsiorem consurgit sublimitatem, pro nivium candore Caucasus nuncupatur. *Claudian.* 12. 31. Caucasus nivalis. *Virg.* 4. *Æn.* 307 (*Ennod. carm.* 4828). duris cautibus horrens. *Horat.* 1. *Od.* 22. 7. inhospitalis. *Senec. O.* 1377. horridus. *et Phædr.* 1134. ingens. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 42. vicinus pæne sideribus. *Val. Fl.* 5. 155. in gelidas consurgens Arctos. *et ibid.* 517. (*is*) horrifero sortitus in axe. *Ampel.* 6. clarissimus. *Cosmogr.* 1. 4. famosus. — *b*) Latiore sensu pro quibusque asperrimis montibus. *Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 440. — Præcipui montes, quibus jungitur, sunt *Taurus, Ripæi montes, Imaus, Paropanisus*; et fluvii ab eo orti, *Euphrates, Tigris, Araxes, Chrysorrhoas*. — Ejus accolæ homines crudelissimi (Cf. *Virg.* 4. *Æn.* 367); hinc proverb. *Caucaso abruptior*, de homine duro et intractabili, apud *Tertull.* 1. *c. Marc.* 1. — Fabula narrat in eo Prometheum fuisse alligatum, immissa aquila v. vulture, qui jecur ejus exederet, et ab Hercule tandem, occisa fera, post triginta annos solutum. *Hygin. fab.* 144., *Cic.* 2. *Tusc.* 10. 23. (*V.* PROMETHEUS). Historia vero refert primum hos montes trajecisse Pompejum tempore belli Mithridatici a. 65. a. Chr. — 2.º) Caucasus Indicus, ad septentr. et occid. Indiæ intra Gangem, valles Oxi et Indi dividens, hodie *Hindu-Kuch*, quem Alexander M. audacter transmisit (*Itin. Alex. M.* 38). De eo *Cic.* 2. *Tusc.* 22. 51. Calanus Indus, indoctus ac barbarus, in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est (*V.* CALANUS). et 5. *ibid.* 27. 77. Sapientes Indiæ Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore. *Curt.* 4. 5. 5. Sogdianos et Arachosios ceterasque gentes - ad Caucasum et Tanain pertinentes (*Curtius* inter Caucasos duos non discernit). *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (62). Indus - in jugo Caucasi montis, quod vocatur Paroponisus. *Vib. Seq. p.* 155. Caucasus Indiæ, Parthis et Hyrcanis junctus. ¶ 2. Est etiam nom. vir., *sc.* pueri Colchi, ap. *Val. Fl.* 6. 641., *Corp.* 6. 14605. et 25426. — Item nom. equi, ap. *Sil. It.* 16. 536. Tertius æquata currebat fronte Peloro Caucasus. Adde *eund.* 16. 367. — Hinc *Caucasius* et sæpius *Caucaseus*, adj. *Propert.* 2. 25. 14. Caucasea avis (*i. e.* aquila Promethei); *Carm. epigr.* 279. 9. moles (*i. e.* obeliscus Ægyptius). *Plin.* 1. *Hist. nat.* 12. *ind. auct.* portæ (Cf. 6. *ibid.* 10. 11. [30]). in Iberia (*Georgia*), celeber Caucasi transitus, hod. *Passo di Dariel.* et *Auson.* 362. 21. senex (*i. e.* Prometheus). *et Val. Fl.* trabes (*i. e.* silvæ: cf. *Virg.* 2. *G.* 440). — *Caucasii*, incolæ. *Curt.* 7. 3. 23., ubi alii aliter leg. — *Caucasigena*, ap. *Sidon.* 4. *ep.* 1. 14.

CAUCĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 14. 3089. — *Caucia*, nom. mul. *Corp.* 9. 1244. — Hinc *Caucidejus, Caucinus, Caucidius, Caucilius* v. *Cæcilius*, ap. *Schulze, Eig. p.* 213. *adn.* 1., 348., 441. *adn.* 6. et *Corp.*

CAUDA. *V.* CAUDOS.

CAUDELLENSES, ium, m. plur. 3. incolæ, ut videtur, vici Galliæ Narbonensis prope Aptam Juliam (ubi titulus inventus est) siti, qui hodie *Cadenet* nominatur. *Corp.* 12. 1064.

CAUDEX, cis, m. 3. cogn. Appii Claudii cos. a. U. C. 490 (*Fast. cos. Capit.*). *Senec. dial.* 10. 13. 4. Claudius is fuit, *qui Romanis primum persuasit navem conscendere*, Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextu caudex (*zattera*) apud antiquos vocatur, unde publicæ tabulæ codices et naves nunc quoque ex antiqua consuetudine, quæ commeatus per Tiberim subvehunt, codicariæ - dicuntur. Adde *Sueton. Tib.* 1. et *Gell.* 17. 21. 40.

CAUDĪNI, ōrum, m. plur. 2. et

CAUDĪNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CAUDĬUM, ii, n. 2. (Καύδιον *Ptol.*; sed err. Κλαύδιον *Strab.*) oppidum Samnii in via Appia, trib. *Falerna*, hod., ut plures putant, *Arpaia*; alii vero multo probabilius *Montesarchio*, ut ap. *Garrucci, Diss. arch. I. p.* 79. *Nissen, It. Landesk. II.* 807. *sq.*, *Kiepert* in *C. I. L. p.* 673. et *Be*

anier, Lex. G. A. 1914. *p.* 188.; sed rectius fortasse inter utrumque prope *Isclero* fl. situm, colonia et municipium in finibus Caudinorum. De eo *Schol.* ad *Hor. sat.* 1. 5. 51. Caudium civitas Samnii - non longe autem est a Benevento, locus est qui sic appellatur: « ad tabernas C[l]audi' »; alii oppidum volunt, alii tabernas. *Lib. col. I. grom. p.* 232. Caudium oppidum: muro ducta: - a Cæsare Augusto coloniæ Beneventanæ cum territorio suo est adjudicata. *Liv.* 9. 9. Nihil ad Caudium - humanis consiliis gestum est. *Id. ibid.* 19. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregissent acies? — Celebris est enim clades, quam passi sunt Romani a. U. C. 433. a Samnitibus; nam, ut refert *Liv.* 9. 2. *sqq.*, prope Caudium angustiæ sunt inter duos Saltus, quæ Furculæ Caudinæ appellantur, in quas cum se ignari demisissent, obsessi ab hostibus, duce C. Pontio Telesino, inde exire nequiverunt; quare sub jugum missi sunt. Adde *Eutr.* 10. 17., *Cic.* 3. *Off.* 30. 109., *Gell.* 17. 21. 36., *Frontin.* 1. *Strat.* 5. 16. — De eo vd. *Inscriptt. Corp. I. L.* 9. 2161-2198.; 6293. et 6294. et *Ephem. epigr. VIII.* 815. — Hinc *Caudini*, gens Samnitium, cujus caput Caudium est. *Liv.* 23. 41. Samnites Caudini. Cf. 24. 20. — Incolæ municipii. *Corp.* 9. 2165 (*Caudii*). — *Caudinus*, adj. — *a*) Ad cladem Caudinam pertinens. *Liv.* 35. 11. Caudinæ cladis memoria non animis modo sed prope oculis observabatur. Adde *eund.* 9. 16., *Tac.* 15. *Ann.* 13., *Frontin.* 1. *Strat.* 5. 16. — *Caudinæ furculæ* (*Liv.* 9. 2) v. *furcæ* (*Lucan.* 2. 137) v. *fauces* (*Sil. It.* 8. 565), angustiæ seu angustus transitus Appennini ad occid. Caudii, de quo *V.* supra. *Oros.* 3. *Hist.* 5. 2. Caudinas furculas satis celebres et famosas insignis Romanorum fecit infamia (*Ps. Plut. parall.* 3. φορκούλας Καυδίνας, quod pro φορκοῦντας κλαυδίνας *Holsten* restituit). — Situm Caudinarum Furcarum accurate describit *Hülsen* in *PW.* 3. *p.* 1802. *sqq.* Cf. etiam *Cocchia, I Romani alle forche Caudine, Mem. d. R. Accad. di Nap. XIV.* 33-78. — *b*) Etiam incolarum vocabulum et ad opp. Caudium pertinens. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 15. (105). et *Liv.* 24. 20. *Conc. Rom.* a. 499. *p.* 400. 38. — *Caudinus*, cogn. *Cic. Cluent.* 38. 107., *Liv.* 27. 21., *Fast. cos. Capit.* a. 518. — *Caudina*, cogn. mul. *Corp.* 6. 8127. — Nom. ficticium. *Sil. It.* 17. 441. — Nom. gent. (utrum ad *Caudium* an ad *Caudius* spectet, dubium est) *Corp.* 6. 146. 11.

CAUDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 10. 2246. Cf. *Caudium, Caudinus, Caudellius*, *al.* ap. *Schulze, Eigenn. p.* 148. et 560.

CAUDOS, i, f. 2. insula parva, ante australem oram Cretæ sita. *Mela* 2. 114. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (61).; *al.* Gaudos. — *Vulg. Act.* 27. 10. In insulam - quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda (*nonn. codd.* Clauda: græce Κλαῦδα: *Ptol.* 3. 15. 9. Κλαῦδος νῆσος, ἐν ᾗ πόλις). *Ital.* cod. s: cauda. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 68. Cauden recursum aut retentionem sive clangorem.

CAULĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Cic. Cluent.* 38. 107. L. Caulius Mergus, « qui in judiciis publicis jam tum florente re publica floruit ». — In titulis. *Corp.* 6. 14617. Q. Caulius Carpus et Cauliæ Trophime etc. — Hinc *Caulinus*, adj. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (69). Caulina vina (*juxta Capuam*).

CAULO, ōnis, m. 3. nomen oppidi in Bruttiis, quod et *Caulonia* v. *Caulonea*, æ, dicitur *Liv.* 27. 12. et *Mel.* 2. 68 (*Ps. Scymn.* 320. Καυλωνία. et *Appian. Annib.* 49. Αὐλωνία). *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 553. « Aulon (Caulon *codd.*) mons est Calabriæ - in quo oppidum fuit a Locris conditum; - alii a Caulo, Clitæ Amazonis filio, conditum tradunt » (*Gloss. V.* 550. 6. Caulo mons Calabriæ). *Ovid.* 15. *Met.* 705. Caulona (*acc.*). — In plur. num. *Caulones*, ap. *Consent. gramm. V.* 348. 34. — Fuit colonia Græca, deducta ab Achæis, quo se recepit Pythagoras Crotone expulsus; sæpius eversa, a Dionysio Syrac. a. 389.; in bello contra Pyrrhum a mercennariis Romanorum; ab his secundo bello Punico (*Strab.* 6. 261., *Polyb.* 2. 39. et 10. 1., *Ps. Scymn.* 319., *Paus.* 6. 3. 12., *Liv.* 27. 12. *sq.* Cf. *Head, H. N.* 92).

CAULŌNIA et

CAULUS, i. *V.* voc. præc.

CAUNĪUS, ii, nom. gent., ut T. Caunius Priscus, legatus Numidiæ, consul designatus (a. 186 ?).

CAUNOS (Caunus), m. 2. (Καῦνος) nom. geogr. et person.

I.) Caunos, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Cariæ, secundum Calbim amnem, valetudine habitantium infame (*Mela* 1. 83). — Fuit commercio clarum, Atheniis fœdere conjunctum, mercatorum Romanorum cædis particeps a. 90. a. Chr., patria Protogenis (*Herod.* 1. 172., *Thuc.* 1. 116.; *Liv.* 33. 20. Cf. *Head, H. N.* 612). — Hinc *Cauneus* v. *Caunius*, adj., unde subst. *cauneæ* v. *caunia*, ficus caricæ. *Cic.* 2. *Divin.* 40. 84., *Cels.* 5. 21., *Colum.* 10. 414. *Petron.* 44. trium cauniarum (*i. e.* vilis). — *Caunii*, incolæ, ap. *Cic.* 1. *Q. fr.* 1. 33., *Liv.* 33. 20., *Curt.* 3. 7. 4. — *Caunites* (Καυνίτης), adj. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 9. 45. (99). ¶ 2. Item insula Ionica. *Prisc. perih.* 551., coll. *Heges. Athen.* 14. 281.

II.) Caunos, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Mileti, frater Byblidis, a quo oppidum nomen accepisse fertur. *Ovid.* 9. *Met.* 450. — Falso pro Fauno *Fulg. Virg. cont. p.* 104. ¶ 2. Item nom. ficticium bellatoris Celtici. *Sil. It.* 4. 282.

CAUPĪUS, ii, m. 2. nom. et cogn. Celt. *Corp.* 12. 2356. Cf. *Caupa, Caupicus, Caupiola, Caupo* in *Corp.* et voc. seq.

CAUPŌNĪUS, ii, m. 2. nom. gent., ab Etr. *caupne, caupis* (V. *Schulze, Eig. p.* 276. *adn.* 7) *Corp.* 6. 7046. Cf. *Coponius*.

CAURA, æ, 1. ¶ 1. Est oppidum Hispaniæ Bæticæ, hodie *Coria*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11). Sed *Obseq.* 21. Cauræ *falso scriptum est pro* Cære. ¶ 2. Est etiam nom. singul. *Corp.* 13. 10010. 506.

CAURĪUM, ii, n. 2. (Καύριον) oppidum pæninsulæ Ibericæ in finibus Vettonum, trib. *Quirina*, conv. Emeritensis, hod. *Coria*, non confundendum cum Caura. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (65). *Al.* Cauron. — Hinc *Cauriensis* (*Caurensis*), adj. *Corp.* 7. 52. — Absolute de incolis. *Plin. ibid.* 22. 35. (118).

CAUSUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 5. 150 (*Interamniæ*). — Hinc *Causius* (*a*), *Causo, Causinius* (*a*). V. *Schulze, Eigenn. p.* 148. et 158.

CAUTES, is, m. 3. (Dat. etiam *Caute* in *Corp.* 6. 86) numen in imaginibus Mithriacis juxta Mithram una cum *Cautopate* positum, tædam attollens. *Inscr. Fortsch. d. röm.-germ. Forsch.* (ad *Corp.* 13. a. 210) *p.* 91. *n.* 160. Cauti et Cautopat. Adde *Corp.* 13. 7367. 7369 (Cf. *Cumont, Mon. relat. aux myst. de Mithr.* 1896).

CAUTUS, i, m. 2. (caveo) cogn. *Corp.* 6. 36374. — Hinc *Cautius, Cautinus, Cautonus* (?). V. *Schulze, Eigenn. p.* 148.

CAVĪI, ōrum, m. plur. 2. gens Illyrica, ap. *Liv.* 44. 30., quam plerique conferunt cum Καυλικοῖς ad sinum Conium (*Steph. Byz.*).

CĂVILLŌNENSIS (CABILLONENSIS), e, adject. ad Cavillonum pertinens. *Inscr. chron. Leblant* 11., *Paneg.* 7. 18., *Alc. Avit. ep.* 76.

CĂVILLŌNUM. *V.* CABILLONUM.

CĂVĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 18919. — *Cavia*, nom. mul. *Corp.* 14. 790 (*Ostiæ*). — *Diom. gramm. I.* 379. 24. In compositione, ut Cavium, repperimus « effor » dictum (*fortasse* Calvum). — Hinc *Cavidius, Cavilius, Cavilia, Cavinius, Cavonius, Gavius*, Falisc. *Cavios* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 76. *sq.* et *Corp.*).

CĂVŎLUS (Gavolus), i, m. 2. cogn., quod cl. *Furlanetto* noster ducit a *cavolis* pro *caulis*, prout Romani vocem efferebant. *Corp.* 5. 887.

CĂVUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 9. 1867 (*Beneventi*). — *Cava*, cogn. mul. *Corp.* 11. 5477 (*Asisii*).

CĂȲCUS. *V.* CAICUS.

CĂȲSTER v.

CĂȲSTROS, i, et Caystrus, i, m. 2. (Κάϋστρος) ¶ 1. Est fluvius Asiæ minoris, *sc.* Lydiæ et Ioniæ, a Tmolo monte scaturiens et in Caystrium sinum excurrens, ad Ephesum, uberans solum et cycnis abundans, hodie *Kutschuk-Menderes* vel *Kara-Su*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (115). Ephesos - alluitur Caystro, in Cilbianis jugis orto multosque amnes deferente etc. *Avien. orb.* 1001. Sed locuplete magis Mæandria terra recumbit Ubere, nam blandi terram rigat unda Caystri. *Ovid.* 5. *Met.* 386. non illo (*sc. lacu Pergo in Sicilia*) plura Caystros Carmina cycnorum labentibus audit in undis. *Virg.* 1. *G.* 384. volucres, - quæ Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Adde *Propert.* 3. 22. 15., *Senec.* 4. *Nat.* 2. 20., *Sil. It.* 14. 189., *Martial.* 1. 53. 7., coll. *Hom. Il.* 2. 461., *Tab. Peut.* 9. Castur. *et Rav. p.* 107. civitas Caustro. ¶ 2. Est etiam nom. pers. ap. *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 661. Hippolytes filius ex Achille « ex quo flumen Lydiæ ita appellatur ». — Hinc Caystrius, adj. (Καΰστριος). *Ovid.* 5. *Trist.* 1. 11. ut - jacens ripa deflere Caystrius ales Dicitur ore suam deficiente necem (De olore cf. *Virg.* 1. *G.* 384). — Apud *Strab.* 14. 641. Καΰστριος κόλπος, sinus Caystrius (hod. *Scalanova*), ex mari Ægæo ad oram Lydiæ.

CE

CĒA (Cia), æ, f. 1. (Κέη et Κία) Male *Cæa* cum diphthongo, ut apud *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 14. aliosque. — Etiam forma *Ceos* (Κέως) Latinis adhibetur, cujus acc. *Ceō* ap. *Cic.* 5. *Att.* 12. et abl. *Ceo*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (65). — Confunditur cum *Chios, Coos*, ut ap. *Lucret.* 4. 1130. *Lachm.* — Est nom. geogr. et pers. ¶ 1. Cea v. Ceos, insula maris Ægæi (Myrtoi) prope Atticam, una ex Cycladibus, hod. *Zea*, montosa et fertilissima, a Locrensibus olim Naupacti occupata, dein a Ionibus, diu subjecta Eretriæ, patria Simonidis (*Cic.* 2. *Orat.* 86. 351., *Phædr.* 4. 22., *Acr.* et *Porph. Hor.* 4. *Od.* 9. 7), Bacchylidis, Erasistrati medici, Caristonis philosophi, Prodici sophistæ (*Strab.* 10. 486). Memoratur etiam *Ovid.* 19. *Her.* 222. Insula, Carthæis quondam celeberrima nymphis Cingitur Ægæo, nomine Cea, mari. Adde *Virg.* 1. *G.* 14., *Horat.* 2. *Od.* 1. 38., *Val. Max.* 2. 6. 8., *Mela* 2. 111., *Liv.* 31. 15. — De ejus numm. vd. *Head, H. N.* 482. — Hinc *Ceus*, adj. (Κεῖος). *Horat.* 2. *Od.* 1. 38. Ne relictis, Musa procax, jocis Ceæ retractes munera neniæ (*sc.* carminum Simonidis, quæ θρῆνοι dicuntur). *et* 4. *ibid.* 9. 7. Pindaricæ Ceæque et Alcæi minaces Stesichorique graves Camenæ. Adde *Ovid.* 10. *Met.* 120. — *Ceus* (*Cius*), absolute, incola Ceæ. *Quintil.* 11. 2. 11., *Auson.* 203. 6. — In plur. num. *Cic.* 1. *Divin.* 57. 130. et *Hygin.* 2. *Astr.* 4. ¶ 2. Cea, cogn. mul. *Corp.* 5. 3168 (*Patavii*). — In plur. num., m., *Ceæ*, populus Indiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (77). Alii aliter.

CEBADUS, i, m. 2. fluviolus oræ occid. Hispaniæ (Gallæciæ) prope Bracam Augustam. *Mela* 3. 10 (*mss.* Celadus).

CĔBENNA, æ, m. 1. (Κέμμενα ὄρη *Ptol.*) Scribitur *Cebenna, Cevenna, Cæbenna, Gebenna*; sed prior scriptio unice probanda, quæ celtice est *dorsum, tergum* (V. *Holder I. Sp.* 880. et *Glück, Kelt. Nam.* 57). — Prima syllaba corripitur a *Lucan.* 1. 435. et *Auson.* 297. 8.; at producitur ab eod. *Auson.* 296. 5.: cf. *Avien. or.* 622. — Cebenna, mons Galliæ seu jugum montium incipiens a Volcis (Narbone) et procurrens Rutenos usque, unde communicat cum montibus Arvernorum (Celt. et Aquit.) ab occid.; deinde septentr. versus per Velaunos, unde prope jungitur, longissimo tractu et interjacente Rhodano, monti Juræ ad orient. et ad septentr. cum Vogeso, hodie *les Cevennes*, qua Cæsar « durissimo tempore anni altissima nive iter » impediente, hac discussa, cum exercitu transiit (*Cæs.* 7. *B. G.* 8). *Sueton. Jul.* 25. Galliam saltu Pyrenæo Alpibusque et monte Gebenna - continetur. *Solin.* 21. Galliæ - inter oceanum et montes Cebennam ac Juris porriguntur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 6. (31). Narbonensis provincia - discreta - a reliqua - Gallia latere septentrionali montibus Cevenna et Juribus. — In plur. num. *Mela* 2. 80., *Lucan.* 1. 435., *Auson.* 296. 5. — Hinc *Cebennicus*, adj. *Mela* 2. 74. Gallia Lemanno lacu et Cebennicis montibus in duo latera divisa. —

De Cebenna videsis Zeuss, Die Deutsch. 3. et Desjardins, Géogr. de la Gaul. I. 104. sq.

CĒBĒS, ētis, m. 3. (Κέβης) ¶ 1. Fuit vir Thebanus, Socratis discipulus, unde et Socraticus dictus, persona Phædonis Platonici, cui ascribitur, πίναξ qui dicitur, libellus. Gell. 2. 18. 4. Phædonem Cebes Socraticus, hortante Socrate, emisse dicitur habuisseque in philosophiæ disciplinis. Tertull. præscr. 39. Meus quidem propinquus ex eodem poeta (Virgilio) inter cetera stili sui otia Pinacem Cebetis explicuit. Adde Claud. Max. anim. p. 124. et Chalc. comm. 355. — In plur. num. Tertull. anim. 1. Christiana sapientia interea in isto(s) tenebriore(s) carcere(s) sæculi inter suos Cebetas et suos Phædonas etc. — Hujus dialogi (Ἡδῆκαι διαλέξεις) memorantur (Laert. 2. 125); quorum qui superest, Cebetis tabula dicitur (Κέβητος πίναξ), i. e. descriptio et explicatio tabulæ allegoricæ in templo Chroni positæ, ubi repræsentata erat vita humana ad hunc finem ut homo retraheretur a vitiis moresque suos ad honestatem componeret. Spuria tamen a doctis traducitur habeturque ut imitatio quædam recentior similis operis, a Cleante stoico conscripti (Usener, Epicurea, præf. LXXI.; Susemihl, Lit. in d. Alexandrinerzeit. I. 25. n. et Prächter, Diss. Marburg 1885). ¶ 2. Item puer amasius Virgilii. Sueton. vit. Virg. p. 57. Virgilius libidinis in pueros pronior, quorum maxime dilexit Cebetem et Alexandrum, utrumque non ineruditum, Cebetem vero et poetam. et Serv. 2. Ecl. 15. Tres dicitur amasse Virgilius, Alexandrum - et Cebetem cum Leria puella, quos a Mæcenate dicitur accepisse; unde volunt quidam - per Menalcam Cebetem intelligi. Cf. Schol. Virg. Med. ad l. ¶ 3. Est etiam cogn. Corp. 6. 4187 (in mon. Liviæ). et 6271 (in mon. Statilior.).

CEBREN, ēnis, m. 3. (Κεβρήν) Prima syllaba producitur Stat. 1. Silv. 5. 21. sed et corripi posse ex ipsa voce Græca et muta liquidaque sequentibus patet.

Cebren, nom. myth. et geogr., nempe fluvius Troadis, pater Œnones nymphæ, Paridi quondam nuptæ (Comm. Lucan. 9. 973). — Inde dicta Cebrenia, regio vel urbs (Κεβρηνή, Κεβρηνία). Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (124). — Cebreni, incolæ (Κεβρηνοί). Dict. 5. 17. — Cebrēnis, idis, adj. f. (Κεβρῆνις), ut Hesperie Cebrenis, Cebrenis filia morsu anguis demortua, unde pater ex mærore exaruisse dicitur Stat. loc. cit. viduæ Cebrenidos arida luctu flumina. Adde Ovid. 11. Met. 769., coll. Apollod. 3. 12. 5.

CEBRĒNI et

CĒBRĒNIA et

CEBRĒNIS. V. voc. præc.

CEBRUM, i, n. 2. oppidum Mœsiæ inferioris ad Danubium, ita dictum a Cebro fluvio (Κέβρος ποταμός: leg. Κέβρος ap. Dion. 51. 24. et Κίαμβον vel potius Κίαμβρον Ptol. 5. 8. 2), hod. Dzibrica, turc. Cibar palanka, apud quem M. Licinius Crassus a. 29. a. Chr. Bastarnas profligavit (Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserzeit I. 234). Memoratur Itin. Ant. p. 220.

CECEÆCI, ōrum, m. plur. 2. nom. deorum in Hispania. Corp. 2. 2472 (Aquis Flaviis, in prov. Tarrac.). et 2597 (in Callæcia).

CĒCĪNA. V. CÆCINA.

CECRŌPĪDĒS, æ, m. et f. 1. et

CECRŌPIS, idis, f. 3. et

CECRŌPĬUS, a, um. V. voc. seq.

CECROPS, ŏpis, m. 3. (Κέκροψ) Forma Cecropus, i, est Exc. barb. chron. min. p. 296. 10. 18. Fr. et p. 296. 19., 298. 25.; p. 298. 4., 300. 11. — Prior syllaba, licet naturā brevis, ex positione producitur Ovid. 2. Met. 555. aliisque, ut in derivatis. — Cæcrops, cum diphthongo, habet Greg. Tur. 1. Fr. 17. — Etymologia maxime incerta est: alii vocem a κάρα, caput, vel a loco Κρωπ-εία (Crusius), vel potius a κέρκος, cauda serpentina (ita quidem repræsentatur in Arch. Zeitg. tab. 63), ut sit per metathesim quasi Κέρκοψ (Hesych., coll. Eurip. Ion. 1164). Cf. etiam Gerhard, Myth. 754. 1.

Cecrops ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Fuit primus rex Athenarum tempore, quo Moyses Hebræos ex Ægypto eduxit, ut tradit Augustin. 18. Civ. D. 8., coll. Eus. ap. Hieronym. in Chron., qui a Cecrope usque ad Trojam captam annos CCCLXXV. transisse et usque ad primam Olympiadem reges Athenarum XVII. fuisse refert. De eo Cinna carm. frg. 3. Jam inde a Belidis natalique urbis ab anno Cecropis atque alta Tyriam ab origine Cadmi. Cic. 2. Legg. 25. 63. Athenis jam ille mos a Cecrope permansit corpus terra humandi. Ovid. loc. supra cit. Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis. Id. 15. Met. 427. Nec non et Cecropis, nec non Amphionis arces (viguere). Tac. 11. Ann. 14. Quidam Cecropem Atheniensem - memorant sedecim litterarum formas, mox alios ac præcipuum Simonidem ceteras repperisse. Macr. 1. Sat. 10. 22. Philochorus Saturno et Opi primum in Attica statuisse aram Cecropem dicit. Justin. 2. 6. 7. Ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem (Eus. loc. cit. tradit sub Cecrope Deucalionis diluvium contigisse. et Augustin. 18. Civ. D. 10. His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao, successore Cecropis, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis. — Apud mythographos gigas fuit, Terræ (Hygin. fab. 48) et Volcani (Id. fab. 158) filius, et quidem autochthonos seu indigena (Apollod. 3. 14. 1); quamquam alii, at perperam, tradunt fuisse Ægyptium, a Sais (Sa-el-hajjar), urbe Deltæ, a. 1580. a. Chr. (Cf. Müller, Orkomen. 101). In Acten seu Atticam venisse; hinc Diphyes (διφυής) cognominarunt, quasi duabus naturis præditum, alii vero geminum (Ovid. 2. Met. 555) vel biformem (Justin. 2. 6), « sive ob longitudinem corporis sive quia Græcus et Ægyptius utramque linguam sciebat », sc. Græcam et Ægyptiam (Hieronym. chron. a. Abr. 431. et 468); vel quia humano et serpentino corpore erat (Apoll. loc. cit., coll. Ampel. 15); vel quia primus marem feminæ matrimonio junxit, quum antea homines vago concubitu uterentur. — Fertur condendi oppidi artem invenisse, qui primus arcem condiderit, ab eo Cecropiam (arces Cecropis ap. Val. Fl. 5. 646) appellatam, deinde Athenas dictam (Mythogr. III. fab. 5. n. 4., coll. Cinna et Hieronym. locc. citt.) ex oliva, illinc primum orta et ex Minervæ nomine, quæ græce Athena dicitur (Mythogr. ibid., coll. Varr. ap. Augustin. 18. Civ. D. 9. V. ATHENA); tum incolas ad humanitatem informasse eosque in XII. tribus seu δήμους, divisisse (Cf. Curt. St. Gr. I. 147); invenisse litteras (quod tamen unus Tac. tradit ex quorundam auctoritate, quos silet, ceteris id Cadmo tribuentibus, ut Herod., Clem. Alex. etc. Cf. Hitzig, Die Erfindung d. Alphab. p. 5); cultum invenisse deorum, præcipue Jovis, cui nihil vita præditum immolandum statuisset (Paus. 8. 2. 2. et 3. et Macr. loc. cit.), quod negant Euseb. et Isid. locc. citt.; unde falsi cultus pater apud Græcos dicitur antiquis, ut Isid. 8. Orig. 11. 10. « Hic primus omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia unquam visis ». — Ex Agraulo filiæ suscepit Aglaurum (serenitas cæli), Hersen (ros) et Pandrosum (omnis humor roris) et filium Erisichthonis, ipsi præmortuum (Apollod. 3. 14. 2. et Paus. 1. 2. 6); quare nullum ex aula habuit successorem. — Regnavit annos L., ut Eus. loc. cit. tradit, et Athenis in Minervio terræ mandatum esse adfirmat Arnob. 6. p. 193., coll. Cic. loc. cit., habuitque successorem Cranaum, qui, divitiis et auctoritate potens, regnum sibi arrogavit. — Alia de hoc heroe, sive ficta seu ex aliqua parte vera sed mytho adumbrata, colliges ex monumentis, quæ perrara sunt, in Annal. dell' Istit. arch. et ap. Minervini in Bull. arch. ap. Stephani, C. R. 1875. p. 43. sqq.; Overbeck, Plastik. I. 298. al., coll. Immisch ap. Roscher, Mith. Lex. II. 1014. sqq. — 2.°) Item alter Athenarum rex ab a. Chr. 1347-1307. per annos XL. (Hieronym. ex Eus. chron.), filius Erichthonii seu Erechthei secundi, pater Pandionis secundi, quem sibi successorem in regno reliquit (Cf. Paus. 9. 33. 1. et Apollod. 3. 14. 1. et 5). ¶ 2. In titulis nom. serv. Corp. I. L. 11. 6392 (Pisauri). — Hinc Cecropius, adj. ad Cecropem priorem pertinens. Usurpatur — 1.°) Proprie. Horat. 4. Od. 12. 6. Ityn - infelix avis et Cecropiæ domus æternum opprobrium. sc. Athenarum. Ovid. 6. Met. 70. Cecropia arx. sc. Athenæ. Adde Ætn. 581., Martial. 1. 25. 3., Val. Fl. 1. 468. — 2.°) Translate, i. q. Atheniensis, Atticus. Senec. Thy. 1049. Cecropiæ terræ. Catull. 64. 172. puppes. Virg. 4. G. 177. apes (coll. ibid. 270). Martial. 13. 24. 1. mel. Catal. 9. 14. sal., Cir. 3. hortulus (κῆπος Epicuri). Horat. 2. Od. 1. 12. cothurnus (tragœdia ad instar Sophoclis Euripidis, Æschyli Atheniensium). Ovid. 10. Her. 125. portus. et 93. Eumolpus. Lucan. 3. 306. Minerva. Martial. 10. 181. Plato. et 10. 33. 2. senex (Socrates). Sil. It. 2. 217. Hymettus. Stat. 2. Silv. 6. 55. fides (Pirithous). Auson. 348. 8. Camenæ. et Mos. 309. Philo (is qui Atheniensium navalia construxit). Carm. Hygin. fab. 221. Solon. Sidon. carm. 9. 38. triumphi. Carm. de pond. 37. talentum. Anth. 904. 1. noctes (i. e. Gellii). — Abs. Cecropii, ap. Senec. Phædr. 2. et Arnob. 5. p. 174. — Cecropia (Κεκροπία), i. e. Athenæ, Attica. Catull. 64. 79. Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (194). Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis. — Hinc Cecropius, nom. viri. Trebell. Gall. 14. Cecropius, dux Dalmatarum. Vopisc. Prob. 22. Cecropius, dux præclarus. — Adj. Cecropeius (Κεκροπήιος). Apul. 11. Met. 5. et Cecropēus (Κεκρόπειος). Avien. Arat. 1370. Cecropea ars (i. e. Atheniensis). — Cecropis, idis (Κεκροπίς), adj. Ovid. 10. Her. 100. Cecropi (voc.) terra. Id. 3. Am. 12. 32. ales. — Subst.: Ovid. 2. Met. 806. Cecropis (i. e. Aglaurus). et 6. ibid. 667. Cecropides (i. e. Procne et Philomela ex Pandione I). — Latiore sensu, Athenienses. Ovid. 3. Met. 457. Parcite, Cecropides, juranti credere Theseo. — Dat. plur. Lact. 1. 17. 14 (Minerva Ericthonium) tribus virginibus Cecropidis commendavit (confundit c. Cecropidæ. Cf. 417. 55). — In sing. Juvenal. 6. 187. — Cecropidēs, æ (Κεκροπίδης). Ovid. 7. Met. 502. Cecropidæ (i. e. Ægei) Cephalus (Herse filius ex Mercurio) peragit mandata. et 8. ibid. 551. succede meis - inclite, tectis, Cecropida (i. e. Theseu: al. leg. Cecropide). — Juvenal. 8. 46. Ast ego Cecropides (i. e. nobilis: cf. Otto, Sprichw. p. 79). — Cecropidæ, arum, m. plur. Ampel. 15. Cecrops rex, qui urbem condidit Athenas et ex suo nomine Cecropidas appellavit cives. Serv. ad Virg. 12. Æn. 529. Solet enim fieri ut primi regis nomen etiam reliqui (sc. reges) possideant sicut - apud Athenienses Cecropidæ. Ovid. 3. Fast. 81. Pallada Cecropidæ (colunt). — Fam. Capell. 4. p. 135. vers. populum Cecropidarum.

CĒDAR, indecl. Hebr. Qêdâr « niger, ustus », LXX. Κηδάρ. Sic Hil. in ps. 119. 2. Cedar - obscuratio. et Hieronym. nom. Hebr. p. 4. Cedar tenebræ vel mæror. — Cædar, cum dipthongo, passim in codd. Cf. Gesen. Thes. p. 1195. et Delitzsch, Hohesllied, Leipz. 1875. p. 26. — Est nom. person. et geogr.

I.) Cedar, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Ismaelis secundus. Vulg. Gen. 25. 13. et 1. Par. 1. 29. ¶ 2. Item tribus seu posteritas Cedar, hebr. benê Qêdâr seu filii Cedar (Vulg. Is. 21. 17., coll. 60. 7.: in inscr. Assyr. Qid-ra-ai, ap. Schrader, Keilinschr. etc. p. 147). — Fuerunt nomades, inter Arabes præcipui, pastoritiæ deditī, sub nigris ac pelliceis tentoriis habitantes (Vulg. Cant. 1. 4. Nigra sum sed formosa - sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. et 60. 7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi), postea stabilem sedem habentes (Is. 42. 11); sagittandi periti (Id. ibid. 21. 16. sq. Et auferetur omnis gloria Cedar et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur). Hil. in ps. 119. Cedar gens est Ismaelitarum deserta incolens, cujus fines usque Medos et Persas proferuntur (nunc Saraceni nuncupati). — Pro universa Arabum gente. Id. Jer. 49. 28. seq. Hæc dicit Dominus: Surgite et ascendite ad Cedar et vastate filios Orientis (hebr. benê qedem: i. e. Arabes. Cf. Ezech. 25. 4. filii orientales: Cedem ap. Hieronym. onom. p. 257. 1. P.). — Hujus tribus religio fuit cultus astrorum, seu sabeismus qui dicitur, præcipue deæ Adarsamaim, i. e. Atar cæli vel Astarte (V. Schrader, op. cit. p. 148. et 414. et Vigouroux, La Bibl. etc. IV. 296); forma vero reip. aliquando regia. Cf. Ezech. 27. 21.

II.) Cedar, nom. regionis et oppidi. Vulg. Ps 119 (hebr. 20). 5. Habitavi cum habitantibus Cedar (i. e. loca incommoda, molesta, coll. Jer. 2. 10). Adde Cassiod. in ps. 119. et Isid. 9. Orig. 2. 57. — Cedreorum oppidum, a Cedar conditum, memoratur Judith 1. 8., coll. ps. 119. 5. — Probabile est tribum Cedar regiones incoluisse ad meridiem Arabiæ desertæ inter hod. Djebel Hauran et Djof septentr., in inscr. Assyr.: mat Qidri et mat Qa-ad-iri dictas et a regibus Assyriorum non semel subactas: quam pœnam Dei nomine minitati sunt prophetæ (Is. 21. 16. et 17., coll. Jer. 49. 28. et 29); idque de se narrat Nabuchonodosor in cylindr. B. col. VIII (Vigouroux, op. cit. IV. p. 278).

CĔDEM, indecl. V. voc. præc.

CEDMĀ, indecl. (Hebr. Qedmâh « orientem versus », LXX. Κεδμά) duodecimus ultimusque filius Ismaelis, unde duodecim Ismaelitarum tribus, pater Cedmonæorum, deserta Syriæ incolentium. Vulg. Gen. 25. 15., coll. 15. 19.

CĔDMŌNÆI. V. voc. præc.

CEDRĒI, ōrum, m. plur. 2. posteri Cedar, gens Arabica. Plin. 5. Hist. nat. 11. 12. (65).

CEDRON (ōnis), f. Hebr. Qidrôn ¶ 1. Est nom. oppidi in Palæstina (Κεδρών), hod. Qatrah v. Kadran (V. Legendre, Dict. Bibl. II. 386. sq.). Vulg. 1. Mach. 16. 9., coll. ibid. 15. 40., ubi pro Gedorem hebr. est Cedronem, quo confugit illius conditor Cendebæus, non Johannes, ut legitur (16. 8. et 9) « Johannes insecutus est eos (i. e. Cendebæum et castra ejus) donec venit (hic) Cedronem (Cedronum cod. Palat.), quam ædificavit ». ¶ 2. Item torrens in Palæstina (Κέδρων, ὁ χειμάρρος Κέδρων, v. τῶν κέδρων v. κέδρου, Νάχαλ Κέδρων; σαδημὼθ Κέδρων), fluens inter urbem Jerusalem et Olivetum, et vallis, qua torrens excurrit, communiter dicta etiam vallis Josaphat (Itin. Euch. loc. cit.), quæ tamen denominatio est recentior, nec sacræ scripturæ nec Josephi testimonio ullo confirmatur, hod. eo tractu uadi Sitti Maryam appellata. Locus Joel 3. 12., ubi non 'ameq (Yehôsâphât), i. e. vallis amplissima, sed nahhal, i. e. vallis angusta, legitur, huc non pertinet. V. JOSAPHAT. — Oritur torrens e monte prope Jerusalem ad orientalem plagam et per vallem cognominem inter duos montes in mare Mortuum delabitur, nomine non a cedris, ut male quidam putant, sed ab aquis lutulentis ac sordidis, vel ab umbrosa valle, vel quia profundus et obscurus; hebraica enim vox sonat « turbidus v. nigrescens » (Hieronym. tract. in ps. I. p. 204). Memoratur primum Vulg. 2. Reg. 15. 23. « Rex (David) quoque transgrediebatur torrentem » ob rebellis Absalomi incursum fugiens ad Olivetum ac desertum; postremum vero Joh. 18. 1., coll. Luc. 22. 39., ubi de Christo, quem ille adumbrabat, sermo est illac transeunte ad Gethsemani. Adde Jer. 31. 40. — Hunc fontem vocat Cassiod. in ps. 50. præf. loquens de Bethsabee. — De valle ita Itin. Euch. p. 127. « Juxta murum Hierusalem vel templi ab oriente Geennon occurrit, quæ vallis Josaphat vocatur, a septentrione in austrum porrecta, per quam Cedron torrens, si quando pluviarum aquas recipit, decurrit ».

CEJŌNĬUS, ii. V. voc. seq.

CEJUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. 4. 746., 748.; 6. 354., etc. Adde Cic. 59. 162. — Hinc Cejos, locus, ab hac gente nominatus, in Marrucinis (Rav. p. 281); et fort. vicus Romæ in reg. XII (Corp. 6. 975). — Ceja, nom. mul. Corp. 9. 1637 (Beneventi). — Cejanus, adj. Lib. pont. p. 71. Fundus Cejanus (al. Celanus). et Cejanus, cogn. Corp. 3. 4083.; Cejanius, nom. gent. Corp. 5. 8252 (Aquilejæ); præcipue vero Cejonius (codd. Cæjonius, Chejonius), nom. gent., Etr. ceina (V. Schulze, Eig. p. 186. adn. 5), Gr. Κειώνιος; ex qua gente plures familiæ ortæ sunt, præsertim Commodorum, Rufiorum, Albinorum et Postumiorum. — 1.°) Apud scriptores memorantur ex pluribus — a) Cejonius, præf. castrorum in exercitu Quintilii Vari, qui « quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe (ipse) prodidit »; cum enim « longe maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis supplicio, quam prœlio, mori maluit » (Vellej. 2. 119. 4). — b) Cejonius Commodus, pater Ælii Cæsaris « quem alii Verum, alii Lucium Aurelium, multi Annium prodiderunt: majores omnes nobilissimi, quorum origo pleraque ex Etruria fuit vel ex Faventia » cos. a. 106. p. Chr. Fortasse ad eum pertinet Fast. sodal. Aug. (Corp. 6. 1988. 8. a. 91) L. Cejonius cooptatus. — c) L. Cejonius Commodus, hujus filius, cos. a. 136. Corp. 6. 975., 10242., 31144. Spartian. Hadr. 23. Tunc Hadrianus Cejonium Commodum - sibi forma commendatum adoptare constituit: adoptavit ergo Cejonium Commodum Verum, invitis omnibus, eumque Helium Verum Cæsarem appellavit. Cf. Hel. 1. sqq. etc. « L. Cejonius Commodus Verus Helius Cæsar - nam his omnibus nominibus appellatus est ». — Inde in titulis et nummis L. Ælius Cæsar (nusquam Verus: apud script. hist. Aug. nomina omnia confunduntur). — In societatem imperii assumptus, etiam tribunicia potestate est instructus (Eckhel, 6. p. 524. sqq. et Corp. 3. 4366). — E Pannonia, cui dux et rector impositus fuerat, Romam rediit ibique cum « orationem pulcherrimam, quæ hodieque legitur sive per se seu per scriniorum aut dicendi magistros pararet, qua - Hadriano patri gratias ageret, accepta potione - periit » (Spartian. Hel. 4). — Fuit Ælius « vitæ lætissimæ, eruditus in litteris, Hadriano, ut malivoli locuntur, acceptior forma quam moribus, - eloquentiæ celebratæ, versu facilis etc. » (Id. ibid. 7). — Statuam ejus, quæ adhuc exstat, illustravit Visconti in Mon. Borghes. p. 169. sqq. — d) Cejonius Rufius Albinus, philosophus, vir clarissimus, consul (Inscr. apud Orelli n. 3111), filius C. Cejonii Rufii Volusiani, cujus honorum cursus describitur in Inscr. ap. Grut. 387. 5.; pater C. Cejonii Rufii Albini Volusiani, ut videtur, præf. præt. et Urb. a. 365. (Inscr. ap. Fabretti p. 208. n. 513) et avus Cejonii Rufii Volusiani, Rutilii Namatiani amici, præf. Urb., cui poeta cognomen indit Venaris (1. Itin. 417), de quo disputant eruditi; alii namque pro Venerie leg. Volusi, coll. v. 169., alii veniat. — 2.°) In titulis nom. vir. Corp. 6. 1064. — Cejonia, nom. mul. Corp. 6. 12988. — Cogn. vir. Corp. 6. 1056(4) 14. (a. 205).

CĒLĀDON, ontis, m. 3. (Κελάδων) nom. vir. — a) Est vir quidem Mendesius, de quo Ovid. 5. Met. 144. — b) Alius ex Lapithis. Id. 12. ibid. 250.

CĒLĀDUS, i, m. 2. (Κέλαδος: cf. κέλαδος, strepitus, clamor) nom. serv. et lib., quod etiam scribitur Cælados, cum diphthongo, sed perperam. Corp. 5. 1420. et Callados, duplici c, 9. 5871 (Firmi Piceni). ¶ 1. Speciatim — a) Fuit libertus Augusti. Sueton. Aug. 67. Patronus dominusque (Augustus) non minus severus quam facilis et clemens, multos libertorum in honore et usu maximo habuit, ut Licinium et Celadum (Enceladum codd., sed corr. Casaubonus). — b) Item grammaticus, laudatus Juvenal. 7. 215. — NB. Celadus, fluvius Hispaniæ, memoratur Mel. 3. 10.; sed mira hic est in codd. mss. scriptionis varietas. Cf. tamen Hübner, PW. 3. 1866. ¶ 2. Generatim, in titulis. Corp. 6. 644 (a. 149).; 6. 4917 (in monum. inter viam Appiam et Latinam) etc. — Hinc Celadianus, cogn. Corp. 6. 8909.

CĒLADUSSA v., rectius, Celadusa, æ, f. 1. (Κελάδουσα) nom. ins. Rhenes. Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (67). — Plur. Celadussæ, nom. insularum maris Adriatici contra Liburnos. Id. 3. ibid. 26. 30. (152). — Utrumque nom. a κελαδεῖν, strepere, sc. a strepitu undarum, derivandum videtur.

CELÆNÆ, ārum, et Celæne, es, f. 1. (Κελαιναί) oppidum Phrygiæ magnæ, in colle situm ad fontes Mæandri, arx et sedes regum Persarum, in cujus locum dein suffecta Apamea Cibotus, dictum, ut mythologi docent, a Celæno, Neptuni filio (Strab. 12. 8. 15), hodie Dineir. Memoratur Liv. 38. 13., Curt. 3. 1. 1., Plin. 5. Hist. nat. 32. 41. (145)., coll. Herod. 7. 26., Xen. anab. 1. 2. 7. et Plut. Eum. 18. — De fluvio cognomine intelligitur locus Lucan. 3. 205., ubi tangitur fabula Marsyæ in hunc fluvium versi, quod ausus sit cum Apolline certare. Adde Stat. 4. Theb. 186. — Hinc Celænæus, adj. Id. 2. ibid. 666. et 16. 62. et Claudian. 18. 278. — Subst. nom. vir. Κελαινεύς. Val. Fl. 3. 406.

CELÆNÆUS. V. voc. præc.

CĒLÆNŌ, us, f. (Κελαινώ) Prob. app. gramm. IV. 195. vult nomina in o feminina aptota esse; at genet. Celænus usurpat Ps. Ovid. arg. Æn. 3. 7. « diræ narrat præcepta Celænus »; et abl. Celæno habet Hygin. fab. 157. et 2. Astr. 21., ut putat Reisch, quod tamen rem non omnino probat. — Etymon a κελαινός, niger, ater, deduci potest. Sic Mythogr. I. fab. 111. Celæno, id est nigra.

Celæno ¶ 1. Est nom. Pleiadis, Atlantis et Pleiones filia. Hygin. fab. 192., Cic. Arat. 85., Ovid. 18. Her. 185. Id. 4. Fast. 143. formosa Celæno. ¶ 2. Item Harpyiæ. Virg. 3. Æn. 211. Strophades - insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno Harpiæque colunt aliæ. et 3. ibid. 245. infelix vates. Val. Fl. 4. 499. horrenda. Mythogr. loc. cit. Tres Harpyiæ in inferis - Ællo capit; rapit Ocypete; Celæno recondit. — Improprie, de quacumque muliere avara et rapaci. Juvenal. 8. 130. ¶ 3. Item filia Danai. Hygin. fab. 170. — Cf. Celænus, cogn. vir. (Κελαινός). Corp. 6. 24604.

CELBIS, is, m. 3. nom. fluvii, qui in Mosellam influit, hodie Kyll. Memoratur Auson. Mos. 359. rapidus Celbis (alii leg. Gelbis).

CELCĒITIS, idis, f. 3. titulus v. cogn. Dianæ. Corp. 3. 3156. Fortasse ita dicta est a loco aliquo Κέλκη, unde Κελκῆτις: cf. a Σελήνη Σεληνῆτις. Sic apud Arrian. Exp. Alex. M. 7. 19. 4. Ἄρτεμις Κελκαία.

CĒLEJA, æ, f. 1. (Κέλεια) ¶ 1. Est oppidum Norici, dictum Claudia post regnum Claudii imp. Inscr. ap. Orelli n. 501.: cf. Corp. 3. 2746. et alib. et Plin. 3. Hist. nat. 24. 27. (146); tribu item Claudia et municipium (Corp. 3. 5227), hodie Cilli. Memoratur Plin. loc. cit., Itin. Ant. p. 129., Tab. Peut. 5., coll. Ptol. 2. 14. 3. ¶ 2. Est etiam nom. deæ ejusdem civitatis. Corp. 3. 5154 (a. 218). Celeja sancta. — Hinc Celejanus, adj. Corp. 3. 5197. — Celejanais, adj. Corp. 6. 1569. — Incolæ. Corp. 3. 5159. Ordo Celejensium.

CELEJĀTES, ium, m. plur. 3. gens Ligurum. Liv. 32. 29.

CĔLER, ĕris, m. 3. (celer) Scribitur Cæler cum diphth. in Corp. 11. 2824 (Clusii). et Celler in Corp. 3. 10805 (in Pann. sup.). — Etiam Celerus, i, f. Lap. del Poles. apud De-Vit, p. 101. n. 96. et Corp. 9. 1613. et Celera, æ, f. Corp. 2. 4270. In recto Celeris in Corp. 3. 1044 (in Dacia). — Abl. Celere, ut fit, monente Charis., in similibus propriis.

Celer ¶ 1. Est cogn. vir. — 1.°) Apud scriptores. Paul. Fest. p. 55. Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites diximus a Celere, interfectore Remi, qui initio his præpositus est. Cf. Ovid. 4. Fast. 837. sqq. et Vir. ill. 1. 4 (Lyd. de mag. 1. 9., 14. 37. Κελέριος). Cic. Brut. 89. 305. Q. Cæcilius Metellus Celer non ille quidem orator sed tamen non infans (Cf. Plut. Coriol. 11). et ibid. 70. 247. Duo etiam Metelli, Celer et Nepos, (non) nihil in causis versati nec sine ingenio nec indocti, hoc erant populare dicendi genus assecuti. Adde Sall. Cat. 30. — Tac. 4. Hist. 10. P. Egnatius Celer, philosophus Stoicus. Cf. Schol. Juv. 1. 33. — Prisc. gramm. X. 57. p. 547. H. « Vellejus (D. Vellius) Celer respondens Hadriano imp. per epistulam de hoc (sc. de quantitate secundæ in ambitus) interroganti - ostendit ». Fortasse Κέλερ τεχνόγραφος ap. Philostr. vit. soph. I. 22. — Martial. 1. 64. « Non audire (epigrammata), Celer, sed recitare cupis ». Hic Celer poeta distinguendus a Celere, Hispaniarum rectore, ad quem ejusd. epigr. 7. 52. — In plur. num. Liv. 23. 8. Hannibal deversatus est Capuæ apud Ninnios Celeres, Sthenium Pacuviumque, inclutos nobilitate ac divitiis. — 2.°) In titulis cogn. ubique frequens. Corp. 1. 744.; 6. 6085., 9481. etc. — Celera, cogn. mul. V. supra. — Hinc Celerius, nom. gent., unde Celerianus adj.; Celerana, Celerienus, Celerio, Celerinius (V. Corp.); præcipue vero Celerinus, cogn. demin. Inscr. apud Momms. n. 5777 et Celerina, cogn. mul. Corp. 3. 14354. Memorandi: Celerinus, martyr Afer, insignis, laudatus Cyprian. ep. 34.: item Celerinus, vir bel-

lica virtute illustris, ap. *Claudian. carm.* 31. 69. Fortasse ille, cui, Caro imp. mortuo, ultro milites imperium obtulerunt, quod Celerinus respuit, et inter majores Celerinæ, cujus nuptiæ cum Palladio *ibid.* celebrantur. ¶ 2. Est cogn. Herculis. *Corp.* 6. 30733 (= 304). ¶ 3. Etiam nom. canis, apud *Colum.* 7. 12. 13. Nec tamen brevioribus *(nominibus vocandi sunt catuli canini)*, quam quæ duabus syllabis enuntientur, sicuti græcum est Σκύλαξ, latinum Ferox, græcum Λάκων, latinum Celer.

CĔLĔRIĀNUS et

CĔLĔRĪNUS et deriv. *V.* voc. præc.

CĔLES, is, m. 3. (Κέλης) pater Erinomæ. *Serv. auct. ecl.* 10. 18. — *V.* etiam CÆLES.

CĔLĔUS, i, m. 2. (Κελεός) trisyll. ¶ 1. Est nom. regis Eleusinii, qui Cererem, ut mythologi tradunt, filiam suam dum quæreret, hospitio excepit *(Mythogr. I. fab.* 8., coll. *Lact.* ad *Stat.* 7. *Theb.* 407), ob quod benefactum de Triptolemum, Celei filium, usum serendi docuit *(Philarg.* ad *Virg. loc. cit.*; quamquam aliter *Eus.* fabulam exponit ap. *Hieronym.* a. Abr. 611). *Virg.* 1. *G.* 165. Virgea præterea Celei vilisque supellex. *Ovid.* 4. *Fast.* 508. quod nunc Cerealis Eleusin Dicitur, hoc Celei rura fuere senis. *Hygin. fab.* 147. Celeus eum *(Triptolemum)* pro benefacto interfici jussit. Adde *Stat.* 12. *Theb.* 619., *Ampel.* 15. *Gloss. V.* 177. Celeus, rex Eleusinorum, quod Cererem hospitaliter accepisset, usum vini ab ea didicisse fertur. ¶ 2. Est etiam nom. montis prope Ephesum, in cujus spelunca septem martyres dormiverunt. *Greg. Tur. dorm.* 3.

CELLÆ, ārum, f. plur. 1. nom. plurium locorum, præsertim in Africa, fortasse a pluralitate *cellarum* factum, ut plurimum, ubi frumenta condebantur. Cfr. *Auct. B. Afr.* 25. — Hinc *Cellæ*, opp. Mauretaniæ Sitif. *Itin. Ant. p.* 50. — *C.* in Byzacena. *Itin. Ant. p.* 50. — *C.* in Numidia. *Coripp.* 3. *Joh.* 318. Te Cellas Vatari miro spectabat amore. *Tab. Peut.* 4. Vatari. — *C.* in Macedonia (Κέλλαι). *Itin. Ant. p.* 319. — *C.*, habitacula monachorum in Ægypto. *Cassian. conl.* 6. 1. 3 (τὰ Κελλία). — *C.* in insula Corsica. *Greg. M. ep.* 6. — Hinc *Cellensis*, adj. *Corp.* 8. 12344. et *Conc. Carth.* a. 411 *(Mansi* 4. 99).

CELSUS, i, m. 2. cogn. gent., a celsitudine seu altitudine corporis ductum et frequentissimum ubique; reperitur autem in gente *Appuleja, Arruntia, Aurelia, Calpurnia, Cornelia, Flavia, Fulvia, Herennia, Julia, Juventia, Lorenia, Maria, Papia, Poblicia, Publilia, Ragonia, Valeria* pluribusque aliis, præsertim in scriptis Lapidibus. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Celsus, fortasse *L. Publilius*, cos. cum Hadriano imp., a quo, ob suspicionem affectatæ tyrannidis, Baiis occidi jussus est, teste *Spartian. Hadr.* 4. et 7. — 2.°) Celsus tyrannus, in Africa, quem « Afri imperatorem appellaverunt, peplo de Cælestis ornatum - ea justitia et corporis magnitudine ut dignus videretur imperio: quare creatus - septimo imperii die interemptus est » *(Trebell. Claud.* 7) a. 265. p. Chr. — 3.°) Celsus, rector Ciliciæ « qui Juliano principi Ciliciam ingresso panegyricum dixit, ut ait Libanius. - Hoc discipulo se jactat Libanius in orat. adversus doctrinæ suæ obtrectatores ». Ita *Vales.* ad *Ammian.* 22. 9. 13., ubi de hoc Celso loquitur. — 4.°) Celsus, poeta, quem *Horatius* deridet (1. *Ep.* 3. 15. *sqq.*). Sunt qui putent eundem esse ac Albinovanum, sed *Schol.* ad *l.* distinguere videtur. — 5.°) Celsus, medicus et orator v. rhetor. *V.* A. CORNELIUS CELSUS. — 6.°) Celsus, grammaticus. *V.* ARRUNTIUS CELSUS. — 7.°) Celsus, philosophus Platonicus, qui primus scripsit contra Christianos. De eo *Hieronym. vir. ill. præf.* Celsus, Porphyrius, Julianus, rabidi adversum Christum canes. *Rufin.* 6. *Hist.* 36. 2. Adversum quendam Celsum, Epicureum philosophum, qui contra nos libros conscripserat *(immo erat Platonicus*: cf. *Neumann*: de Celsis Epicureis vd. *Arnim, PW.* 3. 1884). — Scripsit 'Αληθὴς λόγος, fortasse sub M. Aurelio imp. a. 177-178.; nihil tamen aut fere nihil de ejus vita scitur. *Keim (Cels. Wahr. Wort*, Zurich 1873) ex libris Origenis *contra Celsum* loca hujus auctoris ab eo allata excerpsit congessitque in unum librum. Adde *Pélagaud, Étude sur Cels.*, Lyon 1878.; *Aubé, La Disc. vérit. d. Cels.*, Paris 1878. et *Heine, Phil. Abhandl. zu Ehren M. Hertz* 1888., qui statuit Celsum Epicureum Luciani cum Platonico confundi omnino non posse. — 8.°) Celsus, martyr Mediolani cum Nazario sub Nerone imp., quorum corpora ab Ambrosio inventa, in urbem translata sunt, teste *Paulin.* in *vit. s. Ambros.* 52. — Cf. *Biraghi* ad *Hist. Dat.* 7. refert *Inscr.* Gr., ubi nom. martyris KAIACOYC scribitur, citatque egregium opus *Bugati*, quod inscribitur *Memorie di S. Celso*, unde alia colligi possunt. — 9.°) Celsus, scriptor christianus, qui sæc. IV. *Altercationem Jasonis et Papisci de religione* (sc. de Judaica incredulitate) latine vertit; hæc autem est inter opera Cypriani. — 10.°) Celsus Albinovanus. *V.* ALBINOVANUS CELSUS. ¶ 2. In titulis *Corp.* 6. 1057 (2) 49 (a. 205).: 14. 362 *(Ostiæ)*. etc. — *Celsa*, nom. mul. *Corp.* 6. 17726. — Hinc deriv. *Celsius (a)*, nom. gent. *Corp.* 2. 4119 *(Tarrac.)*; *Celsinus (a)*, cogn. *Corp.* 6. 1057 (7) 16. — Item *Julius Celsinus*, amicus Gellii *(Gell.* 19. 7. 2); - *Celsinus Titianus*, frater Symmachi, vicarius Africæ a. 380 *(Symm. ep.* 1.); - *Celsinus*, gener imp. Juliani (V. *Seeck, PW.* 3. 1882); - *Celsinus*, scriptor quidam, laudatus *Augustin.* 2. *c. Acad.* 2. 5. — *Celsinianus*, adj. *Apic.* 8. 382. Porcellus Celsinianus. — Adde *Celsinius, Celsianus, Celsenus, Celsentius, Celsidius, Celsulus, Celsilla, Celsinianus* (cogn.) etc. V. *Schulze, Eigenn. p.* 146. *sq.* et *Corp.*

CELTA. *V.* CELTUS.

CELTÆ, ārum, m. plur. 1. (Κέλται) Aliæ formæ *Celtus, Celti, Celtes* infra. — Origo vocis ducitur in fabulis a *Celto*, Herculis filio *(Dionys. Hal.* in *Exc.* ed. *Mai, Coll. Vat. II.* 487). Hinc *Ammian.* 15. 9. 3. « Aborigenes primos in his regionibus quidam visos esse firmarunt, Celtas nomine regis amabilis et matris ejus vocabulo Galatas dictos ». Alii dictos docent a *Gomer*, filio Japheth *(Jos. ant.* 1. 6); qui enim a Græcis *Galatæ* appellantur, olim *Gomarenses* (Γομαρεῖς) appellati, sed quæstio de Gomer obscurior est, de quo alii alia sentiunt (V. *de Hummelauer* in *Gen.* 1895. *p.* 313). Probabilius ex una rad. *Cel* deducantur *Cel-tæ, Gal-atæ, Gal-li*, de cujus significatione aliquid dicere cum aliis conatur *Holder, Altc. Spr. I.* 888-956. et 1522. et 1688. Cf. etiam *Nissen, Landesk. I.* 476., *Zeuss, Die Deutschen u. die Nachbarstämme p.* 65. et *Pape-Benseler, Wörtb. I. p.* 238. et 240.

Celtæ ¶ 1. Populus Galliæ. *Cæs.* 1. *B. G.* Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum - tertiam *(incolunt)*, qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. *Mel.* 3. 20. Clarissimi - Celtarum Hædui. — Antiquiores nomine Celtarum populos designabant habitantes Europam occidentalem, medium et borealem, ad septentr. Iberorum et Ligurum; sed Romanorum re publica ad finem vergente Celtas a Germanis distinxerunt, quos ab iis Rhenus dividebat et hac appellatione denominarunt dumtaxat Galliam et Britanniam. — Profecti videntur primum, ignota ætate, ex Aria; recentius vero ex Frisia et Jutia, unde in Galliam irruperunt sæc. IV. a. Chr., Iberis Liguribusque devictis; quos secuti Belgæ, Galliæ partem occuparunt ad septentr. Sequanæ et Britanniæ *(Strab.* 4. 199). Ita dein potentia et magnitudine imperii increverunt ut pars Italiæ, Græciæ, Asiæ minoris regiones potiti fuerint, pars vero Iberiam ingressi cum incolis in unum populum coaluerint *(V.* CELTIBERI). — De Celtarum lingua, indole et moribus dicimus, eos sermone locutos Indo-Europæo, cujus reliquias invenire est in aliquibus partibus Britanniæ et Hiberniæ; fuisse autem « ingenio fluxos sed prima feroces, vaniloquum genus ac mutabile mentis » *(Sil.* 3. 418. et 4. 153), tumidissimos, strenuos bellatores et in plurimas gentes, inter se æmulas, divisos (Cf. *Polyb.* 2. 13. etc., *Strab.* 4. 178. etc., *Paus.* 1. 4. 1., *Plut. Rom.* 22., *Appian. Celt.* et *B. C.* 3. 2. etc., *Liv.* 5. 34., *al.*). — De his cf. etiam *Niese, Zur Gesch. d. Keltisch. Wand.* in *Ztschr. f. deutsch. Altert. XLII* (1898). p. 129. *sqq.* et *Meyer, Gesch. d. Altert. V. p.* 151. *sq.* ¶ 2. Item Hispaniæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (8). In universam Hispaniam M. Varro pervenisse Hiberos et Persas et Phœnicas Celtasque et Pœnos tradit. *Lucan.* 4. 10. profugique a gente vetusta Gallorum Celtæ miscentes nomen Hiberis. Adde *Martial.* 4. 55. 8., *Sil. It.* 3. 340., *Corp. I. L.* 13. 8007. ¶ 3. Item pop. septentr. *Trebell. Claud.* 6. Scytharum diversi populi, Peuci Grutungi Austrogoti - Celtæ etiam et Eruli *(V.* tamen *Momms. Herm.* 25. 255). ¶ 4. Item genus militum. *Ammian.* 20. 4. 2. Decentium tribunum et notarium misit auxiliares milites exinde protinus abstracturum Ærulos et Batavos, cumque Petulantibus Celtas et lectos ex numeris aliis trecentenos. *Not. Dign. occ.* 5. 17 = 161. Auxilia Palatina (intra Italiam) - Celtæ seniores. ¶ 5. Item canes Galatiæ. *Grat. cyn.* 156. magna indocilis dat prœlia Medus, Magnaque diversos extollit gloria Celtas (Cf. *Radermacher, Rhein. Mus.* 60 [1905]. *p.* 249). — Alia forma *Celtus* et *Celti* (Κελτοί). *Physiogn.* 9. Hic Celto, id est Germano, est similis, Celti autem sunt indociles, fortes, feri. *Eust. Bas. Lex.* 3. 6. *p.* 897. *A.*- Rhodanus-Galatas et Hesperios Celtorumque gentem præterea. — *Celtes* (Κέλτης). *Lib. gen. chron. I. p.* 99. 88. 89. Celtes Gallia *(Chron. Alex. Celt.)*. — Hinc *Celticus* (V. suo loc.), *Celtilius (a)*, nom. gent. *Corp.* 6. 14974.; *Celtius, Celtianus, Celto (onis), Celtis* (Κελτίς) in *Corp.*

Homonym. Apud Latinos Celtæ iidem sunt qui Galli. *Cæs.* 1. *B. G.* 1. « Qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur ». Rectius dici potest Celtas esse nomen commune totius gentis, etiam Gallicæ, Gallos vero quosdam ejusdem gentis populos, hoc nomine a ceteris distinctos. Hinc — *a)* Latissimo sensu, Celtæ comprehendunt Gallos, Germanos aliosque hujus generis ex Asia in Europa disseminatos *(Ammian.* 15. 9., *Avien. or.* 182. *sqq.*, *Prisc. perih.* 279., *Sil. It.* 3. 418. et *alib.*). — *b)* Strictius vero sunt Galli omnes in Gallias diffusi *(Sil. It.* 8. 16., 11. 25. et 15. 715. et *Auson. edyll.* 12., *Philastr. hær.* 10). — *c)* Strictissima denique significatione, qui partem incolunt Galliæ, *Celticam* appellatam *(Liv.* 5. 34., *Mela* 3. 2. 4., coll. *Ammian.* 13. 11. 1), quique *Galli* speciatim dicuntur *Cæs. loc. cit.* et posteriore tempore *Celtæ seniores*, intra Italiam, et *Celtæ juniores*, intra Africam *(Not. Dign. loc. cit.)* et cum Petulantibus memorati *(Ibid.* et *Ammian.* 20. 4. 2. et *alib.*).

CELTI, is, n. 3. ¶ 1. Oppidum Hispaniæ Bæticæ, a *Celtis* fort. conditum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11). - *Rav. p.* 315. Celtum. — Hinc *Celtitanus* adj. *Corp.* 2. 2221. - Cogn. *Corp.* 2. 2236. ¶ 2. Celti. *V.* CELTÆ.

CELTĪBĒR. *V.* voc. seq.

CELTĪBĒRI, ōrum, m. plur. 2. (Κελτίβηρες) Gen. *Celtiberum*, pro *Celtiberorum*, ap. *Liv.* 24. 49. — Vox a *Celtæ* et *Iberi*, ex utriusque populi mixtione conflata. — Poetæ dactylici metri causa unum ab altero sejungunt; unde *Martial.*, qui se Celtiberum profitebatur, ita 7. 52. « meas gentes et Celtas rexit Iberos ». *et* 4. 55. Nos Celtis genitos et ex Iberis. *et alib.* Cf. *Lucan.* 4. 10. et *Sil. It.* 3. 340. Sic juncturæ occurrunt *Celtæ et Hiberi* et *Celtæ Hiberi* (asyndetos).

Celtiberi, populus Hispaniæ Tarraconensis, orti, ut diximus, ex commixtione Celtarum, e Galliis illuc immigrantium *(Polyb.* 3. 5. etc.). Sic *Isid.* 9. *Orig.* 2. 114. Celtiberi ex Gallis Celticis fuerunt, quorum ex nomine appellata est regio Celtiberia, nam ex flumine Hispaniæ Ibero, ubi consederunt, et ex Gallis, qui Celtici dicebantur, mixto utroque vocabulo, Celtiberi nuncupati sunt. Adde *Lucan.* 4. 9. et *Sil. It.* 3. 340. — Sing. *Celtibēr, ēri* (*Celtibĕr*, ultima brevi, ap. *Martial.* 10. 20. 1). *Catull.* 39. 17. nunc Celtiber (es): Celtiberia in terra etc. Adde *Val. Max.* 3. 2. 21. — *Not. Tir.* 86. Celtiberus. — Adject. *Liv. frg.* 91. Celtiberæ urbes. *Martial.* 1. 49. 1. gentes. *Not. Dign. occ.* 42. cohors. — *Celtibericus*, adj. *V.* voc. seq. — Celtiberi antiquitus videntur fuisse Carthaginiensium mercenarii; sed Romanis Hispaniam invadentibus adhæserunt contraque Pœnos dimicarunt *(Liv.* 22. 21). Sed brevi mercedis iterum causa ad Pœ-

nos reversi sunt, quos M. Silanus devicit *(Id.* 28. 2). Dein variis temporibus modo Romanis infensi, modo amici, modo victores *(Id. epit.* 39), modo victi *(Id.* 34. 10. et 35. 5) a M. Fulvio *(Id.* 39. 21), a Fulvio Flacco a. 181 *(Id.* 40. 16), a Ti. Sempronio Graccho, qui a. 178. a. Chr. de iis triumphum egit *(Id. ibid.* 47. *sqq.* et *Flor.* 2. 17. 9), ab Appio Claudio a. 174 *(Id.* 41. 26. et *Jul. Obs.* 10), a Q. Metello Macedonico, a. 143. et 142., qui ob victorias etiam *Celtibericus* cognominatus est *(Flor.* 2. 17. 10., *Liv. epit.* 53. et *Eutr.* 4. 16) etc. Bello autem civili, inter Cæsarem et Pompejum exorto, hujus partes secuti sunt, quos Cæsar profligavit *(Cæs.* 1. *B. C.* 38. et 61). — De his consulas, præter laudatos, *Appian. Hann.* 4. etc., *Plut. Cat. maj.* 10. et *Iber* 2., *Veget.* 2. *milit.* 2., *Oros.* 4. *Hist.* 16., *Corp. I. L.* 1. *p.* 48. *sq.*; et ex recentioribus *Hübner, PW.* 3. 1886. *sqq.* et *Holder, Altc. Spr. I.* 959. *sqq.* et *Bruckmann, Die Keltiberer u. ihre Kriege mit Rom*, Münch 1912.

CELTĪBĒRIA, æ, f. 1. (Κελτιβηρία) regio Hispaniæ Tarraconensis amplissima, inter duo maria *(Liv.* 28. 1), nunc pars *Castiliæ Veteris* et *Novæ*, maxime *Soria et Cuença*, a *Celtiberis* dicta, cujus urbs caput Segobriga, hod. *Segorbe. Cic.* 11. *Phil.* 5. 12. Celtiberia ultima. *Catull.* 37. 18. cuniculosæ. *Liv.* 21. 43. In vastis Lusitaniæ Celtiberiæque montibus. Adde *Sall. hist. frg.* 2. 94. et *Val. Max.* 7. 4. 5. — Ex majore parte aspera est, sed alicubi fertilissima et etiam populosa ac pecuniosa, ut ait *Strab.* 3. 162. — Hinc *Celtibericus*, adj. (Κελτιβηρικός), ad Celtiberiam vel ad Celtiberos pertinens. *Val. Max.* 3. 2. 21. Celtibericum bellum. *Flor.* 1. 33. 10. Metellus ille - et Celtibericus fieri meruit. Adde *Liv.* 22. 22., et *Cæl. Aur. chron.* 4. 7. — *Celtiberice*, adv. Celtiberorum lingua. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 12. (40).

CELTĪBĒRĪCE, adv., et

CELTĪBĒRĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CELTĪCĒ, adv., et

CELTĪCI, ōrum. *V.* voc. seq.

CELTĪCUS, a, um, adject. ad Celtas pertinens. *Sil. It.* 1. 46. Celtica rura. *h. e.* Galliæ Cisalp. cis Padum. *Id.* 5. 143. cruor. *Trebell. Gall.* 7. auxilia. *Mela* 3. 13. gens. *Id.* 3. 9. promunturium (cap. *Ortegal*). — Speciatim populus Celticus in Gallia. *Liv.* 5. 34. Ii *(Bituriges)* regem Celtico dabant *(nisi est de regione v. regno Celtarum, quod probabilius videtur*: cf. *Noricum, Illyricum*, sim.). — *Celtica*, absolute — *a)* Est regio Galliæ. *Vitr.* 8. 2. 6. In India Ganges et Indus - oriuntur -, Gallia Rhodanus, Celtica Rhenus. Adde *Jorn. Get.* 191. — *b)* Item Hispaniæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 2. 3. (14). — *c)* Item Scythiæ. *Id.* 6. *ibid.* 13. 14. (34). — *d)* Etiam herba, *i. e.* saliunca. *Scrib. Larg.* 268. — *Celticus*, cogn. *Corp.* 2. 5667. — Plur. *Celtici* — *a)* Populus Hispaniæ. *Mela* 3. 1. 8., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 1. (3). et *ibid.* 3. 4. (28). — *b)* Item Scythiæ. *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 5. *V.* CELTÆ. — *Celtice*, adv. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 12. (40).

CELTUS, i, m. 2. (Κελτός) ¶ 1. Subst. est nom. vir. *Corp.* 6. 7612. — *Celta*, nom. mul. *Corp.* 13. 800 *(Burdigalæ)*. — Etiam nom. gent. *Corp.* 11. 1745 *(Volaterris)*. ¶ 2. Adject. pro Celticus. *Prisc. perieg.* 85.

CĔMĔNĔLUM (Cemenelium), i, n. 2. (Κεμενέλεον *Ptol.)* oppidum Vediantiorum, in Alpibus maritimis situm, hodie *Cimella* (francog. *Cimiez*). tribu *Claudia*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (47). — *Tab. Peut.* 3. Gemenelio. — Hinc *Cemenelensis*, adj. et incolarum vocabulum. *Corp.* 5. 7872 *(Cemeneli)*. et etiam *Cemelensis* v. *Cemeliensis* in *Ep. pont.* 562. *Th. Hilar.* 12. 2. civitas. — *Not. Gall.* 17. 6. *chron. I. p.* 612. civitas Cemelensium.

CĔMĔNĔLUS, i, m. 2. cogn. Martis. *Corp.* 5. 7871 *(Cemeneli)*.

CEMPSI, ōrum, m. plur. 2. (Κέμψοι) populus Ibericus, Pyrenæorum montium accola, in hodierna Hispaniæ provincia *Guipuscoa* et vicinia. *Avien. or.* 195. et 200. et *orb.* 480.

CENA, æ, f. 1. oppidum v. statio Siciliæ, fortasse hod. *Monte Allegro*, XVIII. m. p. distans ab Agrigento. *Itin. Ant. p.* 88. et *Rav. p.* 365.

CĒNĂBENSIS et

CĒNĂBOS. *V.* voc. seq.

CĒNĂBUM, i, n. 2. (Κήναβον *Strab.)* Perperam scribitur *Genabum* ap. *Cæs. ll. cc.* (quamquam in *l.* 7. codd. ubique *Genabum* exhibent) et *Cænapum* ap. *Oros.* 6. *Hist.* 11. Cf. etiam *Corp.* 13. 3067 *(Cenabi, litt. sæc. I. incipientis)* L. CORNelius MAGonus - cur. CENAB. etc. — Formam *Cenabos* fem. usurpavit *Lucan.* 1. 440., ubi primam, ratione metri, corripuit. — Incerta est significatio nominis, quod quidam a Celt. *cen*, caput, et *au*, aqua, ducunt, quasi sit *caput aquæ* (V. *Glück, Kelt. Nam. bei Cæs.* 57. *sqq.*), cui etymo favet ejus ad Ligerim situs: cf. *Cæs.* 7. *B. G.* 11.

Cenabum, oppidum Galliæ Celticæ, caput Carnutum, serius provinciæ Lugdunensis, posteriore ætate *Aurelianorum civitas* v. *Aurelianensis urbs*, hod. *Orléans* (Cf. *Hirschfeld, Corp. XIII. p.* 472). *Cæs. loc. cit.* Oppidum Cenabum pons fluminis Ligeris contingebat. *et ibid. c.* 3. Carnutes Cenabum - concurrunt civesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant - interficiunt. *Lucan. loc. cit.* Inclita Cæsareis Cenabos dissolvitur alis *(Hos.* leg. *Genabos*, sed hunc locum interpolatum putat). Adde *Hirt. Gall.* 8. 5., *Oros. loc. cit.*, *Tab. Peut.* 2. - *Itin. Ant. p.* 367. Cenabum *(al.* Canabum). — Deletum a Cæsare *(Cæs.* 7. *B. G.* 11), ab Aureliano imp. instauratum appellatumque est *(Sidon.* 8. *ep.* 15). — Hinc *Cenabensis*, adj. et incolarum vocabulum. *Cæs.* 7. *B. G.* 28. *ibid.* 11. et *Corp.* supra *cit.*

CĒNÆUM, i, n. 2. (Κήναιον) promontorium Eubœæ. *Liv.* 36. 20. Naves Cenæum Eubœæ petierunt. *Solin.* 11. Eubœa Cenæo promunturio vadit in septentrionem. Adde *Mel.* 2. 107. — Hinc *Cenæus*, cogn. Jovis, qui ibi colebatur. *Ovid.* 9. *Met.* 136. *(Hercules)* victor ab Œchalia Cenæo sacra parabat Vota Jovi. *Senec. Herc. O.* 102. qua templa tollens a(ct)a Cenæi Jovis austro timendum spectat Euboicum mare. *et* 783. Hic rupe celsa - annosa fulgent templa Cenæi Jovis.

CENCHRĀMIS (idis), m. 3. statuarius Græcus, qui optime comœdos et athletas expressit. Memoratur *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (87)., ubi alii, ut *Overbeck*, leg. *Cenchramus*: sic in *Gr. Inscr.* cit. in *Bull. Ann.* 1859. *p.* 199. Κέγχραμος, favente *Brunn* ad *l.*

CENCHRĒÆ, ārum, f. plur. 1. (Κεγχρεαί) Sæpe traditum *Cencreæ*. — Dat., loc., abl. *Cenchris* ap. *Vulg. Act.* 18. 18. et *Rom.* 16. 1. — Poetæ ex trisyllabo bisyllabum faciunt, ut *Ovid. loc. cit.* — Vox putatur a κέγχρος, oriri, quod *et granum* quodvis significat; unde κεγχρεών, officina, ubi grana purgantur. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 74. Cencris: possidens sectatores.

Cenchreæ, emporium (oppidum et navale) Corinthiorum in sinu Saronico, hodie *Kekhries*. Memorant *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 9. Illa *(navis)* Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis. *Liv.* 32. 17. Cenchreas, Corinthiorum emporium. *Id.* 32. 23 (coll. 32. 19). Captis Cenchreis, jam urbem ipsam *(Corinthum)* Quinctio oppugnante etc. Adde *Mel.* 2. 48., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 4. 5. (10)., *Rav. p.* 376., *Vulg. locc. citt. Apul.* 10. *Met.* 35. Cenchreas pervado, quod oppidum audit quidem nobilissimæ coloniæ Corinthiensium; alluitur autem Ægæo et Saronico mari. — Hinc *Cenchrēus*, adj. Κέγχρειος. *Stat.* 4. *Theb.* 60. Cenchreæque manus *(Schol. Stat.* ad *l.* Cenchreus portus est Corinthi).

CENCHRĒIS, idis, f. 3. (Κεγχρηΐς) uxor Cinyræ, mater Myrrhæ seu Smyrnæ. *Hygin. fab.* 58. Smyrna, Cinyræ Assyriorum regis et Cenchreidis filia, cujus mater Cenchreis superbius locuta, quod filiæ suæ formam Veneri anteposuerat, Myrrhæ infandum amorem objecit. Adde *Ovid.* 10. *Met.* 435. — Legunt nonnulli de insula prope Spiræum, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (19).

CENCHRES (Cencres) et Cenchris is, m. 3. nomen Pharaonis, qui, Hebræos insecutus, in mare Rubrum submersus est. *Eucher. instr.* 2. *p.* 142. 2. Pharao - ille submersus in mare Rubrum proprio vocabulo Cenchres vocitatus est. *Alc. Avit. carm.* 5. 642. Pharaonem ira subit proprio vocitatum nomine Cencren. *Greg. Tur.* 1. *Fr.* 17. Tempore Moysi - regnavit apud Ægyptios Cenchris duodecimus, qui et in mare obrutus est Rubro (Cf. *Exod.* 15. 21. et *Ps.* 105. 12). — Apud recentiores, qui de ejus submersione disputant *(V.* PHARAO), hujus Pharaonis nomen fuit Amenophis II (1461-1436. a. Chr.), successor Thutmosis III (1515-1461. a. Chr.). V. *Schoepfer, Gesch.* 164. et *Hetzenauer, Th. Bibl. I.* 1908. *p.* 95.

CENCHRĒUS, i, m. 2. (Κέγχριος v. Κέγχρειος) fluvius prope Ephesum. *Tac.* 3. *Ann.* 61. — Etiam adject.: *V.* CENCHREAE.

CĒNĔRETH, indecl. Hebr. *Kinnereth*; Gr. Χενερέθ, cod. Alex. Χενερώθ. — Duplex hæc forma *Cenereth* et *Ceneroth* generatim ducitur a *kinnôr* « harpa v. cithara », cujus plur. est *kinnôrôth*. Sic *Orig. (Lex. nom. Hebr.* in *Patr. Lat. XXIII)* « Kinyra », κιθάρα « harpa » vel « scientia luminis » (ἡ ἐπίγνωσις φωτός) quasi sit a *qânâh*, acquisivit, et *ôr*, lux. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 17. « cithararum signum aut quasi lucernæ ».

Cenereth ¶ 1. Est oppidum Palæstinæ antiquissimum, situm in tribu Nephthali, unde lacus nomen accepit, qui in N. T. appellatur *lacus* v. *stagnum Genesareth (Gennesar* ap. *Eucher. instr.* 2) aut *mare Tiberiadis* v. *Galilææ* et in V. T. *Aqua Genesar (Vulg.* 1. *Mach.* 11. 67), utrumque, sive oppidum, sive lacus, celebre in historia sacra N. T. *Hieronym. sit. et nom. p.* 112. Chennereth mare, ubi est Judææ terminus, in tribu Neptalim, sed et oppidum, quod in honorem postea Tiberii Cæsaris Herodes, rex Judææ, instauratum appellavit Tiberiadem, ferunt hoc primum appellatum nomine. *Vulg. Jos.* 19. 35. Civitates munitissimæ *(in tribu Nephthali)*, Assedim - Reccath et Cenereth. — Situs Cenereth incertum adhuc est; alii namque putant esse hod. *Kerak*, ut *Neubauer*, alii vero *Abu-Shushéh* vel *Kenret*, ut *Saulcy*. ¶ 2. Item regio ad septentr. regni Israelitici, item in tribu Nephthali, immo omnis terra Nephthali, Hebr. *Kol-Kinnerôth* et Gr. (γῆ) Χεννερέθ, Vulg. *Ceneroth*, hod. *Ghuetr.* Memoratur *Ital.* (Lugd.) *Jos.* 12. 3. mare Chenereth. — *Cypr. Gall., Jos.* 411. Chenerì - marmora glauca.

CĒNĔTA, æ, f. 1. oppidum Venetiæ, inter Plavim et Liquentiam amnes, hodie *Ceneda*. Memoratur *Venant. vit. s. Mart.* 4. 767. *de loco suo natali.* Per Cenetam gradiens et amicos Duplavenenses. *Rav. p.* 254. Ceneda. Cf. *Agath. hist.* 2. 3. ἐς Κένετα τὴν πόλιν. — Hoc opp. ex Latinis reliquiis, nuper effossis, priscis Romanorum temporibus exstitisse arguitur; serius Gothorum imperio subjacuit ab iisque munitum fuit; dein ab Honorio imp. honoribus auctum, ab Attila vero vastatum; sed post eversum Opitergium inclaruit *(Paul. diac. loc. cit.)*. — Hinc *Cenetensis*, adj. et incolarum vocabulum. *Conc. Grad.* a. 579 *(Mansi* 9. 926). Cenetensis ecclesia. *Paul. diac.* 2. *H. Lang.* 13. castrum. — Incolæ. *Id.* 5. *ibid.* 28. — *NB.* Mihi liceat hic e re nata obiter memorare Ægidium Forcellini, fulgidum cæli nostri sidus, qui, Cenetæ ferme septennio moratus, eximia virtute ac doctrina magnam illi civitati injecit admirationem sui, in cujus Seminario, ubi rhetoricam tradidit ac præfecturæ studiorum obiit munus, adeo excelluit ut ejusdem quasi parens habeatur. Inde vero ad nostrum revocatus, immortale Lexici opus resumptum a. MDCCLV. absolvit lexicographorum princeps ac magister.

CĒNĔTENSIS. *V.* voc. præc.

CENEZ, indecl. Hebr. *Qenez*, LXX. Κενέζ, quod verti potest « venator », a *qânaz*, venatus est. ¶ 1. Fuit quintus filius Eliphaz, primogeniti Esau et caput tribus *(allaph)* in Idumæa; unde *Cenezæus* v. *Cenezæi* gens. *Vulg. Gen.* 15. 19. ¶ 2. Alius vd. *ibid. Jos.* 15. 17. et 1. *Par.* 4. 13.

CĒNEZÆUS et, minus recte, Cenezeus, i, m. 2. (Κενεζαῖος) patronym. a *Cenez*, e posteris Cenez, patris Jephone. *Vulg. Jos.* 14. 6., coll. *ibid.* 17. — Nihil habet commune cum populo, de quo ap. *Vulg. Gen.* 15. 19 *(V.* voc. præc.), quidquid conjiciant *Ewald (Gesch. d. Volkes Isr.* Gött. 1864. *I. p.* 361-362) et *Bertheau (Bib.-Lex.* Leipz. 1871. *p.* 521).

CĒNIMAGNI, ōrum, m. plur. 2. gens Britanniæ. *Cæs.* 5. *B. G.* 21 *(Al. leg.* Cenimanni).

CĒNŌMĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Κενομάνοι v. Κενομανοί *Strab.* et *Ptol.*, Γονομάνοι *Polyb.*) Scribitur *Cœnomani, Cenomanni, Celomani* v. *Celomanni* etc.; sed unice probandum *Cenomani*. — Gen. *Cenomanum* pro *Cenomanorum* ap. *Rav. p.* 430. — Non sunt confundendi cum *Cenimagni* (Κενιμανοί), pop. Britanniæ, ap. *Cæs.* 5. *B. C.* 21. — Quantitas syllabarum elici potest ex voce Græca; prima tamen, metri causa, producitur in *epigr. Mirocle*, archiep. Mediol. ap. *Grut.* 1161. 1 *(Corp.* 5. *p.* 623) «Te jubet agnatos visere Cenomanos». Cf. *Welchert, Poet. min. p.* 199. *sq.* At *Cinna frg.* 1. nunc me Gēnūmāna etc.

Cenomani ¶ 1. Gens Galliæ transpadanæ. *Cic. Balb.* 14. 32. Quædam fœdera exstant Cenomanorum *(al.* Germanorum), Insubrium, Helvetiorum -: exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. *Liv.* 5. 35. Alia subinde manus Cenomanorum (Germanorum *codd.),* Elitovio duce, vestigia priorum secuta eodem saltu, favente Belloveso, cum transissent Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locum tenuere. Adde *eund.* 21. 55. *Id.* 32. 30. In vices Cenomanorum Brixiamque, quod caput gentis erat. *et* 33. 23. C. Cornelius de Insubribus Cenomanisque in magistratu triumphavit. ¶ 2. Item gens Galliæ Lugdunensis, pars Aulercorum, ubi hodie regio est, quæ vocatur *Maine.* Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 18. 32. (107)., *Not. Dign. occ.* 42., *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 42. — Eorum caput, Suindinum (?) antea vocitatum, hod. *Le Mans,* plerumque nominatur *Cenomanni (Cenomannis). Greg. Tur.* 2. *Fr.* 42. Apud Cenomannis civitatem. Adde 6. 9. et 8. 39. — Eadem *Cenomannica* urbs, ap. *eund.* 6. *ibid.* 86. et 5. 14. Cinnomannicum monasterium. — Absolute 9. *ibid.* 33. in Cinomanico. — *Cenomannici,* incolæ. *Id.* 5. *ibid.* 1. — Ejusd. oppidi adj. *Cenomannensis,* ap. *eund.* 10. *ibid.* 5.

CĒNŌMANNĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CENSOR, ōris, m. 3. (censeo) *Cēsor,* extrito, ut assolet, *n* ante *s,* in *Corp.* 12. 3102. et 8. 14368. ¶ 1. Apud *Auson.* 181. *tit.* Severus Censor Julianus *(consocer).* et *ibid.* 3. Nec solus semper censor Cato nec sibi solus justus Aristides his placeant titulis; nam sapiens quicumque fuit verumque fidemque Qui coluit, comitem se tibi, Censor, agat. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp.* 6. 14653.; 5. 807 *(Aquileja).* — Hinc *Censorinus,* Osc. genet. *Kenssurineis (Conway, Ital. dial. I. n.* 109), cogn. vir. — 1.º) Speciatim memorantur — *a)* C. Marcius Censorinus, vir senatoria dignitate et magna dicendi vi præditus *(Plut. Crass.* 25), tum gravitate spectatissimus *(Firmic.* 1. *Math.* 3). — *b)* Censorinus, tyrannus, a. p. Chr. 270., septem dierum spatio sub Claudio *(Trebell. XXX. tyr.* 31. et 32), de quo ita scribit idem *Trebell. ibid.* 33. «Censorinus, vir plane militaris et antiquæ in curia dignitatis, bis consul, bis præfectus prætorio, ter præfectus urbi, quarto proconsule, tertio consularis, legatus prætorio secundo, quarto ædilicius, tertio quæstorius. Cum in agro suo degeret senex atque uno pede claudicans vulnere, quod bello Persico Valeriani temporibus acceperat, factus est imperator et scurrarum joco Claudius appellatus est». Sed ob ejus severitatem ab his ipsis, qui eum imperatorem creaverant, occisus est sepultusque Bononiæ cum epitaphio, ubi, post honores omnes descriptos, ultimo tamen versu additum est: FELIX OMNIA INFELICISSIMVS IMPERATOR. — De ejus nummis, quos *Goltz* falsos edidit, vd. *Eckhel,* 7. *p.* 477. — *c)* Censorinus, celeber grammaticus temporibus Alexandri Severi, Maximini et Gordiani imperr. De eo *Prisc. gramm. II.* 13. 19. Quamvis et Censorino, doctissimo artis grammaticæ, idem placuit. *Cassiod. gramm. VIII.* 214. 25. Quamvis auctores temporum superiorum de arte grammatica ordine diverso tractaverint suisque sæculis honoris decus habuerint, ut Palæmon, Phocas, Probus et Censorinus etc. — Scripsit «de die natali (ad Q. Cerellium) volumen illustre» *(Sidon. ep.* 5), ubi «de musica disciplina vel de illa parte mathesis non negligenda disseruit» *(Id. de disc. litt.* 5), et «spatia ipsa cæli terræque ambitum per numerum stadiorum distincta curiositate descripsit» *(Id. ibid.* 6). — Hunc porro librum, ex aliqua parte in codd. mancum, recentiores dum laudant, reprehendunt quoque, quod nimio videtur limæ studio confectus. *Forcellin.* vero noster de eo hæc habet: «Scripsit libellum de die natali, seu de humana origine, stilo, ut grammatici et illis temporibus, satis culto et nitido, selecta etiam eruditione et doctrina illustri». Huic autem adnexum est *Fragmentum* de naturali institutione, de cæli positione, de stellis fixis et errantibus, de terra etc., ex fontibus antiquioribus, quod ignoto auctori, non nostro, nec contemnendo, tribuitur. Composuit etiam librum *de accentibus,* de quo *Prisc. gramm. III.* 27. 28. «Censorinus vero plenissime de his docet in libro, quem de accentibus scribit». — De Censorino scripsit *Otto* in *Proleg.* ad *eund. p. X. sqq.; Hultsch* in *Eos II. p.* 623-626.; *Schanz, Spec. crit. ad Plat. et Cens. part.* Gott. 1867. — 2.º) Generatim, in titulis. *Corp.* 15. 1609. — *Censorina,* cogn. mul. *Corp.* 10. 2082. et *Censorinilla,* cogn. mul. ὕποκ. *Corp.* 3. 4191. — Cogn. honor. apud *Liv.* 15. 17. Censores eo anno (U. C. 489) creati Cn. Cornelius Blasio et C. Marcius, qui cum antea quoque censuram gessisset, in hoc honore Censorinus appellatus est. Inde profecta lex, qua cautum: Ne qui censor iterum fieret. — *Censorinius (a),* nom. gent. *Corp.* 12. 2679 *(Albæ Helvorum).* — Hinc etiam *Censorinianus,* cogn. serv. *Fast. Antiat.* a p. Chr. 48. et cogn. vir. *Corp.* 3. 1216. — *Censorius,* nom. gent. *Corp.* 12. 5888. (De *Censorio Attico Agræcio* rhet. *V.* AGRÆCIUS). — *Censoria,* nom mul. *Corp.* 3. 5489. — Appell. cognominis loco habetur, ut Fabius Censorius, ap. *Oros.* 4. *Hist.* 13.; item Porcius Cato. *V.* CATO; item Piso, ap. *Censorin.* 17. 11., al.

CENSŌRĪNUS et

CENSŌRĬUS, ii. *V.* voc. præc.

CENSUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 9. 570 *(Venusiæ).* — *Censa,* cogn. mul. *Corp.* 12. 2473 *(inter Augustum et lacum Lemannum litteris per bonis sæc. I).* — Hinc *Censilius,* nom. vir. *Corp.* 8. 7054 *(Cirtæ).* — *Censonius (a),* nom. gent. *Corp.* 13. 1638. — *Censilla,* nom. mul. demin. *Corp.* 12. 1883-1887.

CENTAURĒUM, Centaurēa, et

CENTAURĬCUS, a, um. *V.* voc. seq.

CENTAURUS, i, m. 2. (Κένταυρος) *Centaurei,* plur. pro *Centauri,* habet *Lucret.* 5. 875. — Etymon *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 115. ducit a Gr. κεντᾶν τοὺς ἵππους. Minus recte *Fulg. myth.* 2. 14. «Ixion sibi centum equites primus omnium conquisivit, unde et Centauri dicti sunt quasi centum armati». Rectius vocem (V. *Hygin. loc. cit.)* deduxeris a κεντέω, *pungo,* et αὐρά (Lacon. αὐρ- pro οὐς- v. οὖς), *aures,* quia primi homines auribus, non frenis, equos agebant; unde populi Thessaliæ, primi equorum domitores, Κένταυροι dicti. (Cf. *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. IV.* 785). At *Oros.* 1. *Hist.* 3. Dictos fuisse Centauros eo, quod discurrentes in bello equites veluti unum corpus equorum et hominum viderentur. Cf. Skr. *Gandarva.*

Centaurus, «equus et homo: bestia, medius equus, medius homo; sed hoc poetæ fingunt»: ita *Gloss.* ¶ 1. Dicitur de heroibus — 1.º) De Centauris fabulæ. — *a)* In sing. num. *Cic. carm. frg.* 33. 14. Hos - non biformato impetu Centaurus ictus corpori inflixit meo. *Id.* 3. *Nat. D.* 28. 70. Tunicam sanguine Centauri *(sc.* Nessi) tinctam dedit *(Herculi Dejanira). Schol. Hor. epod.* 3. 17. Nessus Centaurus vulneratus ab Hercule - lanam tinctam sanguine suo Dejaniræ dedit. Adde *Lucret.* 4. 739. et *Propert.* 2. 33. 31. — *b)* In plur. num. sæpius. In fabulis eos ex Ixione et Nube seu Nephele filios fuisse tradit *Hygin. fab.* 62.; ideo putant quidam eos ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τὴν αὔραν, sc. a fodiendo aere seu nube appellatos, eo quod Ixion cum nube coisse fertur, unde Centauri orti sunt; hinc *Nubigenæ* dicti *Virg.* 7. *Æn.* 675. Item eos pugnasse refert *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 455. cum Lapithis, quorum rex Pirithous quum uxorem duceret, ad convivium Centauros omnes ac deos, excepto Marte, convocavit; idcirco iratum numen furorem immisit in utrosque secutamque excitavit pugnam; alibi vero eos ebrietate seu a Baccho, non a Marte, in furorem versos ait (Cf. *eund.* ad *Virg.* 2. *G.* 455). — Insuper *Philarg.* ad *Virg. loc. cit.* narrat «inter Lapithas et Centauros bellum fuisse propter Hippodamiam sive Dejaniram quumque ad rapiendam virginem insolentes Centauri fuissent, a Lapithis sunt attriti». *et ibid.* «Bacchus furentes Centauros leto domuit Rhœcumque Pholumque et magno Hylæum Lapithis cratere minantem». Ad rem *Propert.* 2. 6. 17. Aspera Centauros eadem dementia jussit Frangere in adversum pocula Pirithoum. *et Ovid.* 16. *Her.* 247. fera Centauris indicere bella coegit Atracis Hæmonios Hippodamia viros. — Hanc porro pugnam fusius describunt *Ovid.* 12. *Met.* 210-535., *Lact.* 12. *fab.* 4., *Hygin. fab.* 33. et *Mythogr.,* ubi fabula explicatur. — Variis tamen locis Centaurorum fabula varia eruitur ex monumentis jungiturque in Arcadia cum Atalanta *(Apollod.* 3. 9. 1. et *Callim.* in *Dian.* 221.: cf. *Wagner, Epit. Vat. p.* 46); in Thessalia *(V.* PELEUS); in Ætolia cum Nesso (Cf. *Sophocl., Trach.* 6., *Dion. Chr. Or.* 60) et cum Heracle-Nesso *(Paus.* 3. 18. 12.); item cum Dionyso et Eros *(Diodor.* 4. 12.: cf. *Ross, arch. Aufs.* 2. 344); item cum Nymphis *(Anc. Marf.* 2. 15.); item in Orco *(Milchhöfer, Anf. d. Kunst* 76 *f.* 49), fortasse apud Etruscos etc. Memorant etiam *Vib. Seq. p.* 156. Pholoe Thraciæ, ubi Centauri nati. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 280. Centauros Hydræque greges Scyllæaque monstra Averam celent valles. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 115. Alii dicunt Centaurorum fabulam esse confictam ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem, quia equum constat esse velocissimum. — Epitheta: *Cornif. carm. frg.* 2. Centauri bimembres. *Sil. It.* 13. 590. truces. *Virg.* 2. *G.* 456. et *Stat.* 4. *Theb.* 634. furentes. *Ovid.* 12. *Met.* 219. sævi. et *ibid.* 536. semihomines. *Cic.* 3. *Nat. d.* 20. 51. et *Lucan.* 6. 385. semiferi. *et ibid.* Ixionei. — Centaurorum præcipui feruntur *Aphareus, Asbolos, Chiron, Eurytus* vel *Eurytion, Hylæus, Kyllaros, Kranæos, Nessus, Ophion, Pholus, Rhœtus, Rhœcos.* — 2.º) Speciatim, de Chirone, qui sæpe *Centaurus* absolute dicitur. *Horat. epod.* 13. 11. Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno *(Porph.* ad *l.* Chiro scilicet Centaurus alumno, id est Achilli). Adde *Ovid.* 2. *Met.* 626., *Quintil.* 8. 6. 37., *Stat.* 1. *Ach.* 111., *Hygin. fab.* 2. — *Isid.* 3. *Orig.* 70. 36. Centaurus Chiron, propter quod nutrierit Æsculapium et Achillem, inter astra dinumeratus est. — De artis operibus. *Cic.* 1. *Divin.* 43. 98. In Capitolio ictus Centaurus e cælo est. *Vitr.* 7. 5. 6. *(Apaturius Alabandeus fecit)* columnas, signa, Centauros sustinentes epistylia. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 25. (155). Exstant Acragantis in templo Liberi patris in ipsa Rhodo Centauros Bacchasque cælati scyphi. *et* 36. *ibid.* 5. 4. (18). In soleis vero *(sc.* Minervæ) Lapitharum et Centaurorum *(dimicationes cælavit Phidias).* — In nummis quoque sistuntur, ap. *Eckhel,* 2. *p.* 500., coll. *Visc. Mus. Pio-Clem. IV. p.* 161. *sqq.; Winckelm. Icon.* pluribus locis; *Keller, Brit. Mus.; Grifi, Mus. Borbon.* etc. Item in quibusd. nummis Siciliæ Centauri cum cornibus visuntur (Cf. *Salinas* in *Mem. d. Inst. arch. II. p.* 518. *sq.* et *Benndorf, nr. u. Sicil. Vasenb.* 8). — De Centauris scripserunt *H. Meyer, Gandharven-Kentaur.* Berlin 1883.; *Mannhardt, Wald-u. Feldk.* 88., 101. *sqq.; Roscher* in *Fleckeis. Jahrb* 1872. *p.* 421. *sqq.* et *Lex. Myth. II. p.* 1032-1087. ¶ 2. De sidere (plerisque locis intelligitur Chiron, paucis Sagittarius). *Hygin.* 2. *Astr.* 27. Sagittarius: hunc complures Centaurum esse dixerunt; alii autem hac de causa negaverunt, quod nemo Centaurus sagittis sit usus. *Id.* 3. *ibid.* 26. Corona autem Centauri *(sc.* Sagittarii) est stellarum septem. *et* 3. *ibid.* 37. Centaurus ita figuratur ut in antarctico circulo niti pedibus, humeris hiemalem sustinere videatur etc. *Schol. Germ. Bas. p.* 79. Habet stella Centaurus in humeris singulas et in cubitis binas, in pectore quattuor, in reliquo corpore decem, in pedibus duas, in vesti sex, in thyrso quattuor etc. *Capell.* 8. *p.* 280. *(Dextra manus)* Centauri, qua pantheram tenet. Adde *Vitr.* 9. 5. 1. et *Manil.* 1. 418. et 612. — Nunc *Centauri,* sideris australis, stellæ XLVIII.; *Sagittarii* vero, sideris in Zodiaco, XXXI. numerantur. ¶ 3. Est etiam nom. navis. *Virg.* 5. *Æn.*

112. Centauro invehitur magna *(Serv.* ad *l.:* feminini est generis, si de navi dicas). *et* 10. *ibid.* 195. Ingentem remis Centaurum promovet. ¶ 4. Item equi. *Corp.* 6. 10056. ¶ 5. Item cogn. vir. *Corp.* 6. 27742. — De Centauris *V.* etiam *Lexicon.* ad v. — Hinc *Centaurēus,* adj. Κενταύρειος ad Centauros pertinens. *Horat.* 1. *Od.* 18. 8. Ne quis modici transiliat munera Liberi, Centaurea monet cum Lapithis rixa. Adde *Culic.* 69. et *Stat.* 4. *Theb.* 838. — De sidere. *Avien. Arat.* 983. — *Centauricus,* adj. Κενταυρικός, idem. *Propert.* 4. 6. 49., *Stat.* 1. *Ach.* 266. et 6. *Theb.* 333., *Sidon. carm.* 5. 236. — *Centauromachia,* verbum jocose fictum *Plaut. Curc.* 445. — *Centaurēa* (centauria) κενταύρεια, et *Centaurēum* (centaurium), κενταύρειον (κενταύριον) et *centauris, dis,* nomina herbarum. V. *Lexicon* ad *v.*

CENTEMMĀNUS, i, m. 2. agnom. Appii Claudii, qui Appiam viam stravit et aquam Claudiam induxit censor a. 312. a. Chr. *Pompon. dig.* 1. 2. 2. 36. «Appius Claudius - maximam scientiam habuit: hic Centemmanus appellatus est» (alii leg. *Centummanus* v. *Centimanus).* Cur vero ita dictus sit, non constat: fortasse ex multiformi arte ac scientia.

CENTHO, ōnis, m. 3. *V.* CLAUDIUS.

CENTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. et cogn. *Corp.* 5. 82974.; 6. 18023. — *Centia,* nom. mul. *Corp.* 9. 2495. — Hinc *Centenius,* nom. gent., ut M. Centenius Pænula, insignis centurio. *Liv.* 25. 19. — *Centonius, Centinus, Cento (Centho), Centullius:* vd. *Schulze, Eigenn. p.* 149. et *Corp.*

CENTOBRĪCA v. Centobriga, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ. *Val. Max.* 5. 1. 5. Metellus Celtibericum in Hispania gerens bellum, cum urbem Centobrigam obsideret etc. — Hinc *Centobrigenses,* incolæ. *Id. ibid.* Cum Rhœtogenis filios - Centobrigenses machinæ ictibus objecissent, ab obsidione discessit *(Metellus).*

CENTRĬUS, ii, m. 2. nom. vir. *Inscr. Rev. arch.* 4. *sér. IX.* 1907. *p.* 23. Ita *Schwering.* Apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 242., etiam *Centria,* nom. mul.

CENTUMALUS, i, m. 2. *(in libris mss. sæpe* Centimalus) cogn. vir. in gentibus *Fulvia* et *Claudia. Act. triumph. Capitol.* a. U. C. 456. Cn. Fulvius Cn. f. Cn. n. Maximus Centumalus cos. de Samnitibus Etrusceisque idibus Nov. *(triumphavit).* Adde Ti. Claudium Centumalum, ap. *Cic.* 3. *Off.* 16. 66. et *Val. Max.* 8. 2. 1.

CENTUMCELLÆ et Centum Cellæ, ārum, f. plur. 1. (Κεντουκέλλαι *Procop.)* ¶ 1. Oppidum et portus Etruriæ, statio viæ Aureliæ, olim *Centocelle,* hodie *Civitavecchia.* Memoratur *Itin. Ant. p.* 291., 301. et 498. et *Corp. I. L.* 11. *p.* 524. — Portum *Trajanum,* a Trajano, qui eum exstruxit, appellatum, describit *Plin.* 6. *ep.* 31., ex quo villa, et quidem pulcherrima, in urbem paullatim excrevit, ut Justiniani temporibus et frequentissima et amplissima fuisse dicatur *Procop. B. Goth.* 2. 7. et in cujus ore insula assurgit, quæ illatos vento fluctus frangens tutum decursum navibus præbet. Hinc *Rutil. Nam.* 1. *Itin.* 237. *sqq.* Ad Centumcellas - tranquilla puppes in statione sedent. *V.* integr. loc. — Fortasse opp. ita vocatum vel a militari statione, quæ centum cellis seu cubiculis constabat, vel ab ædificio a Trajano ita constructo pro judicibus, quos imperator ab Urbe convocabat (Cf. *Annovazzi, St. di Civ. dall' orig.* Rom. 1853). ¶ 2. Item oppidum Hispaniæ. *Conc.* apud Lucum a. 569 *(Mansi* 9. 815).

CENTUMPĔDA, æ, m. 1. cognom. Jovis. *August.* 7. *Civ. D.* 11. Dixerunt eum *(sc.* Jovem) Centumpedam - quod haberet - stabiliendi - potestatem.

CENTŪRIO, ōnis, m. 3. nom. comm. et etiam cogn. vir. *Corp.* 11. 4649 *(Tuder).* — Plur. *Centuriones, um,* opp. Numidiæ prope Cirtam. *Act. ss. Jac. et Mar. n.* 5., coll. *Morcelli, Afric. Chr. I.* 136. — Incolæ *Centurionenses,* cognomento *Suburbures,* in *Inscr.,* Bordi Mamra reperta, apud *Renier n.* 3490., et *Centurionensis* episcopus in *Gest. Coll. Carth.* a. 411., *Cognit.* 1. *n.* 202., *Not. Afric.* apud *Morcelli loc. cit.* — Hinc ad *Centuriones,* statio Galliæ Narbonensis, loc. incert. *Itin. Ant. p.* 397., ubi et in *Tab. Peut.* alii leg. *ad Centenarium* et *Centenariensis.*

CENTŪRĬPÆ, ārum, f. plur. 1. (Κεντόριπαι *Ptol.,* τὰ Κεντόριπα *Strab.)* Forma *Centuripa* in *Itin. Ant. p.* 93. — *Centuripinum* est *Mel.* 2. 118. — *Centuriporum* (neutr.) *urbs* apud *Liv. frg.* 14. — Centuripæ, oppidum Siciliæ orientalis ad radices Ætnæ, hod. *Centorbi.* Memorant *Sil. It.* 14. 204., *Scribon. Larg.* 171., *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 41. (86)., *Cic.* 2. *Verr.* 49. 120. et *alib.* — Totius Siciliæ urbs «multo maxima et locupletissima» *(Cic.* 5. *Verr.* 29. 50), nobilis croci proventu et salis purpurei *(Solin.* 5), ab Augusto instaurata *(Strab.* 6. 2. 4. et 8), a tributis immunis *(Cic.* 5. *Verr.* 9. 20). — De monumentis antiquæ artis cf. *Ann. Istit. arch.* et de nummis *Eckhel,* 1. *p.* 205. et *Head,* 135. — Alia vd. apud *Momms. Corp.* 10. *p.* 719. et *Kaibel, Inscr. Gr.* 14. *p.* 136. *sq.* — Hinc *Centuripinus,* adj. *Solin.* 5. Centuripinus crocus. — Plur. abs., incolæ. *Cic.* 3. *Verr.* 68. 283. Centuripinorum amicissima et fidelissima civitas. *Id.* 5. *ibid.* 27. 70. Centuripini maxime mediterranei, summi aratores. — *Centuripitum* (genet.) *Not. Tir.* 85.; unde adj. *Centuripitanus* in *eisd.* 85. — Pro civitate. *Cic.* 4. *Verr.* 23. 50. Centuripinis *(al.* Centuripis) in civitate.

CĒPHALLĀNES v. Cephallenes, um. *V.* voc. seq.

CĒPHALLĀNĬA v. Cephallenia, æ, f. 1. (Κεφαλληνία) Scribitur *Cephallena* et *Cephalenia, Cephalonia, Cephalania,* unico *l.*

Cephallania, magna insula maris Ionii, exadversus Acarnaniam, ad sinum Corinthiacum, inter Ithacam et Zacynthum, a *Cephalo,* Dejonis filio, appellata *(Paus.* 1. 37. 6), ab *Hom. Od.* 4. 671. vocata *Samos,* hodie *Cefalonia.* Memoratur *Expos mund.* 65. Zacynthus et Cephalonia insulæ habentes abundanter omnia bona. *Liv.* 36. 11. et *alib., Val. Max.* 1. 8. *ext.* 18., *Mel.* 2. 100., *Flor. epit.* 2., *Oros.* 1. *Hist.* 2. — *Prisc. perih.* 449. «Regna Cephallenæ prope sunt sapientis Ulixis». Hinc *dux Cephallenum* dicitur *Senec. Tro.* 519. — In bello Peloponnesiaco Athenis favit *(Thuc.* 2. 30); dein a. 189. a. Chr. a Romanis subacta est *(Liv.* 38. 9). — Habuit quattuor oppida, de quorum nummis agit *Eckhel,* 2. *p.* 270-273. Cf. *Head,* 358. — Hinc *Cephallenus,* adj. *Avien. orb.* 596. — *Cephallanes (Cephallenes)* Κεφαλλᾶνες et Κεφαλλῆνες, incolæ. *Liv.* 37. 13. Juventus Cephallenum *(gen. pl. contr.).* Adde *eund.* 39. 5., *Sil. It.* 15. 305., *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 18.

CĒPHĂLŒDĬUM (Cephalœdis), ii, n. 2. (Κεφαλοίδιον) oppidum Siciliæ septentr., hodie *Cefalù.* Memoratur *Cic.* 3. *Verr.* 128. — *Tab. Peut.* 7. Cephaledo. *Itin. Ant. p.* 92. Cephaledum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (90). Cephalœdis (Κεφαλοιδίς). — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 1. *p.* 208. et *Head,* 426. — Hinc *Cephalœditanus,* adj. *Prisc. gramm. II.* 82. 6. A Cephalœdio Cephalœditanus. *Cic.* 3. *Verr.* 43. (103). civitas. — *Cephalœdias, ădis,* f. adj. (Κεφαλοιδιάς). *Sil. It.* 14. 252.

CĒPHĂLONNĒSUS (Cephalonnesos), i, f. 2. (Κεφαλόννησος) insula prope Chersonesum Tauricam. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (93).

CĒPHĂLUS, i, m. 2. (Κέφαλος: cf. κεφαλή, *caput)* ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Venator insignis, Dejonis (ex stirpe Æoli, unde *Æolides,* abs., dictus *Ovid.* 6. *Met.* 681), aut Mercurii v. Pandionis *(Hygin. fab.* 48. et 241) filius, pulcherrimus *(Id. fab.* 270), maritus Procridis, Erecthei filiæ, quam inscius interfecit (Cf. *Rapp, Roschers Lex. II.* 1089. *sq. Ovid.* 1. *Amor.* 13. 39. et 4. *Her.* 93., *Martial.* 11. 69. 5., *Hygin. fab.* 48. et 2. *Astr.* 35., *Auson.* 325. 21). — Ob pulcritudinem raptus est ab Aurora, ex qua filium *Hesperum* suscepit *(Schol. Germ. Arat. p.* 94). — De quocumque juvene formoso *Ovid.* 1. *Amor.* 13. 39. — 2.º) Item pater Lysiæ oratoris. *Cic.* 4. *Att.* 16. (in *Platonis* πολιτείᾳ) in Piræum Socrates *(venit)* ad Cephalum, locupletem et festivum hominem. — 3.º) Item princeps Epirotarum. *Liv.* 43. 18. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp.* 2. 720. — Nom. sing. *Corp.* 2. 11. — *Cephala,* agn. vir., Κεφαλᾶς. *Pallad. hist. mon.* 1. 35. — *Cephalius,* adj. in vers. spurio *Ovid.* 1. *Amor.* 43. 81.; et nom. vir. *Corp.* 8. 20758. — Hinc etiam *Cephalo(n),* Κεφάλων, Gergithius, qui scripsit Τρωικά. *Fest. p.* 266. — Cogn. *Lucil.* 422. — *Cephallo (onis),* Κεφαλίων, nom. serv. Gr. *Plaut. Frio. frg.* 10.

CĒPHĀS, æ, m. 1. Aram. כֵּיפָא *Kêphâ'* «rupes, petra, saxum»; Gr. Κηφᾶς = Καϊάφας, *Caiphas,* idem ac Πέτρος, *Petrus (Hieronym. nom. Hebr. p.* 66. Cephas Petrus Syrum est). — Scribitur *Cefas,* cum diphth., *Ital. (Priscill. tract.* 10. 126) 1. *Cor.* 3. 22. et *Augustin. cons. euang.* 2. 53. 109. cod. *F (Chepas* codd. H A B).

Cephas, cogn. Simonis apostoli. *Vulg. Joh.* 1. 42. Tu es Simon, filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus (Cf. *Mr.* 3. 16. et *Matth.* 16. 18). *Optat.* 2. 2. Omnium Apostolorum caput Petrus, unde et Cephas est appellatus. *Isid.* 7. *Orig.* 9. 3. Cephas *Petrus* dictus eo quod in capite sit constitutus apostolorum; κεφαλή enim græce caput dicitur et ipsum nomen in Petro Syrum est. Adde *Vulg.* 1. *Cor.* 1. 12.; 3. 22.; 9. 5. et 15. 5. et *Gal.* 2. 9., 11. et 14. — Olim insedit quibusdam opinio, duos fuisse hujus cognominis viros, apostolum nempe et discipulum ex septuaginta. Ita *Euseb. H. E.* 1. 12., *Clem. Alex.* in *IV. Dispos.* et *Ps. Doroth.* in *cat. ap. (Migne Patr. gr. t. XCII.* col. 521), coll. *Gal.* 2. 7-8. Verum hanc sententiam, quam *frivolam* vocat *Suarez (De leg.* 9. 15. 7), assentientibus fere omnibus antiquis nuperisque interpretibus, ita explodit *Hieronym.* in *Gal.* 2. 11 «Sunt qui Cephan, cui hic *(Paulus)* in faciem restitisse se scribit, non putant apostolum Petrum, sed alium de septuaginta discipulis, isto vocabulo nuncupatum. Quibus primum respondendum alterius, nescio cujus Cephæ, nescire nos nomen, nisi ejus, qui et in euangelio et in aliis Pauli epistolis et in hac quoque ipsa modo Cephas, modo Petrus scribitur. Non quod aliud significet Petrus, aliud Cephas; sed quod quam nos latine et græce petram vocemus, hanc Hebræi et Syri Cephan nuncupent». Nec obstat, si *Cephas* secundo loco ponatur *(Gal.* 2. 9) eique in faciem resistat Paulus *(ibid.* 11). Omissa etiam lectione Πέτρος, quam textus receptus *locc. citt.* substituit, sed expungunt critici recentiores *Lachmann, Tischendorf, Oscar de Gebhart, al.,* itemque ea, qua primo loco ponitur *Cephas* v. *Petrus,* ut habent codd. D E F G ex evidenti textus emendatione, ut difficultas inde orta dirimatur, dicimus primum nihil addidisse Paulum huic loco, quo distingueretur hic Cephas ab alio, in epp. ad Cor. et Gal. non semel laudato; tum profecto patere cuique hunc esse virum magna auctoritate præditum, si inter apostolos primi ordinis (οἱ δοκοῦντες στῦλοι) memoratur, sique Paulus ei *in faciem* resistendum esse arbitratus est, ne ob tanti viri existimatione ac dignitate ad minus rectum agendi modum (non enim de doctrina hic quæstio esse potest) traherentur. Quod si nomen Jacobi præcedit, id ex eo factum est, quod Judaizantes, qui dicuntur, ad ejus auctoritatem præcipue appellabant; vel potius nominum ordo mere fortuitus dici debet (Cf. *Vigouroux, Les livres saints et la critique ration. V. p.* 456-476.; *Pesch, Ueber d. Person d. Keph.* in *Ztschr. für Kathol. Theol. VII.* 1883. *p.* 456.490.; *Re, Arch. bibl. dict. II. p.* 491. *sq.).* — De historia Cephæ *V.* PETRUS.

CĒPHĒIS, idis, f. 3. et

CĒPHĒIUS, a, um, adject. *V.* CEPHEUS.

CĒPHĒNES, um, m. plur. 3. (Κηφῆνες) gens Æthiopum. *Ovid.* 5. *Met.* 1. Cephenum-regem. *Ib.* 554. *(Medusa)* Cephenum multos quæ dedit unda neci. — Hinc *Cephenus,* adj., et *Cepheni,* eadem gens. *Ovid.* 4. *Met.* 764. — *Cephenia,* Κηφηνία, regio. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. (41)., *ubi al.* Sophene.

CĒPHEUS, ei, m. 2. (Κηφεύς, έως, *Ion.* -ῆος). — Genet. *Cephei* ap. *Cic. Arat.* 184. «Quin etiam Jasidæ domus antiquissima Cephei *(bisyll.)».* Adde *ibid.* 52. — *Cepheos* (trisyll.), pænultima correpta, ap. *German. Arat.* 188 (et 282): «Cephĕos extremam tangit Cynosurida caudam»; at producitur *ibid.* 191.: «minor utraque jungit Regula Cephêos». — Acc. *Cephea,* Gr. pos., pænultimâ correptâ, ap. *Ovid.* 6. *Met.* 44. «et sunt qui Cephĕa dicant etc.»; at productâ, *Avien. Arat. phæn.* 440. «Nec mea Musa senem tacitum Cephēa relinquet».

Cepheus ¶ 1. Fuit rex Æthiopum, Phœnicis vel Agenoris *(Hygin.* 2. *Astr.* 9) v. Beli filius *(Apollod.* 2. 1. 4) ex matre Cassiopea, frater Phi-

nei, pater Andromedæ, dictus sed perperam *Jasides*, h. e. Jasii filius, *Cic. loc. cit.* aliisque. *Ovid.* 4. *Met.* 738. Cassiope Cepheusque pater (*Andromedæ*). *Hygin. loc. cit.* Cepheus: hunc Euripides cum ceteris Phœnicis filium, Æthiopum regem esse demonstravit, Andromedæ patrem - ut totum genus eorum perpetuo maneret, ipsum quoque Cepheа etc. — *Tac.* 5. *Hist.* 2. « Plerique (*ajunt Judæos*) Æthiopum prolem, quos, rege Cepheo, metus atque odium mutare sedes perpulerit ». Sunt qui locum Taciti, alibi quoque in hujusmodi errores impingentis, conferunt cum *Mel.* 1. 64. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (182). — Fabula refert Cepheum in Persei necem conspirasse et ob id, objecto Medusæ capite, in lapidem conversum (*Hygin. fab.* 64); alii vero dicunt Cepheum in cruento conflictu Phinei cum Perseo, cui a patre desponsa fuerat Andromeda antea illi promissa, fratrem omni vi, licet frustra, a cæde impedire conatum fuisse; idcirco in cœlum dein cum conjuge, filia et genero translatum esse (*Horst.* 3. *Od.* 29. 17). ¶ 2. Est inde sidus in parte boreali prope ipsum polum arcticum secaturque medius ab arctico circulo: vertice autem attingit viam lacteam, pedibus pæne caudam minoris Ursæ, constans sec. *Hygin.* stellis XIX., sec. alios XI. vel XVII. *Cic.* 5. *Tusc.* 3. 8. Nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi etc. *Hygin.* 3. *Astr.* 9. Cassiepiam proxime Cephei signum collocatam. — De ejus figura, positione, ortu, occasu: *Cic. Arat.* 82. Cepheus conditur alte. *et* 417. Cepheus caput atque humeros palmasque reclinat. Adde *Manil.* 1. 354., *Vitr.* 9. 4. 3., *Germ.* 184., *Avien. Arat.* 441. *Colum.* 11. 2. 51. Septimo idus Jul. Cepheus vespere exoritur, tempestatem significat. *Hygin.* 3. *Astr.* 8. Hujus (*Cephei*) corpus, Scorpione exorto, occidere, cum Sagittario exoriri perspicitur. — Sidus natalicium. *Manil.* 5. 450. Sed regione means Cepheus (*bisyll.*) humentis Aquari Non dabit in lusum mores: facit ora severæ frontis. ¶ 3. Est etiam Argonauta. *Hygin. fab.* 14. Amphidamas et Cepheus Alei et Cleobules filii de Arcadia. Adde *Val. Fl.* 1. 375. — Inde *Cephēis*, Κηφηΐς, filia Cephei, Andromeda. *Ovid.* 3. *Ars am.* 191. et *Manil.* 1. 486. — Sidus Andromedæ. *Germ.* 240. et *Avien. Arat.* 641. — *Cephēius*, adj. Κηφήιος. *Propert.* 1. 3. 3. et *Ovid.* 8. *Met.* 5. 17. — *Cephēus*, adj. Κηφεῖος. *Propert.* 4. 6. 78., *Ovid.* 4. *Met.* 669.

CĒPHĪSIA, æ, f. 1. et

CĒPHĪSIS, idis, 3. et

CĒPHĪSIUS, a, um, adject. *V.* **CEPHISUS.**

CĒPHĪSŎDŌRUS et Cephissodorus, i, m. 2. (Κηφισόδωρος, *Cephisi donum*) pictor illustris, qui, cum Aglaophonte minore et Euenore, patre Parrhasii, *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (60). adscribitur Olympiadi XC.

CĒPHĪSŎDŎTUS et Cephissodotus, i, m. 2 (Κηφισόδοτος, i. e. a *Cephiso datus*) nom. duorum artificum. ¶ 1. Cephisodotus *major*, statuarius Olymp. CII. = 372. a. Chr., Atheniensis, mirabilis statuæ Minervæ in portu Athenarum et aræ, in eodem portu, ad templum Jovis Servatoris, « cui pauca comparantur », teste *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (74). ¶ 2. Cephisodotus *minor*, filius Praxitelis, et ipse statuarius, quamquam et pingendi sculpendique artem exercuit, Olymp. CXXI. floruit, cum Eutychide, « cujus laudatum est Pergami symplegma nobile », ut ait *Plin.* 36. *ibid.* 5. 4. (24).

CĒPHĪSUS, i, m. 2. (Κηφισός, *Dor.* Καφισός) *Cephissus*, duplici *s*, ap. *Prosp. epit. I.* 422. et *Cassiod. chron. II. p.* 141. — *Cefissus*, sine aspiratione, ap. *Chron. Alex. chron. I. p.* 111) nom. person. et fluviorum Græcorum. — In recto *Cephisos*, posit. Gr., habet *Prisc. perih.* 456. — Acc. *Cephison*, ap. *Ovid.* 7. *Met.* 388.

I.) Cephisus, nom. pers. ¶ 1. In fabulis Oceani et Tethidis filius (*Hygin. fab. præf. p.* 28), qui cum Liriope nympha concumbens Narcissum et Praxitheam genuit. *Ovid.* 3. *Met.* 339-510.; 5. *ibid.* 388. et 7. *ibid.* 388., *Mythogr. I. fab.* 185. et *II.* 180., *Lact. Plac.* 3. *fab.* 5. et 6., coll. *Stat.* 7. *Theb.* 340. *sqq.* — Ab eo patet nomen habuisse fluv., ut infra. ¶ 2. Item nom. vir. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 4. Sicyoniorum nono (rege) Messapo, qui etiam Cephisos a quibusdam traditur.

II.) Cephisus, nom. fluv. ¶ 1. Est fluvius Phocidis et Bœotiæ (et deus). *Vitr.* 8. 3. 14., *Lucan.* 3. 175., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (8). *Avien. orb.* 600. hic celeri Cephisus volvitur unda. *Prisc. loc. cit.* Cephisos gurgite magno Quam (*sc.* Phocidem) mediam dirimit descendens murmure vasto. ¶ 2. Item fluvius Eleusinius. *Hieronym. chron.* a. Abr. 2140. Cephisus fluvius Eleusinam inundavit, quem Hadrianus ponte conjungens Athenis hiemem exegit. — Deriv.: *Cephisias*, adj. f. (Κηφισιάς). *Ovid.* 7. *Met.* 438. Vidit et immitem Cephisias ora Procrusten (*occumbere*). — *Cephisis, idis*, adj. f. (Κηφισίς). *Ovid.* 1. *Met.* 369. (*Deucalion et Pyrrha*) adeunt pariter Cephisidas undas (*in Bœotia*). — *Cephisius*, adj. (Κηφίσιος). *Ovid.* 3. *Met.* 351. ter ad quinos unum Cephisius (*sc.* Narcissus, filius Cephisi Bœotii) Addiderat. — Hinc *Cephisia*, æ (Κηφισία) — *a)* Fons Atticæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (24). — *b)* Villa Herodis Attici, Athenis proxima. *Gell.* 1. 1. 2. In villa, cui nomen est Cephisia Cf. 18. 10. 1. In Herodis c(larissimi) v(iri) villam - loco, qui appellatur Cephisiæ (*videtur esse pagus* Cephisia).

CĒPI, ōrum, m. plur. 2. (Κῆποι) oppidum in Bosporo Cimmerio. *Mela* 1. 112. — Plenius *Cepoe Milesiorum* ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 6. 6. (18). — *Tab. Peut.* 9. Cepos (*sing.*).

CĒPĪUS v. rectius Ceppius, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 10. 479. — *Ceppia*, nom. mul. *Inscr. Eph. epigr. VIII. n.* 288. *p.* 81. — Hinc *Cepidius, Cepolejus, Cepo (onis), Ceponius*, subst. et *Ceponianus*, adj., *Ceporius, Ceprius*, nom., ap. *Schulze, Eig. p.* 351. et *Corp.*

CĔRAMBUS, i, m. 2. (Κέραμβος) pastor a Nymphis in scarabæum (κεράμβυκα) mutatus. *Ovid.* 7. *Met.* 353. — Vixisse hic traditur tempore diluvii Deucalionei. Cf. *Lact. Plac.* 7. *fab.* 3.

CĔRĂMĪCUS (Ceramicos), i, m. 2. Κεραμεικός: a κέραμος, *terra figularis*, dictus, ob officinam ibi sitam Chalchostenis figuli, *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 45. (155) aliasque hujusmodi (*quartiere dei vasai*): vel a *Ceramo*, heroe, Bacchi et Ariadnes filio, *Paus.* 55. 45. 1. — Est autem ¶ 1. Ceramicus, locus Athenis celeberrimus, partim intra mœnia, partim extra mœnia: illic erant statuæ clarorum virorum ac picturæ (Cf. *Cic.* 1. *Fin.* 11. 39), ubi Praxiteles sua opera reliquit; tum certa etiam sedes meretricum; præterea certamen quotannis edebatur, Λαμπαδοῦχον appellatum; hic sepeliebantur publicis impensis, qui in bello pro patria occidissent (*Schol. Aristoph.*, coll. *Cic.* 1. *Att.* 10). ¶ 2. Ceramicus. *V.* **CERAMUS.**

CĔRAMNUS, i, m. 2. bellator insignis Scythes, occisus in bello ab Argo, Phryxi filio. *Val. Fl.* 6. 550.

CĔRĂMUS, i, m. 2. (Κέραμος) oppidum Cariæ, hod. *Keramo*, ad mare in sinu, qui dicitur *Ceramicus* (Κεραμικός), hod. *golfo di Kos*. Memoratur *Mel.* 1. 84. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (109 et 133). In Arconneso (*insula*) oppidum Ceramus. — Sed v. *Hirschfeld, PW.* 2. 1170.; duplex enim fuisse videtur. — *Ceramenses*, incolæ. *Pomp. Trog. prol.* 35. — De ejus nummis cf. *Eckhel*, 2. *p.* 579.

CĔRAS, ătis et ătos, n. 3. (Κέρας, *corno*) ¶ 1. Est nom. locorum, uti sunt: — 1.°) Ceras Chryseon (it. *Corno d'oro*), promontorium Thraciæ, olim Lysos dictum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (45). Promunturium Chryseon Ceras (*al.* Chrysoceras), in quo oppidum Byzantium. Adde *Solin.* 10. — *Ammian.* 22. 8. 8. Promunturium Ceras prælucentem navibus vehens constructam celsius turrim, quapropter Ceratas appellatur, ventus inde suetus oriri prægelidus. — 2.°) Ceras Hesperion. *V.* **HESPERU CERAS.** — 3.°) Oppidum Palæstinæ septentr. *Rav. p.* 85. ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Corp.* 8. 11994 (*in prov. Byz.*).

CĔRASTÆ, ārum, m. plur. 1. (Κεράσται) populus fabulosus in insula Cypro, a Venere in juvencos cornutos mutatus; ei namque humanas victimas sacrificare mos erat. *Ovid.* 10. *Met.* 222. *V.* tamen voc. seq.

CĔRASTIS, idis, f. 3. (Κεραστίς) nom. Cypri, ita dictæ, quia « multas eminentias, idest promontoria habebat » græce κέρατα. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (129).; hinc fabula probabilius orta, de qua in voc. præc.

CĔRĂSŪS, untis, f. 3. (Κερασοῦς) ¶ 1. Est oppidum Ponti Polemoniaci. *Mela* 1. 107. Populi Macrocephali *etc.*: raræ urbes: Cerasunta (*acc. gr.*). *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 4. (11). Oppidum Cerasus. *Novell. Inst.* 28. *præf.* Quinque civitates Polemoniacum continent Pontum: Neocæsaria et Comana et Trapezus et Cerasus etc. *Ammian.* 22. 8. 16. Cerasus, unde advexit hujus modi poma Lucullus. — *Hieronym. ep.* 31. « Accepimus - canistrum cerasiis refertum talibus, ut ea nunc a Lucullo delata existimarim: - hoc genus pomi - de Cerasunto primus Romam pertulit ». Alii tamen cerasa ante Lucullum nota Italiæ fuisse tradunt (*Isid.* 17. *Orig.* 7. 16). — *Rav. p.* 366. Cerasunta. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 250. ¶ 2. Item insula in sinu Pontico. *Rav. p.* 392. ¶ 3. Flumen Cappadociæ ejusdem nominis *Urlichs* restituere vult *Plin.* 34. *Hist. nat.* 14. 41. (142)., ubi *certo* traditur.

CERATĒ, es, f. 1. vicus civitatis Turonicæ, hod. *Céré*, ap. *Greg. Tur.* 10. *Fr.* 31. — Hinc *Ceratensis*, adj. *Id. glor. mart.* 89.

CĔRĀTUS, i, m. 2. cogn. vir.: a *cerando* dictus. *Corp.* 6. 6944.; 4. 5914. etc.

CĔRAUNI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Populus Dalmatiæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (143). ¶ 2. Item genus equorum. *Grat. cyn.* 532.

CĔRAUNĬA, n. et Ceraunii, ōrum, m. plur. 2. (Κεραύνια ὄρη) montes in Epiro extrema, mari Ionio imminentes, quod inde Adriaticum dici incipit, qui ob altitudinem vel qua parte sunt altiores, *Acroceraunia* dicuntur. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 36. (119)., *Prisc. perihег.* 382. et *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 506.

CĔRAUNĬUS, a, um, adject., ut *Ceraunii montes* — *a)* In Epiro. *Flor.* 2. 9., *Sueton. Aug.* 17., *Solin.* 7., *al.* — *b)* Inter Pontum et mare Caspium. *Mela* 3. 5. 4., qui tamen pro locorum diversitate diversis quoque nominibus appellantur, nempe *Taurici, Caspii, Caucasii* etc. — *Ceraunii saltus*, montes in Africa. *Mel.* 3. 8. 10., coll. *Diod.* 3. 68. — Subst. *Ceraunius*, nom. vir. *Conc. Paris.* a. 614. *p.* 192. — *Ceraunia*, nom. mul. *Ruric. ep.* 2. 1-4., coll. 2. 15. « ut possis secundum nomen tuum in illa beatorum turba splendere Ceraunia etc. ».

CĔRAUNŎBŎLIA, tabula Apellis. *V.* voc. in *Lexico*.

CĔRAUNOS vel

CĔRAUNUS, i, m. 2. (Κεραυνός, *fulmen*) cogn. vir. Gr. *Corp.* 10. 1081 (*Nuceriæ Alfaternæ*). — Apud scriptores: *Ptolemæus, Ceraunos*, Lagi filius (*Nep. reg.* 3); - *Seleucus*, cognomento *Ceraunus*, rex Syriæ (*Hieronym. chron.* a. Abr. 1791); - *Ceraunus*, filius Clearchi, ita ab ipso patre vocatus « ut deis non mendacio tantum, verum etiam nominibus illudat ». Ita *Justin.* 16. 5. 11.

CERBĂLUS, i, m. 2. fluvius Apuliæ, hod. *Cervaro*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (103). Cf. *Nissen, Ital. Landesk. I.* 338.

CERBĀNI, ōrum, m. plur. 2. populus Arabiæ, propter tura clarissimus et armis præstans, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (154). Alii leg. *Cenbani*.

CERBĔRĔUS, a, um, adj. *V.* voc. seq.

CERBĔRUS, i, m. 2. (Κέρβερος) *Cerberos*, Gr. positione, sæpe apud poetas, ut *Ovid.* 7. *Met.* 412. « nexis adamante catenis Cerberon (*acc.*) abstraxit ». Adde *eund.* 9. *Her.* 94. et *alib.* — Etymon apud *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 395. « Cerberus dictus quasi Κρεοβόρος (*carnivorus*), id est carnem vorans » (a κρέας, *caro*, et βόρος, *vorax*); qui addit illum ab Hercule ex Inferis tractum, quia omnes cupiditates et terrena vitia contempsit. Similiter ap. *Mythogr. I. fab.* 57. et *III. fab.* 6. ita dicta terra, quia « corpora omnia vorat et consumit ».

Cerberus, canis Orci, ex Typhone gigante et Echidna genitus (*Hygin. fab.* 151) sive Hydra (*Cic.* 2. *Tusc.* 9. 10), tria capita habens, unde *triceps* dicitur a *Cic.* et *Hygin. locc. citt.* et *tricerberos* a *Mythogr. II. fab.* 11 (*Sil. It.* 2. 551. « forma trifauci »: cf. *Ovid.* 9. *Met.* 185. et *Horat.* 2. *Od.* 19. 31. et « ore trilingui »: cf. *Ovid.* 4.

Met. 450): vel quinquaginta (*Hesiod. theog.* 312): vel centum, unde *Horat.* 2. *Od.* 13. 34. belua *centiceps* vocatur; at verius, non quod centum ei capita, sed centum angues pro setis tribuat; præterea Ditis januæ custos (*Mythogr. II. fab.* 1. *in fin.*). Describitur *Senec. Herc. Fur.* 788. *sqq.* et *Virg.* 6. *Æn.* 417. *sqq.* Memorant præter laudatos — *a)* Proprie. *Lucret.* 3. 1011. Cerberus et furiæ - qui neque sunt usquam nec possunt esse profecto. Adde *Tibull.* 1. 3. 71., *Lucan.* 6. 665. et 9. 643., *Propert.* 3 (5). 44., *Stat.* 2. *Silv.* 1. 184., *Auson.* 248. 4., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 13., *Apul.* 4. *Met.* 20., *Tertull. cor.* 7., *Cic.* 3. *Nat. d.* 17., ubi Cerberus deus non putandus esse traditur. — Epitheta: *Horat.* 2. *Od.* 19. 29. Cerberus insons (*sc.* innocuus). *et* 3. *ibid.* 11. 15. immanis. *Virg.* 6. *Æn.* 400. ingens. *Tibull.* 1. 10. 36. audax. *Id.* 1. 3. 71. niger. *et Senec. Herc. O.* 23. ater. *Propert.* 4. 5. 3. ultor. *Id.* 4. 11. 25. improbus. *Ovid.* 9. *Met.* 185. forma triplex (*Cic. loc. cit.* triceps. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 27. tergeminus. *et* 2. *Theb.* 53. 54. triformis). *Claudian.* 3. 294. turbidus. *Senec. Herc. O.* 1601. inquietus. *et ibid.* 79. Stygius. *et Herc. F.* 649. Tartareus. *Horat.* 2. *Od.* 11. 15. janitor aulæ (*sc.* Ditis). *Senec. Tro.* 404. custos. *Sil. It.* 2. 552. insomnis. — Hunc Hercules domuit et ad superos catenis vinctum traxit, quum ad Inferos descendit ut Theseum liberaret (*Ovid.* 7. *Met.* 410. *sqq.*, *Hygin. fab.* 30., *Mythogr. I. fab.* 48. et *II. fab.* 149). Ad rem *Hieronym. chron.* a. 620. Fabula Proserpinæ, quam rapuit Ædoneus, idest Orcus, rex Molossorum, cujus canis ingentis magnitudinis, Cerberus nomine, Pirithoum devoravit, qui ad raptum uxoris cum Theseo venerat, quem et ipsum jam in mortis periculo constitutum adveniens Hercules liberavit et ob id quasi ab Inferis receptus dicitur. — *b)* Translate. *Petron. frg.* 8. Cerberus forensis causidicus. *Hieronym. ep.* 130. Quasi Orcus in Tartaro, non tricipitem sed multorum capitum habuit Heraclianus Afer comes Cerberum (*Sabinum generum*), qui cuncta traheret ac laceraret. — *c)* Interpretationes allegoricæ: *Ps. Alex. c. Dind. coll. p.* 182. Cerberus mala ventris edacitas, cui quia non sufficit unum rostrum, terna ora conlata sunt. *et Isid.* 11. *Orig.* 9. 33. Cerberum inferorum canem tria capita habentem, significantes per eum tres ætates, per quas mors hominem devoret, id est infantiam, juventutem et senectutem. — Antiquæ artis monumenta ad eum pertinentia illustrarunt *Winckelmann, Opp. IV. p.* 519. et 578. ed. *Prat.*, *Visconti, Mus. Pio-Clem. II. p.* 56. *sqq.* aliique plures recentiores, et nummos Pisauri *Eckhel*, 1. *p.* 93. — Deriv.: *Cerbereus*, adj. *Lucret.* 4. 733. Cerbereasque canum facies. *Ovid.* 14. *Met.* 65. Cerbereus rictus. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 249. latratus. *Sil. It.* 6. 178. stridor. — *Cerberius*, nom. vir. *Corp.* 8. 16412 (*in prov. proc.*).

CERCE(J)I, ōrum, m. plur. 2. (Forma antiquior est *Cercei*, postea propter Circen in *Circeji*, commutata: cf. nom. gent. *Cercenius, Cercius* etc. ap. *Schulze, Eigenn. p.* 172. et 565. — *Circæi*, cum diphth., ap. *Cic.* 15. *Att.* 10) oppidum Latii, ad mare Tyrrhenum et radices montis (*Circæum promontorium*), olim insula (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 10), trib. *Pomptina*, hod. *San Felice in monte Circello*, conditum a Tarquinio Superbo (*Liv.* 1. 56) vel potius a. 393. a. Chr., sedes Circes, magis famosæ, optimis ostreis celebre (*Horat.* 3. *Sat.* 4. 33), cadente re publ. et imperatorum ævo locus, quo rusticandi causa conveniebant Romani, amœnissimus, municipium post bellum sociale. *Liv. loc. cit.* Tarquinius Superbus Signiam Circejosque colonos misit, præsidia urbi futura. *et* 2. 39. Coriolanus Circejos profectus primum colonos inde Romanos expulit liberamque eam urbem Volscis tradidit. Adde *Juvenal.* 4. 140., *Martial.* 11. 7. 4., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 85. 87. (201)., *Corp. I. L.* 10. *p.* 635. et 987. — *Rav. p.* 334. Cerelli. — Augustus, concessa vita, illuc M. Lepidum relegavit. *Sueton. Aug.* 16. — Hinc *Circejensis*, adj. *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 48., *Liv.* 6. 17. — Subst. *Circejenses*, incolæ. *Liv.* 6. 12. et 13., *Corp.* 14. 2625. — Sing. *Liv.* 8. 3. (*Polyb.* 3. 22. 11) in fœdere inter Romanos et Carthaginienses Κιρκαιητῶν.

CERCĔTÆ, ārum, m. plur. 1. (Κερκέται) populus Ponti, ad litus orientale. *Curt.* 6. 4. 17., *Ammian.* 22. 8. 25., *Mela* 1. 110. — Adj. *Cercetius* (Κερκέτιος). *Avien. orb.* 866. — Hinc *Cercetii* (Κερκέτιοι). *Prisc. perih.* 663.

CERCĔTĪUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. montium — *a)* In Thessalia. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (30). Montium Thessaliæ nobilissimi Cercetii, Olympus, Pierius, Ossa etc. Adde *Liv.* 32. 14. — *b)* In insula Samo (Κερκετεύς). *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 37. (135). Mons Cercetius. ¶ 2. Est etiam ad Cercetas pertinens. *V.* voc. præc.

CERCĪNA, æ, f. 1. (Κέρκινα v. Κέρκιννα) Scribitur etiam *Cercena, Carcena, Circina* etc.

Cercina, insula Syrtis minoris et oppidum in ea situm, hodie *Kerkenah*, trib. *Quirina*. Describit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 7. 7. (41). Adde *Tac.* 1. *Ann.* 53., *Liv.* 22. 31., *Mela* 2. 105., *Prisc. perihег.* 599. — Hic commoratus Gallus Aquilius, JCtus celeberrimus, de quo *Pompon. dig.* 1. 2. 2. 43. Servius Sulpicius instructus - a Gallo Aquilio, qui fuit Cercinæ: itaque libri complures ejus exstant Cercinæ confecti. — Hinc *Cercinitani*, incolæ. *Bell. Afr.* 34. 3. Sallustius a Cercinitanis exceptus.

CERCINĪUM, ii, n. 2. oppidum Thessaliæ, captum et incensum ab Ætolis a. 200. a. Chr. *Liv.* 31. 41.

CERCĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 2. 645 (*in Lusitania*). — *Cercia*, nom. mul. *Corp.* 2. 1788 (*Gadibus*). — Fuit etiam auriga Castoris. *Solin.* 15. Colchorum urbem Dioscuriadem Amphitus et Cercius, aurigæ Castoris et Pollucis, condiderunt. *Ammian.* 22. 8. 24. Amphius et Cercius Spartani. — Hinc *Cercenius, Cercinius, Cerco* et *Cerca*, *Circenius* et *Circius*. V. *Schulze, Eigenn. p.* 172. et *Corp.*

CERCŌPES, um, m. plur. 3. (Κέρκωπες: cf. κέρκωψ, *versutus, fraudulentus*) incolæ Pithecusæ insulæ, quos poetæ fabulantur ob perjuria et fraudes a Jove in simias fuisse mutatos. *Ovid.* 14. *Met.* 90. *sqq.* et *Lact. Plac.* 14. Cf. **CERCOPS.** — Hinc *Cercopia*, insula, qua videtur *Plautus Trin.* 928. jculariter appellare regionem Inferorum, ubi pœnam luunt scelesti ac veteratores, qui græce κέρκωπες vocitantur (*nisi legend.* Cecropia).

CERCŌPĪTHĒCUS, i, m. 2. nom. cujusdam liberti Neronis, Græce κερκοπίθηκος, a κέρκος, *cauda*, et πίθηκος, *simia*. Memoratur *Sueton. Ner.* 30. (*Nero*) Cercopithecum Panerotem, feneratorem et urbanis rusticisque prædiis locupletatum, prope regio extulit funere.

CERCOPS, ōpis, m. 3. (Κέρκωψ, i. e. *versutus, fraudulentus*) philosophus Pythagoreus, cui veteres tribuerunt carmina, quæ sub nomine Orphei feruntur, ut tradit *Cic.* 1. *Nat. D.* 38. 107 (Cf. *Lobeck, De Orph. Theog.* 1. *p.* 7), non confundendus cum antiquiore poeta Milesio, de quo *Athen.* 11. *p.* 503., coll. 13. *p.* 557.

CERCȲON, ōnis, m. 3. (Κερκυών) filius Vulcani (*Hygin. fab.* 158) vel Neptuni (*Paus.* 1. 5. 2. et *ibid.* 14. 3), latro ferocissimus, solitus viatores lucta devictos interimere (*Plut. Thes.* 11), a Theseo occisus. *Ovid.* 7. *Met.* 439., *Gell.* 15. 21. et *Stat.* 12. *Theb.* 577., ubi *Cercyona* (acc. Gr.).

CERDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 28347. et cogn. *ibid.* 32572. — Hinc *Cerdo, Cerdonius*. V. *Corp.*

CERDO(N), ōnis, m. 3. (Κέρδων: a κέρδος, *lucrum*, quasi *lucri cupidus*) *Cerdon, ontis* in *Inscr.* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1866. *p.* 294 (= *Corp.* 14. 469). — *Cerdon* in *Corp.* 12. 423. et *Gerdo* in *Corp.* 11. 6700., 797.

Cerdo ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Fuit episcopus Alex. in Ægypto, tertius a s. Marco a. 97-108. sub Trajano imp. *Hieronym. chron.*, coll. *Prosp. chron.* et *Eus.* ap. *Rufinum* 3. *H. E.* 21. — 2.°) Item hæresiarches, Marcionis magister, non discipulus, ut vult *auct. Philosophum.*, Manichæorum præcursor; docuit enim duos esse deos, bonum unum, alterum malum (*Augustin.* 2. *c. Adv. leg. et proph.* 12. *n.* 40): hunc mundi creatorem; illius filium, Christum, « non in substantia carnis » venisse sed « in phantasmate solo, nec omnino passum sed quasi passum; nec ex virgine natum sed omnino nec natum » (*Tertull. præscr.* 51); præterea resurrectionem tantum animæ admittendam esse, non corporis solum, evangelium Lucæ nec totum, Pauli epistolas nec omnes nec totas: acta vero apostolorum et apocalypsim quasi falsa rejicienda (*Id. ibid.*). — Romam ex Syria profectus sub Hygino pont., Hadriano imp. (*Philastr. hær.* 44., coll. *Hieronym. chron.* et *Iren.* 1. *hær.* 27. et *alib.*), ibi scholam aperuit habuitque discipulos ac sectatores, qui ab eo *Cerdoniani* dicti sunt (*Augustin. hær.* 21. et *Isid.* 8. *Orig.* 5. 20). Memorant etiam *Cyprian. ep.* 75. *n.* 5., *Leo M. ep.* 15. et *Gennad. dogm. eccl.* 52. — 3.°) Item cogn. unius ex tribus Trimalchionis Laribus, apud *Petron. sat.* 60. — 4.°) Alii: *Papin. dig.* 38. 1. 42., *Apul.* 2. *Met.* 13., *Augustin. ep.* 117. etc. ¶ 2. In titulis (ex urbanis) nom. vir. *Corp.* 6. 4463. et cogn. *Corp.* 6. 15465.

CĔRĔĀLIS et Cerialis (Cærialis), is, m. 3. ¶ 1. Cogn. vir. et mul.: a *Ceres* factum, in gente *Anicia, Julia, Manilia, Neratia, Petilia, Tuccia, Vellia*, apud scriptores frequens (*Martial.* 11. 52. et 10. 48. 5., *Tac. Agr.* 12., *Ammian.* 14. 11. 27. et 30. 5. 19.) et frequentius in titulis, ap. *De Rossi Inscr. chr. I.* 133. 138. et *Momms. n.* 1708., 3823. etc. — Hinc *Cerealius, Cerealicus*. V. *Corp.* ¶ 2. Item cogn. oppidi, apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (60).

CĔRĔĀTÆ, ārum, m. plur. 1. (Κερεᾶται *Strab.*, Κερραιάτων κώμη *Plut.*) antea pagus Arpinas in Campania, dein, *Marianæ* dictæ, municipium in Volscis, tribu *Cornelia*, patria Marii, hodie *Casamari*. Memorant *Lib. col. I. p.* 233. et *Corp.* 1. 299. — Hinc *Cereatini*, incolæ, qui Mariani cognominantur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63). et *Corp.* 9. 2318.

CERELLIUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 13. 1996. et *Vopisc. Tac.* 19. — Hinc *Cerenus, Cerennius, Cerelius, Cerellius* (non confundendus cum *Cerellius*), unde *Cerellianus* (Κεριλλιανός). V. *Corp.* et *Schulze, Eig. p.* 271. et 441.

CERELLI, ōrum, m. plur. 2. oppidum in Bruttiis prope Laum. *Rav. p.* 264. græce Κηρίλλοι *Strab.*; *Cerillæ* ap. *Sil. It.* 8. 579., hodie *Cirella vecchia* (V. *Romanelli, Topogr. I.* 23), distinguend. a *Cerelli* ap. *eund. Rav. p.* 334. v. *Circeji* in *Tab. Peut.* 6.; at *Reisch* (*Th. L. L. Suppl. p.* 383) hoc cum illo unum idemque facit.

CERENÆCI Lares, memorati in *Corp. I. L.* 2. 2384 (*in conv. Bracaraugustano*).

CĔRĒS, ĕris, f. 3. nomen deæ apud Romanos. — *a)* Orthogr.: *Ceres* cum diphthongo legitur in *Inscr.* apud *Renier, n.* 3916. CAERERI AVG. Adde *Corp.* 9. 1545 (*Beneventi*); 8. 14161 (= *Carm. epigr.* 298. *in Syria*). — *b)* Declin.: in recto *Cereris* pro *Ceres* in *Papyr. Amherst II.* 26 (*sæc. III-IV*). — *Cera*, in *Corp.* 12. 5687. 19. — Genet. *Cererus* pro *Cereris*, in *Corp.* 1. 566.: cf. *Castorus, Venerus* pro *Castoris, Veneris*, apud veteres. — *Cereres* in *Corp.* 6. 87 (= 1. 811). Cf. *Quintil.* 1. 6. 14. — *c)* Prosod.: *Sacerd. gramm. VI.* 451. 14. Barbarismus est, si dicas Ceres ce longa, cum brevis sit et res brevi, cum sit longa (*Ovid.* 1. *Fast.* 349). *Prob. cath. gramm. IV.* 27. 23. Excepto uno disyllabo in *Ceres*, quod genetivo ante ris una syllaba correpta plus crescit, Ceres Cereris, in nominativo e littera producta, in genetivo utraque e correpta. Adde *Prisc. gramm. II.* 326. 8. — *d)* Etymon varie proponitur. *Cic.* 2. *Nat. D.* 26. 67. Est a gerendis frugibus Ceres, tamquam Geres, casuque prima littera itidem immutata, ut a Græcis; nam ab illis quoque Δημήτηρ quasi Γημήτηρ nominata est ». *Varro* 5. *L. L.* 64. Terra dicitur, quod gerit fruges, Ceres. Adde *Firmic. err.* 17. — *Fulg. myth.* 1. 10. « Ceres enim græce gaudium dicitur; et ideo illam frumenti deam esse voluerunt, quod ubi plenitudo sit fructuum, gaudia superabundent necesse est (*Mythogr. I.* 112) ». Sane græce est χάρα, gaudium, a χαίρω, gaudeo. — At rem acu tangit, ut mihi videtur, *Servius*, qui ad *Virg.* 1. *G.* 7. hæc habet: « Ceres a creando dicta; quamvis Sabini Cererem panem appellent ». Cf. *Cerus*, nom. mysticum Jani, quo ab antiquis Latii populis creator est significatus ab obsoleta radice *cereo* pro *creo*. Huic etymo plane consentiunt re-

centiores, qui Ceres a Skr. kar, facere, deducunt, unde Gr. κραίνω et Lat. creo, cresco, cerus, procerus aliaque oriuntur (V. Curtius, Bopp, Khn, Pott, Vanicek). Cf. etiam Osc. Kerri, Keri; Marruc. Ceria, Pelign. Cerria, Ceria (V. Osthoff, Etym. Parerg. I. 1. sqq.; Bugge, Altit. Stud. 45. sqq. et Walde, Lat. Etym. Wörtb. Heid. 1910. p. 200). — e) Notatur Cer. in Fast. ann. Jul. Cæret. Apr. 19 (Corp. 1. p. 213) et Tuscul. Apr. 12 (Corp. 1. p. 216). — C. in Fast. ann. Jul. Cæret. April. 12. sqq. (Corp. 1. p. 213) et Corp. 8. 11547 (in prov. Byzac.). — Cerl. in Cerialia in Corp. 15. 6364.

Ceres ¶ 1. Proprie dea Romana, Græcæ Δημήτηρ æquata (Gloss. Δήμητρα, dea, quæ frumentum repperit - frumentum et dea frumenti: hinc Ceres Græca: Corp. 8. 10564., coll. 6. 1779. 29., Virg. 2. Æn. 713., Ovid. 5. Met. 376. et 4. Fast. 399. sqq.), filia Saturni et Opis (Ovid. 6. Fast. 285) vel Rheæ (Hygin. fab. præf. et Mythogr. I. fab. 102., coll. Apollod. 1. 1. 5), soror Jovis, Neptuni et Plutonis (Auson. edyll. 11. 7); vel secundum alios, filia Jovis et Proserpinæ et soror Liberi primi seu Bacchi (Ampel. 9); vel uxor Jovis et mater Proserpinæ (Hygin. fab. 146., 147. et 251); hinc quidam duas distinguunt Cereres, ut mythos simul componant (Diod. 6. 2. 8., coll. Firm. err. 7. et Arnob. 1. p. 20); eadem Terra (Cic. 1. Nat. D. 15. 40., Varr. 3. R. R. 1. 5., Serv. ad Virg. 3. G. 7) et Magna Mater (Augustin. 4. Civ. D. 10). — 1.º) Generatim. Næv. carm. frg. 31. Cereris Proserpina puer. Plaut. Rud. 146. Cererem te melius quam Venerem sectarier; amori hæc curat: tritico curat Ceres. Varro 2. R. R. 5. 4. Taurus socius hominum in rustico opere et Cereris minister. Non. frg. p. 44. Hanc deam (Pandam) Ælius putat esse Cererem; sed quod in asylum qui confugissent, panis (is) daretur, esse nomen fictum a pane dando (Cf. Serv. auct. georg. 1. 7. quamvis Sabini Cererem Pandam appellent). Virg. 1. G. 147. Prima Ceres ferro mortalis vertere terram Instituit, cum jam glandes atque arbuta sacræ Deficerent silvæ. Horat. 2. Sat. 2. 124. Ac venerata Ceres, ita culmo surgeret alto, Explicuit vino contractæ seria frontis. Adde carm. sæc. 30., Tibull. 2. 5. 58., Claudian. carm. min. app. 11. 2., Prisc. perih. 720., Maxim. eleg. 1. 163. Ovid. 10. Met. 343. Prima dedit leges: Cereri sunt omnia munus. Id. 6. Fast. 285. Ex Ope Junonem memorant Cereremque creatas Semine Saturni, tertia Vesta fuit. Vesp. 11. Numina per Cereris juro, per Apollinis arcus. Paul. Fest. p. 78. Eccere juris jurandi est ac si dicatur per Cererem, ut ecastor, edepol: alii eccere pro ecce positum accipiunt. Solin. 21. Mœsiæ, quas majores nostri jure Cereris horreum nominabant (Sic Ovid. 4. Fast. 421. de Sicilia; Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. [60]. de Campania). Serv. auct. georg. 1. 5. Stoici Lunam eandem Dianam, eandem Cererem, eandem Junonem, eandem Proserpinam dicunt. et Æn. 2. 325. Tusci penates Cererem et Palem et Fortunam dicunt. Augustin. 4. Civ. D. 10. Eandem terram Cererem, eandem etiam Vestam volunt. — 2.º) Speciatim, de veneratione erga deam Cererem. — a) De cultu. — α) Sacra: Cato agr. 134. 1. Cereri porca præcidanea porco femina fieri oportet, priusquam hasce fruges condas. Adde Ovid. 1. Fast. 319., Fest. p. 223. Serv. ad Virg. 3. Æn. 118. Immolatur porcus Cereri, quia obest frugibus. Virg. 1. G. 339. Sacra refer Cereri - cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret: Quoi tu lacte favos et miti dilue Baccho. Ovid. 2. Fast. 520. veteres - Primitias Cereri farra resecta dabant. et Fest. p. 319. Præmetium de spicis, quas primum messuissent, sacrificabant Cereri. Cic. Balb. 24. 55. Sacra Cereris - summa majores nostri religione confici cærimoniaque voluerunt; quæ cum essent assumpta de Græcia, et per Græcas curata sunt semper sacerdotes et Græca omnia nominata. — In Sicilia et in Attica sacra vocabantur mysteria, quod arcana essent et inviolabilia, ut Eleusinia ab Eleusi, ubi fiebant, dicta (Minuc. Oct. 6): item initia et initiati, qui ad arcana deæ admittebantur (Varr. 3. R. R. 1. 5): item Lampadedromia, ap. Serv. ad Virg. 4. Æn. 609.: item Thesmophoria (V. THESMOPHORIA). — Sacerdotes vero erant plerumque mulieres, præsertim virgines (Horat. 2. Sat. 8. 14), quæ Cereri sacratæ dicebantur (Inscr. apud Orell. n. 2361., coll. 2189., 2580., 3820. et 3828., Pass. Perp. 18) et ex quibus nuptæ, cum sacra peragerent, Veneri non indulgebant (Ovid. 3. Am. 10. 1). et vino abstinebant, mustum vero libabant (Macrob. 3. Sat. 11.: contra Cato R. R. 134., qui tamen de sacris privatis loquitur vel in quibus aliquid a Cerere petebatur). — β) Nuptiæ. Paul. Fest. p. 87. Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant. Tertull. cast. 13. Feminas vero Cereri Africanæ, cui etiam sponte abdicato matrimonio assenescunt, aversantes exinde contactum masculorum usque ad oscula filiorum. Serv. ad Virg. 1. G. 344. Nuptias Cereri celebrare, in quibus re vera vinum adhiberi nefas fuerat, quæ Orci nuptiæ dicebantur, quas præsentia sua pontifices ingenti solemnitate celebrabant. — γ) Feriæ: Liv. 22. 10. Tum (a. 217. a. Chr.) lectisternium per triduum habitum decemviris sacrorum curantibus, sex pulvinaria in conspectu fuerunt - sextum Mercurio et Cereri. Id. ibid. 56. Tum (post pugnam Cannensem) - totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit etc. (Cf. Paul. Fest. p. 154. Minuitur luctus privatis, cum in casto Cereris est). Id. 36. 37 (a. 191. a. Chr.). Ex libris Sibyllinis decemviri renuntiaverunt, jejunium instituendum Cereri esse et id quinto quoque anno servandum. Cf. Fast. ann. Jul. Amitern. Oct. 4 (Corp. 1. p. 245). Fast. ann. Jul. Amitern. (et al.) Aug. 10 (Corp. 1. p. 244. al.) Feriæ, quod eo die ara(e) Cereri matri et Opi Augustæ ex voto suscepto constituta(e) sunt (a. 7. in vico Jugario: cf. Fast. ann. Jul. Vall. ejusd. diei). — Ad Græcorum ferias pertinent Plaut. Aul. 36., Horat. 2. Sat. 8. 14., Ovid. 2. Ars am. 601., 10. Met. 431. et 4. Fast. 494., Juvenal. 15. 141., Liv. 31. 47., Prudent. perist. 10. 236., Justin. 5. 1. 1. etc. — δ) Ludi: inde appellati Ceriales (Tac. 2. Hist. 55) v. Cereris (Id. 15. Ann. 53) vel Circenses Cereales (ibid. 74), celebrabantur in Circo Maximo die 12. Apr., octo continuo dies, sc. pridie id. Apr. usque ad XIII. Kal. Mai. (Kalend. Vat. Maff. et Philoc.: cf. Momms. in C. I. L. 1. p. 399). — Etiam scænici, ap. Juvenal. 14. 263., coll. Schol. ad l. Hinc Cic. 5. Verr. 14. 36. Mihi ædili ludos sanctissimos maxima cum cura et cærimonia Cereri, Libero Liberæque faciendos commissos. Fast. ann. Jul. Esquil. Apr. 18 (Corp. 1. p. 210) ludi Cereri. et Apr. 12 (Corp. 1. p. 224) ludi Cerari (sic). Adde Ovid. 4. Fast. 393., Ps. Cyprian. spect. 4. de scænicis. Corp. 10. 3779 (= 1. 566. a. 106. a. Chr.) HEISCE MAGISTREIS CERERVS - FACIVND. COIRAVERE EIDEMQVE LOIDOS FECERUNT. — Hos albatus populus spectabat vetitumque erat vino aut venere uti atque ante noctem cibum capere. Hinc Plaut. Aul. 354. Cereri eos nuptias facere sit, qui nihil temeti in cenam adtulerint. — ε) Templa et loca: Romæ ædes Cereris Liberi Liberæque dedicata a. 493. a. Chr., « pulcherrimum et magnificentissimum templum » (Cic. 4. Verr. 49. 109). Adde Liv. 3. 55., Tac. 15. Ann. 58., Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (99)., Corp. 6. 9969. — In Latio, ubi sacrarium Cereris Antiatinæ. Corp. 10. 6640. — In Sicilia, ubi celebre Hennæ templum in honorem Cereris, de quo Ovid. 4. Fast. 421. Cic. 4. Verr. 45. 99. Vetus est hæc opinio - insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberæ consecratam. Adde Lact. 2. 4. 28., Stat. 4. Theb. 124. Cic. 4. Verr. 45. 99. Sacrarium Cereris est apud Catinenses. — In Lucania, ut Metaponti sacrarium. Val. Max. 8. 15. ext. 1. — In Attica, præsertim Athenis. Enn. scæn. 288. Athenas - contempla et templum Cereris ad lævam aspice. — Eleusi, ubi erat insigne sacrarium Cereris (Δήμητρος), ubi mysteria celebrabantur, Eleusinia dicta (V. supra), de quo sacrario Liv. 31. 30., Vitr. præf. 16., Mela 2. 41. — Mileti, unde Ceres Milesia dicta, ap. Lact. 2. 7. 98. — In Troade, ap. Senec. Phæn. 608. — In Africa (V. Tertull. loc. cit.); itemque in aliis plurimis regionibus. — b) Juncturæ cum aliis diis, ut Ceres cum Æsculapio (Corp. 8. 14447); cum Apolline (Vesp. 11); cum Baccho (Virg. 5. Ecl. 79. et 8. Æn. 181) v. cum Libero (Varr. 1. R. R. 1. 5), sc. inter XII. deos, qui maxime agricolarum duces sunt; cum Hercule (Corp. 8. 14214); cum Diana (Stat. 1. Silv. 4. 31); cum Jove (Corp. 8. 8085); cum Jove, Junone, Minerva, Latona, Spe, Ope, Virtute, Venere (Plaut. Bacch. 892) v. cum Junone, Vesta, Minerva, Diana, Venere, Marte, Mercurio, Jove, Neptuno, Vulcano, Apolline (Varr. Men. 506) etc. — Aliquando junguntur, quia et templa eis simul posita sunt et ludi simul eduntur. Ita Serv. auct. ad Virg. 1. G. 7. — c) Plur. Cereres, i. e. Ceres et Proserpina, ut Castores pro Castore et Polluce (V. CASTOR). Corp. 8. 3303.; 10. 1585. et alib. sæpe. — 3.º) Mythica: Ceres a poetis celebratur ut artis inventrix frumenti serendi, molendi conficiendique ac domandorum boum doctrixque legum, quibus humanum consortium regitur. Præcipui vero mythi sunt raptus Proserpinæ, Cereris filiæ, a Plutone, inferorum rege (Serv. ad Virg. 3. Ecl. 105) v. ab Orco, rege Molossorum, patratus (Augustin. 7. Civ. D. 20); hinc matris perdolentis peregrinationem (quam Ovid. 4. Fast. 461. sqq. graphice describit) ad filiam reperiendam, cui denique Juppiter locum simulque veniam dedit in inferos descendendi, ut eam recuperaret; sed frustra res ei cessit. Tum pater in ejus solatium decrevit, ut Proserpina saltem sex menses apud eam cum superis esset (Mythogr. I. fab. 7. et II. fab. 100., coll. Ovid. 4. Fast. 614. sqq. et Hygin. fab. 251). — Recepta autem filia, Ceres totam se dedit arti suæ propagandæ per Triptolemum, Celei filium (V. CELEUS). — Alias fabulas de ejus peregrinationibus vd. ap. Serv. ad Virg. 9. Æn. 689. et Mythogr. I. fab. 10. et II. fab. 95., quarum ætas in Marmore Pario statuitur a. 1400. a. Chr.; item de aliis rebus ad eam pertinentibus vd. Serv. ad Virg. 1. Æn. 323., Hygin. fab. 146. et 259., Mythogr. I. fab. 12., Ovid. 9. Met. 420. et 6. ibid. 118., coll. Eckhel, 2. p. 148. — 4.º) Epitheta: ex plurimis — a) loci: Ceres Actæa (Stat. 4. Silv. 8. 50); Africana (Tertull. loc. cit.); Antiatina (Corp. 14. 409); Catinensis (Lact. 2. 4. 8); Eleusina v. Eleusinia (Id. 1. 21. 24. et Min. Fel. 21); Elvina v. Helvina (Juvenal. 3. 518. sq.); Hennensis v. Hennæa (Lact. 2. 4. 28., Stat. 4. Theb. 124); Libyssa (Fest. Paul. p. 121); Milesia (Lact. 2. 7. 99); Pharia, i. e. Isis (Tertull. apol. 16); Picentina, meton. (Martial. 13. 47. 1) — b) qualitatis: alma (Lucil. ap. Prisc. I. 502. H.); alumna pacis (Ovid. 1. Fast. 704); antiqua (Virg. 2. Æn. 742); arcana (Horat. 3. Od. 2. 26); casta (Stat. 4. Silv. 3. 11); fecunda (Manil. 2. 21); flava (Virg. 1. G. 96., Tibull. 1. 1. 15., al.); frugifera (Claudian. 35. 138., Senec. Phœn. 219., al.); inferna (Stat. 5. Theb. 156); larga (Carm. epigr. 346. 5); legifera (Virg. 4. Æn. 58); magna (Id. 1. G. 338); mammosa (Lucret. 4. 1160); mater (Ovid. 5. Met. 509., Virg. 1. G. 163., al.); ministra cibi (Varr. Men. 251); mitissima (Ovid. 5. Met. 497); munifica (Id. 3. Am. 10. 5); nutrix mortalium (Capell. 1. p. 21); orba (Stat. 12. Theb. 271): pia (Ovid. 10. Met. 431); potens frugum (Id. 3. Am. 10. 35); pulverulenta (Lucret. 6. 730); rubicunda (Virg. 1. G. 297); sancta (Apul. 9. Met. 23); spicifera (Corp. 7. 759 = Carm. epigr. 24. de virginis sidere); vertens. sc. arans (Inscr. ap. Momms. n. 375); vetustissima (Val. Max. 1. 1. 1). ¶ 2. Metonymice. Cic. 3. Orat. 42. 167. « Ex quo genere (i. e. metonymiæ) hæc sunt: Cererem pro frugibus ». Sumitur itaque — 1.º) Pro frumento, segete, tritico. Virg. 1. Æn. 177. Cererem corruptam undis. Ætn. 10. Cum domitis nemo Cererem jactaret in arvis. Horat. epod. 16. 43. Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis. Ovid. 2. Am. 167. Terra ferax Cereris multoque feracior uvis. Adde Manil. 3. 629., Senec. Phædr. 969., Stat. 1. Theb. 524., Martial. 3. 58. 6., Lucan. 4381., Claudian. 20. 270., Val. Fl. 1. 69. — 2.º) Pro pane, cibo. Næv. com. 121. cocus edit Neptunum, Cererem et Venerem expertam Volcanum Liberumque pariter absorbuit. Catull. 63. 36. Somnium capiunt sine Cerere. h. e. incenati. Virg. 1. Æn. 701. Dant manibus famuli lymphas Cereremque canistris. Ovid. 2. Fast.

539. Inque mero mollita Ceres. Grat. cyn. 391. Cereremque efflagitat ore canis — (De hoc tropo Inscr. ap. Furlanetto, Lap. Pat. p. 462. spuria est). — Hinc proverb.: sine Cerere et Libero friget Venus, ap. Minuc. Oct. 21. ex Ter. Eun. 4. 5. 6., ut si dicas: intemperantia luxuriem, temperantia vero castitatem fovet. — Certamen esse Liberi cum Cerere dicitur de solo apto tam vitibus quam frugibus. Solin. 21. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (60). Contra Tibull. 4. 1. 64. — Cereri nuptias facere. V. supra. — Cereres dictæ sunt etiam Augustæ, ut Julia, mater Ti. Cæs. Aug. (Eckhel 6. p. 153); Sabina, uxor Hadriani (Ibid. p. 521); al. — Cereris repræsentandæ modum vd. apud Albricum, de deorum imag. c. 23., coll. Isid. 8. Orig. 11. 62. sqq. — Cereris spicis coronatæ statuam illustrat Visconti in Mon. Borgh. p. 96. sqq. (Cf. Tibull. 2. 1. 4). — Sedens sistitur in curru, quem juncti angues trahunt, ut eam describit Ovid. 4. Fast. 497.; aliquando vero super bove ejus ministro (Varr. 2. R. R. 5. 3). — Thronus ejus, quem Sphynges fulciunt, et sub eo cista, mysteriorum symbola, item illustratur a Visconti, Mus. Pio-Clem. VII. p. 212. sqq. — Falx, tæda, aratrum, hircus, papaver ei tribuuntur, de quibus vd. Serv. ad Virg. 3. Æn. 707. et 1. G. 78., Ovid. 4. Fast. 494. et 533., coll. Eckhel 1. p. 206. sq. et 5. p. 344. et 399. Consulas etiam de monumentis Cereris Winckelm. opp., Bull. et Ann. d. Ist. arch. plurimis locis; Welcker, Zeitschr. f. Gesch. d. alt. Kunst 1. 1. p. 1-95.; Overbeck, Kunstmyth. 2. p. 496. sq.; Cohen, méd. imp. pl. XII. 84., coll. Becker u. Marquardt, Hdb. d. röm. Altert. IV. p. 907. sqq., Schoemann, Ant. Gr. III. p. 455. et alib. tr. Pichl.; Preller-Jordan, R. Myth. I. 65. 1., 149. et II. 37. sqq. et alib.; Talbot, Myth. Gr. et Lat. p. 444. sqq. — Deriv. Cerealis v. Cerialis., de cujus declinatione ita Roman. Char. gramm. I. 124. 16. K. « Cereale ablativo e terminabatur, si homo sit, Cereali, si res sit, ut fructus ». Id tamen auctores non semper servant (Cf. Tab. alim. Vel. [Corp. 11. 1147] 6. 82. pago Cereale; et Aur. Vict. Cæs. 16. 12. et Ammian. 17. 5. 1. Cereali cos.). — De scriptura Serv. ad Virg. 1. Æn. 177. « Et sciendum est judice euphonia dici Cerealia vel Cerialia ». Cf. 1. 665. — In libris mss. Cerealis sæpius quam Cerialis (Κερεάλιος) invenitur, in titulis vero plerumque Cerialis (Κεριᾶλις). — Etiam Cærealis, cum diphth. (Corp. 8. 12300) et Cerrialis, cum gemino r (Corp. 9. 2857). ¶ 1. Adject. — 1.º) Proprie. — a) Ad Cererem pertinens. Plaut. Men. 101. Ipsus escæ maxumæ Cereales cenas dat. i. e. opimas, lautas, quales solent in festis Cereris parari (Cf. Otto, Sprichw. p. 306. n. 1578). Virg. 1. G. 212. Cereale papaver (Serv. ad l.: vel quod est esui, sicut frumentum; vel quod Ceres eo usa est ad oblivionem doloris. et auct.: vel quia Meconem Atheniensem dilexerit Ceres et transfiguratum in papaver tutelæ suæ jusserit reservari; vel quia pani aspergatur). et Gloss. V. 177. 11.: quia longum hoc cibo jejunium (a Jove et jussum ad inferos descendenti) Ceres solvit. Plin. 19. Hist. nat. 8. 53. (169). Cerealis sapor. sc. tritici. V. integr. loc. Ovid. 8. Met. 741. nemus. h. e. Cereri sacrum. Id. 4. Fast. 911. herbæ. h. e. segetes. Adde Oros. 6. Hist. 5., Avien. orb. 1301., Auson. 184. 8., Stat. 5. Silv. 3. 226. — Ædiles Cereales, duumviri annonæ curandæ, a J. Cæsare constituti. Pompon. dig. 1. 2. 2. 32. et Corp. 6. 1095.; sacerdotes Cereales in Corp. 10. 3926.; flamines Cereales in Corp. 6. 31863.; magistri Cereales in Corp. 9. 2835. et 2857.; ludi Ceriales in Corp. 1. p. 242. — Nomen magistratus Beneventi æt. poster., sc. prætoris, Corp. 9. 1640. — Nom. locorum, ut Placentinus pagus Cerialis (Tab. alim. Vel. 5. 78) et Ebura Cerialis cognominata (Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (10). in Bætica). — Absolute Cereales, sodales collegii. Corp. 8. 12300. et 9. 2835. — Cerialia, plur. n., feriæ (et ludi) Cereris. Varr. 6. L. L. 15. Cerialia a Cerere (Δήμητρια). Inscr. numm. Babelon II. p. 218. n. 9 (fere a. 60. a. Chr.). MEMMIVS AED. CEREALIA PREIMVS FECIT. Adde Liv. 30. 39. et Tac. 15. Ann. 74. In hisce festis Cereris matronæ albis indutæ togis, discurrentes cum facibus celebrabant luctum et errores Cereris. — 2.º) Translate, ad frumentum vel panem spectans. Virg. 2. G. 517. Cerealis culmus. et 1. Æn. 177. Cerealia arma (Gloss. ferramenta, cum quibus terra colitur: vel instrumenta pistoria, ἀρτοκοπικά). Ovid. 3. Am. 6. 15. semina. et 3. Trist. 12. 11. sulci. h. e. in quibus seruntur segetes. Apul. 11. met. 3. spicæ. Plin. 15. Hist. nat. 19. 21. (80). auræ. sc. ad maturitatem perducentes. Marcell. chron. II. p. 95. 501. pars. sc. factio Circensis (prasina). — Abs. Cerealia, medicinæ ex herbis. Plin. 23. Hist. nat. 1. 1. (1). ¶ 2. Subst. Cerialis, cogn. vir. et, rarius, mul. — a) Viri: Corp. 6. 1452 (sæc. III)., 29150., 32538. 12 (a. 213)., Inscr. Not. degli scavi 1907. p. 86 (Romæ). etc. — Mulieres. Corp. 6. 4053., 18686. etc. — Hinc etiam Cerialitas, tis, prætorum Cerialium dignitas. Corp. 9. 1655. — Cerealicius, adj. Corp. 1. p. 262 (Philocal. fast. Apr. 12). Ludi Cerealicii. — subst. Corp. 8. 16417 (in prov. cons. a. 188). Cærealicii. sc. sodales collegii. — Cerialius (a), nom. gent. Corp. 13. 2279 (Lugduni) et 13. 2095 (ibid.). — Cererius, adj. Corp. 9. 1084 (in agro Compsino). — Cogn. dearum. Corp. 5. 761 (Aquilejæ). AVGVSTAE BONAE DEAE CERERI(A)E. Adde 796 (ibid.). — Cererosus, adj. (Cf. cerritus) Gloss. II. 269. 31. Δημητριόληπτος, Cererosus (Cf. Haupt, opusc. II. 367). — Gloss. II. 572. 32. Cerarium, ubi inciduntur panes, administratio paratur. Cf. ceriaria (Plaut. Mil. 696).

CĒRESĪUM stagnum, ap. Greg. Tur. 10. Fr. 3., in Mediolanensis urbis territorio, ex quo parvus quidam fluvius, sed profundus, egreditur, hodie lago di Lugano.

CĒRĒTHÆI. V. voc. seq.

CĒRĒTHI, indecl. m. Hebr. Kerēthi « carnifex »; LXX. Χερεθί (1. Reg. 20. 14), Χορρί (4. Reg. 11. 19), Κρῆται (Ezech. 25. 16). — Plur. Kerēthim (Soph. 2. 5), Cheretim (Hieronym. nom. Hebr. p. 85); Cerethæi, declin. (2. Reg. 20. 23), una cum Phelethi (Vulg. 2. Reg. 8. 18. et alib.) ¶ 1. Sunt pop. Palæstinæ cum Philisthæis conjuncti, de quorum origine vd. PHILISTHÆI (Cf. Riehm, Handw. p. 241. et Ewald, Gesch. des Volk. Isr. I. p. 363.). Vulg. 1. Reg. 30. 14. et alib. — Ezech. 25. 16. Interficiam interfectores (pro Cerethæos). — Videntur Cerethi fuisse colonia ex Creta, et Pheleti colonia antiquior ex Ægypto, quamquam, et ipsi olim Cretenses, in Palæstinæ australem plagam venisse censentur (Maspero, Hist. anc. etc. p. 312. et Vigouroux, La Bibl. etc. III. p. 338., coll. Riehm, loc. cit.). V. PHELETHI. ¶ 2. Item satellites regis David, instar prætorianorum Rom., ap. Vulg. 2. Reg. 8. 18.; 15. 18. etc. — Jos. ant. 7. 5. 4. eos vocat σωματοφύλακες (guardie del corpo), quorum etiam erat tum supplicia sumere, tum mandata regis citissime ad regni præfectos deferre, duce Banaja, filio Jojadæ (3. Reg. 2. 25. et 34).

CĒRĔUS, i, m. 2. (cera) nom. vir. Augustin. 15. Civ. D. 22. Quod in laude quondam Cerei breviter versibus dixi.

CERFENNĬA, æ, f. 1. V. voc. seq.

CERFĪCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. 6. 14673. — Cf. Cerfonius, nom. gent. Corp. 5. 8970a et Cerfennia, opp. Marsorum, tribu Sergia, prope Collarmelle, in Corp. 9. 5973.

CĒRILLÆ, ārum, f. plur. 1. vel Cerilli, ōrum, m. plur. 2. oppidum Bruttiorum, hod. Cirella, ap. Sil. It. 8. 579. exhaustæ mox Pœno Marte Cerillæ. — Hinc Cerellitanus, adj. Conc. Later. a. 649 (Mansi 10. 866.*). — Cerilianus, nom. gent. Inscr. Eph. epigr. VIII. n 575.

CĒRINTHĬĀNUS, a, um. V. voc. seq.

CĒRINTHUS, i, m. 2. (Κήρινθος) Caruntus in Corp. 6. 25224. et Cherintus ap. Schol. Horat. loc. cit. ¶ Est nom. pers. — 1.º) Apud scriptores memorantur — a) Cerinthus, homo vanus, ut arguitur ab Horat. 1. Sat. 2. 81., ubi eum deridet, qui splendido feminæ cujusvis ornatu lapilliisque pretiosis capi se pateretur (Orell.). et Porphyr. ad l. Cerinthus nomine dicitur fuisse insigni specie atque candore. — b) Cerinthus, Græculus, libertini generis, cujus amores cum Sulpicia, nobilissima puella, celebrat Tibull. l. IV., si tamen hujus libri est ipse auctor, quod plerique negant (V. ALBIUS). et eleg. II. l. II. de die Sulpiciæ natali (V. SULPICIA). — Non est confundendus cum præc., a quo ratione temporis omnino distinguitur (Orell. ad Horat. loc. cit.). — c) Cerinthus, famosus hæresiarches sæc. primi (a. 98-192), magister Ebionis, gente Judæus. Memoratur Hieronym. ep. 112., Tertull. præscr. 48., Philastr. hær. 36. et Auct. Philosophum. 7. et 10. — Docuit mundum ab angelis factum esse; præcepta quædam legis Mosaicæ servanda; Jesum ante Mariam non exstitisse et ob id fuisse merum hominem, nec resurrexisse sed resurrecturum; mille quoque annos post resurrectionem in terreno regno Christi secundum carnales ventris et libidinis voluptates, futuros fabulatur; unde ejus associæ - etiam Chiliarchæ dicti. Ita Augustin. hær. 8., coll. 20. Civ. D. 7. — Contra eum scripsit euangelium suum Johannes (Hieronym. vir. ill. 9) ejusque doctrinam refellerunt Cajus presbyter, Dionysius et Irenæus (Eus. ap. Rufin. 3. H. E. 28) damnaruntque in primis ejus scripta, jam deperdita, Gelas. ep. 12. n. 10. et Hormisd. ep. 125. n. 13. Cf. etiam Tertull. et Philastr. locc. citt. et Epiph. hær. 28. — Narratur (Iren. 3. Hær. 9. n. 4) Johannes apost., Ephesi, e balneo exsiluisse statim ac audisset ibi adesse Cerinthum « inimicum veritatis », timens, ne balneum concideret. Id tamen de Ebione refert Epiph. hær. 30.; sed huic ille præferendus, ex Polycarpi discipulis rem se didicisse testatus. — Hinc Cerinthianus — a) Ad Cerinthum hæreticum pertinens. Rufin. 3. Hist. 28. Cerinthiana hæresis. — Inde Cerinthiani, sectatores Cerinthi. Isid. 8. Orig. 5. 8. Cerinthiani a Cerintho quodam nuncupati - mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant, unde et græce chiliastæ, latine milliastæ sunt appellati. — b) Cogn. Corp. 14. 281. ¶ 2. Est etiam oppidum Eubœæ (non Bœotiæ, ut vult Philarg. ad Virg. 4. G. 63), prope hod. Mantudi. Memoratur Hygin. fab. 14., coll. Strab. 10. 1. 3. et 5. et Hom. Il. 2. 538.

CERĪUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. 6. 14875. — Ceria, nom. mul. Corp. 12. 1997 (Viennæ). — Cf. Cerio, Ceriolus, Cericius, Cerentus, Cerennius, Cerrenius, Cerius, et Cernilius, Cerna, Cernius etc. ap. Schulze, Eigenn. p. 271. et v. Corp.

CERMĀLUS v. Germalus, i, m. 2. (Κερμαλός Plut., Κάρμαλος Clem. Alex.) pars altera collis Palatini prope vicum Tuscum et Velabrum. Varro 5. L. L. 54. Huic (i. e. Palatio) Germalum et Vel(l)ias conjunxerunt, quod in hac religione scriptum est (in sacris Argeorum): Germalense quinticeps apud ædem Romuli-Germalum a germanis Romulo et Remo, quod ad ficum ruminalem et ii ibi inventi, quo aqua hiberna Tiberis eos detulerat in alveolo expositos. Fest. p. 341. Septimontium appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant sacrificium: Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cælio, Oppio et Cispio. Adde Cic. 4. Att. 3. et Liv. 33. 26. — De eo V. etiam Hülsen, Topogr. I. 3. p. 36. — Hinc nominati in coloniis. Corp. 11. 419 (Arimini) vicani vici Cermali. et Corp. 3. 6835 (Antiochiæ Pisid.). vicus Cermalus. — Adj. Cermalensis (Germalensis) V. supra.

CERNĒ, es, f. 1. (Κέρνη) Vox, ut videtur, Semitica v. Phœnicia, qua significatur ultima habitatio; ita namque sonat חרנה, quia Phœnicibus erat terminus, ultra quem putabant mare navigari non posse (Bochart). Hinc Prisc. perih. 206. « Libyes ubi finit litora Cerne Oceanum nimio quæ pulsat sole calentem ». et Avien. orb. 328. « Æthiopum populos alit ultima Cerne » (Dionys. perih. 2191. πυμάτην « ultimam » vocat). — Acc. Cernen, ap. Plin. loc. cit. — Est autem insula maris Atlantici, contra Atlantem montem, in quam Libyphœnices coloniam deduxerunt (Cf. Scyll. peripl.). Plurimi ex scriptoribus hanc insulam memorant: et magna inter eos est de illius situ dissensio. Legatur integer locus Plin. 6. Hist. nat. 198. sq., coll. Diod. 3. 51. sqq. — Hic erat fortasse gens Libyca, quacum ex linguæ ignoratione Carthaginienses negotium mutum faciebant, ut refert Herod. 4. 196. — Ex veteribus Hann. peripl. p. 81.

eam collocavit ex adverso Carthaginis, *sc.* ut tantum hæc insula distaret a columnis Herculis, quantum ab his Carthago. Sic etiam intelligenda videtur eadem locutio apud *Nep. Plin. loc. cit.*

CERNENUS, cogn. Jovis in *Tab. cer. Dac.* 1 (*Corp.* 3. *p.* 925) *int.* 4 (*a.* 167). Cf. CERNUNNOS.

CERNIUS, ii, m. 2. nom. gent. *V.* CERIUS.

CERNUNNOS, i, m. 2. nom. dei Celtici, Bacchum fortasse designans, ut sistitur in effigie apud *Murat.* 1066. 3., supra quam legitur CERNVNNOS. Huic opinioni favet, ut mihi videtur, etymon vocabuli, quod conjungi potest cum Hebr. *ker-en*, Gr. κέρ-ας et Lat. *cor-nu*, et, addita Celtica terminatione, *cornutum* sonat; pingitur autem hic deus facie cornuta. — Legitur etiam in *Inscr.* apud *Furlanetto* in *Lexico Forcelliniano*, ejus cura edito; sed hanc spuriam esse demonstrat *Promis* in *Stor. di Torino p.* 484.

CEROLIENSIS v. Cariolensis, e, adject. locus Romæ, qui conjungebat duas Carinas. *Varro* 5. *L. L.* 47. Cum Cælio conjunctum Carinæ et inter eas, quem locum Ceroniensem appellatum apparet, quod primæ regionis quartum sacrarium (*sc.* Argeorum) scriptum sic est «Ceroliensis quarticeps circa Minervium, qua in Cælio monte itur, in tabernola est». Ceroli(i)ensis (*sic* Ap.; *Cerulensis* F) a Carinarum juncta dictus.

CERŌNA, æ, f. 1. fons Eubœæ. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 9. (13). Eudicus in Hestiæotide fontes duos tradit esse, Ceronam, ex quo bibentes oves nigras fieri, Nelea (*Melleo codd.*), ex quo albas, ex utroque varias. Apud *Strab.* 10. 449. est Κηρεύς, fluvius, cui hæc virtus tribuitur.

CERRĒTĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Κερρητανοί *Dio*, Κερρητανοί *Strab.*, Κερρετανοί *Ptol.*) Scribitur etiam *Ceretani*, unico *r*, ad normam vocis Græcæ apud *Dion.*

Cerretani, gens et opp. Hispaniæ citerioris ad Pyrenæos, in finibus Vasconum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22). eos distinguit in *Augustanos* et in *Julianos*, prout a Julio Cæsare aut ab Augusto jus civitatis acceperant. — *Sil. It.* 3. 357. Nec Cerretani, quondam Tirynthia castra (*Alii leg.* quondam). — *Ceretes* et *Acrocerētes* dicuntur *Avien. or.* 549. — Hinc *Cerretanus*, adj. *Martial.* 13. 54. Cerretana perna (*alii leg.* Cæretana). Cf. *Edict. imp. Diocl.* 4. 8. Pernæ optimæ (sive) petasonis Menapicæ vel Cerritanæ (Ita pro *Cerretanæ* leg. *Momms.*). — *Cerretanus*, cogn. vir. *Liv.* 8. 37 (a. 323. a. Chr.) Cerretanus dictator. Adde *Corp.* 1. *p.* 21.

CERRĬA, æ, f. 1. (Ceres) cogn. deæ in titulis Pælignis. *Inscr. Conway, Ital. Dial. I. p.* 235. *sqq.* Cf. *Schulze, Eig. p.* 467. — Cf. *Cerrius*, nom. vir. *Corp.* 4. 483. — *Cerrinius (a)*, Κερρίνιος v. Κερρείνιος, nom. gent. *Corp.* 10. 8722. *Martial.* 8. 18. 1. Si tua, Cerrini, promas epigrammata vulgo Vel mecum possis vel prior ipse legi. — *Sueton. Aug.* 53. *(Augustus)* Gallum Cerrinium senatorem minus sibi familiarem sed captum repente oculis et ob id inedia mori destinantem præsens consolando revocavit ad vitam. — In plur. num. *Liv.* 39. 13. Viros eam (*i. e.* Paculliam Anniam Campanam sacerdotem) primam filios suos initiasse Bacchanalibus, Minium et Herennium Cerrinios. — *Cerrinia*, nom. mul. *Corp.* 6. 14677. et 9. 2521. — Adde *Cerrinus, Cerrenius, Cerronius, Cerratius*, de quibus vd. *Schulze, Eigenn. p.* 271. et *Corp.*

CERTUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 6. 18047., 15799. etc. — *Carta*, cogn. mul. *Corp.* 6. 11777., 17953 etc. — Hinc *Certulus, Certius, Certinus, Certianus (a)*, in *Corp.* passim.

CERUS, i, m. 2. nom. pers. et geogr. ¶ 1. Cerus, nom. pers. — *a)* Est nom. dei, fortasse Jani: a *creo* pro *cereo* (Cf. CERES). *Carm. Saliar.* (*Varr.* 7. *L. L.* 26) 3. Duonus (*i. e.* bonus) Cerus es du(o)nus Janus. *Paul. Fest. p.* 122. In carmine Saliari (frg. 5. B) Cerus manus intellegitur creator bonus. *Corp.* 11. 6708. 6. KERI POCOLOM. *i. e.* poculum Ceri vel Jani. — «Si pro *Cerrus* scriptum est, ut ait *Schwering*, idem nomen esse potest, cujus genetivus sing. apud Umbros dicitur *Cerfe* (Marties), *Serfer* (Martier), genet. pl. apud Pælignos *Cerfum*, fort. cf. c. *Ceres*» (V. *Planta, Gramm. d. osk.-umbr. Dial. I.* 489. et *Wissowa, Relig. u. Kult. p.* 159). — *b)* Item nom. serv. *Corp.* 6. 4537 (*in mon. Marcellæ*). ¶ 2. Est etiam insula maris *Ægæi*, fortasse prope Cretam. *Rav. p.* 396.

CERVEDO, onis, m. 3. locus Galliæ, hodie *Cerron* prope *Corbigny*. Memoratur *Venant. vit. s. Germ.* 32. 98. — Hinc *Cervedunensis*, adj. *Martyr. Hier.* 10. Vicus Cervidunensis.

CERVĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 2574.; 12. 4467 (*Narbone*). — Apud *Horat.* 2. *Sat.* 1. 47. quadruplator et rabula quidam. «Cervius iratus leges minitatur et urnam». *et* 2. *ibid.* 6. 77. lepidus ac facetus vicinus poetæ. — *Cervia*, nom. mul. *Corp.* 14. 3513 (*Cerviaes* 9. 3103). — Cogn. et nom. sing. *Corp.* 9. 5451 (*Falerione*). et *Carm. epigr.* 740. — *Cervianus*, adj. *Rav. p.* 149.; et cogn. *Corp.* 15. 7164. — Hinc *Cervus, Cervo, Cervilius, Cervulus* v. *Cervolus, Cervonius, Cervenius, Cervilla, Cerviola*. V. *Schulze, Eigenn. p.* 234. et *Corp.*

CĔRȲNĬA v. Cerynēa, æ, f. 1. (Κερυνία et Κερύνεια) ¶ 1. Est oppidum Achaiæ, una ex duodecim civitatibus fœderatis, tempore Strabonis Ægio subjecta. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 18. 22. (116). In Acaia-circa Ceryniam (Sic *Mayhoff* e *Theophrasto* 9. 18. 11.; traditur *Charinam*). Cf. *Strab.* 8. 387., *Paus.* 17. 6. 1., *Polyb.* 2. 41. — Ejus nummi ap. *Head, H. N.* 417. — Hinc *Cerynitis, is* et *idis* (Κερυνῖτις), cogn. cervæ. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 802. Vicit autem Hercules Cerynitin cervam, dictam a loco. Cf. *Hygin. fab.* 30. et *Apollod.* 2. 5. 3. ¶ 2. Item oppidum in ora septentr. insulæ Cypri, hodie *Ghirnè*, quod memorant *Ital. Hier.* et *Tab. Peut.*, sed *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (130). vocat Corineum. Cf. *Scyl.* 103., *Diod.* 14. 59. et *Ptol.* 5. 14. 4.

CESCUS, i, m. 2. (Κέσκος) oppidum Ciliciæ. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 12. (16). In Cilicia apud oppidum Cescum rivus fluit Nuus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit. — Hinc prov. Κέσκον οἰκεῖς apud *Zenob. Cent.* 4. *prov.* 51. — Neutr. generis putat *De-Vit*, sed quo testimonio innixus, nescio.

CESSĒRŌ et Cessaro, ōnis, m. 3. (Κεσσερώ) oppidum Galliæ Narbonensis (*Volc. Tectos.*), hod. *Saint-Thibéry*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (36)., *Itin. Ant. p.* 389. et *Tab. Peut.* 2.

CESSĒTĀNĬA (Cessitania et Cossetania), regio Hispaniæ citerioris, inter Iberum et Rubricatum: dicta a *Cessa* v. *Cissa*, antiqua metropoli, cui successit Tarraco. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (21). — Hinc *Cessetani*, incolæ, qui cum Romanis olim contra Carthaginienses, duce Scipione, strenue dimicarunt. *Liv.* 21. 60. *sq.*, *Mela* 2. 90., *Corp. I. L.* 2. *p.* 538., coll. *Ptol.* 2. 6. 17.

CESSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 1056. 4. 32 (*a.* 205).; 10. 7586 (*in Sardinia*). — *Cessia*, nom. mul. *Corp.* 10. 7586. — Hinc *Cessitius* v. *Cessicius, Cessinus, Cessio, Cessonius*. V. *Schulze, Eigenn. p.* 428. et *Corp.*

CESTĬUS, ii, m. 2. (Κέστιος *Jos. B. J.* 2. 280. et *Appian. B. C.* 4. 26.; *cestna* Etr. V. *Schulze, Eigenn. p.* 575. et 580. 4). Scribitur et *Cæstius*, cum diphthongo in *Inscr.* ap. *Murat.* 594. 4. et *Cestios* in *Not. degli scavi* 1907. *p.* 142). — Etymon ducitur a *cestibus*, armatura pugilum, quibus alludi in nummis Pletorii Cestiani monet *Borghesi, Œuvr. I. p.* 181. *sq.*

Cestius, nom. gentis plebejæ, celebris tam ex libris quam ex scriptis lapidibus. ¶ 1. Memorantur ex præcipuis — 1.°) C. Cestius Epulo, prætor, trib. pl. et VII.vir epulonum, cui monumentum erectum fuit in formam pyramidis (vulgo *la Piramide di Cestio*), adhuc exstantis, Romæ ad portam, quæ *Porta S. Paolo* nunc dicitur, in cujus basibus olim statua C. Cestii imposita erat, ut patet ex *Orelli Inscr. n.* 48. Ibi reperta est alia *Inscr.*, a pluribus edita, ap. *eund. Orelli n.* 47. C. CESTIVS L. F. POB. EPVLO PR. TR. PL. VII.VIR EPVLONVM OPVS ABSOLVTVM (*intelliga monumentum supra dictum*) EX TESTAMENTO DIEBVS CCCXXX. ARBITRATV PONTII P. F. CLA. MELAE HEREDIS etc. — Obiit ca. a. U. C. 719. — 2.°) L. Cestius Pius, rhetor (*Sueton. frg. p.* 99), Smyrnæus (*Hieronym. chron.* ad Olymp. CXCI. 4). *Senec. contr.* 3. *præf.* 15. Non tantum disertissimis viris Cestium suum præferunt (sed etiam Ciceroni præferrent) nisi lapides timerent. *et* 7. *præf.* 8. Contumeliæ Cestii, mordacissimi hominis. *et* 7. 1. 27. Cestium Latinorum verborum inopia (ut) hominem Græcum laborasse, sensibus abundasse. *et suas.* 7. 12. Cestius, homo nasutissimus. *et ibid.* nullius ingenii (amator nisi sui), Ciceroni etiam infestus. *et ibid.* 48. Cum Tullius, filius Ciceronis, Asiam obtineret (a. 725) - adferri flagra jussit et Ciceroni (*patri*) - de corio Cestii satisfecit. Rursum *Hieronym. loc. cit.* (et *chron.* a. Abr. 2064). Cestius Smyrnæus rhetor latine Romæ docuit. — 3.°) C. Cestius Gallus, cos. a. U. C. 795. suffectus Kal. Mart. Claudio imp. cum C. Cæcina Largo, filius C. Cestii Galli cos. a. U. C. 788., quem *Tac.* 6. *Ann.* 31. simpliciter C. Cestium nominat. — Syriæ legatus fuit a. 818 (Cf. *Eckhel* 3. *p.* 281. *sq.* et *Tac.* 5. *Hist.* 10., qui *Cestium Gallum* eum appellat), quo tempore bellum ibi exarsit ob sævitiam (et avaritiam *Heges.* et *Hier. locc. citt.*) Gessii Flori, procuratoris Judææ, contra Judæos, qui rebellantes arma ceperunt, ad eum tutandum missus est Cestius, quem «comprimere (*sc.* bellum ortum) coeptantem - varia prœlia ac sæpius adversa excepere. Qui ubi fato aut tædio occidit, missu Neronis Vespasianus etc.». (*Tac. loc. cit.*, coll. *Heges.* 2. 14. et *Jos.* 2. *B. J.* 14-20). — Confundit cum Gessio Floro *Hieronym. chron.* a. Abr. 2084. ¶ 2. In titulis, qui ex Britannia non suppetunt, nom. vir. Prima hujus gentis memoria debetur fortasse Lapidi Prænestino, edito in *Corp. I. L.* 1. 93. Adde *Corp.* 6. 3308. 9.; 14. 3091. etc. — *Cestia*, nom. mul. *Inscr. Not. degli scavi* 1904. *p.* 438 (*Romæ*). — Hinc *Cestius pons* Romæ, *Curios. urb. p.* 22. 2., exstructus inter a. 60. et 55. a. Chr. a L. Cestio, præf. urb.; dein restauratus a Valente, Valentiniano et Gratiano, unde etiam dictus, sed medio ævo, *pons Gratiani*, hodie *ponte S. Bartolomeo*, ex proxima basilica vocatus (Cf. *Jordan, Top. I.* 1. 419). — Deriv. *Cestianus*, adj. *Senec.* 1. *Contr.* 7. 17. Cestianus color (*de Cestio rhetore*). *Heges.* 3. *excid. Hieros.* 8. pugna. *V.* Cestius Gallus. *Colum.* 5. 10. 9. mala (*Galen.* μῆλα Κεστιανά = aurea: it. *aranci*), fortasse dicta a C. Cestio Gallo. — Cogn. *Corp.* 15. 4888. — *Inscr. numm. Babelon II. p.* 312-316. M. Plætorius Cestianus (*fortasse accusator M. Fonteii*). — Etiam *Cestus* (Gr. κεστός, opus Phrygium), nom. apud *Martial.* 1. 92. 1. et 8. 46. 2.; in titulis, fere Romæ repertis: *Corp.* 6. 2485. 8., 4482. etc. — Adde *Cestilius (Cestillius)* et *Cestilia*, in *Tab. cer. Pomp.* 22. 19. et *Corp.* 5. 3558. — Cf. et *Cestor, Cestrus, Cestro, Cesternius, Cestronius* in *Corp.*

CESTRĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est filia Campi. *Serv. auct. Æn.* 3. 3., ab Heleno ducta uxor. ¶ 2. Est etiam oppidum Epiri, Κεστρία. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (4). — *Cestrini*, gens, Κεστρινοί. *Id.* 4. *ibid.* 1. 1. (2).

CESTROS, i, m. 2. (Κέστρος) fluvius Pamphyliæ. *Mela* 1. 79.

CETÆUS. *V.* **HETHÆUS.**

CĒTĒGUS. *V.* **CETHEGUS.**

CĒTEUS, ei, m. 2. (Κηταιός) Acc. *Cetea*, Gr. pos. ¶ 1. Lycaonis filius, pater Megistus. *Hygin.* 2. *Astr.* 1. et 6. ¶ 2. Item *fons Cetei*, ad quem venit Hylas puer aquandi gratia (sic *Hagen*, Celei *B*), ap. *Schol. Virg. Bern. ecl.* 6. 43. *V.* **HYLAS.**

CĒTHĒGUS, i, m. 2. (Κέθηγος) cogn. vir. — *a)* Scriptura et pronuntiatio: *Cetegus*, sine aspiratione, in *Corp.* 6. 16440.; 10. 1211 (*a.* 170); 13. 2371 (*a.* 504). et in mss. codd., cum latine tum græce (Κάτηγος). Præterea *Cic. orat.* 48. 160. Cum scirem ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut pulcros, Cetegos, triumpos, Karthaginem dicerem. — *Quintil.* 1. 5. 23. Si ponitur gravis pro flexa, ut Céthegus (et hic prima acuta; nam sic media mutatur). et *Prisc. gramm. III.* 521. 23. Syllaba vero ultima si brevis sit et pænultimam naturaliter longam habuerit, ipsam

pænultimam circumflectet, ut Cethêgus, perôsus. — *b)* Etymon: *Breun* putat vocem derivari posse ab ἄττηγος, *hircus*, cui alludit hirci effigies in nummo Cethegi ap. *Eckhel*, 5. *p.* 180. *sq.*, ubi *Cetegus* sine aspiratione scribitur: fortasse prior littera C eam supplet. Nihil tamen certi de hac re proferri potest.

Cethegus, cogn. proprium primitus gentis *Corneliæ* et postea etiam *Claudiæ*, in quod gentilicium nomen transiit. *V.* infra. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Fabulosi vel fictitii: *Virg.* 12. *Æn.* 513 (*Æneas mittit*) Talon Tanaimque fortemque Cethegum. Adde *Sil. It.* 8. 575. et 585. — 2.°) Historici: — *a)* M. Cornelius Cethegus, pontifex maximus a. 213. a. Chr., consul a. 204. *Fast. cos. Cap.* (*Corp.* 1. *p.* 23). M. Cornelius Cethegus, P. Sempronius Tuditanus. *Enn. ann.* 304. Additur orator Cornelius, suaviloquenti ore Cethegus Marcus, Tuditano collega Marci filius (*Cic. Brut.* 15. 58. M. Cornelius Cethegus, cujus eloquentiæ est auctor et idoneus quidem mea sententia Q. Ennius, præsertim cum et ipse eum audiverit et scribat de mortuo). Adde *Quintil.* 11. 3. 31. *Cic. Brut.* 15. 59. Ennius Cethegum medullam fuisse vult Suadæ (*Cato* 50., *Quintil.* 2. 15. 4., *Gell.* 12. 2. 3). — Plur. *Horat.* 2. *Ep.* 2. 117. (*Vocabula*) priscis memorata Catonibus atque Cethegis. *et Ars* 50. Fingere cinctutis non exaudita Cethegis (Cf. *Porphyr.* ad *l.*: numquam enim tunica usi sunt. *Schol.* ad *l.*: Cethegi, oratores antiqui). — *b)* C. Cornelius Cethegus, qui proconsul Hispaniam obtinebat, magnum hostium exercitum fudit. — Fuit ædilis curulis, cum in Hispania provincia versaretur (*Liv.* 31. 50); a. 198. consul cum Q. Minucio Rufo (*Id.* 32. 27); a. 194. censor cum Sex. Ælio Pæto (*Id.* 34. 44). — *c)* P. Cornelius Cethegus, proscriptus a. 88. a. Chr. *Cic. parad.* 3. 40. Cupiditas honoris et imperii Cethego, homini non probatissimo, servire coegit eos, qui sibi esse amplissimi videbantur. *Sall. or. Phil.* 20. Parate vobis Cethegi atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt. *Ampel.* 19. Cornelius Cethegus, qui fratrem suum Cethegum, quod cum Catilina conjurasset, morte multandum censuit. — *d)* C. Cornelius Cethegus, præcedentis frater, socius Catilinæ. *Cic.* 3. *Cat.* 3. 8. C. Sulpicius prætor ex ædibus Cethegi maximum sicarum numerum et gladiorum extulit. *et* 3. *ibid.* 4. 10. Quod Lentulo et aliis Saturnalibus cædem fieri atque urbem incendi placeret, Cethego nimium id longum videretur. *et* 4. *ibid.* 4. 11. *et* 13. Hic Lentulus attribuit nos trucidandos Cethego. *et* 3. *ibid.* 6. 14. C. Cethegus in custodiam traditus. *Sall. Cat.* 55. De C. Cethego - supplicium sumptum est. *Prudent. c. Symm.* 1. 527. exstincto justa inter vincla Cethego. — *e)* Cethegus, senator, fere a. 370., de quo *Ammian.* 28. 1. 16. Tunc Cethegus senator adulterii reus delatus cervice perit abscisa. ¶ 2. In titulis. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1952. — Loco nominis gentilicii. *Corp.* 6. 19807. — Hinc *Cethegius*, nom. gent. *Corp.* 6. 14712. et *Cethegia*, mul. *ibid.* — *Cethegianus*, cogn. *Corp.* 2. 4579. — *Cethegilla*, nom. mul. demin. v. ὑποκορ. *Inscr. Gr. Rom. Cagnat.* 4. 24. Κεθ(ή)γιλλα. *Corp.* 6. 1087., 11058., 16278. etc.

CĒTHĒI (Cetoi), ōrum, m. plur. 2. Macedones (Hebr. *Kittiim*), ap. *Vulg.* 1. *Mach.* 8. 5.

CĒTHĒUS v. Cethæus. *V.* **HETHÆUS.**

CETHIM (Cetim), indecl. plur. Hebr. *Kittim* v. *Kittiim*; Gr. Κήτιοι v. Κίτιοι v. etiam Κιτιαῖς. *Hieronym. nom. Hebr.* 82. «Chetim insaniens vel formidans sive signata». *et* in *Ezech.* 8. 27. «Prætoriola sive cellaria de insulis Chettiim, quæ juxta Hebraici sermonis etymologiam vertitur in percussam, ut plagis diaboli non tam interfecta sit quam probata». — Nusquam Cethim in sing. num. occurrit nisi in *Inscr.* bilingui Athenis reperta, ubi viri Citiensis nom. ibi sepulti legitur, sc. Νουμήνιος Κιτιεύς (*Gesen.* in *Lex. Hebr.*, coll. *Boeckh. Corp. I. Gr.* 1. *p.* 523). — Est nom. pers. et geogr.

Cethim ¶ 1. Nom. pers., *sc.* filius Javan. *Vulg. Gen.* 10. 4. (Cetthim). *et* 1. *Par.* 1. 7. (Cethim). — Ex eo incolæ insulæ Cypri aliarumque regionum occidentalium sic nominati sunt. Hinc *Chronogr.* a. 354. *chron. I. p.* 99. 66. Cetthyn, unde Macedones. *et p.* 96. 74. Cithii, de quo Romani, qui et Latini. ¶ 2. Nom. geogr., quo designatur — *a)* Insula Cypri, posteris Javan. *i. e.* Ioniis seu Græcis, habitata (*Jos. ant.* 1. 6. 1). *Hieronym.* ad *Is.* 23. 1. Quod naves Tyrum veniant nec de terra Cetthim, quam Cyprum quidam interpretantur; usque hodie est enim apud eos urbs Citium. *Id. sit. et nom.* 118. Chetiim: terra Chethiim Cyprus. *et quæst. hebr. in Gen.* 15. Cethim Citii, a quibus hodieque urbs Cypri Citium nominatur (Cf. *Eucher. instr.* 2. *p.* 150. Citii id est Cyprii). *Vulg. Is.* 23. 12. «In Cethim consurgens transfreta. *sc.* Tyrie, confuge in ins. Cyprum» (Cf. *Inscr.* Sennacherib, quæ huic textui alluditur: *l.* 18-19. *Cuneif. Inscr. of the Western Asia III.* 12.), post ruinam Tyri per Assyrios: fortasse etiam in Græciam, quicum Phœnices commercia exercebant. — *b)* Aliæ regiones. *Hieronym.* ad *Is.* 23. 1. Quidam - Cethim Italiæ Macedoniæque insulas arbitrantur (Cf. 1. *Mach.* 11. 1. Alexander - egressus de terra Cethim. *sc.* Macedonia). *Id.* ad *Ezech.* 27. 6. De insulis Chettiim, quod nos in Italiam vertimus. *et* ad *Jer.* 2. 10. (*Insulæ Cethim*), quas vel Italiæ vel occidentalium partes debemus accipere. Cf. *Dan.* 11. 30. Καὶ εἰσελεύσονται ἐν αὐτῷ οἱ ἐκπορευόμενοι Κίτιοι (*Vulg.* Et venient super eum [*Antiochum Epiphanem*] trieres et Romani [Κίτιοι seu Cethim]). *sc.* legatio Popilii Lenæ, per quem senatus Rom. Antiocho imperavit ut ab Ægypto discederet (Cf. *Liv.* 45. 2. et *Polyb.* 29. 11). et *Vulg. Num.* 24. 24. Venient in trieribus de Italia (Hebr. *Kittim* et *LXX.* Κιτταῖοι). — De Cethim consulas *Lenormant, Les orig. de l'hist.*, Paris 1880-1884. *II. p.* 48-86.; *Engel, Kypros*, Berlin 1841. 1. 1. *p.* 11-13. et 165-179.; *Berger, Histoire de l'écriture dans l'antiq.*, Paris 1891., *Beurlier, Dict. Bibl. II. p.* 466-471.

CĒTĬUM, ii, n. 2. municipium Ælium inter Vindobonam et Lauriacum situm. *Corp.* 6. 32624c. 38 (*Romæ*). et 3. 3940., *Itin. Ant. p.* 234. - *Tab. Peut.* 5. Citium. — Hinc *Cetienses*, incolæ. *Corp.* 6. 15698 (*sæc. III*). et 3. 5630.

CĒTĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. geogr., *sc.* — 1.°) Fluvius Asiæ minoris in Mysia ad orientem Pergami, profusus Pindaso monte (Κήτιος v. Κάτιος). *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (126). — Ejus figura in nummis *Eckhel* 2. *p.* 472. — Hinc *Cetei* v. *Cetii*, incolæ oppidi, antequam Pergamus diceretur, et *Cetejæ legiones* ap. *Dict.* 4. 14. Adde *Eckhel* 2. *p.* 473., coll. *Niebuhr, R. G. I. p.* 241. — 2.°) Item mons disterminans Noricum a Pannonia sup. (Κέτιον ὄρος *Ptol.* 2. 14. 1), hodie *Wienerwald*. Memoratur in *Itin. Ant. et Tab. Peut.* et *Corp. I. L.* 3. *p.* 684-2286. — 3.°) Idem qui Hethæus. *V.* hanc voc. ¶ 2. Est etiam nom. gent. *Cic.* 9. *Att.* 11. M. Cetius Faventinus, abbreviator operis Vitruvii.

CĒTŌ, us, f. (Κητώ) filia Ponti et Terræ. *Lucan.* 9. 646. Phorcys Cetoque parens ipsæque sorores Gorgones. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 13. 14. (69). Colitur illic (*sc.* Joppe) fabulosa Ceto. Adde *Hygin. fab. præf.*

CETRĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Tac.* 1. *Hist.* 31. Tribunus Cetrius Severus (fort. idem *Corp.* 11. 6343. *Pisauri*). — Hinc *Ceternius, Cetronius* et *Cetra, Cetronius, al.* V. *Schulze, Eigenn. p.* 268. 5.

CĒTŪRA, æ, f. 1. (Hebr. *Qeṭûrâh* «suffimentum» [*V.* infra]; *LXX.* Χεττούρα. — Scribitur etiam *Cethura, Cettura, Chettura, al.*) concubina seu conjux secundaria Abrahami. *Vulg. Gen.* 25. 1. Abraham aliam duxit uxorem nomine Ceturam. *Ambros. Cain et Ab.* 1. 6. 23. Chettura (*al.* Cetura), quæ odorifera significatur. *et Hieronym. nom. Hebr. p.* 4. Chettura (*al.* Chetura) thymiama offerens, vel copulata aut juncta. — Non est confundenda cum Ager, ut a nonnullis rabbinis fit, quamvis Chaldæus *Ager* pro *Cetura* habeat; has enim clare distinguit sacer textus *Gen.* 21., coll. 25. et 1. *Par.* 1. 32. — Suscepit Abraham a Cetura sex filios, ex quibus notior Madian, pater Madianitarum: iis autem, antequam moreretur, sapienti consilio sedem constituit extra Chanaan ad orientem Arabiæ et ad australem plagam Geraræ et Bersabee, ne fidei morumque jacturam paterentur; nec horum posteri unquam cum Isaacidis de possessione terræ Chanaan contenderent (*Gen.* 26. 6).

CEUTRŌNES, um, m. plur. 3. *Centrones* scribitur in plurib. codd., cui scripturæ favet Gr. Κέντρωνες ap. *Ptol.* 3. 1. 37. et *Strab.* 4. 66.; at codd. multo plures et *Inscriptiones* (*Corp.* 12. 113., 104., 107., 110. etc.) habent *Ceutrones*. — Acc. *Ceutronas* in *Corp.* 12. 113.

Ceutrones ¶ 1. Gens Inalpina et quidem Alpium Grajarum ad occid. (*Ptol. l. c.*), cujus oppidum præcipuum Darantasia (*Moutiers*) fuit caput provinciæ Alpium Grajarum et Pœninarum, sub Claudio imp. jure Latii donata. *Corp. I. L.* 12. *p.* 16., 21. 113. et 291., *Cæs.* 1. *B. G.* 10., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (135)., *Not. Gall.* 10. 1. *chron. I. p.* 599. — Hinc *Ceutronicus*, adj. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. (240). Ceutronicæ Alpes. ¶ 2. Item gens Belgica, in regione, ubi nunc est opp. *Courtray*. Memoratur *Cæs.* 5. *B. G.* 39. Ceutrones, Grudios - qui omnes sub eorum (*sc.* Nerviorum) imperio sunt.

CĒYX, ycis, m. 3. (Κήυξ) Acc. *Ceyca*, ap. *Ovid.* 11. *Met.* 544. et *Senec. Agam.* 681.

Ceyx, rex Trachiniæ, filius Luciferi (*Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 399) v. Hesperi (*Hyg. fab.* 65), conjux Alcyones (*Serv. loc. cit.*). *Ovid.* 11. *Met.* 272. Lucifero genitore satus patriumque nitorem Ore ferens Ceyx. *et ibid.* 441. Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx - Ad Clarium parat ire deum. *et* 461. quærente moras Ceyce. *et* 544. Alcyone Ceyca movet, Ceycis in ore Nulla nisi Alcyone est. *et* 685. Alcyone occidit una Cum Ceyce suo. — Is ad Clarium oraculum profectus, in mare Ægæum demersus periit; qua re cognita, Alcyone uxor quum, cadaver mariti longius adspiciens, ad illud per undas ire vellet, deorum miseratione in avem conversa ad os Ceycis advolavit, qui oscula uxoris sentiens in avem et ipse mutatus est: Hæ aves alcyones dicuntur et habitant prope litora maris. — Fabulam fusius narrat *Ovid.* 11. *Met.* 410-748.; brevius *Lact. Plac. fab.* 11. 10. Cf. *Hesiod. frgm.* Κήυκος γάμος. *Hygin.* et *Serv. locc. citt.* et *Mythogr. I. fab.* 9. et *II. fab.* 175. - *Frg. Bob. gramm. VI.* 622. 14. est apud Cratinum: «super aquosis fontibus ipsa sederat alee Ceycis».

CH

CHABRĬĀS, æ, m. 1. (Χαβρίας, de cujus etymo V. *Etymol. M.* 804. 26) dux Atheniensium sæc. IV. a. Chr., filius Ctesippi, patria Æxonensis (*Frg. Gr. Inscr.* ap. *Visconti, Mus. Pio-Clem. I.* 51. et *Iconogr. Gr. I.* 190). Memorat *Nep. Chabr.* 1. *sqq.* Hæc extrema fuit ætas imperatorum Atheniensium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei, neque post illorum obitum quisquam dux in illa urbe fuit dignus memoria. *Ampel.* 15. Chabrias dux, qui gladiatoria arte pugnare militem docuit. — Designatus dux adversum Lacedæmonios Bœotiam invadentes, Agesilao imperatore, eos novo pugnandi genere (Cf. *Ampel. loc. cit.*) ita coercuit ut ulterius progredi non sint ausi (*Diod.* 15. 32. et *Nep. Chabr.* 1); eodem anno navali prœlio inter Parum et Naxum devicit (*Diod.* 15. 34., *Plut. Phoc.* 6) aliaque præclara gessit gessissetque, nisi in pugna contra Chios cecidisset a. 358 (*Nep. Chabr.* 4). — De eo plura ap. *Plut.*, *Nep.* (qui Chabriæ vitam scripsit, sed jejunam et confusam) et *Xenoph.*, et ex recentioribus ap. *Börner, de reb. a Gr.* etc. *quæst. hist. Diss. Gött.* 1894. *p.* 15. *sq.*; *Stevens, Gr. Gesch.* 368. et *Kirchner, PW.* 3. 2017. *sqq.* — Hinc locus in Ægypto, in via, quæ a Casio monte Pelusium ducit, qui *Chabriæ castra* (ὁ Χαβρίου χάραξ *Strab.* 16. 2. 33) dicitur, ex eo quod forsitan Chabrias hic castra posuerit; bis enim illuc auxilio Ægyptiorum regum contra Persas contendit.

CHĂBOL. vel

CHĂBUL. *V.* **CABUL.**

CHABURA, æ, m. 1. fons Mesopotamiæ, de quo

Plin. 31. Hist. nat. 3. 22. (37). Unus in toto orbe traditur fons aquæ jucunde olentis - Chabura; fabulæ rationem adferunt, quoniam eo Juno perfusa sit. Id. 32. ibid. 2. 7. (16). tradit in eodem fonte anguillas esse inaures. — V. etiam CHOBAR (Abora).

CHÆREA(S), æ, m. 1. (Χαιρέας: fortasse a χαίρω, gaudeo; sed cf. etiam Etr. χaire. V. Schulze, Eig. p. 343. et 354). Prisc. gramm. II. 143. Apud Græcos in as desinentia vel in es apud nos in a terminant, ut - Χαιρέας. Chærea. — De scriptura: Corp. 6. 8047. Cherea; at 8. 21165. Chereas; 6. 19269. Chæreas. et 15. 6911. Cærea. — Memorantur, in serie nom. Græc.: Chæreas, statuarius. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (75). Chæreas Alexandrum M. et Philippum patrem ejus fecit. — Chæreas, Atheniensis, scriptor rerum rusticarum, ap. Varr. 1. R. R. 1. 8. — Chærea (Cassius), interfector Caligulæ imp. Sueton. Cal. 56., Tac. 1. Ann. 32., Auson. 259. 4. et Aur. Vict. Cæs. 3. 14. — Chæreas, Ammonites, frater Timothei, dux Antiochi contra Judæos, in obsidione Gazaræ a Juda Machabæo una cum fratre occisus. Vulg. 2. Mach. 10. 32-37. — Chærea, persona comica in Eun. Terentii (308. et alib.), laudatus etiam a Victorin. rhet. 1. 48. p. 249. H. — In titulis cogn. vir. Corp. 6. 6460 (in mon. Statilior.), 14619. etc.

CHÆREMO(N), ŏnis, m. 3. (Χαιρήμων) nom. frequens apud Græcos et apud Latinos. Memorantur — 1.°) Chæremon, poeta tragicus, a quo dictum Chæremonion «pentametrum hypercatalectum» Frg. Bob. gramm. VI. 620. 7., et cujus opera digna potius quæ legantur, quam quæ repræsententur, ut ait Arist. rhet. III. 12. mollior quam gravior, artis studiosior quam naturæ. — Scripsit etiam carmina satyrica, ex quibus laudatur Thersites a Suid. ὡς οὐχ ὑπάρχων et Stob. Eclog. I. 6. 7. — Ab eod. Suid. dicitur poeta comicus, sed minus recte. — De eo vd. Bartsch, De Chær. p. tr. Mainz; Meineke, Hist. crit. com. gr. 517. sqq.: Friebel, Gr. satyrogr. frg. 79. sqq. et Fragmenta ap. Nauck[2] p. 781, sqq. — 2.°) Chæremon, Stoicus, magister Neronis, qui «vir eloquentissimus narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum». Hieronym. adv. Jovin. 2. 13. Adde Augustin. 10. Civ. D. 11. et Cassiod. Jos. c. Ap. 1. 286. Scripsit enim Αἰγυπτιακά, quorum fragmenta haud parvi momenti supersunt (C. Müller, Frg. Hist. Gr. III. p. 495). — 3.°) Inde persona ficta apud Martial. 11. 56. — 4.°) Alii: Rufin. 6. Hist. 42., Cassian. conl. 11. 3. 2., Corp. 6. 35937. — Persona mythistorica: Hist. Apoll. 26. rec. B. — Hinc adj. neutr. Chæremonion (sc. metrum). V. supra. — Chæremonianus, cogn. vir. Corp. 3. 6580 (Alexandriæ a. 194).

CHÆRESTEUS, i, m. 2. Atheniensis, qui scripsit de re rustica, laudatus a Varr. 1. R. R. 1. 8. Chæresteus et Chæreas Athenienses. Sed Colum. 1. 1. 8. Chrestus Euphronis, non, ut multi putant, Amphipolites, qui et ipse laudabilis habetur agricola sed indigena soli Attici.

CHÆRESTRĀTUS, i, m. 2. (Χαιρέστρατος) persona comica apud Cæcilium Statium, teste Cic. Rosc. 16. 46. et Fest. p. 174. Cæcilius in Hypobolim(a)eo Chærest(r)ato. Adde Pers. 5. 162 (ex Menandri Eunucho: cf. Schol.) et Martial. 5. 25. 1.

CHÆRĔŪ (subaud. oppidum), Χαιρέου, plenius Χαιρέου πόλις (Steph. Byz. in v.), oppidum Ægypti, hodie El Kariun, inter Hermopolin et Alexandriam. Itin. Ant. p. 154., Corp. 3. 14148. — Ε-vagr. vit. s. Ant. 86. Coreu.

CHÆRĬBŪLUS, i, m. 2. (Χαιρέβουλος) persona fabulæ Plaut. Epid. 68. et alib. V. Schmidt, Hermes. 37 (1902) p. 182.

CHÆRIPPUS, i, m. 2. (Χαίριππος) ¶ 1. Fuit homo Græculus, familiaris Ciceronis (12. Fam. 22) et de Q. Ciceronis cohorte in prov. Asia (Id. 1. Q. fr. 4). ¶ 2. Item accusator famosus apud Juvenal. 8. 95., nisi nomen fictum.

CHÆRŌNĒA et Chæronia, æ, f. 1. (Χαιρώνεια) oppidum Bœotiæ, haud procul a Cephiso fluv., prope Phocidem, hodie Kaprena. Memoratur Liv. 42. 43., Frontin. 2. Strat. 1. 9., Flor. 3. 5. 11., coll. Thuc. 1. 113., Polyb. 27. 1. et Diod. 12. 6. etc. — Celebris est multa ob prœlia ibi commissa, ut a. 447. a. Chr. inter Bœotios et Athenienses; a. 338. inter Philippum Macedonem et Athenienses. et a. 86. v. 85. inter Sullam et duces Mithridatis: fuit etiam patria Plutarchi. — De ejus nummis vd. Head, 344.

CHALANNĒ (Chalane), nomen urbis (Hebr. Kalnêh, Gr. Χαλάννη v. Χαλάνη, Sumer. Kul-unu) indecl.; quamquam in epist. Pachom. 3. legitur: Faciamus nobis turrim non considerantes altionem turris Calannæ (genet.).

Chalanne, una ex quattuor urbibus Mesopotamiæ in terra Sennaar (Vulg. Gen. 10. 10), ubi (cf. LXX. gloss.: οὗ ὁ πύργος ᾠκοδομήθη ad Is. 10. 9) constructa dicitur turris Babel, Basilio, Cyrillo et Gregorio Naz. aliisque consentientibus, cui opinioni nemo quidem facile suffragabitur; videtur autem unum idemque cum Calano ap. Is. loc. cit., fortasse hod. Zergul (V. Oppert, Exp. en Mesop. I. p. 209), olim «verso nomine a Seleuco rege dicta Seleucia, vel certe quæ nunc Κτησιφῶν» (Hieronym. in Gen. p. 16); quod ab Isid. Char. (Geogr. gr. min. ed. Did. 1855. I. 250) et a recentioribus (Delitzsch, Schrader-Whitehouse, Vigouroux) improbatur.

CHALASTRA et Chalestra, æ, f. 1. (Χαλάστρα, Χαλέστρα v. Χαλαίστρα) oppidum Macedoniæ ad sinum Thermaicum, hodie Kolakia. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (36). — Hinc Chalastræus, adj. Χαλεστραῖος. Id. 31. Hist. nat. 10. 46. (115). Chalestræum nitrum. — Chalestricus, adj. Id. ibid. 10. 46. (107). Optimum copiosumque nitrum in Ciltis Macedoniæ, quod vocant Chalestricum, candidum purumque, proximum sali etc.

CHALCĒ, es, et Chalcia, æ, f. 1. (Χάλκη) ¶ 1. Est insula in mari Ægæo prope Rhodum. Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (133). — Alibi Chalcia (Χάλκεια v. Χαλκία) Id. 4. ibid. 12. 23. (71). Rhodiorum insula. — Mela 2. 111. Chalcis. ¶ 2. Est etiam Chalcia tit. fabulæ Cæcilii. Non. p. 464. 22.

CHALCĒDO(N) et deriv. V. CALCHEDO.

CHALCENTĔRUS, i, m. 2. (Χαλκέντερος, i. e. intestina habens aenea: a χαλκός, æs, et ἔντερον, intestinum: metaphorice indefessus, laboris patientissimus). ¶ 1. Fuit hoc appellatus cognomine Didymus, grammaticus Alexandrinus. Ammian. 22. 16. 16. Inter duos Chalcenterus eminuit Didymus, multiplicis scientiæ copiâ memorabilis. Hieronym. ep. 33. Græci Chalcenterum miris efferunt laudibus, quod tantos libros composuerit. ¶ 2. Item Origenes. Hieronym. ep. 33. Quorsum Varronis et Chalcenteri (i. e. Origenis) mentio facta sit, quæritis? videlicet ut ad Adamantium nostrumque Chalcenterum veniamus. V. ADAMANTIUS.

CHALCĪDĒNA, æ, et

CHALCĪDĒNI, ōrum, et

CHALCĪDENSIS. V. CHALCIS.

CHALCĪDĪCĒ, es, f. 1. (Χαλκιδική) nom. pæninsulæ Thraciæ. Plin. 18. Hist. nat. 12. 32. (122).

CHALCĪDĬCUM, i, n. 2. et

CHALCĪDĬCUS, a, um, adject. V. CHALCIS.

CHALCĪDĬUS (Calcidius), ii, m. 2. (Χαλκίδιος) grammaticus et philosophus neoplatonicus sæc. IV. p. Chr., Timæi Platonis interpres et commentator, qui hoc suum opus Osio episcopo dicavit. Præscr. codd. Fulg. serm. ant. Incipit expositio sermonum antiquorum ad grammaticum Calcidium. — Utrum fuerit christianus, an hebræus vel ethnicus, disputant eruditi. Probabilius tamen videtur fuisse religionis christianæ sectatorem, quod pluribus iisque gravibus argumentis probare studuit Kroll, PW. 3. 2042. sq. Cf. etiam Mullach, Frgm. phil. II. 147.; Brucker, Hist. phil. II. p. 233.; Teuffel, L. G.[5] 407. 3-4. et Iw. Müller, Quæst. crit. de Chalc. etc. I-III.

CHALCĬŒCUS (Chalcioicos), i, m. et f. 2. (Χαλκίοικος, i. e. æream domus) ¶ 1. Est cogn. Minervæ, ei fortasse inditum ex ejus simulacro, in ærea ædicula collocatum. Nep. Paus. 5. In ædem Minervæ, quæ Chalcioicus vocatur, confugit. — Inde et ipsum templum Minervæ. Liv. 35. 36. Ætoli circa Chalciœcon - Minervæ æreum est templum - congregati cæduntur. ¶ 2. Inde etiam nom. mul. Hieronym. adv. Jovin. 1. 41. Chalciœcus quoque, filia Leo, virgo perpetua, pestilentiam patriæ scribitur spontanea morte solvisse

CHALCĬŎPĒ, es, f. 1. (Χαλκιόπη: a χαλκίς, milvus, proprie cymindis [κύμινδις] et ὄψ, oculus, quasi oculis milvinis prædita) ¶ 1. Fuit filia Æetæ, soror Medeæ, uxor Phrixi. Ovid. 16. Her. 232. Val. Fl. 6. 479. Chalciopen (acc.) et Hygin. fab. 21. 22. Chalciopem (F). ¶ 2. Item mater Thessali ex Heracle. Hygin. fab. 97.

CHALCIS, ĭdis, f. 3. (Χαλκίς) nom. plurium oppidorum, insularum, fluminum ac montium, quod varie scribitur, sc. aspiratione vel geminata ut Chalchis, vel transposita, ut Calchis, vel omissa, ut Calcis. — Alia forma Chalcida, æ, in Itin. Ant. p. 194. et fortasse ap. Fest. p. 52. — Genet. Chalcidos habet Lucan. 5. 227. — Acc. Chalcida est Vellej. 1. 4. 1., Stat. 1. Silv. 3. 31., Lucan. 2. 710.; Chalcidem vero Plaut. Merc. 646.

Chalcis ¶ 1. Est oppidum caput Eubœæ insulæ, ex adverso Aulidis, Bœotiæ portus, Euripo interfluente: ita dicta, quod χαλκός, æs, ibi primum inventum fuerit (Plin.): vel a Chalcide, Asopi filia (Steph. Byz.): vel a Phœnicia voce (Bochart), qua divisio significatur, quia a Bœotia avulsa (Cf. SICILIA), officinis æris clara. a. 506. a. Chr. capta ab Atheniensibus, liberata a. 445. et 441.; bis a Romanis, a. 207. et 192., oppugnata; a Mummio a. 146. vastata refectaque postea, unde multæ coloniæ deductæ (Vellej. 1. 4., Serv. ad Virg. 1. Æn. 338., coll. Mythogr. I. fab. 145); opulentissima (Mela 2. 108), discriminis causa dicta passim Chalcis Eubœæ vel Euboica (Liv. 27. 30. et Colum. 1. 4. 9), patria Isæi, Lycophronis, Euphorionis et Apollonii (Serv. ad Virg. 6. Ecl. 72., Mythogr. I. fab. 194), hodie Euripus. Memoratur Liv. 8. 18. et alib., Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (64)., Hieronym. vir. ill. 68., coll. Ptol. 3. 15. 24., Paus. 9. 31. 3., Diod. 13. 47. etc. — De ejus nummis vd. Head, H. N. 357. ¶ 2. Item antea vocitata est Eubœa, ut Callidemus tradit, ære ibi primum reperto: ita Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (64). ¶ 3. Item oppidum Ætoliæ, ad septentr. sinus Corinthiaci, a Curetibus, ut in fabulis, conditum. Prisc. perihag. 523., coll. Hom. Il. 2. 640., Thuc. 1. 108. et 2. 83., Polyb. 5. 94. et Strab. 10. 447. et alib. ¶ 4. Item mons et oppidum Ætoliæ. Plin. 4. Hist. nat. 2. 3. (6). et Stat. 4. Theb. 106. ¶ 5. Item oppidum Arabiæ. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (159). ¶ 6. Item oppidum Cœlesyriæ, dictum ad Belum, hodie Andjar, caput Ituræorum, tempore Pompeii; dein ad domum Herodis pertinens donec provinciæ Rom. Syriæ addictum est. Plin. 5. Hist. nat. 23. 19. (81)., coll. Jos. B. J. 2. 11. 5. et Eckhel, 3. p. 263. sqq. ¶ 7. Item oppidum Syriæ, ad austrum Berœæ, conditum a Seleuco Nicatore, celebre in bellis Seleucidarum contra Arabas et Byzantiorum contra Persas, a quibus, Chosroa duce, vastatum est a. 542. p. Chr., hodie Kinnesrin. Memoratur Ammian. 24. 1. et Plin. 5. Hist. nat. 26. 21. (89)., coll. Ptol. 5. 15. 18. — De ejus nummis vd. Head, 783. ¶ 8. Item insula ante Ætoliam, ap. Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (53). — Deriv.: Chalcidensis v. Chalcidiensis, adj. ad Chalcidem Euboicam pertinens. Liv. 35. 49. — Hygin. ap. Gell. 10. 16. 8. colonia Chalcidiensis (i. e. Cumæ: v. infra). — Chalcidenses v. Chalcidienses, incolæ. Liv. 35. 38. et Solin. 11. — Chalcidicus, adj. (Χαλκιδικός), ad Chalcidem item Eubœæ pertinens. Varro 1. R. R. 41. 6. Chalcidica genera ficorum (Macrob. 3. Sat. 20. 1 [ex Cloatio]. Ficus Calcidica [fort. scriptum pro Chalcida v. Chalcidica], alba, nigra). Virg. 10. Ecl. 50. Chalcidico quæ sunt mihi condita versu Carmina (i. e. Euphorionis: cf. Quintil. 10. 1. 56). et 6. Æn. 17. Dædalus - Chalcidicaque levis tandem super astitit arce (i. e. Cumis, oppido a Chalcidensibus, Hippocle et Megasthene ducibus, condito). Stat. 2. Silv. 2. 99. Chalcidicæ turres (i. e. Neapolis, item a Chalcidensibus condita). Hinc 5. ibid. 3. 226. Chalcidicæ (i. e. Neapolitanæ) Cerealia dona coronæ. Sil. It. Chalcidica Nola (i. e. a Chalcidensibus exstructa). — Chalcidica arena, ap. Val. Fl. 1. 464., i. e. Chalcidis prope Euripum, qui Chalcidicus dicitur Liv. 28. 6., sc. fretum inter Eubœam insulam et Græciam continentem «septies die et nocte reciprocans, de vulgari fama» ut tradit Liv. ibid., coll. Cic. 3. Nat. D. 10. 24. et Mel. 2. 7., qui absolute Euripum vocat. — Hinc Chalcidicum, i, n. subst. — 1.°) Genus ædificii, quod constabat ampla velut portico, ubi spatiari homines possent publice, quale fuit illud ab Augusto constructum Romæ (Mon. Ancyr. 4. 1. adnot. Momms. p. 52.: «Chalcidicum omnino est ædes Minervæ Chalcidicæ, quam Dio 51. 52. una cum curia dedicatam esse scribit, nec, puto, de ea re unquam dubitassent viri docti, nisi decepisset eos lectio Dionis interpolata». Ex his fuit etiam cl. Furlanetto noster in Additis ad Forcellin. Ceterum Chalcidicum monumenti Ancyrani differt ab æde Minervæ Chalcidicæ, quam in Campo Martio ædificavit Domitianus, uti moneat Becker et Preller; hoc enim fortasse est atrium Minervæ, quod senatum, idest curiam Juliam, ubi nunc ædes s. Hadriani), subsequebatur (Not. Urb. reg. VIII): vel conclave cum porticu curiæ adnexum (Cf. C. I. L. 6. 1718.; Jordan, Top. I. 2. 257.; Mem. dei Lincei 1883. 14-21). — 2.°) Locus aliquis, in Corp. 11. 3126 (Faleriis). — 3.°) Pro Gr. πρόδομος. Hygin. fab. 137. — 4.°) Pro Gr. ὑπερῷον. Auson. 445. 4. et 467. 1. — 5.°) Pro cenaculo. Arnob. 3. p. 105 (V. CHALCIDICUM, nom. comm., in Lexico). — Chalcidenus, adj.; unde absolute Chalcidena, regio fertilissima Syriæ, a Chalcide oppido appellata (Χαλκιδική). Plin. 5. Hist. nat. 23. 19. (81). — Chalcideni, milites nominati a Chalcide, opp. Syriæ ad Libanum (Χαλκιδηνοί). Corp. 6. 3588. Cohors Chalcidenorum in Africa. et 3. 6658 (in Syria). Coh. I. Flavia Chalcidenorum equitata.

CHALCOSTHĔNĒS, is, m. 3. (Χαλκοσθένης: a χαλκός, æs, et σθένος, vis, robur) statuarius incertæ patriæ atque ætatis, qui «fecit comœdos et athletas» Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (87). et «cruda opera Athenis, qui locus ab officina ejus Ceramicos appellatur» 35. ibid. 12. 45. (155).

CHALDÆA, æ, f. 1. Hebr. Kasdim, v. 'erets Kasdim «terra Chasdim»; Kassit. fortasse Kardunjasch; Ass. Kalda'a, Kaldû, mat Kaldû (mutato s sibil. in l liquid. ante dent. ex more Assyrio-babylonico); hinc Gr. LXX. Χαλδαῖοι, Χαλδαία v. ἡ Χαλδαϊκὴ (χώρα) et Lat. Vulg. Chaldæi et terra Chaldæorum. — Etymon varie proponitur; sunt enim qui derivent a rd. Ass. casadu «adquirere, potiri» (Sayce): vel a vocibus Kas et dâ, quarum posterior est idem ac territorium v. regio contermina, prior vero nom. populi Kassu a stirpe Kûs, progeniti Kham, qui Babylone sedem fixit, unde et Cossei apud Græcos scriptores (Delitzsch). Hæc porro etyma satis probabilia videntur; non autem, quæ a Gesenio, Heeren et Niebuhr afferuntur perinde ac si Chaldæi ab Ariana stirpe prognati essent, quod omnino explodunt inscriptiones nuper repertæ (V. Rawlinson, The five great monarchies of the Eastern World 1879. I. p. 57). — Jos. ant. 1. 6. 4. nomen ducit ab Arpha-Casd (Arphaxad), patriarcha, in tab. ethnogr. Gen. 10. 24. memorato. V. infra. — Est nom. geogr. et pers.

I.) Chaldæa, nom. geogr. ¶ 1. Proprie est regio Asiæ, a Chaldæis nuncupata — a) Apud scriptores Hebræos ac Latinos — α) Stricto sensu complectebatur eam Babyloniæ-partem, quæ a Mesopotamia usque ad sinum Persicum pertingit ad lævam Euphratis et inter hunc et Arabes Scænitas (Plin. 6. Hist. nat. 26. 21. [90]. et Mela 3. 8. 5., coll. Strab. 17. 1. 6), terra Chaldæorum dicta (Jer. [hebr.] 24. 5. et 25. 12. et Is. 23. 13): vel Chaldæi (Kasdim) simpliciter (Jer. 50. 10. et 51. 24.: Vulg. Chaldæa, coll. Ezech. 23. 16), cujus caput erat Babylon (Is. 48. 20., Solin. 37., al.), sæpe filia Chaldæorum vocata (Is. 47. 1. et 5). — β) Lato sensu etiam Mesopotamiam comprehendebat, a Chaldæis passim habitatam (Ezech. 1. 3. et 11. 24., coll. Gen. 11. 28. et 31. et 15. 7). — b) Apud orientales stricte designat sæpe partem Mesopotamiæ inter Babyloniam ad septentr. et sinum Persicum ad austr. præter ejus oram, paludosam solum, quod in inscriptionibus cunctis Bît-Yakin dicitur et Chaldaicus lacus v. Chaldaici lacus apud Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. (130., 134).; late vero totum hunc tractum usque ad Persicum sinum absolute; latissime demum, «temporibus Rammannirar, regis Assyrii (a. 810-781. a. Chr.), a septentr. ad austr. universam hanc regionem cum ipsa Babylonia proprie dicta complectebatur» (Panier, Dict. Bibl. II. 506., coll. Jer. 51. 24. etc.). — c) Apud Græcos nomina Chaldææ, Babyloniæ et etiam Assyriæ generatim confusa occurrunt. — Quod autem aliqui Chaldæam agnoscunt ad mare Ponticum in ea regione, ubi Trapezus est (Rav. p. 38. et 90); id referendum videtur ad antiquissimas Chaldæorum sedes in Armenia et finitimis regionibus (Cf. Gen. 11. 2., coll. Xenoph. Anab. 4. 3). ¶ 2. Translate. Hieronym. 5. ad Ezech. 16. 28-29. Chaldæa, quæ est terra Chanaan. h. e. corrupta moribus ac superstitionibus Chaldæorum. — De historia Chaldææ. V. voc. seq. — Hinc Chaldæus, adj. ad Chaldæam vel Chaldæos pertinens. Juvenal. 10. 94. Chaldæus grex. Lucan. 8. 226. regnum. Solin. 56. gens. Sidon. carm. 2. 85. reges. h. e. magi adorantes Dominum. Augustin. 8. Civ. D. 9. philosophi. — Juvenc. carm. in Exod. 339. Chaldæa cohors. i. e. magorum in Ægypto tempore Moysis. Claudian. carm. 28. 348. carmina: i. e. magica. (V. etiam voc. seq.). — Chaldæa, subst., terra Chaldæorum (V. supra). — Chaldaicus (et Chaldæicus), adj. Χαλδαϊκός, idem. Cic. 2. Divin. 42. 88. Totum hoc Chaldaicum prædicendi genus. Id. ibid. 47. 98. Chaldaicis rationibus eruditus. h. e. genethliacæ et divinandi arte. Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. (130)., lacus. Censorin. d. nat. 18. annus. Plin. 6. Hist. nat. 26. 30. (121). gentes. Ambros. Abr. 2. 3. 9. errores. et hex. 4. 6. 33. superstitiones. — Hieronym. in Dan. 4. 5. lingua. V. CHALDÆI. — Cassian. conl. 12. 11. Fornacis Chaldæicæ flamma. — Subst. (tit. libr. Χαλδαϊκά). Cassiod. Jos. c. Ap. 1. 142. In tertio libro Chaldaicorum. — Adv. Chaldaice, linguâ Chaldaicâ, ap. Hieronym. in Dan. 6. 4.

II.) Chaldæa, nom. pers., sc. nom. gent. mul. Corp. I. L. 2. 3635 (in prov. Tarracon.). Cf. Schulze, Eigennamm. p. 113. adn. 2.

CHALDÆI, ōrum, m. plur. 2. Hebr. Kasdim; Chald. Kasdaie v. Kasdain; Gr. Χαλδαῖοι; Chesdim ap. Hieronym. quæst. Hebr. in Gen. p. 18. — Scribitur in codd. Caldæi, Caldei et Chaldei. Genet. plur. Chaldæum, pro Chaldæorum, est Lucret. 5. 727. — De vocabuli etymo V. voc. præc. initio.

Chaldæi ¶ 1. Populus Mesopotamiæ. — 1.°) Generatim. Mela 3. 76. In parte, quæ pelagi ostio adversa est, Babyloniorum fines Chaldæorumque sunt. Varro frg. ap. Prisc. gramm. II. 8. Varro in secundo de antiquitate litterarum, docens lingua Chaldæorum singularum nomina litterarum ad eorum formas esse facta et ex hoc certum fieri eos esse primos auctores litterarum. Hieronym. prol. gal. init. Syrorum quoque et Chaldæorum lingua -, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. Id. sit. et nom. p. 158. In Hebræo habet «in ur Chesdim» id est in igne Chaldæorum (Augustin. 16. Civ. D. 15). Vulg. 2. Esdr. 9. 7. Qui elegisti Abram et eduxisti eum de igne Chaldæorum (V. tamen ABRAHAM et UR). Rursus Hieronym. nom. hebr. p. 4. Chaldæi quasi dæmonia vel quasi ubera aut feroces. Oros. 1. Hist. 19. et 2. ibid. 6. Chaldæi, qui Babylonam (sic) sibi adversus Medos vindicaverunt. Ita Babyloniæ potestas apud Medos, proprietas apud Chaldæos fuit: Chaldæi autem propter antiquam regiæ urbis dignitatem non illam suam, sed se illius vocare maluerunt. — In sing. num. Vitr. 9. 8. 1. Berosus Chaldæus. Hieronym. chron. a. Abr. 7. Abraham natione Chaldæus. et ep. 18. 10. Qui Hebræum sermonem ita elimarit, ut inter scribas eorum Chaldæus æstimetur. — Collective. Sidon. carm. 5. 42. fert Indus ebur, Chaldæus amomum, Assyrius gemmas. — 2.°) Specialim inventores et cultores scientiarum, in primis astrologiæ; inde translate omnes astrologi et harioli. Cic. Mur. 11. 25. A quibus etiam dies, tamquam a Chaldæis, petebantur. et 1. Divin. 1. 2. Qua in natione (i. e. Assyriorum) Chaldæi, non ex artis sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici possit, quid cuique eventurum et quo quisque fato natus esset. et ibid. 41. 91. In Syria Chaldæi cognitione astrorum sollertiaque ingeniorum antecellunt. et 2. ibid. 88. sqq., 99. 100. Haruspices et fulguratores et interpretes ostentorum et augures et sortilegos et Chaldæos. Vitr. 9. 2. 1. et 6. 2. Chaldæorum ratiocinationibus - eorum autem inventiones reliquerunt inque sollertia acuminibusque fuerunt magnis, qui ab ipsa natione Chaldæorum profluxerunt, primusque Berosus. Senec. 7. Nat. 4. 1. Duo certe, qui apud Chaldæos studuisse se dicunt, Epigenes et Apollonius Myndius. Apul. flor. 15. Pythagoram petisse Ægyptias disciplinas - mox Chaldæos atque inde Brachmanos - adisse. Tac. 6. Ann. 20. Chaldæorum artis, cujus apiscendæ otium apud Rhodum, magistrum Thrasullum habuit Tiberius. Gell. 9. 1. 6. Vulgus autem, quos gentilicio vocabulo Chaldæos dicere oportet, mathematicos dicit. et 14. 1. 1. Adversum istos, qui sese Chaldæos seu genethliacos appellant etc. Ammian. 23. 6. 25. Chaldæorum regio altrix philosophiæ veteris etc. Vulg. Dan. 2. 2. Ut convocarentur harioli et magi et malefici et Chaldæi. Hist. Apoll. A 6. Inquisivit quæstiones omniumque philosophorum omniumque Chaldæorum. Lucret. 5. 727. Babylonica Chaldæûm doctrina. Adde Liv. epit. Oxyrh. 8. 192 (a. 139. a. Chr.), Curt. 3. 3. 6., Lamprid., Heliog. 9., Colum. 11. 1. 31., Juvenal. 6. 553., Tac. 2. Ann. 27., Sueton. Vit. 14. et Domit. 14., Tertull. idol. 9., Lact. 7. 14. 4. — De tribus magis. Paul. Nol. ep. 31. Ubi cunabula supplices cum suis opibus adoraverunt Chaldæi. Adde Max. Taur. hom. 28. et Fulg. æt. mund. 12. — In sing. num. Cato agr. 5. 4. Haruspicem, augurem, hariolum, Chaldæum nequem consuluisse velit. Capitolin. Pert. 1. Pater ad Chaldæum venit. i. e. mathematicum. Adde Ambros. hex. 4. 4. 12. et 5. 9. 24., Cassiod. 2. Hist. trip. 4. V. voc. præc. — His addere præstat sequentia: — a) De Chaldæorum origine variæ sunt eruditorum sententiæ, ex quibus nonnulli recentiores censent eos esse unam ex tribubus Cushitarum vel Cosseorum de stirpe Chus, primogeniti Cham (Rawlinson in Smith, Dict. of the Bible ad h. v. et Boscawen in Transact. of the Soc. of Bibl. Arch. IV. 134); at veteres fere omnes et quidam ex recentioribus eos putarunt prognatos a Cased, quarto filio Nachor (Gen. 22. 22): «Cased quartus est (filius Nachor), a quo Casdim idest Chaldæi postea vocati sunt». Ita Hieronym. quæst. Hebr. in Gen. 22. At quum Cased natus sit, postquam familia Thare Ur Casdim reliquerat, intelligi nequit, quomodo Chaldæi filii sint Cased, qui postea natus traditur, nisi Ur Casdim, patriam Thare, per prolepsim ita nominatam censemus. Idcirco alii nomen deduxerunt ab Arphaxad, filio Sem (Arpha-Casd, ut Jos. ant. 1. 6. 4.: cf. Ewald, Gesch. d. Volk. Isr. I. p. 333. et Hamburger, Encycl. d. Judenth. ad v. Chaldæa), qua sententia admissa, Chaldæi non solum ex stirpe Semitica orti essent, sed etiam stricte cum Hebræis conjuncti, utrique ex Arphaxad progeniti, id quod adfirmatur Judith 5. 7. Populus iste (Hebræorum) ex progenie Chaldæorum: hic primum in Mesopotamia habitavit etc. (Cf. Gen. 11. 31). Maxima porro eruditorum pars vestigium nominis Arphaxad agnovit in regione, Arrapachitis appellata, ad septentr. Assyriæ (Ptol. 6. 1). Cf. Tuch, Comm. Gen. p. 256.; Lengerke, Kenaan p. 211.; Knobel, Comm. üb. d. Gen. c. X.; Delitzsch, Comm. üb. d. Gen. X. al. (V. tamen Panier Dict. Bibl. II. p. 506. sq.). Nos rem in medio relinquimus. — b) De eorum historia hæc pauca subjicimus, non tamen certa; ex primitivis enim inscriptionibus Chaldaicis, sane quidem plurimis, nomina tantum vel regis alicujus vel loci aut numinis templive exseruntur ita ut digeri nequeat, quemadmodum ex Assyriis fit et Babylonicis, continua regum gestarumque rerum series. Ex locis eminent Ur et Tell-Loh, ubi duæ dynastiæ, quæ dicuntur, regnabant, et quidem hic reges numerantur duodecim, inter quos excelluit Gudea armis opibusque potentissimus; illic vero solum octo, sed ex his fuit, quem scriptores ve

teres existimant regni Chaldaici conditorem, fictitio nomine *Ur-Kham*, antiquorum *Orchamus*, ante tempora Abrahami. Hæc porro ætas obscurior primi imperii Chaldæi nomine designatur, inscriptionibus quadantenus illustrata, linguâ protochaldaicâ et cuneatâ scripturâ exaratis (*Schrader, Keilinschr. Bibl. III. p. I.* 70-71., coll. 80-81. *n.* 10., *Acad. des inscr. et bell. lettr., Compt. rend. t.* XXIII. 1895. *p.* 211. et *Babelon, Arch. orient.* Paris 1888. *p.* 16-60). Cum Abrahamo autem tempora incipiunt historica, quo ex Chaldæa in terram Chanaan profecto, Elamitæ, post devastatam Chaldæam, ca. a. 2285. a. Chr. invaserunt Palæstinam, duce Chodorlahomor (*Kudurlagamar*) cum aliis regibus tributariis (*Gen.* 14. 1. *sqq.*). Hunc dein excepit *Kudur-Mabug*, qui se regem totius Syriæ vocat in titulis; sed brevi ipse ejusque filius *E-rim-Aku* expelluntur ab *Hammurabi*, rege Semitico Babylonis, qui, Syria et Chaldæa potitus, imperium usque ad sinum Persicum protendit. De his vero, quæ ad imperia Babylonio-Chaldæum et Assyrium pertinent, vd. in v. BABYLONIA multoque plura apud historicos. Hic tantum animadvertimus ap. *Is.* 23. 13. ceterosque prophetas fere omnes et in postremis capitibus 2. *Reg.* et *Par.* vocabulo, quod est *Chaldæus*, non tantum Chaldæam proprie dictam, sed Babyloniam universam designari. — *c)* De religione Chaldæorum dicendum generatim, Chaldæos astris et elementis naturæ cultum adhibuisse, apud quos nomina occurrunt *Mullil-a* = Belus, *Nina v. Nana* = Venus, *Nin-girsu* = Nergal v. Adar; *Babar* = Sol etc., singulasque civitates suos habuisse deos, non tamen aliis exclusis. — *d)* De eorum lingua fere nihil iis adjiciendum, quæ de rebus Babylonicis jam diximus; illud solum interpretatione indiget, quod legitur apud *Dan.* 1. 4. « Et ait rex Asphenez præposito eunuchorum, ut introduceret de filiis Israel - pueros - et doceret eos litteras et linguam Chaldæorum ». Præmittimus hos fuisse Chaldæos nomine, non gente, qui regionem Sumer ingressi, potentia ac doctrina longe excellentiores, suum incolis adnixti nomen imposuerunt (Cf. *Sayce, Babyl. Liter. p.* 13). Porro hi, ex quibus sacerdotes eligebantur quique philosophiæ et astrologiæ studia excolebant, veri Chaldæi haudquaquam erant, gens nempe nova illa, de qua loquitur *Is.* 23. 13.; nec Semiticæ stirpis, sed alius originis aliusque linguæ, quæ hic *lingua Chaldæorum* dicitur. Hanc olim interpretes putabant esse quæ Chaldaica appellatur vulgo; quod quam falsum sit, satis patet, si consideretur, in quem sensum vocabulum, quod est *Chaldæus*, acceperit Daniel; eo namque classis quædam sapientum designatur, non autem gens; dicitur enim: « ab omni mago, hariolo et Chaldæo » (*Dan.* 2. 10). et mox: « Ingrediebantur harioli, magi, Chaldæi et haruspices » (*Id.* 4. 4). Præterea legitur (*Ibid.* 2. 4): « Responderuntque Chaldæi regi syriace », *i. e.* aramaice; quod quidem supervacaneum esset, nisi alia lingua usi fuissent (Cf. *Sayce, Babyl. Liter. p.* 64. et *Lenormant, La Magie et la Divin.*, ac præsertim *Études Accadiens* [ubi grammatica hujus linguæ Chaldæorum elementa primus tradidit]. et *Re, Arch. Bibl. Dict.* 2. *p.* 520. *sqq.*). — *e)* De eorum scientia, præcipue astrologica, quam supra attigimus, hoc adnotamus, ex ea portentosam sibi ipsos antiquitatem mendaciter tribuisse, a priscis scriptoribus derisam (*Cic.* apud *Lact.* 7. 14), et longo lateque sibi divinorum famam comparasse, quorum tamen paulatim fallaciâ comperta (*Cat. R. R.* 5. 4., *Lamprid. Heliog.* 9., *Spartian. Sev.* 4. et 15., *Colum.* 11. 1. 31., *Juvenal.* 6. 553., *Gell.* 14. 1. et 15. 2. 1), plures leges contra eos latæ sunt (*Val. Max.* 1. 3. 3., *Auct. Collat. Legg. Mos. et Rom.* 15. 2. § 1. et *Cod. Theod.* 9. 16. 4) et ab aliqua regione expulsi, ut ab Italia (*Tac.* 2. *Hist.* 62., coll. *Sueton. Vit.* 14). — De Chaldæis videsis *Delattre, Les Chald. jusqu'à la fondation* etc. Louvain 1889.; *Winckler, Die Stellung d. Chald.* etc. Leipz. 1889. *p.* 47-64., coll. *Ztschr. f. Assyrol. IV.* 345-360. et *Gutschmid* in *Klein. Schriften III. p.* 568-753. ¶ 2. Item pop. Ponti vel Armeniæ (Χαλδαῖοι, Χάλδοι). *Rav. p.* 38. Colfum Ponticum, qui remigatur juxta litus maris ab Jero et Chaldæorum terra usque ad Lazarum patriam. *et p.* 90. Patria Chaldæorum. — Eorum regio *Chaldia* (Χαλδία) ap. *eund. p.* 101.

CHALDĪA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

CHALE, indecl. ¶ 1. Est oppidum Assyriæ (Hebr. *Kelahh* et in pausa *Kalahh*; XXX. Χαλάχ; Assyr. *Kalhhu* et *Kalahh*), hodie *Nimrud* (V. *Tiele, Gesch. Assyr. p.* 8), ad lævam Tigridis. Memoratur *Vulg. Gen.* 10. 11-12., unde deducitur exstitisse diu ante Salmanussir seu Salmanasar I (a. 1300. a. Chr.), a quo fertur ædificatum esse; nam apud orientales sæpe vox, quæ est *ædificare*, idem est ac amplificare, restaurare, vel etiam reædificare. — Porro Nemrod, ut ex connexu narrationis colligitur, unus fuit civitatum illarum, *sc.* Ninive, Chale et Resen, auctor (*V.* ASSUR). Utrum vero *magna civitas (Gen. loc. cit.)* dicatur de Chale an de Resen, non liquet. Certum tamen est Chale ante Niniven fuisse Assyriæ metropolim, quam eversam rursum, post Salmanasar, ædificavit Assurnasirpal, a. 883-858. a. Chr. — De ea cf. *Dillmann, Gen. p.* 186.; *Schrader-Whitehouse, The cuneif. Inscr. and the Old Test. I. p.* 80-82. et *Smith, Assyr. discoveries*, Londr. 1875. *p.* 48., 70-85. ¶ 2. Est etiam locus Ægypti. *Rav. p.* 121. Cf. Challis, *ibid.*

CHĀLĪNUS, i, m. 2. (Χάλινος: cf. χαλινός, *frenum, habena)* persona comica in *Casina Plauti* (104. et sæpe). Legitur etiam hoc nom. in *Corp.* 11. 6700. 178.

CHĀLĪTĒS, is, m. 3. sinus Persidis, ap. *Ammian.* 23. 6. 12., occiduo obnoxius sideri, ceteris ignotus: fortasse est sinus Sachalites v. Aschalites.

CHĀLŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Χαλωνῖται) pop. Asiæ interioris in Assyria, cujus regio ab iis *Chalonitis* (Χαλωνῖτις *Strab.)* appellata est. *Prisc. perih.* 938. Chalonitæ feroces. Adde *Avien. orb.* 1209., ubi *Chalonitæ*, collective, sed primâ productâ, quæ a *Prisc.* corripitur.

CHĀLŌNĪTIS, idis, f. 3. *V.* voc. præc.

CHĀLȲBES, um, m. plur. 3. (Χάλυβες) Etiam sing. *Chalybs.* V. infra. — Genet. plur. *Chalybon* apud *Catull. loc. cit.* — Acc. *Chalybas* sæpe ap. poetas. — Originem vocabuli designat *Brev. Expos.* « Gens in Ponto inventrix ferri, dicti a Chalybio, Euboicæ vico, quod hinc coloni sunt ». *et Isid.* 16. *Orig.* 21. 1. « Ferrum et Chalybs a Chalybe flumine, ubi ferrum optima acie temperatur » *Schol. Apollon.* 2. 374. ducit a Chalybe, Martis filio. Alii denique hoc Chaldæorum priscum fuisse nomen arbitrantur (Cf. *Plut. Lucull.* 14); at *Chalybes* a *Chaldæis* distinguit *Xenoph. Anab.* 5. 5. 1. et 9.

Chalybes ¶ 1. Populus Asiæ minoris, apud veteres celeber, quod ferrum ab eo primitus erutum domitumque est. *Ammian.* 22. 8. 21., *Avien. orb.* 947., *Virg.* 1. *G.* 58., *al.* De iis *Rutil. Namat.* 1. 351. Chalybum memorabilis Ilva metallis (*Virg.* 10. *Æn.* 174). *Val. Fl.* 4. 611. Gens Chalybum - cui - tonat afflicta semper domus ignea massa. Sic *Virg.* 8. *Æn.* 421. striduntque cavernis Stricturæ Chalybum et fornacibus ignis anhelat (*Serv.* ad *l.* Chalybum posuit stricturas pro ferri massis). *Solin.* 15. Chalybes et Dahæ in parte Asiaticæ Scythiæ crudelitate ab immanissimis nihil discrepant. — Sing. *Chalybs*, ap. *Sidon. carm.* 5. 46. Arma Chalybs - fert. *et Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 58. Chalybes populi sunt, apud quos nascitur ferrum, unde abusive dicitur Chalybs ipsa materies. Hinc subst. *chalybs, is*, m. χάλυψ, i. q. ferrum, acies (Cf. *Blümner, Technol. IV.* 71., 212, 344), ap. *Isid. loc. cit.*; invenitur tamen fere apud poetas. *V.* CHALYBS in *Lexico.* ¶ 2. Item pop. Africæ ex genere Troglodytarum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (176). ¶ 3. Item pop. Hispaniæ, ita dictus a Chalybe flavio, teste *Justin.* 44. 3. *et Isid. loc. cit.* Cf. *Martial.* 4. 55. Sævo Bilbilin optimam metallo, Quæ vincit Chalybasque Noricosque.

CHĀM, indecl. m. Hebr. *Hhâm* « calidus » (Cf. *Hieronym.* et *Ambros. locc. citt.)*; LXX. Χάμ. — Scribitur etiam *Xam* ap. *Isid.* 7. *Orig.* 6. 17. — Forma *Chămus, i*, utitur *Cypr. Gall., Gen.* 225. « Tresque creat natos Sethum Chamumque Japhetumque ». Adde *ibid.* 350 (Cf. *Jos. ant.* 1. 4. 1. Χάμας, ου).

Cham ¶ 1. Nom. personæ — 1.°) Est secundus filius Noe, constanter enim nominatur inter Sem et Japhet (*Gen.* 5. 31.; 6. 10., 7., 13.; 10. 1.; 1. *Par.* 1. 4), non ordine geographico sed chronologico, uti contra *Hummelauer* defendunt *Dillmann* et *Strack* (Cf. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 2). Memoratur in primis *Vulg. Gen.* 5. 31. Noe - genuit Sem, Cham et Japhet. *et* 9. 18. Filii autem Cham: Chus et Mesraim et Chanaan. *Hieronym. nom. Hebr. p.* 4. Cham calidus, sed sciendum, quod in hebræo χ litteram non habeat, scribitur autem per ח, quæ duplici aspiratione *(significatur per dupl.* hh) profertur. *Ambros. Noe* 26. 106. Cham enim calor est. Adde *Sulpic. chron.* 1. 4. 2., *Ps. Tertull. hær.* 2., *Opt.* 1. 3., *Hil.* in *Matth.* 20. 13., *Rufin. Clem.* 4. 27., *Rav. p.* 116. — Plerique interpretes antiquiores recentioresque verba *Gen.* 9. 24. *sq.* « Evigilans autem Noe ex vino (i. e. *ex crapula)* cum didicisset *(a filiis suis)*, quæ fecerat ei filius suus minor (בְּנוֹ הַקָּטָן *filius suus minimus)*, ait: Maledictus etc. » de Cham exponunt; at narrationis connexus expostulat ut nomen Chanaan accipiantur; nam, ut diximus, Cham non minimus sed secundo genitus fuit, Chanaan vero fuit filius Cham natu minimus et qua talis etiam avi Noe filius, seu nepos, minimus, quum nomen *filii* et *fratris* in sacris litteris sæpe in sensum latiorem adhiberi tralaticium est; præterea neque Cham neque tres ejus filii priores maledictioni subjacent, sed solus Chanaan; unde recte arguimus non Cham sed Chanaan in patrem peccasse (Cf. *Dan.* 13. 35. *sqq.)*; denique Noe dicitur *didicisse quæ fecerat ei filius suus minor*; at Cham, ut ex contextu patet, patri nihil *fecerat*, sed nuntiavit fratribus quæ viderat. Quare cum Hebræis et cum *Theodoreto, Cornelio, Gunkel, Holzinger, Hetzenauer, al.* putamus Chanaan puerum primum vidisse avum in tabernaculo jacentem et aliquid fecisse, quod scriptor ex verecundia prætermisit, ac deinde patri suo significasse, qui pueri petulantiam non repressit, sed rem fratribus, fortasse irridens, nuntiavit. Hinc elucet, cur Chanaan fuerit maledictus, non autem pater, et cur etiam Chamitæ primis temporibus floruerint suamque dominationem tam late protenderint; non enim Chamitæ generatim sed specialim Chananæi maledictione fuere perculsi; quam alioqui pœnam ridicule quidam commentum fuisse putant Hebræorum, ut de crimine se purgarent, qui Chananæos divexarunt cædibus atque exterminarunt. — Ceterum vulgatiore sententia vel admissa, Cham pater tacite in filio maledictioni subjacuit; quamquam vox Hebr. *'ârûr* non solum *maledictus* sed et *infelix* significat ratione oppositi *bârûk*, simul *benedictus* et *felix* (Cf. *Deut.* 28. 3. *sqq.* et *alib.)*; idcirco magis quam maledictio, vaticinium illud fuit miserrimi status, quem perpessuri forent posteri Cham (Cf. etiam *Augustin. quæst. XVII.* in *Gen.* et *Joh. Chrys. hom. XXIX.* in *Gen.)*, deductum ab ipsius nominis Chanaan etymo, ut fit sæpe in propheticis biblicis effatis (Cf. *Gen.* 5. 29.; 9. 27.; 41. 8., 16. 19.; 49. 3-25. etc.), quod a rad. *kâna'* « se curvavit v. inclinavit, demisit, dejecit » humilitatem, demissionem vilitatemque significat; dixit enim Noe: « Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis » (*Gen.* 9. 25). — Porro ubinam Cham domicilium fixerit, in incerto est. Ad rem ita scribit *Philastr.* 121. 2. « Cham etiam secundo filio omnes Syrias *(Chanaan)* et dicessin Ægypti *(Mesraim)*, Africæ *(Phuth)*, Æthiopiæ *(Chus)* ingentem latitudinem prope fines tendentem oceani atque Hispaniarum censendo distribuit ». Ceterum generatim creditur Cham cum suis posteris Africam incoluisse (Cf. *Palis, Dict. Bibl. II. p.* 514. *sq.*; *Hummelauer* in *Gen. p.* 307.; *Lenormant, Hist. anc. de l'Or., I).* — 2.°) Hinc forte nom. vir. *Inscr. Notiz. degli scavi* 1887 *(Concordia) p.* 261. ¶ 2. Nomen loci, *sc.* nom. poeticum Ægypti, ap. *Vulg. Ps.* 77 (78). 51.; 104 (105)., 23. 27.; 105 (106). 22. — Hæc regio ita quidem appellata *terra Cham*, ex Mesraim, filio Cham, ejus incola et fortasse ratione habita nominis, quo eam vocant Ægyptii, sc. *terra Kemi* v. *Khem*, quodque nigrum sonat (Cf. *Wiedemann, Samml. altägypt. Wört.* Leipz. 1883. *p.* 44-45). « Ægyptii, inquit *Plut. de Isid. et Osir.* 28., quorum testimonium monumentis firmatur, appellant Ægyptum *Chemi* (Χημίαν), quia terra nigerrima est ut pars oculi nigra » (V. *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod.* 1896. *I. p.* 838. *sq.).*

CHĀMĀVI, ōrum, m. plur. 2. (Χαμαυοί) *Chamaves* apud *Auson. Mos.* 434., gens Germaniæ inferioris. *Tac. Germ.* 33. « Juxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur ». Hi duo magis ad orientem versus ab utraque parte Visurgis habitasse videntur (Cf. 2. *Ann.* 8., 19. et 22). Adde *Paneg.* 10. 18., *Ammian.* 17. 8. 5. et 9. 2., *Not. Dign. or.* 31. et *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 9. — *Auson. loc. cit.* vires, quas Franci quasque Chamaves Germanique tremant. — Sing. *Paneg.* 5. 9. Arat ergo nunc mihi Chamavus et Frisius. — De iis cf. *Kornemann, Klio* 9 (1909) 438. *adn.* 3.

CHĀMŌS, indecl. m. (Hebr. *Kemôsh* « subactor, victor seu domitor »; *LXX.* Χαμώς. — Scribitur *Chamoth* apud *Philastr.* 17. 1) deus Moabitarum præcipue et Ammonitarum, quibus deus erat Moloch cum Chamos (1. *Reg.* 11. 7. et *alib.*, coll. *Jer.* 49. 1); quin Moabitæ dicuntur « populus Chamos » (*Num.* 21. 29., *Jer.* 48. 46) eorumque primores « sacerdotes et principes Chamos » (*Id. ibid.* 7). — Celebre monumentum Mesæ, regis Moabitici, repertum a. 1869 (*La stela di Mesa, Fabiani*, Rom. 1871), unicum illius gentis deum memorat Chamos, cui deam *Astarte (Asthar-Kamosh) l.* 7. conjungit; hinc *Chemosh-Chalts, Chemosh-Gad, Chemosh-Nadab*, Moabitarum principum nomina, ibidem occurrunt (*Sayce, Denkm. p.* 92., 139. et 147); item *Charcamis* « opp. Chamosh » (*Lauth, Ilion u. Hel.* in *Allg. Zeit.* 1875., *Beilage n.* 191. *p.* 3009). — Videtur nonnullis idem fuisse quod *Beelphegor* (*Hier.* in *Is.* 15. 2); vel comparatur *Beelzebub* (Cf. *Sauveplane, Dict. Bibl. II. p.* 529), vel Marti, deo bellorum (Cf. *Gesen. Thes. p.* 693). At perperam; nihil enim aliud fuit *Chamosh*, nisi una ex pluribus formis *Baal*, dei Chananæorum, mas simul et femina (Cf. *Asthar-Kamosh* supra *cit.)*, symbolum Solis et Lunæ (V. *Scholz, Götzendienst u. Zauberwesen*, 1877. *p.* 176-182). — Auctor lib. *Dieu et les hommes* apud *Bullet* (*Repons. crit. II. n.* 29) ex loc. *Jud.* 11. 24. « Nonne ea, quæ possidet Chamos deus tuus - quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit etc. » infert id temporis Israelitas nulli certæ religioni fuisse addictos. Verum Jephte ibi utitur argumento, uti scholæ ajunt, *ad hominem*, quasi diceret: Quæ tibi tuus (quemadmodum tu quidem putas) dedit *Chamos*, ea judicas juste te possidere; ergo de iis, quæ a nostro nobis data sunt Deo (vero), similiter a te judicandum est (Cf. *Veith, Script. sacr.* etc. *I. p.* 95. Taur. 1867).

CHĀNA v. Cana, indecl. Hebr. *Qâna*; declin. etiam *Cana, æ*, f. vel *Cana, orum*, n. plur. ¶ 1. Idem quod Cana. *V.* — Hinc *Chananæus*, adj. *Augustin. serm.* ed. *Mai.* 88. Simonis, qui appellatur Chananæus, de vico Galilææ Channa. — *Eucher. instr.* 2. Chananæus *possidens* sive *possessio.* ¶ 2. Idem quod Chanaan. *V.*

CHĀNĀAN, indecl. Hebr. *Kena'an* « humilis, depressus » (*V.* infra); *LXX.* Χαναάν; *Ægypt.* (ante *Exod.) Kinahhi* (V. *Halévy, La corr. d'Amenoph. III. et IV.* in *Journ. asiat.* 1890. *p.* 325). — *a)* Orthogr.: *Beda gramm. VII.* 266. 23. « Cana et Simon Cananæus per simplicem C. Chanaan et mulier Chananæa aspiratione addita ». — In libris traduntur, præter *Chanaan*, etiam *Canaan, Canahan, Cannaan* in *Ital. Gen.* 17. 8 (Lugd.); 45. 25.; *Chanan* v. *Chanaan* (in *Lib. geneal. chron. I. p.* 179. et *alib.)*, *Canan* per syncop. (*Juvenc.* 2. 129) etc. — *b)* Nominis interpretatio mirifice varia occurrit apud scriptores. *Hieronym. nom. hebr. p.* 4. « Chanaan hoc est motus eorum vel negotiator vel humilis ». *et p.* 17. « C. reversus est sive quasi respondentes aut quasi moventes ». *et p.* 41. « C. erubescens sive negotiator ». *et* in *Ezech.* 16. 29. « C. qui interpretatur quasi fluctuatio ». *Apon.* 12. *p.* 252. « Chanaan interpretatur candens poculum ». *Verec.* in *cant.* 1. 16. « Chanaan nobilis sive liquidus interpretatur ». Quæ omnia, ut patet, ex diversa vocabuli lectione vel significatione oriuntur. — Est autem nom. pers. indeque etiam geogr.

Chanaan ¶ 1. Fuit filius Cham quarto genitus (*Gen.* 10. 6., coll. 9. 18), sed quo anno, incertum est. Memoratur — 1.°) Proprie. *Vulg. Gen. locc. citt.* et 1. *Par.* 8. 13., *Hieronym. quæst. hebr.* in *Gen. p.* 15. 23. Chanaan obtinuit terram, quam Judæi deinceps possederunt, ejectis Chananæis. Adde *Augustin.* 16. *Civ. D.* 1. et *quæst. hept.* 1. 17., *Eucher. instr.* 2. *p.* 151. - *Lib. gen. chron. I. p.* 99. Chanaam, de quo Afri et Fenices (*sic*). (Cf. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 12). — De maledictione ei inflicta ab avo suo Noe, plura diximus in v. CHAM. — 2.°) Tropice, de posteris ejus. *Vulg. Soph.* 2. 5. Alii tamen rectius locum interpretantur de incolis terræ Chanaan (*V.* sub 2.°). *et Os.* 12. 7. Chanaan, in manu ejus statera dolosa, calumniam dilexit. ¶ 2. Nom. geogr., *sc.* — 1.°) Est celebris regio, quæ plenius dicitur *terra Chanaan*, ac, stricte, Palæstinæ pars occidentalis seu cisjordanica, cum tractu intra superiorem cursum Jordanis et Nahr er-Ruqqad seu Djaulan occidentalem; brevius, regio, quæ mare Mediterraneum et Jordanem ac mare Mortuum interjacet (Χαναναία *Jos. ant.* 1. 7. 1. et *alib.)*, habitata a Chananæis (*Gen.* 12. 6), a patriarchis Hebr. (*Gen.* 11. 31.; 12. 5.; 17. 8) eorumque posteritati divinitus promissa (*Gen.* 17. 8.; *Lev.* 14. 34.; 25. 38.; *Num.* 13. 3.; 34. 2. 29), unde dicta *terra promissionis* (*Augustin.* in *Ps.* 104. 7), a Moyse de monte Nebo tantum conspecta (*Deut.* 32. 52), mox vero, Josue duce, prodigiis et bellica vi ab Hebræis occupata (*Jos.* 6. *sqq.* et *Ps.* 104. 11), a Jordane ad orientem incipiens (*Jos.* 5. 12), idcirco transjordanicæ opposita (*Num.* 32. 32.; 33. 51. et *alib.)*, accuratius descripta *Num.* 34. 8-12. et *Ezech.* 47. 15-20., quod ad limites spectat, nobis nimio temporis intervallo remotis obscuriores, præsertim in plaga boreali, quos illustrare conati sunt *Furrer* (*Antike Städte in Libanongebiete* in *Zeitschr. d. Deutsch. Paläst.-Vereins VIII.* 1885. *p.* 27-34) et *Riess* (*Bibel-Atlas* 2.ª ed., coll. *I. van Kasteren, Dict. Bibl. II. p.* 534. *sqq.)*. Occurrit tamen sæpius nomen *Chanaan*, quam *terra Chanaan*, et quidem — *a)* Proprie. *Vulg. Exod.* 15. 15. Obriguerunt omnes habitantes Chanaan. *Id. Jos.* 22. 9. Silo, quæ sita est in Chanaan. Adde *eund. ibid.* 5. 1. et *Jud.* 4. 2. et 23.; 5. 19., *Ps.* 105. 38.; 134. 11., *Soph.* 1. 11. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 21. Terram - quæ appellata est Canaan. At *Vulg. Gen.* 11. 31. Et eduxit eos (*Thare*) de Ur Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan. *et ibid.* 13. 12. Abram habitavit in terra Chanaan. *et alib.* — *b)* Metonymice pro incolis. *Vulg. Soph.* 2. 5. Verbum Domini super vos, Chanaan, terra Philisthinorum. *V.* PALÆSTINA. — 2.°) Item, sed minus recte, de Arabia. *Lact.* 2. 13. 6. Ea terra (*Arabia*) de nomine ejus (*sc.* Cham) Chanaan dicta est et posteri ejus Chananæi. — Hinc *Chananæus* et *Chananæi. V.* infra.

CHĀNĀNÆI, ōrum, m. plur. 2. Hebr. *Kena'anim*, LXXX. Χαναναῖοι. — *a)* Scribitur etiam *Channanei* in *Ital. Gen.* 28. 1 (*Lugd.*). et *Priscill. tract.* 6. 88. et *Cananei* ap. *Philastr.* 17. 1. — Et in sing. *Channanæus, Chanannus* v. *Chananus* et *Chaneus.* — *b)* Prosod.: *Prudent. ham.* 409. Surgit in auxilium Chānāneos (*trisyll.)* atque agmina densat (*Alii aliter leg.)*. At *Cypr. Gall., Exod.* 209. Chānānæus habet Cetheo et junctus Amorreus. — *c)* De etymo vd. voc. præc. initio. Adde *Hieronym. nom. hebr. p.* 61. Chananæi negotiatores. Cf. *Prov.* 31. 24.

Chananæi, nom. populi, ita dicti a patre Chanaan; hinc *filii Chanaan* (*Vulg. Gen.* 28. 6. et 30. 5) et *semen Chanaan*, sed malo sensu (*Dan.* 13. 56); sumuntur autem sensu lato seu generali, aut stricto et strictissimo. ¶ 1. Lato sensu, seu generatim de posteris Chanaam. *Vulg. Gen.* 10. 18. Et post hæc disseminati sunt populi Chananæorum. Cf. *Hil. loc. cit.* ¶ 2. Stricte de incolis Chanaan. *Vulg. Num.* 13. 3 (*Ps. Orig. tract.* 11. *p.* 117). Terra Chananæorum. *et Jos.* 7. 9. Audient Chananæi et omnes habitatores terræ. *Hil.* in *Matth.* 15. 3. Chananæi fuerunt terras, in quibus nunc Judæa est, incolentes: qui, vel bello consumpti vel in loca vicina dispersi vel in servitutem devictorum condicione subjecti, nomen tantum sine patria sede circumferunt. *Isid.* 14. *Orig.* 3. 20. Judæa - prius Chanaan, a filio Cham dicta sive a decem Chananæorum gentibus, quibus expulsis eandem terram Judæi possederunt. *et Augustin. quæst. hept.* 1. 17., 6. 15. Nam - et Chananæi tamquam una gens illic septem commemorantur, et tamen universa illa terra originaliter terra Chanaan vocatur. ¶ 3. Strictissimo sensu vel quasi per pronominationem, de iis, qui partem Chanaan australem aut fortasse mari Mediterraneo propiorem incolebant. *Vulg. Gen.* 15. 21. Semini tuo dabo terram hanc - Cinæos et Cenezæos - et Amorrhæos et Chananæos etc. Adde 23. 23. et 26. — In sing. num., collective, eod. sensu. *Vulg. Gen.* 13. 7., *Exod.* 3. 8. et *alib.* — His addimus pauca — *a)* De eorum tribubus, seu populis, qui undecim enumerantur, nempe Sidonii, Hethæi, Jebusæi, Amorrhæi, Gergesæi, Hevæi, Aracæi, Sinæi, Aradii, Samaræi, Amathæi (*Gen.* 10. 15-19); quibus accedunt Pherezæi, Cinæi, Cenezæi, Raphæi, Chananæi (*Gen.* 15. 18. *sq.* et *Exod.* 3. 8), qui terram Chanaan incolebant, sed probabiliter a Chanaan non oriundi vel fort. ex iis aliqui in aliis inclusi, ut *Chananæi* pro *Sinæis* v. *Hethæis* et *Pherezæi* pro *Samaræis* (*Winer, Wörterb. v. Kanaanit.)*; hi tamen omnes, Hebræis advenientibus, in XXXI. regna divisi erant (*Jos.* 12. 24), multitudo hominum magna, fortissima, munita urbibus grandibus ac muratis (*Num.* 13. 29), sed pessimis moribus et idololatriæ addicta (Cf. *Dan. loc. cit.)*; ex quibus populis septem tempore, quo Hebræi Chanaan invaserunt, recensentur (*Act.* 13. 19., coll. *Jos. ant.* 1. 6. 2). — Communis autem opinio invaluit, Chananæos unum idemque esse cum Phœniciis: ita sentiunt *Müller, Hoefer, Movers, Kenrik, Lengerke, Renan, Hengstenberg, al.*; quod multis argumentis falsum esse demonstrare studuit cl. *Re, Arch. Bibl. Diz. II.* 528. *sqq.*, ita ut Phœnices Chananæi dicerentur per quandam, uti ajunt, extensionem: sic Chananæi aliquando Hethæi vocati sunt. Cf. supra. — *b)* De eorum lingua, quam tempore posteriore Semiticam fuisse ex multis inscriptionibus Phœniciis innotescit (V. *Schroeder, Phœnix, gramm.* Halle 1869.; *Levi, Phœnix. Wörtb.*, Breslau 1864.; *Müller, Die Semiten*, Gotha 1872); immo ab antiquissimis temporibus, ut ex nominibus urbium ac personarum Chananæarum facile infertur. Si autem in sacris libris vocatur Hebraica « lingua Chanaan » (*Is.* 19. 18), non inde sequitur Hebræos a Chananæis suam linguam esse mutuatos, sed ex eo solum, quod tempore Isaiæ Hebræorum lingua omnes utebantur, qui Palæstinam tunc incolebant. — *c)* De historia tribuum Chananæarum, de quibus haud multa referri possunt ex documentorum inopia. Certum est, tunc eas terram, earundem nomine appellatam, occupasse, quum Abraham illuc pervenit (*Gen.* 12. 6. et 15. 19-21) et hanc Deus in immanium criminum pœnam, quibus illi populi divinam iram concitaverant, Hebræis possidendam dedit (*Gen.* 12. 7.; *Ps.* 110. 5-6. et *alib.)*. Quod armis ceperat Moyses, ex Arad, Sehon et Og trans Jordanem, eo mortuo, Josue, Jordane trajecto, auxit, regionem Chanaan proprie dictam potitus, cæsis vel dispersis vel expulsis ejus incolis (*Jos.* 3. *sqq.)*, non ita tamen ut omnes solum vertere cogerentur (3. *Reg.* 9. 16-20., *Jos.* 16. 10), quorum pars, si credimus *Procopio* (*Bell. Vand.* 2. 10. *I. p.* 450) migravit in Africam. Verum is, quum sæc. V. vixerit ejusque testimonium spuriæ inscriptioni innitatur, vix fide dignus est habendus. Quin Chananæorum reliquiæ, tempore Judicum, tam valuere, ut sibi interdum suos victores subjicerent; dein vero paulatim vi Istarum legum perculsi (*Exod.* 34. 12. et 15) vel Hebræis commixti vel templo addicti, Natinæorum nomine, aliove profecti fere universi evanuerunt (*Prudent. ham.* 406. *sqq.)*. — In sing. num. *Chananæus*, adj. ad Chananæos pertinens. — 1.°) Proprie. *Vulg. Gen.* 38. 2. Homo Chananæus. *Id. Num.* 21. 1. rex. *Cypr. Gall., Jud.* 23. juventus. *et* 764. gens. *Comm. instr.* 2. 13. 3. radix, maledictum

semen. - Cypr. Gall., Gen. 460. Channanæa jugera. et 1113. regna. - Id., Jud. 411. Channana arva. - Mar. Victor. aleth. 3. 352. In Chanaas donec populorum, quos genuit Cham, intraret terras. — 2.°) Improprie — a) Pro mercatore. Vulg. Prov. 31. 15. « Sindonem fecit et tradidit Chananæo ». Phœnices enim, qui et Chananæi dicebantur, mercaturæ maxime dediti erant. — b) Pro gentili. Ps. Orig. tract. 14. p. 157. « Chananæa mulier ». De hac apud Matth. 15. 21. « Et ecce mulier Chananæa »., sc. Phœnicia « quia, ut adnotat Sales (La Sacra Bibb. comm. I. [1911] p. 69) cum aliis, incolæ Tyri et Sidonis, Phœnices appellati, erant Chananæi ». Quod nimis absolute dictum esse, ex iis liquet, quæ superius sub litt. c animadvertimus. et Augustin. in Rom. imp. 13. « Chananæa enim, hoc est Punica, mulier ». Sane Chananæorum pars, ut supra innuimus, in Africam concessere appellatique sunt Pœni, teste Augustino; at verius Pœni, non Chananæi, sed Phœnices fuerunt. — Chananæus, absolute et collectivorum more. Vulg. Gen. 12. 6. « Tunc Chananæus erat in terra »., sc. etiam tempore Abrahami illuc pergentis terræ incolæ erant Chananæi; ergo etiam quo tempore Moyses scribebat. — Chananitis (Χαναναῖτις Gr., Kenʿanith Hebr.) Ital. Gen. 46. 10 (Lugd.). Saul filius Chananitis (genet.). Vulg. Chananitidis. et Exod. 6. 15. Filius Chananitidis (cod. Amiat. Chananitidis). Hieronym. in Is. 19. 18. p. 207. Lingua Chananitide, hoc est Syra. Cf. ibid. p. 296. Lingua Chananitide, quæ inter Ægyptiam et Hebraicam media est, et Hebrææ magna ex parte affinis. — Petr. Chrys. serm. 60. Cananitis mulier.

CHĂNĀNÆUS, a, um, adject., et

CHĂNĀNĪTIS, idis, f. 3. V. voc. præc.

CHĂNĬA. V. CHAONIA.

CHĀON, ŏnis, m. 3. nom. vir. Gr. Χαών, primâ productâ, ut grammatici Græci docent, quod et latine servatum est.

Chaon, vir Trojanus, frater Heleni, Priami filii, ab Heleno per ignorantiam in venatu occisus. Hinc Serv. auct. Æn. 3. 334. Varro refert filiam Campi Campam dictam, unde provinciæ nomen (Campania in Epiro); post vero - Chaoniam ab Heleno appellatam, qui fratrem suum Chaonem, vel, ut alii dicunt, comitem, dum venaretur, occiderat etc. (Cf. Mythogr. I. fab. 41. et II. fab. 208). Virg. loc. cit. Heleno, qui Chaonios cognomine campos Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit. - Schol. Bern. Philarg. ad Virg. 9. Ecl. 13. Chaon nemus. — Chaones, um, plur. Χάονες (Acc. Chaonas, ap. Nep. Tim. 2., Claudian. 26. 135. et Sidon. carm. 5. 427) pop. Epiri Chaoniam incolens, a Chaone, ut ait Varro, appellatam, fortasse originis Pelasgicæ. Memorantur Liv. 43. 21. et 23., Justin. 17. 3. 6., al. — Hinc Chaonius, adj. Χαόνιος. Virg. loc. cit. (plerumque pro Dodonæus) — Chaonius pater, in fabulis, cognominatus Juppiter, ex quercubus glandibusque, quibus ante artem serendi vescebantur prisci, ei Dodonæ sacris. Virg. 2. G. 67. Hinc Val. Fl. 1. 303. Chaonius Juppiter. — Huc pertinent Virg. 1. G. 8. Chaonia glans. et Claudian. 3. rapt. Pros. 47. victus. i. e. esus glandium. — Inter has quercus agri Dodonæi erant columbæ ex dono Jovis fatidicæ cum una quercubus vel ipsis, quibus sæpe alludunt poetæ. Virg. 9. Ecl. 13., Propert. 1. 9. 5., Sil. It. 3. 6. 77. Cf. Lucan. 3. 180., Val. Fl. 8. 461., Stat. 6. Theb. 98. — Chaonia, æ, f. Χαονία — 1.°) Est regio montosa Epiri, antea Molossia (Serv. loc. cit.) dicta, nunc fort. Canina a castro hujus nominis. Gloss. Ἠπειρωτική: regio in Epiro, ubi templum Dodonæ(i) Jovis fuisse dicitur. Serv. ad Virg. 3. Æn. 293. In Epiro, cujus pars est Chaonia. Adde Plin. 31. Hist. nat. 7. 39. (82)., Liv. 32. 5., Mythogr. I. fab. 41. et II. fab. 208., Vib. Seq. p. 155. Dodona Chaoniæ Epiri. — 2.°) Etiam nympha. Schol. Bern. georg. 2. 115. — Chaonis, adj. f. (Χαονίς) ad Chaoniam pertinens. Ovid. 2. Ars am. 150. Chaonis ales (i. e. columba) Id. 10. Met. 90. arbor (i. e. quercus). Senec. Herc. O. 1623. Chaonis qualis loquax stat - quercus.

CHĀŎNĬA, æ, f. 1., et

CHĀŎNIS, idis, adject. f., et

CHĀŎNĬUS, a, um, adject. V. CHAON.

CHĂOS, n. Χάος, εος: cf. χαίνω (χάσκω, χάσμα Curt. Grundz.[5] 196), hio, ingens hiatus, vorago, barathrum, vastitas hians patensque in profundum (de cujus declinatione, etymo et communi notione V. CHAOS in Lexico), apud Hesiod. theog. 116. et 123. spatium vacuum, quod nempe omnia præcedit et continet, quicum Terra seu materia consistit: utrique porro Eros seu amor, sc. vis ad se cuncta trahens, motum vitamque communicat et ex utroque prodeunt Erebus seu tenebræ subterraneæ (Virg. 4. Æn. 510., Hygin. fab. præf.) ejusque soror Nox; dein Æther ex eoque Titan seu Sol et Phœbe seu Luna ac Stellæ et cum Sole Hemera seu Dies (Cf. Flach, Hes. Kosm. 11. sqq. et Peppmüller, Hesiod. p. 19. 105); poetis vero materia cæli terræque confusa Ovid. 1. Met. 3., deformis Senec. Thy. 831 (Cf. Lact. 1. 5); vel Inferi Ovid. 4. Fast. 600., Lucan. 6. 696., Senec. Med. 741., Val. Fl. 7. 402., Sil. It. 13. 439.; vel universim Obscuritas sine limite Stat. 3. Silv. 2. 92. et Prudent. cath. 5. 3. — Apud Græcos aliæ plures Chaos notiones occurrunt vel proprie accipiendæ (Hes. th. 700. et 814; Bacchyl. frg. 47., Eurip. frg. 451. N., Aristoph. Av. 192. et 1218. et Nub. 424. et 628); vel metaphorice (M. Antonin. IV. 3. τὸ Χάος τοῦ αἰῶνος = æternitas seu quod est immensum, interminabile). — De Chao videsis etiam Preller-Plew I. 32. 1.; Talbot, Myth. etc. 1890. p. 2. sqq. et Waser, PW. 3. 2112. sq.

CHĂRĂCA, indecl. (Syr. Karka' « arx » vel Gr. Χάραξ « vallum ») oppidum Palæstinæ in tribu Gad. Vulg. 2. Mach. 12. 17. - Cf. Patrizi, De cons. utr. libr. Mach., pluribus demonstrare conatur idem esse ac Datheman, sc. arcem Datheman, quasi nom. commune; at Vulg. et Peshito ut proprium agnoverunt: hod. El-Kerak v. Araq-El-Emir (Cf. Furrer, Zur ostjord. Top. in Zeitschr. d. deutsch. Pal.-Vereins, Leipz. 1890. p. 200. et Riess, Bibel-Atlas); verum de hoc nihil certi.

CHĂRĂCĒNĒ, es, f. 1. regio, quæ infra confluentem Euphratis et Tigridis sita est, a Charace oppido nominata. Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. (136). — Incolæ Characeni apud eund. 6. ibid. 28. 32. (145). — Characenus, adj. V. CHARAX. — De nummis regum hujus regionis V. Langlois in Ann. d. Ist. arch. 1861. p. 354. sq.

CHĂRĂCĒNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi Characis in Chersoneso Taurica. Plin. 4. Hist. nat. 16. 26. (85).

CHĂRĂDRUS, i, m. 2. (Χάραδρος: cf. χαράδρος, terræ fissura, alveus, fovea) ¶ 1. Est vallis in Phocide. Inscr. Rev. arch. 4. sér. IV. 1904. p. 445. n. 161 (Delphis æt. Trajani). Super vallem, quam Charadron vocant. ¶ 2. Item fluvius Argolidis. Stat. 4. Theb. 46. Quæque pavet longa spumantem valle Charadron Neris (Schol. civitas Peloponnensis, quæ Charadro fluvio iracunde teritur). Id. ibid. 712. advolvensque natantia saxa Charadrus. ¶ 3. Item oppidum Syriæ. Plin. 5. Hist. nat. 20. 18. (79).

CHĂRĀN, indecl. Hebr. Kerân « cithara »; sed Hieronym. nom. hebr. p. 45. « Charan ira vel foramen »; LXX. Χαρράν. ¶ 1. Est nom. filii Dison ex stirpe Seir Horræi. Vulg. Gen. 36. 26. et 1. Par. 1. 41. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum idem quod Charræ. V. — 2.°) Item oppidum, in medio itinere contra Niniven ab Ecbatanis. Vulg. Tob. 11. 1. — Lectio tamen nimis incerta est: Ital. (Reg. et Sangerm. 4) Charam. (Sangerm. 15) Caracha. (Cod. Gr. B) Κατάρρακ (Fritzsche, Exeg. Handb. zu d. Apokryph. p. II. 1853. p. 98). Syr. Baxri; ita ut vera inveniri nequeat (Reusch, Das Buch Tob., Frib. 1857. p. 103-104.; Gutberlet, Das Buch Tob. Munich 1877. p. 269). — 3.°) Item oppidum Syriæ. Vulg. Judith 5. 9. et Act. 7. 2., alib. Haran. — Loc. cit. Act. « Deus gloriæ apparuit - Abrahæ quum esset in Mesopotamia prius quam moraretur in Charan (Haran) etc. » non repugnat Gen. 12. 1-5., ubi dicitur Deus apparuisse Abrahæ in opp. Haran (Charan); nam ex loc. Gen. 15. 7. patet etiam in illa regione Abrahæ Deum apparuisse; ubi « dixit ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut etc. ». Quin Hebræis traditum erat anterius Deum in Ur se revelasse Abrahamo (Jos. ant. 1. 7. 1. et Phil. de migr. Abr. 17); idcirco non sponte vel suo arbitrio patria discessit, sed Dei se illi revelantis jussu.

CHĂRAX (Charace), ăcis, m., rarius f. 3. (Χάραξ) Acc. Characă et Characēn (V. infra) — Est nom. locor. ¶ 1. In Thessalia. Liv. 44. 6. Circa Lapathunta, quem Characa appellant. ¶ 2. In Chersoneso Taurica. V. CHARACENI. ¶ 3. Item Charax vel Charace, caput Characenes. Plin. 6. Hist. nat. 23. 26. (100). Juxta Characen. et ibid. 27. 31. (138). Charax, oppidum Persici sinus intimum - habitatur in colle manu facto inter confluentes dextra Tigrin, læva Eulæum - conditum est primum ab Alexandro Magno - Alexandriam appellari jusserat. et (139). Flumina id oppidum expugnavere; postea restituit Antiochus quintus regum et suo nomine appellavit; iterum quoque infestatum Spaosines - rex finitimorum Arabum - restituit nomenque suum dedit. ¶ 4. Item opp. Parthorum. Ammian. 23. 6. 43. — Characenus, incola Characis, Χαρακηνός. Plin. Hist. nat. 1. 2. ind. auct. Isidorus Characenus.

CHĂRAXUS, i, m. 2. (Χάραξος: cf. χαράσσω, sculpo, inscribo) ¶ 1. Fuit filius Scamandronymi, Sapphus poetriæ frater, qui meretricis Dorichæ (vel Rhodopis) amore correptus omnia bona sua consumpsit et inopia coactus piraticam exercuit (Cf. Herod. 2. 135. et Strab. 17. 808). De eo Ovid. 15. Her. 63. « Quasque male amisit, nunc male quærit opes ». et ibid. 117. « Gaudet et e nostro crescit mœrore Charaxus ». ¶ 2. Item unus ex Lapithis. Id. 12. Met. 272.

CHARCĂMIS, indecl. (Hebr. Karkemish « arx Chamosh »; [at Hieronym. nom. hebr. p. 64. Charchamos agnus congregatus sive agnitio, quasi sarmentum]; Assyr. Kar-ga-mish; Ægypt. Karkamisha; Gr. Χαρμεῖς, Χαρχαμύς), opp. antiquissimum Syriæ, ad Euphratem situm, satis amplum munitumque, olim caput fœderationis Hethæorum ac sedes regia et commerciis celebre. Memoratur Vulg. Is. 10. 9., Jer. 46. 2. et 2. Par. 35. 20. Hieronym. sit. et nom. p. 114. Charchamis (Charcamis B) civitas juxta flumen Euphraten. — Fuit captum a Thothmes III., rege XVIII. dynast. (Maspero, Hist. de l'Orient 1886. p. 190. et 199-200. et alib.); vastatum ab Assyriis (Cf. Is. 10. 9); postea, a. 608. et denuo a Nechao II.; mox, eo victo, a Nabuchodonosor occupatum a. 605. — Veteres scriptores (De Tudèle, Bochart, Calmet, al.) putarunt idem esse oppidum, quod Græci Κιρκήσιον, Latini Cercusium vocant, hod. Abu-Serai ad lævam Euphratis (Cf. Ammian. 23. 5); at Assyrii unum ab altero probe distinguunt, hoc Sirrhhi, illud Gar-ga-mish v. Kar-ga-mish nominando, cujus situm alii nunc Menbidj, Syr. Mabug, Gr. Hierapolis (Rawlinson, Maspero), alii Kala 'at Nadjem (Nöldeke), vel Yarabolus (Smith, Sayce, Delitzsch), vel probabilius Djirbâs v. Djerâbis (Ménant); ex titulis vero nuper effossis elucet vocabulum Charcamis duabus partibus constare, quarum una vox communis kar, i. e. arx, altera nomen dei = Kamish seu Kamosh, quasi arx Chamos (Smith). Cf. etiam Henderson in Transact. of Biblical Arch. t. VII. p. 429.

CHĂRĒS, ētis, m. 3. Χάρης: (cf. χαίρω, gaudeo, quasi gaudiosus) ¶ 1. Est nom. vir. Gr. — Memorantur — 1.°) Apud scriptores — a) Chares, Atheniensis, Theocharis filius (Xenoph. Hist. 7. 2. 18), honoratus et potens (Nep. Chabr. 3). — Ab a. 367. a. Chr., dux exercitus, Chium oppugnat a. 358. (Diod. 16. 7. 4); aliquando ob imprudentiam a patria exsul moratur Sigei (Nep. Chabr. 3); iterum tamen ab Atheniensibus præficitur copiis contra Philippum (Diod. 16. 85), Cheronææ, in qua pugna fortiter dimicans occubuit a. 338. De eo rursus Nep. Tim. 3. et Phoc. 2., et Curt. 4. 5. 22., qui narrat, ab eo Mitylenem fuisse occupatam. Cf. Arrian. exped. 3. 2. 6. — b) Chares Mitylenæus, scriptor rerum Alexandri M., cujus εἰσαγγελεύς (sc. ab admissionibus) erat. Memoratur Gell. 3. 5. 2. et Plin. Hist. nat. 1. 12. sq. ind. auct. — Ejus fragmenta collegit Hüllemann, Prag. ad Rhen. p. 114. sqq. — c) Chares, Lindius, statuarius, Lysippi discipulus (Rhet. Her. 4. 6. 9). De eo Plin. 34. Hist. nat. 7. 18. (41). « Ante omnes autem in admiratione fuit Solis

colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lindius ». Cf. Strab. 14. 652., unde scimus ei carmen, Simonidi tributum, promeruisse, ut in Anthol. Planud. 4. 82 (Palat. t. 2. p. 648), ubi pro Λάχης restituendum est Χάρης. — Alia vd. apud Plin. loc. cit. n. 44. — d) Chares Gamaliensis et Gamaliensium contra Romanos dux, memoratus Heges. 4. 3., coll. Jos. 4. B. J. 1. 4. et 9. et alib. — e) Chares, grammaticus, de quo Suston. gramm. 3. Jam in provinciis quoque grammatica penetraverat ac nonnulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia Togata, inter quos - Oppius Chares: hic quidem ad ultimam ætatem et cum jam non ingressu modo deficeretur sed et visu. — 2.°) In titulis. Corp. 6. 7913.; 14. 3744 (Tibure). et Inscr. papyr. Grenfell-Hunt-Hogarth, Fayûm towns 1900. n. 105. col. III. 9., coll. Corp. 12. 3605 (Nemausi). ¶ 2. Est etiam nom. fluvii Galliæ in Biturigibus, hodie Cher. Memoratur Venant. 7. carm. 4. 12. — Rav. p. 258. Cares. et Greg. Tur. 5. Fr. 42. Caris.

CHĂRĬĀDĒS, is, m. 3. (Χαριάδης, Thuc. Χαροιάδης) dux Atheniensium, auxilio Catinensium missus in Siciliam cum Lachete a. 427. a. Chr., ut tradunt Justin. 4. 3. 6. et Oros. 2. Hist. 14.

CHĂRĬĀS, æ, m. 1. (Χαρίας) nom. viri, qui scripsit de machinationibus. Vitr. 10. 13. 3. A quo (sc. Polyido Thessalo) receperunt doctrinam Diades et Charias, qui cum Alexandro M. militaverunt. — Id. 7. præf. 14. habet Charidas.

CHARIBERTUS v. Chariberthus (i. e. fortis-illustris), i, m. 2. nom. regis Francorum. Freg. Tur. 4. Fr. 3. et sæpe. — Ad eum Venant. carm. 6. 2., coll. v. 19. Charibercthus.

CHĂRĬCLĒS, is, m. 3. (Χαρικλῆς: a χάρις, gratia, venustas, et κλέος, gloria, fama, quasi venustatis v. gratiæ famam habens) medicus Tiberii imp. Tac. 6. Ann. 50. — Sueton. Tib. Chariclen (acc.). Corp. 6. 10664, Charicleti (dat.).

CHĂRĬCLĪTUS, i, m. 2. (Χαρίκλιτος, gratia inclitus) præfectus classis Rhodiorum, a. 190. a. Chr. Liv. 37. 23. et 24.

CHĂRĬCLŌ, us, f. (Χαρικλώ, οῦς) nympha quædam, filia Apollinis, uxor Chironis, cui Ocyrhoen peperit, teste Ovid. 2. Met. 636., coll. Pindar. Pyth. 4. 182. V. Schol.

CHĂRĪDĒMUS, i, m. 2. (Χαρίδημος, gratiosus populus) Caridemus, omissa aspiratione, ap. Cæl. Aur. loc. cit.

Charidemus ¶ 1. Speciatim. — 1.°) Fuit Atheniensis civis, Alexandro M. infestus et ob id Athenis ejus jussu expulsus, Dareoque, Persarum regi, suasor ut bellum Alexandro inferret; sed ob nimiam oris libertatem dein ab ipso necatus a. 333. a. Chr. Curt. 3. 2. 10., coll. Arrian. exped. 1. 10. et Diod. 17. 30. — 2.°) Item Chius trierarchus, qui ob fanum a Verre spoliatum contra eum causam dixit, teste Cic. 2. Verr. 20. 52. — 3.°) Item medicus, sectator Erasistrati, laudatus Cæl. Aur. acut. 3. 18. 118. — 4.°) Item maledicus quidam, jussu Domitiani ab apro dilaniatus, ut arguitur ex Martial. 1. 44., qui et alia epigrammata in eum scripsit, nisi poeta ficto nomine usus est ad aliquem sui æqualem mordendum. — Charidemi promontorium, ad extremam Hispaniam Tarraconensem, hod. cap de Gata, memoratur a Ptol. 2. 4. 7., sed a nullo, quod sciam, Latino scriptore. ¶ 2. Generatim, in titulis nom. vir. Corp. 6. 14716. — Caridemis, idis, nom. mul. ibid. — Transiit in cogn. Inscr. Notiz. degli scavi 1901. p. 529 (Norbæ).

CHĂRĪDĬA, æ, f. 1. nom. nymphæ, a Jove compressæ, unde Alchanus ortus est. Rufin. recogn. 10. 21. — In titulis. Corp. 6. 3106. habetur Charidia sive Charidea, fort. idem nomen.

CHĂRĬEN, entis, n. 3. fluvius Ponti in Colchide. Plin. 6. Hist. nat. 4. 4. (14). Inde aliud flumen Charien. — Tab. Peut. 11. Cariente., Rav. p. 76. Charientis. et p. 78. Chariuntas. — Sic Charians, m. 3. (Χαρίεις) in Inscr. apud Momms. n. 4124., ubi legitur CHARIE, mutilum, ut videtur, pro Charies (Chariens). — Chariessa, cogn. mul. (Χαρίεσσα). Corp. 6. 16069. — In his est adj. Gr. χαρίεις, εσσα, εν, gratiosus, a, um, latine redditum.

CHĂRĪLĀUS, i, m. 2. (Χαρίλαος, gratiosus populus) vir princeps Palæpolis in Magna Græcia, qui socius Samnitium contra Romanos frustra dimicans oppidum Publilio Philoni tradidit a. 326. a. Chr. Liv. 8. 25. et 26. — Charilās (Χαρίλας) pro Charilaus, Dorica forma, nom. lib. Front. p. 118. N. Cf. Arcesilas. — Charillus, nom. vir. (Χάριλλος), celeber filius Polydectis, fratris Lycurgi, cui, ad adultam ætatem quum pervenisset, ille summa fide regnum restituit. Justin. 3-2., coll. Herod. 8. 131. et Paus. 2. 36. 4.

CHĂRILLUS, i, m. 2. V. voc. præc.

CHĂRĪMANDER, dri, m. 2. (Χαρίμανδρος) astronomus quidam, laudatus, Senec. quæst. nat. 7. 5. 2., qui de cometis scripsisse traditur.

CHĂRĪNUS, i, m. 2. (Χαρῖνος) et Carinus, sine aspiratione, aliquando, nom. vir., quod in cogn. transiit Corp. 9. 5752.; 11. 644. — Apud auctores occurrunt — 1.°) Archon Atheniensis a. 308. a. Chr. Senec. ep. 18. « In his epistulis - quas Epicurus scripsit Charino ad Polyænum ». Rectius Καίριμος: cf. Dittenberger, PW. suppl. I. 284. — 2.°) Persona fabularum: Plaut. Merc. 128. Pseud. 712., al. et Ter. Andr. 305. al. et Heut. 733. Cf. K. Schmidt, Hermes 37 (1902) p. 183. — Item persona ficta, ap. Martial. 1. 77. 1. sqq.; 4. 39. 10. et alib. — Item puer delicatus, ap. Apul. apol. 9 (= carm. frg. 3) 10. Quod, cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critiam appellitarim.

CHĂRIS, itis, idis et is, f. 3. (Χάρις, ιτος, gratia, venustas) Cf. Charite, Charito, Charitinus. — a) Scribitur Caris, sine aspiratione, Fulg. loc. cit. et Corp. 6. 36143.; 9. 37050. etc. — Karis item C. 6. 18235. — b) Declin. genet. Charidis in Corp. 6. 27365. — Charitis in Inscr. Ephem. epigr. VIII. n. 200. et alib. — Charis in C. 6. 18308. — Dat. Charidi in C. 6. 7290. etc. — Chariti in C. 6. 14722. — Carini in C. 6. 27162. et 3. 2705. — Acc. Charin apud Tertull. loc. cit. et Charita ap. Plin. loc. cit. sub 1. — Genet. pl. Charitum in Carm. epigr. 458. et Chariton apud Lucr. loc. cit. — Dat. Charisin ap. Propert. 4. 1. 75. — c) Etymon ducitur a rd. χαρ, unde χάρα, sc. gaudium, gratia, venustas; vel a Skr. har, lucere (Sonne, Kuhns Ztschr. X. 96. sq., coll. Usener, Götternam. 131. sq.). Ceterum plura dabit H. Steph. in Thes. L. Gr. ad v.

Charis ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Est dea v. Gratia apud Latinos. — a) In sing. num. — α) Generatim. Senec. 1. Benef. 3. in fin. Thalia apud Hesiodum Charis est, apud Homerum Musa. V. integr. loc. (Cf. Hom. Il. 18. 382., ubi uxor Vulcani dicitur) Plin. 35. Hist. nat. 10. 79. (36). Deesse illam suam Venerem dicebat, quam Græci Charita vocant. Adde Capell. 9. p. 301. — β) Speciatim dea gnostica. Tertull. adv. Val. 7. Tamen quem solum volunt deum, dant ei secundam in ipso et cum ipso personam Ennœam - quam et Charin et Sigen insuper nominant (Valentiniani). et Iren. 1. 1. 1. Cum ipso (sc. Bytho deo) autem fuisse et Ennœan, quam etiam Charin et Sigen vocant. et 1. 29. 2. (Apud Barbeliotas) de Thelemate rursus et æonia Zoe quattuor emissiones - Charin, Thelesin, Synesin, Phronesin. — b) In plur. num. sæpe, Charites, deæ (Χάριτες), v. etiam Gratiæ, i. e. Thalia, Euphrosyne, Aglaia (Rufin. 10. Clem. 21). Auson. 336. 19. Tres sunt Charites. Id. 121. 1. Tres fuerant Charites, sed dum mea Lesbia vixit, quattuor. Lucret. 4. 1162. Parvula, pumilio, Chariton mia dicitur (Χαρίτων μία). Fulg. myth. 2. 1. Veneri tres adjiciunt Carites, duas ad nos conversas, unam a nobis aversam, quod omnis gratia simplex sit, duplex redeat. Tertull. cor. 7. Hoc primum caput (Pandoræ) coronatum est a Charitibus. — Scriptores varia de harum origine fabulantur, quas tradunt Jovis filias ex Hermione, Oceani filia (Senec. 1. Benef. 4. 5); vel Dionysi ex Aphrodite (Serv. ad Virg. 1. Æn. 720., coll. Diod. 5. 72. 5); vel Eteoclis (Apollod. narr. 77., coll. Theocr. 16. 104); vel Lethes (Eustath. Il. 982. 45); vel Erebi et Noctis (Cf. Cic. 3. Nat. D. 17. 44) etc.: item de nominibus aliis apud alios pro diversis locis, quæ sunt Auxesia et Damia Epidauri, Æginæ, Spartæ; Auxo, Thallo, Karpo Athenis, Eukleia, Eunomia et Pasithea pro Thalia etc. (Mythogr. III. fab. 11., Hygin. fab. 183., Paus. 1. 14. 5) etc. Cf. Peter in Roschers Lex. I. 943. sq.; Mannhardt, Ant. Wald und Feldkulte 245. sq.; Usener Göttern. 129.; Preller-Robert, Gr. Myth. 4. I. 509.: item de earum cultu in Thessalia (Roscher, op. cit. II. 1388. sq.), in Bœotia (Hesiod. frg. 63. K. = Schol. Pind. Ol. XIV. 1.: cf. Müller, Orchom. 178), in Phocide (Schol. Pind. Ol. XIV. 10., coll. Nem. VI. 42., frg. 90 Bergk), in Attica (Paus. 1. 22. 8.; 9. 35. 2. sq., coll. Pind. Pyth. II. 19), in Argolide (Paus. 2. 32. 2.: cf. Imhoof-Blumer, Monnaies gr. 177), in Arcadia (Paus. 8. 34. 2. sq.: cf. Röhl I. G. A. 94), in Laconia (Paus. 3. 14. 6.: cf. Usener 130), in Messenia (V. Röhl 74), in Elide (Paus. 5. 14. 10., coll. Schol. Pind. Ol. V. 10), in Italia inferiore et Sicilia (Pind. Pyth. VI. 1., coll. Stesichor. frg. 37. B), in insulis Creta, Naxo, Ægina, Thaso etc. (Herod. 5. 83., Alc. frg. 62., Sappho frg. 60. et 65. B., Apoll. Rhod. IV. 423. sq., Pind. Ol. VII. 93.: cf. Brunn-Bruckmann, Denkm. d. gr. u. röm. Sculpt. 61. et Jacobs, Thasiaca: Diss. 1893). — De operibus veterum artificum vd. Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (32).; ex his vero, quæ supersunt, plura illustrantur a Winckelmann, Opp.; Baumeister, Denkmäler I. 208. sq.; Heydemann, Vas.-Kat. Neap. 316.; Brunn-Bruckmann et Imhoof-Blumer opp. cit. — Alia videsis in v. GRATIÆ. — Hinc Charitia, cogn. vir. Corp. 6. 975 b. — Charite (Carithe), nom. mul. C. 6. 8761. — Charitana, nom. mul. Pass. Just. phil. 3. — Charito v. Cartho, nom. vir. Gr. serv. v. lib., Χαρίτων, in Inscr. Not. degli scavi 1907. p. 123 (Ostiæ)., Corp. 6. 22826. etc. Adde Charitonianus, Charitinus (a), Charitenus, Charitelea, Carius, Charitius, Charitiosus, Charitoa, in Corp. passim — 2.°) Item fluvius. V. CHARES. ¶ 2. In titulis — a) Est nom. mul. Corp. 6. 4377 (in mon. lib. Drusi), 5362., 8198. etc. — b) Etiam nom. vir. Corp. 12. 3605 (Nemausi) HABETVSAE CHARIS CONTVBERNAL., nisi est CHARES.

CHĂRĪSĬUS, ii, m. 2. (Χαρίσιος) nom. vir. Gr. Carisius, sine aspiratione, in Inscr. Helv. apud Momms. n. 343 (11). Sic Inscr. gr. Rom. Cagnat I. 1203 (Thebis Æg., in crure Memnonis, a. 122) Δούκιος-Χαρείσ(ι)ος. — Carisius in Corp. 6. 5777.

Charisius ¶ 1. In litteris memorantur — 1.°) Rhetor Atticus, de quo Cic. Brut. 83. 286. Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam etc. Quintil. 10. 1. 70. Nec nihil profecto viderunt qui orationes, quæ Charisii nomini addicuntur, a Menandro scriptas putant. — 2.°) Præses Syriæ a. 290. sub Diocletiano et Maximiano, in Cod. Just. 9. 41. 9., qui in Dig. 50. 4. 18. Arcadius Charisius dicitur et, ut cl.° De-Vit videtur, ibid. 1. 11. 1., plenius Aurelius Arcadius Charisius, magister libellorum, JCtus magnæ auctoritatis, auctor libr. sing. De officio pr. pr., De muneribus civilibus et De testibus (ibid. 22. 5. 21). Puto tamen duos fuisse ejusdem cognominis, sed nomine et munere probe distinguendos, quorum alter sub Constantino imp. floruisset (Dig. 1. 11. 1.: cf. Zimmern, Gesch. d. R. Priv.-R. L.-G. § 404. 1. et Krüger, Qu. u. Litt. d. R. R. 228). — 3.°) Legatus Augusti, præn. Publius, pro prætore in Lusitania a. U. C. 729., quo et Astures debellavit et Lanciam cepit, teste Flor. 4. 12. 56. et Oros. 6. Hist. 21., coll. Dion. 53. 25. et 54. 5. — Ejus nummos, Emeritæ cusos, omisso præn. Publius, vd. apud Eckhel 6. p. 92. et 98. — 4.°) Grammaticus Latinus, sæc. IV., cujus integra appellatio legitur ap. Rufin. De comp. et de metr. orat. p. 580. Helm., sc. Fl. Charisius Sosipater (ubi quæstio, utrum sit de gente Flavia, an Charisia, solvi potest, si Fl. præn. ortum est, mutato vocabulo, a Flaviano gramm., cujus loci verbatim leguntur ap. Charis., uti censet Riese), non ex Campania, ut quibusdam videtur (Gramm. II. 215. 23. K.), sed potius ex Africa, sede Romam translata (Hieronym. chron. ad a. 2375-859., coll. Usener in Mus. Rhen. XXIII. p. 492. sq.): ita se ipse nominat in op., suæ grammaticæ præm.: « Fl. Sosipater Charisius V. P. (sc. Vir Perfectissimus), magister Urbis Romæ, filio Karissimo s. d. - Amore latini sermonis obligare te cupiens - artem grammati-

cam sollertia doctissimorum virorum politam et a me digestam in libris V dono tibi misi etc. » Hi porro viri fuere Palæmon, Julius Rom., Cominianus, etiam Scaurus aliique (V. *Christ* in *Philolog. XVIII. p.* 127, et *Keil, Gramm. lat. I. p. XLV. sqq.*), quorum locos immutatos exscripsit, opusque parum diligenter ac scite confecit (V. *Hertz* in *Mus. Rhen. XX. p.* 320), quod ad nos mutilum pervenit, ex parte restitutum *Excerptis Bobiensibus* sæc. VII. vel VIII., a *Keil* in *vol. I. Gramm. Lat. p.* 533-565. insertis (Cf. *ib. p. XVIII. sq.*), non omnino tamen ad Charisium pertinentibus, et *Excerptis Parisinis*, de quibus vd. *Keil loc. cit. p. XVIII. sq.* et ex codd. Bernensi, Leidensi et Sanctamandino *(Ibid. p. XIX-XXII)*. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. *Corp.* 6. 2726.; 4002 *(in mon. Liviæ)*. — *Charisia*, nom. mul. *Corp.* 14. 3832 *(Præneste)*. — Hinc *Charisianus*, cogn. vir. *Corp.* 15. 3876. Adde *Martial.* 6. 24. 1. et 11. 88. 2. — Cf. *Charistus*, cogn. vir. Gr., Χάριστος *(Hieronym. chron. loc. supra cit.)*. et *Corp.* 6. 22632. et 5. 2903 *(Patavii)*. — *Charistosa*, cogn. mul. *Corp.* 12. 300 *(Fori Julii)*.

CHARMĀDĀS, æ, m. 1. (Χαρμάδας: cf. χάρμος, *lætabundus*) confusus cum *Carneades* in multis libris. — Acc. *Charmadam* et *Charmadan*; abl. *Charmada* et *Charmade*.

Charmadas ¶ 1. Fuit pictor Græcus, pictoribus monochromatum antiquissimus, incertæ patriæ et ætatis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (56). ¶ 2. Item philosophus Academicus, discipulus Carneadis (Χαρμίδας v. Χαρμίδης). *Cic.* 1. *Orat.* 11. 45 *(loquitur Crassus)*. Audivi - summos homines, cum quæstor - venissem Athenas, florente Academia - quod eam Charmadas et Clitomachus et Æschines obtinebant. *Id.* 2. *Acad. (pr.)* 6. 16. E quibus *(Carneadis discipulis)* industriæ plurimum in Clitomacho fuit - ingenii non minus in Hagnone, in Charmada eloquentiæ. *et* 2. *Orat.* 88. 360. Summos homines et divina prope memoria - Athenis Charmadam, in Asia - Scepsium Metrodorum. Adde *Quintil.* 11. 26. et *Fortun. rhet.* 3. 13. ¶ 3. Item Atheniensis philosophus (Χαρμίδας), Socratis discipulus, filius Glauconis, de quo *Macrob.* 7. *Sat.* 1. 13. Ea cena, quam Callias doctissimis dedit, Charmadam dico etc. Cf. *Xenoph.* in *convio.* 1. 3. 3. et *alib. Memor.* 3. 6. 1. et 7. 1. et *Hist.* 2. 4. 19. ¶ 4. Errore, pro *Chremonides*, ap. *Frontin.* 3. *Strat.* 2. 11. Occiso Charmade Ptolemæi regis præfecto.

CHARMANDER, dri, m. 2. (Χάρμανδρος) astrologiæ scriptor. *Senec.* 7. *Nat.* 5. 3. Charmander (Carmander *pars codd.*) quoque in eo libro, quem de cometis composuit.

CHARMANĪDĒS, is, m. 3. pictor Græcus, discipulus Euphranoris, ap. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (146)., ubi *Charmantides* leg. *Sillig.* cum *Keilio* e Græco Χαρμαντίδης; ceterum Mss. habent *Charmanides* v. *Carmanides*, ut *Rossbach* adfirmat.

CHARMĒNĬŌN, onis, m. 3. (Χαρμενίων) nom. vir. Gr. *Martial.* 10. 65. 15. desine me vocare fratrem *(sc.* mollem et effeminatum, quo sensu sæpe reperitur ap. *Petron.)*, ne te, Carmenion, vocem sororem *(sc.* qui magis femina quam vir videris).

CHARMI. *V.* CHARMITÆ.

CHARMĪDĒS, is, m. 3. (Χαρμίδης) nom. vir. frequens apud Græcos: a χάρμα sive χάρμη, *lætitia*. — Genet. *Charmid(e)i*, ap. *Plaut. Trin.* 359 *(Wackernagel, Archiv XIV.* 5). — Acc. *Charmidem* ap. *eund. ibid.* 960., 982. etc. — Voc. *Charmidē*, ap. *eund. ibid.* 617. codd. et *Cic. loc. cit.* — Abl. *Charmide* ap. *eund. Rud.* 568., *Trin.* 997. ¶ 1. Charmides, philosophus, ap. *Cic.* 5. *Fin.* 31. 94. « Arcesilas dum arderet podagræ doloribus visitassetque hominem Charmides *(B,* Carneades *celt. codd.)*, Epicuri perfamiliaris et tristis exiret: mane, quæso, inquit, Charmide noster etc.». — Titulus dialogi Platonici *Prisc. gramm. III.* 263. 15. ¶ 2. Fuit etiam — *a)* Nom. serv. *Corp.* 5. 7239. — *b)* Persona fabularum Plautinarum. *Plaut. Rud., Trin.*: cf. *Schmidt, Hermes* 37 (1902) *p.* 183. Hinc jocose ficta *charmido* et *recharmido* ap. *Plaut. Trin.* 977. Tu te, itidem ut charmidatus es, rursum recharmida.

CHARMIS, idis, m. 3. (Χάρμις) medicus Massiliensis ætatis Neronianæ. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 5. (10). Repente civitatem Charmis ex eadem Massilia invasit, damnatis non solum prioribus medicis, verum et balineis frigidaque etiam hibernis algoribus lavari persuasit.

CHARMĪTÆ, ārum, m. plur. 1. familia de stirpe Ruben, cujus filius Charmi *(Gen.* 46. 9). Legitur *Vulg. Num.* 26. 6., Gr. δῆμος τοῦ Χαρμί (Hebr. *Karmî*, i. e. vinitor).

CHARMŎSȲNĒ, es, m. et f. 1. (Χαρμόσυνος et Χαρμοσύνη, *lætitia* abundans) nom. vir. et mul. — *Carmosyne*, sine aspir., in *Corp.* 6. 14002. etc. — *a)* De viris. *Corp.* 6. 4020. — *b)* De mulieribus. *Corp.* 6. 5775.

CHĀRON, ontis et ōnis, m. 3. (Gr. Χάρων, Etr. *Charun*) *Caron*, sine aspir., sæpe in *codd.* — Sing. genet. *Caronis* hab. *Nep. Pelop.* 2. et *Culex* 216. — *Charontis*, ap. *Capell.* 2. *p.* 36. — Dat. *Charoni*, in *Corp.* 8. 8992. — Acc. *Charonem*, ap. *Schol. Juvenal.* 3. 266., *Fulg. myth.* 1. *præf. p.* 9. — *Charona*, ap. *Coripp. Joh.* 4. 325., *Paul. Nol. carm.* 31. 477 (Charonem *pars codd.*), *Pomp. gramm. V.* 155. 21. — *Charonta*, ap. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 273. — Voc. *Charon* in *Carm. epigr.* 1109. 22. — Abl. *Charone*, ap. *Fulg. Virg. cont. p.* 98. — *Charonte*, ap. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 408. — Plur. nom. *Charontes* est *Pomp. gramm. V.* 155. 24. — Vocabulum quidam ducunt a χαίρω, *gaudeo*, ut *Eustath. p.* 16. 34. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 299., κατὰ ἀντίφρ. quasi ἀχαίρων, Acharon); vel quia Charon animas transferat ad sedes beatas. Alii vero aliter interpretantur, ut *Fulg. loc. cit.* « Acheron - græce sine tempus dicitur, Caron vero quasi c(e)ron id est tempus, unde et Polidegmonis filius dicitur». — Contra *Diod.* 1. 92. 96. putat Ægyptiam esse vocem, quæ proprie portitorem significet: cf. *Curtius, Ionier* 19. 50. et *Krüger, Ch. u. Thanatos* 5. Denique *Lehrs, Pop. Aufs.* 288.: « Χάρων est forma breviata τοῦ χαροπός, *sc.* (fero) fulguranti v. scintillanti adspectu v. oculo (Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 298. « stant lumina flamma » *et Dante, Inf. III.* 109 « Caron dimonio con occhi di bragia »). V. *Charops* et *Charopus*.

Charon ¶ 1. Est portitor inferorum, Erebi filius, Demogorgonis nepos, quem animas mortuorum per tria Inferni flumina, Acherontem, Stygem et Cocytum ad ripam adversam cymba transvehere fabulantur describuntque *Virg.* 6. *Æn.* 295. *sqq.* et *Senec. Herc. F.* 764. *sqq.* Usurpatur — 1.°) Proprie. *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 43. Tum Charon tum Cerberus di putandi. At id quidem repudiandum. *Sil. It.* 13. 761. vectat - capaci Agmina mole Charon. *Apul.* 6. *Met.* 18. Flumen mortuum - cui præfectus Charon, protenus expetens portorium - nec Charon ille - quicquam gratuito facit. *Paul. Nol. carm.* 31. 477. Terrentemque umbras tristi squalore Charontem. — Epitheta et attributa: *Senec. Œd.* 167. durus. *Id. Herc. F.* 771. dirus. *et* 764. horridus. *Stat.* 6. *Theb.* 477. et 478. Janitor Lethes impavidus. *Tibull.* 1. 10. 36. navita turpis. *Val. Fl.* 1. 814. niger. *Petron.* 121. porthmeus. *Horat.* 2. *Od.* 18. 34. Orci satelles. *Corrip. Joh.* 4. 325. senex. *Senec. Herc. F.* 765. squalidus. *Stat.* 11. *Theb.* 588. sulcator Averni. *Juvenal.* 3. 265. teter. *Carm. epigr. B.* 1109. terribilis fronte. — Quum Herculem ad Inferos degressum ejus minis territus transvexisset, anno integro in compedibus detentus fuit, ut refert *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 392. — Obolum in mortuorum os ingerebant veteres, ut illud Charonti pro naulo offerrent; secus enim repudiabantur, cujus fabulæ originem narrat *Diod.* 1. 92. *sqq.* Huc alludit *Apul. loc. cit.* — 2.°) Tropice de homine horridi vultus sævique animi. *Apul. apol.* 23. *in fin. (de Æmiliano)*. Unde tibi potius quam ob istam teterrimam faciem Charon nomen est. Adde *eund. ibid.* 56. — *Prudent. ham.* 502. Ipse Charon mundi, numen Marcionis, ipse Qui regit aerio vanas sub sole tenebras. — In artis monumentis imago Charontis illustratur *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. I.* 4. *p.* 224. et *sqq. Tab. XXXV.* et in *Bull.* et *Ann. dell' Ist. arch.* V. etiam *Müller-Wieseler, Denkm. II. Fl.* 69., 869., 71.; *Mylonas, Bull. hell. I.* 1877.; *Duhn, Arch. Ztg. XLIII.* 1885., 1. *sqq. z. Tf. I-III.*; *Arch. Jahrb. II.* 1887. 240. *sqq. z. Ant. Denkm. I.* 23.; *Philadelpheus* 'Εφημ. ἀρχ. *III.* 1896. 131 *sqq.* ¶ 2. Item chronographus Lampsacenus sæc. V. a. Chr. *Tertull. anim.* 46. Hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit (Cf. *Schwartz, PW. IV.* 2179). ¶ 3. Item Thebanus, qui cum Pelopida conjuravit. *Nep. Pelop.* 2. Duodecim conjurati domum Charonis deverterunt, a quo et tempus et dies erat datus. Cf. *Plut.* in *Pelop.* 9. ¶ 4. Charon Naucratites historicus, cujus commentaria in Apollonium Rhodium memorat *Apul. orthogr.* 2. — De eo *Müller* in *Hist. Gr. Frg. I. p.* 360. — Deriv.: *Charoneus*, adj. (Χαρώνειος) ad Charonem priorem vel potius ad Inferos pertinens, ut *Charonea spiracula* ap. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 48. 95. (208)., *sc.* quædam terrarum scrobes, mortiferum spiritum exhalantes et vitam hominibus, si diutius hauriant, eripientes. Ea *Galen. l.* 7. *de usu part.* Χαρώνεια βάραθρα vocat. — *Charonarius*, adj. ut *Charonaria prætura* in *Cod. Theod.* 6. 4. 17 (a. 370). Alii tamen aliter legunt, nullam interpretationem adferentes.

CHARONDĀS, æ, m. 1. (Χαρώνδας) celeber legum lator apud Catinenses aliosque populos. *Thurius* a *Val. Max.* 6. 5. *ext.* 4., sed *Catinensis* dictus *Aristot. polit.* 2. 12. aliisque. Laudatur *Cic.* 1. *Legg.* 22. 57. Nec Lycurgi leges neque Solonis neque Charondæ neque Zaleuci nec nostras duodecim tabulas etc. Adde *eund.* 2. *ibid.* 6. 14. et 3. *ibid.* 2. 5. *Senec. ep.* 90. Zaleuci leges Charondæque laudantur. — Ejus nunc dumtaxat fragmenta exstant, de quibus vd. *Mullach* in *Frgm. Philos. Gr. v.* 2. *p. XXXV. sqq.* Cf. etiam *Joh. Stob. floril. XLIV.* 40 *(v. II. p.* 180. *sq. Meineke)*, apud quem est quædam introductio, Dorica dialecto scripta, in leges Charondæ (Χαρώνδα Καταναίου προοίμια νόμων). — De Charonda videsis *Gerlach, Zaleuch, Charond. et Pythag.* (Basel 1858) 77. *sq.*, coll. *Holm., Gesch. Sicil. I.* 153. *sq.* et 401.

CHĀRŌNĒUS, a, um, adject. *V.* CHARON.

CHĀRŎPA et

CHĀRŎPĒIUS, a, um, adject. *V.* CHAROPS.

CHĀRŎPĪNUS, i, m. 2. (Χαροπῖνος) nom. vir. Gr. *Martial.* 5. 50. 1. et 5. 50. 6. et *Corp.* 6. 7603.

CHĀROPS, ŏpis, m. 3. (Χάροψ, οπος, i. e. *lætitiam* afferens *oculis*, aut *læto* v. *lucenti ore* v. *oculo)*.

Charops ¶ 1. Est nom. pers. — Rex Symes, pater, ex nympha Aglaia, Nirei ad Trojam profecti, pulcritudine valde laudati. *Hygin. fab.* 97. et 270. (Charopus *alii leg.*). — Item Trojanus, Hippasi filius, ab Ulixe interfectus (Cf. *Hom. Il.* 11. 426). *Ovid.* 13. *Met.* 260. — Item archon decennalis Athenis primus a. 752-743. a. Chr., teste *Hieronym. chron.* a. Abr. 1264. Athenis - in X. annos magistratuum consuetudo versa est regnavitque primus Charops, filius Æschyli. Adde *Vellej.* 1. 2. 3. et 8. 3. — Item Princeps Epirotarum *(Charopus* ap. *Liv.* 32. 6), Romanorum adjutor in bello contra Philippum, a. 199. a. Chr. *Liv. loc. cit.* et *Aur. Vict. vir. ill.* 511 (ubi *Charopa* vocatur). — Hinc *Charopeius*, adj. Χαροπήιος. *Stat.* 5. *Theb.* 159. Charopeia conjunx *(sc.* Polyxo). ¶ 2. Est etiam canis Actæonis. *Hygin. fab.* 181. Cf. ACTÆON.

CHĀRŌPUS, i, m. 2. (Χάροπος) rex Molossorum, alibi *Arrybas* et *Tharrybas*. *Jul. Val.* 1. 46 *(precatio Alexandri)*, Charopus hic, Molossorum regni potitus, auctor exstitit stirpis nostræ.

CHARRA v. Carra, æ, f. 1. oppidum Arabiæ. *Mela* 3. 80.

CHARRAN. *V.* CARRÆ et HARAN.

CHĀRYBDIS, is, f. 3. (Χάρυβδις, εως, *Ion.* ιος) nom. geogr. — *a)* Orthogr.: in codd. legitur *Car-Kar-*, *-ibd-ypd-*, *-ipt.* — *b)* Declin.: Genet. *Charybdis*, ap. *Prisc. gramm. II.* 137. 4. « Romani quoque illos *(Græcos)* secuti non dicunt hujus Charybdidis sed hujus Carybdis. Sic *Mela* 2. 115., *Serv. auct. Æn.* 3. 622., *al.* — Acc. *Charybdin*, ap. *Prisc. loc. cit.* 327. 21., *Virg.* 3. *Æn.* 684 *(pars codd.)*, *Horat. ars* 145., *Auson.* 456. 7., *Lucan.* 4. 461., *Sil. It.* 2. 308., *al.* — *c)* Etymon: Vox græce est vortex v. vasta ac profunda vorago, ab absorbendis navibus facta « παρὰ τὸ εἰς χάος ῥᾶον ὑποδύνειν τὰ σκάφη » *Hesych.* Hinc *Strab.* 6. 275. Χάρυβδιν dicit locum Syriæ inter Apamæam et Antiochiam, in quo fluvius Orontes absorptus post XL. stadia rursus emergit. Alii, qui Hebraicis originibus delectantur, haud inepte trahunt a v. *Hhûr-'abdân* « caverna perditionis »; alii vero a κρύπτω (καλύπτω), ut *Curtius, Grundz.* 529., *sc. abdo, tego*, quod proprium barathri v. profundæ voraginis est (Cf. *Sall. loc. cit.*); alii denique aliunde, ut *Düntzer, Döderlein, Pott, Graff*, quos sequi parum vel nihil prodest.

Charybdis ¶ 1. Est gurges Siciliæ seu vasta profunditas in freto Siculo prope Messanam, hodie quoque *Cariddi* appellata, ubi « vorticosum mare depressis ad imum fluctibus et vicissim in miram altitudinem contortis, magnum navigantibus periculum facessit, navigia absorbens et absorpta longe revomens: quod tamen non nisi flante vehementius austro accidere ex *Senec. cons. ad Marc.* 17. et *ep.* 79. colligitur », ut ait *Forcellin.* Memoratur — 1.°) Proprie. *Sall. hist. fragm.* 4. 28. Charybdis, mare verticosum, quod forte illata navigia sorbens gurgitibus occultis milia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit, ubi se laniata naufragia fundo emergunt *(Gloss.* mare vertiginosum, qui naves absorbet; mare vertigosum; vertigo maris; mare verticosum). *Lucret.* 1. 722. Hic est vasta Charybdis et hic Ætnæa minantur Murmura. *Cic.* 2. *Phil.* 27. 67. Quæ Charybdis tam vorax quam M. Antonius? Charybdim dico? quæ si fuit, animal unum fuit (Cf. *Paneg.* 12. 26). *Manil.* 4. 421. Modo quod portus erat pelagi, jam facta Charybdis. Adde *Virg.* 3. *Æn.* 684. et *alib.*, *Ovid.* 4. *Fast.* 499. et 5. *Trist.* 2. 73., *Horat.* 1. *Od.* 27. 19., *Lucan.* 1. 547., *Sil. It.* 14. 256., *Stat.* 3. *Silv.* 2. 85., *Juvenal.* 5. 102. et *Hom. Odyss.* 11. 235. *sqq.* — Charybdis et Syrtis: *Catull.* 64. 156. quænam te genuit-leæna - quæ Syrtis - quæ vasta Charybdis? Sic *Ovid.* 8. *Met.* 121. Non genetrix Europa tibi est sed inhospita Syrtis - austroque agitata Charybdis. Adde *eund.* 2. *Am.* 16. 25. et 4. *Pont.* 14. 9. — Charybdis et Scylla: *Virg.* 3. *Æn.* 420. Dextrum Scylla latus, lævom implacata Charybdis obsidet etc. *Horat. ars* 145. Antiphaten Scyllamque et cum Cyclope Charybdin. Adde *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 27., *Senec. Med.* 408., *Mel.* 2. 115., *Sil. It.* 14. 474., *Claudian. carm. min.* 30. 20. — Hinc illud proverb. auctoris incerti « Incidit in Scyllam qui vult vitare Charybdim » dictum de iis, qui volentes periculum minus vitare in majus incidunt: *fuggir l'acqua sotto le grondale* (Cf. *Gualtier de Lille* in *Alexandreide)*. — Epitheta: *Lucan.* 1. 547. Ch. atra. *Ovid.* 14. *Met.* 75. avida. *et Rem. Am.* 240. dira. *Senec. dial.* 6. 17. 2. fabulosa. *Ovid.* 7. *Met.* 63. inimica ratibus. *et* 13. *ibid.* 730. inrequieta. *Culex* 332. Zanclæa *(al.* metuenda). *Senec. Thy.* 581. rapax. *Juvenal.* 15. 17. vasta. *Paneg. Messall.* = *Tibull.* 4. 1. violenta. — 2.°) Translate — *a)* De voraginibus lacunisque. *Ætn.* 107. Introrsus spatio vocat acta Charybdis. *Prudent. apoth.* 747. quæ tam vicina Charybdis Regna tenebrarum tenui distantia fine Præceps immensa Charybdem. — *b)* De hominibus luxuriosis, avaris, rapacibus. *Capell.* 5. *p.* 166. Nec longe petita debent esse translata, ut si dicas « luxuriosam Charybdim ». *Cic.* 3. *Orat.* 41. 163. Videndum est, ne longe simile sit ductum. « Syrtim patrimonii » scopulum libentius dixerim, « Charybdim bonorum voraginem » potius. *Horat.* 1. *Od.* 27. 19. Quanta laborabas, Charybdi *(sc.* meretrice avida). *Ambros. Tob.* 8. 31. Quis tantam expleat Charybdin *(sc.* feneratorem). *Hieronym. ep.* 14. In illo æstu *(in mundo)* Charybdis luxuriæ salutem vorat, ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetranda naufragia Scyllæum renidens libido blanditur. *et* 125. Charybdis et radix omnium malorum avaritia - Scyllæi obtrectatorum canes. Adde *eund. ep.* 130. et *Alc. Avit. carm.* 4. 497. *Prudent. cath.* 6. 107. Bestiam capacem populosque devorantem - sanguinis Charybdem *(sc.* Antichristum). — *Charybdis*, quæ raro in monum. antiquæ artis visitur, repræsentatur in vase Panormitano *(Bull. dell' Ist. arch.* 1845. *p.* 55) et in aliis. V. *Waser, Scyll. u. Char. i. d. Lit. und Kunst d. Gr. und R., Diss.* Zürich 1894., *Gori, Mus. Etr. CXLVIII.* 2.; *Minervini, Bull. nap. arch. n. s. VII.* 38. ¶ 2. Est etiam nomen loci, *i. e.* prædii cujusdam in insula Papho, apud *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 12. « Hilario monachus Paphi circa prædium Charybdim nuncupatum philosophatus est ». Videtur tamen locus sumptus a *Sozomeno* 5. 10., sed voce corrupta, nam ibi pro Χάρυβδις legitur Χάρβορις.

CHASLŪĪM (Chasloim), indecl. Hebr. *Kaslûhîm*, LXX. Χασμωνιείμ; Targ. Jon. *Pentapolitæ* et Targ. Jeros. *Pentascænitæ* (V. *Walton, Bibl. Polygl. IV. p.* 18). — Nomen ita interpretatur *Hieronym. nom. hebr.* 4. 18. Chasluim contecta regio eorum. *et Lib. geneal. chron. I. p.* 167. Sextus filius Casloim *(F,* Caslonim *L T)*, id est cornutus.

Chasluim, populus Ægypti (Cf. *Encycl. bibl. II. p.* 1697), quod probabilius videtur. *Vulg. Gen.* 10. 14. Mesraim genuit - Phetrusim et Chasluim, de quibus egressi sunt Philisthiim et Caphtorim. Adde 1. *Par.* 1. 12. *Hieronym. quæst. hebr.* in *Gen. p.* 17. Chasloim, qui deinceps Philisthiim appellati sunt *(Eucher. instr.* 2. Chasloim, qui postea Philistini, nunc Palæstini, idem tamen et Allophyli, idem et alienigenæ appellati sunt). — Varia est eruditorum sententia, in re obscura, de Chasluim: *Bochart (Phaleg IV.* 31), doctius quam verius, vult eos idem esse cum Colchis, qui colonia erant Ægyptia *(Apollon. Argon.* 4. 277., *Val. Fl.* 5. 421., *Herod.* 2. 104., *Diod.* 1. 28. 55., *Ammian.* 22. 22), cui suffragantur *Gesen., Thes. p.* 702.; *Keil, Gen. und Exod.* 1866. *p.* 119. etc.: *Bunsen (Vollständiges Bibelwerk I. p.* 26) eos putat habitasse inter Gazam et Pelusium, in litore maris Mediterranei et provincia Cassiotide, a monte Casio dicta *(Strab.* 16. 759) ex similitudine primæ syllabæ in utroque vocabulo, ac melius *Ebers (Aegypt. und die Büch. Mos. p.* 120-127) ex comparatione Χασμωνιείμ cum voce Ægyptia *hhesmen*, i. e. sal, nitrum, unde arguit *Chasmonim (Chasluim)* terram incoluisse salsam, uti sunt viciniæ Casii. Rectius tamen senties, si nec artificiosa hæc probes, nec Philisthinos cum Chasluim quasi ab his genitos confundas; non enim legimus: « Mesraim genuit Ludim - et Chasluim, de quibus non *geniti*, sed *egressi* sunt Philistiim », id est de regione, quam incolebant Chasluim, ita ut voc. *Chasluim* tam significet populum quam terram ab eo habitatam *(Gen. loc. cit.)*. *V.* etiam PHILISTHÆI.

CHASŪĀRĪI, ōrum, m. plur. 2. (Κασουάροι *Ptol.*) gens Germaniæ, pone Bructeros, fort. ad *Hase* flumen. Memorat *Tac. Germ.* 34 (Cf. *Müllenhoff* apud *Momms., Mém. sur les provinc. Rom. p.* 65). Non sunt confundendi cum *Chattuariis*, de quibus *Strab.* 7. 291.; quamquam sunt, qui de hoc dubitent *(Besnier, Lex. d. Geogr. anc.* 1914. *p.* 203). — De iis vd. *Riese, Rhein. Germanien* 208. et *Zeuss, Die Deutschen* 113. *sq.*

CHĀTRĀMĪS, is, f. 3. (Χατραμίς) regio Arabiæ. *Avien. orb.* 1134. Chatramis (Lybdamis *cod. Ambros.)* est tellus etc. *Prisc. perieg.* 887. inde propinquat Chatramis atque Macæ contra sunt Persidis æquor. — Hinc *Chatramotitæ*, incolæ (Χατραμωτῖται, unde videtur Χατραμίς dictum pro Χατραμωτῖτις, metri causa). *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (161). Cerbanos et Agræos armis præstare maxime Chatramotitas.

CHATRĀMŌTĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

CHATTI, ōrum, m. plur. 2. (Χάττοι, Χάτται. In libris etiam *Catthi, Catti, Chatthi, Cati* etc.) gens Germaniæ, hodie *Hessen*. De iis *Gloss.* Catthi, qui nunc Scotti dicuntur: Cathis crudelibus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (100). Mediterranei sunt in Germania Herminones, quorum Suebi, Hermunduri, Chatti, Cherusci. *Tac. Germ.* 29. Batavi Chattorum quondam populus. *et* 30. Ultra hos *(qui decumates agros exercent)* Chatti: initium sedis ab Hercynio saltu inchoatur, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceteræ civitates, in quas Germania patescit. Duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus et major animi vigor. *V.* integr. loc. *et* 41. Germanicus Cæsar - triumphavit (a. 770). de Cheruscis Chattisque. *Flor.* 4. 12. 23. Drusus primos domuit Usipetes, inde Tencteros percucurrit et Cattos. *Capitolin. Aur.* 8. Chatti in Germaniam ac Retiam irruperant. *Spartian. Did.* 1. *(Didius)* Cattos etiam debellavit. — Sing. adj.: *Sueton. Vit.* 14. Vaticinante Chatta muliere, cui velut oraculo acquiescebat *(Vitellius)*. — Subst.: *Sidon. carm.* 7. 390. Chattumque palustri alligat Albis aqua. — *Chatticus*, adj. *Martial.* 14. 26. 1. Chattica Teutonicos accendit spuma capillos.

CHAUCI, ōrum, m. plur. 2. Καῦκοι, Καῦχοι (ἡ Καυκίς *Dio* 54. 32. 2). In libris etiam *Cauchi, Cauci, Caucii, Cayci*. — Primam syllabam in *Chaūci (Cauci)*, trisyll. faciens, corripit *Claudian.* 21. 379. et 21. 225.: item *Lucan.* et *Claudian. locc. citt.*

Chauci, gens Germaniæ trans Rhenum et Visurgin *(Weser)*, distincti in *majores* et *minores* a *Plin.* 16. *Hist. nat.* 1. 1. (2). *V.* integr. loc. Memorantur etiam *Tac. Germ.* 35. Chaucorum gens - omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur - populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit justitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia quieti secretique nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur: id præcipuum virtutis ac virium argumentum est - prompta tamen omnibus arma. *Lucan.* 1. 463. vos crinigeros bellis arcere Caycos Oppositi. — Sing. *Claudian. carm.* 21. 225. non indignante Cauco. — Victi sunt primum a Romanis a. 743. iterumque a. 757. et 758. a Druso ac dein a Tiberio Cæsare *(Liv. ep.* 140., *Vellej.* 2. 106., coll. *Flor.* 4. 12. 22); postea rebelles profligati sunt a P. Sabinio a. 794., cui Claudius imp. cognomen *Chaucius* concessit *(Sueton. Claud.* 24); deinde iterum a. 800. ac tertio a. 822. rebelles devicti pacem petierunt *(Tac.* 11. *Ann.* 18. et 19. et 6. *ibid.* 19. *sqq.)*. — Hinc *Chaucius*, cognomentum P. Sabinii, de quo supra.

CHAZĀRI, ōrum, m. plur. 2. populus Scythiæ, *Agaziri* dicti *Jorn. Get.* 5. seu *Acatziri* a *Prisc.* apud *Müller, Frgm. Hist. Gr. IV. p.* 82. *sqq.*, ubi græce 'Ακάτζιροι v. Κάτζιροι. De iis *Rav. p.* 168. « Item ponitur in locis planiciis longe lateque nimis spatiosissima *(patria)*, quæ dicitur Chazaria et usque major Scythia appellatur - per quam Chazarorum patriam plurima transeunt flumina, inter cetera fluvius maximus, qui dicitur Caphis ». — Hunc populum sub Theodora imp., auctore Ignatio patriarcha, ad fidem christianam sæc. IX. convertit *Constantinus* v. *Cyrillus* Thessalonicensis *(Funk, St. d. Chiesa I. p.* 283. tr. Rom. 1893., coll. *Ginzel, Die Slavenapost. Cyrill. u. Meth.* 1896. et *Götz, Gesch. d. Slav. Konstantinus* (Cyrillus) *u. Methodius* 1896).

CHAZĀRĬA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

CHEBRON, indecl., nom. pers. et geogr. ¶ 1. Fuit nom. pers., *sc.* rex Ægypti (Χεβρών v. Χεβρώς *Afric.) Hieronym. chron.* a. Abr. 319. Ægypti Chebron II. a. XIII. *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 94. Assumpsit regnum filius Themusis Chebron annis tredecim. — Videtur ad XVIII. dynastiam pertinuisse *(Maneth.* ap. *Jos. c. Ap.* 1. 15., *Afr.* et *Eus.* ap. *Syncell. p.* 62), fortasse *Amenophis (Amen-hhotep I)*. ¶ 2. Item nom. geogr., *sc.* — 1.°) Oppidum Judææ. *Vulg.* 1. *Mach.* 5. 65. Percussit Chebron et filias ejus (τὴν Χεβρὼν *LXX*). — 2.°) *V.* HEBRON.

CHĔLĪDO(N), ŏnis, f. 3. (Χελιδών: cf. χελιδών, *hirundo) Celidon*, sine aspir., in *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Patav. p.* 306. et 324. — *Cælido, Cæludo, Chilido* in *Corp.* 6. 14734.; 9. 3062.; 6. 7017.

Chelidon ¶ 1. Est nom. mul., quod apud Romanos etiam in cogn. lib. transiit - In titulis. *Corp.* 6. 11779.; 9. 4919.; 11. 3991.; 14. 36. — Apud *Cic.*, nobilis C. Verris scortum, cujus nutu et arbitrio jura omnia prætoris urbani gubernabantur a. U. C. 680., qui 2. *Verr.* 40. 104. ita ludit in ambiguo avis et scorti: « Nam ut prætor factus est, qui auspicato a Chelidone surrexisset, sortem nactus urbanæ provinciæ ». Hinc *Ps. Ascon. Verr. p.* 188. Quia chelidon, id est hirundo, urbem frequentat, facete urbanam provinciam Chelidonis auspicio meretricis dicit esse

susceptam. *et p.* 192. *sq.* Plebeja quædam clienta Verris Chelido fuit, quæ illum etiam moriens fecit heredem, qua causa impure illam meretricem appellat orator. ¶ 2. Item nom. vir. apud *Senec. ep.* 87. Chelidon, unus ex Cleopatræ mollibus, patrimonium grande possedit. — Hinc *Chelidonius*, adj. (Χελιδόνιος), ut *Chelidonium promontorium* in Lycia, hod. *capo della Chelidoni*, apud *Mel.* 2. 102. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 27. (97). — *Liv.* 33. 20. Chelidonias - promunturium Ciliciæ est inclutum fœdere antiquo Atheniensium cum rege Persarum. — *Chelidoniæ insulæ*, tres in Lycio mari contra Tauri promontorium, pestiferæ navigantibus (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. [131])., ad quas dulcia aquæ haustus (*Id.* 2. *ibid.* 103. 106. [227])., hod. *Khelidonia*. Memorantur etiam *Colum.* 10. 415. et *Rav. p.* 394. — Absolute *Avien. orb.* 184. Imminet h(u)ic late Pamphylia, subluit illic Unda Chelidonias. — *Chelidonius (Celidonius)*, nom. vir. *Leo M. ep.* 10. In causa Celidonii episcopi. — Metri causa secundam contrahit, tertiam vero producit *Prudent.* 11. *perist.* 237. Inter sollemnes Cypriani vel Chelidoni Eulaliæque dies. — *Chelidonianus*, nom. vir. *Corp.* 14. 803 (*Ostiæ*).

CHĔLŌNĀTĒS, æ, m. 1. (ὁ Χελωνάτας) promontorium Peloponnesi contra Zacynthum, hod. *capo Tornese*. Memoratur *Mel.* 2. 49. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (13)., coll. *Paus.* 1. 2. 4. et *Ptol.* 3. 16. 6.

CHĔLŌNĒ, es, f. 1. (Χελώνη) nom. virginis, quæ quum nuptias Jovis cum Junone derisisset, in testudinem, animal sui nominis, mutata est. *Serv. auct. Æn.* 1. 505. (*de testudine; = Mythogr. I. fab.* 101. et *II. fab.* 67. Chelonen: *acc.*). — Hinc *Chelonitis, idis*, f. insula maris Rubri (Χελωνῖτις), dicta fortasse a testudinum copia. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (151). Cf. Χελωνιῶν νῆσος ap. *Strab.* 16. 4. 14.

CHĔLŌNĪTIS. *V.* voc. præc.

CHĔLŌNŎPHĂGI, ōrum, m. plur. 2. (Χελωνοφάγοι) ¶ 1. Populus Carmaniæ ad sinum Persicum, cujus nominis causam ita tradit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 24. 28. (109). Chelonophagi testudinum superficie (χελώνη) casas tegentes, carne vescentes. ¶ 2. Etiam ad mare Rubrum. *Id.* 9. *ibid.* 10. 12. (38). Scopuli præacuti Chelonophagos terrent; Trogodytæ autem, quos adnant (*testudines*), ut sacras adorant.

CHEMMIS, insula Ægypti, «Apollinis grande sustinens templum» (*Mela* 1. 55). — Fortasse dicta est a Χέμμις, rege Ægypti, Χέοψ ap. *Herod.* = *Sophis II.*, dynast. IV (a. 2300-1000. a. Chr.), qui maximam omnium exstruxit pyramidem, omnium Ægyptiorum monumentorum antiquissimum, de qua V. *Moigno* (*La vérité abs.* etc. 1881. tr. *Piochi p.* 443. *sqq.*).

CHĒNŎBOSCĬUM, ii, n. 2. (fort. a χήν, *anser*, et βοσκή, *pascuum*) Ægyptiace *Shênêsêt*, hod. *Kasr-es-Saijad*, in *Itin. Ant. p.* 166. et *Not. Dign. or.* 31. — Alii tamen aliter leg. et interpretantur.

CHERRŎNĒSUS et **CHERRONENSIS.** *V.* **CHERSONESUS.**

CHERSĬDĀMĀS, antis, m. 3. (Χερσιδάμας, *terræ domitor*) filius Priami, ab Ulixe interfectus. *Ovid.* 13. *Met.* 259. Exitioque dedi cum Chersidamante Thoona (*sic* Planudes, *vulgo*: Pheridamante *codd.*). — *Hygin. fab.* 90. Chirodamus.

CHERSĪPHRON, ŏnis, m. 3. (Χερσίφρων, *terræ sapiens*) Gnosius, architectus. *Vitr.* 3. 2. 16. Primumque ædes Ephesi Dianæ ionico genere a Chersiphrone Gnosio et filio ejus Metagene est instituta, quam postea Demetrius ipsius Dianæ servus et Pæonius Ephesius dicunt perfecisse (Cf. *Auson. Mos.* 308) vel potius ædificare cœpisse (*Strab.* 14. 640), quæ deinde ab Herostrato incensa est, de qua mira protulit *Pausanias* (7. 2. 4), confundens tamen cum hac æde aliam vetustiorem. Sic et *Plin.* 36. *Hist. nat.* 14. 21. (95). valde erravit, quum ultimum ac celeberrimum Dianæ templum a Chersiphrone conditum fuisse traderet.

CHERSŌNA (Cersona), æ, f. 1. et

CHERSŎNENSIS, e, adject. *V.* voc. seq.

CHERSŎNĒSUS et Cherronesus, i, f. 2. (Χερσόνησος v. Χερρόνησος: a χέρσος v. χέρρος, *solidus; continens = terra* v. *ripa*, et νῆσος, *insula* = *pæninsula*, quasi inter continentem et oram) In libris trad. etiam *Cersonesus* et *Cerronesus*, sine aspiratione, et *Cersonnesus* et *Cerronnesus* cum duplici *n*.

Chersonesus, nomen Gr. pæninsularum (et opp.). ¶ 1. Universim pæninsula. *Rav. p.* 39. Insulas et Cherronesos - volumus indicare. ¶ 2. Specialim — 1.°) Chersonesus Thracica, hod. *penisola di Gallipoli*, sæpissime etiam *Chersonesus*, absolute appellata, situs magni momenti, inter Hellespontum et mare Ægæum, sive quod ad rem militarem sive quod ad mercatoriam attinet. Describitur *Mel.* 2. 25. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (43). et *Solin.* 10. — Fuit colonia Atheniensium, sub imperio Miltiadis; occupata dein a Persis in bellis Medicis; prius inter Athenas et Lacedæmonem, dein inter reges Macedoniæ, Seleucidas et Lagidas dissidii beliique causa; postremo ob Ponticum bellum, a. 738. et 739. bene gestum, data Agrippæ, Augusti genero (*Diod.* 11. 88. etc., *Strab.* 2. 124., *Plut. Per.* 11. et 19., *Thuc. I.* 11. etc., *Xen. An. I.* 1. 9. etc., *App. Mithr.* 18). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 49. *sqq.* et *Head*, 257. — 2.°) Chersonesus Argolidis, de qua *Mela* 2. 49. Peloponnesi oram, sicut diximus, sinus et promunturia lacerant, ab oriente Bucephalos et Chersonesus et Scyllæ. — 3.°) Chersonesus Rhodia v. Rhodiorum, pæninsula Asiæ Minoris in Caria, ita dicta quia Rhodii eam possidebant (*Paus.* 1. 1. et 5. 24. et *Strab.* 14. 969). Memoratur *Senec.* 3. *Nat.* 26. 6. et *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 20. (30). — 4.°) Chersonesus Taurica (Χερσόνησος Ταυρική *Ptol.* 3. 11. 1) v. *Heracleotica* v. *Heraclea*, dicta etiam *Chersonesus* absolute (*Cic.* 6. *Att.* 1. 19), inter Pontum Euxinum et Paludem Mæotidem, colonia Dorica Heracleæ Ponti, hodie *Krim (Crimea)*. Describitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (85). A Carcinite Taurica incipit. Triginta sunt (*in ea*) populi; ex iis mediterranei XXIII., VI. oppida etc. *V.* integr. loc. Adde *Ammian.* 22. 8. 32. — Ejus oppidum princeps *Chersonesus* item est appellatum, plenius *Heraclea Cherronesus* vel *Cherroneaus Heracleotarum oppidum* ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (78). et *ibid.* 12. 26. (86)., coll. *Strab.* 7. 308.; tum etiam *Cherrone* v. *Cerrhone Cherson* (Χερσών *Procop. B. Pers.* 1. 12), unde et *Chersōna* v. *Cersona*, sequiore ætate (*Jorn. Get.* 5., *Itin. Theod.* 12., *Rav. p.* 88. et 370). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 1. *sqq.*, *Cavedoni Spic. Num.* 31., *Head*, 277. — 5.°) Chersonesus Cretica cum oppido cognomine (ἡ Κρήτη Χερσόνησος *Ptol.* 7. 5. 11). *Rav. p.* 397. Chersonessos. *et Tab. Peut.* 9. Cresonesso. — Pæninsulam memorat *Mar. Merc. p.* 867. *Mign.* — Oppidum, idem *Mar. Merc. ibid.* — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 307. — 6.°) Chersonesus Cimbrica (ἡ Κιμβρική Χερσόνησος *Ptol.* 2. 11. 2), hod. *Jutland* et *Schleswig-Holstein*, pæninsula Germaniæ borealis, inter Oceanum Germanicum et mare Suebicum (*sinus Codanus*). Tacite describitur *Mel.* 3. 32., coll. *Tac. Germ.* 37., *Flor.* 3. 3. et *Mon. Ancyr.* 26. — 7.°) Chersonesus Aurea (ἡ Χρυσῆ Χερσόνησος *Ptol.* 7. 5. 11), in India extra Gangem posita, inter sinum Gangeticum et sinum Perimulicum, dicta ab auri, quod inde effoditur, copia, hod. *penisola di Malacca*. Memoratur *Mel.* 3. 70., *Avien. orb.* 771., *Prisc. perih.* 594., *Rav. p.* 444. 50. — 8.°) Chersonesus Macedoniæ, memorata *Philarg.* ad *Virg. a. G.* 390. et fort. *Cic.* 2. *Agr.* 19. 50. — 9.°) Chersonesus Libyæ, in ora Cyrenaica, cum oppido cognomine, hod. *Ras-et-Tin.*, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (32). *Chersonesus magna* (ἡ Χερσόνησος μεγάλη) dicta *Ptol.* 8. 15. 8., ratione habita *parvæ* (ἡ Χερσόνησος μικρά 4. 5. 9). — 10.°) Chersonesus Siciliæ, memorata *Hieronym. chron.* a. Abr. 1300. In Sicilia Chersonessos condita. — 11.°) Chersonesus Hispaniæ cum oppido cognomine, non procul a Sagunto, hod. *Peniscola*, ap. *Avien. or.* 491. nuda litora jacent Ad usque cassæ Cherronesi terminos. Cf. *Strab.* 3. 4. 6. — 12.°) Chersonesus Ægypti prope Alexandriam. *Auct. B. Alex.* 10. Cumque ad eum locum accessisset qui appellatur Chersonensus. — 13.°) Aliæ sunt, i. e. Indica, intra Gangem; Cnidia, inter sinum Ceramicum et sinum Doridis, *penis. di Cnido*, et Chersonesus, *capo Okhthonia* in ora orient. Euboeæ; sed apud Græcos tantum auctores commemorantur. — Hinc adj. *Chersonensis*, v. *Cherronensis* (Χερσονήσιος) — *a)* Ad Chers. Thrac. pertinens. *Cic. Pis.* 35. 86. — *b)* Ad Chers. Cret. *Conc. Eph. I.* a. 4316. *Mansi* 5 (613.°). — *Chersonesitanus*, adj. ad Chersonesum Tauricam pertinens. *Epist. Imp. Comm.* (*Corp.* 3. 13750) 36. In vexillatione Chersonesitana. — Incolæ. *Ibid.* 48. Decretum Chersonesitanorum.

CHĔRŬB, indecl. Hebr. *Kerûb*, Assyr. *Kirub*, LXX. Χερούβ. — Plur. Hebr. *Kerûbîm*, Gr. Χερουβίμ (-ειμ-ιν-ειν), Lat. *Cherubim* (passim et *Cherubin*, immo semper in *Ital. Lugd.*). Porro — *a)* De numero et genere. *Hieronym.* in *Ezech.* 9. 2. «Quamquam plerique τὰ χερουβεὶν neutrali genere numeroque plurali dici putant, nos scire debemus singulari numero Cherub generis masculini et plurali ejusdem generis Cherubim; non quo sexus in ministris Dei sit, sed quo unumquodque juxta linguæ suæ proprietatem diversis appelletur generibus. Angeli vocantur numero plurali Melachim et Cherubim et Seraphim ejusdem generis et numeri». — Sing. etiam Cherubin (*sic plerumque codd.*): *Ital. Ezech.* 28. 14. apud *Tertull. adv. Marc.* 2. 10., *Cypr. Gall.*, *Gen.* 129. «Dejectos - medio - eliminat igni, In quo perceleri Cherubin evolvitur æstu». Cf. *Vulg. Gen.* 3. 24. — Fem. *Augustin. serm.* ed. *Mai* 43. 1. Præparatur Cherubin aurea ex utroque latere miro æthere gemmata, quam ante jam vaticinabatur propheta etc. — *b)* De forma: etiam *Cherubinus, i*, m.: *Cypr. Gall.*, *Exod.* 1078. Quin etiam rutilo Cherubinos perficit auro etc. — *Accherubin* apud *Hieronym. nom. hebr.* 12., fortasse ex Hebr. voce cum articulo, ut sit הכרובין *Ha* et *Cherûbîn*, Gr. Καρουβίν. — *c)* Prosod.: prima syllaba brevis, secunda naturâ longa est; sed *Cypr. Gall.*, *Exod. loc. cit.* hanc corripuit. Sic *Prudent. cathem.* 4. 4. Patri qui Cherubin sedile sacrum etc. Adde *Venant.* 8. *carm.* 3. 131. et *Drac. laud.* 2. 208., *al.* — *d)* Etymon, prout vox ab Hebr. vel Persica lingua ducitur, varie exponitur; sed communiore interpretatione est idem quod «scientiæ multitudo». Ita *Hieronym. nom. hebr. p.* 4. (At vd. etiam infra sub 1. 3.°), *Philastr.* 156. 2., *Cassian. coll.* 14. 10., *Fulg. Rusp. ep.* 14. *Cassiod.* in *ps.* 98. Cherubim Hebræum nomen est significans plenitudinem scientiæ. et *Greg. M. mor.* 32. 48. Cherub quippe plenitudo scientiæ interpretatur. - Videtur tamen vocabuli origo potius petenda esse ab Ægyptiis eorumque sermone, unde Moyses angelorum symbola, magis quam ab Assyriis, deduxit *Exod.* 25. 18., coll. *Gen.* 3. 24.: cf. rd. *χrp*, *χrb* v. *χrpu*, quæ «figuram, simulacrum» significant (*Brugsch, Hierogl.-demotisch. Wörtb.* Leipz. *II.* 1881. *p.* 961); non autem, uti *Gesen.* in *Thes. p.* 711. derivare conatur, a duplici rd. *hârab* «defendit» et *hhâram* «consecravit», ita ut Cherub idem sonet ac «custos sacer»

Cherub ¶ 1. Est angelus et animal vel figura multiformis. — 1.°) Angelus. *Isid.* 7. *Orig.* 5. 22. Cherubim sunt sublimiora agmina angelorum, qui pro eo quod vicinius positi, divina scientia ceteris amplius pleni sunt. *Greg. M. mor.* 32. 48. Novem sunt ordines angelorum: nam - per ipsa sacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, Cherubin (*sc.* ordo octavus) et Seraphim memorantur. *Vulg. Gen.* 3. 24. Collocavit (*Deus*) ante paradisum voluptatis Cherubim. *et* 2. *Reg.* 22. 11. Et ascendit (*Deus*) super Cherubim. *Augustin.* 12. *Conf.* 22. 31. Alia multa non commemoravit (*Scriptura Deum fecisse*), ut Cherubim. *Avell. p.* 166. 10. Hymni, quos Cherubim cum tremore Trinitatis incessanter emittunt (τὸν χερουβικὸν ὕμνον). Adde *Augustin. serm.* ed. *Mai* 152., *Venant.* 8. *carm.* 3. 131., *Tract. c. Arrian. p.* 14., *Hieronym.* in *Is.* 6. 6. et in *Ezech.* 9. 2. — 2.°) Animal vel figura multiformis. *Vulg. Exod.* 25. 18. Duos quoque Cherubim aureos et productiles facies ex utraque parte oraculi (*sc.* arcæ): - utramque latus propitiatorii (*sc.* operculi arcæ) tegant expandentes alas

(et *ibid.* 37. 9. et tegentes propitiatorium seque mutuo et illud respicientes). *et ibid.* 25. 22. Loquar ad te supra propitiatorium ac de medio duorum Cherubim. — *Isid.* 7. *Orig.* 5. 23. Duo animalia illa super propitiatorium arcæ ficta ex metallo, propter significandam angelorum præsentiam, in quorum medio ostenditur Deus. — Hinc locutio *sedere super Cherubim*, ap. *Vulg. Ps.* 79. 2 (Cf. *Greg. Tur.* in *ps. p.* 877. et *Carm. adv. Marc.* 4. 119). — *Hieronym. ep.* 29. In Exodo ceterisque locis, ubi describuntur vestes plumaria arte contextæ «opus Cherubim» (Theraphim *al.*), id est «varium atque depictum» (Cf. *Exod.* 26. 1. hebr.) factum esse describitur, ita tamen, ut vau litteram Cherubim non habeant, quia ubicumque cum hac littera scribuntur, animalia magis quam opera significant (Cf. *ejusd. nom. hebr. p.* 17. Cherubim quasi plures aut vermiculata picturæ). *Eucher. instr.* 2. *p.* 146. Cherubim ipsum in sancta sanctorum duo tantum significantur animalia; aliis vero locis - aut picturam aliquam indicat aut varietatem (Cf. 3. *Reg.* 6. 29., 32., 35. et 7. 29). *Vulg. Joh. Apoc.* 4. 8., coll. 6. et 7. *de Cherubim*. Et quattuor animalia singula eorum habebant alas senas et in circuitu plena sunt oculis (Cf. *Hieronym. ep.* 53. «Cherubim per totum corpus oculati sunt» *sc.* coloribus tincti v. asperai fort. maculis, oculorum formæ similibus, ut in orientalium hujus modi figuris). *et Ezech.* 10. 5. Et sonitus alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius. *et ibid. v.* 9. Et ecce quattuor rotæ juxta Cherubim. *V.* integr. loc. — De Cherubim arcæ fœderis et templi Salomonici V. *Exod.* 37. 7-9. et 3. *Reg.* 6. 23. Cf. etiam *Lenormant, Les orig. de l'hist. I. p.* 125. *sq.*; *Wilkinson, Manners and customs of the ancient Egypt.* Londr. 1878. *III.*; *Riehm, Die Cherub. in der Stiftshütte u. im Tempel* in *Theol. Stud. u. Krit.* 1871. *p.* 399-457. — Quin Cherub vitulo pro seu bove usurpatur. Hinc in *Ezech.* 1. 10 et 10. 14. *facies Cherub* et *facies bovis* veluti synonyma habentur (Cf. *Ezech.* 1. 5., *Joh. Apoc.* 4. 6. et 7. - *Jos. ant.* 4. 6. et 8. 3. 3.: τὰ ζῷα πετεινά). *et ibid.* 14. Quattuor - facies habebat unum (*sc.* animal): facies una, facies Cherub (*sc.* bovis) et facies secunda facies hominis et in tertio facies leonis et in quarto facies aquilæ - *Cherubim* conjungitur cum Seraphim aliisque angelis. *Ital.* ap. *Tert. adv. Marc.* 2. 22. Sic et Cherubim et Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum erant (in *LXX. Exod.* 25. 17. et *Vulg. Exod.* 25. 18. desunt Seraphim). *Philastr.* 155. 9. Cherubim et Seraphim quadriformia. *Hil. euang.* 46. Hunc tu olim - Spondebas terris, genitor, per carmina regum Perque prophetarum voces, per sidera cæli, per Seraphim Cherubinque tuum. Adde *Prudent. cath.* 464. ¶ 2. Allegoriæ. *Philastr. loc. cit.* Cherubim et Seraphim - diversa sunt sanctorum pariter virtutumque certamina. *Cassian. coll.* 14. 10. Duobus Cherubim, id est historicæ et spiritalis scientiæ plenitudine. Rursum *Hieronym.* in *Ezech.* 10. 18. Intuitus Cherubim et appetitus eorum est obliviscì præteritorum et in futura se extendere. *Augustin. quæst. hept.* 2. 105. Duo - Cherubim pinnis suis obumbrant propitiatorium, id est honorant velando - et invicem se attendunt, quia consonant - duo quippe ibi testamenta figurantur. Adde *eund.* in *ps.* 79. 2., *Isid.* 7. *Orig.* 5. 22., *Greg. M.* in *euang.* 34. 10. — Hinc *Cherubicus*, adj. *Ep. pont. Thiel, Gelas.* 43. 8 (*ad hæreticum*). Vestra-anathemata - Seraphinos irritaverunt, Cherubicum thronum quassarunt. — Hæc porro addimus — *a)* De natura Cherubim: ii sunt spiritus, qui angeli dicuntur, ut ex *Vulg. Gen.* 3. 24., *Ps.* 17. 11., *Is.* 37. 16., *Ps. Dionys. de cæl. hierarch. c.* 7., aliisque supra citt. satis perspicuum certumque est, quidquid comminiscantur increduli (*Michaelis, Suppl.* ad *Lex. hebr. n.* 1212. et *ibid. de Cherub. loc. cit.*, *Herder, Geist. d. hebr. Poes. I. p.* 159. *sq.*, *al.*). Cf. *Villalpand.* in *Ezech. II.* 1., *IV.* 36. et *Lesêtre, Dict. Bibl. II. p.* 653. — Cherubim tamen in tabernaculo Mosaico et in templo Salomonis, ad latera arcæ effícti et potissimum descripti *Ezech. locc. citt.*, adhuc mysterii tenebris obvoluti sunt (V. *Jos. ant.* 8. 3. 2., *Greg. Naz. orat.* 28. 19., *Hieronym.* in *Ezech.* 1. 4., coll. *Vitringa de myst. Cherub.*). — Apud Hebræos: recta est doctrina de Cherubim; *Rasci* tamen in *Gen.* 3. 24. et *Isaac ben Manasse* apud *Buchner-Heubner, Handconcord*, Braunsw. 1877. *p.* 221. vocant Cherubim, custodes Eden, *angelos perditionis*, non qua dæmones, sed qua alius ordinis spiritus; et in *Midrash* Cherubim sunt quattuor archangeli. — Apud Assyrios aliasque gentes Cherubim non erant allegoriæ aut phantasiæ imagines, sed spiritus boni, humana aut belluina vel utraque simul forma symbolica repræsentati, qui *Shedim* vocabantur: quare *Kirubi* Assyriorum monumentorum, idest tauri aligeri, ibi reperti et illustrati a *Layard* (*Nineveh and is remains, I. p.* 65-67) et aliquatenus Cherubim Ezechielis declarandis valde accommodati, non mera ædium ornamenta erant sed, ut doctissimi viri putant (V. *Vigouroux, La Bibl. et les découv. m. I. p.* 162., coll. *Budge, Hist. of Esarad.* 1880. *p.* 83-85), genii quidam vere viventes, supernaturales ac benefici. Sic apud Indos olim plantæ cuidam divinæ, cujus suco (*Soma v. Haoma*) miram tribuebant vim, invigilare credebant, ne quis ei noceret, arcanum custodem, *Kricânu* nuncupatum (*Weber, Indisch. Stud. II. p.* 313-314. et *Kuhn, Herabkunft d. Feuers p.* 146). Sic etiam apud Scandios et Græcos vulgo hujus modi genii admittebantur sacræ arboris custodes (*Re, Arch. Bibl. Diz. II. p.* 543). — *b)* De officio: si etymi Geseniani ratio habetur, probe intelligitur, eis attributum fuisse custodiendi protegendique munus. Hinc *Vulg. Gen.* 3. 24. Collocavit Dominus ad orientem paradisi voluptatis Cherubim - ad custodiendam viam ligni vitæ. *et* 3. *Reg.* 6. 27. et 8. 6. Extendebant Cherubim alas suas et protegebant arcam. - Per similitudinem rex Tyri dicitur (*Ezech.* 28. 14) Cherub extentus et protegens; unde efficitur, Cherub idem esse ac custos, vigil, protector, defensor. Sic Æthiopes voce *mekuerab* designant templum firmiter custoditum, et *kuerbat* amuletum, quo quis defenditur (Cf. *Von Kremer, Sudarab. Sage*, Leipz. 1865. *p.* 29-30). Hinc et plane sequitur Cherub esse spiritum (*Ezech.* 10. 20., *Ps.* 22. 11., coll. *Ps.* 68. [*Vulg.* 67]. 18., *Dan.* 7. 10). — *c)* De forma: Cherubim Ezechielis «facies et pennas per quattuor partes habebant» (*c.* 1. et 10); contra, propitiatorii unam tantum; aliter «se mutuo versis vultibus» respicere haud potuissent (*Exod.* 25. 20): verbo, multiformes erant, ex quo probatur etiam eos fuisse naturæ omnino spiritualis atque angelicæ, varias induentis figuras, non ratione temporum, uti falso censent critici quidam (*De Vogüé, Le temple de Jérus. p.* 32. et *Winer, Real-Wört. p.* 226), quia quum populo Hebraico nimis essent noti ac familiares, id quidem in causa erat, cur sibi constarent. — *d)* De proprietate: hæc alia non est quam, ut vidimus, multitudo scientiæ, ut interpretatus quoque est vocabulum Philo: «Sermone vernaculo nominantur Cherubim, hoc est scientia (ke) multa (rub)». Ita et scriptores, qui Patres dicuntur, ut *Hieronym.* in *Ezech.* 10., *Augustin.* in *Exod. quæst. c.* 5. etc. aliique supra laudati. Idem videtur, secundum communiorem interpretationem, significare Cherubim *merkabah* seu currus Ezechielis pleni oculis «omne corpus *eorum* (Cherubim, non *earum* rotarum) et colla et manus et pennas et circuli plena erant oculis in circuitu quattuor rotarum» (*Ezech.* 10. 12), quod optime conciliari potest cum eorum vigilandi, custodiendi ac defendendi officio (Cf. *Ps. Dionys. de cæl. hier.* 13. et *Thom. S. Th.* 1. *quæst.* 108. a. 5. ad 5). — De his plura vd. apud *Re* et *Lesêtre locc. citt.*

CHĔRŬBĪCUS, a, um, adject., et

CHĔRŬBĪM et

CHĔRŬBĪNUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

CHĔRUSCI, ōrum, m. plur. 2. (Χηρούσκοι *Dio* et Χηρούσκοι *Strab.*). Prima syllaba corripitur *Claudian. B. G.* 420. et *IV. cons. Honor.* 452.; quamquam et produci posse censemus, ut in Græca voce ap. *Strab.* videre est.

Cherusci, populus Germaniæ inter Visurgim et Albim, Silvam Hercyniam et Aleram fluvium situs, Suevis confinis (*Cæs.* 6. *B. G.* 10); quocirca eum tractum incolebant, ubi nunc *il ducato di Brunswich e di Luneburg* cum aliqua parte regni *Hannover*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (100). Mediterranei Hermiones, quorum Suebi, Cherusci. *Flor.* 4. 12. 24. Drusus validissimas nationes, Cheruscos Suebosque et Sycambros pariter aggressus est. *et Liv. epit.* 140. Cherusci - aliæque Germanorum trans Rhenum gentes subactæ a Druso (a. U. C. 743). *Vellej.* 2. 105. A Tiberio recepti Cherusci - gentis ejus Arminius mox nostra clade nobilis. *Tac. Germ.* 36. Qui olim boni æquique Cherusci, nunc inertes ac stulti vocantur. *et* 1. *Ann.* 59. Arminius volitabat - per Cheruscos, arma in Segestem, arma in Cæsarem poscens. *et ibid.* 60. Conciti per hæc non modo Cherusci sed etc. *et* 2. *ibid.* 26 (*epist. Tiber.*). Posse et Cheruscos ceterasque rebellium gentes internis discordiis relinqui. *et ibid.* 41. C. Cælio L. Pomponio consulibus (a. 17), Germanicus Cæsar a. d. VII. kal. Junias triumphavit de Cheruscis. *et* 11. *ibid.* 16. Eodem anno (a. 47) Cheruscorum gens regem Roma petivit, amissis per interna bella nobilibus et uno reliquo stirpis regiæ, qui apud urbem habebatur, nomine Italicus. *Claudian.* 8. 452. ingentes Albim liquere Cherusci (*salutaturi Stiliconem* a. 395). *Id.* 26. 420. Quosque (*agmina*) domant Chattos immansuetosque Cheruscos. — Hinc *Cheruscus*, adj. *Tac.* 11. *Ann.* 17. (*Italicus*) per læta, per adversa res Cheruscas afflictabat. *et* 13. *ibid.* 55. Rebellio Cherusca.

CHILDĔBERTUS, i, m. 2. (*i. e.* bellator celeber) In codd. varie scribitur, ut *Childeberchthus*, *Hildebertus* etc. V. *Bonnet, Latin de Grég. de Tours p.* 445. ¶ 1. Fuit primus rex Francorum a. 511-558. *Conc. Aurel.* a. 549, *p.* 105. 1. Piissimus rex Childebertus vel jugalis sua Vulthrogotho regina. *Conc. Paris.* a. 552. *p.* 116. 8. rex gloriosissimus. *Conc. Turon.* a. 567. *p.* 130. domnus gloriosæ memoriæ. *Ep. pont. Arel.* 45. *tit.* (a. 550). Glorioso filio nostro, Childeberto regi, quem christianitatis studio venerationem integram sedi apostolicæ, cui nos (*Vigilium* pontif.) Deus præesse voluit, cognovimus exhibere. ¶ 2. Childebertus II., rex Francorum a. 575-595. *Ep. Austras.* 26 (*Brunichildis Mauricio*). Præcellentissimum filium nostrum Childebertum regem etc. *Greg. M. ep.* 5. Præcellentissimi filii nostri Childeberti regis petitionem etc. Adde *Venant.* 10. *carm.* 11. 25. *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 51. Mortuo - Sygilberto, regnavit Childebertus, filius ejus, pro eo. *et passim.* ¶ 3. Item rex Burgundionum. *Add. VII.* ad *Isid. Goth. chron. II. p.* 376. Burgundionum reges Gundevadus, Sismundus, Gotmarus, Childebertus, Theodericus, Theodebercthus.

CHILDĔRĪCUS, i, m. 2. (*i. e.* nobilis potens) In codd. *Hildericus*, *Hilderichus*, *Hilderix* etc. ¶ 1. Fuit primus hujus nominis rex Francorum, ca. a. 457-481. *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 9. Merovechum regem -, cujus fuit filius Childericus. Adde *Corp.* 13. 10024. 307. ¶ 2. Item alius rex Francorum ca. a. 660-673. *Conc. Burdeg.* a. 663-675. *p.* 215. gloriosi principis Caliderici regis. ¶ 3. Item filius Chlothacharii, regis Francorum. *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 3. ¶ 4. Item rex Vandalorum. *Id.* 2. *ibid.* 3. et *Isid. chron. II. p.* 475. ¶ 5. Item Saxo dux. *Greg. Tur.* 7. *Fr.* 3.

CHĪLIASTÆ, ārum, m. plur. 1. (Χιλιασταί, *millarii* vel *miliastæ*) nom. sectæ, de qua *Isid.* 8. *Orig.* 5. 8., *Hieronym.* in *Is.* 66. 22. et *Augustin.* 20. *Civ. D.* 7. V. **CERINTHIANUS.** — *Philastr.* 59. 1. Dicuntur *Chilontæstitæ*, a χίλιος, *millenarius*, et ἔτος, *annus*.

CHĪLO(N), ōnis, m. 3. (Χίλω v. Χείλων, *labeo*) Cf. *Cilo* et *Cillo*. — *Paul. Fest. p.* 43. Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum. Cilo sine aspiratione, cui frons est eminentior ac dextra sinistraque velut recisa videtur. — Nomin. et voc. *Chilon* non leguntur nisi de philosopho Lacedæmonio, ap. *Tertull. anim.* 52., *Auson.* 301. 4. etc.; sed nomin. *Chilo*, ap. *Gell.* 1. 3. *tit.*, 1. 3. 8.; *Auson.* 316. 3 (hoc carmen, sec. *Peiper*, est *Ugoleti*) etc. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Apud scriptores — *a)* Lacedæmonius philosophus, unus e septem sapientibus Græciæ. *Carm.* (*in sept. sap.*).

Hyg. fab. 221. Nosce, inquit, tete, Chilon Lacedæmone cretus. Auson. 301. 3. Multi hoc (sc. nosce te) Laconis esse Chilonis putant. Spartane Chilon, sit tuum necne, ambigunt, Quod introfertur: Ὅρα τέλος μακροῦ βίου, finem intueri longæ vitæ qui jubes. Sidon. carm. 2. 163. et 23. 110. Et tu, Tyndareis satus Therapnis, Chilon, legifero prior Lycurgo. Plin. 7. Hist. nat. 32. 32. (119). Mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedæmonio tria præcepta ejus Delphis consecrando aureis litteris, quæ sunt hæc; nosse se quemque et nihil nimium cupere comitemque æris alieni atque litis esse miseriam. Quin et funus ejus, cum, victore filio Olympiæ, exspirasset gaudio, tota Græcia prosecuta est. Hieronym. chron. a. Abr. 1464. «Chilo, qui de septem sapientibus fuit, ἔφορος in Lacedæmone constituitur». — Effigiem Chilonis exhibuit pavimentum musivo opere confectum, quod mutilum adhuc exstat et illustratur a Visconti in Iconogr. Gr. T. 1. p. 147. sqq. (Tab. XI)., coll. Winckelmann, opp. T. 3. p. 356. et 359. — b) Item P. Vettius Chilo, homo equestris ordinis honestissimus atque ornatissimus, teste Cic. 3. Verr. 71. 166. — c) Item proconsul et vicarius Africæ. Ammian. 28. 1. 8 (a. 368). Chilo ex vicario et conjux ejus Maxima nomine. Cod. Theod. 13. 4. 4 (a. 374). Ad Chilonem vicarium Africæ. et Cod. Just. 11. 3. 2. Chiloni proc(onsuli) Afric(æ). — d) Alii ap. Cic. 4. Fam. 12 (a. 45); Inscr. numm. Babelon I. 496. n. 2 (a. 44. a. Chr.); Tac. hist. 1. 37.; Vopisc. Aurel. 23. etc. — 2.°) In titulis nom. serv. itemque cogn. Corp. 6. 1965.; 2. 2266. ¶ 2. Est etiam nom. geogr. V. GILO.

CHILPĔRĪCUS, i, m. 2. (i. e. adjutor potens) Tertiam breviat, metri causa, Venant. 9. carm. 4. 6. Chlodacarique nepos - Chilpericique. ¶ 1. Fuit magister militum, «victoriosissimus vir»: Sidon. 5. ep. 6. 2. ¶ 2. Item rex Burgundionum. Jorn. Get. 231. et Greg. Tur. 2. Fr. 28. Cf. Binding, Gesch. d. Burgund.-Rom. Königr. p. 36. ¶ 3. Item rex Francorum a. 561-584. Greg. Tur. 6. Fr. 46. Chilpericus, Nero nostri temporis et Herodes. — Confecit duos libros quasi Seduiiam meditatus - et alia opuscula vel hymnos sive missas. ¶ 4. Errore pro Childebertho: Id. 10. ibid. 19.

CHIMÆRA, æ, f. 1. (Χίμαιρα) nom. geogr. et myth. — Videtur significare capram, a χίμαρος, caper. Aliter Fulg. myth. 3. 1. Cymera enim quasi cymeron id est fluctuatio amoris.

Chimæra ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Mons Lyciæ in Phaselitide regione. Plin. 2. Hist. nat. 106. 110. (236). Flagrat in Phaselitis mons Chimæra et quidem immortali diebus ac noctibus flamma. Mela 1. 80. Lycia, infestata olim Chimæræ ignibus. Solin. 39. Hic mons (Chimæra) nocturnis æstibus tumidum exhalat, et quoniam natura ibi subest ignea, Vulcano urbem proximam Lycii dicaverunt, quam de vocabulo sui nominis Hephæstiam vocant. Adde Isid. 14. Orig. 3. 46., Serv. ad Virg. 6. Æn. 288. Re vera Chimæra mons est Lyciæ, cujus hodieque ardet cacumen; juxta quod sunt leones, media autem pascua sunt, quæ capreis abundat, ima vero montis serpentibus plena sunt. — 2.°) Item nom. castelli, hodie Kimara. Memorat Plin. 4. Hist. nat. 1. 1. (4). In Epiri ora castellum in Acroceraunis Chimera (al. Chimerium), sub eo Aquæ Regiæ fons. ¶ 2. Est etiam nom. myth., sc. — 1.°) Monstrum in Lycia triplex, vertice nempe leonis, media parte capræ ignem vomentis, extrema in draconem desinens, Typhone genitum ex Echidna (Serv. loc. cit.) vel Chirone ex Achemenida (Mythogr. I. fab. 72); cui fabulæ locum probabiliter dedit mons igneus, de quo supra ex Serv. dictum est. — a) Proprie. Inc. poet. apud Pith. p. 119. de Chimæra. Ore leo tergoque caper postremaque serpens Belua tergemino mittit ab ore faces. Auson. 336. 82. Triplex compago Chimæræ. Senec. Med. 828. Habeo mediæ Dona Chimæræ (h. e. ignem). Ovid. 9. Met. 647. Quoque Chimæra jugo mediis in partibus ignem, Pectus et ora leæ, caudam serpentis habebat. Adde Lucret. 5. 905. — Hinc imago in galea Turni. Virg. 7. Æn. 785. Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignem. — Et nom. navis. Id. 5. ibid. 118., Sil. It. 14. 497. et Hygin. fab. 273. — Epitheta: Virg. 6. Æn. 288 (Chimæra) armata flammis. Auson. ed. Peip. p. 271. furens. Horat. 2. Od. 17. 13. ignea (Cf. Tibull. 3. 4. 86). Virg. 5. Æn. 118. ingens. Avien. Arat. 490. et Sidon. 5. 179. Lycia. Horat. 4. Od. 15. 16. tremenda. Id. 1. Od. 27. 23-24. triformis. — Ad monstrum interficiendum missus est Perseus (Mythogr. I. fab. 157) vel potius Bellerophontes, qui Pegaso insidens illud interemit (Hygin. fab. 57); quod ita explicat Serv. ad Virg. 6. Æn. 288. Hunc (montem) Bellerophontes habitabilem fecit, unde Chimæram dicitur occidisse. — Quidam ingeniose docent hac fabula significari scortum, quod primum aggreditur saltu leonino, deinde lascivum ignem injicit, postremo venenum. et Physiogn. 44. Fabulæ, quæ Hydras et Chimæras, Gigantes ex variis corporibus fingunt - malitiam multiformem intellegi volunt. Cf. Ovid. 2. Trist. 397., Tibull. loc. cit., al. — b) Hinc translate, pro meretrice perniciosa. Horat. 1. Od. 27. 24. vix illigatum te triformi Pegasus expediet Chimæra. — c) Item pro exemplo rei, quæ non exstat vel exstare non potest, it. chimera, sp. Lucret. 2. 705 (inter monstra quæ fieri nequeunt) flammam tætro spirantes ore Chimæras. et Ovid. 4. Trist. 7. 13. credam prius - esse Chimæram, A truce quæ flammis separet angue leam. Cf. Cic. 1. Nat. D. 38. 108., Boeth. herm. pr. 1. 3. et herm. sec. 1. 1. — De artis antiquæ monumentis vd. Brunn-Bruckmann 464 (319). De signo æneo Chimæræ, nuper reperto, quod in mus. Etr. Florentino visitur, vd. Baumeister, Denkm. I. 301. fig. 316. — 2.°) Est etiam nom. virginis a Daphnide amatæ. Serv. auct. ecl. 8. 68. — 3.°) Item nom. navis. Virg. 5. Æn. 118., Sil. It. 14. 497., Hygin. fab. 273. — Deriv. Chimæreus, adj. Culex 14. Arna Chimæreo (i. e. Lycio) Xanthi perfusa liquore. Claudian. carm. min. app. 2. 76. leonem (Nemæum) - Chimæreus cretum de gente - Compos. Chimærifer, adj. Ovid. 6. Met. 339. Chimæriferæ - Lyciæ.

CHIMÆRĒUS et

CHIMÆRĬFER, a, um, adject. V. voc. præc.

CHIO(N), ŏnis, m. 3. (Χίων, ωνος: fortasse a candore, χιὼν enim est nix) Memorantur hoc nomine — 1.°) Chio, statuarius Corinthius. Vitr. 3. præf. 2. — 2.°) Ponticus, Platonis discipulus, Clearchi, Heracleæ (Ponticæ) tyranni, interfector, et ipse postea a regiis satellitibus interfectus, teste Justin. 16. 5., coll. Diod. 16. 36. — Hinc fortasse Chionius, nom. vir. Corp. 2. 4967 (35).

CHIŎNĒ, es, v. Chiona, æ, f. 1. (Χιόνη: a χιὼν, nix, quasi nivea vel etiam frigida). ¶ 1. Apud scriptores nom. fere mythicum. — 1.°) Est filia Aquilonis et Orythiæ, compressa a Neptuno, unde genitus Eumolpus (Hygin. fab. 157), hinc Chionides (Χιονίδης) dictus Ovid. 3. Pont. 3. 40., coll. Apollod. 3. 15. 2. — 2.°) Item Nili et Callirhoes filia, a Mercurio, Jovis jussu, rapta et nubibus commixta, unde nix (χιὼν) nomen accepit (Serv. ad Virg. 4. Æn. 250). Cf. CHIOS ins. — 3.°) Item nympha, laudata Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (136). — 4.°) Item filia Dædalionis, cum qua Apollo et Mercurius una nocte concubuisse dicuntur (Hygin. fab. 200). Memorant Ovid. 11. Met. 301. et Firm. err. 12. — 5.°) Est etiam nom. meretricis famosæ. Martial. 3. 4. 2. Frigida es et nigra es: non es et es Chione. Adde Juvenal. 3. 136. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. 6. 19123., 27514. etc.

CHIONĪDĒS, is, m. 3. (Χιονίδης) ¶ 1. Est nom. patronym., cujus prima producitur Ovid. 3. Pont. 3. 40. Chionides Eumolpus. ¶ 2. Fuit etiam, secundâ productâ, poeta veteris comœdiæ, Atheniensis. Vitr. 6. præf. 3., coll. Arist. ant. poet. 3.

CHIŌNĬUS, a, um, adject. Gloss. Chionia vitis uvas grandes magis quam multas habet: nomen autem inde hoc sumens, quod multum vini fluat. Cf. CHIRONIA et SPIONIA in Lexico. — Chionius, absolute, nom. vir. (Χιόνιος). Corp. 2. 4967. 35. et Chionis, nom. mul. Martyr. Hier. Kal. Apr. Apra Chionia.

CHĪRON, ōnis, m. 3. (Χείρων) nom. — a) Scribitur: in recto etiam Chiro, ap. Liv. Andr. trag. 35. «haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri». Adde Juvenal. 3. 205., Porphyr. Hor. epod. 13. 11. — Acc. Chirona est Ovid. 6. Met. 126., al.; Chironem vero Ampel. 2., Hygin. fab. 138., al. — b) Etymon ita tradit Isid. 4. Orig. 9. 12. «Dictus autem Chiron ἀπὸ τοῦ χειρίζεσθαι, quia chirurgus fuit». Recte igitur a χείρ, manus, unde χειρίζω, manu curo, palpando medeor, quod chirurgi est; non vero a χείρων, deterior, infelicior, ut quibusdam placet. Cf. etiam Fick-Bechtel, Gr. Personennam. 414. et 433. — Chiron itaque

I.) Est nom. vir., sc. ¶ 1. Saturni et Phillyræ filius, unde Philyrides dictus (Propert. 2. 1. 60), Centaurus cognomento, ac proinde homo parte superiore, equus inferiore (Hygin. fab. 138., Isid. loc. cit. et Mythogr. I. fab. 103): hinc dictus Lat. geminus, semifer, semivir, et Gr. διφυής, φήρ, ζαμενής (Ovid. 2. Met. 630. et 5. Fast. 379. Apollod. 1. 9., Pind. Pyth. 3. 4., 4. 119. et 9. 58). Fabulantur enim Saturnum, quum Phillyram, Oceani filiam, adamaret ejusque frueretur concubitu, Opis uxoris interventu turbatum subito se in equum convertisse, Phillyram autem ex eo gravidam fetum peperisse, cujus anterior pars hominem, posterior equum referret. — Fingitur autem hac forma, quia fuit ex genere Thessalorum, qui primi equos domuisse dicuntur, et idcirco omnes, forma partim humana, partim equina describuntur (V. CENTAURUS): vel quia medicinam invenit, quæ et hominibus et jumentis salutaris est (Colum. R. R. 1. præf. 32): vel quia chirurgicæ artis inventor fuit (quod etymo vocis, ut vidimus, rite respondet); namque ubi adolevit, in silvas se contulit, ubi herbarum vires contemplatus, præstantissimus medicus evasit (Hygin. fab. 274) repertque herbariam et medicamentariam (Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. [196]., coll. 25. ibid. 4. 13. [32]. et 4. 14. [33]). et etiam vitem, quæ ab eo vocatur Chironia (Id. ibid. 4. 16. [34]). — Ad hæc ludum aperuit juventuti Græcæ erudiendæ in antro quodam Pelii montis (cujus loci mira salubritas fortasse in personam transiit); huic idcirco Thetis Achillem filium educandum tradidit (Ovid. 1. Ars am. 17. et 2. Met. 630), quem leonum medullis aluisse fertur et docuisse citharæ artem herbarumque usum (V. ACHILLES), ac præterea inter discipulos et clientes habuisse Æsculapium, ipsi concreditum ab Apolline (Lact. 1. 10. 2. et Ovid. loc. cit.) et Melampodem, filium Amythaonis (Colum. 10. 348), et Peleum (Hom. Il. 11. 831) et Actæum, Aristæi filium (Apollod. 3. 30. sq.), et Alconem (Anon. in vit. Soph.) et Dionyson (Pt. Heph. 4) et Heraclen (Plut. de mus. 40) et Apollinem (Just. Mart. de Monarch. 6) et Aristæum (Pind. Pyth. 9. 29). — Porro universos suæ ætatis homines bonitate et justitia superavit (Ovid. 5. Fast. 413). — Ad extremum, quum Herculem hospitio suscepisset armaque ejus tractaret, accidit, ut sagitta quædam, Hydræ Lernææ veneno imbuta, illi in pedes decideret; quod malum quum nulla ope sanare posset, optavit se esse mortalem et a diis mortem precatus est; mori enim non poterat, quod utroque parente immortali natus esset; deorum itaque miseratione in cælum sublatus est et collocatus inter signa Zodiaci figura Sagittarii (Hygin. præf. et fab. 274. et Astr. 38., Ovid. 2. Met. 648., Lucan. 9. 536. et Serv. ad Virg. 3. G. 91. et 550., qui tamen ad 4. ibid. 270. scribit Chironem, sagitta Herculis vulneratum, ope centaureæ herbæ a se inventæ sanitatem recuperasse). — Memoratur etiam a Catull. 64. 289. princeps e vertice Pelei Advenit Chiron portans silvestria dona. Quintil. 8. 6. 37. μετάληψις - Græcis tamen frequentior, qui «Centaurum» qui «Chironem» est, ἥσσονα dicunt. Stat. 1. Ach. 524. ingentem magni Chironis alumnum (i. e. Achillem). Mythogr. I. fab. 72. Chimæra monstrum Chironis et Achemenidæ filia fuit. — Laudatur ut medicus: Virg. 3. G. 550. magistri Phillyrides Chiron Amythaoniusque Melampus. Paul. Fest. p. 59. Centaurion medicamentum a Chirone Centauro inventum. Chironi ascribebant mulomedicinam (it. la veterinaria), quam latine vertit Claudius Hermeros. Veget.

mulom. prol. 3. 1. 17. 16. Laterc. med. Hermes 35 (1900) p. 368. Græca lingua scripsit Chiron Thessalus. — De sidere (intelligitur vel Centauros vel Sagittarios): Isid. 3. Orig. 70. 36. Centaurus Chiron, propter quod nutrierit Æsculapium et Achillem, inter astra dinumeratus est. — Epitheta: Stat. 2. Silv. 1. 88. Chiron blandus. et 1. Ach. 896. dulcis. Juvenal. 7. 212. citharœdus. Ovid. 5. Fast. 126. geminus. et 5. ibid. 413. justissimus. Stat. 1. Ach. 106. longævus. Senec. Tro. 832. magister. Ovid. 2. Met. 676. Phillyreius heros. Germ. Arat. 421. plus. Stat. 2. Silv. 1. 89. semifer. et Ovid. 5. Fast. 379. semivir. Senec. Thy. 861. et Lucan. 6. 193. senex. — De artis opere Juvenal. 3. 205. nec non et parvulus infra Cantharus et recubans sub eodem marmore Cheiro (Chiron p). Ceterum de plurimis antiquæ artis monumentis, ad Chironem pertinentibus, vd. Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (29)., coll. Visconti Iconogr. Gr. I. p. 361. sq., Klugmann, Bull. dell' Istit. 1876. p. 140. sq., Puchstein, Arch. Ztg. XXXIX. 1881. p. 248., Imhoof-Blumer u. Otto Keller Tier-u. Pflanzenbilder 69. et Benndorf, Gr. und Sic. V.-B. 86. ¶ 2. Item scriptor veterinarius, sæpe confusus cum Centauro et cujus librum, quem stilo sordidum appellat, citavit Veget. 1. Mulom. 3. et 4., coll. 1. ibid. 17. 16.: hunc latine vertit Cl. Hermerus. De hoc tamen V. Schanz, G. R. L. IV. t. p. 20. — Hinc Chironius, adj. (Χειρώνειος). Acc. m. Chironion ap. Diosc. et f. Chironian ap. Plin. — Chironeus hab. Gloss. II. 100. 20.; Cgronias vero Diosc. 4. 178. — Chironium vulnus, sc. mortiferum, insanabile ap. Cels. 5. 28. 5., Pelagon. 317., Plin. Val. 3. 17. — Absolute Chironium, idem. Chiron 678. de vermicie, [id est Chironio. et 680. Si cui jumento in ungulam Chironium etc. — Nom. herbarum. Plin. 1. Hist. nat. 25. 13. Panaces Chironion. — Subst., idem. Id. ibid. 30. Centaurion sive Chironion. — Chironicus, adj. Sidon. 2. ep. 12. 3.

II.) Est etiam nom. equi. Mythogr. II. fab. 119. Equum autem a Neptuno cum Minerva certante progenitum alii Scitium, alii Chironem, alii Arionem - dicant fuisse nominatum. Adde Mythogr. III. fab. 5.

CHIRŌNĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CHIUS, a, um, adject. V. voc. seq.

CHĪUS et Chios, ii, f. 2. (Χίος) nom. geogr. et pers. — a) Scribitur Chios, Græc. poeti., Isid. et Horat. locc. citt., al. — In antiquis Mss. et editis libris confunditur sæpe cum Cius, opp. Bithyniæ, Cea, Cia et Ceos, Cos et Coos, quæ sunt diversarum insularum nomina (Hildebr. ad Apul. apol. 9). — b) Prosod.: prior syllaba, brevis ap. Horat. 1. Ep. 11. 21., producitur Cic. Arat. 422. «Quos tenet Ægeo defixa in gurgite Chius». Contra in adjectivo prior, longa ap. Ovid. 3. Met. 597., corripitur Avien. Arat. 251. «Hac falcata Chii reserunt cornua monstri». — c) Etym.: de vocis origine dissentiunt veteres. Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (136). quosdam ait eam deducere a Chione nympha, alios vero a nive, quæ græce est χιὼν (a χέω, fundo), et quæ ibi plurima decidit (Cf. ὅταν βορέας χιόνα χέῃ Eurip.). Rectius vero Isid. 14. Orig. 6. 30. «Chios insula Syra lingua vocatur eo quod ibi mastix gignitur. Syri enim masticem chion vocant». Id autem confirmatum putaverim vocabulo Dachesirat- al Mastiki, quo ea ab Arabibus appellatur. Quo circa haud recte Bochart, Géogr. sacr. p. 382. ab Hebr. [illegible] hhtopd', i. e. serpens, derivat. Cf. etiam σχῖνος, arbor masticis apud Græcos.

Chios ¶ 1. Nom. geogr. — 1.°) Est insula Ægei, Ioniæ adjacens, cum oppido cognomine a Ionibus condito (Vellej. 1. 4) et portu (Liv. 36. 40. et 37. 27), olim Æthalia dicta (Plin. loc. cit.), hodie Chio et Scio. De ea Varro 1. R. R. 41., Colum. 10. 414., Prisc. perih. 552., Mela 2. 101., Nep. Chabr. 4., Lucan. 8. 195., Stat. 2. Silv. 2. 98. Mel. 2. 101., Hygin. 2. Astr. 34., Curt. 3. 1. 19., Vib. Seq. p. 154., Ampel. 6., Solin. 11., Vitr. 7. præf. 9., Tab. Peut. 9., Corp. 3. p. 85. et 1292., coll. Æschyl. Pers. 881., Herod. 1. 18. etc., Hell. 1. 1. 32. etc., Dem. 5. 25. etc., Diod. 5. 79. etc., Paus. 7. 4. 6., Ptol. 5. 2. 30., Plut. Lucull. 3., Homer. Il. 3. 170., quem Chii sibi adjudicabant, ut scribit Cic. Arch. 8. 19. ibique tumulum habuisse tradunt Solin. loc. cit. et Pollux in Onom. 9. 6.; quin et nummos cum ejus effigie videre est ap. Eckhel, 2. p. 565. Cf. etiam Cavedoni Spic. numm. p. 178. sq., Mionnet, Descr. III. 265. sqq., Imhoof-Blumer, Monn. gr. Par. 1883. p. 297. sqq. — Hæc insula traditur vasta ac montosa et feracissima, cujus celebratur vinum, Arvisium dictum (Varro 9. L. L. 67. Cf. Horat. 1. Sat. 10. 24. et alib.); ficus albæ et nigræ (Macrob. 3. Sat. 20. 1., Varro 1. R. R.), quarum plura genera; pirus, quam phocida appellant (Plin. 17. Hist. nat. 24. 37. [237]); anguillæ inaures gestantes (Id. 32. ibid. 2. 7. [16]); mastice, ut diximus, candida, odorata; marmor, quod et Luculleum dictum, et vulgo, ut creditur, hodie marmo africano appellatum (Isid. 16. Orig. 5. 17); aliaque, de quibus V. præsertim Plin.; tum etiam artifices, qui maxime ibi floruerunt et quorum monumenta plurima Verres eripuisse traditur Cic. 1. Verr. 19. 49. et 20. 52. — Olim a Pelasgis habitata et Lelegibus, dein Ionibus, quorum fœderationi erat adscripta, Dareo naves comparavit; sed brevi cum universa Ionia in eum insurrexit, Spartiatas expulit a. 394. et cum Atheniensibus, quorum societatem repudiaverat a. 413. fœdus iterum sanxit; mox regibus Macedoniæ et Pergami subjacuit; cum Romanis multa in bello Mithridatico pertulit, civitas libera Plinii ætate, adnexa postea provinciæ insularum; patria Theopompi aliorumque illustrium virorum (Thuc. 1. 116. etc., Scyl. 98. et 114., App. Mithr. 46., Strab. 13. 589., 14. 601. et 645., Arr. An. 3. 2. 4. Cf. etiam ex recentioribus Fustel de Coulanges, Mém. sur l'île de Chio, Archiv. des Miss. scient. et littér. V. (Par. 1856) 481-642.; Judeich, Kleinas. Stud. Marb. 1892.; Houssaye, L'île de Chio dans l'antiq., Rev. d. deux Mond. XLVI. seq.). — 2.°) Item oppidum, situm in ora orientali, insulæ metropolis, Vellej. 1. 4. et Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (136). Cf. Cic. Arch. loc. cit. — 3.°) Item oppidum Cariæ, teste Steph. Byz. Cf. Lucret. 4. 1125., quem locum vexatissimum illustrat Lachmann, et Plin. 16. Hist. nat. 5. 6. (15). — Deriv. Chius, adj. (Χῖος pro Χίος), de cujus quantitate V. superius. Varro Men. 104. Amphoræ Chiæ. Martial. 7. 31. 2. marisca. Plaut. Curc. 78. vinum (Horat. epod. 9. 34). Horat. 3. Od. 19. 5. cadus. Ovid. 3. Met. 597. tellus. Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (136). marmor. Avien. Arat. 251. monstrum (i. e. chela scorpius, cujus morsibus Orion in insula Chio periit). et 1135. signum. — In proverbio, ut videtur: Petron. 63. a puero vitam Chiam (i. e. mollem) gessi. — Absolute Chium, vinum, ap. Horat. 1. Sat. 10. 24., 2. ibid. 3. 115. — Chiæ, vites. Calpurn. 2. Ecl. 81. et Martial. 13. 23. — Chii, incolæ (Χῖοι). Cic. 1. Divin. 13. 23., Liv. 27. 30., Vitr. 10. 16., Curt. 4. 8. 12., Sueton. Tib. 8., Frontin. 1. Strat. 4. 13. et 2. ibid. 7. 15. — Et sing. Varro 1. R. R. 8., Martial. 5. 61. 10., Hieronym. chron. a. Abr. 1325. — In titulis, de vir. Corp. 6. 1952., 5234., 6217. etc. — De mul. Corp. 6. 297., 4373., 5485. etc. — Horat. 4. Od. 13. 7. virentis et Doctæ psallere Chiæ (V. Porphyr. et Schol. ad l.). — Chiacus (Ciacus), adj. (Χιακός): absol. Diosc. 3. 31. et Oribas. syn. 3. 41. ¶ 2. Est etiam Chius v. Cius cogn. vir. serv. vel libert. Corp. 6. 3937., 4904., 9046. etc. et 14. 1804. — Chia v. Cia, mul. Corp. 6. 297., 4373. etc. — 11868. Ciæ (genet.). et Corp. 5. 4659. Ciai (dat.).

CHLAMYDIA. V. DELOS.

CHLODOBERTHUS, i, m. 2. (Teut.: dominus v. princeps v. heros illustris) Priorum duarum syllabarum quantitas, ut videre est in sequentib. nominib., non sibi constat. — Chlodobertus v. Chlodobertus fuit filius Childerici, regis Francorum. Greg. Tur. 5. Fr. 34. et Venant. 2. carm. 29. ejus epitaph. — Id. 9. ibid. 4. 3. Hoc igitur tumulo recubans Chlodobertus habetur. Cf. tamen et voc. seq.

CHLODOMERIS, is, m. 3. (i. e. princeps clarus) ¶ 1. Filius Chlothacharii, regis Francorum. Greg. Tur. 2. Fr. 29. et sæpius. et Mar. Avent. chron. II. 235. 524. ¶ 2. Item filius Guntchramni, regis Francorum. Greg. Tur. 4. Fr. 25. et Carm. cod. Petav. 16. 5. Chlodomeris enim excellens regia proles.

CHLODOSINDA, æ, f. 1. (i. e. domina insignis) ¶ 1. Filia Chlothacarii, regis Francorum. Greg. Tur. 4. Fr. 3. — Venant. vit. s. Germ. 21. 61. Chrodosintha. ¶ 2. Item filia Sigiberti, regis Francorum. Greg. Tur. 9. Fr. 16. — Id. 9. ibid. 20. Chlodosuinda.

CHLODOVALDUS (Chlodoaldus), i, m. 2. (i. e. dominus celeber) tertius filius Chlodomeris. Greg. Tur. 3. Fr. 6. Inscr. chr. Leblant 209. Chlodoaldus.

CHLODOVECHUS (v. Chlodoveus), i, m. 2. (i. e. miles celeber) ¶ 1. Chlodovechus I., rex Francorum, filius Childerici I., maritus Chlotildis. Alc. Avit. ep. 46. tit. Chlodovecho regi. - Venant. 9. carm. 4. 5. de proavo - Chodovecho. et ibid. 5. 5. belligeri - Chlodovechi. — Inscr. chr. Kraus I. 68. et Remig. Rem. ep. 1. Chlodoveus. Alc. Avit. hom. 31. Chlodovæus. Conc. Aurel. a. 511. p. 2. 17. Gloriosissimi regis Clothovechi. — Jorn. Get. 295. Lodoin. et Isid. Goth. 36. chron. II. p. 281. Fludulcus. et p. 503. Lodovicus. V. ALUJUS. — Chlodovechus v. Chlodoveus dici potest Francorum gentis conditor, a. 465-511., regnavit autem an. 20., Romanos vicit Augustæ Suessonum a. 486., Alamannos a. 496., Burgundiones a. 500. et Visigothos a. 507.; Remigii ep. Remensis opera ad fidem conversus et cum flore exercitus baptismo ab eo ablutus, qui tunc dicitur celebria illa verba protulisse: «Demitte frontem, fere Sicamber; adora quod incendisti, incende quod adorasti». ¶ 2. Chlodoveus II. rex. Corp. 13. 905 (Burdigalæ).

CHLOE, es, f. 1. (Χλόη: cf. χλόη, herba viridis) Scribitur etiam Cihoe in Corp. 5. 4721. et Glove in Corp. 4. 4430. ¶ 1. Est nom. mul. — 1.°) Fuit puella formosa, de qua Horat. 1. Od. 23. 1. et alib. — 2.°) Alia, ad quam exstant tria epigrammata Martial. 3. 53., 4. 28. et 9. 16. — 3.°) Item mulier christiana Corinthia. Hieronym. nom. hebr. p. 75. Chloes investigantes sive omnes; sed melius concluso sive consummatio. Vulg. 1. Cor. 1. 11. Ab (his) iis, qui sunt Chloes (ὑπὸ τῶν Χλόης). Ambros. ad l. p. 186. «Chloes aliquibus videntur homines (sc. viros) esse etc. - aliquibus videntur locus esse - aliquibus videtur feminam fuisse etc.» (sic). Probabilius tamen Chloe hic est nom. mulieris v. fort. familiæ christianæ. Cf. Rom. 16. 10. — In titulis. Corp. 6. 2526. - Transiit in cogn. Corp. 9. 586 (Venusiæ).; 10. 2741 (Puteolis). ¶ 2. Etiam nom. vir. Corp. 5. 4721.

CHLOREUS, ei, m. 2. (Χλωρεύς: a χλωρός, viridis) Acc. Chlorea ap. Virg. 11. Æn. 768. et 12. ibid. 363. — Fuit Phryx, sacerdos Cybeles, laudatus Virg. loc. citt. Cf. Macrob. 5. Sat. 15. 11.

CHLORIS, idis (idos), f. 3. Χλωρίς (V. voc. præc.) ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit nympha, nupta Zephyro, eadem quæ Latinis Flora, teste Ovid. 5. Fast. 195. Adde Lact. 1. 20. — 2.°) Item uxor Ampyci, mater Mopsi Argonautæ. Hygin. fab. 14. — 3.°) Item filia Amphionis et Niobes (Apollod. Bibl. 3. 46), quæ ex septem superfuerat, Nelei uxor, duodecim filiorum mater, quorum decem occidit Hercules, undecimum Periclymenum Neptunus in aquilam vertit, duodecimum, Nestorem, Trojæ more eripuit (Hygin. fab. 10., coll. 11., 14., 69. et 97). — 4.°) Item filia Tiresiæ et Rhytmonii uxor (Schol. Pind. Nem. 9. 57). — Eam pinxit Polygnotus Delphis (Paus. 10. 29. 5). — 5.°) Alia: Horat. 2. Od. 5. 18 (Cf. Porphyr. et Schol. ad l.). Id. 3. Od. 15. 8. Chlori (voc.), Propert. 4. 7. 72., Corp. 6. 27687.

CHLORUS, i, m. 2. (Χλῶρος) ¶ 1. Est nom. vir. Cic. 2. Verr. 8. 23. De Sex. Pompejo Chloro, qui fuit «homo honestissimus - civis Romanus virtutis causa - Siculorum primus ac nobilissimus». Adde Inscr. apud Momms. n. 1749. — Sæpe a Græcis ita cognominatus est Flavius Valerius Constantius, de quo V. in FLAVIUS. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii Asiæ in Cilicia. Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91).

CHLŌTHACHĀRIUS, Chlotharius v. Chlodacharius, ii, m. 2. (i. e. dominus illustris) ¶ 1. Fuit

rex Francorum a. 511-561. Memoratur Greg. Tur. 3. Fr. 1. — Venant. 7. carm. 16. 33. Chlotharii rursus magna dominatus in aula. et 9. ibid. 4. 6. Chlodacharii nepos. ¶ 2. Item rex Francorum a. 575-627. Greg. Tur. 7. Fr. 7. — Corp. 13. 1483 (in Aquitania, potius a. 621. quam a. 548). ¶ 3. Item filius Guntchramni. Greg. Tur. 4. Fr. 25. — Carm. cod. Petav. 17. 4. Chlotarius magni nomine dictus avi.

CHNŎDOMARĬUS, ii, m. 2. rex Alamannorum, homo nefarius et belli in Romanos incentor, Argentorati captus in prœlio a. 357. p. Chr. ductusque Romam, ubi periit. Ammian. 16. 12. 4. Princeps audendi periculosa rex Chnodomarius.

CHNŪBIS, idis, m. 3. Χνοῦβις, i. e. aurum. Cf. Χνοῦβος in H. Steph. Thes., Κνοῦφις Strab. 17. 817., Ægyptiorum lingua, proprie Chnūm, mutato m in b, = Chnub, arch. Chnōmew, quod plenius Χνουμ-ω-νεβ-ιηβ, i. e. Chnubis-magnus-ab Elephantina, insula (Letronne, Rec. d'Inscr. I. 446), ubi templum (Χνουβιεῖον) habebat. Est autem cogn. Jovis Ægyptii. Corp. 3. 75 (in Philis insula, ca. an. 203. p. Chr.) Iovi optimo maximo HAMMONI CHNVBIDI. Cf. Morgan, Cat. gén. des monum. de l'Égypt. I. et Sethe, PW. 3. 2349.

CHŎASPES, is, m. 3. (Χοάσπης Niceph., Χοάσπης Herod.) Prisca forma Persica est Huvaspa, i. e. abundans equis (εὔιππος). — In recto etiam Choaspis ap. Eustath. Bas. hex. 3. 6. — Cospis ap. Rav. p. 77. — Gen. Coaspi (quasi sit a Choaspus) ap. Solin. 38. — Acc. Choaspen ap. Val. Fl. loc. cit. et Curt. 4. 5. 4., qui 5. 2. 9. habet Choaspin. — Est nom. geogr. et pers.

I.) Choaspes, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius in Media nascens, Susa (metropolim: cf. Tibull. 4. 1. 140) alluens, Tigrim influens et cum eo in sinum Persicum desinens. De eo Tibull. loc. cit. regia lympha Choaspes. et Solin. 37. nobilissimus amnis. — Cydnus traditur ab eo derivari, qui est tam dulcis ut Persici reges quamdiu inter ripas Persidis fluat, soli sibi ex eo pocula vindicaverint. Ita Solin. 38., coll. Auson. 293. 28. ¶ 2. Item fluvius Bactrianæ et Indiæ. Curt. 8. 10. 22., Eustath. et Rav. locc. citt. — Hinc Choaspitis (Χοασπῖτις), gemma a fluvio Indico dicta ex viridi fulgoris aurei. Plin. 1. Hist. nat. 37. 56., coll. Isid. 16. Orig. 7. 16.

II.) Etiam nom. pers., sc. nom. vir. Val. Fl. 5. 602. Quid si amnigenam mirere Choaspen? Sil. It. 8. 317. ductor spectatus Marte Choaspes Neritia Meninge satus. et 4. 824. accede, Choaspe (voc.; Idaspe Sang.).

CHŌBA (Coba), æ, f. 1. (Χωβάθ) oppidum Mauretaniæ Sitifensis, municipium Ælium (Corp. 8. 8375), dictum ab Ælio Hadriano imp., qui eo coloniam fort. deduxit vel illud instauravit, hodie Ziama. Memoratur Itin. Ant. p. 18., Tab. Peut. 2. — Rav. p. 154. Chova.

CHŌBĀR, indecl. (Hebr. Kebār, LXX. Χοβάρ, Assyr. Kabaru) aquæ fluxus seu amnis Chaldææ, ad cujus ripas Hebræi translati sunt a Nabuchodonosor et ubi Ezechiel propheta priores habuit visiones (Ezech. 1. 1.; 3. 15. et 10. 15). — Cl. De Vit hunc cum Habor (Hhabur) confundit memorato 4. Reg. 17. 6. et 18. 11., quo deportati sunt pars captivorum Israelitarum tempore Oseæ regis, Χαβώρας v. Ἀβόρρας apud veteres, hodie Khabur, qui in Euphratem influit; flumen enim Hhabur transcribi non potuit Kebār hebr., quia initio hhet postularet, non caph.; præterea hoc partem irrigat Mesopotamiæ borealem, quum e contrario « terrā Chaldæorum » (Ezech. 1. 3) pars australis designatur. Hieronym. nom. hebr. p. 57. « Chobar gravitudo vel gravitas ». et in Ezech. 1. 23. « gravissimus » quasi sit adject. Tigris v. Euphratis = Kabbir, fortis, potens (Is. 17. 12. et 28. 2); at Kebār hebr. nunquam hoc sensu usurpatur; interpretes vero generatim hoc tamquam nom. propr. verterunt, ita ut omnino tenendum sit nec Euphratem ibi intelligi nec Tigrim, sed fortasse Neher Malcha seu amnem regium, inter illos fluvios præcipuum, ab Euphrate defluentem, quem Plin. putat a Chobar vel Gobaris architecto effossum (6. Hist. nat. 30. 30. [120]). Cf. Rawlinson, The five great monarch. III. 56.

CHŌDORLAHŌMOR, indecl. m. Hebr. Kedorlaʿōmer « manipulus mergitum » (Gesen. in Lex. Hebr. ad v.) v. quasi « generatio manipuli » (Hieronym. loc. cit.). V. tamen infra. LXX. Χοδολλογομόρ, Jos. Χοδολλάμορος. — Scribitur etiam Chodollahomor (Chodorlagomar F H) ap. Hieronym. nom. hebr. p. 4. et Chodorlagomor ap. eund. sit. et nom. p. 84. — Etymon rectius duxeris ab Assyr. Kudur-Lagamar, sc. « servus (dei) Lagamar »; quod utrumque (Kudur et Lagamar) legitur in Inscript. cuneatis (V. Oppert, Kedorl. in Theol. Stud. u. Kritik. 1871, p. 509-512. et Schrader-Whitehouse, The cuneiform. Inscr. and the Old Test. 1885. I. p. 121-123).

Chodorlahomor, rex Elamitarum, qui Pentapolim et Ammonitidem occupaverat, has regiones rebelles (Gen. 14. 4) una cum Amraphel, rege Sennaar, et Arioch, rege Ponti (Syr. Elassar), et Thadal, rege gentium (sc. ex Japhetidis quarumdam: cf. Gen. 10. 5), comprimere aggressus, Pentapolim invasit eamque cum aliis locis finitimis in prœlio sibi victor submisit tulitque secum prædam; quem tamen Abraham cum suis insectatus, necopinum percussit reduxitque ablata (Gen. 14. 1-16). — Quo autem tempore vixerit Chodorlahomor, ex Inscriptionibus non constat; sed ex scriptoribus alii statuunt a. 2300. a. Chr., alii ca. 1925 (V. Delitzsch in Calwer Bibl. Wörtb.); sed cf. ABRAHAM.

CHŒRĪLUS, i, m. 2. (Χοιρίλος v. Χοιρίλλος) ¶ 1. Poeta tragicus Atheniensis, laudatus Hieronym. chron. a. Abr. 1534. Chœrilus et Phrynicus illustres habentur. — Auctor est metri, quod Chœrilium (Χοιρίλειος) ab eo appellatur, de quo Mar. Victorin. gramm. VI. 70. 18., et est « species dactylici metri » ut docet Sacerd. gramm. VI. 502. Id. ibid. 507. 19. « De Chœrilio hexametro et ejus schematibus octo. Chœrilium metrum, quod et Diphilium et angelicum nuncupatur etc. ». — Floruit ca. a. 524-481.; ceterum nulla ex multis ejus tragœdiis ad nos pervenit, si excipias Alope (Paus. 1. 14. 2), nec ullum certum fragm. (Croiset, H. L. Gr. III. 46). — Veteri proverbio exhibetur tamquam rex satyrici generis: « ἡνίκα μὲν βασιλεὺς ἦν Χοιρίλος ἐν σατύροις » (Plot. p. 507. K). Alii tamen aliter interpr. (V. Wecklein, Eurip. Kikl. 1903. p. 3). ¶ 2. Item poeta epicus, Samiensis (al. Iasensis), comes Alexandri M., cujus gesta versibus descripsit sed parum feliciter, quare Horat. 2. Ep. 1. 232 de eo. « Chœrilus, incultis qui versibus et male natis etc. ». — Opus ejus majus est Perseides (Περσηΐς v. Περσικά) seu bellum Græcorum cum Persis, quod Suid. vocat « victoria Atheniensium de Persis », ab Atheniensibus plurimi habitum et magnificentissimo præmio seu mercede donatum, cujus perpauca fragmenta collegit Naeke. Cf. de eo etiam Arist. top. VIII. 1. et Curt. 8. 5. 8.

CHŌMA, æ, f. 1. (Χῶμα) oppidum Lyciæ, hod. Armudly (?). Plin. 5. Hist. nat. 27. 28. (101)., coll. Ptol. 5. 3. 7. — De ejus nummis vd. Head, 695.

CHŌRASMĬI et Chorasmi, ōrum, m. plur. 2. (Χοράσμιοι et Χωράσμιοι) Corasmi, sine aspiratione, ap. Fulg. æt. m. p. 166. — Prima syllaba, ut in Græca voc., produci potest. — Chorasmii sunt gens Scythiæ, ad Oxum fluvium. Oros. 3. Hist. 18. (Alexander) Chorasmos et Dahas, indomitam gentem, in deditionem accepit. Itin. Alex. M. 96. Pharasmenes, Chorasmiorum rex. Avien. orb. 923. Nec procul ad Boream diri posuere Chorasmi Hospitia etc. Adde Plin. 6. Hist. nat. 16. 18. (48)., Justin. 12. 6. 18. Rav. p. 48. (Parthia) habet infra se provincias, id est Chorasmon. — Hinc Chorasmius, adj. Prisc. perih. 722. Chorasmia prole (primā productā).

CHŌRISCUS, i, m. 2. cogn. lib. Rom. Inscr. apud Furlanetto, Lap. Pat. p. 336., ubi ipse, et rectius quidem, putat legendum esse Coriscus, sine aspiratione, a Gr. κόρισκος (inus.), qui a κόρος, puer, demin. v. ὑποκορ., i. e. adulescentulus.

CHOROMANDÆ, ārum, m. plur. 1. gens fabulosa Indiæ, descripta Plin. 7. Hist. nat. 2. 2. (24)., similis pop. Rākṣasa. — Ad h. l. adnotat Cuvier: « Primariæ magnitudinis simias crediderim ». Cf. etiam Dalton, Journ. asiat. soc. of Bengal 1866. p. 168.

CHORSĀRI, ōrum, m. plur. 2. nomen Persarum apud Scythas, teste Plin. 6. Hist. nat. 17. 19. (50).; sed rectius Salmas. et Momms. leg. Chorsaci, favente Solin. 49. « Scythas Persæ lingua sua Sacas dicunt, invicem Scythæ Persas Chorsacos nominant ».

CHRĔMĒS, ētis, m. 3. (Χρέμης: a χρέμω, screo, dictus) senum appellatio in comœdiis Terentii: Andr., Haut., Phorm.; juvenis in Eun. — a) De scriptura: Cremes, sine aspiratione, in Corp. 3. 9872 (in Dalm.). — b) De formis — Genet. Prisc. gramm. I. 30. Chremetis. et Charis. gramm. I. 68. Chremis et Chremetis. Exc. Bob. gramm. I. 541. Terentius Chremeti declinavit (Andr. 368. Chremetis codd.). Prob. nom. gr. IV. 215. Chremes. — Dat. Chremeti et Chremi ap. Don. Ter. Andr. 132. et 916. — Acc. Chremem ap. Plaut. Asin. 866.; Chremetem ap. Ter. Andr. 472. et Chremeta ap. Horat. 1. Sat. 10. 40. — Voc. Chreme ap. Ter. Andr. 538 (Chremes pauci: cf. Don. ad l.). — Abl. Chreme et Chremete ap. Don. Ter. Andr. 248. et 771. — c) De prosod.: prima etiam longa adhibetur Lucil. 751. et Sil. It. 1. 408.

Chremes ¶ 1. Est persona comica, fere senili ætate, potissimum apud Ter., cui sæpe alludunt Cic. et Hor. ut 1. Fin. 1. 3. Chremes Terentianus. et 1. Off. 9. 30. Chremes humani nihil a se alienum putat. et Hor. epod. 1. 33. Avarus ut Chremes. Adde eund. 1. Sat. 10. 40. et Ars p. 94., Sidon. ep. 1. 11., Boeth. c. Eut. 3. p. 193., Augustin. ep. 4. et Mar. Victorin. rhet. p. 288. 33. ¶ 2. Est etiam nomen militis, ap. Sil. It. loc. cit. Tum frontem Chremes intonsam umbrante capillo Sæptus.

CHREMĔTĒS, is, m. 3. (Χρεμέτης et Χρεμετίς) fluvius Africæ occid., se in Atlanticum exonerans, non in Nilum, ut tradit Arist. meteor. 1. 13., coll. Basilio in Hex. hom. 3. Memorat Rav. p. 119. — Punice dicebatur nahar Keramath, sc. fluvius vinearum, Hebræis Keramim, quod Scyllax confirmat, hodie Senegal.

CHRĒSĬMUS, i, m. 2. (Χρήσιμος, utilis, commodus) Scribitur etiam Cresimus in Corp. 6. 10603. etc.; Cresumus 2. 6272. et Crhesimus 6. 595. — Notatur in titulis Chres., Chrest., Chresim.

Chresimus, cogn. in gente Aurelia, Furia et Quintilia. ¶ 1. Apud scriptores. Plin. 18. Hist. nat. 6. 8. 41. (Ex Pisone) C. Furius Chresimus e servitute liberatus. Cod. Just. 2. 3. 27. Imperatores Diocletianus et Maximianus - Aurelio Chresimo. ¶ 2. In titulis sæpe. Corp. 6. 1879., 12659. etc. — Chresime (Χρησίμη), cogn. mul. Corp. 6. 7520. etc. — Hinc Chresimianus, cogn. vir. Corp. 14. 326. 18 (Ostiæ).

CHRESTUS, i, m. 2. (Χρῆστος) Scribitur etiam Crestus in Corp. 6. 5269. etc. — Crhestus in C. 6. 9283. etc. — Christus in C. 6. 7245. etc. et Cristus in C. 3. 14214 (a. 102. p. Chr.) — In recto Chrestos in C. 6. 21100. et acc. Chreston ap. Justin. 38. 5. 8. — Notatur in titulis Chr. et Chrest. ¶ 1. Apud scriptores. Gran. Lic. p. 37. Socrates, filius Nicomedis Euergetis ex concubina, Chrestus etiam quasi meliore nomine ab eodem (sc. rege, filio Nicomedis legitimo) vocatus frustra regnum expetit. Justin. loc. cit. Non regem Bithyniae Chreston, in quem senatus arma decreverat, a se in gratiam illorum occisum? Auson. carm. min. 41. 1. Germani fratres sunt, Chrestus, Acindynos alter - alpha sum Chresto Acindynus (Cf. 40. Χρῆστος Ἀκίνδυνος etc.). Sueton. Claud. 25. (Claudius) Judæos impulsore Chresto assidue tumultuantes Roma (a. 50) expulit (sc. Judæos, Christianis commixtos, Christi acerrimos osores ejusque asseclas calumniis ac turbis divexantes; sed ethnicus et ignarus scriptor minus accurate rem et nomina refert). Adde Cic. 2. Fam. 8., Martial. 7. 55. 1., Cassiod. 2. Hist. trip. 17. et Cod. Just. 4. 57. 2. et 8. 17. 2 (a. 212). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 6. 880., 1929. etc. — Chreste, cogn. mul. Corp. 6. 990., 1736. - C. 6. 13952. Chresteni (dat.). — Cf. nom. deriv.: Chrestis (Χρηστίς), f.; Chrestius, Chrestio (onis), Chrestinus (a) et Chrestillus (a), cogn. in Corp. passim.

CHRISTIĀNUS, a, um, adject., et

CHRISTIĀNUS, i, m. 2. V. voc. seq.

CHRISTUS, i, m. 2. (Χριστός) nom. vir. — a) Orthogr.: Chrestus ap. Lact. 4. Inst. 7. 5. « Sed exponenda hujus nominis ratio est propter ignorantium errorem, qui eum immutata littera Chrestum solent dicere » (Hinc et Chrestianus in Corp. 10. 7173. V. infra). Adde Sueton. Claud. 25., al. — Cristus, omissa aspiratione, in Inscr. chr. ap. De Rossi I. 240., 566 (a. 392 = Carm. epigr. 1345)., 752 (a. 451)., 841. 5 (a. 472 = Carm. epigr. 1357. 5), Röm. Quartalschrift XXII (1908) p. 84., Notiz. degli scavi 1908. p. 465 (a. 452. Romæ) etc. — Crhistus, transposito h, in Corp. 11. 2836 (Volsiniis = Carm. epigr. 742. 1). — Sæpissime in titulis legitur notatum per monogrammata vel per litteras Xρ–, latina terminatione affixa. — Tertull. bapt. 8. Jacob nepotes suos (Ephraim et Manassen [V. Gen. 48. 13-14]), intermutatis manibus (X) benedixerit et quidem ita transversim obliquatis in se ut Christum deformantes jam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram. Lact. mort. pers. 44. 5. Constantinus facit ut jussus erat et transversa X littera, summo capite circumflexo Christum in scutis notat. Paul. Nol. carm. 19. 618. (Crux) dissimili compacta paratu Eloquitur dominum tamquam monogrammate Christum. — Xρ–: Corp. 14. 2224[6]. Xρi (X. 761. al.). X. 1195. Xρo (dat.). 8076. etc. passim et in titulis et in libris mss. Cf. Traube, Nomin. sacr. p. 131. sq. — b) Etymol.: Christus est idem quod unctus, a χρίω, ungo (Hebr. Mashiahh = Messias: a משח mashahh, unxit, nempe per unctionem Deo sacratus). Tertull. adv. Prax. 28. Christum facis Patrem, stultissime, qui nec ipsam vim inspicias nominis, si tamen nomen Christus et non appellatio potius; unctus enim significatur; unctus autem non magis nomen quam vestitus, quam calciatus. Itaque Christus accidens nomini res. et Lact. 4. Inst. 7. 4. Nam Christus non proprium nomen est, sed nuncupatio potestatis et regni: sic enim Judæi reges suos appellabant (Vulg. 1. Reg. 24. 11., coll. Is. 45. 1. et alib.). Id. Joh. 1. 41. Invenimus Messiam quod est interpretatum Christus. Hieronym. nom. hebr. p. 66. Messias unctus, id est Christus. Adde Augustin. 16. Civ. D. 38., Rufin. Trin. 5. 2., al.

Christus ¶ 1. Generatim de regibus apud Hebræos, qui proprio ritu inungebantur, non tamen semper, sed præcipue ubi erat statuendæ successionis ac dignitatis necessitas et jus: item sacerdotes et aliquando prophetæ. Vulg. 1. Reg. 24. 11., Ps. 28. 8. et alib. — Per quandam extensionem de Cyro, ap. Is. 45. 1. — In plur. num. de patriarchis, in Ps. 104. 15. ¶ 2. Singulari plane significatione dicitur de Messia, sc. de CHRISTO IESV, Deo et Homine, qui mystico sensu et κατ' ἐξοχήν Unctus dicitur; sacerdos enim fuit et rex et propheta (Cf. Deut. 18. 15., Luc. 7. 16., Ps. 2)., de quo V. plura in JESUS. — 1.°) Proprie. — a) Universim. Vulg. Matth. 1. 16. De qua (Maria) natus est Jesus, qui vocatur Christus. Id. 16. 16. Petrus dixit: Tu es Christus, filius Dei vivi. et Joh. 7. 42. Quia ex semine David venit Christus? et 20. 31. Scripta - ut credatis, quia Jesus est Christus filius Dei. et Rom. 5. 9. Christus pro nobis mortuus est. et 6. 9. Christus resurgens - jam non moritur. et 10. 4. Finis legis Christus, ad justitiam omni credenti. — b) Speciatim — α) De Christi cultu: Tac. 15. Ann. 44. Auctor nominis (sc. Christianorum) Christus, Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus est. Plin. 10. ep. 96. 7. Essent soliti (sc. Christiani) stato die ante lucem convenire carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem. Adde eund. 10. ep. 96. 5. et 6. Cf. Lamprid. Alex. 29. In larario suo - Apollonium et, quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham et Orpheum et hujusmodi ceteros habebat. et 43. Christo templum facere voluit Christumque inter deos recipere; quod et Hadrianus cogitasse fertur. — β) Item de laudibus: Præf. bibl. monarch. Matth. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, dispositio vel ratio - Deus Christus est. Hil. in ps. 51. 4. In Christo, qui David, oriens, justus, rex et æternus et pastor est, totius spei nostræ consummatio et legis finis esse intelligitur. et in ps. 68. 4. Religiosæ - viæ doctrina Christus est. — γ) De figuris seu typis: Tertull. carn. 17. Christus Adam ab apostolo dictus est (22. secundus Adam Christus. resurr. 53. Vulg. 1. Cor. 15. 45). Zeno 2. 54. Columna Judæis viam demonstrans Christus est Dominus. Adde Philastr. 42. 2., Prudent. cath. 8. 166. et 168., Hieronym. ep. 22., Ambros. hex. 6. 4., Cypr. idol. 10., Optat. 3. 2. p. 69., Iren. 3. 5. 1. Sic Melchisedech (Hebr. 7. 1), Isaac (Gen. 22. 2. sqq., Tertull. c. Marc. 3. 18. et Chrys. in Joh. 19. 17), scala Jacob (Joh. 1. 51), Joseph (Chrys. hom. 61. V. Carron, Essai sur le rapp. entre Jos. et N. S.), Moyses, manna, petra (1. Cor. 10. 2. sq.), serpens aeneus (Joh. 3. 14), agnus paschalis (1. Cor. 5. 7., coll. Justin. dial. c. Tryph. n. 40), Jonas (Matth. 12. 40). etc. — c) Epitheta et attributa: Ambros. in Luc. 3. 3. filius David (i. e. nepos). et in Is. 8. 65. agitator. Lact. 4. Inst. 26. 39. agnus candidus sine macula. Tertull. c. Marc. 1. 20. creator. et 30. 20. Deus. Comm. instr. 2. 1. tit. omnipotens-Deus vivus. Philastr. 1. 3. verus parens. Claudian. carm. min. 32. potens rerum. Hil. in ps. 2. 24. rex. Auson. 317. 1. salutifer. Tertull. c. Marc. 4. 10. dimissor delictorum. et 5. 10. filius hominis (i. e. Adami, vero homo, dict. fort. demissionis causa: cf. Ezech. 2. 1. et Dan. 7. 13). et 4. 10. propheticus. et 5. 15. salutificator noster. et resurr. 2. carnis redemptor. et ibid. 20. summus sacerdos. et orat. 1. Dominus noster. Philastr. 107. 1. Deus-salvator. Arnob. 1. p. 41. maximæ rei nuntiator. — Ps. Hil. lib. 4. sapientia vera, sermo, id est ratio, spiritus, via, lux, brachium, fortitudo, virtus, veritas, panis, vinum, vita, ostium. Verec. in cant. 2. 37. misericordia, religio, sanctificatio, bonitas. Carm. c. Marc. 2. 56. euangelium. Tertull. c. Marc. 5. 17. summus angularis (sc. lapis). Augustin. 20. Civ. D. 26. lignum vitæ. Hieronym. ep. 22. virgæ flos. Cypr. idol. 10. gratia. Ambros. in Luc. 2. 2. stella splendida et matutina. Hil. myst. p. 21. 22. sol justitiæ. et in ps. 138. 30. spes gloriæ. Priscill. tract. 6. 107. pascha nostrum (1. Cor. 5. 7). — d) Pluraliter (apud hæreticos). Tertull. c. Marc. 1. 15. Duo Christi, alter qui apparuit sub Tiberio, alter qui a Creatore promittitur. et 3. 21. Differentia duorum Christorum, quasi Judaicus quidem Christus populo soli - destinetur, vester vero omni humano generi liberando collatus sit. Adde eund. ibid. 4. 10 (seclusit Kroymann). Iren. 1. 2. 6. omnes Christos. Vinc. Ler. 11. 17. Nestorius duos esse vult filios Dei, duos Christos. — e) Juncturæ: sc. Jesus et Christus, v. Christus et Jesus. Vulg. 1. Cor. 16. 22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit. et alib. sæpissime. et Rom. 6. 23. In Christo Jesu. et alib. — Deus et Christus: Tertull. bapt. 9. Gratia penes Deum et Christum ejus. Cf. c. Marc. 1. 21. In Creatore et Christo ejus. et 2. 29. Alienare Christum a Creatore. — Christus et Ecclesia: Id. ibid. 5. 18. Christus caput Ecclesiæ. et 5. 12. Virginem sanctam destinat Ecclesiam assignare Christo, utique ut sponsam sponso. et anim. 11. Magnum illud sacramentum in Christo et in Ecclesia (Eph. 5. 32.: εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν). Hil. in ps. 14. 5. Ecclesia corpus est Christi. — Christus et Adam: Tertull. anim. 40. Omnis anima eo usque in Adam censetur, donec in Christo recenseatur. et 43. Si enim Adam de Christo figuram dabat, somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem. et resurr. 48. Auctor mortis Adam, Christus resurrectionis. — Christus et diabolus: Tertull. idol. 19. Non convenit - signo Christi et signo diaboli. Ambros. hex. 3. 10. Aliud semen est diaboli, aliud semen est Christi. — Ital. 2. Cor. 6. 15 (Tertull. pudic. 15). Quæ consonantia Christo et Belial? (Vulg. quæ conventio Christi ad Belial?). et Damas. ep. 13 (Migne) p. 366. Quæ participatio Christo et Belial? — f) Locutiones plurimæ occurrunt apud patres et scriptores eccl., quarum aliquot exhibemus, omisso auctoris opere — α) De personis: Christi æmulus (Tertull.), amicus (Zeno), angelus (Ambros.), antistes (Damas.), apostolus (Tertull.), athleta (Ambros.), auriga (Hieronym.), coheres (Ambros.), discipulus (Hil.), frater (Tertull.), homo (Firm.), liberti omnes, nemo liber (Ambros.), martyr (Hil.), miles (Lact.), pontifex (Hieronym.), prædicator (Hil.), sanctus (Augustin.), famulus (Athan.), servus (Tertull.), servulus (Ambros.), ovis (Tertull.), pauper (Augustin.), mendicus (Commod.), comes (Tertull.), incola (Damas.), hostis (Tertull.), pedisequus (Hieronym.), fideles (Augustin.), pudicæ feminæ (Commod.), virgines (Hieronym.), odor (Hil.), familia regalis et sacerdotalis (Ambros.), civitas (Augustin.), grex (Damas.), plebs (Id.), populus (Commod.), exercitus (Lucif.) etc. — β) De religione et cultu: Christi altaria (Damas.), baptismus (Tertull.), fons (Zeno), lavacrum (Ambros.), calix (Hieronym.), ecclesia (Hil.), hereditas (Ambros.), salutare mysterium (Philastr.), patrimonium (Hil.), corpus et sanguis (Id.), sacramenta (Damas.), amor (Hil.), disciplina (Tertull.), doctrina (Philastr.), euangelium (Tertull.), præcepta (Damas.), fides (Hil.), lucernæ (Id.) etc. — Phrases: in Christum tincti (Tertull.), Christo initiati (Id.), virgines Christo maritatæ (Id.), in Christum credere (Opt.), Christum colere (Arnob.), sequi (Hil.), timere (Zeno), in Christo conditi (Ital.), creati (Tertull.), in Ch. fecit Deus cælum et terram (Ambros.), in Ch. confixus (Hil.), in Ch. crucifigi (Ambros.), unum corpus in Ch. (Hil.), in Ch. dormire (Tertull.), in Ch. requiescere (Priscill.), in Ch. mori et consepeliri (Ambros.), in Ch. resurgere (Id.), in Ch. vivificari (Hil.), in Ch. perseverare (Ambros.), omnia in Ch. restaurare (Ital.), in Ch. sanctificari (Tertull.), in Ch. regenerari (Hil.) etc. — 2.°) Allegorice. Ambros. Hel. 21. 79. Christi agon. et Isaac 8. 65. Christi bravium. Lucif. mor. 5. salutaris Christi clipeus. Damas. epigr. 47. 8. Christi coronæ. Priscill. tract. 113. homo Christi habitaculum. Ambros. patr. 2. 8. jugum Christi. Tertull. c. Marc. 4. 34. membra Christi (sc. Christiani). Id. in Luc. 7. 89. ovium Christi. Hieronym. ep. 52. rectus Christi trames (V. alia, quæ congessit cl. Schwering in Th. L. L.). — 3.°) Improprie, idem qui christianus sed sensu nobiliore. Rufin. 1. Hist. 4. 9. Ipsos jam tunc non solum Christianos sed et Christos esse appellatos divina testantur eloquia. et apol. Orig. 5. Ab uno enim Christo multi fiunt Christi. Augustin. 20. Civ. D. 10. Omnes Christos dicimus propter mysticum chrisma. Adde Orig. in Matth. 12. 11. — Hinc Christianus (Χριστιανός). Scribitur etiam Cristianus, Crhistianus, Cristeanus, Crestianus, Xρianus in titulis; de cujus origine et notione: Isid. 7. Orig. 14. 1. Christianus - De nomine auctoris et creatoris; a Christo enim Christiani sunt cognominati. Hieronym. ep. 65. Apostolis credentibusque unctionis suæ vocabulum tribuit ut ab uncto vocentur uncti, id est Christiani. Tertull. 1. Nat. 3. Christianum vero nomen, quantum significatio est, de unctione interpretatur; etiam cum corrupte a vobis Chrestiani pronuntiamur (nam ne nominis quidem ipsius liquido certi estis). et apol. 3. Perperam Christianus pronuntiatur a vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos). — Usurpatur autem — a) Adjective. Tertull. 1. Nat. 8. Non ulla gens non Christiana. et ibid. 10. secla. Comm. apol. 870. populus. Opt. 3. 3. imperator. Priscill. tract. 3. 66. et Inscr. chr. Brit. 131. homo. Gaudent. serm. 15. plebs. Hieronym. ep. 38. mulier. et 52. principes. Tertull. spect. 4. fides. et 7. mysteria. et test. anim. 1. veritas. et pud. 1. pudicitia. et 10. sacramentum. et 11. disciplina (Philastr. 88. 2. doctrina. et Cassian. coll. 4. 1. 1. philosophia). et jejun. 10. religio. Cypr. ep. 67. eloquentiæ dignitas. Zeno 1. 16. 9. conscientia. Opt. 5. 3. baptisma. Ammian. 21. 2. 4. cultus. Liberat. 16. societas. Augustin. 10. Civ. D. 29. scripturæ. 18. 3. sapientia. — Augustin. 18. Civ. D. 51. Christianum et catholicum nomen. et Zeno 1. 2. 1. Christiani culminis fundamenta consistunt - in spe, in fide et in caritate. — Comparat. Christianior, ap. Augustin. c. Faust. 30. 3. — Superl. Christianissimus, in Corp. 8. 1484., ap. Ambros. ep. 1., Ps. Ambros. act. Seb. 1., Hieronym. c. Joh. 39. et ep. 57. — b) Substantivorum more. Vulg.

Act. 26. 28. Ait Agrippa ad Paulum: in modico suades me fieri Christianum (per poco non mi persuadi a diventar Cristiano; alii tamen aliter interpr.). et 1. Petr. 4. 16. Christianus non erubescat sed glorificet Deum in illo nomine. Plin. 10. ep. 10. Cognitionibus de Christianis interfui nunquam. Tertull. anim. 55. Discrimen ethnicorum et Christianorum. Augustin. 11. Civ. D. 18. Catholicus Christianus. Hieronym. alt. et nom. p. 148. Sed et nos apud veteres quasi pro opprobrio Nazaræi dicebamur, quos nunc Christianos vocant. Lucif. Athan. 1. 19. Noli esse hæreticus sed Christianus. Augustin. serm. 47. ed. Mai. Christianus nomine, paganus - pravitate. (V. etiam Lexic.). Adde Plin. 10. ep. 96. 1. et Tac. 15. Ann. 44., Sueton. Ner. 16., Traj. Plin. loc. cit. — Olim Christi asseclæ vocabantur ἐκλεκτοί, μαθηταί, ἀδελφοί, ἅγιοι, πιστεύοντες; sed a. 43. probabilius ethnici Antiocheni eos Χριστιανούς vocarunt, terminatione Latina, quasi Christi sectatores (partigiani), non Judæi, qui eos ex contemptu Nazaræos nuncupabant. Non igitur fuit ludicrum nomen, ut putant nonnulli, quamvis cives illi ad scommata et satyras maxime propensi tradantur (Ammian. 21. 14. et Lucian. de salt. 26). Nec si postea ethnici Chrestianos a Chresto vocitarunt (Cf. Sueton. Ner. 16. et Claud. 25), non ex ludibrio sed ex ignorantia vulgi, vocabula facile corrumpentis id accidit (Lact. 4. 7., coll. tamen Tac. 15. Ann. 44); quin vel erroris vel religionis causa etiam a fidelibus et a sanctis Patribus quibusdam Chrestiani, quasi « boni et frugi viri », dicti sunt, prout Græca vox χρηστός sonat (Tertull. apol. 3). Cfr. Fr. Chrétien, olim Chrestien. — Alia de hac voce vide sis apud Worm. De corr. ant. hebr. p. II. in Ugol. Thes. II. Cf. etiam Buddeus et Heumann, De orig. nom. Christian.; Hilscher, De Chresto; Weber, Diss. on the name of Chrest. et Rossal, De commut. Christ. in Chrest. — Deriv.: Christianitas, Christianismus, christiane, christianizo; et compos. christicola, christicolus, christigena, christipotens V. in Lexico. — Addimus quæ ibi desunt, sc.: Christifer (cf. Χριστοφόρος), adj. Augustin. serm. 150. ed. Mai. Adoremus præsæpe christiferum. Adde Ps. Ign. ad Mar. Cass. præf. et ad Ephes. 9. 2. — Christiger, nom. vir. Carm. epigr. 1595. 36 (Romæ ca. a. 700) Christigeri meruit marturis esse comes. — Christificus, adj. Fulg. æt. mund. p. 171. — Christigĕnus, adj. Ps. Fulg. Rusp. serm. 52. Aurum christigeno exercitui (i. e. apostolis) erogandum. — Christīnus (a), nom. vir. et mul. Augustin. ep. 256. et Corp. 11. 281 (Ravennæ). sancta Christina. — Comp. Christŏdōrus (Χριστόδωρος), nom. vir. Greg. M. ep. 7. — Christŏphŏrus (Χριστοφόρος), nom. vir. Greg. Tur. 7. Fr. 46., Greg. M. ep. 9. — Christŏpŏlis (Χριστόπολις), nom. opp. Rav. Guid. p. 635. Neapolis (sc. urbs Macedoniæ ad oram sinus Strymonici), nunc Christopolis. — Christiānŏpŏlis, nom. fictum. Maximin. c. Ambros. 62. Obit Constantinopolim, immo vero Christianopolim. — Christŏtŏcos (Χριστοτόκος). Cassian. c. Nest. 2. 2. 1. « Mariam matrem Domini nostri Jesu Christi Theotocon - appellari non posse, sed Christotocon, hoc est Christi tantum matrem, non Dei ». Ita Nestorius hæreticus docebat. Adde Prædest. 1. 89. et Alc. Avit. c. Eutych. 1.

CHRODECHILDIS v. Chrothildis (Chlotildis), is, f. 3. nom. mul. Germ. ¶ 1. Fuit filia Chilperici, regis Burgundionum, uxor Chlodovechi v. Chlodovei I. regis Francorum. Greg. Tur. 1. Fr. 28. ¶ 2. Item filia Gunthchramni, regis Francorum. Id. 9. ibid. 20. ¶ 3. Item filia Chariberti regis. Act. conc. episc. dupl. a. 859 (Mansi 9. 1011).

CHRŌMĂTĬUS, ii, m. 2. (Χρωμάτιος: a χρῶμα, color) ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit episcopus Aquilejensis, doctrina et sanctitate conspicuus. Hieronym. in Jon. prol. Chromatius papa (olim pro episcopo) venerabilis. et in Hab. 1. prol. Chromati, episcoporum doctissime. et adv. Rufin. 2. 27. ad sanctum papam Chromatium et ibid. Chromati, episcoporum sanctissime. Adde Augustin. c. Jul. 1. 5. 19. et Rufin. apol. adv. Hieronym. 1. 4. — Scripsit sermonem de octo beatitudinibus et tract. in Matth., edit. Mign.; P. L. XX. 323-368., et ad scribendum induxit Hieronymum, nempe ad vertandas sacras Scripturas, qui ei assensit; quin et Chromatio dicavit duos commentariorum libros in Habacuc a. 392. — Interim orta inter Hieronymum et Rufinum discordia ob translatos ab hoc ex Græco libros Origenis, περὶ ἀρχῶν, hanc dirimere studuit; verum Origenis errores, coacta synhodo, damnavit. Insuper ab exsilio revocandum curavit Joh. Chrysostomum, litteris datis ad Honorium imp., quæ Arcadio imp. mitterentur, aliaque gessit præclara: obiit ca. an. 407. — 2.º) Item alius episcopus provinciæ Palæstinensis, qui a. 415. in concilio Diospolitano pronuntiavit in causa Pelagii. Augustin. 1. c. Julian. 5. n. 19. et 7. n. 32. — 3.º) Item Agrestius Chromatius, urbis Romæ præfectus. Ps. Ambros. act. Seb. 38. ¶ 2. In titulis. Corp. 6. 34828. et 11. 4655. — Cf. Chromas (Χρωμᾶς), fortasse nom. contract., ap. Virg. gramm. ep. 3. Chromas - quattuor tantum vocales litteras numerandas esse censebat. — Chromatus? nom. vir. Corp. 8. 19607., ubi fort. legend. Chromatius.

CHRŌMIS, is, m. 3. (Χρόμις: fort. a χρόμος, strepitus) nom. serv., quod dein in cogn. libert. transiit. Corp. 5. 5179 (Bergomi). — Speciatim fuit — 1.º) In fabulis filius Herculis et Dryopes Phœnissæ, quem constat habuisse equos Thracas Diomedis, quos Hercules concessit filio, humanis carnibus vesci consuetos (Lact. ad Stat. 6. Theb. 346), aut occidit (Hygin. fab. 30). — 2.º) Item frater Ennomi, uterque ex Mœsia, Priami contra Græcos auxilio profectus. Dar. 18. et Dict. 2., cui est Chromius, ut legitur in epitaph. Ausonii 239. 1. Ennomus hic Chromiusque jacent, - Queis pater Alcinous Oceanusque atavus. Nobilitas quid tanta juvat? — 3.º) Alii: ut socius Phinei, in saxum, visa Gorgone, versus (Ovid. 5. Met. 103., coll. Lact. 5. fab. 1): item centaurus in pugna a Pirithoo interfectus (Ovid. 2. Met. 933): item filius Priami, ab Ulixe occisus (Id. 13. ibid. 259., coll. Hom. Il. 5. 160): item unus ex draconigenis, Cadmi adjutoribus in condendis Thebis (Mythogr. II. fab. 77).

CHRŌMĬUS, ii, m. 2. (Χρόμιος). ¶ 1. Fuit filius Arsinoi et frater Ennomi (V. voc. præc.). ¶ 2. Item unus ex quinque terrigenis a Cadmo satis, qui superstiterunt. Mythogr. 2. 77. Echion, Idæus, Chromius, Pelorus, Hyperenor. ¶ 3. Item nom. gladiatoris. Corp. 4. 4292.

CHRŌNĬUS, ii, m. 2. (Χρόνιος, vetustus: cf. Κρόνιος, Cronius). ¶ 1. Est nom., quod apud Romanos transiit in cogn. Corp. 6. 5425. et Cod. Just. 4. 19. 12 (a. 293). ¶ 2. Est etiam fluvius (fort. Χρόνος) Sarmatiæ Europææ, influens in mare Suebicum, hodie Pregel. Memoratur Ammian. 22: 8., coll. Ptol. 3. 5. 2., ubi alii leg. Chronus.

CHRŌNOS (Cronos), i, m. 2. (Χρόνος) ¶ 1. Est nom. dei. Cic. 2. Nat. D. 25. 64. Saturnus græce Κρόνος - dicitur, qui est idem chronos, id est spatium temporis (sim. Tertull. 2. Nat. 12. Κρόνον dictum græce ut Χρόνον). Adde Lact. 1. 12. 9. Fulg. myth. 2. Saturnus græce Cronos dicitur; chronos enim græce tempus vocatur. et Augustin. cons. evang. 1. 23. 34. Saturnus vocatur enim Cronos, quod aspiratione addita etiam temporis nomen est. ¶ 2. Item nom. vir. Corp. 11. 4914. ¶ 3. Est etiam nom. fluvii. V. tamen voc. præc.

CHRȲSA, æ, et Chryse (Chruse), es, f. 1. (Χρύση: a χρυσός, aurum) Scribitur Crysa, Crise, Cruse, sine aspiratione (Corp. 2. 1274. 9. 3240. etc.). ¶ 1. Fuit nom. mul. Corp. 6. 6813 (in mon. Statil.). et 14. 1289 (Ostiæ: errore inter urbanas ibid. 6. 12210). ¶ 2. Est etiam nom. insularum et oppidorum. — Insula. Varro Men. 30. Dotis dato insulam Chrysam, agrum Cæcubum (fort. intelligitur Indiæ insula. V. infra). — Item oppidum Troadis. Ovid. 13. Met. 174. Tenedon Chryseneque et Cillam, Apollinis urbes. Adde Senec. Tro. 223. et Stat. 8. Theb. 197. — Item oppidum Æolidis. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122). Intercedit Chrysa, Æolidis oppidum. — Non idem 5. ibid. 12. 20. (123). Mela 2. 114. Juxta est (sc. ad Cretam) - Chryse (insula) ap. Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. (61). Contra Hierapytnam Chrysa. — Id. 6. ibid. 17. 20. (55). Promunturium Chryse (apud Seres). — Chryse νῆσος (aurea insula). Mela 3. 70. Ad Tamum insula est Chryse, ad Gangen Argyre: altera aurei soli - altera argentei etc. Cf. Solin. 52. et Isid. 14. Orig. 3. 5. - Capell. 6. p. 224. Una Chrysea, Argyrea altera. Novell. Just. 31. 1. 2. vocant eam (sc. Comana altera Cappadociæ) etiam Chrysio (Χρυσῆν). — Chrysæus (Χρυσαῖος), nom. vir. Corp. 5. 7770 (Genuæ). — Chrysais (Χρυσαΐς), nom. mul. Corp. 6. 18019. — Chrysei, gens Indiæ, ap. Plin. 6. Hist. nat. 20. 22. (73). — Chrysio(n), onis, Χρυσίων, cogn. Corp. 6. 23279. — Chrysis, idis (Crysis, Crusis, Chrisis etc.), nom. mul. ap. Plaut. Pseud. 659., Varr. 10. L. L. 71., Ter. Andr. 85., Pers. 5165., Petron. 128. — Chryson (onis), Χρύσων, cogn. Inscr. Not. degli scavi 1893. p. 374 (prope Nursiam). — Chrysonicus (Χρυσόνικος), cognom. Corp. 6. 1424. — Chrysonius, nom. Vict. Tonn. chron. II. p. 205. — Chrysium v. Chrusion, nom. mul. demin. (Χρύσιον). Gell. 6. 17. 13. Cf. Char. gr. I. 104. et Prisc. gr. II. 215. — Chrysius (a), nom. gent. Corp. 6. 14784. et Chrysianus, cogn. C. 5. 7120 (Taurinis). — Chryses et Chryseis (V. suo loco) etc. — Comp. Chrysălus (aureum mare v. sal), nom. servi in Plaut. Bacch. — Chrysampĕlus (aurea vitis), episc. Macedonianus, ap. Cassiod. 7. H. tr. 25. — Chrysanthus (aureus flos), nom. vir., ap. Petron. sat. 42.; Cassiod. 11. H. trip. 10. et in sacr. Gelas. 2. 67. — Chrysāor, ŏris (aureus ensis), filius Neptuni ex Medusa, Pegasi frater. Hygin. fab. præf. — Chrysăōrius, discipulus Porphyrii philos., laudatus Boeth. in Porph. 1. p. 77. et 78. — Chrysaphius v. Chrysapius, famulus Theodosii junioris, hæretici Eutychetis fautor et Flaviani ep. inimicus, Pulcheriæ jussu ob ejus scelera interfectus (Marcell. Com. in Chron. ad a. 450). — Chrysaspis, idis, m. et f. Χρύσασπις (aureus clipeus), nom. vir. Corp. 6. 5206. — Chrysomalus, Χρυσόμαλλος (aureum vellus), cogn. vir. Corp. 6. 1052. 15 — Chrysellius v. Chrysellus, nom. hybrid. (aurea sella). Inscr. ap. Murat. 965. 4. — Chrysermus (Χρύσερμος, aurea inauris?), nom. vir. Corp. 6. 3184 (Faleriis). — Chrysĕros, ōtis (Χρυσέρως, auri cupidus). Apul. 4. Met. 9., Corp. 6. 8597., 10104. etc.

CHRȲSANTHUS, i, et

CHRȲSĂPHĬUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

CHRȲSĀS, æ, m. 1. (ὁ Χρύσας) ¶ 1. Est fluvius Siciliæ in Simæthum exiens, hod. Dittaino, ap. Cic. 4. Verr. 44. 96., Sil. It. 4. 96. et Vib. Seq. p. 147. ¶ 2. Etiam nom. vir. (Χρυσᾶς). Corp. 6. 30945.

CHRȲSĒIS, idis, f. 3. (Χρυσηΐς), nom. patronym. — Crisis, Chrusis passim in libris et in titulis. — Acc. Chryseida, Chryseidam, Chrysen (Crisen), Criseida. ¶ 1. Fuit filia Chrysæ, de qua V. voc. seq. Ovid. Rem. am. 469. Atrides - Marte suo captam Chryseida victor amabat. Schol. Hor. 2. Od. 4. 3. Crisen sacerdotis filiam. Adde Hygin. fab. 106. et 121. ¶ 2. Item Argiva sacerdos, quæ Χρυσίς nominatur a Thucydide et Pausania 3. 5. 6., sed Χρυσηΐς ab eod. 2. 17. 7. Memorat Hieronym. c. Jovin. 1. 41. Cassandram quoque et Chryseïn, vates Apollinis ac Junonis, virgines legimus. Cf. Arnob. 6. p. 207. ¶ 3. In titulis cogn. mul. Corp. 6. 1921., 28225. et 14. 803 (Ostiæ).

CHRȲSĒS, æ, et idis, f. (Χρύσης) Chrises, Cruses plerumque in libris mss. et in vasis leguntur. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) Fuit sacerdos Sminthii Apollinis in Iliade. Memoratur Lucil. 876., Ovid. 2. Ars am. 402., Auson. 421., Hygin. fab. 106., Homer. 13. 24. Chrisen. — Quum Græci virginem ejus filiam abduxissent et Agamemnoni tradidissent, Chryses ad eorum castra accessit natamque sibi petiit restitui (Dict. 2. 28. et 29); quod quum impetrare non potuisset, Apollinis opem imploravit, qui tantam Græcis pestilentiam immisit, ut Agamemnon eam patri restituere fuerit coactus (Hygin. fab. 121. et Mythogr. I. fab. 209); sed quum filiam jam gravidam comperisset, eam illi remisit (Hygin. loc. cit. et Dict. 2. 33. et 47). — Titulus tragœdiæ Pacuvii (cujus fragmenta edidit Ribbeck, Trag. Rom. frg.). Cic. p. 98. sqq., Gell.

4. 17. 15., Diomed. gramm. I. 49. et Fest. p. 348. — 2.º) Item Chryseidis filius. Hygin. fab. 121. Chryseis ex Agamemnone peperit Chrysen juniorem. ¶ 2. In titulis, cogn. vir. Corp. 6. 521 (a. 27)., 4495 (in mon. Marcellæ), 14972 etc.

CHRȲSIPPĒ, es, f. 1. (Χρυσίππη) nom. filiæ Prœti, regis Argivorum, et Sthenobœæ. Mythogr. I. fab. 85.

CHRȲSIPPUS i, m. 2. (Χρύσιππος, aureos v. strenuos equos habens) Scribitur Crysippus, Crhysippus, Crysiphus in titulis. ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Fuit Pelopis filius, nothus, formosissimus, et ob id a Lajo occasione ludorum raptus (Hygin. fab. 85)., Hippodamiæ suasu deinde occisus (Id. fab. 243). — Titulus tragœdiæ Accii (cujus fragmenta collegit Ribbeck, Trag. Rom. frg. p. 198. sqq.). Fest. p. 265. et 302. et Non. p. 153. 36. etc. — 2.º) Item Ægypti filius, ab uxore, Danai filia, interfectus. Hygin. fab. 170., coll. Apollod. 2. 1. 5. — 3.º) Item vir fidissimus, a Neoptolemo una cum Arate in Thessaliam missus. Dict. 6. — 4.º) Item Erinei filius medicus. Cels. 1. pr. p. 2. 18. Praxagoras et Chrysippus. Adde Plin. 20. Hist. nat. 8. 8. (17)., Laterc. med. Hermes 35 (1900) p. 369. Chrysippus Erinei filius Caidius. — 5.º) Hujus nepos videtur aliis Erasistrati præceptor (Hermes 35 [1900]. p. 313. sqq.), aliis vero idem (Susemihl, Rhein. Mus. 56 [1901]. p. 369. sqq.). — Cels. 3. 21. Aristogenes Caidius Chrysippi discipulus. Plin. 26. Hist. nat. 3. 6. (11). Chrysippi ac deinde Erasistrati Cei volumina. et 29. ibid. 1. 5. (5). Horum (sc. Hippocratis et Prodici) placita Chrysippus ingenti garrulitate mutavit plurimumque et ex Chrysippo discipulus ejus Erasistratus. — Plura scripsit de herbis, immo herbæ nomen dedit, quæ Chrysippea dicitur (Plin. 26. Hist. nat. 2. 6. (10), uni vero brassicæ volumen dicavit (Id. 20. ibid. 9. 33. [78]). Cf. Laert. 7. 7. 10. — 6.º) Item Asclepiadis sectator, qui « libro tertio de lumbricis inquit » etc. (Cæl. Aur. 4. chron. 8). — 7.º) Item philosophus Stoicus, ca. a. 280-209. a. Chr. (Laert. 7. 184.), Apollonii filius (male Apolloniensis dictus ab Acr. Hor. ep. 1. 2. 4), Solensis seu Heliopolitanus in Cilicia (Solin. 38) sive Soleus (Val. Prob. Virg. Æn. 6. 31) vel Tarsensis (Laert. 7. 7), Zenonis auditor (Cic. 2. Nat. D. 24. 63), Cleanthis discipulus ejusque successor ac scholæ præses ca. an. 280. a. Chr. et Stoicorum princeps habitus (Gell. 7. 1. 2), pater fere per jocum dictus Horat. 1. Sat. 3. 127., coll. 2. ibid. 3. 44. et Schol. ad l., maxime dialectica præstans. Laudatur Varr. 6. L. L. 11. 56., 9. 1. Chrysippus, homo acutissimus, qui reliquit περὶ ἀνωμαλίας tres libros, et Cic. 1. Orat. 11. 50. eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum. et 3. rep. 12. Ab Chrysippo nihil magnum nec magnificum desideravi. et 2. Fin. 13. 43. et 14. 44. homo et acutus et diligens. et 4. ibid. 3. 7. scripsit artem rhetoricam. et 5. Tusc. 45. 107. in omni historia curiosus. et ibid. 37. 107. philosophus nobilissimus. et 1. Nat. D. 15. 39. qui stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres. et 3. ibid. 7. 18. homo sine dubio versutus et callidus. et 1. Divin. 3. 6. acerrimo vir ingenio, qui totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam. et ibid. 19. 37. collegit innumerabilia oracula. Hieronym. c. Pelag. 1. 9. valentissimus dialecticus. Solin. loc. cit. stoicæ sapientiæ potentissimus. Schol. Hor. sat. 1. 3. 126. restitutor Stoicæ sectæ et eruditus præceptor. Horat. 1. Ep. 2. 4. (Homerus) quid sit pulcrum, quid turpe - Planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit. Pers. 6. 80. Inventor, Chrysippe, tui finitor acervi. i. e. soritæ. Val. Max. 8. 7. ext. 5 (Carneades) cum Chrysippo disputaturus elleboro se ante purgabat. — Dici potest Chrysippus stoicæ doctrinæ restitutor, qui non bene a Zenone et a Cleanthe digesta in unum corpus ordinate scite que ac plene compegit, unde illud apud Laert. 7. 183.: « sine Chrysippo nec Stoa » (V. Ravaisson, Essai sur le stoïcisme Paris 1856. et ZENO); scriptor sane fecundissimus, ita ut Laertius (7. 180) ei tribuat opera ad septingenta quinquaginta, quorum brevia supersunt fragmenta, nuper aucta repertæ papyri ope (Letronne, Fragm. inéd. d'anc. poët. gr.), ubi etiam opus quoddam Chrysippi recognitum est (Bergk, Opusc. II. p. 116-146); hæc autem fragmenta omnia collegit Arnim (Stoic. vet. fragm. v. II. Chrysippi fragm. log. et phys. v. III. fragm. moral. Lips. 1902). In iis auctor, nullo tamen scribendi artificio, agit de physica, de ethica, de logica, de litteris, de grammatica seu philologia cum incredibili eruditione et auctorum exemplis seu testimoniis prope innumeris, cumque singulari dicendi copia ac subtiliter ratiocinandi vi, adeo ut ob id Zeno eum « nunquam nisi Chrysippam (Or. Chesippum) » vocaret. Cic. 1. Nat. D. 34. 93.: cf. Hieronym. loc. cit., qui in Nah. 3. notat « Aristotelis et Chrysippi spineta ». et ep. 57. « contorta Chrysippi acumina ». — Status ei vita functo posita est in Ceramico, sedentis porrecta manu (Cic. 1. Fin. 11. 39), ejusque imaginem illustravit Visconti in Iconogr. Gr. — Sidon. 4. ep. 3. 5. Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis pingitur. — Hujus philosophi late longeque perlata est fama, adeo ut Romæ plena omnia gypso Chrysippi invenias, inquit Juvenal. 2. 4. — De eo consulas Baguet, de Chrys. vita etc. comment. Louv. 1822.; Petersen, Philos. Chrysippeæ fundamenta etc. Alkm. 1827.; Aronis, Χρύσ. γραμματικός, Diss. Jenæ 1885.; Gercke, Chrysippea, Jahrb. f. cl. Philolog. Suppl. Bd. XIV. 1885.; Brehier, Chrysippe, Paris 1910. Cf. Rev. d. Et. gr. 1911. p. 340-344. L. Robin. — 8.º) Item Vettius Chrysippus architectus. Cic. 2. Att. 4. ¶ 2. In titulis — a) Nom. et cogn. vir. Inscr. Not. degli scavi 1907. p. 469 (Romæ). Corp. 6. 13720.; 15. 7864. - 9. 6078. 66. Crysippus. — Chrysippe V. suo loco. — b) Nom. equi. Corp. 6. 10056. 20. — Corp. 8. 1250a. 15 (Carthagine = Tab. devot. Audollent 238. 15) Crysiphus. — Deriv.: Chrysippeus, Χρυσίππειος (-ios, -eos), adj. — a) Ad Chrysippum stoicum pertinens. Cic. 2. Acad. (pr.) 30. 96. Hæc Chrysippea sunt. et Hieronym. ep. 69. Chrysippeum sophisma. — b) Ad Chrysippum, Erinei filium. Plin. 1. Hist. nat. 26. 60. — Chrysippiana, cogn. mul. Corp. 5. 7824 (in agro Caralitano).

CHRȲSIS, idis, f. 3. V. CHRYSA.

CHRȲSŎGŎNUS, i, m. 2. (Χρυσόγονος, auro v. aureus genitus) Etiam Crysogonus, Crhysogonus, Crisogonus in titulis vel editis libris; ubi notatur: Chry., Chrysog., Crisogo.

Chrysogonus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Libertus L. Sullæ, carissimus hero suo ac potentissimus, dictus plenius L. Cornelius Chrysogonus, sed sæpius absolute. Cic. Rosc. Am. 43. 124. Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni, sub quo nomine tota societas latuit etc. Adde eund. Rosc. Am. 2. 6. et Quintil. 4. 2. 3. — Absolute Chrysogonus Syllæ ap. Plin. 35. Hist. nat. (200). — Plur. Claudian. carm. 18. 440. jam Chrysogonis tua, Brute, potestas Narcissisque datur? — 2.º) Alii: servus Verris. Cic. 1. Verr. 36. 92.: - item citharœdus famosus, laudatus Juvenal. 6. 74. et 7. 176.; at nom. videtur fictum. Cf. Plut. Alcib. 32.: - item martyr sub Diocletiano imp. celeber. Inscr. chr. De Rossi I. n. 977., Corp. 6. 9162. et 15. 7258. Sacr. Leon. p. 468. Natalis sanctorum Chrysogoni et Gregorii. ¶ 2. In titulis, nom. serv. apud Romanos itemque cogn. Corp. 6. 4449 (e mon. Marcellæ)., 8438., 10261. etc. — Chrysogone, es (Χρυσογόνη), nom. mul. Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 41. et ap. De Rossi Inscr. Chr. I. n. 683., ubi Chrysogoni virgo pro Chrysogone (fort. ex diversa litt. η pronunciatione).

CHRȲSŎLĀUS, i, m. 2. (Χρυσόλαος, aureus populus) nom. filii Priami, ap. Hygin. fab. 90., itemque tyranni Methymnæorum, ab Alexandro M. popularibus suis traditi, qui eum occiderunt. Curt. 4. 8. 11.

CHRȲSŎLĬTHUS, i, m. 2. (Χρυσόλιθος, aureus lapis) vir quidam ethnicus philosophus. Pass. coron. 7.

CHRȲSŎLŎGUS, i, m. 2. (Χρυσόλογος, aureo sermone præditus, aureus orator, i. e. eloquentissimus). Ita cognominatus ob auream eloquentiam Petrus, episcopus Ravennas, de quo V. PETRUS. Cf. Chrysostomus et Chrysorroas, dict. de viris eloquentissimis, uti de Johanne Antiocheno, de Johanne Damasceno deque aliis.

CHRȲSŎPŎLIS, is, f. 3. (Χρυσόπολις, aurea urbs) Chrusopolis, Crysopolis, Chrisopolis vulgo scribitur. — Est autem nom. geogr. et pers. ¶ 1. Nom. geogr., sc. — 1.º) Oppidum Asiæ in promontorio cognomine Bithyniæ apud Calchedona in capite Bosphori: ita dictum vel a Chryse Agamemnonis, vel potius, quia ibi pecunia pro tributis exigebatur, hodie Scutari. Memorant Mela 3. 70., Plin. 5. Hist. nat. 32. 43. (150)., Ammian. 22. 8. 7. et Cassiod. 12. Hist. trip. 2. et ex Græcis Strab. 12. 363. et Xen. Anab. 6. 6. 38. — Ad eam Constantinus M. Licinium prœlio devicit (Vales. 27). — 2.º) Item nom. oppidi in Arabia, fictum Plaut. Pers. 506. — 3.º) Item nom. coloniæ Juliæ Augustæ Parmensis, ap. Rav. p. 272. Julia Chrisopolis, quæ dicitur Parma. ¶ 2. Nom. pers., sc. cogn. mul. Corp. 6. 33216. — Dat. Chrysopoli passim et Chrysopolidi.

CHRȲSORRHŎĀS, æ, m. 1. (Χρυσορρόας, auro fluens) ¶ 1. Fluvius Syriæ, Damascenum agrum fecundans, hodie Nahr-Barada, teste Plin. 5. Hist. nat. 18. 16. (74). Rav. p. 90. Chrisoroas. ¶ 2. Item agnomen Pactoli. Solin. 40. Amnis Pactolus, quem aurato fluore incitum aliter Chrysorrhoam vocant. Adde Plin. 5. Hist. nat. (110)., Isid. 13. Orig. 21. 21. et Hygin. fab. 191. ¶ 3. Item fluvius Bithyniæ, aliter Geudos vocatus, teste Plin. 5. Hist. nat. 29. 30. (148). ¶ 4. Item fluvius ad oram orientalem Ponti. Id. 6. ibid. 4. 4. (14). — Fort. idem Vit. patr. 6. 2. 2. Transivit abbas Besarion Chrysorrhoan fluvium pedibus. ¶ 5. Item fluvius prope Tigrim. Jul. Hon. cosmogr. B 10. Fluvius Chrysorrhoas nascitur in campis Assyriis de monte Caucaso. Adde Cosmogr. 7. ¶ 6. Agnomen Lycormæ sive Eueni. Hygin. fab. 242. Euenus Herculis filius in flumen Lycormam se præcipitavit. V. tamen Munker ad l. ¶ 7. Item fluvius Indiæ, a monte Imao ortus. Oros. 1. Hist. 2.

CHRȲSOS et Chrysus, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. fluvii in Bithynia. Cosmogr. 7 (in enumeratione fluminum oceani orientalis), Pactolus, Chrysos. Cf. tamen voc. præc. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. (Χρυσός). Corp. 6. 13818. — Sing. 14728.

CHRȲSOSTŎMUS, i, m. 2. (Χρυσόστομος, aureum os) nom. vir. Corp. 6. 27275. — De episc. Constantinopolitano, cui cognomentum Chrysostomus. V. JOHANNES.

CHRȲSŎTHĔMIS, idis et is, 3. (Χρυσόθεμις, aureis moribus instructus) nom. f. et m. ¶ 1. Nom. mul. — 1.º) Fuit amica Apollinis, memorata Hygin. 2. Astr. 25., cujus filiam ex ea natam, nomine Parthenon, quod parva interierit, pater inter sidera collocavit. — 2.º) Item filia Danai, quæ conjugem suum occidit. Id. fab. 170. ¶ 2. Nom. vir., sc. Cretensis quidam citharœdus, qui primus cithara in Delphico agone victoriam reportavit (Paus. 10. 7. 2), laudatus a Ps. Cens. frgm. 12.

CHTHŎNĬA. V. voc. seq.

CHTHŎNĬUS, ii, m. 2. (Χθόνιος, terrenus) nom. numinum et heroum, ut fuit Poseidon in Exc. Barb. p. 236. 8.: - item Centaurus, a Nestore, in Pirithoi nuptiis interfectus, Chthonius dictus Ovid. 12. Met. 441.: - item unus ex Spartis, ap. Hygin. fab. 178. Adde Stat. 2. Theb. 538. et alib. — Chthonia, nom. mul. (Χθονία), sc. filia Erechthei, uxor Butæ (Apollod. 3. 15. 1), quam pater immolavit Neptuno pro salute Atheniensium, teste Hygin. fab. 46. et 238.

CHULLU, Chulli, Cullu, indecl. v. Cullum, i, n. 2. nom. oppidi Numidiæ, municipium (Itin. Ant. p. 19) et colonia, plenius colonia Minervia Chullu (Corp. 8. 6710 [in prov. Numid.]), hodie Collo. Memoratur Solin. 26. Urbs Chulli purpurario fuco Tyriis velleribus comparata. Adde Plin. 5. Hist. nat. 3. 2. (22). — Hinc Chullitanus (Cullitanus), adj. Corp. 8. 6202 (in prov. Numid.). 7094-7098 (ibid.). et Novell. Valent. 13. 1.

CHUS, indecl. (Hebr. Kûsh; Assyr. Kusu; Ægypt. Kesh; LXX. Χούς) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Chus, nom. pers. — 1.º) Fuit filius Cham primogenitus, nepos Noe. Vulg. Gen. 10. 10. Filii autem Cham Chus et Mesraim et Phuth et Chanaan. — Porro Chus genuit Nembrod. Vulg. 1. Par. 1. 8-10. Philastr. 108. 1. Nembroth - ab homine Chus, qui filius fuit Cham. Augustin. 16. Civ. D.

8. Chus pater gigantis Nebroth. Greg. Tur. 1. Fr. 5. Primogenitus vero Cham Chus. Hic fuit totius artis magicæ, imbuente diabolo, et primus idolatriæ (sic) adinventor -: hic ad Persas transiit: hunc Persæ vocitavere Zoroastren, id est viventem stelam (sic). Adde Sulp. Sev. chron. 1. 4. 3. et Chron. Alex. chron. I. p. 99., 80. — Cavendum est a recentium quorumdam criticorum præjudicata opinione, quibus nom. Chus est mere geographicum vel ethnographicum, non genealogicum, ut cetera Gen. c. 10., de qua re cf. **ABEL**, **AMORRHÆUS** et **NOE**. — 2.°) Item filius Jemini, ex tribu Beniamin. Ps. 7. 1. hebr. (Vulg. Chusi). ¶ 2. Chus, nom. regionis et populi, ab hoc filio Cham progeniti, qui primum Palæstinæ orientalem partem occupavit (Cf. Vulg. Gen. 10. 8. 10. et 2. 13), dein australem (Id. Exod. 2. 19. et Num. 12. 1), ubi Ægyptius et Æthiops stricto sensu accipiuntur de posteris Chus (Hieronym. nom. hebr. p. 4. «Chus Æthiops», coll. quæst. Hebr. in Gen. p. 15. «Usque hodie ab Hebræis Æthiopia nuncupatur»). Sane ex 2. Par. 21. 16. colligitur Æthiopes (leg. Chus, i. e. posteros Chus), fuisse Arabibus confines itemque ex recentioribus scripturarum sacrarum libris ad Ægypti meridianam plagam sitos (4. Reg. 19. 9.; Is. 18. 1.; 20. 3., 5.; 37. 9. etc.). Ita etiam eruitur ex monumentis Ægyptiis, in quibus ad designandos populos hujus regionis australes nomen Kesh adhibetur (Lenormant, Hist. anc. 1882. II. p. 109.; Dillmann, Ueber die Anfänge des axum. Reich. 1879); nec non ex Assyriis, ubi illorum regio, idest Kusu, sita est ad Ægyptum meridianam, sc. mat Mushur mat Kusi, nempe duæ gentes vel regiones finitimæ (Cuneif. Inscr. of Western Asia I. et III. et Strassmaier, Alphab. Verzeichn. d. Assyr. Wört. 1880. Cf. Jos. ant. 1. 6. 2. «Αἰθίοπας γάρ, ὧν ἦρξεν Χούς, ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἐν τῇ 'Ασίᾳ πάντων Χουσαῖοι καλοῦνται»). Fortasse qui apud scriptores Græcos, Latinos et Syros (Herod. 3. 91. et alib., Polyb. 5. 44., Strab. 9. 13. 6., Diod. 17. 111., Plut. Alex. 72., Arr. Exp. Al. 7. 15. 1., Ptol. 6. 3., Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. [134]) in Asia vocantur Κίσσιοι, Κοσσαῖοι, Κόσσοι, ex stirpe Chus oriuntur; quæ quidem sententia optime concordat cum iis, quæ diximus, ac propterea cum sacris scriptoribus (Gen. 10), qui planitiem Sennaar Cushitarum incunabula esse testantur (Cf. Kiepert, Alt. Geogr. Berl. 1877). Etiam imagines, quibus in monumentis Assyriis repræsentantur bellatores Elamitæ v. Susiani, magna ex parte Æthiopum v. Chushitarum hominum præferunt facies (Id. loc. cit. p. 141. et Rawlinson, Five monarch. III. p. 325), nec minus in Babylonicis (Maspero, Hist. de l'Or. Paris 1878. p. 196.: Menant, Babyl. et la Chald. Paris 1875. p. 107.; Delitzsch, Spr. d. Koss. Leipz. 1884).

CHŪSĀĪ, indecl. m. (Hebr. Hûshay «festinans»; LXX. Χουσί) vir quidam Archites, qui dolo quodam (Vulg. 2. Reg. 17. 5-14) David regem a rebelli filio, jam jam patrem cum multis copiis aggressuro necemque ei illaturo, non solum incolumem servavit, sed ita egit ut Absalom, ipsius monitis cunctanti ac serius conferenti arma, tanta vi occurreretur ut hostis plane fusus esset ac fugatus (Id. ibid. 18. 14. sq.). — Disputant eruditi de Chusai dolo (Calwer, Handb. p. 382., ed. 1878.; Reuss in II. Sam. XV. 90.; Pelis, Dict. Bibl. II. p. 747), quem alii damnant, ut honestati contrarium, alii vero excusant, quum in bello justo liceat insidiis uti. Ceterum, si mendacium admittitur, una pars ex bona fide excusari potest, altera imprudenter se decipi passa, quæ sciret Chusai Davidis «amicum» (2. Reg. 15. 37), damnum propria culpa videtur subiisse. Ex hoc tamen loco nihil detrahitur divinæ Scripturarum origini; sacer enim auctor id, ut alia hujusmodi plura, historice tantum nec laudans nec vituperans refert.

CHŪTĀ, indecl. (Hebr. Kûthâh; LXX. Χουθά) regio Assyriæ, unde incolarum pars translata est a Salmanasar, abductis illinc Israelitis, una cum aliis gentibus in Samaritidem, qui eam incolerent quique ita cum reliquiis Israelitarum commixti sunt ut unus fieret populus Samaritanorum (V. voc. seq.). Memoratur tantum Vulg. 4. Reg. 17. 24. Alii tamen in Perside collocant (Jos. ant. 9. 14. 3); alii in terra Chus (Calmet ad l.); alii denique in Phœnicia, coll. Jos. ant. 11. 8. 6. et 12. 5. 5.; sed conjecturæ hæ fundamento leviter probabili innituntur.

CŪTHÆI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Samariæ ex Assyria deducti, Hebr. 'Anshê-Kûth, i. e. viri Cutha, LXX. οἱ ἄνδρες Χοὺθ. Vulg. 4. Reg. 17. 30. Viri autem Cuthæi fecerunt Nergel. Cf. ibid. 17. 24. — In hanc novam sedem suorum deorum cultum invexerunt; quare a Deo in criminis pœnam immissis leonibus percussi sunt: quod ipsi regi Assyriæ significarunt, qui ad eos misit sacerdotem Israelitam, ut eos legem Dei doceret. At res non tam feliciter cessit; nam veri Dei cultum cum falsorum numinum superstitionibus diu commiscuerunt, idolorum simulacra erigentes (4. Reg. 17. 24), donec inter eos sola Mosaicæ legis observatio invaluit, quamvis postea desciverint seque a Judæis, simultate ex schismate orta, perpetuo separarint. V. SAMARIA.

CHYTRI, ōrum, m. plur. 2. (Χύθροι et Χύτροι Steph. Byz.) oppidum Cypri, hod. fortasse Citria v. Palaeo-Chitro (Χύτρος Ptol.). Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. (130)., Corp. I. Gr. n. 2627. et Corp. I. L. 3. p. 41., 974. et 1230. — Tab. Peut. 10. Citari. et Rav. p. 399. Cythara.

CI

CĪA. V. CEA et CHIOS.

CĪĀNI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Gens Arabiæ. Plin. 6. Hist. nat. 38. 32. (159). ¶ 2. Alio sensu V. in voc. seq.

CĪĀNUS, a, um, adject. ad Cion fluvium et oppidum Hellesponti pertinens. Hinc absolute Ciani, incolæ. Liv. 31. 31. et alib. — Cianus, i, cogn. vir. Corp. 14. 2268.

CIBALÆ, ārum, f. plur. 1. Forma Cibalis, is (Κίβαλαι, Κίβαλις et Κιβαλίς) in Itin. Ant. p. 268. — Cibale, æ, ap. Cassiod. 7. Hist. trip. 7.

Cibalæ, oppidum Pannoniæ inferioris, municipium (Corp. 3. 3267), colonia Aurelia (Corp. 6. 2833), hod. Vinkovce. Memoratur Ammian. 30. 24., Eutr. 10. 5., Oros. 1. Hist. 28., coll. Dion. 55. 52. et Zos. 2. 18. — Fuit patria Gratiani imp., patria Valentiniani et Valentis, celebris ob prœlium inter Constantinum M. et Licinium a. 314 (Oros. loc. cit., coll. Ps. Aur. Vict. epit. 41. 5). — Hinc Cibalensis, adj. Hieronym. chron. a. Abr. 2329. Bellum Cibalense. — Jorn. Rom. 307. Valentinianus et Valens Pannones erant Cibalenses. — Cibalitæ (Κιβαλῖται), incolæ. Pass. Pollion. 1. Cum ad urbem Cibalitarum pervenisset etc.

CIBALENSIS, e, adject., et

CIBALĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. præc.

CĪBŌTOS. V. APAMEA.

CĪBȲRA, æ, f. 1. (Κίβυρα) Traditur nonnumquam Cybira et Cibira (Rav. p. 103. et 360). Est autem nom. oppidorum, sc. ¶ 1. Oppidum Phrygiæ in confiniis Pisidiæ, hodie Khorzum, cognomento magna seu major (Strab. 13. 360. Κίβυρα μεγάλη) ut distinguatur ab alia in Pamphylia, quæ Cibyra parva seu minor dicta est (Id. 14. 665). De priore Cic. 4. Verr. 13. 30. et 13. Fam. 21., Liv. 38. 14. Jul. Hon. cosmogr. A 32. Cibira. — Regio frumenti et ferri ditissima; olim a tyrannis recta, Romanorum ditioni subjacuit an. 84. a. Chr. et provinciæ Phrygiæ adscripta est (Cf. Polyb. 22. 17. et 30. 5. et 9., Tac. 4. Ann. 13. Marcell. chron. II. p. 73. 417. Cibyra Asiæ civitas aliquantaque prædia terræ motu demersa). — De ejus nummis V. Head, H. N. 719. ¶ 2. Oppidum et portus oræ australis Asiæ minoris in Pamphylia Ciliciam versus, hodie Ibura. De hac altera Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (92). deque ejus nummis Head loc. cit. — Hinc Cibyratæ, incolæ prioris. Cic. 4. Verr. 13. 30. et 6. Att. 1., Sidon. 5. ep. 7. 7. et Liv. 45. 25. — Pro adject. Tac. 4. Ann. 13. Cibyratæ pantheræ — Cibyraticus, adj. ad Cibyram alteram pertinens (Κιβυρατικός). Cic. 5. Att. 21. Immittebantur illi continuo Cibyratici canes (i. e. fratres Cibyratæ, Tlepolemus et Hiero), qui investigabant et perscrutabantur omnia.

CĪBȲRĀTÆ, ārum, m. plur. 1., et

CĪBȲRĀTĬCUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CĪCĀDA, æ, m, et f. 1. nom. vir. et mul. Corp. 6. 12931. et 8. 7249.

CĪCĒREJUS, ii, m. 2. nom. vir. satis frequens in scriptis Lepidibus. Memorandus C. Cicerejus, scriba Scipionis Africani minoris, Sardiniam sortitus prætor a. U. C. 581 (Liv. 41. 28. et 42. 1. et 8), qui antea præturam petiverat una cum filio ejusdem Scipionis et ab omnibus centuriis ei prælatus fuerat; sed cessit honorem Scipioni et id laudibus celebratus (Val. Max. 3. 5. 1. et 4. 5. 3); post vero eam adeptus, magna de Corsis victoria obtenta, honestavit ac triumphum, quem frustra postulaverat, in monte Albano, ut mos invaluerat, sine publica auctoritate egit (Fast. triumph. Cap.). — Cicereja, nom. mul. Corp. 6. 25077. — Hinc Cicerejus, adj. Cajus inst. 3. 123. Lege Cicereja cautum est ut is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, prædicat palam et declaret etc.

CĪCĔRO, ōnis, m. 3. (Κικέρων) cogn. vir. — a) Acc. Cicerona, perinde ac si vocabulum Græcum esset, usurpavit Claudian. ep. 3. ad Olybr. 4. «Sed quæ tam prona facultas, Carmina seu fundis seu Cicerona tonas?» Alii tamen leg. Cicerone, quam lectionem De-Vit reprehendit; probarunt vero Koch in ed. Teubneriana a. 1893. ex Birtio (præf. ad ed. p. IX. adn.) et Reisch in suppl. Thes. L. L. — b) Agnomen, quod in cogn. transiit, ductum creditur a ciceribus, ex eo quia hujus leguminis serendi rationem Tullius optime calleret, teste Plin. 18. Hist. nat. 3. 3. (10). Id firmatur exemplo ipsius Tullii, qui, quum quæstor esset in Sicilia, dono argenteo, quod diis dedicaturus erat, priore duo nomina M. Tullius inscribi et juxta cicer insculpi curavit, quod esset vice cognominis. Ita narrat Plut. in Cic. 1. Verum Prisc. gramm. II. 58. scribit: «Cicero, qui primus ab habitu faciei nominatus est, agnomen hoc habuit, familiæ vero ejus cognomen fuit». Sane majores ita cognominati in oratoris genealogia inveniuntur. Huic porro sententiæ videtur etiam illud favere, quod quum primum M. Tullius magistratus ambiret, ab amicis monitus est ut cognomentum mutaret, quod ille negavit dicens se illud magis illustraturum, quam suum Fabii et Lentuli; nec tamen id impediit, quin cognomen hoc ei probro verteretur, ut inter alios factum esse novimus a Fusio Caleno, qui in eum ita invectus est apud Dion. 46. 18. «Ταῦθ' οὕτως, ὦ Κικέρων, ἢ Κικέρουλε, ἢ Κικεράκια, ἢ Κικέριδε etc.» — c) Ps. Cens. frg. 13. 4. «Brachysyllabus ex tribus brevibus, cujus exemplum Cicero». Hoc tamen, inspecta analogia et nominis casibus obliquis, haud facile probaverim. Cf. Venant. carm. 7. 2. 3 (ad Gogonem). «Tu refluus Cicero, tu noster Apicius exstas». — d) Fuit etiam hoc cognomen plurium gentium proprium, ut Caproniæ, Claudiæ, Helviæ, Papiliæ, Siliæ, Tulliæ aliarumque.

Cicero ¶ 1. Apud scriptores, sc. — 1.°) C. Calvius Cicero, apud Liv. 3. 31. Dies dicta est Romilio ab C. Calvio (Claudio P F V) Cicerone, tribuno pleb. (a. 454. a. Chr.). — 2.°) In gente Tullia, sc. — a) Avus oratoris. Cic. 2. Orat. 66. 265. M. Cicero senex, hujus viri optimi nostri familiaris pater. et 3. Legg. 16. 36. M. Scaurus consul (a. 115. a. Chr.): utinam, inquit, M. Cicero, isto animo atque virtute in summa republica nobiscum versari quam in municipali maluisses. — b) Item pater oratoris, eques Romanus: Id. 2. Fam. 19. — c) Item hujus frater. Id. 2. Orat. 1. 2. L. Cicerone patruo (a. 103. a. Chr.). — d) Et hujus filius. Id. 5. Fin. 1. 1. Cum audissem Antiochum - cum M. Pisone - unaque nobiscum Q. frater et T. Pomponius Luciusque Cicero, frater noster cognatione patruelis, amore germanus. Adde eund. 5. ibid. 2. 6. — e) Item M. Tullius, orator, dictus passim Cicero vel (rarius) M. Cicero, pleno 2. Fam. 19. Cf. S. C. de Orop. (Bruns, fontes p. 181) 16. Μάαρκος Τύλλιος Μαάρκος υἱός Κορνηλία Κικέρων. — Fuit Tullius filius Marci, equitis Romani, et Helviæ, ex tribu Cornelia, natus Arpini in colle extra urbem III.

non. Jan., Q. Servilio Cæpione, C. Atilio Serrano coss. (Gell. 15. 28. 3), a. U. C. 648=106, de regio Volscorum genere (Euseb. chron. et ap. Sil. It. loc. cit.). Auct. vir. ill. 81. M. Tullius Cicero, genere Arpinas, patre equite Romano natus, genus a Tito Tatio rege duxit. et Cic. Servium Tullum suum gentilem appellat 1. Tusc. 16. 38. — De eo Nep. frg. 26. Ille enim (Cicero) fuit unus, qui potuerit et etiam debuerit historiam digna voce pronuntiare, quippe qui oratoriam eloquentiam rudem a majoribus acceptam perpoliverit, philosophiam ante eum incomptam latina sua conformarit oratione, ex quo dubito, interitu ejus utrum res publica an historia magis doleat. Senec. contr. 1. præf. 6. Quidquid Romana facundia habet quod insolenti Græciæ aut opponat aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Val. Max. 8. 5. 5. M. Cicero forensi militia summos honores amplissimumque dignitatis locum adeptus. Hieronym. ep. 125. Ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluvios gravitatemque Frontonis et levitatem Plinii, alphabetum discerem. Plin. Hist. nat. 1. 7. al. Ind. auct. 17. 38. Cicero, lux doctrinarum altera (post Homerum). Senec. ep. 100. et 107. disertissimus vir. Martial. 2. 89. 4. et alib. magnus. Quintil. 8. 6. 29. Romanæ eloquentiæ princeps. et 10. 1. 105. et 112. jam non hominis nomen sed eloquentiæ. et 11. 1. 48. et 12. 11. 28. arcem tenens eloquentiæ. Ammian. 30. 4. 7. excellentissimus omnium - orationis imperiosæ flumibus sæpe depressos aliquos judiciorum eripiens flammis. Lact. 1. 15. non tantum perfectus orator sed etiam philosophus; siquidem solus - Platonis imitator. Augustin. 3. Civ. D. 30. disertus ille artifex regendæ reipublicæ. et 9. ibid. 5. locutor egregius. et 14. ibid. 8. orator amplissimus. Claud. Mam. ep. p. 204. sui sæculi summus orator. Cassiod. rhet. 10. p. 498. Latinæ eloquentiæ lumen eximium. Virg. gramm. ep. 1. p. 116. inventuosissimus in omni arte ut in proverbium veniret apud omnes philosophiæ auctores: non legit qui non legit Ciceronem. Senec. loc. cit. in cujus laudes exsequendas Cicerone laudatore opus fuerit. Vellej. 2. 34. M. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit, vir novitatis nobilissimæ - quique effecit, ne quorum arma viceramus, eorum ingenio vinceremur. Id. ibid. 66. Citius in mundo genus hominum, quam nomen Ciceronis, cadet («Cicero amatur, legitur et per Italorum gymnasia summa cum gloria volitat» scribebat Guarinus sæc. XV [Bibl. Bodl. Oxf. Laud. lat. 64. f. 3]. Cf. etiam Barzizius: Oper. ed. Furietti Rom. 1723. præf. p. XIII. et pp. 194-195. et 206). Rursum Augustin. 1. c. Acad. 2. 8. Ergone Cicero sapiens non fuit, a quo in Latina lingua philosophia et incohata est et perfecta? et mag. 5. 16. Quid in Latina lingua excellentius inveniri potest? et Conf. 3. 4. Ciceronis, cujus linguam fere omnes mirantur, pectus non ita. et ep. 138. Cicero - tam magnus laudator aut tam magnus adulator. Liv. epit. 111. Cicero in castris remansit, vir nihil minus quam ad bella paratus. Spartian. Hadr. 16. (Hadrianus) Ciceroni Catonem prætulit. Adde Sidon. ep. 8. et carm. 7. 175., Claudian. carm. min. 40. 4., Catull. 49., Lucan. 7. 62., Sil. It. 8. 407., Colum. 1. præf. 30., Ennod. ep. 1. et 8., coll. Appian. 2. 2. 5., Dion. 36. 43. 2., Plut. Æm. Paul. 10. — Translate. Cic. 1. Att. 1. 6. Illum (i. e. Pompejum) in sermonibus Cn. Ciceronem appellant. — Item pro magno oratore Venant. 7. carm. 2. 3. Cf. Quintil. 10. 1. 112. — Pluraliter usurpatur de Cicerone ejusque posteris. Senec. 1. Clem. 10. 1. Domitios, Messallas, Asinios, Cicerones, quidquid floris erat in civitate. Paneg. 12. 46. Catones - truncosque Cicerones et Pompejos fleveras insepultos. — Hinc Ciceronum aolia domus, quæ collocatur a P. Vict. et Sext. Ruf. in IV. urbis regione; quod tamen recentiores effictum putant e Cic. ad Q. fr. 2. 3. loco male intellecto. — De fonte in Academia, villa Ciceronis: Laurea epigr. 1. 1. sqq. Quo tua, Romanæ vindex clarissime linguæ, Silva loco melius surgere jussa viret - Nimirum loco ipse sui Ciceronis honori Hoc dedit etc. Cf. Isid. 13. Orig. 13. 2. — De ejus vita et scriptis hæc pauca addimus: Romæ educatus studiisque liberalibus imbutus, magistros habuit, partim ibi, partim in Græcia, doctissimos viros, in litteris L. Licinium Crassum, Archiam, Molonem Rhodium, Apollonium Alabandensem, Æschylum Cnidum, Dionysium Magnetem, Zenoclem Adramyttenum; in dialectica et philosophia Diototum Stoicum, Philonem, principem Academiæ, Antiochum, Posidonium; in jurisprudentia Q. Mucium Scævolam; in poetica etiam versatus, quædam carmine composuit non contemnenda, ut poema de Glauci apotheosi, de C. Marii laudibus atque alia id genus; sed, quod potissimum est, eloquentia maxime excelluit et Romanorum omnium tum ante, tum post se, communibus suffragiis, in ea facile princeps habitus est et habetur, quidquid senserint exteri quidam obtrectatores, alioquin doctissimi, sed hominum rerumque nostrarum invidi vel immodici æstimatores sui (V. CICEROMASTIX). — Nondum maturus, præter quædam poematia, scripsit duos libros rhetorices de Inventione, et ex Græco vertit orationes duas, Æschinis in Ctesiphontem et Demosthenis pro Ctesiphonte, dialogos Platonis, Œconomicon Xenophontis et hexametris versibus Phænomena Arati. Cœpit deinde civiles causas agere, ut oratione pro Quinctio contra Hortensium (a. 81), et criminales quoque, ex quibus prima pro Sex. Roscio Amerino (a. 80), eximium quidem, quamvis juvenile, forensis eloquentiæ specimen. Mox vero in Asiam profectus rursus, quem Romæ audiverat, magistrum habuit Molonem «qui dedit operam, si modo id consequi potuit, ut nimis redundantes nos et superfluentes juvenili quadam impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentes coerceret» (Brut. 23. 89. sqq.). — Romam reversus eloquentiæ ope cœpit etiam publicis muneribus fungi; nam a. 75. quæstor, Siciliam (Lilybæum) provinciam sortitus est (Cf. Cic. pro Plancio 26. 64. sqq.). Dein ejus fama crevit, quum rediens in Verrem, prætorem Siciliæ, hanc regionem scelestissime administrantem seu potius vastantem, obtenta primum Divinatione in Q. Cæcilium veniam accusandi, celeriter de Verris criminibus certior factus actionem priorem intendit tanto evidentium argumentorum pondere, ut accusatus sponte exsulaverit antequam sententia in eum ferretur; hanc autem actio altera secuta est, quinque libris digesta, maximi quidem momenti, sive ratio historica sive oratoria spectatur. — Ædilis deinde curulis, a. 69. ac triennio post prætor urbanus creatus est; quo tempore splendidissimam illam orationem recitavit, quæ de imperio Cnæi Pompeji vel pro lege Manilia inscribitur, mox vero aliam pro Aulo Cluentio Habito, qua, ut oratione pro Cælio, morum corruptelam tunc grassantem tetris coloribus repræsentat. — An. 63. optimatium favore, homo novus, consulatum obtinuit, frustra eum semel atque iterum petente Lucio Sergio Catilina, qui odio in optimates ac furore percitus, conjuratione facta, supremum exitium rei publicæ, cum aliis, fortasse etiam annuentibus Cæsare et Crasso, minitabatur; qua detecta, primam illam Catilinariam in senatu Cicero recitavit tam vehementem ac fulmineam, ut conjuratorum dux Roma fugere coactus sit. Hanc mox aliæ tres subsecutæ sunt, in quarum ultima sententiam suam aperuit de necandis Catilinæ sociis, jam in vincula conjectis, cui adhæsit ipse Cato et senatus populusque ita favit ut et conjuratores, etiam ex patriciorum ordine, capitalem pœnam subierint et consul domum triumphali pompa ductus fuerit adclamatusque pater patriæ. Attamen mirum non est, si Cicero, justissime quidem reis capite damnatis, sed indicta causa, multorum odium atque invidiam in se concitaverit; unde P. Clodius, trib. pl., acerrimus consulis inimicus, hanc occasionem nactus legem tulit, ut interdictio aquæ et ignis decerneretur in eos, qui civem Romanum, judicio ad normam juris neglecto, occidissent vel occidendum curassent. Quapropter Cicero, contra quem lex lata erat, sponte Roma profectus a. 58. Thessalonicam ac dein Dyrrachium petiit; sed anno post, Pompeji favore, ab exsilio revocatus Romam rediit maximo cum senatus tum populi plausu atque gratulatione (Cic. 4. Att. 1), ad quos duas habuit orationes (post reditum ad Senatum et ad Quirites, si hæc altera spuria habenda non est) duasque alias (de domo sua ad pontifices et de haruspicum responso), quarum vi Ciceronis domus a Clodio destructa, templo ibi callide ædificato, itemque villæ ex multis, quas Cicero possidebat, Tusculana et Formiana publicis impensis sunt reædificatæ a. 57. — Tunc, senatûs ope destitutus, oratoriam palæstram repetiit amicis defendendis feriendisque inimicis; unde a. 56. orationes habuit pro Sestio, pro Cælio, pro Balbo; a. 55. in Pisonem ac præsertim a. 52. pro Ti. Annio Milone, qui, rixa oborta, Clodium interfecerat. Hanc vero orationem scripsit, non tamen recitavit, acumine argumentationum, stili magisterio, perfecta partium dispositione ante ceteras admirandam; quæ autem verba fecit e rostris a. 52., Clodianorum tumultu intercepta, non impedierunt, quominus Milo in exsilium pelleretur; servata tamen sunt ab antiquis, ut arguitur a Quintiliano 4. 3. 17., ubi legitur hujus orationis deperditæ prooemium. — Proconsul Ciliciam provinciam sortitus a. 51., arma etiam tractavit, victisque feliciter hostibus, imperatoris nomen promeruit (Cic. 5. Att. 20); triumphi vero spem non dubiam neglexit (Id. 5. Fam. 4). — In bello civili stetit a partibus Pompeji, sed, Cæsare victore, ab eo debuit veniam impetrare. Non tamen Pompejanis studere destitit; nam, quamvis a negotiis publicis abstineret, ut litterariis ac philosophicis studiis daret operam, eos defendere minime veritus, pro Ligario et Marcello a. 46. et pro Dejotaro, Galatarum rege, a. 45. orationes habuit. — Cæsare dein interempto, M. Antonius, ejus collega, populum in conjuratores eorumque asseclas incitavit; quo factum est ut Cicero urbe discederet. Sed paullo post reversus, hunc sibi adversarium non timuit; quin immo in eum per intervalla quattuordecim orationibus invectus est, senatui populoque habitis, quas Philippicas fortasse vocavit ipse (nomine sumpto a Demosthenis in Philippum contionibus, quod sit eas imitatus: vd. Brut. 2. 4. 2. et 2. Att. 1), tanto quidem oratore dignis, secunda tamen ob masculæ eloquentiæ aculeos ita ceteris præcellente ut divina vocetur. Cf. Juvenal. 10. 125. — Identidem autem domi latebat vel se ex urbe subducebat animi causa; quo tempore tres libros absolvit de Officiis, ducibus Panætio et Posidonio, quibus nihil melius tota habet Socratica philosophia, et fortasse etiam librum de Virtutibus, cum aliis philosophicis jam deperditum; quin ipsa quoque ad Brutum Paradoxa tunc scripsisse creditur «ad quandam quasi senilem declamationem» (Facciolati, Vit. M. Tullii Cic. Pat. p. XXVIII). — Constituto demum a. 44. triumvirum Antonii, Octavii et Lepidi regimine, Cicero «pro certo habens, id quod erat, non magis Antonio eripi se quam Cæsari Cassium et Brutum posse, primo in Tusculanum fugit, inde transversis itineribus in Formianum, ut ab Cajeta navem conscensurus, proficiscitur. Unde aliquoties in altum provectum, cum modo venti adversi retulissent, modo ipse jactationem navis, cæco volvente fluctu, pati non posset, tædium tandem eum et fugæ et vitæ cepit, regressusque ad superiorem villam - moriar, inquit, in patria sæpe servata. Satis constat servos fortiter fideliterque paratos fuisse ad dimicandum; ipsum deponi lecticam - jussisse. Prominenti ex lectica præbentique immotam cervicem caput præcisum est. Nec satis stolidæ crudelitati militum fuit; manus quoque, scripsisse in Antonium aliquid exprobrantes, præciderunt. Ita velatum caput ad Antonium jussuque ejus inter duas manus in Rostris positum» (Senec. senior ex Liv. hist. deperd.). Ad rem ita Val. Max. 4. 2. 4. «Qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit, alius Cicero non exstat». Occisus est VII. id. Dec. a. 43. ab Herennio centurione et Popillio trib. mil., quem parricidii reum olim defenderat, LXIV. annum agens. Fulvia vero, uxor Antonii, viri ferociam æmulata linguam oratoris crinali acu repetitis ictibus multisque exsecrationibus, feminea rabie, transfixit; «non est enim ira super iram mulieris» (Eccli. 25. 23). — Habuit uxorem Terentiam, ex qua suscepit Marcum filium (qui hebetioris ingenii fuisse dicitur) et filiam Tulliam, quam Dolabellæ collo-

cavit. Habuit etiam Quintum Ciceronem fratrem, non mediocriter in litteris eruditum, cujus exstat ad ipsum libellus *de petitione consulatus*. — Plurima scripsit, sive litteraria sive philosophica: in his Posidonii præsertim discipulus, qui philosophiam Platonicam et Aristotelicam cum Stoica permiscuit, magistri documenta amplexus est, se non συγκρατικόν sed ἐκλεκτικόν ostendens, ac, speciatim, in logica Academiam «magnus opinator» (2. *Acad. [pr.]* 20. 66) sequitur, ad vocem tamen conscientiæ et naturæ et ad consensum populorum sæpe provocans; in physicis atomorum doctrinam oppugnat, et liberum arbitrium atque immortalitatem animæ demonstrare conatur, etsi hac de re aliquando incertus hæsit; in theologia quid vere senserit de Deo, docent Augustinus et Lactantius, qui illum tradunt et Deum esse pro certo habuisse, et unum existimasse, non plures; in ethica denique cum Stoicis virtutem summum bonum esse putat et hanc vult ad actum traduci; unde ejus effatum: «agere considerate pluris est quam cogitare prudenter» (Cf. *Moriais, Étud. philos. et rel. sur les écriv. lat.* Paris 1896): in illis vero, nempe litterariis, eximius magister, qui eloquentiam definierat «copiose loquentem sapientiam» (*Cic. Partit.* 23. 79), ajebatque «se non ex rhetorum officinis sed ex Academiæ spatiis oratorem exstitisse» (*Id. orat.* 3. 12), ac nullum «sine philosophia posse effici eloquentem» (*Id. ibid.* 4. 14). — Scripta ejus, præter LVII. orationes cum fragmentis aliarum XX. aliasque XXXIII. solum recitatas, cum aliquot laudatoriis (Cf. *Meyer, Orat. Rom. fragm.* p. 488), distribui possunt in quinque classes (V. etiam *Ind.* in *Lexico*), videlicet — *a)* Operum rhetoricorum, inter quæ tres libri *de Oratore*, in dialogi formam compositi a. 55. et fratri Quinto dicati, unanimi eruditorum consensu eminent ob mirificam Latini stili nobilitatem et elegantiam sermonis, tum etiam ob materiæ optime digestæ copiam ac sententiarum veritatem gravitatemque cum lepore conjunctam; hosque sequitur *Brutus de claris oratoribus*, liber a. 46. exaratus, compendium quoddam historicum Græcæ eloquentiæ. — *b)* Operum philosophicorum, quæ ab ipso auctore recensentur in libro II. *de Divinatione* c. 1., ubi potius Græcorum doctrinas, quam suas, generatim exponit, maxima alioqui cum perspicuitate et eruditione; idque illi vertendum laudi, quod inter æquales posterosque homines Latinos philosophiæ, et post Varronem, excitaverit cultum, late vero diffuderit primus, linguæ etiam philosophicæ auctor (Cf. *Nep. frg.* 28. et *Augustin.* 1. c. *Acad.* 2. 8); in eo contra reprehendendus, quod, quamvis doctrinas saniores, quam alii sive antiqui sive æquales, professus sit; tamen quædam falsa docuit ac probrosa, idque ex cæcitate mentis, nondum divinitus illustratæ, ex rerum adjunctis vel ex philosophicæ scholæ, cui adhæsit, vitio profectum esse nemo infitiabitur; quo factum est, ut de plerisque incertus videatur qui plura legerit quam sit meditatus. His itaque operibus «adnumerandi sex (libri) *de republica*, quos tum scripsimus cum gubernacula reip. tenebamus» inquit *Cic.* 8. *Fam.* 1. et *alib.*, ducibus Platone, Aristotele, Polybio, Theophrasto aliisque ex Græcis, a. 54. incepti et ad exemplum reipublicæ Platonicæ confecti, quæ in philosopho Atheniensi fictitia, historica est in Romano, prisca nempe illa, Scipionis ætate, ex temperatis inter se variis regiminum formis constituta: sexti vero, ubi Scipio colloquens suum narrat somnium, idcirco *Somnium Scipionis* inscripti, duo tantum exstabant commentariorum libri, auctore Macrobio, et fragmenta quædam apud Lactantium et Augustinum. Major porro operis pars detecta est editaque a. 1822. a cl. *Angelo Maio* in palimpsesto, qui dicitur, Vaticano, mox ab aliis, uti *Schütz, Steinacker, Moser, Zell, Osann, Du Rieu, Seibel*; cui Cicero quasi appendicem addidit opus *De legibus*, sex ab origine libris constans, nunc tribus duntaxat, item Platonem imitatus. His autem potius civilibus accedunt opera stricte philosophica, uti sunt ex præcipuis libri *Academicorum* antea duo, *Catulus* et *Lucullus* inscripti, postea quattuor; nunc vero prioris editionis *(Academica priora)* tantum exstat liber secundus, sc. Lucullus; posterioris *(Academica posteriora)* tantum liber primus, non integer, sc. Catulus; dein libri quinque *de Finibus*, ex Phædro, Chrysippo, Antiocho et Carneade, et quinque *Tusculanarum disputationum*, ex Platone et præcipue ex Stoicis; tres *de natura deorum*, ex variis fontibus Stoicorum et Academicorum, præter *Hortensius* (fere totum jam deperditum), quoddam paræneticum ad philosophica prooemium (λόγος προτρεπτικός πρὸς φιλοσοφίαν), ex cujus lectione Augustinus se ad rectam cogitandi agendique rationem instinctum sensit et excitatum ad studium sapientiæ, unde «surgere, inquit, cœperam, ut ad te, *Domine*, redirem» *(Conf.* 3. 7). — *c)* Operum historicorum, quæ soluta scripsit vel ligata oratione, partim etiam græce, uti sunt *Cæsaris Britannica expeditio, Marius, Commentarius consulatus mei, Expositio consiliorum meorum*, Λειμών, Ἀνέκδοτα, Παράδοξα, Θαυμάσια etc. et etiam *Chorographia*, et quæ jam interciderunt (Cf. *Zingler, De Cic. hist. quæst. Diss.* Berl. 1900). — *d)* Operum poeticorum, in quibus magis quam poeta, versificator exstitit, ceterum facili musa, haud tamen in eo laudandus, quod honoris et gloriæ cupidus *(Cic.* 1. *Att.* 15), se ipsum suaque fata in libris *De suo consulatu* et *De temporibus suis*, epico carmine celebrare conatus sit cum gravi sui nominis detrimento. Hinc *Senec. contr.* 3. *præf.* 8. «Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit». *et Quintil.* 11. 1. 24. «In carminibus utinam pepercisset, quæ non desierunt carpere maligni» (Cf. *Faguet, De poet. Cic. facult.* et *Ribbeck, Gesch. d. röm. Dicht.* I.[2] p. 299). — *e)* Denique epistolarum, de quibus ita scribit *Fronto* p. 107. 16. *N.*: «Omnes Ciceronis epistolas legendas censeo, mea sententia, vel magis quam omnes ejus orationes: epistolis Ciceronis nihil est perfectius». Ad nos pervenerunt quattuor earum collectiones, ubi, iis additis, quæ ad Ciceronem scriptæ sunt, numerantur DCCCLXIV., cum rerum varietate jucundæ, tum gravitate argumentorum plurimi habendæ, historiæ fons uberrimus ac stili epistolaris optimum exemplar (Cf. *Nake, De Planc. et Cic. epist.* Berl. 1866.; *Peter, Der Brief* p. 88.; *Boissier, Cicéron* etc. Paris, 1905., coll. *Sternkopf, Wochenschr. für Klass. Philol.* 1905. et *Sander, Bemerkung. zu d. Cic. Briefen* Wittenb. 1901). — Hæc autem singula opera recensentur in *Ind. auctt.*, Lexico præmisso, de quibus singillatim ad criticen sive historicam sive litterariam revocatis atque expensis consulas in primis *Schanz, Röm. Litt.* I. 2.[3], 226. *sqq.*, coll. *Orell., Onom. Tull.* VI. 1. p. 193. *sqq.*, 3. p. 343. *sq.*; *Schweiger, class. Bibl.* II. 1. p. 102. *sq.*; *Wagner, class. Bibl.* p. 367. *sqq.*; *Forsyth, Life of M. Tull. Cic.* Lond. 1860.; *Zeller, Grundriss. d. gr. Philos.* p. 247. *sq.*; *Aly, Cic., sein Leben u. seine Schrift.* Berl. 1891. etc. — Fontes vero antiquiores, a quibus complura de Cicerone hauriri possunt, præcipui sunt ipsius epistolæ, dives rerum omnium thesaurus; tum *Auct. vir. ill.*, et etiam *Cornelii Nepotis et Tironis*, si exstarent, vitæ. De his tamen V. *Körner, Mendelssohn, Rauschen, Sternkopf, Ziehn, Suringar, Gudemann, Addozio, al.* — «Hunc igitur, inquit *Forcellin.* noster, assidue in manibus habeat quicumque aliquo litteraturæ genere delectatur; præsertim vero Latini sermonis et eloquentiæ studiosus hunc attente perlegat, meditetur ac imitari contendat, atque tum demum, ut ait *Quintil.* 10. 1. *se profecisse sciat, cum sibi Cicero valde placuerit*». Non tamen illud prætereundum, maxime in iis, qui litterariis studiis operibusque inclaruerunt, quod vitiosum est, ne specie virtutis, quam ii laudibus extollunt, facile illudamur credamusque ethnicos homines integritatis quoque et sanctimoniæ florem. Fallitur itaque *Lambinus* in *vit. Cic.* p. 278., qui Ciceronem dicit «virum integerrimum, castissimum, sanctissimum», quum satis constet eum non tam animi inconstantia et aliquo civilis prudentiæ defectu quam morum turpitudine, uti de aliis doctissimis quidem honestatis præconibus tradit historia, tum etiam nimio luxu fuisse vituperandum. Ceterum de hoc ne quis miretur nimium classicæ antiquitatis studiosus, ipsum audiat Tullium sua tempora ita describentem: «Quid manet ex antiquis moribus, quibus *(Ennius)* dixit rem stare Romanam? quos ita oblivione obsoletos videmus ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur. Nam de viris quid dicam? Mores enim ipsi interierunt virorum penuria. Nostris enim vitiis non casu aliquo rem publicam verbo retinemus, reipsa vero jam pridem amisimus» (5. *rep.* 1., coll. *Cæl.* 12). De eo denique, quem virtutibus expertem, maxime familiaribus, nemo dixerit nisi mendax, ita, omnia perpendens, judicat *Senec. loc. cit.*: «Si quis virtutibus vitia pensaverit, vir magnus ac memorabilis fuit». — *f)* Marcus, oratoris filius. *Cic.* 1. *Att.* 18. Cum uxore et filiola et mellito Cicerone. *et* 2. *ibid.* 2. Ciceronem nostrum. *et* 4. *ibid.* 7. puerum. *et* 4. *ibid.* 9. suavissimum. — Ad eum scripsit *Cic.* libros de Officiis: cf. *Att.* 15. 13. τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus προσφωνοῦμενque Ciceroni; qua de re enim potius pater filio? *Brut. Cic. ad Brut.* 2. 2. Cicero, filius tuus sic mihi se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus nunquam dimittere videatur cogitationem, cujus sit filius. — Fuit consul suffectus a. 30. a. Chr. *(Fast. cos. Amit.* a. U. C. 724.: *Corp.* 1.[2] p. 61). Quare *Senec.* 4. *Benef.* 30. 2. Ciceronem filium quæ res consulem fecit nisi pater? — *g)* Quintus, oratoris frater, qui ad M. fratrem scripsit, ut diximus, *de petitione consulatus*; legatus Cæsaris: *Cæs.* 5. *B. G.* 24. et *al.* (nom. plenum 6. 32. et 7. 90)., *Frontin.* 3. *Strat.* 17. 6., *Oros.* 6. *Hist.* 6., *Sueton. Jul.* 14. *Nep. Att.* 5. Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni. — *h)* Hujus filius item Quintus. *Cic.* 6. *Att.* 2. et 2. *Q. fr.* 12. et 3. *Phil.* 7. 17. — Plur. de hoc et de filio oratoris. *Id.* 5. *Att.* 20. et 6. *ibid.* 1. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur. *et* 7. *ibid.* 18. et 20. Mulieres et Cicerones in Formiano reliqui. — De omnibus. *Id.* 7. *Att.* 2. Curii testamentum deporto, Ciceronum signis obsignatum cohortisque prætoriæ. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 27261 = 34178., 12195.; 10. 4981 *(Venafri*: cf. *Schulze, Eigenn.* p. 502). — Deriv.: *Ciceronianus*, adj. — *a)* Ad M. Tullium Ciceronem pertinens. *Plin. præf. Hist. nat.* 17 Ciceroniana simplicitas. *Senec.* 7. *Contr.* 2. 12. cliens. *Fronto* p. 190. 14. *N.* libri. — *Ciceroniana mensa* citrea fuit, omnium antiquissima: nullius enim «ante hanc ac vetustior memoria est, quo noviciæ apparent» *(Plin.* 13. *Hist. nat.* 16. 30. [102]., coll. *Tertull. anim.* 33). — *Ciceroniana villa* in Puteolano, de qua *Spartian. Hadr.* 25. *(Hadrianus)* apud Bajas periit invisusque omnibus sepultus est in villa Ciceroniana Puteolis. — *Ciceronianæ aquæ*, quæ oculis medentur, ut ait *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 3. (6). — *b)* Item Ciceronis studiosus: hinc celebre illud *Hieronym. ep.* 22. Mentiris: Ciceronianus es, non Christianus. (Cf. Κικερώνειοι, Ciceronis sectatores, ap. *Appian. b. civ.* 3. 50. 206. et *ibid.* 51. 207). — *Ciceroniane*, adv. Ciceronis modo v. more, ap. *Pomp. gramm.* V. 250. — Compos. *Ciceromastix* (Κικερομάστιξ), vox hybrida, efficta ad similitudinem Græc. Ὁμηρομάστιξ, a *Cicero* et μάστιξ, *flagellum*: ita inscriptus fuit libellus quidam Largii Licinii, quem contra Ciceronem conscribere veritus non fuerat, homo propterea «prodigiosus et vecors» dictus - «cujus liber etiam fertur infando titulo» *(Gell.* 17. 1). Nec minus (liceat mihi addere) temeritatis et vecordiæ arguendus aut ridendus magis *Mommsenius*, cum non modo Sallustium, Tacitum, Alighierium, aliaque litterarum nostrarum lumina, rhetores vocat, sed ipsum Ciceronem non facundum saltem causarum patronum, at latratorem et rabulam, post omnium sæculorum laudes, dicere audet *(Momms. Stor. Rom.* l. V. c. 12). «Si quis ex ultima barbarie absurda hæc atque incredibilia effutiret, insignem hominis stupiditatem miseratus tacerem. Quid enim referret in truncum atque stipitem invehi?» -inquit cl. *Valaurius (Opusc. var.* Torin. 1875. p. 146). — Cf. etiam nom. *Ciceronius, Cicerio, Cicrius* (V. *Schulze, Eigenn.* p. 273. 315. *adn.* 4. et *Corp.)*.

CICĔRŌMASTIX, īgis, m. 3., et

CICĔRŌNIĀNUS, adj., et al. deriv. *V.* voc. præc.

CICIRRUS, i, m. 2. cogn. viri, ut videtur, Oscum, Gr. Κίκιρρος· ἀλεκτρυών, *gallus gallinaceus* ap. *Hesych.*, unde latine *cucurrire* dicuntur hujusmodi animalia. Memorat *Horat.* 1. *Sat.* 5. 52. nunc mihi paucis Sarmenti scurræ pugnam Messique Cicirri Musa velim memores - Messi clarum genus Osci. et 1. *ibid.* 5. 65. Multa Cicirrus ad hæc etc. *Porphyr.* ad *l.* «Ostendit *(poeta)* se relaturum contentionem, quam inter se Sarmentus et Cicirrius *(sic cod. Monac.)* habuerint, ambo et urbanitate et audacia noti, equites tamen Romani». Sed *Acr.* et *Orell.* putant illud Messo inditum ridiculi causa.

CICŌNES, um, m. plur. 3. (Κίκονες) Acc. pl. *Ciconas*, ap. *Hygin. fab.* 125., *Solin.* 51., *al.* ¶ 1. Cicones, populus Thraciæ ad Hebrum *(Mela* 2. 28., *Solin.* 10., *Schol. Virg. Bern.*, *Gloss.* V. 277) in regione hinc *Ciconia* dicta, ἡ Κικονία *(Dar.* 18), unde et *Ciconii* appellati *(Dict.* 2), quibus olim Euphemus Trœzenius imperitabat *(Dar. loc. cit.)*. De iis *Serv. auct. georg.* 4. 519. Cicones, gens Thraciæ, a *Cicone*, Apollinis filio, dicti. *Prob.* ad *l.* Cicones, natio Thracum, in qua oppidum est Ismaros. *et Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (43). Oppidum Ænos Ciconum quondam regio. Adde *Ovid.* 6. *Met.* 710., *Propert.* 3. 12. 25., *Tibull.* 4. 1. 54., *Sidon. carm.* 23. 188., *Auson.* 237. 1., *Vib. Seq.* p. 147. — *Virg.* 4. *G.* 619 (V. *Serv.* ad *l.*) «spretæ Ciconum quo munere matres - Discerptum latos juvenem (*i. e.* Orphea) sparsere per agros». Fusius rem narrat *Ovid.* 11. *Met.* 3. *sqq.*; unde *Sil. It.* 11. 475. O diræ Ciconum matres Geticique furores! ¶ 2. Item gens Asiæ. *Solin.* 51. Inter hos (*i. e.* Attacos) et Indiam gnarissimi Ciconas locaverunt. Adde *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 20. (55).

CICŌNIA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

CICŪRĪNUS, i, m. 2. cogn. gentis Veturiæ. *Varro* 7. *L. L.* 91. Cicurare mansuefacere - et ideo dictum «cicur ingenium optineo» mansuetum; a quo Veturii quoque nobiles cognominati Cicuri(ni). Adde *Ascon. Corn.* p. 76. L. Veturius Cicurinus cos. a. 494. a. Chr. *(Diod.* 11. 81. 1. Τίτος Οὐετούριος Κιχωρῖνος [-ιος *L*] cos. a. 462. a. Chr.). Adde *Fast. cos. Capit.* (Cf. *Corp.* 1. p. 104. *sqq.)*.

CICŪTA, æ, m. 1. cogn. vir. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 69. Cicutæ nodosi tabulas. *et* 2. 3. 175 *(Porphyr. Hor.* 2. 3. 69. Nerius et Cicuta juris studiosi fuerunt, quos quasi avaros tangit). — *Ibid.* Perellius Cicuta. *et* 2. 3. 175. Cicuta avarus. *Schol. Hor. Sat.* 2. 3. 69. Cicuta [autem] feneratur fuit, qui propter asperitatem et amaritudinem morum Cicuta cognominatus est.

CĪDĀMUS, i, m. 2. (Κιδαμή) oppidum Africæ in regione Phazaniorum, hodie *Gdames*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (35). et *Itin. Ant.* p. 75 (?).

CIDĒNĀS, æ, m. 2. (Κιδήνας) astrologus Chaldæus, de quo *Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. (39). Ut Cidenas et Sosigenes docent.

CIDĒNUS Silvius, nom. regis Latini noni. *Exc. barbar.* p. 242. 7. *Frick* (p. 303. 11. Cidenus Silvius).

CIERIUM, ii, n. 2. (Κίερος et Κιέριον) oppidum in Thessaliotide provincia, hodie *Materanga*, olim vocatum *Arne*, serius vero *Pierium*, ap. *Liv.* 32. 15. A Metropoli et a Cierio (Pirea *codd. recc.*, om. B, corr. *Leake)*. — *Cieros* conj. *Meineke* ap. *Catull.* 64. 35. Deseritur Cieros (Scyros *vulg.)*, linquunt Phthiotica Tempe etc. — De ejus nummis vd. *Head*, 292.

CIEROS, i, m. 2. oppidum Bithyniæ, serius dictum *Prusa ad Hypium*, hodie *Uskub*. Memorat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (148)., coll. *Appian. Mithr.* 77. et *Ptol.* 5. 1. 4. Cf. etiam voc. præc.

CILBIĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Κιλβιανοί) pop. Lydiæ, in *superiores* et *inferiores* distincti, illi ad fontes Caystri, hi vero in campis devexioribus. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (120). — Hinc *Cilbianus*, adj. *Vitr.* 7. 8. 1. Minium agris Ephesiorum Cilbianis primum esse memoratur inventum.

CILBICĒNI, ōrum, m. plur. 2. gens Hispaniæ meridianæ. *Avien. or.* 255. et 303. — Ex Africa illuc concessisse videntur. *Id. ibid.* 420. *sqq.* — Hinc *Cilbicenus*, adj. *Id. loc. cit.* regna Cilbicena feracis agri.

CILĒNI, ōrum, m. plur. 2. pop. Callæciæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (111).

CĬLICENSIS, e, adj., et

CĬLICES, um, m. plur. 3. (Κίλικες) *Cylices* in *Gloss.* IV. 318. 28. et trad. haud raro in codd. Sic Κύλικες in *Inscr. gr. Rom. Cagnat* 1. 1243 *(in Ægypto)* — *Cileces* in *Lib. gener. chron.* I. p. 100., 117. — Acc. plur. *Cilicas*, ap. *Varr.* 2. *R. R.* 11. 12., *Tibull.* 1. 7. 16., *al.* — *Cilicii* ap. *Chron. Alex. chron.* I. p. 100. et *alib.* — De origine et veriloquio *V.* voc. seq.

Cilices, universim Ciliciæ populi, ut apud *Mel.* 1. 14., *Manil.* 4. 622., *Prisc. perih.* 817., *Martial.* 7. 30.; speciatim vero alii erant *Cilices maritimi*, qui ad mare habitabant *(Liv.* 33. 18); *campestres* e contrario, qui eam Ciliciæ partem incolebant, qua fluunt Pyramus *(Tyhun)* et Cydnus *(Tersoos Chai)*, dicti *intonsi* a *Tibull.* 1. 7. 16.; *agrestes* a *Tac.* 12. *Ann.* 55., et cognomento *Ciliæ* et etiam *Eleutherocilices* a *Cic.* 5. *Att.* 20. et 15. *Fam.* 4., qui ceteroquin ad *Ciliciam asperam* (V. voc. seq.) videntur pertinuisse; ab his vero omnibus distinguebantur *Mandacandeni*, qui ad Adramytteum conventum in Mysia pertinebant, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (123). Cf. *Dict.* 2. 17. ¶ 1. In sing. num. *Cilix* (Κίλιξ) et etiam *Cilex* ap. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1995. et 2188. et *Gloss.* IV. 34. et V. 276. — Acc. *Cilica* ap. *Serv.* ad *Virg.* 4. *G.* 127. et *Cilicem* ap. *Tac.* 2. *Hist.* 3., *Flor.* 1. 41. 7., *al.* — Abl. *Cilici* ap. *Lucret.* 2. 416. et *Culic.* 401. — Est autem — 1.°) Generatim — *a)* Subst. *Lucan.* 3. 228. itque Cilix justa, jam non pirata, carina. *Tac. loc. cit.* Cilicem Tamiram. — *Flor. loc. cit.* Cilix *(collective)* dignus victoria Pompeji visus est. Adde *Claudian.* 5. 33. et *Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 20. — *b)* Adject. *Varro Men.* 403. Scari Cilices. *Lucret. loc. cit.* crocus Cilix. *Ovid.* 2. *Met.* 217. Ardet Athos Taurusque Cilix. *Sueton. frg.* 209. Victis piratis Cilicibus. Adde *Culic.* 400. — 2.°) Speciatim — *a)* Filius Agenoris, eponymos Cilicum et Ciliciæ, ap. *Hygin. fab.* 178. — *b)* Gladiator famosus sub Nerone imp., ap. *Juvenal.* 4. 129. — *c)* Alii ap. *Cic.* 8. *Fam.* 1., *Martial.* 6. 72., in *Corp.* 6. 22277. et 15. 3429. — *d)* Nom. serv. et cogn. *Plaut. frg.* 29 *(Schmidt, Hermes* 37 [1902] 184). ¶ 2. In plur. num. *Liv.* 37. 40. Cares et Cilices. *Cæs.* 3. *B. C.* 101. C. Cassius cum classe Syrorum, Phœnicum et Cilicum in Siciliam venit. *Nep. Dat.* 8. Cilicum victas catervas. *Ammian.* 25. 10. 4. Tarsum urbem Cilicum nobilem. *Hieronym. quæst. hebr.* in *Gen.* p. 15. Tharsis Josephus *(ant.* 1. 6. 1) Cilicas arbitratur - unde et metropolis eorum Tarsus appellatur, Paulo apostolo gloriosa. Adde *Manil.* 6. 624., *Stat.* 2. *Silv.* 1. 60., *al.* — Ad Cilicum mores et artes quod attinet, feri ac diri a veteribus dicuntur *(Ovid.* 2. *Am.* 16. 39. et *Avien. orb.* 1029); prædones ac piratæ famosissimi *(Cic.* 4. *Verr.* 10. 21. et 52. 116. Cf. *Manil.* 12. 85., *Juvenal.* 8. 94., *Lucan.* 3. 228., 4. 449., 9. 222., *Comment. Luc.* 1. 336., *Gloss.* IV. 138.); quos Pompejus repressit *(Flor.* 1. 41. 7), idcirco eos *pavidos maris* acute dixit *Lucan.* 8. 811. Eorum latrocinia memorat *Cic.* 6. *Att.* 4.; hinc tritum illud Gr. proverb. Καππάδοκες Κρῆτες Κίλικες τρία κάππα κάκιστα. Cf. *Plaut. Trin.* 599. Ibit istuc aliquo in maxumam malam crucem Latrocinatum aut in Asiam aut in Ciliciam. — Auguriis auspiciisque plurimam operam dabant *(Cic.* 1. *Divin.* 1. 2., 15. 25. et 41. 92., coll. *Legg.* 18. 33). — Agros bene colebant eorumque aratra, messes, pomaria laudantur *(Avien. orb.* 170., *Martial.* 8. 14., *Stat.* 2. *Silv.* 6. 87., coll. *Colum.* 11. 2. 56). — De speciali vestium forma apud Cilices *V.* voc. seq. — Ad originem et historiam quod spectat, videntur fuisse de genere Semitico, a Syria in regionem, ab iis Ciliciam nuncupatam, et etiam in Troadem antiquitus *(Strab.* 13. 420., *Dict.* 2., coll. *Homer. Il.* 6. 397. et 415) et in Cappadociam digressi *(Strab.* 12. 2. 7., coll. *Nepot. Dat.* 1). — Crœso, regi Lydiæ, fortiter restiterunt; sed a Persis subacti, a Seleucidis vexati, denique a Romanis sub M. Antonio a. 103. a. Chr., P. Servilio Vatia a. 74. et Cn. Pompejo a. 67., bello quod dictum est piraticum, repressi ac domiti fuerunt (Cf. *Liv.* 33. 19., *Nep. loc. cit.*, *Curt.* 3. 4. *sqq.*, *Justin.* 11. 11., 13. 4. et 6. et 39. 5., *Oros.* 3. *Hist.* 16. et 5. 23., *Eutrop.* 6. 3., *Vellej.* 2. 39. et *Flor.* 3. 6. 6. et 7). Cf. *Vaglieri* ap. *Ruggiero, Diz. epigr.* II. 222. *sqq.* — Hinc fem. *Cilissa* (Κίλισσα), adj. *Propert.* 4. 6. 74. Perque lavet nostras spica Cilissa *(i. e.* crocus) comas. *Ovid. Ib.* 200. quotque ferat - terra Cilissa crocos. — Cogn. *Corp.* 9. 5205. — *Cilicissa* in *Corp.* 6. 6483 *(in monum. Statilior.)*. et 10. 1969.

CĬLĬCIA, æ, f. 1. (Κιλικία) regio Asiæ minoris *(Mela* 1. 14), quam volunt alii dictam a *Cilice*, illius rege *(Augustin.* in *ps.* 47. ex *Diod. frg.* II. 634), Agenoris filio et Phœnicis, Cadmi et Europæ fratre *(Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 88); quod tamen nimis fabulam redolet; alii vero ducunt ab Hebr. *Hhliqim* «lapides», quod sit terra lapidosa, vel a *Hhelaq* «prædæ pars v. præda», quasi terra prædatrix v. prædonum, quod cum Cilicum moribus probe concordat. *Hieronym.* autem in *Gal.* 1. 21., pro diversa vocis radice: «*Cilicia* interpretatur assumptio sive vocatio lamentabilis». *et nom. hebr.* p. 68. «cœtus aut luctus vel assumptio aut vomitus ejus».

Cilicia itaque est regio Asiatica, satis ampla, sita ad mare Mediterraneum sive internum, confinis Pamphyliæ et Pisidiæ ab occid., Lycaoniæ et Cappadociæ a septentr., a qua eam disterminat Taurus, et Syriæ ab orient., a qua dividitur Amano; quamquam antiquissimis temporibus multo latius patebat *(Curt.* 3. 4. 6), ita ut usque ad Pelusium Ægypti pertineret, populis Lydiæ, Mediæ, Armeniæ, Pamphyliæ, Cappadociæ sub suo imperio constitutis, et usque in Troadem progrederetur; sed ab Assyriis deinde in angustiores terminos redacta *(Solin.* 38). Porro, ut initio fuerat, in duas potissimum partes erat tributa, nempe in *Asperam* (Τραχεῖαν), ob crebros et asperos montes ab occid. *(Sueton. Vesp.* 8), pæninsulam exadversus Cyprum, portubus refertam, cujus metropolis erat Seleucia, et Calycadno irrigatam, hod. *Itschil*; et in *Campestrem* (Πεδιάδα) ab orient., a Solis ad Cappadociam pertingentem, quæ *Cilicia propria* dicebatur *(Ptol.* 5. 8. 4), hod. *Adene*, subdivisam vero in planitiem Tarsi metropolis et in planitiem Issi: Lamus unam ab altera parte sejungebat. — *Jos. ant.* 1. 6. 7. tradit Ciliciam olim *Tarsum* nuncupatam fuisse, a Tarso, Javani filio; quod innuit etiam *Steph. Byz.* sub v. Ταρσός. Hinc *Isid.* 9. *Orig.* 2. 35. «Tharsis, a quo *Cilices*». — Hæc regio fusius describitur a Græcis *Strab.*, *Ptol.*, *Thuc.*, brevius a Latinis *Plin.*, *Mel.*, *Solin.* et *Curt.* memoraturque *Cic.* 1. *Divin.* 40. 88. Amphilochus et Mopsus, Argivorum reges, urbes in ora maritima Ciliciæ Græcas condiderunt. *et* 1. *Orat.* 18. 82. Cum proconsule in Ciliciam provinciam proficiscens etc. *Auct. B. Alex.* 66. 2. Tarsum, quod oppidum fere totius Ciliciæ nobilissimum fortissimumque est. *Nep. Dat.* 1. Pater ejus Camisares - habuit provinciam partem Ciliciæ juxta Cappadociam, quam incolunt Leucosyri. *Sueton. Vesp. loc. cit.* Trachiam (Thraciam *plerique)*, Ciliciam et Commagenem, dicionis regiæ usque ad id tempus, in provinciarum formam redegit. Sic *Justin.* 39. 5. Creta Ciliciaque piratico bello perdomitæ in formam provinciæ rediguntur. — De ejus feracitate et proventibus. *Ammian.* 14. 8. 1. *sqq.* Cilicia - dives bonis omnibus terra. *Expos. mund.* 39. Regio Ciliciæ, quæ faciens multum vinum lætificat et alias provincias. Cf. *Ovid. Ib.* 200., *Propert.* 4. 6. 74. et *Solin. loc. cit.* de croco, quo Cilicia abundat, optimo, fragrantiore et colore plus aureo. *et Colum.* 1. *præf.* 26. de armento caprino setoso. *et Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (143). de velis seu velamentis ibi confectis celebratisque (Cf. etiam *Varr.* 2. *R. R.* 11. 12., *Colum.* 12. 48. 1., *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 313., *Sidon. ep.* 2. 9. et *Cypr. Gall.*, *Gen.* 1170). et 16. *ibid.* 26. 49. (118). de ficu. *et* 21. *ibid.* 17. 19. (42). de iride. *et* 14. *ibid.* 16. 19. (109). de hyssopo. *et* 19. *ibid.* 8. 38. (128). de lactuca. — Deriv. *Cilicius* (Κιλίκιος) — *a)* Adj. *Plin.* 5. *ibid.* 27. 22. (92). Soloe Cilicii, nunc Pompejopolis. *et* 25. *ibid.* 5. 20. (46). montes. *et* 36. *ibid.* 22. 47.

(164). cotes. et *Auct. B. Alex.* 13. 5. naves. *Vitr.* 8. 3. 6. civitas (*sc.* Tarsus). — Speciatim: *Cilicium mare* apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 26. (96)., quod *pelagus Ciliciæ* dicitur a *Valg. Act.* 27. 5., Κιλικία θάλασσα a *Strab.* 9. *init.* et *Cilicum ora* v. *sinus* a *Prisc. perih.* 122. et 811. et *Auct. carm. de Jon.* 24. — *Ciliciæ portæ*, ap. *Nep. Dat.* 7. et *Jorn. Get.* 6., quæ etiam *Tauri pylæ* appellantur a *Cic.* 5. *Att.* 20. vel *Cilices portæ* aut abs. *Cilices* a *Claudian. carm.* 20. 468., vel *Pylæ* a *Curt.* 9. 4. 2. Cf. *Cassiod. loc. infra cit.* — Non sunt tamen confundendæ cum *portis Amani montis* ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (91). — *b)* Subst. *Cilicii*, de gente. *V.* **CILICES** init. — *Cilicium*, de quo *V. Blümner, Technol. I.* 193. et *Marquardt-Mau, Privatleben p.* 479. et *Lexicon ad v.*, cui hæc tantum addimus: — 1.°) Generatim. *Vitr.* 10. 16. 4. Helepolim ciliciis et coriis crudis confirmavit Demetrius. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (143). Scenitæ - a tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur ubi libuit (Cf. *Solin.* 33 [*ubi trad. etiam* cilicina], *qui adnotat*: ita nuncupant velamenta caprarum pilis texta). Adde *Ammian.* 20. 11. 9. et 23. 4. 6., *Pelag.* 259. et *Cassiod. in ps.* 34. — 2.°) Speciatim, apud ecclesiasticos, vestimentum vel signum pœnitentiæ et doloris, Gr. σάκκος (*LXX*). *Eucher. form.* 6. *p.* 39. Cilicium pœnitentiæ testimonium. *Cassiod. in ps.* 68. Per cilicium tristitia significatur et lacrimæ. *Hieronym. ep.* 22. et 108. Mollia linteamina - asperitate cilicii commutanda. *Ps. Rufin. in Am.* 8. 10. Corpora nobilium pretiosis paullo ante tecta ornamentis cilicium pannique convestient. Adde *Basil. reg.* 129. Cilicii quidem usus - propter afflictionem ejus (*sc.* corporis) inventum est - et pro humilitate animæ. *Ruric. ep.* 2. Deponant sæculi byrrum et sumant ecclesiæ vestimentum, quod est cilicium, contritionis indicium. — Translate *Hieronym. adv. Pelag.* 2. 24. Luna erubescit, sol confunditur et cælum operitur cilicio (Cf. *Vulg. Apoc.* 6. 12). — *Cilicilarius*, qui cilicia conficit et vendit. *Corp.* 6. 31898. — *Cilicus*, adj. *Jorn. Rom.* 228. Servilius Isauricus Ciliciusque vocatus est. et *Get.* 55. Nunc Caspias portas, nunc Armenias, nunc Cilicas. — *Cilicianus*, nom. vir. *Inscr. Rev. archéol.* 4. *sér. XI* (1908) *p.* 323 (*in Mesopotamia*). — *Ciliciensis* et *Cilicensis*, ap. *Cic.* 1. *Q. fr.* 2. 7. prætor. *Cæs.* 3. *B. C.* 88. legio. *Pallad. hist. Mon. I.* 6. 15. lagenæ. Cf. *Isid.* 26. *Orig.* 6. 6. Cilicisses seriolæ.

CILICIUM, ii, n. 2., et

CILICIUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CILIUS (Cillius), ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 6. 22553. et cogn. originis barb., frequens in Hispania, maxime in Lusitania. *Corp.* 11 1283. — *Cilia (Cilea)*, cogn. mul. *C.* 2. 434. et 5330. — Cf. *Cillo, Cilonius* v. *Celonius, Cillo, Cilanculus (a), Cila, Cillutius, Ciltus, Cilitus, Cilta, Celtus* ap. *Schulze, Eigenn. p.* 149., 423. et in *Corp.*

CILIX, icis, m. 3. *V.* **CILICES**.

CILLA, æ, f. 1. (Κίλλα) ¶ 1. Oppidum Troadis, hod. *Tchirpan*, ap. *Ovid.* 13. *Met.* 174. Tenedon Chrysenque et Cillan, Apollinis urbes. *Senec. Tro.* 227. cara Phœbo Cilla (Cf. Ἀπόλλων Κιλλαῖος). *Macrob.* 1. *Sat.* 17. 48., *Dict.* 2., *al.* ¶ 2. Etiam nom., ut videtur, ducis Langobardi. *Greg. M. ep.* 13 (a. 603).

CILLIUM (Cilium), ii, n. 2. oppidum Africæ in prov. Byzacena prope Philippopolim, tribu *Papiria*, colonia *Flavia*, inter Sufetulam et Thelepten, hod. *Kasserin*, in *Corp.* 8. 2568. 46., *Itin. Ant. p.* 54. et ap. *Jul. Hon. cosm.* A 44. — Notatur *Cil.* in *Inscr. Rev. archéol.* 4. *sér. VIII* (1906) *p.* 474. — Hinc *Cillitanus (Cilitanus)*, adj. *Corp.* 8. 210., 11307. etc.

CILNIUS, ii, m. 2. nom. gent. Arretinum: cf. Etr. *kilnei, cilnial* ap. *Schulze, Eigenn. p.* 149. Hinc *Liv.* 10. 3. Etruriam rebellare ab Arretinorum seditionibus motu orto, nunciabatur, ubi Cilnium genus præpotens, divitiarum invidia pelli armis cœptum. *Sil. It.* 7. 29. Cilnius, Arreti Tyrrhenis ortus in oris, Clarum nomen erat etc. — Ex Etruria et Arretio Romam migravit, ubi Augusti ætate amplius inclaruit. ¶ 1. Apud scriptores memoratur — 1.°) C. Cilnius Mæcenas, nobilissimo genere ortus (a. 685-746), ordinis equestris (*Tac.* 6. *Ann.* 11), celeberrimus Augusti consiliarius ac talis tantusque doctorum virorum patronus ut ejus cognomen quasi in proverbium abierit dictumque sit per antonomasiam et dicatur de iis, qui scientiis ac litteris artibusque universis maximo studio auxilioque patrocinantur: *Cajus*, præn., teste *Dion.* 49. 16. et *Vellej.* 2. 88. et *Tac.* 14. *Ann.* 53.; *Cilnius*, nom. gentil., teste *Tac.* 7. *Ann.* 11.; *Mæcenas*, cogn. usitatius, fortasse a loco dictum, ut ait *Varro* 8. *L. L.* 41. *extr.* — Laudatur *Horat.* 1. *Od.* 1. 1. Mæcenas, atavis edite regibus. *et* 3. *ibid.* 29. 1. Tyrrhena regum progenies. *Id.* 1. *Sat.* 6. 1. Mæcenas - nemo generosior est te etc. *Propert.* 3. 9. 1. Etrusco de sanguine regum. *August.* apud *Macrob.* 2. *Sat.* 4. 12 (*Mæcenas*) Cilniorum smaragdus. — Natus videtur ca. an. U. C. 685. et quidem idibus Aprilibus, ut colligitur ex *Od.* 4. 11., quam *Horatius* ad ejus natalem celebrandum scripsit. Eruditus fuit liberalibus disciplinis ac *doctus sermones utriusque linguæ*, sc. Græcæ et Latinæ (*Hor.* 3. *Od.* 8. 5., coll. 1. *Ep.* 19. 1) habuitque *ingenium et grande et civile* (*Senec. ep.* 39). — Apolloniæ cum Augusto amicitiam iniit ac familiaritatem, qui eo sæpe usus est in reipublicæ negotiis etiam gravioribus agendis, præcipue in conciliandis adversariis turbisque sedandis comitemque eundem habuit in bello Philippensi et Actiaco (*Propert.* 2. 1. 26. et *Auct. elog. de eo* 41. *sq.*). — Quamvis nullam dignitatem peteret; tamen in bello adversus Sex. Pompejum ab Octaviano Romam missus, præfectus prætorio fuit (*Schol. Virg.* 1. *G.* 2.: cf. *Momms. Mus. Rhen. XVI. p.* 448). — An. circ. 731. U. C. in matrimonium duxit Terentiam, cujus causa, quum esset mulier moribus ambiguis, magisque Augustum quam conjugem amaret, quia et negligeret vexaretque, eorum amicitia valde deferbuit (*Senec. de prov.* 3. *et ep.* 114., *Tac.* 3. *Ann.* 30. et *Sueton. Aug.* 69., coll. *Dion.* 54. 19. et 55. 7). Qua tamen post neque ita multo adeo refloruit ut Mæcenatem usque ad obitum Augustus magni faceret (*Sueton. vit. Hor.* et *Dio* 55. 7); ille vero hunc heredem instituerat (*Dio loc. cit.*), qui vel postea vehementer amicum desideravit (*Senec.* 6. *Benef.* 32. et *Dio loc. cit.*). Obiit autem a. 746. eique demortuo duæ elegiæ ab *Inc.* scriptæ sunt, quas edidit *Baehrens, Poet. Lat. min. I. p.* 126. *sqq.* — Eum optime describit *Vellej.* 2. 88. 2. hisce verbis: « C. Mæcenas, equestri vel splendido genere natus, vir ubi res vigiliam exigeret sane exsomnis, providens atque agendi sciens, simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis pæne ultra feminam fluens; non minus Agrippa Cæsari carus, sed minus honoratus - nec minora consequi poterat sed non tam concupivit ». Sic ejus liberalitatem præcipue laudant omnes ejus æquales; modestiam, *Horat.* 1. *Sat.* 6. *init. et Acr. ad l.*; humanitatem, *Senec. ep.* 114.; festivitatem, *Horat. epod.* 3. 20.; prudentiam, 1. *Sat.* 6. 60. *sqq.* et 9. 43. *sqq.*; dicendi libertatem, *Dio* 7. At *Senec. ep.* 114. « Quomodo Mæcenas vixerit, notius est quam narrari nunc debeat, quomodo ambulaverit, quam delicatus fuerit, quam cupierit videri, quam vitia sua latere voluerit. Quid ergo? non oratio ejus æque soluta est quam ipse discinctus? Magni vir ingenii fuerat, si - non etiam in oratione diffflueret. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam et errantem et licentiæ plenam ». *et ibid.* 6. « hunc esse, qui solutis tunicis in urbe semper incesserit? - hunc esse, qui - in omni publico cœtu sic adparuerit ut pallio velaretur caput exclusis utrinque auribus? hunc esse, cui - comitatus hic fuerit in publico, spadones duo - hunc esse qui uxorem miliens duxerit, cum unam habuerit? » (Cf. etiam *ep.* 19., 92. et 101. *et alib.*). — In plur. num. translate. *Martial.* 8. 56. Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones (*i. e.* litteratorum hominum adjutores ac patroni). — Ex circulis litterariis ille maxime floruit, splendide a Mæcenate institutus, quem frequentabant litterarum ac potissimum poesis cultores, ut Virgilius, Horatius, L. Varius, Plotius Tucca, Quintilius Varus, Aristius Fuscus, Domitius Marsus, Melissus, alii (Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 81., *sqq.* et 1. *Ep.* 3., *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 41. *sqq.* et *Martial.* 8. 56), serius vero etiam Propertius (Cf. *Propert.* 3. 9. 1., 2. 1. 17. et 4. 8). — Scripsit soluta oratione sed nimis compta et ornata ac lascivienti et stilo calamistrato (*Tac. dial.* 26), ut ex fragmentis, quæ supersunt, satis liquet, ubi verba deprehenduntur audacter efficta, comparationes inauditæ, verborum constructiones et collocationes inusitatæ, artificiosa quædam brevitas ac sententiarum gravitas et affectata quædam negligentia. Ejus porro opera citata leguntur ap. *Senec. ep.* 19., *Charis. gramm. I.* 146., *Prisc. gramm. X.* 536. *Htz.*, *Serv.* ad *Virg. Æn.* 310.: sive etiam ligata, constat enim, ut tradit idem *Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 42., « Mæcenatem - plura composuisse carmina ». Hæc autem fuerunt vel dactylica (*Senec. ep.* 92., *Charis. gr. I.* 79. et *Diom. gr. I.* 399), glyconia (*Senec. ep.* 11), hendecasyllaba (*Isid.* 19. *Orig.* 36. 6), galliambica (*Diom. gr. III.* 514., *Sueton. Aug.* 86). *V.* etiam *Ind. auctorum*, præmissum *Lexico*. — De artis monumentis adnotamus, repertam esse pulcherrimam Mæcenatis effigiem ex marmore in Carseolorum parietinis, opus ab *E. Visconti* aliisque illustratum. Cf. etiam *Iconogr. Rom. p.* 387-399. et *V.* **MÆCENAS** — De *Rana* Mæcenatis V. *Müller, Etrusk.* 1. *p.* 385. — De eo plura ap. *Lion, Mæcenatiana sive de C. C. M. vita et moribus* Gott. 1824., qui operum fragmenta collegit; *Frandsen, C. Cilnius Mæcenas*, Alt. 1843.; *Matthes* in *Symbolæ litterariæ V. p.* 1-36.; *Goelz, C. Mæcen*, Jena 1902.; *Harder, über d. Fragm. d. Mæc.* 1889.; *die poetischen* ap. *Bährens, Fragm. poet. Rom. p.* 336. — Hinc *Mæcenatianus*, adj., ut *Mæcenatiana turris*, magnifica et altissima Mæcenatis domus in Esquiliis (*Sueton. Ner.* 38. et *Aug.* 72. Cf. *Horat.* 3. *Od.* 29. 9), fortasse ubi nunc *Terme di Tito*. — *Mæcenatiani horti*, prope eam domum (*Tac.* 15. *Ann.* 39). — 2.°) C. Cilnius Melissus, Spoleti natus ingenuus sed dein expositus et Mæcenatis libertus (*Sueton. gramm.* 21); eruditus tamen altiora studia percepit ac Mæcenati pro grammatico muneri datus est (*Id. ibid.* et *Pomp. gramm. p.* 426. *Lind.*, coll. *Hieronym. chron.* ad Olymp. CXCIX. a. 750), a quo manumissus, Augusto insinuatus est, quo delegante curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepit atque, ut ipse tradit, libellos ineptiarum, qui *iocorum* inscribuntur (*Sueton. loc. cit.* et *Apul. orthogr.* 43), conscribere instituit -, quibus et alios diversi operis addidit: fecit præterea et novum genus togatarum inscripsitque *trabeatas* (*Sueton. ibid.* et *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 30). — De hoc genere V. *Neukirch, fab. tog. Rom. p.* 34. *sqq.* — 3.°) C. Cilnius Pætinus, legatus P. Cæs. Aug., prætor, tribunus pl., quæstor, tribunus milit., proconsul, ut ex *Inscr. Corp.* 6. 1376. Cf. *Henzen ad h. n.*

CILO, ōnis, m. 3. (Κείλων v. Κίλων) cogn. Rom., auctum fortasse, a *cilus*, qui de iis dicitur, quibus frons est eminentior vel caput oblongum et compressum, confusum sæpe cum *Chilo*, alius significationis, quod fieri assolet ex inserta aut sublata aspiratione. Sic *L. Flaminius Cilo* scribitur in nummo ap. *Eckhel*, 5. *p.* 212., qui in *alio ibid.* posterioris ætatis *Chilo* est. In *Fragm. Inscr.* Atestinæ et quidem optimæ notæ ap. *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 487. scribitur *Cilo*. — Prior syllaba longa est, ut patet ex *Inscr.* metrica apud *Grut.* 47. 10 (Cf. *Carm. epigr.* 868) « Sume libens simulacra tuis quæ munera, Cilo Aris etc. ». (Sed et hic *Chilo* dicitur *Lamprid. Comm.* 20). — Memoratur: *Cilo* apud *Tac.* 12. *Ann.* 21 (coll. *Dion.* 60. 33). Juniam Cilonem, procuratorem Ponti - consularia insignia Ciloni - decernuntur (a. 49). — Item *L. Fabius Cilo* in *Inscr.* ap. *De-Rossi Inscr. Chr. p.* 8. *n.* 4., distinguendus ab alio ejusd. gentis cos. suff. a. p. Chr. 193. *Curios. urb. reg.* 12. Domus Cilonis (*Reg. urb.* Chilonis). — Erat ejus domus in XII. reg., prope hod. ædem: *S. Balbina*. An. 1859. reperta est fistula aquaria plumbea, ubi legebatur nom. L. Fabii Cilonis, præf. urb., qui fuit Caracalli imp. educator et Macrini imp. patronus, bis præf. urb. Huic autem domui fort. adnexi erant *horti Celoniæ Fabiæ* (V. *Jordan, F. U. R. p.* 43. *frg.* 43. et *Top. II.* 109. et *Lanciani, Aque p.* 236). — In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 25823. etc. — Hinc *Cillo, Cila, Cilunculus, Cilonius* et *Celonius (a)*. V. *Schulze, Eigenn. p.* 149. et *Corp.*

CIMBER, bra, brum, adject. *V.* voc. seq.

CIMBRI, ōrum, m. plur. 2. (Κίμβροι) Traditur in codd. etiam *Cymbri* (cf. Gr. Κύμβροι) itemque *Cumbri* (cf. *Cumbria* seu *Cumberlandia* in Britannia, hod. *Galles*, cujus incolæ se *Cymros* sive *Cumbros* aut *Cimbros* appellant. — Ratione etymi, *Paul. Fest. p.* 16. « Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur ». Huic significationi favent veteres, ut *Plut. Mar.* 11., *Strab.* 7. 293., *Diod.* 5. 32., *Suid.* ad *v.*, et e recentioribus sunt qui ex voc. *kimbr* = latro, λῃστής, derivent; at in nulla Germanica lingua hæc vox occurrit (Cf. *Müllenhoff, Deutsch. Altert. II.* 116. *sqq.*; *Much, Deutsch. Stammsitze* 214. *sqq.* et *Schweizer-Sidler zu Tac. Germ.* 37). Sed fortasse hæc notio potius ex more gentis quam ex vi vocis orta videtur *Scaligero*, vel, ut putat *Mommsenius*, ex adversariorum odio, eos, qui se *Champos (campioni)* dictitarent, latrones (*briganti*) vocantium (*St. R. II.* 5. *p.* 168. Mil. 1884). *Knabenbauer* vero in *Gen.* 10. Cimbros (Cimros) e *Cimmeriis* deduxit, cum aliis recentioribus etymologiis, quod jam *Posidonius* censuit ap. *Strab.* 7. 293. *V.* infra.

Cimbri, populus Germaniæ, cujus originem veteres auctores, uti sunt *Strabo* (7. 292. *sqq.*), *Plut.* (*Mar.* 11. *sq.*), *Mela* (3. 32), *Plin.* (2. *Hist. nat.* 47. 67. [167]), *Tac.* (*Germ.* 37), aliter atque aliter tradiderunt; vel enim Scythæ habiti sunt vel Cimmerii vel Saxones vel Dani vel Celtæ aut Galli (a quibus tamen Cimbros distinguit *Val. Max.* 2. 6. 11., ut a Germanis proprie dictis *Cic.* 2. *Tusc.* 27. 66. et *Cæs.* 1. *B. G.* 32); non igitur ex stirpe Celtica, ut quibusdam videtur (*Smith* et *Besnier, Géogr. ant.*), quamvis cum Celtis, Teutonis aliisque gentibus hac illac vagando se commiscuerint, a septentrione profecti, fortasse ex eorum inopia, quæ sunt ad vivendum necessaria, non autem ex causis a *Floro* (3. 3. 1) et *Strabone* (*loc. cit.*) excogitatis, in pæninsula, ab iis *Chersonesus Cimbrica* appellata (hod. *Jutland* et *Schleswig-Holstein*), consederunt, uti concedunt omnes. De iis *Mela loc. cit.* Ad Codanum sinum (*Kattegat*) super Albim (*Elba*) Cimbri et Teutoni, ultra ultimi Germaniæ Herminones. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (99). Alterum genus Germanorum Inguæones (Istævones *al.*), quorum pars Cimbri, Teutoni ac Chaucorum gentes. *Tac. loc. cit.* Eundem Germaniæ sinum (*i. e.* Germaniæ partem, quæ longe in mare septentr. procurrit: cf. c. 35), proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens. *et ibid.* Veterisque famæ late (*Cimbrorum*) vestigia manent utraque ripa (*i. e.* sinistra et dextra pæninsulæ Cimbricæ, vel, ut putat *Burnouf*, Rheni, vel Danubii, ut *Mommsenio* placet). *Liv. epit.* 63. Cimbri, gens vaga, populabundi etc. *Juvenal.* 8. 249. et 15. 124. terribiles. *Val. Max. loc. cit.* Avara et feneratoria Gallorum philosophia: alacris et fortis Cimbrorum et Celtiberorum, qui in acie gaudio exsultabant tamquam gloriose et feliciter vita excessuri: lamentabantur in morbo, quasi turpiter et miserabiliter perituri. *Quintil.* 3. *Decl.* 4. Ex ultimo litore Oceani et dirempta frigoribus plaga, gens (*Cimbrorum*) a rerum natura pæne relegata, stolida viribus, indomita feritate, insolens successu nec minus immanitate, quam corporum, belluis suis proxima. Adde *Propert.* 2. 1. 24., *Cic. Manil.* 20. 60. *Sall. Jug.* 114., *Vellej.* 2. 12., *Tac.* 4. *Hist.* 73., *Oros.* 6. *Hist.* 14., *Justin.* 38. 3. et 4., *Senec.* 1. *Ira* 11. et *ep.* 94., *Claudian. carm.* 26. 645. — In sing. num. *Cimber* — 1.°) Qui est ex Cimbris. *Val. Max.* 2. 10. 16. Servus publicus natione Cimber. — Subst. *Cic.* ap. *Quintil.* 8. 3. 29. Germanum Cimber occidit. — Sensu collectivo pro Cimbris. *Claudian. B. G.* 298. Colla catenati vidit (*Ausonia*) squalentia Cimbri. et *IV. cons. Hon.* 452. latisque paludibus exit Cimber. — Cogn. vir. *Rhet. Her.* 3. 21. 34., *Cic.* 3. *Catil.* 6. et 12. *Fam.* 13., *Sueton. Aug.* 86., *Sil. It.* 14. 315. — In titulis *Corp.* 6. 7195., 7579. etc. — 2.°) Ad Cimbros pertinens. *Ovid.* 4. *Pont.* 3. 45. Ille Jugurthino clarus Cimbroque triumpho (*sc.* Marius). Adde *Ampel.* 22. et *Adn. Lucan.* 2. 76. — De Cimbrorum historia hæc addimus: Prohibiti a Celtis, Danubii accolis, et a Boiis, quominus in australes regiones irrumperent; tandem, Scordiscis, Tigurinis aliisque conjuncti, repagulis quibusque rerum gentiumque confractis, Tauriscos adierunt prope Carniam: sed inde a Cæcilio Metello et Cn. Papirio Carbone coss. coacti sunt recedere; verum in insidias a viarum ducibus, quos consul iis suppeditaverat, per proditionem adtracti, dolo statim comperto, apud Noreiam (*Friesach*) in Romanos irruerunt eosque, atroci prœlio commisso, fuderunt fugaruntque (*Tac. Germ.* 37., coll. *Liv. epit.* 63. a. 641). — Hanc porro victoriam aliæ consecutæ sunt, quattuor exercitibus consularibus profligatis, nempe M. Julii Silani a. 645., Cassii Longini a. 647., Scauri proc. a. 648., Servilii Cepionis et Cn. Mallii Maximi a. 649 (*Liv. epit.* 65., *Sall. Jug.* 114., *Val. Max.* 4. 7. 3., *Vellej.* 2. 12., *Oros.* 5. *Hist.* 16., *Ampel.* 19., *Eutr.* 5. 1). Tum Romani conterriti, ne mox Cimbri « Italiam delerent » ut ait *Oros. loc. cit.*, C. Marium consulem crearunt, Jugurthino triumpho nobilitatum, qui, missus contra Cimbros, a Celtiberis jam repulsos Ræticasque Alpes et vallem Athesis transgressos, eos ad Veronam vel potius ad Vercellas (*Plut. Mar.* 24) in amplissimo campo Raudio (*Liv. epit.* 68., *Flor.* 3. 3., *Vellej.* 2. 12., coll. *Oros. loc. cit.*) una cum Catulo Lutatio eos adortus ingenti cæde, occiso Bojorige eorum duce, prostravit ac triumphum egit (*Liv.* et *Oros. locc. citt.*), a. 653. Ex iis autem, qui superfuerunt, partim ad antiquas sedes remearunt, partim vero ad montes confugerunt trans Veronam, suamque sedem in septem Communibus, quæ dicuntur, Vicetinis, posuerunt, ut vulgata fert opinio (*Balan, St. d' It. I.* 1875. *p.* 116., coll. *Ferrar. antiq. Insubr. Diss. V.*, *Troya, St. d' It. V. c.* 28. *sq.* et *VI. c.* 1. *p.* 337); qua tamen rejecta, alii probabilioribus argumentis docent hos non Cimbrorum tantum sed diversarum Germaniæ gentium, quæ subinde Italiam invaserunt, esse reliquias; linguam vero, ibi vigentem hodieque, at ex incuria et ex familiarum commixtione miserrime collabentem ac serius ocius perituram, non tam Cimbricam, quam Saxonicam putant, simul comparatis Germanorum dialectis (*Dal Pozzo, I sette Comuni; Costa, Disq. de Cimbr. orig.* etc. in *Saggi sc. e lett. dell' Accad. di Pad. III. p.* 181. *sqq.*). — De eorum moribus nihil certi tradi potest; vel adfirmare potius licet eos fuisse cum ceteris Germanicis populis fere communes (*V.* **GERMANI**). Hoc tamen unum nos docet *Florus* 3. 3. Cimbros, antequam emigrarent, ignorasse agrorum cultum; refert enim « iis fuisse ignotum usum panis ». Cf. *Tac. Germ.* 14. — Hinc *Cimbrius* — *a)* Adj. ad Cimbros pertinens. *Ps. Quintil. decl.* 3. *in arg. trad.* Bello Cimbrio. Cf. *Not. Tir.* 85. 54. — *b)* Subst. (?) *Not. Tir.* 85. 54. — Nom. gent. *Corp.* 6. 1057 (4) 67 (a. 210). et 8. 12382 (*in prov. procons.*) — *Cimbrianus* — *a)* Adj. *Lib. Pontif. p.* 71. 7. Possessio Cimbriana — *b)* Absolute *Cimbriana*, plur. n., nom. locorum: in Mœsia secunda *Not. Dign. or.* 40. et in Pannonia super. *Itin. Ant. p.* 267. — *Cimbriani*, plur. m., genus militum, Cimbrorum nempe majore ex parte, quibus alii admixti diversarum gentium. *Not. Dign. occ.* 5. Cimbriani (*inter legiones Palatinas*). — *Cimbricus* (Κιμβρικός), adj. — *a)* Proprie. *Val. Max.* 2. 10. 6. Cimbrica calamitas. *Hieronym. ep.* 123. irruptio. *Liv. epit.* 67. et 68., *Sall. Cat.* 59., *Vellej.* 2. 19., *Sueton. Aug.* 24., *Solin.* 2., *al.* bellum. *Senec.* 5. *Benef.* 16. 2. cædes. *Flor.* 3. 3. victoria. *Val. Max.* 3. 6. 6. triumphus, *Corp.* 11. 1831 (*Arretii*) et *Cic. Arch.* 19. materia. *Gloss.* bellum Cimbricum Gallicum, quia Galli Cimbri dicuntur. — Speciatim *Cimbricum promontorium*, ultra Albim situm ad Oceanum borealem. *Capell.* 6. 618 (*Cimbrorum promontorium* ap. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 67. 67. [167]). — *Cimbricum mare* (τὸ Κιμμερικὸν πέλαγος). *Gloss. III.* 246. 15. — *Cimbrica Chersonesus.* V. **CHERSONESUS**. — *Cimbricum*, absolute, bellum Cimbricum. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 61. (185). — *b)* Translate. *Vellej.* 2. 121. Cimbrica militia. *i. e.* bellum ingens atque atrox. *Sall. orat. Lepid.* 17. præda. *i. e.* magna et pretiosa. *Claudian.* 26. 335. tempestas. *Oros.* 5. *Hist.* 12. De Cimbricis nubibus adhuc fœdi vastique torrentes effusi sanguinis agebantur. — *Cimbrice*, adv. *Ps. Quintil. decl.* 3. 13. Cimbrice loqui. — De Cimbris vd. *Schiern, Orig. et migr. Cimbr. Diss.* 1842.; *Pallmann, Die Cimb. u. Teut.* Berl. 1870.; *Zippel, Heim. d. Kimb.* etc. Königsb. 1892.; *Ihm, PW.* 3. 2546. *sqq.*

CIMBRIANUS et

CIMBRICUS et Cimbrius, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CIMINIUS (Ciminus), a, um, adject. *V.* voc. seq.

CIMINUS, i, m. 2. Scribitur etiam *Cyminus* et *Geminus* vel *Caminus*, quod et de adject. *Ciminius* et *Geminius* dicendum est, ut in codd. mss. *Liv., Frontin., Flor., Jorn.* etc.

Ciminus, mons Etruriæ usque ad Faliscos in orientem extensus, hod. *Cimino*. Memoratur *Vib. Seq. p.* 153. Ciminus Etruriæ. Adde *Tab. Peut.* 5. — *Cimini mons* et *lacus* apud *Virg.* 7. *Æn.* 697. Hi Soractis habent arces Flaviniaque arva et Cimini cum monte lacum. Adde *Sil. It.* 8. 491. — Hinc *Ciminus* v. *Ciminius* adj., ut: *Ciminium Forum* in *Inscr.* apud *Furlanetto, Lap. Patav. p.* 425., seu oppidum dirutum, ubi nunc lacus Ciminus, quod commenticium esse videtur. Cf. tamen *Ammian. loc. cit.* — *Ciminus* v. *Ciminius* v. *Cimini lacus* (ἡ Κιμινία λίμνη *Strab.* 5. 226), hod. *lago di Vico*, in regione VIII. Etruriæ, inter Sutrium et Viterbum, haud procul a Via Ciminia. *Colum.* 8. 16. 2. Ciminius lacus. Cf. *Virg.* et *Sil. It. locc. citt.* — De eo *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* « Et lacus et mons hoc nomine appellantur - aliquando Hercules, cum de Hispania rediret, ad hos populos venit. Qui cum a singulis provocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum, quo exercebatur. Qui cum terræ esset affixus et a nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit, unde immensa vis aquæ secuta est, quæ Ciminum (Ciminicum *R*) lacum fecit ». Adde *Mythogr. I. fab.* 54. — Plur. num. *Cimini*, Etruriæ lacus, ap. *Vib. Seq. p.* 153. — *Ciminus* v. *Ciminius* v. *Cimini* mons. *V.* supra. — *Ciminius saltus* v. *Ciminia silva*, laudata a *Liv.* 9. 35 (a. 310. a. Chr.). In silvam Ciminiam penetratum '(9. 36. Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda quam nuper fuere Germanici saltus). Adde *Plin.* 2. *Hist. nat.* 96. 98. (211). et *Frontin.* 1. *Strat.* 2. 2. — *Liv.* 9. 36. Ciminios saltus. Adde *Flor.* 1. 17. 3. Cf. *Ammian.* 17. 7. 13. In Ciminia Italiæ parte (*absorptum*) oppidum Saccumum (?). V. *Ciminium Forum*. — *Ciminia Aqua*, ducta fortasse a Ciminio lacu. *Curios. urb. p.* 24 (*Reg. urb. p.* 25). — *Pol. Silv. not. urb. chron. I. p.* 545. Ciminiana. — *Ciminia Porta*, Faleriis. *Corp.* 11. 3126. VIAM AVGVSTAM A PORTA CIMINIA VSQVE AD ANNIVM. — *Ciminia Via*, in Etruria, quæ a Sutrio, ubi a Cassia dividebatur, secus lacum Ciminium et ad Aquas Passeris iterum cum Cassia conjungebatur et hodiernæ respondet, quæ Roma Viterbum ducit (*Nibby, Dintorn. di Roma III.* 578). Sæpe memoratur cum viis *Cassia* et *Claudia*, ut *Corp.* 3. 7394. CVRAT. VIAE CLODIAE CASSIAE CIMINIAE TRIVM TRAIANAR. Sic *Inscr. græc. Rom. Cagnat III.* 667. ἐπιμελη-τῇ(ν ὁδ)οῦ Κλωδίας Κασσίας Ἀννί(ας Κιμ)ιν(ί)ας, ἔτι δὲ καὶ Φλαμινίας. — *Ciminus* (*Ceminius*), nom. gent. *Corp.* 9. 1075 (*in agro Compsino*). — *Cimina*, nom. mul. *Inscr. Notiz. degli scavi* 1907. *p.* 702 (*Teani Sidicini: sæc. IV. christ.*). — Nom. sing. *Inscr. christ. Mai, nov. coll.* 5. *p.* 370. 2 (*e cœmeterio s. Agn.*) CIMINVS IN PACE. — *Ciminianus*. V. supra.

CIMMERICUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CIMMERII, ōrum, m. plur. 2. (Κιμμέριοι *Hom. Od.* 11. 14. *et alib.*) Scribitur etiam *Cymmerii* in *Corp.* 5. 5737.; sed perperam *Chimmerii* ap. *Rav. p.* 173. — Genet. plur. *Cimmerium* pro *Cimmeriorum* habet *Val. Flacc.* 3. 399. itemque *Cimmerion*, Gr. posit., *Tibull.* 4. 1. 64 (*ubi alii* Cimmerium) et *Paneg. Mess.* 64. — Origo vocabuli ducitur a *Gomer*, de quo ceteroqui obscurior est quæstio. *Gesenius*, ut scribit *Hummelauer*, monet Cappadociam apud Armenos audire *Gamir*: sane eum tractum post Assarhaddonem obtinuere *Gimirrai* seu *Cimmerii*, quorum etiam meminit *Herod.* 4. 11. et 4. 99. *sqq.* *V.* **GOMER** et infra.

Cimmerii, pop. Asiæ int., quem geographi ad Pontum Euxinum habitasse censebant (Κιμμέριοι). *Mel.* 1. 3. Supra Amazonas et Hyperboreos Cimmerii. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 14. (35). Ultra eos (*i. e.* Arimphæos) plane jam Scythæ, Cimmerii et Amazonum gens, hæc usque ad Caspium et Hyrcanium mare. — Cimmeriorum historia, saltem in suis initiis, fabulosa est, adeo ut quid veri inde extundi possit, operosum maxime sit atque arduum. Eos describit *Avien. orb.* 864. *sqq.*, coll. *Prisc. perih.* 663. et *Val. Flacc.* 3. 339. *sqq.* Hinc *Ovid.* 11. *Met.* 592. apud eos Somni domum constituit, quod longas ibi noctes sol absens efficiat. *et Paul. Fest. p.* 43. Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Bajas et Cumas in ea regione, in qua convallis satis eminenti jugo circumducta est, quæ neque matutino neque vespertino tempore sole contingitur. Adde *Cic.* 2. *Acad. (pr.).* 19. 61. et *Strab.* 5. 244. — A Scythis expulsi altero dimid. sæc. VIII. a. Chr. invaserunt Asiam minorem per Caucasum et Bosporum Thracium, vastaruntque Ninivitarum agrum; sed in Cilicia ab Assarhaddone prohibiti sunt, quo minus ulterius procederent, unde recesserunt in Phrygiam, quam occuparunt; mox vero ab Alyacte, rege Lydiæ, devicti a. 660. victorem dein ipsum a. 652. occiderunt, captis Sardibus; sed postremo a. 633. ab Assyriis prostrati sunt ac deleti (Cf. *Her.* 1. 6. etc., *Scymn.* 772. *sq.*, *Diod.* 5. 32., *Plut. Mar.* 11., coll. *Besnier, Lex. Geogr. anc.* Paris 1914. *p.* 215). — Hinc *Cimmerius*, adj. *Ammian.* 31. 2. 2. Cimmerium ostium. *Culex* 232. lacus. *Val. Flacc.* 6. 61. opes. *Sil. It.* 12. 132. domus. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 92. chaos. — Translate de densissima caligine, metaphora ex eo deducta quod Cimmeriorum aer, uti fertur, crassus est ac spissis exhalationibus nebulosus. *Ammian.* 29. 2.: et de crassa rerum ignoratione *Lact.* 5. 3. 23. — *Cimmerius Bosporus*, fretum, quo Pontus Euxinus cum palude Mæotide conjungitur, hod. *stretto di Kertch*, ap. *Mel.* 1. 8. Mare nostrum ubi iterum effudit, Pontus Euxinus vocatur, qua paludi committitur Cimmerius Bosporus, palus ipsa Mæotis (*V.* BOSPORUS); unde et *Cimmerium mare* (*Gell.* 17. 8. 16., coll. *Macrob.* 7. *Sat.* 12. 31) et *Cimmerius lacus* (*Capell.* 6. *p.* 214), ad dexteram Ponti. — *Cimmeria Sibylla*, quarta, quæ in Italia sedem habuisse traditur *Næv.* (in libr. *B. Pun.*) ac *Pison.* (*in Annal.*) ex *Varr.* apud *Lact.* 1. 6. Cf. *Ps. Aur. Vict. orig.* 10. 1. — *Cimmerium*, absolute: — *a)* Oppidum Bospori Cimmerii (*Strab.* 11. 494). *Mela* 1. 112. In ipso ore Cimmerium. — *b)* Item Campaniæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (61). — *Cimmeria*, absol. dicta Cimmeriorum regio, *Herod.* 4. 12 (Κιμμερία), quæ postea *Scythia parva*, nunc *Tartaria*.

CIMMĔRIS, idis, f. 3. (Κιμμερίς) opp. Cimmeriorum Mysiæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (123).

CIMMĔRIUS, a, um, adject. *V.* CIMMERII.

CĪMŌLĪUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CĪMŌLOS (Cimolus), i, f. 2. (ἡ Κίμωλος *Strab.*, Κιμωλὶς νῆσος, ἐν ᾗ πόλις *Ptol.*) insula maris Myrtoi, una ex Cycladibus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (70). Casos, quæ antea Astrabe, Cimolos, quæ Echiousa, Melos cum oppido. *Ovid.* 7. *Met.* 463. humilem Myconum cretosaque rura Cimoli (Timoli *codd.*). — *Itin. Ant. p.* 529. Cimelos. — Hinc *Cimolius (Cimoleus)*, adj. *Obseq.* 40. Ex Sibyllinis in insula Cimolia sacrificatum per triginta ingenuos patrimos et matrimos totidemque virgines. — *Cimolia creta*, genus terræ cretosæ, quæ in hac insula effoditur, candidæ vel ad purpurissum inclinantis, medendo poliendoque utilissimæ. *Cels.* 2. 23., 3. 19. et *alib.*, *Colum.* 6. 17. 4., *Scribon.* 244. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 20. 81. (212). et *alib.*, *Veget. mulom.* 1. 13. 3. et *alib.* — *Chiron* 47. Cretam Cimoleam et rubricam. — *Cimolia terra*, idem. *Cæl. Aur.* 4. *chron.* 1. 1. et 2. *acut.* 37. 197. — *Cimolia*, abs., creta v. terra Cimoli. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 8. 28. (110). — Huc pertinet « *cimolia* id est serpullus » *Gloss. III.* 589. 23. — *Isid.* 16. *Orig.* 1. 6. Creta Cimolia candida est, a Cimæa, Italiæ insula, dicta, quarum altera vestimentorum pretiosos colores emollit et contristatos sulphure quodam nitore exhilarat, altera gemmis nitorem præstat.

CIMON et Cimo, ōnis, m. 3. (Κίμων), nom. vir. Gr. — Acc. *Cimona* est *Val. Max.* 5. 3. *ext.* 3. et *Justin.* 2. 15. 18.; *Cimonem* habent alii. — Voc. *Cimo* ap. *Val. Max.* 4. 5.

Cimon ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) Fuit pater Miltiadis et avus alterius Cimonis (*Nep. Milt.* 1. et *Cim.* 1., ubi confunditur *Miltiades*, Cimonis filius, Marathonius, cum *Miltiade*, Cypseli filio; quæ enim ibi narrantur de Chersoneso constituta, ad hunc spectant; quæ vero de Lemno capta, de Paro expugnata deque aliis ibi referuntur, ad alterum Cimonis, non Cypseli, filium, pertinent). Laudatur a *Cic.* 2. *Off.* 18. 64. Theophrastus quidem scribit, Cimonem (*Athenis*) etiam in suos curiales (*Laciadas*) hospitalem fuisse. At *Plut. Cim.* 4. eum vocat *Coalemum* (Κοάλεμον), i. e. stolidum. — 2.º) Item filius Miltiadis Marathonii et Hegesipyles, Olori, regis Thracum, filiæ (*Herod.* 6. 39), Atheniensis, vir summus (*Nep. præf.*), cujus magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt (*Justin. loc. cit.*). De eo *Senec.* 9. *Contr.* 1. 1. *sqq.*, *Vellej.* 1. 8. 6., *Val. Max. loc. cit.*, *Ampel.* 15., *Lact.* 6. 9. 8. et in primis *Nep.*, qui ejus vitam scripsit, haud paucis tamen erroribus vitiatam, et ex Græcis *Plut.* — A vinculis liberatus, quibus ex lege tenebatur, ut antea ejus pater, qui multam illi inflictam ob peculatum solvendo non fuerat, idque opera Themistoclis, qui ei uxorem divitem conciliavit (*Diod. frgm.* 10. 31), vel Calliæ, ditissimi hominis, accepta in uxorem Elpinice, Cimonis sorore (*Plut. Cim.* 4. et *Nep.*, coll. *Val. Max. loc. cit.* V. etiam CALLIAS), statim præfectus est classi, qua contra Persas in Asiam transiit ac primum expugnavit Scyrum (*Nep. Cim.* 2), dein validiore exercitu illuc reversus a. 469. a. Chr. classem Persarum ad Cyprum vicit et mox ad ostium Eurymedontis eodem die fudit eorum copias terrestres atque maritimas Phœnicum, qui auxilio iis adventarant, ita ut Athenis et gloriam et opum vim maximam compararet (*Ammian.* 17. 11. 3., *Mel.* 1. 14., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 7. 45., *Diod. ibid.* 61. et *Nep. ibid.*). Sed quum licentiam populi cohibere voluisset, falso crimine delatus, exsilio decem annorum multatus est (*Nep. ibid.* 3., coll. *Plut. ibid.* 12-17); a quo post quattuor annos consilio Periclis revocatum eum cives iterum classi præfecerunt miseruntque Cyprum contra Persas, quos duplici prœlio profligavit a. 450.; sed paullo post optimus civis bellique dux eximius, morbo præreptus, Citii decessit (a. 449). — 3.º) Item pictor, Cleonis natus, « qui artem adhuc rudem magis perfecit et post Eumarum Atheniensem, cujus inventa excoluit, vixit ». Ita *Sillig.* Locus porro de eo, ut ajunt, classicus est apud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (56)., ubi invenisse eum tradit « catagrapha, hoc est obliquas imagines et varie formare vultus respicientes, suspicientes vel despicientes præterque in veste rugas et sinus ». Cf. *Ælian. var. hist.* 8. 8., ubi pro Κόνων legendum est Κίμων, et *Simonid.* in *Anthol. Palat.* 9. 758. et, inter recentiores, *Böttiger, Arch. Pict. I. p.* 235. — 4.º) Item juvenis regius, qui Olympiæ cum Alexandro M. certavit. *Jul. Val.* 1. 12. — Hinc *Cimonius (a)*, nom. gent. *Corp.* 15. 6081.

CĪNÆUS. *V.* voc. seq.

CĪNÆI, ōrum, m. plur. 2. Scribitur etiam *Cenæi*, *Chinæi*. — Vox est hebraica *Qênî* (*Num.* 24. 21), plur. *Qînîm* (1. *Par.* 2. 55) et sensu collectivo, ad totam tribum designandam, *Qîn* (*Num.* 24. 22); ap. *LXX.* Καιναῖος, Κιναῖος, Καινί (1. *Reg.* 27. 10), Κενεζί (*ibid.* 30. 29). Interpretes Græci voc. Hebr. קין *qîn* per νοσσιά reddiderunt (*Num. loc. cit.*), ubi legerunt קן *qên*, i. e. nidus. *Vulg.:* Cinæus, Cenus (1. *Reg.* 27. 10.; 30. 29) et Cin (*Num. loc. cit.*). — Vocabulum deducitur a rd. Hebr. *qânâ'* « peperit », quare *Cin* et *Cain* unum essent nomen: ita cl. *De-Vit*, sed perperam; *Hieronym.* enim *nom. hebr. p.* 4.: « Cinæi possidentes »; et sane *qânâ'* significationem habet *possidendi* (Cf. *Greg. M. moral.* 31. 94 et *Vulg. Gen.* 4. 1): vel oritur a rd. Arabica, quæ significat *formare*, *concinnare* aut etiam *cudere* (ferrum). Cinæi, populus v. tribus, quam pluries memorat Scriptura post ætatem Abrahami ad David; sed ut quæ de iis narrant sacræ litteræ, rite intelligantur, tres distinguendi sunt populi Cinæi, sc. — 1.º) Populus antiquissimus, qui jam tempore Abrahami exstabat (*Gen.* 15. 19), in terra Chanaan, una cum Chananæis, probabiliter Amalecita, ex stirpe *Cin* (*Num.* 24. 20. *sqq.*, ubi cod. *Amiat.* habet *Chain* v. *Cain*), ab Israelitis expulsus de terra Chanaan (*Gen. loc. cit.* et *Jud.* 4. 17. et 5. 24). — 2.º) Alter erat Madianita, ad quem pertinebat socer Moysi (*Jud.* 4. 11), ideoque Hebræorum amicus, et a Moyse rogatus ut se conjungeret cum populo Hebraico eique per desertum ducem se præberet (*Num.* 10. 29-32), cui Cinæi libenter annuerunt (*Jud.* 1. 16); quapropter ab Hebræis numquam non humaniter habiti sunt (1. *Reg.* 15. 6). Hi postea inter se diviserunt, ita ut alii remanserint in tribu Juda (*Jud.* 1. 16); ceterorum vero pars una ad septentrionem sedem suam fixerit (*Jud.* 4. 11), altera ad meridiem inter Amalecitas (1. *Reg.* 15. 6). — 3.º) Tertius fuit Rechabitarum. *Vulg.* 1. *Par.* 2. 55. « Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore (*leg.* Chamath) patre domus Rechab ». Quem locum obscurum, varie lectum intellectumque recentiores interpretes ita reddunt: « Chamath v. Hammath (*Vulg.* Calor, quæ est significatio vocis Hebr.), pater Rechab, venit de Cinæis »; quo sensu admisso, creditur Rechab eorum parens, qui Rechabitæ audiunt et ad Cinæorum gentem pertinere dicendi sunt (Cf. *Re, Arch. Bibl.*, *Diz. II. p.* 586. *sq.* ad *v.* et *Lesêtre, Dict. Bibl.* ad *v.*).

CĪNÆDŎPŎLIS, is, f. 3. (Κιναιδόπολις: a κίναιδος, *cinædus*, et πόλις, *urbs*, quasi cinædorum urbs) insula in Ceramico sinu, probrosis hominibus relicta a rege Alexandro, ut ait *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (134).

CINARA, æ, f. 1. ¶ 1. Est insula maris Ægæi, ἡ Κίναρος, hodie *Kinara*, inter Amorgum et Lebinthum. *Mela* 2. 111. — *Sueton. Tib.* 56. Xenonem relegavit Cinariam. — De ejus nummis V. *Head*, 484. ¶ 2. Est etiam nom. mul., sc. puella libertini generis adamata laudataque sæpius ab *Horat.* 4. *Od.* 1. 4. et 13. 21 (*ubi* Cynira *F*). et 1. *Ep.* 7. 28. et 14. 33.

CINCINNĀTUS, i, m. 2. (Κικιννᾶτος *Diod.*) cogn. vir. — *Cincinatus*, unico *n*, in *Corp. I. L.* 2. 988. — Dictus ita est a *cincinnus*, uti *Torquatus* a *torque*, ut ait *Sueton. Cal.* 35.; hinc etiam *Dio frg.* 23. 2. *Boiss.* L. Quinctius τὰς κόμας ἐς πλοκάμους ἀνιείς, ἀφ' οὗ δὴ καὶ Κιγκινᾶτος ἐπωνομάσθη. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) *L. Quinctius*, civis Romanus, celeber simplicitate et austeritate morum et in patriam amore, bis dictator creatus, primum, a. 458. a. Chr., ut exercitum Romanorum liberaret, ab Æquis et Sabinis interclusum, quod is, quem lictores a senatu missi invenerunt in agro trans Tiberim aratrum ducentem (*Liv.* 3. 26), prospere egit; nam, novo exercitu coacto, ad Algidum hostes fudit fugavitque et ob id triumphum est promeritus (*Cic.* 2. *Fin.* 4. 12. et *Act. triumph. Capit. p.* 44); sed brevi post dies sexdecim dictaturam abdicavit rediitque ad agrestia (*Liv.* 3. 25-29). Dein, octogenarius, iterum dictator creatur contra Spurium Melium, qui aura populari elatus tyrannidi inhiabat (*Diod.* 12. 17), quem ad suum tribunal arcessivit; at quum magistratus ille imperio obsequi detrectaret, a C. Servilio Ahala, senatu hortante, pugione confossus periit ejusque asseclæ sunt repressi (*Cic. Cat.* 16. 56., *Liv.* 4. 13. et *alib.*). V. etiam ÆQUIMELIUS. — Hanc tamen L. Quinctii Cincinnati historiam vulgus fabulosis quibusdam adjunctis ita obduxit ut ipsam facti veritatem, magna ex parte, in dubium vocent critici recentiores (V. *De Sanctis, Stor. de' Rom.* 1907. *II.* 15. et 118. *sqq.*, coll. *Schwegler III.* 180. *sqq.*, *Momms. Röm. Forschungen II.* 199. *sqq.* et *Pais I.* 1. 539. et *alib.*). — Pluraliter. *Rutil. Nam.* 1. 556. Cincinnatos jugera pauca dabant. *Salv. gub.* 10. 10. Antiquis illis priscæ virtutis viris, Fabiis, Fabriciis, Cincinnatis. — Prata trans Tiberim ab eo, cujus fuerant, *Quinctia* dicta sunt, teste *Paul. Fest. p.* 256. — 2.º) Item hujus filii: *L. Quinctius Cincinnatus*, trib. consulari potestate a. 438. a. Chr. (*Liv.* 4. 16). — *L. Quinctius Cincinnatus*, trib. consulari potestate a. 415. a. Chr. (*Id.* 4. 49). — Ex posteris *T. Quinctius Cincinnatus*, item trib. cos. pot. a.

388. et 384. et dictator a. 380 (*Id.* 6. 4., 18. et 28., *Eutr.* 2. 1. et *Hieronym. chron.* ad a. 1640. etc.). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 4845 (*in mon. Marcellæ*); et 10. 8059. 420. — *Cincinnata*, cogn. mul. *Corp.* 9. 5883 (*Auximi*).

CINCĬUS, ii, m. 2. (Κίγκιος, in *Inscr. bull. corr. hell. VII.* [1883] 367 [*Deli*] (*M*)άαρκος Κίγκιος: cf. *Schulze, Eigenn. p.* 266). *Cingius*, non *Cincius*, legend. ap. *Lamprid. Comm.* 20.: item *Cestius*, non *Cincius*, ap. *Tac.* 15. *Ann.* 25., ubi alii *C. Ilius*, sed perperam: item *Sittius*, non *Cincius*, ap. *Cic. Sull.* 20. 56. — Pluraliter. *Gell.* 7. 15. 5. et *Macrob.* 1. *Sat.* 12. 12.

Cincius ¶ 1. Apud scriptores, memoratur absolute vel cum præn. et cogn. — 1.º) Cincius, JCtus et grammaticus, ap. *Macrob.* 1. *Sat.* 12. 12. Sed *V.* L. Cincius. — 2.º) Cincius, historicus, ap. *Solin.* 1., *al.* Sed *V.* L. Cincius Alimentus. — 3.º) Cincius Faliscus, de quo *Donat. com.* 6. 3. Personati primi egisse (*dicuntur*) comœdiam Cincius Faliscus, tragœdiam Minucius Prothymus. — 4.º) L. Cincius, JCus et grammaticus ante Verrium Flaccum, æqualis Ciceronis (*Hertz, loc. cit.*) v. Augusti (*Pliss, De Cinc.*), memoratus *Fest.* in *Prœcidanea p.* 218. *Müll.* (Κίγκιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής *Lyd.*). — A scriptoribus, etiam recentioribus, confusi sunt *L. Cincius* et *L. Cincius Alimentus*, de quo mox dicemus, quique est illo longe anterior, fortasse ex eo quod vel absolute vel omisso cognomine citentur a veteribus. — Huic multa tribuuntur scripta (V. *Hertz, loc. cit.*), sc. lib. *de fastis* (*Macrob.* 1. *Sat.* 12. 12., coll. *Lyd. de mens.* 4. 92); *de comitiis* (*Fest.* ad v. *patricios p.* 241. *M.*); *de consulum potestate* (*Id.* ad v. *prætor p.* 241); *de officio jurisconsulti* (*Id.* ad v. *nuncupata pecunia p.* 173. et 321); *mystagogica* (*Id.* ad v. *trientem p.* 363); *de re militari* (*Gell.* 16. 4); *de priscis verbis* (*Fest. p.* 214., 277. et 330). — Ejus operum fragmenta collegerunt *Huschke, Jurispr. antej. p.* 84. *sqq.*; *M. Hertz, de Luciis Cinciis* etc. *fragm.* 112. *p.* 8. *sqq.*; *Peter, Vet. Hist. Rom. rel. I. p. CVIII-CVIIII.*; *E. Liebaldt, Hist. Rom. rel. spec. De L. Cincio* etc. Cf. etiam *Pliess, Schwegler, Gerlach, Kiessling* et *Schanz.* — 5.º) L. Cincius Alimentus, æqualis Fabii Pictoris, vir ordinis senatorii (*Dionys.* 1. 74. et *Eus. chron.* 1. *p.* 211), plebejo tamen genere, tempore belli Punici secundi (*Dionys. loc. cit.* περὶ τ. τέταρτον ἔτος τ. διοδεκ. ὀλυμπ. V. *Momms.*, *Röm. Chronol.* 2. *p.* 315. *sq.* et *Pliess p.* 34. *sq.*) prætor a. U. C. 544 (*Liv.* 26. 23) et in Siciliam missus, ut eam provinciam, datis ad id Cannensibus militibus, obtineret (*Id. ibid.* 28. et 29. et 27. 5). Hinc reversus missusque legatus cum L. Julio Cæsare et L. Licinio Pollione ad Crispinum consulem (*Id. ibid.* 29) a. 546.; quo tamen anno captus est ab Hannibale (*Id.* 21. 38. Cf. *Peter op. cit. I. p. CIII*). Exinde litterariis studiis operam dedit scripsitque *Annalium* libros, Græco sermone (*Dionys.* 1. 6. Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ), Fabium Pictorem et Aulum Postumium Albinum imitatus, quem Cato Censor, Græcis moribus litterisque infensissimus, acriter reprehendit (Cf. *Peter, frgm.* 1. *p.* 38). Eorum fragm. *V.* apud *eund. op. cit.* — De loco *Consentii* in *Arte p.* 349. vd. *Keil* in *not. crit.*; item de loco *Livii* 7. 3., ubi Cincius dicitur *diligens talium monumentorum auctor*, vd. *Peter loc. cit. p. CVIIII. sqq.*, *Pliess* et *Hertz, opp. citt.*; *Teuffel, R. L. G. I.* 132. et *Momms.*, *Röm. Chronol.* 2. *p.* 315. — 6.º) M. Cincius Alimentus, fort. præcedentis frater, trib. pl. a. U. C. 550 lator legis, quæ ab eo *Cincia* dicta est, de donis et muneribus (*V.* infra: *Liv.* 29. 20. et 34. 56). *Cic.* 2. *Orat.* 71. 286. Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur, ut M. Cincius quo die legem - tulit, cum C. Cento prodisset et satis contumeliose « quid fers, Cinciole, quæsisset » « ut emas, inquit, Gai, si uti velis ». ¶ 2. In titulis nom. gent. *Corp.* 6. 4918., 5139., 6653. etc. — *Cincia*, nom. mul. *Corp.* 10. 125 (*Thuriis*) - 5. 1918 (*Concordiæ*) Cincisi. — Hinc *Cincius*, adj. *Fest. p.* 268. Qui locus (*i. e.* porta Romana in Palatino) ab antiquis appellari solitus statuæ Ciciæ, quod in eo fuit sepulcrum ejus familiæ. — *Cincia lex*, ad M. Cincium Alimentum pertinens, *de donis et muneribus* (*muneralis* dicta *Paul. Fest. p.* 143. ex *Plauti frg.*), quam hic trib. pl. tulit a. U. C. 550. adversus eos, qui venales pretio causas orabant (*Cic.* et *Liv. locc. citt.*). *Tac.* 11. *Ann.* 5. Lex Cincia - qua cavetur, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat. Adde *eund.* 13. *ibid.* 42. — *Cincia, orum*, n. plur., locus quidam, ubi Cinciorum monumentum fuit (*Paul. Fest. p.* 57. *M.* Cf. *Statuæ Ciciæ* apud *eund. p.* 262. supra *cit.*). — Deriv. *Cincianus* — *a)* Adj. *Greg. M. ep.* 1. 42. Liberato negotiatori - qui habitat in massa Cinciana (*in Sicilia ?*). — *b)* Subst. *Corp.* 2. 6132 (*in prov. Tarrac.*). Cincianus (*cogn.*).

CĪNĔĀS, æ, m. 1. (Κινέας) Prima producitur ab *Auson.* 205. 13. — Cineas, vir Thessalus, amicus et legatus Pyrrhi, regis Epiri. *Cic.* 9. *Fam.* 25., et *Cato* 43 (*Val. Max.* 4. 3. 6)., *Liv.* 34. 4., *Eutr.* 2. 12. 4. et *Symm.* 1. *ep.* 20. 2. — Missus Romam ut de pace ageret, obsistente Appio Claudio Cæco, re infecta ad Pyrrhum rediit, quem rex interrogans de statu urbis et de senatu, respondit: « senatum deorum consessum sibi visum; populi autem tantam turbam esse ut vereretur, ne regi cum hydra quadam Lernæa res esset » (*Liv. epit.* 13., coll. *Flor.* 1. 18. 20., *Ammian.* 16. 10. 5., *Eutr. loc. cit.*, *Justin.* 18. 2., coll. *Plut.* in *Pyrrh.* 14. et *Appian.* 2. 10). — Putabatur omnium illius temporis oratorum eloquentissimus, cujus facundia magis quam armis dicebat Pyrrhus se urbibus potitum fuisse; non tamen verbis nec donis honestissimum Fabricii animum vincere potuit (*Val. Max. loc. cit.* et *Cic. Cat.* 13., coll. *Eutr. loc. cit.*); tum etiam ea memoria præditus, ut postridie quam Romam advenisset « senatui equestrique ordini, sine ulla nomenclatoris ope, sua nomina ediderit » (*Cic.* 1. *Tusc.* 24. 59., coll. *Senec. contr.* 1. *præf.* 19. et *Auson.* 205. 13). — Fertur Cineas in compendium redegisse Æneæ, antiquissimi scriptoris, commentarios στρατηγικούς (*Ælian.* in *Tact.* 1), quod confirmat *Cic. Fam. loc. cit.*, ubi Cineæ libri de re militari memorantur.

CĪNĔRŌSUS, i, m. 2. (cinis) cogn. vir. *Corp.* 15. 6262 (*Generosus* suspicatur *Momms.*).

CĪNĒSĬĀS, æ, m. 1. (Κινησίας: a κινέω, *moveo*: vd. infra) poeta Græcus dithyrambicus, Meletis filius et Lysiæ æqualis. Memoratur *Diomed. gramm. I.* 475. Ipse a pedum mobilitate, quod tripodiantes ordinaret, Cinesias est cognominatus. Cf. *Keil* ad *l. p.* 475. et *Schol.* ad *Aristoph. Ran.* 155. *sq.* — Hunc Pyrrhicam fabulam docuisse probat *Parizon.* ad *Ælian. Var. hist.* 3. 8. *nat.* 5.

CINGA, æ, m. 1. fluvius Hispaniæ citerioris, hodie *Cinca*, ap. *Cæs.* 1. *B. C.* 48. *Lucan.* 4. 2. Cinga rapax.

CINGETŌRIX, igis, m. 3. nom. vir. Celt. (Cf. *Cinge, Cingas, Cingetius*: *Holder, Altc. Sprachsch. I.* 1017. *sq.*). ¶ 1. Fuit princeps Treverorum, de quo *Cæs.* 5. *B. G.* 3. *sqq.* ¶ 2. Item princeps Cantii in Britannia, tributarius Cassivellauni *Id.* 5. *ibid.* 22.

CINGĪLĪA, æ, f. 1. oppidum Vestinorum, a Romanis captum a. U. C. 429., teste *Liv.* 8. 29., non confundendum cum *Cingilia*, opp. Syriæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 21. (86).

CINGĪUS, ii, m. 2. nom. gent., sæpe confusum cum *Cincius*. Legitur apud *Lamprid. Comm.* 20. Cingius Severus pontifex. Adde *Corp.* 12. 2591 (*Genavæ*). et *Inscr. Hermes* 45 (1910) 628 (*Romæ* a. 183). — Hinc *Cingōnius* (Κιγγώνιος) nom. gent. *Corp.* 6. 14823. et *Tac.* 14. *Ann.* 45. Cingonius Varro. *et* 1. *Hist.* 6. Interfecto Cingonio Varrone, consule designato. — *Cingonia*, nom. mul. *Corp.* 6. 26362 (V. *Schulze, Eigenn. p.* 21).

CINGŬLĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CINGŬLUM, i, n. 2. oppidum Piceni, tribu *Velina*, ita dictum a *Cingulo* monte (*Strab.* 5. 227.: Κίγγουλον ὄρος), ubi erat situm, hod. *Cingoli*. Memoratur *Cæs.* 1. *B. C.* 15. Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat suaque pecunia exædificaverat. Adde *Cic.* 7. *Att.* 11. et *Corp.* 9. 5685 (*Cinguli*) — De nummis aliisque monum. in agro Cingulano V. *Bull. d. Inst.* 1858. 163. et 1848. 90. *sq.* — Hinc *Cingulus*, adj. ut *Cingula saxa* ap. *Sil. It.* 10. 34. — *Cingulanus* — *a)* Adj. in *Lib. col. II. grom. p.* 254. et 258. — *b)* Nom. gent. *Corp.* 9. 5690 (*Cinguli*). — *Cingulani*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 13. 18. (111). et *Corp.* 9. 5681-83 (*Cinguli*).

CINGŬLUS et Cingulanus, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CINĪUM, ii, n. 2., rectius *Guium*, opp. in ins. Baliari maj., hod. *Sineu*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (77). et *Corp.* 2. *p.* 496.

CINĪUS, ii, m. 2. nom. vir. Celt. *Corp.* 6. 30557. 5. — *Cinia*, nom. mul. *Corp.* 13. 10010. 3040. — Hinc *Cinianus*, cogn. gent. *Corp.* 13. 10010. 3020.

CINNA, æ, m. 1. (Κίννας, α v. ου) *Cina*, unico *n*, in *Inscr. numm. Babelon I. p.* 391. *n.* 11. al. (a. 159. a. Chr.). — In recto *Cinnas* legitur in *Corp.* 8. 12703. — Notatur *Cin.* in *Corp.* 1. 717. — Est nom. pers. et geogr.

Cinna ¶ 1. Est cogn. vir. in gente *Cornelia*, *Helvia* aliisque. *V.* CORNELIUS et HELVINUS. — 1.º) Absolute. — *a)* Cinna, malus poeta, æqualis *Martialis*, qui in eum plura scripsit epigrammata, ut 1. 90., 3. 9. et 61., 5. 57. et 76. etc., nisi est nom. fictum. — *b)* Cinna, JCtus, ex schola Aquilii Galli. *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. § 44. et *Ulp. Dig.* 23. 2. 6. — *c)* Cinna figulus, a quo officiosa *Cinnana*, ut in *tegula* apud *Tonini, Figul. Rimin. p.* 8. *n.* 14. et 15 = *Corp.* 11. 6679. 2-3., coll. 8. 10183. 15. et 13340. 1. — *d)* Cum additis. *V.* suo loco. — 2.º) In titulis, cogn. vir. *Corp.* 5. 5924 (*Mediolanii*), 8. 12703. etc. — *Cinna* etiam nom. mul., sed corruptum, ap. *Hygin. fab.* 145. V. *Munker* et *Schmidt* ad *l.* — Deriv.: *Cinnanus*, adj. V. supra et L. CORNELIUS CINNA. — *Cinnianus*, adj. *Tab. alim. Vel.* (*Corp.* 11. 1147) 2. 77. — *Cinniana* statio Hispaniæ citer. prope Gerundam. *Itin. Ant. p.* 397. — *Cinneus*, adj. *Cic.* 1. *Fam.* 9 (sic codd., alii aliter). ¶ 2. Est etiam nom. geogr. seu loci, sc. — 1.º) Opp. in Dalmatia, fort. hodie *Zetta* v. *Zeuta*, in *Itin. Ant. p.* 339. — 2.º) Item opp. in Galatia, ap. *Mar. Marcat.* vert. *Synh. Ephes. Sex. Act. p.* 867. *Mign.* — 3.º) *Clivus Cinnæ*, in quo monumentum, quod est via triumphale (*sic*) inter miliarium secundum et tertium euntibus ab Urbe parte læva. *Corp.* 6. 10247.

CINNĀMUS, i, m. 2. (Cf. cinnamus, *cannella*) Etiam *Cinamus*, unico *n*, in *Corp.* 4. 5083. — Notatur: *Cin. Cenn.*, *Cinna.* in titulis.

Cinnamus, nom. vir., serv. et lib., Gr. Κίνναμος. *Petron.* 30. C. Pompejo Trimalchioni, seviro Augustali Cinnamus dispensator. Adde *Martial.* 6. 17. 1. — In titulis. *Corp.* 1. 751 (*a.* 5); 6. 2285., 4118. etc. — Deriv.: *Cinnamio (onis)*, *Cinnamis (idis)*, Κινναμίς, *Cinnamius*, vd. in *Corp.*

CINNĀNUS. *V.* CINNA.

CINNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 14830. *Cinnia* nom. mul. *Corp.* 6. 10431. — Hinc *Cinnianus*, adj. *V.* CINNA. — Cf. *Cinneus, Cennius, Cinius, Cinnus, Cinus, Cinon*; item *Cinsius, Cintius* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 354. et 423. et *Corp.*).

CĪNŌLIS, is, f. 3. (Κίνωλις *Strab.*) oppidum Paphlagoniæ, hod. *Kinoli*. Memoratur *Mel.* 1. 104. — *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (5). Cimolis. Cf. *Ptol.* 5. 5. 2.

CINXĪA, æ, f. 1. cogn. Junonis. *Fest. p.* 63. Cinxiæ Junonis nomen sanctum habebatur in nuptiis, quod initio conjugii solutio erat cinguli, quo nova nupta erat cincta. Adde *Arnob.* 3. *p.* 115. et 6. *p.* 196. — *Capell.* 2. *p.* 37. Junonem Domiducam Vnxiam Cinxiam mortales puellæ debent in nuptias convocare (Cf. *Wissowa, Relig. u. Kult. d. Röm. p.* 119).

CĪNYPS (Cinybs, Cinips et Cynips), ypis v. ybis v. yphis, m. et f. 3. (Κίνυψ) Alia forma *Cinyphus* v. *Cinuphius, ii* (Κίνυφος) — De Latina positione in recto V. *Prisc. gramm. II.* 6. 8. 14. et *Cassiod. gramm. VII.* 157. 2. ex *Curtio Valeriano*, sed 160. 8. ex *Papiriano*. — Videtur vox originis Punicæ. Cf. *Bochart* in *Chanaan p.* 1. *p.* 24. et *Sil. It. loc. cit.* — Est nom. geogr. et pers.

Cinyps ¶ 1. Nom. geogr. — 1.º) Est fluvius Africæ inter Syrtes, majorem et minorem, prope Leptim, in mare Mediterraneum influens,

hodie *Cinifo*, ap. *Mel.* 1. 37. Œa oppidum et Cinyps fluvius per uberrima arva decidens. *et Vib. Seq. p.* 147. Cinyps Africæ, in quo plurima genera gemmarum inveniuntur. — *Schol. Virg. Bern. georg.* 3. 312. « Cinyphii » Libyci a fluvio Cinuphe. Cinuphius fluvius Gætuliæ in Africa prope Garamantas, circa quem hirci Cinyphii nascuntur admodum pilosi. — 2.°) Inde etiam nom. oppidi et regionis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 4. (27). Civitas Œensis, Cinyps fluvius ac regio. *Comm. Lucan.* 9. 787. Cinyphus amnis in Africa et civitas. *Prob. Virg. georg.* 3. 312. Cinyps oppidum est et flumen Africæ regionis Garamantum, apud quos hirci villosissimi nascuntur. ¶ 2. Nom. pers. — *a)* Pro nom. vir., *sc.* militis Punici formosissimi. *Sil. It.* 12. 226. *sq.* — *b)* Pro cogn. vir. *Corp.* 9. 17 *(Lupiis)*. — De his cf. *Vivien de Saint Martin, Le Nord de l' Afr. p.* 61. et 121. — Hinc *Cinyphius*, adj. sæpe i. q. Libycus, Africanus, *Virg.* 3. *G.* 312. Nec minus interea barbas incanaque menta Cinyphii tondent hirci sætasque comantes. *Martial.* 7. 95. Cinyphius maritus. *h. e.* hircus. *et* 8. 51. tonsor. *h. e.* qui tondet hircos. *Lucan.* 9. 787. pestes. *h. e.* serpentes Afri. *Ovid.* 15. *Met.* 754. Jubas. *Sidon. carm.* 9. 203. Ammon. *et* 15. 6. Triton. *Stat.* 4. *Silv.* 3. 90. Bagrada *(Medjerda)*. *Sil. It.* 16. 354. coccum. *Avien. fab.* 13. grex. *sc.* hircorum. — *Cinyphii, orum*, absolute, dicti sunt Macæ, populi Libyæ, ab eadem regione Cinyphii amnis. *Sil. It.* 3. 275. — Collective. *Id.* 2. 60. et 3. 275.

CĬNȲRĂS, æ, m. 1. (Κινύρας, *Ion.* Κινύρης) *Cinyra, æ*, idem, sed formæ frequentioris. — Acc. *Cinyram* et *Cinyran*. — Videtur esse a κινυρός, *querulus, lamentabilis*.

Cinyras ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit rex Cypri, *Blæsus* cogn. *(Ovid. Ib.* 541), ex filia sua Smyrna (Myrrha) pater Adonidis. *Tac.* 2. *Hist.* 3. Fama recentior tradit a Cinyra sacratum templum *(Paphiæ Veneris)*. et *Arnob.* 4. *p.* 143. Rege a Cyprio, cujus nomen Cinyras est, dictatum (?) meretriculam Venerem divorum in numero consecratam. Adde *Ovid.* 10. *Met.* 298. *sqq.*, *Hygin. fab.* 58. et *Ps. Lact. Plac. fab. Ovid.* 6. 1. — Cf. etiam ex Græc. *Athen.* 10. 83., *Clem. Alex. protr.* 2. et *Lucian. de dea Syr.* 16., et ex recent. *Orelli* ad *Arnob. l. c.* — 2.°) Item servus Acasti. *Dict.* 6. — 3.°) Item tegularum aliarumque rerum inventor. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (154). et *ibid.* 56. 57. (195). Tegulas invenit Cinyra, Agriopæ filius, et metalla æris, utrumque in insula Cypro. ¶ 2. Item cogn. lib. *Corp.* 6. 1826. — Hinc *Cinyræus*, adj. (Κινυραῖος). *Lucan.* 8. 716. Cinyræa Cyprus *(i. e.* a Cinyra regnata). — *Cinyrēius*, adj. (Κινυρήιος). *Ovid.* 10. *Met.* 369. Cinyreia virgo *(i. e.* Myrrha: cf. *Colum.* 10. 172). *Id. ibid.* 712. juvenis *(i. e.* Adonis). Adde *Avien. orb.* 1113. et *Auson.* 250. 7. et 393. 42. — *Cinyrēus*, adj. (Κινύρειος). *Stat.* 5. *Silv.* 1. 214. Cinyrea *(i. e.* murræ) germina. — *Cinyrades* et *Cinyreiades*, patronym. Cinyræ. *Serv. gramm. IV.* 462. 26. — *Cingris*, opp. Cypri (Κινύρειον). *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (130).

CĬNȲRĂDES, æ, m. 1., et

CINYRÆUS et Cinyreius, a, um, adject., et

CINYRIA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

CIOS (Cius), ii, m. et f. (In codd. confunditur cum *Chius* et *Ceus (Cea)*, Gr. Κίος) fluvius et oppidum Bithyniæ. *Liv.* 32. 33. Cium, item suæ dicionis urbem, funditus evertisse ac delesse *(Philippum)*. Adde *Mel.* 1. 100., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (144)., *Hygin. fab.* 14., *Avien. orb.* 977. et *Ammian.* 22. 8. 5. — Hinc *Ciani*, incolæ. *Liv.* 31. 31. — *Cianus*, adj. *Id.* 35. 37. et *Mel. loc. cit.*

CĬPĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 10. 4077.; 1. 338 *(In nummis, fere a. U. C.* 650). — Apud *Cic.* 7. *Fam.* 24. Cipius (Citius *M)*. opinor olim « non omnibus dormio » *(Paul. Fest. p.* 171. « non omnibus dormio » proverbium videtur natum a Cipio quodam, qui Pararhenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunit(i)us uxor ejus moecharetur; ejus meminit Lucilius [1223 *M.*]). — *Cipia*, nom. mul. *Corp.* 10. 4077. — Cf. *Cipus* (cogn. Gennaii præt. *Val. Max.* 5. 6. 3), *Cipelius, Cipellius*. V. *Corp.* et *Schulze, Eigenn. p.* 441.

CIRCĒ, es, et rarius Circa, æ, f. 1. (Κίρκη, Dor. Κίρκα) nom. myth. — *a)* Declin: in recto *Circe*; « sed si latine quis volet - Græcum e in a nostrum mutare debet dicetque hæc *Circa* » *(Char. gramm. I.* 62., coll. *Phoc. gramm. V.* 423. et 425). — Genet. *Circāi* ap. *Liv. Andr. carm. frg.* 38., sed *Circæ* ap. *Virg.* 3. *Æn.* 386., *Horat.* 1. *Ep.* 2. 23. etc. — *Circes* ap. *Ovid.* 4. *Met.* 206. et *alib.*, *Stat.* 1. *Silv.* 3. 85., *Mel.* 2. 71., *Auson. Mos.* 277., *Corp.* 10. 6422. etc. — *Circis* ap. *Schol. Horat.* 3. *Od.* 29. 8. — Dat. *Circæ* est *Petron.* 130. — Acc. *Circam*, ap. *Plaut. Epid.* 604 (Circa *P)*., *Cic.* 3. *Nat. D.* 3. 54., *Auson.* 4. 56. — *Circen* ap. *Horat.* 1. *Od.* 17. 20., *Ovid.* 14. *Met.* 290. et *alib.*, *Val. Fl.* 7. 120. et 212. etc. — Voc. *Circe* ap. *Ovid. rem.* 263. et *Val. Fl.* 7. 217. et 347. — Abl. *Circa* ap *Horat. epod.* 17. 17 (Circe *F)*., *Liv.* 1. 49., *Tert. spect.* 8., *Auson.* 455. — *Circe* ap. *Hygin. fab.* 125., *Isid.* 18. *Orig.* 28. 2., *al.* — *b)* Etymon vocis alii ducunt a κίρος, h. e. species quædam accipitris *(Vinet)*; alii probabilius a κίκλος, *circus*, ex forma circulari; dea enim est lunaris v. deus solaris *(Wilamowitz)* aut potius dea subterranea *(Kuhn)*. Cf. etiam *Mythogr. II. fab.* 312.

Circe, mulier famosa *(Augustin.* 18. *Civ. D.* 17. et 18), de cujus origine et patria ac domicilio et natura varia tradunt scriptores. — *a)* Origo: dicitur a Sole quinto nata e Perseide, Oceani filia, una cum Pasiphae *(Hygin. præf. fab.* et *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 54., coll. *Hom. loc. cit.)* ex eoque procreatum cum Circe etiam Æeten *(Cic. ibid.* 21. 54., coll. *Hesiod. theog.* 956. *sqq.)*, quibus Medea et Phaethon accessere *(Ampel.* 9); ab aliis contra traditur non a Sole sed ab Æeta, Solis filio, genita cum Angitia et Medea *(Cœlius apud Solin.* 2), quare Sol ejus avus vocatur *(Val. Fl.* 6. 442). — Hinc sive filia sive neptis Solis fuerit, *Titanis* v. *Titania* dicitur ab *Ovid.* 13. *Met.* 968. et 14. *ibid.* 376. et *Val. Fl.* 7. 217. et *Phœbea* a *Petron.* 134., coll. *Martial.* 8. 36.: *vitrea* vero ab *Horat.* 1. *Od.* 17. 20., h. e. marina, Oceani enim neptis fuit ex Perseide matre, vel ex colore maris, in insula namque vitam duxit. — *b)* Patria et domicilium: Colchis ejus patria fertur et quidem urbs *Æea*, ubi Æetes frater v. pater regnabat, v. potius Colchorum oppidum Circæum, ut apud *Avien. orb.* 877., coll. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (13)., qui 26. *ibid.* 2. (5). distinguere videtur Circem *Italam* a *Colchica*, Medea sorore: cf. *Solin.* 2. et *Capell.* 6. *p.* 205., a quibus dicitur Circes Tarracinæ habitasse, quod falsum esse probant loca pleraque scriptorum; hi namque in Colchide ad Phasim habitasse perhibent, quamquam sunt qui eam dicant in Italiam quoque devenisse sedemque statuisse in insula *Ææa*, unde appellata fuerit *Ææa (Stat.* 4. *Theb.* 551). — Alii tradunt eam Sarmatarum regem, cui nupserat, veneno sustulisse regnoque per scelus comparato, quum crudelius imperitasset, ab incolis expulsam fuisse atque in Italiam, curru draconum vectam, profugisse et in monte Latii in Volscis herbarum feracissimo, qui ab ea *Circeji* est appellatus, constitisse *(Ovid.* 14. *Met.* 10. 312., 341. *sqq.*, *Val. Fl.* 7. 120., coll. 217). — *c)* Natura seu habitus et mores, de quibus *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 19. « Circe ideo Solis filia fingitur, quia clarissima meretrix fuit et nihil Sole clarius - Hæc libidine sua et blandimentis homines in ferinam vitam ab humana deducebat ut libidini et voluptatibus operam darent. Unde datus est locus fabulæ ». — Præterea maga fuit, veneficii peritissima suisque poculis solita exteriora hominum in bestias transformare *(Hygin. fab.* 125. et *Mythogr. I. fab.* 15. et *II. fab.* 211), ut de sociis Ulyssis narratur, quos, præter illum a Mercurio protectum *(Hom.* 10. *Od.* 261-399) in feras mutavit *(Virg.* 8. *Ecl.* 70. et 7. *Æn.* 10., *Tibull.* 2. 4. 55. et *Juvenal.* 15. 21., coll. *Corp.* 4. 1982. et *Varr. frg. p.* 361. *Bip.)*. Hunc tamen postea benigne habuit eique duos filios peperit *(Hygin. fab.* 125.: cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 273. et 2. *ibid.* 44). — Sic de Pico, Saturni filio, cujus socios in varia ferarum genera convertit ex eo quod amore, quo eum deperibat, contempsit; ipsum vero in avem cognominem irata transmutavit *(Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 190., *Sil. It.* 8. 440. et *Mythogr. I. fab.* 182. et *II. fab.* 213). — Etiam Glaucum adamasse fertur, quem magicis artibus, rejecta ab eo Scylla, ad se attrahere studuit, sed frustra *(Hygin. fab.* 199. et *Mythogr. I. fab.* 2. et *II. fab.* 169). — In Argonautarum quoque fabula locum habuisse volunt nonnulli *(Pind., Soph., Herod.* et *Hesiod.* V. *Seeliger, PW.* 3. 1202. *sq.* — Memoratur — 1.°) Proprie. *Virg.* 7. *Æn.* 10. *sqq.* Proxima Circææ raduntur litora terræ, Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu - Hinc exaudiri gemitus iræque leonum - formæ magnorum ululare luporum, Quos hominum ex facie dea sæva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. *Tertull. loc. cit.* Qui spectaculum primum a Circa *(habent)* Soli - editum affirmant, ab ea et circi appellationem argumentantur. *Cic.* 1. *Off.* 113. Si Circe et Calypso mulieres appellandæ sunt. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 17. Circe, maga famosissima. *Schol. Hor. epod.* 17. 17. Pro Circe malefica filia Solis. — Epitheta poetis usitata: - De origine: *Virg.* 3. *Æn.* 386. *Ææa*. *Val. Fl.* 7. 238. Perseis. *Petron.* 134. Phœbeia. *Val. Fl.* 7. 347. Titania. *et Ovid.* 13. *Met.* 968. Titanis. — De natura et gestis: *Prop.* 3. 12. 31. puella. *Claudian.* 3. 153. callida. *Virg.* 7. *Æn.* 19. sæva. *Stat.* 4. *Theb.* 551. simulatrix. *Ovid.* 3. *Amor.* 7. 79. venefica. *Horat.* 1. *Od.* 17. 20. et *Stat.* 1. *Silv.* 3. 85. vitrea. *Val. Fl.* 6. 238. magna. *Id.* 6. 445. maxima. — Inter deas relata est divinisque honoribus decorata, quin et *dea* vocatur *Virg.* 7. *Æn.* 10., coll. *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 48. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 1849., coll. *Henzen, Suppl. ejusd.* ad *n.* 6503. — Fabulæ interpretationem *V.* supra apud *Serv. loc. cit.* — 2.°) Translate dicitur — *a)* De mulieribus, quæ incantationibus ac philtris alios in suos amores illaqueant. Hinc de meretrice quadam *Plaut. Epid. loc. cit.* Cf. *Petron.* 127. — *b)* De loco, ubi ea habitabat. *Martial.* 10. 30. Non blanda Circe Dardaniave Cajeta desiderantur etc. — De artis antiquæ monumentis, ad eam pertinentibus, V. *Annal.* et *Bull. dell' Ist. arch.* passim., coll. *Jahn. Arch. Beiträge p.* 401. *sqq.*; *Overbeck, Galerie heroisch. Bildwerke p.* 778. *sqq.*; *Engelmann, Bilderatlas zur Odyss. T. VIII.* et *IX.*; *Bolte, De mon. ad Odyss.* etc. 1882. *p.* 17. *sqq.* — Plura de ea *V.* apud *H. D. Müller, Myth. d. Griech. Stämme* 1. 158.; *Roschers Lex. Myth. II.* 1194. *sqq.*; *Talbot, Myth. Gr. et Lat.* Paris 1890. *p.* 391. *sqq.* — Deriv.: *Circæus*, adj. (etiam ad Circes oppidum, *i. e.* Cercejos, pertinens), Κιρκαῖος; in codd. sæpe *Circeus*, ut ap. *Cic. div. in Cæc.* 17. 57. Circæum poculum. *Virg.* 7. *Æn.* 10. terra. *et v.* 799. jugum. *Horat. epod.* 1. 30. neque ut superni villa candens Tusculi Circæa tangat mœnia *(i. e.* Telegoni: cf. *Porphyr.)*; sed *Schol. Hor.* male addunt: aut Circæa mœnia Campana, id est nolo continuare agros Tusculanos usque ad Circæum: cf. *Sil. It.* 7. 692. Circæo Tuscula dorso Mœnia *(Reisch)*. *Lucan.* 6. 287. Circæa procella *(i. e.* quæ venit a Circes promontorio). *V.* hanc voc. etiam in *Lexico*. — Subst. *Circæum (Circæon, Circeon)*, opp. Colchidis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (13). — Etiam nom. herbæ. V. *Lexicon*. — *Circejus*, adj. ad *Circen* pertinens. *Capell.* 6. *p.* 205. Circeia habitatio. — Speciatim *Circeius mons* (Κιρκαῖον ἄκρον *Ptol.)*, sive promontorium, in Latio, hod. *Monte Circello*, de quo *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 386. Qui nunc Circeius mons a Circe dicitur, aliquando, ut Varro dicit, insula fuit, nondum siccatis paludibus, quæ eam dividebant a continenti. *Ææa* autem dicta, ab aspernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes. Hinc et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (56). Circei *(al.* Circeji), quondam insula immenso mari circumdata (ut creditur Homero) at nunc planitie etc. — Plur. num. *Solin.* 2.

CIRCEJI. *V.* voc. præc. et **CERCEJI**.

CIRCĒSIUM, ii, n. 2. (Κιρκήσιον) oppidum Mesopotamiæ ad Euphratem situm, hod. *Karkisia*. Memoratur *Capitolin. Gord.* 34. — *Circensium* ap. *Ruf. Fest.* 22. et *Cercusium* ap. *Ammian.* 23. 5. 1., idem quod *Carchemis*, in sacris litteris memoratum, « munimentum tutissimum et fabre politum » *(Ammian. loc. cit.)*.

CIRCĒUS, a, um, adject. *V.* CIRCE.

CIRCĪNA, æ, f. 1. *V.* CERCINA.

CIRCĪUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. gent. *Corp.* 2. 2268 *(in Bætica)*. Alia: *Cercius, Circenius, Cercenius* V. apud *Schulze, Eigenn. p.* 172. — Et nom. equi. *Corp.* 6. 10050. 9 (a. 115). — ¶ 2. Est etiam nom. montis Tauri. *Plin.* 5. *Hist nat.* 27. 27. (98).

CIRCUMCELLIO, ōnis, m. 3., et

CIRCUMPĀDĀNUS, a, um, adject. et

CIRCUS, i, m. 2. V. *Lexicon*.

CĪRIS, is, f. 3. avis, in quam transformata est Scylla, Nisi filia. *Ovid.* 8. *Met.* 150. *sqq.* et *Hygin. fab.* 198. — *Ciris* est etiam titulus poematii *(sc.* 541) *Virgilio* attributi, sed falso, ut patet ex ipso prooemio *(v.* 2.; 3.; coll. 22. *sqq.*; 42. *sq.*; 12-41.; 44. *sq.*; 47. etc.) et recentiorum fere omnium criticorum sententia: argumentum est Scyllæ fabula, de qua supra; auctor vero ignotus, Virgilii et Catulli aliorumque imitator, qui opus probabiliter scripsit a. 735-740. a. Chr., Virgilio accuratione in dicendo inferior at vi concitatior, ut « in illo limæ *(Vellej.* 2. 9. utar verbis), in hoc pæne plus videatur fuisse sanguinis », dicavitque Messallino, cos. a. 761 (« juvenum doctissime » *v.* 36). Cf. *Hertzberg, Cir. tr.* et *comm. p.* 35-55. et *Ribbeck* in *App. proleg. c. I. p.* 16. *sqq.* et V. VIRGILIUS.

CIRRA et rectius Cirrha (Cyrrha), æ, f. 1. (Κίρρα et Κύρρα *Ptol.)* ¶ 1. Est nom. geogr., *sc.* oppidum Phocidis, hod. *Magula*, quod sæpe pro Delphis aut Parnasso adhibetur, cui proximum est *(Schol. Stat. Theb.* 3. 474); quin *Isid.* 14. *Orig.* 8. 11. « Parnassus in duo finditur juga, Cyrrham et Nisa, unde et nuncupatus, eo quod in singulis jugis colebantur Apollo et Liber ». Idem habet *Acron* ad *Horat.* 2. *Od.* 1. 39. et *Schol.* ad *Juvenal.* 7. 64. Alii tamen interpretes Cirrham esse montem negant; quamquam *scopulosa* dicitur a *Lucan.* 3. 172. et *Parnasia* a *Sil. It.* 12. 320. et « *vertex Aonidum* - cui frondet violas parante Cirrha » *Capell.* 2. *p.* 29. Sic *Stat.* 5. *Theb.* 611. si ipse cavo sub vertice Cyrrhæ - Apollo mugiat. Cf. etiam *Martial.* 1. 77. et *Liv.* 43. 15. Contra vero *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (7). Ultra Cirræi Phocidis campi oppidum Cirra. *et* ipse *Capell.* 6. *p.* 210. Tunc deinde in Phocidis campi oppidum Cirrha. — Videtur Homerus eam prisco nomine *Crissam* vocasse *(Il.* 2. 520); sed *Ptol.* 3. 15. 4. unam ab altera distinguit. — Cyrrhæ templum erat Apollini sacrum, unde oracula edebantur. Hinc *fatidica* vocatur *Avien. orb.* 7. et *Lucan.* 5. 136. Seu sponte deorum Cirrha silet. *et Schol. Stat. Theb.* 3. 474. Cirrha - quo in loco Apollo futura prædicit. *Id.* 7. *ibid.* 410. Tunc et Apollineæ tacuere oracula Cirrhæ. *et* 8. *ibid.* 337. Delo Cirrhaque patentior omni - locus. — Hinc adj. *Cirrhæus* (Κιρραῖος) sæpe idem qui Delphicus (in codd. etiam *Cirræus, Cirrheus, Chyrreus)*. *Senec. Œd.* 269. fatidica vatis ora Cirrhææ. *et Herc. O.* 92. Cirrhæa templa. *Lucan.* 1. 64. secreta. *et* 5. 95. antra. *et* 166. pectus *(i. e.* Pythiæ). *Stat.* 1. *Theb.* 62. virgo. Adde *eund.* 3. 455. et 7. 664. *Claudian. rapt. Pros.* 2. *præf.* 23. Cirrhæasque dei - artes. ¶ 2. Est etiam nom. serv. *Inscr.* ap. *Renier n.* 426. *Corp.* 11. 1512 *(Pisis)*.

CIRRHÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CIRRĪUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. *Cirrus, Cirro, Cirratus* ap. *Schulze, Eigenn. p.* 523) *Corp.* 6. ad *n.* 839. — *Cirria*, nom. mul. *Corp.* 14. 809.

CIRTA, æ, f. 1. (Κίρτα) Scribitur *Cirtha*, cum aspiratione, *Corp.* 6. 32636d. 23. 27. et 8. 1634. In codd. subinde *Cirtha, Cyrtha, Chirta*. — Notatur sæpe *Cirt.*, *Cir.* in titulis *(Corp.* 8. 2568. 47. 54., 2569. 18. etc.). — Nomen fort. est originis Punicæ: cf. Hebr. *qīr* « urbs », terminatione adjecta. — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Cirta, nom. geogr., *sc.* ¶ 1. Oppidum — 1.°) Numidiæ, ejus caput, postea colonia *(Corp.* 8. 2595), dicta etiam *Julia Juvenalis Honoris et Virtutis (Corp.* 8. 7041.: *Ptol.* Κίρτα Ἰουλία κολωνία), tribu *Quirina*, serius *Constantina* appellata, a Constantino imp., qui eam instauravit *(Aur. Vict. Cæs.* 40. 28), hodie *Constantine*, originis Phœniciæ, sub Micipsa rege coloniis Græcis et Italicis frequentata, patria Frontonis. Memoratur *Auct. B. Afr.* 25. Cirtamque, oppidum opulentissimum ejus *(Bocchi)* regni. *Sall. Jug.* 23. Neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare potest. *et* 80. Cirta caput regni Syphacis erat. *Mela* 1. 30. Urbium, quas habet Numidia, maximæ sunt Cirta procul a mari, nunc Sittianorum *(P.* enim *Sittius* ibi propriam sibi dominationem in bello civili constituerat) colonia, quondam regum domus et, cum Syphacis foret, opulentissima etc. — De ejus nummis vd. *Head*, 886. — Hinc *Cirtensis* (Κιρτήσιος), adj. *Augustin. ep.* 43. Silvanus episcopus Cirtensis. *Min. Fel.* 9. 8. Cirtensis nostri *(i. e.* Frontonis) oratio. — Plur., incolæ. *Tac.* 3. *Ann.* 74. Cirtensium pagi. *Paul. Dig.* 23. 6. 9. 5. rei publicæ Cirtensium. — 2.°) Cirta (nova) cogn. Siccæ, opp. prov. Africæ procos. *Corp.* 8. 1632., ubi legitur *colonia Julia Cirtæ novæ*, et plenius, *Corp.* 8. 16867. *genio coloniæ Veneriæ Juliæ Cirtæ novæ*. — Hinc *Cirtenses*, incolæ, ap. *Nepotian.* 15. 26., coll. *Val. Max.* 2. 6. 15. *Corp.* 8. 15883. Cirtensium Siccensium ordo. ¶ 2. Est etiam fluvius Galliæ Narbonensis. *Vib. Seq. p.* 147. ¶ 3. Item insula sinus Persici. *Ravenn. p.* 390.

II.) Cirta, nom. pers., *sc.* nom. Pœni cujusdam, apud *Sil. It.* 15. 447. — Hinc *Cirtēsia*, cogn. mul. (Κιρτησία, i. e. Cirtensis). *Corp.* 8. 7479 *(Cirtæ)*. et fort. nom. gent. *Corp.* 8. 18594 *(in Numidia)*.

CIRTENSIS, e, adject. et

CIRTHA. *V.* voc. præc.

CĪSALPĪCUS et

CĪSALPĪNUS, a, um, adject. *V.* in *Lexico*.

CĪSĂMON, i, n. 2. opp. insigne Cretæ, hod. *Kisamo Kasteli*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59). *Rav. p.* 397. et *Tab. Peut.* Cisamos *(Ptol.* 3. 17. 8. Κίσαμος).

CISIMBRIUM, ii, n. 2. oppidum Hispaniæ Bæticæ, municipium Latini juris, tribu *Galeria*, cujus vestigia conspicua esse dicuntur, ubi nunc *despoblado de Zambra*. Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (10)., ubi alii legeb. *Episibrium*, quod cum hod. *Espeja* conferebant, sed perperam. — Hinc *Cisimbrensis*, adj. *Corp.* 2. 2098. Valerianus Cisimbrensis IIvir pontifex perpetuus. *et* 2099. Ordo municipum municipii Cisimbrensis.

CĪSĪUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. Etr. *cisie, cisvite)*. *Corp.* 10. 8056. 92. V. *Cisatius, Cisiacus, Cisionius, Cisonius, Cisso, Cissiolenus, Cisonius, Cisullius* in *Corp.*, coll. *Schulze, Eigenn. p.* 305.

CISON (Cisson), nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. torrentis in Palæstina, qui ex borealibus Thabor radicibus in duo mox brachia dividitur, unum, minus, decurrit ad orient. per vallem Jesrael (Esdrelon) in lacum Genesareth, majus vero ad occid. per eandem vallem penes Carmelum in mare effunditur, quod olim, aqua *Mageddo* dictum, tribum Issachar a tribu Zabulon disterminabat. Hebraice est *Qīšōn*, a rd. *qōš*, quæ, *curvatus* instar arcus significat, unde est idem qui « inflexus, tortuosus ». Alii locum ex nom. hod. *Muqatta*, a rd. Arab. *qăṭha* « cæcidit », conjungunt cum cæde prophetarum Baal ibi edita (3. *Reg.* 18. 40); alii vero aliunde ducunt (V. *Robinson, Bibl. research. in Pal. II.* et *Freytag, Lex. arab.-lat.* ad *v.)*. Apud *LXX.* Κισσῶν et Κεισῶν (cod. Alex.), Vulg. *Cisson* in *ps.* 82. 10. — Memoratur *Vulg. Jud.* 4. 7., 13. et 5. 21. et *alib.* — Fuit celeber ex prœlio ad hunc torrentem commisso a Debora et Barac contra Sisaram *(Jud.* 4. 5., ubi magnificum legitur canticum ejusd. Deboræ et Barac) et ex occisione prophetarum Baal, quam jussit Elias, ubi hod. monticulus exstat, dictus ab Arabibus *Tell el-Qatl*, i. e. collis occisionis (Cf. *Guérin, Sam.* 1875. *II. p.* 245. et 247). ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Corp.* 13. 125 *(in Aquitania)*. V. *Schulze, Eigenn. p.* 305.

CISPĪUS (Cespius), ii, m. 2. nom. gent., quo vocatus fuit *Lævus Anagninus* ap. *Paul. Fest. p.* 351. Varro rerum humanarum l. VIII. ait Cispium montem appellatum esse a Lævo Cispio Anagnino, qui, Tullo Hostilio Vejos oppugnante - eam partem Esquiliarum, quæ jacet ad vicum Patricium versus, in qua regione est ædes Mefitis, tuitus est. — Adde *Cispium*, trib. pl. a. 57. a. Chr., apud *Cic. post red. in Sen.* 21.: item *Cispium*, ducem classis Cæsarianæ, ap. *Auct. B. Afr.* 6. 2. 2. aliosque ap. *Cic.* 10. *Fam.* 21. et 13. *Att.* 33., *Corp.* 15. 7857. etc. — Ex titulis reliqui, ut *Corp.* 6. 1278., 8913. etc. — *Cispia*, nom. mul. *Corp.* 11. 1650 *(Florentiæ)*. — Hinc *Cispianus*, adj. ad Cispium, trib. pl., pertinens, *Cic. Planc.* 31. 76.; et ad debitorem quendam *Ciceronis* in 12. *Att.* 24. — Ab hoc nomine appellatus est etiam (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 561) *mons Cispius*, de quo *Varro* 5. *L. L.* 50 (coll. *Fest. p.* 351). Esquiliæ duo montes habiti, quod pars Cespeus mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur: in sacris Argeorum scriptum sic est: Cespius (Sceptius *codd.)* mons quinticeps cis lucum Pœtelium Equili[n]is est. Cespius mons sexticeps apud (a)edem Junonis Lucinæ ubi (a)editumus habere solet. Adde *Fest. p.* 348. et *Gell.* 15 1. 9. — Deriv.: *Cispellianus*, adj. in *Tab. alim. Bæb. (Corp.* 9. 1455). 3. 41.

CISRHĒNĀNUS, a, um, adject. compos. a *cis* et *Rhenus*, opp. *Transrhenanus*, sc. citra Rhenum. *Cæs.* 6. *B. G.* 2. et *Inscr. Rhen. Bramb.* 223.

CISSA, æ, f. 1. (Κίσσα: cf. κίσσα v. κίττα, *pica)* nom. geogr. ¶ 1. Insula maris Adriatici. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (151). Claræ insulæ ante ostia Timavi calidorum fontium cum æstu maris crescentium juxta Histrorum agrum Cissa etc. *(Gissa* 3. *ibid.* [140]). Adde *Hieronym. ep.* 68. et *Rav. p.* 408. — *Tab. Peut.* 6. Sissa. ¶ 2. Item urbs Chersonesi Thrac. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (48). ¶ 3. Item urbs Hispaniæ Tarraconensis (Κίσσα *Polyb.* 3. 76), ad quam conflixit Scipio cum Hannone Carthaginiensi, teste *Liv.* 31. 60., ubi tamen *Cissis* legitur. *V.* hanc voc. ¶ 4. Item urbs alia videtur esse *Tab. Peut.* 10. — *Rav. p.* 102. Juxta mare Ponticum sunt civitates - Cessa. — Hinc *Cissensis*, adj. *Not. dign. occ.* 11. 67. — *Cissæus (Cessæus)*, adj. ad 2. vel 3. pertinens. *Val. Fl.* 6. 180.

CISSÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CISSĒIS, idis, f. 3. *V.* CISSEUS.

CISSENSIS, e, adject. *V.* CISSA.

CISSĒUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CISSEUS (bisyll.), ei, m. 2. (Κισσεύς) In recto bisyllabon apud *Virg.* 5. *Æn.* 535. — Acc. *Cisseum* ap. *Hygin. fab.* 219. et *Cissea* ap. *Virg.* 10. *Æn.* 317. ¶ 1. Est nom. vir., ut — 1.°) Cisseus, rex quidam Thraciæ, pater Hecubæ. *Virg.* 5. *Æn.* 537. *et Serv.* ad *eund.* 7. *Æn.* 320. — 2.°) Item rex Macedoniæ. *Hygin. fab.* 219. Archelaus Temeni filius, exsul a fratribus, ejectus in Macedoniam, ad regem Cisseum venit. — 3.°) Item filius Melampodis, in Turni exercitu, occisus ab Ænea. *Virg.* 10. *Æn.* 317. — Hinc *Cisseus, a, um*, adj. *Drac. Romul.* 8. 164. pectore Cisseo *(Hecubæ)*. — *Cisseis*, patronym. fem. (Κισσηΐς). — 1.°) Est Hecuba, uxor Priami. *Virg.* 7. *Æn.* 320. et 10. *ibid.* 704., *Scæv. Mem. trag.* 2. — 2.°) Item nympha. *Hygin. fab.* 182. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii, apud quem Diana Erianam puellam in pavonem mutavit, ut refert *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 18.

CISSI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Est nom. popul., *sc.* — 1.°) Pop. Asiæ. *Mela* 1. 13. Super Amazonas et Hyperboreos Cimmerii, Cissi, Anthi. — 2.°) Item pop. Susianæ (Κίσσιοι). *Avien. orb.* 1208. Hinc Babylona super, geminæ pro finibus ursæ, Cissi (Cossi *codd.)* Massabatæque et Chalonita vagantur. Adde *Prisc. perih.* 939. Cissos Calonitasque feroces. ¶ 2. Etiam municipium Mauretaniæ Cæsariensis (Κίσση), hod. *Dellys*, in *Tab. Peut.* 2. Cissi municipio. Adde *Corp.* 8. *p.* 967., 974. et 1959., coll. *Ptol.* 4. 2. 7. — *Guid. p.* 517. Casi municipium. — Hinc *Cissitanus*, adj. *Not. episc. Maur. Cæs.* 107. Reparatus Cissitanus.

CISSĬI montes Asiæ, pars Caucasi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (21).

CISSIS, is, f. 3. ¶ 1. Oppidum Hispaniæ citerioris. *Liv.* 21. 61. Hasdrubal - postquam perditas res ad Cissim amissaque castra accepit etc. *(V.* CISSA). ¶ 2. Est etiam nom. mul. Gr. (Κισσίς) *Corp.* 6. 23462.

CISSITĀNUS, a, um, adject. *V.* CISSI.

CISSŌNIUS. *V.* voc. seq.

CISSUS, i, m. 2. (Κισσος) nom. vir. *Corp.* 6.

4016 (in monum. Liviæ). Inscr. Patsch, Zur Gesch. u. Top. von Narona 1907. p. 92. et alia in Ephem. epigr. VIII. ad Corp. 2. 160 (Tarracone). — Hinc Cissonius — 1.º) Nom. gent. Corp. 6. 14840. — 2.º) Deus Gallicus, cogn. Mercurii. Inscr. Rev. arch. 1907. sér. 2. p. 462. n. 146 (Aventici). — Cf. etiam Cisellus, Cisuitius, Cissianus, Cisso (V. Corp. et Schulze, Eigenn. p. 252. et 305). — Apud Græcos (Xen. de venat. 11. 1., Dionys. 1. 49. et Strab. 7. 330) Cissus, mons Macedoniæ, hod. Khortiatzi.

CISSŪS, untis, m. 3. (Κισσοῦς) portus Ioniæ. Liv. 36. 43. 10. Classis ad Cissuntem portum Erythræorum. Adde ibid. 13. et Gloss.

CISTHĒNĒ (Cisthena), es, f. 1. oppidum Asiæ Minoris in Mysia, in ora sinus Adramytteni, hodie Chirinkeui, ap. Mel. 1. 91. Clarissima Cisthena. et Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122). Intercidere Canæ, Cisthene. Cf. Strab. 13. 606. « Κισθήνη, πόλις ἔρημος, ἔχουσα λιμένα ». — De ejus nummis vd. Head, 522.

CITA, æ, m. 1. civis Romanus, honestus eques. Cæs. 7. B. G. 3. V. etiam CYTA.

CĪTĀRIUS, ii, m. 2. nom. grammatici Syracusani, professoris Græci Burdigalensis, de quo Auson. 203. tit. Citari dilecte, mihi memorabere dignus Grammaticos inter qui celebrere bonos.

CĪTĀTUS, i, m. 2. cogn. vir. (cito) Inscr. Jahreshefte d. öst. arch. Inst. VI. 1903. Beibl. p. 15 (in Mœs. sup. sæc. III). — Citata, cogn. mul. Corp. 3. 5054 (in Norico).

CĪTHÆRON, ōnis, m. 3. (Κιθαιρών) Cithĕron sine diphthongo et pænultima correpta, est Auson. 386. 32. — Etiam Citherus ap. Chron. Alex. chron. I. p. 111. 200. et Cytiron in Lib. gen. chron. I. p. 111. 228. — Etymon alii petunt a cithara, qua Orpheus ibi cecinit (Lact. loc. cit.), quod fabulosum est; alii vero e Cithærone, Bœotarum rege, quod arguitur a Propert. 3. 1. 43 (al. 3. 2. 3). et 3. 15. 25. — Apud poetas sæpe ut persona loquens inducitur.

Cithæron ¶ 1. Est mons Bœotiæ, hanc ab Attica et Megaride disterminans (Strab. 9. 404. etc.), hodie Elateas. Memoratur Mel. 2. 40. In Bœotia Thebæ et Cithæron fabulis carminibusque celebratus. — Propert. 3. 2. 3. Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem (sc. Amphionis) Sponte sua in muri membra coisse ferunt. Lact. 1. 22. 15. Sacra Libero patris primus Orpheus - celebravit in monte Bœotiæ Thebis - proximo: qui quum frequenter citharæ cantu personaret, Cithæron appellatus est. Serv. ad Virg. 3. G. 43. 291. Per Parnasi ardua Heliconem et Cithæronem, montes musis dicatos (Hic Serv. fallitur; Parnasus enim est in Phocide). — Ibi magna copia ferarum ad venandum canitur Virg. 3. G. 43. — Jovi erat et Baccho et musis sacer (Serv. loc. cit., Ovid. 3. Met. 702., Virg. 4. Æn. 302); ubi orgia trieterica sunt celebrata, in quibus Pentheus a Bacchantibus discerptus fuit (Ovid. et Virg. locc. citt. et Val. Fl. 3. 80); præterea erat ibi nympharum Sphragitidum antrum, in quo etiam oraculum (Plut. Aristid. 11) et Dircæus fons (Hygin. fab. 7., coll. Stat. 2. Silv. 7. 18). — Solin. 7. Apud Thebas Helicon lucus est, Cithæron saltus. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Corp. 11. 6882 (Bononiæ), ubi legitur Chitæro.

CĪTHĂRISTA et Citharistes, æ, m. 1. (Κιθαριστής) ¶ 1. Est portus in Gallia Narbonensi. Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (34). In ora Massiliæ Citharista portus. Mela 2. 77. Post Athenopolim - et Citharisten et Lacydon Massiliensium portus. Adde Itin. Ant. p. 505. — Ptol. 2. 10. 8. promontorium vocat. — Cf. Avien. or. 692. terga celsum prominens, Quod incolentes Citharistium vocant. — Hinc Citharistanus, adj. Vict. Cæs. Arel. 2. 21. ¶ 2. Est etiam Citharista titulus Atellanæ (com. 30) Pomponii (Sic Ribbeck: cf. Κιθαριστής Antiphanis et Menandri).

CĪTHĂRISTIUM. V. voc. præc.

CITIENSIS, Citieus, Citius. V. voc. seq.

CITIUM, ii, n. 2. (Κίτιον) Scribitur Cithium, cum aspiratione, ab Isid. 9. Orig. 2. 36. et Cittium, cum duplici t, ab Eucher. instr. 2. p. 150. — Cathion ap. Rav. p. 393.

Citium ¶ 1. Est oppidum insulæ Cypri, antiquissimum ex sententia eorum, qui cum Cethim conferunt (Hieronym. sit. et nom. p. 113., coll. Euch. loc. cit. V. CETHIM), hodie Larnaka. Memoratur etiam Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. (130)., Nep. Cim. 3., Corp. 3. p. 41., 1230. 2052. Tab. Peut. 10. — De ejus nummis vd. Head, 737. — Hinc Citiensis, adj. Gell. 17. 21. 38. Zeno Citiensis. Cæl. Aur. 1. chron. 4. 140. Apollonii Citiensis secundo libro de epilepticis. — Citienses, incolæ. Corp. 3. 216 (a. 96). Civitas Citiensium (cf. 12103. ἡ Κιτίων πόλις). Lib. gener. chron. I. p. 96. 76. Sunt - Cyprii ex Citiensibus ex Jafet. — Citiĕus (Κιτιεύς), adj. Varro 5. L. L. 59. Zenon Citieus. et Plin. 20. Hist. nat. 4. 13. (25). Apollodori duo - Citieus - Tarentinus. — Citius, adj. Plin. 31. Hist. nat. 7. 41. (84). Citius sal (al. Citieus). — Citii (Κιτιαῖοι et Κίτιοι), incolæ. Cic. 4. Fin. 20. 56. Scis enim Citios (al. Citieos), clientes tuos (i. e. Catonis), e Phœnicia profectos. — Chron. Alex. chron. I. 96. 52. Sunt - et Cyprii ex Citteis ex filiorum (sic) Jafeth - ex tribu Citteis. — Hieronym. nom. hebr. p. 4. Citii amentes vel stupentes. et Rufin. Orig. in Num. 19. 4. Cithii interpretantur plagæ finis. ¶ 2. Est etiam oppidum Macedoniæ, hodie Mausta, ap. Liv. 42. 51. ¶ 3. Item oppidum Pannoniæ sup. sive in Norico, fort. etiam plenius Ælium Citium dictum et Municipium Ælium in Corp.; sed rectius leg. ubique Cetium.

CITIUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. vir. Inscr. Not. degli scavi 1892. p. 352 (Brundisi). ¶ 2. Item mons Epiri. Liv. 43. 21. — V. etiam voc. præc.

CITRŌNIUS, ii, m. 2. nom. gent., fortasse a citrorum cultura sumptum, ut Cetronius, in Corp. 6. 15498. et 11. 2073 (Perusiæ). — Cf. Citrio, nom. coci, in cod. Ambros. ad Plaut. Cas. 720. ascriptum; sed videtur esse Κοτρίων (V. Leo ad l. et H. Schmidt, Hermes XXXVII. p. 360).

CĪTUS, i, m. 2. (cieo) nom. vir. Corp. 10. 910 (Pompeis). - 13. 10010. 582. Citos. — Citior, Citurus, Citonius, V. in Corp.

CĪUCO (ōnis) m. 3. nom. serv. Corp. 6. 6940. An Glyco?

CĪUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. vir. Corp. 4. 1897. Cf. CHĪUS. ¶ 2. Est etiam nom. opp. — 1.º) Mœsiæ inf., hod. Hassarlik, in Itin. Ant. p. 224. — 2.º) Asiæ min. ad Hellesp., in sinu Ciano, serius Prusias, hod. Ghio v. Gemlik, ap. Mel. 1. 100., coll. Plut. Phoc. 18. et Diod. 20. 111.

CĪVES, Civica et Civilis. V. voc. seq.

CĪVIS, is, m. 3. cogn. vir. Martial. 3. 38. 5. egit Atestinus causas et Civis - sed neutri pensio tota fuit. — Corp. 3. 11600 (in Norico). — C. 6. 32520 a. II. 36 (a. 144) C. Nævius Cives. — Etiam cogn. mul. C. 3. 4583 (Vindobonæ). — Cf. Civius, nom. gent. Corp. 14. 230 (Ostiæ). — Hinc etiam Civica, cogn. vir. Corp. 14. 3472. — Sex. Vetulenus Civica Pompejanus, cos. a. 136. cum L. Cejonio Commodo. Corp. 14. 2112., 2390. 1. — Etiam cogn. mul. Corp. 11. 2936 (Volcis). — Civilis (abl. Civile ap. Tac. 4. Hist. 35), nom. — a) In libris, dux Batavorum. Ps. Frontin. 4. Strat. 3. 14. et Tac. 1. Hist. 59 (a. 69). et 4. 13. — Item præfectus Britanniæ, vir acrioris ingenii sed justi tenax et recti. Ammian. 27. 8. 10 (a. 368). — b) In titulis, cogn. vir. Corp. 13. 2492 (in prov. Lugd.). — Etiam mul. Corp. 5. 5849 (Mediolani.).

CĪVĪTAS, ātis, f. 3. (civis) ¶ 1. Est cogn. mul. Corp. 6. 9964. ¶ 2. Item dea. Corp. 6. 88. ¶ 3. Civitas Nova. V. AD NOVAS.

CIZICUS et deriv. V. CYZICUS.

CL

CLĀDIUS, ii, m. 2. nom. gent. (quod aliquando cum Claudius confunditur in titulis). Corp. 6. 8801. — Cladia, nom. mul. Corp. 13. 706 (Burdigalæ). — Cf. Cladus, Cladæus, Clado, Cladiscus, Cladilla in Corp.

CLAMPĒTIA, æ, f. 1. (Λαμπέτεια Steph. Byz.) oppidum Bruttiorum ad oram maris Tyrrheni, hodie Amantea, ap. Liv. 29. 38. et 30. 19. et Mel. 2. 69. — Ager Clampetianus in lib. 1. colon. p. 209. L., ubi Campanus legend. (Momms. in Comm. ad Scriptt. rei agr. p. 161. n. 17). Cf. Nissen Ital. Landesk. II. 928.

CLĀNIS, is, m. 3. (Κλάνις Strab., Γλάνις Steph. Byz.) Quidam leg. Glanis ap. Plin. et Clasis ap. Sil. It. ¶ 1. Est fluvius — 1.º) In Etruria, hod. Chiana, ap. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (53)., Sil. It. 8. 455., Tac. 1. Ann. 76. et 79., al. — 2.º) Item in Latio. Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (59). Liri amne - Clani olim (Glanico libri) appellato. - Fort. confusus cum Clanius. ¶ 2. Est etiam nom. vir. — Acc. Clanim. — 1.º) Socius Phinei, a Perseo occisus. Ovid. 5. Met. 140. — 2.º) Centaurus, ap. eund. 12. ibid. 379.

CLĀNIUS, ii, m. 2. (Γλάνις Lycophr. et Dionys.) ¶ 1. Est fluvius Campaniæ, hod. Lagni. Memoratur Virg. 2. G. 225. vacuis Clanius non æquus Acerris (propter inundationes). Cf. Serv. auct. Adde Sil. It. 8. 535. — Vib. Seq. p. 152. Clanius fons in Campania, qui cum creverit, pestem terræ meditatur. ¶ 2. Est etiam nom. gent. (V. Schulze, Eigenn. p. 481. et 529). Corp. 11. 1950. Adde Sil. It. 4. 118. — Prob. Virg. georg. 2. 225. Gigantis nomine Clanius dictus est, qui ab eo (flumine) dicitur, ut Metrodorus ait.

CLĀRĀNUS. V. CLARUS.

CLĀRĪTAS, ātis, f. 3. (clarus) ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.º) Nom. mul. Ammian. 28. 1. 28. (a. 368). Peremptæ sunt originis altæ complures feminæ adulteriorum flagitiis obnoxiæ vel stuprorum, inter quas notiores Claritas et Flaviana. — 2.º) Item deæ, in nummis imperatorum. Inscr. numm. Cohen 6. p. 17., 416., 476. ¶ 2. Est etiam cogn. Vcubi, opp. Bæticæ. Plin. 3. Hist. nat. 1. 2, (12). et Corp. 2. 656. et 1572.

CLĂROS (Clarus), i, f. 2. (Κλάρος Hom. et Strab.) oppidum Ioniæ, cum luco et fonte, apud Colophonem, celebre Apollinis oraculo, qui templum hic habebat (Mela 1. 88) et Clarius inde vocabatur (Serv. infra), ita dictum a κλῆρος, sors, quod Apollini per sortem obtigerit, ut Nearchus putat; conditum vero a Manto, Tiresiæ filia (Mel. loc. cit.), seu potius ab iis, qui magna frequentia eo affluebant, celebritate oraculi impulsi, sensim exstructum, ut alii existimant. Ovid. 1. Met. 516. mihi (i. e. Apollini) Delphica tellus et Claros et Tenedos Patareaque regia servit. Ammian. 19. 12. 13. Clarum, Dodonæas arbores et effata Delphorum olim solemnia. — Hinc Clarius, adj. et absolute. Mela loc. cit. Ibi Lebedos Clariique Apollinis fanum, quod Manto Tiresiæ filia fugiens - Epigonos - statuit. Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (232). Colophone in Apollinis Clarii specu. Tac. 2. Ann. 54. fusius de oraculo. et 12. ibid. 22. Apollinis Clarii simulacrum. Vib. Seq. p. 153. Clarium (nemus) Colophoniæ. Virg. 3. Æn. 360 (Helenus) qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis - Serv.: « Clarum oppidum est in finibus Colophoniorum, ubi Apollo colitur; unde Apollo Clarius. Sane quæritur, utrum Clarii geminandum sit i; et sciendum aliter non procedere; nam cla brevis invenitur, ut Statius etc. ». Et recte quidem; ceterum archaica terminatio unius i, genet. nominum subst. in -ius v. -ium, quæ simul cum altera magis congrua duplicis i, viguit usque ad dimid. et amplius sæc. I. p. Chr. (Schweizer - Sidler et Madvig), usitata Virg. et Horat., sed jam demortua, nunc apud nostrates, ab exteris scholis petita, reviviscit, sane tolerabilior quam aliæ scribendi formæ, ne dicam monstra, sæpe ex plebejo usu v. ex librariorum et lapicidarum inscitia aut oscitantia vel incuria enata. — Clarius deus, sc. Apollo. Ovid. 11. Met. 413., coll. 2. Art. am. 80. — Clariæ Camenæ, sc. in tutela Apollinis. Auson. epigr. 1. — Clariæ fores, sc. fani. Stat. 8. Theb. 199. — Clarium fanum, nemus seu lucus et specus, unde aqua, fatidicam vim habens, prosiliebat (Schol. Apoll. Rh. 1. 308). V. supra. — Clarium, abs., oraculum. Macrob. 1. Sat. 18. 1. — Clarius, cogn. vir. et mul. Plin. 9. ep. 28. 5. « Tertia epistola continebat esse tibi redditam orationem

pro Clario (Clanio vulg.) etc. ». Sed Clartio conj. Stein. — Cogn. mul. Corp. 6. 5180.

CLĀRUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. pers., — 1.º) Nom. vir. — a) Clarus, Sarpedonis frater. Virg. 10. Æn. 126. « hos germani Sarpedonis ambo et Clărus et Themon, Lycia comitantur ab alta », ubi nominis Græci prima corripitur. — b) Clarus, nobilissimus adulescens, sanctitate illustris, s. Martini, Turonensis ep., discipulus. Sulpic. Sev. vit. s. Martin. 23. et ep. 2. — c) Alii, episcopi, ap. Rufin. interp. Eus. 6. 24., Augustin. 7. de bapt. c. Donat. 43., Opt. 3. schism. Don. 4., ubi quidam leg. Clarius. — Clara Æmilia, mater imp. Didii Juliani (Spart. Did. 1). — Didia Clara, filia imp. Didii Juliani (Id. Did. 3). — 2.º) Etiam cogn., in primis serv. vel lib., extra urbem frequentissimum (Κλάρος: a Lat. clārus) sive propr. sive transl. — Notatur in titulis Cla. et C. — a) Apud scriptores memoratur: M. Erucius Clarus, de quo Gell. 13. 18. 2. Erucius Clarus, qui præfectus urbi et bis consul fuit, vir morum et litterarum veterum studiosissimus. — b) Alii hujus gentis consules, ut Sex. Erucius, a. 146.; C. Erucius a. 170.; C. Julius Erucius a. 193. — 3.º) In titulis — a) Viri: Corp. 1. 1095.; 6. 1586., 9178.; 15. 3477. et 3479., Inscr. Röm. Mittell. 19 (1904). 324. etc. — Mulieres: Corp. 6. 2347., 6978.; 9. 941., 3241., 4918.; 10. 5516 (Aquini) etc. — b) Etiam nom. equi. Tab. devot. Audoll. n. 272. a. 11. et 274a. 10-11. — c) Cogn. vir. Corp. 6. 6708. et mul. 13428. — Hinc Claranus, cogn. Corp. 2. 540 (in Lusitania). — Fuit quoque grammaticus nobilis. Martial. 10, 21. ad Sex. Scribere te, quæ vix intelligat ipse Modestus Et vix Claranus, quid, rogo, Sexte, juvat? Adde Auson. 18. ep. 26. — Fort. idem ap. Senec. ep. 66. — Cf. Clarius, Clario, Clarinus, Clarilla, Clarissimus, Clarentius (V. Schulze, Eigenn. p. 280. et 570. et Corp.). ¶ 2. Est etiam mons, hodie Clermont, in Not. Gall. 12., 2. chron. I. p. 603. Civitas Arvernorum (ubi tres codd. addunt: id est Clarus mons).

CLĀSIS, is, m. 3. fluvius Umbriæ, hodie Chiascio, ap. Sil. It. 8. 453 (Cf. CLANIS).

CLASSIS, is, f. 3. ¶ 1. Est pars Ravennæ prope portum classis prætoriæ Ravennatis (Procop. B. Goth. 2. 29. ἐς Κλάσσιν τὸν λιμένα): ita dicta quod ibi classis Romana suam haberet stationem, hodie Classe v. S. Apollinare in Classe. — Porro Classis Romana variis additis distinguebatur, ex locis, ubi suam habebat stationem, aut ex personis, quibus obnoxia erat, desumptis, sive apud scriptores sive in titulis, ut Classis Africana, Britannica, Germanica, Antoniniana, Ravennatium, Commodiana etc. V. suis locis. — Memoratur Jorn. Get. 151. Trino si quidem urbs ipsa (i. e. Ravenna) vocabulo gloriatur trigeminaque positione exsultat, id est prima Ravenna, ultima Classis, media Cæsarea inter urbem et mare. Adde Corp. 11. 281., Greg. M. ep. 5., Anon. Vales. 8. 37. — Hinc Classicāni, in Const. Fel. IV. pap. (Migs. 65. 12). — Classitānus, adj. Greg. M. ep. 8. ¶ 2. In Hispania prope Tarraconem. Liv. 22. 31. Castra Punica in agro Ilergavonensium, castra Romana ad Novam Classem erant. Cf. Itin. Ant. p. 452. Ad Novas.

CLASSĪUS, ii, m. 2. (classis) ¶ 1. Est nom. gent. Corp. 12. 3085 (Nemausi). — Classia, nom. mul. Corp. 12. 4087 (inter Nemausum et ostia Rhodani). — Hinc Classicius, Classicianus, Classianus, Classettus, Classidius (V. Schulze, Eigenn. p. 428. et Corp.). — Classicus (Κλασσικός), cogn. Corp. 6. 2204. - 9. 2784. Clasicus. — Adde Tac. 4. Hist. 14. et 57., Plin. 3. ep. 4. 2. sqq., Martial. 2. 69. 1. sqq., 2. 36. 6. et 12. 46. 2. — Classica, cogn. mul. Corp. 14. 988 (Ostiæ). ¶ 2. Etiam fluvius Galliæ Narbonensis. Avien. or. 621.

CLASTĪDIUM, ii, n. 2. (Κλαστίδιον) oppidum Galliæ Cispadanæ, hodie Casteggio. Memoratur Cic. 4. Tusc. 22. 49., Liv. 27. 25., Val. Max. 1. 1. 8., Corp. 5. 7357. — Hic M. Marcellus cos. de Gallis Insubribus et Germanis kal. mart. triumphavit a. U. C. 532. ac spolia opima retulit, duce hostium Virdumaro interfecto (Act. triumph. Capitol. et Corp. 1.² p. 47). — Est etiam Clastidium titulus fabulæ prætextæ Nævii, quæ fuit de Marcelli victoria. Varro 7. L. L. 107.

CLĀTERNA, æ, f. 1. (Κλατέρνα Strab.) Etiam Claternum in Itin. Burdig. p. 616. — Scribitur Claternis, Cliterna etc.

Claterna ¶ 1. Est oppidum Galliæ Cispadanæ ad viam Æmiliam, tribu Pollia, hodie Quaderna (Cf. Nissen, Ital. Landesk. II. 260). Memorant Cic. 12. Fam. 5., Plin. 3. Hist. nat. 15. 20. (116)., Itin. Ant. p. 287., Ambros. ep. 39, Tab. Peut. 4. — Hinc Claternensis, incola. Corp. 12. 4256 (Bæterris). ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Corp. 6. 32519 a. 13 (a. 141).

CLĀTIUS, ii, m. 2. (Κλάτιος) nom. gent. vir. Corp. 6. 14853. — Clatia, nom. mul. Corp. 6. 3626. — Hinc Claturnius, nom. gent. Corp. 3. 3858. — Claturnia, nom. mul. ibid.

CLAUDIĀNUS. V. CLAUDIUS.

CLAUDIAS, ădis, f. 3. (Κλαυδιάς) oppidum Cappadociæ. Ammian. 18. 7. 10. — Hoc et Claudia dicitur in Tab. Peuting. 11. et Claudiopolis a Plin. 5. Hist. nat. 24. 20. (85).

CLAUDIŎMĂGUS, i, m. 2. nom. hybrid., a Lat. Claudius et Celtic. magus (V. MAGUS), vici in Gallia in confinio Biturigum ac Turonum, de quo Sulpic. Sev. dial. 2. 8. — Venant. vit. s. Mart. 3. 270. tmesis. « Incola quem vicum vocitavit - Magum », ubi pænultima syllaba producitur.

CLAUDIŎPŎLIS, is et eos, f. 3. (Κλαυδιόπολις et serius Κλαυδιούπολις) nom. hybrid., a Lat. Claudius et Gr. πόλις, urbs. ¶ 1. Est oppidum Cappadociæ. V. CLAUDIAS. ¶ 2. Item opp. Bithyniæ, i. q. Bithynion., hod. Boli, in Itin. Ant. p. 200., Cod. Theod. 12. 1. 119 (a. 388). Nov. Just. 29. 1. Ipsa metropolis provinciæ - dicimus autem Claudiopolim. - Rav. p. 112. Claudiopolis. ¶ 3. Item opp. Ciliciæ, hod. Mut, ap. Ammian. 14. 8. 2. Claudiopolis, quam deduxit coloniam Claudius Cæsar. — Adj. Claudiopolitanus in ep. Hormisd. pap. Thiel n. 131. et Trajan. Plin. 10. ep. 40. 3. — Plur. incolæ. Plin. 10. ep. 39. 5. — Adj. Claudiopolites, incola. Cassiod. 7. Hist. trip. 4. Callarates Claudiopolites.

CLAUDIŎPŎLĪTĀNUS et Claudiopolites. V. voc. præc.

CLAUDIUS, ii, m. 2. (Κλαύδιος) nom. vir. — a) Scribitur Cladius, Cludius et sæpe Clodius in titulis, quæ forma est volgaris nec nisi scribendo vel loquendo distincta; quam posterioribus temporibus liberæ reip. etiam singuli recipiebant ut a ceteris (sc. patriciis) distinguerentur. Schol. Juv. 6. 345. « dicebant nam per communionem ut Clodius et Claudius, ut cotes et cautes, ut auriga atque origa ». — b) Dat. plur. fem. Claudiabus in Corp. 14. 521. — c) Nom. ortum tradunt ab Atto (Attio) Clauso, qui Romæ dictus fuit Appius Claudius, mutato s in d additaque terminatione Romana (Liv. 2. 16). At Treb. trig. tyr. 33. Censorinus uno pede claudicans - scurrarum joco Claudius appellatus est. et Hieronym. nom. hebr. p. 68. Claudius spes tranquillitatis (ad Vulg. Act. 11. 28).

Claudius, nom. ex gente antiquissima, originis, uti fertur, Sabinæ, orta ex Regillis, oppido Sabinorum (Sueton. Tib. 1. et Liv. loc. cit.), olim, ut diximus, Clausus, qui cum magna clientum manu Romam dicitur venisse paullo post exactos reges, ubi et ejus comites cum eo civitate donati et ipse inter patres adlectus est (Virg. 7. Æn. 706). — Hæc porro gens fere ab initio in duas potissimum familias est divisa, quarum quæ Pulcrorum, patricia; quæ vero Marcellorum, plebeja (Sueton. loc. cit. et Ascon. in Scaur. p. 25., coll. Schol. Bob. p. 374. Or.). Deinde ex his plures aliæ exortæ, diversis cognominibus inter se distinctæ. De patricia vero hæc habet Sueton. loc. cit. « Cum prænominibus cognominibusque variis distinguerentur, Lucii prænomen consensu repudiavit, postquam e duobus gentilibus præditis eo alter latrocinii, cædis alter convictus est. Inter cognomina autem et Neronis assumpsit, quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus (Cf. Gell. 13. 23. 8). - Notissimum est, Claudios omnes, excepto dumtaxat P. Clodio, - optimates assertoresque unicos dignitatis ac potentiæ patriciorum semper fuisse ». et Tac. 12. Ann. 25. « Adnotabant periti nullam antehac (i. e. ante Neronem a Claudio adoptatum) adoptionem inter patricios Claudios reperiri eosque ab Atto Clauso continuos duravisse ». — Floruit autem gens Claudia viguitque fere continuis sæculis, quibus summas dignitates obtinuit (Sueton. loc. cit.), hinc laudata (Tac. 4. Ann. 64., Sil. It. 5. 330), illinc vituperata ut superbissima et crudelissima in plebem Rom. (Liv. 2. 36., Tac. 1. Ann. 4). — De ea docte disputavit Th. Mommsen in Diss. Berol. a. 1861. ¶ 1. Apud scriptores inter præcipuos memorantur:

A) EX GENTE PATRICIA (Cic. 1. Orat. 39. 176.: vd. infra) — 1.º) Appii Claudii, Claudii Sabini, Claudii Pulcri. — Hinc — a) Ap. Claudius, hoc nomine primus Romæ, antea, ut dictum est, Attius (Attus, Atta) Clausus: ita ap. Liv. aliosque scriptores; sed Chronogr. a. 354. dicitur Inregillensis, in Fast. vero Hisp. etiam Sabinus (Σαβῖνος Chron. Pasch.), cos. a. 259. U. C. = 495. a. Chr. cum P. Servilio Prisco (Elog. Corp. 6. 1279. = Corp. 1. p. 199. Liv. loc. cit.); quorum ille rigidior in plebem contra patres tumultuantem, hic mitior, cujus suasu plebs sedata arma cepit contra Volscos, antea victos, nunc urbem oppugnantes eosque fudit; verum discordia iterum exarsit ita ut consules magistratu abierint creatusque fuerit dictator M'. Valerius, Volusi filius, sed non ante animi pacati quam Menenius Agrippa, ut perhibetur, eos apta oratione componeret (Liv. 2. 28-33). — b) Ap. Claudius Crassus Inregillensis (vel Crassinus Regillanus ap. Momms. Corp. 1. p. 32) Sabinus, filius præcedentis (Liv. 2. 56), cos. a. 471. a. Chr. cum T. Quinctio, homo superbus ac durus in plebem (Id. ibid.) statim in grave certamen venit cum tribunis de magistratibus plebejis comitiis tributis creandis, quod dein lege Publilia statutum est, cui ipse acquievit (Id. ibid. 57). Nec minus duriter egit in exercitum, quem contra Volscos duxit, ita ut milites vinci voluerint ab hoste (Liv. ibid. 58. et 59., coll. Flor. 1. 22. 2); itemque legi agrariæ pertinaciter obstitit ob idque ei dies dictus a tribunis, qui suam causam tam eloquenter oravit ut in stuporem omnes pertraheret, ac post neque ita pridem vita functum plebs passa est illum publice laudari publicisque honestari exsequiis (Liv. ibid. 61). — c) C. Claudius Ap. Sabinus (Inregillensis), cos. a. 460. a. Chr. (Ἄππιος Κλαύδιος Dionys. 10. 56., sed Ἄππιος Κλώδιος Diod. 12. 24) cum T. Genucio Augurino, qui postea, consulatu abdicato, decemviri consulari imperio facti sunt (Liv. 3. 33) legibus scribundis (Fast. Capit.), sed « regimen totius magistratus penes Appium erat favore plebis », qui « novum sibi ingenium induerat ut plebicola repente omnisque auræ popularis captator evaderet » (Liv. ibid.). Quum vero decem legum tabulis aliæ duæ deessent, in annum sequentem iidem decemviri creati sunt (Id. ibid. 34. et 35). Deinde novis decemviris electis se ipse adnumerari voluit eosque in suos mores formare, ac tum duodecim tabulæ legum perfectæ sunt a. 304., fons omnis publici privatique juris dictæ (Id. 3. 34., coll. Dionys. 10. 3., Auson. Eid. 11. 619. et Tac. 3. Ann. 27), « eleganti atque absoluta brevitate verborum scriptæ », ubi tamen « quædam obscurissima aut durissima » (Gell. 20. 1. 4), in ære incisæ (Liv. 3. 57. et Diod. 12. 26), incendio Gallico dein deletæ sed memoriter restauratæ et in scholis traditæ ætate Cic. (2. Legg. 4., 9., 23., 59) et Diodori ac Gellii temporibus exstantes. — Verum inter decemviros, qui suum imperium prorogare decreverant, et plebem magna orta est discordia, quam Sabini nacti una cum Æquis agrum Romanum depopulati sunt ac Romanorum copias contra eos missas ingenti clade affecerunt; idcirco populus iratus, Aventino occupato, decemviros, de nefandis criminibus accusatos coegit abdicare se a magistratu creatique sunt consules (a. 305). Mox vero Appius in vincula conjectus est, ubi sibi mortem conscivit, ceterique in exsilium pulsi (Liv. 3. 38-55. et sqq., Eutrop. 1. 18., Aur. Vict. vir. ill. 21., al.). — d) Post C. Claudium Appium f. Sabinum (Inregillensem) cos. a. 460. a. Chr. (Diod. 11. 85. 1.

Γάϊον Κλώδιον 'Ρήγιλλον) et Ap. Claudium Crassum, trib. mil. cos. potestate a. 424. a. Chr., excellit Ap. Claudius Crassus Inregillensis, trib. mil. cos. potestate a. 403. a. Chr. cum quinque collegis (non octo, ut ap. *Liv.* 5. 1. minus recte, monente *Borghesi, Suppl. al Fast. Cons. P.* 2. *p.* 37., quum postremi, qui ab eo recensentur, censores potius fuerint, ut ipsi *Fast. Capit.* vocant). — Anno 362. a. Chr. rei gerundæ dictator creatus est, bellumque gessit cum Hernicis, quos vicit, victoria tamen « non incruenta » ut ait *Liv.* 7. 7. Quod autem triumphum egerit, arguunt eruditi ex litteris NOV in *Fast. triumph.* ante a. 363., quas interpretantur NOVembri perinde ac si hoc mense triumphus sit celebratus; sed ex veterum silentio et argumenti levitate nihil certi deduci potest (Cf. *Henzen* in *Corp. Inscr. Lat.* 1. *p.* 462). — Denique a. 349. consul creatus est cum L. Furio Camillo; sed dum parabat bellum Gallis inferre, obiit (*Liv.* 7. 25). — *e)* Post C. Claudium Inregillensem, dictatorem (*Liv.* 9. 15) excellit Ap. Claudius Cæcus, censor a. U. C. 442., cos. a. 447. et 458., etiam prætor a. 459 (*Liv.* 10. 22) et dictator a. 462 (*Corp. I. L.* 1. *p.* 287). — Abs. *Appius censor* dicitur a *Val. Max.* 1. 1. 17. et *Appius* tantum 8. 13. 5.; *Appius Claudius* a *Liv.* 9. 29. et alib.; *Appius Cæcus* a *Sueton. Tib.* 2., *al.*; plenius *Ap. Claudius Cæcus* in *Fast. Capit.* — Quod attinet ad agnom. *Cæcus*, sunt qui ex vera cæcitate hoc additum ei fuisse censeant, cujus causa, ceteroqui fabulosa, narratur ab *Auct. vir. ill.* 34. — Item de alio agnom. *Centemmanus* V. CENTUMALUS. — Fuit filius C. Claudii dictatoris et nepos Claudii decemviri. — Censor cum C. Plautio, quo abdicante, magistratum per quinquennium præter legem retinuit, famam suo nomini comparavit, strata Via et in urbem Aqua inducta, utraque ab eo *Appia* dicta (*V.* APPIUS); ubi etiam postea ædem Bellonæ exstruxit, quam voverat (*Liv.* 10. 19), clipeosque « in sacro vel publico dicare primus instituit - posuit enim in Bellonæ æde majores suos etc. ». Ita *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 3. (12)., qui perperam hoc narrat de Appio Claudio prisco. Quædam præterea nova invexit, ut nempe in senatum libertini quoque legerentur utque epulandi cantandique jus tibicinibus in publico adimeretur, aliaque statuit, quæ facienda statim curavit. - Consul fuit cum L. Volumnio Flamma, qui cum Sallentinis dimicavit, dum collega Romæ mansit urbanis artibus intentus (*Liv.* 9. 42). A. autem 455. interrex fuit (*Id.* 10. 11) et comitia contra leges habuit (*Cic. Brut.* 14. 55). — Consul iterum cum eod. collega plebejo, cui obstiterat Claudius, ardens patriciorum fautor, Etruriæ præfectus est (*Liv.* 10. 17. et 18); quo tempore cum Etruscis minus prospere pugnans Volumnii auxilium petere est coactus sicque magnam cladem de hostibus edere potuit (*Id. ibid.* 19), iterumque prætor factus a. 459. contra Samnites feliciter decertavit (*Id. ibid.* 31). — Jurisconsultus (« solers juris et eloquentiæ consultus » dictus *Liv.* 10. 22., coll. 19) juris scientiam maximam post Appium Xvirum habuisse scribit *Pomponius dig.* 1. 22. § 36., qui addit: « Hunc etiam (legis) actiones scripsisse traditum est (*actiones delet Momms.*), primum de usurpationibus, qui liber non exstat ». — Orator « de Pyrrho in urbem non recipiendo », et de proposita ab eo pace per Cineam respondens sententiam tulit (*Pompon. ibid.*), qua occasione insignem « solutam orationem primus exercuit; jam ex hinc et ceteri prosæ eloquentiam condiderunt ». Ita *Isid.* 1. *Orig.* 38. 2. Dictio tamen ea erat, ut nemo pæne eum legeret tempore Ciceronis, secus vero Senecæ, quo multi nimio antiquitatis studio Appii scripta libenter evolvebant atque imitabantur (*Senec. ep.* 114., coll. *Tac. orat.* 18. et 21). — Poeta carmen composuit, quod fortasse gnomas vel sententias continebat et de quo *Cic.* 4. *Tusc.* 2. 4. hæc habet: « Mihi Appii Cæci carmen, quod valde Panætius laudat epistola quadam, quæ est ad Q. Ælium Tuberonem, Pythagoricum videtur etc. ». Cf. *Fest. p.* 317. in Appii sententiis. et *Ps. Sall. ep.* ad *Cæs. I.* 1. 2. quod in carminibus Appius ait « fabrum esse suæ quemque fortunæ ». et *Val. Max.* 7. 6. 1. « negotium populo Romano melius quam otium committi ». *et Prisc. gramm. VIII.* 384. 8. *Hlz.* « Appius Cæcus: amicum vides obliviscere miserias etc. »; ubi versus Saturnius apparet, Romanæ poesis antea græcissantis principium (*Momms.*). De his cf. *F. Marx, Ztschr. f. österr. Gymn.* 1897. *p.* 217. *sqq.* 394. et *Münzer, PW.* 3. 2662. *sqq.* — Denique grammaticus litteram *r* pro *s* aliquando usurpandam docuit, ut pro *Valesius Valerius* scriberetur, pro *Fusiis Furiis*; exclusit vero litteram *z*, ut in Græco alph., septimo loco positam, quæ serius pro Græcis vocibus adhibita ultimum locum tenuit (*Capell.* 3. *p.* 69). — *f)* Ap. Claudius Caudex, frater Appii Cæci (*Gell. loc. cit.*); ap. *Chronogr.* an. 354. dicitur simpliciter *Caudex* et ap. *Eutr. loc. cit.*, *Flor.* 2. 2. 5. et *Cassiod.* in *chron.* tantum *Appius Claudius*. — Cur autem ita cognominatus sit, ratio ducitur ex quodam genere navium (*V.* CAUDEX in *Lexico*); falso enim *Auct. vir. ill.* 37. 1. scribit « Victis Volsiniensibus cognomento Caudex dictus est »; nam M. Fulvio Flacco adtribuendum hoc est (*Act. tr., Gest. p.* 209). vel quod primus ad explorandos hostes fretum piscatoria navi trajecit, ut est etiam ap. *Senec. brev. vit.* 13. — Fuit cos. cum M. Fulvio Flacco a. U. C. 490 (*Fast. Capit.*, *Chronogr.*, *Idat.*, *Chron. Pasch.*, *Vellej.* 1. 12. 6., *Oros.* 4. *Hist.* 7., *Val. Max.* 2. 4. 7), quibus coss. cœptum est bellum Punicum (*Eutrop.* 2. 18. et *Gell.* 17. 21. 40). Fusius de eo scribit *Auct. vir. ill.* 37., brevius *Sueton. Tib.* 2., *Vellej.* 2. 38., *Flor.* 2. 2. 5. et *Liv. epit.* 16., cujus præcipua gloria est de Carthaginiensibus et de Hierone Siculo triumphasse; nec omittendum illud est, eo consule, gladiatorium munus primum Romæ datum in foro boario, teste *Val. Max.* 2. 4. 7. Cf. etiam ex Latinis *Frontin.* 1. *Strat.* 4. 11., *Senec. brev. vit.* 13. et *Sil. It.* 6. 660. et ex Græcis *Polyb.* 1. 10. 12. et 16. — *g)* Ap. Claudius Rufus, dictus *Appius Cæci filius* a *Vellej.* 1. 14., *Ap. Claudius* ab *Eutr.* 2. 15. et *Russus* a *Chronogr.* a. 354., sed rectius *Rufus* in *Fast. Hisp.* et *Chron. Pasch.*, ubi græce 'Ροῦφος, cos. a. 268. a. Chr. cum P. Sempronio Sopho, a quibus Beneventum coloni missi sunt et suffragii ferendi jus Sabinis conlatum (*Vellej.* 1. 14). — *h)* (P.) Appius Claudius Pulcher, primus ita cognominatus (*Schol. Bob. p.* 337. *Or.*), aliquando absolute *Pulcher* dictus (*Chronogr.* a. 354. et *Chron. pasch.*) vel *Claudius* (*Liv.* 22. 42), præn. *Appius* (*Sueton. Tib.* 3), contra *Publius* (*Val. Max.* 1. 4. 3. et 4); sed *Fast. Capit.* a. 505. *P. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher*; præterea pro *Claudius* legitur *Clodius* ap. *Cic.* 2. *Divin.* 8. 20. — Fuit filius Appii Cæci (*Sueton. Tib.* 3), non nepos, ut perperam *Plin.* 15. *Hist. nat.* 1. 1. (2).; cos. a. 249. a. Chr. cum L. Junio Pullo, quo anno tertii ludi sæculares celebrati sunt; sed auspiciis sinistris profectus contra Carthaginienses, teste *Liv. epit.* 19., navali pugna victus est (*Liv. epit.* 19., coll. *Flor.* 2. 2. 29., *Gell.* 10. 6. 2., *Minuc. Oct.* 7. et 26). — *i)* APPII CENTHONES: — α) C. Claudius Centho, filius Appii Cæci (*Liv.* 22. 34), idcirco in *Fast. Cap.* plenius *C. Claudius Ap. f. C. n. Centho*, cos. a. U. C. 514. cum M. Sempronio Tuditano, quo tempore L. Livius poeta fabulas docere cœpit Romæ (*Gell.* 17. 21. 42) et Floralia instituta sunt. — Fuit interrex a. 537 (*Liv.* 22. 34) et a. 541. dictator comitiorum habendorum causa (*Id.* 25. 2). — β) Ap. Claudius Centho (*Cento*), ὁ Κέντων, filius C. Cl. Centh. cos. a. 514. U. C. et ædilis curulis a. 574. quo tempore ludi Romani sunt instaurati. Prætor a. 580. profligavit Celtiberos eisque signa ademit, ob quam victoriam ovans urbem est ingressus (*Liv.* 41. 26. et 28. et *Fast. triumph.*). Postea vero missus in Illyrium ab Uscanensibus cæsus est (*Liv.* 43. 9. et 10). — *l)* Alii: — α) Ap. Claudius Pulcher cos. a. U. C. 542. cum Q. Fulvio Flacco, antea tribunus militum a. 538. bello secundo Punico; deinde prætor in Sicilia; denique consul, in expugnanda Capua sub ejusdem deditionem vulneratus obiit (*Id.* 24. 6.; 25. 2. et 26. 1., 6., 16). — β) Ap. Claudius Pulcher, tribunus militum a. U. C. 557., tum prætor Tarenti a. 187., dein a. 589. cum M. Sempronio Tuditano consul Ligures Ingaunos devicit; postremo legatus fuit in Macedoniam et in Græciam, mox ad Ætolos, confusus a *Flor.* 2. 20. cum *C. Claudio Pulchro* (*Liv.* 32. 35. et 36.; 34. 10.; 38. 42.; 39. 23. et 32). — γ) P. Claudius Pulcher, cos. a. U. C. 570. cum L. Porcio Licino; antea ædilis curulis cum Ser. Sulpicio Galba a. 565., dein prætor jurisdictionem sortitus peregrinam; demum a. 573. triumvir (*Liv.* 38. 36.; 39. 32. et 40. 29., coll. *Corp.* 6. 1283. et *Fast. Hisp.* 1). — δ) C. Claudius Pulcher, augur et prætor suffectus, dein consul creatus cum Ti. Sempronio Graccho, a. U. C. 577., legem tulit ex senatusconsulto *de sociis* (*Liv.* 41. 9); Histriam porro sortitus, ibi hostes nactus est, eosque vicit ac Ligures rebelles et Romam reversus de utrisque triumphum egit (*Id. ibid.* 13); mox tribunus militum ac biennio post, a. 585., censor severior cum Ti. Sempronio Graccho lustrum LII. condidit (*Fast. Capit.*); denique legatus in Macedoniam a. 587., quo anno mortuus traditur *Liv.* 45. 44. — ε) Ap. Claudius Pulcher, cos. a. U. C. 611. cum Q. Cæcilio Metello Macedonico, Salassos domuit ac redux de iis etiam triumphare voluit (*Liv. epit.* 53. et *Val. Max.* 5. 4. 6); dein censuram petens a P. Cornelio Scipione Africano est dejectus, unde orta inter eos inimicitia; mox vero censor esse potuit cum Q. Fulvio Nobiliore a. 618., qui LVIII. lustrum condiderunt; demum, socer T. Gracchi, ei suasit ut legem agrariam scriberet, ac triumvir nominatus est agris dividundis (*Liv. epit.* 56. et 58). — Fuit orator; ejus tamen « oratio volubilis sed paulo fervidior » judicata est *Cic. Brut.* 28. 107. — ζ) Ap. Claudius Pulcher, filius præcedentis, nobilissimus homo, cos. a. U. C. 675. cum P. Servilio Vatia; dein procos. cum Thracibus dimicavit victor (*Liv. epit.* 91) et in Rhodopa provincia morbo affectus decessit (*Eutr.* 6. 2). — η) Ap. Claudius Pulcher, *Appius* abs. dictus *Horat.* 1. *Sat.* 6. 21., *Val. Max.* 1. 8. 10., *Lucan.* 5. 67., *al.*; *Pulcher* abs. *Chronogr.* a. 354. et in *Chron. pasch.*, et *Claudius Censorinus* ab *Oros.* 6. *Hist.* 15. — Cos. creatus est a. U. C. 700. cum L. Domitio Ahenobarbo (antea, sc. a. 695., augur, et a. 677., prætor) et successor a. 701. Lentuli Spintheri in administranda Cilicia, ubi, Parthis devictis, imperator est salutatus (*Cic. l.* 3. *Fam.* et *Eckhel,* 5. *p.* 171., coll. *Borghesi Œuvr. T.* 2. *p.* 168., *Corp. I.* 775 [Eleusine] et *Inscr. Gr.* 3. 566. « αὐτοκράτωρ »); ab eo *Appia* dicta urbs Phrygiæ, aliqua ex parte ad Ciliciam pertinens (*Cavedoni* in *Bull. arch. Nap.*). — Fuit censor a. 704. cum Lucio Pisone, tam severus ut multo post ejus mortem *Horatius* 1. *Sat.* 6. 21. nomen *Appii* pro quovis censore austero usurpaverit. Quia inimicitias gessit cum ipso Cæsare, inde coactus fugientem sequi ac dein in Eubœa mortuus, a. 706.; et etiam cum Cicerone, a quo tamen aliquando laudatus est hisce verbis: « Ap. Claudius - satis studiosus et valde cum doctus tum etiam exercitatus orator et cum auguralis tum omnis publici juris antiquitatisque nostræ bene peritus » (2. *Att.* 13. et *Brut.* 77. 267). Sane librum scripsit *De augurum disciplina* dicavitque Ciceroni, cujus pauca fragmenta supersunt (*Id.* 3. *Legg.* 4. 14. et *Fest. p.* 298. et *alib.*). — 2.º) *Claudii Nerones*. V. NERO.

B) EX GENTE PLEBEJA *Claudii Marcelli*, præcipui. — 1.º) Generatim. *Cic.* 1. *Orat.* 39. 176. Inter Marcellos et Claudios patricios centumviri judicarunt, cum Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii ejusdem hominis hereditatem gente ad se rediisse dicerent. *et Nep. Att.* 18. (*Atticus*) Marcelli Claudii (*rogatu*) Marcellorum (*familiam separatim in libro enumeravit*). Adde *Sueton. Tib.* 1. *sqq.* Fuit igitur hæc Marcellorum familia, libertina stirpe progenita, plebeja quidem, sed nec potentia nec dignitate minor quam Pulcrorum, teste *Sueton. loc. cit.*, cum qua tamen et cognatione conjuncta fuisse videtur. — 2.º) Speciatim, memorantur — *a)* M. Claudius Marcellus, *M. Marcellus* tantum vocatus *Cassiod.* in *chron.* et *Marcellus* absolute *Chronogr.* a. 354. et *Chron. pasch.*, cos. a. U. C. 423. cum T. Valerio Potito Flacco (*Liv.* 8. 18) et dictator, comitiorum habendorum causa dictus

a. 427 (*Id. ibid.* 23). — Hic primus invenitur hoc cognomine appellatus, cui sententiæ refragatur, sed perperam, *Plut. Marcell.* 1. — *b)* M. Claudius Marcellus, in *Fastis Capit.* a. U. C. 532. *M. f. M. n.*, vir magnitudine animi eximius (*Cic.* 1. *Off.* 18. 61), imperator et augur optimus (*Id.* 2. *Divin.* 36. 77., coll. *Liv.* 27. 36), etsi acer et pugnax (*Cic.* 5. *rep.* 8); cos. a. 532. cum Cn. Cornelio Scipione Calvo. Gæsatas vicit ac Virdomarum, eorum ducem, interemit spoliaque opima tertius a Romulo retulit (*Oros.* 4. *Hist.* 13., *Flor.* 2. 4. 5., *Liv. epit.* 20., *al.*) egitque etiam triumphum de Gallis Insubribus et Germanis (*Fast. triumph.*); hinc *Virg.* 6. *Æn.* 855. « Aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis Ingreditur etc. ». Adde *Propert.* 3. 18. 33. et 4. 10. 39., et *Sil. It.* 1. 133. — Secundo bello Punico cum Hannibale dimicavit victorque rediit Romam (*Liv.* 23. 15. et 16., coll. *Sil. It.* 12. 161-294). — Iterum a. 539. cos. ex augurum indicio vitio factus se magistratu abdicavit; sed procos. - creatus rursum cum Hannibale ad Nolam feliciter conflixit, quam ille expugnare conabatur, de qua victoria ita scribit *Liv.* 23. 16. « Ingens eo die res ac nescio an maxima illo bello gesta est; non vinci enim ab Hannibale tunc vincentibus difficilius fuit quam postea vincere ». — Tertio cos. a. 540. cum Q. Fabio Maximo, in Siciliam pæne totam rebellem missus Leontinorum urbem cepit, Syracusas oppugnavit sibique imperio prorogato has cum multis aliis urbibus occupavit se ingentem virum gerens, ut ait *Liv. epit.* 25 (Cf. *Oros.* 4. *Hist.* 17., *Val. Max.* 5. 1. 4., et et 2. 8. 5., *Cic.* 1. *rep.* 1. et 14., *Frontin.* 8. *Strat.* 3. 2., *Propert.* 3. 18. 33. et *Ovid.* 4. *Fast.* 874), artiumque monumenta Romam asportavit (*Liv.* 25. 40. et 41), quam ovans ingreditur a. 211., acto in monte Albano tantum triumpho (*Val. Max.* 2. 8. 5. et *Liv.* 26. 21) et quarto cos. creatur a. 544. cum M. Valerio Lævino. — Deinde factum est ut cum Hannibale bellum renovaret, quod modo prospera, modo adversa fortuna actum est (*Liv.* 27. 2. et 12-14); quamobrem ab inimicis accusatus est, sed frustra; nam Romam redux ita se gessit ut cum maximo centuriae consensu consul quinto ab omnibus crearetur cum T. Quinctio Crispino, a. 564., votivo templo Honoris ac Virtutis ædificato (*Id.* 27. 25., coll. *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 61). Ad exercitum profectus rursum cum Hannibale manus conseruit; sed quum ab insidiis minus cavisset, infelici marte dimicavit adeo ut apud Venusiam, quamvis fortiter pugnasset, mortem suo nomine dignam oppetiit (*Nep. Hann.* 5., *Liv.* 27. 26. et *Oros.* 4. *Hist.* 18) victorque ipse, tanti viri virtutem demiratus, inventum ejus corpus honorifice sepelivit (*Val. Max.* 1. 1. 9. et *alib.*, coll. *Liv.* 27. 28). *Auct.* vero *vir. ill.* 45. ait ossa Marcelli Romam remissa a prædonibus intercepta periisse (Cf. *Appian. Hannib.* 50). Ceterum circa Marcelli exitum non una est scriptorum sententia. « Ita fama variat, inquit *Liv. loc. cit.*, ut tamen plerique loci speculandi causa castris egressum omnes insidiis circumventum tradant ». — Porro Siculi in ejusdem honorem sollemne Marcellorum instituerunt (*Cic.* 2. *Verr.* 21. 51) colueruntque quasi deum, positis quoque ei publice monumentis sive in urbibus sive in templis, præsertim Syracusis, quæ *Marcellia* vocat *Symm.* 9. *ep.* 115. — *Marcellus* inscripta est etiam tragœdia prætextata (*Diomed. gramm. III.* 487). — In *Inscr.* apud *Momms. n.* 1984. Marcellus vocatur *ensis Romanorum*, qui, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 26. 25. (92), *XXXIX. prœlia* (falso *XX.* ap. *Ammian.* 25. 3. 13) commisit, immortale Romanorum decus. — De ejus nummis vd. *Cavedoni* in *Opusc. di Modena I.* 10. p. 330. *sqq.* et *Momms., Münzw.* 648. *n.* 303., coll. *Bernoulli, Röm. Ikonogr. I.* 29-31. — Plura de eo apud *Vellej.* 2. 38., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 7. 26., *Eutrop.* 3. 6. 12., 14. et 16., *Ampel.* 18., 21., 28., coll. *Appian. de reb. Sic.* 5. et *de B. Hann.* 27. et 50. — *c)* M. Claudius Marcellus, filius præcedentis, trib. mil. in patris cæsi exercitu ædem Honoris ac Virtutis ab eo votam dedicavit; dein trib. pl. et ædilis curulis fuit ac prætor Siciliam provinciam sortitus est; ann. autem U. C. 558. cos. creatus cum L. Furio Purpurione (*Liv.* 27. 20.; 31. 50.; 32. 7. et 33. 24., coll. *Nep. Hann.* 7). — Provinciam Liguriam administrans, quæ ei consuli decreta fuerat, cum Insubribus Comensibusque conflixit, de quibus triumphavit (*Liv. ibid.* 37. et *Fast. triumph.*). Simul pontifex, consularia comitia habuit in annum sequentem, quo legatus missus est in Africam ad lites dirimendas inter Carthaginienses et Masinissam, vel potius contra Hannibalem ob ejus fœdus cum Antiocho, quod tamen incertum est (*Liv. ibid.* 47. V. *Nissen: Krit. Unters.* 152). Postremo censor creatus est cum T. Quinctio Flaminino a. 565. et lustrum condidit XLVII (*Id.* 37. 58. et 38. 36. et *Fast. Capit.*); obiit autem a. 177. — De eo cf. etiam *Polyb.* 10. 32. et 18. 25., *Appian. Hann.* 50. et *Plut. Marc.* 2. et *alib.* — *d)* M. Claudius Marcellus, filius præcedentis, vir « summa virtute, potestate (*al.* pietate) ac gloria militari » (*Cic. Pis.* 19. 44). a. U. C. 577. pontifex, a. 588. trib. pl., a. 585. prætor Hispaniam sortitus et a. 558. cos. cum C. Sulpicio Gallo (*Fast. Capit.* et *Liv.* 45. 44), quorum primus Alpinos Gallos, alter Ligures subegit (*Liv. epit.* 46). Secundo cos. a. 599. cum P. Cornelio Scipione Nasica (*Fast. Capit.*) de Liguribus et Apuariis triumphavit (*Fast. triumph.* et *Corp.* 1. 539 = 11. 1339). Tertio cos. a. 602. cum L. Valerio Flacco Celtiberiæ populos tumultuantes sedavit (*Liv. epit.* 48., coll. *Appian. reb. Hisp.* 48-50. et *Strab.* 3. 141). Denique quum legatus ad Masinissam in Africam navigaret, procella exorta, submersus a. 606. « periit qui tamen ob virtutem gloria et laude vivit » (*Cic. Pis.* 19. 44). — Is, ut tradit *Ascon. Pis. p.* 11, sibi ac patri et avo statuis ad Honoris et Virtutis positis, decore subscripsit: III. MARCELLI NOVIES cos. (*sc.* ipse ter, pater semel, avus quinquies). — *e)* Post alios Claudios Marcellos, coss. a. 51., 50. et 49. a. Chr., floruerunt Marcelli Æsernini, seu ab opp. Æsernia in Samnio, inter quos — α) M. Claudius Marcellus, orator, Pollionis nepos (*Sueton. Aug.* 43), de quo *Senec.* in *exc. Controv. præf.* 4. « Marcellus, quamvis puer, jam tantæ indolis erat, ut Pollio ad illum pertinere successionem eloquentiæ suæ crederet ». — Ex *Tac.* 3. *Ann.* 11. et 11. *ibid.* 6. et 7., ubi dicitur « ad summa provectus », argui potest consulatum gessisse. Certe autem prætor peregrinorum fuit a. 19. p. Chr., ut in *Fragm. Fast.* edit. ab *Henzen* in *Scavi al bosco d. Arval. p.* 94., coll. *p.* 96., fortasse, ante quam consul suffectus esset. — β) Ti. Claudius Marinus Pacatianus, tyrannus sub Philippis a. 248. p. Chr., ut ex nummis ap. *Cohen, Med. Imp. T.* 4. *p.* 299. *sqq.* et *Millin, Mon. p.* 49.; unde statui potest non duos fuisse, *Marinum* alterum, alterum *Pacatianum*, ut eos *Eckhel* 7. *p.* 337. et *p.* 338-340. falso distinguit. Qua porro ætate, deducitur ab inscr. numm. ROMÆ AETERNAE *ANNO MILLesimo* ET PRIMO. Apud scriptores *Marinus* tantum dicitur (*Zosim.* 1. 20. et 21. et *Zonar.* 12. 19. Μαρῖνος); plenius vero in nummis IMP. TI. *CLaudius* MARinus (non *Marius* nec *Marcius*) PACATIANVS *Pius Felix* AVGustus (Cf. *Waddington - Le Bas* ad *n.* 2072). — γ) Claudius Marius Victor, rhetor et poeta Massiliensis, non ignobilis, qui « ad filii sui Etherii personam commentatus est in Genesim. - Quattuor versuum edidit libros christiano quidem et pio sensu sed utpote sæculari litteratura occupatus homo et nullius magisterio in divinis scripturis exercitatus, levioris ponderis sententiam figuravit ». Ita *Gennad. de script. eccl.* 60., a quo *Victorinus* simpliciter nuncupatur. Hoc autem poemate sibi proposuit Christianorum adulescentulorum institutionem, ut ipse canit: « Te, Deus alme precor - linguas nobis infunde disertas, Dum teneros formare animos et corda paramus Ad veræ virtutis iter ». — Porro hic cum altero *Victorino*, rhetore Africano, confundendus non est. Obiit post ann. a Chr. n. 460. — De operibus ejus vd. *Ind. auct.*

C) ALII CLAUDII ex diversa origine et condicione selecti et alphabetico ordine digesti, sc. — 1.º) Sine additis: — *a)* Claudius, qui « Annales Acilianos ex Græco in Latinum sermonem vertit, » ut ait *Liv.* 25. 39. et 35. 6., non confundendus cum *Claudio*, quem idem *Liv.* decies sine adjectis laudat, nempe *Q. Claudium Quadrigarium*, ut multis demonstrat, contra *Giesebrecht, Pluess* et *Momms.*, cl. *Peter* (*Hist. Rom. rell. I. p. CCLXXXVII. sq.*), annuente *H. Nissen*, quamvis hic ab illo alio sub respectu discrepet. — *b)* Claudius, historicus. *V.* Q. Claudius Quadrigarius. — *c)* Claudius, commentator. *V.* Ser. Claudius. — *d)* Claudius, auctor carminis *De Luna* in *Anth. Lat. n.* 556. *Meyer* (*n.* 723. *Riese*). — 2.º) Cum additis: — *a)* Claudius Agathemerus, medicus philosophus, Lacedæmonius, civitate Rom. donatus (*Sueton. Tib.* 6), quo usus est Persius (*Id. vit. Pers.*). De eo *Inscr.* Gr. (*Rein. p.* 610. *n.* 6), quam illustravit *Visconti* in *Iconogr. Gr. T.* 1. *p.* 374-376. ed. Med. — *b)* Claudius Eusthenius, historicus. *Vopisc. Car.* 17. — *c)* Claudius Flaccus, peritus rei musicæ, qui Terentii comœdias modulatus fuisse dicitur in singularum titulis. Sic in *Andria*: Modos fecit Flaccus Claudii filius. *Donat. præf. ad Ter Eun.* Modulante Flacco Claudio tibiis etc. — *d)* Claudius Galenus, medicus Græcus celeberrimus, Pergami (*Isid. chron. n.* 77) natus a. p. Chr. 131., cui tamen gentilicium nom. *Claudius* falso attributum demonstrat *Klebs* in *Prosopogr. I.* 874. *sq.* — Postquam rhetoricæ, mathematicæ, philosophiæ operam dedit, etiam medicinæ paterno jussu studuit, Smyrnam et Alexandriam petiit, unde Romam venit a. 162. Hic anatomicis sectionibus lectionibusque publicis et scriptis ab ipso editis famam sibi maximam comparavit; sed, urbe relicta, rediit in patriam, ubi *scholæ gladiatorum* addictus est ut medicus et chirurgus. Anno dein 169. Romam revocatus a Marco Aurelio et Lucio Vero, ibi triennio moratus est; mox tamen, pestilentia sæviente, Italia abscessit. Dein missus est Aquilejam; ubi imperatores versabantur et unde Romam paullo post reversus ibi diu mansit; videtur autem Pergami obiisse a. 201. — Magnus in medicina et in philosophia medicinæ, in dicendo perspicuus, in philosophicis vero proprie dictis dialecticæ expers, plurima opera composuit, ex quibus pleraque de argumento vario interierunt, multa tamen de variis medicinæ partibus supersunt, pluraque ex iis versa fuerunt in linguam Hebraicam, Arabicam et Latinam. Celebris est Latina interpretatio *lib.* 2. *de therap. ad Glauconem* (τὰ πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικά), dict. quoque *Galenus de febribus* v. *de curatione febrium*; tum opus *de organis humani corporis* (περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων); tum etiam illud de *arte medica* (τέχνη ἰατρική), in scholis medii ævi usitatissimum, « Microthecnum » vocitatum. — De libris ejus spuriis consulas *Rose, Anecd. gr. II. p.* 110-114. Cf. *p.* 120-125. — De eo vd. *Ackermann, Hist. litt. Galen.* apud *Kuhn* ed. *p. XVIII. sq.*; *Pass, Cl. Galen. vit.* etc.; *Ilberg, Rhein. Mus. t.* 51. 2. *f.*; *Prantl, Gesch. d. Log. I.* 559. *sq.* et *Croiset, L. Gr. V. p.* 715-726. — *e)* Claudius Mamertinus, qui *junior* dicitur, respectu habito ad alterum, oratorem, natione Gallum, qui floruit sub Maximiano Herculeo a. p. Chr. 288., virum magnæ auctoritatis, cujus exstant duæ panegyricæ ad principes orationes. — Hunc Julianus imp. tanti habuit ut et comitem largitionum in aula sua (*Ammian.* 21. 8. 1) et præfectum præt. in Illyrico et Italia (*Id. ibid.* 12. 25. et 22. 3. 1., coll. *Symm.* 10. *ep.* 60) et consulem crearet cum Ti. Nevita a. 362 (Cf. *Ammian.* 21. 10. 8. et 22. 3. 1. et *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2345. et *De-Rossi, Inscr. Chr. I. n.* 151-156), de qua dignitate gratias egit panegyrica oratione, quæ decima est in collectione adornata a *Jäger* et *Migne P. L. XVIII. p.* 409-430 (Cf. *Hermes IV. p.* 152), non tamen sine vitiis ætatis suæ et barbariæ linguæ. — Innumeræ sunt ejus constitutiones in *Cod. Theod.*, quibus annis (361-368) præfecturam gessit. — *f)* Claudius Polybius, libertus Claudii imp., qui in tantam potentiam ac superbiam venit ut sæpe inter duos consulares ambulans cerneretur, teste *Sueton. Claud.* 28. — Ad eum *Senec.* lib. *de consolatione* scripsit, ubi Claudium solatur de morte fratris simulque ad studia impellit immortalitatem

ei pollicitus (verterat enim hic prosa oratione Latina Homerum et Græca Virgilium) et ad fabulas componendas hortatur (*Cons. ad Polyb.* 21. et 30) ubi scribit: « Non audeo te usque eo perducere ut fabellas quoque et Æsopeos logos, intentatum Romanis ingeniis opus, solita tibi venustate connectas »: locus quidem difficilis, de quo alii alia conjiciunt; sed fortasse Phædrum (Cf. PHÆDRUS) ab æqualibus neglectum, ignoravit Seneca, quem serius *Martialis* 5. 20. et *Avienus præf. ad fab.* primi commemorant. Viderint eruditi. — g) Claudius Polyclitus. *V.* POLYCLITUS. — h) Claudius Ptolemæus, astronomus et geographus celeberrimus, non Alexandriæ, ut quidam putant, sed Ptolemaide in Ægypto natus, medio fere sæc. II. p. Chr. sub Antoninis; floruit tamen vixitque Alexandriæ, confusus a *Serv.* ad *Virg.* 3. *Ecl.* 41. et 3. *Æn.* 284. et *alib.* et *Isid.* 3. *Orig.* 26. cum Ptolemæo, rege Ægypti. — Præcipue ejus opera sunt: 1.° *Expositio geogr.* (Γεωγραφικὴ ὑφήγησις), VIII. libr. complectens, de regionibus populisque tunc cognitis; 2.° *Compendium astronomiæ* (Σύνταξις τῆς ἀστρονομίας, dict. μεγίστη) quod XIII. libr. constat, ab Arabibus sæc. IX. in suum sermonem *Almagesti* (Arab. *Tabrir al-magasthi*) titulo versum, ubi auctor, Hipparchum secutus, centrum sidereum Terram esse docet, circa quam stantem sol ac planetæ volvuntur; 3.° *Canon regum* (Κανὼν βασιλέων), series nempe principum ad LV. regna pertinentium, a Nabonassare usque ad Antoninum Pium, magnam partem ex tabulis geogr. (*cartografia*) Marini Tyrii desumpta. — De eo vd. *Delambre* in *Biogr. univ. (Michaud) t.* 36. *p.* 263. *sq.* et *Vidal de La Blache, Les voies* etc. *Geogr. de Ptol.* Paris 1896. in *Compt. rend. de l'Acad. d. Sc. et Lett.* 6. Nov. 1897. — i) Claudius Rutilius Namatianus (Cod. Bob. 1491), vulgo *Rutilius Namatianus* tantum, in Gallia, fortasse Tolosæ, natus (*Itin.* 1. 20), magister officiorum et præfectus Urbi (*Ibid.* 1. 157-160). — Poematium, *Itinerarium* v. *de reditu suo* inscriptum, composuit, a. 416. p. Chr., metro elegiaco, a portu Ostiæ in Galliam, maritimum, ubi se liberaliter eruditum optimisque poetarum exemplis innutritum probat, simul et ardentem ethnicum, Romæ antiquæ Romanarumque superstitionum studiosissimum acerrimumque cum Judaicæ tum Christianæ religionis et monachorum osorem. — De scribendi ratione ita *Forcellin.* noster: « Poeticum ingenii sui monumentum reliquit, quod *Itinerarium* inscribitur, stilo valde probabili, nitido et eleganti. Floruit anno a Chr. n. CCCCXVII., Honorio imperante, quo dignior admiratione est, linguæ et liberalium artium cultura jam prope ad ferream et luteam ætatem accedente ». Opus tamen integrum ætatem non tulit; primi enim deest pars quædam, ex duobus libris, quibus constat, secundi vero longe major, sc. 68. versus tantum supersunt. — l) Claudius Saturninus, qui *de Coronis* scripsit, teste *Tertull. Cor.* 7. « Plura quærentibus omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia commentator Claudius Saturninus. Nam est illius de Coronis liber et origines et causas et species et solemnitates earum ita edisserens ut nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, nullum cespitem aut palmitem non alicujus capiti invenias consecratum ». — m) Claudius Saturninus, alter, JCtus incertæ ætatis, qui scripsit librum *De pœnis paganorum*, citatum in *Dig.* 38. 19. 16., *Venulejo Saturnino* olim perperam adjudicatum. — n) Claudius Theon, historicus Græcus, de quo *Hieronym. præf.* in *Dan.*: « Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est, Suctorii (*al.* Sutorii) videlicet, Callinici, Diodori, Hieronymi, Polybii, Posidonii, Claudii Theonis et Andronici, cognomento Alipii, quos et Porphyrius se esse secutum dicit ». — Hæc tamen historia ad nos usque non pervenit neque ullum operis fragmentum, ut monet *Müller, Hist. Græc. fragm. T.* 4. *p.* 364. — o) Claudius Tryphoninus, JCtus sub Septimio Severo et Caracallo, qui libros XXI. Disputationum et Notas in Digestorum libros Cervidii Scævolæ scripsit, quorum nunc tantum fragmenta exstant in *Digestis*, ubi solo cognomine vel nomine vocatur, plenius tamen 26. 7. 58. — Fortasse fuit etiam præfectus Syriæ sub imp. Antonino a. 213., ut arguitur ex *Cod.* 1. 9. 1. — p) Cn. Claudius Severus, cos. a. 146. p. Chr. cum Sex. Erucio Claro (*Inscr.* ap. *Orell. n.* 2456), magister Aurelii Antonini imp., quem philosophiam peripateticam docuit (*Capitolin. M. Aur.* 3), ejusque consocer, vir amplissimus (*Front.* 1. *ad Amic.* 3., coll. *Dion.* 79. 5). — q) M. Claudius, Gothicus cognomento, vulgo *Claudius Gothicus*, ne cum Claudio imp. ex stirpe Cæsarum confunderetur, vel etiam *Claudius II.*, sed plenius in nummis ac titulis *M. Aurelius Claudius*, sæpius *M. Claudius* vel *Claudius* tantum, post mortem vero *Claudius Gothicus* (V. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1026) et etiam *Flavius Claudius* ap. *Vopisc. Aurel.* 17. et *Trebell.* in *vit.* 7. ac semel *Valerius*, ita ut plenissime dictus videatur *M. Aurelius Flavius Valerius Claudius*, cognomento *Gothicus*. — Ortus a Dardania vel Illyrico (*Trebell.* in *vit.* 14) et a Gordiano prognatus, ut plerique censent, ob virtutem bellicam summos honores adeptus est; primum namque sub Decio tribunus mil. fuit (*Trebell. ibid.* 16); dein sub Valeriano dux totius Illyrici (*ibid.* 14-18) et a successoribus plurimi habitus, cæsoque Gallieno imp., ipse ab universo exercitu imperator est salutatus a. 268., senatu ac populo post consentiente (*Eutr.* 9. 11. et *Oros.* 7. *Hist.* 23), et anno insequenti cos. cum Paterno processit. Nec communem exspectationem fefellit; nam et disciplinam ubique restituit et hostes imperio minitantes compescuit, uti accidit Alamannis, quos irrumpentes repressit ad lacum Benacum cruentaque cæde delevit (*Vict. epit.* 34). Dein Gothos fere innumeros, qui Macedoniam et Illyricum vastaverant, terra marique aggressus ter profligavit (*Eutr.* 9. 11., *Eumen. paneg. Const. M.* 2. et *Trebell.* in *vit.* 6-12). Quapropter cognomina *Germanici* et *Gothici* sibi promeruit, quæ in ejus nummis ac titulis leguntur. Sed post biennium, sc. a. 270., peste affectus Sirmii (*Mitrovitza*) decessit (*Trebell. ibid.* 12), vir modestus ac justi tenax reique publicæ administrandæ perquam idoneus. — In curia clipeus aureus et in Capitolio statua aurea ei posita appellatusque est *Divus*. — De eo consulendi *Lamprid. Heliog.* 35., *Ammian.* 31. 5. 17., *Ps. Vict. de Cæs.* 34., *Hieronym. chron.* ad a. 2284. et 2285., coll. *Zosim.* 1. 41-46. et *Zonar.* 12. 26.; tum etiam tituli ap. *Orelli n.* 1020-1025. et nummi ap. *Eckhel*, 7. *p.* 474. — r) M. Claudius Quintilus, dictus *Quintilus* tantum *Trebell. Claud.* 15., in nummis vario nominatus ap. *Eckhel, p.* 477., frater Claudii Gothici et, hoc mortuo, a militibus imperator electus « vir unicæ moderationis et civilitatis » æquandus fratri vel præferendus (*Eutr.* 9. 12) et a senatu Augustus appellatus (*Corp.* 8. 22598). Sed post dies XVII. ob quandam severitatem invisus militibus, Aquilejæ interemptus est (*Aur. Vict. epit.* 34. et *Prosp. chron.* a. 270). Alii tamen tradunt eum aliquot menses regnasse, quod rectius videtur (*Zosim.* 1. 47); at quum se vidisset a militibus desertum, sibi venas exsolvisse (*Vopisc. Aur.* 37). — s) M. Claudius Sacerdos. *V.* SACERDOS. — t) M. Claudius Tacitus, natus Interamnæ, ex genere Taciti historici, ut ipse ajebat (*Vopisc. Tac.* 10), a. 200., in nummis et inscriptt., ubi aliquando *Clodius* dicitur, apud scriptores plerumque absolute *Tacitus*, sed falso *Aurelius*, successor Aureliani imp., a senatu electus a. 275. p. Chr., senex ætate morumque integritate conspicuus (*Vopisc. Tac.* 1-8. et 10), qui « sententiis suis rem publicam - adjuvit » (*Id. ibid.* 7). — Primum cos. fuit a. 275. cum Julio Placidiano (*Momms. chron. min. I.* 60. etc. et *Corp.* 8. 18844) iterumque anno insequenti cum Æmiliano (*Inscr.* ap. *Orelli n.* 4980 = *Corp.* 12. 5563. *Dessau* 591). — Breve vitæ spatium, quo vixit, illustravit bello feliciter gesto contra Gothos (*Vopisc. ibid.* 13); unde titulis honorificis insignitus traditur, dictusque præter quam *Imp. Cæs. M. Claudius Tacitus plus felix invictus Aug.* passim in inscr. et nummis, *Gothicus maximus* (*Corp.* 12. 5562. = *Dessau* 591), *Mars victor* (*Cohen* 55-58), *veræ libertatis auctor* (*Corp.* 12. 5563. = *Dessau* 591), *pacator orbis* (*Corp.* 8. 10072. et *Ephem. epigr.* 7. 612., 613. = *C.* 10089. = *Dessau* 590), *restitutor orbis* (*Cohen* 180. *sq.*), *restitutor reipublicæ* (*Cohen* 107). — Obiit post sex tantum menses, a. 275., Tarsi v. Thyanis in Cappadocia. — De eo plura disces ap. *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz.* I.[2] Gotha 1883.; *Sadée, De imper. Rom. III. p. Chr. sæc., Diss.* Bonn. 1891. 48-57; *Bernoulli, Röm. Ikonogr. II.* 3 (1894) 186. *sq.*; *Brunner* in *Büdingers Unters. z. röm. Kaisergesch. II.* 77-87.; *Stein, PW.* 3. 2872-2881.; ex *Inscr. Lat. sel.* ap. *Dessau, I.* 588-591. et ex nummis ap. *Eckhel* 7. *p.* 496-498. et *Cohen VI.*[2] 219-239. — u) Ser. Claudius, qui et *Ser. Clodius* a plerisque nuncupatur, *Clodius*, absolute, a *Gell.* 3. 3. *init.*, distinguendus a *Clodio Tusco*, ut recte monet cl. *Peter, Hist. Rom. reli. p. CCCIII.* — Fuit eques Romanus, grammaticus non ignobilis, quem *Cic.* 9. *Fam.* 16. laudat utpote litteratissimum tritasque habentem « aures notandis generibus poetarum et consuetudine legendi ». *et Sueton. gramm.* 2. « multi ac varii et in doctrina et in re publica usus » dicit. Adde *Varron.* 7. *L. L.* 66., 70. et 106. et *Gell. loc. cit.*, qui Claudii *Indices* super fabulis Plautinis memorat. *et* 13. 23. 19. ejus *commentarios*. — Is moriens ca. a. 11. C. 693. libros suos Ciceroni reliquit (*Cic.* 1. *Att.* 20. et 2. *ibid.* 1). — v) Ti. Claudius Atticus (Herodes), Marathonius, nobilissimo genere, fort. Æacidarum, ortus, civis Rom., *Atticus* simpliciter dictus a Græcis, filius (Ti. Claudii) Hipparchi (*Philostr. vit. soph. II.* 1. p. 56), ditissimus thesauro in sua domo invento (ἐν μιᾷ τῶν οἰκιῶν, ἃς πρὸς τῷ θεάτρῳ ἐκέκτητο: *Philostr. loc. cit. p.* 56), de cujus usu ab eo interrogatus Nerva imp. respondit: χρῶ οἷς εὕρηκας. Porro inopinis divitiis tam bene usus est, sive in amicis adjuvandis sive in patria aliisque Asiæ civitatibus, quibus procos. præerat (Cf. *Waddington, Fast. d. prov. Asiat.* 126), vel instaurandis vel ornandis, ut summam liberalitatis ac splendoris laudem fuerit assecutus; unde *Juvenal.* 11. 1. « Atticus eximie si cenat, lautus habetur » (Cf. *Borghesi, Œuvr. V.* 533). — Fuit bis consul, ut refert *Philostr. loc. cit. p.* 55 (δωύπατος), sed quo tempore, non constat, fortasse primum ante a. 106., quum hoc anno *consularis* dicatur *Euseb. H. E.* 3. 32., secundum post a. 109. aliis tamen aliter sentientibus (*Groag.*). — z) Ti. Claudius Atticus Herodes, sæpius appellatus vel *Atticus* aut *Herodes* absolute, vel etiam *Herodes Julius* (Cf. *Borghesi, Œuvr.* 1. 3. *p.* 499. *sq.*), aliquando cum præcedenti confusus, cujus filius fuit (*Dittenberger Herm. XIII.* 67. *sqq.*). - Athenis natus, sophista, a Favorino et Polemone eruditus, plurium magister, ut Aristoclis, Onomarchi, Pausaniæ, Hadriani, qui ei in schola successit, aliorumque (*Philostr. vit. soph.* 2. 1), vir, ut pater, opulentissimus æque ac munificentissimus. — Romam venit ubi Græcam eloquentiam docuit Antonini Pii filios adoptivos, M. Aurelium et L. Verum (*Capitolin. Ant.* 2. et *Ver.* 2); quocirca consul ab eo creatus est cum Bellicio Torquato a. 143. p. Chr. — Duas uxores duxit, quarum prior, *Appia Annia Rogilla*, soror erat Appii Annii Bradusæ cos. a. 160 (*Inscr. Gr.* Athenis reperta a. 1860. et *alia* biling. apud *Visconti*), quattuor filiorum mater; quam demortuam divinis honoribus et simulacro titulisque decoravit; altera vero *Vibullia Alcia*, ex qua filium suscepit *Ti. Claudium Atticum Herodianum*. — Inter ea, quæ liberaliter gessit, recensendum est etiam *Odeum*, quod Athenis ædificavit, teste *Philostr. loc. cit.* 5. et 8. et *Paus.* 7. 20. Nec minus excellere visus est in litterarum palæstra; plura enim scripsit, in quibus elucet magna ingenii vis mentisque acies (*Suid.*), videlicet ephemerides, epistolas, orationes aliaque, quorum nunc tantum aliquot habemus fragmenta. — Decessit Marathone tabe consumptus a. 188. (*Visconti opp. var. I.* 1. *p.* 350), ubi ex ejus mandato sepeliendus erat; sed Athenienses honoris causa in stadio Panathenaico tumularunt hoc epitaphio, quod latine ita sonat: « Herodem Maratho genuit, pater Atticus, ossa Hic tumulus condit, gloria non moritur » (*Philostr. loc. cit.*). — g) Ti. Claudius Balbillus, simpliciter

Balbillus apud scriptores, præfectus Ægypti sub Nerone a. 55., laudatus *Tac.* 13. *Ann.* 22., ubi *C. Balbillus* scribitur, sed præn. *C.* mutandum est in *Ti.*, ut habent tituli Græci in *Corp. I. Gr. n.* 4699., 4730. et 4957. *Senec.* 4. *Nat.* 2. 13. Balbillus, virorum optimus profectusque in omni litterarum genere rarissimi auctor est, cum ipse præfectus obtineret Ægyptum. *Plin.* item eum memorat in *proœm. lib.* 19. *H. N.* — Fortasse unus idemque est ac *Ti. Claudius Balbillus*, ἐπίτροπος Καίσαρος, *i. e.* procurator Augusti (*Inscr. Bull. Hell. III.* 1879. 160). De eo cf. *Teuffel-Schwabe, L. G. II.* 291. 6. — x) Ti. Claudius Candidus, vir celeberrimus, a *Dion.* 75. 2. simpliciter *Candidus* appellatus, cujus elogium legitur in basi marmorea Tarracone adhuc exstanti (V. *Corp.* 2. 4114. = *Dessau* 1140), quam illustravit *Henzen* in *Rhein. Jahrb. XII.* 1848. — Fuit præpositus copiarum in bello secundo contra Marcomannos sub M. Aurelio imp. a. 177- 180.; dein sub Septimio Severo a. 194. dux exercitus Illyrici missus contra Pescennium Nigrum, quem inter Nicæam et Cium profligavit (*Dio* 74. 6. et 75. 2), postea a Nisibi cum Læto et Laterano contra Arabas, Adiabenos et Parthos a. 195-196 (*Id. ibid.*); mox vero revocatus præfuit expeditioni Galliæ contra Clodium Albinum a. 196-197 (*V.* CLODIUS). Cf. *Ceuleneer, Essai sur la vie et le regn. de Sept. Sev.* 1880. *p.* 102. — Fuit quoque *procurator hereditatium* per Gallias Lugdunensem et Belgicam et utramque Germaniam, *adlectus* inter prætorios, item tribunicios, *curator* civitatis Teanensium, *legatus pro prætore* provinciæ Asiæ, *logista* civitatis splendidissimæ Nicomediensium, item Ephesiorum (*Inscr. supra cit.*), fort. etiam *consul* (suffectus) et *leg. Augustorum* a. 198., *pr. pr. provinciæ Hispaniæ cit.* et in ea *dux terra marique adversus rebelles hostes publicos* (Cf. *Domaszewski, Corresp. Bl. d. Westd. Ztschr. XI.* 1892. *p.* 281. et *XII.* 1893. *p.* 37), *XVvir sacris faciundis* (Cf. *Corp.* 3. 6752. cum adnot. *Momms.*). — aa) Ti. Claudius Donatus, grammaticus, non confundendus cum *Ælio Donato*, Terentii commentatore, et *Prisciani* ac *Servii* ætate antiquiore, quippe qui illum citent *Donati* nomine dumtaxat, ita ut haud facile aliquando distinguatur, utrum Ælium, an Claudium intelligant; *Suringar* tamen (*Schol. Lat. p.* 2. *p.* 31) aliique posteriores unum eundemque arbitrantur (V. *Keil, Gr. vett. p.* 61). — Scripsit *vitam Virgilii*, ab *Heyne* accurate recognitam et illustratam, et *Commentarios libros in Æneidem*, quos filio suo Ti. Claudio Mamo Donato (*al.* Donatiano) dicavit, unde patet familiæ hujus nomen gentilicium. Cf. ÆLIUS. — bb) Ti. Claudius Herodianus. *V.* HERODIANUS. — cc) Ti. Claudius Pompejanus, vel *Pompejanus* tantum, genere Antiochensis, cos. suffectus, ante a. 167. p. Chr., quo consularis jam erat (*Herodian.* 1. 2), et a. 169. aliam uxorem duxit grandævus, Lucillam Augustam, viduam M. Veri imp. (*Id.* 1. 6. 4 [κατ' ἐπιγαμίαν]. 8. 3). Sub M. Aurelio legatus cum Pertinace a. 172. Cattis bellum intulit deque iis illustrem victoriam obtinuit (*Capitolin. Pert.* 2., coll. *Dion.* 71. 3). Porro an. sequenti iterum consul creatus est cum Cn. Claudio Severo; deinde dux fuit exercitus cum M. Aurelio imp. in omnibus expeditionibus contra Marcomannos, Quados et Sarmatas. Illo autem mortuo a. 180. successit Commodus, ejus filius, qui tantum virum honore prosecutus est. Sed quum Lucilla in Commodum cum Quintiano senatore, hujus filio, conjurasset, clam ab eo (*Herodian.* 1. 8., coll. *Dion.* 72. 4) ipse recessit Tarracinam, nec, nisi Commodo occiso, Romam rediit; oblatum vero imperium a Pertinace primum, dein a Septimio Severo recusavit (*Capitolin. Pertin.* 4. et *Spartian. Did.* 6). — Alia de eo colligas ex epistolis M. Aurelii et Faustinæ apud *Vulcat.* in *Avid. Cass.* 10. et 11.

¶ 2. In titulis, nomen ubique frequens, etiam in provinciis orientalibus (*Corp.* 3); frequentissimum in Italia (in primis *Corp.* 6. et 10), exceptis Etruria et Umbria (*Corp.* 11), ubi *Clodius* fere prævalet; prænomen longe frequentissimum ætate imperatoria est *Ti.*; multo rariora *M.*, *C.*, *T. Corp.* 5. 4890 (*in Sabin.*); 10. 7640 (*in Sardin.*); 6. 8245.; 9. 2713 (*Æsernia*) etc. — Cogn. et nom. sing. *Corp.* 6. 2771., 20989. etc. — *Claudia*, nom. et cogn. mul. *Corp.* 6. 1892. 8866. etc.; unde *Claudilla* demin. *Corp.* 3. 4330. — Apud scriptores memorantur: — a) Absolute: Claudia, filia, ut videtur, P. Claudii Pulcri; cos. a. U. C. 505 = 249 a. Chr., Appii Cæci neptis, dicta etiam *Claudia Quinta* v. *Quinta Claudia*, v. abs. *Claudia* ap. *Ovid. loc. cit.*, virgo Vestalis, quæ accusata de incestu, omnibus innocentiæ suæ fidem factura, dicitur cingulo suo in siccam ripam traxisse navigium sacrum Magnæ Matri repente in alveo Tiberis detentum et immobile. *Auct. ill. vir.* 26. 84., *Ovid.* 4. *Fast.* 2. 144., coll. *Prudent perist.* 2. 25. « Ædemque, Laurenti, tuam Vestalis intrat Claudia ». — Hoc factum, quod fabulosum esse nemo non videt, repræsentatur in anaglypho litterato apud *Maffei, Mus. Ver.* 254. 4. et in nummo Faustinæ apud *Eckhel*, 7. *p.* 41. — Fortasse fuit Romæ culta tamquam dea, *Navisalvia* cognomine, nisi est ipsa navis ita vocata. Ceterum statua procul dubio ei in vestibulo templi Matris deum posita est honoris causa (*Val. Max.* 1. 8. 11. et *Corp.* 6. 492), bis in incendio ædis incolumis servata (*Tac.* 4. *Ann.* 64. Cf. *Preller-Jordan, R. M. II.* 58). — Claudia, virgo Vestalis, Appii Pulcri cos. filia, quæ patrem (*al.* fratrem) de Salassis triumphantem, invita plebe, complexa, ab inimico tribuno de curru detrahi non est passa (*Cic. Cæl.* 14. 34. et fusius *Val. Max.* 5. 4. 6). — Claudia, filia P. Claudii tribuni ex Fulvia, M. Antonii triumviri privigna, vix dum nubilis uxor data Augusto, qui mox intactam dimisit (*Sueton. Aug.* 62.: Κλῳδία ap. *Plut. Ant.* 20). — Claudia, uxor *Statii* poetæ, cujus exstat ad eam carmen quintum libri III. *Silvarum*, de quo et idem *Stat. præf.* ad *l. I.* — Claudia, filia Claudii Crispi, fratris Claudii Gothici imp., quæ nupsit Eutropio, mater Constantii Cæsaris, quem patrem habuit Constantinus M. (*Trebell. Claud.* 13). — Claudia, soror *Sulpicii Severi*, cujus duæ habentur ad eam epistolæ: *De ultimo judicio* et *De virginitate*, rerum varietate et copia ac pio sensu præditæ. — b) Cum additis: Claudia Augusta, filia Neronis imp. ex Poppæa, nata Antii et statim *Augusta* appellata sed quartum intra mensem defuncta, Nerone ut lætitiæ in partu, sic in morte mæroris immodico, teste *Tac.* 15. *Ann.* 23. cum *Sueton. Ner.* 35., quem « adulationes censentium honorem *divæ* et pulvinar ædemque et sacerdotem » levarunt (*Tac. loc. cit.*). V. etiam *Eckhel*, 6. *p.* 287. — Claudia Marcella *major*, Claudii Marcelli, cos. a. 50. p. Chr., et Octaviæ, Augusti sororis, filia: et *minor* hujus soror, uxor M. Vipsanii Agrippæ. *Sueton. Aug.* 63., ubi plur. *Marcellarum* nomine significantur. — Claudia Marcellina, filia vel soror Claudii Marcellini senatoris, qui a. 100. in senatu reum defendit (*Plin.* 2. *ep.* 15) et uxor L. Bellicii Sollertis, cos. suffecti, fort. sub Trajano. — Claudia Prisca, laudata ob apophthegmatum sapientiam, teste *Plut.* in *conj. præc.* 48.; sed a nullo Latinorum, quantum scio, memorata. — Claudia Quinta. *V.* Claudia sub *a.* — Claudia Tertia, soror P. Clodii, famosi tribuni, cum duabus aliis (*Cic.* 1. *Fam.* 9., coll. *Plut. Cic.* 29. Aliter *Varr.* 3. *R. R.* 16. 2), ex quibus *Claudia major* seu *Clodia Quadrantaria* a patre vivo collocata, minor a fratre data Lucullo, *Tertia* vero (non *Terentia*, ut male legerat *Borghesi*) nupta est Q. Marcio Regi. — Derivata:

Claudius, a, um, adj. ad Claudiam gentem vel ad aliquem Claudium pertinens. *Virg.* 7. *Æn.* 708. Clausus - Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens Per Latium. Adde *Oct.* 584. *Liv.* 6. 40. familia. *Horat.* 4. *Od.* 4. 73. manus. *h. e.* copiæ Claudii Neronis, qui Hasdrubalem occidit, aliorumque ejusdem familiæ. — Speciatim — a) *Claudia Ala*, ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6519 (Cf. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 281), distinguenda ab *Ala Claudia Nova* in *Corp.* 3. 2065., 2712.; 6. 3517.; 5. 898 (*Aquilejæ*) et *Not. Dign. or.* 38. — b) *Claudia aqua* (Κλαυδίεια), duplex: — α) Una dicta ab Appio Claudio Cæco censore. *Liv. epit.* 9. Appius Claudius censor aquam Claudiam perduxit. Adde *Pomp. dig.* 1. 2. 2. 36., *Eutr.* 2. 9. 3. et *Hieronym. chron.* a. Abr. 1693 (Cf. *Jordan, Top. I.* 1. *p.* 462). — β) Altera a Claudio imp. *Frontin.* 5. *aq.* 13. *sq.* Quod opus (*i. e.* duos ductus a Caligula inchoatos) Claudius magnificentissime consummavit - kalendis Augustis (a. 52.: cf. *Corp.* 6. 1256). Altori nomen - Claudiæ datum. Hæc bonitatis proxima est Marciæ. Claudia concipitur via Sublacensi ad miliarium tricesimum octavum deverticulo sinistrorsus intra passus trecentos ex fontibus duobus amplissimis et speciosis, Cæruleo - et Curtio. Accipit et eum fontem, qui vocatur Albudinus - Augustæ fons - in Claudiam derivatus est etc. *Sueton. Claud.* 20. Claudiæ aquæ gelidos et uberes fontes - lapideo opere in urbem perduxit. *Cassiod.* 7. *Var.* 6. 4. Claudiam aquam per tantam fastigii molem sic ad Aventini caput esse perductam, ut cum ibi ex alto lapsa ceciderit, cacumen illud excelsum quasi imam vallem irrigare videatur. *V.* integr. loc. Adde *Ps. Aur. Vict. epit.* 4. 5., *Pol. Silv. chron.* 1. *p.* 545. et 546., *Carios. urb. reg. p.* 24. 1. *Corp.* 6. 31963 (a. 365). CASTELLVM AQVAE CLAVDIAE *in regione prima* — c) *Claudia charta*, cognominata a Claudio imp., successit Augustæ, quæ nimia tenuitate litteras transmittebat, ut scribit *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 24. (80). — d) *Claudia cohors*, memorata in *Not. Dig. or.* 35. — e) *Claudia (Claudium) colonia*, sc. cogn. coloniarum (vel municipiorum) ab imp. Claudio vel Nerone datum locis, quæ secuntur (cognomen, non tribum, intelligendum esse videtur: *Reisch*). — Cl. Æquum: *Corp.* 3. 1323. — Cl. Aguontum (*in Norico*, hod. *Lienz*): *Corp.* 5. 508. — Cl. Apamea ex Syria: hod. *Kala'at-el Mudik*, in *Inscr. Rev. arch.* 4. *s. VIII.* 1906. *p.* 470. — Cl. Ara Agrippinensis (hod. *Köln*): *Corp.* 6. 3298. — Cl. Celeja: *Corp.* 3. 15205[3]. — Cl. Juvavum (hod. *Salzburg*): *Corp.* 6. 3588. — Cl. Lugudunum (*Lugdunum*), hod. *Lyon*: *Corp.* 12. 1782. — Cl. Narbo (hod. *Narbonne*): *Corp.* 13. 969. — Cl. Ptolemais, *in Palæstina* (hod. *S. Gio. d'Acri*): *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). — Cl. Puteoli (hod. *Pozzuoli*): *Corp.* 10. 5369. — Cl. Savaria, *in Pannon. sup.* (hod. *Szombathely*): *Corp.* 6. 3287. — Cl. Teanum *Sidicinum* (hod. *Teano*): *Corp.* 10. 4781. — Cl. Thessalonica (hod. *Saloniki*): *Corp.* 6. 2679. — Cl. Virunum (*Verunum*) in Norico: (hod. *Mariasaal*): *Corp.* 6. 3225. — f) *Claudia legio* (Cf. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 281. *sqq.*). — α) legio VII. Claudia pia fidelis (Claud. p. f.). *Corp.* 14. 2957. — β) legio XI. Claudia pia fidelis (Cl. pia fid.): *Corp.* 5. 8375. (C. p. f.) *Corp.* 14. 3599. — g) *Claudia lex*: sc. — α) de senatoribus, lata a Q. Claudio, trib. pl. a. U. C. 536., « ut ne quis senator cuive senator pater fuisset, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet » (*Liv.* 21. 63., coll. *Sueton. Domit.* 9., ubi *Clodia* dicitur). — β) de sociis, lata a C. Claudio cos. a. U. C. 577., ob querelas sociorum nominis Latini (*Liv.* 41. 8. et 9). — γ) nummaria, de victoriatis Romæ cudendis (*Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13 [46]., ubi quidam leg. *Clodia*, quare latam putant a Clodio trib. pl. a. U. C. 696. v. cos. a. 514. Cf. *Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3) lata a M. Claudio Marcello, Æsernini patre (V. *Borghesi, Decad. num.* 16. *Oss.* 4). — δ) de senatu cooptando Halesinorum, lata a Claudio Pulcro, præt. a. U. C. 659 (*Cic.* 4. *Verr.* 49. 129). — ε) de fenore, lata a Claudio Cæsare a. U. C. 800 = 46., ne creditores in mortem parentum pecunias filiis familiarum fenori darent (*Tac.* 11. *Ann.* 13). — ζ) de tutela feminarum, lata ab eod. Claudio imp. (*Cajus* 1. *inst.* 157. et 171., coll. *Cod. Theod.* 3. 17. 2). — h) *Claudia porticus*, memorata *Martial. spect.* 2., fortasse eadem ac *Livia* — i) Claudia præfectura Foroclodi: *Corp.* 11. 3310. et *Not. degli scavi* 1889. *p.* 8. *V.* FORUM CLODII. — l) *Claudia tribus*, una e rusticis, dicta a Claudia gente, inde a tempore Appii Claudii, qui Regillis Romam venit cum magna clientum manu sibique assignatum habuit agrum publicum trans Anienem, inter suos dividendum, unde tribui nomen Claudiæ obvenit. *Liv.* 2. 16., *Virg.* (et *Serv.*) 7. *Æn.* 708., coll. *Dion.* 5. 4. 5. — Plurima autem municipia v. oppida aut coloniæ huic tribui adscripta sunt,

ut Aceium, Æquiculi, Albona, Auximum, Barium, Concordia, Cremona, Luceria, Misenum, Novaria, Tarentum, Tarvisium, Thessalonica etc. — m) *Claudia via*, quæ et *Clodia* — α) *Una* appellata fortasse ab Ap. Claudio Pulcro, cens. a. U. C. 703., quæ incipiebat a Ponte Milvio ad III. circiter miliarium ab Urbe, ubi dividebatur a Flaminia. Cf. *Ovid*. 1. *Pont*. 8. 44 (ubi al. leg. *Clodia*), coll. 1. *Trist*. 17. 37., ducebatque Carejas, Forum Claudii, Bleram, Senas et Lucam (Cf. *Nibby, dint. di Roma III. p*. 572); ad VI. mil. dividebatur ab Annia et post XI. a Cassia. — β) Altera, *Claudia Augusta*, ab Altino ad Danuvium ducta, cujus ramus a Tridento per Veronam ad Padum videtur productus, dicta a Claudio imp., qui eam stravit a. U. C. 800 = 47. p. Chr., secundum quod derivaverat Drusus, ejus pater, qui primus Alpibus bello patefactis aperuerat (*Corp*. 5. 8002 [a. 47]., coll. 8003). — γ) Tertia, *Claudia nova* a Foruli ad confluentes Aternum et Tirinum, quam imp. Claudius sternendam curavit (*Corp*. 9. 5959 [a. 47]., 3384., 3385). — δ) Quarta *Claudia Valeria*, a Corfennia usque ad ostia Aterni ab imp. Claudio munita a. U. C. 801 = 48. — n) *Claudius mons* in Pannonia, ap. *Vellej*. 2. 112. 3. *Plin*. 3. *Hist. nat*. 25. 28. (148). Mons Claudius, cujus in fronte Scordisci, in tergo Taurisci. — o) *Claudius portus*, qui et Ostiensis (*Sueton. Claud*. 20). et *Augusti* portus (*Schol. Juv*. 12. 76., coll. *Dion*. 75. 16). — Subst. *Claudium*, templum divi Claudii Romæ in Cælio monte (Cf. *Hülsen, Top. I*. 3. 232). — *Curios. urb. reg*. 2. *p*. 2. *Itin. Burd. p*. 610. Caudium (Cf. *Athen*. 6. 240. παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφιστεύουσιν). — Hinc *Claudiensis*, adj. — Abs. *Claudienses*, ex præfectura Claudia urbani (*Corp*. 11. 3310 [*Fori Clodi*]). — Etiam incolæ pagi ignoti (*Corp*. 5. 3991 [*ad lacum Benacum*]). — *Claudianus*, adj. Κλαυδιανός — 1.º) Adj. — a) Est ad Claudium aliquem pertinens. *Paul. Fest. p*. 57. Claudiana tonitrua (sic dicta « quia Claudius Pulcher instituit ut ludis post scenam conjectus lapidum ita fieret ut veri tonitrus similitudinem imitaretur »). *Liv*. 23. 31., 39. et 48. castra (a Claudio Marcello, præt. a. U. C. 538 = 216. posita supra Suessulam et ab eo communita). *Id*. 27. 46. exercitus (*i. e*. Claudii Neronis, cos. a. 207. a. Chr.). *Plin*. 36. *Hist. nat*. 2. 2. (4). leges, in cenis glires - apponi vetantes. — b) Ad Claudium imp. *Senec*. 7. *Quæst. nat*. 17., 21. et 29. Claudianus cometes (*i. e*. qui temporibus Claudii imp. visus est). *Grom. lib. I. colon. p*. 227. *Lachm*. terminus (in modum arcellæ factus, fort. dictus ab eod. Claudio). *Cod. Theod*. 4. 11. et 12. 1. 179. et *alib*. Senatus consultum (quo cautum erat ut si qua mulier ingenua servo nupsisset, libertatem amitteret). Cf. etiam *Ulp. Dig*. 47. 9. 3. 38. *Tac*. 4. *Ann*. 11. et 5. *Hist*. 12. et *Martial*. 3. 20. tempora (sc. Claudii imp.). — *Claudianus mons*, seu montium series, in Ægypto ita appellatus a Claudio imp., sub quo inventus ibi lapis porphyreticus (*porfido*), hod. *Diebel-Dokhan*: locus autem, ubi trahitur lapis scenites (*granito*), hod. *Djebel-Fatireh* dicitur. Hinc *Claudianæ columnæ*, ap. *Capitolin. Gord*. 32. Est villa eorum (sc. Gordianorum) via Prænestina ducentas columnas in tetrastylo habens, quarum - (quinquaginta) Claudianæ, quinquaginta Numidicæ pari mensura sunt (Cfr. *Blümner, Technol. III*. 18. et. Q. 46. *sqq*.). — c) Ad Claudium Gothicum imp. *Vopisc. Aur*. 16. Claudiana tempora. *Id. ibid*. 17. auspicia. — 2.º) Subst. *Claudianus*: — a) In titulis cogn. *Corp*. 6. 30.; 2318., 2351. etc. — *Claudiana*, cogn. mul. *Corp*. 6. 778.; 11. 157 (*Ravennæ*) etc.; — b) Apud scriptores — α) *Claudianus*, plene *Godicius Claudianus Mamertus* seu *Mamercus*, *Gallus*, Viennensis ecclesiæ presbyter, frater Mamerti episc., floruit sub Zenone imp. sæc. V. De eo *Gennad. vir. ill*. 83. Claudianus - vir ad loquendum artifex et ad disputandum subtilis. *Sidon*. 4. *ep*. 11. vir providus, prudens, doctus, eloquens et hominum ævi, loci, populi sui ingeniosissimus. *et ibid*. Triplex bibliotheca quo magistro, Romana, Attica, Christiana fulsit - Orator, dialecticus, poeta, Tractator geometra musicusque, Doctus solvere vincla quæstionum Et verbi gladio secare sectas etc. — Varia scripsit, inter quæ præstat opus *De statu animæ*, de quo *Ningid. V*. 2.: « Librum, tribus voluminibus illustrem, Mamertus Claudianus, peritissimus christianorum philosophus et quorumlibet primus eruditorum - comere et excolere curavit ». Scripsit ex carminibus hymnum *Pange, lingua, gloriosi lauream certaminis* etc., versibus trimetris trochaicis catalectis, de quo *Sidon*. 4. *ep*. 3. *ad Claud*. « De hymno suo si percontere quid sentiam, commaticus est, copiosus, dulcis, elatus et quoslibet lyricos dithyrambos amœnitate poetica et historica veritate supereminet ». Quædam autem carmina, etiam Græca, Claudio Claudiano attributa, uti *contra poetas vanos*, εἰς τὸν σωτῆρα etc., fortasse ad hunc pertineat (V. in *Ind. auct. Claudiani* utriusque opera). Attamen laudetur quidem tanti viri doctrina « sed puræ Latinitatis studiosus nihil in eo imitatione dignum inveniet ». Ita *Forcellin*. noster. — De eo vd. *Schulze, Die Schrift. d. Cl. M. de stat. an*. etc. 1883.; *De la Broise, Mam. Cl. vita* etc. Paris 1890.; *Engelbrecht* in *Corp. script. eccl. lat*. Vind. XI. 1885.; *Rönsch, Zur Krit. u. Erklär. d. Cl. Mam., Zeitschr. f. wiss. Theol*. (1887) 380. *sqq*. — β) *Claudianus*, præfectus Salonarum a. 548. *Procop. B. Goth*. 3. 35. 27. — γ) *Claudianus*, plene *Claudius Claudianus*, poeta, patria Alexandrinus (*Suid*. in Κλαυδ.: *II. p*. 272. *Bernh*.); unde de eo *Sidon. carm*. 9. 271. *sqq*. « Pelusiaco satus Canopo ». et ipse *Claudian*. 39. (*ep*. 1). 20. « Conditor hic (*Alexander M*.) patriæ »: cf. etiam 43 (*ep*. 5) 3. « nostro - Nilo »; non ergo recte *Lyd. magistr. I*. 47. καὶ Κλαυδιανὸς δὲ οὗτος ὁ Παφλαγών, ὁ ποιητής (quamquam Παφλαγών hic sonat idem ac *verbosus, loculuiejus, rabula*, ut demonstrat *Bücheler, Rh. Mus. XXXIX*. 282); natus vero est sæc. IV., fort. ca. a. 365., ut plerisque videtur. — De eo *Oros*. 7. *Hist*. 35. Claudianus, poeta quidam eximius. *Inscr. ap. Momms. n*. 6794. Claudio Claudiano - inter ceteras (dec)entes artes prægloriosissimo poeta. *et ibid*. ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant. *Sidon. loc. cit*. « ferruginei toros mariti Et Musa canit inferos superna » ubi, tacito nomine auctoris, eum laudat, illustrius ejusdem opus significans circuitu verborum. — Juvenili ætate vixisse Alexandriæ patet ex ejus *carm*. 39.; unde Romam venit a. 395., quo panegyricum in Olybrium et Probinum coss. recitavit, quem ita alloquitur (*carm. min*. 41): « Romanos bibimus primum, te consule, fontes Et Latiæ cessit (*Birt*. falso cum recentt. codd. *accessit*) grata Thalia togæ, Incipiensque tuis a fascibus omina cepi Fataque debebo posteriora tibi ». Fuit etiam Stilichoni carissimus, quem Mediolani adiit; unde post quinquennium Romam repetiit, ut ipse canit *carm*. 23. et 25. « Post resides annos longo velut excita somno Romanis fruitur nostra Thalia choris ». Sane inde ab ineunte ætate totum se dederat clariorum ex Latinis scriptorum, maxime poetarum, studio, ex quibus, vivido uti erat ingenio ac linguæ veneribus exculto, illam hausit in carminibus condendis elegantiam ac venustatem non enervem sed poetica vi perfusam ut aliquando videatur optimos æquare, præcipue in iis, quæ describit, magna sibi ex Alexandrinis eruditionis supellectile comparata. Placet hic nostro gravius addere judicium, quod *Forcellin*. de Claudiano tulit: « Scripsit multa, quæ adhuc supersunt, poetico plane spiritu, fecunditate et amœnitate: dignus, qui inter antiquiores Latini carminis artifices enumeretur, et, si pauca quædam excipias, quæ illam, qua vixit, ætatem redolent ad sequiora vergentem, cum eorum multis procul dubio comparandus ». In *Mommseniana Inscr*. hæc leguntur ad honoris accessionem adjecta: « licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem scripta sufficiant, attamen testimonii gratia ad judicii sui fidem dd. nn. Arcadius et Honorius, felicissimi imperatores, senatu petente, statuam in foro divi Trajani erigi collocarique jusserunt ». — Porro, Stilichone interempto a. 408., nihil amplius de Claudiano ab historicis traditur. — Id solum restat inquirendum an fuerit Christianæ religioni addictus, uti censent nonnulli; quod tamen statim exploditur testimonio *Augustin*. 5. *Civ. D*. 26., qui eum « a Christi nomine alienum » dicit. *et Oros. loc. cit*., qui, dum eum laudat poetam, simul vocat « paganum pervicacissimum ». — Ejus carmina varii generis ac metri non omnia ad nos pervenerunt; nec quæ supersunt, integra sunt omnia, ut carmen *De raptu Proserpinæ*, *De bello Gildonico*, *Laus Serenæ Reginæ* etc. (V. *Jeep* in *Mus. Rhen. XXVIII. p*. 293-294); nec germana, sed manca quædam et spuria, uti sunt in codd. et quædam christiana (V. *eund. ibid. p*. 291-304), Cl. Mamerto tributa, et etiam aliquot epigrammata inter LV-XCIV., a *Gesner* edita. — De eo plura vd. apud *Heck, De vit. Cl. Cl. poetæ*, Donaesch 1896.; *Birt. præf. p. I-LXIX*. in *Mon. Germ. hist*. etc. *t. X*. Berl. 1892.; *Volmer, PW*. 3. 2652. *sqq*., coll. *Rhode, Rh. Mus. XXXIII*. 167. et *Koch XLIV*. 578. *sqq*. — *Claudialis*, adj. ad imp. Claudium pertinens. *Tac*. 13. *Ann*. 2. Decreti et a senatu duo lictores, flaminium Claudiale etc. *Act. sodal. Aug*. a. 218 (*Corp*. 14. 2391) 2. Magisteria sod(alium Augustalium) Claudialium an(nua). — Absolute: *Corp*. 6. 30764. — *Claudianenses* et *Claudianistæ*, sectatores Claudiani hæretici. *Augustin*. 4. *c. Cresc*. 9. 11. Claudianenses. *et ibid*. quos Claudianistas appellaverunt. *et in ps*. 36. 20. quod indigne ferrent ad communionem Claudianistas admitti. — *Claudias, ădis*, f. (Κλαυδίας) opp. Cappadociæ. *Ammian*. 18. 7. 10. Castra duo præsidiaria Barzalo et Claudias (*al*. Laudias).

CLAUDUS, i, m. 2. cogn. vir. *Ascon. Scaur. p*. 19. — *Pallad. hist. mon. I*. 35. Qui *Clodus* nomen acceperat (ὁ ἐπίπληγι χωλός).

CLAUNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Cfr. Etr. *claunin, clanin* (V. *Schulze, Eigenn. p*. 149). *Corp*. 8. 19315.

CLAUSENTUM, i, n. 2. oppidum Britanniæ Romanæ, hodie *Bittern*, in *Itin. Ant. p*. 478. et *Corp*. 7. *p*. 15.

CLAUSETĬA, æ, f. 1. oppidum Galliæ, *Sidon*. 5. *ep*. 13. Alii leg. *Clausentia*.

CLAUSUS, i, m. 2. nom. gent. Sabin., i. q. *Claudius*. — a) Speciatim. *Virg*. 7. *Æn*. 707. Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar, Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens etc. Adde *Tac*. 4. *Ann*. 9., coll. *Plut. Publ*. 21. — In plur. nom. *Ovid*. 4. *Fast*. 305. et 5. *ibid*. 155., *Liv*. 2. 16. et *alib*., *Sil. It*. 8. 412. et 15. 547. — Plene *Attus* v. *Attius Clausus* dicitur, cui postea *Appio Claudio* nomen fuit Romæ. V. APPIUS. — b) Generatim nom. vir. *Corp*. 3. 14322. — Hinc *Clausius*, nom. gent. (*C*. 5.817.); *Clausal*, m. fluvius Dalmatiæ (*Liv*. 44. 31); *Clausetia* (V. suo loco).

CLĂVENNA, æ, f. 1. oppidum Rætiæ, ad fauces lacus Larii, hodie *Chiavenna*. Memoratur in *Itin. Ant. p*. 278., *Paul. Diac*. 6. 21. Cf. *Mommsen, Corp*. 5. *p*. 558. — *Guid. p*. 458. Clevenna.

CLAVĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Cf. Umbr. *Klavernier* (tab. Iguv. *V. b*. 8. *al*.). *Corp*. 9. 3224. (*Corfinii*). — *L. Clavius Macer*, pontifex. *Corp*. 11. 3254 (*Sutrii* a. 100-150). — Hinc *Clavianus* in *Inscr. Chr. De Rossi II. p*. 413. 26. — Cfr. *Clavisteus* in *Pass. Matth*. 15. Septestragulus dæmon dicor et nomen mici (*rectius* michi *pronunciand*., mihi *scribend*.) est Clavisteus, Beelzebu, *al*.

CLAZŎMĔNÆ, ārum, f. plur. 1. (Κλαζομεναί: Lat. *Cladiomenæ*, aliquando *Cladiomena* [ζ = δι]), oppidum Ioniæ, haud procul a Smyrna, hodie *Vurla*: fortasse a κλάζω, quod raucam seu fractam cycni vocem exprimit; unde in ejus nummis cycnus visitur ap. *Eckhel* 2. *p*. 510-512. et *Head*, 567. — Memoratur *Mel*. 1. 89., *Plin*. 5. *Hist. nat*. 29. 31. (117)., *Horat*. 1. *Sat*. 7. 5., *Corp*. 3. 7112., coll. *Paus*. 7. 3. 9., *Thuc*. 8. 14., *Xen. Hell*. 1. 1. 10.; 5. 1. 31., *Strab*. 14. 645. — Obsceno sensu *Auson*. 131. 4. — *Mythogr*. 2. 221. de Bupalo pictore apud Clazomenas, civitatem Asiæ, et Hipponacte. — Conditum fuit a Ionibus (*Vellej*. 1. 4. 3) in parva insula, quam Alexander M. continenti junxit aggere; unde coloniæ deductæ sunt in Thraciam, in Ægyptum aliaque loca; sæpius memoratum in historia Persicæ in Ioniam dominationis et in fœderatione Atheniensi maritima; sub Romanorum vero ditione *civitas immunis*;

Mithridatis temporibus a piratis vastatum adscriptumque postea provinciæ Asiæ. — Hinc *Clazomenius*, adj. (Κλαζομένιος). — Pænultimam producit *Sulpic. sat*. 6. « nec carmine curro Phalæci nec trimetro iambo Nec qui pede fractus eodem Fortiter irasci discit duce Clazomenio » (*sc*. Hipponacte). *Cic*. 3. *Orat*. 34. 138. Clazomenius ille Anaxagoras. *Plin*. 7. *Hist. nat*. 52. 53. (174). Hermotimi Clazomenii *et ibid*. 56. 57. (201). Artemonem Clazomenium. *Porphyr. Hor. sat*. 1. 7. 2. Persius Clazomenius fuit. *Quintil*. 3. 6. 3. a Zopyro Clazomenio. — Subst. *Clazomenii*, incolæ. *Liv*. 38. 39., *Vitr*. 8. 3. 14., *Marcian. dig*. 50. 7. 5. 5.

CLĔĂDĂS, æ, m. 1. (Κλεάδας) ¶ 1. Est nom. viri, qui e Tyria Sidone Carthaginiensibus auxilio venit. *Sil. It*. 7. 637. ¶ 2. Item Thebani, qui pro patria ad Alexandrum M. orationem habuit. *Justin*. 11. 4. 1.

CLĔANDER, dri, m. 2. (Κλέανδρος, *gloria hominis* v. *gloriosus vir*) ¶ 1. Fuit filius Polemocratis, prætor regius et dux sub Alexandro M., a quo ob crimina interfectus est. a. 325. *Curt*. 3. 1. 1., 4. 3. 11., 7. 2. 19. et 27. ¶ 2. Item M. Aurelius Cleander, præfectus prætorio sub Commodo imp., a quo fuit occisus ca. a. 186. *Lamprid. Comm*. 6.

CLĔANTHĒS, is, m. 3. (Κλεάνθης, *gloria florum*) Genet. *Cleanthis* et etiam *Cleanthi* (a *Cleanthus*); Acc. *Cleanthen* et *Cleanthem*; Voc. et Abl. *Cleanthe*: in plur. num. genet. *Cleantharum Venant. epist*. (*carm*. 5. 1. 7. 12. 26). et acc. *Cleanthas*.

Cleanthes ¶ 1. Fuit philosophus Stoicus, natus Assi in Mysia a. 331. a. Chr. *Varro* 6. *L. L*. 9. Ad Cleanthis lucernam lucubravi. *Cic*. 2. *Fin*. 21. 69. et 4. *ibid*. 3. 7. Scripsit artem rhetoricam Cleanthes. *Val. Max*. 8. 7. *ext*. 11. Te quoque, Cleanthe, - ipsius industriæ (*numen suspexit*), cum adulescentem quæstu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam sustentantem, Chrysippi (?) præceptis percipiendis vacantem etc. (*Senec. ep*. 33. et 44. Cleanthes aquam traxit et rigando horto locavit manus). *Censorin*. 15. 3. uno minus centum (*sc*. annos) explevit. *Solin*. 40. Stoicæ eminentissimus. *Auson*. 205. 11. Nepotianus disputator ad Cleanthem Stoicum. — De imagine Cleanthis *Juvenal*. 2. 7. jubet archetypos pluteum servare Cleanthas. *et Sidon*. 9. *ep*. 9. 14. *Pingitur Cleanthes digitis* propter numerum (*i. e*. propter numerorum indicia et mensurarum spatia) corrosis. Cfr. *carm*. 7. 170. arroso quidquid sepit ungue Cleanthes. — Fuit ante auditor Cratetis cynici, dein discipulus Zenonis stoici (Cf. *Val. Max. loc. cit*.); quo mortuo, in ejus locum successit et multa scripsit de re physica (*Laert*. 7. 174. *sqq*.), quorum fragmenta collegit *Mullach, Fragm. Philos. græc. I*.; nec solum prosa oratione sed etiam ligata, cujus specimen exstat celeber *Hymnus Jovi* (Cf. *Mullach p*. 151). Sæpe eum memorat *Cicero* in libris philosophicis. — Hinc *Cleanthēus*, adj. Κλεάνθειος. *Pers*. 5. 64. Cultor enim juvenum purgatas inseris aures Fruge Cleanthea. *Claudian*. 17. 88. quidquid Docta Cleantheæ sonuerunt atria turbæ. ¶ 2. Item pictor Corinthius, ap. *Plin*. 35. *Hist. nat*. 3. 5. (16)., a quo inventa traditur linearis pictura, quamquam alii hanc Philocli Ægyptio tribuunt. Cf. *Isid. chron. II. p*. 434., *Athenag., legat. pr. Chr*. 14. et *Strab*. 8. 343.

CLĔANTHUS, i, m. 2. (Κλέανθος) Scribitur etiam *Cleantus* et *Cllantus*; est autem nom. vir. *Corp*. 6. 10403 (*V*. voc. præc.).

CLĔARCHUS, i, m. 2. Κλέαρχος, *gloria principum*: cf. *Inscr*. infra cit. ¶ 1. Fuit dux Lacedæmoniorum, Byzantii tyrannus a. 403., gradu dejectus; a Cyro rege, ad quem confugit, præfectus copiis in bello contra Artaxerxem, a Tissapherne dein interemptus a. 401. a. Chr. *Frontin*. 3. *Strat*. 5. 1. et *alib*., *Val. Max*. 2. 7. *ext*. 2., *Nepotian*. 16. 14., coll. *Diod*. 13. 40. et *alib*. et *Xen*. 1. *H. Gr*. 1. 35. ¶ 2. Item discipulus Aristotelis, historicus, Solensis. De eo *Cassiod. Jos. c. Ap*. 1. 176. Clearchus enim Aristotelis discipulus et ex Peripato philosophorum nulli secundus. Adde *Gell*. 4. 11. 14., coll. *Athen. p*. 234. F. et 701. C. — Scripsit vitas philosophorum, præcipuum ejus opus, cujus fragmenta collegit *C. Müller* (*Frgm. hist. gr. II. p*. 302. *sqq*.). ¶ 3. Item vir, genere, dignitate ac divitiis perillustris, Constantinopoli præfectus a. 372-402. « a quo necessaria et diu exspectata aqua civitati inducitur » (*Hieronym. chron*. a. Abr. 2389). ¶ 4. Item tyrannus Heracleæ Ponticæ a. 364., a Chione et Leonide occisus a. 353. ut patriam in libertatem vindicarent. *Justin*. 15. 4. 4-16. 5. 18., *Pomp. Trog. prol*. ¶ 5. Item consul a. 384. p. Chr. cum Ricimere. *Cod. Justin*. 1. 16. 1. et sæpe *Corp*. 6. 32078. etc. — *Inscr. chron*. ap. *De Rossi I. n*. 342. Clyarco. *et n*. 344. Cliarco. *et n*. 345. Clearco. *et n*. 349. Cluarcio. *et Cassiod. chron. II. p*. 153. Glearchus (*sic*) non confundendus cum præfecto prætorio Illyrici *Cod. Theod*. 4. 17. 3 (a. 382. p. Chr.). ¶ 6. Item vir quidam « qui dum vixit græco magno nomine (i. e. Κλέ-αρχος) nuncupatus, factis meruit nomen hoc et litteris ». Ita *Inscr*. in *Corp*. 2. 4350 (*Tarracone*) = *Carm. epigr*. 255. — Deriv. *Clearchiana*, cogn. mul. *Cod. Justin*. 7. 72. 4 (a. 293).

CLĒDŌNĬUS, ii, m. 2. (Κληδόνιος: cf. κληδονίζω, *omen do* v. *accipio*) nom. vir. Gr. — 1.º) Grammatici sæc. V., cujus commentarii in *Art*. Donati inscribuntur: *Ars Cledonii romani senatoris, Constantinopolitani grammatici*, servata in cod. Bernensi sæc. VI. et collectioni tam *Putsche p*. 1861-1936., quam *Keil p*. 9-79 *vol. V*. inserta, ex iisdem vero fontibus deprompta, unde *Sergius* et *Pompejus* suos commentarios deduxerunt. — De his cf. *Jeep, Redeteile* 40. et 41. et *Bertsch, IV. diss*. von Heidelb. 1889. — 2.º) Item viri cujusdam, ad quem scripsit epistolam *Gregorius ep. Nazianzenus ad Cledonium* (3. 29. *Petr. Fulg. Rusp. ep*. 16. 5. ad Clidonium. *et Facund. defens*. 1. 1. *p*. 529. Gregorii ad Cledonium epistola). — Hujus epistolæ particulas latine redditas habes in *Ep. pontif. Thiel Gelas. tract*. 3. 22. — Cf. etiam *Cledus, Cledius, Cledon* in *Corp*.

CLĔEMPŎRUS, i, m. 2. (Κλεέμπορος, *gloria mercatorum* v. *illustris mercator* seu *vector*) medicus, de quo *Plin*. 24. *Hist. nat*. 17. 101. (159). Nec me fallit hoc volumen ejus (*Pythagoræ*) a quibusdam Cleemporo medico ascribi, et id ipsum auctoritatem voluminum affert si quis alius curæ suæ opus illo viro dignum judicavit, quod fecisse Cleemporum cum alia suo et nomine ederet, quis credat?

CLĒMĂTĬUS, ii, m. 2. (Κλημάτιος: a κλῆμα, quasi flexilis instar sarmenti seu palmitis) ¶ 1. Est nom. consularis viri Alexandrini, nefanda morte repentina sublati, ut scribit *Ammian*., 14. 1. 3. Cf. *Liban. ep*. 315. *ad Chrom*. ¶ 2. Item episcopi orientalis, qui Pelagium damnavit. *Augustin. c. Julian*. 1. 5. 19. et 7. 32.

CLĒMENS, entis, m. 3. (Κλήμης) cogn. Rom. Scribitur etiam *Cremens* (*Corp*. 8. 13571) et *Clemes* (*Corp*. 1. 747., 11. 2816 [in opere musivo Ravennæ] et *papyr. Wessely p*. 8)., cujus dat. *Clemeti* in *Corp*. 6. 8494. — Gen. *Clemntis* (*Corp*. 8. 4969). — Reperitur in gentibus *Arrecina, Atlia, Cœlia, Flavia, Julia, Pinaria, Suedia* aliisque.

Clemens ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Agrippæ Postumi servus, qui, audita morte Augusti, se dominum interemptum, cujus cineres, ne detegerentur, secum asportaverat, simulans, in ipso novarum rerum exordio oppressus est (a. U. C. 769), uti narrat *Tac*. 2. *Ann*. 39. et 40., coll. *Sueton. Tib*. 25. et *Dion*. 77. 16. — 2.º) Clemens Romanus, pont. max., de quo *Prædest*. 1. 14. *p*. 591. Sanctus Clemens, episcopus Romanus. *Tertull. præscr*. 32. Romanorum ecclesia Clementem a Petro ordinatum refert. *Iren*. 3. 3. 3. Post Anacletum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens etc. — De eo multa disputant eruditi. In primis non ex ethnico sed ex Judæo christianum eum falso autumant recentiores (*Wrede, Untersuch. z. I. Clem*. Gött. 1891.; *Nestle* in *Ztschr. f. d. neut. Wischensch*. etc. *I*. 1900.; *Bardenhewer, Patr. I. tr*. Rom. 1908), quod alioquin ex lectione I. epistolæ Clementinæ ad Corinthios facile arguitur; nec ex genere Flaviorum, ita ut idem sit qui Titus Flavius Clemens consul, Domitiani imp. consanguineus, capitis ab eo damnatus quasi ἄθεος christianus (*Dio* 67. 14., coll. *Sueton. Domit*. 15), una cum Flavia Domitilla ipsius uxore et familiaribus (*De Rossi, Bull*. 1865. *p*. 17. *sq*. et 33. *sq*. et *Kraus, Rom. sotterr. p*. 48 [1872]); quamvis *Lipsius* (*De Clem. ep. prior. p*. 184. *sq*. 1855) et *Volkmann* (*Ann. Teol. p*. 287. *sq*. 1856) in contrariam sententiam concesserint. — Eum porro fuisse Pauli discipulum et adjutorem, de quo in ep. ad *Phil*. 4. 3. testantur plures hujus loci interpretes, ut *Orig*. (in *Joh*. 1. 39), *Euseb*. (*H. E*. 3. 15); *Epiphan*. (*hær*. 27. 6), *Hieronym*. (*vir. ill*. 15), quin *Joh. Chrysost*. (*comm*. in *I. Tim*.) eum dicit perpetuum Pauli apostoli comitem: contra recentiores fere omnes Clementem nostrum volunt esse discipulum Petri ejusque in peregrinationibus socium, ab illo diversum; cui sententiæ ex antiquis suffragatur *Maxim. Taur. tract*. 4. *ad fin*., qui hunc diserte vocat Petri discipulum (Cf. etiam *Tertull. præscr*. 32); nec minus favet silentium *Irenæi*, qui quum nihil omittat, *curiosus omnium investigator*, certe si unus idemque fuisset, id significare non prætermisisset, ut recte animadvertit cl. *Hefele* (*Patr. app. p*. 17). — Nunc tamen difficilior subit quæstio, quem locum teneat Clemens Romanus in successione Rom. pontificum; alii enim statim post Petrum collocant innixi *Clementinis*, quæ dicuntur, quod evidenter historiæ adversatur; alii vero ante Cletum (Cf. ANACLETUS) ex serie, nuper in *chron. Hippolyti* reperta et in catalog. Liberianum excepta probataque *Augustino* et *Optato* Milevitano; alii demum, et rectius, tertio loco (ut sint post Petrum *Linus, Cletus, Clemens*) recensent. Ita *Irenæus* ex tradito Romanæ ecclesiæ testimonio, consentientibus *Hieronymo* (Cf. *chron*. et *vir. ill*. 15) et *Eusebio* (*H. E*. 3. 15. 348., coll. *chron*. a. Abr. 2110), qui scribit eum regnasse ab an. Domitiani XII. ad III. Trajani, a. 92-101 (de quo tamen dubitat *Harnack, die Chronol*. etc. Leipz. 1897. *I. p*. 144. *sq*., 266) et accedentibus catal. Leonino et Felicino, qui Leoninum et Liberianum comprehendit, *Tertull. loc. cit*., *Constit. Apostol*. (*V*. 46) et chronotaxi Romana. Ceterum nihil certi statui potest; quin dubium quoque est, an cum Apostolis consuetudinem aliquam junxerit, nisi forte ex iis quempiam vidisse concedatur, quod ceteroquin cum antiquorum testimonio aliquo (Cf. *Iren. loc. cit*.) plane concordat (V. *Herzog, realencycl*. Leipz. 1898). — Postremo eum martyrium fecisse testantur *Rufinus*, *Zosimus* pont. et *Liber pontificalis*, annuente ecclesia Romana, quamvis de mortis genere non eadem tradantur. Illud tamen indubium est, ejus sepulcrum non fuisse primitus Romæ, namque Itineraria, quæ dicuntur, sæc. VII. et VIII. de hoc silent, ejusdemque corpus a Cyrillo et Methodio Romam translatum esse sepultumque in sacra æde, quæ fortasse ipsa Clementis domus fuerit (de qua docte copioseque disseruit cl. *De Rossi* in *Bull. Crist*. a. 1870. *p*. 129-168). Hæc autem translatio ac depositio confirmantur picturis sæc. X. et XI., adhuc exstantibus in basilica subterranea, teste cl. *Marucchi* (*Eléments d'arch. chrét. I*. 27). — Multa feruntur ab eo scripta, uti sunt *duæ epistolæ ad Corinthios, duæ ad Virgines, duæ ad Jacobum, Canones Apostolici, Clementinæ* (Κλημέντια), *libri decem Recognitionum* (primum a *Paulin. Nol*., dein melius a *Rufin*. in latinum versi), *Homiliæ, Liturgia Syriaca, Disputatio Petri et Appionis* etc., quæ intra sæc. tertium ac nonum ei adjudicata sunt. (*Duchesne, Les orig. chrét. c. XII*. 2); quod saltem demonstrat eum ob sanctitatem ac sapientiam in primitivis ecclesiis plurimi habitum fuisse. Porro ex tot operibus, ei tributis genuina omnium consensu est *ep. I. ad Corinthios*, priscis temporibus parum cognita medioque ævo ignota; sed sæc. XVII. in cod. ms. Alexandrino Bibl. Gr. detecta et a. 1875. in alio codice Constantinopoli reperta editaque a *Bryennio*, antiquius post sacras N. F. scripturas christianum documentum; unde apertissime constat sedis et ecclesiæ Romanæ in ceteras omnes auctoritas ac primatus (*Duchesne, loc. cit*.). Ceterum consulas *Migne, Patr. Gr. T*. 1., ubi Clementis opera sive sincera sive dubia aut spuria

sont collecta, et Mon. Germ. hist. etc. 1892. — De his vide sis etiam Hagemann, Ueber d. zw. Brief d. Clem. von Rom. in Theol. Quartalschr. XLIII (1861) 509-531.; Lehman, Die clem. Schrift. etc. Gotha 1869.; Langen D. C.-Rom. Gotha 1890.; Cotterill, Modern Criticisme and Clement's Epistles to Virg. etc. Edimb. 1884.; Frommberger, de origine Pseudo-Clementin., Bresl. 1886.; Bigg, The Clem. Homil. etc. Oxford 1890.; Hort, Notes introd. to the study of the Clem. Recogn., Lond. 1901.; Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Litter. Frib. in Brisg. 1902. — 3.°) Clemens, Alexandrinus cognomento, ut ab altero distingueretur, ita dictus fortasse, quia diu Alexandriæ fuerit commoratus vel quia hujus ecclesiæ presbyter (ut etiam Stromateus a præcipuo ejus opere: Cassiod. div. inst. præf. et 8), plene T. Flavius Clemens (Eus. ap. Rufin. 6. 11), patria Atheniensis (Cf. Epiph. hær. 32. 6), ex ethnico philosophus christianus, peragravit Græciam, Italiam, Syriam, Palæstinam ac postremo Ægyptum discendi causa (Strom. I. 1. 11), ubi, Pantæno audito, scholæ catecheticæ præfecto seu κατηχήσεων magistro, eruditione ac pietate clarissimo (Cassiod. 1. Hist. trip. 3. et 5. ibid. 13), ca. a. 180. sedem suam fixit, ab a. 190. illius adjutor, postea vero, ca. a. 200. scholæ Alexandrinæ caput (Eus. H. E. 6. 6) ac celebrium discipulorum magister, inter quos Origenes eminet celeberrimus, donec a. 202. v. 203., Septimio Severo imp. sæviente in Christianos, profugus in Asiam minorem se contulit paullo ante a. 211., reliquum vitæ egit Antiochiæ et a. 215. videtur obiisse. — Fuit Clemens Alexandrinus vir tantæ auctoritatis ut ætati suæ quasi novam viam sterneret ineundam, doctrinas fidei divinæ cum rationis humanæ documentis connectens, sacræ ac profanæ scientiæ copia instructus et linguæ usus pura exponendique ratione « florida spirituque plena et amœnitate » (Phot. Bibl. cod. 110). Ex ejus operibus, de quibus Hieronym. ep. 70.: « quid, inquit, in illis (scriptis) indoctum? quid non de media philosophia est? ». Sed Gelas. scribit in catal. severior judex: « opuscula Clementis Alexandrini nullatenus a nobis recipi debent »; quare Benedictus XIV. p. m. nomen ejus ex martyrologio expunxit. Quum enim ipse ac dein Origenes philosophiam Græcam tamquam præparationem (προπαιδεία) ad theologiam adhibuissent, quo facilius ethnicos ad religionem christianam amplectendam adducerent, eam uti supremam γνῶσιν celebrabant; et quia Neoplatonismus tunc Alexandriæ vigebat, etiam hoc utebantur ad veritatem divinam explicandam; unde nonnulla falsa principia in christianam doctrinam irrepserunt, quæ potissimum apud hunc Clementis Alexandrini discipulum deprehenduntur. — Scripsit initio Exhortatio ad Græcos (προτρεπτικός πρός Ἕλληνας), qua christianæ religionis excellentiam præ ethnicorum cultu demonstrat quasi fidei defensor; Pædagogus (Παιδαγωγός), ad hunc finem lucubratus, ut christianus ad cognoscendam vitam in Christo supernaturalem adsurgat, et Stromates (Στρωματεῖς), ubi auctor statuit vita christiana sapientiam perfici ac theologiam clariorem esse philosophiam; quibus libris, ut innuimus, lectores suos ducit Clemens ab ethnicorum superstitione ad fidem, a fide ad disciplinam, a disciplina ad scientiam (γνῶσιν), Neoplatonicorum gradariam rationem secutus (Cf. Battifol, Litt. grècq. p. 162); tum etiam octo libros Hypotyposeon (Ὑποτυπώσεις) seu Dispositionum, quarum multa fragmenta supersunt apud Eusebium, Œcumenium, Maximum conf., Joh. Moschum, veluti compendium commentariorum in universam sacram scripturam, ubi vera falsis admixta occurrunt, ut æternitas materiæ, creatio Verbi, metempsychosis, multitudo mundorum aliaque hujus modi doctrinarum portenta (Cf. Euseb. 4. 14. 1). Prætermittimus autem plura alia scripta, quorum editionem, omnium absolutissimam, adornavit Potter, dein Migne et post eum Oberthuer, Dindorf, cui supplementa addidere Zahn, Staehlin, Koester. — De eo Reinkens, De Clem. presb. alex. hom., script., philos., theol. liber Bresl. 1851.; Freppel, Clém. d'Alex. Paris 1865.; Capitaine, Die Moral d. Clem. v. Alex. Paderb. 1903.; A. de la Barre in Dict. Th. Cath. 1910. p. 187-199., ubi accurate singulorum operum Clementis Alex. doctrinæ exponuntur. — 4.°) Aurelius Prudentius Clemens. V. PRUDENTIUS. — 5.°) Alii: C. Julius Oppius Clemens, decemvir stlitibus judicandis, quæstor provinciæ Bæticæ, trib. pl. candidatus imp. Antonini Aug., præt. candidatus ejusdem et patronus coloniæ. Corp. 9. 5830 (Auximi). — Clemens poeta, de quo Apul. flor. 7. « Alexandri multa sublimia facinora - aggressus est meus Clemens eruditissimus et suavissimus poetarum pulcherrimo carmine illustrare » etc. ¶ 2. In titulis. Corp. 1. 747.; 9. 151 (Brundisii); 10. 578 (Salerni); 6. fere centies legitur et passim in lateribus ac tegulis, in vasis, amphoris etc. — Agnom. vir. Corp. 6. 16044. — Nom. equi. Inscr. Rostowzew, tess. plumb. 817. — Hinc Clementinus (a), cogn. vir. et mul. Corp. 15. 4120 (Cod. Just. 2. 28. 2 (a. 294). — Clementius nom. gent. Corp. 13. 2861. — Signum vir. Corp. 8. 8525 (in Mauret. Sitif.). — Clementianus, adj. Corp. 8. 2772 (Labiciis) fundus. et 3. 6580. II. 89 (Alexandriæ a. 194). centuria. — Subst. Corp. 3. 5776 (sæc. II). — Clementinius, nom. gent. Corp. 13. 7780. — Clementiane (es), cogn. mul. Corp. 14. 4009. Clementilla, cogn. mul. demin. in Corp. 6. 11183. — Clementia — a) Cogn. dem. Inscr. numm. Cohen 1. p. 356. n. 7. Plin. 2. Hist. nat. 7. 5. (14). Innumeros quidem credere (sc. deos) - ut - Honorem, Clementiam etc. Stat. 12. Theb. 482. mitis posuit Clementia sedem (Athenis). Claudian. 17. 166. soror Justitiæ. et 22. 6. Principio magni custos Clementia mundi. et 22. 9. prima Chaos Clementia solvit. — Clementia Cæsarum, ap. Appian. B. C. 2. 106. 443 (a. 44. a. Chr.). Cf. Inscr. numm. Babelon II. p. 29. n. 52., Tac. 4. Ann. 74 (a. 28) ara Clementiæ. — b) Nom. et cogn. mul. Corp. 13. 2861 (in agro Hæd.); 8. 8627 (in Numid.), 4127. — Agnom. Corp. 8. 21035 (in Mauret. Cæs.). — c) Nom. navis. Corp. 10. 3511 (Miseni).

CLĒMENTĬA et

CLĒMENTĬĀNUS et alia deriv. V. voc. præc.

CLĔO(N), ōnis, m. 3. (Κλέων, ωνος: a κλέος, gloria, quasi gloriosus) Occurrit duplex forma Cleo ap. Curt. 8. 5. 8., Corp. 6. 4118. etc.; Cleon ap. Plin. loc. cit., Nep. Lys. 3., Avien, or. 48., Corp. 10. 7856 (in Sardinia). et ibid. Κλέων et punice כלון.

Cleo ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit statuarius Sicyonius, intra annos 388. et 380. a. Chr. n., qui philosophos felicissime expressisse dicitur Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (87)., coll. Paus. 5. 17. 1. et 5. 21. 2. — 2.°) Item pictor, qui « Cadmo innotuit », ut ait Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (140). — 3.°) Item poeta, Siculus « non ingenii solum sed etiam nationis vitio adulator » sc. Alexandri M., teste Curt. 8. 5. 8. — 4.°) Item orator, Halycarnasseus, orationis pro Lysandro Lacedæmonio auctor, ut refert Nep. loc. cit., coll. Plut. apophth. Lacon. 52. — 5.°) Item servus, qui « bellum servile in Sicilia ortum - ad septuaginta milia servorum contraxit etc. ». Ita Liv. epit. 56 (a. 134). — 6.°) Item coriarius Atheniensis, Periclis successor in re publica administranda, homo improbus ac turbulentus, de quo Cic. 4. Rep. 11. Comœdia populares homines improbos, in re publica seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum læsit. et Brut. 7. 28. Cleonem etiam temporibus illis turbulentum illum quidem civem sed tamen eloquentem constat fuisse. — Hic femur ferire in dicendo primus Athenis exemplum dedisse traditur Quintil. 11. 3. 123. — 7.°) Item medicus ob collyria admodum nobilia laudatus Cels. 6. 6. 5. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 6. 24869. — Absolute. Corp. 6. 4118.

CLĔO, us, f. 4. Κλειώ, οῦς, idem quod Κλειώ, latine Clio v. Cleo. — 1.°) Una Nereidum, apud Hygin. præf. fab. — 2.°) Item filia Danai, apud eund. fab. 170. — 3.°) Cleo. V. voc. præc.

CLĔŎBIS, is, m. 3. (Κλέοβις) Scribitur et Cleops. ¶ 1. Fuit filius Cydippes, Bitonis frater, Argivus. Cic. 1. Tusc. 47. 113. Herodoto auctore (1. 31) aliisque pluribus, Argiæ (Cydippen vocat Stob. serm. 119) sacerdotis Cleobis et Biton filii prædicantur. Nota fabula est: cum enim illam ad sollemne et statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta; tunc juvenes ii - ad jugum accesserunt. Ita sacerdos advecta in fanum - precata a Dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo: post epulatos cum matre adulescentes somno se dedisse, mane inventos esse mortuos. — Hygin. fab. 254. eandem fabulam narrat et Cydippen vocat sacerdotem Junonis Argivæ; hinc apparet apud Cic. loc. cit. scriptum Argiæ pro Argivæ. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 6. 17724. — Hinc Cleobius (Κλεόβιος), unus ex auctoribus Septem hæreseon, quæ erant initio Hierosolymis, unde Cleobiani, hæretici. Rufin. 4. Hist. 22. 5 (Ex ep. Clem. ad Cor.). — Act. Petr. 3. De domo Cæsaris Cleobius. — Adj. Cleobianus. V. supra.

CLĔŌBĬUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

CLĔŎBŪLA (Κλεοβούλη) et Cleobulina, æ, f. 1. (Κλεοβουλίνη). V. voc. seq.

CLĔŎBŪLUS, i, m. 2. (Κλεόβουλος, gloriæ cupidus) Scribitur Cleobolus ap. Fulg. myth. 2. 14. Ps. Ign. ad Trall. 11. — Lux. anth. 351. 13. ed. Riese, prima syllaba producta; at Cleubulus leg. Müller (De re metr. p. 268).

Cleobulus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Lindius, e septem sapientibus Græciæ, robore et pulcritudine corporis eximius. Carm. sept. sap. (Hygin. fab. 221) « Optumus est, Cleobulus ait, modus, incola Lindi ». Hoc dictum, græce ἄριστον μέτρον, celebratur passim Auson. in Lud. Sept. Sap. — Fulg. loc. cit. Cleoboli philosophi sententia dicentis μῆμος ὁ βίος. — Floruisse, regnante Tarquinio Prisco, refert Augustin. 16. Civ. D. 25. — De eo scripsit Laert. 1. 89., qui ipsum ex Caria, Evagoræ filium, dicit. — 2.°) Item scriptor rei rusticæ, ap. Colum. 1. 1. 11., idem fort. geographus, ap. Plin. Hist. nat. 1. 4. 5. ind. auct. 5. (136). Metrodorus et Cleobulus Chiam a Chione nympha appellant. — 3.°) Ps. Ignat. loc. cit. Theodotum - et Cleobolum, qui generant fructum mortiferum. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 6. 11055 a. — Cleobula, cogn. mul. Corp. 6. 3529. — Apud scriptores fuit — a) Mater Myrtili ex Mercurio (al. Apolline). Hygin. fab. 224. — b) Uxor Alei et mater Amphidamantis et Cephei, quos inter Argonautas memorat Hygin. fab. 14. — Aliter Serv. ad Virg. 3. Æn. 209. — De matre Demosthenis V. DEMOSTHENES. — Hinc Cleobūlīna, filia Cleobuli philosophi, poetria, ob pudicitiam laudata Hieronym. 1. c. Jovin. 49. et Plut. conv. VII. Sap. 3. — Scripsit hexametris versibus ænigmata, ob id celebrata ab antiquis, teste Hieronym. chron. ad Olymp. LXXXII. 2. sc. a. 451. a. Chr.; quin Cratinus fabulam, Cleobulinas (Κλεοβουλίνη Poll. 7. 11) inscriptam, fecit, teste Athen. 2. 12. — De ea V. Laert. et Suid. in Κλεοβ. et Clem. Alex. in Strom. 4.

CLĔŎCHĂRĒS, is, m. 3. (Κλεοχάρης) Acc. Cleocharen ap. Curt. loc. cit. — Fuit rhetor sui temporis clarus, patria Myrleanus, æqualis Democharis et Arcesilæ. Rutil. Lup. 1. 10. et Laert. 4. 41. — Alii ap. Curt. 8. 13. 2. et Oros. 6. Hist. 3.

CLĔŎCHUS, i, m. 2. (Κλέοχος) pater Areæ, quæ Miletum Apollini peperit. Arnob. 6. p. 193 (al. Clearchus).

CLĔŎDĀMUS, i, m. 2. (Κλεόδαμος Dor. pro Κλεόδημος, i. e. gloria populi) ¶ 1. Vir Byzantius, a Gallieno imp. præfectus urbibus instaurandis muniendisque, quas Scythæ vastaverant. Trebell. Gall. 13. ¶ 2. Item historicus Hebræorum, cognomento Malchus, « barbaram historiam Græco sermone retexens ». Ita Hieronym. quæst. in Gen. 25. 1., coll. Jos. ant. 1. 15. init.

CLĔŎDOXA, æ, f. 1. (Κλεοδόξη, gloriæ fama v. gloriosa fama) Amphionis e Niobe filia. Mythogr. I. fab. 156. et Hygin. fab. 11. — Ex ea denominata est una ex septem Thebarum portis ab ipso Amphione patre, ut tradit Hygin. fab. 69., coll. Apollod. 3. 5. 6.

CLĔŎLĀUS, i, m. 2. (Κλεόλαος, gloria populi v. gloriosus populus) Minois filius, qui Daunios condidit. Solin. 2.

CLĔŎMĂCHUS, i, m. 2. Κλεόμαχος, gloriose

pugnans. — 1.°) Est nom. militis apud Plaut. Bacch. 589. — 2.°) Item pugil famosus, de quo Tertull. pall. 4. — 3.°) Item poeta tragicus ignobilis, de quo Atil. gramm. VI. 289. 14. Tetrametrum acatalectum, quod apud Cleomachum invenitur. — Hinc adj. Cleomachius (Κλεομάχειος), ut Cleomachium metrum, quod ita memorat Plot. de metr. 9. 5. « Tonicum majus dimetrum acatalectum Cleomachium fit ionico majore et ditrochæo ». Adde Mar. Victor. gramm. VI. 89. 33. Cf. Athen. 14. p. 638.

CLĔOMBRŎTUS, i, m. 2. (Κλεόμβροτος, gloria hominis) — 1.°) Rex Lacedæmonum, Pausaniæ II. filius ex Agidarum familia, Agesipolis fratris successor, male cum Epaminonda prœliatus, quare Lacedæmonum opes corruerunt (Cic. off. l. c.), Leuctris, et occisus a. 371. a. Chr. Cic. 1. Off. 24. 84., coll. Paus. 1. 3. 4. et alib. et Diod. 15. 28. et alib. — 2.°) Item Ambraciotes quidam, qui, lecto Platonis Phædone, sibi mortem conscivit, ut referunt Cic. Scaur. 2. 4. et 1. Tusc. 34. 84 (ubi et Callim. epigr. XXIV. citatur), Hieronym. ep. 39. et Augustin. 1. Civ. D. 22., ubi Ambraciotes absolute. — 3.°) Item Ceus, medicus, quem Ptolemæus rex Megalensibus sacris donavit centum talentis, servato Antiocho rege. Plin. 7. Hist. nat. 37. 37. (123).

CLĔŎMĒDĒS, is, m. 3. (Κλεομήδης, gloriæ consulens) Astypalæensis, athleta insignis, quem « deificaverunt dicentes: ultimus heroum Cleomedes civitatis athleta » (ex oraculo Delphico: cf. Paus. 6. 9. 8 ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς). Cassiod. 7. Hist. trip. 2.

CLĔŎMĔDON, ontis, m. 3. (Κλεομέδων, gloriam curans) legatus Philippi, regis Macedoniæ, a. 198. a. Chr. Liv. 32. 21.

CLĔŎMĔNĒS, is, m. 3. Κλεομένης, gloria animi. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Cleomenes, rex Spartæ ex Agidarum familia, Anaxandridæ filius, a. 519-487. a. Chr., feliciter contra Argos pugnavit et in expellendo Hippia Atheniensibus auxilio fuit a. 511; sed postea demens sibi mortem intulit. Frontin. 2. Strat. 2. 9. — 2.°) Cleomenes, item rex Lacedæmoniorum ultimus, Leonidæ II. filius a. 235. a. Chr., curavit, ut leges Lycurgi reviviscerent; contra Achæam fœderationem dimicavit, sed, ab Antigono in prœlio victus, fugit in Ægyptum, ubi cum tota familia interfectus est a. 220. Justin. 28. 4. et Liv. 34. 26., coll. Pomp. Trog. prol. 28. et Polyb. 4. 35. et 5. 39. — Fortasse idem Schol. Virg. Veron. Æn. 5. 95., Cic. de Cleomene Lacedæmonio (nat. d. fragm. 3). et Macrob. 1. Sat. 11. 34. — De ejus vita scripsit Plut. — 3.°) Cleomenes fuit etiam dux Alexandri M., ab eo vectigalibus Africæ et Ægypti præfectus. Curt. 4. 8. 5. — 4.°) Cleomenes, statuarius Thespiades, laudatus Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (33). — 5.°) Cleomenes, Syracusanus, cujus Nice, nobilis mulier, a Verre amata fuit. Cic. 2. Verr. 14. 36., ubi is et Æschrio κατ' εἰρωνείαν Verris affines appellantur. Hunc Verres classi populi R. præposuit, ibid. 31. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 13. 7383 (in Germ. sup., fort. sæc. I.). — Sing. Corp. 10. 1916 (Puteolis).

CLĔŎMESTRA, æ, f. 1. (Κλεομήστρα) filia Trois, ex qua et Æsyete se Antenor genitum profitetur apud Dict. 4. Cf. Apoll. 3. 12. 2.

CLĔŌNA, æ, f. 1. oppidum Chalcidicæ, inter Athon et Pallenen. Mela 2. 30.

CLĔŌNÆ, ārum, f. plur. 1. (Κλεωναί) oppidum Argolidis, supra collem, hodie Klenes, in cujus territorio ludi Nemeæi celebrabantur. Ovid. 6. Met. 417. Messeneque ferax Petræque humilesque Cleonæ. Adde Liv. 33. 14. Stat. 4. Theb. 47. ingenti turritæ mole Cleonæ. Senec. Herc. O. 1891. Flete, Argolicæ, flete, Cleonæ: Hic terrentem mœnia quondam Vestra leonem fregit nostri Dextera nati (sc. Herculis). — Hinc Cleonæus (Κλεωναῖος). Liv. 3. 14. Cleonæus ager. Plin. 35. Hist. nat. 8. 34. (36). Cimon Cleonæus pictor. Lucan. 4. 612. leo. Capell. 1. p. 21. rictus (de sidere leonis). Stat. 7. Theb. 337. Cleonææ stirpis jactator Agylius (filius Herculis et Molorchi). — De Nemeæo leone ab Hercule occiso Senec. Herc. O. 798. solvit - feros rictus (Capell. 1. p. 21. rictus [de sidere Leonis]) et Cleonæum caput opponit. At Serv. ad Virg. 8. Æn. 295. Nemeæum leonem a Cleonæo distinguit. — Cleonæi, incolæ. Senec. 4. Nat. 7. 2. — Cleonenses, item. Vib. Seq. p. 156. Nemeus Cleonensium mons. — De nummis vd. Eckhel, 2. p. 289.

CLĔŌNĪCUS, m. 2. Κλεόνικος, gloria victoriæ v. gloriosus victor. ¶ 1. Fuit libertus Senecæ. Tac. 15. Ann. 45. Tradiderunt et (Senecæ) per libertum ipsius, cui nomen Cleonicus, paratum jussu Neronis. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 7. 670. — Cleonice, cogn. mul. (Κλεονίκη). Inscr. Not. degli scavi 1905. p. 81 (Romæ). — Epit. Alex. 116. Leonnato uxorem Cleonicam, Olciæ sororem, do.

CLĔŌNȲMUS, i, m. 2. (Κλεώνυμος, gloria nominis) ¶ 1. Fuit pyctes ab Achille curatus in somnis, ut ex Homero refert Tertull. anim. 46. ¶ 2. Item dux Lacedæmonius ex Agidarum stirpe, Cleomenis II. regis Spartæ filius (Paus. 3. 6. 3). Memoratur Liv. 10. 2. — Hic a. 302. a. Chr. classe ad Italiam appulit et oppidum Thurias in Sallentinis cepit; sed mox ab Æmilio cos. fugatus ad litora Venetorum accessit fluviumque Meduacum ingressus Patavinorum agrum vastare cœpit; sed et a Patavinis profligatus, vix quinta navium parte incolumi, discedere coactus est: ita Liv. loc. cit. narrat. Trog. in prol. 15. Cleonymi Spartani res gestæ Corcyræ et in Illyrico et in Italia. Adde Frontin. 3. Strat. 6. 7. — De eo cf. etiam Diod. 20. 104. 4. et 3. 24. 1. et Strab. 6. 3. 4.

CLĔŎPĀS. V. CLEOPHAS.

CLĔŎPĂTER, tris, m. 3. (Κλεόπατρος, gloria patris) præfectus Augustalis Ægypti a. 435. p. Chr. Cod. Theod. 6. 28. 8.

CLĔŎPĂTRA, æ, f. 1. (Κλεοπάτρα) nom. mul. Gr. — a) Scribitur Clopatra (Κλοπάτρα) in Corp. 6. 21548. — Cleupatra (cf. Κλευπάτρα) C. 6. 13451. — Clepatra in C. 11. 2432. — b) Declin.: Genet. Cleopatraes in C. 6. 18856. — Dat. Cleopatrai in C. 10. 3877. — c) Prosod.: Latini solent pænultimam producere, præcipue metri causa, ut Lucan. 9. 1071. et 10. 56., 62., Val. Flacc. 4. 464., Martial. 4. 22. et 59., al. Sed et corripi posse arguitur ex nomine păter et deriv., unde conflatur, et ex Κλειοπάτρη ap. Apoll. Rhod. 2. 239., ubi tres priores syllabæ dactylum conficiunt: cf. etiam Anth. Palat. 9. 752., ita ut omnino legendum putaverim Cleopătra, non Cleopātra, ut habet cl. De-Vit.

Cleopatra ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit uxor Phinei Thracis, Agenoris filii, unde duos filios suscepit. Hygin. fab. 19. et Serv. auct. Æn. 3. 209. — 2.°) Item filia Danai. Hygin. fab. 170 (in catalogo filiarum Danai). Cleopatra Metaloem interfecit. — 3.°) Item Attali soror v. sororis filia, Philippi Macedonis uxor. Jul. Val. 1. 18. Spreto consortio Olympiadis Philippus tunc in Cleopatræ nuptias demutans, Attali cujusdam non ignobilis filiæ. Adde Justin. 7. 7. 2. — 4.°) Item Philippi et Olympiadis filia, Alexandri M. soror. Liv. 8. 24 (a. 327. a. Chr.). Ossa Alexandri Epirensis Epirum devecta ad Cleopatram uxorem sororemque Olympiadem, quarum mater magni Alexandri altera, soror altera fuit. Jul. Val. 3. 58 (ex testamento Alexandri M.). Ptolemæo Cleopatram conjugari oportebit, sororem meam. — 5.°) Item reginæ Ægypti. Ammian. 23. 4. 9. Ut Semiramim Parthi vel Cleopatras Ægyptus aut Artemisiam Cares vel Zenobiam Palmyreni (extollunt). et Treb. trig. tyr. 30. Zenobia se de Cleopatrarum Ptolemæorumque gente (jactabat). Memorantur itaque — a) Cleopatra, filia Ptolemæi III. Euergetis et Berenices. Liv. 27. 4 (a. 210. a. Chr.) — b) Item uxor Ptolemæi V. Epiphanis. Id. 37. 3 (a. 190. a. Chr.), Justin. 38. 8. 3. et Hieronym. chron. a. Abr. 1827. et 1919. — c) Item ejus filia, uxor primum Ptolemæi VI., Philometoris fratris, tum Ptolemæi VII., Physconis fratris. Liv. 44. 19 (a. 168. a. Chr.), Val. Max. 9. 2. 5., Justin. 38. 8. 2., Pomp. Trog. prol. 38., Cassiod. Jos. c. Ap. 2. 49., Vulg. Esth. 11. 1. — d) Item ejus filia ex Ptolemæo Philometore, uxor primum Alexandri Balæ (a. 149. a. Chr.), deinde Demetrii Nicanoris (a. 146), tum Antiochi, Demetrii fratris, mortua a. 121. Liv. epit. 52., Justin. 36. 1. 9., Vulg. 1. Mach. 10. 57. et 58. — e) Item ejus soror, conjux patris sui Ptolemæi VII. Justin. 39. 4. 1., Heges. 1. 9. 2., Prosp. chron. 1. p. 403. 29. — f) Item ejus filia, Cleopatra, uxor primum fratris Lathyri, tum Antiochi Cyziceni, a sorore Tryphæna interfecta. Justin. 39. 3. 3. — g) Item ejus soror Cleopatra Tryphæna, ab Antiocho Cyziceno interempta. Id. 39. 3. 12. — h) Item ejus soror Cleopatra Selene, uxor fratris Ptolemæi VIII. Soteris II. Lathyri. V. SELENE. — i) Item filia Ptolemæi XI. Auletæ, novi Dionysi, nata a. 67. a. Chr., cognomento Philopator (ex Inscr. notissimæ stelæ Taurin., coll. Corp. I. Gr. n. 4717), Ægypti reginarum novissima (Plin. 9. Hist. nat. 35. 58. (119)., quæ, patre a. 51. a. Chr. exstincto, regnare cœpit cum fratre Ptolemæo XII. item Dionyso; sed, eo prævalente, expulsa est a. 47 (Liv. epit. 111., Lucan. 8. 500., al.), mox in regnum restituta a Julio Cæsare, pulcritudine ejus eximia capto et consuetudine, in socium thalami et regni adscito, jussu ejusd. Cæsaris (Porphyr. fragm. 8), altero fratre Ptolemæo XIII (Cæs. 3. B. G. 103-107., Liv. epit. 112., Oros. 6. Hist. 16., Sueton. Cæs. 35., Lucan. 8. 693); quo insidiis perempto, ipsa sola regnavit a. 48., assumpto regni socio Cæsarione, quem tradunt ex Cæsare suscepisse. — Interfecto Cæsare, Antonius, mortua Fulvia et Octavia accepta uxore, reversus in Orientem Cleopatram deperiit, ex qua tres filios habuit, repudiata dein Octavia (Plut. Ant. 86., Liv. epit. 131., Eutr. 7. 6), et cum ea regnavit in Ægypto passusque est more Ægyptiorum, se tamquam deum coli, a. 36., dum Cleopatra novæ Isidis nomine honorata est (Vellej. 2. 82); quo tempore provincias bello captas in Oriente partim Cleopatræ, partim filiis ab ea susceptis donavit (Liv. epit. 132., Heges. 1. 32. sqq., coll. Momms. ad Mon. Ancyr. p. 81); quapropter Octavianus bellum Antonio intulit a. 32. et ad Actium pugna navali Antonium et Cleopatram devicit (Vellej. 2. 84. sqq., Liv. epit. 133., Flor. 4. 11., Oros. 16. Hist. 19., coll. Virg. 8. Æn. 707. et Plut. Ant. 61), quos in Ægyptum persecutus est, ita ut Antonius, desperata venia, sibi mortem intulerit, a. 30., et Cleopatra, quum se victoris triumpho augendo reservatam intellexisset, eodem anno aspidis morsu, ipsa, uti traditur, volente, vulnerata periit (Horat. 1. Od. 37. 26., Propert. 3. 9. 55., Stat. 3. Silv. 2. 120., Solin. 27., coll. Sueton. Aug. 17., al.), mulier « tantæ libidinis, ut sæpe prostiterit, tantæ pulcritudinis, ut multi noctem illius morte emerint ». Ita Ps. Aur. Vict. vir. ill. 86., coll. Dion. 42. 34., Schol. Hor. od. 1. 37., Senec. ep. 86., præsertim Plin. 9. Hist. nat. 35. 58. (119)., ubi refert una cena cum Antonio celebrata « centies HS. solam absumpsisse, resoluta in aceto atque epota margarita id pretium æquante » (Cf. Macrob. 3. Sat. 17. 14. sq.). Hinc illud Front. p. 154. 16. N. « se majore cura quam Cleopatram ornari ». Cf. et Treb. trig. tyr. 30. — Pharon et heptastadium construxit (Ammian. 22. 16. 9), in publicis monumentis, quæ adhuc exstant in Ægypto, et in nummis reginæ regum filiorum regum et Θεὰ νεωτέρα dicta. Cf. de his Visconti, Iconogr. Gr. T. 3. p. 376. sqq. et Eckhel, 6. p. 47. sqq. — De ea vd. etiam Winckelmann, opp. passim, et Visconti in Mus. Pio-Clem. I. 2. p. 280. sqq. — l) Item, cogn. Selene, i. e. Luna (Sueton. Cal. 26), filia præcedentis et Antonii, uno partu edita cum Alexandro, quem Solem appellavit pater (Plut. Ant. 36). Hi ambo ab Augusto in triumphum ducti sunt a. 29. a. Chr., teste Eus. ap. Hieronym. in chron. — m) Aliæ: Mithridatis regis filia, Tigranis uxor. Justin. 38. 3. 2. — Pelex Claudii imp. Tac. 11. Ann. 30. — Uxor Herodis M., cui duos filios peperit, Herodem et Philippum. — Uxor Martialis, de qua idem 4. 22. 2. Adde Vopisc. Prob. 9., Anth. 417. 6., ubi errore pro Artemisia (Cf. Wilamowitz, Hermes 34. p. 638). ¶ 2. In titulis (urbanis e multis). Corp. 6. 3529. Cleopatra.; 4588. Julia Cleop.; 5018. Scribonia Cleop.; 13451. Babria Cleup. — In tegulis. Corp. 11. 2481. Clepatras etc. — Deriv.: Cleopatranus (Κλεοπατρηνός), adj. ad Cleopatram Antonii pertinens. Treb. trig. tyr. 30. Zenobia usa est vasis aureis gemmatis ad convivia non nisi Cleopatra-

nis. Adde *eund.* 32. — *Cleopatricus,* adj. idem. *Sidon.* 8. *ep.* 12. 8. dapes Cleopatricas.

CLEOPATRIS, idis, f. 3. (Κλεοπατρίς) ¶ 1. Insula maris Rubri. *Rav. p.* 391. ¶ 2. Oppidum Ægypti, vicinum Arsinoe (cum qua aliquando confusum. V. *Strab.* 17. 1. 26). *Act. conc. I. Ephes.* a. 431 (*Mansi* 5. 590 B).

CLEOPHANES, is, m. 3. (Κλεοφάνης, *gloria claras*) nom. vir. Gr. *Corp.* 6. 29282.

CLEOPHANTINUS, i, m. 2. (Κλεοφαντῖνος) medicus, de quo *Cæl. Aur.* 2. *acut.* 10. Antigenes Cleophantinus in libro, quem de febribus et tumoribus scripsit.

CLEOPHANTUS, i, m. 2. (Κλεόφαντος, *gloriose loquens*) nom. vir. Memoratur — 1.°) *Cleophantus,* pictor Corinthius, de quo *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 5. (16). Primus invenit eas *(lineas)* colorare testa, ut ferunt, trita Cleophantus Corinthius. Hunc aut eodem nomine alium fuisse, quem tradit Cornelius Nepos secutum in Italiam Demaratum, Tarquinii Prisci Romani patrem, fugientem injurias Cypseli tyranni (circ. Olymp. XXX.: ita *Müller, Doriens I. p.* 164. et 168), mox docebimus (*Catal. artif.* etc. *Sillig. p.* 158). — 2.°) Item medicus. *Cic. Cluent.* 16. 47. Avitus utebatur medico ignobili, sed spectato homine, Cleophanto. *Cæl. Aur.* 2. *acut.* 10. Quidam ex antiquis medicis Cleophantus. — *Laterc. med. Hermes* 35 (1900). *p.* 371. Clephantus *(cod.)*.

CLEOPHAS, æ, m. 1. Κλεοφᾶς v. Κλεόπας, « a *patre illustri* genitus », quod plerisque videtur contractum pro Κλεόπατρος, ut *Antipas* pro *Antipatros.* — Scribitur etiam *Cleopas* ap. *Prosp. chron. I. p.* 420. et *Clopas* ap. *Hieronym. chron.* a. Abr. 2123.

Cleophas ¶ 1. Fuit unus ex duobus discipulis Domini, quibus in castellum euntibus nomine Emmaus (hod. *Kubeibeh* v. *Kiriet-el Anab),* ab urbe Jerusalem LX. stad. (circ. XI. km.) distans, apparuit Christus redivivus, teste *Luc.* 24. 13. *sqq.* — Sunt qui eum esse putent, de quo scribit *Joh.* 19. 25.; sed, præter quam quod Κλωπᾶς hic appellatur, nomen Aramaicum, fere nullius hæc opinio nititur suffragio. ¶ 2. Item conjux *(al.* frater) Mariæ, quæ cum matre Jesu et Maria Magdalena ad crucem Domini stabat, teste *Joh. loc. cit.,* coll. *Matth.* 13. 55. — *Euseb.* 3. 11. refert hunc fuisse fratrem Josephi et patrem Simeonis, secundi Hierosolymorum episcopi; plerique vero ex recentioribus criticis existimant eundem esse cum Alpheo, patre ap. Jacobi minoris *(V.* ALPHEUS).

CLEOPTOLEMUS, i, m. 2. (Κλεοπτόλεμος, *gloria belli* v. *gloriosum bellum)* vir quidam Chalcidensis, pater virginis a rege Antiocho in uxorem ductæ. *Liv.* 36. 11., coll. *Polyb.* 20. 8.

CLEOSTRATUS, i, m. 2. (Κλεόστρατος, *gloria exercitus)* insignis astronomus Tenedius, qui primus ostendisse fertur Hædorum sidus (*Hygin.* 2. *Astr.* 13) scripsitque etiam ἀστρολογίαν (*Athen.* 7. 278), cujus duos versus servavit *Schol. Eurip. Rhes.* 517. Memoratur *Censorin. d. nat.* 18. 5.

CLEP(P)IUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 15679. — Hinc *Clepplanus (a),* nom. gent. *Inscr. Eph. epigr.* 8. 813. — *Clepsina,* cogn. vir. Etr. *Oros.* 4. *Hist.* 2 (V. *Schulze, Eigenn. p.* 423. et 426).

CLERICUS, i, m. 2. (Κληρικός) nom. vir. Gr. *Corp.* 4. *suppl.* 54. 4.

CLERUMENOE (Κληρούμενοι), titulus comœdiæ Diphili, ap. *Plaut. Cas. prol.* 31., i. e. Sortientes.

CLESIPPUS (Clesipus), i, m. 2. (Κλήσιππος) nom. serv. Gr., quod in cogn. transiit, liberæ reipubl. ætate. *Corp.* 10. 6488. Cf. *Momms.* ad *l.* Adde *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 6. (11).

CLESUS, i, m. 2. (Κλούσιος *Polyb.)* fluvius Venetiæ, qui per Ollium in Padum infunditur, nunc *Chiese.* Memoratur *Rav. p.* 51. — *Tab. Peut.* 4. Clesis.

CLETUS, i, m. 2. (Κλῆτος, *vocatus)* Scribitur etiam *Clætus,* cum diphth., in *Corp.* 2. 2903. ¶ 1. Fuit tertius post Petrum Romanus pontifex, idem qui Anacletus, uti nunc a plerisque omnibus censetur. *Carm. c. Marc.* 3. 278. Post quem *(Linum)* Cletus et ipse gregem suscepit ovilis. *Chronogr. chron. I. p.* 74. Cletus fuit temporibus Vespasiani et Titi et initio Domitiani. Adde *Lib. geneal. chron. I. p.* 195., *Prosp. chron. I. p.* 416. — De eo V. ANACLETUS et cf. etiam *Duchesne Lib. pont. I.; Colombier, Les prem. succ. de St. Pierre* in *Rev. des quest. hist. XIX.* 383. et 411. et *Herzog, Realencykl.* Leipz. 1898. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp.* 6. 14670.; 3. 7906 *(in Dacia).* — *Clete (Cleta)* Κλήτη, cogn. mul. *Corp.* 6. 28000. et 2. 2268. — Hinc *Cletius,* nom. gent. *Corp.* 3. 10864. — Cf. *Cletor (oris),* nom. vir., ap. *Arnob.* 4. *p.* 145. « Juppiter versus est in formiculam parvulam, ut Cletoris (sic *Reiff.,* Clitoris *cod.)* videlicet filiam Myrmidonis sederet apud Thessalos matrem ».

CLIDEMUS, i, m. 2. Κλείδημος ¶ 1. Fuit scriptor, memoratus *Senec.* 2. *Nat.* 55. 4. Clidemus ait fulgurationem speciem inanem esse, non ignem. ¶ 2. Item Atheniensis quidam, qui dum ab histrionibus ob præstantiam auro coronaretur, præ gaudio mortuus est (*Alii leg.* Clidamus: cf. δῆμος *Ion.,* δᾶμος *Dor.).*

CLIDES, um, f. plur. 3. (Κλεῖδες, quasi *claves,* a κλείς) insulæ et promontorium Cypri, hod. *capo S. Andrea.* Memorat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (129). Inter duo promontoria Clidas *(al.* Dinas: cf. DINARETUM) et Acamantha (*Strab.* 14. 6. 2). et *ibid.* (130). Insulæ quattuor ante promontorium ex adverso Syriæ Clides.

CLIENA, æ, f. 1. oppidum Carniæ, hodie fort. *Klanyecz,* ap. *Rav. p.* 222. — An *plebs Clientensis* huc pertineat (*Ep. pont. Thiel* [Gelas.] *frgm.* 4), incertum est. Alii leg. *Diotrensis.*

CLIENS, entis, m. 3. cogn. vir. *Corp.* 8. 21815. — *Clienta,* cogn. mul. 12. 4501.

CLIERNA. V. CLUANA.

CLIMAX, acis, f. 3. (Κλῖμαξ, *scala)* ¶ 1. Est mons, Ægyptum superiorem ab inferiore disterminans, ita dictus quia per gradus ascenditur. *Oros.* 1. *Hist.* 2. Adde *Pallad. hist. mon. I.* 16. ¶ 2. *Climax Megale* (Κλῖμαξ μεγάλη) ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 29. (115)., locus in Perside, arduo montis ascensu per gradus, introitu angusto, ad Persepolim.

CLINIADES, æ, m. 1. (Κλεινιάδης) nom. patronym., i. e. Alcibiades, filius Cliniæ, vivus igne crematus in suo cubiculo. *Ovid. Ib.* 633. « Cliniadæve modo circumdatus ignibus atris ». V. ALCIBIADES.

CLINIAS, æ, m. 1. (Κλεινίας, *inclitus)* in recto etiam *Clinia,* ap. *Plaut. Bacch.* 912., *Ter. Haut.* 175. et *alib.* — Voc. *Clinia,* sæpissime ap. *Ter. Haut.*

Clinias ¶ 1. In litteris. — 1.°) Fuit scriptor, laudatus *Fest. p.* 269 (Cf. *Serv. auct. Æn.* 1. 273. Clinias refert Telemachi filiam Romen nomine Æneæ nuptam fuisse). — 2.°) Item persona comica apud *Plaut.* et *Ter. locc. citt.* et etiam Cres, a Platone in dialogis de legibus inductus, teste *Cic.* 1. *Legg.* 5. 15. — 3.°) Item pater Alcibiadis, ex posteris Eurysacis Ajacis filii, in prœlio ad Coroneam demortui. *Nep. Alcib.* 1., coll. *Plut. Alcib.* 1. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 19908.; 12. 3808 *(Nemausi).* — *Clinia,* cogn. mul. *Corp.* 12. 789 *(Arelate).* — *Cod. Greg.* 1. 10. 4 (a. 241).

CLIO, us, f. (Κλειώ) Etiam *Cleio* ap. *Hygin. fab. præf.* — G e n e t. *Clius* ap. *Sidon.* 1. *ep.* 9. 7. Ceterum *Prob. app. gramm. IV. p.* 195. 10. « Nomina generis feminini, quæ nominativo casu numeri singularis - o - littera terminantur et aptota esse reperiuntur: Pyrgo, Clio, Samo ». — Origo vocis est a κλέω, *celebro* vel a κλέος, *fama* (Cf. *Fulg. loc. cit., Mythogr. II. fab.* 24. et *Diod.* 4. 7).

Clio ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est Musa, immo Musarum prima, Jovis et Mnemosynes filia (*Apollod.* 1. 3. 1), quæ Historiæ præesse dicitur, qua nomina fortium virorum ac facta celebrantur. *Fulg. Myth.* 1. 15. Prima Musa Clio, quasi cogitatio prima discendi - cleos enim græce fama dicitur - et quoniam nullus scientiam quærit, nisi in qua famæ suæ protelet dignitatem, ob hanc rem prima Clio appellata est (*Mythogr. I. fab.* 114., *II. fab.* 24). — *a)* Proprie. *Horat.* 1. *Od.* 12. 2. Quem virum aut heroa lyra vel acri Tibia sumis celebrare, Clio, Quem deum? (Cf. *Stat.* 1. *Theb.* 41). *Ovid.* 1. *Art. am.* 27. Nec mihi sunt visæ Clio Cliusque sorores. *Val. Fl.* 3. 15. Tu mihi nunc causas infandaque prœlia, Clio, Pande virum; tibi enim superum data, virgo, facultas Nosse animos rerumque vias (Cf. *Stat.* 10. *Theb.* 631). *Ps. Cato Mus.* 1. Clio gesta canens transactis tempora reddit. *Anth.* 664 a. 1. Historias primo rerum canit ordine Clio. — *b)* Translate, idem ac poesis. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 14. vittis hederisque, soluta Fronte verecunda, Clio mea ludit Etrusco. — E p i t h e t a: *Virg. cat.* 13. 10. Clio candida. *Stat.* 10. *Theb.* 631. memor. *Phoc. carm. de Virg.* 4. veneranda. *et ibid.* aurea. *Opt. Porph. carm.* 9. 25. læta sonans. *Stat.* 1. *Silv.* 5. 14. procax. — Pingitur lauro coronata, dextra tubam, læva librum tenens: ejus statuas duas marmoreas illustravit *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. I. p.* 111. *sqq.* et *II. p.* 468. *sqq.* Ceterum vd. plura ap. *O. Bie* in *Roschers Lex. Myth.* ad *Mus.* et in *Die Mus. in d. ant. Kunst.* Berlin 1887. — 2.°) Item nomen Nereidis. *Virg.* 4. *G.* 341. Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambæ, Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ. Adde *Hygin. fab. præf.* ¶ 2. In titulis nom. mul. *Inscr. Notiz. degli scavi* 1901. *p.* 307 *(Brundisii).*

CLIPPIACUS, i, m. 2. oppidum prov. Lugdun., nunc *Saint-Ouen sur Seine.* Memoratur in *Act. Conc. Clipp.* a. 626. *p.* 196. Cf. *Holder, Altc. Spr. I.* 1042. *sq.*

CLIS, idis, f. 3. cogn. mul. Rom., Græcanicum: a κλείς, *clavis.* Legitur apud *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 330 (= *Corp.* 5. 2663).

CLISIUS, ii, m. 2. nom. lacus Italiæ sept. (reg. XI. Transp.) in Alpibus, hodie fort. *lago di Lugano.* Occurrit in *Tab. Peut.* 3. et *Corp.* 5. *p.* 559. Cf. *Momms.* ad *l.* et *Nissen, Ital. Landesk. I.* 182. et *II.* 185. *adn.* 5.

CLISTHENES, is, m. 3. (Κλεισθένης, *gloria pollens)* Etiam *Clesthenes* in *Inscr. Notiz. degli scavi* 1909. *p.* 459 *(Romæ).*

Clisthenes ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Aristonymi filius (*Paus.* 1. 2. 8), Sicyonius, Sicyoniorum et Amphictyonum in bello Cyrrhæo dux (*Id. ibid.* 9. 2. et 10. 37. 6). De eo *Frontin.* 3. *Strat.* 7. 6. Cf. *Isid.* 18. *Orig.* 35. 2. et *Corp.* 6. 8609. — 2.°) Item vir Atheniensis, ex Alcmæonidarum familia, præcedentis nepos ex filia, qui Pisistratidas urbe expulit et rempublicam constituit (*Plut. Pericl.* 3. et *Cim.* 15), in dicendo multum valens (*Cic. Brut.* 7. 27). Memoratur *Cat.* apud *Cic.* 2. *rep.* 1. 2. et 2. *Legg.* 16. 40. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr. Notiz.* etc. supra *cit.*

CLITA, æ, et Clite, es, 1. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Speciatim. — *a)* Fuit filia Meropis Percosii regis (*Apollon.* 1. 975), uxor Cyzici, comitis Jasonis; quare *Percosis* dicta *Val. Fl.* 3. 10. Percosis vestes - picto Clite variaverat auro. *h. e.* acu pinxerat, aureis filis insertis. Adde *eund. ibid.* 314. — *b)* Item Amazonum una, mater Cauli, qui oppidum condidit, ab eo dictum *Caulon,* teste *Serv. auct. Æn.* 3. 553. — 2.°) Generatim, in titulis nom. mul. *Corp.* 6. 6424 *(in mon. Statiliorum);* 11. 566 *(Cæsenæ).* ¶ 2. In plur. num. — 1.°) Oppidum Chalcidicæ. *Liv.* 44. 11 (a. 169. a. Chr.). — 2.°) Item gens, quæ Ciliciam Agrestem sive Asperam incolebat. *Tac.* 6. *Ann.* 41 *(V.* CILICES). — *Lipsii* conjectura ita lectum est pro *Cietæ* (Κιῆται). Cf. *Wilhelm, Arch.-epigr. Mitteil. aus Oesterr. XVII* (1894) *p.* 1. *sqq.*

CLITÆ, arum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

CLITARCHUS, i, m. 2. (Κλείταρχος, *gloriosus* v. *inclitus dux* v. *princeps)* filius Dinonis, Alexandri M. comes ejusque rerum gestarum scriptor. De eo *Cic.* 1. *Legg.* 2. 7. Sisenna unum Clitarchum neque præterea quemquam de Græcis legisse videtur, eum tamen velle dumtaxat imitari; quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset. *Id. Brut.* 11. 42. Sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. *i. e.* ficta tradidit de morte Themistoclis. *Quintil.* 10. 1. 75. Clitarchi probatur ingenium, fides infamatur. — Fragmenta ejus historica collegit et illustravit *C. Müller* inter *Scriptores rer. Alex. M. p.* 74-85.

CLITELLÆ, arum, f. plur. 1. locus Romæ, a similitudine clitellarum vocatus, ut et alia loca in via Flaminia, devexa et acclivia. *Paul. Fest. p.* 59. *M.*

CLITERNIA (Cliternum: Κλείτερνον *Ptol.*), æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum Æquorum, trib. *Claudia,* hodie *Capradosso.* Memoratur in *Corp.* 9. 4169 (Cliterniæ). Cf. *Momms.* ad *l.* — Hinc *Cliterninus,* adj. *Cic.* 9. *Fam.* 22. « Honesti colli Lanuini, Cliternini non honesti » ubi latet αἰσχρόλογον. *Symm.* 6. *ep.* 5. Cliternina urbs. — Incolæ, *Cliternini,* apud *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106). Cf. CLITERNIUS. ¶ 2. Item oppidum Frentanorum, hodie fort. *Campomarino,* in reg. IV. Samnii ad oram Adriatici maris. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (103). Larinum, Cliternia. — *Mela* 2. 65. Claternia. Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 784.

CLITERNIUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 13. 1383 *(in Aquitania).* — *Cliternia,* nom. mul. *Corp.* 3. 11215 *(in Pannon. sup.).* — Adj. *Cliternianus* in *Corp.* 8. 6627. 21 *(in Ægypto).* Centuria Cliterniana. — Cf. *Clitrius,* nom. gent. *Corp.* 15. 5104 (V. *Schulze, Eigenn. p.* 282. et 559. *sq.).*

CLITHRUM, i, n. 2. locus angustus, qui claudit mare Rubrum et viam aperit ad Indicam, hod. *stretto di Babel-Mandeb:* a Gr. κλεῖθρον, *claustrum, sera.* Memoratur *Heges.* 4. 27 (Cf. *Jos.* 4. *B. J.* 10. 608).

CLITIPHO, onis, m. 3. (Κλειτοφῶν *Aristoph.)* persona comica adulescentis in *Ter. Heaut.* passim.

CLITIS, i, m. 3. fluvius Galliæ, ap. *Sidon. carm.* 5. 209. Cf. *Ihm, PW.* 4. 56.

CLITIUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. *Glitius* et *Schulze, Eigenn. p.* 232) *Corp.* 6. 1057 (a. 210). — *Clitia,* nom. mul. *Corp.* 6. 15682. — Hinc *Clitianus,* adj. *Fronto p.* 189. 18. *N.* — Cf. *Cliticus,* nom. vir. *Corp.* 8. 10079.

CLITO, onis, m. 3. (Κλείτων *Xenoph.:* a κλειτός, *inclitus)* nom. serv. *Corp.* 3. 4552. — *Clitonem* acc. in *Epist. Alex. p.* 214. 7.

CLITOMACHUS, i, m. 2. (Κλειτόμαχος, *inclitus pugnator)* Scribitur *Clithomachus* in *Corp.* 6. 7493.

Clitomachus ¶ 1. In libris — 1.°) Pugil Thebanus, victor in certamine gymnico Corinthi habito, præsidente Alexandro M., de quo *Jul. Val.* 1. 12. — 2.°) Philosophus Carthaginiensis (cui nomen primitivum *Hasdrubal),* quem Atheniensem dicit *Symmach.* 10. *ep.* 5. 2., Carneadis discipulus, Academiæ novæ caput a. 109. a. Chr., « anceps in dubium vocare omnia » (*Fronto p.* 114. 14. *N.). Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 31. 98. *Clitomachus* homo et acutus ut Pœnus, et valde studiosus ac diligens. *Id. ibid.* 11. 16. Industriæ plurimum in Clitomacho. *Id.* 5. *Tusc.* 37. 107. Philosophi nobilissimi - Carneades, Panætius, Clitomachus, Philo. — Multa scripsit, quibus Cicero abunde usus est (Cf. *Zeller p.* 501. *n.* 3. et 651. *n.* 3.; *Diels, Doxogr. gr. p.* 121. et *Susemihl I. p.* 130). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 15. 4590.

CLITOR, oris, m. 3. (Κλείτωρ) nom. oppidi et fluvii in Arcadia; quamquam horum nominum forma non eadem penes omnes scriptores; nam et *Cliton* fluvius est appellatus et *Clitorium* oppidum, hodie *Paleopoli* prope *Klitures.* — *a)* De opp. *Liv.* 39. 35. *(Legatis Romanis)* Clitore in Arcadia datum est concilium. *Vitr.* 8. 3. 21. Arcadia vero civitas est non ignota Clitor (*Rose,* Clitori *codd.).* — *Clitorium* vocat *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 13. (16). — In historia Arcadiæ Clitoris nomen clarum est, qui paulatim territorium suum extendit a meridie, societatem pepigit cum Mantinea et Tegea partemque habuit in Megalopoli ædificanda et condenda Achaica fœderatione, et Ætolis strenue restitit ca. a. 220. a. Chr. (Cf. *Xen. Hell.* 5. 4. 36, *sq., Polyb.* 4. 18. etc., *Liv.* 32. 35., *Strab.* 8. 388., *Paus.* 8. 18. 7.; 21. 1.; 23. 7. *sq., Corp.* 3. *p.* 95. et 1310). — De ejus nummis vd. *Head,* 418. et 446. — *b)* De fluv., prope opp. Clitorem excurrenti, a Latinis *Clitor fons* dicto, ut *Vib. Seq.* 162., *al.;* sed *Cliton* a *Stat.* 4. *Theb.* 289., fort. metri causa, nisi etiam græce Κλείτων fuerit vocatus. — Sic adjective *Clitorius fons, lacus* v. *fluvius* dicitur *Ovid.* 15. *Met.* 322. « Clitorio quicumque sitim de fonte levavit, Vina fugit gaudetque meris abstemius undis ». Similiter *Vitr.* et *Plin. locc. citt., Isid.* 13. *Orig.* 13. 2., ubi *Arcadiæ* pro *Italiæ* legend., sed *Gloss. V.* 196. 2. Clitorio lacu Italiæ.

CLITUMNUS, i, m. 2. Vox originis fort. Etr. (V. *Schulze, Eigenn. p.* 582.); quamquam a Gr. κλειτός, *inclitus, clarus,* orta mihi videtur, adjecta terminatione, ut in *auctumnus.* Ceterum de ejus etymo cf. *Corssen, Ausspr.* 2. 174.

Clitumnus, fluvius Umbriæ (reg. VI.), inter Spoletum, unde nascitur, Fulginiam et Mevaniam (*Bevagna)* alluens ac, Tiniæ *(Tinia)* immixtus, in Tiberim influens (*Sueton. Cal.* 43), cujus fontes *(le Vene)* in planitie haud procul a castro *Campello* visuntur, et Umbriam a Tuscia dividit, teste *Philarg.* ad *Virg.* 2. *G.* 146., etiam hod. *Clitumno,* celeber ob pascua et aquas, quæ ab armentis potæ albos seu candidos fetus creare dicebantur (*Virg.* 2. *G.* 146., *Sil. It.* 4. 546., *Claudian.* 28. 506., *Stat.* 1. *Silv.* 4. 129). — Hic fluvius sacer habebatur (*Sil. It.* 8. 450. et *Claudian. loc. cit.)* et tamquam deus colebatur nomine *Jovis Clitumni* (*Virg. loc. cit.* et *Vib. Seq. p.* 148): hinc *Clitumnalia* sacra in ejus honorem, ut in *Inscr.* apud *Oud.* 62. 7., si genuina censenda est. Tum ei « adjacet, teste *Plin.* 8. *ep.* 8. 5., templum priscum et religiosum: stat Clitumnus ipse amictus ornatusque prætexta: præsens numen atque etiam fatidicum indicant sortes », cujus etiamnum pars haud exigua exstat (*Venuti, Osserv. sopra il fiume Clit.* Rom. 1758. et *Pila-Carocci, Del tempio e nume Clit.* Rom. 1895). — A poetis passim celebratus non modo Latinis, sed etiam Italis, quos tamen aliquando ethnica magis quam christiana musa delectat. — Hunc fontem, fluvium ac numen eleganter descripsit *Plin. loc. cit.* et nuper *G. Carducci, Poesie,* Bologna 1909. *p.* 801., ubi, poesis veneribus, quodam quasi fascino, abusus, antiquæ Romæ, populorum cæde omnique superstitione et barbarie ac turpitudine insigni, Christum blasphemando plaudit, ut impietati nunc ubique grassanti stulte blandiatur. — De eo vd. etiam *Grisar, Nuovo bull. di arch. crist. I.* 127-146. et *Nissen, Rhen. Mus. XX.* 223.

CLITUS, i, m. 2. (Κλεῖτος: cf. κλειτός, *clarus)* Etiam *Clitos* in r e c t o, posit. Gr., ap. *Justin.* 13. 6. 8. et in a c c. *Cliton* ap. *Pomp. Trog. prol.* 14.

Clitus ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit vir Macedo (*Diod.* 17. 20. et 57), Dropidæ filius (*Arrian.* 1. 15. etc.), amicus Alexandri M. carissimus, una educatus, ejusque dux, cui in prœlio ad Granicum vitam servavit (*Senec. dial.* 5. 17. 1. et *Curt.* 4. 13. 26), ab eo ira abrepto nefarie inter pocula hasta trajectus a. 328. a. Chr. (*Val. Max.* 9. 8. *ext.* 1., *Curt.* 8. 1. 19-51. et *alib.* et *Oros.* 3. *Hist.* 18). — *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (93). Apelles pinxit Clitum cum equo ad bellum festinantem. — 2.°) Alter, item Alexandri M. amicus et dux, a quo tamen auctoritate spoliatus est et in Macedoniam remissus, ut refert *Justin.* 12. 12.; sed, mortuo Alexandro, a Perdicca classi præfectus, ac bello navali victus in Hellesponto, a Lysimachi militibus in fuga est interfectus a. 318. a. Chr. (*Pomp. Trog. prol.* 14., coll. *Diod.* 18. 72). — 3.°) Alios vide sis ap. *Liv.* 36. 11. et *Martial.* 4. 9. et 8. 64., ubi fictum viri nomen videtur. ¶ 2. Generatim, in titulis, cogn. vir. *Corp.* 6. 789.; 15. 4940.; 5. 7610. *Inscr. Ephem. epigr. IX* (ad *Corp.* 2) 111[a] (in Hisp. Tarr.).

CLIVICOLA, æ, m. 1. (*clivus* et *colo,* clivorum incola) deus clivis præfectus. *Tertull.* 2. *Nat.* 15.

CLIVUMPULLENSES, ium, m. plur. 3. incolæ clivi Pullii. *Corp.* 5. 31893c. 10 (*sæc. IV. des.).* Cf. *Hülsen, Topogr. d. Stadt Rom. I.* 257.

CLIVUS, i, m. 2. nom. comm. loci acclivis et aliquantum editi, speciatim Romæ ad loca quædam designanda adhibetur. Ex his nonnulli memorantur, sc. — *a) Clivus Argentarius,* Romæ angustus transitus inter collem Capitolinum et Quirinalem, hod. *via di Marforio,* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1871. *p.* 52. — *b) Clivus Martis* extra portam Capenam, dictus ab æde Martis, ad quam ducebat ab Appia via. *Inscr.* apud *Orelli n.* 3. et *Corp.* 6. 1270 (Cf. *Canina I. T. p.* 56. et *Gilbert, G. u. Top.* etc. *II.* 96). — *c) Clivus Publicius,* via super Aventinum a porta Trigemina ad Raudusculanam, ita dicta a duobus fratribus Lucio et Marco Publicio Malleolo, ædilibus sæc. VI. initio, qui eam lapidibus constraverunt (*Becker, Handb.* 447.; *Gilbert, I.* 144-257. et *III.* 439-446. et *De Ruggiero, Diz. epigr. I. p.* 770-776). — *d) Clivus Scauri,* via antiquissima, quæ cum *vico capitis Africæ* ad regionem II. Cælimontanam convergebat, hod. *via ss. Giovanni e Paolo* (*Corp.* 5. 1039.; 6. 8982-8987., coll. *Becker I.* 508. et *Gilbert, III.* 348). — *e) Clivus Suburanus,* via publica, ex qua accedebatur ad porticum Liviæ, uxoris Augusti, hod. *s. Lucia in Selci* (*Sueton. Aug.* 29., coll. *Strab.* 5. 360. et *Dion.* 54. 23. et 55. 8. Cf. *Jordan, Top. II.* 117). — *f) Clivus Victoriæ,* via dicta a templo ab Euandro huic deæ dicato, quæ a Palatino descendebat ad portam Romanulam *Liv.* 10. 39 (*Corp.* 6. 3733., 31060., coll. *Becker* 232). — *g) Clivus Cinnæ* extra portam triumphalem, hod. *porta Angelica* (*Inscr.* ap. *Grut.* 1081. 1. etc.).

CLOACA Maxima, Romæ. *V.* voc. in *Lexico.*

CLOACINA, æ, f. 1. *Cluacina* in libris mss. *Plin.* et *Aug.* passim. — Plur. ap. *Tertull. pall.* 4.

Cloacina, dea cloacæ maximæ præfecta, de cujus significatione *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 36. (119). « Myrtea verbena Romanos Sabinosque - purgatos in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet » (nam circa eum locum, ubi reperta fuerat effigies, ludi omnis impudicitiæ pleni Floræ meretrici celebrabantur); « c l u e r e enim antiqui purgare dicebant ». *et Serv. auct. Æn.* 1. 720. Cloacina, quia veteres c l o a r e purgare dixerunt. — Memoratur — *a)* Proprie. *Tertull. c. Marc.* 1. 18. *Lact.* 1. 20. 11. Cloacinæ simulacrum in cloaca maxima Tatius consecravit, et quia, cujus esset effigies, ignorabat, ex loco illi nomen imposuit (Errat hic *Lact.,* nam cloaca maxima fere centum et quinquaginta post Tatium annis a Tarquinio Prisco constructa est). Adde *Senec. frg.* 33., *Liv.* 3. 16 (Cf. *Jordan, Top. d. Stadt Rom. I.* 2. *p.* 397)., *Plaut. Curc.* 471 (*Inscr. numm. Babelon II. p.* 248 [coll. *Dressel, Wien. Stud.* 24. 418]. Cloac. et Cloacin.). *Augustin. ep.* 17. Magnam materiam facetiarum: deum Sterculinum, deam Cluacinam. *et Prudent. apoth.* 265. Nemo Cloacinæ aut Eponæ super astra deabus Dat solium. — Ejus ædes fuit ad Viam Sacram in foro e regione Comitii prope Tabernas Novas (Cf. *Plaut.* et *Liv. locc. citt.)* vel potius apud arcum Severi (*Momms.* in *Ann. dell' Ist. arch.* a. 1844. *p.* 299. et 301). — Ejus effigies visitur in nummo gentis Mussidiæ ap. *Cohen, Méd. de la R. R. tab. XXIX. n.* 6., coll. *Eckhel,* 5. *p.* 258. — *b)* Translate. *Tertull. pall.* 4. Quod si jam tunc locorum Diogenes de dolio latraret, non cœnulentis pedibus, ut tori Platonici sciunt, sed omnino totum Empedoclem in adyta Cloacinarum *(tot enim Cloacinæ quot cloacæ)* detulisset, ut qui se cælitem delirarat, sorores prius suas, dehinc homines deos salutaret. — De ea vd. *Wissowa* in *Roschers Myth. Lex. II.* 2085. et 3232. *sq.*

CLOANTHUS, i, m. 2. (Κλόανθος) nom. vir. *Prob. app. gramm. IV. p.* 197. 8. Nomen cum accentu producto - Cloanthus (Chloantus, *ut videtur* B). — Fuit heros Trojanus, socius Æneæ, a quo Cluentia gens originem traxit. Ita *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 222. Æneas genuit fortemque Gyan fortemque Cloanthum. *et* 5. *ibid.* 122. Cloanthus - genus unde tibi, Romane Cluenti. — De ejus victoria in certamine navali *Hygin. fab.* 273.

CLOATIUS, ii, m. 2. (Scribitur etiam *Cluatius* et *Clouatius),* cogn. *Verus,* grammaticus, qui videtur floruisse temporibus Augusti; sed ex *Gell.* 16. 12. 1. alii arguunt fuisse recentiorem, fortasse ætate Trajani, cum Cæsellio Vindice, auctore *Stromatei* seu *lectionum antiquarum* (de quo *V.* VINDEX), Velio Longo aliisque grammaticis. — De eo *Macrob.* 3. *Sat.* 18. 4. Non pauca hercle dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quædam futilia et frivola. Composuit libros, quos inscripsit *verborum a Græcis tractorum,* quorum *quartum* memorat *Gell. loc. cit.;* item libros *Ordinatorum Græcorum,* quorum *secundum* et *quartum* citat *Macrob.* 3. *Sat.* 6. 2. *et ibid.* 8. *sqq.* — Ejus fragmenta collegit *Egger, Lat. Serm. vet. rel. p.* 31-34. — De eo vd. *Goetz, PW.* 3. 61. *sq.* — Hinc *Cloatilla,* nom. demin. (V. *Schulze, Eigenn. p.* 238) matronæ Romanæ, quæ accusata,

quod virum, unum ex rebellibus, sepelisset, defensa est a Domitio Afro, cujus orationis fragmenta quædam refert *Quintil.* 8. 5. 16.; 9. 2. 20. et 8. 66., 4. 31.

CLŌDIĀNUS, a, um, adject. *V.* CLODIUS.

CLŌDIĀNUS, i, m. 2. fluvius Hispaniæ Tarraconensis, memoratus *Mel.* 2. 89. Cf. *Ptol.* Κλωδιανὸς ποταμός. Cur vero gen. neutr. sit apud *De-Vit*, nescio; sed fortasse *Clodianum flumen* cogitavit.

CLŌDĬUS, ii, m. 2. (Κλώδιος) nom. gent. De duplici forma *Claudius* et *Clodius* dictum est in CLAUDIUS. — Scribitur etiam *Clodis* pro *Clodius*, ἀρχαϊκῶς, in *Corp.* 1. *p.* 212. *n.* 856. — Item *Cludius* in *Corp.* 2. 4206. — Hæc autem forma *Clodius* archaica et volgaris vel sequiore ætate usurpata est, teste *De Rossi, Rom. sotterr. II. p.* 67. *sq.* — Genet. *Clodi* pro *Clodii* in lapidibus potissimum sed etiam in mss. codd. et libris ed. occurrit. Cf. tamen CLAUDIUS. — Notatur in titulis et nummis haud raro *Clod.* v. etiam *Clo.*, *Cl.*, ut in *Corp.* 6. 226., 9. 5916. etc. et ap. *Cohen III. p.* 415. *sqq.*

Clodius ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Ex patriciis gentis Claudiæ (liberis Ap. Claudii Pulcri, consulis a. 79. a. Chr.) — P. Clodius Pulcher, trib. pl. a. 58., adversarius Ciceronis, *P. Claudius* dictus antequam ex adoptione ad plebem transiret *(Cic. Dom.* 13. 34), *L. Claudius Pulcher (Val. Max.* 8. 1. 7), sæpius *Clodius* absolute v. *P. Clodius*, aliquando etiam *Publius* præn. tantum appellatus *(Frgm. Sall. p.* 388. *Kritz), Pulcher* vero κατ' ἐξοχὴν in *Corp.* 1. 1048., filius Ap. Claudii Pulcri et Cæciliæ Metellæ, rerum novarum cupidus, quæstor designatus a. 61., in sequentem annum, veste muliebri indutus in domo C. Cæsaris, ubi mysteria Bonæ Deæ celebrabantur, deprehensus est, violata jam conjuge ejus Pompeja *(Suet. Cæs.* 6. et 64) et pollutis sacris *(Cic.* 1. *Att.* 12. 13. et 14); hinc sacerdos Bonæ Deæ κατ' εἰρώνειαν dictus. — Porro, ut tribunus pl. fieret, se P. Fontejo adoptandum dedit; unde, favente Cæsare in odium Ciceronis, a. 58. tribunatum obtinuit et ex Claudio Clodius appellatus est. — Dein ædilis curulis fuit a. 56. et a. 54. præturam petiit; sed a. 52. a Milone, quem de vi accusaverat, vel ab ejus servis occisus est prope Bovillas, quare ejus cædes *Bovillana pugna* ironice appellatur a *Cic.* 5. *Att.* 13. et *Leuctrica pugna* ab *eod.* 6. *ibid.* 1 (coll. *Liv. epit.* 107), qui Clodium hominem pessimum describit, furibundum ac perditum tribunum, perniciosarum legum latorem, fatale portentum ac prodigium rei publ., omnium incendiorum facem, pestem, furiam patriæ, inimicum legum, sceleratum, impium, libidinosum, stupratorem etc. Ita passim *Cic.* in *Miloniana, Cæliana* et *pro domo, Vatiniana, Philippicis* 3. et 8., adeo ut ejus nomen etiam factum sit de hominibus improbis ac facinorosis, ut pluraliter apud *Senec. brev. vit.* 5. « M. Cicero inter Catilinas, Clodios jactatus Pompejosque et Crassos ». Et proverbialiter *ep.* 97. « Omne tempus Clodios, non omne Catones feret ». — Eam fortasse nomine *Lesbii* perstrinxit *Catull. carm.* 79. — Plura de eo vd. apud *Plut. Lucull.* et *Cic.* — 2.°) Alii: — *a)* Clodius, historicus, laudatus *Cic.* 1. *Legg.* 2. Cf. *Peter, Hist. Rom. fragm. I. p. CCXLV.* — *b)* Clodius, miles, qui, de agello certans, Virgilium nefario scelere interficere volebat. *Serv. auct.* et *Philarg.* 9. *Ecl.* 1. Cf. *Donat. vit. Virg. n.* 31. et 36. — *c)* Clodius, commentariorum in Virg. Æneidem auctor, quorum librum quartum citat *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 176. Cf. etiam *ibid.* 52. et 176. et *alib.* — *d)* Clodius, medicus, Asclepiadis assecla, ap. *Cæl. Aur.* 8. *acut.* 8. 96. et 4. *chron.* 9. 134., unde argui potest illum aliqua scripsisse. — *e)* L. Clodius, grammaticus, *Schol. Bob.* ad *Cic. Arch. p.* 357. *Orell.* — *f)* Q. Clodius, qui et *Quintipor Clodianus* vel *Clodius*, h. e. Quinti filius, poeta comicus, alienorum versuum fur, ut colligitur ex *Varr.* apud *Non. p.* 448. *Marc.* « Cum Quintipor Clodius tot comœdias sine ulla fecerit Musa ». *et p.* 144. « Si hodie noenum venis, cras quidem si veneris meridie die natali Fortis Fortunæ, Quintiporis Clodi Antipho fies ac poemata ejus gargaridians dices: O Fortuna etc. — De eo cf. *Bücheler, Mus. Rhen. XIV. p.* 447. et *Ritschl, Parerg. I præf. p. VII.* — *g)* Sex. Clodius, rhetor Siculus, Latinæ atque Græcæ eloquentiæ doctor *(Sueton. de rhet.* 5) male oculatus et dicax, quem Antonii amicissimum et ab eo ditatum deridet *Cic.* 2. *Phil.* 17. 43., ubi dicit eum Clodium locupletasse ut nihil sapere disceret, hunc vero ex oratore aratorem factum esse, ut duo millia jugerum ipsi ab Antonio donata coleret. — *h)* Sex. Clodius, rhetor alter, Clodiorum patriciorum cliens, homo spurcissimus, libidinum P. Clodii « prægustator et seditionis minister ac dux » ut ait *Cic. Cæl.* 32. 78. et *Pis.* 4. 8.; idcirco *Athenio vocatus* 2. *Att.* 12. Cf. *Ascon.* in *Pis. p.* 8. *Or.* et *Cic. Dom.* 10. 26. et 12. 31. et 33., ubi dicitur leges Clodias scripsisse suique amici, a Milone occisi, cadaver canibus dilacerandum reliquisse *(Cic. Mil.* 13. 33). — *i)* Clodius Æsopus, histrio tragicus et comicus insignis, ex hac arte ditissimus *(Plin.* 10. *Hist. nat.* 51. 72. [141]). et in declamando eximius *(Cic.* 1. *Divin.* 37. 80., 2. *Tusc.* 17. 39. et 4. *ibid.* 25. 55), cujus filius M. Clodius Æsopus luxuriosissimus *(Horat.* 2. *Sat.* 3. 239., *Val. Max.* 9. 1. 2. et *Cic.* 11. *Att.* 15) dicitur decies sestertium concupisse una hora absumere atque ita baccas detractas uxori Metellæ in aceto diluisse *(Porphyr.* ad *Hor. loc. cit.).* — *l)* D. Clodius Albinus, in nummis *Imp. Cæs. D. Clodius Septimius Albinus Aug.* vel *D. Cl. Sept. Albin. Cæs.*; nam *Inscript. n.* 900. et 901. apud *Orelli* spurias esse judicat *Wotawa, PW.* 4. 68. — Ortus ex familiis Postumiorum, Albinorum et Cejoniorum, sed Hadrumetinus ex Africa, fuit litteris Græcis et Latinis mediocriter eruditus *(Capitolin. Clod. Alb.* 1-5), etiam colendi agri peritissimus ita ut *Georgica* composuerit, *Milesiarum* quoque scriptor, ut nonnulli autumant, « quarum fama non ignobilis habetur, quamvis mediocriter scriptæ sint » *(Id. ibid.* 11), strenuus armis, consiliis prudens, senatui carus, moribus gravis, unicus qui ab amoribus Græcorum non modo abstinuerit, sed etiam hujusmodi reos pœnis multaverit, nimis tamen, maxime erga milites, severus; tribunus mil., rebellante Avidio a. 175. p. Chr., exercitus fideliter imp. M. Aurelio devotos servavit; bis consul, primum designatus in locum Cassii Papirii, dein a. 194. *(Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6032), jam mortuis M. Aurelio et Commodo, cum Septimio Severo, qui eum Cæsarem a. 193. per litteras salutaverat, sed invito animo, quia clam ei insidiabatur. Quod quum detexisset Albinus, iratus ab eo descivit et Augusti nomine sibi indito in Gallia arma sumpsit; verum Septimius ab oriente Romam reversus et, senatus consensu fretus, Albinum hostem declaratum Lugduni adortus est commissoque prœlio a. 197. devicit; nec ulli crudelis pepercit ex ejus familiaribus, consanguineis, amicis, quos omnes trucidavit, ita ut Albinus desperatus sibi mortem consciverit *(Herodian.* 3. 16-24., *Capitolin. Clod. Alb.* 7-9., *Spartian. Sev.* 10-11., coll. *Dion.* 95. 4-7). — De eo plura ex *Inscr.* ap. *Dessau Inscr. Lat. sel. n.* 419., *Corp.* 8. 3706., 3733., 4037.; 6. 1450.; 8. 1549. etc.; ex nummis *Eckhel,* 7. *p.* 161-166.; *Cohen III.* 415-424., *Froehner, Les méd. de l'empire Rom.* 150. *sqq.*; *Kolb, Numism. Ztschr. IX.* 323. Cf. etiam *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I.* 2. 665., 705-718.; *Fuchs, Gesch. d. Kais. L. Sept. Sev.* 185-217. — De monumentis antiquæ artis vd. *Bernoulli, Röm. Ikonogr. II.* 3. 17. *sqq.*, quamvis non omnia sincera habenda sint. Statuam Cl. Albini illustravit etiam *Visconti, Mus. Pio-Clem. III. p.* 51. *sqq.* — *m)* P. Clodius Eprius Marcellus, orator Capuanus, vir « promptus ad omne scelus » *(Tac.* 16. *Ann.* 26), eloquentia et divitiis hoc partis, potentissimus, proprætor Lyciæ a. 810., quam male administravit; dein ca. a. 811. cons. suffectus, cui Columella dicavit librum *de Arboribus*, tempore Neronis teterrimus delator; idcirco ab eo pecunia cumulatus, quo mortuo, Vespasiani imp. benevolentiam sibi captavit; sed quum in eum conjurasset cum Cæcina Alieno, detectus damnatusque novacula se interemit *(Dio* 66. 16). — *n)* Q. Clodius Hermogenianus Olybrius, cos. a. 379. p. Chr. cum D. Magno Ausonio poeta *(De Rossi, Inscr. Chr. n.* 281); dein consularis Campaniæ *(Inscr.* ap. *Momms. n.* 4085); tum proconsul Africæ et mox præf. urbi *(Cod. Theod.* et *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 337). De eo *Ammian.* 28. 4. 1. « Numquam ab humanitatis statu dejectus, sollicitus erat et anxius, ne quod usquam factum ejus asperum inveniretur aut dictum, calumniarum acerrimus insectator, fisci lucra, unde poterat, circumcidens, justorumque distinctor et arbiter plenus, in subjectis admodum temperatus; sed etc. ». — *o)* C. Clodius Licinus, cos. suff. a. 4. p. Chr. cum Cn. Sentio Saturnino *(Inscr.* ap. *Orelli n.* 3260), homo liberalis, rerum Romanarum scriptor, teste *Liv.* 29. 22. « Hunc Pleminium Clodius Licinus in libro III rerum Romanarum refert etc. ». Adde *Sueton. gramm.* 20. — Hunc citat etiam *Cic.* 1. *Legg.* 2. 6. imitatorem Antipatri; aliis tamen locis *Claudii* (præsertim *Quadrigarius*) a Clodiis vel Licinis haud facile distinguuntur. Cf. *Roth, hist. p.* 322. *sqq.* — *p)* M. Clodius Pupienus Maximus Liberalis, imp. Aug. (a. 238), varie appellatus: cf. *Corp.* 8. 10342. *sq.*, 10365., 22586. et *Inscr. numm. Cohen V. p.* 14. *n.* 1. *sqq.*, ubi additur Aug. v. Imp. — Vulgo et apud scriptores absolute *Pupienus* v. *Maximus* Cf. *Herodian.* 7. 10. et *Capitolin. Maximin. jun.* 7. — Natus ignobili genere a. 164. v. 165. p. Chr. pueritiam in domo patrui Pinarii fecit, grammaticæ et rhetoricæ studuit mediocriter, militari potius vitæ deditus; quare et tribunus mil. fuit et multos egit numeros; dein prætor; mox proconsul Bithyniæ, Achaiæ et Galliæ Narbon., tum consul suffectus et legatus Sarmatas fregit Germanosque ad Rhenum devicit *(Capitolin. Max.* et *Bal.* 5). Postea præfectus urbi « prudentissimus, ingeniosissimus et severissimus » a. 234-236., simul et consul secundo *(Corp.* 6. 1087a. et 8. 10343. et 10365., *Eckhel,* 7. *p.* 307. et *Cohen* 26-31) cum Agricola Urbano, quæ omnia probat firmatque cl. *Borghesi* in *Bull. arch. Nap.* a. 1858. *p.* 57. et 59. — Porro a. 238., qui opponeretur tyranno Maximino, Pupienus a senatu creatur una cum Balbino imperator mittiturque contra Maximinum; verum, ad Aquilejam eo a militibus proditoribus interfecto, Romam rediit Gallorum militum turba stipatus, utpote qui de prætorianis diffideret, sed imprudenter *(Capitolin. ibid.* 12-13., *Herodian.* 8. 21); præterea « amor, caritas, concordia, fides, pietas mutua Augustorum » *(Eckhel,* 7. *p.* 305. *sq.* et *Cohen p.* 8., 11., 14. *n.* 1. 3.; 15. *n.* 5-8. 11.; 17. *n.* 25) sensim defecerant. Quæ quidem omnia in causa fuerunt, cur prætoriani, quibus Augusti invisi erant, quippe qui non ab ipsis sed a senatu electi fuissent, dum ludi Capitolini celebrabantur, ambos, priusquam a Gallica custodia defendi possent, violenter abreptos trucidarunt et imperatorem adclamarunt Gordianum III *(Herodian.* 8. 21); quamquam *Zosimus* 1. 16., sed perperam, vult eos non ferro, sed naufragio fuisse exstinctos. — De eo, præter *Capitolin.* et *Herodian.*, vd. etiam *Eutrop.* 9. 1. et 2., coll. *Eckhel, Cohen locc. citt., Mionnet III.* 173. 645. *sq.*; *Voetter, Numism. Ztschr. XXV.* 385-394. et *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I.* 2. 790-796., *Borghesi, œuvr. V.* 465-506.; *Sadée, De imp. Rom. tertii p. Chr. n. sæc.* etc. *Diss.* Bonn. 1891. *p.* 8-28. — *q)* P. Clodius Quirinalis, rhetor Arelatensis, qui « Romæ insignissime *docuit* » inquit *Hieronym. chron.* ad 797. Memorat et *Suet.* in *Indice rhetorum.* — *r)* Clodius Sabinus, rhetor ex iis, qui « non unius linguæ eloquentia contenti, græce et latine declamabant », ut ait *Senec.* 9. *Contr.* 26. *n.* 13., coll. *Excerpt.* — *s)* P. Clodius Turrinus, ejus pater, orator, de quo *Senec.* 9. *Contr. n.* 14. *sq.* « Solebat declamare studiose et Turrinus Clodius »; cujus filius « adulescens summæ eloquentiæ futurus, nisi mallet exercere quantum habet, quam consequi quantum potest. Sed Turrinus pater multum viribus dempserat, dum Apollodorum sequitur et summam legem dicendi eam putat - causas nemo proposuit diligentius, nemo respondit paratius etc. ». Filio autem consulatum suffectum tribuit cl. *Borghesi, Œuvr. II. p.* 73. *sq.* cum M. Cluvio Rufo a. 37. p. Chr. Cf. *Inscr.* mutil. apud *Momms. n.* 2224. — *t)* Clodius Tuscus, grammaticus, de quo *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 657. Ennius *mussare* pro *tacere* posuit, Clodius Tuscus: *Mussare est ex Græco comprimere oculos* etc. *Id.* ad *eund.* 1. *ibid.* 176. Clodius scribit commentariorum quarto. — Præter *commentaria* scripsit etiam *kalendarium astronomicum* græce redditum a *Laur. Lido (De ostentis p.* 114 *sqq. Wachsm.)*; quo in suis *Fastis* usus esse videtur Ovidius, uti censet *Merkel (Ovid. Fast. p. LXVI-LXXIV).* Adde *Gell.* 5. 20. 2. — *u)* Alios vd. ap. *P.W.* 4. 64-106. ¶ 2. In titulis nomen frequentissimum in Italia præter Etruriam et Umbriam *(Corp.* 11) et in Africa (prope deest in *Corp.* 13. 7). *Corp.* 6. 200. sæpe, 226 *(a.* 224), 4549. etc. — *Claudia*, nom. mul. *Corp.* 6. 4043 *(in mon. Liviæ)* etc. — Apud scriptores vero præsertim memoratur: Clodia, soror P. Clodii Pulcri, tribuni famosi, mulier pessima, ut patet ex tota *Cæliana* oratione *Cic.*, quam dixit Cælius *(Cic.* 26. 62) *quadrantariam Clytæmnestram* (veneno namque occidit virum suum Metellum) *et in triclinio coam, in cubiculo nolam*, teste *Quintil.* 8. 6. 53., *Medeam Palatinam (Cic. Cæl.* 8), *Boopim (Id.* 2. *Att.* 9., 12., 14. etc.), *Cælianam (Quintil.* 5. 13. 30) ex M. Cœlio Rufo oratore, quicum sæpe, ut cum fratre pluribusque aliis, libidinem suam hæc mulier impudicissima explevisse dicitur; sic et *Lesbiam* vocavit *Catull.*, cui cognita erat, vivente viro suo *(Apul. apol.* 10); in hanc tamen infidelem *(carm.* 11) ita invehitur poeta: « Cum suis vivat valeatque mœchis, Quos simul complexa tenet trecentos etc. ». — *Clodii Forum.* V. FORUM. — *Clodiæ horti*, Romæ ad Tiberim. *Cic. Cæl.* 15. 36. Hortos ad Tiberim diligenter eo loco parasti, quo omnis juventus natandi causa venit. — *Clodius*, adj. ad Clodiam gentem vel ad Clodium aliquem pertinens. *Id. Dom.* 18. 34. Quid? sacra Clodiæ gentis cur intereant quod in te *(i. e.* P. Clodio) est? Adde *eund.* 2. *Q. fr.* 11. — *Clodia Fossa.* V. FOSSA CLODIA. — *Clodia lex* — *a)* Qua victoriatus nummus percussus est *(Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 13. [46]). — *b) De senatoribus.* V. *Claudius, a, um.* — *c)* Qua populo frumentum gratis dandum erat, dicta *annonaria* seu *frumentaria (Schol. Bob.* pro *Sest. p.* 301. *Or.)*, quam, cum sequentibus, a Clodio trib. pl. latam perniciosam vocat *Ascon.* in *Pis. p.* 9. *Or.* — *d) De censoria motione*, ap. *Cic. Pis.* 4. 9., coll. *Ascon.* et *Schol. Bob. locc. citt.* — *e) De collegiis restituendis*, quæ senatus sustulerat, *novisque instituendis* ex omni fæce urbis ac servitio, ut ait *Cic. Pis.* 4. 9., 3. *Att.* 15., coll. *Ascon. ibid.* et *Dion.* 38. 13. — *f) De auspiciis*, ap. *Cic. Sest.* 15. 33. et 26. 56., coll. *Ascon. ibid.* 9. — *g) In Ciceronem*, qua is, etsi haud nominatus, in exsilium pulsus est, qui *civem Romanum indemnatum interemisset* etc. *Vellej.* 2. 45., coll. *Liv. epit.* 103., *Dion.* 38. 14., *Cic. Pis.* 15. 38., *Schol. Bob. p.* 309). — *h) De rege Ptolemæo* et *de exsulibus Byzantinis*, cujus meminit *Cic. Dom.* 20. 53. — *i) De provinciis consularibus*, ap. *eund. Pis.* 16. 37., coll. *Sest.* 25. 55. — *l) De Pessinuntio Matris Magnæ sacerdote*, ap. *eund. Sest.* 26. 56. — *m) De libertinorum suffragiis*, ap. *eund. Mil.* 12. 33. coll. *Ascon.* in *Mil. p.* 52. et *Schol. Bob. p.* 346. — *Clodia Via*, eadem quæ *Claudia*, per Etruriam ducens (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. I.* 206). *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 44. quos pinifaris positos in collibus hortos Spectat Flaminiæ Clodia juncta viæ. Adde *Itin. Ant. p.* 284., *Tab. Peut.* 5., *Curios. urb. reg. p.* 24. *Corp.* 6. 1356. CVRATORI VIAE CLODIAE ANNIAE CASSIAE CIMINIAE ET NOVAE TRAIANAE. — Hinc *Clodianus*, adj. — *a)* Ad P. Clodium Pulcrum pertinens. *Cic. Dom.* 9. 24. Clodianum imperium. *et Sest.* 31. 68. scelus. *et* 39. 85. exercitus. *et* 44. 94. seditio. *et* 62. 130. latrocinia. *et Vatin.* 17. 40. operæ *(i. e.* sectatores Clodii). *et* 2. *Q. fr.* 1. incendia, trucidationes, lapidationes. *et* 11. *Fam.* 16. tempora. — *b)* Ad alios. *Id.* 12. *Att.* 52. horti *(i. e.* Clodiæ). *Capitolin. Alb.* 12. factio *(i. e.* Clodii Albini). — Subst. *Clodiana(-orum)*, statio Macedoniæ, in *Itin. Ant. p.* 318. et *Tab. Peut.* 7. — *Clodianus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 8828 *(in Numidia).*, 16542 *(in prov. procos.)* etc. — *Clodiane*, nom. mul. *Corp.* 8. 359. — Fuit cogn. *Cn. Cornelii Lentuli*, cos. a. 72. a. Chr. *Cic.* 1. *Att.* 19. et *Sall. hist. frg.* 4. 1. — Præterea in titulis — 1.°) Vir e gente Clodia adoptatus: *Corp.* 8. 132 *(in prov. Byzac.).* — 2.°) Reliqui: — *a)* viri: *Corp.* 6. 1057 (5) 126 (a. 205).; 6. 1995., 2878. etc. — *b)* mulieres: *Corp.* 6. 28151.; 14. 464 *(Catinæ).* — Adj. *Clodianensis*: *Corp.* 15. 3940. et *Clodiensis.* V. *Foroclodienses.*

CLŒLĬUS, ii, m. 2. Scribitur etiam *Cluilius*, *Cloilius*, *Cluilius*, *Cluvius*, *Clylius* (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 184. *adn.)*, Gr. Κλοέλιος, Κλοίλιος. — Notatur *Cloul.* in *Corp.* 9. 4463. — Osce: *Statis Cloil.* C. (v. *Planta n.* 241). — Originem vocis ducit *Paul. Fest. p.* 55. « a Clonio *(al.* Clolio) Æneæ comite ». — Hanc autem gentem Albanam fuisse tradit *Liv.* 1. 30.; refert enim Tullum Hostilium regem principes Albanorum, ut ea quoque *(Urbis)* pars (sc. *Cælius* mons) rei publ. cresceret, in patres legisse, videlicet Tullos, Servilios, Quinctios, Geganios, Curiatios, Clœlios *(Dionys. ant.* 3. 29. Κοιντιλίους, Κλοιλίους).

Clœlius, nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.°) *Clœlius*, Albanorum princeps ac dux, laudatus *Liv.* 1. 22. et 23. et *Paul. Fest. p.* 56. — Is, regnante Romæ Tullo Hostilio, castris Urbi admotis fossaque ab eo dicta *Clœlia* v. *Cluilia* circumdatis, infecto bello, obiit *(Liv. ibid.)* — 2.°) Clœlius Gracchus, Æquorum dux, *Liv.* 3. 25. et 28. et *Auct. vir. ill.* 17. — Hic, violato fœdere, Romanos cum exercitu aggressus, Labicanum ac Tusculanum agrum vastavit, legatosque Romanorum de injuriis conquestos male habuit, ita ut hi L. Quinctium Cincinnatum statim dictatorem creaverint a. 458. a. Chr., qui Æquos debellavit cepitque Clœlium Gracchum et omnes sub jugum misit *(Liv. locc. citt.*, coll. *Dion. frg.* 22. 1). — 3.°) *T. Clœlius* Siculus, trib. mil. consulari potestate cum A. Sempronio Atratino et L. Atilio creatus a. 444. a. Chr. mox augurum decreto, quod vitio creati fuissent, honore abire coacti *(Liv.* 4. 7); non est tamen confundendus cum altero P. Clœlio Siculo, item trib. mil. consulari potestate, a. 378., de quo *Liv.* 6. 31. — 4.°) *Clœlius Tullus*, legatus Romanorum ad Tulumnium, regem Vejentium, missus, a quo contra jus gentium Fidenis interemptus est cum aliis tribus collegis, quibus statuæ publice in Rostris positæ sunt, teste *Liv.* 4. 17. Adde *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 11. (23). — *Cic.* 9. *Phil.* 2. 5. Tullum Cluvium (Cluilium *Or.)* vocat. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 8780., 9492. etc. — *Clœlia*, nom. mul. *Corp.* 6. 1861. — Apud scriptores celebris est nobilis virgo Romana, quæ cum aliis virginibus Porsenæ, regi Etruscorum, obses tradita, deceptis custodibus, cum sociis Tiberim tranans ad suos incolumis pervenit. Laudatur *Virg.* 8. *Æn.* 651. fluvium vinclis innaret Clœlia ruptis. *Sil. It.* 10. 492. contemptrix Clœlia sexus. *Flor.* 1. 10. 3. Horatius, Mucius, Clœlia, qui nisi in annalibus forent, hodie fabulæ viderentur. Adde *Liv.* 2. 13. — Ei statua equo insidens in via Sacra posita est, teste *Senec.* 6. *dial.* 16. 2. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 646. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 13. (28). Equestrium tamen statuarum origo perquam vetus est, cum feminis etiam honore communicato Clœliæ statua equestri etc. *et ibid.* Clœliæ statuam Piso tradit ab iis positam, qui una obsides fuissent. — Quod tamen *Florus loc. cit.* fabulosum suæ ætati visum esse adfirmat, etiam hodie non tam videtur, quam habetur omnino; criticis namque viris nunc statua illa est Veneris *Cluiliæ* seu *Cloacinæ* (Cf. *Suid.* ad v. Ἀφροδίτη), cujus Veneris equestris obliti Romani, nec scientes quomodo fieri potuerit ut feminæ, quæ a negotiis publicis arcebantur, publicum erigeretur signum, hoc Clœliæ facinus in suæ antiquitatis decus commenti sunt *(Schwegler II.* 1. *p.* 472. *sqq.*, coll. *G. De Sanctis, St. d. Rom.* 1907. *I. p.* 439). — Hinc adj. *Clœlius* vel *Cluilius*, ut *Cluiliæ fossæ* (Κλοιλίαι τάφροι) inter Romam et Albanum, ap. *Liv.* 1. 23. Fossa Cluilia ab nomine ducis (*V.* sub 1.°). Sic *Paul. Fest. p.* 56. Cluiliæ fossæ a Clœlio, duce Albanorum, dictæ (Cf. *Plut. Coriol.* 30). V. *Bormann, Altlat. Chorogr.* 68. et *Gilbert, Top. II.* 52.

CLŌNIS, is, 3. (Κλόνις) ¶ 1. Fuit dux, Thebanorum socius *Stat.* 7. *Theb.* 369. Clonin *(acc.)* ¶ 2. In titulis fort. cogn. mul. *Corp.* 3. 1267 *(in Dacia).*

CLŌNĬUS, ii, m. 2. (Κλόνιος: cf. κλόνος, *tumultus*, quasi *tumultuosus)* ¶ 1. Fuit dux Bœotorum, qui cum ceteris Bœotiæ principibus naves quinquaginta in Trojam duxit. Memoratur etiam *Homer.* 168. Arcesilaus atrox Prothœnorque Cloniusque Bœotos decies quinas agere carinas. Adde *Dict.* 1., coll. *Hom. Il.* 2. 495. — *Hygin. fab.* 97. Clonius *(al.* Chronius) frater ejus (sc. Leiti) ex Bœotia navibus novem. — Alios vd. apud *Virg.* 9. *Æn.* 574.; *Hygin. fab.* 81. et 118. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 13630.; 11. 6038. — Etiam nom. gent. *Corp.* 8. 5085 *(in prov. proc.).* — Cf. *Clōnus* (Κλόνος). *Corp.* 6. 6401. et 15. 941. Adde *Virg.* 10. *Æn.* 498. — *Clonidius*, nom. gent. *Corp.* 9. 498.

CLŌPĀS. *V.* CLEOPHAS.

CLOSTRA, ōrum, n. plur. 2. (Κλῶστρα *Ptol.)* idem ac *claustra*, nom. oppidi in Latio ad oram maris Tyrrheni, inter Asturam et Circejos, prope lacum *di Fogliano*. absolute vel cum addito. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (57). Claustra Romana. — *Cat. R. R.* 135. Claustra Romæ. - *Tab. Peut.* 6. Clostris. *Rav. p.* 266. Ploatris. *et p.* 334. Colostris.

CLŌTA (Κλώτα), sinus et insula Britanniæ septentr., hod. *Clyde*, ubi *vallum Antonini* terminabatur. *Tac. Agric.* 23. et *Itin. Ant. p.* 509.

CLŌTHŌ, us, f. (Κλωθώ) Scribitur *Cloto, Chloto* et *Clato.* — Acc. *Clotho* in *Epiced. Drusi* 239., *Sil. It.* 5. 404. et *Chalc. comm.* 144. — Secunda aliquando corripitur, ut in *Carm. epigr.* 1666. « si Clotho dedisset ». aliquando etiam utraque brevis usurpatur, ut ap. *Drac. Romul.* 8. 203. « quam Clotho, quam Lachesis, quam vindicat Atropos ingens ». — Etymon ita exponitur in *Gramm. suppl.* 272. 31. Clotho interpretatur evocatio - prima enim fuit nativitatis evocatio. *et Fulg. myth.* 1. 8. Prima Cloto - clitos (κλητός) enim græce evocatio dicitur etc. ». At probabilius vox ducitur a κλώθω, *neo, glomero*, quia Clotho fila vitæ hominum nere credebatur.

Clotho ¶ 1. Apud scriptores, una Parcarum, Noctis et Erebi filia *(Hygin. præf. fab.)*, soror Atropi et Lachesis. *Fav. Eul. p.* 4. 25. Fatalisque necessitas in eo numero *(sc.* in triade) est, Clotho, Lachesis, Atropos. *Mythogr. I. fab.* 100. Clotho colum bajulat, Lachesis trahit, Atropos occat. *Fulg. loc. cit.* Clotho, Lachesis Atroposque - utpote librariæ superum archiviique custodes. *Stat.* 3. *Theb.* 556. Clotho ferrea. *Sil. It.* 4. 369. dura. *Carm. epigr.* 422. 10. sæva. *et* 443. 4. prodiga *(al.* provida). *et* 1222. 5. invida. *Homer.* 891. mœsta. *Ovid. Ib.* 248. Clotho - Nevit et infausta stamina pulla manu. — Tropice *Sil. It.* 5. 404. Ille sibi longam Clotho turbamque nepotum Crediderat. *h. e.* vitam. — *Hygin. fab.* 277. tradit eum sororibus invenisse Clotho. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 3. 8847 *(in Dalmat.)*, 9418. 17 *(Salonis)* = *Carm. epigr.* 1141. 18.

CLŪĀTĬUS, ii, m. 2. architectus laudatus *Cic.* 12. *Att.* 18 (a. U. C. 709), fortasse, qui Ciceroni formam fani descripserat, quo Tullia, ejus filia, consecraretur. Cf. *Clostius (Clouatius).*

CLŪDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. Etr. *clute* et *Clutius*, *Cluturius*, *al.*: vd. *Schulze, Eigenn. p.* 150). *Corp.* 10. 6945 *(in columna milliaria viæ, quæ est inter Capuam et Puteolos)* CLVDIVS *(putat* Clodius *Momms.)* SILVANVS IMPERATOR *(adhuc plane ignotus).* et 6. 4550 *(e mon. Marcellæ).* — *Cludia*, nom. mul. *Corp.* 10. 2304 *(Puteolis).*

CLŪENTĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CLŪENTĬUS, ii, m. 2. (Κλοέντιος) *Cluventius* in *Corp.* 8. 14623., *Cloventius* in *Corp.* 8. 14609 *(in prov. proc.).* Cf. *Cluentinus, Cluenius, Cloatius*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 483. et in *Corp.* — Origo nominis ducitur a *Cloantho*, Æneæ socio *(Virg. loc. cit.)*; sed cf. *clueo* (κλύω) « dicor, nominor, celeber sum », unde *cluens* et hinc *Cluentius* deduxerim. Cf. etiam CLUVIUS.

Cluentius ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit vir quidam non ignobilis, de quo *Virg.* 5. *Æn.* 123. Cloanthus - gens unde tibi, Romane Cluenti

(Cf. *Serv.* ad *l.* « a Cloantho Cluentia familia »). — 2.°) A. Cluentius Habitus, « homo non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps », inquit *Cic. Cluent.* 5. 11., cujus soror ab Oppianico conjuge interfecta est (*Id. ibid.* 10. 30). — Obiit a. 88. a. Chr. — 3.°) A. Cluentius Habitus, præcedentis filius, a Cicerone defensus ea oratione, quam laudat ipse *Cic. Brut.* 78. 271. et passim. *et Orat.* 29. 103. et 108., et *Quintil.* sæpissime. *Plin.* 1. *ep.* 20. 8. Cicero pro Cluentio ait se totam causam vetere instituto solum perorasse. *Sidon.* 8. *ep.* 10. 3. « M. Tullius in actionibus ceteris ceteros, pro A. Cluentio ipse se vicit ». Tamen, quanta fuerit id temporis apud Romanos morum corruptio, ex ea oratione luculentissime patet, in qua Cicero « tenebras offudisse (*aver gettato polvere negli occhi*) judicibus gloriatus est », teste *Quintil.* 2. 17. 21., coll. *Jul. Ruf. rhet.* 13. *p.* 42. — 4.°) Alii: ap. *Cic. Cluent.* 60. 165., *Eutr.* 5. 3. 7. et *ibid.* 3., *Oros.* 5. *Hist.* 18., coll. *Appian. B. C.* 1. 50., 220. et 221. ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Corp.* 6. 15856.; 5. 2785 (*Patavii*)., 3569 (*Veronæ*) etc. — *Cluentia*, nom. mul. *Corp.* 9. 742. Adde amitam A. Cluentii, a Cicerone defensi (*Cic. Cluent.* 10. 30). et sororem ejusdem A. Cluentii (*Id. ibid.* 5. et 10. 30). — Hinc *Cluentianus*, adj. ad Cluentiam gentem vel ad A. Cluentium Habitum pertinens. *Cic. Cluent.* 44. 125. Cluentiana pecunia. *Quintil.* 11. 1. 74. judicium. *Ammian.* 30. 4. 19. oratio. *Jul. Ruf. loc. cit.* judices.

CLUILIUS. *V.* CLŒLIUS.

CLUNIA, æ, f. 1. (Κλουνία *Ptol.*, Κολουνία *Plut* = colonia, ut videtur) ¶ 1. Est oppidum Hispaniæ Tarrac., trib. *Galeria*, caput conventus juridici, sub imperio coloniæ, statio viæ Asturicæ Cæsaraugustam versus, hod. *Penalva de Castro* vel potius inter *Coruna del Conde, Hinojar, Quintanarraja* et *Penalva de Castro*. Memorant *Liv. epit.* 92., *Sueton. Galb.* 9., coll. *Dion.* 59. 54. et *Ptol.* 2. 6. 56. — *Cluniensis*, adj. et incolarum vocabulum. In titulis notatur *Cluniens., Clunien., Clun., Clu.* — *Corp.* 6. 1454. 3 (a. 222. p. Chr.). Conventus Cluniensis. *et* 2. 2780. Clun. colonl. — 5792. Clunienses. ¶ 2. Item oppidum Rætiæ, hod. *Feldkirch*, in *Tab. Peuting.* 2.

CLUNIUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 1058 (a. 210).

CLUPEA, æ, f. 1. et Clupea, ōrum, n. plur. (Κλύπεα v. Κλυπέα κολωνία) Libri mss. habent *Clipea, Clypea* etc. - *Clupis* in *Corp.* 10. 6104. — Plur. *Clupea, orum*, est *Cæs.* 2. *B. C.* 23., *Auct. B. Afr.* 3. 3. 1 (sed sing. 2. 6)., *Itin. Ant. l.* 34 (sed sing. *l.* 36). — Græce etiam 'Ασπίς (*Strab.* 6. 2. 11) et 'Ερμαία ἄκρα (*Ptol.* 4. 3. 2). — Est autem oppidum provinciæ proconsularis Africæ (Zeugitanæ), in formam clipei, unde et 'Ασπίς dicta, hod. *Kelibia*, munitum ab Agathocle a. 310. a. Chr., tempore expeditionis in Carthaginienses, sæpe memoratum in bellis Punicis et civilibus; sub imperio Rom. liberum. Memoratur *Enn. frg. var.* 34. Omnibus ut Clipeā præstat mustela marina. *Mela* 1. 34. Hadrumetum, Leptis, Clupea - hinc ad Syrtum adjacent ut inter ignobilia celeberrimæ. *Lucan.* 4. 586. Inter semirutas magnæ Carthaginis arces Et Clipeam. Adde *Cæs. loc. cit.*, *Liv.* 27. 29., *Auct. B. Afr. loc. cit.*, *Corp.* 8. *p.* 128., 928., 1283 (*Wilmann*). — De ejus nummis vd. *Head*, 882.

CLŪSÆ, ārum, f. plur. 1. nom. opp. Vallis Peninæ, fort. a *claudo, clusus*, ap. *Mar. Avent. chron. II. p.* 239. et 574. Langobardi in Vallem ingressi et Clusas obtinuerunt.

CLŪSĪNĀS, ātis, et

CLŪSĪNUS, a, um. *V.* CLUSIUM.

CLŪSIŎLUM, i, n. 2. nom. oppidi, quod fuit in Umbria, fort. demin. a *Clusium*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (114).

CLŪSIUM, ii, n. 2. (Κλούσιον, hinc *Clusion*, Gr. posit., *Rav. p.* 286) oppidum Etruriæ, olim *Camars* dictum (*Liv.* 10. 25), unum ex duodecim, tempore Porsenæ regis, ibi sedem habentis, hodie *Chiusi*, in regione fertilissima, conditum a Clusio, Tyrrheni filio, vel a Telemacho, filio Ulyssis, ut docet *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 167., inde a temporibus Augusti colonia, tribui *Arnensi* adscripta. Memorant etiam *Liv. epit.* 5. et 88., *Vellej.* 2. 28., *Jul. Obs.* 57., *Auct. vir. ill.* 23., *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (91)., *Flor.* 1. 13. 5. *Tab. Peut.* 4., *Itin. Ant. p.* 285. — Hic bellum sæpius exarsit inter Romanos et Porsenam, qui Tarquinios Romam reducere conabatur. *V.* PORSENA. — *Clusinus*, adj. et incolarum vocabulum. *Sil. It.* 8. 478. antiquus Romanis mœnibus horror Clusinum vulgus. *et* 10. 483. Ingentis bella Clusina venere domo. *Virg.* 10. *Æn.* 655. Clusinæ oræ. *Liv.* 2. 9. 1. res. et *ibid.* 5. rex. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 9. 20. (87). siligo. — *Clusinum far*, celebre cum pondere tum nitido candore. *Id.* 18. *ibid.* 7. 12. (16). — *Clusinæ pultes* ap. *Martial.* 13. 8. — *Clusini fontes*, morbis quibusdam sanandis saluberrimi, hod. *Bagni di S. Casciano*, de quibus *Horat.* 1. *Ep.* 15. 9. « invidus ægris Qui - caput et stomachum supponere fontibus audent Clusinis » (V. *Gamurrini, Not. d. scavi* 1892. *p.* 307). — *Clusini*, incolæ. *Liv. epit.* 2. — *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (52). « Clusini Novi, Clusini Veteres ». Sulla enim videtur novos colonos Romanos Clusium deduxisse (Cf. *Corp.* 11. 2102). — Sing. *Liv.* 5. 33. — Deriv. *Clusinius*, figuli nom. fortasse fictum, exempli causa adlatum *Quintil.* 7. 2. 5. et 26. — *Clusenius* v. *Clusenus (a)*, nom. gent. *Corp.* 9. 967. — *Clusinas (atis)*, nom. gent. *Auct. B. Afr.* 54. Clusinas (*voc.*). — *Clusinatis*, nom. mul. *Corp.* 11. 4421 (*Ameriæ*). — *Clusius*. V. suo loc. — De antiquitatibus Clusii sive Etruscis sive Romanis vd. *Bull. d. Inst.* 1831., 99., 1868. 133. et *alib.* passim., *Corp.* 1. 586. et 616.; *Bormann, Corp.* 11. *p.* 370. *Inscr. n.* 2090-2532.; *Dennis, Cities and cemet. of Etruria II.*° 290-359.; *Liverani, Le catac. ed ant. crist. di Chiusi*, Siena 1872. — De sepulcro Porsenæ ita *Plin.* (ex *Varr. frg.*) *Hist. nat.* 36. 91. « Monumentum lapide quadrato, singula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenum; inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem - supra id quadratum pyramides stant quinque, quattuor in angulis, in medio una etc. ». Sed vd. *Braun, Il labirinto di Porsena comparato coi sepolcri di Poggio Gaiella*, Rom. 1840. et *Dennis, op. cit.* 345-356.

CLŪSIUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.°) Cogn. Jani. *Ovid.* 1. *Fast.* 30. « Nomina ridebis: modo namque Patulcius idem Et modo sacrifico Clusius ore vocor ». Cf. *Lyd. mens.* 4. 1. Λαβεὼν οὖν φησιν αὐτὸν καλεῖσθαι 'Ιανὸν - Πατούλκιον καὶ Κλούσιον οἱονεὶ θυραῖον. — Dicitur etiam *Clusivius* (Κλουσίβιος) *Macrob.* 1. *Sat.* 9. 15. Patulcium et Clusivium, quia bello caulæ (*Serv.* portæ) ejus patent, pace clauduntur (Cf. *Wissowa, Rel. u. Kult. d. Römer p.* 96). — 2.°) Item nom. gent. *Inscr. Not. degli scavi* 1886. *p.* 67 (*Ateste*). — *Clusia*, nom. mul. *Corp.* 5. 7565 (*Hastæ*). Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 160. et 527. — 3.°) Item filius Tyrrheni. *Serv. auct. Æn.* 10. 167. — *Clusia*, ap. *Ps. Plut. parall.* 18. *p.* 308. Κλουσία, Tusci regis filia. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii in Gallia Transpadana. V. *Momms. Corp.* 5. *p.* 413. *adn.*: cf. *Clesus* (*Polyb.* 2. 32. 4. διελθόντες τὸν Κλούσιον ποταμὸν ἦλθον εἰς τὴν τῶν Γονομάνων χώραν).

CLŪSĪVIUS, ii, m. 2. *V.* voc. præc.

CLUSTŪMĪNA et Crustumina, æ, f. 1. (Κλουστομεῖνα v. Κλουστομεῖνα et Κροστομεῖνα v. Κροστομῖνα) tribus rustica, a *Crustumerio* oppido appellata, teste *Paul. Fest. p.* 55. Cf. *Müller* ad *l. Liv.* 42. 34. Sp. Ligustinus tribus Crustuminæ ex Sabinis sum oriundus. Adde *Cic. Balb.* 25. 57., *Corp.* 6. 213 (a. 181. p. Chr.), 221. 9 (a. 113. p. Chr.) etc. — In titulis notatur: *Clu.* passim (etiam *Cru.*), *Clus., Clust. (Crust.), Cl. (Cr.).* — Oppida (reg. VI. Italiæ) huic tribui adscripta, sunt: Nomentum (*Corp.* 14. 3979), Larinum (*C.* 9. 731), Forum Novum (*C.* 9. 4789), Interamna Nahars (*C.* 11. 4184. etc.), Ameria (*C.* 11. 4363-4506), Carsulæ (*C.* 11. 4572-4624), Tuder (*C.* 11. 4654-4761), Vettona (*C.* 11. 5177), Arna (*C.* 11. 5614), Iguvium (*C.* 11. 5838-5901), Tifernum Mataurense (*C.* 11. 5992., 5993), Sestinum (*C.* 11. 6009., 6010. et 6011 [*ætate Tiberii*], 6012. et 6022), Pitinum Pisaurense (*C.* 11. 6033?).

CLŪTŌMISTARIDYSARCHIDES, nomen jocose fictum (Κλυτομισθαριδυσαρχίδης). *Plaut. Mil.* 14. « in campis Curculionis, ubi Bumbomachides Clutomistaridysarchides erat imperator summus, Neptuni nepos ». Tamen scriptura tam varia est ut non possit statui, quid proprie auctor significare voluerit.

CLUTŌRIUS v. Cluturius. *V.* voc. seq.

CLUTTĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 5. 3570. — *Cluttia*, nom. mul. *Corp. ibid.* — Hinc *Cluttienus*, cogn. vir. *Corp.* 6. 1055. 13 (a. 205). — *Cluturius* v. *Clutorius*, nom. gent. (Λουτώριος), alter in titulis urbanis (6. 10961) et Albano (14. 2245), alter ap. *Tac.* 3. *Ann.* 49-50., *Corp.* 10. 60.; 11. 4571., *al.* — *Cluturnum*, nom. opp. Samnii. *Tab. Peut.* 6. *et Guid. p.* 484. *Rav. p.* 281. Cleturnon (*V. Schulze, Eigenn. p.* 160. et 571).

CLUTURNUM. *V.* voc. præc.

CLŪVIÆ, ārum, plur., et Cluvia, æ, f. 1. oppidum Samnii prope Anxanum, hod. *Montechiodi*. — Sing. apud *Liv.* 9. 31.; plur. in *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5178. — Gr. Κλυκουία in marm. Frentano ap. *Boeckh* in *C. I. Gr. n.* 5878. *l.* 8.; unde cl. *Garrucci* emendat loc. *Tac.* 4. *Hist.* 5 (V. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 789).

CLŪVIĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CLŪVIUS, ii, m. 2. (Κλούιος, Κλούβιος, Κλουούϊος) Scribitur etiam *Cluius* in *Corp.* 8. 15864. — *Clouius* in *Inscr. numm. Babelon I.* 866. — Umbr. (*genet.*) K. T. Kluviier (*Tab. Iguv. V.* a 15). — Prima corripitur *Juvenal.* 1. 29. et 2. 49., quamvis sit græce longa.

Cluvius, nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Cluvius, historicus. *V.* Cluvius Rufus — 2.°) M. Cluvius, Ciceronis amicus. *Cic.* 6. *Att.* 2 (a. 50. a. Chr.), qui eum commendavit Thermo (13. *Fam.* 56., a. 51). Cluvius Puteolanus valde me observat valdeque est mihi familiaris. — Hic moriens scripsit heredem Ciceronem cum aliis. — Hinc creditio hereditatis *Cluviana* apud *eund.* 13. *Att.* 46. et *alib.* — 3.°) C. Cluvius, memoratus in laudatione funebri temporis Augustei, edit. *Marini, Iscr. Alb. p.* 136. *sqq.* — Fortasse hic est præfectus Cæsaris in Hispania, ubi æneos nummos cudendos curavit (V. *Cohen tab. LIII. p.* 92. et *Momms. Münzw. p.* 654. *n.* 552), ad quem, cons. designatum ab Antonio a. 33. a. Chr., scripsit *Cic.* 13. *Fam.* 7., non tamen suffectum cum C. Furnio, a. U. C. 725 = 29., ut male in *Fast.* communibus. — 4.°) M. Cluvius Rufus, cos. suffectus cum P. Clodio Turrino a. 37. p. Chr. qui *Cluvius* tantum dicitur *Jos. ant.* 19. 1. 13. — Legatus fuit Hispaniæ Tarraconensis « vir facundus et pacis artifex, bellis inexpertus ». *Tac.* 1. *Hist.* 76. et 2. *ibid.* 58. et infra. — Ob eloquentiam divitiasque laudatur ab *eod.* 4. *Hist.* 39. et *alib.*; et historiæ conscribendæ operam dedisse arguitur ex 13. *Ann.* 20. et 14. *ibid.* 2. et ex *Plut. Q. Rom.* 107., ubi ejus auctoritatem adfert in trahenda derivatione voc. *histrio*. Quin historicum fuisse, quem et a partium studio alienum probat *Plin.* 9. *ep.* 19. 5., omnino statuunt *Peter* in *Font. Plut. p.* 40-45 (*Hist. R. rell. II* [1906] *p. CLXV. sqq.*) et *Momms.* in *Herm. IV. p.* 318-325., atque adeo fontem *Plut.* in *Galb.* et *Vitell.*, *Tac.* in *Hist.* et fortasse *Suet.* in *Galb.*, *Oth.* et *Vitell.*, quamvis ejus nomen non citet. *V.* tamen *Oct. Clason, Plut. in Galb.* et *Oth. cit.* Berl. 1870. et *Nissen, Mus. Rhen. XXVI. p.* 507. *sqq.* — 5.°) C. Cluvius Saxula, prætor creatus. *Liv.* 41. 28 (a. 174. a. Chr.). ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 1068. 10 (*æt. Ant. Pii*)., 15854.; 14. 849., 2139. etc. — *Cluvia* (Cluia), nom. mul. *Corp.* 6. 1819. — Fuit etiam quædam meretrix satis famosa, de qua *Juvenal.* 2. 49. — Item mulier Campana, *Cluia Facula* v. *Faucula* dicta, meretrix, ap. *Liv.* 26. 33. et 34. et *Val. Max.* 5. 2. 1., fortasse eadem cum præc. — Hinc *Cluvianus*, adj. ad M. Cluvium pertinens. *Cic.* 12. *Att.* 46. Cluviani horti. — Subst. *Id.* 14. *ibid.* 10. Cluvianum (*sc.* prædium). — Cogn. *Corp.* 5. 3798 (*Veronæ*). — Deriv. *Cluvienus, Cluvenius, Cluvidienus, Clu(o)entius, Clovatius* in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 488.

CLYMĔNĒ, es, f. 1. et

CLYMĔNEĪDĒS, um, f. plur. 3. et

CLYMĔNĒIUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CLYMĔNUS, i, m. 2. (Κλύμενος, *auditus* v. *celeber, illustris*) Scribitur *Clumenus* in *Corp.* 6. 1989. — *Clyminus* in *Corp.* 10. 8091. — Notatur *Clyp.* et *Clymen.*

Clymenus ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Est filius Solis, qui ex Merope, nympha Oceanitide, filium genuit Phaethontem (*Hygin. fab.* 154). — 2.°) Item Schœnei filius, rex Arcadiæ, qui, amore captus, cum Harpalyce filia sua concubuit: hæc prolem susceptam in epulis apposuit patri, qui, re comperta, Harpalicam occidit (*Id. fab.* 206., coll. *fab.* 238. et 142., ubi aliter rem narrat). — Cf. *Clymenus*, genus herbæ apud *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 33. (70). — 3.°) Item argonauta unice memoratus *Val. Flacc.* 1. 369. — 4.°) Item Phinei socius contra Perseum, ap. *Ovid.* 5. *Met.* 98. ¶ 2. In titulis nom. vir. Gr. *Corp.* 6. 1989.; 9. 4651 (*Interocrii*).; 11 6827 (*Bononiæ*) etc. — *Clymenē* (Κλυμένη) v. *Clumena*, nom. mul. *Corp.* 6. 5886. — In mythicis — *a*) Filia Oceani. *Serv. auct. ecl.* 6. 42. Prometheus Japeti et Clymenes filius. *Hygin. fab. præf.* Ex Japeto et Clymene: Atlas, Epimetheus, Prometheus. Adde *Ovid.* 1. *Met.* 736. et 765. — *b*) Nympha Penei fluminis. *Virg.* 4. *G.* 345. Cf. *Hygin. fab.* 71. — *c*) Uxor Phylaci, mater Alcimedes, quæ Æsoni nupta peperit Jasonem. *Hygin. fab.* 14. — *d*) Una Amazonum, ap. *eund. fab.* 163. — *e*) Thesei filia, simul cum Helena a Paride Trojam abducta. *Dict.* 1., coll. 6.; unde, hac capta, Athenas rediit. *Id.* 5. — *f*) Uxor Nauplii, cui natus ex ea est Palamedes. *Id.* 1. — Hinc *Clymeneus* (Κλυμεναῖος), adj. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 123. — *Clymeneius* (Κλυμενήϊος). adj. *Ovid.* 2. *Met.* 19. Clymeneia proles (*i. e.* Phaethon). — Et plur. *Clymeneides* (Κλυμενηΐδες), sorores Phaethontis (alibi *Heliades, Phaethontiades*), in *Epiced. Drusi* 111. Sic flevit Clymene, sic et Clymeneides altæ, Cum juvenis patriis excidit ictus equis.

CLYPĒA. *V.* CLUPEA.

CLYSMA, ătis, v. Clysmum, i, n. (Κλύσμα φρούριον *Ptol.* 4. 5. 8) Scribitur etiam *Clusma* in *Corp.* 3. 6633. — *Clesma* ap. *Silv. peragr.* 6. 4. — *Clisma* in *Itin. Ant. Plac. rec.* A 41. *p.* 187. — Est autem oppidum in Ægypto ad sinum Heroopoliticum, dictum et Βααλσεφών, hodie *Tell-Kolzum*, in *Itin. Ant. cit.*, *Epiph. adv. hær. II. p.* 618., *Greg. Tur.* 1. *Fr.* 10. et *Corp.* 3. *p.* 1214.

CLYTÆMESTRA, æ, f. 1. (Κλυταιμήστρα et Κλυταιμνήστρα, *inclita sponsa*) Scribitur *Clutemestra, Clitemestra, Clytemnestra* passim in libris. — *Clytemenstra* ap. *Porphyr. Hor. sat.* 1. 1. 99. — Confusa est aliquando cum *Hypermestra* ap. *Hygin. l. c.*, *Mythogr. I. fab.* 134. et 3. *Horat.* 11. 23. in optt. codd. — Etrusc. *Clutumsta*. — Prosod.: *Clūtæmestra* ap. *Liv. Andr. trag.* 11 (*per correptionem iambicam*).

Clytæmestra ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est una Danaidum, quæ viro suo Lynceo sola ex sororibus pepercit (*Mythogr. I. fab.* 134), ab *Hygin. fab.* 170. dicta *Hypermestra*. — 2.°) Item filia Tyndarei et Ledæ (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 130), soror Castoris et Helenæ (*Hygin. fab.* 77), unde *fortissima Tyndaridarum*, h. e. filiarum Tyndari, appellatur *Horat.* 1. *Sat.* 1. 100.: vel Jovis filia et Ledæ ex duobus ovis, unde Helena et Clytæmestra ex uno, ex altero Pollux et Castor (*Mythogr. III. fab.* 15), uxor Agamemnonis. — Memoratur *Liv. Andr. loc. cit.* Clutaemestra juxtim (*se collocat*), tertias (*sedes*) natæ occupant. *Nux* 26. Ista Clytæmestrā digna querela fuit. — In plur. nom. *Explan.* in *Don. gramm. IV.* 409. Quod unius est, numerum pluralem non recipit; dicimus tamen Clytæmestras, Medeas, *al.* Adde *Mar. Victorin. rhet. p.* 199. 40. et *Augustin. cons. evang.* 3. 16. — Hæc, absente viro Trojam profecto, stupri consuetudinem habuit cum Ægisto, a quo orti sunt Orestes, Electra et Iphigenia, ob id adulteræ titulo passim a scriptoribus appellata (*Propert.* 3. 19. 19. et 4. 7. 57., *Hieronym.* 1. *c. Jovin.* 18. etc.); sed maritum, cum pellice Cassandra reversum, Ægisti ope, interfecit, ipsaque ab Oreste in furorem acto interempta est (*Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 267. *sq.* et *Hygin. fab.* 117. *V.* AGAMEMNON). — Hinc tropice, pro muliere adultera. *Juvenal.* 6. 65. et *Quintil.* 8. 6. 53. — Argumentum fuere hæc facinora tragœdiæ apud Græcos *Æschyli, Sophoclis* et *Euripidis*, et apud Latinos *Liv. Andronici* et *Accii*. V. fragmenta apud *Ribbeck, Trag. Rom. frgm.* ³(1897) *p.* 161-163. — De antiquæ artis monumentis *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (144). « Theorus pinxit Clytæmestram ». Ceterum vd. *Gehrard, Etr. u. Camp. Vas. taf.* 24.; *Overbeck, Bildawerke* etc. 695. *n.* 24.; *Fröhner, Catal. of Gr. Ceram.* in 1888.; *Winckelmann, Opp. t.* 5. *p.* 266-287. — De ea vd. *Höfer* in *Roschers Lex. Myth. II.* 1230-1245. — Hinc fortasse *Clytemestrum*, oppidum fictum, et alia *Clytæmestra* apud *Serv. auct. Æn.* 7. 631. « Cassius Hemina tradidit, Siculum quendam nomine uxoris suæ Clytemestræ condidisse Clytemestrum, corrupto nomine Crustumerium dictum ».

CLYTÆMNESTRA. *V.* voc. præc.

CLYTĪDÆ et Clutidæ, ārum, m. plur. 1. (Κλυτίδαι) nom. gentis Eleæ, « haruspicinæ nobilitate præstantis », teste *Cic.* 1. *Divin.* 41. 91.

CLYTĪUS, ii, m. 2. (Κλυτίος: cf. κλυτός, *inclitus*) ¶ 1. In libris — 1.°) Argonauta, memoratus *Hygin. fab.* 14., Euryti et Antiopes filius, rex Œchaliæ. — 2.°) Item Phinei socius, a Perseo occisus. *Ovid.* 5. *Met.* 140 (Cf. *Ps. Lact. Plac. fab. Ov.* 5. 1). — 3.°) Item filius Laomedontis. *Dict.* 4. — 4.°) Item filius Nauboli et pater Nauplii, a quo genitus Palamedes. *Varr. carm. frg.* 1 (Cf. *Schol. Virg. Veron.*). — 5.°) Alii ap. *Virg.* 9. *Æn.* 774. et 10. *ibid.* 129. et 325. et *Sil. It.* 17. 429. *sqq.* ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 7243 (= *Carm. epigr.* 1089). — *Clytie* (*Clytia*), Κλυτίη (Κλυτία), una Oceanitidum, ap. *Hygin. præf. fab.*, aliquando ab Apolline adamata, dein huic invisa, quem tamen illa mane orientem et vespere occidentem et quacumque euntem oculis sequebatur amore incensa; donec fame et dolore absumpta mutata est in heliotropium, uti narrat *Ovid.* 4. *Met.* 192.; unde Apollo fortasse *Clytius* est appellatus.

CLYTUS, i, m. 2. (Κλυτός, *inclitus*) nom. vir. Gr. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Myth.: — *a*) Centaurus, a Perseo in certamine occisus. *Ovid.* 5. *Met.* 88. — *b*) Frater Butis, filius Pallantis. *Id.* 7. *ibid.* 500. Clyton et Buten, Pallante creatos. — *c*) Ægypti filius ab Autodice interfectus. *Hygin. fab.* 170. — 2.°) Alii ap. *Liv.* 36. 11., *Martial.* 4. 9. 2. *Heges.* 2. 3. 68. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 4288. — *Clyte* (Κλύτη), dat. *Clyteni*. *Corp.* 6. 3941.; 10. 2145.

CN

CNABETĪUS, ii, m. 2. deus Germ., i. q. Mars. *Corp.* 13. 4567 (*apud Mediomatricos*).

CNÆPOR et

CNÆUS. *V.* GNÆUS, coll. CNIDUS.

CNĒMĪDES (et Cnemis), um, f. plur. 3. (Κνημῖδες et Κνημίς) ¶ 1. Promontorium Locridis. *Mela* 2. 45. Ad Sunium tendentibus illa prænaviganda - Thermopylæ, Opoes, Scarphæ, Cnemides etc. — Sing. *Serv. auct. Æn.* 3. 399. Cnemis promontorium, in quo Opuntii Locri positi sunt. ¶ 2. Cnemis, oppidum Locrorum Epicnemidiorum, a monte seu promontorio dictum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (27).

CNĪDUS, i, m. 2. (Κνίδος) De prima littera *Ter. Maur.* 892. « Tertia uda (*n*) sic videtur posse g mutam sequi, graja verba quando in usum sermo noster suscipit, Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis ». Sed *Capell.* 3. *p.* 56. *c* - consonantes quasdam præcedit *l, t, r, m, n*, ut - Cnidus. — Gnidus: *Catull.* 36. 13., *Nep. Con.* 4., *al.* — Gnidos: *Horat.* 1. *Od.* 30. 1., *Ovid.* 10. *Met.* 531., *Lucan.* 8. 247 (*pars codd.*).

Cnidus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est oppidum Cariæ, in extrema peninsula, cui nomen dedit *Chersonesus Cnidia*, prope caput *Krio*; porro pars oppidi erat in continenti, pars in insula illi conjuncta *siliceo strato*, cujus lateri utrique portus adjacebat. Memoratur *Cic. Manil.* 12. 33. Cnidum aut Colophonem aut Samum, nobilissimas urbes - captas esse a prædonibus. *Catull. loc. cit.* Cnidus harundinosa. *Ovid. loc. cit.* piscosa. Adde *Plaut. Merc.* 647., *Nep. loc. cit.*, *Liv.* 37. 16., *al.*, coll. *Æschyl. Pers.* 891., *Thuc.* 8. 35. et 42., *Strab.* 6. 275. — Fuit colonia Lacedæmonum, adscripta fœderationi Doricæ, Persarum olim ditioni obnoxia, in bello Peloponnesiaco ab Atheniensibus oppugnata, patria insignium virorum (*V.* infra), commercio florentissima et artis monumentis referta, ut Praxitelis operibus (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 38. 39. [127]. et 36. *ibid.* 5. 4. [22])., Sostrati pensili ambulatione (*Id. ibid.* 12. 18. [83]). etc. — Cultus Veneris maximus ibi erat, quæ inde *Cnidia* est appellata (*Corp.* 6. 4872. et *Auson.* 57. 1). Hinc *Horat. loc. cit.* O Venus, regina Cnidi. *Anth.* 22. 4. quæ (*Venus*) Cnidon alma regit. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (20). Praxitelis Venus, quam ut viderent, multi navigaverunt Cnidum. At *Apul.* 4. *Met.* 29. Paphon nemo, Cnidon nemo ac ne ipsa quidem Cythera ad conspectum deæ Veneris navigabant. — De ejus nummis vd. *Head*, 614. — Hinc *Cnidius* (Κνίδιος) adj. — Homines: *Cic. Brut.* 91. 316. Æschylus Cnidius rhetor. *Horat.* 2. *Od.* 5. 20. Gyges. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 106. 110. (236). Ctesias. et 36. *ibid.* 12. 18. (83). Sostratus architectus. *Censor.* 8. Euryphon. *et* 18. 5. Eudoxus. *Laterc. med. Hermes* 35 (1900) *p.* 369. Chrysippus Erinei filius. — Res: *Liv.* 37. 22. Cnidia quinqueremis. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 20. 35. (114). granum. *et* 15. *ibid.* 7. 7. (28). oleum. *Corp.* 4. 5535. vinum. — Absolute *Cnidii*, incolæ. *Cic.* 4. *Verr.* 50. 135. Quid Cnidios arbitramini merere velle ut Venerem marmoream emittant? *Pompon. Trog. prol.* 35. 3. Seditio Cnidiorum adversus Ceramenses. — *Cnidis*, nom. mul. *Corp.* 9. 38. 20. - et cogn. *Corp.* 6. 6884. — 2.°) Item oppidum Illyrici. *Liv.* 31. 27. Cnidus - nomen propter alteram in Asia urbem quam oppidum notius - vi capitur. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp.* 6. 8955. et 9. 4929.

CO

COA et Choa ¶ 1. Est nom. indecl. (Hebr. קוה a rd. קוה *qâvâh* « congregatus est » quasi *congregatio*), locus prope Ægyptum (*Hieronym. sit. et nom. p.* 111 [*Eus.* in *Onom. p.* 260. *Parth.*]), vel Ciliciæ (Cf. *Benzinger, Die Bücher der Könige* [*Kurzer Handkomm. z. Alt. Test. von Marti IX*] *p.* 86). Memoratur *Vulg.* 3. *Reg.* 10. 28. et 2. *Par.* 1. 16. *Verec. in cant.* 6. 11. Equi quos Salomon, rex Jerusalem, de Choa et de Ægypto pretio certo mercatur - Choa insula, qua significatur gens Judæa, pro eo quod infidis, velut mari, fuisset gentibus circumdata. *et ibid.* De Choa gentis Judaicæ. ¶ 2. *Coa*. V. COUS.

COBARĒS, is, m. 3. vir Medus, magicæ artis professione magis quam arte celeber, alioqui moderatus et probus. *Curt.* 7. 4. 8. *sqq.*, coll. *Diod.* 17. 83.

COBIĀMĀCHUS (Cobiomachus), i, m. 2. vicus Galliæ Narbonensis inter Tolosam et Narbonem, hod. *Caunes*, ap. *Cic. Fontej.* 5. 19.

COBOTES, um, m. plur. 3. populus Illyricus, qui cum Marcomannis, Quadis aliisque rebellavit sub M. Aurelio imp. *Capitolin. M. Aur.* 22., ubi *alii leg.* Sicobotes.

CŌCĂLĪDES, um, f. plur. 3. *V.* voc. seq.

CŌCĂLUS, i, m. 2. (Κώκαλος) rex Siciliæ, qui regnum insulæ occupavit, Cyclopibus exstinctis. *Ovid.* 8. *Met.* 261. et sumptis pro supplice (*Dædalo*) Cocalus armis. Adde *Justin.* 4. 2., coll. *Strab.* 6. 3. 2., *Paus.* 1. 21. 4. et 7. et *Diod.* 4. 77. et 79. — Hinc *Cocalides* (Κωκαλίδες), hujus filiæ, quæ a Dædalo rogatæ, quem Minos persequebatur, hunc hospitem ferventi aqua occiderunt; unde *Ovid. Ib.* 291. Vel tua maturet sicut Minoia fata,

Per caput infusæ fervidus humor aquæ. Cf. *Hygin. fab.* 40. et *Sil. It.* 14. 42. *de Minoe.*

COCANĪCUS, a, um, adject., ut *Cocanicus lacus* et *Cocanicus sal* inde comparatus, in Sicilia. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 39. (73). In Sicilia in lacu, qui Cocanicus vocatur. *et ibid.* (79). Adulteratur sal Hammoniacus Siculo, quem Cocanicum appellavimus.

COCCEJĀNUS. *V.* voc. seq.

COCCEJUS, ii, m. 2. (Κοκκήιος v. Κοκήιος et Κόκκειος) Scribitur etiam *Cuccejus, Cocceus, Coccius, Cocajus.* — Licet græce sit quadrisyllabon, trisyllabon adhibet, secunda producta, *Horat.* 1. *Sat.* 5. 28., 32. et 50.

Coccejus, nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.°) Coccejus rhetor sive sophista celeberrimus, Prusiacus, filius Pasicratis, cogn. *Dio*, agn. *Chrysostomus* ob eloquentiam, rectius *Coccejanus* dictus. *V.* DIO. — 2.°) L. Coccejus Nerva, cos. a. 39. a. Chr., qui pacem conciliavit una cum Mæcenate inter M. Antonium et Octavianum Cæsarem Brundisii, hinc dictam *Brundisinam* (*Appian. B. C.* 5. 60-64. et *Schol.* ap. *Orell. Hor.* 1. *Sat.* 5. 28) et rursum Tarenti, a. 37., hinc *Tarentinam* appellatam (*Porph.* et *Acr.* ad *Hor. l. c.*: « Mæcenas, optimus atque Coccejus - aversos soliti componere amicos ». — Hujus villam memorat *plenissimam* idem *Horat. ibid.* 50. — 3.°) M. Coccejus Nerva, avus Nervæ imp., scientia juris clarus (*Tac.* 4. *Ann.* 58. et 6. *ibid.* 26. et *Pompon. dig.* 1. 2. 2. § 47), cos. suffectus ante a. 25. p. Chr. (Cf. *Corp.* 6. 1539. et 9005.; *Momms. St.-R. II.*^{2} 1044. *sqq.* et *Borghesi, Œuvr. I.* 433. *sqq.*), Cæsaris familiarissimus, cui successit Proculus, magistro celebrior. De eo vd. *Zimmern, Gesch. d. R. Priv.-R. I.* 315.; *Rudorff, R. R.-G. I.* 180.; *Landucci, Stor. d. dir. R. I.*^{2} 196. — 4.°) M. Coccejus Nerva, filius præcedentis, item juris peritus, cos. suffectus a. 39. p. Chr. (*Borghesi ex Fast.*, de quo dubitare videtur *Henzen* in *Bull.* a. 1870. *p.* 184). — 5.°) M. Coccejus Nerva, imp., Narniensis, de quo *V.* NERVA. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 122., 3811.; 5890. etc., ubi prævalet præn. *M.* — *Coccoja*, nom. et cogn. mul. *Corp.* 15. 3950.; *Inscr. Oesterr. Jahresh. VIII* (1905) *Beibl. p.* 19 (*sæc. III*).; 10. 4088. etc. — Hinc *Coccejanus*, adj. *Corp.* 6. 20772. — Cogn. vir. et mul. *Corp.* 6. 2002.; 8. 2941 (*Lambæsi*). Memoratur *Plin.* 10. *ep.* 81. 1. rhetor Coccejanus Dion, de quo *V.* DIO. et *Tac.* 2. *Hist.* 48. Coccejanus Salvius. — Alios, uti sunt *Coccejenius, Coccius* v. *Cocius, Cottius, Cocco, Coccus* v. *Cocus* (*a*), *Coccilius, Cocejasius*, V. in *Corp.*

COCCĬUM, ii, n. 2. oppidum v. statio Britanniæ in via Cambodunо Longovicum, hod. *Ribchester*, in *Itin. Ant. p.* 482. et *Corp.* 7. *p.* 58.

COCCUS, i, m. 2. ¶ 1. Fuit orator Atheniensis, Κόκκος, de quo *Quintil.* 12. 10. 21. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 7. 1336. 329. — *Cocca*, nom. mul. 12. 1924 (*Viennæ*).

CŎCHĒBĀS. *V.* BARCHOCHEBAS.

CŎCHĀBA v. Cocaba, æ, f. 1. (Κωχάβη v. Χωχάβη) Scribitur etiam *Chochaba* v. *Cocchaba*: a rd. Hebr. *Kôkāb* « stella ». — Est autem nom. vici Judaici, ex quo erant Nazaræi (*Rufin.* ex *Eus.* 1. *H. E.* 7. 14), in Basanitide regione prope Decapolim (*Epiph. hær.* 2. 18) v. in Cælesyria ad merid. Damasci (*Besnier, Geogr. ant. p.* 222 [1914], hodie *Kaukab*).

COCIDĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est deus (Mars vel Silvanus) Britannicus. *Corp.* 7. 286. et 642. — Hinc appellata statio Britanniæ *Rav. p.* 433. ¶ 2. Est etiam nom. gent. *Corp.* 6. 15944. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 213. *adn.* 1. et *p.* 441. *adn.* 6.

COCILĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 11670. — *Cocilia*, nom. mul. *Corp.* 8. 12989 (*Carthagine*) — Cf. *Coclius, Coculinus, Coculnius, Cocilianus*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 441. et in *Corp.*

CŎCINTHOS. *V.* COCYNTHOS.

COCLES, itis, m. 3. (Κόκλης *Polyb.*) De etymo *V.* COCLES in *Lexico*. Putat *Havet* (*Mém. de la soc. de linguist.* 5. 283) mutatum esse pro Κύκλωψ; sed cf. *Schulze, Eigenn. p.* 288.

Cocles, cogn. Horatii, qui solus dicitur pontem Sublicium Romæ contra exercitum Porsenæ defendisse (*Liv.* 2. 10). — De cogn. *Auct. de vir. ill.* 91. Horatius Cocles - illo cognomine, quod in alio prœlio oculum amiserat. — *Plin.* 34. *Hist. nat.* 5. 11. (22). M. Horatii Coclitis statuæ - quæ durat hodieque. Cf. 34 (29). *Gell.* 4. 5. 1. Statua Romæ in comitio posita Horatii Coclitis, fortissimi viri, de cælo tacta est. — De eo vd. plura in HORATIUS.

COCLĬENSIS, is, m. 3. cogn. Liberi patris. *Corp.* 13. 5082 (*Lausonii in Helvetiis*).

COCOSA, æ, f. 1. oppidum seu statio Galliæ Aquitanicæ, caput Cocosatium, in via Aquarum Tarbellicarum Burdigalam. *Itin. Ant. p.* 456., ubi *Cœquosa* legitur. *V.* voc. seq.

COCOSĀTES (Cocossates), um, m. plur. 3. populi Aquitaniæ, ubi nunc *les Landes*, siti (*Cæs.* 3. *B. G.* 27), a Crasso victi a. 56. a. Chr., cogn. *Sexsignani* ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108)., quia sex militum signa apud eos manebant præsidii causa, sicut *Quattuorsignani* a quattuor signis, Tarbelli. — Huc pertinere videtur etiam *Itin. Ant. p.* 456. Cœquosa opp. seu statio Aquitaniæ. *V.* voc. præc.

CŎCYNTHOS (Cocynthum), i, m. 2. (Κόκυνθος *Polyb.*) promontorium Bruttiorum, hodie *Capo di Stilo*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (43). Italia Amazonicæ figura desinens parmæ, ubi a medio excursu Cocynthos vocatur. — *Id. ibid.* 10. 15. (95). Cocynthum, quod esse longissimum Italiæ promontorium aliqui existimant. — *Itin. Ant. p.* 114. Cocinto. *Rav. p.* 279. Cocinson. *et Guid. p.* 483. Coccinium.

CŌCȲTUS, i, m. 2. (ὁ Κωκυτός) *Cocytos* ap. *Virg.* 6. *Æn.* 132. *Horat.* et *Stat. locc. citt.*; et acc. *Cocyton* ap. *Stat.* 1. *Theb.* 90. — De etymo ita *Serv. auct.* ad *Virg. georg.* 3. 38. « Cocytus amnis apud inferos, ex Styge profluens ἀπὸ τοῦ κωκύειν, quod est gemere et flere ».

Cocytus ¶ 1. Est fluvius Orci seu Inferorum, exiens e palude Stygia (*Sil. It.* 14. 587.; contra *Vib. Seq. p.* 147. et 153) languido cursu. *Virg.* 6. *Æn.* 323. Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem. *Cic.* 1. *Tusc.* 5. 10. Cocyti fremitus, travectio Acherontis. *Horat.* 2. *Od.* 14. 18. ater flumine languido Cocytos errans. *Senec. Herc. f.* 686. palus inertis fœda Cocyti. *et Herc. O.* 1963. gementis stagna Cocyti. *Petron.* 124. et 278. Cocyti tenebras (*Avien. Arat.* 210). *Apul.* 6. *Met.* 13. rauca Cocyti fluenta. *Stat.* 1. *Theb.* 89. inamœnum Cocyton juxta. *Id.* 8. *ibid.* 30. lacrimis atque igne tumentes Cocytos, Phlegethonque et Styx. — Hos deridet *Juvenal.* 2. 149. *sqq.* — *Cocyti comas* vocat serpentes *Stat.* 11. *Theb.* 96. — Hinc *Cocytius*, adj. *Virg.* 7. *Æn.* 479. Cocytia virgo (*i. e.* Allecto). *Val. Fl.* 4. 495. inhiat Cocytia nubes (*i. e.* harpyiarum). *Claudian.* 5. 741. æquora. *Prudent. c. Symm.* 1. 91. leti jura. ¶ 2. Item lacus exiguus Campaniæ. *Sil. It.* 12. 116.

CODĀNUS, i, m. 2. sinus Germaniæ, hodie *Kattegat*, mari Suebico efformatus, inter Chersonesum Cimbricam et insulas Scandiæ. *Mela* 3. 31 (et 54). Super Albim Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (96). et *Jorn. Get.* 17.

CODETA, æ, f. 1. nom. agrorum urbanorum: a figura parvæ *caudæ*, quam præ se ferebant; vel a *caudicibus*, uti vult *Döderlein, Etym.* 6. *p.* 69.; vel, uti *Paul. Fest. p.* 38. et 58., quod ibi frutices seu virgulta similia sunt *caudis* equinis. — Quicquid sit de etymo, distinguitur Codeta. — 1.°) Trans Tiberim. *Paul. Fest. p.* 58. Codeta appellatur ager trans Tiberim quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem. — Hinc *Codetanus*, adj. *Curios. urb. reg. p.* 20. Campum Bruttianum et Codetanum (*in reg. XIV*). — 2.°) In campo Martio. *Sueton. Jul.* 39. Navali prœlio in minore Codeta defosso lacu biremes ac triremes - conflixerunt (Cf. *Dion.* 43. 23. 4). — Fortasse Codeta hæc *minor* collocanda videtur ubi nunc sunt *i prati di Castello*, et *major*, ubi nunc *Ripa grande*.

CODOMANNUS, i, m. 2. nom. originis Persicæ, quo appellatus fuit vir præfectus olim Armeniis et post mortem Ochi rex constitutus, Darei III. nomine « ne quid regiæ majestatis deesset, honoratus » ut scribit *Justin.* 10. 3. 4.

CŎDRUS, i, m. 2. (Κόδρος: cf. κυδρός, *gloriosus*) In recto non *Coder*, ut *Euander, Menander* etc., sed, ut monet *Charis. gramm. I.* 24. 8. Duo hæc nomina græca suo statu permanent, Codrus et gongrus; non enim dicitur Conder nec gonger.

Codrus ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Melanthi filius, ultimus rex Atheniensium, ab a. Abr. 927-947. per annos XXI.: ita *Eus.* ap. *Hieronym. chron.*, quem excepit filius Medon archontis titulo. — Is, quo tempore Lacedæmonii bello Athenienses graviter premerent, dicitur, ex oraculo quum scivisset illum exercitum victurum, cujus dux ab hoste occisus foret, de industria ignotus penetrasse hostium castra, seque, rixa excitata, sivisse a Lacedæmoniis interimi; unde Athenienses, quum plena victoria sibi arrisisset, Codrum « tamquam deum sacrificiorum honore coluerunt » (*Augustin.* 18. *Civ. D.* 19). Eum laudant *Horat.* 3. *Od.* 19. 2., *Virg.* 5. *Ecl.* 11., *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 49. et 5. *Fin.* 22. 62., *Val. Max.* 5. 6. *ext.* 1., *Lact.* 3. 12. 22., *Justin.* 2. 6. 19., *Ammian.* 22. 8. 12., *Drac. laud. Dei* 3. 274. — 2.°) Item Codrus Lemnius, de quo *Val. Fl.* 2. 136. — 3.°) Item pastor, fort. nomen ficticium poetæ recentioris. *Virg.* 5. *Ecl.* 11. « siquos aut Phyllidis ignes Aut Alconis habes laudes aut jurgia Codri » (de rege cogitant *Serv.* et *Schol. Bern.* ad *l.*). Hunc vero alii Helvium Cinnam, alii Cornificium, plerique Virgilium accipiunt, immo allegorice ipsum Theocritum. — 4.°) Item poeta malus, memoratus *Juvenal.* 3. 203. *sqq.* — 5.°) Item poeta, auctor Theseidis. *V.* CORDUS. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp.* 6. 24672. et *Inscr. Not. degli scavi*, 1909. *p.* 458 (*Romæ*).

CŒLA, æ, f. 1. (Κοῖλα: a κοιλός, *cavus*). ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — *a*) Regio Eubœæ. *Val. Max.* 1. 8. 10. Cf. *Liv.* 31. 47. — *b*) Item oppidum Chersonesi Thraciæ. *Ammian.* 22. 8. 4. Mare Cœlam præterlabitur et Seston et Callipolin. — *Mela* 2. 26. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (49). Portus Cœlos. — *c*) Cœla. *V.* CŒLESYRIA. ¶ 2. Est etiam nom. mul. *Corp.* 2. 663 (*in Lusitania*).

CŒLALĒTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Thraciæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (41). Cœlaletæ (*Detlefsen* [cf. *Ephem. epigr. II. p.* 256] cælaletæ *F*, celaletæ *reli.*, Cœletæ *Sill.*) majores Hæmo, minores Rhodopæ subditi. *Tac.* 3. *Ann.* 38. Cœlaletæ Odrusæque et Dii, validæ nationes.

CŒLE, es, f. 1. ¶ 1. Est insula maris Ægæi ante Troadem. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. (138). — Cf. etiam voc. seq. ¶ 2. Est etiam cogn. mul., Κοίλη. *Corp.* 6. 34108.

CŒLESȲRIA, æ, f. 1. (Κοίλη Συρία, quasi *cava Syria*) fere divisim scribitur; aliquando etiam *Cœle* absolute. — Est autem Syriæ pars, quæ jacet inter Libanum et Antilibanum depressa, nom. a Græcis ei inditum post Alexandrum M.; quamquam mox vicinias comprehendit, præcipue territorium Damasci usque ad Euphratem (*Aram Dammeseq*), capite Heliopoli.; Seleucidarum vero temporibus, et sub Ptolemæis Phœniciam et Palæstinam (*Strab.* 16. 746), tum inde a Septimio Severo complectebatur Syriam septentr. cum Commagene, Antiochia capite, et Syriæ Phœniciæ opponebatur (*Diod.* 1. 30., *Jos. ant.* 10. 9. 7., *App. Syr.* 1., *Dio* 53. 12., *Ulp. Dig.* 50. 15. 1. 8). *Vulg.* 1. *Mach.* 10. 69. et 2. *ibid.* 3. 5. et 8. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 12. 13. (12). — Hebraice est *Bhūl ha-Lebānôn* « regio Libani », vel *biqq'at ha-Lebānôn* « vallis Libani » (*Gen.* 10. 23. et *Jos.* 11. 17)., Arab. hod. *El-Beqâ's*, i. e. planities (*Bica* v. *Bucca vallis*). — Fuit discordiarum causa inter Lagidas et Seleucidas (*Curt.* 4. 5. 8., *Jos. Ant.* 12. 3. 3); dein rex Syriæ, pace ac societate inita cum Antiocho V. Epiph., illi suam filiam Cleopatram nuptui dedit, una cum Cœlesyria, Samaria, Judæa et Phœnicia dotis nomine; postea, a. 87. a. Chr., Antiochus XII. Dionys. Damasco potitus est, eoque mortuo, incolæ Aretæ, regi Arabum, se dediderunt (*Jos. ant.* 13. 15. 2); postremo, a Romanis per Pompejum Cœlesyria in provinciam redacta, Sauro commissa est (*Id. ibid.* 14. 4. 5).

CŒLIĀNUS et
CŒLIUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CŒLĬUS, ii, m. 2. (Κοίλιος) Scribitur *Coilius* in *Corp.* 6. 15998., 21638. etc. — *Coylius* in *Corp.* 12. 345. et 3. 14836. — *Quœlius* in *Corp.* 11. 2543. et 2. 5698. etc. — Confunditur ætate posteriore cum *Cælius*. V. CÆLIUS.

Cœlius ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.°) Fuit historicus et jurisperitus, plene L. Cœlius Antipater dictus, Romanus, non libertus, ut quidam putant (*Suet. rhet.* 3., coll. 31), Sisenna vetustior (*Vellej.* 2. 9), et quidem Gracchorum ætate (*Cic.* 1. *Divin.* 26. 56). De eo idem *Cic. Brut.* 26. 102. L. Cœlius Antipater scriptor - fuit ut temporibus illis luculentus, juris valde peritus, multorum etiam, ut L. Crassi (a. 121. a. Chr.), magister. *Id.* 2. *Orat.* 12. 54. Paululum se erexit et addidit historiæ majorem sonum vocis vir optimus, Crassi familiaris, Antipater. *et* 1. *Legg.* 2. 6. Fannii ætate (a. 122.) conjunctus Antipater paullo inflavit vehementius habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palæstra etc. *Pompon. dig.* 1. 2. 2. 40. Cœlius Antipater, qui historias conscripsit, sed plus eloquentiæ quam scientiæ juris operam dedit. *Val. Max.* 1. 7. 6. Cœlius etiam, certus Romanæ historiæ auctor. — Scripsit *historiam* seu *annales*, septem libris comprehensos, secundi belli Punici, in epitomen redactos a M. Bruto (*Cic.* 13. *Att.* 8), unum ex fontibus, quibus usi sunt *Livius* et *Plinius*; verum operis jam deperditi non supersunt nisi fragmenta apud *Charis.*, *Priscian.*, *Gell.*, *Macrob.*, *Serv.*, *Quintil.*, *Pompon.* etc., quæ in unum collegerunt *Krause* (*p.* 190-201), *Roth* (*p.* 318-322), *Meltzer* (*p.* 15-39), *al.* Refert *Spartian.* in *Hadr.* 16., eum « Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Cœlium prætulisse », ex quibus arguitur fuisse Antipatrum stili Asiatici studiosum, in describendo nimium et « ut abstinet numero, ita ad immensam multitudinis speciem » auxisse: ita *Liv.* 29. 25., qui tamen ad ornandam suam belli Punici narrationem Cœlium videtur adhibuisse. — De eo cf. *Meltzer, de L. Cœlio Antipatro* etc. Lips. 1867; *Sieglin, Die Fragm. d. L. Cœl. Ant.* 11 (1880). Quod autem conjiciunt eruditi, Cœlium Antipatrum non solum opus scripsisse de *bello sec. Punico*, sed etiam de *Roma* titulo « *Historiæ* », vd. *Unger* (1879), *Sieglin* (1880), *Seeck* (1885), *Zarncke* et *Neumann* (1886), *Hesselbarth* (1889), in diversas tamen sententias abeuntes (Cf. *M. Schanz, G. R. Litt. I.* [1907] *p.* 250). — 2.°) C. Cœlius Caldus, homo novus (*Cic.* 1. *Orat.* 25. 117), non mediocribus inimicitiis ac laboribus ad summos honores pervenire conatus (*Id.* 5. *Verr.* 70. 181). — Fuit triumvir monetalis ca. a. 109. a. Chr.; trib. pl. a. 107.; prætor Hispaniæ citerioris infra a. 102. et 98., ut ex ejus nummis eruitur; postremo cos. a. 94. cum Domitio Ahenobarbo (*Cic. petit. cons.* 4. et *Corp.* 1. 571). — Eloquentiæ studuit, in qua tantum profecit, teste *Cic. Brut.* 45. 165., coll. 1. *Orat.* 25. 117. et 2. *ibid.* 64. 257., ut esset in rebus privatis amicis suis, in republica ipsius dignitati satis. — 3.°) Cœlius Sedulius. *V.* SEDULIUS. — 4.°) Cœlius Symphosius (Symposius), poeta fort. sæc. IV. p. Chr. exeuntis, Africanus, plenius Cœlius Firmianus Symphosius, ænigmatum auctor acutus et elegans, quæ continentur libello (*Sylloge centum ænigmatum*), ex cujus prœmio colligitur alia scripsisse, uti sunt duo carmina *de Fortuna* et *de Livore*, aliis tamen nunc attributa. — De eo vd. *Wernsdorf* in *Poett. lat. min.* et *Riese, Anthol. lat. I.* 286., qui putat auctorem floruisse initio sæc. VI., longe aliter a *L. Müller*, qui (*Metr. lat. p.* 55-57) opus ad sæc. II. vel III. remittit. — Ex Latinis veteribus unus v. primus est qui ænigmata carminibus inclusa prodiderit; non enim Ciceronis *jocularis libellus*, de quo *Quintil.* 8. 6. 73., his potest comparari, nec, ut Apuleji *Ludicrorum* et *Gryphorum* liber, ad nos hic pervenit, ut de eo judicari liceat: unicum exstat Ausonii *Gryphorum* carmen, quod cum Symphosiano conjungi possit; quin *Teuffel* illum censet hujus imitatorem, eos secutus, qui Symphosium sæc. V. initio adscribunt. Speciminis gratia unum adferimus (88. *de perna*) « Nobile duco genus magni de gente Catonis (*Porci*); Una mihi soror est, plures licet esse putentur: De fumo facies, sapor et mihi salsus inhæsit ». Hoc autem optimum omnium judicat *Heumann*, cui suum facile relinquitur judicium. (Cf. *Meyer* in *Anthol. lat. n.* 534. et 540). ¶ 2. In titulis nomen extra urbem frequentissimum in Galliis Cisalpina et Narbonensi. *Corp.* 6. 768 (a. 7. a. Chr.); 5. 2508 (*Ateste*), 2935 (*Patavii*), 7072 (*Taurinis*), 12. 1867 (*Viennæ*), 4709-4713 (*Narbone*) etc. — Hinc *Cœlianus* — *a*) Adj. ad Cœlium Antipatrum pertinens. *Gell.* 10. 24. 6. Cœlianum illud ex libro historiarum secundo (= *Macrob.* 1. *Sat.* 4. 25). *Tab. alim. Vel.* 6. 66. prædia. — *Cic.* 13. *Att.* 8. Epitomen Bruti Cœlianorum (Cf. *Char. gr. I.* 220) velim mihi mittas. — *b*) Cogn. vir. et mul. *Corp.* 2. 259 (*in Lusitania*); 6. 26183. — *Cœlius*, adj. ad C. Cœlium Caldum pertinens, a quo *lex Cœlia*, tabellaria, lata fuit a. 107. a. Chr. qua cautum est ut quod unum judicium lege Cassia exceptum esset, perduellionis, id quoque tabellas cum reliquis judiciis commune haberet (Cf. *Plin.* 3. *ep.* 20), cujus causam adfert *Cic. Planc.* 6. 14. — *Cœlia Horrea.* *V.* HORREA. — Cf. *Cœlonius, Cœlenus, Cœlo*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 155. et in *Corp.*

CŒMĒTĒRĬUM, ii, n. 2. (κοιμητήριον) nom. comm., de quo V. *Lexicon*. Sæpius tamen determinatur nomine personæ, ut *Cœm. Callisti, Prætextati, Domitillæ* etc., de quibus agit cl. *De-Rossi* in *Rom. Sotterr. I.* 1. *p.* 207., ubi ea distinguit in *majora* et *minora* et *ætate pacis* constituta, disposita secundum vias. De his tamen dicemus suo singulorum loco.

CŒNĒ, es, f. 1. ¶ 1. Est nom. mul., Κοίνη. *Corp.* 6. 5392. Cf. voc. seq. ¶ 2. Insula inter Africam et Siciliam, *Capell.* 6. *p.* 208.

CŒNUS (Cœnos), i, m. 2. (Κοῖνος) ¶ 1. Speciatim — 1.°) Rex Macedonum. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1232. — 2.°) Dux Alexandri M. *Curt.* 3. 9. 7. et *alib.* sæpe. — Alius videtur esse *Justin.* 13. 4. 14. — 3.°) Alii apud *Liv.* 44. 35., *Tac.* 2. *Hist.* 54., *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (139). ¶ 2. Generatim, in titulis, *Corp.* 6. 3574.; 15. 5109. etc. Cf. CŒNE, nom. mul. — Hinc *Cœnius* (cf. *Quentus*), nom. gent. *Inscr. Not. degli scavi* 1908. *p.* 462 (*Romæ*). — *Cœnilia*, nom. demin. mul. *Corp.* 6. 8574.

CŒRĀNUS, i, m. 2. (Κοίρανος) ¶ 1. Est nom. vir. Gr. *Hygin. fab.* 128. Polyidus, Cœrani filius, augur. *Plin. Hist. nat.* 1. 2. *ind. auct.* Cœrano philosopho. *Tac.* 14. *Ann.* 50. doctoresque sapientiæ Cœranum Græci, Musonium Tusci generis. *Corp.* 14. 3586 (*Tibure*). P. Ælius Cœranus cos. (*suff. sub Caracalla*), procos. prov. Macedoniæ etc. — *Cœrana*, nom. mul. *Corp.* 11. 714 (*Bononiæ*). Adde *Cœrania* (Κοιρανίς), nom. vir. *Corp.* 6. 15991. et *Cœranius*, philosophus, haud exilis meriti vir (a. 371). *Ammian.* 29. 2. 25. ¶ 2. Fluvius Cappadociæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 3. (9)., ubi *Sillig.* leg. Ceraunus.

CŒSĬUS, ii, m. 2. (Cf. *cæsius*, subviridis, glaucus) nom. gent. *Corp.* 6. 15992. — *Cœsia*, nom. mul. *Corp.* 6. 15993. — Hinc *Cœsidius*, etiam *Cotsis* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 168).

CŒTUS, i, m. 2. (Κοῖτος: cf. *cœtus*) nom. vir. *Corp.* 6. 9005. — *Cœta* (Κοίτη) cogn. mul. *Corp.* 6. 34971. — Cf. *Cœtonia* (Κοιτωνίς), etiam *Cytonis, Quœtonis*, cogn. mul. *Corp.* 6. 10360 (V. *Schulze, Eigenn. p.* 154. *sq.*). — *Cœtonicus* (Κοιτωνικός), cogn. vir. *Corp.* 15. 2405.

CŒUS, i, m. 2. nom. (Κοῖος) Titanis, patris Latonæ. *Manil. carm. frg.* 2. Latona est Cœ(o)-creata Titano. *Propert.* 3. 9. 48. cæloque minantem Cœum. Adde *Virg.* 1. *G.* 279. et 4. *Æn.* 179., *Val. Fl.* 3. 224., *Hygin. fab. præf.* — *Gloss. IV.* 434. 33. C[h]œus et Enceladus gigantes.

COHORS, is, f. 3. nom. comm., de quo V. *Lexicon*. Hæc autem sensu militiæ proprio accipitur ac determinatur nomine populi seu nationis, ex qua milites deligebantur, addito numero, si plures ex eadem electi erant, ut *Cohors Ægyptiorum* vel *Cohors I. Aquitanorum* etc., cui aliquando certus militum numerus ex aliis nationibus addebatur ut *Ræti milit. in Coh. II. Tungrorum*. Distinguebantur porro in *cohortes legionum, vigilum, prætorias* et *urbanas*, et *cohortes auxiliares* sive *auxiliarium*. Unaquæque vero nota est plerumque ex *Lapidibus inscriptis*, sicut videre est, ubi de nominibus populorum sermo occurrit. — Interdum tamen nom. proprium est alicujus loci ut *Cohors Breucorum*, in Mauretania Cæsariensi (*Corp.* 8. *p.* 2040). — Catalogum *Cohortium* vd. ap. *Oehler* in *PW.* 4. 137-356. — De his vd. *Schönemann, diss.* Halle 1888.; *Momms. Ephem. epigr. V. p.* 164. *sqq.* et *Vagliari* ap. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 325. *sqq.*

CŎINQUENDA. *V.* voc. in *Lexico*.

CŌGĬTANS, antis, m. 3. (cogito) cogn. vir. *Corp.* 2. 1201 (*in Bætica*). — Hinc *Cogitatus* (*a*), nom. gent. frequens. *Corp.* 6. 8681.; 15. 2487.; 8. 21890. — *Cogitatius* (*a*), nom. gent. *Corp.* 10. 3569 (*Miseni*). — 13. 1797 (*Lugud.*).

COGNĀTUS, i, m. 2. (*cum* et *nascor*) nom. vir. *Corp.* 14. 14404 (*in prov. proc.*).

COGNĪTUS, i, m. 2. (*cum* et *nosco*) cogn. vir. *Corp.* 6. 14155 (*Inscr. Oesterr. Jahresh. XI* [1908] *p.* 109 [*Smyrnæ a.* 124] Ἀτειλίῳ Κογνίτου). — *Cognita*, cogn. mul. *Corp.* 6. 13803.

CŌLĀPHUS, i, m. 2. (Κόλαφος: cf. *colaphus*) nom. serv. Gr. apud *Plaut. Capt.* 657 (V. *Schmidt, Hermes* 37 [1902] *p.* 184).

CŌLĀPIS, is, m. 3. (Κόλαπις *Strab.* v. Κόλοψ *Dio*) fluvius Pannoniæ, hodie *Kulpa*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (148). Colapis in Saum influens juxta Sisciam gemino alveo insulam ibi efficit, quæ Segestica appellatur. — Inde nominati *Colapiani*, pop. Pannoniæ. *Plin.* 3. *ibid.* 25. 28. (147).

CŌLARNI, ōrum, m. plur. 2. pop. Lusitaniæ stipendiarius. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (118). et *Corp.* 2. 760 (*in Lus. a.* 105).

COLCHI, ōrum, m. plur. 2. (Κόλχοι *Strab.*) nom. pop. et opp. — Scribitur *Cholci* et *Cholchi* — Aliquando in mss. codd. et editis libris confusum est cum *Iolci*, ut apud *Horat. Epod.* 5. 21.: sic et deriv. *Colchiacus* cum *Iolciacus*. V. *Heins. Ovid. met.* 7. 158.

Colchi ¶ 1. Populi Asiæ, origine, ut olim credebatur, Ægyptii (*Ammian.* 22. 8. 24), qui a Sesostri, Asiæ interiori bellum inferenti, cum aliis ducti ibique postea relicti, Colchidi regioni nomen dedissent (*Diod.* 1. 28. et 55. et *Strab.* 11. 2. 17); hinc *Priscian. perih.* 671. « Intima sed Ponti - Ægypto missi Colchi tenuere coloni ». — De his *Mela* 1. 107. Inde is locus est, ubi finem ductus a Bosporo tractus accipit atque inde se in sinu adversi litoris flexus attollens angustissimum Ponti facit angulum: hic sunt Colchi, huc Phasis erumpit etc. *et* 2. 57. Pola, quondam a Colchis, ut ferunt, habitata. *et Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (129). Pola a Colchis condita. *Id. ibid.* 22. 26. (144). Olcinium [*in Dalmatia*], quod antea Colchinium dictum est, a Colchis conditum. *et* 3. *ibid.* 23. 26. (145). Oppidum Oricum a Colchis conditum. *Justin.* 32. 3. 13. Histrorum gentem fama est originem a Colchis ducere. — Sing. num., sensu collectivo (Κόλχος). *Avien. orb.* « Colchus - Exsul ab Ægypto ». *Horat.* 2. *Od.* 20. 17. me Colchus et - Dacus et ultimi noscent Geloni. Adde *eund. a. p.* 118., *Senec. Tro.* 1104., *Claudian.* 21. 155., *Paneg.* 12. 14., *Sidon. carm.* 5. 260. — Nom. serv. *Corp.* 6. 8742. Colchus Cæsaris balneator. — Hinc adj. *Colchus*, ap. *Horat.* 2. *Od.* 13. 8. Colcha venena. *Propert.* 3. 32. 11. Phasis. *Ovid.* 13. *Her.* 24. carina. *Pompon. Trog. prol.* 37. reges. *Martial.* 12. 57. 17. rhombus. *Sidon. carm.* 23. 274. arva. *Drac. Romul.* 10. 44. alumnus. — Poetæ de Colchis loquuntur sæpe, apud quos fabulæ Medeæ, Jasonis, Argonautarum aliorumque sunt ortæ (*Lucan.* 2. 591., *Catull.* 64. 5., *Senec. Med.* 164. et *alib. Horat.* 4. *Od.* 4. 63., coll. *Hygin. fab.* 14., 21. et 23., *Apollod.* 1. 9. 23., *Mythogr. I. fab.* 20. et *II. fab.* 202. et *alib.* ¶ 2. Item oppidum in Colchide. — *a*) *Enn. trag.* 211. et 242., *Cic.* 3. *Nat. D.* 21. 54. Colchis Æetes et Circe a Sole quinto procreati. Adde *eund.* 9. *Att.* 9. et *Rav. p.* 8. — Cf. *Schol. Hor. epod.* 5. 21. et 2. *Od.* 13. 8., ubi *Colchos* civitas etc. (V. *Keller* ad *l.*) et *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 140. — *b*) In India intra Gangem exadversus Taprobanem. *Tab. Peut.* 11., coll. *Ptol.* 7. 1. 10.

COLCHĬACUS et

COLCHĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

COLCHIS, idis, f. 3. (Κολχίς) Genet. etiam *Colchidos* ap. *Val. Fl.* 2. 423., *Martial.* 10. 35. 5., *Nemes. cyn.* 42. — Acc. *Colchida* ap. *Propert.* 2. 21. 11., *Ovid.* 2. *Amor.* 14. 29., *Val. Fl.* 1. 52., *Mel.* 2. 44. — Voc. *Colchi* ap. *Ovid. rem.* 262., *Auson.* 130. 1. — Acc. pl. *Colchidas* ap. *Val. Fl.* 8. 142. et *Colchidăs* ap. *Stat.* 9. *Theb.* 735., *Martial.* 10. 4. 2.

Colchis ¶ 1. Est idem ac mulier Colchica. *Stat. loc. cit.* Colchidas - docet *(Diana)* monstratque feras quærentibus herbas. — Cogn. mul. *Corp.* 6. 7304.; 9. 3363. et 10. 4091. — Speciatim — *a)* Medea. *Senec. Hipp.* 697. Colchis noverca. *Lucan.* 6. 441. hospita. *et* 10. 464. barbara. *Germ.* 534. perfida. *Senec. Med.* 871. nefanda. *Propert.* 2. 21. 11. Colchida - decepit Jason. Adde *Stat.* 4. *Theb.* 506. et 2. *Silv.* 1. 141., *Ovid. loc. cit.*, *Horat.* 16. *Epod.* 58., *Juvenal.* 6. 648. — De tragœdia, *Colchis* inscripta, quæ Medea est, *Martial.* 5. 53. et 10. 4. — *b)* Circe, Medeæ soror. *Stat.* 5. *Theb.* 550. — Adj. idem ac Colchus. *Id.* 9. *ibid.* 611. Gens Colchis. *Propert.* 2. 1. 54. abeus. ¶ 2. Est etiam regio in Asia inter Pontum Euxinum ad occid. et Iberiam ad or., hodie *Mingrelia* et *Imerethia*, Phasi *(Rion)* et Acampsi *(Cioruk)* irrigata, paludosa et insalubris, patria Medeæ quasique theatrum fabulosæ expeditionis Argonautarum ad aureum vellus conquirendum; auri et argenti fodinis et minio, hoc tamen adultero, abundans. Memoratur *Varr.* 2. *R. R.* 1. 6., *Ampel.* 6., *Censorin.* 4. 12., *Vib. Seq. p.* 150., *Ovid.* 3. *Trist.* 9. 12., *Lucan.* 3. 190., *Manil.* 4. 517., *Val. Fl.* 1. 52. et 2. 423. — *Cholcis* habet *Lib. gener. chron. I. p.* 98. — Multis fuit habitata tribubus itemque coloniis, ab opp. Mileto deductis, et diu a regibus gubernata; dein Mithridati obnoxia, mox vero a Romanis provinciæ Ponti adnexa. Cf. *Xenoph. An.* 4. 8. 8., *Herod.* 2. 104., *Apollon. Rhod.* 2. 1207., *Diod.* 1. 28., *Strab.* 11. 497. *sq.*, *Appian. Mithr.* 15. et 103., *Tac.* 6. *Ann.* 39., *Eutr.* 6. 14. — De ejus nummis vd. *Head*, 495. Cf. etiam *B. de Koehne, Numism. Chron.* 1877. *p.* 2. et *Fox, Engravings of rare greek coins* 2. *p.* 1. *n.* 1. — De ea cf. etiam *Höfer* in *Roschers Dict. Myth. II.* 1268. — Hinc *Colchensis*, adj. *Hieronym. chron.* a. Abr. 782. Medea Colchensis. — *Colchiacus* idem ac Colchicus. *Propert.* 2. 1. 56. Colchiaci foci. *(alii rectius* Jolciaci). — *Colchicus*, adj. Κολχικός, *Horat. epod.* 5. 24. Colchicæ flammæ. *et* 17. 35. in Canidia calet venenis officina Colchicis. *Senec. Med.* 225. regnum. — *Colchicus sinus*, ab oceano Indico effectus ad Indiam intra Gangem, hod. *golfo di Manaar*, memoratus tantum *Ptolem.* 7. 1, et 95., quod sciam. — Subst. *Colchicum*, nom. veneni. *Plin.* 28. *Hist. nat.* (129). — *Colchica*, nom. mul. *Corp.* 6. 45986. — *Colchius*, adj. *Rav. p.* 174. Patria quæ dicitur Colchis Circeon - quæ Colchia Circeon in omnibus eremosa esse dinoscitur: de qua patria enarravit Pentesileus philosophus. — Nom. gent. *Corp.* 6. 1057 (3) 40 (a. 205). ¶ 3. Locus Mesopotamiæ. *Tab. Peut.* 11. et *Rav. p.* 81.

COLCHĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CŎLENDUS, i, m. 2. (colo) cogn. vir. et mul. *Corp.* 15. 7371.; 6. 7056.

CŎLĬACUM, i, n. 2. promontorium Indiæ extremæ, hodie *Cap Comorin*. Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (86). Cf. *Colis (idis)* ap. *Mel.* 3. 39.

COLICĀRIA, æ, f. 1. oppidum seu statio prope Mutinam, hodie fort. *S. Possidonio*, in *Itin. Ant. p.* 282.

COLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 6. 16003 (m. et f.): cfr. Etr. *cuinl*, *Colus, Colilus, Colienius, Colionius, Colinus, Colo, Colonus* etc. in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 172., 295. et 423.

COLLĀTĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum vetustissimum Italiæ ad Anienem fl. in via Tiburtina (Κολλατία *Strab.*, Κολατία *Dionys.*), hodie *Castellazzo*, ab Albanis conditum dictumque ab opibus aliarum civitatium illuc conlatis *(Paul. Fest. p.* 37), a quo porta *Collatina* appellata est. Sic *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 773. Hæ civitates sunt priscorum Latinorum ab Albanis regibus constitutæ; quamquam Collatiam Tarquinius constituisse dicatur, qui - eam ex collata pecunia constituit, unde et Collatia dicta est; potest autem fieri ut ab Albanis fundata sit, aucta a Tarquinio. — Fuit patria Tarquinii Prisci et Junii Bruti; hinc *Sil. It.* 8. 361. «altrix casti Collatia Bruti» *V.* BRUTUS. — Exstabat etiam tempore Ciceronis, non vero Plinii, qui 3. *Hist. nat.* 5. 9. (68). scribit: «In prima regione præterea fuere in Latio clara oppida - Camerium, Collatia, Amitinum - ita ex antiquo Latio LIII populi interiere sine vestigiis». — De ea vd. etiam *Liv.* 1. 38. et 57., *Ovid.* 2. *Fast.* 733., coll. *Dionys.* 3. 50. et 4. 64., *Ptol.* 3. 68. et *Strab.* 5. 230. — Hinc *Collatius*, adj., ut *Collatia via* ap. *Frontin. aq.* 5. et 10. Concipitur aqua Virgo via Collatia (alii *Collatina*, sed perperam) ad miliarium octavum (V. *Nibby, Dint. di Roma I.* 486. *sq.*). — *Collatinus (Conlatinus)*, adj. *Virg.* 6. *Æn.* 774. Hi *(i. e.* reges Albani) Collatinas imponent montibus arces *(i. e.* «latinam urbem» *Serv.)*. *Paul. Fest. loc. cit.* Conlatina porta. *Liv.* 1. 38. populus. — *Collatini*, incolæ, ap. *eund. ibid.* — *Collatinus* (Κολλατῖνος), cogn. L. Tarquinii, Lucretiæ mariti, qui a. 509. a. Chr. cum L. Junio Bruto primus consul fuisse credebatur (Cf. *Fast. Corp.* 1. *p.* 98). *Cic.* 3. *Off.* 10. 40. Collatino collegæ Brutus imperium abrogabat. *Liv.* 1. 57. Collatinus Tarquinius, Egerii filius etc. *Auct. de vir. ill.* 9. Tarquinius Collatinus sorore Tarquinii Superbi genitus Collatia. Adde *Flor. præf.* 1. 1., *Ovid.* 2. *Fast.* 787., *Hygin. fab.* 256. — Cogn. (Egerii, patris L. Tarquinii. *Dionys.* 3. 50. 3) vir. *Corp.* 6. 32429 (a. 98). — *Collatina*, dea, ap. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 8 (alii rectius leg. *Collina)*. — Item cogn. mul. *Corp.* 3. 3032. ¶ 2. Oppidum Italiæ (reg. II) in Apulia ad or. Teani: hinc *Collatini*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105). et *Lib. col.* 216. et 261. *L.*

COLLATĪNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

COLLĀTUS, i, m. 2. (collum v. confero) cogn. vir. *Corp.* 8. 3045 *(Lambæsi)*.

COLLĒGA, æ, m. 1. (Κολλήγας, *a*, *Inscr. Mionnet* 4. *p.* 377. *n.* 12) *Corp.* 3. 306. — Hinc *Collegius (a)*, nom. gent. *Corp.* 8. 3545 *(Lambæsi)* et 11. 6758 *(Ravennæ)*.

COLLĒON, onis, f. 3. opp. Phrygiæ. *Rav. p.* 111. — *Cocleo* in *Tab. Peut.* 9.

COLLĪNA. *V.* voc. seq.

COLLĪNUS (Gr. Κολλῖνος: a *collis)* usurpatur adjectivorum et etiam substantivorum more. ¶ 1. Adject. — 1.°) Est proprie ad Collem Quirinalem pertinens, ut *Collinæ herbæ* ap. *Propert.* 4. 5. 11. et *Collina regio* ap. *Varr. loc. cit.* — Speciatim — *a) Collina tribus* ex quattuor urbanis (in titulis Gr. *Corp.* 8. 3028. Κολλεῖνα; *Inscr. gr. Rom. Cagnat* 3. 868. Κολλεῖνα; *Inscr. mon. d. Accad. d. Lincei* 18. *p.* 329. Κολλίνα). Memoratur *Varr.* 5. *L. L.* 45. Argeos dictos putant a principibus, qui cum (H)ercule Argivo venerunt Romam et in Saturnia subsederunt; e quis prima scripta est regio Subur(b)ana, secunda Esquilina, tertia Collina, quarta Palatina. *et* 5. *ibid.* 56. Quattuor quoque partis urbis tribus dictæ ab locis Suburana, Palatina, Esquilina, Collina. *Cic. Mil.* 9. 25. Convocabat tribus, se interponebat, Collinam novam dilectu perditissimorum civium. *Paul. Fest. p.* 368. Urbanas tribus appellabant, in quas urbs erat dispertita a Servio Tullio rege, id est Suburana, Palatina, Esquilina, Collina. Cf. *Liv. epit.* 20. Libertini in quattuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent — De tribubus intra urbem et extra urbem earumque numero et distributione ante Augustum vel Augusti tempore V. *Kubitschek, De rom. trib. orig. ac prop.* Wien 1882. et *Imp. rom. tributim discr.* Wien 1889., coll. *Momms., Hermes XIX. p.* 11. *n.* 2. et *Reisch* in *Thes. L. L. suppl. p.* 533. — *b) Collina porta*, urbis Romæ, in *colle Quirinali*, unde nomen sumpsit, et incipiebat *Agger Servii Tullii*, repertus nuper una cum hac porta *(Borsari, Top. di Rom. ant.* Mil. 1897. *p.* 30.; *P. Rosa, Relazione* (1873) 33. *sq.*; *Lanciani, Bull. com.* 1876., *Tab. XX.* et *C. A.* (1887) 145., coll. *Jordan, Top. I.* 1. 261-245. et *Hülsen* in *Rhein. Mus.* 1894. *p.* 410. *sqq.)*. Memorant *Varro frg. Cens. nat. d.* 17. 8. Murus ac turris, quæ sunt inter portam Collinam et Esquilinam. *Paul. Fest. p.* 10. *p.* 326 *(frg.)*. Salariam viam incipere ait a porta, quæ nunc Collina a colle Quirinali dicitur. Adde *Vellej.* 2. 27., *Flor.* 1-13. 14. et 9. 21. 28. *sq.*, *Prudent. c. Symm.* 2. 686., *Ampel.* 42., *Oros.* 4. *Hist.* 17., coll. *Strab.* 5. 228., *Plut. Camill.* 22. et *Sull.* 29., *Zonar.* 7. 23. — Extra portam Collinam erat campus *Sceleratus*, ubi defossæ incestuosæ virgines Vestales *(ibid. p.* 332), ædes *Honoris (Cic.* 2. *Legg.* 23. 58), *Erycinæ Veneris (Liv.* 30. 38), horti Cæsaris *(Liv. epit.* 88), ædes ad *tres Fortunas (Vitr.* 3. 2. 2) et *Quietis (Augustin.* 4. *Civ. D.* 16). — Dicta est etiam porta *Agonalis*, quia olim collis Quirinalis *Agonus* vocabatur *(Paul. Fest. p.* 10. V. AGONALIS, non *Agonensis*, ut in *Lexico)*, et *Quirinalis (Id. p.* 254). — *c) Collina regio.* V. *Varr.* sub 1. 1.° — *d) Collini Salii*, de quibus *Serv. auct. Æn.* 8. 285. Duo sunt genera Saliorum, sicut in Saliaribus carminibus invenitur: Collini et Quirinales, a Numa instituti, ab Hostilio vero Pavorii et Pallorii instituti. Adde *Corp.* 6. 1383 (a. 137)., 1422.; 9. 1123 *(Æclani a.* 126). *Inscr. Monatsber. d. Berl. Akad.* 1862. *p.* 76 *(Sami)* Σαλίου Κολλίνου. ¶ 1. Substantive. *Collinus*, cogn. vir. *Sil. It.* 4. 344. Collinus miles. *Martial.* 4. 54. 3. *(de poeta victore in Agone Capit.)* «O cui Tarpejas licuit contingere quercus Et meritas prima cingere fronde comas, Colline». Adde *Corp.* 5. 2650 *(Ateste)*. — *Collina*, cogn. mul. *Corp.* 5. 3776 *(Veronæ)*. — *Collina* dea, quæ collibus præest. V. *Collatinus* in COLLATIA.

COLLIPPO, onis, m. 3. oppidum Lusitaniæ inter Tagum et Mundam *(Mondego)*, trib. *Quirina*, hod. *S. Sebastiao do Freixo*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 21. 35. (113). — Hinc *Collipponensis* adj., ut Collipponense municipium, *Corp.* 6. 16100. — Incolarum vocabulum: sing. *Corp.* 2. 340.; plur. 339.

COLLŪCĬĀNISTA, æ, m. 1. (Συλλουκιανιστής) associa Luciani: a σύν *cum* et Λουκιανός, vox ficta ab Ario hæretico in epist. ad Eusebium Nicomed. *Candid. ep.* 1. (= *Cassiod. hist.* 1. 15). Collucianista *(voc.)* vere Eusebie.

COLLYBISCUS, i, m. 2. (Κολλυβίσκος) nom. Gr. servi, ap. *Plaut. Pœn.* 170., 194. et *alib.* Cf. *Marx* ad *Lucil.* 517.

CŎLŎBĬUS, ii, m. 2. *(colobium,* tunica sine manicis: a κολοβός *mutilus)* cogn. vir. Gr. *Corp.* 14. 1630 *(Ostiæ)*. — Agnomen Valeriani imp., et inditum fortasse ex quodam genere vestimenti, quo indui solitus esset.

CŎLŌNÆ, ārum, f. plur. 1. (Κολωναί) nom. oppidi in Asia. *Nep. Paus.* 3. Colonas, qui locus in agro Troade est, se contulerat.

CŎLŌNĒ, es, f. 1. (Κολώνη) oppidum Peloponnesi. *Scæv. dig.* 34. 4. 30. Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (123). et *Strab.* 13. 1. 19.

CŎLŌNENSIS. *V.* COLONIA.

CŎLŌNĒUS, a, um, adject. Gr. (Κολώνειος: a Κολωνός [Ἵππιος]) *demo* Attico, non longe ab Athenis, ubi Sophocles natus est et ubi tragœdiam *Œdipus Coloneus* (Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ) inscriptam, ætate valde devexa composuit, qui exsulans eo migrasse dicitur a *Paus.* 1. 30, 4. Memorant *Cic.* 5. *Fin.* 1. 3. et *Cato* 7. 22. *Apul. apol.* 37. eam «peregregiam tragœdiarum» vocat.

CŎLŌNĬA, æ, f. 1. (colo) nom. comm., de quo V. *Lexicon;* sed usurpatur proprie de oppidis sine additis aut cum additis seu cogn. ¶ 1. Colonia sine additis. — 1.°) Urbs in Germania inferiore, plenius *Colonia Agrippina* v. *Agrippinensis*, tribu *Claudia*, vetus metropolis Ubiorum, dein caput provinciæ Romanæ ad ripam Rheni in via Augustæ Rauricorum Lugdunum Batavorum, in regione fertilissima, ubi *ara Ubiorum*, dicata Romæ et Augusto *(Tac.* 1. *Ann.* 39. et 57), hodie it. *Colonia*, germ. *Köln*. Memoratur *Venant. carm.* 3. 14., *Sidon. carm.* 8. 114., in *Itin. Ant. p.* 377. et *Corp.* 13. *p.* 505. et 554. *Greg. Tur.* 6. *Fr.* 24. In Agripinensim civitatem, quæ nunc Colonia dicitur. *et Not. Gall. chron. I. p.* 595. VIII. 1. metropolis civitas Agrippinensium, id est Colonia. — Agrippina, Germanici filia, ibi nata est; a viro suo Claudio imp. obtinuit, ut colonia eo deduceretur juris Italici, cui suum nomen indidit. — Fuit

hæc urbs maximi momenti temporibus imperii Rom., commerciis peropportuna, in bello munitissima, ubi celebre exstitit templum Martis; Vitellii, Trajani, Silvani, Constantini aliorumque imperatorum domicilio illustrata; ab Alamannis capta aliquando et a Juliano imp. recuperata, donec Francorum ditioni subjacuit primo dimidio sæc. V *(Sueton. Vitell.* 8. et 10., *Tac.* 1. *Hist.* 59. et *Germ.* 28., *Ammian.* 15. 5. et *alib.*, *Oros.* 7. *Hist.* 12., *Eutr.* 8. 2. et 9. 9., coll. *Plut. Galb.* 22., *Dion.* 64. 4., *Zos.* 1. 61. *Ptol.* 2. 9. 15. Ἀγριππίνηνσις). *V.* COLONIA in *Lexico*. — Hinc *Colonensis (Coloniensis)*, adj. *Greg. Tur. mart.* 1. 4. Severinus Colonensis civitatis episcopus. *Conc. sub Sonn.* a. 627-630. *p.* 208. Chuneberto Coloniensi. — 2.°) Item in Britannia Rom., fortasse unum idemque cum Camuloduno, hod. *Colchester* (al. *Maldon)*, sedes olim Cunobini sub Tiberio imp., dein capta a Claudio a. 43. p. Chr. et dicta colonia *Camulodunensis Victricensis (Tac.* 12. *Ann.* 32. et 33. et 14. *ibid.* 31. et 32). *Rav. p.* 426. Colonias — 3.°) Item in Cappadocia. *Id. p.* 97., fortasse distinguenda ab ea, quæ *Civitas Colonia* absolute dicitur in *Itin. Burdig. p.* 576. — 4.°) Item in Ponto vel Armenia (gr. Κολώνεια), ap. *Rav. p.* 97., *Novell. Just.* 31. 1. *pr.* — Adj. *Coloniensis* in *Conc. Const.* a. 536 *(Mansi* 8. 1145). Alexander episcopus Coloniensis. — 5.°) Item ap. *Catull.* 17. 1. «O Colonia, quæ cupis ponte ludere longo» fortasse Colonia est oppidulum agri Veronensis, hodie *Cologna*. ¶ 2. Cum additis seu epithetis, oppidorum vel urbium, quæ colonos acceperunt aut saltem coloniis adscriptæ sunt; ubi animadvertendum est, civitates, quæ libera republica essent deductæ, simpliciter *colonias* fuisse dictas; quæ vero initio imperii a Julio Cæsare aut, eo mortuo, a triumviris, ejus tamen legibus, *Julias* et quæ variis temporibus ab Augusto, partim *Julias*, partim *Julias Augustas* cognominatas, posteriores denique aliis atque aliis nominibus distinctas. Porro hæ coloniæ longo ordine recensentur, ut *Coloniæ Aquensis* (Aquæ Sextiæ), *C. Helvetiorum* (Aventicum), *C. Julia Romula* (Hispalis) etc. in *REPW.* 4. 510-581.

CŎLŌNĬCUS, i, cogn. vir., præcipue in Africa usitatum. *Conc. Carth.* a. 411. *(Mansi* 4. 51) et 4. 135. Colonicus episcopus Tinistensis, Donatista. *et Conc. Rom.* a. 499. *p.* 400. 35. Colonicus Forocludiensis episc. Adde *Corp.* 6. 18172. — *Colonica (Colonica)*, cogn. mul. *Corp.* 9. 2270 *(Telesiæ)*; 8. 8577 *(in Maur. Sitif.)*. Adde *Lucan. Cypr. ep.* 22. 3.

CŎLŌNĬDES, um, f. plur. 3. oppidum Peloponnesi ad oram occid. sinus Messeniaci, bodie *Kastelia (Paus.* 4. 34. et *Ptol.* 3. 16. 7), non confundendum cum *Colonis*, insula prope Argolim (Κολωνίς), ap. *Plin.* 4. *Hist. na..* 12. 19. (56).

CŎLŌNIS, idis, f. 3. *V.* voc. præc.

CŎLŌNUS, i, m. 2. (colo) ¶ 1. Est nom. vir. gent. *Corp.* 5. 8361 (V. *Schulze, Eigenn. p.* 295). — Item cogn. *Plin.* 9. *ep.* 9. 1., *Corp.* 4. 4325.; 11. 104 *(Ravennæ)*. — *Colona*, in *Corp.* 6. 16005. — Hinc *Colonicus* V. suo loc. — *Colonius (a)*, nom. gent. *Val. Max.* 4. 2. 6. et *Corp.* 6. 29698. ¶ 2. Est etiam nom. loc., sc. *demi* Attici, tribus Antiochicæ, in duas partes divisi, quarum una intra Athenas ad Agoram (Κολωνὸς ἀγοραῖος); altera vero extra urbem, decem stad. a porta Dipyli, cum templo Posidonis et nemore sacro Eumenidibus (Κολωνὸς ἵππιος). *V.* COLONEUS. *Cic.* 5. *Fin.* 1. 3., coll. *Paus.* 1. 30. 4., *Thuc.* 8. 67., *Sophocl. Œd. Col.*, *Eurip. Phœn.* 1707., *Aristoph. Av.* 998., *Dem.* 21. 64. etc., *Æschin.* 1. 125., *Apollod.* 3. 5. 9.

CŎLŎPĒNE, es, f. 1. (cf. Κολώη) regio Cappadociæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 3. (8).

CŎLŎPHON, ōnis, f. 3. (Κολοφῶν, ῶνος) nom. loc. — *a)* Formæ aliæ: *Colophona*, æ, ap. *Dict.* 1. — *Colophonia*, æ, ap. *Vib. Seq. p.* 155. et *Dar.* 18. — *Colophonea*, æ, ap. *Rav. Guid. p.* 528. — *b)* Scribitur *Colofa*, ap. *Chron. Alex. chron.* 1. *p.* 109., 180. 8. Sic *Colofon* in codd. — *c)* Acc. pos. Gr. *Colophona*, ap. *Vitr.* 4, 1. 4., *Vellej.* 1. 4. 3., *Lucan.* 8. 245. etc. — *Colophonem*, ap. *Cic. loc. cit.* et *Schol. Hor. ep.* 1. 11. 6. — *d)* Etymon ducitur a κολοφών, *fastigium, finis* (cf. κορυφή); unde proverb. Gr. κολοφῶνα ἐπιθεῖναί τινι = Lat. *Colophonem addere* alicui rei, *sc.* aliquid finire, complere, perficere (Cf. *Paul. Fest. p.* 37).

Colophon, oppidum Ioniæ maritimum, inter Smyrnam et Ephesum, ad oram septentr. sinus Caystrii, cum Notio portu, prope hodiernam *Deirman-dere*, conditum a Ionibus, captum dein a Gyge, rege Lydiæ, Athenarum socium sæc. V. a Chr., memoratum in bellis Peloponnesiaco et successorum Alexandri M., equitatu et classe potens, a Lysimacho prope deletum, sub Romanis *civitas immunis*, patria Homeri *(? Gell.* 3. 11. 6., coll. *Cic. Arch. l. c.)*, Xenophanis, Mimnermi, Nicandri. *Cic. Manil.* 12. 33. Cnidum aut Colophonem aut Samum, nobilissimas urbes. *Horat.* 1. *Ep.* 11. 3. Quid tibi visa Chios - quid et Colophon? *Liv.* 37. 26. Oppidum Colophonium *(i. e.* Notium), mari imminens, abest a vetere Colophone duo ferme milia passuum. *Vellej. loc. cit.* Iones - nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur Ionia urbesque constituere Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen etc. *et Mela* 1. 88. Colophon, quam Mopsus, ejusdem Mantus filius, statuit. Cf. *Herod.* 1. 14., *Thuc.* 3. 34., *Xen. Hell.* 1. 2. 4., *Strab.* 14. 632. *sq.* et 643., *Ptol.* 5. 2. 7., *Paus.* 1. 9. 7. etc. — Celeber fuit ejus cultus erga Apollinem, *Clarium* dictum, de quo V. CLAROS. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 511. *sq.* et *Head*, 569. — Hinc *Colophonius* (Κολοφώνιος), adj. *Liv. loc. cit.* Colophonium oppidum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (123). resina præter ceteras fulva; si teratur, alba fit, gravior odore; ob id non utuntur ea unguentarii. *Isid.* 17. *Orig.* 7. 71. Tertia resina pinalis, quarum alia πιτυίνη, alia πευκίνη, alia liquida, alia arida et afferuntur ex Tyrrhena Colophonia, unde etiam nomen Colophonia resina sumsit. — *Colophonii* (Κολοφώνιοι), incolæ. *Cic. Arch.* 8. 19. Homerum Colophonii civem esse dicunt suum. *Liv.* 37. 26. Colophoniis, qui in Notio habitabant. Adde *Mel.* 1. 99. — In sing. num. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (146). Colophonius Dionysodorus. *Cic.* 1. *Divin.* 3. 5. Xenophanes. *et* 1. *Orat.* 16. 69. Nicandrum. *et* 1. *Q. fr.* 2. Nyphontem. — Abs. *Colophonia* (ἡ Κολοφωνία), resina. *Scribon.* 137. *sqq.* Cf. *Isid. loc. cit.* et *Colophonium*, ap. *Pelagon.* 328. et *Marcell. med.* 2. 16. — *Colophoniacus* (Κολοφωνιακός), adj. *Ciris* 65. Colophoniaco Homero. *Cels.* 5. 15. 11. resinæ.

CŎLŎPHŌNĬA, æ, f. 1. et

CŎLŎPHŌNĬĂCUS et

CŎLŎPHŌNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CŎLORBĀSUS et Colarbasus, i, m. 2. (Κολόρβασος) nom. hæretici. *Ps. Tertull. hær.* 5. Marcus quidam et Colarbasus, novam hæresim ex Græcorum alphabeto componentes; negant enim veritatem sine istis posse litteris inveniri etc. *Iren.* 1. 14. 1. Marcus vulvam et susceptorium Colorbasi silentii semet solum fuisse dicens. Adde *Philastr.* 43. 1. *Augustin. hær.* 15. Colorbasus - vitam omnium hominum et generationem in septem sideribus consistere affirmans. — *Prædest.* 1. 15. *p.* 591. Colorbasius. — *Colorbasianus*, adj. *Prædest. loc. cit.* Quintadecima hæresis Colorbasiana, a Colorbasio adinventa.

CŎLOSSÆ, ārum, f. plur. 1. (Κολοσσαί) oppidum Phrygiæ ad ripam Lyci, olim magna urbe *(Herod.* 7. 30. et *Xen. An.* 1. 2), postea vero dictæ πόλισμα *(Strab.* 12. 8) et celeberrimum oppidum *(Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 41. [145])., terræ motu adflictæ a. 65. p. Chr. *(Tac.* 14. *Ann.* 27), tandem deletæ a Saracenis sæc. VII. et VIII., *Colossi*, hod. ruinarum cumulus et vicus *Chonos* v. *Chonas* appellatus; quod tamen negat cl. *Le Camus (Dict. Bibl.* ad *v.)*, qui locum inspexit nullumque ibi deprehendit antiquitatis vestigium, monetque unum *Hamilton (Researc. in As. Min. p.* 507-514) probabile aliquid referre de vero Colossarum situ et *Arundell* ipsum *(Discov. in As. Min. p.* 163-179) *Chonas* cum *Colossis* confudisse. Memoratur *Vulg. Col.* 1. 2., *Hieronym.* in *Philem.* 24. et *chron.* a. Abr. 2086., coll. *Diod.* 14. 80. — De Colossarum nummis vd. *Head*, 670. — Hinc *Colossenses (Colosenses)*, incolæ, ad quos, pleroseque ex ethnicis christianos, Paulus ap. scripsit epistolam (V. PAULUS). *Tertull. resurr.* 23. et *pudic.* 17., *Hieronym. vir. ill.* 5., *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 8., *Ps. Vigil. Taps. Trin.* 12. — Porro hanc ecclesiam condiderat Epaphras, Pauli discipulus, qui deinde Romam profectus apostolo significaverat firmam esse Colossensium fidem, at simul quosdam serpere coepisse falsa dogmata de angelis seu geniis, Christo excellentioribus vel saltem æqualibus, tamquam Dei invisibilis imaginibus rerumque omnium conditoribus, divino cultu prosequendis *(Col.* 1-2), deque cærimoniis mandatisque legis Mosaicæ omnino servandis *(ibid.)*. Quorum quidem errorum magistros alii fuisse statuunt philosophos *(Tertull., Suthel.)* vel Epicureos *(Clem. Alex.)* vel Pythagoreos *(Grotius)* vel Chaldæos *(Hug)*; alii vero christianos, discipulos vel Joh. Bapt. *(Kopp)* vel Apollo *(Michaelis)*; alii Essenos, christianos *(Klöpper, Mangold)* aut Judæo - christianos *(Thiersch, Credner, Ewald, Ritschl*, in primis *Lightfoot)* vel cabbalistas *(Osiander)* vel Alexandrinos *(Schenkel)*, alii Gnosticos Cerinthianos *(Mayerhoff, Neander)* vel Ebionitas *(Baur, Lipsius, Sabatier, Davidson, Blom)*; uno verbo *theosophos*, qui «frustra inflati sensu carnis suæ» *(ibid.* 2. 18) philosophicis commentationibus (γνῶσι) tantum sibi arrogabant ut sine Christo (οὐ κατὰ Χριστόν) homines ad verum Deum cognoscendum perfectamque vitæ rationem adscendam agendamque institui posse censerent. Hos autem Paulus refellit Christi deitatem omnigenamque ejus in universa, qua omnium conditor est ac servator, potestatem finemque umbraticæ legis, a Moyse latæ, per Eum jam impositum demonstrans, ut ex gravissima hac epistola perspicue colligitur (Cf. cc. 1. et 2); quam critici quidam recentiores *(Mayerhoff, Baur, Holtzmann, Pfleider)* tradunt a Paulo esse abjudicandam; sed falso, ut invictis argumentis sive catholici sive hæretici doctores *(Vigouroux, Cornely, Godet, Zahn, Weiss, Harnack, Jülicher)* comprobarunt. — *Colossinus* (Κολοσσηνός), adj. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 9. 27. (51). Flos ejus *(cyclamini)* Colossinus etc.

CŎLOSSENSES, ium, et

CŎLOSSĪNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CŎLŌTĒS, is, m. 3. (Κολώτης et Κωλώτης) Acc. *Coloten* apud *Quintil. loc. cit.* — Fuit ¶ 1. Discipulus Epicuri famosior, at «loquacitate notabilior» *(Cic.* 2. *rep.* 7), contra quem scripsit *Plut.* (πρὸς Κολώτην). — Ejus «reliquiæ exstant in papyris Herculanensibus nuper evolutis» ut ait *Orelli* in *Onom. Tull.* ad *h. n.* ¶ 2. Item statuarius Parius, «cujus ævum ita incertum est, ut eum partim Phidiæ, partim Pasitelis, qui Pompeji M. ætate vixit, æqualem recte dicere possis» *(Sillig. Cat. artif.* 157), eorum fortasse discipulus. Memoratur *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (87). — Sunt qui duos Colotas discernendos putent, discipulum alterum Phidiæ, Pasitelis alterum, aut unum Coloten et duos Pasiteles; verum illorum sententiæ adhærendum cum Sillig credimus, qui unum exstitisse arbitrantur (V. *Sillig. ibid.* 158. *sqq.)*. — Eum fecisse Minervam in Elide et philosophos ait *Plin. loc. cit.*, et Bacchum *Eustath.* ad *Il.* 2. 603., et Æsculapium (θαυμαστὸν ξόανον ἐλεφάντινον) se vidisse *Strabo* 8. 337., et Phidiæ in Jove Olympico faciendo adjutorem fuisse *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (54). adfirmant. ¶ 3. Item pictor Tejus, qui Timanthis æqualis Olymp. XCVI. floruit, quem unus memorat *Quintil.* 2. 13. 13., a Timanthe victum.

COLPŪSA, æ, f. 1. antiquum Calchedonis nomen. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (149).

CŎLŪBER, bri, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 10. 152 *(Potentiæ)*.

CŎLUBRĀRĬUS, a, um, adject. ¶ 1. *Colubraria*, insula Hispaniæ, Gr. Ὀφιοῦσα, ita dicta a serpentum copia, hodie *Formentera*. De ea *Mela* 2. 126. Cum scateat multo ac malefico genere serpentium et sit ideo inhabitabilis, tamen etc. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (78). Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit; ideo infesta omnibus nisi Ebusitanam terram inferentibus: Græci Ophiussam dixere. ¶ 2. *Colubrarius* mons in Dalmatia haud longe a Salonis, ut videtur *(Merob. pros. frg.* 2. B 17), in quo Ætius Gothos devicit.

CŎLUMBA, æ, f. 1. ¶ 1. Insula prope Baliarem majorem. *Itin. Ant. p.* 511. — Hinc *Septem Columbæ*, locus extra Urbem in via Salaria veteri, in clivo Cucumeris, unde nomen accepit cœmeterium *ad Septem Columbas*, de quo vd. *De-Rossi, Rom. Sotter. I. p.* 131. *sqq.* ¶ 2. Item nom. mul. *V.* COLUMBUS.

CŎLUMBĀNUS, et

CŎLUMBĀRĬA. *V.* COLUMBUS.

CŎLUMBĀRĬENSE monasterium, hodie *Colombier*, ap. *Greg. Tur. vit. patr.* 9. 3.

CŎLUMBUS, i, m. 2. nom. serv. et libert. vir. *Corp.* 12. 3325 *(Nemausi)*: 13. 10025. 178. 180. — Apud *Sueton. Cal.* 55. Myrmillonum armaturas recidit Columbo victori, leviter tamen saucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellavit. — *Columba* (etiam *Colomba, Colaba* sæpius in titulis Christ.). *Corp.* 8. 13368 *(Carthagine)*. *Inscr. Chr. Leblant I.* 107. et *Hisp.* 108 *(in Bætica)*. In *Martyr. Hier.* Columbæ mart. et virg. — Hinc *Columbanus* — *a)* Nom. vir. chr. *Inscr. chr. De-Rossi II. p.* 244. — *b)* Abbas sanctitate clarus a. 540-615., conditor monasteriorum *(Anegray, Luxeuil, Fontaines)* in Burgundia et *(Bobbio)* in Italia, ubi regula, ab eo denominata, magnam celebritatem est consecuta *(Funk, Stor. d. Chiesa*, Roma tr. [1908] *I. p.* 243). — *Columbola*, nom. mul. demin. *Corp.* 11. 3299. — *Columbalis*, cogn. mul. *Corp.* 8. 16134 *(in prov. proc.)*. — *Columbaria*, insula maris Tyrrheni. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (81). et *Solin.* 3. — *Capell.* 6. p. 207. « Columbaria Veneris ». — Apud Græcos *Columbarium promontorium*, ad oram Sardiniæ, hodie *cap. Figari*, ap. *Ptol.* 3. 3. 4. — *Columbaris*, adj. *Corp.* 15. 4803 et *Columbinus*. V. supra.

CŎLUMELLA. *V.* COLUMNA.

CŎLŪMEN, inis, n. 3. nom. loci prope Tusculum in monte Algido, hodie *La Colonna*, ap. *Liv.* 3. 23. Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 601.

CŎLUMNA, æ, f. 1. nom. comm. et locorum etiam proprium, absolute vel cum addito usurpatum. ¶ 1. Absolute — 1.°) In sing. num.: Columna, locus Bruttiorum, sæpius *ad Columnam* dictus *(Itin. Ant. p.* 98), plenius *Columna Regia* v. *Rhegia (Rav. p.* 263. et 331., *Stilus*, ap. *Guid.* p. 471 = ἡ Ῥηγίνων στυλίς *Strab.* 6. 1. 8), hodie aliis est *Torre di cavallo* v. *Colonna*, aliis aliter. — 2.°) In plur.: *Columnæ*, parvæ insulæ prope Carnen. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 31. 36. (199). ¶ 2. Cum additis. — 1.°) In sing. num. — *a) Columna Mænia*. V. MÆNIUS, a, um. — *b) Columna Regia*. V. supra. — 2.°) In plur. — *a) Columnæ Herculis*, duo montes ad fretum Gaditanum, *Calpe* et *Abyla* (V. suo loco), dictæ *Herculeæ* a *Sil. It.* 1. 142. — *b) Columnæ Protei*. V. PROTEUS. — *c) Columnæ Solis*, locus seu rupes in Alpibus ad fontes Rhodani, antiquitus habita ut meta solis orbem obeuntis. *Avien. orb.* 637. — *d) Ad Columnas*, locus Æmiliæ sexto a Ravenna lapide, ubi Majoranus appellatus est Augustus. *V.* MAJORANUS.

CŎLUMNĀTA, æ, f. 1. oppidum Mauretaniæ Cæsariensis. *Corp.* 8. 22587. — Hinc *Columnatensis*, adj. *Not. Dign. occ.* 25 *(sub comite Africæ)*; item 30 *(sub duce et præside prov. Mauret.)*. — Igitur limitis Columnatensis non unus, sed duo distincti præpositi hic recensentur.

CŎLŪTHUS, i, m. 2. (Κόλουθος) ¶ 1. Fuit quidam hæreticus. *Philastr.* 79. 1. Coluthiani a Colutho quodam ita dicto in Ægypto, qui dicunt Deum malorum *(hominum)* non esse factorem. *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 14. Coluthi superbiam. Cf. *Augustin. hær.* 65. et *Isid.* 8. *Orig.* 5. 49. — Hinc *Coluthiani*, ejus sectatores, ap. *Philastr. loc. cit.* ¶ 2. Item martyr. *Pallad. hist. mon. I.* 48. Astitit Colothos vocabulo martyr. ¶ 3. Item poeta Ægyptius (a. 491-518. p. Chr.) ap. *Suid.*, cujus exstat poemation: *Raptus Helenæ* (Ἑλένης ἁρπαγή) satis frigidum, italice redditum etiam a *Fr. Conr. Dell'Aglio*, Seminarii Patav. alumno *(Il Ratto di Elena di Coluto*, Venezia, 1741); a nullo tamen ex Latinis scriptoribus, quod sciam, laudatus.

CŎLYTTUS, i, m. 2. (Κολυττός v. Κολλυτός) vicus Atticus et heros ejus. *Tertull. anim.* 20. Athenis sapiendi dicendique acutissimos nasci relatum est; ubi penes Colyttum pueri mense citius eloquntur præcoca lingua.

CŎMA, æ, m. et f. 1. ¶ 1. Est nom. — *a)* Vir. (a κόμη, *coma*, v. κῶμα, *sopor*, v. κώμη, *pagus*). *Corp.* 6. 1803. et 9240. 16. — Apud *Val. Max.* 9. 12. *ext.* 1. vir Siculus, Cleonis maximi latronis frater, qui « intra pectus inclusa anima finem sui reperit ». *et supra ibid.* « caput operuit innixusque genibus compresso spiritu - acquievit ». — Cogn. *Papyr. Wessely p.* 101 (a. 140). — *b)* Mul. *Corp.* 3. 3144. — Cogn. *Corp.* 10. 328 *(Tegiani)*. ¶ 2. Est etiam nom. opp. Ægyptii in prov. Arcadia (Κώμη *Sozom.*). *Rav. p.* 127.

CŎMĂCĒNUS et Comacinus, a, um, adject. *V.* COMUM.

CŎMÆUS, i, m. 2. ¶ 1. Est epitheton Apollinis (Κωμαῖος), fortasse a Semit. *Chamus*, Sol (Cf. *Kon* pro *Kam* = Sol: hinc etiam scribitur *Chomæus)*, hoc nomine a Moabitis cultus. *Ammian.* 23. 6. 23. Seleuciæ avulsum simulacrum Comæi Apollinis perlatumque Romam etc.

COMAGENA, ōrum, n., v. Comagenæ, ārum (?), f. plur. oppidum Norici sive Pannoniæ primæ ad ripam dext. Danubii, nunc *Tulln*, in *Not. Imp. occid.* 33. et *Itin. Ant. p.* 248. — Hinc *Comaginensis*, adj. *Not. Dign. occ.* 34.

CŎMĀMA, æ, f. 1. oppidum Pisidiæ (Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 1250., 2062.; græce tamen Κόμανα *Ptol.* 5. 5. 8). *Corp.* 3. 6887. Colonia Julia Augusta fida Comama. Adde *Inscr. numm. Mionnet VII. suppl. p.* 710. *n.* 305. — Hinc *Comamenus*, adj. *Corp.* 3. 6885. — *Comameni*, incolæ. *Inscr. numm. Mionnet loc. cit. n.* 308.

CŎMĀNA, ōrum, n. plur. 2. ¶ 1. Est oppidum Ponti *(Comani* pro oppidi nomine ap. *Jul. Hon. Cosmogr.* 32 [*Cosmogr.* 1. 32. 14. Commani famosum oppidum]. - Κόμανα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ *Strab.)*, hod. *Gumenek*, colonia Comanorum Cappadociæ, deæ *Ma* sacra, commercio dedita. Memorant *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 4. (10)., *Auct. B. Alex.* 34. 5., *Marcell. chron. II. p.* 67. 403. 8., *Tab. Peut.* 10. et *Rav. p.* 97. — De ejus nummis vd. *Head*, 498. et 512. ¶ 2. Item oppidum Cappadociæ, cognominatum *Chryse* v. *Aurea (Nov. Just.* 31. 1. 2), centrum cultus deæ *Ma* v. *Enyo* (= *Bellona)*, ubi Orestes sedem suam statuit, colonia temporibus Caracallæ, hod. *Bostan* (ἡ Κόμανα ἡ Καππαδοκική *Ptol.* 8. 17. 38). *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 3. (8). Cappadocia intus habet - oppidum Comana, quod Sarus præterfluit. *Auct. B. Alex.* 66. 3. Comana venit, vetustissimum et sanctissimum Bellonæ templum etc. *Itin. Ant. p.* 180., *Tab. Peut.* 10. — Hinc *Comani*. V. infra. — *Comanenses*, incolæ. *Cod. Just.* 9. 35. 10 (a. 294). Civitatis Comanensium. — De ejus nummis vd. *Head*, 758.

CŎMĀNENSES. *V.* voc. præc.

CŎMĀNI ¶ 1. Oppidum. *V.* COMANA. ¶ 2. Incolæ Comanorum, memorati in nummo Caracallæ ap. *Eckhel* 2. *p.* 351.; sed ad quodnam opp. ex laudatis pertineat, non liquet.

CŎMĀTUS, i, m. 2. nom. vir., a *coma*, in *Corp.* 2. 4155 *(Tarracone)*. — *Comata Gallia*. V. GALLIA. — *Comatius, Comatulius, Comatilla* in *Corp.* — Etiam nom. equi. *Tab. devot. Audollent n.* 280. 8 *(in prov. Byzac.)*.

CŎMAZON, ontis, m. 3. (Κωμάζων) nom. vir. Gr., fortasse deductum ab arte histrionica et joculari, ut docet *Dio* 79. 4., in *Corp.* 6. 866.; 14. 2809 *(Gabiis)*. — P. Valerius Comazon Eutychianus, consul a. 220. p. Chr. cum imp. Pio memoratur in *Inscr.* ap. *Visconti, Mus. Pio-Clem. VI.* 222. — *Comasia*, ejus filia. *Corp.* 15. 7559. — Item vir spectabilis ex magistris scriniorum in *Cod. Theod.* 1. 1. 5 (a. 429). — Item alii: *Corp.* 15. 5110., *Symm.* 6. *ep.* 12. 5. etc. — Cf. *Comasius* (Κωμάσιος), nom. Gr. *Cod. Theod.* 6. 12. 1 (a. 399).

COMBĒ, es, f. 1. (Κόμβη v. Κόμβα, in Polyrrheniorum dialecto idem ac κορώνη, *cornix*, teste *Hesych.)* Ophii filia, quæ dum fugeret, ne a filiis occideretur, deorum miseratione in avem mutata est *(Lact. fab. Ovid.* 7. 15). *Ovid.* 7. *Met.* 382. trepidantibus alis Ophias effugit natorum vulnera Combe.

COMBRETONĬUM, ii, n. 2. oppidum Britanniæ *(Flavia Cæsariensis)* in via Londinium a Venta Icenorum, hod. *Ipswich*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 480. et *Tab. Peut.* 2.

CŎMENSIS. *V.* COMUM.

CŎMES, itis, m. 3. *(cum et eo)* cogn. vir. ¶ 1. Fuit vir sanctimonia illustris. *Paul. Nol. ep.* 3. — *Comites* dicuntur etiam quidem dii, ut Hercules, Sol. *V.* COMES in *Lexico*. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 6425. — Nom. mul. *Corp.* 8. 7154. — Hinc *Comitianus (a)*, cogn. *Corp.* 14. 246. 3. 11 *(Ostiæ* a. 140. p. Chr.). — *Corp.* 6. 29322. — Cf. *Comitius, Comitilius, Comitiolus, Comitialis, Comitinius, Comitorius Comitaticius*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 333. et 335. et in *Corp.*

CŎMĒTĒS, æ, m. 1. (Κομήτης) ¶ 1. Fuit pater Asterionis Argonautæ. *Val. Fl.* 1. 356. Celer Asterion, quem matre cadentem Piresius gemino fovit pater amne Cometes. ¶ 2. Item vir flagitiosus, de quo *Serv. auct. Æn.* 8. 9. Diomedes repperit uxorem apud Argos cum Cylaraba, ut Lucilius, vel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter vivere. ¶ 3. Item rex Argivorum, ap. *Hieronym. chron.* a. Abr. 711.

CŎMĬCUS, i, m. 2. (Κωμικός) nom. gent. *Corp.* 14. 3749 *(Tibure)*; et etiam nom. servorum et libertorum. *Corp.* 6. 6625 *(e mon. Statil.)*, 7389 *(e mon. Volus.)*; 14. 2864 *(Præneste)*. — *Comicē (a)*, nom. mul. (Κωμική). *Corp.* 6. 16875. — Dat. *Comiceni* 6. 16011. — Cf. *Comicius, Comisius, Comidius*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 292. et in *Corp.*

CŎMĬNĬĀNUS, i, m. 2. *V.* COMINIUS.

CŎMĬNĬUM, ii, n. 2. (Κομίνιον *Dionys.)* ¶ 1. Est oppidum Volscorum prope Atinam, hodie *San Donato Val di Comino*. Memoratur *Liv.* 10. 39. *sq.*, coll. *Dionys.* 17. 4. *sq.* et *Corp.* 10. *p.* 507. ¶ 2. Est etiam *Cominium Ocritum* v. *Ceritum*, oppidum Samnii, prope Beneventum, a Spurio Carvilio cons. a. 325. a. Chr. captum et a militibus incensum, hodie *Cerrito* v. *Cerito*, memoratum *Liv.* 10. 39-44. — Hinc *Cominianus*, adj., ut *Cominiana olivæ* v. *Cominia*, ap. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 5. 6. (20).

CŎMĬNĬUS, ii, m. 2., Κομίνιος: in numm. ap. *Mionnet, Méd. ant. III. p.* 671. *n.* 7. Cf. Etr. *cumni*, Osc. *(Conway, Ital. Dial.* 21) *Comni No* — Scribitur etiam *Comminius*, duplici *m* (Κομμίνιος *Plut.)* et *Comenius* (Κομένιος) in *Corp.* 1. 1347., coll. *Ephem. epigr. I. p.* 20. *n.* 49. — Sunt qui vocabulum derivent a *Cominis*, pop. Æquicol., teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (108).

Cominius, nom. gent. ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis — 1.°) L. Cominius, trib. militum, a. 429. a. Chr., in bello Samnitico frenos equis detraxit et sic concitatos calcaribus contra hostes immisit eorumque agmina perrupit, ut ait *Liv.* 8. 30. — 2.°) P. Cominius, Spoletinus, eques Romanus, honestus et disertus homo, memoratus *Cic. Cluent.* 36. 100. — Ejus orationem in C. Cornelium, trib. pleb. a. 67. a. Chr., « quam, inquit *Ascon.* (in *Corn. p.* 62. *Or.)*, sumere in manum est aliquod operæ pretium etiam propter semetipsam ». Quin ipse *Cicero (Brut.* 78. 271) scripsit, in Cominio « et compositum dicendi genus et acre et expeditum » fuisse. Frustra tamen hic oravit; nam Cornelius a Tullio strenue defensus sententiis longe pluribus est absolutus, cujus Tullianæ orationis fragmenta collegit *Orell. p.* 448. *sqq.* — Sunt qui hunc *Cominium* illum putent, in quem *Catull. carm.* 108. acerrime invehitur. — 3.°) Post. Cominius Auruncus, tantum *Auruncus* dictus in *Fast. Hisp.* et *Chron. Pasch.*, *Liv.* 2. 18. *Postumus* (v. *Postumius) Cominius*, bis cons. (a. 501. et 493. a. Chr.), sub quo plebs montem Sacrum prius, deinde Aventinum occupavit *(Cic.* 2. *rep.* 33). Hinc *Liv.* 2. 33. Per secessionem plebis Sp. Cassius et Postumus Cominius consulatum inierant, quorum alter ad Volscum bellum missus est. Hoc autem bello Cn. Marcius Corioli oppidum cepit, unde *Coriolanus* appellatus. Quo facto « tantum sua laude obstitit famæ consulis Marcius ut, nisi fœdus cum Latinis columna aenea insculptum monumento esset ab Sp. Cassio uno, quia collega abfuerat, ictum, Postumum Cominium bellum gessisse cum Volscis memoria cessisset » *(Liv. loc. cit.)*. De eo cf. etiam *Val. Max.* 4. 3. 4. — 4.°) Alios vd. apud *Auct. B. Afr.* 44. 1. et 46. 3.; *Frontin. aq.* 99.; *Inscr. Mionnet III.* 371. *n.* 7 (a. 24. p. Chr.), *Cohen I.* 262. *n.* 183, et *Tac.* 4. *Ann.* 31. etc. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 158., 16351.; 14. 3409., *Inscr. Not. degli scavi* 1905. *p.* 271 *(in agr. Tuscul.)*. — *Cominia*, nom. mul. *Corp.* 6. 16014. — Hinc adj. *Cominius* et *Cominianus*. V. COMINIUM. — *Cominianus*, cogn. grammatici, quo usus est *Charisius gramm. I.* 147. 18., quem disertissimum dicit *ibid.* 175. 29. — Fortasse nom. gent. in *Inscr. Not. degli scavi* 1892. *p.* 278 *(Neapoli)*.

COMMĀGĒNĒ, es, f. 1. (Κομμαγηνή) Forma *Commagena*, æ, ap. *Ammian. loc. cit.* — *Commagenis* ap. *Chron. Alex. chron. I. p.* 106., 164. 18. — *Commagenem* acc. passim, rarius *Commagenam*.

Commagene ¶ 1. Est regio ad septentr. Syriæ, confinis Ciliciæ, a qua disterminatur monte Amano, Cappadociæ, Armeniæ et Mesopotamiæ, a qua sejungitur Euphrate, fertilissima ac ditissima, cujus caput *Samosata (Plin.* 2. *Hist. nat.* 104. 108. [235]), ab Assyriis olim, dein a Seleucidis ac postremo a Romanis occupata, post mortem Antiochi III., adscripta provinciæ Syriæ a Tiberio imp. (a. 17. p. Chr.), restituta a Caligula Antiocho IV., iterumque ac perpetuo Syriæ adnexa a Vespasiano imp. *(Sueton. Vesp.* 8), sub imperatoribus vero Constantinopolitanis provinciæ, *Euphratensi* dictæ, cujus caput exstitit *Hierapolis (Ammian.* 14. 8. 7). Memoratur etiam *Mela* 1. 62., *Eutr.* 19. 4., *Oros.* 7. *Hist.* 9., *Jul. Hon. cosmogr.* A 5., *Isid.* 14. *Orig.* 3. 17. ¶ 2. Item oppidum oceani orientalis, fort. a nomine regionis ductum. *Jul. Hon. cosmogr.* A 6. — Hinc adj. *Commagēnus* (Κομμαγηνός). Notatur *Commagen.*, in titulis, *Commag.*, *Comm.*, *Coma.* et *Com.* — *Not. Tir.* 85. Commaginus. — *Plin.* 16. *Hist. nat.* 7. 9. (27). Optima Commagena galla. *Tac.* 15. *Ann.* 12. regio. *Ammian.* 18. 4. 7. Samosata Commageni quondam regni clarissima sedes. — Cogn. regis Antiochi. *Cic.* 15. *Fam.* 1., *Cæs.* 3. *B. C.* 4., *al.* — Cogn. dei. *Corp.* 3. 7835. *iovi optimo maximo dolicheno* ET DEO COMMAGENO. Adde 10243. et 13518 *(in Norico)*. — Subst. *Commagenum*, medicamen, ap. *Plin.* 1. *Hist. nat.* 10. 29. 30. ind. auct. 10. 55., 29. 55.; et herba: 29. *ibid.* 3. 13. (55). — *commagina* inter nomina volucrum. *Pol. Silv. nom. anim. chron. I.* 543. 26. — *Commageni*, incolæ. *Mela* 1. 13., *Tac.* 2. *Ann.* 42., *Avien. orb.* 1041., *Corp.* 6. 3504. etc.

COMMŎDĬĀNUS. *V.* voc. seq.

COMMŎDUS, i, m. 2. Scribitur *Comodus*, unico *m*, in *Corp.* 15. 1058 (a. 136) et *alib.*, græce Κόμοδος, in *Inscr. gr. Rom. Cagnat, I.* 514. — Hoc nomen celebre est in gente *Cejonia*; idcirco distinguuntur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Cejonii: — *a) L. Cejonius Commodus*, cos. a. 78. p. Chr. *Corp.* 4. 5529 (= *Inscr. gr. Rom. Cagnat, I.* 514. Καιωνίῳ Κομόδῳ) ejusque filius *L. Cejonius Commodus*, cos. a. 106. *Chronogr.* a. 354. *chron. I. p.* 58., 109. — *b) L. Cejonius Commodus*, cos. a. 136., fil. adopt. imp. Hadriani, de quo *Spartian. Hadr.* 24. et *Capitolin. Pert.* 19., ejusque filius *L. Cejonius Commodus*, imp. Antonini Pii fil. adopt., qui regnavit cum M. Aurelio fratre a. 161-169. *Fronto p.* 162. 1. — *c) Commodus*, absolute, filius M. Aurelii Antonini philosophi, L. (dein M.) Aurelius Commodus imp. Augustus (a. 180-192), de quo *V.* AURELIUS. — 2.°) Alii: — *a) L. Julius Commodus* Orfitianus, curator operum publicorum, vir clarissimus. *Corp.* 6. 11196 (a. 161). — *b) Commodus*, absolute, episcopus Tripoleos in Lydia, qui concilio Ephesino interfuit a. 431 *(Mansi* 5. 596), Κόμοδος *(Liberat.* 6. *p.* 980). ¶ 2. In titulis, cogn. vir. *Corp.* 6. 12288., 16209. etc. — *Commoda*, cogn. mul. *Corp.* 8. 14281 *(Carthagine)*. — Hinc *Commodus*, adj. ad Commodum imp. pertinens. *Lamprid. Comm.* 11. Menses quoque in honorem ejus pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem - adulatores vocabant. *et Corp.* 14. 2113 *(Lanuvii)* idus Commodas (sic nonæ Commodiæ: *V.* infra). *Corp.* 6. 3554. legio VIII. Augusta Pia Constans Commoda. *Corp.* 8. 2405 *(in Numid.)* Curiales curiæ Commodæ. — *Commodias*, adj. item. *Lamprid. Comm.* 12. Ante diem tertium nonas Commodias. - Neutr. plur. *Commodia*, nom. ludorum. *Corp.* 14. 474 *(Ostiæ)*. — *Commodianus* — 1.°) Adj., ad Commodum imp. pertinens. *Lamprid. Comm.* 8. Fuit præterea ea dementia, ut urbem Romanam *coloniam Commodianam* vocari voluerit. *et mox.* Ad senatum retulit de *Commodiana* facienda *Roma*: non solum senatus hoc libenter accepit per irrisionem, quantum intelligitur, sed etiam se ipsum *Commodianum* vocavit, Commodum Herculem (Cf. *Eckhel* 7. *p.* 125) et Deum appellans. Sic *ibid.* 12. Domus Palatina Commodiana. *et* 14. Sæculum aureum Commodianum. *et* 17. Carthago Alexandria Commodiana Togata. *et Apic.* 5. 4. conchiola Commodiana. *et Eckhel* 4. *p.* 448. ludi Commodiani. — Sine irrisione *Commodiani horti* ap. *Spartian. Pescenn.* 6. — *C. imperium* ap. *eund. Sever.* 6. — C. Thermæ. *V.* AURELIUS COMMODUS. — 2.°) Subst. *Commodianus (a)*, cogn. — *a)* Apud scriptores, præcipuus, poeta Syrius (non Afer nec Romanus, ut alii censent); fort. ex Judæo proselyto Christianus; non episcopus nec sacerdos, sed « Christi mendicus » *(Acrost.* 29. ed. *Ludwig)*, i. e. servus, pauper, pœnitens; *Gazeus* v. *Gazæus* dictus quasi alienigena (nam Arelate versabatur), quod Gazæ in Syriæ ortum habuisset. De eo *Gennad. script. eccl.* 15. « Commodianus, dum inter sæculares litteras etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaque Christianus et volens aliquid studiorum suorum muneris offerre Christo, suæ salutis auctori, scripsit - librum adversus Paganos. Et quia parum nostrarum attigerat litterarum, magis illorum destruere potuit dogmata, quam nostra firmare - Tertullianum et Lactantium et Papiam secutus ». — Ad tempus quod attinet, quo is floruit, quæstio est implexa inter eruditos. Alii namque volunt eum vixisse sæc. III *(Teuffel, Bernhardy, Bardenhewer, Schanz)*; alii initio sæc. IV. *(De-Vit, Jülicher, Harnack)*; alii denique sæc. V *(Brewer)*, quæ postrema sententia ceteris præferenda omnino videtur, quam doctissimus vir, variis de hac re editis lucubrationibus roboratam, invictis argumentis veram esse demonstrat. — Scripsit præter *Instructiones* (de quibus V. *Ind. Auct.)* etiam *Carmen apologeticum adversus Judæos et gentes*, ed. a cl. *Pitra* in *Spicil. Solesm. I.* a. 1852. rursumque a *Rönsch* a. 1871., de quo V. *Ebert (Commod. carm. apol.* Leipz. 1868. *Abh. d. sächs. Ges. d. Wissensch.* 5 [1870] *p.* 387) et *Leimbach (Ueber Commod. carm. apol.)* etc. 1871. — De ejus metris V. *Hanssen*, Strassb. 1881. et *Vernier* in *Revue de philol.* 15 (1891); de lingua *Schneider*, Nürnberg 1889., coll. *Dombart, Archiv. für lat. Lexic.* 6 (1889). Generatim de Commodiani carminibus *Gennad. loc. cit.* « Scripsit - mediocri sermone, quasi versu ». Sic *Forcellin.* noster: « Scripsit versibus quidem sed nulla ratione habita quantitate syllabarum, Latinitate vero semibarbara ». Non solum vero metricæ quantitati non studuit sed nec rythmo, nisi fortasse qui suo tempore vulgaris erat, ita ut deduci possit eum non tam certis legibus sed arbitrio suo fere obsecundasse, grammaticæ etiam normis aliquando neglectis. Videtur tamen saltem in hexametris generatim quantitatem aliquam syllabarum servasse in fine duarum partium, quas rhythmicas dicimus, versum dividentium; priori vero syllabam etiam ancipitem tribuisse. Ceterum Commodianus singularibus hisce carminibus aliquid contulit ad Latinæ poesis historiam. — Eum porro de divina Trinitate haud recte sensisse et millenariorum quoque errorem fuisse professum, non plane constat; enimvero, maxime ad resurrectionem primam (ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη *Apoc.* 20. 5) quod spectat, de priore animarum sine corpore ad cælestem gloriam ascensu, quem posterior animarum cum corporibus erit secuturus, quasdam ejus sententias in bonum sensum accipere æquum est. Ceterum de eo consulas *Freppel, Commod.* etc. Paris 1893.; *Boissier, Commod. (Mélang. Rénier*, Paris 1887. etc.); *Atzberger, Gesch. d. chr. Eschatol.*, Freib. Brisg. 1896. *p.* 555-556. *Ulrich, De vita et oper. Commod. Gazei*, Temesvar 1902. et in primis *Brewer, Commod.* etc. Paderb. 1906. — *b)* In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 682. 6. et *Inscr. Not. degli scavi* 1900. *p.* 859 *(in Sicilia)*. — *Commodiana*, cogn. mul. *Corp.* 10. 3506 *(Miseni)*. — *Commodinus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 3. 5024 *(in Norico)*.

COMMŎLENDA (Commolanda), æ, f. 1. nom. deæ, quæ operi commolendi præses a fratribus Arvalibus colebatur (Cf. *Adolenda, Coinquenda)*, apud *Henzen, Act. Fr. Arv. p.* 147. et 188 *(Corp.* 6. 2099) *II.* 5. Adolendæ Conmolendæ Deferundæ oves II.; sed 13. Commolendæ (nom. periit in lapide fracto a. 218 *(Corp.* 6. 2104) 4.

COMMORIS, is, m. 3. vicus vel castellum Ciliciæ ad montem Amanum. *Cic.* 15. *Fam.* 4.

COMMŪNIS, is, m. 3. (communis) Scribitur etiam *Comunis*, unico *m*, in *Corp.* 6. 24896. et *Communus* in *Corp.* 8. 11706.: græce Κόμμουνις *Phleg. Trall. p.* 85. *Keller*. — Est autem nom. vir. et mul., præcipue servorum et libertorum. — viri.: *Corp.* 6. 6386., 9058., 19848. etc. — Mul.: 6. 8729., 18850., 14595. etc. — Hinc *Communianus*, adj. *Corp.* 4. 5575. — *Communio (onis)*, nom. vir. *Corp.* 6. 16050.

COMNĒNUS, i, m. 2. nom. gent. (Cf. Etr. *cumni* et *Cominius*: *Schulze, Eigenn. p.* 107). *Corp.* 11. 4455 *(Ameriæ)*. — *Comnena*, nom. mul. *Ibid.* — *Comnianus*, cogn. vir. *Corp.* 13. 3162. m. 1 *(in prov. Lugud.* a. 238).

COMPĂRĀTUS, i, m. 2. (comparo) cogn. vir. *Corp.* 11. 4798 *(Spoletii)*. — Cf. *Comparo (onis)*. nom. gent. 6. 16060. — *Comparator (oris)*, episc. *Conc. Carth.* a. 411 *(Mansi* 4. 153).

COMPENDĬUM, ii, n. 2. villa civitatis Suessionum. *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 21.

COMPĒS, ēdis, m. 3. (compes) cogn. vir. *Corp.* 8. 6876 *(in Numid.)*.

COMPĔTUM et Conpetum. *V.* voc. seq.

COMPĬTUM, i, n. 2. (Cf. compitum) locus seu vicus, ut *Compitum Anagninum*, opp. Latii prope Anagnium. *Liv.* 27. 4, et *Tab. Peut.* 6. — *Compitum Acilii* v. *Acilium*, Romæ in quarta Urbis regione. *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 6. (12)., coll. *Henzen, Scavi al bosco degli Arval.*, *p.* 56. — *Compitum Aliarium* v. *Alliarium* (fort. ab *allio* ibi venum dato). *Inscr.* ap. *Henzen, Ann. Inst. arch.* a. 1856. *p.* 18. — Etiam absolute, *Compitum*, vicus Romæ. *Itin. Ant. p.* 305. et 306. idem ac *Anagninum*. — *Compitum*, rectius *Competum (Conpetum)*, statio Umbriæ prope Cæsenam, fort. hod. *Gambettolo*, in *Itin. Burdig. p.* 615.

COMPLĀTŌNĬCUS, i, m. 2. Platonis sectator. *Sidon.* 4. *ep.* 11.

COMPLŪTENSIS, e, adject. *V.* voc. seq.

COMPLŪTUM, i, n. 2. (Κόνπλουτον *Ptol.)* oppidum Hispaniæ Tarraconensis ad Tagum fluvium, trib. *Quirina*, civitas stipendiaria conventus Cæsaraugustæ, municipium sæc. II., hod. *Alcala de Henares*. Memoratur *Prudent. perist.* 4. 43. sanguinem Justi, cui Pastor hæret Ferculum duplex geminumque donum Ferre Complutum gremio juvabit Membra duorum. Adde *Itin. Ant. p.* 436., *Rav. p.* 312., *Corp.* 2. 4913 (a. 101). — Hinc *Complutensis*, adj. *Paulin. Nol. carm.* 35. 607. urbs. *Ildeph. vir. ill.* 2. municipium. — *Complutenses*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24).

COMPSA, æ, f. 1. (Scribitur etiam *Consa* et *Copsa*: cf. Κάψα *Lyd. ost. procem.)* oppidum Hirpinorum in Samnio, ad fontes Aufidi fl., trib. *Galeria*, memoratum in bello secundo Punico et sociali, municipium tempore Ciceronis, hod. *Conza*, ap. *Liv.* 23. 1. et 24. 20., *Vellej.* 2. 16. 2., *Obseq.* 17. Cf. *Cæs.* 3. *B. C.* 22. — Hinc *Compsanus*, adj. *Liv.* 24. 44. ager. *Cic.* 6. *Verr.* 63. 164. municeps. — *Compsani*, incolæ, *Liv.* 23. 1. et *Compsini* in *Corp.* 9. 668 *(Asculi)*. Cf. *Compsus*, *Compsinus*, *Compse*, nom., et *Compsilia*, cogn. mul., in *Corp.*

COMPULTĒRĬA. *V.* CUBULTERIA.

CŌMUM, i, n. 2. (Κῶμον) *Comus (us)* est *Ennod. ep.* 1. 6. 4. — *Novum Comum* ap. *Catull.* 35. 4. — *Como*, ap. *Cassiod.* 11. *Var.* 14. « Merito ergo Como nomen accepit, quæ tanti lætatur compta muneribus ». Hinc *Furlanetto* in

App., annuente De-Vit, arguit dictam Como quasi Κωμώ, οῦς, a κωμάζω, tripudio. Verum quum ibi rectius legendum sit Comum, etymon, speciosum quidem, consistere nequit. Censeo potius Cassiod. conjunxisse nom. Comum cum v. compta a comendo, non autem cum v. lætatur, ut ab iis factum videtur. — Cumum, sequiore ævo usitatum, est Guid. cosm. p. 458.

Comum, oppidum Insubriæ (reg. XI. Transpadana) ad Larium lacum, trib. Ufentina, a Gallis conditum (Justin. 5. 20. 8), hod. Como, Romanis subjectum inde ab a. 196. a. Chr. (Liv. 33. 36), colonis auctum, a Pompejo Strabone et Cæsare deductis (Strab. 5. 1. 6), unde fort. Novum Comum appellatum; sub imperio simplex municipium sed florentissimum maximeque ob amœnitatem situs frequentatum, statio classis sæc. IV (Not. Dign. occ. 42), patria utriusque Plinii. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 17. 21. (124). Oromobiorum stirpis esse Comum - auctor est Cato. et 34. ibid. 14. 41. (144). Comum in Italia aqua nobilitavit. et Plin. jun. 1. ep. 3. 1. Quid agit Comum, tuæ meæque deliciæ? Ammian. 15. 2. 8. Comum, oppidum Mediolano vicinum. Adde Itin. Ant. p. 278., Tab. Peut. 4., Corp. 6. 2717.; 5. 5257., 5274. etc. — De nummis vd. Head, 753. — Hinç adj. Comensis, ad Comum pertinens. Liv. 33. 36. ager. Cassiod. 2. Var. 35. civitas. Not. dign. occ. 42. classis. — Comenses, incolæ. Liv. 33. 36. Comensibus ad arma excitis. et 33. 37. Marcellus triumphavit in magistratu de Insubribus Comensibusque. Adde Corp. 5. 4868., 5261. etc. — Et a Novo Como (Νοβουμκώμουμ), adj. Novocomenses (Νεοκώμοι, Νεοκωμῖται), incolæ. Cic. 13. Fam. 35. — Alii Comenses in Galatia. Plin. 5. Hist. nat. 32. 42. (147). In Tectosagibus celebres Attalenses, Arassenses, Comenses etc.

CŌMUS, i, m. 2. (Κῶμος) nom. vir. Gr. (Cf. Celt. Cominus, Comius, Comisius, in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 271. et 292): item Commius, ap. Cæs. 4. B. G. 21. et in Corp. 13. 3313.; et Commus, in C. 13. 10010. 619. — Hinc Comisnus in Corp. 10. 1265 (Nolæ: tit. fort. falsus).

CŌNANTĬUS, ii, m. 2. (conor) nom. vir. Corp. 8. 21802 (in Mauret. Cæs. a. 460). — Cf. Celt. Conatius, Conatus, Cona, Conus, in Corp.

CONCĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Κογκανοί Strab.) gens, ut videtur, Cantabriæ in Hispania, equini sanguinis potores. — Collective Horat. 3. Od. 4. 34. lætum equino sanguine Concanum (Porphyr. ad l. Concani Hispaniæ gens est vel, ut alii dicunt, Scythiæ). et Sil. It. 3. 361. Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena.

CONCESSUS, i, m. 2. (concedo) cogn. vir. (Cf. Otto, Fleckeis. Jahrb. suppl. 24. p. 778). Scribitur Cocessus, Comcessus, Cogessus in Corp. 12. 5248.; 3. 7677.; 9. 3194. — Viri: Inscr. Bull. comm. II. (1874). tab. VII. Gallienus Concessi viri clarissimi (Cf. Visconti Bull. com. II. p. 111-115). Corp. 15. 4230. etc. — Mulieres: Corp. 6. 21082.; 14. 534 (Ostiæ).; 12. 3166 (Nemausi) etc. — Alia: Concessius, Concessulus, Concessinius, Concessianus, Concessanus, V. in Corp.

CONCORDĬA, æ, f. 1. (concors) Cordia pro Concordia per aphæresin legitur in nummo Volusiani imp. ap. Eckhel, catal. mus. Vind. II. 361. — Congordia in Inscr. ap. Momms. n. 4889.

Concordia, nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.°) Nom. deæ Romanæ. — a) Stricto sensu. Cic. 2. Nat. D. 23. 61. Quid Opis? quid Concordiæ, Libertatis, Victoriæ? quarum omnium rerum quia vis erat tanta ut sine Deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit. Ovid. 3. Fast. 881 (a. d. III. Kal. Apr.). Janus adorandus cumque hoc Concordia mitis et Romana Salus araque Pacis erit. Augustin. 3. Civ. D. 25. An ulla ratio redditur, cur Concordia dea sit et discordia dea non sit? Adde Tac. 2. Ann. 32., Lact. 16. 11., Claudian. 3. 52. — b) Latiore sensu, virtus quasi persona, præcipue conjugalis concordiæ dea. Ovid. 2. Art. am. 463. Illic depositis habitat Concordia telis. Val. Max. 1. 8. ext. 7. Tantam æqualem fortunæ pariter atque amicitiæ societatem - ipsius cælestis Concordiæ sinu genitam. Petron. 124. 258. crine soluto Justitia ac mærens lacera Concordia palla. Stat. 5. Silv. 1. 44. Junxit (vos) in abrupta Concordia longa catena. Martial. 4. 13. 7. Candida perpetuo resideat Concordia lecto. — Apud Christianos. Prudent. psych. 670., 734. sincera Fides simul et Concordia, sacro fœdere juratæ Christi sub amore sorores. Adde Coripp. Joh. 1. 12. — Hinc — α) Concordia civitatum, collegiorum, exercituum et sim. Corp. 6. 95.; 10. 7192.; 5. p. 302. 36., 3. p. 288. 49. — β) Cum epithetis aliisque additis: Concordia felix (Inscr. numm. Cohen III. p. 216. 13., IV. p. 108. 28). — C. æterna, perpetua (Ibid. p. 243. 1-5. et VI. p. 499. 58). — C. Sospes (Eckhel, Cat. mus. Vind. loc. cit.). — C. Augusta (Corp. 10. 810 = 811. Pomp.; fort. sæc. I. init., sed restit. post a. 63. Cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p. 272. 5).; 2. 3090. et 3349 (in Hisp. Tarr.). — C. Augusti v. Augustorum et sim. Corp. 2. 465 (in Lusit.); 8. 8300 (in Numid.). — C. Agrippinæ (Act. arv. in Ann. Ist. arch. a. 1867. p. 247. lin. 17): vel Honoris Agrippinæ Aug. (Ibid. lin. 31). — C. Imperii (Ibid. n. 50. et 72). — C. Orbis (Vopisc. Prob. 12). — γ) Templa, ædes, aræ Concordiæ — Romæ: ædes Concordiæ inter Forum et Capitolium (Plut. Cam. 42., coll. Liv. 6. 42); restituta et ampliata a Tiberio a. 10. p. Chr. (Fast. Præn. Jan. 16.: Corp. 1. p. 231) ex tribus ædibus in unam redacta, cujus situs argui potest ex loco Ovid. 1. Fast. 637. sqq.; Hygin. fab. 261. et Serv. ad Virg. 2. Æn. 116. Memorat hanc ædem Juvenal. 1. 116. De ea etiam Cic. 3. Cat. 21., Sall. Cat. 46., Val. Max. 9. 7. 4., Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (74)., al. — Tropice Concordia pro æde Concordiæ. Varro Men. 330. — Cn. Flavii ædes (Liv. 9. 46. [a. 304. a. Chr.] et 22. 33). — Liviæ ædes (Ovid. 6. Fast. 637). — δ) Signa, ap. Cic. dom. 50. 130. Signum Concordiæ (Marcius censor) fecerat idque in publico collocarat. Adde Corp. 6. 90-94. — Extra Romam, ut Puteolis (Corp. 10. 1551), Casini (Corp. 10. 5159 [a. 40. a. Chr.]), Fabrateriæ novæ (Corp. 10. 5574), Coræ (Corp. 10. 6508). — 2.°) Nom. deæ Græcæ. Liv. 24. 22. Syracusis pro Concordiæ ara, quæ in eo sita loco erat. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (141). Habron (incertæ ætatis pictor) amicam et Concordiam pinxit. Dict. 1. Argis pare lauti - Concordiam multis immolationibus sibi adhospitavere principes Græcorum etc. — 3.°) Nom. mul. Corp. 6. 2145. Cœliæ Concordiæ virgini Vestali maximæ. Adde 12305 (in cœmet. Callisti); 9. 2249 (Telesiæ); 10. 1730 (Puteolis). — Cogn. vir. Sueton. Vit. 15. Solutum a latere pugionem - quasi in sede Concordiæ positurus abscessit: sed quibusdam adclamantibus, ipsum esse Concordiam, rediit nec solum retinere se ferrum adfirmavit, verum etiam Concordiæ recipere cognomen. — 4.°) Etiam cogn. navis. Corp. 6. 3094.; 6. 3144.; 10. 3360. ¶ 2. Item nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Venetiæ, ad ripam fluv. Lemene, haud procul a Portu Romatino (Portogruaro), in via Æmilia Altinate, inter Altinum et Aquilejam (Κονκορδία Ptol.), colonia (ut de Altino possumus ex Inscr. ap. Orelli n. 4082., sed perperam, quia spuria est), fortasse, ut putat Momms., facta a. 27. a. Chr. (Plin. 3. Hist. nat. 18. 22. [126]., Corp. 5. 1664., coll. Ptol. 3. 1. 29), dicta Julia (Corp. 5. 1884. et 1901., coll. 3. 5236), etiam hodie Concordia (Sagittaria). Memoratur Mel. 2. 61., Front. p. 198. 9. N., Eutrop. 8. 10. 3., Cassiod. chron. II. p. 148. et 838., Venant. 4. a. Mart. 668., Itin. Ant. p. 126., Tab. Peut. 4. — Hinc Concordiensis, adj. Not. Dign. occ. 9. Fabrica Concordiensis sagittaria. Cassiod. 12. Var. 26. Ex Concordiense, Aquilejense et Forojuliense civitatibus. — Concordienses, incolæ, ap. Front. p. 193. 5. Colonia Concordiensium. Corp. 5. 1874. 18 (Concordiæ). et 1875. — Ex ruderibus oppidi, ab Attila deleti fort. inde ab a. 452 (Besnier, Lex. Géogr. anc. 1914. p. 228), in diem monumenta plurima effodiuntur, unde quanta fuerit ejus magnitudo, postremis quoque imperii Occidentalis temporibus, clarissime elucet. V. Not. degli scavi 1877. 240. 295.; 1878. 284-288.; 1883. 197.; 1886. 55. 107.; 1893. 219.; 1895. 194.; 1896. 176. etc. et Inscr. Corp. 5. 1866-1955., 8654-8261., 8987-8989. et Pais Suppl. 390-427.; 1226-1229 etc. — Cf. etiam de ea Mau, Katal. d. Biblioth. d. arch. Inst. I. 195. — 2.°) Item oppidum Lusitaniæ, quod Concordia Julia dicitur Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (14). Adde Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6753. — Hinc Concordienses, incolæ, ap. Plin. 4. Hist. nat. 22. 35. (118)., coll. Ptol. 2. 5. 7. — 3.°) Item oppidum Germaniæ superioris inter Mogontiacum et Argentorate, forte hod. Weissenburg, ap. Ammian. 16. 12. 58. et Itin. Ant. p. 253. — 4.°) Concordia cognominata est Apamea Bithyniæ, quæ plenius Colonia Julia Concordia Apamea. Corp. 3. 14188 (æt. Vespasiani). — Item aliæ: Corp. 6. 1687. 4.; 14. 2613.; 10. 3867.; 9. 2165. 9. — Deriv. Concordialis, nom. collegarum collegii cujusd. Patavini (dei Concordi), Concordiæ deæ, ut videtur, addicti. Corp. 5. 2843 (Patavii) et 2865. Cf. Momms. Corp. V. p. 268. et Ruggiero, Diz. epigr. II. p. 574. — Concordianus, nom. vir. Corp. 10. 2322 (Puteolis). — Concordius — a) Cogn. vir., sign., al. Cod. Just. 9. 9. 27 (a. 295)., Auson. 200. 26., Ammian. 28. 6. 22., Corp. 6. 11057., 32011 (a. 361). — b) Nom. gent. (Cf. Schulze, Eigenn. p. 488) Corp. 9. 1588 (Beneventi).; 8. 8571 (in Dalm. sæc. III).; 6. 1043 (in prov. proc.). — Concors, cogn. vir. Corp. 14. 256. et 247 (Ostiæ).

CONCORDĬĀLIS, Concordianus, Concordiensis, Concordius et Concors. V. voc. præc.

CONDĀTĒ, is, n. 3. (Κονδάτε) ¶ 1. Subst. nom. plurium oppidorum Galliæ et Britanniæ, sc. — 1.°) Redonum in Gallia Celtica, hodie Rennes, in Itin. Ant. p. 386. et Tab. Peut. 1. — 2.°) Æduorum, inter Nevirnum et Brivodurum, hodie Cosne, in Itin. Ant. p. 367. — 3.°) Aulercorum Eburovicum, hodie fort. Condé-sur-Iton, in Itin. Ant. p. 385. et Tab. Peut. 1. — 4.°) Lugduni pagus. Corp. 13. 1670 (ara Dianæ Augustæ). — 5.°) Santonum, inter Mediolanum et Vesunnam, hodie Cognac, in Tab. Peut. 2. — 6.°) Senonum, inter Loteciam et Augustobonam, fortasse hodie Montereau in Itin. Ant. p. 383. — 7.°) Vicus in Turonibus, hodie Candes, ap. Venant. vit. Radeg. 34. In vicum Condate. — Sulp. Sev. ep. 3. 6. Candacensem diœcesim. — 8.°) Arvernorum vel Gabalorum inter Anderitum et Revessionem. Tab. Peut. 2. et Rav. p. 238. — 9.°) Allobrogum, inter Genavam et Lugdunum. Tab. Peut. 3. et Rav. p. 287. — 10.°) Britanniæ statio inter Cambodunum et Devam. Itin. Ant. p. 469. et Rav. p. 429. ¶ 2. Adject. Condātis — 1.°) Portus ad Duranium flumen, hodie Condat, ap. Auson. 5. ep. 31. — 2.°) Cogn. Martis in Britannia. Corp. 7. 420. — Hinc Condatinus vicus. Paul. Nol. carm. 10. 259. in Condatino diceres degere vico. — Condatensis diœcesis, ap. Greg. Tur. 1. Fr. 48.

CONDĀTES, ium, m. plur. 3. incolæ pagi cujusdam Lugdunensis. Inscr. ap. Boissieu, Inscr. de Lyon p. 19. — Condeates, collegium nautarum. Corp. 13. 1709 (in prov. Lugd.).

CONDĀTŎMĀGUM, i, n. 2. opp. Galliæ Narbonensis. Tab. Peut. 2.

CONDERCUM, i, n. 2. nom. castelli Britanniæ septentr., hodie Benwell, in Not. Dign. occ. 40. — Rav. p. 432. Condecor.

CONDĬĀNUS, i, m. 2. (Scribitur etiam Condinus [Condius], Cordianus, Gordianus, Compianus) cogn. vir. (Κονδιανός Strab.): specialim ¶ 1. In gente Quintilia, ut fratres duo Sexti Quintilii Condianus et Maximus consules a. 151. Corp. 6. 32522 d. 5.; 2. 1332 (in Bætica). — Maximi filius Sex. Quintilius Condianus cos. a. 180. Corp. 6. 2004. ¶ 2. Generatim. Corp. 12. 2245 (Gratianopoli); 3. 4838 (in Norico). — Condiana, cogn. mul. Cod. Just. 4. 29. 13 (a. 290).

CONDĬTOR, ōris, m. 3. (condo) nom. dei. Serv. auct. georg. 1. 21. Fabius Pictor hos deos enumerat, quos invocat flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri - Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem.

CONDIVINCUM, i, n. 2. oppidum Galliæ ad Ligerim, hodie fort. Nantes, in Corp. 13. 1. p. 488., coll. Ptol. 2. 8. 9.

CONDRŪSI, ōrum, m. plur. 2. populus Germanus Belgicæ. Cæs. 2. B. G. 4., Oros. 6. Hist. 7.;

4. 6. et 6. 32. — Eorum pagus videtur Condrustis in Corp. 7. 1073.

CŌNĒ, es, f. 1. nom. geogr. Lucan. 3. 200. barbara Cone, Sarmaticas ubi perdit aquas etc. (Comm. Luc. ad l. Civitas (in) insula Istri fl. et Adnot. Luc. ad l. Regio in ultimis Europæ partibus et apud Sarmatas). — Cf. Cone seu Conni, opp. Phrygiæ. Tab. Peut. 9 (Ptol. Κόννα).

CONFĪDENTĬA, personata ap. Plaut. Most. 350. occidit Spes nostra, nusquam stabulum est Confidentiæ.

CONFLŬENTES, ium, m. plur. 3. (confluo) nom. loci, in quem concurrunt fluvii, et stationum, oppidorum, sim. ¶ 1. De fluviis. — 1.°) Locus, ubi Mosella et Rhenus confluunt, hodie Koblenz. Cf. Cæs. 4. B. G. 15. Venant. 10. carm. 9. 47. « Dum venio, qua se duo flumina conflua jungunt: Hinc Rhenus spumans, inde Mosella ferox »: et Sueton. Cal. 8. Vico Ambitarvio supra Confluentes. Itin. Ant. p. 371., Ammian. 16. 3. 1 (a. 354). — 2.°) In Rætia, Not. Dign. occ. 35. — 3.°) In Gallia, ubi Arar et Rhodanus confluunt, prope Lugdunum. Liv. epit. 139., Corp. 13. 1674. Tab. Peut. 5. — 4.°) Prope Bononiam, ubi Rhenus et Lavinius confluunt. Flor. 4. 6. 3 (a. 43. a. Chr.). Apud Confluentes inter Perusiam et Bononiam jungunt manus Octavianus et Antonius. ¶ 2. De stationibus v. oppidis. — 1.°) Statio viæ Æmiliæ inter Cæsenam et Ariminum (Cf. Nissen, Ital. Landesk. II. 247. sq.). Tab. Peut. 5.; fortasse eadem Itin. Burdig. p. 615. — 2.°) Oppidum in confinio Pannoniæ inferioris et Mœsiæ exadversus Singidunum. Corp. 3. 15184., Tab. Peut. 6. Rav. p. 214. Confluentes. — 3.°) Statio Armeniæ. Tab. Peut. 11. Ad Confluentes.

CONGĀVATA, æ, f. 1. oppidum v. arx Britanniæ, hod. Stanwix, in Not. Dign. occ. 40. et Corp. 7. p. 159.

CONGEDUS, i, m. 2. fluvius Hispaniæ citerioris, hod. Codes, ap. Martial. 1. 49. 9.

CONGUS, i, m. 2. cogn. vir. in gente Junia, unde Junius Congus, historicus, de quo Cic. 1. Orat. 60. 256. Reliqua vero - historiam dico et prudentiam juris publici et antiquitatis litteras et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo et istis rebus instructissimo familiari meo Congo (Longino Orell.) mutuabor. Adde Planc. 24. 58. Lucil. 596. Man(i)lium Persium(ve) hæc legere nolo, Junium Congum volo (Congium conj. Detlefsen). — In titulis. Corp. 13. 311 (in Aquitania). et 10010. 685. — Cf. Congius, Congidius, Congonius, in Corp. — Formæ Celticæ sunt Congonnus, Congonetus, Conginna, Congenetius, Congonnetiacus (Liv. epit. 61. 121. a. Chr.), Congonnetodumnus (Cæs. 7. B. G. 3). V. Corp.

CONGUSSUS, i, m. 2. opp. Galatiæ, hod. Kogusso, in Tab. Peut. 10. Cf. Ptol. 5. 4. 10. Κόγγουστος, Congustus.

CŌNIMBRĪGA (Conimbria), æ, f. 1. oppidum Lusitaniæ, hod. Condeixa-a-velha, conventus Scalabitani, prope Coimbra, in via Olisiponis Bracaram. Mel. 3. 8., Plin. 4. Hist. nat. 21. 35. (113). Itin. Ant. p. 421. Conembriga. — Hyd. chron. II. p. 33. Suevi Conimbricam dolose ingressi. et Corp. 2. 391. Valerius Avitus Conimbrica natus. — Not. Gall. chron. II. p. 574. Provinciæ Gallitiæ - Civitas Conimbria. — Hinc Conimbrigensis (Conimbricensis, Conimbrensis) in Corp. 2. 5264 (a. 77). et 432 (in Lusitania).

CONJUNCTUS, i, m. 2. (conjungo) cogn. vir. Corp. 4. 712. et 726.

CONNA (Cunna), æ, f. 1. opp. Cœles Syriæ inter Laodiceam (ad Libanum) et Heliopolim, fort. hodie Râs Ba'albeck, in Itin. Ant. p. 199.

CONNUS, i, m. 2. (Κόννος, mentum barbatum v. barba) nom. vir. Gr. - Absolute in Corp. 4. 1406. — Celeberrimus fuit Connus, Metrobii filius, citharœdus idemque fidicen, qui « Socratem fidibus docuit » Cic. 9. Fam. 22., coll. Val. Max. 8. 7. ext. 8. et Ammian. 28. 4. 15. et ex Græcis Plat. in Men. p. 235. et in Euthyd. p. 272., Suid. sub v. Κόννου ψῆφος et Aristoph. Equit. 534., unde et magna ejus in musicis excellentia et major egestas, ut nihil ei superesset ex arte, nisi coronæ, in certaminibus musicis obtentæ; unde proverbium enatum Κόννου ψῆφος de re seu homine nihili, ex pauperie extrema. Cf. Suid. loc. cit. et Hesych. — Hinc Connius, nom. gent. orig. Celt., Conniola, cogn. mul. demin. et Connonius, item nom. Celt. V. Corp.

CŌNON, ōnis, m. 3. (Κόνων, ωνος: a κονέω, propero, ministro) Cono in titulis. — Acc. Conona, Gr. posit., ap. Justin. 5. 6. 10. et alib.; sed Cononem ap. eund. 6. 2. 11.

Conon ¶ 1. Apud auctores. — 1.°) Vir Atheniensis, Timothei filius, a. 408. a. Chr. dux electus, remoto Alcibiade, cum aliis novem et classi præfectus in bellis Peloponnesiaco et Corinthiaco, ad Arginusas vicit Lacedæmonios, sed, victus ad Ægospotamos a Lysandro, in Cyprum se recepit et a Persis adjutus Lacedæmonum classem fregit Cnidi a. 405. a. Chr.; hinc Athenas reversus muros urbis ad Piræeum reædificavit, a Lacedæmonibus eversos; quam ob rem apud Persarum regem accusatus captusque a. 394. in vincula conjectus est et extra patriam ibi paullo post a. 392 diem obiit. — Ejus vitam scripsit Corn. Nepos, de qua tamen cf. Rinck ap. Roth p. CX-CXIV. et p. CXXV., Oros. 2. Hist. 16. et Diod. 13., 74., 77., 100. et 14. 39. — 2.°) Conon, ejus nepos, de quo Nep. Tim. 4. et Diod. 18. 61. — 3.°) Conon, mathematicus Samius vel Alexandrinus, « descripsit radio totum qui gentibus orbem » (Virg. 3. Ecl. 40), « stellarum peritissimus magister, qui cum Ptolemæo vixit, cujus discipulus dicitur Archimedes Syracusanus » (Philarg. ad l.). Senec. 7. Nat. 3. 3. Conon postea diligens et ipse inquisitor, defectiones quidem solis (ob)servatas ab Ægyptiis collegit. Catull. 66. 7. Conon cælesti in lumine vidit e Bereniceo vertice cæsariem Fulgentem clare (Hygin. 2. Astr. 24. septem stellæ - quas crinem Berenices Conon - et Callimachus dicit). — 4.°) Conon, historicus Augusti ætate, qui de Italia scripsit, laudatus Serv. ad Virg. 7. Æn. 738. et Macrob. 1. Sat. 9. — 5.°) Alii ap. Hieronym. vir. ill. 69., Cod. Just. 5. 51. 6 (a. 290)., Marcell. chron. II. p. 105. et 588. 1. etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 6. 15717., 16801.; 10. 1870 (Puteolis). — Hinc Cononeus, nom. vir. Gr. (Κονωνεύς). Frontin. 3. Strat. 3. 6. et Liv. 25. 8. sqq. — Cononiana, cogn. mul. Cod. Just. 6. 4. 10 (a. 294).

CONSABURA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Tarraconensis, hodie Consuegra, ap. Ps. Frontin. 4. Strat. 5. 19. — Rav. p. 313. Consabron. — Hinc Consaburenses, incolæ. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25).

CONSCĬENTĬA dea. V. CONTINENTIA.

CONSENTES, ium, m. plur. 3. participium videtur esse verbi inusitati « coesse (Niebuhr, Röm. Gesch. I. 544. Cf. etiam consens, consentium, et Wissowa in Roschers Myth. Lex. I. 922. et Rel. u. Kult. d. Röm. p. 55): v. obsol. conso, is, i. e. consulo (V. voc. in Lexico). Falso ex multorum consensu ducit Fest. ep. 65 (Gilbert Gesch. u. Top. Roms III. 108. 2).

Consentes, dei, de quibus Varr. 1. R. R. 1. 4. Quoniam, ut ajunt, dei facientes adjuvant, prius invocabo eos; nec, ut Homerus et Ennius, Musas sed duodecim deos Consentis (acc.) - qui maxime agricolarum duces sunt. et 8. L. L. 70. Cur appellant omnes ædem deum Consentium et non deorum Consentium? Augustin. 4. Civ. D. 23. deos Consentes, quos dicunt in consilium Jovis adhiberi. Capell. 1. p. 16. In prima (XVI. regionum cæli) sedes habere memorantur post ipsum Jovem dii Consentes. et Corp. 6. 102. Consentium sacrosancta simulacra. — Censentur mundum gubernare, ex quibus, sec. Romanam mythologiam, sex mares, i. e. ipse Juppiter, Apollo, Mercurius, Volcanus, Neptunus, Mars; sex feminæ, i. e. Juno, Venus, Minerva, Ceres, Vesta, Diana (Enn. frg. 45. hexam. 2.: cf. Vahlen ap. Apul. de deo Socr. 2. p. 7. Goldb.). — In sing. num. Corp. 6. 786. deo magno Mithræ pollenti Consenti etc. — De iis V. Preller, Röm. Myth. I. 66. sqq.

CONSENTĬA, æ, f. 1. (Κονσεντία Ptol., Κωνσεντία App., Κωσεντία Strab.) Scribitur etiam Cosentia in Inscr. ap. Orelli n. 3308. et Guid. cosm. p. 482. — De nomine (a Consus v. a Consens v. a Consentius) V. Schulze, Eigenn. p. 482. — Plur. (acc. loci) Consentias, ap. Greg. M. ep. 9. Paulino episcopo Consentias. et 12. 20. clero et ordini et plebi consistenti - Consentias.

Consentia, nom. loc. et pers. ¶ 1. De loco, est oppidum Bruttiorum, quorum fuit aliquando μητρόπολις (Strab. 6. 256) et μεγάλη πόλις (Ptol. 3. 1. 65), hodie Cosenza, sita in regione fertilissima, ubi mali biferæ proveniunt (Varr. 1. R. R. 7) et vinum non caret gloria (Plin. 14. Hist. nat. 6. 8. [69]); olim capta ab Alexandro Epirota a. 330. a. Chr. (Liv. 8. 24); deinde ab Hannibale secundo bello Punico a. 216 (Id. 25. 30); memorata etiam in bellis Spartaci (Oros. 5. Hist. 24) et civilibus (Appian. B. C. 56. 58) ac tempore Augusti, qui colonos eo deduxit (Lib. col. 229), et Alarici, qui mortuus ibi Busentique amnis alveo in medio juxta eam sepultus fuit (Jorn. Get. 158., al. 30). — De ejus nummis et inscriptionibus Græcis atque Latinis vd. Not. d. scavi (1877) 33. sqq. et (1879) 77. et Momms. Corp. 10. p. 17. — Hinc Consentinus, adj. Varr. loc. cit. ager. Plin. 16. Hist. nat. 27. 50. (115). bifera malus. Jorn. loc. cit. civitas. — Consentini, incolæ. Cic. 1. Fin. 3. 7. Lucilius (594) Persii et Scipionis et Rutilii judicium reformidans Tarentinis ait se et Consentinis et Siculis scribere. Liv. 25. 1. In Bruttiis ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos desciverant, Consentini et Tauriani in fidem populi Romani redierunt. ¶ 2. Consentia est etiam gens Romana, confusa aliquando cum Cosconia, ut apud Sueton. vit. Ter. 5. V. CONSENTIUS.

CONSENTĬUM. V. voc. seq.

CONSENTĬUS, ii, m. 2. nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Vir christianus, Augustini amicus, cui ille dicavit librum contra mendacium quique eidem quæstiones proposuit de Trinitate in epistola scripta fort. a. 410 (Augustin. ep. 119), cui Augustinus respondit (Id. ep. 120., coll. etiam ep. 205). De eo scribit idem Augustin. c. Mend. init. « Multa mihi legenda misisti, Consenti frater carissime. - Valde sum tuo delectatus eloquio et sanctarum memoria scripturarum ingeniique sollertia et dolore, quo negligentes catholicos mordes, et zelo, quo adversus labentes hæreticos frendes etc. ». — 2.°) Consentius pater et filius, poeta uterque sæc. V., domo Narbone, quorum unus laudatur Sidon. 9. ep. 15., alter amicus Sidonii, a quo ep. 8. 4., coll. carm. 23. ob « citos iambos, elegos acutos ac rotundatos hendecasyllabos et cetera carmina » oppido commendatur. — 3.°) Item grammaticus Gallicus sæc. V., fortasse ex præcedentium familia, quæ in Galliis eo sæculo floruit. Ejus supersunt duo tractatus, probabilius reliquiæ habendæ operis de arte grammatica (V. Ind. auctt.), non indigni « gallico homine, studio rhetoricæ artis exculto », ut recte ait cl. Keil (Gr. Lat. Vet. V. p. 333). Cf. Götz, PW. 4. 911. ¶ 2. In titulis. Corp. 3. 14860 (in Norico) et 2. 6253. 10.

CONSĒRENTES, ium, m. plur. 3. (consero) dii, memorati Arnob. 5. p. 169.

CONSĪDĬUS, ii, m. 2. (Κωνσίδιος Dionys.) nom. gent. (Cf. Consius, Considianus, Considienus, Consienus, in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 456. et 466. c. adn. 8). In titulis vix distingui potest a Cosidius (Cossidius). ¶ 1. Apud scriptores, memorantur ex præcipuis — 1.°) Q. Considius, cum T. Genucio auctor agrariæ legis. Liv. 2. 52. Q. Considius et T. Genucius - T. Menenio diem dicunt etc. — 2.°) L. Considius, prætor Capuæ coloniæ (a M. Bruto patre deductæ) cum Sex. Saltio « homo vagrandi macie torridus, Romæ contemptus atque abjectus, sed Capuæ supercilio Campano ac regio spiritu visus » (Cic. 2. leg. agr. 34. 92) a. 83. a. Chr. — 3.°) P. Considius, præf. equit. Cæsaris « rei militaris peritissimus », qui, periculum veritus, Cæsarem ab Helvetiis opprimendis avertit. Cæs. 1. B. G. 22., coll. 21. — 4.°) Q. Considius, senator et judex, qui quia justus, a Verre fuit rejectus a. 70. a. Chr., teste Cic. 1. Verr. 7. 18., ab eo maximis laudibus ornatus et fortissimus senex (Cic. 2. Att. 24) Cæsaris potentia minime territus, ut Plut. Cæs. 14. et Cic. 2. Att. 24. referunt, cujus locus legendus est. — 5.°) C. Considius (Longus), qui cum patre Pom-

pejeano in Africa militavit contra Cæsarem; sed etsi ab eo victus, veniam tamen impetravit, ut *Auct. B. Afr.* 89. tradit. — 6.º) Alii apud *Cic.* 12. *Fam.* 26., *Tac.* 6. *Ann.* 18., *Plin.* 24. *Hist. nat.* 7. 28. (43)., *Inscr. numm. Babelon I. p.* 377. *sq.* etc. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 1057 (1). 48., 1938., 8730. — *Considia*, nom. mul. 14. 864., 892. etc.

CONSILINUM, i, n. 2. castrum v. oppidum Lucaniæ prope Grumentum, hod. *La Civita* prope *Padula*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 15. (95)., *Lib. col.* 229., *Corp.* 10. *p.* 26. et 961. — Hinc *Consilinas (atis)*, adj. *Cassiod.* 8. *Var.* 33. — *Consilinensis (e)*, adj. *Lib. col. p.* 209. *Lachm.* — Legitur etiam *Cosilinum*, itemque deriv. — De ejus nummis vd. *Avellino, Opusc. II. p.* 132. *sq.* et *III. p.* 141- 152.

CONSIVA v. Consivia, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

CONSIVIUS (Consevius), ii, m. 2. (Consus v. consero) cogn. Jani. *Carm. Sal. (Macr.* 1. *Sat.* 9. 15) 9. Janum Consivium. *Tertull.* 2. *Nat.* 11. Deus Consevius quidam, qui consationibus concubitalibus præsit etc. *Macrob. loc. cit.* 16. Consivius a conserendo, id est a propagine generis humani, quæ Jano auctore conseritur. Cf. *Lyd.* mens. 4. 1. Λαβεῶν σὺν φησιν αὐτὸν καλεῖσθαι Ἰανὸν Κονσίβιον τουτέστι βουλαῖον. — De eo V. *Wissowa, Relig. u. Kult. d. Röm. p.* 97. et 168. — Hinc *Consivia* v. *Consiva*, cogn. Opis. — Verloquium antiquum *V.* infra (*Varr.* 6. *L. L.* 20. Opeconsiva dies ab dea Opeconsiva, cujus in regia sacrarium, quod ideo (f)actum ut eo præter virgines Vestales et sacerdotem publicum introeat nemo). *Fest. p.* 186. Opima spolia dicuntur originem quidem trahentia ab Ope Saturni uxore, quod ipse agrorum cultor habetur, nominatus a satu - itaque illa quoque cognominatur Consiva et esse existimatur terra, ideoque in regia colitur a populo Romano etc. *Macrob.* 3. *Sat.* 9. 4. Alii enim Jovem crediderunt deum esse, in cujus tutela urbs Roma est - alii autem, quorum fides mihi videtur firmior, Opem Consiviam esse dixerunt. *V.* etiam *Lexicon* ad *v.*

CONSORANNI, orum, m. plur. 2. pop. (et opp.) Aquitaniæ vel Galliæ Narbonensis. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (32)., ubi Consuarani *Sillig.* et *Not. Gall.* 14. 6. — *Rav. p.* 300. Conseranni. — Hinc *Consorannenses*, adj. *Greg. Tur. glor. conf.* 83. — *Consoranicus*, adj. *Conc. Aurel.* a. 549. *p.* 112. 13. Cf. *Holder, Altcelt. Sprachsch. I.* 1100.

CONSORS, ortis, m. 3. cogn. vir. *Corp.* 15. 44.; 13. 7369 *(in Germ. inf.)*. — Hinc *Consortinus*, *Consortiola*, *Consortius* in *Corp.* et *Inscr. Rav. arch.*

CONSTANS, antis, m. 3. cogn. pers. et geogr. Scribitur etiam *Constas*, *Costas*, extrito *n* ante *s*, ut assolet, in *Corp.* 6. 32892. et 2495. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.º) Apud scriptores. — *a)* Constantini M. filius, imp. *V.* FLAVIUS JULIUS CONSTANS. — *b)* Item Constantini III. filius, monachi vitam professus et ex monacho a patre Cæsar factus et Augustus (*Marcellin. chron.* a. 411. et *Jorn. Get.* 38), a Gerontio Comite ad Viennam in Gallia interemptus (*Oros.* 7. *Hist.* 42. et *Prosp. chron.* a. 411). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 8. *p.* 178., coll. *Cohen* 8. *p.* 200. — *c)* Alii in *Cod. Theod.* 7. 17. 1., *Marcell.* et *Cassiod. chron.*, *Sidon.* 4. *ep.* 12. — *d)* Cogn., quo appellabatur legio II. Adjutrix (*Inscr.* apud *Orelli n.* 4985). — Item legio V. Macedonica (*Corp.* 3. 878). — Item Aventicum colonia. *V.* AVENTICUM. — In plur. nom. milites cujusdam generis, fortasse a virtute animi ac fortitudine. *Not. Dign.* occ. 31. et 39. — Item equites, qui Acimin̄ci sedem habebant. *Ibid.* 91. — Item *Mattiarii*, una ex octo legionibus comitatensibus. *Not. Dign. or.* 34. et 35. — 2.º) In titulis cogn. vir. *Corp.* 6. 3462.; 14. 29491 *(Præneste)*.; et cogn. mul. *Corp.* 8. 5470 *(in prov. proc.)*. — Etiam nom. serv. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4958. — Hinc *Constantius (a)*, *Constantinus (a)*, *Constantinius (a)*, *Constantilla*, *Constantinianus*. V. suo loco. et *Corp.* ¶ 2. Est etiam cogn. geogr., *sc.* oppidorum quorundam, ut: — 1.º) Hispelli, quod opp. in *Edict. Constant. de civ. Hisp.* (*Corp.* 11. 5265) dicitur Flavia Constans. — 2.º) Aventici Helvetiorum, *Corp.* 13. 5089. dict. *colonia pia Flavia Constans Emerita* (a Vespasiano deducta).

CONSTANTIA, æ, et

CONSTANTIACUS aliaque deriv. *V.* CONSTANTIUS.

CONSTANTIANUS, i, m. 2. (constans) cogn. vir. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Tribunus sub Juliano. *Ammian.* 23. 3. 9., fortasse idem qui 14. 28. 2. dicitur tribunus stabuli, Valentiniani affinis, Cerealis et Justinæ germanus. — 2.º) Præfectus prætorio Galliarum a. 339. *Cod. Theod.* 5. 1. 4. et 15. 14. 8. — 3.º) Strator laudatus ab *Ammian.* 29. 3. 5. — *Constantianus*, adj. *V.* CONSTANTIUS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 1466. — *Constantiana*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 607.

CONSTANTINOPOLIS, is, f. 3. (Κωνσταντινούπολις v. etiam Κοσταντινόπολις, sed minus recte, in *Inscr. gr. Corp. n.* 9882), sc. *Constantini urbs.* — *a)* Declin.: Genet. *Constantinopoleos*, Gr. posit., est *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 22., *Ammian.* 26. 7. 2., *al.*; et etiam *Constantinopolis*, ap. *Cassiod.* 12. *ibid.* 3., in *Cod. Just.* 2. 12. 6. 3. et *Novell. Just.* 3. *tit.* — Acc. et abl. *(locat.)* passim et ubique *Constantinopolim* et *Constantinopoli*; ceteri casus obliqui rarissime inveniuntur. — Sæpe apud sequiores *Constantinopolim* pro *Constantinopoli*, ut *Itin. Theod. p.* 572. Constantinopolim moritur. Sic *Cassiod.* 5. *ibid.* 36. Constantinopolim commorantes. *et Get.* 239. in Constantinopolim interiit. — Contra *Greg. Tur.* 1. *Fr.* 42. Constantinopoli urbem victor ingressus est. — In recto *Constantinopoli* habet *Itin. Burd. p.* 570. Civitas Constantinopoli. — *b)* Prosod.: cf. *Auson.* 162. 16., 191. 4. 206. 14., 286. 1. et *Paulin. Nol. carm.* 19. 338.; ubi quarta fere corripitur. — *c)* Origo et nomen: *Lycos* antea vocata, postea *Byzantium* a Byzante Megarensi ejus conditore, a. 667. a. Chr., quod fabulam redolet, Atticorum colonia dicitur *Ammian.* 22. 8. 8. Scribit vero *Oros.* 1. *Hist.* 2. Hæc autem Byzantium quondam, a Pausania rege Spartanorum condita, post autem a Constantino - in majus aucta et Constantinopolis dicta. Sic *Origo Const.* 6. 69. *chron. I. p.* 10. 19. Constantinus autem ex se Byzantium Constantinopolim nuncupavit ob insignis victoriæ (memoriam).

Constantinopolis, urbs Thraciæ ad Bosporum et situ insignis et historia, cum portu *(Corno d'oro)* quo in duas partes dividitur, formam habens trigonam, in XIV. regiones dispertita, in quarum prima eminet *Acropolis*, hodie item *Costantinopoli* (Turc. *Stambul* v. *Istambul* = εἰς τὴν πόλιν). Laudatur *Oros. loc. cit.* A Constantino - Constantinopolis dicta, gloriosissimi imperii sedes et totius caput Orientis. *Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 18. Maximo eam *(Constantinus)* muro circumdedit et diversis ornatam fabricis (*sc.* templis, ædibus, balneis, foris, quibus addas academias, bibliothecas, artium monumenta ex Græcia et Asia illuc exportata) æquam imperiali Romæ constituit et denominatam Constantinopolim appellari secundam Romam lege firmavit» (Gr. Νέα Ῥώμη v. δευτέρα Ῥώμη, Βυζαντιὰς Ῥώμη, ἡ ἑῴα Ῥώμη etc. *[Pape-Benseler, Wörtb.* ad *v.]* et βασιλὶς πόλις *Theoph.*, ἡ πρώτη καὶ πόλεων πόλις, ἡ βασιλὶς μεγαλόπολις *Niceph. Patr.* 142. *Rav. Guid. p.* 534) eam auspicatus V. idib. Mai. a. 330., «ut receptaculum sibi terra marique fieret; unde et nunc Romani imperii sedes et totius caput est orientis sicut et Roma occidentis» inquit *Isid.* 15. *Orig.* 1. 42., et situ opportunior, inter Europam et Asiam, contra barbarorum incursiones. *Cod. Just.* 8. 12. 6. Urbium maximarum Romæ atque Constantinopolis. *Paulin. Nol. loc. cit.* magnæ caput æmula Romæ. Sic *Auson.* 286. *sqq.* eam cum Carthagine, secunda orbis Rom., componit. Cf. *Heges.* 3. 5. *l.* 24., *Augustin.* 5. *Civ. D.* 21., *Hieronym. chron.* a. Abr. 2346. — *Niceph. Journ. As. IX.* 458. «Πόλιν nullam aliam urbem vocant Græci, solam vero Constantinopolim per excellentiam; sed alias omnes urbes vocant castra» (Sic olim per antonomasiam vocabant Athenas, ut Latini Urbem Romam κατ' ἐξοχήν, ceteras oppida, vel, si urbes, absolute numquam). — Ut Roma, suum habuit senatum (*Theod. II. Novell.* 15. 1), suosque præfectos (*Corp.* 3. 736., 738., *Cod. Theod.* 14. 17. 9., *Not. Imp. or.* 8) ac præf. præt. per Orientem, qui *præsens* appellatur *Ammian.* 14. 1. 10., statimque cum magnificentia, tum potentia inclaruit, quam auxerunt Theodosius M., qui «portam auream» ædificavit; Theodosius II., qui thermas addidit; Justinianus «alter urbis conditor», qui splendidissimum Sophiæ templum ac viginti quinque ædes sacras exstruxit; quamquam identidem teterrimis obnoxia fuit calamitatibus; eam namque, præter factiones intestinas, hostiles incursiones ac bella, famis, pestilentiæ, incendia, terræmotus ita divexarunt ut aliquando prope fuerit deleta (*Marcellin. chron.*, *Ammian.* 31. 16. 4., *Jorn. Get.* 34), agitavitque hæreticorum pestis, ut Arii, Nestorii, Macedonii, Isaurici, sub Constantino aliisque imperatoribus, de quibus historici eccl. sunt consulendi. — De ea alia plura colligas ex nummis ap. *Eckhel, Mionnet, Cohen* et *Head.*; tum ex inscr. Græcis (*Corp. I. G.* 2034-2045) atque Latinis (*Corp. I. L.* 3. 732-745); tum etiam ex veteribus rerum scriptoribus *Euseb. vit. Const.* et *H. Eccl.*, *Hydat.*, *Prosp.* et *Marcellin. chron.*, *Paul. disc.* 6. 47., *Cod. Theod.* 13. 5. 7. et *Nicephori, Cedreni, Zonar.*, *Sozom.* et *Zosimi hist.*, itemque ex recentioribus, *Förster, De ant.* etc. *Const.* Rost. 1877.; *Mordtmann, Esquiss. top. de Const.* Lille 1892.; *Grosvenor, Const.* Lond. 1895.; *Millingen, Byz. Const.* etc. Lond. 1900. *V.* etiam FLAVIUS VALERIUS CONSTANTINUS.

CONSTANTINUS. *V.* voc., seq.

CONSTANTIUS, ii, m. 2. (Κωνστάντιος v. Κοστάντιος v. Κοστάντιος) Scribitur *Costantius* (*Corp.* 6. 2651) et *Canstantius* (*Corp.* 5. 8069). — In recto *Constantios*, Gr. pos. (*Corp.* 3. 14404).

Constantius ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) Imp. Aug. Flavius Valerius Constantius, pater Constantini M., cui apud Byzantinos cogn. *Chlorus* inditum est. — 2.º) Imp. Aug. Flavius Julius Constantius II. filius Constantini M. *V.* FLAVIUS. — 3.º) Constantius, pater Juliani Aug., cos. a. 335. *V.* JULIUS. — 4.º) Constantius Gallus et Constantius III. imp. Aug., vulgo *Patricius*. V. FLAVIUS. — 5.º) Julius Constantius, frater Constantini M. *Ammian.* 14. 11. 27., cos. a. 335. *Inscr. chr. De-Rossi I. n.* 41. — 6.º) Flavius Claudius Constantius *(Gallus)*, hujus filius, Cæsar a. 351-354. *Chronogr.* a. 354. *chron. I.* 76. 19. — 7.º) Alii apud *Ammian.* 25. 9. 12., *Cod. Theod.* 6. 26. 5., *Inscr. chr. De-Rossi I.* 604., 611., 612., *Prosp. chron. I. p.* 468., 1265 (a. 418)., *Ennod. ep.* 4. 18., *Corp.* 6. 1665., *Optat.* 1. 28., *Cassiod.* 4. *Var.* 10., *Symm. rel.* 38. 2., *Sidon. ep.* 1., 2. et 9. ¶ 2. In titulis: - Masc. subst. *Corp.* 6. 647. 5., 776. etc. — Signum: *Corp.* 5. 5892 *(Mediolanii)*, 5894. — *Constantia* — 1.º) De pers. — *a)* Apud scriptores: — *Constantia*, soror Constantini M., uxor Licinii. *V.* FLAVIA CONSTANTIA. — Item filia Constantini M., sæpius *Constantina*, ut ejus soror. V. *ibid.* — Item alia filia, harum soror, uxor Juliani Aug., ap. *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 1., sed errore, coll. *Socr. H. E.* 3. 1. — Item filia Constantii II. postuma, uxor imp. Gratiani. *Ammian.* 21. 15. *in fin.* — In nummis *Goltz.* dicitur *Flavia Maxima Constantia.* — Item mulier fort. Cypria, sanctitate insignis, de qua *Hieronym. vit. Hilarion.* 44. et 47. — *b)* In titulis cogn. mul. *Corp. Not. d. scavi* 1910. *p.* 371 *(Romæ)* etc. — Frequentissimum in titulis Chr. V. *De-Rossi I. n.* 107., 176. etc., *Mai n. c. V.* — Etiam nom. gent. sequiore ætate, ap. *Mai n. c. V.* — Item nom. deæ. *Inscr. numm. Cohen I. p.* 222. *n.* 1., *Claudian.* 22. 100. *sqq.*, *Paneg.* 12. 40. — 2.º) De locis. — *a)* Cogn. Nuceriæ, quæ etiam *Alfaterna* cognominatur. *Itin. Ant. p.* 123. — *b)* Oppidum in Helvetia, hod. quoque *Costanza*, ad lacum Brigantinum seu Venetum *(lago di Costanza)*. *Rav. p.* 281. — *c)* In Bætica. — *α)* Cogn. oppidi. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11). A læva Hispal colonia - ex adverso oppidum Osset, quod cognominatur *Julia Constantia* (in conventu Hispalensi). — *β)* Cogn. Lacimurgæ, *Julia Constantia* dict. *Id. ibid.* 2. 3. (14). — *d)* In Mau-

retania Tingitana. *Id.* 5. *ibid.* 1. 1. (2). in ora oceani colonia Augusti *Julia Constantia Zulil*, regum dicioni exempta. — *e)* In Gallia Lugdunensi, hodie *Coutances* in *Not. Dign. occ.* 37., *Not. Gall.* 2. 7. *chron. I.*, *Venant. vit. s. Pat.* 10. 33. — Hinc adj. *Constantinus*, ap. *Greg. Tur.* 8. *Fr.* 31.; *Constantius* in *Conc. Aurel.* a. 538. ecclesia; *Constantiniensis* in *Inscr. Chr. Leblant I. n.* 91. urbs. — Vix eadem sunt *Constantia castra* ap. *Ammian.* 5. 11. 3. — *f)* In Germania sup., hodie *Konstanz*, ap. *Rav. p.* 231. — *g)* In Pannonia inf. *Not. Dign. occ.* 33 = 34. — *h)* In Mœsia. V. *Castra Augustoflaviensia.* — Item civitas *Pontica Tomitanorum*, hod. *Kostanza* (Turc. *Kustendje*). *V.* TOMIS. — *i)* In Cypro. *Hieronym. ep.* 108. Salamina Cypri, quæ nunc Constantia dicitur. Adde *Itin. Ant. Plac. rec.* 1. — Hinc adj. *Constantiensis*, in *Conc. Const.* a. 536 (*Mansi* 8. 921). — *l)* In Palæstina. *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 4. — Incolæ *Constantienses* ap. *eund. ibid.* — *m)* In Mesopotamia, a Constantio II., qui eam instauravit, ita appellata, olim *Amida*, ap. *Ammian.* 18. 9. 1. — 3.º) De aliis — *a)* Nom. trieres. *Corp.* 11. 55. — *b)* Epitheton legionum. *V.* infra. — Hinc *Constantius*, adj. *Not. Dign. or.* 7 = 44. Legio comitatensis prima Flavia Constantia. *et* 7 = 45. Secunda Flavia Constantia Thebæorum. *Vit. Hil.* 10. 13. Basilica Constantia *(Arelate?)*. — *Constantianus* (Κωνσταντιανός), adj. ad Constantium II. pertinens. *Ammian.* 22. 3. 12. Constantianus thalamus. *Cod. Theod.* 6. 4. 25. prætura. *Not. Dign. or.* 34 *(sub duce Palæstinæ)*. ala. — Subst. *Constantiani* in *Not. Dign. or.* 5 = 52 (inter auxilia Palatina). — *Constantiacus* (Κωνσταντιακός), adj. idem. *Not. Dign. or.* 41. Constantiaci equites. *Ammian.* 21. 11. 2. legiones. — Absolute. *Not. Dign. occ.* 5. 121., qui et *Constantici* dicuntur *ibid.* 5. 108. — *Constantinus* — 1.º) Adj., ad Constantinum M. pertinens. *Cod.* 10. 31. 20. Constantina civitas. *i. e.* Cirta. — Sic *provincia Numidia*, cujus caput Cirta, dicta *Constantina* in *Inscr.* ap. *Renier n.* 1852., 2170., 2171. et 2542., coll. *Momms.* in *Bull. d. Ist. arch. n.* 1852. *p.* 172. — Item *Constantina urbs*, Arelate. *V.* ARELATE. — Item *Constantini milites* in *Not. Imp. or. p.* 162. et abs. *Auct. Itin. Alex. M.* 14. — *Constantini seniores*, distinguendi a Daphnensibus, in *Not. Imp. or. p.* 30. et 31. — 2.º) Subst. — *a)* Apud scriptores — α) Constantinus *Magnus*. V. FLAVIUS VAL. CONSTANTINUS. — β) Constantinus II. *V.* FLAVIUS CLAUD. CONSTANTINUS. — γ) Constantinus, filius imp. Licinii, Cæsar. *Corp.* 3. 6966. Valerius Constantinus Licinius Cæsar. — δ) Constantinus Nepotianus, qui imperatorem se appellavit a. 350. *Inscr. numm. Cohen* 8. *p.* 2. *n.* 4. — ε) Constantinus III., item qui se imperatorem appellavit a. 407-411. *Oros.* 7. *Hist.* 40. Constantinus ex infima militia propter solam spem nominis sine merito virtutis eligitur. Adde 7. *ibid.* 42. *Consul. Constant. chron. I. p.* 246. et 411. Constantini tyranni. *Sidon.* 5. *ep.* 9. 1. Cum in Constantino inconstantiam, in Jovino facilitatem - exsecrarentur. Adde *Jorn. Rom.* 324. et *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 9. — ζ) Constantinus, præf. præt. *Cod. Just.* 1. 3. 25. et *Corp.* 5. 8910. — η) Constantinus Tiberius imp. II (a. 578-582). *Greg. Tur.* 6. *Fr.* 2. Scriptum in circulo *(circa iconem imperatoris in aureo pictam)* Tiberii Constantini perpetui Augusti. Adde *Greg. M. moral.* 14. 74. — θ) Constantinus, cui scripsit *Augustin. c. Petil.* — ι) Constantinus, unus ex septem dormientibus, de quo *Greg. Tur. glor. mart.* 94. — *b)* In titulis. Vir.: *Corp.* 6. 220. 5 (a. 203)., 3234.; 11. 36. 45 *(ad Saxa Rubra)*. — Mul.: *Inscr. Not. d. scavi* 1899. *p.* 498 *(Salerni)*.; 5. 2058 *(Belluni)*.; 3. 1208 *(in Dacia)*. — *Constantina*, f. — *a)* De pers.: Constantina, soror Claudii Gothici Aug. (*Trebell. Claud.* 13). — Constantina, filia Constantini M. (et Flaviæ Maximæ Faustæ). *An. Vales.* 35., *Aur. Vict. epit.* 42. et *Ammian.* 14. 1. 2., ubi alii perperam leg. *Constantia*, quæ una cum sorore Julia Helena Augustæ titulo et diademate a patre decorata est dataque uxor Hannibaliano et, hoc vita functo, Flavio Constantio Gallo a. 351. a Constantio fratre, mulier ad crudelitatem proclivis. — Obiit a. 354. sepultaque est in suburbano viæ Nomentanæ (*Ammian.* 21. 1. 5). — De nummis ejus cf. *Eckhel* 8. *p.* 126. — Huic falso tribuitur acrostichon ap. *Orelli n.* 1097 (V. *Henzen* ad *l.*). — Constantina Augusta, uxor imp. Mauricii, cui scripsit *Greg. M. ep.* 4. et 5. — De locis: Constantina — α) Opp. in Numidia, ante Constantinum M. *Cirta*, hod. *Constantine*, ap. *Gennad. vir. ill.* 96. — Pro adj. *Corp.* 8. 7015. Provincia Numidia Constantina. — Hinc *Constantinensis* et *Constantiniensis*, adj. *Augustin. ep.* 53., *Novell. Valent.* 13. 9. — β) In Mesopotamia. *Itin. Theod.* 32., *Ammian.* 18. 7. 9. — γ) Cogn. Arelates, opp. Galliæ Narb. *Episc. Gall. Leo M. ep.* 65., a Constantino M. ita appellatæ. — *Constantinianus*, nom. vir. *Cassiod.* 12. *Var.* 18. *tit.* Constantiniano, viro experientissimo. — Cogn. Iguvii, opp. Umbriæ. *Rav. p.* 278. itemque castelli Mœsiæ in *Inscr. numm. Cohen* 7. *p.* 287. *n.* 89-92. — *Constantinius*, nom. gent. *Corp.* 13. 1945., et *Constantinia*, nom. mul. *Corp.* 13. 2112. — Compos. *Constantinigena (us)*, nom. vir. *Opt. Porf.* 4. 3. Constantinigenis Helicon det talia natis Munera. — *Constantinópolis* V. suo loco.

CONSTITUTUS, i, m. 2. (constituo) cogn. vir. *Corp.* 6. 215. — *Constituta*, cogn. mul. 13. 6416 *(in Germania sup.)*. — V. *Constitutius*, *Constitutianus*, *Constutus*, in *Corp.*

CONSUALIA, ium et ōrum. *V.* CONSUS.

CONSUETUDO, inis, f. 3. (consuetus) nom. mul. fictum ab *Apul.* 6. *Met.* 8. Psychæ occurrit una de famulatione Veneris nomine Consuetudo.

CONSULARIS, is, m. 3. (consul) cogn. vir. *Corp.* 14. 2867 *(Præneste)*. Cf. *Consulius*, *Consultus*, *Consultinus*, in *Corp.*

CONSUS, i, m. 2. (Κῶνσος et Κόνσος) Scribitur et *Cossus* in *Gloss. gloss. Salom.* — De etymo vocis *V.* infra.

Consus ¶ 1. Est nom. seu epitheton dei, quasi sit deus consilii seu consiliarius. *Ascon. loc. cit.* et *Arnob.* 3. *p.* 118., *al.* — *a)* De origine vocabuli alii alia tradunt; sunt enim, qui dictum putent a *condo*, ut sit ejus particip. (sic *absconsus* ab *abscondo*) et epitheton dei ignoti sive absconditi (Cf. *Osthoff, Beiträge z. Gesch. d. deutsch. Sprache u. Litt.* 13. 425. *sqq.* et *Schulze, Eigenn. p.* 474). Ita etiam definitur *Paul. Fest. p.* 41. «Consualia ludi dicebantur, quos in honorem Consi faciebant, quem deum consilii putabant» *et Tertull. spect.* 5. «Consualia Romulo defendunt, quod ea Conso dicaverit deo, ut volunt, consilii, ejus scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonia excogitavit - et nunc ara Conso illi in circo dem⟨ersa⟩ est ad primas metas sub terra (cf. etiam *Plut. Rom.* 14) cum inscriptione ejusmodi: *Consus consilio, Mars duello, Lares comitio* (coilio = concilio? *Heins.* compito) *potentes*». et 2. *Nat.* 11. «A consiliis Consus». In hunc porro sensum ab obsoleto *conso* pro *consulo* deducitur (quod tamen etymon *Austio* falsum videtur) ex eo quod «deus consiliorum secretorum» sit, uti docet *Ps. Ascon. loc. cit.* Ita etiam *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 635. et 636., ubi quod ara ejus sub terra esset, significari ait, consilia, præsertim majoris momenti, tecta esse oportere. Cf. *Tac.* 12. *Ann.* 24. et vd. quæ disputat de hac ara *Mommsen* in *Corp. I. p.* 400. et 408. — *b)* Confunditur cum Neptuno equestri (Ποσειδῶνι ἱππίῳ). *Ps. Ascon. Verr. p.* 142. ⟨Conso⟩, consiliorum secretorum deo - id est Neptuno, laticum regi et rerum conditarum. *Vers. metr. Mar. Victorin. gramm. VI.* 61. Cæruli Neptune rector, Conse litorum potens (Cf. *Dionys. ant.* 2. 31. 2. et *Liv.* 1. 9). Sic *Tertull. loc. cit.* Ludi Consualia dicti, qui initio Neptunum honorabant; eundem enim et Consum vocant. — Absolute pro Neptuno. *Auson.* 89. 9. Cænida convertit proles Saturnia Consus. Adde *eund.* 294. 2. et 343. 3. *Serv. auct. Æn.* 8. 635. Romulus celetes se Neptuno, equestri deo, qui et Consus dicitur, editurum proposuit. Cf. etiam *Capell.* 1. *p.* 16., *Ps. Cypr. spect.* 4. et *Auson.* 385. 20. — *c)* De ejus cultu. *Varro* 6. *L. L.* 20. Consualia dicta a Conso, quod tum feriæ publicæ ei deo et in circo ad aram ejus (Cf. *Tertull. loc. cit.*) ab sacerdotibus ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ etc. *Ovid.* 3. *Fast.* 199. Festa para Conso (*sc.* Romulo)! - Consus tibi (*i. e.* Ovidio) cetera dicet illo gesta die, dum sua sacra canes. *Fest. p.* 209. In æde Vertumni et Consi, quarum - in altera L. Papirius Cursor triumphans pictus est. Adde *Cypr. idol.* 4. et *Serv. loc. cit.* Sic *Tertull. loc. cit.* Sacrificant apud eam *(aram)* nonis Juliis sacerdotes publici, XIII. Kalend. Septembres flamen Quirinalis et virgines *(Vestales)*. Cf. *Fast. ann. Jul. Vall.* (*Corp.* 1. *p.* 240). Aug. 21. Cons(ualia), Conso in Aventino sacrificium. *Prænest.* (*Corp.* 1. *p.* 237) Dec. 15. Cons(ualia) feriæ Conso, equi et ⟨muli floribus coronantur⟩, quod in ejus tu⟨tela sunt⟩; itaque rex *(sacrorum)* equo ⟨vectus⟩ etc. *V.* infra. — Hinc *Consualis*, adj. *Inscr. Rostowzew, Tess. plumb.* 879. soDALes CONSVALes - DIVUS AVGustus *(cum capite Nervæ)* — Plur. *Consualia*, de quibus modo diximus. *V.* etiam *Lexicon* ad voc. et *Wissowa, De feriis an. Rom. vet.* Marp. 1891. et *Rel. u. Kult.* 166. *sq.* — Addimus tamen *Serv. loc. cit.*, ubi dicit: «Raptæ autem sunt Sabinæ Consualibus, hoc est mense Martio», Consualia cum Equirriis confudisse. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp.* 9. 2845 *(Histonii)*. et 2846. — Cf. *Consuitus (Cosutius)*, nom. gent. *Corp.* 3. 5092 *(in Norico)*.

CONTENEBRA, æ, f. 1. oppidum Etruriæ in agro Tarquiniensi a. 448. a. Chr. captum eversumque a Romanis. *Liv.* 6. 4.

CONTENTUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 8. 7676 *(in Numid.)*. — *Contenta*, cogn. mul. 8. 9943 *(in Mauret. Cæsar.)*.

CONTESTANIA, æ, f. 1. regio Hispaniæ citerioris, ap. *Liv. frg.* 22. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (19)., coll. *Ptol.* 2. 6. 14. et 62.

CONTINENTIA, æ, f. 1. (contineo) dea, filia Noctis et Erebi, ap. *Hygin. præf. fab.*, ubi tamen alii aliter leg.

CONTIONACUM, i, n. 2. oppidum Belgicæ, hodie *Conz* prope *Trier*. *Cod. Theod.* 2. 4. 3 (a. 371). Cf. *Holder, Altc. Spr. I.* 1108.

CONTIUS, ii, m. 2. ¶ 1. Subst., cogn. vir. *Corp.* 5. 6207 *(Mediolanii)*. — Nom. gent. (?) *Corp.* 13. 10022. 77. ¶ 2. Adject. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 3. 4. (13). Oliva Licinia, Cominia, Contia etc.

CONTRA, particula, a geographis usurpata de loco, qui sit e regione alterius cognominis, modo sejunctim, modo conjunctim cum nomine. Hinc — *a) Contra Acincum* et *Contracincum*, opp. Pannoniæ, Acinco oppositum (*Not. Imp. occ. p.* 95). — *b) Contra Aginnum* et *Contraginnum*, opp. Galliæ in Aquitania ad Garumnam, *Aginno* oppositum. *Itin. Ant. p.* 379. — Incolæ, *Contraginnenses*, in *Not. Imp. occ. p.* 120. — *c) Contra Apollonos* in *Not. Dign. occ.* 31. et *Contrapollonospolis* major in Thebaide. *Papyr. Berol.* 596. *I.* 3 (a. 158). etc. — *d) Contralato(polis)* in *Not. Dign. or.* 31. — *e)* Alia: *Contra Bononiam*, *Contra Florentiam*, *Contra Reginam*, *Contra Sgene* etc. V. *Reisch* in *Suppl. Th. L. L. p.* 582.

CONTREBIA, æ, f. 1. nom. geogr. ¶ 1. Oppidum in Hispania Tarrac., a Romanis, duce Sertorio, captum a. 131. a. Chr., vetus Celtiberorum caput. *Liv.* 40. 33. Per Carpetaniam ad Contrebiam ductæ legiones. Adde *Vellej.* 2. 5. 2., *Flor.* 1. 33., *Val. Max.* 2. 7. 10. — *Rav. p.* 310. Trebia. — Incolæ *Contrebienses*, ap. *Liv. frg.* 22. ¶ 2. Item oppidum ab hoc distinctum. *Id. ibid.* Frumentum inde (*i. e.* ex Arevacis et Cerindonibus) Contrebiam ⟨quæ⟩ Leucada appellatur, comportandum etc.

CONTREBIS, is, m. 3. deus Celticus, fortasse a *Contrebia* ita dictus. *Corp.* 7. 284. Cf. *Steuding* in *Roschers Myth. Lex. I.* 927.

CONTRIBUTA (- um), cogn. oppidorum Bæticæ, gr. Κοντριβοῦτα (*Ptol.* 2. 4. 10), a *contribuo*. ¶ 1. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (14). Contributa Julia Ugultunia(e), cum qua et Curiga nunc est. — Adj. *Contributensis* in *Corp.* 2. *p.* 131. 1029. — Incolæ: 2. 1029. ¶ 2. In cogn. Ipscæ. *Corp.* 2. 1597. In municipio Contributo Ipscensi - respublica Contributa Ipscensis. — Adj. *Contributensis* in *Corp.* 2. 1597. — Incola: 2. 2250.

CONTRUA, æ, f. 1. nom. loci ad Mosellam, hodie *Gondorf*, ap. *Venant.* 10. *carm.* 9. 45. Hinc

quoque ducor aquis qua se rate Contra complet, Quo fuit antiquum nobilitate caput.

CONTUCCĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Agnom. Sex. Cornelii Repentini. *Fronto p.* 191. 10. *N.* ¶ 2. Etiam nom. vir. *Corp.* 6. 555 (= *Carm. epigr.* 266) 2. — Cf. *Contucius*, unico *c*, in *Corp.* 6. 3198 *(in prov. Tarr.)*.

CONTŬMĒLĬA, æ, f. 1. dea Græca (Ὕβρις). *Cic.* 2. *Legg.* 14. 28. Illud vitiosum Athenis - quod - fecerunt Contumeliæ fanum et Impudentiæ: virtutes enim, non vitia, consecrare decet.

CONTŬMĒLĬŌSUS, i, m. 2. (contumelia) nom. vir. *Corp.* 13. 2361 *(Lugduni)* VENERABILIS CONTVMELIOSVS. Adde *Alc. Avit. ep.* 15.

CONVECTOR, ōris, m. 3. (conveho) nom. dei. *Serv. auct. georg.* 1. 21. Fabius Pictor hos deos numerat, quos invocat flamen, sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri - Messorem, Convectorem, Conditorem, Promitorem.

CONVĔNÆ *(Lugdunum Convenarum)* m. 1. ¶ 1. Opp. vel rectius incolæ opp. Aquitaniæ: a *convena*, hodie *St. Bertrand de Comminges*. Memorat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108)., coll. *Ptol.* 2. 7. 13. Κομουένοι. et *Strab.* 4. 190. Κονουενῶν et Κωνουέναις. *Hieronym. c. Vigil.* 4. Nimirum respondet generi suo *(Vigilantius caupo Calagurritanus)*, ut qui de latronum et convenarum *(ludit cum origine nom. opp.)* natus est semine, quos Cn. Pompejus, edomita Hispania (i. e. *post bellum Sertorii*) et ad triumphum redire festinans, de Pyrenæi jugis deposuit et in unum oppidum congregavit; unde et Convenarum urbs nomen accepit (inde *Isid.* 9. *Orig.* 2. 108). Adde *Sidon.* 7. *ep.* 6. 7., *Greg. Tur.* 7. *Fr.* 34., *al.* — *Rav. p.* 300. Combiniæ. — Adj. *Convenicus*, ap. *Greg. Tur. loc. cit.* 35. — *Conveniensis*, ap. *eund. glor. mart.* 104. ¶ 2. Prope hoc oppidum. *Itin. Ant. p.* 457. Aquis Convenarum. ¶ 3. Diversum ab hoc. *Rav. p.* 245. *V.* CONVERANTIA.

CONVĔNĬENS, entis, m. 3. (convenio) cogn. vir. *Corp.* 6. 19683 (= *Carm. epigr.* 1582). Cf. *Conventa*, *Conventina*, *Conventeius*, in *Corp.*

CONVERANTĬA AQUÆ, in Gallia Narb. prope Sextantionem. *Rav. p.* 370. « Aquæ Converantia » Sed *p.* 245. Agæ Convenarum. Cf. *Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 6. *adn.* 5.: errat *Ihm, PW.* 4. 1172. 60.

CONVICTOLĬTĀVIS, is, m. 3. nom. vir. Celt., sc. ducis Æduorum, qui cum magno rei apud Æduos periculo de summo magistratu cum Coto contendit. *Cæs.* 7. *B. G.* 32. Horum esse alterum Convictolitavem, florentem et illustrem adulescentem etc. *Id.* 7. *ibid.* 55. Convictolitavim *(acc.)*.

CONVĪVA, æ, m. 1. (convivo) cogn. vir. *Tab. cer. Pomp. (Corp. 4. suppl.)* 96. 5., coll. *Corp.* 4. 3509.

CŌOS, Gr. posit., et Cous, i, Lat. f. 2. (Κόως, Κῶς) nom. geogr. — 1.°) Confunditur cum *Ceos* (ins. Ægæi prope Atticam, hod. *Zea)* in *Itin. Ant. p.* 529. — 2.°) Decl. — *a)* Nomin. *Coos* ap. *Mel.* 2. 101., *Ampel.* 6., *Solin.* 7., *al.* — *Cous* ap. *Liv.* 37. 16., *Chron. Alex. chron. I. p.* 103., 125. - Genet. *Coi*; Dat. *Coo*; Acc. *Coum*, sed *Coon* ap. *Hygin.* 2. *Astr.* 16. — *b)* Nomin. *Cōs* in *Frg. Bob. gramm. VII.* 542. 6., *Auson.* 347. 6. - Acc. *Co* ap. *Tertull. apol.* 40. - Abl. *Co* ap. *Dion. gramm. I.* 489. 9., *Vib. seq. p.* 152., *Schol. Horat. sat.* 4. 13. 13. — *c)* Nomin. *Chomos* in *Lib. geneal. chron. I. p.* 168. — 3.°) Origo vocabuli est a nomine filiæ cujusdam Meropæ, qui in ea regnavit, ut docet *Hygin.* 2. *Astr.* 16. — *Hieronym. nom. hebr. p.* 68. ita interpretatur: « Co excusatio sive præstolatio ». *et p.* 68. « Cos (Caido F) mentis excessus » (ad *Vulg. Act.* 21. 1). — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Coos, nom. geogr. ¶ 1. Fuit insula maris Ægæi, una ex Sporadibus, e regione Halicarnassi, olim *Merope* appellata v. *Meropis* et *Cea* et *Nymphæa*, teste *Hygin. loc. cit.*, hodie quoque *Coo*, patria Hippocratis (qui *Cous senior* abs. dicitur *Marcell. Empir.* in *carm. v.* 5.: cf. *Cic.* 3. *Orat.* 132); Apellis (qui *Cous artifex* item abs. apud *Ovid.* 4. *Pont.* 1. 29), Philetæ (qui *Cous* item abs. apud *eund. Rem.* 760), Asclepiadis seu Æsculapii, Simi, Aristonis, Theomnesti (ap. *Strab.* 14. 452). Memorant etiam *Mela loc. cit.* In Caria Coos insula. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (134). Nobilissima autem insula in eo sinu Coos (*v. l.* Cohos), ab Halicarnasso XV distans, circuitu C, ut plures existimant, Merope vocata. *V.* integr. loc. *Vitr.* 9. 6. 2. Berosus, in insula et civitate Coo consedit ibique aperuit disciplinam Chaldæorum. Adde *Cic.* 9. *Att.* 9., *Isid.* 14. *Orig.* 6. 18., *Hil. op. hist. frg.* 3. 29., *Vulg.* 1. *Mach.* 15. 23. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 252. Ipse Coo plaudente Philitas Callimachusque senex. *et Ampel.* 6. Celeberrimæ Sporadum Ægina, Coos, Chius. — Laudatur insulæ vinum *Paul. Fest. p.* 101. « Hippocoum vinum ex insula Coo dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo ». Adde *Cat. R. R.* 112. et *Plaut. Pæn.* 699. — Item ars tingendæ purpuræ: hinc *Horat.* 4. *Od.* 13. 13. Nec Coæ referunt jam tibi purpuræ - tempora *(Schol. ad l.* in Co enim insula purpura melior tinguitur). — Item texendarum vestium, quæ inde *Coæ* absolute dicuntur. « Telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque feminarum, quæ bombycina appellatur: prima eas redordiri rursusque texere invenit in Coo mulier Pamphile - non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet feminas vestis »: ita argute id refert *Plin.* 11. *Hist. nat.* 23. 27. (77). meritoque rem sic reprehendit *Senec. ep.* 90. « Has nostri temporis telas, quibus - non dico nullum corpori auxilium sed nullum pudori est ». Adde 7. *Benef.* 9. et *alib.*, coll. *Horat. serm.* 1. 2. 101. — Item unguenta, vasa, alia. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 1. 2. (5). et 35. *ibid.* 12. 46. (161). — Ad historiam quod pertinet, Coon habitatam olim fuisse a stirpe Doriensium innuit *Herod.* 1. 144., qui antea propriam vel regiam vel popularem regiminis formam fere habuit; postea vero Mithridatis partes secuta in potestatem venit Romanorum sub Lucullo *(Plut. Luc.* 3), immunitate tamen a Claudio imp. dein obtenta *(Tac.* 12. *Ann.* 61). — Plura de Coo dabant scriptores, præsertim Græci; Inscriptiones in *Corp. Inscr. Gr.* et nummi apud *Eckhel* 2. *p.* 588-601. et *Borghesi, Œuvr. II. p.* 327. *sqq.* — Hinc *Cōus* (Κῷος), adj. *Cic. Orat.* 2. 5. Opifices Coæ Veneris *(ab Apelle pictæ)* pulcritudinem imitari non potuerunt. *Varro R. R.* 2. *præf.* 3. Coa insula. *Tibull.* 2. 3. 53. femina. *Lucan.* 8. 246. litus. — *Coa vestis dilucida (V.* supra): *Hor.* 1. *Sat.* 2. 101. *(Porphyr.* ad *l.* Hæc autem vestis in Κῷ(ι) insula conficitur, per quam ob nimiam tenuitatem etc. et *Schol.* vestis subtilis - perlucida). *Pers.* 5. 135. vestis lubrica. Adde *Propert.* 1. 2. 2., *Ovid.* 2. *Ars* 298., *Corp.* 6. 33871 *(ætate Augusti)*. — *Coum vinum (V.* supra). *Plaut. Pæn.* 699. Chio-vino (Chōo *al.)*. *Horat.* 2. *Sat.* 4. 29. albo non sine Coo *(Porphyr.* ad *l.* vinum a Coo insula. *Schol.* cum vino Coo). Adde *Plin.* 14. *Hist. nat.* 8. 10. (79). et *Corp.* 4. 2565. — Incolæ, *Cōi* (Κῷοι). *Cic.* 4. *Verr.* 60. 135. Quid ut pictam Venerem amittant, Coos merere velle arbitramini? *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (20). Alteram Venerem Praxitelis velata specie, quam ob id prætulerunt, quorum condicio erat, Coi - severum id ac pudicum arbitrantes. — *Cic.* 7. *Att.* 3. Nicias Cous. *Horat. epod.* 12. 18. Cous-Amyntas. Adde *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 54., *Propert.* 3. 1. 1. — *Cōacus*, adj. (Κωακός) *Diosc.* 5. 20. Coacum vinum. ¶ 2. Ejus oppidum præcipuum fuit olim *Astypalæa*, insulæ metropolis, dein, eo relicto, aliud conditum est, nomine *Coos* et etiam ab Eurypilo, incolarum rege, *Eurypili urbs* dictum, teste *Strab.* 14. 452. De eo *Isid.* 15. *Orig.* 1. 48. Carpatus Coum ædificavit. *Schol. Hor. epod.* 12. 18. Nomen pueri de Coo civitate. Adde *Liv.* 37. 16., *Hygin.* et *Vitr. locc. citt.* — Prope urbem templum erat Æsculapio sacrum, ubi servabatur *Venus Anadyomene*, Apellis opus. — Cf. *Tac.* 4. *Ann.* 14. et 12. *ibid.* 61. ¶ 3. Item oppidum in Calymna insula. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (71).

II.) Coos, nom. vir. *Corp.* 6. 5964.; 3. 10895 *(in Pannonia sup.)*. — *Cos*, nom. mul., nempe filiæ Meropis cujusdam, qui in insula, quæ a filia *Coos* est nominata, regnum tenuit, teste *Hygin.* 2. *Astr.* 16. supra *cit.*

CŌPÆ, ārum, f. plur. 1. (Κῶπαι) oppidum Bœotiæ, hod. *Topolia*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26). et 7. *ibid.* 57. 57. (209). Remum Copæ invenerunt (Cf. ἡ κώπη, *capulus remi*, *remus*, metonymia). — Hinc *Copais (idis)*, adj. f. (Κωπαΐς, i. e. λίμνη). *Liv.* 33. 29. « Circa Copaidem paludem », hod. *lago di Topolia* v. di *Livadia*. Cf. *Strab.* 9. 2. 27. et *C. O. Müller, Orch. u. Min.* 1820.

CŌPĀIS. *V.* voc. præc.

CŌPHANTUS, i, m. 2. mons in Bactriana, cujus vertex noctibus flagrat vel splendet, teste *Plin.* 2. *Hist. nat.* 106. 110. (236)., in territorio montano ad merid., hod. *Zarafsan* versus *Fan-darya*., non confundendus cum Κωφάντα, palude et oppido Carmaniæ, ap. *Ptol.* 6. 8. 9. et 14., hod. *Ras Koppah*.

CŌPHĒS, m. 3. varie declinatur, ut *Cophes* v. *Cophen (ēnos)*, Gr. Κωφήν (- ῆνος) et *Cophes (ētos)*; ita ut acc. sing. modo sit *Cophen* v. *Cophena*, modo *Copheta*; de persona tamen *Cophen*. Est autem ¶ 1. Fluvius Indiæ clarissimus, nascens in Ariana regione et in Indum influens, hod. *Kabul*. Memoratur *Mel.* 3. 69., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (62). et *alib.*, *Itin. Alex.* 46. et *Hieronym. sit.* et *nom. p.* 144. et *quæst. hebr. in Gen. p.* 18. ¶ 2. Est etiam nom. viri Pers., sc. filii Artabazi, qui, relicto Dareo, Alexandro M. adhæsit. *Curt.* 7. 11. 5. et 24., 23., 26.

CŌPHOS, i, m. 2. portus nobilis Chalcidices (Κωφὸς λιμήν), hod. *Rufo*. Memoratur *Mel.* 2. 34.

CŌPĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Dea (Cf. *Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm. p.* 276), copiarum præses et ministra Fortunæ, cui hæc tradidit cornu Amaltheæ v. Acheloi in taurum versi, quod absciderat Hercules, ut quibus fortuna faveret, omnia abundarent (Cf. AMALTHEA: item CORNUCOPIÆ in *Lexico)*. Hinc *Horat. carm. sæc.* 60. beata pleno Copia cornu. Adde 1. *Ep.* 12. 28. *Sidon. carm.* 11. 114. Hic redolet patulo Fortunæ Copia cornu. — Fusius de fabula *Mythogr. I. fab.* 58., *Ovid.* 9. *Met.* 85. et *Stat.* 4. *Theb.* 106. Adde *Corp.* 12. 1023. *add.* (*p.* 821. *Avennione)*. — Inde cogn. opp. — *a)* Thurii *(Ruggiero, Diz. epigr. II.* 1204). *Corp.* 10. 125., 1. 511 (a. 193-188. a. Chr. in nummis). Cf. *Strab.* 6. 263. et *Steph. Byz.* — *b)* Luguduni seu Lugduni (hod. *Lyon)*. *Corp.* 12. 1782. et *Inscr. numm. Cohen* 1. 22. *n.* 8. *sq. (sub Cæsare et Augusto)*. ¶ 2. Est etiam nom. mul. *V.* voc. seq.

CŌPĬUS, ii, m. 2. (copia) nom. gent. *Corp.* 13. 10001., 367. — *Copia*, nom. mul. 10. 3440 *(Petelia)*. Cf. *Copicius*, *Copiensis*, *Copinus*, *Copio*, *Copiola*, *Copiosus*, *Copo* v. *Caupo*, *Caupius* in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 157. *c. adn.* 5., 168., 276. *adn.* 7.; unde et *Coponius* pro *Cauponius* (Κωπώνιος et Κοπώνιος), nom. gent. — 1.°) In titulis, nom. vir. *Corp.* 6. 16080. — *Coponia*, nom. mul. 6. 16082. — Cogn. et nom. sing. *Corp.* 11. 3768 *(Cæretis)*. — 2.°) Apud scriptores — *a) Coponius*, sculptor Romanus, qui Pompeji M. ætate vixit et XIV. nationes, quæ circa Pompeji theatrum fuerunt, fecit, teste *Varr.* ap. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (41). — *b) Coponius*, procurator Judææ a. 5. p. Chr. sub legato P. Sulpicio Quirino, vir ordinis equestris, cui successit M. Ambivius *(Jos. ant.* 18. 2) et sub quo Judas quidam Galilæus Judæos ad rebellionem incitavit *(Id.* 2. *B. J.* 8. 1); sed a nullo ex Latinis, quod sciam, memoratur. — *c) C. Coponius*, prætor a. 49. a. Chr., Pompejanus, homo prudens atque doctus *(Cic.* 1. *Divin.* 32. 68., coll. *Inscr. numm. Babelon I. p.* 381), in bello Pharsalico præf. classi Rhodiæ *(Cæs.* 3. *B. C.* 5. et 26), idem, qui, vir e prætoriis gravissimus *(Vellej.* 2. 83), a triumviris proscriptus, vitam, ab Antonio obtentam, debuit uxori, quæ, antea pudica, tunc « malum malo medicavit » *(Appian. B. C.* 4. 40). — *d) C. Coponius*, adulescens « humanissimus et doctissimus, rectissimis studiis atque optimis artibus præditus » *(Cic. Cæl.* 10. 24. et *Balb.* 23. 53), qui fratrem habuit *T. Coponium* iisdem laudibus dignissimum *(Id. loc. cit.)*. — Hinc *Coponianus*, adj. *Cic.* 12. *Att.* 31. Coponianam villam et veterem et non magnam novi.

COPRĬĀNUS, i, m. 2. nom. vir. per jocum a κόπρος, *stercus*, quasi *stercoreus* v. *stercorarius*, fictum pro *Cyprianus* a *Lact.* 5. 1. 27. « Audivi ego quendam, qui eum *(i. e.* Cyprianum), immutata una littera, Coprianum vocaret, quasi quod elegans ingenium et melioribus rebus aptum ad aniles fabulas contulisset ». — Cf. *Copronius (a)* v. *Cupronius*, *Coprilla*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 157. *adn.* 3. et in *Corp.*

COPTĪCUS, a, um, adject. et

COPTĪTES, is, f. 3. et al. deriv. *V.* voc. seq.

COPTOS (Coptus), i, f. 2. (Κοπτός *Paus.*, Κόπτος *Hierocl.)* Acc. *Coptum* ap. *Plin. loc. cit.* - *Copton* in *Itin. Ant. p.* 165. et 171. - *Coptan*, ab inus. *Copte*, ap. *Vopisc. Prob.* 17. — *Cosmogr.* 1. 6. *Coptis*. — Etymon vocis ducendum esse fabulantur a κόπτω, *cædo*, simil. Ægypt. voci, quæ privationem significat; nam Isis, audita Osiridis morte, cincinnum sibi luctûs causa abscidit *(Plut. Isid. et Osir.* 14). Sic *Comm. Lucan.* 8. 833. In Copton ducens exercitum Serapis ipsi civitati nomen dedit a luctibus, quos Græci κοπετοὺς vocant; ibi enim, si fabulis fides est, Isis etc. *V.* tamen ÆGYPTUS.

Coptos, opp. Ægypti in Thebaide, hodie *Kouft*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 11. (60). Coptos, Indicarum Arabicarumque mercium Nilo proximum emporium. *et* 6. *ibid.* (102). A Juliopoli navigant Nilo Coptum CCCVIII. p., qui cursus etesiis flantibus peragitur XII. diebus. *Ammian.* 22. 16. 2. Thebais multas inter urbes clariores aliis Hermopolim habet et Copton et Antinou *(sc.* polin). Rursum *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 18. (65). Eruuntur *(smaragdi)* circa Copton oppidum Thebaidis collibus excavatis. — De ejus historia. *Vopisc. Prob.* 17. « Copten præterea et Ptolemaidem urbes, ereptas barbarico servitio, Romano reddidit juri ». *et Hieronym. chron.* a. Abr. 2309. « Busiris et Coptus, contra Romanos rebellantes, ad solum usque subversæ sunt ». Fuit tamen postea Coptos reædificata. — Celeber erat ibi cultus deæ Isidis. *Stat.* 1. *Theb.* 264. « melius votis Mareotica fumant Coptos et ærisoni lugentia flumina Nili *(Schol.* ad *l.* civitas Mareotica Ægypti, in qua Io versa in Isidem colitur, cujus sacris sistro celebratis Nilus exæstuat) ». *Plin.* 10. *Hist. nat.* 33. 49. (94). Juxta oppidum Copton insula est sacra Isidi. — Hinc *Copticus* (Κοπτικός), adj. *Apul.* 2. *Met.* 28. Adyta Coptica. *i. e.* Isidis. — *Coptites* (Κοπτίτης) m. 1. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49). — Dividitur *(Thebais)* in præfecturas oppidorum, quas νόμους vocant: Ombiten, Coptiten etc. — Cf. *Corp.* 10. 3685 *(Miseni)* nomu Coptitupolis (Κοπτιτοῦπολις), idem ac Coptites. — Incola *Coptites*, ap. *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (9). Democritus Apollobechen Coptiten et Dardanum illustravit. — *Coptitis (idis)*, f., genus arenæ, ap. *eund.* 36. *ibid.* 69. (52). — *Coptitānus*, adj. idem qui *Copticus*. *Inscr.* apud *Marini, Fr. Arv. p.* 456. — *Coptius*, nom. vir. *Corp.* 6. 5829.

COPTUS. *V.* voc. præc.

CŌRA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. oppidum Latinum, colonia Romana *(Ps. Aur. Vict. orig.* 17. 6) et municipium *(Liv.* 26. 8), tribu *Papyria*, hod. *Cori*, gr. Κόρα, a Dardano conditum *(Solin.* 2), de quo *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 672. « Coras *(sc.* nepos Amphiarai), a cujus nomine est civitas, in Italia *(sc.* Cora) ». Ceterum scriptores generatim tradunt modo a Volscis fuisse conditum, modo a Latinis, eversum in bello civili Marii et Sullæ. Memoratur — *a)* Proprie. *Virg.* 6. *Æn.* 775. Hi *(reges Albani)* Collatinas imponent montibus arces, Pometios Castrumque Inui Bolamque Coramque. *Liv.* 2. 16. Duæ coloniæ Latinæ Pometia et Cora ad Auruncos deficiunt. *Lucan.* 7. 392. tunc *(i. e.* post bella civilia) omne Latinum Fabula nomen erit; Gabios Vejosque Coramque Pulvere vix tectæ poterunt monstrare ruinas. Adde *Propert.* 4. 10. 26., *Sil. It.* 8. 378., *Flor.* 1. 11. 6. *Ps. Aur. Vict. loc. cit.* Regnante Latino Silvio, coloniæ deductæ sunt Præneste, Tibur, Gabii, Tusculum, Cora, Pometia etc. — *b)* Pro incolis. *Sil. It.* 4. 220. trahit *(Scipio)* undique lectum Divitiis Ausoniæ juvenem, Marsosque Coramque etc. — Hinc *Coranus*, adj. *Cato orig.* 58. populus. *Liv.* 8. 19. ager. Adde *Corp.* 10. 6524 *(Coræ)*. — Incolæ, *Corani*: gen. pl. *Coranom* in *Corp.* 1. 12., *Coranorum* 6. 32275. — Cf. *Gloss. Plac. V.* 21. 38. Fabri Cora proverbium in eos, qui domesticis alimentis usi aliis laborarent: dictum ab eo quod Capitolium ædificanti Tarquinio fabros ac structores Corani *(i. e.* Corani) cum suo victu miserunt (Cf. *Bücheler, Rein. Mus.* 35. 402. et *Otto, Sprichwört. p.* 129). — *Coranus*, nom. gent. et cogn. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 43. 99. (244). M. Corani etc. *(Sillig.* C. Horati). Adde *Horat.* 2. *Sat.* 5. 57., *Martial.* 4. 37. 1., *Juvenal.* 16. 54., *Corp.* 6. 3539. — *Corana*, nom. mul. *Corp.* 11. 951 *(Mutinæ)*. — Cf. *Coranius*, nom. gent. *Corp.* 6. 451 (a. 100). V. *Schulze, Eigenn. p.* 355. et 532. ¶ 2. Est etiam nom. pers., sc. — *a)* Dea, i. q. Proserpina (Κόρη vel plenius Κόρη Περσεφόνη). (Cf. *Serv. auct. Æn.* 3. 111. « Proserpina, quæ Κόρη dicitur græce »; de cujus fabula *V.* PROSERPINA). *Corp.* 6. 1780. *Carm. c. pag.* 71. Coræ Triviæque sacerdos. — *b)* Nom. mul. (Κόρη). *Corp.* 6. 16084.

CŌRĂCĒSĬUM, ii, n. 2. (Κορακήσιον) Scribitur etiam *Coracession*, *Caracesium* et *Choracesium* — Est autem oppidum (et promontorium) Ciliciæ Tracheæ seu Asperæ, hodie *Alaya*. Memorant *Liv.* 33. 20., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93)., *Hieronym.* in *Dan.* 11. 15. et *Rav. p.* 103.

CŌRĂCĪNUS, i, m. 2. cogn. vir. *Martial.* 4. 43. 1., coll. 6. 55. 4., *Corp.* 6. 5036. — *Coracinus* (a κόραξ, *corvus)* cogn. vir. lib. *Inscr.* apud *Momms. n.* 3113. — Cf. *Coracion (onis)*. vir (presbyter?) millenariorum fautor ac signifer, dein ad bonam frugem conversus. *Rufin.* 7. *Hist. eccl.* 24. 9.

CŌRALLI, ōrum, m. plur. 2. (Κόραλλοι) populus Thraciæ vel Mœsiæ. *Ovid.* 4. *Pont.* 2. 37. et *Val. Fl.* 6. 89.

CŌRAN, nom. canis Actæonis corruptum. *Hygin. fab.* 181 (Corax *Muncker*; sed cf. etiam *Wesear*, *PW.* 3. 2178. sub *Charon n.* 3).

CŌRĀNUS. *V.* CORA.

CŌRĀS, æ, m. 1. ¶ 1. Est vir Argivus, nepos Amphiarai, frater Tiburtis et Catilli *(q. v.)*, ἐπώνυμος opp. *Coræ*. Memoratur *Virg.* 7. *Æn.* 6. 672. et 11. 604 *(V.* CORA sub 1). — Inde nom. montis. *Vib. Seq. p.* 155., sed perperam. ¶ 2. *Coras*. V. CORA.

CŌRASSĬÆ INSULÆ, parvæ insulæ maris Ægæi ex Sporadibus, hod. *Phurni* et *Krusi*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (69)., coll. *Strab.* 10. 488.

CŌRAX, ăcis et ăcos, m. 3. (Κόραξ) nom. pers. et præsertim geogr.

I.) Corax, nom. pers. ¶ 1. Fuit rex Sicyoniorum. *Hieronym. chron.* a. Abr. 563., quo sextodecimo regnante, Jesu Nave *(Josua)* defunctus est, teste *Augustin.* 18. *Civ. D.* 11. ¶ 2. Item rhetor Syracusanus. *Cic.* 1. *Orat.* 20. 91. Usque a Corace nescio quo et Tisia, quos artis illius *(i. e.* rhetoricæ) inventores et principes fuisse constaret. Sed 3. *Orat.* 21. 8. deridetur, allusione facta ad nominis significatum. ¶ 3. Item servus, ap. *Plaut. Capt.* 657. Colaphe, Cordalio, Corax (Cf. *K. Schmidt, Hermes* 37 [1902] *p.* 184). — *Petron.* 117. mercennarius Corax. ¶ 4. Pro cogn. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (182). M. Terentius Corax, dum tabellas scribit in foro, repente obiit. ¶ 5. Est etiam nom. equi. *Corp.* 15. 6250. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 65. (160). V. *Friedländer, Sittengesch. II.* 385. et 519.

II.) Corax, nom. geogr. ¶ 1. Est mons Ætoliæ, hod. *Vardusia*, ap. *Liv.* 36. 30. Ad Coracem ventum est - mons est altissimus inter Callipolim et Naupactum. ¶ 2. Item fluvius Sarmatiæ, in Pontum Euxinum se exonerans. *Ammian.* 22. 8. 29. ¶ 3. Est etiam gradus initiationis Mithriacæ. *Hieronym. ep.* 107. Gracchus - nonne specum Mithræ et omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Nymphus, Miles, Leo, Perses, Heliodromos, Pater initiantur, subvertit, fregit, excussit? — Alludit *Ambrosiaster* in *Rom.* 1. 23.

CŌRAXI, ōrum, m. plur. 2. (Κοραξοί) gens Colchica. *Mela* 1. 100. — Hinc *Coraxicus* (Κοραξικός), adj. *Id.* 1. 109. Hinc *(a Colchis)* orti montes - Ceraunii - Caspii, Coraxici, Caucasii etc.

CORBĪO, ōnis, m. 3. (Κορβιών, ῶνος) ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1°.) Oppidum Latinum, captum a Coriolano *(Liv.* 2. 39), deinde ab Æquis et Volscis expugnatum penitusque dirutum ab Horatio Pulvillo a. 557. a. Chr. « propter proditum præsidium » *(Id.* 3. 28. *sqq.*, coll. *Dionys.* 8. 19). — 2.°) Item oppidum Hispaniæ citerioris cis Iberum in Suessetania, expugnatum ab A. Terentio *(Liv.* 39. 42). ¶ 2. Etiam cogn. vir. *Val. Max.* 3. 5. 4. Q. Hortensii oratoris - nepos Hortensius Corbio, omnibus scortis abjectiorem et obscæniorem vitam exegit.

CORBIS, is, m. 3. cogn. vir. Celt. *Liv.* 28. 21 (a. 206. a. Chr.) Neque obscuri generis homines, sed clari illustresque, Corbis et Orsua patrueles fratres de principatu civitatis - ambigentes. — De re hac vd. etiam *Sil. It.* 16. 533. *sq.* et *Val. Max.* 9. 11. *ext.* 1. — Cf. *Corbo (onis)*, *Corbus*, *Corbula*, *Corbulona*, in *Corp.*; præcipue vero *Corbulo (onis)*, cogn. maxime nobilitatum in gente Domitia *(V.* DOMITIUS), cujus nominis, absolute usurpati, memorantur navis ductor, ap. *Sil. It.* 14. 408. *sqq.*, et athleta validissimus, ap. *Juvenal.* 3. 251., ubi inditur cum appellativo, quod a *corbis* videtur deductum. — In titulis. *Corp.* 12. 2414 *(Augusti)*.

CORBŬLO, ōnis. *V.* voc. præc.

CORCŬLUM, i, n. 2. (demin. a *cor)* agnom. P. Cornelii Scipionis Nasicæ, cos. a. 162. et 155. a. 162. et 155. a. Chr. *Cic.* 1. *Tusc.* 9. 18. Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo - et Nasica ille prudens bis consul Corculum dicitur. *et Auct. vir. ill.* 44. 5. Ingenio sapientissimus, unde vulgo Corculum dictus. — *Corculus*, m., ap. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 31. 31. (118). Sapientia ob id Cati, Corculi apud Romanos cognominati *(præstitere ceteros mortales)*.

CORCŬLUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

CORCȲRA, æ, f. 1. (Κόρκυρα) *Carcyra* (Κόρκυρα) ap. *Jul. Hon. cosmogr.* A 32. — *Corchera* in *Not. Tir. p.* 84. — *Corcora* ap. *Rav. p.* 407 (Κόρκουρα *Ptol.)*. — Pænultima syllaba a Græcis atque Latinis fere producitur, ut *Prisc. perieg.* 521. et *Lucan.* 3. 37. et *alib.*; aliquando vero corripitur, ut *Avien. orb.* 662. « Alcinoique domus pandetur Corcyra rursum, Corcyra compta solum, locupleti Corcyra sulco ».

Corcyra ¶ 1. Est insula, cum oppido, maris Ionici e regione Epiri, longa magis quam lata, montosa, ad meridiem sabulosa et arida, reliqua fertilissima, hodie *Corfù*, a corrupto Κορυφώ Byzantinorum, ex eo ita appellata quod ipsius arx sit est supra duos montis vertices, fortasse *aeriæ Phæacum arces* apud *Virg.* 3. *Æn.* 291., olim *Phæacia* (Cf. Σχερία *Hom. odyss.* 6. 8) dicta, ad quam Ulixes delatus fertur *(Comm.* ad *Lucan.* 2. 623., *Serv. auct. Æn.* 1. 97. et *Prob.* ad *Virg.* 2. *G.* 87). Memoratur *Mel.* 2. 110. Vicina Adriatico mari Corcyra. *Serv. auct. Æn.* 3. 291. Corcyram insulam - sitam inter Epirum et Calabriam, ubi regnavit Alcinous. *Lucan.* 2. 623. seu vela ferantur In portus, Corcyra, tuos. — De oppido insulæ capite *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (52)., qui de utroque fusius loquitur. Adde *Justin.* 25. 4. 8. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1312. Corinthii Corcyram condiderunt (a. ca. 700. a. Chr.). — Olim a Liburnis habitata colonos etiam habuit ab Eretria in Eubœa, dein a Corintho, quæ totam sibi eam subegit - Porro cum Corinthiis societatem iniit, ut colonias deduceret in Epirum et Illyriam; sed postea a Corinthiis defecit eosque devicit navali prœlio a. 666., a Periandro tamen iterum se iisdem subdere coacta. Deinde simultas inter Corinthios et Corcyræos Epidamni causâ occasionem dedit bello Peloponnesiaco. Postremo regibus modo Macedoniæ subjacuit, modo Epiri, modo Lacedæmonis et Syracusarum tyrannis, dum Romanorum ditionem subiit a. 229. a. Chr. *(Herod.* 3. 48., *Thuc.* 1. 24., *Xen. Hell.* 5. 4. 64.; *Scymn.* 428., *Diod.* 4. 72., *Strab.* 7. 329., *Paus.* 1. 11. 6. *sq.*, *Liv.* 31. 22., *Corp.* 3. *p.* 112). — De ejus nummis vd. *Head*, 325. et 406. ¶ 2. *Corcyra nigra* (ἡ μέλαινα Κόρκυρα *Agath.* et *Ptol.*, coll. *Mel.* 2. 114), insula prope Dalmatiam, hodie *Curzola* (Croat. *Karkar, Korcula)*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (152). Ab Issa Corcyra, Melæna cognominata etc. *Dict.* 5. Æneas civitatem condit appellatam Corcyram Melænam. Adde *Tab. Peut.* 7., *Rav. p.* 407. et *Itin. Ant. p.* 520. — Incolæ Κορκυ(ρ)ηνοί *App.* 3. 16. — De hac vd. *Ostoich, Compendio dell' isola di Curzola* 1878. — Adj. *Corcyræus* (Κορκυραῖος), ad Corcyram priorem pertinens. *Cic.* 6. *Att.* 2. epistola. *Nep. Them.* 2. bellum. — In-

colæ, *Coregræi*, ap. *Cic.* 16. *Fam.* 9. Portus Corcyræorum. Adde *Ovid. Ib.* 510., *Liv.* 38. 11. *Serv. auct. Æn.* 1. 97. Alii Italiam dictam putant ab advena Corcyreo. — Adj. *Corcyritanus*, idem. *Greg. M. ep.* 14.

CORDA, æ, f. 1. ¶ 1. Insula prope Aquitaniam, hod. *Oleron*, ap. *Rav. p.* 442. Corda Noetria (*Pind.* et *Parth.*, Cordano et Ola *Holder*). Cf. *Dejardins, Géogr. de la Gaul. I.* 273. ¶ 2. Item civitas Britanniæ (*Ptol.* Κόρδα), hod. fortasse *Old Cumnock*, ap. *Rav. p.* 433.

CORDĪUS, ii, m. 2. nom. vir. — 1.º) Speciatim M.' Cordius Rufus, IIIvir monetalis ex Pompejanis a. 49. a. Chr. (*Momms. Röm. Münzw.* 651.; *Cavedoni* ap. *Borghesi, Œuvr. I.* 269. 3.; *Babelon, Monn. de la rép. Rom. I.*; *Bahrfeldt, Numism. Ztschr.* Wien *XXVIII.* 1896. *p.* 92), idem qui memoratur in *Inscr.* apud *Orelli n.* 3142., coll. *Henzen, Suppl. p.* 276 (Cf. *Momms. St.-R. II.*[2] 650. 2). *Corp.* 14. 2603 = *Dessau* 902. — Item auriga, præf. vigilum. *Lamprid. Heliog.* 6. (*Dio* 79. 15, 1. Γορδίου). — 2.º) Generatim in titulis. *Corp.* 6. 9375. *Inscr. Not. degli scavi* 1907. *p.* 128. etc. — *Cordia*, nom. mul. *Corp.* 10. 6147. — Cf. *Cordiolus, Cordinus, Cordianus, Cordilla, Cordulus, Cordatus* in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 68. *adn.* 5. — *Cordia* pro *Concordia*. V. hanc voc.

CORDŬBA, æ, f. 1. (Κορδύβη v. Κόρδουβα: cf. *Boissevain* ad *Dion.* 42. 15. 2) Scribitur etiam *Cordyba, Cordoba* et *Corduba* in *titulis* et apud *Cosmogr.*

Corduba, oppidum Hisp. Bæticæ, ad Bætim fluvium, trib. *Galeria*, hod. *Córdova*, conditum a M. Claudio Marcello, dimidio sæc. II. a. Chr., circ. reip. finem colonia, *Patricia* cognomine (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. [10]. et *Inscr. Not. degli scavi* 1907. *p.* 120 [*Romæ*]), probabiliter ante Cæsarem (*Hübner*), sæpe memoratum in bellis Cæsaris cum Hispanis, sub imperio florentissimum, caput *conventus juridici* et Bæticæ metropolis commercio insignis, aurifera, patria Sextilii Enæ, Lucani, Senecæ utriusque (*Polyb.* 30. 2., *Strab.* 3. 141., *App. Iber.* 65., *Dio* 41. 15. et 24). De ea *Martial.* 9. 61. 2. qua dives placidum Corduba Bætin amat. *et* 12. 63. 1. uncto Corduba lætior Venafro - albi quæ superas oves Galæsi etc. *Cic. Arch.* 10. 26. Ut etiam Cordubæ natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen aures suas dederet Q. Metellus Pius. Adde *Sidon. carm.* 9. 200., *Prudent. perist.* 4. 19., *Auson.* 293. 4., *Mel.* 2. 88., *Cæs.* 2. *B. C.* 19. *sqq.* et *alib.* et *Varr.* 5. *L. L.* 33., *Sall. hist. frg.* 2. 28., *Auct. B. Hisp.* 2. 1., *Colum.* 7. 2. 4., *Itin. Ant. p.* 402., *Rav. p.* 315., *Corp.* 6. 34664. *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 10. Osius Cordubæ pontifex. — Pro incolis. *Sil. It.* 3. 401. Nec decus auriferæ cessavit Corduba terræ. *et* 16. 470. hoc dederat puero cognomen (*i. e.* Bæticum) ab amne Corduba. — Inscriptiones Latinas ad Cordubam pertinentes collegit ediditque *Hübner n.* 2191-2521. — De antiquæ artis monumentis vd. *eund.*, *Antike Bildwerke in Madrid* etc. Berl. 1862. 312., quorum collectio *Villa-Cevallos* nunc est in *Mus. Loring* prope *Malaga*. V. *Hübner, PW.* 4. 1221. *sqq.* — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 1. *p.* 18. et *Heiss, Monn.* etc. *p.* 49. — Hinc *Cordubensis* (Κορδουβήσιος), adj. *B. Alex.* 57. 5. « conventus Cordubensis »; cum ceteris provinciæ Bæticæ, sc. Gaditano, Astigitano, Hispalensi. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 1. 2. (4). *ss. Senec. suas.* 6. 27. poetæ. — Incolæ. *B. Alex.* 57. 5., *Liv. epit.* 111., *Sueton. Aug.* 51. *Corp.* 2. 5522. ORDO SPLENDIDISSIMAE COLONIAE CORDVBENSIVM.

CORDŬBENSIS. *V.* voc. præc.

CORDŬĒNA, æ, f. 1. (Γορδυηνή v. Κορδουηνή *Dio*, etiam Γορδυαία: cf. *Curt.* 5. 1. 14) Scribitur quoque *Cordubenna* ap. *Cosmogr.* 1. 10. — Est autem Corduena regio Armeniæ montosa, quam Lucullus trajecit, Pompejus occupavit, Chosroes recepit, hod. *Kurdistan*. Memoratur *Ammian.* 18. 6. 20. Satrapa Corduenæ. *et* 25. 7. 9. Quinque regiones Transtigritanas: Arzanenam et Moxoenam et Zabdicenam itidemque Rehimenam et Corduenam. *Jul. Hon. cosmogr.* B 10. Ambo (*i. e.* Chrysorroas et Tigris) includentes Corduenam. — Incolæ *Cordueni* (Γορδυηνοί, Κορδουηνοί: cf. *Kiepert, Alte Geogr. p.* 80. et *Boissevain* ad *Dion.* 37. 5. 3). *Sall. hist. frg.* 4. 72. Apud Corduenos amomum et alii leves odores gignuntur. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 15. 17. (44). Adiabenis conectuntur Carduchi quondam dicti, nunc Cordueni (Γορδυηνοί, Κορδύνοί), ap. *Eutrop.* 8. 3. 1. Corduenos occupavit Trajanus. *Hieronym. sit. et nom. p.* 83 (*ex Beroso Chaldæo*). Dicitur hujus (*sc.* Noe) navis in Armenia propter montem Carduenorum pars aliqua permanere (*V.* NOE). — Scribitur etiam *Gordyæi* (Γορδυαῖοι) *Curt.* 5. 1. 14. Mediæ et Gordyæorum terras. — Adj. *Gordyæus*, ap. *eund.* 4. 10. 40. Gordyæi montes. — In sing. num. *Corduenus*, cogn. vir. *Spartian. Pesc.* 4.

CORDUS, i, m. 2. (Κόρδος) Etiam *Chordus* ap. *Quintil. loc. cit.* et *Gordus* in *Corp.* 13. 1833. — Etymon seu origo vocabuli videtur esse a *chordus* (cf. Gr. χορίον, membrana, qua fetus involvitur), qui dicitur de iis, qui sero nascuntur, ut ap. *Quintil.* 1. 4. 25. « Nomina, quæ ex casu nascentium fiunt: hic Agrippa et Opiter et Chordus et Postumus ». — Est cogn. gentium *Æliæ, Cæsiæ, Cremutiæ, Juliæ, Muciæ*.

Cordus ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) Fuit *Mucius Scævola* (de quo *V.* MUCIUS). *Ampel.* 20. Mucius Cordus, qui ignibus manum imposuit. — 2.º) *C. Mucius Cordus*, architectus C. Marii, quem commemorat *Vitr.* 3. 2. 5. — Eundem esse conjiciunt in *Inscr. numm. Babelon I.* 512 (*in denario*). — 3.º) *Cordus*, quæstor Pompeji M., qui ejus corpori sepulturam dedit, teste *Lucan.* 8. 715. E latebris pavidus decurrit ad æquora Cordus (*Codrus fere omnes codd.*, sæpe enim hæc nomina confunduntur), Quæstor ab Idalio Cinyreæ litore Cypri Infaustus fuerat Magni Pompei comes etc. Cf. *Auct. vir. ill.* 77. 9. Truncus Pompeji Nilo jactatus a Servio Cordo rogo inustus humatusque est. — 4.º) *A. Cremutius Cordus*, rerum scriptor sæc. I. *Tac.* 4. *Ann.* 34 (a. 25). Cremutius Cordus postulatur - quod editis annalibus laudatoque M. Bruto C. Cassium Romanorum ultimum dixisset etc. — Hos autem libros senatus per ædiles cremandos, sed « manserunt occultati et editi - nam contra punitis ingeniis gliscit auctoritas - neque aliud - qui eadem sævitia usi sunt, nisi dedecus sibi atque illis gloriam peperere » (*Id. ibid.* 35). Quod quidem vere recteque dictum credas, si nihil ex libris detrimenti reipublicæ obveniat. — 5.º) *Valerius Cordus*, magister Alexandri imp. *Lamprid. Alex.* 3. In prima pueritia litteratores habuit Valerium Cordum etc. — 6.º) *Junius Cordus*, de quo *Capitolin. Opil.* 1. Et Junio quidem Cordo studium fuit eorum imperatorum vitas edere, quos obscuriores videbat; qui non multum profecit, nam et pauca repperit et indigna memoratu - quæ ille omnia exsequendo libros mythistoriis replevit talia scribendo etc. ¶ 2. In titulis cogn. satis frequens. *Corp.* 6. 2524.; 14. 2664 (*Præneste*); 9. 767 (*Larini*); 11. 58 (*Ravennæ*).

CŌRĒ, indecl. m. Hebr. *Qôrahh* « calvities; vel glacies et, poetice, grando » (*V.* infra); *LXX.* Κορέ; *Jos.* Κορῆς et Κόρεος. Sic *Augustin.* in *ps.* 43. interpretatur Core calvitium vel calvaria. *et Hieronym. nom. hebr. p.* 78. Core calvities et glacies. — Primam, metri causa, corripit *Cypr. Gall., Num.* 486. « Namque Cores Levita tribu pariterque Dathamus », ubi etiam *Cores* pro *Core* usurpat. — Memoratur autem ¶ 1. *Core*, filius Esau ex Oolibama, natus in Chanaan, qui in Idumæa post Cenez regnavit (*alibi*). *Vulg. Gen.* 36., 5., 14., 18. et 1. *Par.* 1. 35. ¶ 2. Item quintus filius Eliphaz, primogeniti Esau. *Id. ibid.* 36. 16. Sed cf. v. 11. et 1. *Par.* 1. 36. ¶ 3. Item levita, filius Isaar, fratris Amram, consobrinus Mosis et Aaron, dux seditionis, ab eo cum Dathan et Abiron, filiis Eliab, Rubenitis et Hon, filio Phaleth, excitatæ contra Mosen et Aaron. *Vulg. Exod.* 6. 16., 18., 21. et 24., *Num.* 16. 1-49., 26. 9-11. et *alib.*, coll. *Eccli.* 45. et *Jud. ep. v.* 11. — Causa, ex parte Levitarum aliorumque, ex eo orta est quod a primogenitis familiarum translatum erat sacerdotium ad unam familiam Aaronicam; ex parte vero Rubenitarum, quod ab iis imperium, quo Ruben fuerat spoliatus, ademptum collatumque erat filiis Amram. Igitur rebelles, superbia elati, postulabant, ut privilegia abrogarentur familiæ Aaronicæ, et Israelitæ universi pares haberentur « quia omnis multitudo sanctorum est » (*Num.* 16. 3), perinde ac si sancti habendi essent qui, quod Deus constituerat, funditus evertere conarentur. Quum porro pervicaces Moysis monitis parere detrectassent, Deus ad eorum, quos elegerat, principatum auctoritatemque firmandam, seditiosos percussit; vix enim ut Moyses « cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum (*i. e.* Rubenitarum cum sociis) et aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis et universa substantia eorum, descenderuntque vivi in infernum operti humo et perierunt » (*Ibid.* 31. *sq.*); - sed et ignis egressus a Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros (*Core asseclas*), qui offerebant incensum » (*Ibid.* 35). « Et factum est grande miraculum, ut, Core pereunte, filii illius non perirent », qui a sequendo patris exemplo abstinuere quosque Deus sibi fideles cum eorum posteris nobili inter Levitas gradu honestavit (1. *Reg.* 1-26.; 1. *Par.* 6. 22.; 9. 19.; 26. 1.; 2. *Par.* 20. 19). — Nihil vero moror incredulorum commenta, qui ut prodigium rejiciant, illorum mortem tribuunt telluris hiatui, quæ naturali demissioni tunc obnoxia fuerit, vel quia vivi in rebellionis pœnam sint sepulti (*Ipperen, De filiis Korachi Ps. auctt. Hagen Bibl. II.* 99). ¶ 4. Alii apud *Vulg.* 1. *Par.* 2. 43.; 9. 19. et 26. 1., 14. - 2. *Par.* 31. 14.

CŌRELLĬUS, ii, m. 2. (Κορέλλιος) *Corelius*, unico *l*, in *Corp.* 6., 16092. et *Corelia* 6072. — In codd. Plinianis *Corellius* et *Correllius*. — Memorantur ¶ 1. Speciatim: — 1.º) *Corellius*, eques Romanus Ateste natus, qui « insevit castaneam suometipsam surculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea, quæ ab eo nomen accepit. - Postea Eterejus libertus Corellianam iterum insevit. Illa est - copiosior, hæc Etereja melior ». Ita *Plin.* 17. *Hist. nat.* 17. 26. (122). — 2.º) *Corellius Pansa*, consul a. 122. cum Acilio Aviola. *Corp.* 6. 10048. — 3.º) *Corellius Rufus*, vir senatorii ordinis, *Rufus* tantum dictus *Plin.* 7. *ep.* 31., cui maxime carus fuit plurimique habitus, ut ex laudibus, quibus eum in epistolis afficit, satis constat. Adde 1. *ep.* 12., coll. 3. *ibid.* 3., 4. *ibid.* 7. etc. ¶ 2. Generatim, in titulis, nom. gent. vir. *Corp.* 6. 16893.; 14. 1782 (*Romæ*). — Cogn. *Inscr.* apud *Momms. n.* 1854. 2. 14. — *Corellia*, nom. mul. *Corp.* 6. 13024. — In libris est mentione digna *Corellia Hispulla*, filia Corellii Rufi et Corneliæ Hispullæ, unde cogn. sumpsit, laudata et defensa a *Plin.* 1. *ep.* 12. et 3. *ibid.* 3. — Hinc *Corellianus*, adj., ut *Corelliana castanea*, ap. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 23. 25. (94).

CŌRĒSUS, i, m. 2. ¶ 1. Oppidum insulæ Ceæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (62). et *Prob. Virg. georg.* 1. 14. Cf. *Strab.* 10. 5. 6., numm. et inscr. apud *Boeckh, n.* 2360. ¶ 2. Nom. vir. *Martial.* 6. 39. 21. et *Corp.* 4. 4997.

CORFĪDIUS, ii, m. 2. eques Romanus, de quo *Cic. Lig.* 11. 33. et 13. *Att.* 44. — *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (176. *sq.*). Romæ quoque Corfidium, materteræ suæ (*i. e.* Varronis) maritum, funere locato revixisse et locatorem funeris ab eo elatum -: e duobus fratribus equestris ordinis Corfidiis majori accidisse ut videretur exspirasse etc. Cf. *Gran. Licin. p.* 7. 4. — In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 9821. — *Corfidia*, nom. mul. *Corp.* 9. 102 (*Brundisii*). Cf. *Corfonius, Corfulenus*, ap. *Schulze, Eigenn. p.* 156.

CORFĪNIUM, ii, n. 2. (Κορφίνιον *Ptol.*) Secundam producunt *Lucan.* 4. 697. Corfini captus in arce. *et* 2. 478. et *Sil. It.* 8. 520. Marrucina (*errore*) - pubes Corfini populos magnumque Teate trahebat.

Corfinium, oppidum Pælignorum in via Claudia Valeria, tribu *Sergia*, colonia primum, dein municipium florentissimum (*I. N.* ap. *Momms. n.* 5350-5432) sub imperio Rom., antea nomine Italicæ caput Italorum (*Vellej.* 2. 16. 4., coll. *Strab.* 5. 238. et 241), Romæ rebellantium ob recusatam sibi libertatem ac jus civitatis et, civili bello orto a. 90. a. Chr., obsessum captumque a Cæsare a. 49., hod. *Pentima*. Memoratur *Cæs.* 1. *B. C.* 15., *Cic.* 8. *Att.* 3. et *alib.*, *Liv. epit.* 109., coll. *Dion.* 41. 10. *sq.*, *Corp.* 9. *p.* 297. et 586. *Lucan.* 2. 478. At te Corfini validis circumdata muris Tecta tenent, pugnax Domiti (*i. e.* L. Domitius Ahenobarbus, Pompejanus). — Hinc *Corfinius*, adj. *Lib. col. I. p.* 228. 18. ager Corfinius lege Sempronia est assignatus: iter populo debetur ped. LXXX. — *Corfinius (a)*, nom. gent. (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 156. *adn.* 2. *p.* 526). *Corp.* 9. 6326 (*Corfinii*). Cf. 3219. — *Corfiniensis*, adj. *Cic.* 9. *Att.* 13. Lentulus - διατροπὴν Corfiniensem reformidat. *et ibid.* 16. Cæsaris clementiam Corfiniensem illam. — Incolæ. *Cæs.* 1. *B. C.* 21., *Corp.* 9. 3160. ORDO POPVLVSQVE CORFINIENSIVM. — De eo V. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 1209. et *Nissen, Ital. Landesk. I.* 340. et *II.* 447. *sq.*

CŌRĬALLUM, i, n. 2. oppidum Galliæ Celticæ, dein Lugdunensis, hod. *Cherburg*, in *Tab. Peut.* 2.

CŌRIDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 8. 2567. — *Coridia*, nom. mul. 6. 16096. — Cf. *Coricius, Corienus, Coriarius, Corifanius, Coriatus, Corius*; etiam *Coretius, Coredius* in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 78., 156. et 355.

CŌRINENSIS. *V.* voc. seq.

CŌRINĪUM, ii, n. 2. (Κορίνιον) oppidum Dalmatiæ, tribu *Sergia*, hod. *Karin*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (140)., *Corp.* 3. 14428 (*in Mœsia inf.*). — *Rav. p.* 228. Coriton. — Hinc *Corinenses*, incolæ. *Corp.* 3. 2863., 9978 (a. 14).

CŌRINNA, æ, f. 1. (Κόριννα: demin. a κόρη, *puella*: cf. φίλιννα a φίλη, *amica*) nom. mul. Gr. Memoratur ¶ 1. In litteris — 1.º) *Corinna*, poetria Bœotica insignis, Thebis vel potius Tanagræ nata, Pindari æmula, fort. etiam magistra, saltem in legibus mythorum (θεμείλια δ' ὅπασε μύθων), quem in certamine quinquiens vicisse traditur, quod magis tribuendum videtur incredibili poetriæ pulcritudini et dialecto Bœoticæ, quam adhibuit, quum Pindarus Dorica, suis auditoribus non satis cognita, usus fuisset. De ea *Propert.* 2. 3. 21. Et sua cum antiquæ committit scripta Corinnæ Cynthia. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 158. Tu pandere doctus Carmina Battiadæ - tenuisque arcana Corinnæ. — Ejus opera (libr. V)., haud satis nota, ex paucis tamen fragmentis (ca. XX), quæ supersunt, et antiquorum testimoniis (*Paus.* 9. 20. 1. et 22. 3., *Plut. mus.* 14., *Lucian. dial.* 8) mythicis narrationibus patriis inhæsisse arguimus. Cf. *Bergk, Corinna*, et *Poet. lyr. gr. III.*; *Setti, L. Gr.* 1895. ed. alt. 72. et *Croiset, H. L. Gr. II.* 369. *sq.* 1898. — In Tanagræo gymnasio picta imago eam repræsentabat victricem cingentemque sibi caput tæniis vittisve (*Paus.* 9. 22. 3). — 2.º) Corinna, amica Ovidii (*Cf. Schanz, Röm. Litt. II.* 273). *Ovid.* 3. *Ars* 538. Multi, quæ sit nostra Corinna, rogant. *et* 4. *Trist.* 10. 60. Moverat ingenium totam cantata per urbem Nomine non vero dicta Corinna mihi. *Martial.* 5. 10. 10. Rara coronato plausere theatra Menandro, Norat Nasonem sola Corinna suum. *et* 8. 73. 10. Non me Pæligni nec spernat Mantua vatem, Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit. *Sidon.* 2. *ep.* 10. 6. Sæpe versum Corinna cum suo Nasone complevit, Lesbia cum Catullo etc. *Id. carm.* 23. 161. Nasonem quondam Cæsarem nimis puellæ (*i. e.* Juliæ) ficto nomine subditum Corinnæ. ¶ 2. In titulis nom. mul. serv. vel lib. *Corp.* 9. 3979 (*in mon. Liviæ*)., 17588. etc.

CŌRINTHĬUS, a, um, adject. et alia deriv. *V.* voc. seq.

CŌRINTHUS, i, 2. (Κόρινθος) nom. geogr. et pers. — *a)* De orthogr.: *Corintus*, sine aspiratione, in *Inscr. Mummii* (*Carm. epigr.* 3. et *Corp.* 9. 4569 [*Nursiæ*]) etc. — In codd. trad. etiam *Chorintus, Chorinthus*. — *b)* Declin.: nomin. *Corinthus* in *Rhet. Her.* 4. 53. 66., *Cic.* 4. *Fam.* 5., *Horat.* 2. *Ep.* 1. 193., *al.* — *Corinthos*, Gr. pos., ap. *Liv. epit.* 52., *Pomp. Trog. prol.* 34., *Senec. Thy.* 629. et *Med.* 35., *Mel.* 2. 48., *al.* — Acc. *Corinthum* et *Corinthon*, passim. — *c)* De genere: m. in *Inscr. Mummii* (*Carm. epigr.* 3., *Orell. Inscr.* 563) Corintho deleto etc.; sed f. in ead. *Inscr. Mummii* (*Corp. I. n.* 630) Corintho capta. Sic *Rhet. Her.* 453. 66., *Virg.* 6. *Æn.* 836., *Vellej.* 1. 3. 3., *Martial.* 10. 68. 11., *Juvenal.* 8. 113., *Flor.* 2. 16. 1. *Anth.* 440. 5. mari gemino semper pulsata Corinthos. — Item græce ὁ et ἡ Κόρινθος. — *d)* De origine vocabuli nihil certi, nisi quod tradit *Paus.* 2. 3. 10., coll. 2. 1. 1., eam ita dici ab ejus conditore Corintho, Marathonis filio vel Jovis, ut alii fabulantur (unde prov. ὁ Διὸς Κόρινθος = *la solita cantafavola*), quum antea *Ephyre* fuerit appellata, teste *Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 464., *Hygin. fab.* 275. et *Gell.* 14. 6. 4.; quare unde sit vel quid sibi velit nom. *Corinthus*, aliis inquirendum relinquimus. Cf. *Hieronym. nom. hebr. p.* 68. « Corinthum conversationem eorum, quam significantius Græci πολιτείαν vocant, hoc est administrationem rei publicæ » (*Isid.* 15. *Orig.* 1. 45. « Corinthum in Achaia condidit Corinthus Orestis filius: hanc Græci *Corintheam* vocant, hoc est administrationem reipublicæ »). *Id. ibid. p.* 75. « Corinthum cives vel decuriones eorum ». — *e)* Notatur in nummis: *Cor., Cori., Corint.*

I.) Corinthus, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Peloponnesi, postea colonia (*Laus Julia*) et plurium coloniarum metropolis, ad Isthmum, inter duo maria, *Ægæum* et Ionium, quod utrumque a summa arce (*Acrocorinthus*) prospeciat, instructum duplici portu, *Cenchreæ* nempe ad negotiationes Asianas, et *Lechæo* ad Italicas (*Strab.* 8. 582), hodie gr. *Palæa-Korinthos*, it. *Corinto*, turc. *Germen* v. *Gereme*. Memoratur — *a)* Proprie. *Flor.* 2. 16. 1. Corinthos - Achaiæ caput, Græciæ decus, inter duo maria, Ionium et Ægæum, quasi spectaculo exposita. *Schol. Stat. Theb.* 2. 380. Portus Corinthus ex utraque parte duos habet, Sisypheum et Lechæum. *Enn. scæn.* 259. Quæ Corinthum arcem altam habetis, matronæ opulentæ optumates. *Rhet. Her.* 4. 53. 66. Dolis malitiosa Carthago, viribus probata Numantia, disciplinis erudita Corinthus. *Liv.* 32. 37. Græciæ compes. *Cic.* 1. *Verr.* 21. 55. Urbem pulcherrimam atque ornatissimam, Corinthum, plenissimam rerum omnium. *Id. Manil.* 5. 11. Corinthum patres vestri totius Græciæ lumen exstinctum esse voluerunt. *Id.* 2. *leg. agr.* 32. 87. posita in angustiis atque in faucibus Græciæ sic ut terra claustra locorum teneret et duo maria maxime navigationi diversa pæne conjungeret. *Id.* 3. *Tusc.* 12. 27. Dionysius - Syracusis expulsus Corinthi pueros docebat (Cf. 9. *Fam.* 18., *Val. Max.* 6. 9. *ext.* 6., *Justin.* 21. 5. 2., *al.*). Inde proverb.: *Cic.* 9. *Att.* 9. Nosti illud: Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. *Quintil.* 8. 6. 12. « Dionysium Corinthi esse », quo Græci omnes utuntur (Cf. *Otto, Sprichw. p.* 118. *n.* 559) ad significandam fortunæ mutationem. — Epitheta: alta *Avien. carm. ad Fluv.* 8. et *Auson.* 387. 3.; bimaris *Horat.* 1. *Od.* 7. 2.; clara *Manil.* 4. 611.; nobilis *Ovid.* 6. *Met.* 416.; erudita *Cic.* 4. *rep.* 25; mitis *Stat.* 1. *Theb.* 334.; prædives *Liv. epit.* 52.; uncta (*sc.* unguentis perfusa seu voluptatibus dedita) *Juvenal.* 8. 113. — *b)* Metonymice, pro vasis Corinthiacis aut oppidi imaginibus. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 193. captivum portatur ebur, captiva Corinthus. — Insignis fuit copia fontium, inter quos Pirene sacer musis (*Ovid.* 3. *Trist.* 8. 40), pulcritudine monumentorum, uti fuerunt theatrum (*Vitr.* 5. 5. 8), amphitheatrum (*Jun. descr. orb.* 20), templa, simulacra, vasa, æs, balinea, gymnasium (*Paus.* 2. 2. *sq.*), commercii amplitudine, utpote quæ « velut officina omnium artificum atque artificiorum et emporium commune Asiæ atque Europæ per multa retro sæcula fuit » (*Oros.* 5. *Hist.* 3); hinc etiam voluptatibus et meretricum frequentia, e quibus famosissima Lais; unde ortum proverb. apud *Horat.* « Non cuivis homini contingit adire Corinthum » et apud Græcos, ut ait *Sotion*, illud frequens adagium: « οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς », quod frustra iret Corinthum ad Laidem, qui non quiret dare quod posceretur: *Gell.* 1. 8. 4., coll. *Strab.* 8. 378. et *Schol. Horat.* ad *l. c.* et unde etiam verbum κορινθιάζειν, *vivere more Corinthi*, ubi nefandis cæremoniis colebatur Aphrodites Erycinæ a sacerdotibus meretriciis, quæ aliquando abominabili pompa incedebant, ut in celebri tabula repræsentatur (*Le Camus, op. cit.*). Hic autem cultus inde ab oppidi initiis deæ voluptatis est adhibitus, cui præsertim in acropoli templum fuerat dedicatum (nam et Juno et Mater deorum et Necessitas et Vis et Sol et Serapis et Isis hic colebantur), nec unquam desiit. — Porro Corinthus antiqua, quam alii, ut dictum est, a Corintho, Marathonis filio (*Paus.* 2. 3. 10., coll. 2. 1. 1), alii vero ab Alete, sexto ab Hercule, Hippotis filio (*Vellej.* 1. 3. 3), alii denique a Sisypho, Æoli filio (*Apollod.* 1. 9. 3), sed fabulosis narrationibus innixi, tradunt oriri, condita videtur a. 1103. vel 1091 (al. 1098. a. Chr., at *Eus. chron.* a. Abr. 495., i. e. a. Chr. 1521), et regibus subjecta, quorum series certior incipit a descensu Dorium, duce Alete Heraclide, unde Heraclidarum principatus orsus est. Hos autem excepere annui prytanes seu Bacchiadæ usque ad a. 659. v. 657., quo Cypselus tyrannus, Periander et Gorgias sunt dominati, dum a. 588. restituta est respublica usque ad imperium Macedonum, quorum jugum excussit Aratus a. 243 (Cf. *Justin.* 9. 5. 1. et 11. 2. 5., *Pompon. Trog. prol.* 26., *Nep. Dion.* 4. et 5. et *Iphicr.* 2. et *alib.*, *Liv.* 32. 23., 33. 34. et 34. 50). Sed ex eo quod Critolaus, Achæorum prætor, quorum fœderi Corinthus se junxerat, Romanorum legatos expulit, funditus eversa est et incensa a L. Mummio, a. 146. a. Chr., eodem nempe anno, quo Carthago concidit, teste *Vellej.* 1. 13. Adde *Horat.* 2. *Ep.* 1. 193., *Virg.* 6. *Æn.* 837., *Flor.* 2. 16., 2. 18. et *alib.*, *Eutr.* 4. 14.. coll. *Inscr.* supra *cit.* At eod. pariter anno, quo Carthago, sc. 44., coloniam habuit, a Cæsare deductam, quæ *Laus Julia* est appellata (*Inscr. numm. Cohen II.* 89. *n.* 675), dein dicta colonia *Julia Flavia Augusta* ab Augusto, qui ambo Corinthum restaurarunt, ab Hadriano postea ædificiorum magnificentia excultam, sed sæc. post Chr. III. ab Herulis et IV. a Visigothis vastatam. Nunc, tantæ magnitudinis vestigia, pauca rudera supersunt amphitheatri et nonnullæ prisci templi prope acropolim columnæ, aliaque in diem effodiuntur (V. *Head, Catal. of Greek Coins, Corinth*, Lond. 1889. et *Le Camus, Voyag.* etc. Paris 1896. Cf. etiam *Leake, Travels in the Mor. III. p.* 229-284. et *Peloponnes. p.* 392-395. et *Curtius, Pelopon. II. p.* 516-537). ¶ 2. Item oppidum Tusciæ, de quo *V.* CORYTHUS.

II.) Corinthus, nom. pers., sc. — *a)* Heros ἐπώνυμος, de quo *Isid.* 15. *Orig.* 1. 45. Corinthum in Achaia condidit Corinthus, Orestis filius: hanc Græci Corintheam vocant etc. — *b)* Nom. vir. *Corp.* 9. 4559 (*Nursiæ*) Corenthus. Adde *Heges.* 1. 44., *Juvenal.* 8. 197. et *Petron.* 50. — *Auson.* 198. 1. Corinthus, grammaticus Græcus (*Burdigalensis*). — Etiam adj. in *Tab. Peut.* 7. Sinus Corinthus. — *Corintha*, nom. mul. *Corp.* 9. 403 (*Canusii*), nisi legend. *Corinthia*. — Hinc *Corinthius* (Κορίνθιος), adj. — *a)* Generatim. *Ter. Heaut.* 600. Anus Corinthia. *Cic.* 1. *leg. agr.* 2. 5. agrum optimum et fructuosissimum. *Liv.* 2. 20. bellum. *Virg. cat.* 2. 1. verba (*i. e.* antiqua, obsoleta). *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 25. (76). naporum genus. *Id.* 37. *ibid.* 7. 26. (97). carbunculi. *Tertull.* 1. *Nat.* 9. mare. *Solin.* 5. tibiæ. *Senec. Thy.* 124. Isthmus. *Martial.* 14. 177. Hercules. *et ibid.* 172. in *lemm.* Sauroctonos. — *b)* Speciatim et in primis — α) De ære et artificiis. *Cic. Rosc.* 5. 133. vasa. *et* 2. *Verr.* 34. 83. supellectilem ex ære elegantiorem. *et* 4. *ibid.* 44. 97. loricæ - cælatæ opere. Rursum *Plin.* 34. *Hist. nat.* 3. 6. (12). candelabra - quoniam Mummii victoria Corinthum quidem diruit, sed e compluribus Achaiæ oppidis simul æra dispersit. *Flor.* 2. 16. 76 (*Plin.* 34. *Hist. nat.* 2. 3. [6]). Quantas opes et abstulerit et cremaverit Mummius hinc scias, quod quidquid Corinthii æris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus; nam et æris notam pretiosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria, quia incendio permixtis plurimis statuis atque simulacris æris, auri argentique venæ in commune fluxerunt. — Inde subst. n. *Corinthium* et plur. *Corinthia* (sc. metallum, vas, signum). *Plin.* 34. *Hist. nat.* 1. 1. (1). Æris, cui et in usu proximum est pretium, immo vero ante argentum ac pæne etiam ante aurum Corinthio. *et* 37. *ibid.* 3. 12. (49). In Corinthiis æs placet argento auroque mixtum. *Corp.* 10. 692 (*Surrenti*) Anthus Augusti servus a Corinthiis. — De ære Corinthio seu metallo ex ære, auro et argento conflato (*metallo o bronzo di Corinto*) V. *Mau, PW.* 4. 1233. *sq.* — β) De genere architecturæ. *Vitr.* 1. 2. 5. Veneri, Floræ, Proserpinæ Fontiumque Nymphis Corinthio genere

constitutæ ædes aptas videbuntur habere proprietates, quod his diis propter teneritatem graciliora et florida foliisque et volutis ornata opera facta augere videbuntur justum decorem. et ibid. et ab severo more Doricorum et ab teneritate Corinthiorum (sc. ædificiorum) temperabitur earum institutio proprietatis (sc. genere Ionico). et 6. 3. 1. Cava ædium quinque generibus sunt distincta - Tuscanicum, Corinthium, tetrastylon, displuviatum, testudinatum (Cf. Marquardt-Mau, Privatleb. p. 217. et 238). — Subst. n. Corinthium est etiam — a) Territorium: Serv. auct. Æn. 3. 84. — b) Genus vini seu liquaminis. Corp. 4. 2584. — c) Et æris. V. supra. — Incolæ Corinthii (Κορίνθιοι). — Corenthii in Frgm. Mur. 50. — Rhet. Her. 4. 27. 37. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatæ sunt, nihil Carthaginiensibus scientia rei militaris adjumento fuit, nihil Corinthiis erudita calliditas præsidii tulit. Liv. 32. 17. Cenchreas Corinthiorum emporium. Cic. Mur. 14. 31. Triumphus - de Corinthiis L. Mummii. Rav. p. 401. Civitatis Corinthion (genet. pro Corinthiorum). — Id. 3. Tusc. 22. 53 (2. rep. 34). Demaratum Corinthium, patrem Tarquinii Prisci. — De gravissimis duabus Pauli epistolis ad Corinthios sæpius apud auctores ecclesiasticos fit mentio, ut Tertull. scorp. 13. et bapt. 14. et pud. 13., Hieronym. in Tit. 1. 12., Greg. M. in Ezech. 1. 7. 3., Augustin. ep. 49. et 20. Civ. D. 20., Oros. apol. 17. 1. et sæpe., Opt. 2. 14., Ambrosiast. in I. Cor. prol., Pallad. hist. mon. I. 18., Rufin. hist. 1. 12. 1. etc. V. PAULUS. — De Clementis epist. ad Corinthios Iren. 3. 3. 3. « scripsit quæ est Romæ ecclesia potentissimas litteras Corinthiis ». Adde Hieronym. vir. ill. 15., Rufin. hist. 2. 25. 8. V. CLEMENS. — Inde Corinthius (a) cogn. — a) Vir.: Corp. 6. 13853.; 3. 2947.; 2. 2289 (in Bætica). — b) Mul.: Corp. 6. 16097., 16184.; 14. 2369. etc. — Corinthianus, cogn. vir. et mul. Corp. 6. 5951., 23252. — Corinthinus (a), nom. vir. et mul. Leblant, inscr. de pierres gravées n. 9. et Corp. 8. 24006. — Adj. Corinthiensis ap. Plaut. Aul. 559. fons. Tac. 5. Ann. 10. litus. — Incolæ. Apul. 10. Met. 35. Quod oppidum (i. e. Cenchreæ) audit quidem nobilissimæ coloniæ Corinthiensium. — Corinthiarius, qui Corinthiam supellectilem colligit (Cf. Ruggiero, Diz. epigr. II. 1210). Sueton. Aug. 70., Corp. 6. 4455 (in mon. Marcellæ). — Adj. Corintheus (Κορίνθειος). Petron. 50., Isid. 16. Orig. 5. 14., Corp. 6. 8686. — Subst. n. plur. Corinthēa, sc. vasa, signa. Petron. 50. quater. — Adj. Corinthicus (Κορινθικός). Fulg. æt. mund. p. 119. Quid referam Corinthicæ majestates victoriæ, quid Cimbricas mortes, Teutonicas rabies? Adj. Corinthiacus (Κορινθιακός). Liv. 38. 31. sinus. Ovid. 15. Met. 507. pontus. Pomp. Trog. prol. 6. bellum. — Compos. — a) Acrocorinthus (ὁ Ἀκροκόρινθος [ἡ Ἀ. Steph. Byz.]), arx Corinthi. Liv. 34. 49. Acrocorinthum vacuam (vacuum codd.; corr. ed. Par. 1510). Plin. 4. Hist. nat. 4. 5. (11). E summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthos, in qua fons Pirene. Stat. 7. Theb. 106. summas caput Acrocorinthus in auras Tollit et alterna geminum mare protegit umbra. V. etiam ACROCORINTHOS. — Cogn. quoque vir. Corp. 6. 26687. — b) Argyrocorinthus. V. voc. in Lexic.

Homonym. Diff. gramm. VII. 519. 15. Corinthium civem dicemus, Corinthiacum vas (Cf. Beda gramm. VII. 267). Id tamen non ubique servatur. Cf. Cic. S. Rosc. 46. 133., Sueton. Aug. 70., al. — Item Paul. Fest. p. 60. Corinthienses ex eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui ante Corinthii sunt dicti; quam consuetudinem servamus etiam, cum Romanenses - negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur.

CŌRĬŎLĀNUS. V. voc. seq.

CŎRĬŎLI, ōrum, m. plur. 2. (Κοριόλα Dionys., Κοριόλλα Steph. Byz.) oppidum Volscorum, fort. hodie Monte Giove (V. Nibby, Dintorn. di Roma I. 512-514), a. 493. a. Chr. captum a Cn. Marcio, patriciæ gentis adulescente, Anci regis clara progenie (Liv. 2. 33. et Val. Max. 4. 3. 4), una cum Longula et Polusca, unde cognomen Coriolanus ei est inditum (Liv. ibid., Auct. de vir. ill. 19. 1., Jorn. Rom. 125., Eutr. 1. 14), qui aliquando absolute Coriolanus dictus est. Senec. 5. Benef. 16. — Dein oppidi hujus memoria ita evanuit, ut Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (69). inter ea enumeret, quæ « interiere sine vestigiis ». — Hinc Coriolanus — a) Adj. Liv. 3. 71. et Plin. 15. Hist. nat. 15. 16. (55). — b) Substantivorum more Coriolani, incolæ (Κοριολανοί). Liv. 3. 71. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (69). — In primis cogn. Cn. Marcii (V. supra), de quo veteres tria tradiderunt, fabulis commixta, sc. Romanorum expeditionem in Volscos, qui, duce Cn. Marcio, Coriolos aliaque loca occuparunt; Coriolani exsilium, quippe qui et tribuniciam potestatem, senatu assentiente, abrogare statuisset atque obstitisset, quominus frumentum plebi, fame afflictæ, distribueretur, ejusque fugam ad Attium Tullium, principem Volscorum; denique bellum patriæ ulciscendæ causa, ab eodem Romanis inlatum, qui, vastato agro, in eo erat ut urbem potiretur (Gell. 17. 21. 11), nisi mulierum, præsertim matris uxorisque, precibus cessisset (Val. Max. 1. 8. 4), ob id a Volscis, spe dejectis iratisque, occisus; quamvis alii in exsilio consenuisse vel sibi mortem intulisse velint (Liv. 2. 40. et Cic. Brut. 10. 42. et Læl. 12. 42). — De hac narratione V. Momms., Röm. Forschungen II. 113. sqq., coll. Plut. Cor. 23. et Dionys. 8. 62., ubi de insigni carmine mentionem facit, quo Volscorum Romanorumque gesta pulcherrime canebantur (V. De Sanctis, St. d. Rom. II. 109. sq.). — Coriolana, cogn. mul. Corp. 6. 12886.

CŎRĬOSOLĪTES, um, m. plur. 3. (Acc. Coriosolitas ap. Cæs. loc. cit. et etiam Coriosolites et Coriosolitos: cf. Lex. Meuselii; Holder, Altc. Spr. I. 1126. et Hirschfeld, Corp. 13. p. 490) populus Galliæ Lugdunensis: cf. hodiern. Corseul. Memorantur Cæs. 2. B. G. 34. Miserat ad Venetos, Unellos, Osismos, Coriosolitas - quæ sunt maritimæ civitates Oceanumque attingunt. Adde eund. 3. ibid. 7. et 7. 75. et Plin. 4. Hist. nat. 18. 32. (107)., ubi alii aliter leg.

CORIPPUS, i, m. 2. poeta Africanus sæc. VI., dictus Fl. Cresconius Gorippus in cod. Bud. et Corippus Africanus grammaticus in cod. Matrit. Quos præcipue scripsit, sunt libri sex et amplius, inscripti: Johannis seu de bellis Libycis et quattuor de laudibus Justini Augusti junioris, ubi non tam materia, quæ nimio laudandi seu adulandi studio laborat, sed forma probanda, qua Virgilii elegantiam et Claudiani stilum auctor imitari feliciter contendit. V. Indic. auctt. Lexico præmissum (Cf. Skutsch, PW. 4. 1236-1246).

CŎRISCUS, i, m. 2. (Κορίσκος, demin. a κόρος, puer) nom. vir., ut Coriscus Socraticus apud Boeth. anal. post. 1. 20. — Cogn. vir. in titulis. Corp. 6. 14014.; 5. 2714 (Patavii) etc. — Cf. Corius, Coristus, Coristius, Curisius, Coresnius, Coricius, Coridius, Corifanius, in Corp. et ap. Schulze Eigenn. p. 78., 156. et 428.

CORMĀLOS, i, m. 2. fluvius Æolidis. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122).

CORMASA, ōrum, n. plur. 2. (Κόρμασα) oppidum Pisidiæ (Ptol. Κόρβασα: et Polyb. Κύρμασα). Liv. 38. 15. et Rav. p. 106. - Tab. Peut. 10. Cormassa.

CORNABĬI (Cornavii), ōrum, m. plur. 2. populus Caledoniæ, in comitatu hod. Caithness, in Not. Dign. occ. 40 (Ptol. 2. 3. 11. et 12).

CORNACENSES. V. voc. seq.

CORNACUM, i, n. 2. (Κόρνακον Ptol.) statio Pannoniæ inf. ad oram dext. Danubii in via Acuminci Teutiburgium, hod. Sotin prope Vukovar. Memoratur in Itin. Ant. p. 243. et Not. Dign. occ. 32. — Hinc Cornacenses (Corniacenses), sc. milites vel pedites, in Not. Dign. occ. 5. — Cf. Cornacates, gens Pannoniæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 25. 28. (148). V. Holder, Altc. Sprachsch. ad v.

CORNĒ, es, f. 1. ¶ 1. Est nom. collis Tusculani. Plin. 16. Hist. nat. 44. 91. (242)., ubi erat lucus antiqua religione Dianæ sacratus a Latio. ¶ 2. Item oppidum Cappadociæ (Κόρνη Ptol. 5. 6. 24). Tab. Peut. 11. — Rav. p. 95. Corte.

CORNĒLĬĀNUS et

CORNĒLĬENSIS et

CORNĒLĬUM. V. voc. seq.

CORNĒLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. — a) Orthogr.: græce scribitur Κορνήλιος passim apud auctores et in titulis; sed Inscr. Gr. Rom. Cagnat I. 516 (Pompeis) habet Κορνελίου. et Gloss. jurispr. cod. Paris. gr. 1357. Κορνίλιος; latine Cornelius, Cornilius, Cornielius, Cornelus etc. in Corp. passim. — b) Form.: in recto Cornelio in Elog. Scip. Corp. I.² 6., 8. et Cornelius inde ab Elog. Scip. Carm. epigr. 7 (= Corp. I.² 7). — Genet. Corneli, unico i, passim inde a Lucil. 368 (621)., Martial. 8. 4., Corp. 6. 1564. et 7202., sed Cornelii, duplici i, in Corp. 12. 3214.; 14. 3753. — Voc. Corneli in Elog. Scip. Carm. epigr. 8 (= Corp. I.² 10)., Corp. 4. 2312., Cic. Sull. 52., Catull. 1. 3. 102. 4., Liv. 6. 6., al. (Gr. Κορνήλια ap. Parthen. Erot. prooem.) — Plur. Cornelii in Corp. 2. 2196. et passim apud scriptores. — c) Prosod.: secunda a poetis, inde ab Enn. ann. 303. producitur: cf. titulos Græcos et Corp. 8. 14137. Cornælius. — d) Etymon obscurum et incertum est. Sunt qui a Corne, colle Tusculano (Mowat), vel probabilius a cornu (Münzer). Ex lingua Hebr., uti solet, interpretatur Hieronym. nom. hebr. p. 68. « Cornelius intelligens circumcisionem ».

Cornelius, nom. gentis Romanæ patriciæ itemque plebejæ, de qua hæc generatim prænotamus: sc. — 1.º) Jam sæculo ab urbe condita tertio eam fuisse fascibus nobilitatam cumque aliis clarissimis gentibus affinitate vel adoptione conjunctam variisque cognominibus insignitam; — 2.º) Paullatim deinde ita excrevisse, ut « jam etiam collegium constitutum » fuerit, teste Cic. or. frg. A VII. 44 (Cf. Appian. B. C. 1. 100. 469. μυρίων πλείους - Κορνηλίους. et 1. 104. 489. οἱ κατὰ τὸ ἄστυ μύριοι Κορνήλιοι); — 3.º) Peculiare id sibi habuisse, quod humatione, antiquissimo sepulturæ genere, usa fuerit, teste ipso Ennio ap. Cic. 2. legg. 22. 56., ita ut « reddatur terræ corpus et - quasi operimento matris obducatur » (Id. ibid.); — 4.º) Tum denique in multas divisam esse familias, ex quibus singulis viri excelluerunt, in cunctis pacis bellique artibus quam qui maxime insignes. — Ex his autem præcipuas, ordine alphabetico dispositas, nonnihil, hic et alibi, illustrandas aggredimur, sc. Arvinarum, Balborum, Blasionum, Cethegorum, Cinnarum, Cossorum, Dolabellarum, Frontonum, Lentulorum, Maluginensium, Scipionum, Sullarum, ex quibus viri seliguntur nonnulli notabiliores, aliis deinceps additis peculiari mentione dignis. — Memorantur igitur ¶ 1. Apud scriptores:

A) Cornelii Arvinæ: — 1.º) A. Cornelius Arvina, dictator a. 322. a. Chr., quem Liv. 8. 38. et 39. prospere contra Samnites dimicasse eorumque vires omnino fregisse tradit; quamquam mox subdit, ambigi, utrum dictatura functu sit belli gerendi, an ludorum moderandorum causa (ibid. 40), quum eo anno consules L. Fulvium Curvum et Q. Fabium Maximum triumphasse referant Fast. triumph. Capit. — 2.º) P. Cornelius Arvina, præcedentis filius, cos. a. 306. a. Chr. cum Q. Marcio Tremulo, Cornelius tantum dictus Cassiod. chron. II. p. 127. 289. et Diod. 20. 73. et Arvina simpliciter Chronogr. a. 354., qui procul dubio Samnites victos pacem petere coegit (Liv. 9. 42. et 43), quique censor creatus cum C. Marcio Rutilo lustrum XIX. condidit = a. 461. U. C. (Id. 10. 47) contra Fastos, qui XXX. numerant; hujus autem discrepantiæ rationem reddit cl. Borghesi, Œuvr. IV. p. 77. ita ut horum sententia Livianæ præferenda sit.

B) Cornelii Balbi ex Hispania oriundi: — 1.º) L. Cornelius Balbus, major (patruus), patria Gaditanus (Solin. 20), unde joco Tartessius vocatur Cic. 7. Att. 3., memoratus vel sine cogn. (Id. Balb. 1. et alib.) vel sine præn. (Gell. 17. 9. 1) vel nom. tantum gent. (Cæs. Cic. 9. Att. 7) vel cogn. simpliciter (Cic. 7. ibid. 3). — Ob præclara ejus gesta in bello Sertoriano a Pompejo civitate Romana donatus (Capitolin. Max. et Balb. 7), una cum nepote ex fratre, de qua quum aliquando contentio orta esset, defensorem nactus est Ciceronem, cujus oratio exstat, habita a. 56. a. Chr.; adoptatus dein a Theophane Mytilenæo, plenius dictus Cornelius Balbus Theophanes a Capitolin. loc. cit.; per hanc vero adoptationem « Cornelius

nihil est præterquam propinquorum suorum hereditates adsecutus » (Cic. Balb. 25. 57). — Familiarissimus fuit etiam Cæsaris, a quo beneficiis cumulatus fuerat, ita ut in bello civili huic faverit; quamquam pacem studuit cum Cæsare et Pompejo componere (Vellej. 2. 51). — Cæsare demortuo, Augusti partes secutus, consulatum obtinuit una cum P. Canidio Crasso a. 40. a. Chr. (Inscr. apud Momms. n. 3602). — Amicos habuit præter laudatos, in primis Ciceronem, Oppium, Varronem, Atticum, Hirtium, qui librum octavum de bello Gallico ei dicavit. — Scripsit et ipse non solum epistolas ad Atticum, ad Cæsarem et ad Ciceronem (Cic. 9. Att. 7.; 11. ibid. 9. et 13. ibid. 50. et alib.), sed etiam historiam, id est ephemeridem, ubi Cæsaris gesta enarravit (Capitolin. Max. et Balb. 4., coll. Sidon. 9. ep. 14). — Alia plura de eo colligas apud Ciceronem ex epistolis ad Atticum et oratione pro Balbo. Cf. etiam Hoche, de L. Cornelio Balbo I. Halle 1882.; Jullien, De L. Cornelio Balbo maj. Paris 1886. deque ejus scriptis Hellmuth, Progr. Würzb. 1888. — 2.º) L. Cornelius Balbus minor, præcedentis nepos, aliquando dictus Cornelius Balbus tantum (Sueton. Aug. 29., Solin. 29. etc.) v. L. Cornelius (Corp. 1. p. 471), aliquando vero simpliciter Balbus (Cic. 8. Att. 9., Auson. 300. 40). — Plur. Tac. 3. Ann. 72. — Fuit quæstor in Hispania, teste Pollione apud Cic. 10. Fam. 32., a. 43. a. Chr.; tum propræt. a. 41 (Eckhel, 5. p. 180., Babelon I. 429. sq. et Cohen I.² 121); dein cos. suffectus a. 32., Phazanios (hod. Fezzan) et Garamantas mira fortitudine ac dexteritate vicit deque iis omnium externorum primus curru ex Quiritium jure triumphavit (Plin. 5. Hist. nat. 5. 5. [35]. V. integr. loc. et Fast. triumph. Capit. Cf. Vivien de Saint-Martin in Rev. arch. a. 1862. VI. p. 303-312. et Gardthausen Aug. I. 702). Post hunc autem triumphum Romæ lapideum theatrum, columnis onychinis ornatum, in circo Flaminio (IX. urbis reg.), homo ditissimus, ædificavit ad celebrandum Augusti, cui carissimus fuit, ex Gallia reditum a. 13., unum ex tribus, inter alia duo medium Pompeji et Marcelli, haud procul a Tiberi (Dio 54. 34., Ovid. 3. Art. 395., Tac. 3. Ann. 72., Curios. et Not. urb. p. 14., coll. Nibby, Rom. ant. II. 587. sqq.), cui annexa erat Crypta Balbi ejusd. (Curios. et Not. loc. cit.). — Fuit etiam pontifex, uti patet ex verbis BALBVS PONT. in nummis ap. Eckhel, 1. p. 20., scripsitque libros, ex quibus citat Macrob. 3. Sat. 6. 16. lib. XVII., ἐξηγητικῶν seu Indigitamentorum (V. Teuffel-Schwabe, Litt. Gesch. I. 384. et Schanz I. 462).

C) Cornelii Blasiones, ex familia satis antiqua, his præcipue viris illustri, uti sunt — 1.º) Cn. Cornelius Blasio, tantum Cn. Cornelius ap. Cassiod. chron. II. p. 127. 284. vel Blasio in Fast. cons., cos. a. 270. a. Chr. cum C. Genucio Clepsina triumphum egit de Reginis, non de Sassinatibus, ita enim legitur in Act. triumph. (Corp. 1. p. 457); dein censor a. 265. cum Cn. Marcio Rutilo lustrum condidit XXXV.; tum a. 257. iterum consul cum C. Atilio Regulo (Fast. Capit., dictus Blasio II. ap. Chronogr. et Blæso ap. Hydat. [Βλαίσου Chron. Pasch.] pro Blasione). — 2.º) Cn. Cornelius Blasio, tantum Cn. Blasio in Inscr. numm. Grueber cat. Brit. mus. II. p. 294., procons. a. 199. a. Chr., in Hispaniam citer. plebiscito missus (Liv. 31. 50., coll. Momms. Corp. 1. p. 163. n.), de Celtiberis triumphavit a. 198. et Romam ex senatus consulto ovans a. 196. ingressus est (Liv. 33. 27. et Act. triumph., coll. Henzen in Ann. d. Ist. arch. a. 1861. p. 106-113. et Corp. 1. p. 459); dein a. 194. prætor creatus est ac Siciliam sortitus (Liv. 34. 42). — De quæstione orta ex Liv. 31. 50., coll. 33. 27. vd. Henzen et Momms. Corp. 1. p. 52. et Unger, Philol. Suppl. III. 2. 37. sq.

D) Cornelii Cethegi, familia nobilissima (V. CETHEGUS), maxime florens Romæ a medio sæc. U. C. sexto ac deinceps, a ceteris distincta peculiari amictu et humero exserto, quare cinctuti vocantur Horat. a. p. 50. et Sil. It. 8. 575. et 585., coll. Lucan. 2. 543. et 6. 794. — Ex præcipuis memorantur — 1.º) C. Cornelius Cethegus, tantum C. Cornelius ap. Liv. 31. 50., Cornelius ap. eund. 32. 29. et Cethegus in Fast. cons. (Corp. 1.² p. 142), procons. a. 200. a. Chr. in Hispania, ubi hostium exercitum in agro Sedetano fregit, magna eorum edita cæde captaque ingenti manubiarum copia; quare absens ædilis curulis factus est et Romam scito plebis accitus venit ludosque fecit splendido apparatu; dein a. 197. consul creatus est cum Q. Minucio Rufo et in Gallia simul profectus recta ad Insubres et Cenomanos via, eos adortus ad Mincii ripas insigni clade prostravit, maxima præda potitus, ac triumphum demeruit (Liv. 31. 49.; 32. 7., 27. 29., 30. 33. 22., Liv. epit. 32., Fast. Capit., coll. Polyb. 18. 11. 2. et Zonar. 9. 16.: vd. Nissen, Krit. Untersch. 139., 143); dein a. 194. censor cum Sex. Ælio Pæto lustrum XLVII. condidit curavitque, invita plebe, ut in spectandis ludis patres a plebejis honoris causa essent sejuncti, aliaque in urbis ornamentum perfecit, sibi quoque oratoria laude comparata Liv. epit. 34. — 2.º) M. Cornelius Cethegus, ap. Cassiod. chron. II. p. 129. 354. dictus tantum M. Cornelius vel Cethegus ap. Chronogr. a. 354. et in Chron. Pasch., communiter Cornelius Cethegus, adulescens, pontificatu functus est a. 213. a. Chr.; dein prætor factus a. 211. Apuliam provinciam habuit, quam recte administravit (Liv. 25. 2., 5. 41.; 26-21); censor a. 209. cum P. Sempronio Tuditano, antequam consul; qui ambo a. 204. ad consulatum sunt evecti (Id. 29. 11). Sortitus Etruriam prov., eam in officio continuit (Id. ibid. 13. et 36). Mox proconsul contra Magonem strenue dimicavit, insigni de eo victoria obtenta (Id. 30. 18). — Hunc primum fuisse referunt historici, qui eloquentiæ laudem sibi promeruerit, teste Cic. Brut. 15. 58. et 59., ab Ennio appellatus « flos delibatus populi Suadæque medulla ». Hinc Quintil. 11. 3. 31. « Ennius dicit suaviloquenti ore Cethegum » (Cf. eund. 2. 15. 4. et Gell. 12. 2. 3) et cum Catone conjungit Horat. a. p. 50. — Obiit a. 196 (Liv. 33. 42). — 3.º) P. Cornelius Cethegus, absolute Cethegus ap. Chonogr., Chron. Pasch., Hydat.; perperam dictus a Liv. 40. 18. (nunc vero emend.) P. Cornelius Lentulus et ex eo P. Lentulus a Cassiod. chron. et Val. Max. 2. 5. 1.; sed ab eod. 1. 1. 12. et Plut. in Num. 22. P. Cornelius; a. 187. a. Chr. ædilis curulis creatus cum A. Postumio Albino ludos Romanos fecit (Liv. 39. 7); prætor a. 184. pro civibus peregrinisque, post mortem C. Decimii Flavi, ex senatus jussu, et a. 181. cos. cum M. Bæbio Tamphilo, qui contra Ligures Apuanos missi, quamvis nihil memoratu dignum egissent, tamen senatus decreto primi fuerunt, qui, nullo bello gesto, triumpharunt (Id. 40. 37). — Ad eos pertinet Lex Bæbia de ambitu, V. Schol. Bob. pro Sulla p. 361. Orell.

E) Cornelii Cinnæ (a cinnus, i. e. torti oris: Loewe, Prodr. etc. p. 303), ex quibus commemorantur — 1.º) L. Cornelius Cinna, plerumque Cinna simpliciter dictus a scriptoribus, belli gerundi peritissimus idemque turbulentus et crudelis (Cic. Font. 15. 33. et 1. Phil. 14. 34. et alib.). Simul ac consulatum cum Cn. Octavio obtinuit, Sulla probante, a. 87. a. Chr., bellum civile inchoavit; quum enim Marium, cujus partes sequebatur, aliosque exsules revocare vellet, collega repugnante, ab eo, patrum jussu, consulatu spoliatus et urbe pulsus armatos, etiam ex servis, undecumque coegit, Romam una cum Mario, Carbone et Sertorio invasit, Octavium interemit civitatemque rapinis ac cædibus fœdavit (Liv. epit. 79. et 80., Cic. 2. Phil. 42. 8. ibid. 2. et 13. ibid. 1. 1. et Harusp. 25., coll. Tac. 1. Hist. 51., Flor. 3. 21. 9., Eutr. 5. 4. et 7. et Gran. Licin. frgm. ann. I. 35); idcirco « cruentus » dictus Lucan. 4. 822. — Iterum a. 86. consul cum Mario et, hoc mortuo, cum L. Valerio Flacco, qui in Græciam missus est, ut, Sulla amoto, in ejus locum succederet; dein tertium cons. cum Papirio Carbone (Corp. 1. 717) a. 85. bellum contra Sullam paravit (Liv. epit. 83); denique a. 84., exercitum invitum adversus Sullam ducturus, seditione militum orta, Anconæ occisus est. De Cinna ita Vellej. 2. 20. sq. « Vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur, quam iracundia militum; de quo vere dici potest ausum eum quæ nemo auderet bonus, perfecisse quæ a nullo, nisi fortissimo, perfici possent, et fuisse eum in consultando temerarium, in exsequendo virum ». et Auct. de vir. ill. 69. 1. « Cinna flagitiosissimus rem publicam summa crudelitate vastavit ». — De eo vd. etiam Oros. 5. Hist. 19. et 20., Tac. 1. Ann. 1. et 1. Hist. 51. et 83., Val. Max. 2. 37., 4. 3. 14., Augustin. 2. Civ. D. 22.; 3. 27. et 5. 26. et ex Græcis Dion. frgm. 100. 1-4. et 102., Plut. Sull. 10. et Mar. 43. et 44. — Hinc Cinnanus, adj. Nep. Att. 2. Cinnanus tumultus. Id. ibid. et Vellej. 2. 24. partes. Val. Max. 5. 3. 3. exercitus. Sueton. Cal. 60. tempora. — 2.º) L. Cornelius Cinna, Julii Cæsaris affinis et ab eo beneficiis cumulatus, qui tamen prætor a. 44. a. Chr., audita Cæsaris nece, abjecta veste prætoria quasi a tyranno accepta, totus fuit in sicariis laudandis ac defendendis (App. B. C. 2. 121), ut parum abfuerit, quin a Cæsarianis proscinderetur (Id. ibid., Sueton. Cæs. 85); legatus dein P. Dolabellæ et proc. Syriæ a. 43. — De eo hæc scripsit Cic. (8. Phil. 10. 26): « Ejus spectata multis magnisque rebus singularis integritas minus admirabilem facit hujus honestissimi facti gloriam, qui omnino provinciam neglexit » (Cf. Momms. et Hülsen, Ephem. epigr. VIII. p. 304., 316., 318). — 3.º) Cn. Cornelius Cinna Magnus, natus ex Pompeja, Pompeji Magni filia, unde cognomentum Magnus ei additum est (Κίννας Μάγνος Dio ind. l. 55), perperam L. prænomine laudatus Senec. 1. Clem. 9., qui narrat unus eum in Augustum conjurasse, quod tamen non obstitit, quominus ab eo crearetur consul a. 5. p. Chr. cum L. Valerio Messalla Voleso (Corp. 2. 1343. et Dio 55. 22. 1. 3).

F) Cornelii Cossi, familia antiquissima ac nobilissima (Liv. 4. 19., Senec. 1. Clem. 9. 10. et Juvenal. 8. 21), cognatione vel affinitate cum Corneliis Lentulis conjuncta. Ex ea sunt inter alios memoratu digni — 1.º) A. Cornelius Cossus, dictus Cossus Cornelius a Cassiod. chron. II. 125., tantum Cornelius a Dionys. ant. 12. 5. 2. et Cossus a Virg. 6. Æn. 841., Propert. 4. 10. 23., Ovid. carm. frg. 5., Liv. 4. 19., al. — Consul a. 428. a. Chr. cum T. Quinctio Pœno et trib. milit. consulari potestate a. 426., ob duplex facinus inclaruit. Primum, quod in bello contra Vejentes, occiso ad Fidenas Larte Tolumnio eorum rege, secundus a Romulo, spolia opima retulit Jovi Feretrio (Virg. et Propert. locc. citt., Manil. 1. 7. 93., Val. Max. 3. 2. 4., Ampel. 21., coll. Diod. 12. 75. et 80. et Plut. Romul. 16. et Marcell. 8). De qua re ita Liv. 4. 19. « A. Cornelius Cossus eximia pulcritudine corporis, animo ac viribus par memorque generis, quod, amplissimum acceptum, majus auctiusque reliquit posteris ». et ibid. 20. « Omnes ante me auctores secutus, A. Cornelium Cossum tribunum militum secunda spolia opima Jovis Feretrii templo intulisse exposui. - Quis ea in re sit error, quod tam veteres annales quodque magistratuum libri, quos linteos in æde repositos Monetæ Macer Licinius citat identidem auctores decimo (Drak. nono) post demum anno cum T. Quinctio Pœno (Drak. Penno) A. Cornelium Cossum consulem habeant, existimatio communis omnibus est ». Alterum vero ejus facinus, sub dictatore Mam. Æmilio Mamercino, quem ipse, a populo rogatus, dixerat, ita narrat Flor. 1. 5. 3. « Cossus equitum magister exuere frenos imperavit - et hoc novum - quo acrius incurrerent »: scil. in prœlio contra Fidenates quum res inclinatas vidisset, equos, amotis frenis, concitavit in hostes eorumque aciem audacissime perrupit. Id tamen tribuendum videtur non huic sed alii cognomini (Auct. de vir. ill. 16. 2., Dionys. 6. 2. 3., coll. Liv. 4. 33. et Frontin 2. Strat. 8. 9). — 2.º) A. Cornelius Cossus, a. 385. a. Chr. dictator, contra Volscos bello feliciter gesto, Romam rediit sedandi tumultus causa, quem excitaverat M. Manlius, ob id in vincula conjectus, ac de Volscis triumphavit (Liv. 6. 11. sqq.). Idem putatur ac A. Cornelius Cossus, qui consul fuit a. 413. cum L. Furio Medullino, quod tamen haud facile crediderim. — 3.º) P. Cornelius Cossus, P. Cornelius ap. Diod. 14. 12. et absolute

Cossus ap. *Chronogr.* a. 354., dictator bellum contra Volscos, a Cn. Cornelio Cosso, trib. mil. a. 404. cœptum, continuavit. De eo ita *Liv.* 4. 57. « Uno atque eo facili prœlio cæsi ad Antium hostes: victor exercitus depopulatus Volscum agrum: castellum ad lacum Fucinum vi expugnatum, atque in eo tria milia hominum capta, ceteris Volscis intra mœnia compulsis nec defendentibus agros. Dictator, bello ita gesto, ut tantum non defuisse fortunæ videretur, felicitate quam gloria major in urbem rediit magistratuque se abdicavit ». Trib. vero mil. a. 406. consulari potestate cum aliis duobus collegis, tripartito exercitu, ad devastandos Volscorum fines discessit, teste *eod. ibid.* 58. et 59. — 4.°) A. Cornelius Cossus Arvina, dictus *A. Cornelius* tantum *Cic.* 1. *Divin.* 24. 51., *Liv. epit.* 7. et *Cassiod. chron. II.* 126., *Cossus* in *Chron. Pasch.* et ap. *Chronogr.* a. 354., fort. *Arvina* cognominatus ex affinitate cum hac familia, bis fuit magister equit., bis dictatore T. Manlio Imperioso Torquato, a. 353. et 349. a. Chr., dein cos. cum M. Valerio Corvo III. a. 343., quicum contra Samnites prospere dimicavit deque iis triumphum egit (*Liv.* 7. 19., 28. et 32-36. et 38. et *Fast. triumph.*), iterumque cos. a. 332. cum Cn. Domitio Calvino (*Liv.* 8. 17). — Sunt qui eum dictatorem censeant, quod alii de A. Cornelio Arvina adfirmant (Cf. *Act. triumph. Capit.* a. U. C. 411). Dictatorem tamen fuisse colligi potest ex *Zonar.* 8. 39. 16.-40. 3., sed vd. *A. Cornelius Arvina.* Cf. etiam *Münzer, PW.* ad *v.*

G) **Cornelii Dolabellæ**, familia plebeja eademque illustris, ex quo memorantur — 1.°) Cn. Cornelius Dolabella, absolute *Dolabella* ap. *Chronogr.* a. 354. et in *Chron. Pasch.* et *Cn. Cornelius* ap. *Cic.* 2. *leg. agr.* 14. et *Cassiod. chron.* ex *Fast. Capit.*, consul cum M. Tullio Decula (*Gell.* 15. 28. 3. et *App. B. C.* 1. 100. a. 81. a. Chr.); proc. Macedoniæ a. 80. contra Thraces prosperum bellum gessit, deque iis triumphavit a. 79. v. 77 (*Cic. Pis.* 19. 44)., quem « consularem ac triumphalem virum » (*Sueton. Jul.* 4) dein Cæsar repetundarum accusatum « judicio oppressit » (*Auct. de vir. ill.* 78); defendit autem tam strenue C. Cotta una cum Q. Hortensio, ut fuerit absolutus. De eo *Sueton. Cæs.* 49. « Prætereo actiones Dolabellæ, in quibus eum (*Cæsarem*) pælicem reginæ, spondam interiorem regiæ lecticæ dicit ». Cf. etiam *App. B. C.* 1. 100., 465. et *Plut. Sull.* 28. et 29. et *Ant.* 84. Κορνήλιος Δολοβέλλας. — 2.°) P. Cornelius Dolabella, sæpe *Dolabella* absolute, sæpius *Cornelius Dolabella* sine præn., plenius *P. Cornelius Lentulus Dolabella* (Cf. *Ascon.* in *Pis. p.* 5)., ita enim eum vocat, generum suum, qui Tulliam post Fabiam filiam uxorem duxerat, *Cic.* 12. *Att.* 28., fortasse quod ab aliquo Corneliorum Lentulo adoptatus fuisset; itemque apud *Macrob.* 2. *Sat.* 3. 3., ubi Dolabella, exiguæ staturæ hominem, longo gladio accinctum quum vidisset Cicero: *Quis*, inquit, *generum meum ad gladium alligavit?* — Natus a. 69., brevi vitæ spatio plura obiit munera pluresque subiit vices; fuit enim et XVvir. a. 51. a. Chr. sacris faciundis, Cæsaris legatus ac præfectus classi, ejusque comes in Africa et Hispania, et a. 46. tribunus plebis et consul a. 44. — Ut præcipua attingamus, Dolabella in bello civili Cæsarianas partes secutus, classem, cui Cæsar eum præfecerat, victus amisit (*Sueton. Cæs.* 36); omnibus prœliis Pharsaliæ, Tapsi, Mundæ adfuit, ubi strenue se gessit, sed in Hispaniensi pugna vulneratus decubuit (*Cic.* 2. *Phil.* 12. 30); tribunus plebis legem tulit de novis tabulis, unde, gravi orta seditione, octingenti ex plebe interfecti sunt (*Liv. epit.* 113., coll. *Cic.* 11. *Att.* 14. et 23); consul post Cæsaris necem cum Antonio (*Flor.* 4. 3. 7., coll. *Appian. B. C.* 2. 129. et 132) a. 44., transmarinas provincias sibi decrevit (*Vellej.* 2. 58). Mox in Asiam profectus C. Trebonium, unum ex Cæsaris occisoribus, interimit, eamque pro consule administrat (*Cic.* 11. *Phil.* 2. et 14., 12. *Fam.* 4., *Appian.* 3. 7. *sq.* 22., 24. et 25) ac titulum *imperatoris* sibi adrogat; quare a senatu hostis declaratur mittiturque C. Cassius, qui insolentem civem armis coerceat (*Liv. epit.* 119., coll. *Appian.* 3. 61. 94). Laodiceæ obsessus et amplius resistendo impar ca. a. 43. sibi mortem conscivit (*Vellej.* 2. 69., *Liv. epit.* 121., *Oros.* 6. *Hist.* 18). — Plures epistolæ sunt ad eum datæ (*Cic.* 9. *Fam.* 10. 14. et 15. *Att.* 14) et Dolabellæ ad Cic. (*Cic.* 9. *Fam.* 9), cujus orationem quoque memorat *Quintil.* 8. 2. 4., coll. *Cic.* 9. *Fam.* 16. et 10. *Att.* 8. — De eo cf. *Drumann, G. R. II.* 565. *sqq.* et *VI.* 699. *sqq.* (hodie tamen valde emendand.) et *Wegehaupt, C. Corn. Dolab.* Progr. München-Gladbach 1880. — 3.°) P. Cornelius Dolabella, fort. præcedentis nepos (*Fast. Capit.* coll. *Henzen* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1855. *p.* 5), *P. Dolabella* tantum ap. *Cassiod. chron.*, vir « simplicitatis generosissimæ » (*Vellej.* 2. 116), cons. a. 10. a. Chr. cum C. Junio Silano; postea legatus pro prætore Illyrici (*Corp.* 3. 1741., 2908., 3199., 3200. et 3201), ubi saltem quinque vias Salonis aperuit (V. *Momms.* ad *l. p.* 407), tum Augusti, tum Ti. Cæsaris a. 14-20. p. Chr. (*Corp.* 3. 1741., in qua inscr. dicitur etiam VIIvir epulonum et Sodalis Titiensis, quæ sacerdotia videtur habuisse ante consulatum); proconsul etiam Africæ, successor Blæsi, seditionem longumque bellum, a Numida Tacfarinate excitatum, feliciter tandem absolvit, fractis rebellibus eorumque duce jam cæso; at « Dolabellæ petenti abnuit triumphalia Tiberius, Sejano (*inoldo*) tribuens, ne Blæsi, avunculi ejus, laus obsolesceret: sed neque Blæsus ideo illustrior et huic negatus honor gloriam intendit; quippe minore exercitu insignis captivos, cædem ducis bellique confecti famam deportarat »: ita *Tac.* 4. *Ann.* 26. — De ejus nummis vd. *Mionnet VI.* 584. *n.* 22-25.; 585. *n.* 28.; *Cohen I.*² 208. *n.* 218-221.; 219. *n.* 16.; *Müller, Numism. de l'anc. Afr. II.* 156. Cf. etiam *Schiller, Gesch. d. r. Kaiserz. I.* 280.; *Mommsen R. G. V.* 638. *sq.*; *Cagnat, L'armée Rom. d'Afr.* 20. *sqq.* et *Pallu de Lessert, Fast. d. proc. Afr. I.* 109. *sqq.* — Hunc cum alio pro prætore in Achaia, ut etiam *Ser. Cornelium Dolabellam Metilianum Pompejum Marcellum*, qui floruit sub Trajano (*Inscr.* ap. *Henzen Suppl. Orell. n.* 5999) cum *Ser. Cornelio Dolabella Petroniano* confudit *Dittenberger* in *Ephem. epigr.* 1. *p.* 254.

H) **Cornelii Frontones** in Africa claruerunt, ex quibus memorantur — 1.°) M. Cornelius Fronto (a. 90-168. p. Chr.), orator, patria Cirtensis (*Minuc. Fel.* 9), sed origine fortasse Italica, litteris Latinis in primis eruditus a Dionysio et Athenodoto (*Front. p.* 72. *N.*). Floruit sub Hadriano et sub Antonino Pio et Lucio Vero, quos sibi discipulos oratoria arte instituit ejusd. Hadriani jussu (*Capitolin., M. Aur.* 2. et *Ver.* 2). Romæ tunc eloquentiæ fama clarissimus, a veteribus maxime laudatus. Sic *Eumen. paneg. Const.* 14. Cornelius Fronto Romanæ eloquentiæ non secundum sed alterum decus. *Eutrop.* 8. 6. orator nobilissimus. *Hieronym. chron.* a. Abr. 2180. orator insignis. — *Capitol. Ant. phil.* 2. 4. *sq.* Multum Frontoni detulit, cui et statuam in senatu petit. — Hinc *Frontonianus*, adj. *Sidon.* 1. *ep.* 1. et 4. *ep.* 3. Frontoniana gravitas. Cf. *Gell.* 2. 26., 13. 18. 29. et *alib.*, *Macrob.* 5. *Sat.* 1. 7., *Hieronym. vir. ill. in Melit.*, *Dion.* 69. 18. et 72. 35. — *Frontoniani*, ejus discipuli. *Sidon.* 1. *ep.* 1. — Exstant ejus opera in *Ind. auctt.*; ex quibus reperit magnam partem cl. *Mai* in palimpsestis Vaticanis et Ambrosianis, docteque illustravit; unde satis constat, quantum a prisco splendore tunc litteræ exciderint. Horum quædam etiam fragmenta collegit *Meyer* (*Orat. Rom. frg. p.* 374. *sqq.*). In scribendo veterum auctorum Plauti, Ennii, Catonis, Gracchi, Lucretii, Laberii nimium studiosus, requisitis et obsoletis locutionibus (*p.* 63-64) orationem asperavit, potissimum a Græcis sententias dictaque arguta mutuatus de philosophicis doctrinis parum sollicitus (*p.* 150) artem loquendi magis verbis quam rebus, sive ornatu et pompatica forma (*p.* 55) contineri ratus. — Sub laudatis imperatoribus publica munera obiit, ut colligitur ex *Inscr.* 2717. ap. *Renier* (*Inscr. de l'Alg.*), in qua dicitur IIIvir capitalis, quæstor prov. Sic., ædilis pl. et prætor. Post hæc consul creatus fuit sub Antonino Pio a. 143. p. Chr. et etiam proconsul Asiæ designatus, a quo tamen munere eximi potuit valetudinis causa. De se ita veraciter scribit (*p.* 235. *sq.*): « Nihil in longo vitæ meæ spatio a me admissum, quod dedecori aut probro aut flagitio foret; nullum in ætate agunda avarum, nullum perfidum facinus meum exstitisse, contraque omnia liberaliter, multa amice, multa fideliter, multa constanter, sæpe etiam cum periculo capitis consulta ». — De eo cf. *Eckstein* in *Enc. Ersch et Gruber I.* 51. *p.* 442. 446.; *T. Soupé, de Frontonis reliq.*; *Niebuhr, Klein. Schr. I.* 326.; *Klussmann, Emend. Front.* 1871.; *Wolkmann, Rhet.*² Leipz. 1885. *p.* 318-416.; *Schanz, G. R. L. III.* 84. et 75-85. — 2.°) (T.) Cornelius Fronto, frater præcedentis, de quo hic in *ep.* 2. *de nep. amiss.* ad *M. Ant.* « Cum fratre optimo concordissime vixi, quem patris vestri (*Ant. Pii*) bonitate summos honores adeptum gaudeo ».

I) **Cornelii Lentuli**, quorum familia sex continua sæcula viguit, pluribus tamen agnominibus adscitis, uti sunt *Caudinus, Cossus, Gætulicus, Maluginensis, Marcellinus, Scipio* aliaque vel ob adoptionem vel ignota de causa, ex quibus varii ejusdem familiæ rami pullularunt, antiquissimus præsertim *Maluginensium*. — Memorantur — 1.°) Cn. Cornelius Lentulus, simpliciter *Lentulus* apud *Chronogr.* a. 354. et *Cn. Cornelius* apud *Plin.* 18. *Hist. nat.* 18. 46. (166)., trib. mil., a. 216. a. Chr., cum Hannibale in prœlio Cannensi pugnavit (*Liv.* 22. 49) et a. 212. quæstor iterum dimicavit cum Pœno (*Id.* 25. 19); dein ædilis curulis creatus est a. 205. ac denique consul cum P. Ælio Pæto, a. 201., quibus consulibus illud magni momenti accidit, ut pacem Romani cum Carthaginiensibus demum componerent (*Id.* 30. 44. et *Oros.* 4. *Hist.* 19). Obiit a. 184., teste *Liv.* 39. 45., qui hic ait eum etiam augurem fuisse. — De eo cf. *Nissen, Krit. Unters.* 29. — 2.°) Cn. Cornelius Lentulus, cos. a. 18. a. Chr. cum P. Cornelio Lentulo; unde *Inscr.* in *Bull. arch. Munic. II. p.* 40. habet « duobus Lentulis coss. » itemque *Fast. Hisp.*; et ap. *Chronogr.* a. 434. « Lentulo et Lentulo ». Cf. *Mon. Ancyr.* 1. 37. et 3. 40. — Is a. 11. a. Chr. cum Getis sive Dacis meridianis bellum gessit ab Augusto missus eosque ultra Danubii ulteriorem ripam repulit (*Flor.* 4. 12. 18., coll., *Dion.* 54. 36. et *Mon. Ancyr.* 5. 46. *sqq.*). Hinc « Lentulo super consulatum et triumphalia de Getis (cod. Med.) gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, dein magnæ opes partæ et innocenter habitæ » (*Tac.* 4. *Ann.* 44., coll. *Flor.* 2. 28. 29). — Dein a. 14. p. Chr. in Pannonia, orta seditione contra Tiberium imp., parum abfuit quin occideretur (*Id.* 1. *ibid.* 27). — Decessit, duobus filiis consulibus relictis, a. 25. — 3.°) L. Cornelius Lentulus, quem *L. Lentulum* tantum vocat *Cassiod.* in *chron.* et *Lentulum* absolute *Chronogr.* a. 354. et *Chron. Pasch.*, a. 206. a. Chr. cum L. Manlio Acidino successit pro pr. Scipioni in Hispania (*Liv.* 28. 38), ubi, exercitibus conjunctis, contra Hispanos a. 201. fortiter dimicavit ita ut et ædilis curulis an. insequenti factus sit, et utrique imperium proconsulare prorogatum; reversus autem ex senatus consulto Romam ovans intravit (*Liv.* 29. 2. et 11., 13. et 31. 20) et a. 199. cum P. Villio Tappulo cos. creatus est (*Id.* 31. 49., *Fast. Cap.* et *Chron. Pasch.*); sed quum Cn. Bæbius Tamphilus prætor in prœlio cum Gallis Insubribus profligatus esset, coactus fuit ad exercitum redire; qui ut in provinciam venit plenam tumultus, prætorem multis probris increpitum abire Romam jussit; nihilque tamen egit memoratu dignum (*Liv.* 32. 7. *sqq.*). — Alia de eo vd. apud *Münzer, PW.* 4. 1367. *sq.* — 4.°) P. Cornelius Lentulus, illustris juvenis (*Liv.* 42. 49), a. 171. a. Chr. cum cons. P. Licinio Crasso tribunus mil. in Græciam missus, bello Persico urgente (*Liv.* 22. 49), Haliartum oppugnavit (*Liv.* 22. 49. et 56); mox a. 169. ædilis curulis ludos circenses peregit cum P. Scipione Nasica collega (*Id.* 44. 18) legatusque est cum duobus aliis in Græciam ann. seq. ad Persea regem (*Id.* 45. 4). — Porro a. 162. cos. cum Cn. Domitio Ahenobarbo processit vixitque usque ad

an. 121., quo princeps senatus, in tumultu Gracchano, C. Gracchum adortus, vulnus accepit, tam grave ut post nec ita multo morti succubuerit in Sicilia, teste *Val. Max.* 5. 3. 2. — Fuit orator, sed, ut ait *Cic. Brut.* 28. 107., coll. 1. *Orat.* 48. 211., eloquentiæ, « quod opus esset ad rem publicam dumtaxat, satis habuit ». — 5.°) P. Cornelius Lentulus Caudinus, dictus *P. Cornelius* a *Cassiod.* in *chron.* et *P. Lentulus* a *Cic. Brut.* 19. 1 (a *Chronogr.* a. 354. confusus cum *L. Cornelio Lentulo Caudino*, cos. a. 237. a. Chr. cum Q. Fulvio Flacco), cos. a. 236. a. Chr. cum L. Licinio Varo, bellum gessit cum Liguribus, de quibus triumphavit (*Fast. Capit.*) templumque Marti dedicavit, uti arguit *Momms.* ex ejus effigie in nummis cusis ca. a. U. C. 670 = 84. a. Chr. V. *Corp.* 1. *p.* 22. ad *n.* 41. — 6.°) Cn. Cornelius Lentulus Cossus, dictus *Cossus Lentulus* ab *Aufidio Basso*, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2966., *Cossus Cornelius* in *aliis* ap. *Wilmans* (*Corp.* 5. 3257), plenius *Cossus Cornelius Lentulus* et abs. *Lentulus* ap. *Chronogr.* a. 354. et in *Fast. Hisp.*; IIIvir monetalis a. U. C. 736 = 18. a. Chr. (V. *Borghesi, Œuvr. V.* 300. et *Momms. St.-R. II.*³ 830. 3); cos. a. 1. a. Chr. cum L. Calpurnio Pisone; a. 5. procons. Africæ Gætulos vicit decoratusque est ornamentis triumphalibus, teste *Vellej.* 2. 116 (*Flor.* 2. 31. et *Dio* 15. 28. 3). « Vibius Postumus - ornamenta meruit triumphalia; quem honorem ante paucos annos Passienus et Cossus, viri diversis virtutibus celebres, in Africa meruerant; sed Cossus victoriæ testimonium etiam in cognomen filii contulit, adulescentis in omnium virtutum exempla geniti ». Hic tamen quædam in scriptoribus confusio obvenit (Cf. *Vellej.*, *Flor.* et *Dion. locc. citt.* et *Tac.* 4. *Ann.* 44) inter filium et patrem, cui quidam potius, sed perperam, de Getis sive Dacis victoriam attribuunt, alii, fort. Lentulo v. Cosso, adscribendam. Ceterum errat *Florus*, qui patri *Gætulici* cognom. adjudicat scribens 4. 12. 40. « Musulanios atque Gætulos, accolas Syrtium, Cosso duce, compescuit (*Augustus*), unde illi Gætulici nomen latius quam ipsa victoria ». Item et *Dio loc. cit.* (Cf. *Schiller, Gesch. d. Röm. Kaiserz. I.* 209.; *Cagnat, L'arm. Rom. d'Afr.* 1. *sqq.*, 6. *sq.*; *Pallu de Lessert, Fast. d. proc. d'Afr. I.* 88. *sqq.*). — 7.°) Cn. Cornelius Lentulus Gætulicus, filius præcedentis, qui et *Gætulicus* abs. aliquando dicitur (*Sueton. Claud.* 2. et *Galb.* 6), cognom. illi inditum a patre, ut vidimus, de Gætulis victore (*Vellej.* 2. 116), a. 23. p. Chr. prætor peregrinorum (*Corp.* 1.² *p.* 71., *Fast. Arv.*); cos. designatus a. 25. Aquiliam adulterii delatam lege Julia damnavit (*Tac.* 4. *Ann.* 42), ordinarius cum C. Calvisio Sabino (*Id. ibid.* 46., *Corp.* 2. 2003.; 6. 343. etc.); decem annos legatus Germaniæ sup. a. 39. de conjuratione cum Lepido in suspicionem venit; quare a Caligula interemptus est (*Sueton. Claud.* 9., *Corp.* 6. 2029 *d*). — Fuit etiam poeta, ab antiquis valde laudatus, sed lascivior (*Plin.* 5. *ep.* 3., 5., *Martial. præf. l.* 1), qui Cæsenniam amicam celebravit, ut Corinnam *Ovid.*, Lesbiam *Catull.*, Argentariam *Lucan.* Verum ejus poemata omnia interciderunt, præter paucos versus hexametros de curru Bootis, quos adfert *Prob.* (*Schol. Virg. georg.* 1. 227). Etiam novem Græca epigrammata ei tribuuntur in *Anth. gr.* (*II.* 151. ed. *Jacobs*), quæ ab eo scripta nemo facile crediderit, maxime quia castissima sunt. Quod autem scripserit *de expeditionibus Romanorum contra Germanos et Britannos*, concedit *Jahn* (*Pers. p. CXLII*), at non historiam, sed carmen. Cf. *Sueton. Cal.* 8. — 8.°) Cn. Cornelius Lentulus, abs. dictus *Marcellinus* ap. *Chronogr.* a. 354. et in *Fast. Hisp.* et *Cn. Lentulus* tantum a *Cassiod.* in *chron.*; pessimorum hominum insectator, adulescens subscripsit L. Lentulo in accusando P. Clodio (*Val. Max.* 4. 2. 3); senator, contra tyrannum C. Verrem Siculis patrocinatus est (*Cic. Divin. in Cæc.* 4. 13); legatus in bello piratico a. 67. a. Chr. (*Flor.* 1. 41. 9) ac proprætor Cyrenaicæ, ubi in Apollinis templo statua ei erecta est ut πάτρωνι καὶ σωτῆρι (*Dittenberger Syll.*² 348); Ciceronis in senatu defensor (*Cic.* 4. *Att.* 2. et 5. *ibid.*, coll. 2. *Q. fr.* 1); cos. a. 56. cum Marcio Philippo erga Pompejum asperior Cæsari favit (*Id. ibid.*); sed brevi decessit, fort. a. 47. a. Chr. — De eo *Cic. Brut.* 70. 247. hæc habet: « *Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus* - nec unquam indisertus et in consulatu pereloquens - non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis ». — Fuisse etiam VIIvirum epulonum refert *Cic. Har. resp.* 21. — De ejus nummis vd. *Momms.*, *Münzw.* 653., et *Borghesi, Œuvr. I.* 186-190. An vero *Inscr. Clusina* ad ipsum spectet, vd. *Münzer, PW.* 4. 1390. — 9.°) L. Cornelius Lentulus Crus seu Cruscellus, filius cujusdam Publii (*Dio* 41. *ind.*), dictus *L. Lentulus* a *Cassiod.* in *chron.*, absolute *Lentulus* in *Fast. Hisp.* et in *Chron. Pasch.*; prætor creatus a. 58. a. Chr. (*Cic. Pis.* 31. 77); cos. designatus (*Id. ib.* 31. 77. et 6. *Att.* 8) et a. 49. cos. ordinarius cum C. Claudio Marcello, Pompejanis partibus studuit (*Flor.* 4. 2. 15. et *Vellej.* 2. 49. et 51), de quo ita *Cæs.* 1. *B. C.* 4. Æris alieni magnitudine et spe exercitus ac provinciarum et regum appellandorum largitionibus movetur seque alterum fore Sullam inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat. *et Vellej.* 2. 49. 3. Cum Lentulus, salva re publica, salvus esse non posset etc. — Cæsare Romam adventante, Italia fugitivus abscessit conscriptasque duas in Asia legiones ad Pharsalum ducit pro Pompejo, sed Pharsalico prœlio devictus in Ægyptum profugit, ubi a Ptolemæo captus necatusque est (*Cæs.* 3. *B. C.* 102. et 104., *Cic.* 12. *Fam.* 14., *Oros.* 6. *Hist.* 15). — Hic Lentulus a *Cic. Har.* 17. 37., coll. 1. *Att.* 6. laudatur ut « gravis et disertus » orator; itemque *Brut.* 77. 280. « satis fortis orator, si modo orator, sed cogitandi non ferebat laborem etc. ». — De ejus nummis, in quibus visitur cavs triplex sive τριοκέλης, eo ipso anno, quo consulatum est adeptus. V. *Cavedoni, Ragg. stor. p.* 217. — 10.°) L. Cornelius Lentulus Niger, flamen Martialis a. 68. a. Chr. (*Val. Max.* 4. 2. 5) et a. 59. competitor A. Gabinii in consulatu, quem P. Vatinius trib. pl. opprimere voluit una cum filio Lucio (*Cic. Vatin.* 10. 25). — Laudatur a *Cic.* 4. *Att.* 6. hisce verbis: « De Lentulo sic fero. Virum bonum et magnum hominem et in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus. Sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio videatur ex ejus incendio esse ereptus ». — 11.°) P. Cornelius Lentulus Scipio, abs. *Scipio* dictus a *Vellej.* 2. 100., primus ex hac familia ita hoc agnomine nuncupatus ex *P. Cornelio Scipione*, cos. a. 16. a. Chr., patre naturali vel adoptivo; fort. procons. Asiæ (*Inscr.* in *Corp. I. Gr.* 2. 3186. Cf. *Waddington, Fast. As. p.* 86). — 12.°) P. Cornelius Lentulus Scipio, *P. Scipio* in *Corp.* 1.² *p.* 71., abs. *Scipio* dictus *Tac.* 11. *Ann.* 2., filius præcedentis, prætor ærarii, legatus Ti. Cæsaris Aug. legionis IX. Hisp. (in Africa), pontifex, fetialis (*Corp.* 5. 4329) et sub Junio Blæso contra Tacfarinatem prœliatus (*Tac.* 3. *Ann.* 74); cos. suffectus a. 24. p. Chr. cum C. Calpurnio Aviola (*Corp.* 1.² *p.* 71.; 5. 4329. et 15. 4568) et procons. Asiæ, quod tamen incertum est (*Groag, PW.* 4. 1392). — Uxor ejus fuit Poppæa Sabina, quacum vixit « eleganti temperamento inter conjugalem amorem et senatoriam necessitatem » (*Tac.* 11. *Ann.* 1) et unde filium suscepit P. Cornelium Lentulum Scipionem, cos. a. 56. p. Chr. cum Q. Volusio Saturnino (*Id.* 13. *ibid.* 25). — 13.°) P. Cornelius Lentulus Spinter, cujus agnominis originem petit *Val. Max.* 9. 14. 4. a summa ejus similitudine cum histrione ita cognominato (V. tamen SPINTHER), pater et filius, quorum — *a)* Prior abs. *Lentulus* dictus a *Chronogr.* a. 354. et *Chron. Pasch.* et *P. Cornelius* in *Corp.* 1. 604. vel *P. Lentulus* a *Cassiod.* in *chron.*, ædilis curulis a. 63. a. Chr. magnificentiâ in ludis edendis anteriores omnes longe est supergressus (*Cic.* 2. *Off.* 16. et *Sall. Cat.* 47); scenam decoravit argentatis choragiis, carbasina vela in theatro duxit (*Val. Max.* 2. 4. 6), in prætexta adhibuit dibapham purpuram (*Plin.* 9. *Hist. nat.* 39. 63. [137]) et fortasse se armillis ornavit, unde et agnomen *Spinther*, habuitque amphoras ex onyche fabrefactas (*Id.* 36. *ibid.* 7. 12. [59]). Fuit a. 60. prætor et anno seq. pro prætore in Hispania citer. (*Cic.* 1. *Q. fr.* 2. et *Cæs.* 1. *B. C.* 22); cos. a. 57. a. Chr. cum Q. Cæcilio Metello Nepote maxime studuit, ut statim ab exsilio revocaretur Cicero, qui, senatu per eum assentiente, restitutus est; quare gratissimus *Cic.* (*Sest.* 32. et 50. et 69., *Pis.* 15. et *alib.* sæpe: cf. *Orelli* in *Onom. Tull. p.* 184) eum dicit *deum ac parentem fortunæ ac nominis sui et fratrum liberorumque suorum.* *et Mil.* 15. 39. *consulem clarissimum ac fortissimum, inimicum Clodio, ultorem sceleris illius, propugnatorem senatus, patronum publici consensus, sum restitutorem salutis* (Adde *eund. Brut.* 77. 268., *Pis.* 15. 34. et *al.* sæpe); proconsul a. 56. in Cilicia, quam triennio administravit, bello præclare gesto, ab exercitu *Imperator* salutatus est (*Eckhel* 5. *p.* 184) et a. 51. de hostibus (ignotis tamen) etiam triumphavit (*Cic.* 5. *Att.* 21). Verum in bello civili re inclinata, dilapsa est tanti viri gloria, qui Pompeji partes amplexatus cum Domitio (*Cic.* 7. *Att.* 23), a militibus vero suis aliquando desertus, se dedere Cæsari est coactus, qui utrumque incolumem dimisit (*Cæs.* 1. *B. C.* 15. et 16. et 21., coll. *Lucan.* 2. 429. *sqq.*, *Cic.* 8. *Att.* 12. et 14., *Liv. epit.* 109). Pugnæ tamen Pharsalicæ interfuit; sed victus fugit ad Rhodios ab iisque rejectus (*Cæs.* 3. *B. C.* 83. et 102) a. 48. miserrime vitam finivit (*Cic.* 9. *Fam.* 18., coll. *Vellej.* 2. 53). — *b)* Posterior, sc. filius, « eximia spe summæ virtutis adulescens » dictus *Cic.* 1. *Fam.* 7. et 9., adoptatus a Manlio Torquato auguratum assequi potuit (*Cic. Sest.* 69. 144. et 7. *Fam.* 26., ubi de hoc intelligenda est *cena auguralis apud Lentulum*). In bello civili Pompejo adhæsit; at quum Pharsali male res ei cessisset, in Ægyptum se recepit; unde, venia a Cæsare obtenta, Romam rediit, ubi cum Cæcilia Metella divortium fecit (*Id.* 13. *Att.* 7) et post Cæsaris cædem, cujus particeps videri voluit (*Appian. B. C.* 2. 119) pro quæstore et pro prætore fuit in Asia a. 43.; dein cum Bruto societatem iniit; sed, Antonio in pugna Philippensi fracto, ipse Octaviani jussu occisus est (*Plut. Cæs.* 129). — De ejus nummis, dum in Asia versaretur, cusis (ann. 43. et 42) vd. *Borghesi, Œuvr. I.* 183. *sq.*, coll. *Waddington, Fast. As. p.* 73. — 14.°) P. Cornelius Lentulus Sura, *P. Lentulus* tantum ap. *Cassiod.* in *chron.* et *Fast. Hisp.*, et *Lentulus* absolute ap. *Chronogr.* a. 354., *Sura* agnomine, de quo classicus est locus *Plut. Cic.* 17., coll. *Sall. Cat.* 17. et *alib.*; quæstor fuit a. 81. a. Chr. et Siciliæ prætor a. 75 (*Val. Max.* 9. 14. *ext.* 3) et a. 71. cos. cum Cn. Aufidio Oreste (*Eutr.* 8. 6), a quo munere censores Cn. Lentulus Clodianus et L. Gellius ob ejus mores turpissimos amoverunt; unde nil mirum, si Catilinæ socium se dedit sperans fore ut tali pacto senatui adscriberetur, ac dictitans ex libris Sibyllinis regnum Romæ tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Sullam antea, se tertium esse, cui fatum foret urbe potiri (*Sall. Cat.* 47., coll. *Cic.* 3. *Cat.* 2-7. et 4. *ibid.* 1. et 6., *Flor.* 4. 1. 3. et *Lucan.* 2. 543); sed, conjuratione detecta, cum aliis meritam scelerum pœnam supplicio luit (*Cic. locc. citt.*, coll. *Liv. epit.* 102. et *Vellej.* 2. 34. et 35). — De eo conjurato *Cat.* apud *Sall. Cat.* 58. « Scitis equidem, milites, socordia atque ignavia Lentuli quantam ipsi nobisque cladem adtulerit ». Et de eo etiam oratore *Cic.* 3. *Cat.* 11. « Ingenium illud et dicendi exercitatio - impudentia, qua superabat omnes » (Cf. *Senec. ira* 3. 38). et *Brut.* 66. 235. « cujus et excogitandi et loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas, corporis motus plenus et artis et venustatis, vocis et suavitas et magnitudo ».

L) **Cornelii Maluginenses**, quæ familia floruit fere a III. ineunte Urbis sæculo usque ad VI. et etiam VIII., cognatione sive affinitate aliqua fort. conjuncta cum familiis Corneliorum Cossorum et Scipionum, ex qua familia *Corneliorum Lentulorum* ortum habuerit. — Ex his memorantur — 1.°) L. Cornelius Maluginensis, dictus *L. Cornelius* a *Dionys.* 10. 20., *Liv.* 3. 22., *Cassiod. chron.*, tantum *Cornelius* a *Liv.* 3. 41. et *Maluginensis* in *Fast. cos. Corp.* I.² *p.* 104., cum agnom. *Uritinus* in *Fast. Cap.* et *Triumph.* (cor-

rupte Κουρετῖνος *Diod.* 11. 86. 1): cf. *Borghesi*, ap. *Henzen. C. I. L.* 1. 13 (ubi agnominis hujus origo incerta habetur); cos. a. 459. a. Chr. cum Q. Fabio Vibulano tertium, bellum prospere gessit cum Antiatibus, Æquis et Volscis, teste *Liv.* 3. 26. et 24., eodemque anno cum Antiatibus, qui desciverant, bellum feliciter instauravit, de cujus tamen triumpho nihil dicit « quia nulla apud vetustiores scriptores ejus rei mentio est ». Cf. *Schwegler, R. G. II.* 721. et *Momms. C. I. L.* 10. p. 660.: « De rebus Antiatium, quæ in annalibus Romanis traduntur ante quintum sæculum, omnia parum fida ». Verum hujus triumphi DE VOLSCEIS [A]NTIATIBUS, Maluginensi tributi, mentionem faciunt *Acta triumph.* — 2.º) M. Cornelius Maluginensis, censor a. 393. a. Chr., cujus nomen integrum legitur ap. *Liv.* 9. 34.; in *Fast.* vero *Capit.* notæ tantum exstant genealogicæ, nomine deperdito. De ejus censura hoc traditur notatu dignum ap. *Liv.* 5. 31. « C. Julius censor decessit: in ejus locum M. Cornelius suffectus, quæ res postea religioni fuit, quia eo lustro Roma est capta; nec deinde unquam in demortui locum censor sufficitur ». Cf. *eund.* 9. 34. — 3.º) Alii: ut P. Cornelius Maluginensis, cos. a. 393. a. Chr. cum L. Valerio Potito. *Chronogr.* a. 354., *Liv.* 5. 29. et *Corp.* 1. *p.* 429. — In *Fast. Cap.* cognomini additur *Cossus*. — Ser. Cornelius Maluginensis septies trib. mil. cum consul. potestate, ut habent *Fasti* vulg. ex *Liv.* 5. 36., 6. 6. et 18. et 22. et 27. et 36. et 48. et *Capit.* — Ex hoc propagata est *Corneliorum Lentulorum* familia, ut recte sentit cl. *Borghesi* et confirmat *Mommsen*. — *Ser. Cornelius Maluginensis*, flamen Dialis (*Fast. Cap.* et *Tac.* 3. *Ann.* 58) et cos. suff. a. 10. p. Chr. cum Q. Junio Blæso, plenius *Ser. Cornelius Lentulus Maluginensis* in *Fast. Cap.*, cui provincia Asia, quæ ei sorte obtigerat, negata est ob flaminatum (*Tac. loc. cit.*).

M) Cornelii Scipiones, quorum, ne longior quam par est, hic fiat Corneliorum recensio, mentionem per se satis fusam de tam celebri familia, quæ a quarto fere sæculo ab U. C. ad totum octavum continua ferme serie perduravit, pluribus agnominibus adaucta, remittimus ad voc. SCIPIO.

N) Cornelii Sullæ, qui primum *Rufini* sunt cognominati, sæculo tamen Urbis sexto, *Syllæ* v. *Sullæ* cognomine a prioribus distincti occurrunt; ex his autem commemorantur — 1.º) L. Cornelius Sulla v. Sylla, cognomento *Felix*, aliquando *L. Sulla* dictus *Cæs.* 1. *B. G.* 21. et *Cassiod.* in *chron.* et *Sulla Felix* in *Fast. cos. Capit.* a. U. C. 666. et 672 (Σύλλας Φῆλιξ *Plut. Sull.* 34). — Hinc *Auct. de vir. ill.* 75. Cornelius Sylla, a fortuna Felix dictus. *et Solin.* 1. Cornelius Sulla dictus potius est quam fuerit felix. *et Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (70). *et* 7. *ibid.* 43. 44. (137). Unus hominum ad hoc ævi Felicis sibi cognomen asseruit L. Sulla. — Natus est a. 137. a. Chr. patricio genere faustisque auspiciis, quippe cui parvulo, uti fabula narrat, « mulier obvia: Salve, inquit, puer tibi et reipublicæ tuæ felix »; unde ei agnomen fortasse additum est (*Auct. de vir. ill.* 75). Huc pertinet, quod legitur apud *Sall. Cat.* 47., eum fuisse unum ex tribus Corneliis, quibus Romæ regnum ex libris Sibyllinis portendebatur, ut supra dictum est. Verum adulescentiam egit omnibus vitiis deditam (*Val. Max.* 6. 9. 6), ex qua calamitosa quæque reipublicæ portendi jure potbrant, ut eventus probavit. — Porro hominis publici nunc duas quasi facies intuendas proponimus. — *a)* Sulla, quæstor a. 106., C. Marium in bello contra Jugurtham maxime adjuvit; ejusdem Marii legatus a. 100. in bello Cimbrico « eminentissimos hostium duces profligavit » (*Vellej.* 2. 17): tribunus militum a. 99. cum Catulo, iterum cum Cimbris feliciter dimicavit (*Plut. Mar.* 25. *sq.*): prætor a. 93. jus inter cives dixit (*Auct. de vir. ill. loc. cit.*): pro prætore a. 92. in Cilicia Ariobarzanem in regnum Cappadociæ restituit (*Liv. epit.* 70) recepitque legatos Arsacis, Parthorum regis, Romanorum amicitiæ petendæ causa ad eum profectos: legatus L. Cæsaris Samnites devicit: exinde consul a. 88. cum Q. Pompejo Rufo Asiam provinciam sortitus, lege cum aliis reip. perniciosissimis a Sulpicio trib. pl., auctore Mario, lata, hac privatur; quocirca iratus cum exercitu Romam rediit ibique Sulpicium occidit et ad fugam compellit Marium (*Eutr.* 5. 4., *Liv. epit.* 77., *Vellej.* 2. 19): dein proconsul a. 87. in Græciam et Asiam revertitur, Piræeum oppugnat (*Gell.* 15. 1. 5), Athenas capit (*Flor.* 3. 5), Mithridatem vincit (*Auct. de vir. ill. loc. cit.*), Macedoniam recuperat (*Frontin.* 1. *Strat.* 5. 18., *Ammian.* 16. 12. 51., *Liv. epit.* 81. et 82), Thraces aliosque populos edomat, Mithridatem iterum aggreditur victoque pacem roganti, hanc eo pacto concedit ut Cappadociæ dominationi renunciet; qua re composita, Asiam provinciam in XLIV. regiones distribuit (*Cassiod.* in *chron.*, coll. *Cic. Flacc.* 14. 32. et 1. *Q. fr.* 1); interim vero, sc. a. 85. et 84., Cinna et Carbone consulibus, declaratus hostis patriæ, armis quam primum debellandus, e contrario Romam cum exercitu redit, frustraque pace per legatos petita, urbem victor ingreditur, dein Marium obluctantem Præneste compescit seque interimere coegit et ipse, sibi cuncta subjiciens, *Felicem* edicto se proclamat (*Auct. de vir. ill. loc. cit.*, coll. *Solin.* 1), quod quidem agnomentum justissime usurpasset, si « eundem et vincendi et vivendi finem habuisset » (*Vellej.* 2. 27). — *b)* Sulla, exeunte a. 82. Romam reversus victoria crudelissime est abusus; octo enim milia deditorum prope Capitolium, unde clamores et ululatus exaudiri possent, in Campo Martio barbare trucidavit, tabulas proposuit proscriptionis totamque Italiam cædibus implevit, in primis Præneste, cujus cives inermes occidi jussit (*Liv. epit.* 88), latronibus data licentia honestos quosque opibus expoliandi necandique, agrosque inter milites divisit seque tandem per interregem Valerium Flaccum dictatorem perpetuum creavit (*Sall. Cat.* 28., coll. *App. B. C.* 1. 94-100., *Flor.* 3. 21., *Cic.* 2. *Off.* 14., *Dion. frg.* 135-139, *Plut. Sull.* 30); de qua Sullæ immani crudelitate, aliis flagitiis ac vitiis conjuncta, quæ in proverbium abiit, innumera exstant veterum scriptorum, quæ prætermittimus, testimonia. Sit instar omnium locus *Cic.* 3. *Fin.* 22. 75. « Sulla, qui fuit pestiferorum vitiorum luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magister ». — A civili internecione ad externa bella regressus a. 81., rursum de Mithridate triumphavit ex Græcia (*Fast. triumph. Capit.*, coll. *Eutr.* 5-9., *Val. Max.* 3. 1. 2); simulque multa curans, quæ ad novum reipublicæ ordinem instituendum pertinerent, ab equestri cœtu ad senatum totam potestatem transtulit, cui patres addidit trecentos, et quidem non temporariam sed perpetuam; censoribus senatorum amovendorum jus ademit; consulatum iis tantum tribuendum decrevit, qui prætores fuissent, præturam vero iis, qui antea quæstores, nec ulli rursum munus consulis, prætoris conferendum nisi decem post annos; item tribunorum pl. potentiam imminuit; consulibus vetuit, quominus militari pollerent jure, quod proconsulibus commisit; his porro civili administratione sublata, Italiam in duas partes tribuit, inferiorem Romæ subjectam ab Arno et Rubicone, ultra quos nec armati nec exercituum duces consistere possent, superiorem vero, Galliam Cisalpinam; municipia tunc primum vel instituit vel perfecit multaque alia statuit, quæ dein ad confirmandum reip. statum valde contulerunt (Cf. *tab. Heracleens.*, ubi sunt elementa juris municipalis, fort. a Julio Cæsare scriptam, sed e fontibus haustam jam exstantibus (V. *Dirksen, Obs. ad tab. Her.* et *Savigny, Die Röm. Volkschluss d. Taf. von Herakl.* in *IX. p.* 300. *d. Zeitschr. f. Gesch.* etc. et *Haubold, Monum. rom. antiq. leg. p.* 98). Nec opera publica, quæ commoditati aut ornatui inservirent, neglexit (Cf. *Momms., St.-R. I.* 388., *Liv. epit.* 89-90., *App. B. C.* 1. 100., *Vellej.* 2. 30-32., *Cæs.* 1. *B. C.* 5., *Cic.* 3. *leg. agr.* 2. 9. *et dom.* 30. et 1. *Fam.* 9. et 3. *ibid.* 10. et 16). Consul iterum processit a. 80. cum Q. Cæcilio Metello Pio; sed anno insequenti consulatum rursus sibi exhibitum detrectans, etiam dictatura se abdicavit, ut privatam vitam degeret voluptatum cupidus, deorum contemptor simulque superstitiosus (*Val. Max.* 1. 2. 3), Epicuri de grege porcus. Si discordiis bellisque intestinis liberiore Italicarum rerum constitutione finem imposuit, id tamen, proculcatis civium suorum juribus ac libertate, per omne scelus obtinuit, patriæque, dum ei atroci severitate prodesse voluit, maxime nocuit (*Flor.* 2. 18. 1), navemque reipublicæ e fluctibus paulisper relevans in profundiora demersit. — In Cumanam villam se recepit amœnissimam ac sumptuosissimam, quam Puteolanæ ac Tusculanæ prætulit, ubi de rebus a se gestis commentarios scripsit, sed crapula aliisque vitiis confectus, septuagesimum annum agens, ejectu sanguinis vel potius fœdo phthiriasis morbo decessit, primusque fuit e patriciis Corneliis, qui suum cadaver cremari voluit, de qua re « haud scio, inquit *Cic.* 2. *legg.* 22. 57., an timens suo corpori posse accidere, quod ipse reliquiis C. Marii fecisset », quas impius in Anienem dejici jusserat (*Appian. B. C.* 1. 105. et 106., *Gran. Licin.* 36. 10. *p.* 44., *Liv. epit.* 90., coll. *Plut. Sull.* 38). — Magnificentissime elatus est, cui etiam statua inaurata equestris posita (*Cic.* 9. *Phil.* 6., coll. *Inscr.* in *Corp.* 1. 584-586. et *Momms. ad l.*). De eo *Solin.* 1. « Cornelius Sulla dictus potius est quam fuit felix ». *et Vellej.* 2. 17. « L. Cornelius Sulla, vir qui neque ad finem victoriæ satis laudari, neque post victoriam abunde vituperari potest ». Scripta ejus interierunt, præter pauca fragmenta, quæ collegit ediditque cl. *Peter* in *Hist. Rom. rell. I. p. CCLXXVI-CCLXXXIV.*, eaque *historiæ* nomine laudat *Cic.* 1. *Divin.* 33. 72. et *libros rerum gestarum* vocat *Gell.* 1. 12. et 20. 6., quos a Sulla incohatos Epicadus ejus libertus absolvit (*Sueton. gramm.* 121., coll. *Lucan.* 6. 787). — De ejus nummis vd. *Borghesi, Œuvr. I.* 93. et 373 (et *Momms. ibid.*) et 424. *sqq.* et *Babelon II.* 177. *sq.* et 406-412. — Plura de eo ap. *Plut.* in *Sull.* Cf. etiam *Visconti* in *Iconogr. Rom. I.* 99-115. et *Fröhlich, PW.* 4. 1522-1566. et vv. SULLA et SULLANUS. — 2.º) L. Cornelius Sulla, vel potius Faustus Cornelius Sulla, plerumque enim ita vocatus est, et *Faustus* absolute a *Cic.* 4. *Att.* 10. aliisque, quod olim prænom. erat (*Auct. de præn.* 4), non cognomen, ut auctores minus recte esse arbitrantur (Cf. *Momms., Röm. Forsch. I.* 34. 50), Græce etiam *Epaphroditus* (*I. G. S.* 3. 143), ut præcedens, dictus (de quo vd. *Marx, Neue Jahrb. f. Philol. III.* 1899. *p.* 543). — Fuit filius Sullæ dictatoris et Cæciliæ Metellæ, nuptæ antea M. Æmilio Scauro, ædilitate famoso, unde dictus etiam hujus frater (*Ascon. Scaur. p.* 20. 7), qui puer Cassium condiscipulum, patris sui proscriptiones laudantem, colapho percussisse refert *Val. Max.* 3. 1. 3. — Augur inde ab a. 57. a. Chr. (*Dio* 37. 51), dein a. 54. quæstor urbanus, cujus gladiatorium munus et epulum laudat *Cic. Sull.* 19. 54. et *Vatin.* 13. 32. — Pompeji partibus studuit, cujus pro quæstore fuit a. 49 (*Id.* 8. *Att.* 3. et 12); sed, eo victo, in Africam contendit (*Dio* 42. 13. 3), iterumque cum Cæsarianis dimicavit; verum ad Thapsum cedere coactus in Jubæ regnum se recepit; at frustra, nam a P. Sittio captus fuit atque interemptus (*Auct. B. Afr.* 87. et 95), Cæsare, uti creditur, inscio (*Sueton. Cæs.* 75). — *Faustiana* ab eo dicta *vina*, cognomento *felicia*, laudat *Fronto p.* 150. ed. *Mai.* — De ejus nummis vd. *Borghesi, Œuvr. I. p.* 86. *sqq.* et 449. *sq.* — 3.º) P. Cornelius Sulla, nepos ex fratre Sullæ dictatoris (*Dio* 24. 27., coll. *Cic.* 2. *Off.* 8. 27), « mitis et misericors » (*Cic. Sull.* 26. 72); consul a. 65. a. Chr. cum P. Antonio Pæto designatus, qui, de ambitu damnati, consulatum inire sunt prohibiti; hunc tamen contra suos accusatores obtinuere (*Sueton. Cæs.* 9. et *Dio loc. cit.*). — Senatu expulsus sponte in exsilium ivit (*Cic. Sull.* 26. 74), iterumque accusatus de vi, tamquam *maximæ conjurationis* particeps a. 63 (*Id. Sull.* 13. 37) nactusque oratores Hortensium ac Ciceronem, horum eloquentia tam strenue defensus est, ut in senatum restitueretur. — Cæsarianam in bello civili factionem secutus, castris præfuit ad Dyrrachium ac Pompejanos repulit (*Cæs.* 3. *B. C.* 51); sed brevi, sc. a. 45., mortem obiit. — De eo plura vd. apud *Münzer, PW.* 4. 1521. *sq.*

O) Hic alios e multis selectos addimus et, ne confusio oriatur, ordine alphabetico disponemus ab iis incipientes, qui solo nomine, deinceps ab

iis, qui vel prænomine vel cognomine vel utroque simul distinguuntur. — 1.º) Cornelius, post Fabianum pontifex max., ex genere nobilissimo, ut videtur, Corneliorum et cognatione vel affinitate etiam Æmiliorum et Cæciliorum (*De-Rossi* in *Rom. Sott. I. l.* 2. *p.* 248. et 312. *sqq.*), doctrina, animi fortitudine ac vitæ sanctitate illustris, per omnes sacri principatus gradus ad summum Pontificatus culmen ascendit, quem tamen suscepit invitus (*Cyprian. ep.* 52 [al. 69]., coll. *Eus.* ap. *Rufin., H. E.* 6. 29). — Eum Novatianus, Romanus presbyter, in persecutione Decii imp., tamquam unum ex *libellaticis*, qui dicebantur, accusatum, de pontificatu excidisse ajebat seque, instigante Novato, presbytero Carthaginiensi, a tribus episcopis per fraudem ordinatum, legitimum pontificem esse venditabat jungensque schismati hæresim docebat lapsos ab Ecclesia tanto crimine absolvi iterumque recipi non posse; quem Cornelius, Synodo Romæ coacta, cum ejus sectatoribus anathemate perculit (*Eus.* ap. *Rufin. H. E.* 6. 29., coll. *Hieronym. chron.* et *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 9) et in alia causam lapsorum severius definivit et Felicissimum Carthaginiensem, schismatis fautorem pertinacissimum, præeunte Cypriano, damnavit (*Cyprian. ep.* 45). — Verum recrudescente Decii persecutione, ad Centumcellas est relegatus (*Catal. Bucher.*) ibique brevi martyr occubuit a. 25., fortasse cum aliis capite obtruncatus a. 253., succedente Lucio I (*Cyprian. ep.* 58 [al. 61]) eodem quo Cyprianus die, sed septennio ante (Cf. *Hieronym. de scriptt. eccl.* 67), sepultusque est Romæ in cryptis Lucinæ, cum cœmeterio Callisti conjunctis, cui Leo M. basilicam in tanti pontificis honorem erexit (*De-Rossi, Rom. Sott. I. l.* 2. *p.* 274-305). — Scripsit epistolas ad *Cyprian. ep.* 46 (al. 49) et 48 (al. 50) et ad alios, præsertim ad Fabium v. Fabianum, Antiochensem episc., quarum exstant Græca fragmenta (Cf. *Hieronym. de vir. ill.* 66). — De eo vd. *Lib. Pont. Duchesne I. p.* 150.; *Jaffè, Reg. PP. I.* 17. *sq.* et *Herzog, R. E.* ad *v.* — 2.º) Cornelius, centurio cohortis, quæ dicebatur *Italica*, commorantis Cæsareæ, ubi erat statio militum Romanorum, libertus ex aliqua gentis Corneliæ familia, vir « religiosus ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi et deprecans Deum semper » (*Vulg. Act.* 10. 1-2). Hinc fuisse videtur ex *Yr'ê Yawêh* (timentes Deum) seu *Ghêrê hâ-shâar* (proselyti portæ), quem Deus ob tantam pietatem ac fidei ardorem suis beneficiis ita cumulavit, ut et ab angelo mitteretur ipse ad Petrum baptismi recipiendi causa, et Petrus miraculo visi lintei, omnia continentis animalia munda atque immunda, certior factus de ethnicis demum ipsis in Christianorum societatem recipiendis eum cum familiaribus, Spiritus Sancti charismatis donatum, baptizari jusserit, primitias gentium (*Ibid.* cc. 10-11). — Quo facto, « obstupuerunt ex circumcisione fideles » sc. Christiani, ab Hebraico cultu ad fidem conversi, qui putabant solos Hebræos in Christi Ecclesiam esse cooptandos. — Refert *Hieronymus* 1. *c. Jovin.* 39. Cornelium condidisse Cæsareæ ecclesiam ex gentilibus, cujus fuisse episcopum tradunt *Constit. apost.* 7. 47., et in Mysia deinde martyrium fecisse *Act. Metaphr.* d. II. Febr. — Ne quis vero sacras litteras peccare contra rationem temporum credat, ut *M. E. Schürer* (*Gesch. d. Jüdisch. Volk. im Zeitalter Jes. Chr.* Leipz. 1890), monemus ex inscriptione, super Carnunti reperta (*Archäolog. Epigr. Mitteilung. aus Œsterreich* 1895. *p.* 218), patere ante a. 69. in Syria exstitisse cohortem, appellatam *II. Italicam*, quam sedem habuisse Cæsareæ ca. a. 40. infitiari nemo potest (V. *Ramsay, Cornelius and the Ital. cohort.* in *The Expos.* sept. 1896. *p.* 194-201). — 3.º) Cornelius Alexander, cogn. *Polyhistor.* V. ALEXANDER. — 4.º) Cornelius Anullinus, plenius *P. Cornelius Anullinus* in *Corp.* 6. 2270., tantum *Anullinus*, ap. *Aurel. Vict. epit.* 20 (Ἀνυλῖνος *Dio*), ex Iliberris (*Granada*) in Bætica, trib. *Galeria*, ortus, *Corp.* 2. 2073 = 5506 (Cf. *Hübner* et *Momms.* adnn.) = *Dessau* 1139., ubi dicitur præf. urb., cos., procos. prov. Africæ, prætor, trib. pl., quæstor, legatus prov. Narbonensis, proconsul prov. Bæticæ, legatus legionis VII. Geminæ, legatus Augusti, proprætor prov. Syriæ etc. Sub Septimio Severo legatus fuit in expeditione contra Pescennium Nigrum et postea in bello Adiabenico a. 194-196. p. Chr. — Quando primum fuerit cons., et quidem suffectus, non constat (fuit enim bis cos. cum M. Aufidio Frontone: *Inscr.* ap. *Orelli n.* 24. et ap. *Henzen Suppl. Orell. n.* 5240. et 6752); quod autem legit *Borghesi Œuvr. V.* 225. proconsulem Africæ fuisse a. 193 (*Corp.* 8. 1170 = *Dessau* 413. anno Corneli Anullini procos. clarissimi viri, *Borghesi* anno tertio), falsam lectionem esse evincit *Pallu de Lessert, Fast. d. prov. Afr. I.* 233. *sqq.* — Filium habuit P. Cornelium Anullinum cos. a. 216. cum P. Catio Sabino, ut colligitur ex *Dipl.* in *C. I. L.* 3. *n. XLIX. p.* 891. et ex *Inscr.* apud *Orelli n.* 930. et *aliis* in *Corp.* 2. 2221., ubi præn. omittitur. — 5.º) Cornelius Artemidorus, Pergæus, *Cornelius* tantum apud *Cic.* 3. *Verr.* 28. 69., medicus, Verris scelerum satelles. *Cic.* 3. *Verr.* 11. 28. et 21. 54. « medicum Cornelium (is est Artemidorus Pergæus, qui in sua patria dux isti quondam, et magister ad spoliandum Dianæ templum fuit »; quare *ibid.* 28. 69. « repente Cornelius factus est » civitate nempe Romana a C. Verre donatus. — 6.º) Cornelius Celsus, in titulis operum plenius *A. Cornelius Celsus*; ap. *Quintil.* 3. 6. 38. *Celsus Cornelius*; ap. *Colum.* 4. 18. 1. et *Augustin. loc. cit.* tantum *Celsus*, præcipue sub Tiberio floruit, vir varia eruditione sed mediocri ingenio (*Quintil.* 12. 11. 24) præditus, præter rhetoricam, jurisprudentiam et philosophiam alias disciplinas comprehendit in suis scriptis, de agrorum nempe cultura, de re militari, de medicina ex schola Hippocratis et Asclepiadis, cujus octo elegantissimi libri supersunt, ex opere majore, *Artes* inscripto, sed jam deperdito, quibus propter stili nitorem et purgatissimam latinitatem, ut *medicus Cicero*, et propter medicinæ artis peritiam, ut *Latinus Hippocrates* ab eruditis appellatus est; quin inter aureæ ætatis scriptores esse reponendus videtur, quum, vivo adhuc Augusto, floruerit. De eo *Quintil.* 10. 1. 124. Scripsit non parum multa (*de philosophia*) Cornelius Celsus, Sextios secutus, non sine cultu ac nitore. *et Augustin. hær. prol.* Opiniones omnium philosophorum, qui sectas varias condiderunt usque ad tempora sua - sex non parvis voluminibus quidam Celsus absolvit. *Colum.* 2. 2. 15. Cornelium Celsum non solum agricolationis sed universæ naturæ prudentem virum. *et* 3. 17. 4. Mox Julius Atticus et Cornelius Celsus, ætatis nostræ celeberrimi auctores. *Gargil. Mart. de cast.* 1. *Celsus* Italicæ disciplinæ peritissimus. Adde *Plin.* in *ind. ll.* 7., 8., 10. etc., ubi inter ejus fontes laudatur, *Pelag. Mulom.* 1., 2. et 10., *Veget.* 1. *mil.* 8., *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 277. *Schol. Plaut. Bacch.* 69. tradit Celsum « libros suos a varietate rerum cestos » vocavisse. — Ejus nomen videtur accipi de rhetore quocumque a *Juvenal.* 6. 245. — Plura vide sis apud *Kissel, A. Cornelius Celsus* etc. Gissen 1844., *M. Schanz, Rh. Mus. XXXVI.* 362. *sq.* et 375. et *Gesch. d. röm. Litt. II.* et *Schwabe, Herm. XIX.* 385. — 7.º) Cornelius Epicadus, Sullæ dictatoris libertus, grammaticus, de quo *Sueton. gramm.* 12. Cornelius Epicadus - ; libertus calatorque in sacerdotio augurali - librum autem, quem Sulla novissimum de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse supplevit. — Edidit etiam librum de metris (*Mar. Victorin. gramm. VI.* 209. 9), de cognominibus (*Charis. gramm. I.* 110. 3) et de antiquitatibus (Cf. *Macrob.* 1. *Sat.* 2. 47. et *Serv.* in *Æn.* 1. 649). De eo etiam *Varro* 7. *L. L.* 39. In Cornelii commentario. Cf. *Osann, Beitr. II.* 359. et *Peter, Hist. Rom. rell. I. p. CCLXXVII.* — 8.º) C. Cornelius Gallus, sæpius *Cornelius Gallus* vel *Gallus* simpliciter, patria Forojuliensis (*Hieronym.* in *chron.*) a. 30. p. Chr., amicus Virgilii ab adulescentia, familiaris Asinii Pollionis (*Asin.* ap. *Cic.* 10. *Fam.* 32) « adeo ut quartus Georgicorum a medio usque ad finem ejus laudes teneret, quas postea (*sc.* post mortem Galli, Cæsaris gratia privati), jubente Augusto, in Aristæi fabulam commutavit » (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 1); etiam familiarissimus Q. Cæcilii Epirotæ grammatici (*Sueton. gramm.* 16). Poeta in primis elegiæ amatoriæ operam dedit, quam ex Alexandrinis Romam intulit, imitatus Callimachum et Euphoriona, cujus carmen etiam latine reddidit (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 72). — Amorum suorum de *Cytheride* seu *Lycori* (*Ovid.* 2. *Trist.* 445) scripsit libros quattuor. — Eum ex infima fortuna provexit Augustus usque ad præfecturam *Ægypti* (*Dio* 51. 17., *Strab.* 17. 819. et *Eutr.* 7. 7); sed ob ingratum et malevolum animum domo et provinciis suis interdixit, ita ut et accusatorum denuntiationibus ob crimen de repetundis et senatus consultis ad mortem compelleretur, quam ipse sibi intulit a. 27. a. Chr. (*Hieronym. chron.* ad a. Abr. 1990., coll. *Ovid.* 2. *Trist.* 446. et 3. *Amor.* 9. 63. *sq.*, *Propert.* 3. 32. 91. *sq.* et *Ammian.* 17. 4. 5). — De eo *Quintil.* 10. 1. 93. Elegia quoque Græcos provocamus: cujus mihi tersus atque elegans videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ovidius utroque lascivior, sicut durior Gallus. — Ejus fragmenta edidit *Baehrens, Poet. lat. min. II.* 186. *sqq.* — Huic adjudicat *C. Jacob* duo Græca epigrammata (*Anal. II. p.* 106. *Anthol. Gr. II. p.* 98), Γάλλου inscripta, quod tamen valde est addubitandum, idemque dicendum de orationibus in Pollionem et Alfenum Varum (*Quintil.* 1. 5. 8), quæ Gallo tribuuntur, sed perperam. Cf. *Meyer, Orat. Rom. rell. p.* 340. *sq.* — De eo consulas *C. Ch. Wölker, Comment. De Corn. Galli vita et scriptis*; *Becker-Göll, Gallus I.* 19-22. et *Wilcken, Ztschr. f. Ægypt. Spr. XXXV.* 70. *sqq.* — 9.º) Cornelius Hispanus, rhetor, notus ex innumeris locis Suasoriarum et Controversiarum Senecæ, in quibus immorari pretium operæ non est. — 10.º) Cornelius Labeo, scriptor, fort. ad sæc. I. a. Chr. n. pertinens (*Müller, Etr. II. p.* 36. Cf. *Augustin.* 9. *Civ. D.* 19). — Ejus scripta interierunt, quorum mentionem facit *Macrob.* 1. 16. 29. « Cornelius Labeo primo Fastorum libro ». *et* 3. 4. 6. « Cornelius Labeo de dis penatibus eadem existimat ». *et* 1. 18. 21. « Cornelius Labeo in libro, cui titulus est De oraculo Apollinis Clarii ». Cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 168. « Labeo in libris, qui appellantur De dis animalibus ». et *Augustin.* 2. *Civ. D.* 11. « Cum Labeo, quem hujuscemodi rerum peritissimum prædicant, numina bona - etiam cultus diversitate distinguat ». *et ibid.* 14. « Platonem Labeo inter semideos commemorandum putavit ». Adde *eund.* 8. *ibid.* 25. et 8. *ibid.* 13. Adde *Schol. Stat. Theb.* 4. 482. et *Lyd. mens.* 4. 1. 20. et *ostent.* 9. 42., ubi declin. Λαβεῶν, ῶνος. *Fulg. serm. ant. p.* 769. *Stav.* « Labeo, qui disciplinas Etruscas Tagetis et Bacchetidis XV. voluminibus explicavit ». Sed hic auctor sublestæ fidei est. — 11.º) Q. Cornelius Maximus, jurisconsultus ætatis Ciceronianæ, Trebatii magister, de quo *Cic.* 7. *Fam.* 17. et *Pompon. Dig.* 1. 2. 2. 45. et *Alf. dig.* 33. 7. 16. 1. — 12.º) L. Cornelius Merula, dictus *L. Cornelius* a *Nep. Hann.* et absolute *Merula* a *Chronogr.* a. 354. et in *Chron. Pasch.*, prætor urbanus a. 198. a. Chr. seditionem servilem coercuit (*Liv.* 32. 7. et 8. et 34. 45); consul a. 193. cum Q. Minucio Thermo (*Id.* 34. 54) cum Boiis dimicavit in Gallia, quam provinciam sortitus fuerat (*Id. ibid.* 55), eosque ad Mutinam vicit, sed triumphum, quem per legatum M. Marcellum postulaverat, a senatu obtinere non potuit (*Id.* 35. 4-8). — 13.º) Cornelius Nepos, historicus. V. NEPOS. — 14.º) Cornelius Pinus, pictor Romanus, imperante Vespasiano, vixit eique Honoris et Virtutis ædes restituenti, una cum Attio Prisco illas pinxit, teste *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (120). — 15.º) Cornelius Reginus, grammaticus. *Virg. gramm. ep.* 3. *p.* 133. 14. Reginum Cornilium (*sic*) virum satis eloquentem, græcæ et hebreicæ (*sic*) linguæ promptissimum interpretem. Adde *eund. ibid. p.* 134. et 135. et *gramm. epit.* 7. *p.* 53. et *gramm. Suppl.* 198., ubi *Cornelius* tantum dicitur. — 16.º) Cornelius Saturninus, sculptor Œenadæ sub imp. Pio, laudatus arte et moribus *Apul. apol.* 61. *sqq.* — 17.º) Cornelius Severus, poeta, amicus Ovidii. De eo *Quintil.* 10. 1. 89. Cornelius Severus, etiamsi versificator quam poeta melior, si tamen - ad ex-

emplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi jure secundum locum *(inter epicos Romanos)*. Et *Ovid.* 4. *Pont.* 2. *init.* o vates magnorum maxime regum. *et ibid.* 11. Fertile pectus habes interque Helicona colentes Uberius nulli provenit ista seges. *et* 1. *ibid.* 8. 2. pars animæ magna, Severe, meæ. Cf. *Senec. suas.* 2. 12. et *ep.* 79. *Schol. Pers.* 1-95., *Charis. gramm. I. p.* 80., 81., 86., 100. et 107. *K.*, *Diomed. gramm. I. p.* 378. — Scripsit *de Bello Siculo*, contra Sext. Pompejum a. 38. a. Chr. et versus hexametros de morte Ciceronis, ap. *Senec. suas.* 6. 26 *(p.* 37. *Burs.)*. « Nemo *(inquit)* ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deflevit, quam Severus Cornelius ». — Ejus fragmenta edidit *Wernsd. Poet. lat. min. IV. p.* 217-228. — De eo consulas *eund. ibid. p.* 25-27.; *O. Haube, De carmin. epicis sæc. Aug., Diss.* Breslau 1870. p. 10. *sqq.* (cave tamen ab erroribus) et *Teuffel-Schwabe, Litt.-Gesch.*[5] § 252. 5. — 18.º) L. Cornelius Sisenna, historicus, grammaticus et orator, patricii generis, natus ca. 114. a. Chr. (Cf. *Peter, Hist. Rom. rell. I. p. CCCXXIII. sqq.*), prætor fuit a. 78 *(Corp.* 1. *p.* 110. *sq.*, *Cic.* in *frg.* 1. *Corn.* 18., *Gell.* 2. 25. 9. et *Quintil.* 1. 5. 18) et pro prætore anno seq., Siciliam provinciam assecutus, ut arguitur ex *Cic.* 2. *Verr.* 45. 110. et 6. *ibid.* 15. 33. et 20. 44. ac tandem legatus Cn. Pompeji in bello piratico *(Appian. Mithr.* 95), a quo quum in insulam Cretam cum exercitu missus esset, gravi morbo ibi correptus paullo post decessit a. 68. — De eo historico *Vellej.* 2. 9. 5. Historiarum *(Jahn Milesiarum)* auctor jam tum *(sc.* temporibus Antonii et Crassi) Sisenna erat juvenis; sed opus belli civilis *(Riese* socialis) Sullanique post aliquot annos ab eo seniore editum est. *Cic.* 1. *legg.* 2. 7. Sisenna ejus *(sc.* Macri) amicus omnes adhuc nostros scriptores - facile superavit; is tamen - in historia puerile quoddam consectatus ut unum Clitarchum neque præterea quemquam de Græcis legisse videatur. *Sall. Jug.* 95. L. Sisenna optume et diligentissime omnium, qui eas *(Sullæ)* res dixere persecutus, parum mihi libero ore locutus videtur. *Senec.* 1. *controv. proœm.* 19. et 144. Hujus omnis facultas historia ipsius conspici potest; quæ cum facile omnes vincat superiores (?), tum indicat tamen, quantum absit a summo quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis latinis litteris illustratum. — Orator pro C. Rutilio et Verre dixit; cujus tamen *Cic.* si laudat dicendi modum *(Brut.* 64. 228. L. Sisenna, doctus vir et studiis optimis deditus, bene latine loquens); tamen oratoriam facultatem negat *(Legg. loc. cit.* Sisenna - neque orator - unquam est habitus). — Grammaticus, commentatus est primus Plauti fabulas (V. *Ritschl, parerg. p.* 374. *sq.*, 376-384. et cf. *Rufin. p.* 384. *Gaisf.*, *Charis. p.* 178., 182. 196. *P.* = 198. 26.; 203. 7., 221. 9. *K.* etc.). — In scribendo verbis antiquatis nimium delectatur; quare *Cic. Brut.* 74. 259. *sq.* Sisenna quasi emendator sermonis usitati cum esse vellet, non - deterreri potuit, quo minus inusitatis verbis uteretur - ille familiaris meus recte loqui putabat esse inusitate loqui. — Præterea lascivior fuit, quod patet ex translatione, quam adornavit, narrationum lubricarum, sc. *Milesiarum* Aristidis (Μιλησιακά). Unde *Ovid.* 2. *Trist.* 443. *sq.* Vertit Aristidem Sisenna nec obfuit illi Historiæ turpes inseruisse jocos. *et Fronto ep. p.* 62. *N.* Animadvertas particulatim elegantis, - Sisennam in lasciviis. — De eo vd. *Krause, hist. p.* 299-203.; *Wernicke, Sisenniana*, Thorn 1839.; *Peter, loc. cit.* et *Schanz, Röm. Litt.-Gesch. I.* 160. — 19.º) Cornelius Tacitus, historicus. V. TACITUS. — 20.º) Cornelius Tlepolemus, pictor Cibyrata, qui cum Hierone fratre, cerearum imaginum fictore, propter suspicionem expilati Apollinis fani patria exsul factus ad Verrem se contulit eumque in deprædanda Sicilia mirifice adjuvit, teste *Cic.* 4. *Verr.* 169., qui eum *Græcum sacrilegum*, jam pridem *improbum* et C. Verris *emissarium*, et 6. *ibid.* 13. ipsum ac fratrem ejus *canes* dicit. — 21.º) Cornelius Valerianus, scriptor quidam ignotus, qui floruisse videtur extremis Tiberii imperatoris temporibus et mus ex fontibus, quos retulit *Plin.* in *ind. auct.* 3., 8., 10., 14. et 15. etc., modo *Valerianus Cornelius* ab *eod. ibid.* dictus, modo simpliciter *Valerianus*. — 22.º) C. Cornelius Verres, sæpissime *C. Verres* v. simpliciter *Verres* dictus, quæstor a. 84. a. Chr. in Gallia Cn. Papirii Carbonis *(Cic.* 1. *Verr.* 12. 33), ex Mariano Sullanus; dein legatus Cn. Dolabellæ in Cilicia a. 80., contra quem, a M. Scauro accusatum, testatus est, ejus proditor *(Id. ibid.* 17-19); mox a. 79. pro prætore in Sicilia per triennium, ubi tum infandæ avaritiæ, Siculos rebus pretiosissimis expoliando, tum injustitiæ damnando innocentes, tum etiam immanis crudelitatis plurimos, etiam cives Romanos, suppliciis afficiendo, innumera facinora perpetravit adeo ut Lampsaceni eum vivum comburere voluissent *(Id.* 1. *ibid.* 31. 78); discedentem vero Siculi repetundarum crimine detulerunt, actore M. Tullio Cicerone, qui duas in eum scripsit *actiones*, quarum altera 5. libr. constat *Verrinas* dictas. — Damnatus, ante diem judicii sponte exsul abiit coactusque est Siculis amplius sestertium quadragiens solvere, sicque proscriptus periit *(Senec. suas.* 2. 19. et *alib.* et *Ascon.* in *argum. divin.* et *act.* 1. *Verr.)* a. 43. — 23.º) Alii, ut — Cornelius Alpinus, poeta, qui Memnona hexametris descripsit, teste *Porphyr.* in *Hor. Sat.* 1. 10. 36. — C. Blasio, pro consule in Hispania a. 199. a. Chr., ubi Hispanos bello profligavit ovansque Romam intravit *(Liv.* 33. 27). — C. Martialis, vir militari dignitate insignis, tribunatu a Nerone a. 65. p. Chr. privatus *(Tac.* 15. *Ann.* 71), qui ad Vitellium missus a. 69., in Capitolio pugnans, est interfectus, teste *eod.* 3. *Hist.* 70. et 73. — Ser. Cornelius Merenda, cos. a. 274. a. Chr. cum M.' Curio Dentato III. *(Cassiod.* in *chron.)*, quem a. 275. corona aurea ex præda pondo quinque librarum consul L. Lentulus donaverat. — L. Cornelius Merula, cos. a. 193. a. Chr. cum Q. Minucio Thermo, a. 198. prætor urb. *(Liv.* 32. 7. et 8), quo anno seditionem servilem coercuit *(Id. ibid.* 26) et cos., Galliam provinciam est sortitus, Boiosque aggressus ad Mutinam devicit, triumphum tamen obtinere non potuit *(Id.* 35. 4-8). — A. Cornelius Palma, cos. a. 99. p. Chr. cum C. Sosio Senecione iterumque a. 109. cum Bæbio Tullo. — Legatus Syriæ a. 106. v. 107. cum Arabibus feliciter dimicavit; quapropter a Trajano imp. statua et statuta est *(Cassiod.* in *chron.* et *Chron. Pasch.* et *Dio* 68. 16., coll. *Borghesi, Œuvr. III.* 5. *p.* 31). ¶ 2. In titulis passim, præcipue liberti. *Corp.* 1. 686 *(Capuæ)*., 978., 1054., 1288. etc.; 6. 33., 148., 153., 728., 2909. etc.; 14. 8 *(Ostiæ* a. 141)., 158., 338., 341. etc.; 10. 13 *(Regii Julii)*., 777 *(Stabiis)*., 1772 *(Puteolis)*., 1875. etc.; 4. 1610., 4748., 1710.; 11. 171 *(Ravennæ)*., 3556 *(Centumcellis)*., 3722 *(Alsii)*; *Inscr. Not. degli scavi* 1908. *p.* 376 *(Ferentis)* etc.; 12. 86., 788.; 13. 1851 *(Lugduni)*., 6959. etc.; 7. 97. 370., 728. etc.; 3. 59 *(in Ægypto)*., 438 *(Ephesi)*., 526 *(in Achaia)*., 2. 85 *(in Lusitania)* etc.; 8. 474., 11576. etc. — *Cornelia*, nom. mul. 6. 1858., 9794., 9868.; 14. 221. etc. — Apud auctores, mentione dignæ: — 1.º) Cornelia, Scipionis Africani majoris filia *(Val. Max.* 8. 7. 1), uxor Ti. Sempronii Gracchi, Ti. et C. Gracchorum mater *(Vellej.* 2. 6), doctissima et eloquentissima, de qua *Cic. Brut.* 58. 211. « Legimus epistolas Corneliæ, matris Gracchorum: adparet filios non tam in gremio educatos, quam in sermone matris ». De ea tradit *Val. Max.* 4. 4. *init.* « Cornelia, Gracchorum mater, cum Campana matrona apud illam hospita ornamenta sua pulcherrima illius seculi ostenderet, traxit eam sermone, dum e schola redirent liberi; *et hæc*, inquit, *ornamenta sunt mea* ». Adde *Senec. exc. controv.* 6. 8. *n.* 5., *Tac. orat.* 28., *Juvenal.* 6. 167., *Solin.* 1., *Claudian. carm.* 29. 42., *al.* — Ei statua posita est sedens soleisque sine amento insignis in Metelli publica porticu, « quæ statua nunc est in Octaviæ operibus »: ita *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 14. (31). — De ejus epistolarum fragmentis vd. *K. Habel, Die Brieffragm.* Erlang. 1900. et *H. Schlelein, De epist. quorum fragm.* etc. *Diss.* München 1900. — 2.º) Cornelia, filia P. Scipionis cos. suff. a. 38. a. Chr., et Scriboniæ, quæ fuit deinde Augusti uxor, et Scipionis, cos. a. 16., soror, L. Æmilio Paullo censori nupta, cui duos filios peperit et filiam, quæ *specimen censuræ nata paternæ* dicta est *Propert.* 4. 11., ejus laudatore et honoris vindice. *Id. ibid.* 25. — 3.º) Cornelia Fausta, Cornelii Sullæ dictatoris et Cæciliæ Metellæ filia, fere dicta simpliciter *Fausta*, nupta primum C. Memmio et ab eo dimissa; deinde Miloni, denique Apronio *(Ascon.* in *Scaur. p.* 29. *Or.* et in *Milon. p.* 33., coll. *Cic.* 5. *Att.* 8. Ad eam pertinet locus *Horat.* 1. *Sat.* 2. 64). — 4.º) Cornelia Salonina, uxor P. Licinii Gallieni imp., quam quidam cum *Pipa* sive *Pipara*, a Gallieno perdite adamata, confuderunt *(Poll.* in *Salon. Gall.* 3). — In nummis Græcis etiam *Julia* appellatur *(Eckhel* 7. *p.* 420) et *Augusta* statim ac vir ejus a Valeriano imp. a. 253. Augustus proclamatus est *(Inscr.* ap. *Orelli n.* 1007). — De ea vd. *J. De Witte, Mém. sur l'Imp. Salonine* Brux. 1852., qui eam christianam fuisse contendit ex nummo, ubi legitur formula IN PACE. Cf. *Minervini* in *Bull. arch. Nap.* a. 1854. *p.* 143. *sq.* et 152. — 5.º) Cornelia, virgo Vestalis maxima, sub Domitiano incesti damnata et viva defossa *(Sueton. Domit.* 8. et *Eus.* in *Chron.* a. Abr. 2107 = 92. p. Chr.), stupratore Crispino pr. pr., ut arguit *Borghesi, Œuvr. V. p.* 517., coll. *Juvenal.* 4. 9. — 6.º) Cornelia, cujus « castitas pro exemplo habita est » ap. *Ascon.* in *Milon. p.* 38., uxor M. Æmilii Lepidi, interregis a. 52. a Chr., dein triumviri. — 7.º) Cornelia Paulla, uxor imp. Elagabali, plenius *Julia Cornelia Paulla* ex nummis tam Græcis quam Latinis (Cf. *Eckhel* 7. *p.* 258), ab eo repudiata, ob detectam in corpore maculam, et, omnibus ademptis honoribus, vitam degere privatam jussa *(Herodian.* in *Elag.*, coll. *Dion.* 79. 9. — 8.º) Aliæ: Cornelia, filia Cinnæ cos. IV., L. Cinnæ soror, uxor primum Julii Cæsaris *(Sueton. Cæs.* 1), quam defunctam vir pro rostris laudavit *(Id. ibid.* 6). — Cornelia, filia Q. Cornelii Scipionis (Cæcilii) Metelli *(Lucan.* 8. 410. et 9. 277), uxor P. Licinii Crassi, nepotis Crassi, in bello Parthico occisi a. 54. a. Chr., nupta deinde Pompejo M. *(Vellej.* 2. 53) et cum eo post victoriam Cæsaris primum in Ægyptum, eodemque exstincto, cum filio Sexto Pompejo in Cyprum profuga *(Lucan.* 2. 349., 3. 21., 5. 722-799., 8. 41-89. et *alib.* et *Liv. epit.* 112). — Caja Cornelia Supera Augusta, uxor imp. M. Æmilii Æmiliani a. 253. p. Chr. *(Eckhel* 7. *p.* 374-376). — Hinc adject.

Cornelius, a, um, ad Cornelium aliquem vel ad Corneliam gentem pertinens, ut — *a) Cornelia gens*, ap. *Cic.* 2. *Legg.* 22. 56., *Liv.* 35. 10 (a. 193. a. Chr.). et 38. 58., *Val. Max.* 2. 10. 4. et 5. 3. 21. - et *familia*, ap. *Liv.* 38. 55., *Val. Max.* 5. 2. *ext.* 4., *Macrob.* 1. *Sat.* 16. 7. — *b) Cornelia tribus* rustica, a gente Cornelia appellata (græce Κορνηλία) non legitur nisi in ablat. et absolute (excepto *Liv.* 38. 36) et notatur plerumque *Cor.* — Post cogn. ponitur *Corp.* 9. 1155. — Plura oppida, civitates, urbes ei adscriptæ occurrunt, ut Æclanum, Camerinum, Nola, Nomentum etc., quas *V.* suis locis. — *c) Cornelia castra*, a Paullo Scipione Africano, qui a. 204. v. 203. a. Chr. ibi castra habuit, appellata, in Africa proprie dicta, in sinu posita, teste *Mela* 1. 7. 2., inter Castra Lælia (Delia) et fluv. Bagradam. Cf. *Liv.* 29. 35., *Cæs.* 2. *B. C.* 24. et *Lucan.* 4. 656. — *d) Cornelia Veneria colonia Pompejanorum* (l. c. *Pompeji)*, a Sulla dictatore deducta. *Corp.* 1. 1252. et 4. 143. 4 (a. 59). — *e) Cornelia lex* seu Corneliæ leges, ad triginta, a variis Corneliis latæ, sc. — *De senatu cooptando Agrigentinorum*, ca. a. 206. a. Chr., qua cautum (ex Scipionis legibus), ne plures essent in senatu ex colonorum numero *(quos T. Manlius Agrigentum deduxerat)*, quam ex veteri Agrigentinorum. — *De revocandis exsulibus*, a L. Cornelio Cinna lata per vim et arma a. 87. a. Chr. *(Liv. epit.* 79). — *De novorum civium et libertinorum suffragiis*, item lata a L. Cornelio Cinna, de qua fuse *Vellej.* 2. 20. — *De recipiendo Mario*, ab eodem lata *(Id. ibid.* 21). — *Tribunicia*, de adimenda aliquanda tribunis intercessione quibusdam in rerum adjunctis *(Id.* 2. 30., *Cæs.* 1.

B. C. 5., coll. *Ascon.* in *Cornel. p.* 66. et 78). — *Judiciaria*, a Sulla dictatore lata, qua judicandi munus ab equestri ordine ad senatum transfertur *(Vellej.* 2. 32). — *Testamentaria*, memorata *Cic.* 1. *Verr.* 42. 108., coll. 3. *Nat. D.* 30., 74., *Sueton. Aug.* 33. et *Tac.* 14. *Ann.* 40. — *Nummaria*, ne quis privatus nummos adulterinos cudat *(Cic.* 1. *Verr.* 42. 108). — *Sumptuaria*, quam memorant *Gell.* 2. 24., coll. *Macrob.* 3. *Sat.* 17. 11. et *Ammian.* 16. 5. 1., coll. *Plut. Sull.* 35. — *Agrariæ*, quibus agri perduellionum publicati veteranisque assignati sunt *(Cic.* 2. *leg. agr.* 28. 76., 78. et 3. *ibid.* 2. 4. et 3. 10-12). — *De sententia ferenda*, qua, cognita causa, quæstor interrogaret reum, palam, an per tabulas vellet sententias ferri *(Cic. Cluent.* 20. 55., coll. 27). — *De rejectione judicum*, qua cautum fuerat a L. Sulla, ut equites et plebeji tres tantum, senatores vero rei multo plures judices rejicere possent *(Id.* 3. *Verr.* 41. 94. et 5. 44. 114). — *De repetundis*, de qua *Cic. Rabir. Post.* 4. 9., coll. *Val. Max.* 9. 12. 7. — *De sicariis et veneficis*, ap. *Cic. Cluent.* 54-57. — *De provinciis ordinandis*, de qua *Cic.* 3. *Fam.* 8., coll. 1. *ibid.* 9. et 3. 6. et 10. et 1. 9. — *De proscriptione*, de qua *Vellej.* 2. 29., *Cic. Sext. Rosc.* 43. 125. et *Quintil.* 11. 1. 85. — *De sacerdotiis*, de qua *Pseudoascon.* in *Divin. p.* 102. *Or.*, coll. *Liv. epit.* 89. — *De magistratibus*, laudata *Cic.* 11. *Phil.* 5. 11. et *App. B. C.* 1. 100. et 101., coll. *Liv.* 7. 42. — *De civitate*, qua quibusdam municipiis jus civitatis Rom. ademptum est *(Cic. Cæcin.* 33. 95. *sq.*, *Sall. orat. Lepid.* § 6. et *Liv. epit.* 86). — *Majestatis*. de injuria in populum Rom. cavenda *(Cic. Pis.* 21. 50., *Cluent.* 35. 97. et 36. 99., *Ulp. Dig.* 48. 4. 1. et *Pseudoasc. p.* 59. *Or.)*. — *De restituendo Cicerone*, a P. Cornelio Lentulo, cos. a. 57. a. Chr. *(Cic. Pis.* 5. 11-11). — *De novis tabulis*, lata a P. Cornelio Dolabella trib. pl., de qua *Liv. epit.* 113. — *De ambitu* Cornelia et Bæbia, sc. a P. Cornelio Cethego et M. Bæbio Pamphilo lata *(Liv.* 40. 19). — *De Cn. Pompejo*, Cornelia et Cæcilia, sc. P. Cornelii Lentuli et Q. Cæcilii Metelli coss. *(Cic.* 4. *Att.* 1., coll. *Liv. epit.* 104. et *Dion.* 39. 9). — Alias mittimus, de quibus V. *Caj.* 3. *inst.* 124. et 125. et *Ascon.* in *Cornel. p.* 56. *Or.* et *ibid. p.* 57. generatim. — *f)* Cornelia centuria ordinis Augustalium. *Corp.* 10. 1874 *(Puteolis)*. Cf. adn. *Mommsenii*. — *g)* Cornelia via, prope Romam (Cf. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 1213). *Corp.* 6. 1511.ª 6. CVRATORI VIARVM AVRELIAE CORNELIAE TRIVMPHALIS. *Curios. urb. p.* 24. 7. — *h)* Cornelia urbe, quæ et *Cornelium Forum*. V. FORUM CORNELII. — *Cornelium*, absolute — *a)* Oppidum ad oram maris Superi in finibus Etruriæ Liguriam versus, hod. *Corniglia*, ap. *Rav. p.* 269. — *b)* Item oppidum ad oram maris Inferi, hod. *San Severo*, in *Itin. Ant. p.* 314. — Hinc etiam *Cornelianus* — 1.º) Adj. ad Cornelium aliquem v. ad Corneliam gentem pertinens, ut - *Corneliana oratio* prima et secunda ap. *Cic. Orat.* 29., 30., 67. et 70. pro *C. Cornelio* majestatis reo, cujus fragmenta servavit *Asconius*. — *Corneliana charta*, ap. *Isid.* 6. *Orig.* 10. 5. Sexta charta a Cornelio Gallo, præfecto Ægypti, primum confecta (Cf. *Blümner, Technolog. p.* 326). — *Cornelianum vinum* in *Corp.* 15. 3856. — *Corneliana castra*, eadem quæ *Cornelia*. — *Corneliani fundi*, quo addito indicatur possessor, sunt plures; *sc.:* C. fundus in pago Martio Libarnense et Albense Velejate, nunc fort. *Monte Cornio*, in *Tab. alim. Vel.* 4. 84. et 87. - C. fundus Muttielianus cum silvis in pago Domitio Velejate, memoratur *ibid.* 5. 11. - C. fundus Collacterianus Placcellianus in pago Junonio Velejate, *ibid.* 1. 83., ubi nunc *Corniasco* ad meridiem Dertonæ. - C. fundus in pago Albense Velejate. *ibid.* 1. 66. et 4. 30., ubi nunc *Corniglianio* in agro Albæ Pompejæ. - C. fundus in pago Florejo Velejate, *ibid.* 2. 99., ubi nunc *Cornegliana*, ad meridiem opp. *Cassano d'Adda*. - C. fundus in pago Venerio Placentino, *ibid.* 6. 82., ubi nunc *Corniasno*. — Pro quolibet possessore ponitur. *Papin. dig.* 46. 2. 28., *Cod. Just.* 6. 37. 23. *pr.* (a. 530). — De servis. *Corp.* 6. 6356 *(in mon. Statil.)* faber tignarius Cornelianus (fort. a *Cornelia* uxore Statilii Tauri). — *Corneliani*, absolute, cognominati sunt Ligures, a. 181. a. Chr., a cos. Cornelio Cethego victi et in agros Taurasianos traducti, ut scribit *Liv.* 4. 38. — 2.º) Subst., cogn. frequens tam apud scriptores quam in scriptis lapidibus, et potissimum in gentibus *Attidia, Auruncuteja, Mænia, Pomponia, Sulpicia*. — *a)* Apud auctores: *Cornelianus*, grammaticus, qui recensionem fecisse videtur poematum Virgilianorum. *Schol. Bern.* ad *Virg.* 4. *G.* 87., 120., 175., coll. 2. *ibid.* 389. — Item cons. a. 237. p. Chr. *V.* P. POMPONIUS CORNELIANUS. — Alii ap. *Plin.* 6. *ep.* 31., *Front. p.* 178. 11. *N.*, *Cod.* 7. 10. 1. et 4. 81. 12. etc. *Spartian. Sev.* 13. — *b)* In titulis — α) Nom. sing. *Corp.* 6. 4062 *(in mon. Liviæ)*; 10. 1494 *(Neapoli)* etc. — β) Cogn. — nobilium: *Corp.* 6. 1454 (a. 222).; 14. 880. 19 *(Puteolis)*.; 15. 4890. etc. — ignobilium: vir. *Corp.* 8. 375. 4 (a. 149)., 3249., 12770., 31710. etc.; mul. 5. 8495 *(Veronæ)*. et 4296 *(Brixiæ)*.; 12. 3541 *(Nemausi)* etc. — *Corneliensis*, adj. a *Cornelia* v. *Cornelium*, ut *Ecclesia Corneliensis* apud *Symmach. ep.* 6. 19., ubi alii aliter leg., sed lectionem confirmat *Chrysol. serm.* 168. et *Inscr.* ap. *Murat.* 1047. 4.

CORNĒTA, ōrum, n. plur. 2. locus Romæ ad radicem montis Esquilini, de quo *Varr.* 5. *L. L.* 32. § 152. Inter sacram viam et macellum editum Corneta a cornis, quæ abscissæ loco reliquerunt nomen.

CORNĒTUS CAMPUS, nom. geogr., de quo *Vitr.* 8. 3. 17. Agro autem Falisco via Campana in campo Corneto est lucus, in quo fons oritur.

CORNI, ōrum, m. plur. v. Cornus, i, 2. (Κόρνος *Ptol.)* oppidum oræ occidentalis Sardiniæ, inter Bosa et Tharros, hodie *Santa Catterina de' Pittinuri*, trib. *Quirina*. Memoratur *Liv.* 23. 10. *sq.*, *Itin. Ant. p.* 411. et *Corp.* 10. *p.* 823.

CORNĪA, æ, f. 1. cogn. Dianæ, dict. fortasse a colle Tusculano *Corne*, ubi culta erat. *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3539., si genuina est.

CORNĪCEN, inis, m. 3. cogn. vir. *Liv.* 3. 35. Sp. Oppius Cornicen, decemvir creatus. *Id.* 4. 11. (a. 442. a. Chr.) Postumus Æbutius Cornicen consul creatus *(alibi* Postumus Æbutius [Helva]). — Cf. *Cornicinus* ap. *Cic.* 4. *Att.* 2.; *Cornicula* ap. *Trebell. Gallien.* 17.; *Corneolus (a)*, in *Corp.* 5. 3268 *(Veronæ)*. et 13. 647 *(in Aquitania)*. Adde *Cornus*, *Cornius, Cornicus, Cornujus, Cornuinus, Cornutius, Cornidius*, in *Corp.*, et compos. *Cornificius* suo loco.

CORNĪCŬLĀNUM (Corniclanum), i, n. 2. ¶ 1. Est oppidum Syrticæ. *Tab. Peut.* 8. et *Rav. p.* 138. ¶ 2. Item Mauretaniæ Cæsariensis. *Not. episc. Maur. Cæs.* 4., ubi adj. *Corniculanensis*. ¶ 3. Item statio viæ, quæ est inter Altinum et Ravennam. *Tab. Peut.* 4., ubi *Corniculani*.

CORNĪCŬLĀRĬA, Plauti comœdia de milite, jam deperdita, cujus fragmenta aliquot exstant ap. *Varr.*, *Non.* et *Diom.* Pertinet ad tertiam classem fabularum, quæ Plauto tribuuntur (νόθα), nono loco adscripta. *V.* tamen *Ind. Auct.*

CORNĪCŬLUM, i, n. 2. (Κορνίκολον *Dionys.)* oppidum Latii veteris: dictum fortasse a forma acuminata vel a montibus, ubi situm est, hanc formam referentibus, nunc *Monticelli*, patria Ocrisiæ, Servii Tullii matris, a Tarquinio Prisco captum, ut tradit *Liv.* 1. 38. et 39., coll. *Dionys. ant.* 3. 50. 4. Adde *Flor.* 1. 11. 6. — Hinc *Corniculanus*, adj. *Liv.* 4. 3. Ocrisia Corniculana captiva. *Ovid.* 6. *Fast.* 628. Namque pater Tulli Volcanus, Ocrisia mater Præsignis facie Corniculana fuit. — *Corniculanus*, Ocrisiæ conjux, ap. *Auct. de vir. ill.* 7. Servius Tullius, Tullii Corniculani et Ocrisiæ captivæ filia.

CORNĪFĪCĬUS, ii, m. 2. Scribitur *Cornuficius* in *Corp.* 6. 6159., 9170. et *alib.*; item in *Inscr. numm.* (a. 44-42. a. Chr.) *Grueber cat. mus. Brit. II. p.* 577. *sq.* Sic gr. Κορνουφίκιος *(Dio* 48. 17. 6). et etiam Κορνιφίκιος, Κορνοφίκιος, Κορνεφίκιος etc. *Corp.* 8. 1441. etc., *Plut. Brut.* 27., *Zonar.* 10. 24., *Appian. B. C.* 3. 85. — Est nomen gentis plebejæ (Cf. *Eckhel*, 5. *p.* 196. et *Cavedoni* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1860. *p.* 285. *sq.)*, ex qua præsertim memorantur ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Cornificius, poeta, amicus Catulli *(Cat.* 38). — Fuit auctor carminum lascivorum *(Ovid.* 2. *Trist.* 436), laudaturque *Macrob.* 6. *Sat.* 4. 12., qui ejus hendecasyllabum et, *ibid.* 5. 18., fragmentum ex fabula *Glaucos* adfert. *Hieronym.* in *Eus. chron.* a. Abr. 1976 = 41. a. Chr., de eo hæc habet: « Cornificius poeta a militibus desertus interiit ». Recensetur etiam inter obtrectatores Virgilii. *Schol. Bern.* ad *ecl.* 2. 39. « Allegorice Cornificium dicit, qui contra Virgilium conatus est scribere ». *et Serv.* ad *eund. ibid.* 7. 21. « Allegorice certamen poetarum intelligitur; Corydon enim Virgilium, Thyrsis Cornificium inimicum Virgilii, Melibœum Cornelium Gallum poetam optimum judicantem inter eos significat, Daphnis vero allegorice Cæsarem ». Nec obstat *Cledon. gramm. V.* 43. 2., qui ei indit cognomen *Gallus*, quod fortasse ejus patriam indicat. Sunt tamen recentiores, qui hunc Cornificium unum eundemque esse defendunt cum oratore, ut ex loco *Hieronymi* aliisque indiciis probe arguitur, ita ut simul fuerit et poeta et orator et miles *(Schwabe, Quæst. Catull.* 298. *sqq.* et *Bergk Kl. Philol. Schrift. I.* 558. *sqq.)*. Non tamen confundendus est cum sequente, quod facit *Becker* in *Journ. arch.* 1847. *n.* 183. *sq. p.* 1060. *sqq.* — 2.º) Cornificius, grammaticus, qui scripsit *de Etymis*, citaturque a *Macrob.* 1. *Sat.* 9. 11. « Cornificius Etymorum libro tertio: Cicero, inquit, non Janum sed Eanum nominat ab eundo ». *et ibid.* 17. 62. « Cornificius in Etymis retulit ». *et Priscian. gramm. VI.* 73., *G. L. II.* 257. 6. *K.* « Cornificius in I. de etymis deorum ». — Hunc *Cornificium Longum* nominat *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 332., quem Verrius Flaccus exscripsit. — De hoc vd. *Ribbeck* in *proleg.* ad *Virg. p.* 96., qui eos citat, quorum alii a præcedente distinguunt, alii vero eundem putant. — 3.º) L. Cornificius, cos. a. 35. a. Chr. cum Sexto Pompejo. — Fuit legatus Octavii a. 38., quo hic dein *Augustus* est appellatus, in bello contra Sex. Pompejum gesto cum magno hujus adjumento; quin decretus ei fuit triumphus pro victoria, nobis ignota, ut patet ex fragm. *Fast. triumph.* *(Corp.* 1. *p.* 77), fortasse ab eo actus a. 35., ut monet *Henzen* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1861. *p.* 100. *sq.* — Hic ab Augusto jussus ædem Dianæ exstruxit *(Sueton. Aug.* 29), in Aventino sitam, ut ap. *Martial.* 6. 64. 13. — 4.º) Q. Cornificius, rhetor, qui et trib. pl. a. 69. a. Chr. Laudatur *Cic.* 1. *Verr.* 10. 30. Q. Manilium et Q. Cornificium, duos severissimos atque integerrimos judices. *Ascon.* in *tog. cand. p.* 82. *Or.* vir sobrius ac sanctus. — Fuit competitor Ciceronis in consulatu *(Cic.* 1. *Att.* 1); senator *(Sall. Cat.* 47. et *Cic.* 1. *Att.* 13); scriptor IV. libr. *Rhetoricæ* vel potius *De ratione dicendi ad C. Herennium* ex sententia Quintiliani, quam recentiores quidam docti viri omnino secuntur (Cf. *C. L. Kayser, Ind. erud. p. VI)*. Sane *Quintil.* 8. 1. 21. « Scripsit de hac materia *(sc.* rhetorica) non pauca Cornificius ». Cf. etiam *ejusd.* 5. 10. 3., 9. 2. 27. et 8. 71. et 3. 91. et 9. 3. 81., ubi voces et exempla tribuuntur Cornificio, quæ in *Rhetorica ad C. Herennium* leguntur (V. *Halm* in *Ind. I. Quintil. p.* 377); quare ratio non liquet, cur *Hieronymus, Fortunatianus, Priscianus*, alii, hoc opus Ciceroni adjudicaverint, quum potius Cicero multa inde hauserit pro suis duobus libris rhetoricis, qui *De inventione* inscribuntur, aliquando quasi ad litteram exscripta. Sunt tamen alii, qui locis Quintiliani diligentius expensis in contrariam abeant sententiam, quos videre est apud *Schanz (Röm. Litt.* ed. München 1909. *p.* 471. *sqq.)*. Cf. *Radtke, Obs. crit. in Cornifici libr. de art. rhet. Diss.* 1892.; *Balbi, I libri Rhet. ad Her.* 1899.; *Warner, Zur Frage nach d. Verf. d. Herenn. rhet. Progr.* Bielitz 1906.; *Marx* in *Berl. philol. Wochenschr.* (1890) 1008.; *Skutsch, Herm. XXXII.* 1897. *p.* 97. *sq.*; *Teuffel-Schwabe, Röm. Litt.*[5] 271-273. — 5.º) Q. Cornificius, præcedentis filius, augur una cum Cicerone *(Cic.* 8. *Fam.* 17. et 18., coll. *Eckhel*, 5. *p.* 195. et *Momms. Münzw.* 658); quæstor pro prætore missus in Illyricum a. 48. a. Chr. strenue cum barbaris dimicavit *(Hirt. B. Alex.* 42), fortasse ob id *imperator* salutatus (Cf. *Eckhel* et *Momms. locc. citt.*); provin-

ciam Syriam administravit ex Cæsaris, cujus partes amplexatus fuerat, mandato, ut colligitur ex epistolis ad eum scriptis a Cic. 12. Fam. 19 (quam dein Africam fuisse arguit Orell. in Onom.), ubi eum adhortatur ut « provinciam retineat in potestate rei publicæ » et ut animo magno sit et excelso, cogitetque omnem ipsius dignitatem cum re publica conjunctam esse, 14. ibid. 5., eundemque magnum oratorem, per ironiam, appellat (12. ibid. 18). Ad eum Cicero XIV (a. 17-30. l. XII) epistolas misit. — Cum T. Sextio in Africa depugnans periit. — De eo V. Wissowa, PW. 4. 1624. sqq. ¶ 2. In titulis, nom. vir. Corp. 6. 84., 6159. — Cornificia, nom. mul. 6. 9170. — Apud auctores: Cornificia « soror Cornificii poetæ, cujus insignia exstant epigrammata ». Ita Hieronym. in Eus. chron. supra cit. — Cornificia, filia M. Aurelii Antonini imp. et Faustinæ, uxor Antistii Burri cos. a. 181 (Lamprid. Comm. 6), quam Pertinax dicitur « infamissime dilexisse » (Capitolin. Pert. 13); vetula autem a Caracallo imp. occisa est a. 215 (Herodian. 4. 6). — Hinc Cornificianus, cogn. serv. Corp. 6. 5245. et 16658.

CORNOVII (Cornavii), ōrum, m. plur. 2. incolæ Britanniæ. ¶ 1. Fuit nom. gentis Britanniæ meridianæ. Inscr. Ephem. epigr. VII. n. 923. et Rav. p. 428. ¶ 2. Item gentis Britanniæ septentrionalis. Not. dign. occ. 40 (Ptol. 2. 3. 8. Κορναούιοι). Cf. Holder, Altc. Spr. I. 1130.

CORNUS, i. V. CORNI et CORNICEN.

CORNUSTĪBII, indecl. et, divisim, Cornu Stibii, versio nominis Hebraici Qeren-Hapûk « cornu fuci seu phyci »; Gr. Ἀμαλθείας κέρας (Cf. Hieronym. interpr. Job 42. 14), sc. filiæ Job, ap. Vulg. Job 42. 14. Job vocavit nomen tertiæ (filiæ) Cornustibii. Greg. M. moral. 35. 48. « At vero in Cornustibii (quamvis non cornus sed cornu dicitur, nec constantium fistula tibium sed tibia vocatur), in latina lingua sermonis genere minime custodito, rem - prodere maluit ». — Porro Chaldæus Interpr. vertit « fulgens ut smaragdus »; sed hebraice est quasi « vas pigmento seu antimonio plenum » quo ejus pulcritudo significabatur.

CORNŪTENSIS, e, adj. ad Cornutum oppidum pertinens, in Not. Imp. occ. 8., ubi fortasse legend. Carnutensis, i. e. ad Carnutum seu Carnuntum pertinens, Pannoniæ oppidum.

CORNŪTI, ōrum, m. plur. 2. militum genus, ita dictum ab oppido Cornuto in Gallia, qui in Juniores et Seniores distincti, inter Auxilia Palatina recensentur. Notit. Imp. occ. 5. et 7.

CORNŪTUS, i, m. 2. (Κορνοῦτος) cogn. Rom., a cornu ductum, præsertim in gentibus Annæa, Cæcilia, Julia, Manilia, Sulpicia. Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Ex Annæis: Cornutus philosophus, grammaticus, scriptor. V. ANNÆUS. — 2.°) Ex Cæciliis: M. Cæcilius Cornutus, legatus in bello sociali. Cic. Font. 15. 33. M. Cornutum, L. Cinnam, L. Sullam, prætorios homines, belli gerendi peritissimos (Cf. Sisenna hist. 20. Cornutus conj. Wölfflin Plut. Mar. 43. et Appian. B. C. 1. 73. 336. a. 87. a. Chr.). — 3.°) Ex Sulpiciis: Ser. Sulpicius Camerinus Cornutus, cos. a. 500. a. Chr. Chronogr. a. 354. chron. I. p. 50. 254. — Q. Sulpicius Camerinus Cornutus, cos. a. 490. a. Chr. Chronogr. a. 354. I. p. 50. 264. — Ser. Sulpicius Camerinus Cornutus, cos. 461. a. Chr. Chronogr. a. 354. chron. I. p. 51. 283.; idem decemvir a. 451. a. Chr. — 4.°) Ex aliis: — C. Julius Cornutus Tertullus, cos. a. 100. a. Chr. Corp. 14. 2925 (Præneste); dein pro consule provinciæ Asiæ et mox provinciæ Narbonensis, vir egregius et pro veritate firmissimus, teste Plin. 2. ep. 11. 19. — Manilius Cornutus, legatus provinciæ Aquitaniæ. Plin. 26. Hist. nat. 1. 4. (4). — Fuficius Cornutus, legatus pro prætore provinciæ Mœsiæ (Corp. 9. 6078. 91). et consul dictus ac sodalis Titialis Flavialis etc. in Inscr. Röm. Mittell. 11. p. 253 (inter Pallanum et Histonium). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. Not. degli scavi 1907. p. 82 (Romæ). — Cornuta, cogn. mul. Corp. 10. 2832 (Puteolis).

CŌRŒBUS, i, m. 2. (Κόροιβος). ¶ 1. Fuit filius Mygdonis (hinc Mygdonides dictus Virg. 2. Æn. 342) et Anaximenes, qui quum Cassandræ sponsæ, a qua monebatur, ut imminenti neci se eriperet, fidem non habuisset, postrema nocte, qua Troja cecidit, a Peneleo Græco est interfectus (Virg. loc. cit. vv. 340-425). Cf. Heyne ad Virg. Æn. II. Exc. X. ¶ 2. Item vir Atheniensis, qui figlinas fabricas invenit. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (198). ¶ 3. Item Elius, victor primæ Olympiadis. Hieronym. chron. a. Abr. 1240 = 776. a. Chr. ¶ 4. Item Argivus, qui monstrum occidit a Phœbo immissum, Pœnen nomine, quod infantes e matrum gremiis raptos vorabat, seque præterea pro salute civium devovit (Paus. 1. 43. 7), de quo Ovid. Ib. 577. Hanc autem monstri stragem graphice describit Stat. 1. Theb. 596. sqq. ¶ 5. Item pictor non ignobilis incertæ patriæ, Nicomachi discipulus (Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. [146])., ubi Sillig. Corybas leg. in Catal., cui nomen ibi addit Corœbi architecti, qui Periclis ætate vixit, ex Plut. Pericl. 13. ¶ 6. Item Atyis, Lydorum regis filius, qui quintam chordam adjunxit (Boeth. mus. 1. 20. p. 206).

CŌRŎMANIS, is, f. 3. (Κορομανὶς πόλις Ptol. 6. 7. 19) oppidum Arabiæ Felicis, hod. Kueit, ap. Rav. p. 57.

CŌRON, ōnis, m. 3. Jovis filius ex Leonida Eurymedontis. Rufin. Clem. 10. 21.

CŌRŌNA, æ, nom. pers. et geogr. ¶ 1. Nom. gent. vir. Corp. 2. 5783 (in Tarraconensi). — Etiam nom. mul. Inscr. apud Murat. 1834. 13. — Item sideris, de quo V. ARIADNA. — In plur. num. Coronæ gemini dicti sunt duo adulescentes, qui ex cineribus mulierum combustarum nati sunt, ut fabulatur Ovid. 13. Met. 698., ne genus interiret. — Hinc Coronius (Etr. curunei, χurnei. V. Schulze, Eigenn. p. 77), nom. gent. Corp. 2. 510 (in Lusitania); unde adj. Coronianus fundus (Tab. alim. Bæb. 2. 53). — Coroneus, pater Coronidis (Ovid. 2. Met. 569). — Coronarius, cogn. Corp. 9. 5920 (Anconæ). — Coronatus, nom. viri clarissimi, qui scripsit de finalibus et carmine (Anth. 228., 226. et 228).; et cogn. (Corp. 4. 507 ?). — In plur. Coronati, quattuor sancti martyres Claudius, Castorius, Symphorianus et Nicostratus, quibus accessit Simplicius, ad metalla damnati, tempore Diocletiani, in Pannonia (Pass. IV. cor. ed. Benndorff), diversi ab aliis quattuor Coronatis, Severo, Severiano, Carpophoro et Victorino, Romæ passis (Sacr. Gelas. 2. 62), quibus in monte Cælio ædes exstructa fuit. V. Nibby, Rom. mod. I. 682., iterum distinguendis ab aliis eodem ferme nomine vocatis, uti monet cl. De-Rossi in Bull. Chr. a. 1869. p. 69. sqq. ¶ 2. Est etiam Corona, nom. oppidi Arabiæ Felicis, ap. Rav. p. 57.

CŌRŌNĒ, es, f. 1. (Κορώνη) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. pers., sc. uxoris Protei. Serv. ad Virg. 4. G. 391. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum in faucibus Chersonesi Thraciæ, ita ab uxore Protei cognominatum (cujus fabula apud Serv. loc. cit.), prope Cillam situm. Dict. 2. — 2.°) Item oppidum maritimum Messeniæ ad oram occidentalem sinus Messeniaci ad radices montis Mathiæ, fœderi Achaico adscriptum, hod. Petalidi. Memoratur Liv. 39. 49., coll. Strab. 8. 316. et 360., Paus. 4. 15. et Ptol. 3. 16. 8. — De ejus nummis vd. Head, 418. et 433. — Hinc Coronæus sinus dictus Plin. 4. Hist. nat. 5. 7. (15).

CŌRŌNĒA, æ, f. 1. (Κορώνεια) Coroniam vocat Stat. 7. Theb. 307. « feracem messe Coroniam ». Corrupte Cronias, Chonias, Chromis apud veteres geogr. — Est autem oppidum Bœotiæ ad lacum Copaidem, hodie Camari, in colle situm. Memoratur Liv. 33. 29., Nep. Ages. 4., Ampel. 14., Stat. loc. cit. et Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (26). — Condita fertur ab Arnatibus Thessaliæ in memoriam oppidi cognominis patriæ regionis, ubi templum erat Athenæ Itoniæ dicatum, in quo festa Pambœotia celebrabantur, illustris ob duo prœlia ibi commissa in bello sacro inter Thebanos et Athenienses a. 447. a. Chr. et inter Thebanos et Lacedæmonios, ab Agesilao ductos victoresque a. 394. a. Chr. Cf. Nep. Ages. loc. cit., coll. Thuc. 1. 113., 4. 93., Diod. 16. 35., Strab. 9. 407. et 411. et Paus. 9. 6. 4. et 34. 1. — De ejus nummis vd. Head, 345.

CŌRŌNEUS, ei, m. 2. V. CORONA et voc. seq.

CŌRŌNIS, idis, f. 3. (Κορωνίς) Coronida, acc. Gr. pos., apud Ovid. 2. Met. 599. et Hygin. fab. 202.

Coronis, nom. mul. ¶ 1. Fuit uxor Valentis (sive Cratis) et Mercurii mater. Cic. 3. Nat. D. 22. 56. ¶ 2. Item nympha Larissæa, filia Phlegyæ (Hygin. fab. 161) vel Leucippi, soror Ixionis (Serv. ad Virg. 6. Æn. 618), « quæ quum forma esset præstanti, Apollini placuit atque ex eo puerum concepit: sed a corvo apud Apollinem accusata adulterii cum adulescente Hæmonio Elati filio, cui nomen Ischys erat, ab Apolline sagitta confossa est; qui extractum e ventre puerum Æsculapium appellavit; corvum vero mali nuncii delatorem ex albo in nigrum convertit ». Ita Forcellin. ex Ovid. 2. Met. 544. et 598. sqq., Hygin. fab. 161. et 202., Serv. loc. cit. et Ps. Lact. Plac. in arg. 2. Met. fab. 7. — Hinc Coronides, cogn. Æsculapii (Κορωνίδης). Gloss. Coronides id est Æsculapius, a matre. Adde Ovid. 15. Met. 624., 6. Fast. 746. et Ib. 406. ¶ 3. Item Coronei Phocensis filia, quæ a Neptuno sola in litore visa ex metu opem Palladis imploravit ab eaque in cornicem (κόραξ) versa est, ut fabulatur Ovid. 2. Met. 551. sqq. et Ps. Lact. Plac. 2. fab. 8. ¶ 4. Item Oceani filia, Hyadum una, ap. Hygin. fab. 182. et 192. ¶ 5. Item mater Machaonis ex Asclepio. Id. fab. 97. — De his vd. plura ap. Stoll, Roschers Myth. Lex. 2. 1387. 36. et 1390. 18.

CŌRŌNUS, i, m. 2. ¶ 1. Fuit unus ex Argonautis, Cænei filius (Κόρωνος) ex urbe Gyrtone in Thessalia. Hygin. fab. 14. — Est etiam, ut videtur, nom. numinis, in ara. Corp. 2. 5562 (in Lusitania). ¶ 2. Item mons altissimus ad confinia Mediæ et Hyrcaniæ, hod. Damavend, ap. Ammian. 23. 6. 28., coll. Ptol. 6. 2. 4.

CŌRŌPISSUS v. Coropassus, i, m. 2. (Κοροπασσός Strab.) oppidum Lycaoniæ ad confinia Cappadociæ. Corp. 10. 8261 (Tarracinæ). — Ptol. 5. 6. 16. 'Αδοπισσός. — De ejus nummis vd. Head, 720. et Eckhel 3. p. 30., ubi Κορόπισσος.

CŌROZAIN, indecl. nom. incertæ originis et significationis; alii namque a Gr. χώρα, regio et Ζὶν derivant quasi sit regio Zin; alii ab Hebr. Hhôreshim « saltûs »; alii aliunde. Varie etiam scribitur in mss. gr. Χωραζίν, Χοραζή, Χοραζαΐν et in Lat. Chorozain, Corozaim, Chorazan (Cf. Tischendorf, Nov. Test. Gr. etc. Leips. 1872. p. 57. et 550) et Kôrazim in Talmud.

Corozain, oppidum Galilææ, haud procul a Bethsaida et Capharneum, ut arguitur a Vulg. Matth. 11. 21. et Luc. 10. 13. « Væ tibi, Corozain, væ tibi, Bethsaida etc. », quibus verbis Christus ea oppida increpat, quod, quamvis ejus doctrina ac miraculis illustrata, tamen in suis erroribus vitiisque perstiterint increduli, iisque idcirco minas terribiles intentat. — De situ alii alia censent; sed veri similius ponitur, ubi nunc sunt ruinæ Kerazeh, a plerisque ex criticis viris, teste cl. Heidet in Dict. Bibl. II. 1019. Cf. etiam Amstrong, Wilson et Conder, Names and places in the New Test. Lond. 1888. et Sepp, Das Leben J. Chr. Ratisb. 1857. p. 261.

CORPĒNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi conventus Synnadis. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (105). Sillig. Encarpeni.

CORPĪLI (Corpilli), ōrum, m. plur. 2. gens Thraciæ. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (40).

CORRUPTĬCŌLÆ, ārum, m. plur. 1. (corruptus et colo: Φθαρτολάτραι) appellabantur Alexandriæ Christiani, qui corpus Christi corruptibile esse dicebant. Liberat. 9. p. 986. Ad confusionem Alexandrinorum Phantasiastarum vel Corrupticolarum, gloriantium de Cyrillo, tamquam de patre atque auctore suo. et 19. p. 1034. Ecclesiam illam diviserunt et alios quidem fecerunt Corrupticolas appellari, alios, nimirum incorruptibilis (sc. corporis Christi) assertores, Phantasiastas. et 20. p. 1037. Divisa est usque nunc illa civitas hoc schismate ut Gaianitæ et Theodosiani in ea vocentur, id est Phantasiastæ et Corrupticolæ.

CORSA, æ, f. 1. V. CORSICA.

CORSĒÆ, ārum, f. plur. 1. (Κορσεαί) insulæ maris Ægæi ad oram Ioniæ. Plin. 5. Hist. nat.

31. 37. (135). Cf. Strab. 14. 1. 13. Stephan. Byz. Κορσεαί, νῆσος τ. Ἰωνίας ἀντικρὺ Σάμου.

CORSI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

CORSĬCA, æ, f. 1. (Κύρνος Diod., Κορσικά Strab., Κορσική Paus., Κουρσική Procop.) Plin. 3. H. N. 6. 12. (80). et Anth. 236. Cyrnos. Gloss. V. 179. Cyrne insula. et 286. Cernus. — Scribitur et Cursica Pol. Silv. chron. I. p. 537. 16., unde Cursus pro Corsus in Dipl. XVIII. a. p. Chr. 96. apud Momms. C. I. L. 3. et Cursicanus pro Corsicanus in Corp. 2. 4063. — Declin. Corsice (es), Gr. posit., Gloss. infra cit., et Corsis (idis), ap. Priscian. partit. 460. — Penultimam corripiendam esse tradit Priscian. gramm. III. 522. 21. — Origo vocis fabulosa deducitur a Corsa (V. infra). Isid. 14. Orig. 6. 42. Hæc autem insula græce Κύρνη dicitur, a Cyrno, Herculis filio, habitata. Kiepert vero derivat a Semit. qeren « cornu », sc. caput seu promontorium, coll. Gr. Κύρνος: sane hæc insula promontoriis abundat.

Corsica, insula maris Tyrrheni, ad septentr. Sardiniæ, e regione Liguriæ et Etruriæ, promontoriis angulosa et asperrima, hodie item Corsica. De ea Ampel. 6. Clarissimæ insulæ in mari nostro undecim: - Corsica. Anth. 236. Corsica Sardinia brevior, porrectior Ilva, Corsica piscosis pervia fluminibus, Corsica terribilis: - parce relegatis. et 237. Barbara præruptis inclusa est Corsica saxis, Horrida, desertis undique vasta locis. Senec. dial. 12. 6. 4 (qui illuc relegatus est) Insulas Sciathum - Corsican (ita A) percense: nullum invenies exsilium, in quo non aliquis animi causa moretur: quid tam nudum inveniri potest, quid tam abruptum undique quam hoc saxum? Avien. orb. 622. inhorrens Corsica silvis. Claudian. 15. 506. cæcis vitatur Corsica saxis. Hygin. fab. 27. Corsica ager pessimus. Adde Rut. Namat. 431. Plin. 8. Hist. nat. 49. 75. (199). Est in Hispania sed maxime Corsica non absimile pecori genus musmonum (Strab. 5. 2. 7. de Sard.). et 15. ibid. 30. 39. (132). Notatum antiquis, nullum genus laurus in Corsica fuisse, quod nunc satum et ibi provenit. et 16. ibid. 39. 76. (197). Abietes laudatissimæ in Corsica. et 37. ibid. 10. 56. (152). Catochitis Corsicæ lapis est, ceteris major et magis mirabilis. Varr. frg. Serv. Æn. 5. 824. Ut autem Varro dicit, (Phorcus) rex fuit Corsicæ et Sardiniæ, qui etc. — Civitates habuit XXXIII (al. XXXII) et colonias Marianam, a C. Mario deductam, et Aleriam, a dictatore Sulla (Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. [80])., aliaque oppida (Strab. 5. 2. 7. et Rav. p. 413), inter quæ Adiacium (hod. Aiaccio) memorat Greg. M. 9. ep. 74., insulæ caput. — Fuit primum culta a Phœniciis, deinde a Liguribus, a Phocensibus, ab Etruscis, a Carthaginiensibus, quibus eam eripuerunt Romani bello Punico primo a. 259. a. Chr., consule L. Cornelio Scipione (Liv. epit. 17), qui triumphum egit, teste Eutrop. 2. 20. et Act. triumph. Capit. a. U. C. 495 (Corp. I.[2] p. 47). Fast. autem p. 322. « Sinnius Capito ait, Ti. Gracchum consulem (a. 238. a. Chr.) Sardiniam Corsicamque subegisse. — Sub iis fuit locus deportationis et statio classis Misenensis. — Subinde vero Corsicam rebellantem a. 231. a. Chr. C. Papirius Maso cos. coercuit ac triumphavit primus in monte Albano (Fast. triumph., coll. Liv. epit. 19. et Cic. 3. Nat. D. 20.52); iterumque domuit a. 181. M. Pinarius prætor (Liv. 40. 19. et ibid. 34); et a. 173. C. Cicerejus prætor, qui in monte Albano pariter triumphavit (Fast. triumph., coll. Liv. 42. 7. et 21) et M.' Juventius Thalna cos. — In formam provinciæ redacta fuit, cujus administratio juncta Sardiniæ, quamquam postea ambæ suos prætores habuere ac dein præsides (Saxt. Ruf. in Brev. 4), usque ad Vespasianum. — Tempore autem Diocletiani videtur a Sardinia sejuncta usque ad finem imperii occidentalis ac decima septima provincia fuit diœcesis Italiæ sub præfecto præt., ejusque præses sub vicario urbis Romæ, et rationalis sub comite sacrarum largitionum (Notit. Imp. occ. cc. 1., 2. et 10., coll. Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6507). Fuit autem sæc. V. a Vandalis occupata, dein a Gothis vastata et Langobardis. — Hinc Corsicus, adj. Varro 3. R. R. 2. Corsicum mel. (Plin. 30. Hist. nat. 4. 10. (28)., quod asperrimum habetur. et Porphyr. Hor. a. p. 375. Corsicum et Sardum mel pessimi saporis). Plin. 21. Hist. nat. 14. 49. (83). cera (Cf. Ovid. 1. Amor. 12. 10). Manil. 4. 638. litora. Octav. 382. mare. — Corsicanus, adj. Solin. 3. Corsicanus ager. Serv. georg. 4. 101. « dulcia mella » non est superfluum epitheton; nam ideo ait « dulcia » quia sunt etiam amara ut Corsicana. Vict. Vit. 3. 20. Jussi estis in Corsicanam insulam relegari. — Corsus, adj. Ovid. 6. Fast. 194. Corsæ aquæ. — Corsa pro nom. mul. Sall. Hist. frg. 2. 11. Corsa nomine Ligus mulier. Isid. 14. Orig. 6. 41. Corsicæ insulæ exordium incolæ Ligures dederunt appellantes eam ex nomine ducis. Nam quædam Corsa nomine Ligus mulier taurum a ceteris digredientem et aucto corpore remeantem, cupiens scire incognita sibi pabula, usque ad insulam navigio prosecuta est; cujus regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures ratibus illuc profecti sunt. — Corsus, pro nom. vir. Guid. p. 499. Corsica a duce suo Corso. et pro cogn. Corp. 11. 1131 (Fort Novi). — Incolæ, Corsi (Κορσοί Steph. Byz.), in Act. triumph. Capit. a. U. C. 523 (Corp. 1.[2] p. 47). Plin. 15. Hist. nat. 29. 38. (126). L. Piso tradit Papirium Nasonem, qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis (Act. triumph. Capit. a. U. C. 523), myrto coronatum etc. Adde Liv. 21. 16.; 40. 34. et Liv. epit. 20., Oros. 4. Hist. 7., Corp. 9. 2858 (Histonii). Const. veteran. 20. a. 88 (Corp. 3. p. 1964 = 10. 7888) int. 1. ext. 7. Cobors I. gemina Sardorum et Corsorum. — Corsi in Sardinia. Plin. 3. Hist. nat. 7. 13. (85). Celeberrimi in ea (sc. Sardinia) populorum Ilienses, Balari, Corsi. Cf. Paus. 10. 17. 8. — De Corsica vd. Galletti, Histoire illustrée de la Corse, Paris 1866. et De Mortillet, Rapport sur les monum. megalithiq. de la Corse, Nouv. Arch. d. mss. scientif. III. 1893.

CORSĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Nom. gent. Corp. 5. 7714 (Augustæ Bagiennorum). — Hinc Corsiana, nom. mul. Cod. Just. 7. 16. 31 (a. 294). — Corsinius, nom. gent. (Cf. Etr. cursnis, cursnial et W. Schulze, Eigenn. p. 156). Corp. 6. 16485. et Corsinia, nom. mul. Ibid. — Corsilius, nom. gent. Corp. 8. 6072 (in Numid.). ¶ 2. Est etiam cogn. oppidi (Κορσαῖος). Plin. 4. Hist. nat. 3. 4. (8). Bœotia cum oppidis Siphis, Thebis, quæ Corsiæ (Corsicæ E a) cognominatæ sunt.

CORTĒ, f. sing. abl. fort. per sync. a Cohors, sublata aspiratione. Est autem ¶ 1. Oppidum Ægypti, hodie Corti, in Itin. Ant. p. 162. — Corton in Thebaide, ap. Rav. p. 133., idem videtur. ¶ 2. Item oppidum Cappadociæ. Rav. p. 95., ubi alii leg. Corne.

CORTERĀTĒ, oppidum v. statio Aquitaniæ, hod. Coutras, in Tab. Peut. 2.

CORTICĀTA, æ, f. 1. insula ad oram Callæciæ, hod. Salvora, ap. Plin. 4. Hist. nat. 20. 34. (111).

CORTŌNA, æ, f. 1. (Κρότων passim, Κρότωνα, Κροτωνία, Κορθωνία, Κόρτωνα, Κυρτώνιον, Γορτυναία) Scribitur etiam Cortuna, Cortona, Crotone v. Crotone et apud poetas Corythos. — Oriri videtur ab Etr. curtun (Corp. Inscr. Etr. 1. 471), sed poetæ conjungunt cum Gr. Κόρυθος, sc. Corytho heroe, ejus conditore, unde et nomen acceperit. Cf. CORYTHUS et CROTON.

Cortona, unum ex XII. fœderatis Etruriæ oppidis antiquissimum prope Trasimenum, monti insidens, ad ripas Clanis fl., tribu Stellatina, patria Dardani, qui dicitur Trojæ conditor, et Hostiliani, philosophi Stoici. Memoratur Liv. 9. 37. A Perusia et Cortona (Crotone codd.) et Arretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant. et 22. 4. Quod agri est inter Cortonam urbem Trasumennumque lacum. Adde Virg. 3. Æn. 167. et 7. ibid. 206., Sil. It. 4. 720.; 5. 123. et 8. 472. et Rav. Guid. p. 491., coll. Ptol. 3. 1. 48., Polyb. 3. 82., al. — Fertur ab Umbris condita fuisse, dein a Pelasgis occupata (Dionys. ant. 1. 20. 4. et ibid. 26. 1) sub nomine Corythi (Virg. 3. Æn. 167), ab Etruscis et denique a Romanis, qui, fort. tempore Sullæ, coloniam illuc deduxerunt pacemque ab ea ac fœdus rogati sunt (Liv. 9. 37) a. 310. a. Chr. — Hinc Cortonensis, adj. Id. 22. 4. montes. — Plur. Cortonenses, absolute — 1.°) Incolæ Cortonæ Etruscæ. Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (52). — Dub. Inscr. Rostowzew, tess. plumb. n. 848. — 2.°) Incolæ civitatis coloniæ Cæsaraugustæ in Hispania Tarrac. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (24). — Cf. Nissen, Ital. Landesk. II. 318. sq. et Hübner, PW. 4. 1661. 54.

CORTŌNENSIS, e, adj. V. voc. præc.

CORTUŌSA, æ, f. 1. oppidum Etruriæ, de quo Liv. 6. 4 (a. 389. a. Chr.). Oppida Etruscorum Cortuosa et Contenebra vi capta. Ad Cortuosam nihil certaminis fuit - direptum oppidum atque incensum est.

CŌRUNCĀNIUS, ii, m. 2. (Κορουγκάνιος et Κουρουγκάνιος) Scribitur etiam Coroncanius, Coruncanius, Corricanus. — Nomen fortasse est ab aliquo loco ductum vel conjungendum cum Auruncus, uti censet Hübner in Ephem. epigr. II. p. 66. — Ex hac antiqua et illustri gente plebeja, Camerii orta, memoratu digni occurrunt ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Ti. Coruncanius, Tusculanus (Cic. Planc. 8. 19), a. 254. a. Chr., primus e plebe pontifex maximus (Liv. epit. 18., coll. Gell. 4. 6. 10., Vellej. 2. 128); antea vero, sc. a. 280., cos. cum P. Valerio Lævino (Fast. Capit., Chronogr., Carm. Pasch.), de Vulsiniensibus et Vulciensibus triumphavit (Fast. triumph. Capit., coll. Appian. de reb. Samn. 10. 3. et Corp. 1.[2] p. 46) et a. 246. dictator comitiorum habendorum causa (Cassiod. chron. II. p. 127., Fast. cos. a. U. C. 508. Corp. 1.[2] p. 24). — Hic suo tempore insignis jurisconsultus, ob ingenii vim (Cic. Brut. 14. 55), sapientiam (Id. 3. Orat. 15. 56) ac scientiam (Id. Dom. 139) celebratus, primus profiteri cœpit, cujus tamen scriptum nullum exstat sed responsa complura et memorabilia (Pompon. Dig. 1. 2. 2. 35) et fragmenta duo (Bremer, Jurispr. antehadr. I. 7. sq.); at non tanti habitus ut orator, cui dumtaxat Senecæ temporibus doctiusculi, neglectis scriptoribus, quos cultior ætas protulerat, maxime studebant. Senec. ep. 114., coll. Senec. Rhet. 2. Controv. 9. « Quid loqueris Fabricios? quid Coruncanios? Pompæ ista exempla, fictiles ubi fuerint dii: facile est, ubi non noveris divitias, esse pauperem ». — 2.°) Fortasse ejus filii C. et L. Coruncanii, legati a. 230. a. Chr. ad Illyrios missi, quorum alter junior per insidias occisus est, de quo Plin. 34. Hist. nat. 6. 11. (24). « Hoc (statuæ equestris honor) a republica tribui solebat injuria cæsis sicut aliis, et P. Junio et T.(errore) Coruncanio (Polyb. 2. 8. L. Coruncanio, ap. Appian. de reb. Illyr. 7. sine prænomine), qui, a Teuta, Illyriorum regina, interfecti erant. Non omittendum quod Annales adnotavere, tripedaneas iis statuas in foro statutas. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 6. 129. — Coruncania, nom. mul. 6. 16487.

CŌRUS v. Caurus, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. venti. V. CAURUS in Lexico. ¶ 2. Item nom. myth. (Κόρος ?). Schol. Stat. Theb. 7. 307. « Coroniam nomen a Coro Centauro tractum, de quo et civitas dicta est ». Fort. legendum Corono (Cf. Höfer ap. Roscher, Myth. Lex. 2. 1392). ¶ 3. Est etiam cogn. vir. (Κόρος). Corp. 6. 20305., 22357. etc. — Nom. sing. 6. 4469.

CORVĪNUS, i, m. 2. V. voc. seq.

CORVUS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. sideris. Capell. 8. p. 279. et p. 280. Cf. Brev. Exp. Virg. georg. 1. 205. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. ex iis, quæ ab animalibus sumpta sunt. — 1.°) Speciatim — a) M. Valerius Corvus, trib. militum et cos. a. 348. a. Chr. et dictator comitiorum habendorum causa (Fast. cos. Capit. [Corp. 1.[2] p. 20]); iterum cos. a. 346. triumphavit de Antiatibus, Volscis Satricanisque (Act. triumph. Capit. a. U. C. 408 [Corp. 1.[2] p. 44]); item cos. tertium de Samnitibus a. 343 (Ibid.); cos. quartum a. 335. de Calenis, et a. 301. de Etruscis et Marsis (Corp. 1.[2] p. 45); fuit et interrex (Liv. 8. 17. et 9. 7. et Liv. epit. 7). — b) Item rhetor ætatis Augusteæ. Senec. suas. 2. 21. — 2.°) Generatim, in titulis. Inscr. Notiz. degli scavi 1907. p. 547 (Romæ). et Corp. 11. 4864 (Spoleti) etc. — Hinc Corvinus, domin. a Corvus, cogn. præsertim gentis Valeriæ proprium; unde absolute Corvini dicti, qui ex hujus gentis familia hoc cognomine flo-

ruerunt. — Ex his præcipui — 1.°) Apud scriptores — a) (Valerius) Corvinus ap. Manil. 1. 758. et Sil. It. 5. 76.; qui fuit M. Valerius Messalla, primus Corvinus cognominatus (Quadrig. hist. 12. et Liv. 7. 26). V. VALERIUS. — b) Corvinus, orator, ap. Vellej. 2. 36., Senec. lud. 10., Solin. 1., al., de quo V. VALERIUS. — c) Taurus Statilius Corvinus, nepos Messallæ Corvini oratoris, cos. a. 45. p. Chr. (Act. Fr. Arv. a. 35. 3., Corp. 15. 4612). — 2.°) In titulis cogn. vir. Corp. 14. 246. — Hinc etiam Corvina nom. gent. ap. Schulze, Eigenn. p. 156. et 284. — Corvianus, adj. Corp. 10. 407. IV. 9. (Volceis). — Corvinius (Corventius), nom. gent. Corp. 8. 5501 (in Numid.). Cf. Schulze, Eigenn. p. 155. 2.

CŎRȲBANTES, um, m. plur. 3. (Κορύβαντες) ¶ 1. Sacerdotes seu ministri deæ Phrygiæ seu Matris Idææ, idest Cybeles, quam vocem alii alio modo interpretantur. Gloss. « Corybantes ludentes cum generibus organum ». Alii, uti docet Forcellin., derivant « a κορίπτω, caput jacto, et βαίνω, quod sacro correpti furore cymbala pulsarent (Horat. loc. cit.) et inter saltandum capita jactarent; vel a κόρα, oculi pupilla, quia cum Jovis pueri essent custodes (Serv. ad Virg. 4. Æn. 50), oculis dormirent apertis, unde κορυβαντιᾷν dicuntur qui similiter dormiunt; vel a Corybante, Iasionis et Cybeles filio, qui simul cum Dardano sacra Matris deum in Phrygiam detulit; vel denique ab ære, quod mons sit in Cypro æris ferax, quem Cyprii κόριον vocant ». His addi potest, quod refert Serv. auct. 3. 111. « quos quidam Corybantes dictos ideo trahunt ἀπὸ τῆς Κόρης; Corybas enim Proserpinæ, quæ Κόρη dicitur græce, sine patre natus ». et Schol. Bern. ad Virg. 4. Æn. 151. « ab hoc Corybantas vocatos, quod galeas primi sicut conos habuerint militares, quæ adhuc κόρυμβες vocentur ». — Curetes appellantur Serv. loc. cit. a κουρά, tonsura, et Dactyli, quia digitorum numerum æquarent quamquam alii Corybantes a Curetibus distinguunt (Senec. et Hieronym. locc. citt.); vel quod uti homo per digitos, ita Rhea per illos ministeria sua exsequeretur; vel ex fabula, quam narrat Diomed. gramm. I. 578. 16., quod Ops in Idam montem fugiens suas ei manus imposuisset, sicque Jovem edidisset et ex hac manuum impressione emersissent Corybantes, qui a montis nomine et qualitate facti Idæi Dactyli dicti fuissent. Alii tamen aliter fabulam narrant (Hygin. fab. 139., Mythogr. I. fab. 39. et 104. et Mythogr. II. fab. 16. et 46., Ps. Lact. 1. 13., Firm. de err. etc. 12). Sunt etiam qui putent eos filios Apollinis fuisse et quidem numero quattuor; alii vero tres tantum et ex lacrimis Jovis procreatos, Corytes dictos. Ita ut sive de origine et significatu vocabuli sive de fabulæ expositione nihil dici vel statui possit, quo rem facile expediat. Ex his tamen explicantur poetarum dicta. Horat. 1. Od. 16. 8. non acuta si geminant Corybantes æra. Senec. Herc. O. 1877. nunc Curetes, nunc Corybantes, arma Idæa quassate manu. Claudian. 20. 285. Corybantes truces. Adde Ovid. 4. Fast. 210. — In sing. num. collective. Claudian. 8. 150. Nec te progenitum Cybeleius ære sonoro Lustravit Corybas. Adde 1. rapt. Pros. 208., Sidon. carm. 11. 122. — Fabulam interpretatur Serv. ad Virg. 2. Æn. 783. et 3. ibid. 113. « Ideo Corybantes ejus (matris deum) ministri cum strictis gladiis esse finguntur, ut significetur omnes pro terra sua debere pugnare ». ¶ 2. Item gens mythica, de qua Hieronym. chron. a. Abr. 472. « Curetes et Corybantes Cnosson condiderunt, qui modulatam et inter se concinentem in armis saltationem repperere ». Priscian. perih. 546. « Post Corybantum Mœnibus antiquis Samothracia cernitur aucta ». — Hinc Corybantius (Κορυβάντιος), adj. Virg. 3. Æn. 111. Corybantia æra. Arnob. 5. p. 169. sacra (Cf. Vulg. 1. Cor. 13. 1). — Corybantium, subst. n. Schol. Juv. 10. 267. posita tiara, id est Corybantio. — Corybanticus (Κορυβαντικός) conj. Bücheler ap. Claudian. carm. min. app. 6. 3. Baccho Corybantico (Curetico Heinsius).

CŎRȲBANTĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

CŎRȲBĀS, antis, m. 3. (Κορύβας) ¶ 1. Sensu collectivo pro Corybantibus. V. CORYBANTES. — Pro insano, furente usurpat Juvenal. 5. 25. De conviva Corybanta videbis. ¶ 2. Item filius Proserpinæ, qui ex ea sine viri opera natus est. Serv. ad Virg. 3. Æn. 111. ¶ 3. Item pater Apollinis secundi. Cic. 3. Nat. D. 23. 57. (Alter) Apollo Corybantis filius, natus in Creta, cujus de illa insula cum Jove ipso certamen fuisse traditur. ¶ 4. Serv. auct. Æn. 3. 111. Dicunt quendam Corybantem (auct. de Creta) venisse ad Italiam et tenuisse loca, quæ nunc urbi vicina sunt.

CŎRȲCÆ, insulæ duæ circa Cretam ante Peloponnesum. Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. (61).

CŎRȲCÆUS. V. CORYCUS.

CŎRȲCĬDES, um, f. plur. 3. nymphæ Corycii nemoris (Κωρυκίδες). Ovid. 1. Met. 320. « Corycidas nymphas et numina montis adorant (Deucalion et Pyrrha) » h. e. quæ antrum Corycium incolebant ad radices Parnassi montis: quod antrum a quadam nympha Corycia, quæ Apollini Lycorum peperit, denominatum fuisse tradit Paus. 10. 6. — Apollon. 2. Argon. 713. Corycias nymphas nominat; tametsi non Musas intelligit, ut videtur, sed alias, Plisti cujusdam filias. Cf. Varr. Atac. carm. frg. 5. et Stoll ap. Roscher, Myth. Lex. II. 1392. 64.

CŎRȲCUS, a, um, adject. V. voc. seq.

CŎRȲCUS, i, comm. gen. 2. nom. geogr. (Κώρυκος: cf. κώρυκος, sacculus coriaceus, de quo V. Lexicon) Scribitur haud recte etiam Coricus, et declin. Gr. posit. Corycos passim, cujus acc. Corycon habet Colum. 3. 8. 4. — Secundam produxit Prisc. perih. 805., ubi tamen alii pro Corycum legunt Corycium. V. infra.

Corycus ¶ 1. Est nom. oppidi in Cilicia (Tracheа) juxta mare siti, hodie Korghoz. De eo Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (92). Juxtaque mare Corycos, eodem nomine oppidum et portus et specus. Mela 1. 71. Corycos, oppidum portu saloque incingitur, angusto tergore continenti adnexum. Eutr. 6. 3. Publius Servilius ex consule - Ciliciam subegit, Lyciæ urbes clarissimas - cepit: in his - Corycum Ciliciæ (Oros. 5. Hist. 23. Corycum diruit). Isid. 14. Orig. 3. 45. (In Cilicia) et Corycus oppidum est, unde crocum (zafferano) plurimum et optimum venit, spiramine flagrantiori et colore plus aureo. Rursum Plin. loc. supra cit. Hephæstitis gemma nascitur in Coryco. — Specus seu antrum ibi celebre est, fuse descriptum a Solin. 38. « Corycos oppidum et specus, qui montem impositum mari a summo cavat vertice, patulus hiatu amplissimo. - In eo sacrum est Jovis fanum, in cujus recessu intimo Typhonis gigantis cubile positum, qui volunt, credunt » (Adnot. Lucan. 9. 809. sub quo (monte) Gigas premitur). et Serv. ad Virg. 4. G. 127. Corycos enim civitas est Ciliciæ, in qua antrum illud famosum est, pæne ab omnibus celebratum. et Mela 1. 72. Supra specus est nomine Corycus singulari ingenio ac supra quam ut describi facile possit, eximius. et sequitur descriptio. — Hinc Corycæi, incolæ: Cic. 10. Att. 18. Non scribam ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim; omnes enim Corycæi videntur subauscultare, quæ loquor (Cf. proverbium Græcum Κωρυκαῖος ἠκροάζετο Strab. 14. 1. 32). — Corycensis, adj. Conc. Const. a. 536 (Mansi 8. 972[E]) Archelaus, episcopus Corycensis. — Corycius (Κωρύκιος), adj. Varr. Atac. carm. frg. 5. Te nunc Coryciæ (Ortigiæ libr.) tandem spicula nymphæ (Cf. CORYCIDES). Curt. 3. 4. 10. Corycium nemus, ubi crocum gignitur. — Huc spectare videtur Corycius senex ap. Virg. 4. G. 127., quem prope Tarentum se vidisse ait poeta, ita dictus, uti censet Serv. ad l., vel quod Cilix esset e Coryco Ciliciæ oppido (multos namque ex ea provincia, victis piratis Cilicibus, in Græciam et Calabriam transtulerat agrisque donaverat Cn. Pompejus M.; quamquam Virgilius Œbaliam Tarentum vocat, ab Œbalo Lacedæmonio, in Lucaniam profecto, ubi coloniam statuit et oppidum condidit) vel non natione Cilix sed peritia, quia more Cilicum (qui rerum hortensium studiosissimi erant) hortos excoluit. « Male autem quidam, ut addit idem Serv., Corycium proprium esse asserunt nomen, cum sit appellativum ». Virgilii autem locum (4. G. 125-146) sane iconicum (ibi namque graphice describitur laudati senis tranquillum beatumque vivendi genus) totum exscriberem; verum (ut poetæ utar verbis) « spatiis exclusus iniquis prætereo ». De eo Sidon. carm. 24. 58. Horti quales Corycium senem beantes fuscabat Galæsus. — Corycium (Κωρύκιον), subst. n. Prisc. perih. 805. Continuoque jacent aliæ Pamphylides urbes Corycium (al. Corycum) Pergeque calens et celsa Phaselis. Cf. Prob. Virg. georg. 4. 127. Est autem in Cilicia promontorium Corycium a nomine uxoris Promethei, quæ Κωρύκιον est appellata. ¶ 2. Item mons v. promontorium Ciliciæ. Senec. 3. Nat. 11. 2., Plin. 18. Hist. nat. 11. 20. (67)., Apul. mund. præf. ¶ 3. Item portus et promontorium Ioniæ. Liv. 36. 43. et 37. 8. ¶ 4. Item mons Cretæ. Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. (60)., ubi tamen recentiores pro Corycos legunt Crocus. ¶ 5. Item oppidum Pamphyliæ. Prisc. perih. 805., ubi tamen recentiores, ut dictum est, pro Corycus leg. Corycium.

CŎRȲDALLA, æ, f. 1. (Κορύδαλλα) Etiam Coridallus in Tab. Peut. 10. — Est autem oppidum Lyciæ ad lævam Limyri, hod. Hadgivella. Memoratur Plin. 5. Hist. nat. 27. 28. (100)., coll. Ptol. 5. 3. 6. — Rav. p. 104. Coridallon. — De ejus nummis vd. Head, 695.

CŎRȲDON, ōnis, m. 3. (Κορυδών) Corydo in Corp. 6. 11610. ¶ 1. Est nomen pastorum apud poetas bucolicos, quo et Virgilius in suis Eclogis utitur, fictum ab ave, quæ corydalus dicitur, dulce canens, ut tradit Serv. ad Virg. 2. Ecl. 1. « Formosum pastor Corydon ardebat Alexim ». Hoc autem quidam de poetæ amoribus interpretantur. Cf. Propert. 2. 34. 73. Felix intactum Corydon qui tentat Alexin etc. et Martial. 8. 73. 10. « Non me Pæligni, nec spernat Mantua vatem, Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit ». In hac sane ecloga alios intelligi in persona pastorum docet Serv. ecl. 2. 1. « Alii Corydona, Asinii Pollionis puerum, adamatum a Virgilio ferunt a domino datum » (Philarg. ad l. rec. I). — Aliter Apul. apol. 10. « Virgilius abstinens nominum sese quidem Corydonem, puerum vero (Pollionem) Alexin vocat ». Sic et Serv. ibid. « Corydonis in persona Virgilius intelligitur ». Item in Ecloga 7. 11. idem Serv. « Et multi volunt in hac ecloga esse allegoriam, ut Daphnis sit Cæsar, Corydon Virgilius etc. ». ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Corp. 6. 11610. supra cit. et 2. 3335 (in Tarracon.).

CŎRYMBĬA, æ, f. 1. (Cf. Κόρυμβος) vetus nomen insulæ Rhodi, quæ antea Ophiussa, teste Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (132).

CORȲNA, æ, f. 1. oppidum Ioniæ. Mela 1. 89. — Hinc Corynæus, adj. Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (117). — Fort. etiam Corynæus (Κορυναῖος) nom. vir. Gr. Virg. 6. Æn. 228. — Alter apud eund. 12. ibid. 298.

CŎRȲPHÆUS, i, m. 2. (Κορυφαῖος) nom. vir. Juvenal. 8. 62.

CŎRȲPHAS, antis, m. 3. (Κορυφαντίς Strab.) oppidum Mysiæ. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122). — Hinc Coryphantēnus, adj. Id. 32. ibid. 5. 21. (62).

CŎRȲPHĀSĬA, æ, f. 1. (Κορυφασία Paus.) agnomen Minervæ, quarto genitæ a Jove, ita a Messeniis appellatæ: a κορυφή, vertex capitis. Arnob. 4. p. 137. Desistetne et illa Minervam se dicere, cui Coryphasiæ nomen est vel ex Coryphæ matris signo vel quod ex vertice summo Jovis parmam ferens emicuit atque armorum accincta terroribus?

CŎRȲPHE, es, f. 1. (Κορυφή, vertex) Oceani filia, quam Arcades Κορίαν nominant et quadrigarum inventricem ferunt, teste Cic. 3. Nat. D. 23. 59.

CŎRȲTÆ. V. CORYBANTES.

CŎRȲTHUS, i, m. 2. (Κόρυθος) Coritus, sine aspiratione (Gloss.) et Corinthus (Mythogr. II. fab. 192). — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Corythus, nom. pers. ¶ 1. Est Jovis filius, Dardani et Iasii pater, qui in Italiam fugisse et Corythum oppidum condidisse fertur: ita Virg. 7. Æn. 209. et 9. ibid. 10., Sil. It. 4. 720., Lact. 1. 23. 3. et Serv. ad Virg. 3. Æn. 167. ¶ 2. Item Paridis et Œnones filius. Ovid. 3. Met. 361. pater Corythi Paris. Dict. 5. Alexandri filius ex Helena. Adde Serv. auct. Æn. 3. 170. ¶ 3. Alii: Ovid. 5. Met. 125. Lapitha. Adde ibid. 290. et

292. Val. Fl. 3. 99. heros Cyzicenus. Dict. 4. Priami filius.

II.) Corythus, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum, a patre Dardani conditum, in Tuscia, hod. Cortona. Virg. 3. Æn. 168. Est locus - terra antiqua, potens armis - Hæ nobis propriæ sedes, hinc Dardanus ortus Iasiusque pater. Adde eund. ibid. 170. et 10. ibid. 718. Sil. It. 5. 123. Serv. ad Virg. 3. Æn. 104. Dardanus profectus de Corytho, civitate Tusciæ, primus venit ad Trojam. V. CORTONA. ¶ 2. Est etiam mons prope Corythum oppidum, ubi ejus conditor sepultus fertur. Serv. ad Virg. 3. Æn. 170.

COS ¶ 1. Est nom. vir. indecl. m., hebraice Qôtz, gr. Κωέ, qui fuit pater Anob et Soboba. Vulg. 1. Par. 4. 8 (inter filios Juda). ¶ 2. Est etiam nom. insulæ. V. COOS.

CŌSA, æ, et Cosæ, ārum, f. 1. (Κόσα et Κόσαι Strab.) Cossa, duplici s, ap. Rav. p. 267 (Κόσσαι Ptol.). — Consæ ([Gr. Κῶνσα Plut.] ap. Obseq. 17), nom. geogr. et pers.

I.) Cosa, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Etruriæ, ad litus maris superi, in colle situm, quod Etruriæ promontorium eodem nomine vocatum est (Tac. 2. Ann. 39), colonia (Liv. epit. 14. a. 273. a. Chr.), hod. Ansedonia. Memoratur Mel. 2. 72 (a. 273. a. Chr.), Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (51)., Itin. Ant. p. 292., 300. 514. Tab. Peut. 4. Rut. Namat. 1. 286. de ea infestata a muribus. Cernimus antiquas nullo custode ruinas Et desolatæ mœnia fœda Cosæ. V. integr. loc. — Rav. p. 267. Ad portum Cossam (p. 335. Portum). — Serv. ad Virg. 10. Æn. 168. « Cosas civitas Tusciæ, quæ numero dicitur singulari secundum Sallustium (hist. frg. 1. 82): unde apparet (Cosas) esse usurpationem ». — Hinc Cosanus (Cossanus) — a) Adj. Liv. 22. 11. Portus Cosanus. Quintil. 8. 2. 13. insula. — Non huc pertinere videntur prædia: Sueton. Vesp. 2. Educatus sub paterna avia Tertulla in prædiis Cosanis. — b) Neutr. pro subst. Cic. 9. Att. 6. et Cæs. 1. B. G. 33. in Cosano. — Cosani (Cossani), incolæ. Inscr. numm. Corp. 1. 14. et 11. 2633 (Cosæ a. 218). ¶ 2. Item oppidum Aquitaniæ, hod. Cos-sur-l'Aveyron, in Tab. Peut. 2. ¶ 3. Item oppidum Arabiæ Felicis, apud Ravenn. p. 56. ¶ 4. Item promontorium Etruriæ. V. sub 1.°

II.) Cosa, cogn. mul. Rom. Corp. 5. 4074 (Mantuæ).; 3. 12010. 11. et 11. 6695. 29., ubi COSAE legitur absoluta. — Hinc fort. Cosanus (Cossanus), nom. gent. Corp. 9. 3369 (Pinnæ). — Item cogn. vir. Cic. 15. Att. 29. et Corp. 6. 6611 (ex monum. Statiliorum).

COSCŌNĬUS. V. voc. seq.

COSCUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. 6. 10134. — Hinc Cosconius (Cosgonius) in Corp. 8. 4498 (Sed cf. Orti, Ant. tempi. Veron. p. 26), Κοσκώνιος (Appian. B. C. 1. 52), unde a Latinis antepænultima producitur (Anthol. Lat. n. 970. M.). Putaverim tamen posse etiam corripi ex Diod. 32. 7., ubi scribitur Κοσκόνιος. — Apud scriptores memoratur — 1.°) Cosconius, historicus incertæ ætatis. Solin. 2. — 2.°) C. Cosconius Calidianus, orator, de quo Cic. Brut. 69. 242. « nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, præbebat populo cum multa concursatione magnoque clamore ». In re tamen bellica felicior fuit, qui pro consule ad Illyricum missus a. 89. a. Chr. Salonas cepit ac magnam partem Dalmatiæ subegit. Eutrop. 6. 4., coll. Cic. Cluent. 35. 97. — 3.°) Q. Cosconius, grammaticus, ap. Sueton. vit. Ter. 32. R. « Q. Cosconius redeuntem (Terentium) e Græcia perisse in mari dicit ». Fortasse ille est, cujus mentio fit a Varr. 6. L. L. 36. et 39. « Cosconius in actionibus scribit »: qui nempe opus de Actionibus (sc. scænicis) scripsit (Cf. Ritschl ap. Sueton. ed. Reifferscн.); quamvis alii aliter sentiant, ut Mommsen in præf. p. XIII. — 4.°) Alii: Cic. Sull. 63. C. Cosconius prætor a. 63. a. Chr.; Cic. Vatin. 7. 16. C. Cosconius ædilis a. 57. a. Chr.; Martial. 3. 69. 7. « At tua, Cosconi, venerandaque sanctaque verba A pueris debent virginibusque legi » (Huc tamen fecit illud poetæ: Si vis sancta legi a pueris, cur sordida scribis? Sancta decent pueros, sed magis illa senes).

CŌSENTĬA. V. CONSENTIA.

COSILĪNUM. V. CONSILINUM.

COSINTUM, i, n. 2. nom. oppidi (vel fluvii, ut censet Kiepert in « atlante antiquo ») Macedoniæ, prope hod. Ienidsie-Karasu v. ubi Kutchuk-Ludede, in Itin. Ant. p. 321.

CŌSĬUS, ii, m. 2. nom. gent., quod fere extra Italiam, nisi in instrumento domestico, non legitur. Corp. 5. 2987 (Patavii) L. COSIVS DONATVS sibi et COSIAE EROTICE VXORI — Cic. 2. Orat. 23. 98. In ea causa, quam ille (sc. Curio) contra me apud centumviros pro fratribus Cosiis (Cossis var. lect.: cf. Havet, Revue de philol. 17 [1893] p. 42) dixit. — Cf. Cosa, Cosinius v. Cossinius, Cossius, Cossinus, Cossidius, Cossonius v. Cosonius, Cossus, Cossutius in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 67., 158., 159., 423. et 428.

COSSĔTANĬA, æ, f. 1. regio Hispaniæ Tarrac., ap. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (21).; unde Cossetani, incolæ, ap. eund. ibid.; sed rectius leg. Cessetania et Cessetani.

COSSÆI (Cossæi), ōrum, m. plur. 2. (Κοσσαῖοι) populus Susianæ montanus, Mediæ vicinus, regionem incolens hodie dict. Khusistan, bellicosus et rapax. Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. (134). et Curt. 4. 12. 10. — Cossei ap. Chron. Alex. chron. I. 106.

COSSŪRA, æ, f. 1. insula (cum oppido cognomine, occupato prius a Pœnis, dein a Romanis primo bello Punico) inter Africam et Siciliam, hod. Pantelleria; Pun. Kosrra; Afr. Kosra; Gr. Κόσσουρα (Ptol. 4. 3. 13). — Scribitur Consura (Capell. 6. p. 208), Corsula et Corsola (Chron. Alex. chron. I. p. 102. et Lib. gener. chron. I. p. 102), Cossora (Cosmogr. 41. p. 88) et Cossyra v. Cosyra (Κόσσυρα). — Postremæ formæ quantitas ap. Ovid. 3. Fast. 567. « Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ ». Memoratur Sil. It. 14. 272. Cossyraque parva. Adde Liv. epit. 89., Senec. dial. 11. 6. 4 (ubi Cossuran [acc.] Gertz cum Mureto)., Mel. 2. 120., Plin. 3. Hist. nat. 8. 9. (92)., Oros. 5. Hist. 21., Itin. Ant. p. 517. — Exstant nummi Punici, quorum primus repertus est in hac insula, antiquissimum ex paucis scripturæ Punicæ monumentum, ab originariis Phœniciis probe diversæ (V. Finetti, Tratt. d. ling. ebr. e sue affin. p. 151. et Head, H. N. 882).

COSSUS, i, m. 2. cogn. vir., proprium ab initio gentis Corneliæ (V. CORNELIUS). — Origo vocabuli ita exponitur Fest. p. 44. « Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur ». Ita primum cognominatus est is, qui familiæ nomen dedit in gente Cornelia. — Quidam putarunt Cossus etiam prænomen, quod falsum esse arguunt Marini, Fr. Arv. p. 86. et Borghesi, Framm. de' Fasti Cons. I. p. 49. Error ex consuetudine ortus est, quæ præsertim Augusti ætate invaluit, ut qui duo cognomina haberet, alterum, prænominis instar præponeret. Sic in nummo Cn. Cornelii Lentuli Cossi (Borghesi Œuvr. I. 249) legitur: COSSVS CN. F. LENTVLVS. — Memoratur Cossus captator v. heredipeta Juvenal. 10. 201.: vir nobilis et superbus, fort. ficto nomine, apud eund. 3. 184.: dux Cæsaris (Augusti), qui in Africa Musolenos et Gætulos, artatis finibus, coercuit, apud Oros. 6. Hist. 21. Adde Tac. 1. Hist. 69. Claudius Cossus, Helvetius. — In titulis. Corp. 13. 1223 (in Aquitania)., 7551. 4 (in Germ. sup., sæc. II. exeunte).

COSSŪTĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Etiam Cosutius in Corp. 10. 5985. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Cossutius, architectus, qui Antiocho Epiphani operam suam locavit in templo Jovis Olympii exædificando Athenis, quod « magna sollertia scientiaque summa nobiliter est architectatus », ut refert Vitr. 7. præf. 15. Civis Romanus Cossutius. Adde Inscr. gr. 581 (Athenis). Eundem putavit Boeckhius, Inscr. gr. XII. 5. 1049 (Pari). — 2.°) M. Cossutius, eques Romanus, « homo summo splendore et summa auctoritate præditus », teste Cic. 3. Verr. 22. 55. Id. ibid. 80. 185. M. Cossutium sanctissimum virum atque honestissimum. — 3.°) L. Cossutius Sabula, IIIvir monet. Momms., Münzw. 638. — 4.°) M. Cossutius, fortasse is, qui Cerdonem et Menelaum statuarios manumisit, quos tamen Cossutios nullus, quod sciam, scriptor Latinus memorat, sed tantum Inscr. gr. XII. 5. 422. et XIV. 1249. et 1250. Cf. Kaibel, Herm. 22. 150. et Furtwängler, Meisterw. 479. ¶ 2. In titulis. nom. vir. Corp. 6. 1874. — Cossutia, nom. mul. 6. 4935. — Cognominis loco. Corp. 6. 200. VII. 55. — Hinc Cossutianus — a) Adj. Cic. 16. Fam. 27. Cossutianæ tabernæ. — b) Subst., cogn. vir. Corp. 14. 2987 (Præneste).; et ap. scriptores fort. nom. gent., ut Capito, legatus Ciliciæ sub Nerone, ap. Quintil. 6. 1. 14., Tac. 11. Ann. 6., Juvenal. 8. 93.

COSTA, æ, 1. ¶ 1. Est cogn. vir., ductum a costa, ut patet. Corp. 6. 3586. — Etiam nom. mul., sed interpretationis dubiæ: fortasse metonymice pro conjuge, in Inscr. chr. De Rossi I. 151 (a. 362). VISCILIVS NICENI COSTAE SVAE. Cf. adn. ad l. — Hinc Costus, Costilius, Costinus, Costio et Costius, Costula, Costunius, Costutius, Costutus, in Corp. et ap. auctores. ¶ 2. Est etiam Costa Balenæ, nom. stationis in Liguria. Itin. Ant. p. 295. — Rav. p. 270. Costa Ballenis.

COSTŌBŌCI, ōrum, m. plur. 2. (Κοιστοβῶκοι Ptol.) populus Sarmatiæ. Plin. 6. Hist. nat. 7. 7. (19)., Capitolin. Aur. 22. — Ammian. 22. 8. 42. Costobocæ. - Alii aliter scribunt. — Hinc Coistobocensis, adj. Corp. 6. 1801. 6. — Costobocio, agnom. Corp. 8. 14667 (in prov. proc.).

COSUMIS, agnom. dei Mercurii. Corp. 13. 4804 (in Belgica).

COSUS, i, m. 2. nom. numinis, ut videtur, in Corp. 2. 5071.

COTHĬA, silva Galliæ, hod. Cuise-lez-Compiègne, ap. Greg. Tur. 4. Fr. 21. et 5. 39. Cf. Holder, Altc. Spr. I. 1141.

CŌTHON, ōnis, m. 3. (Κώθων) ¶ 1. Est nom. geogr. (vox Semitica: Gesen., mon. Phœn. p. 422., qua significatur portus arte factus). — 1.°) Proprie portus Carthaginis sed et aliarum urbium. Paul. Fest. p. 37. — 2.°) Portus Hadrumeti. Hirt. B. Afr. 62. Varus - ex Cothone egressus. — 3.°) Etiam insula Byrsæ subjacens, ubi navalia erant Carthaginiensium. Serv. ad Virg. 1. Æn. 427. — Oros. 4. Hist. 23. Gothon. — 4.°) Insula ex Sporadibus inter Peloponnesum et Cretam. Mela 2. 111. ¶ 2. Est etiam nom. militis (prima tamen brevi, gr. Κόθων). Sil. It. 6. 357. Ante omnes doctus pelagi rectorque carinæ Poppim aptat clavumque Cothon. Adde eund. 2. 164.

COTHONĒA, æ, f. 1. uxor Eleusini regis, mater Triptolemi. Hygin. fab. 147. — Serv. auct. georg. 1. 19. Cyntinia.

CŌTĬÆUM (Cotiaion), i, n. 2. (Κοτιάειον et Κοτυάειον) oppidum Phrygiæ Epicteti, hod. Kiutahia, ap. Plin. 5. Hist. nat. 32. 41. (145). et Corp. 3. 7168., coll. Strab. 12. 576. — De ejus nummis vd. Head, 670. — Hinc Cotiæensis, incola. Capitolin. Aur. 4. Usus grammatico Græco Alexandro Cotiaensi.

CŌTĪNI, ōrum, m. plur. 2. (Κοτινοί) pop. Germaniæ, ad Danubium, fortasse in Mœsia v. in Silesia sup. Tac. Germ. 43. (Kritz leg. Gothini).

CŌTĪNŪSA v. Cotinussa, æ, f. 1. (Κοτινοῦσα Dionys.) nom. insulæ Gadis Hispaniæ, dicta olim Tartesson Latinis, Pœnis Gadir. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 32. 36. (120)., Avien. orb. 612. et Prisc. perih. 463.

CŌTĪSO, ōnis, m. 3. rex Dacorum sub finem liberæ rei publicæ Romanæ. Horat. 3. Od. 8. 18. Occidit Daci Cotisonis agmen. Adde Sueton. Aug. 63. et Flor. 4. 12. 18.

CŌTĬUS, ii, m. 2. (Κότιος) nom. gent. Corp. 6. 16545. — Cotia, nom. mul. 5. 2590 (Ateste). — Cf. Cotinus, Cotinius, Cotisius, Cotio, Čotrius, Cotus, Cotonius, in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 19. adn. 6., 79. 326. adn. 1. et 428.

COTOPĪTÆ, ārum, m. plur. 1. hæreticorum genus. Isid. 8. Orig. 5. 53. Circumcelliones dicti eo quod agrestes sint, quos Cotopitas vocant.

COTTA, æ, m. 1. (Κόττας: genet. Κόττα, sed Κόττου Dio 36. 40. 3) Cota, unico t, raro occurrit, et Quotta legitur in Comm. ad Lucan. 1. 429. — Ducunt quidam a κόττα v. κόττη, caput (it. ciuffo); alii vero ἀπὸ τοῦ κότου, ira; unde Vet. epigr. « Irasci faciles Cottas vultusque severos Fama refert, domui nomen et inde datum ».

Quintil. 1. 4. 25 (de origine cognominum). « Jam Cottæ, Scipiones, Lænates, Serani sunt ex variis causis ». — Reperitur præsertim in gente Aurelia et Aurunculeja. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis — 1.°) C. Aurelius Cotta, orator celeberrimus. De eo ejusque fratre V. AURELIUS. — 2.°) C. Aurelius Cotta, consul a. 252. et 248. a. Chr., censor a. 241., magister equitum a. 231. — Cum Pœnis et Siculis dimicavit deque iis triumphum egit (Act. triumph. Capit. a. U. C. 502 [Corp. I^2 p. 47]). Cic. 2. Acad. (pr.) 26. 84. Qui (Cotta) bis cum Gemino consul fuit. Adde Val. Max. 4. 1. 30. — 3.°) M. Aurelius Cotta, consul a. 74. a. Chr. (Cf. Fast. cos. Corp. I^2 q. 154), pugnavit contra Mithridatem. Cic. 5. Verr. 13. 34. Sall. hist. frg. 3. 59. epist. Mithr. 13. Marcumque Cottam, Romanum ducem, apud Calchedona terra fudi, mari exui classe pulcherruma. Adde Liv. epit. 93., Eutrop. 6. 6., Auct. de vir. ill. 74., coll. Dion. 36. 40. 3. — 4.°) L. Cotta, trib. pl. a. 95. a. Chr. Cic. 2. Orat. 47. 197. et 3. ibid. 11. 42. Brut. 36. 137. L. etiam Cotta prætorius in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processerat, sed de industria cum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico persequebatur atque imitabatur antiquitatem (Cf. Quintil. 11. 3. 10). et ibid. 74. 259. Cotta, qui se valde dilatandis litteris a similitudine Græcæ locutionis abstraxerat. — 5.°) L. Aurunculejus Cotta, legatus Cæsaris, in Gallia ab Eburonibus occisus. Cæs. 2. B. G. 11. et 4. ibid. 12., Liv. epit. 106., Frontin. 3. Strat. 17. 6., coll. Plut. Cæs. 24. Lucan. 1. 429. Nervius et cæsi pollutus fœdere (sanguine V B) Cottæ. Id. 5. 143. Cotta (tribunus plebis). et Senec. apocol. 13. Cotta eques Romanus. Martial. 10. 64. 6. Non tamen erubuit (Lucanus) lascivo dicere versu: Si nec pedicor, Cotta, quid hic facio? Adde 10. 88. 1. et 12. 87. 1. ¶ 2. In titulis, cogn. vir. Corp. 6. 1395., 7703.; 12. 4792 (Narbone). — Hinc Cottanus, cogn. vir. Corp. 14. 2298. — Cottasianus, adj. Tab. alim. Vel. 2. 33. Cottasianus fundus. — Cottinus, nom. vir. Corp. 8. 25811. — Cottius, nom. gent. 6. 1059 (a. 210). et Cottia, nom. mul. 6. 1396. Adde — 1.°) Cottius (Cotius), nom. regis Celtici vel Ligurici in Alpibus (Κόττιος), tributarius Augusti. — Hinc Cottiæ Alpes, ab eo appellatæ, inter Maritimas et Grajas. Ammian. 15. 10. 2. sq. Unde ad solis ortus attollitur Gallia, aggeribus cedit Alpium Cottiarum; vias rex Cottius, perdomitis Galliis solus in angustiis latens - lenito tandem tumore in amicitiam Octaviani receptus principis, molibus magnis exstruxit ad vicem memorabilis muneris, compendiarias et viantibus opportunas, medias inter alias Alpes vetustas - in his Alpibus Cottiis, quarum initium a Segusione est oppido, præcelsum erigitur jugum etc. Hieronym. ep. 100. Inter Adriæ fluctus Cottiique regis Alpes. — Sing. Alpis Cottia in Itin. Vicarell. IV. 3. 20. et Tab. Peut. 3 (V. ALPES). — Hinc etiam adj. Cottianus, ap. Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (135). Cottianæ civitates. Tac. 1. Hist. 61. Alpes. — Quasi incolæ. Prudent. perist. 2. 539. — Cf. præterea Cottio, Cotto, Coto, in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 423., et Cottus, nom. gigantis centimani (Κόττος) ap. Serv. auct. Æn. 10. 565. Adde nom. et cogn. vir. in Corp. 6. 24828. — Cotus, antiquissima familia natus et homo summæ potentiæ et magnæ cognationis, teste Cæs. 7. B. G. 32.

CŎTYLA, æ, m. 1. cogn. Varii, amici M. Antonii, cujus fuit legatus. Cic. 5. Phil. 2. 5. Antonium, quem nemo præter Cotylam inventus est qui defenderet. et 5. ibid. 3. 7. Cotylam: hominem ædilicium. — Heges. 1. 1. Ptolemæus ad Zenonem, cui nomen Cotylæ, Philadelphiæ regem, confugiens.

CŎTYS, yis, m. 3. (Κότυς) nom. regum barbarorum. — 1.°) Cotys, rex Thraciæ sæc. IV. a. Chr. Nep. Iph. 3. et Tim. 1. — Val. Max. 3. 7. ext. 7. Capax generosi spiritus illud quoque dictum regis Cotyis: ut enim ab Atheniensibus civitatem sibi datam cognovit, et « ego, inquit, illis meæ gentis jus dabo ». — 2.°) Item rex Odrysarum, cum Perseo, Macedonum rege, contra Romanos dimicavit. Liv. 42. 29. — Lucil. 527. Rex Cotus etc. — 3.) Item rex Thraciæ, in bello civili cum Cæsare prœliatus est. Cic. Pis. 34. 84 (Cottus Or.), 84., Cæs. 3. B. C. 4. Lucan. 5. 54. Sadalam fortemque Cotyn fidumque per arma Dejotarum. — 4.°) Item rex Bospori. Tac. 12. Ann. 15. et 12. ibid. 18. — 5.°) Persona mythistorica. Val. Fl. 3. 112.

CŎTYTTŌ (Cotytto), ūs, f. 2. (Κοτυ[τ]ώ) Acc. Cotyton ap. Juven. 2. 92. — Est nom. deæ Thracum, ductum a κότυς, turpitudo seu turpitudinis dæmon, vel a Cocyto (V. infra). — Fuit enim turpitudinis præses, a Corinthiis et Atheniensibus præcipue culta. Hinc Juven. loc. cit. Talia secreta coluerunt orgia tæda Cecropiam soliti Baptæ (nomen fabulæ Eupolidis) lassare Cotyton (Schol. ad l. ad exemplum Cotyti dicuntur Isiaca sacra celebrari). — Inde Cotytia, orgia in honorem deæ. Horat. epod. 17. 56. « inultus ut tu riseris Cotytia volgata, sacrum liberi Cupidinis ». Porphyr. ad l. « Cotytia sacra dicuntur, quæ infernis diis a veneficis fiunt, inde fortasse, quod Cocytus fluvius sit inferorum ». Hæc autem origo Cotyti a Cocyto est ad concoquendum difficilior.

CŎVELLA, æ, f. 1. cogn. Junonis. Varro 6. L. L. 27. Primi dies mensium nominati Kalendæ, quod his diebus calantur ejus mensis Nonæ a pontificibus, quintanæ an septimanæ sint futuræ, in Capitolio in curia Calabra sic dicto quinquies « Kalo Juno Covella », septies dicto « Kalo Juno Covella ». — Etymon autem vocis ducunt a Gr. κοίλη σελήνη, sc. lunæ phasis, quæ media est inter novam et plenam lunam. Hæc autem quot diebus abesset, ex primo lunæ aspectu conjiciebat pontifex. Cf. Macrob. 1. Sat. 15.

COVENTINA, æ, f. 1. dea fontis salutaris in Britannia. Inscr. Ephem. epigr. III. n. 186. Scribitur etiam Conventina, Covetina, Coventina etc. ibid.

CR

CRABRA aqua in Tusculano agro, hod. la Marrana, per vallem excurrens, quæ hod. Marciana dicitur (V. De Rossi in Bull. Crist. a. 1872. p. 102). Memoratur Frontin. aqued. 9. et Cic. 16. Fam. 18.

CRACATONNUM, i, n. 2. vicus Galliæ, hodie Craon, ap. Greg. Tur. mart. 3. 7.

CRĂGÆUS. V. voc. seq.

CRĂGUS, i, m. 2. (Κράγος) ¶ 1. Est mons nemorosus (et opp.) Lyciæ, hod. San-dagh. Memoratur Horat. 1. Od. 21. 8. nemorum coma quæcumque aut gelido prominet Algido, nigris aut Erymanthi silvis aut viridis Cragi (Porphyr. ad l. Gragus mons Lyciæ, in quo Chimæra fuisse dicitur). Adde Ovid. 9. Met. 646., Mel. 1. 82., Plin. 5. Hist. nat. 27. 27. (98)., Avien. orb. 1013. — Huc fort. pertinet nom. opp. in Cod. Theod. 1. 6. 10. (Cf. Strab. 14. 665). — Inde Cragæus, nom. venti. Senec. 5. Nat. 17. 5. Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Pamphyliam Cragæus. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Corp. 12. 25 (in Alpib. marit.).

CRANĂOS, i, m. 2. oppidum Cariæ. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (108).

CRANĂUS, i, m. 2. (Κραναός) ¶ 1. Fuit rex Atheniensium, Cecropis successor, e terra editus (Schol. Bob. in Cic. Sext. 21. p. 299. Or.), sc. indigena (αὐτόχθων), cujus filia Atthis nomen regioni dedit, teste Hieronym. chron. a. Abr. 511. De eo Augustin. 18. Civ. D. 10. His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao, successore Cecropis, ut autem nostri Eusebius et Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit (Cf. Stoll. ap. Roscher, Myth. Lex. II. 1406. et Schoene ap. Fraccaro, Stud. Varr. 1907. p. 271). ¶ 2. Item primus rex Macedonum. Exc. barb. p. 308. 4. Fr.

CRĀNĒ, es, f. 1. (Κράνη v. Κρήνη) ¶ 1. Est nom. deæ Carnæ. Ovid. 6. Fast. 107. Inde sata est nymphe, Cranen dixere priores. Adde ibid. 151 (Cranaen leg. Merkel et Riese, qui conferunt v. 116. 125. κραναός. V. Schulze, Eigenn. p. 480). ¶ 2. Est etiam cogn. mul. Corp. 6. 9707.

CRANĬI, ōrum, m. plur. 2. (Κράνιοι v. Κρανιεῖς) incolæ Cephalleniæ. Liv. 38. 28 (a. 189. a. Chr.).

CRANNON et Cranon, ōnis, m. 3. (Κραννών v. Κρανών) oppidum Thessaliæ, olim Ephyra appellatum, ubi floruit Scopadarum familia, hodie Palæa-Larissa. Memoratur Cic. 2. Orat. 86. 352. Quum cenaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam. Adde Val. Max. 1. 8. ext. 7., Catull. 64. 36., Liv. 36. 10. Plin. 31. Hist. nat. 2. 17. (20). Cranone est fons calidus citra summum fervorem, qui vino addito triduo calorem potionis custodit in vasis. — Hinc Crannonius (Cranonius) ager ap. Liv. 42. 64.

CRANTOR, ŏris, m. 3. (Κράντωρ) ¶ 1. Est nom. vir. — 1.°) Fuit unus ex Corybantibus, ad educandum Jovem missis. Schol. Virg. Bern. geogr. 4. 151. — 2.°) Item filius Amyntoris, armiger Pelei. Ovid. 12. Met. 361. — 3.°) Item philosophus Academicus, discipulus Polemonis, Solis in Cilicia natus a. 335. a. Chr. Cic. 3. Orat. 18. 67. Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere dissensit. Id. 3. Tusc. 6. 12. Crantor ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis. Horat. 1. Ep. 2. 4. (Homerus) quid sit pulcrum, quid turpe - Plenius ac melius Chrysippo et Crantore dicit (Schol. ad l. Crantor ejusdem civitatis [sc. Apolloniæ: falso, nam erat Solensis] pulcritudine corporis conspicuus). — Multa scripsit, Isocratis et Platonis in scribendo imitator, sive ligata sive soluta oratione, sed jam deperdita, inter quæ primas sibi vindicat, tota antiquitate celeber, liber De luctu (Περὶ πένθους), de quo Cic. 2. Acad. (pr.) 2. 135. Legimus omnes Crantoris, veteris Academici, de luctu. Est enim magnus, verum aureolus et, ut Tuberoni Panætius præcipit, ad verbum ediscendus libellus. Hieronym. ep. 60. Legimus Crantorem, cujus volumen ad confovendum dolorem suum secutus est Cicero (Cf. Plin. hist. nat. præf. 22). — Ejus fragmenta collegit edidítque Mullach III. p. 139-152. — De eo plura ap. Laert. IV. 5., ubi Crantoris vitam habes. Cf. Croiset, H. L. Gr. V. p. 31. sq. — 4.°) Item dux Sidonius navis Punicæ, ap. Sil. It. 14. 517. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Corp. 12. 2708 (Albæ Helvorum).

CRASSĬCĬUS et al. deriv. V. voc. seq.

CRASSUS, i, m. 2. Κράσσος: Lyd. mag. 1. 23. « Κράσσοι ὁ παχὺς κατὰ φύσιν παρ' Ἰταλοῖς τοῖς ἀρχαιοτέροις εἴρηται »; sc. a crassitudine alicui primum ex iis cogn. fort. inditum. — Scribitur Krassus in Corp. 3. 12285 (Athenis in bilingui). — Reperitur præcipue in gente Licinia, quæ absolute « Crassorum domus » dicitur Tac. 4. Hist. 42., et etiam in gentibus Calpurnia, Canidia, Claudia, Flavia, Furia, Otacilia, Papiria, Veturia aliisque, de quibus suo loco dicendum est. — Deriv.: Crassius (Crasius), a, nom. gent. m. et f. Corp. 15. 3654. et 12. 4750. — Crassinus, cogn. Ap. Claudii decemviri. Fast. cos. Capit. a. U. C. 303. — Crassinius (Crasinius et Grasinius), nom. gent. (Κρασσίνιος: vd. Schulze, Eigenn. p. 173). — Crassicius (Crassitius), nom. gent. m. et f. Corp. 6. 16546.-4656. et Inscr. Bull. corr. hell. XXXIII (1909) p. 494 (Deli, a. 113. a. Chr.: in bilingui). — Apud scriptores: L. Crassicius Pasicles (Pansa), grammaticus, de quo Sueton. gramm. 18. L. Crassicius genere Tarentinus ordinis libertini cognomine Pasicles mox Pansam se transnominavit - commentario Zmirnæ edito adeo inclaruit ut hæc de eo scriberentur: « Uni Crassicio se credere Zmirna probavit: - Soli Crassicio se dixit nubere velle, Intima cui soli nota sua exstiterint ». Sed cum edoceret jam multos ac nobiles, in his Julum Antonium, triumviri filium, - transiit ad Q. Sexti philosophi sectam. — Crassilla, cogn. demin. mul. Corp. 10. 7697 (in Sardinia). — Crassellius, nom. vir. 4. 4811. — Crassiācus, nom. vir. 13. 10010. 692. — Crassianus (Κρασσιανός), adj. ut Crassiana strages, clades, cædes, sc. Crassi triumviri, apud Parthos. Val. Max. 3. 4. 5., Vellej. 2. 82. 2. et Solin. 48. — Subst. Corp. 6. 14426. — Crassicianus, cogn. vir. Corp. 10. 7212 (in Sicilia). — Compos. Crassipes (crassus et pes) v. Crassupes v. Craslpes, cogn.

gentis Furiæ, ut M. Furius Crassipes, triumvir (Liv. 34. 53): alius prætor, Siciliam sortitus (Id. 42. 1): alius (Furius Crassipes), sponsus Tulliæ, Ciceronis filiæ (Cic. 4. Att. 5. et alib.). Adde Corp. 3. 12318 (Samothraces sæc. II. a. Chr.).

CRASTĪNUS, i, m. 2. nom. gent. (Schulze, Eigenn. p. 173). Cæs. 3. B. C. 91. Crastinus evocatus in exercitu Cæsaris - vir singulari virtute. et 3. ibid. 99. Interfectus est etiam fortissime pugnans Crastinus (apud Pharsalum). Adde Lucan. 7. 471. — Est etiam cogn. vir. Corp. 9. 1054 (in agro Compsino).

CRĂTÆIS (Crateis), idis et idos, f. 3. (Κράταιις), Acc. Cratæin habet Ciris 66. ¶ 1. Est nympha, a qua nominatus fluvius Bruttii, uxor Phorci et mater Scyllæ. Hinc Solin. 2. Crateide flumine, Scyllæ matre, ut vetustas fabulata est. Adde Capell. 6. p. 205., Plin. 3. Hist. nat. 5. 10. (73), Hygin. fab. 199., Ovid. 13. Met. 749., Philarg. Virg. ecl. 6. 74. rec. II. ¶ 2. Hinc fluvius in Bruttiis, dictus etiam Cratais v. Crateis, ap. Plin. et Solin. locc. citt.

CRĂTĒÆ, ārum, f. plur. 1. (Κραταιαί) insulæ prope Dalmatiam. Plin. 3. Hist. nat. 26. 30. (152).

CRĀTER, ēris, m. 3. (crater) Acc. Cratera ap. Cic. 2. Att. 8.

Crater ¶ 1. De rebus. — 1.°) Est sidus, ita dictum a similitudine vasis. V. Lexicon. — 2.°) Item sinus Cumanus, fort. ex eodem respectu. Cic. loc. cit. Cratera delicatum (V. Nissen, Ital. Landesk. II. 719). — Inde plur. Greg. M. ep. 18 (a. 602). Monasterii, quod Crateras (Cf. Ammian. 14. 9. 8) dicitur, Neapolitanæ urbi e vicino fundati. — Hinc Craterensis, adj. Greg. M. ep. 13. Craterense monasterium. — 3.°) Item portus Chersonesi. Hygin. 2. Astr. 40. — 4.°) Item fluvius. V. CRATHIS. ¶ 2. De pers., cognom. vir. Corp. 6. 8512.

CRĂTERÆ, ārum, f. plur. 1. villa, XXIV. lapid. ab Antiochia dissita, pertinens ad Apollinares, patrem ac filium, qui ad eas, fractis cruribus, occisi sunt. Ammian. 14. 9. 8 (a. 354. p. Chr.).

CRĂTĔRUS (Crateros), i, m. 2. (Κρατερός; cf. κρατερός, fortis) nom. vir. Gr. ¶ 1. In libris. — 1.) Dux insignis Alexandri M. Nep. Eum. 2., Frontin. 3. Strat. 6. 7., Curt. 3. 9. 8. et sæpe. — 2.°) Item frater Antigoni Gonatæ, cui celebris tribuitur collectio decretorum pop. Athen. (Ψηφισμάτων συναγωγή) cum commentario (Fragm. ap. C. Müller in Frg. Hist. Gr. II. p. 617-622. Did. Cf. Krech, De Crater. etc. 1888). — 3.°) Item medicus clarissimus. Cic. 12. Att. 13. et 14. Commovet me Attica, etsi assentior Cratero. — Hinc pro medico eximio. Horat. 2. Sat. 3. 161. Non est cardiacus - Craterum dixisse putato (Porphyr. ad l. Craterus nobilis medicus Augusti temporibus fuit. et Schol. ad l. Craterus fuisse dicitur illis temporibus opinatissimus medicus). Pers. 3. 65. quid opus Cratero magnos promittere montes? — 4.°) Item vir, cognomine Monoceros, ap. Plin. 10. Hist. nat. 48. 60. (124). — 5.°) Item sculptor, qui cum Pythodoro aliisque Palatinas domos Cæsarum probatissimis signis replevit, teste Plin. 36. ibid. 5. 4. (38). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 8. 975. a. II. 9 (a. 136)., Inscr. Not. degli scavi 1909. p. 94 (Ostiæ).

CRĂTĒS, ētis, m. 2. (Κράτης -ητος: a κρατέω, prævaleo, dominor) Prob. cath. gramm. IV. 29.: tes- Græca faciunt genetivo -tis crescente syllaba, si apud illos -τος. -es, etis, Κράτητος. — Crates tamen genet. ap. Augustin. c. Jul. op. imperf. 4. 43. — Est nom. pers. et geogr.

I.) Crates, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit poeta veteris comœdiæ, quæ floruit exeunte sæc. V. a. Chr. Hieronym. chron. a. Abr. 1566. Crates comicus et Telesilla ac Bacchylides lyricus clari habentur. Adde Vitr. 6. præf. 3. — Fuit primus ex Atheniensibus, qui, genere iambico neglecto, fictas narrationes scenis tradidit; laudatus Arist. poet. 5. « τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους ». Ex ejus comœdiis unius tantum fragmenta supersunt, quæ inscribitur: Θηρία, ubi, ut apud Æsopum, animalia scite loquuntur. — 2.°) Item philosophus Academicus sæc. IV. a. Chr. Cic. 1. Acad. (post.) 9. 34. Speusippus autem et Xenocrates, qui primi Platonis rationem auctoritatemque susceperant, et post eos Polemo et Crates unaque Crantor. Hieronym. chron. a. Abr. 1749. Post quem (i. e. Polemonem) Arcesilas et Crates clari habentur. — 3.°) Item philosophus Cynicus sæc. IV. a. Chr. (ca. a. 325), Thebanus, Stilbonis auditor (Senec. ep. 10), discipulus Diogenis et Zenonis magister, homo locuples et nobilis (Augustin. c. Jul. op. imp. 4. 43). De eo Quintil. 1. 9. 5. Etiam in ipsorum factis esse chrian putant ut Crates, cum indoctum puerum vidisset, pædagogum ejus percussit. Apul. flor. 14. Crates - rem familiarem abicit - dein cœtu facto maximum exclamat: Crates, inquit, Cratem manu mittit. Hieronym. ep. 48. Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit, nec putavit se posse et virtutes simul et divitias possidere. et in Matth. 3. 19. Non dixit (Christus Apostolis): qui reliquistis omnia; hoc enim et Crates fecit philosophus - sed: qui secuti estis me, quod proprie apostolorum est atque credentium. — Scripsit iambos, hexametros, elegos, ex quorum fragmentis probe intelligitur, quam pulcre severæ morum doctrinæ salem conjungeret ac leporem (Mullach-Didot, Frg. Phil. Gr. II. p. 331-333). — 4.°) Item grammaticus Pergamenus sæc. II. a. Chr. n. (ca. 184-151). Bibac. carm. frg. 4. En cor Zenodoti, en jecur Cratetis (sc. Val. Cato). Varro 9. L. L. 1. Crates, nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo, homine acutissimo, qui reliquit περὶ ἀνωμαλίας (III. L. Spengel) libros, contra analogiam atque Aristarchum est nixus. Gell. 2. 25. 4. Duo autem Græci grammatici illustres Aristarchus et Crates summa ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitavit. Sueton. gramm. 2. Primus - studium grammaticæ in urbem intulit Crates Mallotes, Aristarchi æqualis, qui missus ad senatum ab Attalo rege (a. 167. a. Chr.) - cum regione Palatii prolapsus in cloacæ foramen crus fregisset, per omne legationis simul et valetudinis tempus plurimas acroasis subinde fecit assidueque disseruit etc. — 5.°) Item auctor rei rusticæ, æt. inc. Varro 1. R. R. 1. 9. De reliquis, quorum, quæ fuerit patria, non accepi, sunt Androtion, - Crates etc. (scripserunt oratione soluta). — 6.°) Item poeta tragicus. V. CRATINUS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 6. 25635.; 2. 1741 (in Bætica). — Cf. Craticus, Cratilla, Cratilus, Cratinius, Cration, Cratistus, Craton, Cratullus, Cratusa, in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 156., 318.

II.) Crates, nom. geogr., sc. fluvii in oram Ponticam excurrentis. Ovid. 4. Pont. 10. 27., ubi tamen alii leg. Cales. Cf. Κάλης Eust. et Val. Fl. 4. 719.

CRĂTEVĀS, æ, m. 1. v. ātis, 3. (Κρατεύας) medicus, qui de herbis scripsit ætate Mithridatis, cui plures herbas adscripsit, ut « helleborum Mithridatium vocatum ». Plin. hist. nat. 1. 20. ind. auct. et alib. — Diosc. 2. 111. Cratebas sapiens. et 3. 135. Cratebas peritissimus.

CRĀTHIS, is, m. 3. (Κρᾶθις) Gen. Crathidis ap. Ovid. loc. cit. — Acc. Crathim ap. Plin. 3. Hist. nat. 11. 15. (97). et Crathin, ap. eund. 37. ibid. 2. 2. (38). — Est autem ¶ 1. Nom. fluvii. — a) In Arcadia. Prisc. perieg. 418 (V. infra sub 2). — b) In Bruttiis, hodie Crati, ap. Ovid. 15. Met. 315. Crathis et hinc Sybaris, nostris conterminus oris Electro similes faciunt auroque capillos. et 3. Fast. 581. prope piscosos lapidosi Crathidis amnes. Adde Vitr. 8. 3. 14. et Vib. Seq. p. 147. — c) In Africa. Plin. 37. Hist. nat. 2. 2. (38). ¶ 2. Nom. pers., sc. — a) Pastoris cujusdam, de quo Prob. Virg. georg. 1. 20. « Crathis pastor in Italia cum juxta flumen quoddam pasceret capellas - caper - impetu in eum facto - abjecit eum in flumen, quod interfecti nomine Crathis est appellatum. — b) In titulis cogn. vir. Corp. 6. 24640.

CRĀTĬA, æ, f. 1. (Κράτεια) ¶ 1. Est nom. oppidi — 1.°) In Bithynia, serius Flaviopolis dicti, nunc Gerede. Memoratur in Itin. Ant. p. 200., Hil. op. hist. frg. 3. 29., Novell. Just. 20. 1. — Hinc Cratianus, adj. Conc. Const. a. 550 (Mansi 9. 176). — Incolæ, Cratiani, ibid. a. 536 (M. 8. 1048). — 2.°) Item in Italia. Rav. p. 278. ¶ 2. Est etiam cogn. mul. V. GRATIA.

CRĀTĪNUS, i, m. 2. (Κρατῖνος) nom. vir. Cratinos ap. Prisc. gramm. III. 310. — Donat. ad Ter. Ad. 581. « Cratinus est ἀπὸ τοῦ κράτους, id est a potentia ».

Cratinus ¶ 1. Speciatim — 1.°) Fuit poeta veteris comœdiæ Atheniensis, a. 519-422. a. Chr. Horat. 1. Sat. 1. 1. Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetæ Atque alii, quorum comœdia prisca virorum est. Adde 1. Ep. 19. 1. Cf. Porphyr. Schol. ad l. Cratinus archæarum comœdiarum scriptor, tantæ violentiæ fuit ut etc. Pers. 1. 123. Cratinus audax. Hieronym. chron. a. Abr. 1584. clarus. — Serius quasi torrens eloquentiæ omnia secum trahens erupit (Arist. Ἱππ. 526. sq.), hominum vitia amaritudine stili (Schol. Hor. Sat. 1. 4. init.) et facundissima libertate ac vi (τὸ σφοδρὸν τ. Κρατίνου Sch. gr. prol. II) insectatus (Quintil. 10. 1. 65), quamquam et ipse omni voluptatum generi indulgebat; non servilis sed natus poeta (Schol. gr. in Arist. prol. III. γέγονε δὲ ποιητικώτατος); novies victor, una et viginti comœdiis editis, quarum paucæ et exiguæ supersunt fragmenta, ac fortasse princeps ea, quæ Πυτίνη (Lagena) inscribitur, ubi æmuli victor se contra Aristophanem, sui obtrectatorem, defendit; ceterum vino deditum eum fuisse argui potest ex illo Horat. loc. cit. Prisco si credis, Mæcenas docte, Cratino, Nulla placere diu nec vivere carmina possunt Quæ scribuntur aquæ potoribus. — De eo cf. Meineke, Hist. crit., qui ejusdem fragmenta collegit (Fragm. Comic. Gr. Berlin 1839-41), nuper vero edita etiam a Th. Kock (Com. Att. frgm. Leipz. 1888) et Bergk, Comm. de reli. com. Att. — Hinc Cratinēus (Κρατίνειος), adj. Sacerd. VI. 543. de trimetro acatalecto Cratineo. — 2.°) Item tragœdiarum scriptor. Schol. Germ. Bas. p. 84 (Sed Schol. Germ. Strozz. p. 152. Crates, tragœdiarum scriptor. et Schol. Sang. Maass p. 234. Crates poeta). — 3.°) Item pictor incertæ ætatis et patriæ. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (140). Cratinus comœdus (? fort. librarii addit.) Athenis in Pompejo pinxit. et 35. ibid. (147). Irene Cratini pictoris filia et discipula. — 4.°) Item vir illustris et comes sacrarum largitionum et optimus antecessor almæ urbis (Constantinopolis) a. 533. Cod. Just. 1. 17. 2. 9. — 5.°) Item persona fabularum. Ter. Ad. 581. et Phorm. 447. sq., coll. etiam Plaut. Asin. 866. — 6.°) Est etiam titulus comœdiæ (?): Prisc. gramm. II. 282. Cæcilius in Cratino (ubi aliter Meineke). ¶ 2. Generatim, in titulis, nom. serv. et cogn. (sed nescio an hic illic scriptum sit pro Gratinus). Corp. 6. 2952., 16555. etc. — Cratina (Κρατίνη) nom. meretricis, quam Praxiteles perdite diligebat. Arnob. 6. p. 198.

CRĀTIPPUS, i, m. 2. (Κράτιππος: a κράτος, ois, robur, et ἵππος, equus). ¶ 1. Fuit philosophus Mytilenæus, peripateticus, Ciceronis æqualis et amicus, qui ei jus civitatis a Cæsare impetravit (Plut. Cæs. 24), Athenis M. Bruti, M. Marcelli cos. et ipsius Ciceronis filii magister (Cic. Brut. 71. 250. et 12. Fam. 16). Cic. 1. Divin. 3. 5. Cratippus, familiaris noster, quem ego parem summis peripateticis judico. et 1. Off. 1. sq., 2. 8., 3. 5. Cratippo nostro, principe hujus memoriæ philosophorum. ¶ 2. Item Tyndaritanus quidam, a quo Verres phaleras abstulit. Cic. 4. Verr. 12. 29.

CRĒBENNUS, i, m. 2. (Κρέβεννος) nom. fundi Axii Pauli in regione Bigerritana. Auson. 401. 23. Καὶ νῦν sepositus μοναχῷ, ἐνὶ rure Κρεβέννου Axius. et 403. 19. Sic qui venalis tam longa ætate Crebennus Non habet emptorem, sed tibi pro pretio.

CRĒDŬLĬTAS, ātis, f. 3. (credulus) quasi persona ap. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (138). Aristophon pictor laudatur numerosaque tabula, in qua sunt Priamus, Helena, Credulitas, Ulixes, Deiphobus, Dolus.

CRĒDŬLUS, i, m. 2. (credo) cogn. vir. Corp. 3. 14787 (in Dalmatia: conj. Kubitschek). — Sæpius Credula, cogn. mul. Lucian. Cypr. ep. 22. Credula aliisque, qui, Deo volente, in carcere fame necati sunt. Corp. 8. 6859 (in Numidia)., 7769 (Cirtæ); 14. 1087 (Ostiæ).

CRĔMASTĒ, es, f. 1. (Κρεμαστή: cf. κρεμαστός, *pensilis*) cogn. Larissæ, opp. Thessaliæ Phthiotidis, diversi ab altero nobiliore in Thessalia. *Liv.* 31. 46. et 33. 13.

CRĔMĔRA, æ, f. 1. (Κρεμέρα) ¶ 1. Fluvius Etruriæ prope Romam, CCCVI. Fabiorum ad Vejos interitu, a. 477. a. Chr., uti fertur, celeberrimus, hodie *Valca*. Memoratur *Liv.* 2. 49. Ad Cremeram flumen perveniunt Fabii. *et* 3. 1. a. d. XV. Kal. Sextiles, duplici clade insignem, quo die ad Cremeram Fabii cæsi, quo deinde ad Alliam pugnatum (Cf. *Ovid.* 2. *Fast.* 205., *Oros.* 2. *Hist.* 19., *Sidon. carm.* 9. 243., *Sil. It.* 2. 6). *V.* FABIUS. ¶ 2. Item oppidum ad fluvium Cremeram situm. *Liv.* 2. 49., coll. *Diod.* 11. 53. 6. — Hinc *Cremerensis*, adj. *Tac.* 2. *Hist.* 91. XV. Kalendas Augustas - antiquitus infausto die Cremerensi Alliensique cladibus.

CRĔMĬUS, ii, m. 2. nom. vir. *Corp.* 12. 4150 *(inter Nemausum et Sextantionem)*. — Cf. *Cremellius, Cremutius, Cremonius* etc., in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn.* p. 279., 527. *adn.* 7. et 578.

CRĔMNA, æ, f. 1. (Κρῆμνα et Κρῆμνα) oppidum Pisidiæ, hodie *Girme*, in *Corp.* 3. 6874 *(Cremna)*. et *Inscr. numm. Cohen V. p.* 214. *n.* 1. — Hinc *Cremnenses*, incolæ. *Corp.* 3. 6878.

CRĔMŌNA, æ, f. 1. (Κρεμώνη v. Κρεμών) oppidum Italiæ ad fluvium Padum, colonia Romana Galliæ Cisalpinæ, deducta a. 218. a. Chr. (*Liv. epit.* 20., *Vellej.* 1. 14., *Tac.* 3. *Hist.* 34. et *Ptol.* 3. 1. 31), trib. *Aniensi*, hodie quoque *Cremona*. Memoratur etiam *Liv.* 21. 25. et *alib.*, *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130)., *Sueton. Vesp.* 7., *Sil. It.* 8. 592., *Aur. Vict. Cæs.* 8. 5. — Condita fuit a Gallis Cenomanis. Quamvis cum accolis sæpius decertare fuerit coacta (*Liv.* 28. 11., 31. 10. et *alib.*), tamen numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri adnexu conubiisque gentium adoleverit floruitque, dein propugnaculum adversus Gallos trans Padum agentes (*Schol. Juv.* 2. 99., *Tac. loc. cit.*, coll. *Dion.* 65. 15), maxime sub finem rei publ. et initio imperii Rom.; patria Quintilii Vari et Furii Bibaculi et magistra Virgilii, qui fuit ibi eruditus (*Hieronym. chron.* a. Abr. 1959). Etiam in bello inter Cassium Brutumque et Cæsarianos, quod Cremona cum Mantua Augusto non faviaset (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 9. *Ecl.* 28), gravia incommoda passa est; nam ille indignatus veteranis suis ejus agros dividi et, si non sufficissent, Mantuanos adjungi jussit; quo factum est, ut Virgilius poeta suos amitteret (*Prob. ecl. præf. p.* 397); hinc illud «Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ» (*Virg.* 9. *Ecl.* 28), coll. *Martial.* 8. 56. 7. «Jugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ - Tityrus». Id autem contigit a. 41. a. Chr., ut docet *Momms.* (*Corp.* 5. p. 413), unde *colonia* (nam et *municipium* fuisse antea videtur ex lege Julia a. 90) appellatur deinde apud *Plin.*, *Tac.* et *Ptol. ll. cc.* — Porro florentissimus Cremonæ status in causa fuit, cur a militibus Vespasiani contra Vitellium dimicantis ea dirueretur (*Tac.* 3. *Hist.* 30. et 33) a. 69. p. Chr.; sed, pace composita, brevi restituta est, iterum vastanda ab Agilulfo, Langobardorum rege, a. 605 (*Paul.* 4. *H. L.* 29). — Plura alia de ea disces ex *Inscr.*, quas collegit *Momms. loc. cit. n.* 4091-4121. et *Pais Suppl.* 1264-1265. et ex *Mau, Katal. d. Bibl. des Archäol. Inst. I.* 129. Cf. etiam *Mancini* ap. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 1255. et *Nissen, Ital. Landesk. II.* 199. — Hinc *Cremonensis*, adj. *Liv.* 28. 11. civis. *et* 44. 40. cohors. *Tac.* 3. *Hist.* 15. ager. *et* 4. *ibid.* 2. præda. — *Cremonenses*, incolæ. *Liv.* 27. 10., 28. 11. et 32. 26., *Tac.* 2. *Hist.* 70., *Corp.* 5. 53 *(Polæ)*.

CREMONIS JUGUM, sp. *Liv.* 21. 38. «Cœlium per Cremonis jugum dicere transisse Alpes Hannibalem». Cf. hodiern. *Mont Cramont* (V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 78).

CRĔMŪTĬUS, ii, m. 2. (Κρεμούτιος) nom. gent. — Ex hac gente in primis floruit *A. Cremutius Cordus* et fort. plenius *A. Marcius Cremutius Cordus*, rerum scriptor temporibus Tiberii imp. et etiam philosophus, Senecæ amicissimus, qui, editis annalibus, C. Cassium *Romanorum ultimum* dixit, quumque exigenda esset statua Sejano in Pompeji theatro, quod incensum imperatoris jussu instaurabatur, exclamavit tunc vere theatrum perire (*Tac.* 4. *Ann.* 34. et *Senec. cons. ad Marc.* 22). Hinc accusatus, in senatu coram ipso Tiberio, qui eum truci vultu audiebat, se defendit; sed principis ejusque scelestissimi ministri odium veritus, omnino a cibis abstinens sibi vitam eripuit; quin cum auctore etiam libri periissent, quos senatus comburendos per ædiles censuerat, nisi a filia Marcia servati essent ac dein editi, quos avidissime lectos fuisse tradit *Senec. loc. cit.*, permittente Caligula (*Sueton. Cal.* 6). De eo *Quintil.* 10. 1. 104. «Habet amatores nec immerito Cremutii libertas, quamquam circumcisis, quæ dixisse ei nocuerat: sed elatum abunde spiritum et audaces sententias deprehendas etiam in his, quæ manent». — Historici ejus operis titulus ignoratur: *Dio* habet: ἱστορίᾳ, ἣν-περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ πραχθέντων συνετεθείκει; sed fort. *annales* rectius conj. ex *Tac. loc. cit.* Cf. *Rathlef, De A. Crem. Cord.* Dorpat 1860.; *Peter, Hist. Rom. frg. I.* 280. *sq.* et *Schanz, G. R. L. II.* 331. — In titulis cogn. *Act. Fr. Arv.* a. 87. *II.* 52.

CRĒNÆUS, i, m. 2. (Κρηναῖος: a κρήνη, *fons*, quasi *fontanus*). ¶ 1. Est nom. viri, in Lapitharum pugna occisi. *Val. Flacc.* 3. 178. — Item Lemnius quidam, de quo *Stat.* 5. *Theb.* 221. — Item filius Fauni nymphæque Ismenidis. *Id.* 9. *ibid.* 320. *sq.* ¶ 2. In titulis, nom. vir. *Corp.* 6. 8786 et *Inscr. Not. degli scavi* 1911. *p.* 391 *(Romæ)*.

CRĒNĒ, es, f. 1., dat. *Crene* et *Creni*. — *a)* Cogn. mul. Gr. (Κρήνη) *Corp.* 6. 12923. — *b) Crene. V.* PRINNE. — Hinc *Crenēis* (Κρηνηίς), nom. Nereidis. *Hygin. fab. præf.* — *Crenis* (Κρηνίς), *Creno* (Κρήνων), *Crenusa* (Κρήνουσα), *Crenulejus*. V. *Corp.*

CRĔON (Creo), ontis, m. 3. (Κρέων) nom. vir. Gr. — *a)* Genet. *Creontos*, pos. Gr., ap. *Pomp. gramm. V.* 146. «Creon dicimus græce, Creontos, Creonti currit; latine dicimus Creo, onis». — Dat. *Creoni* ap. *Plaut. Amph.* 194. — Acc. *Creontem* et *Creonta*, et sic in reliquis, duplex positio. — *b)* Vox a κραίνω, proprie *creo*, sed etiam *rego, impero*, deduci potest, ita ut sit idem ac *dominator, rex*. Cf. *Fulg. Theb.* 187. «Creon quasi cremens omnia». — Est autem nom. pers. et geogr.

Creon ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit rex Corinthius, pater Hippotes et Creusæ vel Glauces, quam Medea, Iasonis uxor, in cujus locum Creusam suam ei tradiderat, sponsæ monile et pallam venenis infectas magicis misit, quibus indutis, una cum patre, qui in ejus auxilium adcurrerat, incendio consumpta periit. Hinc *Horat. epod.* 5. 64. «venena Medeæ - quibus superbam fugit ulta pellicem, magni Creontis filiam». Adde *Ovid.* 12. *Her.* 54., *Apul.* 1. *Met.* 10. *Schol. Stat. Ach.* 28. Creonti regi. 65 *(errore)* ad vellus aureum auferendum Iason missus a Creonte est. — *Hygin. fab.* 25. paullo aliter rem narrat. — Persona fabulæ: *Senec. Med.* — 2.º) Item Menœcei filius, rex Thebanus (*Hygin. fab.* 25. *errore*), frater Iocastæ, pater Hæmonis et Megaræ, Herculis socer, qui, Laio interfecto, regnum occupavit. *Plaut. Amph.* 194., *Hygin. fab.* 97., *Senec. Herc. f.* 498. et 648., *Stat.* 7. *Theb.* 251. et *sæpe*. V. IOCASTA. — Persona fabulæ: *Senec. Œd.* — 3.º) Item alius, de quo *Sidon. carm.* 5. 192. Pegasus - portans doctiloque facundum crure Creontem (Crotonem *Wilamowitz*). — 4.º) Item archon Atheniensium, ex annuis primus. *Vellej.* 1. 8. 3. — 5.º) Item Antigonensis, in exercitu Persei, ab eo missus ad tutandam maritimam oram. *Liv.* 44. 32. ¶ 2. In titulis cogn. *Corp.* 13. 7262 *(Castelli Mattiacorum)*. — Hinc *Creontiades*, nom. patronym. vir. (Κρεοντιάδης), filius Herculis et Megaræ, nepos Creontis Thebani. *Hygin. fab.* 162. — Cf. *Creontis*, nom. mul. *Corp.* 10. 28. 93 *(Puteolis)*. — Comp. *Creophylus* (Κρεώφυλος), nom. vir. Gr. *Apul. flor.* 15. Leodamantem, Creophyli discipulum, sectatus est Pythagoras, qui Creophylus memoratur poetæ Homeri hospes et æmulator canendi fuisse.

CRĔON, ōnis, m. 3. (Κρέων) mons in insula Lesbo. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 39. (140).

CRĔŌPHȲLUS, i, m. 2. *V.* CREON, ontis.

CRĔPĔRĒIUS, ei, m. 2. (Κρεπερήιος) nom. vir. Scribitur etiam *Creperius, Crepereus, Crepejus* in titulis. — Etymon videtur deduci posse a *crepitu* aquarum, ut ex symbolis conspicuis et ad mare spectantibus in nummis gentiliciis pluribus eruitur (*Cavedoni* in *Sagg. di oss. sulle med. di Fam. Rom. p.* 148. *sq.* et in *Opusc. di Modena X. p.* 338., coll. *Labus* ap. *Visconti, Mus. Ver. præf. p. XXI*).

Crepereius ¶ 1. Apud auctores ex præcipuis — 1.º) Cum præn. — *a) M. Crepereius*, ex acerrima illa equestri familia et disciplina, ut scribit *Cic.* 1. *Verr.* 10. 30., tribunus militum designatus a. 70. a. Chr. et judex in causa C. Verris. — *b) L. Crepereius Madalianus*, vir clarissimus, a. 337. p. Chr. præf. annonæ urbis cum jure gladii et a. 341. vicarius præf. præt. per totam Italiam; post procons. Africæ «miræ justitiæ atque eximiæ moderationis» (*Corp.* 6. 1151. et 8. 5348). — 2.º) Cum cogn. tantum. — *a) Crepereius Gallus*, familiaris et comes Agrippinæ, matris Neronis imp., in navi, «in ejus perniciem structa, ruina sua oppressit eum, qui statim est exanimatus» teste *Tac.* 14. *Ann.* 5 (an. 59. p. Chr.). — *b) Crepereius Pollio*, usurarius, de quo *Juvenal.* 9. 6. Non erit hac facie miserabilior Crepereius Pollio, qui triplicem usuram præstare paratus Circumit et fatuos non invenit. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 1397. L. CREPEREIO ROGATO C(LARISSIMO) V(IRO) PONTIFICI DEI SOLIS SEPTEMVIRO EPVLONVM ET INSIGNI LVPERCO. *et* 6. 678 (a. 146)., 2679. — *Crepereia*, nom. mul. 6. 16568. — Etiam cogn. vir. *Corp.* 6. 1057. 120 (a. 205). — Hinc *Crepereius*, adj. *Gajus inst.* 4. 95. Propter legem Crepereiam. — *Crepereianus*, cogn. vir. *Corp.* 3. 93. — Cf. alia, sc. *Crepastus, Crepasius, Creperus, Crepontianus*, in *Corp.*

CRES. *V.* CRETA.

CRESCENS, entis, m. 3. cogn. vir. pleramque serv. vel lib. ætatis imperatoriæ: a *cresco*, ut patet: cf. *Hieronym. nom. hebr. p.* 80. «Epafras (*Philem.* 23), quem nos Crescentem sive Augentiam possumus dicere»; sed *p.* 79. «Crescens tenebrosus». Gr. Κρήσκης, -εντος (etiam Κρίσκης, -εντος *Justin.*). Latine *Cresces* in *Corp.* 6. 538.; *Crenscens* 6. 20857.; *Crenscens* 4. 1277.; *Crenscens* 8. 8819.; *Creses* 8. 35065.; *Crescis* 8. 2685. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — *a) Crescens*, Neronis imp. libertus, ap. *Tac.* 1. *Hist.* 76. — *b) Crescens*, philosophus Cynicus, qui sub Antonino Pio et M. Aurelio Romæ vixit et Justino philosopho christiano, qui illum de erroribus non modo sed etiam de vitiis redarguebat, quod gulæ, luxuriæ ac libidini deditus esset, adeo infensus ut in causa fuerit, cur ille martyr occubuerit a. 262. *Hieronym. chron.* a. Abr. 2170. et *vir. ill.* 23. et *Rufin. hist.* 4. 16. — *c) Crescens*, unus ex 72. discipulis Christi, uti traditur, ac dein discipulus Pauli ap., *Vulg.* 2. *Tim.* 4. 10., ubi dicitur abiisse in Galatiam. — Hic, quum vox Γαλατία tam significet Galatiam Asiæ quam Europæ, sc. Galliam, perhibetur huic regioni euangelium nunciasse et, episcopum, condidisse ac rexisse ecclesias Viennensem et Moguntinam; quod confirmari videtur ex duobus codd. ℵ (Sinaitico) et C (Ephræmi) aliisque, qui pro *Galatia* habent *Gallia*, et ex *Epiph. hær.* 51. 11., *Euseb. H. E.* 3. 4., *Theodor. h. l.* Galatia tamen legitur in omnibus codd. Græcis et translationibus; idcirco huic sententiæ recentiores haud facile acquiescunt. Cf. *Tillemont, Mém. pour servir à l'hist. eccl., S. Paule* art. 52.; *L. Duchesne, Les fastes épisc. de l'anc. Gaule* Paris 1894; *Beurlier, Dict. bibl. II.* 1111. — *d) Crescens*, unus ex septem filiis Symphorosæ, martyr, *a.* 120. *Pass. Symphor.* (*Ruinart* ed. min. *p.* 71). — *e)* Episcopi hujus nominis plures exstiterunt, maxime in Africa, ut Cirtensis, Iconitanus, Sitifensis, Sestensis, Tigabitanus, quos videre est in *Act. concilior.* et ap. scriptores eccl. ¶ 2. In titulis nom. et etiam cogn., extra urbem, frequentissimum in Africa, ut *Corp.* 6. 41., 155 (a. 69), 163 (a. 83), 200 (a. 70), 348., 2188.; 14. 250 *(Ostiæ a. 152)* quinquies.; 9. 2999. etc. — Est etiam cogn. Jovis. *Inscr. numm. Cohen V.*

p. 381 *n.* 390 *(Gallieni)*. — Hinc *Crescentius* et *Crescentia (Crescensa, Cresentia)*, nom. (et cogn.) vir. et mul. frequens apud Christianos scriptores et in *Corp.* — *Crescentianus (a)*, adj. et subst., m. et f., sive in libris sive in titulis, *Crescentilla* cogn., *Crescentilis*, nom., *Crescentillianus* et *Crescentillio (onis)*, cogn., *Crescentinius (a)*, nom. et *Crescentinus (a)*, cogn., *Crescentio (onis)*, nom. et cogn., *Crescenus* et *Crescina* cogn., *Crescitarus*, *Cresclus (a)* et *Cresconius (a)*, nom., quo postremo appellatus est grammaticus quidam Donatista, contra quem scripsit *Augustinus*. De his omnibus V. *Corp. I. L.*

CRESCENTĬUS et
CRESCŌNĬUS. *V.* voc. præc.

CRĒSĬLĀS, æ, m. 1. (Κρησίλας contr. ex Κρησίλαος: a Κρήσιος, *Cretensis*, et λαός, *populus*) statuarius. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (53). Hæc *(Amazon probatissima in templo Dianæ Ephesiæ)* est Polycliti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Cresilæ. *et ibid.* 8. 19. (74). Cresilas volneratum deficientem *(fecit)*, in quo possit intelligi, quantum restet animæ, et Olympium Periclen dignum cognomine; mirumque in hac arte est, quod nobiles viros nobiliores fecit.

CRĒSĬUS, a, um. *V.* CRETA.

CRĒSĬUS, ii, m. 2. nom. fort. gent. *Corp.* 8. 20364 *(in Mauret. Sitif.)*. et 2. 888 *(in Lusit.)*. — *Cresidius*, nom. gent. 9. 4128 *(Æquiculis)*. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 354.

CRESPHONTĒS, is, m. 3. (Κρεσφόντης) *Cresphontes* habent *Rhet. Her.* 2. 25. 39. et *Fest. p.* 258. — De hoc nomine V. *Ribbeck* in *Coroll. ad rell. poet. trag. p. XXII.*

Cresphontes, unus Heraclidarum, Aristomachi filius, ut refert *Hygin. fab.* 137., frater Temeni et Aristodemi, qui per fraudem Peloponnesum iterum ingressus, octo annis post Trojam captam, rex Messeniæ est factus et uxorem duxit Meropen. *Vellej.* 1. 2. 1. Duces recuperandi imperii fuere Temenus, Cresphontes, Aristodemus, quorum abavus *(Scaliger*, atavus *P)* fuerat Hercules. *Hygin. fab.* 137. Polyphontes - Cresphontem Aristomachi filium cum interfecisset, ejus imperium et Meropen uxorem possedit. Adde *Ammian.* 28. 4. 27. — Titulus fabulæ Euripidis. *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 115. «Qua est sententia in Cresphonte usus Euripides». — Item fabulæ Ennianæ. *Rhet. Her.* 2. 25. 39. «Nam ita pro suo jure hoc exemplo utentem Cresphontem Ennius induxit». Hujus fragm. collegit *Ribbeck, Trag. Rom. rell. p.* 29.

CRESSA, æ, f. 1. (Κρῆσσα) portus Cariæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 28. 30. (104).

CRESSA, es, et Cressius, a, um. *V.* CRETA.

CRĒTA, æ, f. 1. (Κρήτη) nom. geogr. — *a)* Scribitur *Crita* ap. *Chronogr. Alex. chron. I. p.* 108. — *b)* Forma *Crete* (non *Cretes*) habent *Ovid.*, *Manil.*, *Senec.*, *Mela*, *Ampel.*, *Prisc.* — *c)* Declin.: Genet. *Cretes* est *Mar. Marc. Nest. Eph. synh. p.* 892., sed *errore* in *Lib. pontif. p.* 58. «in territorio Cretas». — Acc. *Cretēn* ap. *Horat.* 3. *Od.* 27. 34. — Voc., Dat. et Abl. *Crete* ap. *Ovid.* 10. *Her.* 67., *Corp.* 4. 2178. et *Hygin.* 2. *Astr.* 16. — Nomin. plur. *Cretæ* pro sing. *Lib. geneal. chron. I. p.* 108. — *d)* Gramm.: locat. *Cretæ*, pro *in Creta*, habent *Varr.* 1. *R. R.* 7., *Virg.* 3. *Æn.* 162., *Vitr.* 1. 4. 10., *al.* — Acc. loc. *Cretam*, pro *in Cretam*, est *Catull.* 64. 82., *Nep. Hann.* 9., *Horat. epod.* 9. 29., *al.* — Abl. loc. *Creta*, pro *a Creta, ex Creta*, ap. *Cæs.* 3. *B. C.* 4., *Auct. B. Alex.* 1. 1., *Lucan.* 2. 611., *Liv.* 34. 27. — Dicitur tamen etiam *in, a, ex, de* Creta passim. — *e)* Vocabulum ducunt mythologi (*Plin. hist. nat.* 1. 4. 20., 4. 58) a *Crete* nympha vel a rege *Caretum*, qui primitivi incolæ habiti sunt. *Hieronym.* vero *nom. hebr. p.* 67. «Creta vocationes aut vocatæ» (fort. ab hebr. *qārā* «vocavit» derivandum putavit).

Creta, insula maris Mediterranei, quam ab septentr. mare Ægæum alluit et a meridie Africum, olim centum urbibus potens (*Horat. loc. cit.*), unde *Hecatompolis* (Ἑκατόμπολις) dicta est, et mira cœli temperie ac soli feracitate *Macaros* (*Plin. loc. cit.*), Μάκαρος, primum *Aeria* (Ἀερία) appellata, Ida monte, cunis Jovis et sepulcro, Corybantibus, Minoe rege, Europæ adventu, Ariadnæ et Pasiphaes amoribus, labyrintho, Minotauro, Dædali ausis et fuga, a poetis maxime celebrata, hodie quoque *Creta* v. *Candia* (ita scriptores Veneti a *Khandax*, oppido ibi a Saracenis condito), Turc. *Krit* vel *Kirit*. Describitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (58). Cf. *Solin.* 11., *Mel.* 2. 112., *Senec. Herc. Œt.* 1874., *Hygin. fab.* 276., *Sall.* apud *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 23., *Lucan.* 3. 183., *Vellej.* 2. 34. 1. et 2. 38. 6., *Oros.* 6. *Hist.* 4., *Flor.* 4. 2. 9., *Eutr.* 6. 16., *Claudian.* 18. 218. *Plaut. Merc.* 646. Quam cepisti civitatem - Megares, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum etc. *Senec. Phædr.* 85. O magna vasti Creta dominatrix freti. *Horat. epod.* 9. 29. nobilis centum oppidis, *et* 3. *Od.* 27. 33. centum potens urbibus. *et Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (58). centum urbium clara fama. *Apul. mund.* 5. Ipsarum vero insularum, quæ sunt in nostro mari digna memoratu Trinacria est, Eubœa, Cypros atque Sardinia, Creta etc. *Solin.* 5. et 11. Prima litteris jura vinxit Creta. Pyrrhicho reperto equestres turmas prima docuit lascivas vertigines implicare: - studium musicum inde cœptum etc. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 101. at - Idæa profert quam Creta sub umbra Dictamni florentis opem. *Macrob.* 7. *Sat.* 6. 26. Quicquid devehitur herbarum, quibus Creta generosa est. *Virg.* 3. *Æn.* 104. Creta Jovis magni medio jacet insula ponto: Mons Idæus ubi et gentis cunabula nostræ. Centum urbes habitant magnas, uberrima regna etc. — Epitheta: æria *Auson.* 325. 28.; alma *Stat.* 2. *Silv.* 6. 66.; alta *Virg.* 5. *Æn.* 588.; antiqua *Juvenal.* 14. 270.; cærula *Senec. Herc. Œt.* 1. 874.; fecunda *Flor. Virg. p.* 184.; generosa *Stat.* 1. *Silv.* 4. 111.; ingens *Mela* 2. 112.; mendax *Ovid.* 1. *Art. am.* 298.; Minoïa *Ovid.* 3. *Fast.* 81. *et Lucan.* 3. 185.; pia *Martial.* 9. 20. 6.; pinguis *Prisc. perieg.* 526.; sanctissima *Hygin. fab.* 198.; vetus *Lucan.* 1. 186 (*Adn.* ad *l.*: bene vetus quippe in qua nutritus est Juppiter). — Primum habitata fuit a Pelasgis, qui Ἐτεοκρῆται seu veri Cretes, quique universim etiam *Idæi* (confusi a *Tac.* 5. *Hist.* 2. cum *Judæis*) vel *Curetes* et *Corybantes* sunt appellati (Cf. PHILISTHÆI et CERETHI, qui *Creti* seu Curetes putantur); dein a Phœnicibus ex Syria et Ægypto huc profectis; mox a Phrygibus; quæ diversorum populorum multitudo in causa fuit, cur plurima ibi fuerint condita oppida (*Hom. Il.* 2. 649., *Odyss.* 19. 174), inter quæ Apollonia, Gnossos, Cydonia, Elatos, Gortyna, Hierapolis, Miletus, Pergamea, Pheræ etc., maximeque invaluerit, potissimum tempore mythici regis Minois celeberrimi, qui piratas per Ægæum depredantes coercuit legesque tulit (*Cic.* 2. *Tusc.* 14. 34), quodam quasi symbolum Phœniciæ dominationis (*Max Duncker, Gesch. d. Altert. I.* 302) vel Hellenicæ (*E. Curtius, Hist. Gr.* Paris 1880. *I.* 83. tr.) vel potius utriusque (*Schoemann, Ant. gr.* Paris 1884. *I.* 341. tr.); quamquam Thucydides et Aristoteles Minoa, non mythicam, sed historicam personam censuere. — Hunc secuti sunt filius Lycastus, Minois II., cui alii ea tribuunt, quæ priori communius adjudicantur (*Hieronym. chron.* a. Abr, 764., coll. *Val. Max.* 1. 2. *ext.* 1. *V.* MINOS), dein Deucalion, Crateus, Idomeneus et Meriones, quo tempore Æneas Cretam appulit (*Virg.* 3. *Æn.* 102). — Exinde regia Cretensis rei publicæ forma brevi cessit optimatium regimini (*Arist. polit.* 2. 7. 3), qui κόσμων nomine eam administrabant, πρωτοκόσμῳ iis præfecto, a quo annus nuncupabatur (*Cic.* 2. *rep.* 33., coll. *Arist. polit.* 2. 7. 3), et in gravioribus negotiis senatum (γερουσία), cui præsidebat πρείγιστος, consulere debebant (*Corp. I. G.* 2561., 2562. etc.); quamquam populi auctoritas neglecta omnino non erat, quin temporis progressu increvit (*Polyb.* 6. 46. 4. et 5), nec ulli umquam externæ dominationi res publica illa obnoxia fuit. Verum a. 68. a. Chr. Q. Cæcilius Metellus, belli piratici occasionem nactus, insulam est potitus, quod antea a. 74. M. Antonius, pater triumviri, frustra tentaverat, et in provinciam Romanam redegit (*Liv. epit.* 100., *Vellej.* 2. 34., *Justin.* 39. 5); attamen suum commune (τὸ κοινόν) servavit, memoratum in *Inscr.* apud *Momms. n.* 2407. Postea vero, a. 27., Augustus eam Cyrenaicæ junctam senatui attribuit, proconsule cum legato et quæstore (*Tac.* 3. *Ann.* 87., *Corp. I. L.* 10. 1254., 6659. et 14. 2926. et *Corp. I. Gr.* 2588., 2591. etc.) et Gnosso, urbe capite, constituta, eoque coloniam ex Campania deduxit, quæ *Colonia Julia N(obilis) Cnossus* dicta est (*Dio* 49. 14); nec tamen Gortyna metropolis nomine caruit, ut ex *Cagnat, Ann. épigr.* Paris 1891. *n.* 138. colligi potest. — Porro prætereundum non est hanc insulam frequentatam maxime fuisse a Judæis (ut constat ex *Jos. ant.* 17. 12. 1. et *B. J.* 2. 7. 1., coll. *Vulg.* 1. *Mach.* 15. 23., *Act.* 2. 11. et *alib.*), ex quibus nonnulli, a Petro ap. baptismo abluti, christianam fidem in hanc insulam primi invexerunt, a Paulo ap. deinde inspectam, qui Titum, discipulum comitemque suum carissimum, episcopum illi præfecit (*Tit.* 1. 5. Cf. *Lesêtre, Intr. à l'étud. d. Écr. St.* Paris 1890. *III.* 465-468). — De ea vd. etiam *Spratt, Travels and research. in Cret.* Londr. 1867.; *Svoronos, Numism. de la Crète anc. accomp. de l'hist., la géogr. et la mythol. de l'île*, Mâcon 1890.; *Barrows, The discov. in Crete* etc. Lond. 1907. et *Evans, Essai* etc. 1906 (Cf. HOMERUS). — Hinc *Cretæus*, adj. *V.* CRETES.

CRĒTĒ, es, f. 1. (Κρήτη) nympha, Hesperidis filia, de qua *V.* voc. præc.

CRĒTENSIS, e, adject. *V.* voc. seq.

CRĒTES, um, m. plur. 3. (Κρῆτες) *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 145. «Cretes ab eo quod Cres», cujus acc. *Creten* ap. *Solin.* 11. — In plur. num. genet. *Cretum* et acc. *Cretas* passim. — Etiam *Cretæ (ārum)*, in *Lib. gener. I. chron. I. p.* 101. et ap. *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 1. et *Hieronym.* in *Ezech.* 25. 16. — *Criti*, ap. *Chron. Alex. chron. I. p.* 101., 105. 28. — De his ¶ 1. In plur. num. — 1.º) Subst. — *a)* Generatim. *Cic. Mur.* 35. 74. Neque vero Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans, melius quam Romani homines - res publicas suas retinuerunt. *Id.* 2. *rep.* 2. Cretum *(rempublicam)* Minos legibus constituit. *et* 3. *ibid.* 15. Ut Cretes et Ætoli latrocinari honestum putent. *Mela* 1. 83. Incolas Cariæ alii indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (201). Cretes catapultam invenisse dicunt. *Solin. loc. cit.* Cretes Dianam religiosissime colunt. *Capell.* 9. *p.* 318. Cretes ad citharam dimicabant. — *b)* Specialim pro canibus Cretensibus. *Senec. Phædr.* 34. laxas canibus tacitis mittite habenas; teneant acres lora Molossos et pugnaces tendant Cretes fortia trito vincula collo. *Lucan.* 4. 411. Venator tenet ora levis clamosa Molossi, Spartanos Cretasque ligat. *Ammian.* 30. 4. 8. Sparta nos canes aut Cretas. Adde *Claudian.* 24. 300., *Anthol.* 885. 2., *Schol. Hor. sat.* 2. 6. 114. — 2.º) Adj. *Cæs.* 2. *B. G.* 7. Numidas et Cretas sagittarios - subsidio oppidanis mittit. ¶ 2. In sing. num. — *a)* Adj. masc. *Solin. loc. cit.* Vult ergo Varro Icarum Creten ibi interisse naufragio. *Sil. It.* 14. 39. nec Cres dedecori fuit accola. *Auson.* 345. 20. Præpetibus pennis super aera vectus homo Cres (*i. e.* Dædalus). *Claudian. carm. min.* 4. 11. Cres puer (*i. e.* Minotaurus). — Fem. *Cressa* (Κρῆσσα). *Virg.* 5. *Æn.* 285. Cressa genus Pholoe (*Serv. auct.* ad *l.* Cressa genus, hoc est Cretensis). *Id.* 3. *G.* 345. Cressamque *(agit)* pharetram (*i. e.* bonam, quia Cretæ optimi sagittarii). *Horat.* 1. *Od.* 36. 10. Cressā ne careat pulcra dies nota (*Porphyr.* ad *l.* album calculum Cressam notam dicit, quia Cretensibus mos erat lætos dies calculis albis, quos in pharetras mittebant, notare, tristes autem nigris). *Propert.* 2. 1. 61. herbæ. *et* 4. 7. 57. bos (*i. e.* Pasiphaes). *Ovid.* 4. *Her.* 7. puella (*i. e.* Phædra). — *b)* Subst. *Paneg.* in *Mess.* 9. Phœbo gratissima dona Cres tulit. — *Cressa*, item: *Ovid.* 2. *Her.* 76. Sedit in ingenio Cressa relicta tuo (*i. e.* Ariadne). *et* 1. *Art. am.* 327. Cressa Thyestæ si se abstinuisset amore (*i. e.* Ærope). *et* 9. *Met.* 703. ad sidera supplex Cressa manus tollens (*i. e.* Telethusa). *Juvenal.* 10. 327. Nec Sthenobœa minus quam Cressa excanduit (*i. e.* Phædra). — Etiam nom. mul. *Comment. Lucan.* 2. 609. — Hinc deriv.: *Cresius (Cressius)* Κρήσιος, adj. *Virg.* 4. *Æn.* 70. quam *(cervam)* - nemora inter Cresia fixit Pastor agens telis. *et* 8. *ibid.* 294. tu *(Hercules)* Cre-

sia mactas prodigia (i. e. taurum). Ovid. 15. Her. 299. regna. Adde Stat. 12. Theb. 582., Calpurn. ecl. 4. 95., Germ. 32. — Pro incola: Auson. 458., Ulixes ait se esse Cresium. — Cretæus (Κρηταῖος), adj. Virg. 3. Æn. 117. Cretæis in oris. Ovid. 10. Her. 216. humus. et 2. Amor. 10. 25. Ida. Propert. 3. 19. 26. ratis (sc. navis Minois, qua Scyllam traxit). Cir. 115. sagitta (i. e. Minois Cretensis). Prisc. perieg. 112. æquor. Germ. 534. maritus (i. e. Juppiter. V. EUROPA). et 107. capra (i. e. Amalthea). — Ovid. 7. Met. 434. taurus (furiosus, ab Hercule Creta abductus in Atticam ibique ab eo vel a Theseo occisus). Serv. ad Virg. 3. Æn. 332. campi (qui vel Crisæi dicti, circa Delphos ita cognominati ab Icadio e Creta illuc profecto). — Pro incola. Homer. 208. Idomeneus et Meriones, Cretæus uterque. Symm. or. 2. 19. Dædalus. — Absolute. Propert. 2. 34. 29. Aut quid Cretæi tibi prosunt carmina lecta? (i. e. Epimenidis Cretensis: alii tamen aliter leg.). — Nom. mul. Varro 6. L. L. 69. Lucilius (925) scribit de Cretæa, cum ad se cubitum venerit. — Creticus (Κρητικός), adj. Horat. 1. Od. 26. 2. Creticum mare (proprie pars australis Ægæi: Porphyr. ad l. pro quocumque mari dixit). Senec. Phædr. 661. fretum. et 3. Nat. 29. 8. sinus. Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. (58). pelagus. et 12. ibid. 12. 26. (45). nardus. et 18. ibid. 7. 17. (77). amylum. et 19. ibid. 6. 32. (104). cæpæ. et 20. ibid. 17. 73. (187). anesum. et 36. ibid. 13. 19. (90). labyrinthus. Diosc. 5. 9. vinum. Flor. 3. 7. 1. bellum. Min. Fel. 25. 9. Juppiter. Solin. loc. cit. leges. — Subst. Ps. Apul. herb. 39. Ibiscus a Græcis appellatur althæa - alii - Cretican (vocant). Adde Ennod. carm. 2. 100. — Speciatim de metro Cretico: Sacerd. gramm. VI. 499. 4. Dictus est tamen hic pes (i. e. amphimacrus) etiam Creticus, quoniam in Creta insula Corybantes, ut vagitum Jovis nati celarent Saturnum, scutis suis ita sonuerunt, graviter (-) breviter (˘) graviter (-). Ter. Maur. 1436. Creticum appellant eundem, forte Curetum genus, quo modos ludo sub armis congruentes succinant etc. Diomed. gramm. I. 481. 6. Creticus pes κατὰ τροχαῖον. et 518. 21. versus. Mar. Victorin. gramm. VI. 72. 24. metrum. — Absolute. Creticus, ap. Cic. 3. Orat. 47. 183. Cretico, qui est ex longa et brevi et longa. Quintil. 9. 4. 81. Media inter longas brevis faciet amphimacron, sed frequentius ejus nomen est Creticus. Diomed. gramm. I. 479. 13. Amphimeres, quem alii Creticon appellant. Capell. 9. p. 334. Dochmius prior hac lege componitur, ut sit ex iambo et pæone, qui δίδυμος vocatur: hunc δίδυμον posteriores Græci Creticum nominarunt. — Pro incolis. Tab. cer. Dac. 25 (Corp. 3. p. 959. a. 160). — Creticus, cogn. M. Antonio, patri triumviri, per ludibrium additum, quia infeliciter cum Cretensibus pugnavit (V. CRETA), sed græce apud Plut. Ant. 1. et App. Sicil. 6. — Cogn. Q. Cæcilii Metelli cos. a. 69. a. Chr. Sall. hist. 2. 45. Q. Metellum, cui (pos)tea Cretico cognome(ntu)m fuit. Flor. 3. 7. 6. Nec quicquam tamen amplius de tam famosa victoria quam cognomen Creticum reportavit. — Inde cognomen gentis Cæciliæ. Corp. 10. 7581., Fast. aug. a. p. Chr. 7. et alib. — Fort. ad quendam ex posteris ejus spectat Corp. 6. 31720. — Præterea, generatim, cogn. vir. Martial. 7. 90. 4., Juvenal. 2. 67., Ennod. carm. 2. 100. Corp. 6. 5038. — Cogn. mul. Corp. 2. 2281 (in Bætica). — Cretāni, absolute, ita joculariter Cretenses appellati Plaut. Curc. 443. quia enim Persas, Paphlagones, Sinopes, Arabes, Cares, Cretanos, Syros subegit. — Cretensis, adj. Cic. Flacc. 3. 6. Cretense bellum. et 3. Nat. D. 21. 53. tertius Juppiter. Liv. 35. 28. auxiliares. et 37. 41. sagittarii funditoresque et jaculatores. — Subst. Fronto p. 115. Si ab hospite, qui te Falerno accipiat Cretense (sc. vinum). — Titulus mimi: Charis. gramm. I. 103. 23. Laberius tamen in Cretensi ait. — Cretenses, incolæ. Sall. ep. Mithr. 10. Cretenses, solos omnium liberos ea tempestate. Tac. 3. Ann. 26. Maximeque fama celebravit Cretensium (leges), quas Minos præscripsit. Sacerd. gramm. VI. 427. 20. Pyrrhicha dicta est a Pyrrhicho Cidonio, qui primus Cretenses sub armis saltare ad hujus pedis sonum instituit. Firm. err. 6. 5. et 7. 6. Vanis Cretensibus adhuc mortui Jovis tumulus adoratur. Serv. ad Virg. 3. Æn. 104. Ut Sallustius dicit - primos Cretenses constat invenisse religionem. — Sane, quod ad religionem seu superstitiones attinet Cretensium, tradiderunt Græci deos omnes a Creta derivatos esse; cultum Jovis propriam perfectamque formam hic accepisse, cum Dionyso seu Baccho, Demetra seu Cerere, Artemide seu Diana, Apolline etc., antequam in Græcia statueretur, quibus additi fuerant a Phœniciis Astartes et Moloch (Cf. Curtius, H. G. tr. Paris I. 83. sq. et Schœmann, A. G. tr. G. Paris 1884. I. 341). — De eorum indole ac moribus scimus eos fuisse ad mendacium, ad socordiam, ad avaritiam proclives. Vulg. Tit. 1. 12. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: « Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri » Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί: cf. Hieronym. in Gal. 1. 8. et in Tit. 1. 12. Vulgare proverbium, quo Cretes fallaces appellabantur. Adde Tertull. anim. 20. Porro versus ille hexameter legitur ap. Callimachum in Hymn. ad Jov. 8.; sed, ut Hieronym. ibid. ait, tribuendus potius est Epimenidi, philosopho Cretensi (Apul. flor. 15) eidemque prophetæ seu poetæ, qui floruit VI. sæc. a. Chr. Adde Strab. 10. 4. 9. et 10., Arist. polit. 2. 10., Polyb. 4. 8. 11. — Celebres autem fuere in arte sagittandi (Liv. 37. 41., 38. 21., 42., 35., Cæs. 2. B. G. 7., Prob. Virg. georg. 3. 345., coll. Plut. C. Gr. 16. et Appian. B. C. 2. 49. 71); ideo sæpe tamquam mercennarii vel auxiliares militabant inter Græcos et barbaros (Strab. 10. 4. 10., Thucyd. 7. 57., Xen. Anab. 3. 111. 6., Polyb. 4. 53. 3. et alib. et Justin. 35. 2). — Insuper avaritiæ et violentiæ instinctu impulsi piraticam exercuerunt, quod in iis vehementer reprehendunt veteres (Ephor. ap. Strab. 10. 4. 9. et 10., Polyb. 4. 8. 11. et 53. 5. et alib., Jos. c. Ap. 2. 16. et Athen. 13. 76. 78. et 14. 2); idcirco de iis, ut de Cappadocibus et Cilicibus, proverbium illud: τρία κάππα κάκιστα (Suid. ad κ). V. CILICES. — Fem. plur. Cretides (Κρητίδες). Ovid. 3. Fast. 444. nymphæ pavisse feruntur Cretides (capram): infanti lac dedit illa Jovi. Cf. CRETIS.

Homonym. Differunt inter se Cres (Cretes), Cretensis et Creticus: vd. Schultz, Lat. Synon., qui tamen rem æquo subtilius, nec, ut mihi videtur, omnino recte persequitur.

CRĒTHĒUS, ei, m. 2. (Κρηθεύς) bisyllabon. — Genet. etiam Cretheos ap. Val. Fl. 1. 42. — Acc. Crethea ap. Hygin. loc. cit. — Voc. Crethеu ap. Virg. loc. cit. ¶ 1. Fuit pater Æsonis, avus Iasonis. Hygin. 2. Astr. 20. Crethea et Athamantem - Æoli filios fuisse. Mythogr. fab. II. 134. Athamas - Crethei frater. ¶ 2. Item Thebanus miles, de quo Stat. 9. Theb. 307. ¶ 3. Item Trojanus, de quo Virg. 9. Æn. 771. amicum Crethea musis, Crethea musarum comitem, cui carmina semper Et citharæ cordi etc. (Serv. ad l. Crethea - poetam lyricum: cf. etiam Serv. auct. Æn. 12. 538., ubi confunditur cum sequente). ¶ 4. Item Trojanus fortissimus, ap. Virg. 12. Æn. 588. Dextera nec tua te, Grajum fortissime Cretheu, etc. — Hinc Crethēïus (Κρηθήιος), adj. ad Crethea 1. pertinens. Val. Fl. 2. 608. Cretheia virgo (sc. Helle). et 6. 112. proles (sc. Iason). — Crethides (Κρηθείδης), nom. patronym. Id. 6. 610. Nec sua Crethiden latuit dea (sc. Iasonem).

CRĒTĬCUS, a, um, adject. V. CRETES.

CRĒTIS, idis, f. 3. (Κρητίς) nom. mul. Gr. Mythogr. fab. II. 119. Gorgones tres fuerunt - filiæ Phorci regis et Cretidis nymphæ, uno invicem oculo utentes.

CRĒTIUS, ii, m. 2. nom. gent. Corp. 6. 12556.; 2. 1942 (in Bætica). — Cf. Cretus, Cretianus, Creto, Cretio, Cretonius, Cretorius, Cretuis, in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 79., 335., 354. — Compos. Cretopolis, opp. Pisidiæ. Rav. p. 106 (Κρητόπολις Ptol.).

CRĒTŎPŎLIS, is, f. 3. V. voc. præc.

CRĔŪSA, æ, f. 1. (Κρέουσα: a κρέω, impero) nom. pers. et geogr.

I.) Creusa, nom. pers. ¶ 1. Fuit filia Terræ, a Peneo amata. Ovid. 3. Am. 6. 31. Te quoque promissam Xutho (Heins. Xantho), Peneo, Creusam Pthiotum terris occuluisse ferunt. ¶ 2. Item filia Erecthei, mater Ionis. Ps. Aur. Vict. orig. 2. 1. Creusam, Erecthei regis Atheniensium filiam, speciosissimam, stupratam ab Apolline etc. Hygin. fab. 160. Cephalus Mercurii filius ex Creusa Erecthei filia. ¶ 3. Item filia Creontis, regis Corinthiorum, uxor Iasonis, a Medea conflagrata, quæ etiam Glauce nominatur. Propert. 2. 16. 30. Arserit et quantis nupta Creusa malis. Adde Ovid. 12. Her. 53., Senec. Med. 495., 508., 817. et 922., Stat. 2. Silv. 1. 142., Hygin. fab. 25. ¶ 4. Item filia Priami, uxor Æneæ, mater Ascanii. De ea Virg. 2. Æn. 562., 597., 666., 769., 772. etc., Serv. ad Virg. 2. Æn. 779. et 9. ibid. 284., Augustin. 18. Civ. D. 19. et Mythogr. I. fab. 204., coll. Coripp. 1. Joh. 201, Prob. Virg. georg. 3. 46., Gloss. IV. 409. 2. — Liv. 1. 3. « Haud ambigam - hicine (sc. filius Laviniæ) fuerit Ascanius, an major quam hic, Creusa - natus ». Cf. Serv. ad Virg. 1. Æn. 7. — Hinc Creusina, Creusinius, Creusis in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 79.

II.) Creusa, nom. geogr., sc. oppidum Bœotiæ, hodie Kreisa, Thespiensium emporium in intimo sinu Corinthiaco, teste Liv. 36. 21., coll. 42. 56. et 44. 1. Mela 2. 53. Creusis., Tab. Peut. 7. Crusa, Rav. p. 198. Cerusa. — Græce est Κρέουσα, Κρεουσίς, Κρεῦσα, Κρεῦσις.

CREXI, insula major Apsyrtidum prope Istriam, cum oppido cognomine, in sinu Flanatico, hodie Cherso, ap. Plin. 3. Hist. nat. 21. 25. (140). Cf. Ptol. 2. 16. 8. Κρέψα (oppidum), fort. pro Κρέξα, Crexa, ut legit Sillig. ap. Plin. pro Crexi.

CRĬĀSUS (Criassus), i, m. 2. (Κρίασος) rex Argivorum quintus. Hygin. fab. 145., Hieronym. chron. a. Abr. 376. Augustin. 18. Civ. D. 8. In deorum numerum aliquot mortui - in quibus Criasi regis conjux Melantomice et Phorbas filius eorum, qui post patrem rex Argivorum sextus fuit etc.

CRĪMIS(S)A, æ, f. 1. (Κρίμισα Steph. B.) promontorium Lucaniæ, hod. Capo v. Punta dell'Alice, ap. Ovid. 15. Met. 52., ubi tamen alii Crimisen, alii aliter. leg. Cf. Diod. 8. 17. 1. — Traditur Philoctetes ibi oppidum condidisse (Lycophr. 918. et Strab. 6. 254).

CRINIS, is, m. 3. nom. insulæ, hodie Habibas, inter Carthaginem Spartariam et Cæsaream Mauretaniam. Itin. Ant. p. 512.

CRĪNĪSUS (Crinisos), i, m. 2. fluvius Siciliæ prope Segestam, hodie fiume di s. Bartolomeo, apud quem Timoleon maximas Carthaginiensium copias fugavit, teste Nep. Timol. 2. Memoratur Virg. 5. Æn. 38. Troja Criniso conceptum flumine mater (i. e. Segesta), Quem genuit (i. e. Acesten). Cf. Serv. ad eund. 1. Æn. 550. Vib. Seq. p. 147. Crinisos. Claudian. rapt. Pros. 2. 57. Naides - quæ fontes, Crinise, tuos - concelebrant. - Mythogr. I. fab. 137. et II. 193. Crimiso fluvio (Κριμισός).

CRĪNĪTUS, i, m. 2. (crinis) cogn. imp. Trajani, ap. Eutr. 9. 2. Successit ei (Nervæ) Ulpius Crinitus Trajanus (Lyd. mens. 4. 23. Κρινῖτον δὲ αὐτὸν (Τραϊανὸν) οἱονεὶ εὐπλόκαμον τοῖς Ῥωμαίοις ἔδοξεν, καλεῖν κ. τ. λ.) et etiam Ulpii consulis, « qui se de Trajani genere referebat et fortissimi re vera viri et Trajani simillimi » ut ait Vopisc. Aurelian. 10. Adde ibid. 11., 15. sq. et 38. et alib.; sed suspecta omnia. — In titulis cogn. vir. Corp. 6. 12791. et 3. 8825 (in Dalmatia). — Crinita, cogn. mul. 2. 964 (in Bætica). — Nom. equi. Corp. 6. 22917. — Vide alis Crinas, Crinius, Crinusa in Corp.

CRĬOS (Crius), ii, m. 2. (Κρεῖος, Κρίος) nom. Titanis. Rufin. Clem. 10. 17. — Nom. fort. corruptum patris Vulcani. Ampel. 9. Primus Vulcanus Crio et Ioppe natus (Cælo Cic. 3. Nat. D. 22. 55).

CRĪSA, æ, f. 1. (Κρῖσα, Κρίση, Κρίσσα) oppidum Phocidis, hodie Khryso, ad radices Parnassi. Plin. 4. Hist. nat. 3. 4. (8). — Hinc Crisæus (Κρισαῖος) adj. Plin. ibid. Crisæus sinus, golfo di Salona. — Valg. carm. frg. 2. 8. falleris - quantum si gurgite nauta Crisæa Quærat Castaliæ (i. e. Castalio fonte præfluenti). Serv. auct. Æn. 3. 332. Isdem in memoriam gentis, ex qua profectus erat (i. e. Cretum), subjacentes (sc. Delphis) campos Crisæos vel Cretæos appellasse (V. CRETÆUS). — Crisæi, incolæ. Frontin. 3. Strat. 7. 6. Clisthenes Sicyonius ductum aquarum in oppidum Crisæorum ferentem rupit (al. Cirrhæorum). Adde Dict. 3.

CRĪSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. Inscr. Not. degli scavi 1910. p. 298., Corp. 8. 3043. — Cf. Criso, Crisacius, Crisinius (Grisinius), in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 274.

CRISPĪNUS, i, m. 2. (Κρισπῖνος v. Κρισπεῖνος) cogn. vir. Scribitur etiam Creispinus, Crespinus. — Hoc autem nomine memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Absolute: — a) Crispinus, philosophus Stoicus, loquacissimus, et poeta, qui sectam Stoicam versibus scripsit, sed tam garrule ut aretalogus diceretur (Porphyr. ad Hor. loc. cit.), irrisus ab Horat. sat. 1. 120. et 3. 138. Cf. Pers. 5. 126. V. PLOTIUS CRISPINUS. — b) Crispinus, homo Ægyptius, « Canopi verna » et « monstrum nulla virtute redemptum a vitiis » dictus Juvenal. 1. 27. Nihilominus Martialis librum suum non est veritus ei commendare ac per eum etiam Domitiano, scripto ad eum epigr. 7. 99., qui tamen de Crispini abolla scripserat etiam epigr. 8. 48. Magnis namque opibus et magistrum equitum (non senatorem) Romæ fuisse sub Nerone et Domitiano et ad tantam potentiam increvisse, ut vel ipse imperator ejus satelles videretur, tradit Schol. ad Juv. 4. 1. 8., 13. et 24. Juvenalis autem ejus causâ fuit in Ægyptum relegatus, unde odii fomes exarsit, quo eum in sola satiris poeta vexat. — c) Crispinus, poeta, cujus Heracles laudatur a Fulg. de prisc. serm. n. 23., quem tamen fictum existimant recentiores. — d) Crispinus, episcopus Calamensis, Donatista, Possidii in eadem civitate episcopi catholici insectator; idcirco ut hæreticus accusatus est et damnatus ad decem auri librarum multam, quæ Possidii rogatu, qui nihilo minus in publica disputatione justam fuisse pœnam probaverat, fuit remissa; sed reus mox imperatorem appellavit, ut se a crimine omnino purgaret, frustra tamen, nam pœna firmata est, iterumque condonata, opera præsertim Augustini, qui 2. c. litt. Petil. 83. et 99. de octoginta Mappaliensibus ab eo rebaptizante submersis historiam refert. — e) Crispinus, martyr cum Crispiniano, quorum basilicas apud Suessones memorat Greg. Tur. 5. Fr. 35. et 9. ibid. 9. — f) Crispinus, episcopus Ticinensis, temporibus Leonis M. pont., vir sanctitate et doctrina magnus, de quo vita functo Ennod. opusc. III. p. 203. sqq. canit: « Salve, sancte parens, salvete, o sæpe recepti Crispini cineres etc. — 2.°) Cum additis — a) Ex gente Quinctia: T. Quinctius Crispinus, magister equitum, cos. a. 354. et 351. a. Chr. — L. Quinctius Crispinus, a. 186. a. Chr. prætor factus (Liv. 39. 6), qui de Lusitanis et Celtiberis triumphavit (Id. ibid. 8. et 42) — T. Quinctius Crispinus, cos. a. 9. a. Chr. (Fast. cos. chron. min. [Cf. Corp. 1.[2] p. 162]), de quo Vellej. 2. 100. 5. Quinctiusque Crispinus, singularem nequitiam supercilio truci protegens, adulter Juliæ, punitus. — b) Ex Cæpionibus: Cæpio Crispinus, cos. suff. a. 96. a. Chr. — c) Ex gente Bruttia: L. Bruttius Quinctius Crispinus, cos. a. 187 (Corp. 10. 1784), cujus mater Valeria Marcia Hostilia Crispina Mæcia Corneliæ C. Bruttii Præsentis procos. uxor, cujusque soror, uxor imp. Commodi (Corp. 8. 110. et 10. 285). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 6. 2487. - mul. 7661. — Hinc Crispinius, Crispinulus, Crispulejus, Crispulus, Crispilla etc. in Corp., et ap. Schulze, Eigenn. p. 156., 157., 459.

CRISPUS, i, m. 2. (Κρίσπος, Κρεῖσπος, Κρίσφος et Γρίσπος) Scribitur Crispos, Crespus, Chrispus, Crispys, præcipue in titulis. — Est cognomen vir., ductum a crinibus intortis, qui crispi dicuntur. At Serv. auct. Æn. 2. 469. « Pyrrhus a colore comæ dictus - ita et Sallustius Crispus ». V. CRISPUS, a, um, in Lexico. — Reperitur præsertim in gentibus Claudia, Flavia, Marcia, Sallustia, Servilia, Vibia. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Crispus, grammaticus Burdigalensis, Latinus et Græcus, laudatus Auson. Prof. XXI. — 2.°) Crispus, cos. a. 318., 321. et 324., sc. Flavius Julius Crispus, Constantini M. filius, natu maximus. V. FLAVIUS JULIUS. — 3.°) Crispus, archisynagogus Corinthi, qui, Paulo contionante, « credit Domino cum omni domo sua » aliisque multis (Vulg. Act. 18. 8). — 4.°) C. Sallustius Crispus v. C. Crispus Sallustius, celeberrimus rerum scriptor, de quo V. SALLUSTIUS. — 5.°) Q. Vibius Crispus, Vercellis natus, cos. suffectus semel sub Nerone et bis sub Vespasiano vel Domitiano (Stat. bell. Germ. frg. 1). Tac. 2. Hist. 20. Vibius Crispus pecunia, potentia, ingenio inter claros magis quam inter bonos. Quintil. 5. 13. 48. vir ingenii jucundi et elegantis. et 10. 1. 119. compositus et jucundus et delectationi natus, privatis tamen causis quam publicis melior. — Plur. Martial. 12. 36. 9. Pisones Senecasque Memmiosque et Crispos mihi redde, sed priores (sc. antiquos). — 6.°) Alii: Manilius Crispus, reus sed « gratia Pompeji eripi » videbatur (Val. Max. 6. 2. 4); incertum autem, an fuerit trib. pl. a. 67. a. Chr., qui legem tulit de bello Mithridatico. — Catius Crispus, municipalis (orator) cacozelos (Senec. suas. 2. 16). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 6. 7658., 9863.; 9. 2646 (Æserniæ). etc. — Crispa, cogn. mul. 5. 5957 (Mediolanii).; 12. 3579. etc. — Auson. 71. 6. Crispa tamen cunctas (libidines) exercet corpore in uno. — Deriv.: Crispius, nom. gent. Corp. 15. 7810.; 9. 108 (Brundisii) etc. — Crispia, nom. mul. 11. 4589 (Brixiæ). — Crispianus — a) Adj. Not. Dign. occ. 40. Præfectus equitum Crispianorum, Dano. — b) Subst., cogn., m. Ulp. Dig. 35. 3. 3. 4., Cassiod. 1. Var. 37. tit. — f. Carm. epigr. 259. 2 (in agro Vocontiorum). — Crispinus. V. suo loc. — Crispulus (a), cogn. vir. Augustin. ep. 176. et 178. et Corp. 2. 6128.

CRISTA, æ, m. 1. cogn. vir. Liv. 24. 40 (a. 214. a. Chr.) Q. Nævio Crista, viro impigro et perito militiæ. — Fictus est senex Tudertinus, qui cum sex filiis fuit ab Hannibale in prœlio occisus. Sil. It. 13. 93. et 164. — Hinc Cristius, Cristinus, in Corp., quibus addenda non videtur Cristina, quæ pro Christina, in tit. Chr. legitur apud Mai, Nov. Coll. X. p. 427. 1.

CRITHĒIS, idis, f. 3. (Κριθηίς) nom. nymphæ Gr., matris Melesigenis seu Homeri. Comm. Lucan. 9. 984. Homerus, qui ex nympha Critheide et Melete amne (deo fluviali) creditur natus fuisse.

CRITHŌTĒ, es, f. 1. (Κριθώτη) oppidum Chersonesi Thraciæ. Nep. Tim. 1. et Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (48). Crithoten (acc.). — Est etiam promontorium oræ occid. Acarnaniæ, hodie Capo Candeli, ap. Strab. 10. 459.; a nullo tamen Latinorum, quod sciam, memoratum.

CRĪTĬAS, æ, m. 1. (Κριτίας) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit vir Atheniensis, pulcher Callæschri filius (Cic. loc. cit.), unus ex triginta Socratis discipulis, a Platone interlocutor inductus in dialogo Timæi, ingenii dotibus usus ad litteras artesque maxime excolendas; unde Cic. de eo et de Alcibiade scripsit 3. Orat. 34. 139., civitatibus suis non quidem bonos fuisse, sed certe doctos atque eloquentes, Socraticis disputationibus quoque eruditos. Unus e XXX. tyrannis (Nep. Alc. 10) fuit sed sceleratissimus (Cic. 1. Tusc. 40. 96. et Val. Max. 3. 2. ext. 6), adeo ut in proverbium venerit, teste Max. Tyr. diss. 27. p. 36., coll. 13. p. 245., ut exemplar tyranni: periit nondum quinquagenarius, strenue dimicans contra Thrasybulum et exsules Athenienses (Nep. Thras. 2). De eo Justin. 5. 9. 15. Critias et Hippolochus, omnium tyrannorum sævissimi. Tertull. anim. 6. Empedocles et Critias animam ex sanguine effingunt. Adde Macrob. 1. Somn. Scip. 14. 20., Lact. 3. 19., Ambros. de Noe 25. et Mallo Theod. gramm. VI. 589. 20. — Eum Cic. Brut. 7. 29. secundæ ætatis oratorem dicit et nonnulla ab eo scripta refert; quorum tamen non exstant nisi fragmenta, a Bachio Lips. 1827. collecta. — 2.°) Item Critias fuit etiam appellatus Socrates; hinc Cassiod. 6. Hist. trip. 44. Non enim Socrates licet Critias fuerit appellatus et Pythagoras Phalaris, ex mutatione nominis qualibet sunt peste participati. — 3.°) Item statuarius, Phidiæ æmulus cum Alcamene, statuis tyrannicidarum nobilitatus ac discipulis Dionysiodoro et Scymno. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (49). et ibid. (85). — 4.°) Item Xantippi filius, qui cum duobus fratribus Eumacho et Xantippo juniore in pugna occubuit. Sil. It. 4. 370. — 5.°) Item nom. subditum puero, quem Apulejus carmine laudavit. Apul. carm. frg. 3. 1. et 4. 3 (apol. 9). Cf. apol. 10. Illud etiam reprehendi animadvertisti, quod, cum aliis nominibus pueri vocentur, ego eos Charinum et Critian appellitarim. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 6. 14586.

CRĪTO, ōnis, m. 3. (Κρίτων) nom. vir. — In recto etiam Criton occurrit in Corp. 6. 34149. et ap. Plin. Hist. nat. 1. 18. ind. auctt. 18. 312. — Nomen factum putatur ἀπὸ τοῦ κριτοῦ, ita ut sit qui litem dirimat, arbiter, ut in Andria Terentii. — Memorantur ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Crito, amicus Socratis. Cic. 1. Tusc. 43. 103. et 1. Divin. 25. 52. et 54. 123. — Titulus dialogi Platonici. Chalc. comm. 254. In eo libro, quem appellavit Critonem. Adde Claud. Mam. anim. p. 127. — Fuit inter eos, qui pro Socrate spondere parati erant (Plat. apol. p. 38) et fugam ei ex carcere suaserant (Plat. in Phæd. p. 115). — Dialogos XVII. scripsit (Laert. 2. 121), qui exciderunt omnes. — 2.°) Item unus ex fratribus Catinensibus. Solin. 5. Si Catinenses audiamus, Anapius fuit et Amphinomus: si quod malunt Syracusæ, Emantiam putabimus et Critonem, qui parentes ex Ætnæ incendiis sustulerant. — 3.°) Item astronomus, patria Naxius, auctor Plinii. Plin. hist. nat. 1. 18. ind. auctt. et 18. 32. Criton. — 4.°) Alii: medicus, fort. fictus, ap. Martial. 11. 60. 6. - alius sub Trajano: Laterc. med. Hermes 45 (1900) p. 369. — Bœotus legatus a Philippo ad Hannibalem missus: Liv. 23. 39 (a. 215. a. Chr.). — Persona fabulæ. Ter. Andr. 801., 802. et 906. ¶ 2. In titulis. Corp. 6. 2911; 5. 5657 (in agro Mediolanensi)., Inscr. Not. degli scavi 1900. p. 82 (prope Puteolum). et Corp. 5. suppl. ital. 1048. 428. Critto. — Hinc Critonius, Critannius, Crittius, Critina, Critonitis, Critonilla, Critonianus, in Corp. passim et ap. Schulze, Eigenn. p. 79. et 423.

CRĪTŎBŪLUS, i, m. 2. (Κριτόβουλος, judex consilii) nom. vir. Gr. ¶ 1. Memoratur — 1.°) Vir, filius Critonis, amici Socratis. Cic. Cat. 17. 59. Socrates in eo libro (sc. in Œconomico Xenophontis) colloquitur cum Critobulo. Macrob. 7. Sat. 3. 16. Critobulum famosæ pulcritudinis adulescentem. — 2.°) Item medicus artis eximiæ, ap. Curt. 9. 5. 25. et 9. 5. 27 (utrinque Critobolus). et Plin. 7. Hist. nat. 37. 37. (124). Magna et Critobulo fama est extracta Philippi regis oculo sagitta etc. — 3.°) Item persona dialogi Hieronymiani. Hieronym. adv. Pelag. 1. 1. sqq. Cf. Augustin. ep. 180. 9. ¶ 2. In titulis. Corp. 13. 10010. 709.

CRĪTŎDĒMUS, i, m. 2. (Κριτόδημος, judex populi v. populus) astronomus, laudatus Plin. hist. nat. 1. 2. et 7. ind. auctt. et Firm. math. 4. præf. 5.

CRĪTOGNĀTUS, i, m. 2. nom. vir. Celticæ originis, sc. vir nobilis Arvernus, cujus orationem crudelissimam, Alesiæ habitam, refert Cæs. 7. B. G. 77. Cf. Holder, Altc. Spr. I. 1169.

CRĪTŎLĀUS, i, m. 2. (Κριτόλαος, judex populi v. populus) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Critolaus, philosophus Peripateticus, patria Phaselita, Aristonis Cei præceptor (Cic. 5. Fin. 5. 14), a. 155. a. Chr. ab Atheniensibus Romam missus cum Carneade Academico et Diogene Stoico multæ propter Oropum deprecandæ causa (Id. 2. Orat. 37. 155. et 12. Att. 23. et Gell. 6. 14. 9), cujus eloquentiam « scitam ac teretem » dicunt Gellius et Macrobius. — Sunt qui unum eundemque putent cum Critolao historico, quem laudant Gell. 11. 9. et Fest. p. 329. Cf. Müller, Hist. Gr. frg. IV. 372. sq. — 2.°) Critolaus, Achæorum prætor, cujus culpa Corinthus est eversa a. 146. a. Chr. Cic. 3. Nat. D. 38. 91., Liv. epit. 52. et Flor. 2. 16. — 3.°) Critolaus, Siculus, « civis Ætnæ », ut ait Cic. 5. Verr. 26. 59. ¶ 2. In titulis. Inscr. chr. apud De Rossi, Roma Sotter. III. p. 108.

CRĬŪMĔTŌPON et, divisim, Criu metopon, i, n. 2. (Κριουμέτωπον v. Κριοῦ μέτωπον, i. e. arietis frons) ¶ 1. Est promontorium Cretæ, hodie Kap Krio (Capo Crio). Laudatur Mel. 2. 112.

« Crete ad orientem promonturium Samonium, ad occidentem Criumetopon ». Describitur vero *Prisc. perieg.* 90. *sq.* « Arietis hanc rupem simulantem vertice frontem, Pro merito Graji Criu dixere metopon » (*Arietis* pro *Arjëtis* per synæresin; priorem vero *Criu* longam adhibuit). ¶ 2. Item promontorium Chersonesi Tauricæ. *Mela* 2. 3. « Alterum promonturium Criumetopon vocant, Carambico, quod in Asia diximus, par et adversum ». Describitur vero *Avien. orb.* 228. *sqq.* « Altera se cautes similis procul arietis ori, Dura (*arietis*) pruinoso qua torpet Taurica cælo Exserit et tenta late premit æquora fronte ».

CRIXUS (Cryxus), i, m. 2. nom. vir. Celt. ¶ 1. Memorantur — 1.°) Crixus, dux Bojorum, a Silio fictus. *Sil. It.* 4. 151. Brenni se stirpe ferebat Crixus. *V.* integr. loc., coll. *Plut. Marcell.* 300. — 2.°) Item gladiator, dux in bello fugitivorum. *Sall. hist. frg.* 3. 96. Crixo et gentis ejusdem Gallis atque Germanis. *Liv. epit.* 95. Crixo et Spartaco ducibus. *et* 96. Crixum fugitivorum ducem. *Flor.* 3. 20. 3. Spartacus, Crixus, Œnomaus, effracto Lentuli ludo - erupere Capua. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 4. 1916. Crixsus. Adde 13. 1366 (*in Aquitania*). — Hinc *Crixius, Crixia, Crixinius*, in *Corp.* et ap. *Holder, Altc. Spr. I.* 1171.

CRŌBIĀLUS, i, f. 2. (Κρωβίαλος) oppidum Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum, nunc fort. *Kara Agatsch*. Memoratur *Val. Fl.* 5. 102.

CRŌBYZI, ōrum, m. plur. 2. (Κρόβυζοι) pop. inter Istrum et Borysthenem, originis Thraciæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (82).

CRŎCĂLĒ, es, f. 1. (Κροκάλη) nom. nymphæ, comitis Dianæ, Ismeni fluvii filiæ. *Ovid.* 3. *Met.* 169. « Ismenis Crocale sparsos per colla capillos (*Dianæ*) Colligit in nodum ». Hinc fort. origo nominis ἀπὸ τοῦ κεκρυφάλου, quod est capitis ornamentum, latine *reticulum*, quo crines cohibebantur. *Calpurn. ecl.* 2. 1. Intactam Crocalen puer Artacus et puer Idas Dilexere. — In titulis. *Corp.* 11. 4866 (= *Carm. epigr.* 1167) 4. Hic Crocale casta condita sede jacet.

CRŎCĪNUS, i, m. 2. (crocus) opp. Laconiæ, hod. *Levetzova*, in *Exp. mund.* 52.

CRŎCŎDĪLON, i, n. 2. oppidum et flumen in Phœniciæ ora. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). — In Ægypto. *Rav. p.* 124. — Hinc *Crocodilopolites*, adj. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (50). Heroopoliten et Crocodilopoliten nomos Ægypti.

CROCUS (Crocos), i, m. 2. (Κρόκος) nom. pers. et geogr.

I.) Crocus, nom. pers. ¶ 1. Fuit puer in fabulis, a Smilace adamatus et cum ea in florem mutatus. *Ovid.* 4. *Met.* 283. et *Auson.* 325. 11. ¶ 2. Inde nom. vir. *Ign.* ad *Eph.* 2. 1. Crocus Deo dignus et vobis. Adde *Corp.* 6. 4422 (*in mon. Marcellæ*). — Cogn. 10. 826 (*Pompejis*). ¶ 3. Item nom. vir. Celt. — *a)* Rex Alamannorum. *Ps. Aur. Vict. epit.* 41. 3. — *b)* Episcopus. *Sidon. ep.* 7., *Corp.* 5. 3527 (*Veronæ*). — Cf. *Croca*, cogn. mul., in *Inscr. Not. d. scavi* 1911. *p.* 258 (*Romæ*).; *Crocius, Croceus, Crocina etc.*, in *Corp.*

II.) Crocus, nom. geogr., *sc.* mons Cretæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (60). *Sillig.* Corycus.

CRŒSUS, i, m. 2. (Κροῖσος) nom. vir. ¶ 1. Fuit ultimus Lydorum rex, Alyattis filius (a. 560-540. a. Chr.), omnium, quos hominum memoria celebrat, ditissimus. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 15. (51)., *Senec. contr.* 2. 1. 7., *Auson.* 302. 91., *Justin.* 1. 7. 3., *al.* — Hinc proverbialiter *Catull.* 115. 3. Divitiis Crœsum superare. — De eo *Cic.* 2. *Fin.* 27. 87. Cum suscepta semel est beata vita, tam permanet - neque exspectat ultimum tempus ætatis, quod Crœso scribit Herodotus præceptum a Solone. *Auson.* 320. 12. Cuncta cupit Crœsus, Diogenes nihilum. *Hieronym. ep.* 58. Vidua duo æra mittit in gazophilacium et præfertur Crœsi divitiis. — Pro divite, per synecd. *Ovid.* 5. *Trist.* 7. 42. Irus et est subito, qui modo Crœsus erat. — Plur. *Martial.* 11. 5. 4. Cum tot Crœsos viceris. — In pace philosophos ac litteratos viros magnificentissime habebat; in bello strenuus Pamphyliam, Mysiam et Phrygiam usque ad Halyn subegit. Sed quum Cyrus Astyagem regno spoliasset, ipse una cum regibus Babylonis et Ægypti illi obsistere paravit; antea tamen oraculum Delphicum consuluit, cui hoc responsum est: « Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει (*carm. frg.* 52): Crœsus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim ». Quod sibi propitium ratus, fluvium trajecit; verum ad Synopen incerto Marte prœliatum sociorumque auxilium frustra exspectantem Cyrus aggressus Tymbræ devicit ac Sardis obsessum captumque rogi flammis damnavit, qui proxime cremandus illud Solonis recordatus « neminem ante cineres beatum dicendum » quum sapientis Atheniensis nomen ter inclamasset, Cyrus, quem deum hominumque invocaret, sciscitatus, mox ut rem rescivit, eum in libertatem dimissum honorifice habuit (*Senec. dial.* 9. 11. 12., *Auson.* in *ludo VII. Sap.*); quamquam *Boeth. cons.* 2. 2. 32. refert « Crœsum, regem Lydorum - miserandum, rogi flammis traditum, misso cælitus imbre defensum ». Cf. *Mythogr. fab. I.* 196. et *II.* 190. ¶ 2. Inde — *a)* Nom. pueri, sed translate. *Petron.* 64. Trimalchio - ad (*puerum quendam*) delicias suas respexit, quem Crœsum appellabat - Margaritamque (*canem*) Crœsi. — *b)* Grammaticus quidam. *Corp.* 6. 7883. — Hinc *Crœsius* (Κροίσειος), adj. *Capell.* 6. *p.* 190. Παιδεία - femina admodum locuples et quæ illas Crœsias Dariasque præ suis opes gazasque despiciat.

CROMMYŌNNĒSOS, i, f. 2. (Κρομμυόννησος), insula maris Ægæi. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. (138).

CROMNA, æ, f. 1. (Κρῶμνα), oppidum Paphlagoniæ. *Mela* 1. 104., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (5). et *Val. Fl.* 5. 105. — *Tab. Peut.* 9. Cromen.

CRŌMYŌN, ōnis, m. 3 (Κρομ[μ]υών v. Κρεμμυών), oppidum inter Megara et Corinthum, ubi Theseus aprum furiosum interfecit (*Hygin. fab.* 38), hod. *Kastro-Tichos*. Memoratur *Ovid.* 7. *Met.* 435. Quodque suis securus arat Cromyona colonus. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (23). *Sillig.* Cremmyon.

CROMYŪ ACRIS (Κρομμύου ἄκρα), promontorium Cypri, hod. *Capo Kormakiti*. — Memoratur *Cass. Cic.* 12. *Fam.* 13.

CRŌNĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Fuit mater Mercurii. *Ampel.* 9. Secundus Mercurius Jovis et Croniæ filius vel Proserpinæ. ¶ 2. Item nom. Bithyniæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (148). Bithynia appellata est Cronia, dein Thessalis, dein Maliande et Strymonis.

CRŎNOS (Cronus), i, m. 2. (Κρόνος) Confunditur cum *Chronus*; æquatur Saturno. — Vocabulum a *coros* (κόρος), i. e. satietas, et *nus* (νοῦς), i. e. mens ex interpretatione Platonicorum exponit *Augustin. cons. evang.* 1. 23. 35 (*V.* loc. integr.), quasi sit *satietas intellectus*. ¶ 1. Est nom. Titanis. *Ampel.* 9. Tertius Mercurius Croni filius et Majæ. *Rufin. Clem.* 10. 17. Cronus Titan, qui apud nos Saturnus nominatur. *et* 10. 34. Per allegoriam Cronum quidam, qui est Saturnus, tempus esse - tradunt. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 104. Sæcula autem annos ex se natos in se revolvunt (*comparatur Saturnus filios comedens*) unde græce Κρόνος quasi χρόνος. ¶ 2. Pro Saturno planeta. *Sidon. carm.* 15. 61. Falciferi Cronon ire senis per summa polorum. ¶ 3. Inde cogn. Diodori philosophi. *Gell.* 11. 12. 2. Diodorus, cui Crono cognomentum fuit. — Hinc *Cronius* (Κρόνιος), adj. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (95). Philemon oceanum septentrionalem - vocari - ultra deinde Cronium. *Ampel.* 9. Jovis Cronii. — Subst. n. pl. *Cronia* (Κρόνια), feriæ Croni. *Acc. carm. frg.* 3. 2. — *Cronius*, nom. vir. Gr. (Κρόνιος), ut: — *Cronius*, post Pyrgotelem insignis gemmarum sculptor sub Alexandro M. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 1. 4. (8).; — item *Cr.* philosophus. *Arnob.* 2. *p.* 49.; — item *Cr.*, persona ficta *Martial.* 7. 87.; — item *Cr.* summæ antiquitatis monachus, ex discipulis beati Antonii; centum namque et decem annos ætatis agens, obiit; — item *Cr. Eusebius*, vir clarissimus, consularis Æmiliæ et Italiæ vicarius. *Corp.* 6. 1715.; — item *C. Turranius Cronius*, sevir Augustalis. *Corp.* 3. 8675 (*in Dalmatia*).

CRŌTĂLUS, i, m. 2. fluvius Magnæ Græciæ, hodie *Alli*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 15. (96). Amnes ibi navigabiles Carcinus et Crotalus.

CRŌTO (Croton), ōnis, f. 3. (Κρότων - ωνος) *Crotona*, æ, ap. *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 18., *Solin.* 2., *Firm. math.* 1. 7. 12. — *Crontona* in *Tab. Peut.* 7. - *Cotrona* ap. *Greg. M. ep.* 2. — Est etiam generis masc. ap. Latinos (*Liv.* 24. 2. 2. et *ibid.* 2. 5), ut apud Græcos.

Croton ¶ 1. Est oppidum Magnæ Græciæ, tribu *Cornelia*, hodie *Cotrone*. Memoratur *Liv.* 1. 18. Circa Metapontum Heracleamque et Crotona (*acc. Gr.*). *Id.* 23. 30. Bruttiorum exercitus Crotonem (*acc. Lat.*), Græcam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque, tum jam adeo multis magnisque cladibus adplicatam, ut omnis ætatis minus duo milia civium superessent. *Id.* 8. 1. Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim milia passuum habuit ante Pyrrhi in Italiam adventum. *Mela* 2. 68. In sinu Tarentino Tarentus, Croto. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 96. 97. (211). Locris et Crotone pestilentiam numquam fuisse. *Sil. It.* 11. 18. Croton alta. *Prisc. perieg.* 362. grata. — Heros ἐπώνυμος: *Ovid.* 15. *Met.* 15. Ipse (*Hercules*) domum magni nec inhospita tecta Crotonis Intrasse - fertur etc. *et* 15. *ibid.* 55. Invenit (*Myscelos*) - tumulum, sub quo sacrata Crotonis Ossa tegebat humus jussaque ibi mœnia terra Condidit et nomen tumulati traxit in urbem. — Fuit colonia Achæa, condita a. 710. a. Chr., vastissima et florentissima diuque una ex principibus Magnæ Græciæ urbibus, totius Bruttiorum pæninsulæ dominatrix, celebris morum integritate et sapientia legum, quam Pythagoræ debebat; verum, Sybari, ejus æmula, eversa a. 510. et imperio latius protenso, paullatim et ipsa declinavit. A Locris primum, dein a Dionysio Syracusano, a Bruttiis, ab Agathocle, a Pyrrho, ab Hannibale domita, tandem Romanorum ditioni subjacuit, qui a. 194. a. Chr. coloniam eo deduxere. (*Liv.* 1. 18., 23. 30. et *alib.*, *Mela* 2. 68., *Cic.* 2. *Nat. D.* 2. 6., coll. *Thuc.* 7. 135., *Scyl.* 13., *Polyb.* 5. 3., *Diod.* 11. 103. et *alib.*, *Dionys.* 1. 20. etc., *Paus.* 3. 3. 1., *Appian. Hann.* 57., *Corp.* 10. *p.* 14). — De ejus nummis vd. *Head*, 94. — Hinc *Crotoniates* (Κροτωνιάτης) vel *Crotoniata*, æ, cogn., in *Corp.* 11. 923. — Genet. *Crotoniatis* ap. *Schol. Hor. ep.* 1. 1. 30. — Acc. *Crotoniatan* ap. *Ammian.* 30. 7. 2. et *Capitolin. Maximin.* 6. — Abl. *Crotoniate* ap. *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 164. — Genet. plur. *Crotoniatum* ap. *Liv.* 24. 3. — De incolis. *Cic.* 2. *Inv.* 1. Crotoniatæ quondam cum florerent omnibus copiis. *Id.* 2. *Nat. D.* 2. 6. Cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo prœlio devicissent. *et Cat.* 9. 27. Milonis (*athletæ celeberrimi*) Crotoniatæ. *Capitolin. loc. cit.* Quod - alii denique eum (*i. e.* Maximum imp.) Crotoniaten Milonem, alii Herculem - vocarent. — Pro cogn. vir., ut videtur, in *Corp.* 11. 923 (*Mutinæ*) M. Antonius Crotoniata. — *Crotonias* per sync. pro *Crotoniates* habet *Prisc. gramm. II.* 128. 25. — Adj. *Crotoniensis* ap. *Liv.* 29. 36.; *Crotonensis* ap. *Greg. M. ep.* 7.; *Cotronensis* ap. *eund. dial.* 3. 36. — Incolæ *Crotonienses* ap. *Sall. Cat.* 44., *Frontin.* 3. *Strat.* 6. 4., *Apul. flor.* 15. — *Crotonensis*, cogn. vir. *Corp.* 6. 15592. ¶ 2. Est etiam nom. vir., *sc.* heros ἐπώνυμ. *V. supra.* — Cogn. vir. *Liv.* 23. 31 (a. 215. a. Chr.). In Siciliam Ti. Mæcilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus. Adde *Cic. Rab. perd.* 11. 31. — Cf. nummos victoriatos *Corp.* 1. 219.

CRŌTŌNENSIS et Crotoniensis, is, et
CRŌTŌNIĀS, ātis, et
CRŌTŌNIĀTA et
CRŌTŌNIĀTĒS, æ. *V.* voc. præc.

CRŌTŌPUS, i, m. 2. (Κρότωπος) rex Argivorum (ca. a. 1507-1488). *Stat.* 1. *Theb.* 570. nostri tecta haud opulenta Crotopi (*Schol.* hic rex Argivus fuit, qui Apollinem Pythonis cæde pollutum expiavit). *Schol. Stat. Theb.* 6. 64. Linum, filium Apollinis et Psamathes Crotopi filiæ, expositum a matre, a canibus fuisse discerptum. — Inde *Crotopiades* (Κροτωπιάδης). *Ovid. Ib.* 480. (Canes) Quique Crotopiaden diripuere Linum.

CRŌTUS, i, m. 2. (Κρότος) ¶ 1. Filius Panis et Euphemes, postea sidus (*sc.* Sagittarius) factus. *Hygin. fab.* 224. Crotos (*Schaffer*, Croton *F*) - collacteus Musarum in stellam Sagittarium relatus, *et* 2. *Astr.* 27. Sagittarium esse Crotum nomine, Euphemes Musarum nutricis filium, ut ait Sositheus tragœdiarum scriptor. Adde *Colum.* 10. 57. et *Ampel.* 2. ¶ 2. Est etiam nom. vir., fort. originis Celt. *Martial.* 6. 39. 19. Dum sorores Croti choraulæ. Adde *Corp.* 8. 5663.

CRUMERUM, i, n. 2. oppidum Pannoniæ inferioris ad ripam Danubii dexteram, hod. *Neudorf*, in *Itin. Ant. p.* 246. Cf. *Ptol.* 2. 11. 3.

CRUNI, ōrum, m. plur. 2. oppidum Mœsiæ inferioris ad oram Ponti Euxini, hod. *Baltchik*, serius *Dionysopolis*. Memoratur *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 37., *Mel.* 2. 22., coll. *Strab.* 7. 319. et *Ptol.* 3. 10. 8. — De ejus nummis vd. *Head*, 274.

CRUS, ris, m. 3. cogn. in gente *Cornelia*, a *crure*, uti patet, deductum, ut *L. Cornelius Lentulus Crus*, quem *Val. Max.* 6. 7. 3. *Cruscellionem* vocat et *Cronogr.* a. 354. *Cruscellum*.

CRUSTŪMERIUM, ii, n. 2. (Κρουστουμέριον) *Crustumium* dicitur *Sil. It.* 8. 356. et *Ps. Aur. Vict. orig.* 17. 6. — *Crustŭmeri* antepænultima brevi usurpavit *Virg.* 7. *Æn.* 631., quod poeta propriorum nominum licentia fecisse videtur, monente *Müller, De re metr. p.* 378. Cf. tamen *Crustŭmius* et *Crustŭmium*.

Crustumerium, vetus oppidum Latii prope Romam (V. *Nissen, Landesk. II. p.* 560. *sqq.*), in via Salaria inter Nomentum et Eretum, ad lævam Tiberis, in regione fertili, memoratum temporibus regum et reipublicæ initiis, sed ætate Plinii oblitteratum, superstes tamen in tribu *Crustumina*, hod. *Tor s. Giovanni*. De eo *Liv.* 1. 9. et *alib.*, *Virg.* 2. *G.* 88. et *Æn. loc. cit.*, et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (68)., coll. *Plut. Rom.* 17. — Hinc *Crustumerius* (Κρουστομερῖνος). *Varro* 5. *L. L.* 81. Secessio Crustumerina. — *Crustumium* V. suo loco. — *Crustuminus* — *a)* Adj. *Varro* 1. *R. R.* 14. 3. Crustuminus ager. — Absolute *ibid.* 15. in Crustumino. — Incolæ, *Crustumini*, ap. *Liv.* 1. 9. — *b)* Nom. vir. *Corp.* 6. 9462. — *Crustumius*, adj. *Virg.* 2. *G.* 88. Crustumiis Syriisque piris (ex parte rubentibus *Serv.*, omnium gratissimis *Plin.*).

CRUSTŪMIUM, ii, n. 2. ¶ 1. Est idem ac Crustumerium. *V.* hanc voc. ¶ 2. Item fluvius Umbriæ, hodie *Conca*. Memoratur *Lucan.* 2. 406. veloxque Metaurus Crustumiumque rapax. Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (115). et *Vib. Seq. p.* 147.

CRUTONIUS, ii, m. 2. nom. vir. *Corp.* 5. 1994. — Hæc inscr. *Camini*, qui vicus est agri Opitergini, in fronte templi adhuc exstat.

CRUX, cis, 3. ¶ 1. Est nom. loc., *sc.* — 1.°) Ecclesia Hierosolymitana. *Itin. Silv.* 25. 1. et *alib.* et *Hieronym. ep.* 147. et in *Jer.* 19 10-11. — 2.°) Item monasterium Pictaviense. *Greg. Tur. ind. p.* 891 (*nomine Crucis non laudatur sed cf. glor. mart.* 5). — 3.°) Item ecclesia Parisiaca. *Venant. vit. s. German.* 42. ¶ 2. Est etiam æon Valentinianorum. *Tertull. c. Val.* 9. et *Iren.* 1. 3. 1.

CRŸĀ, æ, f. 1. (Κρύα) oppidum Lyciæ vel Cariæ, ad occid. sinus Glauci. *Mela* 1. 83. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 28. 29. (103).

CRŸEON, tres insulæ maris Lyciæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (131).

CRŸOS, i, m. 2. fluvius Lydiæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (119). Hermus multos colligit fluvios, inter quos Phrygem - Hyllum et Cryon.

CRŸPHIOLATHRONIA, æ, f. 1. nom. regionis fictum a *Plauto Mil.* 43. Ita leg. *Ritschl*; sed *Goetz* et *Schoell* nunc leg. *Scytholatronia*.

CRŸPHIUS, ii, m. 2. cogn. libert.: a voc. Gr. κρύφιος, *occultus*, in *Corp.* 6. 1815.

CRYPTA, æ, f. (κρυπτός, *absconditus*) specus seu antrum longissimum, pervium sub monte Pausilypo, hod. *Grotta di Posilipo*, ubi olim sacellum Priapi et sacra abdita habebantur, teste *Gloss.* ad illud *Petron. sat.* 16. Ego sum ancilla Quartillæ, cujus vos sacra ante Cryptam turbastis. — Hanc *Cryptam Neapolitanam* vocat *Rav. p.* 333., ubi male *Cripta* scribitur.

CRYPTOS, i, f. 2. antiquum nomen Cypri. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (129)., ita dicta a κρυπτός, *absconditus*, quod sæpe mari absconderetur (*Steph. Byz.*).

CRYXUS. *V.* CRIXUS.

CT

CTĔĀTUS, i, m. 2. (Κτέατος: a κτέαρ, *donum, possessio*) Euryti frater, filius Actoris, unde et *Actorides* dictus (*Ovid.* 8. *Met.* 308), pater Amphimachi, ad Trojam expugnandam cum navibus ex Elea profecti. *Hygin. fab.* 97.

CTĒSIĀS, æ, m. 1. Κτησίας: a κτῆσις, *possessio*. ¶ 1. Fuit celeberrimus rerum scriptor et medicus apud Artaxerxem Mnemonem, Cnidius, Xenophontis æqualis, sæc. V. a. Chr. exeunte (*Diod.* 2. 32). Memoratur *Gell.* 9. 4. 3., *Val. Max.* 8. 13. *ext.* 5., *Tertull.* 1. *Nat.* 16. et *Apol.* 9., *Serv. auct. georg.* 1. 30. — *Plin.* inter suos fontes refert in *Ind. auctt.* — Multa scripsit dialecto Ionica, præsertim de Persicis Assyriisque et Judaicis rebus, perspicue ac leniter, quorum tantum fragmenta supersunt, collecta et illustrata a *C. Müller, Ctes. Cnid. rell.*, in fin. opp. *Herod. P. f.* Paris 1855., ubi de vita scriptisque ejus disputatur, qui archivis regiis, Susis exstantibus, usus profecto est (*Diod. loc. cit.*). Non est prætermittendum, Plutarchum, Demetrium, Thucydidem, Photium eum de figmentis reprehendisse, ita ut magis poeta quam historicus dici possit (*Demetr. De eloc.* § 218. et 221). Sed hæc si jure merito magna ex parte dicuntur, non tamen ita exaggeranda sunt ut mendax omnino credatur qui (quod aliunde quoque constat) suis oculis plura vidit, quemque accusatores vel ipsi secuntur aut etiam exscribunt. ¶ 2. Item statuarius et argenti cælator, notus ex *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (85).

CTĒSĪBIUS (Ctesibios), ii, m. 2. (Κτησίβιος, *possessio* v. *possessor vitæ*) mathematicus Alexandrinus (*Vitr.* 1. 1. 7. et 7. *præf.* 14), natus patre tonsore, qui de machinationibus scripsit et pneumatica et organa hydraulica reperit (*Id.* 9. 8. 2. et 10. 7. 5. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 38. [125]). — Hinc *Ctesibicus* (Κτησιβικός), adj. *Vitr.* 10. 7. 1. Ctesibica machina, quæ in altitudinem aquam educit.

CTĒSĪCLĒS, is, m. 3. (Κτησικλῆς, *possessio* v. *possessor gloriæ*, sc. *gloriosus*) pictor. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (140). Nullo enim honore exceptus ab ea (*regina Stratonice*) pinxit volutantem cum piscatore, quem regina amare sermo erat etc.

CTĒSĪLĀUS, i, m. 2. (Κτησίλαος) statuarius, qui ætate Periclis, Phidiæ quasi æqualis, floruisse videtur. De eo *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (75). Ctesilaus statuarius doryphoron et Amazonem vulneratam fecit.

CTĒSĪLŎCHUS, i, m. 2. (Κτησίλοχος) pictor, Apellis discipulus, « petulanti pictura innotuit: Jove Liberum parturiente depicto mitrato etc. ». Ita *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (140). — Ex hoc loco corrigendus est *Suidas*, qui s. v. Ἀπελλῆς fratrem Apellis *Ctesilochum* nominat; nisi *fratrem* ea fort. loquendi ratione vocat, qua discipuli artificum eorum filii fratresque dicuntur.

CTĒSĪPHO v. Ctesiphon, ontis, m. 3. (Κτησιφῶν) nom. vir. Gr. — *a)* Scribitur *Tesifon* in *Corp.* 5. 500. — *b)* Forma *Ctesipho* ap. *Ter. Ad.* 260. et *alib.* — *Ctesiphon* ap. *Cic. opt. gen.* 7. 19. — Dat. *Ctesiph - oni* ap. *Ter. Ad.* 784., *- onem* ap. *eund. ibid.* 252. et *alib.*; a ceteris flectitur *Ctesiph - ontis, - onti, - ontem*. — *c)* Prosod.: *Sidon.* primam et secundam corripit metri causa, ut *carm.* 2. 451. « nec tessera castris in Ctesiphonta datur ». Adde 23. 140. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Ctesipho, nom. pers. ¶ 1. Fuit Leosthenis filius, patria Amplystius, qui propter decretam Demostheni coronam auream accusatus ab Æschine, cujus egregia oratio adhuc superest, κατὰ Κτησιφῶντος inscripta, a Demosthene tamen ipso celeberrima illa oratione περὶ στεφάνου contra adversarium est defensus, teste *Cic.* 3. *Orat.* 56. 213. Adde *Quintil.* 3. 6. 3., *Ammian.* 30. 4. 19., *Val. Max.* 8. 10. *ext.* 1. et *Hieronym. adv. Rufin.* 2. 25. ¶ 2. Item historicus, cujus fragmenta collegit *Müller, Hist. Gr. rell. II. p.* 375. ¶ 3. Item quidam Christianus, vir illustris, qui, a Pelagio tantum non deceptus, eum opibus juvabat, *Urbicius Ctesipho* plenius appellatus, ad quem scripsit *Hieronym. ep.* 133. Cf. *Oros. apol.* 4. 6. ¶ 4. Item persona fabulæ. *Ter. Adelph.* passim.

II.) Ctesiphon, nom. geogr., *sc.* urbs Mesopotamiæ vel Babyloniæ inter Chrysorrhoam et Tigridem inclusa cum Seleucia, sedes hiemalis, dein metropolis regum Parthorum (*Tac.* 6. *Ann.* 42), hodie *Tak-Kesra*, a Parthis condita (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. [122]), quam nempe Vardanes « temporibus priscis instituit posteaque rex Pacorus incolarum viribus amplificatam et mœnibus Græco indito nomine Persidis effecit specimen summum » (*Ammian.* 17. 14. 1); ter autem a Romanis expugnata (sub Trajano, Sept. Severo et Probo) et a Saracenis tandem deleta. — Hinc *Ctesiphonticus* (Κτησιφοντικός), adj. *Mar. Victorin. ad Just.* 9. Babylonis magos ac Ctesiphonticos incantatores.

CTĒSIPPUS, i, m. 2. (Κτήσιππος, *possessio* v. *possessor equi* v. *equorum*) unus ex procis Penelopes. *Auson.* 464.

CU

CŪBA, æ, f. 1. ¶ 1. Est dea, quæ cubando præerat. *Don. Ter. Phorm.* 49 (*ex Probo*) legitur apud Varronem initiari pueros Eduliæ et Poticæ et Cubæ, dis edendi et potandi et cubandi. ¶ 2. Est etiam cogn. mul. *Corp.* 13. 1853 (*in agro Biturigum*).

CŪBALLUM, i, n. 2. castellum Galatiæ, ubi Romani castra posuerunt a. 189. ante Chr. *Liv.* 38. 18.

CŪBI, ōrum, m. plur. 2. altera Biturigum gens, diversa a Biturigibus Vibiscis. *Corp.* 13. 1197. — (Loc. valde dub.: *Frontin.* 2. *Strat.* 11. 7. In finibus Cubiorum). — In sing. num. *Biturix Cubus* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 190. — Etiam nom. vir. *Corp.* 13. 6626.

CŪBĪCŬLĀRIUS, ii, m. 2. (cubiculum) cogn. vir., ab officio ductum. *Corp.* 2. 4065 (*in Tarrac.*). — Fort. et nom. mul. *Cubicularis* in *Inscr. chr. De Rossi I. p.* 599.

CŪBĪLE, is, n. 3. nom. insulæ fabulosæ, ut videtur, sinus Persici, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (97). Post Icthyophagos insula, quæ Solis appellatur et eadem Nympharum Cubile, rubens. Cf. *Solin.* 54. Solis insula rubens.

CUBULTERĪA, æ, f. 1. municipium Samnii ad viam inter Capuam et Allifas, ubi nostris temporibus erat ecclesia *S. Maria di Covultere*. Memoratur *Liv.* 23. 39. Cubulteriam (*al.* Compulteriam) et Trebulam - urbes, quæ ad Pœnum defecerant, Fabius vi cepit. Adde *Corp.* 10. 4574. — *Cubulternus*, adj. ap. *Greg. M. ep.* 9. *Momms.* — *Cubulterinus*, adj. in *Corp.* 10. 4574. — Incolæ, *Cubulterini*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (63).

CUCCĪUM, ii, n. 2. statio Pannoniæ inferioris inter Acumincum et Cornacum, hodie *Illok*, in *Not. Dign. occ.* 32. — *Itin. Ant. p.* 243. Cucci.

CUCHENEHÆ matronæ, agn. numinis barb. ab oppido quodam derivatum, fortasse ab eo, quod hodie est *Cuchenheim*, in *Corp.* 13. 7928 (*in Germ. inf.*).

CUCULLÆ, ārum, f. plur. 1. et Cucullum, i, n. 2. oppidum Norici inter Juvavum et Virunum, hodie, ut videtur, *Kuchel*. Memoratur *Eugipp. Sev.* 11. 2. et *Corp.* 3. *p.* 662.

CŪCŪMA, æ, m. et f. 1. cogn. vir. *Inscr. Bonn. Jahrb.* 1910. *p.* 8. — Etiam cogn. mul. *Corp.* 2. 3681 (*in Tarrac.*). — Hinc demin. *Cucumilla* 6. 9232 (*in Germ. sup.*).

CŪGERNI, ōrum, m. plur. 2. populus Germaniæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 31. (106). Rhenum autem accolentes Germaniæ gentium in eadem provincia (*sc.* Comata Gallia) - Eugerni (Guberni *codd.*). Adde *Tac.* 4. *Hist.* 26. et *Corp.* 7. 1085 (inter a. 140 et 144. Chr.). — In sing. num. *Corp.* 3. 2712 (*in Dalmatia*) M. ELVADIVS MACRINVS DOMO CVGERNVS.

CUICUL, indecl. nom. oppidi Numidiæ, hodie *Djemila*. — Reperitur tamen etiam abl. *Cuiculi* in *Itin. Ant. p.* 29. et ap. *Cyprian. sent. episc.* 71. et *Cuiclo* in *Corp.* 8. 20713. — Legitur *Cuiculi* absolute in *epigr.* 206. *Anthol. Lat. ed. Riese.* « Parce, rapax epulis vehemens Perpetue glutto Mensarumque vorax, omnis cui Cuiculi cessit ». — Hinc *Cuiculitanus*, adj. *Corp.* 8. 20144. 1 (*Cuiculi* a. 160. p. Chr.). — Incolæ. *Not. Episc. Num.* 10. et *Corp.* 8. 8309 (*Cuiculi*).

CULARO, ōnis, f. 3. oppidum Galliæ Narbonensis in finibus Allobrogum, sæc. IV. exeunte *Gratianopolis* ab imp. Gratiano appellatum, hodie *Grenoble*. Memoratur *Planc. Cic.* 10. *Fam.* 23. — Hinc *Cularonensis*, adj. *Corp.* 12. 2252., coll. 2227.

CULCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. *Cod. Just.* 4. 32. 24 (a. 294). et *Corp.* 9. 1781. — Hinc *Culcianus*, cogn. vir. in *Papyr. Oxyrh. I.* 71 (a. 303). — Item *Culcinus, Colchius, Culchius, Culcisclus, Colgius*, in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 157.

CULLEO (Cullio), ōnis, m. 3. (culeus v. culleus) cogn. vir., præsertim in gente *Terentia*, ut Q. Terentius Culleo, prætor a. 187. a. Chr. *Liv.* ap. 30. 43.; Q. Terentius Culleo, Ciceronis et Pompeji amicus, ap. *Cic.* 3. *Att.* 15 (Cf. *Id. Culleoni*). — Alii in titulis. *Corp.* 5. 2865 (*Patavii*); 2. 1680. etc. — Cf. *Cullius, Cullonius, Cullnus*, in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 308. et 318.

CŪMÆ, ārum, f. plur. 1. (Κύμη et Κοῦμαι) Scribitur etiam *Cyme*, genet. *Cymes*, Gr. posit., ap. *Sil. It.* 8. 531. et 11. 288. et *Stat.* 4. *Silv.* 3. 65. — *Cume* ap. *Guid. p.* 472., qui postea *Cumas* dixit *p.* 509. — In sing. num. etiam *Cuma*, æ, usurpatum vulgo fuisse videtur in *Laterculo* ap. *Marini Fr. Arv. p.* 326. et in nummis ap. *Fabretti, Gloss. It. p.* 955. — Origo nominis fortasse a *Cyme* Eubœæ (*Steph. Byz.* s. v.). — *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 2. Cumas vocarunt vel ἀπὸ τῶν κυμάτων vel a gravidæ mulieris augurio, quæ græce ἔγκυος dicitur. *et* fusius 3. 441. Chalcidenses invenerunt vacuum litus, ubi, visa muliere gravida, civitatem condiderunt, quæ res fecundam ostendebat fore rem publicam, et eam Cumas vocaverunt, sive ab ἐγκύῳ, id est prægnante, sive ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est undis, nam κύματα dicuntur.

Cumæ, oppidum Campaniæ, ad oram septentr. sinus Cumani, hodie *Cuma*. De ea *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 2. Eubœa insula est, in qua Chalcis civitas, de qua venerunt qui condiderunt civitatem in Campania, quam Cumas vocarunt. *Cic.* 3. *Tusc.* 13. 27. Tarquinius Cumas contulisse se dicitur inque ea urbe senio et ægritudine esse confectus. *Lucret.* 6. 747. Is locus (*Avernus*) est Cumas aput, acri sulpure montis Oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti. *Solin.* 2. Constitutæ ab Eubœensibus Cumæ. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 14. Dædalus delatus est Cumas et templo Apollinis condito - in foribus hæc universa depinxit. Adde *Enn. frg. var.* 89., *Virg.* 6. *Æn.* 2., *Cic.* 8. *Fam.* 1., *Vellej.* 1. 4. 1., *Ovid.* 14. *Met.* 104., *Liv.* 2. 9., *Sall. hist. frg.* 3. 96. — Conditum fertur a. 1049 (al. 1050) a. Chr. a colonis ex opp. Cyme Æolidis in Eubœa, antiquissima ex Græcis Italiæ coloniis, quæ a sæc. VIII. ad V. potentia excellens, navigationis et commercii quasi centrum, metropolis Dicæarchiæ, Neapolis, Zanclæ, majorem Campaniæ partem territorio suo complexa, a. 474. cum Hierone Syracusano fœdere conjuncta, Etruscos a suis finibus victrix repulit. Verum paullatim intestinis discordiis debilitata, a Samnitibus capta est a. 428., qui eam devastarunt. Subacta a Romanis a. 338., iis fideliter adhæsit secundo bello Punico et sociali; quocirca jus civitatis Rom. mature est adepta, seque opportunum præbuit iis locum sub finem rei publ. et imperio florente, quo convenirent rusticandi causa; celebris præterea ob antrum, unde Sibylla oracula edebat, cujus libri, ab ea Sibyllini dicti, per Tarquinium Priscum Romam inlati fuerunt *Thuc.* 6. 4., *Arist. mirab.* 95., *Polyb.* 1. 36., *Diod.* 7. 9. *et alib.*, *Dionys.* 8. 3. *et alib.*, *Strab.* 5. 243., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (61)., *Vellej.* 1. 4., *Mela* 2. 70., *Inscr. Gr.* 14. *p.* 225., *Corp. I. L.* 10. *p.* 350., 975., 1010. — De ejus nummis vd. *Head*, 35. — Hinc *Cumanus*, adj. (etiam *Cumanus* in *Corp.* 6. 8362. et *Cymanus* ap. *Philarg. Virg. ecl.* 4. 4. *rec. I. p.* 77), ap. *Tibull.* 2. 3. 48. Cumana rota. *Bibac. carm. frg.* 5. meretrix. *Martial.* 14. 114. patella. *Augustin.* 3. *Civ. D.* 11. colonia (*pro Cumis*). *Varro Men.* 114. calices. *Stat.* 4. *Silv.* 9. 43. patinæ. *Liv.* 2. 14. cohortes. *Tac.* 15. *Ann.* 46. litora. — *Cumanus sinus* seu crater, sinus Neapolitanus, ex mari Tyrrheno, ad oram Campaniæ, dictus quoque *Puteolanus sinus*, ap. *Mel.* 2. 70., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (82)., *Sueton. Aug.* 98. — *Cumanus Apollo* (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 9. Apud Cumas in arce Apollinis templum est). *Flor.* 1. 8. 3. Cum humore continuo Cumanus Apollo sudaret. *Augustin.* 3. *Civ. D.* 11. Apollo ille Cumanus. *et ibid.* De simulacro Cumani Apollinis. *Corp.* 10. 3683 (*in basi aræ, Cumis*) APOLLINI CVMANO Q. TINEIVS RVFVS — *Cumana Sibylla* (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 321. Sibylla profecta ex *Erythræa insula* Cumas tenuit). *Lact.* 1. 6. 10. M. Varro - in libris rerum divinarum - sit - septimam (*Sibyllam fuisse*) Cumanam nomine Amaltheam, quæ ab aliis Herophile vel Demophile - nominetur. *Solin.* 2. Cumanam, tertio fuisse post has (*Sibyllas*) loco. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 36. Multi sequentes Virgilium ab hac Cumana dicunt fata Romana esse conscripta. *Lucan.* 1. 564. Cumanæ carmina vatis. *Claudian.* 8. 147. Cumanasque rursus Intonuit rupes, rabidæ delubra Sibyllæ. — *Cumanum* — a) Adj. pro subst., sc. vinum. *Corp.* 4. 5542-5553. — b) Neutr. subst., prædium - Ciceronis: *Cic.* 4. *Att.* 9. *et alib.* sæpe. — Pompeji: *Cic.* 4. *Att.* 10.; — Varronis: *Cic.* 9. *Fam.* 1.; — Catuli: *Cic.* 2. *Acad.* (*pr.*) 25. 80.; item regio seu territorium: *Plin.* 17. *Hist. nat.* 25. 38. (243). — Incolæ, *Cumani*, ap. *Cic.* 10. *Att.* 13., *Liv.* 8. 14. et 22. *et alib.*, *Vitr.* 2. 6. 2., *Fest. p.* 142. — In sing. num. *Corp.* 4. 5160., *Porph. Hor. sat.* 1. 2. 35. — In titulis cogn. *Cumanus* (Κουμανός) ap. *Ascon. Mil. arg. p.* 34. St. Manilius Cumanus, tribunus plebis. Adde *Tac.* 12. *Ann.* 54., *Oros.* 7. *Hist.* 6., *Prosp. chron. I. p.* 412. et 428. — *Cumæus*, passim in libris *Cymæus* (Κυμαῖος), adj. Poeticæ dictionis epitheton cum Sibylla et Sibyllinis rebus conjungitur: *Virg.* 4. *Ecl.* 4. Ultima Cumæi venit jam carminis ætas (Cf. *Philarg.* et *Prob.* ad *l.* et *Augustin.* 10. *Civ. D.* 27., *ep.* 104. et 258. ex Cumano, id est ex Sibyllino carmine). *Propert.* 2. 2. 16. vates. *Ovid.* 14. *Met.* 135. virgo. *Sil. It.* 13. 498. antrum. *Hygin. fab.* 128. Sibylla Samia: alii Cumæam dixerunt. — De urbe Sibyllina *Virg.* 3. *Æn.* 441. ubi delatus Cumæam accesseris urbem — Adj. pro subst. de Sibylla. *Sil. It.* 13. 400. Sic ad Cumæam (*sc.* Sibyllam). *Lact. ira* 23. 2. Cumææ - volumina.

CŪMÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CUMANĬA, æ, f. 1. castellum Iberiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 11. 12. (30). Citraque (*sc.* portas Caucasias) in rupe castello, quod vocatur Cumania, communito ad arcendas transitu gentes innumeras.

CŪMĀNUS, a, um, adject. *V.* CUMÆ.

CUMILĬACA, æ, f. 1. nom. stationis Belgicæ ad viam inter Samarobrivam et Cæsaromagum, hodie *Cormeilles*, in *Itin. Ant. p.* 380.

CUNCTĀTOR, ōris, m. 3. (cunctor) agnomen Q. Fabii Maximi dictatoris, ex eo ductum, quia, ut ait *Ennius*, « cunctando restituit rem », sc. Hannibalis vires fregit. *Quintil.* 11. 2. 30. Memoriam ab aliquo simili transferunt ad id, quod continendum est: ut in nominibus si Fabius forte sit tenendus, referamus ad illum Cunctatorem, qui excidere non potest. *Flor.* 2. 6. 27. Hinc illi (*Fabio*) cognomen novum et rei publicæ salutare, Cunctator. Adde *Frontin.* 1. *Strat.* 3. 3., *Ampel.* 18. et *Ammian.* 29. 5. 32.

CŪNĪNA, æ, f. 1. (cunæ) dea indigitamentorum, *Varro frg. Non. p.* 167. His Semonibus lacte fit, non vino; Cunina propter cunas. *Lact.* 1. 20. 36. Colitur et Cunina, quæ infantes tuetur in cunis ac fascinum summovet. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 8. Cunina, quæ cunas eorum (*i. e.* infantium) administrat. *et ibid.* 24. A cunis, Cuninam, non Cunam.

CUNTĪNUS, i, m. 2. proprie adject. vici in Alpibus maritimis, hod. *Contes*; unde et cogn. vir. *Corp.* 6. 7868 (*Cemenelí*).

CŪPĀVO, ōnis, m. 3. filius Cycni, Liguriæ regis mythici. *Virg.* 10. *Æn.* 186. paucis comitate Cupavo, Cujus olorinæ surgunt de vertice pinnæ. Cf. *Serv.* ad *l.*, ubi narrat fabulam Cycni in avem sui nominis mutati et filium ejus Cupavonem habere pennas in galea ad formæ paternæ insigne monstrandum.

CŪPĪDO, inis, 3. (cupio) nom. dei, idem atque Græcorum Ἔρως (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 663). — a) Generis est masculini et etiam feminini, ut docet *Serv. auct. Æn.* 9. 182. « Masculino genere Cupidinem deum ipsum, id est τὸν Ἔρωτα, significamus, feminino cupiditatem; quamvis hoc auctores plerumque confundunt ». — b) De origine alii aliter docent. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 664. Simonides dicit, Cupidinem ex Venere tantum esse progenitum; quamquam alii dicant ex ipsa et Marte, alii ex ipsa et Vulcano, alii vero Chai et primæ rerum naturæ eum esse filium velint. *et Lact.* 1. 17. 9. ex Jove Cupidinem Venus genuit. — c) De numero, alii plures Veneres pluresque hinc Cupidines esse putant (*Martial.* 9. 12. et 11. 13. et *Catull. carm.* 3. et 13., coll. *Apul. met.* 3. 59. et 60. et *Ampel.* 9); alii vero duos tantum distinguunt, quorum unus *Eros* (Ἔρως), alter *Anteros* (Ἀντέρως), quasi Cupidini contrarius, qui amores resolvat (*Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 520). Hinc *Propert.* 2. 18. 21. « sæpe Cupido Huic malus esse solet, cui bonus ante fuit ». Unde *Cupido geminus* dicitur *Senec. Œd.* 500., coll. 275. Porro horum alterum alii etiam *Amorem* proprio nomine vocant, alterum *Cupidinem* proprie dictum. Cf. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 61 (*V.* AMOR)., *Capell.* 2. *p.* 37. et in primis *Maxim. Tyr.* 27. 4. Contra alii nullum inter *Amorem* et *Cupidinem* discrimen statuunt, ut *Virg.* 1. *Æn.* 662., ubi *Cupido* dicitur, qui mox *v.* 667. *Amor* vocatur. Cf. *Plaut. Curc.* 3., *Tibull.* 2. 5. 106. et 107. et *Petron. epigr.* 48.

Cupido ¶ 1. Uti filius Veneris, maxime a poetis, universim exhibetur. *Priap.* 39. 4. Formosissimus omnium est Cupido. *Ovid.* 7. *Met.* 73. rectum pietasque pudorque Constiterant et victa dabat jam terga Cupido. *et* 1. *Pont.* 4. 41. furtivæ - Cupidinis artes. *Claudian. carm. min.* 89. 1. Paupertas me sæva domat dirusque Cupido. *Sil. It.* 11. 420. afflatus fallente Cupidine ductor Hannibal. *Lact.* 1. 11. 1. Non insulse quidam poeta triumphum Cupidinis scripsit etc. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 690. In amore nihil est stabile; unde et Cupido puer inducitur, quasi instabilis et infans, qui non potest fari. *Carm. de ægr. Perd.* 115. suspiria cordis, Quæ puer edocuit mortales scire Cupido. *Rufin. Clem.* 10. 34. Cupidinem concupiscentiam esse. *Capell.* 2. *p.* 37. Cupido corporeæ voluptatis illex. *et* 8. 804. Ut semper impatiens atque inverecundus, procax ac protervus assultibus ad eum alacer Cupido atque hilarus accucurrit etc. *Philarg. Virg. ecl.* 8. 78. Anapæsticus trimeter hypercatalectus - metrum Cupidini consecratum. — Cupidinis (sc. Ἔρωτος) in Platonis symposio varia et lepida descriptio est (*Macrob.* 1. *Sat.* 1. 3). — *De Venere et Cupidine et Peristera nympha* fabulam narrat *Mythogr. fab. I.* 175. et *II.* 33. — Item de *Psyche* et *Cupidine* idem *Mythogr. fab. I.* 231. et *Fulg. myth.* 3. 6. Cf. *Apul. met.* 5. 6. et 14. 22. — *Fons Cupidinis* laudatur *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 16. (19). Cyzici fons Cupidinis vocatur, ex quo potantes amorem deponere Mucianus credit. — *De Cupidine militante*, arcu et sagittis armato: *Plaut. Pers.* 25. Saucius factus sum in Veneris prœlio: sagitta Cupido cor meum transfixit. *Tibull.* 2. 5. 107. sumpsit sibi tela Cupido. *Ovid.* 1. *Am.* 9. 1. Militat omnis amans et habet sua castra Cupido. Adde *Maxim.* 3. *Eleg.* 89., coll. *Horat.* 2. *Od.* 8. 14. *sq.*, *Martial.* 9. 56. 2. et *Venant.* 6. *carm.* 1. 47. *Augustin. c. Faust.* 20. 9. Fingunt et Cupidinem puerum volitantem ac sagittantem, quod irrationabilis et instabilis amor corda vulneret miserorum. — *Venus et Cupido* (accedit passim *Amor*) simul junguntur. Sic in *speculo Prænestino* sæculi tertii a. Chr.: Cupido (*Cudido* scalptoris errore) Venos Victoria Risus. *Plaut. Curc.* 3. quo Venus Cupidoque imperat, suadet Amor. *Ovid.* 1. *Am.* 6. 11. risit - tenera cum matre Cupido. Adde

Catull. 36. 3., *Horat.* 1. *Od.* 2. 34. et 2. *ibid.* 8. 14., *Ovid.* 15. *Her.* 115., *Val. Fl.* 8. 232., *Corp.* 14. 3565 (= *Carm. epigr.* 1504). 42., *Claudian. carm. min.* 69. 5. *Paulin. Nol. carm.* 25. 10. Absit ab his thalamis vani lascivia vulgi, Juno, Cupido, Venus, nomina luxuriæ. — Plur. *Cupidines* (Ἔρωτες): *Catull.* 3. 1. 1. Lugete, o Veneres Cupidinesque. *Horat.* 1. *Od.* 19. 1. mater sæva Cupidinum. *Apul. met.* 2. 8. Venus omni Gratiarum choro stipata et toto Cupidinum populo comitata. — Epitheta: alacer *Capell.* 8. *p.* 270.; bonus *Propert.* 2. 18. 21.; dirus *Claudian. carm. min.* 89. 1.; fallax *Octav.* 199.; ferus *Horat.* 2. *Od.* 8. 14.; fervidus *Carm. epigr.* 1504.; flammipotens *Drac. carm. min.* 6. 5.; formosus *Apul. met.* 5. 6.; hilarus et impatiens *Capell. loc. cit.*; lascivus *Senec. Phædr.* 275.; lentus *Horat.* 4. *Od.* 13. 6.; levis *Octav. loc. cit.*; liber *Horat. epod.* 17. 57.; malus *Propert. loc. cit.*; pharetratus *Ovid.* 2. *Am.* 5. 1.; pinnatus *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 58.; protervus *Capell. loc. cit.*; sævus *Apul. met.* 2. 16.; versiformis *Capell.* 9. *p.* 310.; volucer *Ovid.* 9. *Met.* 481. etc. — Statuæ et picturæ: *Cic.* 2. *Verr.* 47. 115. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade. *et* 4. *ibid.* 2. 4. Signum Cupidinis marmoreum Praxiteli. *sæpius usque ad* 5. 12. 135. Cupidinis signum (*Scopæ opus*), propter quod unum visuntur Thespiæ. *Sueton. Cal.* 7. Agrippinæ filii effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris Livia dedicavit. *Cassiod.* 1. *Var.* 45. 10. Ferreum Cupidinem in Dianæ templo sine aliqua illigatione pendere. *Auson.* 324. Treveris quippe in triclinio Zoili fucata est pictura hæc: Cupidinem cruci affigunt mulieres amatrices etc. Adde *Corp.* 5. 741 (*Aquilejæ*); 2. 1956 (*in Bætica*). — Plur. *Cupidines*, ap. *Lact.* 1. 26. 14. Magnum Cicero audaxque consilium suscepisse Græciam dicit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecrasset. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (141). Nearchus Venerem inter Gratias et Cupidines pinxit. Adde *Spartian. Hel.* 5., *Pass. coron.* 4., *Corp.* 14. 2865 (*Præneste*).; 13. 2500 (*in prov. Lugd.*).; 8. 6965 (*in Numidia*). Cf. *Cohen, Méd. cons. pl. XIX.*, et *XX.* et *Furtwängler* in *Roschers Myth. Wörtb. I.* 1365. *sqq.* — Hinc *Cupidineus*, adj. *Culex* 409. Narcissus Igne Cupidineo proprios exarsit in artus. *Ovid. rem.* 157. vince Cupidineas - sagittas. *et* 4. *Trist.* 10. 65. Molle Cupidineis nec inexpugnabile telis Cor mihi. Adde *Drac. Romul.* 10. 148. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp.* 6. 2381. et mul. 6. 5814. ¶ 3. Item nom. navis. *Corp.* 10. 3442 (*Miseni*).; 3484. et 3664. — Cf. cogn. *Cupidus, Cupius (a), Cupitianus, Cupitanus*, præsertim *Cupitus* (cujus prima producitur in *Carm. epigr.* 1237 [*ætatis Severianæ*]), rarissime in Italia, paullo sæpius in ipsa urbe Roma, extra Italiam longe sæpissime usitatum in Norico (Cf. *Otto, Fleckeis. Jahrb. Suppl.* 24. *p.* 776); et *Cupitius (a)*, nom. gent., quod in Italia non legitur, et etiam *Cupiennius*, nom. gent., in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 283.

CUPPÆ, ārum, f. plur. 1. nom. stationis Mœsiæ super. ad viam inter Viminacium et Ratiariam, hodie fort. *Golubach*, in *Corp.* 3. 18815., *Itin. Ant. p.* 217. et *Not. dign. or.* 41 (*Momms. C. I. L.* 3. *p.* 1021., coll. 1447. et *Kiepert, C. I. L.* 3. *tab. II.* et *Form. orb. ant. XVII*).

CUPPĒS (Cupes), dinis, m. 3. cogn. Numerii Equitii ob latrocinium damnati, cujus sedes dirutæ locum fecerunt foro, quod *forum Cuppedinis* est appellatum. *Varro* ap. *Donat.* ad *Ter. Eun.* Cf. *Paul. Fest. p.* 48. *M.* et *Varr.* 5. *L. L.* 32. 146.

CŬPRA, æ, f. 1. nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est dea Picenorum et Umbrorum (Cf. *Wissowa, Relig. u. Kult. d. R. p.* 216. *d. R.* 5). — Genet. *Cubrar matrer* in titulo Umbrico (*Conway n.* 354). *Corp.* 9. 5294 (*Cupræ marit.* a. 127), ubi dicitur imp. Hadrianus templum deæ Cupræ restituisse (Cf. *Sil. It.* 8. 432. et *Strab.* 5. 4. 2. *p.* 241). — Fortasse hac cum dea conjungendum est adj. *Cuprius* (etiam *Cyprius*) ap. *Liv. loc. cit.* v. *Ciprius* ap. *Varr. loc. cit.* — a) Cuprius, vicus Romæ in Esquilino (Cf. *Hülsen, Topogr. I.* 3. *p.* 258. *sqq.*). *Varro* 5. *L. L.* 159. Vicus Ciprius a cipro, quod ibi Sabini cives additi consederunt, qui a bono omine id appellarunt; nam ciprum sabine bonum. *Liv.* 1. 48 [4]. 6. Ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit (*Dionys. ant.* 3. 22. 8). — b) Agnomen Martis. *Corp.* 11. 5805 (*Iguvii*). ¶ 2. Est etiam oppidum duplex, sc. — a) *Cupra maritima*, opp. Piceni in litore, hod. *Civita di Marano*, fort. a Cupra dea appellata. *Sil. It.* 8. 432. Et quis litoreæ fumant altaria Cupræ. *Mela* 2. 65. In Piceni litore Potentia, Cluana, Cupra urbes. Adde *Corp.* 6. 209. 12 (a. 150. p. Chr.), *Tab. Peut.* 5. et *Rav. p.* 326. — Hinc *Cuprensis*, adj. *Lib. col. I. grom. p.* 226. 13. et *Corp.* 8. *p.* 226. — b) *Cupra montana*, opp. Piceni mediterranei, olim *Massaccio*, sed hodie *Cupra montana*, restituto nomine antiquo, prope *Æsin*, nunc *Jesi* (*Ptol.* 3. 1. 45. Κούπρα Μοντάνα). — Incolæ, *Caprenses*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 13. 18. (111). et *Corp.* 9. 5700. — Municipium. *Corp.* 9. 5605. et 11. 4718. = *Orelli* 88.

CUPRESSĒNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. (Cf. Etr. *cuprna* et *Caparius* ap. *Schulze, Eigenn. p.* 157), sed occurrit tantum *Cupressenia*, nom. mul., sc. Decii imp. conjux. *Corp.* 9. 40. 58 (*Carsiolis*), ubi dicitur Herennia ac Etruscilla Augusta conjux - Deci Augusti, mater Augustorum etc. Cf. *Eckhel* 7. *p.* 348. et *Cohen* 5. *p.* 213. 42. *sq.* (*e Cilicia*). — *Corp.* 6. 22199. Cypressenia.

CUPRESSUS. *V.* CYPARISSUS.

CŪRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est dea, eadem Cœra. — Cura personata ap. *Horat.* 3. *Od.* 1. 40. Post equitem sedet atra Cura. — Plur. *Curæ, arum*, quasi deæ apud mythologos et poetas, quæ sontes puniunt ac flagellant sive in hac sive in futura vita; quare ultrices appellantur *Virg.* 6. *Æn.* 274. — Apud *Hygin. fab.* 220. est fabula de figura a Cura ficta ex luto, cui rogatus est Juppiter ut spiritum et nomen inderet, eumque ob id inter eos orta esset quæstio, Tellus litem composuit *hominem* illam vocandam esse decernens. Quod ex historia primi *hominis*, (*ab humo*) creati a Deo, deductum esse facile arguitur. ¶ 2. Est etiam idem quod Curia, quam *V.*

CURCŪLĬO, ōnis, m. 3. nom. parasiti, a quo appellata est fabula *Plauti Curc.* Cf. *ibid.* 587. ubi nunc Curculionem inveniam? - in tritico facillume vel quingentos curculiones pro uno faxo reperias. — Profertur *Plautus* in *Curc.*: *Varr.* 7. *L. L.* 60. 71., *Fest. p.* 210., 258. etc., *Char. gramm. I.* 54. 19. et 80. 13., *Prisc. gramm. II.* 104. 14., 113. 20. etc., *Non. p.* 218. 4. 11., *Fulg. serm. ant.* 26. etc. — Inde deriv. *Curculionius*, adj. *Plaut. Mil.* 13.

CURENSE, litus Hispaniæ in Bætica. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). Bætis fluvius, litus Curense (Corense *Sillig.*) inflexo sinu, cujus ex adverso Gadis inter insulas dicenda.

CŪRENSIS. *V.* voc. seq.

CŪRES, ium, m. plur. 3. (Κύρεις v. Κύρις) nom. geogr. — a) Generis utriusque fuisse videtur, nam *Propert.* feminine usurpat 5. 9. *in fin.* « Sic sanctum Tatiæ composuere Cures » ita cl. *De-Vit*; sed locus *Propert.* aliter cum *Schwering* interpretandum censeo, *sc.* orbem sic sanctum (*i. e.* religiosum seu religione interdictum) Tatiæ (*i. e.* familiæ Sabinis [*dat.*]) composuere (*i. e.* lege sanxerunt) Cures. — b) Declin. *Curis* abl. pro *Curibus* ap. *Chronogr.* a. 354. *chron. I. p.* 146. 18. Divus Titus excessit Curis Sabinis cubiculo patris (Cf. *Frick, Archiv f. lat. Lexic.* 6. 566). — c) Prosod.: prima brevis est, non longa, ut quidam volunt (*V. Deecke, Fal.* 85): ita *Virg.*, *Ovid.*, *Sil. It.*, *al.* usurparunt. — d) Etymon ducunt plerique, innixi *Paul. Fest. p.* 49., coll. *Dionys.* 2. 48. ex *Varr.*, a voc. Sabina *curis*, quod hastam significat, unde et Romani *Quirites* (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 710) dicti sunt. Cf. etiam *Varr.* 5. *L. L.* 51.

Cures, vetustum oppidum Sabinorum, in finibus Latii (reg. IV.) ad lævam Tiberis, prope viam Salariam, hod. *Arci* apud *Correse* (V. *Nibby, dizi. di Rom. I.* 528-539.; *Lanciani, Comment. Momms.* 411-416; *Tomassetti, Not. degli scavi* 1877. *p.* 245., 1876. *p.* 29), tribu *Sergia*, unde T. Tatius Sabinique profecti in Quirinali colle sedem fixerunt, patria regis Numæ Pompilii, de quo *Cic.* 2. *rep.* 25. *Virg.* 6. *Æn.* 811. Curibus parvis et paupere terra Missus in imperium magnum. Adde *Ovid.* 15. *Met.* 7., *Liv.* 1. 18., *Auson.* 212. 6. Rursus *Virg.* 8. *Æn.* 638. novum consurgere bellum Romulidis Tatioque seni Curibusque severis (*de puellis Sabinis raptis*). *Stat.* 4. *Silv.* 5. 56. Cures vetusti. *Schol. Hor. od.* 1. 12. 35. Sabini. Adde *Corp.* 6. 32729.; 9. 4958 (*Curibus* a. 201). — Hinc *Curensis*, adj. *Ovid.* 3. *Fast.* 94. turba Curensis. — Incolæ, *Curenses*, ap. *Varr.* 6. *L. L.* 68. Quirites a Curensibus. *Fest. p.* 254. Quirina tribus a Curensibus Sabinis etc. *et Paul. Fest. p.* 67. Quiritibusque, quod est Curensibus, quæ civitas Sabinorum potentissima fuit. — *Cures, ētis*, Tatius rex Sabinorum, per antonomasiam *Juppiter Cures* dictus *Propert.* 4. 4. 9. — Plur. *Cūretes*, um, incolæ Carium sive ipsi Sabini, ab oppido eorum principe ita appellati. *Varr.* 5. *L. L.* 8. Cf. *Strab.* 5. 3. 2. et *Dionys. Hal.* 2. 36. et 48. Κυρῖται.

CŪRĒTES, um, m. plur. 3. (Κουρῆτες) nom. pop. — Genet. plur. *Curetarum* pro *Curetum* est *Hieronym. chron.* a. Abr. 58. a recto inus. *Curetæ*. — Acc. plur. *Curetas* passim. — A *Curetibus* Sabinis distinguuntur prioris syllabæ quantitate, quæ in illis brevis est, in his vero longa. — Origo nominis petitur vel ἀπὸ τῆς κουρᾶς, quod detonsi essent: vel ἀπὸ τῶν κορῶν, quod puellarum more stolas gestarent: sed levia hæc et fundamento quolibet destituta mihi videntur.

Curetes ¶ 1. Gens mythica, a poetis passim cum Corybantibus, et aliquando cum Corytis, conjuncta et confusa, cujus originem fabulosam tangit *Ovid.* 4. *Met.* 282.; ab impressione numinis deæ Opis in Ida, Cretæ monte, petit *Diomed. gramm. III.* 474. Alii tamen docent eos a Phrygia in Cretam insulam transmigrasse (quod nomen cum v. *Curetes*, contr. *Cretes*, componi potest (Cf. *Capell.* 6. *p.* 212); hinc *Curetum oris* de Creta dixit *Virg.* 3. *Æn.* 131. — Universim tradunt Curetas fuisse infantis Jovis custodiæ curæque addictos, cujus vagitus audiri prohiberent. *Enn. frg. var.* 136. Juppiter ætate pessum acta in Creta vitam commutavit et ad deos abiit eumque Curetes filii sui coraverunt decoraveruntque eum. *Lucret.* 2. 629. Hic armata manus, Curetas nomine Grai Quos memorant Phrygios, inter se forte quod armis Ludunt in numerumque exsultant sanguinolenti - Dictæos referunt Curetas, qui Jovis illum Vagitum in Creta quondam occultasse ferunt etc. *Virg.* 4. *G.* 151. canoros Curetum sonitus crepitantiaque æra secutæ Dictæo cæli regem pavere sub antro (*apes*). Adde *Ovid.* 4. *Fast.* 210., *Sil. It.* 2. 93., *Martial.* 9. 20. 7., *Senec. Herc. O.* 1877. — Saltationem armatam et scuta ærea gestare primi docuerunt Curetes, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (204). et *Serv. auct. Æn.* 9. 503. — Hinc *Curetīcus* (Κουρητικός), adj. *Calpurn. ecl.* 4. 96. (*Juppiter*) viridique reclinis in antro Carmina Dictæis audit Curetica silvis. *Sil. It.* 15. 308. Curetica tecta. — *Curetis, is et idis* (ἡ Κουρῆτις χώρα), adj. *Ovid.* 8. *Met.* 153. Curetida terram (*sc.* Cretam). Sic *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (58). Cretam Curetim. ¶ 2. Item Ætoliæ populus. *Quintil.* 10. 1. 49. Quis significantius narrare potest quam qui Curetum Ætolorumque prœlium exponit? (*Phœnix in Iliad.* 9. 529. *sqq.*: cf. *Strab.* 10. 3. 1. *p.* 463. et *l.* 62). ¶ 3. De Acarnania. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. (5). Acarnania, quæ antea Curetis vocabatur.

CŪRĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. oppidi Rætiæ inter Comum et Brigantiam, hodie *Chur*, in *Itin. Ant. p.* 277. et *Tab. Peut.* 4. — Hinc *Curiensis*, adj. *Not. Gall.* 7. 11. Curiensis civitas. Adde *Inscr. chr. Kraus I.* 1 (*prope Curiam*). Victor episcopus Curiensis. ¶ 2. Curia, ut docet *Varro* 5. *L. L.* 155., alio sensu, duplicis fuit generis: nam « et ubi curarent sacerdotes res divinas, ut Curiæ veteres, et ubi senatus humanas, ut Curia Hostilia ». Fuerunt igitur Romæ — a) *Curia Acculeja*, ubi sacrificium fiebat Angeronæ (*Varr.* 6. *L. L.* 23). — b) *Curia Calăbra*, ubi pontifex minor kalendis uniuscujusque mensis nuntiabat « nonæ ejus mensis quintanæ an septimanæ sint futuræ » (*Id. ibid.* 27). V. *Jordan, Topogr. I.* 2. 51. — c) *Curiæ veteres*, memoratæ ab eod. *Varr.* 5. *ibid.* 32., ita dictæ ut distinguerentur a *novis*, quæ postea alibi sunt ædificatæ, teste *Fest. p.* 174., proximæ

Compitum Fabricium, quod parum amplæ essent veteres a Romulo exstructæ, ubi is populum et sacra in partes (curias) triginta distribuerat, ita ut hæ septem tantum reliquæ essent. — Sitas fuisse ad imæ montis Palatini inter aram Consi et sacellum Larundæ refert *Tac.* 12. *Ann.* 24., sed nondum res definita est inter eruditos (V. *Becker, Handb.* 100. et *Gilbert I.* 208. *sqq.*). — *d) Curia Hostilia*, post Comitium sita, hod. *l'Accademia di S. Luca(?)*, comitiis habendis curiatis, a Tullo Hostilio condita, a Sulla a. 81. a. Chr., hinc dicta *Cornelia*, incendio deleta a. 46., deinde a Julio Cæsare ac demum Augusto restituta est *Juliæ* nomine auctaque artis monumentis, ara et statua Victoriæ, dein a Gratiano imp., Symmacho, præfecto Urbis frustra repugnante, ablata (V. *Reber, Die Lage der Cur. Hist. u. Jul.* Münch. 1858.; *Detlefsen, Ann. d. Ist.* 1860. *p.* 128-160.; *Not. degli scavi* 1899. *p.* 481. *sq.* 490. *sqq.*, 1900. *p.* 48. *sq.*). V. HOSTILIUS. — *e) Curia Pompeji* seu *Pompejana*. V. POMPEJANUS. — *f) Curia Tifata*. V. TIFATUS. — Alias V. suo loco.

CURIĀTIUS, ii, m. 2. (Κουριάτιος *Lyd.*). *Curatius* ap. *Fest. p.* 297 (Κοράτιος passim). Umbr. *Kuratiss* (V. *Schulze, Eigenn. p.* 355). Cf. etiam *Curtius*, unde derivatum videtur. — Priorem corripit, fort. metri causa, *Martial. loc. cit.*

Curiatius ¶ 1. Est agnomen dei Jani (Cf. *Wissowa, Rel. u. Kult. d. R. p.* 33. 2. et 104. et *Dionys. ant.* 3. 22. 7), fortasse ita dicti, qua Curiarum patroni. *Fest. p.* 297. Consecratisque ibi aris Junoni Sororiæ et Jano Curiatio (*Schol. Cic. Bob. Mil.* 7. *p.* 113. *St.* Constitutis igitur duabus aris Jano Curiatio et Junoni Sororiæ). Cf. *Lyd. mens.* 4. 1. ¶ 2. Est etiam nom. gentis plebejæ. *Liv.* 1. 30. Tullus principes Albanorum in patres - legit: Tullios, Curiatios, Clœlios. — Ex his memorantur — 1.°) Apud scriptores — *a)* Curiatii fratres tres (iidem *Curii* ap. *Propert.* 3. 3. 7). *Cic.* 2. *Inv.* 26. 78. Relatio criminis est - hujusmodi: Horatius, occisis tribus Curiatiis - sororem suam - nomen appellantem identidem Curiatii cum gemitu - occidit. Accusatur etc. *Liv.* 1. 24. Horatios Curiatiosque fuisse satis constat, nec ferme res antiqua alia est nobilior; tamen in re tam clara nominum error manet, utrius populi Horatii, utrius Curiatii fuerint. Auctores utroque trahunt, plures tamen invenio, qui Romanos Horatios vocent; hos ut sequar, inclinat animus. *Fest. loc. cit.* Trigemini Horati et Curati. *Flor.* 1. 1. 3. Horatiis Curiatiisque trigeminis - utriusque populi fata permissa sunt. — *Unius prænomen exhibetur* ap. *Schol. Cic. Bob. Mil.* 7. *p.* 113. *St.* Horatius - occisis tribus Curiatiis Albanorum obviam sororem habuit deplangentem Atti Curiatii obitum, cui desponsa fuerat, ob id interfecit eam et spolia Curiatiorum trina fixit loco celebri etc. — Mythicæ hujus narrationis causam explicare conatur *C. De Sanctis, Stor. d. Rom. I. p.* 388 (1907). — *b)* P. Curiatius Fistus Trigeminus, cos. a. 453. a. Chr. (*Liv.* 3. 32) cum Sex. Quintilio. — *c)* P. Curiatius, trib. pl. a. 401. a. Chr. *Liv.* 5. 11. « Ex collegio (*tribunorum pl.*) tres, P. Curiatius, M. Metilius, M. Minucius, - in prioris anni tribunos milit. incurrunt ». Sed vd. *Münzer, PW.* 4. 1831. 65. — *d)* Curiatius, scriptor, qui ante Varronem fuisse videtur. *Fest. p.* 166. et 170 (*Curiatius cod.*) et *p.* 355. Turmam equitum dictam esse ait Curiatius quasi terimam etc. (= *Varr.* 5. *L. L.* 91). De eo *Martial.* 4. 60. 3. Cum Tiburtinas damnet Curiatius auras Inter laudatas ad Styga missus aquas. — *e)* Curiatius Maternus, orator et poeta, dialogi Taciti persona. *Tac. dial.* 2. Postero die quam Curiatius Maternus Catonem (*tragœdiam*) recitaverat. — Scripsit tragœdias, inscriptas *Medea*, regnante Nerone imp., *Thyestes* sub Vespasiano et prætextas *Domitius* et *Cato*; sed prius trag. contra *Vatinium*. Rursus *Tac. ibid.* Recitatione tragœdiarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem imperante Nerone (ita *L. Müller*; in Nerone *codd.*) improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi et hodie, si quid nobis notitiæ ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. — *f)* Alius est « juris et æquarum cultor sanctissimus legum », de quo loquitur *Martial.* 10. 37. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 1846.; 3. 2019. — *Curiatia*, nom. mul. 6. 7682., 16619. etc.

CŪRICTÆ. V. voc. seq.

CŪRICUM, i, n. 2. (Κούρικον) nom. oppidi Curictarum, insulæ maris Adriatici, ad oram Dalmatiæ septentr. sitæ, hodie *Veglia*, Slav. *Krk* (Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 8. 2). *Cæs.* 3. *B. C.* 8. Hoc confecto negotio, a Sasonis ad Curici (sic *Momms.*, Corici et Coricy *codd.*) portum stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupavit. — Incolæ, *Curictæ*, a quibus insula nomen accepit. *Corp.* 3. 3126 (*in ipsa insula*), ubi dicitur « splendidissima civitas Curictarum ». *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (139). Jus Italicum habent - ex insulis Fertinates, Curictæ. — *Formæ dubiæ*: ap. *Rav. p.* 409. *Curicus*. et in *Tab. Peut.* 5. *Curica*. *Cæs.* 3. *B. C.* 10. Satis esse magna incommoda accepta detrimento Africani exercitus tanto militumque deditione ad Curicam (Corcyram *codd.*, correxit *Momms.*). — Incolæ, *Curictes*, ap. *Lucan.* 4. 406., ubi varia lectio. — *Curicticus* (Κουρικτική νῆσος *Strab.*), adj. *Flor.* 4. 2. 31. Curicticum litus. — *Curitanæ*, adj. ap. *Cassiod.* 7. *Var.* 16 (*tit.*).

CŪRICUS. V. CORYCOS.

CŪRIO, ōnis, m. 3. cogn. vir. gentis *Scriboniæ*, ab officio sumptum. — Scribonii rarissime tribus nominibus aut nomine gentili, ut videtur, nuncupantur. ¶ 1. Est igitur nom. pers. — 1.°) Apud scriptores — *a)* Scribonii Curiones. — Tres fuere oratores, avus, pater, filius, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 41. 42. (133). *Tac. dial.* 37. Lentulos et Curiones et ceteram procerum manum multum in his studiis operæ curæque posuisse. *Schol. Cic. Bob. p.* 85. *St.* « Nam tres illis temporibus Curiones illustri nomine exstiterunt atque ita in libris feruntur: Curio avus, qui Servium Fulvium incesti reum defendit, et hic Curio pater, qui P. Clodio affuit: et tertius ille Curio tribunicius, qui bello civili Pompejano periit - sed hactenus de Curionibus dictum sit ». — De C. Scribonio Curione, avo, qui prætor fuit a. 121. a. Chr., testimonia collegit *Meyer, Orat. Rom. frg. p.* 252. *sq.*: eum illustrem oratorem dicit *Cic. Brut.* 32. 122. — De C. Scribonio Curione, patre, consule a. 76 (al. 72). a. Chr., et proconsule, cujus præclara gesta referunt *Sall. hist. frg.* 1. 86., 2. 80., *Liv. epit.* 92., *Gran. Licin.* 35., *Ruf. Fest.* 7. 5., coll. *Plut. Sull.* 14., summo ingenio et prudentia prædito et temporibus illis vel eloquentissimo loquitur *Cic.* 1. *Verr.* 7. 18. et 2. *Orat.* 23. 98.: orationum ejus, quæ exstant, fragmenta collegit *Meyer ibid. p.* 347. *sqq.* — Contra eum et Clodium orationem habuit Cicero, cujus fragmenta collegit *Müller, Cic. orat. frg.* A *XIII.* — De C. Scribonio Curione, filio, qui in Cæsaris partes transiit, scribit *Cic. Brut.* 81. 279. Duo adulescentes (*Curio et Calvus*), qui si diu vixissent, magnam essent eloquentiæ laudem consecuti. — Orationum ejus fragmenta collegit *Meyer loc. cit. p.* 481-484. — *b)* Alii: *Cod. Just.* 2. 23. 2. Imperatores Diocletianus et Maximianus Curioni (*a.* 287. *p. Chr.*; fortasse idem 4. 6. 6. a. 293. p. Chr.); *Sil. It.* 3. 425. — 2.°) In titulis. *Corp.* 11. 8016 (*Sestini*); 13. 6674 (*in Germ. sup.*) etc. — *Curio*, titulus logistorici Varroniani, a Curione quodam e Scribonia gente. *Varro logist. frg. Prob. Virg. ecl.* 6. 31. Varro in logistorico, qui inscribitur Curio de deorum cultu. ¶ 2. Curio, nom. coloniæ, ut videtur. *Lex agr.* 21. Ager in terra Italia, quei trans Curione est (Cf. *Momms. Schrift. I. p.* 112). ¶ 3. Fort. nom. fluvii in Italia. *Corp.* 1. 200. V. *Momms.* ad *l.*

CŪRIOSOLITES. V. CORIOSOLITES.

CŪRIŌSUS, i, m. 2. cogn. vir. in titulo Chr. *Corp.* 8. 671 (*in prov. Byzac.*).

CŪRIS, ītis, 3. ¶ 1. Agnomen deæ Junonis. V. CURRITIS. ¶ 2. Etiam nom. oppidi Ægypti, ad Nilum siti. *Tab. Peut.* 9. — *Rav. p.* 124. *Caris*. ¶ 3. Curis, adj. V. QUIRIS.

CŪRIUM, ii, n. 2. (Κούριον πόλις *Ptol.*), oppidum in ora ins. Cypri septentr., hod. *Episkopi*, conditum, ut creditur, a colonis Argivis. *Hieronym. vit. s. Hil.* 42. Hoc Salamina, hoc Curium - conclamabant. Adde *Tab. Peut.* 10. — *Curiti*, incolæ, ut videtur. *Act. Conc. Eph. I.* a 431.

CURĬUS, ii, m. 2. Κούριος passim, Κόριος *Polyb.* 2. 19) nom. vir. — *a)* Scribitur *Currius*, duplici *r*, in *Corp.* 2. 697. — *b)* De prosod. not. *Rhet. Her.* 4. 89. « Annominatio conficitur brevitate ejusdem litteræ hoc modo: hic - non tantum cŭriam diligit quantum Cūriam. - Priorem syllabam poetæ corripere solent. — *c)* De origine cf. Etr. *curanei, curna* (*Schulze, Eigenn. p.* 286). — Est nom. pers. et geogr.

I.) Curius fuit nom. gentis originis plebejæ, celebris temporibus præsertim reipublicæ, ex qua notatu digniores nonnulli memorantur. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) M.' Curius Dentatus, absolute *Curius*, de Sabinis oriundus (ita dictus, quia cum dentibus natus erat: *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 15. [68]), vel Curius Dentatus tantum, cos. primum a. 290. a. Chr. de Samnitibus et Sabinis triumphavit (*Auct. de vir. ill.* 33. 10, et *Cassiod. chron. p.* 127. 264); iterum a. 275 triumphavit de rege Pyrrho Beneventi (*Liv.* 45. 38); tertium a. 274. populos Italiæ meridianæ rebellantes coercuit (*Liv. epit.* 11). De eo — *a)* Proprie. *Senec. dial.* 10. 13. Primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantos. *Cic. Planc.* 25. 60. Quis nostrum se dicit M.' Curio, quis C. Fabricio, quis C. Duellio parem? *Manil.* 1. 787. Fabricius Curiusque pares. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 839. Pyrrhum, quem Æaciden dicit, Curius et Fabricius vicerunt. *Cic.* 4. *Att.* 15. Lacus Velinus a M.' Curio emissus, interciso monte, in Nar defluit (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 473). *Frontin. aqu.* 6. M.' Curius Dentatus - Anionis, qui nunc vetus dicitur, aquam perducendam in urbem ex manubiis de Pyrrho captivo locavit. Rursus *Cic.* 3. *rep.* 6. M.' Curius « quem nemo ferro potuit superare nec auro » (*Enn. ann.* 313). *Id. Brut.* 14. 55. et *Parad.* 2. 38. Reviviscat M.' Curius. *et ibid.* 48. Utrum aurum Samnitium an responsum M.' Curii pluris æstimemus? *Colum.* 1. 3. 10. Curius Dentatus - quinquaginta soli jugera repudiavit. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 4. (18). M.' quidem Curii post triumphos immensumque terrarum adjectum imperio nota contio est, perniciosum intelligi civem, cui septem jugera non essent satis. *Apul. apol.* 18. C. Fabricius, Cn. Scipio, M.' Curius, quorum filiæ ob paupertatem de publico dotibus donatæ. *Claudian.* 8. 413. Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis. *Val. Max.* 4. 3. 5. M.' autem Curius exactissima norma Romanæ frugalitatis, idemque fortitudinis perspectissimum specimen. *Id. ibid.* Cum ad eum magnum auri pondus publice missum attulissent (*Samnites*) - invitatus ut eo uti vellet, et vultum risu solvit et protinus: - narrate Samnitibus M.' Curium malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletem etc. — Tres triumphos, omissa fort. ovatione pro Lucanis devictis, egisse tradit *Apul. apol.* 17. « M.' Curius - ter triumphum una porta egit - ita - pauciores servos (*duo tantum ei erant*) habuit quam triumphos ». — Pluraliter. *Cic. Mur.* 8. 17. Curiis - antiquis illis fortissimis viris, novis hominibus. *Martial.* 9. 28. 4. Curios Fabriciosque graves. *Juvenal.* 2. 3. Qui Curios simulant et Bacchanalia vivunt (*i. e.* specie continentes et optime morati, re autem lurcones et flagitiosi: vel qui patriam crepant, ut patrii amoris obtentu suas cupiditates expleant impune, non utique amantes sed cauponantes patriam, sed ejus hostes, sed parricidæ). *Id.* 8. 4. *de statuis.* Curios jam dimidios ostendere. — Animadvertendum ducimus auctores de Curii triumphis eorumque temporibus non eadem omnes referre (V. *Mommsen, Forsch. II.* 366-368., 372. *sqq.*), quos consul vel etiam proconsul agere potuit (Cf. etiam *C. De Sanctis op. cit. II.* 364. *n*). — *b)* Translate, de homine rigidis moribus prædito, per antonomasiam, *Martial.* 11. 4. Non ego sum Curius, non Numa, non Tatius. Adde 6. 54. et 7. 68. — 2.°) M.' Curius, familiaris Ciceronis, homo suavissimus (*Cic.* 16. *Fam.* 4. et 9. et 11), qui, a. 50. a. Chr. et *sqq.*, Patris negotiabatur, teste *Cic.* 7. *Att.* 2. et 3. — Ad eum exstant Ciceronis epistolæ *l.* 7. *Fam.* 28., 30. et 31. — 3.°) Q. Curius, senator, Catilinarius, haud obscuro loco natus, flagitiis ac facinoribus coopertus senatu motus fort. a. 70. a. Chr., qui conjurationem Catilinæ prodidit Fulviæ amicæ et per hanc postea Ciceroni, ut tradunt *Sall. Cat.* 17., 23. et 26., *Sueton. Cæs.* 17. et *Flor.* 4. 1. 3., coll. *Cic.* 1. *Att.* 1. *Id. or. frg.* A *IX.* 28. Curium, hominem quæstorium. *Ascon. tog. cand. p.* 72. 14. *St.* Curius hic notissimus fuit aleator damnatusque postea est. — In hunc est hendecasyllabus Calvi elegans « et talos (sic *L. Müller*) Curius pereruditus ». *et Tertull. pall.* 5. Dabo catharticum imperitati Scauri, aleæ Curii et vinolentiæ Antonii. — 4.°) Curius Fortunatianus, historicus, de quo *Capitolin. Max.* et *Balb.* 21. Quamvis Curius Fortunatianus, qui omnem hanc historiam conscripsit, pauca contigerit. — 5.°) C. Curius Fortunatianus (in codd. tamen *Chirius* pro *Curius* legitur), rhetor, floruisse videtur sæc. IV. a. Chr. exeunte vel V. ineunte. — Exstat ejus epigramma in *Anth. Lat. n.* 850. *Meyer*, quod quasi procemium præmittitur libris artis Rhetoricæ. ¶ 2. In titulis nom. satis frequens. *Corp.* 6. 17812., 20392.; 9. 3354. etc. — Cum altero gentili. *Corp.* 6. 1479. — Etiam cogn., ut *Vibius Curius*, Cæsarianus, ap. *Cæs.* 1. *B. C.* 24., coll. *Quintil.* 6. 3. 72. et *Cic.* 13. *Fam.* 49. — *Curia*, nom. mul. *Corp.* 6. 7064.; 14. 2126. etc. — Hinc *Curius*, adj. *Paul. Fest. p.* 49. Curia tifata a Curio dicta est, qui eo loco domum habuerat. Cf. *Auct. de vir. ill.* 33. Ob hæc merita domus ei (*sc.* M.' Curio Dentato) apud tiphatam (*Tifata Klotz*) - publice data. — *Curianus*, adj. ad Curium aliquem pertinens, ut *Curiana causa*, quam L. Crassus dixit contra Q. Mucium Scævolam pro M.' Curio, memorata *Cic.* 2. *Orat.* 54. 221. et *Topic.* 10. 44., coll. *Boeth.* ad *l.* 4. *p.* 341. — *Curiana villa* in Sabinis parva, ap. *Cic.* 2. *legg.* 1. 3. — *Curianus fundus* in *Tab. Lig. Bæb.* ap. *Henzen, Suppl. or. n.* 6664. — *Curianus*, cogn. vir., a *Curia* gente dictum. *Plin.* 5. *ep.* 1.

II.) Curius, nom. fontis Lyciæ. *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 8. (17). In Lycia Myris in fonte Apollinis, quem Curium appellant, ter fistula vocati (*pisces*) veniunt ad augurium. — Sunt tamen qui *Curiam* referant ad *Apollinis*.

CŪRŎTRŎPHÆ, ārum, f. plur. 1. nymphæ, quæ infantes nutriunt: a κοῦρος, *puer*, et τρέφω, *nutrio*. Memorantur *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 62.

CURRENTĬUS, ii, m. 2. (curro) ¶ 1. Est signum, fortasse jocose datum. *Hieronym. ep.* 82. Ne Currentius forte noster frustra concurrerit, duas epistolas - huic sermunculo adnexui. ¶ 2. Est etiam nom. vir. in *Inscr. chr.* ap. *Murat.* 1855. 6 (*Romæ*).

CURRĪTIS et Curitis, is, f. 3. agnomen deæ Junonis, i. q. latine *Quiritis*, ut videtur, ab oppido quodam derivandum (Cf. *Otto, Philol.* 64. *p.* 197. *sqq.* et *Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*[2] *p.* 187. *sq.*). — *Curitis* et *Caretis* passim in *codd.* — *Curis* (Juno) legitur ap. *Paul. Fest. loc. cit.* et *Tertull. apol.* 24. Faliscorum in honorem patris Curis et accepit cognomentum Juno. *Fast. ann. Jul. Arv. Oct.* 7. et *Corp.* 11. 3100 (*Faleriis*). Curritis. *Paul. Fest. p.* 49. Curitim Junonem appellabant; quia eandem fere hastam putabant. *et p.* 63. Cælibari hasta caput nubentis comebatur - vel quia matronæ Junonis Curitis in tutela sint, quæ ita appellabatur a ferenda hasta, quæ lingua Sabinorum curis dicitur. *et p.* 64. Curiales mensæ, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis appellata est. Cf. *Plut. Rom.* 29. Adde *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 8. et *Capell.* 2. *p.* 38.

CURSĬUS, ii, m. 2. (curro) nom. vir. *Corp.* 10. 7981 (*Olbiæ in Sardinia*). — Nom. gent. *Corp.* 6. 1745 (*sæc. IV. med.*). — Cf. *Curseus, Corsus, Cursinius, Corsinius*, in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 260. 2.

CURSOR, ōris, m. 3. (curro) Raro legitur in titulis ut cogn. vir. (*Corp.* 11. 4910. Qursor) et aliquando agnom. (*Corp.* 3. 9002). — Etiam nom. equi. *Tab. devot. Audollent* 275. 12 (*Hadrumeti*) et 276. 18. — Græce Κούρσωρ passim, gen. Κούρσωρος et Κούρσορος. — Gentilicio anteponitur (*Liv.* 9. 15., 38). — Fuit autem Papiriæ gentis proprium, sumptum vel a velocitate pedum (*Auct. de vir. ill.* 31. 1. et *Cic.* 9. *Fam.* 16) vel ab officio generatim. Memorantur — 1.°) *L. Papirius Cursor*, tribunus militum consulari potestate a. 385. a. Chr. *Liv.* 6. 11. — 2.°) *L. Papirius Sp. Cursor*, consul quinquiens et bis dictator: cos. primum fort. a. 326. a. Chr.; iterum, ut videtur, a. 320.; tertium fort. a. 319.; quartum a. 315.; quintum a. 313 (*Fast. cos. Cap.*, a. 434., 435., 439. *Chronogr.* a. 354. *chron. I.*, *Liv.* 9. 7., 15., 22., 28). — Dictator primum a. 324 (*Liv.* 8. 29) iterumque a. 309 (*Liv.* 9. 38). De eo *Cic.* 9. *Fam.* 21. Cursor homo valde honoratus. *et ibid.* 16. haud dubie dignus omni bellica laude. *et ibid.* inde ad triumphum decessisse Romam Papirium Cursorem scribunt, qui, eo duce, Luceriam receptam Samnitesque sub jugum missos auctores sunt. — *Fest. p.* 209. In altera (*pictura in æde Vertumni*) L. (*T. cod.*) Papirius Cursor triumphans pictus est. — 3.°) *L. Papirius Cursor*, ejus filius, bis cos; *sc.* a. 293. et a. 272. a. Chr. *Val. Max.* 7. 2. 5. Papirius Cursor consul contra auspicium prœlium commisit (*fort. errore*: cf. *Liv.* 10. 40). *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 60. (213). Princeps Romanis solarium horologium statuisse ante duodecim annos, quam cum Pyrrho bellatum est, ad ædem Quirini L. Papirius Cursor, cum eam dedicaret a patre suo votam, a Fabio Vestale proditur. — 4.°) Alios vd. apud *Frontin. aq.* 6., *Tac.* 3. *Ann.* 37 (a. 21. p. Chr.), *Corp.* 5. 4374 (*Brixiæ, Neronis ætate*) etc.

CURTĪUS, ii, m. 2. Κόρτιος et Κορτία *Diod.* 12. 31. 1., sed alib. passim Κούρτιος: fort. originis Celticæ (V. *Schulze, Eigenn. p.* 16). Scribitur *Qurtius* in *Corp.* 15. 966. et plur. in *Inscr. Not. degli scavi* 1897. *p.* 372. et *Corp.* 6. 16655. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Curtius, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores, historicorum a commenticiis discrimine facto, memorantur — 1.°) Ad fabulosam rerum memoriam pertinentes — *a)* Mettius Curtius, Sabinus, miles Titi Tatii. *Piso* apud *Varr.* 5. *L. L.* 149. (*V.* sub II. 1.°) et *Liv.* 1. 12. — *b)* M. Curtius, qui a. 362. a. Chr. in specum seu terræ hiatum se immisisse fertur. *Procilius frg. Varr.* 5. *L. L.* 148 (*V.* sub II. 1.°). *Liv.* 7. 6. Forum medium ferme specu vasto collapsum in immensam altitudinem dicitur - deum monitu quæri cœptum, quo plurimum populus Romanus posset; id enim illi loco dicandum vates canebant - tum M. Curtium, juvenem bello egregium - se devovisse; equoque deinde quam poterat maxime exornato insidentem armatum se in specum immisisse - lacumque Curtium non ab antiquo illo Titi Tatii milite Curtio Mettio, sed ab hoc appellatum. Adde *Liv. epit.* 7. et *Dionys. ant.* 14. 11. 3. *Val. Max.* 5. 6. 2. Curtius et animi et generis nobilissimi adulescens, *et ibid.* Magna postea decora in foro Romano fulserunt, nullum tamen hodieque pietate Curtii erga patriam clarius obversatur exemplum. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 20. (78). In medio foro sidentia imperii fundamenta ostento fatali Curtius maximis bonis, hoc est virtute ac pietate ac morte præclara expleverat. *Min. Fel.* 7. 3. Curtius, qui equitis sui vel mole vel honore hiatum profundæ voraginis coæquavit. — In plur. num. *Tertull. anim.* 4. Omnibus fere ingenita est famæ post mortem cupido. Longum est retexere Curios et Regulos vel Græcos viros (Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 824). Adde *Augustin.* 5. *Civ. D.* 14. — 2.°) Ad rerum memoriam, historiæ fide comprobatam, pertinentes et quidem notabiliores — *a)* C. Curtius, eques Romanus, affinis C. Rabirii (ejus, qui Saturninum interfecit). De eo *Cic. Rab. Post.* 3. C. Curtius (Curius *plerique codd.*), princeps ordinis equestris, fortissimus et maximus publicanus, cujus in negotiis gerendis magnitudinem animi non tam homines probassent, nisi in eodem benignitas incredibilis fuisset, ut in augenda re non avaritiæ prædam sed instrumentum bonitati quærere videretur. — *b)* Curtius Nicias, grammaticus ætate Ciceronis (*Cic.* 12. *Att.* 26). *Sueton. gramm.* 14. Curtius Nicias adhæsit Cn. Pompejo et C. Memmio. — Fuit et Ciceronis familiaris. *Id. ibid.* Hujus de Lucilio libros etiam Santra comprobat. — *c)* Curtius Montanus, senator, imperante Tiberio, dictus *Montanus* absolute *Tac.* 16. *Ann.* 29. — Scripsit carmina, de quibus idem *Tac. ibid.* 28. « Curtium Montanum detestanda carmina factitantem eludere (*i. e.* evadere, discrimini se subtrahere) impune sinerent (*senatores*) ». Pro his tamen accusatus a. 66. damnatusque est, teste *Tac. ibid.* 29. « Enim vero Montanum probæ juventæ neque famosi carminis (*pro famoso carmine*), quia protulerit ingenium, extorrem agi ». — *d)* Curtius Rufus, sub Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone impp., proconsul Africæ, obscuro loco, fort. ex gladiatore genitus (*Tac.* 11. *Ann.* 21), postquam adulevit « sectator quæstoris, cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus secretus agitat, oblata ei species muliebris ultra modum humanum et audita est vox: tu es, Rufe, qui in hanc provinciam pro consule venies. - Tali omine in spem sublatus degressusque in urbem, largitione amicorum, simul acri ingenio, quæsturam et mox nobiles inter candidatos præturam principis suffragio assequitur, quum hisce verbis Tiberius dedecus natalium ejus velavisset: Curtius Rufus videtur mihi ex se natus. Longa post hæc senecta et adversus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis, consulare imperium, triumphi insignia ac postremo Africam obtinuit atque ibi defunctus fatale præsagium implevit ». Ita *Tac. loc. cit.* Cf. *Plin.* 7. *ep.* 27. 2. — *e)* Q. Curtius Rufus, filius, ut videtur, præcedentis, rerum scriptor, quo autem tempore, disputatur; alii enim putant scripsisse sub Augusto (*Hirt, Zumpt, Klotz*), alii sub Vespasiano (*Rutgers, Freinsheim, Voss, Wolf, Buttmann, Pinzer, Kritz, Berger, Ritter*), quæ utraque sententia gravibus laborat difficultatibus (*Teuffel*); alii, ne diutius, quam par est, in hoc immoremur, probabilius sub Claudio, ut ex ipso Curtio, qui præjudicata opinione se detineri non patitur, argui facile poterit (*Curt.* 10. 9 [= 28] 3 *sqq.*), ubi verba de *noctis pæne suprema* et *novo sidere illucenti*, de *caliganti mundo*, cui *lux reddita*, et de *tempestate*, quam *subita serenitas discussit*, optime quadrant in illam cruentissimam noctem inter d. IX. et VIII. Kal. Febr. a. 41. p. Chr., qua, occiso Caligula atrociterque sæviente Germanorum militum turba, derepente renuntiatus imperator Claudius, qui tumultum illum cladem que coercuit. Ita sentiunt cum *Just. Lipsio, St. Croix, Gerlach*, ipse *Mützell* in sua ed. *l. XLVI-LXXXI.*, *I. Teuffel* in *Jahr. Fleckeis. LXXVII. p.* 262-284. et *M. Schanz, G. R. L.* 1913. *IV. p.* 275. *sq.* Prætermittenda tamen non est opinio cl. *Niebuhr*, qui temporibus Septimii Severi eum floruisse putat in *Act. Acad.* Berol. 1822. — Scripsit decem libros « Historiarum Alexandri M. regis Macedonum », quorum duo priores deperditi sunt; nec sine lacunis ceteri ad nos pervenerunt, lingua et stilo ætatis argenteæ, quamvis identidem Livium imitari conetur. Porro ita sunt composita, ut romanenses fabulæ potius videantur, quam vera historia. *Forcellin.* vero noster de eo hæc habet: « Q. Curtius Rufus, historicus insignis, res gestas conscripsit Alexandri M. - Quo tempore floruerit, non satis constat; neque tamen de ejus historiæ elegantia et nitore dubitari potest ». — De eo V. etiam *Schwartz, PW.* 4. 1871-1891. — *f)* Q. Curtius Salassus a. 41. a. Chr. Aradi vivus combustus est. *Cic.* 6. *Fam.* 18. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1976. Curtius Salassus in insula Arado cum quattuor cohortibus vivus combustus est, quod tributa gravius exigeret. — *g)* Curtius Valerianus, grammaticus sæculi quinti, de quo *Cassiod. gramm. VII.* 212. 25. Orthographos antiquos legant, id est Velium Longum, Curtium Valerianum etc. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 1. 776., 327 (a. 149)., 1842. 4. 5047.; 12. 3773 (*Nemausi*) etc. — *Curtia*, nom. mul. 1. 14379.; 12. 8454.; 8. 11742 (*in prov. Byzac.*). — Aliquando nom. gent. postponitur, ut in *Corp.* 10. 3148.; vel alterum nom. gent. adponitur, ut in *Corp.* 5. 3590. — Hinc *Curtianus* — *a)* Adj. possessorem indicans. *Corp.* 6. 10231. 5. ager Curtianus. — *b)* Subst. seu cogn. vir. *Ascon. Scaur. p.* 29. *St.* Ad genua judicum pro Scauro supplicavit M. Lænas Curtianus. Adde *Corp.* 8. 2449. — Cf. *Curtiacus, Curtilius, Curtinius, Curtisius, Curtonius, Curtus* in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 15., 78. 236. 1.

II.) Curtius, nom. geogr. ¶ 1. Lacus in foro Romano (V. *Schulze, Eigenn. p.* 562. 2). — Scribitur *Curtii lacus* ap. *Tac., Sueton., Plut. locc. citt.* et *Curti lacus* ap. *Fest. loc. cit.* — De eo *Varro* 5. *L. L.* 148. In foro lacum Curtium a Curtio dictum constat et de eo triceps historia; nam etc. *Paul. Fest. p.* 49. Curti lacus appellatur a Curtio, qui eo loco in profundissimum se ob salutem Romani populi projecit hiatum. *Liv.* 1. 13. Monumentum ejus pugnæ *(inter Romulum et Tatium)*, ubi primum ex profunda emersus palude equus Curtium in vado statuit, Curtium lacum appellarunt. Rursum *Varro* 5. *L. L.* 150. Cornelius et Lutatius *(hist. R. fr. p.* 126., *Peter, Funai. p.* 105) scribunt eum locum esse fulguritum et ex s. c. septum esse, id quod factum est a Curtio consule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium appellatum. *Ovid.* 6. *Fast.* 403. Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras, Nunc solida est tellus, sed lacus ante fuit. Adde *Tac.* 1. *Hist.* 41., *Plut. Galb.* 17. et *Sueton. Galb.* 20. ¶ 2. Item fons a Claudio imp. Romam perductus. *Corp.* 6. 1256 (a. 52). Claudia *(Aquæ)* ex fontibus, qui vocabantur Cæruleus et Curtius. Adde *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (122). et *Sueton. Claud.* 20.

CŪRŪBIS, is, f. 3. (Κούρουβις *Ptol.)* nom. oppidi in prov. Africa, hod. *Kurba*, v. *Gurba*, colonia Romana, fort. a Julio Cæsare deducta, unde et Julia cognominata est *(Inscr. Wilmanns n.* 2382). ubi FVL. pro IVL. legit *Maffei* et ex eo *Morcelli* coloniam *Fulminatricem*, a legione, quæ *Fulminatrix* appellata est, male intellexit. Memorat *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. et *serm.* 309., ubi tradit Cyprianum illuc in exsilium pulsum fuisse. Adde *Itin. Ant. p.* 56. — Hinc *Curubitanus*, adj. *Corp.* 8. 10525 *(Curubi).*, *Pass. Cypr.* 1. et 2. et *Augustin. loc. cit.*

CURVA, æ, 1. ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp.* 10. 246 *(Grumenti)*. et 9. 1049. ¶ 2. Item cogn. Cæsenæ, opp. Galliæ Cispadanæ, probabiliter ob viæ, ad quam erat, curvitatem *(V. CÆSENA)*. Cf. *Curva Malæa* ap. *Ovid.* 2. *Am.* 16. 24. ¶ 3. Item porticus in foro Romano (Cf. *Jordan, Topogr. d. Stadt Rom. I.* 2 [1885]. *p.* 257. *cum adn.* 89). *Cassiod.* 4. *Var.* 30. Curvæ porticus, quæ juxta domum Palmatam posita in modum arem decenter includit. Cf. *Spart. Pesc.* 6.

CURVUS, i, m. 2. cogn. vir. Apud scriptores occurrunt *L. Aquilius Curvus*, trib. mil. a. 388. a. Chr. *(Liv.* 6. 4), dictus aliquando *Curvus* tantum ap. *Chronogr.* a. 354. — *L. Fulvius Curvus*, cos. a. 322. a. Chr., magister equitum a. 315. a. Chr., memoratus in *Act. triumph. Cap.*, ut qui de Samnitibus triumphaverit a. U. C. 432 = 322. a. Chr. — *M. Fulvius Curvus Pætinus*, cos. suff. a. 305. a. Chr., qui cum Samnitibus item dimicavit deque iis triumphum egit *(Liv.* 9. 44. et *Act. triumph. Cap.* a. U. C. 449 = 305. a. Chr.). — *C. Fulvius Curvus*, ædilis pl. a. 296. a. Chr. et *M. Titinius Curvus*, prætor a. 178. a. Chr. *(Liv.* 40. 59). — In titulis. *Corp.* 9. 5581 *(Septempedæ)*. — Cf. *Curvius, Curvinus, Curvinius, Curvelius*, in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 155., 446.

CUSIBI, m. opp. in Hispania citeriore. *Liv.* 35. 22. In Oretanos progressus et ibi duobus potitus oppidis Noliba et Cusibi, ad Tagum amnem ire pergit.

CUSĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Corp.* 10. 4821 *(Capuæ)*. — *Cusia*, nom. mul. 3. 14773 *(in Delmatia)*. — Cf. *Cusinus (a), Cusinius, Cusenius, Cusonius*; item *Cussius (a), Cussejus, Cussinius, Cussonius*, in *Corp.* et ap. *Schulze Eigenn. p.* 158., 159. et 426.

CUSPĪUS, ii, m. 2. nom. gent. (Etr. *cuspi) Cic.* 13. *Fam.* 6., *Rufin.* 2. *Hist.* 11., *Corp.* 10. 790. et 791.; 4. 97.; 10. 8291 *(Antii)*.; 13. 1754.; 14. 4024 *(Ficuleæ)*. — *Cuspia*, nom. mul. 6. 16698. — *Cuspianus*, adj. *Cic.* 13. *Fam.* 6. — Cf. *Cuspedius, Cuspidius*, in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 162.

CUSTOS, ōdis, m. 3. ¶ 1. Agnom. deorum. — 1.°) *Hercules Custos*, in *Fast. ann. Jul. Vall. Aug.* 12 *(Corp.* 1.² *p.* 240). — 2.°) *Juppiter Custos*, ap. *Tac.* 3. *Hist.* 74. et *Sueton. Dom.* 5., ubi dicitur Domitianus templum ingens ei excitavisse in Capitolio. — 3.°) *Silvanus Custos* in *Corp.* 6. 640. — 4.°) *Arctophylax*, signum cæleste. V. *Lexicon.* ¶ 2. Nom. serv. et cogn. *Corp.* 9. 6312 *(sæc. I.)*.; 10. 289.

CUTICIĀCUM, i, n. 2. loc. Galliæ, hod. *Coucy*, ap. *Sidon.* 8. *ep.* 1. 3. — *Cuticiacensis*, adj. *Id. ibid.* 1. 2. Cuticiacense prædium.

CŪTILĪA, æ, f. 1. opp. (et lacus) Sabinorum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (109). In agro Reatino Cutiliæ lacum, in quo fluctuatur insula, Italiæ umbilicum M. Varro tradit (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 475. et *Momms. Corp.* 9. *p.* 437). — Plur. *Cutiliæ* (aquæ). *Liv.* 26. 11., *Vitr.* 8. 3. 5. *Cels.* 4. 12. In frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum. *Aurel.* 3. *tard.* 2. 45. Cotiliæ. — De lacu, hodie *Pozzo di Latignano*, ap. *Paul. Fest. p.* 51. Cutiliæ lacus appellatur, quod in eo est insula Κοτύλη nominata a Græcis. — Hinc *Cutiliensis*, adj. *Varro* 5. *L. L.* 71. Lymphæ - ad lacum Cutiliensem.

CŪTĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Tac.* 4. *Ann.* 27. *Corp.* 2. 1282a *(in Bætica* a. 147) M. CVTIVS PRISCVS MESSIVS RVSTICVS AEMILIVS PAPVS ARRIVS PROCVLVS IVLIVS CELSVS cos. legatus ejus *(Pii)* etc.; 6. 1173., 1811., 3517.; 14. 197., 408. — *Cutia*, nom. mul. 6. 11130., 19908. etc. — Cf. *Cuttius, Coutius, Cutio, Cutiula, Cutilius* in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 78. *adn.* 5., 428. et 559.

CUTTĪÆ, ārum, f. plur. 1. opp. Italiæ (reg. XI. Transpad.), hodie *Cozzo*, in *Itin. Ant. p.* 340. et *Corp.* 5. *p.* 715. et 950. *V.* COTTIÆ.

CŪTZUPĪTÆ, ārum, m. plur. 1. cogn. Donatistarum, qui Romæ fuerunt, per ludibrium, ut videtur. *Augustin. ep.* 53. Ex Africa ordinatum *(episcopum)* miserunt *(Donatistæ)*, qui paucis præsidens Afris in urbe Roma Montensium vel Cutzupitarum vocabulum propagavit. — Item *Cutzupitani*, ap. *eund. un. eccl.* 3. 6. In paucis Romæ Cutzupitanis vel Montensibus. *V.* MONTENSES.

CY

CȲĂNĒ, es, f. 1. (Κυάνη v. Κυανή: a κυανός, *cæruleus*) Acc. *Cyanen* et *Cyanam*. ¶ 1. Nympha Sicula, in fontem conversa, cui præerat, ex eo quod fugientem curru cum Proserpina rapta Ditem seu Plutonem sibique viam per eas aquas, sceptro percussas, aperientem, asperrime objurgasset. *Ovid.* 5. *Met.* 409. Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas. *Ps. Lact. Plac. fab. Ovid.* 5. 6. A Cyane nympha - retardatus est Dis. *et ibid.* Cyanem currui obsistentem. — Hinc *fons Syracusanus*, ap. *Ovid.* 4. *Fast.* 469. Præterit et Cyanen et fontes lenis Anapi. Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (89)., *Sil. It.* 14. 586., *Vib. Seq. p.* 158. — Inde nomen navis Syracusanæ. *Sil. It.* 14. 567. Ardet nota fretis Cyane pennataque Syren. ¶ 2. Item filia Lipari regis insularum Æoliarum. *Serv. auct. Æn.* 1. 52. Æolus Cyanam filiam ejus *(i. e.* Lipari) in matrimonium sumsit (Cf. *Roscher, Myth. Lex. II.* 1634. 21). ¶ 3. Item mulier quædam venalis pro qualibet posita a *Juvenal.* 8. 162. ¶ 4. Hinc in titulis nom. mul. *Corp.* 6. 4788 *(in mon. Marcellæ)*.

CȲANĒÆ, ārum, f. plur. 1. (cyaneus) Producitur *y* apud poetas. ¶ 1. Insulæ duæ Ponti Euxini (Κυάνεαι, sc. νῆσοι vel πέτραι, quæ etiam Συμπληγάδες vocantur). *Mela* 2. 99. Contra Thracium Bosphorum duæ parvæ *(insulæ)* parvoque distantes spatio et aliquando creditæ dictæque concurrere et Cyaneæ vocantur et Symplegades. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 34. Instabiles Cyaneas. Adde *Val. Fl.* 1. 60. et 4. 562. et 658. et *Juvenal.* 15. 20. — Hinc *Cyaneus*, adj. *Lucan.* 2. 716. Cyaneas - cautes. Adde *Val. Fl.* 1. 630. et 2. 382., *Hygin. fab.* 21., *Sidon. carm.* 11.1., *Stat.* 11. *Theb.* 438. — Sensu obsceno. *Martial.* 11. 99. 6. — *Cyaneos*, fluv. Colchidis. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (13). ¶ 2. Oppidum Lyciæ. *Id.* 5. *ibid.* 27. 28. (101).

CȲAXĀRĒS, is, m. 3. (Gr. Κυαξάρος, Pers. *Uvakhshatara*, Med. *Vaz-istirra* vel *Vak-istarra*) Medorum ac Persarum rex, Phraortis filius et Dejocis nepos *(Herod.* 1. 73) a. 625-585. a. Chr. Vix regnum adeptus bellum intulit Assyriis; sed Scythis et Cimmeriis Mediam invadentibus recedere coactus est, hostesque ingenti prœlio fudit fugavitque. Tum cum Nabopolassare, rege Babylonensi, iterum in Assyriam irrupit a. 625. ac Niniven, ejus metropolim, destruxit a. 607.; nec tamen quievit, sed paullo post Allyatten, regem Lydiæ, a. 615. est aggressus, quicum brevi a. 610. pacem composuit, fluvio Haly (hod. *Kisil Irmak)* statuto, qui unum regnum ab altero divideret. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1387., *Jorn. Rom.* 56. et *Exc. barb. chron. mini p.* 314. 9. — Apud *Dan.* 9. 1. legitur *Ahhasverós = Assuerus* (Vulg.), qui *Esth.* 1. 1. idem est ac Xerxes I.; sed plerique recentiores, *Dan. loc. cit.*, docent esse Cyaxarem *(Knabenbauer, Comm.* in *Dan.* 1891. *p.* 171). Sic *Tob.* 14. 15. græce legitur Ἀσύηρος et in cod. ℵ (Sinait.) Ἀχιάχαρος, quem interpretes eundem esse cum nom. *Cyaxare* nunc fere omnes consentiunt (V. *Fritzsche, Die Büch. Tob. u. Jud.* Leipz. 1853. *p.* 60.; *Swete, The Old Test. in G. II.* 1891. *p.* 848. et *Prasek, Medien u. das Haus d. Kyaxar.* Berlin 1890).

CȲBĒBĒ. *V.* voc. seq.

CȲBĔLĒ et Cybebe, es, f. 1. (Κυβέλη v. Κυβήβη) nom. pers. et geogr. — *a)* O r t h o g r.: *Cibele* in codd. sæpe trad. — *Cibelle*, duplici *l*, prævalet in codd., quamquam editores sæpius *Cybebe* retinuerunt. — *b)* D e c l i n.: *Cybellæ* genet. legitur in *Anth. Lat.* 4. 106. « Egregios proceres currum servare Cybellæ » (Cybebæ *Riese)*. *Octav.* 22. « Cybelæ Dindyma pudet dicere ». — D a t. *Catull.* 6. 3. 9. pinus matri sacra Cybelæ. — *c)* Utraque forma *Cybele* et *Cybebe* a poetis, metri causa, adhibetur; sed prosæ scriptores priorem præferunt. — *d)* P r o s o d.: *Cybele* anapæstus est, *Cybebe* vero bacchius; igitur quantitas patet pro utraque scribendi ratione. Sunt tamen qui pænultimam, pro utroque casu, modo corripiant *(Stat.* 2. *Silv.* 2. 88), modo producant *(Id.* 5. *ibid.* 1. 223. et *Colum. loc. cit.)*; sed recentiores aliquando in hoc casu *Cybelle* vel *Cybebe* reponunt. — *e)* O r i g o n o m i n i s, qua *Cybele* est: *Paul. Fest. p.* 52. « Cybele vero - dicta a loco, qui est in Phrygia a celibi *(Cybelo) monte* ». *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 111. « Alii dicunt Cybelum sacerdotem ejus primum fuisse et ab eo Cybelen dictam; alii Cybele ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν, id est a capitis rotatione, quod proprium est ejus sacerdotum ». — Qua vero *Cybebe* vocatur, *Paul. Fest. p.* 51. « Cybebe - ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Græci κύβηβον dicunt ». *et Serv. auct. Æn.* 10. 220. « Cybebe a Cybebo Phryge, qui primus ei sacrum instituit ». *Fulg. myth.* 3. 5. Sosicles - in modum potentiæ voluit poni, unde [et] Cybebe dicitur quasi c i d o s b e b e o n (κῦδος βέβαιον) id est gloriæ firmitas etc. *et Capell.* 7. *p.* 243. Cubus autem omnis *(ei)* tribuitur, nam ideo Cibebe nominatur. Sic *Mythogr. III. fab.* 2. 3., ubi additur: *Cybele* quasi *cubele* a *cubo* scilicet, qui solidus est, unde et Cybele, quod terra nihil solidius est. Probabilius tamen duxeris a Phrygia voc. κύβελα, qua significantur *antra, specus* v. *montes nemorosi*, tamquam dea cavernarum; non enim proprie est terra culta et frugum parens, ut *Demeter* Græca, sed solum saxosum ac primitivum, ut arguitur etiam ex ejus simulacro, quod erat lapis cælo delapsus et in montibus repertus deæ tutelæ concreditis *(Talbot, Myth. Gr. et R.* 1890. *p.* 16). Cf. *Paul. Fest. loc. cit.*

Cybele v. Cybebe ¶ 1. Nom. pers. — 1.°) Speciatim, dea Phrygia, a Romanis inde ab. a. 204. a. Chr. culta ut *Mater deum Magna Idæa* (Cf. *Wissowa, Rel. u. Kult.*² *d. R. p.* 317), Cæli et Vestæ filia *(V.* RHEA), vel Saturni et Opis, soror Dianæ, Asiæ, Europes, vel Saturni uxor et mater Jovis *(Martial.* 9. 40., *al.)*, Proserpinæ *(Claudian.* 36. 271) et Midæ, regis Mygdonii *(Hygin. fab.* 191). — Cybele (Κυβέλη) usurpatur *Catull.* 63. 12. agite ite ad alta, Gallæ, Cybeles nemora. *Ovid.* 6. *Fast.* 321. Turrigerā frontem Cybele redimita coronā. *Colum.* 10. 220. per Dindyma casta Cybeles *(fort. legend.* Cybebes). *Val. Flacc.* 8. 240. ubi Mygdonios

planctus sacer abluit Almo Lætaque jam Cybele festæque per oppida tædæ. *Martial.* 13. 25. 1. poma sumus Cybeles *(i. e.* nuces pineæ). Adde *Virg.* 11. *Æn.* 768., *Claudian. rapt. Pros.* 1. 181., *Stat.* 2. *Silv.* 2. 88., *Sil. It.* 9. 223. *Tertull. jejun.* 16. Nostris xerophagiis blasphemias ingerens casto Isidis et Cybeles eas adæquas. *Hieronym. ep.* 48. Nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelen. *et chron.* a. Abr. 58. Curetæ Cybelæ matris templum in Creta condiderunt. *Mythogr. fab. II.* 46. Cybele mater deorum dicitur, quæ currui subjunctis leonibus vehitur. *Martial.* 3. 55. Cybeles juga. *i. e.* mons Ida. — Cybebe (Κυβήβη) ap. *Catull.* 63. 9. tympanum tuom, Cybebe (tubam Cibeles *codd.)*, tua, mater, initia *(Senec. Tro.* 72. pinus matri sacra Cybebæ). *et ibid.* 20. Phrygiam ad domum ades, inquit, o Cybebe, fera montium dea. *Propert.* 3. 17. 35. Vertice turrigero juxta dea magna Cybebe Tundet ad Idæos cymbala rauca choros. *Lucan.* 1. 600. lotam parvo revocant Almone Cybeben. Adde *Claudian.* 15. 120., *Prudent. perist.* 10. 196. et *Sidon.* 7. *carm.* 31. — E p i t h e t a e t a t t r i b u t a: alma *Virg.* 10. *Æn.* 220.; Bajana *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 2006.; Berecynthia *Ovid.* 4. *Fast.* 355.; casta *Ovid. ibid.* 324.; dea *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 2007.; Delphica *Inscr. Orell.* 2505.; Dindymene *Horat.* 1. *Od.* 16. 5.; domina *Virg.* 3. *Æn.* 113.; domitrix leonum *Grat. cyn.* 1. 19.; fecunda *Ovid.* 4. *Fast.* 819.; felix *Prudent. perist.* 10. 1074.; fera *Mæc.* ap. *Diom.* 514. *K.*; genetrix *Lucret.* 2. 598., 599.; Idæa *Virg.* 9. *Æn.* 619.; mæsta *Val. Fl.* 7. 635.; magna *Catull.* 63. 91.; mater *Senec. Tro.* 71. 72.; Megalesiaca *Auson. p.* 104. 2.; Mygdonia *Val. Fl.* 3. 47.; Palatina *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1896.; Paracentia *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2829.; parens *Ovid.* 4. *Fast.* 359.; Phrygia *Virg.* 7. *Æn.* 139.; sancta *Claudian.* 36. 115.; tarda *Propert.* 4. 11. 51.; turrigera v. turrita *Claudian.* 33. 180. et 36. 271.; veneranda *Sil. It.* 9. 293.; vidua *Martial.* 7. 73. 3. etc. — *a)* F a b u l æ: — α) Cybele celebrata est maxime ut Mater Jovis, quem, ne pater Saturnus devoraret, Nymphis nutriendum dedit et Corybantibus custodiendum in insula Creta, Saturno autem pro eo lapidem devorandum præbuit *(Mythogr. II. fab.* 16); hæc tamen alii narrant de *Ope* vel *Rhea*, de qua re classicus est locus *Lucret.* 2. 624-643. — Hoc porro nomine aliæ quoque deæ nominantur, ut *Ceres, Rhea, Opis, Terra, Vesta (Macrob.* 1. *Sat.* 12. et 21. et 23., coll. *Mythogr. III. fab.* 2); quamquam sunt qui distinguant, ut *Claudian. carm.* 18. 326. *sq.* « Tritonia, Phœbe, Terra, Ceres, Cybele, Juno, Latona coluntur ». *Terra* quoque *Mater Magna* dicta est, quod salutarium seminum frugem gerat cunctisque animantibus sufficiat victum. — β) Atyn puerum (bubulcum *Arnob.* 4. *p.* 151) adamavit, quem semivirum reddidit, ut deum faceret eunuchum *(Lact.* 1. 17., coll. 21. et *Minuc. Octav.* 22., coll. 24); contra alii Atyn se ipsum castrasse tradunt sub arbore pino, in quam a dea mutatus est *(Ovid.* 10. *Met.* 103. *sq.)*; unde eam arborem elegit Cybele, ut in sua tutela esset *(Senec. Tro.* 72., *Phædr.* 3. 17., *Martial.* 13. 25). — Turpes Cybeles amores (quam *castam* vocat *Ovid.* 4. *Fast.* 324) tangere videtur etiam *Juvenal.* 2. 111., coll. 14. 263. — *b)* C u l t u s: in Phrygia potissimum apud Berecynthios et in Creta antiqua religione culta fuit *(Hieronym. chron.* ad a. 56: cf. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 220), cujus sacerdotes Curetes v. Corybantes choreas in Ida monte agebant furentium more, canendo pulsandoque cymbala, tympana, crotala, seque flagellis percutiendo; et cum ea Atys, quem toto carmine celebrat *Catull.* 63. Inde et in Dindymo, ad cujus radices opp. Pessinus et in vertice Cyzicus delubra huic deæ dicata habebant, unum a Mida rege, alterum ab Argonautis conditum *(Ammian.* 22. 8. 5., coll. *Eckhel* 2. *p.* 453. et 530); postea in Mysia, in Græcia, præsertim Thebis, Athenis, Olympiæ, Messene, ac dein Romæ *(Liv.* 29. 10., 11. et 14), ubi deæ simulacrum (lapidem videlicet, quem matrem deum esse incolæ Pessinuntii dicebant) in ædem Victoriæ solemni ritu translatum fuit celebratumque donis, ludis, lectisternio, quæ Megalensia v. Megalesia vocantur, a dea *Megale* (Magna Mater); item ædes in Palatio erecta a. 191. a. Chr. (Palatina: *Momms. Corp.* 1. *p.* 590. *sq.)* a. M. Junio Bruto *(Liv.* 36. 36). — Ejus f e s t a dicta sunt *Hilaria*, quia XI. K. Apr., quo primum die sol æquinoctialem circulum attigit, pinus succisa in Matris deum sacrarium inferebatur (Cf. *Lyd.* 4. 41). — Alia erant sollemnia hujusce deæ, nempe *taurobolium, criobolium* et *æmobolium* (de quibus V. *Lexicon)*, memorata in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2322., 2328. et 2334. — S a c e r d o t e s, viri ac mulieres, præter *Corybantes* et *Melissas* in Creta, erant etiam *Galli*, semimares *(Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 620., *Lucan.* 1. 566. et *Martial.* 13. 64), quorum caput *Archigallus* (in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 2320. et 2321); item *mendicantes (Tertull. apol.* 13) et *quindecemvirales* sacris faciundis *(Inscr.* ap. *Orell. n.* 2264., 2265. et 2396). — *c)* S y m b o l a seu figmenta, quibus repræsentabatur, erant: currus quattuor rotarum, quibus vehebatur dea, quia mundus semper quasi rota volvitur, quadruplicis quasi plagæ seu ad solem respectus causa, et quidem turrita, ad significandas terræ urbes et arces, ducta vero a duobus leonibus vel leone ac tigride, propter bestias, quæ in terra gignuntur et ex ea vivunt, sacerdotibus, qui cymbala pulsabant, præeuntibus *(Lucret.* 2. 600. *sqq.*, *Catull.* 63., *Sil. It.* 17. 18., *Propert.* 5. 7. 61., *Mythogr. III. fab.* 2., *al.)*. — Aliquando sistitur sedens in solio seu petra, ad terræ stabilitatem exprimendam, tutulata ac velata cum duobus leonibus pariter ad latera accumbentibus, manu dextera coronam, læva tympanum vel poma tenens, vestibus induta viridi colore tinctis, quibus redeuntis veris adspectus significatur *(Talbot loc. cit.*, coll. *Cavedoni* in *Mus. del Catajo p.* 111., *Bull.* et *Ann. dell' Ist. arch.*; *Müller-Wieseler, II.* 816.; *Jordan* ap. *Preller, R. M. n.* 58.; *Dressel u. Milchhofer, Mitteil. d. Inst. in Athen II.* 329. *sq.* etc.; *Robert, Les phas. du myth. de Cybèle et d'Atys rappel. pour les médaillons contorn. Rev. numism.* 1885. *p.* 34-38.; *Löschcke, Vermutungen zur gr. Kunstgesch.* 1884. *p.* 14). — De nummis vd. *Eckhel*, 5. *p.* 169. et 344. et 7. *p.* 196., coll. *p.* 265.; *Momms. G. d. R. Münzw. n.* 287., 259. et 269., coll. *Curtius, Ueber d. relig. Char. d. gr. Münz.* etc. 1869. *p.* 476. — Plura vd. apud *Gruppe, Die gr. Kult. u. Myth. I.* 510.; *Wissowa, Rel. u. Kult. d. R. p.* 317.; *Schömann, Altert.*² *II.* 218. et 504. et *Matris Magnæ ap. Rom. cult.*, 1885.; *Rapp*, ap. *Roschers Myth. Lex. II.* 1638. *sqq.* — 2.°) Generatim, nom. mul. *Corp.* 5. 355 *(Parentii)*. et 1330 *(Aquilejæ)*.; et cogn. *Corp.* 5. 1330. - 355. Cybeleni *(dat.)*. ¶ 2. Est etiam nomen montis Phrygiæ. *Virg.* 3. *Æn.* 111. mater cultrix Cybelæ (Cybele *codd.*: *Serv.* ad *l.* cultrix Cybelis - montis Phrygiæ, in quo colitur, a quo et Cybele dicta est etc.). *Ovid.* 4. *Fast.* 249. Dindymon et Cybelen et amœnam fontibus Iden. — Hinc *Cybeleius* (Κυβελήιος), adj. — *a)* Ad Cybelen deam pertinens. *Ovid.* 10. *Met.* 104. Cybeleius Attis. *Prudent. c. Symm.* 2. 521. hostis. *Claudian.* 8. 149. Corybas. *et* 28. 259. æra. *Ter. Maur.* 2889. sonat hoc subinde metro *(sc.* galliambo) Cybeleium nemus. — *b)* Quasi ad montem pertinens. *Ovid.* 1. *Art.* 507. Cybeleia mater *(Ib.* 453). — Item subst. *Id.* 4. *Fast.* 191. doctas Cybeleia *(i. e.* Cybele) neptes *(i. e.* Musas) vidit. — Subst. neutr. plur. *i. q.* feriæ Cybeles. *Paulin. Nol. carm.* 19. 87. Nec Phryges exsectis agerent Cybeleia Gallis.

CȲBĔLĒĬUS, a, um, adject., et

CȲBELLĒ. *V.* voc. præc.

CȲBĔLUS, i, m. 2. (Κύβελα v. Κύβελον) ¶ 1. Est mons Phrygiæ, a quo Cybele appellata dicitur. *Vib. Seq. p.* 155. Cf. *Catull.* 63. 12. et *Claud. Don. Æn.* 11. 768. Cybelo, id est loco, in quo Cybele colebatur. ¶ 2. Est etiam nom. vir. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 111. Alii dicunt Cybelum sacerdotem etc. (Cf. *Cybebus*, ap. *Serv. auct. Æn.* 10. 220), qui primus ei *(sc.* Cybele) sacrum instituit.

CȲBĬŎSACTĒS, is, m. 3. (κυβιοσάκτης) cogn. Vespasiani imp. *V.* hanc voc. in *Lexico*.

CȲBISTRA, ōrum, n. plur. 2. (Κύβιστρα) oppidum Cappadociæ secundæ, hodie *Eregli*. Memoratur *Cic.* 15. *Fam.* 2. Per Cappadociæ partem eam, quæ cum Cilicia continens est, iter feci, castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi. — *Tab. Peut.* 10. Cibistra *(inter Cæsaream et Tyana; idcirco confusum cum* Cyzistra: *Rav. p.* 95).

CYCLĂDES, um, f. plur. 3. (Κυκλάδες) nom. insularum. — *a)* A c c. *Cycladæ*, sed *Cycladās* ap. *Manil.* 4. 637. et *Corp.* 10. 7583. — *b)* Prima syllaba corripitur, ut videre est apud *Manil. loc. cit.*, *Virg.* 3. *Æn.* 692., *Stat.* 3. *Theb.* 438. ceterosque poetas dactylicos; quamvis produci eam posse non repugnaverim. — *c)* Etymon ducitur a Gr. κύκλος, *circulus, orbis*; nam Sporades dicuntur « quia dispersæ sunt; at Ceos, Sicinos, Siphnos, Seriphos, Rhenea, Paros, Myconos, Syros, Tenos, Naxos, Delos, Andros, quia in o r b e m jacent, Cyclades dictæ ». Ita *Mela* 2. 111. — Quod ad earum numerum attinet, alii aliter censent, nam *Hygino* sunt IX., *Mel.* et *Ampel.* XII.; at *Strab.*, *Isid.* et *Oros.* LIII., fort. quia Sporades includunt; aliis longe plures, fort. quia scopulos inter insulas recensent: XXVII. numerandas esse probabilius videtur.

Cyclades, insulæ maris Ægæi, ad meridiem Atticæ et Eubœæ, inter Peloponnesum et Sporades circa Delon in orbem dispositæ, olim habitatæ a Caris, dein a Ionibus, præter Melon, ubi sedes suas fixerunt Dores, ut etiam Theræ et Anaphe, hod. item *Cyclades*, It. *Cicladi*. Memorant *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (65). In Myrtoo *(mari)* multæ - circa Delum in orbem sitæ, unde et nomen traxere Cyclades (inde *Avien. orb.* 704. Cyclades - Delumque coronant). *Virg.* 3. *Æn.* 692. pelago credas innare revolsas Cycladas. *Liv.* 36. 43. Ventosissima regio inter Cycladas. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (66). Cycladum media - Delos. Adde *Ovid.* 4. *Fast.* 281., *Stat.* 3. *Theb.* 438., *Senec. Thy.* 595., *Sidon. carm.* 2. 460., *Tac.* 2. *Ann.* 55., *Nep. Milt.* 2. *Catull.* 4. 7., *Cæs.* 3. *B. C.* 3., *Liv.* 44. 28., *Solin.* 11., *Isid.* 14. *Orig.* 6. 19., *Ammian.* 22. 8. 2., *Prisc. perieg.* 549. — E p i t h e t a: *Ægææ Ovid.* 1. *Trist.* 11. 8.; altæ *Stat.* 1. *Ach.* 205.; crebræ *Stat.* 5. *Theb.* 183.; dispersæ *Prisc. perieg.* 130.; florentes *Ciris* 471.; fulgentes *Horat.* 3. *Od.* 28. 14.; ingentes *Sedul. ep.* 2.; innumeræ *Stat.* 1. *Ach.* 676.; nitentes *Horat.* 1. *Od.* 14. 20.; pavidæ *Sil. It.* 1. 460.; sparsæ *Virg.* 3. *Æn.* 127.; vadosæ *Stat.* 1. *Ach.* 390. — In sing. nom. *Cyclas* (Κυκλάς), acc. *Cyclada*. — *a)* Una ex Cycladibus. *Vitr.* 7. 7. 3. Insulæ Cycladi Melo. *Senec. Ag.* 387. Delon - prius errantem Cyclada. *et Phædr.* 1021. Cyclas exoritur nova? — Pro plur. *Senec. Herc. O.* 803. vasta Chalcis sonuit et voces Cyclas excepit omnis. — *b)* Item cogn. mul. Gr. (etiam *Cuclas* et *Chuclas*). *Corp.* 6. 7331 *(in mon. Volus.)*; 10. 858.

CYCLŌPES et

CYCLŌPĒUS et Cyclopius, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CYCLOPS, ōpis, m. 3. (Κύκλωψ, Etr. *cuclu)* Cf. *Cocles*. — *a)* O r t h o g r. *Cuclops* pro *Cyclops* in *Inscr.* apud *Laurenb. antiq. p.* 475. — *b)* D e c l i n.: *Cyclopum* g e n e t., *Cyclopăs*, a c c., sed *Cyclopes* habent *Hygin. fab.* 49., *Claud. Don. Virg. Æn.* 8. 425. *sqq.* et *Schol. Germ. Bas. p.* 91. — *c)* P r o s o d.: prior syllaba corripitur, in obliq., in fine versus *Virg.* 3. *Æn.* 647., *Horat.* 1. *Od.* 4. 7., *Ovid.* 1. *Met.* 259., *Sil. It.* 4. 483. etc.; et producitur in arsi, uti ajunt, ap. *Liv. Andr. frg.* 36 (ex *Prisc. gramm. II.* 419), *Lucan.* 7. 150., *Val. Fl.* 1. 136., *Sil. It.* 14. 475. etc.: in thesi, ap. *Virg.* 11.**, *Horat.* 1. *Sat.* 5. 63., 2. *Ep.* 2. 125., *Ovid.* 13. *Met.* 744. et *alib.*, *Sil. It.* 5. 71. etc. — *d)* V e r i l o q u i u m: recte *Cyclops* (Κύκλωψ) dicitur a κύκλος, *circulus*, et ὤψ, *oculus*, quod unum oculum in fronte haberent hujusmodi homines in fabulis apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 469.; nec a vero abscederet, qui Cyclopum unoculorum mytho fossores significatos censeret, qui, facula in fronte quasi oculum præferentes, tenebrosos fodinarum cuniculos luce perfundunt. Cf. etiam *Fulg. Virg. cont. p.* 93. *sq.* etymon, quod nullius momenti esse puto. — *e)* Tria illa genera Cyclopum, quæ Græci distinguere solebant (Cf. *Roscher, Lex. Myth. II.* 1676. 28), apud Romanos plerumque non nisi proprietatibus, quas Cyclopi-

bus attribuunt, dignoscuntur (Reisch, Thes. L. L. Suppl.), quibus quartum addimus, ita ut sint — 1.° Cyclopes Titanes, filii Urani (Cœli) et Geæ (Terræ), qui Jovi fulmen fabricant, tres numero, sc. Pyracmon v. Arges (ἀργής, fulgur), Steropes (στεροπή, fulmen), Brontes (βροντή, tonitru), a Chrono in Tartara dejecti, dein a Jove restituti, postremo ab Apolline sagittis transfossi. — 2.° Cyclopes, fabri ferrarii, socii Hephæsti seu Vulcani, qui diis atque heroibus æreа conficiunt arma, tanta quidem vi, ut Sicilia, ubi sunt, et insulæ adjacentes concutiantur. — 3.° Cyclopes, propter magnitudinem operum et ædificiorum, ita dicti, gens Threciæ, hinc in Cretam, Lyciam, Argolidem, Arcadiam et Latium diffusa, ubi grandia structoriæ artis monumenta, quæ cyclopea dicuntur, reliquerunt. — 4.° Cyclopes Homerici, idest populus pastorum anthropophagorum, corpore giganteo, feroci indole, silvestrem vitam degentium ac solitariam in cavernis, quorum exemplar a poetis sistitur Polyphemus, Ætnæ accola formidandus.

Cyclops ¶ 1. Sing. num., homo ex iis, quos postremo loco posnimus, in primis Polyphemus, Neptuni filius (Gell. 3. 15. 21), cujus feritas describitur Virg. 3. Æn. 613. sqq. — a) Proprie. Liv. Andr. carm. frg. 36. Cum socios nostros mandisset impius Cyclops. Carm. Dosith. gramm. VII. 387. Cyclops, Ætnæus cultor, Neptunia proles. Enn. ann. 321. Cyclopis venter velut olim turserat alte Carnibus humanis distentus. Lucil. 482. Polyphemus ducentos Cyclops longus pedes (Hygin. fab. 125). Cic. 5. Verr. 56. 146. Verres Cyclops - alter multo importunior; hic enim totam insulam obsidebat, ille Ætnam solam et eam Siciliæ partem tenuisse dicitur. Ovid. 14. Met. 174. et 249. Antiphatæ memores immansuetique Cyclopis. Senec. suas. 1. 12. Excæcatus (Claudian. carm. 30. 24) Cyclops. et Thy. 582. et ferus Cyclops metuit parentem Rupe ferventis residens in Ætnæ. Gell. 3. 11. 5. et 15. 21. Neptuni filios - Cyclopa et Cercyona et Scirona et Læstrygonas. — Dicitur amasse Galatæam, unam Nereidum, quæ tamen, eo spreto, puerum Acidem deperibat, quem ille jacto in hunc scopulo obruit. Ovid. 13. Met. 744., coll. Mythogr. I. fab. 5. — Hæc autem fabula picta visitur in pariete cujusdam cubiculi in ædibus Juliæ Aug., uxoris Augusti et matris Tiberii imp., in Palatino monte detecta. — b) Translate de homine crudelissimo. Petron. sat. 101. Hic (i. e. Lichas) est Cyclops ille et archipirata (Cf. Cic. loc. cit.). — Similiter Cyclops appellatus est ob ejus proceram staturam et robur ac ferociam Maximinus imp. Capitolin. Max. 8. Sic etiam Firmus statura ingenti, pilosus atque hispidus vulgo vocabatur, teste Vopisc. in Firm. 4. — De pantomimo. Horat. 1. Sat. 5. 63. Pastorem saltaret uti Cyclopa rogabat. et 2. Ep. 2. 125. torquebitur ut qui Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa movetur. ¶ 2. Plur. num. — 1.°) Incolæ Siciliæ, ad Ætnam, unoculi, socii Polyphemi. Virg. 3. Æn. 569. Cyclopum allabimur oris. Mela 2. 119. Ætna memoratur, quod Cyclopas olim tulit. Gell. 9. 4. 6. Homines - unum oculum in frontis medio habentes, qui appellabantur Arimaspi, qua fuisse facie Cyclopas poetæ ferunt. Solin. 5. Sicilia a principio patria Cyclopum fuit (Cf. Oros. 2. Hist. 14). Adde Plin. 7. Hist. nat. 2. 2. (9)., Stat. 1. Theb. Auson. 458., Justin. 4. 2. 2. — Pro ebriosis. Comm. instr. 2. 36. 3. — 2.°) Item fabri ferrarii, socii Vulcani, qui cum tribus illis confunduntur, quibus ad fulmina fabricanda Juppiter utitur. Cic. 2. Divin. 19. 43. Jovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Ætna putes. Virg. 4. G. 170. Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis Cum properant, alii taurinis follibus auras Accipiunt redduntque, alii etc.: gemit impositis incudibus Ætna. Adde eund. 6. Æn. 630. Id. 8. ibid. 418. Quam (sc. insulam) subter specus et Cyclopum exesa caminis Antra Ætnæa tonant - Vulcani domus - (424) Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (197). Ærariam fabricam alii Chalybas, alii Cyclopas monstrasse putant. Sil. It. 4. 433. labore Cyclopum sudatum thoraca. — Fabulam Græcam de tribus Cyclopibus commemorant Tac. 3. Ann. 61., Serv. ad Virg. 6. Æn. 398., Prob. Virg. georg. 3. 1., Hygin. 2. Astr. 15. et fab. 49. — 3.°) Item ingentium operum et ædificiorum fabricatores. Senec. Thy. 407. Cerno Cyclopum sacras turres, labore majus humano decus (sc. in Argolide). Stat. 1. Theb. 252. arces Cyclopum (sc. Argos). Schol. ad l. Cyclopum autem: aut quas Cyclopes fecerunt aut magni ac miri operis. Nam quicquid magnitudine sua nobile est, Cyclopum manu dicitur fabricatum. Rursum Stat. 5. Silv. 3. 49. Par templis opus aeriamque educere molem Cyclopum scopulos ultra atque audacia saxa Pyramidum. Cf. Virg. 6. Æn. 630. Cyclopum educta caminis Mœnia conspicio atque adverso fornice portas (Serv. ad l. hoc est magna: ita enim cujuslibet rei magnitudinem significabant, adeo ut Statius Argivorum muros ab ipsis dicat esse perfectos). — Epitheta: Ætnæi Virg. 8. Æn. 440. et 11. 263 (Cf. etiam Val. Fl. 4. 104. et Sil. It. 9. 448); ferruginei Sidon. carm. 23. 201.; immanes Juvenal. 15. 18.; infandi Virg. 3. Æn. 644.; vasti 3. ibid. 647. — De eorum pictis imaginibus. Plin. 35. Hist. nat. 10. 26. (74). Cyclopa dormiens in parvula tabella, cujus et sic magnitudinem exprimere cupiens Timanthus pinxit juxta Satyros thyrso pollicem ejus metientes. — Quæ ex antiquis sculptoribus monumenta priscæ artis adhuc supersunt, illustrata habentur a pluribus in Bull. et Ann. dell' Ist. arch. plurimis locis. — Addimus Cyclopis antrum ex Not. Urb. in regione secunda Cælimontana, ubi tamen Curios. Urb. non antrum sed atrium Cyclopis exhibet. — Cyclopis atrium V. in præc. — Cyclopis insula, ap. Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (138)., circa Rhodum sita. — Cyclopis vicus in Inscr. ap. Orelli n. 7. — Cyclopum arva ap. Ovid. 14. Met. 2. — Cyclopum scopuli, tres scopuli, ap. Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (89). Cf. Stat. 3. Silv. 3. 49. — Hinc Cyclopius (Κυκλώπιος), adj. Virg. 1. Æn. 201. vos et Cyclopia (Cyclopea codd.) saxa Experti (sc. saxa inter Catinam et Tauromenium in modum metarum situ naturali, quæ Cyclopes appellantur, quorum medium et eminentissimum Galate dicitur: ita Serv. ad l.). Senec. Herc. f. 997. ut Cyclopia eversa manibus saxa nostris concidant (i. e. Mycenæ). Solin. 9. carmen. Claudian. rapt. Pros. 1. 97. tela. — Cyclopeus (Κυκλώπειος), adj. Anth. 886. 3. Ista Cyclopei durant monumenta furoris (sc. Acidis tumulus). Boeth. arithm. 1. 20. Ut Cyclopeæ frontis dedecus fuit (sc. unus oculus). — Subst. Treb. Gall. 8. Cyclopea etiam luserunt omnes apenarii. Vopisc. Car. 19. Exhibuit Cyclopea.

CYCNĒIS, Cycneius. V. voc. seq.

CYCNUS, i, m. 2. (Κύκνος: cf. cycnus: Etr. kukne) In codd. sæpe Cygnus, Cicnus, Cignus; Cucnus ap. Philarg. Virg. ecl. 6. 64. rec. I. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Cycnus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Rex Liguriæ, in cycnum mutatus. Virg. 10. Æn. 189. ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati - dum canit - canentem Molli pluma duxisse senectam, Linquentem terras et sidera voce sequentem. Ovid. 2. Met. 367. proles Stheneleia Cycnus. — Confunduntur Cycnus, Phaethon, Gallus Philarg. loc. cit. — 2.°) Item filius Neptuni, ab Achille necatus. Ovid. 12. Met. 72. proles Neptunia Cycnus. Senec. Ag. 215. nivea proles Cycnus æquorei dei. — Alter Neptuni filius, ap. Serv. auct. Æn. 2. 21. Tenes, Cycni filius. — 3.°) Item filius Martis, ab Hercule occisus. Senec. Herc. f. 486. et Hygin. fab. 31. — Cf. eund. fab. 97. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. Corp. 6. 10671.; 5. 162 (Polæ). Adde Plaut. Men. 854. fictum nom. et Juvenal. 8. 33. — Nom. equi Amphiarai. Stat. 6. Theb. 463. — Titulus Menippeæ Varronis. Non. p. 230. 29. — Hinc Cycneius (Κυκνήιος), adj. Ovid. 7. Met. 371. Inde lacus Hyries videt et Cycneia Tempe, Quæ subitus celebravit olor (pertinet ad Cycnum, Hyries filium, quem e saxo præcipitem in cycnum mutatum esse narrat Ovid. ibid.). Adde Ib. 463. — Cycneis (idos), Κυκνηίς, ap. Homer. 337.

II.) Cycnus, nom. geogr., sc. opp. Colchidis. Mela 1. 110. Ignaris (mercatoribus Græcis) qua terra esset, cycni vox notam dederat, Cycnum (oppidum ab iis conditum) appellasse dicuntur. Sed Cygnus ap. Plin. 6. Hist. nat. 4. 4. (15).

CȲDAMUS. V. CIDAMUS.

CȲDĀS, æ, m. 1. et antis, 3. (Κύδας, α), nom. vir. Gr. Memoratur Cydas Gortynius, Cretensium dux, Romanorum socius, in bello contra Philippum a. 197. a. Chr., ap. Liv. 33. 3. — Item Cydas, Cretensis, nuntius Persei, ex intimis Eumenis, ap. eund. 44. 13. — Item Cydas, Cretensis « portentum insulæ, hominum audacissimus et perditissimus ». Cic. 5. Phil. 5. 13.

CȲDIĀS, æ, m. 1. (Κυδίας) pictor sæc. IV. a. Chr., in insula Cythno, æqualis Euphranoris, cujus tabulam Argonautas HS. CXXXXIIII. Hortensius orator mercatus est. Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (130).

CȲDĪMUS, i, m. 2. (Κύδιμος, gloriosus) Acc. Cydimon, apud Stat. loc. cit. ¶ 1. Fuit vir Lemnius, qui in patriam redux ab uxore est interfectus. Stat. 5. Theb. 227. Flet super æquævum soror exarmata Lycaste Cydimon. ¶ 2. Cogn. vir. Corp. 6. 200 (a. 70)., 12484. et 33558.

CȲDIPPĒ, es, f. 1. (Κυδίππη: a κῦδος, gloria, et ἵππος, equus, quasi quæ equo glorietur) nom. mul. Gr. — Codd. subinde Cidippe. — Genet. etiam Cydippæ (Hygin. loc. cit.); acc. Cydippen et abl. Cydippe (Corp. 6. 33155). ¶ 1. In libris est Nereis. Virg. 4. G. 329. et Hygin. fab. præf. — Item puella ab Acontio amata. Ovid. 19. Her. 107., 172., 202. etc. — Fort. ad hanc spectat Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (106). Fecit et Cydippen Protogenes pictor. — Item sacerdos Junonis Argivæ, mater Cleobis et Bitonis. Serv. auct. georg. 3. 532. et Hygin. fab. 254. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. 6. 35155. et 9. 1061 (in agro Compsino).

CYDNUS, i, m. 2. (Κύδνος) Cydnos ap. Vitr. 8. 3. 6. et Vib. Seq. p. 147. — Male Cygnos ap. Rav. p. 118. — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Cydnus, nom. geogr. ¶ 1. Fluvius Ciliciæ, hod. Karasu v. Tarsus. Memoratur Solin. 38. Tarsum intersecat Cydnus amnis, hunc Cydnum alii præcipitari Tauro, alii derivari ex alveo Choaspi tradiderunt - ex illo parente (i. e. Choaspi) Cydnus miram trahit suavitatem. Quidquid candidum est, cydnum gentili lingua Syri dicunt; unde amni huic nomen datum: et tumet vero cum nives solvuntur, reliqua anni tenuis et quietus (Alii tamen dictum volunt a Cydno, Anchiales filio, ut Eustath. ad Dionys. p. 8750, quod significationi vocis nihil confert; alii potius a Gr. κύδνος, inclitus). Sic lucidum vocat eum Ovid. 3. Art. am. 204. propter aquarum claritatem; cæruleum vero Tibull. 1. 7. 13., qui « placidis per vada serpit aquis ». Podagricis mederi tradunt Plin. 31. Hist. nat. 2. 8. (11). et Vitr. loc. cit. — In ejus aqua se immergens Alexander M. vitæ periculum subiit, ut referunt Itin. Alex. M. 28., Curt. 3. 10. 8., Justin. 11. 8. 3. et Ammian. 14. 8. 3. ¶ 2. Item fluvius Assyriæ. Justin. 11. 14. 4.

II.) Cydnus, nom. pers., sc. nom. et cogn. vir. Sil. It. 3. 383. et 14. 434., Corp. 6. 4346 (in mon. liberorum Drusi), 22877.; 5. 8110. 433 (Dertonæ). Cf. Inscr. Notiz. degli scavi 1897. p. 372. Corp. 6. 10672. Cudnus. et 4. 3376. Cydinus.

CYDON, ōnis, m. 3. (Κύδων) nom. vir. Cidon in Corp. 8. 14819 (in prov. proc.). — Acc. Cydona ap. Stat. loc. cit. et Cydonem ap. Serv. loc. cit. — Ad quantitatem quod attinet, ita Serv. ad Virg. 10. Æn. 324. « Sane Cydon, quando nomen est proprium, Cy naturaliter producit, si appellativum, corripit, ut etc.; tamen Statius etiam in proprio corripuit - abutens licentia, qua utimur in propriis nominibus ». Plerumque tamen prima corripitur. — Est nom. pers. et etiam geogr.

Cydon ¶ 1. Est nom. regis. Hieronym. chron. a. Abr. 453. In Creta regnavit Cydon. — Item Thebani herois. Stat. 2. Theb. 623. Hæc regi promissa, Cydon, hæc, Lampe, dabamus? — Item viri Lemnii. Id. 5. ibid. 220. flave Cydon; 9. ibid. 127. Phocea tum Cydona Tanagræumque Phalanthum. — Item Euboei. Id. 9. ibid. 759. Et male dilectum miseræ Cydona sorori. — Item Phorci filii. Virg. 10. Æn. 325 (Serv. ad l. propter quod [sc. Cretenses puerorum amatores] poeta Cydonem inducit amatorem; novimus autem Cydonas Cretenses dici).

— Item statuarii. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (53). Hæc (Amazon probatissima in templo Dianæ Ephesiæ) est Polycliti, proxima ab ea Phidiæ, tertia Cresilæ, quarta Cydonis. — Item incolæ opp. Cydoniæ. V. CYDONES. — Cogn. vir. Corp. 6. 15827. et 4. 1106. — Nom. equi. Stat. 6. Theb. 465. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi. V. CYDONIA.

CȲDŌNEA, æ, f. 1. ¶ 1. Insula prope Lesbum, cum fonte calido. Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (232). ¶ 2. Oppidum. V. CYDONĬA.

CYDŌNES, um, m. plur. 3. (Κύδωνες) gens Cretæ vel incolæ oppidi Cydoniæ: generatim pro Cretensibus, præsertim sagittariis. Lucan. 7. 229. Libye Numidas et Creta Cydonas Misit, Ityreis cursus fuit inde sagittis. Stat. 6. Theb. 598. cædas e plebe Cydonum Parthorumque fuga totidem exsiluisse sagittas. Auson. 418. 1. iambo Parthis et Cydonum spiculis - velocior. Adde Claudian. carmin. 9. 46. — Sing. Cydon, ap. Virg. 12. Æn. 858. sagitta - quam - Parthus sive Cydon torsit. Adde Senec. Herc. O. 820. et Claudian. 8. 530. — Pro cane (sc. Cretico). Sil. It. 2. 444. Latratorque Cydon. — Fingitur etiam nom. arboris. Virg. 10. Ecl. 59. — Hinc Cydoneus, adj. ad Cydonem opp. vel ad ejus incolas pertinens. Stat. 4. Theb. 269. et Sil. It. 10. 260. Cydonia arundo. Ovid. 1. Art. am. 293. juvencæ. Id. 8. Met. 22. pharetræ. Stat. 7. Theb. 339. sagittæ. — Subst. Cydonia (Cidonea), opp. Cydonum (Κυδωνία, Κυδωνίς), hodie Khania (La Canea). Memoratur Liv. epit. 98. Q. Metellus - Cydoniam urbem obsedit. Flor. 3. 7. 4. Ut Græci dicere solent, urbium matrem Cydoneam. Adde Solin. 11., Tab. Peut. 8. et Rav. p. 397. — Condita fuit vel amplificata a Samiis tempore Polycratis, quod mythologi tribuunt Minoesi; colonos recepit Æginæ; ab Atheniensibus adjuta in bello contra Cnossum et Gortynam; denique a Q. Metello subacta cum Creta universa (Mela 2. 113., coll. Thuc. 2. 85., Polyb. 4. 55., Diod. 5. 78., Strab. 8. 376., Dio 51. 2). — De ejus nummis vd. Head, 466. — Cydonius (Cydoneus), adj. incola et, latiore significatione, Cretensis. Sacerd. gramm. VI. 497. 19. Horat. 4. Od. 9. 17. Cydonius arcus. Martial. 10. 42. lana. — De Cydoniis (Cydoneis) malis, it. cotogno, fr. gall. coing, de arbore etc. V. Lexicon. — Cydoniatæ (Κυδωνιᾶται), incolæ. Liv. 37. 60. — Cydonites (æ), comm. gen. idem ac Cydoneus, ut vites Cydonitæ ap. Colum. 3. 4. sub init.

CȲDŌNĬA, æ, f. 1., et

CȲDŌNĬĀTÆ, ārum, m. plur. 1., et

CȲDŌNĬUS v. Cydoneus, a, um, adject. V. voc. præc.

CYLLĂROS v.

CYLLĂRUS, i, m. 2. (Κύλλαρος) nom. mythicum, quod etymologi a Gr. κέλλειν derivant et pro ταχύς interpretantur. ¶ Fuit unus ex Centauris, formosissimus, qui una cum uxore Hylonome dimicans cum Lapithis interiit. Ovid. 12. Met. 393. sqq. ¶ 2. Item equus Castoris celeberrimus. Propert. 3. 12. 17. et ibid. 21. 26., Val. Fl. 1. 425., Senec. Hipp. 810., Martial. 4. 25. et 8. 21. et 28., Stat. 4. Theb. 215. — Apud Virg. 3. G. 89. equus Pollucis dicitur, fratre pro fratre posito (V. CASTOR), dono datus a Neptuno Junoni, quæ illum Castori tradidit (Philarg. ad Virg. loc. cit.). — De monum. artis vd. Annal. dell' Istit. arch. a. 1835. p. 280.

CYLLĒNĒ, es, f. 1. (Κυλλήνη) Genet. Cyllenæ ap. Virg. 8. Æn. 139. — Cyllenes ap. Ovid. 5. Fast. 87. — Acc. Cyllenen ap. Liv. 27. 32. et Ovid. 5. Met. 607. et Cyllenem ap. Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (13). et alib. — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Cyllene, nom. geogr. ¶ 1. Est mons altissimus Peloponnesi, in finibus Achaiæ et Arcadiæ, ubi natus fertur Hermes seu Mercurius, in cujus vertice templum erat illi dicatum, hodie Zyria. Memoratur Virg. 8. Æn. 139. (Mercurium) Maja Cyllenæ gelido conceptum vertice fudit. Adde Ovid. 5. Fast. 87. Cyllene cupressifera. Stat. 4. Theb. 287. felix. et 7. ibid. 187. secreta. Prisp. 75. 10. nivosa. ¶ 2. Item oppidum cum portu Elidis, a Corcyræis incensum a. 435. a. Chr., cujus sæpe fit mentio in bellis Græcorum maritimis, hodie Kunupeli. Memorant Mela 2. 52., Liv. 27. 32., et ex Gr. Polyb. 4. 9. et 5. 3., Xen. Hell. 3. 2., 27. Diod. 9. 66. et 87. et Paus. 4. 23. 1., 6. 26. 4. et 8. 5. 8. — Hinc Cyllenius (Cyllenæus), Κυλλήνειος, adj. — a) Ad Cyllenen montem vel Mercurium pertinens. Cic. Arat. 381. Clara fides Cyllenia (sc. Mercurii). Virg. 1. G. 337. quos ignis cælo Cyllenius erret in orbes (Serv. ad l. stella Mercurialis: cf. Manil. 1. 871. Cyllenius orbis). Id. 4. Æn. 258. Cyllenia proles (Ovid. 3. Art. am. 725. de Cephalo, Mercurii filio. Val. Fl. 1. 436. de Æthalide, Euryto, Echione). Cir. 108. Cyllenia munera (murmura cod. Rehdig, i. e. lyram). Hygin. fab. 225. Lycaon Pelasgi filius templum Mercurio Cyllenio in Arcadia fecit. — Cyllenius, subst., i. e. Mercurius. Paul. Fest. p. 52. Cyllenius Mercurius dictus, quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κυλλοί vocantur, ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt sic appellatum, quod in Cyllenia via sit nutritus; alii, quod in monte Arcadiæ Cyllene; alii, quod a Cyllene sit nympha educatus. et Serv. auct. Æn. 8. 138. Mercurium cum illi (sc. filii Chorici, regis Arcadiæ) in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt: unde et ipse Cyllenius et mons dicitur; namque græce κυλλούς aliqua mutilatos parte corporis dicunt. Virg. 4. Æn. 252. et 276 (Serv. ad l. antonomasivum est pro proprio). Ovid. 2. Met. 270. agilis Cyllenius. et 818. velox. et 14. ibid. 291. pacifer. et Stat. 2. Theb. 89. volucer. — De planeta. Lucan. 1. 662., Apul. mund. 29., Auson. 382. 27., Prudent. apoth. 412., Claudian. 22. 440. — Idem quod mons Cyllene. Mela 2. 43. Montes Pholoe, Cyllenius, Parthenius. — Nom. vir. Ampel. 9. Quartus Mercurius Cyllenii filius. — Præterea Augustin. ep. 219. tit. Cyllenio episcopo. — b) Ad Cyllenen opp. pertinens. Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (13). Cyllenius sinus (Al. alit. leg.). — Cylleneus (Cyllenæus), Κυλλήναιος, adj. ad Mercurium pertinens. Horat. epod. 13. 9. Cyllenea fides. Lact. Phœn. 50. lyra. Ovid. 3. Art. am. 147. testudo. — Cyllenis (idis), Κυλληνίς, f. ad Mercurium pertinens. Sil. It. 16. 500. Cyllenida plantam. Ovid. 5. Met. 176. harpe. — Cyllenides (æ), m. patronym., absolute, Mercurius. Capell. 9. p. 305.

II.) Cyllene, nom. pers., sc. nom. nymphæ. Paul. Fest. p. 52. Quod a Cyllene sit nympha educatus (sc. Mercurius). Serv. auct. Æn. 6. 207. Quartum Mercurium filium Jovis et Cyllenes (Cf. Schol. Stat. Theb. 4. 482. et Mythogr. II. fab. 41). Hygin. fab. 253. Menephron cum Cyllene filia in Arcadia et cum Bliade matre sua concubuit (Cf. Ovid. 7. Met. 386).

CYLLĒNĒUS et Cyllenius, a, um, adject. et

CYLLĒNĪDĒS, æ, m. 1. et

CYLLĒNIS, idis, f. 3. V. voc. præc.

CYLLŌPŌDĒS, æ, m. 1. (Κυλλοπόδης) canis masculus Actæonis: a κυλλός, curvus, et πούς, pes, quasi distortis pedibus, ut Cyllo (Κυλλώ), canis femina ejusdem, i. e. curva, distorta. Hygin. fab. 181.

CȲMÆUS et Cymanus, a, um, adject. V. CYME.

CȲMANDER, dri, m. 2. fluvius Indiæ. Avien. orb. 1350. Hic Hypanis lateque trahens vaga terga Cymander, magnus uterque etc. Sed Prisc. perieg. 1051. aurum devolvens Hypanisque trahit rapidusque Magareus. Cf. Dionys. perieg. 1145. Μάγαρσος (V. Müller, Geogr. gr. min. II. 174).

CȲMĒ, es, f. 1. (Κύμη) nom. geogr. et pers. — Forma Cyma, æ, ap. Philarg. Virg. ecl. loc. cit. ¶ 1. Est oppidum Æolidis, ad oram meridianam sinus Elæatis, hodie Lamurthü. Memoratur Tac. 2. Ann. 47. Myrinam, Cymen, Tmolum urbes terræ motu collapsas levari - tributis placuit Tiberio. Adde Liv. 37. 11., Mel. loc. cit., Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (121). — Rav. p. 107. Cymme. — Condita fertur ab Amazone Cyme ab eaque appellata (Mel. loc. cit.), sæc. VIII. et VII. a. Chr., metropolis florentissima, Athenarum socia, libera civitas sub Romanorum imperio, adnexa provinciæ Asiæ, patria Hesiodi et historici Ephori patria (Herod. 1. 149., Thuc. 3. 31., Xen. Hell. 3. 4. 27., Polyb. 22. 27., Diod. 3. 55., Strab. 9. 440., Vellej. 1. 4). — De ejus nummis vd. Head, 552. — De Cyme, opp. Italiæ, hod. Kumi, quod cum hoc aliquando confusum est, vd. CUMÆ. — Hinc Cymæus (Κυμαῖος), adj. Cic. Flacc. 20. 46. Fundus Cymæus. Philarg. Virg. ecl. 4. 4. rec. I. Cymæum Hesiodi carmen dicit; Cyma enim in Asia est, quam, rejecta Ascra - incoluit (Cf. Schol. Bern. ibid. Sibylla Cymæa dicitur de monte Cymo - sed melius « Hesiodei carminis » qui Cymæus de Cyme, Asiæ civitatis, dicitur). — Incolæ, Cymæi, ap. Liv. 38. 39. — Sing. Cic. Flacc. 7. 17. Cymæus ille Athenagoras. — Pro nom. vir. (?) Corp. 6. 10229. — Cymanus, adj. Conc. Const. a. 536 (Mansi 8. 978). Matthias episcopus Cymanus. ¶ 2. Est etiam nom. ducis Amazonum. Mela 1. 90. Cymen nominavit, pulsis qui habitaverant, dux Amazonum Cyme.

CȲMĪNĒ v., rectius, Cymene, es, f. 1. oppidum Thessaliæ. Liv. 33. 18 (a. 198. a. Chr.). Ætoli transgressi in Thessaliam Cymines (al. Cymenes) et Angeias primo impetu potiti sunt. — Vix eadem atque Κτιμένη: cf. Bursian, Geogr. v. Griech. I. p. 74. et 87.

CȲMŌDŎCĒ, es, f. 1. (Κυμοδόκη) nom. Nereidis, ex Nereo et Doride prognata. Virg. 5. Æn. 826. et Stat. 2. Silv. 2. 20. Sil. It. 7. 428. Cymodoce, nympharum maxima natu Italidam. Adde Hygin. fab. præf. Fortasse a κῦμα, unda, et δέχομαι, excipio, quasi undas seu fluctus excipiens, vel ab iis excepta. — Hinc Cymodocea (æ), Κυμοδόκεια, una ex nymphis, in quas mutatæ sunt naves Æneæ. Virg. 10. Æn. 225. Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea.

CȲMŌDŎCĒA. V. voc. præc.

CȲMŎTHŎĒ, es, f. 1. (Κυμοθόη: fort. ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα, unda, quasi per undas currens v. cursu undas æquans) ¶ 1. Est una Nereidum, ap. Hygin. fab. præf., Virg. 1. Æn. 144., Sil. It. 7. 58., Val. Fl. 2. 606., Propert. 2. 26. 16., al. ¶ 2. Item fons Achaiæ. Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (13).

CȲNÆGĪRUS, i, m. 2. (Κυναίγειρος) nom. vir. Gr. Scribitur et Cynegirus ap. Senec. contr. 9. 24. 2., ex Κυνέγειρος, duabus prioribus syllabis correptis fortasse metri causa, apud Græcos. Quin ita legitur in omnib. fere codd.: cf. Cobet, Mnemos. 1873. p. 226.

Cynægirus, vir Atheniensis, Æschyli frater, qui apud Marathonem cecidit. Val. Max. 3. 2. 22., Jul. Val. 2. 7. 10., Justin. 2. 9. 16., al.

CYNÆTHÆ, ārum, f. plur. 1. (Κύναιθα) oppidum Arcadiæ. Plin. 4. Hist. nat. 6. 10. (20). — Hinc Cynæthi, gens Arcadum. Serv. auct. Æn. 11. 31. Arcadum genera fuerunt quattuor: Parrhasiorum, Mænaliorum, Azanorum, Cynæthorum.

CȲNĂMOLGI, ōrum, m. plur. 2. (Κυναμολγοί) populus Æthiopiæ ferus, ex lacte canino vivens. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (195).

CȲNAPSĒS, is, m. 3. fluvius Ponti. Ovid. 4. Pont. 10. 49. volvens saxa Cynapses labitur (Alii leg. Cynapes).

CȲNĒGĬUS, ii, m. 2. (Κυνήγιος, venatorius) Cinegius in Carm. epigr. 684. Exegit vitam florente Cinegius ævo. — Est autem nom. (agnom.) Gr., quo memorantur — 1.°) Cynegius, plenius Maternus Cynegius, Hispanus, cos. cum Theodosio Aug. a. 388 (Fast. Hisp. et Cassiod. chron., coll. Inscr. De Rossi I. p. 162. V. MEROBAUDES). Corp. 3. 6587 (= 19.: Alexandreæ) Materno Cynegio omnium virtutum viro et ad insignem laudem gloriamque progenito per omnes honorum gradus meritorum contemplatione provecto præfecto prætorio per orientem (a. 384-389). — Fuit pietate illustris, quem Theodosius ipse a. 384. in Ægyptum misit, ut ethnicum cultum omnino interdiceret, quo facto, cum illinc rediret, a. 388. obiit: ita Zosim. hist. 4. 37. Sed Fast. Hisp. hæc habent: « Defunctus est - in consulatu suo Constantinopoli (a. 389). Hic universas provincias longi temporis labe deceptas in statum pristinum revocavit et usque ad Ægyptum penetravit et simulacra gentium evertit ». Cf. etiam Cod. Theod. 8. 4. 17. et Cod. alt. 10. 70. 10. — 2.°) Cynegius, adulescens eximius, filius Paterni, qui quum pater vellet ut neptem ex filia uxorem duceret, ab hoc conjugio abhorrens scripsit Ambrosio, qui patrem a proposito abster-

roret (*Ambros. ep.* 60. ad *Paternum*; et 84. ad *Cynegium*). — 3.°) Alii: *Corp.* 10. 1370. de clarissimo juvene, filio Floræ, matronæ religiosissimæ, qui florente ætate decessit, ut etiam in *Carm. epigr.* 684. supra *cit.*; item de Quintia Horestilia Cynegia *Corp.* 5. 4029 (*Sirmione*) et de *Quinigia* pro *Cynegia* in *Inscr. chr. Hisp.* 31 (*in Lusitania* a. 662). *Symm. ep.* 5.

CȲNĒTES, um, m. plur. 3. (Κύνητες) populus Hispaniæ. *Justin.* 44. 4. 1. Saltus vero Tartessiorum - incoluere Cynetes (*Voss.*, Cunetes *Vorst.*). *Avien. or.* 200. *sqq.* Inde Cempsis adjacent Populi Cynetum - Ana amnis illic per Cynetas effluit. — Hinc *Cyneticum jugum* ap. *eund. ibid.* 201. et *Cyneticum* (pro *Ibericum*) *litus* ap. *eund. ibid.* 566.

CȲNĒTHUS (Cynæthus), i, m. 2. (Κύνηθος) ¶ 1. Insula Delos, ut olim vocabatur. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (66). Alii (*appellatam tradunt*) Cynetum (*Sill.* Cynthum). — *Solin.* 11. Delos nunc Asteria - nunc a venatibus Lagia vel Cynetho. ¶ 2. Insula Sporadum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (69).

CȲNĒTĬCUS, a, um, adject. *V.* CYNETES.

CȲNĒUS, a, um, adject. (Κύνειος, *caninus*) ¶ 1. Est cogn. Hellesponti maris, in quod Hecuba se præcipitavit et in canem conversa est, teste *Hygin. fab.* 111. et 243. Cf. CYNOSSEMA. ¶ 2. Item Cyneum astrum, *i. e.* canicula. *Chalcid. Tim.* 125.

CȲNĬCĒ, adv. et

CȲNĬCĒ, es, f. 1. et

CȲNĬCI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

CȲNĬCUS, a, um, adject. (κυνικός, *caninus*) ad Cynicorum sectam pertinens, de qua *V.* infra. *Plaut. Pers.* 123. Cynicum esse egentem oportet parasitum probe. *Laber. mim.* 36. Ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. *Cic.* 2. *Att.* 9. De Cynico consulari (*videtur esse M. Pupius Piso Calpurnianus* cos. a. 61. a. Chr.). *Tac.* 4. *Hist.* 40. Cynicam sectam. *Gell.* 2. 18. 7. Varronis saturas alii Cynicas, ipse appellat Menippeas. *Gloss. V.* 277. 20. Cynico more canino more. Adde *Juvenal.* 13. 121., *Serv. auct. Æn.* 8. 364., *Vict. rhet.* 4. 5., *Augustin.* 19. *Civ. D.* 3. — Subst. *Cynici* dicti, qui scholæ seu sectæ auctorem sequebantur Antisthenem, sumpto nomine vel a Cynosarge, gymnasio, in quo magister docebat: vel a (δύσφημος) κύων, quia discipuli ad instar canum latrantium ac mordentium vitia nullo personarum discrimine aut respectu carpebant: vel denique a vitæ ratione, quæ, nimis naturæ conformis, quum ejus sectatores vesci aliisque etiam fœdis necessitatibus palam publiceque satis facere non erubescerent, fastidio ac tædio afficiebat coævos. Ceterum bona quoque cum malis mixta tradebant; Antisthenes enim, Socratis discipulus, docuit virtutem unice esse æstimandam; divitias, honores, immo ipsam bonam famam et formas vitæ socialis despiciendas esse ac detritis laceriisque mendicorum vestibus incedendum vitamque, ut diximus, pro natura omnino instituendam. Hæc autem secta etiam inter Romanos nacta est fautores, ex quibus fuit Crescens, qui Marcum Aurelium vehementer incitabat ad Christianos persequendos, quos tunc ethnici malos vitiisque deditos per summam injuriam calumniamque traducebant, hæreticis aliquando cum illis ex ignorantia vel sæpius ex malitia confusis (Cf. *Fleury* in *St. Paul et Sénèque II. p.* 147-172). — Memorantur *Varr. Men.* 314. Sed Cynicis involucrum et pallium luteum non est. *Lact.* 3. 15. 20. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum conjugibus mos fuit? (Cf. *Isid.* 8. *Orig.* 6. 14. et *Augustin.* 1. *nupt. et concup.* 22. 24) Quid mirum, si a canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt? Sic *Augustin.* 14. *Civ. D.* 20. Illi canini philosophi, hoc est Cynici - proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam, hoc est immundam impudentemque sententiam? *Ps. Augustin. serm.* 20 (*de decem plagis*). Cynomyia, id est musca canina, inducitur, quæ Cynicorum sectæ merito comparatur. — Commemorantur cum Stoicis. *Cic.* 3. *Orat.* 17. 62. Ab Antisthene Cynici primum, deinde Stoici. *et* 1. *Off.* 35. 128. Nec vero audiendi sunt Cynici aut si qui fuerunt Stoici pæne Cynici, qui reprehendant et irrideant, quod ea, quæ turpia non sint, nominibus ac verbis flagitiosa dicamus, illa autem, quæ turpia sint, nominibus appellemus suis. *Senec. dial.* 10. 14. 2. Disputare cum Socrate licet, dubitare cum Carneade, cum Epicuro quiescere, hominis naturam cum Stoico vincere, cum Cynicis excedere. — Sing. *Cynicus*, ap. *Varr. Men.* 281. Diogenes. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 67. Sinopeus (*sc.* Diogenes). *Sueton. Ner.* 39. Isidorus. *Senec. dial.* 7. 18. 3. Demetrius. *Tertull.* 2. *Nat.* 14. Asclepiades. *Auson.* 27. 1. Antisthenes. — Epith.: *Prudent. apoth.* 201. Cynicus hircosus. *Sueton. Vesp.* 13. canis. *et ibid.* oblatrans. *Horat.* 1. *Ep.* 17. 18. mordax. — Titulus saturæ *Men. Varr.* — Subst. *Cynice (es)*, f. *sc.* sapientia. *Auson. loc. cit.* Inventor primus Cynices ego, *i. e.* Antisthenes. Cf. *vs.* 4. et 28. 2. Κυνικὴν σοφίην. — Adv. *Cynice*, ap. *Plaut. Stich.* 704. potius quam in subsellio cynice hic accipimur in lectis. *Porphyr. Hor. ep.* 1. 20. 20. Horatius enarrat vitam suam cynice non dissimulans humilitate generis se esse provectum. — Subst. *Cynismus* (Κυνισμός), ap. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 2. In libro autem suo, quem de Cynismo conscripsit Julianus imp.

CȲNISMUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

CȲNŎBELLĪNUS, i, m. 2. (Κυνοβελλῖνος *Dio*) nom. vir. Celt., in mss. varie et corrupte scriptum. — Fuit autem ita appellatus rex Britanniæ tempore Caligulæ, qui Adminium ejus filium a patre expulsum in deditionem accepit, ut tradit *Sueton. Cal.* 44. et inde *Oros.* 7. *Hist.* 5.

CȲNŎCĔPHĂLUS. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

CȲNŎPŎLIS, is, f. 3. (Κυνῶν πόλις vel Κυνῶ) oppidum Ægypti, caput nomi, qui *Cynopolites* dicitur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. 49., hod. *Samallus.* Memoratur *Plin. ibid.* 10. 11. (64). et *Rav. p.* 122. — *Itin. Ant. p.* 158. Cyno.

CȲNOS (Cynus), i, m. 2. ¶ 1. Oppidum Locridis Epicnemidiorum. *Mela* 2. 40. ¶ 2. Item fluvius. *V.* CANIS.

CȲNŎSARGĒS, is, n. 3. (Κυνόσαργες, τό) gymnasium Atheniense, ubi filii spurii instituebantur. *Liv.* 31. 24 (a. 200. a. Chr.). Philippus - castra ad Cynosarges templum Herculis gymnasiumque et lucus erat circumjectus - posuit, sed et Cynosarges et Lycium - incensum est.

CȲNŎSCĔPHĂLÆ, ārum, f. plur. 1. (Κυνὸς κεφαλαί, i. e. *canis capita*) duo colles Thessaliæ, ubi Pelopidas a. 365. a. Chr. occisus fuit a mercennariis Alexandri tyranni militibus, et Philippus II., rex Macedonum, a. 197. a. Chr. magno prœlio victus est a Romanis, duce Quintio Flaminino. *Liv.* 33. 7. Tumulos, qui Cynoscephalæ vocantur. Adde *eund.* 36. 8., *Flor.* 2. 7. 11. et *Ampel.* 16.

CȲNOSSĒMA, n., vel, divisim, Cynos sema (Κυνός, *canis*, et σῆμα, *tumulus*), tumulus, qui dicitur Hecubæ, in promontorio Chersonesi Thracicæ, hod. *Capo Alupo.* Memoratur *Mel.* 2. 26. Cynossema, tumulus Hecubæ sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto (Cf. *Tzschucke, Mel. III.* 2. *p.* 120. *sq.*). *Dict.* vero 5. Sepulcrumque Hecubæ apud Abydum statuitur appellatum Cynossema ob linguæ protervium impudentemque petulantiam. Adde *Ammian.* 22. 8. 4., *Solin.* 10., *Strab.* 13. 595. Cf. *Ovid.* 13. *Met.* 568.

CȲNŎSŪRA, æ, f. 1. (Κυνόσουρα, *canis cauda*) nom. pers. et geogr.

I.) Cynosura, nom. pers., *sc.* nympha Cretica, quæ postea sidus facta est (Ursa minor, septem stellis constans, quarum una *polus* dicitur, vulg. *polare* v. *tramontana*). *Hygin. fab.* 224. Cynosura Jovis nutrix in alterum septentrionem relata. *et* 2. *Astr.* 2. Arctum minorem Aglaosthenes - ait Cynosuram esse, unam de Jovis nutricibus ex Idæis nymphis. Ab ejus quoque nomine in urbe, quæ Histos vocatur - et portum, qui ibi est, et agri majorem partem Cynosuram appellatam etc. *Sidon. carm.* 15. 175. Jovem in formas mutat, quibus ille teneret Mnemosynam, Europam, Semelen, Ledam, Cynosuram Serpens, bos, fulmen, cygnus, Dictymna solebat. Adde *Ovid.* 3. *Fast.* 107., *Manil.* 1. 299., *Lucan.* 3. 219. et *Val. Fl.* 1. 17. — Hinc *Cynosuris (idos)*, acc. *Cynosurida*, f. (Κυνοσουρίς), adj. ad Cynosuram pertinens. *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 7. ursa Cynosuris. *German. Arat.* 189. cauda. — *Pass. Phil.* 5. Scolapium medicum in monte Cynozuridos fulminatum. Cf. *Thraemer* ap. *Roscher, Myth. Lex. I.* 616. 46. *sqq.*

II.) Cynosura, nom. geogr. — 1.°) In sing. num. — *a)* Oppidum Arcadiæ. *Stat.* 4. *Theb.* 295. Dives et Orchomenos pecorum et Cynosura ferarum. — *b)* Item portus Cretæ. *V.* sub I. — 2.°) In plur. num. mons in Attica ad orient. Marathonis, hod. *Capo Cabala.* Memoratur *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 57. Æsculapius secundus fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris.

CȲNŎSŪRIS, idos, f. 3. *V.* voc. præc.

CȲNTHĬA. *V.* voc. seq.

CYNTHUS (Cynthos), i, m. 2. (Κύνθος) *Cinthus* ap. *Schol. Hor. od.* 3. 28. 12. — Est autem mons Deli. *Virg.* 1. *Æn.* 498. Qualis - per juga Cynthi Exercet Diana choros (*Serv.* ad *l.* montis Deli, in quo natam constat Dianam). *Ætn.* 5. seu te (*Apollinem*) Cynthos habet. *Claudian.* 8. 137. inhospita Cynthi saxa. Adde *Ovid.* 2. *Met.* 221. et *Stat.* 1. *Theb.* 702. — *Serv. ad Virg.* 9. *Æn.* 81. Berecyntho, cujus ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quotiens montem Deli Cynthum dicimus. — Hinc *Cynthius* (Κύνθιος), adj. (*Cunthius* et *Cinthius* in *Inscriptt.*) *Priap.* 75. 6. Cretea Delia Cynthiosque colles. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (66). Delos assurgit Cynthio monte. — Subst. *Cynthius* — *a)* Est Apollo. *Paul. Fest. p.* 52. Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte vocatus. *Virg.* 6. *Ecl.* 3. et 3. *G.* 36. Trojæ Cynthius auctor (*Serv.* ad *l.* vel Apollinem dicit propter muros: vel Cynthium, regem Trojæ, quem in Troicis suis Nero commemorat). *Horat.* 1. *Od.* 21. 2. Cynthium Latonamque. *Virg. catal.* 9. 60. Cynthius et Musæ. — « Allegorice sic appellatur Augustus, qui se rogavit bucolica scribere »: ita *Schol. Virg. Bern. ecl.* 6. 3. — Translate pro Sole. *Ovid.* 3. *Fast.* 346. — *b)* Rex Trojæ, de quo vd. sub *a.* — *c)* Cogn. vir. *Inscr. Not. degli scavi* 1912. *p.* 89 (*Romæ*). — *Cynthia*, cogn. mul. — α) Est idem quod Diana. *Schol. Stat. Theb.* 2. 289. Cynthus - unde Diana Cynthia dicta est. *Horat.* 3. *Od.* 28. 12. Tu curva recines lyra Latonam Et celeris spicula Cynthiæ. Adde *Ovid.* 2. *Met.* 465. et 7. *ibid.* 755., *Stat.* 1. *Silv.* 2. 268. et *Claudian.* 11. 17. — β) Pro Luna. *Ovid.* 17. *Her.* 74. si dubitas, cæcam, Cynthia, lumen habes. *Lucan.* 1. 218. Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu. Adde *Val. Fl.* 3. 558., *Petron.* 122. et 130., *Sil. It.* 4. 480., *Stat.* 1. *Theb.* 577. — *Fulg. myth.* 1. *præf. p.* 13. Jam Phœbus disjungit equos, jam Quintia jungit (Cf. *Coripp. Joh.* 6. 279). — Epith. *Claudian.* 15. 228. clara. *Id.* 8. 427. decolor. *Pacon. carm. frg.* 4. fulva. *Lucan. loc. cit.* pluvialis. *Sidon. carm.* 2. 32. vaga. *Senec. apocol.* 2. victrix. — γ) Idem quod Delos. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (66). Aglaosthenes Cynthiam Delum appellatam prodidit. — δ) Nom. mul.: amica Propertii. *Prop.* 1. 1. 1. et passim. *Ovid.* 3. *Art. am.* 536. Nomen habet Nemesis, Cynthia nomen habet. *et rem.* 764. Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli, Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit? *Martial.* 8. 73. 5. Cynthia te vatem fecit, lascive Properti. — In titulis. *Corp.* 6. 33672.

CYNURA, æ, f. 1. insula, fort. una ex Echinadibus, prope Ætoliam. *Tab. Peut.* 7.

CȲNUS. *V.* CYNOS.

CȲPÆRUS, i, m. 2. nom. vir. Gr. *Corp.* 6. 2280. — Cf. *Cypăre* (Κυπάρη), nom. mul. Gr. 6. 18985.; 10. 2278. — 2. 1370. Cyparenia (*genet.*). — *Cypăris*, nom. mul. Gr. 9. 1664 (*Beneventi*). — *Cyparus, Cyperus, Cyphærus* v. *Cypherus* etc. V. in *Corp.* — *Cyparissus* — *a)* Nom. pueri, ab Apolline in cupressum mutati (Κυπάρισσος). *Ovid.* 10. *Met.* 121. Cese pulcherrime gentis - Cyparisse. — In titulis, nom. vir. *Inscr. chr. Mai nov. coll.* 5. *p.* 372. 3. — *b)* Nympha ap. *Schol. Virg. Bern. georg.* 2. 84., quam Silvanus occidit. — *Cyparissa* — *a)* Nom. mul. (Κυπάρισσα). *Prob. Virg. georg.* 2. 84. — *b) Cyparissa (Cyparissia* et *Cyparissiæ)*, Κυπαρισσία v. Κυπαρισσιαί — α) Opp. Messeniæ, hod. *Arkadia*, ap. *Liv.* 32. 21., coll. *Diod.* 15. 77. — De ejus nummis vd. *Head*, 433. — β) Est etiam

antiq. nom. ins. Sami. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 37. (135). — *Cyparissius sinus* (nunc *golfo d'Arkadia*) ex mari Ionio. *Mela* 2. 50. et 51. — *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 7. (15). Cyparissius sinus cum urbe Cyparissa. — *Cyparissos*, opp. Phocidis (Κυπάρισσος). *Stat.* 7. *Theb.* 344.

CȲPĂRISSĬA et

CȲPĂRISSUS. *V.* voc. præc.

CȲPASSIS, idis, f. 3. (Κυπασσίς) ancilla quædam, amica *Ovid.* 2. *Art. am.* 7. 17. Cypassi (*voc.*). Adde *ibid.* 8. 2.

CȲPHANS, antis, m. 3. (Κύφας, Κύφαντα) oppidum v. portus Laconiæ ad sinum Argolicum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (17).

CYPRĬĂCUS, a, um, adject. *V.* CYPRUS.

CYPRĬĀNISTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. seq.

CYPRĬĀNUS, i, m. 2. (Κυπριανός: cf. Κύπρος) *Ciprianus* in *Corp.* 8. 2291. — *Cuprianus* in *Corp.* 6. 32954. — Pænultimam licenter corripit *Venant. de vit. mart. gaud.* ex *c.* 8. 111. Africa Cyprianum dat, Siscia clara Quirinum. — Est autem cogn. christ. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis memorantur — 1.°) Thascius Cæcilius Cyprianus, episcopus Carthaginiensis (a. 258), scriptor ecclesiasticus et martyr. *V.* CÆCILIUS. — 2.°) Cyprianus, Antiochenus, ex mago Christianus, inde diaconus, qui una cum Justina, virgine, quam cantionibus ac veneficiis ad libidinis assensum allicere frustra conatus fuerat, tantæ dein virginese fortitudinis ac sanctitatis miraculo ad fidem conversus, Nicomediæ sub Eutholmio præside martyr occubuit, a *Prudentio* in hymn. 13. *perist. tit. Pass. b. Cypr. M.* cum Cypriano, episcopo Carth., confusus. Cf. *De Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1866. *p.* 42. — 3.°) Cyprianus Gallus poeta, fort. sæc. V. (*Harnack, Altchr. L. G. I.* 271), cujus nomine *R. Peiper* (*Corp. script. eccl. lat.* Vindob. *XXIII*) 1891. edidit carmina (quorum pleraque sed imperfecta repererat cl. *J. B. Pitra* 1852), in *heptateuchum*, i. e. in septem priores libros Vet. Test. De his deque dubiis part. *Sodoma* et *Jona* aliisque poematiis disserit *Jülicher, PW.* 4. 1941. *sq.* Cf. etiam *Best, De Cypriani quæ feruntur metris in hept.* Marbg. 1891.; *John Mayor, The latin hept.* Cantabr. 1889. et etiam *Becker, De metris in hept.* Bonn. 1889. — 4.°) Alii, episcopi plerique, in *Not. Afr.* et ap. *An. Vales.* 14. 86., *Augustin. ep.* 71., 3. *c. Petil.* 34., *Leon. M. ep.* 97., *Avell. p.* 464., *Cassiod.* 5. *Var.* 40. *tit.* etc. — Hinc *Cyprianus*, adj. *Hieronym. chron.* a. Abr. 2270. Cyprianæ epistolæ. — *Cyprianistæ*, ap. *Augustin. bapt.* 1. 18. Quam latius Cyprianistæ (*Cypriani sectatores*), quam Donatistæ vocarentur. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 5229 (*ad lacum Larium* a. 571). — *Cypriana*, nom. mul. *Inscr. chr.* ap. *De Rossi I. n.* 928 (a. 500.: cf. *Carm. epigr.* 1363).

CYPRĬARCHĒS, æ, m. 1. (Κυπριάρχης, *Cypri præses*) procurator insulæ Cypri, ap. *Vulg.* 2. *Mach.* 12. 2. Cf. NICANOR.

CYPRĬI, ōrum, et

CYPRIS, idis, et is, f. 3., et

CYPRĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CYPRUS, i, f. 2. (Κύπρος) nom. geogr. et pers. — *a)* Orthogr.: *Cuprus* ap. *Poll. carm. frg. Char. gramm. I.* 100. — *Ciprus* in *Itin. Ant. Plac. rec.* A 1 (*R*). — *b)* Declin.: in recto *Cypros*, Gr. posit., est *Turpil. com.* 152., *Manil.* 4. 635., *Colum.* 10. 187., *Mel.* 2. 102., *Lucan.* 9. 117., *al.* — *Cyprus* passim. — Acc. *Cypron* ap. *Horat.* 1. *Od.* 30. 2., *Ovid.* 10. *Met.* 718., *Liv. epit.* 59., *Senec. ep.* 91., *Sil. It.* 7. 456., *Ampel.* 15., *al.* — *Cyprum* passim. — Not. *Cypros*, indecl., ap. *Jul. Hon. cosmogr.* 35. contra insulam Cypros. — *c)* Prosod.: prior syllaba brevis est. *Plaut. Merc.* 646., *Ter. Ad.* 224., *Turpil. com.* 152., *Horat.* 1. *Od.* 3. 1. et 30. 2. et 3. *ibid.* 26. 9. — Indefinita. *Plaut. Merc.* 93. 3. et 937., *Ter. Ad.* 278. — Longa fere apud dactylicos, ut *Ovid.* 10. *Met.* 718. etc. — *d)* Etymon: nomen accepisse traditur a Cypro Cinyræ fil.: vel ab oppido suo cognomine (*Isid. loc. cit.*), « quod interpretatur tristitia, mæror (*Apon.* 3. *p.* 52) »; sed fort. rectius vox conjungitur cum Gr. κύπρος, Lat. *cuprum*, gall. *cuivre*, quod plurimum exinde effoditur et Κύπριος χαλκός, *æs Cyprium*, appellatur. — *e)* Grammat.: locat. *Cypri* ap. *Cic.* 2. *Tusc.* 22. 52., *Cæs.* 3. *B. C.* 116., *Nep. Chabr.* 2., *al.* — Acc. loci *Cyprum* sine præp., ap. *Cic. dom.* 65., *Cæs.* 3. *B. C.* 102., *Nep. Paus.* 2., *Liv.* 45. 12., *al.* — Abl. loci *Cypro* sine præp., ap. *Cic.* 9. *Att.* 9., *Liv.* 45. 11., *Curt.* 4. 3. 11. — Pro locat. *Ovid.* 10. *Met.* 270., *Liv. epit.* 59., *Ampel.* 8. — Adhibetur tamen etiam cum præp. *a, ex, in, ad* etc., ut videre est passim apud scriptores.

I.) Cyprus, nom. geogr. ¶ 1. In primis insula Mediterranei maris orientalis, inter Ciliciam et Syriam, forma quadrilatera sed oris valde inæqualibus vel, ut ait *Hygin. fab.* 276., scuto Gallico similis, portuosa, desinens ad septentr. in pæninsulam, montium serie in longum divisa, quæ olim *Olympus*, nunc *Troodos* v. *Agios Stavros* vocatur (*C. Müller. Geogr. min. II. p.* 486., coll. *Strab.* 14. 6. 3), metallis pretiosis dives et gemmis, feracissima, hodie quoque *Cipro*, Turc. *Kibris* dicta. *Mela* 2. 102. In sinu, quem maximum Asia recepit prope media Cypros - ingens, ut quæ aliquando novem regna ceperit et nunc aliquot urbes ferat etc. *et ibid.* 112. Creta, nisi major esset, Cypri similis. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (129). Cyprum - quondam novem regnorum sedem - vocatam ante Acamantida Philonides, Cerastim Xenagoras et Aspeliam et Amathusiam et Macariam, Astynomus Crypton et Coloniam prodiderunt. *Ammian.* 14. 8. 14. Tanta autem tamque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, ut nullius externi indigens adminiculi indigenis viribus a fundamento ipso carinæ ad supremos usque carbasos ædificet onerariam navem omnibusque armamentis instructam mari committat. Adde *Liv.* 33. 41., *Trog. prol.* 9., *Vellej.* 1. 1. 1., *Senec. benef.* 3. 37. 3., *Colum.* 10. 187., *al.* — Errore *Gloss. IV.* 437. Cypros insula in Hellesponto. — Epith.: ærosa *Paul. Fest. p.* 20.; beata *Horat.* 3. *Od.* 26. 9.; candida *Coripp. Just.* 3. 91.; Cinyrea *Lucan.* 8. 716 (a rege Cinyra); Cythereia *Martial.* 8. 45. 7.; Idalia *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 760.; dilecta (*sc.* a Venere) *Horat.* 1. *Od.* 30. 2.; famosa divitiis *Ruf. Fest.* 13. 1.; infamis nimia calore *Martial.* 9. 90. 9.; ingens *Mela* 2. 102.; longinqua *Lucan.* 3. 164.; magna *Chron. Alex. chron. I. p.* 103.; opima *Virg.* 1. *Æn.* 622.; portuosa *Ammian. loc. cit.*; rorulenta *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 37. (74). — Oppida Cypri plura numerantur, ex quibus celebriora *Citium, Epidaurum, Arsinoe, Salamis, Cyniras*, maxime vero *Amathus, Idalium, Paphos* (quod erat olim insulæ nomen, ut traditur in *Itin. Ant. p.* 526), quoddam quasi centrum cultus Aphrodites seu Veneris, quam poetæ Græci sæpe Κύπρις (*Ciprigna*) appellant (*Hom. Il.* 5. 330., 422. etc. et *Odyss.* 9. 362., *Æschyl. Prom.* 864.; *Soph. trach.* 497. etc.). — Dea apprime culta erat in Paphi sacrario (*Tac.* 2. *Hist.* 3), cujus imago visitur in nummis Cypriis (*Babelon, Catal. d. monn. gr. de la Bibl. Nat., Les Pers. Achém.* Paris 1893. *p.* 115., 117., 118., 119. et 121); quotannis vero ibi supplicatio seu pompa celebrabatur, ad quam universus insulæ populus confluebat (*Strab.* 14. 6. 3). Porro hunc cultum mutuati sunt Cyprii a Phœniciis vel Syris, non alium profecto ab eo, qui Astartes, deæ « amoris et fecunditatis » adhibebatur (*Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 59); quod quidem *Inscr. Phœn.* a. 1879., repertâ Citii (*Larnaka*), Cypri urbe (*Corp.* 1. 86), confirmatur. Huc pertinent loci Latinorum præsertim poetarum. *Horat.* 1. *Od.* 3. 1. Diva potens Cypri (*sc.* Venus). *Ovid.* 10. *Met.* 270. Festa dies Veneris totâ celeberrima Cypro. Rursum *Horat.* 1. *Od.* 19. 10. in me tota ruens Venus Cyprum deseruit. et 3. *ibid.* 26. 9. O quæ beatam diva tenes Cyprum (*Schol.* ad *l.* in Cypro enim insula Venus specialiter colitur). *Lact. epit.* 9. 1. Cum regnaret Venus in Cypro. Adde *Flor.* 3. 9. 2., *Eugraph. Ter. Ad.* 224., *Don. Ter. Ad.* 280. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 335. Paphiæ Veneris, quæ ibi colitur. *Itin. Ant. p.* 528. Insula Cyprus sive Paphon (*sic*) Veneri consecrata. — Ad ejus historiam quod attinet, fuit hæc insula antiquitus a colonis Phœniciis, mox a Ionibus habitata; postea subacta ab Amasi, rege Ægypti, a. 560., dein a Persis, pluries tamen, ab Atheniis adjuta, jugum excussit, tempore præsertim Euagoræ, regis in urbe Salamina, tunc metropoli (a. 410-374), qui plerasque insulæ civitates simul in unam rem publicam collegit; quamquam ea fere semper Persico imperio vectigalis permansit usque ad Alexandrum M., Ptolemæo deinde attributa, cui eam Demetrius aliquando ademit, temporibus Lagidarum pars erat ex ditioribus Ægypti, quibus paruit, dum a. 58. a. Chr. a Romanis, ejus divitias cupientibus, occupata, lege Clodia per Catonem provincia Romana facta est (*Liv.* 33. 41., *Cic.* 15. *Fam.* 4., *Liv. epit.* 59. et 104., *Vellej.* 2. 38. 6., *Flor.* 3. 9. 1. *sqq.*, *Ammian.* 14. 8. 15., *Inscr. Not. degli scavi* 1911. *p.* 191. *Romæ*). — Eam porro, datam a Cæsare Arsinoe et Ptolemæo juniori, mox ab Antonio Cleopatræ, Augustus, eo sublato, sibi vindicavit (*Dio* 53. 12), reddiditque paullo post, sc. a. 22., senatui ac populo (*Strab.* 14. 684); quare effecta est proconsularis cum Papho, *sacra metropoli civitatium Cypri* (*Corp.* 3. 218), et Ciliciæ adnexa. Dein sub Hadriano imp. Judæi, qui commercii causa Cyprias urbes magno numero frequentabant, gravissimo tumultu excitato, amplius ducenta, uti fertur, civium milia interfecerunt; quapropter illinc omnes ex insula expulsi sunt. — Apud scriptores autem sacros hæc insula *Cethim* nomine fere occurrit; legitur tamen *Cyprus* ap. *Vulg.* 1. *Mach.* 15. 23. et 2. *ibid.* 10. 13. et *Act.* 13. 4. et 21. 3., coll. 4. 36., 11. 20., 21. 16. Ibi christianam religionem (primum fort. illatam ab iis, qui post mortem Stephani in Cyprum confugerunt), Barnaba et Marco comitantibus, Paulus prædicavit, præsertim Salaminæ et Paphi, ubi Judæum quendam Barjesu, cognomine Elymam (*i. e.* sapientem, magum), qui contumax Sergium Paulum proconsulem a fide conabatur avertere, prodigiose excæcavit (*Act.* 13. 8-12. Cf. *Xen. Cyr.* 8. 6. 21. et alib., *Polyb.* 31. 18. et alib., *Diod.* 19. 79., *Jos. ant.* 8. 5. 3., *Plut. Demetr.* 15. *sq.*, *Cat. min.* 34. *sq.*, *Appian. Syr.* 4. etc., *Mithr.* 72. et *B. C.* 4. 61., *Dion.* 39. 22., *Liv.* 33. 41. et alib., *Corp.* 3. *p.* 41., 974., 1280., 2052. etc.). — De ejus nummis vd. *Head*, 786. — De Cypro insula plura habes apud *Delaval Cobham, A attempt at a bibl. of Cypr.* Nicosia 1894.; *Cesnola, Cyprus, its anc. cities* etc. Londr. 1877.; *von Löher, Cypern, Reiseber. - u. Gesch.* Stuttg. 1878.; *M. Ohnefalsch-Richter, Kypros, d. Bibel u. Homer.* 1893.; *Sakellarios*, Τὰ Κυπριακά, Athen. 1890. ¶ 2. Item nom. fort. etiam oppidi. *Isid.* 14. *Orig.* 6. 14. Cypros insula a civitate Cypro, quæ in ea est, nomen accepit. ¶ 3. Item altera insula. *Jul. Hon. cosmogr.* A 29. Cypros insula, Cypros alia insula (sim. *Cosmogr.* 1. 29. *cod.* V.; *deest* I.). Cf. CYPRUSA.

II.) Cyprus, nom. pers., est heros ἐπώνυμος, pater Veneris quartæ. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 59. Quarta Venus Syria Cyproque concepta, quæ Astarte vocatur. Cf. *Ampel.* 9. et *Lyd. mens.* 4. 64. — Hinc *Cyprius, a, um* (Κύπριος), adj. — Nomin. *Cyprios* ap. *Diomed. gramm. I.* 482.; genet. *Cypriu* (Κυπρίου) in *Lib. pontif. p.* 60. — *Cypreus* ap. *Scribon.* 210. et alib., *Trebell. Claud.* 14., *Pallad.* 8., *al.* — *Cuprius (Cupreus)* ap. *Plin. med.* 3. 24. et *Marcell. med.* 8. — Prima corripitur *Enn. Paul. Fest. p.* 59., *Senec. Herc. O.* 196., *Marcell. med. carm.* 32.; producitur *Horat.* 1. *Od.* 1. 13., *Lygd.* 3. 34., *Sidon. carm.* 2. 478. — Cyprius est ad Cyprum insulam fere pertinens. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 4. 15. (58). adamas (It. *zaffiro*). *et* 37. *ibid.* 5. 17. (66). zmaragdi. *Solin.* 5. achates. *Plin.* 13. *Hist. nat.* 7. 15. (58). ficus. *Id.* 26. *ibid.* 8. 47. (74). ladanum. *Id.* 14. *ibid.* 20. 25. (128). resina. *et* 18. *ibid.* 7. 12. (67). triticum. *et* 14. *ibid.* 7. 9. (74). vinum. *Id.* 34. *ibid.* 8. 19. (92). expeditio (*sc.* Catonis). *Cic.* 3. *Nat. D.* 33. 82. tyrannus (*sc.* Nicocreon). *Horat.* 1. *Od.* 1. 13. trabe (*i. e.* navigium). *Charis. gramm. I. p.* 145. *K.* Ilias (*i. e.* poema Lævii). *Philarg. Virg. georg.* 3. 5. Pygmalion. *Solin.* 23. mare. *Corp.* 3. 14216. cohors (Cf. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 1428). — Proverbium est apud *Ennium*, teste *Fest.* « Cyprio bovi merendam » de sordidis conviviis sordida cena acceptis, quia in Cypro boves humano stercore pascuntur. — Specialim *Cyprium æs*, præcipuum Cypri metallum, ex quo *ærosam* appellaverunt antiqui hanc

insulam, quod « in ea plurimum æris nascatur » (*Paul. Fest. p.* 20); id autem « fit et ex alio lapide, quem chalcitim appellant in Cypro, ubi prima æris inventio ». *Isid.* 16. *Orig.* 20. 2 (ex *Plin.*). Cyprium æs in Cypro insula prius repertum, unde et vocatum, factum ex lapide æroso, quem cadmian vocant, et est ductile, huic si addatur plumbum, colore purpureo fit. « Itali vocant, ut opinor, *ottone* »: ita *Forcellin.* noster. Verum, ut mihi videtur, *æs Cyprium* non est aliquid facticium, ut quod Italice dicitur *ottone*, sed naturale; *æs* namque (ut Germ. *Eisen*) non est proprie quod vulgo *rame* vocatur, sed metallum (*minerale*) generatim; contra *æs Cyprium*, quasi metallum Cyprium seu cuprum, est proprie et speciatim quod Itali dicimus *rame*. — *Cyprius (Ciprius) vicus* fuit Romæ in ascensu Esquiliarum, prope vicum Sceleratum: nomenque habuit ex eo quod ibi Sabini cives additi consederunt, qui a bono omine appellarunt; nam cyprum (*al.* cuprum) Sabine est bonum (*Varr.* 4. *L. L.* 32. et *Liv.* 1. 48). Cf. *Cyprius Mars*, sc. bonus, in *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5669. — *Cyprius pes* metricus, quinque syllabis constans, sc. brevi, longa, duabus brevibus et longa, temporum septem, ut *amabilitas*; cui contrarius est *Anticyprius* habens longam, brevem, duas longas et brevem, temporum octo, ut *pertimescebat* (Cf. *Diom. gramm. III.* 482. *K*). — *Cypria Venus*, quod ei primum in Cypro insula templum sit constitutum: vel quia parientibus præsidebat, quod græce κύειν parere sit. Ita *Paul. Fest. p.* 52. — Absolute *Tibull.* 3. 3. 34. — *Cyprius*, subst. — *a)* Incola v. oriundus. *Corp.* 5. 1032. Adde *Vulg. Act.* 21. — *b)* Est etiam nom. unius ex canibus Actæonis, ap. *Hygin. fab.* 181. et *Ovid.* 3. *Met.* 220. 16. — *Cypri*, incolæ Cypri (*Ciprioti*), laudati *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (209). et *Cic.* 13. *Fam.* 48. et 5. *Att.* 21. — Præter metalla æris, ut supra diximus, invenerunt Cyprii quoque tegulas (*Plin. loc. cit.*) et cercyrum, navigii genus (*Ibid.* et *Vulg.* 2. *Mach.* 4. 29). — Præterea utiles bello navali fuisse dicuntur *Auct. Itin. Alex. M.* 42. — Iidem et effeminati traduntur *Val. Max.* 9. 1. *ext.* 7.; immo eorum virgines quæstu dotem sibi colligebant, ut refert *Justin.* 18. 5., docente eas artem meretriciam Venere, ut testatur *Euhemer.* apud *Lact.* 1. 17. — *Cypriacus* (Κυπριακός), adj. *Val. Max.* 4. 1. 14. Cypriaca pecunia. *et* 4. 3. 2. expeditio. *Diosc.* 5. 102. metalla. *Capitolin. Gord.* 3. Tauri centum in pictura sunt. — Titulus libri *Arnob.* 6. *p.* 206. Philostephanus in Cypriacis. — Fictum, ap. *Fulg. myth.* 1. 3. Theopompus in Cipriaco (*sic*) carmine. — *Cyprianus*, adj. *Augustin. serm.* 312. Factus est a Cypro Cyprianus. — *Cypris, idis* (Κύπρις). Genet. etiam *Cypridos* in *Anth.* 129. 3.; acc. *Cyprin* ap. *Auson.* 106. 2., *Rufin. Clem.* 10. 20., *Anth.* 168. 2. et *Cyprida* ap. *Auson.* 57. 1.; voc. *Cypri* ap. *eund.* 106. 5. et *Cypris* ap. *Drac. Rom.* 10. 61.; abl. *Cypride* ap. *Auson.* 378. et *Cypri* in *Corp.* 11. 6506 (*Lunæ*). — *Cȳpris*, prima brevi, in *Pervig. Ven.* 23. et *Anth.* 129. 3. et 160. 2. — *Cȳpris*, prima longa, ap. *Auson.* 57. 1., *Prudent. perist.* 10. 230., *Paulin. Nol. carm.* 19. 204., *Sidon. carm.* 7. 120. *Drac.* 8.[168] et *Maxim. eleg.* 1. 92. — Est autem nom. Veneris, in Cypro maxime cultæ. *Auson.* 57. 1. Vera Venus Gnidium cum vidit Cyprida. *et* 106. 2. Cyprin Apellei cerne laboris opus. *Prudent. loc.cit.* Nec te lupanar Cypridis sanctæ movet. — De statua. *Anth.* 20. 1. *Rufin. Clem. loc. cit.* Ex hujus (*i. e.* Veneris) concubitu, quæ erat utique soror, hunc ipsum Jovem ferunt genuisse Cyprin, ex qua ajunt et Cupidinem natum. — Inde nom. mul. *Heges.* 1. 22. 1. Antipater cognovit uxorem, cui nomen Cypris, splendidissimo inter Arabiæ feminas loco ortam. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1983. Herodes - Cypridis Arabicæ filius. — Etiam cogn. mul. *Corp.* 6. 394., 9022., 10870.

CYPRŪSA, æ, f. 1. insula sinus Persici. *Tab. Peut.* 11. — *Rav. p.* 390. Ciprusa.

CYPSĔLA, æ, f. 1. opp. Hispaniæ ad jugum Celebandicum. *Avien. or.* 527.

CYPSĔLA, ōrum, n. plur. 2. (Κύψελ(λ)α,-των) castellum Thraciæ ad lævam Hebri in via Egnatia, hodie *Ipsala*. Memorant *Mela* 2. 24. et *Serv. auct. Æn.* 1. 317. — *Liv.* 31. 16. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (43). Cypsala. *Itin. Ant. p.* 332. Gypsala. *Itin. Burd. p.* 602. Gipsila. — De ejus nummis V. *Cavedoni, Spic. num.* 36. — Hinc *Cypselitani*, incolæ. *Conc. Const.* a. 550 (*Mansi* 9. 175).

CYPSELĪDĒS, is, m. 3. V. voc. seq.

CYPSĔLUS, i, m. 2. (Κύψελος) nom. vir. *Paus.* 5. 17. 5. refert hunc puerum in arca (κυψέλη, *alveare apum, arca*) a matre occultatum fuisse, ut a Bacchidis, qui eum requirebant, servaret. — Fuit autem Eetionis filius, qui, Bacchidis expulsis, teste *eod.* 2. 4. 4., Corinthi tyrannidem occupavit (*Cic. Fat.* 7). a. 660-632. a. Chr. (*Eus.* in *chron.*), pater Periandri, unius ex septem Græciæ sapientibus. — Ejus tyrannidis causa Damaratus, Tarquinii Prisci, Romanorum regis, pater, in Etruriam migravit (*Cic.* 5. *Tusc.* 37. 109. et 2. *rep.* 19. et *Auct. vir. ill.* 6) et ludi Isthmici sunt intermissi (*Solin.* 7). Ceterum per eum ejusque successorem Periandrum Corinthus magnitudinis culmen attigit (a. 660-585. a. Chr.), quo regimen excepit optimatium (Cf. *Cic. loc. cit.*). — Hinc *Cypselides* (Κυψελίδης), patronym., sc. Periander. *Cir.* 464. Cypselidæ et magni florentia regna Corinthus. — De ætate tamen inter scriptores non convenit.

CYRAS, æ, m. 2. mons Africæ prope Cyrenas amœnissimus et aquis abundans, teste *Justin.* 13. 7. 5.

CYRĒNA, æ, f. 1. V. voc. seq.

CYRĒNÆ, ārum, plur. vel Cyrene, es, f. 1. (Κυρήνη) nom. geogr. et pers. — *a)* Scribitur *Cærenæ* in *Not. Tir.* 84. 53. — *Curenas* (acc.) in *Corp.* 3. 13604., 13605? 80. leg. III. — *Cyrine* in *Lib. gener. chron. I. p.* 102., 148. — *b)* Declin.: plur. *Cyrenæ* usurpatur in casibus obliquis (nomin. non trad. nisi *Not. Tir. l. c.*). — Genet. *Cyrenas*, ap. *Manil.* 4. 780., *Sil. It.* 4. 628., *al.* — Acc. *Cyrenen* ap. *Sil. It.* 8. 57. et *Justin.* 13. 7. 2. — *Cyrenen* in *Expos. mundi.* 62. — *c)* Forma *Cyrene*, æ, est *Solin.* 38., *Hieronym. chron.* a. Abr. 1922. et *Juvenc.* 4. 654. — *d)* Prosod.: prior, gr. longa, lat. anceps est; nam producitur *Virg.* 4. *G.* 321. et alib., *Manil.* 4. 780., *Lucan.* 9. 297. et alib., *Sil. It.* 3. 252. et alib. etc. (Cf. *Callim.* in *Anth. Palat.* 7. 524); corripitur vero *Catull.* 7. 4. et *Virg. catal.* 11. 61., ubi tamen *Ribb.* pro *Cyrenas* leg. *Camenas*. — Cf. *Plaut. Rud.* 33. et 41 (*V. L. Malten, Kyrene, philol. Untersuch. p.* 71). — *e)* Etymon seu origo vocabuli ducitur vel a *Cyrene*, nympha, ex mythologorum sententia (*V.* infra): vel potius a *Cyra* monte (*V.* CYRAS), apud quem Cyrene est condita; quod nomen deduci potest a Semit. קור *qur*, i. e. *effodere venam, elicere aquas*, unde מָקוֹר *vena, fons*, idque apprime componitur cum amœnitate loci et fontis ubertate, de quibus loquitur *Justin. loc.* superius cit.

Cyrenæ vel Cyrene, oppidum, Libyæ Pentapolitanæ, seu Cyrenaicæ, caput, haud procul a litore, ubi Apolloniæ portu utebatur, conditum a. 631. v. 624. a. Chr. a Doribus Theræis (*Sall. Jug.* 19), duce Batto Lacedæmonio, plurium coloniarum metropolis, post Carthaginem ante omnia Africæ borealis oppida commerciis et cultu florentissimum; sed a medio sæc. II. a. Chr. n. desertum ac prope dirutum (*Ammian.* 22. 16. 2., coll. *Augustin. serm.* 46), situm ad montes, nunc Arab. *Djebel Akhaar* dictos, Apollini sacrum (*Avien. orb.* 318), patria Aristippi, Carneadis, Callimachi, Eratosthenis, hod. rudera *Grenneh*. Memoratur *Mela* 1. 40. Unde terris nomen est, ipsa Cyrene. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (31). Oppidum Cyrenarum, quod conditum est urbis nostræ anno CXLIII. *Solin.* 11. Hinc Græcis, illinc Cyrenis objacentibus. *et* 27. Major Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas vocant. *Expos. mund.* 62. Regio Pentapolitana - civitates habet antiquas duo Ptolemaida et Cyrenem, quas dicunt in tempore regnasse. *Ruf. Fest.* 13. 2. Cyrenas cum ceteris civitatibus Libyæ Pentapolis Ptolemæi antiquioris liberalitate suscepimus (= *Ammian.* 22. 16. 24). *Prisc. periheg.* 197. Cyrene clarorum mater equorum, Urbis Amyclææ populus quam condidit olim. *Augustin. serm.* 46. *c.* 17. « Ubi est pars Donati, non invenitur Cyrene; ubi est Cyrene, non invenitur pars Donati - manifestum est enim in Pentapoli ecclesiam esse catholicam ». Huc sane Christi notitiam pertulerant qui ex Cyrene erant Hierosolymis (*Vulg. Act.* 2. 10), a Petro ap. ibi primum edocti. — Epith.: Battia *Sil. It.* 3. 252 (Cf. *Solin.* 27); docta *Stat.* 5. *Silv.* 3. 108.; laserpicifera *Catull.* 7. 4 (Cf. *Vitr.* 8. 3. 13).; vetus *Avien. orb.* 318.; procera *ibid.* — De ea plura disces ex Græcis scriptoribus (*Herod.* 4. 162. *sq.*, *Thuc.* 1. 110., *Aristot. polit.* 6. 2. 10., *mirab.* 28., *Scyl.* 108., *Callim. hymn.* 2. 73., *Diod.* 3. 49., *Strab.* 17. 837., *Ptol.* 4. 4. 11., *Paus.* 10. 15. 6); ex inscriptt. tam Græcis quam Latinis ad eam pertinentibus (*Corp. I. Gr.* 5129-5183. et *Corp. I. L.* 3. 6-12. et 1199); ex nummis (*Eckhel* 4. *p.* 117-129., *Müller, Numism. de l'Afrique I.* et *Head*, 864); ex monumentis antiquæ artis (*Bull.* et *Ann. d. Istit. arch.*) et ex recentiorum operibus (*R. Smith* et *A. Porcher, discoveries at Cyrene*, Londr. 1864. *p.* 88. *pl.* 40., coll. *Vivien de St.-Martin, Le Nord de l'Afr.* etc. Paris 1863. et *Iwan Müller, Handb. d. Klass. Altert. III., Geogr.* Nordl. 1889. *p.* 278-280). Ceterum de ejus historia V. CYRENE. — Hinc *Cyrenæus* (Κυρηναῖος), adj. (Scribitur etiam *Cyreneus*, extrita prima diphthongi littera, et *Cyrineus*) ad Cyrenas vel etiam Cyrenaicam reg. v. prov. pertinens. *Propert.* 4. 6. 4. Et Cyrenæas urna ministret aquas (*de Callimacho*). et *Sil. It.* 8. 158. Cyrenæa urbs. — *Cyrenæi*, incolæ. *Nep. Hann.* 8. In finibus Cyrenæorum. *Sulp. Sev. dial.* 1. 3. 6. Extrema siquidem Cyrenæorum ora est, deserto illi contigua, quod inter Ægyptum et Africam interjacet. — *Cyrenæi* pro *Cyrenaici*, philosophi. *Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 24. 76. — In sing. num. *Cic.* 1. *Tusc.* 43. 102. Cyrenæus Theodorus (*al.* Cyrenaicus). *Id.* 4. *ibid.* 3. 5. Carneades. *Vitr.* 1. 1. 16. Eratosthenes. *Hieronym. chron.* a. Abr. 1450. Eugammon. *Vulg.* 2. *Mach.* 2. 24. Jason. *et Matth.* 27. 32. Simon. *Corp.* 6. 10053. 2. Callidromus. — *Cyrenaicus* (Κυρηναϊκός), adj. (*Cyrenæicus* et *Cyreneicus* in titulis) idem ac Cyrenæus. — *a)* Generatim. *Colum. arb.* 23. 1. Cyrenaicum laser. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 3. 15. (40). silphium (= laserpicium). *Oribas. Syn.* 4. 22. opius. *Mela* 1. 39. provincia. *Oros.* 1. *Hist.* 2. Libya. — *Diosc.* 4. 143. Elleborus Quirinaicus. — *b)* Speciatim de secta philosophica Cyrenaica seu Hedonica, ab Aristippo Cyrenæo condita (*V.* ARISTIPPUS). *Cic.* 3. *Orat.* 17. 62. Ab Aristippo, quem illæ magis voluptariæ disputationes delectarant, Cyrenaica philosophia manavit. *et* 3. *Off.* 33. 116. Cyrenaici philosophi. *Val. Max.* 8. 9. *ext.* 3. Hegesias Cyrenaicus philosophus. *Lact.* 34. 7. disciplina. *Apul. Socr. prol.* 2. secta. — Inde abs. *Cyrenaici*, philosophi. *Cic.* 1. *Fin.* 7. 23. et 39. et 2. *ibid.* 13. 39., *Gell.* 15. 13. 9., *Senec. ep.* 89., *Lact.* 3. 8. 9. et 3. 15. 15. — *c)* In re militari. *Not. Dign. or.* 37. Præfectus legionis tertiæ Cyrenaicæ. *Corp.* 13. 1893. Cyrenaica legio Antoniniana. *et* 3. 84. 92. 94. *add.* Severiana. et 13604., 13605? 89. Valeriana Galliana. — Errore, ut videtur, 10. 4862. leg. XXII. Cyrenaica. — *Corp.* 11. 7554. Cohors III. Cyrenaica. *et Inscr. Ephem. epigr.* 8. *n.* 368. Cohors III. Augusta Cyrenaica (Cf. *Vaglieri* ap. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 1437). — Abs. *Cyrenaici*, incolæ. *Mela* 1. 38. Contra Cyrenaicos. — *Cyrenaica* (sc. regio, provincia). *V.* CYRENE, es. — *Cyrenensis*, adj. Cyrenæus. *Plaut. Rud.* 1338. Cyrenensis Venus. *et* 713. senatus. *Scæv. dig.* 19. 2. 61. 1. provincia. *Oros.* 4. *Hist.* 23. copiæ. *Isid.* 14. *Orig.* 5. 3. Libya. *Rav. p.* 6. Mauritania. — *Cyrenenses*, incolæ. *Hygin. gramm. p.* 122. In provincia Cyrenensium. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (208). Lembum Cyrenenses invenerunt. — *Gell.* 17. 21. 41. Callimachus. *Vulg. Luc.* 23. 26. Simon. Cf. *Hieronym. nom. hebr.* 13. 1. Lucius.

CYRĒNAICUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CYRĒNĒ, es, f. 1. nom. pers. et geogr.

I.) Cyrene v. etiam Cyrena, nom. pers. ¶ 1. Est Penei fluv. v. Hypsei filia, quæ ex Apolline genuit Aristæum. *Virg.* 4. *G.* 317., coll. *Hygin. fab.* 161. et *Justin.* 13. 7. et *Schol. Apollod. Rhod.* 2. 498. et 4. 1561. — Reginam vocat *Isid.* 15. *Orig.* 1. 77. — *V.* etiam CYRENÆ init., in cujus nummis ejus effigies visitur, ΚΑΡΑΝΑ dorice inscriptis, ap.

Eckhel, 4. *p.* 120. — Ab ea quoque fons in Thessalia dictus, quem memorat *Virg.* 4. *G.* 321. ¶ 2. Item nympha, quæ ex Apolline Idmonem genuit. *Hygin. fab.* 14. ¶ 3. Item mater Lacinii regis, teste *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 552.

II.) Cyrene v. Cyrenaica ¶ 1. Est regio litorea Africæ borealis, ad septentr. deserti Libyæ, ita appellata a Cyrene metropoli, in quam hujus dominatio pertingebat, nempe a Catabathmo, quæ vallis erat devexa in Ægyptum, ad orient. Syrtis majoris, qua ab Africa proprie dicta disterminabatur, sive ad aras Philænorum (*Mela* 1. 39. *sq.*): hæc autem et regio Pentapolitana vocabatur, quod quinque urbes præcipuas haberet (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. [31]), scil. Hesperiam sive Berenicem (*Benghazi*), Apolloniam, Ptolemaida, Arsinoen et ipsam Cyrenen, unde tota regio seu provincia nomen accepit *Cyrenaicæ* v. *Libyæ Cyrenaicæ* v. *Libyæ mediæ* (*Horat.* 3. *Sat.* 3. 101., *Sex. Ruf. brev.* 13. et *Mela l. c.*); hinc populi *Quinquegentiani* dicti. Memoratur etiam *Augustin. serm.* 46. *n.* 41., *Ammian.* 22. 16. 4., *Liv. epit.* 50., *Curt.* 4. 7. 9., *Oros.* 5. *Hist.* 11., *Sueton. Vesp.* 2., *Eutr.* 7. 11., coll. *App. Mithr.* 121. et *B. C.* 1. 111. et *Dion.* 100. 53. 12. etc. Ibi veteres *hortos Hesperidum* fuisse fabulabantur. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (31). — Hæc porro de ejus historia attingimus — *a)* Temporibus Pharaonum et regum Persarum: primus rex fuit Battus, urbis Cyrenarum conditor, quem excepit filius Arcesilas I. ac dein Battus II., sub quibus Apries, rex Ægypti, hac regione potiri conatus est, sed frustra. Verum sub Arcesila II. tyranno (a. 552-544) Libyi insurrexerunt magnamque ediderunt Cyrenensium cædem rexque ipse paullo post periit, a fratre Learcho occisus (*Herod.* 2. 181.: 4. 159. et 160.: cf. *D. Mallet Les prem. établissements d. Gr. en Égypte* in *Mém. publ.* etc. *p.* 120-121. et 142). Sub Batto autem III. liberius regimen cœpit, quod quum Arcesilas III. ejus successor subvertere tentasset, in exsilium pulsus est, qui, coacto mercenariorum exercitu, de adversariis crudelem vindictam sumpsit regnumque recuperavit; dein se Cambysi tributarium dedit (*Herod.* 4. 161., 165. et 165), qui eum, brevi a Libyis interfectum, ulturus terram invasit vastavitque universam. De ceteris vero regibus nihil notatu dignum occurrit nisi de Arcesila V., quem in Pythiis victorem cecinit *Pindarus* (*Pyth.* 4. 5). — *b)* Temporibus regum Macedonum: Cyrenæ, regia potestate dejecta, rem publicam constituerant, tribubus populi auctis; sed haud multo post factiones sunt obortæ, tyrannis identidem dominantibus, inter quos Ariston et Nicocrates (*Diod.* 14. 34). — Dein sub Alexandro M. et Ptolemæis, quibus adhæserat, Cyrenaica maxime floruit (*Curt.* 4. 7., *Diod.* 18. 19-21. et 20. 40., *Ptol.* 4. 4. 4. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. [31]), testibus nummis tunc cusis, ubi legitur v. κοινόν (*L. Müller, Numism. de l'anc. Afr. I.* 30. et 37). — Apion denique, ultimus rex, ex familia Ptolemæorum, testamento sui regni heredes scripsit Romanos (*App. B. C.* 1. 111., *Liv. ep.* 70., coll. *Momms.* et *Marquardt, Man. des ant. Rom. IX.* 428. *n.* 2). — *c)* Temporibus Romanæ dominationis: tunc pro silphii commercio Cyrenis imposito, Romani ei libertatem concessere (*Cic.* 2. *leg. agr.* 19. 51., *Liv. epit.* 70., *Hygin. grom.* 1. *p.* 122., *L.*, *Tac.* 14. *Ann.* 18); mox tamen provincia Romana facta est a. 75. a. Chr., recta a pro prætore (*App. B. C.* 1. 111); sed ab Antonio, regno ibi restituto, data est filiæ Cleopatræ (*Cic.* 2. *Phil.* 38. 97., *Dio* 49. 32. 51., *Plut. Ant.* 54., coll. *Momms., Res gest. d. Aug.* Berl. 1883. *p.* 118); tandem Cretæ adnexa in unam cum ea insula provinciam usque ad Diocletianum imp. coaluit proconsularem. Trajano postea regnante, horrenda a Judæis de Cyrenensibus est edita strages, qui difficillime comprimi potuere, ruinamque Cyrenaicæ reipublicæ festinarunt barbarorum incursiones, quarum testis fuit Synesius, episcopus Ptolemaidis. — *d)* Temporibus denique imperii orientalis: ea regio sejuncta est a Creta, dictaque *Libya superior*, a præside administrata (Cf. *Pacho, Voy. dans la Marm. et la Cyrenaica* Paris 1827.; *Studniczka, Kyrene* Leipzig 1890.; *Borsari, Geogr. etnol. e storica della Tripolitania Cyren.* etc. Tor. 1888. et *Beurlier, Dix. Bibl. II.* 1178. *sqq.*). — Hinc *Cyrenæus et Cyrenaicus*. V. CYRENÆ. ¶ 2. Cyrene etiam locus Assyriæ, hebr. *Qir* (Cf. *Encycl. bibl. II.* 2666. sub *v.*). « *Vulg.* 4. *Reg.* 16. 9. Theglathphalasar, rex Assyriorum, transtulit habitatores ejus (*Damasci*) Cyrenen » (Κυρήνηνδε *Alex.*). *et Am.* 1. 5. « Transferetur populus Syriæ Cyrenen (ἐπίκλητος) ». De hac interpretatione cf. *Hieronym.* in *Am.* 1. 8., ubi acc. *Cyrenem*. — Confunduntur tamen Cyrenæ ap. *Hieronym. nom. hebr. p.* 111. « Cyrene in finibus Ægypti, ad quem locum rex Assyriorum transtulit Damascenos ».

CYRĒNĬCUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr. Not. degli scavi* 1911. *p.* 446 (*Romæ*).

CYRĒNIS, idis, f. 3. (a *Cyrene*, sc. nympha) nom. montis. *Schol. Germ. Bas. p.* 87. Aristæum Apollo fertur ex Cyrene procreasse, quam compressit in monte Orpheo, qui Cyrenis appellatur.

CYRĒNĬUS (Cyrenus), ii, m. 2. (Cyrene) ¶ 1. Fuit ita appellatus elegantissimus poeta et rarissimæ virtutis amicus Martialis poetæ, quem hic laudat 8. 18. Si tua, Cyreni, promas epigrammata vulgo etc. (*Al. leg.* Cyrini). ¶ 2. Est etiam generatim nom. vir. *Corp.* 6. 13060., ubi *Cyrenus* est i. q. *Quirinus*.

CYRESCHATA, æ, f. 1. oppidum Asiæ mediæ, a Cyro condita dictaque etiam *Cyropolis*, hod. *Khodiend*. Memoratur *Curt.* 7. 6. 16. et *Ammian.* 23. 6., coll. *Ptol.* 6. 15. 5. et *Strab.* 11. 517.

CȲRĒTIÆ, ārum, f. plur. 1. (Κυρετίαι v. Χυρέτιαι) oppidum Thessaliæ, a Romanis captum, hodie *Dhemeniko*. Memorat *Liv.* 31. 31.

CȲRĒUS, a, um, adject. *V.* CYRUS.

CȲRĬA, æ, f. 1. (Κυρία, *domina*) ¶ 1. Est nom. mul. Gr. *Ammian.* 29. 5. 8 (a. 373). Sorore Firmi principis Mauretaniæ, nomine Cyria, quæ abundans divitiis et destinatione feminea, nisibus magnis instituit juvare germanum. Adde *Corp.* 6. 27056. ¶ 2. Item. cogn. Cereris. *Inscr.* ap. *Renier n.* 3676. et *alia ibid.* 3581. — Hinc *Cyriacus* (Κυριακός). Scribitur etiam *Ciriacus, Curiacus* et *Quiriacus* — Prior fere producitur; sed aliquando metri causa cum pænultima producta corripitur, ut *Anth.* 306 (*in aurigam senem*). 1. Te quotiens victum circus, Cyriăce, resultat. — Est autem nom. vir. *Symm. ep.* 2. 71. et 9. 151. Amicum meum Cyriacum. Adde *Anth. loc. cit.* — Ex christianis. *Lib. pontif. p.* 46. 6. Baptizatus est cruce inventa Judas, qui post baptismum Quiriacus est vocitatus. — In titulis *Corp.* 6. 8777. *Inscr. Rom. Mittell.* 1906. *p.* 88 (*Romæ* sæc. III). et *alia Not. degli scavi* 1910. *p.* 147 (*ibid.*). — *Cyriace (Quiriace)*, Κυριακή (genet. *Cyriacetis*), in *Lib. pontif. p.* 64. 10. Possessio cujusdam Quiriacetis religiosæ feminæ, quod fiscus occupaverat tempore persecutionis, Veranum fundum (*Romæ*: cf. *Stevenson, Nuov. bullettino di arch. crist.* 1895. *p.* 104). — In titulis. *Inscr. Not. degli scavi* 1903. *p.* 282 (*Romæ*). — *Cyrianus, Cyrictus, Cyricus, Cyrilla, Cyrillus* (*V.* infra), *Cyrillius, Cyridanus*, in *Corp.*

CȲRĬĂCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

CȲRĬĂDĒS, is, m. 3. unus ex triginta tyrannis, qui dicuntur. *Treball. trig. tyr.* 2. *tit.* et 2. 1. — De nom. orig. cf. *Fränkel, Hermes* 22 (1887). 649. — In titulis. *Corp.* 11. 2553 (*Clusii*).

CȲRĬĂNASSA. *V.* IPHIANASSA.

CȲRILLUS, i, m. 2. nom. vir. Gr. (Κύριλλος, demin. a. κύριος, *dominator, auctoritate pollens potensque*) Scribitur etiam *Cirillus, Quirillus, Kyrillos*. — Ad quantitatem prioris syllabæ quod attinet, hæc apud Græcos modo producitur, modo corripitur, ut tradit *H. Steph. Thes. L. Gr.* sub *h. v.*: item apud Latinos. — Memorantur ¶ 1. In libris — 1.°) Cyrillus, scriptor quidam, laudatus *Val. Prob.* ad *Virg.* 1. *G.* 244. — 2.°) Cyrillus, JCtus, cujus fragmenta edidit *Huscke* in *Jurispr. Antejust. p.* 250. *sqq.*, coll. *p.* 748. *sqq.*, ubi duos distinguit, antiquiorem et juniorem. — 3.°) Cyrillus, antiquus poeta, memoratus *Cassiod. Jos. c. Ap.* 1. 172.: sed *Jos.* Χοιρίλος. — 4.°) Cyrillus, scriptor ad Constantini M. tempora pertinens. *V.* TATIUS. — 5.°) Cyrillus, Alexandrinus episcopus, doctrina et sanctitate insignis, Theophili, avunculi sui, post gravissimas adversariorum luctas, successor electus a. 412. p. Chr. (*Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 7). Probabile est eum Alexandriæ ortum habuisse ibique fundamenta jecisse theologicæ doctrinæ, qua maxime excelluit, et inter anachoretas aliquamdiu etiam esse versatum, ut perfectioris ab iis vitæ normam edisceret (*Isid. Pel. ep.* 1. 310., 323., 324. et 370. et *Conc. Const.* a. 536 [*Mansi* 8. 1336]). — Statim ac episcopi munus iniit, antecessoris exemplo ductus, Joh. Chrysostomo minus favit, cujus tamen postea nomen, innocentia ejus agnita, in ecclesiæ Alexandrinæ diptychis inscribendum curavit. Severius autem pro magno sui animi fervore et fidei ac pietatis studio in Novatianos Judæosque animadvertit, ita ut hi coacti fuerint solum vertere, rebus omnibus exuti, si *Cassiodoro* (11. *Hist. trip.* 11., coll. *Socrat.* 7. *H. E.* 11., 13. *sqq.*) habenda est fides, qui omnia fusiore stilo describit; quare inter Cyrillum et Orestem, Ægypti præfectum, dissensionem aliquam ortam esse tradit *Socrat. ibid.* 15., cui tamen ea, quæ tunc acciderunt, narranti non omnino credendum est. Verum ab a. 429. rerum notitia elucescit; quin meridiano sole clarius exsplendet Cyrilli ingenium ac sollertia in debellandis tum pullulantibus contra catholicam fidem erroribus, maxime in oppugnanda hæresi Nestoriana, in quo rerum discrimine tanta mentis acie tantaque prudentia ac fortitudine mirabilis iste fidei defensor se gessit, ut hostium arma victor perfregerit veramque doctrinam ee in luce collocaverit, ut præter Augustinum nullus sit ex Ecclesiæ patribus, cujus, ut Cyrilli, scripta ab universa Ecclesia in conciliis œcumenicis, quæ dicuntur, tamquam regula fidei habita fuerint, præcipue in Ephesino a. 441., cui præfuit ipse et in quo Cælestini pontif. ac Cyrilli operâ (*Prosper* in *chron.* ad ann. 428) Nestorius, vaferrimus ille Deiparæ hostis, est damnatus. Quod tamen ægre tulerunt non solum qui tunc hæresiarchæ partes sequebantur, sed, quod mirum sane est, etiam quidam ex veteribus nuperisque catholicis scriptoribus, qui toti sunt in excusando expurgandoque tam teterrimæ hæresis patre, et in eo accusando, qui, tot sæculis admirantibus, divinam Virginis Mariæ maternitatem validissime sanctissimeque propugnavit. In his autem hodie præstat *L. Duchesne* (*Hist. anc. de l'Église*), vir ceteroquin eruditus, quem doctæ sapientisque criticæ ope nuperrime refellit clarissimus *T. Boltaglalo* in opere inscripto *Appunti sereni sulla Storia ant. d. Chiesa d. L. Duchesne* Padova, tip. Semin. 1911. ac pluries edito et etiam in Gallicum sermonem translato, Paris 1915. — De Cyrillo Alex. ejusque genuinis aut spuriis vel dubiis scriptis, dogmaticis, exegeticis, homileticis, cum epistolis, vd. edd. *Migne, Aubert* et *Pusey* integr., ex quibus eminent: opus *contra Julianum* imp. fort. XXX. lib. ὑπὲρ τῆς τῶν χριστιανῶν εὐαγοῦς θρησκείας πρὸς τὰ τοῦ ἐν ἀθέοις Ἰουλιανοῦ (*Migne, P. gr. LXXVI.* 503-1064); item opus duplex *de Trinitate*, prius (ἡ βίβλος τῶν θησαυρῶν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος *LXXV.* 9-656) divisum in *XXXV. theses* (λόγοι), posterius (περὶ ἁγίας τε καὶ ὁμοουσίου τριάδος *LXXV.* 657-1124) septem dialogis constans; tum *contra blasphemias Nestorii* (κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν πεντάβιβλος ἀντίρρησις *LXXVI.* 9-248), in quo « omnia Nestorii occulta panduntur et prodita confutantur » (*Gennad. vir. ill.* 58): maxime, inter alia, *commentaria in Isaiam ac prophetas minores* et *in euangelium Johannis* et tractatus *de cultu divino* (περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως καὶ λατρείας *LXVIII.* 133-1126), hom. Paschales (*LXXVII.* 401-1116), præsertim *IV* (*ibid.* 991-936), et *Encomium in S. Mariam Deiparam*, antiquorum omnium pulcherrimum. — De ejus vita scriptisque vide sis *Ehrhardt, Die Cyrill von Alex. zugeschr. Schrift.* etc. *Diss.* Tubinga 1888.; *Kopellik, Cyrillus von Alex.* Magonza 1866.; Παγίδας, Κυριλλ. ὁ Ἀλεξ. etc. Lips. 1884.; *Schæfer, Die Christol. d. hl. Cyrill* etc. in *Theol. Quartalschr. LXXXIII* (1895), 421-447.; *Rehrmann, Die Christol. d. hl. Cyrill von Alex.* Hildesch. 1902.; *Bardenhewer, Patr. II.* tr. 152. *sqq.* Roma 1908. — 6.°) Cyrillus, Hierosolymitanus episcopus, Ma-

ximi successor a. 350. v. 451., obscuro loco Palæstinæ natus, sed Hierosolymis educatus, ubi presbyter celebres suas *Catecheses* habuit ad catechumenos (φωτιζόμενοι) neophytosque (νεοφώτιστοι) in fide catholica erudiendos, teste *Hieronym. loc. cit.*; quamquam cl. *Mader*, qui a. 1891 magni hujus antistitis vitam scripsit, putat eum in episcopum consecratum fuisse a. 347. v. 348. easdemque catecheses tunc habuisse. In his autem quamvis nec Arium memoret vel Arianos, nec voce ὁμοούσιος unquam utatur; tamen eorum hæresim ita impugnat ut Acacii et Arianorum operâ in exsilium coactus fuerit abire Tarsum Ciliciæ, a quo sub Juliano imp. revocatus, exsul iterum ac tertio (a. 367-378) sub Valente imp.; tandem vero a Theodosio M. ad suam sedem honorifice restitutus vixit usque ad an. 386. Hinc de eo *Hieronym. script. eccl.* 112.: « Cyrillus Hierosolymæ episcopus sæpe pulsus ecclesia et receptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annis inconcussum episcopatum tenuit ». — *Catecheses* (κατηχήσεις) quattuor et viginti *(Migne. P. Gr. XXXIII)* inde ab initio tanti sunt æstimatæ non solum doctrina sed etiam simplicitate stili ac linguæ perspicuitate, ut veluti exemplar numquam non proponerentur, mirificum sane christianæ antiquitatis monumentum, præsertim quinque postremæ, μυσταγωγικαί dictæ, ad catholici dogmatis ac liturgiæ historiam illustrandam maximi momenti *(Bardenhewer, op. cit. II.* 48). Præter hoc opus nihil aliud superest nisi aliquot homiliæ earumque fragmenta *(M. XXXIII.* 1131-1154., 1181-1182. et 1887-1204) et epist. ad Constantium imp. (1165-1176); reliqua, ei adtributa, spuria a criticis judicantur. — De hoc sancto viro et Ecclesiæ doctore cf. *Gonnet, De S. Cyrilli Hier. archiep. catech.* Paris 1876.; *Delacroix, St. Cyrille de Jérus., sa vie et ses œuvr.* Paris 1865. et *Mader Der hl. Cyrill., Bisch. von Jérus. in sein. Leb. u. sein. Schrift.* Einsiedeln 1891. ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 647., 18036.; 11. 1005 *(Regii Lepidi)*. — *Cyrilla* (Κύριλλα et Κυρίλλα), nom. mul., frequentissimum ap. Christianos. *Corp.* 6. 3170. — Etiam cogn. ing. et lib. *Corp.* 6. 12442.; 9. 498 *(Venusiæ)*. — Hinc *Cyrillius*, nom. gent. *Corp.* 13. 1846 *(Lugduni)*.

CȲRĪNUS. *V.* **CYRUS.**

CYRNĒUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CYRNI, ōrum, m. plur. 2. populus Indiæ. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (27). Cyrnos Indorum genus Isigonus tradit annis centenis quadragenis vivere.

CYRNUS, i, m. 2. (Κύρνος) nom. geogr. et pers.

I.) Cyrnus, nom. geogr. ¶ 1. Est nom. Gr. insulæ Corsicæ, quod scribitur etiam *Cyrnos* vel *Cyrne (Serv. ecl.* 9. 30) et *Cernus (Gloss. V.* 276. 9). *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (80). Corsica, quam Græci Cyrnon appellavere. *Avien. orb.* 121. Insula qua Cyrnus madet alludente. Adde *Claudian.* 17. 203. et *Prisc. perieg.* 84. — Hinc *Cyrneus* v. *Cyrnæus* (Κύρνειος), adj. *Virg.* 9. *Ecl.* 30. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. — *Rut. Nam.* 1. 437. Cyrnæas - in oras. — *Cyrnaicus* (Κυρναϊκός), adj. *Rut. Nam.* 1. 516. Inter Pisanum Cyrnaicumque latus. ¶ 2. Item oppidum Cariæ prope Halicarnassum. *Mela* 1. 84. ¶ 3. Item insula Echinadum prope Ætoliam. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (53). ¶ 4. Cyrnos. *V.* **CYTHNUS.**

II.) Cyrnus, nom. pers. ¶ 1. Est filius Herculis, laudatus *Serv.* ad *Virg. ecl.* 9. 30. « Corsica, græce Cyrnos dicitur (auct. add. a Cyrno Herculis filio), unde fecit hanc derivationem « Cyrneas taxos ». Hinc *Isid.* 14. *Orig.* 6. 42., a quo insula Corsica Cyrnos est cognominata. ¶ 2. Item vir Colchus, ap. *Val. Fl.* 6. 207. et 300. ¶ 3. Item vir Hispanus, ap. *Sil. It.* 16. 342., 382., 396. et 416.

CȲRŌPŎLIS, is, f. 3. Κυρόπολις, Κύρου πόλις, sc. urbs a Cyro dicta, qui plures condidit urbes suoque nomine appellavit. ¶ 1. Oppidum Mediæ in Cadusiis. *Ammian.* 23. 6. 39. ¶ 2. Item opp. in Sogdiana. *Curt.* 7. 6. 16. Alexander - Craterum obsidere Cyropolim jubet. — *Jul. Hon. cosm.* A 6. Cyrupolis.

CYRR(H)US, i, f. 2. (Κύρρος) ¶ 1. Oppidum in Macedonia. *Jorn. Get.* 287. — Incolæ *Cyrrestæ* (Κυρρέσται v. Κυρρῆσται). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (34). ¶ 2. Item in Syria boreali, statio regionis X., a quo tota regio a Seleucide usque ad Commagenem sæpe appellata est *Cyrrestica*. Memorat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81). Cœle habet - Cyrrestica (sc. regionis) Cyrrum, Gazatas. Adde *Tac.* 2. *Ann.* 57., *Capitolin. Aur.* 25., *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 3. — Hinc *Cyrr(h)estes, æ*, (Κυρρέστης), incola oppidi vel regionis. *Varr.* 3. *R. R.* 5. 17. Athenis in horologio, quod fecit Cyrrestes. Adde *Vitr.* 1. 6. 4. — *Cyrr(h)estica* regio (Κυρρηστική). *Cic.* 5. *Att.* 18. — *Cyristensis*, adj. i. q. Cyrrestica. *Novell. Just.* 8. 5. — Incolæ *Cyrestenses* ap. *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 6. et *Cyrrei* ap. *Avell. p.* 469. — *Cyrius*, adj. *Gennad. vir. ill.* 90. Theodoretus, Cyriæ civitatis episcopus.

CYRTĪI, ōrum, m. plur. 2. (Κύρτιοι) pop. Mediæ et Persidis. *Liv.* 37. 40. Mixtis Cyrtii funditores et Elymæi sagittarii.

CȲRUS, i, m. 2. nom. pers. et geogr. — Originem vocis alii trahunt ab Hebr. *Kôresh* v. *Hhâres*, i. q. sol.: cf. *Plut. Artax.*, qui loquens de *Cyro* scribit: Κῦρος - ἀπὸ τοῦ ἡλίου γίνεσθαι φασί; alii vero a Gr. κῦρος, *vis, potentia, auctoritas*. Est gr. Κῦρος, hebr. *Kôresh*, pers. *Kurus*, babyl. *Kuras*.

I.) Cyrus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Cyrus, pater Darei, regis Medorum. *Ps. Cyprian. pasch.* 13. — Alibi Astyages vel Assuerus. Cf. *Jorn. Rom.* 57. et *Frick, chron. min. p. XXXIII.* — 2.°) Cyrus, *major*, rex Persarum (a. 559-529. a. Chr.) celeberrimus, de quo monemus ita loqui *Herodotum*, *Xenophontem* et *Ctesiam*, ut sibi invicem repugnent; quare adhærendum omnino est documentis, nempe titulis chronicisque cuneatis Babyloniorum ac Persarum, quæ abhinc paucis annis reperta sunt et in dies reperiuntur. Ex iis tamen, quæ a Græcis Latinisque scriptoribus tradita sunt, historica fabulosis commixta hæc colligimus, nempe: Cyrus dicitur filius Cambysis, ex stirpe Achæmenidarum (unde *Achæmenius* appellatus *Grat. cyn.* 315), et Mandanes, Astyagis Medorum regis filiæ (unde semimedus et semipersa dictus *Apul. apol.* 24), teste *Justin.* 1. 4., qui fuse describit somnium Astyagis, ubi Harpago jubetur puerum exponere in silvis, ut pereat, qui contra a cane nutritus vixit *(Sidon. carm.* 9. 30), et filium pastoris cujusdam pro eo occidit. Is inter pastores quum adulevisset, ab Astyage agnitus est *(Ibid.* 5. et 6. Cf. *Oros.* 1. *Hist.* 19. et *Val. Max.* 1. *ext.* 3. *V.* ASTYAGES). — Cyri bellica virtus simul et dominandi cupiditas patuere, quum, magno exercitu Persarum coacto, Mediam invasit, ipsum Astyagem *(Istumegu)* a suis proditum, solio divitiisque, non tamen vita, spoliatum, genti Hyrcanorum præfecit ejusque regnum suo adjunxit et Ecbatanam *(Agam[a]tana*, hod. *Hamadan)*, alteram novi imperii metropolim constituit a. 560. a. Chr. *(Justin.* 1. 6. et *Chron. Babyl.)*. Nec bello destitit; sed a. 547., Crœsum, Lydiæ regem, Tymbreæ adortus vicit ac Sardes, regni caput, eversas incendit postquam sibi Bactrianam, Margianam, Sogdianam, Parthiam et Ariam, orientalis Asiæ regiones, subegit, et cum Lydia etiam Græcis provinciis ei obnoxiis est potitus *(Justin. ibid.* 7. et *Inscriptt. Darei*: cf. *Oppert, The Behistun Inscr.* in *Records of the Past. II. p.* 88. et *Inscr. of the Pers. Monarch. IX. p.* 71). Anno autem 538. contra Balthassarem, Babylonensium regem, bellum gessit urbemque Babylonem, cui expugnandæ impar erat, dolo cepit regemque, ut *Justin. ibid.* 7. refert, in exsilium populit inter Carmanios regnumque Babylonium diruit *(Justin. ibid.*, coll. *Oros.* 2. *Hist.* 6., qui cum *Herod.* 1. 191. narrat Cyrum, Gyndis et Euphratis aquis, per 360 incilia ductusque imminutis, in urbem penetrasse; unde quare *Cyri dementia Gyndes* dicatur *Tibull.* 4. 1. 441., facile intelligitur). — Hic tamen animadvertimus ab aliis veteribus ac recentioribus historicis monumentorum ope tradi tunc Babylone regnasse Nabonid cum filio Balthassare, qui, patre absente, in urbe versabatur, quique non a Cyro fuit exsulare coactus, sed illa nocte, qua urbs per Gobryam capta est, et ipse interiit *(Vulg. Dan.* 5. 29., coll. *Is.* 13. 19., *Jer.* 50. 1. *sqq.*, *Jos. ant.* 9. 1. 2. Cf. etiam *Records of the Past. V. p.* 154. et 167). *V.* **BALTHASSAR.** — Biennio post, sc. a. 536. Cyrus Hebræis, qui in Assyriam Babyloniamque captivi fuerant abducti, in patriam revertendi templique reædificandi veniam fecit, sacris quoque vasis, quæ Nabuchodonosor abstulerat, restitutis *(Vulg.* 1. *Esdr.* 1-6., coll. 2. *Par.* 36. 22. *sq.* et *Dan.* 1. 21., 6. 28. et *alib.)*. Quo facto vaticinia impleta sunt prophetarum, in primis *Isaiæ*, qui jampridem ut Babylonis excidium prædixerat *(Is.* 13. 19), sic *Cyrum* nomine vocaverat Hebræorum liberatorem *(Id.* 44. 28) et ut Christi typum protulerat *(Id.* 45. 1): « Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprendi dextram ut subjiciam ante faciem ejus gentes etc. » (Cf. *Hieronym.* in *Zach. init.* 1., *Augustin.* 16. *Civ. D.* 26., *Lact.* 4. 5); quæ vaticinia ipsi Cyro Hebræi legenda præbuerunt, teste *Jos. ant. loc. cit.*, qui uti ceterarum gentium, quæ subjectæ illi erant, deos venerabatur, eo magis Hebraicos, ut perspicuum est (Cf. 1. *Esdr.* 1). Edictum vero Cyri, quo Hebræi dimittuntur, refertur 2. *Par.* 36. 22. et 1. *Esdr.* 1. 1-11., 6. 1-15. — Subacto igitur fere universo Oriente, Scythis bellum intulit, imperante Tamyri (Tomyri), eorum regina; sed per insidias Persarum exercitu intercepto et ad internecionem deleto, ipse Cyrus occubuit, cujus caput avulsum, uti *Justinus* 1. 8. cum aliis *(Val. Max.* 9. 10. *ext.* 1., *Jorn. Get.* 10., coll. *Ammian.* 23. 3. 7., *Ampel.* 13., *Oros.* 2. *Hist.* 7., *Ambros. ep.* 18) narrat, jussu Tamyris in utrem, humano sanguine impletum, injectum est, quæ ita eum allocuta dicitur: Satia te sanguine, quem sitisti (« *Sangue sitisti, ed io di sangue t' empio* »: *Dant. Purg.* 12. 57). At in *Canon. Ptolem.* de hoc Cyri exitu omnino siletur, qui heredem regni reliquisse dicitur filium suum Cambysem; *Herodotus* vero id unum tradit, illum victum fuisse a Tamyri; *Ctesias* Derbiciorum victorem periisse; *Lucianus* in propria regia obiisse senio ac dolore confectum, ita ut concludi possit, Cyri tam initia quam finem nobis adhuc esse ignota. — Ferunt Cyrum tam singulari memoria fuisse præditum ut omnium militum suorum nomina teneret *(Quintil.* 11. 2. 50., *Val. Max.* 8. 7. *ext.* 16., *Solin.* 1., *Ammian.* 16. 5. 8), quem *Cic.* 1. *rep.* 27. « justissimum » vocat, coll. *ibid.* 28., et *Ammian.* 23. 6. 40. « regem amabilem ». De eo *Aur. Vict. Cæs.* 40. 13. « Cum sine his (sc. eruditione, elegantia, comitate) naturæ bona quasi incompta aut etiam horrida despectui sint, contraque ea Cyro æternam gloriam paraverint ». — Cf. etiam ex recentioribus *Sayce, The Inscr. relating to the rise of Cyrus* in *Records of the Past V. p.* 144. et *Pinches, On a cuneif. Inscr. etc. by Cyr.* in *Transact of the Society of bibl. Arch.* 1882. *VII. p.* 130-136 — Præterea ad Cyrum hunc pertinent: — *a) Aræ Cyri*, quæ dicuntur, in finibus Sogdianorum, ab eo constitutæ tamquam itineris sui meta *(Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (49). — *b) Arva Cyri*, ap. *Lucan.* 8. 226. Arva super Cyri *i. e.* ultra Persarum regna. — *c) Castra Cyri*, regio prope Ciliciam, ubi Cyrus stativa habuerat, quum adversus Crœsum copias in Lydiam duceret, teste *Curt.* 3. 4. 1., coll. *Strab.* 12. 2. 9., qui et *Cyri campum* memorat in eadem Lydia situm et Sardibus subjacentem *(Id.* 13. 4. 5. et 13). — *d) Domus seu Regia Cyri*, inter septem opera mirabilia apud antiquos, in Ecbatanis, quam fecit Memnon lapidibus variis et candidis, auro vinctis *(Hygin. fab.* 223). *Ampel.* 8. eam fuse describit. Cf. *Greg. Tur. de curs. stell. p.* 29. — *e) Sepulcrum Cyri*, in castello, quod *Frasargida* vocant, situm *(Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 29. [116]., *Solin.* 55., *Lucan.* 3. 285). — *f) Cyri civitas*. V. **CYROPOLIS.** — *Cyrus* inscriptus est etiam liber quidam Antisthenis, quo Cicero delectabatur *(Cic.* 12. *Att.* 38)., ubi tamen Κῦρος græce scribitur. — Cf. *Cic.* 1. *Q. fr.* 1. 33. Cyrus ille a Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus. sc. liber Xenophontis inscriptus παιδεία Κύρου. *V.* integr. loc. Adde *Auson.* 419. 69., *Gell.* 14. 3. 3. et rursum *Cic. Brut.* 29. 112. 3.°) Cyrus, *minor* seu junior, Darei Ochi filius, Artaxerxis II. frater, a patre Lydiæ ac Ioniæ præfectus *(Justin.* 5. 5. et 11), quo testamento iratus fratri, Lacedæmoniorum viribus adjutus, bellum intulit, quod tamen male cessit, nam et victus in eo et interemptus est a. 401. a. Chr. *(Id. loc. cit.*, coll. *Cic. Cat.* 17. 59. qui « præstantem ingenio atque imperii gloria » et 1. *Q. fr.* 2. 2. « regem » eum vocat. Cf. etiam *Oros.* 2. *Hist.* 16. et 18., *Sueton. Cæs.* 87., *Nep. Alcib.* 9. et *Con.* 3., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 2. 5. et in primis *Xenoph.* Κύρ. ἀνάβ., unde plurima colligi possunt ad ejus vitam illustrandam. — 4.°) Cyrus seu potius *Pseudo-Cyrus*, dictus magus Smerdes, qui hoc titulo adulterino regnum invasit, dum Cambyses in Ægypto versabatur, teste *Ampel.* 30. V. **SMERDES.** — 5.°) Cyrus architectus, cujus area memoratur *Cic.* 2. *Q. fr.* 10. 3., ubi tamen varia est lectio. — 6.°) Cyrus, plenius *Constantinus Cyrus* in *Fast. chron. min.* 11. 54., sub Theodosio II. et Valentiniano impp. præfectus urb. ac præt. Orientalium *(Cod.* 2. 7. 8., 3. 4. 1. etc., coll. *Script. rei agr. p.* 273. *Lachm.* et *Nov. Theod.* 11. 7. 3., 18. 1. et 20. 1); consul a. 441. sine collega in Oriente *(Prosp., Hydat.* et *Marcellin. chron.)*. — 7.°) Cyrus, martyr fidei Chr., celeber tam in Oriente quam in Occidente *(Martyrol. Hier.* 9. *Kal. Apr. Romæ)*. — 8.°) Cyrus, genere Alexandrinus, arte medicus « ex philosopho monachus, vir dicendi peritus scripsit adversus Nestorium prius eleganter et fortiter, modo autem dum in illum nimius invehitur et syllogismis magis quam scripturis agitur, Timotheanum dogma fovere cœpit - nec acquiescendum putat Filium Dei duabus post incarnationem constare naturis ». Ita *Gennad. vir. ill.* 82. Adde *Facund. Herm. defens.* etc. 3. 2. *p.* 588. *M.* et *Ennod. Dict. VI.* ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 8899. — Hinc *Cyræus* (Κύραιος), adj. ad Vettium Cyrum pertinens. *Cic.* 4. *Att.* 10. Nostram ambulationem et Laconicum eaque, quæ Cyrea sint, velim - invisas (sc. ædificia). — Hinc *Cyrinus* (Κυρῖνος), nom. vir. Gr. (Cf. κύριος). *Vulg. Luc.* 2. 2. Cyrinus Syriæ præses (*V.* P. **SULPICIUS QUIRINIUS**), ut ap. *Tac.* 3. *Ann.* 48. et *Rufin.* ex *Eus. H. E.* 1. 2. — *Cyrinus*, martyr. *Lib. pontif. p.* 41. 9. Marcellinus papa cum Claudio et Cyrino et Antonino capite sunt truncati et martyrio coronantur (a. 303). — In titulis. *Corp.* 6. 647. — *Cyrina*, nom. mul. 6. 5253.

II.) Cyrus v. Cyros, nom. geogr. ¶ 1. Est flumen Asiæ, interioris Armeniæ et Hiberiæ fines interfluens, hodie *Kura*, quod *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. (25). et *Mela* 3. 41. oriri tradunt in Heniochiis v. Coraxicis montibus et in Caspium mare deferri. Adde *Solin.* 19., *Jorn. Get.* 7. et *Rav. p.* 77., coll. *Strab.* 1. 61. et 11. 491. et *Ptol.* 5. 12. 2 (Cf. *Besnier, Lex. Geogr. anc. p.* 255). ¶ 2. Item flumen circa Pasargadas per Cavam, uti vocant, Persidem fluens, quod *Ammian.* 23. 6. 40. magnum et speciosum dicit, sumpto nomine a rege Cyro; contra *Strab.* 15. 729. Cyrum regem a Cyro fl. nuncupatum fuisse pro *Agradate*, ut antea vocabatur. Memoratur etiam *Avien. orb.* 1274. — Hodie *Polvar* appellari traditur *(Besnier, loc. cit.)*. ¶ 3. Est etiam oppidum idem quod *Cyrr(h)us*. V. hanc voc.

CYSSĪROS, i, f. 2. insula maris Ægæi, prope Cherronesum et Samothracen, quam *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (74). memorat; nunc vero *Cissyros* leg. *Detlefsen, Mayhoff.*

CȲTÆ, ārum, f. plur. 1. (Κύταια, Κύτα: cf. *Müller ad Scyl.* 68. *p.* 57) ¶ 1. Oppidum Chersonesi Tauricæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (86). ¶ 2. Item opp. Colchidis *V.* voc. seq.

CȲTÆIS, idis, f. 3. (Κυταΐς a Κύταια v. Κύτα) nom. patronym. a Cytæa, opp. Colchidis. *Propert.* 2. 4. 17. nocturna Cytæis (sc. Medea; erat enim orta ab hoc oppido). — Hinc *Cytæus* (Κυταῖος), adj. pro *Colchicus*. *Val. Fl.* 6. 156. Cytæa virgo. — *Cytæi*, incolæ. *Id.* 6. 427. — Item loc. corr.: *Propert.* 1. 1. 24. amnes - Cytaines (Κυταίνης, sc. Medeæ, non Cytæeis) ducere carminibus.

CȲTÆUM, i, n. 2. (Κύταιον) oppidum Cretæ insulæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59).

CȲTÆUS, a, um, adj. *V.* **CYTÆIS.**

CȲTHÆRON. *V.* **CITHÆRON**, ubi adde: *Isid.* 14. *Orig.* 8. 11. Hæc juga a duobus fratribus Cithæron et Helicon appellantur.

CȲTHĒRA, ōrum, n. plur. 2. (Κύθηρα, τά) v. Cythera, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. — *Cytera*, sine aspiratione, in *Tab. Peut.* 8. ¶ 1. Cythera, nom. geogr. — 1.°) Est insula inter Peloponnesum et Cretam, Veneri sacra, hodie *Cerigo* (Cf. *Rav. p.* 395. Cyrise). Usurpatur — *a)* In plur. num. passim. *Mela* 2. 100. In mari Myrtoo Cythera contra Malean. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (56). In Laconico sinu Cythera cum oppido, antea Porphyris appellata. *Virg.* 1. *Æn.* 680. super alta Cythera Aut super Idalium. et 10. *ibid.* 51. Est Amathus, est celsa mihi Paphus atque Cythera Idaliæque domus (Cf. *Serv.* ad *l.*: erant præsertim loca Veneri sacra). *Ovid.* 4. *Fast.* 286. Veneris sacra Cythera petit. Adde *Avien. orb.* 670. et *Oros.* 1. *Hist.* 2. — *b)* In sing. num. aliquando. *Solin.* 11., *Val. Fl.* 8. 229., *Paul. Fest.* et *Drac. locc. citt.* — 2.°) Est etiam oppidum in ea insula. *Paul. Fest. p.* 36. Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur concha, cum in mari esset concepta. ¶ 2. Cythera, cogn. Veneris. *Drac. Romul.* 486. *sqq.* veniunt ad sacra Cytheræ - quidquid capit insula Cypros, Quod nemus Idalium, quod continet alta Cythera, Quod Paphos exornat, tacitas quod lustrat Amyclas. Cf. *Manil.* 2. 439. — Hinc *Cythere* (Κυθήρη), cogn. Veneris (genet. *Cytheres* et *Cytheræ* et abl. *Cythere* et *Cythera*). *Auson.* 49. 5. « Nec bis cincta Diana placet nec nuda Cythere ». — Hinc translate *Cythere* de quacumque muliere lasciva dicitur, ut *Diana* de pudica. — Epitheta: *Claudian. carm. min. app.* 7. 4. secura. *Capell.* 9. *p.* 810. spumigena. *Drac. Romul.* 6. 80. alma. et 9. 75. nivea. — Inde nom. mul. *Querol. p.* 18. 21. Sume Paphien, Cytheren, Briseidem concubinulas vel psaltrias. — Sæpius *Cythĕrēa* (Κυθέρεια) pro *Cytherea* ap. *Virg.* 8. *Æn.* 505., sc. Venus. — Invenitur fere apud poetas et quidem pæne ubique in casu nom. vel voc. *Virg.* 1. *Æn.* 257., 4. 128., 5. 800. etc., *Horat.* 3. *Od.* 12. 4., *Ovid.* 15. *Her.* 20., *Tibull.* 3. 13. 3., *Propert.* 2. 14. 25., *Val. Fl.* 2. 328., *Stat.* 5. *Theb.* 192., *Claudian.* 10. 122., *Prudent. c. Symm.* 1. 166. etc. — De planeta. *Chalc. comm.* 72. Alma Cytherea (vers. *Alexandri Milesii*). Addo *Claudian.* 22. 439. — Pro adj. *Horat.* 1. *Od.* 4. 5. et *Cassiod.* in *Ps.* 64. 9. — *Cythereus* — *a)* Adj. *Dares* 9. Insula Cytherea. Sic *Isid.* 14. *Orig.* 6. 25. Cytherea insula - autem vocata, quod ibi Venus sit orta (Sed cf. *Paul. Fest. p.* 36). — *b)* Subst. *Drac. Romul.* 8. 364. Cythereus (sc. Æneas: cf. *Ovid. loc. infra cit.)*. — *Cythereius* (Κυθερήιος) — *a)* De insula. *Ovid.* 10. *Met.* 529. Cythereia - litora. — *b)* De Venere. *Id.* 13. *ibid.* 625. Cythereius heros (*i. e.* Æneas, Veneris filius). et 4. *Fast.* 195. mensis. *Germ. frg.* 2a. 2. ignis (*i. e.* Venus planeta). *Sil. It.* 3. 683. ales (*i. e.* columba). *Stat.* 4. *Theb.* 226. proles (*i. e.* Harmonia). *Martial.* 8. 45. 7. Cypros. — Absolute pro Venere. *Ovid.* 4. *Met.* 290. — *Cythereis, idis* (Κυθερηΐς), i. q. Venus. *Id.* 4. *ibid.* 288. puerum diva Cythereide natum (sc. Hermaphroditum). Adde *Manil.* 2. 33. — *Cythereias, ădis* (Κυθερηϊάς), patronym., ad Venerem pertinens. *Ovid.* 15. *Met.* 386. Cytheriadasque columbas. — *Cythĕriacus* (Κυθηριακός). *Id.* 7. *Her.* 60. (Venus) Nuda Cytheriacis edita fertur aquis. et 4. *Fast.* 15. Cytheriaca - myrto. *Nero carm. frg.* 2. Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ. *Martial.* 14. 207. nectar. — *Cythēris, idis* (Κυθηρίς), nom. mul. (Scribitur etiam *Citheris* in *Corp.* 6. 8167.; *Chiteris* in *Corp.* 12. 4501.; *Citeris* apud *Schol. l. c.)*. *Cic.* 7. *Fam.* 26. Infra Eutrapelum Cytheris accubuit (sc. *Volumnii Eutrapeli liberta, mima*). *Id.* 10. *Att.* 10. Antonius Cytherida secum lectica aperta portat alteram uxorem. *Auct. vir. ill.* 82. 2. Brutus Cytheridem mimam cum Antonio et Gallo amavit. *Schol. Virg. Medic. ecl.* 10. 2. (Li)corim Volumniam Citerin loquitur, quam etc. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 1. Gallus amorum suorum de Cyteride scripsit libros quattuor — In titulis. *Corp.* 6. 1818., 5072.; 10. 2037 *(Puteolis)*; 11. 4285 *(Interamnæ)*. — *Corp.* 10. 4094. Cytherini *(dat.)*. — *Cytherius* (Κυθήριος) — *a)* Agnom. Antonii. *Cic.* 15. *Att.* 22. Noster Cytherius. — *b)* Cogn. mul. *Corp.* 6. 18320 (= 3480), 26561.; 10. 2280 *(Puteolis)*. — *c)* Agn. et nom. sing. *Corp.* 8. 2403 *(in albo Thamugadensi sæc. IV.)* 2. 41. Adde *Paulin. Nol. carm.* 24. *ill.*

CYTHNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CYTHNUS, i, f. 2. (Κύθνος) *Cythnos*, Gr. pos., *Mel.* 2. 111. — Acc. *Cythnon* in *Cir. loc. cit.* — Varie et corrupte scribitur *Cythus*, *Cytus*, *Cytisus*, *Cythisa* et *Cytisa*.

Cythnus v. Cythnos, insula maris Ægæi apud Atticam et Eubœam, una ex Cycladibus, hodie *Thermia*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (66)., *Mel. loc. cit.*, *Liv.* 31. 15., *Tac.* 2. *Hist.* 8. *Ovid.* 7. *Met.* 464. Florentemque thymo Cythnum parvamque Seriphon. *Ciris* 475. Prospicit incinctam spumanti litore Cythnon. — Fuit primum habitata a colonis Dryopibus, sæc. V. a. Chr., Athenis fœdere conjuncta, cujus caput opp. *Cythnus* in ora occid., valde munitum, hodie *Hebræo-kastron*. — De ea vd. etiam *Herod.* 7. 90., *Dem.* 13. 34., *Scyl.* 58., *Ptol.* 3. 15. 28., *Arr. An.* 2. 2. 5. — De ejus nummis *Head*, 484. — Hinc *Cythnius* (Κύθνιος), incola. *Quintil.* 2. 13. 13. Timanthes - Cythnius. *Dosith. gramm. VII.* 383. 13. Cythnius.

CYTIS, is, f. 3. insula maris Rubri. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (170). Insula ibi Cytis (Citis *Mayhoff*) topazum ferens.

CȲTĬSŌRUS, i, m. 2. (Κυτίσ(σ)ωρος) filius Phrixi et Chalciopes, Medeæ sororis, unus ex Argonautis, laudatus *Hygin. fab.* 3., 14. et 21. *Val. Fl.* 5. 463. levi Cytissorus in hasta. — Ab eo conditum est opp. *Cytoros*, teste *Mel.* 1. 104. Cf. *Strab.* 12. 544.

CȲTĬSUS, i, m. 2. (κύτισος, *cytisus*) ¶ 1. Cogn. vir. *Corp.* 6. 1815 *(sub Tiberio)*.; 10. 4800 *(Teani Sidicini)* Chytisso. et *Tab. cer. Pomp.* 13 (*a.* 55). 21.a. Cytissus. ¶ 2. *Cytisus (um?)*. V. **CYTHNUS.**

CȲTŌRUS, i, m. 2. (Κύτωρος) *Cytoros* ap. *Prob. Catull.* 4. 13. et *Val. Fl.* 5. 105. ¶ 1. Est mons et oppidum Paphlagoniæ, hodie *Kidros*. Memoratur *Catull. loc. cit.* Cytore buxifer. *Virg.* 2. *G.* 437. undantem buxo spectare Cytorum. *Vib. Seq. p.* 155. Cytorus in Ponto Paphlagoniæ buxo potens. Adde *Mel.* 1. 104. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (5). — *Prob. Catull. l. c.* Cytoros est oppidum Ponticum fertile buxo non solum sed præcipue. — Hinc *Cytorius* (Κυτώριος), adj. *Catull.* 4. 11. Cytorio in jugo. *Plin.* 16. *Hist. nat.* 16. 28. (71). Buxus Pyrenæis et Cytoriis montibus plurima. — *Cytoriacus* (Κυτωριακός), adj. *Ovid.* 4. *Met.* 311. Cytoriaco (*i. e.* buxino) deducit pectine crines.

CYVŌTON, i, n. 2. cogn. Apameæ, opp. Phrygiæ. *Rav. p.* 106.

CYZĪCĒNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

CYZĪCUS (Cyzicos), i, f. 2. (Κύζικος) *Cyzicum*, n., apud *Mel.* 1. 98. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (142). — *Cyzicon*, acc. ap. *Nep.* et *Ovid. locc. citt.* — Corrupte *Cizicos* habet *Rav. p.* 108. — *Quizicos* in *Novell. Just.* 81. 1. *pr.* — *Quidicos* ap. *Cosmogr.* 1. 32.

Cyzicus ¶ 1. Oppidum Mysiæ (Phrygiæ minoris) ad Propontidem, hodie *Balkiz*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151). Insulam continenti junxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum, ante vocitatum Arctonnesus et Dolionis et Didymis. *Mela loc. cit.* Trans amnem (sc. Granicum) sedet in cervice pæne insulæ Cyzicum; nomen Cyzicus indidit, quem a Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fusum acie cæsumque accepimus. *Priap.* 75. 13. Cyzicos ostreosa. *Propert.* 3. 22. 1. frigida. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 29. Propontiacis hærentem - oris - Hæmoniæ nobile gentis opus. *Flor.* 3. 5. 15. nobilis civitas. *Expos. mund.* 48. quæ et positioni et magnitudini et ornamento et formositati omnem laudem superare potest (*Isid.* 13. *Orig.* 13. 3. Fons Cupidinis *[ibi est, qui amorem Veneris tollit])*. Adde *Varr.* 8. *L. L.* 87., *Cic.* 3. *Att.* 6., *Sall. hist. frg.* 3. 26., *Liv.* 40. 20. — Hinc *Cyzicenus* (Κυζικηνός) et *Cyzicenos* ap. *Varr. frg. Aug. Civ. D.* 21. 8 (*Kyzicenus* in *Corp.* 6. 27284. - *Quizicenus* ap. *Diosc.* 8. 41), adj. *Varr.* 8. *L. L.* 81. Quæ dicunt ab Rhodo, Andro, Cyzico Rhodius (Andrius), Cyzicenus, similiter Cyzicius dici debebit analogia et civis unusquisque. *Liv.* 31. 17. naves Rhodiam Cyzicenamque. *Vitr.* 6. 3. 10. œci. et 6. 7. 3. triclinia. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151). marmor. *Fest. p.* 269. Agathocles - Cyzicenarum rerum conscriptor. *Eutrop.* 6. 8. 2. pugna. *Ammian.* 23. 6. 56. obsidio. — *Cyziceni*, incolæ. — Sing. *Varr. loc. cit.* Adrastos Cyzicenos. *Nep. Epam.* 4. Diomedon. *Plin.* 33.

Hist. nat. 12. 55. (156). Stratonicus. *Fulg. myth.* 2. 10. Solicrates. *Gran. Licinian. p.* 29. Hagne. *Censorin.* 18. Callipus. — Absolute. *Justin.* 39. 2-5. Cyzicenus. *sc.* Antiochus. — Plur. *Corp.* 3. 7061. Cyziceni. *S. C. de Cyzic.* (*Corp.* 3. 7060.: *sub Pio*) 1. (s. c. de p)ostulatione Kyzicenorum. — *Cyzicius*, adj. *V.* supra. — Condita fort. a Dolionibus originis Thracicæ a. 683. a. Chr., statimque *Arctonnesus* vocata et *Dolionia* (V. *Plin. loc. cit.*), prima fuit Milesiorum colonia a. 650. subjecta dein Persarum dominationi; in bello Peloponnesiaco modo Athenis, modo Spartæ iterumque Persidi, quo tempore Antalcidas, dux Lacedæmoniorum, pacem illam probrosam composuit, cum Tiribazo, qua omnes Græcæ civitates Asiæ Minoris ditionem Persarum subire coactæ sunt. — Obsidenti autem urbem Mithridati, a. 74., ut antea Alexandro M., strenue restitit, dum a Romanis, quibus obnoxia erat, duce L. Lucullo consule, liberata est (*Vellej.* 2. 33., *Liv. epit.* 95., *Sall. frg. hist.* 3. 16-27. et 4. 61. § 14. *Kritz., Sidon. carm.* 2. 255., coll. *Plut. Luc.* 9. *sq., App. Mithr.* 72. *sq., al.*). — Fuit civitas libera usque ad tempora Tiberii imp., metropolis provinciæ Hellespontiacæ, sæc. IV., patria Eudoxi, celebris navigatoris (sæc. II. a. Chr. n.). — De ea plura invenies in nummis maximam partem cusis in Asia Minore (V. *Eckhel* 2. *p.* 451-455. et *Head*, 522)., in Inscript. Gr. n. 3655. *sq.* et Lat. 3. *p.* 72., 977., 1274., 2071 (Adde *Fusco, Sulla Gr. Iscr.* etc. Napoli 1883., ubi de Cyzico fuse loquitur) et ex scriptoribus Gr. ap. *Herod.* 4. 4. etc., *Thuc.* 8. 107., *Xen. Hell.* 1. 1. 6. et *Anab.* 6. 2. 4. etc., *Theophr. H. pl.* 8. 11. 3., *Dem.* 21. 173. etc., *Scyl.* 94., *Polyb.* 23. 18., *Strab.* 12. 575., *Apollod.* 1. 7. 8., *Apoll. Rh.* 1. 917. *Dion.* 54. 7., *Ath.* 15. 688., *Diod.* 13. 46. et ex Lat. *Tac.* 4. *Ann.* 36., *Sueton. Tib.* 37. aliosque supra laudatos. Cf. etiam *Curtius, Stor. Gr.* tr. 1877. *I.* 429., 533., 638. et *II.* 692. etc.; *Marquardt, Cyzicus u. sein Geb. p.* 50. *sqq.* et *Movers, Colon. Phæn. p.* 299. ¶ 2. Est etiam conditor opp. Cyzici, qui fuit filius Æneï, ideo *Æneides* dictus, *Hygin. fab.* 272., coll. 16., rex, ab Argonautis Jasone occisus, quum ille, hostes Pelasgicos accessisse ad insulam ratus, noctu in litore cum armis adfuisset. *Id. fab.* 273. Adde *Val. Fl.* 2. 636. et *Sil. It.* 12. 399., coll. *Strab.* 12. 575.

D

D d: littera quarta alphabeti Latini, de qua fuse in *Lexico*. Quod ad nomina propria attinet — 1.°) Est nota, qua indicatur prænomen: *D.* = *Decimus*, non *Decius*; *Dolichenus* (Juppiter) ap. *Orelli Inscr. n.* 2504., coll. 2493.; *Diana* ap. *eund. n.* 206. — 2.°) Permutatur cum aliis litteris, ut *s*: sic ex Sabin. *Clausus* fit *Claudius*: cf. *medius* ex μέσος, sed ex ῥόδον *rosa*, etc.

DA

DAÆ. *V.* **DAHÆ.**

DABANA, æ, f. 1. oppidum munitum seu arx Mesopotamiæ (*Osroena*) infra Carrhas. Memoratur *Ammian.* 23. 3. et in *Not. Dign. or.* 35.

DĂBAR, ăris, m. 3. nom. virile Punicum, conferendum cum Hebr. דבר *verbum, sermo, res.* Ita nuncupatus occurrit vir quidam, Massugradæ filius, ex gente Masinissæ, Boccho regi carissimus et ab eo ad Sullam legatus missus, teste *Sall. Jug.* 108. *sq.*

DĂBERĒTH, indecl. (Hebr. *Dāberath*, fort. a *dober* « caula v. pascuum »; *LXX.* Δαβρὰθ v. Δαβρώθ; *Jos.* 21. 28. Δεβρὰθ) oppidum in finibus tribus Zabulon, sed tribui Issachar attributum (*Jos.* 21. 28. et 1. *Par.* 6. 72), inter urbes Leviticas Gersonitarum, in Galilæa, hodie *Deburiyeh* v. *Deburieh*, situm ad Naim et montem Transfigurationis, ut dicitur. — Tradiderunt veteres, quod *Legendre* (*Dict. Bibl. II. p.* 1196) fide dignum autumat, in hoc oppido constitisse novem Apostoli, dum tres reliqui a Christo ducti sunt in montem Thabor, stupendæ transfigurationis testes; unde quum descendissent, dæmoniacum Christus sanavit, quem Apostoli liberare a dæmone minime potuerant (*Matth.* 17. 14-17., *Marc.* 9. 16-26., *Luc.* 9. 38-43. V. *Guérin, Galil. I. p.* 141. *sq.*). Nihil tamen certi, ut puto, de hoc dici potest, quum sacra scriptura de *monte excelso*, non de Thabor, loquatur, cui tamen favet veterum sententia (*Hieronym. ep.* 108). *V.* **THABOR.**

DĂBĪR, indecl. Hebr. *Debir* « penetrale, adytum » ædificii, templi (*Cf. Gesen., Sayce, Fürst*); *LXX.* Δαβίν, *Cod. Alex*, Δαβείρ: quasi *civitas sancta* vel *sanctuarium*; dicitur enim etiam de oppido, de quo sub 1.° — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Dabir, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum regium (Hebr. plenius *Debīrāh*) Chananæorum in regione montana austr. (*Jos.* 11. 21., 12. 13), a Josue captum (*ibid.* 10. 38-39., 12. 13) et ab Othoniel (*ibid.* 15. 15), adscriptum tribui Juda (*ibid.* 15. 49) et, cum suburbanis, filiis Aaronis (*ibid.* 21. 15. et 1. *Par.* 6. 58), primitus dictum *Cariath-Sepher* (*ibid.* 15. 15) et *Cariath-Senna* (*ibid.* 15. 49). — De situ alii aliter sentiunt: vel est hodiern. *Dewirbân* (s. *Rosen*): vel *Khirbet Dilbeh* (s. *Van de Velde*): vel probabilius *Dheheriyeh* (s. *Astrong, Wilson et Conder*), coll. *Jos.* 15. 48-51., cujus sententiæ argumenta dilucide exponit cl. *Legendre op. cit. p.* 1199. *sq.* — Post opp. Hebron Josue etiam Dabir, munitissimam arcem, cepit diripuitque ejusque regem et incolas universaque gladio vel igne absumpsit (*Jos.* 10. 38. *sq.* et 12. 13); Enacim fere delevit (*ibid.* 11. 21). Sed quum Hebræi inde profecti bellum deinde intulissent Chananæis australibus, videntur horum gigantum reliquiæ suam metropolim recuperasse; nam Caleb, qui ejus territorium possidendum obtinuerat (*ibid.* 14. 12-15), cum exercitu contra Dabir, olim Cariath-Sepher, contendit eamque strenuâ Othonielis operâ potitur, quam huic dedit cum Axa, filia sua, uxore jam illi promissa, qui Cariath-Sepher percussisset (*ibid.* 15. 16. *sq.*). ¶ 2. Item oppidum, tribui Gad adsignatum, ad orientem Jordanis (*ibid.* 13. 26. Cf. *Reland, Palæst. p.* 734.; *Keil, Josua*, Leipz. 1874. *p.* 109. et *De Hummelauer, Comm.* in *Sam.* Paris 1886. *p.* 335).

II.) Dabir, nom. pers. sc. regis Eglon, quem Josue interfecit una cum aliis quinque regibus Amorrhæis, e spelunca, ubi latitabant profugi ex acie, detrusis ac dein super stipites suspensis (*Jos.* 10. 23-26).

DĀCA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. Galerii Maximini priusquam ad imperium eveheretur, teste *Ps. Aur. Vict. epit.* 40. 18., ubi tamen alii leg. *Daza.* ¶ 2. Item ea, quæ ex Dacia est, ap. *Eckhel*, 7. *p.* 330. *V.* **DACUS.**

DĀCI, ōrum, m. plur. 2. *V.* **DACUS.**

DĀCĬA, æ, f. 1. (Δακία) nom. geogr. et pers. — *a)* Scribitur *Datia* pro *Dacia*, ap. *Rav. p.* 28. — *b)* Prior syllaba semper longa est, et sicubi brevis legatur, in aliam mutanda est, ut in *Daci*, pro quo legend. *Dahæ*, qui sæpe in mss. et edit. libr. confunduntur. — *c)* Origo seu etymon vocis incertum est. Sunt qui interpretentur quasi sit *silvestris* v. *barbara domus* (V. *Pape-Benseler* ad *v.*); alii aliter. *V.* **DACUS.** — *d)* Ad usum vocis quod attinet, *Daciæ*, pro *in Dacia*, in *Corp.* 3. 3660.; sed *in Dacia* in *alia ibid.* 3336.

I.) Dacia, nom. geogr., regio vastissima Europæ orientalis, a meridie et oriente Danubium habens, a septentr. Carpates montes, ab occid. Tibiscum flum., ubi nunc *Transilvania* et *Valachia*, ex parte tamen aliqua attingens regiones, hod. *Ungheria* et *Moldavia*, olim dicta *Gepidia* (V. *Jorn. loc. cit.*) et *Gothia* (Cf. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 90). Memoratur *Jorn. Get.* 12. Hanc Gothiam, quam Daciam appellavere majores, quæ nunc - Gepidia dicitur, tunc ab oriente Roxolani, ab occasu Jazyges, a septentrione Sarmatæ et Bastarnæ, a meridie amnis Danubii terminabant. *Tac. Agr.* 41. Tot exercitus in Mœsia Daciaque - temeritate aut per ignaviam ducum amissi (Cf. *Dion.* 67. 6. 7. et *Sueton. Domit.* 6). *Flor.* 3. 4. 6. Curio Dacia tenus venit, sed tenebras saltuum expavit. *Plin.* 6. *Ep.* 31. 8. Cæsar cum esset in Dacia (*contra Decibalum regem Dacorum*). Adde *Eutr.* 8. 2. et *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3100. — Plur. *Daciæ* in *Corp.* 3. 993., 995. 1153. etc. et ap. *Wilmanns, Inscr.* 1411 (*V.* infra). — Ejus nummos vd. ap. *Eckhel* 7. *p.* 343., ubi DACIA FELIX (quia ab incursionibus barbarorum per Decium imp. liberata a. 251). et *ibid. p.* 481. et *Head*, 273.; item Inscriptiones in *Corp.* 3. 786-1640. a *Momms.* collectas editasque. — De ejus historia quod ad tempora antiquiora attinet, obscura quædam traduntur *Justin.* 32. 3. 16., *Trog. prol.* 32., *Cæs.* 6. *B. G.* 25. et *Itin. Alex.* 16. — Ejus incolæ primitivi dicti videntur *Getæ* (*Jorn.* et *Justin. locc. citt.* « Daci quoque suboles Getarum »); nec *Daci* appellati nisi temporibus Philippi V., Macedoniæ regis, de stirpe Thracica (Cf. *Tomaschek, Die alten Thrak. St. Ber. Wien CXXVIII*), pastores et agricolæ, sub suis regibus *Burbista* et *Cotisone* potentissimis, ita ut ipsos Romanos sint pluries adorti; verum Augustus imp., a. 35. a. Chr. eos repressit conatusque est contra Antonium habere socium Cotisonem, tunc Daciæ regem, suam filiam Juliam ei despondendo (*Sueton. Aug.* 63., ubi *Getæ* pro *Daci*), sed frustra; quapropter iratus M. Crassum contra eos misit, qui de iisdem deque Thracibus triumphavit (*Fast. triumph.*, coll. *Dion.* 51. 23) a. 27., rebellesque per Lentulum coercuit a. 10. ac demum intestinis discordiis exagitatos ipse adortus cum magna eorum cæde profligavit domuitque (*Sueton. Aug.* 21., coll. *Strab.* 7. 304. *seq.* et *Momms.* ad *Mon. Anc. V. c.* 47-49). — Ejus successores cum sui dedecore et imperii detrimento Daciam neglexerunt usque ad Domitianum, qui tamen, quamvis illuc exercitus misisset, temeritate ducum aut ignavia, omnia ignominiose amisit (*Tac. loc. cit., Oros.* 7. *Hist.* 10., *Sueton. Domit.* 6., coll. *Eutr.* 7. 23). — Trajanus vero imp. duas in Daciam expeditiones suscepit a. 101. et de rege Decebalo triumphavit a. 104., unde et *Dacicus* dictus est; quo vita functo, Dacia redacta est in provinciam Romanam, plurimosque habuit colonos, valde imminuto ex tot bellis ac vastationibus incolarum numero. — Postea Hadrianus in duas eam divisit, sc. in *Daciam superiorem* et *inferiorem*, quarum prior comprehendisse videtur hodiern. *Transilvania, Bannato* et ex parte *Ungheria*, posterior vero cis Carpates montes, hod. *Valachia* (Cf. *Corp.* 3. 1443., coll. *Dipl. n. XXXIII.* a. 129). — Sub M. Aurelio imp. in tres provincias fuit divisa, sc. in *Porolissensem* (*Corp.* 3. 6054. et 6055. et 1464), qui titulus male lectus in causa fuit, cur *Borghesi* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1848. *p.* 158. *sqq.* hanc Daciam *Aurariam* appellaverit: sic et *Wilmanns loc. cit.* (Cf. *Borghesi, Œuvr. VI.* 264. *sqq.*), in *Apulensem* (*Corp. ibid.* 1500) et in *Maluensem* (*Dipl. LI. ibid.*, coll. *Corp.* 6. 1449), communi capite urbe *Sarmizegethusa* (V. *Momms., Corp.* 3. *p.* 160). — Imperante tamen Gallieno a. 258. Romani amittere coacti sunt majorem Daciæ partem (*Eutr.* 9. 8), servatis nihilo minus locis quibusdam munitis ac tutioribus, donec Aurelianus imp. Daciæ recuperandæ spe dejectus, adductos ex ea secum populos in Mœsia collocavit appellavitque mox suam Daciam, quæ, ad dexteram Danubii ripam sita, dicta est *Ripensis*, in duas divisa, *Ripensem* nempe ac *Mediterraneam*, quæ et *Dardania* vocata seu, ut alii scribunt, *Dardania* huic alteri adjecta est (*Sext. Ruf. brev.* 8. et *Jorn. succ. reg. p.* 233). — Serius, temporibus imperii orientalis, nomine Daciæ designantur duæ diœceses præfecturæ Illyrici, quæ quinque provinciis constabat, i. e. *Ripensi, Mediterranea, Dardania, Mœsia I.* et *Prævalitana*, a Dalmatia sejuncta, cum parte *Macedoniæ Salutaris* (*Impero d'Oriente*), in *Cod. Theod.* 1. 32. 5. et *Not. Imp. or. c.* 1. et 3. — Porro sub dominatione Romanorum memorantur etiam cohortes Dacorum, ut *Cohors I. Ælia Dacorum* (*Corp.* 7. 803), *Cohors I. Ælia Dacorum Antoniniana* (*ibid.* 818) et *Gordiana, Postumiana, Augusta* et *Ulpia* (*ibid.* 3. 6450., 600., 1193.; *Henzen, Suppl. Orelli n.* 6689., 6696., 6691., 6692. et *Not. Imp. or. c.* 6).

II.) Dacia, nom. pers. ¶ 1. *Dacia*, v. *Daciæ* plur., tamquam dea sive deæ cultæ sunt (*Inscr.* apud *Orell. n.* 1809. et *Henzen Suppl. Or. n.* 5818., *Corp.* 3. 998). Huc pertinet *Coronatus Daciarum trium* in *Inscr. ibid.* 1433. et *sacerdotes aræ Augusti* (*n.* 1209., 1433. etc.). ¶ 2. Est etiam cogn., de quo *V.* in **DACIUS.**

DĀCUS, a, um, et Daci, orum, plur. m. 2 (Δακοί, rar. Δάκες, olim Δᾶοι *Strab.* 7. 304., unde *Daci*, ut a Γραῖοι *Græci*) Daciæ incolæ, fort. dicti quasi *Dagi*, quia de Gothorum genere (*Isid. loc. cit.*); unde *Dagus* scribitur pro *Dacus* (*Inscr.* ap. *Kellerm. Vigil. n.* 225). — *Daces* sequiore ævo dicti sunt *Jorn. de regn. succ. p.* 233. *M.* Memorantur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 25. (80). Getæ, Daci Romanis dicti (*Isid.* 9. *Orig.* 2. 90. Getas vocabant, qui postea Gothi dicti sunt; unde et Dacia appellata videtur Gothia. Cf. tamen *Strab.* 7. 3. 12. et *Lucan.* 3. 95). Adde *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Cæs.* 6. *B. G.* 25., *Horat.* 2. *Sat.* 6. 53. — *Dacus*, collective. *Virg.* 2. *G.* 497., *Horat.* 1. *Od.* 35. 6., *Lucan.* 2. 54., *Martial.* 6. 10. et 7. 30., *Stat.* 1. *Silv.* 17. et 27. et 1. *Theb.* 20., *Juvenal.* 4. 111., *Avien. orb.* 443., *Prisc. perieg.* 296., *Sidon. carm.* 5. 481. — Adj. *Martial.* 9. 36. Dacus dux. *Id.* 1. 23. puer. *Horat.* 3. *Od.* 8. 18. Cotiso. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 180. exuviæ. *Id.* 4. *ibid.* 2. 66. prœlia. — *Dacus*, abs., nom. seu cogn. vir. *Inscr.* ap. *Renier n.* 3376. — *Daca*, mul. ex Dacia. *Inscr.* ap. *Eckhel* 7. *p.* 330. — Dacos fuisse populos feroces ac bellicosissimos referunt historici veteres, adeo ut ipsum Martem apud ipsos natum esse adfirmarent (*Veget. mil.* 1. 28), itemque moribus barbaricis; mares enim, inter alia, corpora sua inscribere (*tatuaggio*) soliti erant, teste *Plin.* 22. *Hist. nat.* 1. 2. (2). — Hinc *Dacius*, adj. (*Daticus* pro *Dacius* ap. *Rav. p.* 28), ad Daciam vel Dacos pertinens. *Corp.* 2. 4509. et 8. 650. et *Spartian. Hadr.* 3. expeditio. *Corp.* 8. 4018. et *ibid.* 1193. vexillatio. *Plin.* 8. *ep.* 4. bellum (*in Dacia et contra Dacos*). *Not. Urb. reg.* 8. ludus. *Claudian. carm.* 28. 335. arma. *Sidon. carm.* 1. 272. rura. *Albinov.* 1. 387. Danubiusque rapax et Dacius orbe remoto Appulus (*al.* Apulus: *Haupt* ad *l.* refert ad Daciam Apulensem). — Abs. *Dacius*, vir memoratus *Claud. Quadrig.* ap. *Non.* 475. 28. *M.*, de quo V. *Peter, Hist. Rom. rell. I. p.* 224. — *Dacia*, cogn. mul. *Corp.* 5. 3647. — *Dacicus*, abs., cogn. Domitiani, sed apud poetas, numquam vero in nummis, teste *Eckhel* 6. *p.* 423. et etiam, et quidem merito, Trajani, ut nummi testantur apud *eund.* 6. *p.* 460., ubi eum tradit hoc titulo usum fuisse primum a. 103. — Etiam navis quadriremis ita est dicta. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2729. — *Dacinus*, cogn. vir. demin. a *Dacus*, in *Inscr.* ap. *Brambach n.* 40. — *Dacianus*, subst., cogn. vir. *Corp.* 3. 867., coll. *Ephem. epigr.* 2. 54. — *Dacianus* fuit etiam præses Hispaniarum, qui nefaria crudelitate sævit in martyrem Vincentium tam vivum quam mortuum, teste *Augustin. serm.* 276. et 277., coll. *serm.* 188. — *Daciana*, cogn. mul. *Inscr.* apud *Orelli n.* 4872. — *Daciscus* (*Dacciscus* scribitur in *Corp.* 3. 5218), demin. a *Dacus* — *a)* Adj. *Corp. loc. cit.* Dacisca expeditio. — Item qui est ex Dacia v. Dacus. *Corp.* 5. 1047. negotiator. — *b)* Subst. v. abs. *Dacisci*, iidem videntur qui Daci. *Vopisc. Aurel.* 38. et *Not. Imp. or. c.* 40. milites (*inter Auxiliares sub duce Daciæ Ripensis*). Adde *ibid. c.* 42. — *Dacisclanus*, adj. ad Daciscos pertinens, ut *milites Dacisclani* ap. *Trebell. Claud.* 17., qui tamen non Daci sed qui inter Daces v. Daciscos militabant.

DĀCĬUS, Dacicus etc. *V.* voc. præc.

DĀCTYLI IDÆI (Δάκτυλοι Ἰδαῖοι), antiquissimi genii Phrygii, ministri seu sacerdotes Cybeles seu Matris Idææ, in insula Creta, a pluribus habiti iidem ac *Corybantes* sive *Curetes* (*Diomed. p.* 478, 16. *K.*), quamquam *Serv.* ad *Virg.* 4. *G.* distinguere alteros ab alteris videtur: ita dicti, quod digitorum (δακτύλων) manus numerum æquarent, vel quod sedulum deæ ministerium exhiberent, quod digitis manus fit; etiam *Digiti Samothracii* a quibusdam appellati, quos quinque indicant Græci, teste *Arnob.* 3. *p.* 124. V. etiam **CABIRI** et in *Lexico* **DACTYLUS.** — Iidem ferrum in Creta invenisse traduntur *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (197).

DĀDĀN, indecl. m. (Hebr. *Dedân* « index v. jocus, vel etiam gladius obtinens aut contra » [*Gesen. Thes.* 322]; *LXX.* Δαδάν, *Cod. Vat.* Ἰουδαδάν; *Ezech.* 27. 15. Δαιδάν) nom. vir. ¶ 1. Fuit filius secundus Regma, filii Chus, memoratus *Vulg. Gen.* 10. 7. et 1. *Par.* 1. 9. ¶ 2. Item secundus filius Jecsan, filii Abraham ex Cetura. *Vulg. Gen.* 25. 3. et 1. *Par.* 1. 32. ¶ 3. Dadan v. Dedan est sæpius etiam nom. populi, ab uno vel altero ex iis oriundi, qui appellatur quoque *Dedanim* (*Ibid. Is.* 21. 13); attamen quæritur, quum duplex sit stipes, unusne an duo sint hujus nominis populi. Probabilius unus dumtaxat; in utroque enim loco Dadan cum Saba conjungitur (*Gen.* 10. 7., coll. 25. 3). Erant igitur Sabæi gens ex Cuscitis et Semitis conflata, itemque Dedanim, in unum mixti simulque fere commorantes (Cf. *Re, Arch.* etc. *III. p.* 4). — Fuerunt hi celebres negotiatores (« Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum » *Ezech.* 27. 20), etiam in remotis regionibus (« Saba et Dedan negotiatores Tharsis » *ibid.* 38. 13). Fortasse, una cum aliis populis, Phœniciorum nomine occurrunt, quod non abludit a loco prophetico Ezechielis, qui Dedanim cum Idumæis (hod. *Hedjaz* septentr.) conjungit, perinde ac si essent eorum pars (« faciam Idumæam desertam - qui sunt in Dedan gladio cadent » *ibid.* 25. 13). Hinc argui potest primitivam Dedanim patriam fuisse oram maris Rubri occidentalem, ubi et Pœnorum quoque vel Phœnicum patria, in monumentis *Pun* dicta (*Widemann, Æg. Gesch.* 1884. passim), in quibus hæc gens, spectato ore habituque, aliquid habet cum Ægyptiis Semitisque commune (*Lenormant, Hist.* etc. *I. p.* 272. Cf. *Justin.* 18. 3.; *Sprenger, Geogr. Arab. p.* 118. et *Re, Arch. bibl. Diz. II. p.* 4. *sq.*).

DĀDES, is, m. 3. nom. vir. serv. (Cf. Gr. Δῴδας, arx in insula Cypro ap. *Ptol.* 5. 14. 2) *Corp.* 3. 1181. et 1182. — Est etiam scriptor rei rusticæ, laudatus *Varr.* 1. *R. R.* 1. 9. et *Colum.* 1. 1. 10., ubi alii leg. *Dadis*, cui lectioni altera præferenda est.

DĀDŌSĬUS, ii, m. 2. (Δαδόης *Theodoret. H. E.* 4. 11) hæreticus quidam ex secta Messalianorum, quorum princeps videtur fuisse. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 11.

DĀDŪCHIĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

DĀDŪCHUS, i, m. 2. (δᾳδοῦχος, *qui facem præfert*: V. *Lexic.*) nom. vir. Græcanicum, *Corp.* 12. 1917.; et cogn. 2. 4270. et 2. 9126 (Cf *Inscr. Fabretti* 676. 29. et *Spreti Inscr. Rav. I. p.* 240). — Græce *Corp.* 4. 7090 (*Suppl. Mau* et *Zangemeister*). — Hinc *Daduchianus*, adj. ad Daduchum aliquem pertinens. *Inscr.* apud *Wilmanns n.* 318.

DÆDĂLA, nom. regionis et oppidi. ¶ 1. *Dædala, æ*, f. 1 (Δαιδαλά *Ptol.*), regio in India. *Curt.* 8. 10. 19. ¶ 2. *Dædala, orum*, n. plur. 2. oppidum Asiæ Minoris in Lycia occid., hodie *Assar*, memoratum *Liv.* 38. 22., coll. *Strab.* 14. 651. et 664. et *Ptol.* 5. 3. 2.

DÆDĂLĒON, i, n. 2. nom. duarum insularum prope Lyciam. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (131).

DÆDĂLĒUS v. Dædaleus, Dædalia, Dædalion aliaque deriv. *V.* voc. seq.

DÆDĂLUS, i, m. 2. (Δαίδαλος) *Dædalos*, Gr. posit., cujus acc. *Dædalon* apud *Ovid.* 8. *Met.* 261. et *Martial.* 4. 49. 5. — Vocabulum ex quorundam sententia ducendum est a δαῆναι (δάω), quod et *scire* significat, unde δαίδαλος, *gnarus, peritus, artificiosus, industrius* (Cf. *Visconti Mus. Pio-Clem. IV. p.* 86). Videtur tamen etymon illorum præferendum, qui a rad. δαλ, *excidere, exculpere*: (cf. Lat. *dolare*) cum reduplicatione, Græcorum more. Ceterum *Paus.* 9. 3. 2. omnia simulacra antiquitus δαίδαλα dicta fuisse ait et prius quidem quam Dædalus nasceretur, si umquam natus, hunc ab operibus δαιδάλοις nomen accepisse. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Dædalus, Atheniensis (*Diod.* 4. 76-78), de stirpe Metionis (*Toepffer, Att. Geneal.* 164. *sqq.*), filii Cecropis (*Schol. Il.* 2. 586), Eupalami (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 14) v. Euphemi (*Hygin. fab.* 39., coll. tamen *fab.* 274) filius, artifex celeberrimus, Icari et Ιαπygis pater. Memoratur *Ovid.* 8. *Met.* 159. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis. *Horat.* 1. *Od.* 3. 34. Expertus vacuum Dædalus aera Pinnis non homini datis. *Martial. loc. cit.* puero (*Icaro*) liquidas aptantem Dædalon alas. *Sil. It.* 12. 89. Dictæi regis (*Minois Cretensis*) sic fama est, linquere terras Dædalus invenit. — *Opus Dædali* vocavit *Cic. Brut.* 18. 71. ad Dædali labyrinthum respiciens artemque parum expolitam Odysseam latine a Livio Andronico scriptam, quod nempe paullo horridior esset et antiquitatem redoleret. — Epitheta: aliger *Auson. p.* 182. 300.; callidus *Senec. Œd.* 899.; faber *Juvenal.* 1. 54.; Gortynius *Auson. loc. cit.*; Icarius *Ovid.* 5. 44.; infelix *Id.* 2. *Art. am.* 93.; Labyrintheus *Capell.* 6. *p.* 190.; opifex *Ovid.* 8. *Met.* 201.; volucer *Val. Fl.* 1. 704. — Fertur Perdicem, sororis suæ filium, propter artificii invidiam, quod is primus serram invenisset, summo dejecisse tecto atque ob id scelus in exsilium a Theseo pulsum, in Cretam ivisse ad regem Minoem (*Hygin. fab.* 244. et *Isid.* 19. *Orig.* 19. 9). — Hic quum esset, cognito Pasiphaen, uxorem Minois, taurum adamare, illam intra ligneam vaccam sæptam corio juvencæ pulcherrimæ inclusit sicque cum tauro concubuit, unde natus est Minotaurus, qui a Minoe in labyrintho, quem Dædalus fecerat inextricabili exitu, clausus est; ubi postea et ipse Dædalus a Minoe sub severa custodia cum filio Icaro est detentus (*Mythogr. I. fab.* 43. et *Hygin. fab.* 40). Verum is pennas sibi filioque suo fecit et ita accommodavit, ut ambo avolarent; diversa tamen sorte, nam Icarus, cereis alis a sole calefactis, in mare decidit (*V.* **ICARUS**), pater vero in insulam Siciliam est delapsus; vel, secundum alios, quum Theseus Minotaurum occidisset, Dædalus ab eo Athenas reductus est: ita *Hygin. fab.* 40. Contra *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 14. refert Dædalum in Sardiniam primum fuisse delatum, ut dicit Sallustius (*Frgm. Hist.* 2. 8., coll. *Mythogr. II. fab.* 82), postea Cumas, ubi, templo Apollinis condito sacratisque alis, in foribus hæc universa depinxit (Cf. *Virg. loc. cit., Quintil.* 8. 6. 18. et *Gell.* 7. 6. 1); et *Isid.* 19. *Orig.* 19. 9. ex Creta pennis a se fabrefactis in Ciliciam volasse. — Has autem fabulas fuse narrat *Ovid.* 8. *Met.* a *v.* 152., coll. *Mythogr. I. fab.* 43. et *II. fab.* 121-127. et *III. fab.* 11.; item *Val. Fl.* 1. 704. *sqq.*, *Juvenal.* 3. 25., *Petron. Sat.* 52., *Martial. de spect.* 8., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 13. — Iis tamen veram subesse historiam plures etiam ex veteribus tradiderunt. Nam *Taurum* notarium fuisse ajunt ipsius Minois, quem Pasiphae deperiit et cum quo in domo Dædali concubuit, et quia geminos peperit, unum de Minoe, alterum de Tauro, enixa esse Minotaurum dicitur. — Iidem Dædalum, a Pasiphae custodibus corruptis, liberatum navem conscendisse et cum imminerent qui eum sequebantur, intendisse pallium ad adjuvandos ventos et sic effugisse; illos vero, qui insequebantur, reversos nuntiasse, pinnis filium evasisse. Hæc et alia refert *Serv. loc. cit.* — Opera Dædali plura memorantur, qui primus perhibetur fabricam materiarum et in ea asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam invenisse (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. [198])., malum et antemnam (*ibid.*); primus fecisse simulacra deorum (*Hygin. fab.* 274) itemque mensam et sellam (*Isid.* 20. *Orig.* 1. 1), et præcipue labyrinthum, a *Plinio* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (85). descriptum, ad imitationem Ægyptii; præterea in Creta templum Britomartis (*Solin.* 11); in Sicilia jussu Cocali *Colymbethram*, unde Alabon in mare effunditur; urbem quoque Agrigentum in saxo munitissimam, balneum calidum apud Selinuntios, muram in monte Eryce (*Diod. loc. cit.*); in Sardinia plura magnifica, quæ Diodori ætate exstabant; Capuæ (*Sil. It.* 12. 102) et Cumis (*Virg.* 6. *Æn.* 14) templum Apollinis; ex statuis vero *Herculem Thebarum* (*Paus.* 9. 40. 2), *Trophonium* Lebadeæ, *Minervam* Cnosi, *Venerem* Deli, quam Dædalus Ariadnæ dederat, omnia ex ligno (*Id. ibid.*), alterum *Herculem* Corinthi (*Id.* 2. 4. 5); e lapide candido celeberrimam saltationem (*Id.* 9. 40., 2). *Hom. Il.* 18. 591. — Ceterum sub Dædali nomine primordia omnis artis Græcæ latere existimandum est et

in eo magis artis vestigia, quam artificem, quærenda esse nemo non videt. — Ad monumenta quod attinet antiquæ artis, cf. *Winckelmann, Progr.* 15. *sqq.*; *Robert, Arch. Zeit. XXXV.* 1877. 1. *sqq.* et 1890. 15. *sqq.*; *Journal of hell. stud. XX.* 1900. 91. *p. sqq.*; *Rayet, Gaz. arch. IX.* 1884. 1. *sqq.*; *Preller-Robert Gr. Myth. I.* 680. et *alib.*; *Brunn, Künstgesch. I.* 14. *sqq.*; *Petersen, Kritische Bemerkung. z. ältest. Gesch. d. gr. Kunst* 1871.; *O. Müller, Arch.* § 64. 1.; *Overbeck, Plast. I.* 34.; *Murray, Gr. sculpt. I.* 67.; *Collignon, Sculpt. gr. I.* 110. — 2.°) Dædalus, statuarius insignis, Sicyonius (*Paus.* 6. 3. 2), qui floruisse videtur ineunte sæc. IV. a. Chr., uti demonstravit *Sillig.* in *Catal. Artif.*, filius et discipulus Patrocli et nepos Polycliti (*Robert, Herm. XXXV.* 1900), quem *Plin.* dicit tunc artis fastigium attigisse, quum fillius illud ascendere cœperat. — Præter tropæum ex victoria Eleorum de Lacedæmoniis, quod erexerat in Alti (*Paus.* 6. 2. 4), multorum luctatorum atque pugilum statuæ, a Dædalo factæ, memorantur; Victoriæ Arcadisque simulacra aenea ad eum spectant, uti etiam, inter fictores laudatus, pueros duos destringentes se fecit (*Plin.* 34. *ibid.* 8. 19. [76]). — 3.°) Dædalus appellatus est etiam cocus Trimalchionis ap. *Petron. sat.* 70. et 74. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Inscr.* apud *Momms. Inscr. Helv. n.* 134. — Cogn. vir. *Corp.* 12. 4805. *add.* (2690). — Hinc *Dædalus*, adj. Dædali arte laboratus, artificiosus. *Macrob.* 6. *Sat.* 4. 20. et *Calpurn.* 2. *Cal.* 20., *al.* V. *Lexicon* ad *h. v.* — *Dædaleus*, Δαιδάλιος v. Δαιδάλειος, hinc et *Dædalios*, adj. ad Dædalum pertinens. *Propert.* 2. 11. 8. Dædaleum iter (*h. e.* labyrinthus, a Dædalo in insula Creta constructus). *Sil. It.* 14. 40. pœna. *Horat.* 2. *Od.* 20. 13. Icarus. *Colum.* 10. 29. dextra (*sc.* ingeniosa, ut Dædali). — *Auson. eid.* 6. Dædalia juvenca. — *Dædalicus*, adj. idem. *Venant.* 11. *carm.* 11. 17. Dædalica manus. — *Dædalion (onis)*, Δαιδαλίων, filius Luciferi, pater Chiones, qui quum ob dolorem amissæ filiæ e Parnasso se præcipitem dedisset, in accipitrem ab Apolline conversus est. *Ovid.* 11. *Met.* a *v.* 291. Cf. *Lact. Plac. Narr. fab.* 11. 8. — *Dædalia*, cogn. mul. (*sc.* ingeniosa) in tit. chr. metrico *Corp.* 5. 6240. — *Dædalium (ii)*, oppidum Siciliæ, a Dædalo dictum, in *Itin. Ant. p.* 95.

DÆMON, ŏnis, m. 3. (Δαίμων v. Δαήμων) apud Latinos *Genius* bonus vel malus, de quo V. *Lexicon*. — Est etiam — 1.°) In titulis cogn. mul., extrita altera diphthongi littera, in *Inscr.* apud *Momms. n.* 3218. — 2.°) In libris — *a)* Statuarius incertæ patriæ et ætatis, ap. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (87)., ubi philosophos fecisse traditur. — *b)* Forma plur. *Dæmones (Dæmonies?)* adhibetur singulariter, quasi Δαιμόνης, *Plaut. Rud. prol.* 33., tamquam persona comica senis, « qui huc (*Cyrenas*) Athenis exsul venit, hau malus etc. ».

DÆSITIĀTES, ium, m. plur. 3. (Δαισιτιᾶται) populus Dalmatiæ, Mœsiam versus, ut putat *Momms.* ad *Corp.* 3. 8201., situs. Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. (143). De his *Vellej.* 2. 115. Perustæ ac Dæsitiates Dalmatæ situ locorum et præcipue angustiis saltuum pæne inexpugnabiles, non jam ductu, sed manibus atque armis ipsius Cæsaris tum demum pacati sunt, quum pæne funditus eversi forent.

DÆTOR, ŏris, m. 3. (Δαίτωρ *Hen.*) nom. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 1518 = *Dessau* 2561.

DAGALAĪPHUS, i, m. 2. nom. vir. barb. Varie scribitur, ut *Dalagaiphus* in *Corp.* 5. 8606. et in mss. et edit. libr. *Dagalaifus* v. *Dagalaiphus*. Sic in *Inscr. Gr.* apud *De-Rossi I. p.* 331. a. 461. Γαδαλάϊπκος, i. e. *Gadalaippus*. V. etiam *Schulze Eigenn. p.* 251. *adn.* 6. — Memoratur *Dagalaiphus*, cos. a. 366. p. Chr., antea vero præfectus domesticorum sub Juliano imp. et dein a. 364. magister equitum sub Valentiniano (*Ammian.* 21. 8. 1. et 96. et 24. 1. 2. et 4. 13. et 26. 1. 6. et 26. 4. 1).

DĀGON, indecl. m. (Hebr. *Dāgôn*; Assyr. *Dâkan*; LXX. Δαγών, *Beros.* Ὠδάκων). — Vocabulum derivatur vel a *dagan* « frumentum », quod ei tribuetur frumenti inventio: vel potius a *dag*, in linguis Semiticis idem ac *piscis*, sc. deus fecunditatis, formam referens, ut ex libro Judicum et ex monumentis colligitur, monstrosam, sc. hominis et animalis marini, caput habentis manusque humanas, reliquum vero corpus ad instar piscis; quamquam exiguum aliquod interdum in signis vel in nummis apparet figuræ discrimen (*Layard, Recherch. pl. XXXII.* et *XXXIV.* et *Babelon, Catal. d. monn. de la Bibl. nat.*; *les Achem.* Paris 1893); interdum hominis tantum refert formam (*Layard, loc. cit.*). Præterea effigies Dagon sub forma hominis barbati in piscem desinentis et dextera piscem tenentis visitur etiam in nummis Phœniciis, ed. a *Millingen Syll. pl. IV.* 60. et 61. Non itaque probandum videtur etymon, quod *Nickes de libr. Esth.* 1. 287. tradit tamquam unice verum, qui nomen vult compositum ex *dag* = sol, apud Palæstinenses, et *on* = sol, apud Ægyptios, ita ut duplici vocabulo in unum conjuncto idem significetur. Addimus in cosmogonia Chaldaica sæpe memorari deos ita biformes (*Beros.* 1. apud *Eus. chron. I.* 2., coll. *fragm. hist. gr. II. p.* 496. et etiam *Menant, Glypt. orient. p.* 60. et *Maspero, Hist. anc. d. peupl. orient. II.* 1897. *p.* 167. et 170).

Dagon, deus originarius Assyriorum vel Assyro-Phœnicius (*Phil. de Bybl. II.* 14. 16. ap. *Eus. Præp. Evang. I.* 10), maximus fuit apud Philisthæos (*Jud.* 16. 23., coll. 1. *Par.* 10. 10) templumque ejus celeberrimum erat in oppido Azoto, in quod arca Dei, Hebræis in prœlio victis ab hostibus erepta, translata fuerat. Hæc historia fuse narratur *Vulg.* 1. *Reg.* 5. 2. *sqq.* — Jonathas succendit Azotum et fanum Dagon omnesque, qui eo confugerant (*Id.* 1. *Mach.* 10. 84. et 11. 4). — De templo Dagon in oppido Gaza, a Samsone, recuperatis viribus, excusso cum sui magnæque Philisthinorum multitudinis interitu agit lib. *Jud.* 16. 22-31. — Dagon sociam habuit Atargatim, item biformem, ut ex monumentis constat (*Layard, Essai sur le cult. de Vénus, pl. XXIV. n.* 12), arguiturque ex loco 1. *Reg.* 31. 10., ubi Philisthæi dicuntur posuisse « arma ejus (*i. e.* Saul) in templo Astaroth », quod nomen plur. num. par deorum biformium Dagon et Atargatis, quam quidam cum Astarthe eandem esse putant. — De eo consulas etiam, præter laudatos, *Movers, Die Phönizier I. p.* 143-145.; *Stark, Gaza und die Philist. Küste p.* 248. et 308. et *Roscher, Lex. Myth. I.* col. 938.

DĀHÆ, ārum, m. plur. 1. (Δάαι) Scribitur etiam *Daæ*, omissa aspiratione, ut apud Græcos (*Strab., Polyb., Ptol.* infra *cit.*), quam tamen omnino admittendam esse docet *Apul. orthogr.* § 56.

Dahæ, populi nomades Scythiæ Asiaticæ ad orient. maris Caspii, in vallibus Oxi et Jaxarthis degentes, cum Sacis Bactrianæ affinitate conjunctis, quorum nomine aliquando apud veteres appellantur, regionem eam incolentes, quæ ex his nunc quoque *Dahistan* dicitur, celebres sagittarii equestres, Antiochi III. auxiliares in bello contra Romanos. Memorant *Mela* 1. 13., *Liv.* 34. 48. et 37. 38. et 41., *Curt.* 4. 12. 6. et *alib.*, *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 19. (50)., *Tac.* 11. *Ann.* 10., *Ammian.* 23. 8., coll. *Strab.* 11. 508. *sq.*, *Polyb.* 5. 79., *Ptol.* 6. 10. 2. et *App. Syr.* 32.

DAIPHRO, ŏnis, m. 3. (Δαΐφρων, *bellicosus, fortis*) statuarius patriæ et ætatis incertæ, qui, ut alii, quos memoravimus, philosophos fecit, teste *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (87).

DĀIRĀS, æ, m. 1. (Δαΐρας v. Δαείρας, *gnarus, peritus*) vir quidam, de quo *Arnob.* 6. *p.* 196. « Dairas et Immaradus fratres in Eleusinio consæpto (*conditi sunt*) ». Fortasse hæc *Arnob.* deprompsit ex *Clem. Alex.* Ἴμμαρος δὲ ὁ Εὐμόλπου καὶ Δαείρας, ut Deiras fuerit mater Eumolpi, ipsa vero filia Oceani, quæ a Mercurio compressa Eleusinem peperit, teste *Paus.* 1. 38. 7. Ita *Orelli* opinatur ad *l.*, quod tamen ab Arnobii sententia nimis distaret.

DAIX, fluvius Scythiæ, in mare Caspium a septentr. influens, hod. *Ural*. Memoratur *Ammian.* 23. 6. 63. Cf. *Ptol.* 6. 14. 2. *sq.*

DALĪLA, æ, f. 1. (Hebr. *Delīlah* « delicata »; *LXX.* Δαλιδά) Animadvertit *Gesen. Thes. p.* 341. poetas Melitenses hoc nomen frequentare de amasia, quod in narrationem historiæ sacræ quadraret. *Isid.* vero 7. *Orig.* 6. 56. interpretatur *paupercula* vel *situla*.

Dalila, probabilius Philisthæa « quæ habitabat in valle Sorec (hod. *Uadi Serar*) et quam amavit Samson » (*Vulg. Jud.* 16. 4). Ad eam profecti principes (*seranim*) Philisthæorum petierunt, ut quæreret « ab eo, in quo haberet tantam fortitudinem » promiseruntque se ei singulos (fortasse quinque pro præcipuorum oppidorum numero) daturos mille et centum argenteos = lib. 15.500 (*Ibid. v.* 5) », ad hunc finem ut, quem occidere potuissent « dum dormiebat super genua ejus (*Daliliæ*) et in sinu ejus reclinabat caput » (*Ibid. v.* 19), eum potius vivum caperent atque cruciarent (*Ibid.* 5. et 6). Quod libenter vaferrima mulier, non uxor, ut nonnulli putant, sed amasia, et se patraturam promisit et nefarie patravit (*Ibid. v.* 19. *sqq. V.* integrum locum).

DALĪON, onis, m. 3. medicus insignis, cujus libros excerpsit *Plinius* et inter fontes suos retulit in *Ind. n. l.* 6. 20-23. et 28., « primus ultra Meroen longe subvectus ». *sc.* peregrinatus, 6. *ibid.* 30. 35. (194). Alibi tamen, ut 28. *ibid.* 20. 80. (282)., pro *Dalion* legend. *Bialcon*, scriptor rei medicæ, monente *Müller, Hist. Gr. fragm. IV. p.* 350.

DALMĀNŪTHA, indecl. (Δαλμανουθά) oppidum Galilææ Genezareth, hodie fort. *el-Delhamiyeh* « janua portionis seu hereditatis » ad orient. lacus Genesareth. *Vulg. Marc.* 8. 10. « Et statim (*Jesus*) ascendens navim cum discipulis suis venit in partes Dalmanutha ». Sed ap. *Matth.* 15. 39. pro *Dalmanutha* legitur *Mageda* v. potius *Magadan*, in textu Græco et in pluribus vero mss. et translationibus Coptica, Armenica, Syro-sinaitica, Peshito, Æthiopica etc. *Magdala* v. *Magdalan*, hodie *El-Medjdel*. Porro Dalmanutha esse debuit opp. huic proximum, fort. *Ma'ad* ab altero haud procul, ad meridiem, nisi est unius ejusdemque duplex nomen loci (V. *Saulcy* in *Rev. arch.* a. 1863. VII. *p.* 466. *sq.*; *Survey of Western Palest., Name lists p.* 160. et 164. et *I. van Kasteren in Dict. Bibl. II.* 1210. *sqq.* [1909]. et *Guérin, Galil. I. p.* 284).

DALMĀTA, æ, comm. gen., adject., et

DALMATÆ, ārum, m. plur. 1., et

DALMĀTENSIS, e, adj. *V.* voc. seq.

DALMĀTĬA et Delmatia, æ, f. 1 (Δαλματία) Ad orthographiam quod attinet, *Delmatia* cum deriv. pro *Dalmatia* optime scribitur: sic ap. *Cic., Vellej. Flor., Sueton., Tac.* (Cf. *Kritz* ad *Vellej.* 2. 39. 3., *Ritter* ad *Tac.* 2. *Hist.* 32., *Oudend.* ad *Sueton. Aug.* 20). Adde *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3037., *Wilm.* 150. et 1150. et *Corp.* 1. *p.* 460. *n.* 637. et 1150. Huc pertinet *Vel. Long., de orth. p.* 73. *K.* Placet etiam ut *Delmatiam*, non *Dalmatiam*, pronunciemus, quia a *Delminio* (al. *Delmino*), maxima (*ejusd. provinciæ*) civitate, tractum nomen existimatur. Adde *Cassiod. orth. II. p.* 156. *K.* et *Isid.* 14. *Orig.* 4. 8. et *St. B.* Δαλματία. — Est nom. geogr. et pers. ¶ 1. Dalmatia, regio Europæ, in Illyrico Romano seu barbaro olim inclusa (*V.* ILLYRICUS), ad orientem maris Adriatici, portuosa et insulis referta, una ex partibus, cum Japydia et Liburnia, in quas Romani subactam regionem tribuerunt, in duas jugo montium divisa, quod in mare desinit; hinc fort. plur. *Dalmatiæ* apud Latinos scriptores, ut *Jorn. Get.* 45. Nepos fugit Dalmatias (*pro* in Dalmatias) ibique deficit privatus regno. *Auct. lib.* 1. *colon. p.* 240. *Lachm.* Provincia Dalmatiarum. Adde *Ps. Aur. Vict. epit.* 4. 4. et *Itin. Ant. p.* 265. — Describitur regio *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (141)., metalli ferax et etiam auri in summa tellure, unde *aurariæ Dalmatæ*, infra memoratæ, sed parum culta, quia incolæ piraticam exercebant; item describitur iter ex ea in Macedoniam *Itin. Ant. p.* 337.; insulæ vero recensentur *ibid. p.* 519. *sq.* Memorant etiam *Ovid.* 2. *Pont.* 2. 78., *Claudian. carm.* 5. 38., 7. 120. et 24. 302., *Symm.* 10. *ep.* 20., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Trebell. trig. tyr.* 12., *Hygin. condit. agror. p.* 122. *Lachm. Vulg.* 2. *Tim.* 4. 10. Abiit Titus in Dalmatiam (*sc.* evangelium primus præco huic regioni nuntiaturus). — Addimus ex historia a. 156. a. Chr. primum Marium (quamquam *Polyb.* 2. 12. tradit Romanos antea illuc se contulisse,

sc. a. 220. a. Chr.), Dalmatiam armis aggressum, rem initio minus prospere gessisse, postea vero feliciter ibi dimicasse, quem excepit Cornelius Nasica cos. a. 155. illius gentis domitor (*Liv. epit.* 47) et a. 118. L. Cæcilius Metellus, qui de ea triumphavit (*Eutr.* 4. 3. et *Fast. triumph. Cap.* a. U. C. 637), *Dalmaticus* inde appellatus; dein C. Cosconius proc. a. 78., Gabinius a. 48., et P. Vatinius a. 44. sed improspere, amissis militaribus signis, quæ recuperavit Augustus cum Dalmatis pugnans a. 35. et 36., ex quo tempore, ut alii sentiunt, vel potius paullo post, *sc.* a. 23., in provinciam ex Illyria Dalmatiæ nomine redacta fuit (*Dio* 53. 12. et 54. 20. et *Corp.* 3. 2973). Tum legatum propræt. habuit ex consularibus (*Sueton. Claud.* 13., *Tac.* 12. *Ann.* 52. et 2. *Hist.* 36., *Corp.* 3. 2908. et 4023., coll. *Marquardt, Organiz. de l'empir rom. II. Fr. p.* 178), qui Salonis (hod. *Spalato*) residebat (*Corp.* 3. 1985. et 2075). Porro ibi pauca erant oppida; Augustus enim, quæ tunc exstabant, incendio deleverat; sed ejus successores illic quinque colonias Rom. condiderunt, nempe Epidaurum (*Ragusa-Vecchia*), Naronem, Salonas, Jader (*Zara*) et Æquum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (141-143). et *Corp.* 3. 1933., 2026., 2909., 2932. — Fuit igitur inter provincias senatorias; sed post, bellis succrescentibus, Illyricum a senatu ad imperatorem a. 11. a. Chr. translatum est (Cf. *Dion.* 54. 34); nam id temporis Dalmatia rebellis tum a Tiberio, tum a Nerone devicta ac prostrata est (*Liv. epit.* 139. al. 141. Cf. *Sueton. Aug.* 21. et *Tib.* 9., *Eutr.* 7. 9., *Oros.* 6. *Hist.* 21., *Vellej.* 2. 39. et *alib.*), quod bellum, a. 5-9. p. Chr. gestum, insigni victoria est clausum, in *Fast. Antiat.* relata (Cf. *Momms.* ad *l.* in *Corp.* 1), ex eoque tempore cohortes Dalmatarum conscribi cœptæ sunt (V. *Corp.* et *Dipl.*) et *Numeri Dalmatarum Divitensium et Fortensium* laudantur in *Corp.* 5. 5823. et 7000. Postremo sub Constantino M. ad provinciam Illyrici occid. pertinuit. — Inscriptiones, quæ ad illam respiciunt, plurimas collegit docteque illustravit *Momms.* in *Corp.* 3. *p.* 271. *sqq.* a *n.* 1704-3219.; nummi tamen Dalmatiæ proprii non exstant sed tantum aenei tertiæ formæ (V. *Eckhel.* 2. *p.* 152). — De ea cf. *Cons, La prov. rom. de Dalmat.* 1882. ¶ 2. Est etiam nom. mul. in *Inscr.* apud *Le-Blant* (*Inscr. Chr. de la Gaul. n.* 460 B). — Hinc *Dalmatius* (*Delmatius*) — *a)* Adj. ad Dalmatiam pertinens. *Corp.* 3. 6575. Dalmatiæ argentariæ. — *b)* Subst. cogn. vir. *Corp.* 3. 6300., 4185. — *Inscr.* metrica in *Bull. arch. Nap.* 1856. *p.* 44. et 62. — Abs. in titulo Chr. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 373. 6. et 5. — Sic pater Probi imp. *Ps. Aur. Vict. epit.* 37. — *Dalmatius Cæsar.* V. FLAVIUS JULIUS DELMATIUS. — *Dalmaticus* (*Delmaticus*), adj. *Sueton. Aug.* 20. et *Vellej.* 2. 115-117. et *Tac.* 6. *Ann.* 37. Dalmaticum bellum. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 153. metallum. *sc.* aurum, quod sub Nerone e Dalmatia Romam vehi cœptum est, uti curaverat Augustus (*Flor.* 4. 22), *Tac.* 3. *Ann.* 9. mare (*sc.* Adriaticum). *Sueton. Aug.* 22. triumphus (*Augusti*), ut *Horat.* 2. *Od.* 1. 16 (*Pollionis*). et *Vatin.* ap. *Cic.* 5. *Fam.* 10. — Hinc etiam subst. — *a)* *Dalmaticus* (*Delmaticus*: Δαλματικός), cogn. Metelli, Dalmatarum triumphator. *Ps. Ascon. Cic.* 2. *Verr.* 1. 59. et 154. et *Corp.* 1. *p.* 460. *n.* 637. — *b)* *Dalmatica* (*Delmatica*), *sc.* vestis. V. *Lexicon* ad *v.*; unde *Dalmaticatus*, hac veste indutus. *Lamprid. Comm.* 8. — *Dalmatinus* (*Delmatinus*), adj. idem ac Dalmata. *Paulin. vit. s. Ambros.* 52. Dalmatinum litus. — *Dalmatensis*, adj. idem ac Dalmaticus. *Trebell. Claud.* 17. — In primis vero *Dalmata* et plur. *Dalmatæ* (*Delmatæ*), populi Dalmatiæ (Δαλμάται v. Δελμάται v. Δάλματοι et contr. Δαλματεῖς). — In *mon. Ancyr. V.* 40. et *Fast. triumph. Capit.* a. U. C. 637. dat. et abl. *Delmateis*. — Dalmatæ cum Illyricis aliquando confusi sunt, maxime temporibus Augusti aut etiam paullo ante. Memorantur *Cæs.* 3. *B. G.* 9., *Cic.* 5. *Fam.* 11., *Flor.* 4. 12. 3., *Vellej.* 2. 39. 3. — Universim feroces, bellicosi, piraticæ quoque dediti ac latrocinandi arte peritissimi (*Vellej.* 2. 114. *sqq.*, *Tertull. anim.* 20., *Priscian. perieg.* 101., *Martial.* 10. 78. et *Capitolin. Antonin. Phil.* 21). — *Dalmata*, collective pro Dalmatis. *Epiced. Drus.* 389. — Item, qui est ex Dalmatia. *Corp.* 3. 5918. et 5. 7893. — Adj. *Inscr.* ap. *Wilm.* 2446. Dalmata princeps. *Stat.* 4. *Silv.* 7. 14. montes. *Trebell. Claud.* 15. exercitus. *Corp.* 3. 1997. aurariæ. — Speciatim *Dalmatæ equi*, contumaces ad frena sed habiles armis, teste *Veget.* 6. *Mulom.* 6. 3. — Hinc *Dalmatæ equites* ap. *Capitolin. Clod. Alb.* 9. *Trebell. Claud.* 11. Equitum Dalmatarum ingens exstitit virtus. — Cum addito: *Dalmatæ Aquæsiani, Divitenses, Brannodunenses, Passerentiacenses*. V. suis locc. — Subst. *Dalmata*, nom. Rom. ex patria ductum. *Corp.* 3. 2519.

DALMĀTĬCUS aliaque deriv. *V.* voc. præc.

DALMĀTIS, is, m. 3. cogn. seu potius agn. vir. *Corp.* 3. 6300.

DALMĪNĬUM. *V.* DELMINIUM.

DĀMA, æ, m. 1. (dama seu caprea) nom. vir. Memorantur apud scriptores, absolute — 1.°) Dama, servus e vilissimis. ap. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 38. et 2. *ibid.* 5. 18. et 101. et 7. 54., *Pers.* 5. 76. *sqq.*, fort. servus ficti nominis. — 2.°) Dama, conviva Trimalchionis, ap. *Petron. sat.* 41. — In titulis nom. serv. et cogn. ingenuum atque libertinum. *Inscr.* ap. *Marini, fr. Arv. p.* 93. — *Corp.* 4. 1866. et 5. 1450.

DĀMĂLIS, is v. idis, f. 3. puella laudata *Horat.* 1. *Od.* 36. Adde *Prob. Cath. p.* 1467. *P.* — In titulis nom. serv. itemque cogn. mul. *Inscr.* ap. *Marini fr. Arv. p.* 661. et *Corp.* 4. 1507. — *Damalis (æ)*, cogn. mul. libert. (δαμάλη, *juvenca*). *Corp.* 9. 6080. - et 10. 5270. Damale (es). — *Damalius* (Δαμάλιος), nom. viri Gr., qui, in hæresim lapsus, errorem dein abjuravit in conc. Ephesino a. 431 (*Mar. Mercat.* in *excerpt. Nest. p.* 861).

DAMANĪTĀNUS, i, m. 2. ad Damaniam, opp. Hispaniæ citerioris, pertinens. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24).

DĀMĂRIS, idis, f. 3. (Δάμαρις, quasi *uxorcula*: a δάμαρ, *uxor*) mulier Atheniensis a Paulo ap. ad fidem conversa una cum Dionysio Areopagita, cujus uxorem quidam putarunt; sed hoc falsum esse arguitur ex textu ipso sacro, ubi non legitur ἡ γυνὴ αὐτοῦ sed simpliciter ἡ γυνή. *Vulg. Act.* 17. 34. — A Græcis ejus festum celebratur III. Non. Oct.

DĀMAS, æ, m. 1. (Δαμᾶς) rhetor Græcus, plenius *Damas Scombrus* ap. *Senec.* 2. *Contr.* 14. et 10. *ibid.* 33., fort. a *Damasus* per apocop. ita vocatur *Strab.* 14. 1. 42., patria Trallianus. — *Damas (antis)*, quasi *domans, domitor* (Δαμᾶς), cogn. vir. *Corp.* 5. 1636.

DĀMASCĒNĒ, es, f. 1., et

DĀMASCĒNUS, a, um, adj. *V.* voc. seq.

DĀMASCUS, i, f. 2. *Damascos*, Gr. posit., ap. *Lucan.* 3. 215. — Est nom. geogr. et pers. ¶ 1. Damascus, nom. geogr., cujus scriptura et etymon v. origo vocis varia traditur. — *a)* Scriptura v. forma Hebr. triplex est, sc. *Dammeseq*, in pausa *Dammaseq* semel (*Ezech.* 27. 18); *Dummeseq* (4. *Reg.* 16. 10), *Darmeseq* (1. *Par.* 18. 5. et *alib.*); Gr. Δαμασκός et Δαμασέκ ap. *LXX.*; Ægypt. *Ti-ma-qu* = *Dimasqu* (cf. *Mariette*); Assyr. *Di-maas-qi* = *Dimasqi* v. *Dim-mas-qa* = *Dimmasqa* (cf. *Schrader*); Aram. *Darmeseq* (Cf. *Gesen.*); Syr. *Darmsūq* (Cf. *Bädeker*); Arab. *Dimaschq* (Cf. *Abulfeda*). Forma *Demeseq* occurrit ap. *Am.* 3. 12., quæ a vett. interpr. Græc., Syr., Lat. vertitur *Damascus*, a recentioribus aliter (Cf. *Trochon, Les petits Proph.* 1883. *p.* 156). — *b)* Etymon seu orig. nominis alii ducunt a *Damasco* rege, in cujus honorem Syrii sepulcrum Athares (*sc.* Atargatis), uxoris ejus, pro templo coluere, deamque exinde sanctissimæ religionis habent, teste *Justin.* 36. 2.; alii satis inepte a v. *Dam-saq* « sanguis potus » ex eo quod sanguinem Abel ea terra ebiberit, ut docet *Philo, opp. I.* 480.; alii probabilius ab Arab. *damasqa* « operosus fuit », quasi sit urbs « operosa », quod ei congruit utpote commerciis deditæ et a crebris viatorum agminibus catervatim euntibus celebratæ. — Est autem urbs antiquissima ac percelebris ad radices Antilibani (*Cant.* 7. 4), in planitie magna amœnissimaque, compluribus rivis amnibusque irrigua, in primis *Chrysorrhoa* (Hebr. *Parpar [Pharphar]*, hod. *Barada* v. *Abana*: 4. *Reg.* 5. 12), in ea Syriæ parte, quæ *Decapolitana regio* est dicta seu Damascene (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. [77]), cujus exstitit caput (*Mela* 1. 62). Memoratur *Vulg. Jer.* 49. 25. Damascus laudabilis urbs lætitiæ. *Ammian.* 14. 8. 9. sæculis condita priscis. *Hieronym.* in *onom. p.* 167. *P.* nobilis Phœnicis urbs. *Seren. Samm.* 28. 5. clara. *Augustin. serm.* 202. divitiis abundans, in quibus confidebat. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 14. pia. *i. e.* valde superstitiosa. *Vulg. Am.* 1. 5. Conteram vectem Damasci et disperdam habitatorem. *et Is.* 17. 1-3. Desinet Damascus esse civitas et erit sicut acervus ruinæ et cessabit regnum a Damasco (Cf. 4. *Reg.* 16. 9. Ascendit rex Assyriorum in Damascum et vastavit eam et transtulit habitatores ejus in Kir. *i. e.* Cyrenem, a. 732., al. 740. a. Chr.). Ita etiam in inscr. cuneatis, de quibus vd. *Lenormant, Hist. Or. IV. p.* 227., coll. *Sayce, Alte Denkm. p.* 136. *et Jer.* 49. 23. Dissoluta est Damascus, versa in fugam (Cf. *Curt.* 3. 12., *Arr. anab.* 2. 2. 15., 4. *Reg.* 28. 29. et *ibid.* 24. et *Jos. ant.* 10. 9. 7). Adde *Sulp. Sev. chron.* 2. 15., *Tertull. c. Marc.* 3. 18., *Isid.* 9. *Orig.* 2. 3. et 15. *ibid.* 1. 15., *Heges. B. J.* 1. 18. *sqq.*, *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1738. et *Corp.* 3. 755., coll. *Strab.* 16. 755. *sq.*, *Diod.* 17. 32. 3. — De ejus origine et historia sive sacra sive profana hæc pauca subjicimus: Damasci initia sunt prope ignota; non enim leviter habenda fides testimonio *Jos. ant.* 1. 6. 4., qui eam dicit conditam ab Us (Οὖσος), filio Aram, quique ex Nicolao Damasc. tradit non solum fuisse Abrahamum ejus hospitem, quod non infitiamur (Cf. *Gen.* 15. 2. et *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod.* 1896. *I. p.* 462), sed etiam regem. — Sub Thotmes III. ea potiti sunt Ægyptii (*Mariette, Les list. géogr. d. pyl. de Karn.* 1875. *p.* 17). A David dein, Hebræorum rege, expugnata est (2. *Reg.* 8. 5. *sq.* et 1. *Par.* 18. 5. *sqq.*); verum sub Salomone, ejus filio, libertatem recuperavit sedesque fuit regum per annos ca. 230., quorum mentionem facit *Justin. loc. cit.*, interdum magis fabulator quam historicus. Ex his prior fuit Razon, Salomoni infensissimus (3. *Reg.* 11. 23), habuitque successores, qui bellum cum Samaritanis prospere gesserunt; donec, regnante Razin, qui Damascum captam ab Hieroboamo recuperavit, ab Assyriis, duce Theglathphalasar III., fuit occupata (4. *Reg. loc. cit.*, *Is.* 7. 4. et *alib.*, *Am.* 1. 3-5. et 5. 27). Dein aliquamdiu refecta, alias subiit ærumnas, a Chaldæis, Persis et Alexandro M. inflictas, tum Lagidum Seleucidumque ambitione, de ea possidenda secum certantium, dum a. 66. a Romanis capta Syriæ provinciæ adnexa et sæc. II. a Chr. n. Phœniciæ ad *Libanum* (V. SYRIA) et etiam Arabiæ (2. *Cor.* 11. 32). Cf. *Momms, Prov. Rom. II.* 441. *sqq.* tr. Roma 1890. — Colonia post regnum Alexandri Severi florentissima et una ex magnificentioribus orbis Romani urbibus; quam quidem magnificentiam fere usque ad nostra tempora servasse tradunt veteres recentioresque scriptores ac viatores, qui hodiernum incredibilem Damasci luxum, singulari viridantis soli, omni genere arborum pomiferarum, florum, herbarum consiti, pulcritudine mirifice auctum, vividis coloribus depingunt. Hæc autem ex parte testatur *Plin.* 15. *Hist. nat.* 13. 12. (48)., qui eam dicit fertilem prunis, quæ Damasceni dicuntur (*V.* infra et *Colum.* 10. 404). et *Vindic. carm.* 41., pomis, itemque amygdalis, ficis, malis punicis aureisque ac citrinis, præsertim armeniacis, cerasis, moris, nucibus etc.; universim vero *Julian. imp. ep.* 24. *ad Serap.*, ubi eam ab ubertate soli aliisque titulis maxime celebrat. Adde lapidem quoque alabastritem (*Plin.* 13. *Hist. nat.* 5. 12. [61]); « vinum Chelbon, *sc.* pingue, et lanas colores optimi » (*Ezech.* 27. 18. et *Strab.* 15. 3. 22); stragulum seu pannum quem « grabatum » vertit *Vulg. Am.* 4. 12. et vulgo *damasco* dicitur, sericum v. laneum, aliaque illius urbis et agri propria eademque insignia, adeo ut quam Παράδεισος vocat *Steph. Byz.* h. v., non nisi Damascus esse queat, ab Arabibus etiamnum tamquam paradisus terrestris habita, dicta etiam vulgo « unio et oculus Orientis », et quod mirum est, ex remotissima antiquitate, etsi interdum diruta, sed ex ruinis resurgens, Babylone, Ninive, Thebis, Memphi aliisque ditissimis potentissimisque urbibus perpetuo excidio damna-

tis, adhuc potens ac speciosa perdurat vigetque (Cf. Re, Arch. Bibl. Dix. II. p. 21. et Neubauer geogr. Talm. p. 296). — De iis præterea, quæ ad rem Christianam attinent, V. PAULUS. — De urbis itemque ejus regum nummis vd. Eckhel, 3. p. 329-334.; Mionnet V. 283-297. Suppl. VIII. 193-206.; De Saulcy, Numism. d. Terr. St. 30-56. et Head, H. N. 784. — Plura de ea, præter laudatos, dabunt Porter, Five years in Damasc. Londr. 1855. p. 24-148.; Sauvaire, Descript. de Damas in Journ. asiat. 1894-1896., coll. Guthe, Paläst. in Bild u. Wort I. 389-442.; Chauvet et Isambert, Syrie, Palest. 1887. p. 632-644.; Cheyne u. Black, Encycl. Bibl. I. 987. sqq.; Forbiger II. 651. sq. ¶ 2. Est nom. pers. — 1.º) Heros ἐπώνυμος urbis, ap. Justin. 36. 2. et Isid. 15. Orig. 1. 15. — 2.º) Hæreticus quidam temporibus Valentiniani et Valentis impp., ap. Cassiod. 6. Hist. trip. 8. — Hinc Damascus, adj., idem ac Damascenus. Plin. 18. Hist. nat. 5. 10. (61). mons. Vulg. Gen. 15. 2. Eliezer. — Damascenus, adj., ad Damascum quocumque modo pertinens. Justin. 36. 2. Judæis origo Damascena (ignarus homo, præsertim in Judaica historia multa peccat). et Vulg. Ezech. 27. 18. negotiator. et 1. Par. 18. 5. Syrus. — Damascena pruna, quæ et Damascena absolute, laudatissima apud veteres. Plin. 15. Hist. nat. 13. 12. (43)., Apic. 4. 181., 7. 280. etc., al. — Damascenus Juppiter, ita cognominatus a cultu, quo eum maxime prosequebantur Damasci incolæ, quique dein translatus est in Italiam; Puteolis namque erant « sacerdotes Jovis optimi maximi Damasceni »: Inscr. in Corp. 10. 1576. Cf. etiam Ibid. 6. 405.; Le Bas-Waddington 1879.; Malal. XIII. p. 344. D. et Chron. Pasch. I. 561. D. — Absolute — a) Damascena (æ) v. Damascene (es), ea Syriæ pars, cujus caput erat Damascus. Mela loc. cit. et Plin. 5. Hist. nat. 12. 13. (66). — Justin. loc. cit. Moyses, Damascena, antiqua patria, repetita, montem Synam occupat (?!). — b) Damascena (orum), pruna, de quibus supra diximus. — c) Damasceni (orum), incolæ Damasci urbis vel Damascenæ regionis. Vulg. 2. Cor. 11. 32. Civitas Damascenorum. Hieronym. in onom. p. 361. P. Cyrene - ad quem locum rex Assyriorum transtulit Damascenos. — Item Damascenorum cohortes in Corp. 5. 5126. Sic Cohors I. Flavia Damascenorum peditata, in Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 6828.

DĂMĂSIĀNUS, a, um, adject. V. DAMASUS.

DĂMĂSICHTHON, ŏnis, m. 3. (Δαμασίχθων) Niobes filius, cum sex fratribus ab Apolline occisus, ut fabulatur Ovid. Ib. 579. ferunt cæsos sex cum Damasichthone fratres. Adde eund. 6. Met. 254., coll. Apollod. 3. 5. 6. et Hygin. fab. 11.

DĂMĂSIPPUS, i, m. 2. (Δαμάσιππος, domitor equorum) nom. vir. Gr., quod in cogn. transiit gentis Liciniæ, ut L. Licinius Damasippus, dictus tantum L. Licinius a Liv. epit. 86. et absolute Damasippus a Vellej. 2. 26. V. LICINIUS. — Memorantur etiam — a) Damasippus, negotiator ridiculus, qui philosophiam Stoicam affectabat, derisus Horat. 2. Sat. 3. 16., 64., 65. etc. — b) Elius famosus. Juv. 8. 185.

DĂMASTES, æ, v. is, m. (Δαμάστης, domitor) Ultimam corripuit Avien. or. 372. « stadia septem vix sit Damastes esse ».

Damastes, rerum scriptor, patria Sigeensis (Avien. or. 46), Herodoti æqualis, cujus libros Plinius inter fontes suos retulit in Ind. l. 4-7. ac memorat 7. 49. 2. et 7. 57. 16. Horum fragmenta collegit ediditque Müller in Hist. Gr. rell. II. 64-67.

DĂMASTOR, ŏris, m. 3. (Δαμάστωρ) unus ex gigantibus, qui bellum intulere cælo montes montibus imponendo, ut illud contingerent; quæ fabula historiæ turris Babelicæ adludere videtur. Memorat Claudian. gig. (carm. 37) 101. sævusque Damastor.

DĂMĂSUS, i, m. 2. (Δάμασος) Scribitur Damasius in Inscr. ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 163. 5.

Damasus ¶ 1. Fuit pontifex max., doctrina et sanctitate insignis, Romanus, quamvis in Lib. Pontif. (ed. Duchesne I. 212) dicatur, non satis tamen demonstretur, originis Hispanicæ fuisse (Jülicher), ca. a. 305. natus, Liberii successor, cujus diaconus fuerat, electus; unde mox schisma ortum est ambitione Ursicini (Ursicii) presbyteri pontificatum inhiantis « qui in tantum furoris erupit, ut, persuaso quodam satis imperito et agresti episcopo (Tiburtino), collecta turbulentorum et seditiosorum hominum manu, in basilica, quæ Siciniana appellatur, episcopum se fieri extorqueret, legibus et ordine et traditione perversis. Quo ex facto tanta seditio, immo vero tanta bella coorta sunt - ut replerentur humano sanguine (Ammian. 27. 3. 11. fuisse ait centum triginta septem cadavera peremptorum) orationum loca. Quæ res, factione Maximi præfecti, sævi hominis, ad invidiam boni et innocentis versa est sacerdotis, ita ut causa ad clericorum usque tormenta deduceretur; sed adsertor innocentiæ Deus adfuit et in caput eorum, qui intenderant dolum, pœna conversa est ». Ita Rufin. H. E. 1. 10., coll. Augustin. 6. c. Jul. 88. et Ammian. loc. cit. — Sanctus hic pontifex, quem virginem et doctorem virginis Ecclesiæ vocat Hieronym. ep. 30. ad Pamph., ob illibatos mores ac sanctitatem vitæ præclarum, statim dedit suæ sollertiæ æque ac doctrinæ et pietatis specimina; nam et hæreticos damnavit, Apollinarem nempe et Auxentium, Mediolanensem episcopum, a. 371.; in Synhodo Romana XXIV. anathemata emisit contra Arianos, Sabellianos aliosque hæreticos (Theod. H. E. 5. 11); Athanasium, Arianorum malleum, defendit ac Petrum, ejus successorem, et Luciferianos repressit ac Paternianos (Auct. prædest. 1. 85); Eunomianos et Macedonianos anathemate perculit in conc. Constantinopolitano II. a. 381. Quod autem Liberium damnaverit in conc. Romæ habito, ut refert Oros. vit. s. Eus., nulla alibi exstat memoria, qua commentum hoc suffulciatur. Præterea curavit, ut interpretatio Itala Nov. Test., in quam plura menda irrepserant, uti Patres memoriæ prodiderunt de iis conquesti, a viro linguarum sacrarum peritissimo corrigeretur, nec alium nisi Hieronymum selegit, qui, a. 383. pontificis mandato obtemperans, Euangelia ad fidem Græcam revocavit, ceterosque dein libros, quidquid alii aliter sentiant, item emendavit, quum ipse dicat (de script. eccl.) « N. T. Græcæ fidei reddidi » et alib. (ep. 62. [al. 71] ad Lucin.) « N. T. Græcæ reddidi auctoritati » (V. HIERONYMUS). Porro Damasus et decretum edidit (dictum postea Gelasianum), quo libri sacri protocanonici et deuterocanonici distinguebantur, quod Gelasius auctum iterum promulgavit (Vigouroux et Bacuez, Man. bibl. c. 11. a. 11). — Etiam locis, cultui sacro dicatis, ædificandis operam dedit; nam Basilicas duas erexit, alteram s. Laurentii nomine ad theatrum Pompeji maximeque locupletavit, alteram viâ Ardeatinâ ad Catacumbas; Platoniam quoque, ubi aliquando jacuerant corpora Petri et Pauli dedicavit ornavitque versibus. — Scripsit cantica sacra, quæ sunt ex antiquioribus, multosque metricos titulos sepulcrales seu epitaphia (De Rossi, Rom. sott. et Inscr. Chr. I. 329. et II) aliosque, ut plurimum in sanctorum, præsertim martyrum, honorem, quos Furius Dionysius Philocalus, « ejus cultor atque amator » (De Rossi ibid. I. p. LVI), singulari litterarum elegantia insculpsit, quæ Damasianæ dicuntur, plerumque versibus hexametris et aliquando rythmicis, nonnunquam vero elegiacis vel dimetris iambicis vel tetrametris dactylicis catalecticis; non tamen sine mendis, sed maximi momenti ad historiam dogmatum illustrandam: item de virginitate « versu prosaque » (volumina) composuit (Hieronym. ep. 22) et epistolas, quarum aliquot ad nos pervenerunt (Mign. XIII. 347-376): cf. Inscr. matr., nuper rep., in Not. degli scavi 1876. « HIC DAMASI (Papæ) MATER POSVIT LAVRENTIA MEMBRA »: epitaphium fort. ab ipso Damaso matri suæ Laurentiæ, nomini antea ignoto, inscriptum. Verum hymni ad s. Andream ap. (carm. 8) et ad s. Agatham mart. (carm. 8), olim ei attributi, nunc spurii censentur. De eo Hieronym. vir. ill. 103. « Damasus romanæ urbis episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit multaque et brevia metro heroico edidit et prope octogenarius sub Theodosio principe mortuus est » (a. 384) ac sepultus est in basilica sui nominis ad cœmeterium Domitillæ, ut pluribus demonstravit De Rossi in Bull. Chr. a. 1865. p. 23. et alib. sæpe, successoremque habuit Syricium (Augustin. ep. 53) — Titulus Damasi videtur esse titulus ædis, quæ dicitur s. Laurentii in Damaso, ubi jacet ejus corpus, memoratus in ep. synhod. Symmachi pap. a. 499 (V. Nibby, Rom. mod. 1. p. 291-295). — Crypta Damasi legitur in Inscr. ap. De Rossi, Roma sotterr. III. p. 424. sq., ab eo illustratis. — Laudatur insuper ab Ambros. ep. 17., Symm. 10. ep. 41., Hieronym. ep. 48. et Cassiod. 5. Hist. trip. 28. sq. et, ex recentioribus, a cl. J. B. De Rossi in Bull. Chr. passim, coll. Rade, Damas Bischof Rom 1882.; Wittig, Papst Damas. I. Quellenkrit. etc. 1902. fasc. suppl. 14. et Marucchi, Man. d' arch. crist. Rom. 1908. p. 227-278.; quamquam non defuit, qui hunc, omnium illius sæculi pontificum præstantissimum, insanæ criticæ aculeis carpere non dubitaverit (Duchesne, Hist. anc. de l' Egl. p. 456. et 483. Cf. Bottagisio, Appunti sereni sulla Storia antica della Chiesa di L. Duchesne p. 321. sqq. V. CYRILLUS ALEX.). — Editionem post Migne P. Lat. XIII. 109, sqq. epigrammaton aliorumque carminum, numero ex repertis a Joh. B. De Rossi valde aucto, eximiam adornavit Ihm hoc titulo: Damasi epigrammata. Accedunt Pseudodamasiana aliaque ad Damasiana illustranda idonea. Rec. et adn. M. Ihm Lips. 1895. ¶ 2. Item heros in bello Thebano, laudatus Stat. 8. Theb. 495. ¶ 3. Item Democriti philosophi frater, memoratus Plin. 18. Hist. nat. 35. 78. (341). Cf. Clem. Alex. strom. 6. p. 641. ¶ 4. Item rhetor Trallianus. V. DAMAS. — Hinc adj. Damasianus, ad Damasum aliquem pertinens. Hieronym. chron. ad a. 366. Damasiana pars (sc. partito, fazione). — Damasiani, abs., fautores Damasi pontif. Faustin. et Marcellin. libell. prec. præf. 3. Tunc universi Damasiani irruentes in basilicam etc.

DĂMĀTĬUS, ii, m. 2. nom. viri « summarum artium liberalium litterarum studiis utriusque linguæ perfecte eruditi optima facundia præditi », in Inscr. apud Renier n. 3838. Cf. Corp. 8. 8500. et Schulze, Eigenn. p. 355. et 373.

DAMĒA, æ, f. 1, nom., quo fuit vocata initio urbs Apamea, teste Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (127).

DAMEN, ēnis, m. 3. (Δαμήν, ῆνος) historicus quidam, laudatus Prisc. gramm. VI. 231. 17. K.

DĂMĪA, æ, f. 1. cogn. Bonæ Deæ, cujus sacerdos hinc Damiatrix dicta, a Damiam, quod est sacrificium. Paul. Fest. p. 68.

DĂMĬĀNUS, i, m. 2. cogn. vir. Græcanicum martyris celeberrimi, de quo V. COSMAS. — In titulis cogn. vir. Corp. 8. 9481. — Damiana, cogn. mul. 10. 3059. 189. — Cf. Damius (Δάμιος), nom. præfecti classis. Liv. 44. 28. — Alia: Daminius, Daminas, Damus, Dama, Damio, Damis, Damitius, in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 240. adn. 7. et p. 355. et 373 (Cf. etiam Holder Altc. Spr. I. 1216).

DĂMĬATRIX. V. DAMIA.

DAMIGĔRON, ŏnis (-ontis), m. 3 (Damigero ap. Arnob. loc. cit.) nom. vir., fort. Persicæ originis, magi celeberrimi apud antiquos, qui cum Dardano, Typhone aliisque laudatur Tertull. anim. 57. et Arnob. 1. p. 81.

DĂMĬO v. Damion, ōnis, m. 3. (Δαμίων) demin. a dama (V. Furlanetto); vel a rd. Dor. δᾶμος pro δῆμος, populus (V. Garrucci). Cf. etiam Δάμιος, Damius et Damis. — Est autem nom. vir., etiam serv. — 1.º) In titulis. Corp. 3. 5150., et 5. 1310. et ap. Garrucci, Syllog. n. 1884. — 2.º) Specialim — a) Fuit medicus, quem recenset Plin. inter fontes suos in Ind. h. n. l. 20-27. laudatque 20. Ibid. 9. 40. (103). — b) Item libertus et apparitor P. Clodii, qui a. 58. a. Chr. obsedit Cn. Pompejum (Ascon. in Mil. p. 47).

DAMIPPUS, i, m. 2. (Δάμιππος, domitor equorum: cf. Damasippus) vir Lacedæmonius, a Syracusanis missus ad Philippum regem, sed a Romanis captus a. 212. a. Chr. Liv. 25. 23., coll. Polyb. 7. 5. 3.

DĂMĪRA, æ, f. 1. puella, cujus tenera ætate demortuæ exstat epitaphium Luxorii in Anth. Lat. n. 345. Riese. Damira hic tumulo regalis clauditur infans.

DAMNĂMĔNEUS, ei, m. 2. (Δαμναμενεύς Clem. Alex. p. 568. Solis epitheton) nom. quadrisyll., unus ex Idæis Dactylis, qui a quibusdam tres iidemque Lares esse creduntur, sc. Damnameneus, Asthens, Pyrrichus. Diomed. gramm. III. 478. 16. K. Cf. Schol. Apoll. Rhod. 1. 1131.

DĀMO et Damon, ōnis, m. 3. (Δάμων) nom. vir. — Damona, acc., ap. Pacat. Paneg. Theod. Aug. 17. — Prima producenda est. V. Anth. Palat. 11. 125., Virg. et Auson. locc. citt. — Memorantur ¶ 1. Historicus quidam, laudatus Plin. 7. Hist. nat. 2. 2. (17). et inter ejus fontes relatus in Ind. l. 7. V. Müller, Hist. Gr. frgm. IV. p. 377., coll. II. 380. ¶ 2. Item philosophus Pythagoreus, celeber ob amicitiam Phintiæ (al. Pintiæ v. Pythiæ), qui, uti fertur, pro eo capitis damnato apud Dionysium tyrannum vadem se obtulit, mortem subiturus, nisi ipse domum profectus, ut res suas ordinaret, pacta die cum tyranno, redisset. Hac tamen adpropinquante nec illo revertente, popellus tam temerarium sponsorem, quem laudare debuisset, stultitiæ incusabat. At, omnibus stupentibus, inopinatus supervenit Phintias. Eorum fidem admiratus Dionysius huic supplicium remisit rogavitque, ut se in societatem amicitiæ tertium reciperent. Cic. 3. Off. 10. 45., coll. 5. Tusc. 22. 63., Val. Max. 4. 7. ext. 1. et Ambros. 2. de Virg. 34. Auson. ep. 24. 37. Nec custodisset Siculus vadimonia Damon. — Perperam his tribuit, quod de Amphinomo et Anapio alibi narravimus (Cf. Val. Max. 5. 4. ext. 4), Hygin. fab. 254. V. AMPHINOMUS. ¶ 3. Item musicus, Periclis magister, qui, ut tradit Capell. 9. p. 213. « ebrios juvenes perindeque improbius petulantes - modulorum gravitate perdomuit ». Laudatur etiam Cic. 3. Orat. 33. 132. ¶ 4. Item pastor, apud Virg. 3. Ecl. 17. et 8. 1.

DĀMŌ, us, f. 4. (Δαμώ, οῦς Dor. pro Δημώ) Pythagoræ filia, apud quam quum sua commentaria deposuisset, nemini extraneorum hæc tradere ei imperavit, quamque ea Damo grandi pecunia vendere potuisset, id omnino noluit; paupertatem enim et patris præcepta auro potiora existimabat, ut refert Porphyr. in vit. Pyth. et Lysid. in ep. ad Hipparchum vel Hippasum. Laudatur etiam Hieronym. in apol. alt. ad Rufin.

DĀMŎCLES, is, m. 3. (Δαμοκλῆς, populi gloria) nom. vir. — Voc. Damocle, ap. Cic. loc. cit. 61. — Memorantur hoc nomine — 1.º) Adulator Dionysii tyranni, ab eodem, gladio e lacunari seta equina apto, qui capiti ejus impendebat, perterrefactus, ut habet Cic. 5. Tusc. 21. 62., coll. Macrob. 1. somn. Scip. 10. 16. et Horat. 3. Od. 1-17. — Hunc Democraten appellat Schol. Pers. 3. 39. — 2.º) Item, adulescens Argivus, qui, Argos in libertatem vindicare percupiens, interfectus est, teste Liv. 34. 25 (a. 195. a. Chr.).

DĀMŎCRAS. V. voc. seq.

DĀMŎCRĂTES et Democrates (apoc. Damocras), ātis, m. 3. (Δαμοκράτης et Δημοκράτης, potens ap. populum v. populus potens), nom. vir., quod transiit in cogn. et nom. serv. apud Romanos. Corp. 1. 1128. et alia ap. Marini, Iscr. Alb. p. 182. In alia apud Murat. 1654. 8. Democratenis (genet.). — In Iscr. Alb. ap. Marini, quæ duabus lineis constat, legitur: DAMOCRA | COTTAE. L. S.; quam lectionem emendat Momms. in Corp. 1. 1123. supplendo Damocrat apoc. pro Democrates; contra Garrucci retinet Damocra, coll. Arpocra; at De-Vit cum Marini ita legit: DAMOCRA(S) COTTAE Libertus, s secundæ lineæ in primam translato, pro DAMOCRAI v. DAMOCRAtes COTTAE Lucii servus, ut Momms. cum aliis.

DĀMŎCRĬTUS, i, m. 2. (Δαμόκριτος v. Δημόκριτος, populi judex) prætor Ætolorum, Philippi adversus Romanos in bello fautor (a. 200. a. Chr.), legatus ab Ætolis ad Nabin, Lacedæmoniorum tyrannum, ut eum ad bellum incitaret contra Romanos; sed, ab his captus, in lautumias est conjectus. Liv. 31. 32., 35. 12. et alib.

DĀMŒTAS, æ, m. 1. (Δαμοίτας) nom. vir. Gr., quo appellatur pastor Virg. ecl. 3 (Cf. Theocr. eid. 6). — Est etiam cogn. vir. Corp. 4. 5007.

DĀMŌNA, æ, f. 1. nom. deæ Gallicæ. Inscr. apud Orelli n. 1975. et Henzen, Suppl. Orelli n. 5880.

DĀMŌNĒ, es, f. 1. una ex filiabus Danai, quæ Amyntorem occidit, teste Hygin. fab. 120. Dubia tamen est lectio.

DĀMŎPHĬLUS, i, m. 2. Δαμόφιλος v. Δημόφιλος, populi amicus. ¶ 1. Memoratur hoc nomine plastes et pictor, de quo Plin. 35. Hist. nat. 12. 45. (154). « Plastæ laudatissimi fuere Damophilus et Gorgasus, iidem pictores, qui Cereri ædem Romæ ad Circum Maximum utrique genere artis suæ coluerunt, versibus inscriptis græce, quibus significarent ab dextra opera Damophili esse, ab læva Gorgasi ». Porro ædes hæc Cereris et Liberi Liberæque ab A. Postumio dictatore in pugna cum Latinis a. 496. a. Chr. vota et exstruenda locata (Dionys. 6. 17. et Tac. 2. Ann. 49), dedicata fuit a Cassio cos. a. 493. ¶ 2. In titulis nom. vir. Inscr. Not. degli scavi 1896. p. 154 (Bononiæ).

DĀMŎTĔLĒS, is, m. 3. (Δαμοτέλης v. Δημοτέλης, populi v. publicis expensis factus) Ætolorum legatus ad Romanos a. 189. a. Chr., de quo Liv. 38. 8., coll. Polyb. 22. 8. 9. et alib.

DAN, indecl. m. (Hebr. Dân « judex v. judicium »; LXX. Δάν) nom. pers. et geogr. oppidi ac tribus.

I.) Dan, nom. pers., sc. filius Jacob quintus ac primus ex Bala, Rachelis ancilla (Vulg. Gen. 30. 5), a qua nomen accepit his verbis: « Judicavit mihi Dominus - dans mihi filium: et idcirco appellavit nomen ejus Dan » (Id. ibid. v. 6); quod, ut scribit Jos. ant. 1. 19. 8., idem valet ac Theocritus « Deus judex »: Δάν, θεόκριτον ἄν τινες εἴποιεν κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν. — Fratrem habuit ex eadem matre Nephthali (Ibid. v. 8) ejusque filii Hussim dicuntur (Ibid. 46. 23); non enim de uno intelligenda hæc vox est numeri plur., eoque magis quod tribus Dan post Juda fuit ceteris major (Cf. eund. Num. 1. 38-39. et 26. 43). — De hujus patriarchæ historia nihil scimus; nam quæ in sacris litteris de Dan leguntur, singula ad ejus tribum sunt referenda.

II.) Dan, nom. ethnico-geogr., dicitur de tribu ab eo nuncupata, una ex duodecim Israelis. Porro de ejus situ, indole et historia hæc habes: — a) Portio, quæ in divisione terræ Chanaan ei contigit, fuit inter Ephraim, Beniamin et Juda (Jos. 19. 40) ac pertingebat usque ad mare ab austro et occid. Philisthæorum prope Joppen (Giaffa). Oppida, quæ ad eam pertinebant, recensentur in libro Josue (19. 40-48), numero decem et octo, paucis aliis additis, quæ in aliis libris memorata occurrunt. — b) Danitarum tribus excelluit calliditate ac vi, quæ duo continentur vaticinio Jacobi: « Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro » (Gen. 49. 17. Cf. Deut. 33. 22). Judæi autem ac Hieronymus cum aliis interpretibus verba Jacobæi vaticinii « Dan judicabit populum suum » (Gen. 49. 16) Samsoni accommodant, qui « judicavit Israel viginti annos » (Jud. 16. 31). — Cur vero Johannes (Apoc. 7. 6) in tribubus recensendis Dan omiserit, disputant interpretes veteres (V. Iren. adv. hær. 5. 30. 2.; Hippol. de Antichr. 6. Augustin. qu. 22. in Jos., Greg. M. 31. mor. 18), hoc unum tamen, aliis conjecturis ac sententiis prætermissis, mihi videtur vero simile, in v. 6., pro Man(asse) legendum esse Dan (MAN pro ΔAN a librario decurt. a Manasse), ita ut tribus Ephraim et Manasse sub nomine Joseph, unde ortæ erant, ambæ in censu essent comprehensæ (Cf. Drach, Apoc. d. st. Jean Paris 1879. p. 92-93. et Sales, Comm. Apoc. II. Torino 1912); non enim ratio liquet, cur Joseph dicatur pro Ephraim tantum, non etiam pro Manasse, altero ejus filio: tali pacto tribuum numerus exstaret integer. — c) De ejus historia nihil est memoratu dignum, quod ceterarum fatis excellat, nisi historia de fortissimo Samsone, judice Danita; item de bellatorum copia, qua, excepto Juda, ceteris tribubus præstabat (Num. locc. citt.) et de commercio, quod, proprio ad Joppen portu instructa, maximum exercebat (Jud. 5. 17. et Ezech. 27. 20), unde viæ patebant ad metropolim Judææ, ex quibus magna illa, quæ, ab Ægypto Damascum ducens, per Danitarum territorium transibat. — Aliquando Amorrhæus victus, at non deletus « artavit filios Dan in monte, nec dedit eis locum, ut ad planiora descenderent » (Jud. 1. 34); quæ causa potior fuit, cur Dan coactus sit quærere « possessionem sibi ut habitaret in ea, nam usque ad illum diem inter ceteras tribus sortem non acceperat (Jos. 18. 1) ». Ex quibus tamen verbis non sequitur ei nullam in partitione Chanaan tributam esse partem terræ, quam profecto habuit (Ibid. 9. 40), sed exiguam. Missis igitur exploratoribus et post eos sexcentis fortissimis viris, Danitæ terram repererunt in finibus Galilææ ad lævam Jordanis prope Hermon « valde opulentam et uberem » ceperuntque oppidum Lais seu Lesen, exinde Lesen Dan appellatum, ut legitur etiam in libro Josue (19. 47), quod tamen temporibus Judicum obtigerat; sed ex communi recentiorum sententia posterius in loc. Jos. fuit inserta hæc narratio (Cf. etiam Deut. 33. 22), ut significaretur, Dan præter partem sibi adsignatam, quam ibi describitur (vv. 40-47), aliam adquisivisse. — Hinc Danus, adj. Cypr. Gall. Exod. 1186. Achisamo de Dana tribu.

III.) Dan, nom. geogr. ¶ 1. Fuit oppidum, idem ac Lais seu Lesen (Λασενδάν LXX. v. Λάσεν Δάν Jos. 19. 47), quod tum memoratur, cum Abraham, regem Elamitarum insectatus, pervenit usque Dan (Vulg. Gen. 14. 14. Cf. Jos. loc. cit.). Attamen inter eruditos quæstio est, utrum idem sit, an ita differat a Lesen Dan ut antea jam exstaret essetque Palæstinæ limes septentrionalis, uti Bersabee australis, unde dictio « Dan usque Bersabee » passim in sacris litteris usitata. Alii namque dicunt Lesen esse illo longe antiquius, cujus mentio est Gen. 14. 14. et Deut. 24. 1., prope fontem Jordanis (hod. El-la-Dan), qui ab eo nomen accepit, ut, teste Hieronym., ait Yeor-Dan, sc. fluvius Dan (quod etymon nunc rejicitur); alii vero idem esse defendunt. Rem expedit Smith (The book of Mos. I. 445. sqq.) scribens « eam urbem prius dictam ob Adonidis cultum, dein Lais Dan v. Lesen, postremo a Danitis iterum Dan, nulla Adonidis, sed patriarchæ Dan habita ratione ». Fuit namque ibi celebre templum, ubi deus Pan v. Adon (Dan) colebatur, quem Phœnices appellabant Baal-Yaan vel Dan-Yaan (sc. dominus vel judex fidicen), unde opp. Dan-Yaan nomen accepisset eoque in patriis sui memoriam usi essent Danitæ (V. Cornely, Curs. Script. Sacr., Introd. Paris 1877. II. p. 91). Hodie dicitur Tell-el-Qadi, sc. collis judicis, i. e. Dan, prisca loci origine ac significatione revocata. — Hinc Dan silvestris ap. Vulg. 2. Reg. 24. 6 (ubi Hebraice alii leg. Dan-Ya'an, al. Dan-Ya'ar; al. vero aliter), locus, in quem venerunt Joab ac principes militum, ut ibi populum numerarent. — Dan castra, locus, memoratus in libro Judicum (13. 25. et 18. 12), inter Zon et Eshtaol, Hebr. Mahhaneh-Dan « campus Dan », ubi Danitæ ad novam terram conquirendam profecti castra posuerant, cujus terrificæ stationis, etsi brevis, incolas satis memores eam ex hostium nomine vocasse nil mirum esse potest nisi criticis, præjudicata in sacras litteras opinione devinctis (Reuss, Gesch. A. T. § 108). ¶ 2. Item oppidum seu regio, cujus meminit Ezech. 27. 19. « Dan et Græcia et Mosel (Hebr. Yâvân de Uzzâl) in nundinis tuis (Tyre) proposuerunt ferrum fabrefactum; stacte et calamus in negotiatione tua ». — De ejus situ nihil certi; alii namque putant locum esse in Arabia meridiana (Cf. Gen. 25. 3. et Ezech. 27. 20) eundem ac Dedan; alii vero leg. Vedan, pro et Dan, quasi sit Adan, oppidum item Arabiæ; alii postremo tribum Dan interpretantur, in qua periti erant artifices, ut Ooliab (Exod. 35. 34) et Hiram Tyrius, filius mulieris Danitæ (2. Par. 2. 13-14). Ceterum quæ memorantur Ezech. loc. cit., in Arabia (hod. Yemen) copiosa et optima inveniuntur.

DĂNĂĒ, es, f. 1. nom. mul. (Δανάη v. Δανάη, aliquando contr. Δανᾶ) Etiam Danaa, æ, latine declinatum videtur ap. Ter. Eun. 505. Quo pacto Danaæ misisse ajunt quondam in gremium imbrem aureum. Adde Orest. trag. 112. et Prisc. inst. 5. 3. et accent. 17. p. 522.

Danae ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit Acrisii, Argivorum regis, et Aganippes filia, Abantis nepos (Hygin. fab. 63), unde Acrisioneis et Acrisione dicta, cui fatum fuit, ut quod peperis-

set, Acrisium interficeret. Hoc timens Acrisius eam in muro lapideo (*alii turrim vocant*) præclusit. At Juppiter, in imbrem aureum conversus, cum Danae concubuit, ex quo compressa natus est Perseus. Hæc *Hygin. l. c.*, coll. *Isid.* 8. *Orig.* 9. 35. Memorant *Horat.* 3. *Od.* 16. 1. *sqq.*, *Ovid.* 4. *Met.* 608. *sqq.*, *Lucan.* 9. 659., *Stat.* 6. *Theb.* 287 (coll. *Lact. Plac.* ad *h. l.*), *Propert.* 2. 20. 12. et *ibid.* 32. 59., *Senec. Oct.* 772., *Claudian. carm.* 18. 82., *Lact.* 1. 11. 18. et, tacito nomine, *Colum.* 10. 205. — Porro, quum id rescivisset Acrisius, eam cum nato in arca inclusam in mare projecit; sed arcam detulit Juppiter in insulam Seriphum (V. *Usener, Götternam.* 41), quam detectam effregit piscator quidam, perduxitque mulierem cum infante ad regem Polydectem, qui eam duxit uxorem et Perseum adoptavit (*Hygin. fab.* 63., coll. *Lact. Plac.* in *narr. fab.* 5): contra vero alii referunt arcam delatam in Italiam fuisse ad Apuliæ litus itemque a piscatore matrem ac filium, ad Pilumnum regem adductos, qui eam accepit uxorem, unde Daunum suscepit. Tum Danae, quum ad Rutulos migrasset, Ardeam condidisse traditur *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 372., coll. *Virg. ibid.* 409. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (57). Perseus autem post multas variasque vices præter voluntatem avum occidit. *V.* PERSEUS. — Hæc fabula tum artificibus, quorum tabulas recenset idem *Plin.* 35. *ibid.* 11. 40. (132)., memorantque *Ter. loc. cit.* et *Martial.* 14. 175 (Cf. *Overbeck, Kunstmyth. Zeus, Atlas VI.* 2.; *Heydemann, Arch. Ztg. XXVII.* 1869. *p.* 39. itemque *Imhoof-Blumer u. Percy Gardner, Numism. Com. on Paus. p.* 41. *n.* 25. *Taf.* L 49); tum tragicis poetis argumentum præbuit; *Danae* namque inscribuntur tragœdiæ *Livii Andronici* et *Cn. Nævii*, quarum fragmenta collegit edidítque *Ribbeck p.* 3. et 7. ed. alt. — De fabula Danaeia V. *P. Schwarz, Diss.* Halle 1881. — 2.°) *Danae* dicta est etiam navis in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3645. — 3.°) Item herba, de qua V. *Lexicon.* ¶ 2. In titulis, nom. serv. et etiam cogn. mul. *Corp.* 1. 819.; 2. 490.; 5. 226. et 909. — *Alia* ap. *Momms. n.* 5878. Danaeni (*dat.*). — Hinc *Danaeius* (Δαναήιος), adj. *Orest. trag.* 778. Danaeia mater. *Ovid.* 1. *Art. am.* 225. Perseis. *h. e.* Perseis, a Perseo filio Persei et Danaes nepote. *et* 5. *Met.* 1. heros. *Stat.* 6. *Theb.* 462. augur. *et* 1. *ibid.* 324. arva. *et* 7. *ibid.* 162. limina. — *Danătis (idis)*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1997.

DĂNĂĒIUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DĂNĂI, ōrum, m. plur. 2. et

DĂNAĬDÆ, Danaides, Danaïs. *V.* DANAUS.

DĂNĂPER (Danaber et Danapris), pri, m. 2. (Δάναπρις) flumen idem ac Boristhenes, hod. *Dniepr*, Slav. *Dněpru*, Kleinruss. *Něpr*, Lit. *Nepras.* Cf. Zend. *dânu*, Osset. *don* (pl. *dantha*) idem ac *fluvius*. Memoratur *Jorn. Get.* 5. *V.* BORISTHENES.

DĂNĂUS, i, m. 2. (Δαναός) nom. vir. Prima brevis est, nisi obstet metri necessitas, ut in deriv. *Danaides* ap. *Paulin. Nol.* 35. 480 (Cf. *Müller, De re metr. p.* 354). — Etymon incertum est. Cf. *Wecklein, S.-Ber. Akad.* Münch 1893. *II.* 398. *sq.* et *Henry, Rev. des ét. gr. V.* 1892. *p.* 284. *sqq.*, qui a Skr. vocabulum ducit. — Memoratur hoc nomine ¶ 1. Præcipue rex prius Ægypti, dein Argorum decimus, a. 1474-1425 a. Chr. (*Augustin.* 18. *Civ. D.* 11), filius Beli et Anchinoe (*Hygin. fab.* 124. et *Apoll. Schol. Il.* 1. 42), unde *Belides* dictæ sunt ejus filiæ (*Ovid.* 3. *Trist.* 1. 60), sicut a patre *Danaides*, frater Ægypti, qui, ut solus regnaret, eum post quinque regni annos expulit (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 497. et *Hieronym. chron.* a. Abr. 529), ubi *Armais* vocabatur. Profugus itaque nave biprora, a Minerva ei ædificata, primus venit in Peloponnesum; nam antea ratibus utebantur (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. [208]). — Fabulantur quinquaginta eum habuisse filias, ejusque fratrem Ægyptum totidem filios, qui ne ille de filiabus per generos ac nepotes potentior factus jus ablatum sibi vindicaret, ab eo petiit ut filiis suis filias daret uxores, cui Danaus maligne annuit; sed, nuptiis vix celebratis, sponsæ, a patre instigatæ, sponsos omnes nuptiali nocte occiderunt, dempta Hypermnestra, quæ Lynceo pepercit (*Serv.* ad *Virg. l. c.*, coll. *Hygin. fab.* 168-170); cujus delicti pœnam subeunt in inferis, ad dolium pertusum aqua implendum damnatæ, e quo tantundem effluat quantum infundatur (*Propert.* 2. 1. 67. et 4. 11. 27., *Nemes. cyn.* 23. *sq.*) et ob id ab *Horat.* 2. *Od.* 14. 18. dictum «Danai genus infame». — Patre, a Lynceo genero interfecto, filiæ viris Argivis nupserunt, ex quibus nati *Danai* dicti sunt, teste *Hygin. fab.* 170. — De eo, ut et de Danaidibus, vd. *Waser, Arch. f. Religionsw. II.* 1899. *p.* 47-63., coll. *Fourrière, Rev. d'exeg. myth. VII. n.* 39. *p.* 313-318. — *Danai porticus*, proprie *porticus Apollinis Palatini*, Romæ ab Augusto dicata a. 28. a. Chr., in qua Danai filiæ et Ægypti filii effícti erant, teste *Acron. Schol. Pers.* 2. 56. ¶ 2. Alter legitur ap. *Stat.* 10. *Theb.* 315. Danaus caput amputat Hebri. ¶ 3. Dicitur item *Danaus* equus Circensis in *Inscr.* ap. *Wilm. n.* 2600 = *Corp.* 6. 10047. ¶ 4. Item cogn. vir. *Corp.* 4. 4321. — Hinc *Danaus* — *a)* Adj. idem ac Argivus vel universim Græcus. *Ovid.* 8. *Her.* 24. miles. *et* 6. *Her.* 14. ignis. *et* 13. *Met.* 59. res. *Id. ibid.* 92. classes. *Propert.* 3. 22. 39. rates. *Stat.* 7. *Theb.* 27. agmina. — *b)* Abs. *Danai*, plur. num. (*Danaûm* pro *Danaorum* ap. *Virg.* 1. *Æn.* 34. et 602. et *alib.* sæpe), posteri Danai et sensim Argivi omnes, ut ap. *Poet. Cic.* 2. *Fin.* 6. 18. «Omnes Danai aut Mycenenses, Attica pubes». Cf. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 4. et 462. et *Isid.* 9. *Orig.* 2. 72. — Paulatim vero Græci universi, potissimum in bello Trojano, Danai dicti sunt, præsertim apud poetas *Lucret.*, *Virg.*, *Ovid.*, *Tibull.*, *Senec. Claudian.*, *Dracont.*, *al.* et etiam prosæ scriptores *Cic.*, *Sueton.*, *Auct. ad Her.*, *Jorn.*, *al.* — Male audiebant apud veteres, qui eos vafros ac fraudulentos et infidos existimabant. Hinc illud notissimum *Virg.* 2. *Æn.* 49. «Timeo Danaos et dona ferentes». *V.* etiam GRÆCI. — *Danaidæ, arum*, m. (Δαναΐδαι), Danai posteri. *Senec. Tro.* 607. «Quid agis, Ulysse? Danaidæ credent tibi? tu cui? parenti». Primam brevem usurpavit metri necessitate. Cf. voc. seq. — *Danaïs, idis* (Δαναΐς), comm. gen. — 1.°) Sing. num. — *a)* Est idem fere ac Græcus. *Senec. Tro.* 757. Virtus Ulyssis Danaidis nota est satis Nimisque Phrygibus. — *b)* Item filia Danai, Danaidum una. *Senec. Herc. f.* 500. Danais una deest. — *c)* In titulis cogn. mul. *Corp.* 2. 2296. — 2.°) Plur. *Danaides* (Δαναΐδες), filiæ Danai, regis Argivorum. *Senec. Herc. f.* 757. Urnasque frustra Danaides plenas gerunt. Adde *eund. Agam.* 749. et *Hygin. fab.* 170. *Paulin. Nol. loc. loc.* «Cassaque sudantum dolia Danaidum», ubi prima producitur metri necessitate. *V.* supra.

DĂNĂUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DĂNĀVA (Danaba), æ, f. 1. (Δάναβα *Ptol.*) oppidum Phœniciæ in Palmyrene, ubi sedem habebat præfectus legionis III. Gallicæ. *Notit. Imp. or.* c. 31. Cf. *Le Quien, Or. Chr. II.* 847.

DANDĂCE, es, f. 1. (Δανδάκη *Ptol.*) oppidum Chersonesi Tauricæ præcipuum. *Ammian.* 22. 8. 36.

DANDĀRI (Dandarii), ōrum, m. plur. 2. populus Sarmatiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (19).

DĀNDĂRĬCA, æ, f. 1. regio ad Paludem Mæoticam (vel in Sarmatia ad Tanaim), memorata *Tac.* 12. *Ann.* 16. — Hinc *Dandaridæ*, incolæ Dandaricæ (Δανδάριοι *Strab.* 11. 495. et *Plut. Lucull.* 16), non confundendi cum *Dandari*. Memorantur *Tac.* 12. *Ann.* 15. — *Dandareon* civitas, ap. *Rav. p.* 369. vel *Dandarium* ap. *eund. p.* 117.

DANEON PORTUS Ægypti in sinu Arabico, ex quo navigabilem alveum perducere in Nilum, qua parte ad Delta decurrit, Sesostris, celeber Ægypti rex, primus omnium cogitavit. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 33. (165).

DĀNI, ōrum, m. plur. 2. populus Chersonesi Cimbricæ vicinarumque insularum, hod. *Danesi*, quorum regio *Dania*. Memorant *Jorn. Get.* 3. et *Rav.* pluribus locis. — *Danus*, sing. num., collective. *Venant.* 7. *carm.* 7. 50. Saxonis et Dani gens cito victa probat (*alii leg.* et Rhodani, *sed perperam*). et 9. *carm.* 1. 73. Quem Geta, Wasco tremunt, Danus, Estio, Saxo, Britannus. Cf. *Rav. p.* 202. — *Danus*, nom. vir. Celt. *Corp.* 5. 5714.

DĀNĬĒL, ēlis, m. 3. (Δανιήλ) nom. vir. — *a)* Scribitur etiam *Danihel*, inserta aspiratione, *Augustin. serm.* 57. 6. *Mai, Firm. Mat. de err.* 20. 4. et 24. 6., *Oros. apol.* 30. 10. et in *Inscr. De Rossi, Rom. Sott. III.* 548. — *b)* Formam *Danielus, i*, usurpant *Prudent. cath.* 4. 70. et *Ammian.* 30. 1. 11. — *Danihelus*, cum aspiratione, *Commod. apol.* 246. — *c)* Prosod.: ultima in *Daniel* producendam esse docet *Prisc. gramm. VII.* 312. *K.*; quod ceteroqui postulat quantitas vocis Hebraicæ, ubi ultima vocali longa *xéré* subscribitur, et Græcæ, quæ in η desinit. — *d)* Etymol.: vox est Hebr., sc. *Dani-y'ēl* v. *Dani'ēl*, compos. ex tribus partibus, quæ sunt *Dan-i-'ēl* «judex-meus-Deus». — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. *Daniel*, secundus filius David, susceptus ex Abigail, in Hebron, ap. *Vulg.* 1. *Par.* 3. 1. et etiam 2. *Reg.* 3. 3., ubi tamen pro *Daniel* legitur *Cheleab* (Hebr. *Kileab* «sicut pater»), fortasse ex errore amanuensis, vel quod is, postquam pater maxime inclaruit, quasi jactabundus hoc cogn. sibi adjunxerit. ¶ 2. *Daniel*, vir celeberrimus, ex prophetis majoribus, qui dicuntur, quartus, natus (quod tamen in dubio est) *Bethabara*, haud procul ab urbe Jerusalem, ex stirpe regia (*Jos. ant.* 10. 10. 1., coll. *Dan.* 1. 3. et *Hieronym.* in *Dan. l. c.*), de tribu Juda (*Dan.* 1. 6), puer fort. ann. XIV. æt. jussu Nabuchodonosor deportatus cum aliis Babylonem a. 605. v. 604. a. Chr., tertio anno regni Joachim, traditusque Asphenez, principi eunuchorum (*rab-saris*) in domo regia, ut eum doceret litteras et linguam Chaldæorum» (*V.* CHALDÆUS), qui nomen ei indidit *Balthassar* v. *Baltassar* (Hebr. *Bêltesa'sar*: Assyr. *Balatsu-usur* pro *Bel-balâtsu-usur*, i. e. Bel-vitam ejus-protege). — Adulevit autem singulari vitæ integritate et castitate, quam usquequaque coluit virgo, tum summa doctrina præditus; nam illi ejusque sociis «dedit Deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum et somniorum» (*Ibid. v.* 17), ita ut, quum stetisset coram Nabuchodonosor, «omne verbum sapientiæ et intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex» invenerit «in eis decuplum super cunctos hariolos et magos, qui erant in universo regno ejus» (*Ibid. v.* 20). Itaque factum est, ut anno Nabuchodonosor regis duodecimo, fort. tertio, ex quo pater filium sibi in regni socium adsciverat; unde etiam quædam in hac historia, sibi specie repugnantia, facile conciliantur. (Cf. *Fuller* in *The Holy Bible* Londr. 1882. *p.* 239. et *Knabenbauer* in *Dan. p.* 77) Daniel ejus somnium de statua (*selem*), ex quadruplici materia conflata, tactaque delapso e vertice montis lapillo, ipsi a rege ad interpretandum propositum, feliciter declaraverit, nuntians eâ quattuor imperia potentissima, Chaldæum nempe, Persicum, Græcum, Romanum, significari, quo regnum, a Deo cæli suscitatum, nimirum Christi ecclesia, «comminuet et comminuet universa - et ipsum stabit in æternum», in totum orbem dominaturum (*Ibid.* 2. 44). Quam interpretationem rex vehementer admiratus «cecidit in faciem suam famusque Deum Danielis *Deum deorum* et *Dominum regum*» et interpretem «in sublime extulit et munera multa et magna dedit ei et constituit eum principem super omnes provincias *Babylonis* et præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis» (*Ibid. vv.* 46-48). Dein et alia arcana Daniel interpretatus est vel somnia vel visiones (*Ibid. cc.* 7-12), toto captivitatis tempore in aula non solum Nabuchodonosor (*Ibid.* 4. 2. et 16. *sqq.*) sed etiam Evilmerodach, Neriglissor, Laborosoarchod, Nabonidis filiique ejus Balthassar (*Ibid.* 5. 5. et 17. *sqq.*). usque ad Darei et Cyri tempora (*Ibid.* 10. 1), dono prophetiæ apprime clarus. Verum satrapum olim invidia, qua regales aulæ maxime laborant, bis missus est in lacum leonum; bis tamen prodigiose inde incolumis evasit (*Ibid. cc.* 6. et 14). — Daniel fuit «usque ad annum primum Cyri regis» (*Ibid.* 1. 21), non quod tum mortuus sit, ut quidam locum male intelligunt; anno enim «tertio Cyri, regis Persarum, verbum revelatum est Danieli»; sed quod etiam anno ejus primo viveret. Obiit autem ca. a. 538. fere nonagenarius in Perside, ubi post solutam captivitatem

remanserat, vel quia senio gravis, vel ut gratia et favore, quibus pollebat, patrocinaretur Judæis, qui in patriam regredi noluerant. — Quod autem attinet ad Susannam (*Dan. c.* 13), quam Daniel traditur ab injusta morte liberasse; itemque ad alia, quæ narrantur, de Belo, cujus templum una cum idolo subvertisse (*Ibid.* 14. 21) ac de dracone, quem interemisse idem dicitur (*Ibid. v.* 26), non est omnino improbandum, quod *Hieronymus* cum aliis interpretibus opinatur, ea facta non Danieli prophetæ, quo de agimus, sed Danieli «sacerdoti filio Abda adjudicanda esse» (*V.* tamen SUSANNA). — Ex his omnibus facile arguitur triplici munere optime perfunctum esse Danielem, quippe qui — 1.°) se præbuerit justitiæ ac pietatis exemplar, suorumque civium tutelam firmissimam, non solum communi eorum saluti consulendo, sed etiam fidem sartam tectam in magnis, in quibus versabantur, ab ea desciscendi periculis servando; — 2.°) etiam probaverit Chaldæis, qui de suis diis maxime gloriabantur eo quod Judæorum Yaweh, quem hi omnium deorum potentissimum censuissent, a Bel Marduk seu Nebo, Babylonensium numine, fuisset superatus, illum, non hunc, esse «vere Deum Deumque deorum» (*Ibid.* 2. 47), neque esse «alium Deum, qui possit ita salvare» (*Ibid.* 3. 96), «viventem in sempiternum», neque esse «qui resistat manui ejus» (*Ibid.* 4. 32., coll. 6. 27. 27. et 14. 42); — 3.°) denique suis memoraverit, populisque orientalibus, infidelitatis caligine obductis, ea revelaverit, quæ de Messia venturo erant, ut quemadmodum Paulus doctor, sic Daniel propheta gentium iure optimo dici possit. — Ad hæc de eo *Vulg. Dan.* 13. 64. «Daniel autem factus est magnus in conspectu populi». *et* 6. 3. superabat omnes principes et satrapas, quia spiritus Dei amplior erat in illo. *et* 14. 1. erat autem conviva regis, honoratus. *et Ezech.* 14. 14. Noe, Daniel et Job justitia sua liberabunt animas suas. *et* 28. 3. Ecce sapientior es tu Daniele etc. (εἰρωνικῶς; premit enim fastum regis Tyri). *et Augustin.* in *Gen.* 40. Danielis excellentia tentata et probata, qui regi et somnium, quod viderat, dixit, et quid significaret, aperuit. et *Doroth.* in *Synops.* Edidit (*Daniel*) et aliis regibus Persarum multa portenta, quæ scripta non sunt: mortuus est in Chaldæa ac in sepulcro regio solus cum honore sepultus. — Scripsit librum propheticum, qui XIV. capitibus, prout est in *Vulgato*, ac tribus in canone christiano partibus constat, præter procemium (*c.* 1. 1-21), sc. *historica* (*c.* 2. 1-6. 28) et *prophetica* (7. 1-12. 13) duabusque appendicibus (*c.* 13. 1-65.; 14. 1-42), quæ temporis ratione ad priorem partem pertinent (sc. *c.* 13. 1-64. ante *c.* 2. et 13-65. et 14-42. ante *c.* 6) et deuterocanonicæ dicuntur, ut etiam *precatio* Azariæ et *canticum trium puerorum c.* 3. 24-90. Præcipua vero vaticinia ibi sunt: sc. — 1.°) Ὅρασις de quadruplici imperio, quam innuimus (2. et 7), cui adnectuntur visio quattuor animalium, judicium et interpretatio (7. 1-8., 9-16. 17. 27). — 2.°) Ὅρασις de secundo ac tertio imperio (8., coll. 2. et 8). — 3.°) Ἀποκάλυψις de Antiocho et de Antichristo (*cc.* 10-12). — 4.°) Ἀποκάλυψις denique messianica de septuaginta hebdomadis, celeberrima (*c.* 9), cujus vim increduli oppugnare quidem, expugnare vero nec potuerunt nec poterunt unquam. Enumerare sufficiat varias interpretandi rationes, ab iis excogitatas, ex quarum præcipuis quinque et viginti recensuit *Rohling* (*Das Buch Dan. p.* 290), ubi omnes et linguæ et hermeneuticæ et historiæ violantur leges, dummodo catholica excludatur, quam unice veram esse et ridicula diobolarium istorum interpretum commenta, et sapientiam omnium doctorumque sententia, et facta vel ipsa, adventus nempe Messiæ, urbis Hierosolymorum excidium ac dispersio populi Judaici satis superque evincunt. — Porro a ceteris fere omnibus differt hic liber sive obscuritate; sive materia historica, qua abundat; sive lingua, in textu originario (nunc tamen variis lectionibus referto: cf. *Baer, Libr. Dan.* etc. Leipz. 1882. *p.* 62-85), partim Hebraica, partim vero Chaldaica orientali; sive in primis vaticiniorum modo, *sc.* per somnia et angelos, immo et indole; reliqui enim prophetæ regnum messianicum considerant, qua Davidicum eo continuatur, at Daniel, qua illud ad magna imperia refertur, aliorumque vaticinia complens et accuratius definiens amplissimam illam novissimarum rerum notitiam præparat, quam Deus per prophetas Novi Testamenti erat Ecclesiæ suæ traditurus. Quum autem maximi sit momenti hæc prophetia ad stabiliendam Christianæ religionis divinitatem, mirum sane non est, si increduli, veteres atque recentiores, hunc librum, duce Porphyrio, acerrime impugnaverint (Cf. *Hieronym. prol.* in *Dan.*), qui ex præjudicata opinione vaticinia respuunt docentque Danielicum librum scriptum fuisse temporibus Antiochi Epiphanis atque Machabæorum, quæ ibi, ut isti effutiunt, ad vivum exprimuntur; quum contra res hominesque utrinque longe differant, ut Antiochus, qui Deum Israelitarum vult delere, eosque acerrime insectatur et indignis afficit suppliciis, a Nabuchodonosor, qui eorum Deum honorat eorumque primores ad summas evehit dignitates. Sed unus hos omnes atterit cl. *Lenormant*, qui, olim dubius, dein gravissimis studiis impensis, certior factus, ita rem conclusit: «Quo amplius lego librum Danielis et cum textibus cuneatis confero, eo magis mirari cogor, quam vere accurateque auctor ea descripserit, quæ ad regiam domum pertinent Babylonis, ad mores, ad homines illorum temporum, magisque mihi suadeo eadem scripta esse Babylone et quidem paullo post quam res evenerunt, ita ut nullo modo cogitari possit librum exaratum fuisse ætate Antiochi». (*La domination chez les Chaldéen, p.* 188); cui consentiunt *Kaulen*, *Vigouroux*, *Brunengo*, *Rohling*, *Hengestenberg*, *Keil* aliique cordati viri atque doctissimi. — Fuit autem liber Danielis in tertia classe canonis Judaici collocatus ex eo quod fuerit ejus auctor ævi minus antiqui, nec propheta *nâbî'* seu qui, præterquam a Deo afflatus ac missus, peculiari utitur vitæ ratione, ut Isaias, Jeremias aliique, sed *ro'êh* tantum vel *hozêh*, i. e. videns. — Ceterum hic liber inter propheticos magna ex parte eminet imaginum granditate, simplicitate narrationis, sensuum ardore cum fidei tum pietatis, quam auctor mirifice prodit, vaticiniorum magnitudine eorumque descriptione, ubi locutio quæque aut quodque pæne verbum aliquem exprimit eventum aut eventuum seriem, stilo vario ac sublimi. — De Daniele ejusque libri humana divinaque auctoritate consulendi sunt *Pusey, Daniel the Prophet* Londr. 1876 (eruditissimus); *Payne Smith, Daniel* Londr. 1886; *Deane, Daniel, his life and times* Londr. 1888.; *Kamphausen, Das Buch Daniel u. die neueste Geschichtsforsch.* Leipz. 1892.; *Behrmann, Das Buch Daniel* Goetting. 1894.; *Philippe, Dict. Bibl. II.* 1909. etc. ¶ 3. *Daniel*, sacerdos ex familia Ithamar, redux a captivitate Babylonica, laudatus *Vulg.* 1. *Esdr.* 8. 2. ¶ 4. *Daniel* item sacerdos, unus ex signatoribus fœderis cum Deo pacti ad exemplum Nehemiæ, ap. *eund.* 2. *Esdr.* 10. 6. Nihil tamen obstat, quo minus idem sit qui præcedens. ¶ 5. Alii: ap. *Ammian.* 30. 1. 11. *sqq.*, *Cassian. collat. IV.*, *Liberat. breviar.* 6., *Mar. Mercat. p.* 867. *Migne.*

DANTHĒLĒTÆ, ārum, m. plur. 1. (Δανθηλῆται) populus Thracius Pæoniæ, inter Odrysas et Bessos, memoratus *Liv.* 39. 53., coll. 40. 22., quibus locis *Dentheleti* rectius legit *Weissenborn* (Cf. *Dion.* 41. 23). Adde *Cic. Pis.* 34. 84. *Or.*, ubi *Denseletis* legitur. Sic *Polyb.* 24. 6. 4. Δανθηλῆται.

DĀNŪBĬUS et Danuvius, ii, m. 2. (Δανούβιος, Δανούϊος et etiam Δάνουβις v. Δανούβης *Peripl.* 68., *Procop. ædif. IV.* 5., *Julian. imp. ep.* 75. etc.). — *a)* Scribitur *Danuius* (Δανούϊος *Marc. Heracl. per. m. ext.* 2. 31) in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2741. V. infra. — *Daniuius* in *Bull. arch. com.* 1895. *p.* 159. — *b)* Forma *Danubius* in libris scriptis frequentior est, *Danuvius* in scriptis lapidibus aliisque monumentis semper usurpatur, ita ut alteri præferenda videatur (Cf. *Fleckeisen, Fünfz. Art.* 15. et *Georges, Handb. I.* 1762). — *Danubium*, n., usurpasse *Sall.* testatur *Acr. Hor. ep.* 2. 3. 18. — *c)* Secunda corripitur; videtur tamen, inspecta Græca vocis quantitate, produci posse; non enim Δανόβιος sed Δανούβιος scribitur. — *d)* Veriloquium tradit *Isid.* 13. *Orig.* 21. 28. «*Danubius* vocari fertur a *nivium* (al. leg. *nubium*) copia, quibus magis augetur»; sed inepte, ita namque fluvii omnes *Danubii* dici possunt; quamquam huc accedit *Lydus de magistr. III.* 32., qui *Danubius* quasi νεφελοφόρος, sensu tamen activo magis, quam passivo, interpretat[ur]. Cf. etiam *Steph. Byz.* ad *v.*, *Eustath.* ad *Dionys. perih. v.* 298., *Tomaschek, Die alt. Thrak. II.* 2. 101., *Müllenhoff, Ztschr. f. deutsch. Altert. XX.* 26. et *Brandis, PW.* 4. 2103. *sq.* — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Danubius, nom. geogr., est fluvius Germaniæ nobilissimus, oriens ex monte Abnoba fluensque ad septentr. Vindeliciæ, Norici et Pannoniæ, quam a Germania disterminat et a Sarmatia, dein ad septentr. Mœsiæ, quam a Dacia sejungit, plurimos excipiens amnes seque evolvens in Pontum Euxinum deltæ instar. Græci, quibus inferior tantum ejus cursus notus erat, *Histrum* vocarunt, Celtæ vero cursui superiori *Danuvii* nomen indiderunt, nec nisi altero primi sæc. a. Chr. dimidio totum ita appellatum est, nempe postquam Romani Pannonia sunt potiti; exinde tamen *Danubii* et *Histri* nomina indiscriminatim sunt usurpata (Cf. *Besnier, Géogr. anc.* Paris 1914. *p.* 260), hod. quoque dictus *Danubio* (*Danubo*), germ. *Donau*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (79). Ortus hic (*Danuvius*) in Germania jugis montis Abnobæ ex adverso Raurici Galliæ oppidi, multis ultra Alpes milibus ac per innumeras lapsus gentes Danuvii nomine, immenso aquarum auctu et unde primum Illyricum adluit, Hister appellatus, LX omnibus receptis, medio ferme eorum numero navigabili, in pontum vastis VI. fluminibus evolvitur. Primum ostium Peuces - secundum ostium Naracu stoma appellatur; tertium Calon stoma juxta insulam Sarmaticam; quartum Pseudostomon et insula Conopon diabasis; postea Boreon stoma et Psilon stoma. Singula autem ora tanta sunt ut prodatur in XL. milia p. longitudinis vinci mare dulcemque intelligi haustum (*Ammian.* 22. 8. 45. septem ostia nominat, quorum postremum vocat *ingens et palustri specie nigrum* et *Psilonstoma* habet *Stenostoma*, quod idem fere significat). Adde *Mel.* 2. 8. et 57. et 3. 30., *Tac.* 2. *Ann.* 63. et alib., *Sueton. Tib.* 6., *Sall. hist. frg.* 3. 79., *Eutr.* 6. 2., *Not. Dign. or.* 39. etc., coll. *Strab.* 7. 305. et 314. *sq.*, *Dion.* 49. 51., *Apoll. Rh.* 4. 284., *Arist. meteor.* 1. 13., *Herod.* 2. 33., 4. 47. et 50., *Hesiod. theog.* 338., *Aeschyl.*, qui hoc flumen ab Hyperboreis et Rhiphæis montibus derivat (*Sch. Apoll. Rh. frg.* 183). Cf. *Pind. Olymp. III.* 25. *sqq.* Poetice vero describitur *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 57. *sqq.* et *Auson. epigr.* 3. et 4. — Fuit Danubius et in commercio et in re militari, præsertim sub imperio Romano, maximi momenti, ubi stationem habebant classes *Pannonica* et *Mœsica*, quem Trajanus Daciam occupaturus trajecit et postea barbari sæpius, potissimum sæc. IV. et V. — Danubii figura sistitur in nummis Trajani ap. *Eckhel*, 6. *p.* 418. et Constantini M. *ibid.* 8. *p.* 35. *sq.* et *Cohen II.* 32. *n.* 136. et *VIII.* 285. *n.* 483. Cf. etiam *Pick, Münzen v. Dacien und Mœsien I.* 151. — De eo V. *Mon. Ancyr. V.* 47. et 48. et *Corp. I. L.* 9. 5363.; 5. 8002. et 8003.; 3. 3676. et 5755 = *Suppl.* 11846.; 14. 3608 = Dessau 986.

II.) Danubius, nom. pers. ¶ 1. Est numen, nempe *Danubius* fluvius personatus divinoque cultu honoratus a Germanis præsertim, apud quos originem habet. *Corp.* 3. 3416 (a. 201. a. Chr.). ¶ 2. Est etiam nom., ex fl. Danuvio sumptum, vir., quod et *Danovius* scribitur. *Corp.* 3. 4544. ¶ 3. Item cogn. in *alia ibid.* 3581. — Absolute, vir quidam, in *Cod.* 6. 59. 10. ¶ 4. Item nom. navis trieris in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2741., ubi *Danuius*; et *n.* 2766., ubi *Danuvius*.

DANUM, i, n. 2. oppidum Britanniæ (*Flaviæ Cæsariensis*) in via ab Eburaco Londinium, hodie *Doncaster*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 475. et 478., *Not. Dign. occ.* 40. et *Corp.* 7. *p.* 54.

DĀNUS. *V.* DAN.

DĀNŪVĬUS. *V.* DANUBIUS.

DĀORSI, ōrum, m. plur. 2. (Δαορσοί *Polyb.* et Δάρσοι *App.*) Scribitur *Daorsi* ap. *Liv. loc. cit.* et ἀρχαϊκῶς *Daorsei* in nummis ΔΑΟΡΣΩΝ (*Eckhel* 2. *p.* 155). et etiam *Daorizi* (Δαόριζοι *Strab.*),

Daorizi ap. Vellej. 2. 115. etc. — Sunt autem gens Delmatiæ in Liburnia. Plin. 3. Hist. nat. 22. 26. (143). et Liv. 45. 26. — Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 453. Daversii.

DĂPĂLIS, is, m. 3. (daps, pis: Gr. δαψιλός) cogn. Jovis. Cato R. R. 132. V. DAPALIS in Lexico.

DAPHITAS (Daphidas v. Daphnites), æ, m. 1. sophista Telmissensis, acerbus et mordax, cui fatum fuit ex equo cadere atque ita perire, ut ait Cic. Fat. 3. 5. — Hic quum Attalum Pergamenum maledictis incessisset, ab eo de saxo, cui equo nomen erat, præcipitari est jussus: ita Val. Max. 1. 8. ext. 8. Cf. Strab. 12. 908., qui et grammaticum vocat et cruci affixum dicit in Thorace, loco quodam, jussumque ab oraculo, ut a thorace caveret.

DAPHNA, æ, f. 1., et

DAPHNÆUS, a, um, adject. V. voc. seq.

DAPHNĒ, es, f. 1. (Δάφνη, laurus) Scribitur etiam Daphen, per metathesin litterarum, pro Daphne in Inscr. ap. Momms. n. 1641. — Dapne, omissa aspiratione, in alia in Bull. d. Ist. arch. a. 1849. p. 35. — Dafne, Latina consuetudine, in Corp. 4. 680. — Forma Latina Daphna, æ (V. infra), cujus plur. acc. Daphnas figurate usurpat Arnob. 4. p. 144. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Daphne, nom. pers. ¶ 1. Apud mythologos, filia Penei, Thessaliæ fluvii (Hyggin. fab. 203) vel Ladonis, fluvii Arcadiæ (Serv. ad Virg. ecl. 5. 63) et Terræ (Id. ad eund. Æn. 2. 313). — In fabula Daphne elucet tamquam virginei pudoris symbolum præclarum. Fertur namque, a conjugio abhorrens, semper venatibus operam dedisse (Serv. loc. cit.). Apollo simul ac sibi occurrit, eam adamavit, sed neque precibus nec promissis potuit impetrare, ut secum concumberet; idcirco statuit vim adhibere, quumque eam insequeretur et illa fugiens defecisset lassata, Terræ matris imploravit auxilium, quæ statim hians eam recepit proque ea arborem edidit, quæ græce ipsius nomen retinuit, et latine laurus dicitur; sed Apollo etiam sic mutatam eam pariter dilexit effecitque ut propter virginitatem servatam semper vireret. Hæc Serv. ad Virg. 3. Æn. 91. Memoratur Ovid. 1. Met. 452. sqq., coll. Lact. Plac. narr. fab. 1. 9., qui narrant eam non ab Apolline sed ab ipso patre Peneo, deorum ope, in laurum fuisse conversam (Mythogr. I. fab. 116., II. fab. 23. et III. fab. 8. 4. 4. Cf. Martial. 11. 43. et Stat. 1. Silv. 2. 131., Auson. epigr. 85., Drac. carm. min. 7. 19). — Epitheta: nympha Ovid. 1. Met. 504.; Peneia ibid. 452.; pudica Carm. epigr. B. 1327 = Corp. 8. 7759.; redimita bacis Petron. 131.; virgo Auson. p. 350. — De monumentis antiquæ artis adhuc exstantibus vd. Visconti E. Q., Bull. et Ann. d. Ist. arch. passim; Helbig, Rh. Mus. XXIV. 1869. 251. sqq.; Friedländer, Zeitschr. f. Num. VII. 1880. 218. et Head, H. N. 251. ¶ 2. Est etiam nom. mul. serv. itemque cogn. tam ingenuum, quam libertinum, formâ etiam in obliquis casibus productâ adhibitum et varie scriptum (Dafne, Dapne etc.). Corp. 3. 4877., 4. 680. et 10. 383. et apud Momms. Inscr. n. 2160. et 3854. Apud eund. n. 3827. Daphneni (dat.).

II.) Daphne, nom. geogr. ¶ 1. Est suburbium Antiochiæ magnæ amœnissimum, hodie Daweir (Ammian. 19. 12. 19), ubi erat cum luco templum Apollinis et Dianæ (cui dein Antiochus Epiphanes Jovis statuam colosseam addidit, auro et ebore fabrefactam), a Seleuco Nicatore exstructum ac magnificentissime ornatum (Itin. Hieros. p. 581) cum jure asyli, ubi se clausisse fertur Berenice (Justin. 27. 1) et etiam Onias III., summus pontifex Judæorum (2. Mach. 4. 33), qui tamen a perfido Andronico deceptus, ei incolumitatem, si inde egrederetur, pollicente, nefarii hominis pugione transfossus cecidit; sed ibidem, jussu ipsius Antiochi, venerandi illius viri necem complorantis, sicarius, purpura spoliatus perque vias totius urbis ignominiose tractus, sacrilegæ occisionis pœnam interfectus luit (Ibid. 32-38). — Sacra et ludi ibi celebrabantur (Liv. 33. 49), ita tamen ut voluptatibus et flagitiis illorum numinum cultores turpiter indulgerent: unde Daphnici mores in proverb. abierunt; sed, Juliano imp. demortuo, aris et idolis eversis ac templo flammis deleto, a. 362., Christianus cultus feliciter successit (Cf. Le Camus, Notre Voyag. aux pays bibl. Paris 1890). — Hunc locum, descriptum Heges. excid. Hieros. 1. 30. et Capitolin. Antonin. 8. et Ver. 7., Vulc. Avid. 6. et Vopisc. Aurel. 28. memoratum, Daphni, plur. num., vocat Rufin. H. E. 2. 35.; Daphnis vero Rav. p. 86. ¶ 2. Item oppidum Mœsiæ secundæ ad Danubii ripam, a Constantino M. conditum (Procop. de æd. 4), unde Constantiniana Daphne appellatum in nummis ap. Eckhel, 8. p. 81. Memoratur Ammian. 27. 5. 2. — Hinc Daphnæus, adj. ad Daphnen Antiochiæ pertinens, ut Daphnæus Apollo, qui in opp. Daphne habebat templum. Ammian. 22. 13. 1., coll. Cassiod. 6. Hist. trip. 31., ubi Pythium Daphnæum vocat. — Daphnensis, adj. idem ac Daphnæus. Cod. Theod. 15. 2. 2. Aquæductus Daphnensis. — Daphnenses — a) Incolæ oppidi Mœsiæ. Notit. Imp. or. 7. — b) Item suburbii Antiochensis. Eutrop. 6. 14. — Daphnicus, adj. ad suburbium seu vicum Antiochiæ pertinens, ut Daphnici mores ap. Vulc. Avid. 5. — Etiam cogn. vir. in Inscr. Marini, Fr. Arv. p. 210. et Corp. 10. 1332. — Daphneus, ei (bisyll.), heros in bello Thebano prostratus. Stat. 8. Theb. 454. — Daphnius, cogn. vir. Corp. 3. 4. 11. — Daphnis et Daphnus V. suis locc.

DAPHNIS (et Dafnis v. Dapnis), ĭdis et is, m. (et f.) 3. Gr. Δάφνις, ἴδος, nom. a Daphne derivatum. — Genet. Daphnidis ap. Virg. 3. Ecl. 12., Ovid. 4. Met. 277., Rutil. Lup. 1. 15., al. — Daphnidos ap. Ps. Prob. de ult. syll. (IV.) 4. 12. p. 228. 28 (ad Virg. 3. Ecl. 12). — Acc. Daphnim ap. Virg. 2. Ecl. 26. et 5. 20. etc. — Daphnin ap. eund. 5. Ecl. 52. H. et Sch. (Daphnim leg. Ribb.), Propert. 2. 34. 68., Varius ap. Macrob. 6. Sat. 2. 20., Ter. Maur. 842., al. — Daphnidem ap. Treb. Poll. trig. tyr. 18. — Voc. Daphni ap. Virg. 5. Ecl. 25. et Calpurn. 2. Ecl. 94. — Acc. plur. Daphnidas ap. Charis. 149. 1. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Daphnis, nom. pers. ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Fuit filius Mercurii, in Sicilia natus (Cf. Theocr. 1. 66., Diod. 4. 85. et Parthen. c. 29), puer formosissimus, qui primus, ut ex fabulis constat, pastor exstitit, a matre rejectus inventusque inter lauros (unde nomen traxit) et ab ipso Pane educatus, venationis et musices peritissimum se probavit (Serv. ad Virg. 5. Ecl. 20., coll. 2. 26), quin bucolici carminis auctor a quibusdam perhibetur (Diomed. gramm. III. p. 487. 8. K.). — A nympha quadam adamatus, Lyca nomine ap. Philarg. ad Virg. 5. Cat. 20., Nomia ap. Serv. ad eund. loc., cui Daphnis Chimæram vel, apud alios, Pipleam v. Italiam prætulit, hanc raptam per totum orbem quæsivit inventamque in Phrygia quum a tyranno Lytierse recuperare non posset, Hercules, occiso rege, eam Daphnidi restituit, qui jurejurando ei promisit se cum alia nunquam concubiturum; sed quum fidem fefellisset, ab ea oculis orbatus, carminibus et fistula, non tamen diu, vixit sublatusque est a patre in cælum. Huc spectat Ovid. 4. Met. 276., coll. Virg. ecl. 5. Daphnis inscripta, qui allegorice vel est Cajus Cæsar vel Q. Varus vel Flaccus, poetæ frater (Serv. ad l.), ad quem respiciunt epigr. Anth. Lat. 778. R., Propert. 2. 34. 67., Macrob. 3. Sat. 5. 7., coll. Sil. It. 14. 462. sqq. — 2.º) Item alius pastor, de quo Anth. Lat. 687. R. — 3.º) Item grammaticus, memoratus Plin. 7. Hist. nat. 38. 40. (128)., de quo fort., tamquam servo, Plin. ibid. « Pretium hominis in servitio geniti maximum ad hunc diem fuit grammaticæ artis Daphni, Accio (tragico: sed alii aliter hic leg.), Pisaurense vendente et M. Scauro principe civitatis HS DCC licente ». Cf. Sueton. gramm. 3. p. 102. Reiff. et Detlefsen, Mus. Rhen. XVIII. p. 236-238. — 4.º) Item orator Græcus, a Rutil. Lup. de fig. sent. 1. 15. laudatus. — 5.º) Item architectus Milesius, qui cum Pæonio Ephesio ædem Apollinis Mileti Dorica symmetria condidit, teste Vitr. 7. præf. 16. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. mul. Corp. 5. 1336. et 2322. et 3. 5782.

II.) Daphnis, nom. geogr. ¶ 1. Est fons, cujus aquis Jordanis augetur, teste Jos. 4. B. J. 1. 1., situs supra lacum Samochonitidem seu Merom, hod. Tell-Difneh, ad orient. Tell-el Qadi, opp. Dan (ubi Jeroboam vitulum aureum erexit), fort. ita dictus a lauris, quibus ornantur ripæ Nahr Leddan et rivi inde manantes, Apollini olim ac Daphnæ dicatis; qui, ut videtur, a commentariis Hieronymi transiit in Vulg. Num. 34. 11., sed deest in textu Hebr., ubi legitur tantum lā'ăyin « ad fontem » cum præp. et artic., ut etiam ap. LXX., qui habent ἐπὶ πηγάς « ad fontes », quamquam in pluribus mss. Vulg. omittitur Daphnim (Cf. Van Kasteren, La front. septentr. de la Terre Prom. in Compt. rend. etc. Bruxell. 1895. p. 132-134. vel in Rev. bibl. Paris 1895. p. 31-34.; Vercellone, Var. lect. Vulg. lat. Rom. 1866. et Guérin, Galil. II. 342). ¶ 2. Item fons Siciliæ, eo loco elicitus, ubi vixerat Daphnis, filius Mercurii; excæcatus, apud quem quotannis Siculi sacrificabant, teste Serv. ad Virg. 5. Ecl. 20., coll. Philarg. ad h. l. ¶ 3. Item suburbium Antiochiæ, idem quod Daphne, q. v. ¶ 4. Daphnidis insula, in sinu Arabico, ad Ægyptum pertinens, ap. Plin. 6. Hist. nat. 29. 34. (172). Græce Δαφνίνη νῆσος Ptol. 4. 7. 37.

DAPHNUS, i, m. 2. (Δάφνος) Etiam Dafnus v. Dapnus: cf. Daphne. — Est nom. pers. et geogr. sc. ¶ 1. Nom. serv., quod in cogn. transiit sive ingenuum sive libertinum. Corp. 3. 669.; 10. 223. et 2264. Adde Cod. 7. 6. 1. — Hinc Daphnio (ōnis), cogn. demin. vir. Inscr. apud Garrucci p. 18., si tamen certa habenda est. ¶ 2. Item nom. geogr., sc. — 1.º) Oppidum (Δαφνοῦς) in Phocide, a Locrensibus occupatum et tempore Strabonis (Strab. 9. 416., 424. et 426) dirutum. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (27). — 2.º) Item opp. interioris Ioniæ, quod jam interiisse suo tempore adfirmat Plin. 5. ibid. 29. 31. (117). — 3.º) Item Ægypti a Pelusio XVI. m. p. distans, memoratum in Itin. Ant. p. 162., nunc fort. Tell-Defennen. — 4.º) Etiam fluvius Græciæ mediæ, oriens a monte Œta, Locridem (Ozol.) ab Ætolia disterminans et in sinum Corinthiacum influens, hod. Mornopotamos, apud Plut. VII. sap. conv. 19.; verum a nullo ex Latinis scriptoribus, quod sciam, memoratus.

DARADUS, i, m. 2. fluvius in Æthiopia interiore ad merid. Mauretaniæ Tingitanæ, oriens e monte Caphas et in oceanum Atlanticum desinens, hod. Ued Draa. Laudatur Vitr. 8. 2. 6. et Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (9), coll. Ptol. 4. 6. 6. et Oros. 1. Hist. 2.

DĂRANTĂSĬA, æ, f. 1. civitas Ceutronum, quorum caput fuit, hod. Montiers, in eo tractu, qui nunc quoque Tarantasia dicitur in Sabaudia in Gallia Narbonensi. Itin. Ant. p. 346. et 347. et Rav. p. 238., ubi corrupte Daratetia (V. Desjardins, Géogr. de la Gaul. p. 893. sqq.).

DĂRAPS, ăpis, m. 3. heros Gangaridum, celebratus Val. Fl. 6. 572. At Latacum Leleumque Darapa, illum exigit hasta, Hic fugit, ingentem subiti cum sanguinis undam Vidit etc. Adde ibid. 66.

DARDA, æ, m. 1. (Cf. δάρδα, quod μέλισσα, h. e. apis) Epirotarum prætor, qui cum Philippo, bellum gerente cum Romanis, de pace egit a. 205. a. Chr. Liv. 29. 12. — In titulis nom. serv., in tessera Bull. d. Ist. arch. a. 1889. p. 141.

DARDÆ, ārum, m. plur. 1. (Δάρδαι) gens Indica. Plin. 6. Hist. nat. 19. 22. (67). Fertilissimi sunt auri Dardæ. et 11. ibid. 31. 36. (111). Indicæ formicæ - aurum cavernis egerunt terra in regione septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur etc. Cf. Prisc. perih. 1041., ubi hi fort. Dardanei v. Dardanii, ut ap. Avien. orb. 1344. Dardanidæ dicuntur.

DARDĀNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

DARDĀNĬA, æ, f. 1. (Δαρδανία) ¶ 1. Est regio montosa, inter Mœsiam superiorem et Macedoniam, hodie saltem ex parte Servia v. Serbia dicta; ab aliis vero in ipsa Mœsia ponitur, inter Delmatiam et Thraciam ac supra Macedoniam, metallis fertilis, unde aurum Dardanium ap. Plin. 33. Hist. nat. 3. 12. (40). et procuratores metallorum in Cod. 11. 6. 4. Cf. Eckhel, 6, p. 446. sq. — Etymologi recentiores nomen ducunt ab

Epir. v. Alb. darde « pirus » (Kretschmer), vel dardan « pirorum cultor » (Mayer), fortasse, quod hoc pomorum genere abundet. — Memoratur Ammian. 29. 5., Oros. 1. Hist. 2., Sall. hist. frg. 2. 33. D., Liv. 56. 25., Varr. 2. R. R. 1. 5., Trebell. Claud. 16., Eutrop. 10., Corp. 5. 898. — Victa a. 87. a Chr. a. C. Scribonio Curione (Eutr. 5. 7), in provinciam Romanam est redacta; temporibus vero Diocletiani fuit una ex provinciis diœcesis Mœsiæ, ut habet Laterc. Veron. c. 297., et initio sæc. V. una ex provinciis Daciæ sub dispositione præfecti præt. per Illyricum, ut in Not. Imp. or. 3., a præside administrata, ubi etiam Cohors III. Alpinorum Dardanorum memoratur in Not. Imp. occ. 32. Cf. etiam Corp. 3. p. 1460. et Domaszewski, Arch. epigr. XIII. 151. ¶ 2. Item regio in Troade vel ipsa Troas seu totum Trojæ regnum, dicta a Dardano rege (V. DARDANUS). Accipitur itaque — a) Lato sensu, pro Troade. Virg. 2. Æn. 281. et 325. et 3. ibid. 52. et Hieronym. chron. ad a. Abr. 602. — b) Stricto sensu, regio Phrygiæ supra Troadem ad Hellespontum, ubi oppidum prope Abydum, in promontorio, a Dardano conditum (Hygin. fab. 275), unde orta est appellatio Ital. stretto dei Dardanelli, quo Ægæum mare (Arcipelago Greco) ab Hellesponto (mar di Marmara) sejungitur. Memorat Rav. p. 29. — c) Strictissimo sensu — α) Oppidum, ut diximus, a Dardano conditum, quod Dardanium vocat Plin. 5. Hist. nat. 30. 33. (125). et Dardanum v. Dardanus dicunt Serv. ad Virg. 8. Æn. 134., Liv. 37. 9. et alib. (a Romanis libertate donatum a. 188. a. Chr.) et Ammian. 22. 8. 4. Laudatur Mel. 1. 18. Rhœteum et Dardania claræ urbes. et Ovid. 1. Trist. 10. 25. de navi. Dardaniamque petit auctoris nomen habentem. Cf. Isid. 15. Orig. 1. 48., Hom. Il. 20. 216., Diod. 13. 45. et Apollod. 3. 12. 1. — De ejus situ vd. Lawton (Papers of Arch. Inst. of Am. Class. ser. I. 1882. p. 162). — De nummis Eckhel, 2. p. 482. sq., coll. p. 486. — β) Item Troja urbs, ap. Ovid. 16. Her. 57., Virg. 3. Æn. 156., coll. Sil. It. 1. 43. ¶ 3. Est etiam insula Samothrace, ita a Callimacho vocata, teste Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (74). — Incolæ Dardani — 1.º) Ad priorem Dardaniam pertinentes (Δάρδανοι, sæpius Δαρδάνιοι v. Δαρδανεῖς), gens sordida ac barbara et Macedonibus ac Bastarnis infensissima (Liv. 40. 57. et 41. 23), aliquando a Macedonibus (Id. 33. 19), sæpe a Romanis bello devicta (Jul. Obs. 61., Auct. de vir. ill. 75., Eutr. 6. 2. et Liv. epit. 92. et 95). Memorantur etiam Cic. Sext. 43. 94., Plin. 3. Hist. nat. 26. 29. (149). et alib., Cæs. 3. B. C. 4., Justin. 8. 6., 11. 1., 24. 4. etc. Ammian. 29. 5. 2. Dardanorum ferociam in modum Lernææ serpentis aliquotiens renascentem hoc genere pœnarum exstinxit (V. Zippel, Die römisch. Herrsch. in Illyr. 39. et 45). — In exercitu Romano erant Ala Dardanorum, ut Ala Prima Vespasiana (Corp. 3. 20. 22. et 24). — 2.º) Ad alteram pertinentes, sc. Trojani, a Dardano rege, atque hinc poetice Romani. V. DARDANUS. — Dardanidæ, a sing. Dardanides, æ, adj. patronym. m. (Δαρδανίδης) - Dardanidum, pro Dardanidarum, genet. plur., ap. Virg. 2. Æn. 242. — a) Sing., idem ac filius v. nepos Dardani vel quivis alius, a Dardano descendens. Ovid. 6. Fast. 419. Mœnia Dardanides nuper nova fecerat Ilus. Virg. 12. Æn. 774. voluitque manu convellere ferrum Dardanides. i. e. Æneas. — b) Plur. — α) De Trojanis. Virg. 5. Æn. 4. 5. et 12. ibid. 585. — β) Item de Romanis. Sil. It. 16. 24, — Sing. ibid. 192. Dardanida pulcherrime. i. e. Scipio Africane. — Dardanis, idis (Δαρδανίς), patronym. f., mulier Dardania seu Trojana. Martial. 10. 30. Cajeta Dardanis. h. e. a Trojanis condita. Adde Virg. 2. Æn. 787. de Creusa. — Plur. num. Ovid. 13. Met. 411. Dardanides matres. Adde eund. 16. Her. 212. — Dardanius, adj. — a) Ad Dardanos Mœsiæ pertinens, ut Dardanium (subaud. aurum) ap. Plin. 33. Hist. nat. 3. 12. (40). — Dardanii, absolute, iidem qui Dardani ex Mœsia, ita vocati Cassiod. 1. Hist. trip. 7. ex Sozomeno, Hist. Eccl. 1. 6.: vel etiam Dardæ, ap. Prisc. perihег. 1644. — b) Ad Trojanos pertinens. Virg. 1. Æn. 498. Dardanius Æneas. Id. 2. Ecl. 61. Paris. Ovid. 2. Fast. 680. dux. i. e. Æneas. Id. 15. Met. 767. Julus. Id. 5. Trist. 5. 38. senex. i. e. Priamus. Senec. Herc. Œt. 363. Priamus. Propert. 2. 14. 1. triumphus. Martial. 11. 104. minister. i. e. Ganymedes. Lucan. 2. 393. colonus. i. e. Troja oriundus. Sil. It. 11. 178. sanguis. Claudian. carm. 49. 68. Dardanii, salve, gloria magna soli. i. e. Aponus prope Patavium, quod a Trojano Antenore conditum fertur. Ovid. 3. Her. 42. advena. i. e. Paris. Dar. 4. porta. i. e. una e portis Trojæ urbis. Virg. 1. Æn. 606. gens. Hygin. fab. 275. urbe. Lucan. 3. 187. Oricos. i. e. urbs, in qua Helenus, Priami filius, regnavit. Stat. 3. Silv. 1. 61. Alba. Ovid. 15. Met. 431. Roma. Ovid. 1. Fast. 519. pinus. i. e. naves Æneæ Trojani. et 15. Her. 227. urbes. Senec. Tro. 133. mœnia. — c) Ad Romanos pertinens, qua orti sunt a Trojanis. Sil. It. 3. 164. Dardania gens. et 4. 782. urbs. Stat. 1. Silv. 1. 9. equus. sc. Domitiani imp. Id. 5. ibid. 2. 108. senes. i. e. Romani. et Sil. It. 2. 336. umbræ. i. e. Romani vita functi. Id. 1. 486. fines. i. e. Italiæ. — d) Dardaniæ artes, ad Dardanum, magum celeberrimum, pertinentes. i. e. magicæ. Colum. 10. 358. — Dardanium, absolute oppidum idem ac Dardania. Plin. loc. cit. sub 2. c α.

DARDĂNIS, ĭdis, et

DARDĂNĬUS, a, um, adject., et

DARDĂNUM, i, n. 2. promontorium et oppidum. V. voc. præc.

DARDĂNUS, i, m. 2. (Δάρδανος) Acc. Dardanon, Græca positione, habet Ovid. 4. Fast. 31. Dardanon Electa nescires Atlantide cretum. — Ad etymon quod attinet, conferenda vox est cum Gr. Darda, de quo diximus; vel cum Assyr. thartan vel tartan, quod V.; vel cum δαρδαίνω = μολύνω, deturpo, maculo, apud Hesych.; sordidi namque erant Dardani, unde etiam proverb. « τρὶς τοῦ βίου λέλουται ὥσπερ οἱ Δαρδανεῖς » (Mant. prov. 3. 27). — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Dardanus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.º) Dardanus, filius Jovis et Electræ, Atlantis Italici filiæ et Corythi, vel Corinthi, principis Etrusci in opp. Corytho, uxoris, in Italia et quidem Corythi natus (Serv. ad Virg. 1. Æn. 235. et 380.; qui refert alios eum Cretensem dixisse), Jasii v. Jasionis frater, Olizonæ Phinei regis filiæ (Dict. 1., 3., 4) vel Batiæ (al. Arisbes v. Astioches), Teucri filiæ, maritus, quo mortuo regionem ex suo nomine Dardaniam appellavit (Serv. ad Virg. 2. Æn. 325. et 3. 467), Trois et Ganymedæ pater (al. Erichthonii, ut Hieronym. chron. ad a. Abr. 602., cui filius Tros et huic Assaracus, cujus frater Ilus, qui post eum regnavit, Laomedontem genuit, Priami patrem), Illi conditor et rex primus (al. secundus), Trojanorum Romanorumque pater. De eo Virg. 8. Æn. 134. « Dardanus, Iliacæ primus pater urbis et auctor, Electra (ut Grai perhibent) Atlantide cretus ». Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63). « Corani a Dardano Trojano orti ». Adde Macrob. 1. somn. Scip. 7. 9. et 3. Sat. 47., Sil. It. 11. 293., Trebell. Claud. 11., Senec. Ag. 774. et rursum Virg. 6. 650. et 7. 207. — Ex Corytho Etruriæ (al. ex Pheneo, Arcadiæ oppido; al. ex Creta) profectus Samothraciam primum cum fratre Jasione petiit, unde diluvium Deucalionis fugiens, quo regio universa inundata erat, omni hereditate majorum et Penatibus diis cum eo divisis et Palladio avito asportato, in Phrygiam transiit (Serv. ad Virg. 3. Æn. 15); cujus profectionis causam alii dicunt fuisse, quod in dissensione de regno fratrem interemisset et ob iram populorum mutare solum coactus sit; alii vero negant traduntque Jasionem Thraciam, Dardanum Phrygiam incoluisse occupatam (Id. ibid.). Cf. Virg. 7. Æn. 205. sqq. « memini (fama est obscurior annis) Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris Dardanus Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. Hinc illum Corythi Tyrrhena a sede profectum etc. ». — Dardanum v. Dardanium v. Dardaniam urbem condidit, ab eo nuncupatam (V. DARDANIA 2.), non confundendam cum Troja, ad Idam montem sitam, ubi primus regnavit Dardanus et de qua Hieronym. chron. ad an. Abr. 602. In Dardania regnat Erichthonius filius Dardani. et Ovid. 16. Her. 57. Hinc ego Dardaniæ muros excelsaque tecta etc. Huc etiam spectat Sil. It. 1. 40., ubi illud Dardaniam Latio inferre idem est ac novam Trojam in Latio condere. — De eo cf. Thrämer, Pergamos 118. sqq.; Rohde, Rh. Mus. XXXVI. 1882. p. 671.; Preller-Robert, G. M. I. 854. sqq.; Talbot, M. G. et L. 1890. p. 402. et Mannhardt, Myth. Forsch. 288. — 2.º) Dardanus, scriptor famosus magicæ artis ex Phœnicia, de quo Tertull. anim. 57., coll. Colum. 10. 358. V. DARDANIUS. — 3.º) Dardanus, Trœzenius, qui tibiis canere voce instituit. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (204)., ubi tamen alii aliter leg. — 4.º) Dardanus, princeps Stoicorum Athenis, Antiochi Academici æqualis. Cic. 2. Acad. (pr.) 22. 69. — 5.º) Dardanus, qui de ponderibus scripsit (Δαρδάνιος Lyd.), memoratus Prisc. de fig. num. p. 409. 16. K., aliquanto post Constantini tempora. — 6.º) Dardanus, familiaris Augustini, cujus exstat ad eum ep. 187. « illustrior, etiam in hujus sæculi dignitate, fort. præf. præt. Galliarum a. 409. sub Honorio et Theodosio impp., nobilissimus christianorum et nobilium christianissimus, vir eloquentissimus dicitur Hieronym. ep. 129. d. a. 414. — 7.º) Dardanus, impropr., Æneas. Virg. 4. Æn. 661. Cf. Charis. p. 266. K. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 5. 2894.; 9. 2156. — Hinc Dardanus, adj. — a) Est Dardanius seu ad Dardanum v. ad Trojanos pertinens. Stat. 1. Silv. 2. 192. Dardanus sacerdos. et 1. Achill. 192. pastor. i. e. Paris. et 5. Silv. 3. 227. ager. i. e. ager Albæ a Trojanis conditæ. Propert. 4. 1. 40. puppis. i. e. navis, quæ Æneam in Italiam vexit. Sil. It. 4. 670. Roma. sc. quia condita a posteris Æneæ Trojani. — b) Ad Romanos pertinens, origine Trojanos. Sil. It. 1. 14. Dardanus ductor. i. e. Scipio Africanus. et 17. 322. mœnia. i. e. Roma. et 4. 788. bella. sc. illata Romanis. — c) Ad Mœsiæ populos pertinens. Sil. It. 8. 616. Dardana signa. — Dardanum (subaud. aurum) ap. Plin. 33. Hist. nat. 3. 12. (40). Cf. Corp. 3. 5282.

II.) Dardanus, nom. geogr., sc. oppidum, de quo in DARDANIA sub 2. c α.

DARDI, ōrum, m. plur. 2. gens Italiæ in Apulia Daunia, a Diomede deleta. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (104).

DĀRES, ētis, m. 3. (Δάρης) Acc. Daretem ap. Isid. 1. Orig. 41. 2. — Dareta ap. Virg. 5. Æn. 460., 463. et 476. — Etiam Dares, is, ap. Serv. ad Virg. 5. Æn. 460., unde est acc. Daren ap. eund. 456. — Memorantur hoc nomine — 1.º) Vir Phrygius, miles tempore belli Trojani usque ad captam Trojam, ubi remansit cum Antenoris factione scripsitque græce historiam de excidio Trojæ, quæ demum Athenis inventa dicitur et in Latinam linguam versa a Cornelio Nepote. Sed prima operis mentio occurrit apud Ptol. Chennum, notum seminatorem, filium Ephestionis (a. 70-100. a. Chr.) « Ἀντίπατρος δέ φησιν ὁ Ἀκάνθιος Δάρητα, πρὸ Ὁμήρου γράψαντα τὴν Ἰλιάδα, μνήμονα γενέσθαι Ἕκτορος ὑπὲρ τοῦ μὴ ἀνελεῖν Πάτροκλον » (Cf. Il. 5. 9. sqq. et Virg. 5. Æn. 369. sqq.: vd. R. Hercher, Ptol. Chenn. p. 289. sqq. ex l. 1. Bibl. Phot. cod. 120) et etiam ap. Ælian., fort. ex Chenno (Var. hist. 11. 2) « καὶ τὸν Φρύγα δὲ Δάρητα, οὗ Φρυγίαν Ἰλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποσωζομένην οἶδα, πρὸ Ὁμήρου καὶ τοῦτον γενέσθαι λέγουσι », coll. Eustath. ad Odyss. 11. p. 1697., qui contra narrat « Δάρητα Φρύγα - αὐτομολήσαντα ὑπ' Ὀδυσσέως ἀναιρεθῆναι ». Hinc colligere est commentitium merito putandum esse Daretis Phrygii opus, a Chenno fictum, et a Ps. Corn. Nepote, qui de eo ita scribit: « Cum multa Athenis studiosissime agerem, inveni historiam Daretis Phrygii, ipsius manu scriptam, ut titulus indicat, quæ de Græcis et Trojanis memoriam mandat. Quam ego summo amore complexus continuo transtuli etc. ». De hac re cf. Dunger (1869) et Meister (1871) ap. Teuffel, G. R. L. præf. p. VIII. et n. 449. Censet tamen Körting (1874) compendium hoc esse, ex opere longiore desumptum, ubi Dares loquens inducatur. De eo tamen Isid. 1. Orig. 41. « Primus apud nos Moyses - conscripsit; apud

gentiles vero primus Dares Phrygius de Græcis et Trojanis historiam edidit, quam in foliis ab eo conscriptam esse ferunt. Post Daretem autem in Græcia Herodotus primus historiographus habitus est ». Cf. etiam *Dederich, Dares Phrygius (Text. mit Anmkgg.* 1835). — 2.°) Item pugil, cujus pugna cum Entello describitur *Virg.* 3. *Æn.* 5. *v.* 369. *sqq.* Cf. *Hygin. fab.* 273. et *Macrob.* 4. *Sat.* 1-2.

DĀRĒUS, ei, v. Darius, ii, m. 2. nom. vir. — *a)* Græce Δαρεῖος, unde latine, alteratra diphthongi littera extrita, scribitur *Darius* et *Dareus*; quam alteram formam priori præferendam esse docent optima mss., ubi sæpe *Dareus* occurrit (V. *Zumpt* ad *Curt.* 3. 1. 8. et *Hase zu Reisig's Vorl.* 57). — *b)* Vox Persica est, sc. *Dârayava(h)us*; Assyr. *Dariyavus*; Med. *Dariyavauis*; Chald. et Hebr. *Daryâvesh*. — *c)* Prima longa est, sed corripuit *Auson.* 5. *ep.* 23. et *Sidon.* utramque in *carm.* 9. 51. et etiam *Claudian. ep.* 1. 17. — *d)* Etymon ducitur ab Hebr. voce, a Pers. fere deducta, extra sacras litteras, *Darick* (Cf. *Strab.* 16. τὸν Δαρειήκην Δαρεῖον ἐκάλησαν), quod a *darak* vel *adir* (i. e. *excelsus, fortis*), nom. Martis, a Persis culti, derivatur, teste ipso *Herodoto* 6. 98., qui tradit Darium eundem esse ac Martem. Aliter tamen interpretantur *Justi, Spiegel, Kretschmer* aliique recentiores. — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Dareus, *Medus* cognomento, Hebr. *Dâryâvesh ham-Mâdî*, Chald. *Dâryâvesh Mâdâyâ*, LXX. Δαρεῖος ὁ Μῆδος, qui postquam Persæ Babylonem ceperunt, eam rexit. *Vulg. Dan.* 5. 31. Et Darius Medus successit in regnum *(Balthassaris)* annos natus LXII. et 6. 1. Placuit Dario et constituit super regnum satrapas *('ahhashdarpenayyâ')* centum viginti, ut essent in toto regno suo. Cf. *eund. ibid.* 9. 1., ubi dicitur filius Assueri (Hebr. *'Ahasvêrosh*). — Hic Danielem unum constituit ex tribus principibus, quibus satrapes rationem redderent de suo quisque regimine, omnibus præstantem « quia spiritus Dei amplior erat in illo » *(Ibid.* 6. 2-3); quin « cogitabat constituere eum super omne regnum » *(v.* 4); quare Daniel procerum invidiam subiit, qui occasionem quæritabant, qua, regis gratia sublata, eum quantocius perderent; id tamen frustra fuit, immo ut in gloriam prophetæ, sic in dedecus et exitium cessit invidorum (V. DANIEL). — Interpretes critici viri, præsertim nostræ ætatis, quum de Dario hoc Medo historici non sacri sileant omnino, nervos omnes contendunt, diverso tamen quisque consilio, ut quisnam sit, saltem ex notis, tandem aliquando comperire sibi feliciter contingat. Hunc dixit Cyaxarem II. *Jos.* (10. B. J. 11. 4), Astyagem, hujus patrem, *Winer (Bibl. Realwörtb. I. p.* 250), Dareum, filium Hystaspis, *Rösch (Studien u. Kritiken II. p.* 281) etc., sed ex conjecturis omnia, non autem ex documentis locorum, ubi facta evenere, hæc emerserunt nomina. Porro quod rem ad liquidum redegit, fuit fragmentum *Chron. Babyl.*, repertum a. 1879., ubi ea, quæ ad an. XVII. regni Nabonidis, regis Babylonensis et patris Balthassaris pertinent, fusius describuntur; unde patet hunc Dareum Medum fuisse *Ugbaru*, proregem a Cyro Babyloni datum usque ad certum tempus (V. *Schrader, Keilinschrift. Bibl. III. p. II.* 1890. *p.* 134., et *Vigouroux, La Bibl. et les découvertes mod. IV. p.* 348-349) et distinguendum a Gobrya *(Gaubaruva*, de quo scribit *Herod.* 3. 70., 73., 78.; 4. 132. et 3. 5., quique fuit ex conjuratis contra *Pseudo-Smerdis*: V. sub 2.), nec Medo sed Persa. Hoc autem a librariis factum est, qui ejus nomen vel male intellectum vel notiori posthabitum in Darium converterunt. Cf. etiam *Strassmaier, Inschr. von Cyr. König von Babyl.* Leipz. 1890. *n.* 11. *sqq.* et *Knabenbauer, Comm.* in *Dan.* Paris 1891. *p.* 171. — 2.°) Dareus I., rex Persarum (a. 550-486. a. Chr.), filius Hystaspis *(Wistâspa)* ex stirpe Achæmenidarum et Atossæ, sororis Cambysis, filii Cyri, a *Nep. Reg.* 1., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (133). et *alib.* et *Heges.* 1. 40., *al.* dictus *Dareus Hystaspis* discriminis causa. — Viginti annos natus periculum subiit, ne a quodam mago, qui se Smerdis (Pers. *Bardiya)*, filium Cyri, venditabat, jam a Cambyse interfectum tunc in Ægypto bellum gerenti, et regia dignitate erat potitus (a. 522), regno privaretur. Verum Cambyse, quum ab Ægypto rediret, in Syria demortuo, Dareus Pseudo-Smerdis cum magis (μαγοφονία *Ctes.)* occidit rexque ab omnibus est adclamatus (a. 521) utque suum confirmaret regnum, Atossam uxorem duxit *(Justin.* 1. 10. et *Oros.* 2. *Hist.* 8., coll. *Ampel.* 13); sed plurima bella eaque immania suscipere coactus est, quæ ab eo narrata leguntur in magna *Inscr.* trilingui, *Behistun* reperta *(Vigouroux op. cit. I. p.* 163-166), quibus Babyloniam, Ægyptum, Indiam, plerasque insulas Ægæi, oras Bospori et Hellesponti Europæas; dein populos barbaros Caucasi meridiani; mox, trajecto Bosporo, Thraciam sibi subjecit; postea (a. 500) civitates Ionias rebelles, ab Atheniensibus Cretensibusque adjutas, iterum subegit eorumque classem ad Laden destruxit; postremo Mardonium misit cum magno exercitu magnoque navium numero ad Græciam debellandam, quas tamen ad montem Athos ingens procella submersit ac perfregit eademque sors contigit copiis, a Dati et Artapherne ductis, quas Miltiades ad Marathona (a. 490) profligavit. Dum vero novum bellum parabat in Græcos et etiam in Ægyptios sibi rebellantes, obiit a. 486., Xerxi I., filio suo, vindictam relinquens. — Dareus I. præclara gessit in re publica administranda; magnificis ædificiis Susa et Persepolim exornavit; in Ægypto, fluvio inducto, Nilum cum mari Rubro conjunxit; commercii inter diversos populos sibi obnoxios celeritatem amplitudinemque adauxit creavitque nummos, qui ab eo *darii* vel *darici* (στατῆρες δαρεικοί v. abs. δαρεικοί) dicti sunt, regnique sui fines, ut innuimus, longe lateque protendit. — Fuit etiam optime meritus de re Judæorum civili et cultu sacro; omnium enim suorum subditorum religionibus libertatem concesserat; quare edictum, quo Cyrus a. 536. Judæis permiserat, ut templum Hierosolymitanum reædificarent (1. *Esdr.* 1. 3), nondum executioni mandatum ob multa, quæ ei obstiterant, impedimenta *(Ibid.* 4. 4-5. 24), in regia bibliotheca Ecbatanis inventum rex curavit exsequendum, quin et pecuniam suppeditavit petiitque, ut pro se familiaque sua sacrificia offerrentur *(Ibid.* 5. 17. et 6. 1-12). — Animadvertendum vero est, in 1. *Esdr.* 4., 5. 6., ubi Dareus dicitur regnasse post Assuerum *(Xerxem)*, quod historiæ repugnaret, ordinem temporis minime servari, locumque illum tanquam episodium fuisse insertum a scriba minus perito, ut narratio continuaretur molestiarum, quas pertulerant Judæi in templo reædificando — De eo vd., præter *Herod.* et *Ctes.*, *Rawlinson, Anal. of the Babyl. Text at Behistun* in *Journ. of the Roy. As. Soc. XIV.* 1851.; *Bezold, Die Achämen. Inschr.* Leipz. 1882; *Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l'Orient* (1886) *p.* 607-625.; *Justi, Ein Tag aus dem Leben des Königes Darius* Berlin 1873. et *Gesch. des alt. Pers.* Berlin 1879. *p.* 50-112. — 3.°) Dareus II. *Nothus*, antea Ochus, filius Artaxerxis Longimani et Kosmartidenes Babylonensis, rex Persarum (a. 424-405), impius fratris Sogdiani, quem occiderat, successor, et scelestæ Parisatidi, sorori suæ, quam uxorem duxerat, omnino subjectus. Memoratur hic 2. *Esdr.* 12. 22-26., non autem Darius III., ut nonnulli interpretantur (Cf. *Keil, Die nachexilisch. Geschb.* Leipz. 1870. *p.* 495). — 4.°) Dareus III. *Codomannus*, filius Sisygambis, filiæ Artaxerxis II., ultimus Persarum rex ex familia Achæmenidarum (a. 336-331). Laudatur *Justin.* 10. 3., *Curt.* 3. 9-11.; 5. 9-16., coll. *Diod.* 17. 5. et 2. *Esdr.* 12. 22., qui tamen locus rectius Dareum præcedentem respicit. — Fuit hic in solium evectus ab eunucho Bagoas, dein proditore, qui regem Arsen, filium Artaxerxis III., interemerat, princeps mitis ac justus nec virtutis bellicæ expers; sed dimicandum ei fuit cum Alexandro M., belli peritissimo, qui eum variis prœliis (a. 333., 331) prostravit; unde Ecbatana confugit, ubi Bessus, Bactrianæ satrapes, eum et vinculis constrinxit et mortali vulnere affectum, semivivum reliquit (a. 331), sed repertum ab Alexandro jam mortuum regio more jussit sepeliri. Huc spectat *Vulg.* 1. *Mach.* 1. « Percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium, regem Persarum et Medorum ». — De eo vd. *Justi, Gesch. des alt. Pers.* *p.* 139-144. et *Benjamin, Persia p.* 141-146. — 5.°) Alii: *Dareus*, filius Xerxis, nepos Darei I. Hystaspis, a fratre interfectus, teste *Justin.* 3. 1 (a. 465. a. Chr.). — *Dareus*, Artaxerxis Memnonis filius, frater Ariaratis et Ochi, ap. *Justin.* 10. 1. — *Dareus*, puer, Arsacides, ex Parthorum obsidibus, apud Caligulam imp. memoratus *Sueton. Calig.* 19. ¶ 2. In titulis cogn. tam ingenuum quam libertinum. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6560.

DĀRĪŌRĪGUM, i, n. 2. (Διαριόριγον) oppidum Galliæ Celticæ, serius Lugdunensis, metropolis Venetorum, hod. *Vannes*. Memoratur in *Not. Dign. occ.* 37. et *Corp.* 13. 1. *p.* 489. Scribitur etiam *Diarōritum* et *Dartōritum*. V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule p.* 195. *sq.*

DARNIS, is, f. 3. v. Darnæ, ārum, f. plur. 1. (Δάρνη v. Δαρνίς) oppidum in ora Cyrenaica seu regione Pentapolitana, hod. *Derna*. Memorant *Ammian.* 22. 16. 4. et *Itin. Ant. p.* 68.

DASCŪSA, æ, f. 1. oppidum Armeniæ minoris, in dextera ripa Euphratis, hod. *Pingan* (?). Memorant *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 25. (84)., *Not. Dign. or.* 38. et *Corp.* 3. *p.* 1233., 2226., et 2316. 9. — *Ptol.* 5. 7. 5. Δάγουσα.

DASCYLĪUM, ii, n. 2. (Δασκύλιον) oppidum Asiæ Minoris in Phrygia, ad Hellespontum, conditum, ut videtur, a Lydiis, cum Atheniensibus fœderatum, dein sub Persarum imperio sedes satrapis Phrygiæ minoris, hod. *Eskilkieul*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (143)., *ubi al.* Dascylos, *Mel.* 1. 99. et, ex Græcis, *Herod.* 3. 120. *Thuc.* 1. 129., *Strab.* 12. 575., *Ptol.* 5. 1. 4.

DĀSĬUS, ii, m. 2. (Δάσιος: a δασύς, *densus, asper*, vel potius a λάσιος, *hirsutus, pilosus*, ut *Furlanetto* videtur, nam Latini quandoque λ Græcorum mutant in *d*, ut *meditari* a μελετᾶν, teste *Serv.* ad *Virg.* et *odefacit* pro *olfacit*, teste *Fest.)* cogn. tam ingenuum, quam libertinum et nom. serv., Græcanicum. *Corp.* 4. 2439. et 1. 1044. — *Dassius* cum duplici *s* in *Inscr.* ap. *Wilm. n.* 1847. et *Corp.* 3. 851., 1938. et 2180., si tamen ejusdem est originis et significationis. — Cf. etiam Δάζος *(Schulze, Eigenn. p.* 44. *adn.* 5). ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit vir Brundisinus, qui Clastidii, præsidio quum esset præfectus, pecunia corruptus oppidum prodidit Hannibali a. 218. a. Chr., teste *Liv.* 21. 48. Cf. *Polyb.* 3. 69. 1. — 2.°) Item quidam patria Arpinus, prius fautor Pœnorum, dein Romanorum, oppidum Arpos se iis proditurum pollicitus, de quo *Sil. It.* 13. 32. Dasio fuit haud ignobile nomen, Lætus opum sed clauda fides seseque calenti Addiderat Pœno, Latiæ diffisus habenæ. — *Liv.* 24. 45. dicitur *Dasius Altinius*, cujus familiam, cognita proditione, in pœnam ab Hannibale combustam fuisse a. 213. a. Chr. tradit *Liv. ibid.* — 3.°) Item Salapiæ *(Salpi)* princeps civitatis una cum Blattio, ab hoc ad proditionem frustra incitatus, qui a Pœnis deficere nollet, rem Hannibali aperuit, sed pro tribunali a Blattio ipse de proditione postulatus est, unde ambo dimissi accusatus et reus. *Liv.* 26. 38. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 3. 3540. — Hinc *Dasianus*, cogn. vir. 26. 38. et *Martial.* 2. 52. et 6. 70. — *Dasidius*, cogn. demin. *Corp.* 5. 8744.

DASSĀRĒTÆ (Dasaretæ), ārum, m. plur. 1. (Δασσαρήτιοι) populus Illyrici, in regione montana ac silvestri. *Liv.* 31. 33. et *alib.*, *Mel.* 2. 55., coll. *Strab.* 7. 316. et 318., *Plut. Tit.* 4. et *App. Illyr.* 2.

DASŪMĪUS v. Dasummius, ii, m. 2. (Δασούμιος) fort. idem qui *Dasimius*, nom. vir. *Corp.* 2. 1096. et 2278. — *Dasumia*, nom. mul. 2. 1801. et 1080. — *Dasummius*, cum duplici *m*, tam græce, in *Corp. I. Gr. n.* 2876., quam latine, ap. *Capitolin.* in *M. Antonin. Phil.* 1. — Memorantur — 1.°) *L. Dasumius Tuscus*, auctor testamenti in via Appia reperti *(Corp.* 6. 10229), quod confecit Romæ, Ælio Hadriano et Trebatio Prisco coss., a. 109. v. 108. p. Chr. (origine Hispanus, juvenis et cælebs demortuus), herede constituto aliquo ex familia *Tullii Varronis*, dummodo « *nomen meum* (sic ille scribit) *se laturum promiserit* ». Quisnam vero in eo fuerit ex gente *Tullia* heres, adhuc inquiritur. Hoc test. editum est prius ab *Ambrosch* et *Cardinali*, deinde a *Bruns* et *Wilmanns* aliisque pluribus, et legitur inter inscriptiones magni momenti, in sylloge *Orelliana* et *Henzeniana* collectas *(nn.* 782-804. et 5440-5451). Cf. *Borghesi, Œuvr. VI.* 429. *sqq.*: *Rudorff, Ztschr. f. gesch. Rechtswiss. XII.* 1845. *p.* 301. *sqq.*; *Bruns, Fontes I.*[6] *n.* 98. et *Groag, PW.* 4. 2219. 3. *sq.* — 2.°) *L. Dasumius Tullius Fuscus*, cos. suff., fort. sub Antonino Pio, non confundendus cum M. Dasumio L. f. Stellatina Tullio Varrone *(Corp.* 6. 1400), filio L. Dasumii Tullii Tusci, quo de agitur. — Hujus elogium est in *Corp.* 11. 3365 = *Dessau* 1081., ubi dicitur: « triumvir a. a. a. f. f., trib. mil. leg. IIII. Flaviæ (in Mœsia sup.) quæst. imp. Antonini Aug. Pii legatos, ac procons., prov. Afr., trib. pl. prætor, præf. ærarii Saturni cons. suff., leg. pr. pr. provinciarum Germaniæ sup. et Pannoniæ sup. ». Cf. *Ritterling, Arch. epigr. Mitt. XX.* 1897. 27. — 3.°) *L. Dasumius*, cos. suffectus a. 98. v. 99. p. Chr. (Cf. *Waddington, Fast. d. prov. Asiat. n.* 120), auctor habitus *Senatusconsulti Dasumiani*, quod dicitur, et proc. Asiæ a. 116-117. v. 117-118., quem alii eundem esse volunt cum *L. Dasumio Tullio Tusco*. V. *Groag, ibid. p.* 2223. *sq.* — Hinc *Dasumianus* — *a)* Adj. ad Dasumium aliquem pertinens, ut *Senatusconsultum Dasumianum* apud *Mæcian. Dig.* 40. 5. 36. et *Martian. ibid.* 51. V. supra. — *b)* Subst., cogn. vir. *Cod.* 5. 11. 5. — *Dasumilla*, cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3101.

DĀTA, æ, f. 1. ¶ 1. Est cogn. mul. libert. Rom. *Corp.* 9. 260. et 3365. — Hinc *Datilla*, cogn. mul. demin. *Inscr. Chr.* ap. *De-Rossi p.* 320. *n.* 787. ¶ 2. Est etiam nom. civitatis Mediæ, *Rav. p.* 63., conferendum cum Δάρδα seu Δάθα v. Θάθα *Ptol.* 6. 1. 4.

DĀTĀMĒS, is, m. 3. (Δατάμης) vir Carius, rei militaris peritissimus, qui satrapes Cappadociæ, ab Artaxerxe Memnone plurimi habitus et ob id ab invidis vexatus, regi rebellavit eumque pluries in bello devicit, sed tandem per dolum a Mithridate est occisus (a. 362. a. Chr.). — Hæc fusius a *Corn. Nepote* in ejus *vit.* narrantur, cui tamen facile ne credas. — Strategemma, ab eo aliquando adhibitum contra Autophradatem, refert *Frontin.* 2. *Strat.* 7. 9.

DĀTĀPHERNĒS, is, m. 3. (Δαταφέρνης) vir Persa, qui dolo Bessum, Darei interfectorem, Alexandro M. prodidit (a. 329. a. Chr.), sed et ipse a Dahis Alexandro traditus est. *Curt.* 7. 5. 21. et 8. 3. 16.

DĀTHĀN, indecl. m. (Hebr. *Dâthân* « fontanus »; *LXX.* Δαθάν) filius Eliab ex tribu Ruben, qui Moysi rebellavit una cum Core et Abiron, fratre suo, detrectans iter prosequi ad terram Chanaan, quasi Moyses hanc promittendo eos decepisset, ut eos occideret in deserto *(Vulg. Num.* 16. 1. et 13). — Volunt critici quidam viri duas fuisse rebellium factiones, ex diversa causa, civili et sacra, exortas, nempe Dathan et Abiron unam (« propter invidiam circumdederunt Moysen » *Eccli.* 45. 22), obtentu juris primogenituræ, quod ad Ruben ejusque filios spectaret, et ob id principatus; alteram Core de tribu Levi, ex eo quod a primogenitis familiarum translatum esset sacerdotium ad unam familiam (« cur elevamini super populum Domini? » *Num.* 16. 3. Cf. *Reuss* in *Num. p.* 220). At unam fuisse rebellionem quum ubique eadem nomina simul, ex communi causa, conjuncta legantur *Core, Dathan et Abiron*: « isti sunt Dathan et Abiron, qui surrexerunt in seditione Core contra Moysen et Aaron » *(Num.* 26. 9., coll. 16. 1., 24. etc.). *et* mox: « Et aperiens terra os suum devoravit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros *(rebelles cum Datan et Abiron)*. Et factum est miraculum magnum, ut, Core pereunte, filii illius non perirent » (vv. 10-11); unde genus mortis pro Core certum esse, filios vero (fort. innocentes vel pœnitentia expiatos) incolumes evasisse patet *(V.* CORE).

DĀTĬĀNUS. *V.* DATUS.

DĀTIS, is, m. 3. (Δᾶτις) ¶ 1. Est nom. viri, originis, ut videtur, Persicæ, ducis in exercitu Darei, Persarum regis, una cum Artapherne bello contra Athenienses præfectis, teste *Nep. Milt.* 4. et 5., coll. *Trog. prol.* 2., quem in prœlio Marathonio pugnantem a Panæno pictum esse tradit *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (57).

DĀTĪVUS et Datius. *V.* DATUS.

DĀTUM. *V.* NEAPOLIS Macedoniæ.

DĀTUS, i, m. 2. cogn. vir. Rom. *Corp.* 5. 8321. — Absolute *ibid.* 3. 2806. — Apud scriptores Atellanarum histrio, laudatus *Sueton. Ner.* 19. — Hinc *Datius*, cogn. vir. *Corp.* 2. 830. — *Dativus*, cogn. vir., fere apud Christianos. *Corp.* 10. 8463. — *Datica (Datiba)*, cogn. mul., 10. 8010. Adde *Act. mm. Saturn. et socc. n.* 2. et *Augustin.* 6. *de bapt. c. Don.* 22. — *Datianus* (Δατιανός), cogn. vir. *Corp.* 5. 5559. — *P. Datianus*, præses Hispaniarum, nom. in *Inscr.* ap. *Grut.* 199. 4. falso insertum, ut putat *Hübner, Corp.* 2. 17.; sed genuinum censet *Dressel* ad *Prud. p.* 351. 21., ubi de hoc Datiano *(al.* Daciano) præside mentio est, apud quem Vincentius, suam fidem professus, crudeli martyrio coronatus est. *Prudent. perist.* 5. 37. — Alios vd. apud *Ammian.* 17. 5. 1., *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2343. et *Momms. n.* 1049., *Corp.* 8. 2654., *Augustin.* in *Ps.* 36. *serm.* 2. etc.

DAUCEJUS. *V.* voc. seq.

DAUCĬUS, a, um, adj. a *Dauco*, nom. viri, cujus duo filii, *Larides* et *Thymber*, in bello cum Rutulis, a Pallante occisi sunt, teste *Virg.* 10. *Æn.* 390. *sqq.*, qui ceteroquin a poeta ficti a nullo quidem historicorum memorantur. — Hinc *Daucejus*, nom. vir., Ibericæ fortasse originis, in *Corp.* 2. 906.

DAULĬAS, ădis, f. adject. *V.* voc. seq.

DAULIS, idis, f. 3. (Δαυλίς: a δαῦλος, *densus*, a locis silvosis fort. appellata. Cf. *Paus.* 10. 4. 7.) Acc. *Daulida*, Gr. posit., apud *Stat.* 7. *Theb.* 344.

Daulis ¶ 1. Est regio in Phocide, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (8). ¶ 2. Item oppidum, in tumulo excelso situm, ut tradit *Liv.* 32. 18. et *Stat. loc. cit.*, hodie *Daulia*. — Hinc *Daulis*, f. adj. dicta Philomela, Prognes soror. *Senec. Thy.* 275. animum Daulis inspira parensque sororque. — *Daulias (ădis)*, f. adj. patronym. a *Daulis*, quæ olim Terei imperio subjacuit, sive regio sive oppidum, ubi, ut fabulantur, Progne Tereo filium Ityn epulandum dedit ipsaque in hirundinem et Philomela soror in lusciniam fuit conversa. Sic narrat *Paus.* in *Atticis* et *Phocicis*; quamquam *Ovid.* hoc dicat in Thracia evenisse 1. *Met.* 412. *sqq.* — Hinc *Daulias ales* tam Philomelam significat quam Prognen, matrem Ityos, de qua *Ovid.* 15. *Met.* 153. et *Albinov.* 1. 105. — Absolute *Daulias* apud *Catull.* 65 (al. 66) 20 (al. 14). Qualis sub densis ramorum concinit umbris Daulias absumpti fata gemens Ityi. — In plur. num. *Daulides* ap. *Virg. Cir.* 200., i. e. Progne et Philomela sorores. — *Daulius* (Δαύλιος), adj. ad Daulidem opp. pertinens. *Ovid.* 5. *Met.* 276. Daulia rura *(al. leg.* Daulida).

DAUNI et

DAUNĬA aliaque deriv. *V.* in voc. seq.

DAUNUS, i, m. 2. (Δαῦνος) ¶ 1. Illyricæ gentis clarus vir, Diomedis socer, qui patria pulsus ob domesticam seditionem, eam Apuliæ partem, quæ ab ipso *Daunia* dicta est, occupavit ibique rex fuit. Ita *Paul. Fest. p.* 69. Addit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (103)., Diomedi, regi Ætoliæ, a Troade reduci, ad ea loca appellenti filiam suam Euhippam in uxorem dedisse. Sed antequam generum acciperet, bellum inter eos gestum esse colligi posse videtur ex verbis *Diomed. gramm. III.* 473. *P.* « Hunc pedem vel iambicum gressum prisci Apuli Daunium a duce suo Daunio *(sic)* prodiderunt, quod is primus eum adversus acrem Diomedis pugnam bellum asperum iniisset, gradali pugna suos dimicare instituit, ut conlato pede, adsequenti paullatim dextero distentoque et progredienti lævo et brevi successu et longo distentu gradus simul et nisus firmaretur, unde etc ». Contra alii tradunt, Daunum Italum fuisse, Pilumni, Apuliæ regis filium ex Danae, et metu Acrisii, Danaen filiam persequentis, successisse in alteram Italiæ partem, ubi erant Rutuli, et Ardeam ibi condidisse. Incertum tamen est, hicne fuerit, an ejus nepos, qui ex Venilia Turnum genuit, quem Æneas occidit. Ita *Forcellin.* ex *Virg.* 10. *Æn.* 76., qui Turnum facit Pilumni nepotem et Dauni filium. Adde *eund. ibid.* 616. et 688. et 12. *ibid.* 22., 90. et 934., coll. *Sil. It.* 2. 557. — Hinc *Daunus*, adj. ut *Daunus Numicus*, qui per Rutulorum fines excurrit, ap. *Sil. It.* 1. 665. — Absolute, de incola Dauniæ in illo *Horat.* 3. *Od.* 30. 11., ubi *pauper aquæ Daunus* dicitur, quia Apulia siticulosa erat; unde et *Ovid.* 14. *Met.* 510. vocat *arida Dauni arva* — Hinc *Dauni*, populus Apuliæ partem, quæ *Daunia* est appellata, incolens, sc. planitiem, quæ a meridie montis Gargani inter Adriaticum mare et Appenninum extenditur, iidem ac Daunii, memorati inter Italicos populos *Mel.* 2. 65. Adde *Stat.* 5. *Silv.* 3. 163., qui *rigidos* eos vocat. — *Lycophr. Alex.* 1128. tradit eos Dardanos vocatos fuisse et Dardanum, oppidum eorum principem. — Ex Græcia septentr. oriundi olim regibus parebant; dein vero in parvas respublicas divisi facilius a Romanis subacti fuere *Arist. mirab.* 109., *Scyl.* 15., *Lycophr.* 592., *Diod.* 19. 10., *Pol.* 3. 88. et 5. 108. et ex Latinis *Virg.* 8. *Æn.* 146. et *alib.*, *Horat.* 2. *Od.* 1. 34., *Sil. It.* 1. 291., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (104). — *Daunia* (Δαυνία), regio Italiæ inf., ubi *Daunia Apulia* nuncupatur, hodie *Capitanata*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (103)., coll. *Strab.* 6. 215. et 6. 284. — *Dauniacus*, adj. ut *Dauniaci campi* ap. *Sil. It.* 12. 429. — *Daunias, ădis*, f. adj. pro ipsa Daunia ap. *Horat.* 1. *Od.* 22. 14. « militaris Daunias ». Alii tamen aliter leg., ut monet *Orell.* ad *l.*, coll. *Zangemeister, de voc. sing. Hor. p.* 5. Est tamen pro *Daunia* ἅπαξ λεγόμενον, paullo liberius concinnatum, ut ait *Ritter*. Cf. *Bentl.* et *Keller*. — *Daunius*, adj. — *a)* Ad Dauniam vel Daunum pertinens. *Horat.* 4. *Od.* 6. 27. Daunia Camœna. sc. ipse Horatius Venusinus, nam Venusia est Daunorum colonia. *Sil. It.* 7. 157. et 17. 220. tellus. sc. Apulia Daunia. *et* 17. 431. tela. *Ovid. rem.* 797. bulbus (laudatissimus ex Apulia, coll. *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 30. [95]). *Diomed. loc. cit.* pes. sc. iambicus, a Dauno inventus. — *b)* Ad Daunum Rutulum seu Rutulos pertinens. *Virg.* 12. *Æn.* 785. Daunia dea. *sc.* Juturna, soror Turni. *Id.* 8. *ibid.* 146. gens. *sc.* Rutuli cum Turno rege, Dauni filio. *Id.* 12. *ibid.* 723. heros. *i. e.* Turnus. *Sil. It.* 1. 291. pubes. *i. e.* Rutuli. *Id.* 2. 244. juvenis. *i. e.* Theron ex Ardea, Rutulorum oppido. *Id.* 8. 359. regna. *sc.* Rutulorum. — *c)* Ad Latinos seu Romanos latiore sensu. *Horat.* 2. *Od.* 1. 34. cædes. *Sil. It.* 5. 631. pubes. — Hinc absolute *Daunius*, idem ac *Daunus*. V. hanc voc. supra. — Item *Daunii, orum*, iidem qui Dauni, quos *V.* ¶ 2. *Daunus*, etiam miles, ab Hannibale interfectus, teste *Sil. It.* 7. 440.

DAVĬĀNUM, i, n. 2. mutatio inter Mont. Seleuci *(Mont-Saléon)* et Vapincum *(Gap)* prope hod. *Veynes (dép. Hautes-Alpes)*, in *Itin. Hieros.* 555.

DĀVID, indecl., et etiam David, idis, m. 3. (Hebr. *Dâwid* et *Dâvid*, LXX. Δαβίδ, Δαυίδ, Δαβείδ) nom. vir. — *a)* Genet. *Davidis* ap. *Juvenc.* 1. 121. et 157. et 4. 47. « Respondent, illum Davidis origine nasci ». - Acc. *Davida* ap. *eund.* 1. 149. et 2. 576. — *b)* Ad quantitatem quod attinet, prima longa est naturā. Sic *Auson. ephem.* 84. « Consona quem celebrant modulati carmina David ». et *Juvenc. loc. cit.* At secunda, ut in voc. Hebr., modo producitur, ut ap. *Prudent. hamart.* 568. « Ut genuit David, alias pater optimus, unum Crimen Abessalon »; modo corripitur, ut ap. *Drac. satisf.* 158. « pepercit David et hic sceleris certus adulter inest ». Sic in *Davidicus* secunda est anceps, modo enim producitur, ut ap. *Prudent. cathem.* 12. 49. « Jam flos subit Davidicus »; modo corripitur, ut ap. *Sedul.* 1. 7. « Cur ego Davidicis assuetus cantibus etc. ». — *c)* Etymon ducitur a rd. Hebr. *dôd* « amare »; unde *dâd* « amabilis, dilectus »: ὁ ἀγαπητός; hinc et Salomon, ejus filius, dictus *Yedîdyah*, comp. ex *yedîd* « carus » et *Yah* « Deus ». *i. e.* carus Deo. Sed *Augustin.* 22. *c. Faust.* 87. et in *Ps.* 34. « David idem est quod manu fortis vel desiderabilis » ut *David* dicatur quasi *day* « sufficiens, validus » et *yad* « manus ». Non est tamen, ut mihi videtur, a communiore ac simpliciore veriloquio discedendum. — Memorantur præsertim

I.) Apud scriptores. ¶ 1. **David**, rex celeberrimus, secundus post Saul, a. 1085-1015. a. Chr. — 1.°) Proprie. — *a)* Ante regnum: Natus est, a. 407. post Israelitarum a servitute Ægyptiaca liberationem, ab Isai seu Jesse, Bethlemite, qui majores habuit Juda, Phares, Hesron, Aram, Aminadab, Nahasson, Salmon, Booz et Obed; hinc de tribu Juda et genere regio, ex fratribus *septimus* (1. *Par.* 2. 15., coll. 1. *Reg.* 16. 10., ubi *octavus*, sc. de filiis generatim, non de iis, qui posteros habuerunt, ut in tabulis genealogicis *Par. loc. cit.*), igitur natu minimus, colore « rufus et pulcher aspectu decoraque facie » (1. *Reg.* 16. 7. et 12); adulescens vero psallendi peritus, fortissimus robore, fortasse etiam procerus corpore (*Ibid.* 17. 38), bellicosus et prudens in verbis, divino favore singulariter donatus (*Ibid. v.* 18). — Ab infantia educatus inter pastores, sæpius ex ore leonum ursorumque eripiebat oves eosque reluctantes etiam interficiebat (*Ibid.* 17. 31-36); idcirco invidis fratribus, præsertim majori, invisus ac spretus (*Ibid.* 17. 28). Eum tamen mature cognovit tam eximiis dotibus ornatum Saul ac vehementer dilexit et armigerum suum creavit (*Ibid.* 16. 17-21); quamquam ibi videtur simul David regi plane ignotus (Cf. 1. *Reg.* 17. 56); sed quum sacer scriptor ordinem temporum minime sequatur, nihil inde contra veritatem historicam argui potest, ut interpretes dilucide demonstrarunt veteres atque recentiores (*Ephrem Syr., Grotius, Clericus, Baumgarten, Niemeyer, Keil, al.*). Ceterum Saul non ignorabat puerum, sed ejus originem vitamque anteriorem; cognoscebat armigerum suum, non autem quæ ipse pro eo ministeria gereret (*Vigouroux, Les Livr. Saints et la crit. ration. IV.* ed.[4] *p.* 495-498. et *Hummelauer* in *libr. Sam.* 1886. *p.* 13. et 182-185). Verum Saul amor in David deferbuit, ex quo bellum exarsit inter Israelitas et Philisthæos. — Annos jam circiter sexdecim natus erat, quum primum Samuel eum unxerat pro Saul, quem Deus reprobaverat; nihilominus David oves patris sui pascere pergebat, nec quia eumquam ad hanc suam electionem appellavit, nullis testibus cognitam nec ideo facile iis credendam, qui eam negassent, minus veram dictitent critici quidam, modo conferant loca (1. *Reg.* 25. 30.; 2. *Ibid.* 3. 17. et 18.; 5. 21. et 1. *Par.* 11. 3. etc.), ubi eidem evidenter alluditur. — Malo autem spiritu Saul quum esset correptus, David accersitus est, ut cithara coram rege psalleret, ad cujus concentum quiescebat. Postea regressus ad paternam domum, ibi septennio mansit; quo expleto, in aciem descendit, ut cum gigante Goliath congrederetur, nec, Deo maxime confisus, alia arma sumpsit nisi quinque lapillos ac fundam, qua emissa, tam cito rectaque superbum Dei hominumque contemptorem in fronte percussit, ut totus rueret humi ignominiose, cujus statim et vitam et, educto gigantis gladio, caput ipsum abstulit, tantam in tam juvenili ætate fortitudinem Saul ejusque exercitu demirante mulieribusque concinentibus in tympanis ac sistris: « Percussit Saul mille, et David decem milia » (1. *Reg.* 18. 7), habuitque Michol, regis filiam, in uxorem victori ab eo promissam, non tamen statim, nec regis gratiam, qui invidia tabescens obliquis eum oculis aspiciebat; quin modis omnibus, spiritu malo iterum iterumque pervasus occidere tentabat, donec a Philisthæis in Gelboe una cum filio Jonatha, amicitia Davidi strictissime devincto, quem sæpe a patris sui, necem illi minitantis, furore abripuerat, tandem victus miserrime se transfodit, ejusque cadaver, capite obtruncato, ab hostibus suspensum est in muro Bethsan (*Ibid.* 30. et 31). Cetera autem, quæ antequam regnaret, de Davide in sacris litteris narrantur, vide sis in eodem libro Regum primo. Cf. etiam SAUL. — Hic tamen non omittimus eum plures habuisse uxores ante et post regnum, ut laudatam *Michol*, ex qua prolem suscepit nullam; *Achinoam*, ex qua *Ammon* genuit; *Abigail*, viduam Nabal, ex qua natus *Cheleab*, qui et *Daniel* dictus; *Maacha*, filiam regis Gessur, ex qua *Absalon* et *Thamar*; et *Bethsabee*, ex qua *Simmaa* v. *Samua*, *Salomon* et *Nathan*; et *Haggith*, ex qua *Adonias*; et *Abital*, ex qua *Saphathiam*; et *Egla*, ex qua *Jethraam*, præter alias et concubinas. Cf. 1. *Par.* 3. 6. — *b)* Regni tempore. — α) Unctiones aliæ: David, mortuo Saul, secundum unctus est in Hebron, agnitusque rex tantum a tribu Juda (2. *Reg.* 2. 4); regnavit autem ibi septem annis; ceteræ vero tribus paruerunt Isboseth, superstiti Saul filio; quare initum est inter eos bellum, quod septem annis perduravit, usque dum per proditionem Isboseth occiso a Baana et Rechab, qui jussu regis in tanti criminis pœnam interempti sunt (*Ibid.* 4. 12), regnavit solus David, rex tertium unctus (*Ibid.* 5. 3), triginta annorum ætate annos, « in Hebron super Judam septem annis et sex mensibus, in Jerusalem autem triginta tribus super omnem Israel et Judam » (*Ibid.* v. 4-5). Denique senio confectus et jam moriturus Salomoni post sanctissima monita regnum, instantibus Bethsabee et Nathan propheta, adjudicavit, frustra renitente Adonia, quem seditiosum ac rebellem Salomon interfecit (3. *Reg. c.* 1. *V.* ADONIAS). Tum anno ætatis septuagesimo et quadragesimo regni obiit (a. 1015. a. Chr.) sepultusque est in Sion, non Bethlehem (3. *Reg.* 2. 1-11), prope fontem Siloe (Cf. *Act.* 2. 29. et *Theodoret. quæst.* in *III. Reg. VI*). — Antiquæ artis chr. monumenta de Davide perraro occurrunt. In camera quadam cœmeterii s. Callisti visitur brevi tunica pictus cum funda et alibi in opere musivo cum Goliath (*Martigny*). — β) Ejus gesta: vix ac rex fuit, expulit Jebusæos et Sion potitus est (2. *Reg.* 5. 6-7); ædificavit dein Mello arcem sibique domum ope Hiram, regis Tyri (*Ibid.* 9. et 11), seque munivit custodibus corporis sexcentis viris, præsertim ex alienigenis, iisque pugnatoribus fortissimis (*Ibid.* 15. 18), validoque exercitu (1. *Par.* 27. 1); legatos suos ad filium Naas, regis Ammonitarum demortui, ignominiose habitos, nimia tamen severitate, est ultus (*Ibid.* 12. 26-31. et 1. *Par.* 20. 3); Philisthæos devicit et Moabitas (*Ibid.* 8. 2) rursumque Philisthæos (*Ibid.* 5. 18., 22., coll. 8. 1); cepit Syriam; concidit Idumæos (*Ibid.* 8. 13.; 18. 12), aliaque in re bellica gessit, ex quibus ejus virtus ac dimicandi peritia clarissime elucent. Curavit insuper, ut Levitæ (38.000) in quattuor classes distribuerentur, quarum postremam musicorum iterum in viginti quattuor divisit (*Ibid.* 24. 1-19). Præterea thesauros collegit ingentes auri et argenti ad futurum templum Hierosolymitanum ædificandum, quod opus Salomoni fuit divinitus commissum (*Ibid. c.* 7). Paucis, rem publicam ita administravit, ut Hebræorum gens longe lateque dominaretur et metropolim haberet ac regiam et exercitum et cultum tam civilem quam religiosum optime ordinatum ac firmiter constitutum. (Cf. *Mangenot, Dict. Bibl. II.* 1319 *sq.*). — Scripsit etiam Psalmos, de quibus *V.* infra. — γ) Ejus virtutes: animi demissio seu modestia singularis (1. *Reg.* 16. 19. et 18. 18., et 2. *Reg.* 6. 14. Cf. *Ambros.* 1. *apol. David.* 6. et *serm.* 25. et 4. *ep.* 30. *ad Sabin.* et *Greg. M. mor.* 27. 27); patientia in tolerandis tum Saul tum inimicorum insectationibus (1. *Reg.* 19., 2. *Ibid.* 15. et 16. et *alib.*); pietas (2. *Reg.* 7. et 21. 12. et 3. *Reg.* 2. et *alib.*); in Deum fiducia (*Ibid.* 28); clementia (1. *Reg.* 24. 6); caritas (*Ibid.* 17); obedientia (2. *Reg.* 15. 26); pœnitentia (*Ibid.* 12. 13.; 24. 17. et *alib.*); pluries enim peccavit, sc. jurans se Nabal occisurum cum tota domo (1. *Reg.* 25. 22), adulter, quia otiosus (2. *Reg.* 11. 2), et homicida (*Ibid.* 17), quæ et alia peccata Deus ultus est variis iisque gravissimis pœnis (*Ibid.* 12. 14.; 13. 13. *sq.*; 15.; 17. 21.; 20. 43. etc.). Cf. et *Psalmos* et *Eccli.* 47. 2-13., unde omnigena Davidis virtus summumque decus mirifice resplendent. — δ) Typus Christi: in pugna cum Goliath. *Augustin. serm.* 197. « David gessit typum Christi. Quis enim Goliath, id est diabolum, pugnare poterat - nisi qui universum mundum vicit armatus non ferro sed ligno? » *et* in *Ps.* 33. « Quod David prostravit Goliam, Christus est qui occidit diabolum »; - item persecutiones patiens: 1. *Reg.* 18.; - item benefaciens inimicis: 1. *Reg.* 19., coll. *Chrys. de David et Saul*; - item in trina unctione, *sc.* privata semel, bis publica: *Reg. locc. citt.*, coll. *Ps.* 109., *Joh.* 1. 49. et 6. 15., *Matth.* 28. 18. — 2.°) Improprie — *a)* Pro Messia. *Ezech.* 34. 25. Et suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum David. Adde 37. 25. — Hinc Christus, κατ' ἐξοχήν, *filius David* nuncupatur *Matth.* 1. 1., 9. 27., 15. 22. etc. — *b)* Pro ejus posteris. *Os.* 3. 5. Post hæc revertentur filii Israel et quærent Dominum Deum suum et David regem suum etc. — Sic *domus David* (poetice *tabernaculum David* ap. *Is.* 16. 5), non solum arx regia gentis Davidicæ, ut ap. *eund.* 22. 9 (*Vulg.* habet *civitas*), sed etiam familia regia Davidis posterique ejus, ut *ibid.* 7. 2. et 13. — Item *solium David*, ap. *Jer.* 22. 2. et 30. et *alib.* — *Civitas David* est tam Jerusalem quam pars ejus superior in arce seu monte Sion (2. *Reg.* 5. 7. et 9. et *alib.*); tum etiam *Bethlehem*, patria *Davidis*, ap. *Luc.* 2. 4. — Absolute quoque *David* significat *domum David* in *Apoc.* 3. 7., *i. e.* Ecclesiam. — *c)* Pro libro Psalmorum in *ep.* ad *Hebr.* 4. 7.; siquidem major Psalmorum pars scripta est a Davide, qui dicitur *egregius psaltes Israel* in 2. *Reg.* 23. 1. Quod tamen negant increduli (*Reuss, Le Psautier* Paris 1875. *p.* 47-61.; *Die Gesch. d. heil. Schr. Alt. Test.* 1887. § 146.; *Nöldeke, Hist. litt. de l'Anc. Test.* Paris 1873. *p.* 183-187.; *Renan, Hist. du peupl. d'Isr. II, p.* 46), culmen attingentes stultitiæ ac dementiæ; nam « si David n'a pas composé de psaumes, il n'y a plus un seul fait certain dans l'histoire du passé: Pindare n'a écrit aucune ode et Virgile n'est pas l'auteur de l'Énéide » inquit cl. *Vigouroux* (*Les Livr. Saints et la critiq. IV. p.* 534., coll. *V. p.* 31-34); tot enim tantaque sunt testimonia, quibus evincitur David quorundam saltem psalmorum auctorem esse ut nihil supra (Cf. 2. *Reg.* 22., 1. *Par.* 16. 7-36., 2. *Par.* 7. 6.; 29. 30., *Am.* 6. 5., *Eccli* 47. 11. et 12., 2. *Mach.* 2. 13., *Matth.* 22. 43. et 45., *Marc.* 12. 36. et 37., *Luc.* 20. 42. et 44., *Act.* 1. 16. et 20.; 2. 25-34.; 13. 35-37.; 4. 25. et 26., *Rom.* 4. 6-8. et *Hebr.* 4. 7). Nec tamen defendi potest sententia *Philastr. hær. h. CXXX. t. XII. M.*, *Ambros. enarr.* in *Ps.* 1., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 14., psalmos omnes (CL) opus esse Davidis, cui plures refragantur, ut *Origenes, Eusebius Cæs., Athanasius, Hilarius Pict., Hieronym.* ante ceteros; nam *Psalterium Davidis*, quod dicitur, ab eo nuncupatur, quia majorem excellentium psalmorum partem composuit, inter psaltes ideo insignis ac facile princeps. Porro ei, ut communiter traditur, LXXIII. psalmi sunt adjudicandi, et fort. XV. alii, de quorum divina poesi, mirificis documentis ac pietatis sensibus referta, melius est silere quam pauca dicere. — Addimus denique David, præter quam regem (et quidem legitimum, immo regni ac dynastiæ Judaicæ conditorem) et psaltem, etiam prophetam exstitisse, ut patet ex 2. *Reg.* 23. 2., *Act.* 2. 30. et *Ps.* 15., 21. et 68. Cf. *Reinke, Die Messian. Ps.* Giessen 1858.; *Schilling, Vatic. mess. V. T. hebr. II.* 1889.; *Meignan, Les proph.* etc. Paris 1878. *p.* 185-209. et *David roi, ps., proph.* etc. 1889. — Hinc *Davidicus*, adj. ad Davidem pertinens. *Sedul.* 4. 47. Davidica urbs. *i. e.* Jerusalem. *Prudent. catham. loc. cit.* flos. *i. e.* Christus. *Id. hamart.* 187. regna. *Sedul. loc. cit.* cantus. ¶ 2. **David**, episcopus, vir sacerdotii merito et vitæ integritate eximius, legatus in Africam, missus a Leone pont. a. 446., ex epist. ap. *Morcelli, Afr. Chr. III. p.* 152. ¶ 3. **David**, episcopus Tadamatensis a. 484. ab Hunerico rege in exsilium pulsus. *Not. Afr.*

II.) In titulis cogn. vir. *Corp.* 12. 5398.

DĀVIDĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DĀVUS v. Davos, i, m. 2. nom. serv., quod alii ducunt, per syncopen, a *dalivus*, Oscorum lingua *insanus*; alii vero a *Dacos*, olim *Daos* (*Strab.* 7. 5. 12), unde apud Atticos quoque in usu fuere servorum nomina *Getæ* ac *Davi* (Γέται καὶ Δᾶοι cum digammate ΔαϜοι = *Davi*, Cf. *Serg. expl. in Donat.* 1. *p.* 521. *K.* « Daos dicunt (*Græci Æol.*), quos nos Davos dicimus »). — Est autem *Davus* persona comica servi vaferrimi in fabulis *Terentii*, *Plauti* et *Cæcilii*. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 40. et 2. *ibid.* 5. 91. et *Pers.* 5. 161. et 168. — Hinc metonymice de quocumque servo. *Horat. art. p.* 114. « Intererit multum Davusne loquatur, an heros ».

Alii tamen rectius leg. *Dicusne* cum *Orell.* ad *l.* — Est etiam cogn. ingen. et libert. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1482. et *Corp.* 2. 162., 4758. et 10. 3018. — Hinc *Davonius*, nom. vir. *Inscr.* in *Bull. arch. munic.* a. 1880. *p.* 40.

DAZĀS, æ, m. 1. nom. vir., originis, ut videtur, Punicæ. *Corp.* 8. 9377 = *Dessau* 2576 (Genet. *Dazantis* 3. 2768). — Hinc *Dazanus*, cogn. vir. *Corp.* 3. 3849. — *Dazomenus*, cogn. vir. *ibid.* 9024. V. *Schulze, Eigenn. p.* 31., 38. et 45.

DE

DĔA, æ, f. 1. nom. comm. mulieris vel divinitate donatæ vel inter deos relatæ vel etiam deæ. — 1.°) Absolute adhibetur cum addito. — In sing. num.: *Dea Æquorea* ap. *Ovid.* 19. *Her.* 126. *i. e.* Ino. — *DeaÆtherea v. bellica* ap. *eund.* 6. *Fast.* 427. et 2. *Met.* 752. *i. e.* Minerva. — *Dea Agilis v. Arcitenens v. Venatrix* ap. *eund.* 4. *Her.* 169. et 2. *Met.* 454. et *Senec. Hipp.* 709. *i. e.* Diana. — *Dea Cæca* ap. *Martial.* 4. 51. *i. e.* Fortuna. — *Dea Victrix* ap. *Senec. Tro.* 921. *i. e.* Venus. — *Dea Dia.* V. DIA. — *Dea Siderea* ap. *Propert.* 3. 19. 10. *i. e.* Luna. — *Dea Roscida* ap. *Ovid.* 3. *Art. am.* 84. *i. e.* Aurora etc. — In plur. num.: *Deæ Arcanæ* ap. *eund.* 1. *Amor.* 7. 10. *i. e.* Furiæ. — *Deæ libidinantes* ap. *Petron. sat.* 138. *i. e.* Juno, Venus et Minerva. — *Deæ Custodes* in nummis Pertinacis imp. ap. *Eckhel* 7. *p.* 141. *i. e.* Fortunæ. — *Deæ Fatales* ap. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 64. *i. e.* Parcæ etc. — 2.°) Est etiam nom. geogr., ut *Dea Vocontiorum*, oppidum Galliæ in Vocontiis, plenius *Dea Augusta Vocontiorum*, hodie *Die*, dicatum *Deæ Andartæ* in proprio templo magno cum honore cultæ (V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule p.* 405. *sqq.*). Legitur in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4025. et ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5224., coll. 5223., ubi insuper *Colonia Dea Augusta Vocontiorum.* — *Itin. Ant. p.* 357. Dea Bocontiorum. *et Itin. Hieros. p.* 554. Civitas Dea Vocontiorum. — Hinc *Deenses*, incolæ. *Hilar. pont. ep.* 9. et 10. — Adj. in *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 7209.

DEBŌRA v. Debbora, indecl., et etiam Deboras, æ, f. 1. nom. hebr. *Debôrâh* « apis » (*Isid.* 7. *Orig.* 6. 58. « Debbora apis vel loquax » a *dâbar* « locutus est »); *LXX.* Δεββώρα v. Δεβόρρα. Memorantur in sacris libris ¶ 1. *Debora*, nutrix Rebeccæ, uxoris Isaac (*Vulg. Gen.* 24. 59. et 35. 19-20), tunc mortua (ca. an. ætatis CL), quum Jacob in terram Chanaan rediit, ac « sepulta ad radices Bethel subter quercum, vocatumque nomen loci illius: Quercus fletus » (*Ibid.* 35. 8); unde arguitur, quanti in domo Jacob habita esset. Quomodo vero esse potuerit una cum Jacob, a Mesopotamia reverso, alia alii conjiciunt interpretes, quos consulas. ¶ 2. *Debora*, uxor Lapidoth, ex tribu Ephraim (*Vulg. Jud.* 4. 5) probabilius, quamquam ab aliis censetur ex tribu Issachar (Cf. *ibid.* 5. 15). Floruit initio ætatis Judicum fuitque prophetissa, judex seu dux populi, servatrix Israel et poetria. — *a)* Prophetissa, quia, divinitus afflata, Dei nomine mandavit Barac, ut in montem Thabor cogeret bellatores Zabulon et Nephthali (*Ibid.* 4. 6., coll. 4. 14); item maledixit terræ Meroz ejusque incolis (*Ibid.* 5. 23); item populo consulenti responsis proderat, spiritu prophetico ac sapientia plenis (*Ibid.* 4. 4., coll. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 15); quin etiam Barac prædixit se ad eum adducturam « in loco torrentis Cison, Sisaram principem exercitus Jabin et currus ejus atque omnem multitudinem » eosque tradituram « in manu » ejus (*Ibid.* 4. 7) addiditque: « Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara » (*Ibid. v.* 9). — *b)* Judex populi « sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama et Bethel in monte Ephraim, ascendebantque ad eam filii Israel in omne judicium » (*Ibid.* 4. 5). Non erat tamen hoc tribunal, ita ut quasi judex, publica auctoritate instructus, ipsas causas inquireret in iisque quid esset faciendum, arbitra decerneret; sed locus, unde consilia ac sententias, ad lites solvendas vel difficiliora negotia expedienda idoneas, rogata proferret; quo factum est, ut populus eam divino instinctu ductam communique auctam existimatione maxime coleret ac facilius ejus impulsu traheretur ad bellum suscipiendum, quo a Chananæis tiber tandem evaderet (*Ibid.* 4. 5. et 5. 7). — *c)* Servatrix Israel, a Deo missa est ad Barac, filium Abinoem ex tribu Nephthali, ut exercitum pararet; cui statim ille obtemperans, accitis Zabulon et Nephthali tribubus « ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Deboram in comitatu suo », quæ dixit ei: « Surge (*Barac*); hæc est enim dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus » (*Ibid.* 4. 10. et 14). Itaque, ea duce cum Barac, Israelitarum impetu immissoque in hostes divinitus terrore, Chananæi fusi sunt et in fugam præcipitem conversi; mox Sisara, eorum ductor, clava Jahel tempora transfixus, muliebri manu inglorius periit (*Ibid.* 4. 21. *sq.*). — *d)* Poetria; hanc enim de Chananæis illustrem victoriam assecuti, Debora et Barac hymnum cecinerunt Deo triumphalem (*Ibid.* 5. 2-31), quem merito inter heroica Hebræorum cantica pulcherrimum censuit *Herder* (*Histoire de la poésie Hebr.*, Paris tr. *Carlow.* 1855. *p.* 440); plerique vero ex criticis arbitrantur esse antiquissimum Hebraicæ litteraturæ, adeo ut Pentateuchi ætatem antecedat; contra alii in alium excessum abeuntes putant longe recentiorem; utrique tamen falso, locos quosdam ac phrases v. voces male interpretati. Unum autem esse auctorem cantici, non duos, Deboram nempe et Barac, ut prima fronte videtur (Cf. *v.* 1), aliis inspectis locis (*vv.* 3., 9., 12), luculentissime apparet. Hinc sane enitet animi, patriæ ac religionis amore flagrantis, magnitudo, qua olim Debora, ut postea Judith et Esther, excelluit in civium suorum salutem, cum Deipara Virgine quadantenus conferenda, quæ celeberrimo cantico Deum magnificat, ejus in superbos ac potentes terræ celebrans triumphos (*Luc.* 1. 46-55); quin typus Mariæ ab ecclesiasticis scriptoribus proponitur, immo et Ecclesiæ (*Sulpic. Sev. chron.* 1. 24). — De carmine Deboræ epinicio multi scripserunt, quorum aliquot tantum nomina adferimus, sc. *Rhodius* (1602), *De Celada* (1673), *Gebhard* (1728), *Schultens* (1745), *Zette* (1748), *Teller* (1766), *Luederwald* (1772), *Schnurrer* (1775), *Weston* (1788), *Holmann* (1818), *Taco Roorda* (1828), *Böttger* (1850), *Meier* (1859), *Bissinger* (1866), *Gessner* (1879), *Reuss* (1881), *Vernes* (1891), *Oettli* (1893), *Re* (1908), *Pelis* (1909). ¶ 3. *Debora*, mulier ex tribu Nephthali, mater Tobiel, patris Tobiæ, cujus tamen nomen in Gr. textu *Tob.* 1. 8. solum occurrit.

DĔCĀPŎLENSIS, e, adject. ad partem Isauriæ pertinens, ut *Isauria Decapolensis* ap. *Rav. p.* 91., quæ decem oppidis constabat.

DĔCĀPŎLIS, is v. ĕos, f. 3. (Δεκάπολις: a δέκα, *decem*, et πόλις, *urbs*) Genet., Græc. posit., ap. *Vulg. Marc.* 7. 31. « Venit (*Jesus*) inter medios fines Decapoleos ».

Decapolis, una ex octo regionibus, in quas Peræa tempore Christi erat divisa (V. *Ackermann, Arch. bibl.* Vien. *p.* 38), tribus Manassis, ex decem urbibus majoribus dicta, trans Jordanem, ex quibus fuerunt, omnibus scriptoribus consentientibus, *Gadara, Hippo, Pella* et, cis Jordanem, *Scythopolis*, urbs principalis (V. *Parin, N. T. Gr.* cum *Lex. Gr.-Lat.* Patavii 1890). Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 18. 16. (74). et 15. *ibid.* 3. 4. (15)., *Vulg. Matth.* 3. 28., *Marc.* 5. 1. et *Luc.* 8. 26. — Fuit societas fœderata decem urbium Palæstinensium, quas majore ex parte ethnici incolebant, a Ptolemæis et Seleucidis ditatas privilegiis, sed ab Alexandro Janneo (a. 104-78. a Chr.) Judæis, dein Syriæ præsidibus subjectas, usque dum Cn. Pompejus eas in libertatem restituit post captas Hierosolymas, a. 63. a. Chr. (Cf. *Jos. ant.* 13. 15. 3. 4. et 14. 4. 4. et *B. J.* 1. 4. 8. et 7. 7). Verum, quando hoc fœdus Decapolitanum cœperit, quotve fuerint urbes fœderatæ, non liquet; alii namque aliter eas enumerant, ut *Plinius*, qui *locc. citt.* decem recenset, quæ sunt *Damascus, Philadelphia, Rhaphana, Scythopolis, Gadara, Hippos, Dion, Pella, Gerasa* (non *Galasa*), *Canatha*; *Ptol.* vero 5. 17. pro Damasco et Raphana ponit *Capitoliadam* et *Adram* et Decapolim vocat *Cœlesyriam ibid.* 15., et *Steph. Byz.* pro Δεκάπολις habet Τεσσαρεσκαιδεκάπολις (*Ethnicorum quæ supersunt ex rec. Aug. Meinekii* Berl. 1849. *p.* 208). — Difficultatem facessit illud *Marc. loc. cit.* « Egressus Jesus de finibus Tyri et Sidonis venit ad mare Galilææ per medios fines Decapoleos »; hæc enim trans mare Galilæum sita erat. Sed *Tyrus et Sidon*, non ut urbes proprie, sed ut territorium ibi citantur seu regio, nec absonum videtur alias fuisse minores, præter decem illas, occidentales, ad Decapolim pertinentes, de qua adhuc disputatur, ac Tyro et Sidoni propinquiores. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 345-358. et *Head*, 786., coll. *Corp. I. Gr. n.* 4501. et *Schürer, Gesch. d. jüd. Volk. im Zeitalt. I. Chr. II. p.* 91. — Hinc *Decapolitanus*, adj. ut *Decapolitana* regio apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 18. 16. (74). et *alib.* — Alia Decapolis Lydiæ orient. in *Act. SS. I.* 43.

DĔCĀPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DĒBĒRA et

DĒBĪR. *V.* DABIR.

DEBRIS, idis, f. 3. Primam produxit *Prisc. perih.* 202. « Garamantes Debride clari ». — Est autem oppidum Africæ in Garamantide regione cum fonte cognomine. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (36). Plenius describitur fons a *Solin.* 29.

DĔCĂDŎRON, i, n. 2. oppidum Delmatiæ, memoratum *Rav. p.* 379., coll. *p.* 208., ubi *Decadaron* scribitur, quod eruditi conferunt cum τὰ Δεκάτερα *Constantini de adm. imp.* 29.; unde conjiciunt ortum hod. nomen *Cattaro* (V. *Momms. Corp.* 3. *p.* 284).

DĔCATRENSIS et Decatresis, e, adject. (a δεκάτριος, ex δέκα, *decem*) qui ad sodalitium vel magistratum XIII.vir. pertinet. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2502., et *alia, ibid.* 2504. At *Henzen Suppl. Orell.* ad *n.* 3162. *p.* 291. refert ad Δεκάτερα Delmatiæ seu *Decadoron* oppid., a quo collegium negotiatorum nuncupabatur. Verum, idem *Momms.* « vix recte, inquit (*Corp.* 3. *p.* 294); rarissime enim ita simpliciter ab oppido aliquo collegia solent appellari ».

DĔCĔBĂLUS (Decibalus), i, m. 2. (Δεκέβαλος *Dio*) rex Dacorum, qui Domitianum devicit coegitque sibi tributum solvere; sed Trajanus, duabus contra eum expeditionibus susceptis (a. 103. et 106. p. Chr.), barbarum regem ita prostravit ut et urbem caput *Zarmizegetusam* expugnaverit, et Daciam totam in provinciam Romanam redegerit; quod in causa fuit, cur rex tantæ ærumnæ ac dedecori ferendo impar sibi mortem consciverit. *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Or. n.* 5448. Adde *Trebell. trig. tyr.* 10. — In titulis cogn. vir. *Corp.* 7. 866. et 3. 4150., ubi *Decibalus.*

DĔCĔLĒA et

DĔCĔLĪA (Decelea), æ, f. 1. (Δεκέλεια) ¶ 1. Est pagus (δῆμος) Atticæ, ad mare Eubœæ, trib. *Hippothoontis*, hodie *Tatoi*, unum ex duodecim oppidis fœderatis (συνοικισμοῦ) temporibus Thesei, in bello inter Athenienses et Lacedæmonios, quod *Decelicum* vocatur, ab his captum a. 413. a. Chr. cum magno Athenarum detrimento. *Trog. prol.* 5., *Nep. Alcib.* 4. et *Thras.* 2., coll. *Frontin.* 1. *Strat.* 3. 9., *Thuc.* 2. 27. et 7. 28., *Xen. Hell.* 1. 1. 33., *Isocr.* 16. 10., *Dem.* 21. 146., *Paus.* 3. 8. 3., *Corp. I. Gr.* 1-3. etc. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 222. ¶ 2. Item oppidum, quod *Alba Decilia* etiam dicitur, *Rav. p.* 337.

DĔCEM, indecl. nom. quorundam locorum cum addito, quo distinguantur, ut: *Decem pagi* v. *Ad decem pagos*, statio Galliæ in finibus Germaniæ, hodie *Dieuze*, prope *Metas* seu *Metz*, in *Itin. Anton. p.* 240. *Ammian.* 16. 2. 9. Cum placuisset per Decem pagos Alamannam adgredi plebem etc. — *Decem Tabernæ*, locus Romæ, in regione Urbis sexta, dictus quoque *Gallinæ Albæ*, fort. genus quoddam porticus, haud procul, ut videtur, ab æde S. Agathæ prope viam, quæ nunc dicitur *del Serpenti*. Memoratur in *Notit. Urb.* et *Curios.* Cf. *Borsari, Top.* di *R. A.* 1897. *p.* 188.

DĔCEMBER, bris, m. 3. nom. serv. (Cod. 40. 5. 41. 15) et etiam cogn. ingenuum et libertinum (Corp. 2. 4587., ubi Decenber). — Declinatur etiam December, bri, 2 (Corp. 3. 2307). — Hinc Decembrianus, adj. ut Decembriana centuria in Coh. IIII. Vigilum, Corp. 6. 1063., sed Decembris in seq. n. 1064., fort. a quodam centurione ita cognominato. — Decembrina, f. 1. nom. demin. mul. chr. Inscr. ap. Mai, Coll. Nov. V. p. 428. 2.

DĔCENNĬUM, ii, n. 2. locus dejectus ad austrum Cælii montis, cujus incolæ Decennenses in Corp. 6. 31893. — Decennius, cogn. vir. 8. 9014.

DĔCENS, entis, m. 3. (deceo) cogn. vir. Corp. 4. 4984. — Memoratur etiam abs. hoc nomine vir clarissimus christianus, cujus filium Pansophium a mortuis suscitavit Ambrosius, episcopus Mediolanensis, teste Paulin. Nol. in vit. Ambr. 28. — Hinc in titulis chr. Decentius, cogn. vir. Corp. 5. 3513. et 6203. — Decentia, cogn. mul. 5. 8736. — Decentiacus, adj. ut Decentiaci abs. apud Ammian. 18. 9., sc. milites Decentii Cæsaris. V. FLAVIUS. — Decentiana, cogn. mul. Corp. 5. 1609. — Hinc etiam Decorus (a), cogn., sed abs. in Not. degli scavi 1898 (Romæ) p. 282. — Decoratus, cogn. vir. Corp. 9. 3355. et 6489. et 5. 563. et 2397. — Adde Boeth. cons. 3. pr. 4. et Cassiod. 5. Var. 3. et 4. et 31., coll. Ennod. 4. ep. 17. — Decorata, cogn. mul. Corp. 8. 3355., coll. 3362. — Decoratianus, cogn. vir. 3. 5221.

DĔCĒTĬA, æ, f. 1. oppidum Galliæ Celticæ, serius Lugudunensis ad dexteram Ligeris, hodie Decize (dép. de la Nièvre). Memoratur Cæs. 7. B. G. 33., Itin. Ant. p. 367. et 460., Rav. p. 284. et Corp. 13. 1. p. 432.

DĔCĬĀNUS. V. DECIUS.

DĔCĬĀTES, um et ium, m. plur. 3. (Δεκιάτιες, Δεκιῆται) populus in ora orientali Galliæ Narbonensis ad Varum. Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (35. et 45). In ora oppidum Latinum Antipolis, regio Deciatium, amnis Varus. et Mel. 2. 76. Nicæa tangit Alpes, tangit oppidum Deciatum, tangit Antipolis. Adde Liv. epit. 47., Flor. 2. 3. et Corp. 12. p. 28. Cf. Ptolem. 2. 10. 8. et Polyb. 33. 10. — Non sunt confundendi cum his Diciates Ligures, quorum meminit Plin. 3. Hist. nat. 5. 7. (47).

DĔCĬDĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Inscr. apud Momms. n. 2299. — Decidia, nom. mul. apud eund. n. 3704. — Decidius Saxa, Celtiber (Cic. 11. Phil. 5. 12), peritus metator et callidus, tribunus pleb. a. 44. a. Chr. a Cæsare creatus, qui antea civitate Rom. donatus fuerat (Id. 13. ibid. 13. 27); eo autem mortuo, Antonii partes secutus, legatus in bello contra Parthos, fuit ab iis interfectus (Liv. epit. 127. a. 40) vel ab eorum duce, nempe Labieno Pompejano (Vellej. 2. 78). — Transiit in cogn. Inscr. apud Wilm. n. 1135. — Hinc Decidianus, cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 2192. — Decidiana, cogn. mul., ut Domitia Decidiana ap. Tac. Agr. 6.

DĔCĬMĬUS. V. voc. seq.

DĔCĬMUS, i, m. 2. Scribitur de prisco more etiam Decumus in Corp. 5. 5957.; 2. 1619. etc. — Est autem nomen ductum ab ordine nascendi, ut Primus, Secundus, Quintus, Sextus etc., quo spectat lusus Martial. 5. 21. — In titulis pro nota D. aliquando est Dec. vel etiam integre Decimus. Cf. Inscr. apud Henzen, Suppl. Or. n. 6680. et Corp. 2. 1959. — Est autem nom. pers. et geogr. ¶ 1. Nom. pers., sc. — 1.°) Præn. Corp. loc. modo cit. — 2.°) Nom. gent. aut saltem uti gentilicium usurpatum Rom. imperii ætate. Inscr. ap. Momms. n. 2559. et 3946. — 3.°) Cogn. vir. Corp. 5. 5957. et 2. 1619. — Decima (Decuma), cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 5222. — Decima est etiam dea parientium atque una, ut quibusdam placet, ex Parcis, teste Varr. et Cæsell. ap. Gell. 3. 16. 10. et 11. Adde Tertull. anim. 37. Superstitio Romana deam finxit - Nonam et Decimam a sollicitioribus mensibus. — 4.°) Absolute Decimus, quidam designator, homo turpis et infamis, P. Clodii familiaris (Cic. 4. Att. 3., coll. Dom. 19. 50). — Decimus, episc. Theuzitanus in Byzacena a. 484. ab Hunerico, Vandalorum rege, in exsilium pulsus. — Hinc Decimius (Decumius), nom. vir. Inscr. apud Orelli n. 2983., Corp. 2. 2066., 3. 21. et 568. — Decimia (Decumia), nom. mul. 5. 7241. Aliquando Deumius v. Decmius. — Apud scriptores: C. Decimius, legatus in Cretam initio belli Persici a. 171. a. Chr., teste Liv. 42. 35. et a. 168. cum C. Hostilio et C. Popillio Lænate ad reges Antiochum et Ptolemæum, ut refert idem Liv. 44. 19., coll. 45. 10., ubi C. Decimii oratio moderata laudibus præ ceteris cumulatur. — Num. Decimius, Samnis, princeps genere ac divitiis, jussu dictatoris Q. Fabii Maximi Verrucosi a. 217. a. Chr. octo milia peditum et equites quingentos adduxit in castra, quorum interventu prœlium contra Hannibalem est restitutum, duo castella expugnata et victoria, saltem specie, paria, ut refert Liv. 22. 24. — Alios vd. apud eund. 27. 14., 42. 19. et 37., Cic. 4. Att. 16. etc. — Decimanus (Decumanus), cogn. Corp. 5. 8249. — Decimianus (Decumianus), cogn. Corp. 7. 1336 (407). et Inscr. apud Momms. I. H. n. 225. — Decimiane, es (etis), cogn. mul. in tit. chr. apud Mai Nov. Coll. V. p. 428. — Decimilla (Decumilla), cogn. demin. mul. Inscr. apud Herzog, Gall. Narb. 451. — Deciminus (Decuminus), cogn. vir. demin. Inscr. ap. Momms. I. H. n. 146. — Decimina (Decumina), cogn. mul. demin. Inscr. ap. Momms. n. 3082., Corp. 5. 6807. ¶ 2. Est etiam nom. quorundam locorum, quæ ad decimum lapidem in viis publicis sita erant, absolute fere dict. ad Decimum, ut mutatio in Calabria. Itin. Hieros. p. 609., hodie Torre di S. Leonardo. — Item ad Decimum, mutatio in Macedonia. Itin. Hieros. p. 605. etc.

DĔCĬUM, ii, n. 2. oppidum Hispaniæ Tarrac. Mela 3. 15.

DĔCĬUS, ii, m. 2. (Δέκιος) Sæpe Deccius, duplici c, scribitur in Corp. 3. 1608., 3555., 5928. et alib. Sic Gr. Δέκχιος et Lat. deriv. Deccianus (V. Osann G. I. p. 339. et Momms. Inscr. n. 26). — Decitius pro Decius, sed corrupte, in Inscr. ap. De-Rossi in Bull. Crist. a. 1874. p. 146. — Prænominis instar, ut Decimus, in titulis Samniticis vel Oscis videtur usurpatum fuisse, ubi legitur Decius Magius etc. V. suo loc. — Origo nominis repetenda est ab ordine nascendi, ut, quemadmodum Decumedius apud Sabinos et Decimus apud Latinos, ita sit Decius apud Samnites (Momms. in Ann. d. Ist. arch. a. 1846. p. 107).

Decius, præn. et nom. gentis Rom. celeberrimæ, plebejæ (Juvenal. 8. 254), originis fort. Samniticæ vel Oscæ. Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Absolute — a) Decius, tribunus pleb. a. 491. a. Chr., qui diem dixit Coriolano. Auct. de vir. ill. 19. — b) Decius, statuarius Romanus, qui quo ævo vixerit, ut ait Sillig. in Cat. Art. p. 178., incertum est. De eo mentio fit a Plin. 34. Hist. nat. 7. 18. (44). « Habent in eodem Capitolio admirationem et capita duo, quæ P. Lentulus consul dicavit, alterum a Charete factum, alterum fecit Decius comparatione in tantum victus ut artificium minime improbabilis artificis videatur ». Quum autem hic sit, dixerim certe, P. Cornelius Lentulus Spinther cos. a. 57. a. Chr., haud multo ante, floruisse satis probabile est, quum artis studium tum demum apud Romanos ita fervere cœpisset. — c) Decius, imp. V. MESSIUS. — d) Alii ap. Cic. 5. Fam. 6., Rutil. Nam. itin. 1. 599. sqq., Cod. 1. 2. 4. et 4. 22. 4. — 2.°) Cum præn. — a) P. Decius, trib. pl. a. 311. a. Chr., lator plebisciti de duumviris navalibus (Liv. 9. 30). — b) P. Decius, prætor a. 115. a. Chr., M. Fulvii Flacci æmulus « non infans ille quidem, sed ut vita, sic oratione etiam turbulentus » (Cic. Brut. 28. 108). — Hic fertur, M. Æmilio Scauro cos. transeunti quum non assurrexisset, male mulcatus fuisse (Auct. de vir. ill. 72). — c) Alii ap. Cic. 2. Orat. 30. 132. et 31. 134., Liv. 45. 3. et epit. 10., Corp. 2. 4756. et 4816. — 3.°) Cum cogn. — a) Decius Magius, vir Campanus, cui ad summam auctoritatem nihil præter sanam civium mentem defuit, ut ait Liv. 23. 7. — Hic, in fide Romanorum constans, ab Hannibale Carthaginem missus est, sed, naufragus, Cyrenas appellere potuit, ubi confugiens ad statuam regis Ptolemæi liberatus est. Id. ibid. 8. et 10. et Sil. It. 11. 155. sqq. et 377. sqq. — Ex Vellej. autem 2. 16. quidam arguunt Decium non nomen sed prænomen esse hoc loco. — In plur. num. rhetorice Decios Magios habet Cic. Pis. 11. 24., coll. et 2. leg. agr. 34. 94. — b) Decius Mus, plenius P. Decius Mus in Fast. Capit.; abs. Mus ap. Chronogr. a. 354., perperam Muso in Fast. Hisp. (it. Mure), quinquevir mensarius (Liv. 7. 21), trib. mil. a. 343. a. Chr. in bello Samnitico, exercitus Romani, in angustias ab hostibus inducti, liberator et ob id civica corona frondea donatus (Plin. 16. Hist. nat. 4. 5. [11]., Auct. de vir. ill. 26. et fuse Liv. 7. 34-37); dein a. 340. cos. cum T. Manlio Torquato in bello contra Latinos quum diis Infernis se devovisset pro suis laborantibus ad Veserim, concitato equo, se in medios hostes injecit suaque morte Romanis victoriam comparavit. Liv. epit. 8., coll. ipso Liv. 8. 3-10., Val. Max. 1. 7. 3. et 5. 6. 7., Cic. 1. Divin. 24. 51. et alib., Lucan. 2. 308., Oros. 3. Hist. 21., al. — c) P. Decius Mus, tantum P. Decius ap. Liv. loc. cit., filius præcedentis, a. 312. a. Chr. cos. I. cum M. Valerio Maximo, quo in Samnio reliquias belli persequenti, Decius, qui graviter ægrotus Romæ restiterat, auctore senatu, dictatorem C. Sulpicium Longum, is magistrum equitum C. Junium Bubulcum dixit (Liv. 9. 29. Müll., quem locum aliter legit cl. De-Vit); dein a. 309. victor de Samnitibus, cos. II. creatus est ac prospere etiam in Etruria et Umbria rem bellicam gessit; tum a. 304. censor (Id. ibid. 46. et Val. Max. 2. 2. 9) et a. 300. quum suasor esset legis de augendo sacerdotum numero, pontifex ipse creatus est (Liv. 10. 7-9), post a. 297. cos. III. (Id. ibid. 14) ac demum a. 295. cos. IV. cum Q. Fabio Maximo cos. V., quibus ducibus ad Sentinum quum dimicaretur contra Etruscos, Umbros, Samnites et cum Gallorum ingenti exercitu, Romani vero in summo periculo versarentur, patrem compellans : « quid ultra moror, inquit, familiare fatum? datum hoc nostro generi est, ut luendis periculis publicis piacula simus » ubi confertissimam cernebat Gallorum aciem, eo concitat equum inferensque se ipse infestis telis est occisus (Id. ibid. 28) et morte sua victoriam populo Romano tribuit, cujus corpus inventum relatumque est cum multis militum lacrimis, ac funus omni honore laudibusque meritis a Fabio celebratum (Id. ibid. 29). — d) P. Decius Mus, nepos, cos. a. 279. cum P. Sulpicio Saverrione, ad Asculum bellum gerens cum Pyrrho se « hostium telis objecit seque e continenti genere tertiam victimam reipublicæ » præbuit, ut ait Cic. 2. Fin. 19. 61. et 1. Tusc. 37. 89., ut suis pareret victoriam, quod cecinit Claudian. carm. 26. 130., uti de duobus prioribus Juvenal. 8. 255. et epigr. in Anth. Lat. n. 836. R. — De his Deciorum devotionibus, quæ dicuntur, vd. etiam Minuc. Fel. 7. 3., Virg. 2. G. 169., Senec. contr. 9. 25. 9., Augustin. 5. Civ. D. 14. — e) Alii ap. Liv. epit. 12., Liv. 43. 17., Cassiod. 1. Var. 20., 4. ibid. 30. et 9. ibid. 23., Chron. Prosp. et Hyd. et Inscr. ap. Orelli n. 14., coll. 4657., De-Rossi, Bull. Crist. I. 1863. p. 373. et 394., Momms. n. 1302. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Corp. 3. 1608., 3835. et 5923.; 6. 1101. — Hinc Decianus — a) Adj. Oros. 3. Hist. 21. Deciana pars. h. e. P. Decii Muris cos. a. 340. Liv. 10. 31. exercitus. h. e. duorum Deciorum. Auct. ad Nov. 9. persecutio. sc. Decii imp. Curios. et Not. urb. reg. XIII. thermæ, in Aventino, ab auctore Decio imp. appellatæ. Sulpic. Sev. ep. 2. tempora. sc. Decii, ab ejus persecutione dicta. — b) Subst., cogn. vir. (Decianus v. Deccianus), in Inscr. ap. Momms. n. 6829 (4)., præsertim in gente Apuleja et Plautia. — Fuit etiam familiaris poetæ Martialis 1. 62. et alib. — Deciani, orum, gens Italiæ in Calabria mediterranea, ap. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (105). — Deciana — a) Cogn. mul. Inscr. apud De-Rossi, Rom. Sott. III. p. 135 (Tab. XX. 23). — b) Civitas Hispaniæ ap. Rav. p. 341., ubi Diciana.

DĔCŌRĀTUS et

DĔCŌRUS. V. DECENS.

DECRĬUS, ii, m. 2. nom. vir. — Hoc nomine quidam fuit, qui pugnans in Africa contra Tacfarinatem occubuit a. 19. p. Chr. Tac. 3. Ann. 20. — Item Decrius Calpurnianus, præf. vigilum a. 48. p. Chr., damnatus odio Messallinæ. Id. 11.

ibid. 35. — In titulis nom. vir. Inscr. ap. Momms. n. 5023. — Hinc Decrianus, cogn. vir. ex gente Decria (fort. pro Deciria per sync.). — Fuit hoc nomine architectus, ab Hadriano imp. adhibitus in transferendo colosso Neronis. Spartian. Hadr. 19., ubi tamen alii aliter leg.

DĔCŬLA, æ, m. 1. cogn. vir. (fort. a de et colo, cui oppon. incola, quasi sit idem ac sine domicilio). — Fuit Decula cos. a. 81. a. Chr. (Fast. Cap. et Corp. 1.), in gente Tullia. — Hinc Deculus, cogn. vir. Corp. 3. 4377. — Deculo (onis), scriptor Latinus, cujus libros, hodie deperditos, defloravit Plin., qui inter fontes suos eum memorat in Ind. 10. et 35.

DĔCŬMA. V. DECIMUS.

DĔCŪMĀTES AGRI, regio Germaniæ ad Rhenum inter Augustam Rauricorum (August) et Rigomagum (Remagen), vel ea, quæ hodie Badensis et Würtenbergicæ dicionis est, inter Rhenum, Danubium et Nicrum, ut ait Kritz, a Romanis occupata, sæc. I. p. Chr. exeunte, sed ab Alamannis recuperata, sub finem sæc. III. Memorat Tac. Germ. 29. — Ita appellata est a decumis, quas coloni Romanis solvebant. Videntur autem, variata vocis forma, iidem esse, qui alias decumani dicuntur, quosque Romani, in Germania sup. devictis nationibus ereptos, antiquis incolis plerisque expulsis, concesserant Gallis, qui inopia et audacia impulsi illuc transgressi erant, ea tamen condicione, ut decumas Romæ penderent.

DĔCŬMĒDĬUS, ii, m. 2. (a decem cum syllabica additione) nom. vel potius præn. Sabinum (V. DECIUS). Corp. 9. 3494.

DĔCŬMĬUS. V. DECIMUS.

DĔCŪRĬUS, ii, m. 2. (decuria) nom. cujusdam Christiani, qui martyrium fecit in Numidia, noti ex Inscr. metrica ap. De-Rossi, Bull. Crist. a. 1875. p. 171. — Item Decurio (onis), cogn. vir., ab officio ortum, in Inscr. ap. Furlanetto, Lap. Pat. p. 270., quod nom. dignitatis perperam censuerat Orell. n. 3753.; et alia firmatur ap. Garrucci, Iscriz. Benev. p. 154.

DĔENSES. V. DEA.

DĔFENSOR, ōris, m. 3. cogn. vir. Corp. 5. 7634. et 8372. — Epitheton Herculis in Inscr. bilingui ap. Orelli n. 1537. — Gr. Ἀλεξίκακος. Cf. etiam Corp. 6. 5509.

DĔFĔRUNDA, æ, f. 1. nom. deæ apud Romanos, quæ deferendæ caprifico in deorum templis innatæ vel arbori a fulmine attactæ præesse putabatur. Inscr. ap. Marini, Act. Fr. Arv. p. 32. V. COINQUENDA et COMMOLENDA.

DĒI, ōrum, v. dii. V. DEUS.

DĒĬĀNĪRA, æ, f. 1. Δηϊάνειρα; δήϊος, hostilis, et ἀνήρ, vir, sc. « viro v. viris hostilis v. cum viris pugnans » (Eustath. Od. 1856. 60.: cf. Fick-Bechtel, Gr. Pers. Namen[2] 387. et Kretschmer, Gr. Vaseninschr. 77). — Memorantur apud mythographos ¶ 1. Deianira, filia Œnei, Ætoliæ regis, unde Ætolis dicta (Ovid. 9. Her. 131), et Althææ (Mythogr. I. fab. 204), soror Meleagri et Gorgis (Ibid.) vel nata ex concubitu Dionysi cum Althæa (Hygin. fab. 129), quæ quum a multis procis expeteretur ob pulcritudinem, in primis ab Acheloo et Hercule, quorum illi se pater eam daturum promisit, qui ex mutuo certamine victor exstitisset, quumque Acheloum vicisset Hercules, hic Deianiram habuit uxorem (Mythogr. I. fab. 58., coll. Claudian. carm. 29. 171. sqq.), ex qua suscepit filium, Hyllon nomine (Steph. Byz. ad Ὕλλεῖς, Schol. Soph. Trach. 54. et Hygin. loc. cit. Cf. etiam Wilamowitz, Eur. Herakl. I. 319. et 384). Porro quum Hercules transiturus esset Evenum, Ætoliæ fluvium, qui tunc maxime excreverat, Nessus centaurus seipsum ultro obtulit ad transvehendam Deianiram; eamque celeriter trajectam, dum Hercules tardius sequitur, longe stans corrumpere voluit. Quod videns Hercules, sagittis, Hydræ sanguine infectis, centaurum transfixit; qui se moriturum sentiens, ut hostem ulcisceretur, Deianiræ vestem suam, proprio sanguine perfusam, dono dedit, affirmans ei vim amatoriam inesse et, si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore avocatum iri. Mulier nimis credula munus accepit; quum autem audisset maritum suum in Eubœa amore Ioles, Euryti filiæ, detineri, Nessi vestem viro perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules itaque nihil mali suspicatus, quum paullo post in Œta monte Jovi sacrificaturus eam induisset, tantis cruciatibus est affectus, ut in furorem versus, Lycham e monte dejecerit in Euboicum mare, qui in scopulum mutatus est: ipse autem, arcu et sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram immiserit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis se clava interfecit, ex cujus sanguine nata est herba, quæ Nymphæa, item Heracleon dicitur. Ita Forcellin. ex Hygin. fab. 34., 36. etc., Ovid. 9. Met. 9. sqq., Senec. Herc. Œt., Serv. ad Virg. 8. Æn. 300., Mythogr. II. fab. 165. — Ex Græcis hanc fabulæ partem egit Sophocles in Trachiniis (Τραχίνιαι), et Deianira inscribitur etiam una ex epistolis Ovidii, Her. 9., Herculi scripta. — De antiquæ artis monumentis ad eam pertinentibus, præter ejus imaginem, quam Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (139). refert pictam ab Androbio fuisse, alia vd. ap. Fürtwangler, Vasenkat. Berlin 1885.; Gerhard, A. V. Taf. 117-118.; Ross, Arch. Aufs. II. Taf. 2.; Roulez, Choix de vas. Taf. 8. 2.; Inghirami, Vasi fitt. II. 119 (Ness. et Deian.) cum inscript. Cf. etiam Preller-Robert, Gr. Myth.[4] I. 666. et Escher, PW. 4. 2378. sqq. ¶ 2. Deianira, filia Dexameni « hospitalis regis Olenii », apud quem quum Hercules in hospitium esset receptus, filiam ejus vitiavit fidemque dedit eam se esse in uxorem ducturum. Post hujus discessum Eurytion centaurus Deianiram petiit, quam ei pater, vim timens, promisit. Quum autem stato die cum fratribus sponsus venisset, eodem fort. die, dum nuptiæ celebrabantur, Hercules superveniens Centauros interfecit et Deianiram insperato sibi matrimonio junxit (Mythogr. II. fab. 162., Hygin. fab. 33., coll. Apollod. 2. 91. et Diod. 4. 33. 1). ¶ 3. Deianira, dicta est etiam Hippodamia, Pirithoo, Lapitharum regi, nupta. Philargyr. ad Virg. 2. G. 456. ¶ 4. Aliæ, sed a Græcis tantum memoratæ, ut: filia Lycaonis apud Dion. 1. 11. 13. — Amazon, domita ab Hercule, ap. Diod. 4. 16. 3. — Nereis in catal. ap. Apollod. 1. 12., ut quidam leg. pro Ἰάνειρα.

DĒĬDĀMĬA, æ, f. 1. (Δηϊδάμεια, fort. a δήϊος, hostilis, et δαμάω, domo) nom. quadrisyllab. cum penult. brevi usurpatum in Anth. Lat. 48 (633); 58. 1. sq. (682. 1. sq.) et 198. 80. (695. 80). V. infra. — Memorantur præsertim ¶ 1. Deidamia, Lycomedis, regis in insula Scyro, filia, ex qua Achilles, ante bellum Trojanum, inter virgines regias veste muliebri latens, Pyrrhum suscepit. Anth. Lat. loc. cit. 43. Deidamiam Pyrrhumque meos nunc Scyros habebit. Adde Propert. 29. 16.; Ovid. 1. Art. am. 704.; Drac. carm. min. 9. 200., Hygin. fab. 97. et Mythogr. I. fab. 140. ¶ 2. Deidamia, Æacidæ, Epirotarum regis, filia, Pyrrhi soror, Demetrii uxor. Justin. 14. 6. 5.

DĒĬLŎCHUS, i, m. 2. (Δηΐλοχος v. rectius Δηΐοχος) ¶ 1. Fuit gigas, in bello Titanico interfectus. Stat. 2. Theb. 608. ¶ 2. Item Argivus in bello Thebano occisus. Id. 8. ibid. 697.

DĒĬNŎMĒ, es, f. 1 (Δηϊνόμη) una ex filiabus Priami, ap. Hygin. fab. 90., ubi alii aliter leg. Cf. Paus. 10. 26. 2.

DĒĬŎCES, is, m. 3. (Δηϊόκης), primus, a tribubus electus, rex Medorum, qui ann. LIV (710-656. a. Chr.) regnavit, teste Hieronym. chron. ad Olymp. XVIII (al. LIII. sc. 708-655.: vd. Meyer, Gesch. d. Altert. I. 554), et Ecbatana, imperii caput, condidit. Verum in annalibus Sargon, celebris Assyriorum regis, mentio fit de Dejoce (Dahyauka), regulo Mediæ et Assyrii regni tributario, qui tamen a. 712-708., quo tempore rex Assyriæ bellum gerebat contra Babyloniam et Commagenem aliasque regiones, ejus jugum excussit totamque Mediam in libertatem unumque regnum redegit a. 701-688. successoremque tunc habuit Phraortem (in mon. Frauritish), dictum Arphaxad ab Hebræis. Ceterum ex his, quæ attigimus, quod Dejocis historiæ pleniorem lucem affundat, adhuc desideratur. Cf. Ménant, Ann. d. rois d'Ass. 164. et 167.; Nöldeke, Aufs. z. pers. Gesch. 4-6.; Tiele, Assyr.-babyl. Gesch. 241. sq., 263. et 407. sq. et Delattre, Le peupl. et l'emp. de Méd. etc. 1883. p. 105. et 129. sqq.

DĒĬON, ŏnis, m. 3. (Δηΐων v. Δηϊονεύς, Deioneus; de quo nomine cf. Fick-Bechtel, Die gr. Pers.-Nam. 386. et Kretschmer, Gr. Vaseninschr. 47) filius Æoli et Enaretes, filiæ Deimachi, frater Crethei, Sisyphi, Athamantis, Salmonei etc., maritus Diomedes, Xuthi filiæ, et pater Cephali, Actonis, Phylachi, Nisi (Apollod. 1. 51., 86. 197. et 2. 58., Hygin. fab. 189), rex Phocidis. — Hinc Deionides V. suo loco.

DĒĬŎNES, es, f. 1. V. DEIONIDES.

DĒĬŎNEUS, ei, m. 2. (Δηϊονεύς) quadrisyll., pater Diæ, ex cujus concubitu cum Jove natus est Pirithous, teste Hygin. fab. 155.

DĒĬŎNĪDES, is, m. 3. (Δηϊονίδης) nom. patronym. a Deione, filius Deiones, ex Apolline, i. e. Miletus. Ovid. 9. Met. 443. Cf. Callim. Dian. 203.

DĒĬŎPĒA, æ, f. 1. (Δηϊόπεια) Scribitur etiam Deiopeia, soluta diphthongo, ap. Macrob. 5. Sat. 4. 3. et Serv. ad Virg. 1. Æn. 71., nisi hic quoque legend. Deiopea: cf. Ribbeck ad Virg. l. c. — Vocabulum compositum est ex δήϊος, hostilis, bellicosus, et ὀπή, vox, quasi vox bellica (grido di guerra). — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Nympha ex quattuordecim, quas secum ducebat Juno, de qua Virg. 1. Æn. 71. sq. « Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ, Quarum quæ forma pulcherrima Deiopea, Connubio jungam stabili ». Cui loc. Mythogr. III. fab. 4. ita adludit: Denique et Æolo Deiopeam promittit; δᾶμος enim græce publicum, ὠπή vero oculus vel visio dicitur etc. V. integr. loc. Cf. etiam Virg. 4. G. 343. sq. — Nunc ita appellatur astrum (asteroide 184.a), a Palisa a. 1878. detectum. ¶ 2. Item Nerei et Doridis filia. Hygin. fab. præf. Cf. Drac. carm. min. 2. 131. — Hanc esse ex iis, quas comites habere Juno dicitur Virg. loc. cit., censet Escher, PW. 4. 2400.

DĒĬŎPĒĬA. V. voc. præc.

DĒĬŎTĂRUS, i, m. 2. (Δηϊόταρος) quadrisyllabum ex consuetudine poetarum Latinorum mutandi per synæresim litt. i in j, ut fluvjorum pro fluviorum (Virg. 1. G. 481), usurpavit Lucan. 8. 210. « Dejotarum, qui sparsa ducis vestigia legit ». Adde 3. 55. — Memorantur præsertim ¶ 1. Deiotarus, filius Domnorigis (CIA. 3. 544), tetrarches (Liv. epit. 94) v. rex Galatiæ Asiaticæ (Eutr. 6. 14). — Socius Pompeji M. in bello Mithridatico a. 64. a. Chr. præfectos Mithridatis, qui Phrygiam invaserant, devicit; quapropter, Pompeji favore Armeniam suæ ditioni adjunxit; tum in bello contra Pindenissitas Ciceronem adjuvit a. 51 (Cic. 5. Att. 18., 20. et 21. et alib.), a senatu ob fidelitatem amicitiamque laudatus (Id. 8. Fam. 10). — Verum Pompejanas partes sectatus, quum pro eo Pharsali contra Cæsarem pugnasset reversusque suum regnum reperisset a Pharnace invasum, a Romanis, sed frustra, auxilium petiit et ab ipso Cæsare, qui eum non solum titulo regio sed tetrarchia et Armenia privavit, quamvis M. Brutus pro eo Nicææ coram Cæsare orationem habuisset copia ornatuque insignem; postea de insidiis, Cæsaris vitæ structis, accusatum eum Cicero mirifica oratione defendit a. 45., qua est absolutus quæque inter Ciceronianas adhuc exstat (Cic. 9. Fam. 12). — Mortuo Cæsare, præter eximium de rege Deiotaro decretum in Capitolio fixum, omnia ipse recuperavit, curante M. Antonio, pecuniam quoque ob id largitus, obiitque senex ca. a. 40. — De ejus nummis cum regis titulo (βασιλέως Δηϊοτάρου) vd. Sallet, Ztschr. f. Numism. XII. 371.; Mionnet, Descr. IV. 406. et Head, H. N. 628. ¶ 2. Deiotarus, filius præcedentis ejusque in regno socius, jam ab a. 51. a senatu Romano rex appellatus (Cic. 5. Att. 17. et 18) ac successor (Plut. de contr. Stoic. 32). Memoratur Cic. ibid. 21. et alib., ubi ei Artavasdis regis filia promissa traditur. — De utroque consulas Niese, Rh. Mus. XXXVIII. 583. sq. et Judeich, Cæs. im Orient. 149. sqq.

DĒĬPHĬLA. V. DEIPHYLA.

DĒĬPHĬLUS. V. DEIPHYLUS v. Diphilus.

DĒĬPHŎBĒ, es, f. 1. (Δηϊφόβη) cogn. Sibyllæ Cumanæ valde longævæ (Auson. epigr. 19), Glauci

fatidici filia ac Phœbi sacerdos Triviæque, teste *Virg.* 6. *Æn.* 35., coll. *Serv.* ad *l.*, quæ et Demophile, Herophile, Amalthea v. Taraxandra appellata est. — Cf. *Greifswalder, Diss. de Sibyll. indicibus,* 1879. *p.* 40.

DĒIPHŎBUS, i, m. 2. (Δηΐφοβος, fort. a δήϊος, *hostilis*, et φόβος, *timor*, quasi *hostilis timor* v. *terror*, v. *hostilis timens*. Cf. tamen *Curtius, Gr. Etym.*[5] 520) filius Priami et Hecubæ, de quo alii alia tradunt. Consentiunt omnes illum cum Paride Achillem dolo interfecisse (*Dict.* 4); postea vero, Paride mortuo, Helenam sumpsisse uxorem (*Id. ibid.*); sed de ejus mortis causa v. genere dissentiant scriptores. Sunt enim qui tradant a Menelao, Helenæ conjuge, in rivalis cubiculum ducto, eum laniatum multisque vulneribus affectum periisse (*Id.* 5., coll. *Virg.* 6. *Æn.* 495. *sqq.*), alii in pugna a Palamede obtruncatum fuisse (*Dar.* 7., 8., 12., 15. et 78); immo alii duos hoc nomine Priami filios distinguunt, quorum alter in ludis Paridis certavit, a Menelao interfectus (*Hygin. fab.* 113. et 273); alter vero ab ipsa Helena peremptus fertur (*Id. fab.* 240); quamquam potuit unus idemque ab utroque simul occidi: cf. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 166. et 310. et 6. *ibid.* 495., *Ovid.* 5. *Her.* 92. et 15. 256. et 12. *Met.* 547., qui omnes unum fuisse testantur. Cf. etiam *Auson. epitaph. her.* 13. et *ejusd. per. Iliad.* 22. De eo *Propert.* 3. 1. 29., *Horat.* 1. *Od.* 9. 22., *Martial.* 3. 85., *Senec. Agam.* 749. — Eum cum Priamo, Helena aliisque numerosa tabula pinxit Aristophon, teste *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (138). V. etiam *Overbeck, Gal. her. Bildw.* 258. *sqq. Taf. XII.* 3. et *XV.* 12.; *Brunn, Urne I.* 4. et *Gerhard, A. V. III.* 223.

DĒIPHȲLĒ, es, et Deiphyla, æ, f. 1. Δηϊπύλη v. Δηϊφύλη, sed Δηιπύλη ap. *Apollod.* 1. 8. 5. et alib., *Diod.* 4. 65., *al.* tantum occurrit; hinc latine quoque scribitur *Deipyle* v. *Deiphyle* pro *Deipile* v. *Deiphile.* — Fuit autem ita appellata Adrasti filia, Argiæ soror, uxor Tydei et mater Diomedis, ap. *Hygin. fab.* 69. et 97., *Mythogr. I. fab.* 204., *Stat.* 2. *Theb.* 204. et 378. et *alib.*, coll. *Eurip. Suppl.* 135. *sqq.* et *Phoiniss.* 408. *sqq.* — De priscæ artis monumentis vd. *Baumeister, Denkm. I.* 17.

DĒIPȲLOS et Deiphylus v. Deiphilus, i, m. 2. (Δηίπυλος) ¶ 1. Fuit filius Iasonis ex Hypsipyle, ap. *Hygin. fab.* 15. et 273., ubi eum ejusque fratrem Euneum in ludis cursu certasse ac vicisse tradit. ¶ 2. Item Polymnestoris, regis Thracum, filius ex Iliona, filia Priami et Hecubæ (*Virg.* 1. *Æn.* 653), quæ illum pro Polydoro fratre suo educavit, mutato nomine, ut refert *Hygin. fab.* 109., coll. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 15. Cf. etiam *Iliad.* 11. 222. *sqq.* et *Pacuv. Ilion.* ap. *Ribbeck, Trag. frg.* 83. et 292. et *Röm. Trāg.* 232. *sqq.*

DEIRONA v. Dirona, æ, f. 1. nom. deæ peregrinæ. *V.* **SIRONA.**

DEITĀNĬA, æ, f. 1. regio Hispaniæ inter Contestaniam et Bastitaniam, fort. inter hod. *Alicante* et *Murcia*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (19). (Cf. *Guerra, Deitania y su catedra episc. de Bégastri* Madrid 1879. et etiam *Jenaer, Litteraturzeit* 1879. *p.* 467. et *Corp.* 2. *p.* 955). — Urbs Deitaniæ videtur esse hod. *Sucro*, in ostio fluvii cognominis.

DĒĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. Græcanicum, a δήϊος, *hostilis*, in *Corp.* 3. 3169.

DĒLĬA, æ, f. 1. *V.* **DELOS.**

DĒLĬADĒS, æ, m. 1. statuarius et argenti cælator incertæ patriæ et ætatis, nullo operum suorum præcipuus, ut ait *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (85).

DĒLĬCĀTUS, i, m. 2. nom. serv. non ita frequens. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2571. et 3201. — Alia apud *De-Vit, Lap. del Polea. p.* 38., ubi *Dilicatus* scribitur. — *Delicata*, cogn. mul. *Corp.* 2. 2271. — Est etiam nom. equi in *Inscr. Bull. arch. Com.* 1878. *p.* 164. Cf. voc. seq.

DĒLĬCIA, æ, f. 1. cogn. libert. mul. *Corp.* 3. 2161.

DĒLĪRUS, i, m. 2. titulus comœdiæ aliusve poematis, ap. *Auson. ep.* 11., cujus auctor erat Ausonii poetæ familiaris.

DĒLĬUM, ii, n. 2. (Δήλιον *Ptol.*) oppidum Bœotiæ ad oram sinus Euboici in finibus Atticæ, celebratum ob magnum Apollinis templum, ab Ionibus Deliis ad instar Deliaci exstructum, olim Thebis, dein Tanagræ subjectum, ubi in bello Peloponnesiaco Athenienses, eo tamquam arce usi, a Bœotis a. 424. a. Chr. profligati sunt, hod. *Dilisi.* Memoratur *Liv.* 31. 45. et 35. 51., *Cic.* 1. *Divin.* 54. 123., coll. *Herod.* 6. 118., *Thuc.* 4. 76., *Paus.* 1. 29. 13. et 9. 6. 2. et *Strab.* 8. 368.

DĒLĬUS, a, um, adject. *V.* **DELOS.**

DELLI, ōrum, m. plur. 2. (Δέλλοι) crateres in Sicilia, de quibus *Macrob.* 5. *Sat.* 19. 19. « Nec longe inde lacus breves sunt, sed in immensum profundi, aquarum scaturigine semper ebullientes, quos incolæ crateras vocant, et habentur in cultu maximo etc. » *V.* integr. loc., hod. *Lago di Fitilja* vel *Fetia* inter *Caltagirone* et *Pallagonia.* Cf. *Holm, Gesch. Sicil. I.* 75. et 368. *sq.*

DELLIUS, ii, m. 2. (Δέλλιος) Scribitur etiam *Delius*, unico *l*, sed rectius duplici, ut *græce.* — Item *Dillius* in *figlina* ap. *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 453. — *Dellius,* ἀρχαϊκῶς, ap. *Senec. loc. cit.* — Recte *Dellius* in *Corp.* 3. 2852. et 5. 3132. — Memoratur *Q. Dellius,* familiaris M. Antonii, cujus indolem ita describit *Senec. suas.* 1. 8. « Bellissimam tamen rem Dellius dixit, quem Messalla Corvinus desultorem bellorum civilium vocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset; a Cassio deinde transiit ad Antonium; novissime ab Antonio transfugit ad Cæsarem. Hic est Dellius, cujus epistolæ ad Cleopatram lascivæ feruntur etc. » *V.* integr. loc. Adde *Vellej.* 2. 84., coll. *Jos. B. J.* 1. 15. 5., *Plut. Ant.* 25. et 59. — *Horat. Od.* 3. *l.* 2., de quo V. *Interpretes* et *Schol.* — In plur. num., rhetorice, *Senec. clem.* 1. 10. — In titulis. V. supra. — Hinc *Dellianus,* adj. ut *Dellianus fundus* in pago Cereale Placentino, *Tab. alim. Vellej.* 6. 82., et alii *ibid.* 2. 70. et 3. 49.

DELMĀTĬA et deriv. *V.* **DALMATIA.**

DELMĬNĬUM, ii, et Delminum, i, n. 2. (Δελμίνιον ἢ Δέλμινον *Eustath.* ad *Dion. orb. d.* v. 97. et Δαλμίνιον *Ptol.*) oppidum Delmatiæ, nunc *Gardun* prope *Trilj* (V. *Momms. Corp.* 3. 358), a quo ipsum nomen *Delmatiæ* ortum esse traditur. De eo *Flor.* 2. 25., *Liv. epit.* 47., *Frontin.* 3. *Strat.* 3. 2., *Auct. de vir. ill.* 44., coll. *Zonar.* 9. 25., *Strab.* 7. 315. et *Appian.* 3. 11., — Hinc *Delminenses,* incolæ. *Corp.* 3. 3202 (a. 184. p. Chr.). — *Delminensis* Montanorum episc. memoratur in 2.° *Conc. Salon.* (*Farlati, Illyr. sacr. II.* 168. *sqq.*) in urbe *Duvno*, metropoli *Zupanjac,* quam alii volunt esse *Delminium* (V. *Momms.* et *Alacevic, locc. citt.*). — De eo vd. etiam *Tomaschek, Mitt. d. Geogr. Gesellsch. in Wien* 1880. *p.* 505.; *Zippel, Die Röm. Herrsch. in Illyr.* 131.; *Alacevic, Bull. Dalm. I.* 21. *sqq.*, 38. *sqq.*, 51. *sqq.* et *XX.* 102. *sqq.*

DĒLOS. *V.* **DELUS.**

DELPHI, ōrum, m. plur. 2. (Δελφοί, *Æol.* Βελφοί) Scribitur etiam aliquando, Latina consuetudine, *Delfi* sive in codd. sive in lapidib. scriptis. — Sing. num. *Delphos*, Gr. pos., ap. *Capell.* 6. *p.* 210. — Origo vocabuli incerta est; vel enim trahi potest a *Delpho*, Apollinis filio, loci ἐπωνύμῳ, qui « haruspicam invenit » teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (203): vel a *delphino*, qui Icadium, Apollinis filium, naufragum tergo excepit salvumque in litore exposuit, unde is, templo exstructo ad Parnassum in honorem patris, ad delphini memoriam Delphos locum appellaverit: hinc delphini Apollini sacri (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 332. et *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 57): vel, mythis exclusis, a rd. δελφο pro βελφο, cui notio inest *ventris, alvei* v. *profundi hiatus*, a Skr. ducta, ut *Curtius* (*Grundz.*[4] etc. *p.* 470) censet, ratione fort. habita adyti Pythiæ (*V.* infra). Cf. etiam *Macrob.* 1. *Sat.* 17.

Delphi, oppidum liberum Græciæ mediæ, in Phocide ad meridiem Parnassi montis, XX. m. p. ab Eueno (*Itin. Ant. p.* 325), propter quod Cephisus amnis oritur et, paullo longinquior, Castalius fons (*Solin.* 7), hodie *Kastri.* Memoratur *Mel.* 2. 40. In Phocide Delphi et mons Parnassos et Apollinis fanum atque oraculum. *Horat.* 1. *Od.* 7. 3. Apolline Delphos (*laudabunt alii*) insignis etc. *Ovid.* 3. *Trist.* 43. Hoc mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa Esse videretur vanus uterque locus. *Id.* 11. *Her.* 232. Quæritur a Delphis fata canente deo. *Stat.* 1. *Theb.* 564. *de Pythone.* deus septem orbibus atris Amplexum Delphos. *Liv.* 1. 56. *de Tatio.* Domestico exterritus visu Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit. *Gell.* 12. 5. 1. Quum Delphos ad Pythia conventumque totius ferme Græciæ visendum philosophus Taurus iret. *Claudian. carm.* 18. 328. hæc intrat pectora Phœbus; Inde canunt Delphi. Adde *Liv.* 5. 28., *Mel.* 1. 82., *Sueton. Ner.* 40., *Corp.* 3. *p.* 106-2316. 38. *Mythogr., I. fab.* 73. et *II. fab.* 8. *n.* 16., *Claudian. carm.* 4. 5. et 8. 144. De tam celebri oppido hæc alia subjicimus. — *a)* Fuit veterum opinio satis inepta (*Ovid.* 10. *Met.* 168. et 15. *ibid.* 630. et *Stat.* 1. *Theb.* 118. etc.), Parnassum montem, ad cujus radices sunt Delphi, orbis terrarum meditullium esse; narraturque fabula hujusmodi: Quum Juppiter medium terræ locum vellet agnoscere (non enim omnia sciebat hic summus deorum deus) ex ortu atque occasu duas aquilas dimisit, quæ, orbe peracto, tandem fessæ volatu ambæ in Parnassi vertice consederunt. Alii dicunt, cataclysmi tempore solum eum montem exstitisse ex aquis, ut est apud *Lucan.* 5. 75. *sqq.*, atque adeo altissimum omnium et medium terræ umbonem esse habitum (*Lact. Plac.* ad *Stat. loc. cit.*). Similiter umbilicum Græciæ eum vocat *Liv.* 35. 18., 38. 48. et 41. 12. et 25. — *b)* Fuit hoc oppidum præcipuum quasi centrum cultus Apollinis (κοινὴ ἑστία τῆς Ἑλλάδος *Plut. Arist. c.* 20), et Amphictyonum (V. *Schœmann II. p.* 320. *sqq. tr.*), ubi olim insigne templum exstitit, amplissimum ditissimumque, cum dei sacrario et oraculo, pluries flammis deletum pluriesque restitutum; a Persis fort. direptum sub Xerxe; a Phocensibus quoque violatum, unde secundum bellum sacrum exarsit (a. 355. a. Chr.); vastatum a Gallis (a. 279), dein a Sulla et Nerone; ab Hadriano tamen refectum; iterum autem spoliatum a Constantino M., ut suam metropolim artis Græcæ monumentis exornaret, ac tandem a Theodosio M. clausum. Sane ævo christiano oraculum cessasse tradunt plures ex ipsis ethnicis scriptoribus, ut *Juvenal.* 6. 555. quoniam Delphis oracula cessant, Et genus humanum damnat caligo futuri. Hinc *Stat.* 8. *Theb.* 196. et 9. *ibid.* 513. *muti* et *taciti* dicuntur Delphi. - De sacrilegis in Apollinem Delphicum aliquid narrat *Val. Max.* 1. 1. 18. et 1. 8. *ext.* 8. Cf. etiam *Cæs.* 3. *B. C.* 56. — *c)* Templum, quod thesaurorum copia et magnificentia late longeque inclaruit, Alcmæonides condiderant. Erat autem in tres partes divisum, sc. pronaon seu porticum columnatam; ædem ipsam, ubi erat ara cum igne perpetuo et lapis (*Æschyl. Eum.* 40., *Soph. Œd. Tyr.* 479), quo dicebatur terræ centrum designari; adytum seu cubiculum subterraneum vel antrum, unde in tripode sedens Pythia sacerdos oracula edebat (*Eur. Iph. Taur.* 1252), fatidica et legifera, aliquando partium civilium studiosa (*Strab.* 9. 423); dein intra ædis septum altare magnum sacris quotidie faciundis, thesauri seu loca, ubi res servabantur pretiosiores ad templum pertinentes, βουλευτήριον seu senatus, theatrum, sepulcrum Neoptolemi etc.: extra, stadium, cujus adhuc vestigia cernuntur, fons Delphusæ, synhedrion, gymnasium, sacraria Autonoi et Phylacis, fanum Athenæ Pronææ etc.. Oraculi vero magna erat fama inde a temporibus Homeri (*Il.* 4. 405., *Od.* 8. 80., *Hymn.* in *Ap.* 104. *sq.*: cf. etiam *Pind. Pyth.* 4. 182. et alib., *Herod.* 1. 14., *Eurip. Ion.*); quod Pytho tunc vocabatur, serius namque Delphicum dictum est (*Schoemann, II. p.* 338), unde et ludi Pythii seu Pythia ibi celebrata. — Paulatim increvit civium numerus ac potentia, ita ut quidam constitueretur sacer principatus, ubi ex familiis nobilibus eligebantur sacerdotes et magistratus (βασιλεύς, πρύτανες, ἄρχοντες, βουλευταί). — *d)* Porro celeberrimi templi causa Delphicum oppidum donis plurimis locupletatum est atque insignitum splendidissimis artis monumentis, ubi statua erat Lysandri et stellæ aureæ (*Castor et Pollux*), a Lacedæmoniis positæ post navalem Lysandri ducis victoriam (*Cic.* 1. *Divin.* 34. 75), plura signorum millia (*Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 17. [36]); in templo autem picturæ Polygnoti et Aristoclidis (*Id.* 35. *ibid.* 11. 40. [138]).

ibique scriptum ΘΕΩ ΗΡΑ (Θεῷ ἦρα, suband. φέρε, sc. Deo dona fer, verbis, quibus, ut ait *Œhler*, castigari intelligis Serapidis dei præstigiatoris avaritiam: *Varr. Men. p.* 131), et Chilonis Lacedæmonii tria præcepta, aureis litteris exarata (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 32. 32. [119]). — *e)* Addimus, rudera magni momenti nuper ibi eruta esse, curante schola Gallica, quæ sedem habet Athenis, sc. a. 1892-1903., uti sunt inter alia ipsum Apollinis Pythii sacrarium sub templo jacens, via sacra, Athenæ Pronææ fanum, gymnasium, fons Castalius, statua aenea, sphynx alata, quingentæ inscriptiones etc. (*M. Besnier, Lex. Géogr. anc.* 1914. *p.* 264). — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 2. *p.* 193-195.; *Cavedoni, Spicil. numism. p.* 80.; *Head, H. N.* 288. *sqq.*, 340., 703. et 705. — Plura de Delphis ejusque templo et oraculo dabunt *Weniger, Die relig. Seite d. gross. Pyth.* Breslau 1870.; *Schoemann op. cit. II.*; *Curtius, Gr. Gesch. I.* 475. *sqq.* et *alib.* et *Pomtow, PW.* 4. 2517-2700. — Hinc *Delphi* (Δελφοί, οἱ), incolæ, ap. *Justin.* 24. 7. et 8., *Auson. ecl. ult.* 4. Cf. *Herod.* 1. 51. et *Thuc.* 1. 112. — *Delphus.* V. suo loco. — *Delphicus* — *a)* Adj. *Nep. Paus.* 5. deus. *Mythogr. II. fab.* 208. et *Vitr.* 3. *init.* Apollo. *Petron. sat.* 122. ales. *i. e.* corvus. *Salvian. gub. D.* 7. 101. dæmon. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (120). thesaurus. *Varr. Men. p.* 169. *R.* columna. *i. e.* in templo Apollinis Delphici, ubi incisa legebatur inscriptio: Ἄγαν μηδέν. et *Auson. VII. Sap. de Chilone* 9. Nosce te, quod in columna jam teneatur Delphica (*Tertull. anim.* 17. Delphica inscriptio *Nosce te ipsum* [γνῶθι σεαυτόν]). *Val. Max.* 1. 8. 10. cortina. *Horat.* 5. *Od.* 30. 16. laurus. *Tibull.* 2. 3. 29. Pytho. *Solin.* 2. Sibylla. *Mel.* 1. 15. delubrum. *Macrob.* 1. *Sat.* 6. 6. templum. *Nep. Lys.* 3. et *Liv.* 1. 56. oraculum. *Mar. Plot. gramm. III.* 502. heroicum metrum (*i. e.* hexametrum) et Delphicum et theologicum nuncupatur: heroicum ab Homero, Delphicum ab Apolline Delphico, qui primus hoc usus est metro; theologicum ab Orpheo et Musæo etc. *Lucan.* 5. 70. penetralia. *et* 5. 74. trieterica. *Terentian.* 15. 87. accolæ. — *b)* Substantivorum more. *Ovid.* 2. *Met.* 243. et 677. Delphicus. *i. e.* Apollo. — Cogn. Rom. libert. *Corp.* 5. 5991. — *Delphica.* V. in *Lexico.* — Hinc etiam *Delphius* (*Delfius*), cogn. vir. gent., ut videtur, ap. *Marini Act. Arv. p.* 254. — *Delphis* (*Delpis*), *idis*, cogn. libert. mul. *Corp.* 5. 7044. — Adj. *Lact.* 1. 6. Delphis mulier. — Abs. sacerdos Apollinis Delphici. *Martial.* 9. 43. — *Delphiticus,* adj. idem quod Delphicus. *Martial.* 11. 21. — *Delphinus*, nom. vir. *Corp.* 7. 693. — *Delphina*, nom. mul. *Inscr.* apud *Momms. n.* 6528. — Fuit etiam *Delphinus* episc. Burdig., a quo *Paulin. Nol.* baptismum recepit, ut ipse tradit in *ep.* ad *Augustin. n.* 24. a. 394., et ad quem sanctum virum, Priscillianistarum strenuum adversarium, scripsit etiam *Ambros. ep.* 87., idemque *Paulin. ep. n.* 2., 9., 15. et 36. et *carm.* 30. 76. « Gallia Martinum, Delphinum Aquitania sumpsit ». — *Delphini portus* vel *Portus Delphini*, hod. *Portofino*, in *Itin. Ant. p.* 294., inter Genuam et Tegulatam, unde pulcherrima spectantium oculis naturalium rerum varietas obversatur. — *Delphidius*, cogn. vir., quod de *Ausonii* sententia (probabilius, quam *Delphinus*) a *Delphis*, est deductum, in *Profess.* 4. 13. Fuit autem hoc nomine rhetor Burdigalensis, plene appellatus *Attius Tiro Delphidius,* celebratus *Auson. ibid. carm.* 5. Floruit Constantio et Juliano impp., cujus dictum ad eum refert *Ammian.* 18. 1. 4., ubi « Delphidius orator acerrimus » dicitur. De eo *Hieronym. ep.* 120. *ad Hedib.* « Delphidius - omnes Gallias prosa versuque suo illustravit ingenio ». — Obiit ætate nondum provecta, cujus uxor Euchratia et Procula filia Priscillianistarum hæresi infectæ feruntur. *Sulpic. Sever. chron.* 2. 48.

DELPHĬCUS, a, um, et alia deriv. *V.* voc. prec.

DELPHUS (Delphos), i, m. 2. (Δελφός) cogn. vir. libert. *Inscr.* ap. *Momms. frg. I.* — Est etiam apud mythographos filius Apollinis et Celæni vel Melanthus, Deucalionis filiæ (Cf. *Paus.* 10. 32. 2. et *Schol. Eur. Or.* 1094. *D., Æsch. Eum.* 16) in delphinum mutatæ (*Ovid.* 6. *Met.* 120). *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 332. varie rem exponit; *Hygin.* quoque *fab.* 161. inter filios Phœbi recenset, loco tamen mutilo, itemque *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (203). *Interpr. Virg. Æn.* 4. 146. Cretes responso accepto ex insula Creta profecti - et ducem secuti Delphum Phocida tenuisse dicuntur atque ab eo se Delphos nominasse. *V.* **DELPHI** *init.* Cf. *Welcker, Gr. Götterl. I.* 326.; *Gerhard, Gr. M.* 709.; *Ann. d. Inst. XXXVIII.* a. 1866. 379. *sq.* et *Roscher, M. Lex. II.* 2565.

DELTA, indecl. n., v. Delta, æ, f. 1., quo nomine quædam loca formæ trigonæ appellantur ob similitudinem cum littera quarta alphabeti Græci Δ, uti sunt: regio transpadana septem Padi ostiis comprehensa; Sicilia (*Mela* 2. 115., *Auson. edyll. de litt. monos.* 14. Cf. *Plin. loc. cit.*) et, ap. Græcos, Thracia extrema inter Pontum Euxinum et Propontidem (*Xen. Anab.* 7. 1. 33.; 5. 1). — Metonymice *Delta* indecl. dicitur regio Ægypti inferioris inter Memphin seu Cairum et mare Mediterraneum, a Nilo effecta, qui ita se findit ut triquetram figuram præ se ferat, fertilissima ac vicis referta, sub Romanis vero una ex tribus ἐπιστρατηγίαις Ægyptiis. *Ammian.* 22. 15. 12., *Mel.* 1. 51., *Solin.* 32., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (121)., coll. *Paus.* 6. 26. 9., *Strab.* 17. 787. *sq.* — *Ptol.* 4. 5. 39. eam describit, in *magnum Delta* (μέγα Δέλτα) et in *parvum* (μικρόν), *tertio* (τρίτον) addito, tributam; *summum* vero et *imum* distinguit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (48).

DELVENTĪNUS, i, m. 2. deus Casiniensium, de quo *Tertull. nat.* 2. 8. « Quanti sunt qui norint visu vel auditu - quos (*deos*) Varro ponit: - Casinensium Delventinum etc. » Sunt qui cum *Fatis Dervonibus,* de quibus in *Orell. Inscr. n.* 1774.; sed *Tertull.* loquitur de diis uniuscujusque provinciæ et civitatis propriis ac peculiaribus, municipali consecratione decretis. Cf. 4. *Reg.* 17. 29. et *Ser.* 2. 28. *V.* tamen **DERVONNÆ.**

DĒLUS v. Delos, i, f. 2. (Δῆλος, *Dor.* Δᾶλος) nom. ins. — *a)* Declin.: in recto *Delos* ap. *Mel.* 2. 111. et 3. 87. aliosque sive poesis sive prosæ scriptoribus. — Acc. *Delum* ap. *Lucil. sat.* 3. 18., *Cic.* 5. *Att.* 12., *Virg.* 4. *Æn.* 144., *Liv.* 33. 30., *al.* — *Delon*, ap. *Horat.* 1. *Od.* 21. 10., *Ovid.* 3. *Met.* 597., *Liv.* 41. 20., *Senec. Agam.* 384., *Ammian.* 22. 8. 2., *Oros.* 5. *Hist.* 9., *al.* — *b)* Etymon ducitur a rd. Skr. *di*, « splendere, lucere », unde *dio*, *djai*, Gr. δῆλ-ος « lucens, clarus, manifestus », nom. a Græcis fort. Delo inditum, quod ibi credebantur nati Apollo et Artemis seu Diana, dii solares. Cf. δή, quæ particula idem valet ac *uti patet* v. *manifestum est, idest, evidenter, certe.* Alia de hoc tradunt veteres; alii enim, ut *Isid.* 14. *Orig.* 6. 21., coll. *Solin.* 11. et *Ammian.* 17. 7. 13., volunt ita dictam esse ex eo quod post diluvium Ogygis prima ante ceteras ab aquis emerserit: alii vero, quod quum alibi oracula Phœbi obscura essent, ibi manifesta ederentur, ut ap. *Mythogr. I. fab.* 7., coll. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 87. 89. (202).; sed hæc minus quidem probabilia atque adeo inepta censenda sunt. — *c)* Nomina habuit varia; dicta est enim — *Asteria* (Ἀστερία *Callim.* in *Del.* 37), *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (66). — *Cynatho* (Κύναιθος), *Solin.* 11. — *Cynthus* (Κύνθος), *Plin. loc. cit.* et *Solin. l. c.*, *Schol. Apoll. Rhod. I.* 307. et *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 12. et 72. — *Lagia* (Λαγία), *Plin.* et *Solin. locc. citt.* — *Pelasgia* (Πελασγία *Steph. Byz.*), *Plin. loc. cit.* — *Pyrpile* (Πυρπίλη), *Plin.* et *Solin. locc. citt.* — *Chlamydia* (Χλαμυδία *Steph. Byz.*), *Plin. loc. cit.* — *Ortyx* v. *Ortygia*, nom. præcipuum (Ὀρτυγίη *Hom. Od.* 5. 123): ita dicta ab Asteria, sorore Latonæ, quæ quum vim Jovis fugeret, in coturnicem conversa, illuc delata est (*Itin. marit. p.* 527., coll. *Hygin. fab.* 140. et 53. et *Virg.* 3. *Æn.* 124): vel eo quod primum ibi visæ sunt coturnices (*Isid.* 14. *Orig.* 6. 21), quasi: insula coturnicum ». Adde Ἀγάθουσα, Ἀνάφη et Ζάκυνθος, ap. Græcos tantum.

Delus, insula parva maris Ægæi, fere media ac præcipua Cycladum inter Rheneam et Myconon (*Hygin. fab.* 276) cum oppido cognomine et amplissimo tutissimoque portu, hodie *Dhiles* v. *Dili*; distinguitur autem in majorem et minorem. ¶ 1. Delus major ac proprie dicta: — 1.°) De insula *Mel.* 2. 111. Hæ, quia dispersæ sunt, Sporades; at Ceos-Naxos, Delos, Andros, quia in orbem jacent, Cyclades. *Virg.* 4. *Æn.* 144. ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta Deserit ac Delum maternam invisit Apollo. *Ovid.* 3. *Met.* 597. Forte petens (*Acœtes*) Delon Ciæ telluris ad oras Applicor. *et* 6. *ibid.* 333. quam vix erratica Delos Errantem accepit. *et* 19. *Her.* 236. Tinctaque votivo sanguine Delos erit. *Stat.* 1. *Ach.* 206. placet ire per altas Cycladas: hinc spretæ Myconos humilisque Seriphos et Lemnos non æqua viris atque hospita Delos Gentibus (*oraculi et commercii causa illuc advenientibus*). et 1. *Theb.* 701. Seu juvat Ægæum feriens Latonius umbra Cynthus (*mons Deli*, hod. *Kastro*) et assiduam pelago non quærere Delon (*instabilitate sua hospes litorum diversorum*). et *Propert.* 4. 6. 27. Cum Phœbus linquens stantem se vindice Delon. *Horat.* 1. *Od.* 21. 10. Vos Tempe totidem tollite laudibus, Natalemque, mares, Delon Apollinis. Adde *Cic.* 9. *Att.* 9., *Sil. It.* 5. 204., *Liv.* 33. 30., *Manil.* 4. 655., *Vellej.* 1. 4., *Vulg.* 1. *Mach.* 15. 23. — *a)* Fabulæ: veteres tradunt Delum olim instabilem et ventorum vi huc illuc impulsam (*Macrob.* 1. *Sat.* 7. 29); sed quia Latonam gravidam omnibusque terris, ira Junonis pythone immisso, agitatam, litori adlabentem susceperat parientique Apollinem et Dianam cunabula tuta præbuerat (*Strab.* 10. 5. 2.; quod tamen alii negant, teste *Tac.* 3. *Ann.* 61); ab Apolline stabilem immotamque redditam, Mycono et Gyaro, vicinis insulis, revinctam, ut canit *Virg.* 3. *Æn.* 73. « Sacra mari colitur medio gratissima tellus Nereidum matri et Neptuno Ægæo, Quam pius Arcitenens oras et litora circum Errantem, Gyaro celsa Myconoque revinxit Immotamque coli dedit et contemnere ventos » (Sic *Petron.* in *Anth. Lat. n.* 175. *M.*, coll. *Senec. Agam.* 389., *Macrob. loc. cit.* 17. 55. *sqq.*, *Stat.* et *Propert. locc. citt.* et *Drac. carm. min.* 10. 594). Qua re illud significare voluerunt, fuisse olim desertam, quod crebris terræ motibus vexaretur (*Licinius Mucianus* ap. *Peter. Hist. Rom. reliq. II. p.* 102), postea frequentatam incolis, qui a vicinis insulis illuc transmigrarunt (Cf. *Senec. quæst. nat.* 6. 26). — Præterea ibi neque mortuum sepelire (*Mythogr. I. fab.* 37), neque canes alere fas erat, vetito Apollinis; fertur enim Thasius Delius, Anii, sacerdotis Apollinis, filius a canibus consumptus atque ex eo nullus ibi canis amplius fuisse (Cf. *Mythogr. I. fab.* 202). — *b)* Sacra: insigne fuit ibi Apollinis oraculum atque templum, in quo consulentibus ille responsa dabat, et ob id illi sacra habita est insula, immo locus totius Helladis sacerrimus, utpote Neptuni tridente exortus (*Lucan.* 6. 4. et 25., *Cic. Manil.* 18., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. [66]., *Virg.* 3. *Æn.* 73., coll. *Hom. hymn. in Apoll.* 25), cui Hyperborei soliti erant mittere primitias frugum; quin Persæ aliquando, mille navium numero Delum compulsi, templo Apollineo religiosas potius manus, quam rapaces, adhibuerunt, ut ait *Val. Max.* 1. 1. *ext.* 6. — Fanum porro hoc augustissimum et celeberrimum atque nulli hucusque violatum dicit *Liv.* 42. 12. et 44. 29.; quamvis aris insignibus et statuarum copia ab Antiocho Epiphane exornatum (*Id.* 41. 20). — Inter aras autem, inquit *Macrob.* 5. *Sat.* 6. 1., una est, « apud quam hostia non cædatur, sed tantum solemni Deum voce venerantur ». — Fuit etiam ibidem ærarium commune Græcorum seu civitatium maritimarum, quas sociale fœdus (συμμαχία) devinxerat inde a tempore Periclis, religionis ac civilis incolumitatis causa pactum a. 477. a. Chr. (Cf. *Plut. vit. Pericl.* 17. et *Schoemann, A. Gr. II.* 499); quod postea, a. 454., Athenas translatum est. — *c)* Alia: prospera et adversa secuta sunt; præcipue namque, postquam collapsa est Corinthus, hæc insula in melius provecta maximum exstitit orbis emporium in Mediterraneo mari orientali quasique centrum societatis insularum maris Ægæi; quo tempore Delos maxime omnium floruit (a. 315-166) ab exteris frequentata, a Romanis præsertim tam bene habita, ut magna aliorum locorum prosperitas diliberetur. — Verum et ipsa cœpit a pristino decoris et opulentiæ gradu delabi; siquidem templum spoliatum fuit a Verre (*Cic.* 2.

Verr. 17., coll. 18); ut a. 88. a ducibus Mithridatis insula vastata, refecta tamen a Sulla a. 87., iterumque a piratis direpta et cum multis hominum milibus pessum data paulo ante Tiberii imp. tempora (*Tertull. apol.* 40. et *nat.* 1. 9) atque adeo arenæ cumulis pervasa, ut illuc naves appellere prohiberentur (Cf. *Strab.* 16. 5.-4., *Paus.* 8. 33. 2. et 9. 34. 6., *Appian. Mithr.* 28., *Diod.* 12. 58., *Corp.* 3. *p.* 94. 2316. 35), nec aliæ nunc tantæ magnitudinis reliquiæ exstant nisi rudera theatri, Stoæ, templi aliarumque sacrarum ædium, ceteris ex pulcrioribus artis monumentis Venetias et Constantinopolim delatis. Nec effodiendi opus desiit; in dies enim extrahuntur alia inde ab a. 1903., scholæ Gallicæ Atheniensis cura, inter quæ plurimæ inscriptiones (*Besnier, op. cit. p.* 265), præter antiquiores sive Latinas (*Corp. I. L.* 3. 454. et 455. tantum) sive Græcas (*Corp. I. Gr.* 2265-2324), eruditorum studiis commissæ. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 2. *p.* 328., *Cavedoni, Spicil. numism. p.* 117. et *Head,* 387., 413. et 485. et *Head-Svoronos I.* 616. *sqq.* — 2.°) De oppido cognomine, ad radices Cinthi, quasi ejus acropoli (Cf. *Virg.* 4. *Æn.* 147), in quo Latona peperit (*Stat.* 1. *Theb.* 701), testatur *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 73., ubi de se narrat *Æneas*: « egressi veneramur Apollinis urbem. Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos - Occurrit etc. ». *Isid.* 14 *Orig.* 6. 21. Delos autem et civitas dicitur et insula. Cf. *Horat. loc. cit.* et *Ovid. Ib.* 475. — Deli fons *Inopus* laudatur *Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (229). — Plura de insula ejusque oppido vd. ap. *Gilbert, Deliaca Gött. Diss.* 1869.; *Lebègue, Recherches sur Délos* Paris 1876.; *Nenz, Quæst. deliacæ* Halis 1885.; *Homolle, Archiv d. int. sacr. à Delos* Paris 1886. et *Plan des fouilles exéc. à Dél.* 1880.; *Schoeffer, De Del. ins. reb.* Berol. 1889. et *PW.* 4. 2450-2502.; *Attinger, Beitr. zur Gesch. von Del.* Frauenf. 1887. ¶ 2. Delus (minor) aliquando dicti etiam Puteoli. *Paul. Fest. p.* 122. « Minorem Delum Puteolos esse dixerunt, quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum, cui successit postea Puteolanum, quod municipium Græcum antea Δικαιαρχία vocitatum est. Unde Lucilius: « Inde Dicæarcheum populum Delumque minorem ». Cf. *Müller, De re metr. p.* 256. et *Lucil.* 3. 18). *V.* PUTEOLI. — Hinc *Delius,* adj. ad Delum quocumque modo pertinens. *Virg.* 3. *Æn.* 161. Delius Apollo (ita dictus non solum quia in ins. Delo natus sed etiam qua est Sol. Cf. *Macrob.* 1. *Sat.* 17. 32. et *Mythogr. III. fab.* 8). *Colum.* 10. 224. Pæan. *Val. Flacc.* 3. 432. sacerdos. *Senec. Herc. f.* 451. pastor. *Horat.* 4. *Od.* 6. 33. dea. *h. e.* Latona (*Culex* 109. diva). *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 57. tellus. *i. e.* Delos. *Catull.* 34. 7. oliva. *Macrob.* 1. *somn. Scip.* 7. 7. oraculum. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 8. antra. *h. e.* ex quibus oracula Apollo edebat. *Id.* 1. *Theb.* 573. Furta. *i. e.* occulti Apollinis amores. *Horat.* 4. *Od.* 3. 6. folia. *h. e.* laurus, Apollini sacra. *Claudian. carm.* 24. 59. litora. — Absolute *Delius,* Apollo. *Tibull.* 3. 4. 79., *Ovid.* 1. *Met.* 454. et *alib., Val. Flacc.* 1. 446., *Stat.* 1. *Theb.* 628., *Claudian. carm.* 4. 6., *al.* — *Delii (orum),* incolæ. *Mythogr. II. fab. proœm.* — *Delia* — *a)* Est Diana, ap. *Tibull.* 4. 3. 5.; *Virg.* 3. *Ecl.* 67., *Ovid.* 4. *Her.* 40. et 19. 95., *Inscr.* metr. ap. *Wilm. n.* 147. — *b)* Item Luna, eadem quæ Diana. *Senec. Herc. Œt.* 150. — *c)* Est etiam nom. fictum amicæ *Tibulli* poetæ, cujus verum fort. nom. fuit *Plania,* teste *Apul. apol.* 10., quod potius videtur ex Græco latine redditum; hanc autem celebrat libr. I. eleg. 1., 2., 3., 5. et 6.; quam postea infidelem deseruit adhæsitque *Nemesi.* V. NEMESIS et cf. GLYCERA. — Utramque conjunxit *Ovid.* 3. *Am.* 9. — De quacumque amica videtur usurpari in *Anthol. Lat. n.* 94. *M.* (451. *R.*) et 974. *M.* (462. *R.*). Cf. *Virg. Ecl. l. c.* et *Inscr.* ap. *Orell. n.* 4768. — *Delia (orum),* etiam festa in honorem Apollinis, in ea insula quotannis celebrari solita ab Atheniensibus, qui navem, mense, ut videtur, Thargelione (*i. e.* Majo) illuc mittebant, distinguenda ab iis, quæ in eadem insula, ab Atheniensibus iterum lustrata, quinto quoque anno celebrabantur, de quibus Græci tantum mentionem faciunt (V. *Xen. mem.* 4. 8., *Callim. hymn. in Del.* 314., *Plut.* in *Thes.* 23., *Thuc.* 3. 104). — *Deliacus* (Δηλιακός), adj. — *a)* Ad Delum ins. pertinens. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 2. 4. (9). Deliacum æs. *i. e.* æs ex Delo, magno in pretio habitum, Deli « antiquissima gloria » « concelebrante toto orbe ». Hinc *Cic.* 2. *Verr.* 34. 83. et 72. 176. supellex. *et Rosc. Am.* 46. 133. vasa. — *b)* Item qui est ex Delo. *Eum. paneg. pro r. s.* 12., coll. *Cic. Corn.* 11. *frg.* 8. mercator. — *c)* Item ad Delium seu Apollinem pertinens. *Capell.* 1. *p.* 10. Deliacus fatus. *i. e.* oraculum Delii seu Apollinis. — Absolute *Deliaci (orum),* incolæ, qui specialim in gallinariis administrandis, alendis gallinis, capis castrandis maxime excelluerunt (*Cic.* 2. *Acad. [pr.]* 18. 57. et 26. 86); hinc *Varr.* 3. *R. R.* 9. 2. et *Colum.* 8. 2. 4. memorantur *Deliacæ gallinæ.* Quod et de servis habet *Petron. sat.* 23., quorum emporium erat Delus (*Strab. l.* 14).

DĒMĀDĒS, is, m. 3. (Δημάδης, quod nom. *Prisc. gramm. II.* 67. 10. *K.* contractum putat per synæresin a *Demeades,* pænultima hinc producta) orator Atticus (*Suid.* Atheniensis), filius navicularii, rudis, moribus dissolutis, impudentissimus et in primis incredibili facultate præditus orationis ex tempore fundendæ, Demosthenis fere æqualis, sed tunc innotuit, quum post prœlium Chæronense captus adeo Philippi animum cepit, ut sequester ab eo eligeretur apud Athenienses; quam gratiam adeptus est etiam tempore Alexandri M., a quo Atheniensium incolumitatem, sua facundia et existimatione usus, qua apud eum pollebat, facile obtinuit, ob id a suis civibus cumulatus muneribus et statua honoratus et in Prytaneo exceptus. Sed fortuna vitrea est: quum splendet, frangitur, fractaque brevi est Demadi, qui quum imprudenter epistola contra Antipatrum ad Antigonem scripsisset, ab illa arcessitus ejus jussu cum filio interfectus est, simulque Athenienses irati in contrarium excessum abeuntes, ejus statuam confregere fragmentaque maximo habuere ludibrio (*Dinarch. c. Dem.* 104., *Apsines* in *Rhet. Gr.* ap. *Spengel I. p.* 387). — Ad scripta quod attinet, nihil exstare tradit *Cic. Brut.* 9. 36. itemque *Quintil.* 2. 17. 13. et 12. 10. 49.; quæ tamen pauca proferuntur, ex aliorum ingenio videntur orta (Cf. *C. Müller, fragm. Orat. Att. II. p.* 438. *sqq.*; *F. Blass, Dinarch. orat.* adject. Demadis, ut fertur, fragm. ὑπὲρ τῆς δωδεκαετίας, Teubn. 1871.; *Haupt, Excerpt.* etc. *Herm.* 1878 et *Diels,* Δημάδεια, *Mus. Rhen.* 1874. *p.* 107-117). Memorantur etiam *Val. gest. Alex. M.* 2. 9., *Nep. Phoc.* 2., *Val. Max.* 7. 2. *ext.* 13., *Gell.* 11. 10. 1. et 6., *Senec.* 6. *Benef.* 38. 1.

DEMÆNĔTUS, i, m. 2. (Δημαίνετος, *a populo laudatus v. populo laudabilis*) ¶ 1. Fuit vir fictitius, qui « quum gustasset de sacrificio, quod Arcades immolato puero deo suo Lycæo facere solerent, in lupum mutatus est et anno decimo in figuram propriam restitutus in pugilatu sese exercuit et Olympico certamine victor exstitit » ut ex *Varr.* refert *Augustin.* 18. *Civ. D.* 17 (Cf. *Peter, Hist. Rom. rell. II. p.* 102) ¶ 2. Item vir Siculus, Timoleontis adversarius, ap. *Nep. Timol.* 5. ¶ 3. Item persona comica ap. *Plautum* in *Asin.* ¶ 4. Item nom. servi, ap. *Lucil. sat.* 29. 30.

DĒMĂGŎRĀS, æ, m. 1. (Δημαγόρας, *populi comitium seu conventus*) nom. vir. in *Cod.* 2. 3. 5. et 6. 58..9.

DĒMĂRĂTA, æ, et Demarate, es, f. 1. (Δημαρέτη) ¶ 1. Fuit filia Hieronis, uxor Andranodori, quæ a. 214. a. Chr., quod maritum incitasset ad tyrannidem retinendam, interfecta est. *Liv.* 24. 22. et 25. ¶ 2. Item mater Alcibiadis, quam « lampade accensa sacrificantem repræsentavit Niceratus » *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (89).

DĒMĂRĀTUS et Demaratus, i, m. 2. (Δημάρητος, *Dor.* Δαμάρατος in *Fast. triumph.*) ¶ 1. Fuit vir Corinthius, qui, ob seditiones ibi ortas profugus in Italiam ca. a. 659-657 a. Chr., Tarquiniis sedem suam fixit, ubi, uxore ducta, duos filios genuit, *Aruntem* et *Lucumonem,* quorum posterior, mortuo patre, Romam venit ibique *L. Tarquinius Priscus* est appellatus, ut refert *Liv.* 1. 34. Cf. *Cic.* 5. *Tusc.* 37. 109. et 2. *rep.* 19. 34., *Macrob.* 1. *Sat.* 6. 8., *Val. Max.* 3. 4. 2. ¶ 2. Item vir Lacedæmonius, rex Spartæ de Eurypontidarum stirpe a. 526 (a. 510)-491., qui pulsus, Leotychide sibi succedente, ad Xerxem confugit, qui eum benigne excepit. Sed, quum agnovisset hunc bellum parare contra Græcos « amicior patriæ post beneficia, ne sui inopinato bello opprimerentur, omnia in tabellis ligneis magistratibus perscripsit, quibus regis consilia patefacta sunt » ut refert *Justin.* 2. 10. 13. Adde *Senec.* 6. *Benef.* 31. 2. et *Oros.* 2. *Hist.* 9.

DĒMARCHUS, i, m. 2. (Δήμαρχος, *populi princeps*) ¶ 1. Fuit filius *Ægypti,* occisus ab Euboie, Danai filia. *Hygin. fab.* 170. ¶ 2. Item Epicuri discipulus, ap. *Ambros. ep.* 62., ubi alii leg. *Hermachus.* ¶ 3. Item medicus, ap. *Cæl. Aur.* 1. *chron.* 4. 140. — Hinc *Demarchius,* cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Marini, Act. Fr. Arv. p.* 529.

DĒMĀS, æ, m. 1. (Δημᾶς, contr. a Δημέας, quasi *popularis*; vel apoc. a Δημήτριος v. Δήμαρχος) comes et adjutor Pauli ap. (*Philem.* 24. et *Col.* 4. 14), cujus etiam mentio est 2. *Tim.* 4. 9., ubi apostolus captivus queritur, se a Dema esse relictum ob amorem sæculi et Thessalonicam abiisse, fortasse ejus patriam (Cf. *Chrys.* in *h. l.*); non enim videtur fuisse Judæus (Cf. *Col.* 4. 11. et 14). Sunt qui eum putent a fide defecisse (*Epiph. hær.* 51. 6); alii contra episcopum Magnesiæ fuisse « Deo dignum », de quo *Ignat.* ad *Magnes.*

DĒMĔĀS, æ, m. 1. (Δημέας, *Dor.* Δαμέας) pro quo et *Demas* contract., ut *Demades* pro *Demeades.* Scribitur etiam, *e* extrito, *Demes,* nom. serv. ap. *Cic.* 13. *Att.* 30., et persona comica apud *Ter. Adelph.* — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Statuarius Crotoniates, qui civis sui Milonis statuam ære fudit (*Paus.* 6. 14. 2); sed a Latinis non memoratur nisi statuarius Clitore oppido in Arcadia natus, Polycliti discipulus. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (50). Hic cum suis artificibus magnum donarium fecit, quod Lacedæmonii ob victoriam ad *Ægospotamos* (*Karakovadere:* Ol. XCIII. 4., sc. a. 405. a. Chr.) obtentam Delphis posuerunt (*Paus.* 10. 9. 4); ipse autem Minervam, Neptunum et Lysandrum ære fudit (V. *Sillig.* in *Catal. artif. p.* 179). ¶ 2. Item persona, fortasse fictitia, apud *Quintil.* 7. 9. 10. et 8. 2. 16.

DĒMĒTĒR, tĕros et tros, f. 3. (Δημήτηρ, *Dor.* Δαμάτηρ, *Æol.* Δωμάτηρ: in quibusd. vero *Inscr.* nuper repertis a. 1888. Δαμματρείας et a. 1894. Δάμματρι *[Kern].* Cf. etiam DEO) Genet. *Demetros* in *Inscr. Neap. n.* 2459. — Occurrit quoque forma *Demetra, æ,* ut apud Græcos Δήμητρα (*Lobeck, Paralip. gramm. Gr. I.* 142), Δάματρα (*Buresch, Aus Lyd.* 69) et Δημήτειρα (*Etym. M.* 281. 9). — Etymon probabilius ducitur ex vocibus, quæ constat, δη = γῆ contr. pro Att. γάα (γαῖα) et μήτηρ, quasi *terra-mater,* sed qua est culta et frugum parens (*Cic.* 2. *Nat. D.* 26. 67). Alii vero volunt esse pro δημομήτηρ per syncopen (Cf. *Lehrs* et *Bezzenberger* in *Rh. Mus. N. F. XXXVII.* 1882. *p.* 475. ex *Etym. M.* 265. 54); vel ex Cret. δηαί (= κριθαί), ut sit *frumenti-mater* (*Mannhardt, Myth. Forsch.* 1884. *p.* 281. *sqq.*): vel denique ab *Æol.* Δωμάτηρ = δῶ, apoc. a δῶμα, et μήτηρ, ut sit *domus-mater* (*Fick-Bechtel, Gr. Personenn.* 1894. *p.* 439). At quidquid sit de etymo, in quo pervestigando sæpe demagis ineptire videntur eruditi, quam veri quidpiam attingere, hæc dixisse satis superque est.

Demeter, apud Græcos, eadem fermo est ac Ceres apud Latinos, de qua, quia plura dedimus in CERES, hic nihil dicimus, ne actum agere videamur. Addimus tantum Græca terminatione usurpari hoc nomen in *Inscr. Neap. cit.*; Romani namque, ut monet *Cic. Balb.* 24. 55., Cereris sacra Græco more facere consueverunt; unde et Græca forma vocabulo utebantur. *Hieronym.* tamen *chron.* a. Abr. 605. « Ea, quæ de Demetra, quam ajunt esse Isidem, deam Ægyptiorum, his gesta sunt temporibus ». Cf. *Bull. Arch. Comm.* a. 1879. *p.* 228., ubi comparatur cum *Bona Dea.* — Ceterum de *Demetra* consulas Græcos scriptores; ex recentioribus vero consulere juvat *Preller, Demeter u. Persephone* 210., coll. *Preller-Robert, Gr. Myth. I. p.* 691., 2.; *Talbot, Myth.* 1890. *p.* 230. *sqq.*; *Bloch, Kora u. Demeter* in *W. H. Roschers Myth.*

Lex. 2. 1284-1378. et *Kern* in *PW.* 4. 2717-2764. — Hinc *Demetria (ōrum),* festa in honorem Demetræ seu Cereris, ap. *Eckhel,* 4. *p.* 489, quæ a Latinis *Cerealia* vocantur. — *Demetrias (a), Demetrium* et *Demetrias,* V. *s. l.* — *Demetrianus* — *a)* Adj. ad Demetrium aliquem pertinens, ut *Demetrianus fundus,* in pago Junonio Velej., memoratus in *Tab. alim. Vel.* 4. 74., et alter in pago Florejo Vel. *ibid.* 4. 2. — *b)* Subst., cogn. vir. *Corp.* 3. 4167. — Fuit etiam baro quidam ethnicus, qui Christianis calamitates imperii Romani imputabat; quam calumniam refellit Cyprianus libello ad eum dato, de quo *Lact.* 5. 4. et *Hieronym. ep.* 70. V. *Morcelli* in *Afr. Christ. II. p.* 125. *sq.* — Alii ap. *Hieronym.* et *Prosp.* in *chron.* a. 188. et 258. — *Demetriana,* cogn. mul. in *Cod.* 8. 29. 6.

DĒMĒTRĬAS, ădis, f. 3. (Δημητριάς) Sequiore ævo etiam *Demetriada (æ).* — Est autem nom. geogr. et pers. ¶ 1. Nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Thessaliæ in ora occid. pæninsulæ Magnesiæ, situ munitissimum, conditum a Demetrio Poliorcete a. 290. a. Chr., unde nomen accepit, ac metropolis et aliquando sedes regum Macedoniæ, hodie *Goritza.* Memoratur *Liv.* 27. 32. et *alib., Mel.* 2. 41., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (29)., coll. *Appian. Maced.* 8., *Mithr.* 29. et *B. C.* 3. 63.., *Plut. Demetr.* 53. etc., *Diod.* 29. 2. et *Strab.* 4. 428. etc. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 2. *p.* 136-138. et *Head, H. N.* 294. — 2.°) Item oppidum, de quo *Liv.* 28. 7. ¶ 2. Est etiam cogn. Rom. *Corp.* 10. 5918. — *Anicia Demetrias.* V. ANICIUS.

DĒMĒTRĬUM, ii, n. 2. ¶ 1. Est portus in promontorio quodam Samothraciæ. *Liv.* 45. 6. ¶ 2. Item oppidum in Bithynia. *Tab. Peut.* 9. et *Rav. p.* 112.

DĒMĒTRĬUS, ii, m. 2. (Δημήτριος: a Δημήτηρ) nom. vir. — Genet. *Demetri,* pro *Demetrii,* est *Liv. epit.* 52. et *Corp.* 9. 2277. — Voc. *Demetri* habet *Horat.* 1. *Sat.* 10. 90. et 1. *Ep.* 7. 52. et *Liv.* 49. 15. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores inter præcipuos — 1.°) Ex regibus: — *a)* Demetrius, cognomento *Poliorcetes,* Antigoni, Asiæ regis, et Stratonices filius (*Plut. Demetr.* 2) a. 337. a. Chr., antea a Ptolemæo Lagi in prœlio victus sed humaniter habitus (*Justin.* 15. 1., coll. *Patrizi, cons. ulr. l. Mach. p.* 17. *sqq.*), postea, 1. 306. Ptolemæi ac fœderatorum victor, ob id a patre regio titulo insignitus (*Justin.* 15. 2). — Anno autem insequenti Rhodum strenue oppugnavit, unde cognomen ei inditum *Poliorcetes,* teste *Gell.* 15. 31. jamque inibi erat ut urbem expugnaret, eam paratus incendio delere; sed a legatis exoratus ut urbi parceret simulque tabulæ insigni Protogenis, ibi servatæ ab eoque plurimi habitæ, a proposito destitit atque adeo cum Rhodiis pacem iniit a. 304 (Cf. *Vitr.* 10. 22. 8. et *Gell. loc. cit.*). — Quum bellum instaurasset pro Græcia in libertatem vindicanda, quo tempore Athenas petiit, ubi mysteriis Eleusiniis initiatus est (*Plut. Demetr.* 26. *sq.*), victus est a. 301. a fœderatis Ptolemæo, Seleuco, Lysimacho et Cassandro regnoque Syriæ ac magna Asiæ parte spoliatus et, Cassandro mortuo, ab ejus filio Alexandro, ut sibi auxilio esset, arcessitus, perfidus hunc interemit, et Macedoniæ regno potitus a. 264., illud annos sex et amplius tenuit (*Justin.* 16. 1). Verum a fœderatis iterum impetitus, quibus etiam Pyrrhus, rex Epiri, se junxit, tot superandis hostibus impar omnino se dedidit Seleuco (*Justin. ibid.* 2), vel potius ab eo captus est, sed liberali custodia detentus, dumque eum Seleucus parabat in regnum restituere, Apameæ Syriæ exstinctus est, a. 284., ejusque cineres ab Antigono filio apud Demetriadem Thessaliæ conditi (Cf. *Diod.* 21. 20. et *Plut.* in *vit. Demetr.*). Memoratur etiam *Cic.* 2. *Off.* 7. 26., *Nep. Regg.* 3., *Senec. ep.* 9. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 4. 5. (10)., ubi refert eum Isthmum fodere cogitasse, et *alib.* — De ejus nummis vd. *Eckhel* 2. *p.* 119-122. et *Visconti, Iconogr. Gr. II. p.* 80-86.; et de artis monumentis *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (67)., ubi eum tradit a Tisicrate ære expressum, et 35. *ibid.* 11. 40. (144). a Theoro pictum fuisse. — Plura vd. ap. *Kaerst, PW.* 4. 2769-2792. 33.; *De Sanctis, Stud. di Stor. ant. II.* 21. *sqq.* et *Niese, Gesch. d. gr. u. maked. Staat. I.* 293. *sqq.* — *b)* Demetrius II., filius Antigoni Gonatæ et Philæ, præcedentis nepos, in Macedoniæ regno successit, quod pater amiserat (*Justin.* 26. 2) a. 240-239 (al.232) regnavitque ann. decem, maritus Stratonices, Antiochi, Syriæ regis, sororis; qua dimissa, alteram, sc. Phthiam, Pyrrhi regis neptem, duxit; quod in causa fuit, cur Antiochus a sorore incitatus bellum inferret Demetrio (*Id.* 28. 1), qui paullo post decessit. — De eo fort. est fragmentum in *Plauti Cornicularia* ap. *Varr.* 7. *L. L.* 3. — De ejus nummis cf. *Head, H. N.* 204. et *Mionnet I.* 583. *sq.* — Plura vide sis apud *Flathe, Gesch. Maked. II.* 136. *sqq.* — *c)* Demetrius I., rex Syriæ, cognomento *Soter,* a. 162-150. a. Chr., filius Seleuci IV. Philopatoris et Laodices, qui pro Antiocho IV. Epiphane, patruo suo, Romæ obses, a senatu petiit, illo mortuo a. 164., ut liber dimitteretur et Syriæ regnum occuparet; quod quum obtinere non posset, clam fugit in opp. Tripolim Syriæ, ubi populi favore, omni impedimento Antiochi V. Eupatoris ejusque tutoris Lysiæ nece sublato, rex conclamatus est (*Polyb.* 31. 12. et 19-23., *Appian. Syr.* 46. 47., *Justin.* 34. 3., *Liv. epit.* 46., 1. *Mach.* 7. 1-4. et 2. *ibid.* 14. 1-2). Quo facto, misit legatos ad Romanos cum donis, qui, instante Tiberio Graccho, eum regem agnoverunt (*Polyb.* 32. 4. et 6). Ab initio regni quum vellet Alcimum, summo sacerdotio Judaico inhiantem, intrudere et Judam Machabæum ad se trahi devinctum, Bacchidem cum exercitu ac dein Nicanorem semel iterumque misit, qui tandem, populo insultantem ac templum comburere minitantem, Judas, divina ope confirmatus, hostem insigni prœlio fudit, in quo Nicanor primus occubuit (cujus caput et dextra suspensa sunt contra Jerusalem), festumque instituit, *Nicanoris* dictum, in triumphi hujus memoriam (1. *Mach.* 7. 48-49. et 2. *ibid.* 15. 25-29. et 36-37., coll. *Jos. ant.* 12. 10). — Demetrius, ad Orientem conversus, Babylonios a satrapa Heracleide liberavit, unde ei titulum *Soteris* seu liberatoris decreverunt (*Polyb. ibid.*); nec a cœptis destitit, sed Cappadociam invasit, Cyprum in suam dicionem redigere tentavit; verum dum alia moliebatur, homo luxuriæ deditus et ad crudelitatem proclivis, idcirco suis maxime invisus, his et Heracleide Alexandrum Balam subornantibus, ab hoc, Jonathæ, principis Judæorum, Attali, regis Pergami, Ariarathes, regis Cappadociæ, et Ptolemæi VI. Philometoris copiis instructo, ad pugnam lacessitus periit a. 150. a. Chr. (*Justin.* 35. 1., *Polyb.* 33. 16. et *Appian. Syr.* 67). — De nummis Demetrii vd. *Eckhel,* 3. *p.* 225. *sq.* et *Babelon, Catal. numm. Gr. Rois de Syr. CXXIII.* — Plura de eo vd. apud *Flathe, Gesch. Maked. II.* et *Schürer, Gesch. d. Jüd. Volk. I.* — *d)* Demetrius II., Syriæ rex, cognomento *Nicator,* filius Demetrii Soteris et frater Antiochi Sidetis, a. 146-138. a. Chr., Caidum tum missus a patre, cum Alexander I. Balas Syriam invaserat, ibi incolumis sed exsul vixit, donec a Cretensibus et a Ptolemæo Philometore, qui filiam suam Cleopatram dedit ei uxorem, adjutus adversarium petiit victumque coegit in Arabiam confugere, ubi a Zabdiel Arabe obtruncatus interiit (*Justin.* 35. 2., *Liv. epit.* 53., coll. *Appian. Syr.* 67., *Jos. ant.* 13. 4. et 1. *Mach.* 10. 67. et 11. 1-18); ob hanc autem victoriam cognomen *Nicatoris* ei inditum est. — Constituit autem ducem Apollonium, qui præerat Cœlesyriæ, quique ejus jussu cum exercitu processit ad Jamniam, unde litteras minaces misit ad Jonatham, summum Judæorum sacerdotem, ut eum ad pugnam provocaret. Jonathas itaque, electis decem virorum milibus, una cum fratre Simone applicuit castra in Joppen, quam oppugnavit, inde cum aliis oppidis Azotum templumque Dagon et qui illuc confugerant, octo fere milia hominum, combussit. Itaque Demetrius, qui jam Balam profligaverat, pace ac fœdere cum Judæis composito, se omni metu vacuum sentiens, copiis dimissis præter mercennarios Cretenses, crudelitati cœpit indulgere, ita ut omnium subditorum animos ab se alienaret; unde Diodotus, Tryphon cognominatus, præfectus regius, hanc occasionem nactus, Alexandri Balæ filium socium sibi adjunxit magnamque occupavit Syriæ partem, ex qua Demetrius profugit in Seleuciam ac Babylonem, ibique, exercitu coacto, bello aggressus est Mithridatem, Parthorum regem, qui, antea victus, mox in insidias hostem impulsum captumque in Hircaniam relegavit, dum custodia ab eodem liberatus regnum Syriæ potuit recuperare. Sed post neque ita pridem, a. nempe 127., ab Alexandro Zabina, quem Ptolemæus Physcon contra eum instigaverat, rursum victus regno simulque, anno insequenti, dum Tyrum se recipere parabat, Cleopatræ ipsius jussu, vita privatus est (*Justin.* 39. 1., *Trog. prol.* 39., *Liv. epit.* 60. et *Appian. Syr.* 68). — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 3. *p.* 229-331. et *Babelon Catal. numm. Gr.* etc. 1890. *p. CXLV-CXLVI.* — Plura de eo in 1. *Mach.* 10. et 11. et *alib.,* coll. *Jos. ant.* 13. 4. 9. et *Schürer, Gesch. d. Jüd. Volk. I.* — 2.°) Ex principibus viris — *a)* Demetrius, cognomento *Pulcher,* filius Demetrii Poliorcetis et Ptolemaidis, filiæ Soteris, a Berenice interfectus. *Justin.* 26. 3 (*V.* BERENICE). Cf. *Plut. Demetr.* 2. — De eo tamen inter historicos non convenit; sunt enim qui confundant cum Demetrio, filio Philippi et Antigoni, regis Asiæ, fratre. Cf. *Justin.* 26. 2. cum *Plut. Demetr.* 53., coll. etiam 82. De hac re vd. *Niebuhr, Kl. Schr. I.* 236. *sqq.,* coll. *Vahlen, S.-Ber. Akad.* Berlin 1888. *p.* 1361. *sqq.* et *Droysen, Gesch. d. Hellen. III.* 1. 237. *sq.* et 323. *sqq.* — *b)* Demetrius, filius Philippi V. Macedonis, frater Persei (*Liv. epit.* 40), antea obses datus Romanis (*Liv.* 33. 13. et 30), postea a T. Quinctio Flaminino in triumphum ductus a. 194. a. Chr. (*Id.* 34. 32., coll. *Oros.* 4. *Hist.* 20), deinde vero patri restitutus (*Liv.* 36. 35). Porro quum pater accusatus fuisset apud Romanos, quod contra eos bellum moliretur, filium Romam misit, qui crimina purgaret coram senatu; sed querelarum quodam quasi tumultu oppressus derepente obticuit; ob notam tamen ejus probitatem incolumis ad patrem rediit, qui conquestus est pluris habitam fuisse personam filii, quam auctoritatem patris (*Justin.* 32. 2). — Denique fratrem Perseus calumniis adeo invisum patri reddidit, ut hic eum interimi jusserit; sed, comperta dein Demetrii innocentia, ejus necem vindicasset, nisi morte fuisset præventus (*Id. ibid.* 2. et 3. et *Liv.* 28. 24. et 40. 5. et *alib.*). Cf. *Ihne, R. G. III.* 157. *sqq.* — *c)* Demetrius, *Phalereus,* Phanostrati filius, olim familiæ Cononis servus, sed postea liber civis et dives. — Fuit Theophrasti discipulus, vir philosophus, orator, politicus laudatissimus; quapropter viam sibi stravit ad negotia civilia gerenda; Phocionis vero partes secutus Macedonicis rebus favebat. Mortuo autem Antipatro a. 319. a. Chr. indeque Phocionis nece secuta, fugere coactus est; sed brevi iterum Athenæ Macedoniæ se dediderunt, Cassandri opera, qui Demetrium eis præfecit. Porro is tam liberaliter ac munifice cum civibus se gessit a. 317-307 (*Diod.* 18. 74. 3. et *Strab.* 9. 398), ut in ejus honorem statuæ erectæ fuerint plurimæ (*Diog.* 50. 5. 77-78). Verum a. 507. a Demetrio Poliorcete dejectus Thebas se contulit; unde a. 297. in Ægyptum migravit ad Ptolemæum Soterem, cui auctor fuit, ut bibliothecam exstrueret, quæ in tantam dein celebritatem evasit. Postremo, a Ptolemæo Philadelpho II. in exsilium pulsus, morsu aspidis, ex quorundam sententia, corpori sponte admoti, interiit a. 283 (Cf. *Cic. Rabir. Post.* 9. 23. et *Diog. Laert.* 5. 78). — Scripsit plus quam alius quilibet Peripateticus, ut ait *Laert.,* qui Demetrianorum operum catalogum protulit (50. 5. 80-81), et quidem ex omni litterarum genere, uti sunt dialogi philosophici, tractatus de rebus naturalibus, historia, lucubrationes varia eruditione refertæ, litterariæ, rhetoricæ, oratoriæ, politicæ, præsertim περὶ τῆς δημαγωγίας et περὶ τῆς δεκαετείας, commentaria in Iliadem, Odysseam etc., quorum fragmenta collecta edidit *Müller* in *Fragm. Hist. Gr. II.* 362-369. et *Fragm. Orat. Att. II.* 476-477. — Dedit etiam operam (a. 287), uti narrat *Aristæus* v. *Aristeas* (cujus epistola [quam nuperrime edidit *Wendland,* Lips. 1900] olim, præsertim a *Josepho ant.* 7. 2. 2. *sq.* et *Philone* in *vit. Mos.* 2. 6., genuina, nunc vero a criticis viris spuria

habita), ut libri sacræ scripturæ Hebraici verterentur in Græcum sermonem seu Alexandrinam dialectum, novæ bibliothecæ ditandæ causa et in usum Hebræorum, quorum Alexandriæ magna erat multitudo, Græca magis loquentium, quam Hebraica lingua. Interpretes, ex Judæis doctioribus, fort. Alexandrinis (Cf. *Hody, De Bibl. text. orig. II. p.* 110. et *Danko, Hist. revel. div. III.* 73. *p.* 161), selecti, quos ferunt fuisse septuaginta, unde constans apud veteres ac recentiores operis inscriptio *LXX.virorum* (ἡ τῶν ἑβδομήκοντα), non omnes *V. T.* libros verterunt sed « Josephus, qui Septuaginta interpretum ponit historiam, quinque tantum ab eis libros Moysi translatos refert, quos nos quoque confitemur plus quam ceteros cum Hebraicis consonare ». Ita *Hieronym. hebr. quæst.* in *Gen. præf.* Ceterum de hoc omnes rei sacræ scriptores disserunt ex professo, quos consulas. — De *Scholio Plautino* reperto in Cod. sæc. XV. et a *Ritschl* quoque edito, ubi mentio est de interpretatione *Alexandrina* seu *LXX. vir.*, cf. *Re*, qui fuse de eo scripsit in *Arch. Bibl. II. p.* 147-160. — Plura de Demetrio vd. apud *C. Müller, Orat. att. II.*; *Spengel, Rhet. gr. III.*, 1856.; *Ostermann, De Demetrii Phalerei vita, rebus gestis et scriptorum reliquiis II*, Fulda 1857.; *Papasis, Dem. Phal. Ph.* etc. *Diss.* Alexandr. 1893. et *Zeller, Philos. d. Gr. II.*[3] 2. 897. *sqq.* — De libro autem περὶ ἑρμηνείας, qui Demetrio abjudicandus est, scripserunt *Wiel* (1856), *Liers* (1880. et 1887), *Dahl* (1894). V. edit. crit. *Radermacher* Lips. 1901. et *Rhys Rob.* Cambridge 1902. — 3.°) Ex aliis, philosophia, oratoribus, artificibus etc. — *a)* Demetrius, Magnes, æqualis Ciceronis et amicus Pomponii Attici, auctor libri περὶ ὁμονοίας, de quo *Cic.* 4. *Att.* 11. et 8. *ibid.* 1. et 12. et *alib.*, et libri περὶ ὁμωνύμων, quos memorat *Diog. Laert.* 1. 38. — *b)* Demetrius Syrus, orator, vetus et « non ignobilis dicendi magister », apud quem *Cicero* Athenis a. 79. a. Chr. « studiose exerceri solebat », ut ipse ait *Brut.* 91. 315. — *c)* Demetrius, Apameus, medicus, laudatus *Cæl. Aurel.* 3. *chron.* 8. 102. et 5. *ibid.* 9. 89., ubi ejus *liber signorum* citatur. — *d)* Demetrius, philosophus Cynicus, qui cum Seneca familiariter versabatur, judicio magnus (*Senec. benef.* 7. 1), rigidus paupertatis professor (*Id. ep.* 20), adeo ut ingentem a Caligula imp. oblatam pecuniæ vim (200.000 sest.) recusaret (*Id. benef.* 7. 9), vir exactæ sapientiæ firmæque constantiæ, eloquentiæ vero, quæ res fortissimas deceat (*Id. ibid.* 8), *Cynicæ institutionis doctor* appellatus (*Tac.* 16. *Ann.* 34. et *Sueton. Vesp.* 13) et ideo *canis* a Vespasiano dictus (*Sueton. ibid.*). — De eo vd. *Lucian. adv. ind.* 19., *Epictet. Diss. I.* 25. et cf. *Zeller, Ph. d. Gr. IV.*[2] 766. — *e)* Demetrius, *Chytros* cognomento, philosophus sub Juliano imp., corpore durus et animo, læsæ majestatis accusatus a. 359. et « aliquotiens sacrificasse confutatus » « diu itaque adhærens equuleo, cum eadem oraret intrepidus, Alexandriam, unde oriebatur, innoxius abire permissus est ». Ita *Ammian.* 19. 12. 12. — *f)* Demetrius architectus, qui primum templum Dianæ, a Chersiphrone incohatum, cum Pæonio Ephesio perfecisse dicitur. *Vitr.* 7. *præf.* 16. — *g)* Demetrius statuarius, de quo *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (76). « Demetrius *(fecit)* Lysimachen, quæ sacerdos Minervæ fuit annis sexaginta quattuor. Idem et Minervam, quæ Musica appellatur - Idem equitem Simonem, qui primus de equitatu scripsit ». Fortasse floruit ætate Periclis. Memoratur etiam *Quintil.* 12. 10. 9. « Ad veritatem Lysippum et Praxitelem accessisse optime adfirmant; nam Demetrius tanquam nimius in ea reprehenditur et fuit similitudinis, quam pulcritudinis, amantior ». — *h)* Demetrius, faber argentarius, qui Ephesi degens Dianæ ædiculas faciebat, non modicum multis artificibus sibi subditis quæstum comparans. Sed quum Paulus ap. et Cajus Ephesi adversus cultum Dianæ contionarentur arcerentque populum, ne statuas parvulasque deæ ædes emeret, iratus in eos seditionem commovit, quam scriba quidam sedavit, civibus admonitis de periculo ex tumultu orituro, ne seditionis crimine apud magistratus deferrentur, ad quos Demetrius, si quid detrimenti inde cepisset, ipse reos judicandos egeret. *Vulg. Act.* 19. 23-40. — *i)* Demetrius sunt etiam inscriptæ fabulæ *Nævii* et *Turpilii*, quarum fragmenta collegit *Ribbeck* in *Com. lat. rell. p.* 14. et 87. ¶ 2. In titulis nom. vir., sequiore ævo etiam gent. *Inscr. Not. degli scavi* 1881. *p.* 58 *(Cortonæ).* et *Corp.* 8. 3571. et 3572. et 9. 5749. — *Demetria*, nom. mul. 8. 2248. et *Inscr. Not. degli scavi* 1887. *p.* 284 *(Via Appia).* — Cogn. vir. *Corp.* 8. 7425., 9131. — mul. 2248 (?) et 2431. — Hinc etiam. nom. fict. personæ comicæ, apud *Plaut. Bacch.* 912. — Hinc *Demetrianus*, de quo *V.* DEMETER.

DEMINCA, æ, f. 1. nom. mul. barbaricæ originis, quod in cognomen transiit. *Corp.* 5. 5832. — Hinc *Demincilla*, nom. mul. demin. *Corp.* 5. 5719; *Demincilionis, ibid.* 5297.; *Deminconis, ibid.* 2561.; *Demincavus*, nom. vir. *ibid.* 5340.

DĒMĬPHO, ōnis, et Demiphon, ontis, m. 3. (Δημιφῶν v. Δημοφῶν, *populi occisor*) Cf. *Charis.* 64. 32. et 65. 5. — Dat. *Demiphoni* ap. *Plaut. Merc.* 797. — Acc. *Demiphonem* ap. *Ter. Phorm.* 899. — *Demiphonta* ap. *Hygin.* 2. *Astr.* 40. — Fuit autem hoc nomine ¶ 1. Rex quidam Chersonesi, qui in oppido Phlagusa regnabat, quo tempore incidit « repentina vastitas et miranda civium internecio, cui ut remedium afferret, Demiphon Apollinis oraculum consuluit ». *Hygin. loc. cit.* ¶ 2. Etiam persona comica apud *Plaut.* et *Ter. locc. citt.*

DĒMŎCHĂRĒS, is, m. 3. (Δημοχάρης: a δῆμος, *populus*, et χάρις, *gratia*, h. e. *populo carus* vel *plebicola*) ¶ 1. Fuit vir Leuconoensis, Demosthenis sororis filius, orator et historicus, ca. a. 280. a. Chr. vita functus. Memoratur *Cic.* 2. *Orat.* 23. 95. et *Brut.* 83. 286., qui non oratorio sed tribunicio stilo historiam suorum temporum scripsit de rebus Atheniensibus et orationes aliquot, ob nimiam licentiam et procacitatem *Parrhesiastes* cognominatus (*Senec.* 3. *ira* 23). — Horum fragmenta edidit *Müller, Frgm. Hist. Gr. II. p.* 445-449. et *Frgm. Orat. Att. II. p.* 471. *sq.*, litterarii momenti sane exigui (Cf. *Croiset, H. L. Gr. V. p.* 107). ¶ 2. Item Atheniensis Demostrati filius, de quo *Val. Max.* 3. 8. *ext.* 4. *V.* DEMOSTRATUS. ¶ 3. Item Pompeji libertus, navali classi ab eo præfectus, qui ad Artemisium dimicans se occidit (*Dio* 49. 10. et *Appian. B. C.* 5. 83. *sqq.* et 105). Memoratur *Sueton. Aug.* 16.

DĒMŎCLĒS, is, m. 3. (Δημοκλῆς, *Dor.* Δαμοκλῆς, *populi gloria*) ¶ 1. Fuit mathematicus, qui scripsit de machinationibus: ejus commentariis usus est *Vitr.* 7. *præf.* 14. ¶ 2. Item medicus sive scriptor rerum, ad naturalem historiam spectantium, apud *Plin.* in *Ind. auctt.* 12. 33. 84. et 85. — Hinc *Democlides, is*, medicus, qui de odoribus scripsit. V. *Plin. ibid. lib.* 12. et 13.

DĒMŎCŎON, ontis, m. 3. (Δημοκόων) filius Priami, memoratus *Hygin. fab.* 90.

DĒMŎCRĂTĒS, is, m. 3. (Δημοκράτης v. Δαμοκράτης, *populus potens* v. *dominator*) ¶ 1. Fuit vir Atheniensis, miles Darei, quo victo a Græcis, desperata venia, sibi mortem conscivit. *Curt.* 6. 5. 9. ¶ 2. Item præfectus classi Tarentinæ, qui in prœlio cum Romanis strenue dimicans occubuit, teste *Liv.* 26. 39. et *alib.*, a. 209. a. Chr. ¶ 3. Item medicus, fortasse idem qui *Servilius Democrates* nominatus a *Plin.* in *Ind. auctt. l.* 29. — Hic Coreidiam, M. Servilii consularis filiam, nondum ex morbo confirmatam et curationem asperiorem recusantem, lacte caprarum, quas lentisco pascebat, in pristinam sanitatem restituit, ut refert idem *Plin.* 24. *Hist. nat.* 7. 28. (45). ¶ 4. Item rhetor, magister, ut videtur, ipsius *Augustini*, uti ex libro *de Rhetor.* huic attributo. ¶ 5. Item philosophus, de quo *Schol. Pers.* 8. 39., nisi rectius ibi legendus est *Democles*, quem *V.*

DĒMŎCRĂTĬA, æ, f. 1. (Δημοκρατία, *populi principatus* seu *dominatio*) nom. serv. mul. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5336.

DĒMŎCRĬTĒUS v. Democritius, a, um, adject. *V.* voc. seq.

DĒMŎCRĬTUS, i, m. 2. (Δημόκριτος, *Dor.* Δαμόκριτος, *populi* v. *populus judex*). ¶ 1. Fuit hoc nomine philosophus, *Abderites* a patria dictus, et physicus celeberrimus, alumnus scholæ Eleaticæ et novæ familiæ philosophicæ auctor, filius Hegesistrati v. Athenocriti v. Damasippi (*Laert.* 9. 34), natus ca. a. 460 (al. aliter). et 360. a. Chr. vita functus (*Jan*). Memoratur *Senec. quæst. nat.* 7. 3. Democritus omnium antiquorum subtilissimus. *Cic.* 1. *Nat. D.* 43. 120. Democritus, vir magnus in primis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura deorum. *et* 2. *ibid.* 39. 76. simulacra - inducens quodam pacto negat esse deos. *et* 5. *Tusc.* 36. 104. constantem hominem et gravem! qui glorietur a gloria se afuisse. *Id.* 1. *Orat.* 11. 49. Si ornate locutus est, sicut et fertur et mihi videtur, physicus ille Democritus. *et Orat.* 20. 67. Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum etc. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 194. Si foret in terris, rideret Democritus (Cf. *Cic.* 2. *Orat.* 58. 235. et *Claudian.* 17. 90). et *art. p.* 296. excludit sanos Helicone poetas Democritus (*Cic.* 1. *Divin.* 13. 37. Negat sine furore poetam magnum esse posse). *Minuc. Oct.* 19. Democritus atomorum inventor (*Cic. fat.* 10. atomorum auctor). Adde *Vitr.* 2. 2. 1., 7. *præf.* 2. et 11., *Val. Max.* 8. 7. *ext.* 4., *Gell.* 4. 13. 3., 5. 3. 4., 5. 15. 8. et *alib.* et *Solin.* 1., 8. et 10., *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8., *Ammian.* 16. 1. 4., 22. 8. 3., *Sidon.* 9. *ep.* 9., *Apul. apol.* 27., *al.* — Philosophus ex Leucippi doctrina tradidit mundum constare ex vacuo (τὸ κενόν) et pleno (τὸ πλῆρες), quod quibusdam efficitur corpusculis, quæ nec dividi possunt nec destrui, idcirco *atomis* dictis, figura, motu et pondere variis, motu verticoso atque æterno se volventibus, vi tamen seu necessitate (ἀνάγκη v. τύχη) impulsis, ex quo videtur Cicero errasse et tribuendo omnino fortuitum atomorum motum ac formationem rerum, ut et vulgo putatur (Cf. *Dante, Inf.* 4. 136), in infinito spatio illo vacuo (κενὸν μὴ ὄν); quæ atomi necessario ac varie coalescentes originem dedere naturalibus hisce rebus sive animatis sive inanimatis et mundis innumeris, ex earum concursu exortis; quin et anima humana ex his atomis exsistit, levissimis quamvis ac circularibus, ignearum instar, quæ perfectiores sunt, ex quibus vibrantibus cogitatio emergit, ac sensus imaginibus (εἴδωλα) producitur, quæ ex objectis rebus emanant. Has autem is « censet imagines divinitate præditas inesse in universitate rerum; tum principia mentis, quæ sunt in eodem universo, deos esse dicit; tum animantes imagines, quæ vel prodesse nobis solent vel nocere; tum ingentes quasdam imagines tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus: quæ quidem omnia sunt patria Democriti quam Democrito digniora ». Ita *Cic.* 1. *Nat. D.* 43. 120. Porro ex hac atomorum conjunctione vel disjunctione sequitur rerum vita vel mors. — Ceterum hæc ex ejus doctrina, in scholas Stoicorum et Epicureorum invectis, sed ab Aristotele jam penitus exploratis atque explosis (V. *Zeller p.* 285. *sqq.*, coll. *Arist. phys. II.* 8), et apud Latinos a Lucretio instauratis, orta illa errorum congeries, quæ scientiæ nomine honestatur, at contra putidus est atque infandus materiæ cultus, quo Deus omnia transcendens omniaque ex nihilo creans excluditur animaque humana nec spiritualis habetur nec immortalis sed mechanicarum virium transeuntium opus periturum vel in alias rerum species seu phænomena immutandum. — Ad ethicen quod attinet, Democritus eam tradit contineri terrena animi felicitate, quæ rationis sollertia et moderato rerum usu acquiritur, cui adsequendæ virtus optime inservit, nullo habito respectu ad aliquam arbitrariam pœnam vel præmium, quum post mortem omnia sint incerta. — De divinatione, ut physicus, non inscite nugatus est, « quo genere nihil arrogantius » esse scribit *Cic.* 2. *Divin.* 13. 30., variasque protulit sententias de ventis, de stellis, de terræ motu, quas refert *Senec. quæst. nat.* 5. 2., 6. 20. et 7. 3. — De ejus vita multa feruntur sed pleraque fabulosa, nempe de ejus arte magica, de voluntaria cæcitate, de cælibatu, de cultu suorum agrorum neglecto, de divitiis, quas in itineribus profudisset obeundis, dein publicis lectionibus recuperasse (Cf. *Zeller p.* 280. *n.* 1. et *Mullach p.* 384. *sqq. D.*); tum semper in publico risisse, contra quam fe-

caret Heraclitus (*Senec. ira* 2. 10). — Scripsit plurima, quorum catalogum præbet *Laertius*, sexaginta opera recensens de philosophia naturali, de mathematicis, de musicis, de moralibus aliisque doctrinis, ut Μέγας διάκοσμος et Μικρὸς διάκοσμος, tract. περὶ εὐθυμίας, περὶ τῶν πλανητῶν, περὶ φύσεως, περὶ νοῦ, περὶ χυμῶν, περὶ χροῶν, περὶ εἰδώλων, Τριτογένεια, Κοσμογραφία, Οὐρανογραφία etc. Hæc autem fere omnia periere nec nisi pauca exstant fragmenta, collecta editaque a *Mullach (Democr. Abd. op. fragm.* Berl. 1843. iterumque *Fragm. Phil. Gr. bibl.* Didot *I. p.* 330-382). Cf. etiam *Facciolati Rhet. exercit. n.* 4.; *Liard, de Democrit.* Paris 1873.; *Brieger, Die Urbew. d. Atom.* etc. et *P. Leucipp. et Dem.* 1888.; *Brochard, Prot. et Dem.* 1889.; *Mabilleau, Hist. de doctr. Atomist.* Paris 1895. et *Dyroff, Demokritstudien* Leipz. 1899. — Hinc *Democriteus* v. *Democritius* (Δημοκρίτειος), Democriti assecla, ut *Democriteus Nausiphanes* ap. *Cic.* 1. *Nat. D.* 26. 73., et *Democritius Anaxarchus* ap. *eund.* 3 *ibid.* 33. 82. Adde *eund.* 2. *Tusc.* 22. 52. — Absolute *Democritei (Democritii)*, sectatores Democriti. *Id.* 1. *Orat.* 10. 41. et 1. *Tusc.* 34. 81., ubi multi pro *Democritii* leg. *Democritici.* — *Democritea (orum)*, n. pl., dogmata Democriti. *Id.* 1. *Nat. D.* 26. 73. et 2. *Divin.* 13. 32. ¶ 2. Item statuarius Sicyonius, discipulus Pisonis, quinto gradu e schola Critiæ Attici, ca. a. 380. a. Chr. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (87). ¶ 3. Alios vide sis ap. *Cic.* 13. *Fam.* 78. et 6. *Att.* 1.

DĒMŎDĂMĀS, antis, m. 3. (Δημοδάμας, *populus*, v. *populi, domitor*) dux regum Syriæ, Seleuci et Antiochi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (49). et *Solin.* 49., itemque historicus, ut iidem tradunt, patria Milesius. Cf. *Müller, Frgm. Hist. Gr. II. p.* 444.

DĒMŎDŎCUS, i, m. 2. (Δημόδοκος, *populi exspectatio* v. *opinio*) ¶ 1. Fuit vates seu cantor Phæacum et citharœdus celeber, qui ab invidis Musis fertur excæcatus. *Auson. per. Odyss.* 8. et *Ovid. Ib.* 270. Cf. *Hom. Od.* 8. 254. et *V.* PHOCYLIDES. ¶ 2. Item Trojanus quidam in prœlio occisus, de quo *Virg.* 10. *Æn.* 413.

DĒMŎLĒON, ontis, m. 3. (Δημολέων, *populi* v. *populus leo*) ¶ 1. Fuit Herculis comes, Argonauta. *Hygin. fab.* 14. ¶ 2. Item centaurus. *Ovid.* 12. *Met.* 368.

DĒMŎLĔOS, i, m. 2. (Δημολέως) vir Achivus, memoratus *Virg.* 5. *Æn.* 260. et 265.

DĒMŎLĬON, ontis, m. 3. (Cf. Δημολέων) vir Atheniensis, Cydani filius, ex iis, quos Theseus a Minotauro liberavit. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 21.

DĒMŎNASSA, æ, f. 1. (Δημόνασσα, fort. *populi regina*) ¶ 1. Fuit uxor Iri et mater Eurydamantis et Eurytionis Argonautarum. *Hygin. fab.* 14. ¶ 2. Item uxor Adrasti Argivi et mater Ægialei, ex septem epigonis. *Id. fab.* 71. ¶ 3. Item uxor Pœantis et mater Philoctetis. *Id. fab.* 97. et 102.

DĒMONNĒSUS, i, f. 2. (Δημόννησος) insula contra Nicomediam, hod. *Prinkiposnisia.* Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151)., coll. *Arist. mirab.* 59., et *Steph. Byz.* ad *v.*

DĒMŎPHĬLĒ, es, f. 1. (Δημοφίλη, *populi amica*). ¶ 1. Fuit filia Danai, quæ Pamphilum Ægypti filium, sponsum sibi destinatum, occidit. *Hygin. fab.* 170. ¶ 2. Item alterum nomen Amalthææ seu Cumanæ Sibyllæ, quæ et *Herophila* dicta est. *Varr.* ap. *Lact.* 1. *inst.* 6.

DĒMŎPHĬLUS, i, m. 2. (Δημόφιλος, *Dor.* Δαμόφιλος, *populi amicus*) ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit pictor Himeræus, fort. Xeuxidis magister, ap. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (61). — 2.°) Item architectus, qui librum de præceptis symmetriarum conscripsit, teste *Vitr.* 7. *præf.* 14. Cf. DAMOPHILUS. — 3.°) Item poeta comicus, cujus fabulam *Onagos* in Latinum vertit *Plautus* titulo *Asinariæ*, ut patet ex ejus *prol.* 11. « huic nomen græce Onago' st fabulæ Demophilus scripsit, Maccus vortit barbare ». — An ad comœdiam novam pertinuerit, incertum est (V. *Hueffner, De Plaut. comœd. exempl. Att.*, Goett. Diss. 1894. et *Leo zu Asin.* 127). — 4.°) Item episcopus Berrhœæ, Arianus atque adeo unus ex Arianorum ducibus, qui ab iis intrusus, mortuo Eudoxio, in sedem Constantinopolitanam et a Theodosio imp. dein detrusus (*Ambros. ep.* 12. a. 386), in errore pertinax miserrime decessit (*Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 20. et 9. *ibid.* 22., *Ambros.* 1. *de fid.* 6. et *Hil. fragm. hist.* 5. *n.* 4. et *alib.*). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 3. 4297.

DĒMŎPHŎON (Demophon), ontis, m. 3. (Δημοφόων et contr. Δημοφῶν, *populi occisor*) Acc. *Demophoontem* ap. *Serv.* ad *Virg. ecl.* 5. 10. et *Mythogr. I. fab.* 159. — *Demophoonta*, Gr. pos., ap. *Virg.* 11. *Æn.* 675. et *Ovid.* 2. *Her.* 98. — *Demofonta* ap. *Schol. Bern. Virg. ecl. l. c.*

Demophoon ¶ 1. Fuit filius Thesei (*Hygin. fab.* 48. et *Eurip. Heracl.* 213) et Amazonis Antiopes (*Pind. frg.* 176) v. Phædræ (*Apollod. epit. Vat.* 1. 18. *W.* et *Diod.* 4. 62. Cf. etiam *Schol. Hom. Od.* 11. 321. et *Schol. Bern. Virg. ecl.* 5. 10), rex Athenarum, cum Achamante profectus contra Trojanos, quibus victis, Æthram ex captivis accepit (*Dict.* 5). Domum rediens, ventis in Thraciam delatus est, ubi a Phyllide regina benigne exceptus est atque adamatus; sed eam mox deserens tanta affecit tristitia, ut mulier brevi moreretur (*Hygin. fab.* 59); hinc *hospes malus* dictus *Propert.* 2. 24. 44. et *ep.* 2. ex Heroidibus *Ovidii*, inscripta *Phyllis Demophoonti.* — De Palladio, a Diomede et Ulixe Trojanis erepto et, Demophoonte regnante, Atheniensibus tradito, cf. *Knaack, PW.* 4. 149. *sqq.* 2. ¶ 2. Item vir Trojanus, Æneæ comes, a Camilla in prœlio interfectus. *Virg.* 11. *Æn.* 675. ¶ 3. Item vates in castris Alexandri M., ap. *Curt.* 9. 4. 28. ¶ 4. Item dux Antiochi V. Eupatoris, Judæis infensus. *Vulg.* 2. *Mach.* 12. 2. ¶ 5. Item amicus Propertii, ad quem poeta, fort. nomine ficto, scripsit *eleg.* 22. *l.* 5.

DĒMOSTHĔNĒS, is, m. 3. (Δημοσθένης, *populi robur*) — Scribitur etiam *Demostenes* sine aspiratione, quæ scriptura haud est imitanda. — Genet. etiam *Demostheni* ap. *Cic.* 2. *Orat.* 28. 95. et *alib.* et *Jul. Val.* 2. 15 (5).: cf. *Prisc. VI.* 62. — Acc. *Demosthenen* ap. *Cic.* 1. *Tusc.* 5. 10., *Petron.* 2. 5., *Plin.* 1. *ep.* 2. 2. et 20. 4., *Apul. apol.* 15. et *Oros.* 2. *Hist.* 14. et 3. *ibid.* 23. 15 (Cf. *Neue's Formenl.* 1. 317. et 320 [= 1. 309. et 311] et *Keil, de emend. Plin. ep.* 1. *p.* 11). et *Demosthenem* ap. *Cic. Brut.* 83. 289.

Demosthenes ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit orator celeberrimus, Atheniensis, filius Demosthenis, divitis armorum fabri, n. a. 384. a. Chr. Pæaniæ, vico (δῆμος) Attico; septennis patre orbatus et sub tutoribus Aphobo, Demophonte et Therippide, qui pueri patrimonium brevi dilapidarunt, a matre interim, uti fertur, educatus procul a palæstra et exercitationibus, illius ætatis propriis et ab Isæo dein eruditus (*Plut. Dem.* 4. 3). Sed, ubi adulevit, ingenio quo erat celerrimo animoque virili, damnorum memor, quæ fuerat passus, tanta eloquentiæ vi sua jura adversans tutores vindicavit, ut si quod amiserat, non potuit recuperare, saltem malam eorum propalaverit fidem, suamque oratoriam facultatem mature prodiderit (*Plut. Dem.* 4. 3. *sqq.*) - Annis autem insequentibus logographi (λογογράφος) artem professus est, sive ut sibi victum compararet, sive etiam ut se in forensibus negotiis exerceret, quo tempore civiles quasdam pro aliis orationes composuit contra *Androtionem* (a. 355), *Timocratem* et *Aristocratem* (a. 352). — Tirocinium vero ponens traditur, id, quod commentitium magna ex parte arbitror, ut quædam pronunciationis et actionis vitia emendaret, calculis nempe in os conjectis, summa voce versus multos uno spiritu pronunciasse, simul etiam inambulans atque adscensu ingrediens arduo et ante fluctus ex procella obstrepentes vocem efferens, aliisque id genus adminiculis usus (*Plut. ibid.* 6. et 7. 11). Vero tamen similius est eum manibus trivisse et poetas, præsertim tragicos, excellentiores, et philosophos, maxime Platonem, cujus discipulus fertur (*Cic.* 1. *Orat.* 19. 89. et *Orat.* 4. 15., coll. *Plut. Dem.* 5), et historicos, uti Thucydidem, quem sæpius dicitur exscripsisse, et Isocratem, a cujus tamen stilo, acroamatico magis quam forensi, sibi cavit. — Cœpit dein causis publicis interesse (ὡς συνήγορος), a. 355. contra *Leptinum*, mox de *Symmoriis* a. 354. et pro *Megalopolitanis* a. 353. contionatus. — Sed quod ejus animo insitum erat, urgebatur vehementi patriæ a Macedonum servitute, quæ proxime imminebat, liberandæ studio. Collapsis namque Thebis ac Sparta, minas Atheniis intendebat Philippus. In eum itaque Demosthenes, quodam quasi sacro furore correptus, eloquentiæ tela convertit, et qua tunc in re publica potestate pollebat, summo opere curat, ut cives, intestinis simultatibus ac factionibus discerpti, in unum coeant seque, pacto fœdere, ceteris jungant civitatibus Græcis, dum ipse totus est in ærario novis reditibus augendo ac viribus terræ marisque amplificandis; sed frustra. Jam Philippus victor, Thermopilis trajectis, contra Athenas exercitum ducebat, nil timens virulentas in eum, tamquam fulmina projectas, Demosthenis orationes, quas tamen ipse *militum* nomine appellabat (a. 351-341). Nec e suggestu tantum pugnat, sed in aciem descendit orator, cataphractorum numero adscriptus, certatque Chæroneæ (a. 338), sed tam adversa fortuna, ut fugere coactus sit. — Postea in patriam reversus, iterum Atheniensium bono alacriter consuluit; quare Ctesiphon, ejus amicus, eos excitavit ad coronam auream, quam ille sibi promeruisset, ei, dum festa Olympica celebrarentur, in theatro Dionysiaco conferendam. Verum Æschines, Philippi fautor ardentissimus, obstitit; sed frustra: quin, a civibus multatus, in insulam Rhodum confugit. Rege dein vita functo, Alexander, patris vestigia persecutus, misit Harpalum cum magna pecuniæ vi, ut sibi fautores ex præcipuis Athenarum civibus captaret; quam occasionem nactus Hyperides per turpem calumniam corruptionis crimine ipsum detulit Demosthenem, qui gravissime multatus, nec solvendo quum esset, profugus Æginam, dein Trœzenem petiit. Sed, mortuo Alexandro, domum revocatus, dum in Piræo navi egrediebatur, clamoribus populi lætitia gestientis exceptus, urbem triumphali more intravit, Hyperidi ignovit rursumque cives hortatus est ad societatem cum aliis Hellenicis civitatibus ineundam. At paulo post ex Thessalia nuncius refert, Athenienses Ætolosque ab Antipatro et Cratero devictos esse Crannone, ipsumque Demosthenem ab Antipatri satellitibus quæsitum ad necem, qui statim Calauriam fugit ibique venenum, quod in limine templi Posidonis ferebat, bibit a. 322. Ita miserrime vita excessit, qui, maximis honoribus dignus, invidia civium et hostium metu perculsus, nec tamen virtute qua erat animique fortitudine sibi constans, infortunio cessit. — Maximis eum ex Latinis scriptoribus extollunt laudibus, utque perfectæ eloquentiæ exemplar proponunt, in primis *Cic.*, qui *Brut.* 9. 35. ita scribit: Plane quidem perfectum et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. *et* 1. *Orat.* 61. 260. Imiteturque illum, cui sine dubio summa vis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse tantusque labor dicitur. *et de opt. gen.* 4. 13. Quoniam Græcorum oratorum præstantissimi sunt ii, qui fuerunt Athenis; eorum autem princeps facile Demosthenes. *et Orat.* 29. 104. Eo difficiles et morosi sumus, ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes, qui quamquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas. *et Plin.* 9. *ep.* 26. Sed Demosthenes ipse, ille norma oratoris et regula. Adde *Sall.*, *Plin. senior.*, *Quintil.*, *Gell.*, *Macrob.*, *Ammian.*, *Justin.*, *Solin.*, *Capell.*, *Apul.*, *Val. Max.*, *Petron.*, *Tertull.*, *Augustin.*, *Oros.* et ex poetis *Propert.*, *Juvenal.*, *Auson.* etc. — *Hieronym. ep.* 52. scribit: « Propter Demosthenem factum est, ut Cicero non esset primus orator: propter Ciceronem, ut Demosthenes non esset solus ». — Plurimas scripsit orationes, sed ex his LXI. tantum collectæ sunt, præter LVI. prooemia (προοίμια); ex illo tamen numero excipiunt veteres saltem XVII. utpote spurias; immo recentiores *(Schaefer)* censent XXVII. dumtaxat esse genuinas. Possunt autem in duas classes dispesci, quarum prior continet, quæ deliberativæ (συμβουλευτικοὶ λόγοι) dicuntur; altera, quæ judiciariæ (δικανικοί). Porro ex his celebriores, ad ordinem temporis respectu habito, sunt — *a)* Quinque *tutoriæ* (ἐπιτροπικοί): — *b)* Sex *Philippicæ* (Φιλιππικοί), ex quibus tres priores rectius

Olynthiacæ (Ὀλυνθιακοί) appellantur. — *c)* Aliæ mentione digniores sunt quæ inscribuntur: *de Pace* (περὶ εἰρήνης), *de Chersoneso* (περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ), *de Symmoriis* (περὶ συμμοριῶν), *de libertate Rhodiorum* (περὶ τῆς Ῥοδίων ἐλευθερίας), *de falsa legatione* (περὶ παραπρεσβείας), *contra Midiam* (κατὰ Μειδίου) etc.; dignissima vero exstat et omnibus numeris absoluta oratio *pro corona* (περὶ στεφάνου), habita a. 330. a Demosthene in sui defensionem et contra Æschinis perfidiam ac proterviam, qui tamen aliquando fateri debuit adversarii sui excellentiam (*Cic.* 3. *Orat.* 56. 213. et *Plin.* 2. *ep.* 3). Hæc autem repetenda est ex animi sinceritate, qua Demosthenes in verba erumpit omni affectatione vacua sed nativo colore et simplicitate simulque vi plena ac nobilitate causæ insignis, præcipuas æqualium oratorum dotes mirifice conjungens, vivacem nempe Lysiæ agilitatem cum Æschinis lepore, robur Hyperidis cum Isocratis gravitate atque elegantia. — Priscæ monumenta artis ad eum spectantia vd. apud *Visconti, Iconogr. Gr. tav. XXIX.* et *XXX.* — Plura de eo apud *Schaefer, Demosth. u. seine Zeit*, Leipz. 1885-1887.; *Blass, Die attische Beredsamkeit*[3] *III.* 1. Leipz. 1893.; *Ouvré, Demosth.* Paris 1890.; *Croiset, H. L. G. IV. p.* 508-591. — Edit. *Dindorf-Blass, Bibl. Teub.* 1885-1889. et *Butcher*, Oxonii, Clarendon, 1903. ex ms. *Paris.* 2934., insignis. Cf. *Keil* et *Masqueray.* — Hinc *Demosthenicus*, adj. *Auson. præf.* 1. 19. « Et Demosthenicum (*sc.* dictum), quod ter primum ille vocavit etc. ». V. *Cic. Brut.* 38. 142. — 2.º) Item vir Atheniensis, a. 414. a. Chr. cum Eurymedonte missus contra Syracusanos, a Gylippo Lacedæmonio ductos, altero belli Peloponnesiaci anno; sed victus reverti parabat, reluctante Nicia, qui bellum instaurare voluit; sed iterum ob ducum inscitiam Athenienses profligati sunt; quare Demosthenes, ne in hostium manus incideret, sibi intulit necem (*Justin.* 4. 4. et 4. 5. et *Oros.* 3. *Hist.* 14. et *Tibull.* 4. 1. 199. Cf. *Diod.* 12. 60. *sqq.*). ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. libert. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 147. et 814.

DĒMOSTHĔNĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DĒMOSTRĂTUS, i, m. 2. (Δημόστρατος, *populi exercitus*) nom. vir. ¶ 1. Fuerunt hoc nomine — Scriptor incertæ ætatis, adhibitus a *Plin.*, inter fontes *hist. nat. l.* 37. — Item vir Atheniensis, pater Democharis, accusatus ab Ephialte, de quo *Val. Max.* 8. 6. *ext.* 4. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 6880.

DĒMŎTĔLĒS, is, m. 3. (Δημοτέλης, *publicis impensis* factus) auctor, qui de pyramidibus scripsit, inter fontes, quibus usus est *Plin. hist. nat.*, in *Ind. auctt.*, adnumeratus *l.* 56., coll. 36. *ibid.* 12. 17. (79). et *Müller*, in *Fragm. Hist. Gr. IV. p.* 386.

DĒMŌTĬO, ōnis, m. 3. (Δημοτίων, *popularis*) vir Atheniensis, Areopagitarum princeps, cujus filia virgo « audito sponsi Leosthenis interitu (a. 323. a. Chr.), qui bellum Lamiacum concitarat, se interfecit, asserens, quamquam intacta esset corpore, tamen si alterum accipere cogeretur, quasi secundum acciperet, cum priori mente nupsisset ». Ita *Hieronym.* 1. *adv. Jovin.* 41.

DENĀBĀ, indecl. Hebr. *Dinhâbâh* « locus direptionis v. latibulum prædonum » (*Gesen. Thes. p.* 347); *LXX.* Δενναβά, *Eus.* Δανναβά, *Zos.* Δανάβη. — Est autem oppidum, sedes Bela, regis Idumæi, filii Beor (*Vulg. Gen.* 36. 32. et 1. *Par.* 1. 43). — *Dannaba*, ap. *Hieronym. nom. hebr. p.* 169. « Dannaba, civitas Balæ, filii Beor, regis Edom; post quem regnavit Job; licet mihi videatur longe aliter: et est usque hodie villa Dannaba (nunc *Er-Rabbah*) in octavo miliario Ἀρεοπόλεως pergentibus Arnonem; et altera Dannaba super montem Phogor in septimo lapide Esbus (*sc.* Hesebon) ». Sed hæc duo loca, quum ad Moab pertineant, non videntur sedem regiam Balac designare, nisi, ex quorundam sententia, altera accipitur pro originis loco. Cf. *Delitzsch, Gen.* Leipz. 1887. *p.* 433.

DENTĀTUS, i, m. 2. (« cum dentibus procreatus » *Solin.* 1., quasi dentibus præditus ab ipso ortu) cogn. vir. in gente *Curia* et *Siccia*, unde *Dentati* dicti absolute consules ex ea creati. *Claudian. carm.* 18. 438. « Qui dare Dentatis annos Fabiisque solebat (*Tiberis*) ». *V.* M.' CURIUS DENTATUS. — Hinc *Dentatius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilm. n.* 439. et 1045. — *Dentilius*, nom. gent. vir. *Corp.* 2. 3697. — *Dentilianus*, cogn. vir. in *Dipl. Corp.* 3. *n.* 46., ubi memoratur *Q. Cæcilius Dentilianus* a. 167. a. Chr. consul suffectus cum M. Antonio Pallante. — *Dentio (onis)*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1528. et *n.* 1785. — *Denter (tris)*, cogn. vir. et etiam *Dento (onis)*, cogn. ductum a magnis dentibus. *Corp.* 2. 3886.; 3. 4252. et 5. 8755. — *Dento*, absolute, æqualis *Martial.* poetæ, qui duo in eum scripsit epigrammata 5. 44. et 8. 81., nisi est nom. fictum. — Adde *Dentonius*, *Dentrius*, *Dentrilius*, *Dentusius*, in *Corp.* et ap. *Schulze, Eigenn. p.* 315., 402. et 505.

DĒŌ, us, f. 4. (Δηώ) cogn. Dianæ: quod alii ducunt a δήω, cui inest *vestigandi* et *inveniendi* notio (*Eustath. Il. p.* 760. 32., *Od. p.* 1675. 16), quia filiam Proserpinam diu ac diligenter quæsivit: vel a δαίω, *uro*, quia ardentibus facibus ad eam perquirendam usa est (Cf. *Preller* et *Baunack ll. cc.*); alii vero rectius a *Demeter*, quasi ejus forma decurtata, apud poetas (*Hom. hymn.* 5. 47., 211., 492., *Soph. Antig.* 1120., *Eurip. Hel.* 1343., *Callim. hymn. in Cer.* 132. Cf. etiam *Demo* pro *Demeter* ap. *Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 368. et *Baunack, Rh. Mus. XXXVII.* 478. *sq.*). — Hinc *Deoius*, adj. ad Cererem pertinens. *Ovid.* 2. *Met.* 658. Deoia quercus. *i. e.* Cereri sacra, sc. nemus, quod *ibid.* 741. vocat *Cereale.* — Hinc etiam *Deois (idis)*, nom. patronym. a *Deo*, sc. Proserpina Deus seu Cereris. *Ovid.* 6. *Met.* 114. Juppiter - varius Deoida serpens. *i. e.* in serpentem versus stuprans Proserpinam, unde Liber natus tauri specie. Adde *Auson. ep.* 4. 40.

DĒŌIS, idis, f. 3., et

DĒŌIUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DEŌRUM INSULÆ. *V.* **FORTUNATÆ.**

DEPĪUS, ii, m. 2. nom. gent. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3210. — Hinc fort. *Depidius* v. *Dipidius* ap. *Schol. Ver. Æn.* 7. 681. — Plur. *Depidii*, fratres matris Cæculi, qui Præneste condidisse fertur. Cf. *Digidii* ap. *Solin.* 2. v. *divi fratres* ap. *Serv. Æn.* 7. 681 (V. *Preuner, Hestia-Vesta* 400).

DĒPULSOR, ōris, m. 3. (depello) cogn. Jovis et Apollinis. V. *Lexicon* ad *v.*

DERBĒ, es, f. 1. (Δέρβη) oppidum Lycaoniæ in confinio Isauriæ, sedes tyranni Antipatri, amici Ciceronis (olim et Δέλβεια dicta, quæ linguâ Lycaonicâ idem ac *juniperus*), sæpe memoratum in primitivæ ecclesiæ Christianæ documentis, maxime ob adventum in eam Pauli ap. (*Vulg. Act.* 14. 6. et 19. et 16. 1), hod. fort. *Divle* (V. *Besnier, G. A. p.* 266), probabilius vero *Gudelissin* (V. *Ramsay, The Church* etc. 1894. Londr. *p.* 54-56). — — Ejus nummos vd. apud *Head*, 595. — Hinc *Derbetes* (Δερβήτης), adj. *Cic.* 13. *Fam.* 73. — *Derbeus* (Δερβαῖος), adj. idem, ut *Derbeus Cajus*, comes Pauli (*Vulg. Act.* 20. 4).

DERBĒTĒS, æ, m. 1., et

DERBĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DERBĪCES, um, m. plur. 3. populus Scythiæ Asiaticæ ad orient. maris Caspii inter Massagetas et Dahas, tributarius regis Persarum, qui, Cyro rebellans, eum interemit. *Mela* 3. 39. et *Curt.* 3. 2. 7., coll. *Diod.* 2. 2. et *Strab.* 11. 514. Cf. CYRUS. — *Dercebii* dicuntur *Avien. orb.* 910. et *Prisc. perih.* 717.

DERCENNUS, i, m. 2. rex Laurentum, memoratus *Virg.* 11. *Æn.* 850 (*Serv.* ad *l.* « Quidam de *Sterce*, rege Aborigenum, hoc nomen factum putant ». At *Preller, Gr. Myth.*[3] *II.* 213. 4. conjungit cum *Hercules Dercynes*). V. quæ de hoc nomine disputat cl. *Re* in *Arch. Bibl.* a. 1880. *p.* 369. *sqq.*

DERCĒTIS, is, f. 3. v. Derceto, us, 4. (Δερκετώ) dea Syra, quæ Syriæ est *Tar'ata* pro *A-tar'ata*, eadem ac *Atargatis* (V. hanc voc.) et Gr. *Aphrodites.* Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81). Ibi (*Hierapoli*) prodigiosa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta, colitur. — *Hygin. fab.* 223. Est Dercetis, mater Semiramidis. Apud Syros fuit nympha, quæ pudore et dolore delibatæ pudicitiæ in lacum prope Ascalonem se præcipitavit et in piscem, humana facie servata, conversa est, ab iisque tamquam dea colitur, teste *Ovid.* 4. *Met.* 45 (ubi voc. *Derceti*). Aliquando tamen veteres matrem cum filia, quæ in *columbam* versa est, confuderunt. Cf. *Schol. Germ. Arat.* 382. et *Eckhel*, 3. *p.* 445. — Hinc *Dercius*, adj. ad Dercetin pertinens. *Avien. Arat.* 541.

DERCĪUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DERCO, ōnis, m. 3. cogn. vir. a Gr. δέρκο-μαι, *perspicio*, quasi qui multum videt. *Corp.* 5. 6371.

DERCYLLĪDĒS (Dercylides), is, m. 3. (Δερκυλίδας v. Δερκυλλίδας) nom. vir. Scribitur et *Dercullides.* — Fuit autem ¶ 1. Dux Spartanorum in Asia contra Persas, cujus meminit *Justin.* 6. 1. et etiam *Trog.* in *prol.* Cf. *Thuc.* 8. 61. et *Xen. hist.* 1. 3. et 4. ¶ 2. Item sculptor ignotæ ætatis, cujus pyctæ, e marmore facti, in hortis Servilianis laudantur a *Plin.* 36. *Hist. nat.* 4. 23. (36). V. *Catal.* ap. *Sillig.*

DERCYLLUS, i, m. 2. (Δέρκυλλος v. Δέρκιλος) nom. vir. — *Dercylos*, Gr. pos., ap. *Grat. cyn.* 100. — Fuit autem ¶ 1. Rex Assyriæ, ap. *Hieronym. chron.* a. Abr. 912., qui, ut videtur, regnavit post Thinæum ab an. 1105. ad 1065. a. Chr. habuitque successorem Eupalen. — Hæc autem nomina regum Assyriorum a Græcis adulterata sunt. Cf. *Ménant, Ann. d. rois d'Assyr.* Paris 1874.; *Hommel, Gesch. Babyl. u. Assyr.* 1885. et *Tiele, Babyl.-assyr. Gesch.* Gotha 1886-1888. ¶ 2. Item vir Atheniensis (Ἀγνούσιος), filius Autoclis, idem fort., qui cum Phocione erat, dum Nicanor Piræo insidiabatur, eumque de hoc admonuit, sed frustra. *Nep. Phoc.* 2. Cf. *Plut. Phoc.* 32 (V. *Droysen, Hellen. II.* 1. 216). ¶ 3. Item venator Arcas, qui primus retia et venabula feris captandis invenisse fertur. *Grat. cyn. loc. cit.* Per non assuetas metantem retia valles Dercylon etc.

DERCYNNA, æ, f. 1. fons trans flumen Sperchion in Macedonia, memoratus in *Corp.* 3. 586 (V. *Momms.* ad *h. l.*).

DĒRĪSOR, ōris, m. 3. (derideo) cogn. seu potius agn. ex officio factum, quo partes aguntur scurræ (*buffone*) in mimis aut in conviviis; in qua arte celeber evasit *L. Fabius Januarius*, idcirco *Derisor* agnominatus, ut *Latinus*, mimus Domitiani imp. temporibus, de quo *Martial.* 1. 4. Memoratur in *Corp.* 8. 2564. 2. 75. Adde *Inscr. Orell. n.* 4926., ubi *Coccejus Derisor.*

DERTŌNA, æ, f. 1. (Δερτὼν *Steph. B.*, Δερθών *Strab.*, Δερτῶνα *Ptol.*, Ταρτίων *Theoph.*) *Tertona*, sed male, scribitur in *Not. Imp. occ. c.* 52.

Dertona, oppidum Galliæ Cispadanæ, in IX. regione (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. [49]). seu Liguria, a Romanis conditum reipublicæ temporibus, trib. *Pomptina* (*Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 102), colonia Romana inde a sæc. II. a. Chr., ab Augusto instaurata (Cf. *Vellej.* 1. 15), dicta *Julia* (V. *Inscr.* ap. *Orell. n.* 74), plenius *Julia Augusta Dertona* in tit. *Corp.* 5. 7376 (Cf. *Momms. ibid. p.* 831. *sq.*). et 7416-7422., in via Postumia inter Genuam et Placentiam, statio militaris, emporium Liguriæ (*Cassiod. loc. cit.*), hod. *Tortona.* Memoratur etiam *Cic.* 11. *Fam.* 10., *Jorn. Get.* 45., *Itin. Ant. p.* 338. Adde *Inscr. Suppl. Pais* 947. et 948. et *Ferrero, Not. degli scavi* 1897. 361-381. Cf. etiam *Strab.* 5. 217. et *Ptol.* 3. 1. 35. — Hinc *Dertonensis*, adj. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 73. et *Cassiod.* 12. *Var.* 27. — *Dertonenses*, incolæ, ap. *Euseb. Verc. ep.* 2. in tit. — Cf. *Bottazzi, Le antichità di Tortona* e *Mau, Katal. der Bibl. d. arch. Inst. I.* 228.

DERTŌNENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

DERTŌSA, æ, f. 1. (Δέρτωσα *Ptol.*, Δέρτωσσα *Strab.*) oppidum Hispaniæ Tarraconensis ad Hiberum inf., colonia dicta *Strab.* 3. 160. et in nummis, modo col. *Julia*, modo *m(unicipium) H(ibera) I(ulia) Ilercavonia Dert(osa)*, trib. *Galeria*, hod. *Tortosa.* Memoratur *Liv.* 23. 28. *sq.*, *Mel.* 2. 90., *Itin. Ant. p.* 399., *Rav. p.* 304., *Corp.* 2. *p.* 535., 972. et 1044. et 11. 3281-3284. Cf. *Eckhel* 1. *p.* 47.; *Borghesi Œuvr. I.* 53. *sqq.* et etiam *Inscr. Hisp. chr.* 186. — Hinc *Dertosanus*, adj. *Corp.* 2. 4058. — Absolute *Dertosani*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (23)., ubi *Sillig.* leg. *Dertusani*, sed minus recte.

DERVENTĪO, ōnis, m. 3. ¶ 1. Est oppidum Britanniæ Romanæ (*Flavia Cæsariensis*), hod.

Derby. Occurrit in *Not. Dign. occ.* 40. — *Rav. p.* 429. Derbentione. ¶ 2. Item fluvius in ora occ. Britanniæ (*Maxima Cæsariensis*), hod. *Derwent.* Memoratur *Beda* 2. *H. E.* 9. et 4. *ibid.* 29.

DERVONNÆ, ārum, f. plur. 1. Matronæ, deæ tutelares, pagi *Dervo* v. *Dervio* in agro Mediolanensi. *Corp.* 5. 5791. — Huc pertinere videntur *Fati* v. *Fatæ Dervones* in *Inscr.* (*Corp.* 5. 4208), in *Calvazesio* prope Brixiam reperta. Cf. *Orelli n.* 1774. et *Henzen* in *Suppl. Orell.* ad *h. n.* — Has *d'Arbois de Jubainville, Cours de litt. Celt. I.* 118., interpretatur « *fées des chênes* ». Cf. *Dervo* et *Dervus* ap. *Holder, Alth.* h. v. et *Baumeister, Keltische Briefe* 47.

DERXENĒ, es, f. 1. regio Armeniæ majoris, hodie *Terdjan.* Occurrit apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (83). Cf. *Strab.* 11. 528.

DESANAUS, i, m. 2. cogn. Herculis ap. *Hieronym.* in *chron.* a. Abr. 507. « Hercules cognomento Desanaus (Gr. apud *Syncellum* Διοσανδᾶν) in Syria Phœnice clarus habetur ». Hinc probabilius cogn. videtur Herculis Assyrii, *Sanda* ab Assyriis et Cappadocibus dicti, et, syllaba *Di* præmissa, *Disanda* v. *Disandus.* Viderint eruditi.

DĒSERTUM, i, n. 2. (desero) nom. comm. solitudinis, sæpe usurpatum in libris sacris, sed non eadem significatione; aliud enim proprie erat apud Hebræos *midbâr*, sc. solitudo; aliud *'arâbâh*, sc. planities sterilis; aliud *hhorbâh*, sc. terra arida et vastata (= *khirbet* Arab.) et *yesimôn*, sc. vasta solitudo. Denominatur autem vel a regione, in qua est, vel a viciniori urbis nomine, ut desertum *Judæ*, *Engaddi*, *Carmeli*, *Thecoa*, *Jericho*, *Bethaven* etc.; modo *planum* arenis sterilibus obductum, ubi fontes sunt rarissimi; modo *montosum*, aquis minime carens, nihilominus passim herbis sparsum illiberalibus (Cf. *Matth.* 14. 19), nec olim sine viculis vel oppidis hinc inde surgentibus (*Jos.* 15. 61. *sq.*, 1. *Reg.* 23. 19. etc.). Aliquando vero absolute usurpatum vim habet nominis proprii, ut ap. *Vulg. Matth.* 4. 1., coll. *Marc.* 1. 12. et *Luc.* 4. 1., ubi *desertum* videtur fuisse solitudo quædam « quæ ascendit de Jericho ad montem Bethel » (*Jos.* 16. 1), dicta postea desertum *Tentationis*, quod monti, qui dicitur *Quadragenæ*, obtenditur.

DĒSĪDĔRĀTUS, i, m. 2. (desidero) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1065. — *Desiderata*, cogn. mul. *ibid. n.* 1315. — *Desiderius*, cogn. vir. (*Disiderius* et per sync. *Disderius*) in *Cod. Theod.* 9. 36. 1., *Corp.* 3. 6019. et 5. 7580. et *Inscr.* ap. *Le-Blant Inscr. Chr. de la Gaul. I.* 77.

DĒSĪDIUS, ii, m. 2. (deses) nom. vir. *Corp.* 3. 1589. — Hinc *Desidias (ātis)*, adj. patronym. in *Dipl. Corp.* 3. *p.* 849. — *Desidiēnus*, nom. gent. vir. *Corp.* 7. 769.

DĒSIGNĀTUS, i, m. 2. (designo) cogn. vir. *Corp.* 7. 828.

DESONCI, ōrum, m. plur. 2. gens Hispana in Asturia. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 156. Cf. *Hübner* ad *Corp.* 2. 2633.

DESSĪUS, ii, m. 2. nom. vir. gent., ut *C. Dessius*, frequens in inscriptt. in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1865. *p.* 202. et 1870. *p.* 204. et *Corp.* 7. 1330 (11).

DESTĪCĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gent., ut *Desticius Juba* in *Corp.* 5. 7478., 1875.; 7. 107.; *Desticius Juba Macer, ibid.* 5. 1879.; *Desticius Sallustius Juba, ibid.* 5. 7478. et *T. Desticius Severus, ibid.* 5. 8660. — *Desticia Plotina*, nom. mul. *ibid.* (V. quæ *Momms. ibid.* adnot.).

DESTĪNĀTUS, i, m. 2. (destino) cogn. vir. *Corp.* 5. 3697.

DETELIUS, ii, m. 2. nom. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6769 (11). et *Corp.* 9. 5868. — *Detelia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 81. *n.* 77.

DETERĪO, ōnis, m. 3. nom. histrionis ap. *Cic.* 1. *Att.* 16.

DEUCĀLĬO v.

DEUCĀLĬON, ōnis, m. 3. (Δευκαλίων) nom. vir. — Acc. *Deucaliona*, Gr. posit., ap. *Hygin.* 2. *Astr.* 29. et *Prob. Virg. georg.* 1. 62. — Etymon, valde incertum, ducunt alii probabiliter, ad mythum Deucalionis respectu habito, a δεύ-ω, *humefacio, irrigo* (*Völcker, Schwenck*); alii a δευκής = δαικής (δαίκηλος v. δαίκελος), *imago, statua*, quasi *hominum creator* sit (*Pape-Benseler*); alii (*Hoffmann, Fick, Lewy*) aliunde (V. *Preller, Gr. Myth. I.* 86. et *Tümpel, PW.* 4. 276).

Deucalion ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit filius Promethei et Pandoræ v. Clymenes, cui Epimetheus filiam suam Pyrrham uxorem dedit, et rex Phthiotidis in Thessalia; quo regnante, ingens diluvium, a Jove ob immania hominum scelera immissum (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 41), contigit; quamquam recentiores quidam putant non in Thessalia hoc factum esse sed circa Dodonam et Acheloum in Epiro (*Koeler, Sat. Phil. Herm.* 1879. *p.* 79). Quare Deucalion (quem etiam Δευ-δι-όκαλος v. καλιός, sc. *Dei v. templi cultor, pius*, interpretantur [*Maass Herm. XXIII.* 1888. 615]), navi, Promethei jussu constructa, solus cum Pyrrha (quæ *rubea terra* exponitur [*Schwenck, Etym.-myth.* 351]) servatus, in Parnassum montem (in Atho *Serv.*, in Ætnam *Hygin.*) delatus est. Cessantibus vero aquis, Themidis vel Delphici oraculo consulto, responsum habuit ad reparandos homines ossa Magnæ Matris post tergum jacienda esse, *i. e.* lapides, qui a Deucalione conjecti in mares, qui vero a Pyrrha, in feminas vertebantur (*Ovid.* 1. *Met.* 318. *sqq.*). Qui quidem mythus magna ex parte ad historiam diluvii Noachici respicere videretur, nisi Deucalioneum a vero illo ortum esset, quod narrat *Justin.* 2. 6. evenisse sub laudato Deucalione, Thessaliæ rege, in Græcia cum multorum mortalium exitio; unde evasere incolumes « quos refugia montium receperunt aut qui ratibus ad Deucalionem evecti sunt, qui propterea generis humani reparator creditus est ». Porro hoc nec prius nec majus diluvio Ogygis, regis Thebani, de quo *Augustin.* 18. *Civ. D.* 8. « Quamquam Ogygus ipse quando fuerit, cujus temporibus etiam diluvium magnum (« universale » vocat *Solin.* 11) factum est, non illud maximum, in quo nulli homines evaserunt nisi qui in arca esse potuerunt, quod gentium nec Græca nec Latina novit historia, sed tamen majus quam postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historiæ non convenit. Nam Varro - nihil - proponit antiquius quam Ogygi diluvium, hoc est Ogygi factum temporibus. Nostri autem qui chronica scripserunt, prius Eusebius, post Hieronymus, qui utique præcedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius quam trecentos, jam secundo Argivorum Phoroneo rege regnante, Ogygi diluvium fuisse commemorant ». *et ibid.* 12. « Per hæc tempora sacra sunt instituta dis (*falsis*) a regibus Græciæ, quæ memoriam diluvii et ab eo liberationis hominum vitæque tunc ærumnosæ modo ad alta, modo ad plana migrantium solemni celebritate revocarunt. Nam et Lupercorum per sacram viam adscensum et descensum sic interpretantur ut ab eis significari dicant homines, qui propter aquæ inundationem summa montium petiverunt et rursus eadem residente, ad ima redierunt ». Ceterum, alterutrum fabulam redolere nemo non videt, quam ex Noe historia enatam esse arbitramur. — De tempore autem, quo Deucalioneum diluvium evenit, non consentiunt historici; *Justinus* enim (*l. c.*) et *Orosius* (1. *Hist.* 9) posuere temporibus Amphictyonis regis; *Varro* contra apud *Augustin. loc. cit.* scribit: « regnante Atheniensibus Cranao, successore Cecropis, ut autem nostri, addit *Augustinus*, Eusebius et Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis ». Atqui Cecrops regnare cœpit ann. 780. ante Olymp. I., *h. e.* ca. a. 1556. a. Chr., ex quo argui potest, quænam sit probabilior diluvii Deucalionei ætas. Hoc autem memoratur etiam *Virg.* 1. *G.* 62., *Cic.* 1. *Tusc.* 10. 21., *Ovid.* 4. *Fast.* 794., *Propert.* 2. 32. 53., *Horat.* 1. *Od.* 2. 6., *Manil.* 4. 831., *Juvenal.* 1. 81., *Censorin. d. nat.* 4., *Martial.* 5. 53., *al.* et, ex Græcis poetis, *Epicharm.* « Πύρρα ἠ Προμαθεύς » *frg.* 78-81 (*Ahrens*) et « Πύρρα γαμῶται Δευκαλίωνα » *frg.* 80. *Etym. M. p.* 589. 42.; *Schol. Pind. Ol. IX.* 60. « ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοὶ λαοὶ τε καλεῦντο »., *Callim. frg.* 500. *Schn.* « λᾶες Δευκαλίωνος ὅσοι γενόμεσθα ». Adde *Hom. Il.* 24. 611. — De eo ejusque cultu testantur varia Græciæ et Asiæ loca, ut præter Thessaliam, Locris, Attica, Epirus, Ætolia, Argos, Acarnania, Megara, Arcadia, Elis, Chalcidice, Lesbus, Apamea - Cibotos, Iconium, Hierapolis, Candyba in Lycia, Parnassus, Ætna. — Deucalionis filii et filiæ plures numerantur, nempe *Helles*, a quo Hellenes dicti Græci (*Hieronym. chron.* a. Abr. 498), *Amphictyon*, *Hydomeneus*, *Protogenia* (*Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 121., coll. *Hygin. fab.* 97) etc. — Plur. num. per contemptum apud *Prudent. apoth.* 291. « unus de grege turifero, venerator Deucalionum ». — Hinc *Deucalioneus*, adj. *Ovid.* 7. *Met.* 356. Deucalioneæ undæ. *Lucan.* 1. 653. imbres. *Colum.* 10. 67. cautes. *h. e.* saxa projecta a Deucalione. — *Deucalides*, patronym. pro *Deucalionides*, per sync., filius Deucalionis. *Prisc. gramm. II.* 67. 7. *K.* — 2.º) Item Minois et Pasiphaes filius, in Creta natus, Argonauta, teste *Hygin. fab.* 14. Adde *Val. Flacc.* 1. 366. — 3.º) Item Herculis et Thespii filiæ filius, ap. *Hygin. fab.* 162. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 3. 2211., 296. et 297.

DEUCĀLĬŌNĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DĒULTUM (Develtum), i, n. 2. (Δεούελτος) oppidum Thraciæ, colonia (*Flavia Pacis Deultensium*), in quam veterani legionis VIII. Augustæ deducti sunt (*Ptol.* 3. 11. 11. Δεούελτος κολωνία), hodie *Jakesli.* — Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (45)., *Ammian.* 31. 8. et 12., *Corp.* 3. *p.* 2084. et 6. 3828. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 32. et *Head*, 244. — Hinc *Deultenses*, incolæ. *Tab. patr.* in *Bull. arch. com.* 1877. *p.* 69.

DEUNI, ōrum, m. plur. 2. gens Liburna, cujus decurias duas et viginti memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (142). *Alii leg.* Deurici.

DEURIPUS, i, f. 2. (Δευρίοπος v. Δουρίοπος) regio Macedoniæ, de qua *Liv.* 39. 53. « Philippus (a. 183. a. Chr.) oppidum in Deuripo condere instituit. - Pæoniæ ea regio est - prope Erigonem fluvium, qui in Illyrico per Pæoniam fluens in Axium amnem editur, haud procul Stobis vetere urbe; novam urbem Perseida, ut is filio majori haberetur honos, appellari jussit ».

DĒUS, i, m. 2. nom. commune, de cujus scribendi ratione vel declinatione vel quantitate abunde dictum est in *Lexico*; item de etymo, cui tamen aliqua addenda esse arbitror sive rei emendandæ sive perficiendæ causa. Non enim a Gr. θεός duxerim, mutato, ut ibi dicitur, θ in *d*, ut in *perdo* a πέρθω, quod falsum est: quamquam haud infitior vel inter recentiores esse, qui huic etymo suffragentur. Probabilius tamen et communius nunc deducitur a rd. Skr. *di* « apparere, splendere »; unde *div (dju)* « splendidus », *djâus*, cælum, et Latina *di-vus*, *di-es*, *Dio-vis*, *Dia-na* etc., ita ut *deus* idem valeat ac *lucens, splendens, clarus.*

Deus autem duplici ratione accipi potest vel ut unus rerum omnium ac supremus dominator, a creatis infinite distans et unice verus: vel ut cui universim divinitas tribuitur, sensu ethnicorum proprio, qui plures deos exstare crediderunt, cum aliquo tamen inter eos discrimine, idque inde a tempore Chananæorum, qui, ut ex historia conjici potest, primi fuerunt plurium deorum (πολύθεοι) cultores; unde et Ægyptii, Syri, Chaldæi, Assyrii, Medi aliique populi maximum hunc didicerunt errorem, qui « aut ignem aut spiritum aut citatum aerem aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem et lunam rectores orbis terrarum deos putaverunt » (*Sap.* 13. 2., coll. *Deut.* 4. 19. et 17. 3). Sane apud antiquissimas gentes, præcipue, variis nominibus, colebantur *Sol, Luna, Cælum, Terra, Ignis*; quæ dein numina ita numero excreverunt, ut præter Deum verum omnia crederentur dii. Porro hic a nobis non accipitur *Deus*, veluti epitheton vel attributum nomini proprio divinitatis cujusdam, ut *Deus Juppiter*, *Deus Apollo* etc., sed ut cui aliquid additur, quo particularis divinitas designatur vel determinatur, ita ut *Deus* sit nom. proprium, aliquando etiam absolute adhibitum, ut in aræ Inscriptione *Corp. I. L.* 7. 544. DEO L. SENTIVS CASTVS LEG. VI. D. P., ubi Deus est Mithra (V. *Hübner* ad *l.*). Non tamen singula exempla persequi est in animo, sed aliqua tantum speciminis causa proponam.

Et primo quidem ¶ 1. De vero Deo. — Sæpissime occurrit in sacris litteris *Deus*, absolute (*Gen.* 1. 1., 2., 3. etc.), sc. unus ac verus et proprie Deus (quem hodierni quidam, docti indoctique, inepte ac perperam, ne dicam irreverenter, litt. *d* minuta scribunt); nec raro ibidem legitur: *Deus exercituum (Sabaoth* v. *Zebaoth)* ap. *Vulg.* 3. *Reg.* 19. 18., sc. angelorum, qui *militia cælestis* dicuntur (*Luc.* 2. 13), quamquam alii et de terrestri accipiunt, ad significandam nempe Dei potentiam ac magnitudinem (Cf. *Jer.* 32. 18); itemque aliquando *Deus Adonai (Exod.* 6. 3., *Job* 28. 28. et *Is.* 3. 7), i. e. *Dominus* κατ' ἐξοχήν, quod nomen Hebræi adhibent ab antiquis temporibus (ut *El*, coll. *Matth.* 27. 46. et *'Elohim)* pro *Yehowah*, uti efferunt Massoretæ, cujus loco *Yaweh* legunt recentiores vel, ut puto, rectius *Yeweh*, coll. celebri loco *Exodi* 3. 7. ubi *Ehyeh;* quamvis in monumentis Assyriis et Phœniciis legatur *Yahu* v. *Yeho* (V. *Sayce, Alt. Denkmäl. p.* 76), v. *Yao* dicatur more veterum Judæorum ac Pœnorum (*Diod.* 1. 94. et *Lyd.* apud *De Mens. p.* 83): quæ forma decurtata apparet etiam in nominibus ap. *Vulg.*, quæ sunt *Jo-chabed, Isa-ias* etc., ita ut ex recentioribus quoque sit qui efferendum esse censeat, non *Yaweh*, sed *Yehowah* (V. *Drach, Harm. entr. la Syn. et l'Égl.; Hoelemann, Bibelstud. p.* 54. et *Zeller, Bibl. Woert.* h. v.). — Illud præterea hic placet adnotare, hæc duo nomina (*Yahweh et 'Elohim)*, maxime in *Genes.* et *Exod.*, alternatim v. simul usurpari. Hinc critici liberiores omnino statuunt, non unum sed plures Pentateuchi esse auctores; quibus *Cornely (Introd. I.* 264) et *Vigouroux (Manuel I.* 362) respondent, Moysen in diversis illis nominibus usurpandis ad genuinam eorum significationem attendisse, ratione habita diversæ rerum naturæ, quas pertractat. Quæ tamen interpretatio quum non ubique congruat, et ob id, ut subtilior, sic ut falsa excidat omnino, dicendum potius est, Moysen ita scripsisse, ne Hebræi, rudes et ad idololatriam propensiores, quum divinum hoc nomen primum iis sollemni ritu a legato divino esset revelatum, alium ab *'Elohim* esse *Yahweh* existimarent; propterea modo unum, modo alterum nomen, modo etiam utrumque simul Moyseo usurpasse (nisi hoc tribuendum diversis documentis ita compositis, quibus ille sit usus); etsi credendum est, hoc nomen patriarchis innotuisse, ut a quibusdam personarum nominibus arguitur. Cf. JAO. ¶ 2. De diis ethnicorum: occurrunt — 1.º) In sing. num.: Deus Æquoreus, i. e. Neptunus (*Ovid.* 3. *Pont.* 6. 29); Deus Falcifer, i. e. Saturnus (*Id.* 1. *ibid.* 234); Deus Domiducus, ita dictus, quod invocetur, quoties domum sit ducenda quæ nubit (*Augustin.* 6. *Civ. D.* 9); Deus Domitius, ita appellatus, quod invocetur, ut quæ ducta est uxor, in domo sit (*Id. ibid.*); Deus Ignotus v. Dii Ignoti, quibus Athenis atque in pagis Atticis aræ erectæ, ne qua divinitas debito cultu privaretur (*Vulg. Act.* 17. 23., coll. *Paus. Att.* 1. 1. 4., *Philostr. vit. Apoll.* 6. 3., *Lucian.* in *Philop.* et *Laert.* in *Epimenide* 1. 10. 3). Ad rem *Tertull.* 1. c. *Marc.* 9. « Invenio plane *Ignotis Diis* aras prostitutas, sed Attica idololatria est; item *Incertis Diis*, sed superstitio Romana est ». — 2.º) In plur. num.: Dei Ignoti (*V.* supra); Dei Asperi sive Asperiores, memorati *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 120., quibus Romani sacrificabant, ne nocerent; Dii Boni, quos Dionysius tyrannus ex delubris jussit auferri, mensis argenteis inscriptos, more veteris Græciæ, quod, ut ajebat, eorum bonitate uti vellet (*Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 84); Dei Breves, iidem fortasse qui *Patellarii* (*Varr.* ap. *Fulg. de prisc. serm.* 14); Dei Compitales, iidem, ut videtur qui *Lares Compitales* (in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 1626.; quæ tamen, judice *Momms.*, spuria habenda est); Dei Conservatores (in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3297. et ap. *Henz. Suppl. Orell. n.* 5958); Dei Custodes, quibus commendata est loci tutela (*Corp.* 7. 708. et 980); Dei Manes (*V.* MANES in *Lexico*); Dei Novensiles (*V.* NOVENSILIS in *Lexico*); Dei Patrii, fort. iidem qui *Tutelares* v. *Indigetes* v. *Penates*, quos *V.* in *Lexico*; Dei Topici, qui peculiari loco præerant (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 43): Dei Tres, ignoti (*Inscr.* ap. *Wilm. n.* 1975); Dei Viales, viarum præsides præstitesque (V. *Lexic.* ad *v.*) etc.

DĔUSDĔDIT, indecl. nom. vir. apud Christianos, quo significabatur is, quem parentibus *Deus dederat*. Est in *Inscr.* metrica ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III.* 942. « Hic levitarum - primus in ordine vivens - Ecce Deusdedit nomen qui forte gerebat »; ubi licenter pænultima producitur. — Hujus nominis pontifex maximus, sanctitate quoque venerandus, floruit a. 615-619., successor Vitaliani. *V.* ADEODATUS.

DEUTER, i, m. 2. nom. serv. vir. et cogn. Rom., Græcanicum: a δεύτερος, idem ac secundus. *Corp.* 5. 8847. — *Deutera*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6975. — Hinc *Deuterius*, nom. et etiam cogn. vir. *Inscr.* in *Ephem. epigr.* 9. 78. Sic *Inscr.* metrica ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III.* 381. « Priscorum interpres vatum doctorque (*juventæ?*) Deuterius placida securus pace quiescit ». — Alii, episcopi, ap. *Augustin. de gest. cum Emer.* 1., et *ep.* 93. et *Optat. schism. Donat.* 9. 25.

DEXĂMĔNĒ, es, f. 1. (Δεξαμένη) una Nereidum ap. *Hygin. fab. præf.* Cf. etiam *Hom. Il.* 18. 44.

DEXĬMĂCHUS, i, m. 2. *V.* DEXIOS.

DEXĬMONTĀNI, ōrum, m. plur. 2. gens Persidis, memorata *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (99). Deximontani, qui bitumen perficiunt. — Fortasse in text. originario erat *Deximantani* (Δεξιμαντανοί) i. e. Pers. *Dast-i-Mandan* ex v. *dast* « planities ».

DEXĬOS v. Dexius, ii, m. 2. (Δεξιός, *dexter, faustus*) et Dexia, æ, f. 1. nom. gent. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6306 (60). et *aliis ibid.* 219. et ap. *Wilm. n.* 707. Adde *Cic.* 7. *Fam.* 23. — Etiam serv. in *Inscr.* ap. *Donat.* 47. 3. — Hinc *Dexianus* (Δεξιανός), nom. vir. Gr. ap. *Liberat. Brev.* 6. — *Dexo (ōnis)*, Δέξων, vir Tyndaritanus, C. Verris hospes, et tamen ab eo vexatus, teste *Cic.* 5. *Verr.* 42. 108. et 49. 128. — *Dexanicus* (Δεξανικός), cogn. vir. Græcan. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1239. — *Dexonia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *eund. n.* 3714. — Compos. *Deximachus* (Δεξίμαχος, *dexterā* v. *fauste pugnans*), cogn. vir. *Corp.* 3. 494.

DEXIPPUS, i, m. 2. (Δέξιππος, *dexter equus*) nom. serv. *Cic.* 14. *Fam.* 3. — Fuit etiam cogn. vir., sc. vir Atheniensis, rerum scriptor, ab antiquis celebratus, plene *P. Herennius Dexippus*, Ptolemæi filius, fort. civitate Rom. donatus per aliquem ex gente *Herennia*, ex qua nomen sumpsit, sub Claudio Gothico, Valeriano et Gallieno imppp. Memoratur *Capitolin. Gord.* 2. 9., 19. et 23., *Max.* et *Balb.* 1., 7., 15. et 16., *Jorn. Get.* 13., 16. et 22., *Trebell. trig. tyr.* 32. et *Claud.* 12. — Ejus fragmenta collegit *Müller, Hist. Gr. frg. III. p.* 666-687. — De eo fuse *Schwartz PW.* 4. 288. *sqq.*

DEXSĪVA, æ, f. 1. dea Celtica, nota ex inscriptionibus tantum. *Corp.* 12. 1062 (= *Hübner, Exempla n.* 935.: cf. *Mowat, Not. epigr.* 187. *sqq.*). — Vocabuli significationem aliaque ad deam pertinentia vd. ap. *Ihm, PW.* 4. 295.

DEXTER, tri, m. 2. cogn. vir. sive ingenuum sive libertinum, proprie vel translate sumptum, in gente *Afrania, Domitia, Fadia, Nummia, Petronia, Pomponia, Subria* aliisque; itemque nom. serv. *Corp.* 3. 417.; 6. 3005.; 7. 1336 (411)., ubi *Dester* legitur. — Memorantur hoc nomine vel cognomine: tribunus, cetera ignotus, ap. *Senec. ep.* 4.; - consul a. 196. p. Chr. *Corp.* 3. 51. et 5. 6596.; - item consul a. 225. p. Chr.; - præf. præt. a. 395. *Cod.* 12. 51. 15. etc.; - Hispanus, filius Paciani, auctor *omnimodæ historiæ* « clarus ad sæculum », ut ait *Hieronym. vir. ill.* 132.; sed rectius hic idem est ac præf. præt., de quo modo diximus. Cf. *eund. ibid.* — Hinc *Dextrius, Dextrianus (a), Dextrinius (a)* in *Corp., Inscr. Brambach, Tab. alim. Velej.* etc.

DEXTERATI (deæ cuidam), falsa lectio in *Inscr. Corp.* 8. 4273. pro *deæ Balti* in eod. *Corp.* 8. 10864. Cf. *Roscher, Lex. M. I.* 1001.

DEXUVIĀTES, ium, m. plur. 3. gens Gallica in Provincia, inter *Aix* et *Arles*. Memorantur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (34). Regio Anatiliorum et intus Dexuviatium Cavarumque. Alii leg. *Dexuiatium* v. *Desuviatium*. Cf. DEXSIVA.

DI

DĪA, æ, f. 1. (Δῖα v. Δία, epic. Δίη) Scribitur etiam *Deja*, ab arch. *Dejus* pro *Dius*, in *Inscr. Ann. d. Ist. Arch. a.* 1848. *p.* 421 (Cf. *Momms.* ad *l.*). Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Dia, nom. pers. ¶ 1. Speciatim nom. v. potius cogn. — *a)* Cereris, vel absolute v. cum addito *Dea*, sc. *Dea Dia*, ap. *Marini Act. Arv. p.* 10. — *b)* Item uxoris Cæli et matris Mercurii primi. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 55., si certa est lectio. — *c)* Dejonei filiæ et matris Pirithoi ex Jove. *Hygin. fab.* 155., coll. *Schol. Pind. Pyth. II.* 21 (39). et *Nonn. VII.* 125. Cf. etiam *Marini loc. cit.* ¶ 2. Generatim cogn. Rom., a Dia sumptum, et etiam nom. gent. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 668. et *Corp.* 10. 1504 (Cf. *Inscr. Gr.* ap. *Murat. n.* 1148. 3. Κλαύδια Δῖα).

II.) Dia, nom. geogr. ¶ 1. Est insula maris Cretici, e regione Cnossi, sacra Jovi, clara ex mytho Dionysi et Ariadnæ, hodie *Standia*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (61). et ex Græcis *Hom. Od.* 11. 325., *Orph. hymn.* 55. 22., *Apoll. Rh.* 4. 434., *Diod.* 3. 43. et *Strab.* 10. 476. et 484 (V. *Kalomenopulos*, Κρητικά 158). ¶ 2. Item cogn. insulæ *Naxos*, ap. *Ovid.* 3. *Met.* 690. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (67). Dian (*acc.*). ¶ 3. Item oppidum Arabiæ, ad Ælaniticum sinum (*Strab.* 16. 777), hod. *Jobos*, in *Not. Dign. imp. or.* 30 (37)., si certa est lectio. Cf. *Reichard, Kl. geogr. Schrift.* 492. *sq.* ¶ 4. Item oppidum Tauridis, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (86). — *Rav. p.* 172. Dina.

DĪĂBĀS, æ, m. 1. fluvius Adiabenes, in Tigrim influens, memoratus *Ammian.* 23. 6. 21. Alii scribunt *Dianas*, alii vero *Zabas* v. *Zabatas* (hod. *Zab*), mutato, ut assolet, *Di* in *Z*. Proprie est Dialas = *Dijala*, pro qua forma *Ammian.* altera usus est, fort. ob etymon ex Adiabene ab eo ductum (*Streck*). Cf. ADIABAS.

DĪĂBĀTÆ, ārum, f. plur. 1. insulæ quattuor prope Rhodum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (133)., ubi alii leg. *Diabetæ*.

DĪĀBLINTI, ōrum, m. plur. 2. (Διαυλῖται). *Diablintes* in *Not. Gall. p.* 264. *Seeck.* — *Diablintres* ap. *Cæs.* 3. *B. G.* 10. et *Oros.* 6. *Hist* 9.

Diablinti, populus Galliæ Lugdunensis, fœderatus cum aliis, inter Sequanam et Ligerim sitis, qui dividebantur in Aulercos Cenomanos (*le Mans*), quorum pars, transactis Alpibus, in Italia sedem posuerat inter Alpes et Padum; in Aulercos Eburovices (*Evreux*) et in Aulercos Diablintos (*Jublains*). Cf. *Ptol.* 2. 8. 7., 9. et 11. Memorantur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 18. 32. (107). — *Notit. Gall. loc. cit.* « In provincia Lugdunensi tertia - civitas Diablintum ». Adde *Corp.* 13. 1. *p.* 507.

DĪĂBŎLUS, i, m. 2. (Διάβολος, *calumniator* v. *accusator:* cf. *Ps.* 107. 6). Est autem ¶ 1. Nom. personæ comicæ in *Plaut. Asinaria* a. 4. ¶ 2. Item cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Brizio, Sepolcr. sull' Esquil. n.* 554., si genuina. ¶ 3. Item cogn. principis angelorum rebellium seu dæmonum passim in libris sacris, ut in illo *Joh. Apoc.* 12. 9. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus (Cf. *Gen.* 3. 1), qui vocatur Diabolus et Satanas, qui seducit universum orbem, et projectus est in terram, et angeli ejus cum illo missi sunt. Adde *Tertull. anim.* 35. et *Lact.* 2. 8. — *Paulin. Nolan.* in *carm.* 26. 428. licenter secundam, metri causa, produxit.

DĪĂCĔCAUMĔNĒ, es, f. 1. regio in finibus Ægypti: a Gr. διακεκαυμένη, *i. e.* perusta, caloribus enim valde est obnoxia. Memoratur *Solin.* 32.

DĪĂCĪRA, æ, f. 1. oppidum Assyriæ a Romanis, Juliano imp. duce, frumento plenum et salibus nitidis, incensum. *Ammian.* 24. 2. 3., hod. *Hit*, ut *Wagner* putat ad *l.*

DĪĂCŎNUS, i, m. 2. (διάκονος, *minister*) cogn. vir. *Corp.* 5. 4651.

DĪĂDĒMĀTUS, i, m. 2. cogn. vir. in gente Cæcilia: a *diademate*, uti patet, deductum, ut *L. Cæcilius Metellus Diadematus*. — Est etiam cognom. *Apollinis*, quod diademate esset ornatus, teste *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (79).

DĪĀDĒS, is, m. 3. (Διάδης v. Δυάδης) scriptor, de quo *Vitr.* 10. 13. 3. *sq.* Is (*Diades*) simul cum Chærea in castris Alexandri M. militavit et scriptis suis ostendit se invenisse turres ambulatorias, - præterea terebram et ascendentem machinam, qua ad murum plano pede transitus esset, etiam corvum demolitorem, quem nonnulli gruem appellant. Non minus utebatur ariete subrotato, cujus rationes scriptas reliquit. — Ejus commentariis usus est *Vitr.* (7. *præf.* 14).

DĪĂDŎCHUS, i, m. 2. (Διάδοχος, *successor* v. *vicarius*) cogn. vir. Græcanicum. *Corp.* 2. 4270. — Fuit etiam vir quidam « cujus ut astra lucentia exstant quamplurima catholici dogmatis monumenta dictorum » ut scribit *Vict. Vit.* in *prol. Hist.*

DĪĂDŪMĔNUS, i, m. 2. cogn. vir. (Διαδούμενος, *cinctus, redimitus, coronatus*) ¶ 1. In titulis, cogn. vir. *Corp.* 5. 1362. — *Diadumene*, cogn. mul. 4. 2975. — Hinc *Diadumenianus*, cogn. *M. Opellii Antonini*, qui et *Severus*, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 21. et 944. et ap. *Eckhel* 7. *p.* 241. — Vulgo tamen *Diadumenus* dicitur (V. *Eutr.* 8. 21., *Oros.* 7. *Hist.* 18. et *Capitolin.* in *Macrin.* 10)., de quo *V.* OPELLIUS. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Fuit puer formosus, ad quem scripsit epigrammata *Martial.* 3. 65. 5. 46. et 6. 34. — 2.º) Item sculptor quidam, cujus nomen legitur in operibus suis, Latinis litteris inscriptum, ut tradit *Visconti Oper. var. IV. p.* 5. — 3.º) Item filius Macrini imp., jussu Elagabali cum patre interfectus a. 201-218.; sed *V.* OPELLIUS.

DĪÆUS, i, m. 2. vir princeps Achæorum, qui in bello Achaico, cujus primus auctor fuit contra Romanos, a L. Mummio cos. victus est a. 146. a. Chr. *Liv. epit.* 52., *Flor.* 2. 16. 4. et *Oros.* 5. *Hist.* 3. Cf. *Polyb.* 38. 2. 8. et *Paus.* 7. 12. 13.

DĪĂGONDĀS, æ, m. 1. vir Thebanus, qui « omnia (*sacra*) nocturna in media Græcia lege perpetua sustulit », ut ait *Cic.* 2. *Legg.* 15. 37.

DĪĂGŎRĀS, æ, m. 1. (Διαγόρας) ¶ 1. Fuit vir Rhodius, filius Damageti (*Arist. frg.* 264) et nobilis Olympionices (*Paus.* 6. 7. 2., coll. *Schol. Pind. Ol.* 7. 1. et 7. 81. etc.). — De eo hæc habet *Gell.* 3. 15. 3. De Rhodio etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras tres filios adulescentes habuit, unum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem. Eos omnes vidit vincere coronarique Olympiæ eodem die et, quum ibi eum tres adulescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis, saviarentur, cum populus gratulabundus flores undique in eum jaceret, ibidem in stadio, inspectante populo, in osculis atque in manibus filiorum animam efflavit. Cf. *Cic.* 1. *Tusc.* 46., *Pind. Ol.* 7. et *Paus.* 4. 24. 3. ¶ 2. Item vir Melius, filius Telecliti (*Schol. Aristoph. Ran.* 320) vel Teleclidis (*Suid.*), philosophus et poeta, æqualis Pindari ac Simonidis, cognomento Ἄθεος: de eo namque *Cic.* 1. *Nat. D.* 1. 2. Nullos (*deos*) esse omnino Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus putaverunt. *et ibid.* 23. 63. Quid? Diagoras ἄθεος qui dictus est, posteaque Theodorus nonne aperte deorum naturam sustulerunt? Adde *eund. ibid.* 42. 117., *Lact.* 1. 2. 2., *Minuc. Fel.* 8. 2. *Arnob.* 4. *p.* 147. Et possumus quidem - omnes illos, quos appellatis deos, homines fuisse monstrare - vel Hippone ac Diagora Meliis vel auctoribus aliis mille, qui scrupulosæ diligentiæ cura in lucem recondita libertate ingenua protulerunt. — Is Democritum, qui atomorum doctrinam invexerat, secutus, deos esse negavit, scriptis, præter alia, hac de re libris, ex quibus *Laert.* 9. 49. et *Tatian. p.* 96. memorant Φρύγιος λόγος, et *Suid.*, alio nomine, ἀποπυργίζοντες λόγοι (quod tamen *Sittl* putat spurium opus). Quapropter accusatus a. 415. a. Chr. Athenis, teste *Diod.* 13. 6., fugit vitaque excessit Corinthi (Cf. *Athen.* 13. 611. et *Suid.*). — De eo scripserunt *Mounier, De Diagora Melio*, Rotterd. 1838.; *Münchenberg, De Diag. M. Diss.* Hall. 1877.; *Zeller I.*[3] 967.; *Berg, Poet. lyr. III.*[4] 562.; *Gomperz, Gr. Denkk. I.* 468. et *Sittl, Gesch. d. Gr. Litt. III.* 110. et *alib.*

DĪALCUS, i, m. 2. nom. dei cujusdam peregrini, memorati in *Corp. Inscr. Lat.* 2. 4977. Cf. *Hübner* ad *l.*

DĪĀLIS, e, adject. *V.* voc. in *Lexico*.

DĪĂLŎGUS, i, m. 2. (Διάλογος, *sermocinatio, dialogus*) cogn. vir. Græcanicum in *Inscr.* apud *Momms. n.* 4381. et 5404.

DĪĀMA. *V.* voc. seq.

DĪĀNA, æ, f. 1. nom. deæ. — *a)* Orthogr.: *Deana* sæpe scribitur pro *Diana*, ut ap. *Næv. frg.* 61. *B.* et in *Inscr.*, præsertim imperii Rom. ætate, *Corp.* 6. 118., 122., 126., 132.; 14. 2212.; 9. 4187., 6814.; 10. 5045., 5671. etc., *Ephem. epigr.* 8. 642., *Brambach C. I. Rh.* 336., 339., 1594., 1600. etc. — *Dianna*, duplici *n*, in *Corp.* 3. 1618., quamquam lectio non ita certa quibusdam videtur. — *Diaina* in *Cista Prænestina* ap. *Garrucci, Syll. n.* 528. — *Diama* in *Ann. d. Istit. arch.* 1872. *p.* 222. — *b)* Declin.: arch. genet. *Dianai* ap. *Plaut. Bacch.* 306. — *Dianaes* in *Corp.* 1. 1242. et 2. 4975. — *Dianes* in *Fast. Philocal. Id. Aug.* in *Corp.* 1. *p.* 348. — Dat. *Dianai* ap. *Henzen, Inscr.* 5710. — *c)* Prosod.: prima syllaba anceps est: producitur *Plaut. Bacch.* 312., *Enn. ann.* 79. *B.* et *trg.* 31. *R.*, *Virg.* 1. *Æn.* 499 (Cf. *Serv.* ad *l.*)., *Horat.* 4. *Od.* 7. 25., *Cinn.* ap. *Sueton. gramm.* 11., *Ovid.* 8. *Met.* 352.; frequentius vero corripitur, ut *Lucil. frg.* 72., *Ovid.* 4. *Trist.* 4., 3. *Pont.* 2., *Horat.* 3. *Od.* 5. 71. et *A. P.* 454., *Val. Fl.* 2. 7. et 301.; 4. 60. etc. — *d)* Etymol.: origo nominis varia a variis traditur. *Varro* 5. *L. L.* 10. 68. Diana dicta videtur, quatenus Luna intelligitur, quasi Diviana, quia Divia, h. e. duplici via procedit, scil. in altitudinem et latitudinem (*Devianam* vocat *Prob.* ad *Virg. buc. p.* 20. *K.*, quasi Devias silvas petens). — *Cic.* scribit 2. *Nat. D.* 27. 69. Dianam dictam esse, quia noctu quasi diem efficeret. — *Macrob.* 1. *Sat.* 9. ex *Nigidio* censuit Janam prius dictam fuisse, deinde adposito *d* decoris causa, Dianam (Cf. *Buttmann, Mythologos II.* 72. *sqq.* et *Corssen, Beitr. z. ital. Sprachkunde* 350. *sqq.*), Sic vulg. form. *Janium* pro *Dianium* ap. *Oros.* 5. *Hist.* 12., coll. *Tertull. nat.* 2. 15. — *Isid.* 8. *Orig.* 11. 56 (= *Mythogr. Vatic. I.* 112). Dianam autem vocatam quasi Duanam, quod die et nocte luna adpareat. — *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 488. Sane Dianam - quia sub divo dea sit venandi gratia. — Simplicius tamen et verius, ut mihi videtur, duci potest ab eadem rad., unde *dius, dies, Diovis*, i. e. a Skr. *di*, lucere, splendere; est enim dea lucis nocturnæ, quæ et *Lucina* vel *Luna* dicitur, soror Apollinis seu Solis (Phœbus et Phœbe). *V.* DEUS. — *e)* Numerus: non una sed plures recensentur hoc nomine a veteribus. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 58. Dianæ item plures: prima Jovis et Proserpinæ, quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur; secunda notior, quam Jove tertio et Latona natam accepimus; tertiæ pater Upis traditur, Glauce mater, quam græce sæpe Upim paterno nomine appellant. *Ampel.* 9. Dianæ tres: prima Jovis Cronii filia ex Proserpina, quæ est Liberi soror; secunda Jovis et Latonæ, Apollinis soror; tertia, quæ vocatur Ops de Glauce. — Attamen universim una tantum agnoscitur, quæ ex his secunda et de qua speciatim agemus. — *f)* Nomina: præcipua sunt *Delia, Dictynna, Hecate, Laphria, Lucina, Luna, Lyæa, Phœbe, Proserpina, Titania, Trivia:* alia *V.* infra. — Græce dicitur etiam *Artemis;* quamquam sunt, qui ab hac distinguant, quum Diana sit numen Italicum, posteriore ætate cum illo confusum. Sed quum eadem dicantur de utraque sive quod ad ortum attinet sive quod ad agendi rationem, non est, cur una ab altera disjungatur. Certum porro est ab *Ennii* ætate Dianam unam ex XII. diis Consentibus fuisse. — Item sunt qui *Lunam* a *Diana* diversam putent, coll. *Corp. I. L.* 5. 3224.; sed contrariæ opinioni favet *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 68. *Id. ibid.* Solem deum esse Lunamque, quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant. — Item dicendum de *Lucina* et *Diana*, quæ perperam a quibusdam distinguuntur. Ad rem *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 68. Luna a lucendo nominata est, eadem est enim Lucina. Itaque ut apud Græcos Dianam eamque Luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant, quæ eadem Diana omnivaga dicitur. Cf. *Mythogr. II. præf.* et *Philarg.* ad *Virg. ecl.* 6. 31. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Diana, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores fuit filia Jovis et Latonæ, nata in insula Delo, unde *Delia* dicta (*Serv.* ad *Virg. ecl.* 3. 67), matre manu oleam tenente (*Tac.* 3. *Ann.* 61): cf. *Ovid.* 6. *Met.* 335. et *Catull. carm.* 35.; contra *Serv.* ad *Virg. Æn.* 3. 91. eam duas lauros amplexam geminos peperisse; uno enim partu Latona et Dianam edidit et Apollinem (*Hygin. præf. fab.*). Sunt tamen, qui eam tradant natam primo, secundo Apollinem; ac matri ipsi eum parturienti præbuisse obstetricis officium; unde, quum Diana sit virgo, tamen a parturientibus invocatur (*Mythogr. I. fab.* 37. et *II. fab.* 17); causam autem, cur dicatur prius nata, quam Apollo, hanc esse, quia initio rerum ante nox fuit, cui præest Luna, quam Sol, qui diei, quod qui Lunam a Sole lucem mutuari credunt, haud facile consentient. — Memoratur sæpe, maxime a poetis. — 1.º) Proprie. *Virg.* 1. *Æn.* 503. Qualis in Eurotæ ripis aut per juga Cynthi Exercet Diana choros, quam mille secutæ Hinc atque hinc glomerantur Oreades etc. *Horat.* 1. *Od.* 21. 1. Dianam teneræ dicite virgines. *et* 3. *Od.* 5. 70. notus et integræ Temptator Orion Dianæ. *et* 4. *Od.* 7. 25. Infernis neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum (Cf. tamen *Ovid.* 15. *Met.* 496. et *Virg.* 7. *Æn.* 765). et *epod.* 5. 51. Nox et Diana, quæ silentium regis, Arcana cum fiunt sacra. *et carm. sæc.* 75. Doctus et Phœbi chorus et Dianæ Dicere laudes. *Val. Flacc.* 5. 379. Si dea, si magni decus huc ades, inquit, Olympi, Has ego credo faces, hæc virginis ora Dianæ, Teque renodatam pharetris etc. *et* 7. 179. Tu face luciferæ citus ad delubra Dianæ. Adde *Ovid.* 3. *Met.* 252. et 2. *Fast.* 155. et *Martial.* 8. 46. — *a)* Fabulæ de ea hæ præcipuæ feruntur: *sc.* — Ob virginitatis amorem dicitur hominum consortia aufugisse et, ut a se libidinis pruritum amoveret, venando incoluisse silvas, paucarum virginum comitatu contenta (contra *Virg.* 1. *Æn.* 508), arcum et pharetram ferens (*Ovid.* 3. *Met.* 252., coll. *Odyss.* 6. 5. ἰοχέαιρα), succincta semper incedens et cothurno induta et ob id silvarum nemorumque dea credita. Cui narrationi illud obstare videtur, pastorem quendam *Endymionem* nomine adamasse, qui pecora candidissima pascens eam in suum amorem illexit (*Mythogr. I. fab.* 229. et *II. fab.* 28. et *III. fab.* 7.; ubi simul tamen traditur hoc intelligendum esse de studio Endymionis deprehendendi Lunæ cursus, in quo quidem XXX. annos dormisse, id est in hac re inquirenda consumpsisse. *V.* ENDYMION). Hinc in pseudomoneta apud *Eckhel* 8. *p.* 285. sistitur Diana sedens ex adverso Endymionis dormientis, cui accubat canis et superne volitat Cupido. — Tum quod eam, dum se vestibus exutam lavabat, vidisset Actæon, eum in cervum mutavit suisque canibus laniandum objecit (*Hygin. fab.* 180. et 181). — Tum etiam in bello Gigantum Jovem adjuvit, qui cum ea et Apolline illos in Tartarum dejecit (*Id. fab.* 150). — Præterea Chionem, quod in eam superbius locutus fuisset, et Othum atque Ephialten et etiam Orionem, qui eam violare tentassent, sagittis confixit (*Id. fab.* 28., 195. et 200) et a Niobe spreta ejus filias interfecit. — Postremo quod Agamemnon ejus cervam imprudenter jaculo transfixisset, irata Græcis Aulide collectis classem diu, ne solveret, procella detinuit, donec sacrificiis placaretur (*Id. fab.* 98., 120. et 261. et *Dict.* 1). — Alia de ea vd. apud *Horat.* 4. *Od.* 7. 25., *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 761. et 5. *ibid.* 189. et *ecl.* 10. 18. et *georg.* 1. 138. — *b)* Ejus cultus: templa habuit plurima sive in Oriente sive in Occidente cum festis et sacris, ex quibus aliqua memorantur, *sc.* Delphis sedes in templo Apollinis fratris (*Justin.* 24. 8); in Laconia (*Mythogr. II. fab.* 27. et *Prob.* ad *Virg. buc. init.*); in Thessalia, Magnesiæ (*Id. ibid.*); in promontorio Tiaso (*Val. Fl.* 2. 7. et *Vitr.* 3. 1. 6); in Macedonia, Amphipoli (*Liv.* 44. 44), Patris in Achaia (*Corp.* 3. 3455); Laodiciæ (*Lamprid. Elag.* 2); Theramni (*Solin.* 7); Heracleæ (*Liv.* 36. 22); Abydi (*Id.* 31. 17); in Aulide (*Id.* 43. 27); in Creta (*Solin.* 11., *Ovid.* 3. *Fast.* 180); in Susiana

(Solin. 54); in Perside (Tac. 3. Ann. 62., coll. Paus. 3. 16. 8); in Chersoneso Taurica (Eckhel 2. p. 1., coll. Solin. 2., Val. Fl. 2. 301., Mythogr. I. fab. 173); probabilius etiam in Ægypto (quamvis loc. Juvenal. 15. 8. obstare videatur), Bubastis nomine (Cf. Vercellone, Diss. Acad. p. 354. sqq. ex Herod. 2. 137. et 156); item in Hispania, Sagunti (Plin. 16. Hist. nat. 40. 79. [216]); in Britannia Iscæ (Corp. 7. 95); in Italia Romæ in Aventino, qui Collis Dianæ dictus est (Martial. 7. 73., Varr. 5. L. L. 7. 43., coll. Liv. 1. 45. et Liv. epit. 1), cum ara (Corp. 3. 1933), ubi feriæ celebrabantur deæ idibus Augustis (de quibus Momms. in Corp. 1. p. 399., coll. Martial. 12. 67); ædesque ibidem aliæ in Cœliolo, in Circo Flaminio (Cic. Har. 15., Liv. 40. 51., coll. 39. 2), in monte Tifata (Vellej. 2. 25), in nemore Aricino (Ovid. 1. Art. am. 259); Segestæ in Sicilia (Cic. Orat. 62. 210). Quod vero in tota antiquitate celeberrimum exstitit, in primis est templum Dianæ Ephesiæ, de quo peculiaris mentio fit Vulg. Act. 19. 23-27. Animadvertimus tamen, quod jam innuimus, nomen Dianæ, vel potius Artemidis apud Græcos, variis deabus tribui, origine et natura diversis, ex quibus est dea Tauridis, cui immolabantur victimæ humanæ, et Dictynna Cretensium, et Anaitis Medorum ac Persarum, et magna dea Ephesiorum v. Diana tertia, quæ non Jovis et Latonæ sed Upis est et Glauces, ut vidimus, filia (Cf. Decharme, Myth. de la Grèc. anc. Paris 1888. p. 135-146), nec, ut illa, repræsentabatur pulcritudinis et elegantiæ exemplar, sed informis, mammosa (πολύμαστος), figuris bestiarum, vittis, floribus pomisque induta, symbolis fecunditatis (V. Wood, Discoveries at Ephesus, including etc. Londr. 1877. p. 266., 269. et 270. et Collignon, Myth. figurée de la Grèc. Paris 1883. p. 118. fig. 41), eadem quæ Astarte Phœnicia, ut putat Curtius (Die griechisch. Götterlehre von gesch. etc. Berlin 1875., coll. Perrot, Hist. de l'art anc. III. Paris 1885. p. 319), quam Ephesii, Dianam-Upim ab eis dictam, putabant suam urbem condidisse (ἀρχηγέτις: Wood, op. cit. 17. p. 4. et C. I. Gr. 2953. et 6797). Ita visitur in nummis ap. Mionnet, Descr. d. méd. Suppl. VI. 164. n. 561. et Rev. de numism. 1859. pl. XII. n. 4., coll. Büchner, De Neocoria Giessen 1888. p. 22-24. Porro ei famulabatur magna sacerdotum multitudo sive marium sive feminarum, ex quibus alii, magno sacerdoti (ἀρχιερεύς) subjecti, erant μεγάβυζοι, eunuchi (Strab. 14. 1. 23); alii θεολόγοι, ὑμνῳδοί, σκηπτοῦχοι, καθαρσίοι, θεσμῳδοί, ἀκριτοβάται, ἱεροκήρυκες etc. (Corp. I. Gr. 2982., 2283. et 2990.; Wood inscr. from the August. VI. 8. etc.). Templum autem, ubi colebatur, teste Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (14). constabat CXXVII. columnis (20. m. alt.), totius Asiæ impensis erectum ex marmore et plurium architectorum opera, præsertim Pæonii, quod, post duo sæcula et amplius, Erostratus incendit, qua nocte natus est Alexander M. (a. 356. a. Chr.), qui templum ipse suis sumptibus reædificare voluit; sed, Ephesiis repugnantibus, ut ab Apelle in nova æde pingeretur, saltem obtinuit (Strab. 14. 1. 23). — Sacræ erant Dianæ seu Artemidi silvæ ac luci omnes (Serv. ad Virg. 3. G. 332. et ad 6. Æn. 118., coll. Plin. 16. Hist. nat. 44. 91. [242]).; item ex animalibus cerva et feles (Capell. 2. p. 41., coll. Paul. Fest. p. 57): huc spectat Aventina cerva ap. Stat. 2. Silv. 3. 27.: cf. etiam Gell. 15. 22.; et etiam cervus (Rufin. recogn. 10. 27); item mensis November, ut in Inscr. apud Momms. n. 6746. — Hinc plurima, ex quibus nonnulla seligimus, fere ex præmissis intellectu faciliora, et ab auctoribus indita — c) Epitheta et cognomina, ut: æterna Corp. 3. 6161.; alma Virg. 10. Æn. 215.; arcitenens Næv. ap. Macr. sat. 6. 5.; Aricina Stat. 3. Silv. 1. 36.; armigera Stat. 9. Theb. 604.; Augusta Corp. 3. 510. et 1937; Aventina Propert. 4. 8. 29.; bellipotens Stat. 1. Silv. 4. 33.; Cæsarea Propert. 2. 19. 17.; Britomartis Claudian. cons. Stil. 3. 251. et 303.; casta Drac. 10. 185.; compotens Corp. 11. 3198.; Cretensis Mythogr. II. fab. 26.; Cynthia v. Delia Ovid. 2. Fast. 91. et Virg. 5. 8. 67.; Dictynna Tibull. 1. 4. 25.; Ephesia Plaut. Bacch. 307.; ferox Martial. 12. 4.; Hecate Virg. 6. Æn. 118.; jaculatrix Ovid. 19. Her. 229.; Illithyia Horat. carm. sæc. 14.; innupta Ovid. 8. Met. 476.; integra Horat. 3. Od. 4. 70.; iracunda Horat. A. P. 454.; Latoia Ovid. 8. Met. 278.; Latonia Catull. 34. 5. 6.; Latonigena Ovid. 6. Met. 160.; Latoia Orest. 86.; lucifera Corp. 5. 3224.; Lucina Catull. 34. 13.; lunata Enn. ap. Cic. 2. acad. (pr.) 2. 28.; Mænalia Stat. 12. Theb. 125.; magna Senec. Phædr. 409.; mitis Ovid. 10. Met. 510.; montivaga Stat. 10. Theb. 365.; Mycenæa Lucan. 6. 74.; nemoralis Stat. 1. Silv. 3. 76.; noctivaga Senec. Œd. 253.; Œnea Stat. 4. Theb. 430.; Orestea Ovid. 15. Met. 489.; Patrensis Corp. 3. 3455.; Pergensis Cic. 3. Verr. 20.; Persica Tac. 3. Ann. 62 (Cf. Perseis Val. Fl. 6. 495); pharetrata Ovid. 8. Met. 352.; pinnata Drac. 10. 404.; potens Stat. 4. Theb. 746.; potentissima Corp. 8. 1418.; pulcherrima Ovid. 11. Her. 45.; pura Val. Fl. 2. 58.; regina Corp. 8. 1003. et 6160.; roscida Egnat. ap. Macr. Sat. 6. 5. 2.; sancta Corp. 8. 1418.; Scythica Ovid. 4. Met. 331.; Segestana Cic. 62. 210.; serena Senec. Phædr. 410.; succincta Ovid. 3. Am. 2. 31.; superba Ovid. 2. Met. 441.; Taurica Oros. 5. Hist. 1.; Tauropulos Liv. 44. 44.; tergemina Virg. 4. Æn. 511.; Thoantea Ovid. Ib. 384.; Tiburtina Martial. 7. 28. 1.; Tifatina Vellej. 2. 25.; Tissea Val. Fl. 2. 7.; Titania Sil. It. 9. 169.; Trivia Enn. ap. Varr. 7. L. L. 16.; unigena Catull. 64. 300.; vaga Manil. 1. 667.; venatrix Stat. 9. Theb. 616.; verecunda Ovid. Ib. 479; virum præses Paul. Fest. p. 104.; virago Senec. Phædr. 54.; virgo Virg. 4. Æn. 511. — d) Alia ad eam pertinentia: ædes Dianæ (Ovid. 20. Her. 5., Corp. 5. 5782. etc.) plurimæ memorantur, quæ rotundæ esse debebant (Serv. ad Virg. 9. Æn. 408. et Vitr. 1. 2. 5): cf. ædes argenteas, ad similitudinem templi Ephesii, de quibus fit mentio Act. 19. 24. — Lex Dianæ, ap. Tibull. 4. 3. 17. de castitate servanda ab iis, qui hanc deam sequi aut comitari volunt. — Lucus Dianæ ap. Tac. 12. Ann. 8., a Tatio sacratus (Cf. Plin. 16. Hist. nat. 44. 91. [242]). — Nemus Dianæ ap. Vitr. 4. 8. 4. prope Ariciam. — Speculum Dianæ dictus lacus Dianæ Nemorensis prope Ariciam, ubi templum erat, ap. Ovid. 1. Art. am. 259. — Collis Dianæ, dictus Aventinus, Martial. 7. 73., quia ibi erat templum Dianæ. — 2.o) Improprie — a) De quacumque virgine casta. Auson. epigr. 39. — b) Pro venatione. Sic Diana Cæsarea, sc. venatio, cujus spectaculum dedit Domitianus imp. Martial. spect. 12. Hinc locutio Dianæ sacra suscipere, i. e. venandi studio se dedere. Similiter sectator Dianæ, qui venationi vacat. — c) Diana, titulus poematis Valerii Catonis ap. Sueton. gramm. 11. — d) Diana flagellata ap. Tertull. apol. 15. mimus quidam videtur. — e) Diana, pro signo seu statua seu pictura Dianæ, ap. Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (25). ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. 1. 1242., Inscr. ap. Orelli n. 1446. etc. — Plura de Diana vd. apud Preller-Jordan, Röm. Myth. I. 312. sqq.; Birt in Roschers Lex. I. 10002. sqq. et Paris in Daremberg-Saglios Dict. d. ant. II. 154. sqq.; Vigouroux, Le Bibl. et les découv. mod. Paris 1896. p. 278-311.

II.) Diana, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Numidiæ in Africa, hod. Zanah, in Itin. Ant. p. 34., quod et Diana Veteranorum appellatur ibid. p. 35. — Hinc Dianenses, incolæ, in Inscr. ap. Renier n. 1716. ¶ 2. Aliud ibidem inter Hipponem Regium et Tunizam. Itin. Ant. p. 21. ¶ 3. Item oppidum in Epiro. Rav. p. 378. ¶ 4. Item oppidum in Sicilia, ubi templum erat in honorem Dianæ Phacelinæ, ap. Rav. p. 102. ¶ 5. Item insula prope hod. Cap Saint-Martin, inter Hispaniam et Mauretaniam. Itin. Ant. p. 510. — Hinc Dianius, adj. ad Dianam pertinens. Cato ap. Prisc. gramm. IV. p. 620. P. Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Lævius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. Paul. Diac. p. 74. lucus. sc. Dianæ sacer. Ovid. 5. Fast. 141. turba. i. e. canes. Grat. cyn. 252. arma. i. e. instrumenta venatoria. Tab. alim. Velej. 4. 55. pagus. — Dianius, nom. vir. Inscr. ap. Wilmanns n. 341. — Dianium, n. — a) Insula maris Tyrrheni parva, in ora Etruriæ, exadversus portum Herculis, hod. Giannuti, ap. Mel. 2. 122. et Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. (81). — b) Oppidum Hispaniæ Tarrac. orient., trib. Galeria, colonia Græca Phocææ, civitas stipendiaria temporibus Plinii, municipium sub Vespasiano imp., hod. Denia, ap. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (20)., Cic. 1. Verr. 34. 87. et 5. ibid. 56. 146., Solin. 23., Corp. 2. 479. et 484 (V. quæ ibi disputat Hübner). Adde p. 484., 711. et 958., coll. Strab. 3. 159, et Ptol. 2. 6. 15 (Διάνιον). — Rav. p. 304. Dianio. et p. 342. Dio. — Hinc Dianenses, qui et Dianienses, incolæ. Corp. 3. 3125. — c) Oppidum inter Spalatum et Salonam in Dalmatia. Rav. p. 380. — d) Templum Dianæ sacrum. Liv. 1. 48. — Dianas, cogn. v. nom. serv. vir. Inscr. ap. Marini, Iscr. Alb. p. 17. — Dianensis — a) Adj. ad Dianam pertinens. Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 5157. Dianensis via, a portu Volturni (Capuæ) ad vicum etc. Alia ap. Orell. n. 879. juvenes Nepesini, qui collegium quoddam constituisse videntur in opp. Nepete (hod. Nepi). — b) Cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 2559. — Dianenses, incolæ. V. supra. — Dianarius, adj. ad Dianam pertinens, ut Dianaria radix = artemisia. Veget. 3. 6. 7. et 5. 33. 4. — Dianaticus, sacerdos Dianæ. Maxim. Taur. serm. 32 (ap. Murat. Anecd. 4. p. 100).

DĪĀNENSIS et

DĪĀNIUM, et

DĪĀNIUS. V. voc. præc.

DĪAPHĀNĒS, is, m. 3. (διαφάνης, perlucidus) fluvius Ciliciæ, qui a perlucidis aquis ita dictus videtur. Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91). — Cf. Diaphania (Διαφάνεια, perluciditas) nom. mul. in Cod. 4. 48. 3. — Diaphantus, nom. vir. Cod. 2. 3. 16.

DĪĀPONTĪUS, ii, m. 2. (Διαπόντιος, transmarinus) nom. vir. apud Plaut. Most. 497.

DĪĀRĪUS, ii, m. 2. vir clarissimus, inter professores medicinæ summatem locum tenens, ut ait Symm. 3. ep. 37.

DIARORITUM (Dariorigum), i, n. 2. oppidum Galliæ Celticæ, dein Lugdunensis, caput Venetorum, hod. Vannes, in Not. Dign. occ. 37. et Corp. 13. 1. p. 489.

DĪARRHEŪSA (Diarreusa), æ, f. 1. (Διαρρέουσα) insula prope Ephesum, de qua Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (137).

DĪAULUS, i, m. 2. (δίαυλος, duplex cursus) nom. fort. fictum Martial. 1. 31. et 48.

DĪBŌN, nom. indecl. (Hebr. Dîbôn « tabes »; LXX. Δαιβών, Δεβών et Δηβών) ¶ 1. Oppidum, statio Hebræorum, in finibus Moabitarum, a Gaditis occupatum et reædificatum, unde et Dibon-Gad (ap. Hieronym. onom. p. 167. Debongad) dictum est. Vulg. Num. 32. 34. et Is. 15. 9., apud quem hebr. occurrit forma Dîmôn (sed Dibon ap. Vulg.), fortasse ex paranomas. vocis dâm « sanguis »; dicitur enim ibi: « aquæ Dimon repletæ sunt sanguine ». Hoc autem postea a Gaditis transiit ad Rubenitas (Jos. 13. 17). Temporibus vero prophetarum subactum est a Moabitis (Is. 15. 2. et 9. et Jer. 48. 22), quod firmatur celebri stela regis Mesa a. 900. a. Chr., ubi eventus narratur (Sayce, Fresh Light from the anc. Mon. Londr. 1886. p. 77-81., coll. Schick. Zeitschr. d. deutsch. Paläst.-Vereins II. pl. I), hod. Dîbân prope Uâdi el-Modjib (Cf. Bliss, Exped. to Moab etc. 1895. p. 227-228., Tristram, Land of Moab 132. sqq. et Hummelauer in Is. loc. cit.). ¶ 2. Item oppidum in tribu Juda, quod post reditum a captivitate habitarunt Judæi, teste Vulg. 2. Esdr. 11. 25. — Veri simile est hoc fuisse oppidum, quod, permutatis litteris, dicitur Dimona ap. Jos. 15. 22.

DĪBONGAD. V. voc. præc.

DĪBŪTĀDĒS, is, m. 3. (Διβουτάδης) plastes primus Sicyonius, de quo notus est locus Plin. 35. Hist. nat. 12. 43. (151). Opere terræ fingere ex argilla similitudines Dibutades (al. Butades) Sicyonius figulus primus invenit Corinthi, filiæ opera, quæ capta amore juvenis, abeunte illo peregre, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater ejus impressa argilla typum fecit et cum ceteris fictilibus induratum igni proposuit eumque servatum tradunt in Nymphæo, donec Corinthum Mummius everteret. et mox. Dibutadis inventum est (operibus plasti-

cis) rubricam addere aut ex rubra creta fingere. Cf. Isid. 20. Orig. 4. 3.

DĪCÆA, æ, f. 1. (Δίκαια) oppidum Thraciæ australis, colonia Ionia, tributaria Athenarum, hodie fort. Curnu. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (42)., coll. Herod. 7. 109. et Strab. 7. 331.

DĪCÆARCHĒA, æ, f. 1. (Δικαιάρχεια) Scribitur etiam Dicæarchia (Δικαιαρχία) et contr. Dicarchia apud poetas. — Est autem oppidum in Campania, serius idem ac, latine, Puteoli, a Samiis conditum (a. 529. a. Chr.), teste Hieronym. chron., ita dictum a δίκαιος, justus, et ἀρχή, regimen, quod, ut ait Paul. Fest. p. 72., justissime olim regebatur; quamquam alii a Dicæarcho quodam conditum appellatumque censent. Cf. Stat. 2. Silv. 2. 96. Dicarchi mœnia. — Minor Delus aliquando etiam dictum. V. DELUS. — Hinc Dicæarcheus (Dicarcheus v. -æus), adj. Sil. It. 8. 538. Dicarchea proles. h. e. juventus Puteolana. Sidon. carm. 2. 59. arena. h. e. quæ italice dicitur pozzolana, commixta calce, firmissima in ædificiis (Vitr. 2. 6). — Dicæarchei (Dicæarcheis, Δικαιαρχεῖς) v. Dicæarchii, incolæ. Lucil. sat. 3. 8. ap. Fest. p. 122 (V. Müller ad l.). — Dicæarchus, nom. vir. V. suo loco. — Dicarchis (idis), idem quod Dicæarchia. Petron. sat. 120. magnæque Dicarchidis arva.

DĪCÆARCHUS, i, m. 2. (Δικαίαρχος, justus rector v. juste regens) ¶ 1. Fuit geometra et philosophus Peripateticus, Aristotelis discipulus (Cic. 3. Legg. 6. 14), patria Siculus ex opp. Messana (Id. 1. Divin. 3. 5), fort. n. a. 347. a. Chr. (Cf. Müller, Frg. Hist. Gr. II. p. 266). Memoratur Varr. 1. R. R. 2. 16. Dicæarchus, homo doctissimus. Plin. 2. Hist. nat. 65. 65. (162). in primis eruditus. Cic. 1. Tusc. 31. 77. deliciæ meæ. Id. 2. Off. 5. 16. Peripateticus magnus et copiosus. et 2. Att. 2. vir mirabilis. — De ejus scriptis Cic. 1. Tusc. 31. 7. 73. (Dicæarchus) enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habetur; in quibus vult efficere animos esse mortales. et 2. Off. 5. 16. Dicæarchi liber de interitu hominum (Quæ quidem laudibus, quibus ab eo cumulatur, satis repugnare nemo sanus non videt). — Plurima eruditissimus scripsit sive ad philosophiam, geometriam et geographiam spectantia sive etiam ad historiam et litteras et artes, inter quæ citatur opus inscriptum Καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν et libri περὶ λιμένων, περὶ νήσων, Σταδιασμοί etc. (Cf. Strab. 9. 421. et Susemihl I. p. 660). Horum tamen non supersunt nisi fragmenta, quæ diligentissime collegit cl. Müller loc. cit. p. 233-268. ¶ 2. Item vir Ætolus frater Thoantis, Ætolorum prætoris, a. 193. a. Chr., Romanis infestus. Liv. 35. 12., coll. 38. 10. et Polyb. 17. 10. ¶ 3. Item vir Platæensis, de quo Liv. 33. 2., a. 197. a. Chr. Cf. Polyb. 18. 37.

DĪCÆŎGĔNĒS, is, m. 3. (Δικαιογένης, justitia genitus) pictor, qui floruit ca. a. 306. a. Chr., sub Demetrio Poliorcete, teste Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (146).

DĪCÆŎSȲNĒ, es, f. 1. (Δικαιοσύνη, justitia) cogn. mul. Corp. 3. 2391. — Scribitur et Dicæosyne, extrita priore diphthongi littera. Corp. 3. 2391.

DĪCÆUS, i, m. 2. (Δίκαιος justus) cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 3458. et ap. De-Rossi, Bull. Crist. a. 1866. p. 41.

DĪCĀLĒDŎNES, um, m. plur. 3. iidem qui Caledones sæpius dicuntur. Ammian. 27. 8. 5.

DĪCĒ, es, f. 1. (Δίκη, jus, justitia v. pœna) ¶ 1. Una ex filiabus adulterinis Jovis. Rufin. recogn. 10. 21. ¶ 2. Hinc cogn. mul. Corp. 5. 1148.

DICENEUS v. Dicenæus, i, m. 2. vir sapientissimus apud Gothos, quo tempore Sulla dictaturam sumpsit. Jorn. Get. 5. et 11.

DICTÆUS, a, um, adject. V. voc. seq.

DICTĒ et Dicta, æ, f. 1. et Dictis, is, 3. mons Cretæ insulæ, ita vocatus a Dicte, nympha, quæ ibi colebatur, teste Serv. ad Virg. 3. Æn. 171., hodie Lassithi. Adde eund. ecl. 6. 57. et Æn. 12. et 412. — Fabula narrat, Dicten, quum Minos eam adamaret et insequeretur per devia loca, se amore castitatis in mare præcipitasse, sed piscatorum retibus exceptam regique traditam fuisse, qui ab ea abstinuit, jussitque ea loca ex ejus nomine Dictæa appellari (Serv. loc. 3. Æn. cit.). — In hoc autem monte Juppiter natus est et educatus (Plin. 24. Hist. nat. 17. 102. [164]); quare et Dictæus est nuncupatus, etiam absolute (Stat. loc. cit.): cf. etiam Strab. 10. 472. et Apollod. 1. 1. 6. et Apoll. Rhod. 1. 509. et 1130. — Hinc Dictæus — a) Adj. ad Dicten montem vel ad Cretam universim pertinens. Mythogr. I. fab. 164. mons. Martial. 4. 1. Juppiter. Ovid. 3. Met. 223. pater. Virg. 2. G. 536. rex. i. e. Juppiter (sed Sil. It. 12. 90. et Ovid. 8. Met. 45. Minos). Martial. spect. 5. taurus (V. PASIPHAES). Virg. 4. G. 153. antrum. Ovid. 9. Met. 716. Telestes. Claudian. carm. 24. 276. Lycaste. et 298. corona. i. e. Ariadnes Cretensis (Sic Drac. carm. min. 7. 20. puella). Sil. It. 15. 684. pennæ. i. e. sagittæ, sc. Cretensium sagittandi peritissimorum. Lucan. 2. 610. coloni. Prudent. 2. Symm. 515. Corybantes. Lucret. 2. 634. Curetes. — b) Absolute. Stat. 3. Theb. 481. Dictæus. sc. Juppiter.

DICTENSIS, e, adject. ad Dictiam pertinens, opp. Britanniæ, hod. fort. Digonwey. — Hinc Dictenses, numeri Nerviorum dicti, in Notit. Imp. occ. 38.

DICTYNNA, æ, f. 1. (Δίκτυννα Aristoph.) ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.o) Cogn. nymphæ, Dianæ comitis, quæ et Aphæa et Britomartis ([dulcis dea Solin. 11] Virg. Cir. 295. et 304); dein vero Dianæ (Claudian. cons. Stil. 3. 251. et 303), apud Græcos Artemidis (Eurip. Iph. Taur. 127), in Creta præsertim cultæ, Astypalææ (I. G. I. 3. 189), Spartæ (Paus. 3. 12. 8., coll. Liv. 34. 38), Athenis (C. I. A. 2. 1609), in Phocide (Paus. 10. 36. 5) etc. — Ducitur autem nomen vel a δείκνυμι, ostendo, quod fulgore suo noctu omnia ostendat, ut vult Paul. Fest. p. 72.: vel potius a δίκτυον, rete, quod unam comitum suarum retibus ipsa servaverat. Cf. DICTE. — Usurpatur autem cum nomine aut absolute. — a) Cum nomine. Paul. Fest. loc. cit. Dictynna Diana, quam esse Lunam putabant etc. Hygin. fab. 261. Sacerdos (Iphigenia) facta Dictynnæ Dianæ. — b) Absolute. Stat. 9. Theb. 632. mitis Dictynna. Adde Ovid. 2. Met. 441. et 6. Fast. 755., Sil. It. 2. 71. et alib. et Senec. Med. 795., al. — Ejus nummi visuntur ap. Eckhel, 2. p. 308. et Head, H. N. 576., coll. 575. et 594. — De ea vd. Gruppe, Gr. Myth. 255. — 2.o) Item nom. serv. Inscr. apud Momms. n. 6052. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi, ap. Mel. 2. 7. 12. Cf. Ptol. 3. 17. 8. et Rav. p. 398. — Hinc Dictynnæus (rar. Dictynneus), adj. ad Dictynnam pertinens, ut Dictynnæus mons (τὸ Δικτύνναιον), sublimis dictus Capell. 6. p. 213., hod. Capo Sparta, qui ita excandescit ut eminus navigantes magis puteant nobilis, teste Solin. 11. Adde Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. (60). — Dictynneum (Δικτυνναῖον), absolute, locus Dictynnæ sacer, prope Lacedæmonem. Liv. 34. 38. Cf. Strab. 10. 4. 12. et 13. Δικτύνναιον (Dictynnæum, sc. templum).

DICTYS, ys et yos, m. 3. (Δίκτυς, quo apud Lacones ἰκτῖνος, h. e. milvius, dicitur, teste Hesych.). Memorantur hoc nomine ¶ 1. Filius Neptuni ex Agamede, Augei filia. Hygin. fab. 157. ¶ 2. Item piscator quidam Seriphius, qui Danaen in mare cum Perseo filio projectam invenit. Hygin. fab. 63., coll. Stat. 2. Silv. 1. 95. ¶ 3. Item unus ex Centauris a Pirithoo interemptus. Ovid. 12. Met. 334. sqq. ¶ 4. Item scriptor rerum Trojanarum, vel potius fabularum, de bello Trojano, quasi supplementum Daretis, quod græce scriptum traditur, sed verius Latinum opus videtur sæc. IV. a Chr. n.; quamquam non infitiamur magno in usu fuisse apud scriptores Byzantinos, qui profecto non nisi Græca evolvissent. Suid. ad v. hæc habet: Δίκτυς ἱστορικὸς ἔγραψεν Ἐφημερίδα-οὗτος ἔγραψε τὰ περὶ ἁρπαγῆς Ἑλένης καὶ περὶ Μενελάου καὶ πάσης Ἰλιακῆς ὑποθέσεως. In præf. vero Latina hæc leguntur: « L. Septimius Q. Aradio s. d. Ephemerida belli Trojani Dictys Cretensis - conscripsit litteris Punicis. - Nobis cum in manus forte libelli venissent, avidos vero historiæ cupido incessit, ea uti erant latine disserere. - Itaque priorum quinque voluminum - eundem numerum servavimus; residua quattuor de reditu Græcorum in unum redegimus etc. ». Porro auctor imitari studuit Apulejum, Ammianum, Orosium et in orationculis Sallustium et etiam Livium, Nepotem aliosque. — Plura de eo vd. apud Pratje, quæst. Sall. ad L. Septimium etc. Gött. 1874. p. 66.; Collieux, Dictys de Crète etc. Grénoble 1886; Noack, Der gr. Diktys, Philol. Suppl. VI. 403. sqq.; Brünnert, Sall. u. Dictys, Erfurt 1883.

DĪDĬUS, ii, m. 2. (Δίδιος) Scribitur etiam Diddius in Inscr. Capuana apud Momms. n. 3569. et Corp. 1. 570. — Antiquior vero orthographia est Deidius (Δείδιος Plut.), ut in numm. apud Eckhel, 5. p. 201.; unde male ab Auson. Cæs. 20. et 21. priorem syllabam correptam esse monet cl. Furlanetto in App. ad Lexic., quam Ovid. 6. Fast. 567. produxerat; sed poetis danda est venia, si quando, etiam diligentiores ac primi subsellii, metri causa, maxime in nominum propr. quantitate licenter se gerunt: cf. DIANA. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.o) Didius, grammaticus incertæ ætatis, apud Diom. gr. I. 387. 6. K., ubi alii leg. Didymum, alii vero Epidium, quem nonnulli auctorem putant invectivæ Sallustii in Ciceronem brevis, rudis, nec a calumniis vacuæ. Cf. Ascon. p. 95. Or. et Quintil. 11. 1. 24. — 2.o) Didius, plenius T. (non M., ut ap. Ammian. 27. 4. 10) Didius T. F. Sex. N., ut in Fast. triumph. Cap. ad a. 661. — Fuit prætor Illyrici, qui de Scordiscis, Thraciæ populo, triumphavit, teste Cic. Planc. 25. 64. et Pis. 25. 61., fort. a. 111. a. Chr. (al. 113. Cf. Borghesi, Œuvr. I. 97. 4. et Henzen, Corp. 1. p. 54) et consul etiam processit cum Q. Cæcilio Metello Nepote (Corp. 1. 570. et Jul. Obs. 47) a. 98. In Hispaniam missus cum Celtiberis prospere dimicavit (Liv. epit. 70. et Gell. 2. 27. 2., coll. Appian. Hisp. 99. sq.); dein proconsul a. 93. de iisdem triumphavit (Fast. triumph. Capit.); sed in bello sociali legatus L. Cæsaris interfectus est (Ovid. loc. cit.) a. 89., quod tamen tunc evenisse non traditur (Vellej. 2. 16., coll. Appian. B. C. 1. 40). — Fuit auctor legis Didiæ et Cæciliæ. V. CÆCILIUS. — De ejus nummis cf. Momms., Hist. de la Monn. Rom. II. 349. et 509. — 3.o) Didius, ita dictus a Tac. 12. Ann. 15., sed Didius Gallus apud eund. Agr. 14. et A. Didius Gallus in Corp. 6. 1248 = 31559. et Frontin. de aq. 102., cujus honores ita describuntur in Corp. 3. 7247 (coll. Add. 12278 = Dessau Inscr. Lat. sel. 970. et Momms. ibid. et Prosop. II. 9. n. 60), si sana sunt omnia: « ornatus ex auctoritate Ti. Claudi Cæsaris Augusti germanici triumphalibus ornamentis, consul, XV.vir sacris faciundis, proconsul Asiæ (Africæ: cf. Momms.) et Siciliæ, legatus, pro prætore Mœsiæ (?), præfectus equitatus etc. ». Cf. Tac. 14. Ann. 29. — Fuit etiam curator aquarum (Frontin. de aq. 102), antequam legatus contra Mithridatem proficisceretur, sc. a. 39-49. p. Chr. — 4.o) M. Didius Julianus v. Didius Julianus v. Julianus tantum apud scriptores, sed plenius in nummis M. Didius Severus Julianus Imp. Aug. (Eckhel 7. p. 148)., rursum et Salvius dictus, ab avunculo Salvio Juliano, apud Eutr. 8. 17 (Cf. etiam Dion. 73. 12., Hist. Aug. Macrin. 3. 6. et Diod. 6. 3), Severus autem ab avo (Spartian. Did. 7), de quibus tamen, vide sis, quid sentiat Wotawa, PW. 4. 413. 8. — Natus est Mediolani a. 133 (al. 137) ex Æmilia Clara (Spart. Did. 1., coll. Dion. 73. 11. et Zonar. 12. 7), pernobili genere (Dio ibid., coll. Vict. Cæs. 19. et epit. 29. et Eutr. l. c.), fratresque habuit Didium Proculum et Nummium Albinum (Spart. Did. ibid.). — Honores, quibus insignitus fuit, leguntur in Inscr. mutila, quam supplevit Henzen, in Bull. d. Ist. arch. a. 1869. p. 183. Educatus a Domitia Lucilla, matre Marci imp., viam sibi stravit ad publicos magistratus; fuit enim ædilis, prætor, legioni præfectus in Germania XXII. Primigeniæ, inde Belgicæ, quam « sancte et diu rexit » (Spart. ibid. 1), ubi Cauchis strenue obstitit erumpentibus; unde consul creatus, Cattos devicit, Dalmatiam dein administravit, inde finitimis hostibus depulsis, Germaniam inferiorem, mox Bithyniam sed minus prospere. Deinde consul cum P. Helvio Pertinace, paullo post proconsul Africæ ac demum, Pertinace occiso, « et quidem Didio impulsore » ut refert Aur. Vict. Cæs. 19., dignitatem mercatus a prætorianis, a senatoribus et ab ipso historico Dione (73. 10), imperator salutatus est, ejusque

uxor Manlia Scantilla ac filia Didia Clara Augustæ appellatæ (*Spart. ibid.* 3), sed a populo sibilis exceptus ac tumultu vix armis sedato. — Quo brevi tempore regnavit, crudelitati indulsit, a flagitiis ac superstitione non abstinuit, prætorianis serviliter obsecundavit. Interim Severus, legionum dux, Carnuti in Pannonia imperator adclamatus, in Italiam contendit, dum Didius Julianus, consilii expers et omnes omniaque, post occisos Lætum et Martium conjuratores, metuens, in Umbria exercitu rebellante et classe amissa Ravennæ, frustra Severum collegam appellans, omni spe destitutus, magicis autem artibus confisus, ex balneo, ubi se puerorum sanguine abluit, salutem quæsivit; sed, a senatu derelictus damnatusque, ac Severi copiis ad pontem Milvium devictus, Urbem profugus repetiit, ibique inter plebis ludibria ad Palatium necatus est kal. Jun. a. 193 (*Spart. ibid.* 5., *Aur. Vict. Cæs.* 19., *Dio* 73. 15-17., *Capitolin. Alb.* 3., *Oros.* 7. *Hist.* 16). Quæ tamen objecta sunt ei vitia, Spartianus, Didii vitæ scriptor, omnino diluit ac tradit eum fuisse « humillimum, ad convivia humanissimum, benignissimum ad subscriptiones, moderatissimum ad libertatem; sed reprehensum in eo præcipue, quod eos, quos regere auctoritate sua debuerat, regendæ rei publ. sibi præsules ipse fecisset » (*Spart. ibid.* 9). Quin etiam virum nobilem ac juris peritissimum eum dicit *Eutrop. loc. cit.*, coll. *Aur. Vict. Cæs.* 19. — Statuam Didii et hermam, quæ adhuc exstant, illustravit *Visconti, Opp. var. IV. p.* 217-219 (*Tab. XXXI*) et in *Mus. Pio-Clem. VII. p.* 114-117 (*Tab. XXI*); nummos vero *Eckhel* 7. *p.* 147. et 160. et *Cohen* in *Méd. imp. III. p.* 206-209. — Plura de eo videre est apud scriptores Hist. Aug. et apud recentiores, uti sunt *L. Cantarelli, La famiglia e il cursus honorum dell' imp. Didio Juliano* (*Bull. com. XII.* 74-98) et in *Appendice* add. *Visconti*, coll. *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I.* 2. 640. *sqq.*; *Duruy, Hist. d. Rom. VI.* 33-40.; *Balan, Stor. d' It. I.* 21. *p.* 262. *sq.*; *Büdinger, Unters. z. röm. Kaiserz. III.* 74-76. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 3. 1602., 3462., 4975.; 9. 5187., 5218. etc. — *Didia*, nom. mul. 2. 4262. et 7222.; 9. 2845., 4156. etc. — *Didia Clara*, filia Didii Juliani imp., cognominata ab ava Æmilia Clara, Cornelio Repentino nuptui tradita a patre, dato patrimonio, sed ei, illo occiso, una cum Augustæ titulo, sublato (*Spart. Did.* 8). — Ejus nummi ab *Eckhel* 7. *p.* 151., herma vero, nuper reperta, illustrata est in *Bull. arc. mun.* a. 1874. *p.* 133. *sqq.* — Hinc *Didius*, adj. ad Didium aliquem pertinens, ut *Didia lex* sumptuaria a. 143. a. Chr., qua non Urbs tantum, ut lege Fannia, sed universa Italia teneretur, nec solum qui prandia censusque majore sumptu fecissent, sed etiam qui interfuissent, pœnis legis multarentur (*Macrob.* 3. *Sat.* 17. 6): tum *Didia et Cæcilia*, de qua V. CÆCILIUS. — *Didianus*, adj. ut *Didianus fundus* in pago Bagienno Velejate in *Tab. alim. Velej.* 6. 54., situs fortasse ubi nunc *Dogliani*: item in pago Valerio Velejate *ibid.* 2. 24. — *Didienus*, nom. vir. gent. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5836. — *Didiolenus*, nom. vir. gent. *Alia* apud *eund. n.* 961.

DĪDO, ōnis, f. 3. nom. mul. (Διδώ, οῦς, rarius Δειδων, ωνος) — *a)* Forma duplex est: *Dido, us* et *Dido, onis*, ut docet *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 385., 674. et 694., sed hæc est usitatior. — Etiam *Didus* in recto usurpavit *Symm.* 2. *c. Valent.* 5. — *b)* Hinc declinatio duplex: — α) Genet. *Didus* in *Anth. Lat.* 1. *n. I.*, 9. *p.* 2. *R.* et 563. 10. *R.* (223. 4. *M.*), *Cornutus* ap. *Charis.* 127. 21., coll. *eod.* 63. 18.; 64. 17.; 137. 30. — Dat. *Dido* ap. *Macrob.* 5. *Sat.* 2. 14 (ubi et *Didoni*). — Acc. *Dido* ap. *Virg.* 4. *Æn.* 383., *Vellej.* 1. 6. 4., *Sil. It.* 8. 230., *Tac.* 16. *Ann.* 1 (Cf. *Charis.* 63. 26). — *Didon* ap. *Ovid.* 7. *Her.* 7., ubi al. aliter leg., et 133. — *Didun* ex *Attejo* ap. *Charis.* 127. 18. — β) Genet. *Didonis* ap. *Prisp.* 67. 1. *B.*, *Justin.* 11. 10. 13., *Treb. trig. tyr.* 30., *Augustin.* 1. *conf.* 13. 21., *Macrob.* 4. *Sat.* 3. 6., *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 6. — Dat. *Didoni* ap. *Tertull. anim.* 33. et *Virg.* 1. *Æn.* 561. — Acc. *Didonem* ap. *Treb. trig. tyr.* 27., *Augustin.* 1. *conf.* 13. 20., *Macrob.* 4. *Sat.* 3. 6. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 37. — Abl. *Didone* ap. *Enn. ann.* 800 (272). et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 228. — *c)* Etymologia: *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 340. Dido esse vult Punicum vocabulum et significare *virago* « quod nempe forti animo se interfecerit » : ita censet ethnicus hic scriptor. Sed quum hoc nomine appellari non potuisset nisi post mortem, præmittit proprium ejus nomen fuisse *Elissam.* Auctor vero *Etymol. M.* eadem cum *Servio* tradit, sed *Dido* interpretatur πλανῆτις, *errans*, quasi sit *(ne)dîdâ*, sc. circum vagans (*Bochart, Chan. I. c.* 24., *Movers* ap. *Ersch. u. Gruber* 3. *sect. XXIV.* 439., *Schröder, Die phön. Spr.* 126). Verum probabilius mihi videtur etymon, quo, Punica v. Semitica vocabuli origine servata, *Dido* ducitur a rd. *dôd*, carus, amabilis *(dôd, amare)*; unde *Doday, Dodo* vel *Yiddo, Yidday* et *Yedîdiâh* apud Hebræos (Cf. DAVID). Cf. etiam *Gesen. Mon. Phœn.* 406. et *Winckler, Forschung. I.* 341. *sqq.*

Dido, mulier celeberrima, filia regis Muttonis (*Justin.* 18. 4. 3), vel Methres (*Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 343), vel Beli, Tyriorum regis (*Hygin. fab.* 243. et *Virg.* 1. *Æn.* 621), regina Carthaginis, soror Pygmalionis (*Justin.* 18. 4), conjux Sichæi, sacerdotis Herculis, quem alii *Acerbam* (*Acherbam* vel rectius *Sicharban*: vd. *Gutschmid, Kl. Schr. II.* 28. *sq.*) vocant (*Justin. l. c.* et *Mythogr. I. fab.* 24), insignis pulcritudinis (*Virg.* 4. *Æn.* 8., coll. 5. *ibid.* 571). — Variis nominibus appellata occurrit apud scriptores; nempe *Elisa* dicitur *Capell.* 9. *p.* 336., vel *Elissa* (probabiliter ab Hebr. *Elîshâh* « Dei vel divina mulier v. virago ». Cf. ELISABETH) ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 340., *Virg.* 4. *Æn.* 335. et 610. et 5. *ibid.* 3., *Sil. It.* 8. 47.; *Tyria* ex patre Belo Tyrio ap. *Vellej.* 1. 6. vel ob vicinitatem *Sidonia* ap. *Virg.* 1. *Æn.* 613., coll. *Serv.* ad *eund.* 1. 235. et *Stat.* 5. *Silv.* 2. 120.; vel universim *Phœnissa* ap. *Virg.* 1. *Æn.* 670., coll. *Tac.* 16. *Ann.* 1. — Memoratur *Sil. It.* 1. 23. Fatali Dido Libyes adpellitur oræ: - nova mœnia ponit. *et* 2. 406. Condebat primæ Dido Carthaginis arces. *Justin.* 11. 10. Augebat enim Tyriis animos Didonis exemplum, quæ, Carthagine condita, tertiam partem orbis quæsisset. *et* sæpe *Virg.* 1. *Æn.* 561. Dido vultum demissa profatur: Solvite corda metu, Teucri. *Id.* 4. *ibid.* 68. Uritur infelix Dido totaque vagatur Urbe furens. *et ibid.* 101. Ardet amans Dido traxitque per ossa furorem. *et ibid.* 117. Venatum Æneas unaque miserrima Dido In nemus ire parant. *et ibid.* 450. infelix fatis exterrita Dido Mortem orat. *Ovid.* 7. *Her.* 7. Certus es (*Ænea*) ire tamen miseramque relinquere Dido. *Sil. It.* 8. 50. Iliaco postquam deserta est hospite Dido - Festinat furibunda pyram. Adde *Gell.* 9. 9. 14., *Quintil.* 9. 2. 64., *Treb. trig. tyr.* 27. et 30., *Augustin.* 1. *conf.* 13., *Mythogr. I. fab.* 138. et *III. fab.* 3., 6., 9. et 11., *al.* — Epitheta: ægerrima *Sil. It.* 8. 166.; benigna *Carm. Virg. P. L. M.* 182.; candida *Virg.* 5. *Æn.* 571.; dives *Virg.* 4. *ibid.* 263.; felix *Prisc. P. L. M.* 5. 281.; infelix *Virg.* 1. *Æn.* 749.; lætissima *Virg.* 1. *ibid.* 685.; miserabilis *Ovid.* 2. *Am.* 18. 25.; optima *Virg.* 4. *Æn.* 291.; pulcherrima *Virg.* 1. *ibid.* 496.; Punica *Oct. P. L. M.* 4. 253.; regina *Virg.* 1. *Æn.* 496.; Sidonia *Virg.* 1. *ibid.* 613.; trepida *Virg.* 4. *ibid.* 642.; Tyria *Vellej.* 1. 6.; virgo *Oct. loc. cit.* — Mythica: Pygmalion, opum, quibus Sichæus seu Acerbas abundare dicebatur, cupiditate incensus, ante aram illum obtruncavit, ut iis potiretur; at Dido in somnis monita, cum iis, quibus Pygmalionem invisum esse norat, effossis clam thesauris, navem conscendit et in eam Africæ partem, quæ Zeugitana vocatur, delata, a Jarba, Maurorum (*Mythogr. I. fab.* 24., coll. *fab.* 216) sive Maxitanorum (*Justin.* 18. 6) rege, tantum sibi soli emit, quantum taurino corio posset circumdare, quod, quum in tenuissimas partes dissecuisset spatiumque satis amplum complexa esset, urbem condidit, quam Carthaginem (Phœn. *Karthada*, i. e. nova urbs) appellavit arcemque in media urbe, a corio bubulo Byrsam dictam (*Justin.* 18. 5., *Sil. It.* 1. 21. *sqq.*, *Isid.* 15. *Orig.* 1. 30) et quidem a. 72 (*Justin.* 18. 6) vel a. 65. ante Romam (*Vellej.* 1. 6); sed V. CARTHAGO. Porro quum tempore Neronis fama esset Didonis thesauros etiamtum in spelunca Africæ conditos jacere, eos imperator quæsivit, sed frustra (*Tac.* 16. *Ann.* 1. 3., coll. *Sueton. Ner.* 31). — Præterea traditur Æneas (*Virg. Æn.* 2. et 4), capta Troja, a patria profugus vi tempestatis Carthaginem fuisse appulsus, et Dido, ejus amore abrepta, cum eo rem habuisse; verum statim ab eodem deserta, sibi ipsa mortem conscivisse; unde *Auson. epitaph. Her.* 30. canit: « Infelix Dido, nulli bene nupta marito: Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris ». De ea *Virg.* 4. *Æn.* 170. Nec jam furtivum Dido meditatur amorem: Conjugium vocat: hoc prætexit nomine culpam. *et Ovid.* 7. *Her.* 133. Forsitan et gravidam Dido, scelerate, relinquas. — *Macrob.* 5. *Sat.* 17. 4. Librum Æneidos quartum totum pæne formaverit ad Didonem vel Æneam amatoriam incontinentiam Medeæ circa Iasonem transferendo (Putat enim *Macrob.* Virgilium « bene in rem suam vertisse quidquid ubicumque invenit imitandum adeo, ut de Argonauticorum quarto, quorum scriptor est Apollonius, librum Æneidos suæ quartum » fere universum composuerit). Contra vero *Prisc. periheg.* 185. *de Carth.* « Qua regnans felix Dido per sæcula vivit Atque pudicitiam non perdit crimine falso ». — De natura autem fabulosa hujus narrationis hæc habet *Macrob.* 5. *Sat.* 16. 5. « Ut fabula lascivientis Didonis, quam falsam novit universitas, per tot tamen sæcula speciem veritatis obtineat et ita pro vero per ora omnium volitet, ut pictores fictoresque et qui figmentis liciorum contextas imitantur effigies hac materia vel maxime in effigiandis (*al.* efficiendis) simulacris tamquam unico argumento decoris utantur, nec minus histrionum perpetuis et gestibus et cantibus celebretur ». — Ceterum, quod ad rationem temporis attinet, eam Virgilius neglexit pro eo, quem sibi præstituit, fine; nam scriptores ad unum omnes Didonem se interemisse referunt, postquam Hiarbas, ejus nuptias percupiens, vi et armis coegisset, ut datam Sichæo fidem servaret (*Justin.* 18. 6., *Tertull. apol.* 50. et *exhort. cast.* 13., coll. *Macrob.* 5. *Sat.* 17. 4. et 5. et *Auson. epigr.* 118). Sane, pyra in ultima parte urbis instructa, « velut placatura viri manes inferiasque ante nuptias missura multas hostias cædit et, sumpto gladio, pyram conscendit atque ita ad populum respiciens ituram se ad virum, sicut præceperint, dixit, vitamque gladio finivit ». Ita *Justinus* 18. 6. rem narrat seu potius fabulatur. Dein addit, eam pro dea cultam fuisse, eidemque templum dicatum Carthagini tradit *Sil. It.* 1. 81. *sqq.* — Effigies Didonis visitur in nummis apud *Eckhel* 3. *p.* 388., ejusque simulacrum et anaglyptum illustrata exhibentur a cl. *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. II.* 253-257. et *VII.* 91-101. *V.* etiam *Mionnet, Descr. de méd. ant. V.* 483. et 441. *sq.* et *Suppl. VIII.* 310. *sq.*; *Cohen, Descr. des monn. de l' emp. rom. V.* 156. et *Head, H. N.* 723., coll. *Niessler, Das Diptych. Quirin. zu Bresc.* Götting. 1878. 11. *Taf. II.* et *Michaelis, Arch. Zeitg.* 1868. *p.* 102. *sq.* — In titulis nom. mul. *Corp.* 8. 8044.

DĬDY̆MA, æ, f. 1. *V.* DIDYME.

DĬDY̆MÆ, ārum, f. plur. 1. (Δίδυμαι, *geminæ*) insulæ, ita a figura, ut videtur, appellatæ, *sc.* una in mari Lycio, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (131).; altera ante Troada, ap. *eund. ibid.* 31. 38. (138).; tertia fort. una ex Cycladibus, celebrata ab *Ovid.* 7. *Met.* 469.

DIDYMÆUS (Didymeus), a, um, adject. a *Didymis montibus*, sc. monte in Peloponneso ad orientem (in Argolide), in duos vertices desinente (hinc nominis origo), ubi erant templa Apollinis, Posidonis et Demetræ (*Paus.* 2. 36. 3); vel potius ab oppido in Caria ad meridiem, quod *Didyma* v. *Didymi* (Δίδυμα) vocabatur, Mileti, ubi celebre exstabat templum et oraculum Apollinis, cujus sacerdotes erant ex familia Branchidarum (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. [112], *Mel.* 1. 17., coll. *Paus.*), a Xerxe post prœlium Mycales eversum, qui statuam dei Ecbatana secum detulit, restitutam postea a Nicatore, templo magnificentissimo dein inchoato at numquam perfecto, a. 300. a. Chr. — *Didymæa limina* dixit *Stat.* 3. *Theb.* 199. — Hinc Apollo *Didymæus* dictus est sive adjective (*Plin. loc. cit.* et 6. 16. 18 [49]. et *Macrob.* 1. *Sat.* 17.

64), sive absolute, ut cognomen (Διδυμεύς) ap. *Mel. loc. cit.* — Hinc etiam *Didymeon* absolute (Διδυμαῖον), templum Apollinis, ap. *Curt.* 7. 5 (23). 28. — In nummo ap. *Eckhel*, 2. *p.* 531. legitur Διδυμεὺς Μιλησίων. *et* 4. *p.* 439. Διδύμεια, ludi in Apollinis honorem acti Mileti. Cf. *Fergusson, On the templ. of Dian. at Eph. and of Apoll. at Didym.* Lond. 1877. et *Gelzer, De Branchidis* Leipz. 1869.

DĬDȲMÆUS, m. et Didymeon, i, n. 2. *V.* voc. præc.

DĬDȲMĀON, ŏnis, m. 3. (Διδυμάων) artifex quidam, memoratus *Virg.* 5. *Æn.* 359. clipeum - Didymaonis artes *(capolavoro)*. Adde *Hygin. fab.* 273.

DĬDȲMĒ, es, f. 1. (Διδύμη, *gemina*) nom. geogr. et pers.

I.) Didyme, nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Siciliæ, cujus meminit *Ovid.* 4. *Fast.* 475.; quamquam locum alii intelligunt de insula, de qua infra. ¶ 2. Item Ægypti, memoratum *Rav. p.* 172., ubi scribitur *Didime* (Cf. *Ptol.* 4. 5. 36). ¶ 3. Item Mediæ, apud *eund. p.* 63., ubi melius *Didyma.* ¶ 4. Item insula, una ex Liparensibus in mari Tyrrheno, ex gemino antiquissimo cuneo seu cratere ignivomo (Cf. *Ptol. loc. cit.*), hodie *Salina.* Memorant *Mela* 2. 111. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 9. 14. (94)., et ex Græcis *Strab.* 6. 276., *Thuc.* 3. 88. et *Diod.* 5. 7.

II.) Didyme, nom. pers., sc. cogn. mul. sive ingenuum sive libertinum. *Corp.* 2. 3848. et 3849. et *alia* ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 61. — Forma producta in *Inscr.* ap. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1879. *p.* 153. Didymeti *(dat.)*. et ap. *Momms. n.* 3107. Didymeni *(dat.)*.

DĬDȲMI (Didyma), ōrum, m. plur. 2. antiquum oppidum oræ occid. Asiæ Minoris, ubi celebre erat sacrarium Apollinis cum oraculo ante Miletum conditam, hod. *Jeronda.* V. DIDYMÆUS, a, um.

DĬDȲMUS, i, m. 2. nom. vir. (Δίδυμος, *geminus*) Scribitur etiam *Didimus* per *i*, sed minus recte: cf. *Corp.* 4. 23193. et 5. 227. — *Didumus* in *Corp.* 4. 5274. — *Didmus*, per syncop., pro *Didymus*, legitur *ibid.* 5. 3536. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) *Didymus*, filius Didymi, grammaticus Alexandrinus temporibus Ciceronis et Antonii et etiam Augusti, ob incredibilem sive in ediscendo sive in scribendo laborem cognomento *Chalcenterus* (Χαλκέντερος = *ærea viscera habens*) et per contemptum Βιβλιολάθας (= *libros suos oblitus*); scripsit enim, si *Senecæ* credimus, quattuor milia librorum, qui « miser, inquit, si tam multa supervacua legisset: in his libris de patria Homeri quæritur; in his de Æneæ matre vera - et alia, quæ erant dediscenda, si scires » (*ep.* 88. 32). *Macrob.* 5. *Sat.* 18. 9-11. Didymus grammaticorum facile eruditissimus. *et ibid.* 22. 10. grammaticorum omnium, quique sint quique fuerint, instructissimus. Adde *Prisc. gramm. I.* 15. 4. *K.* et alib., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 64. et 4. *ibid.* 261. et *Ammian.* 22. 16. 16., qui eum inter obtrectatores Ciceronis recenset; Suetonium vero contra Didymum pro Cicerone scripsisse refert *Suid.* — Ei tribuuntur commentaria (ὑπομνήματα) in Hesiodum, Homerum, Pindarum, Bacchylidem et in tragicos, comicos, rhetores, historicos etc.; studia de re grammatica, de lexibus, de mythis, de antiquitatibus etc., quorum pauca servarunt scholiastæ, collecta a *M. Schmidt* (*Didymi Chalcenteri Fragm.* Leipz. 1854) *V.* etiam *Orth. Ludwig, Arist. Homertextkr. nach den Fragm. d. Didymos* Leipz. 1884. et *Susemihl II. p.* 195-210. — 2.°) *Didymus*, homo libidinosus, in quem scripsit epigramma *Martial.* 5. 41. et memorat etiam, sed nomine ficto, 3. 31. et 12. 43. — 3.°) *Didymus*, natus Alexandriæ ca. a. 310., sub Valentiniano et Valente impp., cognominatus *Cæcus*, ab anno enim quinto nativitatis suæ (τετραέτης *Pallad. hist. laus. c.* 4. et *Hieronym. chron.* a. Abr. 2388) visum amisit. De eo *Rufin.* 2. *H. E.* 7. Miscebat tamen precibus studia ac laborem et juges continuatasque vigilias - ad audiendum. - Cum vero post lucubrationis laborem somnus, ut fieri solet, legentibus advenisset, Didymus - ruminans cibum, quem ceperat, ex integro revocabat et - memoria et animo retexebat, ut non tam audisse, quæ lecta fuerant, quam descripsisse ea mentis suæ paginis videretur. Ita brevi, Deo docente, in tantam divinarum humanarumque rerum eruditionem ac scientiam venit, ut scholæ ecclesiasticæ doctor exsisteret, - sed in ceteris sive dialecticæ sive geometriæ, astronomiæ quoque vel arithmeticæ disciplinis - esset paratus. *et Hieronym. vir. ill.* 109. Captus a parva ætate oculis et ob id elementorum quoque ignarus tantum miraculum sui omnibus præbuit, ut dialecticam et geometriam, quæ vel maxime visu indiget, usque ad perfectum didicerit. — Quinquaginta et amplius annos præses fuit scholæ celeberrimæ Alexandrinæ, habuitque, inter alios, discipulos Rufinum et Hieronymum, qui ejus librum de Spiritu Sancto in latinum transtulit, ac sæpe vehementer laudat, quamquam fatetur eum, Origeni suo antecessori nimis addictum, non solum in re exegetica sed in theologica errasse. Sane in Concilio Constantinopolitano V. a. 553. cum Origene etiam quædam Evagrii Pontici et Didymi doctrinæ damnatæ sunt, quippe qui ἀποκατάστασιν docuisset, sc. animas ab æterno ante corpora exstitisse et purgatas aliquando in statum originarium restituendas fore. — Scripsit Didymus, quod opus est præcipuum, περὶ τριάδος (a *Mingarelli* repertum in cod. sæc. XI.) contra Arianos, ubi auctor « certe catholicus est », ut ait *Hieronym. c. Ruf. II.* 16.; item supra laudatum *de Spiritu Sancto* ap. eund. *Hieronym.*, maximi momenti librum; commentaria in epist. catholicas (*in epist. canonicas enarratio*), ubi Origenianorum errores perspicue traduntur et alia plura, quæ ætatem non tulerunt. — De eo, præter veteres *Hieronym.*, *Rufin.*, *Cassiod.*, *Augustin.*, consulas *Dräseke, Zu Didymus von Alex. Schrift.* etc. in *Zeitschr. f. wisch. Theol. XLV* (1902) *p.* 410-419.; *Schermann, Latein. Parall. zu Didymus* in *Röm. Quartalschr.* etc. *XVI.* (1902) 232-242 et *Bardenhewer, Patr. II.* 91. — 4.°) *Didymus*, frater Veriniani, Hispanus nobilis ac dives, qui pro patriæ libertate, contra barbaros in eam irruentes, veræ necessitatis causa veroque patrio amore ductus, strenue dimicans simul cum fratre occubuit, ineunte sæc. V. a. Chr. n. (*Oros.* 7. *Hist.* 50). — 5.°) *Didymus*, cogn. (v. potius ipsum nom. græce redditum) apost. Thomæ, ab Hebr. *the'ôm* « duplex, geminus », uti legitur in euang. *Joh.* 11. 16 (20. 24. et 21. 2) « Thomas qui dicitur Didymus ». *V.* THOMAS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 4. 2319. et 5274. et 5. 227.

DĬĒNSIS, e, adject. *V.* DIUM.

DĬĒS, ēi, f. 5. ¶ 1. Est nom. deæ, filiæ Erebi et Noctis (*Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 44) vel Chai et Caliginis (*Hygin. præf. fab.*), uxor Ætheris et mater Terræ, Cœli, Maris (*Hygin.* et *Cic. locc. citt.*) et Veneris primæ (*Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 58. et *Ampel.* 9). Memoratur etiam *Plaut. Bacch.* 255. et *Ovid.* 2. *Met.* 23. ¶ 2. Item nom. primæ ex tribus filiabus, quas post receptam valetudinem habuit Job, ex Hebr. *(Yemîmâh)* latine versum *Vulg. Job* 42. 14. Et fuerunt ei septem filii et tres filiæ. Et vocavit nomen unius Diem et nomen secundæ Cassiam et nomen tertiæ Cornustibii.

DĬĒSPĂTER vel

DĬĒSPĬTER, pitris, m. 3. nom. divin. — *a)* Scribitur etiam *Diespater* pro *Diespiter* ap. *Gell.* 5. 12. 5. et *Augustin.* 4. *Civ. D.* 11. — *Diesper* v. *Diespir* legitur in cista Prænestina (*Ann. d. Ist. arch.* a. 1861. *p.* 158., coll. *Garrucci, Syll. n.* 5712). — *b)* Genet. *Diespitris* ap. *Arnob.* 2. *p.* 98. — Dat. *Diespitri* ap. *Varr.* 9. *L. L.* 75. — Acc. *Diespitrem* ap. *eund. ibid.* et *Macrob.* 1. *Sat.* 15. 14. Cf. *Prisc. VI.* 39. — *c)* Vocabulum compositum est ex nom. *Dieus* = Dieva, Ζεύς (V. *Solmsen, Stud. z. latein. Lautgesch.* 191) et *pater* = *Diovis pater.* V. *Varr.* et *Serv.* infra.

Diespiter ¶ 1. Est idem ac Juppiter. *Horat.* 3. *Od.* 2. 29. sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum. Adde 1. *Od.* 34. 5. *Varro* 5. *L. L.* 66. Hoc idem magis ostendit antiquius Jovis nomen; nam olim Diovis et Diespiter dictus, id est dies pater. *et Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 570. Sane lingua Osca Lucetius est Juppiter dictus a luce, quam præstare hominibus dicitur. Ipse est nostra lingua Diespiter, id est diei pater. — Fortasse olim de Jano lucis numine nomen hoc dictum fuit, mox vero ad Jovem translatum, nam *Juppiter* et *Diespiter*, ut idem esse crederent, Latini facile induci poterant (V. *Ritter* in *h. l.*). Adde *Macrob.* 1. *Sat.* 15. 14., *Arnob. loc. cit.* et *alib.* et *Prudent.* 2. *c. Symm.* 860. ¶ 2. Item Pluto, quasi *Dis-pater* seu Ditis pater (Cf. Umbric. = Δίς πατήρ). *Lact.* 1. 14. 5 (ubi alii leg. *Dispiter*: sed *Isid.* 8. *Orig.* 11. 42. *Ditis pater*) et *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5712.

DĬEUCHĒS, is, m. 3. (Διεύχης) medicus quidam dogmaticus, cujus scripta et nomen citantur a *Plin.* 20. *Hist. nat.* 5. 15. (31). et *alib.* sæpe, inter fontes suos ab eo relatus in *Ind. auctt. l.* 20-27.

DIGBA, æ, f. 1. oppidum in Babylonia ad Tigrim. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (126). Cf. *Forbiger, Handb. d. alt. Geogr. II.* 625.

DIGDĪCA v. Diodica, æ, f. 1. oppidum in extrema parte orient. provinciæ Rom. Afric., confine Cyrenaicæ ad Syrtim Majorem, municipium Selorum. *Itin. Ant. p.* 65., *Rav. p.* 353. et *Coripp. Joh.* 2. 119. — De situ cf. *Tissot, Géogr. comp. II.* 241.

DĪGENTĬA, æ, f. 1. fluvius vel potius rivus in Sabinis, qui prope hodiern. *Vicovaro* influit in Anienem, hod. *Licenza.* Memoratur *Horat.* 1. *Ep.* 18. 104. Me quoties reficit gelidus Digentia rivus. Cf. *eund. ibid.* 16. 2. Fons etiam rivo dare nomen idoneus (*Porphyr.* ad *l.* fons Bandusiæ rivo qui Digentia dicitur). Cf. etiam *Obbarius Hor. ep.* 1. 16. 12.

DĬGĬDĪI, ōrum, m. plur. 2. duo fratres, de quorum sorore natus est ex scintilla Cæculus, ideo dictus Volcani filius, ab ea rejectus inventusque a quibusdam virginibus juxta ignem, ac dein Prænestis conditor, ut fabula narrat. *Solin.* 2., ubi tamen alii aliter leg. *V.* CÆCULUS.

DIGINES, um, m. plur. 3. dii quidam, ut videtur, Germaniæ, quorum mentio est in *Inscr.* apud *Brambach n.* 316. Non ergo *dii Gines*, ut in *alis* apud *Orelli n.* 1729. perperam scribitur.

DĬGĪTI, iidem qui græce Δάκτυλοι Ἰδαῖοι, latine *Digiti* Idæi, sc. sacerdotes Cybeles. *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 42., ubi alii leg. *Dactyli.* Cf. *Arnob.* 3. *p.* 124. et 125.

DĬGĬTĪUS, ii, m. 2. nom. vir. Memoratur *Sex. Digitius*, qui a. 210. a. Chr. cum Q. Trebellio certavit de corona murali post captam Carthaginem novam secundi belli Punici tempore in Hispania. *Liv.* 26. 48. — Alios vd. apud *eund.* 34. 42. et 43., coll. 35. 1. et 2. et 37. 4.; tum etiam 41. 22. et 43. 11. — In titulis nom. vir. *Inscr.* ap. *Lanciani, Top. di Roma p.* 256. *n.* 319. — *Digitia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 10.

DIGLITO v. Diglitus, i, m. 2. nom. fluvii Tigris, qua est tardior cursu; qua vero celerior, *Tigris* a voc. Med.-Pers. *tigra* « sagitta », teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (127). « Ipsi (*Tigri*), qua tardior fluit, Diglito; unde concitatur, a celeritate Tigris incipit vocari: ita appellant Medi sagittam » (Cf. *Strab.* 11. 14. 8). In Armeniaco codice *Eusebii* (*Chron.* 1. 2) appellatur *Deglath* itemque ap. *Philon, qu.* in *Gen.* 1. 12. Deglathii Arazanisque (*Euphratis*) scatebræ ex Armeniorum montibus feruntur oriri. Cf. etiam Hebr. *Hhiddeqel* (*Gen.* 2. 14).

DIGNĬTĀS, ātis, f. 3. *V.* voc. seq.

DIGNUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 316. et *Corp.* 7. 1336 (412). — *Digna*, cogn. mul. 8. 4181. — Hinc *Dignius (a)* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4988. — *Dignilla*, cogn. mul. demin. *Inscr.* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1882. *p.* 224. et *Dignissima* in tit. chr. ap. *Le Blant, Inscr. de la Gaul. I.* 349. — *Dignantius*, nom. vir. apud *eund. ibid.* 350. — *Dignitas*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4744. et 6692. et *Corp.* 2. 87., ubi absolute occurrit.

DIJŎVIS v. Diiovis, is, m. 3. nom. divin. Scribendum esse per dupl. *i* ostendit *Gell.* 5. 12., ita ut ex duabus vocibus constet, uti docet *Momms.* ad *Corp. I.* 188., ubi *diti* DIOVE, dat. pro DIOVI, legitur; unde *Di-Diovis* ac dein *Diiovis* factum sit, sc. *Dis Diovis*, cogn. *Ditis*; idcirco distinguendum a *Diove*, *Veiove* et *Jove*. Attamen ex recentioribus alii volunt unum idemque esse nomen *Dijovis* et *Jovis* seu *Juppiter*, ex antiq. Ital. seu Umbric. forma ductum. Cf. *Grotefend, Rudim. L. Umbr.* 8. 25. — Ceterum de hoc plura dicenda erunt in JUPPITER. *V.* etiam DIOVIS.

DĪLECTUS, i, m. 2. (diligo) cogn. vir. Corp. 5. 3597.

DĪLĬGENS, entis, m. 3. (diligo) cogn. vir. Corp. 7. 1005. et Inscr. ap. Momms. n. 2383. et 6769 (VII).

DILIS, portus Galliæ XX. m. p. a Fossis Marianis, fort. hod. port Sainte-Croix. Memoratur in Itin. Anton. p. 507.

DILLIUS, ii, m. 2. nom. gent., fort. idem ac Dellius (Delilius, Dillius). Corp. 2. 287. — Mentione dignus est C. Dillius Vocula legatus XXII. legionis sub Vespasiano a. 69., vir militaris disciplinæ, cujus res in Germania gestas describit Tac. 4. Hist. 24-37. et 56-59. et 77., a militibus dein occisus. — Ejus cursus honorum habetur in Inscr. apud Wilmanns n. 1141.

DĪMALLUS et Dimalus, i, f. 2. (Δίμαλος et Διμάλη) oppidum Illyrici, de quo Liv. 29. 26.

DIMAS. V. DYMAS.

DIMASTOS, i, f. 2. ¶ 1. Insula prope Rhodum, ap. Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (133). ¶ 2. Item mons in insula Myconο, ap. eund. 4. ibid. 12. 22. (66).

DIMNUS, i, m. 2. (Δίμνος) vir insidiator Alexandri M., qui detectus meritas pœnas luit, ut narrat Curt. 6. 7. seq. Cf. Diod. 12. 79.

DIMŌ, ûs, f. 4. (Διμῶ) castellum Mœsiæ seu Daciæ Ripensis, ubi stationem habebat Cuneus Equitum. Notit. Imp. or. 40. Cf. Itin. Ant. p. 221. et Procop. de æd. 4. 11.

DĪNA, æ, f. 1. nom. pers. et geogr. ¶ 1. Fuit nom. pers., sc. filiæ Jacobi et Liæ, natæ Charan v. Haran, opp. Mesopotamiæ, apud Labanum (Hebr. Dinâh, i. e. « judicata » et LXX. Δεῖνα). Memoratur Vulg. Gen. 30. 21. — Jacob relinquens socerum ejusque domum venit in Soccoth, unde transiit in Sichem, emptoque agro a filiis Hemor, ibi tentoria sua fixit. Egressa est autem Dina, ut mulieres regionis illius spectaret, levitate animi, juvenilis ætatis et feminei sexus propria, fortasse ad quoddam festum congregatas. Vidit eam Sichem, filius principis Hemor, ac libidine cæcus rapuit et « dormivit cum illa, vi opprimens virginem » (Ibid. 34. 2). Quo facto, patrem misit cum donis ad Jacob, ut ab eo requireret Dinam filio suo conjugem, hinc fœdus cum iis iniretur ac vicissim jungerentur connubia fieretque unus populus unumque domicilium. Filii itaque Jacob dolose consenserunt, ea tamen condicione, ut religionis causa omnes circumciderentur mares, cui Sichemitæ steterunt. Tertio autem die, quando gravissimus est vulnerum dolor, Simeon et Levi, Dinæ fratres uterini, in oppidum irruentes cum servorum turba, omnes masculos trucidarunt, in primis Hemor et Sichem, ac sororem tulerunt secum; ceteri vero fratres omnia vastarunt pueroque ac mulieres captivas duxerunt cum summo Jacobi mœrore, qui tunc eos reprehendit (Ibid. 34. 6-30); dein vero moriturus, eorum furori maledicens, Simeonem et Levi vocavit vasa iniquitatis bellantia (49. 5). — Id autem ad hunc finem permisit Deus, ut Jacob ejusque domum a periculo abstraheret, ne cum Chananæis commiscerentur, eorumque fides ac mores gravissimum caperent detrimentum; quare patriarcha, divino jusso obsecutus, inde cum suis incolumis alibi sedem constituit (Ibid. 35. 1. sqq.). ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. — a) Oppidum in Tauris, ap. Rav. p. 162. et 369., idem quod Dia. V. hanc voc. — b) Item fluvius Daniæ, ap. eund. p. 272., idem fortasse ac Lina.

DĪNÆI, ōrum, m. plur. 2. populus captivus, ab Assyriis in Samariam traductus (hebr. Dinâyê, gr. Δειναῖοι). Memoratur Vulg. 1. Esdr. 4. 9. — Dinæi ex iis fuerunt, qui prohibere conati sunt, quo minus Hebræi muros urbis ac dein templum reædificarent (Ibid. 5. 6. et 6. 6). Quinam vero fuerint, nunc quoque incertum est. Keil (Ezra 1863. p. 62) vult eos Medos fuisse; Clair (Esdr. et Neh. 1882. p. 24-25) Dinæos confert cum Dayainis v. Dayanis (quorum mentio fit in text. cuneatis) proximis Euphrati, fortasse Armeniæ incolis, certe haud procul a Media et Minnis, quos Assurbanipal vel Asarhaddon (Asenaphar ap. Esdr.?) subegit. Cf. Menant, Annal. d. rois d'Ass. p. 279. et Schrader, Keilinschr. Bibl. II. p. 176.

DĪNARCHUS, i, m. 2. (Δείναρχος, alicui imperans) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit hoc nomine orator Atticus, filius Sostrati, æqualis Demosthenis, laudatus Cic. 2. Orat. 23. 94. et Brut. 9. 36., ubi confertur cum Demosthene, Lycurgo et Æschine, ultimus ex decem oratoribus canonis Alexandrini, dictus Δημοσθένης ὁ ἄγροικος et ὁ κρίθινος (Dionys. c. 8. et Hermog. f. or. II. 11). Memoratur etiam Rutil. de fig. 1. 14., 2., 5., 26. et 30. — Corinthius patria, n. a. 360 (361) a. Chr., vixit Athenis sed extraneus seu μέτοικος, ita ut ab oratorio suggestu contionari sibi esset interdictum; fuit igitur simplex logographus, quamquam, mortuo Alexandro M. magnisque oratoribus exstinctis, clarere cœpit scripsitque plurimas orationes, fortasse ad centum (Dionys. 1., coll. 4. et 9), quarum tituli dumtaxat exstant pleri que ac brevia quædam fragmenta, præter tres, contra Demosthenem unam ac præstantiorem, duas vero reliquas contra Aristogitonem et Philoclem, mancas tamen nec ab omnibus criticis habitas ut genuinas (Cf. eund. c. 10). — Orationum ejus quæ supersunt fragmenta collegit Müller, Orat. Att. II. p. 155-182. et p. 450-470. — De eo vd. Troebst, quæst. Hyper. et Din. 1882., et universim Blass, Att. Ber. III. 2. 293. — 2.°) Item Delius, poeta, non rhetor, qui Dionysi seu Bacchi gesta resque ejus in India, itemque Lycurgi, Actæonis et Penthei scripsit, teste Euseb. chron. a. Abr. 712., coll. Cyrill. c. Jul. 10. 341. et Augustin. 18. Civ. D. 12. V. Müller, Hist. Gr. Frg. II. p. 391. — Eum, qui obscurior est, illustrandum curavit Bethe, quæst. D. myth. 27. sq.; Herm. XXV. 311. et PW. 4. 2388. — 3.°) Item præfectus gentis Ætolorum, de quo Liv. 43. 22. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 8. 2730. et 4228.

DINARETUM promontorium, quo terminatur ad septentr. insula Cyprus, dictum Ptol. 5. 14. 7. Κλεῖδες ἄκρα, hod. Capo Andrea. Legitur ap. Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. (129)., quamquam lectio incerta est.

DINDĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Corp. 3. 5228. et 5. 1196. et 1197., ex gente antiquissima. Cf. Garrucci, Syll. n. 659. — Dindia, nom. mul., ap. eund. n. 522., ubi alii volunt esse prænomen. V. Ann. dell' Ist. arch. a. 1866. p. 57. — Hinc Dindio (onis), cogn. antiquissimum vir. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 656.

DINDȲMA, ōrum, et

DINDȲMĒNA, æ, v. Dindymene, es, f. 1. V. voc. seq.

DINDȲMUS, i, m. (Δίνδυμος) et Dindyma, orum, plur. n. 2. (Δίνδυμα, τά) nom. geogr. et pers. — a) Forma — α) Dindymus, ap. Catull. 35. 14. et 63. 91 (ubi genet. Dindymei) et Propert. 3. 22. 3. — Dindymos, Gr. pos., unde Acc. Dindymon, ap. Ovid. 4. Fast. 249. et Stat. 1. Silv. 1. 10. — β) Dindyma, ap. Virg. 9. Æn. 618., Ovid. 2. Met. 223., Stat. 12. Theb. 225., Val. Fl. 8. 20., Claudian. in Eutr. 2. 173. et 262., et alib. et Ammian. 22. 8. 5. — b) Pænultimam produci ne putes in illo Catull. loc. cit. « Dindymi dominam, ex eo misellæ etc. ». Nam hoc genus carminis eo loco choreum pro spondeo recipere aliquando solet, ut in illo ejusd. 1. 2. « Arida modo pumice expolitum ». — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Dindymus, nom. geogr. ¶ 1. Mons Asiæ Minoris in Phrygia, unde oritur fluv. Hermus, hodie Murad-dagh. Memoratur Virg. 9. Æn. 618., coll. Herod. 1. 80., Strab. 12. 567. et 13. 626. et Ptol. 5. 2. 13. ¶ 2. Item mons in Phrygia ad Hellespontum, in pæninsula Arctonneso, ad septentr. Cyzici, hodie Kapudagh, de quo Strab. 12. 575. et Appian. Mithr. 76. — Utrinque erat templum Cybeles, quæ inde Dindymene v. Dindymena (Δινδυμήνη) appellabatur (Catull. 63. 13., Horat. 1. Od. 16. 5. et Anth. Lat. 1315. 43. M.) celebrique honorabatur cultu, de quo Virg. 10. Æn. 252., Ovid., Stat., Val. Fl., Claudian., Ammian. locc. citt. — Hinc Dindymus, adj. Auson. ep. 25. ad Paulin. 16. et Colum. 10. 221. — Absolute Dindyma (orum), sacra in honorem deæ Cybeles seu Matris Magnæ. Minuc. Oct. 22. Cybelæ Dindyma pudet dicere, quæ etc. Sil. It. 17. 20. Semivirique chori, gemino qui Dindyma monte Casta colunt etc. ¶ 3. Claudian. carm. 20. 261. « Dindyma fundunt Sangarium », ubi videtur alius innui, ad quem antiqua Phrygum domicilia erant, prope Sangarium. Cf. Strab. loc. cit.

II.) Dindymus, nom. vir., fictum a Martiale aliquem irridendi causa, ut epigr. 5. 83., 6. 39., 10. 42. etc. — Dindyma, cogn. mul. Corp. 4. 4101. — Hinc Dindymena, nom. serv. Inscr. ap. Murat. 753. 8.

DĪNĬA, æ, f. 1. (Δινία) oppidum Bodiontiorum Galliæ Narbonensis, hod. Digne, in Provenza, a Galba imp. formulæ provinciæ adjectum, teste Plin. 3. Hist. nat. 4. 5. (37). Adde Corp. 7. 122. — Hinc Dinienses, incolæ. Notit. Gall. Civitas Diniensium.

DĪNŌ, us, f. 4. (Δεινώ, οῦς) filia Phorci, ap. Hygin. præf. fab. « Ex Phorco et Ceto Phorcides: Pemphredo, Enyo, Chersis: pro hac ultima Dino alii ponunt » (Ἰαινώ ap. Sturz, Pherecyd. frg. 10 [p. 90]. Cf. Apollod. 2. 37. W.). Sed vd. Pepp-Müller, Hesiod. 37.

DĪNO et Dinon, ōnis, m. 3. (Δείνων) ¶ 1. Fuit statuarius, Polycliti I. discipulus, teste Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (50). ¶ 2. Item historicus, pater Clitarchi, tempore Alexandri M., qui de Persicis rebus scripsit. Memoratur Plin. 10. Hist. nat. 49. 70. (136)., Nep. Cor. 5. et Cic. 1. Divin. 23. 46., ubi alii aliter leg. — Fragmenta exstant ap. Müller, Hist. Gr. frgm. II. p. 88-95. ¶ 3. Item princeps Rhodiorum cum Polyarato a. 168. a. Chr., olim Persei fautor, dein Romanorum ditioni parens a. 167. Liv. 44. 23. et 29., coll. 45. 22.

DĪNŎCHĂRĒS, is, m. 3. V. voc. seq.

DĪNŎCRĂTĒS, is, m. 3 (Δεινοκράτης, quasi alicui imperans v. dominus) ¶ 1. Fuit architectus Macedo nobilissimus, tempore Alexandri M., cujus ope plura monumenta erexit, locum metatus est, ubi postea Alexandria condita est (Val. Max. 1. 4. ext. 1., Ammian. 22. 16. et Solin. 35), pluraque ejus urbis ædificia ipse exstruxit, ut antea, ex quorundam opinione, secundum Dianæ Ephesiæ templum ædificaverat (Strab. 1. 1. et Solin. 43); quin Atho montem in Alexandri M. statuam se transformaturum pollicitus ei erat, quod Alexander fieri vetuit (Vitr. 2. præf. § 1. sqq. et Plut. vit. Alex. M. 72). — Verum Plin. II. 5., 7. et 34. et Auson. Mos. 312. eum Dinocharem vocant, ut habent optimi codd., in quo tamen errasse videntur. « Qua in re, inquit Sillig. in Catal. Artif. p. 186., hoc potissimum permirum accidit, quod Δεινοκράτης non solum in Δεινοχάρης, sed etiam in Χειροκράτης (Strab. 14. 949) et in Στασικράτης (Plut. Alex. M. fort. II. 335) abiit, cujus tamen rei, in antiquis scilicet scriptorum exemplaribus duplici modo nomina exarata fuisse, non unum exstat exemplum. - Dinocratem autem genuinum viri nomen fuisse cum loci Pliniani leviter corrupti, tum egregia Vitruvii auctoritas nobis persuasit, qui illam scripturam exhibet », quam secuti sunt Valerius Max. et Ammianus. — Hanc tamen quæstionem aliquanto fusius pertractat Fabricius (PW. 4. 2390. et 2392. sq.) docetque distinguendos omnino esse Dinocharem, de quo Auson. loc. cit. et Plin. 5. Hist. nat. (62). et 7. ibid. (125)., qui signum Arsinoes, Ptolemæi Philad. sororis, in aere suspendisse ait, et Dinocratem, de quo Vitr., Val. Max. et Ammian., ut supra dictum est. Cf. etiam Mem. dell' Ist. arch. p. 329., ubi agitur de columna Pompeji M., et Ritschl, Opusc. III. 512. ¶ 2. Item præfectus regis Philippi, qui contra Rhodios dimicavit, sed victus fugit a. 197. a. Chr., teste Liv. 33. 18. ¶ 3. Item prætor Messeniorum in bello Achaico a. 183. a. Chr., de quo Liv. 39. 49. ¶ 4. Item frater Perpetuæ M., de qua Augustin. de anim. et ejus orig. 1. 10., 2. 10. et alib., coll. Pass. Perp. et Felic. c. 2.

DĪNŎGĔTĬA, æ, f. 1. Scribitur etiam Dinogessia v. Dinigothia, sed Ptol. 3. 10. 2. et 11. habet Δινογέτια. — Est autem oppidum Mœsiæ inferioris, ad ripam Danubii dexteram, hodie fort. Drimago. Memoratur in Itin. Ant. p. 225. et Not. Dign. or. 39. — Rav. p. 178. Dinogessia.

DĪNŎMĂCHĒ, es, f. 1. (Δεινομάχη) mater Alcibiadis, laudata Pers. 4. 20. V. Schol. ad l. et Plut. Alc. 1.

DĪNŎMĂCHUS, i, m. 2. (Δεινόμαχος, timendus pugnator) philosophus, de quo Cic. 3. Off. 33. 119. Quo magis reprehendendos Calliphontem et Dinomachum judico, qui se dirempturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem tamquam cum homine pecus copulavissent. Non recipit istam conjunctionem honestas, aspernatur, repellit. Adde eund. 5. Fin. 8. 21. et 5. Tusc. 30. 84. Cf. Augustin. c. Jul. Pelag. 6. 16.

DĪNŎMĔNĒS, is, m. 3. (Δεινομένης) ¶ 1. Fuit vir Siculus, proditor Hieronymi tyranni, quem, conjuratione facta, per criminis socios interficiendum curavit a. 215. a. Chr. Liv. 24. 7. et 25. ¶ 2. Item statuarius, qui cum Naucyde, Canacho minore et Patrocle Ol. XCV. floruit, teste Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (50). — Hanc porro esse veram scripturam nominis, in libris, corruptam constat ex alio loc. (Ibid. 8. 19. [77])., ubi Protesilaum et Pythodorum luctatorem fecisse dicitur, et ex Paus. 1. 25. 1., qui ejus statuas, Io et Callisto, memorat. Præterea statuam Besantidis reginæ Pæonum (Tatian. orat. ad Gr. 53. p. 116) fecit et exstat inscriptio ap. Boeckhium in Corp. I. n. 470.

DĪO et Dion, ōnis, m. 3. nom. vir. (Δίων) — a) Forma Dio ap. Cic. 2. Verr. 1. 27. et 28. et 2. ibid. 19. 20. et 24. et Cæl. 21. 51., Val. Max. 8. 8. ext. 5. — Dion ap. Varr. 1. R. R. 1. 8., Nep. Dion. 1. sqq., Colum. 1. 1. 9., Augustin. 21. Civ. D. 8. — b) Prima brevis est; sed aliquando producitur, ut in Inscr. metrica ap. Murat. 389. 1. Cf. etiam Dium, dius etc. — c) Origo nominis, a rd. di, unde et dius, Diovis, Dione etc., perspicua est. — Est autem nom. pers. et fort. etiam geogr.

I.) Dio v. Dion, nom. pers. ¶ 1. In libris. — 1.°) Fuit rex Laconiæ, qui ex uxore sua tres filias suscepit Orphen, Lyco et Caryam, quas Apollo, hospitio ab iis exceptus, divinationis dono remuneravit, ut fuse tradit Serv. ad Virg. 8. Ecl. 30. — 2.°) Item vir Syracusanus, filius Hipparini n. a. 410. a. Chr., Platonis primum auditor et ab eo omnibus doctrinis expolitus (Cic. 3. Orat. 34. 139. et 1. Off. 44. 155), ac dein amicus (Gell. 3. 17. 2. et Val. Max. 4. 1. ext. 3). — Dionysius I., Syracusarum tyrannus, ei in uxorem dedit filiam suam Areten; sed brevi, quum virtutibus clareret, in odium venit soceri filio, vitiis corrupto, qui a Dione hortatus, ut Platonem arcesseret sibi consiliarium, eodem tempore Philistum historicum Syracusas reduxit, hominem amicum non magis tyranno quam tyrannidi (Nep. Dion. 3). Porro insidias veritus ejus, qui patrem suum sopore necandum curaverat, ut ab iis se subtraheret, illo impellente, abiit in Peloponnesum et Corinthi copias paravit, quibus patriam a tyrannide liberaret (Nep. ibid. 5); quod quidem favore populi adjutus perfecit a. 357. a. Chr., quo potitus est Syracusis (Ampel. 15). — Verum mox ob Heraclidis, præfecti militum, cædem, qui secum de principatu contendebat, populo invisus, Callicratidis civis Atheniensis olim sui comitis, nunc vaferrimi inimici, insidiis captus, domi suæ est interfectus a. 354 (Nep. Dion. 9., coll. Diod. 16). Memoratur etiam Cic. 5. Tusc. 35. 100. et 15. Att. 10. et Quintil. 1. 10. 48. — De nummo Dionis vd. Eckhel, 2. p. 274. — Ejus vitam scripsit Nepos, quam critici in multis reprehendunt. Cf. Timmermann, De Dionis et Timoleontis vitis capita quædam, Leiden 1893. Adde Freemann, History of Sicily IV. 239. sqq.; Schuhardt, Dion (Jahresb. d. Realsch. von Halberstadt) 1875.; Mor. Pfalz, Dion. d. Syrakus., Chemitz 1877. et Niese, PW. 5. 834. sqq. — 3.°) Item Academicus quidam, patria Alexandrinus, Romam missus a suis (Strab. 17. 1147) adversus Ptolemæum Auletem, qui de re certior factus eum veneno necari jussit; hoc autem crimine accusatus est M. Cœlius, teste Cic. Cæl. 10. 23. et 21. 51., coll. 2. p. 274. — 4.°) Item Colophonius quidam, qui scripsit de agricultura, laudatus Varr. R. R. 1. 1. 8. et Colum. 1. 1. 9. et unus de fontibus Plinii in Ind. 8., 10. et alib. — 5.°) Item nobilis mathematicus Neapolites, memoratus Varr. Augustin. 21. Civ. D. 8. et Censorin. d. nat. 18. Cf. Susemihl, Litt. Gesch. II. 370. 120. — 6.°) Item philosophus, Papirii Pæti familiaris, de quo Cic. 9. Fam. 26., nisi idem cum Dione Academico, ut nonnulli putant. — 7.°) Item Stoicus, Panætio antiquior, qui de magistratibus subtiliter scripsit, teste Cic. 3. Legg. 5. 13. Cf. tamen Zeller, Ph. d. Gr. IV. 293. 3. — 8.°) Item rhetor ignotæ ætatis, memoratus Quintil. 3. 3. 8., qui rhetoricen universam dividit in inventionem, ubi includitur elocutio, et in dispositionem, ubi pronuntiatio. — De hoc vd. Spengel in Rhen. Mus. XVIII. 1863. p. 505. sq., coll. tamen Volkmann, Rhetorik[2] 30., qui eundem esse cum sequenti arbitratur. — 9.°) Item sophista vel rhetor Græcus, natus Prusæ in Bitynia, cognomento Chrysostomus, laudatus Quintil. 3. 3. 8. et Front. 1. ad Aur. Ver. imp. 1., qui Romæ floruit, amicus Nervæ et Trajani impp., multarum orationum (80) auctor de argumentis plerumque fictitiis, lingua polita usus, quas M. Cesarotti noster in Italam vertit cum analysi et excerptis in « Oratori Greci » Firenze 1848. — De eo consulendi sunt Graf, In Dionis Prusensis etc. München 1896.; Sonny, Ad Dion. Chrys. anal. Kiov. 1896.; Arnim, Leben u. Werk. d. Dio d. Prus. Berlin 1898. — 10.°) Item architectus, qui templum ædificavit in Agro Capenate, in cujus fragmento legitur mutila inscriptio -\NIO DIONE ARCHITECTO (Corp. 11. 3945.: cf. Bormann p. 571). Cf. De Rossi, Ann. 1883. p. 269. et Promis, Atti d. R. Accad. Torino 1873., qui legit ANIO suppletque Vet-anio. — 11.°) Item historicus celeberrimus, cognomento Cocceianus, absolute Dion dictus Jorn. Get. 2., 5., 9., 10. et 29., plenius vero Cassius Dio. V. CASSIUS. ¶ 2. In titulis nom., quod apud Romanos in cogn. quoque transiit ingenuum et libertinum. Corp. 5. 3510.; 5. 8320. etc. et ap. Garrucci, Syllog. n. 1576. et Henzen, Suppl. Orell. n. 5601.

II.) Dion, nom. geogr. V. DIUM.

DĪOBESSI, ōrum, m. plur. 2. gens Thraciæ, de qua Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (40). Bessorum multa nomina ad Mestum amnem ima Pangæi montis ambientem inter Haletos, Diobessos, Carbilesos.

DĪOCÆSĂRĒA, æ, f. 1. (Διοκαισάρεια) nom. duorum oppidorum, sc. — 1.°) Diocæsarea Galilææ, quæ Sepphoris olim (Hegas. B. J. 1. 30) v. Sephorine dicebatur (Hieronym. onom. 47. P.), hodie Sephurieh, arx munitissima temporibus Herodum, et ab aliquo imperatore, de quo non constat, ita appellata, ut sequens, sæc. II. p. Chr., quo maxime floruit, postea vero ca. a. 354. a Gallo Cæsare, una cum Tiberiade ac Diospoli, incensa. Memoratur etiam in Not. Dign. or. 34. et, ex Græcis, a Sozom. 4. 7. et Socr. 2. 33., quibus adde Jos. 1. B. J. 8. etc. — De ejus nummis vd. Eckhel, 3. p. 425., ubi legitur Σεπφωρήνη. et Head, H. N. 802. — 2.°) Diocæsarea (Diocæsaris) Cappadociæ, quæ videtur eadem ac Nazianzus, hod. Nenizi, vel saltem huic proxima, memorata Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. (8)., coll. Ptol. 5. 2. 23. — Diocæsarienses, incolæ, nominantur in Cod. Theod. 13. 11. 2.

DĪOCÆSĂRĬENSES, ium, m. plur. 3. V. voc. præc.

DĪŌCĀS, æ, m. 1. (Διώχας, persecutor) cogn. vir., in Jur. Civ. Antejust., ed. Mai, p. 57., ubi Diocæ pro Diochæ.

DĪOCHĂRĒS, is, m. 3. (Διοχάρης, Jovis gratia) cogn. vir. Gr. Corp. 5. 5532. — Fuit etiam quidam libertus Cæsaris, a quo Diocharinæ dictæ sunt epistolæ. — De eo vd. Cic. 11. Att. 6. et 13. ibid. 4. 5.

DĪOCHĂRĪNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

DĪOCLES, is, m. 3. (Διοκλῆς, Jovis gloria) cogn. vir. — Genet. Dioclis ap. Cic. 3. Verr. 40. 93., Ammian. 27. 7. 5. — Diocli ap. Cic. 5. Verr. 7. 16., Plin. 26. Hist. nat. 2. 6. (10)., Cæl. Aur. 3. acut. 5. 55. — Diocletis in Inscr. Neap. 2646. 16 = Orelli Inscr. 4405. — Dat. Diocli, in Inscr. Grut. 76. 4. — Diocle in Inscr. Neap. 3610. — Diocleti in Inscr. Neap. 7149. — Acc. Dioclem ap. Cic. 3. Verr. 56. 129., Cels. 7. 5. 3. — Abl. Diocleta ap. Lact. mort. pers. 52. 3.

Diocles ¶ 1. In libris dicitur: — 1.°) Panhormitanus quidam, Phimes cognomine, pater Apollonii Gemini, homo dives et existimatione dignus, sed male habitus a Symmacho Venerio, de quo Cic. 3. Verr. 40. 93., coll. 5. ibid. 7. 16. — 2.°) Item Centuripinus, in Sicilia, ditissimus, qui quo die certior factus est Apronii decumas redemptas esse, se ipse occidit, teste Cic. 3. Verr. 56. 129. — 3.°) Item celeber auriga Romanus, plene C. Appulejus Diocles appellatus, omnium agitatorum eminentissimus dictus in Inscr. (Corp. I. L. 6. 10048), a L. Friedländer, S.-G. II.[5] 506. sqq., diligenter illustrata. Cf. etiam Corp. 14. 2884. et Hirschfelds Arch. epigr. Mitt. II. 188. sqq. — 4.°) Item Diocles filius, in cognomine oppido natus, qui postea Diocletianus dictus est, etiam antequam imperio potiretur, teste Aur. Vict. epit. 39. V. VALERIUS. — 5.°) Item Carystius quidam, rhetor seu declamator tempore Augusti, plurimi æstimatus Senecæ, qui sæpe ejus sententias in suis libris (Contr. 1. 8.; 2. 3.; 7. 1. et alib.) adfert. Cf. Anth. Pal. VII. 393. et Kiessling, Sen. Ausg. præf. XIV. — 6.°) Item Peparethius, scriptor rerum Italicarum antiquissimus, quem Fabius Pictor in suis annalibus secutus est, teste Plut. Rom. 2. « Διοκλῆς Πεπαρήθιος, ᾧ καὶ Φάβιος ὁ Πίκτωρ ἐν τοῖς πλείστοις ἐπηκολούθηκεν. Memoratur Fest. p. 269. — Ejus fragmenta collegit Müller in Hist. Gr. frg. II. 74. sqq. — 7.°) Item medicus illustris, patria Carystius in Eubœa, Archidami filius, sæc. IV., de quo Vindician. c. 2. « Diocles, sectator Hippocratis, quem Athenienses juniorem Hippocratem vocaverunt ». Sic Plin., qui sæpe eum laudat, 26. Hist. nat. 2. 6. (10). « (Post Hippocratem) secundus ætate famaque exstitit ». Adde Cæl. Aur. 1. acut. 12. et alib. pluries., Macrob. 1. somn. Scip. 6. 65. et Censorin. d. nat. 7. — Plura scripsit ut ὑγιεινὰ πρὸς Πλείσταρχον (Athen. 7. 316 c. 2. 68. et Gal. 6. 455), περὶ τροφῆς δυνάμεως, περὶ πέψεως, περὶ πυρετῶν, περὶ γυναικείων, περὶ ἐπιδέσμων, προγνωστικόν etc. (Gal. 17., 1.; 18. 2. et alib., Cæl. Aur. 1. 12. 28. et 2. 8. 392., Sor. 2. 17. 53., al.). — Ejus fragmenta collegit M. Fränkel, Diocl. Car. frg. quæ supers. Berlin 1840. Cf. etiam Wellmann, Fragmentsammlung d. gr. Ärzte I. 117. sqq. et Sprengel, Versuch einer pr. Gesch. d. Arzneikunde I. 463. sqq. — 8.°) Alios vd. apud Ammian. 27. 7. 5., Cassiod, 7. Hist. trip. 25. et in Cod. 8. 36. 25. et 8. 88. 2. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. ap. Orelli n. 4405. et in tessera gladiat. ap. Hübner in Ephem. epigr. III. p. 162. — Diocles, cogn. mul. Corp. 5. 2442. et Inscr. ap. Momms. n. 150. V. etiam sub 1. d. — Hinc Diocletianus, adj. et subst. et deriv. V. VALERIUS DIOCLETIANUS.

DĪOCLĒTĬĀNUS. V. voc. præc.

DĪODŌRĒUS v. Diodorius, a, um, adject. V. voc. seq.

DĪODŌRUS, i, m. 2. (Διόδωρος, Jovis donum) nom. vir. — Scribitur etiam Deodorus in Corp. 5. 2891. — Diodrus, per syncop., ibid. 5. 2891. — Zodorus (Cf. Ζεύς pro Διεύς, gen. Διός; Zabulus pro Diabolus etc.) in Inscr. ap. Renier, n. 3592. — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Diodorus, comes et architectus Alexandriæ et Dracontius monetæ præpositus, initio imperii Juliani a. 361., a plebe « injectis per crura funibus exanimati sunt: ille, quod aram, in moneta, quam regebat, recens locatam, evertit; alter, quod, dum ædificandæ præesset ecclesiæ, cirros puerorum licentius tondebat, id quoque ad deorum cultum existimans pertinere ». Ammian. 22. 11. 9. — 2.°) Diodorus, historicus Græcus celeberrimus, natus Agyrii (hod. Agira v. S. Filippo di Agira) in Sicilia, ca. a. 90. a. Chr. Laudatur Plin. 1. præf. 19. Apud Græcos desiit nugari Diodorus. et Tertull. apol. 10. Diodorus Græcus - commentator (Romanarum) antiquitatum Adde eund. nat. 2. 12. et cor. 7., Hieronym. in chron. et Schol. Germ. Arat. p. 380. — Scripsit historiam universalem, cujus titulus videtur fuisse Bibliotheca historica (Ἱστοριῶν βιβλιοθήκη. Cf. Plin. loc. cit., Schol. Arist. Plut. v. 9. et Suid. ad v. Διόδωρος Σικελιώτης), quam edidit ca. a. 30., ineunte regno Augusti, nam is Cæsaris ἀποθεώσεως (Hist. 1. 4. 7) meminit. Huic autem ingenti operi se comparavit longis incommodisque itineribus per Europam et Asiam ac sæpe diuque Romæ commoratus est, ubi, ut ille ait, multa invenit, quæ studiis suis usui esse possent. — Epho-

rum et Polybium præcipue quum sibi imitandos proposuisset, quibus tamen excellere statuerat rerum amplitudine, suam bibliothecam in XL. libros divisit, hosque in tres tribuit partes, quarum prior sex de barbaris et de Græcis libros continebat, adhuc exstantes præter sextum, cujus supersunt tantum fragmenta; altera a bello Trojano ad mortem Alexandri M. undecim libros, quorum quattuor exciderunt, septem vero reliqui ætatem tulerunt, historiam antiquam majoris momenti complectentes, nempe a. 480-323. a. Chr.; tertia denique a morte Alexandri M. ad expeditionem Cæsaris in Gallias (*ibid.* 1. 4. 7.; quamquam auctor solum de eo loquitur in Britanniam profecto); et quidem in tres ac viginti libros distributa, quorum tres tantum ad nos usque pervenerunt (XVIII., XIX. et XX) a. 323-302., cum magna ex reliquis fragmentorum copia, ubi integra habetur successorum Alexandri M., Agathoclis et Samniticorum bellorum historia; ac propterea ex XL. libris quindecim dumtaxat supersunt. Mirandum ceteroquin sollertissimi viri opus, quod si ratione chronologiæ, quæ sibi non constat, et critices, quæ in textibus accurate perpendendis vel probe æstimandis manca esse videtur, magnam nihilominus suppeditat notitiarum segetem, qua nullo non tempore historici usi sunt, simulque incredibilem commonstrat auctoris laborem in colligendis fontibus iisdemque excutiendis ac digerendis, quos presse aliquando sequitur quasique exscribit, uti fuerunt pro Ægypti historia primitiva Hecatæus Abderita (1. 37. et 46); pro Persis Ctesias (2. 32. et 16. 46); pro mythologia Græca Dionysius Cyclographus (3. 52. et 66), pro historia item Græca usque ad Alexandrum M. Herodotus (2. 15. et 32.; 11. 37), Ephorus et Theopompus, quos sæpe citat, Anaximenes Lampsacenus (15. 76. et 89) et Callisthenes (14. 117); pro historia Alexandri M. Clitarchus (2. 7. 3); pro Sicula, in qua multum versatur, Philistus (13. 103. et 15. 89) ac Timæus; pro Romana Menodotus Perinthius et Sosylus Iliacus (26. 4), Polybius et Posidonius. Quod autem ei magnæ est laudi vertendum, singulari in dicendo perspicuitate eminet ac facilitate. — De eo consulendi sunt *Croiset, H. L. Gr. V. p.* 340-349.; *Wachsmuth, Einleitung in d. Stud. d. alt. Gesch.* Leipz. 1895. *p.* 81-103.; *Reuss, Die Chronol. Diodors*, Jahrbb. f. cl. Phil. 1896. *p.* 641-671.; *Schwartz, PW.* 5. *p.* 663-704. Cf. etiam *Bursian-Kroll* in *Jahresb.* Leipz. 1909. *p.* 128-148. — 3.º) Diodorus Jassensis in Caria, dialecticus scholæ Megarensis, Apollonii Croni dialectici discipulus, ipse quoque *Cronos* cognominatus, de quo *Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 2. 24. « Diodorus Cronus, Stilpo, Alexinus, molesti Academicis veteribus sed minuti philosophi, quorum sunt contorta et aculeata quædam σοφίσματα ». *et Fat.* 6. 12. Diodorus valens dialecticus. Adde *eund.* 9. *Fam.* 4. et *Gell.* 11. 12. 2. *Hieronym.* 1. c. *Jovin.* « Diodorus Socraticus quinque filias dialecticas insignis pudicitiæ habuisse narratur, de quibus etc. ». Tradit *Laert.* 2. 14., coll. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (180)., eum, qui aulam Ptolemæi Soteris frequentaret, in convivio a Stilpone sermones quosdam dialecticos interrogatum, hos quum statim solvere nescisset, a rege fuisse reprehensum ac dein, libro de iis conscripto, ex mærore obiisse. — Cf. *Zeller, Philos. d. Gr. II.a*[4] 247. 7. et 266-271. — 4.º) Diodorus, Prienæus, qui scripsit de agricultura, memoratus *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8. et *Colum.* 1. 1. 9. et inter suos fontes *Plin.* in *Ind. l.* 8., 10., 14. et *alib.* — 5.º) Diodorus, philosophus Peripateticus, Critolai discipulus a. 109. a. Chr., de quo *Cic.* 1. *Orat.* 11. 45. *Id.* 5. *Tusc.* 30. 85. Voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit: indolentiam autem honestati Peripateticus Diodorus adjunxit. Adde 2. *Fin.* 6. et 11. et 4. *ibid.* 18. 49. et *alib.*, *Macrob.* 1. *somn. Scip.* 15. 5. et *Boeth. interpr.* 3. 7. et 5. 12. Cf. *Zeller op. cit.* 933. *sqq.* et *Susemihl, Alex. Litt. I.* 154. et *II.* 301. et 326. — 6.º) Diodorus, Antiochenus, monachus, dein episcopus Tarsensis c. 378-394., a Meletio ordinatus (*Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 3). Memoratur etiam *Rufin.* 2. *H. E.* 21., *Facund. def. tr. capit.* 3. 3. *Hieronym. vir. ill.* 119. Eusebii Emiseni - eloquentiam imitari non potuit (*Diodorus*) propter ignorantiam sæcularium litterarum. — Scripsit LX. libros, fere omnes ab Arianis destructos. Ex his autem scriptis præcipua sunt: κατὰ εἱμαρμένης, divisum in 8. λόγοι et 53. κεφάλαια, cujus operis putatur exstare Syriaca translatio; περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως; alia contra hæreticos, sc. *Photinum, Marcionem, Sabellium, Apollinaristas, Arianos* et *Eunomianos* etc., *commentaria in V. et N. Test.*, ubi mordicus adhæsit sensui, qui dicitur litteralis seu historicus, non tamen typico seu prophetico neglecto (θεωρία), contra Origenianos, allegorico nimis addictos (ἀλληγορία). Attamen si vivens tamquam orthodoxorum columna habitus fuit et ob id Juliano imp. maxime invisus; nihilo minus demortuus, quum ejus opera ad trutinam exacta essent, erroris notam incurrit, quippe qui hæresis Nestorianæ germina insevisset, ita ut Cyrillus Alex. a. 438. tres libros composuerit contra Theodorum Mopsuestenum et Diodorum Tarsensem; quam labem et ipse Photius, etiam in opere *de Spiritu S.* postea deprehendit (*Bibl. cod.* 102); non tamen fuit Diodorus, ut falso traditur, a Concilio V. Œcumenico a. 553. anathemate perculsus (*Bibl. cod.* 18). — De eo ejusque libris genuinis et spuriis scripsere *Kihn* in *Theol. Quartalschr.* 1880. *p.* 531. *sqq.*; *Harnack, Diodor von Thars.* etc. Leipz. 1901. *p.* 69-230.; *Bardenhewer, Patr.* 1908. *II.* 102. *sqq.* — 7.º) Alii, ut: senator ap. *Cic.* 4. *Verr.* 62. 138.; - medicus, de quo *Plin.* 29. *Hist. nat.* 6. 39. (142).; - dux Seleuci, de quo *Pomp. Trog. prol.* 17.; - philosophus Epicureus, cujus meminit *Senec. vit. beat.* 19.; - cælator argenti celebratus, Critiæ discipulus, ap. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (85)., ubi alii leg. *Diodotus*, al. *Dionysodorus*. ¶ 2. In titulis nom. vir. Gr., unde est deductum cogn. ingenuum et libert. *Corp.* 1. 806.; 4. 4794. — *Diodora*, cogn. mul. *Not. degl scavi* 1885 *(Romæ) p.* 316., *Corp.* 9. 1813. — Hinc *Diodoreus* et *Diodorius* (Διοδώρειος), adj. ad Diodorum aliquem pertinens. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3411. — *Diodorium metrum*, ap. *Mar. Plot. Sacerd. III.* 6. *p.* 533. *K.* Tetrametrum hypercatalectum simplex Diodorium fit una syllaba addita metro archigenio (*quattuor puris anapæstis composito*): « Lalagen coleres specie rationi ».

DĬŎDŎTUS, i, m. 2. nom. vir. (Διόδοτος et Διόδοτος, a *Jove datus*) ¶ 1. Apud auctores memorantur — 1.º) *Diodotus*, Stoicus, homo eruditissimus, a quo Cicero fuit institutus (*Cic.* 1. *Nat. D.* 3. 6) et in dialectica exercitatus (*Id. Brut.* 90. 309). Idem *Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 36. 115. Diodoto quid faciam. Stoico, quem a puero audivi? qui mecum vivit tot annos? qui habitat apud me? quem et admiror et diligo? qui ista Antiochea contemnit. — Ejus tamen non omnes opiniones sequebatur, ut quam περὶ δυνατῶν tradebat (*Id.* 9. *Fam.* 4). — Cæcus factus, non modo adhibebat litteras sed etiam geometriam docebat fidibusque utebatur Pythagoræorum more (*Id.* 5. *Tusc.* 39. 113) ac moriens Ciceroni reliquit HS. fort. centiens (a. 59), ut ipse ait (2. *Att.* 20). — 2.º) *Diodotus*, præfectus Bactrianorum, quem *Justin.* 41. 4. 5. vocat *Theodotum*, sub Antiocho II. Theo, potentia auctus, defecit regemque se appellari jussit; dein prædoni Arsaci Teridati, qui finitimas regiones occupare cœperat, fort. obsistere paratus vita excessit; quare ille Diodoti metu liber cum filio ejus, et ipso Diodoto nuncupato, fœdus ac pacem fecit (*Justin. ibid.* 8., coll. *Strab.* 11. 515). — De ejus nummis ac gestis vd. *Sallet, Die Nachf. Alex. d. Gr.* in *Baktr.* etc. 1. *sqq.*, 15. *sqq.* et 94. *sq.*, *Droysen, Hell. III.* 357. *sq.* et *Willrich, PW.* 5. 714. *sq.* — 3.º) *Diodotus*, qui etiam *Triphon* dicitur *Trog. prol.* 35. *V.* TRIPHON. — 4.º) *Diodotus*, qui perperam *Petronius Diodotus* vocatur *Plin.* 20. *Hist. nat.* 8. 32. (77). et *alib.*, medicus, Asclepiadis discipulus temporibus Augusti (*Diosc. præf.* 2). Cf. *Mayhoff, Nov. lucub. Plin.* Leipz. 1874. et *Wellmann, Hermes XXIV.* 568. — 5.º) *Diodotus*, medicus sæc. I. p. Chr., qui *Empirica* scripsit. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 12. 48. (120)., coll. *Gal.* 10. 142. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 9. 151. et 6079. 21. 28., 10. 15855. — *Diodota*, cogn. mul. *Corp.* 4. 3905. et *Inscr. Not. degli scavi* 1906 *(Romæ) p.* 433.

DĬŎDŪLA, æ, f. 1. (Διοδούλα, *Jovis ancilla*) nom. mulieris in *Frgm. Jur. Rom. Vatic.* 275.

DĬŎGĔNĒS, is, m. 3. (Διογένης, a *Jove genitus*) Forma contracta, quæ in titulis aliquando legitur, est *Diogens* aut etiam *Dioga* v. *Diogas* ap. *Cyprian. sent.* 83. et *Marini, Iscr. Alb. p.* 202. c. 1.: producta vero in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 4869. Diogeneti *(dat.)*. — Declin.: Acc. *Diogenem* ap. *Varr. men.* 469. et 517. et *Cic.* 2. *Fin.* 8. 24. — *Diogenen* ap. *Cic.* 4. *Tusc.* 3. 5. et *Val. Max.* 4. 3. *ext.* 4. — Prima aliquando in arsi longa est, ut ap. *Auson. epigr.* 54. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. In libris — 1.º) Pictor non ignobilis, qui cum Demetrio Poliorcete rege vixit a. 306. a. Chr. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (146). — 2.º) Item sculptor, ap. *eund.* 36. *ibid.* 5. 4. (38). Agrippæ Pantheum decoravit Diogenes Atheniensis et Caryatides in columnis templi ejus probantur inter pauca operum, sicut in fastigio posita signa, sed propter altitudinem loci minus celebrata. — 3.º) Item philosophus Apolloniates, nempe ex Apollonia Cretensi, filius Apollothemidis (*Laert.* 9. 57), n. 440-425. a. Chr., discipulus Anaximenis et Anaxagoræ successor in schola Ionis philosophicæ naturali Atheniis (*Simplic.* 25. 1). Meminit *Cic.* 1. *Nat. D.* 12. 29. cum *Minuc. Oct.* 19. 5., *Censorin. d. nat.* 6. et 9., *Augustin.* 8. *Civ. D.* 2. et 5. *c. Jul.* 15. 75., coll. *Rufin. recogn.* 8. 15. et *Senec. qu. nat.* 4. 2. 27. et 6. 71. — Doctrinam Anaximenis sectatus docuit aerem deum esse infinitum atque immensum, primum omnium rerum principium magna scientia præditum, quum non solum omnia penetret sed in brutis animalibus et hominibus etiam vitam suique conscientiam ingerat. De eo *Augustin. loc. cit.* « Aerem quidem dixit rerum esse materiam, de qua omnia fierent, sed eum esse compotem divinæ rationis, sine qua nihil ex ea fieri posset ». Scripsit, quamquam Doricus, Ionica dialecto librum περὶ φύσεως, cujus exstant octo tantum fragmenta; ex his tamen ejus arguitur eloquendi peritia, qua res difficiles et abstrusas perspicuo et simplici atque adeo venusto jucundoque sermone exponit. — De eo cf. *Diels Rh. Mus. XLII.* 1. c. *Natorp ibid. XLI.* 349.; *Steinhart* ap. *Ersch u. Gruber* ad v. *Diogenes*, et *Zeller, Ph. d. Gr. I.* a. 5. 259. — 4.º) Item philosophus Stoicus, *Babylonius* dictus, etsi natus Seleuciæ, ob loci propinquitatem (*Laert.* 6. 81), filius Artemidori. — Fuit Chrysippi discipulus (*Cic.* 1. *Divin.* 3. 6) et Carneadis magister (*Id.* 2. *Acad.* [pr.] 30. 98) et Antipatri (*Id.* 3. *Off.* 12. 51), magnus et gravis (*Id. ibid. loc. cit.*), ex Stoicis unus, præter Panætium, qui etiam τὰ πολιτικὰ tractavit et de magistratibus quæsivit subtiliter (*Id.* 3. *Legg.* 5. 14). — Chrysippum secutus scripsit περὶ φωνῆς τέχνη et διαλεκτικὴ τέχνη (*Laert.* 71. et *Cic.* 2. *Orat.* 37. 155. et 38. 157); deum docuit esse mundi animam ceterosque mundi seu divinitatis partes (*Philod. Doxogr.* 549); scripsit etiam de divinatione (περὶ μαντικῆς), de generis nobilitate (περὶ εὐγενείας) deque aliis multis argumentis, quorum sententias seu placita refert *Cic.* 3. *Fin.* 10. 33. et 17., 57. 1. *Divin.* 3. 6. et 39. 84. et 2. *ibid.* 43. 90. Cf. et *Gell.* 1. 2. 10., 6. 14. 9., *Senec. ira* 3. 38., *Macrob.* 1. *Sat.* 5. 15. *sq.* — Is a. 155. a. Chr. cum Carneade et Critolao Romam legatus ab Atheniensibus missus est (*V.* CARNEADES), ubi philosophiæ studia excitavit (*Cic.* 4. *Tusc.* 3. 5). — De eo consulas *Zeller, Ph. d. Gr. IV.*[3] 47. 1.; *Stein, Psych. d. Stoa I.* 78. et 179. et *II.* 349., coll. *Thierry, Diss. d. Diog. Babyl.* 1830. et *Schmid, PW.* 5. 773. *sqq.* — 5.º) Item *Cynicus* (abs. ap. *Ovid.* 1. *Pont.* 3. 67), filius Hicesiæ (*Laert.* 6. 20., 49. et 56. et *Dio Chrys. or. IV*)., natus ca. a. 414 (*al.* 411) a. Chr. Sinope, opp. Ponti (de quo quæ traduntur, satis dubia sunt nec facile credenda), homo, ut videtur, mordacissimus (*Horat.* 1. *Ep.* 17. 18., coll. *Auson. epit. Her.* 31., *Gell.* 2. 18. et *Macrob.* 1. *Sat.* 11. 43) et superbus aliorum contemptor. — Fertur una cum patre, qui monetam adulterinam cudebat, pulsus a patria Athenas confugisse, ubi Antisthenis fuisset

auditor ejusque doctrinam dein propagasset in vulgus. Docuisset nempe duplicem esse hominis disciplinam, unam, qua corpus gymnastica exercitatione roboretur, altera, qua animus exerceatur: hanc vero in se naturæ omnino conformando consistere, decore, cultu, artibus scientiisque, pulcritudine, generis nobilitate et gloria despectis: religionem ac leges ab iis esse inventas, qui rem publicam administrant: matrimonium et jus possidendi abroganda, communia quum sint omnia inter eos, qui ad normam naturæ unice vivant; quod quidem, hucusque, ad pestilentes *Socialistarum*, qui nunc dicuntur, doctrinas nimium quantum accedere nemo est quin videat. Igitur, ad simplicia naturæ cultum redeundi obtentu, humanum quidquid a se respuere conatus, fertur sibi nomen *canis* indidisse; quare et nudis solitus pedibus incedere, dolium habitare, ubique dormiendi causa decumbere una contentus abolla, nihil aliud secum gerens nisi peram, baculum et scyphum, quem deinde, bubulcum cavis manibus bibere cernens, ipsum quoque abjecit (*Auson. epigr.* 53., coll. *eid.* 3. 11. et *epigr.* 54. et *Horat. loc. cit.*). — Plura ejus dicta ac gesta narrantur, ex quibus hæc tantum adferimus, animi causa. Alexandro M. roganti, ut diceret, si quid opus esset: « Nunc quidem paullulum, inquit, a sole »; offecerat videlicet apricanti: ita *Cic.* 5. *Tusc.* 32. 92., coll. *Val. Max.* 4. 3. *ext.* 4. Item et *Juvenal.* 14. 311. « Sensit Alexander, testa (*sc.* dolio ex argilla facto) cum vidit in illa Magnum habitatorem (*sc.* Diogenem), quanto felicior hic, qui Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem ». Alexander enim eum pauperem appellaverat, cui « Uter, inquit ille, pauperior? tune, cui orbis non sufficit, an ego, qui dolio meo contentus sum? » Adde *eund. ibid.* 308. Item de ejus superbia *Tertull.* 1. *c. Marc.* 1. « Ille canicula Diogenes hominem invenire cupiebat lucernam meridie circumferens ». *et apol.* 46. scribit « lutulentis pedibus Diogenes superbos Platonis toros alia superbia deculcat »; in sua enim paupertate aliorum admirationem laudesque affectabat. Huc facit quod habet *Macrob.* 7. *Sat.* 3. 21. Diogenes Antisthenem Cynicum, magistrum suum, solebat veluti vituperando laudare. « Ipse me, ajebat, mendicum fecit ex divite et pro ampla domo in dolio fecit habitare »: ita discipuli virtutem ostentans. — Mortuus est Diogenes, a. 324. vir nec magnus nec philosophus, experrecto tamen ingenio, « Socrates delirus » a Platone vocatus, non liber, sed servus, Corinthi sibi, ut quidam putant, necem inferens, vel, ut alii, pedem bovinum crudum comedens, cruda enim carne vesci solitus erat. — De eo alia colligas ex auctoribus laudatis, quibus addas *Senec. ep.* 29. 1., 47. 10. et 90. 11.; *benef.* 5. 4. et 6. et *alib.*, *Plin.* 7. *Hist. nat.* 19. 18. (80)., *Varr. men. p.* 165., 206., 209. et 228., *Solin.* 1. 73. et 109., *Augustin.* 14. *Civ. D.* 20., *Sidon.* 11. *ep.* 9. — Ex multis, qui ei adjudicantur, dialogis, perpauci genuini habendi sunt; ita etiam de epistolis dicendum (V. *Boissonade, D. S. Ph.* et *Not. et extr. X.* 2. 122.: *Schafstaedt, De Diog. epist.* Gott. 1892. et *Mullach, Frgm. Phil. Gr. II.* 295. *sqq.*, qui et fragmenta ejus exstantia collegit). — De monum. priscæ artis memoratur statua ejus cum cane ad pedes, quam illustravit cl. *Visconti* in *Iconogr. Gr. I.* 252-256. — Cf. etiam de eo, præter Græcos et Latinos vett., ex recentioribus *Delaunay, De Cynismo ac præcipue de Antisth., Diog.* et *Crat.* Paris 1881.; *Zeller, Ph. d. Gr. II.*[a] 288-336.; *Diels, Arch. f. Gesch. d. Phil. VII.* 315.; *Natorp, PW.* 5. 765-773. — 6.º) Item grammaticus, fort. Judæus, ad Tiberii imp. tempora pertinens, de quo *Sueton. gr.* 32. « Diogenes grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus venientem (*Tiberium*), ut se extra ordinem (*sc.* alio die) audiret, non admiserat; ac per servulum suum in septimum diem distulerat. Hunc Romæ salutandi sui causa pro foribus adstantem, nihil amplius quam ut post septimum annum rediret, admonuit ». Disputationem autem illam intelligunt declamationem publicam, qua ille Rhodius, ut et alii bene multi, artem ostentaret, uti de Antonio Gniphone *Sueton. de ill. gramm.* 7 et de rhetoribus discipulos suos ita exercentibus *Juvenal. sat.* 7. referunt. — 7.º) Item celeberrimus fossor et fossorum princeps cœmeteriorum christianorum, Damaso pontif. regnante, de quo V. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1877. *p.* 131. *sq.* et *Rom. Sott. III. p.* 589. *sq.* — Exstat adhuc ejus imago in cœmeterio Domitillæ, a *Bottari, Rom. Sott. II. p.* 825. affabre delineata. — 8.º) Alios vd. apud *Ammian.* 29. 1. 45.; *Gran. Licin. frgm. ann.* 1. 35., *Oros.* 6. *Hist.* 2., *Heges. hist.* 1. 12., *Cic.* 3. *Fam.* 8. et *Cluent.* 16. 47., *Cels.* 5. 19. 20. et *ibid.* 27. 1. ¶ 2. In titulis nom. vir., quod sæpe in cogn. transiit tam ingen. quam libert. et serv. *Corp.* 4. 2046 *(Pomp.)*; 5. 6294.; 9. 6078. 82.; *Inscr. Not. degli scavi* 1879. *p.* 332 *(Romæ)*. — Hinc *Diogenianus* (Διογενειανός et Διογενιανός) — *a)* Adj. ad Diogenem aliquem pertinens. *Inscr.* apud *Murat.* 887. 7. servus Diogenianus (?). — *b)* Subst. nom. viri clarissimi, tribuni voluptatum, sub Honorio ac Theodosio impp., Romæ a. 414. *Cod. Theod.* 15. 7. 13. — Cogn. abs. *Corp.* 5. 1546. — *Diogenius* (Διογένειος), nom. vir. *Cod.* 6. 60. 10. — *Diogenis*, nom. mul. *Corp.* 3. 6087.; *Inscr. Not. degli scavi* 1886. *p.* 378 *(Via Tiburtina)*. — Secunda producitur et pænultima corripitur, metri necessitate, in titulo Chr. apud *Mommsen* in *Corp.* 5. *p.* 618. *n.* 10. « Sacra Diogenis clauduntur membra sepulcro ». Adde *Corp.* 8. 876. et 12. 4129 *(Gall. Narb.)*.

DĬŎGĔNĒTUS. *V.* DIOGNETUS.

DĬŎGĔNĬĀNUS et

DĬŎGĔNĬUS. *V.* voc. præc.

DĬOGNĒTUS, i, m. 2. (Διόγνητος, a *Jove genitus* seu *genere illustris*) nom. vir., contract. a *Diogenetus*, quod nec apud Græcos nec fort. apud Latinos reperitur, nisi vis excipere loc. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 1123., ubi tamen nunc legitur forma contracta, et *Inscr.* apud *Momms. n.* 2593., quæ tamen lectio addubitatur. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) *Diognetus* Erythræus, qui scripsit, ut videtur, de rebus Alexandri M., teste *Hygin.* 2. *Astr.* 30., ubi tamen varia est lectio: V. *C. Müller, Script. rer. Alex. M. p.* 134. *sq. Plin.* vero 6. *Hist. nat.* 17. 21. (61). eum inter Alexandri M. itinerum mensores et in *Ind.* 6. 12. 13. inter fontes suos recenset (Cf. *Droysen, Gesch. d. Hell. I.* 2. 388. et *Forbiger, Handb. d. alt. G. I.* 138). — 2.º) Item architectus vel potius mechanicus, qui, a Rhodiis antea rejectus, postea ab iis summe periclitantibus exoratus, contra Demetrium Poliorcetem arte sua profuit, hostium machinam ita sistens, ut nec progredi nec regredi posset; sic Demetrium, artificis sapientia deceptum, cum classe sua discedere coegit. *Vitr.* 10. 16. — 3.º) Item pictor simul et magister M. Antonini philosophi, quem etiam pingendi artem docuit, teste *Capitolin. M. Ant. Philos.* 4., de quo tamen disputatur, num unus idemque fuerit (V. *Sillig.* in *Cat. artif. p.* 189. et *Arnim, PW.* 5. 785. *sq.*). *Peter* pro *Diognetus* leg. ibi *Diogenetus*. — Huic etiam adjudicata fuit celebris epistola *ad Diognetum* ad III. vel potius II. sæc. pertinens, quam alii Marcioni (*Bunsen*), alii Apelli, Marcionis discipulo (*Dräseke*), probabilius vero alii Aristidi Atheniensi (*Doulcet, Kihn, Krüger*) adtribuunt. V. *Funk, Opp. Patr. apost. I* (1878., 1887) *p.* 310-333. et 1901. et *Overbeck, Stud. z. Gesch. d. alt. Kirche* 1875. *p.* 1-92. — 4.º) Alios vd. apud *Hieronym. loc. cit.*, *Cic.* 3. *Verr.* 38. 86., ubi *Diognotus*. et *Hil. op. hist. frg.* 2. *n.* 2., ubi *Diognitus* scribitur. ¶ 2. In titulis nom. et etiam cogn. serv. *Corp.* 3. 6087. et *Inscr. Not. degli scavi* 1886. *p.* 378 *(Via Tiburtina)*.

DĬOLCŎS, i, m. 2. ¶ 1. Est tractus terræ, qui in Isthmo Corinthiaco mare Ægæum ab Ionio sejungit. *Mela* 2. 48. « Megarensium tractus Isthmon adtingit. Diolco cognomen est, quia quattuor milium spatio Ægæum mare ab Ionio submovens angusto tramite Helladi Peloponnesum adnectit ». Hanc lectionem expungit *Frick* et *de illo* substituit, quod textui et contextui, ut mihi videtur, minus congruit. Accedit, quod in illam optime quadrat vocabuli etymon; per eum namque tractum ex uno in aliud mare naves vicissim trahebantur (*græce* δίολκος a διέλκω, *traho*), quod bene expressit *Liv.* 42. 16. « a Corintho per Isthmi jugum navibus traductis Æginam trajiciunt ». Cf. *Strab.* 8. 2. 1. ¶ 2. Item vicus v. oppidum Ægypti, uni ex septem Nili ostiis imminens, monachorum sedes maxime frequentata. *Cassian. coll.* 18. 1., coll. *inst.* 5. 36. et *Sozom. hist. eccl.* 6. 29.

DĬŎMĒDĒS, is, m. 3. (Διομήδης, *Jovis cura* v. *consilium*) nom. vir. (De his Græcis nominibus heroum vd. *Wellmann, PW.* 5. 815). Declin.: Dat. arch. *Diomedei* in *Corp.* 3. 497. — Acc. *Diomedem* ap. *Justin.* 12. 2. 7. — *Diomeden* ap. *Senec. ad Helv.* 7. 6., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 18., *Dict.* 2., *Anthol. Lat.* 1. *n.* 11. 6. *R.*, *Hygin. fab.* 30. — *Diomeda* (Διομήδη pro Διομήδεα), Gr. posit. contr., ap. *Virg.* 11. *Æn.* 243.: ita leg. *Ribb.* (Cf. *Macrob.* 5. *Sat.* 17. 19). — Dat. plur. *Diomedibus* ap. *Varr.* 10. *L. L.* 49. — Memorantur ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Diomedes, Martis filius ex Cyrene (*Hygin. fab.* 250), rex Bistonum in Thracia (*Id. fab.* 30), frater Abderæ, quam nomine suo urbem nominavit (*Mel. loc. cit.* et *Capell.* 6. *p.* 212): hunc fabulantur in Tyria (Tirida *Plin.* 4. *h. n.* [42]., Tyrida *Capell. l. c.*) peregrinorum et hospitum carne equos suos aluisse, sed victum ab Hercule, quasi lege talionis quæ dicitur, equis ipsis ad devorandum fuisse ab eo objectum (*Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 752. et 8. *ibid.* 300., coll. *Solin.* 10): hinc *Diomedis equi* ap. *Lucret.* 5. 29 (Cf. *Diomedeæ quadrigæ* ap. *Auson. eid.* 19. 9). et *Diomedis stabulum* ap. *Solin. l. c.* et *Hygin. fab.* 30. Diomeden - cum Abdero famulo interfecit (*Hercules*). — Quæ fabula lucem mutuatur fortasse ex loco *Plin.* 25. *Hist. nat.* 8. 53. (94). « Circa Abderam (*Thraciæ urb.*) et limitem, qui Diomedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie ». *et Mel.* 2. 29. « Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet ». De hac re mentionem faciunt etiam *Ovid.* 9. *Her.* 67., *Stat.* 6. *Theb.* 348 (ubi *Diomedes Geticus* dicitur), *Claudian. carm.* 3. 254. et 34. 12., *Ammian.* 22. 8. 3., *Dar.* 16., *Mythogr. I. fab.* 61. 68., coll. *Senec. Tro.* 1118. et *Herc. f.* 1177. et *alib.* et *Sil. It.* 3. 38. et 13. 440. — Antiquæ artis monumentum superest effigies Diomedis, qui supplex adstat ad statuæ Herculis pedes, illustratæ a *Visconti, Mus. Pio-Clem. XI. p.* 49-52, coll. *IV. p.* 244. Cf. etiam *Furtwängler* ap. *Roscher, M. L. I.* 2226. — 2.º) Diomedes, filius Tydei, principis Calydonis, qui Argos fugiens, ubi Adrastus regnabat, filiam ejus Deipyliam uxorem duxit, ex qua Diomeden suscepit (*Hygin. fab.* 175., coll. 69), hinc *Tydides* cognominatus, Achivus (*Id. fab.* 114) vel rectius Argivus (*Liv.* 25. 12), Œnei nepos, unde *Œnides* dictus (*Orest. trag.* 636), oriundus Calydone, Ætoliæ oppido, ubi pater regnabat (*Capell.* 6. *p.* 210), quare et *Ætolus* etiam appellatus; item Meleagri, fratris Tydei, nepos (*Horat. a. p.* 146), Helenæ procus (*Hygin. fab.* 81), celeberrimus in bello Trojano. — Ejus gesta ac vices, in quibus mythus longe prævalet historiæ, ad hæc potissimum rediguntur. — Argis solvit cum copiis Asiamque Minorem ac Troadem petiit, ubi statim miranda bellicæ virtutis dedit specimina. Post Achillem et Ajacem Telamonium omnium fortissimus præter vulgus sexdecim ex præcipuis hostibus interfecit (*Hygin. fab.* 114): cum Hectore et Ænea, singulari certamine dimicans, ipsum Martem (*Auson. per.* 2. 5) ipsiusque Veneris dexteram vulnerat, filio suo opem ferentis (*Id. ibid.*, coll. *Hygin. fab.* 112. et *Tertull. apol.* 14), a Troilo tamen et ipse vulneratus (*Dar.* 31); cum Ulixe, amicissimo suo, noctu Dolonem, ad Græcorum aciem explorandam urbe egressum, interimit simulque Rhœsum, Thracum regem, aliosque duodecim (*Auson. ibid.* 11. 10., coll. *Hygin. fab.* 113): Pandarum occidit (*Dict.* 2), Penthesileam in Scamandrum præcipitat (*Id.* 4), Antiphilum et Mesthlem obtruncat (*Dar.* 21): in ludis funebribus Patrocli victor exsistit quadrigarum (*Dict.* 3. et *Auson. ibid.* 11. 23): in equo Trojano inclusus urbem invadit, cædemque edit civium ac Palladium rapit (quod tamen postea Æneæ reddidit) et cineres Laomedontis. — Capta Troja, quum patriam repetens rescivisset uxorem suam, alio amore correptam, in eam a Venere irata immisso, cum Stheneli filio concubuisse civesque suos contra ipsum armasse, substitit Corinthi (*Dict.* 6): Argorum regnum Œneo, ab Agrio fratre expulso, avo

suo restituit (*Hygin. fab.* 175. et 243): deinde in Apuliam venit, Dauni filiam in uxorem accepit ac regni partem, ibique sive per socios plura oppida dicitur condidisse, nempe Argos vel Sipontum apud Garganum montem, Venusiam, Beneventum, Equum Tuticum, Spinam, alia (*Justin.* 12. 2. et 20. 1., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. [104]., *Horat.* 1. *Sat.* 5. 92., *Sil. It.* 1. 125. et 8. 241., *Vitr.* 1. 4. 12., *al.*), immo, et in Hispaniam profectus, etiam oppidum Tyden (*Sil. It.* 3. 367., ut quidam interpretantur). — Præterea ibi legationem excepit a Latino, rege Aboriginum, auxilia petente adversus Æneam; sed Venulo legato narravit, Græcos omnes, qui bello Trojano militavissent, pœnas dedisse, eumque ad pacem componendam est adhortatus (Cf. *Ovid.* 14. *Met.* 441. *sqq.*, *Virg.* 11. *Æn.* 225-299, coll. *Serv.* ad *l.*). — De ejus morte alii alia tradunt: sunt qui in Apulia eum dicant repente evanuisse vel ab Ænea dolo fuisse occisum vel ab Illyriis (Cf. *Serv.* ad *Virg. Æn.* passim); sepultum vero in insula, ab eo Diomedea dicta, contra Apuliæ oram (*Paul. Fest. p.* 75), ubi tumulum ac delubrum exstitisse refert *Solin.* 2. et etiam *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (151). et *allb.* — Diomedis epitaphium scripsit *Auson. epit. her.* 6. — Ejus famæ simulque divinus cultus ei adhibitus, quamvis aliquando confusus ille fuerit cum Diomede, Bistoniæ rege, late patuerunt; et primum quidem in Thracia (*Apollod. bibl. II.* 96. *sqq.*, *Strab.* 7. *frg.* 44. et 47., *Diod.* 4. 15. 3. *sq.*, *Schol. Virg. Æn. l.* 752. Cf. *Studniczka, Kyrene* 137. *sqq.* et *Wilamowitz, Heracl. I.* 303); item in Argolide, in Thessalia, in Laconia, in insula Lesbo, in Arcadia, in Ætolia, in Attica, in Cypro, in Italia (V. *Bethe, PW.* 5. 816. *sqq.*). — De monumentis priscæ artis consulas *Furtwängler, Meisterwerke* 146. *sqq.*, coll. *Arch. Jahrb. XVI.* 56. *sqq.*; *Overbeck, Her. Gall.* 585. *n.* 34. et 35.; *Robert, II. Taf.* 50.; *Braun, Zwölf ant. Basrel. Taf.* 4.; et de nummis *Head, H. N.* 367. *sq.* — Hinc *Diomedis campi* in Apulia ad Aufidum amnem, ubi Cannæ erant, vicus Romanorum clade celeber (*Liv.* 25. 12). Tradit autem *Paul. Fest. l. c.* ita esse appellatos, quia in dividendo regno cum Dauno Diomedi cesserunt. Cf. *Arnob.* 4. 4. et *Heyne, Excurs. I.* ad *Virg. Æn. l. IX.* — *Diomedis promontorium*, in Dalmatia ad Portum Salonitanum, hodie *Punta della Ploccia*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (141). Promontorium Diomedis vel, ut alii, pæninsula Hyllis circuitu C M pass. (Cf. *Kiepert, Form. orb. ant. XVII*). — *Diomedis urbs*, in Apulia Daunia, a Diomede, ut dicitur, condita, hodie *Arpi*, ap. *Liv.* 9. 13., *Justin.* 12. 2. et 20., *al.* (V. supra). — 3.º) **Diomedes**, grammaticus, fortasse ad alterum sæc. IV. dimidium pertinens, auctor *Artis grammaticæ* (*l.* III) ad Athanasium quendam (*Keil, gramm. Lat. I. p. XLIX-LV*). De eo severius judicium tulit *Reifferscheid* (*Sueton. p.* 372), qui de stupore et supina in excerpendo negligentia et insigni incogitantia auctorem accusat; quamquam, si inter deteriores metricos recensendus sit, tamen et fontibus rectius quam Charisius utitur, et ceteris præstat ob auctores, quos ipse exscripsit. — Plura invenies ap. *Kayser, De vet. art. poet. quæst. sel.* Leipz. 1906.; *Koett, De Diomed. art. poet. font.* Diss. Jena 1904.; *Schanz, G. R. L. IV. p.* 169. — 4.º) Alios vd. ap. *Sueton. Aug.* 67., *Cod.* 6. 50. 16. et 8. 54. 22., *Mer. Merc. p.* 884. *M.* ¶ 2. In titulis — *a)* Nom. serv. et etiam cogn. sive ingen. sive libert. *Inscr. Not. degli scavi* 1886. *p.* 369 (*Romæ*). et *Corp.* 4. 2400.; 8. 10839.; 9. 168., 5691. etc. — *Corp. loc. cit.* Diomedei (*dat.*). — *b)* Nom. navis trieris in *Inscr.* mutila ap. *Momms. n.* 1474 (si lectio est certa), dictæ a Diomede heroe, qui tamquam deus fuit cultus. — Hinc *Diomedeus* et *Diomedius* (Διομήδειος), non *Diomedæus* — *a)* Adj. ad Diomedem alterum pertinens, ut: - *Diomedeæ arces*, oppida ab eo condita, ap. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 163. - *D. aves*, in quas conversos fuisse fabulantur Diomedis socios, ut *Virg.* 11. *Æn.* 271. et *Ovid.* 14. *Met.* 442. *sqq.* (Cf. *Isid.* 11. *Orig.* 4. 2), post ejus mortem, quam ii insolabiliter complorabant, ut *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* Cf. etiam *Augustin.* 18. *Civ. D.* 16., qui *Diomedeas volucres* habet, et *Solin.* 2., ubi fusius eas describit. - *D. insulæ*, maris Adriatici, ad oras Apuliæ, hodie *Tremiti*, in quarum maxima tumulatus fertur Diomedes Tydides, ideo dicta Trimetus v. Trimerus, et exsul mortem obiit Julia, neptis Augusti (*Tac.* 4. *Ann.* 71). *Ptol.* 3. 1. 80. quinque numerat; sed *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (151). duas. *Mela* vero 2. 114. unam tantum, quam absolute *Diomediam* vocat, ut etiam *Solin. loc. cit.*, *Prisc. perih.* 612., *Avien. orb.* 647. et *Augustin. loc. cit.* - *D. agri* v. *campi*. V. supra. - *D. ausa*, res furtim et noctu gestæ, ut Palladii raptus, *Claudian. carm.* 28. 479., quas *furtum* dicit *Stat.* 5. *Silv.* 3. 179. Cf. *Orest. tr.* 680. — *b)* Subst. — α) *Diomedes* v. *Diomedis* (pro qua et *Diomeda* v. *Diomede*, nom. mul., sc. Pallantis uxor et Euryali ex eo mater, ap. *Hygin. fab.* 97., Διομήδη. — β) Item filia Phorbantis, regis Lesbi, quam, olim a Patroclo adamatam (*Dict.* 3), Achilles, patre ejus occiso, secum abduxit ac retinuit (*Id.* 2). — γ) Item insula, de qua V. superius dicta. — δ) Est etiam poema hujus nominis, de quo *Acron.* ad *Horat.* 4. *Od.* 2. 33. « Julus Antonius heroico metro *Diomedeas* duodecim libros scripsit egregios ». Cf. *Schol. Cruq.* apud *Welchert, Poet. Lat. II.* 368.

DĬŎMĒDĬUS et Diomedius, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DĬŎMĔDON, ontis, m. 3. (Διομέδων, a *Jove imperium tenens*) nom. viri — *a)* Atheniensis, de quo *Val. Max.* 1. 1. *ext.* 8. « Diomedon, unus e decem ducibus, quibus Arginusæ eadem pugna et victoriam et damnationem pepererunt (a. 406. a. Chr.), cum ad immeritum supplicium duceretur, nihil aliud locutus est quam ut vota pro incolumitate exercitus ab ipso nuncupata solverentur ». Cf. *Thuc.* 8. 19. et *Xen. hist.* 1. 5. et 6. — *b)* Cyziceni, quo usus est Artaxerxes ad Epaminondam corrumpendum, sed irrito conatu. *Nep. Epam.* 4., coll. *Ælian. var. hist.* 5. 5. — Hinc *Diomedlacus*, adj. ad Diomedem, Thraciæ regem, pertinens. *Capell.* 6. *p.* 212., ubi tamen *Kopp* leg. *Diomedeus*.

DĬŌN. *V.* DIO.

DĬŌNA, æ, et

DĬŌNĒ, es, f. 1. (Διώνη) nom. mul. — *a)* Aliæ formæ: *Deona* (V. *Dittenberger, Syll*, 429), *Diaine* (V. *Apollod.* apud *Schol. Od. III.* 91), *Dodone* (V. *Clem. Rom. homil. IV.* 16. et *V.* 13. Cf. *Roscher, Stud. z. vgl. Mgth. d. Gr. u. Römer II.* 24). — *b)* Declin.: in recto *Diona* ap. *Plaut. Mil.* 1414. sed lectio est valde incerta. — Dat. *Dionæ* ap. *Catull.* 56. 6. — Abl. *Diona* ap. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 59. — *c)* Etymon vetus *Schol. Hesiod. theog.* 353. itemque *Etym. M.* et *G.* mittimus; nec pluris facimus, quod ex Hebr. *Diyônêh* « dea columba » quidam proferunt docentes, *columbas* dictas fuisse primas sacerdotes, quæ ex Phœnicia et Asia Dodonam et Thebas Ægypti venerunt, teste *Herod.* 3. et *Diod.* 3. Putamus namque non esse discedendum a rd. *di* (V. DIANA), unde *dies*, *dius*, *Dios* (Ζεύς), cujus fort. *Dione* est patronym., ut ab 'Ακρίσιος 'Ακρισιώνη, quasi *Jovis filia*.

Dione ¶ 1. Est nympha quædam, Oceani et Tethyos filia, sive Ætheris et Terræ (*Hygin. fab. præf.*), quæ ex Jove Venerem tertiam peperit (*Id. ibid.* et *Cic. loc. cit.*). Memoratur etiam *Claudian. carm.* 36. 433. et *Arnob.* 2. *p.* 93. ¶ 2. Item una ex septem Hyadibus, quæ et nymphæ Dodonidæ antea adpellabantur (*Hygin.* 2. *Astr.* 21., ubi tamen alii *Thyone* leg., alii vero *Thyene* v. *Tyene*). ¶ 3. Item sæpissime ipsa Venus, Dionæ filia, sc. Venus tertia, quæ ex Vulcano Martem peperit, ex quo dein ab ea susceptus est Anteros, ut tradit *Cic. loc. cit.* (Cf. CUPIDO). Memoratur *Catull. loc. cit.*, *Ovid.* 2. *Fast.* 461. et *allb.* sæpe., *Stat.* 2. *Ach.* 340. et 1. *Theb.* 288., *Val. Fl.* 7. 187., *Auson. epigr.* 80., *Sil. It.* 4. 106. et allb., *Calpurn. ecl.* 9. 56., *Petron. sat.* 133., *al.* — Epith. *Stat.* 2. *Silv.* 7. 2. Isthmia. sc. quæ in Isthmo templum habet. *Id.* 1. *ibid.* 1. 84. Latia. sc. quæ Romæ templum item habet. *Ilias Lat.* 471. siderea. *Symm.* 1, *ep.* 8. flos siderum (*la stella di Venere*). — De ejus cultu vd. *Escher, PW.* 5. 878. *sqq.* et de ejus nummis *Head-Svoronos*, 'Ιστορία τῶν νομισμάτων *I.* 405. *sq.*, coll. 41., 393., 401. et 410. ¶ 4. Item uxor Tantali et mater Niobes, Pelopis. *Hygin. fab.* 9. et 82. — Hinc *Dionæus* v. *Dionaius* (Διωναῖος v. Διώνειος), adj. *Virg.* 3. *Æn.* 19. mater. *h. e.* Venus, mater Æneæ. *Stat.* 3. *Silv.* 5. 80. columba (*quia sacra Veneri*). et *Claudian. carm.* 35. 5. frans. *h. e.* Veneris. *Id. carm.* 31. 102. tela. *h. e.* vestis Dionea, matris Veneris. *Horat.* 2. *Od.* 1. 39. antrum. *h. e.* Veneri dicatum (Dionæum *pro* Venereum) sub Nysa, altero Parnassi jugo. « Fortasse autem ita vocatur, quia jocis ibi et ludo (qui Veneris comitatus est) datur opera: vel quia Venerea carmina et res ibi dicuntur, qualia nimirum *Horat.* leviore plectro canere se velle ibi profitetur ». Hæc *Forcellin.* noster. *Auson. dist. de morib.* 13. astrum. *h. e.* stella Veneris, quæ fulget maxime mense Julio. *Virg.* 9. *Cal.* 47. Cæsar. *h. e.* Julius Cæsar, qui genus ducere putabatur ab Ænea, filio Veneris. *Colum.* 10. 286. flores. *Venant.* 9. *carm.* 7. 7. amores. *Stat.* 7. *Theb.* 261. aves. *h. e.* columbæ Veneri sacræ. — Cf. *Dionis (idis)*, cogn. mul. *Corp.* 5. 8795. et *Dionides (is)*, nom. piratæ famosi, qui mare infestabat tempore Alexandri M., a quo quum interrogaretur, « quo scelere compulsus mare haberet infestum, eodem, inquit, quo tu orbem terræ ». Ita *Cic.* 3. *rep.* apud *Non. p.* 318. *Merc.*, coll. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 4.

DĬŌNĪDĒS, idis, m. 3., et

DĬŌNIS, idis, f. 3. *V.* voc. præc.

DĬŌNĪSĬUS et deriv. *V.* DIONYSIUS.

DĬŎNȲSĀRĬI, ōrum, et

DĬŎNȲSĒUS, a, um, adject. *V.* DIONYSUS.

DĬŎNȲSĬUS, ii, m. 2. (Διονύσιος) nom. vir. — *a)* Scribitur etiam *Dionisius* in *Inscr.* ap. *Garrucci, Sgll. n.* 1432. — *Dionissius*, duplici *s*, in *Inscr. Rhen.* 987.: cf. *Dionissos* ap. *Auson. epigr.* 29. et *Dindorf* ad *H. St. Th. Gr.* in *v.* — *Dionusius* in *aliis* ap. *Momms. n.* 3517. — *Dgonisius*, aspiratione transposita, in *aliis* in *Corp.* 7. 477. et *Zonysius*, mutato, ut assolet, *di* in *z*, in *aliis ibid.* 3. 3174 a., itemque *Zonisus* v. *Jonisus* ap. *De Rossi, Bull. Crist.* a. 1864. *p.* 31. — In ant. mss. et edit. libr. aliquando *Dionysius* cum *Dionysus* confusus est; hinc duplex in compositis scriptura, ut *Dionysiodorus* et *Dionysodorus*. — *b)* Genet. *Dionysi*, forma sæpius in titulis et apud poetas, metri causa, usitata. *Horat. sat.* 1. 6. 38. et *Scribon.* 212. — *c)* Etymon seu notatio vocabuli, quum sit *Dionysius* forma producta ex *Dionysus*, hinc deducenda erit ejus origo ac significatio. *V.* igitur DIONYSUS. — Longa est series virorum, qui hoc nomine occurrunt sive apud Græcos sive apud Latinos; sed ex his pro more nostro seligimus nonnullos notatu digniores. ¶ 1. In libris — 1.º) Ex regibus seu principibus — *a)* **Dionysius** I. sive major, v. superior v. prior, tyrannus Syracusarum per ann. XXXVIII., sc. a. 406-368 (*Cic.* 3. *Nat. D.* 33. 81), Syracusis nat. a. 432. a. Chr., filius Hermocratis (*Xen. hell. II.* 2. 24., *Diod.* 13. 91. 3., *Polyæn.* 5. 2. 2., *Diod.* 3. 18), homo garrulus et acer (*Varr. frg. p.* 323. *B*) ac magnus veterator (*Cic.* 2. *Q. fr.* 13), qui omnia moliendo eripuit civibus suis libertatem (*Id.* 1. *rep.* 17), deorum templa expilavit religionem simulans (*Val. Max.* 11. *ext.* 3), crudelitate famosus, idcirco suspicionis cruciatu angi solitus (*Cic.* 5. *Verr.* 55. 143. et 56. 145. et 2. *Off.* 7. 25), sibique insidias undique timens, ita ut loricam semper gestaret sub vestibus ac singulos, qui eum invisendi gratia adirent, minute perquiri curaret, ne quid sibi mali accideret; nec uteretur tonsore sed filiarum manibus, quæ ipsi barbam facerent; populum a turri alloqueretur; cubiculum ad dormiendum singulis noctibus mutaret; convivas perquam caute ad mensam admitteret, ut ex Damoclis exemplo satis constat; Platonis philosophi admirator, sed procul morantis, quem ad se venientem prius magnis exciperet honoribus, mox servum venditaret. Hæc et alia colliges ex *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (110)., *Solin.* 1., *Tertull. apol.* 46., *Firm. math.* 1. 3., *Cic.* 3. *rep.* 31., et 5. *Tusc.* 21. 62., *Ammian.* 16. 8. 10. et 29. 2. 4., coll. *Val. Max.* 4. 3. *ext.* 4., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 704. et 10. *ibid.* 184., *Macrob. somn. Scip.* 10. 10. 16., *Quintil.* 5. 11. 8. et *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 1. — In bellis gerundis audacem se probavit atque strenuum, quæ sæpius

intulit urbibus sive Siculis sive Italicis sive etiam ac præsertim Carthagini, varia tamen fortuna, sed incredibili animi constantia. — Olim supremus Syracusani exercitûs dux, regium principatum seu tyrannidem inhians, collegis depulsis et adversariis atrociter sublatis, unus regnavit, se dein non regem vocans sed *archontem* Siciliæ (ἄρχων Σικελίας *CLA. II.* 8. 51. 52). Cupiebat enim Carthaginiensium dominatione eam liberare et, Græcorum potentia instaurata, unam unius imperio rectam aliisque incrementis auctam, firmam reddere ac metuendam; idcirco, summa rerum potitus, statim cum barbaris bellum suscepit a. 397., Græcis civitatibus, Agrigento, Himera, Selinunte, adjutus; sed tam infeliciter, ut hostes viderentur sibi universam insulam brevi subacturi, nisi Pharacidas navarchus, a Lacedæmonibus potenti classe ad Siculos missus, fractas Dionysii vires restituisset, ita ut is cum Magone, Carthaginiensium duce, pacem composuerit et insulam recuperaverit fore totam (*Diod.* 14. 63. et *Grote, XVI.* 50-79). Nec tamen quievit, sed iterum, Italiam quoque Græcam Siciliæ addere parans, Lucanorum ope a. 389. prope Cauloniam Italos Græcos (*Italioti*), devicit, Rhegium, urbem sibi infensam, undecim mensium obsidione ad incitas redactam, cepit crudelissimeque habuit, Crotonem subjecit, portum Cæritis vastavit, Ilvam invasit ac « portum Syracusanum » in Corsica constituit (*Strab.* 5. 220. et *Diod.* 5. 13. 3). Rursus autem a. 383. bellavit cum Carthaginiensibus, sed prope Panhormum victus, pace facta, tyrannidem servavit; donec, spe usquequaque fretus, tandem aliquando barbaros se omnino e Sicilia detrusurum, bellum iteravit a. 368., quod tamen senis mors præcidit (*Diod.* 14. 106., 107. et 112., *Polyæn.* 5. 8. 10., *Polyb.* 2. 39. 67., *Justin.* 20. 1. et 5.; *Nep. de reg.* 2., *Frontin.* 1. *Strat.* 8. 11. et 3. *ibid.* 4. 3., *Liv.* 24. 3. et 5. et 28., *Ampel.* 15., *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 6. et 6. 2. *ext.* 2., *al.*). — Poesim quoque coluit scripsitque inter alia tragœdias ("Αδωνις, 'Αλκμήνη, "Εκτορος λύτρα, Λίνος, Λήδα), sed invita omnino Minerva; quamvis ipse ex his sibi gloriam parere arbitraretur, quibus Græci vehementer irridebant, ut Philoxenus, cui in vinculis detento legendum commisit quoddam suum poema, confisus fore ut ab eo, liberationis spe ducto, opus laudaretur; quod contra accidit, nam ille, postquam legit, tyrannum rogavit, ut sineret se in carcerem redire, vel, ut alii referunt, scripturam, quam emendandam accepisset, totam delevit (*Ammian.* 15. 5. 37. et *Cic.* 4. *Att.* 6). — Vitiis porro indulsit eodemque die binas duxit uxores, Doridem Locrensem et Aristomacham, sororem Dionis, filii Hipparini ex nobilissima familia Syracusana (*Nep. Dion.* 1. et *Cic.* 5. *Tusc.* 30. 59). — Obiit an. ætat. LXIII.; quo autem mortis genere, ignoratur, sed historici plerique omnes violentam eam fuisse consentiunt, alii ex veneno, medicorum opera, instigante filio, propinato; alii ex lætitiæ excessu statim ac se audivit victorem adclamatum fuisse Athenis in ludis, qui *Lenæi* dicebantur, in honorem Dionysi celebratis (Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 54. 53. [180]); alii ex insidiis suorum, quibus demum pressus periisset (Cf. *Diod.* 15. 74). — *Suidas* aliique ei tribuunt etiam comœdias, historiam, tractatus aliquot, quorum nullæ exstant reliquiæ (*Id.* 15. 74. et *Ælian.* 13. 17). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 1. *p.* 258. *sqq.* Cf. tamen *Beloch o. c.* 19. — Plura habent, præter veteres laudatos, *Grote, Hist. of Græc. p. II. c.* 81-83., *v. X. p.* 181. *sqq.*; *Holm, Gesch. Sicil. im Altert. II.* 92. *sqq.* et 427. *sqq.*; *Freeman, The hist. of Sicil. III.* 448. *sqq.* et *IV.* 1. *sqq.*; *Jul. Beloch, L'impero Siciliano di Dionisio, Mem.* etc. *VII.* 1880-1881.; *Martini, Die Politik d. ält. Dionys.* Progr. Covlenz 1890.; *Bass, Dionysios I. von Syr.* Progr. Wien 17. 1881. et *Dieterich, PW.* 6. 882-903. — *b)* **Dionysius** II. minor, Dionysii superioris et Aristomaches, Dionis sororis, filius (*Nep. Dion.* 1), patris successor a. 368. a. Chr., eoque vitiosior inferiorque ingenio ac sollertia, hominum deorumque contemptor; summa enim crudelitate aliquando regnum administravit (*Val. Max.* 4. 1. *ext.* 3., *Nep. ibid.* 2-5. et *Tertull. apol.* 50), sacra diripuit, cui *Arnob.* 6. *p.* 265 (Cf. *Ambros. De virg.* 2. 5) famosum dictum illud tribuit de Jovis simulacro, veste aurea exuto, alia lanea substituta, ne « tam rigidis vestibus hieme frigeret »; quod tamen alii ad seniorem referunt (*Val. Max.* 11. *ext.* 3. et *Mythogr. I. fab.* 218., coll. *Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 83); item pœnam Phintiæ inflictam, falso proditionis crimine delati; unde illud insigne amicitiæ facinus secutum est Phintiæ et Damonis (*Aristox.* ap. *Jambl. vit. Pythag.* 33), quod alii minus recte, seniore regnante, evenisse tradunt (*Val. Max.* 4. 7. *ext.* 1. et *Cic.* 5. *Tusc.* 22. 63). *V.* **DAMON**. — Dion exsul, eum Syracusis expellere molitus, cum paucis in Siciliam venit, auxiliarium tamen militum ope adjutus, urbem invasit, dum Dionysius Cauloniæ versabatur, qui statim accurrens prœlium commisit, sed frustra. Verum post neque ita pridem Dione, quem suspicabantur cives tyrannidi inhiare, exstincto, Dionysius regnum iterum occupavit fœdavitque omni crudelitatum genere, dum operâ Timoleontis imperio spoliatus pulsusque a. 344. in exilium, Corinthum confugit, ubi ludum litterarium aperuisse fertur (ita ut Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ in proverbium abiret) vitamque in egestate duxisse (*Justin.* 21. 5. et 5. 8., *Cic.* 9. *Att.* 9. et 9. *Fam.* 18. et 3. *Tusc.* 12. 27., *Ammian.* 14. 11. 30., *Val. Max.* 6. 9. *ext.* 6., *Quintil.* 8. 6. 52., coll. *Lucian. somn. Scip.* 28., *Diod.* 16. 70. et *Plut. Timol.* 14. *sqq.*); ex qua etiam urbe expulsum fuisse tradit *Hieronym. chron.* a. 341. — De ejus nummis videsis *Eckhel*, 1. *p.* 258. *sqq.* et consule de eo *Holm, Gesch. Sicil. i. Altert. II.* 156. *sqq.* et 452. *sqq.* et *Krug, Quellenuntersch. Gesch. d. jüngeren Dionys.* Diss. Kattowitz 1891. — *c)* **Dionysius**, tyrannus Heracleæ in Ponto, Clearchi filius et Timothei frater, cujus in regnando socius optime rem publicam administravit XV. annis, ac dein, fratre vita functo, solus aliis XXX. ann. regnavit; male tamen vita excessit, quippe qui sciens volensque a cibis abstinendo mortem sibi conscivit. Memoratur *Trog. prol.* 16. et *Censorin. d. nat.* 15., coll. *Diod.* 16. 36. et 15. 81. — De ejus nummis vd. *Eckhel* 2. *p.* 420. et *Head*, 441. et cf. de eo *Beloch, Gr. Gesch. II.* 138. *sqq.* et *Niese, I.* 345. — 2.º) Ex viris litteratis — *a)* **Dionysius**, Heracleotes, Theophanti filius, Zenonis discipulus (*Cic.* 2. *Acad.* (*pr.*) 22., coll. *Laert.* in *vit.* 7. 167), qui a Stoicorum secta, vehementi oculorum dolore cruciatus, ad Cyrenaicorum transiit, dictus idcirco Μεταθέμενος et, ut tradit *Cic.* 2. *Tusc.* 25. 60., a Cleanthe stoico reprehensus. — *b)* **Dionysius**, philosophus, filius Arei et frater Nicanoris, a quibus, teste *Sueton. Aug.* 89., varia Augustus imbutus est eruditione. — *c)* **Dionysius**, Stoicus, qui deos trifariam divisit, ut refert *Tertull.* 2. *Nat.* 2. — *d)* **Dionysius** *Magnus*, philosophus, orator et scriptor christianus, Origenis auditor, vir eloquentissimus (*Hieronym. comm.* in *Is. lib.* 18. *præf.*, coll. *De vir. ill.* 69), ab a. 248-265 Heraclæ in schola Alexandrina et etiam in ecclesiæ regimine successor (*Eus. hr. e.* 6. 29. et 35., coll. 7. 7. et 27), homo in illa temporum asperitate pastorali sollertia insignis. — Vitam porro vixit ingentibus ærumnis conflictatam; nam, Decio imp. christianos persequente (a. 250-251. *Eus. ibid.* 6. 40), fuga se certæ morti eripuit; dein sub Valeriano imp. exsulare coactus est in Libyam, mox vero in Mareotidem, locum « magis asperum et libycum » ut scribit *Eus. ibid.* 7. 11. — Videtur dein Alexandriam rediisse a. 262., ubi civile bellum et fames et pestilentia virum doctrina ac pietate illustrem exagitarunt, qui brevi, dum synhodus episcoporum, Antiochiæ collecta, contra Paulum Samosatenum disputabat, sanctissime obiit a. 264. — Plura scripsit opera, quorum fragmenta tantum supersunt, præsertim apud *Euseb.* Ex præcipuis sunt libri *de natura* (οἱ περὶ φύσεως λόγοι), ubi contra Epicureos doctrinam Democriti sapienter oppugnat; tum etiam *de tentationibus* (ὁ περὶ πειρασμῶν λόγος), de quibus nihil exstat, nisi operum inscriptio; dein duo libri *de promissionibus* (περὶ ἐπαγγελιῶν δύο συγγράμματα), ubi refellebantur millenariorum somnia, qui, duce Nepote quodam, episcopo, allegoricum sacrarum litterarum sensum contra Origenem ita impugnabant (ἔλεγχος ἀλληγοριστῶν), ut fere historicum seu litteralem dumtaxat viderentur probare, idque maxime in Apocalypsi, cujus verba de regno terrestri millenario post corporum resurrectionem interpretabantur (*Eus. ibid.* 7. 24-25); præterea plures scripsit epistolas, in quibus quædam sunt contra Sabellianos, ubi verbis usus fuerat atque imaginibus, Arii errorem contra catholicam fidem redolentibus; quare accusatus apud Dionysium pontificem tam bene se expurgavit atque adeo scriptis (ἔλεγχος καὶ ἀπολογία: *Athan. ep. de sent. Dion.* 18. Cf. *Hieronym. ep.* 48., 49. et 60) veram de Verbo Dei doctrinam ita illustravit, ut pontifex Rom. nihil amplius habuerit, de quo eum reprehenderet (*Eus. ibid.* 7. 26). — In honorem hujus viri, doctrina ac sanctitate eximii, templum Alexandrini condiderunt (*Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 11). — *e)* **Dionysius**, Halicarnasseus, historicus celeberrimus, Diodori et Strabonis æqualis (*Strab.* 14. 2. 16), filius Alexandri, a. 30. a. Chr. Romam venit ibique duos et viginti annos moratus et fontibus historicis, Catone nempe., Fabio Pictore, Valerio Antiate, Licinio Macro aliisque pluribus, Tito Livio in primis, perscrutandis sedulam operam dedit et litteratis viris Cæcilio, Zenone, Demetrio, Ammæo, Melitio, Tuberone, præsertim *Græcis*, familiariter usus est sive mutuæ eruditionis sive animi causa, aliquando in ediscendo latino sermone auditor, sæpius rhetoricæ magister, non vero publicus, ut nonnulli putant (*Setti, Lett. Gr. p.* 291), sed privatus. Memoratur *Quintil.* 3. 1. 16. et 9. 4. 88. et in fragm. *Festi p.* 270. *M.* — Præcipuum ejus opus, quo sibi magnam claritudinem paravit, sunt *Antiquitates Romanæ* ('Ρωμαϊκὴ ἀρχαιολογία) in XX. libros tributæ, ab originibus urbis usque ad bellorum Punicorum initia (unde incipit Polybii historia), quorum prima tantum decas superest (usque ad Decemviros), a cl. *Mai* reperta, præter conspicuum fragmentum libri XI. recentius detectum et pauca fragmenta ex postremis novem. Has autem operis reliquias contulit *Schwartz* (V. *REPW.* 5. 934. *sqq*). cum Titi Livii, cui noster auctor ob majorem, quos adfert, testium numerum, longe præstat, aliorumque historiis. — Nec solum historicus, sed, et maxime, subtilis exstitit rhetor; quin ejus opus *de rhetoribus antiquis* (περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων) præcedere videtur tempore historicum, cui addidit tractatum *de nominum seu vocum compositione* (περὶ συνθέσεως ὀνομάτων [ὑπομνηματισμοὶ *de Dem. c.* 49], *de imitatione* (περὶ μιμήσεως), *de figuris* (περὶ τῶν ἐσχηματισμένων) aliaque, de quibus agunt rei litterariæ Græcæ scriptores. — Ceterum si quod judicium de Dionysii historia ferendum est, quamvis suum habeat momentum sive uberrimâ priscorum temporum notitiâ sive eruditione ac soliditate doctrinæ sive magna testium copia, haud paucis offendit maculis; narratio enim frigidior est ac severa rerum critice nexusque eventuum studio caret; stilus nec varius nec vividus, forma quidem polita sed oratoria magis et ad scholæ normas nimium exacta. Laudatores tamen habuit ex Latinis Quintilianum, ex Græcis vero Byzantinos et etiam rhetorem XI. sæc., Doxopatrem, a quo hic dicitur Διονύσιος ὁ μέγας. — De eo vd. *Blass, Die griech. Beredsamkeit in d. Zeitraum von Alex. bis auf Aug.* Berlin. 1868. c. 6. et *Croiset, H. L. G.* Paris 1901. *p.* 356-374. — *f)* **Dionysius**, grammaticus, cognomento *Thrax*, Alexandreus, ca. a. 110. a. Chr., discipulus Aristarchi, lyricorum poetarum studiosissimus (*Serg.* in *Donat. I. p.* 529. *K.*): docuit Rhodi. Memoratur etiam *Prisc. partit. XII. v. Æn. p.* 492. et 501. *K.* — Scripsit de *arte grammatica* (Τέχνη γραμματική), quæ prima fuit in occidente hujus generis lucubratio, parvæ quidem molis, sed magni ponderis; insuper commentaria in *Hesiod.*, quod tamen opus maxime addubitatur (V. *Schmidt, Philol. VII.* 360-382. et *VIII.* 231-258. et 510-520). — *g)* **Dionysius**, cognomento *Periegetes*, filius Dionysii grammatici et custodis bibliothecæ imperatorum (a Nerone ad Trajanum), quorum etiam ab epistolis fuit (*Suid.* ad *v.*), geographus insignis, auctor poematis inscripti *Periegesis* (Περιήγησις τῆς οἰκουμένης seu orbis percursio ac descriptio, 1187. hexametris versibus compositi

elegantibus et concinnis, ubi, tabulam seu chartam Eratosthenis secutus, Libyam, Europam Asiamque descripsit, dignum quod et adhiberetur in scholis et commentariis illustraretur et latine redderetur sed licentius a Rufo Festo Avieno (Descriptio orbis), accuratius vero a Prisciano, grammatico sæc. VI. (Periegesis). Memoratur ab ipso interprete Avien. or. mar. 331. — De eo vd. Mommsen, D. d. Perieg. 59.; Müller in Geogr. min. II. p. XV. sqq.; Schneider, De Dionys. Per. arte metrica et grammat. Diss. Leipz. 1875. — h) Dionysius, Areopagita, seu unus ex judicibus, qui ad celebre Areopagi tribunal pertinebant, a Paulo ap. ibi contionante ad fidem christianam una cum Damaride aliisque conversus (Act. 17. 34.. coll. Augustin. serm. 150). — Traditur is ab Eusebio (H. E. 3. 4. 10. et 4. 23) exinde Paulo adhæsisse, sacerdotium suscepisse ac primus fuisse Atheniensium episcopus, martyrio dein coronatus, ut ex Martyrol. colligitur. — Huic porro diu adjudicata sunt opera theologica, minora, quæ sunt decem epistolæ, majora, quæ quattuor sunt, nempe liber de nominibus divinis (περὶ θείων ὀνομάτων), ubi nomina divina, in sacris litteris memorata, auctor commentatus, naturam simul Dei illustrat ejusque attributa; liber mysticæ theologiæ (περὶ μυστικῆς θεολογίας), ubi agitur de natura divina, creatis mentibus impervia atque ineffabili; liber de cælesti hierarchia (περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας), ubi ordines describuntur cælestium spirituum; postremo liber de hierarchia ecclesiastica (περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας), cœlestem referente. In his autem operibus scriptor de aliis facit mentionem, nunc non exstantibus (De divin. nom. 1. 1. et 4. 2. et 35), seque Dionysium dicit (ep. 7.) et ex obliquo Areopagitam, primum Athenarum episcopum et discipulum Pauli, quem suum vocat magistrum in mysteriis christianæ fidei ediscendis (De div. nom. 2. 11.; 3. 2. etc.); suas epistolas ac tractatus scribit Timotheo, Tito, Caio, Sosipatro, Polycarpo et Johanni theologo, apostolo et euangelistæ, seque et solis defectum in obitu Christi vidisse et Deiparæ adstitisse morienti (Ibid. 8. 2)., non confundendus cum Dionysio, Parisiensi episcopo, qui, cum sex aliis in Gallias ad prædicandum euangelium a Clemente I. missus, martyr occubuit sub Decio a. 250 (Greg. Turon. 1. Fr. 28). Ceterum scriptores sæc. XI., quo universa edita sunt, Dionysio, Apostolorum discipulo, Areopagitica tribuerunt, quorum existimatio in dies magis ita percrebuit ac fama, ut et commentariis et in varias linguas translationibus et scholarum theologicarum usu, præcipue ævo, quod dicitur, medio, ubique inclaruerint. Attamen inde ab a. 531 (533) Hipatius Ephesinus contra Severianos, monophysitarum tabe infectos, in dubium vocaverat, num genuina essent Areopagitica, quibus illi innitorentur (Mansi ss. Conc. Coll. VIII. 821); recentius vero Hipler, ex criticis primus (a. 1861), faventibus Dräseke, Nirschl, aliis, hæc dubia instauravit defenditque Dionysium hunc fuisse in Ægypto scholæ catecheticæ magistrum altero dimidio sæc. IV (Cf. ep. 7. 2. et de divin. nom. 2. 2), fortasse ex Rhinocorura, cujus meminit Sozomenus H. E. 6. 31.; alii contra, ut Stiglmayr et Koch, longe diligentius ac penitius re investigata ac perpensa, invictis argumentis Areopagitica falso ita dici demonstrarunt, utpote quæ sæculo V. exeunte ab aliquo neoplatonico christiano fuerint exarata, Darboys, Rohrbacher aliisque perperam repugnantibus. — De eo consulas Stiglmayr, Das aufkommen d. Pseudo-Dionys. Schrift. (1895); Koch, Proklus als Quelle d. Pseudo-Dionys. Areop. etc. (1895).; Siebert, Die Metaphys. u. Eth. d. Pseudo-Dionys. Areop. Diss. 1894.; iterum Stiglmayr in Zeitschr. f. kath. Theol. XXIV (1900) p. 657-671.; Bardenhewer, Patr. III. 9. sqq. (1908). — i) Dionysius, Exiguus dictus (non ex statura, sed quia ipse pro sua modestia ita voluit cognominari), natione Scytha, qui ca. a. 500 (al. 497), Romam venit, ubi monachus degit usque ad a. 540. c., de re litteraria optime meritus, quippe qui, plurium Græcorum auctorum opera in Latinam linguam vertendo, thesaurum nobis suppeditaverit aureæ illius litteraturæ atque eruditionis. In lucem præterea edidit duplicem canonum ecclesiæ Latinæ et Græcæ collectionem, cui accessit alia decretorum pontificalium (a. 398-498) aliaque insuper sub Hormisda (a. 514-523); quæ quidem collecta, Dionysiana dicta (Migne LXVII. 139-316. etc.), magni statim habita sunt. Verum in re chronologica potissimum claruit, qui primus, Diocletiani æra rejecta, a Christi nativitate annos computandos esse docuerit, quam tamen minus recte statuit a. 754. U. C. Laudatur Cassiod. Inst. 1. 23. « Dionysius monachus, Scytha natione sed moribus omnino Romanis, in utraque lingua valde doctissimus. - Scripturas divinas tanta curiositate discusserat atque intellexerat, ut undecumque interrogatus fuisset, paratum haberet competens sine aliqua dilatione responsum. - Fuit enim in illo cum sapientia magna simplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia dicendi parcitas etc. ». — De eo vd. Maassen, Gesch. d. Quellen u. der Litt. d. kan. Rechts I. Graz 1870. p. 132-136.; Turner, Eccl. Occid. mon. jur. antiq. I. Oxf. 1899. p. 1-32; Ideler, Handb. d. math. u. techn. Chronol. II. Berl. 285. sqq.; Amelli, Dionysii Exigui nova collectio pro controv. de uno e Trinitate in carne passo, nuper ab eo reperta (V. Spicilegium Casinense etc. I. 1893. p. 1-69); de qua tamen cf. Jülicher, PW. 5. 908. sq. — l) Dionysius, Corinthiorum episcopus, Soteris pont. æqualis (a. 166-174), vir insignis ob eloquentiam ac sollertiam, qua longe lateque magisterium verbi etiam per epistolas exercuit cum magna populorum utilitate et consiliorum sapientia in controversiis plurimi habitus. Memoratur Hieronym. vir. ill. 27. et epist. 70., coll. Eus. 4. H. E. 23. — m) Dionysius, pont. max., Xysti II. successor, a. 259 (Catal. Liber.), sub Gallieno imp., qui a. 260. cœmeteria a patre suo Valeriano christianis ablata, ei restituit; hæc porro ipse inter titulos XXV. distribuit (De Rossi, Rom. Sott. I. 204. sq.): sc. « presbyteris ecclesias divisit, cœmeteria et parochias et diœceses constituit » (Lib. pontif. in Dionys. c. 2). — Duas scripsit epistolas contra Sabellianos et eos, qui Subordinatiani dicuntur, Dionysio Alexandrino (Athan. ep. de sent. Dion. c. 13), quarum prioris partem maximi momenti servavit Athanasius (Ep. de decr. Nyc. sin. c. 26); itemque epistolam consolatoriam ecclesiæ Cæsareensi in Cappadocia (Bas. M. ep. 70). Memoratur Hieronym. vir. eccl. 69., qui in Chron. pontificatus an. novem ei tribuit, alii vero duodecim. — De genere mortis (a. 268) nihil scimus; non enim de martyrio, quod fortasse subierit, ullum exstat testimonium. — 3.°) Ex artificibus — a) Dionysius sculptor, a Junio in Catalogo cum statuario Argivo, de quo Paus. 5. 26. 3. et 6., male confusus. Hic statuam Junonis, in Octaviæ porticu dein positam, fecit, teste Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (35). Ceterum, an fuerit idem qui Argivus, disputatur adhuc, nec Sillígio, qui hæc habet in Catal. Artif., certa fides habetur. — b) Dionysius, pictor Colophonius, qui Polygnoti Thasii tabulas, dempta magnitudine, imitabatur (Ælian. V. H. 4. 3), de quo tamen Latini nullam faciunt mentionem, quod sciam; sed potius ex Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (148). discimus primo a Chr. sæculo, fortasse Romæ, alium floruisse: sic enim scribit « Laia Cyzicena - Marci Varronis inventa Romæ et penicillo pinxit et cestro in ebore; - nec ullius velocior in pictura manus fuit, artis vero tantum, ut multum manipretiis antecederet et celeberrimos eadem ætate imaginum pictores, Sopolim et Dionysium, quorum tabulæ pinacothecas implent ». Ad eundem Dionysium pertinere videntur verba Plinii ibid. 10. 37. (113). « Dionysius nihil aliud quam homines pinxit, ob id Anthropographus cognominatus ». Cf. Meyer hist. art. II. p. 192. — c) Dionysius, plenius Furius Dionysius Philocalus, sculptor. V. DAMASUS. — 4.°) Alii accedunt alicujus momenti, ut: grammaticus, Scytobrachion dictus, Alexandrinus, magister M. Antonii Gniphonis grammatici. Sueton. gramm. 7.; - rhetor Magnes, de quo Cic. Brut. 91. 315.; - grammaticus Sidonius, memoratus Varr. 10. L. L. 20. 10.; - scriptor de agri cultura, ap. eund. 1. ibid. 1. 9. et Colum. 1. 1. 10; - musicus Thebanus valde peritus, laudatus Nep. Epam. 3.; - rhetor Atticus, Apollodori Pergameni discipulus, ap. Senec. contr. 2. 13.; - medicus, plenius dictus Sallustius Dionysius, de quo Cæl. Aurel. 2. tard. 13. et alib., Cels. 6. 6. 4. et 18. 9., Scribon. Comp. 212. et Plin. 20. Hist. nat. 8. 9. (19). et in Ind. auctt. 12-13., 20-20., 33-35. De eo cf. Wellmann, PW. 5. 976. sq.; - Chalcidensis, qui de urbium originibus scripsit floruitque a. 350. a. Chr., teste Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (64).; - historicus, laudatus Jorn. Get. 19.; - Mediolanensis episcopus, qui præfuit a. 355. concilio Mediolani habito, ubi Eusebius Vercellensis ejus, qui, deceptus Arianæ formulæ subscripserat, captivatam simplicitatem ingeniosissime liberavit, ac proinde a Constantio imp. in exsilium pulsus: martyr obiit a. 365. Ambros. ep. 63., Hieronym. chron. ad a. 355., Paulin. vit. Ambr. etc. ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 10. 8042. et cogn. 4. 2021.; 12. 725., 752., 16081. — Dionysia (Διονυσία), nom. et etiam cogn. mul. 9. 4476., 3. 4501. - 9. 4476. Dionisia. — Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1849. et ap. Marini, Fr. Arv. p. 183. Dionusia. — In libris, Dionysia — a) Nom. pers., sc. notissima saltatrix, quæ arte sua magnam collegit pecuniam. Cic. Rosc. 8. Refert Gell. 1. 5. 3. Hortensium oratorem ob gestum suum Dionysiam a L. Torquato appellatum fuisse. — Aliæ martyres: sub Decio virgo XVI. ann. (Pass. ss. Petri, Andr. et soc., n. 3-5) et sub Hunerico, Vandalorum rege (Vict. vit. Pers. Vand. 5. 1). — b) Nom. duarum insularum, quarum una ante Ætoliam et Sporadibus adnumerata Mel. 2. 111. Itin. Ant. p. 527. Dionysa. Cf. Virg. 3. Æn. 125.; altera in mari Lycio, prius Caretha dicta (Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. [131]). — Dionysia (orum) abs. et Dionysiacus, adj. V. DIONYSUS. — Hinc Dionysias (ădis), patronym. f. a Dionysius, quod in cogn. transiit. Est igitur — a) Cogn. mul. Corp. 5. 906. — Ibid. 1647. Zonysas. — In aliis ap. De Rossi, Rom. Sott. III. p. 49. Dionysas. — b) Nom. geogr. — α) Est insula Naxus. Solin. 11. Naxos Dionysias prius dicta. — β) Oppidum Ægypti. Not. Imp. or. 25., hod. fortasse Kasr-Karun. Ptol. 4. 5. 36. Διονυσιάς. — Dionysis (idis) cogn. vir. Corp. 3. 533 (4. 3). — Dionysianus, cogn. Corp. 8. 3328. et alia ap. Momms. n. 3412. — Dionysiana, oppidum in Africa Byzacena. Cyprian. in sent. n. 48. Hinc Dionysianensis, incola v. ad Dionysianum pertinens. Id. in ps. 36. serm. 2. n. 20 (p. 380 Migne).

DIONŸSŎCLĒS, is, m. 3. (Διονυσοκλῆς, Dionysi gloria) cogn. vir. Corp. 3. 2682.

DIONŸSŎDŌRUS, i, m. 2. (Διονυσόδωρος, Dionysi donum) nom. vir. Scribitur etiam Dionysiodorus (Διονυσιόδωρος), sed minus recte, ex eo quod in mss. et edit. libris aliquando confusus est Dionysius cum Dionysus, ut et in Dionysiopolis pro Dionysopolis factum est.

Dionysodorus ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Fuit statuarius et argenti cælator, Critiæ discipulus, nullo operum suorum præcipuus, teste Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (85). — 2.°) Item pictor Colophonius, non ignobilis, laudatus ab eod. 35. ibid. 11. 40. (148)., ubi alii leg. Dionysiodorus. — 3.°) Item statuarius, de quo V. MOSCHION. — 4.°) Item mathematicus ex Pontica regione Amisena, qui « μαθηματικὸς ἄξιος μνήμης κατὰ παιδείαν » dicitur Strab. 12. 548. Scripsit περὶ τῆς σπείρας; conum reliquit, teste Vitr. 9. 9. 1., aliaque docuit, de quibus vd. Hultsch, PW. 5. 1005. et Schmidt, Jahresb. CVIII (1901) 62. — 5.°) Item Melius patria, geometrica scientia nobilis, cujus nomine epistola, ad Superos scripta, inventa traditur in ejus sepulcro, uti refert Plin. 2. Hist. nat. 109. 112. (248). — 6.°) Item musicus, gemmarum studiosus, memoratus Plin. 37. Hist. nat. 1. 3. (7). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. ap. Maffei Mus. Ver. 285. 3.

DIONŸSŎPŎLIS, is, f. 3. (Διονυσόπολις, Dionysi urbs) Dionysiopolis male scribitur. — Est nom. oppidorum, quæ a Dionyso, qui ibi præcipue colebatur, nomen acceperunt. Ex his ¶ 1. Oppidum Mœsiæ inferioris, ad oram Ponti Euxini, Crunon ante dictum (Plin. loc. cit.), hodie Baltschik. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (44). Mela 11. 22. Crunon portum ab oppido distinguit. Adde Ammian. 27. 4. 12. et cf. Ovid. 1. Trist. 10. 37.

— De ejus nummis vd. Head, 274. ¶ 2. Item oppidum Phrygiæ Pacatianæ, cujus incolæ Dionysopolitæ, inimicissimi Q. Ciceroni sed leniti a Marco, memorantur Cic. 1. Q. fr. 2. — De ejus nummis vd. Eckhel, 3. p. 140. sq.

DIONŸSŎPŎLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. præc.

DIONŸSUS v. Dionysos, i, m. 2. nom. vir. (Διόνυσος) Dionisus in Corp. 3. 8080. — Dionusus in aliis ibid. V. infra. — Dionyssus, duplici ss, ut apud Græcos Διόνυσσος, habet Auson. epigr. 29.: sic et Dionissa ap. Rav. p. 396. — Etymon alii ducunt a Nyso, nutricio (Hygin. fab. 168) vel patre (Cic. 3. Nat. D. 58. 23), præmisso Dio-s = Skr. Deva, deus: alii a Nysa (Gr. νύσα = νύμφη, κόρη), nympha vel filia Aristæi, aut a monte ita appellato in India, ubi a nymphis educatus est (Mythogr. I. fab. 120), unde prius Nysæus vel Dionysus, i. e. Deus Nysæ dictus (Mythogr. III. fab. 12): vel demum a νοῦς, quasi Διὸς νοῦς, i. e. Jovis mens, ut habet Macrob. 1. Sat. 18. 13-15. V. etiam Kretschmer, Aus. d. Anom. 21. sq. et Preller-Robert, Gr. myth. I. 664. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Præcipue filius Jovis et Semelæ, vel Nysi et Thyones (Cic. 3. Nat. D. 23. 58), unde et Thyonianus dictus (Auson. eid. 13), qui et Iacchus v. Bacchus v. Liber pater, deus vini et ebrietatis, uti Demeter, dea frumenti; quæ duo nomina aliquando in quibusdam cærimoniis simul jungebantur: sic Eurip. in Bacchanlibus inducit Tiresiam, utriusque dei beneficia, mortalibus conlata, edisserentem; comparari autem possunt cum Iside et Osiride apud Ægyptios (Grote, Hist, of Gr. I. 1). Quemadmodum vero ab India Græcia fuit vitis communicata, conjicere est Asiaticam originem eos tribuisse Dionyso. V. quæ in etymo dicta sunt. — Addimus a Cic. loc. cit. et Arnob. 4. p. 136. quinque distingui Dionysos; ab aliis contra unum tantum admitti, quæ communior sententia est. — Fuisse porro hominem, ut de ceteris sensit Euhemerus aliique docuerunt philosophi, tradit etiam ex Euseb. Hieronym. in chron. ad a. Abr. 583., 628. et 686. Cf. etiam Augustin., qui 18. Civ. D. 12. ita scribit « Dionysum, qui etiam Liber pater dictus est et post mortem deus habitus, vitem ferunt ostendisse in Attica » (Cfr. tamen n. 2). — Improprie, Dionysi cognominati sunt in nummis Mithridates VI. et Antiochus VI. et XII (Eckhel, 2. p. 366. et 4. p. 461), non ob pulcritudinem ac juvenilem ætatem, ut ipse Eckhel et Visconti putarunt, sed ob luxum et ebrietatem, qua Dionysum seu Bacchum sunt imitati, ut ex Plutarcho demonstravit Letronne in Recueil II. p. 83. sqq. — Ceterum de mytho Dionysi, deque ejus cultu, mysteriis, attributis, epithetis etc., vide sis, quæ diximus in BACCHUS et quæ congessit Kern in PW. 5. 1010-1046., itemque Re in Arch. Bibl. a. 1880. p. 65. sqq. et Talbot in Myth. Gr. et Lat. p. 250. sqq. — 2.°) Item filius Deucalionis, de quo Hieronym. in chron. ad a. 520. « Deucalionis filius Dionysus, verum non ille Semelæ filius, cum in Atticam pervenisset, hospitio receptus a Semacho, filiis ejus capreæ pellem largitus est ». Alii tamen hunc Amphictyonem vocant. — 3.°) Item unus ex primis tribus Dioscuris, teste Cic. 3. Nat. D. 21. 53. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Inscr. Not. degli scavi 1905. p. 107 (Romæ)., Corp. 3. 8080. B 3.; 5. 6808.; 2. 4970. Ibid. 10. 6798. Dionusos. — Hinc Dionysēus (Διονύσειος), adj. ad Dionysum seu Bacchum pertinens. Sil. It. 3. 393, qui secundam, metri necessitate, produxit. — Dionysius, adj. idem, unde Dionysia (orum), abs. festa in honorem Dionysi seu Bacchi, eadem quæ Bacchanalia et Liberalia, Athenis aliisque plurimis locis celebrata, post vindemiam, a rusticis. — Dionysiacus, adj. Auson. ecl. de fer. Rom. 26. Dionysiaci ludi.

DIŎPÆS, ædis, m. 3. (Διόπαις, = Διὸς παῖς, Jovis puer v. famulus) cogn. vir. Corp. 5. 6803.

DIŎPHĂNĒS, is, m. 3. (Διοφάνης, Jovis fax v. splendor seu Juppiter illustris) nom. vir. — Scribitur etiam Diofanes, Latina consuetudine et, sublata aspiratione, Diopanes in titulis (V. infra). Memorantur ¶ 1. In libris — 1.°) Diophanes, prætor Achæorum, a. 191. a. Chr., Attalo in auxilium missus (Liv. 36. 31. et 37. 20. sq.) et a. 189. legatus Romam (Id. 38. 32). — 2.°) Diophanes, Nicææ in Bithynia natus, unde Bithynius dictus (Varr. 1. R. R. 1. et 9), qui scripsit de re rustica redegitque ad VI. Magonis libros XX. Occurrit etiam ap. Colum. 1. R. R. 1. 70., Gargil. de arb. pomif. 3. 3. et 4. et Plin., qui inter suos fontes eum recenset in Ind. auctt. l. 8., 10., 14. etc. — 3.°) Diophanes, orator Græcus Mitylenæus, magister Tiberii Gracchi simulque ejus postea sectator, qui in tumultu a patriciis excitato periit a. 1. 132. a. Chr. Cic. Brut. 27. 104., coll. Strab. 13. 617. et Plut. Ti. Gr. 8 (Cf. Hillscher, Jahrb. f. Philol. Suppl. XVIII. 361. sq.). ¶ 2. In titulis nom. et etiam cogn. Corp. 3. 6150. 1. 9.; 2. 589. et 4314.; 10. 3490.; 12. 5686., ubi sæpe Diofanes.

DIŎPHANTUS, i, m. 2. (Διόφαντος, fort. Jovis nuntius: cf. tamen voc. præc.) nom. vir. — Scribitur etiam Diofantus et Diopantus. V. infra. — Memoratur ¶ 1. Apud scriptores hoc nomine Lacedæmonius quidam, qui libros XIV. antiquitatum scripsit. Fulg. 1. Myth. 1. Cf. de eo Müller in Hist. Gr. IV. p. 396. sq. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. Inscr. apud Momms. n. 6887. et Corp. 1. 1067. et 10. 811., 8772. — Alia ap. Garrucci, Syll. n. 932. et Corp. 5. 4769. Diopantus. et 8. 1529. Diofantus.

DIŎPĪTHĒS, is, m. 3. (Διοπείθης), nom. vir. Diophites v. Diopites male scribitur. — Est in mythis filius Herculis ex Megara, Creontis filia, frater Therimachi. Hygin. fab. 72.

DIŎPUS, i, m. 2. (Διόπος, duo foramina habens) fictor quidam, quem cum Euchira et Eugrammo laudat Plin. 35. Hist. nat. 12. 43. (152).

DIŎRĒS, is, m. 3. (Διώρης), nom. vir. — Prima apud Græcos producitur (Hom. Il. 2. 623), apud Latinos semper corripitur (Virg. 5. Æn. 297. et alib.). ¶ 1. Fuit filius Amarynsei (Hygin. fab. 97) vel Phylei (Dict. 1), qui cum decem navibus Trojam oppugnaturus contendit, ubi ab Hectore vulnus accepit (Id. ibid.). ¶ 2. Item Trojanus, de stirpe Priami regia (Virg. 5. Æn. 297), qui in ludicro certamine, ab Ænea edito in honorem patris, victor exstitit, ob id galea Argolica donatus (Hygin. fab. 273. ex Virg. loc. cit.). ¶ 3. Item artifex, laudatus Varr. 9. L. L. 6., si sana est lectio. Cf. Michaelis, Archäol. Zeitung XX. 279.

DIŎRYCTOS, i, m. 2. locus ad oram Acarnaniæ prope Leucadem, dictus a διορύσσω, effodio, unde διώρυξ, fovea; fuit enim canalis manu factus, quo Leucas ex pæninsula in insulam mutata est. Plin. 4. Hist. nat. 1. 2. (5)., coll. Polyb. 5. 12. 12.

DĪOS, ii, f. 2. ¶ 1. Est Jovis fons (Διὸς ὕδρευμα), quinta statio viæ desertæ, quæ ab Ægypto Berenicen versus ducit ad mare Rubrum. Itin. Ant. p. 172. — Civitas Arabiæ majoris dicitur Rav. p. 59. ¶ 2. Item urbs Ægypti, in Thebaide. V. DIOSPOLIS.

DIŎSCŪRI et Dioscūri, ōrum, m. plur. 2. (Διόσκοροι v. Ionice Διόσκουροι, Dorice Διόσκωροι, Jovis pueri seu filii: Κάστωρ et Πολυδεύκης).

Dioscori quinam fuerint, difficile dictu est, de quibus multa habentur apud Græcos, pauca apud Latinos. Ex iis tamen (de quibus plura V. in v. CASTOR) aliqua tantum hic addimus, ne rem actam agere videamur, mythi complendi aut illustrandi causa. — In primis de eis ita scribit Cic. 3. Nat. D. 21. 53. « Dioscuri (al. Διόσκουροι) etiam apud Grajos multis modis nominantur: primi tres, qui appellantur Anactes Athenis, ex rege Jove antiquissimo et Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysus: secundi Jove tertio nati et Leda, Castor et Pollux: tertii dicuntur a nonnullis Alco et Melampus et Tmolus, Atrei filii, qui ex Pelope natus fuit ». Adde Arnob. 4. p. 136. — Ex tribus autem hisce generibus, secundum eligimus, ut magis notum et a Latinis scriptoribus memoratum, ad quod pertinent Castor et Pollux, cognominati etiam Tyndaridæ a Tyndareo, cogn. Jovis, vel Tyndaro, filio Œbali, regis Laconiæ, et marito Ledæ, ex qua Juppiter præter Castorem et Pollucem, ex uno ovo natos, idcirco Geminos dictos, habuit Helenam et Clytemnæstram; sed Dioscuri sæpius appellati. — Horum vita mythica tribus præcipuis eventibus insignis est; nam 1.° quum Helena, eorum soror, rapta fuisset a Theseo et Pirithoo servataque in vico (δῆμος) suburbano Aphidnarum, Dioscuri eam liberare constituunt; 2.° igitur una cum Argonautis profecti ob singularem virtutem excellunt, quam uti mortales adepti fuerant, equitando alter, alter vero in ludorum certaminibus luctando (Cf. Ovid. 5. Fast. 600); Pollux enim, in pugilatu cum Amyco, Bebryciæ rege, certans, eum occidit; dein vero cum Castore urbem condit in Colchide, ex ipsorum nomine dictam Dioscuriadem; 3.° denique una cum Ida et Lynceo fratribus expeditionem suscipiunt in Arcadiam; sed inter victores, in præda partienda, magna oritur contentio; hinc sequitur pugna, in qua Pollux Lynceum interficit, sed Castor ab Ida interficitur. Tum Pollux pro fratre Jovem precatur, qui hoc iis concedit, ut numquam alter ab altero dividatur ac proinde alternatim alteruter uno die in terris, unoque cum diis vivat in cælis (Cf. Virg. 6. Æn. 121), ubi nunc Dioscuri etiam inter astra, sidus majum Geminorum, quod dicitur, præfulgent; lux enim (matutina et vespertina) ad naturam pertinet hujusce mythi, ut docte ostendit Welcker in Götterlehre 1. 606. sqq. — Fuerunt hi dii Spartæ patroni (τὼ Σιώ), unde eorum cultus se extendit in reliquam Græciam (Bethe), in Africam et Ægyptum (Grenfell, Hunt, Hogart), in Siciliam (Koldewey-Puchstein), in Italiam (Albert) aliasque regiones sive orientales sive occidentales. Etiam Posidon seu Aphareus, unde Apharides etiam dicti, eximiam hanc fratrum concordiam demiratus, iis facultatem tribuit ventis fluctibusque imperandi, ita ut fierent nautarum dii tutelares. Præterea ludis publicis præsident ac bellicis saltationibus, et cantoribus ac poetis patrocinantur. — Ad susceptam vero cum Argonautis expeditionem quod attinet, hujus finem, in nova vitæ condicione versantes, ita sunt assecuti, ut sororem Helenam, ipso, Thesei socio, capto (Plut. Thes. 31), liberare potuerint (Paus. 1. 41. 4., Clem. frg. 12. et Hellan. frg. 74). — Dioscuri insigne etiam erant navium (Act. 28. 11. gr.), quia « solebant naves nomen accipere a pictura tutelarum » (Serv. ad Virg. 10. Æn. 166. Cf. Virg. ibid. 209); Dioscuri enim, ut Cabyri, et Açvini apud Indos (Myriantheus, Açvins od. arisch. Dioskur. Münch. 1876), maxime in crebris marium periculis, Σωτῆρες vocabantur (Roscher, Lex. Myth. h. v. Cf. hymn. Hom. 34. 6., Theocr. eid. 12. 1., Horat. 1. Od. 3. 2., 4. ibid. 8. 31. etc.). Porro a Latinis Castores dictos esse pro Dioscuris patet ex Vulg. Act. loc. cit., ubi græce Διόσκουροι legitur, et ex templo in foro Romano, de quo Liv. 2. 20., et ex Martial. 1. 71. 3-4. — Dioscoron insula, i. e. insula Italiæ prope Lacinium promontorium, ita dicta a Dioscurorum cultu (Plin. 3. Hist. nat. 10. 15. [96]). — In priscæ autem artis monumentis varie repræsentantur, ut juvenes speciosi equis albis insidentes, ovata stelligeraque galea et jaculis armati aliisve emblematis seu symbolis, in vasis, nummis, gemmis, statuis, tabulis, insigniti, uti videre est apud Paus. 2. 22. 6., Clem. Alex. protr. 42., al. et apud recentiores Furtwängler, Jahn, Gerhard, Daremberg-Saglio, Richter, Petersen, Strube, Sallet, Head., præterquam in Bull. et Ann. d. Istit. arch. passim, et apud Usener in Rh. Mus. LV (1900). — De Colosso Romæ (Monte Cavallo), qui vulgo creditur Dioscuros repræsentare (Borsari, Top. di R. A. p. 176), Matz-Duhn, Zerstr. Bildwerke in Rom. 1. 260. sqq.; et de eorum mytho consulendi sunt, præter Latinos Cic. loc. cit., Varr. 5. L. L. 10., qui singulari numero sed græco utitur, Isid. 15. Orig. 1. 40., coll. Val. Max. 1. 8. 1. et 7., Quintil. 11. 12. 11., Phædr. 4. 25., Schol. Pers. 2. 56. B., Corp. 1. 197. 17. 201., ubi perpauca invenire est, præcipue Græci, nempe Apollod., Paus., Athen., et poetæ Homer., Hesiod., Pindar.; ex recentioribus vero mythologis, Preller-Robert, Talbot, Roscher, Pauly-Wissowa-Kroll, Gruppe.

DIOSCŎRĬAS v. Dioscurias, ădis, f. 3. (Διοσκουριάς, άδος) Utraque scriptione utuntur Latini (Mela, Plin., Solin. locc. citt.), altera Græci (Ptol., 8. 19. 3., Strab. 1. 47. et 2. 126., Arrian. peripl. 10). — Dioscoris habet Hygin. fab. 275.

Dioscorias, oppidum Colchidis in Heniochorum finibus, ita appellatum a Dioscoris ejus conditoribus (Mel. 1. 111), Pontica colonia Milesiorum (Arrian. loc. cit.); quamquam alii tradunt a Dioscororum aurigis Amphito et Cercio (Ammian. 22. 8. 34. et Solin. 15) vel Amphito et Telchio (Plin. 6. Hist. nat. 5. 5. [16]., Isid. 14. Orig. 1. 40) conditum fuisse, hodie Iskuria (Isquria, Isgaur), olim commercio cum populis Caucaseis celebre, in bello Mithridatico ab historicis (Appian. Mithr. 101) memoratum, sed imperii Rom. temporibus eversum, ut locum daret oppido cum portu, quod Sebastopoli hod. vocatur. De ea Plin. loc. cit. « Reliqua litora feræ nationes tenent, Melanchlæni, Coraxi urbe Colchorum Dioscuriade juxta fluvium Anthemunta nunc deserta, quondam adeo clara, ut Timosthenes in ea CCC. nationes dissimilibus linguis descendere prodiderit. - Distat a Sebastopoli LXX. m. p. ». Ita Plin., sed Græci quidam scriptores Dioscuriadem, jam collapsam, dein instauratam Sebastopolim (Ptol. 5. 10. 2. Σεβαστόπολις) dictam fuisse referunt (Cf. Arrian. peripl. l. c.). — De ejus nummis vd. Eckhel, 1. p. 340. et Head-Svoronos 2. 3. et Greek Coins in the British Mus. Pont. 3. — Cf. etiam de ea Dubois de Montpéreux, Voyage I. 307. et 316.

DĬOSCŎRĬDĒS et Dioscurides, is, m. 3. (Διοσκορίδης v. Διοσκουρίδης) nom. patronym. a Dioscorus v. Dioscurus. Utraque scriptura utuntur Latini. — Dioscuridu, genet. Gr. posit., in Corp. 3. p. 131. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. In sing. num. — 1.º) Apud scriptores — a) Dioscorides, sculptor insignis, qui floruit Augusti ætate ejusque imaginem gemmæ insculpsit, qua et ipse Augustus et principes insecuti signare soliti erant, ut ait Plin. 37. Hist. nat. 14. (8). Adde Sueton. Aug. 50., coll. Dion. 51. — De eo vd. Rossbach, PW. 5. 1143. — b) Dioscorides, medicus celeberrimus, natus Anazarbæ, quæ Neocæsarea dia est appellata (iterum dicta Anazarba sub Nerva imp.), in Cilicia, prænomine Pedanius (Phot. cod. 178), laudatus a Galeno sæpe, a Gargilio et Hieronymo, nusquam a Plinio; unde argui potest, suum opus περὶ ὕλης ἰατρικῆς, in libr. V. tributum, in lucem edidisse, Domitiani vel potius Nervæ temporibus; ubi præcipue herbarum vim medicinalem exponit, plura mutuatus a Crateua, quem sæpe citat (de quo V. Wellmann, Crateuas, Berlin 1897), sermone scriptum nec prolixo nec obscuro. — Effigiem ejus in antiquæ artis, quæ supersunt, monumentis illustravit cl. Visconti in Iconogr. Gr. I. p. 393. sqq. — De eo consulendus est Sprengel, Gesch. d. Medizin sect. V. — c) Dioscorides, astrologus, laudatus Varr. Censorin. d. nat. 17. 14. — d) Dioscorides, Ægyptius, legatus cum Serapione ad Achillam a. 9. a. Chr., de quorum sorte scripsit Cæs. 3. B. C. 109., coll. Liv. 112. frg. 50. Weissenb. ad Schol. Lucan. 10. 471. — 2.º) In titulis cogn. vir. Corp. 3. p. 131. — Hinc Dioscoridis insula (Διοσκορίδου νῆσος Ptol.), maris Erythræi statio celebrata in Ægypto, commercium habens cum Arabia et India, hodie Socotora (Skr. Sukatura). Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (153)., ab aliquo Dioscoride nuncupata. Cf. Peripl. m. Erythr. 30. ¶ 2. In plur. num. Dioscuridæ v. Dioscurides (Διοσκουρίδαι), Dioscuri (Castor et Pollux). Charis. 68. 7.

DĬOSCŎRIS v. Dioscuris, idis, f. 3. (Διοσκουρίδος πόλις) oppidum Arabiæ ad mare Erythræum. Ammian. 23. 6. 47. — Hinc fort. Dioscoritanus, adj. Tunon. in chron. ad a. 467.

DĬOSCŎRUS, i, m. 2. (Διόσκορος v. Διόσκουρος) nom. vir. — Dioschorus, cum aspiratione, in Inscr. ap. Momms. n. 2056. — Dioscurus in Corp. 12. 4550. — Memorantur ¶ 1. In libris præsertim — 1.º) Dioscorus, cos. a. 442. p. Chr. cum Eudoxio, ut ex Nov. Valentin. 3. 2. 3. et 7. 2. et alib., plenius Flavius Dioscorus dictus. Cf. Momms. Chron. min. III. 531. — 2.º) Dioscorus, præf. præt. Orientis a. 472. sub Leone, Anthemio et Zenone imppp. Cod. Just. 1. 3. 31. et 34., 2. 7. 15.; 10. 49. 3. et alib. — 3.º) Dioscorus, Hermopoleus episcopus in Ægypto, frater Ammonii, Eusebii et Euthymii, qui pro corporis magnitudine Longi vocabantur, vi perductus, ut consecraretur a Theophilo Alexandrino. Rufin. hist. mon. 23. et Cassiod. 10. Hist. trip. 7. et 14. — 4.º) Dioscorus, episcopus Alexandrinus a. 444-451., ex catholico, laudibus cumulato (Leo ep. 9. a. 445), fervidus sectator ac defensor hæretici Eutychetis in synhodo seu latrocinio Ephesino a. 449., ubi primatum sibi arrogans et absolvit monachum illum hæresiarcham et Flavianum, sanctum episcopum Constantinopolitanum, injuriis affectum, damnavit (Prosp. chron., coll. Leon. ep. 44. sqq.). Postea vero sub Marciano imp. in concilio Chalcedonensi a. 451. a Leone pontifice et ipse Dioscorus damnatus est omnique spoliatus dignitate et in exsilium pulsus Gangræ, ubi decessit a. 454. Cf. Hefele, Conciliengesch. II. 313. sqq. ¶ 2. In titulis nom. et etiam cogn. vir. Corp. 3. 12057.; 5. 6402., Inscr. Not. degli scavi 1882. p. 123 (Albii Intemelii) et alia ibid. 1890. p. 8 (Romæ). — Dioscurus, cogn. mul. Inscr. Not. degli scavi 1878. p. 298 (« Cittaducale » in prov. Aquilæ). — Hinc Dioscorus, adj. nom. mensis apud Macedonas. Vulg. 2. Mach. 11. 21. Mensis Dioscori die vicesima et quarta (Græce Διοσκορινθίου, i. e. Jovis Corinthii). Putant quidam corruptam esse vocem a Dios = Novembr., vel Dystros = Mart. ap. Syro-Macedones (V. hanc voc.); alii vero mensem, ante primum, intercalatum.

DĬOSPĀGĒ, es, f. 1. opp. in Mesopotamia, dictum a Διός, Jovis, et πηγή (Dor. pro πηγή Ion.), fons, qui ibi fuerit, nom. translatum fortasse a voce Assyria. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 26. 30. (119).

DĬOSPŎLIS, is v. ĕos, f. 3. (Διόσπολις v., minus recte, Διὸς πόλις, Jovis urbs; vel etiam Διόπολις, ut in numm. ap. Eckhel 4. p. 106) nom. plurium oppidorum. — Scribitur etiam Dipolis ap. Plin. 5. Hist. nat. 20. 18. (79)., fort. contract. a Diipolis, Gr. Διιπολις, nisi sunt duo oppida in unum conjuncta. — Genet. Diospoleos est Hieronym. onom. p. 15. P. — Acc. Diospolin ap. Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (194). — Memorantur ¶ 1. Diospolis, oppidum Bithyniæ, ad oram Ponti Euxini, hod. Akdjé-Scheer, ap. Marcellin. ep. per. Men. 8. et in nummis ap. Head, 514. ¶ 2. Diospolis, quæ parva dicitur (Διόσπολις ἡ μικρά), ut a magna distinguatur, oppidum Thebaidis ad ripam sinistram Nili, inter Thebas et Ptolemaidem Hermiu, caput regionis, ubi crocodilus colebatur, hod. Hou, in Itin. Ant. p. 159 (Cf. Amélineau, Géogr. de l'Égypt. 198). — Ibi sedem habebant Equites sagittarii indigenæ. Not. imp. or. 28., coll. Eckhel, 4. p. 106. et Head, 864. — Hinc dynastiæ XVII. Diospolitanorum regum, ap. Hieronym. in chron. ¶ 3. Diospolis magna. V. THEBÆ. ¶ 4. Diospolis, oppidum Palæstinæ in Samaritide. V. LYDDA. ¶ 5. Diospolis, oppidum Syriæ, memoratum Plin. 5. Hist. nat. 20. 18. (79). ¶ 6. Diospolis, oppidum Phrygiæ, postea Laodicea dictum, ad Lycum flumen, hod. Eski-Hissar, apud eund. ibid. 29. 29. (115). V. LAODICEA. — Hinc Diospolites, adj. ad Diospolim parvam pertinens, ut Diospolites (Diopolites) nomos, apud eund. ibid. 9. 9. (49). et Diospolites medicamentum ap. Cass. Fel. de med. 55. — Diospolitanus, adj. Hieronym. ep. 143. Diospolitana synhodus. — Diospolitani. V. DIOSPOLIS parva. — Diospoliticus, adj. ad Diospolin Ægypti pertinens. Gargil. de med. 3. antidotum.

DĬOSPŎLĪTĒS, Diospolitanus et Diospoliticus. V. voc. præc.

DĬŎTĪMUS, i, m. 2. (Διότιμος, Jovis cultor) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit hoc nomine poeta quidam, epigrammaton scriptor, laudatus Macrob. 5. Sat. 20. 8. Arati etiam liber fertur elegion, in quo de Diotimo quodam poeta ait: « Αἰάζω Διότιμον, ὃς etc. ». — De eo vd. Reizenstein, PW. 5. 1149., qui de alio ætatis recentioris loquitur — 2.º) Item Thebanus medicus, quem inter fontes suos recenset Plin. in Ind. auct. l. 28., coll. 28. Hist. nat. 7. 23. (82). — 3.º) Item proconsul Africæ a. 405., plenius Flavius Pionius Diotimus dictus Cod. Theod. 11. 30. 62.; 16. 5. 39. et alib. Cf. Pallu de Lessert, Fast. d. prov. Afr. II. 118. ¶ 2. In titulis nom. et etiam cogn. Corp. 3. 17 (V. Momms. ad h. n.); 12. 5683. 263. — Diotima vero (Διοτίμα Plat. conv. p. 201) nom. mul. in Cod. 4. 54. 1.

DĬŎTRĔPHĒS, is, m. 3. (Διοτρέφης, Jovis alumnus v. alimentum) Scribitur etiam Diotrophes (Διοτρόφης) v. Diotrofes ex consuetudine Latina, ut in Inscr. apud Fabretti p. 372. n. 159. — Alia forma est Diitrephes v. Diitraphes (Διιτρέφης Diod. 15. 14), Latinis non usitata. — Memoratur in ep. III. Joh. 9-10. quidam hoc nomine, vir primarius (quem alii diaconum, alii presbyterum, alii etiam episcopum putant), catholicus quidem, sed fastuosus et « amans primatum gerere », in ecclesia quadam Asiæ Minoris, ubi dum Gajus, vir optimus ibi erga hospites benevolum se præbebat, contra aspere eos habebat Diotrephes, vel ipsius Johannis obtrectator, quem apostolus redarguit et severius cum illo se acturum adfirmat (v. 10).

DĬŎVIA et

DĬŎVĬCUS. V. voc. seq.

DĬŎVIS, is, m. 3. Diovei et Diove dat. cas. usurpata sunt, priscâ orthographiâ Corp. 1. 188. et 1431 (Paragæ). Cf. Furlanetto, Lap. Pat. p. 435. n. 617. — Olim ductum est nomen a Di, per sync. a Dius (Διός) et Jovis, quasi a juvo, ut censuit Varr. 5. L. L. 10. 65. ex Ennii verbis: « Hæc propter Juppiter sunt ista quæ dico tibi, Qnoniam mortalis atque urbes belluasque Omneis Juvat », et addit § 66. « Hoc idem magis ostendit antiquius Jovis nomen; nam olim Diovis et Diespiter dictus, id est Dies pater. A quo Dei dicti sunt etc. ». Qua Varr. et Inscr. auctoritate supra cit. innixi, antiquiores etymologi arbitrabantur, Diovis a Dijovis distinguendum omnino esse. Sed recentiores sive quod ad notationem (V. DEUS et DIANA) sive quod ad distinctionem (V. DIJOVIS) attinet, aliter sentiunt (V. JUPPITER). — Hinc fort. Diovia, civitas Italiæ superioris, ap. Rav. p. 271. — Diovos, nom. vir. Inscr. Not. degli scavi, 1903. p. 255 (Norbæ). — Diovicus, cogn. vir. Corp. 7. 1017.

DĬŎVOS. V. voc. præc.

DĬŎXĔNUS, i, m. 2. (Διόξενος v. Διώξενος, Jovis hospes v. fort. persecutor hospitum, pro diversa nominis scriptura) nom. viri, qui particeps ferebatur conjurationis in Alexandrum M. a. 330. a. Chr. Curt. 6. 7. 25.

DĬŎXIPPĒ, es, f. 1. V. voc. seq.

DĬŎXIPPUS, i, m. 2. (Διώξιππος, quasi agitator equorum) nom. vir. Gr. — Apud scriptores memorantur ¶ 1. Dioxippus, Trojanus, in bello a Turno occisus. Virg. 9. Æn. 574. ¶ 2. Dioxippus, medicus Hippocraticus, laudatus Gell. 17. 11. 6. Cf. Plut. quæst. conv. 7. 1. 11. ¶ 3. Dioxippus, Atheniensis, pugil insignis, laudatus Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (139)., coll. Laert. 6. 63. 61. et Plut. curios. 521. — Fuit notus acceptusque Alexandro M. certavitque in India cum Macedone Corrago, teste Curt. 9. 7. 16-26., ubi ejus certamen ac mortem describit. — Hunc Alcimachus Olympiæ pancratio victorem depinxit, ut tradit Plin. loc. cit. ¶ 4. Dioxippus, præfectus cohortis, qui in bello contra Philippum Athenas defendit a. 200. a. Chr. Liv. 31. 24. ¶ 5. Hinc Dioxippe (es), nom. mul. (Διωξίππη), filia Solis ex Clymene, Heliadum una. Hygin. præf. fab. et Schol. Germ. p. 175. Br.; item una Amazonum, ap. Hygin. fab. 163.; item una ex canibus Actæonis. Id. fab. 181.

DĬPHĬLUS, i, m. 2. (Δίφιλος, bis vel duorum amicus, idcirco anceps amicus: ita cl. Furlanetto) nom. vir. Gr. — Scribitur etiam Diplius, sine aspiratione, in Corp. 1. 570. et 2. 4972 (85). et Difilus in alia 1. 1022. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Diphilus, architectus, fort. qui de machinationibus scripsit, cujus commentariis usus est Vitr. 7. præf. 14. Adde Cic. 3. Q. fr. 1. et 9. — 2.º) Diphilus, tragœdus, qui ludis Apollinaribus a. 59. a. Chr. in Pompejum petulanter invectus est, theatro clamose plaudente. Cic. 2. Att. 19. et ex eo Val. Max. 6. 2. 9. — 3.º) Diphilus, Sinopensis (Strab. 12. 546) poeta comicus comœdiæ novæ, qualis Menandri et Philemonis (Vellej. 1. 16), qui « omnem acerbitatem comœdiæ mitigaverunt » (Diomed. III. 489. 5. K.), scripsit plus quam centum comœdias, quarum fragmenta tantum supersunt apud Meineke, Fragm. comic. Gr. Berol. 1839-41 (II. et III), rursum edit. a Bothe Paris 1868. p. 630-653.

Did. et Kock, Comic. Att. fragm. Lips. 1880-1888. — Eum Plaut. imitatus est, ut ex prol. Casin. v. 32. « Clerumenoe (Κληρούμενοι) vocatur hæc comœdia græce, latine Sortientes, Diphilus hanc græce scripsit ». Item Rud. v. 32. Fort. Asin. ex Diphili Ὀναγρός, et Commorientes, jam deperdita, ex ejus Συναποθνήσκοντες (Cf. Ter. loc. cit.), et ex parte Mil. gl. derivanda. Sic et Ter. in Adelphos prol. 6. V. Leo, Herm. XVIII. 561. et Hueffner, De Plaut. com. exemplis Att. Götting. Diss. 1894. p. 68. — In Diphili comœdiis aliquid momenti habet parodia mythica, qua quasi artis adminiculo in loco utitur, quin et ex mythis argumentum sumit, ut in Δαναΐδες, Λήμνιαι, Ἡρακλῆς, Θησεύς etc. — De metro, quod ab ejus nomine dictum est Diphilium, V. DIPHILIUS in Lexico. ¶ 2. In titulis nom. et etiam cogn. tam ingen. quam libert. Corp. 2. 2239. et 3294.; 9. 5069.; Inscr. Not. degli scavi 1902. p. 117 (Tibure). Corp. 12. 677. Difilus; 4. 1842. Diplius.

DĬPŒNUS, i, m. 2. sculptor, ut scribit Sillig. in Catal. artif. p. 193., cum Scyllide semper conjunctus, teste Plin. 36. Hist. nat. 4. 4. (10). « Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus et Scyllis, geniti in Creta insula, etiamnum Medis imperantibus, priusque quam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est Olympiade circiter L. Ii Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria. Deorum simulacra publica locaverant Sicyonii, quæ prius quam absolverentur, artifices injuriam questi abiere in Ætolos. Protinus Sicyonios fames invasit ac sterilitas mærorque dirus. Remedium petentibus Apollo Pythius respondit: si Dipœnus et Scyllis deorum simulacra perfecissent, quod magnis mercedibus obsequiisque imperatum est. Fuere autem simulacra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Minervæ, quod e cælo postea tactum est ». Ii porro qui dixerunt Dipœnum et Scyllidem Dædali discipulos vel filios fuisse (Paus. 2. 14. 1), nihil aliud voluerunt, quam primos hoc sculptores cum chorago omnium artificum conjungere (Cf. eund. 3. 17. 6). Addit Plin. ibid. « Dipœni quidem Ambracia, Argos, Cleone operibus refertæ fuere. Omnes autem (sc. hucusque memorati) tantum candido marmore usi sunt a Paro insula ». Recensent vero præter statuas, quarum meminit Plinius, alias multas Paus. 2. 14. 1. et 2. 22. 6. et Clem. Alex. protr. p. 42. 15. a Dipœno et Scyllide elaboratas, qui egregios discipulos habuere Tectæum, Angelionem, Learchum Rheginum, Doryclidam aliosque, teste Paus. 2. 32. 4., 5. 17. 1., 6. 19. 9. et alib.

DĬPONĒ, es, f. 1. oppidum Hispaniæ inter Eboram et Emeritam, hodie fort. Talavera. Memoratur in Itin. Ant. p. 418.

DIPSAS, ădis, f. 3. (Διψάς, dipsas, genus viperæ) nom. lenæ, apud Ovid. 1. Amor. 8. 1. « Est quædam (quicumque volet cognoscere lenam Audiat), est quædam nomine Dipsas anus » (sc. vetula quædam, vera vipera, quæ puellam Ovidii meretricia arte instruet).

DIPSCURTUS, i, m. 2. cogn. militis gregalis, cui data est civitas Romana a. 52. p. Chr. Corp. 10. 769.

DĬPȲLUM, i, n. 2. (Δίπυλον: a δίπυλος, duas portas habens) proprie porta duplex. Plut. Pericl. 30. ait, Athenis Θριασίας πύλας vocatas fuisse τὸ δίπυλον. Hoc autem aliud nomen post Periclem usurpatum fuisse videtur. Memoratur Liv. 31. 24. « Porta (Dipylon) - velut in ore urbis posita major aliquanto patentiorque quam ceteræ » ex Polyb. 16. 25. Adde Cic. 5. Fin. 1. 1. — Sic templum Jani Romæ. Plut. M. 322. — De eo cf. Wachsmuth, Stadt Athen I. 189. sq., 254. sq., 260. etc.; Schmidt, Thorfrage in d. Topogr. Athen. 1879.

DĪRÆ, ārum, f. plur., et raro Dira, æ, 1. (dirus) deæ, Noctis filiæ, eædem quæ Furiæ et Eumenides, Jovis ministræ, quarum opera morbos, letum, bellum ceteraque mala mortalibus immittit; sed priore vocabulo appellantur in cælo, altero in terris, tertio in inferis; quamvis, ut monet Forcellin. noster, hoc perpetuum non sit; immo Claudian. carm. 35. 218. Diras a Furiis distinguit. Memorantur Virg. 12. Æn. 843. geminæ pestes cognomine Diræ. et 7. ibid. 324. et 454. Diræ sorores. et 4 ibid. 473. ultrices. Ovid. 14. Met. 467. Danaæ. Val. Fl. 4. 586. sævæ. Adde Stat. 11. Theb. 106., Tibull. 2. 7. 35., Tac. 6. Ann. 24. Mythogr. I. fab. 27. et 147. et II. fab. 13 (V. Lexic. ad v.).

DIRGA, æ, f. 1., et

DIRCÆUS, a, um, adject. V. voc. seq.

DIRCĒ, es, f. 1. (Δίρκη) nom. pers. et geogr. — Dirca, æ, Latina positione, apud Plaut. Pseud. 199. « Quasi Dircam olim duo gnati Jovis devinxere taurum ». — Vocabulum, ut scribit Mythogr. III. fab. 11. n. 6. in fin. significat: sors judicans; sed, quo rectius etymon exponatur, vocem a rd. δέρκ-ομαι, specto, perspicio et etiam obliquis oculis intueor, unde et voc. draco, ducendam esse puto (Cf. Curtius, Gründz. etc. p. 702). — Dirce igitur ¶ 1. Est nom. pers., sc. filia Solis et Circes soror (Mythogr. loc. cit.), uxor Lyci, regis Thebarum, quam hic duxit, repudiata Antiope (Propert. 3. 18). — Verita, ne Antiopen revocaret, impetravit a marito, ut posset illam in vinculis detinere. Antiope vero tempore partus soluta, gemellos, quos ex Jove conceperat, peperit, Amphionem et Zethum. Hi Lycum interfecerunt; Dircen vero caudæ indomiti tauri alligarunt, quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiseratione, quia Liberi patris Baccha fuerat, in sui nominis fontem conversa est. Ita Forcellin. ex Hygin. fab. 7. et 8. et Propert. loc. cit. Hinc Nemes. cyn. 22., coll. Ovid. Ib. 533. « Perque feros montes tauro raptata traharis, Ut tracta est conjunx imperiosa Lyci ». Adde Schol. Stat. Theb. 4. 570. — In priscæ artis monumentis sculpta visitur Dirce cum Zetho, Amphione et Tauro, Apollonii et Taurisci opus (Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. [34]), colossicum symplegma (V. Bull. et Ann. d. Istit. arch. passim, coll. Bethe, PW. 5. 1170. et Dilthey, Arch. Ztg. XXXVI. 1878. p. 42. sqq.); item in gemmis (Furtwängler, Ant. Gemm. Taf. 25. 22. et 41. et 44) itemque in nummis ap. Eckhel 3. p. 91. et 122. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., nempe — 1.º) Fons Bœotiæ (Plin. 36. Hist. nat. loc. cit., coll. Paus. 9. 25. 3. et Strab. 13. 388) non procul a Thebis, qui in duos rivos findebatur, quorum unus sub urbis mœnibus præterlabebatur, quem inter et Ismenum, longius ab urbe fluentem, aliquid spatii erat interjectum (Ælian. 12. 57., Diod. 17. 78., coll. Senec. Œd. 171. et Stat. 4. Theb. 374). Memoratur Hygin. fab. 7. Ex cujus (Dirces) corpore in monte Cithærone (error) fons est natus, qui Dircæus est appellatus beneficio Liberi, quod ejus Baccha fuit. Ovid. 2. Met. 239. quærit Bœotia Dircen. Adde Lucan. 3. 175., Solin. 7. et Stat. 1. Theb. 38. Cf. etiam Pind. Isthm. VI (V). 74 (Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ etc.), Callim. hymn. in Del. 76. et Plut. de genio Socr. p. 578. B. — 2.º) Item regio, in qua dictus fons erat, ut patet ex Stat. 2. Theb. 322. et 432. et 447. Ovid. 1. Art. am. 731. Pallidus in Dirces silvis errabat Orion. Adde Senec. Herc. f. 19. et 920. — Hinc Dircæus, adj. ad Dircen pertinens. Virg. 9. Ecl. 24. Dircæus Amphion. Stat. 8. Theb. 438. Amyntas. Horat. 4. Od. 2. 25. cycnus. h. e. Pindarus. Senec. Œd. 588. deus. h. e. serpens a Cadmo occisus. Vib. Seq. 8. et Hygin. loc. cit. fons. Stat. 4. Theb. 74. Gyas. Id. 2. ibid. 142. heros. i. e. Polynices, rex Thebarum. Lucan. 4. 550. cohors. Stat. 5. Theb. 647. bellum. Id. 12. ibid. 5. agmina. Senec. Herc. Œt. 140. mœnia.

DIRCENNA, æ, f. 1. fons Hispaniæ gelidissimus apud Bilbilim (Bamboles), in Salonem fluv. excurrens. Martial. 1. 50.

DIRĪNI, ōrum, m. plur. 2. gens Italiæ in secunda regione. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (105)., coll. lib. 1. Colon. p. 238. Lachm.

DIRIS, is, et rectius, Deris, m. 3. (Δέρρις Strab.) promontorium Macedonicum, Canastræo oppositum, sinumque efficiens. Mela 2. 34. — Distinguendum est ab alio promontorio hujus nominis in faucibus sinus Arabici, hodie Djebel-Segan, ap. Strab. 16. 769. et 772. et Ptol. 1. 15. 11.

DIRIUM, ii, n. 2. oppidum Italiæ inferioris ad mare Ionium, nunc Monopoli, ap. Guid. Cosm. p. 467. — Rav. p. 329. Dixium.

DĪS, ītis, m. 3. nom. dei. — a) Alia forma Ditis apud Quintil. 1. 6. 34., Petron. 126. v. 76., Apul. met. 6. 18., Tertull. 1. Nat. 10., Isid. 8. Orig. 11. 42., Labb. gloss. 59.d. Not. Tir. 97. Cf. Serv. ad Virg. 6. Æn. 273. « Dicimus hic Dis et hic Ditis; contra Caper VII. 109. 8., sed perperam, « Dis pater, non Ditis ». — b) Declin. in obliquis: Ditis, -i, -em, -e, communi terminatione. — c) Etymon ducitur a rd. Skr. di « apparere, splendere », unde dius, diss, dives, sim., ita ut significet « splendens = dives, potens, fecundus » (Walter, KZ. X. 197). Cf. Mythogr. III. fab. 6. n. 1. et Quintil. loc. cit. — d) Nomina vel cognomina varia sunt; dicitur enim: — Pluto, apud Latinos, ut apud Græcos Πλούτων « divitiis refertus ». Cic. 2. Nat. D. 26. 66. — Diespiter (pitris), forma Umbrica, v. Dispater, sc. Dis pater (Genet. etiam Diespetris ap. Orelli, Inscr. n. 5712. Cf. Varr. 5. L. L. 66. et Macrob. 3. Sat. 9. 10). — Dis Diovis sive Dijovis, quasi ut Juppiter in cælo, sic iste sit idem in inferno. Cf. Senec. Herc. f. 47. Jovis inferni. et Virg. 4. Æn. 6. 38. Jovis Stygii. — Vejovis apud Capell. 2. p. 41. — Juppiter Stygius (Ζεὺς καταχθόνιος) ap. Ovid. 5. Fast. 448. — Vedius, id est malus deus, ut Vejovis est malus Jovis. Mythogr. III. fab. 6. Cf. vecors, vesanus. — Charon apud Græcos, teste Isid. loc. cit., quamquam alii rectius hunc ab illo distinguunt (V. Serv. ad Virg. 4. Æn. 273). — Orcus, quasi receptor mortium, sc. mortuorum, ut ex Augustin. 7. Civ. D. 3. tradit Isid. 8. Orig. 11. 42. — Februus pater, quod mense Februario ei sacrificabatur, teste Serv. ad Virg. 1. G. 40. et Lyd. de mens. 4. 20. — Sol, ad hunc enim referebantur dii omnes. Capell. 2. p. 48., coll. Tac. 4. Hist. 84. — Soranus, ut docet Serv. ad Virg. 11. Æn. 785. « Sorani (dicti) a Dite, nam Dis pater Soranus vocatur »: fortasse a σορός, arca mortuorum, sepulcrum (V. SORANUS). — Summanus v. Submanus, de quo Arnob. 5. p. 183. Emicuit Summanus e terris curru quadrijugo vectitatus (Proserpinam rapturus). Adde Capell. 2. p. 40., coll. Augustin. 4. Civ. D. 23. et Plaut. Bacch. 895. et Curc. 413. sqq. — Hi tamen auctores dubiæ innituntur etymologiæ, perinde Summanus idem sit ac Summus Manium (Capell. loc. cit.); sed, ut ex Inscriptionibus colligitur, Summanum de uno eodemque Jove cæli diurni ac nocturni (Corp. 5. 5660) vel potius antelucani dici patet, qui nempe diu aut noctu fulmina jacit. Hinc Gloss. Labb. p. 105. κεραυνοβόλιον ἡμερινόν (fulgur dium), κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρωὶ νυκτερινόν (fulgur submanum, sc. sub mane). — De hac voce Etrusca scripsit Otfr. Müller, Etrusk. 2. 66., 167. et 249. Cf. etiam Hartung, Rel. d. Römer 2. 69. et Preller-Jordan I. p. 244. — Est itaque

Dis sive Ditis, nom. dei Inferorum, seu Plutonis, ita cognominatus quasi deus divitiarum (Gr. πλοῦτος) præses, quæ sub terris sunt atque e terra effodiuntur (Cic. 2. Nat. D. 26. 66); dis enim idem est ac dives. — Fuit Saturni et Opis filius, frater Jovis et Neptuni (Enn. Euhem. Lact. I. D. 1. 14., Tertull. apol. 15. et nat. 1. 20. et Augustin. 7. Civ. D. 28), qui quum de mundi dominatione certassent, placuit, ut hanc inter se dividerent; hinc cælum Juppiter sortitus est, maria Neptunus, Dis pater inferos, teste Serv. ad Virg. 1. Æn. 139., idcirco dictus Senec. Herc. f. 837. « tertiæ rex sortis ». et Auson. eid. 12. de diis « Dis Tartareus ». et Macrob. 1. somn. Scip. 11. 2. « deus mortis vel mortium ». ¶ 1. In libris. — 1.º) Proprie. Petron. sat. 120. Has inter sedes Ditis pater extulit ora. Ætn. 640. Illo seposuit claro sub nomine Ditis. Colum. 10. 271. de Proserpina. tartara cælo Præposuit Ditemque Jovi etc. Adde Cic. 4. Verr. 48. 107. aliosque, præsertim Senec. trag. plurimis, ne dicam innumeris, locis. — Epitheta et attributa Ditis vel Plutonis: arbiter noctis maximus Claudian. 33. 55. 56.; ater Virg. 8. Æn. 127.; avarus Senec. Herc. f. 782.; crudelis Carm. epigr. B. 971.; dominator Averni Carm. epigr. B. 1237.; durus Virg. 12. Æn. 199.; dux Erebi Stat. 8. Theb. 22.; filius Fortunæ Phædr. 4. 12. 5.; funereus Damas p. 81.; gener Cereris Juvenal. 10. 112.; germanus Jovis Auson. p. 161.; heres mundi novissimus. Stat. 11. Theb. 445.; horridus Senec. Phædr. 951.; illacrimabilis Horat.

2. Od. 14. 6-7.; impius Drac. 10. 436.; invidus Carm. epigr. B. 1014.; mæstus Carm. epigr. B. 1561.; niger Ovid. 2. Her. 72.; opertus Lucan. 6. 514.; potens tenebrarum Senec. Œd. 868.; prædo maritus Ovid. 5. Met. 521.; raptor Propert. 3. 22. 4.; Saturnius Ovid. 5. Met. 420.; Stygius Virg. 9. Æn. 104.; superbus Senec. Herc. O. 1142.; Tartareus rex Claudian. 39. 216.; Tonans infernus Stat. 11. Theb. 209.; torvus Juvenal. 13. 50.; tyrannus Ovid. 5. Met. 508.; umbrosus Senec. Med. 741. — Celeberrimus est mythus de Dite, qui Proserpinam, filiam Demetris seu Cereris, rapuit in Hennensium nemore fecitque sibi uxorem et inferorum reginam, ortus ex hymno Homerico in Demetris honorem ac descriptus Ovidio et in primis Claudiano aliisque et artificibus antiquis ac recentioribus singulari studio effictus, de quo plura V. in Proserpina. — De ejus cultu et quidem — a) De sedibus et aris Diti sacris: in Circo Maximo erat templum Ditis ædificatum a. 476. U. C. = 278. a. Chr., tempore belli cum Pyrrho gesti, ut in Fast. Venus. et Not. Urb. 19 (Cf. Becker, Handb. 473. sqq.). — Sacellum ejus memorant Macrob. loc. cit. et Arnob. 6. p. 191. — b) De sacrificiis et ludis: ex Macrob. 1. Sat. 7. 31. et 11. 48. scimus, victimas humanas olim huic deo mactatas fuisse; sed, Hercule auctore, his sacrificiis abolitis, ei oscilla seu imagunculas humanis capitibus adsimiles oblatas, quod fabulam ex parte redolet (Cf. Peter in Roschers Lex. Myth. I. p. 1182. et Leist, Gr.-ital. Rechtsgesch. Jena 1884. p. 271. sqq.). Sic ex Varr. apud Censorin. d. nat. 17. 8., coll. Liv. epit. 49., Augustin. 3. Civ. D. 18., Zosim. 2. 4., discimus, ad aram, Diti ac Proserpinæ dicatam, ludos Terentinos v. Tarentinos (ita dictos a Tarento, loco palustri) in Campo Martio fieri solitos, ex fatalibus libris, tribus noctibus et hostias furvas immolatas, centesimo quoque anno (V. etiam TAURILIA et TAUROBOLIUM). — c) De rebus Ditis sacris: ex arboribus vel plantis tristis cupressus, narcissus, myrtus (Plin. 16. Hist. nat. 33. 60. [139]); ex animalibus furvus bos et alia id genus (Serv. georg. 2. 380., coll. Paul. Fest. p. 93. et Virg. 6. Æn. 153. sq.), ut milvius (Drac. carm. min. 8. 464. sqq. et 476. sqq.). — d) Cum aliis diis: in primis cum Proserpina (Inscr. Orelli n. 1465. sqq.) et cum Aerecura v. Acra Cura (Corp. 5. 725., Brambach, Corp. I. Sh. 1679., coll. C. I. L. 3. 4595.; 5. 8970 a. V. Corssen, Kritisch. Nachtr. z. lat. Form. 2. 256); item cum Hercule, cum Jove Hammone aliisque (C. I. L. 6. 139.; 8. 9018. etc.) colebatur. — Ceterum cultus Ditis non solum apud orientales (Tac. 4. Hist. 83. sq., coll. Jordan in Prellers R. M. II. 65. sq.), sed et in Italia et in Gallia; hujus enim populi se, ex Druidarum doctrina, a Dite prognatos esse jactabant (Cæs. 6. B. G. 18). — e) De ejus symbolis, imaginibus et nummis: Tertull. 1. Nat. 10. tradit, Ditem in ludis, ad eum honorandum celebratis, repræsentatum fuisse cum malleo gladiatorum exsequias deducentem. Sistitur eburneo solio insidens simul cum Proserpina et ad pedes Cerbero, bidentem dextrâ gestans, galea opertus, qua, a Cyclopibus ita fabrefacta ut a nullo videri posset, contra Titanes pugnaverat; aut etiam in curru sedens nigris vecto quadrigis: vel exhibetur, aliquando in lectisternio cubans capite calatho ornato, dextra aquilam, sinistra hastam tenens (Vaillant, Num. Coll. II. p. 42. ex numm. Sinopensi Caracallæ). — Fingitur etiam a Luciano claudus in accessu, in recessu alatus, quia divitiæ longo tempore magnisque laboribus comparantur, sed etiam velocissime labuntur, nisi caute sine tenacitate custodias. — Item cæcus, quia divitias bonis atque malis nullo discrimine distribuit. Cf., præter laudatos, Mus. Thorwald, 1. p. 71. n. 97.; Gerhard, Ant. Bildw. 1. T. 17.; Welcker, a. Denkm. 3. 125. sqq. Tf. 10. 2. etc. O. Jahn, Vasenbilder p. 21. et alib. et Corp. I. Gr. n. 7464. — 2.º) Tropice sumitur pro ipsis inferis. Virg. 6. Æn. 126. Noctes atque dies patet atri janua Ditis. Cf. Arnob. 5. p. 177. — Adde locutiones Ditis atria v. aquæ v. umbræ v. nox apud Claudian. carm. 5. 522., Martial. 9. 5., 12. 52., Drac. carm. min. 10. 191., Corp. 7. 250. etc. V. etiam PLUTO. ¶ 2. In titulis. Corp. 1. 818. — Voc. Dite, in Inscr. ap. De-Rossi, Boll. 1852. p. 21.

DĪSARĪUS et, rectius, Dysarius, ii, m. 2. medicus eximius, laudatus a Symm. 9. ep. 44. et interlocutor ap. Macrob. 1. Sat. 7. et 7. 4. sq. — Diarius quoque dicitur Symm. 3. ep. 37.

DISCŎLUS et, rectius, Dyscolus, i, m. 2. (δύσκολος, morosus) nom. vir. Gr. in Titulo chr. apud De-Rossi, Rom. Sott. III. p. 322. — Hinc fort. Discolius, cogn. vir. in Inscr. ap. Momms. n. 1850. — Memoratur Symm. 2. ep. 95. hoc nomine vir quidam, qui furti detulit actionem multisque senatorii ordinis viros criminationibus perstrinxit. — Discolia (Δυσκολία), cogn. mul. Corp. 5. 6124.

DISCORDĬA, æ, f. 1 (Ἔρις) ¶ 1. Est nom. deæ, Noctis et Erebi filia (Hygin. fab. præf.), quæ in faucibus Orci habitat, ut tradit Virg. 6. Æn. 280. « Vipereum crinem vittis innexa cruentis ». Memoratur etiam Horat. 1. Sat. 4. 60., coll. Augustin. 3. Civ. D. 25. — In plur. num. Arnob. 3. p. 115. ¶ 2. Est etiam nom. deæ Etruscæ, quæ in tertia cæli regione cum Seditione habitat. Capell. 1. 47. Cf. Nissen, Templum 182. sqq. et Deecke, Etr. Forsch. IV. 17. 43.

DISELLĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. Corp. 9. 5023. — Disellia, nom. mul. Ibid. Cf. Schulze, Eigenn. p. 160. et 441.

DISIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 3. 1624. — Hinc Disienia et Disinia, nom. gent. mul. et Diso (onis), cogn. vir. in Corp. Cf. Schulze, Eigenn. p. 160.

DISPARGUM, i, n. 2. castrum in finibus Thoringorum, hod. Disberg, in Batavia. Greg. Tur. 2. Fr. 9.

DISPĀTER v. Dispiter. V. DIESPITER.

DISSĒNĪUS (Disenius), ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Wilmanns n. 684. Cf. Schulze, Eigenn. p. 159. et 430. — Dissinius apud Orelli, Inscr. n. 3701 (Cf. DISIUS) et Disinius, ap. Schulze, ibid. p. 159., 211., 355.

DISTŬLĀNUS, i, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 4611. pro Distubuanus ex emendatione cl. Hübner in Ephem. Epigr. II. p. 38. et 66. — Distulanius V. apud Schulze, Eigenn. p. 159.

DĪTHȲRAMBUS, i, m. 2. nom. fort. serv. in frg. Catal. apud Momms. n. 6366.

DITIŌNES, um, m. plur. 3. (Διτίωνες Ptol.) populus Dalmatiæ, in decurias CCXXXIX. tributus et in Liburnia sedem habens (Momms. Corp. 3. 407. n. 3200). Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 22. 26. (142). — In sing. num. Corp. 5. 541.

DITISTRA, æ, f. 1. fons Æthiopiæ, de quo Plin. 31. Hist. nat. 2. 14. (17). « Lycos in Ditistra ejus fontem esse, cujus aqua luceat ». Alii tamen aliter legunt. V. Sillig. ad loc.

DĪTUS, i, m. 2. nom. vir. Corp. 3. 859. — Cf. Dito (onis), nom. mul., Ditio (onis), cogn. mul., Ditica, nom. mul. et comp. Ditugenius, cogn. vir. in Corp. V. etiam Schulze, Eigenn. p. 32., 38., 43.

DĪUM, ii, n. 2. (Δῖον Ptol.) Scribitur etiam Dion, Gr. posit., Plin. loc. cit. sub 4. — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Dium, nom. geogr. ¶ 1. Oppidum Macedoniæ prope sinum Thermaicum ad septentr. montis Olympi, « non magnum, ita exornatum publicis locis et multitudine statuarum munitumque egregie » (Liv. 44. 7., coll. ibid. 2. sqq., 26. 25., 33. 3. etc.), colonia Romana, hod. Malathria. Memoratur etiam Itin. Ant. p. 989. et Rav. p. 874., coll. 195., ubi Diume legitur, et ap. Thuc. 4. 78., Paus. 9. 30. 7. et Plut. Dem. 36. — De ejus nummis vd. Eckhel, 2. p. 71. et Head, 243. — Hinc Diensis, adj. Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (35). Colonia Diensis. et Corp. 3. 548. Colonia Julia Diensis. — Dienses, incolæ. Corp. 3. 591., 2. 989. ¶ 2. Item opp. Cretæ mediterraneum. Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. (59). ¶ 3. Item opp. Eubœæ ad orientem promontorii Cenæi. Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (64)., ubi suo tempore eversum dicit; sed quum Strab. 10. 446. adfirmet tunc exstitisse atque adeo inde Canas Æolidis coloniam fuisse deductam, infertur postea oppidum instauratum esse, ut patet ex Ptol. 3. 15. 25.; porro nunc quoque exstat, Lithada dictum. ¶ 4. Item opp. Syriæ Decapolitanæ prope Gadara. Plin. 5. Hist. nat. 18. 16. (74)., ubi Dion legitur. ¶ 5. Item opp. Hispaniæ Tarraconensis, idem ac Dianium, quod V.

II.) Dium, nom. pers., sc. cogn. mul. libert. Inscr. apud Momms. n. 670.

DĪURPANEUS, i, m. 2. rex Dacorum, qui bellum gessit contra Domitianum imp., teste Tac. apud Oros. 7. Hist. 10., pluries victor cum magnis Romanorum cladibus. Alii pro Diurpaneus leg. rectius Decebalus.

DĪUS, ii, m. 2. (Δῖος) contr. a Diius, i. e. ad Jovem pertinens, Dialis, Jovialis, non confundendum cum adj. dius = divinus. — Memorantur apud scriptores: Dius, regulus quidam Mauretaniæ sub Valentiniano et Valente impp., ap. Ammian. 29. 5. 11. — Dius Fidius vel Semo Sancus. V. FIDIUS. — Dius, presbyter Alexandrinus, martyr cum Petro Alex. episc., sub Diocletiano imp., ap. Rufin. Eus. H. E. 8. 14. — Dius, episc. Hieros., ap. eund. ibid. 6. 8. — Dius Malus in Inscr. ap. Marini Fr. Arv. p. 428., falsa lectio pro Deus Alus. V. ALUS. — In titulis cogn. vir., ap. eund. ibid. 23.

DĪŪVĪA, æ, f. 1. idem ac Diovia v. Jovia, cogn. Veneris in Inscr. Bull. d. Ist. arch. a. 1878. p. 27.

DĪVĀLĪA, ium, n. plur. 3. (divalis) dies festus Romæ XII. Kal. Jan., ut est in Kalend. Prænest.: quæ Divalia festa eadem fuisse ac Angeronalia, V. in Lexico.

DĪVES, itis, m. 3. cogn. vir. ap. Cic. 2. Att. 13. « Cujus (Pompeji) cognomen (sc. Magnus) una cum Crassi Divitis cognomine consenescit ». sc. quia jam decoxerat, ut tradit Plin. 33. Hist. nat. 10. 47. (133). — Absolute. De-Rossi Inscr. Cr. in Rom. Sott. III. p. 524.

DĪVI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Fuit titulus imperatorum Romanorum, qui inter deos referebantur, qua de re fuse disserit cl. Marini in Fr. Arv. p. 385. sqq. ¶ 2. Alio sensu, nom. populi in India, memorati Ammian. 22. 7. 10. — Divas vocat Auct. Expos. mund. 16.

DĪVĬCUS, i, m. 2. nom. vir. Corp. 3. 5399. — Hinc Divicius, Divicianus, Divico, ōnis (Cæs. 1. B. G. 13. et 14), Diviciantilius, Divicatus in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 21.

DIVILĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Corp. 14. 910 (Ostiæ). — Divili, genet. 6. 19291. — Divilia, nom. mul. 6. 16900. — Divilius v. Divillius, Divilianus, vd. ap. Schulze, Eigenn. p. 90. et 454.

DIVINI PORTUS. V. PORTUS DIVINI.

DĪVĬO (Dibio), ōnis, f. 3. oppidum Galliæ Lugdunensis, nunc Dijon (Côte-d'Or), ital. Digione, in Inscr. ap. Orelli n. 4083. et Notit. Gall. p. 172.

DIVITENSES, ium, m. plur. 3. dicti in militia Romana, fortasse a Divitione vel Divitia, oppido Germaniæ ad dexteram ripam Rheni, contra Coloniam Agrippinam sito, hodie Deutz. Memorantur — a) Absolute, ap. Ammian. 26. 7. 14., ubi traditur Procopius a. 367. p. Chr. cum Divitensibus Thraciam in suam potestatem redegisse; et in tessera hospitali Bull. d. Ist. arch. a. 1876. p. 90., ubi Colonia Flavia Pax Divitensium dicitur hospitalitatem iniisse cum Avidio Quieto leg. pro præt. Galatiæ a. 80. p. Chr. Alia ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 6730., ubi Divitiesium (genet.) pro Divitensium (rectius Divitensium), extrita, ut assolet, litt. n ante s. Sic Corp. 3. 728. Divitesium. — b) Cum additis, ut in Not. Dign. occ. 7. et Corp. 5. 7000. Divitenses Gallicani, Dalmatæ, Seniores, de quibus cf. Boecking ad Not. imp. or. p. 213. sqq., qui a cognomine legionis cujusdam, Divitis appellatæ, vocabulum deducit. Neque tamen legio Dives unquam laudatur, neque in ipsis exemplis ab eo adlatis legio secunda Italica Divitensium legitur; sed Divitensis nomen legionis fuisse ab oppido memorato, quod perperam ait Henzen legi in monumentis tantum fictitiis vel interpolatis. Præter Ammian. loc. cit. et alib., laudatur etiam Greg. Tur. 4. Fr. 10., Corp. 13. 2. p. 387. et alib.

DĪVĬTĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Oppidum Arabiæ Felicis, memoratum Rav. p. 86. ¶ 2. Item oppidum Germaniæ, ap. Greg. Tur. 4. Fr. 10. V. DIVITENSES.

DIVITĬĀCUS, i, m. 2. ¶ 1. Fuit vir Æduus, Druida, quem suum hospitem laudat Cic. 1. Divin. 40. 90. et naturæ rationem, φυσιολογίαν a Græcis appellatam, notam sibi esse profitentem, et partim auguriis, partim conjectura, quæ essent futura, divinantem. De eo, Æduorum principe ac fratre Dumnorigis, plura habet Cæs. 1. B. G. 3., 16., 18. etc. ¶ 2. Item rex Suessionum potentissimus, qui Britanniæ principatum olim obtinuerat. Cæs. 2. B. G. 4. — De ejus nummis V. Holder, Altk. Spr. p. 1282.

DIVĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 3518. — Divia, nom. mul., ap. eund. n. 3517. — Originem porro hujus gentis aliis placet ducere a loco, ubi duæ erant viæ; aliis vero a Diana, quasi Diviana; de his enim, quæ sunt ignota, hariolari licet.

DIVODŪRUM, i, n. 2. ¶ 1. Est oppidum Galliæ Belgicæ, metropolis Mediomatricorum ad Mosellam, dein dictum Mediomatrici, postea Metis v. Mettis, hodie Metz. Memoratur Tac. 1. Hist. 63., Ammian. 15. 11. 9. et 17. 1. 2., Not. Dign. occ. 11. 39., Corp. 13. 1. p. 662. ¶ 2. Statio inter Durocasses (Dreux) et Lutetiam (Paris), in Itin. Ant. p. 384., hodie fort. Jouarre.

DĪVŌNA, æ, f. 1. oppidum Galliæ Celticæ, postea Aquitaniæ, caput Cadurcorum, hinc dicta etiam Divona v. Dibona Cadurcorum et simpliciter Cadurci, hodie Cahors (dép. Lot), ut in Tab. Peut. apud Desjardins, 45. et Ptol. 2. 7. 9. Καδοῦρκοι καὶ πόλις Δουήονα. Memoratur Auson. clar. urb. 14. 32. « Divona, Celtarum lingua, fons addite Divis » (V. Holder, Altk. Spr. v. Devona).

DIZA, æ, m. 1. (Δίζα, capra ap. Lacon.) cogn. vir. in Inscr. ap. Mai Coll. Nov. V. p. 415. 8. et Cod. 9. 20. 10. — Hinc Dizias, Dizo, Dizonianus, in Corp.

DIZĀNĒ, es, et -ētis, f. nom. mul. christ., originis fort. Dacicæ. Corp. 5. 1666. — In alia ibid. 6. 2933. AVRE. DIZANE COTIA ET PVTINE CONIVGI etc. conjicit Momms. legendum esse DIZA NEGOTIANS.

DO

DŌBĒRI, ōrum, m. plur. 2. (Δόβηροι Ptol., Δόβηρες Herod.) populus Macedoniæ ad septentr. montis Pangæi, laudatus Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (35)., cujus urbs præcipua Doberus appellabatur (Cf. Leake, North. Greece III. 212. et Abel, Maked. vor Phil. 60). De his scribit Furlanetto « Harduinus male edidit Doberi etc., apud Plin., ubi Doberienses legendum est ». Contra De-Vit « male olim Doberienses etc. legebatur, loco Doberi etc. ». Ita etiam leg. Sillig., Philippson aliique recentiores.

DŌBĒRUS, i, f. 2. (Δόβηρος Thuc., Δήβορος Ptol.) oppidum Macedoniæ in Pæonia, prope hod. Radovista sec. Kiepert. vel Dogran sec. Leake. — Cf. Domeros in Itin. Ant. p. 604.

DOBŪNI, ōrum, m. plur. 2. (Δοβοῦνοι) populus Britanniæ Romanæ, cujus urbs præcipua Cironium Dobunorum dicitur Rav. p. 427., sed Corinium apud Ptol. 2. 3. 12. « μεθ' οὓς (Σίλυρας) Δοβοῦνοι καὶ πόλις Κορίνιον ». Cf. Dobunnas, forma posterior, in Inscr. Brit. Chr. 25.

DOCCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 7. 1331 (42). et alia apud Wilmanns n. 2260. — Cf. Docco (onis), nom. vir. Corp. 5. 6621. Item Docius et Docio (onis) in Corp. et ap. Schulze, Eigenn. p. 306. et 308.

DŎCĬLIS, is, m. 3. (doceo) cogn. vir. Corp. 5. 4952. et 8307. — Apud Horat. 1. Ep. 18. 19. « Castor sciat an Docilis plus ». Porphyr. ad l. « Castor et Docilis erant illius temporis gladiatores » non histriones, ut alii putant. Lectio vero Docilis optimis codd. se tuetur; non ergo Dolichus aut Longus ex interpolatis et infidis (Ritter). — Hinc Docilius, Docilo (onis) ap. Schulze, Eigenn. p. 22.

DŎCĬMĒUM, i, n. 2. (Δοκίμειον Ptol., Δοκιμαί Strab.) oppidum Phrygiæ Majoris. Rav. p. 109., fort. dictum a Docimo Macedone, Antigoni duce (Paus. Att. 8), hod., ut videtur, Eski Karahissar. — Hinc Docimenus (Δοκιμηνός), adj. Cod. Theod. 11. 28.

DŎCĬMUS, i, m. 2. (δόκιμος, probatus, probus, insignis) cogn. vir. Inscr. apud Momms. n. 178. et Corp. 5. 4009. — Docime, cogn. mul. 2. 2214. — Hinc Docimasius, nom. vir. ap. Mar. Marc. in Exc. Nest. p. 894. M. V. etiam voc. seq.

DOCLĒA, æ, f. 1. (Δοκλέα) oppidum Dalmatiæ interioris ad septentr. Scodræ (Scutari), tribu Quirina, hodie Duklia. Memoratur Aur. Vict. ep. 39. et Corp. 3. p. 283-2328., 115. — Credita est patria Diocletiani, detorto nomine, ita ut Diocles fieret ex Docles (V. Aur. Vict. loc. cit. et Const. Porphyr. de adm. imp. 29. coll. 35); sed perperam (V. Momms. in Corp. 3. 1705. et Patsch, PW. 5. 1251). — Romani a. 168. a. Chr. eam occuparunt donaruntque sub Flaviis jure civitatis; temporibus vero imperii orientalis metropolis fuit Prævalitanæ, a Dalmatia sejunctæ. — Hinc Docleates (Δοκλεᾶται), adj. incolæ Docleæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 22. 26. (143). et Corp. 3. 1705. — In sing. num., ut Docleas caseus, celeber, ap. Plin. 11. Hist. nat. 42. 97. (240). — Incola, in Inscr. apud Henzen, Suppl. Orell. n. 6705.

DOCTUS, i, m. 2. (doceo) cogn. vir. Corp. 8. 3190. et 5. 8973.

DŌDĀNIM, indecl. plur. (Hebr. Dôdânim [Gen. 10. 4]; Rôdânim [1. Par. 1-7]; LXX. Ῥόδιοι) quartus filius Javan, filii Japhet (Gen. et Par. locc. citt.). Sed forma plurali nomen designatur populi a Javan oriundi. — At quæritur, quisnam sit hic populus, quum duplex sit hujus nominis scriptio; textus enim Massoreticus et codd. plerique omnes Gen. habent Dôdânim (Cf. B. Kennicott, Vet. Test. hebr. cum var. lectt. et J. B. De Rossi, Var. lectt. Vet. Test.); Par. vero Rôdânim; quamquam in plurib. codd. etiam hic prior lectio occurrit. Hæc autem diversa scripturæ forma videtur facile explicari posse ex similitudine litterarum Hebraicarum, quæ fuerint ab amanuensibus confusæ. Antiquæ tamen translationes hanc vel illam scripturam secuntur: sc. Targum Onkelosi, Peshito, Vulgatus habent Dôdânim, at Samaritanus Rôdânim et LXX. Ῥόδιοι et Targum Jonathan Dordanyâ' (Cf. Holmes et Parsons, Vet. Test. gr. cum var. lectt., et Swete, The Old Test. in Gr. 1895. I. 15. et II. 1). Quamvis tamen ex dictis probabilior videatur lectio Vulgati, nihilo minus interpretes alteri quoque suum momentum tribuunt. Inde pro diversa lectione varia inter eos exstat opinio. Igitur 1.º Dodanim iidem essent ac Dardani v. Dardanii, ut Nobel censet, innixus lectioni Dordanyâ' apud Jonathan, cui favet Neubauer; sæpe enim syllaba ar in Hebraica aliisque linguis, etiam occidentalibus, contrahitur in o, ut ex Arar'ēr fit Aro'er; sic hhashosher pro hhasharsher, Bomilcar pro Barmilcar, Auvergne (pr. Overgn) pro Arverni etc. Porro Dardanius populus fuit ex præcipuis sive antiquitate sive etiam potentia, cujus pars ex Hellesponto in Asiam Minorem, pars vero in Europam transiit, barbarus olim ac bellicosus (Strab. 7. 316), ex Mœsia profectus, Thracum, Macedonum ac Pæoniorum finitimus et usque in Illyricum excurrens (Tzetz. ad Lycophr. 1128., coll. etiam Paus. 7. 24). Certum vero est Dardanos fuisse ex Javan; Dardanus enim nepos erat Japhet ex sententia veterum scriptorum, uti monet Re (Arch. Diz. III. p. 233), qui cum Dodonæis et Daunis hunc populum confert, ubi contra Bunsen, qui pro Dodanim legi voluit Doranim, i. e. Dores, adnotat Dodonæos fuisse Javanidas v. Græcos; constat enim sacerdotes Jovis Dodonæi vocatos esse Sellos (Gloss. in thes. Gron. VII. et Bulenger, De orac. p. 11. et Homer. Il. 2. 234) v. Hellos (Strab. 1. 20. et 7. 9) vel Hellenes (Ἕλληνες οἱ ἐν Δωδώνῃ Hesych. v. Ἑλλοί). Quod si verum esset, eorum difficultas dirimeretur, qui opponunt Dardanos populum fuisse Thraco-Illyricum, non autem Græco-Pelasgicum; quare non ex Javan sed ex Gomer oriri debuisset. — 2.º Rodanim iidem ac Rhodii (= Ῥόδιοι ap. LXX. et Hieronym. quæst. in Gen.), quod melius quadrat in lectionem text. Kiththim ve-Rôdanim, ubi liquet nexus inter Cypros (Citium) et Rhodios, quorum potentia nota est et in plurimas regiones diffusio inde a temporibus Homericis (Strab. 14. 654. Cf. Lenormant, les orig. de l'hist. II. p. 155-165.; Halévy, Recherch. bibliq. Paris 1895. I. p. 261. et Dillmann, Die Gen. Leipz. 1892). Cf. tamen F. de Hummelauer (in Gen. p. 311), qui vocabulum τὸ Rhodii carere litt. n, quæ τῷ Rodanim inest, aliaque obiicit, quibus hæc altera sententia infirmari aliquatenus videtur. — Ex his paucis satis liquet, quanta sit rei difficultas, duplici posita lectione. Quod si ad unam redigi possit, planior foret rei componendæ ratio. Id autem fieri arbitror uno alterove ex his modis, admittendo nempe: — a) A librariis, quod supra innuimus, confusam esse ob similitudinem litt. ד et ר, unde ex Dodanim factum sit Rodanim sive in codicibus textus originarii sive in interpretationibus supra laudatis; — b) In sacris litteris aliquando usurpari litt. r pro d: sic Riphath in 1. Par. occurrit in Diphath conversum; — c) In omnibus linguis vocabula litterarum vel syllabarum mutationibus esse obnoxia vel per ἀφαίρεσιν vel per μετάθεσιν aliave schemata: sic Atramitæ pro Catramitæ, supra pro super, olla pro aula, oboedio pro obaudio etc.; unde ex forma primitiva filii Javan Dardanim (Cf. Chald. Dardanya'), aliqua sublata vel transposita littera, fit una vel altera ex formis Dodanim vel Rodanim. Quæ profecto ludicra iis videbuntur, qui linguarum scientiam ne a limine quidem salutarunt. — Addimus non esse confundendos Dodanim cum Dedanim a Dedan, ap. Is. 21. 13., Edomitarum finitimis, qui commercio cum Phœnicibus operam dabant, quosque cl. De-Vit vocat Dodanim (Δωδανεῖμ), perperam citans loc. Is. et Hieronym. in onom. p. 175. P. — De Dodanim vd. etiam Krücke, Erklärung d. Völkertaf. p. 84., Re, Arch. Dict. III. 228. sqq. et Legendre, Dict. Bibl. II. 1456. sqq.

DŌDŌNA, æ, f. 1. (Δωδώνη) nom. geogr. — a) Forma Gr. Dodone est apud Claudian. loc. cit. et Priap. 75. 1. — b) Genet. Dodones ap. Lucan. 3. 441. et Prisc. perih. 444. — Abl. Dodone ap. Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (228). et 4. ibid. 2. 3. (6). — c) Etymon varie proponitur; alii namque appellatam putant a Dodone fluvio seu fonte Epiri (Steph. Byz. ad v.): vel a nympha oceanide cognomine (Ibid.): vel a Dodone, filio Jovis et Europæ (Acestod. ap. Steph. Byz. p. 806. et Schol. Il. 16. 233): vel, quod rectius est, a cultu Solis, per Chananæos, quibus Dôdôn [Gr. Δώδων] est Sol, a dôd, spoliator, percussor, et on, sol) vel per Idumæos in Epirum inlato una cum cultu Dionis seu Lunæ et oraculo; unde et in nummis Epirotarum Dodon et Dione copulati visuntur. Ita Nickes, De libr. Esth. I. 290. sqq. Cf. etiam Gruppe, Gr. Myth. u. Religgesch. 354.

Dodona v. Dodone, prope hod. Dramisi, est oppidum Epiri ad australem partem lacus, qui Pambotis (hod. Janina) dicitur, in Molossia, Thessaliæ finitima ad radices montis altissimi situm et aquis abundans, cujus ruinæ detectæ sunt ac descriptæ a. 1876. a C. Carapanos (Dodon. et ses ruin. Paris 1878) et ab aliis (Cf. Mem. Acad. inscr. B. L. 1877.; Rev. Archéol. 1877. et Gotting., Nachricht. 1879). — Fuit autem Dodona non solum oppidi nomen sed etiam regionis (Sagl. ed. Klaus. 36. p. 178. et Gotting, op. cit. I. p. 12). Memoratur — 1.º) Proprie. Claudian. carm. 7. 117. Celsaque Dodone stupuit rursusque locatæ In te Chaoniæ moverunt carmina quercus. Adde Virg. 1. G. 148., Solin. 7. et Plin. 4. Hist. nat. 2. 3. (6)., coll. Avien. orb. 590. — Putant quidam duas fuisse Dodonas, unam in Perrhæbia Thessaliæ (fort. Βόδων [Bodone], opp. Thessalicum, corrupto ipsa vetus Δωδώνη, ut putat Meineke ad Steph. Byz. et Kern, PW. 5. 1264), in Epiro alteram, de qua agimus, illa antiquiorem (Cf. Philol. XXXII. 126); quin Mnaseas Patrensis memorat et aliam Dodonam in Italia (Müller, Fragm. III. p. 153), quem citat Steph. Byz. ad v. cum aliis (καθάπερ ἄλλοι); ideo perperam nonnulli ἐν Ἰταλίᾳ mutarunt in Θετταλίᾳ, quæ lectio in nullo codice occurrit (Ersch-Grueb, Encycl. XXVI. p. 258). — Celeberrimum fuit Dodonæ templum, Jovi dicatum, qui Dodonæus, ut et Elymeus, dicebatur (Plin. loc. cit.), simulque oracu

lum, quod omnium antiquissimum putabant Græci (*Herod.* 2. 52), diluvio ipso anterius (*Müller, Fragm. II. p.* 464., coll. *Plut. Pyrrh.* 1). Præter quam a Græcis (*Hieronym.* in *chron.*) primum, etiam a Pelasgis consultum traditur (*Macrob.* 1. *Sat.* 7. 25); a Lacedæmoniis (*Cic.* 1. *Divin.* 43. 95); ab Alexandro, Epiri rege (*Justin.* 12. 2. et 17. 3) etc. Mythologi vero referunt duas columbas Dodonæ oracula edidisse; sed pro columbis alii monent duas vetulas sapientes esse intelligendas; nam vox, quæ apud Græcos significat *columbam*, apud Molossos et Epirotas *vetulam* sonat (*Hesych.* v. πέλιαι = πολιαί, γραῖαι, sc. sacerdotes feminæ in columbas propheticas conversæ, quasi διςσῶν ἐκ πελειάδων *Sophocl. Tr.* 172.; aliter tamen *Herod.* 2. 53. Cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 466). Alii quercus foliorum motu respondisse dicunt; unde et navis Argo, ex his compacta, fatidica fuisset: alii vero ex murmure fontis petita ajunt, vate anu interprete. Cf. *Claudian. loc. cit. Symm.* 4. *ep.* 43. *Dodonam loqui frondibus* dixit. — Templum mansit usque ad a. 220. a. Chr., quo eversum est ab Ætolis bellantibus cum Epirotis (*Polyb. B. S. Ach. IV.* 67); quod tamen serius cum oraculo reædificatum est et in christianam ædem conversum sæc. IV (*Lequien, Or. Chr. II.* 129), sed a Gothis omnino deletum sæc. V (*Procop. B. Goth. I.* 629). — Præterea: — *a) Silva* erat, in ea regione et juxta Dodonam, tota quernea, in qua surgebat templum, *Dodona* quoque appellatum (*Vib. Seq. p.* 158. *R.*), glandibus abundans, quibus primum pasti feruntur homines (*Mythogr. II. fab.* 227); hinc *nemorum Dodona parens* dicta *Stat.* 3. *Theb.* 106.— *b) Fons*, qui faces exstinctas accendebat et accensas exstinguebat (*Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. [228]., coll. *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 149. et 3. *Æn.* 466). — Ibi duæ fuerunt columnæ, in quarum altera pelvis ærea, in altera signum pueri flagellum tenentis, quod vehementiore vento impulsum pelvim feriebat, ut ex *Varr.* apud *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (93). colligitur: hinc *Lucan.* 6. 426. Nec quæ dicere libet, primis quid frugibus altrix Ære Jovis Dodona sonet. — 2.°) Tropice sumitur pro sacerdotibus Jovis Dodonæi. *Nep. Lys.* 3. — Hinc *Dodona mendax* ap. *Prudent. apoth.* 441. — De nummis ad Dodonam pertinentibus vd. *Head, H. N.* 325. — De ea scripserunt ex recentioribus *Stützle, Das gr. Orakelwesen*, Ellwanger etc. 1891; *Gruppe op. cit. I.* 1897. *p.* 353-356.; *Schoemann-Lipsius, Gr. Altert. II.* 1902. *p.* 332-337.; *Machnig, De oraculo Dodon. capp. V.* Bresl. Diss. 1885. — Hinc *Dodonæus*, adj. ad Dodonam pertinens. *Liv.* 8. 24. Juppiter. *Cic.* 2. *Att.* 4. quercus. *Auson. ep.* 25. 23. ahenum. *Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 15. nemus. *Cic.* 1. *Divin.* 1. oraculum. *Mythogr. II. fab.* 227. columbæ. — *Dodonius*, adj. idem, ut *Dodonia quercus* ap. *Claudian. carm.* 33. 31. — *Dodonis (idis)* f. adj. idem ac Dodonia. *Sil. It.* 3. 680. Implet fatidico Dodonida murmure quercum (*acc. Gr. pos.*). Adde *Ovid.* 13. *Met.* 715. — Est etiam mulier Dodonæa. *Id.* 6. *Fast.* 711. — Plur. num. *Dodonides*, septem nymphæ sorores, Oceani filiæ, quibus Juppiter nutriendum dedit Bacchum, habitantes inter quercus, quæ sunt in nemore Dodonæo; hæ autem a Lycurgo expulsæ ad Thetin profugerunt; quare a Jove inter sidera relatæ sunt et *Hyades* appellatæ (*Mythogr. I. fab.* 120., coll. *Hygin. fab.* 182)., quarum nomina: *Phæsula, Ambrosia, Coronis, Eudora, Polyxo, Pheo, Thyene (Thyana)* exhibentur *Schol. Germ. p.* 397. Porro a *Pherecyd.* ap. *eund. p.* 136. dicuntur *Dodoniadæ sponsæ* pro *Dodonides*. — Comp. *Dodonigenæ (arum)*, adj., a Dodone geniti. *Sidon.* 6. *ep.* 12. Ita vocat populos glandibus vesci solitos, prius quam fruges a *Cerere* monstrarentur.

DŎDŌNÆUS, a, um, adject. et deriv. *V.* voc. præc.

DŎĔC v. Doeg v. Doeh, indecl. m. (Hebr. *Dô'êg* « motus » [*Augustin. enarr.* in *Ps.* 51. *n.* 4]; *LXX.* Δωήκ; hinc latine *Doec* ap. *Sulp. Sev. chron.* 1. 35. et *Doech* ap. *Augustin. loc. cit.*) vir gente Idumæus (*Vulg.* 1. *Reg.* 21. 7) vel Syrus (*LXX. ibid.* et *Jos. ant.* 6. 11. 1., coll. *Sulp. Sev. loc. cit.*), religione vero proselytus et princeps pastorum regis Saul potentissimus (*Vulg. loc. cit.*). — Hic cum esset in Tabernaculo Nobe, ut se purificaret vel votum solveret, vidit Achimelech, summum sacerdotem, a Davide rogatum necessitatis causa, Dominum consuluisse pro eo eique et panes sanctos et gladium Goliath dedisse. Quæ omnia malignus homo *significavit* Saul, qui iratus servis regiis jussit, ut Achimelech ejusque sacerdotes occiderent. At hi quum id agere recusassent, tunc Doec dixit: « Convertere tu et irrue in sacerdotes » (*Ibid.* 22. 18). Qui conversus octoginta quinque viros « vestitos ephod lineo et Achimelech pontificem trucidavit; in Nobe autem gladio percussit viros ac mulieres omnemque civitatem anathemati devovit. Unus tantum ex teterrima clade evadens Abiathar, filius Achimelech, rem nunciavit Davidi, qui, dolore et indignatione permotus, in sacrilegos impiosque sicarios psalmo illo invectus est: « Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate ? » (*Ps.* 51). — Videtur hac occasione Tabernaculum translatum fuisse de Nobe in Gabaon (1. *Reg.* 21. 7. et 22. 9-26). — Typus fuit perfidus Doec proditoris Judæ (*Augustin.* in *ps.* 51. 3. 13).

DOIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 5. 2524. et 3. 512.

DŎLĀBELLA, æ, m. 1. (demin. a *dolabra*) cogn. vir. — *Dlabella*, extrito *o*, legitur in *Corp.* 1. 1063. et *Dolobella* (Δολοβέλλας *Strab.* 14. 1. 37) in quibusd. mss. et editis libris, coll. *Plut. Syll.* 29. et *Cæs.* 51. et *alib.* De eo *V.* CORNELIUS. — Hinc *Dolabellianus*, adj. ut *Dolabelliana pira* ap. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 15. 16. (54). et *Colum.* 5. 10.

DOLĀNUS, i, m. 2. nom. vir. in *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1528.

DOLĀTES, ium, m. plur. 3. populus Italiæ in Umbria. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (103).

DŎLENS, entis, m. 3. (doleo) cogn. vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 2814. — *Alia ibid. n.* 2680. Doles *pro* Dolens, extrito, ut apud Græcos et Latinos, *n* ante *s*. — Adde *alias* in *Corp.* 2. 2984. et 8. 6255.

DŎLĬCHĀON, ŏnis, m. 3. (Δολιχάων) pater Hebri, de quo *Virg.* 10. *Æn.* 696.

DŎLĬCHĒ, es, f. 1. (Δολίχη: vd. *Dolichus*) nom. geogr. — Male scribitur *Dolice, Dolica* etc. sine aspiratione (*V.* DOLICHENUS). Memoratur hoc nomine ¶ 1. Oppidum Syriæ Commagenæ ad dexteram ripam Euphratis, hod. *Tell-Duluk*, in *Itin. Ant. p.* 184., 189., 191. et 194. — Fuit celebre ob cultum, quo *Juppiter* honorabatur — De ejus nummis vd. *Head*, 776. — Hinc *Doliceus (Dolicheus)*, adj. ap. *Hil. frg.* 5. *Op. hist. n.* 29., coll. *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 3. — *Dolichenus*, adj. *V.* infra. ¶ 2. Item oppidum Macedoniæ in Thessalia. *Liv.* 42. 53. et 44. 2. Cf. *Ptol.* 3. 13. 42. ¶ 3. Item insula ex Sporadibus, quæ postea *Icaros* vocitata est, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (69). *V.* ICAROS.

DŎLĬCHĒNUS, a, um, adject. (Doliche) Scribitur etiam *Dolchenus*, extrito *i* (*Corp.* 3. 7520), *Dulcenus* (3. 7025), *Dulicenus* (3. 11927), *Dolocenus* (3. 39999), *Dolecenus* (6. 30944), *Dolicenus* (3. 7630. 8084. etc.), *Dolichinus* (5. 1870); *Dolychenus* (6. 367) etc. — Vocem ait *Cumont* fort. derivandam esse ab Hebr. *dalaq* « flagravit »; sed nihil addit, quo analogia aliqua significetur.

Dolichenus, ad Dolichen, Syriæ Commagenæ oppidum, pertinens; unde — *a) Dolichenus Jupiter* (Ζεὺς Δολιχηνός), quia ibi colebatur et quidem in colle, hod. *Tell-Duluk* (*Corp.* 3. *p.* 1163), qui et *Juppiter Commagenus* et *Commagenorum æternus* et *Deus Commagenus, Deus paternus Commagenus* dicitur in *Inscr. Corp.* 3. 1301., 1304., 10243., coll. 1301.; in *alia* vero *n.* 3908 distinguitur a *Jove Heliopolitano*. — Ejus cultus inde a temporibus Flaviorum Romam inlatus est, lateque per occidentem diffusus (*Corp.* 5. 2813., coll. *Bull. d. Ist. arch.* a. 1870. *p.* 84. *sqq.* et *Visconti* in *Bull. arch. munic.* a. 1875. *p.* 204-220). — Ejus effigiem illustravit cl. *Marini, Fr. Arv. p.* 539-542. — Hinc *Dolocenum* (leg. *Dolichenum*), Jovis templum sive sacrarium Romæ in Aventino (*Curios. Urb. p.* 22. et 23. reg. XIII) et aliud in Esquilino (*Visconti loc. cit.*). Cf. etiam *Borsari, Top. Rom. ant.* 1897. *p.* 391. — *b) Dolichena Juno* in *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 539., quam ipse *Ligorianam* esse monet. Cf. *Visconti loc. cit. p.* 212. V. tamen *Corp.* 6. 365., 367., 413., coll. 7. 98. — Plura de eo ejusque cultu, ministris aliisque adjunctis vd. apud *Cumont, PW.* 5. 1276. *sqq.*, coll. *Puchstein, Reis. in Nord-Syr.* 399. *sqq.*; *Kan, De Jovis Dolicheni cultu* Groning. 1901. et *Reinach* in *Daremberg-Saglio, Dict. II.* 329.

DŎLĬCHISTĒ, es, f. 1. (Δολιχίστη) *V.* voc. seq.

DŎLĬCHUS, i, m. 2. (δολιχός, *longus*) nom. et cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 7137. et 6513., ubi *Dolicus*, sine aspiratione. — Apud scriptores memorantur: — *Dolichus*, filius Ægypti, a Pyrene, Danai filia, uxore interfectus. *Hygin. fab.* 170. — *Dolichus*, famosus gladiator, de quo *Horat.* 1. *Ep.* 18. 19. Ambigitur quid enim? Castor sciat an Dolichus (*V.* DOCILIS). Cf. *Dolichianus*, nom. vir. apud *Hieronym.* et *Prosp.* in *chron.* — *Dolichenus*, locus inter Delphos et Anticyram. *Corp.* 3. 567. — Hinc *Dolichiste*, insula oræ meridianæ Asiæ Minoris, hod. *Kekova*, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (131). Cf. *Ptol.* 5. 3. 9.

DŎLĬŎLA, ōrum, n. plur. 2. locus Romæ depressus prope Cloacam Maximam, inter Palatinum et Capitolium, ubi, adpropinquantibus Gallis, sacra quædam Romani defoderunt, ex *Placid. Gloss. p.* 32. *Deuerl. Varr.* 5. *L. L.* 157. « Locus ad cloacam maximam, ubi non licet despuere, a doliolis sub terra ». Adde *Liv.* 5. 40. et *Paul. Fest. p.* 60. — Alius hujusmodi locus prope Cumas memoratur *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 238.

DŎLĬŎNIS, idis, f. 3. (Δολιονίς) oppidum Milesiorum, postea dictum Cyzicum, sic appellatum a *Dolionibus*, gente Phrygiæ ad Hellespontum inter Æsepum et Rhyndacum, originis Thraciæ, ducta a Thessalia in Asiam Min. a rege Cyzico. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (142)., coll. *Strab.* 12. 564. et 575. — Hinc adj. *Dolionius* ap. *Val. Flacc.* 5. 6.

DŎLĬŎNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DŎLO v. Dolon, ōnis, m. 3. nom. vir. (Δόλων, *qui dolose* agit: a δολόω v. δόλος) *Dolus* ap. *Plaut. Pseud.* 1244. Ita cl. *De-Vit*; at ibi *Goetz-Schoell* leg. *dolus*, ut sit nom. comm., non propr. ¶ 1. In libris — 1.°) Fuit Eumedis filius, unde *Eumedes* dictus *Auct. epit. Il.* 711., Trojanus, vir imbellis (*Homer.* ap. *Macrob.* 5. *Sat.* 16. 9) et proditor patriæ (*Dar.* 22. et 39). — Speculator missus in castra Græcorum, « ausus Pelidæ pretium sibi poscere currus » (*Virg.* 12. *Æn.* 350), ab Ulixe interfectus est. *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 347., *Hygin. fab.* 213., *Mythogr. I. fab.* 203., coll. *Ovid.* 13. *Met.* 98. et 244. et *Claudian. carm.* 28. 471. — De monumentis artis vd. *Ann. d. Ist. arch.* a. 1875. *p.* 299-325. — 2.°) Item unus ex Priami filiis. *Hygin. fab.* 90. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 3. 416.

DŎLOCENUS. *V.* DOLICHENUS.

DŎLŎPĒIS, idis, f. 3., et

DŎLŎPĒIUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

DŎLŎPES, um, m. plur. 3. nom. populi (Δόλοπες) Etymon vide sis ap. *Fick, Gr. Personenn.* 387. — *Dolopas*, acc., Gr. posit., habent *Stat.* 2. *Ach.* 103., *Liv.* 38. 10. et *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 7.

Dolopes, populus Epiri et Thessaliæ ad Pindum inter limites Acarnaniæ et Ætoliæ, mediterraneus, quare modo Epiro tribuitur (*Cic. Pis.* 37. 90. et 40. 96), modo Ætoliæ (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. [6]). — Fuerunt ex eadem stirpe ac Thessali easdemque fere vices subierunt, gens aspera ac ferox (*Sil. It.* 15. 313. et *Virg.* 2. *Æn.* 7., 29., 415. et 7887). — Pyrrhum secuti, ad bellum Trojanum perrexerunt, duce Amyntore. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 7., coll. *Nep. Cim.* 2., *Ovid.* 12. *Met.* 364., coll. *Lucan.* 6. 384. — In bellis Persicis adhæserunt Xerxi; cum Philippo Macedoniæ fœdus inierunt; Ætoliæ se adscripserunt societati; modo regum Macedoniæ fautores, modo adversarii occasionem dederunt Romanis Persei aggrediendi. *Liv.* 32. 13., 33. 34., 36. 33., 38. 5-8. etc., *Herod.* 7. 132. et 185., *Thuc.* 1. 98., *Xen. Hell.* 6. 1. 7., *Polyb.* 21. 25. et alib., *Paus.* 10. 8. 3. — In sing. num. *Dolops*. V. suo loco. — De his consulas *Bourguet, Bull. hell. XX* (1896) 206. et *XXI* (1897) 322., et *Busolt, Gr. Gesch. III.* 105. *sq.* — Hinc *Dolopeius*, adj. *Val. Fl.* 2. 10. Dolopeia busta. — *Dolopeis* (Δολοπηΐς), f. adj., ut *Dolopeis urbs*, ap. *Hygin. fab.* 14. 4., h. e. Ctimene in Thessalia.

DŎLŎPĬA, æ, f. 1. (Δολοπία) oppidum Dolopum ac regio montosa in Epiri confinio, Acheloo et Inacho irrigata. Memoratur *Liv.* 36. 34. — *Dolopiæ castellum*, ap. *eund.* 33. 13. — Hodie exstant ruinæ prope *Rhenitina, H. Ioannis, Vranglana, Vulpi, Kato-Agoriani, Agrapha, Viniani, Velsora*. — De ea vd. *Philippson, Thess. u. Epir.* Berlin 1897.

DŎLŎPĬON, ŏnis, m. 3. (Δολοπίων) pater Iphimachi pastoris, ap. *Hygin. fab.* 102.

DŎLOPS, ŏpis, m. 3. (Δόλοψ) ¶ 1. Est unus ex Dolopibus. *Liv.* 42. 58. Timanora Dolopem iis præfecit. ¶ 2. Item filius Saturni et Philyræ, frater Chironis, laudatus *Hygin. præf. fab.*

DŎLOR, ōris, m. 3. (doleo) filius Ætheris et Terræ, rectius fortasse Noctis et Erebi. *Hygin. fab. præf.*, *Senec. Herc. f.* 697. et *Stat.* 2. *Theb.* 288. Cf. Ἄλγεα δακρυόεντα *Hesiod. theog.* 227.

DŎLUS, i, m. 2. (dolus) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.°) Deus quidam, Ætheris et Terræ filius, teste *Hygin. fab. præf.* (ubi aliter leg. *Schmidt*), Promethei discipulus, in cujus officina *Mendacium* finxit, ut refert *Phædr. fab. nov.* 4. — Cum *Rabie* et *Leto* conjunxit *Val. Fl.* 2. 204. — Cum *Insidiis* jun. *Plin. paneg.* 49. — Cum *Credulitate* aliisque pinxit Aristophon, teste *Plin.* altero 35. *Hist. nat.* 11. 40. (40). ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. — *a)* Locus apud Bituriges. *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 18 (18)., hodie *Déols* (*dép. Indre*. V. *Longnon, Géogr. de la Gaul.* 466). — Hinc *Dolensis vicus* ap. *eund.* in *glor. conf.* 90. — *b)* Item vicus prope cognominis (*dép. Indre-et-Loire*). V. *Longnon* o. c. 272.

DŎMANA, æ, f. 1. (Δόμανα) oppidum Armeniæ Minoris in via Satala Trapezuntem, ap. *Rav. p.* 12. et in *Itin. Ant. p.* 217. et *Tab. Peut.* 10., ubi sedem habebant *Equites Sagittarii*, ut ex *Not. Dign. or.* 35. colligitur, situ ignoto. Cf. *Ptol.* 3. 7. 3.

DŎMĀTĬUS, ii, m. 2. (domo) nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1680. et *Garrucci, Syll. n.* 1624. — Cf. *Domata*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3127. — *Domator (oris)*, cogn. vir. *Corp.* 5. 449.

DŎMAVĬA, æ, f. 1. oppidum montanum inter Dalmatiam et Pannoniam, hodie *Gradina*, in *Corp.* 3. 8292., 8350., 8360. etc. — Hinc *Domavianus*, adj. *Corp. ibid.* 12732. Domavianum municipium. et *ibid.* 12729. et 12730. metallum. — *L. Domavius Eros*, procurator metallorum Pannoniorum et Delmatiorum. *Corp.* 3. 8361 = *Dessau* 1443. Cf. *Patsch, Arch.-epigr. Mitt. XVI.* 92.

DŎMAZĀMES, um, m. plur. 3. gens Trogodytarum. *Juba* ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (176).

DŎMESTĬCÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* voc. seq.

DŎMESTĬCUS, i, m. 2. (domus) nom. pers. — 1.°) Masc.: cogn. vir. *Corp.* 3. 4502. et 2. 4970 (166). — Abs. in *Inscr. Chr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 457. — Etiam titulus, quibusdam diis tributus, ut *Jovi, Silvano* aliisque, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1236., 1601. etc. — 2.°) Fem.: *Domestica* — *a)* Cogn. mul. ingen. atque libert. *Inscr. Not. degli scavi* a. 1876. *p.* 57. et *Corp.* 3. 907. et 5. 5160. et 5928. — *b)* Etiam titulus datus quibusdam deabus, ut *Fortunæ* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1744. *Junoni* ap. *Brambach, C. I. Rh.* 547.; præcipue *Matribus* et *Matronis* in *Corp.* 7. 915. et *Ephem. epigr.* 7. 927. Cf. *Roschers Lex. II.* 2474.

DŎMĬCĬUS. *V.* DOMITIUS.

DŎMĬDŪCA, æ, f. *V.* voc. in *Lexico*.

DŎMĬNĪCUS, i, m. 2. 1. *V.* voc. seq.

DŎMĬNUS, i, m. 2. (domus) contracte *Domnus* (Gr. κύριος), sæpissime dictum de imperatoribus, de diis et apud Christianos κατ' ἐξοχήν de Christo, ut passim in sacris scripturis N. T., quia creator, ut Deus, et redemptor, ut Homo-Deus. — In titulis cogn. vir. *Corp.* 2. 3045. — Hinc *Dominicus*, adj. ad Christum Dominum pertinens, ut *Dominicus v. Dominica dies*, uti semel legitur ap. *Vulg. Apoc.* 1. 10., sc. primus dies hebdomadæ christianæ (dictus *prima sabbati* ap. *Matth.* 28. 1. et *una sabbati* ap. *Luc.* 24. 1. et 1. *Cor.* 16. 2), ex Christi Domini resurrectione denominatus; hæc enim, monente Paulo ap., Christianæ religionis fundamentum est (Cf. 1. *Cor.* 15. 16).; sive etiam ex eo quod cum Christo « magnus ab integro sæclorum nascitur ordo », nova vita, nova lex (*Augustin. ep.* 119. Cf. *Franke, De diei Domin. celebr.* Hall 1816); qui dies est etiam natalis Ecclesiæ ob Spiritus Paracleti in apostolos descensum. Hinc patet hunc diem esse ex instituto apostolico, de quo convenit inter patres ecclesiæ universos (*Suic. Thes. II. p.* 917. et *Ribera, De fest. V, c.* 16). Dicitur etiam « dies octavus » in *ep. Barnab. XV.*; sed vel mystico sensu vel quod ex alio respectu octavus quoque est (Cf. *Ambros.* 5. in *Luc.* 6). Ceterum olim apud Romanos octo erant dies, qui nunc septem hebdomadæ dicimus (*Kal.* 304. a. Chr. sub ædil. *Caio Flavio*). Si quis vero ex veteribus, ut *Justin.*, *Tertull.* aliusve, hunc vocabat *diem solis*, id fiebat, quoties ethnicos adloquebatur, qui a diis v. planetis dies hebdomadæ appellabant (V. *Lexicon*). De eo tamen cf. scriptores eccl. — *Dominica cœna*, i. e. Eucharistia, cum agape conjuncta. *Vulg.* 1. *Cor.* 11. 20 (V. *Cornely* et *Fillion* ad *l.*). — *Dominica*, abs., cogn. mul., *sc.* uxor Valentis imp., a. 378. exstincti. *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 1. — *Albia Dominica* in nummo apud *Eckhel*, 8. *p.* 152. — *Dominicus*, item cogn. vir., in usu præsertim apud Christianos a seriore imperii ætate, ut *Dominicus*, episcopus Bullensium Regiorum (*Act. conc. Carth.* a. 411): item martyr, in *Martyr. Rom.*, sed *Domitius* dictus, et quidem rectius, in *Martyr. Eccl. Afr.* ap. *Morcelli, Afr. Cr. II.* 376. — In titulis. *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. III.* 125. — *Corp.* 7. 1336 (426). *Dominci* pro *Dominici*. — Hinc *Dominius*, nom. gent. vir., ut episcopus quidam a Palladiano apud *Hil. frgm.* 3. *op. hist. n.* 29. — In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3141. — *Dominia*, nom. mul. *Cod.* 3. 32. 3. — *Dominianus (Domnianus)*, episcopus ab Spaniis de Asturia, ap. *Hil. frgm.* 2. *op. hist. n.* 28. — *Dominator*, cogn. vir., *sc.* vicarius Africæ a. 398. et 399. in *Cod. Theod.* 1. 12. 35.

DŎMĬSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 4397.

DŎMĬTĬUS, ii, m. 2. nom. vir. — *a)* Scribitur, ut græce Δομίτιος et Δομέτιος, sic latine *Domitius* et *Dometius*, et deriv. *Dometianus* (*Corp.* 5. 3804., 6981., 12. 5340. et *Inscr.* ap. *Brambach n.* 769. et numm. apud *Cavedoni, Bull. d. Ist. arch.*, coll. *Borghesi, Œuvr. II. p.* 157). — *Domittius*, duplici *t* (*Corp.* 3. 3908.; 6026. etc.); sic et gr. Δομίττιος ap. *Diod.* 17. 62. — *Domicius* pro *Domitius*, ex consuetudine harum vocum, ut *Fabricius-Fabritius, Sulpicius-Sulpitius, patricius-patritius*, usurpari posse non repugnamus; certa tamen hæc non habetur hujus nominis lectio. — *b)* Declin.: Genet. *Domiti* ap. *Sidon. loc. cit.*, *Quintil.* 5. 10. 79.; in titulis sæpissime. — Voc. *Domiti* ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 451. — Fem. *Domities* pro *Domitiæ*, Gr. posit. in genetivo, legitur in *Not. Urb.* et *Curios. p.* 22. et 23. — *c)* Etymon deduci commode potest a *domus*, ut a *tribunus tribunitius* (Cf. *Prisc.* in *XII. vers. Æn. p.* 1273. *P.*, coll. etiam *Augustin.* 6. *Civ. D.* 9), quasi sit domi frequens (*casareccio*). — *d)* Ex gente plebeja, sed antiqua et nobilissima, duæ familiæ in primis claruerunt, *Ahenobarborum* et *Calvinorum*, teste *Sueton. Ner.* 1. — Prænomina priorum hæc tantum fuisse ita tradit idem *Sueton. ibid.* « Primum secundumque ac tertium *Lucios*, sequentes tres ex ordine *Gnæos* accepimus ». — Horum præterea fabulosæ originis et cognominis auctorem fuisse addit *L. Domitium* « cui rure quondam revertenti juvenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nuntiaret senatui ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat; atque in fidem majestatis adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilum ærique adsimilem capillum redderent. Quod insigne mansit et in posteris ejus ac magna pars rutila barba fuerunt ». Postremo « notetur Domitiæ familiæ pecularis quædam et ut clarissima, ita artata numero felicitas: septem ante hunc nobilissimæ simplicitatis juvenem, Cn. Domitium (*Ahenobarbum*), fuere, - omnes ad consulatum sacerdotiaque, ad triumphi autem pæne omnes pervenerunt insignia »: ita *Vellej.* 2. 10. 2. — *e)* Sacrarium hujus gentis significari videtur in *Inscr.* Gabina ap. *Visconti, Mon. Gabin. p.* 31. *sqq.* — *f)* De ejus nummis consulendi sunt *Eckhel*, 5. *p.* 201.; *Momms.* in *Hist. de la Monn. Rom. II.* 39., 133., 167. et 170. et *III.* 239. et 244.; *Borghesi, Œuvr. I.* 167. et *II.* 156. *sq.*; *Bernoulli, Rom. Ikonogr. I.* 24.; *Bahrfeldt, Ztschr. f. Numism. XIX.* 53-71. — *g)* Hic adnotamus, mentionem fieri a *Tac. orat.* 3. tragœdiæ Curiatii Materni, quæ *Domitius* inscribitur, fortasse L. Domitius Ahenobarbus, cos. a. 54. a. Chr., dictus *pugnax* a *Lucan.* 7. 601. ac Cæsaris adversarius. — *h)* In plur. num. *Domitii* ap. *Senec. clem.* 1. 10. 1. — Memorantur, hoc nomine absolute vel cum additis.

I.) Absolute. ¶ 1. Ex præcipuis occurrunt — 1.°) Domitius, vir nobilissimus, qui consul thermas ædificavit, viam sacram prospicientes, teste *Senec.* 9. *contr.* 4. 18. — Quis vero sit, quærit cl. *De-Vit*, conjicitque esse Domitium Calvinum: sed dubitandum non est, quin sit Cn. Domitius Ahenobarbus, de quo *Vellej.* 2. 10. 2., *Tac.* 4. *Ann.* 75. et 13. 10., *Corp.* 3. 6809., dictus aliquando *Gnæus* tantum a *Tac.* 12. *Ann.* 64. vel *Cn. Ahenobarbus* ab *eod. ibid.* 3. vel *Domitius* abs. a *Senec. loc. cit.* — Fortasse thermarum ejus rudera, abhinc paucis annis reperta, ea sunt, quæ adhuc visuntur secus viam Sacram ad radices Palatini montis prope arcum Titi, loco declivi, e regione templi urbis Romæ; ubi Domitii erat quoque domus (*Corp.* 6. 2037 = 32352. 2041). — 2.°) Domitius, grammaticus, cognomento *Insanus*, æqualis Favorini et Gellii, de quo idem *Gell.* 18. 7. « Domitio, homini docto celebrique in urbe Roma grammatico, cui cognomentum Insano factum est, quoniam erat natura intractabilior et morosior ». — 3.°) Domitius, item grammaticus, æqualis *Sidonii Apollinaris*, cujus exstat ad eum epistola (*l.* 2. 2). et mentio in *carm.* 24. 10. *sqq.*, quod inscribitur *Propempticon ad libellum*: « Ac primum Domiti larem severi Intrabis trepidantibus Camenis ». — 4.°) Domitius, etiam cogn. dei « ut in domo sit quæ nubit », *sc.* unus ex diis matrimonio tutando. *Augustin.* 6. *Civ. D.* 9.

II.) Cum additis. ¶ 1. Cum cognomine tantum et quidem litterarum ordine servato. — 1.°) Domitius Alexander, tyrannus in Africa, dictus etiam abs. *Alexander*, plenius vero *Lucius Domitius Alexander* in *Corp.* 8. 7004., at *Julius Domitius Alexander* in *Inscr. B. I. A.* a. 1876 (Cirtæ). *p.* 89., ubi dicitur « restitutor publicæ libertatis ac propagator totius generis humani nominisque Romani »; Phryx origine sed in Pannonia natus, obscuro genere, sub Maxentio imp.; pro præfecto apud Carthaginienses. Ingenio ac viribus exiguus sed ambitione magnus, fortuna prospera superbiens, se Imperatorem dixit c. 308 (*Aur. Vict. epit.* 40. 2). Verum fortuna vitrea est: cum splendet, frangitur; brevi namque Rufius Volusianus, præf. præt., cum paucis copiis illum aggressus occidit ca. a. 311 (*Aur. Vict. Cæs.* 40. 18. Cf. *Momms. chron. min. I.* 148. et *Zosim.* 2. 14). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 8. *p.* 60. et *Mionnet, Méd. impér. VII.*[2] 8. 184. — 2.°) Domitius Apollinaris, fort. plenius *Lucius (Publius?) Domitius Apollinaris* ex dubia *Inscr. Corp.* 6. 9310., coll. *Dessau, Prosop. II.* 22., legatus Lyciæ (*Corp. I. Gr.* 3. 4236), cos. designatus a. 97., ut colligitur ex *Plin.* 9. *ep.* 13. 10., coll. *Momms. Herm. III.* 47. sub Nerva imp. — Fuit etiam amicus *Martialis* poetæ, qui de eo *ep.* 4. 86. « Si vis auribus Atticis (*i. e.* politis) probari, Exhortor moneoque te, libelle, Ut docto placeas Apollinari ». *et* 7. 27. Apollinarem conveni meum, Scazon - cujus aliqua pars ipse est, - hoc facetum carmen imbuant aures. *h. e.* cujus aures tereles emendent. — Alia de Apollinari vd. apud *eund.* 10. 30.; 11. 15. et *Plin.* 2. *ep.* 9. et 5. *ibid.* 6. et *alib.* — 3.°) Domitius Corbulo, plenius *Cn. Domitius Corbulo*, frater uterinus Cæsoniæ, uxoris Caligulæ (Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 5. 4. [39]. et *Visconti* in *Iconogr. Rom. p.* 281. *sq.*). — Vir prætorius (*Tac.* 3. *Ann.* 31), præpositus inquisitioni de fraudibus mancipum a Tiberio imp., sed ob nimiam severitatem dein accusatus apud Claudium imp. (*Tac. loc. cit.* et *Dion.* 59. 20); sero, sc. a. 39. p. Chr. consul suffectus cum Cn. Domitio Afro

(Dio ibid.); dein legatus Germaniæ inferioris a. 47 (Tac. 11. Ann. 18-20), ibi a Claudio imp. triumphi insignibus decoratus, quamvis bellum negavisset, ut ait Tac. ibid. 20., coll. 13. 35.; postea a. 54. legatus Cappadociæ in Armeniam et ad bellum Parthis inferendum a Nerone imp. missus, de quo fuse Tac. 13. Ann. 37. et 41.; 14. 24. et 58. et Stat. 5. Silv. 2. 35., coll. Dion. 62. 19-23. et 63. 6. et Strab. 2. 9. 5.; postremo a Nerone interfectus a. 67. — Fuit etiam historicarum memoriarum scriptor, ut colligi potest ex Plin. 5. Hist. nat. 24. 20. (83). Oritur (Euphrates) - ut prodidere, ex iis, qui proxime viderant, Domitius Corbulo etc. et 6. ibid. 8. 8. (23). Anxia perquisita cura rebus nuper in eo situ gestis a Domitio Corbulone. et 2. ibid. 70. 72. (180). Corbulo dux in Armenia - prodidit. Sic Tac. 15. Ann. 16. Prodiderit Corbulo etc. — De eo consulas Wolffgramm, Cn. Domitius Corbulo, Progr. Prenzlau 1874.; Philol. 44 (1885). p. 371.; H. Peter, Hist. Rom. reliq. II. p. CXXXII.; Schoonover, A study of Cn. Domitius Corbulo etc. Diss. Chicago 1909., coll. Andresen, Wochenschr. für Klass. Philol. 1909. p. 515.; Schanz, G. R. L. II. 1913. p. 344. — Ejus effigiem illustravit Bernoulli, Röm. Ikonogr. I (Stuttg. 1882. p. 271). — 4.º) Domitius Marsus, ortus ætate Augusti (ca. a. 54. a. Chr.), poeta clarissimus, Virgilii, Horatii et Ovidii æqualis, Martialis præcessor in mordacibus epigrammatis condendis (Martial. 8. 56), quorum collectio videtur appellata fuisse Cicuta, v., ut Bergk mavult, Scutica, discipulus severi Orbilii, qui et Horatii magister (Sueton. de gramm. 9). — Virgilii ac Tibulli mortem epigrammate suavissimo deflevit (in codd. Tibull.), qui ante se mortui erant, sc. a. 8. p. Chr. Ab Ovidio exsule memoratur inter poetas 4. Pont. 16. 5., a Martiale summis laudibus cumulatur ep. 2. 71. et 77.; 4. 29.; 5. 5.; 7. 29. et 99. et 8. 56.; quamquam eum lascivum cum aliis fuisse, ad se excusandum, fatetur in procem. l. 1.: « Sic scribit Catullus, sic Marsus, sic Peto, sic Gætulicus etc. ». — Scripsit elegias amatorias, quæ Melænis inscribuntur. Martial. 7. 29. 7. sq. « Et Mæcenati Maro cum cantaret Alexin, Nota tamen Marsi fusca Melænis (a μέλαινα, nigra) erat ».; insuper poema heroicum, cui titulus Amazonis (Martial. 4. 29. 7), et fabellas (Charis. I. 72 K.); fortasse etiam opus rhetoricum de urbanitate, quod ceteroqui adfirmat Quintil. 6. 3. 102 (« Domitius Marsus, qui de urbanitate diligentissime scripsit »), qui eum ibid. 108. vocat « hominem eruditissimum ». Citatur etiam in l. 34. Hist. nat. a Plin. inter suos fontes, ubi de æris fodinis agit. — Ex his autem scriptis pauca exstant fragmenta, si excipis epigramma in Bavium et Mævium (Philarg. in Virg. ecl. 3. 90), quod nuper ope codicis cujusdam Parisiensis completum est (Cf. Philol. XIII. p. 222. sq., XIV. p. 217. et alib. et Mus. Rhen. XV. p. 132. et alib.) et epigramma supra laudatum in mortem Virg. et Tibull. (Bährens p. 348), quæ leguntur etiam in Anthol. Lat. n. 122. et 123. Meyer. — Ejus fragmenta collegit Weichert, Poet. lat. vit. et carm. reliq. Leipz. 1830. p. 241. sqq.; dein Bährens, Frg. P. L. 346. sqq. — De eo vd. Teuffel, Röm. Litt.-Gesch.[5] § 243.; Sauppe, Kl. Schr. 196. sqq. et Havet, Rev. de Phil. XXIV (1900). 89. sqq. — 5.º) Domitius Piso, scriptor, cujus sententiam adfert Plin. in præf. Hist. nat. 18., cetera ignotus. An idem fuerit qui C. Piso historicus, inquirunt eruditi. Cf. Peter, H. R. rell. I. p. CCCLXVIII. — 6.º) Domitius Ulpianus, JCtus celeberrimus (Hieronym. chron. ad a. 226), Tyrius (Dig. 50. 15. 1), qui floruit sub Caracallo, Elagabalo et Alexandro Severo imppp., primum assessor Papiniani (Hieronym. chron. ad a. 226. « Ulpianus JCtus assessor Alexandri insignissimus habetur ») postea præf. præt., postquam ad libellos paruisset (Spartian. Pesc. 7), creatus ab Elagabalo, qui eum occidere decreverat cum Sabino consulari, ad quem libros scripserat; ab officio tamen removit (Lamprid. Elag. 16). De eo Lamprid. Alex. Sev. 51. Ulpianum pro tutore habuit, primum repugnante matre, dein gratias agente - atque ideo summus imperator fuit, quod ejus consiliis præcipue rempublicam rexit. et 15. Negotia et causas prius a scriniorum principibus et doctissimis jurisperitis - quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari - præcepit. et 26. Paulum et Ulpianum in magno honore habuit, quos præfectos ab Elagabalo alii dicunt factos, alii ab ipso (Cf. tamen Aur. Vict. Cæs. 24.; et eund. Lampr. loc. cit.). et Cod. 9. 41. 11 (Diocles. a. 290). Vir prudentissimus Ulpianus etc. et Cod. Justin. 6. 25. 9 (a. 531). Tam Ulpiano quam Papiniano, viris disertissimis. et ibid. 51. 9. Non ineleganter summi ingenii vir Ulpianus. (Novell. XCVII. 6. 1. « Οὐλπιανόν τὸν σοφώτατον. et Dig. XXVI. 6. 2. 5. et XXVII. 1. 2 « ὁ κράτιστος ». — Hic, prætorianorum in urbe seditione oborta, ca. a. 228 (Dion. 80. 1., coll. Zosim. 1. 11), ab iis interfectus est. — Plurima scripsit, quorum mentio est in Indice auctt., qui Lexico est præmissus; ex his vero eminent LXXXI. libri Ad edictum prætoris (Lenel, Paling. II. 421. sqq. frg. 170-1756). et LI. Ad Masurium Sabinum (Lenel, ibid. 1019. sqq. frg. 2421-2992). Porro excerpta ex variis ejus operibus, quorum fragmenta supersunt, tam multa occurrunt in Dig. Justin., ut tertiam totius corporis partem constituant, ex quibus colligitur auctorem non tam excelluisse in pervestigandi studio et arte dicendi, quam ingenti materiæ copia, maturitate judicii ac perspicuitate. — De eo vd. Zimmern, Gesch. d. Röm. Privatr. I. 367. sqq.; Fitting, Alter d. Schriften röm. Jurist. 34. sqq.; Voigt, Röm. Rechtsgesch. II. 259.; Landucci, Storia del diritto Romano I.[2] 220. sqq.; Pernice, S.-Ber. d. Akad. Berl. 1885.; Karlowa, Röm. Rechtsg. I. 739. sqq. et Jörs, PW. 5. 1435-1509. ¶ 2. Cum prænomine et cognomine. — 1.º) Cn. Domitius Afer, dictus etiam tantum Domitius v. Domitius Afer v. Afer Domitius v. Afer (Dio, Tac., Quintil., al.), natus Nemausi in Gallia Narbonensi ca. a. 14. a. Chr., orator celeberrimus, sub Tiberio, Caligula et Nerone imppp., prætor electus a. 26. p. Chr. et consul suffectus a. 39. sub Caligula cum Domitio Corbulone (Dio 59. 20), curator aquarum a. 49-59. (Frontin. aqued. 102) et antea fort. Frater Arvalis (Henzen, frg. Act. Arv. p. LVI) inter a. 43-48. De eo Tac. 4. Ann. 52. Recens prætura, modicus dignationis et quoque facinore properus clarescere - Afer primoribus oratorum additus, divulgato ingenio - mox capessendis accusationibus aut reos tutando prosperiore eloquentiæ quam morum fama, nisi quod ætas extrema multum etiam eloquentiæ dempsit. Quintil. 10. 1. 118. Eorum, quos viderim, Domitius Afer et Julius Africanus longe præstantissimi, arte ille et toto genere dicendi præferendus et quem in numero veterum habere non timeas. et 12. 11. 3. Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem, Domitium Afrum, valde senem cotidie aliquid ex ea quam meruerat auctoritate perdentem. Id. 5. 7. 7. Sufficiebant alioqui libri duo a Domitio Afro in hanc rem (de testibus) compositi, quem adulescentulus senem colui. et 6. 3. 42. Mire fuit in hoc genere (in descriptionibus argutis) venustus Afer Domitius, cujus orationibus complures hujusmodi narrationes insertæ reperiuntur; sed et urbane dictorum ab eodem urbane sunt editi libri. — Obiit mortem a. 59., cujus causam adfert Hieronym. chron. ad a. Abr. 2062. « Domitius Afer Nemausensis clarus orator habetur, qui postea, Nerone regnante, ex cibi redundantia in cena moritur ». Cf. Tac. 14. Ann. 19. — Fuit igitur eximius orator sed moribus vituperandus, genere illustris, M. Aurelii imp., vulgo Philosophi, abavus, ac ditissimus, carens prole, in cujus locum duos adoptavit Sex. Titii filios, Lucanum et Tullum, quos heredes testamento instituit donavitque figulinis plurimis, quæ in M. Aurelii et Commodi impp. patrimonium postea cesserunt. — In ejus honorem statua posita est Nemausi, cum inscriptione, quæ legitur apud Meyer loc. cit. — Scripsit, præter orationes, libros De testibus et urbane dictorum, uti refert Quintil. locc. citt., quorum opp. fragmenta exstantia collegit Meyer, O. R. Frgm. p. 565-570. — 2.º) Cn. Domitius Ahenobarbus, rectius quam Aenobarbus, recta linea descendens a tribus Luciis, de quibus Sueton. Ner. 1., parum cognitis, et in genealogico stemmate primus ex Ahenobarbis computandus. — Hic a. 195. a. Chr. ædilis plebis creatus cum C. Scribonio Curione (Liv. 33. 42), ex multaticia pecunia ædem Fauni in insula Tiberina exstruxit, ludos plebejos per biduum instauravit, epulo eorum causa adjecto (Id. ibid.); dein anno insequenti prætor cum urbana jurisdictione (Id. ibid. 43) et a. 192. consul cum L. Quinctio Flaminino (Id. 35. 10. et 20), contra Boios profectus est, cui se dediderunt, senatus cum liberis et præfecti cum equitatu (Id. ibid. 40., coll. Val. Max. 1. 6. 5., qui tradunt inter alia ejus anni prodigia Domitii consulis bovem locutum dixisse: Roma, cave tibi, quem « cum cura servari aliqui haruspices jusserunt » (Liv. ibid. 21). — Anno 199. ex agro Boiorum, dimisso exercitu, a P. Cornelio cos. Romam decedere est jussus (Id. ibid. 37). In bello autem cum Antiocho, qui pugnandi copiam Romanis facere cunctabatur, Domitius ad explorandum iter et qua parte adiri hostium vallum posset, missus est; et, postquam omnia certa rettulit, tum, castris admotis, acerrime pugnatum, dum hostes magna cæde fracti et in fugam versi sunt (Id. 37. 39). — Alia de eo vd. apud Willems, Le sénat de la rép. rom. I. 316. sq., 9. et II. 501. 6., 506. 3. et 507. 1., coll. Liv. 44. 18. 19. et 20. et 45. 17. et 31. et Polyb. 30. 13. 6. — 3.º) Cn. Domitius Ahenobarbus filius Cn. Domitii, cos. a. 162. a. Chr., mag. monetalis a. 134. et 129 (Momms., Münzw. 523. n. 105.; Trad. Blac. II. 326. n. 133. et Bahrfeldt, Ztschr. f. Numism. XIX. 57. sq., 68-70) et consul a. 122. Arvernos et Allobrogas devicit (Jul. Obseq. 32., Liv. epit. 61., Cic. Brut. 26. 90., coll. Vellej. 2. 10. et Appian. Celt. 12), quod bellum etiam proconsul, a. 121. creatus, strenue continuavit, triumphavitque a. 120. de Gallis Arvernis (Fast. triumph., coll. Momms. Corp. 1. p. 463., adn. Henz.), ut de Allobrogibus Q. Fabius Maximus proc.; hinc Flor. 3. 2. « Utriusque victoriæ testes Isara et Vindelicus amnis et impiger fluminum Rhodanus ». et Act. triumph. Fabius « de Allobrogibus et rege Arvernorum Betulto (Bituito) » et dein Domitius « de Galleis Arverneis » triumphavit (Cf. Eutrop. 4. 22. et Val. Max. 9. 6. 3). De Bituito idem Flor. ibid. « Nihil tam conspicuus in triumpho, quam rex ipse Bituitus, discoloribus in armis argenteoque carpento qualis pugnaverat ». et de victoribus ibid. « Utriusque victoriæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc æstimari potest, quod et Domitius Ahenobarbus et Fabius Maximus ipsis, quibus dimicaverant, locis saxeas erexere turres et desuper exornata armis hostilibus tropæa fixerunt, quum hic mos inusitatus fuerit nostris. Nunquam enim populus Romanus hostibus domitis victoriam exprobravit ». De Domitii autem triumpho hæc habet Sueton. Ner. 2. « In consulatu Allobrogibus Arvernisque superatis, elephanto per provinciam invectus est, turba militum, quasi inter sollemnia triumphi, prosequente ». — Fuit etiam a. 115. censor cum L. Metello Delmatico, qui duos et triginta senatu moverunt, teste Liv. epit. 62., inter quos fuerunt C. Licinius Geta (Cic. Cluent. 42. 119) et M. Valerius Messalla (Val. Max. 2. 9. 9); ex Sueton. autem Ner. 2. colligitur etiam Cn. Domitium et pontificem fuisse et obiisse a. 104. — De eo cf. G. Ritter 1885 et Lebègue, Fast. de la Narbonn. 8. sq. — 4.º) Cn. Domitius Ahenobarbus, filius præcedentis, mag. monetalis (Momms.-Blac., Monn. rom. II. 359. n. 167) inter an. 114. et 104. a. Chr., quo anno tribunus pl. diem dixit M. Junio Silano consulari (Cic. 2. Verr. 47. 118. et frg. Corn. p. 453. Or.) et M. Æmilio Scauro (Val. Max. 6. 5. 5. et Cic. Scaur. 1. et Dejot. 11. 31), itemque pontificibus offensior, quod alium, quam se, in patris sui locum cooptassent; idcirco jus sacerdotum subrogandorum ad populum transtulit (Sueton. Ner. 2., coll. Vellej. 2. 12. V. infra Domitia Lex), isque igitur populi suffragio pontifex maximus creatus est (Liv. epit. 67). Anno autem 96. cos. cum D. Cassio Longino (Fast. Capit.), quo anno prodigia evenisse tradit Jul. Obs. 49. Post a. 92. censor cum L. Licinio Crasso (Fast. Capit. et Val. Max. 6. 5. 5), quicum ob morum dissimilitudinem sæpe jurgia orta sunt (Cic. Brut. 44. 164. et

165., Val. Max. 9. 1. 4. et Macrob. 3. Sat. 15. 3-5). Edixit autem, ut scholæ rhetorum Latinorum abrogarentur (Sueton. rhet. 1., Quintil. 2. 4. 42., Tac. dial. 35. et Gell. 15. 11. 2). — De ejus eloquentia Cic. Brut. 45. 165. mentionem facit, non ita tamen ut putet eum in oratorum numero ponendum esse, sed satis in eo fuisse orationis atque ingenii, quo et magistratus personam et consularem dignitatem tueretur, rursumque ejus gravitatem auctoritatemque laudat 2. Orat. 56. 230.; sed lepide Sueton. ibid. animadvertit « non esse mirandum, quod aeneam barbam haberet, cui os ferreum, cor plumbeum esset ». — 5.º) Cn. Domitius Ahenobarbus, cos. a. 32. a. Chr. cum C. Sosio (Appian. 5. 73., coll. Dion. 48. 35. 1., Fast. Venus. C. I. L. 1. p. 66., Sueton. Aug. 17., ubi errore T. Domitius), filius L. Domitii Ahenobarbi (Tac. 4. Ann. 44. et Sueton. Ner. 3) et Porciæ, Catonis sororis (Cic. 9. Att. 3. et 13. ibid. 48). Anno 50. a. Chr. reum fecit adulescentem Cn. Appulejum Saturninum, quod impedimento fuerit, quo minus ipsius pater augur fieret. Cæl. ap. Cic. 8. Fam. 14. — Anno insequenti, cum patre captus Corfinii, a Cæsare liber dimissus est et incolumis (Cæs. 1. B. C. 23); itemque, quamvis in pugna Pharsalica una cum patre contra Cæsarem fortiter pugnasset, nihilo tamen secius ab eodem in Italiam revertendi veniam obtinuit. — Sed eum postea tum patris interitus, ab equitibus Cæsarianis post cladem Pharsalicam, cui intererat, occisi (Cæs. 3. B. C. 98., Cic. 6. Fam. 21. et alib.), tum etiam avunculi Catonis Uticensis mors et spoliatio dignitatis ad recuperandam patriæ libertatem, ut ait Cic. 2. Phil. 11. 27., qui eum inter Cæsaris interfectores numerat (Cf. Dion. 48. 7. et Cic. 16. Att. 4), vehementer excitarunt. — Cæsare interempto, ipse quoque « lege Pedia, quamquam insons, damnatus, ad Cassium Brutumque, propinqua sibi cognatione junctos, se contulit ac post Philippensem cladem et utriusque interitum classem olim sibi commissam retinuit, auxit etiam nec nisi partibus ubique profligatis, M. Antonio sponte et ingentis meriti loco tradidit » « solusque omnium ex iis, qui pari lege damnati erant, restitutus in patriam, amplissimos honores percurrit, ac subinde redintegrata dissensione civili, eidem Antonio legatus, delatam sibi summam imperii ab iis, quos Cleopatræ pudebat, neque suscipere neque recusare fidenter, propter subitam valitudinem, ausus, transiit ad Augustum: et in diebus paucis obiit, nonnulla et ipse infamia aspersus; nam Antonius, eum desiderio amicæ Serviliæ Naidis transfugisse, jactavit ». Hæc de eo scripsit Sueton. Ner. 3. Sane brevi, Antonio, qui se male habuisset, relicto, paullo ante pugnam Actiacam, ad Octavianum, navicula vectus, febricitans se contulit ac, morbo ingravescente, decessit (Vellej. 2. 84. 2., Tac. 4. Ann. 44., coll. Plut. Ant. 63)., quem, quam vere nescio, « omnibus gentis suæ procul dubio præferendum » ait Sueton. Ner. 3. — De triumpho, quem ei quidam tribuunt, vd. Henzen in Ann. d. Ist. arch. a. 1861. p. 101. — Ejus effigiem illustravit cl. Visconti, Iconogr. Rom. p. 204-210. — In ejus nummis (de quibus cf. etiam Gardthausen, August. I. 210) visitur delubrum, quod ipse, Bithyniæ præfectus, in Circo Flaminio Romæ ædificasset vel instaurasset, Neptuno dicatum (Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. [26]., coll. Brunn, St.-Ber. d. Bayr. Akad. 1876. p. 344. et Olivert III. 89); tum ejus effigies (Bernoulli, Röm. Ikonogr. I. 198-200.; Sallet, Ztschr. f. Numism. XVIII. 202. sq.). — 6.º) Cn. Domitius Ahenobarbus, filius L. Domitii cos. a. 16. a. Chr. et Antoniæ majoris (Vellej. 2. 72. 3. et Sueton. Ner. 5), Tiberii progener (Sueton. ibid. et 6. et Tac. 4. Ann. 75), frater Neronis imp. ex Agrippina, Germanici filia, pater Domitiæ et Domitiæ Lepidæ (Tac. 12. Ann. 64), « homo omni parte vitæ detestabilis, qui, comes Germanici in Orientem, liberto suo occiso, « quod potare, quantum jubebatur, recusaret, dimissus e cohorte amicorum nihilo modestius vixit. Sed et in viæ Appiæ vico repente puerum, citatis jumentis, haud ignarus obtrivit etc. ». Sueton. loc. cit., quem integr. V., coll. ibid. 28. et Tac. 6. Ann. 1. — Fuit cos. a. 32. p. Chr. sub Tiberio cum L. Arruntio Camillo Scriboniano (Fast., coll. Sueton. Oth. 2. et Tac. loc. cit.), quo tempore exstruxit thermas in via sacra (Senec. contr. 9. 4. 18). — Fuit etiam collega Fr. Arvalium a. 27 (Act. Arv. ap. Henzen p. XXXIV. sq. et alib.) et etiam ex quattuor Cæsaris progeneribus, « electis æstimando cujusque detrimento » quod civibus obvenerat ex incendio, quo, tempore Tiberii, deusta est pars circi Aventino contigua ipsique Aventino (Tac. 6. Ann. 45). — Obiit Pyrgis in Etruria c. a. 39 (Sueton. Ner. 5), cui magni honores sunt habiti et a Cæsare filio effigies posita (Tac. 13. Ann. 10), proposito etiam edicto de memoria ejus celebranda die suo natali (Corp. 6. 2037 = 32352. 2039. 2041). — 7.º) L. Domitius Ahenobarbus, Cn. Domitii Ahenobarbi cos. a. 96. a. Chr. filius, adulescens clarissimus ac princeps juventutis (Cic. 1. Verr. 53. 39. Cf. Momms. St.-R. II. 827. 5); quem a. 67-66. a. Chr. quæstorem, C. Manilio trib. pl. obsistentem, ita alloquitur Cic. Mil. 22. Dederas enim, quam contemneres populares insanias, jam ab adulescentia documenta maxima. et Ascon. Mil. p. 39. sq. Constantiam L. Domitii, quam in prætura præstitit, significat. Nam eo tempore cum C. Manilius tribunus plebis, subnixus libertinorum et servorum manu perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret et clivum Capitolinum obsideret, discusserat perruperatque cœtum Domitius ita ut multi Manilianorum interficerentur. Quo facto et plebem infimam offenderat et senatus magnam gratiam inierat. Adde Schol. Bob. p. 284. Or. — Anno 61., ædilis curulis, ursos Numidicos centum et totidem Æthiopas venatores in circo Romano edidit (Solin. 26., coll. Dion. 37. 46. 4. V. Friedländer, Sittengesch. Roms II.[5] 540); dein a. 58. prætor in Senatu contra Vatinium et publicanos egit (Schol. Bob. pro Sest. p. 297. et in Vatin. p. 317-324., coll. Sueton. Cæs. 23) itemque contra Cæsarem, quem abeuntem consulatu, gesto, uti credebatur, adversus auspicia legesque, ad disquisitionem senatus vocavit successor; mox vero consul a. 54. cum Ap. Claudio Pulcro (Sueton. Ner. 2., Ascon. in Pis. p. 1. et 16. et Dio 39. 60), imperatorem Cæsarem ab exercitibus Gallicis retrahere tentavit, successorque ei per factionem nominatus, secutus enim erat partes Pompejanas, principio civilis belli, a Pompejo desertus, ad Corfinium captus est et Cæsari, quicum paullo ante de sacerdotio feliciter contenderat (Nic. Damasc. de Aug. 4.. coll. Cæs. 3. B. C. 83), cum filio traditus; a quo tamen incolumis dimissus, Massilienses obsidione laborantes quum adventu suo confirmasset, repente destituit acieque demum Pharsaliæ occubuit, a Cæsarianis interfectus (Sueton. Ner. 2., coll. Cæs. 3. B. C. 98. et Cic. 6. Fam. 21). — « Vir fuit neque satis constans et ingenio truci: in desperatione rerum, mortem timore appetitam ita expavit ut haustum aliquando venenum pœnitentia evomuerit ». Ita severe de eo Sueton. Ner. 2. Ceterum ejus crudelitatem confirmare videtur quod legitur a rhetore inventum apud Ps. Sall ad Cæs. de rep. II. 4. 2. « Hercule a M. Catone, L. Domitio ceterisque ejusdem factionis quadraginta senatores, multi præterea cum spe bona adulescentes sicuti hostiæ mactati sunt, cum interea importunissima genera hominum tot miserorum civium sanguine satiari nequierunt » (Cf. Jordan, De suasoriis ad Cæs. sen. de rep. [Berlin 1868] 17). — Laudatur ejus eloquentia Cic. Brut. 77. 267., qui « nulla quidem arte sed latine tamen et multa cum libertate dicebat ». — Ejus nomine inscripta est tragœdia Curiatii Materni, memorata Tac. dial. 3. — Plura de eo vd. apud Münzer, PW. 5. 1334. sqq. — 8.º) L. Domitius Ahenobarbus, filius Cn. Domitii Ahenobarbi cons. a. 32. a. Chr. (Tac. 4. Ann. 44) et Hostiliæ, uxorem habuit Antoniam majorem (non minorem, ut eam male vocat Tac. 4. Ann. 44), ex qua patrem Neronis, et Domitiam Lepidam suscepit (Sueton. Ner. 5., coll. Plut. Ant. 87). — Fuit ædilis curulis a. 22 (Sueton. Ner. 4) et a. 19. prætor (Id. ibid.), consul vero cum P. Cornelio Scipione (Dio 54. 19., coll. Corp. 1. p. 162. sq.), dein a. 16. et a. 12. proconsul Africæ (Corp. 3. 88). — De eo Sueton. loc. cit. hæc habet « Non minus aurigandi arte in adulescentia clarus - rerum arrogans, profusus, immitis, censorem L. Plancum via sibi decedere coegit: præturæ consulatusque honore equites Romanos matronasque ad agendum mimum produxit in scænam. Venationes et in circo et in omnibus urbis regionibus dedit: munus etiam gladiatorium, sed tanta sævitia ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coercere ». — Legatus postea Tiberii imp. in bello Germanico cum exercitu Albim transcendit, longius penetrata, quam quisquam priorum, Germania; quapropter meruit ornamenta triumphalia (Dio 55. 10., Tac. et Sueton. locc. citt.); porro quæ ibi gessit, persequitur accurate Groag, PW. 5. 1343. sqq., coll. Winkelsesser, De reb. D. Aug. ausp. in Germania gestis Diss. 1901.; Much, Beitr. z. Gesch. d. deutsch. Spr. u. Litt. XVII. 1892. et Müllenhoff, Deutsch. Altertumsk. IV. 1900. — Refert Sueton. loc. cit., coll. Aug. 101., Domitium « emptorem familiæ pecuniæque in testamento Augusti fuisse ». — Denique a. 14. p. Chr. frater Arvalis jam erat, ut colligitur ex Inscr. in Corp. 6. 2023. Cf. fragm. Act. Arv. ap. Henzen p. XXIX. — Patronus quum esset civitatium Gurzensium in Africa et Mileti, consulatus tempore statuæ in ejus honorem hic positæ sunt, ut colligitur ex Corp. I. A. 3. 58. S.-Ber. Akad. Berl. 1901. p. 906., coll. Brunn, Gesch. d. gr. Künstler I. 273. et Bernoulli, Gr. Ikonogr. I. 207. et 210. — Obiit L. Domitius a. 25. p. Chr., teste Tac. 4. Ann. 44., coll. Vellej. 2. 72. 3., a quo ejus « eminentissima ac nobilissima simplicitas » laudatur, quod cum Sueton. loc. cit., ubi dicitur « arrogans et immitis » haud facile conciliaveris. — 9.º) L. Domitius Aurelianus imp. (a. 270-275. Momms, chron. min. I. 228. et 442) — a) De ejus nominibus: in titulis, nummis ac papyris dictus L. Domitius Aurelianus, nusquam, nisi falso, Valerius v. Claudius Aurelianus; sæpissime tamen apud auctores et in fastis consularibus Aurelianus absolute, et, imperio potitus, Imperator Cæsar L. Domitius Aurelianus pius felix invictus in inscr. ap. Ruggiero 298, in numm. et inscr. Imp. C. Aurelianus Aug., victoriosus Aug. (Corp. 11. 1214), semper Aug. tantum (3. 12333), dominus et deus; (2. 4506), Britannicus max. (3. 12333), Armeniacus et Adiabenicus (5. 30. 5), Dacicus max. (5. 30. 5), Sarmaticus max. (Ibid.) etc., plenius Imperator Cæsar L. Domitius Aurelianus pius felix invictus Augustus pontifex maximus, Germanicus max., Gothicus max., Parthicus max., Carpicus max. tribunicia potestate VI. consul III. imperator pater patriæ, proconsul, restitutor orbis (Corp. 6. 1112). — b) De ejus initiis et indole: videtur obscuro genere natus a. 274., ex Simri, Solis sacerdote, in Dacia Ripensi (Eutrop. 9. 13 = Jordan, Rom. 290) seu Nova, vel in Mœsia (Auct. vit. 3). — Statura procerior, nervis validissimis, virtutem bellicam singularem ac robur incredibile ab ineunte ætate prodidit (Id. ibid. 6); quotidie arma tractabat, quin ad ea sumenda ita erat pronus, ut postea per jocum cognomine manu ad ferrum vocitaretur, tamque strenuus, ut hostes una vice octo et quadraginta atque adeo mille ipse sine socio occideret et adhuc privatus Sarmatarum copias in Illyricum erumpentes cum trecentis præsidiariis attereret solus (Id. ibid.) itemque apud Moguntiacum Francos irruentes reprimeret ex iisque trecentos, septingentis occisis, venderet sub corona (Ibid. 7); dein militiæ præfectus, disciplinæ militaris servator rigidissimus, immo aliquando ut iracundus, sic durus atque adeo crudelis; laborum patiens, sobrius, audax in consiliis capiundis in iisque exsequendis alacer et erga eos munificus, qui sibi opem tulissent — c) De honorum cursu: fuit primum tribunus mil., quem Valerianus imp. a. 254., ut videtur, ad inspicienda et ordinanda castra omnia destinavit (Ibid. 9) et a. 256. magistri militum Ulpii Criniti vicarium (qui postea Aurelianum adoptavit suumque heredem instituit: ibid. 14. et 15) idem Valerianus fecit, consulatu in sequentem annum ei promisso (Ibid. 11); hunc autem obti-

nuisse alii adfirmant (*Ibid.* 12), alii rectius negant; non enim ante, quam imperator, Aurelianus consul processit (*Groag loc. cit. p.* 1353). — Victor in bello contra Gothos a Valeriano gratias publicas et plures coronas habuit designatusque est consul (*Auct. vit.* 13). — Mortuo in Perside Valeriano, ei successit post varias imperii vices ac tumultus, occiso Aureolo, Gallienus, sub quo quid egerit Aurelianus, non constat; at sub Claudio II., hujus successore, magister equitum fuit, a. 268., tantæque laudis opinionem in bellum, tunc contra ingentem Gothorum seu Scytharum multitudinem feliciter gesto, est adeptus, ut, Claudii pestilentia Sirmii exstincto a. 270., præsens ipse imperator ab exercitu appellaretur, Quintillo Claudii fratre, qui jam Augustus a senatu agnitus erat ac paullisper regnaverat, ob nimiam in milites severitatem, interfecto (*Ibid.* 16., *Trebell. trig. tyr.* 22. et 30., *Eutrop.* 9. 10-11., coll. *Zosim.* 1. 41-46. et *Zonar.* 26). — *d)* De ejus gestis: electus imperator Romam paullo post rediit, a senatu consilia petiit, ex quo qui eam hortatus fuerat, ut ferro cum adversariis, auro cum amicis uteretur, primus consilii sui vim nimis acerbam expertus est (*Zonar.* 12. 27). — Statim proficiscendum ei fuit, ut imperium rursum defenderet a Gothis in Pannonia, ubi ancipiti prœlio pugnatum est, sed hostes tandem pacem exposcere coacti sunt, quam Aurelianus nimis facile concessit, ut Italiam repeteret, admonitus Marcomannos et Jutongos in Vindeliciam irrupisse. Eos tamen perfregit ac victoria elatus pacis condiciones respuit, quas demisse postulabant; quo factum est, ut barbari, ad desperationem adducti, Italiam invaderent: hinc omnia terrore plena: ipse Aurelianus superstitiosus, ut libri Sibyllini consulerentur, jussit et senatui, id facere cunctanti ex metu, respondit: « miror vos, patres sancti, tandiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris perinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis » (*Auct. vit.* 20). Sed, omnibus peractis, quæ in iis libris præcipiebantur, nihilo secius tanta apud Placentiam clades accepta est ut Romanum pæne solveretur imperium. Nactus tamen imperator hostium imperitiam, qui se hac illac disperserant, iterum barbaros in Umbria aggressus vicit, eosque Ticinum usque repulsos, justo prœlio commisso, a. 271. omnino fudit fugavitque ultra Alpes, ubi in Vandalos offendit, qui, trajecto Danubio, in eo erant ut in Italiam descenderent: hos quoque profligavit reversusque Romam, eam muris refectis atque amplificatis munitam voluit contra barbarorum incursus; sed imprudens ac ferox « plenus irarum et vindictæ cupidus - vir alias optimus, seditionum auctoribus interemptis, cruentius ea, quæ mollius fuerant curanda, compescuit. - Timeri cœpit princeps optimus, non amari, cum alii dicerent perfodiendum talem principem, non optandum » (*Ibid.* 21., coll. *Zosim.* 1. 48. 49. et *Eutrop.* 9. 13-15. V. etiam *Tillemont, Hist. des Emper. III.* 1024. *sq.).* — Aurelianus, se in imperio satis firmatum sentiens, in Orientem cogitavit, ubi impotens ac superba dominabatur Zenobia regina, Odænati ab ipsa occisi, uxor, quæ Roma aliquando se potituram sperabat. Hanc Aurelianus reprimere quum decrevisset, illuc cum exercitu profectus a. 272., per viam barbaros in Thracia vicit Illyricumque recuperavit; trajecit Danubium, Cannabaudum Gothorum regem interemit; Byzantium petiit transiitque in Galatiam et Cappadociam, cepit Ancyram et Thyanam, Zenobiæ copias ingentes atroci pugna Immæ devicit coegitque Antiochiam se recipere, quam brevi imperatori tradidere. Is omnibus pepercit, benigne excepit Christianorum querelas adversus Paulum Samosatenum jussitque illum expelli et domos, dummodo eorum causa episcopi Romani litteris adprobaretur, suprema hujus auctoritate ab ipsa potestate civili tali pacto recognita (*Eus.* 7. *H. E.* 30), eis restitui voluit. — Iterum autem cum Zenobia magno certamine pugnatum est Emesæ, quæ tamen non victa sed minax Palmyram recessit, dum imperator ad templum Heliogabali tetendit, quasi communi officio vota soluturus pro victoria ab illo deo impetrata ibique alias sedes condidit, magnificis positis donariis, et Romæ Solis templum exstruxit majore honorificentia consecratum (*Ibid.* 25). Postea Palmyram iter flexit, ut, ea oppugnata, laborum terminus fieret; sed antea litteras misit ad reginam, ejus deditionem petens vitamque promittens; cui illa arroganter quum respondisset, Aurelianus iratus, collecto exercitu, urbem obsedit, nec quicquam vir fortis prudensque reliquit, quod aut imperfectum videretur aut incuratum; auxilia Persarum, Saracenorum et Armeniorum, quos illa exspectabat, vel intercepit vel corrupit; denique multa vi mulierem potentissimam vicit, fugientem in Persidem detinuit et quam milites ad pœnam poscebant, triumpho reservatam voluit, ut populi Romani oculis esset ostentui (*Ibid.* 29. *sq.*), qui tamen ejus consiliarios, in primis Longinum philosophum, reginæ magistrum scriptoremque epistolæ creditum, interemerat. — Palmyra profectus, quum dein rescivisset Romanorum ibi cædem editam fuisse, celeriter illuc reversus omnes et pueros et mulieres et senes jugulari jussit immanissimus princeps, ipsamque funditus evertit magnificentissimam urbem, cujus ruinæ in æternum Aureliani opprobrium manebunt. Quo facto, in Ægyptum se contulit rebellantem, ibique Firmum, Syrum origine, *Cyclopem* ob ferociam ac robur appellatum, qui se imperatorem dixerat, inopinum aggressus cepit ac trucidavit (*Ibid.* 32., coll. *Zosim.* 1. 50. 56., *Zonar.* 12. 27., *Trebell. trig. tyr.* 30. et *Eckhel,* 7. *p.* 489). — Pacato Oriente, in Europam Aurelianus rediit victor atque illic Carporum copias adflixit et quum illum *Carpicum* senatus absentem vocasset « Superest, inquit, ut me etiam Carpisculum vocetis » (carpisculum enim genus calceamenti est); quod cognomen deforme videbatur, quum et *Gothicus* et *Sarmaticus* et *Armeniacus* et *Parthicus* et *Adiabenicus* jam ille diceretur, ut scribit *Auct. vit.* 31. — In Occidentem igitur redux, in Gallia Tetrici, qui cum filio tyrannidem ibi exercebat, quasi imperii socius jam ab a. 267., copias facile superavit seu potius in fidem recepit et Romam reversus ibi triumphum egit, currum præcedentibus Tetrico utroque et Zenobia, quo significaretur, Orientem et Occidentem ab eo victos, ad unius imperium rediisse. — Anno 274. iterum cos. processit cum C. Julio Capitolino (*Inscr. Orell. n.* 1030. et *Corp.* 6. 1112) ac subinde in Mœsiam profectus ibi *Daciam novam* constituit, a Dacia retractis incolis opibusque citra Danubium, qui, oraculis repugnantibus, rursum imperii terminus fuit. Romam continuo rediens, quum orta ibi esset monetariorum seditio, Felicissimo rationali auctore, hanc acerrime severissimeque compescuit; sic dein et fures provinciales repetundarum ac peculatus reos ingentibus suppliciis cruciatibusque punivit. — Tetrico dejecto, tamen Gallia non quievit; idcirco imperator quum se illuc contulisset, reos gravissimis, uti solebat, pœnis affecit. Interim vero Germani et Franci Rhenum trajecerant, contra quos Probum et Constantium misit, qui, hostes adorti, magnis eos victoriis fregerunt, dum Aurelianus Genabum reædificavit, quam urbem *Aurelianensem (Orléans)* vocavit, Divionem *(Dijon)* munivit aliaque opera perfecit, unde ab adulatoribus *Restitutor orbis* est appellatus. — In Gallia quum versaretur, sciscitatus anum, olim ex Druidarum cœtu vatem plurimi habitam, de sortibus imperii post ipsum secuturis, respondit omnem gloriam ac potentiam in Claudii progeniem, nempe Constantii filiorumque ejus, translatum iri. Quo vaticinio fortasse contra Christianos commotus, persequi eos cœpit, maxime vero quum, dein in Thracia degens, ibi acerrimæ persecutionis decretum scripsit. Sed inde iter pergens Byzantium usque, Mnesteus quidam, qui erat a secretis eaque auro venditabat, hac servi perfidia comperta, ut se certæ morti eriperet, falsum nominum brevem conscripsit legitque singulis, quorum nomina continebat « addens, disposuisse Aurelianum eos omnes occidere, ita ut, si servare se voluissent, principem ipsum interimendum curarent ». Quare primus Mucapor, dux militum, aliique tribuni legionum imperatorem derepente aggressi vulnerarunt et equo dejectum occiderunt a. 275 (*al.* 274) tum cum decretum in Christianos nondum ad provincias remotas pervenerat. — Hic finis Aureliano fuit, principi necessario magis quam bono; quo interfecto, quum esset res prodita et interfectores detecti, Mnesteus in primis, suppliciis multati sunt, et sepulcrum ingens ac templum columnæque cum statuis marmoreis Aureliano erecta et ipse inter divos relatus (*Auct. vit.* 32. et 36-37). De eo *Aurel. Vict. Cæs.* 35. 12. scribit « Tantum ille vir severitate atque incorruptis artibus potuit, ut ejus necis *(nuntius)* - optimo cuique desiderio - esset ». *et Ammian.* 30. 8. 8. et 31. 5. 17. vocat « acrem virum et severissimum noxarum ultorem ». *et Firm.* 7. 3. virum prudentissimum. *et Auct. vit.* 4. et 6. ingenio vivacissimum - decorum ac gratia viriliter speciosum vini et cibi paulo cupidiorem, libidinis raræ, severitatis immensæ. *Id. ibid.* 44. Multi quidem eum neque inter bonos neque inter malos ponunt, idcirco quod ei clementia, imperatorum dos prima, defuerit. *et ibid.* Verconnius Herennianus, præfectus prætorii Diocletiani, teste Asclepiodoto, sæpe ajebat Diocletianum frequenter dixisse, quum Maximiani asperitatem reprehenderet, Aurelianum ob nimiam ferocitatem « magis ducem esse debuisse quam principem ». — Alia de eo colligi possunt ex *Eutropio, Aur. Vict., Orosio* aliisque scriptoribus laudatis, coll., ex recentioribus, *Becker, Imp. L. Dom. Aurel. Diss.* Münst. 1866.; *Guerres, De primis Aurel. princ. temp. Diss.* Bonn 1868.; *Martini, Quæst. crit. de hist. Aurel. Diss.* Münst. 1884.; *Clinton, Fast. Rom. I.* 302. *sqq.; Schiller, Gesch. d. Röm. Kaiserz. I.* 2. 851-871.; *Balan, Stor. d'It. I.* 308. *sqq.; Fuchs* ap. *Ruggiero Diz. epigr. I.* 980-937. — 10.°) Cn. Domitius Maximus, ap. *Cassiod. chron.* tantum *Cn. Domitius* et *Calvus* pro *Calvinus* ap. *Chronogr.* a. 354., *Maximus* in *Fast. Hisp.* et *Domitius* absolute ap. *Oros.* 3. *Hist.* 22. — Fuit filius Cn. Domitii Calvini cos. a. 332 (*Liv.* 8. 17), ædilis curulis cum C. Pœtelio (*Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. [17]), fort. a. 299., et cons. a. 283. cum Cornelio Dolabella (*Fast. Cap.*). — *Oros.* 3. *Hist.* 22. narrat, Dolabella et Domitio consulibus, Lucanos, Bruttios, Samnites quoque cum Etruscis et Senonibus Gallis facta societate, contra Romanos, post magnam ipsorum cladem sub cos. L. Cæcilio Metello a. 284., redivivum bellum molitos fuisse, quod tamen male eis cessit, horum consulum virtute perfractis (*Flor.* 1. 8 *[Dio] frg.* 39. 2). Quomodo vero Domitius Lunam in Liguria ceperit, narrat *Frontin. Strat.* 2. 1., qui muros sæpe omnibus copiis circuibat easque reducebat ad castra; qua consuetudine inducti oppidani, ut crederent, exercitationis causa id fieri, et ob id nihil caverent: at ille morem obambulandi in subitum vertit impetum oppidumque occupavit. — Anno 280. dictator comitiis habendis dictus est ac deinde eod. anno censor cum Fabio Gurgite, primus ex plebe lustrum condidit (*Fast. Cap.* et *Liv. epit.* 13). — 11.°) Cn. Domitius Calvinus, apud *Cassiod.* simpliciter *Cn. Domitius;* in *Fast. Hisp.* et *Chronogr.* a. 354. corrupte *Carvinus* pro *Calvinus.* — Fuit a. 62. a. Chr. legatus L. Valerii Flacci in Asia (*Cic. Flacc.* 13. 31. et 28. 68). dein a. 59. tribunus pleb. (*Id. Sest.* 53); mox a. 56. prætor (*Id.* 2. *Q. fr.* 13., coll. 3), et a. 53. cos. cum M. Valerio Messalla creatus (*Dio* 40. 17), non tamen Kal. Jan. sed Jul. ob motus civiles (V. *Borghesi, Œuvr. III. p.* 338), quo in munere lapidibus percussus est ab operis P. Clodii (*Schol. Bob. p.* 343. *Or.*); mox Milonem accusavit de ambitu (*Ascon.* in *Mil. p.* 54. *Or.*). — Anno 48. præfectus equitum a Cæsare in Macedoniam mittitur (*Cæs.* 3. *B. C.* 34. et *alib.*); deinde in prœlio Pharsalico interfuit, mediæ aciei a Cæsare præpositus (*Ibid.* 89). — Asiæ finitimisque regionibus administrandis præfectus (*Ibid.*), Pharnacem, a quo primum victus fuerat, dein, a Cæsare adjutus, vicit (*Sueton. Cæs.* 36., coll. *Appian. B. Mithr.* 120. et *B. C.* 2. 91. et *Liv. epit.* 112) — Anno 44. magister equitum designatus est a Cæsare, ob hujus necem non exiit: sed Octaviano quum adhæsisset (cujus et legatus fuit: *Appian. B. C.* 4. 115), creatus est præfectus classium III.virum. — Iterum postea, sc. a. 42., cos. processit cum Cn. Asinio Pollione (*Fast. Colot.* et *Hisp., Cassiod. chr.* et *Chronogr.* a. 354). — Anno seq. pro-

consul in Hispaniam profectus (*Vellej.* 2. 78), prope Oscam *(Huesca)* Cerretanos debellavit, teste *Dion.* 48. 42., qui et de iis triumphasse refert (Cf. *Act. triumph.* a. U. C. 718 = 36). — Fuisse quoque pontificem colligitur ex detecta in Palatino *Inscr.* abhinc paucis annis; unde scimus quoque ex manubiis aram fecisse (V. *Ephem. epigr. I. p.* 215., ubi sic legitur: CN. DOMITIVS M. F. CALVINVS PONTIFEX COS. ITER. IMPER. DE MANVBIEIS ARAM F. etc. Cf. etiam *Plut. Sert.* 12. et *Ant.* 58., ubi male *Calvisius* pro *Calvinus);* tum etiam fratrem Arvalem a. 20. v. 21. ex *Arv. eph. epigr. VIII. p.* 317. *B.*, coll. *Corp.* 1.² 214. *sq.* — Denique aliquid scripsisse arguitur ex *Plin.*, qui eum inter suos fontes recenset in *Ind. auct. l.* 11. et 18. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 5. *p.* 203., *Momms. Münzw.* 669. 18. et *Babelon, Monn. de la rép. rom. I.* 457. — Hinc Domitia, nom. mul., quo memorantur — 1.°) Mulier celebris, quæ quum Galli Capitolium obsiderent et Romanis funes deessent ad tormenta struenda, prima crinem suum execuit, quam ceteræ sunt imitatæ; unde postea statua *Veneri, Calvæ* titulo, dedicata est, teste *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 720., quem penes sit fides. Ceterum alia plura tradita sunt ex illa Gallorum incursione, quæ fabulam sapiunt (*Liv.* 5. 40. et 46., *Plut. Cam.* 41., *Val. Max.* 1. 1. 11., *Flor.* 1. 7. 16. Cf. *De Sanctis, Stor. d. Rom. II.* 171 [1907]). — 2.°) Item filia Cn. Domitii Ahenobarbi cos. a. 16. a. Chr., soror Domitiæ Lepidæ, uxor Passieni Crispi, qui cum ea divortium videtur fecisse, ut Agrippinam duceret; quare infensa Agrippinæ dicitur *Tac.* 13. *Ann.* 19. — Hanc amitam suam Nero veneno necavit paulo post mortuam matrem a. 59. p. Chr. (*Sueton. Ner.* 34., coll. *Dion.* 61. 17), ut defunctæ bona invaderet, deleto quoque ejus testamento; *horti* vero, qui *Domitiæ* dicuntur, a Nerone pariter sibi attributi, non Domitiæ hujus, quæ eos habuisset Baiis et in agro Ravennate (*Dio ep.* 61. 17. 2. et *Tac.* 13. *Ann.* 21), sed Lucillæ, aviæ v. matris M. Aurelii, fuisse videntur, ubi mausoleum Hadriani imp. erectum est (Cf. *Marini* ap. *De-Rossi, Bull. Crist.* a. 1866. *p.* 3. *V.* tamen *Stein, PW.* 5. 1510., coll. *Jordan, Top. d. Stadt Rom II.* 5630. et *Lanciani, Mél. d'arch. et d'hist. XIX.* 120). — 3.°) Item filia L. Domitii Ahenobarbi cos. a. 16. a. Chr. et Antoniæ majoris (*errore* minoris, ut vidimus, ap. *Tac.* 4. *Ann.* 44), Neronis imp. amita, quæ *Domitia Lepida* dicitur, femina impudica, infamis, violenta, forma, ætate, opibus, vitiis Agrippinæ, Neronis matris, æmula (*Tac.* 13. *Ann.* 64. et 65); incesti rea cum fratre Cn. Domitio, Neronis imp. patre (*Sueton. Ner.* 5. et *Dio* 58. 27); a Claudio genero imp. desponsata Appio Junio Silano (*Dio* 60. 14); denique capitis damnata a. 53. p. Chr. (*Tac.* 12. *Ann.* 64. et 65., coll. *Sueton. Ner.* 7). — 4.°) Item Cn. Domitii Corbulonis, viri consularis, filia et Domitiani imp. uxor, *Domitia Longina* dicta, quæ et simpliciter *Domitia* v. *Domitia Domitiani* v. *Domitia Augusta*, antea nupta Ælio Lamiæ, a quo per vim abductam Domitianus adhuc privatus secum matrimonio copulavit (*Sueton. loc. cit.*). — Consuetudinem dein habuit cum quodam Paride histrione; quare a Domitiano repudiata est, capto etiam de ea occidenda consilio (*Id. ibid.* 3): itemque postea suspecta de consuetudine cum Tito, Domitiani fratre (*Id. Tit.* 10), ac tandem conscia et particeps cædis Domitiani traditur (*Dio* 67. 15. et *Aur. Vict. epit.* 11). — Quo autem anno decesserit, incertum est; non tamen vivere potuit a. 140., nam tunc monumentum, veluti sacrarium gentis suæ, positum ei fuerat Gabiis (Cf. *Corp.* 14. 2795 = *Dessau* 272. et *Eckhel,* 6. *p.* 400). — Nefariæ hujus feminæ statuam illustrat *Visconti, Mus. Pio-Clem. III. p.* 33. *sqq.* aliasque duas habitu Dianæ et Hygiæ, *ibid. II. p.* 297. *sqq.* Cf. etiam *Bernoulli Röm. Ikonogr. Münztaf. II.* 12. et *Inscr.* 6. 8959., 11569., 17116., 19718., 20492., etc.; *Not. degli scavi* 1884. *p.* 80. = *Bull. com.* 1883. 289. *n.* 677. — 5.°) Item — *a)* Cn. Domitii Lucani filia, *Domitia Lucilla major,* a patruo suo Cn. Domitio Tullo adoptata (qui « nepotes prosecutus est plurimis jucundissimisque legatis » inquit *Plin. loc. cit.*), uxor P. Calvisii Tulli, ex quo quum habuisset filiam, hanc *minorem* appellarunt, matrem vero *majorem*. De ea *Plin.* 8. *ep.* 18. Cf. *Borghesi, Œuvr. III.* 35. *sqq.; Marini, Iscr. ant. doliar.* 31. *sqq.* et *Dressel, Untersuch. üb. chr. d. Ziegelst. d. Gens Domit.* 10. *sqq.* et 28. *sqq.* — *b)* Item *Domitia Lucilla minor* (*errore* Calvilla ap. *Capitolin. Marc.* 1), uxor Annii Veri prætoris et ex eo mater M. Aurelii imp. — Litteris Græcis erat apprime erudita, teste *Front.* ad *M. Cæs.* 2. 1.: « Epistolam matri tuæ *(græce)* scripsi, quæ mea impudentia est, eamque epistolæ ad te scriptæ implicui. Tu prior lege: et si quis insit barbarismus, tu, qui a Græcis litteris recentior es, corrige atque ita matri redde; nolo enim me mater tua ut opicum contemnat ». — Quo anno obierit, latet, certe tamen ante a. 161., quo filius *Augustus* est factus; nusquam enim *Augusta* v. mater *Augusti* vocatur in Inscrr. — De ea vd. *Dressel op. cit.* 48. et *Corp.* 15. *p.* 274. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. frequentissima ac fere innumera, sive vir. sive mul. *Corp.* 1. 786 (*Romæ*)., 866.; 2. 3055. (a. 1869). et 1306; 9. 3418. *Not. degli scavi* a. 1905 (*Romæ*) *p.* 208. et 1911 (*Bajis*) *p.* 319. — *Domitia*, nom. et cogn. mul. *Corp.* 4. 5818 (a. 1909).; 2. 974 (a. 1869)., 1248., 4164.; 9. 1843. etc. — *Domitilla*, cogn. mul. demin. *Corp.* 8. 8193. — Fuit etiam filia Flavii Liberalis, uxor Vespasiani imp., in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2331. — Item filia Vespasiani imp. V. FLAVIA. — Item virgo, unde nomen accepit cœmeterium Christianorum in Via Ardeatina, *Domitillæ* dictum, quod posteriore tempore vocatum est etiam *Petronillæ*, itemque *Nerei* et *Achillei* (V. *De-Rossi, Rom. Sott. I.* 266. et *Bull. Crist.* a. 1878. *p.* 160). — *Domitiola*, cogn. mul. demin. *Corp.* 12. 2459. — *Domitinus*, cogn. vir. demin. 5. 3366. et *Domitina*, cogn. mul. 5. 3376. — Hinc

Domitius, a, um, adject. ad Domitiam gentem vel Domitium aliquem pertinens, ut — *a) Domitia lex*, de sacerdotiis, lata a. 105. a. Chr. a Cn. Domitio Ahenobarbo, trib. pl. (*Sueton. Ner.* 2. et *Vellej.* 2. 12), cujus vi pontifices, augures, quindecemviri sacris faciundis non amplius a collegio quisque suo sed a populi comitiis eligerentur (*Liv.* 25. 5. et 27. 8), hoc legi adjecto, ut XVII. tantum tribus sorte ductæ sacerdotes crearent. Quam postea abolevit Cornelius Sulla, lege *Cornelia de sacerdotiis* lata nobilitatis amore; sed et hæc a Labieno, trib. pl., a. 63. abrogata est et *Domitia* restituta (*Dio* 37. 37), ita tamen ut duo e collegio nominarent, populus ex nominatis legeret, quam confirmavit Jul. Cæsar, M. vero Antonius sustulit, antiquo jure collegiis reddito (*Cic.* 2. *Phil.* 2. Cf. *Borghesi* in *Mem. d. Ist. arch. I. p.* 272. *sq.*). — *b) Domitia via*, in Gallia, dicta a Cn. Domitio Ahenobarbo cos. a. 122., qui eam stravit anno sequenti proc. post bellum cum Gallis et Allobrogibus confectum, a legatis dein M. Fonteji munita (*Cic. Fontej.* 4. 8), ab Arelate per Tarasconem, Nemausum, Narbonem ducens ex una parte ad fines Hispaniæ, ex altera ad Aquitaniæ, descripta partim in *Itin. Ant. p.* 388., in *Itin. Aquar. Apoll.* ap. *Henzen Suppl. Orell. n.* 5210. et in *Itin. Hieros. p.* 551-552. Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaule p.* 355. et *alib.* — *c) Domitius pagus,* cujus fundi quamplurimi, qui ad Veleiates pertinebant, memorantur in *Tab. alim. Velei. I.* 24., 46., 48., 98., 101.; *II.* 7. 10. 90. etc. — *d) Domitius deus*. V. supra.

Domitianus — 1.°) Adject. — *a)* Est ad Domitium aliquem pertinens, ut — *Domitiana domus*, Romæ in Sacra Via, ante quam sacrificia fiebant a fratribus Arvalibus in memoriam Cn. Domitii Ahenobarbi, patris Neronis imp. (*Act. Arv.* ap. *Henzen p.* 61. et 82). — *Domitianæ cohortes,* Cn. Domitii Ahenobarbi, in bello civili ab eo contra Cæsarem ductæ (*Cæs.* 1. *B. C.* 25). Similiter *Domitiani milites* Cn. Domitii Calvini (3. *ibid.* 37) et *Domitianus exercitus* ejusdem (*ibid.* 86). — *Domitianæ figlinæ*, officinæ Domitii Afri, a Lucano et Tullo fratribus per filiam Domitiæ Lucillæ majoris et neptim Lucillæ minoris translatæ in patrimonium privatum M. Aurelii philosophi ac dein Commodi imp., distinctæ posteriore ætate in *majores* et *minores* (*Deschemet, Inscr. Doliar. p.* 166. *n.* 119. et *alib.*), fortasse ita dictæ ab iisdem Lucillis majore et minore, ut putat cl. *De-Vit,* coll. *Inscr.* in *Bull. Munic.* a. 1877. *p.* 158. — *Domitianus fundus,* in pago Veleiate, *Tab. alim. Velei.* 4. 73.; in pago Florejo Vel. *ibid.* 6. 1.; in agro Aquini, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4314. et in pago Horticulano, *Tab. Lig. Bæb.* ap. *Momms. n.* 1354. — *b)* Item ad Domitianum imp. pertinens. *V.* FLAVIUS DOMITIANUS. — 2.°) Subst., nom. vir. Memorantur — *a) Domitianus*, dux Aureoli fortissimus et vehementissimus, qui bello Macrianum patrem ac filium devicit a. 262. p. Chr., teste *Trebell. trig. tyr.* 12. et 13. Fortasse idem est cum eo, qui sub Aureliano imp., arrepta purpura in Ægypto, in suspicionem venit ita ut brevi pœnas dederit (*Zosim.* 1. 49., coll. *Eutrop.* 9. 13. 1. et *Oros.* 7. *Hist.* 23), non confundendus cum *L. Domitio Domitiano*, qui sub Diocletiano tyrannidem exercuit (V. *Eckhel,* 8. *p.* 41. *sq., Cohen VI.*² 12., coll. *Sallet, Die Daten der alex. Kaisermünz.* 91-98). — *b) Domitianus,* imperator Rom. a. 81-96. p. Chr. *V.* T. FLAVIUS DOMITIANUS. — In titulis, nom. vir. *Corp.* 2. 2983 (a. 1869).; 9. 3469.; 10. 251. *Not. degli scavi* a. 1884 (*Romæ*) *p.* 80. etc.; et nom. serv. *ibid.* 7. 1386.

DŎMĬTUS, i, m. 2. (domo) cogn. vir. *Corp.* 12. 2934. et 4150.; 9. 2188.

DOMMIM, indecl. locus in tribu Juda inter Socho et Azeca in declivio collis, ubi erat exercitus Hebræorum contra Philistæos, valle Terebinthi interjecta, celebri ob singulare certamen Goliath gigantis cum Davide (*Vulg.* 1. *Reg.* 17. 3., ubi legitur *in finibus Dommim* [ἐν πέρατι Δομμίμ *Aquila]*; sed hebr. una est dictio seu appellatio loci sc. *'Ephes Dammin* « cessatio cædis v. asylum », *LXX.* Ἐφερμήν et *Cod. Alex.* Ἀφεσδομμείν). — Alibi (1. *Par.* 11. 13) recurrit hoc nomen, sed forma parum detorta, sc. Phesdomim, hebr. *Pas dammim*, LXX. Φασοδομή, ubi David cum fortissimorum virorum *(gibborim)* phalange percussit Philisthæos. — De situ nihil certi; sed *Van de Velde (Narrative of a Journey through Syr.* 2. *p.* 193) putat ibi fuisse, ubi sunt ruinæ *Damim,* prope viam ab urbe Jerusalem ad vicum *Beit-Djibrin,* ad sept. Socho *(Schueikah).*

DOMNŎTĬNUS, a, um, adject. ut *Domnotina domus* vatis Theonis, familiaris *Ausonii* poetæ, ab eo memorata in *ep.* 7. 55., ita dicta fortasse a villa ejusdem Theonis, *Domnotonus* appellata, infelicissima ac sterilis, sita in Medulis ad fluvii *(Garumnæ?)* ripam, de qua *Auson. in ep.* ad *eund.* 4. 6.

DOMNUS, i, m. 2. cogn. vir., a *Dominus* per syncopen factum, et quidem commune; sed ut proprium etiam occurrit: — *a)* Speciatim, ut *Domnus*, consularis Siciliæ a. 368. p. Chr. sub Valentiniano et Valente impp. *Cod. Theod.* 8. 5. 29. et alii *ibid.* — *Domnus Fidus*, quidam deus pecularis in Dacica *Inscr. Corp.* 3. 1289. Adde *ibid.* 3. *Suppl.* 7883. Cf. *Domno* et *Domnæ* in *Inscr.* 3. 7749 (*Carlsburger*). — *b)* Generatim, in titulis. *Corp.* 8. 4354. — *Domna*, cogn. mul. 9. 3341. — Fuit etiam uxor Septimii Severi imp. in *Inscr.* ap. *Orelli J. H. n.* 170. — Hinc *Domnius*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 6258. inscr. metrica. — *Domnicus (a), Domninus (a), Domnio (onis), Domno (onis), Domnulus (a)*, demin. V. *Corp.*

DŎMUS, us, f. 4. nom. comm., sed aliquando significationem habet specialem, ut *Domus Nævia* (V. NÆVIUS); *Domus Novelliana* in *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5731 (V. NOVELLIANUS); *ad Duas Domos*, locus Romæ prope Thermas Diocletianas (*De-Rossi, Bull. Crist.* a. 1870. *p.* 96. *sq.*). His tamen non sunt adnumerandæ *Domus Augustana, Aurea, Brutti Præsentis, Cilonis, Cornificii, Philippi, Tiberiana* etc., de quibus V. *Lanciani, Acque* 234. et *alib.*; *Visconti-Lanciani, Guida del Palatino* 98. *sqq.*; *Richter, Top.* etc. 107.; *Jordan, Top.* etc. *II.* 109. et *Borsari, Top. di R. A.* 1897. — In titulis cogn. *Corp.* 3. 493.

DŌNĀTISTÆ, ārum, m. plur. 1. V. voc. seq.

DŌNĀTUS, i, m. 2. (dono) cogn. vir. *Donius* fort. contract. pro *Donatus* in *Corp.* 8. 542. Sed cf. DONTIUS. ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.°) Donatus, grammaticus,

passim absolute laudatus. V. ÆLIUS DONATUS. — 2.°) Donatus, Afer, proconsul Africæ a. 408. temporibus Honorii et Theodosii impp., ad quem scripsit *Augustin. ep.* 100. monens, ne contra Donatistas severius ageret, quam christianam mansuetudinem deceret. Adde *ejusd. ep.* 112., ubi eum hortatur, ut, fastu demisso, Christum sectetur aliosque ad catholicam ecclesiam adducat. — 3.°) Donatus, Bagaiensis, Donatista, qui Agonisticos, ut vocabat, seu Circumcelliones armavit contra Paulum et Macarium, a Constante imp. in Africam missos, qui egenis stipem distribuerent, ut tradit *Optat.* 3. *schism. Donat.* 1. 3. et 4.; hunc vero, ca. a. 348. sublatum, Donatistæ tanquam martyrem et prodigiorum patratorem venerabantur, teste *Augustin. tr. in Joh.* 11-15. et 13-13. — 4.°) Donatus Carthaginiensis, Cæciliani, in episcopum Carthaginis consecrati a Felice, acerrimus competitor, qui eum accusabat tanquam traditorem sacrorum librorum in persecutione Diocletiani imp.; unde ortum schisma, quod *Donatistarum* seu *Donatianorum* dictum est; quamquam sunt, qui velint (quod verius puto) non hunc sed Donatum, Casarum Nigrensium episcopum, Africani schismatis auctorem fuisse, coll. *Prosp. chron.* ad a. 328. et *Augustin. adv. Crescon.* 2. 1. et 2. et 1. *retract.* 21., ubi dicitur hic «*primus* apud Carthaginem ipsum nefarium schisma commisisse» (Cf. *Morcell. Afr. Crist. II.* 210). et *Hieronym. vir. ill.* 93. «Donatus, a quo Donatiani per Africam sub Constantio Constantinoque principibus pullulaverunt, asserens a nostris Scripturas in persecutione ethnicis traditas, totam pæne Africam et maxime Numidiam sua persuasione decepit». Donatus itaque Carthaginiensis potius dicendus est Donatistarum defensor, quam auctor, et quidem pugnacissimus, multis editis opusculis et libro de Spiritu Sancto, qui Ariano dogmati congruebat, ut ait *Hieronym. loc. cit.*; hæc autem perierunt omnia, et inter apocrypha, id est damnanda, recensentur a *Gelasio* papa in *ep.* 42. — Collecto itaque Carthagini concilio a Grato episc. a. 349. in exsilium pulsus obiit ca. a. 355., cui Donatistæ Petronianum substituerunt. — Hinc *Donatistæ* seu *Donatiani* dicti, ut vidimus, ejus sectatores, qui quum in persecutione Diocletiani multi ex Christianis vel defecissent a fide *(lapsi)*, vel pecunia libellos emissent, eos diis sacrificasse testantes *(libellatici)*, vel magistratibus sacros codices, quorum essent custodes, maxime ex cœtu ecclesiastico, tradidissent *(traditores)*, hos dictitabant recipi non posse nisi se longæ rigidæque pœnitentiæ prius submisissent non modo sed etiam novo baptismati novæque, si sacrorum ministri, ordinationi, docebantque Sacramenta valere, si a dignis administrarentur, nec, ut erant Novatiani, ullum nisi purum ad Christi ecclesiam posse pertinere. — His schismaticis iisdemque hæreticis vehementer obstiterunt tum Constantinus imp. ac dein Constans, ejus filius, et Marcellinus, proconsul Africæ, tum concilia Carthagini habita, tum etiam scriptores, inter quos magnus *Augustinus* et *Optatus* strenue cum iis decertavere; sed hi animis ita obstinarunt, ut diutissime Africanum schisma perduraverit solique represserint cum celebri illa ecclesia, post Vandalos, Mahumedani a. 698. Donatiani schismatis historiam ita paucis lineis adumbrat *Optatus*: «Schisma confusæ mulieris *(Lucillæ)* iracundia peperit, ambitio nutrivit, avaritia roboravit» *(Opt. c. Parmen. I.* 19). Cf. *Ribbeck, Donatus und Augustinus* Elberfeld 1858. et *Deutsch, Drei Actenstücke zur Gesch. des Donatismus* Berlin 1879.; *Ziwsa*, Vienna 1893 *(Corpus script. eccl. lat.* XXVI); *Seeck, Quellen und Urkunden über die Anfänge d. Donatism.* in *Ztschr. f. Kirchengesch.* X (1888-1889) 505-568. et *Duchesne, Le dossier du donatism.* in *Mélang. d'arch. et d'hist.* X (1890) 589-650. — 5.°) Donatus a *Casis Nigris* (V. n. 4.°). — 6.°) Plures alios, maxime episcopos, ca. LXXXIV., pleresque in celebri ecclesia Africana, vd. apud *Augustin., Cognit. I., Morcell. Afr. Crist., Notit. Afr.* etc. ¶ 2. In titulis cogn. tam ingenuum quam libertinum itemque nom. servile, frequentissimum apud Christianos ac sæpius absolute usurpatum, sequiore vero ætate nom. quoque gentilicium. — *a)* Vir. *Corp.* 4. 371.; 5. 5985.; 8. 4856.; 9. 466.; 12. 2197., 3559. etc. *Inscr. Not. degli scavi* a. 1909. *p.* 497 *(Romæ)*. — *b)* Mul. — *Donata*, cogn. *Ibid.* a. 1890. *p.* 118 *(via Latina)*. *Corp.* 10. 2374. — Hinc *Donius, Donatius, Donatianus, Donatilla, Donatulus (a), Donatella, Donidius, Donilla, Donicus, Donicius, Donicatius, Donius, Donianus* etc. V. *Corp.*

DONNĪUS, ii, m. 2. (Donnus) nom. vir. gent. *Corp.* 5. 4421. et 3. 5337. — *Donnia*, nom. mul. 12. 1761. et 1962.

DONNILĀUS, i, m. 2. (donnus v. domnus populus) In mss. codd. etiam *Domnilaus* et *Domilaus*. — Fuit autem rex Gallo-Græciæ, Pompeji M. sectator. *Cæs.* 3. *B. C.* 4.

DONNŌTAURUS, i, m. 2. nom. Gallicum, quod in cogn. Rom. transiit, ut *C. Valerius*, cogn. *Donnotaurus*, de quo *Cæs.* 7. *B. G.* 65.

DONNUS, i, m. 2. nom. Gall. seu Celt. (fortasse a *Dun*, locus fortis), quod in cogn. Rom. transiit. *Corp.* 3. 5029. et *Inscr.* apud *Orelli n.* 627. — In libris, rex Alpium Cottiarum, pater M. Julii Cottii, ab Augusto earum præfectus constitutus, civitate donatus una cum filio *M. Julio*, in *Inscr.* ap. *eund. n.* 626. — Alios habuit filios, nempe *C. Julium* et, ut videtur, *Vestalem*, ad quem *Ovid. ep.* 7. ex *Pont. l.* 4. scripsit, ubi is dicitur; «progenies alti fortissima Donni». — Hinc *Donnius, Donnicius, Donnedo (ōnis)*. V. *Corp.* et *Schulze, Eigenn. p.* 16. et 423.

DONTĪUS, ii, m. 2. (Cf. Δόντας, qui fuit statuarius vel sculptor Lacedæmonius, ap. *Paus.* 6. 19. 9) presbyter quidam, memoratus in *Gest. Purg. Cæcil. p.* 738 *(Migne)*.

DŌNŪSA, æ, f. 1. (Δονοῦσα, *agitans*: a δονέω, *agito*) ¶ 1. Cogn. mul. Græcanicum. *Inscr.* apud *Momms. n.* 4120. ¶ 2. Est etiam insula ex Sporadibus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (39)., quam rectius *Ampel.* 6. et *Tac.* 4. *Ann.* 30. recensent inter Cycladas, hod. *Denusa*. — Fabulantur veteres Dionysum illuc duxisse Ariadnen, quam alii dicunt in insula Naxo reliquisse. Olim ad Rhodios pertinebat, fuitque locus deportationis Romani imperii temporibus. Memorant et *Mela* 2. 111., *Virg.* 3. *Æn.* 125. et *Ciris* 476. Cf. *Eust.* ad *Dion. per.* 530. Scribitur etiam *Donussa* v. *Donysa*.

DŌR, indecl., et Dora, æ, f. 1. (Hebr. *Dōr* et *Dō'r*; aliquando *Nāphath-Dōr* v. *Nāphōth-Dōr*; Gr. Ναφαθδώρ v. Ναφεδώρ v. Φενεσδδώρ etc.) oppidum regium Chananæorum, olim adsignatum tribui Issachar vel Aser *(Jos.* 11. 2. et 12. 23) probabilius, dein tribui Manasse occid. *(Jud.* 1. 27. et 1. *Par.* 7. 29), ad oram Mediterranei maris, in cujus ruderibus (quæ ap. *Tobler-Molinier, Itin. Hieros.* dicuntur ruinæ «Dor urbis quondam potentissimæ») nunc est *Tanturah* v. *Tentira*, inter Joppen *(Jaffa)* et Carmelum, haud procul ab urbe Cæsarea. — Oppidum *Dor* antiquissimum est ejusque nomen, quo significatur Hebr. et Phœn. *habitaculum, sedes, domicilium* (= Arab. *dār* et Assyr. *du-'ru)*, legitur in finitimarum gentium monumentis, et, præmisso *nāphat* v. plur. *nephōth*, quod Vulg. vertit *provinciam* v. *regiones* et Symm. παραλία Δώρ, sc. *maritima Dor*, videtur idem esse ac *altitudo*, locus *excelsus*, sc. excelsum v. excelsa Doræ *(Gesen. Thes. p.* 331) = mons seu promontorium Dor v. Doræ. *Dora* enim vocatur *Rav. p.* 89. et 357. et etiam *Dorum* ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). — Ab Antiocho Sidete oppugnatum est (1. *Mach.* 15. 11-25) et a Gabinio restauratum et portu instructum *(Jos. ant.* 14. 10. et *alib.)* et Phœniciæ oppidis aliquando adnumeratum *(Id. c. Apion.* 2. 9), Pompeji denique jussu liberum *(Id. ibid.)*; quapropter in nummis apud *Eckhel*, 3. *p.* 363. æram suam incipit ab a. 690. v. 691 (= 64. v. 63. a. Chr.). et *De Saulcy, Numism.* 142. et 148. et 405 *pl. VI.* 6-12. Memoratur etiam *Rufin. recogn.* 3. 68. et 4. *ibid.* 1. et *Isid.* 15. *Orig.* 1. 18.

DŌRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est cogn. mul., a δῶρον, *donum*, factum, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1186. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi, de quo V. voc. præc.

DORCĂDES, um. V. voc. seq.

DORCAS, ădis, f. 3. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Generatim, cogn. mul. (Gr. Δορκάς, *caprea*. Scribitur et *Dorchas*, cum aspiratione, et quidem sæpe, ut in *Inscr.* metrica ap. *Marini Iscr. Alb. p.* 109. et *Corp.* 5. 5218. et 8219. — Forma quoque *Dorcha*, æ, occurrit in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3838). *Corp.* 12. 3565 (5874). et *Not. degli scavi* a. 1903. *p.* 202 *(Venusiæ)*. — 2.°) Specialim, fuit mulier liberalitate in pauperes eximia, cujus meminit *Vulg. Act.* 9. 56. «In Joppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas: hæc erat plena operibus et eleemosynis, quas faciebat etc.». Ea cum omnium luctu demortuam Petrus ad vitam revocavit *(Ibid.* vv. 37-42). — Hinc *Dorco, Dorchis, Dorcadius, Dorcatius (a)*, in *Corp.* et *Not. degli scavi*. ¶ 2. In plur. num. *Dorcades*, insulæ. *V.* ORCADES.

DORCEUS, i, m. 2. (Δορκεύς), nom. viri. Acc. *Dorcea*, Gr. posit., ap. *Val. Fl.* 3. 159. — Fort. est a δέρκω-ομαι, *perspicio*. — Dorceus ¶ 1. Fuit vir Cyzicenus, cujus mortem et elogium canit *Val. Fl. loc. cit.* — Item vir Mænalius seu Arcas, de quo *Stat.* 9. *Theb.* 809. et *alib.* ¶ 2. Est etiam nom. canis Actæonis, ap. *Ovid.* 3. *Met.* 210. et *Hygin. fab.* 181.

DORCĪUM, ii, n. 2. (Δόρκιον: cf. *Dorceus*) nom. mul. demin. seu potius ὑποκοριστικῶς usurpatum, sæpe apud comicos, cum aliis hujusmodi plurimis *(V.* ABROTONIUM). Reperitur etiam apud *Boeth. de interpr. ed. pr.* 1. 4.

DORDĂLUS, i, m. 2. nom. lenonis, Persicæ fortasse originis, quod sæpe occurrit ap. *Plaut. Pers.*

DŌRES, um, m. plur. 3. nom. pop. (Δῶρες v. Δωριεῖς), qui et *Dorii (Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 27. et *Isid.* 9. *Orig.* 30. 80) et *Dorienses*, raro *Dorenses (Ammian.* 15. 9. 3) dicuntur. — *Doriesum* pro *Doriensium*, genet. pl. (Δωριέων) ap. *Vitr.* 4. *præf.* 5. — 1.°) De origine — *a)* Nominis: incerta ea est; veteres namque ducebant a *Doro* (Δῶρος), Hellenis filio, Græciæ rege *(Mythogr. III. fab.* 5): alii ex recentioribus a cultu Asclepii, qui Ἐπίδωρος dicebatur, unde Ἐπιδωριεῖς, contr. Δωριεῖς *(Gruppe)*: alii a δρῦς, unde δῶρις, regio silvestris *(Curtius)*: alii aliunde *(Kuhn, Pape-Benseler* etc.). — *b)* Gentis: idem dicendum quod et de ceteris Græciæ populis, quos omnes a Pelasgis ortos esse docent historici. Ceteris omissis, quæ mythica de Heraclidibus traduntur, vel quæ obscura sunt et incerta, Dores Peloponnesum occupasse a. 1104. a. Chr., ut quidam adfirmant, falsum esse ex eo patet, quod de hoc populo Peloponnesiaco nusquam mentio fit nec in *Iliade* nec in *Odyssea*. Erant una ex tribubus, in quas Græcorum genera v. stirpes dividebantur, sc. *Ionum, Æolum* et *Dorum (Cic. Flacc.* 27. 64); hi vero subdividebantur in Δυμᾶνες, Ὑλλεῖς et Πάμφυλοι, gens bellicosa, in Græcia boreali, quæ crebro sedem mutaverat, donec in regione montana consisteret inter Thessaliam, Locridem et Phocidem. Inde Dores migrantes invaserunt Peloponnesum ac vetustis Achæorum regnis eversis, suum constituerunt nomenque dederunt regioni, quæ *Doris* est ab iis appellata, potissimum vero in Laconia, ubi Spartani, una ex tribus incolarum classibus ejus regionis, longe potentior ac dominatrix, a Doribus descendebant; quin immo Lacones vocati sunt *Dores (Schol.* ad *Lucan.* 9. 36). Porro colonias quoque hac illac eos deduxisse indubium est in maris Ægæi insulas, Rhodum, Coum, Cretam etc., ubi oppida clarissima condiderunt; nec tantum in Græcia floruere, sed etiam in Italiæ parte, quæ *Magna Græcia* dicta est *(Aquila de fig. sent.* 47). Ex his autem coloniis inter præcipuas urbes, sc. Lindum, Ialysum, Camirum, Coon, Cnidum et Halicarnassum *(Herod.* 1. 144), quæ *Hexapolis Dorica* dictæ sunt, conflata est societas, Amphictyonum fœderi adsimilis, sacrario Apollinis Triopii, quasi earum centro, constituto, ex qua dein recessit Halicarnassus, unde *Pentapolis* appellata *(Herod. ibid.* Cf. *Pomtow, Herm. XXXIII* (1898) et *Busolt, Gr. Gesch. I.* 384). — Multa dein passi sunt in bellis Macedonicis et Ætolicis, usque dum cum tota Græcia Romanæ subjacuerunt reipublicæ. — 2.°) De eorum lingua seu dialecto: communis erat in Peloponneso, præter Arcadiam et Eleam, usque ad Strabonem *(Strab.*

8. 333), in Cynuria usque ad Herodotum *(Her.* 8. 73), in insula Creta multisque Doricis coloniis, potissimum in Sicilia et Magna Græcia, quæ dicitur, etiam in Acarnania aliquando et Epiro *(Ahrens, De dial. dor.* 1-4. et 8-26., *Kühner-Blass, Gr. Gramm.* 10. *sqq.)*. — Propria autem sunt: *digamma*, Æolum more, initio vocum (Ϝέτος); usus voc. α in rad. voc. (δᾶμος, μάτηρ), in contrahendo (Ποσειδᾶν), in producendo (τιμᾶσω), in declinando (genet. γλώσσας), in servanda litt. τ (φαντί pro φασί) et in formis verb. (-μες pro μεν = *mus*. Lat.) etc. *V.* Grammaticos. — 3.°) De religione: id unum peculiare apud Dores, quod ad cultum deorum attinet, non tam Apollinem gentilicium eorum numen fuisse, quam Heraclem seu Herculem; Heraclidibus namque ducibus, Peloponnesum invadere potuere ibique dominari, quod reditus Heraclidum vocatur, quia filii Herculis, inde pulsi Euristhenis opera, sæpe illuc redire conati sunt, donec a Doribus adjuti priscam dominationem recuperarunt. Ceterum communem cum Græcis religionem sunt professi. — De iis cf. *O. Müller, Dorier* 1844.; *Hermann, Gr. Staatsaltert. I.* 100. et *II.* 305.; *Beloch, Gr. Gesch. I.* 42., 54., 323. *sqq.*; *Meyer, Gesch. des Altert. II.* 230.; *Gruppe, Die gr. u. Myth.* 146., 160. etc. — Hinc

Dorus, a, um, adject. ad Dores pertinens. Legitur in vexatissimo loco *Propert.* 3. 9. 44. «Et cecinisse modis, Dore poeta, tuis»; ubi alii pro *Dore* leg. *Coe* v. *dure* v. *pure*; sed *Bährens* dedit nuper *clare Phileta*. — Hinc *Dori, orum*, iidem qui Dores. *V.* init.

Doricus, a, um, adject. idem qui Dorus. — *a)* Stricto sensu. *Capell.* 4. *p.* 96. Dorica natio. *Senec. ep.* 77. lingua. *Auson. ep.* 22. sermo. *Isid.* 9. *Orig.* 1. 5. et 2. 80. dialectus. *Stat.* 8. *Theb.* 138. terra. et 2. *ibid.* 182. isthmos. et 1. *Ach.* 395. arma. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 23. 56. (178). columnæ. *Dracont. carm. min.* 8. 228. regna. *Fest. p.* 317. *M.* vocabula. — Abs. *Dorica, orum*, quæ ad architecturam Doricam pertinent. *Vitr.* 7. *præf.* 12. et 4. 6. 6. — *b)* Lato sensu pro Græco. *Juvenal.* 4. 40. Dorica Ancon. *h. e.* a Græcis condita. — Abs. *Dorici*, qui lingua seu dialecto Dorica utuntur. *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 769.

Dorius, a, um, adject. idem qui Doricus — *a)* Proprie usurpatur de sono seu modulis, apud Dores usitatis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 32. 20. (84). Dorius phthongus. *i. e.* sonus gravis et bellicosus, quo delectabantur Dores, ut acuto Phrygii, medio Lydii, auctore Thamyri Thrace. Sic *Capell.* 2. *p.* 44. melum. *Diomed.* 3. 4. 10. melodia. Hinc *Horat. epod.* 9. 5. «Sonante mixtis tibiis carmen lyra, Hac Dorium, illa barbarum», *i. e.* Lydium v. Phrygium; nam ex tribus vetustissimis harmoniis una Græca erat, *sc.* Doria, dum barbaræ, *sc.* Phrygia et Lydia. Porro antiqui tribus utebantur tonis musicis, Ionio v. Lydio *(do)* in rebus lætis; Phrygio *(mi)* in iis, quæ vehementem animorum commotionem postulant; in gravibus vero Dorio *(re)*. Hinc facit illud *Apul. met.* 10. 31. «At pone tergum tibicen Dorium canebat bellicosum». — *b)* Metonymice aliquando pro Græco. *Auson. VII. Sap.* 11. Uterque sensus Italus seu Dorius. *i. e.* Latinus vel Græcus.

DŌRI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. præc.

DŌRIAS, ădis, f. 3. persona comica in *Ter. Eun.*, fort. dicta a δόρυ, *hasta*, quod bello capta sit. Cf. *Acr. Hor. a. p.* 175.

DŌRICĒ, adv. V. voc. in *Lexico*.

DŌRICHA, æ, f. 1. (Δωρίχα), *Rhodopis* quoque dicta *(Strab.* 17. 808) meretrix famosa, Charaxi, fratris Sapphus poetriæ, amasia. Memorat *Ovid.* v. *Auct. ep. inscr. Sappho Phaoni v.* 63., tacito nomine. Cf. *Anth. Palat. II. p.* 52.

DŌRICUS, a, um, et

DŌRIENSES, ium, m. plur. 3. *V.* DORES.

DŌRIENSIS, e, adject. ad *Dorion*, opp. Messeniæ, pertinens, ut *Doriensis Thamyris* apud *Schol. Lucan.* 6. 352.

DŌRIMĂCHUS, i, m. 2. (Δορίμαχος, *hastā pugnans*) Ætolorum princeps, qui de pace et amicitia egit cum Romanis a. 211. a. Chr. *Liv.* 26. 24. Cf. *Polyb.* 4. 67. et *alib.*

DŌRIO (Dorion), ōnis, m. 3. (Δωρίων) ¶ 1. Est nom. pers., *sc.* — 1.°) Rhetor Græcus, sæpe memoratus a *Senec. suas.* 1. 11. et *contr.* 7. et 9. *ibid.* 24. et 10. 34. — 2.°) Persona comica in *Ter. Phorm.*, nempe lenonis. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., *sc.* opp. Ciliciæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (92)., ubi *Sillig.* Doron. — In nummis ap. *Eckhel*, 3. *p.* 54. *sq.* legitur Δωριέων, de quo oppido fuse disserit.

DŌRIPPA, æ, f. 1. (Δωρίππη, *donum equi)* persona comica in *Plaut. Merc.*

DŌRIS, idis, f. 3. (Δωρίς) nom. pers. et geogr. — *a)* De pers. — Genet. *Doridos* ap. *Propert.* 4. 7. 72. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 16. et *Cæs. Germ. phæn.* 870. — *Dorinis* in *Inscr. Neap.* 7121. — Acc. *Dorida* ap. *Petron.* 126. 18., *Juven.* 3. 94., *Stat.* 3. *Silv.* 2. 108. et 9. *Theb.* 371., *Claud. cons. Mal. Theod.* 45., *Epit. Iliad.* 879. — *b)* De loco. — Acc. *Dorida* apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (214). — Originem vocabuli *Etymol. M. p.* 293. 34. exponit «διὰ τὴν γενομένην δωρεὰν τοῖς ἀνθρώποις», quod dictam de dea tradit, de quo *V.* infra. Cf. etiam *Schol. Hes. th.* 240. et 250., *Eustath. Il.* 1130 (V. *Fick-Bechtel, Gr. Pers.-Nam.* 450., qui a δῶρον, quod a δίδωμι, item deducunt). — Usurpatur

A. Substantivum.

I.) Doris, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est dea maris, Oceani et Tethyos filia *(Hes. theog.* 241., *Apollod.* 1. 2. 9), uxor Nerei, ex quo genuit quinquaginta filias, *Nereides* dictas *(Hygin. fab. præf.*, coll. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 73. et 74. et *Propert.* 1. 17. 25): vel uxor Tritonis *(Mythogr. III. fab.* 8). Occurrit — *a)* Proprie. *Ovid.* 13. *Met.* 742. At mihi, cui pater est Nereus, quam cærula Doris Enixa est, quæ sum turba quoque tuta sororum. — Et Ortygia insula dicitur consecrata *Mythogr. II. fab.* 17. — *b)* Metonymice pro mari. *Virg.* 10. *Ecl.* 5. Doris amara suam non intermisceat undam. Adde *Claudian. carm.* 17. 45. et *Stat. locc. citt.* — *Sammon.* 49. 15. mulsus Doridis humor. — *c)* Lato sensu pro quacumque Nympha maris, ut videtur, ap. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 105. udamque per undas Dorida montani cupierunt prendere Panes. — 2.°) Item una Nereidum, Doridis et Nerei filia. *Hygin. præf. fab.* — 3.°) Item Locrensis, uxor Dionysii majoris, Syracusarum tyranni, ap. *Cic.* 5. *Tusc.* 20. 59. et *Val. Max.* 9. 13. *ext.* 4. — 4.°) Item Hierosolymitana, uxor Herodis I., mater Antipatri *(Jos. ant.* 14. 300. et *B. J.* 1. 241), quam maritus ingratus repudiavit; ejus namque gratia regalem dignitatem obtinuerat. Memoratur *Heges.* 1. 28., coll. 36. — 5.°) Item amica *Propertii* poetæ, quæ saga fuisse dicitur, ut ex *ejusd.* 4. 7. 72. «Sed tibi nunc mandata damus, si forte moveris, Si te non totum Doridos herba tenet». — 6.°) Alias videsis ap. *Petron. sat.* 126. et *Juvenal.* 3. 94. ¶ 2. In titulis nom. transiit in cogn. sive ingenuum sive libertinum, et etiam nom. servile. *Corp.* 4. 1507. 13.; 5. 1829.; 9. 5349.; 10. 1800. et *Not. degli scavi* a. 1909 *p.* 302 *(Romæ)*.

II.) Doris, nom. geogr. ¶ 1. Est regio montosa Græciæ mediterraneæ ad fontes Cephisi inter Œtam et Parnassum, finitima Locridis, Phocidis et Œtææ, nunc *Doride*, prius a Dryopibus, dein a Doribus occupata, a quibus nomen accepit *(V.* DORES). Memoratur et Lat. *Mel.* 2. 30., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 13. (28)., *Liv.* 28. 7. et Gr. *Her.* 1. 56., *Thuc.* 1. 107., *Diod.* 4. 67., *Ptol.* 3. 15. 15. — De ea vd. *O. Müller, Dorier I.* 38. *sqq.* et *Lolling, Hellen. Landesk.* 133. *sq.* ¶ 2. Item regio Asiæ Minoris, ad mare Carpathium sita, post Cariæ fines, a Doribus Peloponnesi culta, cujus sex præcipuæ urbes inter se fœderatæ Hexapolim constituerunt *(V.* DORES), circum promontorii Triopii sacrarium; hæc tamen Xerxi postea se subjecit *(Her.* 7. 93) ac demum societati adhæsit maritimæ Atheniensium *(Thuc.* 2. 9). Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 29. (103). Cf. *Strab.* 14. 638. et *Paus.* 2. 30. 9.

B. Adjectivum. — *a)* Stricto sensu idem est ac Dorica vel Doriensis. *Sueton. Tib.* 56. Doris dilectus. *Culex* 335. flamma. *Senec. Herc. f.* 81. tellus. *i. e.* Sicilia, ab coloniis Doricas, quæ plurimæ ibi erant. — *b)* Lato sensu pro Græca. *Lucan.* 9. 36.

DŌRISCUM, i, n. 2. (Δορίσκος, πόλις Θρᾴκης κ. πεδίον *Steph. B.)* oppidum Thraciæ, ubi Xerxes a. 486. a. Chr. copias suas recognovit, hodie *Tuzla*. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (43). Tum locus Doriscum decem milium hominum capax. Ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum. Adde *Ammian.* 18. 6. 23. et 31. 4. 7., *Liv.* 31. 16. — *Mela* 2. 28. Doriscos (ita leg. *Frick)*. — Hoc opp. a. 346. a. Chr. occupavit Philippus III. Macedo, dein a. 200. Philippus V.; Trajanus vero imp. ibi novam urbem condidit, ab eo dictam *Trajanopolim* in via Egnatia, provinciæ *Rhodopes* caput (Cf. *Strab.* 7. 331., *Appian. B. C.* 4. 101). — De ejus nummis vd. *Head*, 288.

DORISTA, æ, f. 1. oppidum seu statio ad Tigrim in via a Seleucia Characem Hispasinu, in *Tab. Peut.* et ap. *Rav. p.* 53., hod. *Kût el-'Amâra*. Nomen est Zend. darista, i. q. *defendens, protegens* (Neopers. daris = *defensio)*.

DŌRĪUS, a, um, adject. *V.* DORES.

DORMINUS, i, m. 2. nom. dei, fort. Celtarum proprium, quod legitur in *Inscr.* Aquarum Statiellarum *(Aqui) Corp.* 5. 7504. Cf. deorum par *Borvo* et *Damona*.

DŌROCHORTHŌRUM vel, rectius, Durocortorum, i. n. 2. oppidum Galliarum, hod. *Reims*; idcirco plenius *Durocortorum Remorum* (V. *Corp.* 3. 4466. et *Orell. n.* 5236), quorum fuit metropolis. Sic *Cæs.* 6. *B. C.* 44. Durocortorum (var. *Durocortorum)* Remorum (Cf. *Strab.* 4. 194. ἡ μητρόπολις Ῥήμων Δουρικόρτορα etc. et *Ptol.* 8. 5. 6. Δουροκόττορον. et *Jur. antejust. frg. Vatic.* 315. ed. *Momms.* Dorocortoro, a. 291). Adde *Ammian.* 15. 11. 10. et 16. 2. 8. — Ex *Not. Dign. occ.* 9. 36. et 11. 34. colligitur tunc fuisse caput Belgicæ secundæ (Cf. *Desjardins, Table Peut.* 16. et *Géogr. de la Gaule II.* 455. et *Longnon, Géogr. de la Gaule* 390. *sqq.)*.

DŌROPHŌRUS, i, m. 2. (Δωροφόρος, *dona ferens)* cogn. vir., Græcanicum. *Inscr. Not. degli scavi* a. 1880. *p.* 354.

DŌROSTŌRUM v., rectius, Durostorum, i, n. 2. nom. geogr. Varie scribitur sive apud Græcos sive apud Latinos, ut Δουρόστολον *(Ptol.* 3. 10. 10), item *Durostolon* in *Corp.* 3. *p.* 997., probante *Momms.* — Forma *Dorostoros*, m., est *Ammian.* 27. 4. 12.

Dorostorum, oppidum Mœsiæ inferioris, in ripa Danubii dextera, quod ortum est ex statione *legionis XI. Claudiæ Piæ Fidelis (Corp.* 3. 7449. a. 155. p. Chr.), hod. *Silistria*, in *Itin. Ant. p.* 223. Durostoro legio XI. Cl. Adde *Not. Dign. or.* 40., colt. 35. Præfectus legionis undecimæ Claudiæ, Durostoro. — Hic autem legio sedem suam fixit, imperante Domitiano (V. *Gsell, Essai sur le règne de l'emper. Domitien* 215. *sq.)*. — Anno 362. ob ararum subversionem «Dorostolo, insigni Thraciæ civitate, Æmilianus, invictissimus decertator, a Capitolino, universæ Thraciæ judice, igni traditus est» *(Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 16). — Hinc *Dorostorensis civitas* in *act. s. Jul. m.* 2. et *Dorostorena civitas* dicitur *Jorn. Get.* 84., ubi traditur patria fuisse celebris Ætii patricii.

DŌROTHEUS, i, m. 2. (Δωρόθεος, *donum Dei)* cogn. vir. *Corp.* 2. 4572. — Nom. serv. *Ibid.* 1167.; 9. 3910. — Absolute, in monum. christ. sæpius, ut in *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 374. et 375. 1. — *Doroteus*, sine aspiratione, *Corp.* 10. 4112 — Apud scriptores hoc nomine occurrunt — 1.°) Atheniensis quidem, scriptor rerum naturalium, inter suos fontes memoratus a *Plin.* in *Ind. l.* 12. et 13. — 2.°) Item medicus, quem laudat *Plin.* 22. *Hist. nat.* 22. 45. (91). — 3.°) Item pictor, qui Neronis imp. tempore Venerem ab imitatione Anadyomenes Apellis pinxit. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (91). — 4.°) Item legum doctor Berithi, vir facundissimus, quæstorius, auctor cum Triboniano aliisque *Codicis repetitæ prælectionis*, in *Cod. Justin.* 1. 9. et *alib.* — 5.°) Item vir Sidonius, «prudentissimus et qui Apotelesmata versissimis et disertissimis versibus scripsit». *Firm.* 2. *Math.* 27. — 6.°) Alios vd. ap. *Cic.* 2. *Verr.* 36. 89. et *Cod.* 10. 31. 61., *Rufin. hist. eccl.* 7. 28., *Cassiod.* 8.

Hist. trip. 1. et 9. 22. etc. ac longe plures apud Græcos scriptores, quos adfert *Rossbach* in *PW.* ad *v.* — *Dorothea*, nom. mul. (Δωροθέα), in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III. p.* 314 (*Tab. XXVI.* 9). — *Dorothea*, virgo Alexandrina, haud ignobilis ac prædives, interpellata de stupro per nuntios a Maximo imp., noctu clam, pudicissima uti erat, cum paucis fidissimis, domo ac familia abscedens, illusum tyrannum ac dementem reliquit. *Rufin.* 8. 17. ex *Eus. hist. eccl.*

DORTĬCUM, i, n. 2. castellum Mœsiæ superioris, serius Daciæ Ripensis in dextera Danubii ripa, hod. *Rakovitza*. Memoratur in *Not. Dign. or.* 42. et *Rav. p.* 190., coll. *Ptol.* 3. 9. 4.

DŌRUS, i, m. 2. nom. vir. (Δῶρος: cf. Δωρίς v. δῶρον) ¶ 1. Apud mythologos, filius Hellenis et Orseidos (Othreidos) nymphæ (*Hes. frg.* 25. *K., Apollod.* 1. 49., *Vitr.* 4. 1), pater Tectami et Ægimii (*Diod.* 4. 58. 6. et 60. 2); verum filius Neptuni dicitur *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 27.; contra nepos Deucalionis, qui a suis filiabus, Protogenia et Pandora, suscepit Æthlium, et Dorum et Meleram et Pandorum, ap. *Rufin. recogn.* 10. 21.; pater (ἐπώνυμος) Dorum sive Doriensium, qui in Achaia totaque Peloponneso regnasse fertur, *Apollod.* 1. 50. et *Vitr.* 4. 1. — Is ab hospite Ætolo, filio Apollinis et Phthiæ, cum fratribus Laodoco et Polypœte occisus fuisse tamque regioni Doridis ex eo inditum nomen tradit *Apollod.* 1. 57.; contra in mari cum exercitu suo periisse legitur ap. *Mythogr. III. fab.* 5., ubi dicitur rex Græciæ. — Ab eo creditur urbs Dor condita et Argis Junonis templo fanum ædificasse (*Vitr. loc. cit.*). Fortasse etiam ei honores divinos adhibitos fuisse, ex *Inscr.* ap. *Hirschfeld* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1866. *p.* 76. arguitur; quod sane mirum non esset, ut de genealogia, quæ si haud raro incerta est in historia, eo magis in mythologia, ubi imaginatio prævalet nec ullas audit habenas. ¶ 2. Item persona comica in *Ter. Eun.* ¶ 3. Item «primum medicus castrensis, dein aliarum rerum centurio» sub Constantio et Juliano impp. a. 356., teste *Ammian.* 16. 6. 2.

DŌRUS, a, um, adject. *V.* **DORES**.

DORVANTIUM, ii, n. 2. fluvius Britanniæ, memoratus *Rav. p.* 438., fortasse qui hod. *Derwent* vocatur.

DŎRY, yos, n. 3. (Δόρυ) oppidum Ponticum ad Bosporum (*Procop. de ædif.* 4. 7), fortasse dictum a figura *hastæ* (Gr. δόρυ), quam præ se fert. Memoratur *Prisc. gramm. VI.* 1. - *Rav. p.* 178. Dosi. Posterius græce Δόρας v. Δόρος dictum est (V. *Tomaschek, PW.* ad *v.*).

DŎRYCLUS, i, m. 2. (Δόρυκλος) *Doricops* corrupte apud *Hygin. fab.* 90. — Pænultima syllaba anceps est: brevis ap. *Virg.* 5. *Æn.* 620. «conjux longæva Dorycli».: longa ap. *eund. ibid.* 647. «Est Dorycli conjux». — Memorantur apud scriptores ¶ 1. Doryclus, Priami filius, occisus ab Ajace Telamonio. *Dict.* 3. et *Hygin. fab.* 90., coll. *Apollod.* 3. 12. et *Hom. Il.* 11. 489. ¶ 2. Doryclus, pater Cloni, a Lyce occisi, memoratus in *Anth. Lat. n.* 892. *R.* — *Anth. Lat. n.* 210. *M.* Dorylus. ¶ 3. Doryclus, comes Æneæ, patria Tmaro in Epiro, conjux Beroe, de quo *Virg.* 5. *Æn.* 620. ¶ 4. Doryclus, filius Phoenicis et Cassiopeæ, frater Phinei et Cilicis (*Asclep.* ap. *Schol. Apoll. Rhod.* 2. 178). *Schol. Ovid. Ib.* 259. ¶ 5. Doryclus, vir Lemnius, de quo *Val. Flacc.* 2. 149.

DŎRȲLÆI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

DŎRȲLÆUM, i, n. 2. (Δορυλάειον) Varie scribitur tam græce: Δορυλάειον, Δορύλαιον et Δορυλαέων, quam latine: *Dorylæum Doryleum, Dorilæum* et *Doryleon*. — De origine vocis a Δορύλας V. *Kretschmer, Einl. i. d. Gesch. d. gr. Sprach.* 183. — Est autem oppidum Asiæ Minoris in Phrygia Epicteti, hodie *Schar-œjuk*, mature a Græcis cultum et sub Romanorum dominatione conventui juridico Synnadæ obnoxium. — Memoratur *Cic. Flacc.* 17. 39., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (119)., *Tab. Peut.* 9., *Itin. Ant. p.* 202. et *Rav. p.* 110., coll. *Strab.* 12. 576. et *Ptol.* 5. 2. 22. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 152. et *Head*, 562. et de inscriptionibus, *Radet, Nouv. arch. miss. scient.* 1895. *p.* 555. Cf. *Goltz, Anatol. Ausflüg.* 178 (cum fig.). et *Puchstein, Reis. in Kleinasien* 17 (cum fig.). — Hinc *Dorylæi*, incolæ, dicti a *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (105). — *Dorylitanus, Dorylenus*, adj., ad Dorylæum pertinens. *Liber. brev.*11., *Gelas. tract. I. n.* 2. — *Dorylenses*, incolæ, ap. *Cic. Flacc.* 17. 39. — Sing. *Dorylensis* est *ibid.* 41.

DŎRȲLAS, æ, m. 1. (Δορύλας) nom. contract. a *Dorylaus*, ut *Arcesilas* ab *Arcesilaus*. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Centaurus, in nuptiis Pirithoi a Peleo occisus, teste *Ovid.* 12. *Met.* 380. *sqq.* ¶ 2. Alii: ut Afer ditissimus, ap. *eund.* 5. *ibid.* 129. — Item libertus Atridis. *Orest. trag.* 351. *sqq.* et 639. *sqq.* — Item miles, ap. *Sil. It.* 2. 126. — Item pastor, ap. *Calpurn. ecl.* 2. 96.

DŎRȲLAUS, i, m. 2. (Δορύλαος, *hasta populi* v. *hastatus populus*) Scribitur etiam *Dorilaus*, cum *i* pro *y*. — Memorantur: *Dorylaus*, dux exercitus Mithridatis, ap. *Licinian. fragm. Ann. l. XXXV.* a. 85. a. Chr. — Dejotari regis legatus ap. *Cic. Dejot.* 15. 41. — Scriptor, qui adfirmavit mundum esse organum Dei, ap. *Censorin. d. nat.* 13. 5.

DŎRȲMĔNUS, i, m. 2. (minus recte pro *Dorymenes* ap. *Vulg.* 1. *Mach.* 3. 38., nam græce ap. *LXX.* est Δορυμένης) pater Ptolemæi illius, qui cognomento dictus est *Macer*, ex communi sententia, missus contra Judæos; probabiliter idem ac qui Cœlesyriam defendit adversus Antiochum M. (*Polyb.* 5. 61. *sq.*). Cf. *Willrich, Judaica* 160. *sq.*

DŎRȲPHŎRIĀNUS. *V.* voc. seq.

DŎRȲPHŎRUS, i, m. 2. (Δορύφορος, *hastam ferens*) libertus Neronis, cui hoc monstrum, ut femina, nupsisse traditur a *Sueton. Ner.* 29., qui postea eum interfecit, teste *Tac.* 14. *Ann.* 65. Hic tamen non *Doryphoro*, sed *Pythagoræ* denupsisse refert, illum namque jam veneno interemerat; nisi cum utroque idem patraverit flagitium, vel *Sueton.* ex errore falsum nomen protulerit. — In titulis nom. serv. et etiam cogn. ingen. ac libert. *Corp.* 10. 1910.; 8. 4189.; 3. 2398. — Hinc *Doryphorianus*, Gallus, vicarius urbis Romæ a. 374. p. Chr., quem, usque ad insaniam audacem, sub Gratiano imp. a. 376. interfectum fuisse refert *Ammian.* 28. 1. 53-57.

DŎRYSSUS, i, m. 2. (Δόρυσσος) filius Labotæ et Agesilai pater, rex Lacedæmoniorum ex Agidarum stirpe (*Her.* 7. 204. et *Paus.* 3. 2. 4), quem ann. XXIX. (986-957., al. 959-930. a. Chr.) regnasse tradit *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 1080.

DŌSARA, æ, f. 1. v. Dosara, orum, n. plur. 2. oppidum in Indico territorio Kokonagai (*Ptol.* 7. 1. 77) intra Gangem, ap. *Rav. p.* 41. — In his locis «elefanti nascuntur» (*Tab. Peut.*) et ex Sibna Chumi, regione montosa, enascitur *Dosaron* (Δωσάρων), fluvius, hod. *Vailarani*, i. e. «difficilis transitu», qui inter Tyndin (hod. *Brahmanhi*) et Adaman (hod. *Sabarurekha*) influit in sinum Gangeticum (*Ptol.* 7. 1. 17. et 10).

DŌSIĀDES, is, m. 3. nom. vir. Gr. («Δωσιάδης καὶ Δωσίδας, ὀνόματα κύρια *Zonar. Lex. p.* 58) Græcus rerum scriptor, a *Diod.* 5, 80. 4. inter eos enumeratus, ex quibus suam de fabulis et historiis Creticis farraginem corrasit et a *Plin.* memoratus *Hist. nat.* 12. 120. (58). et in *Ind. auctt. l.* 4. et *Solin.* 11. — Ejus fragmenta collegit *Müller* in *Hist. Gr. frgm. IV. p.* 399.

DŌSIŎPŎLIS, is, f. 3. oppidum Asiæ Minoris, fort. idem ac Theodosiopolis (olim *Carana*, hod. *Erzerum*), ap. *Rav. p.* 370., coll. *p.* 173.

DŌSĪTHEĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

DŌSĪTHEUS, i, m. 2. (Δοσίθεος v. Δωσίθεος, *donum Dei*) nom. vir. — Male scribitur *Dositeus*, sine aspiratione, ut *Dosithæus*, cum diphth., ap. *Vulg. Esth.* 11. 1. — Prima syllaba produci potest, spectato ω, quod in vocabulo Gr. cum o permutatur: cf. *Ovid. Ib.* 472. — Memorantur ¶ 1. Apud auctores — 1.º) Dositheus, grammaticus, ut colligitur ex cod. (n. 902) s. Galli sæc. IX. v. X., qui *artem grammaticam* latinam, in Græcum magna ex parte verbatim translatam, continet magistri cujusdam Dosithei, ubi citantur grammatici Donatus et Sacerdos, ita ut eosdem fontes videatur auctor adhibuisse, quos Diomedes et Charisius, nisi sunt hi, a quibus ille rem hauserit (Cf. *Keil, G. L. VII.* 376. *sqq., Hage, Litt. Centralbl.* 1871. *p.* 1268. et *Rh. Mus. XXXIX.* 348. *sqq.*). Præterea ibidem quædam reperiuntur interpretationis ex Hygino, Adriano aliisque specimina seu exercitationes, quæ ἑρμηνεύματα (*interpretamenta*) dicuntur, falso huic Dositheo attributa (V. *Krumbacher, De codd., quibus interpr. Ps.-Dos.* etc. 1883. *p.* 2). — *Dositheanum fragmentum* ex opere, *Regulæ* inscripto (de juris speciebus et de manumissionibus), alii adjudicant Caio (*Dirksen*), alii Paulo (*Lachmann* et *Rudorff*), alii Pomponio (*Voigt*), alii denique, rectius, Scævolæ (*Huschke*). Cf. *Schilling, De fragm. juris Rom. Dos.*, Diss. *Boecking, Dos. Interpr. l. III.* (39. *sqq.* ed. lat. et gr. text.) et *Krüger, Quell. und Litt. d. R. R.* 251. *sq.* — 2.º) Dositheus, Samaritanus, genere Judæus, qui, quandam morum sanctitatem præferens, se venditabat tamquam Messiam seu Prophetam magnum, prædictum *Deuteron.* 18. 15.; simul vero Pentateuchum negabat esse divino afflatu conscriptum, Prophetas in Spiritu Sancto locutos (*Tertull. de præscr.* 45) ac mundum ex nihilo creatum, aliasque hæreses disseminabat (*Rufin. hist. eccl.* 4. 22. et *recogn.* 1. 54. et 2. 8. *sqq.*) inde a tempore, quo Joh. Bapt. ab Herode interemptus est; paucos tamen habuit sectatores, *Dositheanos* dictos, inter quos erat Simon magus, saltem apud Judæos, qui a Judæis eum expulerunt, plures vero apud Samaritanos, uti sanctum virum, maximo honore sunt prosecuti. — Dositheo mortuo, Simon, ejus viduam, *Lunam* nomine, uxorem duxit ejusdemque errores, aliis cumulatos, latius propagavit. — Memoratur etiam *Pacian. ep.* 1., *Vigil. Taps. c. Arian.* 1. 10., *Hieronym. ep.* 108. et *dial. c. Lucif.* 23., *Epiph. panar. proœm.* et *hær.* 13. — De eo scripsit *Hilgenfeld, Ketzergesch. d. Urchr.* 1884. *p.* 155-161. — 3.º) Dositheus, vir Judæus, qui anno IV. regni Ptolemæi et Cleopatræ in *Ægyptum* se contulit cum filio Ptolemæo, secum ferens librum Esther, in Græcam linguam translatum a Lysimacho (*Esth.* 11, 1 [gr. 1-2]) Hierosolymis. Ex communi sententia qui tunc in *Ægypto* regnabat, erat Ptolemæus VI. Philometor (a. 181-146. a. Chr.). *Joseph* autem *c. Apion.* 2. 5. loquitur de Dositheo, qui copiis hujus Ptolemæi præfectus fuerat; sed illum esse, de quo mentio est in libro *Esther loc. cit.*, probari nequit. — 4.º) Dositheus, eques in exercitu Bacenoris, tantæ virtutis ac roboris, ut parum abfuerit, quin Gorgiam, Antiochi ducem, vivum caperet, nisi eques Thrax irruisset in eum humerumque ejus amputasset (2. *Mach.* 12. 35). — 5.º) Dositheus, unus ex præcipuis ducibus exercitus Judæ Machabæi, qui arcem cepit, a duce Syro Timotheo defensam, hominum decem millia peremit ipsumque Timotheum captivum secum traxit, sed eum, mox pollicitum se captivos Judæos restituturum, liberum dimisit (2. *Mach.* 12. 24). — 6.º) Dositheus, Coloneus, astronomus, laudatus inter fontes suos a *Plin.* in *Ind. l.* 18. et citatus *ibid.* 31. 74. (312). et a *Censorin. d. nat.* 18. — 7.º) Dositheus, historicus, de quo vd. *Müller* in *Hist. Gr. fragm. IV. p.* 400. *sq.* — 8.º) Dositheus, episc. Seleuciæ, postea Tarsi in Cilicia, qui floruit sæc. IV. exeunte et ineunte V., et quia sana erat magnaque doctrina præditus, scripsit contra hæreticos Sabellianos, teste *Auct. Prædest.* 1. 41. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr. Not. degli scavi* a. 1877 (*Pantim.*) *p.* 216. — Hinc *Dosithoe (es)*, nom. mul. Δωσιθόη, filia Atracis cujusdam, qui, quum filiam suam Dosithoen a Jove compressam prodidisset, fulmine exstinctus est, teste *Ovid. Ib.* 472.

DOSSENNUS et Dorsennus, i, m. 2. cogn. vir. — *a)* Vox est a *dorsum*, ut sit qui magno dorso sit præditus, sive a dorsi gibbere, uti censet (*Ritschl, parerg. p. XIV*), conferenda cum *Dorso* v. *Dorsuo (onis)*. Hinc *Dossennus* a *Dorsennus* pendet, ut *assum* ab *arsum* (Cf. it. *dorso* = *dosso*). — *b)* Scribitur etiam *Dossenus*, unico *n*, in *Corp.* 5. 2256. — *c)* Reperitur apud scriptores in gente præsertim *Fabia* et *Rubria*.

Dossennus ¶ 1. In libris — 1.º) Est scriptor, cujus opera inter fontes suos recensuit *Plin.* in *Ind. l.* 14. et 15. — 2.º) Item qui *Dossennus Mundus* dicitur ap. *eund. ibid. l.* 7. — 3.º) Item Osca persona in comœdiis, ita ut sit potius nom.

comm., quam proprium, et in hunc sensum interpretanda loca quædam apud scriptores, ubi ut nom. proprium a plerisque habetur. Sic ap. *Horat.* 2. *ep.* 1. 173. «Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis», *Dossennus* est persona in fabulis Atellanis, qui partes ibi agebat *sapientis* (nostrates dicunt: *il dottore*), ut *Bucco* stolidi, *Maccus* scurræ, *Pappus* senis (Cf. *Senec. ep.* 89. et *Varr.* 7. *L. L.* 5., ubi tamen *manducus* exponitur; et fabul. *Nævii, quæ duo Dossenni* inscribitur). Quin ipsa vox, a *dorso* seu *gibbere (gobba)*, apte significat astutum hujus in Atellanis figuræ comicæ ingenium, uti factum est in *Æsopo* et in *Marholfio* (nostrates *Marcolfo*) Germanorum (Cf. *Ritter, Mus. Rhen. V. p.* 216). Igitur qui Dossennum poetam hic designari putant, ut, quod mirum est, ipse Orellius, veram loci rationem non perspexerunt. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 2256. et 1. 5611 (*in denario*). — Hinc *Dossenius*, nom. gent. vir. in *Corp.* 10. 125.; itemque *Dosonius* in *Inscr.* ap. *Marini, Arv. p.* 333 (*in laterculo*). V. etiam *Schulze, Eigenn. p.* 108., 283. et 431.

DŎTHAIN, indecl. (Hebr. *Dôthainah [Gen.* 37. 17] cum *he* loc., *Dothân, ibid.* et 4. *Reg.* 6. 15.; *LXX.* Δωθαείμ *Gen. l. c.:* Δωθαΐμ 4. *Reg.* 6. 13.; Δωθαΐα, *Jud.* 8. 9) oppidum Samariæ. — *a)* Nominis significatio incerta est; sed plerique cum *Gesenio* et *Fürst* putant formam esse dualem Chaldaicæ vocis *dôth*, idemque valere ac «puteus, fons» (*Phil.* ἔκλειψις ἱκανή). — *b)* Situs loci est ad meridiem Scythopolis vel Bethsan, et ad radices montium Samariæ, prope Bethuliam, Belma et Chelmon (*Jud.* 7. 3). Hisce igitur indiciis freti, interpretes in tribus Scripturæ locis, ubi Dothain vel Dothan legitur, unum dumtaxat idemque oppidum designari putant, in tribu Manasse occidentali situm, hodie *Tell-Dothan* (Cf. *Armstrong, Names and Places in the Old Test.* Londr. 1887. *p.* 50). — *c)* Historia tria præcipue facta enarrat, quæ ibi notatu digna obvenerunt, nempe — α) De Josepho, filio Jacobi, qui a patre missus, ut exploraret, ubi essent quidque agerent fratres, eos invenit ad Dothain sed in suam perniciem; ii enim, invidia correpti, Joseph in cisternam quæ, quum plures ibi sint, statui nequit, quænam fuerit (*Map of West. Palest.* Londr. 1880), projecerunt (*Gen.* 37. 17). — β) De Eliseo, qui milites cum curribus a rege Syriæ missos, ut prophetam caperent, divinitus quasi excæcatos, in urbem Samariam duxit ipse incolumis, ubi interrogatus a rege Israelitico, an necandi essent, respondit eos, cibo recreatos, ad proprium dominum esse remittendos (4. *Reg.* 6. 11-19). — γ) De Eliacim, summo sacerdote, qui Assyriorum, quos Holophernes ducebat adversus Hebræos, periculo impendente, ad universos scripsit, «qui erant contra Esdrelon, quæ est contra faciem campi magni (hod. *Sahel Arrabeh*)', juxta Dothain, et universos, per quos viæ transitus esse poterat, ut obtinerent ascensus montium, - et illic custodirent, ubi angustum iter esse poterat inter montes» (*Judith.* 4. 5); quod resistendi consilium ubi cognovit Holophernes, «exarsit in iracundia magna» (*Ibid.* 5. 2), quam mox Judith, suo sexu major, superbi ducis truncato capite, exstinxit (*Ibid.* 13. 10).

DŎTĬCA, æ, f. 1. nom. mul., a δοτικός, *ad dandum propensus*, legitur, producta in obliquis casibus declinatione, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5789. Doticini (*dat.*).

DŎTĬON, ii, n. 2. Δώτιον πεδίον (vel ἄργος) planities, probabiliter dicta a fertilitate, qua præstat, ad orientem Thessaliæ, cincta hinc Ossa et Pelio, illinc Olympo et Cambuniis montibus, et ad austrum Kynoscephalis, cujus pars ad Pelasgiotidem pertinet, pars vero ad Magnesiam (*Strab.* 61. 10. 442., *Hom. hymn.* 16. 3., *Callim. hymn.* in *Cer.* 24). *Steph.* autem *Byz.* memorat etiam oppidum et montem hujus nominis, et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 9. 16. (32). inter Magnesiæ oppida Dotion recenset (Cf. *Leake, North. Greece IV.* 420. *sqq.* et *Bursian, Geogr. I.* 63. *sq.*).

DŌTŌ, ūs, f. 4. (Δωτώ, οῦς: ἀπὸ τοῦ δῶ, δώσω *Eustath. Il. p.* 1131) una Nereidum, sc. Nerei et Doridis filia, nympha marina, ap. *Hygin. fab. præf.*, coll. *Apollod.* 1. 12., præ ceteris dilecta earumque quasi præses, *Nereis* dicta *Virg.* 9. *Æn.* 102. et *Val. Fl.* 1. 135. — Est etiam in titulis cogn. mul., ut in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3098.

DOTTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilm. n.* 2404., coll. *Corp.* 3. 296. et 297.

DOXA, æ, f. 1. (δόξα, *gloria*) cogn. mul. *Corp.* 5. 6559. — Cf. *Garrucci, Syll. n.* 525., ubi allegorice videtur adhiberi.

DR

DRACANON (Draconon), i, m. 2. insula prope Charronesum Thraciæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (74).

DRACILIĀNUS, i, m. 2. cogn. vir, quod absolute occurrit in *Cod. Theod.* 2. 33. 1. et 16. 5. 1., ubi etiam, ita cognominatus, laudatur quidam gerens vices præf. præt. a. 325. et 326., fort. ex *Dracilia* gente ignota.

DRĂCO (Dracon), ōnis, m. 3. nom. vir. (Δράκων, οντος et ονος, *draco, anguis:* a δέρκ-ομαι, *perspicio*) Dat. *Draconti* in *Inscr. Neap.* 6503. — Acc. *Dracontem* habet *Macrob.* in *Exc. Charis. p.* 610. *K.* — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Draco, nom. pers. ¶ 1. In libris memoratur — 1.º) Draco, Atheniensis, celeberrimus legum lator, a. 624 (al. 621) a. Chr. (*Hieronym.* in *chron.*, coll. *Tatian. c. Græc.* 41. et *Clem. Alex. strom.* 1. 366. V. *Clinton, Fast. hell. I.* 213); non archon ἐπώνυμος (*Arist.* Ἀθ. π. 4. 1), sed θεσμοθέτης (*Paus.* 9. 36. 8). — Ejus leges (θεσμοί, dictæ, sed νόμοι *Solon.* et ῥῆτραι *Lycurg.*) ob nimiam severitatem famosæ, ita ut vulgo *leges Draconianæ* vocitentur, quæ crudelitati magis accedunt, quam æquitatem servent; quum illæ capitali pœna multarent tam qui furta vel minima, quam qui sacrilegia et homicidia patrassent. Idcirco diu non poterant consistere: sane vel tacito Atheniensium consensu vel a Solone abrogatæ fuerunt, aliis in earum locum suffectis, præter eas, quæ de cæde erant constitutæ, ut tradit *Gell.* 11. 18. De iis Demades dicere solebat, «Draconem leges suas non atramento sed sanguine scripsisse». Memorant *Cic.* 1. *Orat.* 44. et alib., *Victorin.* in *rhet. Cic.* 1. *p.* 16. *Auson.* vero *eclog. extr.* refert, Delphos placandorum Draconis manium causa Pythia instituisse: «Pythia placando Delphi statuere Draconi». — De judiciorum autem loco, ex *Inscr. Z.* 11. *sqq.*, coll. *Phot. bibl.* 535., colligimus, crimen homicidii (ἀνδροφονία), quod præter voluntatem admitteretur, a judicibus (οἱ ἐφέται) cognoscendi («καὶ ἐὰμ μὲ ἐκ προνοίας κτένει τίς τινα φεύγεν, δικάζεν δὲ τὸς βασιλέας αἴτιον φόνο ε ἐὰν τις αἰτιᾶται ὁς βολεύσαντα· τὸς δὲ ἐφέτας διαγνõναι»), in Palladio fuisse judicandum; at «δικάζειν δὲ φόνου καὶ τραύματος ἐκ προνοίας καὶ πυρκαϊᾶς καὶ φαρμάκων ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς» ad Areopagi judices spectasse (*Demosth.* 23. 22., coll. *Arist.* Ἀθ. πολ. 57. 3. et *Poll.* 8. 117). V. *Gilbert, Staatsalt.*[2] *I.* 135. *sqq.* et *Busolt, Gr. Gesch.*[2] *II.* 236. 1., coll. *Philippi, Areop.* 338. *sqq.* et 342. *sqq.* — Monendum vero arbitror, Draconis leges severiores habitas fuisse ætate molliore ac rigidius, quam par erat, saltem ex parte, judicatas; tum etiam nihil ex iis reipublicæ constitutionem detrimenti subiisse, quod de Solone Athenis et alibi de Zaleuco, Caronda aliisque pariter dicendum est (Cf. *Smith, St. d. Gr.* 2. 10. 101). — 2.º) Draco, grammaticus Stratonicensis, ut videtur, apud *Macrob. de differ. verb.* 12. 3. Cf. *Suid.* in *v.* — 3.º) Draco, in fabulis, Triphonis filius, qui mala aurea Hesperidum servare solitus erat ad montem Atlantem, ab Hercule dein interemptus, teste *Hygin. fab.* 30. — 4.º) Draco, etiam nom. canis Actæonis. *Hygin. fab.* 181.; et sideris, de quo V. **DRACO** in *Lexico*. ¶ 2. In titulis cogn. vir., ap. *Momms. n.* 2748. et in *Corp.* 3. 2083 (*in Dalmatia*).

II.) Draco, nom. geogr., a belluæ nomine varia de causa alicui loco inditum, sc. ¶ 1. In sing. num. — 1.º) Nom. loci in Ægypto, a quo longitudine sua incipiebat Alexandria, ut refert *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.* 22. — 2.º) Item montis, memorati *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (118). Montes Asiæ nobilissimi - Mastusia a tergo Smyrnæ - Desinit in Dracone, Draco in Tmolo. ¶ 2. In plur. num. — 1.º) *Ad Dracones*, locus in Armenia minore, in *Itin. Ant. p.* 185.; et *Dracontes, ibid. p.* 207. — 2.º) *Dracones*, locus alter in Mauretania Tingitana. *Rav. p.* 160. et *Ad Dracones*, idem, in *Itin. Ant. p.* 38.

DRĂCONTĬUS, ii, m. 2. cogn. vir., a *draco, ontis*, factum, quasi ad Dracontem pertinens. ¶ 1. Apud scriptores memorantur ex præcipuis — 1.º) Dracontius, monetæ præpositus, quem, audita morte Constantii imp. a. 361., succedente Juliano, una cum Diodoro, veluti comite, injectis per crura funibus ab ethnica plebe examinatus est; «ille, quod aram in moneta, quam regebat, recens locatam evertit; alter, quod dum ædificandæ præesset ecclesiæ, cirros puerorum licentius detondebat, id quoque ad deorum cultum existimans pertinere». Quo non contenta multitudo immanis dilaniata cadavera combussit ac cineres in mare projecit, ne collectæ corporum reliquiæ martyrum cultu honorarentur. *Ammian.* 22. 11. 9. V. *Larsow, Die Festbriefe s. Athan.* 38. — 2.º) Antonius Dracontius, vicarius Africæ a. 364-367., sæpe laudatus in *Cod. Theod.* 11. 7. 9. et 11. 30. 33. et *alib.* — Is statuam dedicavit Gratiano, patri Valentiniani et Valentis. *Inscr.* ap. *Dessau* 758. et 768. et *Morcelli, Afr. Chr. II. p.* 270. *sq.* De eo cf. etiam *Pallu de Lessert, Fast. des provinc. Afric. II.* 193. — 3.º) Dracontius, poeta christianus, patria Carthaginiensis, plenius *Blossius Æmilius Dracontius* appellatus in titulo carminis *De raptu Helenæ* et in subscriptione carminis *Controversia de statua viri fortis*, ubi additur *vir clarissimus et togatus fori proconsulis almæ Kartaginis apud proconsulem Pacidegium*. Floruit autem ineunte sæc. V. p. Chr., linguam latinam a grammatico Feliciano doctus, qui, ut ille ait (*præf.* 13. *ad gramm. Felic.*) «fugatas Africanæ reddidit urbi litteras»; sibi vero ipse videtur «exiguus inter jura poeta» (*Ibid.* 7. 123), «vilis vates» (8. 23), quod ratione sequioris ejus ætatis habita, modestiæ est adscribendum; quamquam illud reprehenditur, eum frigide de christiana religione sensisse (Cf. *Satisf.* 263., 8. 466. *sqq.*). Excultus litteris sive sacris sive profanis, ex utrisque argumenta sumpsit poetice celebranda, uti sunt «versibus heroicis *hexæmeron creationis mundi*» (*Isid. vir. ill.* 24) vel poema *de Deo*; tum *verba Herculis, deliberatio Achillis, opus de raptu Helenæ* etc. Scripsit etiam duo epithalamia (*Johannis et Vitulæ* et *in fratribus*) (sc. Vitaliano et Rufiniano) et elegiam inscriptam *Satisfactio Dracontii* ad Guthamundum, regem Guandalorum (*sc.* Vandalorum), dum esset in vinculis (in quæ conjectus fuerat, verbera perpessus et famem: 283. *sq.*), cujus laudes neglexisset. Fortasse ad illum quoque pertinet, si spectetur versuum ac stili similitudo, tragœdia, *Orestis* dicta. — Porro hæc de Dracontio scribit *Furlanetto* noster: «Stilus ejus plerumque inelegans, non tamen barbarus omnino habendus, ita ut plura ex ejusdem carminibus nova vocabula lexico adjecerimus, licet paucula tantum *Forcellinus* admiserit, quædam etiam inter barbara immerito retulerit». Quibus addimus, omnia quæcumque noster scripsit carmina, rhetoricen nimis redolere, qua poesis, maxime, sic uti debet, ut ea carere videatur. — De eo plura depromas ex *C. Rossberg* in *Drac. carm.* etc. (1878) et *de Drac.* et *Or. trag.* etc. Münst. (1888); *Barwinski, Quæst.* ad *Drac.* et *Or. trag.* etc. *Diss. I.* Gött. 1887. et *Progr. II.* 1880. et *III.* 1890.; *Lohmeyer, de Drac. carm.* etc. Bonn 1891. *p.* 60-75. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 2812. et 8. 7014. — Hinc *Dracontilla*, cogn. mul. demin. *Corp.* 3. 1925. — *Draconnias*, cogn. vir. non tamen certum. *Corp.* 3. 6375. — *Dracontianus* v. *Dragontianus*, cogn. vir., in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 172.

DRAGĀNI, ōrum m. plur. 2. v. Draganes, ium, 3. populus Hispaniæ ad Oceanum versus et ad Pyrenæos saltus, ut colligi potest ex *Avien. or.* 195. *sqq.*

DRAHŌNUS, i, m. 2. fluvius Belgicæ, in Mosellam influens, hod. *Dhron*, ap. *Auson. Mos.* 365. Præterea exilem Lesuram tenuemque Drahonum.

DRANCÆUS, a, um, ad Drancas v. Drangas pertinens. *Val. Fl.* 6. 106. Dranceæ phalanx. et *ibid.* 507. legio.

DRANCĒS, cis, m. 3. (Genet. *Drancetis* habet *Prob. Cathol. p.* 1462. *P.*) vir Latinus, Turni adversarius infensissimus et Æneæ laudator, teste *Virg.* 11. *Æn.* 122. *sq.* et 220. *sqq.*, 336. *sqq.* Hic adnotat *Heyne*: « Male ingeniosi nonnulli in Drance Ciceronem, ut in Turno M. Antonium quæsivere. Ursinus in Drance Polydamantem (*Hom. Il.* 12. 210. *sqq.*) et Macrobius (5. *Sat.* 2. 15) Achillem: utrumque nimis sedulo. Diceret saltem aliquid, qui Thersiten ex *Iliad.* 2. 212. *sqq.* ante oculos fuisse contenderet, sed turpitudine et probro, quo ibi flagrat, liberatum » (Cf. *O. Ribbeck, Gesch. d. röm. Dichtung I.* 80. *sq.*).

DRANGÆ et Drancæ, ārum, m. plur. 1. et

DRANGIĀNA, æ. *V.* voc. seq.

DRANGIĀNI, ōrum, m. plur. 2. nom. populi. — *Dracæ* etiam dicuntur in *Itin. Alex. M.* 74. Ceterum scriptioni *Drancæ* (*Drangæ*) suffragatur adj. *Drancæus* ap. *Val. Fl.* 6. 106. et etiam Gr. Δράγγαι ap. *Steph. Byz.* et *Drangæ*, ut nunc legitur, ap. *Justin.* 41. 6., tum vocabuli origo Medo-Persica, mutato *d* in *z* vel *s* (Cf. Σαράγγαι *Herod.* 3. 93), itemque forma affinis Δαραγγιανή ap. *Strab.* 11. 516. calcatum addunt priori lectioni, quam præferendam puto. — De ejus etymo vd. *Tomaschek, PW.* 5. 1665. *sq.*

Drangæ v. Drangiani, gens regionis Asiæ mediæ, quæ ab ea *Drangiana* appellatur, sitæ inter Ariam ad septentr. et Gedrosiam ad meridiem, Carmaniam ad occid. et Arachosiam ad orient., haud montosæ, calidæ, Etymandro (*Hilmend*) aliisque fluviis irrigatæ et ob id fertilissimæ, hodie *Sedjestan*. Memoratur *Justin. loc. cit.*, *Ammian.* 23. 6., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (94)., *Curt.* 6. 6. 36., *Ptol.* 6. 19.; 8. 25. 1. et 8. et *Diod.* 17. 78. 81. etc. — Subdita Persis, deinde, Alexandro M. Asiam potito, subjacuit Græcorum imperio, mox vero principibus seu tyrannis, inter quos regio fuerat divisa, usque dum a Romanis in Parthicam provinciam est redacta (Cf. *Turner, Karte von Iran, Proceedings of the geogr. soc. XIV.* 1893. et *Tomaschek loc. cit.*).

DRAPPĒS, ētis, m. 3. vir Gallus, Senonum princeps, victus a C. Caninio Rebilo, legato Cæsaris in Gallia et inedia exstinctus. *Cæs.* 8. *B. G.* 30. et 32-44. Cf. *Drappus*, nom. affine Gall., ap. *Holder, Altk. Spr.* 1316.

DRAPSACA, æ, f. 1. oppidum Bactrianæ in declivio montis Parapanisi. *Ammian.* 23. 6., coll. *Strab.* 11. 516. Δάραψα. et *Ptol.* 4. 12. 6. Δρέψα.

DRATĪNUS, i, m. 2. fluvius Carmaniæ per Arbios excurrens, memoratus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 25. 28. (111)., ubi alii leg. *Daras* et male *Ratinus*. — De ejus etymo vd. *Tomaschek, PW.* 5. 1668.

DRAUCUS, i, m. 2. nom. vir. serv., idem, si originem spectes, ac subactor obsceno sensu. *Corp.* 7. 1336 (436). — Etiam cogn., quo nuncupatus est *Flavius Olbius Auxentius*, comes ordinis primi et consistorii, præf. urb. Romæ a. 441 (*Corp.* 1725) et iterum a. 445. (*Nov. Val. XV*). — *Drauca* v. *Draucæ*, nom. mul. serv. et cogn., idem, origine spectata, ac tribas. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5002., *Corp.* 4. 2193. et in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1868. *p.* 189.

DRAUDACUM, i, n. 2. castellum frequens Penestarum in Illyrico Græco, inter oppida Uscanam et Œaneum, fortasse in valle *Drin*, a. 169. a. Chr. a Perseo captum. *Liv.* 43. 19.

DRAUSUS, i, m. 2. dux Celtarum a. 283. a. Chr., a Livio quodam in bello occisus, huic, vocabulo parum detorto, *Druso* cognomen fecit. *Sueton. Tib.* 3. Cf. *Löwe, Prodr. corp. gloss. lat.* 398. et *Corp. gloss. lat. VI.* 366.

DRĀVUS (Draus), i, m. 2. (Δράβος *Strab.*, Δράος *Suid.*) fluvius Norici et Pannoniæ, oriens ex Alpibus Carnicis, navigabilis, in Danubium ad Teutiburgium cursu velocissimo influens, hodie *la Drava*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (147)., *Flor.* 4. 12. 8., *Solin.* 21. — *Rav. p.* 219. Dravis. — Sumitur etiam pro nomine flavii cognominis. *Corp.* 3. 10263.

DRĔPĂNA, æ, f. 1. ¶ 1. Oppidum Bithyniæ, a Constantino M. in honorem Luciani martyris, ibi conditi, instauratum et ex vocabulo matris suæ *Helenopolis* nuncupatum, teste *Prosp.* itemque *Hieronym.* in *chron.* — Alia forma *Drepanum* est *Ammian.* 26. 8. 1. — *Vicus Drepani* dicitur *Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 18. ¶ 2. Oppidum Siciliæ. *V.* DREPANUM.

DRĔPĂNĒ, es, f. 1. ¶ 1. Insula eadem ac Corcyra, ita dicta a *Callimacho*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (52). ¶ 2. Item idem ac *Drepanum* Siciliæ. *V.* DREPANUM.

DRĔPĂNĪTĀNUS, a, um, adject. *V.* DREPANUM.

DRĔPĂNĬUS, ii, m. 2. (Drepanum) nom. vir., fort. gentilicium, quo memorantur præsertim *Drepanius* pater et filius, natione Galli, rhetor uterque, laudati ab *Auson.* Prior, proconsul, *Pacatus* abs. aliquando dictus, plenius *Latinius Pacatus Drepanius* ab *Auson. edyll.* 12 (*Technop.*) « bonus, doctus, facilis vir ». Posterior, item procons. Africæ, qui ab *Auson.* in *epigr. præf. tertia* vocatur *Latinius Pacatus Drepanius* filius, etiam poeta egregius, dictus *ibid. vv.* 10-12. « Quem pluris faciunt novem sorores (*sc.* Musæ) Quam cunctos alios, Marone dempto etc. ». Hic, non aliter, auctor videtur panegyrici, Theodosio imp. recitati in senatu a. 389., post Maximi tyranni mortem, in quo, ut docti non christiani illius ætatis, unum esse Deum profitetur et quidem « supremum rerum fabricatorem » et « numen summum » (4. 2); nam et imperatorem numen vocat (21. 2), sed « deum quem videmus » (4. 5); Priscillianistas excusat (20. 2); exempla deducit ex mythologia (17. 1. 39., 4. 44. 5); sæpe Ciceroni alludit, Virgilio, Horatio, Ovidio: omnia autem simplici stilo exponit. Huic scripsit *Symm. ep.* 8. 12., 9. 61. et 64 (Cf. *Seeck, Ausg. d. Symm. p. CXCIII*). Veri tamen similius est, non duos, sed unum fuisse scriptorem, rhetorem et poetam (Cf. *Schanz, G. R. L. IV. p.* 117. *sq.*).

DRĔPĂNUM, i, n. 2. nom. opp. (Δρέπανον *Ptol.*, τὰ Δρέπανα *Polyb.*) Latini, ut Græci, duplicem formam usurpant, sc. sing. *Drepanum*, ap. *Oros.* 4. *Hist.* 10. et plur. *Drepana, orum*, ap. *Caton. Serv. loc. cit.*, *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (90)., *Flor.* 2. 2. 12., *Liv.* 28. 41., *al.* — Etiam *Drepane*, Gr. pos., pro *Drepanon*, ap. *Sil. It.* 14. 269. — De vocabuli origine hæc habet *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 707. « Drepanum civitas - dicta vel propter curvaturam litoris, in quo sita est; vel quod Saturnus, post amputata virilia Cælo patri, illuc falcem projecit, quod Græce δρέπανος dicitur: quod veri simile putatur propter vicinitatem Erycis, consecrati Veneri, quæ nata dicitur ex Cæli cruore et spuma maris. Quidam *Drepana* dictum volunt a falce Cereris, quam ibi, quum filiam suam Proserpinam quæreret, amisit ».

Drepanum ¶ 1. Est oppidum Siciliæ litoreum cum promontorio cognomine ad radices montis Erycis trans Lilybæum, hod. *Trapani*. Memoratur *Virg.* 3. *Æn.* 707. « Hinc Drepani me portus et illætabilis ora Accipit »; ager enim Drepanitanus sterilior et solum arenosum æstuansque hac illac aqua marina ac proinde mæstior adspectu. Adde *Liv.* 28. 41., *Sil. It.* 14. 269., *Corp.* 10. *p.* 747., *al.*, coll. *Ptol.* 3. 4. 4., *Dionys.* 1. 82., *Strab.* 13. 608. — In primo bello Punico Hamilcar hoc oppidum munivit majoremque Erycis incolarum partem huc transtulit ibique classis Carthaginiensis Romanam perfregit a. 241. a. Chr. — Sub imperio deinde Romanorum Drepani portus florentissimus perduravit, sed numquam illa civitas liberum fuit municipium. — *Drepanum promontorium.* — *a)* Prope dictum oppidum, memoratum *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (38), ubi Adherbal vicit P. Claudium Pulcrum cos. a. 249. a. Chr., ut traditur *Schol. Bob.* in *Cic. Clod. p.* 337. *Or.* — *b)* Item in ora occidentali maris Arabici, ad sinum Heroopoliticum, hod. *capo Kephalas*, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (175). Ita *Besnier* h. v.; sed ibi legitur « A promontorio Indorum, quod vocatur Lepteacra, ab aliis Drepanum »; ubi tamen *Voss.* pro *Indorum* leg. *Judæorum*. Adde *Solin.* 56. et cf. *Vivien de St. Martin, Le Nord de l'Afr. p.* 253. et 315. Viderint eruditi. — *c)* In Achaia, ap. *Strab.* 7. 335. (« *scopulos* » vocat *Stat.* 4. *Theb.* 50); — *d)* Aliud item in ora Libyæ (*Adgrmachide*) ap. *Strab.* 17. 799. et *Ptol.* 4. 5. 14. itemque in Cretæ ora boreali ap. *Ptol.* 2. 17. 7.; sed a nullo quod sciam Latino scriptore laudantur. — *Drepani portus* memoratur *Mythogr. I. fab.* 203. — Nummi hujus oppidi desiderantur (*Eckhel* 1. *p.* 206); sed *Fabretti* in *Gloss. Ital. p.* 322. nummum Drepani profert ex *Torremuzza*, in quo legitur ΔΡΕΠΑΝΩΝ, cui tamen vix habenda est fides. — De eo cf. *Momms. Corp.* 10. *p.* 747.; *Polizzi, Monum. della prov. di Trapani* (1879); *Mau, Katal. d. Bibl. d. arch. Inst.* 229. — Hinc *Drepanitanus*, adj. ad Drepanum, Siciliæ opp., pertinens. *Cic.* 2. *Verr.* 57. 140. et *Sidon.* 2. *ep.* 2. — Absolute *Drepanitani*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). ¶ 2. Item civitas Bithyniæ. *V.* DREPANA.

DREPSA, æ, f. 1. (ἡ Δρέψα) urbs metropolis Sogdianæ: dicta fortasse a Zend. *drafsa*, i. e. « volitans vexillum », quasi symbolum potentiæ. Meminit *Ammian.* 23. 6. 59. Cf. *Ptol.* 4. 12. 4.; 8. 23. 13.

DRICCA, æ, f. 1. (Δρήκων) fluvius Daciæ, incertus, cujus mentionem facit *Jorn. Get.* 34. Ingentia si quidem flumina, id est Tisia Tibisiaque et Dricca transientes (*sic*) venimus (*Priscus frg.* 8 [*IV.* 83. *Müll.*] « ναυσιπόροις τε προσεβάλομεν ποταμοῖς, ὧν οἱ μέγιστοι μετὰ τὸν Ἴστρον ὅ τε Δρήκων λεγόμενος - καὶ τούτοις μὲν ἐπεραιώθημεν ». (*Müller* ad *Ptol. I.* 441. emendat Δρήκων [Δρέγκων] *Prisci* in Δρέγκων = *Aranka*, brachium australe fl. *Marος*). Cf. *Jung, Römer u. Roman. in den Donauländ.* 118. 4. — *Rav. p.* 204. Drica. — Cf. *Kiepert, Form. orb. ant. XVII.* 4. 38.

DRILO (Drilon), ōnis, m. 3. (Δρίλων *Callim.*, *Strab.*, *Eratost.*) Scribitur etiam *Drino*, *Drinus*, *Drinius*, *Dirinus*. V. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (144) et 21. *ibid.* 7. 19. (40)., *Vib. Seq. p.* 148. *R.*, *Rav. p.* 212.

Drilo, fluvius Illyrici, oriens e monte Bolo et in mare Adriaticum se exonerans, hodie *Drin*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (144). Amnis Drilo superque eum oppidum civium Romanorum Scodra. — *Liv.* 44. 31. « Hi duo amnes (*Clausala et Barbanna*) confluentes incidunt Oriundi flumini, quod ortum ex monte Scordo multis et aliis auctum aquis mari Hadriatico infertur »; ubi *Oriundes* procul dubio est Drilo. — *Tomaschek, Mitt. d. geogr. Gesellsch.* in Wien 1880. *p.* 500. nomen esse monet fluviorum Illyrici. Cf. etiam *Holder, Altkelt. Spr.* h. v.

DRIMĂCHUS et, rectius, Drimacus, i, m. 2. (Δρίμακος *Athen.*) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 845. et *Notiz. degli scavi* a. 1878. *p.* 192.

DRINNACĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. II. p.* 251. — Abs. in *alia ibid. III. tab. XXII. n.* 20. — Fuit etiam vir quidam familiaris *Symmachi* 5. *ep.* 42.

DRĪNUS (Drinius), i, m. 2. fluvius Delmatiæ, in Savum influens et inferius provincias Romanas Delmatiæ et Mœsiæ superioris disterminans, hodie *Drina*, ap. *Rav. p.* 212. et *Ptol.* 2. 17. 7 (V. *Besnier, G. A. p.* 278.; *Domaszewski, Arch. epigr. Mitt. XIII.* 130. *sqq.* et *Patsch, PW.* 5. 1709).

DRIPSĪNĀTES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. seq.

DRIPSĪNUM, i, n. 2. oppidum Italiæ, memoratum in *Corp.* 6. 2879 = 32520. et *Ephem. epigr. IV.* 887 = *Corp.* 6. 32519., serius in *Inscr. Corp.* 10. 1079 (*Pompeii?*). — *Maffei* in *Ver. ill.* 5. suspicatus est fuisse hod. *Trissino* Vicet., sed *Momms. Corp.* 5. *p.* 842. adhuc ignotum dicit. — *Dripsinates*, incolæ. *Corp.* 5. 4484 (*Brixiæ*).

DROBETA (Drubeta), æ, f. et Drobetæ, arum, plur. 1. (Δρουφηγίς *Ptol.* 3. 8. 10), oppidum Daciæ Maluensis, ad ripam Danubii lævam, trib. *Sergia* (V. *Kubitschek, Imp. R. trib. discr.* 230), olim municipium Flavium Hadriani (*Corp.* 3. 1581); dein colonia (*Corp.* 3. 1209., 1570. et 1580., coll. 2679), hodie *Turn-Severin* (Rum. *Turnu-Severinului*). Memoratur *Rav. p.* 203., *Not. Dign. or.* 42., *Corp.* 3. 1581-1587. — Ibi erat *cuneus equitum Dalmatarum Divitensium* et *auxilium primorum Daciscorum* (in *Not. Dign. or. l. c.*). et præfectus *legionis XIII. Geminæ* (*Ibid.*). Trajani tempore fuit etiam *cohors I. civium Romanorum equitata* (*Arch.-epigr. Mitt. XIX.* 219. 82. 3) et *cohors III. campestris* (*Ibid.* 215. 75., 217. 77) et posterius *cohors I. sagittariorum* (*Corp.* 3. 1583) et *legio I. Italica* (*Corp.* 3. 8072) et *legio VII. Claudia pia fidelis* (*Ibid.*) etc. — Hinc *Drobetenses*, incolæ. *Arch.-epigr. Mitt. XIX.* 216. 76. A SPLENDIDissimo ORDINE Municipii Hadriani Drobetensium. et *Corp.* 3. 2679. COLONIA DROBETensium. Adde 3. 1581.

DROBETENSES, ium, adject. *V.* voc. præc.

DRŎMAS, ădis, f. 3. (Δρόμας: a δρόμος, *cursus*, quasi *velox, cursorius*) nom. canis Actæonis, de qua *Ovid.* 3. *Met.* 217. et *Hygin. fab.* 181.

DRŎMICHÆTĒS, is, m. 3. rex Geta, qui bellum gessit cum Lysimacho, rege Ponti, a. 292. a. Chr., eumque cepit cum toto exercitu, sed bene habuit, et postea, pace facta, dimisit; idcirco filiam suam Lysimachus ei in matrimonium dedit. *Trog. prol.* 16. et *Justin.* 16. 1., coll. *Diod.* 21. 11. *sq.*, *Strab.* 7. 302., *Paus.* 1. 9. 6., *Polyæn.* 7. 25. — De eo vd. *Droysen, Hellen.* 2. 275. *sqq.* et *Niese, Gesch. d. gr. u. mak. Staat.* 367.

DROMISCOS, i, f. 2. insula Mileto juncta. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 89. 91. (204). Rerum natura - abstulit insulas mari junxitque terris, Antissam Lesbo - Dromiscon et Pernen Mileto.

DRŎMO et Dromon, ōnis, m. 3. nom. vir. (Δρόμων, ωνος, quasi *currens* vel *cursor*: cf. *dromones*, naves cursoriæ). ¶ 1. In titulis cogn. vir. serv. *Corp.* 5. 994. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Servus in fabulis *Ter. Andr.*, *Adelph.* et *Heautont.*, et serv. *Demæneti* in *Plaut. Asin.* 2. — 2.°) Item unus Æacidarum, unde originem duxit Pyrrhus, qui cum Romanis bellavit, genusque maternum Alex. M. *Jul. Val. gest. Alex. M.* 1. 58. — Cf. *Dromus*, nom. canis in *Inscr.* ap. *Orelli* n. 4780. — *Dromius*, item nom. canis Actæonis. *Hygin. fab.* 181.

DRONONA, æ, m. 1. fluvius Galliæ, hod. *Dordogne*. Memoratur *Rav. p.* 299. — *Drona* in *Ann. Lauriss.* ed. *Pertz, Mon.* 1. *p.* 146. adn., *Dordonia* alii.

DRŎPĪDES, idis, m. 3. (Δρωπίδης) vir Atheniensis, genere et fama clarus, qui, fide violata, cum aliis pluribus in bello contra Alexandrum M. Perseas est secutus. *Curt.* 3. 13. 15.

DRŎSŬS, i, m. 2. (δρόσος, *ros*) cogn. vir. et nom. serv. *Corp.* 3. 2705.; 2. 577. et *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6755. — *Drosis* (*idis*), cogn. mul. *Corp.* 4. 2649.; 5. 4193. et *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3047.

DRŬANTĬUM, ii, n. 2. vicus Galliæ in Alpibus Cottiis ad fontes Druentiæ. *Corp.* 11. 3281. Cf. *Momms. Corp.* 5. *p.* 812.

DRŬENTĬA, æ, f. 1. (Δρουεντία *Strab.*, Δρουέντιος ποταμός *Ptol.*) fluvius Galliæ Narbonensis, oriens ex Alpibus Cottiis et in Rhodanum influens ad Avenionem, hodie *Durance*. Memoratur *Liv.* 21. 31. Druentia - et ipse Alpinus amnis longe omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est; nam cum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est, quia nullis ripis etc. *V.* integr. loc. Hinc *Auson. Mos.* 479. Te Druna, te sparsis incerta Druentia ripis Alpinique colent fluvii. Adde *Ammian.* 15. 10., *Cassiod.* 3. *Var.* 41. et *Corp.* 12. *n.* 721. et 982. — Hinc *Druenticus*, adj. ad Druentiam pertinens, ut *Druenticus nauta* in *Inscr.* ap. *Muratori* 977., 4., si tamen sincera est.

DRŬENTĬĀNUS, i, m. 2. cogn. vir., fort. a *Druentia* vel gente adhuc ignota, factum. — Fuit ita nuncupatus gener Avidii Cassii, de quo *Capitolin. Ant. Phil.* 26., ubi alii aliter leg.

DRUGERI, ōrum, m. plur. 2. populus Thraciæ ad Hebrum (fort. dictus a *dru* = δρῦς, *arbor*, *quercus*, quasi *silvester* v. *incola silvarum*). Memorantur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (40)., ubi *Sillig.* leg. *Digerri*.

DRŬĬDÆ v. Druides. *V.* voc. in *Lexico*.

DRŪNA, æ, f. 1. fluvius Galliæ, in Rhodanum influens, hod. *la Drôme*. Memoratur *Auson. Mos.* 479. *sqq.* V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 164.

DRŪSŌMĂGUS, i, m. 2. (Δρουσόμαγος, i. e. *Drusi campus*) oppidum Rætiæ ad Rhenum, hod. *Sitten*. Cf. *Momms. Corp.* 12. *p.* 22. et 3. *p.* 707. et *Ephem. epigr. IV. p.* 520.

DRŪSUS (Drausus), i, m. 2. Origo nominis ducitur vel a Livio illo, qui *Drausum*, hostium ducem, comminus occidit (*Sueton. Tib.* 3), unde et cognominatus videtur: vel a *drusus*, adj., quod exponitur in *Gloss. Vatic.* ap. *Mai, Class. Auct. VII. p.* 559. « patiens aut rigidus vel contumax ». Cf. δρῦς et *durus*. — Reperitur proprium gentis *Liviæ* et etiam *Claudiæ* et *Juliæ*. ¶ 1. In titulis, aliquando prænominis vice fungitur, ut in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 652. et 666. — Latius posteriore ætate patuit, ut in *Corp.* 5. 6549. Luciliæ Drusi. et *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1528. C. Umbricus Vibius Numisius Drusus. ¶ 2. Apud scriptores memorantur — 1.°) In sing. num. — *a)* Drusus, Liviæ Augustæ filius ex Ti. Claudio Nerone, Ti. Augusti frater et Claudii Aug. pater, vulgo *Drusus senior*, ut distinguatur a Druso, Tiberii Aug. filio ex Agrippina, qui *Drusus Julius Cæsar* dictus est, vulgo *Drusus junior* (*Ovid.* 1. *Fast.* 12. et 2. *Pont.* 2. 74). — Fuit quæstor et prætor (*Sueton. Claud.* 1), dux Rætici, deinde Germanici belli, quo Germaniæ magna parte devicta, *Germanici* cogn. obtinuit (*Id. ibid.*, *Claudian. carm.* 21. 198., coll. *Ovid.* 4. *Trist.* 2. 39., 1. *Fast.* 597. et 2. *Pont.* 8. 47); Oceanum septentr. primus Romanorum ducum navigavit transque Rhenum fossas novi et immensi operis effecit, quæ *Drusianæ* vocatæ sunt. Quas ob res ovandi jus (*Sueton. Tib.* 1) et triumphalia ornamenta percepit (*Id. ibid.* 9) ac post præturam confestim inito consulatu atque expeditione repetita, supremum diem obiit in æstivis castris, quæ ex hac calamitate *Scelerata* dicta sunt (*Id. Claud.* 1), eo magis, quod, ut narrat *Liv. epit.* 140., ipse ex fractura equo super crus ejus collapso tricesimo die quam id acciderat, mortuus est. — Corpus ejus, per municipiorum coloniarumque primores ad Urbem revectum, sepultum est in Campo Martio, in Julii tumulo (*Liv. epit.* 140). Ceterum exercitus honorarium ei sepulcrum excitavit; præterea senatus inter alia complura marmoreum arcum cum tropæis via Appia (*Sueton. Claud.* 1) decrevit et Germanici cognomen ipsi posterisque ejus. Augustus vero, quem vivum valde dilexit, defunctum pro contione laudavit; nec contentus elogium tumulo ejus versibus a se compositis insculpsit, et etiam vitæ memoriam prosa oratione conscripsit (*Id. ibid.*). — *Drusi arcus*, de quo diximus, putatur qui ante portam, quæ appellatur *s. Sebastiano*, adhuc visitur; sed *Lanciani* (*Top. Rom. p.* 55. *sqq.*) censet arcum Drusi fuisse haud procul a porta Capena, ad lævam viæ Latinæ in bivio s. Cæsarii, prope vicum, qui ab eo *Drusianus* est appellatus, superque arcum *aquam Drusiam* sive *Drusianam* transisse, quam distinguit ab *aqua Antoniniana* et *Jovia*. (Cf. etiam *Tac.* 2. *Ann.* 83., *Jordan, Top. I.* 365. et *Hülsen, Nomenclat. Top. p.* 7. *tav. II.*). — *b)* Drusus, Tiberii Augusti nepos, ob Germanici patris adoptionem, cum potius pronepos dicendus esset, Germanici et Agrippinæ filius (*Suet. Tib.* 54), frater Caligulæ. V. *Drus. Julius Cæsar.* — *c)* Alii: ut Drusus, Claudii Aug. filius ex Urgulanilla (*Sueton. Claud.* 27). — Item tribunorum popularium clarissimus (*Plin.* 25. *Hist. nat.* 5. 21. [52]). — Item filius M. Drusi (*Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 590). — Item vir in gente Livia vel Claudia ex antiquis, de quo *Juvenal.* 8. 21. « vel Drusus moribus esto » probabiliter Livius Drusus, primus ita dictus. *et* 3. 238. « Eripiunt somnum Druso » fort. de quodam Druso dictum, homine somnolento. — 2.°) In plur. num. *Virg.* 6. *Æn.* 825. « Quin Decios Drusosque procul etc. ». *Serv.* ad *l.* Horum prior vicit Asdrubalem (*V.* LIVIUS); alter est filius Juliæ (*al. leg.* Liviæ) sororis (*al. leg.* uxoris) Augusti (*V.* CLAUDIUS). — *Lucan.* 6. 795. « Vidi ego lætantes, popularia nomina, Drusos » i. e. duos tribunos plebis (*V.* LIVIUS). — *Martial.* 8. 52. « Drusorum cui contigere barbæ etc. » i. e. Drusus senior ejusque filius, in quorum familiam per adoptionem transiit Nero. — *Claudian. carm.* 8. 455. « Nobilitant veteres Germanica fœdera Drusos ». *i. e.* Drusum seniorem et juniorem. Adde *Juvenal.* 8. 40. — Hinc

Drusius, a, um, adj. ad Drusum aliquem pertinens, ut *Drusia aqua*, eadem ac Drusiana, ut tradit *Auct. anonym.* ap. *Urlichs, Cod. Top. p.* 51. — Abs. *Drusius*, nom. gent. vir. *Corp.* 3. 5170. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 770. Drussius. — *Drusilla*, cogn. mul. demin. *Corp.* 5. 6666. — *a)* Uxor primum Tiberii Claudii Neronis, deinde Augusti divi filii, plenius *Livia Drusilla* ap. *Nep. Att.* 19. — *b)* Item soror et concubina Caligulæ, Claudii Germanici filia, plenius *Julia Drusilla*, postea divinis aucta honoribus, *Diva Drusilla* ap. *Sueton. Calig.* 7. et 24. et *Senec. lud.* 1. — *c)* Item Cleopatræ et Jubæ minoris filia, Cleopatræ et Antonii III.viri neptis, ap. *Tac.* 4. *Hist.* 9. — *d)* Item filia Herodis Agrippæ I., soror regis Agrippæ II. et Berenices, primum uxor Azizi, regis Emesæ, dein, hoc rejecto, Antonii Felicis, cupida, uti Hebræa, audiendi, quænam esset nova religio, ab Hebræo, uti erat Paulus, nuntiata; mortua dein in eruptione Vesuvii, quæ, Tito imp., contigit a. 79. Memoratur *Vulg. Act.* 24. 24. — Hinc *Drusillianus* (rectius *Drusillanus* v. *Drusillanus, a*), adj. ad Drusillam aliquam pertinens. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 52. (145)., *Tertull. pall.* 5. et *Inscr.* ap. *Borghesi Œuvr. III. p.* 306. — *Drusiliana* abs., locus in Africa in via Carthagine Thevesten, quæ Sicam (*el Kef*) bipartitur. *Corp.* 8. *Suppl.* 22107. et *Coll. Carth. I.* 21. et 187 (*Mansi, Act. Conc. IV.* 95. 140).

Drusianus, a, um, adj. idem ac Drusius, ut *Drusiana aqua*, de qua supra dictum est. Cf. *Damnata aqua*, de qua V. *Lanciani, Aqua* 113. et *Preller, Regionen* 37. — *Drusianus pes* agrarius, in Germania Tungris usitatus, habens monetalem pedem et sescunciam (= 1 ¹/₈ Rom.), a Claudio Druso fort. dictus (*Hygin. de cond. agr. Gromat.* 123. 9. *Lachm.* et *Metrol. script. II.* 61. 5). — *Drusianus* servus, in *Corp.* 6. 1067. — *Drusianus saltus* in Salvio Velejate. *Tab. alim. Velej.* 6. 41. — *Drusiana fossa* vel *Drusianæ fossæ* trans Rhenum, quibus Drusus senior Rhenum et Isalam (*Yssel*) conjunxit et has aquas in lacum Flevum (*Zuyderzee*) per ostium orientale perduxit (*Sueton. Claud.* 1). — *Drusianus vicus* et *Drusianus arcus*. V. supra sub *a*.

DRUZIPARA (Drizipara) æ, f. 1. oppidum Thraciæ in via Romana ab Orestia Byzantium, hodie *Karischtran*, in *Itin. Ant. p.* 157. et 230. et ap. *Rav. p.* 184.

DRYĂDES, um, f. plur. 3. nom. nymph. (Δρυάδες) Dat. *Dryasin*, Gr. pos., apud *Propert.* 1. 20. 12 (*Haupt* Adriasin). — Acc. *Dryadas*, Gr. pos., apud *Virg.* 5. *Ecl.* 59., *Ovid.* 6. *Met.* 453. et 14. *ibid.* 326., *Prud. c. Symm.* 1. 303. *al.* — Etymon vocabuli ducitur a Gr. δρῦς, *arbor, quercus*, quod nemora incolerent eorumque quasi numina haberentur una cum Faunis et Satyris, Pane et Priapo.

Dryades ¶ 1. Sunt nymphæ, nemorum incolæ ac præsides, quæ « cum silvis nascuntur simulque pereunt, qualis fuit illa, quam Erysichthon occidit, qui cum arborem incideret et vox inde erupit et sanguis, sicut docet Ovidius » (*Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 500. et 10. *Ecl.* 62., coll. *Prob.* ad *Virg.* 1. *G.* 11. et *Mythogr. III. fab.* 5. Cf. etiam *Dante, inf.* 13. 31. *sqq.*). — Discrimen inter *Dryadas* et *Hamadriadas* docet *Serv.* 10. *Ecl.* 62.; itemque inter *Dryadas* et *Napæas* exhibet *Prudent.* 1. *Symm.* 303. « Vel silvas Dryadas vel devia rura Napæas ». Adde *Mythogr. II. fab.* 50. et *Dracont. carm. min.* 7. 34. Sic *Nemes. ecl.* 2. 20. « Quæ colitis silvas, Dryades, quæque antra, Napææ ». *V.* NAPÆÆ. Memorantur etiam *Stat.* 2. *Theb.* 521. Dryadum choros canunt *et* 4. *ibid.* 329. Vix Dryadum thalamis - mature puer. *et* 9. *ibid.* 578. Dryadumque a plebe fugatus. *Martial.* 4. 25. Quæque Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno Nupsit ad Euganeos sola puella lacus. *Ovid.* 6. *Met.* 452. quales audire solemus Naiadas et Dryadas mediis incedere silvis, Si modo des illis cultus similesque paratus. — In sing. num. *Martial.* 9. 62. « Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas ». Adde *Se-*

nec. Herc. Œt. 1056. — Epitheta: lascivæ Senec. Phædr. 791.; Mænalides Colum. 10. 264.; proceces Claudian. carm. 31. 17.; puellæ Virg. 1. G. 11.; semideæ Ovid. 4. Her. 49. — De his vd. Mannhardt, Wald-und Feldculte II. 4. sqq., 113., 131., 204., 311.; Kroll, Ant. Abergl. 12. sqq.; Welcker, Gr. Götterl. III. 57. sqq. ¶ 2. Item eædem quæ Druides vel Druiades. h. e. Druidarum feminæ. V. DRUIAS in Lexico. — Dryas mulier, memorata Lamprid. Alex. Sev. 60. est mulier Gallica ex Druidarum feminis.

DRYANTIADES. V. voc. seq.

DRYAS, antis, m. 3. (Δρύας, αντος: fort. a δρῦς, arbor, quercus) nom. vir. — Mentione digni sunt ¶ 1. Dryas, filius Martis et socius venatorum Calydonii apri. Hygin. fab. 159. et 173 (Dryas Iapeti corrupt.). et Ovid. 8. Met. 307., coll. Apollod. 1. 67. ¶ 2. Dryas, rex Thraciæ, pater Lycurgi, inde Dryantiades dictus. Hygin. fab. 132. et 242. et Serv. ad Virg. 3. Æn. 14. ¶ 3. Dryas Thrax, frater Terei, Martis filii, qui Philomelam, Pandionis filiam, impius compressit, ab eaque filium habuit Ityn. Cognito a Procne Terei impio facinore, pari consilio sorores machinari ei cœperunt talem gratiam referre. Interim Tereo ostendebatur in prodigiis, Ity mortem a propinqua manu adesse: quo responso audito, quum arbitraretur Dryantem, fratrem suum, filio suo mortem moliri, eum insontem peremit (V. TEREUS). Ita rem tradit Hygin. fab. 45. ¶ 4. Dryas, filius Ægypti, ab uxore Hecabe, Danai filia, occisus. Id. fab. 170.

DRYMÆUS, a, um, adject. V. voc. seq.

DRYMIÆ, arum, f. plur. 1. Etiam Drymæ, unde Drymæus, adj. apud Plin. 4. Hist. nat. 3. 4. (8). — Drymia (Δρυμία Steph. Byz.) v. Drymos (Δρυμός Herod. 8. 33) v. Drymæa (Δρυμαία Paus. loc. cit.).

Drymiæ, oppidum Phocidis (Steph. Byz. πόλις Φωκίδος, coll. Paus. in Phoc. 33. 12), parvum et ignobile, ut vocat Liv. 28. 7., qui in Doride situm esse sit, vel quod eæ regiones finitimæ essent, vel potius quod post bellum Phocense Doridi fuerit attributum. — Hinc Drymæus, adj., ut Drymæa regio apud Plin. loc. cit. — Addimus fuisse etiam cogn. Apollinis (Lycophr. 522. Δρυμαῖος) et ἐπώνυμον Drymi in Attica (Strab. 7. 321).

DRYMO, us, f. 4. (Δρυμώ, οῦς: a δρυμός, silva quernea) ¶ 1. Nympha prope Cyrenem commorans, nom. poetice confictum Virg. 4. G. 336. V. Serv. ad l. ¶ 2. Item Nereidum una. Hygin. præf. fab.

DRYMODES, is, f. 3. (δρυμώδης, silvosa) nom. vetus Arcadiæ, quod esset silvis referta. Plin. 4. Hist. nat. 6. 10. (20). Arcadia, initio Drymodes, mox Pelasgia appellata.

DRYMUSA v. Drymussa, æ, f. 1. (Δρυμοῦσα et Δρυμοῦσσα) insula Ioniæ in Hermæo sinu (golfo di Smirne) contra Clazomenas, hod. Klosteni. Memoratur Liv. 38. 39. et Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (137). Cf. Thuc. 8. 31. et Polyb. 21. 48.

DRYOPE, es, f. 1. (Δρυόπη) ¶ 1. Filia Euryti, soror Ioles, quæ ab Apolline compressa Amphissum genuit, mox Andræmoni nupsit: dum vero quadam die prope lacum aquaticæ loti flores carperet, ipsa in Coton arborem est conversa. Ovid. 9. Met. 331. sqq., coll. Lact. narr. fab. 9. 6. et 7. ¶ 2. Item nympha, quæ ex Fauno Tarquitum peperit. Virg. 10. Æn. 551. « Tarquitus exsultans contra fulgentibus armis, Silvicolæ Fauno Dryope quem nympha crearat etc. » ab Ænea occisus. ¶ 3. Item mulier Lemnia, cujus forma sumpta, Venus Lemniadibus suasit, ut sopitos viros interficerent. Val. Flacc. 2. 174. ¶ 4. Item Phœnissa, sacerdos Liberi patris, quæ furtim gravida facta, dum taurum immolandum ad aram cornibus protrahit, oneris oblita, propter nimiam ejus lassitudinem infans coactus excidit de vulva, cui nomen Chromis factum est. Mythogr. I. fab. 164. ex Stat. 2. Theb. 613. sqq. — Hinc Dryopeius, adj. ad Dryopem pertinens. Absolute ita dictus Erisychthon, filius v. nepos Dryopis, regis Thessaliæ. Ovid. 8. Met. 742.

DRYOPEIUS, a, um, adject. V. voc. præc.

DRYOPES, um, m. plur. 3. (Δρύοπες) gens antiqua Pelasgica, cujus nomen ducitur a quodam Dryope, de quo disputant mythologi (Cf. Paus. 4. 34., Strab. 8. 373. et 9. 434., Tzetz. Lyc. 480. et Schol. Apoll. Rhod. 1. 1218), quæ a Phocide (Vib. Seq. p. 157. R.) vel a Thessalia in Epirum (Plin. 4. Hist. nat. 1. 1. [2]. et Capell. 6. p. 209), seu in regionem mediam inter Epirum et Thessaliam, quæ ab ea Dryopis est appellata, dein in Peloponnesum migravit; quamquam non omnia certa de hujus populi, ut aliorum plurium, migrationibus statui possunt (Cf. Curtius, Pelop. II. 168. et 854. sqq.); postea ex Dryopibus coloniæ deductæ sunt, ut in Cyprum (Herod. 2. 90., Strab. 13. 586), in Argolidem (Herod. 8. 73., Diod. 4. 37. 2), in Messeniam (Busolt, Gr. Gesch. II. 1581. sq.). — Eos ab Hercule subactos fuisse et Apollini donatos tradunt fabularum scriptores (Serv. ad Virg. 4. Æn. 146., coll. Ovid. Ib. 489). — In sing. num., collective. Ovid. loc. cit. « quisquis ad arma vocantem Juvit inhumanum Thiodamanta Dryops ».; Dryopes enim contra Herculem ad arma provocaverat eorum rex Thiodamas, qui cum suis omnibus ab eo interemptus est.

DRYOPIS, idis, f. 3. regio a Dryopibus culta in Thessalia vel potius inter Epirum et Thessaliam. Plin. 4. Hist. nat. 7. 14. (28).

DRYOPS, ŏpis, m. 3. nom. vir. Δρύοψ, nemorum incola, silvester - ὁ ἀπὸ δρυὸς τραφεὶς [κρυφθεὶς] δρυὸς στελέχη. Schol. et Tzetz. Lycophr. 479.: cf. Fick-Bechtel. Gr. Pers.-Nam. 387. et 404. ¶ 1. Filius Priami, qui dicitur ab Idomeneo occisus Dict. 4. ¶ 2. Item vir Trojanus, a Lauso interemptus. Virg. 10. Æn. 346. Dryopen (acc.).

DRYPETINA, æ, f. 1. filia Mithridatis regis Ponti et Laodices, ob duplicem dentium ordinem deformis, a patre in fugam verso occisa, ne Pompejus in proelio victor eam captivam abduceret. Val. Max. 1. 8. ext. 13. et Ammian. 16. 7. 10.

DRYS, yos, f. 3. (Δρῦς, arbor, quercus) nom. duorum locorum, quorum prior « in Ephrata in tribu Manasse, unde fuit Gedeon » Hieronym. onom. p. 173. P., ap. Vulg. Jud. 6. 11., nomine communi quercu redditus; posterior vero juxta Chebron, quem Vulg. Gen. 14. 13. vertit convallem Mambre, ubi habitavit Abraham; quercus enim erat miræ altitudinis ac pulcritudinis, ab ipsis ethnicis magno cultu habita et quodam veluti insigni numine consecrata. Ita Hieronym. loc. cit.

DRYUSA (Dryussa), æ, f. 1. (Δρυοῦσα Hesych., Δρύουσα Steph. Byz.) nomen poeticum, quo appellata est insula Samos. Plin. 5. Hist. nat. 31. 37. (135). Cf. Itin. Hier. p. 599. et Bürchner, D. Ion. Samos I. 1. 8.

DU

DUÆ et Duo, nom. num., cum addito, nominibus propriis designandis inserviunt, ut — Duæ Columnæ, locus Italiæ Superioris duabus columnis insignis inter Laumellum (Lomello) et Ticinum (Pavia). Cf. Momms. Corp. 5. p. 715. Memorat Ammian. 15. 8. 18. Cf. Wilm. Corp. 8. p. 275. — Duo Flumina, oppidum Numidiæ, ubi duo flumina confluunt. Rav. p. 130. — Duo Pontes (Ad duos Pontes), mansio Hispaniæ via a Bracara Asturicam, hod. Pontevedra, in Itin. Ant. p. 424.

DUBIOS, nom. indecl. ¶ 1. Oppidum in Persarmenia, prope Theodosiopolim (Erzerum), forum mercatorium, ab Indiæ et Iberiæ negotiatoribus celebratum. Rav. p. 75 (Cf. Procop. B. Pers. 2. 25). Græce est τὸ Δούβιος, sed, ut puto, Persicæ originis: Τίβιος ap. Cedren. II. 558-561. Cf. Alischan, Ajrarat, Ven. 1890. ¶ 2. Item mansio v. oppidulum Italiæ, VIII. m. p. a Nuceria, in Itin. Ant. p. 312., hodie Col Fiorito.

DUBIS, is, m. 3. (Δοῦβις) fluvius Galliæ Narbonensis, ex Alpibus oriens et in Ararim influens, hod. Doubs. Memorat Cæs. 1. B. G. 38. Cf. Strab. 4. 186., 189., 192. et Ptol. 2. 10. 2.

DUBITATUS, i, m. 2. (dubito) cogn. vir. Corp. 5. 4870. et nom. serv. Ibid. 7. 1884 (27). — Dubitata, cogn. mul. Ibid. 5. 2468. et 7. 229. — Abs. in Inscr. ap. Momms. n. 771. — Hinc Dubitatius, nom. vir. Corp. 5. 3299.

DUBRÆ, arum, f. plur. 1. oppidum Britanniæ maritimum cum portu (Brit. I. Cantii) ad fretum Gallicum, hod. Douvres v. Dover, ap. Rav. p. 428. — Ad portum Dubris dicitur in Itin. Ant. p. 473. — Statio militum Tungrecanorum fuisse traditur in Notit. Dign. occ. 28.

DUCARIUS, ii, m. 2. vir Insuber, qui C. Flaminium cos. a. 217. a. Chr. lancea transfodit. Liv. 22. 6. et Sil. It. 5. 645. sqq. Cf. Polyb. 3. 84.

DUCATRIX, icis, f. 3. (duco) cogn. mul. Corp. 8. 2252.

DUCCIUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. Inscr. ap. Orelli n. 2704. — Cf. Corp. 5. 7306. Dugius. — Hinc Ducconia, nom. gent. mul. Ibid. 5. 7196.

DUCENIUS. V. voc. seq.

DUCIUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. Corp. 6. 6908. — Hinc Ducenius (Ducennius ap. Tac. 4. Hist. 14) nom. vir. gent. Corp. 5. 2824. et ap. Marini, Iscr. Alb. p. 7. — Apud scriptores C. Ducenius Geminus, vectigalibus publicis præpositus a. 62. p. Chr. a Nerone imp. Tac. 15. Ann. 18. et præf. Urbis creatus a Galba imp. a. 68. — Prænomen tamen certum non videtur; nam in Inscr. ap. Marini supra adlata est C., at in Inscr. Corp. 3. 2888., huic a Momms. tributa, est M., quod ille statuit MSCIEN OEMINI in M. DVCENI GEMINI mutando. — Male autem ad hunc retulisse lapidem mutilum cl. Marini, Fr. Arv. p. 799., probat Borghesi, Œuvr. V. p. 322. — Alios vd. ap. Cels. Dig. 31. 29. et in Corp. 5. 7447., ap. Henzen, Scavi al bosco degli Arv. p. 46. et Act. Fr. Arv. ap. eund. p. CXIX.

DUDIA, æ, m. 1. (Hebr. Dôdaj v. Dôthay « amor meus »; LXX. Δωδία) pater Eleazari, dux exercitus Davidis. Vulg. 1. Par. 27. 4. — Verum tamen ejus nom. Dodo (Hebr. Dôdô « amor ejus ») legitur ibid. 11. 26.

DUIDIUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. Inscr. ap. Wilmanns n. 2761 (in annulo signatorio).

DUILIUS, ii, m. 2. nom. gent. — a) Orthogr.: scribitur Duilius, Duilius, Duellius, Belius, Bellius, Bilius. Item græce Δουίλιος. Δουέλλιος, Δουέλλιος, Δουιλλιος, Βίλιος, Βίλλιος et aliquando Λίβιος (Polyb. 1. 22. 23). Huc spectat loc. Cic. Orat. 45. 153. « Hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora; nam ut duellum bellum et duis bis, sic Duellium - Bellium nominaverunt, cum superiores appellati essent semper Duelli ». Similiter Quintil. 1. 4. 15. « Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando - nec non eadem fecit ex duello bellum, unde Duellios quidam dicere Bellios ausi ». Verum primitiva scriptio debuit esse Duilius, ut est in Fast. Capit., quam secuta est Duilius (Liv.) et Duellius (Cic.); ceteræ sunt vel contractæ vel adulteratæ. De hac re cf. Momms. Corp. 1. p. 39 (a) not. 1. et Münzen, PW. 5. 1774., coll. Brambach, Hülfsb. p. 35. b. — b) Forma: Duilius in Fast. Capit. ad a. 355., 494., 498., 528. et Fast. cons. ap. Henzen, Inscr. 6438. col. 2. et 6434. col. 2., ap. Val. Max. 7. 3. ext. 7., Senec. brev. vit. 13. 3., Quintil. 1. 7. 12., Sil. It. 6. 665., Tac. 2. Ann. 49., Auct. de vir. ill. 38. 1. et 4., Lamprid. Commod. Ant. 7. 5. cod. C., Oros. 4. Hist. 7. et 8. 10. — Duillius ap. Liv. 2. 61., Senec. fr. 70. ap. Hieronym. c. Jovin. 1. 46 (Mign., Duellius Haase), Plin. 16. Hist. nat. 39. 75. (192). et 34. ibid. 5. 11. (20)., Ampel. 46., Flor. 2. 2. 7. et 2. 2. 10., Eutrop. 2. 20. 1. sqq. — Duelius ap. Quintil. 1. 4. 15. — Duellius ap. Cic. Orat. 45. 153., 2. Nat. D. 66. 168. et 1. rep. 1 (cod. Duelius) et alib., Liv. 2. 58. et 3. 64. et Val. Max. 3. 6. 4. — c) Etymol.: vulgo ducitur vocabulum a duellum (Cf. Cic. Orat. et Quintil. locc. citt.), quod etymon ortum, sed falso, putatur a bello prospere gesto a C. Duilio, quum hoc nomen jam ante exstiterit, et genuina scriptura sit Duilius, non Duellius; quod potius a duellus pro bellus, ut duonus pro bonus, duxerim, cujus illud demin. est. Ceterum quæ probabilis sit nominis origo, nondum, quod sciam, liquet; censeo tamen non esse rejiciendum, quod Cic. tam asseveranter tradit loc. cit., cui ex recentioribus suffragatur A. Vanicek. Gr.-Lat. Etym. p. 373. Cf. etiam A. Walde, Lat. Etym.

Wörtb. (1910) p. 86. — d) Prosod.: syllabæ secundæ quantitas patet, cum ex rd. dui (doi, dui), unde vox effici videtur, tum ex loc. Sil. It. 6. 665. « Exuvias Marti donumque Duilius alto Ante omnes mersa Pœnorum classe dicabat » Cf. etiam Corssen, Ueber Aussprache, Vocal. u. Betonung. etc. I. 124. et II. 354. et Grundzüg. d. gr. Etym. etc. 448.

Duilius, nom. gentis plebejæ inde ab antiquioribus reipublicæ Rom. temporibus, fascibus quoque nobilitatæ. ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.º) C. Duilius, plenius dictus C. Duilius M. f. M. n. (Fast. Cap., Act. Triumph., M. f. Cic. Cat. 44), cos. a. 494 = 260. a. Chr., cum Cn. Cornelio Scipione Asina (Fast. Cap., Chronogr. Idat., Chron. Pasch., Cassiod. Chron.), quum Carthaginienses potenti classe Siciliam et oras Italicas minitarentur, collectis a Romanis incredibili celeritate CXX navibus, iis, cum Scipione præfectus, primus navalem triumphum egit de Sicilia et de classe Pœnica, ab Hannibale ducta (Fast. Cap. et Val. Max. 7. 3. ext. 7), apud Liparas insulas (Flor. 2. 2. 7-11. et Ampel. 46), in quo XIV. hostium naves demersit et XXXI (al. L) cum VII. milibus hominum cepit, XII. milibus occisis (Eutrop. 2. 20. et Flor. 2. 2., coll. Polyb. 1. 4): CLASEIS POENICAS OMNEIS MAXSVMAS COPIAS CARTACINIENSIS - IN ALTOD MARID PUGNAD DEVICET VIQVE NAVEIS CEPIT Inscr. cum suppl. cl. Wölfflin. Ita rem narrat Liv. epit. 17. « Cn. Cornelius consul ex classe Punica circumventus et per fraudem velut in conloquium evocatus, captus est. C. Duilius consul adversus classem Pœnorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum: ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a cena, tibicine canente, funale præferretur ». Hoc tamen Cat. ap. Cic. adfirmat non fuisse ei concessum honoris causa, sed sibi privatum sumpsisse; quod nihilo minus negat Auct. de vir. ill. 38. Ad hæc fuit ei posita in foro Columna rostrata, quæ dicitur, ex rostris navium, quas victor ceperat Duilius (Quintil. 1. 7. 12) ex Pario marmore, cum celebri inscriptione, sed mutila, nunc in Museo Capitolino exstante, in quam sua studia contulerunt, præter antiquiores, potissimum Ritschl, Bonnæ 1852.; Momms. in Corp. 1. p. 37-40.; Henzen ad Borghesi Œuvr. IV. p. 246.; Wölfflin, S. Ber. Akad. Münch 1890. p. 293-321. et Nachtrag 1896. p. 160. sq. contra Norden (Cf. Hülsen, Röm. Mitt. V. 305-308). Ceterum de ea cf. etiam Lexicon ad v. ROSTRATUS. — Duilius ex præda spoliisque Carthaginiensium Jano templum apud forum Holitorium struxit (Tac. 2. Ann. 49). Hunc autem fuisse virum non solum bellica fortitudine sed etiam subtili ingenio præditum arguitur ex iis, quæ de eo refert Frontin. 1. Strateg. 5. 6. « C. Duilius cos. in portu Syracusano, quem temere intraverat, objecta ad ingressum catena clausus, universos in puppim retulit milites atque ita resupina navigia magna remigantium vi concitavit. Levatæ proræ super catenam processerunt: qua parte superata, transgressi rursus milites proras presserunt, in quas versum pondus decursum super catenam dedit navibus ». et 2. ibid. 3. 24. « C. Duilius, cum videret graves suas naves mobilitate Punicæ classis eludi irritamque virtutem militum fieri, excogitavit manus ferreas, quæ ubi hostilem apprehenderunt navem, superjecto ponte, transgrediebatur Romanus et in ipsorum ratibus comminus eos trucidabat ». Scribit porro Plin. 16. Hist. nat. 39. 74. (192)., coll. Flor. loc. cit. « Mirum apud antiquos primo Punico bello classem Duilii imperatoris ab arbore excisa LX. die navigasse ». — Dein a. 258. a. Chr. censor creatus est cum L. Cornelio Scipione et a. 231. dictator dictus comitiis habendis (Fast. Capit.). Memoratur etiam Plin. 34. Hist. nat. 5. 11. (20)., Sil. It. 6. 663-666., Serv. ad Virg. 3. G. 29., Oros. 4. Hist. 7., Ammian. 26. 3. 5., præter laudatos, et ex Græcis Zonar. 8. 11. et Polyb. 1. 20., 21., 22., 24. et Diod. 23. 9. 4. — De ejus nummis, ubi pro CD legitur MD, vd. Mommsen-Blacas, Monnaie rom. II. 240. n. 25. — De eo vd. Meltzer, Gesch. d. Kart. II. 278., Holm, Gesch. Sicil. III. 347. et Momms., R. G. I. 516-517. — 2.º) K. Duilius, cos. a. 336. a. Chr. cum L. Papirio Crasso Ausones et Sidicinos bello fudit et anno insequenti triumvir coloniæ Cales deducendæ creatus fuit cum T. Quintio et M. Fabio (Liv. 8. 16. Adde Cic. 9. Fam. 21). — Serv. ad Virg. 11. Æn. 224. scribit « Meminis (Virgilius) antiquæ consuetudinis. Nam ante etiam in civitate homines sepeliebantur. Quod postea Duilio (codd. Duellio) consule, senatus prohibuit et lege cavit, ne quis in urbe sepeliretur. Unde imperatores et virgines Vestæ, quia legibus non tenentur, in civitate habent sepulcra. Denique etiam nocentes virgines Vestæ, licet vivæ, tamen intra urbem in campo scelerato obruebantur ». Hic tamen Duilius, non Kæso cos. a. 336., de quo hic agitur, ut putat Forcellin. noster ad voc. sepelio, sed Cajus cos. a. 260. a recentioribus eruditis fuisse creditur. — 3.º) M. Duilius, tribunus pl. ex quinque, qui primum a. 470. a. Chr. ex lege Publicia creati sunt, cum Cn. Sicinio (Γάϊος Σικίνιος) collega Ap. Claudio diem dixit (Liv. 2. 58) ac tribunatum insignem gessit nec in decemviralibus certaminibus plebi defuit (Id. 3. 35) statimque rogationem tulit « de consulibus creandis cum provocatione » (Ibid. 54); tum ut « qui plebem sine tribunis reliquisset quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur » (Ibid. 55., coll. Cic. 2. rep. 54) simulque collegis, magistratum continuare cupientibus, restitit et « pariter patribus plebeique acceptus magistratu abiit » (Ibid. 64). — 4.º) M. Duilius, tribunus pleb. creatus cum L. Menio a. 357. a. Chr., rogationem pertulit de fenore unciario, quam « plebs aliquanto cupidius scivit accepitque » (Liv. 7. 16). Unciarium autem hoc fenus alii unciæ usuram esse opinantur, cum pro centenis mutuis datis singuli quotannis usuræ nomine penduntur (1. pro cent.); alii vero, cum pars sortis centesima singulis mensibus penditur (12. pro cent.), qui usuræ modus centesimæ vocatur; alii denique, quod rectius videtur, est uncia sive pars assis duodecima usuræ nomine quovis anno solvenda pro sorte unius assis (8 $^1/_3$ pro cent.). Cf. W. Th. Strauber, d. Zinsfuss. bei den Röm. Basel 1857. p. 21. sqq., coll. Billeter, Gesch. d. Zinsfusses im griech.-röm. Altert. Leipz. 1898. p. 116-133. — 5.º) Alios vd. ap. Ampel. 46., Liv. 3. 35.; 5. 13. et 16. et 21., Lamprid. Commod. 7. — Duilia, quæ et Bilia dicta, uxor C. Duilii, femina spectatæ pudicitiæ (Sil. It. loc. cit., Cic. 1. rep. 1. et Augustin. de rhetor. 5). ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 6. 16902 (?). Cf. Schulze, Eigenn. p. 90. — Duilia, nom. mul. Corp. 9. 2220. et 10. 5500.

DULCA, æ, f. 1. (dulcis) cogn. mul. Corp. 8. 9052. et 9061. — Hinc Dulcis, nom. puellæ. Anth. Lat. n. 381. R. — Dulcius, nom. vir. Anth. Lat. 733. R. et Cod. 7. 33. 6. — Dulcinia, nom. mul. Corp. 2. 1276. — Dulcitius, nom. frequentissimum apud Christianos, ut: vir consularis Æmiliæ sub Constantio imp. (Cod. Theod. 13. 10. 5); — dux in Britannia, scientia rei militaris insignis sub Valentiniano, Valente et Gratiano a. 368 (Ammian. 27. 8. 10); - tribunus in Africam missus ab Honorio Aug., ut in Donatistas legum contemptores animadverteret (Augustin. ep. 204) etc. — In titulis nom. vir. Corp. 9. 1080. — Dulcitis v. - es, nom. mul. 6. 1355., 3304. etc. — Dulciarius, nom. vir. Not. degli scavi a. 1881. p. 138 (Romæ).

DULCIS et deriv. V. voc. præc.

DULGIBINI. V. voc. seq.

DULGUBNII, ōrum, m. plur. 2. (Δουλγούμνιοι) populus Germaniæ inter Visurgim et Alaram, ubi hodie Bückeburg. Memorat Tac. Germ. 34., ubi tamen Kritz pro Dulgubnii leg. Dulgibini.

DULICHIA, æ, f. 1. et Dulichium, ii, n. 2. (Δουλίχιον) insula maris Ionii, una Echinadum, hod. fort. Thiaki, ubi habitavit regnavitque Ulixes. — Dulichia ap. Propert. 2. 14. 4. et in Itin. Ant. p. 524. — Dulichium ap. Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (54)., Mel. 2. 110., Virg. 3. Æn. 271., Ovid. 1. Trist. 5. 67. — Hinc Dulichius (Δουλίχιος), adj. ad Dulichiam ins. vel ad Ulixem pertinens. Ovid. Ib. 338. ratis. Stat. 1. Ach. 6. tuba. Sil. It. 2. 608. Zacynthus. Propert. 3. 5. 17. Irus. Ovid. 1. Trist. 5. 60. domus. Id. 14. Met. 226. dux. et 13. ibid. 711. portus. et rem. am. 699. mos. Auson. prof. 21. 20. torrens. i. e. fluidissimi eloquii. Stat. 5. Silv. 1. 58. proci. h. e. Penelopes, uxoris Ulixis.

DULLIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 5330. et Corp. 9. 3044. — Dullius Silanus, cos. a. 189. p. Chr., ap. Lamprid. Comm. 7. Cf. Schulze, Eigenn. p. 423.

DULLOVIUS v. Dulovius, ii, m. 2. nom. cujusdam divinitatis Celticæ, in Vaison cultæ. Corp. 12. 1279. DVLOVIO (insculpta imago sedentis circumdata palmis). et 1280. DVLLOVIO M. LICINIVS GOAS V. S. L. M. — Etiam in Hispania colebatur, ut ex Inscr. in Rev. Arch. 3. XXXVII. 487. V. Steuding, Roschers Lex. ad v.

DULOPOLIS, is, f. 3. (Δουλόπολις) nom. seu cogn. oppidi Acanthi in Caria, ap. Plin. 5. Hist. nat. 27. 29. (104)., ita dicta a δοῦλος, servus, quasi civitas servorum (Δουλίων πόλις), quia si servus, etiam peregrinus, lapidem eo tulisset, statim manumittebatur et liber fiebat (Steph. Byz.).

DUMA, indecl. nom. pers. et loc. (Hebr. Dûmâh « silentium v. locus silentii »; LXX. Δουμά Gen. 25. 14.; Ἰδουμά 1. Par. 1. 30.; ἡ Ἰδουμαία Is. 21. 11). ¶ 1. Fuit filius Ismaelis, enumeratus in albo genealogico (Gen. et Par. locc. citt.) inter Masma et Massa; sed, latiore sensu, accipitur pro tribu seu territorio Arabiæ; quo fit, ut statui possit ejus situs, qui ex communi sententia est Dumat-el-Djandal « Dumat petrosa » (Δούμαιθα Ptol., Δούμαθα Steph. Byz. et Domatha (Domata) ap. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. [157]), ubi habitabant Ismaelitæ, Nabathæi aliique, hodie el-Djôf « viscera ». (V. Sprengel, Alte Geogr. v. Arab. 203). — Huc pertinere videtur loc. Is. 21. 12., ubi Dumah plerique aptissime interpretantur « silentium » mortis, ad designandum extremum horum populorum, Deo rebellium, exitium (Cf. Trochon, Is. Paris 1878., Fillion, La Sainte Bibl. Paris 1894. et Knabenbauer, Comm. in Is. Paris 1887). ¶ 2. Est etiam oppidum in tribu Juda, de quo Hieronym. onom. p. 173. P. « Duma (Græce Δουμά) in tribu Juda, vicus grandis in Daroma, hoc est in australem plagam in finibus Ἐλευθεροπόλεως, decem et septem ab ea milibus distans ». Memoratur Jos. 15. 52., ubi Vulg. habet Ruma pro Hebr. Duma.

DUMÆTHA vel

DUMATHA (Domatha). V. voc. præc.

DUMNA, æ, f. 1. insula ad oram septentr.-orient. Britanniæ. Plin. 4. Hist. nat. 16. 30. (104). Scandias, Dumnam, Bergos maximamque omnium Berricen, ex qua in Thyle navigetur. Cf. Ptol. 2. 3. 14.

DUMNACOS, i, m. 2. Andium dux, qui primus Limonem opp. castraque Romanorum oppugnavit, sed Fabii, Cæsaris legati, cognito adventu, fugit ac suis finibus tandem expulsus est, teste Cæs. 8. B. G. 26., 27. et 31. Adde Oros. 6. Hist. 11.

DUMNISSUS, i, m. 2. locus in hod. Hunsrück, quod alii oppidum dicunt Galliæ, memoratum Auson. Mos. 7. sq. « Prætereo arentem sitientibus undique terris Dumnissum (var. Dumnissam, Dumnisum, Dumnixum) riguasque perenni fonte Tabernas », idem ac Dumno in Tab. Peut. inter Bingium et Belginum. Cf. Desjardins, Table de Peut. 18. et Holder, Altk. Sprachsch. ad v.

DUMNOBELLAUNUS, i, m. 2. (in mon. Ancyr. Δομνοελλαῦνος et in nummis Dubnovellaunus) rex Trinobantium in Britannia, hod. Kent et Essex, qui a. 26 (27). a. Chr. supplex venit ad Augustum, fort. a suis expulsus, ut ab eo sibi tutelam impetraret. Memoratur in mon. Ancyr. 6. 2 (Gr. text. 17. 2 = Corp. 3. p. 798. sq.). Videtur ei alludere Horat. 3. Od. 5. 3. Cf. Dion. 53. 22. 5. et Strab. 4. 200. — De nomine consulendus est Momms. ad mon. Anc. l. c. et R. G. V. 156. 1. — Ejus effigies visitur ap. Evans, Coins of the ancient Britons 198-206. Taf. IV. 6-12. n. 11.

DUMNONII, ōrum, m. plur. 2 (Δουμνόνιοι) populus Britanniæ extremæ occid. (Brit. I), in regione hod. Cornwall et Devon dicta. Solin. 22. Siluram - insulam ab ora, quam gens Britanna Dumnonii tenent, turbidum fretum distinguit. —

Itin. Ant. p. 486. Dumnunii. et *Rav. p.* 425. Dumnonii. Sed in *Corp.* 7. 775. CIVITAS DVMNON. *h. e.* Dumnoniorum. — Eorum urbs præcipua *Isca*. Ceterum de iis eorumque regione plura videsis ap. *Hübner* ad *Corp.* 7. 775. et 776.

DUMNŎRIX, igis, m. 3. dux Hæduorum, frater Divitiaci. *Cæs.* 1. *B. G.* 18. « Ipsum esse Dumnorigem summa audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum rerum novarum ». et *ibid.* « Odisse etiam suo nomine Cæsarem et Romanos, quod eorum adventu potentia ejus deminuta et Divitiacus frater in antiquum locum gratiæ et honoris restitutus - summam in spem per Helvetios *(socios)* regni obtinendi venire: imperio populi Romani non modo de regno sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare ». — Hisce cognitis, Cæsar in eo erat, ut in illum graviter animadverteret, sed rogatu lacrimisque Divitiaci, quem Cæsar maxime diligebat, motus « præterita se Divitiaco fratri condonare dicit » *(Id. ibid.* 20). — In nummis Æduorum legitur *Dubnoreix*. V. *Holder, Altk. Spr.* 1360.

DŪNAS, ătis, m. 3. cogn. Martis Segomonis, repertum in ara, hod. *Culoz (dép. Ain-Belley)* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 7416 = *Allm. Inscr. Viann.* III. 409. *n.* 721. = *Corp.* 13. 2532. NVMINIBVS AVGVSTORVM DEO MARTI SEGOMONI DVNATI CASSIA SATVRNINA EX VOTO V. S. L. M. (Cf. *Rev. Arch. IX.* 1855. *p.* 315. et *Rev. Celt. IV.* 11. et *Comm. Th. Vallauri* Taur. 1859). — Videtur ita dictum vel a *Dunum*, nom. loci in Gallia (V. *Holder* v. *Dunon)* vel a δοῦνος, *mons*, derivatum, ut idem sit ac *montanus*. Cf. DUNUM.

DŪNENSIS. *V.* DUNUM.

DŪNIUS (Dunnius), ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4881. — L. Dunius Severus, proconsul sub Claudio imp., in nummo, ubi effigies cum nomine visitur, ap. *Imhoof-Blumer, Münz. II* (1902) 529. *n.* 9. 10. — Hinc *Danilius* et *Dunillius*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 5098.

DŪNUM, i, n. 2. castellum in Gallia, hod. *Chateaudun (dép. Eure-et-Loir)*, ap. *Greg. Tur.* 9. *Fr.* 20.: a v. δοῦνος, quod idem est ac *terræ tumulus* v. *collis* (Cf. *duna*), vel potius a Celt. *dunum*, quod castrum significat, quo finiuntur locorum nomina, ut *Augustodunum, Noviodunum* etc. — Hinc *Dunensis pagus*, hod. *le Danois*, ap. *Ps.-Venant. vit. s. Leobini* 24., 76. *p.* 80. *Kr.* (V. *Longnon, Géogr. de la Gaule, sæc. IV.* 320. *sqq.* et *Holder, Altk. Spr.* v. *Dunon n.* 5). Cf. *Fredeg. chron.* 4. 18. a 598-599. « in laco Dunense » = Thuner See. — *Dunenses*, incolæ, ap. *Greg. Tur.* 4. *Fr.* 51.

DŬO *V.* DUÆ.

DŬŎDĔCIM PORTÆ, in XI. regione Urbis *(Not.* et *Curios.*: cf. *Jordan, Top. II.* 559), probabiliter via seu vicus, quo dividebatur Circus Max. a templo Cereris, usque ad vicum Tuscum et clivum Publicium pertingens, ita appellatus a duodecim januis, per quas ad carceres Circi intrabatur. *Obseq.* 70 (130)., coll. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (66).

DŬŎDĔCĬMUS, a, um, adject., quod nominibus propriis efficiendis inservit, addita fere particula *ad*, ut: *Ad Duodecimum* (subaud. *lapidem)*, mutatio Italiæ in Alpibus Cottiis inter Segusium et Taurinos, hod. *S. Giorio*, in *Itin. Hieros. p.* 556. — Item mutatio XII. m. p. a Patavio ad opp. Altinum, prope locum, qui *Mestre* (al. *Mirano)* hodie appellatur. *Itin. Hieros. p.* 559. — Aliæ *ibid. p.* 604., 668., 669. — *Duodecimum*, abs., oppidum, ut videtur, Osroenes, in *Notit. Dign. imp. or.* 35 (al. 33). — Item mutatio in Calabria, inter Hydruntum *(Otranto)* et Lupias *(Lecce)*, prope hod. *Martano* seu *Martignano*, in *Itin. Hieros. p.* 609. — Alias vd. *ibid. pp.* 666. et 669.

DŬPILĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 1768. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 246. et 441.

DŬPLĀVĬLENSES, ium, m. plur. 3. incolæ pagi prope Piavim, fluvium Italiæ superioris, unde ille nomen accepit, hod. *Valdobbiadene*. Memorat *Venant. vit. s. Mart.* 4. 668.

DŪRA, indecl. et etiam Dura, æ, f. 1. (Chald. *Dûrâ'*; LXX. Δεειρά) ¶ 1. Est nom. campi seu vallis circum Babylonem, ubi Nabuchodonosor statuam erexit auream, quam Ananias, Misael et Azarias, socii Danielis, adorare detrectarunt, ut traditur *Dan.* 3. 12. — Plura sunt loca ita in Babylonia et Assyria nominata, ex quibus duo commemorantur *Ammian.* 23. 5. et 25. 6. in Assyria, ubi erat tumulus Gordiani III. imp., et *Polyb.* 5. 48. et 52. in Mesopotamia, in cujus vicinia periit Julianus imp. Sic et in monumentis cuneatis, tria potissimum in Babylonia, test. *Schrader-Whitehouse, The Cuneif. Inscr. and the Old Test.* 1888. *II. p.* 128. et 315. — Hoc autem nomen, sub forma Babylonensi *duru*, significat *locum munitum, arcem*; locus vero, cujus meminit *Dan. ibid.* 1., visitur, eodem nomine appellatus, prope Babylonem, ubi est ruderum cumulus, dictus *tells de Dura*, et vestigia etiamnum exstant basis, in qua statuam a rege Babylonensi erectam fuisse conjicit *Oppert, Expédition en Mésop. I.* 228-240. Cf. *Menant, Babyl. et la Chald.* 1875. *p.* 244. ¶ 2. Est etiam nom. viri sapientia prædito tempore Salomonis vel paullo ante, filii Mahol, cujus mentio est apud *Vulg.* 1. *Par.* 2. 6 (hebr. *Derda* et contr. *Darah)*.

DURACHIUM. *V.* DYRRACHIUM.

DŪRĀNIUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est fluvius Galliæ Celticæ, dein Aquitaniæ, oriens ex Arvernorum montibus et in Garumnam influens, hod. *Dordogne*, ap. *Auson. Mos.* 464. Durani *(genet.)*. Adde *Sidon. carm.* 22. 102. et *Greg. Tur.* 7. *Fr.* 20. et 32. ¶ 2. Est etiam nom. gent. vir. *V.* DURIUS.

DURATĬUS, ii, m. 2. Pictonum dux, Romanorum amicus, qui Lemoni clausus a Dumnaci, ducis Andium, copiis, in magno periculo versabatur, nisi, prius adventante Cæsaris legato Caninio, dein C. Fabio, hostis deterritus fugisset. *Cæs.* 8. *B. G.* 26. et 27.

DŪRĬA, æ, f. 1. nomen fluviorum. Occurrit ¶ 1. Fluvius Germaniæ, in Danubium influens, hod. *Morave*. Memorat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 25. (81). ¶ 2. Item Hispaniæ. *V.* DURIUS. ¶ 3. Alii duo: - Duria *major*, seu *Baltea* vel *Bantica* dict., in reg. XI. Transpad., oriens ex Alpibus Pœninis, per Augustam Taurinorum, in Padum affluens. *Rav. p.* 288., coll. *Strab.* 4. 203. et 205. et 5. 247., hod. *Dora Baltea* - Duria *minor*, seu *Riparia* dict., hod. *Dora Torinese* v. *Riparia*, in reg. IX. Ligur., oriens ex Alpibus Cottiis, per Segusium, in Padum fluens ad Augustam Taurinorum. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (118). et *Ennod.* 1. *carm.* 1. 40.

DŪRINĒ, es, f. 1. urbs regia Persarum, cujus incolas Alexander M. in novam urbem, a se dictam, transtulit. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (138).

DŪRIS, idis, m. 3. (Δοῦρις) vir Samius *(Newton, Anc. Gr. inscr. III.* 1. *n.* 403. 120), frater Lyncei *(Athen.* 4. 128), n. ca. a. 340. temporibus Ptolemæi Philadelphi, historicus diligens, etsi confutatus ab Eratosthene, ut ait *Cic.* 6. *Att.* 1., quod Eupolin, ab Alcibiade in Siciliam navigante, dejectum fuisse in mare tradiderit: in dicendo non eloquentiæ indulsit - nec elegantiæ, sed rerum veritati, a partium studio, obtrectatione simul et adulatione alienus ac prudens. Scripsit historiam Græciæ et Macedoniæ (Ἑλληνικά et Μακεδονικά) et Agathoclis (Λιβυκά), etiam de toreutice (περὶ τορευτικῆς) ap. *Plin. loc. cit.*, et alia, ut περὶ τραγῳδίας, περὶ ἀγώνων, περὶ νόμων, περὶ ζωγράφων, προβλήματα Ὁμηρικά etc. — Est a *Plinio* inter suos fontes relatus in *Ind. l.* 7., 8., 12., 18., 33. et 36., sed ejus operum fragmenta tantum supersunt a *C. Müller* in *Hist. Gr. frg. II.* 466-488. collecta. — De eo consulas etiam *Susemihl, G. L. G. I.* 585-592. et *Schwartz, PW.* 5. 1853. *sqq.*

DŪRĬUS, ii, m. 2. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est fluvius ex maximis pæninsulæ Ibericæ, oriens in regione Tarraconensi ex monte Idubeda ac dividens ab Asturia Vettones et Gallæciam a Lusitania seque in oceanum Atlanticum exonerans, hod. *Duero*, sæpe in bellis Hispanicis memoratus. — *a)* Scribitur *Duria* pro *Durius* a *Claudian. loc. cit.* — *b)* De notatione hæc habet *Isid.* 13. *Orig.* 21. 28. « *Durius* (Δούριος v. Δώριος) a Græcis quasi *Doricus* », quod prima fronte videbitur ineptum, nisi conferatur cum *Strab. locc. citt.*, ubi tradit, quosdam, qui ad Durium accolunt, Laconica vitæ ratione uti. Porro Lacones Dorici sunt (*V.* DORES). — *c)* Ad quantitatem quod attinet, primam corripit *Sil. It.* 1. 234. « Hinc certant, Pactole, tibi Duriusque Tagusque » (Adde *ibid.* 438. et 5. 323); producit *Claudian. carm.* 29. 70. « et roseis formosus Duria ripis ». — Memoratur *Mel.* 3. 8., 10., *Flor.* 2. 18. 2., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (112)., *Oros.* 5. *Hist.* 7., coll. *Ptol.* 2. 5. 2. *sq.* et *Dion.* 37. 52. *Strab.* 3. 152., 154. et 162. « Δούριος μακρόθεν ῥέων μεγάλους τ' ἀναπλεόμενος σκάφεσιν ἐπ' ὀκτακοσίους σχεδόν τι σταδίους ». ¶ 2. Est etiam nom. gent. vir. *Corp.* 3. 3892 (V. *Schulze, Eigenn. p.* 160. et 355). — Hinc *Durio (onis)*, cogn. vir., demin., ut videtur, a *durus*, more Græcorum. *Inscr.* in *Rev. Arch.* a. 1880. *II. p.* 525. — *Durenius*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 2043. et *Durenia*, nom. mul. 2055. — *Duronius*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 8116 (18). — Fuit etiam tribunus pl., qui legem latam coercendis conviviorum sumptibus abrogavit; quare censores M. Antonius et L. Valerius Flaccus a. 97. a. Chr. eum senatu moverunt. *Val. Max.* 2. 9. 5. — Alii ap. *Cic.* 5. *Att.* 8. et *Liv.* 40. 18. — *Duronia*, mater P. Æbutii, de qua *Liv.* 39. 9 (a. 186. a. Chr.). — *Duranius*, nom. gent. vir. *Corp.* 6. 1781 *(in sep. viæ Appiæ)*. Cf. *Schulze, ibid. p.* 355. — *Durinius (Durinus)*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1390. Cf. *Schulze, ibid. p.* 160.

DURMĬUS, ii, m. 2. nom. ex gente Campana, ut constat ex lapidibus nummisque (V. *Cavedoni, Mem. di Mod. XVIII. p.* 245. *sqq.*, coll. *Mancini* in *Giorn. degli scavi di Pomp.* a. 1872. *p.* 316) in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1461. — Cogn. in *alia* ap. *Wilmanns n.* 2839. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 160., 174. et 355. — Hinc *Durmianus*, adj. in *Inscr.* Ligoriana suspecta v. falsa ap. *Lanciani, Top. p.* 293. *n.* 25. — Fuit etiam *M. Durmius* vir monetalis a. 20. a. Chr., de cujus nummis vd. *Eckhel*, 5. *p.* 203. et *Babelon, Monn. de la rép. R. I.* 467. *sqq.*; et etiam triumvir cum L. Aquilio Floro et P. Petronio Turpiliano, de quibus plura ap. *Borghesi Œuvr. II. p.* 96., 110. *sq.*, 268. et 381. Differt autem a *M. Durmio*, memorato in *Corp.* 14. 2627., ut monet *Babelon loc. cit.* Addendus *C. Ummidius Durmius Quadratus*, cos. sub Caligula vel Claudio imp. *V.* UMMIDIUS.

DURNŎMĂGUS, i, m. 2. statio seu opp. in Germania infer., inter Coloniam Agrippinam et Novæsium, hod. fort. *Dormagen*, in *Itin. Ant. p.* 254. Cf. *Brambach, Corp. I. Rh.* 284-292.

DURNŎVĀRĬA, æ, f. 1. statio seu opp. in ora meridiana Britanniæ, in via a Calleva Iscam Dumnoniorum, hod. *Dorchester*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 493 (ubi alii leg. *Durno[no]varia)*, et quidem opp. principale *Durotrigum*, de quibus *Ptol.* 2. 3. 29. Cf. *Hübner, Corp.* 7. *p.* 13. et *De-Rossi, Bull. Crist.* a. 1872. *p.* 123.

DŪRŎBRĪVÆ, ārum, f. plur. 1. vox a *Dur*, quod est vocabulum Celt., Hibernis adhuc usitato, unde *Durum* et *Duro*, h. e. *locus fortis, munitus, arx*, quod præmittitur vel subjungitur nominibus quibusdam locorum, distinguendum a *Dur* v. *Dubr*, unde pariter *Durum* v. *Dorum* aut *Durrum*, quod significat *aquam* locaque designat aquis fluviisve assidentia, seu vadum vel pontem: hinc nomina *Boiodurum, Segodurum* etc. et *Durobrivæ, Durocasses* et alia, quæ hic subduntur. — Est autem ¶ 1. Oppidum Britanniæ orient. *(Flav. Cæsar. Catuvell.)* in via a Londinio Lindum, hod. *Castor*, in *Itin. Ant. p.* 475. ¶ 2. Item oppidum Britanniæ *(Brit. I. Cantii)* ad merid. Londinii, hod. *Rochester*, in *Itin. Ant. p.* 473. — *Rav. p.* 428. Durobrabis. et *Bed.* 2. *H. E.* 3. Dorubrevi = *Hrofaes cæstræ*.

DŪRŎCASSES (Durocases v. Durocasis), oppidum Galliæ Lugudunensis, ad occid. Lutetiæ, hod. *Dreux (dép. Eure-et-Loire)*, in *Itin. Ant. p.* 384. *Tab. Peut.* 22. Darocassio. V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 476.

DŪRŎCĂTĂLAUNI (Durocatelauni), ōrum, m. plur. 2. oppidum Galliæ Belgicæ ad Matronam, serius dictum *civitas Catalaunorum*, hod. *Chalons-sur-Marne*. Memorant *Ammian.* 15. 11. et 27. 2., *Eutr.* 9. 9. et 13., *Eum. paneg. Const.* 4. V. CATALAUNI.

DŪRŎCŎBRĪVÆ (Durocobrivi), ārum, f. plur. 1. oppidum Britanniæ, in via a Londinio Viroconium, prope hod. *Bark Hempstead*, in *Itin. Ant. p.* 471., 476. et 479.

DŪRŎCORNŎVĬUM, ii, n. 2. oppidum Britanniæ in via a Londinio Iscam, hod. *Cirencester*, in *Itin. Ant. p.* 485. *Rav. p.* 424. Durocoronavis et Cironium Dobunorum *p.* 427., ubi plura sunt Romanorum vestigia *(Corp.* 7. *p.* 29), ut inscriptio, ad *Watermore* reperta, et carmina sacra Genio loci *(Korr.-Bl. d. W. Ztschr.* 1891. *p.* 225. et *Bücheler, Carm. Lat. epigr. n.* 277).

DŪRŎCORTŎRUM, i, n. 2. (Δουροκόρτορον *Ptol.)* oppidum Galliæ Belgicæ, caput Remorum *(Strab.* 4. 194), dein provinciæ Rom. Belgicæ *(Not. Gall.* 2. 2), et, sub imper. orient., Belgicæ II., sæc. IV. *Remis* dictum, hod. *Reims*. Memoratur *Cæs.* 6. *B. G.* 44., *Ammian.* 15. 11. 10. et 16. 2. 8., *Not. Dign. occ.* 9. 36. et 11. 34., *Corp.* 8. 4466. — De orthogr. nom. V. *C. Müller, Ausg. d. Ptolem. I.* 1. 225. — De eo vd. *Desjardins, Tabl. Peut.* 16. et *Géogr. de la Gaule II.* 455. et *Longnon, Géogr.* 390. *sqq.*

DŪRŎĪCORĔGUM (Duroico[um] Regum v. Durocoregum), statio seu oppidum in via a Castello Menapiorum *(Cassel)* Samarobrivam *(Amiens)*, de cujus situ nihil hactenus certi profertur. *Tab. Peut.* ap. *Desjardins, Tabl. Peut.* 14. et *Holder, Altkelt. Spr.* ad v.

DŪRŎLEVUM, i, n. 2. statio seu oppidum in via a Londinio ad portum Rutupiæ in Britannia. *Itin. Ant. p.* 472. — Fortasse nomen accepit a *Durolevi* fluvio, memorato *Rav. p.* 438.

DŪRŎLĪPONS, ontis, m. 3. statio seu oppidum Britanniæ *(Flav. Cæsar.)* in via a Londinio Lindum, hod. fort. *Ramsey* v. *Godmanchester* in *Itin. Ant. p.* 474.

DŪRŎLĪTUM, i, n. 2. statio seu oppidum Britanniæ in via a Londinio Venta inter Cæsaromagum et Londinium, hod. *Ramford*, in *Itin. Ant. p.* 480.

DŪRŎNĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. mul. *V.* DURIUS. ¶ 2. Est etiam oppidum Samnii, a. 243. a. Chr. expugnatum a L. Papirio Cursore. *Liv.* 10. 39.

DŪRŎNUM, i, n. 2. oppidum Galliæ Belgicæ, prima statio in via a Bagaco Nerviorum *(Bavai)* Durocortorum *(Reims)*, hod. probabiliter *Etroeungt (dép. Nord)*, in *Itin. Ant. p.* 381.

DŪROSTŎRUM. *V.* DOROSTORUM.

DŪRŎTINCUM (Durotingum), i, n. 2. statio seu oppidum in Gallia Narbonensi inter Cularonem *(Grénoble)* et Brigantionem *(Briançon)*, hod. fort. *Villard-d'Arène*. Memoratur in *Tab. Peut.* ap. *Desjardins, Tab. Peut.* 57. et *Holder, Altk. Spr.* ad v.

DŪRŎTRĬGES. *V.* DURNOVARIA.

DŪRŎVERNUM (Duroavernum), i, n. 2. (Δουρούερνον *Ptol.)* oppidum Cantii in Britannia, in via a Londinio Rutupiam, hod. *Canterbury*, in *Itin. Ant. p.* 472. et 473. et *Corp.* 7. *p.* 20.

DŪRUS, i, m. 2. cogn. vir., ut *Q. Laberius Durus* ap. *Cæs.* 5. *B. G.* 13. V. deriv. in DURIUS.

DŪSA, æ, f. 1. oppidulum Africæ. — Hinc *Dusensis* et *Dusitanus*, adj. ad opp. Dusam pertinens. *Gest. Coll. Carthag.* (a. 411) *Cognit. I. c.* 197. et 198 *Mansi, (Act. conc. IV.* 144. et 147 = *Migne L.* 11. 1334. et 1336).

DŪSARĬA, ōrum, n. plur. 2. *V.* voc. seq.

DŪSARIS et, rectius, Dusares, is, m. 3. (Δουσάρης, Δούσαρις, Δούσαρος) Minus recte *Dysaris*; nam in *Inscr. Rh.* 151. DEO APOLLONI DYS' PRO, non *Dysaris* sed legend. *Dyspro*. — Etymon ducitur ab Hebr. *Dûshâre'*, i. e. « Dhû *sc.* dominus (mont.) Shara » *(Steph. Byz.)*: cf. *De Vogüé, Inscr. sém.* 120. *sq.* Alia vd. ap. *Meyer* in *Rosch.* 1206.; *Bäthgen, Beitr. z. semit. Relig.-gesch.* 1888. *p.* 94. et *Wellhausen, Reste arab. Heident. the Semit* 1894. *p.* 51. Omnia tamen subiecta.

Dusaris vel Dusares, cogn. seu nom. dei Arabum Nabatæorum, quem Dionysum s. Bacchum fuisse ait *Isid. Charac.* ap. *Hesych.* sub *b.* Δουσάρην. τὸν Διόνυσον Ναβαταῖοι (Cf. *Le Bas Waddington* 2023). *Tertull. apol.* 24. Unicuique provinciæ suus deus est - ut Arabiæ Dusares (Cf. 2. *nat.* 8). *Inscr.* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5828 (= *Corp.* 10. 1556) DVSARI SACRVM. — Principalis locus, ubi antiquitus colebatur, fuit metropolis Petra, ubi nuper hujus dei fanum in quodam antro repertum est (V. *De Vogüé, Journal Asiat.* 1898. *p.* 137), et idoli forma erat lapis niger, quadratus, quinque pedes altus, unde victimarum sanguis stillabat (Cf. *Maxim. Tyr. VIII.* 8., *Arnob.* 6. *p.* 197., *Clem. Alex. protr.* 29). Alia loca erant Bostra *(Journ. As.* 1897. *II.* 209. *sq.*, *Dussaud et Macler, Voyag. dans le Djebel el-Druz* 1901. *n.* 74); Hauran *(Le Bas-Waddington,* 2023. ἱερεὺς θεοῦ Δουσάρεος, coll. *Clermont-Ganneau, Recueil arch. orient. IV.* 170); Bataneа *(Le Bas-Waddington* 2309., 2312., coll. 2370); Arabiæ pæninsula *(Euting, Nabat. Inschr.* etc. 1885. *p.* 2. *sqq.*, 9., 11., 12., 20., 27. et 38 = *Corp. I. Sem. II.* 197-224). — De eo vd. *Mordtmann, Z. D. M. G. XXIX.* 1875. *p.* 99. *sqq.* et *Baudissin, Stud. zur Sem. Relig. II.* 250. — Hinc *Dusaria*, festa in honorem Dusaris seu Dionysi, de quibus *V. Lexicon*.

DŪSENSIS et

DŪSITĀNUS, a, um, adject. *V.* DUSA.

DUSSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3271. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 428.

DŪVĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., ejusdem fort. originis ac *Dubius*, in *Inscr.* ap. *Dessau* 6883. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 91. — Huic genti decus addidit præcipue *L. Duvius Avitus*, legatus pro præt. prov. Aquitaniæ *(Plin.* 34. *Hist. nat.* 7. 18. [47]); cos. suff. a. 56. (al. 55) p. Chr. cum P. Clodio Thrasea Pæto *(Corp.* 12. 1408., coll. *Momms., Herm. XII.* 128. et 133) et etiam augur; dein a. 58. legatus Germaniæ inferioris. *Tac.* 13. *Ann.* 54-56.

DY

DŸARDĒNĒS, is, m. 3. fluvius Indiæ extra Gangem, quam assequitur in ejus delta = *Œdanes*, ap. *Strab.* Memoratur *Curt.* 8. 9. 9. Dyardenes minus celer auditu est, quia per ultima Indiæ currit: ceterum non crocodilos modo, uti Nilus, sed etiam delphinos ignotasque aliis gentibus beluas alit.

DŸMÆ, ārum, f. plur. et Dyme, es, 1. (Δύμη *Ptol.)* ¶ 1. Est oppidum Peloponnesi ad extr. occid., una ex duodecim antiquis fœderatis civitatibus Achaiæ, colonia Pompeji et Augusti, dicta *Julia Aug. Dumæorum*. — Ejus ruinæ repertæ sunt prope *Kato-Akhaia*. — Memoratur *Liv.* 27. 31., 32. 21. et 38. 29 (plur.)., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (13)., *Stat.* 4. *Theb.* 1. 24. et *Vindic. carm.* 41 (sing.). et ex Græcis etiam *Strab.* 7. 337.*sq.*, *Paus.* 7. 17. 5.*sq.*, *Appian. Mithr.* 96., *Plut. Pomp.* 28. et *Corp. I. Gr.* 1543. — De ejus nummis vd. *Head*, 414. et 417. ¶ 2. Est etiam *Dyme* oppidum Thraciæ, ad Hebrum, in via Egnatia, prope hod. *Kalderkos*, ad or. *Feredjik* v. *Feredschik*. Memoratur in *Tab. Peut.* 8., *Itin. Ant. p.* 322. et 333. et *Rav. p.* 183. — *Itin. Hieros. p.* 602. Mutatio Demas. — Hinc *Dymæus*, adj. ad Dymen, Achaiæ oppidum, pertinens, ut *Dymæus ager* ap. *Liv.* 27. 31. — Absolute *Dymæi*, incolæ. *Cic.* 16. *Att.* 1. et *Liv.* 32. 22. V. *Kiepert N. Atl.* v. *Hellas IX.*

DŸMÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

DŸMANTIS, idis, f. 3. (Δυμαντίς) patronym. a *Dymes*, Dymantis filia, *sc.* Hecuba. *Hygin. fab.* 111. et *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 320. *Ovid.* 13. *Met.* 620. Dymantida *(acc.)*.

DŸMĀS v. Dumas, antis, m. 3. (Δύμας: a δύω, *subeo)* nom. pers. et geogr. — *a) Dymans, antis*, in *Inscr. Neap.* 6769. c. 1. 68. — *Dymas, æ*, ap. *Dict.* 1. — *b)* Acc. *Dymanta*, Gr. pos., ap. *Stat.* 10. *Theb.* 465. ¶ 1. Est nom. pers., quo appellatus fuit — 1.º) Pater Hecubæ *(Ovid.* 11. *Met.* 761), quam alii tradunt Cissei filiam *(Hygin. fab.* 111), rex Thebarum. *Mythogr. I. fab.* 204., *Auson. epit. Her.* 25. et *Dict.* 1. — 2.º) Item vir Trojanus, de quo *Virg.* 2. *Æn.* 340., 394. et 428. — 3.º) Item alius Trojanus, memoratus *Stat.* 6. *Theb.* 559-606. et 10. *ibid.* 348-465. ¶ 2. Est etiam fluvius navigabilis Sogdianæ, ap. *Ammian.* 23. 6. 59.

DŸNĂMIS, is, vel idis, f. 3. (Δύναμις, *potentia)* ¶ 1. Est cogn. vir. ingen. et libert., Græcan. *Corp.* 5. 1999. et 3. 563. — *Inscr. Don.* 330. 10. Dynamine *(abl.)*. ¶ 2. Est etiam unus ex æonibus Gnosticorum. *Iren.* 1. *c. hær.* 24. 3. ¶ 3. Item quædam, sed tantum Græcis, quod sciam, memorata, regina Ponti, temporibus Augusti, filia Pharnacis *(Dio* 54. 24. 4. *Latyschev, Inscr. ant. oræ sept. Ponti Eux. II.* 356). Cf. nummos aureos reginæ Dynamidis cum ejus effigie et nomine AIIΣ = 281 (æra Bosp. Pont. 787-8 = 17-16 a. Chr.) in *Ann. d. Inst.* 1841. *p.* 320-326 (= *Köhne, Descr. du musée Kotchoubey II. p.* 156), coll. *Sallet, Beitr. z. Gesch. u. Numism. d. Könige d. kimmerischen Bospor.* 15.*sq.*

DŸNĂMĬUS, ii, m. 2. (Δυνάμιος, *potens)* nom. et cogn. vir. — Genet. *Dynami* pro *Dynamii*, ap. *Auson. prof.* 23. 1. et 14. Cf. *Müller, De re metr. p.* 391. — Male *Dinamius* in *Corp.* 5. 3958. — Memorantur ¶ 1. D y n a m i u s, familiaris *Symmachi ep.* 7. 96., « vir bonarum artium, cultus, ornatus ac dignus qui ordini senatorio copuletur ». ¶ 2. D y n a m i u s, actuarius quidam temporibus Constantii imp., ap. *Ammian.* 15. 5. 4., *Zosim.* 2. 55. 2. ¶ 3. D y n a m i u s, plenius *Claudius Julius Ecclesius Dynamius*, præfectus urbis Constantinopolis ca. a. 490 *(Corp.* 6. 1711), fortasse idem qui consul a. 488. V. *Momms., Chron. min. III.* 538. et *Corp.* 5. 7528. et 8958. De eo vd. etiam *De-Rossi, proleg.* ad *Inscr. Chr. I. p. LXVIII. sqq.*

DŸRĂCHĬUM. *V.* DYRRACHIUM.

DŸRIS, is, m. 3. nom. originis Punicæ, quo significatur ¶ 1. Mons Atlas, *sc.* series montium Mauretaniæ Tingitanæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. (13)., hod. *Adrar n' Deran*, de quo V. ATLAS. *Strab.* 17. 825. « Ἕλληνες Ἄτλαντα καλοῦσι οἱ βάρβαροι δὲ Δύριν ». *Solin.* 24. vocat *Addirim* et *Capell.* 6. *p.* 215. *Adirin*, ex male lecto loc. *Plin.*, ubi est *Ad Dyrin*.

DYRRĂCĒNUS, Dyrrachenus et

DYRRĂCHĪNUS (Dyrrhachinus, Durracinus), a, um, adject. *V.* voc. seq.

DYRRĂCHĬUM (Dyrrhachium), ii, n. 2. nom. geogr. — *a)* Varie scribitur, sive græce, ut Δυρράχιον *(Strab.)*, Δυορράχιον *(Ptol.)*, Δυράχιον *(Steph. Byz.)*; sive latine, ut *Dyrrhachium, Dyrachium* v. *Dirachium, Durachium* et *Durracium*; sed ex optimis mss. et nuper edit. libr. præferendam esse colligitur script. *Dyrrachium* v. *Durrachium (Catull.* 36. 15). Sic *Itin. Ant. p.* 317., 337., 339. et 497. habet *Dyrrachium*, et ubique varia lectio est *Durrachium*; sic etiam nummi vett. apud *Eckhel*, 1. *p.* 152. *Baiter* tantum et *Wesenberg* in *Cic. epp.* et *Hofmann* in *Cæs. B. C.* edid. *Dyrrachium*. Adde *Philippson* in *PW.* — *b)* Genet. *Dyrrachi* ap. *Cic.* 1. *Divin.* 32. 68.: ita *Christ*; sed *Müller* leg. *Dyrrachii*. — *c)* Ad nomen quod attinet, olim *Epidamnus* seu *Epidamnum* (ab ἐπί, *in*, et *damnum*: vox hybrid.) dictum fuit, quam coloniam propter *inauspicatum* nomen a Romanis Dyrrachium appellatam esse ajunt *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. (145). et *Mela* 2. 56., qui scribit « secunda *(urbs)* Dyrrhachium, Epidamnos ante erat: Romani nomen mutavere, quia velut *in damnum* ituris omen id visum est ». Hinc jlocalariter *Plaut. Men.* 263. « Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum est, Quia nemo ferme huc sine damno divertitur ». Recte tamen alii negant hoc nomen a Romanis et impositum fuisse, teste *Eckhel*, 2. *p.* 155., coll. *Momms.* ad *mon. Ancyr. p.* 82., qui tradunt ex Græcis, hanc urbem *Epidamnum* vocatam fuisse ab ejus conditore Epidamno rege *(Appian. B. C. II.* 39), quæ postea a Dyrracho, ejus nepote, *Dyrrachium* quoque est dicta; quamquam sunt qui unam ab altera distinguendam esse censeant. Cf. *Heuzy, Miss. en Macéd.* 349. *sqq.*, *Kiepert, Alt. Geogr.* 356. et *Eckhel loc. cit.* — *d)* Etymon ab iis, qui unam dicunt urbem fuisse, hanc docent a conditoris nepote, *Dyrracho (Steph. Byz.)* ita appellatam, qui navale urbi addidit. Sed hæc omnia, uti patet, ita a scriptoribus proferuntur, ut adhuc in tenebris ambulare cogamur.

Dyrrachium, urbs Illyrici (Plin. loc. cit.) seu Macedoniæ (Itin. Ant. loc. cit.), in promontorio pæninsulæ ad septentr. ostii Palamni, a colonia Græca Corcyræ et Corinthi (Thuc. 1. 24-26) a. 627. a. Chr. condita (quarum dissidium postea in causa fuit, cur bellum Peloponnesiacum oriretur), hod. Alb. Duressi, Turc. Drasch, Ital. Durazzo. Memoratur etiam Cæs. 1. B. C. 25. et 27., Cic. 14. Fam. 1., Liv. 29. 12., 31. 27., 42. 48. et alib., Flor. 4. 2. 40., Val. Max. 1. 6. 12., Vellej. 2. 49. 51., Frontin. 2. Strat. 7. 13. et 3. 17., Tac. 2. Hist. 83., Vitr. 8. 3. 8., Hieronym. in chron., et ex Græcis, Scyl. 26., Polyb. 2. 9. sq., Scymn. 435., Diod. 19. 70. et Strab. 6. 316. sq. — Munita erat portu commodissimo ad mare Adriaticum, cui oppositus erat alter in Italia Brundisinus (Cæs. loc. cit.), quique describitur Lucan. 6. 14. sqq. et in Itin. Ant. p. 317. — Sub Augusto imp. colonia videtur illuc deducta (Momms. ad mon. Ancyr. p. 82). Ibi Cicero exsilii sui tempore degit, ibidemque Cæsar a. 48. a Pompejo est devictus. — Jam inde ab a. 314. a. Chr. Dyrrachium cepit Cassander, Romani vero a 229. ab Illyriis liberarunt sibique adjunxerunt et, pacto fœdere, civitatis liberæ titulo donarunt; quapropter commercio plurimum valuit in Apolloniæ detrimentum, bellique civilis tempore, a. 48., sæpe ab historicis celebratur, et serius sub imperio orientali caput fuit prov. Epiri novæ. — Verum, teste Hieronym., a. Chr. 350., decimo imperii Constantii, corruit ex terræ motu; unde Junior in Descr. orb. 28. hæc scripsit « Dyrrachium vero propter malitiam habitantium destructa est et in profundum, Deo irascente, submersa non comparuit ». Hanc autem civium malitiam et corruptelam morum incredibilem describit Plaut. loc. cit.; nec mirum, ejus enim civitatis patrona erat Venus. — De Dyrrachii nummis vd. Eckhel, 2. p. 155-158., Cavedoni Spicil. num. p. 66. et Borghesi Œuvr. II. 291. sqq., ejusque inscriptionibus Latinis Momms. Corp. 3. a n. 602-628., coll. 709. et 6331. et ibid. 6. 3079. — De eadem consulas etiam Zippel, Röm. Herrsch. in Illyr. 35., 90. etc. et Hahn, Alb. Stud. 74. sqq. — Hinc Dyrrachinus (Durrachinus), adj. Cæs. 3. B. C. 80. prœlium. Sueton. Cæs. 68. munitio. Adde Inscr. ap. Orelli n. 86. et Wilmanns n. 2863. — Dyrrachini (Durrachini), absolute, incolæ. Cic. 3. Att. 22. et alib., Cæs. 3. B. C. 80., Liv. 42. 48. et alib., Plin. 14. Hist. nat. 2. 4. (30)., ex quibus locis plura colligi possunt ad eorum historiam illustrandam. — Dyrracenus (Dyrrachenus), Δυρραχηνός, adj. idem ac Dyrrhachinus, ut Dyrracena provincia, ap. Cælest. ep. 3. p. 428. M. — Dyrraceni, absolute, incolæ. Paul. dig. 50. 15. 8. § 8., ubi juris Italici dicuntur.

DYSAULES, is, m. 3. (Δυσαύλης) capellarum custos in pago Eleusinio, quo tempore Ceres, filiam quæsitura, illuc pervenerat, ut narrat Arnob. 5. p. 174. Cf. Paus. 1. 14. 3. et 2. 12. 4. et XLI. hymn. Orph. μήτηρ ἀνταία v. 6. « ἁγνὸν παῖδα Δυσαύλου (ita recte leg. Hermann, Orphic. p. 305) ὁδηγητῆρα λαχοῦσα ». et Harpocrat. Ἀσκληπιάδης δ' ἐν ς' Τραγῳδουμένων τὸν Δυσαύλην αὐτόχθονα εἶναί φησι. — Vocabuli etymon a δύσαυλος, δυσαυλία, quæ de eo dicuntur qui sub dio v. male pernoctat, sejungi nequit (Preller, Demeter u. Persephone 135).

DYSCĔLĂDOS, i, m. 2. (Δυσκέλαδος, male seu graviter sonans) insula maris Adriatici. Mela 2. 114. — De ejus nummis vd. Eckhel, 2. p. 159.

DȲSIS, is, f. 3. (Cf. δύσις, latebra v. occidens) una Horarum apud Hygin. fab. 183. Cf. Dilthey, Rh. Mus. XXVII. 1872. p. 385. 1.

DYSMĒ MŌAB vel Dysmemoab, indecl. idem ac ad occidentem Moab (Δυσμαὶ Μωάβ), locus juxta Jordanem contra Jericho, ubi Balac, rex Moab, et majores natu Madian Israelem insidiis deceperunt et ubi etiam Moyses scripsit Deuteronomium, ut docet Hieronym. onom. p. 173. et 175. P. Sed Vulg. (Num. 22. 1. et 36. 13) habet campestria Moab, Hebr. 'Arbôth Mô'âb.

DYSPĂRIS, ĭdis, m. 3. (Δύσπαρις, male [δύς] auspicato nomine Paris) nom. Paridis, quod Ovid. usurpat 13. Her. 43. Dyspari Priamide, damno formose tuorum, Tam sis hostis iners, quam malus hospes eras.

DYSTROS (Δύστρος), mensis apud Macedones, idem ac Anthesterion apud Atticos, i. e. Februarius (Corp. I. Gr. 3070. 2. Cf. Le Bas-Waddington Inscr. III. 3271); apud Syro-Macedones vero aliosque orientales idem ac Martius (Rufin., interpr. Canon. Pasch. Anat. Alex. 2. Cf. Ideler, Handb. d. Chronol. I. 430., 434. et 436. sqq.).

E

E, e, quinta littera alphabeti latini et inter vocales secunda, de qua fuse dictum est in Lexico. Hoc unum, ad nomina propria quod attinet, revocandum ducimus, eam a veteribus interdum adhibitam fuisse pro littera i; hinc Dareus pro Darius, Deana pro Diana, Meneros pro Minerva, Vergilius pro Virgilius, quæ postremi vocabuli scriptura, jam inde a prima imperii ætate usurpata (Wagner, Orth. Verg. p. 479. et Ritschl, opusc. 2. 779), nunc alteri ita prævalet, ut sit longe usitatior, de quo plura in ea voce dicemus.

EA

EÆCUS, i, m. 2. nom. dei Iberici in Lusit. Inscr. Corp. I. L. 2. 763 (reperta Norbæ) DEO EAECO CLARANVS CARNICI filius v. s. L. M. Cf. Discus in Corp. 2. 4977., nom. dei Hispani.

EĀNUS, i, m. 2. idem ac Janus, quem ab eundo derivatum volunt, teste Serv. ad Virg. 7. Æn. 610. Hinc Cornif. apud Macrob. 1. Sat. 9. 11. « Cicero, inquit, non Janum, sed Eanum nominat ab eundo ».

ĔĀRĪNUS, i, m. 2. (Ἐαρινός) nom. vir. Græcan. — a) Scribitur Earinos, Gr. pos., apud Martial. 9. 12. 13. — b) Origo vocabuli est, ut patet, ab ἔαρ, ver, unde ἐαρινός, vernus vel ad ver pertinens, quod etymon spectans Martial. 9. 14. de Earino: Nomen habes, teneri quod tempora nuncupat anni. — c) Ad quantitatem quod spectat, prima syllaba brevis est; sed aliquando poetæ, maxime dactylici, metri necessitate producunt, ut Martial. ibid. 12.; quamquam id fieri potuit, inspecto Græcorum exemplo, qui scribunt etiam εἰαρινός, ut Homer. Il. 2. 89.

Earinus ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Est puer, de quo Senec. ep. 83. 3., quicum se ad natatum philosophus exercebat. — 2.º) Item puer delicatus Domitiani imp., de quo multa apud Martial. 9. 12., 13., 14., 17. et 18. et Stat. 3. Silv. 4. V. FLAVIUS. ¶ 2. In titulis cogn. ingenuum atque libertinum Græcan. Corp. 6. 8992 (in S. Maria de monte Jordano); 12. 4884 (Narbone). et Inscr. Not. degli scavi a. 1908. p. 332 (Ostiæ). — Etiam nom. serv. Corp. 7. 1331 (in amphora). — Earine, cogn. mul. Corp. 5. 6590. — Hinc Earinius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Grut. 30. 1., si genuina est.

EB

ĒBĀL, indecl. m. nom. pers. et geogr. — Hebr. 'Êbâl (1. Par. 1. 22), LXX. Εὐάλ, pro quo aliquando 'Ôbâl (Gen. 10. 28), Vulg. modo Ebal (Ibid.), modo rectius Hebal (1. Par. loc. cit.). Varia igitur est orthographia sive textus originarii sive translationum (Cf. Kennicott, V. T. heb. cum var. lectt. p. 644). Aliquando etiam legitur Γαιμάν (?) dissim. in mss., ubi litt. g supplet aspiratam 'ayin; et ap. Jos. ant. 1. 6. 4. Ὕβαλος. — Significatio vocabuli incerta est; alii namque saxum, quo regio intelligitur saxosa et sterilis; alii vero rerum villum congeries interpretantur.

Ebal igitur ¶ 1. Est nom. pers., ac. — 1.º) Filius octavus Jectan, qui primogenitus erat Heber (Gen. et Par. locc. citt.). — Apud Jos. loc. cit. (Ὕβαλος) significare videtur tribum aliquam Arabicam, quæ australem pæninsulæ partem incoleret, cujus territorium nondum est plane cognitum. Hanc Bochart Phal. II. c. 23. p. 139-144., nominum similitudini innixus, Avalitas seu Abalitas intelligit, in ora Africana habitantes ad sinum maris extra fretum Bab-el-Mandeb, quod ab eis sinus Abalites v. Avalites dictus sit, teste Plin. 6. Hist. nat. 29. 34. [174]., coll. Ptol. 4. 7. At Nobel et Lenormant putant, non de Avalitis sed de Gebanitis, litteris, ex legibus grammaticis, uti assolet, permutatis, regionem Uzal, cujus Tamna erat caput, incolentibus. Ceterum Ebal tribum esse Arabiæ austro-orient., conceditur, et etiamnum Abil nomen est plurium locorum in Arabia Felice (Yemen), nec deest in Inscriptionibus Sabæis mentio « tribus Gaban » (Halévy, Inscr. sabéennes in Journ. asiat. 1872. p. 497., coll. Dillmann, Die genes. Leips. 1892. p. 199). — 2.º) Item tertius filius Sobal, de stirpe Seir Horræo. Gen. 36. 23. et 1. Par. 1. 40. ¶ 2. Est etiam — 1.º) Nom. regionis, ut videtur, in Arabia, sed incerti situs. V. supra. — 2.º) Item montis in Samaria, græce Ἐβάλ et Γαιβάλ, de quo V. HEBAL.

EBELINUM, i, n. 2. oppidum seu statio Hispaniæ in via Romana a Cæsaraugusta Jaccam, in Itin. Ant. p. 452., coll. Rav. p. 309 (ubi in melioribus codd. unico l scribitur, in viliorib. duplici), sita fort. prope Linas de Marcuello.

EBELINUS, i, m. 2. nom. v. cogn. vir. Corp. 5. 7850.

EBION, ōnis, m. 3. (Hebr. 'Ebyôn « pauper, egenus »; Gr. Ἐβίων) Scribitur etiam Hebion, sed minus recte, Tertull. loc. cit.

Ebion, hæreticus primi sæc. (ca. a. 70. p. Chr.), discipulus Cerinthi (Philastr. hær. 37), natus in Basanitide in vico Cokab, æqualis Johannis ap. (Epiph. hær. 30. 2. 3. et 12), auctor sectæ, de qua qui primus scripsit, a. 180-190., fuit Iren. adv. hær. I. 26. 2. et III. 11. et 21. De eo Philastr. hær. 37. « Salvatorem nostrum hominem de Joseph natum carnaliter Ebion æstimabat ». Sic Tertull. de carn. Chr. 14. « Hebion nudum hominem constituit Jesum, prophetis aliquo gloriosiorem » (Cf. Walch, Ketzergesch. I. 110). Hinc negabat etiam Mariæ virginitatem (Hieronym. adv. Lucif. 23). Memoratur etiam Pacian. ep. 1. n. 1. et Mar. Marcat. c. Cap. XII. Nest. p. 928., ubi Ebion Stoicus philosophus, appellatur. — Hinc Ebionæi v. Ebionitæ (Hebr. 'Ebyônîm) ejus sectatores dicti; quamquam fuerunt qui putarent Ebionem numquam exstitisse; quum enim 'ebyôn significet qui pauper est vel paupertatem profitetur, arbitrati sunt hoc nomine appellatos illos ex Judæis Christianos, qui abhorrerent a terreno luxu et gloria et a Mosaicis ritibus atque institutis nollent abstinere. Hæc tamen sententia concordi veterum testimonio repugnat; nec si Constit. apost. VI. 6. eos ad tempora apostolica remittunt, atque alii volunt Johannem ap. contra eos suum scripsisse euangelium (Smith-Nace, Chr. Biogr. II. 25. et Lipsius, Die Quellen d. alt. Ketzergesch. 1875), hæc tempori, quo Ebion vixisse dicitur, nequaquam obstant. De iis Iren. locc. citt. « Circumciduntur et perseverant judaico vitæ charactere, Hierosolymam quasi Dei domum adorant » et ideo « Paulum apostolum recusant dicentes eum Legis apostatam » et « solo eo, quod est secundum Matthæum, euangelio utuntur », cujus, ut errores suos tuerentur (Epiph. c. hær. 30. 13), duo priora capita, ut etiam librum Act. Apost. et epistolas s. Pauli, rejecisse censentur. Præterea referunt historici eos proprium euangelium habuisse, sermone Syro-Chaldaico conscriptum, tunc in Palæstina vulgatum, quod euangelium secundum Hebræos dictum est (Funk, Stor. della Chiesa I. p. 92. tr. 1903); quamquam et Matthæi euangelium ita vocabatur (Patrizi, De euang. 1. c.); sed, teste Hieronymo, simul cum Origene, Eusebio et Epiphanio, Ebionæorum euangelium valde a canonico Matthæi differebat (Hilgenfeld, N. T. extr. can. rec.), quod postea, ab Ecclesia reprobatum, intercidit (Vigouroux, Man. bibl. etc. III. tr. 1895. p. 156). — Quum autem hæresis natura ea sit, ut nequeat sibi diutius constare; idcirco accidit, ut præcipue postquam ab Hadriano imp. Judæi Hierosolymis sunt expulsi, inter Ebionitas ortæ fuerint dissensiones, ac moderatiores ex iis dicti sint Nazaræi, rigidiores vero primitivum nomen servarint. Quod quidem discrimen, ab Origene jam agnitum, deinde Epiphanius et Hieronymus (quamvis hic utroque nomine promiscue utatur) magis declararunt, quorum ætate præcipui Ebionitarum cœtus disseminati erant in Batanæa, in Cœlesyria et etiam in Cypro et Romæ; ubi Victor I. eos cum Theodosio et Artemone damnavit. — De iis cf. Hippol. philosophum VII. 34., Tertull. præscr. 33., Epiph. panar. hær. 29., 30., 40., 41., 52. et 53., et ex recentioribus Jülicher, PW. 5. 1895. sq. et Preuschen, Antileg. (1901) 3-8. et 9-11.

ĔBŌRA (Æbora, Ebura), æ, f. 1. (Ἔβουρα) ¶ 1. Est oppidum Lusitaniæ, situm inter Anam et Tagum fluvios in promontorio, quod Magnum appellatur (Mela 3. 7), municipium Liberalitas Julia, trib. Galeria, conventus Pacensis, cum jure Latii, hodie Evora. Memoratur etiam Plin. 4. Hist. nat. 22. 35. (117). Oppida veteris Latii, Ebora, quod item Liberalitas Julia. Adde Itin. Ant. p. 426., coll. Ptol. 2. 4. 11. — Ex ejus inscriptionibus (Corp. 2. 108-126.sqq.) et ex nummis (Eckhel, 1. p. 11. sqq.) alia de eo colligi possunt. — Hinc Eborensis, adj. ut Corp. 2. 114. Municipium Eborense. ¶ 2. Oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Præsamarcis cum portu, fort. hod. Porto Real v. Puerto S. Maria, ap. Mel. 3. 11 (Ptol. 2. 6. 63. Ἔβορα). ¶ 3. Castellum Hispaniæ in litore maris Atlantici memoratum Mel. 3. 4.

ĔBŎRĀCENSIS, e, adject. V. voc. seq.

ĔBŎRĀCUM, i, n. 2. (Ἐβόρακον) Scribitur quoque Eburacum, quæ altera scribendi ratio firmatur Itin. Ant. locc. citt., et Corp. 7. 236. et etiam etymo; vocabulum namque ducitur a Celt. eburos, i. e. taxus; quamquam dubia est notatio (Cf. Holder, Altkelt. Sprachsch. 1402).

Eboracum, oppidum Britanniæ, caput Flaviæ Cæsariensis, statio legionis VI., quæ Victrix dicebatur, et IX. Hispanæ, colonia Romana sæc. II., ubi et Septimius Severus (Spartian. vit. 19) et Constantius Clorus (Eutrop. 10. 1) mortem obierunt et Constantinus M. omnium militum consensu Cæsar est creatus (Excerpt. Vales. 4), hodie York. Memoratur etiam Aur. Vict. Cæs. 20. 27., Itin. Ant. p. 466., 468., 475. et 478., Not. Dign. occ. 40. et Cod. Justin. 3. 32. 1. — De eo vd. Hübner, Röm. Herrsch. in Westeur. 34. sqq. et art. Britanni III. 871. sq. et in Corp. 7. p. 61. n. 231-259. — Hinc Eboracensis, adj. ut Eboracensis colonia in Ephem. epigr. III. p. 123. n. 80.

ĔBŎRENSIS, e, adject. V. EBORA.

ĔBŌRES, um, m. plur. 3. dicti sunt militum genus, qui numerum constituebant inter auxilia Palatina. Corp. 5. 8745. Cf. Momms. ad h. n.

ĔBŎREUS pagus, cujus fundus ad Libarnenses spectat. Tab. alim. Velej. 5. 20., in viciniis antiquæ Libarnæ prope Serravalle, inter Dertonam et Genuam.

ĔBŎRŎLĀCENSE prædium, in Gallia, memoratum Sidon. 3. ep. 5. in agro Arvernate, ita dictum ab oppidulo Ebrolio, sito ad Sicaulam fluvium, vel, ut Ihm putat, in regione Claromontana (Clermont). Cf. Holder, Altk. Spr. v. Eburulacos.

EBRĬOS, ii, m. 2. nom. v. cogn. Sileni in cista Prænestina Garrucci, Syll. p. 156.; Schoene, Ann. d. Ist. XLII. 1870. p. 337., 339., 344. Mon. IX. 22. et 23. et Heydemann, Satyr-und Bakchennam. 34., 36. et 43. — Ebris, cogn. apud Charis. I. p. 52. K. Ebris masculino genere in eodem Pomponio « Neque enim ego sum Memmi, neque Casai neque Munati Ebriæ ».

EBRŎDŪNUM. V. EBURODUNUM.

EBRŎMĀGUS. V. EBUROMAGUS.

EBRO PORTUS, æstuarii Veneti portus ad ostium Medoaci (Brenta), hod. Chioggia, in Corp. 6. p. 219. V. Nissen, Ital. L.-K. II. 219.

EBRUS. V. HEBRUS.

ĔBŪDES et Hebudes, um, f. plur. 3. (Ἔβουδαι) insulæ Britanniæ inter Thylen et Calidoniam, quinque numero, quas Ptol. 2. 2. 11. supra Hiberniam collocat, nunc Ebridi. Harum, ut scribit Solin. 22., incolæ nesciunt fruges, piscibus tantum et lacte vivunt: rex unus est universis, nam quotquot sunt, omnes angusta interluvie dividuntur. V. integr. loc.

ĔBŪRA. V. EBORA.

ĔBŪRĀCUM. V. EBORACUM.

ĔBŪRĬCUS, a, um, adject. ad Eburum pertinens (Ἔβουρον Ptol.), oppidum Quadorum in Germania, nunc Olmutz in Moravia. Inscr. ap. Grut. 28. 5., ubi Burica pro Eburica potius leg., coll. Tac. Germ. 43.

ĔBŪRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 6521., 6573. et 6678. Cf. voc. seq. — Hinc Eburianus, cogn. vir. 2. 2764.

ĔBŪRĪNI, ōrum, m. plur. 2. populus seu potius incolæ oppidi Eburi, trib. Fabia, nunc Eboli in Picentinis, dein Lucaniæ attributi, haud procul a Picentia prope Silarum (Silaro), ap. Plin. 3. Hist. nat. 11. 15. (98). — Hinc Eburinus, adj. Sall. frg. 4. Hist. n. 67. p. 88. D. Eburina juga. Cf. Inscr. ap. Henzen, Suppl. Or. n. 7146. — Abs. Eburinus, nom. vir. in titulo Chr. ap. Hübner, Inscr. Chr. Hisp. n. 81. — Eburius, nom. episcopi Tubricentium in Britannia. Epist. Synh. ad Silv. pap. ap. Mign. Patr. L. VIII. p. 817.

ĔBURNUS, i, m. 2. (ebur) cogn. vir., unde et Eburneus, ap. Fest. p. 245. M. « Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat ».

ĔBŪRO, ōnis, m. 3. cogn. vir. Inscr. apud Brambach n. 905. — Eburus, cogn. vir. Corp. 3. 5033. et 6010.

ĔBŪRŎBRĬGA, æ, f. 1. oppidum Galliæ Celticæ ad Senones pertinens, serius Lugdunensis in via ab Autessioduro (Auxerre) Augustobonam (Troyes), in Itin. Ant. p. 361., prope hod. Avrolles (dép. Yonne).

ĔBŪRŎBRĬTĬUM (Eburobrittium), ii, n. 2. oppidum Lusitaniæ haud procul ab litor. oceani Atlantici, conventus juridicus Scalabis, inter Santarem et Leyriam. Plin. 4. Hist. nat. 21. 35. (113).

ĔBŪRŎDŪNENSIS, e, adject. V. voc. seq.

ĔBŪRŎDŪNUM, i, n. 2. Varie scribitur, ut Ebrodunum ap. Strab. 4. 179.; Ebrudunum in Not. Dign. occ. p. 40. et Itin. Ant. p. 342. et 357., ubi alii Eburodunum; v. Ebredunum in Itin. Hier. p. 555., ubi alii Hebridunum; v. Eborodunum in Corp. 11. 3281-3283. et Eburunum in Tab. Peut. ap. Desjardins, Tabl. Peut. 61.

Eburodunum ¶ 1. Est oppidum Helvetiorum in provincia Maxima Sequanorum, hod. Yverdun (germ. Iferten), in Not. Gall. 9. 7. et Corp. 13. 5063. et 5064., coll. Momms. Inscr. Helv. 142., 143. — Hinc Ebrodunensis, adj., ut Castrum Ebrodunense, in Not. Gall. 9. 6. Cf. Desjardins, Tabl. Peut. 34. ¶ 2. Item vicus in Alpibus Cottiis (Strab. 4. 179) v. civitas (Corp. 5. 7259), sub Augusto jure Latii donata (Momms. Corp. 5. p. 810. et 814), cui duoviri præerant (Corp. 12. 81), hod. Embrun. — Ptol. 3. 1. 35. eam collocat in Alpibus Grajis « ἐν Γραΐαις Ἄλπεσιν Ἐβουρόδουνον », sed perperam. — Hinc Ebrodunensis, adj., ut Civitas Ebrodunensis ap. Greg. Tur. 4. Fr. 29. — Abs. Ebrodunenses, incolæ, ut Civitas Ebrodunensium in Not. Gall. 17. 2., ubi dicitur metropolis provinciæ Alpium Maritimarum. ¶ 3. Item oppidum in Germania Magna, ap. Ptol. 2. 11. 15., fortasse hod. Brünn (Cf. C. Müller in Ptol. I. p. 273); sed a nullo, quod sciam, ex Latinis scriptoribus memoratur.

ĔBŪRŎMĀGUS, i, m. 2. (« Eburi campus ») statio seu oppidum Galliæ australis, inter Carcasonem et Tolosam, hod. Bram, in Tab. Peut., teste Desjardins, Tab. Peut. 52. — In Itin. Hier. p. 551. scribitur vicus Ebromago. — Apud Auson. p. 271. 15.; 272., 275., 85. et 282. 126 (ed. Peip.). est Ebromagus. et Paulin. Nol. ep. 11. 14. est Hebromagus, cum Eburomago minime confundendus.

ĔBŪRŌNES, um, m. plur. 3. (Ἐβουρῶνες Strab., Ἐβουρωνοί Dio, sed Ebonones ap. Oros. 6. Hist. 7). — De etymo vd. EBURACUM. Cf. Glück, Kelt. Nam. 116) populus Galliæ Belgicæ, maximam partem inter Rhenum et Mosam, teste Cæs. 5. B. G. 24. Id. 2. ibid. 4. Condrusos, Eburones, Cæroesos, Cæmanos, qui uno nomine Germani appellantur. Adde Liv. epit. 106. et 107. et Corp. 13. 1. p. 578., coll. Strab. 4. 194. et Dion. 40. 5. Videntur autem eam regionem incoluisse, quæ nunc dicitur le pays de Liège (It. Liegi), cujus metropolis (« civitas ignobilis atque humilis » Cæs. 6. B. G. 28) fuit Aduatuca. — Fuerunt bellicosi ac strenui, ita ut, duce Ambiorige, prius Sabinum et Cottam, legatos Cæsaris, dein Q. Ciceronem profligarunt. Hanc tamen cladem ultus Cæsar eos fere penitus delevit eorumque loca vacua occuparunt Tungri, adeo ut nomina Tungrorum et Eburonum simul confunderentur. Cf. Flor. 3. 10. 7. et Oros. ac Liv. locc. citt. et ex recentioribus Th. Bergk, Cæs. Krieg geg. Ambior. u. die Ebur. (in Gesch. u. Topogr. d. Rheinlande 25-28). — De eorund. nummis vd. Eckhel 1. p. 74.

ĔBŪRŎVĪCES, um, m. plur. 3. iidem qui Aulerci, ex quorum stirpe orti erant: eorum metropolis Mediolanum (nunc Saint-Aubin du Vieil Evreux). Plin. 4. Hist. nat. 28. 32. (107). « Aulerci, qui cognominantur Eburovices ». Memorant etiam Cæs. 7. B. G. 75., et Oros. 6. Hist. 8., coll. Corp. 14. 1390. V. AULERCI vel DIABLINTES et Longnon, Géogr. 239.

ĔBŪRUM, i, n. 2. V. EBURINI et EBURIUS.

ĔBŪRUS, i, m. 2. cogn. et nom. serv. Corp. 3. 5033. et 4167. et ibid. 6010 (in figlina).

ĔBŬSII, ōrum, et

ĔBŬSĬTĀNUS, a, um, adject. V. voc. seq.

ĔBŬSUS, i, f. 2. nom. geogr. et pers. (Ἔβουσος et Ἔβυσος Strab., Ἔβυσος Dio, Ἔβουσσος Ptol.) Scribitur varie, ut apud Græcos, ac. Ebusus, Ebusa, Ebusia, Eboeia. — Ebusos, Gr. pos., ap. Mel. 2. 125 (Cf. Garrucci, Syll. p. 85. n. 80); sed Ebusus frequentius dicta etiam in litteratis lapidib. — Secunda syllaba corripitur Sil. It. 2. 372.; non tamen improbandus, qui, inspecto Ἔβουσος apud Græcos, eam produceret.

Ebusus ¶ 1. Insula Hispaniæ Tarraconensis, maxima inter Pithyusas, proprie inter Hispaniam et Mauretaniam (Itin. Ant. p. 510) et proxima Balearibus (Serv. ad Virg. 7. Æn. 662., ubi alii leg. Ebusa), Phœnicibus habitata, unde et Phœnissa dicitur Sil. It. loc. cit., trib. Quirina, cum metropoli cognomine, Carthaginiensis colonia, dein occupata a Romanis a. 121. a. Chr. et sub Vespasiano municipium Flavium, hodie Ibiza v. Iviza. — Describitur Isid. 14. Orig. 6. 45., qui eam dicit serpentes fugere et huic contrariam esse Colubrariam (Gr. Ophiussam), anguibus refertam (Cf. Solin. 23. et Mel. 3. 126). Verum Plin. 3. Hist. nat. 5. 11. (76). « Ebusus vocatur utraque (Pythiussa, a frutice pineo dicta), civitate fœderata, angusto freto interfluente ». Unde patet duas fuisse hoc nomine insulas duasque urbes; quas insulas, Punice I-busim, alii « balsama », alii « cupressi » interpretantur (Hübner). De ea Mela loc. cit. Frumentis tantum non fecunda, ad alia largior et omnium animalium, quæ nocent, adeo expers, ut ne ea quidem quæ de agrestibus mitia sunt, aut generet aut, si invecta sunt, sustineat. Plin. 8. Hist. nat. 58. 83. (226). In Ebuso cuniculi moriuntur. et 9. ibid. 18. 32. (68). Circa Ebusum salpa principatum obtinet, obscenus alibi et qui nusquam percoqui possit nisi ferula verberatur. et 15. ibid. 19. 21. (82). Siccat honos (ficos) laudatas, servat in capsis, Ebuso insula præstantissimas amplissimasque. et 19. ibid. 5. 30. (94). Scillæ sponte nascuntur copiosissimæ in Balliaribus Ebusoque insulis ac per Hispanias. — Hinc Ebusitanus, adj. Corp. 2. 3660. ordo. et 3664. respublica. Plin. 3. Hist. nat. 5. 11. (78). terra. ¶ 2. Est etiam nom. vir., ut videtur. Corp. 5. 4992.

ĔBŪTĬUS, ii, m. 2. (Ἐβούτιος) nom. gent. vir., posteriore ætate usitatum pro Æbutius, in Corp. 8. 1506. et 7165-7168.

ECBĂSUS, i, m. 2. (Ἔκβασος Steph. Byz.) unus ex filiis Argi et Evadnes, ap. Hygin. fab. 145. Cf. Apollod. 2. 1. 2.

ECBĂTĂNA, ōrum, n. plur. 2. et Ecbatana, æ,

f. 1. (*Oros.* 6. *Hist.* 4. et *Vulg.* 2. *Mach.* 9. 3) nom. urbis. — *a)* Græce τὰ 'Εκβάτανα (*Plut. epigr.* 9.; *Arist. Vesp.* 1143. et 1144. et *Ach.* 64. et 618.; *Æsch. Pers.* 15), 'Αμαθὰ (*LXX*), ἡ 'Εκβάτανα (*Ptol.* 6. 21. 9. *Nobbe*, 'Αποβάτανα *Müll.*), Βάτανα (*Isid. Char.* 6), 'Αγβάτανα (*Herod.* 1. 98., *Ctes.* ap. *Diod.* 2. 13. 5. et *Steph. Byz.*); Latine *Ecbatana* sæpius, *Ecbatanis* (*Vulg. Judith, loc. cit.*), *Ecbatanae* (*Rav.* 2. 5), *Acbatana* (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 17. [75]); Bibl.-Aram. *'Ahhmethâ'*, Ant.-Pers. *Hagmatâna*, Sus. *Akmadana*, Babyl. *Agam[a]tanu*, Armen. *Ahmatan, Hamatan, Ekbatan*, Pahl. *Hhamath'an* (in numm. Sasanid. ap. *Mordtmann VIII.* 14), contr. *'Ahham*, hodie comm. *Hhamadan*. — *b)* Etymon alii ducunt a Semit. *hhamath* « arx, munimentum »; alii rectius a Pers. *hagmat* (?) « locus cultus et incolis plenus ». Cf. *Gesen.* in *Thes. p.* 70.

Ecbatana, nom. duarum urbium Mediæ, quarum una fuit metropolis regni Cyri in parte regionis boreali, cujus descriptio omnium antiquissima legitur in Zendavesta (*Vendidad, Fargard II.* Cf. *De Harlez, Avesta I. p.* 96-98); altera in parte australi, caput Mediæ Magnæ (*Vulg.* 1. *Esdr.* 6. 30). ¶ 1. Ecbatana prior, Mediæ veteris metropolis fuit (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 13. 16. [42]), arcis regiæ mœniumque admirabili splendore insignis (*Herod.* 1. 98., *Diod.* 2. 13., 17. 110., *Polyb.* 10. 27., *Ptol.* 1. 12. 9., *Strab.* 11. 522. *sq.*, *Arr. An.* 3. 19. 2.; 7. 14. 1., *Tac.* 15. *Ann.* 31., *Curt.* 5. 1. 16., et 7. 10. 10., *Ammian.* 23. 6. 22) ac ditissima (*Hoeck, Monum.* V. *Mediae p.* 145). — *a)* De ejus amplitudine. *Vulg. Judith*, 1. 1. *sqq.* « Civitatem potentissimam - Ecbatanis, ex lapidibus quadris et sectis: - muros ejus in latitudinem cubitorum septuaginta et in altitudinem cubitorum triginta » (*ubi nunc rectius legitur, ex Græco textu*, altitudinem c. LXX., latitudinem c. XXX.: vd. *Salian. IV.* a. 3345. *n.* 8. et *Calmet* in *h. l.*); « turres vero ejus - in altitudinem cubitorum centum: per quadrum vero earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, - portas ejus in latitudinem turrium ». (*Gr. e contrario* « turres in altitudinem portarum »). Ceterum de numeris non est disputandum, qui facile in veteribus scripturis ex vario eos scribendi modo inter se differunt vel varie leguntur; de murorum autem magnitudine dubitari nequit, quum proverbialiter olim de loco vel re tutissima diceretur « plus munimentis septa quam regia quæ est Ecbatanis » (*Themist., Orat. XXVI. p.* 319. ed. *Peter*). Præterea in Græco textu portæ dicuntur septuaginta cubitos altæ et latæ quadraginta, « ad facilem exitum potentissimis copiis ». Porro *Herod.* 1. 98-99. eam vocat « ἑπτατειχὴς πόλις », *i. e.* septem murorum, quorum singuli gradatim tanto altius erigebantur, quanta erat pinnarum cujusque altitudo, sed ex lapidibus albis exterior murus, alter nigris, tertius purpureis, quartus cæruleis, rubeis quintus, laminis argenteis sextus, septimus aureis obductus; quamquam alii adfirmant solam arcem septemplici muro circumdatam fuisse (*Hoeck, Monum.* etc. *p.* 147). Cur autem septem fuerint, ex septenario arguitur numero planetarum, quibus erant dicati (*Creuzer, Symb. Myth. II. p.* 216). — *b)* De ejus historia: in primis de conditore urbis quæstio est; nam *Herod. loc. cit.*, traditur hic fuisse rex Medorum primus, nempe Dejoces; *Plin.* 6. *Hist. nat.* 14. 17. (43). Seleucus; *Diod.* 2. 13. Semiramis; at *Ctes. fragm.* (ed. *Müller*) Arbaces. et *Vulg. Judith* 1. 1. Arphaxad. — De Semiramide quod dicitur, id inter mythica est amandandum; Dejocem vero et Arphaxad unum eundemque fuisse, nullo argumento probari posse existimamus; nec facile credendum Assyriarum rerum scriptoribus quibusdam, qui quæ refert de Arbace et Belesi Ctesias, fabulosa arbitrantur (*V.* **CTESIAS**); quia dicimus nomina ארבכשׁ *Arbakes* et ארפכשד *Arphacsa-d*, litt. *d* ob formam Hellenicam extrita (cujus tamen vestigium exhibet *Arbactus* = *Arbaces* ap. *Justin.* 1. 3), ita esse inter se similia, ut ad unum redigi possint. Ceterum historia Arbacis, primi Medorum regis, non solum narratur a Ctesia, sed etiam a Diodoro, a Nicolao Damasceno, a Justino aliisque antiquarum rerum scriptoribus. — Omnia tamen componuntur, si hisce quæstionibus prætermissis, verb. ᾠκοδόμησε Gr. text. *Jud., loc. cit.*, ut Latin. *ædificavit* ap. *Vulg. ibid.* itemque Hebr. *bânâh*, ex quo illa oriuntur, accipiantur in sensum *reædificandi, instaurandi, amplificandi*, ita ut Arphaxad (qui a quibusdam ex recentioribus [*Vigouroux, Les livr. saints et la crit. ration.* Paris 1891. *IV. p.* 568. *sq.*] idem censetur qui Phraortes) non condidisse urbem sed eam refecisse et ampliasse dicendus sit. ¶ 2. Ecbatana altera memoratur *Vulg.* 1. *Esdr.* 6. 2., caput Mediæ Magnæ; quamvis nonnulli interpretes eandem esse adfirment cum priore. Ibi repertum est volumen, ubi scriptum erat Cyri decretum, quo Judæis permittebatur, ut templum reædificarent Hierosolymitanum (1. *Esdr. ibid. v.* 30). In text. orig. est *'Ahhmethâ'* (quod corruptum esse ex Arian. *Hagmatana* putat *Rawlinson, The Hist. of Herod. I. p.* 191), ap. LXX. ἐν πόλει et in plurib. mss. ἐν 'Αμαθὰ ἐν πόλει. — Post tempora autem Darei I., filii Hystaspis, civitas hæc erat præcipua Mediæ Magnæ et sedes regum Persarum (*Strab.* 11. 13. 6), celebris ob magnificentiam regiæ domus, a Semiramide exstructæ (*Strab. ibid.*, *Xen. An.* 3. 5. 15. et *Diod.* 2. 13. 6), post prœlium ad Arbela (*Erbil*) a. 331., ab Alexandro M. occupata, qui thesaurum reperit, a Dareo III. Codomano profugo illuc translatum (*Arr. Anab.* 3. 19-20). Alexandro mortuo, paruit Seleucidis, teste *Polyb.* 10. 27. 6., qui eam describit, metropolim regni Parthorum (*Oros.* 6. *Hist.* 4.) — Judæi nunc advenis visenda curant sepulcra Esther et Mardochæi (*Ker-Porter, Trav. in Georg., Pers. p.* 105-110); nec obstat, quin hoc credatur, quod Susis obierint (*Esth.* 1. 2. et 2. 3. etc.); nam quum reges Persæ Susis tempore hiemis, æstatis vero Ecbatanæ morarentur, nihil inde, quod sacris litteris contradicat, erui potest (V. *Dubeux, La Pers. p.* 26.; *Perrot, Hist. de l'art. V.* 1890. *p.* 435-438. et *J. de Morgan, Exped. scient. en Pers. IV.* 1896. *p.* 235. *sqq.*). Ceterum quæ dicuntur de sepulcris et etiam de turri a Daniele erecta (*Scalig., Emend. temp. p.* 27), commenticia videntur. ¶ 3. Item urbs, memorata 2. *Mach.* 9. 3., ad quam Antiochus IV., a Perside pulsus, confugit; sed hanc esse eandem cum Ecbatana præc. probabilius puto. ¶ 4. Item oppidum Phœniciæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). « Promontorium Carmelum et in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana (*Sillig.* Acbatana) dictum », ubi pro Phœnicia late sumpta intelligenda videtur Palæstina, et oppidum, *Herod.* 3. 64. vocatum 'Εκβάτανα, hebr. *Hhamath* in 1. *Jos.* 19. 35., ap. *Vulg. Emath.* ¶ 5. Est etiam mons Mediæ. *Vulg. Tob.* 5. 8. « Rages, civitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis ». Sed quum locus aliter exponi possit, ut situs Rages sit in monte prope Ecbatana, quod ex Itala interpr. arguere est, ubi legitur « Rages, civitas Medorum - Rages est in montibus, Ecbatana in planitie », dubia saltem est hæc Ecbatanorum significatio, quæ ex Vulgata Latin. extundi posse videtur.

ECBOLIMA, ōrum n. plur. 2. oppidum Indiæ. *Curt.* 8. 12. 1. — *Embolima* ('Εμβόλιμα) appellat dicitque non procul esse a petra Aorno *Arr.* 4. 307. Cf. *Ptol.* 7. 1. 57.

ECDĪCĬUS, ii, m. 2. (Cf. ἔκδικος, *vindex*) nom. gent. vir. *Corp.* 8. 7034. — Fuit etiam: - *Ecdicius*, Arvernus, filius (*Mæcilii*) Aviti, plenius *M. Mæcilii Ecdicii (Eparchii) Aviti* imp., unde et cogn. fuisse arguitur, frater Agricolæ (*Sidon.* 2. *ep.* 12) et Papianillæ, conjugis Apoll. Sidonii (*Sidon.* 5. *ep.* 16., *carm.* 20., coll. 2. *ep.* 2. et *carm.* 23. 430. et *Greg. Tur.* 2. *F.* 21), nobilissimus senator, ab Anthemio imp. ca. a. 469. comes et magister militum factus in Gallia (*Sidon.* 2. *ep.* 1. et 3. *ibid.* 3). — Hic quum Arvernatem urbem suam contra Vesegothas, ab Euricho rege ductos, defendere non potuisset, ea hostibus relicta, ad tutiora loca confugit; unde, ut ad se veniret, ei jussit Nepos imp., in ejus locum Oreste, magistro militum, suffecto a. 475 (*Jorn. Get.* 45., 238., 240. et 241). Ex Sidonio autem patet eum a Nepote patricium fuisse nominatum. — *Ecdicius*, Ancyranus (*Liban. ep.* 242. 301), patruus Philoxeni (*Id. ep.* 43. 147), condiscipulus Libanii in urbe Athenis (*Id. ep.* 147., coll. 270) a. 336-340. p. Chr. (*Sievers, D. Leben d. Liban.* 43), consularis Galatiæ a. 361., præfectus Ægypti a. 362 (*Cod. Theod.* 15. 1. 8). cujus filii fuerunt Antiochiæ Libanii discipuli. — De eo scribit etiam *Ammian.* 22. 14. 6., nomine omisso.

ECDINĬI, ōrum, m. plur. 2. gens Alpina, memorata in *Trop. Aug.* inter Triulattos et Vergunnos. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (137) = *Corp.* 5. 7817. 38 (*Edinii*). et in *Inscr.* arcus Segusini (*Corp.* 5. 7231. Ecdiniorum) inter Savincates et Veaminios (*Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 90. et 255).

ECDIPPA, ōrum, n. plur. 2. ("Εκδιππα *Ptol.* 5. 14. 3) oppidum Phœniciæ, in finibus Palæstinæ, ubi olim *Achzib*, hod. *ez-Zib*, vocatur, inter Tyrum et Ptolemaidem, in *Itin. Hier. p.* 584. Memoratur etiam *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75)., coll. *Vulg. Jos.* 19. 20. et *Jud.* 1. 31. Cf. *Neubauer, Geogr. du Talmud* 233., *Guérin, Gali. II.* 164. *sqq.* et *Bädeker, Paläst.*[6] 283.

ĔCĔTRA, æ, f. 1. (ἡ 'Εχέτρα *Dionys.*, 'Εχετία *Steph. Byz.*) antiquum oppidum Volscorum in Latio, ad septentr. montium Lepinorum, haud procul a Ferentino, contra hod. *Sgurgola, Morolo, Supino*: memoratum dumtaxat in bellis, quæ cum Romanis gesserunt Volsci postremis ætatis regiæ temporibus et reipublicæ initiis. *Liv.* 4. 61. et 6. 36 et *alib.* Cf. etiam *Not. degli scavi* 1883. *p.* 851. et *Schulze, Eigenn. p.* 567. *adn.* 2. — Hinc *Ecetrani* ('Εχετρανοί), incolæ. *Liv.* 2. 25.

ĔCHĔCLĒS, is, m. 3. ('Εχεκλῆς *Hom. Il.* 16. 189) vir Sannius, athleta, qui mutus quum esset, quumque sibi victoriæ, quam erat adeptus, præmium eriperetur, indignatione accensus vocalis evasit, ut scribit *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 1.

ĔCHĔCLUS, i, m. 2. ("Εχεκλος *Paus.* 10. 27. 2) ¶ 1. Unus ex Centauris, in pugna cum Lapithis interfectus. *Ovid.* 12. *Met.* 445. ¶ 2. Item vir Cyzicenus, ab Ancæo occisus. *Val. Fl.* 3. 138.

ĔCHĔCRATĒS, is, m. 3. nom. vir. ('Εχεκράτης *Herod.* 5. 92., i. e. *habens potentiam* v. *tenax potentiæ*) ¶ 1. Fuit vir Phliasius, philosophus Pythagoreus, discipulus Archytæ et Euryti, una cum Diocle, Polymnasto et Phantone, a. 367. a. Chr. (*Diod.* 15. 76), cum Timæo et Arione compositus a *Cic.* 5. *Fin.* 29. 87. et *Val. Max.* 8. 7. 3., coll. *Jambl. vit. Pythag.* 251. et 267. et *Laert.* 8. 46. Cf. *Diels Fragm. d. Vorsokr. n.* 40. ¶ 2. Item pater Antigoni, laudatus *Liv.* 40. 54. ¶ 3. Item vir Thessalus, cujus equa prægnans Olympia vicisse traditur *Plin.* 10. *Hist. nat.* 63. 83. (180)., ubi alii leg. *Echecratides* ('Εχεκρατίδης *Kirchner*).

ĔCHĔDĒMUS, i, m. 2. nom. vir. ('Εχέδημος *Polyb.* 21. 2. 2. *sq.*, idem significans quod *Academus*) ¶ 1. Fuit princeps quidam Acarnanum, missus a Philippo, rege Macedoniæ, a. 197. a. Chr., ut eorum societatis cum Romanis decretum dirimeretur, teste *Liv.* 33. 16. ¶ 2. Item vir Atheniensis (Κυδαθηναιεύς), progenitor illustris familiæ Atheniensis, pater Mnesithei et Isandri, sub archonte Nicia ἐπιμελητὴς τῶν Διονυσίων, princeps legationis ad Romanos a. 191. a. Chr., ut hi pacem cum Ætolis componerent. *Liv.* 37. 7., coll. *Polyb.* 21. 2. 3. — Alia de eo vd. in *Inscr. Gr. II.* 982. et ap. *Kirchner, Prosogr. Att.* 6165.

ECHELEUS, i, m. 2. fluvius Bithyniæ, antiquus Troadis finis et Mysiæ initium. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (143). *Sillig.* Etheleus. Cf. *Kiepert, Form. orb. ant. IX.* et *Goltz, Anatol. Ausflüge* 67.

ĔCHEMMON, ŏnis, m. 3. ('Εχέμμων *Hom. Il.* 5. 159) filius Priami, cum Chromio patre suo in acie occisus a Diomede, teste *Hom. loc. cit.*; contra, ab Ulixe cum fratre suo Areto (*Dederich* Arelo), teste *Dict.* 4. Cf. *Matranga, Anecd. Gr. I.* 68. et *Knaach, Herm. XXV.* 89. *sq.*

ĔCHESTRĂTUS, i, m. 2. ('Εχέστρατος *Herod.* 7. 204) Agidis filius, Lacedæmoniorum rex, patris successor, qui XXXI. v. XXXV. annos regnavit, ut refert *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 959., *i. e.* circ. 1058-1028. a. Chr. Cf. *Herod.* 7. 204. et *Paus.* 3. 2. 4. — De eo vd. *Jacoby, Apollodors Chron.* 81. *sqq.*

ĔCHIDNA, æ, f. 1. nom. mul. ('Εχίδνα) Etymon perperam ducit a Ved. *Bréal, Mélang. de myth.*

et de ling. 96. *sq.*; est enim idem ac *vipera*, a Gr. ἔχις = *a(n)guis*. Cf. etiam *Gilbert, Gr. Myth.* 76. *sq.*

Echidna, uxor Typhonis et mater Gorgonis et Cerberi (*Hygin. præf. fab.* et *fab.* 151. et *Ovid.* 7. *Met.* 408., coll. *Apollod.* 2. 106., *Soph. Trach.* 1099., *Bacchyl.* 5. 62. et *Callim. frg.* V. *Usener, Rh. Mus. LIII* [1898] *p.* 374), quacum jungitur Chimæra (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 288., *Hygin. loc. cit.*, coll. *Hes. th.* 319. *sq.*, *Apollod.* 2. 31. et *Schol. Il.* 6. 180), Hydra (*Hes. th.* 313., *Hygin. loc. cit.*, coll. *Ovid.* 9. *Met.* 69. et 158. et 4. *ibid.* 501. et 5. *Fast.* 405), canis Geryonis (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 300., *Hes. th.* 306. *sq.*, *Apollod.* 2. 106), Sphynx (*Hygin. loc. cit.* et *Eurip. Phœn.* 1020). — In plur. num. *Ovid.* 10. *Met.* 313. — Addunt mythologi eam fuisse pellicem Herculis, memoratam *Mel.* 2. 11. de *Scythis Europæa.* Cf. *Herod.* 4. 8-10., *Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 115., *Diod.* 2. 43. 3. — De monum. priscæ artis vd. *Furtwängler, Meisterwerk.* 692.; *Brückner, Athen. Mitt.* (1889) 67. *sq. Taf. II.* et *Collignon-Thraemer, Gesch. d. gr. Plast. I.* 218. — De nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 41. et *Head-Svoronos*, 'Ιστορία τῶν νομισμάτων *II.* 467.

ĔCHĪNĂDES, um, f. plur. 3. nom. ins. ('Εχινάδες) Origo vocabuli est ab *echinus*, quasi sint « echinorum insulæ » ab horum copia (Cf. *Steph. Byz.* v. 'Εχῖναι et *Athen.* 1. 30 d): vel etiam ab ἔχις *anguis*, sc. a copia serpentum (*Geogr. gr. min. II.* 448. 25). — Acc. *Echinadas*, Gr. pos., ap. *Ovid. loc. cit.*, *Stat.* 2. *Theb.* 731. et *Priscian. perih. loc. cit.*

Echinades, parvarum asperarumque insularum multitudo in mari Ionio (*Ampel.* 6), ante os Corinthiaci sinus in ora Acarnaniæ austro-orient., inter promontorium Crithotum (hod. *Cap Turkovigila*) et os Acheloi (*Aspropotamos*), quas quinque tantum numero dixit *Ovid.* 8. *Met.* 577., ab eod. Acheloo amne congestas, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (53)., hodie *Kurtzolares*. De his *Ovid.* 8. *Met.* 587. « fluctus nosterque marisque Continuam diduxit humum partesque revellit In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis ». Adde *Avien. orb.* 595. et *Prisc. perih.* 447., coll. *Thuc.* 2. 102., *Apollod.* 1. 8. 21. et 2. 4. 5. et *Scymn.* 27 (V. *Waser PW.* 5. 1919. *sq.*). — Adjectivorum more *Venant.* 3. *carm.* 4. 8. cautes Echinadas.

ĔCHĪNOS vel

ĔCHĪNUS, i, m. 2. ('Εχῖνος v. 'Εχεῖνος) ¶ 1. Est oppidum in Phthiotide Thessaliæ, adnexum Malidi a Philippo II., haud procul a sinu Maliaco, in fertili planitie, hod. *Akhinos*. Memoratur *Mel.* 2. 44., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28)., *Liv.* 32. 33. et 34. 23., coll. *Strab.* 1. 60. et 9. 433., *Polyb.* 9. 41. et 17. 3. et *alib.* V. etiam *Leake, North. Greece II.* 80., *Bursian, Geogr. v. Griech. I.* 83. et *Philippson, Thess. u. Epir.* 54. ¶ 2. Item oppidum in Acarnania, laudatum *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. (5)., de cujus situ vd. *Philippson, PW.* 5. 1921., *Oberhummer, Akarn.* 36. et *Heuzey, Mt. Olymp. et l'Acarn.* 375. — *Echinienses*, incolæ. *Steph.* in *lib.* 2. ap. *Bonif. II. ep.* 1.

ĔCHĪNUSSA, æ, f. 1. ('Εχινοῦσσα) nom. alterum insulæ Cimoli, dictæ fort. ab *echinorum* copia, memoratæ tantum *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (70).

ĔCHĪO v. Echion, ŏnis, m. 3. nom. vir. ('Εχίων, ab ἔχις, *anguis, vipera, serpens*, quasi vipereus v. serpentinus: cf. *Etym. M. p.* 404. 42. *sq.* ('Εχίων χθόνιος *Eur. Bacch.* 540. *sq.*). — In recto *Echio* in *Corp.* 3. 2588. Vinicius Echio. — *Echion* ap. *Ovid.* 3. *Met.* 126. quorum fuit unus Echion.

Echio v. Echion ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit unus ex quinque Spartis, qui in pugna cum aliis quattuor superfuit (*Ovid.* 3. *Met.* 124. *sqq.* et *Hygin. fab.* 178., coll. *Æsch.* (*fr.* 366. *N.*) in *Schol. Eur. Phœn.* 942., *Pherecyd.* et *Hellan. T. H. G. I*) et unus ex Thebarum conditoribus (*Ovid. loc. cit.* et *Myth. I. fab.* 149. et *II. fab.* 77) earumque rex (*Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 514), pater Penthei ex Agaue, Cadmi filia (*Myth. II. fab.* 83., *Hygin. fab.* 72., 76. et 184., coll. *Eur. Bacch.* 213., 229. et alib., *Paus.* 9. 5. 3., *Apollod.* 3. 26. 36); hinc Pentheus absolute *Echione natus* dicitur ab *Ovid.* 3. *Met.* 526. et *gener Cadmi* ab *Acron.* *Horat.* 4. *Od.* 4. 64. — Hinc *Echionides* ('Εχιονίδης) patronym. ab *Echion*, filius aut nepos. *Ovid.* 3. *Met.* 513., coll. *Opp. cyn. IV.* 243., *Nonn. Dionys. XLVI.* 105. Pentheus Echionides. — Absolute. *Ovid.* 3. *Met.* 701. — *Echionius*, adj. — *a)* Ad Echionem quocumque modo pertinens. *Val. Fl.* 7. 554. Echionius dens. *sc.* ex hydri a Cadmo occisi dentibus Echion natus. *Id.* 3. 343. hydrus. *sc.* a Cadmo occisus. *Horat.* 4. *Od.* 4. 64. Thebæ. — *b)* Universim, Thebanus. *Stat.* 1. *Theb.* 169. plebs. *et* 3. *ibid.* 492. portæ. *et* 9. *ibid.* 646. arma. *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 53. arces. — *Echionii*, abs., Thebani, a rege Echione, ut ait *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 514. — 2.°) Item filius Mercurii ex Antianira, filia Menetì, ad aprum Calydonium occidendum una cum Meleagro profectus dictusque *Ovid.* 8. *Met.* 311. « cursu invictus » (*Suid.* ὠκύτατος ποσίν), teste *Hygin. fab.* 160. et 173., qui eum recenset inter Argonautas cum fratre Eryto, ex opp. Alope abeuntem, *fab.* 14. Memoratur etiam *Val. Fl.* 1. 440., 4. 134. et 734. — Hinc *Echionius*, adj. ad Echionem, Mercurii filium, pertinens. *Ovid.* 8. *Met.* 345. Echionio cuspis contorta lacerto. — 3.°) Item unus ex gigantibus in pugna interemptus, visa Gorgone. *Claudian. gig.* 104. *sqq.*, coll. *Inscr. Perg.* 67. 126. — 4.°) Item centonarius, unus ex convivis Trimalchionis. *Petron. sat.* 45. — 5.°) Item pictor incertæ patriæ, qui cum Therimacho Ol. CVII. floruit. Ejus fuerunt « nobiles picturæ: Liber Pater: item Tragœdia et Comœdia: Semiramis ex ancilla adipiscens regnum: anus lampadas præferens et nova nupta verecundia notabilis »: ita *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (78)., qui alio loco (*ibid.* 7. 32. [50]), ut et *Cic.* (*Brut.* 18. 70. et *Par.* 5. 2), eum Apelli, Nicomacho aliisque clarissimis pictoribus æquiparare non dubitat. — Eundem Echionem Therimachumque *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (50). statuariis accenset et ita quidem ut solos hos duos viros Ol. CVII. floruisse dicat. *Junius* quidem in *Catal.* et post eum *Heynius* (*Antiq. Aufs. I.* 210), sequente *Wüstemann p.* 41., contenderunt, utrumque artificem in hunc locum oscitantia librariorum ex libro 35.° inlatum fuisse; sed non plane res liquet, nec absonum est Echionem et Therimachum eadem ratione pingendi atque fingendi arti operam dare potuisse, qua hoc de Euphranore aliisque legimus. Huc accedit, quod in omnib. codd. verba suspecta leguntur, præter cod. Reg. II (maiæ notæ). Ita *Sillig.* in *Cat. artif. p.* 198. Attamen *Waser* (*PW.* 5. 1926) nunc adfirmat hanc lectionem falsam esse et pro *Echione* legendum esse *Ætionem* (Sic etiam ap. *Cic. Brut. l. c.* alii leg.). Viderint eruditi. — 6.°) Item citharœdus, laudatus *Juvenal.* 6. 76. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 3558 (*in via Quinct. Noment.*); et cogn. 3. 2588. et 6. 8415. — Etiam nom. serv. *Ibid.* 8414 (*in lucerna*).

ĔCHĪŎNĒ, es, f. 1. ('Εχιόνη: ab ἔχις, *vipera*, quasi vipereis moribus prædita) nom. unius ex canibus Actæonis. *Hygin. fab.* 181 (ubi al. *Echion*). Cf. *Bäcker, De canum nom. Gr.* (Diss. Regim. 1884) 3. 46A. 53.

ĔCHĪŎNĪDĒS, is, m. 3. et

ĔCHĪŎNĬUS, a, um, adject. *V.* **ECHIO**.

ĒCHŌ, us, f. 4. ('Ηχώ, οῦς, ἡ, *Dor.* 'Αχώ: cf. ἠχή, *sonus*) Genet. *Echus* adhuc sine exemplo. — Acc. *Echo* ap. *Apul. loc. cit.* et *Mythogr. I. fab.* 185. et *II. fab.* 180.

Echo ¶ 1. Est soni vel vocis repercussio; quod nom. ducunt quidam (*Forcellin.*) ab ἠχέω, *sono, resono*; nisi forsitan hoc ab illa derivandum sit. De ea graphice *Lucret.* 4. 574. *sqq.* Adde *Colum.* 7. 5. 6., *Plin.* 11. *Hist. nat.* 19. 21. (65)., coll. *Plut. de def. or.* 8., *Mosch. Idyll.* 3. 30., *Lucian. de domo* 3. — Hæc autem repercussio a poetis personata fingitur. Hinc nom. nymphæ seu puellæ, Junonis filiæ (*Mythogr. locc. citt.*). *Auson. p.* 288. 67. ed. *Peiper.* pastorum nemoralibus abdita lucis Echo. et *Senec. Tro.* 111. habitans cavis montibus Echo (Cf. *Nonn. Dion. VI.* 278. σπέος, ὑπωροφίης δόμον 'Ηχοῦς). *et Apul. met.* 5. 25. complexus Echo montanam deam. — De fabula apud mythologos *V.* **ECHO** in *Lexico*, ubi plura dicuntur. — Porro de ea cf. *Wieseler, Die Nymphe Ech.* Gött. 1854 (antiquat.), *Roscher, Myth. Lex. I.* 1218. *sq.* et *II.* 13. et *Waser, PW.* 5. 1926. *sqq.* ¶ 2. In titulis apud Rom. in cogn. transisse videtur, ut in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 70., ubi ICO pro ECHO (Gr. ΗΧΩ, η = i). — Fort. masc. gen. in *alia* ap. *eund. n.* 2388.

ĔCHYMNĬA, æ, f. 1. oppidum Thraciæ inter Strymona et Athon, *Mela* 2. 30., ubi tamen *Frick* leg. *Echinis*.

ECLECTUS et Eglettus, i, m. 2. ("Εκλεκτος, h. e. *electus*) cogn. vir., ingenuum et libertinum. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5346. et *Corp.* 5. 1176. — *Eglectus* ap. *Momms. n.* 6566. — *Eclectus* in *Corp.* 8. 5183. — Absolute *Eclectus*, libertus Veri imp., homo sceleratus, qui Commodum filium M. Aurelii imp. occidit (*Capitolin. Ver.* 9), occisus et ipse cum Pertinace imp., cujus erat cubicularius (*Id. Pertin.* 4. et 11). — *Eclecte*, nom. mul., abs., sed cum aspiratione in *Corp.* 2. 5044. Heclecte. — *Egglecte* (sic) in *alia* in *Bull. Arch. Munic.* a. 1878. *p.* 124. — Hinc *Eclectianus* et *Eglectianus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2477. et *n.* 2478., 2479. — *Eclectiane*, cogn. mul. *Corp.* 7. 588. — Sim. *Eclogus* v. *Eglogus*, cogn. vir. *Corp.* 5. 2521. — *Egloge (es)*, cogn. mul., ab ἐκλογή, *electio*, in *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 868. et *alia* ap. *Momms. n.* 1905.

ECLĒNUM cum deriv. *V.* **ÆCLANUM**.

ECPHANTUS, i, m. 2. ("Εκφαντος) pictor, de quo *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 5. (16). Primus invenit eas (*lineas*) colorare colore testæ, ut ferunt, tritæ, Ecphantus Corinthius etc.

ECUNUM, i, n. 2. nom. oppidi in Carneola seu Carniola (*la Carniola*), memorati *Rav. p.* 222.

ED

ĒDAS, fluvius apud *Rav. p.* 246., idem qui *Atax.* V. **ATAX**.

ĒDAX, ācis, m. e. f. (edo) nom., absolute usurpatum in *Inscr.* ap. *Brambach n.* 428. AVE EDAX.

EDELATI DEO, Pyrenico, cui dicata inscriptio in *Corp.* 13. 146 (« ara marmorea litteris sæculi primi » *Fundort St.-André*, oppidum, hod. *Eoux, canton d'Aurignac*). V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 388.

ĒDEN, indecl. (Hebr. *'Êden*; LXX. 'Εδέμ) nom. geogr. et pers.

I.) Eden, nom. geogr. ¶ 1. Est terra, ubi Deus hortum plantavit « in quo posuit hominem (*Adam*), quem formaverat » (*Vulg. Gen.* 2. 8); « plantavit autem paradisum voluptatis » (*Ibid.*), hebr. *'Êden*, nom. propr. regionis (Cf. *Delitzsch, Par. p.* 80. et *Schrader, K. A. T. I. p.* 26. *sq.*), quum nomina antiquissima desumpta sint e locorum natura maxime obvia, uti *Accad* et *Ælam*, quæ ambo significant « montana » (*Schrader, loc. cit. I. p.* 96). Præterea hoc demonstrant ipsæ locutiones textus Hebr. (*Gen. loc. cit.*) « Et plantavit Yahweh Elohim hortum in Eden ». *et ibid.* 10. « Et fluvius egrediens de Eden », cujus etiam cæli plaga designatur; nam dicitur hortus fuisse ad *orientem* Eden, ita enim *mihhedem* (*a principio* ap. *Vulg.*) communiter nunc intelligitur *Gen.* 2. 8. Clarius vero sive loci vel regionis nomen sive astronomicus situs patet ex verbis (*Ibid.* 4. 16) « Habitavit (*Cain*) profugus in terra ad orientalem plagam Eden ». Falsum autem est, quod quidam putant, hortum fuisse in orientali parte extrema regionis Eden, inspecto *Gen.* 3. 24., coll. 4. 16.; nam Adam et Heva paradiso expulsi subsistere in regione Eden, et ne in hortum redirent, collocaverat Deus Cherubim « ad orientem » paradisi; certe igitur paradisus nequaquam erat ultima Eden pars ad orientem versus. — De eo tamen ejusque situ tam multa ac varia et absurda protulerunt eruditi vel allegoriam sectantes, ut *Orig. De princ. IV.* 16., qui Philonis doctrinæ adhærebat, vel mythum, ut recentiores critici *Ewald, Obry, Lenormant, Maspero*, vel etiam historiam, ut plerique omnes, ut cum *Dillmann, Gunkel, Holzinger, Lagrange* aliisque concludi possit, Moysen voluisse

hoc solum tradere, paradisum in terra quadam amœna fuisse. Attamen iis objicimus, accuratius illum ab auctore describi, quam ut aliquid indefiniti referre sibi propositum habuisset. Quod vero ad situm attinet, ad illorum sententiam accedi posse videtur, qui docent *(Vigouroux, Hetzenauer, Delitzsch, Hummelauer)* Eden quærendum esse in ea regione, quæ sit orientalis, ad scriptorem sacrum respectu habito, et probabilius quæ nunc Armenia appellatur, et in conterminis terris Sophene, Adiabene, Mesopotamia et Colchide; hac enim fluunt *Euphrates, Tigris, Phison* (fort. *Phasis)* et *Gehon* (fort. *Araxes)*. Ceterum inventa recentiora iis in locis, de quibus agitur, antiquissimas illarum gentium memorias testantia, magis in dies huic sententiæ suffragantur, adeo ut in spem venire licet fore ut primorum hominum incunabula tandem aliquando in lucem proferantur *(Vigouroux)*. — De Eden speciatim scripserunt recentiores *Richers, Die Schoepfung Parad.* etc. Leipz. 1854.; *Bertheau, Lage d. Parad.*, Gotting 1847.; *Herzog, Encycl. IV.* Leipz. 1879.; *Delitzsch, Wo lag d. Paradies*, Leipz. 1881.; *Zoeckler, Urstande* etc. 1879.; *Engelkemper, Die Parad.* Münst. 1901.; *Hommel, Vier neue* etc. *u. Nachtrag über d. vier Parad.* etc. in *Aufsätze u. Abhand.* Munich 1902.; *Warren, Parad. found* etc. Lond. 1886.; *Jeremias, Das Paradies* etc. Leipz. 1900. ¶ 2. Item regio memorata *Vulg.* 4. *Reg.* 19. 12. et *Is.* 37. 12. a nuntiis Sennacherib, ad Ezechiam missis, inter eas, quæ potentiæ regis Assyriorum resistere non potuerunt. *et Ezech.* 27. 23., ubi eadem dicitur cum Tyro commercium exercuisse. — Hodie autem Assyriarum rerum studiosi laudant oppidum *Bit-'Adini*, situm in ripis Euphratis', inter *Balis* et *Beredjik*, quo potiti sunt reges Assyriæ *(Schrader, Keilinschr. u. Geschichtforsch.* Leipz. 1878. *p.* 198-200. et *K. A. T.* 1883. *p.* 327). ¶ 3. Item locus memoratus *Am.* 1. 5. hebr., nam *Vulg.* habet *domus voluptatis*, quum etiam hæc sit nominis *Eden* significatio.

II.) Eden, etiam nom. pers. (Hebr. *'Ēdan*, sed *LXX.* 'Ιωαδάμ), sc. levita quidam, filius Joha, de stirpe Gerson, temporibus Ezechiæ. *Vulg.* 1. *Par.* 29. 12. et 2. *Par.* 32. 15.

EDENĀTES, ium, m. plur. 3. gens Inalpina, memorata in *Inscr.* e tropæo Augusti, inter Nemalonos et Esubianos. *Corp.* 5. 7817. 33 *(Herzog, Gall. Narb.* 131. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. [137]).. ubi alii leg. *Edemnates*.

ĒDENTŬLUS, i, m. 2. cogn. vir. (ab *e* et *dens*, quasi sine dentibus *[sdentato!]*) in *Inscr.* ap. *Murat.* 21. 8., sed valde suspecta *Mommsenio n.* 789.

ĒDĒSIUS, ii, m. 2., rectius *Ædesius* = Αἰδέσιος, *augustus, venerandus*, ab αἰδ-έομαι, *veneror*; non autem *Eddesius* v. *Edessius*, alterutra littera geminata, ut in quibusd. mss. codd. — Memorantur ab historicis ¶ 1. Edesius, poeta Gallicus, a. 440. p. Chr., vir « rhetoricæ facundiæ et metricæ artis peritissimus », cujus duo fragmenta, aliquot hexametros versus continentia, refert *Auct. vit. Hil. Arel.* 12. 15. et 18. 23 (V. *Mign. lat.* 50. 1233). ¶ 2. Edesius, Tyrius, qui puer in Indiam a propinquo suo delatus, postea cum Frumentio, comite suo, ut India ad fidem converteretur, laboravit, teste *Rufin.* 1. *H. E.* 9. ¶ 3. Edesius, episcopus a Coo, olim hæreticus Macedonianus, dein ad fidem catholicam reversus. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 25., coll. *Socr.* 4. *H. E.* 12. ¶ 4. Edesius, exceptor, laudatus *Augustin.* 3. *c. Cresc.* 29.

ĒDESSA, æ, f. 1. nom. geogr. ("Εδεσσα et Αἴδεσσα) Minus recte *Edesa*, unico *s*, ap. *Rav. p.* 79. et in *Not. Dign. or.* 11., itemque *Edissa* in *Itin. Ant. p.* 184-192. — Etiam *Hedessa*, cum aspiratione *(Georg. Handw. I.* 2179). — Ad notationem quod pertinet, si prior scriptura spectetur, Gr. "Εδεσσα, derivari potest a v. Phryg. βεδυ = *aqua*, ut sit *(urbs) aquæ* seu irrigua (Germ. *Wasserburg* ap. *Pape-Benseler, Wörtb. Gr. Eig. I.* 333): cf. hod. *Vodhena* a Slav. *voda* = aqua *(Tomaschek, Thrak. II.* 2. 5. et *Kretschmer, Einl. in d. gr. Spr.* 286. et 405): cf. *Steph. Byz.* v. "Εδεσσα; sin altera, Gr. Αἴδεσσα, potest a Gr. rd. αἰδ-, cui notio inest *venerandi, colendi*, ut sit *(urbs) veneranda* v. *sancta* (Germ. *Heiligenstadt* ap. *Pape-Benseler loc. cit.)*.

Edessa ¶ 1. Est urbs Macedoniæ in Emathia et in via Egnatia, hodie *Vodhena* v. *Vodina* (Gr. rec. Βοδηνά). Memoratur *Liv.* 45. 29., in *Itin. Ant. p.* 319. et 330. et *Hieros. p.* 606., coll. *Rav. p.* 196. — Aliud nomen *Ægeæ* (ab αἴξ-γός, *capra)* olim huic urbi inditum, ita exponitur *Justin.* 7. 1. « Caranus *(Macedoniæ rex)* cum magna multitudine Græcorum sedes in Macedonia responso oraculi jussus quærere - urbem Edessam, - gregem caprarum imbrem fugientium secutus, occupavit; revocatusque in memoriam oraculi, quo jussus erat, ducibus capris, imperium quærere, regni sedem statuit religioseque postea observavit, quocumque agmen moveret, ante signa easdem capras habere - quas regni habuerat auctores. Urbem Edessam ob memoriam muneris *Ægeas*, populum *Ægeadas* vocavit ». Cf. *Pol.* 5. 97. et 34. 12., *Diod.* 31. 8. 8., *Strab.* 6. 323. et 10. 449., *App. Syr.* 57. et *Ptol.* 3. 12. 36. et 8. 12. 17. ¶ 2. Item urbs celeberrima Mesopotamiæ occidentalis inter Euphratem et Belichum, in regione fertilissima, Osroenes (corrupt. a *Cosroena)* caput, Arabibus v. *Er-Ruha*, a Syris *Urhoi*, a Turc. et Chr. *Er-Rofa*, dicta, dein, uti nunc, *Orrhoa* v. *Orfa*. — Lato sensu Arabiæ tribuit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 21. (86)., ubi eam olim *Antiochiam* vocatam esse et *Callirrhoen* a fonte nominatam, quod nomen præferunt etiam nummi Antiochi IV. Epiphanis (Αντιοχεων των επι Καλλιροηι, ap. *Babelon, Cat. d. monn. gr., les Rois de Syrie CII.* 77. *sq.*, ubi etiam et colonia ac metropolis dicitur [Κολ. Μητ. μεσ[οποταμιας] Εδεσσα]). — Syriæ vero adscribit *Steph. Byz.* v. "Εδεσσα, πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην, οὕτω κληθεῖσα ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ.; condita namque dicitur, aut potius amplificata et ornata, a Seleuco Nicatore *(Hieronym. chron.* ad *Ol.* 117. 2 = a. 311. a. Chr.), qui ei ab urbe Macedonica longe antiquiore indidit nomen et a quo Edesseni æram suam incipiunt; non enim assentiendum est *Isid.* 15. *Orig.* 1. 13 (coll. *Winer, Biblelex.* v. *Edessa)*, qui eam a Nembroth, filio Chus, exstructam esse dicit, olim *Erech* (Vulg. *Arach* in *Gen.* 10. 10) cognominatam ac nimis antiquam *(V.* ARACH). — Imperio Seleucidarum collapso, metropolis exstitit Osroenes (a. 137-216. p. Chr.), quæ a propriis regibus administrabatur, quamquam Parthis aliquatenus ac dein Armeniis subjecta; sed post varias bellorum vices sub Trajano imp. Romanorum ditioni subjacuit, qui ea potiti sunt a. 216. — In ejus vicinia, uti refert *Spartian. Carac.* 6. et 7. cum aliis, ac proprie inter eam et Charrhas Antoninus Caracalla interfectus est a. 217. — Inclaruit quoque, ad rem Christianam quod attinet, ex eo quia quidam ex Abgaris, ejus regibus, *Ukkama* nomine (quod tamen omnino commentitium est: *V.* ABGARUS), cum Jesu Christo, cujus fuisset imago ei tradita, epistolarum habuisset commercium, quem Thaddæus (vel potius Addæus, ex LXX. discipulis, a Syris creditus primus Edessæ episcopus, unde *Doctrina Addæi* orta sæc. I.), ab ap. Thoma missus, prodigiose sanatum ad fidem Christianam convertisset (V. *Cureton, Spicil. syr.* 31. *sq.* = 20. syriaci text., et *Ancient Syriac doc. rel. to the earl. establishm. of Christ. in Ed.* Lond. 1864. et *Lipsius, Die edess. Abgarsage*, 1880): tum quia plures scholæ ibi floruissent, ubi et hæretici docuerunt et catholici, inter quos excelluit Ephrem Syrus, diaconus Edessenus, qui a patria Nisibi illuc scholam transtulit a. 363., sacrarum litterarum interpretatione celeberrimam *(V.* EPHREM), ibidemque illa translatio adornata est vetustissima, plurimi universim habita, quæ *Pashito* seu simplex vulgo appellatur (V. *Assemani, Bibl. or. III. p. II. p.* 924.; *Lengerke, De art. herm. Ephr. syri*, Regiom. 1831. et *Vigouroux, Cosm. Mos.: les écol. Syrien.* Paris 1889. *p.* 38-57). Memoratur etiam *Tac.* 6. *Ann.* 44. etc., *Oros.* 7. *Hist.* 18. et 11. *ibid.* 23., coll. *Dion.* 68. 18. etc., *Eus.* 1. *H. E.* 13. etc., *Corp. I. G.* 4670. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 810., *Babelon loc. cit.* et *Head*, 814. — Plura vd. ap. *R. Duval, Hist.* etc. *d'Edesse* in *Journ. asiat.* 8. *sér. XVIII.* et *XIX.* 1891.; *Sachau, Reis. in Syr. u. Mesop.* 189. *sqq.* et *Edenias. Inschr. ZDMG XXXVI.* 1882. 142. *sqq.* et *Ed. Meyer, PW.* 5. 1933-1938. — Hinc *Edessæus* ('Εδεσσαῖος), adj. ad Edessam Macedoniæ pertinens, ut *Antiphilus Edessæus* ap. *Liv.* 42. 51. — *Edessenus* ('Εδεσσηνός), adj. ad Edessam Mesopotamiæ pertinens, ut *Sepulcra Edessena* ap. *Ammian.* 18. 7. 7. — Abs. *Edesseni*, incolæ, ap. *Hieronym. chron.* ad Olymp. 117. 2. et 264. 3.

ĒDESSÆUS et

ĒDESSĒNUS, a, um, adject. *V.* voc. præced.

ĒDĒTA, æ, f. 1. ("Ηδητα), etiam *Liria* (Λειρια *Ptol.* 2. 6. 63) dicta, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, haud procul a mari, trib. *Galeria*. Memoratur in *Corp.* 2. 3969. — Hinc *Edetanus*, adj. ad Edetam pertinens. *Corp. ibid.* 3793., coll. 3874. Etiam ita dictus flamen provinciæ occurrit *ibid.* 4251. — *Edetani* ('Ηδητανοί), abs., incolæ. *Corp.* 2. 3788. Græce etiam 'Εδετανοί, 'Εδητανοί v. 'Ωδητανοί. — Confusi sunt *Edetani* aliquando cum Sedetani (V. *Hübner* ad *Corp.* 2. *p.* 509). Sic *Enantes* in *Laterc. Veron. (Nom. prov.* 129. 6. *Riese)* sincera lectio non est. — *Edetania* regio ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24).

ĒDICTUS, i, m. 2. (edico) cogn. vir. *Cod. Theod.* 12. 1. 7. et 12. 6. 1.

ĒDISSA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. mul. Hebrææ, nempe Esther (Hebr. *Hadassah* = myrtus), de qua *V.* ESTHER. ¶ 2. Est etiam oppidum Siciliæ cum portu, cujus meminit unicus *Cic.* 5. *Verr.* 34. 87 (Cf. *Orelli, onom. Tull. p.* 229); ubi alii leg. *Odyssea*. Verum *Bochard, Geogr. S. P.* 2. *l.* 1. *c.* 29. ostendit Edissam esse Phœnicum coloniam idque nomen a Græcis mutatum in Odysseam, non intelligentibus vim nominis, quod locum *myrtis* frequentem significat, et putantibus ab Ulixe dictam, qui prope eam Hecubæ cenotaphium erexit.

ĒDISTUS, i, m. 2. (ἥδιστος, *dulcissimus)* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 462.

ĒDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 4. 2638-2640. — *Edia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4120.

ĒDŌM, indecl. m. (Hebr. *'Edôm* « ruber, rufus »; *LXX.* 'Εδώμ) nom. pers. et geogr.

I.) Edom, nom. pers. ¶ 1. Est cogn. Esau, filii Jacob *(Vulg. Gen.* 25. 30) sumptum, ex *Gen.* 25. *v.* 30. potius quam *v.* 25., i. e. non ex eo quia *rufus*, sed ex nomine *coctionis rufæ* (Hebr. *ha-adom)*, quam prætulit primogeniti juribus. *V.* ESAU. ¶ 2. Hinc nom. posterorum seu populi, qui ab eo progenitus est. *Vulg. Num.* 20. 18. Qui respondit Edom: Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. Adde *eund. Gen.* 36. 9. *Ezech.* 32. 29. Ibi Edom et reges ejus et duces ejus. — Circumscriptio poetica *filii Edom* pro posteris legitur apud *eund. Ps.* 136. 7., coll. *Thr.* 4. 21., ubi *filia Edom*.

II.) Edom, nom. geogr. ¶ 1. Est regio, quam incoluerunt posteri Edom *(V.* IDUMÆA). *Vulg. Gen.* 36. 19. « Isti sunt reges qui regnaverunt in Edom antequam regem haberent filii Israel ». Hoc dicit Moyses prophetico effato, vel potius de se, *rex* enim (Hebr. *melek)* accipitur de quocumque populi rectore vel duce (Cf. *Deut.* 33. 4-5). — Allegorice. *Id. Is.* 63. 1. « Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? ». Locus Messianicus, ubi *Edom* pro Judæa, et *Bosra* pro Jerusalem; vel potius alluditur significationi *Edom* = ruber, et *Bosra* « vindemia ». Etiam veteres rabbini hæc prophetæ verba referunt ad Messiam *(Bereshith rabb. Gen.* 49. 11). ¶ 2. Est etiam locus in Palæstina, idem cum *Edomia (Hieronym. onom.* ed. *Lagarde* 119. 22) et "Εδουμα *Eus. (Onom.* 355. 74) et quidem in Acrabatene, XII. ferme m. p. distans a Neapoli, in tribu Beniamin, hod. *Dôme*, ad orient. *Sêlûn*. Hinc *Hieronym.* in *Obad. c.* 1. « Quod ergo hebraice Edom et græce dicitur 'Ιδουμαία, nunc viculus Palæstinæ est a conditore sic imposito nomine ». Cf. *Robinson, Neue bibl. Forsch.* 384. et *Guérin, Samarie II.* 14. *sq.*

ĒDŌMĪA. *V.* voc. præc.

ĒDŌN, ōnis, m. 3. Scribitur etiam *Ædon*, minus frequenter, ut Gr. Αἰδών pro 'Ηδών (V. *Furlanetto* in *Lex. Forcell.)*. — Est autem Edon mons Thraciæ seu pars Hæmi, Edonis vicina, laudatus *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 365. — *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (40). Edonus.

ĒDŌNĒ, es, f. 1. ('Ηδόνη, *voluptas)* nom. mul. *Inscr.* Pompej. in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1855. et tit. Chr. ap. *Mai, Nov. Coll. III. p.* 402. 3., ubi scribendum esset *Hedone* cum aspiratione, ut in vocabulo Græco. *V.* HEDONE. — Hinc *Edonio (onis)*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1622.

ĒDŌNES, um, m. plur. 3., et

ĒDŌNI, ōrum, 2. ('Ηδωνοί et "Ηδωνες v. 'Ηδῶνες et etiam "Οδωνες) Genet. sync. *Edonûm* habet *Cir.* 165. — Secunda, naturâ longa, aliquando per systolem, ut docet *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 365., corripitur. Cf. *Müller, De re metr. p.* 352.

Edones, gens Thraciæ, ad sept. Macedoniæ et ad lævam cursus inferioris Strymonis et lacus Cercinitis, dicta fort. a monte *Edone* (V. *Serv. loc. cit.)*. Memorant *Virg. loc. cit.* et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (40)., coll. *Diod.* 11. 70. et 12. 68. et *Strab.* 10. 471. et 15. 687. *Horat.* 2. *Od.* 7. 27. « Non ego sanius Bacchabor Edonis »; in Thracia enim Bacchi orgia frequentabantur. — *Edonios* vocat *Solin.* 9., coll. *Capell.* 6. *p.* 211. — Heros Lycurgus de cyclo Dionysi eorum rex fuisse traditur, cum quibus Athenienses, in eorum territorio Amphipoli condita, pluries ad bellandum occasionem habuerunt *(Thuc.* 1. 100. etc., *Herod.* 5. 11., *Diod.* 11. 70. et 12. 68. et *Strab.* 10. 471. et 15. 687). — De eorum nummis vd. *Head*, 201. — Hinc *Edonus* ('Ηδωνός), adj. ad Edonos Thraciæ vel ad Thraciam universim pertinens. *Ovid. rem. am.* 593. Edonus Bacchus. *Senec. Œd.* Pangæus. *Stat.* 5. *Theb.* 78. hiemes. *et* 12. *ibid.* 733. currus Martis. *Val. Fl.* 6. 340. venti. *Virg.* 12. *Æn.* 365. « Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto »; ubi erravit *Donat.*, qui ait *Edonii* legendum esse *(Serv.)*: cf. *Bentl. Hor. od.* 3. 25. 9. — Abs.. mons Thraciæ, ap. *Plin.* V. EDON. — *Edonius*, adj. idem. *Stat.* 12. *Theb.* 733., sed minus recte. — *Edonis (idis)*. — 1.°) Nom. patronym. — *a)* Universim. *Ovid.* 11. *Met.* 69. Protinus in silvis matres Edonidas omnes etc. — *b)* Speciatim de Baccha, quæ sacra Bacchi frequentat. *Propert.* 1. 3. 5. assiduis Edonis fessa choreis. — 2.°) Est etiam nom. poeticum oppidi Antandri, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (123). Cf. *Aristot.* ap. *Steph. Byz.*

ĒDŌNIS, idis, f. 3., et

ĒDŌNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĒDOS *(Ædos)*, i, f. 2. oppidum Æthiopiæ inter Syenen et Meroen ad occid. Nili, hod. *Kerdaseh*, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (180). ex *Juba*. Cf. *Vivien de Saint-Martin, Le Nord de l'Afriq. p.* 182.

EDRAI, indecl. nom. geogr. Hebr. *'Edre'î* « validus, potens »; *LXX.* 'Εδραείν: fort. ab *Adar*, deo Chananæis culto. *V.* ADAR. ¶ 1. Est oppidum trans Jordanem, ad alteram dimidiam partem tribus Manasse pertinens *(Num.* 32. 33. et *Jos.* 23. 31). — Memoratur cum Astaroth *(Ashtareh)* ut altera ex duabus regiis urbibus, sedes Og, regis Basan, ex stirpe gigantum *(Deut.* 3. 13), quem, totis viribus obsistentem, Israelitæ, Moyse duce, « percusserunt - cum filiis suis universumque populum ejus usque ad internecionem » *(Vulg. Num.* 21. 35). — De ejus situ disputatur. *Euseb. et Hieronym. onom. p.* 179. *P.* hæc habent « Edrai, ubi interfectus est Og, rex Basan, gigas et potens omnisque illius cæsus exercitus: nunc autem est *Adra*, insignis Arabiæ civitas in vicesimo quarto lapide a Bosra ». Ex his recentiores geographi inferunt, oppidum esse in Auranitide *(Hauran)*, quod hod. *De'rat* v. *Der'a* appellatur (Cf. *Wetzstein, Reiseber. üb. Hauran d u. d. Thrach.* Berl. 1860. *p.* 77. et *Hampffmeyer, Alt. Nam. im heut. Paläst.* in *Zeitschr. d. deutsch. Paläst.-Vereins* Leipz. 1893. *p.* 15-16), fort. *O-ta-ra'a* in inscr. Ægyptiis *(Mariette* 1875., *Maspero* 1888., *Max Müller* 1893., *Guhl* 1896), nunc pæne deletum sed tamen magnæ antiquitatis vestigia adhuc servans; quamvis *Porter (Five years in Dam.* et *alib.)* Edrai esse hodiern. *Edrha* v. *Ezra* in Trachonitide ad occid. *Ledjah*, sed contra communiorem eruditorum sententiam, mordicus defendit. Cf. etiam *Wilson et Conder, Nam. and places in the Old and New T.* Londr. 1889. et *Fillion, La sainte Bibl.* Paris 1888. ¶ 2. Item oppidum *(LXX.* ex cod. Vat. 'Ασσάρει et cod. Alex. 'Εδράει) tribus Nephthali, memoratum in V. T. semel tantum *(Jos.* 19. 37), inter Cedes *(Qades)* et Enhasor *(Kirbet Hazireh)*, hod. probabilius *Ya'ter* (Cf. *Survey of West. Palest., Memoirs* Londr. 1881), a *Guérin (Galilée II. p.* 413-414) descriptum.

EDRO *(Ædro)*, ōnis, m. 3. portus Italiæ superioris ad Adriaticum mare (reg. X) in Veneto æstuario, inter ostia Athesis et Meduaci *(Brenta)*, hod. *Chioggia*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (121). et *Corp.* 5. *p.* 219 (V. *Nissen, Ital. L.-K. II.* 219). — *Tab. Peut.* habet *Eronem*, in via, quæ ab Altino Adriam ducit; sed hoc loco videtur potius indicari statio quædam cognominis secus viam. Cf. *Momms. Corp. loc. cit.*

ĒDUI. *V.* ÆDUI.

ĒDŪLIO, ōnis, m. 3. (edulium) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3995.

EDURES, um, m. pl. 3. *V.* SEDUSII.

ĒDUS, i, m. 2. nom. fluvii, memorati in celebri *Tabula* aenea de finibus statutis inter Genuates et Veturios, vulgo *Tavola di Polcevera l.* 7., 13. et 14., hod. *Iso.* V. *Iscr. Rom. Lig. p.* 539. *sqq.*

ĒDŪSA, æ, f. 1. dea, ita dicta ab *edendo*, quod esui præesset, ut potui *Potina* et cubitui *Cuba*; nam, ut docet *Varr.* ap. *Non.* 108. 19. *M.*, hisce tribus initiabantur pueri, ubi primum e cunis et a lacte transierant, *Educa* appellata ab *Augustin.* 4. *Civ. D.* 11. et *Edula* ab *eod.* 6. *ibid.* 9. et *Tertull.* 2. *nat.* 11., et etiam *Edulia (Edulica)* a *Donat. Ter. Phorm.* 1. 1. 11. Cf. *Jordan, Krit. Beitr.* 120. et *Preller, Röm. Myth. II.*[3] 211. 2.

EE

ĒĒTĬON, ōnis, m. 3. nom. vir. ('Ηετίων) Forma Ionica videtur pro 'Αετίων ab ἀετός, *aquila* (Cf. *Pape-Benseler, Gr. Nam.-W.-B.)*. Aliter *Savelsberg. Quæst. lex.* 12., qui vocem ab ἠε- intensiv. et τίω deducit, quasi sit πολύτιτος. Cf. ἠ(ε)βαιός, *valde parvus*. ¶ 1. Fuit pater Andromaches *(Hom. Il.* 6. 396. et *Hygin. fab.* 123), rex Thebarum ac Lyrnessi in Cilicia *(Hom. Il.* 1. 366. et *Steph. Byz.* v. "Αδανα), quem Achilles, capta Lyrnesso, occidit, ejusque opibus potitus, secum abduxit Astynopen, id temporis regi denuptam *(Dict.* 2). Hinc *Senec. Tro.* 228. *sqq.* Ceciderе Thebæ: vidit Eetion capi Sua regna victus etc. Huc fortasse alludit *Stat.* 10. *Theb.* 734. ¶ 2. Item pictor, tempore Alexandri M., maxime nobilitatus pictura nuptiarum Alexandri et Roxanes. Memorat *Plin.* 35. *Hist. nat.* 7. 33. (50)., ubi tamen ex probis mss. pro *Eetion* legend. *Etion*; quin alii, ut ap. *Lucian.* in *Herod.* 5. 63., leg. *Ætion*, cum diphth., *Echion* vero *Sillig.* ¶ 3. Item Imbrius quidam, laudatus *Hom. Il.* 21. 43.; unde *Ovid.* 4. *Fast.* 280. — Hinc *Eetioneus*, adj. ad Eetionem pertinens. *Id.* 12. *Met.* 110. Eetioneæ Thebæ.

ĒĒTĬŌNĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

EF

EFFĪCAX, ācis, m. 3. (efficio) cogn. vir. *Corp.* 2. 3544.

EFFREM, indecl. m. ¶ 1. Vicus in quinto milliario Bethelis ad orientem respiciens, ut ait *Hieronym. onom. p.* 85. *P.*, qui etiam suo tempore exstabat in loc. *Aphra*, oppidi tribus Beniamin. ¶ 2. Est etiam episcopus Hierosolymitanus XIII., Levi successor, natione Judæus. *Eus.* ap. *Rufin.* 4. *H. E.* 5. — *Hieronym. chron.* ad *Ol. CCXXV.* 4 (a. 124. p. Chr.). Ephres.

EFICĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Fuit eques Rom. ditissimus, *Calvinus* cognominatus, qui « L. Apulejum grammaticum quadringenis annuis conduxit (ut) multos edoceret » *Sueton. gramm.* 3. At eruditis valde suspecta est hæc lectio, qui in varias abeunt conjecturas. *Momms.*, coll. *Senec. ep.* 27., *Calvisius Sabinus* emendat; et si *Calvinus* pro *Calvisius* haud raro occurrit ob nominum similitudinem, non ita, ut puto, *Sabinus* pro *Eficius*. Cf. *Efficax*, quicum compares *Eficius* pro *Efficius*, ut *Efractor* pro *Effractor*. V. voc. seq.

EFRACTOR, ōris, m. 3. (effringo) agnom. vir. *Corp.* 8. 10485 (2) in *gemma* sive *anulo*.

EG

EGARA, æ, f. 1. ('Ερdγα, *Ptol.* 2. 6. 67. ex optt. mss., et, inverso litt. ordine, "Εργα *Vulg.)* oppidum Hispaniæ Tarraconensis, quod legitur in duobus Lapidibus, repertis in vetusta ædicula apud *Terrasam* in Catalaunia, prope quam arguitur hoc oppidum exstitisse. *Corp.* 2. 4494. et 4495. Cf. etiam *ibid. p.* 598.

ĒGĀTHĒUS, i, m. 2. ('Ηγάθεος, *valde divinus* v. *sacer*: ab ἦγαν pro ἄγαν, *valde*, et θεῖος, *divinus)* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Mai* in *adn.* ad *Front. p.* 167. ed. Rom., ubi ita appellatur libertus Antonini imp., memoratus *Front. l. c.*

EGĒA, æ, f. 1. ¶ 1. Oppidum Asiæ interioris, memoratum *Rav. p.* 74. Rectius fortasse *Ægea*, ut in *Tab. Peut.* ¶ 2. Item oppidum Achaiæ in sinu Corinthiaco, hod. *Vostitza*, ap. *Rav. p.* 437., quod *Ægium* rectius scribitur.

ĒGĔLASTA, æ, f. 1. nom. oppidi ('Ηγελάστας *Strab.* 3. 160). Scribitur etiam *Egelesta* (et *Egelestæ* v. *Egelestæ, arum* in plur. num.) ap. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 7. 39. (80). — Est autem oppidum Hispaniæ citerioris seu Tarraconensis, situm non in hodierna *Iniesta* apud *Cuenca*, ut quidam putant, sed prope *Menbaca* (V. *Hübner, PW.* 5. 1980); *Strab. l. c.* juxta Castulona et Obulcona. — Memoratur *Plin. loc. cit.* In Hispania quoque citeriore Egelestæ cæditur *(sal)* glæbis pæne translucentibus, cui jam pridem palma a plerisque medicis inter omnia salis genera perhibetur. Cf. *Solin.* 23. Non coquunt ibi *(in Hispania)* sales, sed effodiunt. — Hinc *Egelastanus* v. *Egelestanus*, adj. incola. *Corp.* 2. 5091. *Add. p.* 710. et plur. *Egelestani*, absolute, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (25).

ĒGĔLASTĀNUS et Egelestanus, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĒGĔRĬA et *Ægeria*, æ, f. 1. nom. pers. et loc. ('Ηγερία, sæpius, *Dionys.* 2. 60.; 'Εγερία, rarius, *Plut. Num.* 4.; Αἰγερία minus recte) Latine melius scribitur *Egeria*, quam *Ægeria* cum diphthongo, ut ap. *Val. Max.* 1. 2. 1. — Genet. arch. *Egeriai* habet *Enn.* ap. *Varr.* 7. *L. L.* 3. — Etymon *Paul. Fest. p.* 77. ducit ab *egerendo* (V. infra). *Pott* in *Kuhns Ztschr. VIII.* 96. declarat *h. l.* « ab aqua, quæ egeritur ex terra ». Cf. *Wissowa* in *Roschers Lex. I.* 1216. et *Preller-Jordan, Röm. Myth. II.* 129.

Egeria ¶ 1. Est nympha fontana *(Virg.* 7. *Æn.* 775), uxor *(Ovid.* 15. *Met.* 482) vel amica *(Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 763) vel consiliatrix regis Numæ, quæ et *Egeria Numæ* dicitur absolute *(Quintil.* 2. 4. 19), dea habita, Aricia præsertim culta *(Ovid. loc. cit., Flor.* 1. 2. 3. aliique). Memorant etiam *Martial.* 10. 35. et 68., *Stat.* 1. *Silv.* 3. 76., *Horat.* 1. *Sat.* 2. 126., *Val. Fl.* 2. 304., *Cic.* 1. *Legg.* 1. 4., *Augustin.* 7. *Civ. D.* 35. Cf. *Schmid, Hor. ep.* 2. 1. 27. — Fabulantur veteres, Numam, ut auctoritatem suis legibus apud populum rudem ac pæne barbarum conciliaret, et ne is luxuriaret otio animi, simulasse sibi cum Egeria congressus nocturnos esse, ejus se monitu sacra, quæ acceptissima diis essent, instituere et sacerdotes suos cuique deorum præficere *(Liv.* 1. 19. et 21). Verum, postquam amisisset conjugem vel amicum suum Numam, eam ferunt mœrore confectam in lucum Aricinum se contulisse ibique assiduo fletu ætatem egisse, donec Diana, misericordiâ mota, illam convertit in fontem sui nominis *(Ovid. loc. cit.*, coll. *Arnob.* 5. *p.* 154). Cf. *Wagner, De Eger. fonte et specu ejusque saltu*, Marb. 1824. — His adden-

dum est, quod tradit *Paul. Fest. loc. cit.* « Egeriæ nymphæ sacrificabant prægnantes, quod eam putabant facile conceptam alvum egerere ». ¶ 2. Est etiam vallis, quæ a nympha *Egeria* nomen accepit, sita inter vias Latinam et Appiam extra portam Capenam, quo Numa cum Egeria congrediebatur. Inde a temporibus imperii fons Camenæ exstabat, sed postea inclusus fuit in ædificio quodam marmoreo, de quo *Juvenal.* 3. 17. *sqq.* — De situ, quem minus recte statuunt nunc dici *valle della Caffarella*, vd. *Flaminio Vacca, Mem.* 84. ed. *Schreiber; Canina, Via Appia I.* 39., 82.; *Gilbert, Top. I.* 109. *sqq.* et *Jordan-Hülsen, Top. I.* 3. 206. *sq.*

ĔGĔRĬUS, ii, m. 2. (egeo) *Egeri* genet. pro *Egerii* legitur apud *Fest. p.* 145. ¶ 1. Fuit filius Aruntis, fratris Tarquinii, quinti, uti fertur, Romanorum regis, ita dictus, quia avus ejus Demaratus, patri præmortuus, nihil illi reliquerat (*Liv.* 1. 34), quem tamen patruus Tarquinius, capta Collatia cum agro ca. a. 583. a. Chr., ei præfecit ex eaque cognomen Collatini inditum est nepoti, quod postea habuit ejus pronepos L. Tarquinius, Lucretiæ maritus (*Id. ibid.* 57., coll. *Dionys.* 3. 50. 3. et 4. 64. 3). De testamenti autem vi in eo, cui adnascitur filius, vd. *Fab. Pict. frgm.* 14. *Peter*, coll. *Cic.* 1. *Orat.* 17. 241. ap. *Münzer PW.* ad *v.* ¶ 2. Fuit etiam item cognominatus Lævius quidam Tusculanus, dictator Latinus, qui Lucum Dianium in luco Aricino dedicavit (*Cato orig.* 2. *frg.* 21. *Jord.* = 59. *Peter* ad *Prisc. IV.* 21. *p.* 129. 11. *Hertz*). Cf. locum mutilum ap. *Fest. p.* 145. « Manius Egeri... Nemorensem Dianæ consecravit etc. »; unde lucem mutuatur proverbium: *multi Mani Ariciæ* (V. *Otto, Sprichwörter der Römer* 208. *sq.*).

ĔGĔSĬĀS. *V.* HEGESIAS.

ĔGĔSIPPUS. *V.* HEGESIPPUS.

ĔGESTA. *V.* SEGESTA.

ĔGĒTA, æ, f. 1. (Ἔγητα) oppidum Mœsiæ superioris ad dexteram Danubii ripam, hod. *Brza-Palanka*, statio *legionis XIII geminæ* et *cunei equitum scutariorum* et pars *classis Histricæ*. Memoratur in *Not. Dign. or.* 42. et *Corp.* 3. 12676., coll. *Ptol.* 3. 9. 4. *Tab. Peut.* Ægeta (V. *Kiepert, Corp.* 3. *tab. II.* et *Suppl. tab. IV.* et *Kanitz, Römische Stud.* in *Serbien* 40. *sqq.*).

ĔGÆUM. *V.* ÆGÆUM mare.

ĔGĔUS, i, m. 2. nom. vir. (Chald. *Hēgē'* « rubus »; Zend. *aghe* « malum »; *LXX.* Γαί) eunuchus regis Assueri (*Xerxis I*), cui tradita est custodienda puella Esther. *Vulg. Esth.* 2. 8.

EGGĬUS, ii, m. 2. nom. vir. ex clara gente Rom. ab Æclano in Hirpinis (*Corp.* 9. 1100., 1158. 1252. *sqq.* etc.), trib. *Cornelia*, sub Trajano patriciam dignitatem assecuta, ex qua ¶ 1. Apud auctores memorantur — 1.º) L. Eggius, præfectus castrorum sub P. Quintilio Varo in Germania, a. 9. a. Chr., qui se strenue gessit in illa celebri Romanorum clade. De eo *Vellej* 2. 119. 4. At e præfectis castrorum duobus quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Cejonius prodidit, qui cum longe maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis supplicio quam prœlio mori maluit. — 2.º) Eggius Ambibulus, varie scriptus, ut *Ambibolus* tantum in *Corp.* 9. 1165. et 6. 10299., *Bibulus* in *Hist. Aug. Pert.* 15. 6., *Ambibalus* ap. *Lachmann, Röm. Feldm. I.* 244. 7. et *II.* 178. 45. et *Fast. cons.*, *C. Eggius Ambibulus* in Æclanensi epitaph. *Corp.* 9. 1165., plenius in *Inscr. n.* 1174. ap. *Wilmanns* cum suppl. *Borghesianis*, ubi cursus honorum describitur, *C. Eggius Cf. Cor(nelia) Ambibulus Pom(ponius* [non Pompejus] *Lon)ginus Cassianus L. Mæcius Pos(tumus)* = *Corp.* 9. 1123. — Fuit cos. a. 126. p. Chr. cum Annio Vero tertium (*Act. Arv.* ap. *Henzen, Arv. p. CLXIV*) ac dein cum collega Propinquo (*Corp.* 16. 127., 875., 1228); antea vero IIvir quinquennalis. Xvir. stlitibus judicandis, tribunus militum legionis XI. Claudiæ piæ fidelis, sevir equitum Romanorum, quæstor candidatus divi Trajani Parthici, legatus provinciæ Macedoniæ (Cf. *Dessau* 1054 = *Corp.* 9. 1123), prætor candidatus (Cf. *Wilmanns, Inscr.* supra *cit.*). Adde *Hist. Aug. Pertz.* 15. et *Corp.* 6. 970., 2082., 4228., 10299; 15. 108., 109., 506. — 3.º) C. Eggius Marullus, sub Claudio curator riparum et alvei Tiberis (*Corp.* 6. 31545); præses collegii, inferior Paullo Fabio Persico cos. a. 34., superior L. Sergio proc. Cypri a. 45-50. — 4.º) L. Cossonius Eggius Marullus, in *Act. Arv.* 728. *Marullus*, salius Palatinus et flamen Claudialis; dein cos. a. 184. p. Chr. cum Cn. Papirio Æliano (*Corp.* 6. 2099); fort. etiam IIIvir a. a. a. f. f., pontifex (*Corp.* 9. 1122), cujus epitaph. Æclani legitur in *Corp.* 9. 1248. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 651 (*in tubo plumbeo*).

ĔGĬĂLĒ, es, f. 1. civitas Asiæ minoris. *Rav. p.* 97. - *Tab. Peut.* 9. *Miller.* Egilau. — Rectius *Ægialos* (Αἰγιαλός, *litus, ripa*) et dicitur de locis mari proximis seu litoralibus.

EGĬLĬUS, ii, m. 2. ¶ 1. Est nom. vir. apud *Cic.* 2. *Orat.* 68. 277., quo irridetur Q. Opimius consularis, qui adulescentulus male audisset, ita compellans Egilium quendam, qui videretur mollior nec esset: *Qui tu Egilia mea?* (pro *Egilius* ob effeminatos mores) etc.; ubi tamen nunc *Decilla mea* (demin. a *Decius*) legendum esse recentiores docent eruditi, ut *Quicherat, Münzer*, alii; quamquam *Non.* 198. 15. *Merc.* ita legit. *et Liv.* 41. 13. triumvirum coloniæ deducendæ Lunam a. 177. a. Chr. itidem appellat, ut quidam leg.; nunc vero *Weissenborn* (ed. Lips. 1906) *Æmilius*. An *Egrilius?*

ĔGĪRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est insula inter Italiam et Siciliam, in *Itin. Ant. p.* 516. ¶ 2. Item oppidum Achaiæ, ap. *Rav. p.* 377.; sed rectius scribitur, cum diphthongo, *Ægira*.

ĔGISTUS. *V.* ÆGISTUS.

EGLA, indecl. nom. mul. (Hebr. *'Eglāh* « vitula » *LXX.* Αἰγάλ et Ἀγλά) una ex uxoribus David, mater Jethraam, sexti ex filiis, quem rex suscepit in Hebron (*Vulg.* 2. *Reg.* 3. 5. et 1. *Par.* 3. 3). — Ex veterum Judæorum sententia, memorata *Auct. quæst. hebr. Patr. Lat. XXIII.* 1347., Egla ipsa esset Michol, nomine ab amanuensibus corrupto, prima Davidis sponsa, eo quia e sex ejus uxoribus una hæc est, quæ dicatur absolute « uxor David », quasi κατ᾽ἐξοχήν. At ratio non liquet.

EGLON, indecl. m. nom. vir. et geogr. (Hebr. *'Eglōn* « vitulinus »; *LXX.* Ἐγλώμ) ¶ 1. Est nom. regis Moab, laudatus *Jud.* 3. 12. — Postquam Othoniel Israelitas, a Chusan Rasathaim, rege Syriæ, oppressos, liberavit, in idololatriam relapsi sunt; quapropter eos Deus tradidit Moabitis, qui, duce Eglon, Ammonitis et Amalecitis adjuto, hunc populum rebellem percussit sedemque suam fixit in urbe palmarum (*Jericho* seu in ejus territorio) « servieruntque filii Israel Eglon regi Moab decem et octo annis » (*Vulg. ibid.* 13-14). Postea vero ad bonam frugem reversi, iterum « clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis salvatorem vocabulo Aod » (*Ibid.* 15). Hic, filius Gera, locum idolorum (Hebr. *Pesilim*) pertransiens (unde patet fanum ibi fuisse, falsis Moabitarum diis dicatum, et ob id nimis obviam Hebræis peccandi occasionem oblatam), ingressus ad regem pinguissimum, in sollo sedentem, et dixit: « Verbum Dei habeo ad te ». Qui, audito Dei nomine, statim surrexit de throno (*Ibid.* 20), ideo a Talmudistis propositus tamquam venerationis exemplum, quæ Deo debetur (*Hamburg, Encycl. Jud. I.* 254); tunc Aod, mox educto pugione, eum inopinum transfodit fugitque, nuntioque rei audito, Israelitæ, duce interfectore, Moabitas aggressi cædem tam magnam de iis edidere, ut decem milia ceciderint, omnes robusti et fortes viri, nullusque eorum evadere potuerit (*Ibid.* 29). — Sacræ litteræ Aod facinus nec approbant nec improbant; sed judicio relinquunt legentium, qui quæ justa sunt, certis sanctisque documentis ab iis edocentur (Cf. *Dillmann, Alt. Theol. p.* 275). Ceterum *V.* AOD. ¶ 2. Est etiam Eglon oppidum vetustum Chananæorum, cujus rex appellabatur Dabir, ex quinque simul Gabaon oppugnantibus et a Josue prodigiose devictis (*Jos.* 10. 3. *sqq.*), pars territorii Amorrhæorum (*Ibid. v.* 5), captum a Josue et tribui Juda assignatum, hod. *Khirbet-Adjlan* (Cf. *Kampffmeyer, Alte Nam. in heut. Paläst. u. Syr.* in *Ztschr. d. deutsch. Pal.-Vereins XVI.* 1893. *p.* 58) v. *Tell-en-Nedjileh* (Cf. *Flinders Petrie, Tell el-Hesy,* Londr. 1891. *p.* 10-20), situm in via a Gaza Eleutheropolim (= *Bêt-Dschibrin*), olim regium et etiam temporibus *Eusebii* non ignobile.

EGNĀTĬUS, ii, m. 2. nom. vir. (Ἐγνάτιος et Γνάτιος *App. B. C.* 4. 21. et *Dio* 53. 24. et Ἰγνάτιος *Plut. Crass.* 27) — *a*) Scribitur etiam *Ægnatius, Ecnatius* et etiam *Aignatius*, nisi est pro *A. Ignatius*, quæ forma ap. Græcos et Latinos recentiores, præcipue Christianos, occurrit. — *b*) *Egnatia*, gens Gabio oriunda videtur *Cavedonio* in *Mem. di Modena XVIII. p.* 254. ex nummis; *Münzer* vero putat nomen esse ab origine Samniticum, quod tamen apparet in inscriptionibus Oscis et mature reperitur Romæ et in reliqua Italia media, ut Tuderti (*Inscr.* bilinguis *Corp.* 1. 1408. = *Bücheler, Umbrica* 175. *n.* 5), Assisii (*Corp.* 1. 1414. *sq.*), Cære (*Corp.* 11. 3647). — *c*) De nummis hujus gentis consulantur *Eckhel, Borghesi, Cavedoni, Mommsen, Pick, Cohen.* — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Absolute — *a*) Egnatius, Celtiber, adulescens, quem inter amatores Lesbiæ, Catulli amicæ, recenset ipse *Catull. carm.* 37. 39. et de quo integrum scripsit carmen *n.* 39. Hic videtur fuisse ille, qui didascalicum poematium (libr. III) scripsit *de rerum natura*, cujus exstant duo fragmenta apud *Macrob.* 6. *Sat.* 5. et 12., ex quibus prius, ita incipiens: *denique Mulciber ipse*, in mentem revocat Lucretium, qui, uti *Skutsch* animadvertit, in argumentatione eodem modo τῷ *denique* initio versus usurpat (Cf. *Bergk, Kl. Schr. I.* 430. et *Bährens, Comm. Catull. p.* 219). — *b*) Egnatius, poeta, incertæ ætatis, fort. Ciceronianæ, de quo *Macrob.* 6. *Sat.* 5. 2. « Egnatius de rerum natura libro primo » eum laudans inter Accium et Lucretium. *et ibid.* 12. inter Livium, Ennium, Accium et ante Cornificium. Ceterum vd. sub 1.º *a.* — *c*) Egnatius, cujus liber primus citatur ab *Auct. l. de orig. gent. Rom.* 286. 8., satis probabiliter, uti censet *Teuffel*, ab eodem confictus. — 2.º) Cum additis — *a*) P. Egnatius Celer, philosophus Stoicus sub Nerone et Vespasiano, domo Beryto (*Dio* 62. 26., coll. *Juvenal.* 3. 116), sed Romæ degens, *P. Celer* dictus *Tac.* 4. *Hist.* 10. vel *P. Egnatius* ap. *eund.* 16. *Ann.* 32., delator Servilii Bareæ Sorani, cos. a. 52. sub Claudio et Thraseæ, qui pœna capitis multati sunt. De eo *Tac. ann. loc. cit.* Cliens hic (*P. Egnatius*) Sorani et tunc emptus ad opprimendum amicum auctoritatem stoicæ sectæ præferebat, habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti exercitus, ceterum animo perfidiosus, subdolus etc. *et Juvenal.*, tacito nomine, 1. *Sat.* 33. magni delator amici, *et* 3. 116. Stoicus occidit Baream, delator amicum Discipulumque senex. *Schol.* ad *l.* Egnatium philosophum significat, qui filiam Bareæ Sorani (*Serviliam*), quamquam ipse ad magicam descendam esset hortatus, detulit Neroni; ob quam rem mori cum patre jussa est ab eo (Cf. *Dion.* 62. 26. τοῦ Σωρανοῦ - Ἐγν. Κέλερ φιλόσοφος κατοψευδομαρτύρησαν). Verum postea et ipse sub Vespasiano accusatus a Musonio Rufo damnatusque sceleris pœnas luit, teste *Tac. hist. loc. cit.* (et *Schol. Juv.* ad *l.*) et « sic Sorani manibus satisfactum ». — *b*) L. Egnatius Lollianus, tantum *Lollianus* ap. *Chronogr.* a. 354., plenius in *Inscr.* ap. *Henzen* (in *Ann. d'Ist. arch.* a. 1866. *p.* 131) *L. Egnatius L. f. Victor Lollianus*, ex *Inscr. Gr.* in *Corp.* 2870., 3516. et 3517. Cf. tamen *eund. Henzen*, qui *Victorem* ab hoc *Egnatio Lolliano* distinguendum esse censet (*Ibid.*) contra *Waddington, Fast. Asiat. p.* 265., quod hic in titulis ad eum spectantibus numquam *Victor* cognominatur; neque aliter sensit cl. *Borghesi. Œuvr. III.* 418. *sqq.*, *IV.* 519. *sqq.*, *V.* 409. *sq.* et *IX.* 382. *sqq.* Cf. de hac re *De-Vit, Onom. II.* 696. *sq.*; *Liebenam, Forsch. z. Verwaltungsgesch. I.* 348. *sq.*; *Dessau, Prosop. imp. Rom. II.* 33. *n.* 29.*sq.*; *Ritterling, Arch.-epigr. Mitt. XX.* 38. *sq.* et *Chapot, Prov. Rom. d'Asie* 309.*sq.* Certe legatus Pannoniæ sejungendus est a procons. Asiæ et præf. urbis, qui manifeste alterius pater est; hic enim brevius dicitur *Egnatius Callianus*, ille *Egnatius Victor*: ita *Groag. PW.* 5. 2001. *Momms.* quoque in *Corp.*

I. L. 3. 6058. in hanc sententiam ivit; hæc enim *Inscr.* integrum nom. refert *Egnatium Victorem Lollianum* simulque prodit a. 258. a. Chr. illum fuisse legatum proprætore Cappadociæ et Galatiæ. Ceterum de hac quæstione satis superque est hæc dixisse. — *c*) Egnatius Victor *V.* voc. præc. — *d*) Egnatius Mecennius seu Metennius temporibus Romuli vixisse dicitur *Plin.* 14. *Hist. nat.* 13. 14. (89). « Invenimus inter exempla Egnatii Mecennii uxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfectam fuisse a marito eumque cædis a Romulo absolutum ». Cf. etiam *Val. Max.* 6. 3. 9., ubi fusius rem enarrat. Adde *Tertull. apol.* 6. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 737 (= *Gran. Licin. p.* 46. *frg.* 2. *Bonn*). Porro communis horum fons est *Varro* (Cf. *Münzer, Quellenkrit. Plin.* 189. *sqq.*), cui quæ habenda sit fides, de illa ætate hæc minuta referenti, viderint eruditi. — *e*) Egnatius Gallienus imp. *V.* P. LICINIUS GALLIENUS — *f*) Egnatius Marius. *V.* MARIUS EGNATIUS — *g*) Alios vide sis, uti sunt: Egnatius, dux Etruscorum in bello sociali a. 100. a. Chr. ap. *Flor.* 3. 18. 6. — Egnatius Calvinus, præfectus Alpium, ap. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 68. (134). — Egnatius Capito, magister fr. Arv. et cons. fort. sub M. Aurelio; postea consularis, occisus a Commodo imp., probabiliter a. 182., ap. *Lamprid. Comm.* 4. — Q. Egnatius Catus, legatus Augusti (Vespasiani) pro prætore a. 76. p. Chr. *Corp.* 8. 10116. et 10119. — Egnatius Gallienus Concessus, vir clarissimus, *h. e.* senator. In pugillari ap. *Visconti* in *Bull. Arch. Mun.* a. 1874. *p.* 101-115. — M. Egnatius Rufus, ædilis a. 26. a. Chr., qui in Augustum conjuravit, sed detectus pœnas luit, ap. *Tac.* 1. *Ann.* 10. — A. Egnatius Proculus, præf. ærarii Saturni, dein cons. suff. temporibus Commodi imp. *Corp.* 6. 1406. — Egnatia Maximilla, a. C. Egnatio Maximo probabiliter prognata, uxor P. Glitii Galli, cui, a Nerone imp. in exsilium pulso a. 65. p. Chr., comitata est, ut scribit *Tac.* 15. *Ann.* 56. et 71., magnis privatum et integris opibus, post ademptis. Mortuo Nerone, ab Andro, exsilii loco, ubi grati animi causa erectæ iis fuerant statuæ (*Corp. I. Gr.* 12. 5. 1. 757 = *Dittenberger Syll.*[2] 374. *sq.*), Falerii in oppido patrio, marito sepulcrum cum epitaphio (*Corp.* 11. 3097) posuit, quod corruptum cl. *Garrucci* instauravit, ubi inscriptum erat: *Maximila Agnatia.* — Egnatia Galliena, mater Gallieni imp., *diva Mariniana* in nummis *Eckhel*, 7. *p.* 388. *sq.* et *Cohen* V.[2] 341-348. — Egnatia Certiana, filia consularis C. Egnatii C. f. Certi, femina clarissima. *Corp.* 9. 1578. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 9689 (*in vinea domini de Martello* 1592. *vet. via Nomentana*). — *Egnatia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17117. — Etiam cogn. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns, n.* 111. et mul. *Corp.* 5. 5148. — Hinc *Egnatius*, adj. ut *Egnatia via* (Ἐγνατία ὁδός *Strab.* 7. 322), via Europæ orientalis (Illyriæ, Macedoniæ, Thraciæ) ab Apollonia (*Pollina*) pergens per pæninsulam Candavorum montium et Dyrrhachium pergens Amphipolim et secus oram maris Thracici et Propontidis Byzantium usque, ita appellata ex oppido *Egnatia* v. *Gnathia* in Apulia, sito e regione Dyrrhachii, et sterni cœpta sæc. II. a. Chr., commercio ac militiæ peropportuna. Memorant *Cic.* 3. *Att.* 7., *Cæs.* 3. *B. C.* 79., *Corp.* 3. *p.* 127. etc. — Ejus maxima longitudo fuit DV. m. p. (*Strab. ibid.*); verum accuratius eam describunt Itineraria *Ant.* et *Hieros.* et *Tab. Peut.* Præterea de ejus situ et stationibus consulendum in primis opus *Tafel, De via militari Romanorum Egnatia* 1837-1842., additis *Belon* 1555., *Lucas* 1705-1714., *Beaujour* 1829., *Cousinéry* 1786., *Clarke* 1801., *Pouqueville, Holland* 1812-1813., *Zachariæ* 1837. et recentiorum *Leake, Travels* in *North. Greece* et *Tomaschek, Zur Kunde der Hämus-Halbinsel II S. Ber. Akad.* Wien 1887., coll. *Goltz* et *Naumann* 1894., *Grothe* 1903. et *Patsch* 1904 (*V.* VIA). — Hinc *Egnatianus* — *a*) Adj. ad Egnatium aliquem pertinens, ut *Egnatianum scelus*, sc. M. Egnatii Rufi, ap. *Vellej.* 2. 93. — *Egnatianus fundus*, in pago Herculano Placentino, memoratus in *Tab. alim. Velej.* 5. 97. et alius in pago Junonio Velejate, *ibid.* 3. 1. et 8., hod. *Nassano* vel *Riva di Nassano.* — *b*) Absolute, cogn. vir. *Corp.* 8. 835. — *Egnatinus*, adj. ad opp. Egnatiam seu Gnathiam pertinens, ut *Ager Egnatinus*, ap. *Grom.* 2. *p.* 262. *Lachm.* — *Egnatulejus*, nom. gent. vir. demin. *Corp.* 2. 4212. *Egnatuleja*, nom. mul. 6. 17180.; 8. 10500. et apud scriptores: *Egnatulejus*, quæstor « civis optimus et fortissimus, quo duce, quarta legio Martiæ legionis virtutem est imitata et C. Cæsaris Octaviani auctoritatem, a M. Antonio desciscens, secuta » a. 44. a. Chr. (*Cic.* 3. *Phil.* 3. 7. et 15. 39. et 4. *ibid.* 2. 6., coll. 5. *ibid.* 19. 52). Vide sis alios ap. *Spartian. Sev.* 18. et *Corp.* 8. 10500.

EGOVARRI, ōrum, m. plur. 2. cognomine Namarini, gens Hispaniæ Tarraconensis. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (111).

EGRA, æ, f. 1. nom. geogr. (Ἔγρᾶς, rectius Ἔγρας v. Νεγρᾶς *Strab.* Cf. Ἔγρὰν v. Νεγρὰν *Ptol.*) *Hegra*, cum aspiratione, ap. *Plin. loc. cit. Sill.* et *Jan.* — Est autem oppidum Arabiæ occid. (*Strab.* ἐπὶ θαλάττης et *Steph. Byz.* Ἔγρα, πόλις Ἀραβίας πρὸς τῷ Αἰλανίτῃ κόλπῳ). Memorat *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (156). *Rav. p.* 57. Egram (Cf. *Sprenger, Alte géogr. Arab.* 138).

EGRĪLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., frequentissimum in Colonia Ostiensi, unde fort. gens hæc originem habuit, cognomine *Plarianorum*, in *Corp.* 6. 17136 (*Villa Aldobrandini*)., 17137 (*Romæ*). et 14. 581. — *A. Egrilius Plarianus*, cos. suff. fort. sub Flaviis in *frg.* ap. *Viscont., Ann. Arch.* a. 1859. *p.* 288. et *Q. Egrilius Plarianus*, legatus pro præt. Africæ, fort. sub Antoninis in *Corp.* 8. 808. et 1177. — *Egrilia*, nom. mul. *Ibid.* 17141 (*prope Plateam S. Petri in æde S. Catharinæ*). et 17138. *Ægrilia*. Cf. etiam *Schulze, Eigenn. p.* 454. — Hinc *Egrilianus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 103. — Cf. *Egronius*, nom. gent. vir. *Ibid.* 4841.

EGUI, ōrum, m. plur. 2. populus Inalpinus in *Inscr.* in Tropæo Alpium Augusti inter Vergunnos et Turos V. *Momms.* in *Corp.* 5. 7817. — *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (123). scribit *Eguituri*, unica voce, pro *Equi et Turi*. Cf. *Momms. l. c.* et *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 255.

EI

EIA, æ, f. 1. dea in Histria culta, ut colligitur ex *Inscr.*, Polæ reperta, in *Corp.* 5. 8. EIAE AVGVSTAE ANTONIA SEVERINA (*Henzen* male leg. *Severinus*) votum solvit.

EIAZĪUS, ii, m. 2. cogn. Jovis, quod cl. *Furlanetto* leg. in *Inscr.* ap. *Grut.* 21. 2. et derivandum putat a Gr. ἐάω, *sino*, quasi sit *Juppiter consentiens*, sed contorte. Verum *Momms.* et *Henzen* leg. *Diazzus*, quod mihi altero monstrosius videtur, ita ut utrumque expungendum consuerim. Cf. tamen voc. præc. et seq.

EIĒ, indecl. m. unum ex nominibus divinis apud Hebræos, de quo *Isid.* 7. *Orig.* 1. 10. « Sextum nomen, אהיה, Eie, idest *qui est*; Deus enim solus quia æternus est, hoc est, quia exordium non habet, essentiæ nomen vere tenet » *Lindemann* male dedit *Eiele*; vox enim in Hebraico textu ita se habet, sc. *Exod.* 3. 14. Dixit Deus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filiis Israel: Qui est etc. Hebr. *'Ehyeh*, quod ibi ter repetitur; nisi legi velit *ehiwa*, nam tunc esse *'Eheyeh*, non *Eiele.*

EĬŌN, ŏnis, m. 3. (Ἠιών) ¶ 1. Est antiquum oppidum Macedoniæ ad ostium Strymonis, colonia Atheniensium, situs opportunitate magni habitum, in Persicis bellis et in Peloponnesiaco sæpius memoratum (*Herod.* 7. 25., 107. 113., 8. 118. 120., *Thuc.* 1. 98., 4. 102., *Paus.* 8. 8. 94., *Diod.* 11. 60. 2. Cf. *Meyer, Gesch. d. Alt. III.* 287. 492. et *IV.* 18. et *Busolt, Gesch. III.* 100. *sqq.*), non confundendum cum Eione Thracica, colonia Atheniensium, a Simonide deducta a. 425. a. Chr. *Thuc.* 4. 7., coll. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 16. 25. (128). Ita leg. *Jan.* — De ejus nummis vd. *Head*, 197. ¶ 2. Est etiam nom. pæninsulæ sic descriptæ a *Plin.* 6. *ibid.* 6. 6. (18). Sed ipsius pæninsulæ inter Pontum et Mæotium lacum excurrentis non amplior LXVII. M. D. passuum longitudo est, latitudo numquam infra duo jugera: Elonem (*al.* Eonem) vocant. Cf. *Karl Neumann, Die Hell. im Skythenl.* 589. et *Stielers Handatl.* 49.

ĔĬŎNEUS (quadrisyll.), ei, m. 2. nom. soceri Ixionis, de quo *Porphyr.* ad *Hor. a. p.* 124. *perfidus Ixion*: « Moris erat apud antiquos, ut ducturi uxores nuptialia munera et dotem ultro soceris darent. Ixion ergo cum filiam Eionei accepisset in conjugium et dotem invitus daret, scrobem fecit ingentem, quam igne replevit et in summo leviter cinere contexit: in hanc Eioneа, quem simulans ad cenam invitaverat, mersit ac sic passus est virum exuri, ob hoc *perfidus Ixion* ». (Adde *Schol. Apoll. Rhod. III.* 62). Alii tamen plerique aliter leg., sc. vel *Æoneus* vel, rectius, *Deloneus*, ut etiam apud *Hygin. fab.* 155.; quamquam *Diod.* 4. 69. habet Ἠιονεύς.

EL

EL, indecl., m. nom. Dei primum ex decem apud Hebræos, sed commune inter Semiticos populos ad Deum significandum sive verum sive falsum (Hebr. *'Ēl* [LXX. Θεός; Vulg. *Deus*], Assyr. *Ilu*, Arab. *Il*; Turc. *Allah* cum articulo, coll. Phœn. Ἠλ v. Ἦλος = Ἥλιος). Cf. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 642. et *Halévy, Rev. semit. I.* 138. *sqq.*; *Mordtmann, Palmyr* (*Mitt. Vorderas Gesellsch. IV*) 1899. *p.* 38. — Est autem a rd. *'ûl* (*'ûal*) « fortem esse », idem ac « ὁ fortis v. potens » κατ᾽ἐξοχήν (Cf. *Gen.* 31. 29. hebr., *Ps.* 58. 20. et *Is.* 42. 5); quamquam fere adhibetur cum additis (*Gen.* 14. 18.; 46. 3.; *Ps.* 42 [41] 5. etc.); quod tamen etymon complures eruditi recentiores non adprobant, sed alia proponunt item difficultatibus obnoxia (V. *Fr. Buhl, Gesen., Hebr. Handw.* 1895. *p.* 39). — Porro Semitæ universim suam religionem pietatemque prodebant nominibus personarum vel locorum etiam hoc alludve Dei nomen addendo, uti sunt *El-chanan, Dani-el, Beth-el* etc., nec solum veri Dei cultores sed etiam falsorum numinum, ut apud Moabitas *Nachli-el*, ap. Ammonitas *Pudu-ilu*, ap. Chananæos *Jerame-el*, ap. Phœnices Ἔν-υλος (*Arr.* 2. 20. 1) et in nummis *'Ayn-el* « oculus Dei ». Cf. etiam apud Assyros *Assur-banipal, Bal-tassar* etc. (V. *Schrader, Die Keilinschr.* etc. 1882. *p.* 141). — De eo *Isid.* 7. *Orig.* 1. 3. « Primum apud Hebræos Dei nomen אל El dicitur: quod alii Deum, alii etymologiam ejus exprimentes ἰσχυρόν, id est fortem, interpretati sunt ». Adde *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 642. — Hinc declaratur difficilior locus ap. *Mich.* 2. 1. « In luce matutina faciunt illud (*malum*), quoniam contra Deum est manus eorum »; ubi vox *Deus*, hebr. *El*, non Deum ipsum sed potentiam significat, quasi dicat est in eorum potestate, non vero est contra Deum (Cf. *Deut.* 28. 33. et *Prov.* 3. 27). — De hoc nom. cf. *Nestle, Die isr. Eigenn. nach ihrer relig. Bedeut.* 1876. *p.* 33.; *Nöldeke, Elohim, El*, in *Sitzungsber. d. Akad. d. Wiss. zu Berl.* 1882. *p.* 1175-1192.; *King, Hebr. Words and Synonym. P. I. The Names of God* Cambr. 1884. — Hinc *Eli* (hebr.) ap. *Matth.* 27. 46. (*Eloi* [aram.] ap. *Marc.* 15. 34), compos. ex *El* = Deus et *i* = meus, ex *Ps.* Messianico 22 (hebr., 21. *Vulg.*). *v.* 1., quem quidam putant totum submissa voce Christum dixisse, sed elatâ tantum priora verba: *Eli, Eli, lamma sabactani*, quibus ostendit « nec abjectionem a facie Dei nec declarationem deitatis sibi non competentis, nec dissolutam unionem personalem inter divinam humanamque naturam, nec impatientis animi questum vel tædium, nec petitam a morte liberationem » ita *Lilienthal* (*Archiv. II.* 186), coll. *Wolf* (*Curæ I.* 410) et *Koecher* (*Analect. p.* 608), ut patet ex ipsa locutione: « Deus meus, Deus meus »; multoque minus desperationem, quod ajunt, sed falso, sensisse Calvinum, cujus hæc sunt verba: « Absurdum videtur Christo elapsam fuisse desperationis vocem. Solutio facilis: Quamvis sensus exitium

carnis apprehenderet, fixa tamen stetit fides in ejus corde, qua Deum præsentem intuebatur. Nihil obstat, quod Christus alienationem Dei mente conceperit et simul fide retinuerit Deum esse sibi propitium ». Ita Calvinus (V. *Re, Arch. Dict. II. p.* 407). — *Eloim*, de quo *Isid.* 7. *Orig.* 1. 4. « Secundum nomen *(Dei apud Hebræos)* אלהים *Eloim* », rectius *'Elōhim*, a sing. *'Ĕlăh* v. *'Elōăh*, forma infiniti modi rarius usurpata; occurrit namque longe sæpius quasi plur. majestatis, uti dicitur; quod certe debuit esse illo posterius, ne absurdum cogitemus, ut increduli, qui Hebræos olim plures deos coluisse volunt. — De etymo nominis nihil certi profertur; nam v. *'alah* v. *ul*, unde ducitur, alii interpretantur « fortem esse », alii « timendum vel venerandum esse ». Usurpatur autem frequentius de Deo vero, aliquando de falso, et etiam de angelis, de magnatibus, de hominibus vitâ functis etc. — Plerumque, si de vero Deo adhibetur, adjectivis vel verbis jungitur num. sing. (*Gen.* 1. 1); quia veteres, præsertim scholastici, pluralem hunc accipiunt de Trinitate divina, quod verum esse, aut falsum, probare æque difficile est. — De usu hujus nominis in V. T. vd. DEUS. — De eo fuse scripsit *Nöldeke (Gottesname Elohim*, Berlin 1880). — *Eloe*, de quo *Isid.* 7. *Orig.* 1. 5. « Tertium *(nomen Dei apud Hebræos)* אלהי *Eloe* », rectius *'Elōha;* sed est forma, uti ajunt, constructa ejusdem nominis *'Elohim*, de quo jam brevi disseruimus. — *Elion* (*'Elyōn* fort. Deus « excelsus », ab *'ălăh* « ascendit »). *Isid. ibid.* 9. « Quintum אליון *Elion*, quod interpretatur in latinum excelsus, quia supra cælos est, sicut scriptum est de eo: Excelsus Dominus: supra cælos gloria ejus ». — *Ela deo*, divinitas Celtica, cui *Inscr. Corp.* 13. 58. dicata a quodam *Justino Justi* (filio), in Gall. ap. *St.-Béat* est reperta. Cf. etiam *Corp.* 13. 59 (V. *Holder, Altk. Spr. h. v.*).

ĒLĀ, indecl. m. (Hebr. *'Ēlā'* v. *'Ēlăh* « arbor robusta, quercus, terebinthus »; hinc *Vallis Ela* versum ab Aquila et Theodotione « vallis quercus »; *LXX.* Ἠλάς v. Ἠλά) ¶ 1. Fuit filius Baasa, rex Israel (3. *Reg.* 16. 6. et 8). — Hic sedem suam fixit in Thersa = Pulcra (*v.* 9), urbe olim capite Samariæ, imitatusque est pessima majorum suorum exempla, donec « bibens ac temulentus in domo Arsa, præfecti Thersa » est occisus anno vicesimo septimo Asa, regis Juda, a Zambri, qui ei successit *(Ibid. v.* 9-10); ipse vero vix duos annos regnavit, omnisque simul familia ejus periit *(Ibid. v.* 11). ¶ 2. Alios vide sis memoratos *Gen.* 36. 41., 3. *Reg.* 4. 18., 4. *Reg.* 15. 30., 1. *Par.* 4. 15. et *Ibid.* 9. 8.

ĔLÆA, æ, f. 1. (Ἐλαία, ab *oleis* dicta, sæpe cum *Elea* confusa) ¶ 1. Oppidum Æolidea ad ostium Caici in extremo sinu Elaeate *(Tschanderlyk)*, conditum a mythico Menestheo a. 300. a. Chr., societati maritimæ Atheniensi adscriptum, post Alexandrum M. Pergami regibus obnoxium, quo utebantur tamquam portu vel navali; dein ab Antiocho reg. Syriæ a. 190. a. Chr. *(Polyb.* 21. 10. et *Liv.* 27. 18) obsessum et centum post annos terræ motu eversum, situm prope hod. *Kilisse-kiui*. Memoratur etiam *Ps.-Frontin.* 4. *Strat.* 5. 16., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (121)., coll. *Plut. Luc.* 4., *Strab.* 13. 607., 615., 622., *Ptol.* 5. 2. 6., App. *Syr.* 30. et 38. ut *Corp.* 3. *p.* 1282. *Mel.* 1. 9. *Ælaan (acc.)*. — De ejus nummis consulendi *Eckhel*, 2. *p.* 494. *sq.*; *Cavedoni, Spicil. p.* 158.; *Imhoof-Blumer, Kleinas. Münz. I.* 46. 4. et *Head*, 554. ¶ 2. Item Cretæ (etiam *Elama* dictum), laudatum *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59). Cf. *Forbiger, Handb. alt. Geogr. III.* 1039. ¶ 3. Item Phœniciæ. V. ELAIS. ¶ 4. Est etiam insula Propontidis, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151). — Hinc *Elæenses* incolæ. *Liv.* 37. 19.

ĔLÆENSIS. *V.* voc. præc.

ĔLÆĪA, æ, f. 1. cogn. Dianæ. *V.* DIANA.

ĔLÆUS et **ELÆUSA**. *V.* **ELEUS** et **ELEUSA**.

ĔLĀGĂBĂLUS, i, m. 2. nom. dei (Ἐλαγάβαλος, Ἐλαιαγάβαλος, Ἐλιογάβαλος et Ἐλεαγάβαλος) Scribitur *Elagabalus* in nummo ap. *Eckhel*, 7. 249., forma ceteris præferenda; *Heelagabalus* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1941., *Heliogabalus* (cf. ἥλιος, *sol*) et *Halagabulus* apud sequioris ætatis scriptores, in primis *Hist. Aug.*, et *Eliogabalus* ap. *Chronogr.* a. 354. et etiam *Alagabalus* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1940 = *Corp.* 3. 4300. DEO SOLI ALAGABALO. — Origo nominis est ab Hebr. *'Ēl* v. *'Ĕlăh* et *gebal*, quasi ὁ θεὸς ὁ πλάστης *(Bochart* et *Reville)* vel *gebal*, id est terminus (Cf. *Eckhel*, 7. *p.* 250). Sed aliter *Nöldeke* interpretatur, ut *'Ĕlăh-Gabal* sit idem ac « deus Gabal seu montis v. montanus ». Cf. **AMMUDATES**. — Tmesis *Elio nam gabalus* ap. poet. *(Pompei. gramm.* ap. *Müll. De re metr. p.* 367).

Elagabalus, deus Syriacus, cultus apud Emesam, oppidum Phœniciæ, ad Orontem fluvium, ubi templum erat ei dicatum, qui ex nigro lapide in coni figuram non fabrefactus sed ita e cælo demissus credebatur, ex Bætylorum genere *(Herodian.* ap. *Eckhel*, 7. *p.* 250), alio nomine *Ammudates* (Arab. *'Ammûdat)*, sc. *'Ammud-'até* = lapis ate, seu conus. Cf. *Attar-ate* (Ἀτάργατις) — Hoc autem nomine *Solem* venerabantur Phœnices *(Capitolin. Macr.* 9), vel *Jovem (Lamprid. Heliog.* 17). — Ejus sacerdos *Varius*, dein imperator, hinc *Eliogabalus* cognominatus, sui dei cultum latissime vulgavit, templo Romæ a. 221 (quod *Heliogaballium* (sic) dicitur *Chronogr.* a. 354. apud *Momms. p.* 647. et *Eliogabalium* in *Hieronym. chron.* ad Olymp. CCII. 4), aliisque alibi erectis compluribus ac monumentis *(Lamprid. ibid.* 17. et 24), ut constat etiam ex inscriptionib. et nummis ap. *Mionnet* et *Cohen*. *V.* **M. AURELIUS ANT. ELAGABALUS**.

ĔLĀĪNUS, i, m. 2. (ἐλαϊνός, *oleaginus)* cogn. vir. *Corp.* 3. 856.; 5. 5906. etc. — *Elaina*, cogn. mul. 8. 4101.

ĔLĀIS, idis, f. 3. (Ἐλαΐς) oppidum Phœnices. *Avien. orb.* 1069. Urbs Jope sterilisque habitatur Elais. et *Prisc. perih.* 852. Hi muros Jopes, Gazam, quoque Elaida complent. (Cf. *Dionys. perih.* 910., qui Ἐλαΐς ponit inter Tyrum et Sidonem). Adde *Isid.* 14. *Orig.* 3. 22. — Aliquando pro *Elæa* usurpatur *(Meineke)*. — Etymon ap. *Eustath.* « διὰ τὸ ἐλαιφόρος εἶναι » ludicrum est. — De eo V. *C. Müller, Geogr. gr. min. II.* 180.

ĔLAM, indecl. m. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est regio inter Babyloniam, Mediam, Persiam et sinum Persicum, quam Græci ac Romani a Susis metropoli vocarunt Susianam, hod. *Khuzistan* v. *Arabistan*, cujus historiam præcipue novimus ex inscriptionibus cuneatis. Paucis, ab a. 4000. a. Chr. Elam fuit quoddam quasi centrum humanitatis una cum Babylonia; dein ab a. 3000-2300. Chaldæorum dominationem subiit, sub regimine tamen suorum principum, Chaldaici regni vectigalium. Verum hi a. 2300., excusso jugo, potentissimum imperium condidere, qui ad Palæstinam usque sese extendit, quod brevi stetit, a Babylonensibus eversum tempore celebris Hammurabi. Circiter autem a. 100. Elam et Chaldæa Assyriis bellum intulere; sed eorum conatibus videtur nec multum nec diu sors favisse; donec Assurbanipal a. 650. vastavit Elam ejusque regnum omnino subvertit. — De re Elamitica consulendi sunt *Oppert* (1878), *Sayce* (1874), *Quentin* (1891), *Scheil* (1900)., qui inscriptionibus interpretandis operam sedulam dederunt, præter *Lenormant-Babelon, Hist. ancienne de l'Orient.*; pauca namque ex V. T. colligi possunt, quæ huic historiæ lucem affundant. Cf. tamen *Gen.* 14. 1. *sqq.*, 4. *Reg.*, *Is.* 11, 2. *Esdr.* et *Esth.* 1. ¶ 2. De pers. deque aliis, quæ ad Elam pertinent, *V.* **ÆLAN**.

ĔLĀMĪTÆ, ārum, m. plur. 2. incolæ Elam. *V.* **ÆLAMITÆ**.

ĔLĀNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἐλανοί) populus Arabiæ, ad sinum, qui ab iis *Elaniticus* v. *Ælaniticus* dictus est. Memoratur *Prisc. perieg.* 867. Qui pontus Syriam medius disterminat Arrabiamque *(sic)* Et tangit vergens Orientem versus Elanos. — In sing. num. collective. *Avien. orb.* 1103. Elanus belliger.

ĔLĀPHĪTES, um, f. plur. 3. insulæ prope Meliten *(Meleda)*, ita dictæ ab ἔλαφος, *cervus*, quo forsitan animalium genere abundent, nunc *Olipa, Jakljan, Giuppana, Mezzo, Calamotta, Daksa* et *Lacroma*. Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (152). « Melite, unde catulos Melitæos appellari Callimachus *(frg.* 393. *Bentl.)* auctor est: XV. m. p. ab ea VII. Elaphites ». Numeri tamen non est certa lectio. — Similiter, in sing. num., *Elaphitis (idis)* (Gr. ἐλαφῖτις), insula prope Chium, ejusdem originis, inter Œnussam et Euryanassam, apud eund. 5. *ibid.* 31. 38. (137).

ĔLĀPHONNĒSUS, i, f. 2. (Ἐλαφόννησος v. Ἐλαφόνησος, *cervorum insula)* insula cum portu *(Scyl.* 94) ante Cyzicum in Propontide, unde *Cyzicenum marmor*, quæ et Neuris et Proconnesus dicebatur, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151).

ĔLĀPHUS, i, m. 2. (Ἔλαφος, *cervus)* mons circa Arginussam, ap. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 58. 83. (225). — Hinc similiter *Elaphusa* (Ἐλαφοῦσα), insula ante Corcyram: fortasse a figura capitis cervini. *Id.* 4. *ibid.* 12. 19. (53).

ĔLĀRĪNA, æ, f. 1. nom. mul., pro *Hilarina* (Galli enim sæpe *e* pro *i* utuntur), demin. ab *Hilara*, in *Inscr.* ap. *Le-Blant, I. Chr. de la Gaul. I. p.* 79.

ĔLĀRIS pro Elaver apud *Sidon.* V. **ELAVER**.

ĔLĀTĒ, es, f. 1. (Cf. ἐλάτη, *abies)* nom. serv. et libert., quod scribitur etiam cum diphthongo et aliquando in obliquis productum. *Corp.* 5. 2711. et 7611. — *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1226. Ælateni. *et n.* 5890. Elateni. — *Elatinus*, cogn. vir. *Corp.* 3. 966.

ĔLĀTĒA et Elatia, æ, f. 1. (Ἐλάτεια, quasi *abiegna* vel abietibus abundans) aliquot oppidorum nomen. ¶ 1. Oppidum Phocidis, in fertili planitie inter montem Callidromum et Cephissum amnem, loci natura munitum *(Neumann-Partsch, Geogr. v. Gr.* 165), cum celebri templo Æsculapii et Athenæ Cranææ ac theatro *(Herod.* et *Strab. locc. citt.)*, hodie *Drakhmani*. conditum, uti fertur, ab Elato, filio Arcadis, a Xerxe captum eversumque a. 480. a. Chr. sed reædificatum, iterumque captum a Philippo Macedone initio belli, quod Cheroneæ desiit, a. 338., et a Romanis a. 198. a. Chr.; sub his dein *civitas libera*, postquam Mithridatis ducibus strenue obstiterat. Memorant *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (27)., *Liv.* 28. 7. 32. 17. et 33. 27., *Plaut. Bacch.* 591., ubi alii *Elatia*, coll. *Herod.* 8. 33., *Diod.* 19. 84., *Strab.* 1. 60. et 9. 407. *sq.*, *Paus.* 10. 33. 7. et *Plut. Syll.* 16. — De ejus nummis vd. *Eckhel* 2. *p.* 195. et *Head*, 342. — Hinc *Elatenses* (non *Elatienses)*, incolæ. *Liv.* 32. 24. ¶ 2. Item Thessaliæ, ad Peneum amnem et Tempe situm, ap. hod. *Ajamand*. Memorat *Liv.* 42. 54. *Lolling, Hellen. Landesk.* 150. ¶ 3. Item Mysiæ, in Asia Minore. *Rav. p.* 108. et *p.* 362., ubi etiam *Elacia* et *Helatie* scribitur.

ĔLĀTĒIUS, a, um, adject. *V.* **ELATUS**.

ĔLĀTENSES, ium, m. plur. 3. *V.* **ELATEA** 1.

ĔLĀTĒS, is, m. 3. (cf. ἐλάτης, *agitator*, ab ἐλαύνω) nom. equi in *Inscr.* apud *Fabretti p.* 277. *n.* 169. — Est etiam cogn. Posidonis ap. *Athen.* et *Hesych.* v. Ἐλάτης. Cf. *Hartung, Relig. u. Myth. d. Gr. III.* 219.

ĔLATH, indecl. nom. oppidi (Hebr. *'Ēlōth* « arbores v. arboretum v. fort. pometum aut palmetum »; *LXX.* Αἰλὼν v. Αἰλώθ; *Cod. Alex.* Ἐλώθ; *Cod. Vatic.* Αἰλάμ; *Vulg.* Elath, Ailath, Aila, Ælath; *Jos. ant.* 8. 6. 4. Αἰλανή et 9. 12. 1. Αἰλάθ; *Ptol.* 5. 17. Ἔλανα, unde *Elaniticus*, adj.; *Strab.* 16. 768. Αἰλανά; *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. [65]. Ælaniticus et Ælana; *Arab.* 'Aliat v. 'Ailah), hod. *Akabah-Ailah* v. tantum *Akabah* (i. e. locus acclivis, præruptus). Memoratur primum *Deut.* 2. 8. *V.* **ÆLA**.

ĔLĀTUM, i, n. 2. fluvius Arcadiæ, conceptûs mulieribus repræsentans. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 7. (10).

ĔLĀTUS, i, m. 2. (Ἔλατος) ¶ 1. Est nom. pers. Memorantur hoc nomine — 1.°) Vir, Magnesius, princeps Lapitharum Larisæ in Thessalia, maritus Hippea, Anthippi filiæ, pater Argonautæ Polyphemi *(Hygin. fab.* 14., *Apollod.* 1. 113), qui ab aliis *(Socrat.* et *Euphor. frg.* 144. ap. *Meineke Anal. Alex. p.* 149. *sq.)* dicitur filius Posidonis. — 2.°) Item pater Cænei et Cænidis, de qua *Ovid.* 12. *Met.* 189. « proles Elateia Cænis », *et* 497. « Cæneus Elateius ». *(Hygin. fab.* 14. et 173). — Hinc *Elateius*, adj. *Ovid. loc. cit.* — 3.°) Item pater Evanippes, Hippomedontis uxoris *(Hygin. fab.* 71), qui fuit unus ex septem contra Thebas et mater Polydori ex Epigonis *(Id. ibid.* 71). — 4.°) Item pater Æsculapii secundi, laudatus *Ampel.* 9., coll. *Mythogr. I. fab.* 115. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. mons in ora austro-orientali insulæ Zacynthi, hod. *Skopos*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (54).

ELĀVER, indecl. n. fluvius Galliæ Celticæ, serius Aquitaniæ, qui ex monte Gehenna, unde oritur, per Arvernorum plana decurrens, in Ligerim paulo infra Nivernum influit, hodie *Allier*. De eo *Cæs.* 7. *B. G.* 35. Non fere ante autumnum Elaver vado transiri solet. Adde *ibid.* 35. — *Elaris* dicitur *Sidon. carm.* 5. 209. Clitis, Elaris, Atax, Vacalis etc. — *Elavaris* ap. *Greg. Tur.* 5. *Fr.* 33 (in optt. mss. *Flavaris)*. — *Alara* ap. *Rav. p.* 298 (V. *Holder, Alt. Spr.* h. v. et *Longnon, Géogr.* de la Gaule [sæc. VI] *p.* 161).

ELCĀNA, indecl., et Elcana, æ *(Vulg.* 1. *Reg.* 2. 20) m. 1. nom. vir. Hebr. *('Elqānāh* « (quem) Deus creavit »; *LXX.* Ἐλκανά) ¶ 1. Fuit vir Levita, secundus filius Core ex Caath, *Exod.* 6. 24), ubi Aser *(Asir)* et Abiasaph dicuntur ejus fratres; contra 1. *Par.* 6. 22. 23 (Hebr. 7. 8) Asir, primogenitus Core, videtur esse pater Elcana, hic vero pater Abiasaph; quæ difficultas solvitur, si *filius* Core, ut in sacris litteris sæpe fit, accipitur lato sensu pro ejus posteris, quia sic *Elcana* et *Abiasaph* ab Asir, ut *Par. loc. cit.*, non fratres, sed filius alter, alter vero hujus nepos: vel potius in genealogia Paralipomenon Elcana *c.* 6. *v.* 22. idem est cum eo, qui memoratur *v.* 36., i. e. prognatus ab Abiasaph, fratre prioris Elcanæ (Cf. *P. de Broglie, les généal. bibl. in Congr. scientif. intern. d. cathol.* 1888. *I. p.* 143). ¶ 2. Item filius Jeroham, maritus Penennæ et Annæ, ex qua sterili prodigiose suscepit prophetam Samuelem. *Vulg.* 1. *Reg.* 1. 1., coll. 1. *Par.* 6. 27. et *vv.* 33. et 34 (Cf. *P. de Broglie loc. cit.)*. « Fuit vir unus de Ramathaim-sophim de monte Ephraim, et nomen ejus Elcana, filius Jeroham-Ephrathæus ». *Ephrathæus* quum dicatur, nec ejus indicetur Levitica genealogia, recentiores quidam volunt auctorem Paralipomenon *l.* 1. c. 6. genealogiam finxisse Leviticam pro Samuele, ut jus sacrificandi, quod propheta sibi arrogaret, probaretur. Sed nihil inde efficitur; nam « Ephrathæus » significare potest simpliciter eum, qui incola sit montis Ephraim, non autem ex hac tribu, maxime quum *Ephraim* non sit hic tribus, sed plur. nominis *Ephraah* (Cf. *Jos.* 19. 36. et *Jud.* 15. 17); ceterum Levitæ sedem fixam non habebant, sed per tribus disseminati erant. V. **SAMUEL**. ¶ 3. Item filius Joel, ab Asia prognatus et ob id a Core per Abiasaph. *Vulg.* 1. *Par.* 6. 22. et 36. ¶ 4. Item unus ex iis, qui secuti sunt partes Davidis in Siceleg (1. *Par.* 12. 6) quique a *Vulg.* dicitur *de Carehim;* sed in text. Hebr. legitur *haq-Qorhhim*, i. e. ex Corahitis, seu filius Core, sc. ex Levitis, territorium Beniamin incolentibus. ¶ 5. Alios vd. *ibid.* 6. 25. et 35.; 9. 16.; 15. 23. et 2. *ibid.* 28. 7.

ELCĒSÆI, ōrum, m. plur. 2. (Ἐλκεσαῖοι v. Ἡλχασαῖται *Hippol.* seu *Auct. Philosophum.* 9. 3. et 10. 20. vel Ἡλχασαΐ: cf. *De-Rossi, Bull. Crist.* a. 1866. *p.* 67) hæretici, ab Elci pseudopropheta appellati, ex cujus generis grege duas mulieres tamquam deas ab eis Epiphanius perhibet adoratas; cetera Ebionæis similia tenuerunt, ut refert *Augustin. hær.* 32., ubi eos conjungit cum Sampsæis.

ELCĒSÆUS, a, um, adject. (Hebr. *ha-'Elqōsi;* LXX. ὁ Ἐλκεσαῖος; cod. Sinait. ὁ Ἐλκαισεός), nom. non patronym. personæ, ut quidam perperam censent, sed originis seu loci, unde ortus est propheta Nahum, qui initio (1. 1) suæ prophetiæ *Elcesæus* vocatur. — Hoc autem vocabulum ducitur ab Hebr. *'Elqōs*, qui viculus dicitur *Euseb. onom. p.* 182. *P.*; sed de ejus situ adhuc disputatur. Sunt enim qui eum censeant *Alqush*, in orientali ripa Tigris, ubi Nahum natus sit a parentibus in Assyriam deportatis; ibi etiam sepulcrum ejus pie visitur non solum a Christianis sed et a Judæis ac Mahumedanis (Cf. *Knabenbauer, Comm. in Proph. min.* Paris 1886. *II. p.* 1-2); alii vero arbitrantur *Elcos* nomen esse, quo vocabatur olim vicus, qui dein *Capharnaum* (Hebr. *Kephar-Nahum)* dictus est *(Hitzig* et *Knobel):* quæ sententia satis inepta nulli, uti puto, probabitur; sed illi potius assentiendum existimant plerique recentiores, quam jamdiu proposuit *Hieronymus* in *Comm. Nah.*, qui sui temporis Judæis dicit ab antiquo traditum, vicum Nahum natalem fuisse in Galilæa, iis satis cognitum, non procul a Ramah *(Er-Rameh)*, in tribu Nephthali, hodie *El-Kozah* dictum. Cf. *Gesen. Thes. p.* 1211.

ELCHĀNAN, indecl. m. nom. vir. Hebr. *'Elhhānān* « (cui) Deus gratiam dedit », unus ex primoribus et etiam fortissimis viris exercitus David *(Vulg.* 2. *Reg.* 23. 24. et 1. *Par.* 11. 26). — Erat Bethlehemita, filius Dodo, quod nomen proprium *Vulgatus* vertit in commune *patruus ejus (Dōd-ō)*. — Videtur hic differre ab Elchanan, cujus mentio fit 2. *Reg.* 21. 19. et 1. *Par.* 20. 5., filio Jair, nisi putetur unus ex duobus, Dodo et Jair, ad majores Elchanan pertinere. In aliquibus Vulgati editionibus (2. *Reg.* 23. 24) pro *Elchanan* legitur *Elehanan* (Cf. *LXX.* Ἐλεανάν).

ĔLĔA. *V.* **VELIA**.

ĔLĔĀLĔ, indecl. (Hebr. *'El-'ālēh* « (quo) Deus ascendit »; *LXX.* Ἐλεαλή) oppidum ad orientem Jordanis, in regione ad pastum animalium uberrima, inter Chesbon et Abel-Keramim, in tribu Ruben *(Num.* 32. 3. et 37). — Verum Isaiæ temporibus a Moabitis possidebatur; hic enim propheta ei prædixerat ejusque oppidis finitimis excidium, quo in scelerum pœnam Rubenitæ a Deo essent puniendi: nec aliud hodie superest, nisi ruinarum cumulus, quem Arabes vocant *Kir-bet-el'Al* et aliquot reliquiæ oppidi recentioris, de quo mentionem facit *Euseb. onom.* Berlin 1862. *p.* 182.

ĔLĔĀTES, ium, m. plur. 3. gens Liguriæ, plenius *Ligures Eleates*, de quibus mentio est in *Fast. triumph.* a. 158. a. Chr. una cum *Galleis Contrubieis* a. 166. a. Chr. Cur vero ita appellati sint, non constat. Cf. *Liv. epit.* 46.

ĔLĔĀTĬCUS, a, um, adject. ab Elea. *V.* **VELIA**.

ĔLĔĀZAR, indecl. et etiam Eleazārus, i, m. 2. (Hebr. *'El'āzar* « (quem) Deus adjuvit »; *LXX.* Ἐλεάζαρ) nom. vir. inter Hebræos frequens. - *Cypr. Gall. Exod.* 168. « Eleazaren *(acc.)* ». — Aliquando permutatum est cum *Eliezer* ejusdem significatus; hinc *Id. ibid.* 70. « Ereptumque ducis rigidi Eleazarus iræ *(i. e.* Eliezer, filius Moysis) ». Quin ex criticis viris recentioribus fuerunt *(Karpeles, Jud. Liter. I. p.* 415. in *Rev. crit.* 1891. et *Ekstein, Eldad* etc. Presb. 1891), qui unum eundemque esse *Eleazar* filium Aaronis et *Eliezar* filium Moysi *(Exod.* 18. 4) putarint; sed nullo innixi argumento nisi nominum similitudini; quod nihil habendum esse nemo non videt. — Sic *Eleazar* pro *Lazarus (Luc.* 16. 20) dixit *Prudent. cath.* 10. 154. « Gremio senis addita Recubabit, ut est Eleazar, Quem floribus undique sæptum Dives procul aspicit ardens *(i. e.* Lazarum epulo). Adde *Salvian.* ad *Eccl.* 3. 11. — Primam et secundam licenter, uti solet, produxit *Cypr. Gall. l. c.* — Memorantur ¶ 1. In sacris litteris — 1.°) Eleazar, filius Aaron et Elisabeth, frater Nadab, Abiu et Ithamar *(Exod.* 6. 23. et *Num.* 3. 2) et pater Phinees *(Exod.* 6. 4) aliorumque (1. *Par.* 24. 4). — Quum obiissent duo priores, a Deo terribili morte perculsi *(Lev.* 10. 1-2), Eleazar, ætate major, heres fuit pontificiæ dignitatis, sacerdos una cum patre fratribusque a Moyse consecratus *(Lev.* 8. 13. *sqq.* et *Num.* 3. 3), honoratus titulo « principis Levitarum » et « excubitoribus custodiæ sanctuarii » præfectus *(Num.* 3. 32) ac tandem Aaronis proxime morituri sacris vestibus indutus, summum pontificatum iniit *(Num.* 20. 27. *sq.)*. — In hoc munere gerundo nihil egit, quod, ut de Aaron et Phinees, notatu dignum sit, nisi quod spectat ad populi censum, quem Deus a Moyse et Eleazaro fieri jussit *(Num.* 26. 1. *sqq.)*, ad terræ promissæ partitionem *(Jos.* 14. 1) et ad alia quædam, quæ ceteroquin summo sacerdoti pro suo officio erant perficienda *(Ibid.* 27. 2.; 31. 12-54.; 32. 1-2), ab eo tamen diligenter sancteque perfecta usque ad vitæ exitum, de quo brevi ac simpliciter ita *Jos.* 24. 33. « Eleazar quoque filius Aaronis mortuus est: et sepelierunt eum in Gabaath Phinees filii ejus, quæ data est ei in monte Ephraim ». ¶ 2. Eleazar, filius Abinadab, quem, restituta a Philisthæis Arca Dei, in hujus domo in Gabaa servanda, « sanctificaverunt - ut *(eam)* custodiret » (1. *Reg.* 7. 1); idest, eum non levitam nec sacerdotem creaverunt, ut sentiunt interpretes nonnulli, sed, uti sonat vox Hebraica *qidsah*, ad hoc unum selegerunt præ ceteris; quamquam nihil obstat, quo minus credamus eum fuisse Levitam, quod *Jos. ant.* 6. 1. 4. adfirmat. ¶ 3. Eleazar, unus ex tribus fortissimis viris exercitus Davidis, filius Dodo v. Dodai Ahoites (Hebr., non *patrui ejus*, ut *Vulg.* perperam vertit), qui « quum ascendissent viri Israel, ipse stetit et percussit Philisthæos, donec deficeret manus ejus et obrigesceret cum gladio » (2. *Reg.* 23. 10). ¶ 4. Eleazar (Ἐλεάζαρ, in quibusd. mss. Ἐλεάζαρος), quartus filius Mathathiæ et frater Judæ Machabæi (1. *Mach.* 2. 5), cognomento (Gr. ὁ Σαυαράν) *Abaron* (var. *Auaron, Savaran, Avaran)*, probabiliter ab *'ūr* « celerem, audacem esse » vel a *hhavron* « beluam retro percutiens » *(Michaelis, Suppl. ad lex. hebr. I. p.* 696), qui in prœlio contra Antiochum Eupatorem « vidit unam de bestiis loricatam loricis regis et erat eminens super ceteras bestias et visum est ei, quod in ea esset rex: et dedit se, ut liberaret populum et adquireret nomen æternum (id vero non *ex fine operantis*, ceterum aliis ignoto, sed *ex effectu operis:* cf. *Ps.* 60. 6): et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens a dextris et a sinistris - et ivit sub pedes elephantis et supposuit se ei et occidit eum et cecidit in terram super ipsum et mortuus est illic ». De eo *Ambros.* 1. *off.* 40. « Quanta igitur virtus animi! primo, ut mortem non timeret; deinde, ut circumfusus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hostes, medium penetraret agmen et contempta morte ferocior, abjecto clipeo, utraque manu vulneratæ molem bestiæ subiret ac sustineret: post infra ipsam succederet, quo pleniore feriret ictu; cujus ruina inclusus magis quam oppressus, suo est sepultus triumpho ». ¶ 5. Eleazar, martyr, unus de primoribus scribarum, et divinarum litterarum scientia insignis, vir ætate provectus nonaginta annorum, regnante Antiocho IV. Epiphane, immani tyranno, ad carnem porcinam, Hebræis cibum immundum, a lege prohibitum *(Lev.* 11. 7), comedendam frustra compulsus, iis rejectis ex adstantibus, qui iniqua miseratione commoti « tollentes eum secreto, rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licuisset, ut simularetur manducasse, sicut rex imperaverat, de sacrificii carnibus » ne simulatione sua adulescentibus offendiculo foret, sed ut pro gravissimis ac sanctissimis legibus fortiter vita excedendo iis exemplum forte relinqueret ac senectute dignum, nec suis tantum sed omnibus ingenitæ nobilitatis solidæque virtutis in communi animorum abjectione et ignavia præclarissimum monumentum, ad supplicium libenter ivit, quod Antiochiæ passus est (2. *Mach.* 6. 18-31). Hoc autem, quam quod maxime, crudele, tympani dictum, fuse describitur *Jos. de Mach.* 5-7. — Addimus ab eod. *Jos. ibid.* 5. et apocr. *IV. Mach.* 5. 3. tradi, Eleazarum fuisse sacerdotem, quod qui scribam dixit (2. *Mach.* 6. 18), id quoque et in primis adjecisset; multoque minus illum summo sacerdotio insignitum credere fas est, ut *Jos. Gorion, Hist. Jud. III.* 2. et 4. anadere conatur. ¶ 6. Alios vide sis in 1. *Par.* 23. 22.; 1. *Esdr.* 8. 33. et 10. 25. et 2. *Esdr.* 12. 42., 1. *Mach.* 8. 17. et *Matth.* 1. 15.

ĒLECTA, æ, f. 1. (eligo) nom. mul. serv. in Inscriptt., quo nomine (Gr. Ἐκλεκτή) *Johannes* ap. incipit secundam ex suis epistolis (2. 1.) « Senior (ὁ πρεσβύτερος, sc. ætate et dignitate: cf. 1. *Petr.* 5. 1) Electæ Dominæ ». Quæritur, quomodo hoc nomen accipiendum sit; nam incertum est, utrum proprie de muliere aliqua, an de aliqua ecclesia allegorice dicatur. Qui priori sententiæ adhærent, alii nom. *Electa* sumunt ut proprium pers. *(Vulg., Clem., Lyran., Wetstein);* sed veri simile non videtur Johannem eodem nomine vocasse ejus sororem *(v.* 13); alii vero *Domina*, Gr. Κυρία et Aram. מרתא *Martha' (Poggel, Der zweite u. dritte Brief. d. Joh.* 1896. *p.* 127-132); sed in epistolæ

inscriptione tunc legeretur Κυρίᾳ τῇ ἐκλεκτῇ; ceterum in *v.* 5. hoc magis titulus videtur, quam nomen: alii denique nomina propria hinc omnino excludunt, ut sit: ἐκλεκτῇ κυρίᾳ *(Lapid. in h. l.)*. Qui vero in alteram concedunt sententiam, quæ plerisque nunc interpretibus arridet, contextui inhærent; nam verbis: « et natis ejus, quos ego diligo - et omnes, qui cognoverunt veritatem »: « et nunc rogo te - non tamquam mandatum novum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus alterutrum » (coll. *v.* 6), probabilius adludit Johannes, ecclesiæ, fortasse a se conditæ et in doctrinis euangelicis institutæ (Cf. *Cassiod. Complex. in ep. apost. LXX.* col. 1053. *M.* et *Serar. prol. bibl.* et *comm. in ep. can. p.* 99); quin *Hieronym. ep.* 123. *ad Ager. XXII. col.* 1058. *M.* non peculiarem sed universalem ecclesiam ibi designari putat. Ceterum ecclesia quælibet catholica, ut Domini sponsa, et ipsa Domina dici potest; quod autem attinet ad vocem *electa*, hanc et de ecclesia adhibuit *Ignat.* in *ep.* ad *Trall. V. col.* 673. *M.* Cf. *Petr.* in *ep.* 1. *c.* 5. *v.* 13. « Salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone *(i. e.* Romæ) coelecta (συνεκλεκτή) ». Est igitur ecclesia cum suis fidelibus, fort. in Asia Minore, matrifamilias allegorice comparata, quod Johannis stilo probe congruit (V. *Valroger, Intr. hist.* et *crit. au N. T.* Paris 1861. *II. p.* 410. et *Cornely, Intr. spec. in N. T. libr.* Paris 1886. *p.* 682. *sq.)*. — Hinc fort. *Electuris*, nom. mul. *Corp.* 5. 2481.

ĔLECTRA, æ, f. 1. (Ἠλέκτρα, *Jon.* Ἠλέκτρη: nom. mul. a *fulgore* et *pulcritudine* factum: a rd. ἀλκ, coll. Skr. *ark* « splendere »; unde ἠλέκτωρ « quod splendet » *[il brillante])*. — *Electran*, acc., Gr. pos., habet *Ovid.* 2. *Trist.* 395.

Electra ¶ 1. Fuit ab origine dea lucis et mater Iridis *(Hes. theog.* 5. 265. et 348., coll. *Nonn. Dionys. XVI.* 360): sed vario in variis regionibus habita, ut in Argis filia Agamemnonis *(n.* 4), in Arcadia, Atlantis (unde et *Atlantis [idis]* dicta *Virg.* 8. *Æn.* 135., *Ovid.* 4. *Fast.* 31. et *Sil. It.* 11. 293) et Pleionis filia *(Hygin. fab. præf.)*, quare *Pleias* sive *Pleiadum* una appellata *(Cic. Arat.* 270. et *Mythogr. I. fab.* 134); vel Hesionæ, Danai filiæ *(Dict.* 1. et 4); in Italia, uxor Corythi, regis Italici *(Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 207), ex quo duos filios suscepit Dardanum et Iasium *(Id. ibid.* 3. 167) vel ex Jove Dardanum et Teucrum habuit *(Dict. loc. cit.*, *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 28., *Philarg.* ad *Virg.* 5. *G.* 35., *Ovid.* 6. *Fast.* 43., *Rufin. recogn.* 10. 21., *Mythogr. I. fab.* 204). Hæc autem ob dolorem amissi Dardani ac Trojæ eversionem crines laceravit, sicque, in cælum translata a Jove, est *Cometes* a quibusdam dicta *(Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 272) atque, ut nonnulli tradunt, eadem est, quæ inter Pleiades obscura vocatur, quum ob eversum Ilium lucere desisset, quod alii de Merope dicunt *(Hygin. fab.* 192., coll. *Ovid.* 4. *Fast.* 174). Cf. MEROPE. ¶ 2. Item Oceani et Tethydis filia, teste *Claudian. carm.* 36. 171., Harpyiarum ex Thaumante mater *(Nonn. Dionys. XXVI.* 360., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 212. et 241., coll. *Mythogr. II. fab.* 13. et *Hym. Hom.* in *Cer.* 418). ¶ 3. Item, filia Danai, quæ prima nuptiarum nocte Hyperantum (v. Hyperantem) sponsum occidit *(Hygin. fab.* 170). ¶ 4. Item Agamemnonis et Clytæmestræ filia, Orestis et Iphigeniæ soror *(Id. fab.* 122), Polymnestori in conjugium promissa *(Id. fab.* 109). — Hæc Orestem infantem, Agamemnone occiso, sustulit *(Id. fab.* 253) et Strophio tradidit alendum *(Id. fab.* 117): qui Orestes quum adulevisset, socio Pylade et adjutrice sorore, matrem cum adultero Ægistho interfecit *(Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 471., *Senec. Oct.* 60. 65. et *Vellej.* 1. 1., coll. *Paus.* 2. 16. 7); deinde eam Pylades uxorem duxit *(Hygin. fab.* 122). — Hæc fabula argumentum præbuit tragicis Græcis, nempe Sophocli, cujus *Electra* in Latinum conversa est ab Atilio *(Cic.* 1. *Fin.* 2. 5. et *Sueton. Cæs.* 84), Euripidi et etiam Æschylo *(in Orestia* et *Coephoris)*; item Q. Ciceroni, cujus tragœdia, *Electræ* nomine inscripta, laudatur *Cic.* 3. *Q. fr.* 6. Cf. quoque *Senec.* in *Agam.* — Ad monumenta antiquæ artis, ad eam spectantia, pertinent vasa ap. *Overbeck, Her. Gallerie p.* 683. *sqq.*; marmoreum symplegma ap. *Winckelmann, Die Marm. d. Villa Ludovisi*; picturæ ap. *Baumeister, Denkm. II.* 1193. et *Brunn-Bruckmann, Denkm. n.* 309., coll. *Friederichs-Wolters n.* 1560. — Hinc *Electrius*, adj. ad Electram, Dardani matrem, pertinens, ut *Electria tellus* ap. *Val. Fl.* 2. 431., *h. e.* Samothrace. Cf. *Apoll. Rh.* 1. 916.

ĔLECTRĬDES, um, f. plur. 3. (Ἠλεκτρίδες, sc. νῆσοι) ¶ 1. Insulæ ita dictæ ab *electro*, quo abundare perhibentur, quas alii fabulosas, alii vero olim saltem exstitisse, sed postea terris continentibus conjunctas fuisse ex fluviorum alluvionibus, ex quibus lacunas, hodie quoque exstantes, enatas esse defendunt. Memorantur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 30. (152). « Juxta eas *(Absyrtides)* Electridas vocavere, in quibus proveniret sucinum, quod illi electrum appellant, vanitatis Græcæ certissimum documentum, adeo ut quas earum designent, haud unquam constiterit ». *et* 37. *ibid.* 2. 11. (32). « Diligentiores eorum *(Græcorum)* Electridas insulas in mari Hadriatico esse dixerunt, ad quas dilaberetur Padus; qua appellatione nullas unquam ibi fuisse certum est, nec vero ullas ita positas esse, in quas quoquam cursu Padi devehi possit ». Ita etiam sentit *Strab.* 5. 215. — Verum quum *Mela* 2. 114. eas in Hadria esse adfirmet, *et Ps. Arist. de mirab. auscult.* 82. peculiari modo describat et sitas dicat ad Eridani fauces earumque ex duabus majorem *Apoll. Rh.* 4. 505. et 578. *Electridem* appellet itemque laudet *Ps.-Scymn.* 374., antiquitus eas exstitisse infitiari nemo facile potest. ¶ 2. Item aliæ in mari Britannico, ap. *Capell.* 6. *p.* 219. « in quibus electrum gignitur ». *et Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. (104). « Ab adverso *(Britanniæ)* in Germanicum mare sparsæ Glæsariæ, quas Græci recentiores appellavere, quod ibi electrum nasceretur ». Ex quibus locis patet de utrisque nihil certe statui posse.

ĔLECTRIS, ĭdis, f. 3. ¶ 1. Insula haud procul a Calabria contra Terentum, alio nomine Febra, ap. *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 271., in qua habitare tradit aves Diomedeas, ut etiam *Mythogr. I. fab.* 148. ¶ 2. Insula, de qua *V.* voc. præc.

ĔLECTRUM, i, n. 2. ¶ 1. Est lacus Cephisidis, ita a Mauris appellatus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (37). ¶ 2. Item stagnum juxta Syrtim, teste Theomene. *Id. ibid.*

ĔLECTRYON, ōnis, m. 3. nom. vir. (Ἠλεκτρύων, ωνος, et etiam Ἠλεκτρυών, όνος, unde Græcis penultima communis est) *Electrus* per syncopen ap. *Plaut. Amph. prol.* 99. « Quicum Alcumena'st nupta, Electri filia », nisi est alia ejusdem viri appellandi forma.

Electryon, heros Tirynthius, rex Mycenarum *(Apoll. Rh.* 7. 748., *Eur. Alc.* 839., *Paus.* 2. 22. 8), Persei et Andromedæ filius, Stheneli, Alcæi et Mestoris frater *(Herod. frg.* 1. ap. *Schol. Apoll. Rh.* 1. 747) et Alcumenæ, quæ *Electryone* dicitur *(Hesiod. Eh. Asp.* 16. 35) pater *(Plaut. loc. cit.)*, memoratus *Hygin. fab.* 14., occisus ab Amphitryone, teste *eod. fab.* 944. Cf. tamen *Tümpel, PW.* 5. 2317., qui de hoc mytho fusius agit.

ĔLĔGANS, antis, m. 3. (eligo) cogn. vir. *Corp.* 5. 2568. — Abs. *Inscr.* apud *Momms. n.* 5303.

ELĔGĪA (Elegea), æ, f. 1. (Ἐλέγεια v. Ἠλεγία) Prima syllaba communis est, saltem apud Græcos.

Elegia ¶ 1. Est oppidum Armeniæ majoris ad Euphratis ripam occid., hodie *Ilidscha*, inter *Erzerum* et *Erzingian*, ap. *Dion.* 68. 18. et 71. 2., *Ptol.* 5. 13. 12., distinguendum a sequente, nec, quod sciam, a Latinis memoratum. ¶ 2. Item oppidum ad Euphratem, a quo scinditur prope Taurum montem, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (84). et *Solin.* 37., quod *De-Vit* cum præcedente confundit unumque putat.

ELEGĪUM, ii, m. 2. statio in Norico inter *Blaboriciaco* (Lauriacum) et *ad pont. Ises* (fl. *Ips)*, *Momms. Corp.* 3. *p.* 687.

ELEGOS. *V.* voc. seq.

ELEGOSINĒ, es, f. 1. locus Armeniæ majoris, editus, unde oritur Tigris. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (127). et *Solin.* 37., ubi legitur *Elegos*.

ĔLĒĬA, æ, f. 1. (Ἐληαί) *Eleia* ap. *Sext. Ruf. brev.* 27. et *Hileia* (al. *Helia)* ap. *Ammian.* 18. 5. 7. ¶ 1. Est nom. geogr., *sc.* oppidum Mesopotamiæ prope Singaram (unde falso a *Ptol.* 5. 18. 12. omnino sejungitur), ubi *a.* 348. maximam cladem subiit nocturno prœlio Constantii imp. exercitus contra Persas, uti narrat *Ammian. loc. cit.*, et quidem in agro Eleiensi apud Singaram. — Hinc *Eleiensis*, adj. *Id. loc. cit.* ¶ 2. Est etiam nom. gent. Rom. Cf. *Momms.* in *Corp.* 3. 12 (in diplom.).

ĔLĒIS, idis, *f.* 3. *V.* ELIS.

ĔLELĒĬDES, um, f. plur. 3. *V.* ELELEUS.

ELELETH, indecl. m. unus ex æonibus Gnosticorum, ap. *Interp. Iren. hær.* 1. 29. 2.

ĔLĔLEUS, i, m. 2. (Ἐλελεύς: ab ἐλελίζω, *vociferor* clamore bellico: *i. e.* vox Bacchantium). Est autem cogn. Bacchi. *Ovid.* 4. *Met.* 15. Nycteliusque Eleleusque parens et Iacchus et Evan *(trisyll.)*. — Hinc *Eleleides*, i. q. Bacchæ, ejus comites, ap. *eund.* 4. *Her.* 47. — Ita vocat etiam Apollinem, sed græce, *Macrob.* 1. *Sat.* 17. 46. « ἐλελεύς, ἀπὸ τοῦ ἐλίττεσθαι (*errore*, pro ἐλελίζεσθαι) περὶ τὴν γῆν, quod æterno circa terram meatu veluti volvi videtur, ut ait Euripides etc. » ad veras de hac re astronomiæ leges accedens.

ĔLENCHUS, i, m. 2. (ἔλεγχος, *index, indicium)* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5147.

ĔLĔNUS et deriv. *V.* HELENUS.

ĔLĔPHANS, antis, m. 3. (ἐλέφας) cogn. vir. *Corp.* 6. 3381.

ĔLĔPHANTĀRĬA, æ, f. 1. nom. opp. (ab ἐλέφας, fortasse ex *elephantum* copia) Scribitur in opti. mss. *Elefantaria* ex consuetudine Latina et, translata aspiratione, *Helepantaria*, et per syncopen *Elphantaria* v. *Elfantaria*.

Elephantaria ¶ 1. Est oppidum Sardiniæ septentr. in via a Portu Tibulæ *(Capo della Testa)* Olbiam *(Terranova)*, prope hod. *S. Maria d' Arsagona* (V. *Kiepert, Form. orb. ant. XIX)*. ¶ 2. Item oppidum seu statio Africæ Romanæ, in via a Carthagine Hipponem Regium, ap. *Rav. p.* 111. — Ejus ruinæ visuntur prope hod. *Kubba Sidi-Djedidi*, ca. 8. km. a *Medjez el Bab (Membressa)*. V. *Tissot, Géogr. comp. de l' Afr. II.* 249. ¶ 3. Item oppidum Mauretaniæ Cæsariensis, sedes episcopi, ut constat ex *Not. episc. Cæs.* 96. in *Halms Victor Vitensis p.* 69. ¶ 4. Item castellum in vicinia Cyrtæ. *Augustin. enarr.* in *ps.* 36. 20. et c. *Cresc. Don.* 3. 19. 22. = *Mansi, Act. conc. III.* 847. et 858. Cf. *Inscr.* ap. *Dessau, sel.* 6865.

ĔLĔPHANTĪNĒ (Elefantine), es, f. 1. (Ἐλεφαντίνη νῆσος *Ptol.* 4. 5. 70. et Ἐλεφαντίνα *Corp. I. Gr.* 3. 5126 = *Collitz Dial.-Inschr.* 5261) *Elephantis* vocatur a *Plin.* et *Vitr. locc. citt.* et *Elephantorum urbs* ab *Egesipp.* 4. 27. — Est autem Nili insula (ita dicta ab *elephantis*, quod fort. in ea vel in contermina regione abundarent), hod. *El-Djezireh*, cum oppido (hod. *Geziret Assuân)*, in finibus Thebaidis, fertilissima, ubi sub Pharaonibus commercium maxime floruit, olim limes inter Ægyptum et Æthiopiam, postea vero imperii Romani. — De insula. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 10. (59). Elephantis insula intra novissimam cataracten IIII. m. p. et supra Syenen XVI. m. habitatur. *Vitr.* 8. 2. 6. Inter Elephantida et Syenen. — De oppido. *Mela* 1. 51. (Nilus) - usque ad Elephantinen, urbem Ægyptiam, atrox adhuc fervensque decurrit. *et ibid.* 60. Earum *(urbium)* clarissimæ procul a mari Sais, Memphis, Syene, Bubastis, Elephantine et Thebæ. — Ibi sedem suam habebat « Cohors Prima Felix Theodosiana » *(Not. Dign. or.* 28. [31]), templaque erant Chnubidi *(Chnun)* seu Jovi Hammoni, in primis, et Nilo, Crocodilo aliisque hujusmodi diis sacra, ab Amenophi III. præsertim, et Thutmosi III. exstructa (Cf. *Herod.* 2. 2. et 28. *sq.*, *Strab.* 17. 787. et 817., *Plut. Isid.* et *Osir.* 43. et *Dion.* 54. 5. et, ex recentioribus, *Wilcken, Archiv. f. Papyrusforsch. III.* 326. et *Dittenberger, Orient. Gr. Inscr. sel. n.* 168).

ĔLĔPHANTIS, ĭdis et ĭdos, f. 3. (Ἐλεφαντίς *Tatian.)* ¶ 1. Fuit poetria famosa, quæ libellos conscripsit de variis concubitus modis, inter suos fontes relata a *Plin.* in *Ind. l.* 28. Memoratur *Sueton. Tib.* 43. Cubicula - tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit librisque Elephantidos instruxit. *Martial.* 12. 43. 4. molles Elephantidos libelli. *Priap.* 4. *p.* 138. *B.* Obscenas rigido deo tabellas dicans ex Elephantidos libellis dat donum Lalage. *Plin.* 28. *Hist. nat.* 7. 23. (81). Quæ Lais et Elephantis inter se contraria prodidere de abortivis - cum hæc fecunditatem fieri iisdem modis, quibus sterilitatem illa pronuntiaret, melius est non credere. ¶ 2. Item insula Nili, de qua *V.* voc. præc.

ĔLĔPHANTUS (Elefantus), i, m. 2. ¶ 1. Est nom. vir. ab *elephante* ductum, in *Corp.* 2. 3222. ¶ 2. *Elephantus* v. *Elephas herbarius*, locus in Urbis regione octava, quæ *Forum Romanum Magnum* dicta est *(Curios. et Not. Urb. p.* 14. et 15. *Pr.)*, prope *Piazza Montanara* ad pedes Capitolii, ubi etiam medio, quod dicitur, ævo exstabat ædes *S. Abbacyri ad Alefantum* (V. *Armellini, Chiese di Roma*[2] 563.; *Lanciani, F. U. R.* Bl. 28. et *Jordan, Top. II.* 447), inter Forum olitorium et boarium (Cf. *Bull. Munic.* a. 1873. *p.* 160).

ĔLĔPHĒNOR, ŏris, m. 3. (Ἐλεφήνωρ *Paus.* 1. 17. 6) nom., vir. cujus *Bechtel* ita etymon proponit: ὃς Ϝαλεφαίρει τὸν ἄνδρα, quasi qui homines *fallit* v. *illudit*, coll. Ῥηξήνωρ ὃς ἔρρηξε τοὺς ἄνδρας.

Elephenor fuit Chalcodontis et Imenaretes *(Clymenæ Pheretis* corrigit *Escher, III.* 2095) filius, procus Helenæ *(Hygin. fab.* 81), ex Argis *(Id. fab.* 97) vel ex Eubœa *(Dict.* 1) cum navibus XL. ad Trojam expugnandam profectus; sed ibi occisus ab Agenore *(Hygin. fab.* 113) vel ab Hectore *(Dar.* 21). Cf. etiam *Robert, Studien z. Ilias* 69. et 290.

ĔLĔSȲCES et Elisyces, um, vel potius Elisyci, ōrum, m. plur. 3. et 2. (Ἐλίσυκοι), gens Galliæ Narbonensis, ap. *Avien. or.* 588 (lect. tamen incerta). « Gens Elesycum *(pro* Elesycorum ?) prius loca hæc tenebat atque Narbo civitas Erat ferocis maximum regni caput ». Sed *Hecatæus* ap. *Steph. Byz.*: « Ἐλίσυκοι, ἔθνος Λιγύων » ex genere Ligurum eos ortos tradit, qui, transmisso Rhodano, Narbonem tenuerint ca. a. 500. a. Chr. Cf. etiam *Herod.* 7. 165., qui cum Iberis, Liguribus, Sardis aliisque eos memorat.

ĔLĒTĒ, es, f. 1. ¶ 1. Est nomen Horæ apud *Hygin. fab.* 183., ubi alii leg. *Telete*, ut *Schmidt, z. d. St.*, alii *Melete*, ut *Robert, Gött. gel. Anz.* 1899. *p.* 546. ¶ 2. Item insula Oceani occid., Britanniam spectans. *Rav. p.* 441.

ĔLĒUS, a, um, adject. *V.* ELIS.

ĔLĔUS et Elæus, untis, m. 3. (Ἐλαιοῦς *Ptol.*, Ἐλεοῦς *Strab.)* ¶ 1. Fuit oppidum Chersonnesi Thraciæ australis, ad Hellespontum, colonia Atheniensium, societati maritimæ adscriptum, memoratum in bello Constantini M. contra Licinium, munitum a Justiniano imp., ubi olim Alexander M. sacrificium obtulit ad sepulcrum seu sacrarium Protesilai, cujus ruinæ exstant prope *Eski-Hissarlik*. Memorant *Liv.* 31. 16., *Mela* 2. 26., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (49)., coll. *Herod.* 6. 140., *Thuc.* 8. 102. et 107., *Scyl.* 67., *Scymn.* 707., *Strab.* 7. 331. et 13. 395., *Zos.* 2. 23. — De ejus nummis vd. *Cavedoni, Spicil. p.* 44. et *Head, H. N.* 259. — De eo vd. *Schultz, De Chers. Thr. p.* 32. *sqq.* et *Meyer, G. d. Alt. IV.* 22. et *V.* 394. ¶ 2. Item oppidum Doridis Cariæ in sinu positum, cujus meminit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (107).

ĔLĔŪSA et Elæusa vel Elæussa, æ, f. 1. (Ἐλεοῦσα v. Ἐλαιοῦσα v. Ἐλαιοῦσσα, sc. νῆσος, *Strab.* et *Ptol.)*. ¶ 1. Est insula ad sinum Elaiticum *(Strab.* 13. 614), seu Ioniæ juxta Smyrnam *(Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. [138]), hod. *Tsortsi Kulessi*, ex insulis *Ajos Joryos-Gruppe* (Cf. *Pilot, IV.* 207). ¶ 2. Item insula, quæ objacet Spiræo promontorio, fort. hodie *Laguza*, inter Æginam et Salamina. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (57). ¶ 3. Item insula Asiæ Minoris ad oram Ciliciæ cum oppido cognomine, quod postea et *Sebaste* dictum est *(Jos. ant.* 16. 4. 6. et *B. J.* 1. 23. 4), πρὸς τῷ Κωρύκῳ *(Steph. Byz.* ad *v.*, *Ptol.* 5. 7 [8]. 4., *Hierocl.* 704. 4), temporibus vero Romanorum pæninsula, hodie *Agasch*, ubi rudera exstant theatri, templi, aquæductus, sepulcreti etc. *(Beaufort, Karamania* 240.; *Langlois, Voy. dans la Cilic.* 230., *Laborde, Voy. de l'As. Min.* 131). Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93)., *Egesipp.* 1. 58., coll. *Strab.* 12. 535. *sq.* et 14. 671., *Corp. I. Gr. n.* 4432. — De ejus nummis vd. *Head, H. N.* 618. ΕΛΑΙΟΥCΙΩΝ. et *Eckhel*, 3. *p.* 81. *sq.*, coll. *Imhoof-Blumer, Rev. Suisse de Numism. VIII.*, contra *Wroth Class. review* 1898. *p.* 283. — Hinc *Eleusanus*, adj. ad Eleusam Ciliciæ pertinens, ut *Eleusanus ager* ap. *Cic.* 2. *leg. agr.* 19. 50. ex *Zumptii* conject. pro vulg. *Gedusanus* et *Agerensis* ed. *Orell.*

ĔLEUSIN et Eleusis, ĭnis, f. 3. trisyll. (Ἐλευσίς et Ἐλευσίν) nom. opp. — *a)* Latini utraque forma, ut Græci, utuntur; prior tamen scribendi ratio *Eleusin* frequentior est, licet et altera *Eleusis* agnoscatur quoque a *Priscian. VI.* 29. et *Serv. Virg. geogr.* 1. 162. — Sequiore tamen ætate etiam *Eleusina (æ)* usurpatum est, ut *Mamert. grat. act.* 9. 3., *Ammian.* 17. 7. 13., *Hieronym. c. Jov.* 2. 14., *Oros.* 1. *Hist.* 7., *Itin. Ant. p.* 326. et *Rav. p.* 198. et 375. — *b)* Declin.: in recto *Eleusin* ap. *Ovid.* 4. *Her.* 67. et 7. *Met.* 439., *Senec. Herc. f.* 302., *Mel.* 2. 41., *Stat.* 2. *Theb.* 382., *al.* — *Eleusis* ap. *Claudian.* 3. 11. in cod. *Vat. (Jeep)*. — Genet. *Eleusinis* ap. *Liv.* 31. 26. et *Apul. met.* 6. 2. — *Eleusinos*, Gr. posit., ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 162. — Acc. *Eleusinem* ap. *Cic.* 1. *Nat. D.* 42. 119., *Liv.* 45. 12, *Hygin. fab.* 275. — *Eleusina*, Gr. posit., ap. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 92. 94. (206). — *Eleusin* ap. *Senec. nat. qu.* 7. 30. 6., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 7. 44., *Sidon. carm.* 9. 178. — Abl. *Eleusine* ap. *Cic.* 6. *Att.* 1., *Liv.* 31. 26., *Vitr.* 7. *præf.* 16, *Tac.* 4. *Hist.* 83., *Justin.* 2. 6. 13., *Prob. Virg. georg.* 1. 163. — Form. *Eleusina* V. supra. — *c)* Etymon: vox orta videtur a Gr. ἔλευσις, *adventus* (ἐλεύσομαι, *veniam)*, idque ex fabula Cereris, quæ post longam peregrinationem, in quærenda filia susceptam, illuc venisse fertur ac tandem conquievisse *(Firm. err.* 7. 5); quamquam sunt, qui sic dictam doceant ab *Eleusino*, Mercurii filio, teste *Hygin fab.* 275. *V.* infra.

Eleusin v. Eleusis ¶ 1. Urbs Atticæ, ad oram septentr. sinus, quem claudit ad meridiem insula Salaminis, inter Megaram seu Nisum et portum Pyræi, hodie *Eleusina* v. *Lepsina*, pagus dicta ab *Arnob.* 5. *p.* 174., trib. (δῆμος) *Hippothoontis*, una ex duodecim civitatibus fœderatis ante συνοικισμόν Thesei; præcipua ex urbibus Atticis post Athenas, ad quam ducebat Via sacra, sepulcris ac templis ornata: celeberrima ob cultum ac sacrarium Demetris seu Cereris et Persephonis seu Proserpinæ, ubi mysteria celebrabantur; « condita ab Ogyge, quæ antiquitus vocabatur *Acta* » inquit *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 222.; olim ab Archidamo, rege Lacedæmonis, initio belli Peloponnesiaci, et a triginta tyrannis eversa, sed instaurata a Juliano imp. *(Mamert. loc. cit.)* ac florens usque ad Romani imperii occasum. Cf. *Thuc.* 2. 19., *Herod.* 1. 30. et alib., *Xen. Hell.* 2. 4. 8. et alib., *Strab.* 9. 395., *Plut. Arist.* 11. et alib., *Corp. I. Gr. I-III.* — De ea *Stat.* 2. *Theb.* 382. et te, mitis Eleusin, Levus habet. *et* 7. *ibid.* Et non adsuetis pernox ululavit Eleusin Mensibus. *i. e.* extra tempus, quo solebant cum nocturnis virginum ululatibus et saltationibus Eleusinia sacra celebrari. *Apul. loc. cit.* Remeacula et cetera, quæ silentio tegit Eleusinis Atticæ sacrarium. — *Cerealis* dicitur sæpissime *Ovid.* 7. *Met.* 439. et 4. *Her.* 67., *Stat.* 12. *Theb.* 627. aliisque et ob sacra Cereris ibi instituta ac templum in ejus honorem erectum (jam a. Abr. 710., ut refert *Hieronym.* in *chron.)* et picturis exornatum *(Cic.* 1. *Nat. D.* 42. 119., coll. 6. *Att.* 1., *Plin.* 38. *Hist. nat.* 11. 40. (134)., *Liv.* 31. 25. et 36., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 7. 44., *Senec. Tro.* 853. et *Herc. Œt.* 602. et *Phædr.* 846., coll. *Inscr.* ap. *Orell. n.* 2361. — Hinc *Eleusinus*, adj. *Arnob.* 6. *p.* 193. consæptum. *et* 5. *p.* 174. pagus. *Vitr. præf.* 7. Ceres. *Gell.* 15. 20. 8. certamen. *Virg.* 1. *G.* 163. mater. *h. e.* Ceres. *Sidon.* 6. *ep.* 12. superstitio. *et* rursus *Gell.* 11. 6. 5. initia. *i. e.* mysteria. *Justin.* 2. 8. sacra. — Abs. *Eleusinus* — *a)* Filius Mercurii. *Hygin. fab.* 275., coll. *Paus.* 1. 38. 7., a quo heros, ἐπώνυμος Attici hujus oppidi, vocatur *Eleusis*. — *b)* Triptolemi pater, uxore Cothonea, a Cerere occisus, in cujus honorem filius pagum Eleusinum nominasse fertur, teste *Hygin. fab.* 147., qui tamen alibi Triptolemi patrem *Celeum* vocat. — Hic *Eleusius* appellatur *Mythogr. II. fab.* 97. — *c)* Item tribunus, honorabilis vir Thamugadensis, quem sibi carissimum dicit *Augustin. ep.* 204. laudatque etiam in *serm.* 356. et 22. *Civ. D.* 8. — Item *Eleusina* — *a)* Idem ac *Eleusin*. *V.* supra. — *b)* Idem quoque ac Ceres. *Hieronym. c. Jovin.* 2. 14. « In templo Eleusinæ », quod tamen et de urbe accipi potest. — *Eleusinius*, adj. *Macrob.* in *somn. Scip.* 1. 2. 19. dea. *i. e.* Ceres. *Id. ibid.*, *Spartian. Hadr.* 13., *Firm. err.* 18., *Sueton. Claud.* 25. et *Ner.* 34. *Augustin.* 7. *Civ. D.* 2. sacra. *i. e.* mysteria Cereris. *Arnob.* 5. *p.* 185. mysteria. — *Eleusinii*, incolæ urbis vel pagi. *Minuc. Oct.* 6. — *Eleusinia (orum)*, sacra seu mysteria famosa, quæ Eleusine celebrabantur, a fabula orta de Cereris in eum locum adventu (ἔλευσις), ubi dea liberalissime excepta a Celeo, qui illic regnabat *(Mythogr. I. fab.* 8. *V.* CELEUS), quemque alii *Eleusinum* vocant *(Hygin. fab.* 147), alii vero *Baubonem (Arnob. loc. cit.)*, eum plurimis beneficiis cumulavit; nam ejus filium Triptolemum ipsa aluit artemque serendarum frugum docuit, quem per orbem, alios quoque ut ipse doceret, misit, ob quæ Triptolemus sacra hæc in ejus honorem instituit, *Eleusinia* inde et etiam *Thesmophoria* vocata *(Hygin. fab.* 147), quamquam hæc ab illis in quibusdam differebant. Hinc *Stat.* 12. *Theb.* 627. « Hos Salamis populos, illos Cerealis Eleusin Horrida suspensis ad prœlia misit aratris ». — Porro inter omnia, et quidem plurima antiquitatis mysteria, hæc maxima fuere, quæ cultibus arcanis sunt adnumeranda, tanta sanctitatis fama ubique insignia, ut ad eorum exemplum alia, Eleusine magistra ac duce, in variis Græciæ urbibus instituerentur, ut Phliunte, Messene, Megalopoli aliisque *(Paus.* 2. 14. 1.; 4. 15.; 8. 31. 1). — Quo autem tempore orta fuerint, statui nequit; sed de magna eorum antiquitate non est dubitandum (Cf. *Schol. Arist. p.* 105. *Frommel)*; quin ex *Hymn. Hom.* ad *Cer.* videtur ab ipsa Demetra, Cretensis mulieris speciem habitumque præ se ferente, fuisse instituta; ex qua fabula ea ab insula Creta in Atticam olim inlata suspicari licet (Cf. *Caglius, Stor. Gr. I. p.* 248). — Ad magistratum Athenarum supremum pertinebat rem tanti ponderis curare et quidem ad illum ex novem archontibus, qui βασιλεύς vocabatur, a quattuor adjutus ministris (ἐπιμεληταί), quorum duo erant ex Eumolpidarum, duo ex Cerycum genere (κήρυκες). Præterea ex his familiis creabantur sacerdotes principes, vir et mulier, ex quarum prima hierophantes (ἱεροφάντης) vir, mulier vero ex familia Phillidum *(Soph. Æd. Col. v.* 681), et tædifer (δᾳδοῦχος) aliique. Iis vero mysteriis initiabantur (μεμυημένοι) sine ulla peccatorum confessione, ut in Samothracibus fiebat, præter eos, qui crimine aliquo fœdati essent, et barbaros, omnes Græci et postea etiam Romani *(Liv.* 31. 14., coll. *Hermann, Comm. Plat. Phædr. p.* 289. et *Philostr. vit. Apoll. IV. p.* 156), sequestris (μυσταγωγός) ope *(Lobeck, Aglaoph. p.* 29. *sqq.)*. — Postremo hæc mysteria, ratione festi habita, distinguebantur in *minora*, quæ duobus anni temporibus celebrabantur, nempe mens. Februario (ἀνθεστηριών) et Septembri (βοηδρομιών), præcipue Persephoni ac fortasse Dionyso seu Iaccho dicata (qui ex theogonia Orphica Persephonis filius vel frater credebatur), in suburbio Agra vel Hague prope Ilissum, ubi erat Demetræ ac Persephonis templum; et in *majora*, ad quæ in minoribus initiati (μύσται) admittebantur. Hæc autem a die fort. XVII. m. Septembris usque ad XXVII. producebantur, in quibus prius ad litus abluti marinis lavacris (ἅλαδε μύσται), et sacrificiis ac jejunio expiati, per viam sacram incedentes, myrto redimiti, magna hominum lætitia gestientium et clamantium turba comitante, variisque in hac solemni pompa ritibus persolutis, trium numinum templa sero adibant. Cærimonias vero describere, quibus ministri sacri ibi fungebantur, nimis operosum foret, severas alias, alias vel immodice lætas, partim sub dio, in sæpto partim vel ambitu exteriore (περίβολος) aut, pro initiatis tantum ad spectandum admissis (ἐπόπται), in interiore (τελεστήριον) templi loco *(Cic.* 3. *Nat. D.* 23., *Polyæn.* 3. 11. et *Strab.* 5. 17., *Plut. Phoc.* 6. et 28. et *Demetr.* 26., *Plat. Gorg. p.* 597. *C.*,

Hesych. ad *v.* et *Poll.* 8. 90. Cf. *Leake, Top. p.* 214). Quæ tamen de his summatim dici possunt, ad hæc rediguntur; nempe in primis sacrificia ibi fiebant certis quibusdam ritibus; dein vetustas deorum statuas vel imagunculas aut symbola, inter quæ, ut in Bacchicis, generationis emblema (obscena enim deesse non poterant, horum ipsa Cerere magistra: cf. *Arnob.* 5. *p.* 186), sacerdotes, theatrali more, magnificis ac symbolicis vestibus induti, initiatis interpretabantur (δεικνύναι τὰ ἱερὰ *Lys.* in *Andoc. p.* 107., *Plut. Alc.* 22., coll. *Cic.* 1. *Tusc.* 13. 28. et *Aglaoph. p.* 51. *sqq.*), comitantibus choris, qui musicis instrumentis cantibusque deos eorumque gesta celebrabant, ac mimis sequentibus, quibus fabulæ repræsentabantur, miris lucis ac tenebrarum vicibus, spectris, vocibus aliisque ostentis, sacerdotum ingenio et arte confictis; unde vehementer animi commoti, ad alterius vitæ perpetua sive supplicia sive præmia pro mortalis vitæ meritis cogitanda excitarentur (*Clem. Alex. protr.* 2. 12., coll. *Apul. met.* 6. 8.; *Eus. præp.* 3. 12.; *Dio, or.* 12. *I. p.* 387. *sqq.*; *Preller, Eleus. p.* 89., *Schömann, Ant. Gr. III.* 271. *sqq. tr.* 1887). — Hinc etiam fortasse *Eleusis*, cogn. mul. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4406. — *Eleusium*, nom. ὑποκοριστικῶς factum, mulieris cujusdam tibicinæ ad nuptias ornandas Euclionis ap. *Plaut. Aulul.* 333. — *Eleusius*, nom. vir., ap. *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 31. et 34. et 6. 25. — De nummis Eleusinis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 222. et *Head*, 891. — Monumenta insuper antiquæ artis, quæ ad Eleusinem et ad ejus mysteria pertinent, plurima illustrantur a cl. *Visconti*, etiam in *Ann.* et in *Bull. d. Istit. arch.* passim, et in *Bull. Arch. Com.* a. 1879. *p.* 5-18. — De Eleusine scripserunt ex recentioribus *Lenormant, Monogr. de la voie sacrée Eleus.* etc. Paris 1864.; *Bernocco, I misteri Eleus.* Torino 1880.; *Curtius, Athen. u. Eleus.* 1884.; *Philios,* Ἐφημ. ἀρχ. 1904. *p.* 61. *sqq.*; *Hiller von Gaertringen, Herm. XXVIII.* 1893. *p.* 469. *sq.*, coll. 471. 2. ¶ 2. Item oppidum Bœotiæ, quod a mari ablatum est (*Plin.* 2. *Hist. nat.* 102. 24. [206]); sed postea, ut videtur, subita vi terræmotus emersum (*Ammian.* 17. 7. 13). Cf. *Hiller v. Gaertringen, PW.* 5. 3638. *sq.* ¶ 3. Item suburbium (κατοικία *Strab.* 17. 800., κωμύδριον *Suid.*). Hic tradit Callimachum litteras didicisse «γράμματα ἐδίδασκεν» Alexandriæ in Ægypto, de quo *Liv.* 45. 12 (coll. *Strab. loc. cit.*). «Ad Eleusinem - qui locus quattuor millia (5920. m.) ab Alexandrea abest». Fortasse nomen ei inditum a Ptolemæis, qui priscum Græciæ cultum in Ægyptum invehere studuerint. — De eo cf. *Mahmoud el-Falaki, Mém. sur l'ant. Alex.* 1872. *p.* 65. et *Néroutsos-Bey, L'ancienne Alex. auf d. Karte*; *Schol. Callim. hymn. VI.* 1. conjecturam facit hunc hymnum εἰς Δήμητρα a Callimacho ad aliquod deæ festum in hac Eleusi celebrandum scriptum fuisse. Cf. *Wilamowitz* ap. *Susemihl, Anal. Alex. I. p. XI.*

ĔLEUSIS, Eleusinius, Eleusinus et cetera deriv. *V.* voc. præc.

ĔLEUTER. *V.* **ELEUTHER.**

ĔLEUTĒTI, ōrum, m. plur. 2. populus Galliæ, incertus nomine (var. *Eleutheri, Heleuteti*) et situ. *Cæs.* 7. *B. G.* 75. «Arvernis adjunctis Eleutetis, Cadurcis, Gabalis, Vellaviis, qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt». *Nipperd.* leg. *Eleutheris Cadurcis.* Cf. *Glück, Nam.* 111. ex *Ukerts Conject.*, qui *Helviis* præfert. V. etiam *Holder, Altk. Spr.* ad *v.*

ĔLEUTHER v. Eleuter, i, m. 2. nom. serv., ab ἐλεύθερος, *liber*, factum. *Inscr.* ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 12., *Corp.* 6. 17150. et 5. 820. - *Not. degli scavi*, a. 1876. *p.* 571 (*Romæ*) Eleutero. — *Eleuthera (Eleutera)*, cogn. mul. *Corp.* 5. 1957. — Hinc *Eleutherius* ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Cogn. Bacchi, latine *Liber*, de quo V. *Lexicon.* — 2.°) Est etiam pontifex Romanus, Nicopolitanus (*Lib. Pont.*), Aniceti quondam diaconus (*Hieronym. vir. ill.* 22), Soteris successor (*Iren. hær.* 3., *Augustin. ep.* 33. et *Hieronym. vir. ill.* 35., ubi *Eleutherus* scribitur), temporibus Antonini et Commodi, Severo et Herenniano coss. (*Catal. Liber.*), a. 176-192 (*Hieronym.* in *chron.* Olymp. CCXXX. 4. -CCXLII. 4); alii vero a. 174-189 (*Lib. Pont.* ed. *Duchesne* 1. 41. 136). — Id temporis Romam advenisse cum Valentino Marcionem, qui «in catholicam primo doctrinam credidisset apud Ecclesiam Romanensem, sed postea defecisset», perperam tradit *Tertull. præscr.* 30.; quamquam negari non potest, horum sectatores tunc Romæ fuisse una cum Montani asseclis, quos prius Soter, dein Eleutherius impugnavit, falso de hac hæresi accusatus, qui contra, teste auct. *Libr. Pontif.*, decrevit, ut «nulla esca usualiter repudiaretur a christianis»; prohibebant namque *Montanistæ Encratitæ* usum carnis et vini (*Euseb. chron.* ad a. 178). — Rogatus a Lucio, Britanniæ rege, duos illuc presbyteros misit, qui eum ejusque populos in christiana religione erudirent; quod quidem tam bene cessit, ut rex cum aliis compluribus baptismum receperit (*Lib. Pont.*). Attamen sive de loco natali sive de missione Britanniæ nihil certi habemus; quamquam scimus inde a prioribus Ecclesiæ sæculis fuisse Evangelium Britannis nunciatum, de quibus ait *Tertull. c. Jud. c.* 7. «Britannorum inaccessa Romanis loca Christo subdita». Cf. etiam *Bed. Hist. Angl. I.* 3. et *Hist. Brit.* 522. ed. *Momms.* et *Grey, Orig. del cristian. in Inghil.* Lond. 1892. — Hic sanctus pontifex sub Commodo imp. martyr obiit VIII. Kal. Jun. (*Lib. Pont.*). — De eo vd. *Smith-Wace, Dict. of Christ. Biog. II.* 79-81.; *Revue Celt. VI.* 491. *sqq.*; *Herzog, R. E.* s. *Eleuth.* Leipz. 1899. — 3.°) Adde alios ap. *Augustin. c. Julian.* 5. *n.* 19. et 7. *n.* 32. et *Sidon.* 6. *ep.* 8. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Not. degli scavi* a. 1894. *p.* 68 (*Tarenti*). — *Eleutheris (Eleuteris), idis*, cogn. mul. (Ἐλευθερίς). *Corp.* 6. 3625. — Form. prod. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1078. Eleutherini (*dat.*). et sync. in *Corp.* 8. 9498. Eleuternis, pro *Eleutherinis.* — *Eleutherina*, nom. mul. demin. *Corp.* 3. 4930. et *Eleutherio (Eleuterio), ōnis*, cogn. vir. demin. 9. 3523.

ĔLEUTHĔRÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἐλευθεραί) oppidum Bœotiæ inter Megaricam et Thebas, ad radices Citheronis, patria celebris Myronis, hod. *Gyftokastro* (= *castello degli zingari*), ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26). — Extremis autem Pisistrati temporibus, alio tamen nomine, ad Atticam pertinebat quasi centrum cultus Dionysi, quem ille ab Athenis adtulerat. (Cf. *Frazer, Paus. descr. of Greece II.* 575. *sqq.* [novissim. edit., ubi minuta descriptio continetur sive historica sive litteraria] et *Milchhöfer, Text.z. d. Kart. v. Att. IX.* 86. *sqq.*). — Hinc *Eleuthereus*, adj. incola. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (79). Eleuthereus Lycius, filius, i. e. discipulus, Myronis (quæ tamen lectio hodie improbatur). Cf. *ibid.* (67). Myronem Eleutheris natum Ageladæ et ipsum discipulum etc.

ĔLEUTHĔRIA. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

ĔLEUTHĔRĬUS. *V.* **ELEUTHER.**

ĔLEUTHERNÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Cretæ ad septentr. montis Idæ, conditum, uti fertur, a Caretibus, Cnosso diu fœdere conjunctum, tandem a Q. Metello Cretico captum a. 67. a. Chr., ab ἐλεύθερος dictum, quasi sit *libera civitas* (= Germ. *Freiburg*), hod. τὰ Λεύτερνα, *Leuterna.* Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59)., coll. *Scyl.* 47., *Polyb.* 4. 53. et 55. et *Ptol.* 3. 17. 10. — In sing. num. *Flor.* 3. 7. 4. et *Rav. p.* 397 (= Ἐλεύθερνα *Hierocl.* 650. 9). — De hujus opp. nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 311. *sq.*, *Head-Svoronos II.* 586. et *I. N. Svoronos, Numism. de la Crète Ancienne I.* 128. *sqq.* — De eo consule *C. Hoeck, Kreta I.* 18., *C. Perrot, L'île de Crète* Par. 1867.; *Palläkis* Ἱστ. τ. Κρήτης Ἀθ. 1899. *p.* 141. *sqq.* ejusque ruinas descriptas vide sis ap. *Pashley, Trav. in Crete* Lond. 1837. *I.* 145. et *Spratt, Trav. and researches in Crete* Lond. 1865. *p.* 89. *sqq.*, coll. *Thenon, Fragm. d'une descr. de l'île de Crète, Rev. Arch. N. S. XVII.* 1868. *p.* 293. *sqq.*

ĔLEUTHĔRŎCĪLĪCES, um, m. plur. 3. (Ἐλευθεροκίλικες *Diod.*) incolæ sive populi Ciliciæ liberæ, ita dicti, quod liberi a regum legibus ibi viverent. *Cic.* 14. *Fam.* 4. et 5. *Att.* 20. — De eorum nummo vd. *Eckhel*, 3. *p.* 213.

ĔLEUTHĔRŎPŎLIS, is, f. 3. (Ἐλευθερόπολις *Eus.*) oppidum Palæstinæ ad austro-occid. Hierosolymæ, appellatum olim *Betogabra* et serius in nummis Septimii Severi *Lucia Septimia Severiana*, Palæstinæ primæ seu regionis, *Eleutheropolitanæ* dictæ, caput, sæc. IV. et V. p. Chr., hod. *Beit-Dschibrin.* Memoratur *Ammian.* 14. 8., *Itin. Ant. p.* 199. et 200., coll. *Ptol.* 5. 16. 6. et *Sozom.* 6. 32. et 7. 20. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 448. et *Head*, 804. — Hinc *Eleutheropolitanus*, adj. *Hieronym. ep.* 82. territorium. *Faustin.* et *Marcell. lib. prec.* 30. civitas.

ĔLEUTHĔRŌPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĔLEUTHĔROS et Eleutherus, i, m. 2. (Ἐλεύθερος *Strab.*) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est fluvius Phœniciæ, qui, ortus inter Libanum et Antilibanum, in mare influit ad insulam Aradum (Cf. *Vulg.* 1. *Mach.* 11. 7. et 12. 30), hodie *Nahr-el-Kebir* (h. e. fluvius fortis v. magnus). Memorant *Egesipp.* 1. 32., coll. *Jos.* 1. *A. J.* 18. 5. et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 10. 12. (36)., ubi tradit magnam esse illic testudinum copiam. ¶ 2. Est etiam alius cognominis satis exiguus, haud procul ab ora Siciliæ boreali ad orient. Panhormi, sed a Latinis, quod sciam, non memoratus, hod. *Ficarazzi*, ap. *Ptol.* 3. 4. 3. ¶ 3. Est nom. serv. et cogn. vir., confusum aliquando cum *Eleutherius*, in *Corp.* 1. 730., coll. 3. 728 (*in tessera*).

ĔLĪ. *V.* **DEUS** et **HELI.**

ĔLĪĀCHIM, indecl. m. (*V.* voc. seq.) ¶ 1. Fuit summus sacerdos Hebræorum (Gr. *Joachim*) tempore Judith (*Judith* 4. 5), cujus hortationibus debetur et populi vigilantia et celebris illius viduæ fortitudo, qua populus Hebraicus a certo excidio est liberatus. Ex iis, quæ tradita sunt de eo, fide dignius est et sacrarum litterarum narrationi convenientius tanti viri virginitas perpetuo servata (*Judith* 4. 5. et *alib.*). ¶ 2. Item sacerdos, qui cum Zorobabel, e Babylonia captivitate redux, memoratur 2. *Esdr.* 12. 40.

ĔLĪĀCIM et Eliachim v. Eliakin, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Elyâqîm* «(quem) Deus constituit»; *LXX.* Ἐλιακίμ v. Ἐλιακείμ). — Memoratur hoc nomine ¶ 1. Filius Helciæ, præpositus regiæ domus (*Vulg.* 4. *Reg.* 18. 18., coll. *Is.* 36. 22. et 37. 2), primus regis administer pietate insignis, in locum Sobnæ, quem ob superbiam et alia dolos Deus rejecit (*Id. Is.* 22. 15-24). Ipse cum Sobna, viro diverso a præcedente, et Joahe a commentariis Rabsacem, principem in exercitu Assyriorum, adierunt, ut cum eo de pace agerent regemque Ezechiam cum populo suo ab hostium obsidione liberarent, sed frustra; quin ab impio homine nihil nisi probra, minas ac blasphemias audierunt, quæ, nullo ei responso dato ac scissis ex luctu vestibus, regi nuntierunt (*Id. ibid.* 18-37). — Eliacim tamen, aliquando suos cognatos nimio favore prosecutum, a suo officio ita defecisse, ut de tam honorifico illo munere dejiceretur (*Ibid. v.* 25), scribit *Levesque* (*Dict. Bibl. Vigour. II. p.* 1666. *sq.*) additque veteres haud recte hunc locum interpretatos fuisse, qui Eliacim, sacerdotem summum reputantes, eum tamquam typum Christi, inspecta et ejus religione et potestate clavis, qua erat instructus, tradiderunt (Cf. *Hieronym. comm. in Is.* 7. 22). Ita ille censet cum *Euseb.* et, ex recentioribus, cum *Drechsl., Hitz., Delitz., Naeg., Schegg., Troch.* Verum hoc difficillime cum laude, Eliacim tributa, conciliari potest. Cum enim *v.* 20. ejus pietas commendetur et *v.* 21. ejusdem in omnes et benignitas et sedula cura ac paterna, non intelligitur, quo modo ea subito in illo reprehendantur ac puniantur, quæ, illæsa pietate et justitia, a nullo fieri possunt. Pietas namque causa fuit, cur vocaretur a Deo et stabili honore afficeretur («figam illum paxillum et erit in solium gloriæ domui patris ejus» *Is.* 22. 23); is vero ab eo descivisse non dicitur; ergo nec id fas est cogitare; «nec scio, inquit cl. *Knabenbauer* (*Comm. in Is.* h. l.), an unquam unus idemque interitus et impio prædicatur et ei, qui eodem loco ut pius est maxime commendatus» quod quidem a propheturum more abhorret. Ad summum vero sacerdotium quod attinet, verba illa «*præpositus domus*» male intellecta fuisse de sacra dignitate, idque ex falsa interpretatione (LXX) τοῦ *'al-habbaith* «præfectus templi» profectum concedimus; *domus* enim non sacra, sc. templum, sed regia est, cui Eliacim fu-

erat præpositus. Nihilo minus ex magno illo præconio: «Eliacim servus meus - pater habitantium in Jerusalem - clavicularius - paxillus fixus in loco fideli, cui appendetur omnis gloria etc.» non immerito veteres intulerunt, Eliacim typum Christi fuisse, qui Synagogam supplantavit, ut Sobna Eliacim (Cf. *Joh. apoc.* 3. 7). ¶ 2. Item filius primogenitus Josiæ, regis Juda, qui contra Nechao, regem Ægypti, dimicans occisus est in Mageddo; victor autem Eliacim in ejus locum suffecit, ejus nomine in Joachim verso, qui undecim annos regnavit, sed «fecit malum coram Domino»; quapropter in sceleris pœnam Deus Nabuchodonosor, regem Assyriorum, misit, qui sibi eum subjecit. Verum tres post annos quum ei rebellasset, rex Assyrius iterum ascendit Jerusalem et Joachim vinctum catenis Babylonem duxit; unde illum postea in regnum remisit, qui adversus Nabuchodonosor conspirare non desiit (4. *Reg.* 23. et 24). Denique quum vita excessisset, eum sepelierunt «sepultura asini et putrefactum extra portam Jerusalem» projecerunt (*Jer.* 22. 19). ¶ 3. Item alii duo numerantur inter majores Christi secundum carnem, quorum primus fuit filius Abiud (*Matth.* 1. 13), alter Melea (*Luc.* 3. 31).

ĔLĪĀS, indecl. et etiam Elias, æ, m. 1. nom. vir. — *a)* Hebr. *'Eliyâh*, vel, product., *'Eliyâhû*, «Deus meus Yahweh»; *LXX.*, Ἠλίας, sed cod. Alex. Ἑλίας; hinc latine *Helias* ap. *Tertull. c. Jud.* 13. et *Rufin.* cum aspiratione. — *b)* Forma *Elias*, æ, est *Prudent. perist.* 5. 405. et etiam *Elia* ap. *eund. cathem.* 7. 26. — Acc. *Elian* habet *Sedul. carm. pasch.* 3. 285. — *c)* Ad quantitatem quod spectat, duas priores syllabas longas, uti sunt naturā, usurpavit *Sedul. loc. cit.*; contra, breves *Auson. eph. orat.* 42., secutus formam Gr. Ἑλίας ap. *LXX.* in cod. Alex. — Memoratur ¶ 1. Elias, Thesbites, in tribu Gad, gestorum ac prodigiorum splendore maximus inter prophetas V. T. — *a)* De ejus primordiis nihil scimus ex sacris litteris, nisi quod a veteribus traditum est, nec perspicuum nec certum, eum nempe fuisse, de tribu levitica, sacerdotem; quamquam alii verius eum dicunt patrem habuisse de tribu Gad, matrem vero de tribu Beniamin (*Hamburger, Encycl. I.* ad *v.* et *Frischmuth, De Eliæ nom. et prosap.*), præterea perpetuam virginitatem servasse (*Ambros. de virg.* 1. 3. 12. et *Hieronym. c. Jovin.* 1. 35). Quod autem ad locum, fuisse perhibetur «de habitatoribus Galaad» (3. *Reg.* 17. 1), ubi erat Thisbe, teste *Jos. ant.* 8. 13 (Cf. *LXX.*, ubi Thisbe de Galaad dicitur), quod hodie Palæstinæ exploratores confirmant, qui in ea regione locum invenere, *El-Istib* vocatum (*Re, Arch. Bibl. Dict.* 2. *p.* 410). — *b)* De ejus vaticiniis et gestis præcipuis hæc subjicimus: Elias vaticinari cœpit anno sexto Achab, impii regis Israel, cui prædixit, in scelerum pœnam, siccitatem trium annorum et sex mensium. *Vulg.* 3. *Reg.* 17. 1. Non erit ros nec pluvia nisi juxta verba oris mei. Cf. *Jac.* 3. 17. *de Elia.* Oratione oravit (sc. vehementer oravit), ut non plueret - rursum oravit et cælum dedit pluviam. *et Eccli.* 48. 2 (*Elias*) induxit famem. Adde *Luc.* 4. 25. — Deinde jussus clam ire ad torrentem Carith regii furoris effugiendi causa, ibi pascitur a corvis (3. *Reg.* 17. 4). (Cf. *Winer, Realw.* v. *Elias*; *Lilienthal, Bibl. Archiv. I. p.* 354. et *Deyling, Obs. sacr. I.* 25. et *Bibl. Brem. IV. p.* 296); mox vero ad viduam Sareptanam, cujus hydria, ut ei prædixerat, farinæ et lecythus olei non minuuntur; et filium demortuum ad vitam revocat (*Ibid. v.* 16. et 23); unde Sidonia illa mulier, fort. idololatra (*Ibid. v.* 12), in Deum Eliæ fidem suam professa esse videtur (*Ibid. v.* 24). — Missus ad Achab, uli sibi timens ei proponit, ut in montem Carmelum conveniant pseudoprophetæ, quos ille et uxor Jezabel alebant, centum et quinquaginta cultores Baal et quadringenti Astartes, ibique periculum, spectante populo, fieret, quinam Deus esset sequendus (*Ibid.* 18. 20. et 21), dato igne de cælo, qui holocaustum consumeret. Porro nec illorum, ignem a diis invocantium, clamores, nec ritus, quo suum quisque corpus cultris ac lanceolis incidebat, quidquam valuere; at contra, Elia Deum deprecante, statim «cecidit ignis Domini et voravit holocaustum», quod ille obtulerat; quo prodigio commotus populus universus «cecidit in faciem suam et ait: Dominus ipse est Deus, et, Elia jubente, pseudoprophetas ad unum omnes apprehensos occidit ad torrentem Cison (*Ibid.* 28-40). Locus autem sacrificii hodie vocatur *El-Mahraqa* locusque cædis *Tell el-Qasis* v. *Tel el-Qati* (V. *Guérin, Descr. géogr. histor.* etc. *de la Pal. p.* 245-247).; quam quidem cædem, ut alia hujusmodi, nec ex odio nec ex ira propheta sanctissimus imperavit, sed Deo inspirante, ut ex miraculo satis patet, in eorum pœnam, qui ad impium falsorum numinum cultum Israel pertrahebant, et in populi exemplum (Cf. *Joh. Chr.* in *Matth. hom.* 56. 2., *Tostat. in* 3. *Reg.* 18 9. 35., *Sanchez in* 4. *libr. Reg. p.* 1256-1257. etc.), utque ipsa præcipiebat lex Deuteronomii (*Deut.* 13. 5. et 18. 20. et *Lev.* 24. 14). — Deinde Elias verticem Carmeli quum conscendisset, pronus in terram sexies oravit, ut plueret, sed frustra, quod magnam Dei iram significabat in populum regemque contumacem; «in septima autem vice, ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari - ecce cæli contenebrati sunt - et facta est pluvia grandis» (*Ibid. vv.* 42-45). — Interim Jezabel irata mortem prophetæ decreverat; sed ipse eam fugiens se contulit in Bersabee Juda perrexitque in desertum, ubi tot malis distentus suorumque impietate vehementer afflictus mortem exoptavit dormivitque sub umbra juniperi; sed ab angelo experrectus, pane et aqua sibi divinitus suppeditatis, pervenit «in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus (i. e. post longum tempus, fortasse ex ignorantia viarum) usque ad montem Dei Horeb, ubi in spelunca se solum queritur prophetam Domini relictum esse. Hinc eum Deus misit Damascum, ut ungeret Hazael regem super Syriam, Jehu super Israel et Eliseum in prophetam (*Ibid. c.* 19). — Ob necem Naboth, quem quod suam vineam regi negavisset, a falsis testibus accusatum Achab occiderat, gravibus regem adeo terruit verbis, ut eum criminis pœnituerit. — Ochoziam filium Achab, regem Israel, ægrotantem, qui valetudinis causa Beelzebub consuluerat, increpavit eumque moriturum prædixit et in duos quinquagenarios principes cum militibus, ut ipsum perderent, missos, ignem cælestem invocavit, qui omnes statim combussit (4. *ibid.* 1. 12), aliaque insuper patravit mirabilia, quæ brevitatis gratia prætermittimus (3. *ibid.* 17-21. et 4. *ibid. init.*). — *c)* De ejus raptu: Elias, quum Deus de proximo ejus ex terra discessu monuisset, voluit suos discipulos revisere, qui in Galgal, Bethel et Jericho morabantur; et quamvis dein enixe conaretur, ut ipse solus, nullo ex suis nec Eliseo comite, statum peteret locum, nihil profecit, sed omnes una cum Eliseo, jam et ipsi divinitus admoniti de Eliæ raptu, eum secuti, pervenerunt ad Jordanem, quem cum Eliseo siccis pedibus statim ac transgressus est, ecce «currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque et ascendit Elias per turbinem in cælum» (4. *ib.* 2. 11), Eliseo frustra clamante: «pater mi, currus Israel et auriga ejus» (*Ibid. v.* 12), *i. e.*: pater mi, tu fuisti Israeli sicut currus et multi equites (ut sonat vox Hebraica); nec, triduo hac illac a quinquaginta robustis viris quæsitus, potuit inveniri. (*Ibid. vv.* 16-18). Hoc autem probabilius evenit, regnante Joram, cui per Eliseum misit epistolam, qua in scelerum, quæ admiserat, pœnam, domui ejus ac populo mala gravissima comminabatur. Quonam vero propheta translatus fuerit, disputarunt et disputant sacri interpretes; nam ex Scripturæ textu id solum elicitur, illum «in cælum» ascendisse, ut etiam legitur apud LXX. «ὡς εἰς τὸν οὐρανόν» et in Itala «quasi in cælum». *et* 1. *Mach.* 2. 58. «Elias, dum zelat zelum legis, receptus est in cælum». Alii opinantur ductum fuisse in paradisum terrestrem (*Auct. quæst. et resp. ad orthod. q. LXXXV. v. I. c.* 1323. *M.*, *Iren. hær.* 5., *Tertull. c. Marc.* 8. 12., *Thom. Aq. s. th. p.* 3. *q.* 49. *a.* 5. ad 2); in aliam alii regionem terrestrem nobis ignotam (*Greg. M. hom. XXIX. in evang. n.* 5., *Rupert. de Trinit.* 3. 23); alii denique etiam dubitant, utrum vere nunc vivat, an mortuus sit, iterum tamen redivivus in mundum rediturus (*Vatabl., Mal.* 4. 6); sed *Theod.* rectius putat de iis nihil esse dicendum, de quibus sacræ litteræ silent. Id tantum scimus ex libris N. T., eum cum Moyse super montem excelsum apparuisse, ubi se Christum transfiguravit, ut ipse a prophetis et a lege testimonium acciperet (*Matth.* 17. 3., *Marc.* 9. 3. et *Luc.* 9. 30-31). De eo præterea *Vulg. Mal.* 4. 5-6. «Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magna et horribilis»; i. e. ante diem judicii universalis cum Enoch redibit, ut Judæos ad fidem Christi convertat (Cf. *Apoc.* 11. 3. et 21. 3., coll. *Justin.* in *dial. c. Triph. et Epiph. de vit. et mort. proph.* et *Ligtfoot* ad *Matth.* 17. 10). — Magnifice laudatur *Eccli.* 48. 1. «Et surrexit Elias propheta, quasi ignis, et verbum ipsius quasi facula ardebat - qui - amplificatus est in mirabilibus suis - receptus in turbine ignis - scriptus in judiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium et restituere tribus Israel; beati qui te viderunt et amicitia tua decorati sunt!». *V.* integr. loc., coll. *Luc.* 1. 17. et *Matth.* 17. 11. — De magno hoc propheta plura ab ignaris fabulosa ac ridicula narrata sunt (*Herbelot, Bibl. orient. p.* 491), cui etiam *Apocalypsis* adscripta fuit, sæc. II. maxime vulgata (*Harnack, Gesch. d. altchr. Litt. bis Eus. I.* Leipz. 1893. *p.* 853-854); nec defuerunt, inter Judæos, qui animam Eliæ in Christi corpus transmigrasse autumarent (*Matth.* 16. 14., *Marc.* 6. 15. et *Luc.* 9. 8. Cf. etiam *Joh.* 1. 21. et 25., *Jac.* 5. 17., *Luc.* 4. 25. et 26. et *Marc.* 9. 10. *sqq.*). — De eo scripserunt *Cassel, Der Proph. Elias* Berl. 1860., *Meignan, Les proph. d'Isr.* etc. Paris 1892.; *Clair, Les livr. des Rois* Paris 1884. *I. p.* 168-177.; *Clemens, Die Wunderberichte über Elia* etc. Grimm. 1877. *p.* 18-31.; *Taylor, Elias proph.* 1875.; *Rawlinson, Kings of Isr.* 1890. *p.* 65. etc. ¶ 2. Elias, seu potius Pseudoelias, juvenis quidam in Hispania, qui signis, dæmonis vel callidæ artis ope patratis, multos decepit, Eliam se esse professus, teste *Sulpic. Sev.* in *vit. Martin.* 24. ¶ 3. Elias vel Helias, monachus in Thebaide, sanctitate illustris, cujus laudes vide sis ap. *Rufin. hist. mon.* 12. et *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 1.

ELIBERRÆ, ārum, f. plur. 1. *V.* **ELIMBERRUM.**

ĔLĪEZER, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Eli'ezer* «Deus meus auxilium», *LXX.* Ἐλιέζερ). Memorantur hoc nomine ¶ 1. Abrahami servus procurator, de quo *Vulg. Gen.* 15. 2. «Dixitque Abram: Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer». Quæ verba satis obscura alii aliter interpretati sunt; sed longe probabilius vox Hebr. *ben meseq* = filius possessionis: i. e. possessor domus meæ seu heres, non ex adoptione, sed ex rei necessitate; nam quamvis Abraham de promissione prolis divina non dubitaret, tamen quasi conquerens hæc dixit, quod magis magisque senesceret sine filiis nullumque haberet heredem nisi Eliezer, qui *Damascus* seu Damascenus vocatur perinde ac esset in illa urbe natus, quum contra dicatur «vernaculus meus», hoc est «natus in ipsa domo Abrahami». Sed difficultas facile solvitur, si pateat vel Eliezer Damasci non natus sed a parentibus Damascenis, vel «filius domus meæ» idem atque «habitator domus meæ»; vel vox *dammeseq* a librariis ignaris, erratam alteram fortasse rati, in margine scripta, quæ postea irrepserit in textum. — Porro Abraham quum prodigiose suscepisset filium Isaac de Sara, servum seniorem ab ipso adjuratum, qui quidem esse debuit Eliezer, domus universæ procurator et majore tunc quam Isaac potestate præditus, misit in «terram et cognationem suam», nempe in Mesopotamiam, ut filio quæreret uxorem non «de filiabus Chananæorum» quos corruptos moribus falsorumque deorum cultores, olim a posteris suis delendos noverat. Hic, signo a Deo petito, Rebeccam invenit, quam, habito parentum ac fratris ipsiusque consensu, ad Isaac adduxit, cui nupsit puella, quod familiæ luctum, ex matris Saræ morte conceptum, valde temperavit, teste *Vulg. Gen.* 24., ubi res tota graphice narratur. ¶ 2. Item secundus filius Moysis et Sephoræ, natus in Madian, a Moyse ita nominatus (nam «Deus pa-

tris mei, ille inquit, adjutor meus et eruit me de gladio Pharaonis »: *Exod.* 18. 49., coll. 1. *Par.* 23. 16), postquam hominem Ægyptium occidit (*Ibid.* 2. 12), qui quendam percusserat « de Hebræis fratribus suis » Hic Eliezer filium habuit, Rohobia cognominatum, cujus posteritas magna fuit (*Is.* 1. *Par.* 23. 17). ¶ 3. Alios novem vd. *ibid.* 7. 6., 13. 24., 27. 16.; 2. *ibid.* 20, 35-37.; 1. *Esdr.* 10. 18., 23., 31. et *Luc.* 3. 29.

ÉLIM, indecl. m. ¶ 1. Est nom. stationis seu mansionis sextæ Hebræorum in deserto, inter Mara et Sin. - Scribitur etiam cum diphth., ap. *Hieronym. onom. p.* 25. *F.*: unde mysticus *Ælim*, si sana est lectio, *Prudent.* in *dittoch.* 65. — Vox est hebraice אילים *'Êlim* (LXX. Αἰλείμ), a rd. *'ûl* vel *'il* « fortem esse », ex quo significatio « arboris robustæ »; in hac vero forma plur. idem sonat ac « magnæ arbores deserti, uti quercus vel terebinthi vel « septuaginta palmæ » quæ, cum duodecim fontibus, ibi repertæ sunt (*Exod.* 15. 27). — De situ disputatur. Porro hæc stationem Mara (hod. *Ain Hauarah*), sequitur (*Ibid.* v. 23), quæ ita ibi describitur, ut videatur locus aquis arboribusque amœnus (arab. *oasis*), idcirco mansioni valde accommodatus, qui nunc communius creditur in valle *Gharandel* situs (*Barlett, From Egypt to Pal.* New-York 1879. *p.* 204-205., coll. *Palmer, The desert of the Exod.* Cambr. 1871. *I. p.* 273. et *Hull, Mount Seir*, Londr. 1889. *p.* 36); non enim, quæ pro valle *Useit* (*Laborde, Comm. géogr. sur l'Exod. p.* 85. et *Wilson, The Lands of the Bibl. p.* 174) vel pro valle *Schebeikeh* (*Lepsius, Briefe* etc. *p.* 343. et *Ewald, Gesch. d. Volk. Isr. p.* 182) argumenta adlata sunt, recentioribus eruditis probantur (*Breydenbach, Vigouroux, Legendre, al.*). In *Appar. ad sacr. Bibl.* vocatur *Belba* ab *A. M. Baretta.* 1883. *p.* 459. ¶ 2. Item locus, ap. *Vulg. Is.* 15. 8. in oraculo contra Moab, qui *Puteus Elim* seu principum dicitur (Hebr. *Be'êr Êlim*, LXX. Αἰλείμ), ad orientem maris Mortui. Adde *Hieronym. loc.* supra *cit.*

ÉLIMBERRUM (Ellumberrum), i, n. 2. oppidum, caput Auscorum, in Aquitania, opulentissimum, ubi decussantur viæ Lugdunum Convenarum et Elusam, hodie *Auch.* Memoratur *Mel.* 3. 20., ubi pro *Eliberræ*, optt. mss. habent *Ellumberrum.* Varie namque scribitur, ut *Eliberræ* in *Tab. Peut., Elimberrum* in *Itin. Ant. p.* 462. etc. Sic etiam apud Græcos, ut *Ptol.* 2. 7. 11., qui habet 'Ιλλιβερίς Αὐγοῦστα.

ÉLIMÉLECH, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Elimelek* « Deus meus rex ». [Cf. *Ilumilku*, nuntium præfecti Tyri, in epistolis El-Amarna, *Proceed. of the Society Bibl. Arch. XV.* 1893. *p.* 506-508]; *LXX.* 'Ελιμέλεχ) vir de tribu Juda, Bethlehmita, maritus Noemi, pater Mahalon et Chelion, cognatus Booz (*Vulg. Ruth* 1. 2.; 2. 1., 3). — Fame sæviente, quæ annos decem perduravit, cum uxore et filiis in regionem Moab commigravit ibique mortuus est, ejusque filii uxores duxerunt Moabiticas, necessitatis causa, Orpha et Ruth, de qua vidua, ex lege leviratus Booz denupta, natus est Obed, avus Davidis (*Ibid.* 4. 17).

ÉLIMÍA, æ, f. 1. ('Ελίμεια v. 'Ελιμία v. etiam 'Ελιμιῶτις) nom. regionis, cum oppido cognomine, Illyrici Græci, Macedoniæ adjectæ. Memoratur *Liv.* 31. 40.; 42. 53., et 43. 21. et 45. 30., ubi modo *Elimia*, modo *Elimea* v. *Elimiotis* dicitur (*Thuc.* 2. 99. 2., coll. *Abel, Maked.* 155., 173. et 213. *sq.*). et 47. 68. — *Elimia*, oppidum, hod. *Velimisti* (*Strab.* ap. *Steph. Byz.* et *Ptol.* 3. 12. 18 [13. 21]., coll. *C. Müller* ad *Ptol. loc. cit.* et *Demitsas*, 'Αρχ. γεωγρ. Μακεδ. *II.* 68-79).

ÉLIÔN, indecl. m. ¶ 1. Est quintum nomen Dei (Hebr. *'Elyôn* « excelsus, summus, altissimus » a rd. *'âlâh* « ascendit »). *Isid.* 7. *Orig.* 1. 9. Quintum - Elion, quod interpretatur excelsus, quia supra cælos est, sicut scriptum est: *Excelsus Dominus* etc. (*Ps.* 112. 4). *V.* EL. — Sunt qui ab hoc nomine Græcos ἥλιος fecisse putent, quod tamen rectius alii a Dor. ἀέλιος, et cum digammo, ἀϝέλιος, a Skr. *ush* v. *vas* « ardens, relucens », ducunt (*Schenkl*). ¶ 2. *Elion* ap. *Hygin. fab.* 151. falsa lectio pro *Aello.*

ÉLIPHAZ, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *Eliphâz* « Deus meus robur », *LXX.* 'Ελιφάς) ¶ 1. Fuit filius primogenitus Esau ex Ada, cui successit in principatu Idumææ (*Vulg. Gen.* 36. 10., 11., 12., 15. et 16). — Is habuit quinque filios: Theman, Omar, Sepho, Gatham et Cenez, et a Thamna concubina etiam Amalech (*Id.* 1. *Par.* 1. 35. et 36). ¶ 2. Item unus ex tribus amicis Job, *Themanites* dictus, idest de Theman, regione Arabiæ, confinis Idumææ meridianæ (*Jer.* 49. 20. et *Hab.* 3. 3), ita appellata a Theman, Esau nepote per Eliphaz (*Gen.* 36. 4), ob sapientiam laudata (*Jer.* 49. 7), quam hic in suo cum Job colloquio prodit gravitate ac dignitate dicendi, dialogi quasi dux, iniens unamquamque sermonum seriem Job cum Baldad et Sophar « consolatoribus onerosis » uti eos vocat patiens Idumæus (*Job* 16. 2); quamquam et ipse innocentem Job, perinde ac si ob culpas tam gravia mala esset promeritus, durissimis verbis exprobrat, a Job denique ad silentium adactus et a Deo reprehensus (*Id.* 52. 7).

ÉLIS, idis, f. 3. (῏Ηλις) nom. regionis et urbis. — *a)* Etiam forma *Alis* ex Dor. ῏Αλις (*Pind. Ol.* 4. 126) ap. *Plaut. capt.* 379 (376). et *Alius* (*Aleus*), adj. ap. *Dict.* et, correptâ syllabâ mediâ, ap. *Plaut. capt. prol.* 27. — Alia *Elcis* ab 'Ηλεία (*Polyb.* 5. 102., *Strab.* 8. 337. et 340. et *Paus.* 3. 8. 7. et 6. 4. 1)., ἡ 'Ηλείων χώρα (*Polyb.* 4. 77); unde *Eliorum ager* ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (14). — *Elis* pro *Elis* perperam scribitur *Rav. p.* 377. — Sequiore ætate *Elida* (*æ*) de urbe usurpatum est (*Hilar. op. hist. frg.* 2. *n.* 15). — *b)* Origo nominis, quod fabulam sapit, est (*Paus.* 5. 1. 8) ab *Elio* (*Con.*), filio Posidonis, ex stirpe Æthlii, filii Jovis (Cf. *Lübbert, Orig. El. cap. sel.* 7.; *O. Müller, proleg. z. ein. wissensch. Mythol.* 223. et *Curt. Pelop. II.* 11., 12. *sqq.* et 36., coll. *Hecat. frg.* 348. ap. *Strab.* 8. 341). — *Curtius* vero (*Griech. Etym.*[5] 360) formam Dor. ῏Αλις = Ϝάλις (serius ῏Ηλις) confert cum voc. *vallis*, quasi sit *Elis* idem ac vallis Penei; cui etymo suffragari videtur *Walde, Lat. Etym. Wörtb.* Heidelb. 1910. *p.* 805. — Addimus, a posteris *Elisa*, filio primogenito Javan (*Gen.* 10. 4), occupatam fuisse eam Peloponnesi partem, quæ *Elis* sit hinc dicta: ita interpretes tradunt, coll. etiam loc. *Ezech.* 27. 7. *V.* voc. seq. — *c)* Discrimen statuitur inter regionem et urbem, quod hæc frequenter non crescat in obliquis, illa contra: cf. *Cic.* 13. *Fam.* 26. « Mindio, qui *Eli* negotiatus est ». et 3. *Nat. D.* 23. 50. « Venus prima, cujus *Eli* delubrum videmus ». (Ita *P. Victor*). Alii tamen utroque loco leg. *Elide.* — *d)* Hinc declinatio utriusque nominis rem definit: nam utrumque in Genet. est *Elidis* ap. *Virg.* 3. *Æn.* 694., *Val. Flacc.* 1. 655., *Avien. orb.* 1174. — *Elidos* ap. *Flor.* 2. 16. 3. *H.* — Acc. *Elidem* ap. *Nep. Alc.* 4., *Justin.* 5. 1. 2., *Solin.* 9., *Oros.* 2. *Hist.* 4., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 582. et 10. 179., *Mythogr. II. fab.* 56. — *Elida* ap. *Senec. Tro.* 850. — *Elim* ap. *Liv.* 27. 32., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 71. 73. (181)., *Jul. Val.* 1. 10 (1. 18). — *Elin* ap. *Liv.* 36. 32., *Ovid.* 2. *Met.* 679., *Senec. Phœn.* 129., *Stat.* 2. *Silv.* 6. 47., *Solin.* 1. — Abl. *Elide* ap. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 50. et 13. *Fam.* 26 (utrinque varia lect. *Eli*), *Ovid.* 8. *Met.* 308. et 14. 325., *Mel.* 2. 42., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. (22)., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 694. — *Elida*, ap. *Hilar. loc. cit.*, ab *Elida*, *æ* (urbs). — Arch. *Alis* (V. sub *a)* habet acc. *Alidem locc. citt.* et abl. *Alide* ap. *Plaut. capt. prol.* 9. (V. *Britz, Plaut. capt.* 571). — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Elis, nom. geogr. ¶ 1. Est regio Peloponnesi occid. ad mare Ionium inter Achaiam, Messeniam et Arcadiam, cujus pars olim fuisse videtur (hinc *Elis* urbe Arcadiæ dicta est *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 694. et 10. 179. et 3. *G.* 202), irrigata aquis fl. Penei (*Gastuni*) et cursu inferiore Alphei (*Rufia*), ad orient. et merid. montosa, valde ferax lini, canabis, arboribus pomiferis et equorum pulcritudine ac celeritate celebris (Cf. *Hom. Od.* 4. 635. et 21. 347. et *Val. Fl.* 1. 389), tum etiam haruspicinæ scientia nobilis, ubi diu erant familiæ Jamidarum et Clytidarum hac disciplina præstantes (*Cic.* 1. *Divin.* 41. 91), hodie quoque *Elide* vocata. Ita describitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (14). « Inde Heliorum ager, qui antea Epei vocabantur (*V. infra*); ipsa Elis in mediterraneo et a Pylo XII. m. p. - in ora promontorium Ichthys: amnis Alpheus nascitur VI. m. p. Oppida Aulon, Leprion; promontorium Platanodes: omnia hæc ad occasum versa. Ad meridiem autem Cyparissius sinus cum urbe Cyparissa LXXII. m. p. circuitu: oppida Pylos, Methone, locus Helos, promontorium Acritas, sinus Asinæus ab oppido Asino, Coroneus a Corone: finiuntur Tænaro promontorio: ibi regio Messenia etc. ». Memorant etiam, præter laudatos, *Ampel.* 6., coll. *Herod.* 4. 30. etc., *Xen. Hell.* 3. 2. 25. etc., *Dem.* 9. 27., *Scyl.* 44., *Diod.* 14. 17., *Strab.* 8. 336. *sq.*, *Plut. Lyc.* 30. et *C. I. Gr.* 1. *p.* 697. — Elis fuit primitus habitata a Cauconibus, e Pelasgorum genere; dein a Phœniciis, qui loca litores incoluere et ab Epeis, Ætolorum affinibus, qui occuparunt non solum Elidem proprie dictam seu Vacuam, sed etiam Triphyliam et Echinadas; dein a Doribus et Minyis, qui sedem suam fixerunt in Triphylia (ita fort. dicta a populis seu tribubus, sc. Epeorum, Eleorum et Minyorum) et Ætolis, duce Oxylo, in Pisatide et ad merid. Acroriæ. — Celebritatem ei maximam addidit Olympiæ oppiduli sacrarium, quæ antea ad Pisam pertinebat, sed, hac ab Eliis plura post bella deleta, a. 572. a. Chr., ad eos transiit. — Olim cum Lacedæmonibus fœderata, contra eos insurrexit a. 420. a. Chr.; sed ab iis, qui ægre patiebantur Elidis populare imperium (δημοκρατίαν), duce Agide, suorum suique injurias ulciscente, quem Elii ab Olympiæ sacrario jam expulerant, a. 402. est devicta dejectaque a pristino, quo excellebat, potentiæ gradu. Verum postea fœdus cum Sparta iteravit, et Arcadiæ bellum intulit primatus servandi causa, quod exarsit a. 366-362., sed vano conatu. — Serius autem Philippi Macedonis partes est secuta et societati Ætolicæ se adscripsit; exinde vero historia silet de Eleis. Id solum scimus, eam demum cum cetera Græcia in Romanorum potestatem venisse, teste *Liv.* cum aliis, quos memoravimus, rerum scriptoribus. — De ejus nummis vd. *Head, H. N.* 854. *sqq.*; *Weil, Ztschr. für Numism. Chron. N. S. XIX.* 1879. *p.* 238. — De ea consulendi, præter veteres et recentiores, qui de Græcia scripserunt, præsertim *Curtius, Peloponn. II.*; *Busolt, Laked. I.* et *Forsch. z. gr. Gesch. I.* et *Philippson, Peloponn.* 295-334. et *Swoboda, PW.* 5. 2367-2432., ubi rem eruditissime ac fuse portractavit. ¶ 2. Fuit etiam urbs, regionis caput, ad lævam Penei fl. super collem sita, hod. *Kaliskopi* (it. *Belvedere*), patria Pyrrhonis, cujus historia pleraque ex parte est de immani lucta, qua cum Pisa de possidenda Olympia contendit, dum victrix evasit et celebris ob ludos inde Olympicos dictos, qui in honorem Jovis, inde Olympii appellati, quinquennio quoque ineunte in Pisæorum campis celebrabantur (*V.* OLYMPIAS in *Lexico*), teste *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 1240. Adde *Jul. Val. gest. Alex. M.* 1. 1., *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 59., *Propert.* 1. 8. 36., *Stat.* 2. *Silv.* 6. 48., *Auson. ecl. extr.*, *Oros.* 2. *Hist.* 4., *Acron. Hor. od.* 4. 2. 18 (*V.* OLYMPIA). — In hac porro urbe multa erant delubra ac templa, inter quæ delubrum Veneris primæ memorat *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 59., et Jovis *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (14)., cui statuam auream, Elidem dono missam, refert *Solin.* 9.; et etiam ædes Minervæ laudatur *Cæs.* 3. *B. C.* 59., ubi Panænus, frater Phidiæ, tectorium 36. *Hist. nat.* 23. 55. (177). induxit, lacte e croco subactum, et clipeum pinxit Minervæ, quam fecerat Colotes, Phidiæ discipulus (*Plin. ibid.* et 35. *ibid.* 8. 34. [54]).; insuper costa ibi ostendi solebat, sed eburnea, Pelopis (*Id.* 28. *ibid.* 3. 6. [34]). — De situ et de ruderibus Hellanodicæi, hippodromi, theatri, sacrarii aliorumque ædificiorum et sculpturæ fragmentis, quæ hodie quoque cernuntur, vd. *Curtius, Pelop. II.* 26-52.; *Bursian, Geogr. v. Griechenl. II.* 302-306.; *Philippson, Pelop.* 318.; *Leake, Morea I.* 5. *sqq.* et *II.* 219. — Hinc *Eleus* (etiam *Elius* et *Aleus* v. *Alius*, minus recte *Eleus*, ex Gr. 'Ηλεῖος, et *Helius* ex Gr. 'Ηλεῖος, præposita aspiratione), adj. — Est autem ad Elidem pertinens, respectu præcipue habito ad Olympicos ludos. *Senec. Œd.* 289. amnis. *i. e.* Alpheus. *Liv.* 27. 31.

ager. *Virg.* 3. *G.* 202. campus. *Ovid.* 18. *Her.* 166., *Tibull.* 1. 432. et *Sil. It.* 15. 210. carcer. *Plaut. capt. prol.* 31. eques. *Solin.* 1. et *Vellej.* 1. 8 (ubi *Elius*) Iphitus. *Propert.* 3. 2. 18 (et *Stat.* 1. *Silv.* 1. 102). Juppiter. *Id.* 3. 7. 17. quadriga. *Horat.* 4. *Od.* 2. 17. et *Senec. Agam.* 918. palma. *Stat.* 2. *Silv.* 6. 72. lustrum. *Id.* 7. *Theb.* 95. templa. *Id.* 4. *Silv.* 4. 31. equi. *Grat. cyn.* 504. harenæ. *Cic.* 2. *Divin.* 12. 28. haruspices. — *Elei* (*Elii* et *Alei*), absolute, incolæ. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 28. 40. (75)., *Cic.* 2. *Divin. loc. cit.*, *Senec. suas.* 1. 2., *Sulpic. Vict. de rhet.* 47., *Plaut. capt. prol.* 24. — De Eleorum religione et moribus scimus apud eos cultum fuisse Myiagron (*Plin. loc. cit.*); in amore ingenuorum libidinem etiam permissam et solutam licentiam (*Cic.* 4. *rep.* 4)., ebrietatis ac mendacii et perfidiæ vitia invaluisse (*Bursian, Geogr. Griechenl. II. p.* 276). — Controversia de pacto, ab Eliis inito cum Phidia pro Jove Olympio faciendo, exstat apud *Senec.* in 5. *excerpt. contr.* 2., inscripta *Phidias amissis manibus.* — *Elidensis*, adj. ad Elidem urbem pertinens, ut *Phædon Elidensis* ap. *Gell.* 9. 18.

II.) *Elis*, cogn. vir., quod occurrit in *Corp. I. L.* 5. 3461. Elidi (*dat.*).

ÉLÎSA, indecl. m. et etiam declin. f. 1. ¶ 1. *Elisa*, indecl. — 1.°) Est nom. vir. (Hebr. *'Elîshâh*, Sam. cod. *'Elîsh*; LXX. 'Ελισά et *Ezech.* 27. 7. 'Ελεισαί; *Lib. gen.* 4. *R.* habet *Elisan*), cujus significatio latet — Fuit autem filius primogenitus Javan. *Gen.* 10. 4. « Filii autem Javan: Elisa et Tharsis etc. ». — 2.°) *Elisa* v. *Elissa* decl., prius nomen Didonis. *Cat.* ap. *Solin.* 27., de quo *V.* ELISSA. ¶ 2. Est etiam nom. ethnologicum et geographicum, de quo eruditi adhuc disputant. Alii namque Elisæ putant respondere Italiam (*Targum, Ezech.* 27. 7); alii Siciliam (*Dillmann, Gen.* 10. 4); alii Carthaginem (*Elisha = Dido.* V. *Delitzsch, Parad. p.* 250); alii Elidem (ubi *Elisa* v. *Elison*, rivus inter Eliorum et Pisæorum regionem, ap. *Strab.* 8. 338. V. *Bochart, Phaleg III.* 4); alii denique regionem Elysæorum « modo Æolum » (*Jos. ant.* 6. 1., *Hieronym. hebr. quæst. in Gen.* 10. et *Knobel, Volkertaf. p.* 81-86). — Ex iis variis opinionibus hæc præ ceteris probabilior videtur. *'Elishâh*, quod, omisso *âh* in extrema vocis syllaba, in cod. Samar. *'Elish* scribitur, ap. *Jos. loc. cit.* idem est ac *Æoles.* Hæc tamen vocis detorsio durior quidem est (*Delitzsch*), sed accipi potest (*Lenormant*); quin immo rem vix non certam reddit *Ezech. loc. cit.* « Hyacinthus et purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum (*Tyre*) » nempe de hisce insulis exportabant Tyrii purpuram. Jam vero post Phœniciæ litus regio nulla purpuræ feracior Laconiâ cum insulis objectis, ubi urbs ῞Ελος formæ *Elisa* proxime accedit (*Haldoy*). Verum, si Æoles, pars potior Hellenicæ gentis, ex Thessalia, ubi Æolum regnasse mythologi tradunt, plurimi migrarunt in Eubœam, in Bœotiam ac tandem in Ætoliam et etiam in Peloponnesum, recte argumentatur qui hæc scripsit: « Auctor tabulæ ethnographicæ cap. X. Genesis (*i. e.* Moyses vel documenti scriptor, quo Moyses est usus) attribuit, ut patet, appellationem *Elisa* = Αἰολιέας omnibus Græciæ Europææ populis, ætate, qua Dores nondum e suis montibus descenderant vel cum iis commixti unam constituebant gentem » (*Lenormant, Des origines de l'histoire II. p.* 2.ª *p.* 43., coll. *Re, Arch. Bibl. Dict. II. p.* 441-446).

ÉLÎSÂBETH, indecl. f. nom. mul. (Hebr. *'Elishebâ'* « Deus meus jusjurandum », *LXX.* 'Ελισαβέθ, *Luc.* 1. 7. 'Ελίσαβετ. In *Inscr. Corp. I. Gr. n.* 9866. legitur 'Ελήσαβελ). ¶ 1. Fuit filia Aminadab, ex tribu Judæ, soror Naasson, uxor Aaron, cui peperit Nadab, Abiu, Eleazar et Ithamar, in deserto Sinai. *Exod.* 6. 23. et *Num.* 2. 3. ¶ 2. Item uxor Zachariæ, mater Johannis Baptistæ, de filiabus Aaron (*Luc.* 1. 56); idcirco ex patre de tribu Levi; « patris enim non matris, vocatur genus ». Porro ibi dicitur « cognata » Mariæ, quæ erat de tribu Judæ. Sed cognatio veri simillime ex eo profecta est quod Anna, Mariæ mater, ad familiam leviticam pertineret, familiæ Elisabeth propinquitate conjunctam; licuit enim levitis de quacumque tribu mulieres conjuges accipere; nec desunt exempla Israelitarum, qui non ex sua sed ab aliena tribu uxores habuerunt (*Lev.* 21). — Laudatur ejus justitia, *h. e.* sanctitas vitæ (*Luc.* 1. 6); ejus humilitas (*Id. ibid.* 23. et 43); in ea Spiritus Sancti plenitudo (*Id. ibid.* 41), quo afflata Mariam salutavit celebri illo effato: « Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui » (*Id. ibid.* 42), ejusque dignitas, qua meruit, ut ipsam Dei matrem secum quasi tribus mensibus commorantem haberet domi suæ, et Johannem, præcursorem Domini, sterilis prodigiose gigneret (*Id. ibid.* 39. *sq.* et 57).

ÉLISEUS, i, m. 2. nom. vir. (Hebr. *'Elisa'* pro *'Eli Yesa'* « Deus meus salus », *LXX.* 'Ελισά, 'Ελισαιέ, *N. T.* 'Ελισσαῖος) Scribitur etiam *Elissæus* cum diphth. (*Vulg. Luc.* 4. 27), *Helisæus*, præmissa aspiratione (*Itin. Hieros. p.* 596) et *Elissæus* cum duplici *s* (*Egesipp. p.* 4. 17). — Fuit autem

Eliseus propheta, filius Saphat, de Abelmeula, quæ est civitas Madian, dimidiæ tribus Manasse ad occid. Jordanis, non discipulus Eliæ in schola prophetarum, sed ab Elia, dum arabat, pallio suo in eum misso, jussu Dei in prophetam electus, qui ipsi succederet (3. *Reg.* 19. 19), ca. a. 900. a. Chr., duplicis spiritus heres (*Sidon. carm.* 16. 31. *sqq.*), vaticiniis ac prodigiis celeber, ex quibus illud statim admirati sunt filii prophetarum, quod Eliseus patravit ad Jordanem, qui pallio Eliæ « percussit aquas et divisæ sunt huc atque illuc et transiit Eliseus » siccis pedibus, ita ut stupore ac veneratione affecti « adoraverint eum proni in terram » eumque habuerint tamquam verum Eliæ successorem (4. *Reg.* 2. 14. *sq.*). — Porro suo munere functus est fortiter contra superbos, erga humiles suaviter, omnigenis illustrato signis, quorum aliquot cum aliis ejus gestis cursim attingimus. — Remenso Jordane, sale sanavit aquas Jerichuntis pessimas (*Ibid. v.* 21). Quum vero inde ascenderet in Bethel, pueri, prophetæ occurrentes, illudebant ei clamando: « Ascende, calve »; quibus quum maledixisset in nomine Domini, duo ursi, egressi de saltu, laceraverunt ex eis quadraginta (*Ibid. v.* 24). — Regibus Juda, Israel et Edom, contra Moabitas rebelles pugnaturis et siti laborantibus in via ac pæne enectis, aquam sine pluvia, psalte canente, ut eam a Deo impetraret (*Thom.* 2. 2. *q.* 171. *a.* 2), obtinuit (4. *Reg.* 3. 9-20). — Insuper viduæ paupercula, ære alieno oppressæ, oleum ita auxit, ut ex eo illud solvere potuerit creditoribus (*Ibid.* 4. 1-7); et feminæ de Sunam filium, a Deo obtentum, postea vitâ functum suscitavit, septies sufflans per puerum oscitando (*Ibid. vv.* 38-44). — Panibus primitiarum viginti tantum hordeaceis centum viros satiavit, eo stupente, qui detulerat dixeratque Eliseo: « Quantum est hoc, et apponam centum viris? ». Cui responderat propheta: « Da populo, ut comedat - comedent et supererit ». Et « comederunt et superfuit » (*Ibid.* 4. 42. *sqq.*). De hoc miraculo scripserunt *Von de Hart, Intgb. Sylv.*, *Wegner, De cib. mir.* et *Beck, Evang. præfig. I. p.* 757. — Naaman « princeps militiæ regis Syriæ, magnus et honoratus - vir fortis et dives, sed leprosus », jussu Elisei, se in Jordane septies lavit et « restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvuli, et mundatus est » (*Ibid.* 5. 1-4). — Unus ex filiis prophetarum, dum succideret arborem, vidit ferrum securis in aquam lapsum « exclamavitque ille et ait: Heu heu heu, domine mi, et hoc ipsum mutuo acceperam »; mox Eliseus « præcidit lignum et misit illuc, natavitque ferrum, et ait: Tolle » (*Ibid.* 6. 5-7). — Syros exploratores excæcavit duxitque Samariam, ubi visum receperunt; quum autem rex Israel vellet eos occidere, Eliseus obstitit voluitque, ut panis et aqua illis adponerentur et saturati abirent; - « abieruntque ad dominum suum et ultra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel » (*Ibid. vv.* 18-23). — Post neque ita multo Syris Samariam obsidentibus, fames magna illic sævit, ita ut ob inediam natos suos matres comederent; tunc Joram, rex Israel, iratus contra Eliseum (ipse enim persuaserat regi, ut ne in hostium potestatem se traderent, donec a Deo liberarentur) jussit eum occidi; sed, mutato consilio, rex ipse ad Eliseum se contulit, cui propheta prædixit, cras magnam frumenti copiam in Samariam invectum iri. Sed unus de ducibus, qui huic vaticinio fidem detrectaverat, a turba conculcatus est in introitu portæ, sicut ei dixerat Eliseus: « Videbis oculis tuis (*abundantiam*) et inde non comedes » (*Ibid.* 7. 1. *sqq.*). — Post alia mirifica gesta ac vaticinia, tandem, morbo correptus, erat jam moriturus, quum eum invisit Joas, rex Israel, qui « flebat coram eo dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus ». Tunc ei victorias de Syria vaticinatus (*Ibid.* 13. 14. *sqq.*), obiit ætate annorum septem et quinquaginta ab Eliæ raptu, prophetico munere perfunctus annos circiter septuaginta. Nec mortuus a prodigiis abstinuit; nam cadaver hominis, casu projectum in ejus sepulcrum, ut prophetæ ossa tetigit « revixit homo et stetit super pedes suos ». (*Ibid. v.* 21). *Jos.* autem *ant.* 9. 8. 6. refert magnifico eum funere elatum fuisse traditque *Hieronym.* in *Abd.* sepulcrum Elisei suo tempore exstitisse apud Samariam (V. *Guérin, Samarie* 1875. *II. p.* 208. *sq.*). — De eo *Vulg. Eccli.* 48. 13. *sqq.* hæc habet: « In Eliseo completus est spiritus ejus (*sc. Eliæ*): in diebus suis non pertimuit principem et potentia nemo vicit illum: nec superavit illum verbum aliquod et mortuum prophetavit corpus ejus (*sc.* ad vitam revocavit): in vita sua fecit monstra et in morte mirabilia operatus est ». - Sancti hujus prophetæ ossa ex ejus sepulcro abstulit Julianus imp., ex quibus aliqua dono data sunt s. Athanasio et in urbem Alexandriam a. 463. ac serius Constantinopolim translata sunt. — De eo vd. *Cassel, Der Prophet. Elis.* Berlin 1860.; *Clair, Le livr. d. Rois*, Paris 1884. *I. p.* 177-187.; *Meignan, Les prophètes d'Isr. Quâtre siècl. de lutte contr. l'idolâtr.*, Paris 1892. *p.* 249-323. et *Mangenot, Dict. Bibl. II. p.* 1690. *sqq.*

ÉLISIUS. *V.* ELYSIUS.

ÉLISSA, æ, f. 1. nom pers. (῎Ελισσα *Tim. frg.* 23) Scribitur etiam unico *s*, ut *Cat.* ap. *Solin.* 27. — Punicâ linguâ est idem ac *virago*: cf. Hebr. *'Elishâ'*, comp. ex *El* « Deus » et « *ishâ* », quæ ab *ish* « vir », quasi *Dei mulier* seu virago, ut vertit *Vulg. Gen.* 2. 23. - Elissa, prius Didonis nomen (*Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 340., coll. 4. *ibid.* 36. et 335. et 671), vivens ita dicta (*Id.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 340); a quibusdam unice etiam post mortem appellata (*Justin.* 18. 4. *sqq.*); aliis modo *Elissa*, modo *Dido* indiscriminatim vocata (*Virg.* 4. *Æn.* 335. et 610. et 5. *ibid.* 3. et *Sil. It.* 1. 81., 2. 391., 14. 573. et 17. 224). — Hoc nomine sæpe memoratur, quoties de Carthagine ab ea condita sermo est, ut ap. *Vellej.* 1. 6. Elissa Tyria, quam quidam *Did.* autumant, Carthago conditur. Adde *Auson. clar. urb.* 2. 7. et *Oros.* 4. *Hist.* 6. — Hinc *Urbs Elissæ*, absolute, Carthago dicitur *Capell.* 9. *p.* 336. — Occurrit hoc nomen etiam ap. *Juvenal.* 6. 435., *Claudian.* 29. 148., *Macrob.* 5. *Sat.* 19. 1. et 7., *Gell.* 13. 1. 5., *Stat.* 3. *Silv.* 1. 74. et *alib.* — Hinc *Elissæus* (raro *Elisæus* et *Eliseus*), adj. *Sil. It.* 2. 239. tyrannus. *i. e.* Hannibal. *et* 16. 614. litus. *et* 14. 258. vota. *et* 3. 82. aræ. *et* 6. 346. Patres. — *Sidon.* 7. *ep.* 16. in 6. *carm.* domus.

ÉLISSÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ÉLISSOS, i, m. 2. fluvius Sicyoniæ in Peloponneso, ap. *Stat.* 4. *Theb.* 52. Elissos incurvus (*Ita dictus ex anfractu viarum*).

ELITOVIUS, ii, m. 2. dux Cenomanorum Aulercorum, de quo *Liv.* 5. 35. Alia subinde manus Cenomanorum, Elitovio duce, vestigia priorum secuta, eodem saltu, favente Belloveso, cum transcendissent Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt etc. (ca. a. 391. a. Chr.). *V.* ETITOVIUS.

ÉLIÛ, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Elîhû* « Deus meus ille »; *LXX.* 'Ηλείου, cod. Alex. 'Ελιοῦ) ¶ 1. Fuit unus ex majoribus Elcanæ, patris Samuelis (1. *Reg.* 1. 1). Nomen tamen ejus alibi (1. *Par.* 6. 27., hebr. 12) mutatum est in *Eliab* et (*Ibid. v.* 34., hebr. 19) in *Eliel.* ¶ 2. Item filius Barachel Buzites, quartus ex amicis interlocutoribus simulque in disputando adversarius, sed mitior et justior (*Job* 32. 2-6., 34. 1., 35. 1. et 36. 1), ap. *LXX.* 'Ελιοῦς, ex Arabia Petræa (*Buz*) septentr., de stirpe Nachor, fratris Abrahami et patris Buz (*Gen.* 22. 20. *sq.*). — De sermonis, qui ad eum

pertinet, sententiis et auctoritate dicetur in JOB. ¶ 3. Alios vd. 1. *Par.* 12. 20.; 26. 7.; 27. 18. et Judith 8. 1.

ĔLIŪD, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Elîhûd* « Deus meus gloria », *LXX.* 'Ἐλιούδ) filius Achim et pater Eleazari, unus ex majoribus Christi secundum carnem, ex Bethsabee Salomonis (*Matth.* 1. 14).

ĔLIUS, ii, m. 2. nom. vir. lib., idem fortasse quod *Helius* et *Ælius*, in *Inscr.* in *Bull. arch. Munic.* a. 18880. *p.* 78. *n.* 369. — Absolute, quidam leno, qui arte sua nefaria multas sibi divitias comparavit. *Senec. de prov.* 5. 2., ubi alii leg. *Elius*.

ĔLIUS, a, um, adject. *V.* **ELEUS**.

ELLĀSAR, indecl. m. oppidum in Chaldæa, inter Ur et Arach, ubi regnabat Arioch, quem *Vulg.* dicit regem *Ponti* pro *Ellasar* v. *Ellassar*. V. **ARIOCH**.

ELLŎPĬÆ, ārum, f. plur. 1. ('Ελλοπιεῖς) aquæ calidæ in Eubœa, unde nomen inditum oppido *Ellopiæ* seu *Hellopiæ* ('Ελλοπία et 'Ελλοπία). Memorantur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 21. (64). Cf. *Herod.* 8. 23., *Strab.* 10. 445. *sq.* — De iis vd. *Bursian, Geogr. v. Griech. II.* 402. et 407. *sq.* et *Geyer, Top. u. Gesch. Euboias (Sieglins, Quell. u. Forsch. z. a. Gesch. u. Geogr. VI)* Berlin 1903. *p.* 84.

ELMĀDAN, indecl. m. (Gr. 'Ελμαδάμ, fort. Hebr. *'Êlmâdam*, comp. ex *'Êl* « Deus » et v. *mâdad* « mensuravit » cum suffixo *am*, ita ut significet « Deus mensura eorum » vel « Deus mensuravit eos ») filius Her et pater Cosan, unus ex majoribus Christi secundum carnem. *Luc.* 3. 28.

ELMŌDĀD, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Almôdâd*, comp. ex *'Al*, apud Sabæos pro *'El* « Deus » et v. *yâdad* « amavit » ita ut significet « Deus amabilis » vel « Deus amat », *LXX.* 'Ελμωδάδ), primus filius Jectan, de stirpe Sem (*Gen.* 10. 26. et 1. *Par.* 1. 20), unde nomen accepit tribus pæninsulæ Arabicæ australis (*V.* **JECTAN**), de qua alii alia sentiunt sive de populo sive de regione (Cf. *Wellsted, Reis. II.* 333.; *Bochart, Phaleg. II.* 16.; *Halévy, Étud. Sab.* in *Journ. asiat.* 1873. *p.* 364.; *Knobel, Völkert. d. Gen. p.* 194.; *Dillmann, D. Gen. p.* 198. et *Legendre, Dict. Bibl. II.* 1700).

ĔLŌHĪM, indecl. plur. Hebr., forma masculina, a sing. *'Elôah* (*'Elâh*) frequenti ap. *Job* tantum (et etiam in tabellis Assyriis, in *Tell El-Amarna* repertis: *Barton, A peculiar use* etc. in *Proceedings of the Amer. Or. Soc.* 1892. p. *CXCVI-CXCIX*), forma femina (Cf. e contrario Hebr. *abôth* plur. fem. a sing. *âb* « pater » masc.). Phœnices pro *Elohim* habent *Elim* a sing. *El*, nom. Dei (*Meyer* in *Roschers Lex. I.* 1227. Cf. etiam *Lagrange, Études sur les rel. sémit.* V.[2] 319. et 412). Sæpius usurpatur in V. T. de Deo uno, quasi pluralis, ut ajunt Hebræi, intensionis v. majestatis v., ut nunc etiam apud recentiores grammaticos, magnitudinis. Quid vero significet, non una est eruditorum sententia: nam aliis est idem ac numen « tremendum », aliis « forte ac potens », aliis « venerandum » etc. — De eo *Isid.* 7. *Orig.* 1. 4. Secundum nomen (*apud Hebræos*) אלהים *Eloim*. V. **DEUS** et **EL**.

ĔLŌRĪNI v. Helorini. *V.* **ELORUS**.

ĔLŌRĬUS, ii, m. 2. nom. vir., fort. gent. *Corp.* 3. 5688.

ĔLŌRUM. *V.* voc. seq.

ĔLŌRUS v. Elorum, i, m. 2. *Helorus* cum aspiratione frequentius occurrit: sic et græce "Ελωρος et "Ελωρος (*Ptol.* 3. 4. 15). — *Elorum* neutro genere usurpavit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (89).

Elorus, nom. oppidi et fluvii in Sicilia. ¶ 1. Oppidum sive castellum in ora orientali Siciliæ, ad septentr. promontorii Pachyni, haud procul a Syracusis, fort. Syracusanorum colonia, quibus subjacebat etiam tempore Romanæ dominationis, hodie *Colisseo San Filippo*. Memoratur *Liv.* 24. 35. et *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 7. (16)., coll. *Thuc.* 6. 66. etc. — Hinc *Elorini*, incolæ, ap. *Cic.* 5. *Verr.* 34. 90. ¶ 2. Fluvius inter Pachynum et Syracusas, quod instar Nili superfunditur campis, hod. *Tellaro*. De eo *Virg.* 3. *Æn.* 698. præpingue solum stagnantis Elori. *et Sil. It.* 14. 269. undæ clamosus Helorus.

ELPĒNOR, ŏris, m. 3. ('Ελπήνωρ) Male scribitur *Elphenor* cum aspiratione. — *Alphenor* tamen legitur ap. *Dict.* 6., nisi alius est.

Elpenor, unus ex sociis Ulixis, qui a Circe in porcum mutatus, deinde, forma humana recepta, temulentus scalis decidit periitque. *Hygin. fab.* 125., *Ovid. Ib.* 487., *Juvenal.* 15. 22., *Martial.* 11. 82., *al.* — Sed a *Mythogr. III. fab.* 6. traditur occisus fuisse. Cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 107. — De ejus sepulcro vd. *Scyl.* 8., coll. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 29. 36. (119)., *Theophr. h. pl. V.* 8. 3.

ELPĬAS, æ, m. 1. ('Ελπίας) vir Rhodius, conditor, ut quidam putant, oppidi, quod *Salpin* dicitur, Diomedi ab aliis tributi. *Vitr.* 1. 4. 12.

ELPĬDĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. *Helpidius* cum aspiratione sæpe scribitur, duciturque a Gr. ἐλπίς (ίδος), *spes*, quod tamen aspiratione caret. ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis — 1.°) Elpidius, ex Paphlagonia, præf. præt. orient. a. 361. De eo *Ammian.* 21. 6. 9. « Helpidius - aspectu vilis et lingua sed simplicioris ingenii, incruentus et mitis adeo, ut quum ei coram innocentem quendam torquere Constantius præcepisset, æquo animo abrogari sibi potestatem oraret, hæcque potioribus aliis ex sententia principis agenda permitti ». *Libanii ep.* 10. *l.* 5. exstat ad Elpidium scripta. — 2.°) Elpidius Domnulus, plenius *Fl. Rusticius Elpidius Domnulus*, comes consistorii sacri ac dein quæstor, poeta christianus (*Sidon. præf. carm.* 14. et *ep.* 4. 25) sub Majoriano Imp. — Scripsit carm., 140. vers. hexam., *de Christi beneficiis* et *Historiarum testamenti veteris et novi tristicha*, 24. stroph., ex trib. vv. hexam. singulas (*Corp. poett. chr.* Fabricii *p.* 754. et in *Coll. Patr.* in *Bibl. Patr. max. IX. p.* 462. *sqq.*). Attamen *Ebert* vult carmen *de Christi beneficiis* non ad hunc sed ad alium Rusticum Elpidium pertinere, qui fuit medicus Theoderici et obiit ca. a. 533. — 3.°) Elpidius, rhetor fort. Hispanus, Gnosticorum superstitione infectus a Marco quodam, qui Ægypto profectus hæresim illam intra Hispanias intulit. Hic « auditores habuit Agapen quandam non ignobilem mulierem et rhetorem Elpidium, a quibus Priscillianus est institutus »: ita *Sulpic. Sev. chron.* 2. 46. *et mox:* « Damnati (a. 380. in synh. Cæsaraug.) Helpidius et Priscillianus laici ». De eo *Hieronym. ep.* 132. « In Hispania Agape Elpidium, mulier virum, cæcum cæca duxit in foveam successoremque qui Priscillianum habuit ». Cf. *Isid. vir. ill.* 21. — 4.°) Alios vd. ap. *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 37.; 6. 32., 7. 25. et 10. 16., *Symm. ep.* 85. et 87., in *Cod.* 8. 10. 6. et *Cod. Theod.* 2. 8. 1. et 13. 3. 4. etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 89. — *Elpidia (Helpidia)*, cogn. mul. *Corp.* 3. 975. — Hinc *Elpidianus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2149. — Absolute, in *alia ibid. n.* 121. — In *Corp.* 8. 2287. *Elpidinius* fort. pro *Elpidianus*.

ELPĬDŎPHŎRUS et Helpidophorus, i, m. cogn. vir. ('Ελπιδοφόρος, 'Ελπιδηφόρος et 'Ελπιδεφόρος, *spem ferens*) Scribitur quoque latine *Elpidephoros* et, sine aspiratione, *Elpideforus*. *Corp.* 8. 10627. — Fuit etiam christianus quidam in Africa, qui sub Hunerico, rege Vandalorum, a fide defecit non solum sed et in immanissimum evasit fidelium tortorem. De eo scripsit *Vict. Vit. pers. Vand.* 5. 9. Cf. *Morcelli, Afr. Chr. III. p.* 211. *sq.* a. 484.

ELPIN et Helpin, inis, f. 3. cogn. mul. ab ἐλπίς, *spes*, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4407. — *Elpina* et *Elphina*, *æ*, in *Corp.* 8. 4743. et 4791. — Hinc *Elpinius*, nom. gent. vir. *Corp.* 3. 488.

ELPĪNĪCĒ et Helpinice, es, f. 1. ('Ελπινίκη, *spei victoria* v. *spes vincens* v. *victrix*) soror germana Cimonis Atheniensis itemque uxor, quæ ut e custodia Cimonem liberaret, se Calliæ nuptui dedit, teste *Nep. Cim.* 1. V. **CIMON**.

ELPIS et Helpis, idis, m. et f. 3. (ἐλπίς, *spes*) Scribitur a Latinis plerisque cum aspiratione *Helpis*. — Græce autem, si de viro est, dicitur "Ελπις, ιδος; si de muliere, 'Ελπίς, ίδος, ut docet *Eustath. Od. p.* 1967. 2. 6. « "Ελπις μὲν κύριον ἐλπίς δὲ τὸ κοινὸν θηλυκόν ». Latine vero nullum est ex forma vel accentu discrimen, sed ut plurimum est nom. mul., uti ex innumeris titulis constat: sic ap. *Momms. n.* 1868., 2148., 2798. etc. — Etiam *Helpes, ēdis*, usurpatum fuisse videtur ex *Inscr.* mutila ap. *Momms. n.* 1824. — Memorantur hoc nomine — 1.°) Ex viris, Samius quidam, qui, nave in Africam delatus, juxta litus leonem hiatu minaci conspiciens, uti narrat *Plin.* 8. *Hist. nat.* 16. 21. (56)., arborem in fuga petit, Libero patre invocato, « quoniam tum præcipuus votorum locus est, cum spei nullus est; neque profugienti, cum potuisset, fera institerat et procumbens ad arborem hiatu, quo terruerat, miserationem quærebat ». Qua de causa Libero patri templum in Samo Elpis sacravit, quod ab eo facto Græci κεχηνότος Διονύσου appellavere. — 2.°) Ex mulierib. — *a)* Uxor antea Philippi, fratris Herodis Antipæ, dein, relicto viro, ejusdem Herodis adulteri, et mater Salomes saltatricis, Herodias dicta. *Egesipp.* 1. 42., coll. *Luc.* 3. 19. *et Jos. ant.* 17. 1. 3. et *B. J.* 1. 28. 4. — *b)* Quædam *Sophiæ* filia ac soror *Pistis* et *Agapes*, quæ una cum matre ac sororibus martyrium fecerunt simulque sepultæ sunt in cœmeterio viæ Aureliæ, ab aliis distinguendæ tribus sororibus, quæ latine dictæ sunt *Fides, Spes, Caritas*, quarum mater *Sapientia*, in via Appia sepultæ, teste *De-Rossi* in *Rom. Sott. I. p.* 261. *sq.*, coll. *Marini, Dipl. p.* 378.

ELŪSA, æ, f. 1. nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Galliæ Aquitanicæ, caput Elusatium, colonia Romana sub imperio, hodie *Eauze (dép. Gers)*. Memoratur *Ammian.* 15. 11. 14. In Narbonensi Elusa et Narbona (*errore*) et Tolosa principatum urbium tenent. Adde *Cic. Font.* 5. 9., *Claudian.* 1. in *Rufin.* 137., *Itin. Hieros. p.* 550. et *Rav. p.* 300. — Hinc, incolæ, *Elusates* ap. *Cæs.* 3. *B. G.* 27., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. (108) et *Corp.* 13. 548. — *Elusani* ap. *Sidon.* 7. *ep.* 6. ¶ 2. Item oppidum Arabiæ septentr. (Idumææ), haud procul a finibus austral. Judææ, hod. *Hhalesah* (Gr. 'Ελοῦσα). Memoratur *Hieronym.* in *vit. Hilarion.* 25. Cf. *Is.* 15. 4. hebr. et *Ptol.* 5. 16. 10 (V. *Robinson, Paläst. I.* 332. *sq.* et *Palmer, Wüstenwander.* 297).

ELŪSĀNI, ōrum, et

ELŪSĀTES, ium, m. plur. *V.* voc. præc.

ĔLŪSĬO, ōnis, f. 3. mansio Galliæ Narbonensis inter Tolosam et Eburomagum, in *Itin. Hieros. p.* 551., hod. *Font d'Alzonne* — Dicitur *Elusio* ap. *Paulin. Nol. ep.* 1., ex quo corrigendus videtur *Ammian.* 15. 11. 14., ubi *Elusa* legitur, quæ ad Galliam Aquitanicam, non Narbonensem, pertinet. — Hinc incola *Elusionensis* pro *Elusensis* fort. in *Inscr.* ap. *Grut.* 708. 8., ubi cl. *Furlanetto* in *Lex. Forcell.* mutat *Elusensis* in *Elusinensis*, ex *Jac. Grassert, Diss. de ant. Nemaus. p.* 62. Cf. *De-Vit* h. v.

ELVISĬUS, ii, m. 2. nom. vir. *Corp.* 3. 4909. — *Elvissa*, nom. mul. *Ibid.* 5529. — Hinc *Elvissianus*, cogn. vir. *Ibid.* 5468 (?). — *Elvisso (ōnis)*, nom. vir. *Ibid.* 5523.

ĔLYMÆI. *V.* voc. seq.

ĔLYMĀIS, idis, f. 3. (Hebr. *'Êlâm*, LXX. 'Ελάμ et 'Ελυμαΐς, *Eus.* Αἰλάμ, *Æl.* 'Ελυμαΐα) Acc. *Elymaida* ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (134).

Elymais, nom. regionis in Asia, cujus fines statuere difficile est; Græci enim et Romani ita vocarunt regionem inter Babylonem et Persidem vel partem Susianæ vel Elam, inter ostium Euphratis et confinia Persiæ et sinus Persici; Hebræi vero aliquando universæ Persidi hoc nomen tribuerunt. Probabiliter limites suos Elymais extendit aut contraxit, prout incolis, præcipue montanis, genti bellicosæ ac prædatrici, alienas terras invadentibus res prospere aut improspere cedebat. — Videtur nomen accepisse ab *Elam*, filio Sem (*Gen.* 10. 22), qui primus in hanc regionem emigraverit, hod. *Chusistan* vocatam, indigenis autem *Airjama*, ab antiquissimo populorum nomine stirpis Iranicæ; ex quibus argui potest a tribus olim gentibus, nempe primum a *Semitis*, postea a *Chusitis*, denique ab *Ariania* cultam fuisse. Attamen vox Babyl. Assyr. *Elammat* v. *Elamtu* idem est ac « alta vel orientalis regio » (*Jensen u. Meissner, Ztschr. f. Assyr. VI.* 1891. *p.* 170). — Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (136).,

Isid. 9. *Orig.* 2. 3., coll. *Polyb.* 5. 44., *Diod.* 28. 3., *Strab.* 11. 522.; 15. 732. et 16. 796., *Ptol.* 6. 3. 3., *Jos. ant.* 1. 6. 4., *App. Syr.* 32., *Plut. Pomp.* 36. — Porro disputatur ab eruditis, utrum *Elymais*, quæ occurrit ap. *Vulg.* 1. *Mach.* 6. 1. regionis, an urbis, nomen sit. Textus *Vulg.* ita se habet: « Et rex Antiochus (*IV. Epiphanes*) perambulabat superiores regiones et audivit esse civitatem Elymaidem in Perside nobilissimam et copiosam in argento et auro templumque in ea locuples - et venit et quærebat capere civitatem et deprædari eam, et non potuit, quoniam innotuit sermo his, qui erant in civitate, et insurrexerunt in prœlium, et fugit inde et abiit cum tristitia magna et reversus est in Babylonem ». Sed ex optimis codd. aliter legendum est, sc. « Ἐστὶν ἐν Ἐλυμαΐδι, ἐν τῇ Περσίδι, πόλις ἔνδοξος ». Igitur non civitas *Elymais*, sed civitas *in Elymaide*, h. e. in regione quærenda est, cujus nomen ibi siletur; sed coll. 2. *Mach.* 9. 2. hæc fuisse dicitur Persepolis. Ex veteribus tamen *Sulpic. Sev.* 2. *chron.* 22. putavit urbem, quam *Elymum* vocat. — In eisd. porro sacris litteris nomen regis hujusce regionis legitur, sc. Chodorlahomor (*Kudur-Lagamar* v. *Kedor-La'ômer*), qui cum tribus regibus suis tributariis, tempore Abrahami, loca ad mare Mortuum sita invasit prædamque inde magnam secum egit victor (*Gen.* 14. 1. *sq.*). *V.* **ABRAHAM**. — Hinc *Elymæus*, adj. ad Elymæos vel Elymaidem pertinens, ut *Elymæus Juppiter*, ap. *Justin.* 32. 2., cujus templum exspoliare conatus fuerat Antiochus Epiphanes; illi enim dicatum erat, non deæ Naneæ, uti vult *Berlier (Dict. Bibl. Vig. II. p.* 1712), confundens hujus templum, cujus ambitum ingressus Antiochus III. Magnus (non IV. Epiphanes), lapidibus obrutus periit (2. *Mach.* 1. 13. *sqq.*). — *Elymæi* ('Ελυμαῖοι), abs., incolæ. *Liv.* 35. 48. et 49. et 37. 40. « Elymæi sagittarii » *i. e.* sagittandi peritissimi. Adde *Tac.* 6. *Ann.* 44. — De Elymaide consulendi sunt, præter *Hincks, Norris, Mordtmann, Oppert, Sayce*, etiam recentiores *Jensen, Nöldeke, Curzon, Winckler, Hüsing, W. Foy, Bork, Weise, Scheil*, quorum opera memorat *Weissbach, PW.* 5. 2467. Adde *U. K. Loftus, Travels and research. in Chald. and Susiana p.* 379. et *Vigouroux, Les livr. saints et la crit. ration. IV. p.* 626.

ELYMAS, indecl. m. nom. quod legitur in *Act.* 13. 8. idemque est ac sapiens v. magus (*Elym*) in lingua Arabica (*Bochart, Hieroz. I. p.* 750). Erant autem magi in insula Cypro ita nominati, quia plerumque ab Arabia illuc adveniebant; quare frustra nonnulli substituere voluerunt Gr. 'Ετοῖμος, fortasse, ne diceretur *Elymas magus* ταυτολογικῶς, quum hoc additum sit alterius interpretandi causa pro iis, qui linguam ignorarent. *V.* **BARJESU**.

ĔLYMUS et Helymus, i, m. 2. princeps Trojanus, qui dicitur, Troja incensa, in Siciliam cum Aceste contendisse ibique tria condidisse oppida, nempe Ascam, Entellam, Egestam (*Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 73., coll. *Dionys. Hal.* 1. 53). Ex quorundam vero sententia fuit Anchisæ filius in Sicilia genitus et Erycis frater (*Id. ibid.*, coll. *Strab.* 13. 608). Memoratur *Virg.* 5. *Æn.* 73.

ELYS, ydis, m. 3. grammaticus quidam vetus, cujus commentarium offendit *Gellius* 13. 14. 7.; sed quum ab eo tantum memoretur, nominis scriptio suspecta est.

ĔLȲSĬUM, ii, n. 2. ('Ηλύσιον, sc. πεδίον v. πέδον v. 'Ηλύσιος λειμών: fort. ab ἤλυσις [*Eurip. Hec.* 67] v. ἔλευσις ['Ελευσίς], *adventus* emigrantium mortuorum: cf. νή-λυς, a λύω, *solvo*, quasi ἀνάλυσις κακῶν [*Soph. El.* 142]. et ἐλεύθερος, *liber* [V. *Schol. Hom. Od.* 4. 563., *Cels.* ap. *Orig. c. Cels.* 7. 2. p. 53. *L.*, *Hesych. Etym. M.*, *Doederlein Hom. Gloss.* 2451., *Pape-Benseler Wb. d. gr. Eig.* ad *v.* et *Preller-Robert Gr. Myth. I.* 815. 2]. — *Dillmann Gen.* 175. confert cum *Ezech.* 27. 7. « Elisa ». et *Lewy Die semit. Fremdw. im Gr.* 219. *sqq.* cum Hebr. אלישה [*Gen.* 10. 4]) locus beatorum, ubi pii (εὐσεβῶν χῶρος) deliciis affluunt post mortem. — Memoratur *Virg.* 6. *Æn.* 744., *Val. Fl.* 1. 649., *Stat.* 8. *Theb.* 15. et 11. 79. et 2. *Silv.* 1. 204. et 2. *ibid.* 3. 74., *Sil. It.* 2. 698., *Senec. Œt.* 960. *et Herc. f.* 748., *Auson. epit. Her.* 3., *Mythogr. III. fab.* 6., *Augustin.* 10. *Civ. D.* 30., *Macrob.* 1. *somn. Scip.* 11. 8. *sqq.* et *Tertull. apol.* 47. *et nat.* 1. 20. Cf. *Virg.* 6. *Æn.* 638. loci læti et amœna virecta fortunatorum nemorum. *et* 639. sedes beatæ. *et* 705. domus placidæ. *et* 744. læta arva (*Horat. epod.* 16. 41. arva beata. *et Senec. Herc. f.* 748. læta nemoris. — Varia est de Elysii situ apud veteres, sive poetas sive philosophos, sententia. — Describitur — *a)* Poetis, ut *Hom. Od.* 4. 563. *sqq.* in fine terrarum, ubi facillima vivendi ratio est hominibus: non nix neque hiems multa neque umquam imber, sed semper Zephyri suaviter spirantes auras Oceanus emittit etc. « σ' ἐς 'Ηλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης - τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν » κ. τ. λ. — Item ap. *Virg.* 3. *Æn.* 658., locus in medio inferorum, omni felicitate plenus, amœnis viretis consitus largaque luce perfusus, nempe sole suo suisque sideribus illustratus. *V.* integr. loc. — *b)* Apud philosophos est nomen Insularum Fortunatarum, quæ μακάρων νῆσοι, *sc.* virorum benemeritorum, quibus ab aliquo deo concessa est beatitudo, insulæ vocantur (nunc *le Canarie: Madeira et Porto Santo*), dictæ etiam *Insulæ Purpurariæ*, in oceano atlantico. *Senec. Tro.* 945., coll. *Hesiod. op.* 170., *Pind. Ol. II.* 83. *sqq.*, *Schol.* ad *Harmod.* ap. *Athen. XV.* 695B (*n.* 11) = *Schol.* 10. ap. *Bergk PLG. III.* 646. *sq.*; *Plat. Gorg.* 523A., 525B., 526C. *Phæd.* 113E., *Rep. X.* 615E. et 616A. et *Symp. VII.* 179E. et 180B. et *Luc. Jupp. conf.* 17 (*Var. hist. II.* 14)., *Ibyk. fragm.* 37. *Bgk.*[4], *Simonid. frgm.* 216. ap. *Schol. Apoll. Rhod. IV.* 814., *Apoll. epit. V.* 5. *W.*, *Schol. Lycophr.* 172. et 798., *Schol. Eust. Dionys. perihag.* 306., *Schol. Eur. Androm.* 229., *Strab.* 5. 215., ubi μακάρων νῆσος vel νῆσοι memorantur. Sic *Plaut. Trin.* 549. *sq.* « fortunatorum insulæ, quo cuncti, qui ætatem egerint caste suam, conveniant » (Cf. *Rohde Gr. Roman* 214. 1). — Secundum theologos gentiles est locus circa lunarem circulum, ubi aer purior et lux clarior, ut refert *Serv.* ad illud *Virg.* 5. *Æn.* 733. « non me impia-Tartara habent, tristes umbræ: sed amœna piorum Concilia Elysiumque colo ». Cf. *Macrob. loc. cit.* — Fingunt præterea mythorum scriptores, reditum ab Inferis nec ab ipso Jove concedi posse, si quis quid in Elysio gustasset, adlato Proserpinæ exemplo, quæ ibi punici mali grana gustaverat (*Mythogr. I. fab.* 7. *et II. fab.* 10), duasque tradunt Elysii esse portas, *corneam* unam, alteram *eburneam* (*Mythogr. I. fab.* 228). — De Elysio vd. *Ettig, Acheruntica* (Leipz. *Stud. XIII*). *p.* 277., 338. *sqq.*, 354. et 401. *sq.*, *Gruppe, Gr. Myth.* 859. 2. et 862, *sqq.*; *Dieterich, Nekyia* 19. *sqq.* et 111. *sqq.*; *Usener, Sintflutsag.* 201. et 259.; *Rinck, Rel. d. Hell. II.* 464. *sqq.* et *Nægelsbach, Nachhom. Theol.* 410. et 415. — Hinc *Elysius* (*Ælysius* in *Inscr.* ap. *Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaul. n.* 421) — *a)* Adj. ad Elysium pertinens. *Ovid.* 2. *Am.* 6. 49. collis. *Auson. ep. Her.* 33. Juppiter. *Stat.* 9. *Theb.* 148. rex. *Claudian. carm.* 35. 284. sol. *Martial.* 10. 24. puella. *i. e.* Proserpina. *Stat.* 2. *Silv.* 6. 99. quies. *et* 4. *Theb.* 520. chaos. *et* 3. *Silv.* 3. 22. domus. *et* 5. *ibid.* 1. 257. flores. *Lucan.* 3. 12. sedes. *Propert.* 4. 7. 64. rosæ. *Senec. Tro.* 160. umbræ. *Virg.* 1. *G.* 38. et 6. *Æn.* 477. campi. — *b)* Absolute *Elysii*, campi Elysii. *Martial.* 9. 5. et *Lucan.* 6. 698. — Subst. *Elysius*, vir quidam Teridæus, cui in psychomantio responsum est datum de immatura Euthynoi filii morte. *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 115.

EM

ĒMĀN et Heman, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *Hêmân* = *Meheman* « fidus » [*Isid.* 7. *Orig.* 8. 29. « accipiens v. formido eorum »]; *LXX.* Αἰμουάν, cod. Alex. Αἱμάν). — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Filius Mahol et frater Ethan, Chalchal et Dorda, qui sapientia celebres perhibentur. *Vulg.* 3. *Reg.* 4. 31. Et erat sapientior (*Salomon*) cunctis hominibus, sapientior Ethan Ezrahita et Heman etc. — Laudatur quoque 1. *Par.* 2. 6. « Filii quoque Zaræ: Zamri et Ethan et Eman, Chalchal quoque et Dara ». Dubium tamen est, an sit idem; nam hic dicitur *filius Zaræ*; nec assentior cl. *De-Vit*, qui putat *filios* hic accipiendos pro nepotibus vel posteris, quum genealogia, ut ex contextu patet, est de filiis proprie dictis. ¶ 2. Item levita, filius Johel, de stirpe Caath, præfectus cantorum Davidis, temporibus Salomonis, memoratus 2. *Par.* 5. 12. — Etiam 1. *Par.* 6. 33., 15. 17. etc., ubi legitur *Heman*. ¶ 3. Item alter Ezrahita, auctor Psalmi 87. 1. in tit., de quo variæ sunt interpretum sententiæ. Modo autem legitur *Eman*, modo *Heman*.

ĒMĀTH, indecl. f. nom. geogr. Hebr. *Hhamâth* « arx, munimentum », semel *Hhamâth rabbâh* « Emath magna » *Am.* 6. 2.; *LXX.* Αἰμάθ (*Num.* 13. 22. et *alib.*); *cod. Vatic.* 'Εμάθ, *cod. Alex.* 'Ημάθ (*Jud.* 3. 3); *Vulg.* vero *Hemath* 1. *Par.* 18. 3. et *Emath* alib. fere ubique. — *Æmath* pro *Emath* scribitur ap. *Hieronym. onom. p.* 27. et 321. *P.* — Item *Amath*, unde *Amathæus* (*Gen.* 10. 18) et *Hamathæus* (1. *Par.* 1. 16). — Sequiore vero ætate etiam *Amatha* v. *Amattha* in *Not. Dign. imp.* 32. — De etymo *V.* infra.

Emath ¶ 1. Est urbs antiquissima et clarissima Syriæ, ab Oronte divisa, et caput territorii, quod « terra Emath » vocabatur (4. *Reg.* 28. 33.: ἡ 'Αμαθῖτις χώρα 1. *Mach.* 12. 25), hodie *Hamah*, frequentissime in sacris litteris memorata, ubi aliquando pro regione quoque ac dicione sumitur. *Vulg. Jos.* 19. 35. Civitates munitissimæ Assedim, Ser et Emath et Reccath et Cenereth. Adde *Num.* 13. 22. et 34. 8., *Am.* 6. 2., 4. *Reg.* 14. 28. — Addenda — *a)* De etymo nominis: *Gesen. thes. p.* 487. ducit a rd. *hhâmâh* « cinxit muris » vel Arab. *hhamâ* « defendit, protexit ». Eadem forma reperitur in Ægypt. litt. hieroglyph.: *Hh-m-t(u)* (*Max Müller, Asien und Eur. nach altägypt. Denkm.* Leipz. 1893. *p.* 256) et cuneat. *A-ma-at-ti* v. (*mât*) *Hha-ma-(at)-ti* v. *Hha-ma-at-ti* = *Hhamatti* (*Schrader, Die Keilinschr.* etc. Giess. 1883. *p.* 105. et 323). — Sub Seleucidis pro *Hâmâth* dicta est *Epiphania* ('Επιφάνεια) in honorem Antiochi IV. Epiphanis seu Illustris (*Jos. ant.* 1. 6. 2), in Talmud *Parfunga'* (*Neubauer, La géogr. du Talmud, p.* 304). Hac autem vocabuli mutatione decepti, alii *Emath* confuderunt cum *Antiochia*, alii vero cum *Emesa*, *Apamea* etc., quod et a testimonio auctorum et ab urbis situ atque historia mirifice discordat. — *b)* De historia: fuit remotissimis temporibus condita a Chananæorum colonia (*Gen.* 10. 18), qui, serius et quidem probabiliter, proximis conjuncti Semitis, affinium Hethæorum mores cultumque sunt secuti (*Schrader, op. cit. p.* 202-203. et *Vigouroux, la Bibl. et les découv. mod. III p.* 476-477), tamque brevi et potentia et auctoritate floruit, ut inde ab ætate Moysi limites designaret Palestinæ (*Num.* 13. 22. et 34. 8., *Jos.* 13. 5. et *Jud.* 3. 3). — Regnante autem Davide, rex, nomine Thou (Hebr. *Thô'î*), auditis regis Israelitici victoriis, captare sibi studuit gratiam victoris, missa ad eum legatione cum vasis aureis, argenteis et æreis, quæ David Deo sacravit (1. *Par.* 18. 10. et 2. *Reg.* 8. 9-11). — Videtur tamen dein Salomon territorio Emath potitus (3. *Reg.* 4. 21-24. et 2. *Par.* 8. 4); sed, eo mortuo et regni Israelitici schismate ineunte, Emath suam pristinam libertatem recuperavit. Postea hoc regnum sub Irkulini sceptro, cum Hethæis, Benhadad, rege Damasci, et Achab, rege Israelis pluribusque aliis fœderatum subjacuit Salmanasari II. imperio, a. 859-824. a. Chr. (*Layard, Black Obel. p.* 89-90. *l.* 60). Dein Jeroboam II. Damascum et Emath sibi subdidit; quo tempore *Am.* 6. 2. cecinit hujus urbis gloriam, eam « Emath magnam » appellans. Iterum vero de suo gradu dejecta, rege Eniel, dominationem Assyriam subiit sub Theglath-phalasare III., ca. a. 730. a. Chr. (*Schrader op. cit. p.* 252-253. et *Layard, Inscr.* 50. 10). Denique in prœlio ad Karkar Sargon, rex Assyriorum, urbem potentissimam prostravit vastavitque ejusque populum una cum aliis ad Samariam incolendam misit (4. *Reg.* 17. 24., 29., 30. et *alib.*, col

Is. 10. 9.; 36. 19., Jer. 37. 13). — Ab ætate prophetica usque ad Macedonum victorias nulla est ejus mentio; sed id temporis Epiphaniæ, « ab Antiocho Epiphane, inquit Hieronym. in Am. 6. », nomen accepit ac sub Græcis et Romanis rursum floruisse traditur (Cf. Ptol. 5. 15. et Plin. 5. Hist. nat. 23. 19. [82]). V. supra. — Introitus Emath (Hebr. Bô' Hhamâth et LXX. Λαβωαμάθ), sc. ingressus et quasi porta in Palæstinam, locutio est frequenter usitata non solum tempore Moysis (Cf. Num. 13. 22. et Jos. 13. 15) sed etiam Davidis, Salomonis et Amos (3. Reg. 8. 65.; 4. Reg. 14. 25.; 1. Par. 13. 5.; Am. 6. 15); unde patet, quam hæc præstaret ceteris Syriæ urbibus. Sed quæritur, ubinam hic introitus fuerit; id namque difficile est reperire. Alii putant eum fuisse in valle, quæ Libanum ab jugo montium sejungit, appellato hod. Ansariyeh, qua Nahr el-Kebir excurrit (Porter et Robinson); alii prope Restân, ubi incipit vallis Hamah proprie dictæ (Furrer); alii denique, ubi Merdj 'Ayun, sc. planities, quæ dividit Libanum australem ab Hermon occid. ducitque in viam Galilææ Hamah versus (I. P. von Kasteren); quæ quidem opinio probabilior videtur. ¶ 2. Item oppidum in tribu Nephthali, ad ripam occid. lacus Genesareth, proxime Tiberiadem, hod. El-Hammam. Memoratur Jos. 19. 35. — Apud Jos. ant. 18. 2. 3. occurrit nom. 'Αμμαοῦς (corrig. 'Αμμαθοῦς), ubi erant thermæ, quod plane consentit cum hod. El-Hammam Arab., i. e. balnea calida. Cf. etiam Guérin, Galil. I. p. 270. et Lortet, La Syrie d'aujourd. in Tour du mond. XLIII. p. 212. alioeque recentiores, inter quos de hoc convenit.

ĒMĀTHĬA, æ, f. 1. nom. regionis ('Ημαθία) Æmathia olim legebatur ap. Val. Max. 9. 11. ext. 4. et ap. Capell. 6. p. 211., coll. Pacat. paneg. Theod. 46. — Dicta fuit ab Emathione, fratre Memnonis, qui primus ibi principatum tenuit, teste Prob. ad Virg. 1. G. 491., coll. Serv. ad eund. loc., Isid. 14. Orig. 4. 13., Justin. 7. 1. et Solin. 9., qui aliis Emathius vocatur, ap. Serv. et Isid. locc. citt. — Recentiores etymologi vocabulum ab ἄμαθος, sabulum vel terra sabulosa derivant (Oberhummer).

Emathia, nomen antiquissimum Macedoniæ (Gell. 14. 6. 4. et Justin. l. c.), quo pars quondam regionis, dein tota regio designata est. Cf. Solin. loc. cit. « Qui Edonii olim populi, quæque Mygdonia erat terra aut Pierium solum vel Emathium, nunc omne uniformi vocabulo Macedonica res est et partitiones, quæ specialiter antea sejugabantur, Macedonum nomini contributæ factæ sunt corpus unum ». Usurpatur itaque — a) Universim, præcipue a poetis, pro tota Macedonia ac sæpe etiam pro Thessalia (cui minus recte Serv. loc. cit. dicit Emathiam nomen suum dedisse. Cf. Dracont. carm. min. 8. 321), ejus confini. Virg. 1. G. 492. et 4. ibid. 390., Lucan. 6. 332. et 820., 7. ibid. 427., 683. et 799. et alib., coll. 6. 580. et Catull. 64. 325. — b) Strictiore sensu olim de regione Macedoniæ ad sinum Thermaicum inter cursum inferiorem Haliacmonis et Axii vel inter Pelagoniam et Mygdoniam a septentr. et Thessaliam ab austro, Pieriam vero et sinum Thermaicum ab oriente. Justin. loc. cit. Macedonia ante a nomine Emathionis regis - Emathia cognominata est. Hujus sunt sicuti incrementa modica, ita termini perangusti fuere. Huc spectat Liv. 40. 3. Emathia, quæ nunc dicitur, quondam appellata Pæonia est. Adde Ovid. 5. Met. 313., coll. Plut. Tit. 9. et Ptol. 3. 13. 39. — c) Strictissimo sensu, at serius, de urbe Oisyne in Thracia. Liv. 43. 7. et 44. 44., coll. Strab. 7. 329. frg. 11. — Hinc Emathis (idis) f. ('Ημαθίς) ap. Lucan. 6. 580. Emathis tellus. i. e. Thessalica. Sic et ibid. 350. — Absolute Emathides sunt Pierides. Ovid. 5. Met. 669. — Emathius — a) Adj. ad Emathiam quocumque modo pertinens, idem ac Macedonicus vel Thessalicus. Ovid. 3. Trist. 5. 39. dux. i. e. Alexander. Claudian. carm. 26. 388. et Lucan. 7. 734. terra. et 8. 531. acies. et 7. 950. clades. Sil. It. 3. 400. pugna. Solin. 9. solum. Rursus. Lucan. 9. 1017. arma. et 8. 186. oræ. — Absolute Emathii, incolæ Emathiæ, i. e. Macedones. Isid.. 9. Orig. 2. 78. — b) Subst. Emathius. V. supra init.

ĒMĀTHĬO v. Emathion, ōnis, m. 3. ('Ημαθίων Hes.) Acc. Emathiona, Gr. posit., est Virg. 9. Æn. 571. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Filius Tithoni et Auroræ, frater Memnonis, regis Æthiopiæ a. 984. a. Chr. (Schol. Eurip. Troad. 850. sqq.), a quo uti dictum est, nomen accepisse ferunt Prob. et Justin. locc. citt. in v. præc., qui et Emathius vocatur, teste Serv. cum Isid. locc. ibid. citt. ¶ 2. Item unus Cephenum, de quo Ovid. 5. Met. 100. sqq. Emathion æqui cultor timidusque deorum - loquendo Pugnat et incessit sceleratàque devovet arma. Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis Decutit ense caput. ¶ 3. Item Trojanus, laudatus Virg. 9. Æn. 571.

ĒMĀTHIS et

ĒMĀTHĬUS. V. voc. præc. et **EMATHIA**.

ĒMĔRENTĬĀNA, æ, f. 1. (emereor) nom. mul. In titulo Chr. ap. De-Rossi, Rom. Sott. III. p. 307. — Fuit etiam hoc nomine virgo Romana, collactanea Hagnes v. et m., quæ, catechumena, tanta exarsit fide et amore erga Christum, ut ethnicos, in Christianos atrociter furentes, impavide exprobraret et ob id a multitudine concitata lapidibus obruta ac proprio sanguine ad sepulcrum Hagnes quasi baptizata, martyr occubuit, ubi et sepulta est (Cf. De-Rossi, l. c. I. p. 190). Memoratur in Martyr. Rom. et ap. Ambros. ep. (suppositicia) Mign. Patr. Lat. XVII. p. 755. sqq. Celebratur d. 23. et in martyrol. Hibernico ms. d. 21. m. Jan. — De ea scripsere Usuardus, Beda, Notkerus, Wandelbertus, Ferrarius etc. — Addimus, in cœmeterio, quod ab ea nomen accepit in via Nomentana, perperam dictum s. Agnetis et etiam Ostrianum, repertam fuisse ejus cryptam, ut constat ex Inscr. SANC EMERENTIANETIS. V. Armellini, Scoperta della cripta di S. Emerenziana etc. Roma 1877.

ĒMĒRĪTA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. (Αὐγοῦστα 'Ημερίτα Ptol., Strab., al.). Merita legitur ap. Rav. p. 314. et Emereta in Vesegot. nummis ap. Heiss, Monn. wisig. 51. — Ad etymon quod attinet, vd. Isid. loc. infra cit. — Itaque

I.) Emerita, nom. geogr. ¶ 1. Est urbs pæninsulæ Hibericæ ad ripam Anæ (la Guadiana), dicta etiam Emerita Augusta et plenius colonia Augusta Emerita, condita a Cæsare Augusto a. 25. a. Chr. (Dio 53. 26. 1) et statio veteranorum (Isid. loc. cit.) legionis V. et X., caput conventus juridici (Plin. 4. Hist. nat. 22. 35. [117]) et metropolis provinciæ Lusitanicæ, sita in media regione, fertilissima ac vila longe lateque instructa, christiana vero ætate florentissima, martyrum triumphis illustrata, ex quibus inter alia celebre est nomen Eulaliæ Emeritensis, cujus laudes cecinit Prudent. perist. 3. 186 (V. EULALIA), hodie Merida vocata. De ea Isid. 15. Orig. 1. 69. Emeritam Cæsar Augustus ædificavit post quam Lusitaniam et quasdam Oceani insulas cepit, dans ei nomen ab eo, quod ibi milites veteranos constituisset; nam emeriti dicuntur veterani solutique militia. Mela 2. 8. Urbium de mediterraneis clarissimæ - in Lusitania Emerita etc. Prudent. loc. cit. Nunc locus Emerita est tumulo Clara colonia Vettoniæ, Quam memorabilis amnis Anas Præterit et viridante rapax Gurgite mœnia pulcra lavit. Auson. 9. 293. de clar. urb. Clara mihi post has memorabere, nomen Hiberum, Emerita (al. leg. Hispalis), æquoreus quam præteriabitur amnis. Adde Martial. 1. 62., Hygin. de limit. const. p. 174. Lacm., Idat. chron. ad Ol. 302. 2. et 309. 1. — De ejus nummis consulas Eckhel, 1. p. 12. sq., coll. 5. p. 164. sq. et Cavedoni, Spicil. p. 2. sq.; et de ea Hübner, Corp. I. L. 2. p. 52. sqq., ubi ex urbis inscriptionibus n. 461. 804. alia ad eamdem illustrandam colliges. — Hinc Emeritensis (non Emeritanus, quod ex falsa lectione Inscr. ap. Murat. 1550. 1. inseruit Lexico cl. Furlanetto. Cf. aliam ap. eund. 1044. 3. et Corp. 2. 508), adj. — a) Est ad Emeritam pertinens. Auson. ep. 24. 78. Emeritensis Anas. Corp. 2. 32. colonia. Plin. loc. cit. conventus. — Absolute Emeritenses, incolæ, qui juris Italici fuerunt. Tac. 1. Hist. 78. et Frontin. de contr. agr. 2. p. 31. et Hygin. de limit. p. 171. Lachm. — b) Item qui est ex Emerita. Corp. 2. 32. et 494. ¶ 2. Item Emerita Helvetiorum, oppidum Galliæ, idem quod Aventicum, hod. Avenches. V. AVENTICUM.

II.) Emerita, nom. pers., sc. cogn. mul. ut in Corp. 6. 17156.; 3. 4878.; 12. 191 (Antipoli). — Fuit etiam martyr sub Valeriano et Gallieno, de cujus sepulcro in cœmeterio Comodillæ pone basilicam S. Pauli scribit cl. De-Rossi, Inscr. Chr. n. 653.

ĒMĔRĬTUS, i, m. 2. (emereor) cogn. vir., quod videtur sequiore ætate in gentilicium transiisse. Corp. 7. 45.; 8. 4440.; 12. 1866 (Viennæ). — Fuit etiam, inter alios, episcopus Donatista Cæsareensis in Mauretania, vir bono ingenio præditus ac doctrinis liberalibus eruditus, ut constat ex Augustin. ep., ad eum n. 87. scripta inter ann. 405-410., selectus ad disputandum cum Catholicis in Collatione Carthag. a. 411 (Id. 2. retr. 51); in altera vero, disputante Augustino, loqui non ausus, nihilo minus in suis erroribus, ex superbia, omnium hæreseon, ut ait Augustinus, matre, obstinatus perstitit (Id. de gest. cum Emerito 1. 418. et alib.). — Emerita. V. suo loc. — Hinc Emeritius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Brambach n. 997. et 1574. — Emeritianus, cogn. vir. Corp. 8. 2214.

ĒMĔSA, æ, f. 1. Græce varie scribitur, ut "Εμισα Ptol., "Εμισσα Hierocl., "Εμεσσα Eus., 'Εμίση Joh. Malal.; item latine Emisa, Emissa, Emiza et Hemisa. — Perperam vero Emetia ap. Rav. p. 88. — Emesus apud Avien. orb. 1085., ubi alii Emesa reponunt, sed nulla æqua ratione.

Emesa vel Emisa, oppidum Syriæ Apamenes, ad Orontem inter Arethusam et Epiphaniam, hod. Homs, patria Severi Alexandri imp., Juliæ Domnæ, sororis Mæsæ, Sœmiadis, Mammææ, Elagabali imp., qui eam metropolis dignitate donavit, et Eusebii oratoris. Memoratur Ammian. 14. 8. 9 (qui Phœniciæ eam tribuit: cf. Ulp. Dig. loc. cit.), in Itin. Ant. p. 187. et 188. et Corp. 3. 67., 3301. et 8334. et 8. 2568. — Ibi templum erat dicatum Soli, et ludi in ejus honorem celebrabantur, ut ex nummis satis patet. Cf. nummos Domitiani, Antonini Pii, Juliæ Domnæ, Caracallæ, Elagabali, Sulpicii Antonini ap. Eckhel, 3. p. 311., Mionnet V. 227. sq., Suppl. VIII. 156., Inscript. in Revue arch. 3. ser. XXXVII. 1900. p. 471. et Le Bas-Waddington III. n. 2564. et 2567. — Hinc Emesenus (Emessenus et Emisenus), adj. Capitolin. Macr. 9. Mæsa sive Varia ex Emesena urbe. Ulp. Dig. loc. cit. Sed et Emesenæ civitati Phœnices imperator noster jus coloniæ dedit jurisque Italici eam fecit. et Marcellin. com. chron. ad a. 453. Emisenæ figulus civitatis. V. integr. loc. Cassiod. 4. Hist. trip. 9. Eusebius cognomento Emisenus. — Emeseni, abs., incolæ. Trebell. Gall. 3. et Corp. 3. 3328., 3331. et 3334.

ĒMĔTĔRĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Inscr. ap. Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaule n. 359. — Fuit legionarius sub Diocletiano, fort. Calagurritanus, martyr celeberrimus in Hispania cum Chelidonio, in quorum honorem Prudent. hymnum composuit (perist. 1).

ĒMĔUM, i, n. 2. oppidum in Ægypto superiore, ad Nilum, Juba auctore, apud Plin. 6. Hist. nat. 19. 35. (179)., coll. Vivien de Saint-Martin, Le Nord de l'Afr. p. 185.

ĒMĪM, indecl. plur. m. (Hebr. 'Êmîm « terrores v. terribiles », LXX. 'Ομμαῖν [Gen. 14. 5]; 'Ομμίν [Deut. 2. 10-11]). ¶ 1. Populus validissimus, ita dictus a terrore, quem conterminis injiciebat, ex genere gigantum Troglodytarum, ad orientem maris Mortui, in ea regione, quæ postea Moab dicta est, et cujus caput appellabatur Save Cariathaim. Vulg. Gen. et Deut. locc. citt. — Abrahami tempore a Chodorlahomor ejusque sociis profligati sunt; et, Moyse illuc adveniente, eorum ne vestigium quidem exstabat (Cf. Sayce, Patriarch. Palest. Lond. 1895. p. 36-38). ¶ 2. Apud Jer. 50. 38. hebr. Emim sunt falsa numina, a Babylonensibus culta.

ĒMĬNENS, entis, m. 3. (emineo) cogn. vir. Corp. 6. 10056. et 17157 (in hortis Carpensibus). — Hinc Eminentius, nom. familiaris Arbogastis Comitis, memorati a Sidon. 4. ep. 17.

ĒMĬNENTĬA, oppidum Mauretaniæ Sitifensis, in Not. Afr., quod integrum cl. Morcelli (Af. Chr. I. p. 155) fuisse putat Eminentia Saxa, nam regio illa prope litus aspera et montosa a navigantibus facile conspicitur. — Hinc Eminentianensis episcopus, nomine Marcianus, e grege Donatistarum, in Coll. Carth. Cogn. I. 208.

EMMĀNŪĒL, indecl. et decl. ēlis, nom. et cogn. vir. Hebr. — a) Scribitur etiam Emanuel, unico m, ap. Prudent. cathem. 7., sed licenter. — b) Ad syllabarum quantitatem quod attinet, in vocabulo Gr. sunt omnes longæ; sic etiam in originario Hebr., præter primam, ceteræ longæ; sed metri causa Latini aliquando secundam contrahunt ac tertiam, ut Prudent. in apoth. 604. « Edidit, Emmanuelque meum me cernere fecit ». et Venant. 8. carm. 6. 8. « Emmanuel nostrum, Virgine dante, canens »; aliquando vero pænultimam tantum. — c) Etymon facile elicitur, inspectis, quibus nomen constat, partibus, quod est Hebr. 'Immanu' el, comp. ex 'im « cum », ânû « nos » et 'Êl « Deus », i. e. cum nobis Deus (Matth. 1. 23., coll. Is. 7. 14). Græce est 'Εμμανουήλ.

Emmanuel, nom. propheticum et symbolicum Messiæ, duplici significatione acceptum; nempe — 1.º) Est idem ac adjutor et servator noster; quod munus fuit Messiæ, qui venturus erat inter homines, ut eos a peccati captivitate eximeret, clausamque cæli januam recludens, salutem iis æternam compararet. Vulg. Matth. 1. 2-3 (Is. 7. 14). « Ecce virgo in utero habebit et pariet filium et vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus » (Cf. ibid. v. 21). Sane, ut animadvertit Joh. Chrys., si « Verbum caro factum est et habitavit in nobis (Joh. 1. 14), vere fuit nobiscum Deus ». Adde Tertull. c. Jud. 9. — Hoc autem nomen primitus legitur in celebri vaticinio Is. 7. 14., seu in vaticiniorum serie, c. 6-12., quæ merito appellatur « liber Emmanuelis ». Porro vera loci Isaiani interpretatio, sed æquis velisque, uti ajunt, ab hæreticis et incredulis omnium temporum impetita atque adulterata, ut vaticinium inde Messianicum penitus ablegaretur, tot tantosque nacta est vindices, ut videretur miserrime insanire, qui ulterius digladiari contenderet. Cf. Reinke, Die Weissagung von d. Jungfrau u. von Immanuel, Munst. 1848., Fillion, Essais d'exég. etc. Lyon 1884. p. 1-99; Corluy, Spicil. dogm. bibl. Gand 1884. I. 394-421.; Knabenbauer, Comm. in Is. 14.; Mangenot, Dict. Bibl. II. 390-397., al. — 2.º) Est idem ac Homo-Deus, qui vaticini hujus nominis sensus fortasse Isaiam ipsum latuit; nempe ille vere naturam Messiæ divinam portendit, qui dixit cum nobis, seu cum humana natura assumenda, Deum adfuturum: huic consonat Johannes magno illo effato « et Verbum caro factum est » (Joh. 1. 14). De hac interpretatione vd. Iren. adv. hær. 3. c. 21- et 4. 33., Lactant. inst. 4. 12., Epiph. hær. 54., Chrys. in Is. 1. 9., Theodoret. in Is. 7. 14., coll. Thom. s. th. 3. q. 37. a. 2. et Bossuet, Expl. de la proph. d'Is. 3. lettr., Œuvr. Besanç. 1836. VI. p. 462. V. CHRISTUS.

EMMĀUS, indecl., et etiam decl. Emmaus, untis, vel Emmaus, i, m. nom. geogr. Hebraicæ originis. — a) Orthogr: Græce scribitur 'Εμμαούμ cod. rec.; 'Αμμαούν et 'Αμμαούμ cod. Alex.; 'Αμμαού, 'Αμμαούς, 'Αμμαούν et 'Εμμαούν cod. Sinait.; Jos. 'Εμμαοῦς, 'Αμμαοῦς et aliquando 'Αμαοῦς; latine vero ap. Vulg. Luc. 24. 13. Emmaus; 1. Mach. 9. 50. Ammaus; Syr. 'Ama'us; Arab. 'Amu'as v. 'Ammu'as et Talm. 'Emma'ûs vel 'Amma'us v. etiam 'Emis, 'Ema'im, 'Ema'ûm (V. Neubauer, Géogr. d. Talm. p. 100). — b) Etymol.: in hac investiganda valde dissident linguarum periti; nam alii interpretantur populum rejiciens, a rd. 'am « populus » et ma'âs « rejicere » (Gr. fragm. l. nom. hebr. P. L. XXIII. c. 1162. M. λαὸν ἀπορρίψας); vel populus abjectus (V. Hieronym. onom.): alii conferunt cum Hebr. Hhammâh, Aram. Hhamtha' vel Hhammi, Hhmma' i, Hhamma' im « calor v. locus calidus v. aquæ calidæ », a rd. hhâmam « caluit ». Cf. Polus, Reland, Bonfrère, Clerc, secutos Jos., a quo locus ap. Tiberiadem 'Αμμαοῦς vertitur θέρμα (Ant. 18. 2. 3.; B. J. 4. 1. 3); ubi tamen Niese potius leg. 'Αμμαθοῦς: alii denique ducunt ab 'Ammaôn « populum unicus [deus] », coll. [Baal]-Meon, Gr. [Βεελ]-μαούς (R. P. van Kasteren). Hinc patet rei difficultas, ex vario vocabuli scribendi modo variaque significatione radicum orta.

Emmaus, oppidum Judææ, memoratum 1. Mach. 3. 40. et 4. 6. et Luc. 24. 13. — Porro de ejus situ, qui Luc. loc. cit. laudatur, magna ferbuit fervetque adhuc quæstio inter eruditos, quum gravia hinc inde argumenta proferantur vel pro loco, qui, olim Emmaus, nunc dicitur Nicopolis; vel pro hod. Qolunjeh vel pro Qobeibeh, vel etiam pro Ammaus, quo de loquitur Jos. loc. cit.; sunt tamen haud pauci, qui censeant in V. et N. Test. unum idemque esse oppidum, Emmaus vocatum. Breviter de singulis. — 1.º) Nicopolis est profecto Emmaus, de qua in 1. Mach. loc. cit., in via, quæ ducit Joppem, procul ab Hierosolymis st. 160. et amplius, a Jos. dicta 'Εμμαοῦς v. 'Αμμαοῦς (Ant. 14. 2. et B. J. 1. 2), munita a Bacchide (1. Mach. 9. 5), a Romanis subacta (Jos. ibid.), Toparchiæ caput (Id. ibid. 17. 10), probabilius incensa a Quintilio Varo et a. 223. reædificata dictaque Nicopolis, ad memorandas Vespasiani ac Titi victorias, paulo post, non autem serius, ut putat Hieronym. (De Saulcy, Dict. Top. v. Emmaus), hod. Amoas vocata, cui sententiæ adhærent Van Kasteren, Von Riess, L. C. Gratz. — 2.º) Qolunjeh, alter Emmaus, dictus Jos. 18. 26. Amosa, a Talm. Hâmôtzâ', in tribu Beniamin, quum, contra, auctor Mach. aliique historici tradunt fuisse in tribu Dan, haud procul ab Hierosolymis, quem cum euangelico conferunt Guérin (Descr. de la Jud. p. 294), De Saulcy (Dict. Top. p. 131); Guillemot (Emm.-Nicop. p. 11) et Zanecchia (Palest. d'oggi 1896. I. p. 243). — 3.º) Qobeibeh, tertius Emmaus, 63. v. 64. st. ab Hierosolymis, ille fortasse, quem Jos. 7. B. J. 6. 6. memorat nomine Emmaus. — 4.º) Est etiam Ammaus, situs prope Tiberiadem, a Jos. 4. B. J. 1. 'Αμμαοῦς appellatus, ubi fons erat aquæ calidæ, teste eod. ibid. 1. 3.; hic vero cum Chammath (Emath) Jos. 19. 35. comparatur. — Hisce præmissis, gradum facimus ad locum, Emmaus dictum Luc. loc. cit., qui narrat profectos duos ex discipulis Christi, postquam resurrexerat, « in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus ». Hunc itaque Bassi, Vernes, Dalfi, Robinson totis viribus evincere conantur esse, qui Nicopolis nunc vocatur; sed hic distat 130. st.; nec lectio iis favet cod. Sinaitici, qui st. 160. habet, nam a criticis hæc censetur emendatio manus posterioris, et numero laborat, non enim 160., sed 130. st. Nicopolis ab Jerusalem distat; præterea hæc semper oppidum vel urbs fuit, ille castellum: insuper discipuli, qui vespere illius diei erant in castello cum Christo (Luc. 24. 29), « eadem hora regressi sunt in Jerusalem et invenerunt congregatos undecim etc. » (Ibid. v. 33), quod cum illa locorum distantia haud facile conciliari potest. Nec magis proficiunt qui pro Qolunjeh (fort. olim colonia militum veteranorum sub Tito imp.), 35. tantum st. ab Jerusalem, decertant (Sepp, Retschl, Weiss, Fürrer); sed potius, qui statuunt El-Qobeibeh uti locum, de quo scribit Lucas, cui favent documenta numero et pondere graviora (Lagrange). Nec audiendi sunt qui El-Qobeibeh unum idemque esse contendunt cum Nicopoli (Costa, Zchokke, Ebers, Holzammer, Van de Velde), quod ex dictis absurdum videtur. Itaque (aliis de aliis locis opinionibus prætermissis, quæ non sunt mentione dignæ), tota res agitur inter Nicopolim (hod. Amoas v. Amo'as) et Qobeibeh; nec ii sumus, qui in re tam ardua judicium ferre audeamus; id solum dicimus, priori ex duabus sententiis auctoritatem, posteriori vero, quæ plus nobis arridet, argumenta magis favere; quod ceteroqui esset fusiore calamo probandum, sed nostri operis indole et spatii brevitate fieri vetatur. — De hoc tamen, præter laudatos, consulas etiam Re, Arch. Bibl. Dict. III. p. 479-482.; Knabenbauer Comm. Luc. p. 630-634.; Finn, Emmaus identified etc. in Palest. Expl. Fund, Quarterly Stat. 1883. p. 53-64.; Henderson, On the Site of Emm. 1879. p. 105-107.; Mearns, The Site of Emm. 1885. p. 116-121. in Quarterly Stat.; Domenichelli, L'Emmaus della Palest. 1889.; Schiffer, Amwâs d. Emm. d. h. Luc. 1890.; Heidet, Dict. Bibl. Vig. II. p. 1735-1763.

ĒMŌDUS, i, m. 2. ('Ημωδὸν ὄρος v. 'Ημωδὰ ὄρη) Scribitur Æmodus, Hemodus fort. rectius Hæmodes ap. Mel. 1. 31. et 3. 68. — Origo nominis repetenda est a Skr. haimavata v. Praker. haimota v. himavan, idem ac niveus: cf. Plin. 6. Hist. nat. 17. 21. (60).

Emodus, mons præcipuus Indiæ (Ampel. 6) sive potius montium catena. Plin. loc. cit. « Junguntur inter se et Imaus, Emodus, Paropanisus, Caucasus, a quibus tota decurrit India in planitiem immensam ». Adde Avien. orb. 926. et Priscian. perih. 724. — Hinc sæpius plur. num. montes Emodi, ultra quos Seres habitare traduntur, Plin. 6. Hist. nat. 22. 24. (88). — Emodon, fort. genet. plur. Græc. posit., ap. Ammian. 23. 6. 64. — Animadvertimus, Imaum et Emodum, quos veteres male distinguebant, post expeditionem Alexandri M. et Eratosthenis tempore designasse totam montium seriem ad septentr. Indiæ: primum vero fuisse Ptolem., qui Emodum vocavit hodiern. Himalaya orient., quam seriem continuat Emodus Sericus (hod. Tan-La) in amplissima regione Serica (Cinese) Asiæ orientalis.

ĒMŎGĔNĬA, æ, f. 1. nom. mul. Gr.: ab ἐμός, meus, et γενεά, progenies, quasi mea progenies, in Corp. 3. 2697.

ĒMŌNA ¶ 1. Nom. indecl. Hebr., locus memoratus inter oppida tribus Beniamin (Jos. 18. 24), inter Ophara (Taiyibeh) et Ophni (Djifneh?), hodie fort. Khirbet Kefr 'Ana (V. Amstrong, Wilson et Conder, Names etc. 1889. p. 42). — Nom. Hebr. Kephar hâ 'Ammônâi « vicus Ammonitæ » forte alludit Ammonitis, qui aliquando hoc invaserint territorium. Apud LXX. in cod. Vatic. legitur Καφειρὰ καὶ Μονεὶ et in Alex. Καφηραμμίν: Vulg. villa Emona. ¶ 2. Est etiam nom. decl. oppidi Pannoniæ Superioris, unde adj. Emonensis et Hemonensis in Corp. 5. 331. Sed de hoc diximus in ÆMONA q. v.

EMPANDA, æ, f. 1. paganorum dea, ut scribit Paul. Fest. p. 76. M., conferenda, vel eadem fortasse, cum Panda (V. Peter in Roschers Myth. Lex. II. 210. sq.).

EMPĔDŎCLĒS, is, m. 3. ('Εμπεδοκλῆς: ab ἔμπεδος, stabilis, et κλέος, gloria, quasi stabili v. perpetua gloria insignis) — Pænultima, communis, corripitur Lucret. 1. 716.

Empedocles, filius Metonis, Agrigentinus, floruit sæc. V. a. Chr., ortus ex illustri ac diti familia, ad quam pertinuisse dicuntur Olympici victores (Diog. Laert. 8. 51. et 53), politicæ rei scientissimus, orator, physicus, magus (Plin. 30. Hist. nat. 1. 2. [9]., coll. Apul. de mag. 27), medicus, sacerdos, maxime vero philosophus, primus ex Græcis Doricæ stirpis, Pythagoreorum (Id. ibid. 54) vel potius superiorum omnium philosophorum discipulus, quorum doctrinas calluit et a se emendatas in compendium quodammodo redegit; verbo, vir tantus habitus, ut « vix humana videatur stirpe creatus », inquit Lucret. loc. cit., et a civibus suis, uti fertur, dignus existimatus qui, jam nobilium regimine ab ipso dejecto (a. 444), ad regiam dignitatem eveheretur, quam tamen sibi oblatam recusavit, ut privatus se dederet studio philosophiæ (Arist. et Tim. ap. Diog. ibid. 63-64). — Porro quæ Empedocles docuit, ita perspicuitatis gratia digerimus, in re satis confusa; nempe — 1.º) De mundo: tradidit ab æterno exstitisse quattuor elementa materiæ, quasi naturas divinas, sive deos (« in quo, ex sententia ipsius Velleji Epicurei, turpissime erravit »); hæc vero elementa (quæ credendum non est a veteribus habita fuisse corpora simplicia, sed principia, quæ corporum compositioni insunt, sc. aqueum, aereum, solidum et subtile seu ponderis expers: Frédault, Physiol. génér. II. 2) in se nec mutari nec destrui posse, ex iisque omnia constare (Id. 1. Nat. D. 12. 29), scilicet ex eorum compositione ac dissolutione res mundanas oriri ope amicitiæ (φιλία) et inimicitiæ (νεῖκος) dissolvi (Id. Læl. 7. 23. et 4. 15); unde ex recentioribus quidam his duabus initia contineri suspicantur doctrinæ Kantianæ de

vi attrahendi ac repellendi in corporibus insita; hinc autem perpetuam enasci luctam, qua mundus e statu sphærico seu perfectissimo (σφαίρῳ) decidit, in eum post varias naturæ se evolventis vices rediturus: ad hæc in iis, quæ vivunt, formas altiores ex inferioribus evolvi, ex quibus quæ monstrosa sunt vel infirmiora, plerumque pereunt, robustiora supersunt ac propagantur; hinc fortasse Darwinianam doctrinam exortam cogitare licet; tum « fato omnia ita fieri, ut id fatum vim necessitatis » adferat (*Cic. Fat.* 17. 39). — 2.º) De Deo ita sensit, ut eum ab æterno exsistere et infinitam esse ac purissimam mentem adfirmaret, non tamen res creasse sed in ordinem redegisse easque quasi δημιουργόν administrare; simul vero inferiores deos admisit non immortales, sed qui diutissime vivere possent (μακραίωνες, δολιχαίωνες). — 3.º) De hominibus: censuit eos existimandos esse tamquam deos exsules (ἀπὸ μακάρων ἀλαλημένοι), furenti Discordiæ obnoxios (Νείκεϊ μαινομένῳ πίσυνοι) et ab æterno vixisse in ὑπερουρανίῳ, sed peccando in hanc vitam migrasse, ut se ab omni labe expurgarent; quod si neglexerint, post mortem per metempsychosim purgari. Plerique vero arbitrantur etiam animas ab eo ita habitas ut et ipsæ quattuor elementis constarent; quod tamen illum de corporeis elementis cogitasse negat *Rosmini* (Cf. *Kechnik, Hist. phil.* 1896. *p.* 18. *sq., Croiset, H. L. Gr.* 1898. *II.* 538.; *Rossignoli, Princ. d. Filos.* 1905. *II.* 351). — Ex his paucis argui potest Empedoclem philosophum fuisse ἐκλεκτικόν, nec semper sibi constitisse, ut et veteres opinati sunt; nam a Cicerone confertur cum Parmenide, Democrate et Pythagora, a Platone cum Heraclito, ab Aristotele cum Democrito et Anaxagora, qui duo postremi eum parvi fecerunt; impugnatus vero est ab Epicuro, Metrodoro et Hermarcho (*Id.* 1. *Nat. D.* 33. 93). — Narrant veteres (nec fabulari omnino credendi sunt) eum purpureis vestibus indutum, vitta aurea redimitum, demissis capillis, juvenum comitante manu, solitum deambulare (*Dio* 8. 30. et 73) seque quasi deum populo ostentare, idque occasionem dedisse cerebrosis quibusdam mira de ejus morte venditandi, qui commenti sunt Empedoclem, Romulum alterum, derepente e spectantium oculis esse sublatum vel, procellæ turbine furente, evanuisse, vel, quod vulgare est, in Ætnam, incerta de causa, se immisisse, unde ejus sandalia exsiluissent ignis impetu repulsa (*Id. ibid.* 67. *sq.*, coll. *Horat. a. p.* 534., *Strab.* 6. 274. et *Suid.* ad *v.*). At verius existimamus, illum, populi favore amisso, exsulem, uti tradunt alii, in Peloponnesum profectum, Megaræ senem decessisse a. 490 (V. *Scinà, Mem. della vita e filos. di Emped.* Palermo 1813). Memoratur etiam *Senec.* 2. *quæst. nat.* 24. 1., *Cels. proœm., Apul. florid. n.* 20., *Quintil.* 1. 4. 4. et 3. 1. 8., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 31., *Cæl. Aurel.* 1. *chron.* 5. 145., *Boeth. de music.* 1. 1., *Macrob., somn. Scip.* 1. 2. 21., *Hieronym. ep.* 84., *Tertull.* passim, et *Eckhel* 1. *p.* 239. — Varia scripsit, ut Περσικά, sc. *de Xerxis transitu*; πολιτικοὶ λόγοι; etiam tragœdias, et epigrammata, sed in primis poemata, dialecto Homerica usus, ut Καθαρμοί, sc. *de animorum purgatione;* Ἰατρικός, sc. *de medicina* et, quod *Censorin. d. nat.* 4-7. summis laudibus extollit lectumque fuit in Olympicis ludis, opus Περὶ φύσεως, sc. *de natura*, ubi, quamvis *Arist. poet. c.* 1. ex poetarum albo Empedoclem expungat, eum tamen vere esse poetam, non quia versus scripserit, sed quia poeticis dotibus abunde præditum se probet, recentiores litterati viri communi suffragio agnoscunt. — De eodem consulas etiam *Zeller, I. p.* 248. *sqq.* et 750-827. et *II.* 428. *sqq.*; *Diels in den Poet. philos. fragm.* Berlin 1901. et in *frgm. d. Vorsokrat.* Berlin 1903. et *Herm. XXV.* 1880. *p.* 161. et *Wellmann, PW.* 5. 2506. *sqq.* — Hinc *Empedocleus*, adj. ut *Empedocleus sanguis* ap. *Cic.* 1. *Tusc.* 17. 41. — Absolute *Empedoclea (orum)*, opus *Cn. Sallustii*, ita inscriptum et a *Cicerone* ad *Q. fr.* 2. 11. derisum.

EMPĔDŎCLĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

EMPŎRIÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Hispaniæ Tarraconensis, ad Pyrenæos montes, colonia Græcorum et postea, sub Cæsare, etiam Romanorum. *Liv.* 21. 60. et 34. 9., *Mela* 2. 89., *Sil. It.* 3. 369. et 15. 176., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22). et *Corp.* 2. *p.* 615. et 988. — De earum nummis vd. *Head*, 1. et 5.

EMPŎRĬCUS v. Saguti sinus oræ occidentalis Mauretaniæ Tingitanæ, ad meridiem promontorii Ampelusiæ, in Oceano Atlantico, ita dictus a plurimis emporiis, quæ negotiatores Phœnicii ibi constituerant. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (9)., coll. *Strab.* 17. 825. *sq.*

EN

ĔNĂCIM, indecl. plur. m. nom. vir., ex Hebr. sing. *'anâq* « longicollis » i. e. proceræ staturæ, gigas; et plur. num. *'Anâqim;* quod alii ducunt ab ἄναξ, *princeps, rex*, vel ab *Inachus* = *Enac*, Inachidum patre; sed perperam, sive ethnica inspecta sive grammatica ratione: *LXX.* Ἐνακίμ.

Enacim, dicti ab *Enac*, filio Arbe, incolebant regionem Chanaan australem, cum illuc advenit Abraham ac postea Josue, quorum præcipua sedes fuit Hebron, *Qiryath 'Arba'* (Vulg. *Cariatharbe)* vocata; ipsi autem dicti *Banê-'Anâqim* (Vulg. *filii Enacim Num.* 13. 33., *Deut.* 1. 28. et 9. 2) vel tantum *'Anâcim* (Vulg. *Enacim: Deut.* 2. 10., 11., 12. et *Jos.* 11. 21. 22. et 14. 12. 15). — Enacim autem, Hebron incolæ, in tres familias subdividebantur principales, sc. Achiman, Sisai et Tholmai *(Num.* 13. 23.; *Jos.* 15. 14.; *Jud.* 1. 20). Porro, quum eorum statura ac robur, per exploratores Hebræis in deserto errantibus nunciata, populum perterruissent ita ut Moysi rebellaret et ob id a Deo graviter puniretur; postea tamen, animis receptis, a Josue ductus, Enacim ad Hebron, Dabir, Anab et in montibus Juda devictos fugere coegit in oram Mediterranei maris, Gazam, Geth, Azot *(Jos.* 11. 22), qui dein se cum Philisthæis commiscuerunt; unde fortasse orti sunt Goliath (Cf. 1. *Reg.* 17. 4), Jesbibenob (2. *Reg.* 21. 16) aliique Gethæi *(Ibid.* 18. 22. et 1. *Par.* 20. 4-7).

ĔNÆSĬMUS, i, m. 2. (Ἐναίσιμος, *fatalis*, itemque *faustus)* ¶ 1. Filius Hippocoontis, unus ex iis, qui ad aprum Calydonium necandum se contulere *(Hygin. fab.* 173). *Ovid.* 8. *Met.* 361. « At non effugit Enæsimus ictus, Hippocoonte satus etc. » Ita leg. *De-Vit;* sed corrig. *Enarsimus*. V. *Diels, Herm. XXXI.* 1896. *p.* 348. ¶ 2. Cognomen Jovis, qui Coroneæ colebatur, ap. *Hesych.*, sed a nullo, quod sciam, ex Latinis scriptoribus memoratum.

ENANĪUS et Ennanius, ii, m. 2. nom. vir. gent. *Corp.* 5. 7838. — *Ennania*, nom. mul. *Ibid.* 7856.

ĔNARSĪMUS. *V.* **ENÆSIMUS.**

ENCĔLĂDUS, i, m. 2. Ἐγκέλαδος: ab ἐν, *in*, et κέλαδος, *rumor, strepitus*, vel κελαδέω, *strepo*, quasi strepens. ¶ 1. Fuit gigas, Tartari et Terræ filius *(Hygin. præf. fab.)*, immo gigantum maximus eorumque rex vel ductor *(Philostr. her.* 31. *p.* 188. *Kayser)*, Famæ frater *(Virg.* 4. *Æn.* 179), quem contra Jovem cum sociis in Phlegræis campis pugnantem, fulmine ictum Juppiter Ætnæ monti supposuit; corpore tamen semiusto, nec tamen plane demortuo, ex ea parte, qua vivit, ignem spirat, ira ac furore accensus; hinc *Virg.* 3. *Æn.* 578. *de Ætna.* ac Fama est, Enceladi semiustum fulmine corpus Urgeri mole hac ingentemque insuper Ætnam Impositam ruptis flammam exspirare caminis etc. Adde *Ovid.* 3. *Am.* 12. 27. et 2. *Pont.* 2. 11., *Horat.* 3. *Od.* 4. 55., *Lucan.* 6. 294., *Sil. It.* 14. 579., *Senec. Herc. Œt.* 1140-1163. *Stat.* et *Claudian.* pluries, *Ætn.* 70., coll. *Propert.* 2. 1. 39. Phlegræos Jovis Enceladique tumultus. *et Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 578., ubi causam adfert, cur, etsi giganteæ pugnæ campus fuerit Thessalia, tamen Enceladus in Sicilia memoretur. — De priscæ artis monumentis, ad hæc pertinentibus, vd. *Kretschmer, Gr. Vas.-Inschr.* 59.; *Furtwängler, Vasenkat.* 2531.; *Gerhard, Trinksch. u. Gef. Taf. II.* 3.; *Collignon-Baumgarten, Gesch. d. gr. Plast. II.* 568. ¶ 2. Item Corybas, filius Saturni et Opis, tutor Jovis pueri. *Schol. Bern. Virg. geogr. IV.* 151. ¶ 3. Item filius Ægypti, a Trite, Danaidum una, sponsa, prima nuptiarum nocte interemptus. *Hygin. fab.* 170., coll. *Apoll.* 21. 16.

ENCOLPĪUS, ii, m. 2. (Ἐγκόλπιος: ab ἐν, *in*, et κόλπος, *sinus*, quasi *in sinu* gestatus) nom. vir., quod ap. Romanos in cognomen nomenque servile transiit, ut arguitur ex *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 542.; quamquam, qui contulit in *Corp.* 5. 827., dedit *Encolpus*. Sed in *Inscr. Gall. Narb. Lat. Corp.* 12. 272 *(in oppidulo Cogolino)* legitur *Encolpius*, ut ap. ipsum *Momms. n.* 6502. — Fuit etiam - hoc nomine, fabularum dux in *Satura Petronii c.* 1-6. — Item historicus Græcus, ut videtur, qui scripsit vitam Alexandri Severi, cujus erat familiarissimus, cit. a *Lamprid. Alex. Sev.* 17. et 48. — Item servus lector *Plinii* junioris, qui eum memorat cum laude 8. *ep.* 1. — *Encolpis*, cogn. mul., occurrit ap. *Muratori Inscr. n.* 1385. 5. — *Encolpio (onis)*, nom. vir. *Corp.* 6. 17159 *(in campo Vaccino* a. 1796). — *Encolpus*, cogn. vir., in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3716. — Fuit etiam puer, servus cujusdam Pudentis centurionis, qui crines suos Phœbo voverat, si herus ad primipilarem gradum ascenderet, ob id laudatus *Martial.* 1. 32. et 5. 48.

ENCOLPUS. *V.* voc. præc.

ENCRĂTĒS, is, m. et f. 3. (ἐγκράτης, *continens)* nom. usurpatum de eo, qui temperantiæ virtute præditus est. *Corp.* 2. 2406. et 2459. — Hinc *Encratis (idis)*, virgo quædam et martyr Cæsaraugustæ in Hispania. *Prudent. perist.* 4. 109. *sqq.* Celebratur in *Martyr. Rom.* XVI. K. Mai. — *Encratius*, cogn. vir. *Corp.* 5. 5869.

ENCRĂTIS. *V.* voc. præc.

ENCRĂTISTÆ vel

ENCRĂTĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἐγκρατῖται, i. e. *temperantes, continentes*, ab ἐγκρατέω, *temperanter ago, continens sum)* hæretici quidam sæc. II. p. Chr. in Asia Minore, in Syria et etiam in Italia, qui, Tatiano auctore præcipuo, docto scriptore et eloquenti, antea strenuo christianæ fidei patrono, a nuptiis, utpote a principio malo inductis, et a vino carnibusque animalium, quæ ab ipsa Eucharistia excludebant, abstinentiam necessariam esse, tum etiam Christum corporis speciem dumtaxat sumpisse, aliaque tradebant a catholica fide et doctrina aliena: idcirco etiam *Tatiani* dicti, teste *Augustin. hær.* 25.; quamquam *Epiph.* ap. *eund. h. l.* Tatianos ab Encratitis ita discernit, ut hos Tatiani schismaticos dicat, *et Philastr. hær.* 72. refert *Encratitas* appellatos esse, qui hæreticum Aerium sectabantur. Memorantur etiam *Iren. hær.* 1. 28., coll. *Euseb.* 4. *hær.* 25. et *Theod. hær.* 1.

ENDĔLĔCHĪUS, ii, m. 2. cogn. vir., mutato τ in δ, ut assolet, ab ἐντελέχεια (τὸ ἐν τέλει ἔχειν), *efficacitas, perfectio, actus* vel quod est *in actu*, cui opponitur δύναμις, *potentia* vel quod est *in potentia*, uti ajunt philosophi; unde ἐντελής, *perfectus;* quamquam apud *Isocr.* et *Plat.* occurrit ἐνδελεχής, *continuus, perpetuus, perennis.* — Fuit autem ita cognominatus celeber orator, plenius *Severus Sanctus Entelechius*, auctor carminis *de mortibus boum*, ap. *Werndsdorf*, in *Poet. Min. I. p.* 372. *sqq.*, coll. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* 1874. *p.* 59. — *Endelechia*, nom. mul., ap. *De Rossi* in *Rom. Sott. II. p.* 300.

ENDĪDÆ, ārum, f. plur. vel etiam Endida, æ, 1. oppidum Italiæ (reg. X. Venet.) in Alpibus, hod. *Egna*, in *Itin. Ant. p.* 275.

ENDŒUS, i, m. 2. artifex quidam, quem ex antiquissimis temporibus esse putaverunt, Athenis natus, vulgo creditus Dædali discipulus, magistrum in Cretam fugientem secutus, teste *Paus.* 1. 26. 5.: ita *Sillig.* in *Catal. Artif.* Memoratur *Plin.* 16. *Hist. nat.* 40. 79. (214). — Fecit autem statuas, ex quibus: *Minerva sedens* oleagina; Athenis a Callia dedicata *(Paus. loc. cit.)*; item *Minerva* lignea Erythris in Achaia, in solio sedens cum colo *(Id.* 7. 5. 4); item *Gratiæ* et *Horæ* ibidem; item rursus *Minerva* in Arcadia, tota ex ebore, quam Augustus Romam deportavit *(Id.* 8. 46. 1.

et 3). — Quo tamen tempore vixerit, non satis constat; non enim certum est a Dædalo artem didicisse; ex eo autem quod Callias Minervæ simulacrum dedicasse fertur, colligi potest Endœum, Dædali discipulum quidem vocatum, Pisistratidarum vero ætate floruisse *(Thiersch, Epoch.* 1. *p.* 24. et 2. *p.* 32. *adn.)*. At singularem sane opinionem prodidit suam *Welcker* in *Schorn. Distr. nat.* 1830. *n.* 49. et 50., qui e *Pausan.* 7. 5. 4. verbis a propria quadam interioris statuarum partis structura τῆς ἔνδον ἐργασίας Ἔνδοιον nomen esse fictum contendit, cui et fictum Calliæ nomen posteriore tempore additum sit, de quo scripsit *Paus. loc. cit.*, non omnia, quæ ad hujus artificis opera pertinent, recte locutus (V. *Robert, PW.* 5. 2553 - 2555., coll. *Brunn-Bruckmann, Denkm.* 145.; *Collignon., Sculpt. I.* 338.; *Overbeck, Plast. I.* 190. *fig.* 40. et *Murray, Sculpt. I.* 181).

ENDŌR, indecl. nom. geogr. Hebr. *'Ēndôr* v. sejunctim *'Ēn Dôr* « fons habitationis » vel « fons Dor »; *LXX.* cod. Vatic. Ἀελδώρ, cod. Alex. Νηνδώρ (1. *Reg.* 28. 7), Ἀενδώρ *(Ps.* 82. hebr. 83., 11).

Endor, oppidum in territorio Issachar sed traditum cum viculis suis dimidiæ tribui Manasse occid. *(Jos.* 17. 11), ubi Saul, rex Judææ, Pythonissam consuluit ante quam prœlium Gelboe committeret (1. *Reg.* 28. 7), et Debora cum Barac exercitum Chananæorum Jabin et Sisara debellavit *(Ps.* 82. hebr. 83). *Eus.* et *Hieronym. onom. p.* 96., 121., 226., 250., ubi sermo est de *Aendor, Endor*, Ἀενδώρ, Ἀνδώρ, hoc opp. memorant suo tempore exstans haud procul a monte Thabor, prope Naim, hod. quoque dictum *Endor* v. *Endur*, in declivio montis *Djebel Dâhy*, cavernis referto, unde fons exsilit, *'Aïn Endur* vocatus. Fortasse ab aliqua ex his cavernis evocavit Pythonissa umbram Samuelis coram Saul (Cf. *Guérin, Galil. I. p.* 118. et *Van de Velde, Reise durch Syr. u. Paläst. II. p.* 380).

ENDŎTUS, i, m. 2. cogn. Rom. in mendosa *Inscr.* ap. *Grut.* 652. 4. et mutila, in *Mus. Patav.* adservata, quam cl. *Furlanetto* in *App.* ad *Lexic. Forcell.* supplendam et interpretandam curavit. Sed nunc ut falsa habetur.

ENDOVELLICUS, i, m. 2. deus quidam Celticus, Lusitaniæ peculiaris apud hod. *Villaviçosa*, cujus nomen varie scribitur in pluribus titulis ibi repertis *Corp.* 2. 127-142., 5201-5209., 6265-6269., 6329-6331 *(Older, Altkelt. Sprach.* ad *v.)*, nempe *Endovellicus, Endovolicus, Indovelecus, Enobolicus.* Quæ vero inscriptio legitur apud *Steuding, Roschers Lex. I.* 1245 (HERCVLI PATRI ENDOVELLICO etc.) spuria est. Cf. nom. *Avellicus*, in *Corp.* 2. 3122. et ap. *Hübner, Corp.* 2. *p.* 17.

ENDOXUS, i, m. 2. cogn. vir. Gr., a v. ἔνδοξος, *gloriosus*, ap. *Momms. n.* 6310 *(in signaculo æreo)*.

ENDYMĬON, ōnis, m. 3. nom. vir. (Ἐνδυμίων *Paus.* 5. 13) *Indymion* pro *Endymion* scribitur *Schol. Juvenal.* 10. 318. — Vocabulum ab ἐνδύω, *advolvo, induo*, et ἔνδυμα, *vestis*, derivare argui potest ab ipsa fabula, quam refert *Philarg.* ad *Virg.* 3. *G.* 392. *V.* infra.

Endymion, Æthlii filius formosissimus *(Hygin. fab.* 271) vel Jovis ex Phœnissa, Alphionis filiæ *(Rufin.* 10. *rec.* 21), pastor *(Mythogr. I. fab.* 229. et *II. fab.* 28), Latmius *(Ovid.* 3. *Art. am.* 83., coll. 17. *Her.* 62. *sq.)*, sc. a Latmo, Cariæ monte *(Cic.* 1. *Tusc.* 38. 92): hinc abs. *Latmius heros* dictus *Ovid.* 2. *Trist.* 299. Cf. *Met.* 1. 86. — Translate de homine formoso *Juvenal.* 10. 318. Sed tunc Endymion dilectae fiet adulter Matronæ. V. *Schol.* ad *l.* et *Apul.* 1. *Met.* 12. — Fabula narrat, ab eo Lunam adamatam fuisse, a qua tamen spretus quum esset, arte se illam allexisse; quum enim pecora pavisset candidissima, ita eam in suos amplexus traxisse *(Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 392) vel niveis pecorum velleribus se indutum, illam ad rem veneream illexe *(Philarg. loc. cit.)*; quamquam id non de Endymione, sed de Pane canit *Virg. loc. cit.* — Alii contra fabulantur, eum a Luna adamatum et in Latmio monte consopitum, ut eam dormientem oscularetur, et nondum experrectum adhuc dormire *(Cic. loc. cit.*, coll. *Propert.* 2. 15. 15., *Catull.* 67. 5. et *Dracont. carm. min.* 10. 147). — Hinc *Endymionis somnus* in proverbium abiit, de quo *Cic.* 5. *Fin.* 20. 55. Ne si jucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis somnum nobis velimus dari. Adde *Martial.* 10. 4. — Porro tradit *Schol. Germ. Arat. p.* 196. *Bas.* = *Schol. Apoll. Rh. IV.* 57. Endymionem triginta annos dormivisse, quia « nihil aliud in vita sua nisi huic repertioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa (Εὐρώπη: *frg.* 4) scribens retulit ». — Tota autem fabula dicitur ex eo enata, quod primus Endymion lunæ cursum per triginta annos observaverit ac deprehenderit *(Plin.* 2. *Hist. nat.* 8. 6. [43]. et *Mythogr. III. fab.* 7). — Translate in plur. num. usurpat *Tertull. anim.* 55. « Sed in æthere dormitio nostra cum pueris Platonis aut in aere cum Ario aut circa lunam cum Endymionibus Stoicorum ». Quare sunt qui in homines somniculosos reprehendendos scriptam censent a *Varrone* saturam, quæ *Endymiones* inscribitur. — De priscæ artis operibus, quæ ad hanc fabulam pertinent, vd. *Schreiber, Hell. Reliefbild. Taf.* 13.; *Brunn-Bruckmann, Denkm.* 440.; *Robert, Bild u. Lied.* 50. et *Braun, Zwölf ant. Basrel. Taf.* 9.

ĔNĔTI. *V.* **VENETI.**

ENGADDI (Engadi v. Engedi) indecl., nom. geogr. (Hebr. *'Ēn Gedi* « fons hœdi »; *LXX.* cod. Vatic. Ἀνκάδης, cod. Alex. Ἠγγαδδί, *Jos.* 15. 62.; Ἐνγάδδει 1. *Reg.* 24. 1.; 2. *Par.* 20. 2. et *Cant.* 1. 13.; Ἰνγαδεὶν cod. *Vatic. Ezech.* 47. 10.; Ἐγγαδί *Jos. ant.* 9. 1. 2. et *B. J.* 4. 7. 2.; Ἐνγάδδα *Ptol.* 5. 15. 5., *Engada* ap. *Plin.* et *Solin. locc. citt.)*, sc. oppidum Judææ in tribu Juda juxta mare Mortuum, a quo nomen habuit et desertum, ubi latuit David *(Hieronym. onom. p.* 177. et 205. *P.)*, hod. *Aïn-Djedi* v. *Dschidi*, celebre ob palmas et præcipue ob vineas, quas Salomon vocat *vineas Engaddi* excellentiæ causa *(Cant. l. c.)*; olim, tempore Abrahami, dictum *Asasonthamar (Gen.* 14. 7., hod. *uadi Hasasah)*; vastatum belli Judaici tempore, florebat tamen etiam sæc. IV. p. Chr., hodieque locus amœnus *(oasis)* inter *uadi Sideir* ad septentr. et *uadi al-Areidjeh* ad meridiem. Memoratur etiam *Plin.* 5. *Hist. nat.* 17. 15. (73). Engada oppidum fuit secundum ab Hierosolymis fertilitate palmetorumque nemoribus, nunc alterum bustum. *et Solin.* 35. Engada *(al.* Engadda) oppidum infra Essenos fuit, sed excisum est; verum inclitis nemoribus adhuc durat lucisque palmarum eminentissimis nihil vel de ævo vel de bello derogatum. Adde *Steph. Byz.* ad *v.* — De eo vd. *Luynes, Voyag. d'explor. à la mer Morte III. p.* 78.; *Thomson, The Land and the Book I. p.* 312-320.; *Robinson, Paläst. II.* 439. *sqq.* et *Legendre, Dict. Bibl. II. p.* 1796-1801.

ENGŎNĂSI v. Engonasin, m. indecl. nom. sideris. *V.* hanc voc. in *Lexico*.

ENGUĪNI, ōrum, m. plur. 2. populus Siciliæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91)., cujus urbs *Enguion* fuit, græce Ἐγγύϊον v. Ἔγγυον, inter Himeram et Symæthum fluvium, hod. *Gangi*, de quo *Sil. It.* 14. 249. « lapidosique Enguion arvi ». — *Enguini* scribitur *Cic.* 4. *Verr.* 44. 97. et 5. 186., sed 3. *ibid.* 6. 103. *Engyna civitas*, pro *Enguina*, ut est apud alios. — Hinc *Enguinus* v. *Engynus*, adj. *V.* modo dicta.

ENGUĬON. *V.* voc. præc.

ENICENĬUS, ii, m. 2. cogn. vir., in *Inscr.* ap. *De-Vit, Lapid. del Poles. p.* 44., coll. *Enicius*, nom. vir. in *Corp.* 5. 7850. — *Enicus*, nom. vir. *Ibid.* 7845., et *Enica*, nom. in *Inscr.* mutila *Corp.* 5. 7641., fort. præn., ut putat *Mommsen*.

ENINGĬA, æ, f. 1. insula in sinu Codano, quæ opinione non minor Scandinavia traditur fuisse. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (97).

ĔNĪPEUS, ei, m. 2. nom. pers. et fluv. (Ἐνιπεύς) Scribitur *Enipheus*, cum aspiratione, sed perperam, in quibusd. codd. et ed. libr. — Trisyllabon est: Nomin. apud *Stat.* 11. *Theb.* 50. — Genet. *Enipei* ap. *Lucan.* 7. 224. — Acc. *Enipea*, Gr. pos., ap. *Val. Flacc.* 1. 83. et *Frontin.* 2. *Strat.* 3. 22. — Voc. *Enipeu* ap. *Ovid.* 7. *Met.* 229. — Abl. *Enipeo* ap. *Propert.* 1. 13. 21. et 3. 19. 13.

I.) Enipeus, nom. pers. ¶ 1. Specialim — 1.º) Fuit tubicen famosus, qui Thebanos in bellum excitare solebat; sed postea, quum, amentia captus, fugam civibus suis suasisset, ignoto telo ictus periit. *Stat.* 11. *Theb.* 40-56. — 2.º) Item vir Æmonius seu Thessalus, a nympha Tyro, Salmonei filia, adamatus *(Propert.* 3. 19. 13), quam quum Neptunus quoque adamaret, se in Enipeum transfiguravit, ut eam possideret *(Id.* 1. 13. 21); ex qua suscepit Nereum et Pelea *(Hygin. fab.* 157). — Contra hoc de Aloidibus, Otho et Ephialte, Iphimediæ filii, narrat *Ovid.* 6. *Met.* 116., quos Enipeus, i. e. Neptunus, habuerit; idcirco de alio Enipeo loquitur poeta, aliunde cognito. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 382. — 3.º) Est etiam cogn. Posidonis seu Neptuni ap. Græcos, sub quo Mileti colebatur. *Schol.* et *Tzetz. Lycophr.* 722. ¶ 2. Generatim, in titulis, cogn. vir. *Corp.* 2. 3588.

II.) Enipeus, nom. fluv. ¶ 1. Est fluvius Thessaliæ, qui ex Othrye Pharsalum præterlabens in Apidanum influit et cum eo conjunctus in Peneum *(Strab.* 9. 432. et *Hygin. fab.* 14), hod. *Tsarnalis.* De eo *Lucan.* 6. 372. it gurgite rapto Apidanos: numquamque celer, nisi mixtus, Enipeus. Adde *Vib. Seq. p.* 147. iterumque *Ovid.* 7. *Met.* 229. et *Lucan.* 7. 116., coll. *Frontin. loc. cit.* — Epitheta: *Ovid.* 1. *Met.* 579. irrequietus. *Val. Flacc.* 1. 83.; 3. 57. et 5. 208. magnus. *Claudian. carm.* 7. 116. pulcher. *et* 26. 183. virginibus dilectus. ¶ 2. Item fluvius Macedoniæ, oriens in valle Olympi et ad Dium in sinum Thermaicum excurrens « ætate quidem exiguus sed hiberni idem incitatus pluviis et supra rupes ingentes gurgites facit et infra prorutam in mare evolvendo terram prealtas voragines cavatoque medio alveo ripas utrinque præcipites ». *Liv.* 44. 8. — Fortasse de eo *Claudian.* in *Gigant.* 37. 70., coll. *Ovid.* 6. *Met.* 116. ¶ 3. Item fluvius Pisatidis in Elide, qui ex Salmone fonte oritur et in Alpheum exit *(Strab.* 8. 356), hod. *Lestenitsa.* Memoratur etiam ab *Hom. Od.* 11. 238., sed a nullo, quod sciam, ex scriptoribus Latinis. Cf. *Curtius, Peloponn. II.* 72.

ENIPI, ōrum, m. plur. 2. populus Africæ ex Garamantibus, sit. in hod. *Fezzan*, a Corn. Balbo subactus, de quo *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (37). *Vivien de Saint-Martin (Le Nord de l'Afr. p.* 120) et *Müller* eum conjungunt cum Νύκπιοι *Ptol.* 4. 3. 6., ad meridiem Syrtis magnæ.

ENISECA, æ, m. 2. rivus prope Genuam, memoratus in Sententia Minuciorum 117. a. Chr. *Corp.* 5. 7749. 22., fortasse hod. *Secca*, qui recia exit in fluvium Porcoberam *(Polcevera)*. V. carth. *Desimoni* in *Atti dell'Accad. Ligure di stor. patria III* (1865). et *Garrucci, Syll. l.* 22. *p.* 244.

ENISPĒ, es, f. 1. (Ἐνίσπη « ἠνεμόεσσα » *ventosa*, ap. *Hom. Il.* 2. 606) oppidum Arcadiæ. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. (20). et *Stat.* 4. *Theb.* 286. Cf. *Strab.* 8. 388. et *Paus.* 8. 25. 12.

ENNA, æ, f. 1. (Ἔννα) *Henna*, cum aspiratione, sæpissime apud Latinos: cf. nummum antiquissimum HENNAIΩN ap. *Eckhel*, 1. *p.* 206.; quod si recentior *ibid.* habet ENNAIΩN, tamen ratione temporis rectius scribi videtur cum aspiratione, ut in *Corp.* 1. 530., ubi *Hinna* pro *Henna*, et nummo latino ap. *Eckhel loc. cit.*, ubi legitur *Henna.*

Enna v. rectius Henna, urbs Siciliae mediterranea, ad lævam Himeræ, edito in loco sita et ob id *ardua* dicta *Sil. It.* 14. 238., sive in monte prærupto *(Liv.* 24. 39), in media Sicilia, idcirco *Siciliæ umbilicus* nominata, valde munita, in regione fertilissima; condita autem a Siculis, capta a Dionysio Syracusano, a Carthaginiensibus modo, modo a Romanis certatim possessa in bellis Punicis, rebellium in bello servili (a. 134-132) statio, celebris ob templum Cereris et raptum Proserpinæ, quem in ejus viciniis evenisse fabulantur, hod. *Castro Giovanni.* Ita eam describit *Cic.* 4. *Verr.* 48. Henna « est loco perexcelso atque edito, quo in summo est æquata agri planities et aquæ perennes; tota vero ab omni aditu circumcisa atque directa est. Quam circa lacus lucique sunt plurimi atque lætissimi flores omni

tempore anni; locus ut ipse raptum illum virginis (*Proserpinæ*), quem jam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim prope est spelunca quædam, conversa ad aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse. Cf. *Claudian. carm.* 35. 8., 72. et 289. et 36. 85. Memorant etiam *Liv.* 24. 37., *Ovid.* 4. *Fast.* 422., *Mel.* 2. 118., *Itin. Ant. p.* 93., *Corp.* 1. 642. et 643. et 10. *p.* 736., coll. *Ptol.* 3. 4. 14., *Diod.* 5. 3. etc., *Polyb.* 1. 24., *Strab.* 6. 272. et *Callim. hymn. in Cer.* 15. — De ejus nummis vd. *Head*, 136. — Hinc *Ennæus* v. *Hennæus*, adj. *Stat.* 4. *Theb.* 123. Ennæa Ceres. *Sil. It.* 1. 93. et 13. 430. Diva. et 7. 689. virgo. *i. e.* Proserpina. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 277. Juno. *Columb.* 10. 270. æquor. *i. e.* planities Ennæ. *Stat.* 2. *Ach.* 151. Naides. *Colum.* 10. 268. *sqq.* Nymphæ. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 25. lacus. *Id.* 5. *Met.* 385. mœnia. *Claudian. carm.* 36. 22. rura. — Absolute *Ennæa*, Proserpina, ap. *Lucan.* 6. 740. — *Ennensis*, adj. idem ac Ennæus. *Solin.* 5. campus. *Cic. Orat.* 62. 210. legati. — Absolute *Ennenses*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). et *Cic.* 3. *Verr.* 42. 100. et *alib.*

ENNÆUS et

ENNENSIS. *V.* voc. præc.

ENNIANISTA et

ENNIANUS. *V.* voc. seq.

ENNIUS, ii, m. 2. nom. vir. *Enius*, unico *n*, legitur in *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1193. — *Ænius* quoque occurrit cum diphthongo, sed fort. ad aliam gentem pertinet. — Item *Ænnius* pro *Ennius* scribitur ap. *Marini, Fr. Arv. VIII.*, sed errore, quem emendavit *Henzen, Act. Arv. p.* LI. legens *Annius* loco *Ænnius* vel *Ennius*. — Hoc autem est nom. gentis celeberrimæ, originis antiquæ et quidem Messapicæ (Cf. *Momms. Unterital. Dial.* 71). Ceterum ipse Ennius poeta id, quod canit *Sil. It. loc. infra cit.*, se ex antiqua Messapi regis stirpe fuisse confirmat, qui de se hoc dicere solitus esset (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 691). — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Ennius, grammaticus, de quo *Sueton. gramm.* 1. « Quod nonnulli tradunt duos libros de litteris syllabisque, item de metris ab eodem Ennio (*i. e.* poeta) editos, jure arguit L. Cotta (*fort. scriptor historiæ litterariæ sæc. I*) non poetæ sed posterioris Ennii esse, cujus etiam de augurandi disciplina volumina feruntur ». Videtur etiam, ad hunc pertinere illud *Varr.* 5. *L. L.* 86. « Fœdus, quod fidus, Ennius scribit dictum ». et *Charis. p.* 98. *K.* « Ærumnam Ennius ait per e solum scribi posse ». Addo *Fest. p.* 352. *M.* — Probabiliter hic Ennius scripsit quoque *Notas Tironianas*. Cf. *Isid.* 1. *Orig.* 22. 1. — 2.º) L. Ennius, eques Romanus, majestatis postulatus (a. 22. p. Chr.), quod « effigiem principis promiscum ad usum argenti vertisset, recipi Cæsar inter reos vetuit, palam aspernante Atejo Capitone »: *Tac.* 3. *Ann.* 70. — 3.º) Q. Ennius, Latinus poeta antiquissimus, Rudiis natus (a. 239. a. Chr.), in terra Peucetiorum (*Gell.* 17. 21. 43., coll. *Cic. Arch.* 10. 22., *Sil. It.* 12. 396., *Auson.* in *Monos.* 17), C. Mamilio Turino et Q. Valerio Faltone coss. (*Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3). Confirmatur hoc *Strab.* 6. 281. « Ῥόδιαι, πόλις Ἑλληνίς, ἐξ ἧς ὁ ποιητὴς Ἔννιος ». et *Suid.* « Ἔννιος ποιητὴς Μεσσάπιος »; Græci enim, quam *Calabriam* vocarunt Romani, *Messapiam* dixere; hinc *Calabris in montibus ortus* canitur ab *Ovid.* 3. *Art. am.* 409. ejusque carmina *Calabræ Pierides* appellata ab *Horat.* 4. *Od.* 8. 20.; et quidem prope Tarentum, ob idque, latiore sensu, *Tarenti natus* traditur *Hieronym. chron.* ad Olymp. CXXXV. Quum vero ibi invaluisset lingua Græca et etiam Osca; ideo, Latina quoque dein cognita, « Ennius, quod refert *Gellius* 17. 17. 1., tria corda habere sese dicebat, quod loqui et græce et osce et latine sciret ». Cf. *Fest. loc. cit.* et *Sueton. gramm.* 1. — De eo præterea *Ovid.* 1. *Trist.* 424. Ennius ingenio maximus, arte rudis. *Diomed. gr. III.* 484. *K.* Epos latinum primus digne scripsit Ennius. *Quintil.* 10. 1. 88. Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem. *Vitr.* 9. *præf.* 16. Qui litterarum jucunditatibus intinctas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti deorum, sic Ennii poetæ simulacrum. *Lucret.* 117. Ennius ut noster cecinit, qui primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam. *Cic.* 1. *Orat.* 45. 199. Ennius summus epicus poeta. *Stat.* 2. *Silv.* 7. 75. Cedet Musa rudis ferocis Enni. *Horat.* 1. *Sat.* 10. 54. versus Enni gravitate minores. *et* 1. *Ep.* 19. 7. (et *Propert.* 3. 3. 6) Ennius ipse pater. Adde *eund. s. p.* 56. et 259. *Terent. Andr. prol.* 18., *Pers.* 6. 10., *Liv.* 30. 26., *Martial.* 5. 10., *Senec. ep.* 58., *Spartian. Hadr.* 16., ubi traditur Hadrianus imperator Virgilio Ennium prætulisse. — Adulescens « stipendia fecit primum bello Ætolico sub consule M. Fulvio Nobiliore » (*Cic.* 1. *Tusc.* 1. 3. et 2. 3. et *Arch.* 11. 27., coll. *Symm.* 1. *ep.* 21), quod bellum secuta est deditio Ambraciæ (a. 189), et, Q. Fulvio, Marci filio, triumviro coloniæ deducendæ, auctore, quem erudierat, donatus est civitate Romana (*Cic. Brut.* 18. 78), quam ipse *Ennius* ap. *eund. Cic.* 3. *Orat.* 42. 168. « Nos sumu Romani, qui fuvimus ante Rudini »; et etiam prædiolo in una ex coloniis militaribus, quas ille deduxerat. — Deinde in Sardinia, sub T. Manlio Torquato centurio, bello secundo Punico desinente, cum Catone prætore amicitiam junxit, qui linguam Græcam ab eo didicit (*Auct. de vir. ill.* 47) eumque Romam secum duxit (*Nep. Cat.* 1), ubi habitavit, una cum comico Cæcilio, humilem domum in monte Aventino, numquam dives, ne tum quidem cum honoribus et fama præfulgebat; quare de eo *Cic. Cat.* 5. 14. « Annos septuaginta natus - ita ferebat duo, quæ maxima putantur onera, paupertatem et senectutem, ut eis pæne delectari videretur ». — Non est igitur mirandum, si ob hanc vitæ temperantiam et ingenii scriptorumque excellentiam carissimus esset viris, vel potentia vel litteris vel dignitate præstantibus, ut Scipioni Africano, quod patuit etiam ex statua, inter eas, quæ in sepulcro Scipionum erectæ fuerant Publio Africano et Lucio Asiatico, Ennio, uti vulgo creditum est, posita; sic historico Aulo Postumio Albino, qui suam historiam græce scriptam illi dicavit; sic Corn. Scipioni Nasicæ, cons. a. 191., cui fuisse familiarissimum arguitur ex eo, quod salsum lepidumque narrat *Cic.* 2. *Orat.* 69. 276. « Quum (*Nasica*) ad poetam Ennium venisset, eique ab ostio quærenti Ennium ancilla dixisset domi non esse: Nasica sensit, illam domini jussu dixisse, et illum intus esse. Paucis post diebus, quum ad Nasicam venisset Ennius et eum a janua quæreret, exclamat Nasica se domi non esse. Tum Ennius: Quid? ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica: Homo es impudens: ego quum te quærerem, ancillæ tuæ credidi, te domi non esse: tu mihi non credis ipsi? ». — Annos septuaginta natus (*Cic. Cat.* 5. 14) podagræ morbo (quo non videtur unquam impeditus fuisse, ne poetaretur [*fragm.* 488], nec Baccho indulgeret [*Horat.* 1. *Ep.* 19. 7]), ex nimio vini meri potu contracto (*Sammonic.* 37. 12), vel morbo articulari a. 169. (*Hieronym. chron.* ad a. 1849 = 168. a. Chr.) mortem obiit, relicto herede M. Pacuvio, poeta tragico, sororis suæ filio (*Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 7. [19]), sepultusque est extra portam Capenam via Appia intra primum lapidem in sepulcro, uti diximus, Corneliorum, ubi ejus statuam erigi jussit Africanus major, uti putant *Cic. Arch.* 9. 22. et *Liv.* 38. 56.; adfirmant vero *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (114)., *Val. Max.* 8. 14. 1. et *Ovid.* 3. *Art. am.* 409. Sed alii tradunt eum in Janiculo tumulatum ejusque ossa dein Rudias translata fuisse (*Hieronym. chron.* ad Olymp. CLIII). — Ennianum videtur epigramma, quod refert *Cic.* 1. *Tusc.* 15. 34. « Nemo me dacrumis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? volito vivu' per ora virûm ». Item de eo dicta creduntur (quæ Enniani stili specimen subjicimus) in *Ann. fragm.* 194. *p.* 86. *B.* « quocum bene sæpe libenter Mensam sermonesque suos rerumque suarum Materiem partit, magnam cum lassu' diei Partem trivisset de summis rebu' regundis Consilio late indu foro sanctoque senatu · Ingenuus, cui nulla malum sententia suasset, Ut faceret facinus levis aut malu': doctu' fidelis Suavis homo, facundu', suo contentu', beatus, Scitu' secunda loquens in tempore, commodu', verbum Paucum, multa tenens antiqua sepulta, vetustas Majorum veterum leges divomque hominumque etc. ». — Plurima scripsit, quæ longa vetustate perierunt. Huc facit illud *Scaligeri* « Ennius poeta magnifico ingenio. Utinam hunc haberemus integrum (i. e. *Ann. poem.*) et amisissemus Lucanum, Statium, Silium Italicum et tous ces garçons-là »! Sed omnium fragmenta supersunt apud *Cic., Quintil., Senec. Gell., Macrob., Fest., Non.* et veteres grammaticos, collecta a *Vahlen* (*Enn. poes. rel. p.* 3-88), coll. *Ribbeck, Baehrens, L. Müller, Pascal,* sc. ex viginti tragœdiis (quæ in Indice auctorum, præmisso huic *Lexico*, recensentur), plerumque de rebus Trojanis, ex Græcis, præsertim Euripide, Sophocle, Æschylo deductis, contaminatione, quæ dicitur, et metris usus septenariis trochaicis vel generatim lyricis pedibusque sæpius spondeis, qui ejus rhythmis quandam indunt gravitatem: item ex quinque comœdiis, in quibus minorem se probavit, solum antiquitate laudabilis, ut putat, si recte, *Volcatius Sedigitus* in suo decem poetarum comicorum canone; harum vero duæ prætextæ, *Sabinæ* et *Ambracia,* ceteræ palliatæ, tantum ex titulis cognoscuntur: item ex epigrammatis, itemque, maxime, ex saturis, quæ IV. vel potius VI. libris constabant (*Porphyr. Hor. sat.* 1. 10. 47., coll. *Donat.* in *Phorm. Ter.* 2. 2. 25), ex metris trochaicis, iambicis, sotadicis, dactylicis, fortasse et saturniis (Cf. *Petermann de sat. Enn.* 4. *sq.*), quarum partes haberi possunt *Sota, Protrepticus, Hedyphagetica, Epicharmus, Euhemerus, Scipio;* hoc autem fuit fort. carmen singulare, metro dactylico compositum (Cf. *fragm.* 461). Verum Ennius immortalem famam sibi comparavit (dictus *alter Homerus*, quem est imitatus) ex Annalibus, historico de Romanis rebus poemate, versibus heroicis seu hexametris (quos ille primus in litteras Latinas induxit: v. *Ritschl, Mus. Rhen. XIV. p.* 395) conscripto, quod XVIII. libris (*Diomed. gr. I.* 484. *K.*) constabat, ab Anchise et Ænea usque ad sua tempora, quodque Romani cum Homericis conferebant: sed ex triginta milibus versuum nunc sexcenti circiter et hemistichia aliquot tantum exstant. Addit *Isid.* 1. *Orig.* 21. « Vulgares notas Ennius primus mille et centum invenit » (Cf. *Traube, Archiv. f. Stenograph. LIII,* 1901. *p.* 199. *sqq.*). — « Stilus ejus fuit horridior incomptaque oratio, ut illis temporibus; ceterum legi dignus et a quo multa disci possint »: ita *Forcellin.*, qui addit, *Ciceronem* (ut ait *Senec.* apud *Gell.* 12. 2) « non perdidisse operam quod Ennium legit ». *h. e.* multa ex eo fuisse imitatum: Virgilium quoque, cum aliquando ipsum in manu haberet, rogatum, quidnam faceret, respondisse se aurum velle colligere de stercore Ennii (*Donat.* in *Virg. vit. a med.*). Sic et Horat. (*Skutsch PW.* 5. 2616). Insuper veteres sua studia in id contulerunt vel ut Ennii *Annales* emendarent, uti C. Octavius Lampadius (*Gell.* 18. 5. 11., coll. *Front. p.* 20. *N.*), vel commentarentur, uti M. Antonius Gnipho (*Schol. Bern. Virg. georg. II.* 119., coll. *Büchler, Rhein. Mus. XXXVI.* 334); quos etiam « certis diebus in magna frequentia pronuntiabat » Q. Vargunteius (*Sueton. gramm.* 2). — De priscæ artis monumentis, ad eum pertinentibus, vd. *Hettner, Prov. Mus. p.* 67. et *Notiz. degli scavi* 11 (1903) *p.* 601. — De eo scripserunt, ex recentioribus — *a)* Generatim: *Wölfflin, Ennius* etc. 1893.; *Bärwinkel, Ueber Ennius u. Livius,* Progr. Sonderh. 1883.; *Norden, Ueber Acc. u. Ennius* 1903.; *Valmaggi, Ennio e Ausonio* (*Riv. di filol.* 27. [1899]); *Mommsen, G. R. I. p.* 899-901.; *Schanz, G. R. L. I.* 109-128. — *b)* Specialim de Ennii prosodia *Ritschl, Opusc. IV.* 401. *sqq.* — De metrica *Meyer, S.-Ber. Akad.* Münch. 1884. *p.* 1029. *sqq.* — De lingua *Fick, Meineke, Pascal, Jordan,* al. — 3.º) Alios vide sis ap. *Cic. Cluent.* 59., *Plin.* 5. *ep.* 3., *Cod. Hermog.* 2. 1. et 3. 1. et *Callistr.* in *Dig.* 50. 6. 5. — Hinc *Ennianus*, adj. — *a)* Stricte — α) Ad Q. Ennium poetam pertinens. *Capell.* 1. *p.* 15. Ennianum distichon. *Ascon.* in 3. *Verr.* 18. hemistichium. *Senec. ep.* 118. versus. — β) Item

Ennii admirator. *Senec.* in *Gell.* 12. 2. populus. — γ) Item ab Ennio memoratus, ut *Ennianus Neoptolemus* apud *Gell.* 5. 15. *extr.* h. e. ab Ennio inductus. — δ) Refertur etiam aliquando, translate, ad Ennii tempora, ut sit vetus, simplex, rudis. *Hieronym. c. Rufin.* 3. Sed nos simplices homines et cicures Enniani, nec illius sapientiam nec tuam, qui interpretatus es, intelligere possumus (*noi semplici e rozzi del tempo di Ennio*). et *Tertull. c. Valent.* 37. Accipe alia ingenia ciciuria Enniana insignioris apud eum magistri. — Absolute, cogn. vir., ut *Ennius Ennianus* ap. *Henzen, Act. Arv. p.* LI. — *b)* Ad Ennium aliquem generatim pertinens, ut *Ennianus fundus,* ab Ennio aliquo possessore denominatus, in pago Albense Velejate in *Tab. alim. Velej.* 1. 89.; itemque alter in pago Ambitrebio Velejate, *ibid.* 2. 62. — Hinc etiam *Ennianista,* Ennii poetæ imitator. *Gell.* 18. 5. 3. Eamus auditum nescio quem istum Ennianistam. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 2. 1195. et 3751. et ap. *Garrucci, Syll.* 1617. — *Ennia,* nom. mul. *Corp.* 5. 6465. — Fuit etiam uxor Macronis, plenius *Ennia Thrasylla,* ap. *Dion.* 58. 28. 47., *Ennia Nævia,* ap. *Suet. Cal.* 12., seu potius *Ennia Nævii* Sertorii Macronis (*Dio* 58. 9) uxor. De ea *Suet. loc. cit.* « Hanc Caligula adhuc privatus sollicitavit ad stuprum, pollicitus ei matrimonium suum, si potitus imperio fuisset: deque ea re et jurejurando et chirographo cavit. Per hanc insinuatus Macroni (qui tum prætorianis cohortibus præerat) veneno Tiberium aggressus est etc. ». Sed, ut scribit *Tac.* 6. *Ann.* 45. « Hujus criminis præmium fuit cruenta mors, quam Caligula intulit utrique » (Cf. *Sueton. ibid.* 26. et *Dion.* 58. 28). — *Enniasa,* nom. mul. in *Corp.* 5. 4595. — *Enno* (*onis*), nom. vir. 3. 3861. et cogn. 5. 1924.

ENNODĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Scribitur etiam *Hennodius* et *Innodius* in mss. ac titulis (*Corp.* 8. 1358. et 12. 338). — Est autem nom. fort. gentilicium, labente jam imperio occidentali usitatum, quo absolute memorantur — 1.º) Proconsul Africæ, a. 395 (*Cod. Theod.* 11. 1. 24. 34., 12. 1. 141-145. et 18. 5. 25), fortasse qui *Ennoius* dicitur *ibid.* — 2.º) Alius, dictus *Felix Innodius* in *Corp.* 8. 1358 (quamquam *Wilm.* h. l. putat legend. *feliciter*), item proconsul Africæ inter ann. 408. et 423. sub Honorio et Theodosio impp. — 3.º) Item episcopus Ticinensis (a. 513), dictus plenius *Magnus Felix Ennodius,* natus in Gallia australi (*ep. I.* 2., coll. *carm. II.* 73), Arelate, a. 473., sed Mediolani litteris eruditus, sanctitate illustris, orator et poeta, tempore Theoderici regis, defensor Symmachi, R. P., bis (a. 515. et 517) missus ab Hormisda Constantinopolim ad Anastasium imp., ut de ecclesiæ Occidentalis et Orientalis unione ageret; sed frustra. — Obiit a. 521. — Plura scripsit, in quibus se probat ingenii experrecti et excelsi animi virum, ac primatus Romanæ sedis strenuum propugnatorem, et quidem sive soluta sive ligata oratione, quæ cl. *Sirmond* (*Migne* LXIII. 11-364) partitus est 1.º in epistolas (*CCCXCVII*), in novem libros tributas, stilo tamen artificioso exaratas: 2.º in opuscula, inter quæ celeber est *panegyricus Theoderici regis* ad agendas ei gratias, qui partes Symmachi contra adversam Laurentii factionem defenderit, fons historicus magni momenti, ubi tamen in laudando nimius, in dicendo turgidus, calamistris, argutiis ac miris loquendi formis utitur; præterea *vita s. Epiphanii,* sui antecessoris, et *b. Antonii,* monachi Lerinensis; *Eucharisticon de vita sua* ad instar libr. Confess. s. Augustini; *libellus* pro Synodo palmari aliaque minora: 3.º in poemata seu carmina, in duos libros divisa, quorum primus continet *majora,* ubi itineraria, hymni, epithalamium aliaque celebrantur vario metro, sed mendose, potissimum in syllabarum quantitate, ut fatetur vel ipse; alter vero *minora* complectitur, CLI. poematiis constans, metro heroico vel elegiaco vel interdum lyrico, de variis argumentis, uti sunt epitaphia, epigrammata, laudes etc., ex quibus nonnulla se auctor ex tempore dixisse ait. — De eo consulas, ex recentioribus, *Cipolla, Arch. stor. ital. IX.* 1883. *p.* 353. et *Intorno al Paneg. di Ennod. p. re Teoder.* Padova 1889.; *Fertig, Ennod. u. seine Zeit.* Landshut 1860.; *Magani, Ennod.* Pavia 1886.; *Hasenstab, Études sur Ennod.* etc. Munich 1890.

ENNŒA, æ, f. 1. (Ἔννοια) nom. Æonis. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

ENNOĬUS. *V.* **ENNODIUS.**

ENNOM, indecl. nom. vallis prope Hierosolymam, qua tribus Juda et Beniamin sejungebantur. Hebr. *Hinnôm,* plenius *Gê-Hinnôm* « vallis Hinnom seu Ennom » (*Jos.* 15. 8) vel *Gê-bên-Hinnôm* « vallis filii Hinnom » (4. *Reg.* 23. 10) vel etiam *Gê-benê-Hinnôm* « vallis filiorum Hinnom » (*Jos.* 18. 16), ubi *Geennom* habet *Vulg.*, etiam *Tôpheth* dicta (*Jer.* 7. 31) et, κατ' ἐξοχήν, *Haggaï* (*Id.* 2. 25), ubi *Vulg.* habet *convallis.* — Hinc *Gehenna* v. *Geenna,* quam voc. *V.* suo loco, ubi *Ennom* fusius exponetur.

ENNŎMUS, i, m. 2. (Ἔννομος) vir Mygdonius ex Mœsia sive Mysia, frater Chromis vel Chromii, ap. *Dict.* 2., *Dar.* 18. et *Auson. epit. her.* 22. — Apud *Hom. Il.* 2. 858. *sqq.* ab Achille occisus.

ENNON. *V.* **ÆNNON.**

ENNŎSIGÆUS, i, m. 2. (Ἐννοσίγαιος v. Ἐνοσίγαιος) ¶ 1. Est cogn. Posidonis seu Neptuni, quasi *terram quassans,* ab ἔννοσις v. ἔνοσις, *quassatio,* et γαῖα, *terra,* ap. *Senec.* 6. *quæst. nat.* 23. et *Ammian.* 17. 7. 12., coll. *Hom. Il.* 13. 43. et *epigr.* 6. 1., *Orph. hymn.* 43. et *Hesiod. theog.* 15 (Cf. *Bruchmann, Epitheta deorum* 195. *sq.*). In *Etym. M.* Ἐνοσίχθων. ¶ 2. Est etiam epitheton maris ap. *Juvenal.* 10. 182. *de Xerxe.* Ipsum compedibus, qui vinxerat Ennosigæum. μετωνυμικῶς.

ENOCH. *V.* **HENOCH.**

ĔNŎDĬOS. *V.* **SILVANUS.**

ĒNON, indecl. nom. loc. (Hebr. *'Ênôn,* ab *'ên* « fons », plenius *Hhatzer 'Ênôn* « vicus fontium ». *Vulg. Ezech.* 47. 17. *atrium Enon.*, sed 48. 1. *atrium Enan.* et *Num.* 34. 9. *villa Enon,* Gr. Ἀρσεναείμ) vicus et limes Palæstinæ in finibus septentr., Damascum versus, inter Zephrona et Sephama (*Num. loc. cit.*, coll. *Ezech. loc. cit.*). — De situ disputant eruditi, ut *Porter,* qui *Enon* idem esse cum hod. *Kuryiein* adfirmat, loco, qui nimis distat a Damasco; ut *Keil,* qui statuit *Leboneh* in Cælesyria; ut *P. Van Kasteren,* qui putat esse *El-Hhadr* in via *Damascum;* ut *Buhl,* cui *Banias* = *Cæsarea Philippi* probabilior situs videtur. Sed nimia lux ita obstringit oculos, ut in tenebris adhuc jacere cogamur.

ĒNŌS, indecl. m. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.º) Generatim, homo (Hebr. *'Enôsh,* Gr. Ἐνώς, quod fere plur. num. et in carmine usurpant Hebræi). *Isid.* 7. *Orig.* 6. 10. Enos juxta propriæ linguæ varietatem *homo* vel *vir* dicitur. Et congrue hoc vocabulum habuit. — 2.º) Specialim, filius Seth, nepos Adam (1. *Par.* 1. 1), pater Cainan, quum esset ætate nonaginta annorum, « post cujus ortum vixit octingentis quindecim annis et genuit filios et filias, factique sunt omnes dies ejus nongenti quinque anni et mortuus est » (*Vulg. Gen.* 5. 9-11). De eo *Vulg. Gen.* 4. 26. « Sed et Seth natus est filius, quem vocavit Enos: iste cœpit invocare nomen Domini ». Quæ postrema verba non satis perspicue interpretum ingenia torserunt. Prætermissa paraphr. Chaldaicæ interpretatione: « cœptum tunc est profanari nomen Dei » *sc.* cultu falsorum nominum » (cf. *Isid. loc. cit.*), triplex nunc exhibetur hujus loci sensus; nempe — *a)* Tempore Enos « cœptum est cognosci nomen *Yahweh* ejusque cultus exerceri » sed perperam: cf. *Exod.* 6. 3. — *b)* Communius ac rectius « cœptus est, auctore Enos, coli Deus certis quibusdam cærimoniis, sacrificiis, precibus, vel Enos tunc publicum Dei cultum docuit ». — *c)* Probabilius, quum locutio Hebr. *qârâ basheem* in aliis textibus significet « vocare nomine » (Cf. *Exod.* 31. 2., *Num.* 32. 38., *Ps.* 48 [49] 12., *Esth.* 2. 14., *Is.* 40. 26. *et alib.*); hinc *Ephrem* Syrus cum aliis censet *Gen.* 4. 26. referri, inde a Seth tribum electam vocari cœpisse *populum justum Yahweh,* vel ab impia progenie distingui, indito suis nomine *filiorum Dei.* Ita « noster versus, inquit cl. *Hummelauer,* in *Gen. p.* 195., aptissime præparat narrationem mox sequentem c. 6., ubi secus mentio *filiarum Dei* et *filiarum hominum* obscuritate laboraret ». Fortasse nom. *Yahweh* pro nom. *'Elôhim* in textum irrepsit. ¶ 2. Est etiam nomen oppidi ap. *Rav. p.* 372., quod *Ænos* in *Tab. Peut.*

ĒNŌSIS, is, f. 3. parva insula prope Sardiniam, exadversus promontorium Sulcense, solum memorata *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (84). Cf. *Enusis* ap. *Capell.* 6. *p.* 207.

ĒNŌTHĒA, æ, f. 1. nom. meretricis ap. *Petron. sat.* 134. *sqq.*, a Gr. ἐνωθέω, *impello,* quasi adulescentulos in rete amoris impellens.

ENSĒMES, indecl. nom. Hebr. *'Ên-shemesh* « fons solis »; *LXX.* ἡ πηγὴ τοῦ Ἡλίου (*Jos.* 15. 7), πηγὴ Βαιθσάμυς (*Jos.* 18. 17); *Vulg.* « Fons solis ». *Jos. l. c.* « *Ensemes, id est fontem solis* » — Est autem fons limes tribus Juda et Beniamin (*Jos.* 15. 7. et 18. 17), inter ascensum Adommim (*v.* 18) et fontem Rogel (*v.* 16), ad orientem Hierosolymæ et montis Olivarum, ubi est nunc dictus *Fons Apostolorum,* in via, quæ ab urbe sancta ducit Jericho, ut putant *Guérin, Samar. I.* 159. *seq.*; *Van de Velde, Mem. to accompany* etc. *p.* 310. et *Thomson, The land and the Book p.* 405-408., repugnante *Van Kasteren,* qui in veteri via Jericho fontem statuit, ubi nunc est *'Aïn er-Ra-nâbeh.*

ENSIS, is, m. 3. mutatio in via Flaminia, dicta *ad Ensem* in *Tab. Peut.* hod. *Scheggia;* rectius *ad Æsim* (AD Ɐ[A]ESIM: *Corp.* 11. 3281-3284.; *ad Hesis* in *Itin. Hieros.* 616). V. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 390. et *Suppl. I.* 19.

ENTELLA, æ, f. 1. (Ἔντελλα) ¶ 1. Est oppidum Siciliæ ad Crimisum amnem, hod. *Rocca d'Entella,* conditum ab Aceste, qui ei nomen indidit suæ uxoris, vel ab Entello Trojano, Æneæ comite, coll. *Sil. It.* 14. 204., ubi ejus territorium vino fertile dicit: « largoque virens Entella Lyæo »; sæpe memoratum in bellis Carthaginiensium, contra Dionysium Syracusanum gestis, sed tempore Ciceronis Romanæ ditioni obnoxium. *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 73., coll. *Diod.* 14. 9. etc. et *Ptolem.* 3. 14. 15. — De ejus nummis vide sis *Eckhel,* 1. *p.* 207., *Head,* 137. et *Imhoof-Blumer* ap. *Holm, Gesch. Sicil. III.* 602., 667. et 713. ¶ 2. Est etiam nom. mul. *Corp.* 3. 2946. — Hinc *Entellinus,* adj. — *a)* Ad Entellam oppidum pertinens. *Cic. loc. cit.* Entellinus senatus. — Abs. *Entellini,* incolæ. *Cic.* 3. *Verr.* 43. 103. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). — *b)* Item ad Entellum Trojanum pertinens. *Augustin.* ad *Hieronym. ep.* 110. Entellini cæstus.

ENTELLUS, i, m. 2. nom. vir. (Ἔντελλος) ¶ 1. Apud scriptores occurrunt — 1.º) Entellus, vir Trojanus, qui in Siciliam venisse fertur ante Trojæ excidium una cum Helymo et Aceste, ubi, etsi ætate gravis, in ludis, quos Æneas in honorem patris fecit, victor describitur *Virg.* 5. *Æn.* 387-484., coll. *Hygin. fab.* 273. — Translate de pugna inter senes et juvenes. *Hieronym. Augustin. ep.* 68. « Memento Daretis et Entelli et vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius figit pedem ». Cui *Augustin. ep.* 73. « Jam me arbitror rescriptis tuis veluti Entellinis gravibus atque acribus cæstibus, tamquam audacem Daretem cœpisse pulsari atque versari ». — 2.º) Entellus quidam, fort. a Domitiani secretis (*Dio* 67. 15), ad quem exstat epigramma *Martial.* 8. 68. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4385. et 5726.

ENTHĔA, æ, f. 1. epith. Cybeles, ap. *Martial.* 5. 41., dicta Enthea mater, quia sacerdotes suos in furorem vertebat: ab *entheus* (ἔνθεος), i. e. *numine percitus,* furens, sacer, divinus; hoc autem ab ἐν et θεός, sc. *in* (quo est) *deus.*

ENTHȲMĒSIS. *V.* hanc voc. in *Lexico.*

ENTĬA, æ, f. 1. cogn. mul., fort. ab *esse* factum. *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 166. *n.* 582.

ENTĬĀMUS, i, m. 2. fluvius Italiæ superioris. *Rav. p.* 290., hod. *Enza* v. *Lenza.*

ENUS, i, m. 2. fluvius. *V.* **ŒNUS.**

ENUSIS. *V.* **ENOSIS.**

ĔNȲĂLĬUS, ii, m. 2. (Ἐνυάλιος v. Ἐνυάλιος *I. Gr.* 4. 717., v. Ἐνευάλιος *in vase Brit. Mus.*) cogn. sive epith. quorundam deorum ¶ 1. In primis cogn. Martis; est enim *Enyalios* (ab Ἐνυώ, *Bellona*) idem ac bellicosus. Sic ap. *Hom.* occurrit modo ut nom., modo ut cogn. Martis; hinc sacerdos Ἐνυοῦς καὶ Ἐνυαλίου, ap. *Dittenberger*

Syll.[2] 600. 34 = *Rev. Arch.* 1877. *I.* 109., coll. *Mus. Ital. III.* 692., et sacerdos Ἄρεως Ἐνυαλίου; *Corp. I. Gr.* 1221.; quo titulo colebatur Salamine (*Plut. Sol.* 9), Megaræ (*Thuc.* 4. 67), Argis (*Plut. mul. virt.* 245. Cf. *Schömann, Gr. Alt.*[4] *II.* 547), Spartæ (*Paus.* 3. 15. 7) etc. Memoratur a Latinis fere Græcis litteris. *Cic.* 7. *Att.* 8. ¶ 2. Item Dionysi seu Bacchi. *Macrob.* 1. *Sat.* 19. 1. Plerique Liberum cum Marte conjungunt, unum deum esse monstrantes: unde Bacchus Ἐνυάλιος cognominatur, quod est inter propria Martis nomina (Cf. *Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 712). ¶ 3. Item Jovis. *Hieronym. onom. p.* 336. *P.* Quidam sacerdotum profugi de templo Enyalii Jovis sacra rapientes in Senaar campum Babyloniæ pervenere. ¶ 4. Etiam Quirinus apud Romanos hoc nomine appellatus legitur græce in *Monum. Ancyr. VII.* 7., coll. *Dion. Hal. II.* 48.

ENYŌ, ūs, f. 4. (Ἐνυώ) cogn. deæ, quod etymologi ducunt ab ἐνύω pro ἀνύω, *occido*: vel ab ἐναύω = ἐκφωνέω, *clamo*: vel ab ἔνω, ἐνύω, unde ἔνοσις, *quassatio* (Cf. *Schol. Hom. Il.* 5. 333., *Eustath.* in *Il. p.* 552., *Etym. M. p.* 337. 35. *sqq.* etc. V. *Cramer, Anecd. Gr.* 2. 434. et *Buttmann, Lexic. I.* 271).

Enyo, cogn. Bellonæ, Martis sociæ (*Hom. Il.* 5. 333. et *alib.*), qui inde Enyalius dictus est, una Phorcidum, Phorci nempe et Cetus filia (*Hygin. præf. fab.*) — 1.°) Proprie. *Stat.* 8. *Theb.* 657. Et face mutata bellum integrabat Enyo. Adde *Orest. trag.* 784., *Martial.* 6. 32., *Claudian. carm.* 18. 288. — Epith. *Orest. trag.* 497. crudelis. *Petron. sat.* 120. feralis. *Stat.* 5. *Theb.* 155. Martia. *Sil. It.* 10. 202. sæva. — 2.°) Metonymice pro bello vel prœlio. *Martial. spect.* 24. Nec te decipiat ratibus navalis Enyo.

EO

EŌ, ūs, f. 4. cogn. mul. ab *Eos* (Ἠώς), *Aurora*, factum. *Inscr.* apud *Marini, Iscr. Alb. p.* 116. — Hinc *Eous*, abs., Oriens, ap. *Vindic. carm.* 46.

EŌLIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., vulgo pro *Æolius*, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4895. Spuria tamen videtur, ut *alia* ap. *Muratori* 1417. 11., non autem *ibid.* 1339. 8., ubi et *Eolis*, coll. *Corp.* 2. 4415. *V.* ÆOLIUS.

EORDÆA, æ, f. 1. (Ἐορδαία) oppidum Macedoniæ inter lævam Haliacmonis et montem Boram, per quam transit via Egnatia, tribu *Quirina*, memoratum in bellis Romanorum cum Macedonibus. *Liv.* 31. 39.: 40. 33. et 42. 53., coll. *Herod.* 7. 185., *Thuc.* 2. 99., *Strab.* 7. 323. et *Lycophr.* 1342. — Hinc *Eordæi* (Ἐορδαῖοι), incolæ, ap. *Liv.* 45. 30. et *Eordenses* ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (34).

EORDÆI et **EORDENSES**. *V.* voc. præc.

EORTĒ v. Ehorte, es, f. 1. (ἑορτή, *festum*) cogn. mul. Gr. *Corp.* 8. 144. — Hinc *Eortasius*, nom. vir. ap. *Hilar. op. hist. frgm.* 10. in *tit.*

EOS. *V.* in *Lexico*.

EOUS. *V.* EO et EOS.

EP

EPÆNETUS. *V.* voc. seq.

EPÆNUS, i, m. 2. nom. vir. serv., ab ἐπαινός, *laudabilis*, in titulo parietario Pompejano *Corp.* 4. 1843. — *Epænis*, nom. mul., *ibid.* 1861. — *Epænetus* v. *Epænitus* (ἐπαινετός, *laudandus*), cogn. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5204. — Fuit etiam vir quidam Asiæ, ad Christum conversus, de quo *Paul.* ad *Rom.* 16. 5. — Probabiliter religioni christianæ adhæsit Ephesi, operâ Aquilæ et Priscillæ, cumque his Romam venit, primitiæ (Gr. ἀπαρχή) Asiæ. Nonnulli codd. habent *Achaiæ* pro *Asiæ*, quod repugnaret 1. *Cor.* 16. 15. Præferenda igitur est lectio *Vulg.*, quæ cum optimis codd. Gr. et translationibus concordat.

EPAGATHUS, i, m. 2. nom. vir. In lapidibus varia est hujus vocabuli scriptio, ut *Æpagathus, Æpægthus, Ephagatus, Epagatus, Epagathus.* — Est autem nom. serv. itemque cogn. tum ingen., tum libert., ab ἐπαγαθός, *valde bonus*, factum. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2924., *Corp.* 3. 3175.[b] et 5. 1801 (*Casa mons. A. Colotio*), *Not. degli scavi* a. 1876. *p.* 94 (*Romæ*)., *Corp.* 6. 17144 (*in vinea Fortunati inter vias Noment. et Tiburt.*). et 12. 5915 (*Nemausi*). — Speciatim in *Cod.* 1. 23. 2.; 4. 65. 25.; 5. 62. 17. Cf. *Marini Fr. Arv. p.* 349. — Hinc *Epagathianus*, adj. ad Epagathum aliquem pertinens. *Corp.* 3. 4894. Epagathianus servus. — Deriv. *Epagatho (onis)*, cogn. vir. *Corp.* 12. 2007 (*Viennæ*). — *Epagatho (us)*, cogn. mul. (Ἐπαγαθώ). *Corp.* 5. 7499. — *Epagathio (onis)*, cogn. vir. 12. 3606 (*Nemausi*). — *Epagathinus (Epagatinus)*, cogn. vir. 12. 5245 (*Narbone*). et 5298 (*ibid.*).

EPAGERITÆ, ārum, m. plur. 1. populus Sarmatarum in Caucasi jugis, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 5. 5. (10). Cf. *Agoritæ* ap. *Ptol.* 5. 8. 12. Fort. *Plin.* in errorem inductus est aliquo fonte Græco, ubi pro ἐπ' Ἀγαρίτων una vox Ἐπαγερῖται fieri potuit.

EPAGRIS, is, f. 3. cogn. poeticum, quo insula Andros vocata est, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (65)., fort. Gr. Ἐπαγρίς ab ἀγρεύειν (*Diogenian. Hesych.* ad v. ἔπαγρον). Cf. αἱ Ἐπακρίδες *Etymol. M.* in Attica.

EPAMANTUDŪRUM, i, n. 2. Varie scribitur, ut *Epamantuodurum*, in *Itin. Ant. p.* 368.; *Epomanduo* in *Tab. Peut.* et *Mandroda* (pro *Mandora*) ap. *Rav. p.* 230. et 242. — Est autem oppidum Galliæ in provincia Maxima Sequanorum, hod. *Mandeure-sur-le-Doubs*, in *Itin. Ant. p.* 349. Cf. *Desjardins. Géogr. de la Gaule p.* 229. *sq.*

EPAMINONDAS, æ, m. 1. nom. vir. (Ἐπαμεινώνδας, *præstantissimus*: cf. ἐπί et ἀμείνων) Scribitur etiam a quibusdam *Epaminundas* ap. *Nep.* in *vit.* 1. *sqq.*, sed perperam; itemque *Epaminon* ap. *Ampel.* 32 (ex *Athen.* 5. 217., *Diog. Laert.* 9. 3. et *Diod.* 12. 46. Ἐπαμείνων), ubi tamen *Wölfflin* leg. *Epaminondas.* — Est autem nom. apud Bœotos frequens, quo memorantur præsertim ¶ 1. Epaminondas Thebanus, Polymnidis filius (*Nep. Ep.* 1., *Plut. de gen. Socr.* 8. *p.* 579. *d. Ælian. v. h. II.* 43. - *Paus.* 4. 31. 10. Κλεόμμις ex errore), honesto genere (Cf. *eund.* 8. 11. 8), ex matre ignota (*Dicæarch.* ap. *Plut. Ages.* 19), frater Caphisiæ (*Plut. de gen. Socr.* 3. *p.* 576. *D*), dux, quam qui maxime, illustris, pauper jam a majoribus relictus, eruditus autem sic, ut nemo Thebanus magis; nam et citharizare et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio (*Nep. Ep.* 2), qui non minore fuit musicis gloria quam Damon aut Lamprus - cantare tibiis ab Olympiodoro et Orthagora (*Aristox.* ap. *Athen.* 4. 184. et *Nep. ibid.* 2., unde *Cic.* 1. *Tusc.* 2. 4), saltare a Calliphrone (*Nep. ibid.* 2), philosophari (quod tamen nunc addubitatur) a Lysida Tarentino, Pythagoreo (*Nep. ibid.* 2., coll. *Cic.* 3. *Orat.* 34. 139., *Justin.* 7. 5. 3., *Diod.* 10. 11. 2., *Paus.* 9. 13. 1., *Ælian. v. h.* 3. 17), cui per triennium se instituendum tradidisse, in domo ipsius Epaminondæ, Philippum Macedonem, obsidem Thebanis a patre datum (*Justin.* 7. 5. et *Oros.* 3. *Hist.* 12), ratione temporum inspecta, credi nequit omnino (Cf. *Schubert, Untersuch. über die Quellen z. gesch. Philipps II. v. Maced.* 1). Nec solum in doctrinis valde profecit sed et in ceteris artibus, ut in palæstræ exercitatione, ad belli utilitatem pertinente, currendo et luctando; in armis vero plurimum studii consumebat (*Nep. ibid.* 2., coll. *Plut. Pelop.* 7. et *Polyæn.* 2. 3. 6); quare mirum non est, si in bellicis rebus tantam sibi claritudinem pepererit. — Hic patriam, ut ait *Justin.* 6. 4., a Lacedæmoniis oppressam, ex infimis incrementis sua virtute ad spem imperii Græciæ erexit. — Ejus itaque consilio Pelopidas, cui erat amicitiâ devinctus, Thebas liberavit a Lacedæmoniorum jugo, qui tyrannidem exercebant ibi, et arcem Cadmeam, quam illi possidebant, illo adjutore, recuperavit; quod quidem fuit inter duos populos belli fomes. Hoc autem paulo post exarsit. Epaminondas, imperator creatus, celebre illud cum Lacedæmoniis prœlium commisit apud Leuctra a. 371. a. Chr., in quo hostium opes ita profligavit, ut magnam de iis ederet cladem, ipsumque Cleombrotum, eorum regem ac ducem plurimi habitum, prosterneret, cogeretque Lacedæmonios a Bœotia victos excedere dejectosque, rege ac præstantioribus copiis amissis (*Diod.* 15. 55. 3. et 81. 3., *Paus.* 3. 13. 9. et 12. et *Xen. hell.* 6. 4. 15). — Quo facto, mox Epaminondas Laconiam ingressus, Spartam contendit totamque regionem percurrit, Messenem reædificavit, olim a Spartanis eversam. — Interim quum Thebani legem tulissent, qua cautum erat, ne quis, re absoluta, ulterius differret imperium, invidi eum accusarunt de dilatione, quam capitalis pœna sequebatur. At Epaminondas, qui, quum probe cogitasset hanc legem decretam fuisse in salutem reipublicæ, nec sivisset, ut hæc tunc cederet in patriæ excidium, imperium quattuor menses ultra præscriptum tempus servaverat, judices adiit impavidus dixitque se libenter pœnam subiturum, dummodo illi in ejus decreto faterentur se Epaminondam damnasse, quod patriam liberavit a servitutis probro et hostium superbiam domuit, qui eam immani tyrannide oppressam ac pæne exstinctam volebant. Hoc libero responso adversarii attriti, nec tamen a malo proposito recedentes eum imperio spoliarunt; quam ille injuriam patiens, gregarius miles exercitum secutus est, ita nihilo secius ut tam strenue ac prudenter se gereret, quasi dux, suisque victoriam compararet; quare Thebani quum eos puderet, tantum virum in tam humili statu immeritum amplius versari, pristinam ei dignitatem restituerunt, ut bellum inferret Thessaliæ, ex quo victor evasit. Quum autem postea inimicitiæ ortæ essent inter Elæam et Mantineam, Bœoti illi faverunt, huic vero cum Atheniensibus Lacedæmonii. Itaque Epaminondas imperator, copiis prope Mantineam ductis, relicto, quod ceperat, Spartæ ex inopinato potiundæ, consilio, hostes adpropinquantes aggressus magna cæde affecit; sed sparo eminus percussus, concidit a. 362 (al. 363) (*Nep. ibid.* 9). Qui quum animadverteret mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit quoad renuntiatum est vicisse Bœotos. Id post quam audivit: « satis, inquit, vixi; invictus enim morior ». Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est (*Nep. ibid.* 9., *Cic.* 5. *Fam.* 12. et *Frontin.* 3. *Strat.* 21. 5., coll. *Diod.* 15. 84. *sqq.*, et *Xen. hell.* 7. 5. 20. *sqq.*). — His Thebanorum victoriis prostrati Lacedæmonii amisere imperium, teste *Trog. prol.* 6., coll. *Justin.* 6. 7. et 8. atque hinc *Oros.* 3. *Hist.* 1. et 2. Jure igitur Epaminondas in epigrammate gloriatus est: « Consiliis nostris laus est attonsa Laconum », ut tradit *Cic.* 5. *Tusc.* 17. 49., coll. 2. *ibid.* 24. 59. « suamque gloriam merito asseruit illi, qui eum reprehendebat, quod liberos non relinqueret; cui respondit se duas filias relinquere, Leuctra et Mantineam, quæ non modo illi superstites sed etiam immortales necessario forent » (*Diod.* 15. 87. 7., coll. *Nep. ibid.* 10). — Fuit modestus, prudens, gravis, temporibus sapienter utens, peritissimus belli, fortis manu, animo maximo, adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur; idem continens, clemens patiensque admirandum in modum, non solum populi sed etiam amicorum ferens injurias, in primis commissa celans, studiosus audiendi, paupertatem adeo facile tolerans, ut de re publica nihil præter gloriam ceperit pecuniamque, quæ ad ipsum corrumpendum ei fuerat oblata, indignatus rejecerit; insuper ita disertus, ut nemo ei Thebanus par esset eloquentia, neque minus concinnus in brevitate respondendi, quam in perpetua oratione ornatus. Hæc et alia de eo refert *Nep. Epam.* 3-5., in cujus tamen vita enarranda quædam peccat, ut *Rinck* in *proleg.* ad *Æmil. Prob. p. CXXVI. sqq.* cum aliis eruditis viris demonstrat. — De priscæ artis monumentis, quæ ad Epaminondam respiciunt, hoc tantum scimus, eum ab Aristolao pictum, ut tradit *Plin.* 35. *Hist. nat.*

11. 40. (137). — Porro de eo plura disces a veteribus laudatis æque ac a recentioribus *Meissner, Epamin. Biogr.* Prag 1798-1801., magna opus existimatione dignum; *Bauch, Epam. u. Theb. Kampf um die Hegem.* Breslau 1884.; *Pomtow, Das Leben d. Epaminondas, sein Char. u. seine Politik* Berlin 1870.; *Swoboda, PW.* 5. 2674-2707. ¶ 2. Epaminondas, philosophus Pythagoreus, qui cum Archippo, Aristeo, Diodoro aliisque laudatur a *Mamert. Claudian. de stat. anim.* 2. 7. *n.* 2.

EPANTERII, ōrum, m. plur. 2. populi Alpini montium Ligurum, ut arguitur ex *Liv.* 28. 46.

EPAPHOS. *V.* EPAPHUS.

EPAPHRA v. Epaphras, æ, m. 1. nom. vir. (Ἐπαφρᾶς, contract. deminutivorum more ab Ἐπαφρόδιτος, i. e. *venustus*. *V.* hanc voc.) *Epapra* sine aspiratione occurrit sæpe in operibus fictilibus, in *Corp.* 2. 4970 (71). et ap. *Gamurrini, Vas. Aret. n.* 286. et 287. ¶ 1. In sacris litteris memoratur Epaphras, christianus Colossensis, antea ethnicus, qui Paulo dicitur « carissimus conservus » (σύνδουλος) et « fidelis minister » (διάκονος, *Col.* 1. 7., coll. 4. 12), conditor ecclesiæ Colossensis et fort. etiam Laodiceensis et Hierapolitanæ (Cf. *Col.* 4. 13). — Hanc porro epistolam videtur Paulus scripsisse oratus ab Epaphra, ut a gliscenti hæresi deterreret illos fideles et in doctrinis ab ipso acceptis firmiter perseverare juberet. In ep. autem ad *Philem. v.* 23. eum vocat Paulus « concaptivum » (συναιχμάλωτος), probabilius Romæ. Nihil porro de eo nobis constat, nisi quod ex *Martyrol. Rom.* cognoscimus, Epaphram primum fuisse Colossorum episcopum ibique martyrium fecisse (Cf. *Strohbach, De Epaphra Coloss.* Lips. 1710). ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 4428 (*in monum. familiæ Marcellæ* 1847) et 9342.; et in *Not. degli scavi* 1909 (*Romæ*) *p.* 305.

EPAPHRODĪTE. *V.* voc. seq.

EPAPHRODĪTUS, i, m. 2. nom. vir. (Ἐπαφρόδιτος: ab ἐπί et Ἀφροδίτη, *Venus*, i. e. *venustus, amabilis*: cf. *Appian. l. c.* 1. 97. et *Eckhel* 5. *p.* 194. de Sulla, sibi hoc etiam cogn. tribuente) Scribitur *Epafroditus*, Latina consuetudine, et in titulis *Æpafroditus, Epaproditus, Epaphrodeites* etc. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Epaphroditus, libertus Neronis imp., cujus erat a libellis (*Tac.* 15. *Ann.* 55), magister Epicteti philosophi. — Eo juvante, Nero ferrum jugulo adegit (*Sueton. Ner.* 49) a. 68. p. Chr.; a Domitiano idcirco primum relegatus, dein occisus (*Id. Domit.* 14., coll. *Dion.* 67. 14., et *Aur. Vict. epit.* 5). — Hinc *Epaphroditiani horti* apud *Frontin. aquæd.* 68. *de Tepula.* « Accipit - ex Aniene novo ad hortos Epaphroditianos quinarias centum sexaginta tres ». Siti erant Romæ in Esquilino, inter viam Prænestinam et Tiburtianam, ad orientem fori, quod hod. *Piazza Vitt. Eman.* dicitur (Cf. *Lanciani. Top. di Roma ant. p.* 36. et 37), vel prope *la Speranza Vecchia (porta Maggiore)*: ita *Borsari, Top. di R. A.* 1897. *p.* 160. — 2.°) Epaphroditus, grammaticus, ex Chæronea, Neronis imp. tempore, Romæ, qui, puer in servitutem adductus, fortuito venit in domum Archiæ, grammatici Alexandrini, quem magistrum habuit (*Suid.* Ἀρχίου γραμματικοῦ θρεπτός). *Corp. I. L.* 6. 9454. M. Mettius Epaphroditus grammaticus Græcus etc. Cf. *Visconti Iconogr. Gr. I.* 264. *sqq.* — 3.°) Epaphroditus, vir illustris christianus, domo Philippis, de quo *Paul.* in *ep.* ad *Phil.* 2. 25. « Necessarium autem existimavi Epaphroditum fratrem et cooperatorem (*sc.* in euangelio prædicando) et commilitonem meum (συνεργός καὶ συστρατιώτης), vestrum autem apostolum (*sc.* nuncium) et ministrum necessitatis meæ mittere ad vos ». Nempe Philippenses civem suum miserant Romam ad Paulum ægrotantem cum eleemosynis, cui apostolus litteras in gratiarum actionem dedit illis tradendas. — Non est hic, ut quibusdam interpretibus videtur, idem cum Epaphra, memorato in ep. ad *Col.* 1. 7. et 4. 12., quod gravibus rationum momentis falsum esse demonstrat cl. *Vigouroux* in *Dict. Bibl. II. p.* 1823. — 4°.) Alium vd. in *Cod.* 2. 14. et 5. 32. 2. ¶ 2. In titulis nom. serv. frequentissimum itemque cogn. ingen. atque libert., ubi varie scribitur (*V.* supra). *Corp.* 6. 4946. et 17185 (*in cœmeterio S. Callisti*); 4. 2319. et 2423.; 5. 4087. — *Epaphrodite*, cogn. mul. *Corp.* 4. 2443. et 4873. — Hinc *Epaphroditianus*, cogn. vir. *Corp.* 5. 908. et 12. 764 (*Arelate*).

EPAPHUS v. Epaphos, i, m. 2. nom. vir. *Epafos* etiam scribitur, Latina consuetudine (Ἔπαφος: ab ἐπί et ἀφή, *tactio, manus*: cf. *Fick-Bechtel, Gr. Pers.-Nam.*[2] 449. et 451. et *Gruppe, Gr. Myth.* 59., quasi qui tangens sanat, vel præstigiator [*Æsch. Prom.* 549. *sq.*, *Schol. Eur. Phœn.* 678. et *Tzetz. Lyc.* 630]). — Aliud etymon adferunt alii, qui nomen duci posse arbitrantur ex geminato αφ, quasi Αφαφος, dein Ἔπαφος, sive Αφαφις, ut idem fuerit ac *bos Apis*: ita enim arguunt quidam ex *Herod.* 2. 153. et 3. 27. et 28. et *Ælian. n. h.* 11. 10. Accuratius tamen scribitur Ἄποπις v. Ἄποφις, quo Ægyptiorum linguâ *gigas* designatur. Cf. *Jablonski* ap. *Dindorf* in *Thes. L. Gr.* ed. *Did.*

Epaphus ¶ 1. Fuit Jovis filius ex Io, sive Iside, Inachi filia (*Hygin. fab.* 145. et 155., coll. *Apollod.* 2. 8), qui a patre Ægypti oppida communire (Cf. *Stat.* 7. *Theb.* 185) ibique regnare jussus, oppidum primum Memphin aliaque plura constituit (hinc apud Ægyptios Memphis, filia Nili, Epaphi uxor est [Cf. *Apollod.* 2. 10., *Schol. Plat. Tim.* 24. E, *Tzetz. Lyc.* 894] ejusque filia Libya: *Schol. Isocr.* 11. 10., *Nonn.* 3. 287., *Eustath. Dion. Per.* 175) et ex Cassiopea (*Isid.* 14. *Orig.* 5. 1) suscepit Libyen, a qua terra Libya est appellata (*Hygin. fab.* 149. et 275., *Mythogr. II. fab.* 75., *Schol. Lucan.* 9. 411. et *Schol. Stat. Theb.* 4. 707., coll. 7. 186); quæ a Neptuno vitiata Busiridem tyrannum peperisse traditur, teste *Augustin.* 18. *Civ. D.* 12. — Epaphus autem post mortem ab Ægyptiis tamquam deus est cultus, uti refert *Ovid.* 1. *Met.* 747. *sqq.*, ubi legitur quoque fabula de jurgiis inter eum et Phaetontem, de qua cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 189. et *Mythogr. II. fab.* 57. — Aliter tamen fabulam narrat *Strab.* 10. 445. Cf. etiam *Gruppe, de Cadmi fab.* 26. et *Gr. Myth.* 59., 62. *sq.* et 168. ¶ 2. Item vir Sicyonius (*Hygin. fab.* 8), Ixionis et Jovis filius, qui Antiopam Nyctei filiam et Lyci uxorem per dolum stupro cognovit, ex qua nati sunt Zethus et Amphion (*Mythogr. I. fab.* 97. et *II. fab.* 74., coll. *Hygin. fab.* 8). — Epaphus traditur a Lyco jussu Nyctei fratris interemptus fuisse (*Id. ibid.* ex *Eurip.*). ¶ 3. Item Noctis et Erebi filius, ap. *Hygin. præf. fab.*, ubi tamen locus videtur corruptus. ¶ 4. Item scriptor peritissimus, teste *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 84., ac « vir plurimæ lectionis » cujus liber ignoti operis XVII. citatur a *Macrob.* 3. *Sat.* 6. 7. et *Schol. Dan. Virg.* 3. *Æn.* 84. Cf. *Jacoby, PW.* 5. 2709.

EPARCHĪUS, ii, m. 2. (Ἐπάρχιος: ab ἐπάρχω, *dominor*) nom. episcopi Siccensis in Africa, *Concil. Carth. præf.* ap. *Hard. Concil. I. p.* 685.; et alius in *epist. Synhodica Ravenn.* ad *Leon. pap. n.* 99. — *Eparchia* (Ἐπαρχία) nom. mul. in titulo ap. *Garrucci, Diss. Arch. I.* 132.

EPASNACTUS, i, m. 2. vir Arvernus, amicus populi Romani, qui a. 51. a. Chr. Lucterium Cadurcum, rebellium ducem, vinctum ad Cæsarem perduxit. *Hirt.* 8. *B. G.* 44.

EPASTUS, i, m. 2. tyrannus quidam in Hispania, qui, quod patrem Paciæcorum occidisset, et ipse est occisus. *Val. Max.* 5. 4. *ext.* 3., ubi alii leg. *Etpastus.*

EPATIĀCI v. Æpatiaci portus, in Belgica Secunda. *Not. Dign. occ.* 38. Portu Epatiaci. et 9. tribunus militum Nerviorum, Portu Epatiaci (Cf. *Holder, Altkelt. Sprasch.* ad *v.*).

EPĒI, Epii v. Epioe, ōrum, m. plur. 2. (Ἐπειοί) iidem qui *Elei* postea dicti. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 6. (14). et *Justin.* 26. 1 (*V.* ELEUS). Fortasse ita dicti sunt ab *Epeo*, ut traditur a *Paus.* 5. 1. 4. et *Schol. Hom. Il.* 1. 688., ubi sæpe nominantur. Cf. de iis *Meister, Gr. Dial. II.* 4. *sq.* et *Bursian, Geogr. von Gr. II.* 273. *sqq.*

EPĒTĪNI. *V.* voc. seq.

EPĒTIUM, ii, n. 2. (Ἐπέτιον) oppidum Delmatiæ (*Ptol.* 2. 17. 4) in *Corp.* 3. *p.* 303., ubi ita de eo *Momms.* « Epetium, quod sexto Urbis sæculo una cum Tragurio Issæorum fuit (*Polyb.* 32. 18), hod. *Tragurium-Traù.* Peutingeriana testatur IV. m. p. distare a Salonis, quibuscum id etiam *Ptolemæus (l. c.)* componit », hod. fort. *Stobrec.* Memorat etiam *Rav. p.* 209., ubi scribitur *Epitium.* — Lapides ad hoc pertinentes dedit *Momms.* a *n.* 1919-1932., quibus oppidum magis illustratur. — Hinc *Epetinus*, cogn. vir., et *Epetina*, mul. in *Corp.* 3. 2388. — Abs. *Epetini*, incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. (142). Salona colonia - Petunt, in eam jura - Delmatæ. - Petunt et ex insulis Issæi, Colentini, Separi, Epetini. *Momms. loc. cit.* « Quod Epetinos recenset (*Plinius*) inter Insularum incolas conventus Salonitani una cum Issæis, fortasse inde explicandum est, quod vel ea ætate Epetium fuit Issæorum, idque confirmabitur quodammodo iis, quæ adnotavimus de trib. Salonitanis ».

EPĒUS, Epeos et Epius, m. 2. (Ἐπειός) filius Panopei, in Phocide natus (non confundendus cum Epeo, filio Endymionis, Eleo, de quo *Paus.* 5. 1. 4. *sqq.*, *Steph. Byz.* v. Ἐπειοί et *Tzetz. Lyc.* 151). *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 264., coll. *Hom. Il.* 23. 665., *Dar. Tro.* 9. cum *Schol. Paus.* 2. 29. 4., *Hygin. fab.* 97. et *Tzetz. Lyc.* 58. — Hic natus ex Lagaria (*Schol. Vict. Il.* 23. 665), insignis artifex (*Plat. Ion.* 533 a. et *Apollod. epit.* 5. 14) et etiam sagittandi peritus (*Dict.* 3), ex insulis Cycladibus ad Trojanum bellum naves triginta duxit (*Dict.* 1), quas ab Hectore incensas ipse brevi restituit (*Id.* 2. *sqq.*). — Quum autem nullo modo potuissent Græci obsessam capere urbem, ipse Minervæ monitu (*Hom. Od.* 8. 493. « Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ), ut refert *Hygin. fab.* 108. famosum equum durateum seu dureum (ut vocat *Paul. Fest. p.* 82. *M.*) ædificavit, teste *Virg.* 2. *Æn.* 264 (coll. *Apollod. epit.* 5. 14., *Lycophr.* 930., *Paus.* 1. 23. 8. et 2. 29. 4., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. [202]), quo armis armatisque pleno, a deceptis civibus more triumphali in urbem vecto, Troja inopinis cladibus incendiisque deleta est, quam « non anni domuere decem, non mille carinæ » (*Virg.* 2. et 3. *Æn.* 1-3). — Traditur etiam fuisse Epeus conditor Metaponti in Magna Græcia et Pisarum in Etruria. *Justin.* 20. 2. « Metapontini quoque in templo Minervæ ferramenta, quibus Epeus, a quo conditi sunt, equum Trojanum fabricavit, ostentant: propter quod omnis illa pars Italiæ *Major Græcia* appellata est ». Item Lagariam prope Thuros ex matris nomine ædificasse (*Meineke* cum *Schol. Vict. Il.* 23. 665). *Serv.* vero refert ad *Virg.* 10. *Æn.* 179., Epeum « doli fabricatorem » (*hoc oppidum*) condidisse « qui cum aliis Græcis in hanc regionem rejectus est - et ab ea, quæ est in Peloponneso, Pisas cognominavit » Cf. etiam *Eckhel*, 1. *p.* 160. — Jocalariter *Plaut.* ap. *Varr.* 7. *L. L.* 3. « Epeum *fumificum* (appellavit) cocum ab Epeo illo, qui dicitur ad Trojam fecisse equom Trojanum et Atridis cibum curasse » (*Plauti* vero *loc. ibid.* est « Epeum fumificum, qui legioni nostræ habet Coctum cibum » [*Bacch.* 937]). — Ex priscæ artis monum., ad Epeum spectantibus, exstat vas illustratum a *Michaelis* in *Ann. dell' Istit. arch.* a. 1880. *p.* 56. *sqq.* Cf. etiam *Overbeck, Bildw. d. Theb. u. troisch. Sagenkr.* 607. *sqq.*

EPHA, indecl. m. et f. nom. pers. et geogr. Hebr. *'Êphâh* « caligo, tenebræ »; *LXX.* Γαιφάρ; cod. *Alex.* Γαιφάρ (1. *Par.* 1. 33); Γαιφά (*Is.* 60. 6).

I.) Epha, nom. pers. ¶ 1. Fuit primogenitus ex filiis Madian et frater Epher (*Gen.* 25. 4. et *Par. loc. cit.*). ¶ 2. Item filius Johaddai, frater Regon, Joathan, Gesan, Phalet et Saaph, nepos Caleb ex posteris Judæ (1. *Par.* 2. 47). ¶ 3. Item concubina seu uxor secunda Caleb, mater Haran, Mosa et Gezez in genealogia Judæ (*Ibid. v.* 46).

II.) Epha, nom. geogr., sc. regionis, quæ ab *Epha* nomen accepit, cujus mentio est apud *Vulg. Is. loc. cit.* « Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Epha ». — De ejus situ disputant eruditi, quorum alii conferunt Hebr. *'Êphâh* cum Arab. *Gheyphah*, loco prope Pelusium ad septentr. et orient. Ægypti (*Gesen. Thes. p.* 1003), quod quidem quadrat in nominis formam, mutata litt. *'agn* in *gh*, uti assolet, sed, loci ratione, cum

Epha componi nequit. Alii vero et quidem plerique hanc regionem sitam esse volunt in Arabia boreali (Cf. Delitzsch, Wo lag d. Parad? Leipz. 1881. p. 304.; Dillmann, Die Gen. Leipz. 1892. p. 310. et Schrader, Die Keilinschr. etc. Giessen 1883. p. 146., 277. et 613).

ĔPHĒBUS, i, m. 2. cogn. vir. (Gr. ἔφηβος, puber, adulescens) Scribitur etiam Æphebus in Inscr. ap. Orelli n. 6445. et in Ephem. epigr. I. p. 178. n. 273. — Ephœbus in Tab. ap. De Petra, Tav. cerate di Pompei n. 62. ¶ 1. In titulis. Inscr. ap. Momms. n. 5041. — Absolute in aliis ap. Orelli n. 1782. ¶ 2. Apud auctores est epithet. — a) Bacchi, absolute usurpatum Prudent. perist. 10. 279. Puteat Ephebum post triumphos Indicos Ferire thyrso posse, cum sit ebrius. — b) Item Antinoi, qui fuit famosus Hadriani amasius. Aur. Vict. Cæs. 14. et 28. — c) Item Ganymedis, qui fuit beneficio Jovis in cælum translatus, dictus ab Avien. Arat. phæn. 550. Troicus. et 647. Laomedontiades. et 838. Phrygius. Cf. Martial. 9. 37. — d) Est etiam titulus mimi Laberii, cujus fragmenta exstant ap. Ribbeck, Com. Lat. rel. p. 285. sq. ed. alt.

ĔPHER, indecl. m. nom. pers. et geogr. Hebr. 'Epher « vitulus, hinnulus »; LXX. 'Αφείρ, 'Οφέρ, 'Αφέρ; Vulg. etiam Opher et Apher.

I.) Epher, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Madian, frater Epha, laudatus Vulg. Gen. 25. 4 (ubi tamen legitur Opher). et 1. Par. 1. 33. V. EPHA. ¶ 2. Item filius Ezra, filii Caleb. Id. 1. Par. 4. 17. ¶ 3. Item quidam ex tribu Manasse, vir fortissimus et dux in familia sua, qui tamen ad falsorum numinum cultum transiit. Id. 1. Par. 5. 24.

II.) Epher, nom. geogr. (Hebr. Hhêpher « fovea »; LXX. 'Οφέρ). — Est autem oppidum regium. Vulg. Jos. 12. 17 (ubi legitur Opher). et 3. Reg. 4. 10. — De situ V. OPHER.

ĔPHĔSIUS et deriv. V. voc. seq.

ĔPHĔSUS, i, f. 2. ("Εφεσος Herod. 1. 42.; 'Εφεσίς Æschr. Sam. metr.) nom. geogr. et pers. — a) Efesos, Latina consuetudine, ap. Rav. p. 107. — b) Scribitur in recto Ephesos, Gr. posit., Martial. 10. 68. 1. et in Inscr. Neap. 2486. - Acc. Epheson ap. Lucan. 8. 244., Horat. 1. Od. 7. 2., Mar. Victorin. (VI) 170. 20., sed in edit. Ephesum. — c) De etymo non una est sententia. Veteres nomen ducunt vel ab Epheso, Lydia Amazone, quæ prima Dianam coluerit (Etymol. M. v. "Εφεσος): vel ab Epheso, Caystri filio: vel a cultu Ephi seu Aphi, i. e. terræ: vel a v. ἐφεῖναι (fut. ἐφήσω) met. cupere, quasi sit desiderium v. desiderabilis (Cf. Paus. 7. 2. 7). Etymologi recentiores vel silent omnino vel nihil adferunt novi, ut Bürchner (PW. 5. 2773), qui eadem tradit, et Pape-Benseler (Wortb. d. Gr. Eigenn. I.), cui Ephesos idem est quod urbs desiderabilis v. libera. — d) Nomina v. epitheta ei indita sunt: Alopes, quum pugnatum est apud Trojam (Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. [115]., coll. Guhl, 25. 7. in Inscr. C. I. Gr. 2956); Amorges v. Morges, fort. vox Persica (Plin. ibid.); Hæmonium, fort. ab immigratione Thessalorum (Plin. ibid.); Ortygia (Plin. ibid., coll. Strab. 14. 639. sq.); Ptelea, fort. ita dicta ex quadam ejus parte (Plin. ibid. et Steph. Byz.: cf. Callim. hymn. III. 239); Samorna v. Samornion (Plin. ibid., coll. Bürchner, op. cit. 5. 2789); Trachia v. Trechia, fort. minus recte (V. Bürchner loc. cit., coll. Creoph. ap. Athen. 8. 361); serius Arsinoe, ab Arsinoe, Seleuci uxore a. 286 (al. 287. v. 288) a. Chr. (Strab. 14. 640.; Head, H. N. 495. sq.; Imhoof-Blumer, Kleinas. Münz. I. 50. sqq., Svoronos Τὰ νομίσμ. τῶν Πτολεμαίων; 'Αρσινόεια Athen. Mitt. 25 [1900] 101).

I.) Ephesus, nom. geogr., sc. urbs Asiæ celeberrima, dicta « ἡ πρώτη καὶ μεγίστη μητρόπολις τῆς 'Ασίας » - « μεγάλη πόλις » (Dionys. perih. 827); « clarissima » (Solin. 40); « splendidissima » (Corp. I. L. 3. 6076); « alterum Asiæ lumen » (Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. [120]).; in ora occid. Asiæ Minoris, in regione, quæ ab ipsa Ephesia est appellata (Xen. hell. 3. 2. 14), in Ionia (Mela 1. 88), cujus fuit caput seu metropolis, centrum Ionicæ societatis et commercio ac religione principalis, olim sita in clivis Coresi, unde postea per planitiem fertilissimam se extendit, prope ora Caystri fluvii ad mare Icarium, cum portu haud procul a Colophone (Solin. l. c.), inter Zmirnam et Miletum (Plin. 5. Hist. nat. 24. 31. [114]), e regione Corinthi, patria Heracliti, Parrhasii, Apellis, Menecratis, Callini, Hipponactis, al., ubi aliquandiu viri insignes, ut Hannibal exsul (App. de reb. Syr. 4. 2. 87), Cimon, Alcibiades, Lysander, Agesilaus, Alexander M., duo Scipiones, Lucullus, Sulla, M. Antonius, al. sunt commorati, dicta hod. Ayasoluk (i. e. "Αγιος Θεολόγος, cogn. Johannis ap.). — Memoratur etiam Horat. 1. Od. 7. 1. Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenem aut Epheson. Senec. ep. 102. Ephesum aut Alexandriam aut si quod est etiamnunc frequentius incolis, lætius tectis solum. Adde Vitr. 7. 6., 10., præf. 1. et 10-2. 13., Auson. Mos. 308., Petron. sat. 8., Prudent. 2. Symm. 495., Nep. Them. 8. et Ages. 3., Priscian. perih. 790., Avien. orb. 992., Arnob. 6. p. 207., Frontin. 3. Strat. 3. 7., coll. Thuc. 3. 32. etc., Strab. 4. 179., 14. 638. sq., Paus. 7. 2. 6. etc. Corp. 3. p. 81. 2316., 24. Tac. dial. de orat. 15., qui scholam rhetorum Ephesi fuisse tradit. — Hæc porro addimus — 1.º) De cultu: famosa exstitit magiæ studio, uti ostendunt 'Εφέσια γράμματα (Ephesiæ litteræ), quæ pro magicis litteris in proverbium abierunt (Hesych., Etym. M. et Suid. ad h.), 'Εφέσια ἀλεξιφάρμακα dicta Menandro (frg. 371. K.), in libris descripta, quorum multi ex Ephesiis, a Paulo ap. ad fidem christianam conversis, jam «curiosa», i. e. superstitiosa, sectatis, magnam contulerunt copiam et coram omnibus combusserunt et « computato pretio illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium » (Vulg. Act. 19. 19) = 50.000. drachm. seu 40.000. libell. Erant autem signa et sententiæ, tamquam formulæ, ad mala amolienda, in tabellis vel chartis pergameniis exarata et corio involutæ, e collo gestandæ (Athen. 12. 70), inventæ, uti fertur, a Dactylis Idæis vel Phrygiis, quasi amuleta (Arab. hamalet ab hamala « portavit ») propriis ritibus consecrata signataque mysticis quibusdam characteribus, quorum exemplum (ASKI KATASKI LIX TETRAX DAMNAMENEVS AISION) præbet Hesych. v. 'Εφέσια γρ. De his vd. Abel, Orphica p. 294. v. 41. sqq. et Stickel, De Ephesiis litteris etc. Jena 1860. Cf. etiam Gen. 35. 4., Is. 3. 18-23. et Targum, Cant. 8. 3. — Hæc tamen urbs ex eo potissimum inclaruit quod templum possederit Artemidi seu Dianæ Phrygiæ dicatum, Græcis omnibus amplitudine et ornatu præstans, quod Leleges, prisci ejus incolæ, erexerunt, non Iones, a quibus amplificatum est (V. plura de eo in v. DIANA), ab Erostrato incensum a. 356., dein totius Græciæ impensis mirifice reædificatum donatumque asyli jure; dein a. 262. a Gothis una cum urbe eversum, quæ, instaurata, iterum est deleta cum portu, Caystri crebris alluvionibus obruto. Ruinas tam urbis quam templi effodiendas curarunt C. Pizzicolli (a. 1446. Cf. B. De-Rossi, Inscr. Chr. urb. Rom. II. 372); Du Loir cum H. de la Haye (1639), Smith (1671), Edm. Chishull (1699), Jos. Pitton de Tournefort (1702), Tompson (1733), Pococke (1740), Riedesel (1768), Will. Leake (1880), Vidua (1819), Arundell et Poujoulat (1826), Marmont (1834), Schubert et Hamilton (1836), Fellows (1838), Ampère et Kiepert (1841), Wood (qui a. 1874. Artemision et Sebasteion [Augusteum] detexit) et docti viri Austriaci (1895). — Refert autem Alexander Ætolus apud Macrob. 5. Sat. 22. 4., quanto studio populus Ephesius, dedicato templo Dianæ, curaverit, præmiis propositis, ut qui tunc erant poetæ ingeniosissimi in deam carmina diversa componerent. — Porro Dii, quos peculiari cultu prosequebantur Ephesii, fuere — a) Aphrodite, et quidem — α) 'Αφροδίτη 'Εταίρα, in pluribus sacrariis (Pollan. str. V. 18). — β) 'Αφροδίτη αὐτομάτη v. ἐπιδαιτία. — γ) Aphrodite, ut mater C. Julii Cæsaris, cum Are seu Marte (Cf. Bürchner l. c.). — b) Apollo — α) Γυπαιεύς in monte Lysso ap. Ephesum, Con. 35. — β) 'Εμβάσιος (Head, H. N. 498), Θαργήλιος, 'Ικέσιος, Μεταγείτνιος, Οὔλιος, Πύθιος (Journ. Hell. Stud. X. 43. sqq. et Cresph. ap. Athen. VII. 371). — c) Artemis præsertim et quidem "Αρτεμις Δαιτίς (Cf. DIANA). — d) Asclepios (Guhl 126., fort. Σωτήρ Corp. I. Gr. 1905. p. 210. sqq.). — e) Athena (Cresph. ap. Athen. 8. 361). — f) Demeter (Mgst. C. I. Gr. 3002. V. ELEUSIS). — g) Dionysos, mens. Ληναίων (Brit. Mus. III. 477. E et Jos. ant. 14. 235). — h) Nemesis Tyche (Oesterr. Jahresch. I. 1898. Beibl. 78). — i) Hecate (Guhl 126. et 167). — l) Hermes (Guhl 126. sq.). — m) Isis et Serapis (Drexler, Numism. Ztschr. Wien XXI [1889]. 78. sqq. et 81. sqq.). — n) Leto (Zimmermann 121. ap. Ortygiam [hod. Arvalia]), ubi plura erant templa (Strab. 14. 640). — o) Pan (Guhl 121. sq.). — p) Posidon (Guhl 178). — q) Zeus (Guhl 124. sq.), Ζεὺς 'Υέτιος (Weber, Guid. 47) et 'Ολυμπιεῖος (Paus. 7. 2. 9). — Ludi et festa. 'Αδριάνεια v. 'Ολύμπια ἐν 'Εφέσῳ; 'Αρτεμίσια v. τὰ μεγάλα ἱερὰ 'Αρτεμίσια; Βαρβίλληα, athletica et musica in honorem astrologi Barbilli; 'Επινείκια, fort. in hon. victoriæ Trajani imp. de Dacibus; Θεσμοφόρια in hon. Demetris (Guhl 123., coll. Herod. 6. 16) cum athletarum et musicorum certaminibus; Λήναια in hon. Dionysi (Guhl 127); 'Ρωμαῖα (Rev. Étud. Anc. III [1901] 267); Ταύρεια in hon. Posidonis (Guhl 122) etc. — 2.º) De historia: urbs condita fuisse ab Amazonibus traditur Justin. 2. 4. et Isid. 15. Orig. 1. 39., coll. Jord. Get. 7., qui templum dumtaxat ab eis exstructum refert, coll. ibid. 20. et Ampel. 8. 12. et 18. Sic Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (115). « Ephesus Amazonum opus ». Contra, probabilius videtur, Androclem Ionium, Codri filium, fuisse ejus conditorem. Primi tamen regionem incoluerunt Cares, dein Phœnices, qui sedem suæ deæ sub Lunæ symbolo ibi dicarunt (Paus. 7. 2. 7), ad quam variæ gentes confluxerunt, sc. Cares, Lydii, Leleges, una ex tribubus Pelasgicis, dein Iones illuc migrarunt, a quibus terra illa nomen accepit. — Ab a. 1087. a. Chr. Ephesus habuit reges Androclides v. Basilides, h. e. Codrides (Töpffer, Att. Geneal. 244. sqq.). — Quo autem tempore regnavit Androcles, cum Samiis bellum exarsit; eo dein mortuo, cum Magnesianis (Paus. 7. 2. 8. et Athen. 12. 525). Postea vero Cimmerii, a Lygdamo ducti, Artemision combusserunt (Callim. hym. III. 251. et Hesych. v. Λύγδαμις), sed Ephesum vastare a. 678 (al. 669) non potuerunt. Alias deinde vices subiit, ut a. 541. in bello Crœsi cum Cyro, qui Epheso vetuit, quo minus Lydio regi auxilio esset; et in bello Peloponnesiaco aliquando Atheniensium partibus studuit (Thuc. 3. 28. et 4. 50). — Ann. 286 (al. alit.) Lysimachus, rex Macedoniæ, « cum Ephesum oppugnaret, et illic in auxilium haberet Mandronem archipiratam, qui plerumque oneratas præda naves Ephesum appellebat, ei ad proditionem corrupto junxit fortissimos Macedonum, quos ille, restrictis manibus, pro captivis Ephesum introduxit, qui postea, raptis ex arce armis, urbem Lysimacho tradiderunt » (Frontin. 3. Strat. 3. 7). Dein Seleucus a. 287. eam, quæ diruta erat, reædificavit, ita ut aliquantum distaret ab Artemisio refecto vocavitque Arsinoem (V. supra) novoque portu instruxit (Cf. Oesterr. Jahresh. II. Beibl. 27. et Paus. 1. 9. 7.; et Strab. 14. 640). — Ann. 197. Antiochus III., rex Syriæ, Epheso intulit bellum urbemque dolo potitus est (Frontin. 3. Strat. 9. 10., coll. Liv. 33. 38. et Flor. 2. 8. 18). — Romani denique, absoluto bello Antiocheno (a. 191), eam, quæ se illis sponte dediderat, Eumeni II., regi Pergami, attribuerunt, postquam « a fano Dianæ depositas antiquitus pecunias Scipio tolli jusserat » (Cæs. 3. B. C. 33). Verum initio belli Mithridatici (a. 88) Ephesii, statuis Romanorum eversis necatisque Italicis, Mithridati sponte se subjecerunt (Oros. 6. Hist. 2., coll. Eutr. 5. 5); postea (a. 87) Zenobium, regis præfectum, cum suis receperunt in urbem eumque cum paucis interemerunt, quod in causa fuit, cur Sulla, illuc quum accessisset, principes belli securibus necarent (a. 86), ut tradit Gran. Licinian. ann. 35.; eis tamen libertatem concessit (a. 85). V. Appian. B. Mithr. 61. et Corp. 1. 588. — Habuit etiam scholam rhetorum, teste Tac. dial. de orat. 15. — Præterea etiam in fastis

christianæ religionis hæc urbs excelluit, quam bis erudivit Paulus ap. (Act. ap. 18. 19. et 20), nempe in secundo suo itinere a. 54., una cum Aquila et Priscilla, ex Corintho illuc profectus, et in tertio (a. 55-58), qua altera vice libri de rebus magicis (V. supra) palam publiceque combusti sunt (Cf. de his Ortlob, Diss. philol. de Ephes. libris curiosis comb. Lips. 1878); primâ vero tumultus est ortus, quem Demetrius argentarius ejusque opifices contra Paulum commoverunt ex eo quod lucrum, ex ædiculis Dianæ argenteis proveniens, periclitaretur, ac tali pacto « et magnæ Dianæ (ille inquiebat) templum in nihilum reputabitur, sed et destrui incipit majestas ejus, quam tota Asia et orbis colit » (Ibid. 19. 27). — Etiam epistolam a Paulo, ejus ecclesiæ conditore, acceperunt Ephesii, ubi, quod ille prævideret docueratque seniores Ephesios, Mileti congregatos (Ibid. 20. 17-38), serpere cœperant Gnosticorum errores. Hanc autem Paulus, Romæ captivus, ad eos mittendam curavit a. 62. v. 63., pro Ephesiis scriptam, quod tamen alii, maxime recentiores, interpretes negant ac volunt epistolam fuisse variis ecclesiis Asiæ proconsularis destinatam (Belser, Fouard, Bisping, Prat, Beelen, Lamy, Pölz, Kaulen); alii vero Laudiceniis tantum, coll. Col. 4. 16 (Harnak, Knabenbauer); at plerique (Ubaldi, Cornely, Jacquier, Padovani, Cellini, Sales, coll. Fragm. Murat., Iren., Clem. Alex., Tertull., Basil., Orig., Hieronym. etc.), et quidem longe probabilius, antiquæ sententiæ adhærent, quam ecclesia Ephesina atque adeo universalis confirmant (V. Brossac, M. B. IV. p. 338. sqq. et Vigouroux-Bacuez, M. B. IV., tr. p. 438). — Eam porro illustrarunt: Johannes ap., qui Ephesum recensuit inter præcipuas Asiæ proconsularis ecclesias (apoc. 1. 11); tum primum ac principale ibi erectum templum, Virgini Mariæ dicatum; tum etiam concilia contra Noetum (a. 245), contra episcopos Simoniacos (442) et insigne contra Nestorium (431), quæ ibi sunt celebrata. — De ejus nummis vd. Eckhel, 2. p. 512-522.; Brandis, Münz-, Mass- u. Gewichts-System Vorderas. 325., 398., 413., 457., 563.; Guhl, Ephesiaca 191. sq.; Head, Coinage of Eph., Num. chron. 1880. p. 124. sqq., 1891. p. 18. sqq. et H. N. 494. sqq.; Head-Svoronos, 'Ιστ. νομισμ. II. 104. sqq.; Imhoof-Blumer, Monnaies grècq. (Par. 1883) 283. sqq. et Gr. Münz. 119. sqq. et Wroth, Num. Chron. XXIX (1889) 259. sqq. — De ejus inscriptionibus vd. Corp. I. L. 3. a n. 424-443. et a n. 6065-6091. et Corp. I. Gr. a n. 2953-3021., coll. E. Hicks, Greek Inscr. in the Brit. Mus. III. p. 67-261 (n. CCCCXLVI-DCCLXXXV); Le Bas et W. H. Waddington, Voyag. Arch. Inscr. III. 2. p. 56-72.; Rud. Weisshäupl, Oesterr. Jahresh. V (1902) Beibl. 38. sqq.; Mommsen, Oesterr. Jahresh. I (1898) 1. sqq.; Wood, Discoveries at Ephesus including the site a. remains of the great temple of Diana, London 1877., ex quibus omnibus alia colligi possunt ad historiam Ephesi magis magisque dilucidandam. — De priscæ artis monumentis cf. Brunn, Gesch. d. gr. Künstler I. 133. et 295. et II. 38.; Furtwängler, Meisterwerke 286., 522. præter antiquiores, Strab., Paus., Ptol., Ælian., Plin. passim, ubi Myronis, Phidiæ, Polycliti, Zeuxidis, Scopæ, Praxitelis, Apellis, Niciæ, Thrasonis, immortalium artificum, opera urbem et Artemision exornasse feruntur; tum de urbis ruinis, Falkener, Ephesus and the temple of Diana Lond. 1862. II (Cf. Beulé, Fouilles et Découv. etc. II. 320. sqq.); Arundell u. H. Kiepert, Oesterr. Jahresh. II (1899) Beibl. 15. sq.; Wood, op. cit. etc. (V. sub n. 1.º).; Newton, Disc. at Eph. etc. Lond. 1880. p. 210. sqq.; Murray, Remains of arch. etc. Journ. Hell. Stud. X. 1889. p. 1-10. — De ejus historia vd., præter veteres laudatos, Curtius, Ephesos, Berl. 1874.; Davis, Anatolia, Lond. 1874. p. 29-59.; Lauria, Epheso: Stud. Nap. 1874.; Menadier, Qua condicione Ephesii etc. Berl. 1880.; Puchstein, Arch Anz. 1890. p. 161. sq.; Bürchner, PW. 5. 2773-2822. — Hinc

Ephesinus, a, um, adject. ('Εφεσῖνος) ad Ephesum quovis modo pertinens et idem ac Ephesius, sed rarioris usus, plerumque occurrit apud eccles. scriptores, ut Ephesina ecclesia ap. Simplic. pap. ep. 7. n. 3. — Ephesina civitas in Inscr. ap. Orelli n. 1949. — Ephesina synhodus, œcumenica, sub juniore Theodosio Aug. a. 431. convocata contra hæresim Nestorii, « consensu beatissimi Cœlestini papæ, mediante Cyrillo, Alexandrinæ sedis antistite, et Arcadio, episcopo ab Italia destinato » ut scribit Gelas. ep. 42. Cf. Hormisd. ep. 125. Memoratur etiam Prosp. in chron. ad a. 431. et Liberat. brev. 3. sqq. Cf. Mar. Merc. p. 865. sq. ed. Migne. — Ephesinum latrocinium, ap. Gelas. ep. 26., conciliabulum, ita dictum, quia violenter actum, quod Theodosius II., a Chrysaphio et Eutychete deceptus, permisit, sed improbavit Leo pont., cuique præfuit Dioscorus, episcopus Alexandrinus, ubi, absoluto Eutychete hæretico, damnatus est et crudeliter habitus Flavianus, episcopus Constantinopolitanus a. 449. De eo vd. Liberat. brev. 12. et 13. et historicos ecclesiasticos.

Ephesius, a, um, adject. idem qui Ephesinus, sed longe usitatius — a) Cum subst. Cic. 5. Att. 13. Ephesius prætor. Vitr. 2. 2. 1. Heraclitus. et 3. præf. 2. Polycles. et ibid. 16. Pæonius. Plin. 34. Hist. nat. 5. 11. (21). Hermodorus. et 38. ibid. 12. 55. (156). Posidonius. et 37. ibid. 2. 9. (25). Xenocrates. Cæs. 3. B. C. 33. et 105. pecunia. h. e. in templo Dianæ posita. Plin. 14. Hist. nat. 7. 9. (75). vinum. et 33. ibid. 7. 39. (117). minium. Vulg. Act. 19. 35. viri. — b) Abs. Ephesii, incolæ. Cic. 5. Tusc. 36. 105., Tac. 3. Ann. 61.; 4. 53. et 10. 28., Vitr. 7. 8. 1. et ibid. 9. 4. et 10. 2. 15., Val. Max. 8. 13. ext. 5., Solin. 46., Vulg. Act. 19. 28., 34. et 35. — Ephesius, nom. vir. Corp. 5. 7281. et cogn. vir. 12. 3908 (Nemausi). — Ephesia — a) Generatim, in titulis, nom. mul. Corp. 6. 17200 (in vinea Curtii in monte Cœlio). et cogn. mul. in Inscr. ap. Momms. n. 96. — Not. degli scavi a. 1909. p. 486 (Romæ, via Collatina). Ephesiaes (genet.). — b) Speciatim, cogn. Artemidis seu Dianæ (Plaut. mil. 411. et Bacch. 306., Liv. 1. 45., Cic. 2. Nat. D. 27. 69. et 1. Divin. 23. 47., Auct. de vir. ill. 7., coll. Paus. 4. 31. 8. etc., Plut. Alex. 3., Dion. Chr. 40. p. 162. R.), de cujus fabula et cultu vd. Jessen, PW. 6. 2753-2770. et DIANA. — Item regio, ubi erat Ephesus, sed ap. Gr. (Xen. h. Gr. 3. 9. 14). — Deriv. Ephesio (onis) — a) Cogn. vir. libertinorum, ab Epheso v. Ephesius factum. Corp. 6. 17171. — b) Etiam titulus comœdiæ Cæcilii Statii, cujus meminit Non. 1. 30. Merc. Cf. Ribbeck, Com. Lat. frg. p. 40. ed. alt. — Ephesiana Helore ap. Rav. p. 91.

II.) Ephesus — a) Est in titulis nom. vir., satis probabiliter ab urbe factum, rarioris tamen usus. Corp. I. L. 4. 1508. — b) Ephesus, tragœdus, laudatus Petron. sat. 70. in fin.

ĔPHĬALTĒS, is, m. 3. nom. vir. ('Εφιάλτης, Æol. 'Επιάλτης: ab ἅλλομαι, insilio, quasi incubus, Serv. ad Virg. 6. Æn. 776.; ab ἰάλλω, vibro, extendo, ducit Eustath. Hom. Il. 5. 385. et Etym. M. p. 403. 20.; ab ἅλλω, ut ἀπάλλεις = ἀποπέμπεις Becker, Anecd. 414. 20) Efialtes, Latina consuetudine, ap. Firm. de err. 12. — Acc. Ephialten in Culex 235. et Ephialta ap. Sidon. carm. 6. 25.

Ephialtes ¶ 1. Fuit gigas, Terræ ac Tartari filius, memoratus Hygin. præf. fab. ¶ 2. Item gigas, Oti frater, Aloei filius (unde Aloidæ dictus Virg. 6. Æn. 582., coll. Mythogr. II. fab. 55) et Iphimediæ, quæ compressa a Neptuno eos edidit (Mythogr. I. fab. 83). — Hi digitis novem per singulos menses crescebant; quapropter tanta freti staturæ altitudine, quum essent dumtaxat annorum novem, ausi sunt, montibus aliis super alios erectis, Cælum aggredi; sed Apollinis et Dianæ sagittis confixi, superbiæ pœnas dederunt, uti refert Serv. ad Virg. 6. Æn. 582. et 1. G. 280. et canit Claudian. carm. 26. 73. sqq. Hygin. vero fab. 28. addit, de quorundam sententia, ita punitos fuisse, quod Dianam comprimere voluissent. Culex 234. sq. eos in inferis, serpentibus vinctos, describit. — In monum. antiquæ artis cernitur in vase Ionico Juppiter adversus Ephialten (Overbeck, Taf. IV. 8) et in Attico Posidon, ejus pater (Id. Taf. XIII. 1). ¶ 3. Item filius Sophonidis Arist. 'Αθ' πολ. 25. 1. et Ælian. v. h. 2. 43.; 3. 17. et 11. 9), non Simonidis, ut ap. Diod. 11. 77. 6. Σιμωνίδου, sed falso; socius olim Periclis (Plut. Per. [1835] 104. sqq. Cf. Curtius Gr. Gesch. II.[3] 141. et Grote, Hist. of Gr. IV.[2] 218. sqq.) et Aristidis (Meyer, Gesch. d. Altert. III. 567). Memoratur Val. Max. 3. 8. ext. 4., ubi refertur Athenis specimen constantiæ dedisse in damnatione Demonstrati, cujus filii Democharis amore deperibat. — De eo vd. Holm, Gesch. Gr. II. 171. sqq., Beloch, Gesch. Gr. I. 463. sqq., et Swoboda, PW. 5. 2849. sqq. ¶ 4. Item unus ex filiis Ægypti, qui ab uxore, una Danaidum, prima nuptiarum nocte est interemptus. Hygin. fab. 170.

ĔPHIPPUS, i, m. 2. nom. vir. ("Εφιππος: ab ἐπί, super, et ἵππος, equus, quasi equo insidens) ¶ 1. Fuit Atheniensis, poeta comicus, mediæ, uti ajunt, comœdiæ, memoratus Macrob. 5. Sat. 21. 17. — Ex ejus comœdiis fragmenta tantum supersunt ap. Bothe et Kock Com. Gr. frg., inter quæ singularis pictura juvenis Platonici, elegantis et experti locutoris (frg. 14. K). ¶ 2. Item scriptor rerum Alex. M., cujus opera inter fontes suos recenset Plin. in Ind. l. 12. et 13., Olynthius (Geier, Alex. M. hist. scr. p. 309-317) vel Chalcidensis (Arrian. anab. 3. 5. 3). — Ejus fragmenta collegit Müller p. 125. sq. ed. Did. — De eo vd. laudatum Geier; Kampe, Philol. IV. (1849) 135. et Karst, Rh. Mus. LII. 55.

EPHOCEUS, i, m. 2. filius Neptuni ex Alcyone, Atlantis filia, memoratus Hygin. fab. 157.

ĔPHŎRUS, i, m. 2. ("Εφορος: ab ἐφοράω, inspicio, quasi inspector) historicus celeberrimus, immo historiæ conditoribus adnumeratus a Solin. 40., nat. Cumæ in Æolia, sæc. IV., fort. a. 393. a. Chr. (Cf. Blass, Att. Bereds. II. p. 396-410), sed ab Isocrate eruditus (Cic. Orat. 51. 172) Athenis, non in insula Chio (Blass. op. cit. p. 17), ut quibusdam placet (Pseudo-Plut. Vit. Isocr.); eloquentiæ studio aliquando deditus, sed mediocri profectu (Senec. de tranquill. an. 6. et Cic. Orat. 57. 194. et 64. 218., qui eum levem oratorem vocat, quamvis optima disciplina institutum. Cf. Menand. rhet. cit. a C. Müller p. LVIII. Did.); videtur tamen rhetoricam docuisse ac tractatum composuisse de stilo (Περὶ λέξεως): ita ap. Theon., Progymn. I. p. 170. W.; sed probabilius hoc et alia, uti Περὶ τῶν εὑρημάτων, Περὶ χωρίων, Φοινικικά, sunt excerpta ex operibus ejus historicis (Cf. C. Müller, ibid.). Quod autem maximam ei celebritatem comparavit, fuit opus historicum de rebus antiquis, nempe de iis, quæ evenerant post reditum Heraclidum usque ad obsidionem Perinthi a. 340. a. Chr. (dictum a Polyb. 5. 33. 2. τὰ καθόλου seu historia universalis, primum hujus generis litterarii specimen [Id. ibid. 33]), ab auctore inscriptum 'Ιστορίαι, in XXX. libros divisum (Diod. 4. 1. et 16. 26), singulos prooemio instructos (Id. ibid.); unde arguitur eos sejunctim editos fuisse. — Vixit, adhuc regnante Alexandro M., cui erat acceptissimus (Plut. contr. d. Stoic. 20); sed obiit, fort. a. 300., antequam suis historiis finem imponeret, quarum postremus liber ab ejus filio Demophilo absolutus est et in lucem editus (Id. 16. 14). — Dicitur Isocrates eum ad historiam conscribendam compulisse (Cic. 2. Orat. 13. 57. et 23. 94) de iis præcipue, quæ ad antiquitatem pertinent, ut discipuli ingenio miti ac tranquillo magis accommodatam, simulque adfirmasse Ephorum calcaribus indigere, frenis vero Theopompum (Id. 3. ibid. 10. 36. et Suid. ad v.), qui tempora recentiora descripsit ac turbulenta. — De ejus operis dotibus diversa veteres judicia tulerunt, quorum alii laudant Ephori stilum (Polyb. 12. 28., Dionys. Hal. 23., Cic. Brut. 56. 204); alii contra vituperant (Dio Chrys. 18. p. 283D. Cf. Suid. ad v. et Plut. Pericl. 28); item de ejus veracitate alii dubitant, uti Senec., qui de eo scribit 7. quæst. nat. 16. « Ephorus non religiosissimæ fidei sæpe decipitur, sæpe decipit ». Nec immerito; is enim aliquando documentis quidem utitur (Cf. v. c. fragm. 121), sed vel minus certis innititur, vel critica caret arte, vel leviter rem pertractat (Cf. Diod. 12. 38-41.: frg. 119. et Polyb. 12. 25), vel causas non attingit (Cic. 2. Orat. 13. 57). Id tamen ei laudi vertendum est, quod antiquas fabulas seu mythos

portentorum veste seu involucro exuit reliqua serpens: sic Python serpens latro est ad Parnassum, cui natura ferox nomen serpentis indiderat (*frg.* 70. Cf. *Strab.* 9. 646. et *Theon. progymn.* I. *p.* 220-221. *W.*). — Laudatur *Nep. Them.* 6., *Paus.* 3. et 4. et *Lys.* 4., *Gell.* 3. 11. 2., *Censorin. d. nat.* 17., *Macrob.* 5. *Sat.* 18. 6., *Quintil.* 2. 8. 11., 9. 4. 87. et 10. 1. 75., *Tertull. anim.* 46., *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 18., *Arnob.* 3. *p.* 121., *Plin.*, qui eum inter fontes suos retulit in *Ind. l.* 4-7. citavitque 4. *Hist. nat.* 12. 21. (64). et *alib.* — Fragmenta ejus operum, quæ perierunt, collegit *C. Müller* inter *Hist. Gr. rell. I. p.* 234-277. — De eo cf. *Klugmann, De Ephoro hist. Gr.* Gotting 1860.; *Dressler, Das Geschichtswerk des Ephoros nach seinen Fragmenten u. seiner Benutzung* etc. Bautzen 1873.; *Croiset, H. L. Gr. IV. p.* 655-662. Paris 1900.; *Laqueur, Ephoros,* Herm. 1911. *p.* 161-206. et 321-354.

EPHRĂIM, indecl. m. nom. pers. et geogr. (Hebr. *'Ephraim* «pulvis seu terra duplex»; al. «fructificatio duplex» [*Augustin.* in *Ps.* 59. *n.* 9. et *Sulpic. Sev.* 1. *chron.* 11]; al. «auctio» [*Isid.* 7. *Orig.* 7. 21., coll. *Vulg. Gen.* 41. 52]; *LXX.* 'Εφραΐμ). Scribitur *Ephrem* ap. *Vulg. Ps.* 77. 9. et *Efrem*, Latina consuetudine, ap. *Prudent. cathem.* 12. 189.; et etiam *Ephræm* ap. *Augustin. loc. cit.* — Est autem

I.) Ephraim, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Josephi et Aseneth, filiæ Putiphare, natu minor seu secundogenitus. *Vulg. Gen.* 41. 52 (coll. 46. 20) «Nomen quoque secundi *(Joseph)* appellavit Ephraim dicens: crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ». Sane Ephraim et ipse crevit; vixit enim centum et sex annos obiitque in Ægypto, posterorum magna ex se relicta multitudine, ita ut tribus, quæ ab eo nomen accepit, fuerit numero maxima. — Id autem singulare accidit, ex Dei consilio, ut quum Jacob benediceret filiis Joseph, dexteram posuerit super caput Ephraim natu minoris nec, graviter id ferente patre, qui conabatur eam transferre super primogeniti caput, ille retraxerit et Ephraim constituerit ante Manassen dicens: «Scio, fili mi, scio et iste quidem erit in populo et multiplicabitur; sed frater ejus minor, major erit illo et semen illius crescet in gentes» (*Id. ibid.* 48. 17-20). ¶ 2. Hinc metonymice — *a) Ephraim* dicitur tribus, cujus fines in media fere Palæstina describuntur in libro *Jos.* 16. 5. *sqq.* (*Jud.* 12. 5). — Ea autem aliquando vocatur *tribus Joseph*, ut ap. *Joh. apoc.* 7. 8., vel potius sub uno nomine *Joseph* utraque (Ephraim et Manasse) ibi memoratur (V. DAN, coll. *Jud.* 12. 5., 1. *Reg.* 1. 1., 3. *Reg.* 11. 26. et *Ps.* 77. 9). — *b)* Immo, latiore sensu, universum regnum ac populus decem tribuum, postquam, mortuo Salomone, schisma ortum est, unde duo emerserunt regna, quorum unum Juda, alterum Israel seu Ephraim appellatum, præsertim apud prophetas (*Is.* 9. 8., 17. 3., 28. 3., *Os.* 4. 17., 5. 3. *sq.* et 9. 3. et *alib.*).

II.) Ephraim, nom. geogr. ¶ 1. *Mons Ephraim*, regio montana, cum appido cognomine, memoratus *Jos.* 19. 50., 20. 7. et 21. 21. et *Jud.* 2. 9. et 3. 27. — *Joh.* 11. 54. Civitas Ephrem. *i. e.* Ephraim. (*Hieronym. onom. p.* 197. *P.*, coll. *Bädeker, Palæst.* 243. et *Buhl, Geogr.* 177). ¶ 2. *Silva* sive *saltus Ephraim*, ap. *Vulg.* 2. *Reg.* 18. 6., trans Jordanem (Cf. *ibid.* 17. 24-29), probabiliter ita dictus a clade Ephraimitarum, qui quum contra Jephte injuria insurrexissent, a Galaaditis, prœlio commisso, partim cæsi, partim vero fugati, ab iisque ad vada Jordanis detenti negantesque se esse Ephratæos et continuo interrogati, dum pro *Scibboleth*, «spica», diversæ pronunciationi assueti, respondebant *Sibboleth*, jugulabantur (*Jud.* 12. 1-6). — *Porta Ephraim*, ad septentr. Jerusalem antiq. (*Vulg.* 4. *Reg.* 14. 13). «A porta Ephraim usque ad portam anguli». Fort. hod. *Bab-el Nebi-Daud.*

EPHRĀTA v. Ephratha, æ, et indecl. f. nom. geogr. et pers. Hebr. *'Ephrāthāh* vel cum He paragog. *'Ephrathah* «ubertas» v. fructifera (terra)».

I.) Ephrata, nom. geogr. ¶ 1. Est regio Bethlehem itemque oppidulum ipsum Bethlehem, olim Ephrata vocatum, plenius *Bethlehem Ephrata*, in tribu Juda, non Beniamin, ut quidam male arbitrantur (*Hieronym. onom. p.* 197. *P.*). Memoratur *Vulg. Gen.* 35. 16-19. et 48. 7., *Ruth* 4. 11. *Mich.* 5. 2. «Et tu, Bethlehem Ephrata, parvula es» (*Matth.* 2. 6. «terra Juda nequaquam minima es») in milibus Juda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel», ubi duo animadvertenda: — *a)* Ap. *Mich.* locum in se considerari, ap. *Matth.* vero non in se sed respectu habito ad Messiam; idcirco nullum esse inter utrumque dissensum. — *b)* Dici *terra Juda*, ut ab alio oppidulo seu vico distinguatur, qui erat in tribu Zabulon (*Hieronym.*). V. BETHLEHEM. — Hinc *Ephrathæus*, adj. — *a)* Ad Ephratam in tribu Juda pertinens, idem qui Bethlehemita. *Vulg. Ruth* 1. 2. et 1. *Reg.* 17. 12. — *b)* Item ad Ephratam sive Ephraim tribum. *Id.* 3. *Reg.* 11. 26. ¶ 2. Est etiam locus in tribu Ephraim. *Vulg. Ps.* 131. 6. «Ecce audivimus eam (*i. e.* arcam Test.) in Ephrata» (*i. e.* in Silo, qui locus erat in tribu Ephraim).

II.) Ephrata v. Ephratha, nom. pers., *sc.* uxor altera Caleb, quæ ei Hur peperit, memorata 1. *Par.* 2. 19. et 24. et 50. et 4. 4.

EPHRĀTHA et

EPHRĀTHÆUS. *V.* voc. præc.

EPHREE (Ophra), indecl. m. nom. vir. (Hebr. *Hhophra'*, ignoti significatus; *LXX.* Οὐαφρῆ; *Maneth.* Οὔαφρις, fort. origine Ægyptiam ex Coptico, ut videtur, χω [cf. Hebr. *kôen*], sacerdos, et *Phra*, Sol, quasi s a c e r d o s S o l i s) rex Ægypti, septimus dynastiæ II. Saiticæ, sed, respectu ad ceteras habito, XXVI., æqualis Nabuchodonosor M., idem, qui *Herod.* 2. 161. et *alib.* et *Diod.* 1. 68. *Apriam* ('Απρίην) vocatur, traditurque patri suo Psammetico II. successisse ac regnasse ann. XXX (*Hieronym. chron.* ad Olymp. XLV. 4. *sc.* a. 597. a. Chr.), Tyrios vicisse, expugnasse Sidonem aliaque hujusmodi gessisse; sed tandem ab Amasi solio detrusum vel potius occisum fuisse a rege Chaldæo a. 572 (al. 571. v. 570. a. Chr.), ut ex monumentis nunc constat, ex quibus etiam novimus eum regnasse tantum ann. XIX., cœpisse autem regnare a. 591 (al. 589), ut prædixerat *Jer.* 44. 30. «Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum ejus etc.». Cf. *Ezech.* 29. 18-20. — In suis antiquitatibus (*Jos.* 10. 9. 7., coll. *c. Ap.* 1. 19. 20) et ipse ait vaticinium hoc fuisse ad litteram impletum, ac Nabuchodonosor non solum Ægyptum occupasse, sed etiam regem interfecisse (Cf. *Megasth. Indica fragm.* 20. ed. *Did. Hist. Gr. frgm. II. p.* 416). Frustra autem critici quidam recentiores hæc in dubium vocant aut negant, quod Herodotus et Diodorus de victoriis hujusce Pharaonis tantum mentionem faciant, quæ initio regni, si tamen credendæ sunt, evenerunt; nam hodie inscriptionibus Ægyptiis et Chaldæis, ea, quæ scriptores Hebræi tradiderunt ac vaticinati sunt prophetæ de victoriis Nabuchodonosor in Ægypto, omnino confirmantur (V. *Wiedemann, Der Zug Nabucadnezar's gegen Ægypten* in *Ztschr. für ägypt. Spr.* 1878. *p.* 1. et *Vigouroux, La Bibl. et les découv.* etc. Paris 1885. *IV. p.* 422. *sqq.*).

EPHREM, indecl. m. nom. geogr. et vir. Hebr. ¶ 1. Est oppidum in tribu Beniamin, sed ab Ephraim occupatum, quod in textu Hebr. et transl. Vulg. et Alex. vario scribitur, situm ubi incipit desertum Juda, hodie *Thagebeh* v. *Taybeh* dictum (*Robinson, Biblical Research. in Pal. II. p.* 124-125); non enim, quod probabilius videbatur, a *Fahrngruber* (*Nach Jerus.* 1881. *p.* 381-382) designatum, sc. *Fârah*, post chartam Madaba, a. 1896. repertam, potest amplius admitti (*Heidet, Dict. Bibl. II. p.* 1886). Memoratur 2. *Reg.* 13. 23., *Joh.* 11. 54., coll. 2. *Par.* 13. 19., ubi *Ephron* vocatur. V. **EPHRAIM** sub II. ¶ 2. Est etiam nom. vir. — 1.°) Idem ac Ephraim, filius Josephi, ap. *Vulg. Ps.* 77. 9. — 2.°) Item scriptor (a. 320-379), lumen celeberrimum ecclesiæ Syriacæ, theologus et poeta, orator et sacer interpres, dictus a Syris *os eloquens, lyra Spiritus Sancti, mundi universi doctor, columna Ecclesiæ* universalis, *Syrorum propheta* (Syr. *Afrem* nominatus), *Syrus* dictus, ut ab aliis distinguatur, sed non ita nobis cognitus, ut de omnibus, quæ de eo narrantur, certi esse possimus. — Natus est Nisibi, oppido Syriæ, non ante a. 306., ex parentibus christianis pietate eximiis, ad quam a puero fuit informatus; quare totum se dedit religionis exercitationibus ac studio in solitudine. Jacobus itaque, Nisibenus episcopus, ab eo magna sibi pollicitus, fertur optimum virum plurimi habuisse, ad concilium Nicænum secum adduxisse eumque vocasse ad scholam regendam. Sed quum Nisibis in potestatem venisset Saporis, Persarum regis, urbe relicta cum maxima civium christianorum copia, Edessam se contulit Romanis subjectam, ubi insignem scholam aperuit vel certe discipulos habuit. Dubium quidem est, an in Ægyptum concesserit ibique cum monachis vixerit octo annos; itemque, an Cæsaream Cappadociæ petierit ad Basilium, fama tunc ubique celebrem, ab eoque in diaconum fuerit ordinatus, non autem presbyter, uti vult *Auct. prædest.* 1-57. Postea vero Edessam repetiit, ubi majorem scripsit suorum operum partem, ibique a. 379 (al. 373. v. 375) sanctissime obiit. De eo *Hieronym. vir. ill.* 115. hæc habet «Ephrem, Edessenæ ecclesiæ diaconus, multa Syro sermone composuit et ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem Scripturarum publice in quibusdam ecclesiis scripta ejus recitentur. Legi de Spiritu Sancto græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat, et acumen sublimis ingenii etiam in translatione cognovi. Decessit sub Valente principe». Laudatur etiam *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 45. et 8. *ibid.* 6. et *Marcellin. chron.* ad a. 459. — Plurima scripsit, quorum pars minor prosa oratione, pars vero multo major poetica, pauca sermone Syriaco, pleraque in Græcum, Armenicum, Arabicum, Æthiopicum versa, quæ nec integra nec omnia prorsus genuina ad nos pervenerunt, de variis ac valde diversis doctrinæ vitæque christianæ argumentis, totque numero, ut *Sozomenus*, 3. *H. E.* 16. referat Ephrem exarasse omnino trecentas linearum decades milium (τριακοσίας μυριάδας ἐπῶν), et mille operum *Photius Cod.* 196. Porro ex his, præter commentaria, ex quibus syriace scriptæ exstant tantum interpretationes *Genesis* et *Exodi (I-XXXII.* 26), aliarum vero fragmenta in Vetus et Novum Testamentum prope universum, ubi, translatione Syriaca adhibita, quæ *Peshito* vel Simplex vocitatur, tamquam commentariorum fundamento, ac *Diatessaron* pro textu euangelico, sensui litterali auctor inhæret scholæ Antiochenæ (Cf. *Vigouroux, Cosm. Mos.* Paris 1889. *p.* 38-45); in ceteris sæpe allegorico indulget scholæ Alexandrinæ. Opera autem metrica partim sunt sermones (*Mêmrê* v. *Mimrê*), partim hymni vel cantica (*Madrâshê*), scripta etiam contra ethnicos, Judæos et Manichæos vel contra Gnosticos, Novatianos, Arianos, Sabellianos, Messalianos etc., in honorem Christi, Dei et Hominis, ac Deiparæ in primis; de *Josepho Ægyptio* (ll. 12), *de Abrahamo ex Kidun* et *Juliano Saba monachis* et *carmina Nisibena* (ed. *Bickell* a. 1866) etc., versibus composita plerumque septenariis seu metro, quod ab auctore dicitur, Ephremio. Quod autem communi sententia censetur, metricam Syriacam numero syllabarum contineri, correxit *H. Grimme*, qui eam accentu verbali factam ostendit, unde statuit poesim Byzantinam ac posteriorem Latinam esse ortam (V. *Bardenhewer, Patr. II. p.* 194. *sqq.* tr. 1908). Quæ quidem nuper ex repertis haud paucis fragmentis feliciter sunt aucta (*Id. ibid.*) et, præeuntibus cll. *Simone* et *Evodio Assemani* et *Petro Mobarek* a. 1732-1746. Romæ edita, iterumque edenda cum critica commentatione curavit, non tamen universa, *A. Pohlmann* (Brunsb. 1862-1764), dein *Lamy* (Mechlin. 1886), *Kayser* (1884), *Bensly-Barnes* (1895), *Caspari* (1890), *Duval* (1901), *Bonug* (1903). — De eo scripserunt *Lengerke* (1888), *P. de Lagarde* (1880), *Lamy* (1890), *Burkitt* (1901). — 3.°) Item episcopus Hierosolymitanus, decimustertius, Levi successor, natione Judæus, teste *Euseb.* apud *Rufin. H. E.* 5. 4., ubi *Effrem* scribitur; et *Hieronym. chron.* ad Olymp. CCXXV. 4 (= a. 124. p. Chr.), ubi *Ephres.* — Hinc *Ephremius*, nom. episcopi cujusdam Antiocheni, ap. *Facund. Herm. lib.* c. *Mocian. p.* 861. *M.*

EPHRŌN, nom. m. geogr. et pers. (Hebr. *'Ephrôn* «vitulinus», *LXX.* 'Εφρών).

I.) Ephron, nom. geogr. (indecl.) ¶ 1. Est oppidum prægrande in tribu Beniamin, oct. m. p. (in tribu Juda XX. miliar. *Hieronym. onom. p.* 197. *P)* ab urbe Ælia (Hierosolymis) contra septentr. *Vulg.* 2. *Par.* 13. 19., idem ac Ephraim (Ephrea v. Efrem *Hieronym.*, 'Αφρὴλ *Eus.*), hod. *uadi el-Arab* (*Keil, Comm. Makk p.* 107). ¶ 2. Item oppidum munitum trans Jordanem in via, quæ a Galaad ducebat Scythopolim, a variis gentibus habitatum, hod. fort. *Wad el-Ghafr* (*Polyb.* Γεφρούν). *Vulg.* 1. *Mach.* 5. 46. et 2. *ibid.* 12. 27. ¶ 3. Est etiam mons in confiniis tribuum Judæ et Beniamin. *Vulg. Jos.* 15. 9.

II.) Ephron (onis), nom. pers., fuit filius Seor, qui coram populo vendidit Abrahamo agrum et speluncam duplicem (non *Machpêlâh*, quasi nomen speluncæ, sed in *Machpêlâh*), in qua Saram uxorem suam sepelivit. *Vulg. Gen.* 23. 16. *sqq.* «Abraham appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti (= 6732. grammata: *Schrader)* probatæ monetæ publicæ (*i. e.* publice, non privatim, quod repetit auctor *vv.* 10. et 11.; hoc enim postulabatur, ut validus fieret contractus) - atque ita sepelivit Abrahamus Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat (*i. e.* in spelunca agri Machpelah, ad orientem) Mambre».

ĔPHȲRA, æ, f. 1., et

ĔPHȲRÆUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĔPHȲRĒ, es, f. 1. ('Εφύρα, *Ion.* 'Εφύρη) *Ephire* in *Inscr.* apud *Momms. n.* 5429. — Etiam *Ephyra* ap. *Auson. lud. sap. Periand.* 1. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Ephyre, nom. pers. ¶ 1. Est nympha Oceani filia, hinc *Oceanitis* dicta *Virg.* 4. *G.* 341., quæ oppidum Ephyren condidit, dein Corinthum appellatum (*V.* infra), ap. *Hygin. fab.* 275., coll. *Hesiod. theog.* 337. *sqq.*: vel uxor Epimethei, genita ex Oceano et Tethyde et prima Corinthi incola (*Eupolem.* Κορινθ. *frg.* 1. *K.* ap. *Schol. Apoll. Rhod. IV.* 1212. et *Paus.* 2. 1. 1) Cf. tamen *Virg.* 4. *G.* 343. ¶ 2. Item una Nereidum, sc. Nerei et Doridis filia. *Hygin. fab. præf.* Cf. tamen *Tümpel, PW.* 6. 20. *sq.*

II.) Ephyre, nom. geogr. ¶ 1. Est urbs ipsa Corinthus, olim *Ephyre* appellata a nympha hujus nominis, quæ fertur eam condidisse vel prima incoluisse. *V.* sub *I.* 1. — Ita Corinthum vocant poetæ in primis, qui fabulæ adhærent. *Ovid.* 2. *Met.* 240., *Lucan.* 6. 57., *Sil. It.* 14. 656. et 16. 810., *Claudian. carm.* 8. 471., *Stat.* 4. *Theb.* 59., *Gell.* 14. 6. 4., *Vellej.* 1. 3., *al.* — Verum *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 499. et 605. a Sisypho condita dicitur. — E p i t h e t a: *Ovid.* 12. *Her.* 27. bimaris. *Id.* 7. *Met.* 391. Pirenis. *Stat.* 2. *Silv.* 34. Baccheia. *Corp.* 3. 615. alta (fort. hic est *Acrocorinthus).* ¶ 2. Item oppidum Epiri, in Thesprotia, haud procul a mari, ad dexteram Acherontis, a Philippo occupatum. *Vellej.* 1. 1., ubi *Ephyra* scribitur, olim dictum *Cichyrum* (*Strab.* 7. 324. et 328., coll. 8. 338. et 9. 444. et *Apollod.* 3. 6. 7. Cf. *Leake, North. Gr. IV.* 55), situm, ap. *Bursian, Geogr. v. Gr.* 1. 29., minus tamen recte, prope *Castro*, quum sit prope *Tabani*, hod. *Pandoria* vocatum (*Kiepert).* ¶ 3. Est etiam parva insula in mari Myrtoo, una ex Cycladibus, prope Melon (*Steph. Byz.*), hod. *Erimomilo* s. *Hülsen*, sed *Antimilo* s. *Beanler.* ¶ 4. Alia opp. sunt in Ætolia, in Thessalia, in Sicyonia et in Campania, sed a Græcis tantum scriptoribus memorata. — Hinc *Ephyrelus, Ephyreus* v. *Ephyræus* ('Εφύρειος v. 'Εφυραῖος), adj. ad Ephyrem pertinens, qua Corinthus significatur, vel ei alluditur. *Rutil. itin.* 1. 319. Isthmos. *Ovid.* 1. *Art. am.* 335. Creusa. *Claudian. carm.* 18. 90. Lais. *Propert.* 2. 6. 1. ædes. *Stat.* 6. *Theb.* 258. litus. *Sil. It.* 14. 52. alumni. *Virg.* 2. *G.* 464. æra. *h. e.* opera ære Corinthio fabrefacta. *Sil. It.* 14. 180. mœnia. *h. e.* Syracusæ, quæ urbs a colonis Corinthiis condita traditur *ibid.* 52. et *Tertull. pall.* 2. — *Lucan.* 6. 17. De Dyrrachio usurpavit, sed qua a colonis Corinthiis conditum est. — Cf. *Ephyri*, absolute, incolæ seu populi Ætoliæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (5)., coll. *Strab.* 8. 338 (V. *Heuzey, Olymp.* et *l'Acarnan.* 309. et *Bursian, Geogr. v. Griechenl. I.* 140). — *Ephyreiacus*, adj. ad Ephyren seu Corinthum pertinens. *Petron. sat.* 119. in *carm.* miles. — *Ephyreias (ădis)*, adj. patronym. ab *Ephyre*, idem ac Corinthius. *Claudian. B. Get.* 629. Ephyreiadasque puellas etc. — *Ephyreiades (æ)*, comm. gen., item adj. patronym. ab *Ephyre*, idem ac Corinthius. *Stat.* 6. *Theb.* 651. duo gentis Achææ; Tres Ephyreiadæ etc.

ĔPHȲRĒIĂCUS et

ĔPHȲRĒIAS et

ĔPHȲRĒIUS et

ĔPHȲRI, ōrum. *V.* voc. præc.

EPĬCĂDĪUM. *V.* **EPICURUS.**

ĔPĪCĀDUS, i, m. 2. nom. vir. ('Επίκαδος, quod nonnulli ab ἀπεικάδες, *dies nefasti*, derivant; alii vero vertunt *doliarius* faber [*Pape-Benseler*]; sed vox est Illyrica V. *Tomaschek, Zfög.* 1875. *Wissensch. Mitth.* 8. 95. 208. et *Schulze, Eigenn. p.* 131). — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) E p i c a d u s, Illyrius, a Gentio propter ejus amicitiam cum fratre suo Platore, quo tutius regnaret, interemptus, teste *Liv.* 44. 30. — 2.°) E p i c a d u s, Illyrius, præfectus peditum Parthinorum in castris Anicii prætoris, in bello contra Gentium. *Liv.* 44. 30. *ad fin.* (a. 168. a. Chr.). — 3.°) A s i n i u s E p i c a d u s, ex gente Parthina et matre Itala natus, quare hybrida appellatus *Suston. Aug.* 19. — Hic ab Asinio Pollione, qui Parthinos devicerat (a. 39. a. Chr.), captivus Romam ductus ac postmodum libertate donatus et Asinius dictus, cum L. Audasio, jam falsarum tabularum reo, contra Augustum conspiravit; sed priusquam conspiratio invalesceret, indicio detecta, compressa est. *Id. ibid.* — 4.°) E p i c a d u s, grammaticus, plenius *Cornelius Epicadus.* V. **CORNELIUS.** ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 2195. — *Corp.* 3. Tab. Cer. *n. XX.* Æpicadus. — Absolute. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3570. et *Ephem. epigr. II. p.* 305. *n.* 386.

ĔPĬCARPĬUS, ii, m. 2. ('Επίκαρπος, *fructifer*) presbyter, cujus mentio est ap. *Leon. M. ep.* 19 (a. 448). — *Epicarpia*, cogn. mul. *Corp.* 5. 6694.; 12. 1970 (*Viennæ*).

ĔPĬCĀTUS, i, m. 2. cogn. vir. libert. *Corp.* 5. 8378. — Hinc *Epicatius*, cogn. vir. 3. 920.

ĔPĬCHĂRIS (Epicaris), is et idis, f. 3. ('Επίχαρις, *gratiosus*) cogn. vir. Græcan. *Corp.* 6. 8198 (*Mon. libert. Q. Sallustii*). et cogn. mul. 5. 7578.; 6. 17202 (a. 1858-59. *ad viam Latinam*) Epicaris. — *Epicharis*, liberta famosa, virilis tamen animi mulier. *Tac.* 15. *Ann.* 51. et 57.

ĔPĬCHARMĒUS et

ĔPĬCHARMĪUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĔPĬCHARMUS, i, m. 2. nom. vir. ('Επίχαρμος: ab ἐπίχαρμα, *gaudium, lætitia*, quasi lætus v. lætitia exsultans). — Memorantur ¶ 1. E p i c h a r m u s, Cous, nat. sæc. V.°, ca. a. 480., vel fort. rectius sæc. VI.° ca. a. 540. a. Chr. (*Diog. Laert.* 8. 3), philosophus Pythagoricus idemque poeta comicus veteris Doricæ comœdiæ, cui expoliendæ tantum artis adhibuit, ut ipse comœdiæ inventor jure merito creditus sit (Cf. *Diomed.* 3. 9. 16. et *Anonym. Estens.* II. κωμῳδίας *p.* 7), dictus etiam Siculus (*Cic.* 1. *Tusc.* 8. 15. et 1. *Att.* 19. et *Horat. l. c.)* et Syracusius (*Serg. expl. in Donat.* 1. *p.* 681. *K.*), quia, trimestris in Siciliam delatus, fortasse quando Cadmos, tyrannus Coi, solum vertit cum civibus suis petiitque eam insulam (*Herod.* 6. 164., coll. *Diog. l. c.*), ubi prius Megaræ, dein Syracusis majorem vitæ partem transegit, et eximium publicæ suæ artis specimen dedit a. 486 (*Suid.* ad *v.* 'Επιχ.), ob id statim celebritatem adeptus ac Geloni et Hieroni acceptissimus (*Plut. de adul. et amic.* 27), ibique obiit a. ætatis suæ nonagesimo, a Platone dignus existimatus qui in eo litterarum genere cum Homero compararetur (*Theæt. p.* 152E «Καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, κωμῳδίας μὲν 'Επίχαρμος, τραγῳδίας δὲ "Ομηρος»). Laudatur quoque *Varr.* 6. *L. L.* 10., *Cic.* 3. *Q. fr.* 1. 7., *Macrob.* 5. *Sat.* 20. 5., *Apul. florid.* 70., *Fulgent.* 1. *Myth.* 14. et 3. *ibid.* 1. et 5., *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 8., *Tertull. anim.* 46. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 57. «Dicitur Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi». Præterea *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198). et *Hygin. fab.* 277. tradunt, eum duas litteras, nempe Θ et X, alphabeto Græco addidisse. — *Epicharmus* est etiam inscriptum poema *Ennii*, ex Epicharmi libro de rerum natura in Latinum conversum. — Scripsit 36-52. δράματα, a veteribus plurimi habita, quorum certos titulos cognoscimus ('Αλκυονεύς, "Αμυκος, Βάκχαι, Βούσειρις, Διόνυσοι, "Ηβας Γάμος, 'Ηρακλῆς 2., Κύκλωψ, Κωμασταὶ ἢ "Ηφαιστος, 'Οδυσσεὺς αὐτόμολος et ναυαγός, Πύρρα καὶ Προμαθεύς, Σειρῆνες, Σκίρων, Σφίγξ, Τρῶες, Φιλοκτήτας etc.) ac multa supersunt fragmenta, edita a *Krusemann* (1834), dein ab *Ahrens* (1848), *Artaud* (1863), *Mullach, I. Fragm. philos. gr.* (1860) et *Kaibel, Fragm. poet. gr.* 1 (1899). — De eo vd. *Dionys.* Περὶ τῶν ποιημάτων 'Επιχάρμου ex veteribus; ex recentioribus vero *Welcker, Epikarmos* in *Kl. Schrift.* 1. Bonn 1844.; *Girard, Epicharme* in *Rev. d. Deux Mond.* 1889.; *Lorenz, Leben u. Schrift. des Epik.* 1864. *p.* 219. *sqq.* ¶ 2. E p i c h a r m u s, medicus, cujus libros inter fontes suos recenset *Plin.* in *Ind. l.* 20-27., item Syracusanus, ut præcedens (*Colum.* 7. 3. 6), a quo tamen distinguendus est. Citatur ab eod. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 34. (89). et *ibid.* 36. (94). Cf. *Censorin. d. nat.* 7. 9. — Hinc *Epicharmius (Epicharmeus)* 'Επιχάρμειος, adj. *Q. Cic. Petit. cons.* 10. Epicharmium illud teneto, nervos atque artus esse sapientiæ non temere credere (ubi græce alii scribunt). *Gell.* 1. 15. 15. Epicharmium quoque illud non inscite se habet. — *Epicharmium metrum* (tetrametrum [*trochaicum*] catalecticum), illustre et aptum festinis narrationibus, est enim agitatum et volubile, ut docet *Mar. Victorin. II. p.* 84. *K.*

ĔPĬCLĒROS vel

ĔPĬCLĒRUS, i, m. 2. titulus comœdiarum *Statii Cæcilii* et *Turpilii*, quorum fragmenta prostant ap. *Ribbeck, Com. Rom. p.* 40. *sqq.* et *p.* 91-94.; et etiam *Menandri*, ap. *Cic. amic.* 26. 99. et *Quintil.* 10. 1. 70.

ĔPĬCLĒSIS, is, f. 3. ('Επίκλησις, *invocatio*) cogn. mul. Græcan. *Corp.* 2. 2658.

ĔPĬCNĒMĪDĬI, ōrum, m. plur. 2. ('Επικνημίδιοι *Strab.*) cogn., quo Locri ab Epizephyriis distinguebantur, quorum urbs præcipua fuit *Opus*, etiam *Epicnemidia* appellata, teste *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 399., ubi quidam leg. *Epicnemides* pro *Epicnemidii.* Sed et *Strab.* 9. 416. et 424. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (27)., ubi ait Locros deinde Epicnemidios cognominatos, olim Leleges dictos, per quos amnis Cephisus defertur in mare.

ĔPĬCRĀNĒ (Dor.) v. Epicrene (Ion.), es, f. 1. fons Bœotiæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (25). et *Capell.* 6. *p.* 210.

ĔPĬCRĂTĒS, is, m. 3. nom. vir. ('Επικράτης: ab ἐπικρατέω, *prævaleo*, quasi prævalens v. victor, valde potens v. fortis) *Epigrates*, pro *Epicrates* legitur in *Inscr.* ap. *Murat.* 985. 5., coll. 2. — *Epicrate*, omissa finali, in sigillo fictili ap. *De-Rossi, Piant. Icnogr. di Roma p.* 20. — Hoc autem nomine memoratur — *a)* Rhetor et philosophus Atheniensis, ap. *Cic.* 16. *Fam.* 21., additis aliis ap. *eund.* 4. *Verr.* 9. et 22. et *Liv.* 37. 13. et 15. — *b)* Item Græcus scriptor comœdiæ, ut ajunt, mediæ, cujus pauca et parva exstant fragmenta (V. *Croiset, H. L. Gr. III. p.* 607); sed a Latinis prætermissus. — Etymi ratione habita, videtur designari Pompejus M. in illo *Cic.* 2. *Att.* 3. Epicratem suspicor, ut scribis, lascivum fuisse. — In titulis cogn. vir. ingen. et libert. *Corp.* 3. 3472.

ĔPĬCTĒTES, ium, m. plur. 3. ('Επικτήτεις) populus Mysiæ in regione, ab eis dicta *Epictetos* (V. voc. seq.), in *Inscr.* bilingui ap. *Garrucci, Syll. n.* 991., C. Salluvio Nasoni dicata, quod illum populum in bello Mithridatico servasset. Cf. *Henzen* in *Bull. dell' Ist. arch.* a. 1871. *p.* 55.

ĔPĬCTĒTUS v. Epictetos, i, m. 2. nom. vir. ('Επίκτητος, *acquisitus*) *Æpictetus* habet *Momms. Inscr. n.* 3763. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Epictetus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) E p i c t e t u s, philosophus Stoicus popularis, nat. ca. a. 50. p. Chr. Hierapoli in Phrygia, de quo aliqua scimus, collecta a *Schenkl* (*Epictet. diss. p. XIV-XXIII*), ex *Arrian.*, qui proprie vitam Epicteti scripsisse dici nequit; perperam enim intelligitur illud *Simplicii, Comm.* in

Epictet. enchir. præf. in. « περὶ τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψε » (Cf. *Croiset V.* 458. et *Robert PW.* 6. 127) et ex aliis sparsim. — Ductus Romam, primum Epaphroditi, fort. famosi illius Neronis imp. liberti, servus fuit *(Gell.* 2. 18. 19); deinde ab eo, qui suspexerat viri ingenium experrectum ac probitatem, quæ tanta fuit, ut putaretur christianus *(Greppo, Trois mémoires etc. p.* 82. *sqq.)*, curavit, ut a Musonio Rufo stoico institueretur, cujus documenta ardenti animo imbibit ex iisque totam dein vitæ rationem composuit. Videtur autem floruisse temporibus Vespasiani ac Titi et initiis Domitiani, qui senatus consulto decrevit, ut Roma atque adeo Italia philosophi expellerentur (a. 94. p. Chr.), quorum sortem et ipse subire coactus Nicopolim Epiri se contulit *(Gell.* 15. 11. 5. et *Simplic. c.* 9), ubi summa viguit auctoritate ac discipulorum frequentia, eodem Domitiano et Nerva dein ac Trajano imperantibus, et sub initiis Hadriani, qui in magna familiaritate eum habuit *(Spartian. Hadr.* 16). — Porro inter ejus discipulos eminuit Arrianus Nicomediensis, qui in suis *Dissertationibus* (olim diverso titulo citatis, i. e. Διατριβαί, διαλέξεις, ὁμιλίαι, λόγοι, ὑπομνήματα, σχολαί etc.) et in *Enchiridio* (Ἐγχειρίδιον) magistri sui, jam senis, sed animi alacritate juvenis, dogmata ac disputationes conclusit (Cf. *Gell.* 1. 2. 6. et 17. 19. 1. et *Augustin.* 9. *Civ. D.* 4. et 5), ita propositas ac digestas, ut ipsius Epicteti opus videantur, qui ceteroquin doctrinas suas tradidit non scriptis sed ore tantum, nec quæ speculando sed moribus ad justitiam informandis inservirent, inter quas celebre est illud *sustine et abstine* (ἀνέχου καὶ ἀπέχου), quo tota vitæ ratio continetur, de hoc tamen reprehendendus, quod humanis viribus vivendi honestatem superbius tribuat, plane secluso Dei auxilio *(Diss. I.* 6. 37.: cf. *Paschal, Entret. avec M. de Sacy)*, quod ceteroqui in ethnico viro mirum non est. — Obiit Epictetus probabilius ca. a. 125 *(Schenkl,* minus recte, a. 140), pauper sed communi existimatione ac celebritate dives. — De eo scripserunt ex recentioribus *Feller, Philos. ab Epicteto adhib.* etc. Jenæ 1885.; *Schenkl, Die Epitect. Fragm.*, Wien 1888.; *Asmus, Quæst. Epictet.* Freib. 1887.; *Bonhöffer, Epict. u. die Stoa* etc. 1890. et *Die Ethik d. Stoik. Epikt.*, Stuttg. 1894.; *Bruns, De schol. Epict.* Kiel 1897. — 2.º) Epictetus Cuspianus, publicus Arvalium ex litteris M. Fulvii Aproniani promagistri in locum Carpi publici Corneliani, testantibus *Act. Arv.* a. 185. ap. *Henzen p. CLXXI.* — 3.º) Alios vd., citatos in *Cod.* 4. 4. 65. 2., 5. 38. 6. et 10. 4. 1. et ap. *Symmach.* 10. *ep.* 47., *Cyprian. ep.* 64., *Hilar. Op. hist. frg. VI. n.* 9. et *IX. init.* etc. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2763. et in *Corp.* 5. 629. — Abs. *Corp.* 3. 4800. et *Ephem. epigr. II.* 342. *n.* 555.

II.) Epictetus, regio, Phrygiæ attributa cum oppido cognomine, memorata *Cic.* 3. *Fam.* 10. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 3. *p.* 152., coll. *Cavedoni, Spicil. numism. p.* 287.

ĔPĬCŪRĒI, ōrum, m. plur. 2., et

ĔPĬCŪRĒUS v. Epicureius v. Epicurius, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĔPĬCŪRUS (Epicuros), i, m. 2. nom. vir. (Ἐπίκουρος, *auxiliator)* ¶ 1. Fuit philosophus nobilis *(Cic.* 2. *Fin.* 15. 49), Atheniensis, filius Neoclis et Chærestratæ, de stirpe Philædum creditus *(Metrod.* ap. *Diog. Laert. X.* 1), natus a. 342. (al. 341) a. Chr., archonte Sosigene, in pago (δῆμος) *Gargetto,* prope Athenas, qui ad tribum Ægeidem pertinebat *(Apollod.* ap. *Diog. Laert.* 10. 14), unde et *Gargettius* dictus est *(Cic.* 15. *Fam.* 16), frater Neoclis, Chæredemi et Aristobuli. — Pueritiam egit in insula Samo, ubi pater morabatur uti colonus (κληροῦχος) Atheniensis *(Strab.* 14. 638., *Philochor.* ap. *Dionys.* 13. 665). Inde Athenas reversus, scholas Theophrasti academici, Xenocratis peripatetici et democritei Nausiphanis frequentavit inter juvenculos (μετὰ μειρακίων *Strab. ibid.*), nondum ephebus *(frg.* 114. *Usener)*; anno autem ætatis XVIII. grammaticam ipse docuit *(Cic.* 1. *Nat. D.* 26. 72). — Deinde, lectis Democriti et Aristippi libris, ad philosophiæ studia se contulit novamque sectam, ab eo appellatam Epicureorum, instituit, novis inductis vel probatis sententiis, præsertim de natura deorum, de summo bono, de fine hominis, de animorum natura etc. *(Cic. loc. cit.* 30. 85., 44. 123). — Dein, annum XXXII. agens, Mitylenis et Lampsaci philosophiam cœpit profiteri a. 340.; sed a. 306. Athenas repetiit emitque 80. min. celebrem hortum (κῆπος), ubi discipulos suos, quos amicos vocabat *(Diog. Laert.* 10. 11., coll. *Cic.* 1. *Nat. D.* 43. 120) cogere solitus erat, magnaque humanitate et amore prosequebatur, in primis Hermarchum et Metrodorum, qui fuit ejus in docendo successor, ubi « ignotus ipsis Athenis, circa quas delituerat » *(Senec. ep.* 19) suo obtemperans monito: « λάθε βιώσας », vitæque agendæ normas (κύριαι δόξαι), in formulas redactas, memoriæ causa tradens alumnis suis præcipiebat, ut « sic facerent omnia, tamquam spectaret Epicurus » (Cf. *frg.* 210. *Us.*). — Metonymice pro eo, qui corporeis voluptatibus, secundum Epicuri doctrinas vel mores, indulget. *Cic. Pis.* 16. 37. Epicure noster, ex hara producte, non ex schola! *uscito dallo stabbiolo, non dalla scuola.* — Per annos XXXVI. docuit usque ad mortem, quam septuagesimo secundo ætatis suæ anno obiit, et quidem a. 270. a. Chr., archonte Pytharato *(Cic. Fat.* 9. 18). — Multa de eo *Cic.* et *Senec. ll. cc.* et *Lact.* 3. 17. scripsere; potissimum vero eum *Lucret.* admiratus est cecinitque 3. 1036. *sqq.* « Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ Qui genus humanum ingenio superavit ». Ceterum nemo non scit, ejus doctrinas in morum perniciem apud Græcos atque Romanos maxime influxisse. — Scriptor fecundissimus opera ad trecenta reliquit, quæ interciderunt omnia, præter eorum fragmenta, in papyris Herculanensibus reperta, ab *Orelli* primum collecta (Leipz. a. 1818) et in *Vol. Hercul. coll. II* (Neapoli 1866); dein aucta a *Gomperz* (Wien 1871-1876), a *Comparetti* (Torino 1879), a *Wolke* (Wien 1888); sed excellentius ab *Usener (Epicurea,* Lips. 1888) ac præsertim operis Περὶ φύσεως (libr. XXXVII), quod interpretatus est suo *De rerum natura* poemate *Lucretius.* — Epistolam ejus ad Hermarchum laudat *Cic.* 2. *Fin.* 30. 96. *sqq.*; librum de voluptate, 2. *Divin.* 27. 59.; de sanctitate et pietate adversus deos, 1. *Nat. D.* 41. 15.; de summo bono, qui continet omnem ejus disciplinam, 2. *Tusc.* 18-20.; universim vero scripta memorat, 1. *Fin.* 6. 18. et 4. *ibid.* 5. 11. et 18., 1. *Nat. D.* 25. 70. et 2. *ibid.* 30. 76. et 32. 82. etc. doctrinæque epicureæ sectatores inter Latinos, 1. *Tusc.* 31. 77. et *alib.* Eum quoque laudant *Juvenal.* 13. 122. et 14. 316., *Propert.* 3. 21. 26. et *Stat.* 1. *Silv.* 3. 94., qui Epicurum hortorum cultu delectatum fuisse referunt, ut qui olerum victu contentus fuerit. Memorant etiam aliquando *Vitr.* 2. 2. 1., 6. *præf.* 3. et 7., *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 17. et 4. 3. 6., *Varr.* 6. *L. L.* 39., *Ammian.* 30. 4. 3. etc. — De scribendi ratione a veteribus severius latum est judicium. *Diog. Laert.*, ejus laudator, meminit tantum stili perspicuitatem (σαφήνεια 10. 13), quam ei negat *Cic.* 2. *Divin.* 4. 12. et 1. *Nat. D.* 31. 85.; *Dionys.* vero *Hal. de ord. verb. c.* 24. eum vehementer vituperat: cf. *Athen.* 5. 187 *E.* Non tamen caret loquendi gravitate ac vi; quod si obscurior visus est, id ex verborum et locutionum, intellectu difficilium, usu et brevitate dicendi proficiscitur (Cf. *Croiset, op. cit. V.* 60). — Ejus doctrinas ita perstringimus, ex scriptis Democriti, Aristippi, Platonis et Eleatarum compositas, quæ rediguntur ad Aristippi doctrinam de *voluptate* (ἡδονή), quadantenus mutatam, et Democriti de *atomis* (ἀτόμων ἀνταναπλήρωσις). — Philosophiam porro divisit in logicam (κανονική), physicam et ethicam. — *a)* In *logica* docet, verum cognosci posse per sensus perque ideas ex iis deductas, quia sensus nunquam possunt errare; sed error in judicio exsistit, *quod per cognitionem sensilem est corrigendum.* Quamobrem necesse est, ut mundo cognoscendo omnis impendatur cura sicque errorum causæ perspiciantur; quo facto vita beate traduci possit. De hac tamen philosophiæ parte hæc habet *Cic.* 1. *Fin.* 7. 22. « Tollit *(Epicurus)* definitiones, nihil de dividendo et partiendo docet, non quomodo efficiatur concludaturque ratio, tradit; non qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendit: judicia rerum in sensibus posuit ». — *b)* In *physica* cum Democrito asserit, a rebus sejungi imagines subtiles (εἴδωλα), quarum aliæ per sensus introeunt, aliæ vero per poros cutis animam penetrant, gignuntque affectionem sensilem (αἴσθησις) ac rei perceptionem (ἐπιστήμη); ab hac porro oritur cognitio, ab illa vero passiones, sc. animi affectiones seu appetitus (τὰ πάθη). — Mundus ex atomis ortum habuit, quæ pro diversa, cum cadunt, declinatione (quam « exiguum clinamen principiorum », i. e. seminum seu atomorum, vocavit *Lucret.* 2. 292), diverso modo sed plane fortuito copulantur resque efficiunt mundanas; non autem *necessitate* impulsæ, vel vi quadam obscura ac fatali, ut Democritus docuit, quem minus recte interpretatus est Cicero itemque Dantes noster, perinde ac si ex mero casu mundum exstitisse commentus fuerit *(V.* DEMOCRITUS). — Etiam anima (an duplex?) constat ex atomis *(Cic.* 1. *Nat. D.* 26. 73), composita nempe ex atomo ignea, aerea, luminosa et ex alia quadam ignota, unde αἴσθησις oritur. Si atomi animæ invicem solvuntur, cessat αἴσθησις; hac vero cessante, mortem sequi necesse est; est ergo mortalis. — Dii pariter ex atomis constant, et quidem subtilissimis; non tamen ullam curam habent mundi, venerandi utique, non vero timendi; quare *Cicero* ait: « Epicurus re sustulit deos, verbis reliquit, ne in offensionem Atheniensium caderet » (1. *Nat. D.* 30. 85). — *c)* In ethice e summo bono suapte natura procedit beatitudo, idest voluptas (ἡδονή), tamquam status permanens. Curandum igitur, ut quod est inamœnum, arceatur; sed et amœnum vitandum, si ex eo id, quod ingratum est, sequitur. Ex virtutibus autem maxima est habenda prudentia, quacum temperantia et justitia conjungi debent. Quæ vero plurimum ad beate vivendum conferunt, sunt præcipue quies animi (ἀταραξία), bonitas cordis ac benevolentia erga alios, qua comparantur amici, qui nos in assequenda beatitudine adjuvant; immo et liberalitas, quia « beneficium dare dulcius quam beneficio affici » (τὸ εὖ ποιεῖν ἥδιον τοῦ πάσχειν). Cf. *Act. app.* 20. 35. — Fuit voluptatis ejusque patronus (μήτε ἀλγεῖν κατὰ σῶμα, μήτε ταράττεσθαι κατὰ ψυχήν *Diog. Laert.* 10. 6., coll. *frg.* 70., 141., 512. etc. *Usen.)*: vel ejus, ut aliis videtur, quæ percipitur corporis sensibus, vel ut aliis contra, quæ animo sine dolore; quare illi Epicurum dissolutum hominem fuisse tradunt et delicias undique conquirentem; hinc illud *Horatii* 1. *Ep.* 4. 16. « Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum » (quod alii in bonum sensum accipiunt de Epicuri super animi tranquillitate præcepta ab eo servata *[Ritter]*, plerique vero omnes in malum, ut verba ipsa *Epicuri de grege porcum* facile suadent); hi contra castum, honestum, temperatum et frugi (V. *Cic.* 3. *Tusc.* 20. et *Senec. vit. beat.* 13., coll. *Auson. epigr.* 9., *Tac. orat.* 31., *Petron. sat.* 104. et 132). Sive igitur ipse luxu vivendi et pravis doctrinis, sive ejus discipuli, qui multi et celebres fuerunt, scripta magistri prave interpretati et voluptuosi, effecere, ut Epicuri schola hodieque male audiat. Fortasse, uti assolet, sive in bonum sive in malum exaggeratum est utrinque: sed si hoc illo longe majus dicis, nullus equidem repugno. — Post mortem non defecit, sed magis increvit erga Epicurum existimatio; festum enim in ejus honorem institutum est, quod agebatur die vicesimo mensis Gamelionis, *Epicadium* dictum (ab ἐπί, *post,* et εἴκατι, Dor., *viginti)*; hinc εἰκαδισταί appellati, qui eum celebrabant, quia eo mense ortus fuisset; tum ejus imago non modo in tabulis sed etiam in poculis annulisque gerebatur, teste *Cic.* 5. *Fin.* 1. 3., quod confirmat *Plin.* 35. *Hist. nat.* 2. 2. (5). scribens: « vultus Epicuri per cubicula gestant ac circumferunt secum ». Statuis etiam quam plurimis honoratus est Athenis, uti tradit *Diog. Laert.* 10. 9.; quin ipsa ejus uxor, vel scortum, Leontium nomine, picta est *(Plin. loc. cit.* 10. 36. [99]). Item ejus hermas illustravit *Visconti* in *Iconogr. Gr. I.* 269., coll. *Mus. Pio-Clem. VI.* 168. et *Mus. Borghesi p.* 262. ejusque effigies in gem-

ma describitur in *Bull. dell'Istit. arch.* 1886. — De eo scripserunt, præter veteres, ex recentioribus, *Gassendi, Syntagm. philosophiæ epicur.* 1655 (ubi memoriam Epicuri in pristinum honorem revocare est conatus); *Usener, op. cit.* Leipz. 1887.; *Zeller, philos. d. Gr. III.* 31. 360-478.; *Scott, The physic. const. of the Epic. gods, Journ. of Philol.* 1883; *Weissenfels, Lucr. u. Epic.* Laus. Mag. LXV (1889).; *Brieger, Epikurs Lehre von der Seele,* Progr. Halle 1893.; *Gödeke-Meyer, Epikurs Verhältniss zu Democr.* etc. Strassb. 1897.; *Guyau, La Morale d'Epic. et ses rapports* etc. Paris 1878.; *Brochar, La morale d'Epic.* 1903. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 344. *Not. degli scavi* a. 1914. *n.* 97 *(Romæ)* Epiqurus. — Hinc

Epicureus, a, um, adject. (Ἐπικούρειος) Etiam *Epicureius,* ex Gr. terminatione, posse adhiberi constat ex *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1193. « Epicureius chorus ». — Item, extrita priore diphthongi littera, *Epicurius,* penultimâ correptâ, occurrit in *Priap.* 12. ex quorundam lectione. — Est autem ad Epicurum pertinens. *Senec. apocol.* 8. Epicureus deus (Ἐπικούρειος θεός). *Sueton. gramm.* 6. quidam. *Id. ibid.* 8. secta. *Senec. vit. beat.* 12. laudatio. *Philastr. hær.* 5. dementia. *Senec. ep.* 72. chaos. *et ep.* 67. voces. — Absolute *Epicureum* (Ἐπικούρειον) ap. *Cic.* 3. *Fam.* 9. est secundum Epicurum vel sententia Epicuri. — Item, *Epicurei,* Epicuri sectatores. *Cic.* 1. *Fin.* 2. 6., *Fat.* 16. 37. et alib., *Isid.* 8. *Orig.* 6. 15., 16., 20. et 23., *Plin. præf.* 22., *Senec. ep.* 89. et *benef.* 3. 2. et 4. 12. et alib., *Minuc. Oct.* 34., *Porphyr. Hor.* 1. *Ep.* 1. 16. et 18., *Sidon. carm.* 15. 125., *Serv.* ad *Virg.* sæpissime. — Hos *Epicuri gregem* vocat *Horat. loc. cit.* V. supra.

ĔPĬCȲDĒS, is, m. 3. nom. vir. (Ἐπικύδης, quasi ἔνδοξος, *gloriosus;* κῦδος enim est *gloria, honor)* ¶ 1. Fuit nobilis vir, natus Carthagine sed oriundus Syracusis, exsule avo, et Pœnus materno genere *(Liv.* 24. 6), ab Hannibale missus, una cum fratre suo Hippocrate, Syracusas ad Hieronymum tyrannum, a. 215. a. Chr., societatis curandæ causa *(Id. ibid.* et 23); ubi prætor creatus et contra Romanos bellum gerens, ab his obsessus ac devictus, urbe relicta, in Africam confugit, a. 210 *(Id. ibid.* 27., 29-33. et 35.; 25. 27. et 26. 40). — Hunc cum fratre Hippocrate, tacito nomine, describit *Sil. It.* 14. 286. *sqq.* ¶ 2. Alius, cognomento Sindon, præfecturæ munere insignitus, Syracusis, teste *Liv.* 25. 28., occisus.

ĔPĬDÆTĬA, æ, f. 1. (Ἐπιδαιτία: cf. *Artemis Daitis.* V. *Etym. M. Heberdey, Oesterr. Jahresh. VII.* 210. *sqq.)* cogn. Aphrodites, Ephesi cultæ, quod cum cogn. ejusdem *Automate* conjungit *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 720.

ĔPĬDAMNĬENSIS, e, et

ĔPĬDAMNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĔPĬDAMNUS, i, f. 2. nom. geogr. et pers. (Ἐπίδαμνος) ¶ 1. Est idem ac Dyrrhachium, urbs et origine et nomine Græca, de qua *Lucan.* 2. 624. et 10. 545. et *Petron. sat.* 124. in *carm.* V. DYRRHACHIUM. — Hinc *Epidamniensis,* adj. ad Epidamnum urbem pertinens. *Plaut. Men.* 1000. — *Epidamnius,* adj. idem. *Id. ibid.* 258. Epidamnia natio. — Abs. *Epidamnii* (Ἐπιδάμνιοι), incolæ. *Val. Max.* 1. 5. *ext.* 2. ¶ 2. Est etiam heros, pater Melissæ, Illyrici hujus oppidi conditor, ap. *Appian. b. c.* 2. 39., a nullo tamen, quod sciam, Latinorum scriptorum memoratus.

ĔPĬDAPHNÆUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĔPĬDAPHNĒS, f. nom. urb. Ἐπιδάφνης, idem ac Ἐπὶ Δάφνης, unde et genet. Latin. *Epidaphnæ,* quod esset *supra* v. *prope* (ἐπί) vicum *Daphnen* (*V.* DAPHNE et ANTIOCHIA), cogn. urbis Antiochiæ Syriæ. Memoratur *Tac.* 2. *Ann.* 83. *de sepulcro Germanici.* — Hinc *Epidaphnæus,* adj. idem qui Antiochenus. *Licent. carm. ad Augustin.* 66. « vasti deserta cacumina Cassi, Queis Epidaphnæas æquat sibi Cassia rupes »; *h. e.* regio Cassia seu Casia, ubi est mons *Casius.*

ĔPĬDAURĒUS et

ĔPĬDAURĬCUS et

ĔPĬDAURĪTĀNUS v. Epitauritanus, et

ĔPĬDAURĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĔPĬDAURUS et Epidauros, i, f. 2. nom. geogr. (Ἐπίδαυρος *Ptol.* 3. 16. 10) Scribitur quoque *Epitaurus (Strab.* 8. 374. Ἡ Ἐπίδαυρος δ' ἐκαλεῖτο Ἐπίταυρος). - Etiam *Epitaurum,* neutr. gen., latine usurpatur, in *Tab. Peut.*, ut *Epidauron* ap. *Plin. loc. cit.* et *Rav. p.* 376. — Etymon incertum est; probabilius tamen vox ducitur a forma *Epitaurum,* coll. *Hesych.* ἐπίταυρος, quod est idem ac ἰσχυρός, *fortis* (Skr. *sthaura* = vis, coll. Goth. *stiurs* et Germ. *stier* = taurus), ut sit *mons* v. *urbs tauri* v. *taurina seu fortis* (Cf. etiam *Pott* et *Curt.)*.

Epidaurus, nom. aliquot oppidorum. Memorantur ¶ 1. Epidaurus, opp. Peloponnesi *(Mela* 2. 50), in ora Argolidis orientalis *(Cic.* 4. *Fam.* 12), in pæninsula, ad sinum Saronicum *(Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. [18])., ad montium radices, conditum ca. a. 1590. a. Chr. *(Hieronym. chron.* ad a. Abr. 428), ab Ioniis prius cultum, deinde a Doribus post Heraclidum reditum, commercio florentissimum et coloniis, quas Æginam deduxit, suo tamen detrimento, et in alia loca Asiæ Minoris et Ægæi, celebre optimis ac generosissimis equis *(Virg.* 3. *G.* 44) pomiferisque arboribus ac vino *(Hom. Il.* 2. 561), maxime vero cultu Æsculapii, qui ibi templum habebat insigne, hinc *felix medicis arenis* dictum *(Stat.* 1. *Silv.* 4. 100), ab aliis populis in auxilium arcessiti, ut etiam a Romanis, a. 292. a. Chr. pestilentia teterrima oppressis *(Liv. epit.* 11., coll. *Liv.* 10. 47., *Val. Max.* 1. 1. *ext.* 3., 1. 8. 2., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 12. et 17., *Solin.* 7., *Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 83., *Sammon. præf.* 6. *sqq.*, *Paus.* 2. 26., *Plut. Sull.* 12., *Corp.* 3. *p.* 98. et 1311), hod. *Pidauro* v. *Epidavra,* de cujus nummis vd. *Eckhel,* 2. *p.* 289. *sq.*, coll. *Cavedoni, Spicil. numism.* 105. *p. sq.*, et *Head, H. N.* 418. et 441. — De eo cf. *Philippson, Pelop.* 39.; *Curtius, Pelop. II.*, 416., 418. *sqq.* et 425-428.; *Blinkenberg, Asklepios og hans fraender i Hieron ved Epidauros,* Kobenhavn 1893.; *Kavvadias,* Τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ἐν Ἐπιδαύρῳ, Athen 1900. *p.* 24. *sqq.* ¶ 2. Epidaurus, cognomento *Limera,* opp. item Peloponnesi, in ora orientali Laconiæ, ad sinum Argolicum, e regione insulæ Minoas, colonia Epidauri Argolidis, cum æde Æsculapio dicata, quod a Venetis recentioribus olim *Malvasia vecchia* appellari tradebatur in sinu, inter *C. Limenaria et Monembasia* sito, nunc *Palea Monemvasia* dictum (V. *Besnier Lex. Géogr. Anc.* Paris 1914. *p.* 295.; *Leake, Morea I.* 217.; *Philippson p.* 295. *Pelop.* 178). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (17). ¶ 3. Epidaurus Dalmatiæ *(Epidaurum* in *Corp.* 3. 12695., coll. *p.* 2253., *Bell. Alex.* 44. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 23. 26. [143].; *Epitaurum* in *Corp.* 3. D. 7-8., *Rav. p.* 208. et 379. *[Farlati, Illyr. sacr. II.* 163]; *Epidaurus* ap. *Ptol.* 2. 16. 5. et in *Itin. mar.* 520., coll. *Momms. C. I. L.* 3. *p.* 287., *Evans Antiq. research. in Illyr. I.* et *II.* 4. et *Tomaschek Mitt. d. Wien. geogr. Gesellsch.* 1880. *p.* 549), olim insula, nunc terris juncta *(Plin.* 2. *Hist. nat.* 89. 91. [204])., quare et insula nihilo minus dicitur *Itin. mar. l. c.*, ubi CC. stadiis distare traditur a Melita et C. m. p. a Narone amne ac totidem a Lisso, auctore *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (144), qui *coloniam* vocat, trib. *Tromentina,* situm inter hod. *Ragusa vecchia* et *Castelnuovo,* ad mare, e regione Italiæ. Cf. *Mommsen, Corp. I. L.* 3. *p.* 282., ubi sunt *Inscriptiones* ad hanc Epidaurum spectantes a *n.* 1739-1760., coll. *n.* 1738. et 1761-1765., unde plura colligi possunt de ejus cultu Mithriaco *(Cumont, Text. et Monum. fig. relat. aux myst. d. Mithr. II.* 334. *sq.)*, de magistratibus Romanis civilibus ac militaribus et de ejus historia (Cf. *Jireček, Die Romanen in d. Städt Dalmat.* etc. *I.* 51. et 78. *sqq.* et *Die Bedeutung von Ragusa* 6). ¶ 4. Epidaurus sive Epidaurum, uti vocat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (130)., ubi olim legebatur *Epidarum,* oppidum insulæ Cypri, de quo nihil aliud constat. — Hinc *Epidaureus* (Ἐπιδαύρειος), adj. ad Epidaurum, Peloponnesi in Argolide opp., pertinens. *Avien. Arat.* 207. Ture Epidaureæ fumant altaria sedis. — *Epidauricus,* adj. idem. *Mela* 2. 50. — *Epidauritanus,* adj. ad Epidaurum, Dalmatiæ opp., pertinens. *Inscr.* ap. *Marini, Arv. p.* 455. — Absolute, *Epidauritani (Epitauritani),* incolæ. *Hieronym. vit. Hilarion.* 40. — *Epidaurius* (Ἐπιδαύριος *Eurip. Hipp.* 1197), cum penultima communi, sed plerumque brevi. — Est autem ad Epidaurum, Argolidis oppidum, pertinens. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 27. Epidaurius serpens. *i. e.* draco, oculatissimus (a δέρκομαι, *video, perspicio*: aor. ἔδρακον), et circa Epidaurum frequens *(Schol.* ad *l.)*; sed fort. Æsculapius sub forma draconis Romam tempore pestilentiæ advectus (*V.* supra), ut putat *Augustin.* 10. *Civ. D.* 16. et *Propert.* 2. 1. 61. deus. *i. e.* Æsculapius. *et Claudian. carm.* 24. 171. hospes. *i. e.* Æsculapius. *Stat.* 3. *Theb.* 398. Idmon. *et* 4. *Theb.* 912. Agreus. *Oros.* 3. *Hist.* 22. coluber. *Ovid.* 3. *Met.* 277. nutrix Semeleæ. *i. e.* Beroe. *Id.* 7. *ibid.* 436. tellus. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 61. proles. *i. e.* Bacchus, matre Semele Epidauria. *Ovid.* 15. *Met.* 743. litora. — *Epidaurius,* absolute — *a)* In sing. num. idem qui Æsculapius. *Ovid.* 15. *Met.* 723. et 1. *Pont.* 3. 21. — *b)* In plur. num. — α) Incolæ oppidi hujus, quamquam sunt qui dubitent, ap. *Minuc. Oct.* 6., coll. *Frontin.* 2. *Strat.* 11. 1. — β) Populi, qui ab isthmo ad Scylleon promontorium habitasse feruntur. *Ovid.* 2. *Met.* 3. 8.

ĔPĬDECTUS, i, m. 2. (Gr. ἐπίδεκτος, *exceptus)* nom. vir. serv. Græcan. *Corp.* 5. 96.

ĔPĬDĬUS, ti, m. 2. nom. vir. gent. Scribitur etiam *Æpidius* et *Eppidius,* ut *Epius* et *Eppius,* a quo fortasse originem ducit. — Memorantur ¶ 1. In libris — 1.º) Epidius, rhetor v. orator, prænomine *Marcus* v. *Cajus.* De eo *Sueton. gramm.* 28 = *rhet.* 4 (M.) Epidius calumnia notatus ludum dicendi aperuit docuitque inter ceteros M. Antonium et Augustum, quibus quondam C. Cannutius - malle (se) respondit Isaurici esse discipulum, quam Epidii calumniatoris. Hic Epidius ortum se a C. Epidio Nucerino prædicabat (*V.* integr. loc.). *Donat. vit. Virg. cod. Bern.* 172. Virgilius studuit apud Epidium oratorem cum Cæsare Augusto. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 25. 38. (243). « Qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet - apud nos vero C. Epidii commentarii, in quibus arbores locutæ quoque reperiuntur ». Hic tamen pro *Epidii* legend. *Epicadi,* cujus historia de Sylla prodigiis abundabat, censet *H. Peter (Mus. Rhen. XXII. p.* 153). — Huic item tribuit *Linker,* alii vero *Didio* cuidam, *Responsum Ciceronis in Sallustium,* stilo nimis declamatorio Ciceroni abjudicatum *(Linker, Sall. hist. pr.* Marb. 1850. Cf. etiam *Peiser, Wirz, al.)*. — 2.º) C. Epidius Marullus, tribunus pleb. a. 44. a. Chr., a Cæsare tribunatu motus ob detractam Cæsaris ejusdem statuæ fasciam, teste *Dion.* 44. 9. Cf. *Cic.* 13. *Phil.* 15. 31., qui *Marullum* tantum vocat, et *Sueton. Cæs.* 79., *Vellej.* 2. 68. et *Liv. epit.* 116., qui prænomen omittunt. — 3.º) Alii, ut L. Epidius Titius Aquilinus, consul a. 125. p. Chr. cum M. Lollio Paulino Valerio Asiatico Saturnino, in *Fastis* et ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 7420. tantum *Aquilinus:* item Q. Epidius Rufus, consul a. 211. p. Chr. ¶ 2. In titulis præ-nom. rarissimum, ut in *Inscr.* ap. *Momms.* et hinc *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6213 *(Garrucci* leg. *Eppius)*; plerumque nom. gent. vir. *Corp.* 6. 17214. *Not. degli scavi* a. 1876. *p.* 428. *n.* 1911 *(Pomp.)*; et etiam cogn. vir. *Corp.* 3. 1488. — *Epidia,* nom. mul. *Corp.* 6. 17221.; 3. 1761., 2896. etc.; 12. 3570 *(Nemausi* 1764). In *alia* ap. *Momms. n.* 1650. Æpidia. — Epidia quædam laudatur ap. *Mar. Victorin.* 2. 4. 3. Quid ais, Epidia, tibi facilio. erit amor? — Hinc *Epidianus,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2197. et 2227., *Corp.* 8. 1488. — *Epidicus* (ἐπίδικος, *contentiosus)*, nom. servi cujusdam in *Plauti* fabula, sic inscripta, composita a. 559., quæ, si actione abundat, perspicuitate caret, auctori alioqui carissima *(Bacch.* 214).

ĔPĬDOTĬUM, ii, n. 2. oppidum antiquissimum (Cf. *Holder, Altk. Sprachs.* ad *v.)* et statio Dalmatiæ in via a Senia *(Zengg)* Burnum in *Tab. Peut.*, quod *Rav. p.* 225. vocat *Ethetia.* Cf. *Momms. Corp. I. L.* 3. *p.* 384. Recte ap. *Kiepert, Form. orb. ant. XXIII.* et *Corp. l. c.*, coll. *Itin. Ant. p.* 278., ponitur prope hod. *Lesce* in valle *Gacka,* cujus reliquiæ memorantur *Patsch, Die Lika in röm. Zeit. p.* 71. *sqq.*

ĔPĬGĔNĒS, is, m. 3. nom. vir. (Ἐπιγένης, in-

digena v. natus post [epigonus]). ¶ 1. Fuit comes et magister memoriæ Theodosii II. imp. a. 435-438., laudatus in *Nov. Theod.* 1. 7. et in *Cod. Theod.* 1. 1. 6. § 2., contextor codicis Theodosiani appellatus et etiam quæstor sacri Palatii, comitatus Plinthæ in legatione ad Attilam et Bledam, teste *Prisc. frg.* 1. *FHG IV.* 72. ¶ 2. Item astronomus Byzantius, æqualis Senecæ aut paullo ante eum, sæpe laudatus *Senec. quæst. nat.* 7. 3. *sqq.*, *Plin.* in *Ind. l.* 2. et 7. *Hist. nat.* 49. 50. (160). et *alib.* et *Censorin. d. nat.* 7. 6., cognomento *Gnomonicus*. Cf. etiam *Manil.* 1. 81. *sqq.* — Epigenes docuit cometas non esse corpora cælestia, ut Chaldæi, sed μετέωρα seu phænomena fulguri similia; distinguebat duo eorum genera, teste *Senec.* 7. *quæst. nat.* 6 (*V.* integr. loc.); crinitos vero dixit, qui ardorem undique effundant, non quod ita sint, sed esse videantur (Cf. *Bouché-Leclercq, L'astrol. gr.* 37. 2. et 358. 6). ¶ 3. Item Rhodius scriptor agriculturæ, laudatus *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8. et *Colum.* 1. 1. 9., cujus opera inter suos fontes recensuit *Plin.* in *Ind. l.* 8., 10., 14., 15., 17. et 18. — Cf. *Epigenis*, cogn. mul., in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3279.

ĔPIGNŌMUS, i, m. 2. (*inspector, arbiter:* ab ἐπιγιγνώσκω, *inspicio*) nom. personæ comicæ in *Plauti* fabula, quæ *Stichus* inscribitur.

ĔPIGŎNI, ōrum, et

ĔPIGŎNĬUS, ii. *V.* voc. seq.

ĔPIGŎNUS, i, m. 2. (Ἐπίγονος, *postea natus* v. *fetus succidaneus* v. *qui secundis nuptiis natus est*) Scribitur *Æpigonus* in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2966. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Statuarius, qui «tubicine et infante matri interfectæ miserabiliter blandiente» nobilitatus est, ut scribit *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (88). — 2.°) Item hæreticus, alio nomine Praxeas. *V.* **PRAXEAS**. — 3.°) Item vir Bithynus, ut videtur, Chrysippi et Stratonices filius, civitate Romana donatus sub Trajano imp., rogante *Plin.* 10. *ep.* 6 (a. 98)., non confundendus cum Epigono, patre Stratonices et hujus avo. — 4.°) Item philosophus Lycius. *V.* infra. — *Epigoni* (Ἐπίγονοι), in plur. num., dicti — *a)* ii, qui secundum bellum Thebanum gesserunt, nempe (*Ægialeus, Diomedes, Promachus, Sthenelus, Thersander* [qui rex dein Thebarum creatus est] et *Eurialus*), filii eorum, qui priore bello ad Thebas occubuerunt. Collecto namque exercitu, ut parentum necem ulciscerentur, duce Alcmæone, Thebas captas everterunt. *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 817. Interfectorum posteri, qui adversus Thebas bella moverunt. Adde *Hygin. fab.* 71. — *Epigoni*, etiam titulus tragœdiæ *Æschyli* et *Accii*. — *b)* Item ii, quos susceperunt milites Alexandri M. ex Asiaticis feminis. *Justin.* 12. 4. Cf. *Droysen, Alex. d. Gr. II.*[2] 262. ¶ 2. In titulis nom. vir. serv. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1610. — Etiam cogn. vir. *Alia* ap. *eund. n.* 6841. — *Epigone (es)*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *eund. n.* 2857. et *Corp.* 5. 615. et 6004. et 12. 700 (*Arelate*). — *Alia* ap. *Fabretti p.* 639. *n.* 336. Æpigone. — Hinc *Epigonius* (Ἐπιγόνιος) philosophus ex Lycia, læsæ majestatis accusatus et supplicio affectus sub Constantio Gallo c. 353., ap. *Ammian.* 14. 7. 18. et 9. 5 (ubi al. leg. *Epigonus*)., non confundendus cum alio philosopho Lacedæmone ap. *Eunap.* in vit. *Sophist. p.* 299.

ĔPĬLENTĬUM, ii, n. 2. locus et statio mediterranea Dalmatiæ, fort. hodie *Gradac* prope *Posusje* in *Hercegovina* septent. (V. *Tomaschek, Mitt. d. geogr. Gesellsch.* in Wien 1880. *p.* 545), ap. *Rav. p.* 211.

ĔPĬMĂCHUS, i, m. 2. nom. vir. (Ἐπίμαχος, *auxiliator in pugna*) ¶ 1. In libris — 1.°) Fuit nobilis architectus Atheniensis, Demetrii Poliorcetæ ætate, laudatus *Vitr.* 10. 23. 4. Cf. *Athen.* περὶ μηχαν. ap. *Wescher, Poliorcétiq. d. Gr.* 27. — 2.°) Item libertus Trajani imp. ejusque procurator in Bithynia, plenius *M. Ulpius Epimachus*, laudatus ab ipso Trajano in *ep.* ad *Plin.* 84. — 3.°) Item martyr Alexandriæ, una cum Alexandro coronatus, qui ambo sub Decio imp. quum diu in vinculis jacuissent, diversis suppliciis affecti, perdurassent in fide, ignibus tandem consumpti sunt, teste *Rufin.* ex *Euseb. H. E.* 6. 31. et *Martyrol. Rom.* prid. id. Dec., ed. 1914. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 17231 (*in S. Constantiæ extra muros*). — *Epimachis* (Ἐπιμαχίς), cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2045.

ĔPĬMĂRANĪTÆ, ārum, m. plur. 1. populus in occid. ora Arabiæ, laudatus tantum a *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 22. (149)., una cum gente Bathymorum et montibus Ebliteis (Ita *D. H. Müller* contr. *Sprenger, Alte Geogr. Arab.* 124., qui hunc populum situm esse vult in ora *Batina* in *Omân*). Cf. *Ptol.* 6. 7. 14. Ναρεῖται (var. Ἀναρεῖται). et *Artemid.* ap. *Strab.* 16. 776. Μαρανεῖται (*Diod.* 3. 43. Μαρανῖται) ex opp. *Marane* ad mare Rubrum.

ĔPĬMĒLĒS, is, m. 3. (ἐπιμελής, *diligens*) cogn. vir. Græcan. *Tab. alim. Velej.* 2. 98. et 3. 89. — *Epimelia*, cogn. mul. *Corp.* 6. 3628. — Est etiam nom. mul. fictum *Capell.* 2. *p.* 37. Epimelia et Agrypnia, dilecta virgini (*Philologiæ*) mancipia.

ĔPĬMĒNĒS, is, m. 3. (ab ἐπιμένω, *cunctor, exspecto*, quasi *cunctator:* vel ab ἐπί et μένος, *vis, impetus*, quasi *valde impetuosus*), unus e conjuratis in Alexandrum M., qui tamen fratri Eurylocho rem patefecit, ita ut nihil effectum sit, teste *Curt.* 8. 6., coll. *Itin. Alex.* 94.

ĔPĬMĔNĬDĒS, is, m. 3. (Ἐπιμενίδης: cf. nom. præc.) Scribitur *Epinomides* ex errore ap. *Euseb.* 11. *H. E.* 16. ¶ 1. Fuit philosophus Epicureus, patria Cretensis (*Ammian.* 28. 4. 5), ex Cnosso (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. [154]), filius Boli (*Apollon. Dysc. Hist. mirab.*) vel Phæstii vel Dosiadis vel Agesarchi (*Diog. Laert.* ex *Theop.* 1. 110), ex Blasta (*Suid.*), nat. sæc. VI. a. Chr., sacerdos (*Plat. legg.* 1), χρησμολόγος, i. e. vaticinus vel interpres oraculorum, mirabilium rerum artifex, quasi heros vel deus, populari credulitate, habitus, cujus vita fabulis (*Plat. ibid.* ἀνὴρ θεῖος), ita est contexta, ut vix ille exstitisse unquam videatur, quod etiam de Pythagora evenisse ex creduli popelli levitate tradunt veteres. Inter eas præcipua est, quæ de somno Epimenidis narratur, nempe eum in caverna Dictæa dormivisse VI. ann. (*Suid.* v. Ἐπιμ.), vel VII (*App. Vatic. Cent.* 3., *Prov.* 97), vel XL (*Paus. Att.* 14. 4), vel L (*Plut. Sol.* 22. et *Tertull. anim.* 44), vel LVII (*Diog. Laert. locc. citt.* et *Varr.* 7. *L. L.* 1); immo CLIV (*Xenoph.* ap. *Diog.* et *Plin. locc. citt.*) et etiam CCXCIV (*Diog. loc. cit.*), adeo ut in proverbium abierit «Epimenidis dormire somnum» (*Hieronym. ep.* 33. *de otiosis*). — Ceterum eum non personam fictam aut fabulosam fuisse, constat ex eo quod is Athenas venerit tempore Solonis (*Plat. Leg. p.* 642. D) decimo anno ante bella Medica, quo cives pestilentia vexati erant, illuc arcessitus, ut urbem emundaret (*Hieronym. chron.* ad Olymp. XLV. 4. = 597. a. Chr.); cujus rei meminit etiam *Cic.* 2. *Legg.* 11. 28., ubi dicit «Epimenide suadente, Cylonio scelere expiato (a. 596. a. Chr.), Athenienses - fecisse Contumeliæ fanum et Impudentiæ»; Cylo enim Atheniensis, victor Olympicus, Athenis ad aram Minervæ cum sociis contra fidem datam occisus fuerat, quod tyrannidem affectasset (*Herod.* 1. 126. et *Paus.* 1. 28. 1). — Memoratur etiam *Apul. florid. n.* 15 (et *apol.* 27). Epimenides inclitus fatiloquus (Sic *Cic.* 1. *Divin.* 18. 34., ubi dicit Epimenidem concitatione quadam animi futura præsensisse). et *Tertull. loc. cit.* Epimenides somnicolosus. — Tacito nomine *Paul.* ap. in *ep.* ad *Tit.* 1. 12. «Dixit quidam ex illis (*Cretensibus*), proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri (Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί)»; qui versus hexameter fort. depromptus est a quodam ejus poemate (Περὶ χρησμῶν) deperdito (Cf. *Callim. hymn. Jov.* 8). — Plurima opera scripsisse dicitur, præcipue de rebus Cretensibus, quorum pleraque spuria habentur, uti sunt *Theogonia*, hexametris versibus composita (quod tamen genuinum opus quibusdam videtur, ubi auctor ab ovo docet mundum esse ortum, diversis elementis conflatum (*Damascius, De principiis c.* 124. *p.* 383. *Kopp.*); tum epos de *Argonautis*, Χρησμοί seu collectio oraculorum, Καθαρμοί seu collectio canticorum piacularium, Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσις; et, prosa oratione, περὶ θυσιῶν (de sacrificiis), περὶ Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος (*De Minoe et Rhadamantho*) etc. — Ex his autem nihil aliud superest nisi pauca fragmenta, collecta a *Kinkel, Epicorum græc. fragmenta* 1877. *I. p.* 230-238. — De eo scripserunt *Heinrich, Epimenides aus Kret.* Leipz. 1801.; *Schultess, De Epimenide Crete Diss. v. Hoettingen*, Bonn 1877.; *Barone, Epimenide di Creta*, Napol. 1880.; *Kern, De Orphei, Epimenidis, Pherecydis theogoniis* 1888. *p.* 67. *sqq.*; *Demoulin, Épiménide de Crète*, Bruxelles 1901.; *Diels, Die Fragmente d. Vorsokratiker*, Berlin 1903. *p.* 499. *sqq.* ¶ 2. Item Epimenides, cognomento *Buzyges* (a βοῦς, *bos*, et ζύγον, *jugum*), quod primus fertur junctis bobus terram arasse (*Varr.* 2. *R. R.* 5., coll. *Colum.* 6. *præf.* 7). De eo *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (199). «Bovem et aratrum (*invenit*) Buzyges Atheniensis, ut alii, Triptolemus». Clarius vero *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 19. Non unus aratrum toto orbe monstravit, sed diversi in diversis locis. Alii talem de hoc Triptolemo fabulam tradunt etc. *et ibid. fin.* Vel Epimenides, qui postea Buzyges dictus est secundum Aristotelem (*Arist. frg.* 386. *R.*). *Auson.* in *ep.* ad *Paulin.* 26. ita distinguit: «Triptolemum olim sive Epimenidem vocant, Aut Bulianum Buzygen, Tuo locabo postferendos nomini» (Cf. *Prob. Virg. l. c. p.* 29. 22. *K.*, *Hesych.* v. Βουζύγης · ἥρως Ἀττικός ὁ πρῶτος - ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. Adde *Schol. Townl. Il.* 18. 483. et cf. etiam *Demoulin, op. cit. p.* 112). ¶ 3. Item quidam rei agrariæ cultor; unde adject. *Epimenideus* v. *Epimenidius* (Ἐπιμενίδειος), bulbus scyllæ, genus gratum in cibis. *V.* **EPIMENIDEUS** in *Lexico*.

ĔPĬMĔNĬDĒUS et

ĔPĬMĔNĬDĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĔPĬMĒTHEUS, i, m. 2. (Ἐπιμηθεύς, Dor. Ἐπιμαθεύς: ab ἐπί, *post*, et μάθος, *cognitio, scientia*) nom. vir. mythicum, dictum de eo, qui postea rem videt vel considerat aut rei consulit, imprudens, inconsideratus, cui opponitur *Prometheus*, qui, contra, rem prævidet, prudens, sapiens (*Mayer, Gig. u. Tit.* 98); quod quidem proverbiis originem dedit. — Fuit autem filius Iapeti et Clymenes (*Hes. theog.* 507. *sq.* et *Hygin. præf. fab.*) v. Asiæ (*Apollod.* 1. 8. et *Lycophr.* 1412), frater Promethei (*Hygin. loc. cit.*), pater Pyrrhæ, uxoris Deucalionis, quam suscepit ex Pandora, prima omnium mulierum, quam ex luto frater Prometheus finxisset (*Id. fab.* 142); et ex mytho Corinthio maritus Ephyræ, filiæ Oceani et Tethydis (*Eumel. frg.* 1. *K.* [= *Schol. Apoll. Rh. IV.* 1212], *Hecat. frg.* 90 [= *Steph. Byz.* v. Κόρινθος]). Alias porro habuit filias, sc. Prophasim et Metameleiam (*Pind. Pyth.* V. 27. *sq.* et *Schol.*). — De eo cf. etiam *Claudian. carm.* 20. 496. *sqq.* (*V.* **PANDORA** et **PYRRHA**). — *Epimethis* (Ἐπιμηθίς), patronym. ab *Epimetheus*, filia Epimethei, sc. Pyrrha. *Ovid.* 1. *Met.* 390. Inde Promethides placidis Epimethida dictis Mulcet etc.

ĔPĬMĒTHIS, idis, f. 3. *V.* voc. præc.

ĔPĬNAUSĬMĂCHĒ, es, f. 1. (Ἐπιναυσιμάχη, *in navibus pugna*) titulus unius ex præstantioribus tragœdiis Accii, de qua *Prisc. gramm. VI.* 229. 13. *K.* «Accius in Epinausimache: lucifera lampade exurat Jovis Arietem». Adde græce *Non.* 8. 14. Ἐπὶ ναυσὶ μάχη *M.* — Hæc non videtur deprompta ab aliqua ex Græcis tragœdiis, sed ab Homeri Iliade, ut etiam *Nyctegresia*. — Ejus fragmenta collegit *Ribbeck, trag. rell.* Cf. etiam *Grotemeyer, de L. Attii trag.*

ĔPĬNĪCĒ, es, f. 1., et

ĔPĬNĪCĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. seq.

ĔPĬNĪCUS (Æpinicus), i, m. 2. (Ἐπίνικος, *ad victoriam* pertinens) nom. vir. Gr., quod apud Romanos in nom. serv. et in cogn. transiit. *Inscr.* ap. *Momms.* n. 5585. Æpinicus conservus. *et Corp.* 8. 500. M. Lollius Epinicys (*sic*); sed *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5684. Epinicus. — Fuit etiam vir consularis, ad quem exstat rescriptum impp. Leonis et Zenonis a. 474. in *Cod.* 10. 15. 1. et fort. etiam præf. præt. anno insequenti, *ibid.* 5. 5. 8. — *Epinice* (Ἐπινίκη), cogn. mul. *Corp.* 5. 2994. — *In alia* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. p.* 202. *n.* 465. Epinicenis (*genet.*). — Deriv. *Epinicius* (Ἐπινίκιος), cogn. vir. Græcan. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2040.

ĔPĪNĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. *Corp.* 5. 4024.

EPINOMIDES. *V.* **EPIMENIDES** init.

ĔPĬPHĂNĒS, is, m. 3. nom. vir. Gr. (Ἐπιφάνης, *illustris, conspicuus*) Usurpatur cum nomine vel absolute. ¶ 1. Sæpissime est cognomen, pluribus Syriæ regibus tributum, ut — 1.°) Filio Antiochi Magni (*Gran. Lic. annal.* 28. *frgm.*). — 2.°) Item Seleuco VI. et Antiocho IX., eorumque fratri Philippo (Cf. *Vaillant*, in *Numm. Antioch. VI.* et *VIII*). — 3.°) Item Antiocho IV., regi Commagenes (Cf. *Momms. Corp.* 3. 552). — 4.°) Etiam regibus Parthorum (*Spanhem. Diss.* 8. *p.* 426). ¶ 2. Absolute — 1.°) Epiphanes, frater Callinici, filius Antiochi IV., qui, regnante patre, cum Othone imp., Romæ quum esset fort. obses, ad bellum profectus, pro eo strenue dimicans vulnus accepit (*Tac.* 2. *Hist.* 25); dein pro Tito contra Judæos, ab eo obsessos, fortitudinis specimen dedit singularis, a. 70. p. Chr. (*Jos.* 5. *B. J.* 11. 3., coll. 7. *ibid.* 7. 1. *sqq.*); tandem contra Pœtum, Syriæ præsidem, qui patrem suum apud Romanos criminatus fuerat, bellum gessit; sed quum in castris audisset eum regno sponte se abdicasse, quo antea a Romanis spoliatus erat, a suis derelictus, ad Vologesum, Parthorum regem, confugit a. 72.; unde postea quum patrem rescivisset ab imperatore more regum habitum esse, Romam reversus est (*Jos. loc. cit.*). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 258. *sq.*, coll. *Visconti, Iconogr. Gr. III. p.* 18-21. — 2.°) Epiphanes, rex Ægypti per annos XXIV., ap. *Tertull. c. Jud.* 8. et *Isid.* 5. *Orig.* 39. 23. — 3.°) Epiphanes Antiochus IV., rex Syriæ, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (147). — 4.°) Epiphanes, filius Carpocratis hæretici, an. ætatis XVII. librum reliquit περὶ δικαιοσύνης, ubi doctrinam mordicus defendit de absoluta bonorum communione (*communismo assoluto*), etiam mulierum. *Iren. c. hær.* 1. 25. 4. et 5., coll. *Clem. Alex. strom.* 3. 2. 5-8. *V.* **CARPOCRATES**.

ĔPĬPHĂNĬA, æ. *V.* voc. seq.

ĔPĬPHĂNĬUS, ii, m. 2. (Ἐπιφάνιος, *illustris*) Scribitur *Epifanius*, Latina consuetudine, in *Corp.* 8. 18., et plur. num. in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Bull. Crist.* a. 1877. *p.* 118). — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Epiphanius, sophista Laodiciæ in Syria, quocum sæpe collocuti Apollinares, pater et filius, in hæresim sunt prolapsi, ut refert *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 44. — 2.°) Epiphanius, episcopus Ancyræ in Galatia, qui contra hæresim Tatianorum videtur scripsisse, ut tradit *Auct. prædest.* 1. 25. — 3.°) Epiphanius, episcopus Constantiæ in insula Cypro, olim Salaminis, seu *Cypri Salaminæ*, ut dicit *Hieronym. vir. ill.* 114., natus a. 315. in pago ad Eleutheropolim in Judæa. — Ab ineunte ætate se totum dedit sacrarum disciplinarum simulque linguæ Græcæ, Syriacæ, Hebraicæ, Copticæ et Latinæ studiis (*Id. c. Rufin.* 2. 22). Suadente autem monacho Hilarione, in Ægyptum se contulit discendi causa, ibique consuetudine usus est celebrium monachorum; unde XX. annum agens in patriam rediit, ubi apud Eleutheropolin cœnobium condidit, cui triginta ipsos annos præfuit, tantamque de se excitavit pietatis ac doctrinæ famam, ut eum episcopi insulæ Cypri in episcopum ac metropolitam elegerint. — Postea vero, in Palæstinam profectus, tanto ardore Origenis errores impugnavit, ut inimicitiam incurrerit eorum, qui, dignitate ac doctrina præcipui, celeberrimo illi doctori adhærebant. Ejus tamen partes amplexus est Hieronymus, qui «papam Epiphanium πεντάγλωττον» oppido venerabatur (*Id. c. Rufin.* 3. 6). Nec solum in ea regione, sed, Constantinopolim profectus, a Theophilo, patriarcha Alexandriæ, dubiæ fidei, impulsus est ut etiam ibi Origenianos, inter quos putabatur esse vel ipse Johannes Chrysostomus, impeteret; at, suo dein cognito errore ac Theophili dolo, synhodo *ad quercum* (σύνοδος ἐπὶ δρῦν) prope Chalcedoniam, seu potius conciliabulo, adesse noluit et Cyprum repetens, in itinere a. 403. morbo præreptus, sanctissime decessit. — Plura opera scripsit, inter quæ excellit Ἀγκυρωτός seu *Ancoratus* (*Mign. P. Gr. XLIII.* 17-236), quem quasi *ancoram* præbuit catholicis, ut ab hæresibus Ariana et Semiariana caverent, ac duobus eos fidei Symbolis munivit, quorum posterius a concilio Constantinopolitano (a. 381) ecclesiæ universali injunctum est. Post, neque ita pridem, sc. a. 374-377., Acacio et Paulo archimandritis hortantibus, composuit Πανάριον adversus octoginta hæreses (*Mign. ibid. XLI-XLII*), plerumque titulo *Hæreses*, a scriptoribus laudatum, historicum thesaurum, quo pretiosa multiplicis eruditionis rectæque doctrinæ supellex continetur, quamvis credulitate aliquando criticæque artis defectu auctor laboret; præterea librum περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, Constantinopoli exaratum a. 392., studio sacrarum litterarum utilissimum, quod mutilum ad nos pervenit (*Id. ibid. XLIII*, 237-293); plurimas etiam epistolas, ex quibus duæ tantum supersunt, latine redditæ, cum paucis tertiæ fragmentis Græcis, a card. *Pitra* editis; septem homilias, aliaque minora, stilo tamen omnia neglecto ac verboso. — De eo consulas *Eberhard, Die Betheiligung d. Epiphanius an dem Streite über Orig.* Treveri 1859.; *Vincenzi, Hist. crit. quæst. inter Theoph., Epiph. et Hieronym.* etc. Roma 1865.; *Bardenhewer, Patrol. II.* 96. *sqq.*; *Merati, L'età di Simm. interpr. e s. Epifanio* Modena 1892. — 4.°) Epiphanius, *Scholasticus* dictus, vir disertissimus, teste *Cassiod. inst. div. litt.* 5., 8. et *alib.* et in *præf. hist. trip.* (*Migne P. L. LXIX.* 879. *sqq.*). — Hic, suadente Cassiodoro, latine vertit opus Didymi Alexandrini, *In epistolas canonicas enarratio* (Mign. *XXXIX.* 1749-1818) inscriptum: item historias Græcorum Socratis, Theodoreti et Sozomeni in Latinum sermonem convertit, ex quibus Cassiodorus suam *Historiam tripartitam* composuit; sed ambo nimia in scribendo celeritate usi fuisse videntur: item alia minoris momenti scripsit, non auctor sed interpres. — 5.°) Epiphanius, episcopus Ticini a. 466-496., sanctitate insignis, cujus vitam scripsit *Ennod. opusc.* 3 (*vit. S. Epiphan.*). — In legationibus tum postremis Orientis imperatoribus cum regibus Odoacri et Theoderico placuit, qui maximo in pretio ejus prudentiam pietatemque habuere, simul et Crispino episcopo, qui singularem ejus virtutem suspexit, eamque Ticini episcopum consecravit (*Ibid.*). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 3. 18. — *Epiphania*, pænultimâ productâ (Ἐπιφάνεια), *Epiphanea* (*Cic.* 15. *Fam.* 4), *Epiphaneia* (*Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 10), *Epifania*, Latina consuetudine (*Tab. Peut.*) et *Epipania* (*Corp.* 8. 3127). — Est autem — 1.°) Nom. geogr., sc. — *a)* Oppidum Syriæ, ita ab Antiocho IV. Epiphane vocatum, antea *Hamath*, hod. *Hamah*, ad Orontem supra Larissam, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93)., *Hieronym.* in *Is.* 10. 5., *Rav. p.* 88. et in *Itin. Ant. p.* 188. et 194., olim metropolis imperii, quo Sargon, rex Assyriæ, potitus est a. 720. a. Chr. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 312. *sq.* et *Head*, 720. — Hinc *Epiphanenses* v. *Epiphanoenses*, incolæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (82). — *b)* Item oppidum Ciliciæ Campestris ad Amanum montem, haud procul a sinu Issico, ad septentr. Issi, sic dictum ab eod. Antiocho IV. Epiphane, hod. *Goesens*, ap. *Cic.* 15. *Fam.* 4., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93)., *Ammian.* 22. 11., coll. *Ptol.* 5. 8. 7. — 2.°) Nom. vel cogn. mul. *Corp.* 8. 3127.; 2. 957. — Absolute ap. *Bruzza* in *Bull. Arch. Com.* a. 1878. *p.* 132 (*in fistula agraria*) Epiphanies (Gr. pos.). — Probabiliter fuit uxor Probiani cons. a. 322., ut arguit *Lanciani, Top. p.* 269. *n.* 418. — 3.°) Est etiam sollemnis dies festus ap. Christianos, de quo *Augustin. serm.* 30. Et appellaretur Epiphania dies iste, qui latine manifestatio dici potest. *et Leo M. serm.* 4. Quæ (*temporum lex*) - brevi intervallo Epiphaniæ intulit festum, ex apparitione Domini consecratum. Adde *Gelas. pap. ep.* 14. et *Oros.* 6. *Hist.* 20. — Hinc *Epiphana*, nom. mulieris, martyris, apud Leontinos, quæ sub Diocletiano imp. et Tertyllo præside, uberibus præcisis, reddidit spiritum. *Martyrol. Rom.* IV. id. Jul., ed. 1914.

ĔPĬPŎDĬUS, ii, m. 2. (Ἐπιπόδιος, *pedica*) cogn. vir. *Corp.* 5. 3517. — Absolute, in tit. Chr. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 374. 4. — Fuit etiam martyr Lugdunensis una cum Alexandro a. 178. sub M. Aurelio imp. Laudatur *Greg. Tur. glor. mart.* 1. 50. et *glor. conf.* 64. — In homilia *Eucherii*, de his martyribus, scribitur *Ephipodius* pro *Epipodius*. — *Epipodia*, nom. mul. *Corp.* 3. 870.

ĔPĬPŎLÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἐπιπολαί: ab ἐπιπολής, *in superficie* vel *summitate* positus) locus in Syracusis, fortasse situ editus, de quo *Liv.* 25. 24., coll. *Diod.* 14. 19.

ĔPĪRĒI et

ĔPĪRŌTES et alia deriv. *V.* voc. seq.

ĔPĪRUS, i, f. 2. nom. geogr. (Ἤπειρος, *Dor.* Ἄπειρος) *Epiros*, Gr. poet., sæpe usurpatur, ut *Cæs.* 3. *B. C.* 12., *Virg.* 1. *G.* 50., *Ovid.* 8. *Met.* 283. et 13. *ibid.* 720., *Manil.* 4. 690., *Val. Max.* 4. 3. 2., *Mel.* 2. 39., *Stat.* 1. *Ach.* 420. etc. — Acc. *Epiron*, ap. *Flor.* 1. 18. 3. et 4. 2. 35. — Vox, quæ *terram continentem* significat, composita videtur partic. ἠ = Skr. *a* «per» et Gr. περάω «transeo», ita ut proprie dicatur de terra, *per (quam) transitur*, mari opposita (Cf. *Hom. Od.* 3. 9., *Herod.* 1. 148., *Thuc.* 1. 5., *Xen. Hell.* 6. 1. 4) et de insula (*Hom. Od.* 5. 56), speciatim de Europa (*Æschyl. Pers.* 790)., de Asia (*Herod.* 1. 96), de Acarnania (*Hom. Il.* 2. 635. et *Od.* 23. 378) etc. Sic et de planitie aliquando, opposita montibus (*Apollon. Rh.* 2. 978). — *Diania* cognominata fuit ab Heleno, ut tradit *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 293., 334. et 335.

Epirus ¶ 1. Est regio Græciæ, in ora maris Ionii, inter Illyricum a septentr., Macedoniam et Thessaliam ab orient., Ætoliam et Acarnaniam (a qua sejungebatur sinu Ambracio) a merid., ita primum appellata a Corcyra aliisque insulis, ejus litori proximis, et ob id ἠπείρῳ seu terræ continenti oppositis, quæ apud *Homer.* (*Il.* 2. 635. et *Od.* 14. 99. etc.) tota est ora Græciæ orientalis usque ad sinum Corinthiacum, montibus (Acroceraunis aliisque) referta, parum culta, silvosa, hodie quoque dicta *Epiro* v. *Albania meridionale*. Accipitur autem sensu nunc stricto, nunc lato. — *a)* Stricte sumpta est regio, de qua modo diximus, eaque ita describitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 1. (2). Epiros in universum appellata Acrocerauniis incipit montibus. In ea primi Chaones, a quibus Chaonia, dein Thesproti, Antigonenses, locus Aornos et pestifera avibus exhalatio, Cestrini, Perrhæbi, quorum mons Pindus, Cassiopæi, Dryopes, Selloe, Hellopes, Molossi, apud quos Dodonæi Jovis templum oraculo inlustre, Tomarus mons, centum fontibus circa radices Theopompo celebratus. *et ibid.* (3). Epiros ipsa ad Magnesiam Macedoniamque tendens a tergo suo Dassaretas - liberam gentem, mox feram Dardanos habet; Dardanis lævo Triballi prætenduntur latere et Mœsicæ gentes. - In Epiri ora castellum in Acrocerauniis Chimera, sub eo Aquæ regiæ fons, oppida Mæandria, Cestria, flumen Thesprotiæ Thyamis, colonia Buthrotum maximeque nobilitatus Ambraciæ sinus D. m. p. faucibus spatiosum æquor accipiens, longitudinis XXXVII. m. p., latitudinis XV. m. p. In eum defertur amnis Acheron e lacu Thesprotiæ Acherusia profluens, XXXVI. m. p. inde et mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum Ambracia, Molossorum flumina, Aphas, Aratthus, civitas Anactoria, locus Pandosia. *Mela* 2. 39. In Epiro Dodonæi Jovis templum et fons ideo sacer, quod cum sit frigidus et immersas faces sicut ceteri exstinguat, ubi sine igne procul admoveantur, accendit. *et ibid.* 110. In Epiro Echinades et olim Plotæ, nunc Strophades; contra Ambracium sinum (54. quo nihil nobilius est) Leucadia in vicina Hadriatico mari Corcyra. Adde *Liv.* 8. 24., *Ampel.* 8., *Flor.* 4. 11., 4., *Solin.* 7., *Serv. locc. citt.*, *Capell.* 6. *p.* 209. — *b)* Lato sensu sumpta, Acarnaniam continet; quin, sæc. II. a. Chr. in duas divisa est, quarum una dicta est *Epirus vetus* (*Itin. marit. p.* 448), quæ Acarnaniam comprehendebat habebatque urbem caput Nicopolim; altera *Epirus* (al. *Illyris Græca*) *nova*, quæ constituta est ex parte aliqua Macedoniæ litorali, a finibus Delmatiæ usque ad montes Acrocerauniōs, habebatque metropolim Dyrrachium (*Laterc. Veron.* a. 207). — Ad Epiri autem historiam quod attinet, hæc pauca sub-

jicimus. Primi ejus habitatores fuere Pelasgi, sed et Hellenes ab Epiro oriundi traduntur in viciniis Dodonæ. Ætate vero historica Epirei a Græcis gens pæne barbara habiti sunt, quorum tribus præcipuæ tres erant, nempe primitus *Thesprotiorum*, dein *Chaonum*, postremo *Molossorum*, quæ regionis principatum tenuerunt. Regia autem ab initio fuit in ea reipublicæ forma seu constitutio, et, ex ejus regibus, qui regni Molossici conditor existimatur, fuit Pyrrhus seu Neoptolemus, filius Achillis (*Vellej.* 1. 1), Æaci pronepos, unde Æacides dictus (*Cic.* 2. *Divin.* 56. 116), quem Heraclidæ a Thessalia expulerant. Ab eo incolæ *Pyrrhidæ* dicti sunt, dein *Epirotæ* appellati, teste *Justin.* 17. 3., qui regum aliquot, successorum Neoptolemi, gesta persequitur usque ad Pyrrhum illum, qui pro Tarentinis contra Romanos dimicavit (*ibid.* et 18. 1. et 2); Æacidarum vero seriem usque ad Perseum, Macedoniæ regem, Philippi filium, sub quibus postremis Epirus Macedoniæ regno conjuncta est, exhibet *Jul. Valer.* 1. *gest. Alex. M.* 58. — Philippus Alexandrum II., fratrem Olympiadis, matris Alexandri M., in Molosside ortæ, regem Epiri creavit; hic tamen, cum Romanis societate inita, in expeditionem quum exercitum eduxisset ad Magnam Græciam, ibi periit. Sæc. vero III. a. Chr. Pyrrhus, rex Epiri, Macedonia bis est potitus ac Romanos pluries vicit, maxime Heracleæ (a. 280), dein Asculi (a. 279); sed victus Beneventi (a. 276), in Epirum rediit, ubi in Argi obsidione est interemptus (*V.* PYRRHUS). — Exstincta demum Æacidarum dominatione (a. 229), Epirus populare reipublicæ regimen habuit, sed quæ Macedoniæ aliquatenus esset obnoxia. Verum quum in bellis Romanorum contra Perseum, hujus partes secuta fuisset, vastata est a Paulo Æmilio, illorum duce, ac prope deleta; ejus namque jussu uno die LXX. oppida feruntur a Romanis solo æquata (*Liv.* 45. 34. et *Trog. prol.* 33) ejusque incolæ ad 150. millia in servitutem (*Strab.* 7. 322) et ipse Perseus, ultimus Æacidarum, in triumphum abducti, a. 168. — Tunc in provinciam Romanam est redacta celebrataque pecuariis suis et equabus, teste *Varr. R. R.* 2. *præf.* 7., coll. *Sidon. carm.* 5. 45.; iterumque adnexa Macedoniæ, postea Achaiæ, inde a tempore Hadriani imp. a procuratore administrata, fuit dein sub Byzantinis imperatoribus una e sex vel, rectius, septem (*Ruf. brev.* 8) Macedoniæ diœcesibus (præf. Illyrici). *Notit. Dign. or. c.* 3., *Cod. Theod.* 6. 31. 1., 12. 10. 1. et 16. 2. 22. — *Epirus* aliquando in plurali numero a recentioribus scriptoribus adhibetur, ut *Veget. milit.* 4. 31. et *Jorn. Get.* 27. et 29. Cf. litt. *b* init. — De ejus nummis fuse ap. *Eckhel*, 2. *p.* 160-168., *Head*, 319. 324. et 406. et *Imhoof-Blumer, Ztschr. f. Numism. I.* 103. *sq.* — Ex inscriptionibus ad eam pertinentibus, Latinas vd. in *Corp. I. L.* a *n.* 574-584., coll. *p.* 989. et *n.* 586.; Græcas in *Corp. I. Gr.* a *n.* 1810-1927. — De re ejus agraria cf. *Baldacci* in *Atti dell' Accad. dei Georgofili XIX.* Firenze 1896. et *Petermann* in *Mitteilungen* 1897. — De re geographica *Colling, Hellen. Landesk.* 155-160. et *Philippson, Thess. u. Epir.* Berlin 1897. — De re historica *Schmidt, Epeirotika*, Marb. 1894. et *Niese, Gesch. d. Griech. u. Maced. Staat. I-II.* — Hinc

Epirotes v. *Epirota* (æ), adj. (Ἠπειρώτης), cujus tres syllabæ priores producuntur, ut patet ex Græca forma; sed aliquando secunda correpta est, quasi esset Ἠπιρώτης, extrita priore diphthongi littera. Sic *Auson. prof.* 15. 13. — Est autem ab Epiro ortus vel ad Epirum quocumque modo pertinens. *Cic.* 2. *Legg.* 3. 7. Thyamis. *Nep. Reg.* 2. et *Auct. de vir. ill.* 35. Pyrrhus. *Auson. prof. l. c.* Cineas. *Cels.* 3. 21. Philippus. *Veget. mulom.* 6. 8. equi. — *Epirotæ*, absolute, incolæ seu populi Epiri, antea a Pyrrho dicti, ut vidimus, *Pyrrhidæ*, ap. *Justin.* 17. 3. et *Isid.* 9. *Orig.* 2. 79., hodie *Arnauti*. Memorantur *Nep. Timoth.* 2., *Liv. epit.* 12., *Justin.* 28. 1., *Frontin.* 1. *Strat.* 4. 4. et 2. *ibid.* 4. 21., *Solin.* 9. etc. — Etiam *Epirei*, sed rarius, dicti in *Not. Dign. or. c.* 25. Cohors Epireorum. Adde *Veget.* 1. *milit.* 28. — Hinc *Epirensis*, adj. idem. *Liv.* 8. 17. Alexander. — *Epiricus*, adj. idem. *Mar. Merc. coll.* 1. *excerpt. Nest. p.* 393. *M.* Dinastus. — *Epiroticus*, adj. idem. *Cic.* 1. *Att.* 5. emptio. *Front.* 2. *Arat.* 5. 10. regio. *Solin.* 25. bellum. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 211. et 397. mare. *Mythogr. III. fab.* 3. nemus. *Cic.* 12. *Att.* 53. litteræ. *Varr.* 1. *R. R.* 17. 5. familiæ. *et* 2. *ibid.* 5. 10. boves. *et ibid.* 9. 5. canes. *Nep. Att.* 14. possessiones. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 14. 15. (51). mala. *Id.* 4. 10. 17. (38). gentes. *Sil. It.* 1. 627. signa. ¶ 2. Item oppidum Thraciæ, aliis dictum *Epirus*, alii vero *Topirum*. *V.* EPYRUS.

EPIS, is, *f.* 3. oppidum vetustum Africæ ad Nilum, contra Meroen, antequam Bion scriberet, deletum, ut ait *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (150).

EPISĬDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 5. 348. Cf. *ibid.* 347.

ĔPISTATHMOS, i, m. 2. (Cf. ἐπίσταθμος, *mansionum curator*) titulus comœdiæ *Cæcilii Statii*, cujus unicum fragmentum legitur ap. *Prisc. gramm. VII.* 334. *K.* V. *Ribbeck, Com. Lat. rel. p.* 41.

ĔPISTŎLION, ōnis, f. 3. (Cf. ἐπιστόλιον, *epistolium*) cogn. mul. libert. demin. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4818., 5668. et 6594. — Cf. *Epistola* in *Not. degli scavi* a. 1914. *p.* 388 (*Romæ*).

ĔPISTRĂTUS, i, m. 2. (Ἐπίστρατος: ab ἐπιστρατεύω, *milito adversus* aliquem) cogn. vir. Græcan., in *Corp.* 3. 1641.

ĔPISTRŎPHUS, i, m. 2. (Ἐπίστροφος, *reciprocus*) ¶ 1. Fuit vir Phocensis (*Dict.* 1. 13), Iphiti et Hippolites filius, nepos Nauboli, qui cum fratre Schedio Argis navibus XL. profectus est ad bellum Trojanum (*Hygin. fab.* 97., coll. *Hom. Il.* 2. 517. *sqq.* et *Diod.* 16. 23). Fuerunt ambo proci Helenæ (*Apollod.* 3. 10. 8). ¶ 2. Item filius Minui, Alizonorum rex, cum fratre Odio socius Trojanorum et in bello auxiliaris. *Dict.* 2. 35.

ĔPĪTĀNIUS. *V.* voc. seq.

ĔPĪTĀNUS, i, m. 2. nom. vir. *Momms. Corp.* 5. 6792., qui lapidem contulit, pro *Epitanius*, uti est ap. *Promis, Ant. Tor. p.* 267. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 220. et 237. — *Epitanius*, nom. gent. vir. *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1878. *p.* 270.

ĔPĪTEUXIS, is, f. 3. (Cf. ἐπίτευξις, *acquisitio*) cogn. mul., ingenuam ac libertinam. *Corp.* 5. 6592.; 12. 3223 (*Nemausi* 1782). *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 252. et 410.

ĔPĪTHĒRĀS, cogn. urbis Ptolemaidis, a Ptolemæo Philadelpho conditæ ad venatus elephantorum, ut ait *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (171).: ab ἐπί, *super*, et θήρα, *venatio*, quasi sit præses venationi.

ĔPĪTHERSĒS, is, m. 3. (Ἐπιθέρσης) grammaticus Græcus, domo Nicæa, auctor operis περὶ λέξεων Ἀττικῶν καὶ κωμικῶν καὶ τραγικῶν (*Steph. Byz.* v. Νίκαια), fort. ille, cui alludit *Senec. controv.* 10. 5 (34). 25. Cf. *Meineke, Hist. crit. com.* 15.

ĔPĪTHȲMĒTUS, i, m. 2. (Cf. ἐπιθυμητός, *desiderabilis*) cogn. vir. Gr., ingenuum et libertinum. *Corp.* 5. 6363. — In *alia* ap. *Orelli n.* 2488. Epitymetus (*omissa aspiratione*). — *Epithymete*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 228.

ĔPĪTRĔPON, ontis, m. 3. (Cf. ἐπιτρέπω, *attribuo*) cogn. vir. Gr. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2383.

ĔPĪTUS, i, m. 2. mons Macedoniæ in Pallene regione. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (36). — Cf. Ἔπυτον, ap. *Suid.* in *o*.

ĔPĪTYNCHĀNUS (Epitincanus), i, m. 2. (Cf. ἐπιτυγχάνω, *assequor, adipiscor*) cogn. vir. Gr., ingenuum et libertinum. *Corp.* 2. 4405. — Fuit etiam præfectus urbis Romæ a. 450., memoratus in *Novell. Valent. III.* 28. 1., ubi scribitur *Epitincanus* (sine aspiratione). — Alius ap. *Ulp. Dig.* 30. 41. § 7.

ĔPĪUM, ii, n. 2. (Ἤπειον v. Ἔπιον) oppidum Græciæ in Arcadia, laudatum *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. (26).

ĔPĪUS, ii, m. 2. (Cf. ἤπιος, *placidus, mitis*) cogn. vir. Gr. *Corp.* 3. 6261. — 1. 198. Epios (*Gr. posit.*).

ĔPIZĔPHȲRI, ōrum, m. plur. 2. (Ἐπιζεφύριοι *Pind. Ol.* 10. 15) cognomen Locrorum, quo hi ab Opuntiis distinguuntur. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 399. et 11. *ibid.* 265. docet eos a *Zephyro* promontorio sic esse denominatos; insuper a Locride in Italiam venisse ac Bruttios occupasse.

ĔPOISSUM et, rectius, Eposium, ii, n. 2. oppidum Galliæ Belgicæ in via a Durocortoro Augustam Treverorum, hod. *Ioog-Carignan* (*dép. Ardennes*), in *Itin. Ant. p.* 366. Epoisso (*leg.* Eposio). *Not. Dign. occ.* 42. Eposum. *Greg. Tur.* 8. *Fr.* 15. Eposium castrum. Cf. *Holder, Altk. Spr. I.* *Epossos*.

ĔPŎLĒIUS v. Epuleius, ii, m. 2. nom. vir. ex gente satis antiqua, quod in pluribus titulis occurrit. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 657. et 659. Cf. *Momms. Corp.* 1. 105.

ĔPŎMEUS. *V.* EPOPEUS.

ĔPŌNA, æ, f. 1. nom. deæ Celticæ (Ἔπονα). De hujus vocis etymo disputatur, quam alii ab ἐπί et ὄνος, *asinus*, repetunt; præesse enim asinis dicebatur: alii ab *equus*, litt. *qu* in *p* versa (Cf. *popina* pro *coquina* et ἵκκος in Gr. dial. pro ἵππος) et collata rad. Celt. *epo* = equus, cui addita terminatione, ut in *Divona* aliisque similibus, fit *Epona* pro *Equona*; sane his favent priscæ artis monumenta, ubi plerumque dea cum equis repræsentatur (V. *Reinach op.* infra *cit.*). Quum vero apud veteres prior fuerit usus asinorum quam equorum, quumque loca scriptorum fere sint de asinis potius quam de equis (quin ethnicos, qui Christianis objiciebant capitis asini cultum, hi refellebant eos asinarios vocantes, quod Eponam, asinorum patronam, colerent), prior notatio præferenda videtur; idcirco nihil obstat fabulæ Agesilai apud *Plut. Synag. hist. parall.* etc. 29., in qua traditur quidam Fulvius Stellus, mulieres perosus, rem habuisse cum equa et ex ea genuisse filiam formosam, quam *Eponam* nominasset, quæque, dea facta, equorum gessisset procurationem. Ceterum si ab asinis equos non excludimus, utraque sententia conciliari potest; non unis enim tantum asinis sed generatim domesticis animalibus Epona præsidebat. — Fuit igitur

Epona, dea asinorum et universim jumentorum omnium ac stabulorum et mulionum præses, aliis hujusmodi nominibus Gallicis terminatione similis, ut sunt *Axŏna, Divŏna, Matrŏna* etc. (*Holder, Altk. Spr. II.* 858. *sq.*), non autem Latinis *Bubŏna, Pomŏna, Bellŏna* etc., ut placuit *Müllero, Die Etr. I.* 17. *n.* 21. — Memoratur *Minuc. Oct.* 28. 7. Nisi quod vos et totos asinos in stabulis cum vestra vel (*sua*) Epona consecratis et eosdem asinos cum Iside religiose devotatis (*Rigalt.* decoratis, *Bassi* devoratis; pastilla namque edebantur in asini formam conflata: cf. *Plut. Is. et Osir.* 30). *Tertull. apol.* 16. Vos tamen non negabitis jumenta omnia et totos cantherios cum sua Epona coli a vobis. *et nat.* 1. 11. Sane vos totos asinos colitis et cum sua Epona et omnia jumenta et pecora et bestias, quæ perinde cum suis præsepibus consecratis. *Prudent. apoth.* 197-199. Nemo Cloacinæ aut Eponæ super astra deabus Dat solium, quamvis olidam persolvat acerram Sacrilegisque molam manibus rimetur et exta. *Juvenal.* 8. 155. *sq.* Interea dum lanatas torvumque juvencum More Numæ cædit Jovis ante altaria, jurat Solam Eponam et facies olida ad præsepia pictas. *Schol.* ad *l.* « Quia mulio est, qui consul fertur; Epona dea mulionum est ». Adde *Fulg. de prisc. serm.* 11. sub v. *Semones*, *Not. degli scavi* a. 1892. *p.* 8. *sq.* et *Corp.* 1. *p.* 258.; 7. 747. et 1111-1118.; 13. 2902., 2903., 4630., 5622., 5741., 7438., 7555., 7680. etc. - 31146 Ephona. — Ejus cultus late patuit, uti constat ex titulis plurimis, ubi *dea*, *regina*, *sancta*, *augusta* dicitur, aris ac templis eidem dicatis, aliquando cum Jove, Hercule, Silvano aliisque numinibus copulata, non solum in Gallia sed etiam in Britannia, in Germania, in Italia, in Mœsia, in Africa (V. *Haug u. Sixt, Die Röm. Inscr. u. Bildwerke* Württemb. 1900., *Lothr. Jahrb. X.* 38. *sqq.*, *al.* infra *cit.*). — De priscæ artis monumentis, vd. *Ann. dell' Ist. arch.* a. 1863. *p.* 127., ubi Eponæ effigiem ex gemma sic describit *Reifferscheid* « Dea sedet in solio, corona e qua vittæ vel lemnisci dependent, insignis: dextera sceptrum, sinistra pateram tenet, ab utroque latere singuli asini sive potius muli stant capite ad deæ gremium (in quo pabulum stratum est) inclinato ». — Cf. *Apul. met.* 3. 27. « Respicio pilæ fere meditullio Eponæ deæ simulacrum residens ædiculæ, quod accurate corollis roseis equidem (et quidem *Gruter*) recentibus fuerat or-

natum ». Plurima vero alia artificum opera vd. apud *Reinach, Epona la déesse gauloise des chevaux*, Paris 1895 = *Rev. arch.* 1895. *I.* 163-195. et 309-335 (coll. *F. Haug*, Bonn. Jahrb. XCIX 241-261)., 1898. *II.* 187-200. et 1899. *II.* 61-70. etc.; *Daremberg-Saglio II.* 735. *fig.* 2707. — De Epona præter hos scripserunt *Holder, Altcelt. Spr. I.* 1447-1450.; *Blanchet, Mém. soc. antiq. de France* 1899 (ed. 1901). *p.* 241-245. et specialim de figuris *Keune, Jahrb. d. Gesellsch. f. lothr. Gesch. VIII.* 2. 56-60. et *IX.* 341. *sq.*, *XV.* 374-375., 377-380. et *PW.* 5. 285. *sqq.*

ĔPŌNȲMUS, i, m. 2. (Ἐπώνυμος, *cognominatus*) architectus, frater Heronis Libyi, unus ex eis, quibus Alexander M. usus est in Alexandria ædificanda, laudatus *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.* 23. Ita legit *Müller* pro *Eponemus*, quod ediderat cl. *Mai*; sed in textu Gr. ap. eund. *Müller l. c.* legitur Ὑπόνομος.

ĔPŌPEUS, i (trisyll.), m. 2. (Ἐπωπεύς, *inspector*, ab ἐπί, *super, in*, et ὀπ, *videre*: ap. Græcos cognom. Jovis et Apollinis [*Usener, Rh. Mus. LXII.* 1898. *p.* 343., coll. *Fick-Bechtel, Gr. Pers.-Nam.* 420]) nom. pers. et geogr.

I.) Epopeus, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Macarthonis v. Posidonis (*Apollod.* 1. 53), Sicyonius, maritus Antiopes, Nyctei filiæ, pater Alcyonis (*Hygin. fab.* 157., coll. *Schol. Apoll. Rh.* 4. 1090), a Lyco, Nyctei fratre, interfectus (*Hygin. fab.* 8. Cf. *Gruppe, G. M.* 130. et *alib.*). ¶ 2. Item rex Lesbi, qui, filiæ suæ Nyctimenes amore incensus, illam compressit, ab Athena in noctuam conversa, teste *Hygin. fab.* 204. et 253. ¶ 3. Item gigas, unde mons *Epopeus* in Ænaria (*V.* infra) nomen accepit. *Hygin. fab. p.* 9. *Schmidt* (codd. *epaphus*). ¶ 4. Item Sicyoniorum rex, qui e Thessalia veniens, Coracis sine prole defuncti imperio potitus est (*Paus.* 2. 6. 1) idque tenuit ann. 32 (*Syncell.*) vel 35 (*Euseb.*). De eo *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 593. ¶ 5. Item pater Œnopes, quæ, compressa a Neptuno, Megareum filium genuit. *Hygin. fab.* 157. ¶ 6. Item unus ex nautis Tyrrhenis, in Delphini effigiem transfiguratis, ut refert *Hygin. fab.* 134. *Ovid.* 3. *Met.* 619. « animorum hortator Epopeus ».

II.) Epopeus, vel Epomeus, ut etiam dicitur, mons est in Ænaria (*Ischia*), hod. *M. S. Nicola* (*vulc.* a. 1301. p. Chr. exstinct., alt. 792. m.). *Plin.* 2. *Hist. nat.* 88. 89. (203)., coll. *Tim.* ap. *Strab.* 5. 248. Alii leg. *Epopos*. — De eo vd. *Beloch, Campan.*[2] *p.* 202. et *Nissen, Ital. Landesk. I.* 252. et *II.* 780.

ĔPŌPOS. *V.* voc. præc.

ĔPŌRA, æ, f. 1. (Ἐκόρα ap. *Ptol.* 2. 4. 11.: ita pro Ἐβόρα leg. *Hübner* in *Corp.* 2. *p.* 301., coll. *ibid. n.* 2156.: vd. infra, ut in nummis AIPORA [IIPORA] *Mon. ling. Iber.* 121) oppidum Hispaniæ Bæticæ, convent. Cordubens., ad Bætim fluv., trib. *Galeria* (V. *Corp.* 2. 2158. et 2159., coll. *Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 178), respublica (*Corp.* 2. 2163), municipium (*Corp. ibid.* 2156), hod. *Montoro*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 2. (10). Mox Ripa, Epora fœderatorum, Sacili Martialium etc. Adde *Mel.* 3. 7 (?). et *Itin. Ant. p.* 403. — Aliæ inscriptiones leguntur, ad eam illustrandam pertinentes, in *Corp.* 2. a *n.* 2155-2180., coll. *n.* 1736 et 2251. — De alia a Gadibus Romam in *Itin. Ant. ibid.* vd. *Garrucci Diss. Arch. I.* — Hinc *Eporensis*, adj. *Corp.* 2. 2156. municipium. *et* 2163. respublica.

ĔPŎRĒDĬA, æ, f. 1. (Ἐπορεδία) *Eperedia* male scribitur in *Inscr.* ap. *Donat.* 314. 3. — *Eporeia* est *Rav. p.* 250. et 251. — Vox Celtica, quam ab *eporedis*, i. e. bonis equorum domitoribus, ducit *Plin loc. cit.*

Eporedia, oppidum Italiæ (reg. XI. Transpadana) in Salassis ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 17. 21. (123)., non Vagiennis, ut falso tradit *Vellej.* 1. 15., ad Duriam majorem (*Dora Baltea*), colonia Romana, deducta a. 100. a. Chr. a Mario sexies et Valerio Flacco coss. (*Vellej. loc. cit.*), tribu *Pollia* (*Inscr.* ap. *Brambach* 1192. et 1224), hod. *Ivrea*. Memoratur *Plin. loc. cit.* Oppidum Eporedia Sibyllinis a populo Romano conditum jussis (Sed 21. *ibid.* 7. 20. [48]. *urbem* vocat). *Tac.* 1. *Hist.* 70. Eporedia. firmissimum municipium. Adde *Cic.* 11. *Fam.* 20. et 23., *Not. Dign. occ.* 42., *Corp.* 5. *p.* 750. et 1088., ubi cf. *Momms.* et alias collectas *Inscriptiones* ad eam pertinentes a *n.* 6777-6818. — Hinc *Eporediensis*, adj. in *Corp.* 8. 6418. et 2711.

ĔPŎRĒDIENSIS. *V.* voc. præc.

ĔPŎRĒDŎRIX (Eporedirix), igis, m. 3. nom. vir Celt., ab *Eporedia*, ut videtur, deductum. — Fuit autem hoc nomine vir Hæduus, summo loco natus summaque domi potentia et Cæsaris partes secutus una cum Virdomaro, in bello Gallico (*Cæs.* 7. *B. G.* 39); sed postea ad suos transgressus et ab eis dux electus, dum cum Vercingetorige exercitum Cæsaris, in Sequanos per extremos Lingonum fines iter facientis, adoritur, Romanorum impetu prævalente, una cum Coto, præfecto militum, et Cavarillo, qui post defectionem Litavici pedestribus copiis præfuerat, captus est (*Id. ibid.* 67).

ĔPŎRENSIS. *V.* EPORA.

ĔPOSOGNĀTUS v. Epossognatus, i, m. 2. (fort. *Epossii natus*) regulus in Galatia Asiæ, Eumenis II., Pergami regis, amicus, qui unus ex Galatarum principibus Antiocho cum Romanis dimicanti negavit auxilia; quum vero Manlius Volso contra Galatas profectus est, cum eo societatem fecit. *Liv.* 38. 18., coll. *Polyb.* 21. 37 (V. *Stähelin, Gesch. d. kleinas. Galat.*, Diss. Basel 1897. *p.* 65. *sqq.*).

ĔPOSSĪUM, ii, n. 2. locus in Gallia Belgica in via a Durocortoro Augustam Treverorum, hod. *Carignan* (antea Fr. *Yvois*, Germ. *Ipsch*). *Itin. Ant. p.* 366. Epoisso (*leg.* Eposio). *Not. Dign. occ.* 42. Epuso (*leg.* Eposio). — *Greg. Tur.* 8. *Fr.* 15. Ad Eposium castrum. — *Holder, Altkelt. Sprachsch.*, habet *Epossos* (unde nom. *Epossognatus* deductum est). V. *Longnon, Géogr. de la Gaule* sæc. VI. *p.* 369.

ĔPOTĪUS pagus in civitate Vocontiorum, pop. Galliæ Narbonensis, hodie fort. *Upaix* (*dép. des Haut. Alpes*), in *Corp.* 12. 1529. V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 233.; *Jullian, Bull. epigr. V.* 179.; *Herzog, Gall. Narb.* 145., 172. et 178.

EPPÆA, æ, f. 1. cogn. mul. *Corp.* 3. 5068., ubi nomini gentilicio præponitur.

EPPĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., fort. ab *Epius*, quod fuit nom. pristinum Æsculapii; in nummis enim Eppiæ gentis, teste *Cavedoni* in *Opusc. di Mod. IX. p.* 145., cortinæ circumvolvitur serpens; quin unico *p* scribi posse arguitur a derivatis *Epulejus, Epilius, Epianus*. — Etiam *Æppius* legitur in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 377. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) M. Eppius M. f. Ter(*etina tribu*) senator a. 51. a. Chr. (SC. ap. *Cic.* 8. *Fam.* 8), in civili bello Pompeji partes sectatus (*Cic. ibid.* 11) et legati munere perfunctus sub Q. Metello Scipione in Africa. Cf. *Inscr.* in nummis ap. *Momms. Münzw.* 651. et *Babelon, Monn. de la rép. rom. I.* 279. et 476. *sqq.* In clade vero ad Thapsum incidit in Cæsaris manus, qui eum humaniter habuit (*Auct. B. Afr.* 89). — 2.º) T. Eppius T. f. (QVIRINA), Latinus, procurator imperatoris Cæsaris Trajani Hadriani Augusti ad census accipiendos, proc. quattuor publicorum Africæ, duumvir jure dicundo municipii Latobricorum. *Corp.* 3. 3925 = *Dessau* 1408 (*Neviodunum*) ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 3. 4619., 6088. etc. — *Ibid.* 6. 17246 (*in vinea Gulielmi Galli via Amelia*). et 12. 2467 a (*Aix les Bains*) Gn. Eppius Gallus. — *Eppia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17248 (*in vinea Ferretti extra portam S. Laurentii*). et 12. 357 (*Nemausi*). — *Æppia* ap. *Momms. loc.* supra *cit.* — Fuit etiam nom. mul. fort. confictum, quam gladiatoris cujusdam uxorem putat *Schol.* ad *Juvenal.* 6. 104.; et etiam senatoris, ut *ibid. Juvenal.* 114., coll. 82. « Nupta senatori comitata est Eppia ludum ». Cf. etiam *Inscr.* ap. *Dessau* 1010. — Hinc *Eppianus* fundus in pago Sinnense Placentino, in *Tab. alim. Velej.* 6. 85. — *Eppilius* (*Spilius*) nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll.* 923. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 446. et 450. — *Epilius*, cogn. vir. *Corp.* 8. 792. — *Eppuleius* v. *Epuleius* (*Epoleius*), unde *Epuleja*, nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Garrucci Syll. n.* 1475. — Fuit uxor T. Ampii Balbi. *Cic.* 6. *Fam.* 12. — *Eppenius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4377. — *Eppo* (*onis*), nom. vir. *Corp.* 3. 3872., 3790. et 3816., coll. *Ephem. epigr. II. p.* 357. *n.* 667.

EPPONĪNA, æ, f. 1. uxor Julii Sabini, Lingonum principis, dicta *Empone* (Ἐμπονή) a *Plut. amat.* 25., id est *herois* (ἡρωίς). Cf. Celt. *Epona*, dea (*Peter* in *Roschers Lex. I.* 126), a *Dion.* 67. 16. 2. *Peponila* (Πεπονιλ[λ]α) appellata. De ea *Tac.* 4. *Hist.* 67. « Et insigne Epponinæ uxoris exemplum suo loco reddemus ». Hic tamen locus deperditus est. Sabinus, qui se Cæsarem salutari jusserat (*Id. ibid.*), commisso prœlio in Sequanis profligatus est; quare in Germaniam confugere parabat, sed ex amore erga uxorem, quam secum ducere non poterat, vitam per novem annos in antri latebris cum ea traduxit (*Id. ibid.*), quæ duos ibi filios ei peperit, fama interim pervulgata, eam domus suæ, quam ipse ex industria comburendam curaverat, in incendio periisse. Hic tamen historici, qui rem narrant, inter se dissentiunt; nam *Plut. loc. cit.* scribit Epponinam Romam, periculo neglecto, se contulisse. ut a Vespasiano imp. marito suo veniam impetraret, sed frustra; quin immo supplicio affectam interiisse; contra *Dio loc. cit.* tradit ambos Romam petiisse veniam imploraturos; uxorem vero imperatorem adiisse cum duobus filiis adhuc tenellis, eumque ita fuisse allocutam: « O Cæsar, hos peperi aluique in sepulcro, ut forent plures, qui te supplices obsecrarent »; quibus verbis quamvis lacrimas fuderit commotus Vespasianus, tamen implacabilis eos interfici jussit. V. JULIUS SABINUS.

EPPULĒIUS. *V.* EPPIUS.

EPRĪUS, ii, m. 2. (Ἔπριος) nom. gent. vir. *Corp.* 12. 5686 (*Foro Julii*); *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1567. In *alia* ap. *Momms. n.* 1170. Æprius. — Memoria dignus est *T. Clodius Eprius Marcellus*, Capuanus, a Claudio imp. inter patricios lectus (*Corp.* 14. 2612), legatus pro præt. in Lyciam et Pamphyliam (*Corp. I. Gr.* 4238. et *Tac.* 13. *Ann.* 33), bis consul a. 61. et 74 (75) p. Chr., proconsul, sacerdos, curio maximus, augur, sodalis Augustalis (*Dio* 66. 16., *Zonar.* 11. 17., *Corp.* 10. 3853., coll. *Momms. Staatr. III.* 568. 2. et *alib.*), cui *Colum.* 3. *R. R.* 3. 3. suum *de arboribus* librum dicavit et alium inscripsit *de cultura vinearum et arborum* (Cf. *Schanz, Röm. Lit. Gesch. II.*[2] 389), vir eloquens (*Tac.* 4. *Hist.* 7), rixosus (*Id. ibid.* 6. et 43). Pæti Thraseæ accusator (*Id. ibid.* 6). — De eo vd. *Kappelmacher, PW.* 6. 262. *sqq.* — Cf. *Epre* (*æ*), cogn. mul. *Corp.* 8. 2459.

EPTACENTUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* in *Ephem. epigr. II.* 378., fort. vox hybrida a Gr. ἑπτά et *centum*.

ĔPŬLO, ōnis, m. 3. cogn. ab *epulando* factum ¶ 1. Fuit vir Latinus in Turni acie, a Trojanis interfectus. *Virg.* 12. *Æn.* 459. Epulonem obtruncat Achates. ¶ 2. *Septemviri Epulones*, præsides conviviorum, quæ in templis celebrabantur. *V.* EPULO in *Lexico*. ¶ 3. Cogn. — *a*) Jovis. *Corp.* 6. 3696. et 30932 = *Dessau* 4964. — *b*) Mercurii. *Corp.* 6. 522. — *c*) Item nomen seu titulus regis cujusdam Histriæ, qui in prœlio cum Romanis victus Nesactium confugit una cum Histrorum principibus (*Liv.* 41. 11) a. 177. a. Chr.: at quum oppidum hostes cepissent, « capti tumultum ubi - accepit rex, trajecit ferro pectus, ne vivus caperetur » (*Id. ibid.*). Verum *Flor.* 1. 26. 1-3. scribit: Res Apulo (*sic codd.*) æquo imposita cum subinde crapula et capitis errore lapsaret, captum sese vix et ægre, postquam expergefactus est, didicit. Memoratur etiam *Enn. ann. fry.* 437. *M.* (= 421. *Vahl.*) « Quos ubi rex Epulo spexit de cotibu' celsis », ubi cl. *Wahlen* scribit *rex epulo* cum littera *e* minuta, perinde ac si esset nom. commune. Cf. *Flor. l. c.*

EPŪRĬA, æ, f. 1. nom. gent. mul., in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1674.

ĔPȲRUM, i, n. 2. oppidum Thraciæ, ad fines Macedoniæ, hod. fort. *Kara-Gaiauzi*, in *Itin. Hieros. p.* 603. — *Itin. Ant. p.* 321. Topirum. — *Isid.* 15. *Orig.* 1. 48. « Epirus Thraciæ condita a Pyrrho et cognominata ». *V.* EPIRUS.

ĔPȲRUS. *V.* EPIRUS.

ĔPȲTĪDES, is, m. 3. *V.* voc. seq.

ĔPȲTUS, i, m. 2. (Ἤπυτος, *præco, vociferator*)

¶ 1. Vir Trojanus, strenuus bellator. *Virg.* 2. *Æn.* 240. « Addunt se socios Ripheus et maximus armis Epytus ». Alii leg. *Æpytus*, alii *Iphytus*. ¶ 2. Item rex Latii, Albæ filius. *Ovid.* 14. *Met.* 612. « Claram subit Alba Latinum; Epytus ex illo est; post hunc Capetosque Capysque, Sed Capys ante fuit » — Apud *Liv.* 1. 3. est *Atys* et ap. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 1038. et *Fragm. Latin. Diod. l.* 7. 8., plenius *Silvius Athys* « Postea (sc. post Albam) imperavit Epitus (*sic*) Silvius annis viginti sex » (*Hieronym.* 24), i. e. a. 990-965. — Hinc *Epytides* (Ἠπυτίδης), patronym., custos puero Ascanio datus ab Ænea. *Virg.* 5. *Æn.* 547. Epytidem vocat et fidam sic fatur ad aurem. Adde *ibid.* 579.

EQ

ĔQŪĂBŎNA, æ, f. 1. pro *Æquobona*, ut monet *Holder, Altkelt. Sprachschatz I.* 52., oppidum in Lusitania inter Anam et Tagum fluv., statio in via ab Olisipone Eboram et Emeritam, hod. *Coana* v. *Coina*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 416. — *Rav. p.* 306. Abona.

ĔQUÆSI, ōrum, m. plur. 2. populus Hispaniæ Tarraconensis, conventus Bracaraugustani. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (28). « Bracarum XXIV - civitates CLXXV M capitum, ex quibus præter ipsos Bracaros Bibali, Cœlerni, Gallæci, Equæsi - citra fastidium nominentur ». *Sillig.* tamen leg. *Hequæsi.* — Sub Vespasiano imp. ab iis communitatibus celeber pons fuit exstructus Aquæ Flaviæ, oppidi ad orientem Bracaræ Augustæ, de quo exstant plurimæ inscriptiones (*Corp.* 2. *p.* 344).

EQUASĪUS, ii, m. 2. Scribitur et *Æquasius* cum diphthongo. — Est nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6769. *col. IV. lin.* 41. — *Equasia*, nom. mul. *Corp.* 5. 594.

ĔQUES, itis, m. 3. (equus) nom. vir. *Corp.* 6. 5582 (in *mon.* a. 1831. *ad portam Latinam eruderat.*).

ĔQUESTER, stris, adject. ab *equus* ductum ¶ 1. Cum nomine, ut *Equestris Colonia*, quæ *Noviodunum* antea appellabatur, plenius *Colonia Julia Equestris* in *Inscr.* ap. *Momms. Inscr. Helv. n.* 120., certe deducta ab Augusto ante a. 27. a. Chr., quo *Augusti* nomen accepit, inter fines Helvetiorum et Allobrogum interposita, hod. *Nyon* ex veteri nomine *Novioduno* v. *Noioduno* decurtato. Memoratur etiam *Plin.* 17. *Hist. nat.* 17. 31. (106). et *Rav. p.* 237. dicta absolute *Equestris* et in plur. num. in *Itin. Ant. p.* 248. Equestres; unde *Not. Gall. IX.* 2. Civitas Equestrium Noiodunus. — Hinc *Equester*, incola. *Inscr.* ap. *Momms. loc. cit. n.* 117., coll. *Corp.* 7. 50. — *Inscriptiones* ad eam pertinentes, unde alia possunt depromi ad hanc coloniam illustrandam, vd. apud *eund.* a *n.* 112-127. Cf. *Not. Gall. l. c.* ¶ 2. Absolute — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 3. 5312. *Ulp. Dig.* 38. 4. 1. § 3. — *b)* Etiam cogn. deorum quorundam, ut Neptuni (a Gr. ἵππιος) ap. *Liv.* 1. 9.; Veneris (a Gr. ἐφίππιος) ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 720.; Fortunæ, patronæ *equitum Romanorum*, ap. *Liv.* 40. 40. *V.* FORTUNA.

ĔQUĒSUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 2. 2968.

ĔQUĪCŬLUS, Equinius et alia deriv. *V.* EQUUS.

ĔQUĪLĬA, æ, f. 1. oppidum Etruriæ, memoratum *Rav. p.* 287. — In *Tab. Peut.* est *Ad Aquilejam.*

ĔQUĪTĬUS. *V.* EQUUS.

ĔQUIZĒTENSIS. *V.* voc. seq.

ĔQUIZĒTUM, i, n. 2. oppidum Mauretaniæ Sitifensis in Africa, municipium (*Corp.* 8. 10430) et colonia (*Corp. ibid.* 9046), prope hod. *Bordj Mejana*, ab *equus* et litt. *zeta* fort. factum pro *diæta*, quasi mansio equorum: ita *Morcelli* in *Afr. Chr. I. p.* 155. — Memoratur in *Not. Afr.* et in *Collat. Carth. Cogn.* 1. *n.* 201. — In *Tab. Peut.* est *Equehetum* v. *Equezitum*, sed perperam. — Hinc *Equizetensis*, adj., ut *Victor Equizetensis episcopus* in *Not. episc. Sitif. n.* 11 (in *Halms Vict. Vitens. p.* 70. Equizotensis). Cf. *Corp.* 8. *p.* 75. et *Gsell, Recherches archéol. en Algér.* 284.

ĔQUŎTŪTĬCUS. *V.* voc. seq.

ĔQUUS, i, m. 2. nom. comm., a Gr. ἵππος (V. *Lexicon*); sed ut proprium quoque usurpatur vel absolute vel cum addito. ¶ 1. Absolute — 1.°) Est nom. vir. *Corp.* 8. 4836., de quo tamen dubitat *Wilmanns l. c.* — 2.°) Item nom. sideris, de quo (*V.* EQUUS in *Lexico* § 10) ¶ 2. Cum addito. — 1.°) *Equus Hectoreus* (V. *ibid.* § 4). — 2.°) *Equus Magnus*, plenius *Mansio ad Equum Magnum* in *Itin. Burd. p.* 610., in finibus Apuliæ et Campaniæ. V. *Equus Tuticus* infra. — 3.°) *Equus Sejanus*, sc. equus *C. Seji*, civis Romani, inusitata magnitudine et omnibus equinis dotibus excellentissimus, ita ut ex eis putaretur, quos Hercules, occiso Diomede, Argos perduxit. Sed « equus iste eo fato fuit, ut quisquis possideret eum, is cum omni familia interiret. Primus enim ejus equi dominus, a M. Antonio, qui postea triumvir constituendæ reipubl. fuit, damnatus, miserando affectus est supplicio. Hunc deinde emit Cornelius Dolabella H. S. centum milibus, qui et ipse a Cassio victus, in prœlio occubuit. Ab hoc ad Cassium victorem equus pervenit, qui ab Antonio victus, sibi manus intulit. Nec multo post Antonius victor, qui equum hunc abstulerat, ab Augusto victus simili mortis genere periit. Hinc ortum est proverbium, ut homines calamitosi equum *Sejanum* habere dicerentur ». Hæc *Gell.* 3. 9. — 4.°) *Equus Trojanus* (V. EQUUS in *Lexico* § 3). — 5.°) *Equus* (*Æquus*) *Tuticus* (*Ptol.* Τούτικος), in *Itin. Ant. p.* 111., 112. et 115., plenius *Ad Equum Tuticum* (subaud. *mansio*). Vox *tuticus*, osca, idem est ac *magnus*; unde et *Equus Magnus* latine dictus est. — Hæc vero mansio sita erat in Samnio, nunc *Masse* v. *Case di Sant'Eleutario*, in via Trajana, ubi hæc sejungitur ab Herculia. Sed *V.* ÆQUUM TUTICUM, ubi fusius vox exponitur. — Hinc *Equinius*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 7456.; 6. 5231 (*in mon. eruder. in vinea Codinior.* a. 1852) = *Wilmanns n.* 490. — *Equilius*, nom. vel cogn. vir. demin. in *Bull. Arch. Napol.* a. 1853. *p.* 83. — *Equitius*, nom. gent. vir., ab *equis* colendis ductum, ut docet *Varr.* 2. *R. R.* 1. 10. Adde *Corp.* 2. 1467. — Etiam cogn. vel agn. 3. 2706. — *Equitia*, nom. mul. *Corp.* 2. 1467. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 380. Æquitia. — Apud scriptores memorantur — *Equitius*, Pannonius, cos. a. 374. p. Chr. (aliquando *Æquitius*, ut in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 1900) cum Gratiano imp. *Ammian.* 30. 3. 1. (*Momms. Chron. min. III.* 123); antea vero tribunus scholæ primæ scutariorum. a. 364 (*Ammian.* 26. 1. 6), magister utriusque militiæ per Illyricum (*Id. ibid.*) et a. 375. iterum cos. designatus formula jam tum invalescente *postconsulatus* (V. *Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. n.* 248); quo anno, defuncto Valentiniano I., curavit, ut Valentinianus puer quadriennis Augustus appellaretur (*Aur. Vict. epit.* 45). — Ad eum datam fuisse ab impp. Valentiniano et Valente constitutionem, quæ habetur in *Cod.* 11. 67. 3., non a Constantino M., ostendit *Gothofr.* in *Prosopogr.* — Fuit homo asper et subrudis, de quo *Hieronym. chron.* ad a. 378. « Equitius comes Illyrici iniquissimis tributorum exactionibus ante provincias, quas regebat, quam a barbaris vastarentur, erasit ». — Mansit in magisterio ab a. 365-375 (*Ammian.* 26. 10. 4., 29. 6. 3. et 30. 6. 2); quo autem anno decesserit, non constat. — *Equitius*, filius fort. præcedentis, Valentis imp. propinquus, fuit tribunus et curator palatii (*Ammian.* 31. 12. 15. et *ibid.* 13. 13. a. 378). — *L. Equitius*, domo Firmo Piceno (*Fermo*), tribunus plebis a. 99. a. Chr., qui se Ti. Gracchi filium simulabat; hinc *Gracchus insitivus* dicitur *Cic. Sest.* 47. 101. — Q. Metellus Numidicus contra vim multitudinis incitatæ censu hunc prohibuit, qui eodem anno una cum Saturnino est interemptus (*Id. Rabir. perd.* 6. et *Val. Max.* 3. 2. 18., 3. 8. 6., 8. 7. 1. et 9. 15. 1). — *Q. Equitius Cupes*, famosus latro, in exsilium pulsus cum Manio Macello, quorum bona fuerunt publicata et ædes, ubi habitabant, dirutæ, teste *Varr.* ap. *Donat.* ad *Ter.* in *Eunuch.* — Alios, dignitate episcopos, vd. ap. *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 34., *Dionys. Exig. Cod. Can. Eccl. n.* 65. *p.* 203. *M.* et *ep.* 13. *n.* 1. *Felic. pap.* a. 487. — *Equiculus*, cogn. vir. demin. ab *equus*, ap. *Varr. R. R.* 27. 1. — *Equontius*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1848.

ER

ERA. *V.* ÆRACURA.

ERACIZA (Eragiza), æ, f. 1. oppidum Syriæ septentr., in provincia Cyrrhestica, in *Tab. Peut.* XVIII. m. p. ab opp. Hierapoli, hod. *Abu Hanaja*, dicta *Eraiza* a *Rav. p.* 88., sed minus recte, nam hæc ad Euphratem agnoscitur *Ptol.* 5. 15. 14.

ERANA, æ, f. 1. locus « non vici instar, sed urbis, Amani caput » *Cic.* 15. *Fam.* 4., non confundenda cum Erana Messeniæ inter insulam Proten et Cyparissiam, de qua vd. *Strab.* 8. 348. et 361. Ἔρανα. Cf. *Curtius, Pelop. II.* 188.

ERANNŎBŎĀS, æ (Ἐραννοβόας *Arr.*), m. 1. fluvius, qui in Gangem influit, prope *Palimbothra* (*Pataliputra*), urbem Indicam, regionis caput. Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 18. 22. (65)., coll. *Strab.* 15. 702. et *Arrian. Ind.* 4. 3. et 10. 5. De ea vd. etiam *Cunningham Ritter V.* 508. et *Karl Müller, Geogr. gr. min. I.* 310.

ĔRĀNOS, i, m. 2. insula maris Rubri, laudata *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (169)., ubi olim *Eranotonos*.

ERANŪSA, æ, f. 1. parva insula ad oram orient. Bruttiorum, hodie incomperta, fort. maris motu destructa. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 15. (96).

ERAPHĪUS, ii, m. 2. rex Ægypti, a quo obeliscus positus traditur *Plin.* 36. *Hist. nat.* 9. 14. (67 [Laur.])., ubi alii aliter leg.: cf. *Sillig.* ad *l.* Videtur fuisse qui in sacris litteris *Ephrea* vocatur, æqualis Nabuchodonosor et Sedeciæ (*Jer.* 44. 30), in monum. Ægyptiis *Uahabra*, ap. *Herod.* 2. 161. et *alib.* et *Diod.* 1. 61. *Apries* et a *Maneth.* dictus Οὔαφρις. *V.* EPHREE.

ĔRĀSĪNUS, i, m. 2. (Ἐρασῖνος: ab ἐράω, *amo*, *adamo*, idem ac *amabilis*) ¶ 1. Cogn. vir. *Corp.* 8. 3595. — Puer quidam apud *Auson. edyll.* 7. *præf.* — *Erasina* (Ἐρασίνη), nom. mul. *Inscr.* metrica *Corp.* 3. 4910. « Non gravis hic texit tumulus te, Punica virgo, Musarum amor et Charitum, Erasina, voluptas » ubi prima et secunda licenter producuntur. ¶ 2. Etiam fluvius Argolidis, oriens ex fonte Chaonio, hod. *Kephalari*, olim creditus a palude Stymphalide oriri, unde et *Stymphalus* dictus (*Plin.* 2. *Hist. nat.* 103. 106. (225)., *Senec. Agam.* 316., *Stat.* 1. *Theb.* 357. et *alib.*), qui, in Arcadia natus, postquam terras subiit, rursus in Argolico agro erumpit, ut canit *Ovid.* 15. *Met.* 275. « Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus Redditur Argolicis ingens Erasinus in undis », ubi duæ priores syllabæ corripiuntur.

ĔRĀSISTRĀTUS, i, m. 2. (Ἐρασίστρατος, *amor exercitus* v. *multitudinis*) ¶ 1. Apud auctores, medicus prosector et chirurgus celeberrimus, filius Cleombroti et Cretoxenes, discipulus Chrysippi, patria Ceus v. Cous (*Strab.* 10. 486., *Steph. Byz.* v. Κέως, coll. *Wellmann, Herm. XXXV.* 370), æmulatus insignia majorum, ut Erophili, Hippocratis aliorumque, instituta (*Macrob.* 7. *Sat.* 15. 3), scholæ conditor, ca. a. 258. a. Chr. (*Hieronym. chron.* ad Olymp. CXXX. 3., coll. *Plin.* 20. *Hist. nat.* 9. 34. [86] et *Tertull.* 1. *nat.* 4., coll. *apol.* 3), quem Galenus sectatus est. — Fuit medicus Seleuci I. Nicatoris, cujus filium Antiochum sanavisse narrat idemque describit *Val. Max.* 5. 7. *ext.* 1. *V.* integr. loc. (Cf. *Wellmann, loc. cit.* 380). De eo *Gell.* 16. 3. et 17. 11. quædam refert, de ejus peritia deque iis, quæ adversus Platonem sentiebat. — Plurima scripsit, quæ *Plin.* inter fontes suos retulit in *Ind. l.* 11., 14. et 15. et 20-27. et celebres medici *Cæl. Aur.* et *Celsus* sæpissime citant, ut, inter alia, 1. περὶ διαιρέσεων (*Gal.* 18. A 86); περὶ παραλύσεως (*Gal. script. min. II.* 17. ap. *Iw. Müller*); παρεμπτώσεως δόγμα (*Gal.* 14. 709); περὶ τῶν καθόλου λόγων v. ἡ περὶ τῶν καθόλου πραγματεία (*Athen.* 15. 665); Ὑγιεινά (*Gal. V.* 886); περὶ πυρετῶν (*Gal. XI.* 155); περὶ αἵματος ἀναγωγῆς (*Gal. VIII.* 317); περὶ αἰτιῶν (*Ps. Diosc*

II. 49); περὶ παρέσεων (*Gal. XI.* 192); περὶ ὕδρωπος (*Cæl. Aur. tard.* 3. 8. 122); περὶ ποδάγρας (*Cæl. Aur. tard.* 5. 3. 50); Ὀψαρτυτικά (*Athen.* 7. 324) etc. — De eo scripserunt *Schwartz, Herophilus and Erasistratus hist. Parall.* 1826.; *Fuchs, Erasistratea*, Berlin. Diss. 1892. et *Die Plethora bei Erasistr.* Jahrb. f. Philol. 1892.; *Sprengel, Gesch. d. Medizin*[4] *I.* 521. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 10. 2959 (*Uzès*).

ĔRASMUS, i, m. 2. (Ἐρασμός, *amor*) cogn. vir. libert. *Corp.* 5. 4439. — Hinc *Erasmius* (ἐράσμιος, *amabilis*) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 586. *n.* 228. — *Erasmidicus* (*Herasmidicus*), cogn. vir. *Corp.* 5. 6064.

ĔRASTUS, i, m. 2. (Ἔραστος) nom. et cogn. vir., tam ingen. quam libert., Græc., ab ἐράω, *amo*, dictum, i. e. *amabilis*. ¶ 1. Apud scriptores, discipulus Pauli ap., olim arcarius Corinthi, dein minister apostolicus, cum Timotheo missus in Macedoniam (*Act.* 19. 22), postea cum Paulo Corinthi moratus, ubi remansisse traditur (2. *Tim.* 4. 20). ¶ 2. In titulis. *Corp.* 6. 17258.; 5. 6821.; 12. 128 (*inter Villette et Aime a.* 1870). — *Eraste* (ἐραστή), cogn. mul. *Corp.* 5. 8449.

ĔRĀTEUS, i, m. 2. architectus, quo Alexander M. usus est in ædificanda urbe Alexandria Ægypti. *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.* 28., nisi est hic Crateras Olynthius, ut legit *Ps. Callisth.* 1. 31.

ĔRĀTŌ, us, f. 4. (Ἐρατώ, οῦς, ab ἐράω, *amo*: cf. *Ovid. loc. cit.*) cogn. mul. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Erato — *a)* Speciatim, una ex Musis, Jovis et Mnemosynes filia, Hyacinthi amasia (*Apollod.* in *Schol. Eur. Rhes.* 346), mater Thamyridis (*Schol. Il.* 10. 435., *Tzetz. Hes. op. p.* 25. et 28), quæ choreis et cantibus amatoriis præest. Memoratur *Ovid.* 2. *Art. am.* 15. Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes. *Auson. edyll.* 20. Plectra gerens Erato, saltat pede, carmine, vultu. *Post.* in *Anth. Lat. n.* 616. *M.* Fila premens digitis Erato modulamina fingit. *Ovid.* 2. *Art. am.* 425. docta. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 49. jucunda. — Singulare est illud apud *Mythogr. I. fab.* 114. et *II. fab.* 24. « Sexta (*ex Musis*) est Erato, id est *inveniens similé*, quæ geometriam (*invenit*); quia post scientiam et memoriam conatur aliquid sibi simile de suo invenire ». Cf. etiam *Schol. Hes. theog.* 78., ubi ei geometria attribuitur; uti, posterius, cithara, phorminx vel barbiton in *Anth. Lat. I.* 121. *Riese, Anth. Pal. IX.* 505. et *Ausoh. app. IV.* 6. *Schenkl.* — Ex priscæ artis monumentis, ad eam spectantibus, memoratur statua Eratus in Vaticano adservata (*Helbig, Führer*[2] 275. et picturæ parietariæ Pompejanæ (*Helbig, Wandgem. n.* 865-867). — Præterea in nummo gentis Pomponiæ visitur ejus effigies apud *Morell. tab.* 3. *n.* 4. et in *Tab. XXI.* apud *Visconti Mus. Pio-Clem. p.* 139-142., coll. *ibid. p.* 243. *sqq.* et *Tab. XXII.* — *b)* Generatim pro quacumque Musa usurpat, ut *Serv.* ad *l.* docet, *Virg.* 7. *Æn.* 37. Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status - Expediam - Tu vatem, tu Diva, mone etc. Adde *Claudian. carm.* 17. 282. — De ea vd. *Gilbert, Griech. Götterlehre* 126. *sq.* et *Preller-Robert, Gr. Myth. I.*[4] 489. et 492. — 2.°) Erato, una ex Hyadibus, Oceani filia, memorata *Hygin. fab.* 182. — 3.°) Erato, filia Danai ex Najade Polyxo (*Apollod.* 2. 19), quæ ex aliorum sententia Eudæmona occidit, teste *Hygin. fab.* 170 (*Erate*). — 4.°) Erato, regina Armeniæ Magnæ, soror Tigranis, ut patet ex nummis, ubi legitur Ἐρατὼ βασιλέως Τιγράνου ἀδελφή (*Langlois, Numism. de l'Arm. p.* 39 = *Mionnet IV.* 457. 11. 12) et, infando more gentis, uxor fratris sui, quo occiso (*Dio* 55. 9. 4. et *Zonar.* 10. 35), sola aliquanto regnavit, sed regno expulsa successorem habuit Artavasdem; quo tamen ejecto, iterum regnavit iterumque expulsa est, teste *Tac.* 2. *Ann.* 4 (circa init. æræ vulgaris). Adde *Ovid.* 1. *Art. am.* 195. et 198. — De ea cf. *Momms. R. g. d. A.*[2] 113.; *Dessau, Prosop. II.* 38. et 63. et *III.* 317., 148.; 318. 149.; 488. et 670. et *Abruzzese, Riv. di stor. ant. VIII* (1904) 38-55. — De ejus nummis vd. *Langlois* et *Mionnet locc. citt.* et *Imhoof - Blumer, Porträtköpfe auf antik Münzen* 42. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp.* 2. 90., *Inscr.* in *Tab. alim. Velej.* 6. 93. et *alis* ap. *Momms. n.* 5218.

ĔRĀTOSTHĔNES, is, m. 3. (Ἐρατοσθένης, *in amore firmus* v. *in amore vis*) Cyrenæus (*Vitr.* 1. 1. 16. et 6. 9), filius Aglai (*Steph. Byz.* v. Κυρήνη [ἐντεῦθεν ἦ Ἐρατοσθ. Ἀγακλέους]), a. 276-274 (*Suid.*), varia doctrina mirifice refertus (*Suet. gramm.* 10) ac longe doctissimus (*Macrob.* 5. *Sat.* 21. 10), geographus insignis (*Strab. proleg.*, *Ammian.* 22. 8. 10. et *Cæs.* 6. *B. G.* 24), mathematicus (*Suet. l. c.*), philosophus (*Hieronym. chron.* ad Olymp. CXLI., a. 213. a. Chr.), philologus (*Suet. l. c.*), chronologus, geometra (*Capell.* 6. *p.* 194. « doctissimus - incunctanter quot milibus stadiorum esset, absolvit ». Adde *Macrob. somn. Scip.* 1. 20. 9), poeta (*Val. Prob.* in *Virg.* 1. *G.* 244), historicus et mythologus (*Schol.* ad *Germ. p.* 74. 135. et 161. *Br.*), discipulus Callimachi Alexandriæ, Athenis auditor Zenonis Cittii, stoici Aristonis et Arcesilæ academici (*Strab. l. c.*). — Alexandriam vocatus est a Ptolemæo III. Evergete, ut celebrem illam bibliothecam regeret, Callimacho vitâ functo, ubi usque ad initium sæculi secundi a. Chr. vixit obiitque ætate LXXX. ann., inedia, quam sponte pertulerat, absumptus (*Suid.* et *Ps.-Lucian. Longæv.* 27), dictus ab æqualibus, joci causa, *pentathleta*. Memoratur etiam *Varr.* 1. *R. R.* 2. 3., *Cic.* 2. *Att.* 6. et 6. *ibid.* 1., *Quintil.* 1. 1. 16. et 11. 2. 14., *Solin.* 1., *Censorin. d. nat.* 13. 2. et 21-3., *Chalcid. comm.* in *Tim. Plat.* 73., coll. *Strab.* 1. 15. et 17. 838. et *Diog. Laert.* 4. 31. et 52. — Plurima scripsit, quorum tantum supersunt fragmenta, uti sunt liber mathematicus tam laudatus, quem *cribrum* appellant mathesis cultores, teste *Boeth.* 1. *arithm.* 17., celebre opus geographicum (γεωγραφικά), astronomicum (καταστερισμοί), philosophicum (Πλατωνικός et περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν), chronologicum (περὶ χρονογραφιῶν et Ὀλυμπιονῖκαι), litterarium (περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας), grammaticum (Γραμματικὰ συγγνά), poeticum (Ἕρμης et Ἀντέρυνις epic. et Ἠριγόνη eleg.), scriptor nec vi nec acumine destitutus, qui, si non in re poetica et philosophica, in geographica tamen ita excellit, ut geographicæ scientiæ apud veteres conditor ac generatim, ante Hipparchum, clarissimum Alexandrinæ eruditionis lumen. — De eo scripserunt *Bernhardy, Eratosthenica* Berlin 1822.; *Mendelsshon, Quæst. Eratosth.* Lips. 1872.; *Hiller, Der* Πλατωνικός *Eratosth.*, *Philol. XXX.* 168-178. et *Eratosth. carm. reliq.* 122. *sqq.* 1872.; *Berger, Die geogr. Fragm. des Eratosth.* Leipz. 1880.; *Robert, Eratosth. catast. reliq.* Berlin 1878.; *Niese, Die Chronogr. des Eratosth.*, *Herm. XXIII.* 92-102.; *Susemihl, Gesch. d. alex. Lit. I.* 409-428. et *II.* 672.; *Knaack, PW.* 6. 357-389.

ĔRĀTUS, i, m. 2. nom. vir. (Ἔρατος, *amabilis*, *gratus*) ¶ 1. Fuit rex Sicyoniorum decimus regnavitque XLVI. annos, teste *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 300 = 1717. 1671. a. Chr. Memoratur etiam ab *Augustin.* 18. *Civ. D.* 6., ubi tradit, eo regnante, Jacob in Ægypto vita excessisse. ¶ 2. Est etiam in titulis cogn. vir. *Corp.* 2. 1862. et ap. *Momms. Inscr. n.* 7025. etc.

ĔRĀVISCI, ōrum, m. plur. 2. (Scribitur *Aravisci* in *Corp.* 3. 3325. et ap. *Tac. Germ.* 28.; et etiam sing. *Eraviscus* in *Dipl. XLII.* et *XLVI. ibid.*) populi Pannoniæ inferioris, in dextra Danubii ripa inter Vindobonam et Arrabonem, quorum fuit Aquincum (hod. *Alt Ofen*) urbs magni momenti, a Romanis condita, statio *legionis II. Adiutricis* (*Corp.* 3. 10. 418), cultui Mithræ dediti (*Cumont, Text. et monum. fig.* etc. *I.* 251). Utrum vero Aravisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum natione, an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, quum eodem sermone, institutis, moribus uterentur, incertum est, quia « pari olim inopia ac libertate eadem utriusque ripæ bona malaque erant » inquit *Tac. loc. cit.*, qui tamen ibidem c. 43. adfirmat, Osos Pannonicâ linguâ coargui non esse Germanos. — De iis cf. *Gohl, Numizmatik.* Közlöny 1902. *p.* 1. *sqq.* et *Patsch, PW.* 6. 339. *sqq.*

ERBITA v. Herbita, æ, f. 1. oppidum Siciliæ, haud procul a Panhormo, ap. *Rav. p.* 404.

ERBŌNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., ab *herbis* colendis ductum, quamvis sine aspiratione scribatur. *Corp.* 3. 4256. et 5. 1829. — *Erbonia*, nom. mul. *Ibid.* 5605. — Cf. *Erbulia*, nom. gentis Rom. *Corp.* 3. 4502., et *Erbula*, cogn. mul. demin. ab *herba*, in *Corp.* 3. 2347.

ERCAVĪCA et Ergavica, æ, f. 1. (Ἐργαούικα *Ptol.*) oppidum Hispaniæ Tarraconensis, municipium (*Mon. ling. Iber. n.* 94. 946), ex conventu Cæsaraugustano, hod. *Santaver* v. *Cabeza del Griego* (V. *Hübner, PW.* 7. 397). Memoratur *Liv.* 40. 50. Ergavica, nobilis et potens civitas, aliorum circa populorum cladibus territa, portas aperuit Romanis. — *Rav. p.* 312. Ergati. — Hinc incolæ *Ergavicenses, Latinorum veterum* dicti *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24)., ex conventu Cæsaraugustano.

ERCAVĪCENSES v. Ergavicenses, ium. *V.* voc. præc.

ĔRĔBINTHOS, i, vel

ĔRĔBINTHŌTĒ, es, f. 1. nom. insulæ Propontidis, a *ciceribus* et *pisis* factum. Apud *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151). legitur *Erebinthote*, a *Sillig.* in *Erebinthus* et ab *Harduino* et *Mannert* in *Erebinthodes* emendatum (Cf. *Müller, Geogr. Gr. II.* 100. 1), hodie non *Terebinthos*, ut scribit *Kiepert*, sed *Antirrobithos* (Ἀντιρρόβιθος), ut *Kotsowilis*. Rursus *Plin. ibid.* Elæa et duæ Rhodussæ, Erebinthos, Megale, Chalcitis.

ĔRĔBOS et Erebus, i, m. 2. nom. vir. et loc. (Ἔρεβος) Scribitur aliquando *Herebus* cum aspiratione, ex quorundam sententia, sed nullo exemplo adlato. — Etymon varie proponitur; sunt enim qui ab ἐρέφω, *tego*, quasi latibulum seu latebra: vel ab ἔρα (= γῆ), quasi τὸ ὑπὸ τὴν ἔραν βαῖνον (*Etymol. M.* et *Gud.*); ex recentioribus vero vel durius conjungunt alii cum Κέρβερος (*Welcker* et *Preller*): vel probabilius alii ducunt ab Hebr. ערב *'Ereb*, i. e. permixtio et etiam vesper, qua diei parte res, tenebrescente cælo, non bene discerni possunt (*Curtius, Brugmann, Prellwitz, Meyer*). Cf. etiam Vet. Ind. *rájas* (caligo), Armen. *erek* (vesper), Got. *riqvis* (obscuritas).

Erebus ¶ 1. Est, apud mythologos, filius Chaus et Caliginis, frater Noctis, pater Ætheris et Diei (*Hygin. præf. fab.*, coll. *Moys. Gen.* 1. 5. et *Hes. theog.* 123. *sqq.*), idemque sororis suæ maritus (*Hygin. ibid.*). *Cic.*, coll. *Hygin. l. c.*, eorum tradit nomina, qui ex Erebo et Nocte nati sunt (3. *Nat. D.* 17. 44). Adde *Ovid.* 14. *Met.* 403., *Virg.* 4. *Æn.* 511., *Lucan.* 1. 455., *Sil. It.* 13. 759 (coll. 2. 541)., *Val. Fl.* 4. 407. et 6. 292., coll. *Senec. Œd.* 161., *Oct.* 995., *Lucan.* 6. 731., *Petron. sat.* 134. et 254., *Stat.* 11. *Theb.* 186 (*Ovid. Ib.* 227). — Contra *Varr.* apud *Paul. Fest. p.* 83. *M.* « Erebo natam Noctem ait; unde est et illud: Erebo creata fuscis crinibus Nox, te invoco ». — Quum porro una cum gigantibus contra Jovem pugnasset, conversus est in Averni flumen, quod per quandam extensionem Erebus vocatum est. ¶ 2. Sæpius usurpatur de loco mortuorum et quidem — *a)* De inferis seu loco mortuorum generatim. *Virg.* 6. *Æn.* 247. et 671., *Ovid.* 5. *Met.* 543. et 10. 76., *Senec. Herc. f.* 54 et *Œt.* 1069., 1315. etc., *Lucan.* 6. 788., *Sil. It.* 1. 92., 2. 541., 12. 659. etc., *Val. Fl.* 2. 120., *Stat.* 4. *Theb.* 484., 509. etc. — *b)* De parte inferorum profundiore, ubi impii cruciantur (χῶρος ἀσεβῶν *Ps. Plat. Axioch.* 371 E, coll. *Hes. theog.* 515. Cf. TARTARUS). — *c)* De parte, ubi expiantur justi, fiuntque digni qui in Elysion admittantur. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 404. — Ceterum V. EREBUS in *Lexico*.

ĔRECHTHĒUS v. Erichtheus, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĔRECHTHEUS (trisyll.), ĕi, m. 2. (Ἐρεχθεύς nom. ab ἐρείκω, ἐρέσσω, ἐρέχθω, *quatio*, *agito*, factum, quasi « terram concutiens » [*Gruppe, Preller-Robert, Usener, Meyer*]. Etiam Ἐριχθεύς in *Marm. Par.*, Ἐρεχσεύς in vas. *Kretschmer, Gr. Vas.-Inschr.* 192., Ἐραχθεύς *ibid.* 193. et Ἐραχσεύς *Furtwängler, Vasenkat.* 2537). Probabilius forma est decurtata ab *Erichthonios*, i. e. χθόνιος, *terrenus*, et partic. intens. ἐρι, quæ, ut ἀρι, idem est ac ἄγαν, *valde*, *multum*, quasi sit valde seu profunde terrenus. Aliter vero *Augustin. V.* ERICHTHONIUS.

Erechtheus — a) Apud Græcos varie exponitur, ut sit heros, frater Vulcani et Minervæ, quasi deus, cultus templo, quod *Erechtheion* vocatur, sacro quoque Posidoni, Athenæ et Pandroso (*Hom. Od.* 7. 81. et *Herod.* 8. 55); ubi et aræ ei dicatæ et sacrificia eadem oblata ac Posidoni (*Paus.* 1. 26. 5., *Herod.* 5. 82., *Corp. I. Gr.* 2. 844), qui Ἐρεχθηΐς dicebatur (*Apollod.* 3. 178). — Plura addit *Escher*, fabulas referens, quibus vita Erechthei est referta (*PW.* 6. 404. *sqq.*), ubi ex mithorum varietate quædam oritur notionum confusio ac discordia. — b) Apud Latinos, qui et ex Græcis multa hauserunt, rex Athenarum fuisse traditur, antiquissimus. *Hieronym.* in *chron.* eum regnasse refert ann. L., qui et Erichthonius dictus est; quamquam *Hygin. fab.* 48. ita distinguit, ut *Erechtheum* vocet filium Vulcani, *Erichthonium* vero Pandionis (*V.* ERICHTHONIUS), qui ex uxore Penthesilea Orithyiam et Procrin filias habuit (*Mythogr. I. fab.* 26. et 204) aliasque duas Chthoniam et Creusam (*Hygin. fab.* 46. et 160). Sic etiam *Schol. Bob.* in *Cic. pro Sestio* 21. 2. *p.* 299. 5. *Orell.* « Fuit autem rex antiquissimus Atheniensium Erechtheus non longe a principalibus, qui in eadem civitate regnaverant; nam primus omnium fuit Cecrops, dein Cranaus, tertio Amphictyon, post hunc Erichthonius, qui feruntur ex terra editi; item Pandion; et hic, de quo Cicero mentionem facit, Erechtheus ». — Eo regnante, frumenti satio apud Eleusin a Triptolemo reperta est (*Justin.* 2. 6., *Ovid.* 6. *Met.* 675. et 7. 661. *sqq.*, *Ampel.* 15) et natæ apes feruntur (*Colum.* 9. 2. 4). — Porro Erechthei filiarum vices ita a mythographis exponuntur: Creusam vitiavit Mercurius, qui ab ea Cephalum suscepit (*V.* CEPHALUS); contra alii vitiatam ab Apolline tradunt, ex qua Janum habuit (*Auct. orig. gent. Rom.* 2); Orithyiam rapuit Boreas sive Aquilo (*V.* AQUILO), unde huic nati sunt Calais et Zetes (*Hygin. fab.* 14); Procrin ipse pater Erechtheus stupravit, ex quo genitus est Aglaurus (*Id. fab.* 253); Chthoniam demum quam pater, Posidonis seu Neptuni rogatu, ei immolasset, cui filios occiderat Eumolpum, Immaradon et Phorbam, ceteræ filiæ, quæ inter se conjuraverant, ut si una earum mortem obiisset, se interimerent, sororis cæde audita, sibi manus intulerunt, et ipse Erechtheus Jovis fulmine ictus interiit (*Id. fab.* 46., coll. *fab.* 238. et *Cic. Sest.* 21. 48., 1. *Tusc.* 48. 116. et 5. *Fin.* 22. 62) cultusque est divinis honoribus, nempe delubro et sacerdote (*Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 49). — Fuit etiam *Erechtheus* titulus tragœdiæ *Ennii*, cujus fragmentum adfert *Gell.* 6. 16. 9. Cf. *Ribbeck, Trag. Lat. p.* 31. *sq.* — Hinc *Erechtheus* v. *Erichtheus* (Ἐρεχθεῖος), adj. — a) Ad Erechtheum pertinens, ut *Erichtheæ Athenæ*, de quibus *Cir.* 22. — b) Sæpius idem atque Atheniensis. *Ovid.* 5. *Fast.* 204. Erechthea domus. Adde *eund.* 8. *Met.* 547., *Val. Max.* 6. 1. *ext.* 1., *Claudian. carm.* 18. 292., *Sidon. carm.* 12. 167. et *Manil.* 1. 889. — *Erechthis* (Ἐρεχθηΐς), patronym. ab *Erechtheus*, filia Erechthei, sc. Orithyia ap. *Ovid.* 16. *Her.* 343. Erechthida (*acc.*); et Procris, ap. *eund.* 7. *Met.* 726. — *Erechthidæ* (Ἐρεχθεΐδαι), item patronym. ab *Erechtheus* — a) Posteri Erechthei, ap. *Hieronym. chron.* ad ann. Abr. 947. Erechtheidarum regnum destructum est, quod ann. CCCCLXXXVII. perseveraverat. — b) Athenienses, ap. *Ovid*, 7. *Met.* 470. et *Arnob.* 5. *p.* 175. — *Erechthius* (Ἐρέχθιος), abs. nom. vir., sc. nobilis quidam Leptitanus, de quo *Ammian.* 28. 6. 18. et 20. et 28 (a. 370. p. Chr.).

ĔRECHTHĪDÆ, ārum, m. plur. 1., et

ĔRECHTHIS, ĭdis, f. 3., et

ĔRECHTHĪUS, ĭi, m. 2. *V.* voc. præc.

EREDĪUS, ĭi, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 264.

EREFRĪUS, ĭi, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1839., ubi cogn. nomini præpositum est.

EREMBI, ōrum, m. plur. 2. (Ἐρεμβοί, dubie Ἐραμβαῖοι) populus Troglodytarum genere. *Prisc. perieg.* 170. et 892. « Trans istam (*Arabiam*) Zephyri sub partes degit Erembum (*pro* Ereamborum), Speluncis genus infelix et rebus egenum Qui solis radiis nigrescunt corpus adusti Dispersique dolent lustrantes more ferarum ». Eos *Strab.* 1. 41. vocat « καινὸν ὄνομα », quum in Cypro inveniantur, in Phœnicia, in Ægypto, in Æthiopia, qui tamen 1. 2. dicuntur Τρωγλοδύται Ἄραβες (Cf. *Steph. Byz.* « ἔθνος Ἀράβων ») et, etymi ratione habita, perhibentur nomen ducere ab ἔραν ἐμβαίνειν (*Eustath.* in *Hom. Od.* 4. 84) quod ludicrum videtur, non id tamen, si adj. ἐρεμβός ab ἐρεμνός v. ἔρεβος (*obscurus, niger*) deduxeris (Cf. *Buchholz, Hom. Kosm. u. Geogr.* 285).

EREMBON, indecl. vicus Judæorum, qui *Hieronym. onom. p.* 191. *P.* dicitur *Eremmon* et quidem « prægrandis (*Eus.* κώμη μεγίστη) in sextodecimo ab Eleutheropoli miliario contra meridiem in Daroma ». Hebr. est *'Ayin* (Ἐν) *Rimmōn*, i. e. fons dei Ramman (*Nehem.* 11. 29)., hod. *Umm er-Rûmâmîn* in via Eleutheropolim (*Bêt Dschibrin*).

EREMMON. *V.* voc. præc.

ĔRENŪCĬUS, ĭi, m. 2. prænomine *Cajus* (Γάϊος Ἐρενούκιος *Diod.* 15. 51. 1), tribunus militum, creatus a. 379. a. Chr., sed a *Liv.* 6. 30., ubi alii recensentur, prætermissus. Cf. *Momms. Herm. XXXVIII.* 117. 7. Familia tamen ap. *Diod.* Ἐρενούκιος ignota est, fortasse pro Γενούκιος dicta.

ĔRĔSOS, i, f. 2. (Ἔρεσος *Ptol.*, Ἐρεσός *Scyl.*, unde serius etiam Ἐρισός *Not. Episc.*, hod. Ἐρισσός [it. *Eresso*]) oppidum in insula Lesbo ad occid., memoratum *Mel.* 1. 18. et 2. 101. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 39. (139). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 501. et *Head-Svoronos*, Ἱστ. Νομ. *II.* 97. et *Bürchner, Ztschr. Num. IX* (1881) 116. *Taf. IV.* 7. — Olim cum Athenis fœdere conjuncta, dein contra hanc urbem una cum Mitylene a. 428. a. Chr. insurrexit; postea Atheniensium fœderi iterum se adscripsit, sed tyrannorum ditioni tandem parere coacta est. — Fuit autem patria Sapphonis et Theophrasti. Cf. *Thuc.* 3. 18. etc., *Diod.* 14. 94. et 27. 29., *Strab.* 13. 618. et *Arr. An.* 3. 2. 7.

ĔRĔTĒNUS v. Retenus, i, m. 2. (Ἠρέτανος) *Reteno* ap. *Venant. vit. s. Mart.* 4. 677.; *Retron*, quod *Redenovo* dicebatur, ut scribit *Rav. p.* 290. — Est autem fluviolus Italiæ superioris, Vicetiam præterfluens, hod. *Retrone*, in flumen, quod *Bacchiglione* dicitur, excurrens, celeber ob anguillas, quarum venationem *Ælian. de nat. anim.* 14. 8. describit. — *Eretenus* tamen Æliani videtur, qui *Eridanus* dicitur a *Scylace* in *peripl. n.* 19. « Post Celtas Venetorum est natio et fluvius Eridanus in iis ». Hinc nomina *Retenus*, *Reteno* et *Eretanus* æque ac *Rhodanus* et *Redanus* Celticæ esse originis putat *De-Vit*, nempe a ῥέω, *fluo*, quod cum Græcis habent Celtæ commune, et *dan* « fluvius » quasi aquæ cursu rapido fluentis. Cf. *Dan-ubius*, *Dan-ais (Tan-ais = Don)* etc., *Dan-aper* (hod. *Dnieper*), *Dan-aster* (hod. *Dniester*), *Dania*, provincia, quam mare undique alluit (Cf. ERIDANUS).

ĔRĔTHŪSA, æ, f. 1. Atlantis filia, quam Græci vocant Hesperidum unam, Noctis filiam (*Hes.* ap. *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 484). Memoratur *Mythogr. II. fab.* 161.

ĔRĔTĪNUS, a, um, adject. *V.* ERETUM.

ĔRĔTRĬA, æ, f. 1. (Ἐρέτρια *Strab.*, Εἰρέτρια *Hom.*) Etymon ducit *Curtius* (*Grundz. Gr. Etym. p.* 345) a. Gr. ἐρέσσω = ἐρετέω, unde ἐρέτα (ἐρέτης, *remex*); hinc nomina oppidorum Ἐρέτρια et Ἐρεσσός (Ἔρεσος), quasi sit *Eretria* statio vel civitas remigum. ¶ 1. Est urbs in ora occid. Eubœæ, hujus insulæ præcipua, cum acropoli et portu, quoddam navigationis et commercii centrum, quam *Strab.* distinguit in *veterem*, a Persis eversam a. 490. a. Chr., sitam, ubi nunc *Vathy*, cujus rudera adhuc exstare dicunt eruditi; et in *novam*, quæ *Paleocastro* v. *Porto Bufalo* appellatur, patria poetæ tragici Achæi et philosophi Menedemi (*Cic.* 2. *Acad.* [*pr.*] 42. 129). — Fortasse ab Abante (*Geyer, Top. u. Gesch. d. Ins. Eub.* etc. *p.* 59) exstructa, quæ a mythologis dicitur opus *Eretrici*, filii Phaethontis (*Schol. Herm. Il.* 2. 537 = *Steph. Byz.* ad *v.*), fuit ab Atheniensibus colonia occupata (*Vellej.* 1. 4); a Persis capta a. 490. a. Chr., qui omnes ejus cives in Asiam ad Dareum miserunt (*Nep. Milt.* 4); a tyrannis recta ab a. 400., denique a Romanis expugnata a. 198. a. Chr. ac postea libertate donata (*Liv.* 32. 16. et 33. 34). Memoratur etiam *Mel.* 2. 108., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 21. (64)., *Corp. I. L.* 3. *p.* 106., 987., 2079., coll. *Tac.* 1. *Ann*, 115. etc., *Polyb.* 18. 45. *sq.*, *Scyl.* 22., *Ptol.* 3. 15. 24., *Paus.* 5. 27. 9. et *Dion.* 54. 7. — De ejus nummis vd. *Eckhel* 2. *p.* 324., *Cavedoni, Spic. p.* 114., *Head, H. N.* 560. — De ea cf. recentiores *Heinze, De reb. Eretr.* Gött. 1869.; *Baedeker, Griechl.* 21. et *Geyer, Top. u. Gesch. d. Ins. Eub.* in *Sieglins Quell. u. Forsch. z. alt. Gesch. u. Geogr. VI.* Berl. 1903. — Hinc *Eretrias*, qui est ex Eretria, ut Gr. Ἐρετριάς, ap. *Cic. loc. cit.* Menedemus Eretrias. — *Eretrius* — a) Adj. ut *Eretria terra* v. absolute *Eretria*. V. *Lexicon* sub *h. v.* — *Eretrii*, incolæ. *Mel.* 2. 33. — b) Abs. *Eretrius*, nom. vir. *Corp.* 5. 6217. — *Eretricus* (Ἐρετρικός) et *Eretriacus* (Ἐρετριακός), adj. ad Eretriam quocumque modo pertinens. *Cic.* 5. *Tusc.* 39. 113. Asclepiades, non ignobilis Eretriacus philosophus. — *Eretrici* v. *Eretriaci*, abs., sectatores Menedemi, philosophi Eretriadis, qui Eretriæ scholam instituit. *Cic. loc. cit.* et 3. *Orat.* 17. 62. et *Senec. ep.* 88. De hac schola *V.* MENEDEMUS. — *Eretriensis*, adj. ut *Gongylus Eretriensis* ap. *Nep. Paus.* 2. ¶ 2. Item urbs Thessaliæ in agro Phthiotico, teste *Liv.* 22. 13. et 23. 8 (Ἐρέτρια *Strab.*, Ἐρετρίαι *Ptol.*), cujus ruinæ adhuc visuntur ad hod. vicum *Tjangli*.

ĔRĔTRĬĂCUS et Eretricus, a, um, adject., et

ĔRĔTRĬĀS, ădis, m. et f. 3. et alia deriv. *V* in voc. præc.

ĔRĒTUM, i, n. 2. (Ἠρητόν *Strab.* 5. 228., sed male Ἠρητός *Steph. Byz.*: deriv. ab Ἥρα [*Juno* ibi culta]; hinc *Heretum* cum aspiratione ap. *Solin.* 2. et *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 711) Italiæ oppidum vetustum (πόλις *Steph. de Urb.*, coll. *Dionys.* 5. 45. et 11. 3.; pagus *Strab.* 5. 228. et 238.; vicus *Val. Max.* 2. 4. 5), in finibus Sabinorum, ad lævam Tiberis ripam, memoratum temporibus regum et reipublicæ Rom. initiis; serius vero simplex statio in via Salaria, ubi hæc cum Nomentana conjungitur, situm prope hod. *Grotta Marozza* (V. *Nibby, Carta de' dintorni di Roma II. p.* 143-147). Laudatur *Liv.* 3. 26-29. et 38. et 42. et 26. 11. et 23., *Virg. loc. cit. init.*, in *Itin. Ant. p.* 306., coll. *Rav.* 280., *Corp.* 9. *p.* 472. et 14. *p.* 489. — Hinc *Eretinus*, adj. ut *Eretinus ager* ap. *Tibull.* 4. 8. 4., non *Aretinus* v. *Reatinus*, ut alii perperam leg.

ERGĒTĪNI, ōrum. *V.* voc. seq.

ERGĒTĪUM, ĭi, n. 2. (Ἐργέτιον *Steph. Byz.*, Σεργέντιον *Ptol.*; hinc Lat. var. *Orgetium*, *Ergentum*, *Ergetum* etc.; sed *Ergetium* habet *Bauer Sil. It.* 14. 250) oppidum Siciliæ circa Symæthum et Chrysam, situm prope Hyblam. Memoratur *Sil. It. loc. cit.* — *Ergetini*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91).

ERGEUS, i, m. 2. pater Celænus, quæ vitiata fuit a Posidone, mater Euphemi, Lyci et Nyctei, teste *Hygin. fab.* 157., quæ alibi (Cf. *fab.* 14) videtur esse non *Ergei* sed *Atlantis filia* (V. *Roscher, Myth. Lex. I.* 1302. 64. *sqq.* et alib.), unde prior lectio est dubia.

ERGĪNUS et Erginos, i, m. 2. (Ἐργῖνος) nom. pers. et geogr.

I.) Erginus, nom. pers. ¶ 1. Fuit Neptuni filius, Argonauta famosus, peritissimus rei navalis et siderum ideoque, quasi vicarius Tiphyos, cui mortuo successit. *Val. Fl.* 1. 416. Haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur. Adde *eund.* 3. 65. et 8. 177. Verum *Hygin. fab.* 14. hæc habet « Erginus Neptuni filius a Mileto: quidam Periclymeni (Clymeni *Muncker*) dicunt Orchomenium ». Etiam ap. *Hes. frg.* 277. *Rz.*[2] eum tradit filium Clymeni fuisse, ab Orchomeno geniti; sed Posidonis seu Neptuni *Apoll. Rh.* 1. 185. et 2. 896., coll. *Schol. Pind. Pyth. IV.* 61. Plerique autem omnes ex veteribus Græcis Erginum Orchomeni in Bœotia regibus adscribunt; *Apoll.* tantum Rhodius 1. 785. eum Mileto ex urbe Asiæ Minoris ortum refert. — De his consulas *Bethe, Quæst. Diod. myth.* 42. et *PW.* 6. 433. *sq.* et *Müller, Orchom.* passim. ¶ 2. Est etiam vir in bello Thebano ab Hippomedonte occisus, quem *fluctivagum* vocat *Stat.* 9. *Theb.* 305.

II.) Erginus, nom. geogr., fluvius Thraciæ, in Hebrum excurrens (*Apoll. Rh.* 1. 217., coll. *Schol.*, Agrianes ap. *Herod.* 4. 9. et Ῥηγῖνα v. Ῥιγινία ap. *Strab.* 7. 331. *frg.* 49. V. *Auct. de Leone Armen.* 434. ap. *Wesseling zu Hier.* 682), hod. *Ergene*. Ex Latinis memorant *Mela* 2. 24. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (47).

ERGITĪUM, ĭi, n. 2. oppidum v. statio Apuliæ in via Gnathia-Histonium 25. m. p. a Siponto et 18. a Teano Apulo, in *Tab. Peut.* et ap. *Rav. p.* 260., sed *p.* 328. Egritio.

ERGUTI, ōrum. *V.* ERCAVICA.

ĔRĬBŒA, æ, f. 1. (Ἐρίβοια) uxor Telamonis, mater Aiacis, qui *Telamonius* hinc dictus est, filia Alcathoi (*Pind. Isthm. V.* [*VI*]. 65. *Schol. v.* 58). Memoratur *Hygin. fab.* 97., coll. *Sophocl. Aias* 569. et *Diod.* 4. 72. 5.

ĔRĬBŌTĒS, is, m. 3. Ἐριβώτης *Apoll. Rh.* 1. 71.; al. Εὐρυβώτης v. Εὐρυβάτης (*cod. Paris.* Εὐρυβώτας) *Eribotes* ap. *Hygin. fab.* 14. et *ibid.* etiam *Euribates*, si sana est lectio, ubi dicitur filius Teleontis, Argonauta, qui ap. *Apoll. Rh. loc. cit.* sistitur una cum Locris Eurytione et Oileo dicitur que, in Libyam redux, una cum Cantho fuisse interfectus.

ĔRĬCHÆTĒS, is, m. 3. (Ἐριχαίτης ap. *Ribbeck* in *not. crit.* ad *l.* et *ibid. Erichætes* cum RPγ, *Ericetes* M) vir Lycaonius, a Messapo occisus, teste *Virg.* 10. *Æn.* 749. « Messapus Cronicumque Lycaoniumque Erichæten, Illum infrenis equi lapsu tellure jacentem, Hunc peditem »; ubi *Ericeten* (ex Med. *Heins.* et *Heyne-Wagner*) vel *Erychæten* (ex *Gud.*) vel *Erychaeten* (Rom.) vel etiam *Ericaetan* (Palat. *Wr.*, a *Burm.* reject.).

ĔRICHTHĒUS, a, um, adject. *V.* ERECHTHEUS.

ĔRICHTHŌ, us, f. 4. (Ἐριχθώ, οῦς: ab ἐρέχθω, *quatio, agito*) saga famosa in Thessalia, qua usus est Sextus Pompejus ad belli fata exploranda. — a) Speciatim seu proprie, ap. *Lucan.* 6. 507. *sqq.*, 640., 725. et 826. Cf. *Prob. App. p.* 195. *Keil.* — De ea *Fick-Bechtel, Gr. Pers.-Nam.* 374. — b) Generatim de quacumque saga videntur usurpasse *Ovid.* 15. *Her.* 139. et *Dracont. carm. min.* 5. 130. *sqq.*

ĔRICHTHŌNĬUS, ĭi, m. 2. (Ἐριχθόνιος) nom. sæpissime confusum cum *Erechtheus* ita ut quæ de uno dicuntur, de altero quoque eadem repetantur; non enim perspicui sunt fontes, unde utriusque notiones hauriuntur. Quin et etymon vocabuli *Erichthonius* illud est, quod dedimus in *Erechtheus*; hic tamen aliam notationem subjicimus, quam exhibet mythus infra descriptus; quamquam in lingua Ægyptiaca eam quærendam esse putat *Schmidt* eique favet, ni fallor, vox Ægypt.-Copt., cui notio vitæ inest, ita ut *Erichthonius*, dempta terminatione, quasi *auctor novæ vitæ* significare videatur. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Rex Athenarum, post Cecropem, quartus, qui fertur, uti cum Erechtheo antecessores, ex terra editus (*Schol. Bob.* in *Cic. pro Sest.* 21. 2. *p.* 299. 5. *Orell.*, coll. *Pind. frg.* 253), quod ipsum nominis etymon suasit, vel nomini originem dedit; simul vero communiter dicitur Vulcani filius, a quo ita genitum describit *Hygin. fab.* 166., nempe Hephæstum seu Vulcanum a Jove impetrasse Minervæ conjugium, hanc autem propriam virginitatem defendisse atque in ea colluctatione Hephæstum semen in terram profudisse atque inde editum esse puerum draconteis pedibus (*Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 113) appellatumque *Erichthonium* (ἔρις-χθών), quem Minerva quum clam enutriret, dedit in cistula servandum Aglauro, Pandroso et Hersæ, Cecropis filiabus, quæ tamen cistulam contra præceptum aperuere, ut canit *Ovid.* 2. *Met.* 552. *sqq.*; unde omnes eum vocitant filium Hephæsti seu Vulcani, sed matri Minervæ vel Terræ adscribunt (Cf. *Mythogr. I. fab.* 128. et *II. fab.* 37. et 40. et 128. et *III. fab.* 10., *Schol. Germ. Arct.* 73. 6 [*Maass Comm.* in *Arat.* 208. *sq.*], *Censorin. d. nat.* 4. 12., *Hieronym.* 1. *adv. Jovin.* 7., *Isid.* 18. *Orig.* 34. 2. et, ex Græcis, *Eurip. frg.* 917. et *Eratosth. cat.* 13). — Rex a Minerva datus Atticæ, primus quadrigas dicitur invenisse (Hinc *Virg. B. G.* 113. *sqq.* Primus Erichthonius currus et quattuor ausus Jungere equos rapidisque rotis insistere victor etc. Adde *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. [197]), seu potius earum usum invexisse (*Hieronym. chron.* ad ann. 546., coll. *Serv.* ad *Virg. loc. cit.*, qui subdit ab eo adhibitum currum, junctis equis, ut pedum fœditatem operiret); hinc etiam quadrigarum ludos Apollineos in Attica instituisse (*Augustin.* 18. *Civ. D.* 12); tum primus induxisse argenti usum (*Plin. loc. cit.*); idcirco post mortem in cælum translatus fuisse factusque sidus nomine *Auriga* (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 113. *Isid.* 3. *Orig.* 71. 34); at *Arnob.* 6. *p.* 193., coll. *Ovid.* 9. *Met.* 755. et 9. *ibid.* 424. etc., *Avien. Arat. phæn.* 405. *sqq.*, eum in fano Poliadis sepultum tradit. — Priscæ artis monumenta sunt: Erichthonii ortus repræsentatus in vasis, quæ Parisiis (*Louvre*) et Romæ (*Vatic.*) asservantur (V. *Friederichs-Wolters Bausteine* 1861., *Helbig, Führer* 119., *Sauer, Thes.* 65. *sq.*); cista reclusa in vasis (*Annal.* 1879. *Taf. F. Hauser Arch. Jahrb. XI.* 1896. *p.* 190) et in metopa Parthenonis (*Ibid. XVII-XXI.* et *Pernice, Arch. Jahrb. X.* 1895. *p.* 96. *sq.*) aliaque id genus ap. *Collignon-Baumgarten, Gesch. d. griech. Plastik. II.* 102.; *Overbeck, Gesch. d. gr. Plast. I.* 478.; *Lechat, Mon. Piot III.* 5. *sq.*; *Jamot, Mon. grecs II.* 1893-94. *Taf. XII.*, coll. *Denkmal. d. a. Kunst II.* 236. — Hinc *Erichthonias*, adj., ut *Erichthonius* populus. *h. e.* Atheniensis, ap. *Propert.* 2. 6. 4. ¶ 2. Item Trojanorum rex, Dardani filius et Olizonæ, Phinei filiæ (*Dict.* 4. et *Isid.* 9. *Orig.* 2. 67) et Jovis nepos ex Electra ac pater Assaraci, Ili et Ganymedis (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 130., coll. *Hom. Il.* 20. 219. *sqq.*) vel Trois, de aliorum sententia (*Sil. It.* 11. 294. *sq.*). Cf. etiam *Ovid.* 4. *Fast.* 30. *sqq.*, *Mythogr. I. fab.* 135. et *II. fab.* 192., *Prob.* ad *Virg.* 3. *G.* 113. et *Hieronym.* in *chron.* ad ann. Abr. 603. — De eo consulas *Toepffer, Beitr. z. griech. Alt.-Wiss.* 58. — Hinc *Erichthonius*, adj. *Culex* 335. Erichthoniæ arces. *i. e.* Troja. *et Mythogr. I. fab.* 135. Troja.

ĔRĪCĪNĬUM, ĭi, n. 2. oppidum Thessaliæ, ad radices Pindi, fortasse idem cum Eritio, memoratum *Liv.* 36. 13. et 39. 25.

ĔRĪCŌDĒS, is, f. 3. (Ἐριχώδης *Ptol.*) *Erigodes* ex litterarum *c* et *g* facili permutatione, ap. *Rav. p.* 406. — Est autem insula prope Siciliam, Æoliarum seu Liparensium novem una, quas enumerat *Isid.* 14. *Orig.* 6. 37.; vel ex septem ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (92)., coll. *Strab.* 6. 2. 11.; vel ex octo ap. *Ptol.* 3. 4. 16., fortasse ex eo quod quarundem nomen est duplex.

ĔRĪCŪSA, æ, f. 1. nom. geogr. (Ἐρικοῦσσα *Ptol.*, Ἐρικοῦσα *Strab.*: fort. ab ἐρείκη, *erice*, *frutice*) *Eriphusa* scribitur *Solin.* 6. — Secunda syllaba, inspecto vocabulo Græco, produci potest. — Porro hujus nominis duæ memorantur insulæ, *sc.* ¶ 1. Una prope Siciliam ad septentr., ex Æoliis seu Liparensibus, hod. *Alicudi*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 9. 9. (94). et *Isid.* 14. *Orig.* 6. 37. — Ex Græcis *Strab.* 6. 2. 11. eandem esse tradit cum Ericode; *Ptol.* vero 3. 4. 16. unam ab altera distinguit. ¶ 2. Altera sita in mari Ionio, ad oram Epiri, ante Corcyram, hod. *Erikussi*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (53)., coll. *Ptol.* 3. 14. 12., qui eam Ἐρικοῦσαν vocat.

ĔRĬDĂNUS, i, m. 2. nom. geogr. et pers. (Ἠριδανός, οῦ et οῖο, v. Ἠρίδανος) Etymon alii, qui nomen Græcæ originis esse arbitrantur, ducunt ab ἦρι, *primo mane*, et δαίω, *accendo*, *inflammo*, ut sit *lucis fluvius*. V. *Preller, Myth. I.* 297., coll. φεραυγής ap. *Nonn.* 42. 420., et πυρόεις 23. 300., ἀστερόεις 2. 327., ὄλβος στίλβων 11. 308. et ἠλεκτρος ap. *Jo. Ant. frg.* 2. 9. Huc facit *Isid.* 13. *Orig.* 21. 2., qui ita appellatum tradit ab *Eridano*, Solis filio, quem Phaethontem dicunt, coll. *Mythogr. I. fab.* 118. Cf. etiam *Plin. loc. infra cit.* Alii vero, qui Celticum esse volunt, hybridum faciunt; derivant enim a Gr. ῥέ(ϝ)ω, *fluo*, *excurro*, et Colt. *dan*, i. e. *fluvius*, ut sit *rapidus fluvius*: cf. *Virg. georg. loc. cit.* (V. ERETENUS).

I.) Eridanus, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius Italiæ maximus, ita vocatus fere a poetis, idem ac Padus (*V.* PADUS). — a) Proprie, quem *Hesiod. theog.* 338. vocat Oceani ac Tethydis filium. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (117). de eo hæc habet: « Græcis dictus Eridanus, a pœna Phaethontis illustratus. Hæc autem fluvii appellatio sic enata videtur. Cum antiquitus Græci homines, apud quos in Attica esset fluvius Ἠριδανός, auditione accepissent, ut constat ex *Herod.* 3. 115., apud Venetos Germaniæ septentrionali ad ripas Rhodani fluvii electrum seu sucinum colligi solitum; cumque id postea vel per Danuvium vel pedestri itinere per Pannonias et Illyricum, ad ostia Padi invectum et a Venetis magna copia ibidem divenditum fuisse, Padum ipsum, nominis similitudine decepti, Eridanum vocarunt et ad ejusdem ripas electrum invenire fabulati sunt ». Id quoque, ut fusius refert idem *Plin.* 37. *ibid.* 2. 11. (31)., accidit circa Rhodanum fluvium, quem pariter Eridanum dixere et circa Electridas insulas, quas proinde in Adriatico mari posuerunt ad ostia Padi, ubi nunquam fuere. Commenti sunt enim sorores Phaethontis, qui ab Jove fulmine ictus in Padum decidit (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 659), ea de causa, quia Padus oritur ab ea parte Alpium, quæ ad mare Inferum respicit et usque ad Superum tendit, in ripis Padi sive Eridani in pōpulos fuisse conversas (*Ovid.* 2. *Met.* 324. et 372), ex quibus electrum defluat, et in ejusdem fluminis ostii insulas duas esse, ubi electrum maxime abundet. Memoratur etiam *Virg.* 4. *G.* 372. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violentior effluit amnis (« *pare che guerra porti e non tributo al mare* ». V. *Tasso, Ger. lib. c.* 9). et *Propert.* 1. 12. 4. Tam multa illa meo divisa est milia lecto, Quantum Hypanis Veneto dissidet Eridano. Adde *eund.* 4. 10. 39 (ubi *Rhenus* leg. *Büchel.*). *Val. Fl.* 5. 430. Flebant populeæ juvenem Phaethonta sorores Ater et Eridani trepidum globus ibat in amnem. *Lucan.* 2. 409. Eridanus, fractas devolvit in æquora silvas Hesperiamque exhaurit aquis. Adde *Ampel.* 6., *Senec. Herc. Œt.* 187., *Sil. It.* 1. 132., 7. 149., 8. 589., *Claudian. carm.* 31. 109., *Jorn. Get.* 29. — Epitheta v. addita: *Sil. It.* 12. 217. pater. *Virg.* 1. *G.* 481. fluviorum rex. *Sil. It.* 12. 697. sacer. *Avian.* 795. senex. *Claudian. carm.* 28. 175. stelliger. *Sil. It.* 9. 187. aquarum superbus. *Propert. loc. cit.* Venetus. — *De Mincio in Eridanum emigrare* proverbialiter dictum videtur ap. *Augustin. ep.* 118. *de Dioscoro.* « Non enim sic te prohibemus in incerto famæ finem ponere, ut tanquam de Mincio in Eridanum emigres. Cum enim non satiaverit avidum spiritum vanitas laudis humanæ, quia nihil ad cibandum adfert nisi inane et inflatum, cogit eam ipsa aviditas referre in aliud, quasi uberius atque fructuosius, quod nihilominus, si temporali lapsu præterfluit, ita est quasi fluvius ducat in fluvium, ut non sit finis miseriæ, quandiu finis officiorum nostrorum in re instabili collocatur ». — b) Improprie est sidus. *Cic. Arat.* 389., *Auson. ecl.* 3., *Manil.* 4. 608. Cf. *Claudian. carm.* 28. 125. — De antiquæ artis monumentis, ad eum spectantibus, vd. *Bethe, Aratill. Rh. Mus. XLIII.* — De eo consulas *Gruppe, Griech. Myth.* 386. *sq.*, 393., 408., 564., 576. et 745. ¶ 2. Item fluvius Atticæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (117), coll. *Herod.* 3. 115., quem *Hygin. fab.* 14. dicit patrem Zeuxippes. Cf. *Paus.* 1. 19. 6. ¶ 3. Item mons prope Dyrrachium. *Vib. Seq. p.* 155. *Riese.*

II.) Eridanus, nom. pers. ¶ 1. Est nom. vir., quod in cognomen transiit tam ingenuum quam libertinum. *Corp. I. L.* 2. 2. ¶ 2. Item nom. dei, uti fluvius hic exhibetur *Virg.* 4. *G.* 372. Cf. *Escher, PW.* 6. 448.

ĔRĪGDŪPUS, i, m. 2. (Ἐρίγδουπος: ab ἔρι, *valde*, et γδοῦπος, *rumor*) Centaurus ex Lapitharum genere, occisus a Macareo. *Ovid.* 12. *Met.* 447. 447. recte Pelethronium Macareus in pectus adacto Stravit Erigdupum.

ĔRĪGŎNĒ, es, v. Erigona, æ, f. 1. (Ἠριγόνη: ab ἦρι, *mane*, et γίνομαι, *nascor* = ἠριγένεια, quasi *mane nata*; sed ap. *Mythogr. III. fab.* 9. ab ἔρις, *contentio, lis*, quasi quæ sit ex *contentione orta* vel *litigiosa*. Sic *Hesych.* v. ἀλῆτις: καὶ Ἡμέρας ὄνομα et *Schol. Bern. Virg. Georg. II.* 389. Ἔρις = γονή) Latina positione usurpatur ab *Auson. epit. her.* 31., *Ampel.* 2., al.; Græca vero a *Virg.* 1. *G.* 33. et ab aliis. — Memorantur ¶ 1. Erigone, filia

Icarii v. Icari (Ἰκαριωνείη *Parth. frg.* 17. *Martini*, coll. *Usener, Götternam.* 18. *sq.*), Atheniensis (*Ampel. loc. cit.*), qui quum in hospitium liberale Bacchum excepisset, ab eo donatus est vino suavissimo, jussusque, ut in reliquas terras propagaret. Idcirco cum cane Mæra in Atticam Icarus devenit ad pastores, qui quum immoderatius ex optimo liquore biberent, ebrii conciderunt. Arbitrati deinde eum sibi malum dedisse medicamentum, fustibus interfecerunt. Icarium autem occisum canis ululans Mæra Erigonæ monstravit, ubi pater insepultus jaceret. Quo quum venisset, super corpus parentis in arbore se suspendio necavit; ob id Liber pater iratus Atheniensium filias simili pœna adflixit. De ea re Apolline consulto, iis responsum est, quod Icarii et Erigones mortem neglexissent. Quo responso, pastores supplicio affecere et Erigonæ diem festum oscillationis instituerunt. Ita *Hygin. fab.* 130., qui addit Erigonem a diis in cœlum translatam factamque sidus, quod *Virginis* appellatur, item Icarum nomine *Arcturi* et *Caniculæ* Mæram. — Porro de oscillatione hæc habent *Gloss. Virg. georg.* 1. Athenienses statuerunt ludos et dies festos agere et arboribus laqueos pensiles inligare, in quibus se huc illuc ferrent, quos laqueos oscilla vocaverunt. *Lact.* vero in *Stat. Theb.* 11. 644. oscilla accepit pro oribus, ad humanam speciem simulatis et festo illo die ex arbore pinu suspensis, quem pastorum congressibus cantibusque Athenienses celebrabant, id, quod « Virgilius aliud agendo perstrinxit: Tibique Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu ». Cf. *Macrob.* 1. *Sat.* 7. 11. Attamen *Etym. M.* auctor originem ejus festi deducit ab Erigone, filia Ægisthi et Clytæmestræ in Αἰώρα; *Festus* autem in *Oscillum* et *Gloss.* in *Virg. georg.* 1. a morte Latini regis. — Fabulam præterea tangunt *Ovid.* 6. *Met.* 125 (« Liber ut Erigonen falsa deceperit uva », quod aliter intelligendum esse docet). *et* 10. *ibid.* 451., *Tibull.* 4. 1. 11., *Colum.* 10. 400., *Serv.* ad *Virg.* 4. *Ecl.* 6. et 1. *G.* 33. et 218., *Manil.* 2. 32. etc., *Stat.* 4. *Theb.* 692., *Martial.* 11. 69., *Tertull.* 2. *nat.* 15., *Minuc. Oct.* 22. et *Schol. Germ. p.* 66. *sq.*, 125. et 168. *sq.* — Erigone est etiam titulus tragœdiæ *Q. Ciceronis*, cujus exemplum e Gallia ad M. Ciceronem missum, tabellarii culpa, periit, ut ipse *Cic.* 3. *Q. fr* 1. 5. et 9. refert. Hanc tamen fuisse de Erigone, filia Ægisthi, putat *Escher*, quo argumentum quoque est tragœdiarum Phrynici, Cleophontis, Philoclis et Accii: fragmenta habes ap. *Ribbeck, Trag. Lat. rel. p.* 142. *sq.* ¶ 2. Erigone, filia Ægisthi et Clytæmestræ, teste *Dict.* 6., quæ, ubi rescivit Orestem fratrem crimine parricidii ab Areopagitis absolutum fuisse, dolore victa immoderato, laqueo sibi vitam abstulit, teste *eod. ibid.* 4. — Rem vero aliter narrat *Hygin. fab.* 122., nempe Orestem etiam Erigonam interficere voluisse: « sed Diana eam rapuit et in terram Atticam sacerdotem fecit (Cf. *Robert, Bild. u. Lied* 185.; *Sark.-Rel. II. sq. Taf.* 54) — Hinc *Erigoneius*, adj. ad Erigonem, Icari filiam, pertinens. *Ovid.* 5. *Fast.* 723. Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit. *V.* ANTECANIS in *Lexico*.

ĔRĬGŎNUS, i, m. 2. nom. pers. et geogr. (Ἠρίγονος: ab ἦρι et γίνομαι: vd. voc. præc.) ¶ 1. Fuit prius tritor colorum Nealcæ pictoris, dein et ipse pictor, qui tam excelluit, ca. a. 248. a. Chr., ut celebrem relinqueret etiam discipulum suum Pasiam, fratrem Æginetæ pictoris. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (145). ¶ 2. Etiam fluvius Macedoniæ (Gr. Ἠριγών, ονος vel, rectius, Ἐριγών, ῶνος *Strab.* 7. 327), ex Illyrico per Pelagoniam fluens in Axium amnem haud procul Stobis, vetere urbe, hod. *Tzerna*, Turc. *Kutjuk Kapa-Su*. Memoratur *Liv.* 31. 39. et 39. 53.

ĔRĬGYĬUS, ii, m. 2. (Ἐρίγυιος) vir quidem patria Mitylenæus, filius Larichi, frater Laomedontis, inter claros Alexandri M. duces, laudatus *Curt.* 6. 4. et 8., 7. 3. et 7. et 8. 2., ubi eum in prœlio cecidisse narrat. Cf. etiam *Plut. Alex.* 10., *Arrian. anab.* 3. 6. 5. et *Diod.* 17. 81. 3. et, ex recentioribus, *Schäfer, Dem. III.* 65.; *Droysen, Hellen. I.* 1. 382. et 2. 39. et *Curtius, Pelop. VII.* 3. 4.

ĔRĬMACHUS, i, m. 2. rex Epiri, ex posteris Æaci, memoratus *Jul. Valer.* 1. *gest. Alex. M.* 58.

ĔRINDĒS, is, m. 3. nom. fluvii Asiæ interioris, ap. *Tac.* 11. *Ann.* 10., ubi alii *Charinda* leg.

ĔRĪNĔOS, ei, m. 2. (Ἐρινεός *Ptol.*) ¶ 1. Est oppidum Doridis (i. e. « ventosum » ap. *Tyrtæon Strab.* 8. 362) ad Parnassum, prope *Kato Kasteli* (V. *Lolling, Athen. Mitt.* 9 [1884] 315), memoratum *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 13. (28). — *Erineon*, n. habet *Forbiger*, qui citat etiam *Mel.* 2. 3. 4.; nunc vero *Erineos* leg. *Philippson* ap. *Plin.* et omittit *Frick* ap. *Mel.* Græce tamen Ἐρίνεος et Ἐρίνεον habetur V. *Thuc.* 1. 107., *Scymn.* 591. *sq.*, *Strab.* 8. 362., 9. 427., 10. 475., *Ptol.* 3. 15. 15., *Steph. Byz.* 269., *Tzetz.* ad *Lycophr.* 741. et *Schol. Pind. Pyth. I.* 121. Cf. etiam *Leake II. p.* 91. ¶ 2. Item sinus et maritimum oppidum ad oram Achaiæ (km. 10. ab Ægio), hod. *Lampiri-sta-ampelia*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (13). Cf. *Thuc.* 7. 34., *Paus.* 7. 22. 10. et *Ptol.* 3. 16. 5. et, ex recentioribus, *Curtius, Pelop. I.* 458.

ĔRINNĒ, es, *et* Erinna, æ, f. 1. (Ἤριννα *Suid.* et *Asper*: vd. *Meineke, Del. Anth. p.* 132. et *Lentz, Herodian. II.* 455. 9. *adn.*, fort. ab Ἥρα, uti censent *Fick-Bechtel, Gr. Person.* 137. cum *Meineke*) poetria Lesbia (*Suid.* ἡ Λεσβία, coll. *Anth. Pal. IX.* 190), Tenia vel Telia (*Suid.* « ὡς δὲ ἄλλοι Τηλία » etc. *et mox.* « τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν ») ex Telo, insula prope Rhodum; non tamen Suidæ credendum, qui eam æqualem et amicam Sapphus dicit (« ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς καὶ ὁμόχρονος »); floruit autem a. 353. a. Chr., teste *Hieronym.* in *chron.* ad Olymp. CVI. 4., obiitque XIX. annorum ætate, ut *Suid.* refert, post quam composuerat, Sapphon imitata (cujus discipula fertur), carmina lyrica, epigrammata et in primis poemation (« exigui sed egregii carminis auctor » *Dübner p.* 418) « Ἠλακάτη » inscriptum, versibus hexametris, Æol. et Dor. dialecto, Homero dignis (*Anth. Pal. IV.* 190. « στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ »), quod tamen recentiores critici ad Alexandrinos poetas pertinere existimant (V. *Croiset, H. L. Gr. II.* 244)., a veteribus dicta γλυκεῖα (*Asclep. VII.* 12), μέλισσα (*Anth. Pal. VII.* 13), Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων, Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις (*Ibid. IX.* 190). Memoratur etiam *Propert.* 2. 2. 32. « Carminaque Erinnes non putat æqua suis ». Adde *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (58). — De ea cf. *Welcker, De Erinna et Corinna poetriis* (in *Kl. Schrift. II*). et *Bergk, Poet. Lyr. gr.* (4.ª ed.) *III. p.* 141-142.

ĔRINNYS, yos et is, f. 3. (Ἐριννύς et Ἐρινύς) Scribitur etiam, et fort. rectius, *Erinys*, unico *n*; ita enim habent optt. mss. (V. *Wagner, Virg. Æn.* 2. 337. *not. cr. II. p.* 316. et *Passow-Rost's Griech. Handw.* sub Ἐρινύς). — Ad notationem quod attinet, *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 337, nomen *Erinnys* interpretatur: animi impatientiam, quæ in furorem impellit, quod alii dicunt ab ἔρις, contentio, et νοῦς, mens, quod contentionibus bellisque gaudet, unde et ἐριννύειν est indignari, quod est rixantium proprium, idque probabilius etymon videtur. Sed alii ducunt ἀπὸ τοῦ ἀρὰς ἀκούειν, quod exsecrationes exaudiat et impleat; alii vero ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ ἔρᾳ ναίειν, quod in terra habitet. *h. e.* inter homines versetur; vel, ut *Jacobi*, a v. ἐρίνω v. ἐρευνάω derivant, cui explorandi vigilandique notio inest. Cf. etiam *Kuhns Zeitschr.* 5. 265.

Erinnys v. Erinys ¶ 1. Est una ex tribus Furiis, quæ et Eumenides dicuntur, olim plures, post Euripidem tres tantum, quæ in Tartaro ad impios pœnis torquendos habitare et aliquando etiam in terris apparere creduntur. — Memoratur — 1.°) Proprie et quidem — *a)* Sing. num. *Virg.* 2. *Æn.* 337. quo tristis Erinnys, Quo fremitus vocat etc. *Ovid.* 1. *Met.* 241. Qua terra patet, fera regnat Erinys. Adde *eund.* 4. *ibid.* 489. et 11. 14. et *Senec. trag.*, *Lucan.*, *Stat.*, *Val. Fl.*, *Sil. It.*, *Claudian.*, *Prudent.* pluribus in locis. — Et speciatim de Alecto. *Virg.* 7. *Æn.* 447. — *b)* In plur. num. sæpius ipsæ Furiæ dicuntur. *Propert.* 2. 16. 29. Tunc me · vexetis Erinnyes. *Ovid.* 11. *Her.* 103. Ferte faces in me, quas fertis Erinnyes. *Stat.* 11. *Theb.* 345. cæco nec Erinnyas ore rogavi. *Auson. edyll.* 11. 84. Gorgones Harpyiæque et Erinnyes agmine terno. — Epitheta: *Dracont.* 10. 489. anguicomæ. *Ovid.* 1. *Amor.* 7. 10. arcanæ. *et* 11. *Her.* 103. atræ. *Propert.* 2. 16. 29. tragicæ. — 2.°) Improprie seu latiore sensu de aliis dicitur. *Virg.* 2. *Æn.* 573. Trojæ ac patriæ communis Erinnys. *i. e.* Helena, causa belli Trojani. — Sic de bello civili usurpavit *Lucan.* 4. 187. ¶ 2. Fuit etiam unus ex æonibus Valentinianis, teste *Interpr. Iren.* 1. *hær.* 29. 4. — De Erinnybus alia dicentur in EUMENIDES. — De his scripserunt *Kampe, Erinnyes*, Diss. Berl. 1831.; *Prusinowski, De Erinyum religione*, Diss. Berl. 1844.; *Rosenberg, Die Erinyen*, Berl. 1874.

ĔRĪNŌMA v. Erinona, æ, f. 1. Ita legitur ap. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 18., ubi alii leg. *Erittoma* vel fort. rectius *Erinona*, ut *Tümpel* putat. Græce alii leg. Ἐρινόμη, unde lat. *Erinoma*, ut *Movers Phœn. II.* 2. 204.; alii similiter Εὐρυνόμη, ut *Robert-Preller, Gr. Myth. I.*[4] 361. Memoratur tantum *Serv. loc. cit.* Erinoma (*var.* Erinona et Erittona), « filia Celis (Κέλης, nom. ithyphallicum ap. *Plat.*, *Athen. X.* 442. A), ob castitatem a Diana valde dilecta, quare Veneri fuit invisa adeo ut per Adonem eam pudicitia privaret. Quo cognito, eam Diana in pavonem mutavit, sed postea in pristinam formam restituit ac dedit Adoni, qui ex ea filium sustulit nomine Taleum vel Talum » (rectius *Tallum*, fort. contr. a *Tamulum*, non a *Talus* dictum, ut *Voss* putat, sed a *Tamus* = *Tammuz*). Cf. *Hehn, Culturpfl. u. Haust.*[2] 343. et *Escher, PW.* 6. 458.

ĔRĪPHĪA, æ, f. 1. (Ἐριφεία v. Ἐριφία: cf. ἐρίφειος, *hœdinus*) filia Oceani, una ex nutricibus Dionysi, in monte Nysa, et ex Hyadibus. *Hygin. fab.* 183. Cf. *Erepha* et *Eriphe* in *Etym. M. p.* 372. 4. *sqq.* (*Kallim. frg. anon.* 89. *Schn.*). Cf. *Welcker, Götterlehre II.* 587. 51.

ĔRĪPHȲLA, æ, v. Eriphyle, es, f. 1. (Ἐριφύλη v. Ἐριφύλα) Latina positione ap. *Propert.* 3. 11. 37., Græca ap. *Virg.* et *Ovid. locc.* infra *citt.*

Eriphyla v. Eriphyle, filia Talai, hinc *Talaionides* dicta (*Ovid.* 3. *Art. am.* 13), uxor Amphiarai et mater Alcmæonis, soror Adrasti. Memorat *Hygin. fab.* 73., qui narrat Amphiaraum augurem, quum sciret, si ad Thebas obpugnatum isset, se inde non rediturum, se celasse, conscia Eriphyla conjuge sua. Adrastus autem, ut eum investigaret, monile aureum ex gemmis fecit et muneri dedit sorori suæ, quæ doni cupida conjugem prodidit; sed Adrastus ex patris præcepto, ut post ipsius mortem pœnas a matre exsequeretur, Eriphylam matrem suam interfecit, quem postea Furiæ exagitarunt. Hinc *Propert.* 3. 11. 57. Tu quoque ut auratos gereres, Eriphila, lacertos etc. Adde *eund.* 2. 16. 29., *Virg.* 6. *Æn.* 445 (coll. *Serv.* ad *l.*), *Ovid. loc. cit.*, *Auson. edyll.* 6. 25. et *Schol. Hor.* 3. *Od.* 16. 10. — *Eriphyle* est etiam titulus tragœdiæ *Sophoclis* (Cf. *Wilamowitz, De trag. gr. frg.* [1893] 26. et *Welckers Vermutung Gr. Trag. I.* 269. *sqq.*), *Nicomachi* (ap. *Suid.*) et *Accii*, cujus fragmentum legitur ap. *Prisc. gramm. VI.* 699. *P.* Cf. *Cic.* 1. *Inv.* 50., *Mar. Victorin.* 1. *p.* 56., *Jul. Victor. p.* 237. *Or.* et *Hieronym.* 1. *c. Jovin.* 48. — De artis priscæ monumentis, ad eam spectantibus, vd. *Ann. d. Ist. arch.* a. 1863. *p.* 233-243.; *Baumeister, Denkm.* 67., coll. *Robert, Bild. u. Lied* 14.; *Bethe, Theb. Heldenl.* 127. et *Overbeck, Her. Gallerie IV.* 1. *sqq.* — Hinc *Eriphylæus*, adj. *Stat.* 4. *Theb.* 211. Sic Eriphylæos aurum fatale penates Irrupit scelerumque ingentia semina movit.

ĔRĪPHȲLÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĔRIS, idos, f. 3. nom. mul. Gr. (Ἔρις, *discordia, contentio, lis*) ¶ 1. Speciatim dea eadem quæ Discordia. *Hygin. fab.* 92., ubi tradit Jovem, quum Thetis Peleo nuberet, ad epulum deos omnes convocasse, præter Eridem; sed quum postea hæc supervenisset, nec admitteretur ad epulum, ab janua in medium misit malum; unde de forma orta est statim discordia inter Junonem, Minervam et Venerem, quas ex Jovis præcepto Mercurius duxit ad Paridem, qui judicaret. *V.* DISCORDIA. ¶ 2. Generatim cogn. mul. *Corp.* 2. 2259. — Alia forma *Eris, Inis in aliis* apud *Momms. n.* 1507. Cf. *Garrucci, Syll. n.* 888.

ĔRĪTHRÆUS. *V.* ERYTHRÆUS.

ĔRĪTĪMUS, i, m. 2. cogn. vir. Græcan. (ab ἐρί-

τιμος, ex ἐρι valde et τιμάω, *honoro*, i. e. valde honoratus) apud *Grut.* 195. 6., ubi legitur *Eridimus*, sed male pro *Eritimus* (V. *Furlanetto* in *App. Lex. Forcellin.*); nuper vero *Hübner, Corp.* 2. 2., utroque rejecto, dedit *Bridanus*. Hæc tamen inscriptio suspecta videtur.

ERITĪUM, ii, n. 2. oppidum in Perrhæbia ad septentr. Thessaliæ, fort. prope hod. *Paleocastro* (V. *Leake* et *Kiepert*). Memoratur *Liv.* 36. 13.

ĔRĪTUS, i, m. 2. filius Actoris, socius Phinei. *Ovid.* 5. *Met.* 79 (coll. *Lact.* in 5. *Met.* 1) « Actorides Eritus ». Ita leg. *Hoefer*; alii tamen *Erytus* (ed. *Ehwald*), coll. Ἔρυτος ap. *Apoll.* 119.; alii vero minus recte *Erithus*, cum aspiratione.

ĔRIZA, æ, f. 1. oppidum in finibus Cariæ et Lyciæ ad septentr. Cibyræ, hod. *Dere-kui*, memoratum *Liv.* 38. 14., coll. *Plin.* 10. *Hist. nat.* 48. 60. (124). Græce Ἐριζῆλοί ap. *Ptol.* 5. 2. 15. et Ἔριζος ap. *Hierocl.* 30.; in nummis vero ap. *Sestini cl. gen. p.* 88., coll. *Eckhel*, 2. *p.* 581. legitur ΕΡΙΖΗΝΩΝ et in *Bull. Hell. XV.* 556. « οἱ ἐν τῇ περὶ Ἔριζαν ὑπαρχίᾳ ». — De ejus nummis vd. etiam *Head*, 672. — Hinc *Erizii* v. *Erizei*, abs., incolæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (123)., ubi alii leg. *Erosi*; sed hi gens sunt conventus Adramytteni, ad Erizam, saltem hanc, non pertinentes. — *Erizenus*, adj. ad Erizam spectans, ut *Erizena regio* ab ea denominata, ap. *eund.* 10. *ibid.* 48. 60. (124).

ERIX, icis, m. 3. dux Indorum, qui contra Alexandrum M. in prœlio dimicans occisus est; ejus autem corpus ad regem delatum est, teste *Curt.* 8. 12. 1. Cf. *Zumpt* ad *l.*

ERIXO, onis, m. 3. nom. equitis Romani, qui quod filium suum flagellis occidisset, a populo in foro graphiis confossus est: vix illum Augusti Cæsaris auctoritas infestis tam patrum quam filiorum manibus eripuit. Ita rem narrat *Senec.* 1. *Clem.* 14. Alii tamen pro *Erixo* leg. *Tricho*.

ERMATORĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., in titulo Pompejano ap. *Garrucci, Syll. n.* 1065.

ERMENGARĪUS. *V.* HERMENGARIUS.

ERMENRICHUS. *V.* HERMENRICHUS.

ERMĒNUS, i, m. 2. cogn. vir., ab *Herma* seu Mercurio derivatum, omissa, ut assolet, aspiratione. *Corp.* 8. 4796.

ERMĒRĪUM, ii, n. 2. oppidum seu statio in via a Porolisso in Dacia septentr. Tyram Ponti, hod. *Ojtoz-pass*, ap. *Rav. p.* 178. Cf. *Gooss, Stud. z. Geogr. u. Gesch. d. trajan. Daciens* 52. et *Schuchhardt, Arch.-epigr. Mitt. IX.* 224. *sq.*

ERMES et

ERMĒTĒS. *V.* HERMES.

ERMINISCĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. ut *Erminiscius Regulus*, cujus uxor Attusia Lucana Talisia erat soror uxoris Ausonii poetæ. Memorat *Auson. parent.* 21.

ERMĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., fort. ab *Hermes*, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1229. — Hinc *Ermitalis*, cogn. vir. *Corp.* 8. 762.

ERNĀGĪNENSES. *V.* voc. seq.

ERNĀGĪNUM, i, n. 2. et Ernagina, æ, f. 1. oppidum Galliæ Narbonensis inter Avennionem et Arelatem, prope hod. *Saint-Gabriel (dép. Bouches-du-Rhône)* in *Itin. Ant. p.* 344. et *Tab. Peut.*, coll. *Ptol.* 2. 10. 15. Ἐρνάγινον. Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 167. *sq.* et *Tab. Peut.* 48. — Hinc *Ernaginenses*, incolæ. *Corp.* 12. 982.

ERNŎDŪRUM, i, n. 2. statio Galliæ Celticæ in regione Biturigum Cuborum, dein Aquitaniæ, inter Argentomagum et Avaricum, hod. *Saint-Ambroix sur l'Arnon*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 460., ubi *Ernodorum*, sed minus recte.

ERNŎLATĬA, æ, f. 1. oppidum in Norico inter Gabromagum et Tutastionem, hod. *St. Pancraz*. Memoratur in *Tab. Peut.* apud *Momms. Corp.* 3. *p.* 618. et 682. — Cf. *Fr. Kenner S.-Ber. Akad. Wien LXXXVIII* (1876) 528-610.

ĔRŌ, ûs, f. 4. et

ĔRO v. Eron, ônis, m. 3. *V.* HERO.

EROCUS, m. 2. rex Alamannorum, cujus ope Constantinus M., mortuo patre in Britannia, imperium cepit. *Vict. epit.* 41. 3.

ĔRŌMĒNES. *V.* HEROMENES.

ĔRŌPHĪLOS. *V.* HEROPHILOS.

ĔROPUS, i, m. 2. quidam vir, qui, a. 208. a. Chr., oppidum Bassaretiorum in Illyrico cepit, corrupto arcis præsidiique præfecto Lychnidum, ut refert *Liv.* 27. 32.

ĔRŌS, ōtis, m. 3. (Ἔρως, ωτος, *Æol.* Ἔρος: cf. ἐράειν, *amare [Leo Meyer]*; non enim difficilius a ling. Indogerm. etymon probamus, quod alii in medium adferunt. Cf. *Prellwitz, Etym. Wörterb.*[2] p. 152). — Scribitur aliquando *Heros* cum aspiratione, ut in *Corp.* 3. 6150. *col.* 2. *lin.* 22.

Eros ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Est præcipue amoris deus, Amor sive Cupido, de quo plura diximus in AMOR et CUPIDO. Habet unus *Nemes. ecl.* 4. in *lemmate*. Cf. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 60. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 664 (*Myth. Vat. II.* 35). — De ejus mytho et genealogia, cultu, nummis et artis antiquæ monumentis plurima exstant apud Græcos mythologos ac poetas et archæologos recentiores, de quibus fuse eruditeque *Waser, PW.* 6. 484-542. Cf. etiam *Gerhard, Ueber den Gott Eros p.* 261-298, Berlin 1850. — 2.°) Item comœdus, qui a scena non modo sibilis sed etiam conviciis explosus, in Q. Roscii domum, sicut in aram v. asylum, confugit, ubi perbrevi tempore tam egregie fuit edoctus, ut qui antea, ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos, ut ait *Cic. pro Rosc. com.* 11. 3. *sq.* — 3.°) Item vir, Aureliani imp. libertus (*Hist. Aug. Aurel.* 36) et secretorum officio sub eo functus (*Vict. Cæs.* 37. 7. et *Eutrop.* 9. 15), unus ex conjuratis, qui Aurelianum interfecerunt, Mnesteo duce, cujus « tamen more inulta non fuit », ut scribit *Eutrop. loc. cit.* V. AURELIANUS. — 4.°) Item Virgilii poetæ libertus, de quo hæc refert *Donat. vit. Virg.* 49. « Erotem librarium et libertum ejus, exactæ jam senectutis, tradunt referre solitum, quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore etc. ». V. integr. loc. — 5.°) Alios vd. ap. *Cic.* 10. *Att.* 15., *Martial.* 7. 10. et 80., *Augustin. ep.* 49. et *ep.* 175., coll. *ep.* 176. et 179. et *Cod.* 5. 18. 3. et 8. 41. 7. *V.* etiam TURIUS. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn., ingen. ac libert. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1403. et 1596. et in *Corp.* 3. 6150. et 12. 710 (*Arelate*). — Hinc *Erotius*, nom. gent. vir. in *Cod. Theod.* 1. 1. 6. § 2. — *Erotianus* (Ἐρωτιανός), cogn. vir. *Corp.* 3. 825. — Fuit etiam grammaticus Græcus, auctor *Glossar.* in *Hippocrat.*, cujus mentio est dumtaxat apud Græcos scriptores. V. *Strecker, Zu Erotian, Herm. XXVI.* (1891) *p.* 262-307. — *Erotiane*, nom. mul., in titulo christ., formâ productâ, ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 81. *n.* 143. Erotianeti (*dat.*). — *Eroticus* (ἐρωτικός, *amatorius*), cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 12. 48.; et nom. serv. *Corp.* 2. 4970 (177). — *Erotica* (et *Æroticæ*), cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5785., *Corp.* 5. 2937. et, formâ productâ, *ibid.* 2. 2996. Æroticeni (*dat.*). — *Erotio* (*onis*), cogn. mul. demin. *Corp.* 2. 557. — *Erotion* (*onis*) Ἐρωτίων, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1641. et *Erotion (ii)*, nom. mul., ὑποκοριστικῶς fere usurpatum. *Martial.* 5. 34. et 37. et 10. 61. — *Erotis* (*idis*) Ἐρωτίς, cogn. mul., ingen. ac libert. *Corp.* 6. 4243 (*in mon. Liviæ Aug.*)., *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 2111. et sequiore ætate *Erotis* (*inis*) in *Corp.* 6. 17279. et in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2557. — *Erotium*, nom. mul. demin., sc. meretrix ap. *Plaut. Men.* 674. — *Erotius* (Ἐρώτιος), nom. vir. *Cod. Theod.* 1. 1. 6. § 2. et *Cod.* 3. 18. 7. et 8. 38. 6. — *Erotus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 60.

ERREDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 84 (*in diplom.*).

ERROR, ōris, m. 3. personatus seu per prosopopœiam fictus, quasi deus, ut alia innumera apud veteres. *Ovid.* 12. *Met.* 59. Illic Credulitas, illic temerarius Error Vanaque Lætitia est consternatique Timores Seditioque repens dubioque auctore Susurri. *et* 1. *Am.* 2. 34. Blanditiæ comites tibi erunt Errorque Furorque etc. — *Erroris insula*, inter Carthaginem Spartariam et Cæsaream Mauretaniæ, in *Itin. Marit. p.* 512., hod. fort. *Alboran*.

ĔRUBRUS, i, m. 2. fluvius Galliæ in Mosellam influens, hod. *Ruwer*, ap. *Auson. Mos.* 359. « Te rapidus Celbis, te marmore clarus Erubrus Festinant famulis quam primum adlambere lymphis ». Alii tamen (*Schenkl, Ihm*) nunc leg. *Erubris* (V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 133).

ERUCĬUM, ii, n. 2. oppidum Sardiniæ, a Viniolis XXIV. m. p. distans, hod. *Castel Sardo*, in *Itin. Ant. p.* 83.

ĔRŪCĬUS, ii, m. 2. nom. vir. (Ἐρύκιος) *Erucius*, cum duplici *c*, legitur in *Corp.* 3. 175. — *Heruccius*, etiam cum aspiratione, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5840. — In codd. *Erutius, Erycius*; hinc conjici potest nomen hoc ab *Eryce*, Siciliæ oppido, esse deductum. *Schulze* tamen (*Z. Gesch. lat. Eigenn. p.* 112., 170. et 411) ab Etrusc. derivat. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) C. Erucius, iniquus homo, qui in causa Sex. Roscii Amerini, Chrysogoni impulsu, criminis confictionem suscepit, confutatam a Cicerone, viginti sex annos nato, a. 80. a. Chr. (*Cic. pro Rosc. Am.* 13. 35); idemque pravus M. Antonii oratoris imitator, per jocum et contemptum ab eodem dictus *Erucius Antoniaster*, teste *Quintil.* 8. 3. 22. — De eo est etiam locus, ut putant *Schneider* et *Weichert*, apud *Cic. Brut.* 75. 260. « Sisenna autem, quasi emendator sermonis usitati quum esse vellet, ne a C. Erucio quidem accusatore deterreri potuit, quo minus inusitatis verbis uteretur. - Quidnam istuc est? inquit Brutus, aut quis est iste C. Erucius? - Et ille, fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante C. Rutilium, Sisenna defendens dixit, quædam ejus *sputatilica* esse crimina. Tum C. Erucius, circumvenior, dixit, judices, nisi subvenitis, Sisenna, quid dicas, nescio: metuo insidias. *Sputatilica*, quid est hoc? *Sputa* quid sit, scio, *tilica* nescio. Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat esse inusitate loqui ». — 2.°) C. Julius Erucius Clarus Vibianus, filius C. Erucii Clari, cos. a. 170. a. Chr., fort. ex Pomponia Triaria, cos. et ipse cum Q. Sosio Falcone a. 173 (*Inscr.* ap. *Momms. n.* 4040. et *Corp.* 2. 4145). Hic videtur, de imperio certantibus Septimio Severo et Albino, hujus partes una cum multis aliis senatoribus secutus fuisse. Fortasse inde factum est, ut post quam Severus victor exstitit, « sine causæ dictione nobiles » occidit, inter quos fuit etiam hic Erucius, ut refert *Spartian. Sev.* 13. — 3.°) M. Erucius Clarus, cos. suffectus a. 117. p. Chr. cum Julio Alexandro, ut in *Fastis comm.* traditur. — De eo *Plin.* 2. *ep.* 9. 3. « Pater ei (*sc.* Sex. Erucii Clari) Erucius citatus, vir sanctus, antiquus, disertus atque in agendis causis exercitatus, quas summa laude, pari constantia nec verecundia minore defendit ». — Uxorem habuit Septiciam, sororem C. Septicii Clari, ut argui potest ex eod. *Plin. loc. cit.* — 4.°) Sex. Erucius Clarus, plenius *Sex. Erucius M. f. Quirina Clarus* (*Corp.* 8. 11451) cos. a. 146. p. Chr., filius M. Erucii Clari ex Septicia. — Senator a. 138. p. Chr. (*Corp.* 8. 270), dein quæstor (*Plin.* 2. *ep.* 9) et inter candidatos tribunatus pleb. « quem, ut scribit *Plin. ibid.*, nisi obtinet in Senatu, vereor, ne decepisse Cæsarem videar ». — Postea vero legatus fuit Trajani imp. in bello Parthico (*Dio* 68. 30). — Anno autem 169. iterum cos. creatus est eodemque præfectus Urbi (*Gell.* 7. 6. 12. et 13. 18. 2), circa quod tempus Rescriptum habuit Antonini Pii, memoratum *Paul. Dig.* 1. 15. 3. § 2 (Cf. *Borghesi, Œuvr. IX.* 293. *sq.*); obiit autem ejusdem imperatoris tempore (Cf. *Front.* ad *Ant. Pium* 3. *p.* 165. *Naber*), sibi succedente in præf. Urb. Q. Lollio Urbico (*Borghesi loc. cit.*). — *Plin. ep. loc. cit.* ait eum fuisse « juvenem probissimum, gravissimum, eruditissimum, omni denique laude dignissimum ». *et Front. loc. cit.* eum et Marcium Turbonem dicit « egregios viros, alterum equestris, alterum senatorii ordinis primarios ». *et Gell. locc. citt.* laudat, ut « virum morum et litterarum veterum studiosissimum ». — 5.°) C. Erucius Clarus, cos. a. 170. p. Chr. cum M. Cornelio Cethego. *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5638. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 6. 17282. et 12. 336 (*St. Zacharie*). — *Erucia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17285. et 12. 1321 (*prope Albaruffum*). — Hinc *Erucianus*, cogn. vir. *V.* OCTAVIUS.

ERŬLI. *V.* HERULI.

ERULLIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1611., de qua ipse dubitat; sed firmari videtur *Corp.* 5. 2583., ubi occurrit cogn. vir. *Erullus*, nisi est idem ac *Eryllus* in *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 873.

ĔRŬLUS, i, m. 2. (Scribitur etiam *Erylus* [PM ap. *Ribbeck*] et *Herilus* [in antt. edd.]) filius Feroniæ, Italicæ divinitatis, ol rex Prænestis. « nascenti cui tres animas Feronia mater - dederat, terna arma movenda Ter leto sternendus - cui tunc tamen omnes Abstulit hæc animas dextra *(Euandri)* et totidem exuit armis » (*Virg.* 8. 565. *sqq.*). *Serv.* ad *l.* « per transitum ostendit illam Platonis et Aristotelis contentionem, qui dubitant, utrum quattuor, an tres animæ sint in homine φυσική, αἰσθητική, νοητική. Hoc autem loco per tres animas magnum et perfectum indicat virum; nam quantum ad fabulam pertinet, tres animas propter tria habuit corpora ». Cf. *Wissowa* in *Roschers Lex. d. Myth. I.* 1372.

ERUMMINENSIS, e, adject. ab *Brummina*, oppido in Africa, omnino ignoto. Hinc *Erumminensis* episcopus, dictus Maximianus, qui a. 393. subscripsit concilio Cabarsussitano, a Maximianistis celebrato, ut Primianum Carthaginiensem damnarent. *Augustin. enarr. in ps.* 36. 20 (*IV.* 381. *Migne* et *Mansi act. Conc. III.* 847. Cf. *Morcell. Afr. Chr. I. p.* 156).

ERUSĒNUS, i, m. 2. cogn. Jovis, cui dicata legitur a Napoca (hod. *Clausenburg*) in Dacia *Inscr. Corp.* 3. 859 = *Dessau* 4083., fort. dictum a loco, qui videtur fuisse *Erize* vel *Eryza* in Caria.

ERVĒNUS, i, m. 2. nom. gent. vir. in *Inscr.* Morcelliana ap. *Orelli n.* 3835., qua tamen attentius inspecta, *Momms.* pro *Ervenus* leg. *Bervenus.*

ĔRȲCĀNII, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi cujusdam in Macedonia, vel Thessalia, qui circa Sperchium fluvium aut in vicinia habitasse videntur, unice noti ex *Corp.* 3. 586.

ĔRȲCĒ, es, f. 1 (Ἐρύκη) oppidum Siciliæ XC. st. a territorio Gelæ prope *Caltagirone.* Memorat *Macrob.* 5. *Sat.* 19. 25 (Cf. *Holm. Gesch. Sicil. I.* 66. et 156).

ĔRȲCĪNUS et Erucinus, a, um, adject. *V.* **ERYX.**

ĔRȲCUS, i, m. 2. mons Siciliæ maximus, laudatus *Liv.* ap. *Auct. de VII. Mirac. Mund.* 9. 70. *H.* et *Cic.* 4. *Verr.* 3. 47. et *Tac.* 4. *Ann.* 43.

ĔRȲLUS. *V.* **ERULUS.**

ĔRȲMANTHĒUS, Erymanthæus, Erymanthius v. Erymanteus, a, um, adject., et alia deriv. *V.* in voc. seq.

ĔRȲMANTHUS, i, m. 2. nom. montis et fluv. (Ἐρύμανθος *Ptol.*, Ἐρυμάνθιον *Steph. Byz.*) *Erymanthos*, Gr. posit., ap. *Ovid.* 5. *Met.* 608. — *Erimanthus* quidam scriptum exhibent ap. *Isid. loc. cit.* — Etymon vd. apud *Pape-Benseler, Wörterb. Gr. Eigenn. p.* 391.

Erymanthus ¶ 1. Est mons celeberrimus Peloponnesi in finibus Achaiæ, Elidis et Arcadiæ vel potius sita ac longa montium series hac illac se protendens, inter quos eminent Lampeia et Pholoe, qui Elidem disterminant ab Arcadia, silvosus ac feris abundans, præcipue apris, locus Dianæ venationibus peropportunus et ob id fabularum apud poetas argumentum fecundissimum, ubi et Hercules famosum aprum interfecit (*V.* infra), hod. *Xiria*, cujus maximum cacumen *Olonos* vocatur; hinc fluvii Erymanthus, Peneus, Buraicos, Selinus, Peiros etc. — Memoratur autem *Virg.* 5. *Æn.* 448. ut quondam cava concidit aut Erymantho Aut Ida in magna radicibus eruta pinus. et 6. *ibid.* 803. *de Hercule.* Fixerit æripedem cervam licet aut Erymanthi Pacarit nemora. *Stat.* 4. *Theb.* 498. Erymanthus monstrifer. Adde *Horat.* 1. *Od.* 21. 7., *Martial.* 11. 69., *Claudian. carm.* 26. 192., *Senec. Herc. f.* 232. *sq.*, *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. (21)., *Solin.* 7., *Isid.* 13. *Orig.* 21. 25., coll. *Hom. Od.* 6. 102., *Apoll. Rh.* 1. 127., *Apollod.* 2. 5. 4., *Strab.* 8. 343. et 337., *Paus.* 5. 7. 1. ¶ 2. Est etiam fluvius Arcadiæ, in finibus Elidis, ab Erymantho monte delabens et in Alpheum defluens, circa cujus fontes panaces gignuntur (*Plin.* 12. *Hist. nat.* 26. 57. [127]), hod. *Dhimitzana.* Memoratur *Ovid.* 2. *Met.* 244. et 5. *ibid.* 608., ubi gelidum; et 9. *Her.* 87., ubi cupressiferum vocat. Adde *Mel.* 2. 43., *Solin.* 7. et *Isid.* 13. *Orig.* 21. 23. et 14. *ibid.* 4. 16. Cf. *Ælian. v. h.* 2. 33. — Ap. *Paus.* 8. 24. 12., tamquam deus, sacrarium habet et ἄγαλμα. *V.* etiam *Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 550. 4. ¶ 3. Item fluvius Arachosiæ in Perside, laudatus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (92)., hod. *Hirmend* appellatus. — Hinc *Erymantheus* (*Erymanthæus, Erymanteus*), adj. ad Erymanthum montem quomodocumque pertinens, ut *Erymantheus aper*, quem Hercules immanem ac furiosum, Arcadiæ vastatorem, occidit (*V.* HERCULES), memoratus *Auson. edyll.* 19. 3., coll. *Mythogr. I. fab.* 63., *Hygin. fab.* 30. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 802.; *Erymantheus mons* ap. *Claudian. carm.* 34. 36.; *Erymantheum monstrum*, i. e. aprum, ap. *Val. Flacc.* 1. 374. et *Auson. ep.* 4. 40.; *Erymanthea umbra*, ap. *Claudian. carm.* 8. 468. — *Erymanthius*, adj. ad Erymanthum montem Arcadiæ vel universim ad Arcadiam pertinens, ut *Erymanthius aper*, ap. *Cic.* 2. *Tusc.* 9. 22. et 4. *ibid.* 22. 50., cui comparatur Verres, 4. *Verr.* 43. 95.; *Erymanthia pestis*, aper Arcadiæ vastator, ap. *Sil. It.* 3. 38.; *Erymanthia genetrix*, i. e. Athalanta ex Tegea, oppido Arcadiæ, et mater Parthenopæi ex Meleagro *Stat.* 12. *Theb.* 805. — Hinc *Erymanthius*, absolute, Parthenopæus, Athalantæ filius, *Stat.* 5. *Theb.* 665. — *Erymanthinus*, adj. ad Erymanthum montem spectans, ut *Erymanthinus Hercules*, in nummo Psophidis ap. *Harduin.* ad *Plin.* 8. *Hist. nat.* 23. 25. (82). et *Eckhel.* 7. *p.* 443. — *Erymanthias* (*ădis*), patronym. ab *Erymanthus*, quæ est mons, vel universim qui est ex Arcadia, ut *Erymanthias Ursa*, sidus, cujus custos Arctophylax. *Ovid.* 1. *Trist.* 4. 1. et 11. *ibid.* 15. et 3. *ibid.* 4. 47. et 5. *ibid.* 3. 7. — *Erymanthides silvæ*, h. e. Arcadicæ, ap. *eund.* 2. *Met.* 495. ubi *Erymanthidas* (acc. pl., Gr. pos.).

ĔRȲMAS, antis, m. 3. (Ἐρύμας *Hom. Il.* 16. 345) vir quidam Trojanus, de quo *Virg.* 9. *Æn.* 702. Erymanta (acc. sing., Gr. pos.).

ĔRȲMNÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἐρυμναί) oppidum Magnesiæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 9. 16. (32)., in ora maritima, ad ostium Penei situm.

ĔRȲSICHTHON, ŏnis et ŏnos, m. 3. (Ἐρυσίχθων v. Ἐρυσιχθών) Scribitur, sed minus recte, *Erisichthon*, a Gr. Ἐρισίχθων (*Palæph.* 24. 1). — Acc., Gr. posit., *Erysichthona* habet *Ovid.* 8. *Met.* 823. — De etymo alii alia tradunt, uti assolet; probabilius et communius, ab ἐρύω, *traho, extraho*, et χθών, *terra*, deducitur, ut idem sit ac qui terram trahit, sc. findit, scindit, aperit aratro v. rastro, sulcum ducit; nisi mavis petere ab eod. ἐρύω, *protego*, ut sit qui terram servat v. protegit: cf. ἐρυσίπτολις, sc. *servatrix urbis*, epith. Minervæ (Cf. etiam *Pape-Benseler* et *Preller*).

Erysichthon, filius Myrmidonis v. Triopæ, regis Thessaliæ, hinc *Triopeius* dictus (*Ovid. loc. cit.*), pater Mestræ, Autolyci uxoris (de quo fabula exstat ap. *Hellanic.* [*Athen.* 10. 416 A]) et *Lycophr.* (*Schol.* 1393), deorum contemptor, qui nemus Cereri sacrum securi violasse fertur, in primis annosam ibi quercum teli ictu percutiens, unde sanguis fluxit; erat enim sub ea arbore Nympha, Cereri gratissima. Quo scelere irata dea et a Dryadibus impulsa sacrilegum tam pestifera laceravit fame, ut miser sua ipsius membra comederet (*Ovid. ibid.* 729-839., coll. *Callim. hymn. VI.* 24-117., *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 62. et *Hygin.* 2. *Astr.* 14., qui paullo aliter rem enarrant. — Monumenta quædam priscæ artis de hoc mytho (cujus interpretationem vide sis in *Roschers Dict. Myth. I. p.* 1380-81) illustrantur in *Bull. arch. Napol.* a. 1857. *p.* 65-69. et a. 1859. *p.* 97-104. Cf. *Overbeck, Kunstmyth. III.* 409. — De eo consulas *Zielinski, Philog. N. F. IV.* 1891. *p.* 146. *sqq.; O. Müller, Proleg. z. ein. wissensch. Myth.* 161. *sqq.; Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 776. *sqq.*

ĔRȲSĪMACHUS. *V.* **ERYXIMACHUS.**

ĔRȲTHĒA v. Erythia, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. (Ἐρύθεια *Strab.* et *Steph. Byz.*, Ἐρεθεία *Tzetz. theog.* 118. *sq.*), dicta etiam *Erythræa* aliquando in mss. et edit. libr. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Insula ad oram maris Gaditani (*Schol. Herod.* 4. 8), serius dicta *Cotinusa, Tartessus* (Cf. *Sall. frg.* ap. *Prisc. V. p.* 648. et *VI. p.* 693) et *Aphrodisias* (*V. Forbiger III. p.* 46); ibi enim templum erat Veneris cum oraculo (*Avien. or.* 509. *sqq.* V. integr. loc.). — De nominis origine *V.* infra. — Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 36. (120). Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere C, altera insula est longa, III. m. p. lata - in qua prius oppidum Gadium fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide *Erythia*, a Timæo et Sileno *Aphrodisias*, ab indigenis *Junonia*. - Erythia dicta est, quoniam Tyrii, aborigines eorum, orti ab Erythro mari ferebantur. In hac Geryones habitasse a quibusdam existimatur, cujus armenta Hercules abduxerit. Sunt qui etiam esse eam et contra Lusitaniam arbitrentur eodemque nomine quondam ibi appellant (Cf. voc. seq. et *V.* GERYON). — 2.°) Item insula in Lusitania. *Mela* 3. 47. In Lusitania Erythia est, quam Geryone (*Frick* Gerionæ) habitatam accepimus, aliæque etc. *Solin.* 23. Quam (*insulam*) Tyrii, a Rubro mari profecti, *Erythream (sic)*, Pœni lingua sua *Gadir*, id est sæpem, nominaverunt. In hac Geryonem ævum agitasse plurimis monumentis probatur, tametsi quidam putent Herculem boves ex alia insula abduxisse, quæ Lusitaniam contuetur. — 3.°) Est etiam oppidum Paphlagoniæ, ab Argonautis conditum. *Val. Fl.* 5. 107. « teque ita penitus condunt, Erythis, carina »; ubi alii leg. *Erythina*, alii aliter. Cf. *Strab.* 12 545., qui Ἐρυθῖνοι vocat, inter Cromnam et Amastrim, prope hod. *Delikli Tasch* (V. *Müller* ad *Arrian. peripl. Pont. Eux.* 17). — Hinc *Erytheis (idis)*, patronym. ab *Erythea*, quod nomen est insulæ, unde Hercules boves abegit, quas proinde *Erytheidas* vocat *Ovid.* 1. *Fast.* 543., vel *Erytheida prædam* 5. *ibid.* 649. — *Erytheus (Erythius)*, adj. ab *Erythea*, ins. in freto Gaditano, ut *Erythia litora* ap. *Sil. It.* 16. 194. et *Erythea arx* ap. *Avien. or.* 314. ¶ 2. Est etiam nom. pers., ita nempe appellata est mater Aglauri et Pandoræ, filiarum Cecropis. *Mythogr. II. fab.* 37. — Sunt etiam qui *Erythiam* vocatam tradant Gorgonis filiam, a qua insula nomen accepit (*Paus.* 10. 17. 5).

ĔRȲTHĒIS et

ĔRȲTHĒUS et

ĔRȲTHĪNA. *V.* voc. præc.

ĔRȲTHRA, æ, f. 1. (Cf. ἐρυθρός, *ruber*) ¶ 1. Insula in mari, quod Thraciam et Cretam interluit. *Itin. marit. p.* 521., ubi alii leg. *Erytra* sine aspiratione. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 36., ubi loquitur de Sibyllæ oraculis, quæ « post incensum Apollinis templum, in quo fuerunt apud Erythram insulam etc. ». Adde *eund. ibid.* 321. ¶ 2. Item oppidum, de quo *V.* voc. seq.

ĔRȲTHRÆ, ārum, f. plur. 1. nom. geogr. (Ἐρύθραι et Ἐρυθραί, quasi oppidum *rubrum*, ex copia cujusdam lapidis porphyritæ, quo in viciniis abundabat) Secunda in carmine sæpius producitur, quamvis ex positione communis sit, ut ap. *Stat.* 7. *Theb.* 265. « Talis erat: ditee pecorum comitantur Erythræ ». — Porro memorantur ¶ 1. Erythræ, oppidum cum portu et acropoli in ora occidentali Asiæ Minoris, in Ionia, et quidem in pæninsula contra Chium, inter sinum Hermæum et Caystrium, celebre ob oracula Sibyllæ, quæ hinc *Erythræa* dicitur (*Tac.* 6. *Ann.* 12), hodie *Ritri*, templis ornatum, ut Heracleo, Herculi, ejus patrono, dicato (*Inschr. Μουσ. V.* 1884-85., 20. *n.* 235), Veneris fano (*Ampel.* 8), Apollineo *super mare* ναὸς τοῦ Ἀπόλλ. ἐπὶ θαλάσσῃ (Μουσ. κ. Βιβλ. *n.* 235). et Athenæo (Ἀθήναιον *Paus.* 7. 5. 3.: *Brit. Mus.* 100), tum agorâ ap. hod. *Lythri* (Turc. *Litri*), theatro, aquæductu etc., quorum ædificiorum ruinæ adhuc exstant (*Michel, Recueil n.* 508. *Z.* 32). Meminit *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 10. (14). Erythris - Alces amnis pilos gignit in corporibus. *et* 32. *ibid.* 2. 11. (22). vilissimum corelii genus nascitur. *et* 35. *ibid.* 12. 46. (161). In templo (*sc.* Herculis) hodieque ostenduntur amphoræ duæ propter tenuitatem consecratæ discipuli magistrique certamine, uter tenuiorem humum duceret. *et* 11. *ibid.* 31. 36. (111). (*Templum Herculis*), in quo Indicæ formicæ cornua fixa miraculo fuere. Adde

Liv. 38. 27., *Vitr.* 4. 1. 4., *Cic.* 1. *Verr.* 19. 49. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (116). — In sing. num. usurpavit *Vellej.* 1. 4. — Pulcherrima ejus oppidi signa, a Verre, Siciliæ proconsule vel potius vastatore ac latrone, inde ablata fuisse refert *Cic. loc. cit.* — De ejusdem nummis consulas *Eckhel*, 2. *p.* 522. *sqq.; Cavedoni, Spic. p.* 178. *sqq.; Brandis, Münz-, Mass- u. Gewichts.* 226., 393., 415., 417., 568., *Imhoof-Blumer, Monn. Gr.* 286. *sqq.* et *Head, H. N.* 578. — Conditum fertur hoc oppidum ab Erythræis Cretæ, nomine accepto ab Erythro, filio Rhadamanthi Cretensis (*Diod.* 5. 79., *Paus.* 7. 3. 4.: vd. *Kaibel Epigr. Gr.* 904); habitatum etiam a Lyciis, Caribus et Pamphyliis; occupatum postea a Cnopo, filio Codri Atheniensis (*Strab.* 14. 633) vocatumque Cnopupolis (*Polyen.* 8. 43. et *Steph. Byz.* v. Ἐρυθραί); quo mortuo, optimatium regimen (ὀλιγαρχία) brevi invaluit, donec Hippotes, Cnopi frater, illud subvertit (τὴν πατρίδα ἠλευθέρωσεν: *Athen. ibid.* 259. *sq.*). Dein adscriptum traditur fuisse Ionicæ duodecim civitatum societati ac bellum contra Chium gessisse; tum adversus Persas una cum Ionibus insurrexisse a. 494. a. Chr., nomenque suum dedisse maritimo fœderi Atheniensi, sed a. 412. ab hoc defecisse; præterea sub Alexandro M. liberum fuisse et a tributorum onere immune (αὐτόνομος καὶ ἀφορολόγητος: cf. *Curtius, M.-Ber. Akad.* Berl. 1875. *p.* 554. *Z.* 28. *sq.* = *Michel, Recueil n.* 37); secutum autem in bello cum Antiocho Romanorum partes, quorum tamen ditioni dein subjacuit (Cf. *Diod.* 5. 75., *Thuc.* 8. 24., *App. Mithr.* 46., *Polyb.* 16. 6. 22., *Vellej. loc. cit.* et ex recentioribus *Gäbler, Erythrä*, Berl. 1892.; *Lamprecht, De reb. Erythr. publ.* Berol. 1871; *Weber, Athen. Mitt. XXVI* [1901] 103. *sqq.*). ¶ 2. Erythræ *Hydaspeæ* apud *Sidon. carm.* 2. 447. dicuntur de India, ita ab Erythræo mari vocata, unde victor rediit Liber pater. ¶ 3. Erythræ, oppidum Locridis ad Bupalium in ora sinus Corinthiaci, ap. *Liv.* 28. 8., qui eas *Erythras Ætolorum* appellat, fort. hod. *Kokkino.* ¶ 4. Erythræ, oppidum Bœotiæ, ad montem Cithæronem situm, ap. hod. *Katzula.* Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26). et *Stat.* 7. *Theb.* 265., coll. *Paus.* 9. 2. — Hinc *Erythræus* (Ἐρυθραῖος), adj. Scribitur etiam *Erythreus* vel, transposita diphthongo, *Æruthreus*, in *Inscr.* metrica *Corp.* 8. 212. *v.* 26., sed perperam. — Porro usurpatur — 1.°) Cum nomine. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 28. (107). rex (V. *Erythras* infra). *Martial.* 13. 100. dens. *h. e.* elephanti. *Corp.* 8. 212. fluctus. *h. e.* Erythræi maris. *Itin. marit. p.* 521. insula (*V.* ERYTHRA). *Plin.* 12. *Hist. nat.* 16. 35. (70). myrrha. *Liv.* 36. 45. terra. *Martial.* 4. 16. alga. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 321. Sibylla (quam *Solin.* distinguit ab *Herophila*), ita dicta ab *Erythræa insula.* De ea *Augustin.* 18. *Civ. D.* 23. « Erythræa sibylla quædam de Christo manifesta conscripsit. Nonnulli sane Erythræam sibyllam, non Romuli, sed belli Trojani tempore fuisse scripserunt ». (*V.* integr. loc.). *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 36. (120). mare. Alii *Erythrum* leg. (*V.* ERYTHRÆUM mare). *Ammian.* 31. 14. 8. oppidum. *h. e.* Ioniæ. *Martial.* 5. 37. lapilli. *Id.* 8. 26. triumphi. *h. e.* quos Liber pater ex India retulit. *Stat.* 2. *Theb.* 566. oræ. *h. e.* maris Erythræi, sive Indiæ. *Claudian. carm.* 28. 568. smaragdi. *h. e.* gemmæ, quæ citra sinum Arabicum reperiuntur. *Liv.* 37. 11. triremes. *h. e.* Ionicæ. *Martial.* 8. 28. vada. — 2.°) Absolute, *Erythræus*, unus e quattuor Solis equis, a colore rubeo, ap. *Fulg.* 1. *Myth.* 11., *Mythogr. I. fab.* 113. et *Schol. germ. p.* 196. *Br.* — *Erythræa*, oppidum (*Erythræ* v. *Erythrarum*) in Ionia, ap. *Liv.* 48. 28.; et Sibylla ap. *Solin.* 2., de qua *Augustin. loc. cit.* — *Erythræi*, incolæ Erythrarum in Ionia, ap. *Liv.* 56. 48. et 38. 39., *Vitr.* 8. 3. 14., *al.* — *Erythrius*, præf. Augustalis Ægypti a. 388. sub Valentiniano, Theodosio et Arcadio imppp. *Cod. Theod.* 9. 11. 1. — Item præf. præt. sub Leone, Anthemio et Zenone imppp. ab a. 466-475., in *Cod.* 1. 12. 6. et 9. 30. 2. et *alib.* — *Erythras (æ)*, a quo dicitur mare Erythræum esse appellatum, teste *Varr.* ap. *Solin.* 33., coll. *Curt.* 8. 9. 14. et 10. 1. 13. et 14 (ubi *Erythrum* legitur), filius Persei et Andromedæ (*Solin. loc. cit.*), rex (*Mel.* 3. 72) et in insula, *Ogyris* dicta, ubi et monumentum ejus ostenditur, sepultus (*Id. ibid.* 79). Cf. *Prisc. perih.* 605. *sq.* et *Avien. orb.* 794. *sqq.*, ubi *Erythræas rex* dicitur.

ERYTHRÆUM mare, n. (Ἐρυθρὰ θάλασσα) nom. geogr. — *Erythrum*, abs., vocat *Plin. loc. cit.* — Origo nominis est valde incerta, ut patet ex diversis etymis, quæ eruditi sive veteres sive recentiores adferunt. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 36. (107). « Græci *Erythrum* (sed 4. *ibid.* 22. 36. [120]. *Erythræum*) a rege Erythra (*i. e.* filio Persei et Andromedæ, qui in ejus aquis submersus periit), aut, ut alii (Cf. *Montagne, Mém. sur la colorat.* etc. 1845), solis repercussu talem reddi existumantes colorem, alii ab harena terraque, alii tali aquæ ipsius a natura ». Addimus alios ex algarum (*Erythronema* de tribu « τῶν *Oscillatorie* », ut putat idem *Montagne* in *Bull. de la Sociét. de géogr.*, Paris 1844. *p.* 151) colore variloquium ducere; alios ex eo quod ἐρυθρός idem sit ac *torridus*, quum calor ibi maximus ferveat; alios denique probabilius, ut videtur, ex « populo rubro » (*tribù rossa*), qui olim magnam litoris partem incolebat, *Edom* hebr., *Himyar* arab., *Punt* ægypt., quo postremo nomine significabatur magna tribus Chananæa sinus Persici, quæ colonias condidit in Erythræi oris, postea *Phœnicum* a Græcis, a Romanis *Pœnorum* dicta; unde Ægyptii suam regionem *Kam* v. *Kem* v. *Kemi* « niger », illam vero ab ea gente cultam *la desert* « regio rubra » et mare « regionis rubræ » vocavere. — *a)* Universim nomine *Erythræi* intelligitur oceanus australis (hod. *Oceano Indiano*) ac latissimo sensu totum illud mare, quod Arabiam Felicem ambit ac duos efficit sinus, *Persicum* unum ad orientem, *Arabicum* alterum ad occidentem; quum autem et Indiam adluat et *Indicum* appellatur, olim a Nearcho exploratum est jussu Alexandri M. ab Indo fl. usque ad sinum Persicum (*Arr. Ind.* 20. *sq.*). — Hinc *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 28. (107). « Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare terras, quod *Rubrum* dixere nostri (*mar Rosso*), Græci *Erythrum* - sed in duos dividitur sinus - Persicus - XXV. m. passuum circuitu (hod. long. 900. km., lat. 450. km.), ut Eratosthenes tradit; ex adverso est Arabia, cujus XV. m. p. longitudo: rursus altero ambitur, sinu Arabico nominato: oceanum qui influit Azonium appellant etc. » Adde *Solin.* 33., *Mel.* 1. 61. et 3. 71 *sq.*, coll. *Arr. Ind.* 20. *sqq.*, *Ptol.* 6. 7. 4. et 8. 15. 2. et *Strab.* 16. 765. et 18. 804. etc. — *b)* Specialim mentione digna est illa pars, quæ vulgo confunditur cum Erythræo, a Græcis et a Romanis dicta sinus Arabicus seu mare Rubrum, Hebr. *gam-sûf* « mare juncorum », aliquando *hag-gam*, κατ' ἐξοχήν; *LXX.* sæpius ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα (*Exod.* 10. 19) v. ἡ ἐσχάτη θάλασσα (3. *Reg.* 9. 26) v. θάλασσα Σεῖφ (*Jud.* 11. 16), *Ægypt. tufi* « papyrus » (Cf. *Exod.* 2. 3. et 5) = Copt. *yom n-sari* « mare junci v. papyri » (Cf. *Ebers, Durch Gosen z. Sinai* Leipz. 1881. *p.* 532. *sq.* et *Joret, Les plant. dans l'ant.* Paris 1897. *p.* 174); v. *mare Qat* v. *Punt* (V. *Brugsch, Geogr. Inscr. altägypt. Denkm.* Leipz. 1858. *II.* 16., coll. *Pierret, Dict. d'arch. égypt.* Paris 1875. *p.* 487); Arab. *Bahr el-Akab, Bahr el-Hedjaz, Bahr el-Sueis* etc. In Gr. autem text. V. et N. Test. passim dicitur ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα (*Judith* 5. 14., *Sap.* 10. 18. et 19. 7.; 1. *Mach.* 4. 9., *Act.* 7. 36., *Hebr.* 11. 29. præter *locc. supra citt.*), itemque ap. scriptores Græcos *Herod.*, *Ctes.*, *Strab.*, *Æschyl.*, *Pind.* (Cf. *Meyer, Gesch. d. Altert. I.* 50.; *Klaser, Skizze d. Gesch. u. Geogr. Arab.* Berlin 1890. et *Sprenger, Alte Geogr. Arab.* 101); ap. Latinos *mare Rubrum* v. potius *sinus Arabicus*: ὁ Ἀράβιος v. Ἀραβικὸς κόλπος (Cf. *Herod.* 2. 11. 159); fretum vero occidentale, sinus *Heroopolites*: Ἡρωοπολίτης κόλπος v. μυχὸς v. Ἡρωος κόλπος (*Theophr. hist. pl.* 4. 8); orientale, *sinus Ælaniticus* (Αἰλανίτης, Ἐλανίτης v. Ἐλανιτικὸς κόλπος v. μυχὸς ab opp. Elath, et ap. *Plin. Ælaniticus, Alenilicus* et *Lænilicus sinus*). — Porro ad historiam quod attinet, primum locum sibi vindicat celeberrimus per mare Rubrum transitus Hebræorum (*Exod.* 14. 1-30, coll. *ibid.* 15., *Deut.* 11. 4., *Jos.* 2. 10. et 4. 23., *Jud.* 11. 16., 2. *Esdr.* 9. 9., *Ps.* 105 [106]. 7., 9. 22.; 135 [136]. 13., 15., *Judith* 5. 14., *Sap.* 10. 18. et 19. 7., 1. *Mach.* 4. 9. etc.); at difficillimum est negotium itineris describendi, quod populus Israeliticus, regnante Menephta, fecit ab Ægypto profectus, ad mare Rubrum; qua de re in varias eruditi abierunt sententias seu conjecturas, uti *Sicard, Brugsch, Naville, Lagrange, Vigouroux, al.* Ex his, ne longius, quam par est, immoremur, colligimus eas videri probabiliores, quarum una, qua Hebræi, quum perrexissent ad Phihahiroth contra Beelsephon, dicuntur transegisse lacus Amaros, cum mari Rubro conjunctos, in medium adfertur a *Le-Cointre* (*Du passage de la mer Rouge p.* 557-582); altera, qua pervenisse feruntur usque Etham, nempe ad extremam partem sinus, qui *Suez* appellabatur, et quidem ad hod. *'Agûn Mûsâ*, sc. fontes Moysis, in ora sinus orientalis, a *F. Vigouroux* (*La Bible et les déc. mod. p.* 403-426) defenditur. Sed tam prior, qua mare Rubrum conjungitur cum lacubus Amaris, quam posterior, qua ab iis disjungitur et nimis insuper longo itinere usi creduntur Hebræi, statum maris Rubri semper eundem fuisse pro certo ponere videntur. Verum illud, omni sub respectu singulari hujusmodi eventu considerato, evidenter efficitur, sacrarum litterarum narrationem non esse poeticam, nedum mythicam, sed omnino historicam, nec allegorico accipiendam sensu, sed stricte litterali (*Legendre, Dict. Bibl. Vig. II. p.* 1225). Profecto quæ commenti sunt increduli ad miraculum explodendum, tam esse absurda et adeo rei adjunctis, quibus auctor, testis locupletissimus, eam describit, repugnare, ut cogantur aut eventûs historiam penitus uti falsam respuere, aut illum non naturalem sed prodigiosum ac divinum prorsus confiteri — De hoc consulas etiam *Hummelauer* in *Exod.* 189. *p.* 149.; *Lesêtre, Le passage de la mer Roug.* in *Rev. pratiq. d'apol.* Paris 1907. *p.* 534; *Vivien de Saint-Martin, Dict. de géogr. univ. V. p.* 245.; *Janssens, Herm. Sacr. c. III.* § 29. Taur. 1908.; *Le-Cointre, Du passage de la mer Rouge par les Hebr.* in *Étud. relig.* 1869. *p.* 557-582.; *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod. II. p.* 368.; 385-389 et 403-426. et *Les livr. saint. II.* 144. et *III.* 86.; *Lagrange, L'itinéraire des Israel.* in *Rev. bibl.* 1900. *p.* 73., coll. M. *de E. de Rougé, Moïs. et les Hebr.* in *Ann. de la Soc. franç.* etc. 1884. *p.* 218. et *Maspero, Hist. anc. des peupl. de l'Orient class. II. p.* 443.

ĔRȲTHRAS et

ĔRȲTHRIUS. *V.* **ERYTHRÆUS.**

ĔRȲTUS, i, m. 2. nom. vir. Gr. (Ἔρυτος) Scribitur etiam, sed perperam, *Erythus* cum aspiratione. — Memoratur hoc nomine ¶ 1. Filius Actoris, hinc *Actorides* dictus, unus e Phinei sociis, laudatus ab *Ovid.* 5. *Met.* 79. et *Lact. Plac.* in 5. *Met.* 1. ¶ 2. Item Argonauta ap. *Hygin. fab.* 14.

ĔRYX, ycis, m. 3. nom. pers. et geogr. (Ἔρυξ) *Erycus* v. *Erucus* pro *Eryx* legitur ap. *Cic.* 2. *Verr.* 22. 115., *Tac.* 4. *Ann.* 43., *Flor.* 1. 18., *Terent. Scaur.* ap. *Keil G. L.* 7. *p.* 29. et in *Corp.* 10. 7258.

I.) Eryx, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Butæ (*Hygin. fab.* 260) vel Neptuni (*Dio frg.* 4. 2. et *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 551., coll. *Mythogr. I. fab.* 94. et 107. et *II. fab.* 156) et Veneris (*Ovid.* 5. *Met.* 196) et frater Elymi, qui viribus præpollens hospites ad cæstuum certamen provocabat victosque interficiebat; donec et ipse ab Hercule ex Hispania redeunte superatus est et occisus sepultusque in Siciliæ monte, ubi is degebat, qui ab eo nomen accepit, ut tradit *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 570., coll. *Virg.* 5. *Æn.* 412., ubi Æneæ germanum vocat, quia ambo Veneris filii fuerunt. Cf. *Auson. edyll.* 6. 87., *Senec. Herc. f.* 486. et *Corp.* 10. 8042. — Hic in honorem Veneris matris templum erexit, non Æneas, ut vult *Virg.* 5. *Æn.* 392., 411. et 772. et ex eo *Mela* 2. 110., quæ inde *Erycina* est appellata (*Corp.* 10. 8042. *Herucina*), cui postea etiam Romani magnum honorem adhibuerunt, adeo ut etiam Romæ in Capitolio a. 217. templum Veneri Erycinæ statuerint, dein a Tiberio et Claudio restauratum (*Sueton. Claud.* 25). — De eo cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 5.

Æn. 24., 392., 411. et 772., *Catull.* 11. 6. et *Martial.* 2. 84. et 5. 65. ¶ 2. Item heros in bello Thebano interemptus, nisi est nom. fictum *Stat.* 9. *Theb.* 128. *sqq.*

II.) Eryx, nom. geogr., *sc.* mons cum oppido, in extrema Sicilia ad septentr.-occ. situs, ubi celebre exstabat sacrarium Aphrodites seu Veneris, de quo supra diximus, ab Eryce conditum, vel potius originis Phœniciæ. Memorant *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (90)., *Ovid.* 3. *Am.* 9. 45. et 2. *Met.* 221. et *alib.*, *Horat.* 1. *Od.* 2. 33., *Stat.* 3. *Silv.* 4. 21., *Virg.* 12. *Æn.* 701., *Lucan.* 2. 666., *Senec. Œd.* 613. et *Med.* 710., *Val. Fl.* 2. 523., *Sil. It.* 6. 697., *Tac.* 4. *Ann.* 43., *Solin.* 5., *Corp.* 10. *p.* 746. — Carthaginienses oppido cognomine potiti sunt, sæc. V. exeunte a. Chr., quos Syracusani frustra inde extrudere conati sunt. Pyrrhus quoque Erycem, sed brevi, occupavit; dein a. 260. Hamilcar Barca majorem incolarum partem Drepanum transtulit; mox oppidum ex inopinato ceperunt Romani a. 247., sed Hamilcar recuperavit ibique mansit, donec pax finem imposuit primo bello Punico a. 241.; postea opp. Eryx, libertate amissa, Segestæ obnoxium fuit (Cf. *Liv.* 21. 10. etc., *Thuc.* 6. 2. et 46., *Polyb.* 1. 55. etc., *Strab.* 6. 272. et 13. 608. et *Athen.* 9. 399). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 1. *p.* 207. *sqq.* et *Head*, 138. et 406.

ĔRYXĬĂS, æ, m. 1. (Ἐρυξίας) archon Athenis decennalium ultimus, ann. a. Chr. 692-683., post quem archontes, ut consules apud Romanos, annui initium habuerunt. *Hieronym.* in *chron.* ad *h. a.* et *Vellej.* 1.8.

ES

ĒSAIĀNUS, a, um, adject., et

ĒSAIĀS. *V.* ISAIAS.

ESARĪUS, ii, m. 2. cogn. vir., fort. ab *Æsar*, omissa diphthongo. *Corp.* 8. 6467.

ĒSĀŪ, indecl. m. (Hebr. *'Ēśāv* « pilosus, hispidus »; *LXX.* Ἠσαῦ) nom. vir. — *a)* Non *Esau*, sed *Hesau*, cum aspiratione, scribendum esset, quum sive hebraice ab *ayin*, sive græce a spiritu aspero vox incipiat; sed ex consuetudine Latina, ut in pluribus aliis, ea fere omittitur. — *b)* Etymon, quod eruitur ex ipso loco *Gen.* 5. 25. « Qui prior egressus est (*i. e.* Esau), rufus erat et totus in morem pellis h i s p i d u s », aliter exponit *Isid.* 7. *Orig.* 6. 35., qui vult ita appellatum fuisse ob coctionem lentis. *V.* integr. loc. — *c)* Nomine non uno vocatus est, sed vel ex colore, vel quia quum pro pulmento r u f æ lentis Jacob fratri primogeniti jura cessit, nomen alterum vel cognomen ei factum est *Edom* = ruber, rufus (*V.* EDOM). Quin tertium accessit, ex sententia *Isid. loc. cit.*, qui eum trinominem fuisse adfirmat, addito nom. *Seir*, ubi sedem fixit Esau, et florentissimæ prolis pater ac potentissimus rex effectus est (*Gen.* 36. 8. *sqq.*); sed minus recte, ut videtur, nam (*ibid.*) Esau a Seir perspicue distinguitur, ut non unus idemque dici possit, duplici nomine appellatus. Attamen nom. *Edon* in sacris litteris non tam de persona Esau, quam de populo, seu posteris ab illo ortis, et de regione, quam incoluerunt, usurpari solet. — Fuit autem

Esau, filius Isaac et Rebeccæ, uno partu editus, sed prior, cum Jacob, plantam ejus tenente (*Gen.* 25. 25), ca. a. 1836. a. Chr.; « factus vir, gnarus venandi et homo agricola » (*ibid. v.* 27), carior patri suo, eo quod de venationibus illius vesceretur, quam Jacob, vir simplex, rei domesticæ curam gerens, idcirco carior matri (*Ibid. vv.* 27-28). — Quadam autem die Jacob pulmentum coxit lenticulæ Ægyptiæ; quum ecce ad eum venit de agro Esau defatigatus ac fame pressus petiitque de coctione illa rufa; cui Jacob respondit: « Vende mihi primogenita tua »: quæ, præmisso jurejurando, quod frater postulabat, statim cessit: comedit, bibit et abiit, parvipendens ex animi levitate, quod primogenita vendidisset (*Ibid. vv.* 29-34). Hinc *Rupart.* in *h. l.* « Non enim fratrem suum (*Jacob*) fraude circumvenit, sed cum simplicitate columbæ prudentiam habens serpentis, quale habuit pretium, sapienter poscenti guloso adposuit et, quod habebat ille manifesto nomine, sine dolo, sine vi, quæ justa et legitima venditio est, vicissim flagitavit » (Cf. *Thom.* 2. 2. *q.* 9. 100. a. 4 ad 3). — Postea vero, annos natus XL., invito patre jam centenario (a. 1796. a. Chr.), uxores duxit *Judith* (quæ et *Oolibama*) et *Basemath* (quæ et *Ada*), Chananæas et idololatras, quæ Isaac et Rebeccam malis moribus offendebant (*Ibid.* 26. 34. *sq.*) et aliam deinde item *Basemath* (*Ibid.* 36. 3), ex quibus plures filios suscepit, unde posteritas secuta est, *Idumæorum* dicta. — Interim senuit Isaac, agebat enim an. CXXXVII. vocavitque, pæne cæcus, Esau eique imperavit, ut, sumpta pharetra et arcu, de venatione cibum sibi pararet, pollicitus fore ut, antequam moreretur, extremam ei benedictionem, quæ primogenito debebatur, impertiret. Quod ut audivit Rebecca, confecit ipsa pulmentum, et Jacob, matris consilio, favente etiam Deo, qui olim de illo, antequam nasceretur, id innuerat (*Ibid.* 25. 28), sese obtulit, absente fratre, benedictioni paternæ, quam ab Isaac, eum Esau reputante, accepit (*Ibid.* 27. 27-28). — Egresso Jacob, venit Esau, qui, ut rem rescivit, irrugiit clamore magno et consternatus est; idcirco fratrem odisse cœpit, qui, ejus iram pertimescens, ad Labanum, avunculum suum, confugit in Mesopotamiam; Esau vero cum familia montana Seir occupavit in regione Horræorum ac retinuit, postquam cum fratre pacem composuerat (*Ibid.* 28. 1. *sqq.* et 33. 1. *sqq.*). — Obiit Esau ann. quattuor ante profectum Jacob in Ægyptum, quum esset fort. annorum sex supra centum; non enim certus est annus, quo vita functus est, nec de eo attendendæ sunt fabellæ, quas scriptores venditant orientales (*V.* IDUMÆA). — Addimus non solum in *Genesi* sed in aliis V. T. libris (*Jos.*, *Par.*, *Jerem.*, *Abd.*, *Malach.* et 1. *Mach.*) de Esau mentionem fieri, unde alia ad ejus vitam illustrandam elici possunt; sed etiam in N. T., in primis ep. *Paul. ap.* in *ep.* ad *Rom.* 9. 13., ubi illud legitur Dei effatum: « *Jacob dilexi, Esau autem odio habui* » (hebr. *sani'thi* « minus dilexi »), sumptum ex *Malachia* 1. 3., ubi non solum de personis loquitur, de Jacob nempe et de Esau, sed etiam de populis, de Hebræis nempe et de Edomitis, qui ab iis descenderant; ubi Apostolus significare vult unius præ altero electionem sive prælationem, de qua re multa eademque gravia disputant interpretes atque theologi de amore et de libertate Dei, de gratia divina et de meritis, de vocatione ad fidem deque aliis, quæ apud eos sunt inquirenda.

ESBĀAL, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Eshba'al* « vir Domini »; *LXX.* Ἀσάβαλ, cod. Alex. Ἰεβάαλ), quartus filius Saul (1. *Par.* 8. 33. et 9. 39), alio nomine ab Hebræis vocatus *Isboseth* (ne pronunciaretur nom. *Baal*, ut *Miphiboseth* proferebant pro *Miphibaal*); qui, exstincto patre, opera præsertim Abner, ducis exercitus, super decem tribus Israel, demptis Juda et Beniamin, regi Davidi obnoxiis, regnavit annos tantum septem ac sex menses, sc. a. 1054-1047. a. Chr. (2. *Reg.* 2. 8-11); nam duo sicarii, Baana et Rechab, spe freti se rem Davidi gratam facturos, innocentem Isboseth occiderunt tuleruntque ejus caput ad regem, qui scelestos illos statim interfici jussit, ut *ibidem* traditur (4. 1-12).

ESBON, indecl. m. nom. pers. et geogr., Hebr. *'Etzbôn*, LXX. Ἀσαβών; cod. Vat. Σεβών; *Vulg. Esebon* pro *Esbon*.

I.) Esbon v. potius Esebon, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Gad, memoratus *Gen.* 46. 16 (ubi *Esebon*), qui postea *Num.* 26. 16. dicitur *Ozni* (ex text. corrupt.), unde familia *Oznitarum*. V. OZNI. ¶ 2. Item filius Bela, laudatus 1. *Par.* 7. 7., qui *Bale* vocatur per metathesim litterarum pro *Bela*, nisi binominis fuisse dicatur.

II.) Esbon (Hebr. *Hheshon*, Gr. Ἐσσαβών, Ἐσβοῦς v. Ἐσεβών, Lat. *Esbus*, *Esebon*, *Essebon*, *Hesebon*, *Exebon*), nom. geogr., *sc.* oppidum ad orientem Jordanis, olim Seon, regis Amorrhæorum sedes (*Num.* 21. 26-30., *Deut.* 1. 4.; 2. 24-30. et *alib.* et *Jud.* 11. 19).; metropolis deinde Rubenitarum (*Num.* 32. 37. et *Jos.* 13. 17), mox a Gad tribu possessa et Levitis donata factaque refugii civitas (*Jos.* 21. 37. et 1. *Par.* 6. 81), de cujus nobilibus piscinis fit mentio in *Cant.* 7. 4. De ea *Hieronym. onom. p.* 193. *P.* « Esebon, civitas Seon, regis Amorrhæorum in terra Galaad. - Meminit hujus Jeremias (48. 45), Isaias quoque in visione contra Moab (15. 4): porro nunc vocatur Esbus, urbis insignis Arabiæ, in montibus, qui sunt contra Jericho, viginti a Jordane milibus distans ». Hodie idem est quod Arab. *Hhesban*. *V.* HESEBON. — Hinc *Esbonitæ*, incolæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 11. 12. (65). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 503., *Mionnet V.* 585. *sq.* et *Suppl.* 8. 387., *Imhoof-Blumer, Monn. grecq.* 450. *sq.* — De hoc oppido consulas *Guérin, Samarie, II.* 357-367.; *Raumer, Palästina* 147.; *Guthe, Enc. Bibl. II.* 2044. et *Buhl, Geogr.* 199.

ESBŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

ESCO, ōnis, f. 3. mansio seu statio Rætiæ inter Cambodunum (*Kempten*) et Abudiacum (*Epfach*), hodie locus ignotus. *Momms. Corp.* 3. *p.* 737. - *Tab. Peut.* habet *Escone*.

ESCURA et Esqura, æ, f. 1. (Ἰσχυρά, *fortis*) fort. nom. deæ seu divæ, in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. p.* 147. *n.* 189 (*Corp.* 1. 1558). — Cf. *Escurilio (ōnis)*, nom. vir. in titulo Christiano ap. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. I. p.* 352.

ESCUS, i, m. 2. nom. fluvii et oppidi. *Œscus* quoque scribitur in *Itin. Ant. p.* 220. et *alib.* — Forma *Escum*, n., de oppido occurrit in titulis aliquando (Cf. *Corp.* 6. 2760). ¶ 1. Est igitur fluvius Mœsiæ inferioris, oriens e monte Scomio et in Danubium influens, hod. *Isker*, memoratus in *Tab. Peut.* (*Her.* 4. 19. Σκίος). ¶ 2. Item oppidum, *Papiria* trib. *Ibid.* et in *Itin. Ant. loc. cit.*, hod. *Gigen*. Plenius dicitur *Colonia Ulpia Œscus* in *Corp.* 3. 753.; græce vero scribitur Οἶσκος (*Ptol.* 3. 10. 10) v. Ἰσκός (*Procop. de Æd.* 4. 6); unde *Iscus* ap. *Jorn. Get.* 50., ubi sedem habuisse *Auxilium Mariensium* (al. *Martensium*). et *Præf. Legionis quintæ Macedonicæ* novimus ex *Not. Dign. Imp. or.* 42.

ESDRA, f. 1. (Cf. voc. seq.) cogn. mul. in *Corp.* 5. 5083.

ESDRAS, æ, m. 1. nom. vir. Hebr. *'Ezra'* « auxilium »; *LXX.* Ἔσδρας; Vulg. *Esar* v. *Ezer* (1. *Par.* 4. 4); *Hieronym. ep.* 53. *n.* 7. *Ezras*. — Memorantur in sacris litteris ¶ 1. E s d r a s, sacerdos et scriba, filius aut, rectius, nepos vel abnepos Sarajæ, summi sacerdotis, jussu Nabuchodonosor occisi in Reblatha, ab Aaronis stirpe per Phinees, Achitob, Sadoc, Helciam descendens, cujus acta novimus tantum ex scriptis, quæ ipse nobis reliquit. — Studio legis ab ineunte ætate deditus, ita in hoc scientiæ genere excelluit, ut *scriba velox* vocaretur (*Vulg.* 1. *Esdr.* 7. 6). — Pietate eximius æque ac doctrina, consilium cepit, Deo afflante, Hierosolymas eundi, ut cultum, qui erga Deum adhibebatur in templo, ex decreto Cyri (a. 536. a. Chr.) ædificari cœpto ac demum, regnante Dareo I. Hystaspis (a. 516), absoluto (1. *Esdr.* 1. 1-4), proveheret et Judæorum Palæstinensium mores emendaret. Usus favore, quem magnum apud Artaxerxem I. Longimanum sibi captaverat, ab eo veniam obtinuit coloniæ Hebræorum ducendæ in Judæam, jure vitæ necisque magnaque pecuniæ vi munitus (*Ibid.* 7. 13-26). — Quum autem illuc cum suis prospere pervenisset (a. 459), ac pretiosis donis in templum conlatis, sacrificia obtulisset, maximo animi dolore rescivit populum et ipsos proceres ac magistratus, sacerdotes ac levitas, commiscuisse matrimoniis a lege prohibitis « semen sanctum cum populis terrarum » idolorum cultui addictis (*Ibid.* 9), ingenti morum ac religionis periculo. Quam quidem perniciem sanctissimus vir minime passus, eloquentia, qua pollebat, atque auctoritate et lacrimis tam feliciter rem egit, ut universa multitudo ad hoc convocata, annuens Esdræ, qui uxores alienigenas secundum legem repudiari jusserat, responderit « voce magna: Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat » (*Ibid.* 10. 12). — Porro anno vicesimo Artaxerxis (a. 444) erat Hierosolymis, fort. quasi populi rector, ac Nehemiæ, titulo Athersathæ, in urbem adve-

nienti cum potestate regia adfuit in vitiis, quæ iterum invaluerant, de medio tollendis, in muris dedicandis et in lege interpretanda, quam ipse coram populo perlegit (2. *Esdr.* 8. 5-8). — De tempore autem disputatur, quo decessit Esdras, et de loco, quem alii in urbe Jerusalem statuunt, alii vero in Chaldæa, ubi ad ripas Tigris sepulcrum ejus a piis adhuc invisitur (Cf. *Layard, Nineveh and Babylon* 1853. *p.* 501. *sq.*). — Auctor est libri, qui ejus nomine inscribitur, in quem primus commentarium scripsit Beda Venerabilis (nullus enim ex antiquis sive Græcis sive Latinis hunc librum commentandum suscepit), et, ex nonnullorum sententia, etiam Paralipomenon, non tamen libri tertii et quarti Regum, eoque minus tertii Esdræ et Apocalypsis seu quarti Esdræ, qui spurii omnino sunt habendi (V. *Vigouroux, Dict. Bibl. II.* 1931). — Multa feruntur de eo fabellis admixta, uti sunt eum, quamquam non immerito, canonem V. T. definivisse; tum libros V. T. amissos memoriter renovasse omnes (V. *Fabricius, Cod. pseudepigr. V. T. p.* 1156-1160); dein substituisse, in sacris libris transcribendis, scripturæ Phœniciæ rotundæ quadratam ac puncta vocalia invexisse, quod falsum esse etiam ex eo patet, quod Hieronymi temporibus nondum essent usitata; denique composuisse Pentateuchum, quod absurdum commentum critici quidam liberiores effutierunt, quum inter alia, quæ huic sententiæ repugnant, magnum sit in ejus scriptis stili ac linguæ discrimen, quæ chaldaicis scatet locutionibus, tunc temporis vulgatæ, ab ea, qua Moyses usus est. — De his cf. *Mangenot, Dict. Bibl. II.* 1930. *sqq.*; *Batiffol, ibid.* 1943. *sqq.*, aliosque plurimos, qui de sacrorum librorum origine et auctoritate scripserunt. ¶ 2. E s d r a s, item sacerdos, qui ex Babylone una cum Zorobabel (2. *Esdr.* 12. 1., 13) Hierosolymam rediit, quem, cap. X. et XII. simul conlatis, eundem esse cum Azaria dixeris; hebraice namque utrinsque scriptura facile confunditur. ¶ 3. E s d r a s, unus ex tribus Judæ primoribus, qui murorum urbis dedicationi adstitit et Nehemiæ est comitatus (2. *Esdr.* 12. 33). ¶ 4. E s d r a s, vir quidam memoratus *Vulg.* 2. *Mach.* 8. 23., sed ex errore; nam, ut legitur in Græco et Syriaca translatione alius est, nomine Eleazar, frater Judæ Machabæi.

ESDRĒLON v. Esdraelon, indecl. nom. geogr. (Cod. Vat. Ἐσρήν [*Judith* 1. 8], Ἐσραηλών [*Ibid.* 3. 9], Ἐσρηλών [*Ibid.* 4. 6]; cod. Sin. Ἐσδρηλών, cod. Alex. Ἐσερηχών), quod unice occurrit in libro Judith designatque vastam planitiem (τὸ μέγα πεδίον) ferme trigonam in tribu Issachar, quæ montes Palæstinæ occidentalis intersecat ac protenditur inter colles Samariæ ad meridiem et Galilææ ad septentrionem, nomine sumpto ab antiqua regia urbe Jezrael, hodie *Zer'in* ad radices Gelboe, quæque Hebr. (*'emeq*) *Yzre'el* « semen Dei » et Vulg. *vallis Jezrael* v. *Jezrahel* vocatur (*Jos.* 17. 16., *Jud.* 6. 33. et *Os.* 1. 5); tum etiam ex alia urbe appellatur planities *Mageddo* (Hebr. *biq'at Megiddô* v. *Megiddôn* et Gr. τὸ πεδίον Μαγεδδώ, Vulg. *campus Mageddo* v. *Mageddon*, 2. *Par.* 35. 22., *Zach.* 12. 11., Arab. *Merdj ibn 'Amir* « pratum filii Amir »). — Campus hic pulcherrimus, cujus laudes texuit Jacob (*Gen.* 49. 14. et 15), simulque militari usui maxime accommodatus, quasi theatrum fuit præliorum, quæ ibi gesta sunt, ut Thotmes III., regis Ægyptii, contra Mageddo, quod mire describitur in templo Karnak (Cf. *Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l'Or. class.* Paris 1897. *II. p.* 256-259); dein Deboræ et Barac contra Sisaram (*Jud.* 4. et 5., coll. *Vigouroux, La Bibl. et les déc. mod.* 1896. *III. p.* 111-123); Gedeonis contra ingentem nomadum multitudinem (*Jud.* 7. 1., coll. *Vigouroux, ibid. p.* 131-146); Nechao, regis Ægyptii, contra Josiam, regem Judæ, ei transitum prohibentem, qui, ab omnibus comploratus, periit (2. *Par.* 35. 22); Holophernis contra Bethuliam (*Judith* 1. 8.; 3. 9 [Gr.]; 4. 6. et 7. 3) etc. — De eo cf. etiam *Robinson, Bibl. Research. in Pal.* Londr. *II. p.* 316-330. et *III. p.* 113-119. et *Smith, The historical Geogr. of the Holy Land*, Londr. 1894. *p.* 380-410.

ESDRĪUS, ii, m. 2. nom. vir, Celticæ, ut videtur, originis. *Corp.* 5. 4880., ubi et nomina *Esdriacus*, *Esdrin*, *Esdrila* et *Esdrico (onis)*, occurrunt.

ĒSĒBON. *V.* ESBON.

ĒSERNĬA. *V.* ÆSERNIA.

ESĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est fluvius Galliæ, in Sequanam influens, hod. *Oise*, ap. *Vib. Seq. p.* 10. *Ob.*, serius *Esara*, *Essera*, *Isera*. V. ISARA. ¶ 2. Item oppidum Arabiæ ad mare Rubrum, de quo *Hieronym.* sub v. *Gasiongaber* (al. *Asiongaber* v. *Aziongaber*) *p.* 147. *P.* — *Eus.* vocat Ἀσίων.

ESĬI FORUM. *V.* FORUM.

ESĪUS, ii, m. 2. filius cujusdam primipili, plenius *Esius Proculus*, magno corpore viribusque præditus, qui, a Cæsare Caio coactus, cum gladiatoribus pugnavit victorque exstitit, sed ob id injuriis cumulatus fuit et occisus. *Sueton. Cal.* 35.

ESLA, æ, m. 1. quidam Hunnus, legatus, missus ad imperatorem Constantinopolim a rege Ruga ejusque successore Attila. *Priscus, frg.* 1. 8.

ĒSO, ōnis, m. 3. cogn. vir., ab *edendo* factum. *Corp.* 2. 6080.

ESPHĀTA, indecl. m. (Hebr. *'Aspâthâ'* [cf. aspata « eques » *I. Oppert, Comm. Esth.* in *Ann. de philos. chrétien. t. LXVIII.* 1864. *p.* 26]; *LXX.* Φασγά) filius Amani Amalecitæ, quem cum patre ac fratribus Judæi occiderunt. *Esth.* 9. 7.

ESQUĪLĬÆ, ārum, f. plur. 1. nom. collium (Cf. *Urb-iliæ, Cut-iliæ* etc.: *Jordan Top. I.* 184). — *a)* S c r i b i t u r pro diverso etymo *Esquiliæ*, *Exquiliæ*, *Æsquiliæ* et *Esquilliæ*, duplici *l*; sed prior scriptura omnino est ceteris præferenda; hanc enim habent optim. Mss. et Lapides (V. *Brambach, Hülfsb.* 36. *sq.* et *Momms. Abh. der Berl. Akad.* 1866. *p.* 172); quamquam *Æsquiliæ* (ab *æsculus* ap. *Steinetche* ex *Varr.*) defendit *Fritsche* in *Horat. sat.* 1. 8. 14. *p.* 184 a. — *b)* D e c l. *Esquileis* pro *Esquilis* in *Inscr.* in *Bull. dell' Ist. arch.* a. 1880. *p.* 58. — *Esquilis* pro *Esquiliis* in *alia* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5080. — *c)* E t y m. *Varr.* 5. *L. L.* 8. 49. « Secundæ regionis Exquiliæ. Alii has scripsere ab *excubiis* Regis dictas: alii ab eo quod *excultæ* a rege Tullio essent: alii ab *æsculetis*. Huic origini magis concinunt luci vicini, quod ibi Lucus dicitur Facutalis et Larum et Querquetulanum Sacellum etc. ». Hinc patet Varronem *Æsquilias* prætulisse *Exquiliis*, ex eo quia locus *æsculis* consitus esset; sed *Exquiliæ* videtur placuisse *Ovidio*, qui 3. *Fast.* 245. ita scribit: « Adde, quod, excubias ubi rex Romanus agebat, Qui nunc Exquilias nomina collis habet ». Non desunt tamen Lapides et mss. Codd. (*Liv.* 45. 15. et *alib.*), ubi *Exquiliæ* vel *Æsquiliæ* legitur, sed parvi pendendi. — Illud igitur probabilius videtur, vocem *Esquiliæ*, uti de Exquiliis censuit Ovidius, Varrone non repugnante, compositam esse ab *es* pro *ex*, fort. euphoniæ causa, et *colo*, ita ut pars designetur urbis pars exterior seu suburbium (sc. primitivæ urbis Latino-Sabinæ) et *Esquilinus* τῷ *inquilinus* opponatur.

Esquiliæ sunt unus ex septem collibus urbis Romæ, in duos præcipuos vertices divisus, *Cispium* nempe et *Oppium*, hunc australem inclusum in regione tertia (secunda *Varr.*), ex mensione urbis recentiore; illum vero in regione quarta, ut ad quintam ex quattuordecim pertinebat *Esquilinus* proprie dictus in divisione Augustea, quæ quidem fuit ceterarum omnium amplissima, hodie *l'Esquilino*. — Fines autem meridiani regionis quintæ sunt muri et agger Serviani, a porta Cælimontana ad Viminalem, et via publica inter Viminalem et portam Clausam sæpti Aureliani ad austrum Castri Prætorii; pars vero septentrionalis a porta Esquilina ad amphitheatrum Castrense protendebatur. Porro ex vetustis Argæorum sacrariis, in sex ab eodem Servio tributis, duo statuta fuerant in Cispio, quattuor in Oppio, et ex duobus prioribus unum situm erat prope lucum Poteliam, alterum prope templum Junonis Lucinæ ad regionis confinia, ut alia pariter in ceteris regionibus, quod loca essent pro civium conventu ad cultum Compitalitium exercendum. — Regio olim tertia, dein quinta sub Augusto, describitur in *Notit.* et *Curios. Urb. p.* 8. et 9. *Pr.*, coll. *Fast. p.* 351. *M.* — Ceterum de Esquiliis consulas quoque *Liv. epit.* 1., *Ovid.* 6. *Fast.* 683., *Juvenal.* 3. 71., 5. 78. et 11. 51., *Martial.* 5. 22., *Auct. de vir. ill.* 7., *Hieronym.* in *chron.* ad Olymp. XLIX. 4. et *Liv.* 1. 44 (coll. *Ovid. loc. cit.*), qui « ut loco dignitas fieret », ibi habitasse scribit Servium; quin, teste *Solin.* 1. 25. et 26., etiam Tarquinius Superbus illas incoluit: sic, et recentiore ætate, scriptores illustres *Plinius junior*, *Propertius*, *Valerius*, alii, ut ipsi de se profitentur. — Esquiliæ fontibus abundabant, *Aquæ* nempe *Appiæ* (a. 312. a. Chr.), *Antonis veteris* (a. 270), *Marciæ* (a. 144), *Tepulæ* (a. 125); idcirco *aquosas* eas dicit *Propert.* 4. 8. 1 (Cf. *Lanciani* in *Top. Rom. p.* 25. *sq.*). Præterea in earum parte extra muros et aggerem erat sepulcretum (νεκρόπολις) seu *campus Esquilinus*, qui quanti esset habendus archæologis, patuit ex iis, quæ inde effossa sunt ann. 1872-1876. vulgataque et illustrata in *Bull. Arch. Com.* et in *Annal. dell' Ist. di Corrisp. Arch.* Hic autem extendebatur a *campo Viminali sub aggere* usque ad vicinia amphitheatri Castrensis pro inferioribus civium classibus, in duas partes seu zonas divisus, in quarum prima erant *puticuli* (Cf. *Varr. loc. cit.* § 25), haud procul a porta Esquilina prope hod. *Piazza Vitt. Emm.*, ex eo dicti quod cadavera infimæ plebis, in cellas angustissimas projecta, ibi putescerent; quare *atras* eas vocat *Horat.* 2. *Sat.* 6. 33., coll. 1. *ibid.* 8. 8 (Cf. *De-Rossi, Sott. III. p.* 407. *sqq.*); hinc fort. ara *Malæ Fortunæ* ibi dedicata est, de qua *Cic.* 2. *Legg.* 11. 28. et 3. *Nat. D.* 25. 63. et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (16).; in altera vero ultra puticulos alia erat sepeliendi ratio; nam cadavera in arcis ex tofo luteolo ibi includebantur. Sed postea campus ad orientem protensus est usque ad Spem Veterem (hod. *Porta Maggiore*) inter vias Labicanam et Prænestinam, ubi Arruntiorum ac Statiliorum monumenta sunt reperta (V. *Becker, Handb. I.* et *Gilbert, Gesch. u. Top. d. Stadt Rom. in Altert. IV*). — Ætate vero Augusti mutata est loci facies; nam ab immunditiis expurgatum fuit abstersumque solum et aer saluber redditus ita ut patricii aliique divites viri cœperint ibi ædes exstruere sumptuosas et hortos conserere, quos inter *horti Mæcenatis*, huic ab Augusto aliquot donatis jugeribus (Cf. *Suet. Tib.* 15), exculti, memorantur celebribus illis versibus *Horat.* 1. *Sat.* 8. 14. *sqq.* « Nunc licet Esquiliis habitare salubribus atque Aggere in aprico spatiari, qua modo tristes Albis informem spectabant ossibus agrum ». Porro in his effodiendis varia artis antiquæ monumenta nuper in lucem sunt edita, sc. hermæ marmorei, fragmenta architectonica eleganter ornata, vasa, ex quibus quoddam singulare in rhytii fontani formam cum anaglyphis, scenas Bacchicas exprimentibus, Pontii Atheniensis opus. Adde hortos *Calyclanos*, *Epaphroditianos*, *Lamianos*, *Licinianos*, *Lollianos*, *Majanos*, *Pallantianos*, *Sallustianos*, *Taurianos*, *Vettianos* etc. (Cf. *Homo, Mélanges d. l'éc. franc. XIX.* 1899. *p.* 101. *sqq.*). — Hinc Nero domum auream a Palatio Esquilias usque protendit (*Suet. Ner.* 31) seu Palatium et Mæcenatianos hortos continuavit (*Tac.* 15. *Ann.* 39). In extremis autem Esquiliis, ut scribit *Suet.* (*vit. Hor. in fin.*) juxta Mæcenatis tumulum et suum habuit Horatius. — Huc pertinet locus *Esquileis ab aqua conclusa* in *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1880., de quo disputat *Lanciani op. cit. ibid.* — Ibi denique templa fuere *Herculis Sullani*, *Isidis patriciæ*, *Minervæ Medicæ*, ibi *Nymphæum Alexandri* et *lacus Orphei* etc., de quibus omnibus consulendi sunt *Jordan, Top. I.* 1. 183-185.; *Gilbert op. cit. I.* 166-169.; *Lanciani, Forma urb. tav.* 24.; *Ruins and Excav.* 396-414. et *Top. loc. cit.* et *Hülsen-Jordan, Top. I.* 3. 254-371. — Hinc

Esquilinus, *a*, *um*, adject. — *a)* Aliquando est qui in Esquiliis habitat. *Solin.* 1. 25. Servius Tullius Esquilinus. Adde *eund. ibid.* 26. — *b)* Sæpius qui ad Esquilias pertinet. *Horat. epod.* 17. 58. « Esquilinum veneficium »; hæc enim loca a veneficis et sagis frequentabantur. *Id. ibid.* 5. 100. « alites »; quæ nempe cadaverum in Esquiliis jacentium reliquias devorant; Esquilias enim, cum hæc scribebat poeta, nondum domus hortique occupabant, sed servorum ibi erat et pauperum sepulcretum. — Hinc etiam speciatim

Esquilinus campus (Ἠσκουλῖνον πεδίον *Strab.* 5. 237), Romæ, extra portam Esquilinam, ubi præsertim plebejorum cadavera sepeliebantur (*Cic.* 9. *Phil.* 7. 17) et etiam damnati capitis pœnam subibant (*Suet. Claud.* 25). V. *Becker Top.* 554.

Esquilinus mons (Ἠσκουλῖνος λόφος *Strab.* 5. 234.; Αἰσκυλῖνος λόφος *Plut. Sull.* 9. 5.; Ἠσκυλῖνος et Ἰσκυλῖνος λόφος *Dionys.* 2. 37., 4. 13 = *Isquilinus* in *Corp.* 2. 2236) raro dicitur de tota regione Esquiliarum, tantum ex antiquis ap. *Cic.* 2. *rep.* 11. «inter Esquilinum Quirinalemque montem». et *Eutr.* 1. 7.; nam (præter Græcos scriptores et *Liv. loc. cit.* «Esquilinum collis») *Tacitus, Plinius, Suetonius, Martialis* non habent nisi *Esquiliæ* (Cf. *Jordan, Top. II.* 208. *sqq.* et *Momms. chron. min. I.* 545). — Absolute *Esquilinus*, i. e. mons (de quo vd. supra), in *Notitia* antiquissima, edita a cl. *De-Rossi, Pianta icnogr. di Roma p.* 38., ubi legitur «Esquilinus qui et Sallustius», ita dictus ab hortis Sallustianis ibi comprehensis.

Esquilinus lucus, quo pergebat sacra pompa Argæorum. *Varro* 5. *L. L.* 50.

Esquilina porta, in urbe Roma, ad austrum, ubi agger desinebat et ultra quam murorum series continuabatur usque ad hod. viam Merulanam. *Varro* ap. *Censorin. d. nat.* 17. 8. «Murus ac turris, quæ sunt inter portam Collinam et Esquilinam» (Cf. *Strab.* 5. 234. et *Dionys.* 9. 68). Ibi postea exstructus est arcus Gallieni, qui adhuc exstat, aut saltem in vicinia. Memoratur etiam *Cic. Pis.* 23. 55. et 25. 61., *Liv.* 2. 11., 3. 66. et 68. et *alib.* et *Tac.* 2. *Ann.* 32. et 15. *ibid.* 40., *Flor.* 3. 21. 6. et *Frontin. aq.* 21.

Esquilina tribus, una ex quattuor urbanis (aliæ fuerunt *Palatina, Suburana* et *Collina*, teste *Varr.* 5. *L. L.* 9. 56), in quas libertini, antea dispersi per omnes, redacti sunt. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 3. 3. (13). et *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2621.

Esquilina regio, una ex quattuor, in quas Servius urbem diviserat (*Varr. loc. cit.*), pro urbanarum tribuum numero, ex quibus prima *Suburanæ* partem Cælii comprehendebat, Cæroliensem nempe et Cæliolum; secunda *Esquilina* Esquilinum (Oppium, Cispium, Fagutal, Carinas); tertia *Collina* Viminalem et Quirinalem; quarta *Palatina* Palatinum. Has postea auxit Augustus usque ad quattuordecim, quibus omnes inclusæ fuere urbis partes, etiam quæ extra circuitum erant murorum Servianorum; hi tamen eorumque portæ itidem exinde habita sunt *mœnia* ac *portæ Urbis*.

Esquilinum forum, item Romæ, fort. in orientali confinio Oppii, contra hod. *S. Martino ai monti* (ab *Appian. b. c.* 1. 58. dictum Αἰσκυλῖνος ἀγορά), a. 450. a. Chr. a præf. urb. Fl. Eurycle Epityuchano, ejus conditore, restauratum, ut colligitur ex *Corp. I. L.* 6. 2223 (V. *Lanciani, Mon. dei Lincei I.* 532., coll. *Hülsen-Jordan, Top. I.* 3. 317. *sq.*).

Esquiliarius, a, um, adject. ad Esquilias pertinens, ut *Esquiliarius collis* ap. *Liv.* 1. 48.; ubi *Müller* rectius leg. *Esquilarius*, alii *Esquilinus*.

Esquilius, a, um, adject. idem, ut *Esquilius mons* ap. *Ovid.* 2. *Fast.* 435. — Absolute *Esquilius*, nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 633. *c.* 2. *l.* 40. — In *alia ibid. n.* 276. Esquilius (?). Cf. *Corp.* 5. 268.

ESQUILIĀRIUS et

ESQUILĪNUS et

ESQUILIUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ESRON et rectius Hesron, indecl. m. nom. vir. et geogr. (Hebr. *Hheṣron* «circumvallatus, inclusus»; *LXX.* Ἑσρώμ).

I.) Esron v. Hesron, nom. vir. ¶ 1. Fuit filius Ruben, primogeniti Jacob, laudatus *Vulg. Gen.* 46. 9., *Exod.* 6. 14. et 1. *Par.* 5. 3. — Hinc *Hesronitæ*, posteri Hesron. *Id. Num.* 26. 6. ¶ 2. Item filius Phares de tribu Juda, pater seu progenitor Aram (*Gen.* 46. 12), unus ex majoribus Christi secundum carnem. *Vulg. Matth.* 1. 3. «Phares genuit Esron. Esron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson»; ubi animadverte, τὸ *genuit* (ἐγέννησεν) non esse semper in sacris litteris stricte accipiendum perinde ac si qui est ab aliquo genitus, sit proprie ac semper ejus filius, sed etiam nepos vel unus ex ejusdem stirpe prognatus; tum etiam in hac genealogia, ut in aliis, non omnia recenseri nomina, sed quædam omitti intermedia, ut ad certum numerum redigantur, ab auctore ex peculiari aliqua causa intentum, fort. symmetriæ cujusdam numerorum, ad memoriam juvandam; vel ea dumtaxat memorari, quæ illustriora essent ac mentione præ aliis digna. Sane inter Esron et Naasson spatium intercedit CCCC. annorum, quo Hebræi commorati sunt in Ægypto (*Gen.* 46. 12. *sqq.*, *Num.* 1. 7. et *Act.* 7. 6), quodque tres tantum generationes comprehendit, ut mox inter Salmonem et David (*Ibid. v.* 5) intervallum annorum CCCL. itemque alibi videre est.

II.) Esron v. Hesron, nom. geogr., oppidum in tribu Juda juxta eremum, quæ et alio nomine *Ador* appellatur. *Hieronym. onom. p.* 193. *P.*, coll. *Vulg. Jos.* 15. 25.

ESSĔDON v. Issedon, ŏnis, f. 3. (*Ptol.* 6. 16. 7. Ἰσσηδών) oppidum in regione Serica præcipuum, memoratum *Ammian. loc. infra cit.* — Hinc *Essedones* v. *Issedones*, populi Scythiæ circa paludem Mæotin, Colchorum finitimi, plenius *Essedones Scythæ* in *Tab. Peut.* (Ἰσσηδόνες *Steph. Byz.*), quorum feros mores describunt *Mel.* 2. 2. 9. et 13. et *Solin.* 15. 13. et 15.; distinguendi tamen ab *Essedonibus*, Asiam interiorem incolentibus. De his *Ammian.* 23. 6. 66. Exortum vero Solis suspiciunt Rabannæ et Asmiræ et Essedones omnium splendidissimi. - Urbibus, licet non multis, magnis tamen celebrantur et opulentis, inter quas maximæ Asmira, Essedon, et Asparata et Sera nitidæ sunt et notissimæ. — *Essedonius*, adj. *Lucan.* 3. 280. Essedoniæ gentes. *Val. Fl.* 6. 750. phalanges.

ESSĔDŌNES v. Issedones, um, m. plur. 3., et

ESSĔDŌNIUS, a, um, adj. *V.* voc. præc.

ESSĒNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἐσσηνοί *Jos. B. J.* 2. 8. 2) nomen Judaicæ sectæ, probabilius ab Aram.-Chald. אסיא = θεραπεύεσθαι «curare (medicorum more), sanare» factum, vel quod hi, qui eam profitebantur, corpora medicinā curarent, vel potius voce metaphorice accepta, quod animos bonis moribus ac religione excolerent. De his *Hieronym.* 2. *c. Jovin.* 14. «Josephus - tria describit dogmata Judæorum: Pharisæos, Sadducæos, Essenos. Quorum novissimos miris effert laudibus, quod et ab uxoribus et vino et carnibus semper abstinuerint et quotidianum jejunium verterint in naturam. Super quorum vita et Philo, vir doctissimus, proprium volumen edidit». Memorantur etiam in *ep.* 22. *n.* 35., ap. *Philastr. hær.* 9. *et Isid.* 8. *Orig.* 4. 5. *Plin.* vero 5. *Hist. nat.* 17. 15. (73). scribit: «Ab occidente litora Esseni fugiunt, usque qua nocent, gens sola et in toto orbe præter ceteras mira, sine ulla femina, omni venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum etc.». Cf. *Solin.* 35. et *Capell.* 6. *p.* 219., rerum Judaicarum satis ignarus, ut *Justin.* et *Tac.*, qui eos gentem putant a ceteris omnibus distinctam, quam «per sæculorum milia incredibile dictu, æternam» prædicant. — Distinguebantur, præter quam a Pharisæis et Sadducæis, etiam a Therapeutarum secta, quæ tamen cum iis multa habebat communia; nam hi in primis in Ægypto degebant et rigidiores erant quam Esseni, qui in Palæstina morabantur, majores dumtaxat urbes vitabant, et agriculturam, artes et opificia (solis, quibus arma parabantur, exceptis, a bello abhorrentes, quod, ut servitutem, damnabant); Therapeutæ, contra, omnia loca habitata fugiebant præferebantque deserta, ubi contemplationi vacare soliti erant; sed utrique ad cibum sumendum, ex communibus bonis comparatum, simul conveniebant; integri vitæ ac precationi dediti et veracitatis ita studiosi, ut jusjurandum prohiberent. Apud Essenos doctrina religionis, fere eadem ac apud Pharisæos, ad hæc capita redigitur: Deum nempe dicebant omnis boni auctorem, non autem mali; animos immortales esse et post mortem probos in beatorum insulis, in quodam quasi Elysio, trans mare præmia recepturos; improbos contra sub terra pœnas subituros æternas; sacrificia denique cruenta reprobabant ideoque a templo adeundo abstinebant, sed synagogas frequentabant ad fundendas preces sacrorumque librorum lectionem earumque allegoricam interpretationem audiendam. Cf. *Ackermann, Arch. Bibl. p.* 360. *sq.* ex *Jos. ant.* 15. 10. 5.; 17. 13. 3. et 18. 1. 15. et *b. I.* 2. 8. 2-12. et *Phil. q. o. pr. lib. p.* 887. *sqq.* Videntur autem floruisse Machabæorum temporibus. — Porro ex his, quæ diximus, satis exploditur insana et falsa eorum sententia, qui effutiunt, Christum et Apostolos ad hanc sectam pertinuisse atque adeo christianam religionem inde exordia cepisse; nam, si quædam huic similia de morum integritate, de studio precandi, de abstinentia etc. apud Essenos reperiuntur, alia multa sunt, quæ differunt, et quidem gravia, potissimum vero natura christiani cultus, qui ad se ubique terrarum propagandum maxime intendit, toto cælo distat ab hujus sectæ indole, a communi hominum societate ac procreatione prope aliena sibique unice intenta.

ESSĬĀ, æ, f. 1. (Αἰσία), oppidum laudatum *Hieronym. onom. p.* 75. *P.* Asiongaber: in hoc loco classis Josaphath vi tempestatis attrita est: fertur autem ipsa esse Essia, haud procul ab Aila in mari Rubro.

ESTERTĬUS, ii, m. 2. vir quidam Syrus, qui, adeptus civitatem Romanam, primus Beneventi studium orchestopales (*choreæ genus*) instituisse traditur atque in munere patriæ suæ poeta Latinus coronatus est. *Inscr.* ap. *Garrucci, Iscr. Benev. p.* 163.

ESTHĀMO, indecl. f. nom. opp. et pers. (Hebr. *'Eshtemōth* v. *'Eshtemōa'* «obedientia»; *LXX.* Ἐσθαμά v. Ἐσθεμά; cod. Vatic. Ἐσθαιμών 1. *Par.* 4. 17.; Ἐσθαμώ cod. Alex.; Ἐσθεμών *Jos.* 15. 50.; Ἰεσθεμωνή 1. *Par.* 4. 19) Latine scribitur *Esthamo, Esthemo* v. *Estemo, Istemo.* ¶ 1. Est autem oppidum in montanis Judæ «civitas sacerdotalis, nunc autem ostenditur prægrandis vicus Judæorum in Daroma, qui locus ad Eleutheropoleos pertinet regionem». Ita *Hieronym. onom. p.* 193. Fort. denominatus est a conditoris nomine (Cf. 1. *Par.* 4. 17., coll. 19. *V.* infra), hod. *Es-Semu'a*, ad orient. *Schuetkeh* et ad merid. Hebron (Cf. *Robinson, Bibl. Research. in Pal. I. p.* 494. et *Kampffmeyer, Alte Nam. in heut. Paläst. u. Syr.* in *Ztschr.* etc. Leipz. *t. XVI.* 1893. *p.* 19). ¶ 2. Est etiam nom. pers., sc. unus e posteris Judæ, filii Jacob patriarchæ, filius Jesbæ (1. *Par.* 4. 17); *et* alter quoque filius Odaiæ ex Machathi (*v.* 19). — Locorum tamen dubia est interpretatio; nam in verbis: *Naham patris Ceila* et *Esthamo, qui fuit de Machathi*, voc. *pater* potest intelligi, ut identidem fit, de conditore oppidi Ceila (*v.* 18), ut supra *Jesbe, patrem Esthamo*, de conditore oppidi Esthamo.

ESTHER, indecl. f. nom. pers. Hebr. *'Estēr* a Pers. *stara* «stella»; cf. Ass. *istar*, Gr. ἀστήρ; Lat. *astrum* v. *aster*; Zend. *açtar*; Goth. *stairno*, Germ. *Stern*, Angl. *star*; unde demin. *(a-sterula) stella*; *LXX.* Ἐσθήρ (Cf. *Astarte*) — Fuit autem Esther, regina Persiæ, uxor Assueri, sc. Xersis I., filii Darei Hystaspis (*V.* ASSUERUS), sed ex stirpe Judaica, filia Abihail, de tribu Beniamin, nomine Edissa (hebr. *Hadassāh* «myrtus»), cujus familia ab urbe Jerusalem deportata est temporibus Jechoniæ regis in Babyloniam (a. 599. a. Chr.), ubi ortum habuit Susis; sed, brevi parentibus orbata, paternum nacta est ducem atque educatorem Mardochæum, suum fratrem patruelem (*Vulg.* patruum). Memoratur *Ambros.* 3. *Off.* 15. et *de El. et jej.*, *Augustin.* 1. *c. Pelag.* 38. et *ep.* 199., *Hieronym. ep.* 140. ac præcipue *Vulg. Esth.* passim, ubi ejus historia narratur; de qua primum, dein de libro, qui eam continet, nonnulla subjicimus. — *a)* De historia: Mardochæus, qui et Mordekai, vir aulicus, quum Assuerus reginam Vasthi, uxorem suam, ad se accersitam, ut magnam «ostenderet cunctis populis et principibus pulcritudinem illius» (*Esth.* 1. 11), sed dicto regio pudoris causa non obtemperantem, repudiasset, occasione arrepta, inter puellas a rege seligendas prioris loco, Esther, incredibili pulcritudine ceteris longe præstantem, adduxit, quod per legem licebat (Cf. *Deut.* 7. 3) suadebatque magna populi Judaici utilitas illic captivi atque adeo necessitas. — Hanc igitur rex omnibus prætulit, a. 479. a. Chr. (*Ibid.* 2. 8-18). — Verum paulo post Aman Agagites, primus Assueri administer, vir pessimus,

Judæorum osor acerrimus, a rege decretum obtinuit, regio anulo obsignatum, quo Judæi, stato die, qui, sorte (Pers. *par*) ductus, fuit decimus tertius mensis Adar (*Ibid.* 3. 7. 12-13), omnes trucidarentur, ad teterrimum hoc facinus odio instinctus, quo in Mardochæum ardebat, quod et olim conjurationem detexisset in Assuerum, cui etiam Aman regnandi cupidus faverat, et nunc genua ante ipsum quasi deum flectere adorationis causa, uni Deo debitæ, recusaret. — Tum immani discrimine territus Mardochæus ad Esther confugit eamque obsecravit, ut se regi, uxoris suæ originem nescienti, sisteret eumque pro universi populi salute deprecaretur. Quod quidem munus, periculosæ plenum aleæ, ex eo quia reginæ haud invitatæ coram rege se sistere sub capitis pœna esset interdictum, Esther, Deo confisa, precibus fusis ac triduano jejunio præmisso, «pulcrior facta» (*Ambros. de El. et jej.*), impavide Assuerum adiit in solio sedentem (*Ibid.* 4. et 5. 1), qui, gratiæ ac pulcritudinis in reginæ vultu fulgentis quasi fascino abreptus, eam benignissime excepit seque paratum dixit omnia ei dare quæcumque petiisset. Reginæ autem roganti, ut simul cum Aman ad convivium veniret, quod ipsa domi suæ paraverat, rex annuit; rursumque invitatus, ut et sequenti die cum Aman ad convivium dignaretur iterum se conferre, ubi regi petitionem suam demum significatura esset, non abnuit (*Ibid.* 5. 2. *sqq.*). — Verum noctem illam rex duxit insomnem, jussitque sibi annales adferri priorum temporum; unde novit Mardochæum et insidias, ab eunuchis regi structas, fideliter nuntiasse, et nullam, pro tanto beneficio meritam, accepisse mercedem. Porro autem quum esset ingressus Aman, sciscitanti regi, quo honore decorandus esset quem vellet rex honorare, se ab eo designari ratus, statim respondit illum diademate ornatum ac regiis vestibus indutum et equo insidentem a primo ex regni proceribus ducendum esse per plateam urbis, clamante: «Sic honorabitur quemcumque voluerit rex honorare». Sed contra accidit, ut qui in domo sua jam erexerat trabem, quinquaginta cubitos altam, cui Mardochæus appenderetur, huic honorem, a se propositum, jussus esset a rege cito accurateque adhibere (*Ibid.* 6. 6. *sqq.*). — Quæ deinde secuta sunt (*Ibid.* 7-9), Judæis tam prosperè cesserunt, ut, ab Esther in regali convivio scelestissimi Aman machinationibus Assuero patefactis, et a cæde imminenti liberati fuerint et, decreti regii vi, eorum inimici per singulas urbes interfecti bonisque exspoliati, in primis vero Aman cruci adfixus, quam Mardochæo, nunc secundo a rege (*Ibid.* 10. 3), paraverat, coram populo in portis Susan et cum eo decem ejus filii suspensi. — Hinc festum institutum est, quod *Purim* seu Sortium vocatur, in tam faustæ rei memoriam, diebus XIV. et XV. mensis Adar agendum, quod «nulla unquam delebit oblivio et per singulas generationes cunctæ in toto orbe provinciæ celebrabunt» (*Ibid.* 9. 7-8). — De crudelitate accusarunt quidam Esther, quod a rege alteram expetiisset cædem (*Ibid. v.* 13), sed immerito; nam morum illius ætatis ac regionis habenda est ratio, tum rei causæ, quæ nos latet, magis forsitan compescendæ Persarum civium feritatis, Judaicæ gentis stragi inhiantium, ad quam ante regis ac magistratuum auctoritas et animorum in eos odium concitaverant. Illam potius admirentur animi magnitudinem, qua pro populi sui salute «morti se obtulit nec immitis regis trepidavit furorem» (*Ambros.* 3. *Off.* 15); tum ejus fidem ac pietatem, in periculoso ethnicorum commercio mire servatam, nunc vero tanto opere enitentem. Quare ecclesiastici scriptores ac sanctissimi viri numquam non summis eam laudibus extulerunt habueruntque tamquam Mariæ Virg. typum, quæ humanum genus periturum servavit, et etiam Ecclesiæ (*Hieronym.* in *ep. ad Paulin.* Cf. *Lépicier, Tract. de B. V. Maria p.* 28); quin et poetæ haud pauci ex hac heroide argumentum suorum carminum depromserunt, ut videre est ap. *I. d. Rotschild, Le mystère du V. Test. VI.* 1891. *p. XIII.-LXIII.* et *R. Schwartz, Esther in Deutsch. u. neulatein. Drama d. Reform.* Oldenb. 1894. — Hanc tamen narrationem impugnarunt critici audaciores, quam parabolam dixerunt vel allegoriam vel mythum (*Schultz, Semler, Œder, De Wette, Hitzig, Nöldeke, Bloch*), vel saltem ex parte fabulosam (*Davidson, Driver-Rothstein*); sed, quæ longe communior sententia est, veram esse omni ex parte historiam, ut ex propriis constat personarum locorumque nominibus, indole, usibus, lingua et ex minimis rerum adjunctis ad vivum expressis (*Esth.* 1. 10., 14., coll. 1. *Esdr.* 7. 14., *Herod.* 3. 84., *Esth.* 11. 8., 9. 759. 110. 2), in primis ex festo Purim (*Esth.* 9. 28), qui dictus est etiam *Mardochæi dies* (2. *Mach.* 15. 37), ad celeberrimi eventus memoriam instituto, *Baumgarten, Nickes, Herbst, Keil, Fafore* aliique plurimi, etiam protestantes hæretici, consentiunt. Singula vero, quæ objiciunt adversarii (*Ryssel* 1887., *Œttl* 1889., *Driver-Rothstein* 1896), persequitur scitèque explodit cl. *Re* in *Arch. Bibl. Dict. II. p.* 557-562., quem vide. — *b)* De libro, inscripto *Esther*, cui «tanta gloria fuit, inquit *Hieronymus*, ut sacro volumini nomen indiderit» (*ep.* 140), a Rabbinis *megillath Esther*, i. e. volumen Esther, vel absolute *megillath*, quia sejunctim a ceteris die festo Purim totus legebatur, idcirco etiam *epistola Purim* a Judæis Alexandrinis dicto (Cf. *Esth.* 11. 1), ubi hæc historia narratur, hæc subdimus, originarium nempe ejus textum fuisse Hebraica lingua exaratum, qua fere et Esdræ et Paralipomenon libri, quibusdam tamen Persicis et Aramaicis vocibus aspersa, græce antea in Alexandrina, latine vero translatum in Vulgata interpretatione, ubi pars, quæ *protocanonica* audit, cpp. 1-10. continetur, reliqua constant ex septem fragmentis seu additamentis, quæ altera est pars *deuterocanonica*. Cur porro hæc addita fuerint Hebraico textui, plures adferuntur causæ, quarum probabiliorem censeo, quæ argui potest ex binis operis, uti ajunt, recensionibus, fort. a Mardochæo, primo regis administro, confectis, integra una, ubi nomen Dei passim legitur pro Judæis Palæstinensibus et Alexandrinis, altera manca seu mutila, ubi Dei nomen prætermittitur, in archivis Persicis servanda (Cf. *Vogüe, Hist. Bibl. p.* 78). Quinam vero sit operis auctor (quem procul dubio in Persia atque adeo Susis, in aula regia, ex minuta rerum ac personarum descriptione vixisse patet), adhuc incompertum est. *Talmud* librum adjudicat Magnæ Synagogæ (*Baba Bathra* 15 a); *Augustinus* (18. *Civ. D.* 36) Esdræ; *Clem. Alex.* (*Strom.* 1. 21) Mardochæo, quod probabilius nunc communiter existimatur (Cf. *Esth.* 9. 20), saltem majore ex parte (Cf. *v.* 31). — Librum Esther monumentorum ope illustravit *Dieulafoy* (*Le livre d'Esth. et le palais d'Ass. Rev. Étud. Juiv. XVI*); Persica vocabula et inscriptiones cuneatas *Oppert* (*Ann. phil. chrét.* 1864), *Rawlinson* (*Bibl. Cook. III*), *Smith* (*Ibid.*); originem festi Purim *De Lagarde* (*Purim* 1887), *Zimmer* (*Zeitsch. Alt-test. Wiss.* 1891), *Jensen* (*Zeitschr. Assyr* 1895), *Nowack* (*Hebr. Arch.* 1894), *Messner* (*Zeitschr. d. d. Morg. Gesellsch.* 1896). — Plura ex professo de Esther ejusque libro scripserunt etiam *Aeschmann* (1868), *Keil* (1870), *Schultz* (1876), *Netzler* (1877), *Cassel* (1878), *Gillet* (1879), *Raleigh* (1880), *Haley* (1885), *Fuller* (1888), *Scholz* (1890), *Wildeboer* (1898), *Vigouroux* (1910).

ESTĪUS. *V.* HESTIUS.

ESUBIĀNI, ōrum, m. plur. 2. gens Inalpina, memorata in *Inscr.* tropæi Augusti, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (137)., iidem fort. qui *Vesubiani* in arcu Segusino, de quo *Momms.* in *Corp.* 5. 7231., coll. *n.* 7817. *p.* 907. V. *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 100. et 254. et *Glück, Kelt. Nam.* 96.

ESŪBĬI (Esuvii), ōrum, m. plur. 2. populus Galliæ Celticæ, Armoricis proximus, prope hod. *Séez*, memoratus a *Cæs.* 2. *B. G.* 34. inter *Curiosolites* et *Aulercos*, a P. Crasso subactus a. 57. a. Chr., teste eod. *Cæs. ibid.* 34. — In optt. tamen mss. pro *Esubii* legitur *Sesuvii* v. *Esuvii* v. *Esui* Cf. *eund.* 3. 7. et 5. 24. — Ad etymon quod attinet, Esuvi idem sunt quod græce ἄρειοι, i. e. Mavortii, bellicosi; Esui vero, cum *v* euph. Esuvii, idem sunt ac *filii dei Esi*, ut autumat *Holder* (*Altk. Spr. ad v.*). Cf. etiam *Glück* (*Kelt. Nam.* 95. et *alib.*).

ESUBĪUS. *V.* ESUVIUS.

ESŪMUS. *V.* ESUS.

ESURIS, is. *V.* voc. seq.

ESURĪUM, ii, n. 2. v. Esuris (Æsuris), is, f. 3. oppidum Lusitaniæ, conventus Pacensis, ad ostium Anæ, memoratum in *Itin. Ant. p.* 425. et 431. et *Corp.* 2. *p.* 786., situm vero prope *Agamonte* v. *Castromarim*.

ESUS et Hesus, i, m. 2. nom. dei Celtici, qui aliis est Mars, Apollo aliis, aliis denique Mercurius. Memoratur *Lact.* 1. 21. 3. Galli Esum atque Teutaten humano cruore placabant. *et Lucan.* 1. 445. Et quibus immitis placatur sanguine diro Teutates horrensque feris altaribus Hesus (var. *Esus, Æsus*). et *Schol.* ad *Luc. p.* 32. *Usen.* Hesus Mars sic placatur: homo in arbore sic suspenditur usque donec per cruorem membra digesserit. *et ibid.* Hesum Mercurium credunt, siquidem a mercatoribus colitur, et præsidem bellorum et cælestium deorum maximum Taranin Jovem. *Gloss.* in *Colon. mss.* Esus id est Mars (*V. Jaffé u. Wattenbach Catal.* 139. *sq.*). — Plerique ex his versibus inferunt triadem exstitisse deorum ap. Celtas, qui sint *Taranis-Juppiter, Teutates-Mars, Esus-Mercurius* (Cf. *Cæs.* 6. *B. G.* 17. V. *D'Arbois de Jubainville, Cours de litt. Celt. II.* 376. *sq.*). — Hinc *Eugenus, Esumus, Esumagius, Esumopas, Esumertus*, nomina divinitatis apud Celtas; unde arguitur alios atque alios deos a Celtis fuisse cultos: fortasse *Esum* Parisiorum deum esse putat *Ihm, PW.* 5. 696.

ESUVĪUS, ii, m. 2. Aliquando scribitur *Esubius*, ut in *Inscr.* mutila ap. *Longpérier, Journal des savants* 1878. *p.* 646. *sq.* — Item *Æsuvius* in *alia* ap. *eund. ibid. p.* 649. — Originem vocabuli esse Celticam patet ex iis, quæ diximus in ESUBII. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) C. Esuvius Tetricus, imperator Augustus a. 268-273 (al. 274). p. Chr., plenius *C. Pius Esuvius Tetricus* (in *Inscr.* supra *cit. p.* 643-651), plenissime cum titulis *Imperator Cæsar C. Pius Esuvius Tetricus pius felix invictus Augustus, pontifex maximus, tribunicia potestate, pater patriæ, consul, proconsul, Galliæ restitutor, pacator orbis* (in *Inscr.* ap. *Dessau* et in nummis ap. *Cohen, Eckhel, Mowat*); sæpius vero dictus *C. Esuvius Tetricus* aut simpliciter *Tetricus*, ut inscripti lapides et nummi testantur. — Aliquando *Pius* et *Esuvius* in unum coaluerunt nom. *Piesuvius, Pivesuvius, Piuvesus* (V. *Eckhel*, 7. *p.* 458. et 459., coll. *p.* 455). et corrupte *Pesuvius* in *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5549. — Fuit ex familia nobili (*Vict. Cæs.* 34., coll. *Witte, Rev. num. n.* 57-59) senatorii ordinis et consularis (*Hist. Aug. Aurel.* 34), præses Aquitaniæ (*Eutr.* 9. 10., *Oros.* 7. *Hist.* 22. et *Vict. Cæs.* 33), Victorino Coloniæ occiso a militibus, nefaria ejus libidine iratis, a Victoria, seu Victorina, matre Victorini junioris, ad imperium evecta, cujus erat affinis, Augustus dictus, purpuram induit Burdigalæ ca. a. 268., ejusque filius Cæsar est nuncupatus (*Eutr. ibid.*), militum quoque suffragiis, qui Victoriam maxime suspiciebant ac verebantur. — Verum M. Aurelius Claudius, cum magno senatus populique Romani lætitia ac plausu, imperium adeptus, ab iisque incitatus bellum Tetrico inferre parabat in Galliam et Zenobiæ in orientem, sed a Germanis distractus, qui Italiam invaserant usque ad Benacum, contra eos vires convertit, quos fere ad internecionem delevit rediitque in Urbem, ordinem ibi ac justitiam, postremis Gallieni imp. temporibus labefactam, restituturus. — Interim in Gallia, quamquam Tetricus populos æquo ac prudenti regimine moderari studebat, nihilo minus, studio se Romæ iterum conjungendi inter Gallos renascente, Bibracte insurrexit omnium prima, Claudium provocans ad Alpes trajiciendas; sed, rebellione cognita, adcurrit Tetricus obseditque urbem, quæ frustra diu obstitit, coacta tandem portas hostibus aperire, qui igni ferroque omnia vastarunt. — Tetrici imperium jam creverat ac præter Galliam subjectæ ei erant Hispania et Britannia, quas Aurelianus, Claudii successor, recuperandas aggrediebatur, ipso favente Tetrico, qui, ex crebris militum civiumque tumultibus tædio affectus, ac pro-

ditionis periculo obnoxius, Aureliani imp. per litteras auxilium petiit, usus inter alia versu illo Virgilii « Eripe me his, invicte, malis », qui quidam specie belli in Galliam contendit (*Eutr.* 9. 13). — Quum igitur Tetricus in Catalaunis castra posuisset, incohato prœlio suos, Faustino duce, strenue dimicantes deseruit transiitque ad hostium castra; hinc secuta est cruenta Aureliani victoria (*Hirschfeld, Corp.* 13. *p.* 183), clades Catalaunica dicta. — Tali pacto imperium Gallicum occidit ingloriam, ejusque rector una cum filio et Zenobia regina in triumphum ductus est Romam a victore Aureliano, a. 275. *v.* 274 (*Hist. Aug. Aurel.* 32. et 34). — Non tamen facili victoria abusus est Aurelianus, qui victum vel potius deditiicium correctorem creavit Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Bruttiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ, Umbriæ, Piceni et Flaminiæ (*Treball. trig. tyr.* 24), non Lucaniæ tantum, uti volunt *Auct. vit. Aurel.* 38. et *Vict. Cæs.* 33. 14.; quod *Trebellii* testimonium confirmavit *Mommsen* in *Ephem. epigr. I. p.* 140. — Vixit dein privatus (*Eutr.* 9. 13); quot vero annis vixerit et quo anno decesserit, non est memoriæ proditum; nec pro certo habendum est Tetricum post obitum in deorum numerum relatum fuisse (Cf. *Eckhel,* 7. 457). — De ejus nummis vd., præter *Eckhel, loc. cit.,* etiam *Cohen VI.* 90-118. et alib.; *Witte, op. cit. p.* 125-202.; *Mowat* 1890. *p.* 375-378. et 1895. *p.* 184-176. — De eo plura vide sis ap. *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserzeit I.* 865-867.; *Duruy, Histoire d. Rom. VI* (1885) 438. *sq.* et 486-489.; *Homo, Essai sur le règn. de l'emp. Aurel.* Paris 1904. — 2.º) C. Pius Esuvius Tetricus, filius præcedentis, cujus nomina desumuntur ex quinque Lapidibus milliariis, sc. ad *Nanetes* ap. *Decombe, Bézier* et *Espérandieu, Les milliar. de Rennes* 1892. *p.* 57. 2.; St. Gondran prope Rhedones ap. *Espérandieu* 57. 3.; Rhotomagi ap. *eund.* 59. 10.; Biliteris ap. *eund.* 59 11. = *Dessau* 567. 5. et Carcassi ap. *eund.* 58. 5. et ex nummis ap. *Witte* 177(181)-202., *Cohen VI.*[2] 118-129. et *Eckhel* 7. *p.* 459. *sq.*, coll. *Rev. numism.* 1892. *p.* 19. — In his et *nobilissimus Cæsar* dicitur, et *princeps juventutis* et *dominus.* — Inverso ordine exhibentur ejus nomina in nummo ap. *Longpérier loc.* supra *cit. p.* 648., C. E. P. TETRICVS CAESAR., i. e. *C. Esuvius Pius Tetricus Cæsar;* aliquando simpliciter *C. Esuvius Tetricus* vel *Tetricus* tantum. — Fuit Cæsar puerulus appellatus a Victoria seu Victorina, mox vero ab ipso patre ad imperium Galliarum collega est assumptus a. 268. p. Chr.; dein cum eo in deditionem acceptus ab Aureliano imp., ut vidimus, et in triumphum actus ac Romæ omnibus senatoriis honoribus functus, patrimonio illibato, teste *Treball. trig. tyr.* 25., qui de eo *ibid.* hæc addit, neminem « illi ab Aureliano aut postea ab aliis principibus esse prælatum. — Tetricorum domus hodieque exstat in monte Cælio inter duos lucos, contra Isium Metellinum pulcherrima, in qua Aurelianus pictus est, utrique prætextam tribuens et senatoriam dignitatem etc. ». Cf. etiam *Hist. Aug. Aurel.* 39., *Vict. Cæs.* 35., *Pol. Silv.* laterc., *Momms. chron. min. I.* 522. ¶ 2. In titulis nom. gent. vir., in *Laterc.* ap. *Renier n.* 90. — *Esubia (Esuvia),* nom. mul. ap. *Nicolai, Bas. di S. Paol. p.* 146. *n.* 225.

ĔSYCHĬUS. *V.* **HESYCHIUS.**

ET

ĔTAM, indecl. f. nom. geogr. Hebr. *'Êtâm* « (locus) ferarum rapacium »; *LXX.* Αἰτάν, cod. Alex. Αἰτάμ (*Jos.* 15. 60), Ἠτάμ *Jud.* 15. 8. ¶ 1. Est oppidum in tribu Juda (*Jos. loc. cit.*), inter Bethlehem et Thecua (2. *Par.* 11. 6). — Regio (χωρίον), Etam appellata, ap. *Jos. ant.* 8. 7. 3., distabat ab Jerusalem sexaginta stadiis (ca. 11. km.), aquarum copia hortorumque fertilitate insignis, quod confirmant hodierni exploratores, qui putant *Etam,* antiquum opp., quærendum esse in vicinüs *'Ayin-'Êtan* (fons Etan), siti inter Bethlehem et Thecua. Hoc autem alii fuisse dicunt, ubi nunc est vicus *Ûrthâs* in valle cognomine (*Robinson, Van de Velde, Amstrong, Conder*); alii vero, ubi est *Khirbet-el-Khûkh,* uti illum vocant hod. vicum (*Guérin, Saulcy, Socin*). At ex loci descriptione, quam *Jos. loc. cit.* exhibet, probabilior videtur priorum opinio (*Heidet*). Porro Judæi, Christiani et Mahumedani tradunt, ibi Salomonem hortos Etam qui dicuntur, et piscinas et aquæductus struxisse, quibus ipse alludit *Cant.* 4. 12., ubi loquitur de *horto concluso, de fonte signato,* uti etiamnum hortos et fontes *Ûrthâs* vocant peregrini (Cf. *Eccle.* 2. 4-6). ¶ 2. Item vicus in tribu Simeonis (1. *Par.* 4. 32), fort. hod. *Khirbet-Umm er-Rûmamîn* ad septentr. Bersabee (*Heidet*), vel *Khirbet 'Aîtun* ad austrum *Beit Djibrin* (*Conder*). ¶ 3. Item rupes sita ap. Etam, quæ *Vulg. Jud.* 15. 8. et 11. « petra Etam » vocatur. - Samson post quam messes incenderat Philisthæorum, in cavernam hujusce rupis confugit; sed « descenderunt tria milia virorum de Juda ad specum silicis Etam - ligaveruntque eum - et tulerunt eum de petra Etam » (*Vulg. Jud. loc. cit.*). V. RAMATHLECHI.

ETANNA, æ, f. 1. oppidum Galliæ Narbonensis apud Allobrogas ad ripam Rhodani, in via ab Augusta (*Aouste*) Genavam (*Genf*), hod. *Etain,* prope *Yenne,* in *Tab. Peuting.* Cf. *Desjardins, Table de Peut.* 55. et *Holder, Altkelt. Spr.* ad *v.*

ETAXALOS, i, f. 2. nomen ins. maris Rubri. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (149)., coll. *Ptol.* 6. 7. 32 (V. *C. Müller, Geogr. gr. min. I. p. LXXII*).

ĔTĒNĒ, es, f. 1. oppidum Doridis Cariæ maritimum, in sinu Leucopolis, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (107)., quod idem cum *Euthene* vult esse *Cramer* (*Geogr. a. Hist. Descr. of Asia min. II.* 190). Ceterum varia est lectio, ut *Eutene, Eutane (Euctane), Euthenæ* (Εὐθῆναι v. Ἀθῆναι *Steph. Byz.*). *V.* EUTANE.

ĔTENNA, æ, f. 1. (Ἔτεννα) oppidum Pamphyliæ, notum ex nummis ap. *Eckhel* 3. *p.* 11. *sq.* et *Head,* 588. Cf. *Not. episc. I.* 213., *III.* 149., *VIII.* 265. et *IX.* 174 (V. *Ramsay, As. min.* 418. *sqq.*).

ĔTĔŎCLĒS, is et ĕos, m. 3. nom. vir. (Ἐτεοκλῆς, *vera gloria*). Genet. *Eteoclis* ap. *Stat.* 3. *Theb.* 214. — *Eteocleos* ap. *eund.* 12. *ibid.* 91. et 421. — Acc. *Eteoclea* ap. *eund.* 2. *ibid.* 384. et 7. 539. et 688. — *Eteoclen* ap. *Oros.* 1. *Hist.* 12. (Cf. *Müller, Metr. p.* 392). — Tertia, anceps, producitur *Dracont. carm. min.* 10. 685.

Eteocles, rex Thebanus, filius Œdipodis ex incesto Jocastæ ejus matris concubitu, frater Polynicis (*Cic.* 3. *Off.* 21. 82., coll. *Paus.* 9. 25. 2), Antigonæ et Ismenes (*Hygin. fab.* 67., *Mythogr. II. fab.* 230. et *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 601., 4. 470. et 6. 608). — Hic cum fratre pactus est, ut Thebis regnarent alternis annis; sed quum Eteocles dictis non staret, ortum est bellum Thebanum, quod a *Statio* in *Thebaide* sua describitur, in quo post varias cædes ipsi inter se fratres, singulari certamine congressi, mutuis vulneribus conciderunt (*Hygin. fab.* 68. et 71., coll. *Senec. Phœn. frg.* et *Oros. loc. cit.*, coll. *Ovid.* 5. *Trist.* 5. 33. et *Sil. It.* 16. 539-548. Cf. *Bethe, Theb. Heldenlieder* 25. et 102. *sqq.*). — Hinc *Eteocleus* (Ἐτεόκλειος), adj. *Apul. met.* 10. 14. Eteocleæ contentiunculæ.

ĔTĔŎCLĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĔTĔRĔĬUS, i, m. 2. (*Hetereius* cum aspiratione ap. *Cic.* 13. *Att.* 50. et in *Corp.* 8. 8049. — *Ethereius* in *Corp.* 10. 4944) nom. gent. vir. *Corp.* 5. 7906. P. ETEREIO P. F. Q. QVADRATO ETEREIA ARISTOLAIS MATER STATVAM POSVIT etc. Adde 7937. et 10. 6147. — *T. Etereius,* judex Romanus, de cujus singulari mortis genere scripsit *Val. Max.* 9. 12. 8. Adde *Plin.* 7. *Hist. nat.* 53. 54. (184). Alii leg. *Haterius.* — *Etereia,* nom. mul. *Corp.* 5. 7906. — Hinc *Etereianus,* adj. ad Etereiam gentem vel ad Etereium aliquem pertinens, ut *Etereiana castanea* ap. *Plin.* 15. *Hist. nat.* 23. 25. (94).

ETERI, præsidium Romanorum in Sardinia, *Rav. p.* 412. memoratum, una cum Nora et Aquis Neapolitanis.

ĔTERMAPARA, æ, m. 1. heros, cantibus Gothorum celebratus, teste *Jorn. Get.* 5., nom. Gothicæ originis.

ĔTHĂĪ, indecl. m. nom. vir. Hebr. *'Itthai* v. *'Ithay* « vicinus »; *LXX.* Σεθθεί, cod. Alex. Ἐθθεί 2. *Reg.* 15. 19. — Memorantur hoc nomine in sacris litteris ¶ 1. Vir Gethæus, fideliter secutus David, quem maxime admirabatur (2. *Reg. loc. cit.*); quare in bello contra Absalom rex ei tertiam partem exercitus commisit (2. *Reg.* 18. 2., 5., 12). — Eum nonnulli Judaicam religionem professum arbitrantur. ¶ 2. Item Beniamita, Ribai filius, inter fortissimos viros exercitûs Davidis regis connumeratus 1. *Par.* 11. 31. et 2. *Reg.* 23. 29., ubi *Ithai* dicitur ¶ 3. Item filius Roboami, regis Judæ ex Maacha, filia Absalom, laudatus 2. *Par.* 11. 20. — In Inscr. Palmyrenis pro אתי legitur עתי.

ĔTHAM et Etam, indecl. nom. geogr. Hebr. *'Êthâm,* quod Ægyptiæ originis putat *Jablonski, opusc. II.* 157., sc. ἀτιομ « terminus maris »; *LXX.* Ὀθώμ (*Exod.* 13. 20), Βουθάν (*Num.* 33. 6). Recentiores tamen conferunt cum Ægyptio *χetam* et Coptico *tom* = Hebr. *hhatham* « inclusit », quæ murum seu munimenta significant, a Pharaonibus erecta ductaque a mari Rubro ad Mediterraneum (Cf. *Ebers, Durch Gosen z. Sinai* Leipz. 1881. *p.* 521-522), nuper reperta. — Fuit autem tertia mansio Israelitarum inter Ægyptum et mare Rubrum (*Exod. loc. cit.*). — *Desertum Etham,* in finibus Ægypti et Arabiæ Petreæ (*Num. loc. cit.*), quod, trajecto mari, triduo percurrerunt Hebræi usque ad Maran. Cf. *Hieronym. onom. p.* 208. *P.,* fort. dictum ab oppido hujus nominis in extremo bor.-occid. angulo pæninsulæ Sinaiticæ (Cf. *Naville, The store city of Pithom* Londr. 1885. *p.* 24).

ĔTHAN, indecl. m. nom. pers. et geogr. Hebr. *'Êthân* « perennis » (*Isid.* 7. *Orig.* 8. 27. *Ethan* exponitur robustus sive accensus). ¶ 1. Est nom. pers., sc. filii Zaræ, filii Juda ex Thamar (1. *Par.* 2. 6. et 8), pater Azariæ. — Item Ezrahitæ, filii Mahol, viri sapientissimi (3. *Reg.* 4. 31); cujus traditur esse psalmus 88., nisi est idem ac præcedens. — Item filii Zamma, e tribu Levi (1. *Par.* 6. 42). — Item filii Chusi, de tribu Levi (1. *Par.* 6. 44). — Item filii Casaiæ, principis cantorum in familia Merari (1. *Par.* 15. 17. et 19). ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. nom. alterum Jordanis, ex celeritate seu impetu, quo fluit, ei inditum. Hinc illud *Vulg. Ps.* 73 (hebr. 74). 15. « Tu siccasti fluvios Ethan ». Ita etiam in Alexandrina translatione uti proprium adhibetur. Sed in Aquilana, Syriaca et Arabica, uti commune redditur, ita ut sit « fluvios fortes » vel potius « perpetuos, haud siccabiles » (Cf. *Am.* 5. 24), i. e. Jordanem, quum nempe Hebræi hunc stantem sicco pede transierunt (*Jos.* 4).

ĔTHĀNIM, indecl. nom. mens. (Hebr. *'Êthânîm,* *LXX.* Ἀθανίν v. Ἀθαναίμ). Est autem septimus mensis anni sacri et primus civilis apud Judæos, triginta diebus constans, a novilunio m. Septembris usque ad novilunium m. Octobris, idem ac *Tishri*: ita vocatus a rivis, qui « perennes fluunt » ex pluviis, id temporis incipientibus in Palæstina. Hoc autem nomen repertum est in Inscr. Phœnicia ins. Cypri; hinc putat *M. Derenburg* non tam Hebraicæ, quam Phœniciæ esse originis, inter Hebræos tunc invectum a Tyriis quum templo ædificando operam dabant, semel in sacris litteris occurrens, ubi de templi dedicatione est sermo (3. *Reg.* 8. 2), vocabulo Phœn. *gerahh* præeunte (Cf. *Corp. I. Sem. Phœn.* 1881. *I. p.* 94. et *Sayce, La lumière nouv.* tr. *Trochon,* Paris 1888. *p.* 65. et 98). — Hoc mense celebrabantur festa Tubarum (1), Expiationis (10) et Tabernaculorum (15), et annus Jubileus nunciabatur (*Lev.* 23. 24-48. et 25. 9) aliaque memorabantur, quæ tunc temporis tristia lætave evenerant (Cf. 2. *Par.* 31. 7.; 4. *Reg.* 25. 25.; *Jer.* 28. 1.; *Ag.* 2. 2., 1. *Esdr.* 3. 1. et 2. *Esdr.* 8. 1-14.; 1. *Mach.* 10. 21). Cf. *Hummelauer, Comm.* in *Exod.* et *Levit.* Paris 1897. *p.* 516-517.

ĔTHĒMĒA, æ, f. 1. uxor Meropis, regis Coi, Nympharum genere procreata, quæ quum non amplius Dianam coluisset, a dea sagittis figi cœpit ac tandem a Proserpina viva ad inferos arrepta est, ut tradit *Hygin.* 2. *Astr.* 16 (*V.* MEROPS). —

Fortasse rectius *Echemeia* legend. est. Cf. *Etym. M.* v. Κεῖος.

ĔTHĒMON, ŏnis, m. 3. (Ἐθήμων, *consuetus:* ab ἔθος [ἦθος], *mos*) vir, patria Nabatæus, ex iis, qui cum Phineo in nuptiis Persei pugnavit, a quo et interfectus est, teste *Ovid.* 5. *Met.* 163. *sqq.*

ĔTHEŌNOS, i, f. 2. oppidum Bœotiæ, ap. *Stat.* 7. *Theb.* 266., ubi *densa jugis iniquis* dicitur, legiturque a quibusd. sine aspiratione *Eteonos.*

ĔTHĬCUS, i, m. 2. (ἠθικός, *moratus*) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3647. — *Ethice (ea),* cogn. mul. *Corp.* 5. 6801. — *Etice,* sine aspiratione, *ibid.* 3597.

ETHOPĬA æ, f. 1. oppidum Epiri in Athamania in jugis Pindi, memoratum *Liv.* 38. 2. Cf. *Leake, N. Gr. IV.* 525. *sqq.*

ETHRAVI, ōrum, m. plur. 2. gens in Arabia, de qua *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (158). Cf. *Glaser, Skizze II.* 146.

ETITOVIUS, ii, m. 2. dux Cenomanorum, qui Italiam superiorem invaserunt a. 400. p. Chr. *Liv.* 5. 35. Sed *V.* ELITOVIUS.

ĔTŎBĒSA (Ἠτόβησα *Ptol.* 2. 6. 63) vel

ĔTŎVISSA, æ, f. 1. oppidum oræ orientalis Hispaniæ Tarraconensis, ap. Edetanos, conventus Cæsaraugustani, ad Lesyrum amnem. *Liv.* 21. 22.

ETRAIĒNÆ. *V.* ETTRAHENÆ.

ETRILIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 6. 17290 (*in hortis Matthæiorum*). — *Etrilia,* nom. mul. *Corp.* 6. 17292 (*in sepulcro, ad viam Aureliam sito*). — *Etrilia Afra,* clarissima uxor Valerii Vegeti cons. (a. 91. p. Chr.), memorata in *Corp.* 2. 2077.

ETRĪTUS, i, m. 2. amicus Pistoris, fratris Gentii, regis Illyriorum, a quo una cum eo occisus est a. 168. a. Chr., ut solus regnaret, teste *Liv.* 44. 30., ubi alii leg. *Ettritus,* duplici *t.*

ETRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 11. 6721. 18. — Fuit etiam primipilus quintæ Legionis in bello Perusino (*Ephem. epigr. VI.* 69). — *Etria,* nom. mul. *Corp.* 2. 2077. — Hinc *Etrilius.* V. hanc voc.

ETRŪRĬA, æ, f. 1. (Ἐτρουρία *Strab.* 5. 219) nom. geogr. — *a)* Orthogr. Scribitur *Ætruria,* sed mendose, *Corp.* 9. 3667.: sic *Ætruscus* in *Corp.* 3. *Suppl.* 12201. et 13312. et 14. 3911. — *Hetruria,* cum aspiratione, sæpe in mss., ex falsa vocabuli etymologia ap. *Serv. loc. cit.* — *Ethruria,* inserta aspiratione, perinde ac sit ἀπὸ τῶν ὀρθίων, sc. a montibus Appenninis, quod nullis monumentis probatur. — *b)* Prosod. Prima communis est; corripitur autem a *Virg.* 8. *Æn.* 494. « Ergo omnis furiis surrexit Etruria justis »; sed etiam producitur *ibid.* 12. 232. « Fatalesque manus, infensa Etruria castris ». — *c)* Etymol. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 164. vocabulum ducit ab *Etrusco* principe. *et* ad *eund.* 11. *ibid.* 598. hæc habet: « Etruria dicta est, quod ejus fines tendebantur usque ad ripam Tiberis, quasi ἑτερούρια; nam ἕτερον est alterum et ὅρος finis vocatur; Roma enim antea unam tantum Tiberis ripam tenebat ». Cf. etiam *Juvenal.* 8. 264. Eadem scripsit *Isid.* 14. *Orig.* 4. 22. Quæ quum nimis coacta et commentitia videantur, alia proponentur in v. *Etruscus.*

Etruria, regio Italiæ, ab *Etruriis* seu potius *Etruscis* appellata, a Græcis etiam Τυρσηνία (*Herod.* 1. 94), sæpius vero Τυρρηνία (*Strab.* 5. 217., *Diod.* 5. 12. et 15. 14. 3., *Polyb.* 2. 16); unde et a Latinis dicta *Tyrrhenia* ac temporibus imperii Romani *Tuscia,* recentiore ævo *Tuscania,* hod. *Toscana.* — Olim in duas dividebatur, in *veterem* nempe seu inferiorem cis Appenninum (*Prob.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 200), quæ ad tempora antiquissima pertinebat, quum late Etruscorum imperium in Italia pateret ab Alpibus usque ad fretum Siculum (*Liv.* 1. 2. et 23., *Philarg.* ad *Virg.* 2. *G.* 533., coll. *Serv.* ad *eund.* 2. 530); et in *novam* seu superiorem trans Appenninum (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 262). Huc spectat *Liv.* 5. 33., ita scribens: « Etrusci prius cis Appenninum ad inferum mare, postea trans Appenninum totidem, quot capita originis erant coloniis missis - trans Padum - usque ad Alpes tenuere ». Has confudisse simul videtur Virgilius, ut utriusque principatum patriæ suæ Mantuæ, quæ novæ caput erat, adsignaret. — Porro de Etruria nova seu proprie dicta hæc subjiciuntur: sc. — *a)* Ejus situs: regio hæc Italiæ media, a Macra pertingit usque ad Tiberis ripam (*Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 598., coll. *Hor.* 1. *Od.* 2. 14), inter Appenninum et mare Inferum seu Tyrrhenum v. Tuscum, confinis Liguriæ, Æmiliæ, Umbriæ et Latio (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. [50]). — *b)* Præcipuæ urbes sunt: Arretium, Cære (*Cervetri*), Clusium, Cortona, Cossa (*Ansedonia*), Fæsulæ, Florentia, Luca, Luna, Perusia, Pisæ, Populonia, Senæ, Vetulonia (*Colonna*), Volaterræ, Volsinium (*Bolsena*) etc. — *c)* Fluvii: Armenta (*Fiora*), Arnus, Auser (*Serchio*), Cecina, Clanis (*Lagni*), Macra, Tiberis, Umbro (*Ombrone*) etc. — Et lacus: Alsietinus (*Lago di Martignago*), Ciminius (*Lago di Vico*), Sabatinus (*Lago di Bracciano*), Statoniensis (*Lago di Mezzano*), Trasimenus (*Lago di Perugia*), Volsiniensis (*Lago di Bolsena*) etc. — *d)* Fertilitas ejus maxime laudatur a veteribus, ut quæ « nulla magis vite gaudet » (*Plin.* 14. *Hist. nat.* 2. 4. [24])., unde et vina generosa ibi celebrantur (*Id. ibid.* 6. 8. [67]); præterea caseo quoque dives; tum frumento, ligno, ferro, marmore excellit (*Liv.* 28. 45). — *e)* Viæ, ex divisione Augusti: Etruria, septimæ totius Italiæ regioni adscripta (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. [50]), viis magnis abundabat, nempe ad septentr. Via Æmilia Scauri (*Itin. Ant. p.* 292. et *Rav. p.* 268), Via Cassia et Clodia (*Itin. Ant. p.* 286. et *Rav. p.* 285); ad austrum Via Aurelia (*Itin. Ant. p.* 290. et *Rav. p.* 267), Via Amerina (*Inscr.* ap. *Orell. n.* 3306), Via Flaminia (*Itin. Hier. p.* 612) etc. — *f)* Disciplinæ et artes. *V.* ETRUSCI. — *g)* Denique historia. V. *ibid.* — Memoratur insuper *Sall. Cat.* 28., *Varr.* 5. *L. L.* 6. 32., *Virg.* 2. *G.* 533., *Horat.* 1. *Od.* 20., *Tac.* 4. *Ann.* 65., 11. 15. et 24. et 15. 33., *Liv. epit.* 22., *Suet. Cæs.* 34. et *Oth.* 1., *Nep. Hann.* 4., *Mel.* 2. 59., *Capitolin. Ant. P.* 3. et *Gordian.* 4., *Trebell. trig. tyr.* 24., *Spartian. Hadr.* 9., *Ammian.* 14. 40., *Rutil. Itin.* 1. 573., *Not. Dign. occ.* 1. 57. et, ap. Græcos, *Thuc.* 6. 88., *Arist. pol.* 3. 5. 10. et *mirab.* 93., *Scyl.* 6., *Scymn.* 220., *Dionys.* 1. 25. et alib., *Zos.* 5. 41. — Ejus inscriptiones, præsertim, collegerunt *Fabretti* in *Corp. I. I.* a. *n.* 101-2677., plerasque lingua ac litteris Etruscis exaratas. *et Pauli* in *Corp. I. Etr.*, nuper emendatas et auctas a *Lattes* Flor. 1904. — Hinc *Etrurii,* idem quod Etrusci, a quibus regio denominata, teste *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 598., a quo *Etruri* dicuntur. Adde *Sicul. Fl. de cond. agr. p.* 137. *Lachm.* — *Etruscus* — *a)* Cum subst. *Claudian. carm.* 8. 145. augur. *et* 26. 504. palmes. *et* 15. 417. portus. *Ovid.* 1. *Fast.* 641. populus. *Varr.* 5. *L. L.* 32. ritus. *Phoc. de hist.* vates. *h. e.* Virgilius. *Suet. Aug.* 97. lingua. *Cic.* 6. *Fam.* 6. disciplina. *Virg.* 10. *Æn.* 180. urbs, *h. e.* Pisæ. *et* 9. *ibid.* 521. pinus. *Prudent. perist.* 11. 206. plebs. *Auct.* in *Anth. Lat. n.* 676. *M.* flumen. *h. e.* Tibris. *Horat.* 1. *Od.* 2. 14. litus. *et* 3. *Od.* 29. 35. mare. *Ovid.* 6. *Fast.* 361. arma. *Claudian. carm.* 28. 489. bella. *Cic.* 11. *Fam.* 10. castra. *et* 1. *Divin.* 12. chartæ. *h. e.* libri de arte augurali atde haruspicina. *Liv.* 9. 36. litteræ. *Ovid.* 4. *Fast.* 880. opes. — *b)* Abs. - Collective pro Etruscis. *Virg.* 10. *Æn.* 258. Forti permixtus Etrusco Arcas eques. *Catull.* 39. 11. Aut fartus Umber aut obesus Etruscus — Cogn. vir. *Corp.* 3. 1914. *Ibid.* 5. 6433. — *Etrusca,* cogn. mul. libert. 5. 82. — Fuit etiam uxor Claudii Etrusci *Stat.* 3. *Silv.* 111. et 207. — *Etrusci,* incolæ v. populi Etruriæ. *Martial.* 10. 68. colorati. *h. e.* sole fuscati, non arte. *V.* reliqua in ETRUSCI. — Hinc *Etruscilla,* cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5221. — *Etruscianus,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1354. et in *Corp.* 8. 8798.

ETRŪRĬI. *V.* voc. præc.

ETRUSCI, ōrum, m. plur. 2. (Ἐτρούσκοι καὶ Τοῦσκοι *Strab.*) Etiam *Etrurii* v. *Etruri* dicuntur, ut tradit *Serv. loc. cit.* in voc. præc. firmatque *Sic. Flacc.* in *Grom. ibid. cit.* his verbis « Tyrrheni qui dicuntur Etruri, Galliæ in Asiæ finibus socii Gallorum insedere ». At nullus alius ex scriptoribus sive Græcis sive Latinis hoc vocabulo utitur, ex falsa, ut monuimus, notatione inducto. — Ad etymon porro quod attinet, diximus haud esse subscribendum eorum opinioni, qui vocem *Etrusci* compositam putant ex ἕτεροι, *diversi* = *barbari,* et Ὄσκοι, quasi sit contr. ab *Etra-Osci* (V. ETRURIA init.); minus vero eorum, qui *Tusci* deducunt ἀπὸ τοῦ θύειν (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. [50], coll. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 781. *V.* TUSCI); vel a *Thracibus,* litteris mutatis additisque (*Re, Arch. Bibl.* 1880. *p.* 97-110. *et alib.*); sed illud verius existimamus, nomina *Tyrseni* v. *Tyrrheni, Etrusci, Tusci* pro *Tursci* (sic *Turnus* pro *Tursnus* in *Inscr.* ap. *Vermiglioli Iscr. Perug. I. p.* 279., coll. *Niebuhr, Röm. Gesch. I.* 47. et *Turs-kum* = Etruscum in *Tab. Eugub. I b* 17) ad unum idemque esse redigenda, sc. ducta esse a *Thiras* v. *Tharsis,* de quo *V.* infra: vel a rd. τυρ-, unde τύρσις, Neoatt. τύρρις = *turris, munimentum, castellum, domus* (V. *Walde, Lat. Et. Wb.* 1910. *p.* 800), quasi sint turrium vel munitorum locorum seu urbium habiles conditores, cui notationi favet historia (V. *De Sanctis, St. d. Rom.* 1907. *I. p.* 126., coll. *Varr.* 5. *L. L.* 148. et *Otf. Müller, Die Etrusk.* 877). Hi autem se vocabant *Rasennas,* teste *Dionys.* 30. 3. « αὐτοὶ μέντοι σφᾶς αὐτοὺς ἀπὶ τῶν ἡγεμόνων τινὸς Ῥασέννα τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ τρόπον ὀνομάζουσι »; quamquam locus videtur corruptus. — Ex his itaque colligere est, vocabulis *Etrusci, Tyrseni* v. *Tyrrheni, Tusci* et fort. *Rasennæ,* unum eundemque populum designari (Cf. *Virg., Liv., Horat. locc.* infra *citt.*). — Fuerunt autem

Etrusci populus Etruriæ, de quibus singillatim ac breviter disseremus: et primum — *a)* De eorum nomine: a Græcis (*Strab., Ptol., al.*) itemque a Latinis *Tyrrheni* appellati, promiscue vero *Etrusci, Tyrrheni* et *Tusci,* ut *Virg.* 1. *Æn.* 67. « Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor ». *Horat.* 3. *Od.* 29. 35. nunc medio alveo Cum pace delabentis Etruscum in mare. *et ibid.* 7. 29. Tusco denatat alveo. Sic *Liv. loc. cit.* vocat *Tuscum mare,* addens a Græcis *Tyrrhenum* appellatum. — Sunt tamen et e Latinis, qui inter *Etruscos* et *Tyrrhenos* distinguant; nam illos ajunt, a duce *Ræto* dictos, in Italiam ab Alpibus Ræticis descendisse (Cf. *Justin.* 20. 5. et *Liv. ibid.*); hos vero e Lydia, Tarchonte duce, venisse (*V.* TARCHON), quod cum recentiorum fere sententiis componi, nisi ex parte, non potest. — *b)* De origine: dicimus statim non omnia nec apud recentiores tam esse perspicua, ut, unde orti fuerint Etrusci, plane constet, quod ceteroqui non est mirandum, quum antiquarum gentium agitur origo. Ex veteribus, ut innuimus, alii fabulantur Etruscos fuisse αὐτόχθονας seu aborigines, vel, Tarchonte duce, unde Tarquiniorum nomen, ad Italiam appulisse ibique plures exstruxisse urbes cum Tarquiniis metropoli; Tagetem vero Jovis nepotem, e tellure derepente egressum, fuisse eorum regem ac Lucumones disciplinam auguralem edocuisse (*Schol. Virg.* 10. *Æn.* 179. et 198. *et Strab.* 5. 219): alii, rege Aty, quum Lydia fame divexaretur, magnam incolarum partem emigrare coactam, duce Tyrrheno, illius filio, ad occidentem versus navigasse sedemque fixisse prope Umbros (*Herod.* 1. 94. « ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικοὺς ἔνθα σφέας ἐνιδρύσασθαι πόλιας καὶ οἰκέειν τὸ μέχρι τοῦδε ». Cf. *Dionys.* 1. 27), quod Græcorum inventum putatur ex eo quod Etrusci nullam cum Lydiis, sive re civili sive religiosa inspecta, habuerint affinitatem (*Xanth. frg.* 1. et *Dionys.* 1. 30); quin ipse, ut ait *De Sanctis loc. cit, p.* 130., Etruscarum urbium situs, a mari remotior, satis luculenter indicat populum, qui non a mari, ut coloniæ Græcæ fere maritimæ, sed a terra seu continente pæninsulam Italicam invaserit. — Hisce igitur sententiis rejectis, ex recentioribus eruditis — *a)* Alii probabiliorem censent, qua statuitur, Etruscos eundem cum Ræstis populum fuisse; horum enim cum iis affinitas plane testata videtur Inscriptionibus in Tridentina regione aliisque locis Italiæ repertis (*Pauli, Die Inschr. nordetr. Alph. p.* 54. *sqq.* et 96. *sqq.* in *Altitat. Forsch.* 1 [1885]. et *Ascoli, Arch. glott. ital. VIII. p.* 98. *sqq.*); ita ut, quod supra diximus, a *Justin.* et *Liv. locc. citt.* traditum de Rætis, qui ab Alpibus in Italiam descendissent, horum cum Etruscis antiquissimam sedem Rætiam fuisse arbitrentur *Niebuhr* ac *Müller locc.* superius *citt.* — *b)* Alii vero primam Tyr

rhenorum seu Etruscorum originem e sacris litteris depromunt, nempe ex tabula gentium primitivarum genealogica, quam liber *Genesis* c. 10. *v.* 2. et 4. exhibet. Hinc arguunt eruditi, conlato voc. *Thiras* vel *Tharsis* cum *Tyrrhenis*, quorum antiquæ formæ sunt *Tyrseni, Tureni, Turscl, Tusci* v. *Etrusci*, gens eadem atque *Tursha* v. *Tuirsha* v. *Turisha* in documentis Ægyptiis, partim de genere Pelasgorum (*H. d' Arbois de Jubainville, Les prem. habit. de l'Europ.* Paris 1877. *p.* 52. *sq.*, coll. *Lenormant* in *Act. Congr. intern. II.* 2. 127. *sq.* et *Hummelauer* in *Gen.* 310. et 314), eos totam fere Græciam obtinuisse; deinde transvectos esse in Italiam. — Nobis illud veri similius videtur, Tyrsenos seu Turscos (Tyrrhenos v. Tuscos v. Etruscos) ad stirpem, in primis, Japeticam, pertinere (*Gen. loc. cit.*), nomine sumpto a Thiras (*al.* Tharsis *ibid.*), quos *Dionys. Hal. loc. cit.* (coll. *Fest. p.* 355. *M.*, *Tac.* 4. *Ann.* 55., *Vellej.* 1. 1., *Tertull. spect.* 5., quibus adde *Müller, Man. d' arch. II.* 304-309.; *Balbo, Meditaz. stor.* 444.; *Guarnacci, Orig. It. III.* 209.; *Balan, St. d' It. I. p.* 18) tradit ex Asia Minore antiquissimis temporibus venisse in Italiam, duce Rasenna v. Rasena, inde dictos *Rasenas* (quod pro *Turasenæ* factum conjicit *Grotefend, Alt. Ital. III.* 24), ex quibus fuerunt Rætii, Etruscorum tribus (*De Sanctis loc. cit.*, coll. *Pauli, Inschr. nordetr. Alph. p.* 54. *sqq.* et 96. *sqq.* 1885), olim ab aliis gentibus a valle Padana ad Alpes Rætias compulsos, unde posthac descendissent (*Liv.* 5. 33., coll. *De Sanctis ibid. I. p.* 126., *Niebuhr* et *Otf. Müller, locc. citt.*), aliis deinde supervenientibus populis, Oscis, Tauriscis etc. Sic eorum sententiæ componuntur, qui Etruscos ab oriente alii, alii ab occidente in Italiam advenisse putarunt. Ceterum, quænam ex tot variis veterum recentiumque scriptorum conjecturis sit eligenda, doctiorum judicio relinquimus. — *c)* De lingua, cujus origini et naturæ investigandæ sedulam olim operam dederunt viri doctissimi, ante omnes *Dempster* (1616), *Gori* (1737) et *Lanzi* (1789), Florentino illo epitaphio celebratus: « Etruscorum monumentis interpretatis - celebrium sui temporis eruditorum gloriam ingenio et doctrina adsecutus est », de quo nunc *Hugo Segré* fuse scripsit (1904). Hos principes secuti sunt *Lepsius* (1833), *Noel des Vergers* (1862), *Fabretti* (1867), *Corssen* (1874), *O. Müller* (ed. *Deecke* 1877), *Pauli* (1882), *Lattes* (1884) etc. Verum, quod de Etruscorum origine diximus, de eorum quoque lingua repetere cogimur, nos in tanta studiorum luce, quæ ex Etruscorum monumentorum interpretatione effulget, veram adhuc linguæ hujusce originem et naturam propemodum ignorare. *Corssen* namque eam confert cum Indo-germ., Ital., Celtic., Sanskr. etc.; *Bugge* cum Armenica: *Stickel* cum Semitica; *Besnier* cum Uralo-Altaica; præsertim *Müller* cum dialectis Italicis; sed octo milia Inscriptionum Etrusc. sive in Etruria proprie dicta sive in Æmilia aliæque perplures in aliis regionibus repertæ collectæque a *Pauli* in *Corp. I. Etr.*, magna Ægyptia inscriptione comprehensa, docent Etruscorum linguam fere nullam habere cum Italicis affinitatem nec cum qualibet alia Indo-europæa; quod quidem contra *Deecke (Etr. Forsch. u. Stud. II.* 1874. et 1882) cll. *Pauli (Etr. Forsch. u. Stud. III.* 1882) et *Buecheler (Pap. Iguv. lustr.* 1876) cum aliis multis demonstrarunt. — Speciminis autem causa subjicimus nonnulla laudatæ linguæ vocabula, cum inscriptione, ut *baltea (Varr.* in *Scauro* ap. *Charis. gramm. I.* 77) = cingula; *capys (Serv. Æn.* 10. 145) = falco; *falado (Paul. Fest. p.* 88. *M.*) = cælum; *iduare*, unde *Idus (Macrob. sat.* 1. 15. 14) = dividere: *ister (Liv.* 7. 2) = ludius, hystrio; *lars* = princeps, rex; *usil* = sol; *tiv* = luna; *avil* = annus; *θesan* = aurora; *lautni* = libertus; *fleres* = status; *clan* = filius; *sec* = filia; *ati* = mater; *puia* = uxor; *θura* = frater; *tins* = Juppiter; *maris* = Mars; *turan* = Venus; *turms* = Mercurius; *arse verse (Afran.* 415. *Ribb.)* = averte ignem; *aesar* (Cf. *esono* Umbr. et *Hes.* αἰσοί θεοί) = deus. Cf. *Sueton. Aug.* 97. « Ictu fulminis ex inscriptione statuæ ejus prima nominis littera effluxit; responsum est (*ab haruspicibus*) centum solos dies posthac victurum, quem numerum C littera notaret futurumque ut inter deos referretur, quod aesar, id est reliqua pars a Cæsaris nomine Etrusca lingua deus vocaretur ». Inscriptionis autem specimen hoc est:

AƧƎƆꟼAꓶ :AƧVƎꓶ :ANV+ :ꓶƎꟻ

pron. VEL: TVNA: LEVSA: LARCESA: i. e. Valia Tuna (*sc.* Tonia v. Attonia) Lusia Larci (*v.* Largi) uxor (*Inscr.* ap. *Conestabile, Spic. mon. Etr. p.* 24). — *d)* De litteris, disciplinis et artibus: Etruscos a Demarato Corinthio litteras didicisse tradit *Tac.* 11. *Ann.* 14 (Cf. etiam *Ann. dell' Istit. arch.* a. 1871. *p.* 156-166. et *Ephem. epigr. I. p.* 220. *sqq.*). — Hinc *Etruscorum libri (scripta, chartæ, litteræ, volumina)* sæpissime a Latinis scriptoribus laudantur, præcipue qui de disciplina augurali et de haruspicina agebant, in quibus eos excelluisse nemo est quin sciat; hinc dicti *Etrusci, haruspicini, rituales, fulgurales, fatales, tonitruales, Acherontici, Tagetici* (V. TAGES) et *Vegonici* (V. VEGOE). Memorantur *Cic. har. resp.* 37. et 1. *Divin.* 12. et 33., 2. 23., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 52. 53. (138)., *Censorin. d. nat.* 11. 6. et 14. 6., *Fest. p.* 359., *Lucan.* 1. 636., coll. *Isid.* 8. *Orig.* 9. 34., *Liv.* 5. 15., *Macrob.* 5. *Sat.* 19. 13., *Ammian.* 17. 10. 2. et 17. *ibid.* 10. 2. — *Censorin. loc. cit.* « Tages, qui disciplinam cecinerit extispicii, quam lucumones tum Etruriæ potentes exscripserunt ». *Comm. Bern. Lucan. loc. cit.* « Hic (puerili specie - sed senili prudentia *Cic.* 2. *Divin.* 23. 50) duodecim principum pueris disciplinam haruspicinæ dictavit ». *Varro Cens. ibid.* 17. 5. « Portenta mitti divinitus, quibus admonerentur unumquodque sæculum esse finitum. Hæc portenta Etrusci pro haruspicii disciplinæque suæ peritia diligenter observata in libros rettulerunt. Quare in Tuscis historiis, quæ octavo eorum sæculo scriptæ sunt - et quot numero sæcula ei genti data sint et transactorum singula quanta fuerint quibusve ostentis eorum exitus designati sint, continetur ». Quapropter Etruria *mater superstitionis* dicitur *Arnob.* 7. *p.* 230., coll. *Liv.* 5.. 1. et *Val. Max.* 1. 1. 1. — Porro dii apud eos iidem sunt, quos partim Roma dein coluit, ut *uni* = Juno, *menrva* = Minerva, *tins* v. *tinia* = Juppiter, *maris* = Mars, *turan* = Venus; *usil* = Sol, *neθuns* = Neptunus, *θesan* = Eos etc.; quin Romani, auctore Numa Pompilio, ab ea ritus mutuati sunt disciplinæ Etruscæ superstitiosos, de quibus *Varro, Cic., Fest., Serv.* et *Liv.* sunt consulendi (Cf. *Bouche-Leclercq. Hist. de la divination V.* et *Thulin, Die etr. Disziplin. I-III.* 1905-1907). — Artes quoque excoluerunt, ut rem agrariam, toreuticen, plasticen, statuariam, picturam etc. Hinc *Agrim. I.* 350. 17. Cum autem Juppiter terram Etruriæ sibi vindicavit, constituit jussitque metiri campos signarique agros. Cf. *I.* 348. et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 12. 43. (135). Demaratum ex eadem urbe (*Corintho*) profugum, qui in Etruria Tarquinium Priscum, regem populi Romani, genuit, comitatos (*referunt*) fictores Euchira, Diopum, Eugrammum (*nomina mythica*); ab iis Italiæ traditam plasticen (Cf. *O. Müller, Etrusk. I. p.* 194. et *II. p.* 260. et *Varr.* 16. *L. L.* 15). et *Horat.* 2. *Ep.* 2. 180. Tyrrhena sigilla. — Classicus est de Etruscorum florenti condicione locus *Livii* 28. 45. « Etruriæ populi pro suis quisque facultatibus consulem adjuturos polliciti (*II. bell. Punico*): Cærites frumentum sociis navalibus commeatumque omnis generis. Populonienses ferrum, Tarquinienses lintea vela. Volaterrani inceramenta navium et frumentum. Arretini tria milia scutorum, galeas totidem, pila gæsa hastasque longas, milium quinquaginta summam pari cujusque generis numero expleturos, secures, rutra, falces, alveolos, molas quantum in quadraginta naves longas opus esset, tritici centum et viginti milia modium et in viaticum decurionibus remigibusque collaturos. Perusini, Clusini, Rusellani abietes in fabricandas naves et frumenti magnum numerum ». Hinc tum soli feracitatem agrorumque cultum, tum etiam opes, industria et artibus partas, apud eos maximas fuisse patet. Speciatim *tubas*, sive potius genus quoddam tubæ, quæ *tyrrhena* est dicta, invenisse traduntur (*Virg.* 8. *Æn.* 526): item domorum porticus (*Varro* 5. *L. L.* 161) et alia hujusmodi celebria exstruxisse, quæ ad architecturam pertinent. Ceterum musea in Italia forisque referta sunt artificum Etruscorum monumentis, sc. vasis, signis, nummis, cippis, titulis etc. de quibus vd. *Furtwängler, Etrusk. Gigpt.* et *Meisterwerke* 718. 1.; *Savignoni, Mon. d. Linc. VIII.* 536.: *Milani, Mus. it. di ant. cl. I.* 1. *sqq.* et *Mus. topogr.* 35. *sq.*, 73. *sqq.* et 95. *sqq.*; *Petersen, Röm. Mitt. IX.* 253. *sqq.* et *Ant. Denkm. II.* 14.; *Martha, L'art etr.* 531.; *Gerhard, Etr. Spiegel* 1-4. 5.; *Conestabile, Pitt. mur.*; *Karo, Bull. di paletn. It. XXX.* 24. *sqq.*; *Falchi, Not. d. scavi* 1895. *p.* 272. *sqq.* — *e)* De moribus, quos fuisse barbaricos satis cognoscitur ex his, quæ retulerunt *Liv.* 5. 33., eos locis ipsis ita efferatos fuisse, ne quid ex antiquo præter sonum linguæ, nec eum incorruptum, retinerent. *et Cic.* 2. *Nat. D.* 4., coll. *de orat.* 2. 19., qui eos barbaros appellat. *et Val. Max.* 9. 2. *ext.* 10., qui eos dicit feroces in pœna excogitanda. Hinc *Fest. p.* 365. *M.* Turranos, Etruscos appellari solitos, ait Verrius, a Turrheno, duce Lydorum, a cujus gentis præcipue crudelitate etiam tyrannos dictos. Item *Cic.* 2. *rep.* 4. eos prædones maritimos latrocinandi arti deditos notat. — Nec mirum, si vitiis haud parum indulserint qui ad crudelitatem tam erant propensi, quam perraro a luxuria disjunctam videmus; quare paulatim mollitie enervati majorum gloriam in bellis amiserunt. — *f)* De historia Etruscorum, quos veteres Græci ac Latini scriptores, ut vidimus, ex Asia minore, nempe a Lydia, fortasse sæc. XI. a. Chr. in Italiam advenisse tradiderunt. hæc pauca addimus: nempe eos imperium suum longe lateque protulisse, teste *Livio* 5. 33. « Tuscorum ante Romanum imperium late terra marique opes patuere: mari supero inferoque, quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint, nomina sua sunt argumento, quod alterum Tuscum, communi vocabulo gentis, alterum Atriaticum mare ab Atria Tuscorum colonia vocavere Italicæ gentes; Græci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant: et in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras, prius cis Appenninum ad inferum mare, postea trans Appenninum totidem, quot capita originis erant, coloniis missis, quæ trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est, maxime Rætis ». — Hisce autem duodecim urbibus, inter se fœdere conjunctis, præsidebant singulis singuli viri principes, ex nobilium ac sacerdotum classibus hereditario jure imperantes, qui Lucumones vocabantur; totidem vero oppida postea in circumpadana regione ab iisdem Etruscis condita sunt, quæ *Etruria nova* audiit (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 202) seu *Etruria circumpadana* (περὶ τὰς ἀνατολὰς τοῦ Πάδου: *Polyb.* 2. 17. 3. et *Diod.* 14. 113), unde, Tarquinio Prisco regnante (ex Etruscis, qui, sæc. VI. Roma subacta, etiam ibi dominati sunt) ejecti fuere a Gallis (*Liv.* 5. 35., coll. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. [138]). — Dein cum Latinis bellum gesserunt (*Virg.* 7. *Æn.* 426., coll. *Serv.* ad *l.*), Volscos subegerunt (*Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 567) et, Cumanis expulsis (*Strab.* 5. 217), Campaniam invaserunt (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 145) ibidemque duodenas alias exstruxerunt urbes, quarum caput fuit Capua (*Vellej.* 1. 7). Hinc *Cato* ap. *Serv.* in *Æn.* 11. 517. ait in Tuscorum jure pæne omnem Italiam fuisse. — Verum Romani, variis cum ea gente commissis prœliis (*Dionys.* 3. 57. *sqq.* et 4. 27., coll. *Liv.* 2. 14. et *Tac.* 3. *Hist.* 72), libertatem demum recuperarunt, et Samnites Campania sunt potiti (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 145., coll. *Strab. loc. cit.*), adeo ut Etrusci, quæ possidebant, magna ex parte amiserint, ad solam Etruriam proprie dictam redacti. Porro de victoriis, quas Romani de Etruscis retulerunt, in ipsa Etruria dimicantes (ubi Vejos, potentissimam eorum urbem, ceperunt a. 395. a. Chr.), loquuntur *Fasti triumphales*, ubi celebria nomina occurrunt Furii Camilli (a. 389), Q. Æmilii Barbulæ (a. 311), Q. Fabii Maximi Rulliani (a. 309), M. Valerii Corvi (a. 301) etc. Quo factum est, ut etiam, sua valde imminuta libertate, Romanorum dominationi fere se Etruscæ urbes accommodare fuerint coactæ (*Liv., Flor., al.*); et Romanam postea civitatem adeptæ, legibus *Julia* (a. 90. a. Chr.) et *Plautia Papiria* (a. 89), sensim cum Roma, nova patria communi, unum corpus effecerint, republica Romana adhuc vigente. — Tempore autem Augusti fuit septima ex Italiæ regionibus et sub imperio Orientali cum Umbria una ex decem provinciis pæninsulæ Italicæ, correctoribus et dein vicario, Romæ residenti, subjecta (*Inscr.* ap. *Orelli n.* 1100., 1181., 2285. etc., *Corp.* 8. 597., *Paul. Diac.* 2. 20. et *Not. Dign. occ.* 1. 57., 2. 15. et 19. 4). — De Etruscis eorumque historia cultuque optime ac fuse scripsit laudatus *O. Müller, Die Etrusker* 1877. Consulas etiam, præter veteres *Ptol.* 3. 1. 4. 32., *Strab.* 5. 219-227. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 50-52., recentiores *Dempster, De Etruria regali* libr. VII. cum *Passeris* paralipomenis; *Canina, l'Etruria marittima*, Rom. 1846-52.; *Wissen, Ital. Landesk. II.* 277-378.; *Torp, Etrusk. Beiträge I. II.* Leipz. 1902-3.

ETUVĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 5. 2209.

ĔTȲMANDRUS v. Etymandros, i, m. 2. Varie scribitur, ut *Etymandros* ap. *Arrian.* et *Ethymantus* ap. *Curt.* et *Hermandus* ap. *Plin.* et *Erymanthos* ap. *Polyb.* = *haētumant* in Avesta (*Vendidād I.* 13) et idem est ac « vadis, pontibus abundans ». — Est autem fluvius in regione Ariana Asiæ, oriens ex Arachosia in declivio australi montis Paropanisi et in Drangiana excurrens in lacum Ariam, hodie *Hilmend*. Memoratur *Curt.* 8. 9. 10. et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 25. (92)., coll. *Arrian. an.* 4. 6. 6. et *Polyb.* 11. 34.

EU

EUADNĒ, es, f. 1. (Εὐάδνη, *bene v. valde placens*: vd. *Maas, Gött. Gel. Anz.* 1890. *p.* 356. et *Fick-Bechtel, Gr. Pers.-Nam.* 378 et 390) ¶ 1. Filia Posidonis seu Neptuni ex Lena, Leucippi filia, ap. *Hygin. fab.* 157. Fortasse legendum est ex *Cleona*. Altera lectio est in *Roschers Lex. d. Myth. II.* 1997. Cleona, filia Asopi. ¶ 2. Item filia Strimonis et Neæræ, uxor Argi et mater Ekbasi, Piranthi, Epidauri et Criasi. *Hygin. fab.* 145., coll. *Apollod.* 2. 3. ¶ 3. Item filia Iphidis (unde *Iphias* dicitur *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 111) vel Philacis (*Hygin. fab.* 243. et 256), uxor Capanei, castissimis adnumerata (*Id. ibid.*), mater Sthenoli (*Id. fab.* 97). — Hæc maritum incredibili amore dilexit, quæ quum audisset eum apud Thebas cecidisse, fere in mortis stuporem diriguit; deinde quum celebraretur funus, in rogum se conjecit (*Id. fab.* 243., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 447., coll. *Ovid.* 4. *Trist.* 3. 64. et *Stat.* 12. *Theb.* 126. et 801).

EUADNĒS, is, m. 3. astrologus, qui in Chaldæa de mari exisse fertur et « astrologiam interpretatus est » *h. e.* primus docuit, ut tradit *Hygin. fab.* 274., ubi alii leg. *Euhadnes*, alii vero *Oannes* (Ὠάννης). *V.* OANNES.

EUÆI. *V.* BEUÆI.

EUÆMON v., rectius, Euhæmon, ŏnis, m. 3. (Εὐαίμων *Hom.*) vir quidam Thessalus, cujus filius, quem ex Ope suscepit, Eurypylus ex Ormenio Trojam profectus est, teste *Hygin. fab.* 97. et *Dict.* 1.

EUĀGON, ontis et ŏnis, m. 3. (Εὐάγων, οντος et ωνος, *bene certans v. felix in certamine*) ¶ 1. Fuit scriptor rei rusticæ, Thasius patria, memoratus *Varr.* 1. *R. R.* 1., *Colum.* 1. 1. 9. et *Plin.* in *Ind. II.* 8. 10., 14. 15., 17. et 18. ¶ 2. Item celeber legatus ex Psyllis et ex eis, qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro, ad Romanos, a quibus in dolium serpentum conjectus est, ut experirentur, an ab eorum morsibus illæsus inde esset exiturus.

EUĀGŎRĀS, æ, m. 1. (Εὐαγόρας, *bonus contionator*) ¶ 1. Fuit Priami, non ex Hecuba, filius, laudatus *Hygin. fab.* 90., coll. *Apoll.* 3. 152. ¶ 2. Item nomen duorum regum Cypri, quorum prior tantum memoratur a Latinis scriptoribus, *Justin.* 5. 6., *Nep. Chabr.* 2. et *Oros.* 2. *Hist.* 6., coll. *Trog.* in *prol.* 9. et 10. et *Xen. hist.* 3. 1. — Regnavit Salaminæ, a. 410-374. nactus suarum virtutum, quibus maxime excelluit, et litterarii cultus laudatorem Isocratem (*IX*) et Chabriam Atheniensem adjutorem in tota insula suo imperio subjicienda a. 387., teste *Nep. loc. cit.* — Ad eum Conon, classe Persarum a Græcis devicta, confugit (*Justin.*, coll. *Xen. locc. citt.*); dein vero sub Artaxerxe bello est petitus, quicum tamen postea pacem composuit. — Eunuchi cujusdam perfidia, Trabydæi nomine, una cum filio Pythagora interemptus est a. 374. — De ejus nummis vd. *Babelon, Les Pers. Achem. CXX. sqq.*, 86. *sqq.*; *Six, Rev. numism. III. I.* 1883. *p.* 280. *sqq.*; *Numism. Chronicle III.* 10. 1890. *p.* 256. et *Head, H. N.* 626. — De eo consulas *Engel, Cypros I.* 286. *sqq.*; *Scharfe, De Euagoræ Salamin. reg. vit. ac reb. gest.* (Diss. Münster 1866) et *Erich, De Euagora Cyprio* (Diss. Rostock 1872). — Hinc *Euagore (es et ēnis)* f. 3. (Εὐαγόρη), Oceanitis seu filia Oceani et Tethydis, *Hygin. fab. præf. p.* 11. — Alia apud Græcos *Hes. theog.* 257. et *Apollod.* 1. 12., quam *De-Vit* cum præc. confundit. Cf. *Braun, Gr. Götterl.* 52. § 86.

EUĀGŎRĒ. *V.* voc. præc.

EUĀGRĬUS, ii, m. 2. (Εὐάγριος, *bene capiens v. felix in captura*) *Euuagrius* scribitur in *Corp.* 5. 1198.; sed in hac eadem *Inscr.*, quam refert *Orell. n.* 4912., est *Euagrius*. Memorantur ¶ 1. Euagrius, præf. præt. Orientis sub Constantino M., a. 313. et 315. ex legibus ad eum datis (*Cod. Theod.* 12. 1. 1. et *Cod. alt.* 10. 31. 14. a. 313., coll. *Cod. Theod.* 14. 8. 1. et 16. 8. 1. a. 315) et Nicomediæ a. 326 (*Cod. Theod.* 9. 7. 2) et a. 331 (*Ibid.* 7. 22. 3); item fort. a. 339. sub Constantio. Cf. *Seeck, Ztschr. f. Rechtsgesch. Rom. Abt. X.* 233. *sqq.*; nisi est, qui a. 353. et 354. item fuit præf. præt. sub Constantio imp. ¶ 2. Euagrius, comes rei privatæ apud Constantium II. a. 360., sub Juliano imp. in exsilium pulsus. *Ammian.* 22. 3. 7. Ad eum scripsit *Libanius ep.* 126. ¶ 3. Euagrius, episcopus, Antiochenus, experrecti ingenii, qui *tractatus diversarum* ὑποθέσεων et vitam b. Antonii ex Græco Athanasii in Latinum sermonem transtulit, teste *Hieronym. vir. ill.* 125., qui laudibus eum sæpe in suis *epp.* (1., 3., 4., 5. et 7) prosequitur, antequam esset sacerdos. — Consecratus episcopus, successor Paulini, ab Eustathianis ordinati, continuavit schisma, enatum sub illo propter Flavianum, legitimum Antiochiæ episcopum, quod, Euagrio mortuo a. 393., cessavit. ¶ 4. Euagrius, præf. Augustalis Ægypti a. 389-392 (*Bauer, Wien Stud. XXIV.* 2. 118). *Cod. Theod.* 16. 10. 11., coll. *Sozom. h. ecl.* 7. 15. et *Eunap. vit. Ædes.* 44. — Adfuit excidio Serapei Alexandriæ (*Socr.* 5. 16. 10). Cf. *Rauschen, Jahrb. d. chr. Kirch.* 302., 304., 335. et 586. ¶ 5. Euagrius, insignis monachus, incredibilis abstinentiæ et in sacris litteris eruditus, a. 397., *Prosp. Aquit.* in *chron.* ad *h. n.* ¶ 6. Euagrius, *Ponticus* dictus, nat. a. 345. in Ponti oppidulo, diaconus a Gregorio Nazianzeno Constantinopoli ordinatus. — Philosophiæ studiis mature eruditus, multa scripsit (*Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 1); sed Origenis doctrinis faviase et Pelagii quasi præcursor traditur *Hieronym. ep.* 133. *n.* 3., coll. *Dial. adv. Pelag.* 1. *prol.* 1., et *Cassiod. ibid.* 8. 21. Enimvero bina post sæcula damnatus fuit in duobus Conciliis œcumenicis. — Ejus olim discipuli fuere *Rufinus*, qui Euagrii libros latine vertit (etiam syriace dein redditos fuisse dicunt *Zoeckler, Evagre le Pontique* etc. Munich 1893. et *Dräseke, Sur Evagre le Pont.* in *Rev. de theol. scient.* 1894. *I.* 123-137). *Hieronym. ibid.* et *Palladius* monachus ap. *Cassiod. ibid.* 8. 1. ¶ 7. Euagrius, fort. Gallus, ineunte sæc. V. scripsit *Altercationem Judæi Simonis* et *Theophili christiani*, « pæne omnibus notam » (*Marcellin. Com.* in *chron.* a. 423), ab eo per Galliam diffusam, quæ probabiliter est opus seu dialogus Aristonis inter Judæum christianum et Judæum Alexandrinum ab eo latine versum (*Zahn, Recherches sur l'hist. du canon IV.* Erl. 1891). — Huic tribuuntur etiam dialogi, qui *Consultationum libri* inscribuntur; sed de iis quoque dubitant critici aliique adjudicant auctori. ¶ 8. Euagrius, *Scholasticus* appellatus, nat. Epiphaniæ a. 536., oratoris seu advocati (σχολαστικός) munus professus, disertissimus, scriptor *Historiæ eccl.* ab a. 431-594. (libr. VI), qua opus continuatur Socratis, Sozomeni et Theodoreti, nuper ed. cum schol. a *Boor, Bidez* et *Parmentier*, London 1898. Cf. etiam *Krumbacher, Gesch. d. byz. Liter.* 1897. *p.* 245. *sqq.* Sed a nullo, quod sciam, ex Latinis scriptoribus memoratur.

EUĀGRUS, i, m. 2. (Εὔαγρος, idem significat quod voc. præc.) vir Lapitha in pugna Centaurorum occisus, teste *Ovid.* 12. *Met.* 290. et 293. *sqq.*

EUAN. *V.* hanc voc. in *Lexico*.

EUANDER et Euandrus, i, m. 2. (Εὔανδρος, *bonus v. fortis vir*) Utraque forma in recto utuntur Latini, ut *Euander* ap. *Virg.* 10. *Æn.* 515., *Varr.* 5. *L. L.* 21., *Liv.* 1. 7., *Ovid.* 1. *Fast.* 471., *Val. Max.* 2. 2. 9., *Tac.* 15. *Ann.* 41., *Stat.* 2. *Silv.* 1. 93., *Corp.* 8. 5944., *al.* — *Euandrus*, rarius, ap. *Virg.* 8. *Æn.* 100. et *alib.* (Cf. *Charis.* 128. 1). — *Euandros*, posit. Gr., ap. *Fulg. Virg. contin. p.* 164 *M.* — Voc. *Euandre* ap. *Virg.* 11. *Æn.* 55. Cf. *Serv.* ad *h. l.* — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Euander, nobilis Arcas (*Varr.* 5. *L. L.* 4. § 21., *Val. Max.* 2. 2. 9., *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 51), Atridis generi conjunctus ex Tymandra, uxore Echemi (*Hes. frg.* 109. et 112. *K.*), ejus matre, quæ sorores habuit Clytemestram et Helenam, uxores, Agamemnonis illam, hanc Menelai: vel ex Atreo, filio Majæ, unde natus Mercurius, Euandri pater, quod *Accius* in *Atr.* plenius refert, vel avus; Trojanis quoque conjunctus, ut docet *Serv.* (*Virg.* 8. *Æn.* 130); nepos Pallantis, regis Arcadiæ, filius, uti diximus, et communius a mythologis traditur, Mercurii, primi Jovis filii, et Nicostratæ, filiæ Ionii, regis Arcadiæ, vel nymphæ, dictæ etiam deinde ab arte vaticinandi, qua excellebat, Carmentis v. Carmentæ, quæ eadem est ac Themis apud Græcos (*Plut. Rom.* 21. et *Strab.* 5. 230). — Filium genuit, quem appellavit Pallantem ex avo et filiam nomine Pallantiam, ex qua Hercules genuit *Fabium*, unde gens Fabia est propagata, ut canit *Sil. It.* 6. 628. *sqq.* (V. FABIUS). — Hic quum patrem suum, fortuito v. suadente matre, occidisset (alii, contra, ipsam Nicostratam centum annorum ætate a filio peremptam tradunt), dimissa provincià suà, exsul (non sponte sed invite) venit in Italiam, ca. a. 60. ante Trojam captam, cum Pelasgorum manu, tenuitque loca, in quibus Roma est, regnante Fauno (ante annos circiter LX. quam Æneas), ab eo humanissime exceptus, cum suis paucis popularibus, ipsi comitatis (*Flor.* 1. 1. 9) et cum Catillo, classis præfecto (*Cat. orig. frg.* 56. *Peter* = *Solin.* 2), habitavit prope Tiberim in eo colle, qui postea Palatinus mons (*Euandrius* dictus *Stat.* 4. *Silv.* 1. 7. et *Claudian.* 28. 11) et Palatium appellatus est ibique modicum oppidum Pallantium seu Pallanteum condidit; hinc *Romanæ conditor arcis*, sc. Pallantei, vocatus *Virg.* 8. *Æn.* 313., ubi videtur subtiliter significare Romam ab Euandro initium habuisse (*Serv. loc. cit.* 313). Hic autem mons Palatinus secundum Virgilium a Pallante, avo Euandri, secundum Varronem et alios, a filia Euandri Pallantia, ab Hercule vitiata et post ibi sepulta, vel certe a Pallante, ejus filio, ibidem sepulto, est dictus (*Serv. loc. cit.* 130. et *Mythogr. I. fab.* 70. et *II. fab.* 153). Grati porro animi ergo Euander Faunum deum appellavit (*Cincius* et *Cassius* ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 10). — Mox autem cum Herilo, rege Prænestino, qui eum ex Italia extrudere conabatur, bellum gessit illumque interfecit (*Id.* ad *eund.* 8. *Æn.* 562). — Hic celebres heroas hospitio excepit, nempe — *a)* Herculem, cui præsenti, postquam eum a deo genitum cognovisset (*Tac.* 15. *Ann.* 41), Aram magnam fanumque sacravit (*Mythogr. I. fab.* 66. et 69. et *III. fab.* 13., coll. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 407. et *Juvenal.* 11., 61); tum statuam eidem in foro boario triumphali habitu dicavit ac Lupercale sacrum instituit in monte Palatino (*Liv.* 1. 5., coll. *Ovid.* 2. *Fast.* 267. *sq.* et 5. 99. *sq.*, *Dion. Hal.* 1. 32. 80. et *Plut. Rom.* 21). Cf. POTITIUS et PINARIUS. — Invexit etiam cultum Cereris, Neptuni, Mercurii et Panis

(Ovid. 5. Fast. 100. et Dio 1. 32. sq.). — b) Item Æneam, cum Pelasgorum reliquiis illuc profectum (hinc Cat. orig. 1. ap. Serv. ad Virg. 1. Æn. 6. Aborigenes « postea adventu Æneæ, Phrygibus junctos, Latinos uno nomine nuncupatos » dicit. Cf. Sall. Cat. 6. ritus sacrificiorum docuit, eique dein bellanti auxilium cum Pallante filio misit (Virg. 8. Æn. 102. sqq. et Mythogr. I. fab. 202), quem Turnus interfecit. — De litterario cultu et artibus quoque bene meruit Euander; fertur enim litteras Græcas numero XV. vel, sec. Mar. Victorin. 1. 4. 95., XVI., quas Carmenta mater in Latinas litteras commutavit (Cf. Gell. 1. 10. 2., apud quem mater Euandri loco proverbii est), in Italiam transtulisse (Hygin. fab. 277) easque Aborigines docuisse, teste Tac. 11. Ann. 14., qui XVI. pariter recenset, et Liv. 1. 7. et Pomp. gramm. p. 98. K.; tum etiam, præter scripturam, musicen aliasque tradidisse artes pluraque alia beneficia impertiisse, ob quæ post mortem in numero deorum habitus cultusque fuit aramque habuit apud Aventinum collem, non procul a porta Trigemina. — De his deque aliis, quæ ad Euandrum pertinent, vd., præter laudatos, Fab. Pict. frg. 1., Aur. Vict. orig. G. R. 5., 6. et 7., Propert. 4. 1. 4., Horat. 1. Sat. 3. 91., Macrob. 1. Sat. 5. 1., 3. ibid. 1. 3. et 4. ibid. 6. 7. sq., Senec. cons. ad Helv. 7. 6. et Dial. 12. 7. 6., Justin. 43. 1., coll. Paus. 8. 43. 2. et 44. 5., Plat. Phædr. 244. B., Eratosth. ap. Schol. — Epitheta vel attributa nonnulla de eo addimus, ex poetis desumpta: Virg. 8. Æn. 578. Arcadius rex. Ovid. 5. Fast. 643. Arcas. Virg. 8. Æn. 313. conditor arcis. Id. 10. ibid. 370. dux. Ovid. 6. Fast. 91. exsul. Id. ibid. 97. heros Nonacrius. h. e. a monte Nonacri Arcadiæ. Id. ibid. 647. Pallantius. Virg. 11. Æn. 45. parens. Id. 11. ibid. 31. Parrhasius. h. e. ex Parrhasia, regione Arcadiæ. Virg. 8. Æn. 558. pater. Id. ibid. 360. pauper. — De eo consulas etiam Schwegler, Röm. Gesch. I. 354.; Heinze, Verg. episch. Technik 174., 262. et 468. et Escher, PW. 6. 839. sqq. — 2.°) Euander, filius Priami, laudatus Hygin. fab. 90., coll. Apollod. 3. 53. et Dict. 3. 14. — 3.°) Euander, Atheniensis, pater Antimachi, qui fuit unus ex septem pueris, a Theseo liberatis, in Creta a Minotauro devorandis (V. MINOS), teste Serv. ad Virg. 6. Æn. 21., coll. 54. — 4.°) Euander, Lacydis discipulus, Hegesini magister Academicus, ad mediam Academiam pertinens. Cic. 2. Acad. (pr.) 6. 16. — 5.°) Euander, Cretensis, dux auxiliarium, ad cædem Eumenis, a. 172. a. Chr., subornatus a Perseo (Liv. 42. 15), cui fugitivo comitatus est (Id. 44. 43) a. 168. et a quo eod. anno est interemptus (Id. 45. 5). — 6.°) Euander (C. Avianius), statuarius seu plastes, quem M. Antonius Athenis Alexandriam secum transtulisse dicitur. Horat. 1. Sat. 3. 91. et Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (10). — 7.°) Euander, episcopus Nicomediensis, qui una cum Theocrito, Chalcedoniæ episcopo in Bithynia, Ophitarum hæresim ex ea provincia extrusit, ut tradit Auct. prædest. 1. 17. ¶ 2. In titulis cogn. vir., quod occurrit in gente Aviania. Corp. 3. 5944. — Hinc Euandreus et Euandrius, adj. ad Euandrum Arcadem pertinens. Anth. Lat. n. 578. M. sæculum. Priscian. gramm. II. 68. 16. K. ensis. Sil. It. 13. 816. mater. h. e. Carmenta. et 7. 18. regna (al. tecta). — Euandrianus, adj. unde Euandriani, absolute, hæretici quidam ab Euandro aliquo nuncupati, ap. Auct. prædest. 1. 2., ubi al. leg. Secundiani. — Euandriana. V. EUANDRIA.

EUANDRĒUS (Euandrius), a, um, adject. V. voc. præc.

EUANDRĪA, æ, f. 1. (Εὐανδρία) oppidum peninsulæ Ibericæ in Lusitania, conventus Emeritensis, ad dexteram Anæ in via ab Ebora Emeritam, fort. hod. Badajoz. Memoratur Rav. p. 314., coll. Ptol. 2. 5. 8., idem quod Euandriana in Itin. Anton. p. 418.

EUANDRIĀNI, ōrum, m. plur. 2., et

EUANDRĪUS, a, um, adject. V. EUANDER.

EUANGĔLUS, i, m. 2. (Εὐάγγελος, bonus nuncius) nom. vir. Gr. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Euangelus, pastor, qui ob repertam lapicidinam honoribus affectus est, nomine insuper immutato; nam antea Pyxodarus vocabatur. Vitr. 10 7. — 2.°) Euangelus, interlocutor quidam in Macrob. sat. 5. 2. 1. et 7. 16. 1. et 15., homo amarulenta dicacitate et lingua proterve mordaci et procax, dictus 1. ibid. 7. 1., coll. 11. 1., quo fort. ficto nomine inducit Macrob. virum aliquem christianum, suæ doctrinæ illudentem et inimicum. Cf. Jan. proleg. p. XXXI. — 3.°) Alios vide sis ap. Vig. Taps. dial. c. Arian. 1. 2., Hieronym. ep. 78. et 146.; Act. Coll. Carth. a. 411. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Corp. 5. 7. — Ibid. 647. et 8. 3959. - et 5. 1200. Euuangelus. — Hinc Euangelius (Εὐαγγέλιος), nom. vir. cujusd. ap. Symm. 6. ep. 7.

EUANIPPĒ, es, f. 1. (Εὐανίππη?) filia Elati, uxor Hippomedontis, mater Polydori Argivi, qui fuit unus ex Epigonis. Hygin. fab. 71.

EUANORĪDĀS, æ, m. 1. (Εὐανορίδας) historicus, patria Eleus, laudatus Paus. 6. 8. 1., victor in ludis Olympicis et Nemeis, qui Olympionicas scripsit. Cf. Plin. 8. Hist. nat. 22. 34. (82). et Varr. ap. Augustin. 18. Civ. D. 17. — Lectio Paus. est dubia. Lucian. Hermotym. 39. conjicit Εὐανορίδας pro Εὐανδρίδας, ut Voss, Susemihl, Dittenberger, qui lectionem Pausan. loc. cit. suspectam habent. Apud Plin. tamen loc. cit. putat C. Müller, Fragm. Hist. Gr. N. 4. 407. pro Agriopas legendum esse Euanoridas. V. etiam Jacoby, PW. 6. 846.

EUANTHĒ, es, f. 1. (Εὐάνθη, bene v. pulcre florens) ¶ 1. Est nom. nymphæ, Asopi, Bœotiæ fluvii, filiæ, ap. Ovid. 3. Am. 6. 41., ubi vulgo Euadne. ¶ 2. Est etiam in titulis cogn. libert. Corp. 5. 6167.

EUANTHĒS, is, m. 3. (Εὐανθής, ejusd. orig. et signif. ac præc.). ¶ 1. Fuit scriptor Cyzicenus, quem inter suos fontes recenset Plin. in Ind. l. 8. « inter auctores Græcos non spretus », ut scribit idem Plin. 8. Hist. nat. 22. 34. (81). Adde Hieronym. c. Jovin. 2. 14. Sed C. Müller, Fragm. H. Gr. III. 11. cum Neanthes confusum fuisse arbitratur, quod non omnibus placet. Cf. Münzer, Beitr. z. Quellenkr. d. N.-G. d. Plin. 1897. p. 161. ¶ 2. Est etiam in titulis cogn. vir. Gr. Inscr. in Bull. Arch. Com. a. 1876. p. 150.

EUANTHĪA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. (Εὐάνθεια) ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Achaiæ ad Locros Ozolos pertinens. Rav. p. 378., ubi scribitur Euantia, omissa aspiratione. — 2.°) Item oppidum ad Cariam pertinens, quod et Trallis, ap. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (108). ¶ 2. Est etiam nom. pers., sc. mulieris christianæ in Corp. 5. 6222., ubi Euuanthia scribitur.

EUANTHĪUS (Euantius), ii, m. 2. (Εὐάνθιος, bene v. pulcre florens) ¶ 1. Fuit grammaticus Latinus, de quo Hieronym. in chron. ad a. 358. Euanthius eruditissimus grammaticorum Constantinopoli diem obiit, in cujus locum ex Africa Charisius adducitur. et Rufin. gramm. lat. VI. 554. 4. Euanthius in commentario Terentii de fabula (hoc est de comœdia) sic dicit « concinna argumento, consuetudini congrua, utilis sententiis, grata salibus, apta metro ». et mox « veteres etsi ipsi quoque in metris neglegentius (egerunt) iambici versus dumtaxat in secundo et quarto loco, tamen a Terentio vincuntur resolutione hujus metri quantum potest comminuti ad imaginem prosæ orationis ». Suringar tamen Hist. crit. schol. latin. I. 106. sqq. eum e numero Terentianarum fabularum interpretum excludit. Cf. etiam Usener, Rh. Mus. XXIII (1868) 493. sqq.; Scheidemantel, Quæst. Euanth. Diss. Leipz. 1883.; Sabbadini, Studi ital. di filol. class. II (1894) 12. sq.; Ritschl, Parerg. 358. sqq. ¶ 2. Item poeta, cujus carmen exstat in Anth. Lat. n. 669. R., quod inscribitur Domni Euantii (sine aspir.). ¶ 3. Item quidam laudatus Sidon. 8. ep. 13 (al. 8).

EUANTHUS, i, m. 2. (Εὔανθος?) nom. vir. Corp. 5. 2874. — Inscr. ap. Momms. n. 6310 (233). Euuantus (omissa aspir.).

EUARCHUS, i, m. et Euarchum n. 2. fluvius Paphlagoniæ, memoratus Plin. 6. Hist. nat. 2. 2. (6). et Val. Fl. 6. 102.

EUĀRESTUS, i, m. 2. nom. vir. (ab εὖ, bene, et ἀρεστός, placens, amatus), a Latinis quibusdam mutatum in Euaristum. V. hanc voc. Memoratur Ulp. Dig. 36. 1. 16. § 17. V. Momms. in h. l. et Cod. 5. 44. 2.

EUĀRĒTUS, i, m. 2. (Εὐάρητος Ion. et Εὐάρατος Dor., exoptatus) ¶ 1. In titulis cogn. vir. Gr. Inscr. ap. Brambach n. 449. ¶ 2. Apud scriptores vir quidam Cous, Alexandri, Herodis I. filii, amicus, de quo Hegesipp. 1. 41. § 6., coll. Jos. 1. B. J. 582. et Ant. 16. 312. — Euarete (es), Acrisii filia, uxor Œnomai, mater Hippodamiæ. Hygin. fab. 84.

EUĀRISTUS, i, m. 2. (Εὐάριστος? bene, i. e. quam optimus) nom. vir. Gr. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Euaristus, auctor Actorum s. Polycarpi, in cujus operis fine suum nomen reliquit (Dressel edidit Euarestus). — 2.°) Euaristus, pontifex Romanus, successor Clementis, quem excepit Alexander (Iren. 3. hær. 3. 3., Eus. ap. Rufin. interpr. Hist. eccl. 3. 34) a. 100-109., quartus in Rom. episcopatu (Hieronym. ex Eus. in chron.), originis Judaicæ, filius Judæ Bethlemitæ, nomine tamen Græco vocatus ex eo quod Christiani ex Judæis aliud nomen, fere ex Græca lingua tunc communi, mutuabantur (Lib. Pontif.). In Catal. Bucher. Anacleto dicitur successisse temporibus novissimis Domitiani, Nervæ et Trajani. — Presbyteris Romanis, autem a Cleto institutis, XXV. titulos seu sedes adsignavit, quod originem dedit iis, qui postea cardinalium nomine, curiæ, cui quasi cardini innitebantur, titulo quisque insigniti sunt, quod alii tribuunt Marcello (Lib. Pontif.), alii Zephyrino (De-Rossi, Bull. di arch. s. IV. p. 20); præterea septem diaconos constituit, qui « custodirent episcopum - propter stilum veritatis », dum contionabatur, i. e. quasi testes adstarent veritatis eorum, quæ ipse docebat (Duchesne adn. Lib. Pont. I. p. 126). — Antiqua omnia monumenta in id consentiunt, sanctum hunc pontificem martyrium fecisse, Trajano imperante, qui politicis maxime de causis in Christianos deseviit (Cf. Ferreiros, Stor. apol. dei Papi tr. II. 1. p. 125 [1899]); quamquam in Martyrol. Rom. VII. Kal. Nov. (ed. 1914. p. 334) legitur « Romæ sancti Euaristi Papæ et Martyris, qui Dei Ecclesiam sub Hadriano imp. suo sanguine purpuravit ». Cf. Mazzoni in Tav. Cronol. s. 1. — 2.°) Euaristus, episcopus ac dein hæreticus Novatianus, teste Corn. pap. ep., quæ inter epp. Cypriani exstat n. 50 (al. 48). De eo Cyprian. ep. 52 (al. 49) scribit « Docere atque instruere ceteros cœpimus, Euaristum de episcopo jam nec laicum remansisse, cathedræ et plebis extorrem et de Ecclesia Christi exsulem per alias longe provincias oberrare et ipsum veritatis ac fidei naufragum factum circa quosdam sui similes paria naufragia concitare ». — 3.°) Euaristus, plenius Marius Euaristus, laudatus in Collat. Legg. Mos. et Rom. 1. 11. 2. et 3. ¶ 2. In titulis nom. serv. et cogn. vir. Corp. 5. 8110 (80). — Alia in Ephem. epigr. II. p. 244. l. 24. AEVARISTVS SER. GEN. i. e. servus gentilis.

EUĀSĪUS, ii, m. 2. cogn. vir. Corp. 8. 2204. — Adde Coll. Carth. act. Cogn. I. n. 126. et 199. et Gest. Coll. Carthagine habit. a. 411. — Euasia, nom. mul. in Inscr. ap. Marini, Iscr. Alb. p. 83. n. 80. — Eusiana, item nom. mul. in Inscr. ap. De Rossi, Rom. Sott. III. p. 358.

EUATHLUS, i, m. 2. (Εὔαθλος, bene certans) juvenis dives Atheniensis, discipulus Protagoræ Abderitæ, rhetor famosus (Cf. Schol. Arist. Vesp. 592. Ῥήτωρ πονηρός), de quo Quintil. 3. 1. 10. et Gell. 5. 10. V. Bergk, Reliq. com. Att. 100. sqq.

EUBĪUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὔβιος, bene vivens) ¶ 1. Apud scriptores occurrunt — 1.°) Eubius, Æacidarum unus, ex majoribus Alexandri M. de materno genere, in carmine, quod ipse Alexander composuit, ap. Jul. Valer. 1. gest. Alex. 58 (Pseudo-Kallisth. p. 46. Müll.), filius Ptoli, ejusque in regno successor. — 2.°) Eubius « impuræ conditor historiæ », ut canit Ovid. 2. Trist. 415. — Item Eubius, Ascalonita, stoicus, ap. Steph. Byz. v. Ἀσκαλών, et sculptor Thebanus, qui una cum Xenocrito statuam Herculis Promachi fecit in templo patrio, ap. Paus. 9. 11. 4., a Latinis scriptoribus, quod sciam, non memora-

tus. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. in Bull. d. Ist. arch. a. 1878. p. 55. n. 11.

EUBŌDĬUS, ii, m. 2. (ab εὖ et βώδιον pro βοΐδιον demin., a βοῦς quasi sit dives boum) consul a. 386. cum Honorio, Theodosii Augusti filio; antea vero, sc. a. 385., præfectus in Galliis Maximi imp., vir acer et severus, ut scribit Sulpic. Sev. 2. chron. 50., ubi refert Priscillianum ejusque asseclas judicio perculisse. — In Fast. comm. appellatur Euodius, ita ut plenius dictus fuisse videtur Flavius Eubodius vel Euodius (Evodius), quo nomine vocatur apud eund. Sulp. in vit. s. Martin. 20., ubi dicit « præfectus idemque consul Evodius (sic), vir, quo nihil unquam justius ». — Alius memoratur in Notit. Afr., qui fuit episcopus Miditanus in Byzacena, iis adnumeratus, quos Hunericus, Vandalorum rex, relegavit.

EUBŒA, æ, f. 1. (Εὔβοια: dicta ab εὖ, et βοῦς, bos, quia in ea boum pascua fertilia sunt ac læta) nom. geogr. et pers.

I.) Eubœa, nom. geogr. ¶ 1. Est insula haud parva maris Ægæi ad oram orient. Græciæ, aqua eam sejungebat brachium sinus, ab eadem dicti Euboici, vocatum amnis Euripus in parte inter Chalcidem et Aulidem angustiore, figura consimilis arcui (Hygin. fab. 276), hodie item Eubœa vel Negroponte. — Variis nominibus fuit olim appellata, sc. Chalcodontis vel Macris ap. Dionysium et Ephorum (Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. [63]), similiter Macra ap. Aristidem, Chalcis ap. Callidemum (Id. ibid.), Abantias ap. Menæchmum, ut vulgo Asopis ap. poetas (Id. ibid.) et Macris Abantias ap. Priscian. (perih. 544). Eam describit idem Plin. ibid. « Eubœa et ipsa avolsa Bœotiæ tam modico interfluente Euripo (Flor. 2. 8. 9., coll. Senec. quæst. nat. 6. 17. 4), ut ponte jungantur, ad meridiem promontoriis duobus, Geræsto ad Atticam vergente et ad Hellespontum Caphereo, insignis, a septentrione Cenæo, nusquam latitudinem ultra XL. m. pass. extendit, nusquam intra MM. contrahit, sed in longitudinem universæ Bœotiæ ab Attica ad Thessaliam usque prætenta in CL. m. pass., circuitu vero CCCLXV. Abest ab Hellesponto parte Capherei CCXXV. mil. pass. et ibid. (64). Urbibus quondam Pyrrha, Porthmo, Neso, Cerintho, Oreo, Dio, Ædepso, Ocha, Œchalia, (Mel. 2. 107. opulentissimis), Chalcide et Carysto, Geræsto, Eretria, Oritano, Artemisio, fonte Arethusa, flumine Lelanto aquisque calidis, quæ Ellopiæ vocantur, nobilis, notior tamen marmore Carystio. Adde Solin. 7. et 11., coll. 15. et 16., Tac. 2. Ann. 54., Liv 34. 51. et alib., Liv. epit. 32. et 35., Nep. Milt. 4. et Them. 3., Gran. Licin. frg. ann. 35., Ovid. 13. Met. 659., Stat. 7. Theb. 285. et 9. 768., Mythogr. II. fab. 165., Corp. I. L. 3. p. 106., 987., 1315., 2079., coll. Hom. Il. 2. 535. et Od. 7. 321., Hor. 4. 33. etc., Thuc. 2. 55. etc., Xen. Hell. 7. 5. 4., Dom. 6. etc., Polyb. 18. 29., Scyl. 22., Scymn. 572., Diod. 5. 17. etc., Strab. 10. 444. sq., Ptol. 3. 15. 23. sq. et 3. 12. 1. sq., Paus. 4. 34. 6. etc., Plut. Sol. 14., Agathem. 2. 8., C. I. Gr. 2. p. 176. — Fuit habitata a diversis populis, Achæis, Dryopibus etc., præcipue Ioniis, qui ei dominati fuere, ex quorum urbibus duæ potissimum, contra Bœotiam, in ora occid., de principatu contenderunt, Chalcis nempe et Eretria. — Capta est insula ab Atheniensibus post bella Medica, a quibus rebellavit a. 445. a. Chr., sed Pericles rursus illam Athenis subjecit; quod jugum iterum excussit, bello Peloponnesiaco ad finem vergente, non ita tamen, ut plane libera dici potuerit. Verum Callias, Chalcidis tyrannus, post prœlium Chæronæum eam tradidit Macedonibus, quam dein scimus partes Romanorum secutam in bello contra Ætolos et Antiochum ac tandem, Græcia devicta, unam cum Achaia provinciam constituisse, ut ex historicis, superius laudatis constat, præsertim Thuc. 1. 214. Diod. 12. 22. et 14. 82., Plut. Pericl. 23., Xen. Hell. 4. 2. 17. et 3. 15., Polyb. 18. 29. sq., Liv. 35. sq., 36. 11. et alib., coll. Ælian. var. hist. 6. 1. et Appian. Syr. 12. 16. 20. — De ejus nummis consuli possunt Eckhel, 2. p. 322-325.; Cavedoni, Spicil. 113. sq. et Head, H. N. 355. — De ea scripserunt ex recentioribus Baumeister, Topogr. Skizze d. Insel Euboia, Progr. d. Kathar. Lübeck 1864.; Geyer, Topogr. u. Gesch. d. Insel Eub. in Sieglins Quell. u. Forsch. z. alt. Gesch. u. Geogr. VI. Berl. 1903. ¶ 2. Item oppidum, haud longe a Bajis, quod coloni, a Chalcide Eubœæ illuc profecti ad novas sedes quærendas, condiderunt. Mythogr. I. fab. 145., coll. Serv. ad Virg. 3. Æn. 441. et 6. ibid. 42. V. CUMÆ. — Aliud in Sicilia, a Leontinis conditum, ap. Strab. 6. 272. et 10. 449.; sed a nullo ex Latinis scriptoribus, quod sciam, memoratum. — Hinc Eubœus, adj. ad Eubœam pertinens. Stat. 5. Silv. 3. 136. plebes. — Euboicus, adj. idem sed longe usitatius. Ovid. 14. Met. 4. Glaucus. Id. 6. ibid. 232. Anthedon. Sil. It. 14. 143. Euripus. Liv. 31. 47. sinus. Stat. 1. Silv. 4. 126 (V. loc. et cf. Ovid. 14. Met. 196). Lucan. 5. 183. recessus. Ovid. 13. Met. 182. Aulis. Martial. 9. 30. Sibylla. h. e. Cumana. Senec. Herc. Œt. 779. tellus. et Herc. f. 382. unda. Lucan. 5. 227. Chalcis. et ibid. 196. latus. Virg. 9. Æn. 710. litus. Ovid. 4. Fast. 257. carmen. h. e. Sibyllæ Cumanæ liber. et 9. Met. 226. altum. sc. mare. Liv. 37. 45. talentum (Paul. Fest. p. 78. M. « Euboicum talentum nummo Græco septem milium et quingentorum cistophorum est, nostro quattuor milium denariorum »). Stat. 4. Silv. 4. 1. campi. et 11. Theb. 282. duces. et 3. Silv. 5. 12. penates. Val. Fl. 6. 321. montes. et 1. 373. undæ. Auson. Mos. 346. Bajæ. Ovid. Ib. 490. aquæ. Virg. 11. Æn. 260. cautes. Liv. 34. 51. civitates. Mythogr. I. fab. 202. litora. — Euboici, abs., incolæ. Serv. ad Virg. 6. Æn. 43. Mons Cumanus, quem Euboici habitaverunt. — Euboice, adv. V. voc. in Lexico. — Eubois (Εὐβοΐς), adj., idem quod Euboica. Stat. 1. Ach. 414. quatitur navalibus ora Eubois. h. e. Eubœa in Græcia. et 1. Silv. 2. 263. Tellus Eubois. h. e. regio circa Cumas et Neapolim.

II.) Eubœa, nom. pers. ¶ 1. Fuit filia Macarei, quæ, ab Apolline vitiata, genuit Agreum, teste Hygin. fab. 161. ¶ 2. Item filia Cleoptolemi Chalcidensis, uxor Antiochi. Justin. 31. 6., coll. Polyb. 20. 8.

EUBŒUS et

EUBOĬCUS, a, um, adject. V. voc. præc.

EUBŪLEUS et

EUBŪLĬDĀS, æ, m. 1., et

EUBŪLĬDĒS, is, m. 3. V. voc. seq.

EUBŪLUS, i, m. 2. nom. vir. (Εὔβουλος, bene consulens) Eubolus scribitur in antiq. mss. et edit. libr. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Mulomedicus quidam, cujus compositionem ad opisthotonos affert Pelagon. Mulom. 17. ad fin. — 2.°) Item sculptor incertæ ætatis et patriæ, cujus mulier admirans laudatur, ut scribit Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (88). Cf. Sillig. ad l. — 3.°) Item philosophus, Alexandrinus ap. Diog. Laert. in Timone, sed Atheniensis ap. Suid., qui, ut scribit Tertull. anim. 5., animam incorpoream fecit. — 4.°) Item qui « historiam Mithræ multis voluminibus explicuit, narrat apud Persas tria genera Magorum, quorum primos, qui sint doctissimi et eloquentissimi, excepta farina et olere, nihil amplius in cibo sumere etc. »: ita Hieronym. c. Jovin. 2. 14. — Ejus tamen libri interciderunt. Laudatur etiam a Porphyr. de abstin. 4. 11-13. — 5.°) Item præfectus præt. Illyrici a. 436. sub Theodosio et Valentiniano impp. (Cod. Theod. 8. 4. 30. et 12. 1. 187), contextor codicis Theodosiani, illustris ac magnificus, comes et quæstor (Ibid. 1. 1. 6. § 2). — 6.°) Item sophista Constantinopolitanus, « christianus tum cum apud eum rhetoricam legebat Julianus, qui postea imperator et apostata fuit; quare et ipse, eo imperante, fidem abjuravit ac rursus post eum christianus esse volebat »: ita Cassiod. 6. Hist. trip. 1. et 38., coll. Socr. 5. Hist. Eccl. 1. et 11. — 7.°) Alios vide sis ap. Paul. ep. 2. Tim. 4. 21. et Hieronym. ep. 86. ¶ 2. In titulis nom. et cogn. Corp. 6. 17804 (in via Salaria). et Inscr. ap. Momms. n. 6807. 20 (in patera). — Hinc Eubulis (idis), cogn. mul. Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 28. — Eubula, nom. mul. Corp. 6. 17805. — Eubule (es), nom. mul. (Εὐβούλη), una Danaidum, quæ virum suum Demarchum prima nuptiarum nocte occidit (Hygin. fab. 170). — Eubuleus, nom. vir. (Εὐβουλεύς). — a) Unus ex tribus primis Dioscuris, teste Cic. 3. Nat. D. 21. 53. — b) Item unus ex quinque pagum Eleusinum incolentibus, quum Ceres illuc venit filiam Proserpinam quærens, de quo Arnob. 5. p. 174. « Hic porcorum erat custos ». — Eubulidas (æ), Εὐβουλίδας — a) Chalcidensis quidam, quem Romani ab Antiocho sibi dedi postularunt. Liv. 37 45. et 38. 38. — b) Item Grosphus « homo Centuripinus cum virtute et nobilitate domi suæ, tum etiam pecunia princeps » a Verre vexatus. Cic. 3. Verr. 23. 56. — c) Alii ap. eund. 5. ibid. 110. et 128. et Cod. Theod. 8. 10. 2. — Eubulides (is) Εὐβουλίδης — a) Statuarius Atheniensis, de quo Sillig. in Catal. Artif. « Magnum donarium, Minervam Pæoniam, Jovem, Mnemosynem, Musas Apollinemque comprehendens, fecit et Athenis consecravit » (Paus. 1. 2. 4). — Ejus filius, Euchir nomine, paternam artem professus sibi famam peperit, cujus celebrata est (mulier) digitis computans, ap. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (88). V. Loewy, Inschr. gr. Bildh. 133. et IG. 7. 552. — De his fuse eruditeque scripsit C. Robert, PW. 6. 870. sqq. — b) Item Milesius, dialecticus, a quo argumentationes sive argumentandi rationem didicit Plato, teste Apul. apol. 15 (V. Prantl, Gesch. d. Logik. I. 40. sqq. et Zeller, Philos. d. Gr. II. a.[4] 264. sq.). — c) Item scriptor musices, ap. Boeth. mus. 2. 19. Cf. Diels Vorsokr. 4. 3. — Eubulio (onis), nom. vir. demin. Corp. 6. 17803 (in via nova Capitolina).

EUBURIĀTES, ium, m. plur. 3. gens Ligurum celeberrima, laudata Plin. 3. Hist. nat. 5. 7. (47)., ubi alii leg. Cuburiates, sed lectionem firmat Flor. 2. 3. 5., ubi tradit eos ceterosque Ligures ita Postumium exarmasse, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur.

EUCADDIRES, sacerdotes cujusdam numinis, memorati Augustin. ep. 17. 2. V. ABADDIR.

EUCÆRUS, i, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὔκαιρος, opportunus, tempestivus) Alexandrinus quidam « canere per tibias doctus » (Tac. 14. Ann. 60), qui a. 58. p. Chr. destinatus est reus impuri commercii cum Octavia Neronis, ob quod « actæ sunt etiam de ancillis quæstiones » (Id. ibid.). — In titulis nom. serv. et cogn. Inscr. ap. Momms. n. 6769. c. 2. l. 46. et Corp. 5. 482. — Hinc Eucærius (Εὐκαίριος), vir quidam vicarius Asiæ sub Valente imp. præstabili scientia litterarum abundeque honoratus, ap. Ammian. 20. 1. 9., ubi tamen lectio dubia est. — Eucæria (Εὐκαιρία, opportunitas), nom. mul. in Inscr. in Bull. Arch. Com. a. 1881. p. 86.

EUCARPĒNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

EUCARPĪA, æ, f. 1. (Εὐκάρπεια, copia fructuum, feracitas) ¶ 1. Est oppidum in Phrygia Magna, memoratum Rav. p. 109., hod. Emir Hissar v. Celenderes. — De ejus nummis vd. Eckhel, 3. p. 152., Cavedoni in Spicil. p. 237. et Head, 563. — Hinc Eucarpeni, incolæ, ap. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (105). V. etiam Eckhel, loc. cit., ubi ΕΥΚΑΡΠΕΩΝ legitur. ¶ 2. Item oppidum in Cappadocia, ap. Rav. p. 98. — V. etiam voc. seq.

EUCARPUS, i, m. 2. nom. vir. (Εὔκαρπος, bene fructificans, ferax fructuum) Scribitur etiam Eucharpus cum aspiratione, sed perperam, in Corp. 3. 4816. — Est cogn. in Inscr. ap. Momms. n. 8785. et Marini, Fr. Arv. p. 420. — Alii memorantur ap. Fiorelli, Not. degli scavi a. 1880. p. 299. et 300. et in Cod. 8. 42. 7. — Item martyr Nicomediensis. Martyrol. Rom. XV. Kal. Apr. ed. 1914. p. 80. — Hinc Eucarpius (Εὐκάρπιος), episcopus, olim Macedonianus, ap. Cassiod. 7. Hist. trip. 25. — Eucarpia, nom. mul. in Cod. 4. 49. 11. — In titulis. Not. degli scavi a. 1897. p. 224 (Tarenti).

EUCHADĪA, æ, f. 1. uxor Exegisti, hominis Macedonis, cujus meminit Cic. Pis. 36. 89.

EUCHĀRIS, itis, m. et f. 3. (Εὔχαρις, gratiosus) cogn. vir. et mul. Inscr. ap. Donat. 879. 6. — Alia ap. Momms. n. 6943. et Garrucci, Syll. 1827. — Eucharius (Εὐχάριος), nom. vir. — Fuit proc. Palæstinæ sub Gratiano, Valentiniano et Theodosio imppp. a. 383. Cod. Theod. 11. 36. 28. — Item proc. Africæ sub Honorio et Theodosio impp.,

a. 412. *Cod. Theod.* 6. 29. 9. et *alib.* — Item presbyter ex Hispania, Calamæ in Africa habitans, bis morbo sanatus Stephani mart. reliquiis. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. — *Eucharis* (Εὐχαρία), nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 143.

EUCHĀRISTUS, i, m. 2. (Εὐχάριστος, *gratus*) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 34. — In *alia* in *Corp.* 5. 2582. L. TITINIO AEVCARISTO (*sic*) LIB. (*Furlanetto* in *Lap. Patav. p.* 160. dederat ABCARISTVS). — Abs. *Corp.* 8. 276. et ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 376. 3. — Adde *Cod.* 4. 33. 4. — *Eucharista (ea)*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Grut.* 700. 7. — Hinc *Eucharistianus* (Εὐχαριστιανός), nom. vir. in titulo Christ. ap. *Marat.* 1863. 7.

EUCHĀRIUS. *V.* EUCHARIS.

EUCHATÆ, ārum, m. plur. 1. gens Scythica, memorata *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 19. (50).

EUCHĒ, es, f. 1. (εὐχή *precatio*) cogn. mul. Gr., tum ingenuum, tum libertinum. *Corp.* 6. 17811; 2. 3885. et 4. 5345. et *alis* ap. *Momms. n.* 1551. — « Scribitur et *Euchi(is)*, sed labente latinitate et ab indoctis hominibus, cum nempe Romani in Græcis vocibus uterentur vulgari Græcorum pronunciatione, apud quos olim vulgo, ut etiamnum usu venit apud Græcos recentiores, littera η sonitu litteræ Latinæ *i* efferebatur. *Inscr.*, quæ mendosa quidem apud *Grut.* 994. 4., ita vero legitur etiamnum in *Mus. Pat.* - L. CHECI (pro *Crene*, a κρήνη, *fons*) - O. L. EVCHI etc. ». Ita *Furlanetto* in *Lexico Forcell.* — Hinc forma producta EVCHINI (*dat.*) in *Corp.* 5. 2907.

EUCHĒRIUS, ii, m. 2. nom. vir. (Εὐχέριος, *bonus*, i. e. *facilis* v. *tractabilis manibus*) — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Comes sacrarum largitionum sub Gratiano imp. a. 377. *Cod. Theod.* 1. 32. 3., fort. idem cum seq. — 2.°) Item consul a. 381. cum Flavio Syagrio (*Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. n.* 307. et 309), plenius *Flavius Eucherius* (*Corp.* 6. 36982), patruus Theodosii I., proc. Africæ a. 380 (*Cod. Theod.* 10. 20. 9.: cf. *Seeck, Symm. p. XLVIII.* 153), cons. a. 381 (*Momms. Chron. min. III.* 524). — Obiit a. 395., fort. Antiochiæ. — 3.°) Item filius Stilichonis et Serenæ, natus Romæ, puer laudatus *Claudian. carm.* 10. 338., 21. 120. et *alib.*; adulescens pessimæ indolis, interfectus ab Honorio imp. una cum patre. *Marcellin. chron.* ad a. 468. et *Oros.* 7. *Hist.* 38. — 4.°) Item senator quidam, calumniis oppressus necatusque a Victorio, duce Eurici, regis Gothorum. *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 20. — Exstat ad eum epistola *Sidonii Apollinaris* 3. *ep.* 11., scripta a. 474. — 5.°) Item episcopus Lugdunensis a. 440., antea matrimonio junctus cum Galla, a qua filios suscepit, insignis et scriptis et maxime virtute (*Mam. Claudian. de stat. an.* 2. 9 3). De eo *Gennad. vir. ill.* 63. Eucherius, Lugdunensis ecclesiæ presbyter, scripsit ad Valerianum propinquum suum de contemptu mundi et sæcularis philosophiæ epistolam unam, scholastico sermone et rationabili. Disseruit etiam ad personam filiorum Salonii et Veranii, postea episcoporum, obscura quæque sanctarum capitula scripturarum; sed et Cassiani quædam opuscula lato tensa sermone angusto verbi resolvens tramite in unum coegit volumen aliaque tam ecclesiastica quam monasticis studiis necessaria. et *Isid. vir. ill.* 28. Eucherius elegans sententiis et ornatus in verbis. *Mam. Claudian. loc. cit.* Eucherius magnorum sæculi sui pontificum longe maximus. Adde *Sidon. carm.* 16 (al. 16) 115. et 7. *ep.* 5 (al. 9). — Scripsit ep. paræn. *de contemptu mundi et sæc. philosophiæ; de laude eremi Lerin., de passione Agaunensium Martyrum, epit. opp. Cassian. l. II., Homilias* quasd. etc. Cf. *Gennad. l. c.* — Scripserunt ad eum epistolas *Salvianus ep.* 2. et 8., *Cassianus, Collat. XI-XVII.* et *Paulin. Nol. n.* 51. a. 424., ex qua constat illum in insulam Lerinum se recepisse. — Obiit inter a. 450-455., ejusque natalis celebratur XVI. Kal. Dec. in *Martyr. Rom.* (ed. 1914. p. 358). — De eo scripsit *Jülicher, PW.* 6. 883. — *Eucheria*, poetria Aquitanica, V. vel VI. sæc. a. Chr. n., quæ elegiam scripsit nuptialem, de qua V. *Ind. Auct.* Lexico præmissum. Eam edidit *Burmann* in *Anth. Lat. II. p.* 407.; item *Meyer* in *Anth. Lat. n.* 385. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Inscr.* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III.* 415., sed corrupta.

EUCHIR, iris, m. 3. (Εὔχειρ, *bonus*, sc. *habilis manibus, manu præstans, laboriosus*). Acc. *Euchira* ap. *Plin. loc. cit.* sub 2.° — Memorantur hoc nomine in libris — 1.°) Dædali cognatus, qui primus in Græcia picturam instituit, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 57. 57. (205). — 2.°) Item pictor, qui Damaratum Corintho profugum in Italiam comitatus est cum Diopo et Eugrammo, a quibus Italia tradita est plastice, ut ait *Plin.* 35. *ibid.* 12. 43. (152). V. *Brunn, Künstlergesch. I.* 50., 52. et 529.; *II.* 5. 302.; *Robert, Arch. Märch.* 10. 131.; *Walters Hist. of anc. pottery I.* 395. — 3.°) Item statuarius. *V.* EUBULIDES.

EUCHĪTÆ et Euchetæ, ārum, m. plur. 1. (Εὐχῆται, *precatores*) hæretici (qui et *Massaliani* v. *Messaliani* lingua Syriaca, teste *Facund. pro def. tr. cap.* 6-7. *p.* 735. *M.* et *Enthusiastæ* in *Cod. Theod.* 16. 5. 65), ita dicti (ab εὔχομαι, *oro, precor*) ab orandi assiduitate; perpetuo namque orabant, adeo ut monachos fovendæ vitæ gratia quidpiam facere, impium ducerent, quia sic interpellaretur orandi facultas, ut scribit *Augustin.* 5. *hær.* 58. Adde *Auct. de præd.* 1. 57.

EUCHRESTUS, i, m. 2. (Εὔχρηστος, *utilis*) nom. serv. et cogn. vir. Græcan. *Insor.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 496. et *Momms. n.* 2165.

EUCHRŌTĪA, æ, f. 1. (Εὐχρωτία, *bono* v. *pulcro colore prædita*) uxor Attii Tironis Delphidii, rhetoris, quæ cum filia Procula aliisque, Priscilliana hæresi infectis, gladio est addicta a. 385., teste *Prosp. Aquit.* in *chron.* De ea fuse *Sulpic. Sev.* 2. *chron.* 48. et 51. et, omisso nomine, *Auson. Prof.* 5.

EUCLĒRĪUS, ii, m. 2. (εὔκληρος, *fortunatus*) auctor carminis, quod legitur in *Anthol. Lat. n.* 789. *R.*, ubi alii, sed male, *Euglerius* scribunt (Cf. *v.* 6. cum *Horat.* 2. *ep.* 2. 44).

EUCLĒS, is, m. 3. (Εὐκλῆς, έους, *bene seu valde gloriosus*) Acc. *Eucles*, Gr. posit., ap. *Val. Max.* 8. 15. *ext.* 4. ¶ 1. Fuit Olympionices quidam, filius Berenices, cui, soli omnium, feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est (*Val. Max. loc. cit.*). ¶ 2. Item statuarius, laudatus *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (51)., ubi tamen alii aliter leg. — Hinc *Eucleis, is* (i. e. *bene vocata seu nominata*), cogn. mul. libert. Græcan. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 682., ubi nom. gentilicio *Castis* præponitur. Adde *aliam* in *Corp.* 1. 1029. — *Euclia* (i. e. *celebris nomine* v. *valde gloriosa*), cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5833. — *Euclides.* V. suo loco. — *Euclio (ōnis)* Εὐκλείων, nom. vir. demin. senis cujusdam, memorati *Auson. edyll.* 11. *init.*, ap. *Plaut. Aulular.*, qui pater fingitur *Queroli*, in comœdia cognomine auctoris incerti.

EUCLĪDĒS, is, m. 3. (Εὐκλείδης ab Εὐκλῆς) Declinatur etiam *Euclida, æ*, Latina positione, in *Corp.* 1. 1062. — Fuit autem hoc nomine ¶ 1. Philosophus Megarensis, a. 400-320. a. Chr., Socratis discipulus, qui, quum interdictum esset Megarensibus se Athenas conferre sub pœna capitali, audiendi Socratis cupidus noctu etiam cum periculo vitæ eam urbem adibat (*Gell.* 7. 10); unde *Socraticus* est dictus, quasi cognomine, a *Censorin. d. nat.* 3. 3. — Mortuo magistro, Megaræ scholam instituit, quare *Megarici* vocati sunt ejus discipuli seu sectatores (Cf. *Diog.* 2. 106. et 6. 24. et *Strab.* 9. 393), inter quos eminuit Phædo ex Elia, titulus unius ex præstantioribus dialogis Platonis. Memoratur *Cic.* 2. *Acad. (pr.)* 42. 129. — Euclides documenta Socratis cum Parmenidis Eleatici doctrinis permiscuit docuitque verum bonum, philosophice spectatum, unicum esse et hoc aut Deum aut rationem aut intelligentiam: bonum unice esse *ens* et omnia, quæ ipsi opponuntur, *non-entia*. Cum Eubulide, præcipuo discipulo suo, in disputando sophismatis usus est, quapropter ejus schola « litigiosæ v. eristicæ » nomen hereditavit. Ab ea orti sunt syllogismi electra, sorites, cornutus et syllogismus crocodili. — De eo vd. *Kachnik, Hist. phil.* 1896. *p.* 28.; *Deycks, De Megar. doctr.* 1827.; *Zeller, Phil. d. Gr. II a.*[4] 252. 2. 3. et *Windelband, Gesch. d. alt. Philos.* 1888. *p.* 81. *sq.* ¶ 2. Item mathematicus celeberrimus, Tyrius (*Abulphar.*), sed vulgo Ægyptius et fort. Alexandrinus (*Croiset*), primus Alexandriæ mathesis doctor, temporibus Ptolemæi I. Lagidæ ca. 315-2151. a. Chr., qui fuit ejus auditor, quique narratur aliquando quæsivisse a magistro, studii geometriæ salebris perterritus, an planior aliqua esset via ad illam discendam; cui ille respondisse fertur: « in mathematicis desunt viæ regiæ » (*C. Robert, PW.* 6. 1004). — De eo *Gell.* 1. 20. *in fin. de lineа.* Euclides autem brevius - γραμμή, inquit, est μῆκος ἀπλατές: quod exprimere uno Latino verbo non queas, nisi audeas dicere *illatabile.* et *Capell.* 6. *p.* 234. Quo dicto, quum plures philosophi, primum Euclidis theorema formare eam (*lineam*) velle cognoscerent, confertim adclamare Euclidi plaudereque cœperunt. Cujus laudibus etiam ipsa Geometria plurimum gratulata, se per sectantis gloriam sublimari provehique cognoscens, ab eodem, libros ejus - festina corripuit etc. *V.* integr. loc. *et ibid. p.* 190. Euclides doctissimus. *Inscr. metr. Patronii Antigenidis* ap. *Orelli n.* 1174. « Et libros legi: legi pia carmina Homeri Sive quot Euclides abaco præscripta tulisset ». Adde *Cic.* 3. *Orat.* 33. 132., *Plin.* in *Ind. l.* 2., *Balb. exp. mens. p.* 108. *Lachm.* — Joculariter *Sidon. carm.* 23. 116. Euclides spatium sciens Olympi. *et* 9. *ep.* 9. *ad fin.* Chrysippus digitis propter numerorum indicia constrictis, Euclides propter mensurarum spatia laxatis. — *Val. Max.* 8. 12. *extr.* 1. hæc habet « Platonis quoque eruditissimum pectus - conductores sacræ aræ de modo et forma ejus secum sermonem conferre conatos, ad Euclidem geometram ire jussit, scientiæ ejus cedens, immo professionis ». At *Valerium* errasse credimus; ex Procli enim, Eudemi et Theophrasti testimonio constat Euclidem ad tempora pertinuisse Platonis ætate recentiora. — Plura scripsit, ex quibus excellit opus, quod hodieque tamquam fontem adeunt omnes mathematicæ disciplinæ cultores, nempe *Elementa* geometriæ (στοιχεῖα *Archim.*, στοιχείωσις *Procl.*, unde auctor dictus *Stichiotes*), in XIII. libros tributa (vulg. XV., sed ex his duo postremi Hypsicli Alexandrino adjudicantur), retractata et latine reddita ab Arabico primum a quodam *Atelhart de Bath* ca. a. 1130., dein ab aliis; commentariis etiam illustrata et in propriam linguam versa ab Arabibus (*Al-Haddschadsch, Al-Narizi* etc.), adhuc exstantia cum aliis opp., ut δεδομένα, φαινόμενα, ὀπτικά, κατοπτρικά etc., sed ab additamentis non immunia et aliquantum adulterata; quædam vero apocrypha habentur, ut Εἰσαγωγὴ ἁρμονική (Cf. *Susemihl I. p.* 717). Item ei adscribuntur duo libri *de elementis musices* (μουσικῆς στοιχεῖα) ap. *Proclum I. elem.* 69. 3., de quibus vd. *C. Robert, PW.* 6. 1040. et 1050. Ejus porro libros de geometria, et quidem « lucidius, in Latinum » transtulit *Boethius* (*Boethii de instit. arithm.* etc. 373.*sqq. Friedlein*); unde Excerpta quædam supersunt apud *Script. de re agr. p.* 377.*sqq. Lachm.* — Jamdiu opera Euclidis cum Latina translatione edidit *Gregory*, Oxford 1703.; nuper vero *Heiberg* et *Menge*, Leipz. (*Euclidis opera omnia*) 1888-1895. — De eo consulas *Cantor, Euclid. u. sein Jahrhundert*, Leipz. 1867. tr. *Bisdego; Tannery, Géom. grecq.* 95. *sqq.* et 142. 176.; *Allman, Greek Geom. from Thales to Euclid*, Dubl. a. Lond. 1889.; *Hultsch, Bibl. mathem.* 1900. 8. *sqq.*; *Zeuthen, Hist. d. mathém. dans l'antiq.* etc. Paris 1902.; *Heiberg, Litterargesch. Stud. über Eucl.* Leipz. 1882.; *Loria, in Memor. della R. Accad. di Scienz.* etc. di *Modena v. XI.* 5. 2 (1895). et *v. XII.* 5. 2 (1900); *Milhaud, La géom. gr. consid. comme œuvr. pers. du gén. gr., Rev. d. Ét. gr.* 1896. *p.* 371-413. ¶ 3. Item astrologus, laudatus a *Schol.* ad *Virg.* 3. *Ecl.* 40. *p.* 72. *K.* ¶ 4. Item quidam, a *Martiale* 5. 35. derisus; quamquam fictum nomen videtur. ¶ 5. Item vir, quem Athenienses, ob sinceritatem persuadendi in vinculis conjectum, occiderunt, uti Alexander M. in sua ad Athenienses epistola refert ap. *Jul. Valer.* 2. *gest. Alex. M.* 23. ¶ 6. Item filius Maximi philosophi, Byzantius, laudatus *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 1. ¶ 7. Item statuarius Rhodius, sed falsa est lectio, loco *Euprepes* (Cf. *Robert loc. cit. p.* 1052). — Item statuarius alter, Atheniensis, dimid. sæc. IV. a. Chr., sed,

ut tot alii passim artifices vel scriptores vel viri mentione digni, omittitur, quia a nullo ex Latinis auctoribus memoratur.

EUCLĪO, ōnis, m. 3. *V.* EUCLES.

EUCRĀTĒS, is, m. 3. (Εὐκράτης, *bene* v. *valde potens*) nom. vir. Gr. in *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1878. *p.* 281. — Memoratur etiam comicus quidam, ap. *Vitr.* 5. *præf.* 3. — Hinc *Eucratides* (Εὐκρατίδης), filius Euthydemi I., rex Bactrianorum ca. a. 175. a. Chr., virtute bellica insignis, qui Sogdianos, Arachotos, Drangas et etiam Indos sibi subjecit (*Justin.* 41. 6), cujus filius, in socium regni adscitus, homo sceleratissimus, patrem interfecit a. 150., acto etiam per cadaver ejus carpento. Cf. *Eckhel*, 3. *p.* 558.

EUCRĀTĪDES, is, m. 3. *V.* voc. præc.

EUCRĀTĪUS, ii, m. 2. *V.* voc. seq.

EUCRĀTUS, i, m. 2. (Εὔκρατος, *bene mixtus*) cogn. vir. Gr. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2560. et in *alia* in *Ephem. epigr. II. p.* 345. *n.* 552. — *Eucratius* (Εὐκράτιος), nom. vir. *Corp.* 8. 6288. — *Eucratianus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2560. *cit.* et *Gutschmid, Iran* 45. *sq.*

EUCTĒMON, ōnis, m. 3. nom. vir. Gr. (Εὐκτήμων, *bene possessus* v. *bene seu valde instructus*) ¶ 1. Fuit celeber astronomus et geographus ca. a. 432. a. Chr., æqualis Metonis, solaribus studiis præcipue intentus, cyclum decem novem annorum (ἐννεαδεκατηρίδ.) secutus, quo se putabat solis cum lunæ cursum concordare idque efficere, ut anni solares æque ac lunares eod. tempore inciperent. — Memorant *Vitruv.* 9. 6. 3., ubi tamen alii aliter leg., *Ammian.* 26. 1. 8., *Plin.* in *Ind. l.* 18. et *Schol.* ad *German. p.* 209. *Br.* ¶ 2. Item comes Alexandri M. in expeditione Asiatica, de quo *Curt.* 5. 5. 9-16. et 23. ¶ 3. Item declamator « levis sed dulcis et venustissimi ingenii » ut ait *Senec. contr.* 1. 1. *in fin.* et *ibid.* 7. 19., qui ejus dicta adfert *ibid.* 20. 10. et 9. 25. et 10. 30.

EUCTUS, i, m. 2. (Εὐκτός, *optabilis*) præfectus oppidi Pellæ a. 168., quo Perseus victus fugit, teste *Liv.* 44. 43. — Item quidam, de quo exstat epigramma *Martialis* 8. 6. — Item in titulo christiano ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 204. — *Eucta*, cogn. mul. *Corp.* 3. 4913.

EUDÆMON, ōnis, m. 3. (Εὐδαίμων, *felix*) nom. pers. et geogr.

I.) Eudæmon, nom. pers. ¶ 1. Fuit unus ex filiis Ægypti, ab Erato, una Danaidum, prima nuptiarum nocte interemptus. *Hygin. fab.* 170. ¶ 2. Item quidam, Hadriani imp. amicus et familiaris ac prius imperii conscius, quem postea ad egestatem perduxit, ut scribit *Spartian. Hadr.* 15., fort. ille, cujus cursus honorum occurrit in *Bull. hell. III.* 257. et in *Inscr.* aceph. *Corp.* 3. 431. = *Dessau* 1449 (V. *Hirschfeld* ap. *Friedländer, Sittengesch. I.* 187); quin idem habetur ac Valerius Eudæmon, præfectus Ægypti, a. 142. p. Chr. Cf. etiam *Grenfell, Pap. Oxy. III. p.* 175. ¶ 3. Item dux Thracum, laudatus *Curt.* 10. 1. 21. ¶ 4. Item alii, dignitate episcopi, orientales. *Dig.* 14. 2. 9. et *Hilar.* in *fragm. hist. p.* 6. 77.

II.) Eudæmon, nom. seu cogn. geogr., sc. Arabiæ australis, hod. *Yemen* v. *Yemnet*, quæ latine *Felix* et *Beata*, ut dicitur *Plin.* 12. *Hist. nat.* 13. 30. (51). Arabiæ divitias indicari convenit causasque, quæ cognomen illi Felicis ac Beatæ dedere: principalia ergo in illa tus atque murra. *et* 5. *ibid.* 11. 12. (65). Arabia odorifera ac dives et Beatæ cognomine inclyta. Adde *eund.* 12. *ibid.* 18. 41. (83). *Solin.* 33 (Cf. *Sprenger, Die alte Geogr. Arab.* 296. et 355.*sq.*). V. etiam ADANA et ARABIA. — Græce igitur Eudæmon (Εὐδαίμων, *felix, beatus*) ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 31. (138). Charax oppidum Persici sinus intumum, a quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit. Adde *Mel.* 3. 79. et *Rav. p.* 55 (Cf. *Ptol.* 6. 7. 1. Εὐδαίμων Ἀραβία, Πετραία καὶ Ἔρημος). — Hinc *Eudæmones* in *Hist. Aug. Aurel.* 3., ubi Arabes Eudæmones captivi ab Aureliano imp. in triumphum ducti referuntur. Sic *ibid. Macrin.* 12. « Pugnavit - et contra Arabes, quos Eudæmones vocant » (*Peter*).

EUDÆMŌNES, um, m. plur. 3. *V.* voc. præc.

EUDĀMUS, i, m. 2. (Εὔδαμος, *bene domans*) in titulis nom. vir. Gr., quod apud Romanos in cogn. transiit, ut patet ex *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1878. *p.* 269. — In libris *Eudamus* fuit præfectus Rhodiæ classis, qui Romanos in bello contra Antiochum ac prœlio navali Hannibalem ad Aspendon vicit, a. 190. a. Chr. *Liv.* 37. 12. 25. et 28. *sqq.* — Item gladiator T. Annii Milonis, qui contra servos Clodii atque adeo contra ipsum Clodium rixatus est, teste *Ascon.* in *Milon. p.* 33. *Orell.*

EUDĒMĪA, æ, f. 1. (Εὐδημία: cf. voc. seq.) ¶ 1. Est nom. mul. Gr. *Cod.* 3. 20. 2. ¶ 2. Est etiam nom. insulæ, sitæ ad septentr. maris Ægæi contra sinum Thermæum, hod. *Sarakinonisi.* Memorat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (72).

EUDĒMUS, i, m. 2. (Εὔδημος, *placens populo*) nom. vir. Gr. ¶ 1. Apud scriptores memorantur ex præcipuis — 1.°) Eudemus, Corinthiorum rex per annos XXV., teste *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 1124., sc. ab a. 893-869. a. Chr. Cf. *Diod.* 7. 9. 4. — 2.°) Eudemus, Cyprius, Aristotelis familiaris, cujus somnium ab eod. Aristotele narratur; scripserat enim hic philosophus in mortui honorem dialogum Εὔδημος ἢ περὶ ψυχῆς, imitatus Platonis dial., Φαίδων inscriptum, de animæ immortalitate (Cf. *Zeller, Philos. d. Gr. II.* 32. 12. et *Hirzel, Dial. I.* 285. *sqq.*), ut *Cic.* 1. *Divin.* 25. 53 (= *frg.* 37. *R.*[3]) ex Aristotelis dial. περὶ ψυχῆς. Adde *Apul. apol.* 36 (Cf. etiam *Bernays, Dial. d. Arist.*, Berlin 1863. *p.* 21. *sqq.* et 143. *sqq.*). — 3.°) Eudemus, ex Methodicorum schola, Themisonis discipulus (*Cæl. Aur. acut.* 2. 38. 219), medicus et adulter Liviæ Drusi junioris, filii Tiberii, ut tradunt *Plin.* 29. *Hist. nat.* 1. 8. (20). et *Tac.* 4. *Ann.* 3 (Cf. *Dessau, Prosop. II.* 41), cujus occisioni suam quoque operam dedit. — Scripsit de pharmacis, Damocratem et Andromachum imitatus; item de hydrophobia, quam primus pertractavit inter morbos recensens acutos ac sanguinis missione sanandam esse docuit, quæ biduo fiat, tertio autem die helleboro et cauterio (Cf. *Cæl. Aur. acut.* 3. 16. 134); et de melancholia, quam tardis adscripsit (Cf. *eund. ibid.* 3. 11. 105. et *tard.* 1. 6. 258) — 4.°) Eudemus, mythographus, ut videtur, ex loco *Apul. de orthogr.* 11. « Eumenides - filiæ, secundum Eudemum, Acheruntis et Noctis fuerunt » (Cf. *Müller, Hist. Gr. fragm. II.* 20). — Alii, apud Græcos, quos prætermitto; a nullo enim, quod sciam, ex Latinis scriptoribus memorantur. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 562. et 2. 2837.

EUDĪCUS, i, m. 2. (Εὔδικος, *boni juris vir*) historicus vel fort. geographus memoratus *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 9. (13)., quem et inter suos fontes retulit; sed ejus scripta interciderunt. — Hinc *Eudicius* (Εὐδίκιος), nom. vir. Gr. in *Cod. Theod.* 1. 1. 5 (a. 429), vir spectabilis, magister scrinii in Oriente, iis adscriptus, qui Theodosiano codici conficiendo operam dederant.

EUDŌCĪA v. Eudoxia. *V.* EUDOXIUS.

EUDON, ōnis, m. 3. (Εὔδωνος in *Etym. M. p.* 389. 25. hinc rectius *Eudōnus, i*) fluvius in Caria, quo oppidum Trallis adluitur. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (108).

EUDŌRA. *V.* voc. seq.

EUDŌRUS, i, m. 2. (Εὔδωρος, *dona largiens* v. *donorum largitor*) scænographus et statuarius incertæ ætatis. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (141). — *Eudora* (Εὐδώρα et Εὐδώρη), una Hyadum, Atlantis et Pleionis (*Hygin. fab.* 192) vel Oceani et Tethydis, vel Nerei et Doridis (Cf. *Gruppe, Gr. Myth.* 234) filia. Adde *Hygin.* 2. *astr.* 21., coll. *Eustath. Hom.* 1155. 62.

EUDOSES, ium, m. plur. 3. populus Germaniæ ad meridiem Chersonesi Cimbricæ supra sinum Codanum, memoratus cum Anglis et Varinis *Tac. Germ.* 40. At *Kritz* leg. *Eudoces.*

EUDOXA, æ, f. 1. Niobis et Amphionis filia, cujus meminit *Hygin. fab.* 11.

EUDOXIĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

EUDOXIŌPŎLIS v. Eudoxiupolis, is, f. 3. (Εὐδοξιούπολις, *Eudoxii urbs*), urbs australis Thraciæ, colonia Megarensis, olim societati maritimæ Atheniensi conjuncta, sæc. V. a. Chr., ab Alcibiade a. 410. occupata, dein Byzantio obnoxia Demosthenis ætate, sub imperatoribus orientis hoc nomine vocata, ab altera, in Pisidia sita, distinguenda (*Hierocl. Synecd.* 678. 5), hod. *Silivri*, memorata *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 8. — De ejus nummis vd. *Head*, 271. — Hinc *Eudoxiopolitanus*, incola. *Cod. Theod.* 15. 1. 42. *V.* SELYMBRIA.

EUDOXĪUS, ii, m. 2. (Εὐδόξιος) Scribitur in titulis promiscue *Eudocius* et *Eudoxius*, ut *Eudocia* et *Eudoxia*; Græce enim ducitur ab εὖ et δόξα, *opinio, honor*, quæ a δοκέω, *existimo.* Cf. *Eckhel*, 8. *p.* 170. et 185. ¶ 1. Apud scriptores memorantur præcipue — 1.°) Eudoxius, filius Cæsarii, discipulus Libanii, cui scripta *ep.* 660., fort. etiam *Symm.* 8. 31. et *Greg. Naz. ep.* 80 = *Migne G. XXXVII.* 153. V. *Liban. ep.* 251-253., 257. 291. 561. et *Symm. ep.* 9. 2., ubi dicitur « familiaris noster cunctis probatus Eudoxius, diligens judex bonorum ». — 2.°) Eudoxius, comes sacrarum largitionum in imperio Rom. orient. a. 425 (*Cod. Just.* 11. 78. 2. et *Corp.* 3. 7152); et præfectus præt. sub Valentiniano III. a. 427 (*Cod. Just.* 1. 8). — 3.°) Eudoxius, comes rerum privatarum in imperio Rom. orient. a. 440 (*Nov. Theod.* 19) et consul a. 442 in Oriente cum Flavio Dioscoro (*Cassiod. chron.* ad *h. a.* et *Momms. Chron. min. III.* 581), plenius *Flavius Eudoxius* in *Eph. epigr. IV.* 40. — 4.°) Eudoxius, magister juris paullo ante Justinianum (*Schol. Basil.* 11. 2. 25., in *Cod.* 2. 1. 8. et sæpe *alib.* et *Patric. Const. cod. Just.* 2. 4. 3. etc. Cf. *Montreuil, Hist. du droit Byzant. I.* 264. *sq.* et *Huschke, Jurispr. Antejust. rel.* 5860. *sqq.*). — 5.°) Eudoxius, Arianus, Germaniciæ in Syria Euphratensi nat. a. 300. ejusque episcopus (quem per antiphrasim *Adoxium*, sc. ingloriam, *Germaniciensem* vocat *Lucifer Caral.* pro *Athan.* 1. *p.* 809. et 838. *M.*); dein Antiochiæ, contra jus; unde extrusus, Acacii ope, etiam Constantinopolis sedem occupavit, Macedonio expulso a. 360 (*Cassiod.* 5. *Hist. tr.* 34), quo tempore Valentem imp. hæresim docuit baptizavitque a. 368 (*Prosp. chron., Oros.* 7. *Hist.* 32. et *Cassiod. l. c.* 7. 13) et Eunomium, pertinacem Arianum, consecravit. - Scripsit libr., λόγος περὶ σαρκώσεως inscriptum, opus jam deperditum. Obiit a. 370 (*Cassiod. ibid.* 29. et *Caspari, Alte u. neue Quellen zur Gesch. d. Taufsymb.* 1879. *p.* 176-185). — Hinc *Eudoxiani* dicti ejus sectatores, memorati *Lucif. Caral. loc. cit. p.* 858., qui Filium Dei ex nihilo creatum ejusque voluntatem non eandem esse ac Patris, insanientium more, docebant. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 3. 7162. Cf. *Ephim. epigr. IV. p.* 49. *Gr.* — *Eudoxia* v. *Eudocia* (Εὐδοξία). Distinguitur tamen in *Inscr. metr.* ap. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1872. *p.* 37. « Theodosius pater Eudocia cum conjuge votum Cumque suo supplex Eudoxia nomine solvit ». Sic in *alia* ap. *Orelli n.* 1142. — Tres autem memorantur hoc nomine Augustæ in antiquis monumentis et a scriptoribus, nempe — 1.°) *Eudocia* v. *Eudoxia*, Arcadii imp. uxor, plenius *Ælia Eudocia Augusta* (*Eckhel*, 8. *p.* 171), filia nobilis Bautonis, ex Francorum gente, cons. a. 385 (*Philost. XI.* 6., *Mign. G.* 65. 600), mater Flaccillæ, Pulcheriæ, Arcadiæ, Marinæ et Theodosii junioris, uxor Arcadii, religione catholica, non Ariana, ut falso scribit *Idat. chron.* ad a. 404.; quam tamen superbam, iracundam, ferocem, honorum ac divitiarum cupidam, etsi aliquando, fictæ pietatis ergo, religionis ostentandæ studio commendandam, expertus est Johannes Chrysostomus, teste *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 8., qui causas refert simultatis inter eum et Eudoxiam fuisse tum, præter alia, Severianum episcopum Gabalensem, a Johanne ex civitate expulsum, tum præsertim sermones ejusdem in mulieres, quæ luxu aut immodestia offendiculo erant, et in ipsam Eudoxiam, quam palam Herodiadem et Jezabel vocaverat. « Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται, πάλιν ταράττεται, πάλιν ὀρχεῖται, πάλιν ἐπιζητεῖ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἀνόμως ὑπὸ Ἡρώδου ἀποτμηθῆναι. Πάλιν Ἰεζάβελ περιέρχεται ζητοῦσα τοῦ Ναβουθαὶ τὸν ἀμπελῶνα ἁρπάσαι καὶ τὸν ἅγιον Ἠλίαν καταδιῶξαι ἐπὶ ὄρη » (*Socr.* 2. *H. E.* 18. 1. *sqq.* et *Sozom.* 8. *H. E.* 20. 1. *sqq.*); quamquam, licet hæc mulier id promeruisset, haud facile hisce hi-

storicis fides est habenda. Hæc autem simultas eo pervenit, ut quæ jam in maritum vafra et insolens dominabatur, bis sanctum antistitem in exsilium mittere potuerit; unde mala sacrilegæ feminæ mors obtigit a. 404., quam ita narrat Cassiod. 10. Hist. trip. 20. « Eo tempore etiam grando vehemens Constantinopoli et circa ejus suburbana descendit. Quod factum est - die tricesima septembris mensis, quod dicebant Dei iracundia gestum, eo quod sine judicio Johannes fuerat condemnatus. Quibus verbis crementum dedit mors Augustæ continuo subsecuta ». Cf. Socr. 6. ibid. 17 (al. 19) et Sozom. 8. ibid. 27. 1.; item Momms., Chron. min. I. 499. — De ea scripsit ex professo Thierry, St. Jean Chrys. et l'impératrice Eudox. Paris 1872. V. JOHANNES CHRYS. Cf. etiam Inscr. bilinguem in Corp. I. Gr. n. 8614. — Hinc Eudoxianus, adj. ut Eudocianæ thermæ in Not. Urb. Const. in Reg. V. — 2.°) Eudocia v. Eudoxia, plenius Ælia Eudoxia Aug. (in nummis apud Eckhel, 8. p. 184), filia Leonis v. Leontii, sophistæ Atheniensis, nata Athenis a. 394., Athenais nomine, a patre in litteris optime erudita, quam, a fratribus suis expulsam et Constantinopolim profectam, tanti ob ejus præclaras corporis animique dotes fecit Pulcheria, ut eam nuptui daret fratri suo Theodosio postquam ab Attico patriarcha instructa baptismum recepit, quæ antea ethnicorum superstitione imbuta fuerat, a. 421., mutato in Eudociam nomine (Marcellin. chron.). — Ex hoc matrimonio duas filias habuit, Eudoxiam unam, quæ nupsit Valentiniano III., et Flaccillam, quæ brevi obiit (Cassiod. 12. Hist. trip. 13). Sed quum in suspicionem adulterii venisset, cujus causa Theodosius Paulinum patricium interimi jussit, Augusta Hierosolymam, quo, marito consentiente, antea concesserat, cum eo collisa remeasse videtur, ubi « Severum presbyterum et Johannem diaconum, Eudoxiæ reginæ apud Æliam urbem ministrantes, missus ab imp. Theodosio Saturninus, comes domesticorum, occidit. Eudoxia nescio quo excita dolore Saturninum protinus obtruncavit, statimque mariti imperatoris nutu regiis spoliata ministris, apud Æliam civitatem moritura remansit ». Ita scribit idem Marcellin. ibid. ad a. 444. — Porro ex ep. Leonis M. constat eam Eutychianis hæreticis favisse; quocirca, a Marciano imp. oratus, litteras eidem misit, ut salubriter admoneretur (Leo M. ep. 117), quæ tamen non statim, sed solum a. 456., audita Valentiniani nece et filiæ captivitate, resipuit obiitque a. 460 (?) ac sepulta est in templo s. Stephani, ab ea ædificato. — Scripsit autem prosa et versa oratione, ut paraphrasim in octo priores V. T. libros post reditum ex bello, quod Theodosius contra Persas feliciter gesserat; tum etiam in libros Danielis et Zachariæ (Anecd. gr. et lat. ap. Bandini, Flor. a. 1761. I-III) et alia, quæ ætatem non tulerunt. — 3.°) Eudocia, filia præcedentis, plenius Licinia Eudoxia Augusta (in nummis ap. Eckhel, 8. p. 188. et Cohen, Méd. impér. 8. p. 218. et ap. Leon. M. ep. 57), nata a. 422., Valentiniano III. nupta; dein per insidias marito occiso a Petronio Maximo, coacta fuit huic nubere; sed postea, quum eum rescivisset cædis participem, Gensericum, Vandalorum regem, per litteras in Italiam advocat, quo accedente, Petronium cum filio Palladio Romani furore perciti in frusta discerpunt a. 455., tertio imperii mense (Momms. I. 303., 373., 484. et 492). — Gensericus itaque, Roma potitus ejusque spoliis onustus, Eudoxiam duasque ejus filias, Eudociam et Placidiam, secum in Africam abduxit, quas brevi Constantinopolim remisit cum filia Placidia, postea Olybrio imp. denupta, Eudocia solum retenta, quam filio suo uxorem dedit (Idat. chron. ad a. 455), Hunerico (Vict. Tunon. chron. a. 464) vel Gentoni (Idat. chron. ad a. 462).

EUDOXUS, i, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὔδοξος, gloriosus) ¶ 1. Fuit Cnidius, teste Censorin. d. nat. 18. 5., astronomus sive astrologus insignis, itemque geometra (Serv. ad Virg. 3. Ecl. 41), ca. a. 368. a. Chr., discipulus Platonis (Senec. quæst. nat. 7. 3). — Laudatur Cic. 2. Divin. 42. 87., Colum. 1. præf. 32. et 9. 14. 12., Lucan. 10. 187., Augustin. 16. Civ. D. 23., Plin., qui sæpe eum citat retulitque inter suos fontes in Ind. l. 2., 4-7., 18. et 31. ¶ 2. Item vir Cyzicenus, navigator celeberrimus, sæc. II. a. Chr., qui circa Africam iter fecit a. 110 (Paus. 1. 9. 2). — Regnante Ptolemæo Evergete II., venit in Ægyptum ejusque jussu expeditionem in Indiam suscepturus erat; sed, eo demortuo, sub Cleopatra, Evergetis vidua, mandato satis fecit rediitque, regnante Sotere II. a. 114. a. Chr.; a Ptolemæo vero Latyro, qui huic successerat, ut videtur, male est habitus; hinc Plin. 2. Hist. nat. 67. 68. (169). « Nepos Cornelius auctor est Eudoxum quendam sua ætate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usque pervectum ». Adde Mel. 3. 90. Cf. Vivien de St.-Martin, Le Norde de l'Afrique p. 343. sqq.

EUDRACĪNUM, i, n. 2. statio inter Summum Penninum et Augustam Prætoriam, ut habet Tab. Peut., situm ubi nunc est Saint-Remy ad radices montis, hod. San Bernardo, uti docet Momms. in Corp. 5. p. 761 (V. Desjardins, Table de Peut. 152. et Holder, Altkelt. Sprachsch. v. Eudracina).

EUDRASTUS, i, m. 2. cogn. vir., ab εὖ, et δράω, facio, ministro, quasi bene ministrans. Inscr. ap. Momms. n. 201. et 1529.

EUDRŎMUS, i, m. 2. (Εὔδρομος, bene currens) ¶ 1. Est cogn. vir. Gr. apud Fabretti, Inscr. p. 497. n. 3. ¶ 2. Est etiam nom. canis apud Hygin. fab. 181.

EUĔMĔRUS. V. EUHEMERUS.

EUĔNĪNUS, a, um, adject. V. EUENUS.

EUĒNOR, ŏris, m. 3. (Εὐήνωρ, bene virilis) Memorantur hoc nomine apud scriptores ¶ 1. Vir Ephesius, pater et præceptor Parrhasii, pictoris celeberrimi, qui floruit a. 420. a. Chr., teste Plin. 35. Hist. nat. 9. 36. (60)., una cum Aglaophone. Cephisodoro et Erillo (Cf. Brunn, Gesch. d. griech. Künstler, II. 50. sqq. 97). ¶ 2. Item medicus celeber, filius Euepii, natus Argis in Acarnania, sed Athenis degens, archonte Philocle, a. 322. a. Chr. (Cf. Schoenemann, De lex. ant. 96., coll. Wilamowitz, Herm. XXII. 240. 1. et Wellmann, Herm. XXIII. 559. 6). Memoratur Plin. 20. Hist. nat. 17. 73. (187). et 21. ibid. 31. 105. (180). — Videtur autem fuisse sectator scholæ Dogmaticorum (Praxagoræ), de quo Cæl. Aur. acut. 2. 16. 96. et tard. 3. 8. 122 (Cf. Idelers Physic. et medic. gr. min. I. 82). — Scripsit libros curationum (θεραπεῖαι) et fort. opus, γυναικεῖα inscriptum. Cæl. Aur. ibid. Cf. Sor. gyn. I. 9. 35. p. 200. et 22. 71. p. 242.

EUĒNUS, i, m. 2. (Εὔηνος, rarius Εὐηνός, tractabilis, mitis: ab εὖ, et ἡνία, frenum) Euenus Gr. posit., v. cum aspiratione Euhenus et cum duplici u (v) etiam Euuenus in titulis ap. Momms. et in Corp. et ap. scriptores. V. infra. — Euenum, n., ap. Plin. l. c. II. 2. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Euenus, nom. pers. ¶ 1. Fuit Herculis filius, qui in flumen se præcipitavit, teste Hygin. fab. 242., ob raptam ab Ida filiam (Marpessam), de qua Homer. Il. 9. 557. Εὐηνίνη = κούρη Μαρπέσσας. Memoratur Hygin. etiam fab. 142. et, omisso nomine, Propert. 1. 2. 18. — Cf. Welzäcker in Roschers Myth. Lex. II. 97. 12. sqq., qui tamen mythum confuse exponere videtur (Cf. Tümpel, PW. 6. 975). ¶ 2. Item pater Lysitheæ, ex qua, a Jove vitiata, natus est Helenus, teste Rufin. 10. Recogn. 21. ¶ 3. Item sophista et poeta elegiacus, sed lascivus, ex Paro insula ca. dimid. sæc. III. a. Chr. memoratus Censorin. frg. 9. 1., præceptor Philisti, teste Suid. v. Φίλιστος: μαθητὴς δ' ἦν Εὐήνου τοῦ ἐλεγειοποιοῦ (Cf. Plat. Phædr. 261. a). De eo Auson. edyll. 18. in fin. « Quid Euenum (loquar), quem Menander sapientem vocavit? ». — Harpocrat. v. Εὔηνος innuit, Eratosthenem duos distinxisse Euenos Parios et quidem ambos elegiographos, quorum alter junior notus sit, alter vero hactenus nobis ignotus, ita ut quemnam laudet Ausonius loc. cit., statui nequeat (Cf. Hiller, Jahrb. f. Phil. CXXIII. 477. et Keil, Herm. XXIII. 379).

II.) Euenus, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius Græciæ borealis in Ætolia, ex monte Corace oriens et inter Ætolos Locrosque, haud procul ab ora sinus Corinthiaci, Calydonem interluens, cursu sinuoso in mare Ionium influens, hodie Phidaris, nomine fort. accepto ab Eueno, Herculis filio, qui se in eum conjecit, quum antea Lycormas vocaretur, teste Vib. Seq. p. 148. R.; unde Ovid. Ib. 511. canit « Utque vel Euenus, torrenti flumine mersus, Nomina des rapidæ, vel Tiberinus, aquæ ». Memoratur etiam Mel. 2. 53., Plin. 4. Hist. nat. 2. 3. (6). itemque Thuc. 2. 83., Apollod. 1. 7. 8., Strab. 7. 327., 8. 335. et 10. 451. et 459. sq. et Ptol. 3. 15. 2. — Aliæ exstant de eo fabulæ ap. Hygin. fab. 12. 13. et 14., coll. Mythogr. I. fab. 171. et II. fab. 165., ut v. c. Nessi, qui in hoc fluvio dum parat Dejaniram violare, ab Hercule sagittis confoditur (Hygin. fab. 34). Hinc Ovid. 9. Her. 141. « Semivir occubuit in letifero Eueno (al. alit.) Nessus et infecit sanguis equinus aquas ». Adde 9. Met. 154. et Senec. Herc. f. 504. — Hinc civitas Euenas fortasse denominata est, quam laudant Itin. Ant. p. 325. et Rav. p. 192. et 398. ¶ 2. Item parvus fluvius in Æolide, in sinum Adramyttenum ad meridiem Adramytti se exonerans, in cujus ripis intercidere Lyrnesos, Miletos, hodie Freneli-tschai, memoratus Plin. 5. Hist. 30. 31. (122)., coll. Hes. theog. 345., Strab. 13. 614. et Ptol. 5. 2. 6.

EUĒRĒS, is, m. 3. (Εὐήρης, bonus seu aptus remigationi) pater Tiresiæ auguris in fabula duorum serpentum in Arcadia. Hygin. fab. 68., 75. et 128. et Lact. narr. fab. 3. 5. — Hinc Euerides (Εὐηρείδης), patronym., sc. Eueris filius, a Prisc. gr. II. p. 67. K., in exemplum adlatus. Cf. Callim. hymn. V. 81. et 106.

EUERGĔTÆ, ārum, m. plur. 1. populi Aracosiæ, qui et Ariaspai, quod benefici (ita enim sonat nom., ab εὖ et ἔργον, opus) fuerint in Argonautas, procella in eorum litora delatos, sive quod, in fabulosa Cyri expeditione, ejus exercitum frigore victusque penuria affectum, tectis et commeatibus juverint, teste Curt. 7. 3. 1., coll. Justin. 12. 5. et Arr. an. 3. 27. 4. sq. Memorantur etiam Plin. 6. Hist. nat. 23. 25. (94)., Itin. Alex. M. 87. et Oros. 3. Hist. 18.

EUERGĔTĒS, is, m. 3. (Εὐεργέτης, beneficus) nomen duorum imprimis Ptolemæorum, Ægypti regum, ut — 1.°) Ptolemæi III. (al. IV) a. 247-222. a. Chr. — 2.°) Item Ptolemæi VII. (al. VIII), fratris Philometoris a. 146-117. a. Chr., quem « octavum » vocat Spartian. Carac. 6. Adde Hieronym. in Dan. 11 (V. PTOLEMÆUS). Isid. 5. Orig. 39. 22. et 24. ita ordine recenset, sed absolute Euergetes appellat, ut Tertull. c. Jud. 8. — 3.°) Item Antiochi VII., regis Syriæ. V. ANTIOCHUS. — 4.°) Item Nicomedis, regis Bithyniæ. Gran. Licin. ann. 35. — 5.°) Item aliorum regum et aliquando privati hominis ap. Eckhel, 4. p. 461. et 462. et Cavedoni in opusc. di Modena II. 70. et apud auctores Græcos etiam mulierum, ut Berenices II. et Cleopatræ III (V. Strack, Dynast. d. Ptol. 140. sq.) ac postremo ipsorum numinum, ut Apollinis. Pind. Pyth. V. 44.

EUERSĀS, æ, m. 1. (Εὐέρσας, bonus ros: ab εὖ et ἔρση [= Skr. varsha], ros) Thebanus quidam, civitatis princeps, a Perseo ca. a. 172. a. Chr. sublatus, teste Liv. 42. 13. et 40.

EUERVULFUS, i, m. 2. interfector Athaulfi, Vesegothorum regis, ap. Jorn. Get. 31. — Dubius ab Olympiod. II. 1941. 28. vocatur.

EUĒTĒS, is, m. 3. cogn. vir. Græcan. (ab εὖ et ἔτης, amicus domesticus v. ejusdem civitatis, civis) Scribitur aliquando Euhetes cum aspiratione. Occurrit in Inscr. ap. Momms. n. 682.

EUGĂMĬUS, ii, m. 2. (ab εὖ et γάμος, nuptiæ) rhetor Græcus sui temporis clarus, cujus auditor fuit Maximinus Junior imp. et cui « desponsa erat Junia Fadilla proneptis Antonii, quam postea accepit Toxotius, ejusdem familiæ senator ». Hæc Capitolin. Maxim. jun. 1.

EUGĂMON, onis, m. 3. (Εὐγάμμων Procl., Εὐγάμων Eus., Εὐγράμμων Clem. Alex.) quidam Cyrenæus, poeta ep., qui Telegoniam (i. e. ultima sors Ulyssis) scripsit. Eus. ap. Hieronym. in chron. ad Olymp. LIII (= 568. a. Chr.). Cf. Clem. Alex. Strom. VI. p. 266. Sylb. = 751. Pott. et Eustath. in Hom. Od. p. 1796-47 « ὁ τὴν Τηλεγόνειαν γράψας Κυρηναῖος ». — De eo vd. Welcker, Epischer Cyklus I.² 290. et 516. et II. 544.

EUGĂMUS, i, m. 2. cogn. vir. Gr. (Εὔγαμος: cf. Eugamios) Corp. 3. 5876. — Diog. Laert. 4. 31. memorat Eugamum συσχολαστὴς Academici Arcesilai.

EUGĂNĔI, ōrum, m. plur. 2. (Εὐγανεῖς, bene geniti, sc. nobilis generis) populus Galliæ Transpadanæ, eum tractum incolens Italiæ superioris seu septentrionalis, qui inter Alpes et Adriam interjacet (Liv. 1. 1), fort. pars Rætorum (Cf. Nissen, Ital. Landsk. I. 486. sq.), non Celtarum (Forbiger, Alt. Geogr. III. 444. et 560); postea ab Antenore, qui cum Trojanis et Henetis v. Venetis per Illyrium in Italiam penetravit, sede pulsus, quod tradit Liv. loc. cit. firmatque Serv. ad Virg. 1. Æn. 242., coll. Messalla, de progn. Aug. 19., ubi refert Antenorem, bello exceptum ab Euganeis et rege Veleso, hostes vicisse et Patavium condidisse, unde universi deinde hujus regionis incolæ Veneti sunt appellati (V. VENETI), inter quos Euganeorum reliquiæ manserunt. — De eorum origine ac sede hæc scribit etiam Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (132). « Verso Italiam pectore Alpium, Latini juris Euganeæ gentes, quarum oppida XXXIV. enumerat Cato. Ex iis Triumpilini (in Val Trompia), venalis cum agris suis populus, dein Camunni (in Val Camonica) compluresque similes finitimis attributi municipiis - et Grajos fuisse Grajarum Alpium incolas præstantesque genere Euganeos, inde tracto nomine: caput eorum Stœnos ». Græco igitur genere fuerunt Euganei secundum Plinium, qui ab Henetis pulsi Rætiæ partem aliquam occuparunt; ideo tradit quoque ibid. 19. 23. (130). Veronam fuisse « Rætorum et Euganeorum » urbem. Hoc postea nomen acceperunt colles Euganei inter Ateste et Patavium, itemque Vallis Euganea (hod. corrupte Val Sugana), in Rætia, quam fluvius Meduacus interluit, et alia, præcipue apud poetas (V. infra). — De his porro bene multæ supersunt inscriptiones, collectæ editæque a cl. Furlanetto in Lapidi Patavine, Tab. LXXVIII., coll. pref. p. XLII-XLVIII., et ab eo descriptæ, coll. Fabretti C. I. It. 12-65. — De lingua autem ac de litteris Euganeorum disserit Pauli, Altitalisch. Forsch. III-418. sqq. — Ceterum eorum origo, fabulæ etiam commixta, adhuc est obscurior; non enim, quod alii eos cum Ligurum gente conjungendos arguunt ex Fast. triumph. a. 687 = 117. a. Chr. (coll. Plin. 3. loc. cit. [134]), credere audemus (V. De Sanctis, St. d. Rom. [1907] I. p. 66). — Hinc Euganeus, adj. ad Euganeos quocumque modo pertinens, vel aliquando idem ac Patavinus. Lucan. 7. 192. Euganeus collis. Martial. 13. 89. et Sidon. c. 9. 194. Timavus. Juvenal. 8. 15. agna. h. e. lana, qua regio illa abundabat. Sil. It. 8. 603. tellus. i. e. Venetorum regio. Rursum Martial. 4. 25. lacus. le lagune di Venezia; vel ut alii interpretantur, aquæ Aponi v. paludes Patavinæ etc. Sil. It. 12. 216. oræ. Plin. loc. cit. gentes. — De Euganeis cf. etiam Hülsen, PW. 6. 984. sq.

EUGĔNĒSIS et
EUGĔNĔTOR. V. EUGENIUS.

EUGĔNĬUM, ii, n. 2. oppidum Illyrii in Macedonia. Liv. 29. 12. (a. 204. a. Chr.).

EUGĔNĬUS, ii, m. 2. (Εὐγένιος, nobilis genere) Eugenis in recto habet Inscr. ap. Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. I. p. 79. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Rhetor Galliæ, imperator a. 392. nefarie adclamatus ac tyrannus, Valentiniano II. occiso, a Theodosio ad Aquilejam victus, interficitur. V. plura in FLAVIUS EUGENIUS. — 2.°) Item vir clarissimus præf. præt., cons. etc. V. FLAVIUS EUGENIUS. — 3.°) Item præf. Urb. a. 470. V. FLAVIUS EUGENIUS ASELLUS. — 4.°) Item pontifex Rom., Martini successor, primus hoc nomine, filius Rufini ex prima Urbis regione, a. 654 (Lib. Pont.), mitis et affabilis, olim Byzantii apocrisiarius seu nuncius pontificius, totus in componendo dissidio, quod inter ecclesiam orientalem et inter occidentalem, Monotheletarum causa obortum erat (Herzog, R. E. V. Leipz. 1898), sed irrito conatu (Cf. Lib. Pont. ed. Duch. I.; Mansi Conc. XI. 12.; Jaffè I. p. 234.; Hefele, St. d. Conc. ed. germ. p. 288. sqq. et Smith-Wace, Dict. of Christ. Biogr. II. p. 270). — Obiit sanctissime Romæ a. 657 (Martyrol. Rom., IV. Non. Jun., ed. 1914. p. 163). — 5.°) Item plures martyres (Act. ss. Faust. et socc., s. Symphor. etc.) et episcopi (Augustin. 6. de bapt. c. Donat. 39., Mar. Merc. p. 894. M., Gelas. pap. ep. 26., coll. Morcelli in Afr. Chr. I. p. 54. sq. et III. in Annal.; Hilar. hist. frg. IV. 39. etc.). — In plur. num. Eugenii dicti sunt etiam (sumpto fort. nomine ab ignoto aliquo Eugenio) sodales cujusdam collegii funeraticii privati. De-Rossi, Roma Sott. III. 39. Cf. Eusebii et Eutropii. ¶ 2. In titulis, sequiore ætate etiam nom. gent., ut Flavius Eugenius Asellus, quod V. — Eugenia (Εὐγενία), nom. mul. Gr., apud Rom. cogn. Corp. 2. 589. et 612. et alia ap. Orelli n. 4176. - Absolute ap. De-Rossi, Rom. Sott. III. Tab. XXII. 12. — In libris vero Eugenia, virgo et martyr, filia Philippi, præf. Ægypti, sub Commodo (al. Gallieno) imp. passa Romæ, Nicetio præf. Urb. « post plurima virtutum insignia, post sacros virginum choros Christo eggregatos, diu agonizans, novissime gladio jugulata est et in cœmeterio Aproniani sepulta » (Martyr. Rom. VIII. Kal. Jan., ed. 1914. p. 401). — Eugenes (Εὐγενής), cogn. Gr. — a) Vir. Inscr. ap. Orelli, n. 1854. — Fuit etiam vir illustris, quæstor palatii Theodorici regis, ad quem exstat ep. Ennodii 4. 26. et de quo carm. ejusd. 1. 2. — b) Mul. Notiz. degli scavi a. 1912. p. 224 (Pompei). — Eugenes in Not. degli scavi a. 1914. p. 380 (Romæ). — Eugenesis (is), cogn. mul. Inscr. ap. Fabretti p. 438. 10. — Eugenetor (ōris), Εὐγενέτωρ, cogn. vir. Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 171. — Eugenianus, nom. viri, qui Augustoduni martyrium fecit (Martyr. Rom. IV. Id. Jan. ed. 1914. p. 9).

EUGRAMMUS, i, m. 2. (Εὔγραμμος, bene distinctus lineamentis, ab εὖ et γραμμή, linea) cogn. vir. Gr. Corp. 2. 4379. — Fuit etiam fictor quidam, qui Demaratum, Corintho exsulantem in Etruriam, est comitatus, ubi plasticem tradidit. Plin. 35. Hist. nat. 12. 43. (152). — Hinc Eugrammimus, vir ex primoribus imperii orientalis sub Valentiniano et Valente impp. Cod. Theod. 8. 11. 1.

EUGRĂPHĬUS, ii, m. 2. (In antiquissimis Mss. Eografius. V. infra) auctor rhetorici comment. in Terentii comœdias, de quo fere nihil scimus nisi ex ejus animadversionibus in comment. Donati (Cf. Wesner l. præf. in Donat. Comm. XLV). Ita suo operi, ceterum parvi habendo, præfatur: « Cum omnes poetæ virtutem oratoriam semper versibus exsequantur, tum magis duo viri apud Latinos, Virgilius et Terentius, ex quibus, ut auspicio nostra est, magis Terentii virtus ad rationem rhetoricæ artis accedit, cujus potentiam per singulas comœdias, ut possumus, explicabimus ». Sub comm. in Adelphos ita ejus nomen scribitur: explicit liber Eografii. — De eo scripsit Gerstenberg, De Eugraphio Terentii interpr. Jena 1886 (Diss.). Cf. Sabbadini, Studi ital. di filol. class. V (1877). 185. et Dziatzko, Jahrb. f. Phil. CXLIX (1894). 472. sqq. — Hinc Eugraphianus v. Eugrafianus, cogn. vir. Corp. 5. 6547. — Eugraphus, martyr una cum Menna et Hermogene, sub Galerio Maximiano (Martyr. Rom. IV. Id. Dec., ed. 1914. p. 385).

EUGŪBĪNUS, a, um, adject. V. IGUVIUM.

EUGYPPĬUS, ii, m. 2. (Scribitur etiam Eugippius, Eugipius, Eugepius: cf. Arndt, Lit. Centralbl. 1878. p. 288. et 1879. p. 1622) abbas monasterii in castello Lucullano a. 530., prope Neapolim, de quo Isid. vir. ill. 26 (34) « Eugippius abbas - ad quendam Paschasium diaconum libellum de vita s. monachi Severini (m. a. 482) transmissum brevi stilo (ca. a. 511) etc. - Claruit post consulatum Importuni junioris (a. 509), Anastasio imp. regn. ». Adde Cassiod. inst. divin. litt. 23. — Exemplar Excerptorum ejus ex opusculis s. Augustini fuerat emendatum a quodam « Petro notario s. ecclesiæ cathol. Neapolitanæ sub die id. Dec. a. 582 (Reifferscheid in Ind. lect. a. 1872-73. Bresl. p. 7. sqq.). — V. etiam Knoell in Corp. Script. eccl. lat. IX. 1., 2. (1885., 1886). « Hæc autem vita s. Severini magni est ponderis, inquit Teuffel, quia temporibus ac rebus lucem affundit; secus in tenebris versaremur »; nec minus se commendat simplicitate dicendi ac perspicuitate datque simul specimen latinitatis, quæ id temporis in usu erat. - Videtur obiisse a. 533 (V. Mai, Script. vet. nov. coll. 1828. III. 2. 169-185); quamquam hoc eod. anno commercium epist. habebat cum Fulgentio Ruspensi. Cf. Migne, Lat. LXV. p. 344. — Ejus fragmenta collecta servantur ap. Migne op. cit. — De eo vd. Büdinger, S.-Ber. Akad. Wien XCI. 1878. p. 793. sqq.

EUHELPĪDES et Euelpides, is, m. 3. (Εὐελπίδης, bene sperans) medicus quidam ocularius « qui nostra ætate maximus fuit » inquit Cels. 6. 6. § 8. Alibi vero varias ejus compositiones exhibet, ut § 17. 20. 25. et 31.

EUHELPISTUS et Euelpistus, i, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐέλπιστος, bene sperabilis) Scribitur etiam Euuelpistus in Corp. 3. 2406. — Heuelpistus in alia in Notiz. degli scavi a. 1880. p. 289. n. 32. Euhelpistos, medicus chirurgus, Phlegetis filius, qui Romæ, fort. paulo ante Celsum, docuit sive artem professus est. Memoratur Cels. præf. 7. et Scribon. compos. 215., qui Euhelpisti emplastrum exhibet.

EUHELPĬUS v. Euelpius, ii, m. 2. nom. vir. Gr. Inscr. ap. De-Rossi, Bull. Crist. a. 1884. p. 28.

EUHĒMĔRUS v. Euemerus, i, m. 2. (Εὐήμερος, ad serenum diem pertinens) In recto casu etiam Euhmer v. Euemer in Inscr. Bull. Arch. Munic. a. 1872. p. 76., a. 1878. p. 55. et 1880. p. 46. — Fort. Himeros ap. Justin. 42. 1. 19. — Memoratur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Euhemerus, philosophus Cyrenaicus, antiquissimus (Lact. 1. 11. 33), familiaris Cassandri, regis Macedoniæ (Eus. præp. euang. 2. p. 59., coll. Voss. de poet. Gr. c. 8), ex urbe Sicula Messana vel potius Peloponnesiaca Messene (Mauròmati). (Lact. loc. cit., coll. Polyb. ap. Strab. 2. 104., Diod. 6. 1. 1., Plut. Is. et Os. 23., Ælian. v. h. 2. 31), vel minus probabiliter Agragantinus (Clem. Alex. protrept. 2. 24. et Arnob. 4. p. 147), Tegeates (Diels Doxogr. 297. a. 15.: cf. Némethy op. cit. 3. 16), Chous (Athen. 14. 658e), ca. a. 315. a. Chr. — Memoratur Cic. 1. Nat. D. 42. 119. Ab Euhemero autem et mortes et sepulturæ demonstrantur deorum. Utrum igitur hic confirmasse videtur religionem, an penitus sustulisse? Plin. 36. Hist. nat. 12. 17. (78). Qui de iis (pyramidibus) scripserint, sunt Herodotus, Euhemerus etc. Lact. de ira 11. Euhemerus et Ennius, qui eorum (deorum) omnium natales etc. demonstrant. Adde Hygin. de astr. 2. 12., 13. et 42., Fest. p. 310. M., Augustin. 7. Civ. D. 27. Colum. 9. R. R. 2. 3. « Melissa, quam Juppiter in apem convertit, an (ut Euhemerus poeta dicit) crabronibus etc. ». At lectionem hanc extrudendam merito putat Crusius (Rh. Mus. XLVII. 22. sq.), cui alii Eumelus, alii potius Homerus substituunt. — Quod ad ejus scripta attinet, quum a Cassandro quædam fuissent ei commissa, in longinquis regionibus tractanda, inde is argumentum vel saltem figmentorum suorum fundamenta elicuit in opere, quod inscribitur Ἱερὰ ἀναγραφή, i. e. sacra inscriptio v. sacra scriptura v. sacra historia, prout a diversis diverse legitur (Lact. 1. 11. 45.; 13. 2.; 14. 6) vel etiam Εὐήμερος (Lact. ex Ennio 1. 13. 14), quodque « noster et interpretatus et secutus est præter ceteros Ennius » (Cic. loc. cit., coll. Varr. 1. R. R. 48. 2., Minuc. Oct. 21., Lact. de ira l. c., al.). In eo, modo historicus, modo philosophus ac theologus, modo milesius fabulator primum narrat se, postquam itinera sua descripsit in Phœniciam, in templo Panaræ, hujus metropolis, inscriptionem legisse dicatam tribus diis antiquis Græcæ mythologiæ, nempe Urano, Crono et Jovi, qui in Panchaia regnaverant. Hinc ipse historiam deprompsit deorum eorumque genealogias, natales, conjugia, progenies, imperia, res gestas, obitus, sepulcra (Lact. de ira l. c., coll. Cic. nat. d. l. c. et off. 3. 28). Hinc et Orell. in Onom. Tull. sub v. « Historiam (sacram) deorum composuit ex inscriptionibus, quæ in templis habebantur aliisque locis, in primis Panchaiæ Indiæ; ficticia tamen haud dubie. Nam quæ Diod. 5. 318. de ea tradit, ex Euhemero sumpta sunt, ut bene monet Wesselingius. De ea re notus est locus Lactantii 1. 11. "Ἄθεος dictus est, quod, ut refert Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 360., deorum qui putabantur, nomina ad veteres reges, imperatores, navarchos retulit.

Locos veterum multos de eo adtulere Davisius et Buherius ad Cic. 1. Nat. D. 41 ». — Porro huic operi maxime faverunt homines illius temporis, inter quos Ennius primas sibi vindicat, qui ejus et cultor singularis exstitit et etiam, ut diximus, interpres, ita ut Euhemeri doctrina (Εὐημερισμός), qua statuitur deos Græcæ mythologiæ nihil aliud esse nisi homines vel heroas, ob eximias res gestas insignes, idcirco ut deos a populis cultos, plurimorum ex litteratis potissimum viris fuerit id ætatis religio, si eam ita vocare licet. — Ejus fragmenta collegerunt *C. Müller, Fragm. hist. gr. II. p.* 100., *Mullach, Philos. Gr. fragm. II. p.* 431. *sqq.* et *Némethy, Euhemeri reliq.* Buda-Pesth 1889. — De eo scripserunt *Sieroka, De Euhemero* Diss., Königsb. 1869.; *De Block, Euhémère,* Diss. Mons 1876.; *Van Gils, Quæst. Euhemer.,* Diss. Kerkrade-Heerlen 1902.; *Decharme, La Critique des Tradit. relig. chez les Gr.* Paris 1904. — 2.°) Euhemerus, Hircanus, Phraati II., Parthorum regi, gratiosus, quem falso regem vocat *Diod.* 34. 21 (V. *Gutschmid, Iran p.* 77. *sqq.*), sæpe auctoritate abusus, præcipue in Babylonios desæviens, quorum plures in servitutem venum dedit. *Justin.* 42. 1. — 3.°) Euhemerus quidam, ad quem exstat Rescriptum Diocletiani et Maximiani impp., dat. a. 300. in *Cod.* 2. 3. 25. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 2. 1426. et 2271.; 3. 3195. — Absolute in *Bull. Arch. Munic.* a. 1880. *p.* 46. — *Euhemera* (Εὐημέρα), nom. mul. in titulo chr. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 428. 8. EVHMERA IN PACE. — Hinc *Euhemero* et *Euemero (ōnis),* nom. vir. serv. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4687. — *Euhemeris* et *Euemeris,* nom. ancillæ cujusdam manumissæ sub M. Aurelio imp. *Paul. Dig.* 40. 1. 10. — *Euhemeris* et *Eusmeris (idis)* Εὐημερίς, cogn. mul., in *Inscr.* apud *Momms. n.* 3832.

EUHIPPE et Euippe, es, f. 1. (Εὐίππη) ¶ 1. Est nom. pers., sc. — 1.°) Uxor Pieri, ex qua hic novem filias, hinc *Pierides* dictas, suscepit, quæ Musas ausæ sunt in certamine cantus provocare, teste *Ovid.* 5. *Met.* 303. *sqq.*, coll. *Lact. narr. fab.* 5. 5. — 2.°) Item una ex Danaidibus, quæ virum suum prima nuptiarum nocte interfecit. *Hygin. fab.* 170. ¶ 2. Est etiam oppidum in Caria, in territorio inter fluv. Harpasum et Marsyam. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (114). Hinc incolæ *Euhippini (Sillig.* Hippini), ap. *Plin.* 5. *ibid.* 29. 31. (109). V. voc. seq. Ita leg. *Bürchner,* firmantque oppidi situm et incolarum nom. *Catal. Brit. Mus. Karia* 98. 1. *Taf. XVII.* 1.; *Imhoof-Blumer, Kleinas. Münz.* 128. et *Head-Svoronos,* 'Ιστ. Νομισμ. — Quare fallitur *De-Vit* ad h. o., qui ait Thyatiram esse urbem Ioniæ, non Cariæ; verius in Lydia est, confinis Mysiæ. V. voc. seq.

EUHIPPIA et Euippia, æ, f. 1. (Εὐιππία, habens *bonos* v. *præstantes equos*) cogn. poeticum oppidi Thyatiræ in Lydia. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (114).

EUHIPPINI, ōrum. V. EUHIPPE.

EUHIPPUS, i, m. 2. (Εὔιππος, *bonus equus*). *Inscr.* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. p.* 390 (*in sigillo,* absolute).

EUHŎDĀS, æ, m. 1. (Εὐώδης, *bene olens*) *Inscr.* ap. *Lanciani, Top. p.* 234. *n.* 154.

EUHŎDĬA et

EUHŎDĬUS. V. voc. seq.

EUHŎDUS, i, m. 2. (Εὔοδος, *prosperum iter habens*) Scribitur etiam *Euodus* et *Euuodus.* V. infra. — Fuit autem libertus Claudii imp., qui Messalinæ custos datus fuerat extremo vitæ hujus tempore (*Tac.* 11. *Ann.* 37). — In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5220. et *Garrucci, Syll.* 1325. et 1357. — Hinc *Euhodius* (Εὐόδιος) vel etiam *Euodius* et *Euuodius,* in *Inscr.* infra *cit.* — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Euhodius, plenius *Flavius Euhodius* v. *Euodius,* præf. præt. Galliarum et cons. a. 386. p. Chr. sub Maximo imp. (*Sulp. Sev. vit. s. Mart.* 20. 4), judex Priscillianistarum (*Id. chron. II.* 50. 7). V. FLAVIUS. — 2.°) Euhodius, episcopus Antiochiæ primus post Petrum ap., teste *Eus.* ap. *Rufin.* 3. *H. E.* 22. et *Ignat.,* ejus successore, in *ep. ad Antioch.* 7 (spuria). — 3.°) Euhodius, episcopus Uzalensis in Africa Procons. a. 400., nat. Tagaste, æqualis Augustini, sanctitate eximius. De eo *Augustin.* 9. *Confess.* 8. « Qui habitare facis unanimes in domo, consociasti nobis et Euodium juvenem ex nostro municipio: qui cum agens in rebus militaret, prior nobis ad te conversus est et baptizatus et, relicta militia sæculari, accinctus in tua simul eramus etc. ». Adde *ibid.* 11. et 17. et *ep.* 33. et *ep.* 159. et in *serm.* 324. et 22. *Civ. D.* 8., *Hieronym. ep.* 142., *Paulin. Nolan.* in *ep.* ad *Aug. n.* 24. et in *dialog. de quant. anim.* ad *Augustin.* assumitur ut interlocutor. — An. 396., defuncto Saturnino, episcopus est creatus (*Auct. de mirac. s. Steph. protom.* 1. 8); contra Donatistas fortiter decertavit, in quorum causa legatus missus est a concilio Carthaginiensi ad Honorium imp. (*Dionys. Exig. p.* 211. *Mign.,* coll. *p.* 208. et 217. Cf. etiam *Corp. script. eccl. lat.* Vind. XXV. 2 [1892] *p.* 971-75); obiit autem post a. 427.; non enim, quo anno decesserit, statui potest. ¶ 2. In titulis sæpius cogn. vir. *Corp.* 9. 2620.; et *Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 66. *n.* 105. — *Euhodia* (Εὐοδία), cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6998. Euodia. *Corp.* 3. 2314. Heuodia. *et* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1857. *p.* 294. Heubodia. — Mulier christ. ap. *Paul.* in *ep. ad Phil.* 4. 2. — Hinc *Euhodio (ōnis)* Εὐοδίων, nom. vir. domin., in titulo Chr. ap. *Murat.* 1864. 4. — *Euhodianus (Euodianus),* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Marini, act. Arv. p.* 324. et ap. *Momms. n.* 3298. — Fuit etiam sophista Smyrnensis, discipulus Aristoclis et fort. Polemonis et magister artis rhetoricæ Romæ, ubi mortuus sepultusque est. *Philostr. vit. soph. II.* 16. — Alius in *Cod.* 8. 14. 18.

EUHORMUS, i, m. 2. (Εὔορμος; ab εὖ et ὅρμος, *statio navalis,* quasi *bonam* seu *tutam stationem navalem* habens) nom. vir. serv. *Corp.* 2. 4970.

EUHȲAS et Euhias v. Euias, ădis, f. 3. (Εὐιάς: ab *Euhyus,* quod *V.*) Baccha Thracia. *Horat.* 3. *Od.* 25. 9. *sqq.* « stupet Euhias Hebrum prospiciens et nive candidam Thracen ac pede barbaro lustratam Rhodopen » *sc.* montem a barbaris gentibus cultum; vel de thiaso Mænadum Thressarum locus accipiendus, a barbaris, i. e. Thracibus, frequentato.

EUHYDRĬUM, ii, n. 2. oppidum Thessaliæ, a Philippo rege a. 198. a. Chr. vastatum, de quo *Liv.* 32. 13.

EUHȲUS, Euhius et Euius, ii, m. 2. (Εὔιος) *Euhyos,* Gr. posit., ap. *Pers.* 1. 101., *Sidon. carm.* 9. 175., *al.* — Etymon varie exponitur; est namque vel ab εὖ, *bonus, felix,* et υἱός, *filius;* in bello enim Gigantum fabulantur Bacchum in leonem se vertisse ac strenuam Jovi patri operam navasse, uno ex gigantibus occiso; atque ab eo, macte virtute esse jubente, εὖ υἱέ, εὖ υἱέ fuisse appellatum (*Schol. Horat.* 2. *Od.* 11. 17., coll. *Mythogr. III. fab.* 12. *n.* 2). — Contra, *Schol. Pers.* 1. 102. *Euhium* tradit Bacchum dictum esse, quod in eo bello non apparuisset et discerptus a gigantibus creditus esset; quare pater dixit *heu,* quæ vox gementis est et deinde adjiciebat υἱόν, i. e. *filium miserum* vel *ubi es?* — Denique sunt qui ducant ab εὐοῖ (*evoe*), εὐάν, εὐα, εὐιε, εὐοῖ σαβοῖ, quæ voces sunt Bacchum invocantium; qua ratione nullus est aspirationi locus.

Euhyus v. Euius, unum ex cognominibus Dionysi seu Bacchi, sæpe usurpatum a Græcis poetis (*Soph. Œd. Tyr.* 211., *Anacr.* 4. 11. *frg.* 131. ap. *Bergk, Poet. lyr. Gr. III.* 730., *Orph. hymn.* 50. 3), modo conjunctim cum aliis, ut θεὸς εὔιος (*Eurip. Bacch.* 157. et 1167), modo solum (*Id. ibid.* 566. et 579., *Aristoph. Thesm.* 990. *sq., Anth. Pal. VI.* 87. et 320 [hic genet. Εὐίου]. *IX.* 253., *Orph. hym.* 80. 4.; *Nonn. Dionys. IX.* 156. etc.). Occurrit apud Latinos — *a)* Stricto sensu. *Ovid.* 1. *Art. am.* 563. Pars Hymenæe canunt, pars clamant, Euie, evoe! *Pers. loc. cit.* lyncem Mænas flexura corymbis, Euion ingeminant. Adde *Petron. sat.* 41. — *b)* Absolute, sæpe, pro ipso Baccho ponitur. *Horat.* 2. *Od.* 11. 17. Dissipat Euius curas edaces. Adde *Stat.* 2. *Theb.* 72., *Claudian. carm.* 24. 62. et *Sidon. loc. cit.,* ubi Eubion dicit præsertim Thebis cultum fuisse. — Hinc *Euhyus,* adj. ad Euhyum pertinens. *Stat.* 2. *Achill.* 143. quater Eubia pulsant Terga manu. *h. e.* tympana.

EUĬA, æ, f. 1. (Εὐία) oppidum Hispalensis conventus, memoratum *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11)., coll. *Ptol.* 3. 13. 32.

EUĬĂS. *V.* EUHYAS.

EULÆUS, i, m. 2. (Εὐλαῖος) Videtur idem esse qui *Ûlây* apud Hebræos (*Dan.* 8. 2. et 16), LXX. Οὐλαῖος, ubi Daniel se visionem habuisse refert de imperiorum sorte. — Est autem fluvius Susianæ, Caprate et Pasitigri efformatus, et in conjuncta Euphratis et Tigridis flumina influens, lacum cum Tigri faciens juxta Characem, ut tradit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (99)., coll. *Strab.* 15. 728. et *Ptol.* 6. 3. 2., hodie *Karum.* Describitur *Plin. ibid.* 27. 31. (135). « Eulæus disterminat Susianen ab Elymaide, ortus in Media modicoque spatio caniculo conditus ac rursus exortus et per Mesabatenem: circum arcem Susorum ac Dianæ templum augustissimum illis gentibus, et ipse in magna cærimonia, siquidem reges non ex alio bibunt et ob id in longinqua portant ».

EULĀLĬA, æ. *V.* voc. seq.

EULĀLĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐλάλιος: cf. Εὔλαλος [*Corp.* 2. 1662] ab εὖ et λαλέω, *loquor,* idem ac *bene loquens*). Memorantur ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Eulalius, archidiaconus ecclesiæ Romanæ, auctoritate Symmachi præfecti a factione sua se post Zosimum in pontificem eligi passus contra saniorem cleri Romani partem, quæ Bonifatium elegerat (a. 418); sed, biennio exacto, Honorius imp. in Campaniam eum relegavit, ubi tranquille vixit, dum legitimus pontifex regnavit; quo mortuo, non defuere qui rursus ei pontificatum offerrent; at ille recusavit obiitque anno post Bonifatium, nempe a. 423. — 2.°) Alii, dignitate episcopi, quos videre est ap. *Hilar.* in *op. hist. frg. III. n.* 29., *Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 24., *Leon. M. ep.* 99. et *Facund. defens. trium capit.* 7. circa *fin.* ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 7648. — Hinc *Eulalia,* nom. mul., quo a scriptoribus memoriæ proditæ sunt: — 1.°) Eulalia, virgo et martyr Emeritensis, in Hispania, initio sæc. IV (a. 304), quæ sub Maximiano imp., quum esset annorum duodecim, domo evadens Dacianum præsidem adiit ac deorum simulacra coram eo perfregit, se christianam professa; quocirca pluribus antea tormentis excruciata, postremo « in equuleo suspensa et exungulata, faculis ardentibus latera ab utroque adpositis, hausto igne, spiritum Deo reddidit, sub specie columbæ cælum petens » (*Martyrol. Rom.* IV. id. Dec., ed. 1914. *p.* 386). Eam magnifice laudat *Prudent. perist.* 3. 1. *sqq.* « Germine nobilis Eulalia, Mortis et indole nobilior, Emeritam sacra virgo suam, Cujus ab ubere progenita est, Ossibus ornat, amore colit ». *et ibid.* 161. « Emicat inde columba repens, Martyris os nive candidior Visa relinquere et astra sequi. Spiritus hic erat Eulaliæ Lacteolus, celer, innocuus etc. ». Ab eo autem pendent fere ceteri scriptores, uti *Greg. Tur. de glor. mart.* 1. 91., *Idat.* in *chron.* a. 428. et 456., *Isid. de reg. Goth.* 32., alii. — De ejus reliquiis mentio fit in *Inscr.,* de qua cf. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1878. *p.* 38. — Porro ab ea nomen accepit in Patavina diœcesi provinciæ Tarvisinæ vicus quidam, dictus vulgo *Santilaria,* et apud *Verci (Cod. Eccl. Doc.* 108. *p.* 200. a. 1223. et 1281) *Santa Laria;* latine vero sub *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4419 (cit. in *Lexic.* ad v. ROSALIS) ibi reperta: *ad S. Hilariam;* cui tamen nomini videntur obstare: tres Inscriptiones ibidem exstantes, ubi ecclesia illa dicitur « sanctæ Eulaliæ virg. et mart., plebes (*plebs*) et matrix (*antiquissima*) Crispani, Burei, Submontii, Leuduli », quæ olim et archipresbyteralis (*Salomonio, Agr. Pat. p.* 417); item templum eidem S. Eulaliæ dicatum; item icon seu tabula, in qua sancta hæc repræsentatur; item festum, quod ibidem quotannis celebratur IV. id. Dec. in honorem s. Eulaliæ. Hinc efficitur, nomen facili litt. *l* in *r,* quod assolet, mutatione corruptum fuisse, ut, labente Latinitate, *fragellum* pro *flagellum, telebra* pro *terebra* etc.; non absurde igitur *Ilaria* pro *Ilalia* seu *Eulalia* usitatum censuerim. — 2.°) Eulalia, item virgo et martyr, Barcinone in Hispania, quæ temporibus Diocletiani imp. equuleum, ungulas flammasque perpessa, demum

cruci adfixa, gloriosam martyrii coronam accepit (*Martyr. Rom.* prid. id. Febr., ed. 1914. *p.* 46). Memoratur in *Inscr.* ap. *Mai, Nov. coll. V. p.* 429. 3. — 3.°) Eulalis, soror patruelis Sidonii Apollinaris, uxor Probi, qui fuit Magni consulis filius et Magni Felicis frater. Ejus meminit *Sidon. carm.* 24. script. a. 468., coll. 4. *ep.* 2.

EULĂLUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

EULĪMĔNUS, i, m. 2. (Εὐλίμενος: ab εὖ et λιμήν *portus,* quasi *bonum* v. *tutum portum* habens) cogn. vir. Græcan. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2383., 8407. et 6789. — In *alia* in *Ephem. epigr. II. p.* 434. *n.* 927. Eulymenus. — *Eulimene,* cogn. mul. in *Inscr.* ap. *Grut.* 784. 7., si tamen sincera est.

EULŎGĬUS, ii, m. 2. (Εὐλόγιος: cf. *Eulogus* ap. *Martial.* 6. 8) nom. vir. Gr., quod in cogn. transiit, ut *Eulogia* in *Corp.* 9. 2281. — Memorantur a scriptoribus — *Eulogius,* prænom. *Quintus,* libertus Vitellii imp. *Sueton. Vitell.* 1. — *Eulogius,* comes rerum privatarum in Occid. sub Diocletiano et Maximiano, a. 295. *Cod.* 10. 9. 2. et 15. 14. 10. — *Eulogius,* rhetor, plenius *Favonius Eulogius,* qui ab Augustino institutus, post hunc Carthagine docuit et maxime inclaruit. Memoratur *Augustin. de cur. pro mort. ger.* 11. 13 (*Corp. script. eccl. lat.* Vindob. *XLI.* 642. 12) « Eodem ipso ferme tempore, quo id audivimus, item nobis apud Mediolanum constitutis Carthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus. - Cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem - quendam locum offendit obscurum, quo non intellecto, vix potuit dormire sollicitus; qua nocte somnianti ego illi, quod non intelligebat, exposui etc. ». — Exstat ejus *Disputatio de somnio Scipionis,* scripta Superio (V. *Wissowa, PW.* 6. 2077). — *Eulogius,* diaconus, martyr sub Gallieno imp. Tarracone in Hispania una cum Augurio et Fructuoso a. 259., qui primo « in carcerem trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis orantes martyrium compleverunt, in quorum die natali sanctus Augustinus sermonem ad populum habuit » (sc. *n.* 273). Ita *Martyr. Rom.* XII. Kal. Febr., ed. 1914. *p.* 22. De his *Prudent. perist.* 6. « Felix Tarraco, Fructuose, vestris Attollit caput ignibus coruscum - Ardens Augurius capessit æthram, Nec non Eulogius simul superbum Christi lucidus ad sedile tendit ». — Alios vide sis ap. *Augustin.* 1. *c. Jul. Pelag.* 5., *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 33. et 34., *Mar. Merc. p.* 395. *M., Rufin. hist. monach.* 14. et *Liberat. diac. brev.* 10. *ad fin.*

EULŎGUS. *V.* voc. præc.

EUMĂCHUS, i, m. 2. (Εὔμαχος, *bene pugnans*) nom. vir. Gr. *Not. degli scavi* a. 1881. *p.* 65. — Memorantur etiam — 1.°) Miles virtute bellica insignis, de quo *Sil. It.* 4. 370-398. — 2.°) Item dux Mithridatis regis in bello contra Romanos, qui, cum P. Rutilio apud Chalcedam dimicans, eum cum magna exercitus parte cecidit, teste *Oros.* 6. *Hist.* 2. 18. — Hinc *Eumachius* sive *Eumacius,* episcopus orientalis, de quo *Hilar. op. hist. frg.* 10. in tit. — *Eumachis,* nom. mul., quod in gentilicium transiit. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 1928., 1929. etc. et apud *Momms. n.* 2270.

EUMÆUS, i, m. 2. (Εὔμαιος, *bene* v. *valde cupidus*) Scribitur etiam *Eumeus,* extrita priore diphthongi littera, in *Inscr.* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1850. *p.* 178. *n.* 17., ubi cogn. libert. videtur. — Memoratur *Eumæus,* subulcus Ulixis, qui hunc redeuntem, licet non agnitum, hospitio tamen benigne excepit (*Hom. Od. l.* 14). Laudatur *Varr.* 2. *R.R.* 4., *Hygin. fab.* 126., *Stat.* 2. *Silv.* 6. 57. et *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 59.

EUMĂRUS, i, m. 2. pictor Atheniensis, qui primus in pictura marem feminamque discrevit. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 34. (56).

EUMĒDĒS, is, m. 3. (Εὐμήδης, *bene consulens*) ¶ 1. Fuit Trojanus quidam, præco, pater Dolonis, explorator missus in Græcorum castra, sed ab Ulixe et Diomede detectus (*Hom. Il.* 10. 314. *sq.,* 412. et 426), pro pacto præmio necem sibi comparavit. *Dict.* 2. 37. et *Ovid.* 3. *Trist.* 4. 27. ¶ 2. Item quidam, filius Dolonis, nepos præcedentis, a Turno cæsus. *Virg.* 12. *Æn.* 346. Eumedes - Antiqui proles bello præclara Dolonis, Nomine avum referens, animo manibusque parentem. — Hinc *Eumedisdes,* patronym. ab *Eumedes,* filius Eumedis. *Auct. epit. Iliad.* 710., ubi alii legeb. *Eumedides,* quod *Müller* mutavit in *Eumediades.*

EUMĔDON (ontis), m. 3. (Εὐμέδων *C. I. Gr. n.* 3477) Argonauta, filius Dionysi et Ariadnes, teste *Hygin. fab.* 14. Cf. *Fick-Bechtel, Gr. Pers.-Nam.*[2] *p.* 399. et *Gruppe, Gr. Myth. p.* 551.

EUMĔIS, oppidum in via a Nicopoli Arabissum, in *Itin. Ant. p.* 182. — *Ramsay (Asia min.* 67. 275) idem esse putat quod Camisa ap. *Strab.* 12. 560.; *Kiepert* vero (*Karte von Kleinas. [B V]*) ponit ad austroricnt. *Simas* prope *Alikamoar.*

EUMĒLIS, idis, f. 3. *V.* EUMELUS.

EUMĒLĬUS, ii, m. 2. (Εὐμήλιος *C. I. Gr. n.* 6565) vicarius Africæ a. 316., cujus mentio in *Cod. Theod.* 9. 40. 2 (ubi errorem adesse ait *Seeck* in *PW.* 6. 1078). *et* ap. *Augustin.* ad *Don. post.* coll. 33. 56., *Brev.* coll. 3. 19. 37., *c. Crescon.* 3. 71. 82.

EUMĒLUS, i, m. 2. nom. vir. (Εὔμηλος: ab εὖ, et μῆλον, *ovis,* quasi ovibus dives v. abundans). Memorantur autem ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Eumelus, Pheræus (*Dict.* 1. 14), filius Admeti regis et Alcestis, Peliæ filiæ, dux undecim navium Thessalicarum contra Trojam (*Hygin. fab.* 97., coll. *Hom. Il.* 2. 711. *sqq., Apollod. epit.* 3. 14., *Strab.* 1. 45., *Eustath. Od.* 1681 49. et *Schol. Eur. Alc.* 265). Uxorem habuit Iphthimen, filiam Icarii (*Od.* 4. 797) et filium Zeuxippum (*Schol. Plat. symp.* 208). — Inter procos Helenæ recensetur ab *Hygin. fab.* 81. et *Apollod.* 3. 10. 8. — In ludis Patrocli victor fuit quadrijugis equis (*Dict.* 3. 17). — Ipse et auspiciis suis coloniam Pelasgicam in Campaniam deduxit, quæ urbem Parthenopem, postea Neapolim, vel etiam ab eo Eumelim dictam, condidit; quapropter ab iis civibus uti deus patrius cultus fuit et in ejus honorem instituta sodalitas Eumelidarum (*Inscr. Gr. XIV.* 715. « Εὔμηλον θεὸν πατρῷον φρήτορσιν Εὐμηλειδῶν - ἀνέθηκεν ». *et* 748 (a. 171) « Εὐμηλεῖδαι φρήτορες »). — Cf. *Furlanetto* in *Lexic. App.* sub v. *Eumelenses* de sacerdotibus Eumeli hanc vocem usurpat, ita inscriptionem illam interpretatus, *Ignarra de phratr. p.* 100. secutus et inscr. ap. *Grut.* 323. 1.; sed cf. *Momms. n.* 2475., ubi eand. inscr. refert. — Hinc *Eumelis,* nomen urbis Neapolis, ap. *Stat.* 4. *Silv.* 8. 48. « Cujus (*Apollinis*) adhuc volucrem (*columbam*) - felix Eumelis adorat » (quasi *filia Eumeli,* ut *Schiff* interpretatur. *V.* quæ de hoc loco disputat *Wernsdorf* ad *Poet. min. III.* 274. *sqq.*). — 2.°) Eumelus, cujus filia in avem mutata est. *Ovid.* 7. *Met.* 390. « Eumelique domum lugentis in aere natam ». Quinam tamen is fuerit, latet, quem alii Meropis nepotem; alii Thebanum, Botreæ patrem; alii Patrarum regem; alii Admeti regis filium putant, de eo *Hygino* et *Lact.* silentibus. — 3.°) Eumelus, Corinthius, filius Amphilyti τῶν Βακχιδῶν καλουμένων ap. *Paus.* 2. 1. 1., poeta epicus (dictus ποιητὴς ἱστορικός *Schol. Pind. Olymp. XIII.* 74., coll. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 174) « qui Bugoniam et Europiam scripsit » ut habet *Hieronym.* in *chron.* ad Olymp. 2 (a. 766. a. Chr.). et *ibid.* ad Olymp. IX. 2 (a. 745). « Eumelus Corinthius versificator agnoscitur ». — Fragmenta tantum exstant ejus operum, quæ inscribuntur Κορινθιακά (*Schol. Apoll. Rh.* 1. 146) vel Κορίνθια (*Paus.* 2. 1. 1) de historia fabulosa Corinthi; Εὐρωπία de Europe; Βουγονία (*Varr.* 2. *R. R.* 5), cujus nulla tradita est notitia, fortasse de re rustica; προσόδιον ἐς Δῆλον (pro θεωρίᾳ, quam Messenii Delon mittebant), cujus unus meminit *Paus.* 4. 33. 2., Æolica dialecto conscriptum (2. vv.), et Τιτανομαχία, quæ tamen Arctino alii ve adjudicatur. Hæc autem collecta sunt a *Marckscheffel, Hesiodi, Eumeli fragm.* (1840) *p.* 216-244. et 397-408., unde *Kinkel, Epicorum Gr. fragm. p.* 185. et *Wilisch, Ueber die Fragm. d. Epik. Eumelos* 1875. — 4.°) Eumelus, vir Trojanus, qui nuntiavit naves Æneæ incensas esse. *Virg.* 5. *Æn.* 665. Cf. *Serv.* ad *h. l.* — 5.°) Eumelus, filius Eugnoti Thebani, qui ira correptus filium suum Botrem occidit. *Ant. Lib.* 18. et *Ovid.* 7. *Met.* 390. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2910. — Cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6890. Adde *alias ibid. n.* 6769. et *Corp.* 5. 8127.

EUMĔNĒS, is, m. 3. nom. vir. (Εὐμένης, *benevolus*) Etiam forma Gr. *Eumenus* (Εὐμενοῦς) et genet. *Eumenetis* usurpata fuisse docet *Charis.* 68. 29. *sq.* — Alia quoque forma seu declinatio *Eumenes, idis,* legitur ap. *Rufin.* 4. *Hist. Eccl.* 11. et fort. in *Cod.* 4. 31. 9. — Memorantur autem ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Eumenes, Cardianus (*Plut. Eum.* 1. = *Dur. frg.* 7), humili loco natus (Cf. *Ælian. v. h.* 12. 43), unus ex ducibus sub Alexandro M. ejusque successoribus, antea vero Philippi II. scriba et cancellarius (ἀρχιγραμματεύς); utrique autem in consilio semper adfuit, omnium rerum particeps; quin uxorem duxit sororem Barsines, quæ Alexandri conjux erat (*Nep. Eum.* 1. et *Curt.* 9. 1. 19). — Mortuo Alexandro a. 323., Eumeni, in partitione imperii, obtigit regnum Cappadociæ et Paphlagoniæ (*Jul. Val.* 3. *gest. Alex. M.* 94., *Oros.* 3. *Hist.* 23., *Curt.* 10. 10. 3. et *Justin.* 13. 4), idque ex mandato Perdiccæ, qui fuerat Alexandri M. tutor; quod tamen Leonato et Antigono non placuit, ita ut in periculo ejus vita versaretur, unde se eripuit confugitque ad Perdiccam. — Hic eum benigne excepit ejusque regno addidit Cariam, Lyciam et Pamphyliam (*Justin. ibid.* 6); præterea eum exercitui præfecit contra Craterum et Antipatrum, qui adhæserant Antigono; non enim in provinciis dividendis inter Alexandri duces convenerat. — In prœlio Eumenes fortiter dimicans Neoptolemum, antea socium, tum vero hostem nactus, una cum Cratero et Antipatro devicit occiditque a. 322 (*Id. ibid.* 8). — Sed nec Perdiccæ fortuna adrisit, qui cum Ptolemæo congressus vim aliquandiu sustinuit adversariorum, sed eodem anno victus in Ægypto occubuit (*Id. ibid.,* coll. *Oros.* 3. *Hist.* 23. *sqq.*). — Eumenes, publicus Macedoniæ hostis, subdolis Antigoni et Seleuci artibus, renuntiatus, coactus fuit bellum eis inferre; sed Apollonidis, sui exercitus ducis, proditione victus in castellum Phrygiæ, quod Nora appellatur, confugit; unde strategemate usus æque ac suos extraxit incolumes (*Nep. Eum.* 5). — Post hac illac erravit, modo in Cappadocia, modo in Cilicia, ubi Argyraspides, celebrem Macedonum phalangem, ad suas partes sequendas induxit; quibus fretus, Seleuci regnum invasit, sed frustra; inde enim, ad Tigrim superatus, egredi debuit; mox tamen Satraparum Susianæ aliarumque gentium finitimarum ope subnixus, rursum, initio quidem feliciter, decertavit; sed brevi ab Antigono, occasionem propitiam nacto, profligatus, amissis etiam veteranis Macedonibus, qui ad hostium castra perfidi transierant, in vincula est conjectus, ubi adversariorum nequitia, Antigono inscientе, in carcere jugulatus est a custodibus (*Id. ibid.* 12). — Sic Eumenes annos quinque et quadraginta natus, homo omnibus ingenio et fortitudine formidandus, non Antigoni virtute sed Macedonum perjurio captus talem habuit exitum vitæ; in quo, ut scribit *Nep. c.* 13., quanta omnium fuerit opinio eorum, qui post Alexandrum M. reges sunt vocati, ex hoc facillime potest judicari, quod nemo, Eumene vivo, rex appellatus est. — Antigonus autem eum propinquis ejus sepeliendum tradidit, qui militari honestoque funere, comitante toto exercitu, insignem ducem humaverunt ossaque ejus in Cappadociam ad matrem atque uxorem liberosque ejus deportanda curarunt (*Id. ibid.* 13). — Dignitate fuit honesta et viribus ad laborem ferendis firmis neque tam magno corpore quam figura venusta (*Id. ibid.* 11). — De eo cf., præter veteres *Diod., Plut., Polyæn., Justin., Nep.,* recentiores *Droysen, Gesch. d Hell. II.* 1.; *Niebuhr, Vortr. üb. alte Gesch. III.* 68. *sqq.; Kallenberg, Philol. XXXVI.* et *XXXVII.* et *Holm, Gr. Gesch. IV.* — 2.°) Eumenes I. rex Pergami, filius Eumenis ex Tio et Satyra, filia Posidonii (*Strab.* 13. 624), a. 263. a. Chr., successor patrui sui Philetæri Pergameni (*Inscr. Perg. n.* 13. et *Diog. Laert.* 4. 38), Lyconis peripatetici et Arcesilai academici auditor (*Diog. Laert.* 4. 38. et 4. 44b). — De Gallis seu Galatis, sibi finiti-

mis una cum Attalo I., ut videtur, victoriam retulit, eosque tributarios habuit. De utroque *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (84). Plures artifices fecere Attali et Eumenis adversus Gallos prœlia etc. Adde *Liv.* 38. 16. — Idem *Plin.* 13. *ibid.* 11. 21. (70). memorat bibliothecam Eumenis, quam tamen alii Attalo I. tribuunt, nisi est Eumenis II. — Regnavit an. XXII., sc. ab a. 263-241. v. 242. a. Chr. — De ejus nummis vd. *Imhoof-Blumer, Münz. d. Dynast. von Perg.* Berl. 1884. — De eo consulas *Ussing., Pergamon* 1897.; *Pedroli, Il regno di Pergamo* 3.; *Pontremoli et Collignon, Pergame* Paris 1900. — 3.°) Eumenes II., rex Asiæ et Pergami, ex Apollonide Attali I. filius (n. a. 221. a. Chr.) ac successor a. 197., urbis *Eumeniæ*, ex eo dictæ, conditor, vel saltem ab Attalo fratre, ejus conditore, in ejus honorem ita appellatæ (*Hieronym. in chron.* ad Olymp. CXLVII. 3), maritus Stratonices, filiæ Ariarathis V., regis Cappadociæ, et pater Attali III (*Oros.* 5. *Hist.* 8). — Vixit magna cum Attalo II., Philetæro et Athenæo fratribus concordia et amicitia cum Romanis, quos per fratrem Attalum monuit de apparatu belli, quod contra eos moliebatur Antiochus, eisque auxilio fuit, ut etiam a. 171. adversus Perseum, Macedoniæ Regem (*Eutr.* 4. 6. et *Val. Max. loc. cit.*); quamquam ob periculum, quod sibi imminebat ex Seleuco, qui suum regnum invaserat, Romanos in Lycia reliquit. — Antiocho autem ad Magnesiam victo (a. 190), is legatos misit Romam ad senatum, qui Eumenis regnum, non solum civitatibus (*Eutr.* 44), sed etiam regionibus, uti Phrygia, Mysia, Lycaonia, Lydia, Ionia aliisque et tributis, amplificavit (*Liv.* 38. 39., *Justin.* 31. 8., coll. *Nep. Hann.* 10. et 11); hinc *Asiæ rex* dictus *Val. Max.* 2. 2. 1. — Porro a. 184. Prusiæ, ab Hannibale impulsus, bellum gessit cum Eumene, a quo terra marique devictus est, nec Ortiagonte, rege Galatiæ, et Pharnace, rege Ponti, Prusiæ conjuncti, aliquid potuerunt contra Eumenem et Ariarathen, regem Cappadociæ, ita ut denique pax conclusa fuerit, fratresque ejus a Romanis magnifice habiti. — Postremo iter Romam suscipere parabat a. 161., ut se, ex suspicionibus de sua fide, in bello Macedoniæ ortis, purgaret; sed ab ea re impeditus se abstinuit; obiit autem, postquam annos XXXVIII. regnaverat, regnumque suum commisit Stratonicæ uxori eamque Attalo fratri, qui tutor illud administravit tradiditque deinde ejus filio, Attalo III. — De nummis cum ejus effigie vd. *Imhoof-Blumer, Porträtkopfe* IV. 15., unde *Meischke* 3. *sqq.* — 4.°) Eumenes, Persei regis dux, qui a. 168. a. Chr. præerat Thessalonicæ *Liv.* 44. 32. — 5.°) Eumenes, episcopus Alexandrinus, sextus in serie a Marco. *Prosp. chron.* ad a. 134. — 6.°) Alii, ut filius Attali a Tio, frater Philetæri et pater Eumenis I. (*Strab.* 13. 624): item discipulus philosophi Cratis, auctor operis περὶ κωμῳδίας (*Diog. Laert.* 4. 23) etc., qui ad nos non pertinent; nullus enim ex Latinis scriptoribus, quos sequimur, eorum meminit. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* apud *Momms. n.* 4302. — Hinc *Eumenius* (Εὐμένιος), quo nomine memorantur — 1.°) Rhetor Augustodunensis, Atheniis oriundus, nat. ca. a. 250. p. Chr., cujus avus (ut ipse scribit in oratione *pro rest. sch.* 17. 3), Atheniis ortus, Romæ diu celebris, mox Augustoduni docuit, ubi octogenario major decessit; filius vero ex quinque, quos genuerat, summa fisci patrocinia (*avvocato del fisco*) tractavit (*Orat. in Constantin. Aug.* 23. 1). — In patria artem rhetoricam professus tantam sibi claritudinem paravit, ut, a Constantio Chloro imp. in aulam ascitus, ab ejus secretis fuerit; a quo munere postea se abdicans rus secessit; sed brevi, nam imperator, de gloria illius scholæ sollicitus, eum rogavit, ut docendi officium Augustoduni rursum susciperet, jussitque « salarium in sexcenis milibus nummum accipere », quod ille, ut patriæ suæ expensum referre et Æduensium scholas instaurare posset, a Cæsare petiit et obtinuit. — Quattuor habemus Eumenii panegyricas orationes: 1. coram præside Galliæ Lugdun. *pro instaurandis scholis* a. 297.; 2. in laudem *Constantii Chlori* a. 290.; 3. in laudem *Constantini M.* a. 307; 4. *Constantino in gratiarum actionem* a. 311., præ ceteris, ut ait *Burckhardt* (*Die Zeit. Const. d. Gr.* 1880), hujus ætatis panegyricorum scriptoribus non solum ingenio ac prudentia laudandus sed etiam boni civis honestate, qui adulatione et moderate utitur et non in suum sed in patriæ suæ emolumentum; ab elegantia tamen veterum oratorum valde distare videtur; « eloquentia ejus sæculi vitium, quo ille vixit, nimirum sapit, licet aliqua sit laude commendanda » inquit *Forcellin.* noster. — De eo *Sachs, de quattuor paneg., qui ab Eumenio scripti esse dicuntur*, Halle 1885.; *Götze, Quæst. Eumen.* Halle 1892.; *Brandt, Eumen. v. Augustod.* etc. Freib. 1882.; *Kehding, De paneg. latin.* Marb. 1899. — 2.°) Senator, falsis, ut videtur, criminibus accusatus, teste *Ammian.* 28. 1. 48., a. 368., Valentiniano, Valente et Gratiano imperantibus. — *Eumenia* (Εὐμενία), nom. geogr. et pers., sc. — 1.°) Oppidum Phrygiæ Majoris, conditum ab Attalo II. in honorem fratris sui Eumenis II (*V.* tamen *Eumenes* sub n.° 3), hodie *Ishekli*, ap. *Hieronym. chron.* ad Olymp. CXLVII. 3. et *Rav. p.* 110. — De ejus nummis consulas *Eckhel*, 3. *p.* 153. *sq.*; *Cavedoni, Spic. p.* 237. *sq.* et *Head, H. N.* 673. — Distinguenda autem est ab alia *Eumenia*, in eo tractu sita, quem tenuerunt Scythæ, Aroteres cognominati, ut docet *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (44). — Hinc *Eumeneticus*, adj., ut *Eumenetica regio* ap. *eund.* 5. *ibid.* 29. 31. (113)., per quam Mæander pervagatur, ut ipse ait. — 2.°) Est etiam nom. mul., quod in cogn. transisse arguitur ex *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1328. — *Porticus Eumeniæ* Athenis ad theatrum meminit *Vitr.* 5. 9. 1., quæ non tam mulieri alicui quam Eumeni II. tribuenda esse videtur, qui Græcas civitates beneficiis sibi devinxisse auctor est *Liv.* 42. 5.

EUMĔNĔTĬCUS, a, um, adject., et

EUMĔNĬA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

EUMĔNĬUM, ii, n. 2. fluvius et oppidum cognomine in Lusitania, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 21. 35. (113)., ubi tamen alii rectius leg. *Æminium*, unde gent. *Æminiensis* in *Corp.* 2. 2559.

EUMĔNĬUS, ii, et

EUMĔNUS, i, m. 2. *V.* EUMENES.

EUMOLPĪDÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* EUMOLPUS.

EUMOLPIS, idis, f. 3. tribus Philippopolis Thraciæ in *Inscr.* ap. *Gawril Kazarow Berl. Philol. Wochenschrift* 1901. *p.* 1566. Contra vero ipsum oppidum Thraciæ, nunc Philippopolis, ita scribitur *Sext. Ruf. Brev.* 19.; sed rectius *Eumolpias* ibi legend., coll. *Ammian.* 22. 2. 2. 26., 10. 4. et 27. 4. 12. *V.* PHILIPPOPOLIS.

EUMOLPĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. seq.

EUMOLPUS, i, m. 2. (Εὔμολπος, *bene cantans*) *Eumolphus* scribitur in quibusdam mss. codd. et edit. libr. ¶ 1. Apud scriptores memorantur plures, quos prætermittimus, sæpe inter se confusi. Ex his autem antiquissimus videtur fuisse Eumolpus, Thrax origine, Eumolpidarum parens, Neptuni filius ex Chione, Aquilonis filia (*Hygin. fab.* 151., coll. *Paus.* 1. 38. 6. et *Apoll. bibl. III.* 201. *Wagn.*), quem patria Atheniensem facit *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (199)., hinc *Cecropius* dictus *Ovid.* 11. *Met.* 93., fuit unus ex quinque, qui pagum Eleusinium incolebant, cum ejus fines ingressa est Ceres, nominatis ab *Arnob.* 5. *p.* 174., coll. *hymn. Demetr. (Hom.) v.* 153. *sqq.*, uti sunt Baubo, Triptolemus, Eumolpus, Eubulcus, Dysaules (Cf. etiam *F. Hiller v. Gaertringen, De Græc. fab. ad Thraces pertin. quæst. crit.* Berl. 1886. *p.* 13 *sq.*). De Eumolpo speciatim idem *Arnob. ibid.* hæc tradit: « Fuit custos gregis lanitii Eumolpus, a quo gens effluit Eumolpidarum et ducitur clarum illud apud Cecropios nomen et qui postea floruerunt, caduceatores, hierophantæ atque præcones ». Hinc sacerdos dicitur Eumolpus *Ampel.* 15., ex quo sacerdotium jure hereditario in posteros suos transiit; duæ enim erant familiæ Athenis, Eumolpidarum nempe et Cericum, quæ, sub archonte rege, mysteriis Eleusiniis præsidebant (Cf. *Aristid. XXII.* 4 [*Keil II.* 29. 9]). — *Hyginus* autem narrat bellum ab eo gestum ca. a. 1370. a. Chr. contra Erechtheum, Athenarum regem, quod patris sui terram Atticam fuisse diceret, in quo victus fuit et occisus; victor tamen et ipse ab Jove, Neptuni rogatu, fulmine ictus periit (*fab.* 46). Utriusque vero filii, pace inter se composita, statuerunt, ut Eumolpi posteris pontificatus, Erechthei vero regnum perpetuo addiceretur. — Porro hujus inter Eumolpum et Erechtheum pugnæ monumentum exstitisse ad Athenas, eximium Myronis opus testatur *Paus.* 1. 27. 4. et 9. 30. 1 (*V. Wilamowitz, Aus Kydathen* 126. 46. et *Hiller v. Gaertringen op. cit.* 16.: cf. *Lenormant* in *Rev. arch.* a. 1864. *p.* 91. *sq.*). — Hic idem ludis Argivis, quos fecit Acastus, Peliæ filius, ad Olympi tibias voce fertur vicisse, ita ut et cantor dicendus esset, æqualis Orphei ac Lini, et ad eum spectaret *loc. Ovid.* 3. *Pont.* 3. 41., ubi *Chionides* vocatur; unde etiam argui potest una cum Orpheo orgia tradidisse Midæ regi et Dionysiaca mysteria simul cum Eleusiniis conjunxisse (Cf. *Annal. d. Ist. arch.* a. 1884. *p.* 45. *sqq.*). — De eo cons. etiam *Toepfer, Attische Geneal.* 28. *sqq.* et 48. et *Ermatinger, Die attische Autochthon.* 1897. *p.* 75. *sqq.* et 85. *sqq.* — Similitudinis causa *Petron.* præcipuam suæ saturæ personam inducit *Eumolpum*, sub qua ipse latet, canens belli civilis specimen perque urbem hac illac aliorum poetarum more carmina recitans: cf. *c.* 90. *sqq.* et 118. *sqq.* — Hinc *Eumolpidæ* (Εὐμολπίδαι), patronym., nepotes v. posteri Eumolpi, ex quibus sumebantur sacerdotes mysteriorum Eleusinorum. *Cic.* 2. *Legg.* 14. 35., coll. 1. *Att.* 9., *Nep. Alcib.* 4. et 6., *Tac.* 4. *Hist.* 83. et *Arnob. loc.* supra *cit.* ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1927. — Hinc *Eumolpius* (Εὐμόλπιος), episcopus Macedonianus, ap. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 25.

EUMORPHUS, i, m. 2. cogn. vir. Gr. (Εὔμορφος, *bonus seu pulcher forma, formosus*) *Eumorfus*, Latina consuetudine, aliquando scribitur, ut in *Inscr.* apud *Fiorelli, Not. degli scavi* a. 1876. c. 3 (*in laterculo militari*). — Hinc *Eumorphius* (Εὐμόρφιος), nom. militis scelesti, violenti, audacis, de quo *Prudent. perist.* 5. 465. et *Act. s. Vinc. Lev. mart.* 11. — *Eumorphianus*, cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3413.

EUMPĪNA, æ, f. 1. nom. mul., in titulo epigr. *Ausonii n.* 10., ubi alii aliter leg.

EUMŪSUS, i, m. 2. (Εὔμουσος, *bonus musicus v. bene canens*, dict. a μοῦσα) nom. vir. serv. *Corp.* 4. 2641 (*in amphora*) et 8. 2255.

EUNA, æ, et Eune, es, f. 1. (Gr. εὐνή, *cubile*) cogn. mul. *Corp.* 5. 5285.

EUNĀPĬUS, ii, m. 2. (Εὐνάπιος, *bene fluens*) nom. rhetoris Gr., n. a. 345 (346) p. Chr. Sardibus, cujus opus præcipuum Βίοι σοφιστῶν deperditum est (*Vit. soph.* 58. *B.* et *Phot. bibl. cod.* 77. et *alib.*), Juliani imp. amicus, Christianis vero infensus, de quo satis superque sit hæc mentio; nullus enim ex Latinis scriptoribus, quod sciam, eum memorat. — *Eunapia*, nom. mul. in *Inscr. Mus. Kirch. p.* 111. ap. *Brunati.*

EUNĒUS, i, m. 2. (Εὔνηος, *bene navigans*) filius Iasonis ex Hypsipyle Lemniade, frater Thoantis (*al.* Deipyli), qui matrem in servitutem abductam liberarunt. *Mythogr. I. fab.* 133. et *Hygin. fab.* 15. et 273. — *Eunes* (*Eunis*), cogn. mul. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 7091. et, absolute, in *alia* ap. *eund.* 2582. — Hinc *Eunicus* (Εὔνικος), nom. statuarii Mytilenæi, ap. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 12. 55. (156). — *Eunica* (*Eunice*) Εὐνίκη, cogn. mul. Gr. *Corp.* 2. 2284. — Fuit etiam una ex quinquaginta Nereidibus, ap. *Hygin. fab. præf.* — Item mater Timothei, cujus meminit *Paul.* in *ep. II. Tim.* 1. 5. et, tacito nomine, in *Act.* 16. 1. et 2.

EUNŎĒ, es, f. 1. (Εὐνόη, *benevola*) cogn. mul. Gr. *Corp.* 5. 5709. — Fuit etiam mulier Maura, regis Bogudis uxor, quam Cæsar dilexit et ob id beneficiis una cum marito maximis et immensis cumulavit. *Sueton. Cæs.* 52. — *Eunoea*, cogn. mul. Gr. (εὔνοια, *benevolentia*). *Corp.* 8. 3346. — *Eunois* (*idis*), cogn. mul. Gr. *Corp.* 2. 4398. et 4547.

EUNŎMĬA et

EUNŎMĬĀNUS. *V.* voc. seq.

EUNŎMĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐνόμιος, *æquus*: vd. etiam EUNOMUS) Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Eunomius, episcopus Cyzicenus, filius Cappadocis

cujusdam, n. a. 333., Arianæ hæresis sectator (*Philastr. hær.* 68), Aetii discipulus (*Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 13. et 43), cujus hæresim, quæ *Aetiana* prius dicta erat, postmodum is « vir corpore et animo leprosus, arte tamen dialectica præpotens » (*Rufin.* 1. *H. E.* 25) validius latiusque per totum orientem diffudit, ita ut ab eo *Eunomiana* fuerit appellata. — Opera Eudoxii a. 360. in episcopum electus ecclesiæ Cyzicenæ, expulso Eleusio (*Cassiod. loc. cit.* 7. 18. et 19), paulo post inde extrusus Constantinopolim venit; sed hinc quoque a. 367. exsulare coactus est in Mauretaniam, unde Valentis, Morsæ episcopi Ariani, ope fretus, ut ab exsilio revocaretur, facile impetravit (*Eustorg.* 9. *H. Eccl.* 8., coll. *Cassiod. loc. cit.* 7. 36). De eo *Hieronym. vir. ill.* 120. « Eunomius, Arianæ partis, Cyzicenus episcopus, in apertam hæreseos suæ prorumpens blasphemiam, ut quod illi tegunt, iste publice fateretur, usque hodie vivere dicitur in Cappadocia et multa contra Ecclesiam scribere. Responderunt ei Apollinarius, Didymus, Basilius Cæsariensis, Gregorius Nazianzenus et Gregorius Nyssenus ». Adde *eund. c. Joh. Hieros.* 4. et 9., *apol. c. Rufin.* 2. 17. et 19., in *Is.* 65. *vv.* 4. et 5., in *Ezech.* 32. 1. *sqq.*, in *Am.* 1. 6. et 3. 15. et 4. 1. *sqq.*, in *Matth.* 12. 27., in *Tit.* 2. 12. et 3. 11. Memoratur etiam *Ambros.* 1. *de fide*, 6. 45. et 8. 57. et *alib.*, *Leon. M. serm.* 16. *n.* 3., *Cassian. coll.* 7. 32. et 15. 3., *Prosp.* in *chron.* ad a. 373. — Theodosii imp. venia ad patrios Sacoræ agros in Cappadociam reversus ibi obiit a. 396. — Jactabat autem ipse se cognoscere, ut seipsum Deus; Filium Patri non consubstantialem esse adfirmabat sed similem; ajebat etiam sceleratis et impœnitentibus fidem sufficere ad salutem; cultum improbabat, quo martyres et sanctorum reliquias christiani fideles prosecuntur, ac trinam in administrando baptismate immersionem; quos errores, ab eo in pluribus libris traditos, *Gelas. pap. ep.* 42. et *Hormisd. pap. ep.* 125. damnarunt. — Scripsit autem speciatim septem libros in ep. s. Pauli ad Rom. (*Cassiod. loc. cit.* 7. 18); tum *Apologeticon* (Ἀπολογητικός), a s. Basilio refutatum; *Expositionem Fidei* (Ἔκθεσις πίστεως) et alia, quæ ætatem non tulerunt, fragmentis quibusdam exceptis, ap. *Mansi, Coll. conc. III.* 645. *sqq.*; *Migne, Gr. XXX.* 835. *sqq.* (inter opp. Basilii) et *Rettberg, Marcelliana* 1794. — De eo scripsit *Klose, Histoire et doctrine d' Eunomius*, Kiel 1833. — Hinc *Eunomianus*, adj. ad Eunomium hæreticum pertinens. *Cod. Theod.* 16. 5. 12. Eunomiana institutio sive secta. *et ibid.* 34. superstitio. *Prosp. loc. cit.* hæresis. — Absolute — *a*) In sing. num. collect. *Augustin. serm.* 183. *n.* 1. Sed Arianus confitetur Christum in carne venisse, Eunomianus, Sabellianus, Photinianus. Adde *Ambros. de incarn.* 2. *n.* 7. — *b*) In plur. num. Eunomii sectatores, olim *Aetiani* dicti (*Facund. def. trium capit.* 8. *p.* 785. *M.*), ex Arianis orti, sed Eunomii nomine notiores, teste *Isid.* 8. *Orig.* 5. 39., contra quos plures latæ sunt leges a Gratiano, Valentiniano et Theodosio imppp. in *Cod. Theod.* 16. 5. 8., 11., 13., 17., 23., 27. etc. et *Novell. Theod. II. tit.* 5. § 3. Cf. *Rufin.* 1. *H. Eccl.* 25., *Augustin. hær.* 54. et sæpe *alib.* — Posteriore vero ætate Constantinopoli quidam *Eutychius* se ab Eunomio separavit, ut in Cappadocia antea *Theophronius* quidam; unde exortæ sunt sectæ *Eunomio-eutychianorum* et *Eunomio-theophronianorum*, teste *Cassiod. op. cit.* 9. 40. — *Eunomius*, adj. *Cod. Theod.* 16. 5. 6. Eunomia perfidia. — 2.°) Eunomius, episcopus, judex contra Donatistas, ap. *Optat. schism. Don.* 1. 26. — 3.°) Alii episcopi, ap. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 16. et 10. *ibid.* 28. et *Act. Coll. Carth. cogn. I. n.* 133. — *Eunomia* (Εὐνομία, *æquitas*), cogn. mul. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5258. — Fuit etiam persona comica in *Plaut. Aulul.* — Item Nazarii rhetoris filia, virgo christiana, paternæ eloquentiæ heres (*Prosp. chron.* ad a. 338). — Item Turcii Aproniani et Avitæ filia, soror Asterii, ap. *Paulin. Nol. carm.* 21. 66. *sqq.* « Et simul Eunomia, æternis jam pacta virago In cælo thalamis etc. ». Adde *ibid.* 285. — *Eunomus* (Εὔνομος, *bonis legibus utens*), cogn. vir. Gr. *Corp.* 2. 3825. — Fuit etiam prætor quidam Thessalorum, de quo *Liv.* 35. 39. — Item medicus, in quem scripsit *Auson. epigr.* 75., quo eum salse deridet.

EUNŎMUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

EUNŎNĒS, is, m. 3. princeps Aorsorum, qui in bello Mithridatico a. 49. p. Chr. favit Romanis, de quo *Tac.* 12. *Ann.* 15. 17-20.

EUNOSTĪDÆ, ārum, m. plur. 1. (Εὐνοστίδαι) sodales in honorem Eunosti herois Tanagrensis in Bœotia, filius Eliei et Sciæ, a nympha Eunosta educatus, cujus fabula exstat ap. *Plut. qu. Gr.* 40. — Ibi cultus, habuit Heroum (ἡρῷον) ac lucum (ἄλσος), mulieribus interdictum sub pœna capitali (Τίς Εὔνοστος ἥρως ἐν Τανάγρᾳ; καὶ διὰ τίνα αἰτίαν τὸ ἄλσος αὐτοῦ γυναιξὶν ἀνέμβατόν ἐστιν *Plut. ibid. loc. cit. init.*). — Huic numini sodalitas consecrata fuit etiam Neapoli, ut constat ex *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 458. *n.* 74 (quam refert cl. *Furlanetto* in *Add.* ad *Lex. Forcell.* sub *v.*), ubi mentio est *Semproniani fratriaci Neapol. Eunostidon* (genet. pro *Eunostidarum* a Gr. Εὐνοστιδῶν). Adde *alias ibid.* — De hac re cf. etiam *Pantoni, Studi di mitologia gr. ed ital. I.* Pisa 1884. et *Welcker, Klein. Schrift. I.* 202. *sq.*

EUNOSTOS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

EUNŪCHUS, i, m. 2. (Εὐνοῦχος, cujus etymon et significatum vd. in *Lexico*) nom. vir., etiam sine aspiratione, in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III. p.* 141. — Est etiam titulus comœdiæ *Terentii*, imitati com. Εὐνοῦχος et quasdam partes com. Κόλαξ Menandri, quæ varietate et actione, vivente poeta, maxime placuit, meruitque pretium, quantum nulla antea cujusquam comœdia (Cf. *Ritschl, Suet. p.* 503. *sq.*), octo milia nummum. *Suet. p.* 29. *R.* — Cl. *De-Vit* monet, maxime hoc nomine, absolute posito, veluti viri proprio, memorari *Eunuchum*, Candacis Æthiopum reginæ, potentem, « qui erat super omnes gazas ejus » in *Act.* 8. 27-31. Sed nihil hic illum habere proprii, contextus demonstrat, tum id, quod historia narrat, maximam fuisse copiam eunuchorum in Æthiopia (*Jer.* 38. 7., 41. 16), ex quibus, ut in Assyria, in Ægypto, in Perside etc., in aula regum vel in exercitu, sive re tales sive nomine tantum, erant qui honorificis muneribus fungebantur (*Gen.* 38. 6., coll. 39. 1. et 7., 3. *Reg.* 22. 9., 4. *Reg.* 18. 17., *Dan.* 1. 3. et 7., *Esth.* 1. 10. et 15., 2. 21., 6. 2., 7. 9. Cf. *Jos. ant.* 16. 8. 1. et *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod. IV. p.* 23).

EUNUS v. Eunous (Eunoos), i, m. (et f.) 2. nom. vir. Gr. (Εὔνοος) Communis generis videtur, inspecta *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6135., ubi *Eunous* scribitur, nisi est *Eunois*, ut alii legunt; Græca enim adjectiva composita ita usurpantur, ut εὔνοος: ab εὖ et νόος (νοῦς), *mens*, i. e. *benevolus* et *benevola*. — Ceterum quod ad declinationem attinet, hæc habet *Priscian. gramm. VI. p.* 272. *M.* « Panthus enim et Eunus et Antinus, quæ per synæresim in ους diphthongum apud Græcos proferuntur, cum apud illos secundum integrorum regulam declinantur, id est in ος desinentium: in ου enim diphthongum terminant genetivum, apud nos quoque debent secundæ esse declinationis ». Contra *Charis. gramm. I. p.* 11. *P.* « Græca nomina in *us* terminata, quæ genetivo Græco aut crescunt aut per ος efferuntur, hæc *o* litteram in *i* commutant et declinantur ut tertiæ declinationis, ut Melampus Melampodis, item Eunus Eunois, Euplus Euplois ». — Memorantur autem ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Eunus, ex Apamea Syriæ (*Diod.* 34. 2. 5), dux in primo bello servili Siculo contra Romanos a. 135. a. Chr., quos pluries vicit, sed a. 132. a P. Rutilio cons. est victus. De eo *Flor.* 3. 19. « Syrus quidam, nomine Eunus - ad libertatem et arma servos quasi numinum imperio concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure et igni stipaverat, leniter inspirans flammam inter verba fundebat - sexaginta amplius milium fecit exercitum; regiisque - decoratus insignibus castella, vicos, oppida miserabili direptione vastavit etc. ». *V.* integr. loc. Memoratur etiam *Liv. epit.* 56. et 59., coll. *Oros.* 5. *Hist.* 9., *Eutr.* 4. 3., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 26., *Plut. Crass.* 18. et *Sull.* 36. — Obiit Morgantiæ in Sicilia, fort. phthiriasi affectus, in carcere (Cf. *Grobe* ap. *Drumann, G. R.*[2] *II.* 580-582). — De eo scripsit et iam *Rathke, De Romanorum bellis servilibus* (Diss. Berl. 1904). — 2.°) Eunus, liguritor famosus, in quem exstant sex *Ausonii epigrammata* a *n.* 123-128. — 3.°) Eunus, sub Decio martyr Alexandriæ, famulus Juliani, camelo impositus, ut etiam herus, per totam urbem circumduci jussus et flagris laniari, ac tandem, incenso rogo, hinc inde spectante populo, comburi, teste *Euseb.* ap. *Rufin.* 6. *H. E.* 31 (*Martyrol. Rom.* III. Kal. Mart. ed. 1914. *p.* 61). — 4.°) Eunus, item martyr, sub Decio, Alexandriæ, cum Juliano et Machario aliisque passus. *Martyrol. Rom. III.* Kal. Nov., ed. 1914. *p.* 338. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2531. — Nom. serv. in *alia* ap. *eund. n.* 6310 (87).

EUNȲMUS, i, m. 2. fort. contr. ab *Euonymus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. I. p.* 198.

EUŒNUS, i, f. 2. antiquum Peparethi insulæ nomen. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (72).

EUOLCĬUS, ii, m. 2. (Εὐόλκιος) diaconus Samosatensis, ab Arianis in eremum Oasim relegatus. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 16., coll. *Theod. h. e.* 4. 15.

EUŌNĒTUS, i, m. 2. (Εὐώνητος, *boni pretii*) cogn. vir. Gr. *Corp.* 2. 1648.

EUŌNȲMĪTÆ, ārum, m. plur. 2. (Εὐωνυμῖται *Ptol.*) Æthiopes quidam ita cognominati, quod reliquos famā superarent boni nominis, ut sonat ipsa vox. Memorantur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (184). ubi *Euonymiton*, genet. plur. Gr. posit., pro *Euonymitarum*.

EUŌNȲMUS, i, m. 2. (Εὐώνυμος, *bonum nomen habens*) insula maris Tyrrheni ad septentr. Siciliæ, una ex Liparensibus, hod. *Panaria* (*Rav. p.* 406. Pagnaria), ita fort. dicta, quod claritudine ceteris præstaret. Memoratur *Solin.* 6., *Capell.* 6. *p.* 208. et *Isid.* 14. *Orig.* 6. 37., coll. *Diod.* 5. 7., *Strab.* 6. 276. et *Ptol.* 3. 4. 16.

EUPĂLĂMUS, i, m. 2. (Εὐπάλαμος, *bene palmā manus structus*) pater Dædali, memoratus *Hygin. fab.* 39. et 244., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 14. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (209)., qui eum ancoram invenisse tradit. Cf. *Apoll. bibl.* 3. 196., 204. et 214. et *Diod.* 4. 76.

EUPĂLĒS, is, m. 3. rex Assyriorum, qui annos regnavit XXXVIII., teste *Eus.* ap. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 953., i. e. ab a. 1065-1027. a. Chr., de quo nihil traditum est.

EUPALĬA, æ, f. 1. (Εὐπαλία *Steph. Byz.*) *Eupalium* quoque dicta *Liv.* 28. 8., ut Gr. Εὐπάλιον ap. *Thuc.* 3. 95. *sq.* — Est autem oppidum Locridis Ozolis, in finibus Ætoliæ, cujus ruinæ adhuc conspicuæ traduntur in hodiern. *Castro Sulas.* Memoratur quoque *Plin.* 4. *Hist. nat.* 3. 4. (7). Cf. *Woodhouse, Ætolia* 348. *sqq.* et *Bursian, Geogr. v. Gr. I.* 148).

EUPĂLĬUM. *V.* voc. præc.

EUPĀTOR, ŏris, m. 3. (Εὐπάτωρ *bono seu nobili patre genitus*) Scribitur etiam *Eupater*, Latina forma. *V.* ANTIOCHUS. — Est autem cogn. Antiochi V., Syriæ regis, et Alexandri Balæ; item Mithridatis VI., regis Pontici; item Arsacis XI.; item Mithridatis III., Parthorum regis; item Ptolemæi VII., filii Philometoris et Cleopatræ in Ægypto (*V. Willrich, PW.* 6. 1160) et, absolute, regis cujusdam Bosphori, qui videtur Rhœmetalci successisse ca. a. 156. p. Chr. Cf. *Visconti* in *Iconogr. Gr. II. p.* 222. *sq.* — In titulis nom. vir. *Corp.* 3. 88 (*in dipl.*).

EUPĀTŌRĬA, æ, f. 1. (Εὐπατορία) oppidum Chersonesi Tauricæ, ab *Eupatore*, sc. Mithridate VI., rege Ponti, conditore, ita nuncupatum; sed postea ab eo victo eversum, reædificatum vero a Pompejo victore et *Pompejopolis* v. etiam *Magnopolis* dictum, hod. *Koslov*, portus Euxini. Memoratur *Ammian.* 22. 8. 36., *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (7)., *Solin.* 44. et *Capell.* 6. *p.* 222.

EUPĔLASTUS, i, m. 2. (Εὐπέλαστος? *bonus propinquus*) cogn. vir. Græcan. *Corp.* 2. 4139.

EUPHĀNĒS, is, m. 3. (Εὐφάνης *Pind. Nem.* 4. 89., i. e. *conspicuus*) dux quidam Cretensium, ab Eleis ad Antiochum missus auxilii ferendi causa. *Liv.* 36. 5.

EUPHĒMĬA, æ, f. 1., et

EUPHĒMĪTÆ, ārum, m. plur. 1., et

EUPHĒMĪCUS, ii, m. 2. *V.* voc. seq.

EUPHĒMUS, i, m. 2. (Εὔφημος) Scribitur *Eufemus*, Latina consuetudine, et *Eupemus*, omissa aspiratione, et contracte *Eupmus* in titulis (*Corp.* 3. 7844., 6847. etc.). — Vox ab εὔφημος, *boni seu læti augurii*, unde εὐφημέω, *bene ominata loquor*, vel etiam *bonæ famæ* vir, ut alii interpretantur. Cf. tamen etiam *Fick-Bechtel, Gr. Pers.-Nam.*² 412. et *Usener, Götternam.* 266. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Euphemus, filius Neptuni ex Europa, Tityi filia (*Hygin. fab.* 157), unus ex iis, qui ad agrum Calydonium se contulerant (*Id. fab.* 173), et ex Argonautis (*Id. fab.* 14). Cf. etiam *Hes. frg.* 146. *K.*, *Schol. Pind. Pyth. IV.* 22., 46. et 455. et *Apoll. Rhod. I.* 112., 179. *sq.* et 1465. et *Val. Flacc.* 1. 363.; et apud recentiores *Burmann* in *Catal. Argonaut.* sub *v.*, *Maas, Gött. gel. Anz.* 1890., 342., 351. et 883. et *Gruppe, Gr. Myth.* 248., 568. et 583. — 2.°) Euphemus, Trœzenius, qui Ciconiis imperans Priamo suppetias tulit, ut refert *Dar.* 18., sed fuit ab Ajace interemptus, sec. *Dict.* 2. 35. et 43., ab Achille, sec. *Dar.* 121. Ejus laudes canit *Auson.* in *epitaph. Her.* 20. — 3.°) Euphemus, exstructor mensæ Domitiani imp., ad quem exstat epigramma *Martial.* 4. 8. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 5. 6847.; etiam cogn. et nom. serv. *Corp.* 2. 3743., *Ephem. epigr. II. p.* 244. et ap. *Furlanetto, Lap. Pat. p.* 245. — *Eupheme* (Εὐφήμη), nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4128. — Hinc *Euphemius* (Εὐφήμιος) v. *Eufemius*, magister officiorum sub Leone et Anthemio impp. *Cod.* 11. 9. 6. et 7. — Item præfectus præt. Orientis a. 496. *Cod.* 8. 54. 52. — Item episcopus Constantinopolitanus sæc. V., qui statim ut hanc dignitatem est adeptus, e sacris diptycis nomen Petri Mongi hæretici erasit, qui synhodos coegit contra adversarium ad suam hæresim confirmandam; sed alias et opposuit Euphemius, Petrum anathemate percutiens; verum in eo peccavit quod nomen quoque Acacii, antecessoris sui, hæretici, ut ei imperaverat Gelasius pap., delere noluerit. Dein ab Anastasio imp., cui jusserat, ut publicam fidei professionem ederet, antequam coronaretur, in exsilium est pulsus a. 496. *Gelas.* ep. ad eum ap. *Euagr.* 3. *Hist. Eccl.* 25., coll. *Niceph. l.* 16. — *Euphemia* (Εὐφημία, *bonorum verborum prolatio* v. *bona fama* seu *gloria* v. *pia precatio*) v. *Eufemia*, sine aspiratione, Latina consuetudine, et etiam *Euphimia*, ex modo pronunciandi η per *i* loco *e*, ut in aliis vocibus Græcis, Latine redditis, sequiore ævo. — Pænultima aliquando corripitur, ut ap. *Paulin. Nol. carm.* 27. *poem.* 430. « Et quæ Chalcidicis Euphemia martyr in oris »; sæpius vero producitur, ut ap. *Venant.* 8. *carm.* 3. 33. et 169. et *Ennod.* 2. *carm.* 130. — Contra etiam secundam ac tertiam contrahit *Sidon.* 2 (al. 22). 482. « Gaudeat Euphemiam sidus Divale parentis etc. ». — Memorantur — 1.°) In libris — *a)* Euphemia, plenius *Ælia Marciana Euphemia*, filia Marciani imp., uxor Anthemii Aug., ap. *Sidon. loc. cit.* et in nummis ap. *Eckhel*, 8. *p.* 197. — *b)* Euphemia, virgo et martyr Chalcedonensis, sub Diocletiano imp. et Prisco proc., tormenta, carceres, verbera, rotas, ignes, pondera lapidum, bestias, plagas virgarum, serras acutas, sartagines ignitas pro Christo fortissime passa; rursum vero in theatrum ad bestias ducta cum orasset ad Dominum, ut jam spiritum suum susciperet, una ex iis morsum sancto corpori infigente, ceteris pedes ejus lambentibus, immaculatam animam Deo reddidit. Ita *Martyrol. Rom.* XVI. Kal. Oct., ed. a. 1914. *p.* 288. Laudatur quoque *Venant. loc. cit.* — Ejus basilica insignis fuit Chalcedone, ubi concilium, inde Chalcedonense dictum, habitum est, teste *Marcellin. chron.* ad a. 451. Cf. etiam *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 124. — *c)* Euphemia, item virgo et martyr, sub Nerone, cum Dorothea, Thecla et Erasma multa supplicia passa, dein gladio cæsa et a s. Hermagora sepulta. *Martyrol. Rom.* III. Non. Sept., ed. a. 1914. *p.* 273. — *d)* Euphemia, mulier quædam, cujus epitaphium composuit *Ennod. loc. cit.*: « Euphemiæ tuos tellus complectitur artus etc. ». — 2.°) In titulis cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2524. - Abs. *Corp.* 5. 1619. — Hinc *Euphemiana* v. *Eufemiana*, nom. mul. in *Cod.* 8. 37. 20. — *Euphemio (onis)*, cogn. vir. demin. ab *Euphemus*, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 8559. — *Euphemitæ* (Εὐφημῆται *Nicet.* et Εὐφημῖται *Epiph.*) hæretici quidam ex genere Massalianorum seu Euchitarum, de quibus *Epiph. hær.* 80. — *Augustin. hær.* 57. eos conjungit cum Martyrianis et Satanianis, hosque omnes cum illis tanquam unam hæresim ponit. *V.* EUCHITÆ.

EUPHĒNŌ, us, f. 4. (Εὐφηνώ?) filia Danai, quæ prima nuptiarum nocte sponsum suum Hyperbium occidit, ap. *Hygin. fab.* 160.; sed cf. *Apollod.* 2. 20. *W.*, ubi de Hyperbio et Celæno mentio est. *Schmidt* de recta dubitat lectione; at de diversa potius cogitaverim fabulæ narratione.

EUPHILĒTUS, i, m. 2. (Cf. εὐφίλητος, *bene seu valde amabilis*) filius Aristidis, Atheniensis (Κηφισιεύς), fort. idem qui amicus Phocionis, ap. *Nep. Phoc.* 4 (Cf. *Schäfer, Demosth. II.*² 412. 2). — Legitur hoc nom. etiam in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1880. — Sim. *Euphilus*, cogn. vir., i. e. *valde amans*, in *Corp.* 5. 7453.

EUPHĪTON, ōnis, m. 3. scriptor de re rustica, laudatus *Varr.* 1. *R. R.* 1. 8. et *Colum.* 1. 1. 10.

EUPHORBĪUM, ii, n. 2. oppidum Phrygiæ inter Synadam et Apameam, ad hujus conventum juridicum pertinens. Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 28. 29. (106). et *Tab. Peut.* 10. 1. *Mill.* — Corrupte *Rav. p.* 106. Euphrovion. — Situs incognitus est, ceterum *Kiepert, Form. orb. ant. IX.*, cum hodiern. *Koirangöl* comparat. Cf. etiam *Ramsay, Cities and bishoprics of Phryg. I.* 750. et *Radet, Nouv. archiv. miss. scientif.* 1895. *p.* 475. — Hinc *Euphorbeni*, incolæ, ap. *Plin. loc. cit.*

EUPHORBUS, i, m. 2. (Εὔφορβος: ab εὖ et φορβή, *pabulum*, quasi *bene pastus, nutritus*). ¶ 1. Fuit filius Panthi et Phrontidis (*Orph. Lap.* 455. et *Tzetz. hist. I.* 228. et *XIII.* 578), frater Polydamantis et Hyperenoris (*Schol. Il.* 17. 23) et pater Panthi; hinc dupliciter *Panthoides* dictus, *Ovid.* 15. *Met.* 161. et *Horat.* 1. *Od.* 28. 10., ad quem loc. *Porphyr.* « Nunc Pythagoram significat, quia prædicavit se ad Trojam Euphorbum Panthoi filium fuisse interfectumque a Menelao (*Dict.* 2. 38., coll. *Hom. Il.* 2. 808., sed ab Achille *Dar.* 23), iterum revixisse et factum Pythagoram id comperisse, agnito clipeo, quem Euphorbus habuerat ». Pythagoras enim, qui metempsychosin commentus est, habere se jactabat animam Euphorbi. Cf. *Ovid. loc. cit.*, *Gell.* 4. 11. 14., *Auson. epigr.* 70., *Tertull. resurr. carn.* 1. et *anim.* 31. et *Hieronym. c. Vigil.* 1.; quin, ut scribit *c. Rufin.* 40., Pythagoras « ajebat se primo fuisse Euphorbum (Cf. *Diog. Laert.* 8. § 4-5), secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, ad extremum Pythagoram, et post certos temporum circulos ea, quæ fuerant, rursum fieri: nihilque in mundo videri novum ». His Pythagoræ commentis alludit *Horat.* 2. *Ep.* 1. 50 (ubi quidam perperam pro *et fortis* leg. *Euphorbus*), quæ vocat *somnia Pythagorea* de Ennio loquens, qui « in principio Annalium suorum somnio se scripsit admonitum, quod secundum Pythagoræ dogma anima Homeri in suum corpus venisset » (*Porphyr. ib.*). Cf. *Zeller, Gr. Philos.*⁴ *I.* 286. et *Rhode, Psyche* ²*II.* 417. *sq.* ¶ 2. Item medicus Jubæ, regis Mauretaniæ, frater Antonii Musæ, qui Cæs. Augustum servavit, discipulus, ut hic, Asclepiadis, a quo Juba herbam *Euphorbiam* appellavit (*Euphorbia resinifera*), teste *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 38. (77).

EUPHŌRIO et

EUPHŌRĬON, ōnis, m. 3. *V.* voc. seq.

EUPHŌRUS, i, m. 2. (Εὔφορος, *bene* v. *bona portans* seu *ferax*) cogn. vir. Græcan. *Corp.* 3. 1365. — Hinc *Euphorius*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 179., qui tamen dubitat de vera nominis lectione; Græce enim omnino non legitur. — *Euphorio* v. *Euphorion* (Εὐφορίων). Acc. sing. *Euphoriona* ap. *Diomed. I.* 484. 22. — Est nom. vir. demin. ab Εὔφορος, quo memorantur — 1.°) Statuarius et argenti cælator, ap. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 91. (85). Cf. *Brunn, Künstlergesch. I.* 526. — 2.°) Item poeta Chalcidensis, filius Polymnesti, nat. ca. a. 276. a. Chr. (*Suid.* Εὐφορ. Cf. *Meineke op. cit.* et *Susemihl I.* 393-399). — Philosophiæ operam dedit Athenis, divitias etiam sibi comparavit, parum honeste acquisitas suamque vitam finivit tempore, quo præfectus erat bibliothecæ Antiochi M. a. 224-187. — Scripsit prosa et versa oratione. Hæc sunt varia poemata historica (Διόνυσος, Ὑάκινθος, Ἱππομέδων, Ἀρτεμίδωρος, Δημοσθένης etc.), epicorum more exarata, præcipue de rebus amatoriis, de metamorphosibus, de mythorum interpretamentis (Cf. *Rhode, Griech. Roman, p.* 90); in primis vero elegos (Cf. *Philargyr.* 1), in quibus *Diomed. loc. cit.* 21. tradit eum et Callimachum imitatos fuisse Tibullum et Gallum; qui alter « ejus carmina in Latinum sermonem transtulit » (*Mythogr. I. fab.* 194. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 72); unde est illud in fine Virgilii (10. *Ecl.* 50), ubi Gallus loquitur: « Ibo et Chalcidico quæ sunt mihi condita versu Carmina »; nam Chalcis civitas est Eubœæ, ex qua fuit Euphorion, quod alii de Theocrito accipiunt. Cf. *Quintil.* 10. 1. 56., coll. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 50. et *Prob. ibid.* *Sueton.* quoque in *Tib.* 70. refert etiam Tiberium hunc poetam imitatum fuisse. — Porro quum multa de agricultura in poemate aliquo adferat *Suid.*, sunt etiam qui eum inter scriptores de re rustica laudatum putant a *Varron.* 1. *R. R.* 1. 9. et a *Colum.* 1. 1. 10. Fragmenta tamen, quæ exstant a *Meineke, Anal. Alex.* Berl. 1843. edita, cum duobus epigramm. in *Anth. Pal. VI.* 279. et *VII.* 651., ea sunt ut deperdita nimium dolere non cogamur; quamvis haud est infitiandum Virgilio non displicuisse (*Ecl. loc. cit.*), scholæ fortasse memori; Euphorion namque, ut alii hujusmodi scriptores, rhetoricen redolentes, a grammaticis maxime fuit excultus (Cf. *Croiset, H. L. Gr. V. p.* 244). Illa vero, quæ prosa oratione composuit, pleraque sunt historica (Ἄτακτα, Ὑπομνήματα ἱστορικά etc.), quorum item fragmenta supersunt ap. *C. Müller, Frgm. Hist. gr. III.* 71. *sqq.* — Laudant universim *Cic.* 2. *Divin.* 64. 132. et 3. *Tusc.* 19. 45., *Quintil.* 11. 2. 14., *Tertull. anim.* 51., *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 32., 79. et 341.; 3. *ibid.* 16. et 6. *ibid.* 618. — De eo scripserunt, præsertim, *Meineke, De Euphorionis vita et scriptis* Dantzig 1823., coll. *Beloch, Gr. Gesch. III.* 2. 488. et 493. *sqq.*; *Susemihl, Alex. Lit. I.* 393. *sqq.* et *Skutsch, PW.* 6. 1174-1190. — 3.°) Item alter, quem *minorem* vocant *Apul. orthogr.* 38. et *Hephæstion* (*p.* 226. *Consbr.*), Χερρονησιώτης (Cf. *Meineke, Anal. Alex.* 341. *sqq.*), qui *Priapea* scripsit (*Strab.* 8. 382. ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος [Εὔφρων et Εὐφορίων permutantur *Athen.* 11. 503 A]). Unus itaque Chalcidensis seu major cum altero *Chersonesita* seu minore confundendus non est, teste *Apul. loc. cit.*, coll. *Meineke loc. cit.* et *Susemihl, Alex. Lit. I.* 281. — 4.°) Item grammaticus, quo magistro ad prima rudimenta ediscenda usus est Antoninus philosophus. *Capitolin.* in *vit.* 2.

EUPHRĀNOR, ŏris, m. 3. nom. vir. Gr. (Εὐφράνωρ, *exhilarans vir*) *Eufranor*, Latina consuetudine, in *Inscr.* ap. *Orelli* infra cit. — Memorantur ¶ 1. In libris — 1.°) Euphranor, Corinthius (*Isthmius* ap. *Plin.*), statuarius et pictor nobilissimus (*Quintil.* 12. 10), de cujus in utraque arte peritia et operibus summatim scribit *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (77). « Euphranoris Alexander Paris est, in quo laudatur, quod omnia simul intelligantur, judex dearum, amator Helenæ et tamen Achillis interfector. Hujus est Minerva Romæ, quæ dicitur Catulina, infra Capitolium a Q. Lutatio Catulo dicata: et simulacrum Boni Eventus, dextra pateram, sinistra spicam ac papavera tenens. Item Latona puerpera, Apollinem et Dianam infantes sustinens, in æde Concordiæ. Fecit et quadrigas bigasque et Cliduchon (*al.* Cliticon) eximia forma et Virtutem egregiam (*vulgo* et Græciam), utrasque colosseas: mulierem admirantem et adorantem: item Alexandrum et Philippum in quadrigis ». Præterea statuam Dionysi (*Dio Chrys. orat.* 37. *p.* 466 C) fecit et Apollinis Patroi. — Quod autem ad ejus picturas attinet (pingendi præceptorem Aristonem habuit, teste *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. [111]), de quibus idem *Plin.* 35. *ibid*

11. 40. (128). ita loquitur: « Post Pausiam eminuit longe ante omnes Euphranor Isthmius, Olympiade CIV., idem qui inter fictores dictus est a nobis. Fecit et colossos et marmorea ac scyphos (*rectius* typos) sculpsit: docilis et laboriosus ante omnes et in quocumque genere excellens ac sibi æqualis. Hic primus videtur expressisse dignitates Heroum et usurpasse symmetriam; sed fuit in universitate corporum exilior, capitibus articulisque grandior. Volumina quoque composuit de symmetria et coloribus. Opera ejus sunt: equestre prœlium; duodecim dii; Theseus, in quo dixit eundem apud Parrhasium rosa pastum esse, suum vero carne. Nobiles ejus tabulæ Ephesi (V. *Luc. de domo* 30. et *Annal. d. Ist. arch.* a. 1846. *p.* 302); Ulixes simulata insania bovem cum equo jungens et palliati cogitantes; dux gladium condens ». — Ejus Thesea et equestre prœlium *Plut.* quoque *d. glor. Athen.* 2. *p.* 346 A memorat. Adde *Luc. imag.* 6., *Val. Max.* 8. 11. 5. et *Eustath. Il.* 145. 11. Pugna Mantineensis, quum Ol. CIV. 3. a. 362. a. Chr. commissa fuerit, patet inde, cur Plinius Euphranorem in hac ipsa Olympiade collocavit. Omnes vero picturas, a Plinio laudatas (quæ sunt XII. dii, Theseus, prœlium equestre), in portico Ceramici Athenis adservatas fuisse, certo ex *Paus.* 1. 3. § 2. 3. colligi potest, qui enumeratis picturis addit etiam Democratiam et Demos (Δημοκρατία τε καὶ Δῆμος), cui loco adde aliam 8. 9. 4. De pictura duodecim deorum *Val. Max. loc. cit.* hæc refert: « Cum Euphranor Athenis XII. deos pingeret, Neptuni imaginem quam poterat excellentissimis majestatis coloribus complexus est perinde ac Jovis, aliquanto augustiorem repræsentaturus. Sed omni impetu cogitationis in superiori opere absumpto, posteriores ejus conatus assurgere, quo tendebant, nequiverunt ». — Qua vero tandem occasione inciderit in archetypum, ad quod Jovem efformaret, tradit *Eustath. Il.* 529. hisce verbis: Εὐφράνωρ - ἀκούσας τῶν ἐπῶν τούτων - Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται καὶ τὰ ἑξῆς ἔφη, ὅτι ἤδη ἔχει τὸ ἀρχέτυπον καὶ ἀπιὼν ἔγραφεν. — In Junone Euphranoris *Luc. imagg.* 7. comæ potissimum colorem laudandum censuit et in universum ejus ut et Zeuxidis aut Polygnoti tabulis *Philostr. vit. Apoll.* 2. 9. fuco usus rhetorico τὸ εὔσκιον καὶ τὸ ἔμπνουν καὶ τὸ εἰσέχον τε καὶ ἐξέχον tribuit. Risum teneatis! — Discipulos in pictura habuit Antidotum, Carmanidem et Leonidam Anthedonium (*Steph. Byz.* s. v. Ἀνθηδών). V. *Sillig.* in *Catal. Artif.* s. v. — Memoratur etiam in *Plin. Ind. l.* 35. et *alib.*, *Front. ep.* ad *Ver.* 1. 1., *Varr.* ap. *Charis.* 1. *p.* 101. *P.* et *Juvenal.* 3. 217. — In plur. num. *Aurel. vit. epit.* 14. — De eo cf. *Overbeck, Plast. II.*⁴ 116. *sqq.*; *Murray, Sculpt. II.* 328.; *Robert, Arch. Märch.* 68. *sqq.*, 76., 83. *sqq.*; *Collignon, Sculpt. II.* 350. *sqq.*; *Furtwängler, Meisterwerk.* 578. *sqq.* et *Statuenkop.* in *Altert. Abh. Akad.* Münch *XX.* 1896. *p.* 566. *sqq.* et *Klein, Gesch. d. gr. Kunst II.* 320. *sqq.* — 2.°) Euphranor, minus nobilis, qui de præceptis symmetriarum scripsit. *Vitr.* 7. *præf.* 14. Ita alii cum *Sillig.* Verum putamus hunc eundem esse cum præcedente, qui « volumina scripsit de symmetria » et « primus usurpavit symmetriam » (*Plin. loc.* supra *cit.*). — 3.°) Euphranor, præfectus Rhodiis Cæsaris navigiis a. 48. a. Chr., vir animi magnitudine ac virtute « magis cum nostris quam cum Græcis comparandus, qui bello Alexandrino apud Canopum circumventus ab Alexandrinis et, nemine auxiliante, cum quadriremi sua victrice periit ». Ita *Auct. B. Alex.* 11. 13. 15. *sq.* et 25. Cæsaris continuator eum laudibus cumulat. — 4.°) Alios vd. apud *Liv.* 42. 41. et 44. 13.; *Hieronym. vir. ill.* 69. et *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 25. ¶ 2. In titulis cogn. vir. in *Inscr.* metrica ap. *Orelli n.* 1490. — Sim. *Euphrantus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2678. — *Euphrantis (idis)*, nom. mul. *Corp.* 5. 8381. — *Euphrasius* (Εὐφράσιος), nom. vir. in tit. Chr. ap. *Murat.* 1863. 10. — Fuit etiam rationalis trium provinciarum, sc. Siciliæ, Sardiniæ et Corsicæ, a. 325. *Cod. Theod.* 12. 6. 2. et 7. 1. — Item Gallus magister officiorum, sub Valentiniano et Valente impp., vir institutis bonarum artium spectatissimus. *Ammian.* 26. 7. 4. a. 365. — *Euphrasia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 7169. — Memorantur aliæ virg. et mart. in *Martyr. Rom.* ed. a. 1914. *p.* 75., 82., 147.

EUPHRĀSĬUS. *V.* voc. præc.

EUPHRĀTA (Eufrata et Euphretas), æ, m. 1., et

EUPHRĀTÆUS, a, um, et

EUPHRĀTENSIS, e, adject. *V.* voc. seq.

EUPHRĀTĒS, is, m. 3. (Εὐφράτης, *Ion.* Εὐφρήτης) nom. geogr. et vir. — *a)* Orthogr.: scribitur etiam *Eufrates*, Latina consuetudine, ut multa alia hujusmodi nomina. — *b)* Declin.: etiam *Euphrates, æ*, sed rarius, ut ap. *Stat.* 8. *Theb.* 290. « Cui latus Euphratæ, cui Caspia limina mandet ». Item *Euphrata, æ.* V. infra. — Genet. *Euphratis* apud omnes. — Dat. *Euphrati* ap. *Cic.* 2. *Q. fr.* 10. (12). 1., *Front. princ. hist. p.* 209. 16. — *Euphratæ* ap. *Stat.* 8. *Theb.* 290., *Avien. orb.* 1157., *Ambros. ep.* 27., *Ruf. brev.* 28. 2. — Acc. *Euphratem* ap. *Cic.* 2. *Divin.* 9. 22. et 7. *Att.* 2., *Senec. qu. nat.* 5. 18. 10., *Flor.* 3. 5. 22. — *Euphraten* ap. *Cic.* 3. *Fin.* 22. 75. et *Cæl. ep.* ap. *Cic.* 8. *Fam.* 10., *Virg.* 4. *G.* 561., *Propert.* 4. 6. 84., *Ovid.* 2. *Fast.* 463., *Liv. epit.* 106. etc. — Abl. *Euphrate* ap. *Lucan.* 8. 358., *Ampel.* 2., *Solin.* 45., *Ammian.* 18. 7. 9., *Oros.* 1. *Hist.* 2. 23. etc. — *c)* Prosod.: in illo *Lucan.* 8. 358. « Signaque ab Euphrate cum Crassis capta sequentem », ubi ultima in *Euphrate* præter morem producitur, vel quia in cæsura, vel, ut ait *Priscian. gramm. VII.* 349. *K.*, quia *Euphrate* positum est pro dativo Græcorum more (τῷ Εὐφράτῃ), quod coactum mihi videtur: putaverim magis servatam hic esse quantitatem Græcam, non quia pro dativo Gr. usurpatum, sed quia nomen Græcæ sit formæ, ubi litt. *e* respondet litt. η, vel quia olim abl. sing. tertiæ decl. desinebat in *i, ei, ē*, ita ut archaica hic sit nominis terminatio (Cf. tamen *eund. ibid.* 10). — *d)* Etymon pro diversis linguis aliud ab aliis exhibetur. Nomen enim est Hebr. *Perâth* v. *Prâth* « fertilis, fructifer », ut Assyr. *Purattu* v. *Burattu* (Cf. *R. Ashi* [*Talm. Ber.* 59 b. et *Midrash Ber. rabb. par.* 16] « *pârin urabbin*, i. e. fructifer et magnus »); Chald. primit. *Pura-nunu* « aqua magna »; Arab. *Furat* « dulcedo, i. e. dulcis aqua »; Pers. *U-fratu* = Εὐφράτης, « valde lætus », coll. Armen. *Efrat.* V. *Phil. leg. alleg. I.* 23.; *Isid.* 13. *Orig.* 21. 10.; *Gesen. thes.* 1134. *sq.*; *Delitzsch, Wo lag d. Parad.* 1881. *p.* 171. *sqq.*; *Benfey, Pers. Keilinschr.* 1847. *p.* 76.; *Oppert Jour. As. IV. sér. XVII.* 1851. *p.* 426; *Jacut, Geogr Wörtb.* s. v.; *Müller, As. u. Europ.* etc. 1893. *p.* 253. *sqq.*

I.) Euphrates, nom. geogr., est fluvius magnus ac celeber Asiæ (hod. long. 2.200. km.), duos habens ramos, unum Euphr. occid. seu super. (hod. *Kara-su*); alterum Euphr. orient. seu infer., dictum Arsaniam (hod. *Murad-su*), qui e montibus, præcipue ex Niphate (*Aladagh*), æternis nivibus operto, Armeniæ borealis oriuntur fluuntque æque inter se distantes ab occid. in orient.; ex his autem qui est magis borealis, dein vergit ad meridiem et cum eo, qui magis ad austrum tendit, conjungitur supra Melitenas; tum Euphrates excurrit a septentr. ad merid., Cappadociam ingreditur, Commagenem et Syriam ad occid., Armeniam et Mesopotamiam ad orient. ejusque vastas planities, et Babyloniam, deserti Arabiæ oram longo obiens cursu, usque dum seorsum quondam, nunc cum Tigri et Eulæo permixtus (olim Romanorum imperium a Parthis disterminans: *Tac.* 15. *Ann.* 17., coll. *Ampel.* 6. et *Vib. Seq. p.* 148. *R.*) se exonerat in Persicum sinum, nomine *Shat-el-Arab*, usque ad Samosata tantum navigabilis, cumque aquis abundet, certis temporibus arva alluens, ut in Ægypto Nilus, ac cœno fecundans, ad cujus ripas floruerunt antiquæ urbes Babylon, Cunaxa, Samosata, Circesium, Charchamis, Thapsacos, Melitene etc., hod. quoque *Eufrate*. — Apud veteres ex Græcis de eo nec plena scientia nec consensus reperitur (Cf. *Hom. Il.* 2. 535., *Od.* 7. 321., *Herod.* 1. 180., 4. 38. etc. *Polyb.* 5. 51., 9. 43. 1., *Thuc.* 2. 55. etc., *Dionys. perih.* 978., *Niceph. geogr. syn.*, *Geogr. gr. min. II.* 467., *Dem.* 1. 8. etc., *Xen. Hell.* 7. 5. 4. et *Anab.* 4. 5. 2., *Ptol.* 5. 12. 2., *Strab.* 11. 521., *Scymn.* 572., *Scyl.* 22., *Paus.* 4. 34. 6. etc., *Plut. Sol.* 14. et *Pomp.* 32., *App. Mithr.* 101., *Diod.* 5. 17. etc., *Athen.* 7. 297., *Agathem.* 2. 8. *Steph. Byz.* v. Εὐφρατίς); ex Latinis *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 20. (83. *sq.*). sic eum describit: « Oritur (*Euphrates*) in præfectura Armeniæ majoris Caranitide (*Carena*, hod. *Erzerum*), ut prodidere ex iis, qui proxume viderant, Domitius Corbulo in monte Aba (rectius *Halca*, ut ex Armenis refert *Cappelletti, l'Armenia I. p.* 188. *sqq.*), Licinius Mucianus sub radicibus montis, quem Capoten appellat, supra Zimaram XII. m. p., initio Pyxurates nominatus. Fluit Derxenen (*Terdjan*) primum, mox Anaiticam, Armeniæ regiones a Cappadocia excludens. - Ommam vocant irrumpentem, mox ubi perfregit, Euphraten, ultra quoque saxosum et violentum etc. ». Adde *eund.* 6. *ibid.* 27. 31. (129)., 8. *ibid.* 59. 84. (229). et *alib.* passim. *Mela* 3. 76. « Euphrates immani ore aperto non exit tantum, unde oritur, sed et vaste quoque decidit, nec secat continuo agros, late diffusus in stagna - piger et sine alveo patulus, post ubi marginem rapit, vere fluvius, acceptisque ripis celer et fremens per Armenias et Cappadocas occidentem petit, ni Taurus obstet etc. ». *V.* integr. loc. Adde *Curt.* 5. 13., *Solin.* 15., *Ruf.* 5. 13., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Isid. loc. cit.* etc. — Pontes duos super eum memorat *Tac.* 13. *Ann.* 7. et 15. *ibid.* 7. a Romanis exstructos; *Plin.* vero tertium addit prope Zeugma, ab Alexandro M. ædificatum. — Navem quoque ex diuturna consuetudine eum transfretandi causa locatam tradit *Ammian.* 19. 8. 9. eundemque tripartitum et per omnes rivos navigabilem dicit 23. 6. 25. — Memoratur etiam, et quidem — 1.°) Proprie. *Hygin. fab.* 197., *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 130., 2. *Q. fr.* 12. et 8. *Fam.* 10., *Virg.* 4. *G.* 561. et 8. *Æn.* 726., *Ovid.* 1. *Fast.* 341., 2. *ibid.* 463. et 6. *ibid.* 465., *Lucan.* 3. 257 (ubi una est Euphratis et Tigris origo: cf. *Boeth. cons. ph. l.* 5. *m.* 1. *v.* 3. et 4) et 260., 8. 290., 358. et 433. et 10. 33., *Juvenal.* 1. 104. et 8. 51., *Claudian. carm.* 7. 70., 21. 34. et 28. 415., *Sidon.* 7. *ep.* 17. et *carm.* 2. 452., *Sall.* 4. *Hist.* 51. et 52. *p.* 109. *D.*, *Liv. epit.* 109., *Vitr.* 8. 2. 6., *Sueton. Calig.* 14., *Vellej.* 2. 46. et 101., *Frontin.* 1. *Strat.* 1. 6. et 3. *ibid.* 7. 4. et 5., *Senec. brev. vit.* 5. 5., *benef.* 3. 29. et *qu. nat.* 1. *præf.* 7., *Justin.* 11. 12., 12. 13., 41. 1. et 42. 3., *Hieronym. onom. p.* 197. *P.* — Epith. et attrib.: *Ovid.* 2. *Met.* 248. Babylonius. *Claudian.* 8. 388. celer. *Vulg. Gen.* 15. 18. magnus. *Horat.* 2. *Od.* 9. 21. Medus. *Virg.* 8. *Æn.* 726. mollior undis. *Ovid.* 1. *Art. Am.* 223. præcinctus harundine frontem. *Stat.* 3. *Silv.* 2. 136. rapidus. *Claudian.* 7. 69. tumidus. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 89. vagus. *Oros. adv. pag.* 2. 65. longe validissimus. — 2.°) Metonymice — *a)* A poetis adhibetur pro populis Orientis. *Virg.* 1. *G.* 509. Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum. Adde 4. *ibid.* 561. *Lucan.* 2. 633. Euphratem Nilumque move. *Propert.* 2. 10. 13. Jam negat Euphrates equitem post terga tueri Parthorum etc. Cf. *eund.* 3. 4. 4. *de Augusto.* et *Ovid.* 1. *Art. am.* 223. — *b)* *Gallicus Euphrates* appellatur poetica hyperbole fluvius *Egircius* a *Venant.* 1. *carm.* 21. 8. — In sacris quoque litteris sæpius occurrit mentio Euphratis, quod sive proprie usurpatur sive translate, vel, omisso nomine, *flumen* dicitur κατ' ἐξοχήν. — *a)* Proprie. *Vulg.* 2. 4. Fluvius autem quartus (*paradisi Eden*), ipse est Euphrates (*non descriptus*, ut alii, *quia satis notus*). *et ibid.* 15. 17. Semini tuo (*Abraham*) dabo terram hanc (*Chanaan*) a fluvio Ægypti (qui Rhinocolura = *Wadi el-Arisch*, vel rectius Nilus) usque ad fluvium magnum Euphratem (Cf. *Deut.* 1. 7.; 11. 24.; *Jos.* 1. 4). Adde *ibid.* 1. *Par.* 5. 9. et 18. 3. et 9. *Par.* 9. 26., *Jer.* 46. 2., *Eccli.* 24. 36. etc. — Unice memoratur, in libris N. T., *Apoc.* 16. 12. — *Vulg. Gen.* 31. 21. Et, amne transmisso, (*Jacob ex Mesopotamia*) pergeret contra montem Galaad. *et Num.* 22. 5. Ad Balaam, filium Beor hariolum, qui habitabat super flumen. *et Jos.* 24. 2. Trans fluvium habitaverunt patres vestri ab initio. Cf. *Ps.* 136. 1. *sqq.* (hebr. 138). — *b)* Translate *Vulg. Is.* 8. 7. Adducet super eos aquas fluminis fortes et multas, regem Assyriorum et omnem gloriam ejus - Et ibi per Judam in-

undans etc. Adde eund. 27. 12. et Jer. 2. 18. — Vallis Euphratis quasi theatrum fuit olim bellorum inter potentissimos reges Babylonenses, Assyrios et Medos; dein a Persis et postea ab Alexandro M. occupata ac prioribus sæculis p. Chr. bellicæ contentionis campus inter Romanos et Parthos. (Virg. 4. G. 561. et Ovid. 6. Fast. 465). — Porro de modo, quo Cyrus, ut Babylone potiretur, Euphratem permeabilem fecit, legendus est Oros. 2. Hist. 6. — De eo cf. etiam ex recentioribus Wagner, Reise nach Pers. I. 1852. p. 223. sqq.; Chesney, The Expedition of the Survey of the rivers Euphr. and Tigr. Londr. 1850.; Reclus, Geogr. univ. Paris 1884. IX. p. 377.; Lynch, Armenia Lond. 1901. — Hinc Euphratæus, adj. ad Euphratem, Asiæ fluvium, pertinens. Stat. 2. Silv. 2. 121. — Euphratensis (Eufratensis), adj. idem. Not. Dign. or. 33. Euphratensis Syria. i. e. Euphrati adposita. et ibid. 35. cohors prima. Cod. Theod. 7. 11. 2. limes. et 15. 11. 2. præsidiale officium. V. infra. — Absolute, Euphratensis, una ex provinciis, quibus Orientis Diœcesis composita erat, ut ex Laterc. Ver. a. 297. constat, fort. sub Diocletiano imp. constituta et ob additam Commagenæ partem aliquam prope Euphratem, ita appellata, plenius Augusta Euphratensis (Aur. Vict. epit. 9) vel etiam Euphratesia (Laterc. Pol. Silv.), a comite Orientis administrata simul cum Syria, quæ, ut ab illa distingueretur, dicta est Syria Euphratensis, proprium habens præsidem; unde præsidiale officium Euphratense in Cod. Theod. loc. cit. — Euphratesia. V. supra. — Euphratis (idis), Εὐφρατίς, adj. f. idem ac Ripa Euphratensis ap. Sidon. 8. ep. 9. in carm. ad fin. II.) Euphrates, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Filius Oceani et Tethyes. Hygin. præf. fab. — 2.°) Item philosophus Tyrius (Philostr. vit. soph. 1. 7) vel Syrus (Steph. Byz. v. Ἐπιφάνεια) vel Ægyptius (Eunap. p. 3. Boiss.), et quidem popularis, æqualis Apollonii Tyanei, a. 95. p. Chr. (Hieronym. in chron.), « insectator vitiorum » (Plin. 1. ep. 10. ejus in Syria auditor). — Obiit Romæ a. 120 (Hieronym. ibid.) v. 118., ut alii tradunt, sumpto veneno. Cf. Dion. 69. 8. et ex recentioribus Zeller, Philos. d. Gr. IV.³ 690. — 3.°) Item presbyter, ad quem scripsit Augustin. ep. 142. ¶ 2. In titulis cogn. vir. ingenuum atque libertinum. Corp. 3. 5824. et 5. 6089. — Fuit etiam præfectus ripæ fluminis Euphratis in Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orelli n. 6943. — Etiam nom. trieris in classe prætoria Misenate. Inscr. ap. Henzen, ibid. n. 6893. — Hinc Euphrata (Euphratas, Eufrata), Εὐφρατᾶς (ᾶ), vir quidam, memoratus in Cod. 9. 32. 1. sub Severo et Antonino impp. a. 205.: item alius sub Alexandro imp. 3. 38. 2. a. 216.: item falsus accusator Flaviani, ep. Constantinop., apud Leon. M. ep. 135. a. 454. — In cœmeterio Priscillæ, ap. Scaglia in Riv. di Apol. Cr. p. 578 (1913). Eufrata. — Euphratianus (Eufratianus), cogn. vir., ab Euphrata dictum. Corp. 8. 2570.

EUPHRON, ŏnis, m. 3. (Εὔφρων, bene mente se habens, lætus, benevolus) cogn. vir. Corp. 2. 4550. — Fuit etiam statuarius ex iis, qui a. 324. floruere, laudatus Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (51)., ubi olim Euphronides falso legebatur. — Item medicus, relatus a Plin. inter suos fontes: vd. Ind. l. 12. et 13.

EUPHRONĪDĒS, V. voc. præc.

EUPHRONĬUS, ii, m. 2. (Εὐφρόνιος, bene v. valde prudens) nom. vir. Gr. ¶ 1. In libris memorantur — 1.°) Præses Mesopotamiæ a. 359. sub Constantio et Juliano impp., fortasse idem Cilicius, cujus filius Pandorus a. 362. et 363. frequentabat scholam Libanii Antiochiæ et ad quem Libanius scripsit ep. 1452., coll. ep. 655. — Item Athenæus quidam vel Atheniensis, inter suos fontes relatus a Plin. 14. Hist. nat. 19. 24. (120).; memoratus etiam Varr. 1. R. R. 1. 8 (coll. Colum. 1. 1. 8) cum alio cognomine, Amphipolite, qui, ut Aristomachus, Commiades, Hicesius, de vini apparatu præcepta condidit, ap. Plin. loc. cit., et etiam fort. ex iis, qui fabulam de apibus narrarunt ap. Colum. 9. 2. 4. — Item Amphipolites quidam, scriptor rei rusticæ, ap. Varr. loc. cit. V. supra. Cf. E. Oder ap. Susemihl, Alex. Lit.-Gesch. I. 840. — Item episcopus Augustodunensis, cujus epistola ad Agrippinum comitem laudatur ab Idatio in chron. ad a. 461 (V. Momms. Chron. min. II. 26). Memoratur etiam Sidon. 4. ep. 25.; 7. 8.; 9. 2. — Item præceptor filiorum Antonii triumv.; comicus Atticus: grammaticus Alexandrinus; pictor; alii, ap. Græcos, a Latinis scriptoribus prætermissi. ¶ 2. In titulis nom. vir. Inscr. Chr. ap. De-Rossi, Rom. Sott. III. Tab. XX. n. 46.

EUPHRŎSĪNUS, i, m. 2. (Εὐφρόσυνος, lætus, hilaris) Scribitur Latina consuetudine etiam Eufrosynus et Eufrosinus. — Est cogn. vir. Corp. 3. 1713.; 6. 222. etc. Inscr. ap. Marini, Iscr. Alb. p. 26. Euphrosunus. — Absolute, in tit. chr. ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 457. 8. — Cogn. Mercurii Romæ in ara. Corp. 6. 522. — Euphrosyna (æ) et Euphrosyne (es), Eufrosyne, Eufrosine (Εὐφροσύνη) — a) Est Noctis et Erebi filia (Hygin. fab. præf., coll. Cic. 3. Nat. D. 17. 44). — b) Item una ex tribus Gratiis, fort. media inter Aglaiam et Thaliam, Jovis et Junonis filia, famula Veneris (Mythogr. I. fab. 182., coll. II. fab. 35. et III. fab. 11), vel Eurynomes (Hes. th. 909., Pind. Ol. XIV. 12., Senec. benef. 1. 3. 6), vel Autonoes (Schol. Stat. Theb. 2. 286).

EUPĪLIS, is, m. 3. lacus Italiæ superioris, a quo Lambrus fluvius exit et in Padum excurrit (Plin. 3. Hist. nat. 19. 23. [131])., situs olim ad meridiem lacuum, qui hod. dicuntur Lago di Alserio et di Pusiano, inter hunc et vicos Cassago, Lambrugo et Alzate (Cf. Momms. Corp. 5. p. 606), quique fort. unum lacum efficiebant; quin parvus lacus di Pusiano regionis amœnissimæ, quæ nunc dicitur Brianza, vulgo antiquus Eupilis putatur (lat. km. 2., long. 3. a Pusiano ad Casletto).

EUPĪNȲTUS, i, m. 2. (Εὐπίνυτος, valde sapiens) unus ex filiis Amphionis et Niobæ, ap. Hygin. fab. 11. Cf. Apollod. 3. 45. — Mythogr. I. fab. 156. scribitur Epinitus, sed perperam.

EUPLĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. Corp. 8. 367. — Fuit etiam diaconus Catanæ in Sicilia, martyr sub Diocletiano et Maximiano impp., qui cum diutissime torqueretur, tandem palmam gladio cædente percepit. ita Martyr. Rom., prid. id. August., ep. 1914. p. 244. — Euplia (Εὔπλεια, valde plena), cogn. mul. Corp. 2. 4417. — Absolute in alia ap. Momms. v. 1439. — Apud Græcos cogn. Aphrodites (Paus. 1. 1. 3).

EUPLŒA, æ, f. 1. (Εὔπλοια, bona v. felix navigatio) parva insula seu rupes in Campania in sinu Neapolitano, inter Limonem (Margellina) et Megaliam (Castel dell' Ovo), nunc Pizzofalcone, ut putat Beloch, Campan. 83. 466., vel prope hod. Punta di Posilipo (ap. la Gaiola), ut Mommsen, Herm. XVIII. 1. 59. Memoratur Stat. 2. Silv. 2. 79. Inde vagis omen felix Euplœa carinis.

EUPLUS, i, m. 2. (Cf. Εὔπλοος, contr. Εὔπλους, bene navigans). Genet. Euplois ap. Charis. gr. I. p. 23. K. — Est autem cogn. vir. Græcan. Inscr. ap. Momms. n. 609. et Corp. 3. 2571.

EUPŎLĔMĬA. V. voc. seq.

EUPŎLĔMUS, i, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐπόλεμος, bonus seu strenuus in bello) Memorantur hoc nomine ¶ 1. Quidam filius Johannis, a Juda Machab. Romam missus, ut fœdus ac societatem pacisceretur Judæorum cum Romanis (1. Mach. 8. 17. sqq.). — Hunc autem quidam eundem putant ac historicum, de quo infra. Cf. Müller ibi cit. ¶ 2. Item dux, qui cum mille expeditis Epirotarum, a. 189. a. Chr., Ambraciam a Romanis obsessam intravit, teste Liv. 38. 4. ¶ 3. Item princeps Hypathæorum, cujus perfidiam in exsules Hypathæos refert Liv. 41. 25 (a. 174. a. Chr.). ¶ 4. Item Calactinus quidam, hospes ac perfamiliaris L. Licinii Luculli, a C. Verre spoliatus. Cic. 4. Verr. 22. 49. ¶ 5. Item scriptor Judæus ex Hellenistis, ut dicebantur (Clem. Alex. strom. 1. 141. p. 153. P.), qui historiam scripsit regum Juda (Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων). Clem. vero Alex. de ea hæc habet, strom. p. 141. P., « Εὐπόλεμος - τὰ πάντα ἔτη φησὶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἄχρι τοῦ πέμπτου ἔτους Δημητρίου βασιλείας, Πτολεμαίου τὸ δωδέκατον βασιλεύοντος Αἰγύπτου, συνάγεσθαι ἔτη ερμθ - ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου τούτου ἄχρι τῶν ἐν Ῥώμῃ ὑπάτων Γαΐου Δομετιανοῦ Κασιανοῦ συναθροίζεται ἔτη ρκ ». Hieronym. vir. ill. 38. ait eum de regibus scripsisse, teste Alexandro Polyhistore, ac floruisse inter a. 140-100. a. Chr. — Ejus fragmenta collegit Müller, Hist. Gr. fragm. III. 207. sqq. Cf. etiam Kuhlmey, Eupolemi Fragm. Diss. Berol. 1840. — De eo vd. Schürer, Gesch. d. jud. Volk. III.³ 351-352. et Freudenthal, Hellenist. Stud. I. II. Bresl. 1875. p. 82-130., 208-215. et 225-230. — Architectus Argivus, qui Heræum combustum prope Mycenas exstruxit, a Græcis tantum memoratur (Thuc. 4. 133. et Paus. 2. 17. 3), non autem, quod sciam, ab ullo ex Latinis scriptoribus.

EUPŎLĪDĪOS (us), a, um, adject. V. voc. seq.

EUPŎLIS, is, et idis, m. 3. nom. vir. Gr. (Εὔπολις, bona seu pulcra urbs) Declin.: Genet. Eupolidis ap. Gell. 1. 15. 12. — Dat. Eupoli in Inscr. Neap. 1595. — Acc. Eupolidem ap. Pers. 1. 124. — Eupolin ap. Horat. 2. Sat. 3. 12., Prisc. de metr. Ter. § 26., Mar. Victorin. 78. 24. — Eupolim ap. Cassiod. de orthogr. VII. 158. 6. — Abl. Eupolide ap. Vellej. 1. 16. 2. et Plin. 1. ep. 20. 17. — Eupoli ap. Cic. 12. Att. 6. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Poeta comicus celeberrimus, Atheniensis, Cratetis et Aristophanis æmulus, filius Sosipolidis, nat. ca. a. 446. a. Chr.; namque a. 429., sc. ætate decem et septem annorum, primum in publico agone comœdiæ specimen dedisse fertur (Suid. v. Εὔπολις); palmam dein retulit septies et etiam in certamine cum Aristophane, quem prius amicum habuit, dein adversarium. V. infra. — Memorant Horat. 2. Sat. 3. 12., Quintil. 1. 10. 18., 10. 1. 65. et 12. 10. 65., Gell. 1. 15. 12., Plin. loc. cit. et 20., Vellej. loc. cit., Macrob. 7. Sat. 15. 22., Priscian. gramm. XVIII. p. 1175. et alib. et Mar. Victorin. 2. 3. 11. et 34. et 3. 15. 8. — Cic. 12. Att. 6. hunc cum Aristophane confudisse (in Orat. c. 4) monet Orell. in Onom. Tull. p. 243. — Eum in prœlio occubuisse paullo ante absolutum bellum Peloponnesiacum alii referunt; alii vero ab Alcibiade, quem perstrinxerat in com. Βάπται, necatum fuisse (Cf. proleg. Didot I. et IX a), quam fabellam explosit Eratosth. (Cic. 6. Att. 1); alii denique rectius tradunt eum obiisse naufragum in Hellesponto, an. 411., militari expeditioni addictum (Suid.). Huc trahitur locus Ovid. Ib. 589. « Comicus ut mediis periit, qui nabat, in undis », quem alii de Terentio, alii vero, fort. rectius, de Menandro, submerso dum in Pyræo nataret, de quo nobilissimæ a Græcis editæ perhibentur elegiæ et a Callimacho epigramma, quique novæ comœdiæ poetarum facile princeps habitus est, unde κατ' ἐξοχήν ibi comicus appellari videtur. — Quot Eupolis composuerit comœdias, non liquet, quarum exstant tantum fragmenta ac major titulorum pars, uti sunt Αἶγες, Ἀστράτευτοι (v. Ἀνδρόγυνοι Suid.), Αὐτόλυκος α' et β', Βάπται, Δῆμοι, Εἵλωτες, Λάκωνες, Κόλακες, Μαρικᾶς, Νουμηνίαι, Πόλεις, Προσπάλτιοι, Ταξίαρχοι, Φίλοι, Χρυσοῦν γένος etc. — Inter elegantes veteris comœdiæ poetas existimandus est (Macrob. 7. Sat. 5. 8); etiam alii ex veteribus eum summis laudibus prosecuntur, quem dicunt in fabulæ inventione mirabilem, maxima imaginandi vi præditum ac lepore atque adeo sale nigro, in reprehendendis hominum vitiis liberrimus, ita ut epitheto quasi discritico iratus appelletur Schol. Pers. 1. 128., quod præsertim in Μαρικᾶς (Hesych. Μαρικᾶν κίναιδον) contra Hyperbolum ejusque matrem, Niciam, ac præcipuos Athenarum cives, in Βάπται contra obscenos sectatores deæ Thraciæ Κοτυτώ, quos inter Alcibiadem impetit (Cf. Juvenal. 2. 91., coll. Schol.), quod et in Aristophanem novimus fecisse, cui olim amicitia devinctus erat; hæc autem paullatim ita friguit, ut in apertam desciverit simultatem (Cf. Aristoph. Νεφελ. 553. et Eupol. Βάπτ. 78). — Ejus laudes habentur in Proleg. Didot II. ex Platonio II. 15. « Εὔπολις δὲ εὐφάντατος μὲν εἰς ὑπερβολήν ἐστι κατὰ τὰς ὑποθέσεις· τὰς γὰρ εἰσηγήσεις μεγάλας ποιεῖται τῶν δραμάτων - ὥσπερ δὲ ἐστιν ὑψηλός, οὕτω καὶ ἐπίχαρις καὶ περὶ τὰ σκώμματα λίαν εὔστοχος. et deinceps: Οὔτε χαρίεις ὥσπερ ὁ Εὔπολις ». Celebres sunt versus (ex Δῆμοι fr. 94) de

eloquentia Periclis, ita a Grotio fideliter in solutum Latinum sermonem translati: « Nam celer ut cursor pedibus promotos decem Facile vincebat oratores ceteros, Velox loquendo, sed cum veloci impetu Suada insidebat quædam labiis illius; Ita delinibat homines unusque omnium Linquebat stimulos in animo audientium ». — Ejus fragmenta collegerunt Meineke II. 426. et Kock I. 258. — De eo vide sis Kaibel PW. 6. 1220. sqq. — Hinc Eupolidios v. Eupolidius (Εὐπολίδειος), adj., cum pænultima longa. — Est autem ad Eupolidem poetam spectans, ut Eupolidion metrum, de quo Mar. Victorin. 2. 4. 21. et 4. 1. 23. et 35. Plot. de metr. 7. 13. Choriambicum Eupolidium tetrametrum catalecticon fit. — 2.°) Item quidam, de quo canit Ovid. Ib. 228. « Sit tibi conjugii nox prima novissima vitæ; Eupolis hoc periit et nova nupta modo ». De hoc alii alia tradunt, ita ut incerta sit hujus loci interpretatio. Probabilius tamen hoc Egnatius interpres accipit de Niciæ filio, cujus uxor, Glycerium nomine, patrem habuit Eudicum; qui nocte nuptiarum prima domus vel tecti casu oppressi perierunt, ut in hecastico incerti auctoris apparet libro, Græcorum epigrammaton tertio: « Εὔπολιν ὡς ἀγαθήν τε Γλυκέριον, ὧν ὑμέναιον Ἔσβεσεν ἐν πρώτῃ νυκτὶ πεσὼν θάλαμος etc. ». ¶ 2. In titulis cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 1595.

EUPŎLUS v. Eupolos, i, m. 2. (Εὔπωλος, bene seu valde equis abundans) cogn. vir. Græcan. Inscr. ap. Orelli n. 3912. Hic Eupulus scriptum videtur pro Eupolos » inquit Furlanetto in App. Lex. Forcell. p. 63.

EUPOMPUS, i, m. 2. (Εὔπομπος, bonus dux) pictor Sicyonius æqualis et æmulus Zeuxidis, Timanthis, Parrhasii, teste Plin. 35. Hist. nat. 9. 36. (75). Floruit igitur ca. Olym. XCIV., unde sequitur, quod ipse Pamphilum, Ol. C., hic vero Apellem Ol. CVII. artem docuit. Eupompum vero magna auctoritate inter æquales usum fuisse tradit Plin. ibid. his verbis: « Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens. Ipsius auctoritas tanta fuit, ut diviserit picturam in genera tria, quæ ante eum duo fuere, Helladicum et quod Asiaticum appellabant. Propter hunc qui erat Sicyonius, diviso Helladico, tria facta sunt: Ionicum, Sicyonium, Atticum ». — Egregium et nobile responsum Lysippo dedit, qui quum initio ærarius faber mox audendi rationem cepisset, eum interrogavit, quem sequeretur antecedentium. Tum dixisse Eupompum ferunt, demonstrata hominum multitudine: naturam ipsam imitandam esse, non artificem (Plin. 34. ibid. 8. 19. [61]). — Hæc omnia Sillig. in Catal. Artif. p. 209. sq.

EUPOR, ŏris, m. 3. (nom. hybrid. ab εὖ et por pro puer, usitatum in compositis, ut Marcipor etc. V. Lexicon) cogn. vir. ingenuum atque libertinum. Corp. 3. 2080. et 5. 833.

EUPŎRĬA, æ, et Euporia, es, f. 1. nom. pers. et geogr. (Εὐπορία, bona seu facilis, commoda via) Scribitur etiam Heuporia, cum aspiratione, in Corp. 5. 8492. — Est autem ¶ 1. Una ex Horis, Jovis et Themidis filia. Hygin. fab. 183. ¶ 2. Oppidum Macedoniæ in Bisaltia. Rav. p. 196. — Tab. vero Peut. 6. eam ponit XVII. mp. ad orient. Heracleæ Sinticæ (Sinti). Cf. Ptol. 3. 12. 32 (13. 35). et Leake, North. Gr. III. 228.

EUPŎRUS, i, m. 2. (Εὔπορος, bonus seu commodus ad eundum v. transeundum, facilis transitu) cogn. vir., etiam serv. Corp. 2. 3802., Inscr. ap. Lanciani, Top. p. 242. n. 203. — Fuit etiam servus, de quo Vellej. 2. 6. « Gracchus profugiens quum jam comprehenderetur ab iis, quos Opimius miserat, cervicem Euporo servo præbuit, qui non segnius se ipse interemit, quam domino succurrerat ». Alii tamen hunc non Euporum sed Philocratem nominant (Val. Max. 6. 8. 3. et Macrob. 1. Sat. 11. 25). — Hinc Euporius, nom. episcopi urbis Pepon, qui concilio Ephesino a. 431. interfuit ac subscripsit, teste Mar. Mercat. p. 895. M., coll. p. 867., ubi Euporus legitur. — Euporis. V. suo loc. — Euporio (ōnis) cogn. vir. demin. (Εὐπορίων). Corp. 2. 175.; 8. 823. et 4150. — Euporianus, cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 1604. — Cf. Euporistus (εὐπόριστος, facilis paratu) cogn. vir. Corp. 2. 3786.

EUPPUS, i, m. 2. nom. ejus, qui occidit Narcissum, ex cujus sanguine flores sunt enati. Prob. ad Virg. 2. Ecl. 48., ubi alii aliter leg.

EUPRAXĬUS, ii, m. 2. (Εὐπράξιος, qui bene v. recte agit) cogn. vir. Corp. 8. 1994. — Fuit etiam vir Cæsariensis, Maurus, magister memoriæ et quæstor sub Valentiniano et Valente impp. et ingenuus ac libere loquens Ammian. 27. 6. 14. et 28. 1. 25. — Item præfectus Urbis a. 374., plenius Flavius Eupraxius in Cod. Theod. 11. 29. 5. et alib. et Inscr. ap. De-Rossi, P. R. p. 129. — Item familiaris Symmachi oratoris, cujus ad eum exstant VIII. epp. a n. 58-65. — Eupraxis (Εὐπραξία, bona v. recta actio) cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 3403.

EUPRĔPES, ĕtis, m. 3. (Εὐπρεπής, bene decorus) cogn. vir. Græcan. Corp. 8. 3357. — Ibid. 2. 4975 (in signaculo æreo). — Ad declinationem quod spectat, vd. Charis. 1. gramm. p. 52. P. — Euprepius (Εὐπρέπιος) nom. viri in Cod. 9. 34. 4.; item ap. Mar. Merc. p. 893. M. et in Coll. pr. excerpt. Nest. p. 881. — Euprepia, cogn. mul. Corp. 2. 89. — M. Euprepus, nom. vir. ap. Charis. loc. cit.

EUPRŎSŌPON, i, n. 2. (Εὐπρόσωπος, bonus seu pulcher cultu, aspectu) promontorium Phœniciæ, inter Sidonem et Byblon. Mel. 1. 65., ubi tamen Frick leg. Theuprosopon, quam lectionem confirmat Gr. Θεοῦ πρόσωπον ἄκρον ap. Ptol. 5. 15. 4. et τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον ap. Strab. 16. 2. 15. — Hod. fort. Rosh-ehh-Hhakah v. Cap Madore.

EURALĬUM, ii, n. 2. (Εὐραλέων) oppidulum Cariæ, tributarium Halicarnassi, ap. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (107)., ubi olim falso legebatur Euranion, in cujus locum, sed perperam, Uranium substituit Janus. Ceterum hæc lectio firmatur nummis Caracallæ ap. Head-Svoronos, Ἱστ. Νομισμ. II. 157.

EURESĬUS et, rectius, Heuresius, ii, m. 2. cogn. vir. in Inscr. ap. Momms. n. 3549. — Fuit etiam hoc nomine vir clarissimus, plenius Æmilius Rufinus Euresius, ut ap. Garrucci, Iscriz. Benev. p. 101. in Inscr. n. 99. huic tributa. De eo laudes texit Symmach. orator in frg. edit. Mai (Romæ 1846) p. 39. — Item hæreticus, Asianæ cujusdam civitatis episcopus, sed qua talis non habendus, ut dicitur in lege ad Aurelianum, Asiæ procons., data ab Arcadio et Honorio impp. a. 395. Cod. Theod. 16. 5. 28.

EURĒTUS et, rectius, Heuretus, i, m. 2. (ab εὑρητέος ex εὑρίσκω, inveniendus) Corp. 5. 832. Sim. Eurēca, Eurelia, Eurēma, Euremio, Euresis, Euresinus, etc. in Corp. I. L. — Eurete et Heurete, cogn. mul. Corp. 5. 7773.

EURĪCUS, i, m. 2. (Vox Gothicæ originis et ignotæ significationis. V. tamen ALARICUS) Evarix ap. Sidon. ep. 7. 6 (al. 7), sed Euricus ap. eund. 8. 9. et Greg. Tur. 2. Fr. 25.: proprie Euric recto casu efferendum (Cf. Gloss. Iren. p. 133. et alib.) rex Vesegotharum a. 466-485., quartus filius regis Theodorici, frater Thorismundi, Theoderici, Frederici, Retemeri et Himmerih, ex Baltharum stirpe (Jorn. Get. 36), filium habens Alaricum ex Ragnahilda; qui, ut regnaret, Theodericum, fratrem suum, occidit a. 467 (Idat. chron. ad h. a.); religione Arianus et Catholicorum hostis infensissimus (Sidon. et Greg. Tur. locc. citt.). — Hic, labente imperio Rom., occasionem nactus, Arelatum, Massiliam atque adeo totas Gallias et Hispanias sibi jure proprio tenuit, simul quoque et Burgundiones subegit; sed Arelati degens, qui gladio peremit fratrem ambitionis causa, vita privatus est, sibi succedente, a. 485., filio Alarico, qui nonus et ultimus « in numero ab Alarico magno regnum adeptus est Vesegotharum » (Jorn. Get. 47). Memoratur quoque Ennod. vit. Epiph. p. 219. sqq. M. Sidon. 8. ep. 9. in carm. « Eorice, tuæ manus rogantur, ut Martem validus per inquilinum Defenset tenuem Garumna Tibrim »: — De eo vd. Aschbach, Gesch. d. Westgot. 146.; Dahn, Die Könige d. Germ. V. 88. et Wietersheim, Gesch. d. Volkerwand. II.² 311.

EURĪNUS, a, um, adject. ab Eurus. Secundam habet brevem. V. voc. in Lexico, ubi corrigendus error quantitatis.

EURĪPĬDĒS, is, m. 3. (Εὐριπίδης) nom. vir. Gr. — a) Genet. Euripidis ap. Acc. didasc. II. 3. M. (ap. Non. 178. 22)., Cic. 1. Fin. 2. 4., Tac. dial. 12. — Euripidi ap. Plaut. rud. 86., Gell. 6 (7)., 16. lemm. et 15. 20. 1., Apul. apol. 37 (Cf. Charis. 132. 22) — Euripidæ ap. Tironem ad Gell. 6 (7). 3. 28. — Acc. Euripidem ap. Cic. 1. Inv. 50. 94. — Euripiden ap. Quintil. 10. 1. 67. — b) Prosod.: pænultima fere corripitur; at Sidon. carm. 9. 223. et 23. 127. licenter eam produxit, fort. usus synizesi pro Euripeides. Cf. Müller, de re metr. p. 256. sq. Ceterum etiam antepænultima foret producenda, vocis etymo inspecto, ut est ap. Ter. de metr. 1960. « Fabula sic Euripidis inclita monstrat Orestes ». — c) Etymon duci potest, nec aliunde petendum videtur, nisi a forma nominis patronymica, ut sit ab Euripus (εὔριπος, fretum), Cf. etiam Christ. ecphr. 2. 32., Etym. M. et Pape-Benseler I. p. 418. — Memoratur a scriptoribus ¶ 1. Euripides, poeta tragicus celeberrimus, immo tragicus κατ' ἐξοχήν dictus a Boeth. cons. philos. 3. pros. 6., et a Græcis ὁ τραγικός (Phil. mund. 11), τραγικώτατος (Arist. poet. 13), ὁ ἄριστος ποιητής (Menand. ἐπιδ. 9), ὁ σκηνικός φιλόσοφος (Sext. Emp. math. 1. 288), ὁ πάνσοφος (Athen. 15. 665), ὁ φιλοπονώτατος (Ps. Long. subl. 15); patria, ut probabilius videtur, Salaminius, nat. a. 480 (Marm. Par. a. 485) eodem die (III. non. Oct.), quo insignis illa victoria ad Salaminam reportata est a Græcis (Cf. Euripid. Troad. 794. sqq.); filius Mnesarchi seu Mnesarchidis (Suid. Εὐριπ. et C. I. Gr. 6051., 6052. etc.) et Clito (Vit. I.), ex humili genere; pater enim traditur fuisse caupo, mater vero olerum venditrix (Vit. I. et Aristoph. Acharn. 457. et 78. et alib.); contra alii ex honesta familia (τῶν σφόδρα εὐγενῶν Philoch. ap. Suid., coll. Athen. 10. 424), quod melius conciliatur cum prima ejus institutione, quippe qui in artibus liberalibus, in rhetorica ac philosophia fuerit eruditus; præceptoribus enim usus est Heraclito, Protagora et Prodico, Anaxagoræ quoque et Socratis, quod tamen dubium est, aliquatenus auditor; amicus Sophoclis, quicum de palma in agone certavit quinquies victor (Gell. loc. cit.); ætate annorum sex et viginti (decem et octo ap. Gell. 15. 20. 24) tragicam palæstram auspicatus (a. 455) perque annos quinquaginta ipsos hoc stadium sollertissime ac mirifice pergens, ab omni publico munere alienus, solitudinis amans et assiduo studio deditus (Vit. I. « Σκυθρωπὸς δὲ καὶ σύννους καὶ αὐστηρὸς ἐφαίνετο καὶ μισόγελως καὶ μισογύνης. et Suid. Σκυθρωπὸς δὲ ἦν τὸ ἦθος καὶ ἀμειδὴς καὶ φεύγων τὰς συνουσίας). Memoratur etiam Varr. 7. L. L. 82., Vellej. 1. 16., Petron. sat. 2., Senec. qu. nat. 4. 2. 17. et ep. 115. 10., Plin. 37. Hist. nat. 2. 11. (31). (qui et inter fontes suos retulit in Ind. l. 37), Isid. 5. Orig. 39. 19., Hieronym. 2. c. Jovin. 14., Fulg. 3. Myth. 5. Val. Max. 3. 7. ext. 1. Ne Euripides quidem Athenis arrogans usus est, quum, postulante populo, ut ex tragœdia quandam sententiam tolleret, progressus in scænam dixit: se ut eum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas componere solere. et mox. Etiam quod Alcestidi, tragico poetæ (al. Alexidi comico) respondit, probabile; apud quem quum quereretur, quod eo triduo non ultra tres versus, maximo impenso labore, deducere potuisset, atque is centum se perfacile scripsisse gloriaretur: sed hoc, inquit, interest, quod tui in triduum tantummodo, mei vero in omne tempus sufficient. — Sub vitæ finem, Athenis discessit ad Magnetes profectus, dein Pellam venit apud Archelaum, regem Macedoniæ, qui eum magnifice excepit summoque in honore semper habuit (Suid. Εὐριπ. et Vit. I), eique tragœdiam dicavit, Archelaos inscriptam, cujus heros erat unus ex hospitis sui majoribus, vir tamen fictitius (Vit. I., coll. Hygin. fab. 219). — Ibi etiam, ut adversarii commenti sunt, qui vel ejus honestati non pepercerunt, mortem obiit vi inlatam vel a mulieribus, quas odisset, vel a canibus, quos æmulus quidam in eum immisisset (Val. Max. 9. 12. ext. 4., Ovid. Ib. 598., Gell. 15. 20), quinque et sexaginta annos natus, a. 406., tribus filiis relictis, quorum qui natu minimus et cognominis, poeta vel ipse, patris sui tragœdias repræsentandas curavit (Vit.

I. et *Schol. Aristoph.*). — Porro magnus hic tragicus Atheniensis sepultus est in Macedoniæ valle Arethusa (*Vit. I.*, *Paus.* 1. 2. et *Plut. Lycurg.* 31); Athenienses vero ei cenotaphium erexere, titulo ornatum, quem alii Thucididi, alii poetæ Timotheo adjudicant (*Paus. ibid.*). Narrat *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 19. (28): « In Macedonia non procul Euripidis poetæ sepulcro duo rivi confluunt, alter saluberrimi potus, alter mortiferi » (Cf. *Vitr.* 8. 3. 16). Hinc nomen sumpsit mutatio quædam, inter Amphipolim et Apolloniam sita, quam memorat *Itin. Hieros.* p. 604. Mutatio Euripidis - ibi positus est Euripedis (*sic*) poeta. — Fabulas scripsisse quidam ajunt ad nonaginta duas; sed a veteribus septuaginta quinque numerantur (LXVII. tragœdias et VIII. comœdias satyricas), ex quibus novemdecim tantum ad nos pervenere (XVIII. trag. et I. com. sat.) et amplius mille fragmenta, quibus nuper alia adjecta sunt magni momenti ex *Phaethonte*, ex *Cresphonte* et ex *Antiope*, in codicibus ac papyris reperta editaque a *Blass*, a *Kirchhoff*, a *Mahaffy*. — Ex his memorantur Ἄλκηστις, Μήδεια (pulcherrima inter Euripideas tragœdias ac celeberrima), Ἡρακλεῖδαι, Ἱππόλυτος, Ἱκέτιδες, Ἀνδρομάχη, Ἑκάβη, Τρῳάδες, Ἑλένη, Ἴων, Ἡρακλῆς μαινόμενος, Ἠλέκτρα, Ὀρέστης, Φοίνισσαι, Ἰφιγένεια ἡ ἐν Αὐλίδι, Ἰφιγένεια ἡ ἐν Ταύροις, Βάκχαι, Ῥῆσος (quam tamen critici hodierni Euripidi abjudicant), Κύκλωψ (com. sat.); inter tragœdias vero deperditas mentione dignæ sunt Πελιάδες, Ἀνδρομέδη, Τήλεφος, Ἀρχέλαος, Κρεσιππος etc. Præter tragœdias aliqua insuper elegiaca et lyrica composuit. — Id autem interest inter Sophoclem et Euripidem, quod ille homines fingit ut esse deberent; hic vero, uti sunt (*Arist. poet.* 13); idcirco æqualibus non tam placuit, præsertim Aristophani, qui in Ἀχαρνῆς, Θεσμοφοριάζουσαι et Βάτραχοι in eum invehitur (*Egger*), ex eo etiam quod philosophiæ aut rhetoricæ adeo indulserit ut ὁ ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλόσοφος audierit (*Vitr.* 8. *præf.* 1) et dicendi genere communi magis ac familiari sit usus, et copia sententiarum, quæ tamen non ubique probandæ, immo aliquando ejusmodi, ut ἄθεος creditus sit, qui diis obtrectasset. Attamen post mortem ergo eum omnium existimatio adeo increvit, ut et multa de eo fabulati sint posteri et major superfuerit tragœdiarum copia, quam ceterorum, tum plurima loca a scriptoribus ex ejus operibus citata, tum frequens imitatio, potissimum apud Romanos, nempe Ennium, Pacuvium, Accium, Senecam, et copia uberrima monumentorum artis antiquæ, uti hermæ, quæ in Mus. Capitolino ac Neapolitano visuntur (Cf. *Visconti* 1823.; *Overbeck* 1852.; *Arndt-Brunn-Bruckmann* 1891). — Ejus fragmenta collegerunt, præter *Bothe* et *Wagner*, recentius *Nauck*, *Trag. gr. fragm.* Lips. 1889. ed.[2] omnium princeps. *Weil*, *Obs. sur les fragm. d'Eurip.* 1889. *Rev. d. Ét. gr.* p. 322-342.; *Wilamowitz*, *Analect. Eurip.* Berol. 1875.; *Arnim*, *Suppl. Eurip.* Bonn 1913. — De eo fontes historici præcipui exstant quinque *Vitæ*, quarum prior ceteris præstat, *Suidas*, *Marmor Parium*, *Aristoph.* male fidus. Cf. etiam ex recentioribus: *Decharme*, *Eurip. et l'esprit de son théâtr.*, Paris 1893.; *Nestle*, *Eurip., d. Dicht. d. gr. Aufklärung*, Stuttg. 1901.; *Masqueray*, *Eurip. et ses idées*, Paris 1908.; *Croiset*, *Journal d. Sav.* p. 197. *sqq.* et p. 246. *sqq.* et *H. L. G. III.* p. 292. *sqq.*; *Girard*, *Le trilog. chez Eurip.* in *Rev. d. Ét. gr.* 1904. p. 149-196.; *Fraccaroli*, *De Eurip. scribendi artificio*, Torin. 1885.; *Kinkel*, *Eurip. u. die bildende Kunst*, Leipz. 1872.; *Huddilston*, *Greek art in Eurip., Aischyl. and Sophocl.*, Diss., Münch. 1898. Cf. *Jahresber. Bursian-Kroll*, v. CXLVII. 1910. p. 278-355. — Hinc *Euripideus* v. *Euripidius* (Εὐριπίδειος), adj. *Cic.* 3. *Tusc.* 25. 59. carmen. *Porphyr. Hor. ep.* 1. 16. 73. tragœdiæ. — Speciatim *Euripidium metrum*, ap. *Mar. Victorin.* 2. 5. 13. p. 86. *K.* Trimetrus vero (*trochaicus*) - al catalexin habuerit, Euripidium vocatur, veluti « Phœbe tu lyra sonante jam mihi » *Atil. Fort.* 28. p. 302. *K.* Philoxenus sit hoc heptasyllabon choriacon vocari et esse dimetron catalecticon Euripidion. Ille inquit, sic: νῦν δὲ μοι πρὸ τειχέων: reliquum in Euripide attendendum. *et alib.*, Adde *Plot. gr. III.* 7. p. 588. et *alib.* ¶ 2. Euripides, Apollonis et Cleobulæ filius, laudatus *Hygin. fab.* 161. Cf. *Schmidt* ad *l.*

EURĪPĬDĒUS et

EURĪPĬDĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

EURĪPUS, i, m. 2. (Εὔριπος: ab εὖ et ῥιπή, *fluctus*, de loco, ubi magno impetu aquarum fluctus volvantur, *fretum*) ¶ 1. Est cogn. vir. Græcan. *Corp.* 5. 112. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. — 1.º) Maris fretum inter Eubœam et Bœotiam, hod. quoque *Evripos* dictum. De eo *Mela* 2. 102. *Fr.* Euripon vocant, rapidum mare et alterno cursu septiens nocte fluctibus in vicem versis adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur. Sic *Plin.* 2. *Hist. nat.* 97. 100. (219)., coll. *Cic.* 3. *Nat. D.* 10. 24., *Paus.* 1. 23. 3., *Diod.* 13. 47. et *Strab.* 1. 55. Verum *Liv.* 28. 6. « non septies die, inquit, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum venti nunc huc, nunc illuc verso mari, velut monte præcipiti devolutus torrens, rapitur: ita nec nocte nec die quies navibus datur ». Ex recentioribus tamen scriptoribus prodidere quidam, bis tantum die et nocte reciprocare, neque tamen id constanter, sed aliquando et pluries. — Memoratur etiam *Lucan.* 5. 235. Euripusque trahit cursum natantibus undis, Calcidicas puppes ad iniquam classibus Aulin. *Tertull. c. Hermog.* 1. 31. Et statuæ super Euripum. *et spect.* 8 (*Mater Magna*) illic præsidet Euripo. Adde *Cassiod.* 3. *Var.* 51. 8., *Sidon. carm.* 23. 360. et *Anth. Lat.* 377. 13. *Baehr.* — 2.º) Item Hellesponti pars, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (76). Cf. *Hom. Il.* 7. 86. — 3.º) De eo, quod ad similitudinem arte fit, *V.* **EURIPUS** in *Lexico*.

EURIS, idis, f. 3. cogn. mul., fort. ab *Eurus*, in *Corp.* 5. 6843.

EURISES, vocabulum Celticum, uti legitur in parte posteriore altaris *nautæ Parisiaci posuerunt* in *Inscr. Corp.* 13. 3026a., sub qua in anaglypto visuntur « *homines tres barbati pileati cum peltis et lanceis, unus præterea dextra circulum gerit* ». et *in fin.* « senani usellom ». *Eurises Senani* respondent τῷ nautæ Parisiaci posierunt; dein figuræ deorum, qui sunt: *Volcanus*, *Juppiter*, *Esus*, *Tarvos*, sc. Taurus; subest enim figura tauri, super quem tres grues spectantur *Castor*, *Pollux*, *Cornunnos*. Hæc inscriptio nuper reperta est Parisiis, et legitur ap. *Orelli n.* 1993. « de qua, inquit *De-Vit*, non habeo quid reponam »; *Eurises* vero interpretatur ut « cognomen divinitatis cujusdam Gallicæ », quod minime probandum videtur, uti ex iis, quæ diximus, satis constat. Ceterum rem adhuc obscuram doctiores clarius elucidabunt. Cf. etiam *Stokes*, *Bezzenb. Beitr. XI.* 137. *sqq.* et *Holder*, *Altkelt. Sprachsch.* 5. *v.*

EURŒA, æ, f. 1. (Εὔροια) oppidum Epiri, teste *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 48., ubi de *Donato*, ejus celebri episcopo, mentionem facit. Adde 7. *ibid.* 14. Cf. *Sozom.* 7. 28. et *Marini*, *Arv.* p. 557.

EURŎMĒ, es, f. 1. (Εὔρωμος *Polyb.* 18. 27. 4) oppidum Cariæ mediterraneum prope Mylasa. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (109)., *Liv.* 32. 33. et 33. 3. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. p. 581. — Hinc *Euromenses*, incolæ. *Liv.* 45. 25.

EURŎMĬUS, ii, m. 2. (ab εὖ et ῥώμη, *robur*, quasi *valde robustus*) cogn. vir. gentis *Valeriæ*, plene *Valerius Latinus Euromius*, gener Ausonii poetæ, laudatus in *carm. parent.* 14. « O generis clari decus - Euromi etc. ».

EURŎNŎTUS. *V.* hanc voc. in *Lexico*.

EURŌPA, æ, et Europe, es, f. 1. (Εὐρώπη et Εὐρώπεια) nom. pers. et geogr. — Scribitur *Europe*, Gr. positione, *Horat.* 3. *Od.* 27. 25., *Prop.* 2. 28. 52., *Martial.* 2. 14. 5. — Genet. *Europes* ap. *Sil. It.* 1. 200., *Martial.* 2. 14. 15., *Prisc. perih.* 78. et 259. — *Europai* pro *Europæ*, per diæresim, usurpari a poetis traditur *Quintil.* 1. 5. 17. — Acc. *Europen* ap. *Horat.* 3. *Od.* 3. 47., *Ovid. her.* 4. 55. et *met.* 5. 648., *Ps. Senec. Oct.* 766., *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 37. (114)., *Stat.* 2. *Ach.* 360., *Martial.* 2. 14. 3. et *Juvenal.* 8. 34.

I.) Europa, nom. pers. ¶ 1. Fuit filia Agenoris (*Ampel.* 23), hinc *Agenoris* dicta (*Dracont. carm. min.* 8. 561), regis Libyæ (*Isid.* 14. *Orig.* 4. 1. et *Mythogr. II. fab.* 76) vel Lydiæ, Tyri et Sidonis (*Mythogr. III. fab.* 15. *n.* 2), quare *Tyria* vocata (*Senec. Herc. f.* 9) et *Sidonis* (*Hygin. fab.* 178) et etiam *Assyria puella* abs. (*Senec. Herc. Œt.* 553. *V.* tamen sub 2); Phœnicia enim Syriæ, aliquando *Assyriæ* dictæ, tribuebatur: vel filia Phœnicis, regis Sidoniorum (*Dict.* 1. 2. et *Rufin. recogn.* 10. 23), quem alii patrem dicunt Agenoris (*Apollod.* 3. 2. et *Mosch.* 2. 40). — Fabulantur alii eam a Jove, in taurum converso (Cf. *Apul. met.* 803. *sqq.*) in Cypro vel potius in Creta sub platano violatam (*Eckhel*, 2. p. 312); alii vero abductam dicunt ex Phœnicia, vel ex Libya vel Lydia (*Varr.* 5. *L. h.* 6. 3., coll. 2. *R. R.* 5. 5) in Europam, ita ab ea denominatam, aut navi a Cretensibus vectam, cujus fuerit insigne Taurus, ut ait *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 692 (coll. *Mythogr. II. fab.* 198. et *III. fab.* 3. *n.* 5), qui raptum hoc eo anno evenisse refert vel antea, sc. a. Abr. 582., vel postea, sc. a. Abr. 780. Huc spectat *Augustin.* 18. *Civ. D.* 12. « Per eos annos (regnante scilicet Athenis Erichthonio) a rege Xantho Cretensium, cujus apud alios aliud nomen invenimus, rapta perhibetur Europa et inde geniti Rhadamanthus, Sarpedon (pro quo *Æacus* est ap. *Mythogr. II. fab.* 76) et Minos, quos magis ex eadem muliere filios Jovis esse vulgatum est ». Præterea quidam tradunt a Jove Europæ custodem positum fuisse canem, qui post in sidera sit translatus (*Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 218. et *Mythogr. I. fab.* 238). — De hac tamen fabula consulendi quoque sunt mythologi Græci, qui identidem diversa tradunt, uti *Herod.* — Hanc autem mortuam Cretenses cultu divino prosecuti sunt, magnificentissimo exstructo templo in ejus honorem (*Dict.* 1. 2); artifices eam pinxerunt, ut Antiphilus, cujus opus Romæ adservatum est (*Plin.* 35. *Hist. nat.* 10.37. [114]), vel in Tauro ex ære fecerunt, ut Pythagoras, quæ Tarenti custodita traditur (*Varr.* 5. *L. L.* 6. 31. et *Cic.* 6. *Verr.* 60), et in nummis effinxerunt (*Eckhel*, 2. p. 67., 68., 312. *sq.* et 3. p. 250., 370. et 389.; *Head-Svoronos I.* 582-585. et 592-605. et *Svoronos*, *Rev. belg. de numism.* 1894. 1. *sqq. Tab. I.* Ceterum de prisca artis mon. cf. etiam *Overbeck*, *Gr. Kunstmyth. II.* 1. 420. *sqq.*; *Furtwängler*, *Vasensamml.* Berl. 1881. p. 2097. *Rom. Mitt. II.* 248.; *Heydemann*, *Vasensamml.* Neap. *R. C.* 218. *sq.* et 3218). Memoratur etiam *Sil. It.* 14. 567., *Propert.* 4. 28. 52., *Martial. spect.* 16., *Mel.* 2. 7. 12., *Arnob.* 5. p. 172. et 7. p. 236., *al.* — *Europæ porticus* amplissima Romæ sita erat in Campo Martio, ubi pictus visebatur Europæ raptus, de qua *Martial.* 2. 14., 3. 20., coll. 11. 1., ubi canit « Vicini pete porticum Quirini; Turbam non habet otiosiorem Pompejus vel Agenoris puella »; illam enim otiosi homines crebro frequentabant. Erat autem in septima regione, ad orientem Viæ Flaminiæ prope hod. *Piazza Colonna* (V. *Hülsen-Jordan*, *Top. I.* 3. 448). — *Europia* (Εὐρώπεια), adj. absolute usurpatum de carmine, ad Europam, Agenoris filiam, pertinente, ap. *Hieronym. chron.* ad Ol. III. 1. « Eumelus poeta, qui Pagoniam (*al.* Bugoniam) et Europiam scripsit ». Cf. **EUMELUS** et etiam **EUROPUS**. — Hinc *Europæus*, adj., ut *Europæus dux* ap. *Ovid.* 8. *Met.* 23., i. e. Minos Europæ filius. ¶ 2. Item Oceani et Tethydis filia (*Hes. theog.* 357., *Eustath.* et *Schol. Dion. perih.* 270); vel Oceani uxor, quam Juppiter una cum sorore ejus Eurynome vitiasse traditur (*Rufin. recogn.* 10. 23), ex qua natus perhibetur Dodonæus (*Ibid.* 21); vel filia, cum Astypalæa, Phœnicis, regis Sidoniorum et Perimedes (*Paus.* 7. 4. 1), dicta *Assyria puella*, pro Syria, a *Senec. Herc. Œt.* 553., quam tamen alii probabilius censent eandem esse cum præcedente. — De ea fuse ex mythologia disserit *Escher*, *PW.* 6. 1287. *sqq.* ¶ 3. Item Tityi filia, mater Euphemi ex Neptuno, teste *Hygin. fab.* 14. ¶ 4. Item uxor Atrei, quam Thyestes hujus frater corrupit, ut tradunt *Mythogr. I. fab.* 22. et *II. fab.* 147.: hanc alii vocant *Æropam*. ¶ 5. Item una ex septem puellis, quas Athenienses Cretam mittere solebant, Minotauro immolandas, antequam Theseus monstrum interficeret, ut refert *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 21.

II.) Europa, nom. geogr., cujus etymon vulgo ducitur ab *Europe*, Agenoris, regis Libyæ vel Lydiæ, qui et in Phœnicia regnavit, vel Phœnicis, regis Sidoniorum, filia, quam ex Phœnicia vel aliunde raptam asportavit Juppiter, ut mythologi fabulantur, in terram, quæ ab ea Europa denominata fuisse dicitur. Id ipsum sed aliter narrat *Paul. Fest.* p. 78. *M.* « Europam tertiam orbis partem ab Europa, Agenoris filia, certum est appellari. Sed alii de amore Jovis in taurum versi narrant; alii eam a prædonibus raptam et navem, quæ Jovis tutelam effigiem Tauri habuerit, in eam regionem esse delatam; quidam vero ob pulcritudinem regionis per simulationem raptæ filiæ occupatam eam terram ab Agenore et Phœnicibus ferunt ». Secus alii petunt a vocibus Phœniciis *Ehar-Appa*, i. e. λευκοπρόσωπον seu vultus candidus (*Bochart*), ex eo quod Europæ incolæ colore albo differunt ab Afris, idque cum mytho consentit, unde scimus Europen candore, a Junone surrepto, excelluisse, quod innuit *Horat.* 3. *Od.* 27. 25: alii a Gr. εὐρύς et ὤψ, i. e. facies seu regio lata (Cf. ἐριῶπις, βοῶπις, γλαυκῶπις *Etym. Gud.*, *Etym. M.*, *Suid.*, *Hesych.* et *Eustath. Il. II.* 141. 25. et 965. 20), quod congrueret cum hymn. Homerico (*Hom. hymn. in Apoll.* 290), ubi vocabulum *Europa* adhibetur de Græciæ continente, a Peloponneso et insulis Ægæi distincta: alii denique, quod ceteris præferendum arbitramur, a Semit. *'ereb*, i. e. obscurus vel occidens vel vespertinus, ita ut Europa sit idem ac *terra occidentalis*, respectu habito ad Asiam, uti *Hesperia* appellata Hispania a Latinis, quia ad occid. Italiæ sita, idque concordat cum eo, quod ab historicis traditur, Phœnices nempe litoribus Europæ appulisse primos, cumque ea commercium habuisse; et etiam cum mytho, quem supra exposuimus, de filia Agenoris, a Phœnicia in Europam translata (Cf. *Gruppe*, *Gr. Myth.* 252.; *Herwerden*, *Lex. Gr. Suppl.* ad *v.*; *Fick*, *Vorgr. Ortsnam.* 21). — Est autem ¶ 1. Universim, tertia orbis terrarum pars (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 33. 38. [208]. et *Jorn. Get.* 1. et 5., coll. *Herod.* 4. 42), hod. quoque *Europa* denominata. — *a)* Ejus fines ac superficies antiquis, parum cognita; sed ab Himilcone Carthaginiensi sæc. V. a. Chr. et a Pythea Massiliensi IV. sæc. a. Chr. (V. *Schmitt*, *zu Pyth. von Mass.*, Landau 1876), qui Europam perlustrarunt, explorata, eo magis innotuerunt, quo amplius Græcorum commercium et Romanorum imperium sunt progressa. Tamen, quamvis olim incerti essent Europæ fines, præcipue boreales; nihilo minus illa continentis pars generatim credita est oceano circumiri, ut Britannico mari, quæ a septentrione ad occidentem vergit; Atlantico occidentalis, australis Mediterraneo, orientalis vero protendi primum usque ad Phasidem, dein ad Araxem et mare Caspium seu Hircanum ac tandem ad Tanain, qui describitur *Lucan.* 3. 274 (« Asiæque et terminus idem Europæ, mediæ dirimens confinia terræ »), et Mæotidem paludem. Sic *Apul. mund.* p. 303. *Oud.* Europa ab Herculis columnas (*al.* columnis) usque Ponticum et Hircanium mare et flumen Tanain fines habet. *et Mela* 1. 8. Europa terminos habet ab oriente Tanain et Mæotida et Pontum, a meridie reliqua Nostri maris (*i. e.* Mediterranei), ab occidente Atlanticum, a septentrione Britannicum oceanum. Cf. etiam *Solin.* 10. et 12., *Senec.* 4. *qu. nat.* 6. 7. 1. et *Plin.* 3. *proœm.* 4. Sed plenissimam ejus descriptionem exhibet *Oros.* 1. *Hist.* 2. p. 25-28. *H.* — *b)* Forma Europæ, cujus ambitum ac magnitudinem ita describit *Plin.* 4. *Hist. nat.* 23. 37. (121). et 6. *ibid.* 33. 38. (210)., ut propemodum videatur hæc ceteris terræ partibus præstare, est maxime varia et abnormis. Hinc *Mela loc. cit.* « Ora ejus forma litorum a Tanai ad Hellespontum, qua ripa est dicti amnis, qua flexum paludis ad Ponticum redigit, qua Propontidi et Hellesponto latere adjacet, contrariis litoribus Asiæ non opposito modo verum et similis est: inde ad fretum nunc vaste retracta, nunc prominens tres maximos sinus efficit totidemque se in altum magnis frontibus evehit: extra fretum ad occidentem inæqualis admodum præcipue media procurrit etc. ». Hinc etiam *Strab.* 2. 126. ut pars mundi πολυσχημονεστάτη describitur. Litorea tribus magnis pæninsulis projicitur, circumquaque sinuosa; mediterranea vero montibus referta vallibusque ac fluviis, fere undique accessu facilis ideoque commerciis et coloniis peropportuna ita ut et situ admirabili aerisque temperie ac varia maximaque feracitate digna fuerit, quæ toti mundo et imperio et cultu dominaretur. — *c)* Regiones præcipuæ et gentes earumque origo. De illis ita *Mela* 1. 12. « Prima est Scythia - hinc Thracia; huic Macedonia adjungitur: tum Græcia prominet: - Hadriatici latus Illyris occupat; inter ipsum Hadriaticum et Tuscum Italia procurrit: in Tusco intimo Gallia est, ultra Hispania - ab ea (*Gallia*) Germani ad Sarmatas porriguntur, illi ad Asiam »; has vero ita enumerat *Varro* 5. *L. L.* 6. 32. « Gentes clarissimæ in Europa Scythæ, Sarmatæ, Germani, Daci, Mœsi, Thraces, Macedones, Dalmatæ, Pannonii, Illyrici, Græci, Itali (« quos validissimos » vocat *Dar.* 6), Galli, Hispani » (quibus Georgios adjungit *Solin.* 15). « homines generatim bellicosi » *Dar. l. c.* — Eos autem ad stirpem Japeticam seu Indo-Europæam pertinere communior est sententia; quamquam de partitionibus magnæ hujus familiæ earumque inter se, alterius ad alteram, respectibus aliquid certi statuere necdum licet. Ceterum potiores sunt Celtica, Scythica, Illyrica, Teutonica seu Germanica, Graja et Latina, quibus addi potest Iberica, quamquam hæc forsitan Japeticæ stirpi non est adscribenda (Cf. *Smith*, *Geogr. ant.* et *H. d'Arbois de Jubainville*, *Les prem. habit. de l'Europ.*). — *d)* Maria et flumina. Ex maribus præcipua sunt mare Nostrum vel Internum seu Intestinum vel Magnum (*il Mediterraneo*). *Cæs.* 5. *B. G.* 1., *Liv.* 26. 42., *Mel.* 1. 6., coll. *Ptol.* « ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα », *Diod.* 4. 18., *Strab.* 2. 121. etc.; unde mare Sardoum (*Strab.* 2. 50., *Polyb.* 1. 42), Ligusticum (*Flor.* 3. 6. 9., *Avien. orb.* 118., *Ptol.* 3. 1. 3), Tyrrhenum v. Inferum v. Tuscum (*Liv.* 5. 33., *Mel.* 1. 17. et 19., *Plut. Cam.* 16), Hadriaticum v. Superum (*Mel.* 1. 17., *Cic.* 9. *Att.* 19., *Her.* 1. 163., *Ptol.* 3. 15. 2), Siculum v. Ausonium (*Mel.* 2. 58. et 115., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. [19]., *Strab.* 2. 123. et 133), Ionium (*Mel.* 1. 17., *Ovid.* 4. *Fast.* 565., *Scyl.* 14. et 27), Ægæum (*Mel.* 1. 17., *Scyl.* 58), Myrtoum (*Mel.* 2. 37. et 110., *Horat.* 1. *Od.* 1. 14., *Strab.* 7. 323), Thracium (*Strab.* 1. 28., *Schol. Hom. Il.* 9. 5), Britannicum (*Mel.* 1. 15., 2. 85., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 19. 33. [109]., *Ptol.* 2. 3. 4), Germanicum v. Cimbricum (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. [103]., *Ptol.* 2. 3. 5), Sarmaticum v. Suevicum [*Baltico*] (*Tac. Germ.* 45), Cronius v. Hyperboreus v. Septentrionalis [Oceanus] (*Tac. Germ.* 1., *Diod.* 18. 5. *Strab.* 1. 63). — Ex fluminibus præcipua: Ister v. Danuvius seu Danubius (*Sall. hist. frg.* 3. 79., *Suet. Tib.* 6., *Ptol.* 3. 8. 3., *Dio* 49. 51), Rhenus (*Cæs.* 4. *B. G.* 15., *Virg.* 8. *Æn.* 724., *Mel.* 2. 79., *Ammian.* 15. 4., *Zos.* 1. 30), Vistula v. Bistula (*Mel.* 3. 23., *Ammian.* 22. 8., *Ptol.* 2. 11. 4), Tyras [*Dniester*] (*Ovid.* 4. *Pont.* 10. 50., *Strab.* 1. 14. 11), Tanais [*Don*] (*Mel.* 1. 8., *Lucan.* 3. 272., *Nonn.* 23. 85); alia minora mentione digna: Sequana [*Senna*] (*Mel.* 3. 20., *Strab.* 4. 189), Tamesa [*Tamigi*] (*Cæs.* 5. *B. G.* 11., *Ptol.* 2. 3. 6), Padus v. Eridanus (*Liv.* 5. 33., *Virg.* 1. *G.* 481., *Mel.* 2. 62., *App. Hann.* 5), Achelous [*Aspropotamos*] (*Mel.* 2. 53., *Ovid.* 9. *Met.* 9., *Paus.* 8. 24. 11), Hebrus [*Maritza*] (*Virg.* 10. *Ecl.* 65., *Mel.* 2. 17. et 28., *Polyb.* 34. 12), Axius [*Vardar*] (*Liv.* 39. 53., *Ptol.* 3. 13. 14) etc. — *e)* Montes præcipui: Hæmus [*Balcan*] (*Liv.* 44. 21., *Virg.* 2. *G.* 488., *Thuc.* 2. 96), Alpes (*Liv.* 21. 35., *Mel.* 2. 58., *Sil. It.* 3. 477., *Suet. Cæs.* 25., *Ptol.* 2. 11. 10., *App. Celt.* 2), Pyrenæi (*Mel.* 2. 54., *Lucan.* 4. 84., *Strab.* 2. 71. et 3. 137., *Ptol.* 1. 15. 2), Carpates [*Carpazi*] (*Her.* 4. 49., *Ptol.* 3. 5. 6), Sudeti [*Erzgebirge*] (*Ptol.* 2. 11. 7. et 23), Taurus (*Mel.* 1. 81., *Ptol.* 1. 7. 6) etc.; magis enim montosa et ob id vallibus abundans est Europa, quam Asia, quæ longe planior. — Memoratur autem — 1.º) Proprie. *Virg.* 1. *Æn.* 385. *de Sinone.* Libyæ deserta peragro, Europa atque Asia pulsus. *Horat.* 3. *Od.* 3. 47. qua medius liquor (*fretum Gaditanum*) Secernit Europen ab Afro. *Val. Flacc.* 2. 615. Asiamque prementem Effugit abruptis Europa immanior oris. Adde *Liv.* 27. 29., *Enn.* ap. *Cic.* 1. *Tusc.* 20. 45., *Ovid.* 5. *Met.* 648., *Lucan.* 3. 275., *Stat.* 1. *Ach.* 82., 397., 410., *Justin.* 44. 1., *Hist. Aug. Aurel.* 30., *Ampel.* 11. et 18., *Flor.* 2. 1., 2. 8. et 3. 5., *Prudent.* 2. *Symm.* 491., *Auson. Mos.* 291., *Claudian. carm.* 5. 36., 15. 4., 21. 88. et *alib.*, *Martial.* 5. 74., *al.* — 2.º) Translate — *a)* Metonymice, præsertim a poetis, usurpatur pro populis eam incolentibus. *Catull.* 68. 89. Troja nefas, commune sepulcrum Europæ Asiæque. *et Propert.* 23. 35. tanti ad Pergama belli Europæ atque Asiæ causa puella fuit. Hinc Agamemnon *ultor Europæ* dictus *Senec. Agam.* 206., coll. *ibid.* 275. Sic *Hieronym.* 1. *c. Jovin.* 48. Europa atque Asia decennali bello confligunt. — *b)* Per synecdochen, ut Asia pro Asia Minore, ita Europa pro Achaia sive parte ejus, ap. *Eutrop.* 44. Ut Antiochus ex Europa et Asia recederet atque intra Taurum se contineret. Cf. seq. ¶ 2. Speciatim — 1.º) Stricto sensu, dicitur de parte ejus aliqua, quæ in provinciam Romanam est redacta, nempe una e sex provinciis, in quas saltem a tempore Diocletiani divisa erat diœcesis Thraciæ, quas recenset *Ammian.* 27. 4. 12. Europa omnium ultima, præter municipia urbibus sitet duabus, Apris et Perintho, quam Heracleam posteritas dixit. — A consulari viro administratam fuisse constat ex *Notit. Dign. or.* 1., sub dispositione præf. præt. per Orientem, *ibid.* 2., et vicarii diœceseos Thraciarum, *ibid.* 26., coll. *Cod. Theod.* 1. 6. 1. et *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3672. — Ad hanc regionem videtur pertinere locus *Hist. Aug. Aurel.* 17. Gothi a Thraciis amovendi; eorum enim plerique Hæmimontum Europamque vexant. Adde *ibid.* 32. — — De loco autem *Justin.* 7. 1. *V.* **EUROPUS**. — 2.º) Strictissimo sensu, apud quosdam, oppidum Macedoniæ itemque Syriæ, quod tamen utrumque communius vocatur *Europus*, quam voc. *V.* — Hinc *Europæus* (Εὐρωπαῖος), adj. ad Europam, tertiam orbis partem, pertinens. *Nep. Eum.* 3. Europæi adversarii. *Curt.* 7. 7. 2. Scythæ. *i. e.* Europææ partis incolæ. — *Europensis*, adj. idem. *Hist. Aug. Aurel.* 31. Res Europenses (*al.* Europienses). Adde *Prob.* 13. — De Europa, tertia mundi parte, præter veteres *Strab.*, *Ptol.*, *Mel.*, *Plin.*, *Dionys.*, *Strab.*, *Scymn.*, *Marc. Heracl.*, consulas recentiores *Forbiger*, *Handb. d. alt. Geogr. III.* 1877. *sqq.*; *Smith*, *Old. Geogr.* 1868.; *Kiepert*, *Lehrb. d. alt. Geogr.* 1878.; *Berger*, *PW.* 6. 1298. *sqq.* et *Besnier*, *Geogr. anc.* Paris 1914.

EURŌPÆUS, a, um, et

EURŌPENSIS, e, adject., *V.* voc. præc.

EURŌPĬA, æ, f. 1. (Εὐρώπεια) nom. proprie adj., absolute usurpatum, quo significatur carmen de rebus ad Europam, Agenoris filiam, pertinentibus, Eumeli opus. Memoratur *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. III. 1.

EURŌPŌMĒ, es, f. 1. (Εὐρωπώ *Apollod.*) nom. mul., fort. corruptum, quo appellata est una ex Danaidibus, quæ prima nuptiarum nocte virum suum Atliten occidit. *Hygin. fab.* 170., coll. *Apollod.* p. 86.

EURŌPOS, i, f. 2. *V.* **EUROPUM**.

EUROPS, ōpis, m. 3. (Εὐρώψ, *latus oculis* v. *aspectu*, sed apud veteres idem ac σκοτεινός, *obscurus*, *tenebrosus*: cf. **EUROPUS**) nom. pers. et geogr.

Europs ¶ 1. Fuit Ægialei filius, pater Telchin, secundus Sicyoniorum rex a. 2038-1993. a. Chr. (*Paus.* 2. 5. 6). De eo, sed minus recte, *Hieronym. chron. init.* « Sicyoniis imperavit Europs annis XLX., cujus regni XXII. anno natus est Abraham ». Cf. *Lobeck*, *Agl. II.* 1181-1202. ¶ 2. Est etiam oppidum Persidis. *Ammian.* 26. 3. 39.

EURŌPUM, i, n. 2. oppidum Mediæ in Parthia, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 25. 92. (113).; alii tamen aliter leg. — Idem videtur quod *Europos* in *Tab. Peut.* et ap. *Rav.* p. 47. — *V.* etiam voc. seq.

EURŌPUS, i, m. 2. ¶ 1. Nom. geogr., sc. — 1.º) Oppidum munitum Macedoniæ, dictum *Hemathia* (Gr. Εὔρωπος Ἠμαθίας *Ptol.*) ad dexteram Axii inf., obsessum a Thracibus a. 429. a. Chr. (*Thuc.* 2. 100., *Strab.* 7. 327). Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (34). — *Jorn. Get.* 56. habet *Europa*; itemque *Rav.* p. 197. et fort. *Justin.*

7. 1. — 2.°) Item oppidum extremæ Syriæ ad ripam dexteram Euphratis, hod. *Dscher-Abis* v. *Djerabis*, ubi Romani Parthos profligarunt a. 163. p. Chr. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 21. (87). et *Corp.* 3. p. 1226., coll. *Polyb.* 5. 48. 16., *Ptol.* 5. 15. 14. et *Appian. Syr.* 57. ¶ 2. Est etiam nom. vir. (Ὠρωπός), sc. regulus ἐπώνυμ. oppidi Macedonici, filius Macedonis et Orithyiæ *Justin.* 7. 1. 6., ubi tamen alii leg. *Europs* v. *Europis*, et, quum ab aliis *Europus* dicatur, locum uti dubium reliquit *Meineke*.

EURŌTĀS, æ, m. 1. (Εὐρώτας, *bene* v. *facile fluens*) *Eurotas* corrupte scribitur in *Tab. Peut.* et *Eurotis* ap. *Rav. p.* 401. — Acc. *Eurotan* ap. *Senec. Agam.* 320. — Est autem fluvius Laconiæ, oriens inter Parnon et Taygetum in finibus Arcadiæ, haud procul ab Alpheo, Lacedæmonem et Amyclas alluens seque exonerans in Laconicum sinum ad occid. Heli, hod. *Iris*, haud navigabilis et ob exundationes periculosus. Describitur *Val. Prob.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 83. « Eurotas amnis, ut ait Callimachus, in flumina serpit per Laconum fines. Fontes agit ex monte Mænalo: confunditur Alpheo rursusque discedit. Ripæ ejus lauro opacantur, quas ait Apollinis edidisse voces, cum eodem loco carmina referret ». Memoratur etiam *Liv.* 34. 28. et 35. 29., *Mel.* 2. 51., *Cic.* 2. *Tusc.* 15. 36., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 8. (16)., *Solin.* 7., *Ampel.* 6., *Ovid.* 1. *Am.* 10. 1., *Propert.* 3. 14. 17., *Val. Fl.* 1. 430., *Stat.* 1. *Ach.* 180., *Senec. Agam.* 282. et 320., coll. *Pind. Ol. VI.* 46. et *Isthm. I.* 39. et *V.* 43., *Strab.* 6. 275. et 8. 343., 363., 389., *Dion. per.* 412., *Ptol.* 3. 16. 9., *Paus.* 3. 21. 1. et 8. 44. 3., 54. 2. — Ad fabulas pertinent loca *Virg.* 1. *Æn.* 502. et 6. *Ecl.* 83. et *Catull.* 64. 89. Sic *Hygin. fab.* 77. tradit ad Eurotam fluvium Jovem Ledam compressisse; *et Mythogr. I. fab.* 118. Apollinem ad ejus ripas pecus Admeti pavisse; *et Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 83. eundem deum hunc fluvium amasse Hyacinthi pueri gratia etc. — E p i t h e t a: *Stat.* 1. *Theb.* 119. asper. *Virg.* 6. *Ecl.* 83. beatus. sc. ob potentatum Laconum (*Prob.* ad *l.*). *Ovid.* 2. *Am.* 17. 32. frigidus. *Stat.* 4. *Theb.* 227. olivifer. *Id.* 10. *ibid.* 498. rigidus. *Ovid.* 2. *Met.* 247. Tænarius. sc. Laconius. — In illo *Stat.* 1. *Silv.* 5. 40. « Vix locus Eurotæ, viridis cum regula longo Synnada distinctu variat etc. » significatur marmor Lacedæmonium, ital. *il serpentino*. — De priscæ artis monumentis locus est ap. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (78). Eutychides Eurotam (*fecit*), in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere. — Hinc per similitudinem, vel proverbialiter vocatus est rivus aquæ in villa Lanuvina M. Bruti ap. *Cic.* 15. *Att.* 9. « Haud scio, an melius sit (*sc.* in Asia frumentum emendum et ad urbem mittendum curare), quam ad Eurotam sedere ». *h. e.* otiosum versari in villa; nam quum ad Eurotam Spartani exercitationes ac certamina haberent, ad ripas ejus spectatores sedebant; unde in proverbium videtur abiisse locutio *ad Eurotam sedere*, et sit idem ac otiose aliorum labores spectare. — De eo vd. *Curtius, Pelop. II.* 208. *sq.*; *Bursian, Geogr. v. Griech. II.* 187. *sq.* et *Philippson, Pelop.* 238. et 496.

EURŌUS, a, um, adject. *V.* EURUS in *Lexico.*

EURUS et Euros, m. 2. (Εὖρος) ¶ 1. Est cogn. vir. Gr. *Corp.* 2. 443. ¶ 2. Item, fere, nom. venti, de cujus etymo ab εὔω v. αὔω, ἄημι, coll. αὔρα, vel ἠώς (ὁ ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων *Gell.* 2. 22. 7) disserunt *Curtius, Etym. Wörterb.* ad *o.*; *Prellwitz, De vent. ap. Hom. signif. Diss.* Leips. 1880. *p.* 20. *sq.*; *Christ, Gr. Lautl.* 251., coll. *Kaibel, Herm. XX.* 614. et *Vitr.* 1. 6. 11.; cetera *V.* in *Lexico.*

EURȲĂLĒ, es, f. 1. (Εὐρυάλη). *V.* voc. seq.

EURȲĂLUS, i, m. 2. nom. pers. et loc. (Εὐρύαλος: ab εὐρύαλος, qui est *late area*. Cf. tamen *Mythogr. I. fab.* 130., ubi *Euryale* exponitur *lata profunditas*) ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Apud scriptores — *a)* Fuit filius Pallantis et Diomedæ, qui Argis profectus est cum XXV. navibus ad Trojam expugnandam, teste *Hygin. fab.* 97., coll. *Dar.* 11. et 13. — Eum *Apollod.* 1. 9. et 16. 8. dicit filium Mecistei et unum ex Argonautis, qui una cum Diomede contra Trojam iter suscepit; in acie autem semel tantum comparet (*Hom. Il.* 6. 2). — Polygnotus eum pinxit Delphis (*Paus.* 10. 25. 6). — Epitaphium ejus habetur ap. *Auson. ep. her.* 10. — *b)* Item Trojanus, filius Opheltis (*Virg.* 9. *Æn.* 201), comes Æneæ, in ludis, quos hic celebravit in honorem patris sui in Sicilia, victor (*Hygin. fab.* 273); amicitia junctus cum Niso, qui quum Euryalus a Volscente occisus esset, ejus necem dum ulcisci contendit, audacter medios ruens in hostes ipse quoque est interfectus, quæ quidem omnia non calamo describit, sed quodam quasi penicillo depingit *Virg.* 5. *Æn.* 294. *sqq.* et 9. *ibid.* a *v.* 177-445. Huc etiam respiciunt *Stat.* 10. *Theb.* 447. *sq.* et *Auson. ep.* 24. 85. *sqq.*, coll. *Macrob.* 4. *Sat.* 1. 5. — *c)* Item Corcyræus quidam, qui ex Ossa monte (*Kissavo*) dejecit Thessalum, regem Thessaliæ; quo crimine infando quum is purgari non posset, deditum caput Stygiæ paludi furialibus anguibus dicitur absumptus. *Ovid. Ib.* 289., ubi alii aliter leg. — *d)* Item vir Atheniensis, qui primus cum fratre Hyperbio laterarias ac domum constituit Athenis, ut ait *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (194). — *e)* Item gladiator quidam ap. *Juvenal.* 6. 81. — 2.°) In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 635. et *Corp.* 3. 2245. — *Euryale*, nom. mul. — *a)* Fuit una ex tribus Gorgonibus. *Hygin. fab. præf.*, coll. *Hes. theog.* 286., *Pind. Pyth.* 12. 20. et *Apollod.* 2. 4. 2. — *b)* Item una Amazonum ap. *Val. Fl.* 5. 612. et 6. 370. — *c)* Item filia Minois, ex qua Neptunus Orionem suscepit. *Hygin.* 2. *Astr.* 24 (pro *Eurypyle*: vd. *Nonn. Dionys.* 30. 222), *Schol. Germ. p.* 92. 16., *Pherecyd.* ap. *Apollod.* 1. 4. 3. Cf. *Preller-Robert, Gr. Myth. I.*[4] 450. ¶ 2. Fuit etiam ita vocatus tumulus seu locus editus ac munitus Syracusis, laudatus *Liv.* 25. 23. et 26. Cf. *Eustath*, apud quem est Εὐρύηλος (sc. ἀκρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν).

EURȲĂNASSA, æ, f. 1. insula prope Chium, memorata *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 38. (137)., græce Εὐρυάνασσα, *i. e.* late imperans.

EURȲBĂTĒS, is, m. 2. nom. vir. (Εὐρυβάτης, *late gradiens* v. *excurrens*) ¶ 1. Fuit Agamemnonis minister et præco, una cum Talthybio, laudatus *Hygin. fab.* 97., qui eos *internuncios* vocat, ab Agamemnone missos ad Achillis tentoria, ut Briseidem raperent. *Ovid.* 3. *Her.* 9. *sq.* Cf. *Hom. Il.* 1. 320. et *Schol.* ad *eund. ibid.* 2. 183. et *Eustath. Od.* 1864. 11. ¶ 2. Item filius Æneæ, quem pater cum Ascanio, ejus fratre, brachio suo innixum ex Ilio secum abduxit, uti refert unus *Cassius Censorinus* ap. *Schol. Virg.* 2. *Æn.* 617. ¶ 3. Item vir vaferrimus una cum Phrynonda memoratus *Apul. apol.* 81., qui tamquam passimorum hominum par in proverbium abiisse videntur. Cf. *Liban. ep.* 535., ubi *Euribatos* (Εὐρύβατος) legitur pro *Eurybates*.

EURȲBĬĂDĒS, is, m. 3. (Εὐρυβιάδης, *late vincens*) vir Lacedæmonius, Græcorum dux contra Persas, Leonidæ, qui ad Thermopylas occubuit, successor. *Nep. Them.* 2., coll. *Herod.* 8. 2. *sqq.* et *ibid.* 42.

EURȲCLĒS, is, m. 3. (Εὐρυκλῆς, *late gloriosus*) ¶ 1. Fuit filius Lacharis, vir princeps Lacedæmonius, plenius *C. Julius Eurycles*, familiaris Herodis, regis Judæorum, cujus filios calumniis in capitalem invidiam adduxit memoratus *Heges.* 1. 41., coll. *Jos. ant.* 16. 301., 306. et 309. et *b. I.* 1. 513. *sqq.* et 530. *sq.* — In prœlio Actiaco pro Augusto fortiter dimicavit ipsumque Antonium, in fugam versum, est insecutus. *Plut. Ant.* 68. Cf. *Eckhel*, 2. *p.* 281., *Dittenberger* (1881) 10. *sqq.* et *Le Bas, Inscr. Pelop. n.* 237. a et 245 b. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Gr. *Inscr.* ap. *Visconti, Mon. Gab. p.* 154. — *Euryclea* (*Euryclia*), nom. nutricis Ulyssis, quæ, dum hospitalis officii causa ejus pedes elueret, ex cicatrice eum agnovit. *Hygin. fab.* 125. et 126., *Gell.* 14. 6. 3. et *Auson. perioch.* in *Odyss.* 19. — Apud *Cic.* 5. *Tusc.* 16. 46., in plerisque codd., legitur *Anticlea*, sed hanc lectionem emendavit *Orelli*; quodsi ita scripsit Cicero, hic quoque μνημονικὸν ἁμάρτημα commisit. Ceterum quum Anticlea fuerit mater Ulyssis (*Hygin. fab.* 125), eruditissimo viro, quasi bono dormitanti Homero, si nomen permutavit, plane est ignoscendum.

EURȲCRĂTĒS, is, m. 3. (Εὐρυκράτης, *late dominans*) filius Polydori, ex genere Agidarum, et avus alterius cognominis, qui uterque regnavit Lacedæmone, unus ann. 37. sæc. VIII-VII. a. Chr., cui Anaxander successit; alter item a. 37. sæc. VII. a. Chr. *Ovid. Ib.* 291., coll. *Herod.* 7. 204. et *Paus.* 3. 2. 4.

EURȲDĂMĀS, antis, m. 3. (Εὐρυδάμας, *late domans*) ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Fuit Iri et Demonassæ filius, Argonauta, teste *Hygin. fab.* 14., quem, ut is ait, alii putant Ctimeni filium. Cf. *Tümpel, Philol. N. F. III* (1890) 729. *sqq.* — 2.°) Item procus Penelopes (*Hom. Od.* 18. 297), laudatus *Sil. It.* 2. 178-187. — 3.°) Item Thessalus quidam, filius Midiæ, qui Thrasyllum, fratrem Simon, interfecit; quapropter, more Thessalorum, ab eo est curru raptatus ad tumulum fratris occisi, ut canit *Ovid. Ib.* 329. Utque vel Eurydamas ter circum busta Thrasylli Est Larissæis raptus ab hoste rotis. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 8108.

EURȲDĬCA et sæpius Gr. posit.

EURȲDĬCĒ, es, f. 1. *V.* voc. seq.

EURȲDĬCUS, i, m. 2. (Εὐρύδικος, *valde justus*) episcopus quidam, tempore Valentis, Gratiani et Valentiniani imppp., de quo mentio est in *Cod. Theod.* 16. 2. 23 (a. 376. rescript.). — *Eurydica* (Εὐρυδίκη), *Eurudica* v. *Eurydice* apud *Enn. Cic.* 1. *Divin.* 20. 40. « Eurydica (*al.* Eurydice) prognata, pater quam noster amavit » *i. e.* filiæ loco seu tamquam filiam. — Acc. *Eurydicen* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4311. ¶ 1. In libris memorantur — 1.°) Nerei et Doridis filia (*Hygin. præf. fab.*), uxor Orphei poetæ, una Dryadum (*Serv.* ad *Virg.* 4. *G.* 460), quam quum vitiare tentasset Aristæus, illa fugiens ex serpentis morsu periit ipso nuptiarum die (*Id. ibid.* 316). Orpheus ingenti dolore oppressus in mortuorum regnum descendit et a Plutone ac Proserpina, supplice ipsius cantu permotis, obtinuit, ut eam ab inferis reduceret, hac tamen lege, ne inde illam redeuntem in via respiceret; quod vetitum quum maritus violasset, Eurydice statim evanuit, iterum ad inferos coacta reverti. Hunc mythum graphice descripsit *Virg.* 4. *G.* 453-529. Cf. tamen *Eurip. Alc.* 357. *sqq.*, *Isocrat. XI.* 8. et *Plat. Sympos.* 179. D (coll. *Hug, Komm. z. Sympos. p.* 43), qui scribit « Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀ τ ε λ ῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου, φ ά σ μ α (*Stesich.* εἴδωλον) δείξαντες τῆς γυναικὸς ἐφ᾽ ἣν ἧκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει, ἅτε ὢν κιθαρῳδός, καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνῄσκειν ὥσπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι ζῶν εἰσιέναι εἰς Ἅιδου ». Verum, ut animadvertit *E. Ferrai* (*Dial. di Plat. volg. III. p.* 387. adn.), hic Phædrus, qui inducitur loquens, mythum ad suum propositum accommodat. — De ea *Ovid.* 10. *Met.* 1-63., coll. 11. 63. *sqq.* et, omisso nomine, in *Ib.* 479. « Neve venenato levius feriaris ab angue Quam senis Œagrii Calliopesque nurus ». Adde *Senec. Her. Œt.* 1084. *sqq.* et *Herc. f.* 574. *sqq.*, *Schol. Hor. od.* 1. 24. 13. et *Martial.* 14. 163., *Mythogr. Vatic. III.* 8. 20. Orpheus Euridicem nimfam (*sic*) amavit; quam sono citharæ mulcens uxorem duxit (Cf. *Maass, Orph.* 149. 40). *Virg.* 4. *G.* 526 (et *Culex* 268). Eurydices misera. *et ibid.* 547. placata. *et* 519. rapta. — De priscæ artis monumentis, ad Eurydicem tantum vel ad eam simul cum Orpheo pertinentibus, vd. *Brunn-Bruckmann n.* 341., coll. *Gruppe* ap. *Roscher, Lex. Myth. III.* 1158.; *Winkler, Darstell. d. Unterwelt* etc. Bresl. 1888., præter *Visconti* in *Iconogr. Gr. II. p.* 111. *sqq.* — 2.°) Item Danai filia, quæ prima nuptiarum nocte Canthum sponsum occidit, teste *Hygin. fab.* 170. — 3.°) Item uxor Lycurgi, mater Archemori, a serpente occisi. *Hygin. fab.* 273. et *Stat.* 5. *Theb.* 630. *sqq.*; sed cf. *Apollod. bibl. I.* 104. et *Anth. Pal. III.* 10. — 4.°) Item uxor Nestoris, πρέσβα Κλυμένοιο θυγατρῶν (*Hom. Od.* 3. 452), mater Thrasymedis. *Hygin. fab.* 97. — 5.°) Item uxor Ptolemæi Philopatoris, alio nomine Cleopatra v. Arsinoe. *V.* CLEOPATRA. — 6.°) Item filia Sirrhæ, neptis principis Arrabæi, uxor Amyntæ III., regis Macedoniæ, ex eo mater quattuor filiorum, Alexandri II., Perdiccæ III., Philippi II., patris Alexandri M. et Euryones (*Justin.* 7. 4., coll. *Nep. Iphicr.* 3), mulier scelestissima, numquam satis detestanda, quæ ut suo generi nuberet, quem deperibat, eique ad solium viam sterneret, marito suo necem parabat inferre. Re comperta, is, suo in filios amore permotus, uxori pepercit; cui mortuo filius Alexander successit, quem mater, pertinacis ambitionis igne succensa, pariter necandum curavit, idemque crimen contra Perdiccam, ejus successorem, tigride pejor, admisit (*Justin. ibid.* et 5., coll. *Strab.* 7. 299). — Sunt tamen historici, qui aliis causis principum illorum mortem attribuunt, vel saltem de hac dubitant immani sævitia (V. *Visconti* in *Iconogr. Gr. II. p.* 108. *sq.*), quibus nec facile assentimur nec omnino repugnamus. — 7.°) Item filia Cynnæ, olim *Adea* nuncupata, neptis Philippi II., uxor Philippi Arridæi callidissima, quæ, ut, Polyperconte expulso, sola regnaret, fœdus cum Cassandro pacta coactoque exercitu Macedoniæ imperio potita est. Sed vere a. 317. a. Chr. Polyperchon, suis cum Æacidis, regis Epiri, viribus conjunctis, una cum Olympia Macedoniam invasit, cui Eurydices fortiter restitit. Verum, statim ut in aciem prodiit Polypercontis uxor materque Alexandri, longo hominum quasi bacchantium comitatu circumdata, Macedones ad hostes transierunt ita ut regina infelix, a suis deserta, in manum ceciderit crudelis Olympiæ, quæ atroci supplicio una cum viro eam interemit (a. 316. a. Chr.); dein vero Cassandri copiis devicta ac Pydnæ obsessa quum resistendo impar esset, se victori dedidit, ab eoque et ipsa trucidata suæ crudelitatis pœnam luit (*Justin.* 14. 5., coll. *Oros.* 3. *Hist.* 23. et *Diod.* 19. 52. 5. Cf. etiam *Beloch, Gr. Gesch. III.* 2. 366. *sqq.* et *alib.*). — 8.°) Item filia regis Lysimachi et uxor Antipatri II., regis Macedoniæ (a. 298. a. Chr.), memorata *Justin.* 16. 2., coll. *Diod.* 21. 7., in errorem lapso (*Willrich*: cf. *Niese, Gesch. d. gr. u. mak. Staaten I.* 376. et *Droysen, Hell. II.* 2. 209). — De ejus nummis Ephesiis vd. *Cat. of greek coins in the Brit. Mus.* Ionia, 56. — 9.°) Item uxor Pleurati, mater Gentii, regis Illyricorum, laudata *Liv.* 44. 30. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp.* 3. 615. et ap. *Orelli* supra *cit.*

EURȲLĔO, ōnis, m. 3. (Εὐρυλέων, *magnus leo*) nom., quo appellatus est *Ascanius*, Æneæ filius, qui et *Romylos* et *Romos* vocatus (Cf. *Dion. Hal. I.* 65. 1. et *App. reg.* 1. *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 159. Ascanius - etiam Dardanus et Leontodamas dictus est ad exstinctorum fratrum solacium). Memoratur *Aur. Vict. orig.* 5. et *alib.*

EURȲLŎCHUS, i, m. 2. nom. pers. et loc. (Εὐρύλοχος, *late insidians*) ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Fuit socius Ulyssis (*Ovid.* 14. *Met.* 252), qui, veneficio Circes cum comitibus in ferinam formam conversus, ab Ulysse in pristinum statum est restitutus, teste *Auson. per. Odyss.* 10. Sed rem narrat *Hygin. fab.* 125., coll. *Hom. Od.* 10. 441., in Ἀλκίνου ἀπόλογος, qui eum dicit fuisse ab hac metamorphosi immunis. Hinc *Ovid. loc. cit.* solumque suis caruisse figura Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit etc. — 2.°) Item amicus quidam ex præcipuis in regia Alexandri M., cui Hermolai in eum conjurationem detexit, ut tradit *Curt.* 8. 6. *sqq.*, idem fortasse ac vir princeps Macedo, antea Philippi, dein Alexandri M. dux, de quo *Justin.* 12. 6. et *Oros.* 3. *Hist.* 18. *V. Schäfer II.* 212. et 419. et *III.* 101. — 3.°) Item princeps Magnetum, Magnetarches dictus, qui, Romanorum adversarius, civium animos in eos excitare eloquentia sua studebat, sed frustra; quin, multitudine Romanis favente, clam fugere coactus est in Ætoliam (*Liv.* 35. 31. et 32) a. 192. a. Chr.; sed postea, ope Dioclis Ætoli, domum, multis occurrentibus gratulantibusque, deductus est, immo tam prospere, ut civitas ejus Demetrias, adversæ factionis principibus interfici jussis, Ætolorum facta sit (*Id. ibid.* 34); verum et ipse brevi sibi mortem conscivit (*Id.* 36. 33). ¶ 2. Est etiam nom. loci cujusdam Alexandriæ Ægypti, memoratus *Jul. Val.* 1. *gest. Alex. M.* 22. A Canopo usque ad locum, qui Eurylochi vel Melanchium dicitur.

EURȲMĂCHUS, i, m. 2. (Εὐρύμαχος, *late pugnans*) procus Penelopes, ap. *Ovid.* 1. *Her.* 91., coll. *Hom. Od.* 1. 399., *Eurydamas* aliis dictus.

EURȲMĔDĒ, es, f. 1. (Εὐρυμέδη, *late regnans*) Nysi filia, mater Bellerophontis et Agenoris ex Neptuno (*Hygin. fab.* 157) vel ex Glauco (*Apollod. bibl. I.* § 85. *W.*).

EURȲMĔDON, ontis, m. 3. nom. pers. et geogr. (Εὐρυμέδων ejusd. signif. ac præcedens) *Eurymedonta*, acc. Gr. posit., usurpatur *Oros.* 2. *Hist.* 14. ¶ 1. Est nom. pers., quo memorantur — 1.°) Maritus Leonidæ, quæ vitiata a Jove Cononem peperit, teste *Rufin. recogn.* 10. 21. — 2.°) Item pater Andromachæ, puellæ Atheniensis, liberatæ a Theseo, ap. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 21. — 3.°) Item filius Fauni, dux Thebanus, laudatus *Stat.* 7. *Theb.* 260., 8. 356. et 11. 32. — 4.°) Item frater Lycormæ; hi autem fratres sibi mutuo necem intulerunt, quum ob mentita spolia alter alterum non agnovisset. *Sil. It.* 2. 636. — 5.°) Item filius Thuclis (*Thuc.* 3. 80. 2. et *alib.*), nat. Cephale v. Hecale, Atticus dux in bello Peloponnesiaco a. 427. a. Chr., missus a. 425. cum XL. navibus ab Atheniensibus in Siciliam; sed per viam coactus est Corcyræ se sistere, ut populo illi suppetias ferret; dein cum Sophocle et Demosthene insulam Sphacteriam, a Lacedæmonibus occupatam, nec a Brasida, strenuo illorum duce, ob vulnera accepta, liberatam, tandem cepit (*Thuc.* 4. 8. et *Xen. Hell.* 6. 2). — Postea Corcyram reversus, ita perfide et crudeliter se gessit, ut adversæ factionis principes, a se devictos, sineret a civibus immaniter trucidari. Demum quum male in Sicilia ei res cessisset, falso accusatus exsulare debuit; sed deinde revocatus, ibidem, strenue dimicans, cecidit a. 410., laudatus *Justin.* 4. 4., et 5., ubi alii legunt *Eurylochus*, repugnantibus *Thuc.* 6. 1. et *Diod.* 13. 13., sed favente *Oros.* 2. *Hist.* 14. — Cf. de eo *Grote, History of Greece VI.*[2] 54. *sqq.*, 92. *sq.*, 136. *sq.*, 404. *sqq.* etc. et *Freemann, History of Sicily III.* 45. *sqq.*, 65. *sqq.*, 278. et 304. *sqq.* — Hinc *Eurymedusa*, nom. mul. Gr. (Εὐρυμέδουσα), Achelai uxor, quam Juppiter mutatus in formicam vitiavit, unde natus est Myrmidon (*Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 7). ¶ 2. Est etiam nom. celebris fluvii Asiæ Minoris in Pamphylia, oriens ex Tauri jugis et prope Aspendum fluens (*Liv.* 33. 41. et 37. 23) seque exonerans in mare Lycium, hod. *Koepru-su*, juxta quem Cimon, Atheniensium dux, a. 468. a. Chr., navali prœlio Phœnices ac Persas profligavit, de quo *Mel.* 1. 78. « Magna apud eum Cimonis - navalis pugna atque victoria fuit ». Adde *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 7. 45. et *Ampel.* 15., coll. *Thuc.* 1. 100., *Xen. Hell.* 4. 8. 30., *Scyl.* 101., *Diod.* 11. 61. et 14. 99., *Strab.* 14. 667. et *Paus.* 10. 15. 4. Cf. etiam *Lanckoronski, Pamph.* et *Pisid. I.*, *XVI.* 65. et 177. et *Sarre, Reis. in Kleinas.* 140.

EURȲMĔDŪSA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

EURȲMĔNÆ et Erymnæ, ārum, f. plur. 1. (Εὐρυμεναί et Ἐρυμναί) oppidum litoraneum Thessaliæ ad radices montis Ossæ. *Liv.* 36. 13. et 39. 25. et *Val. Fl.* 2. 14., coll. *Scyl.* 65., *Apoll. Rh.* 1. 597. et *Strab.* 9. 443. Cf. tamen *Bursian, Geogr. v. Gr. I.* 57. et 98. — Ibi, ut tradit *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 20. (29)., fons est, in quem coronæ dejectæ lapides fiunt. — De hujus opp. nummis vd. *Head*, 294.

EURȲMĬDĒS, æ, m. 1. nom. patronym. (Εὐρυμίδης). *V.* voc. seq.

EURȲMUS, i, m. 2. (Εὔρυμος) pater Telemi, auguris, laudatus *Hygin. fab.* 125. et 128. et *Ovid. Ib.* 268., ubi *Telemus Eurymides* dicitur. Cf. *Hom. Od.* 9. 509.

EURȲNŎMĒ, es, et

EURȲNŎMĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

EURȲNŎMUS, i, m. 2. (Εὐρύνομος, *late dividens* v. *distribuens*, *pascens*) unus ex centauris, in prœlio Lapitharum prostratus. *Ovid.* 12. *Met.* 310. — *Eurynome* (*es*), Εὐρυνόμη, nom. mul. ¶ 1. Fuit filia Oceani et Tethyos (*Hygin. fab. præf.*), uxor Asopi, quam Juppiter vitiavit susceptique filiam Ogygiam, sororem Europes (*Rufin. recogn.* 10. 2. et *ibid.* 23). ¶ 2. Item mater Gratiarum ex Jove (*Hygin. fab. præf.*), de qua *Senec. benef.* 1. 3. 9. hæc habet « Tres Chrysippus Gratias ait Jovis et Eurynomes filias esse, ætate autem minores quam Horas, sed meliuscula facie: et ideo Veneri datas comites. Matris quoque nomen ad rem indicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia late patentis matrimonii sit beneficia dividere ». ¶ 3. Item uxor Orchami, Achæmeniorum regis et ex Belo originem ducentis, mater Leucothoes, de qua *Ovid.* 4. *Met.* 210. et 220. *V.* LEUCOTHOE. ¶ 4. Item Lemnia mulier, de qua *Val. Fl.* 1. 135. Illa (*Fama a Venere missa*) abit et mediam gaudens defertur in urbem; Et primam Eurynomen - Occupat exesam curis castumque cubile Servantem: manet illa viro famulasque fatigat Velleribus etc. ». ¶ 5. Item filia Iphiti, uxor Talai, mater Adrasti (*Hygin. fab.* 69. *sq.*, coll. *Schol. Stat. Theb.* 1. 398. et 5. 18). ¶ 6. Item filia Nisi, ex Poseidone mater Bellerophontis (*Hygin. fab.* 157). Ita leg. *Schmidt*; sed ap. *Apollod.* 1. 9. 3. est *Eurymede*. — Hinc *Eurynomia* (Εὐρυνόμεια), una Horarum, ap. *Rufin. recogn.* 10. 2. 1., sed *Eunomiam* habet *Hygin. fab.* 183., quod nom. frequentius occurrit, sed prius tenendum.

EURȲŌNĒ, es, f. 1. filia Amyntæ et Eurydices, Alexandri Perdiccæ et Philippi soror. *Justin.* 7. 4.

EURȲPHON, ontis, m. 3. (Εὐρυφῶν, *late sonans*) Cnidius, medicus insignis, Hippocrate antiquior, memoratus *Cæl. Aur. acut.* 2. 16. 96. et 3. 17. 144. et *tard.* 3. 8. 139. — *Censorin. d. nat.* 7. 5. Nam septimo mense parere mulierem posse plurimi adfirmant, ut Theano Pythagorica, Aristoteles Peripateticus, Diocles, Evenor, Straton, Empedocles, Epigenes multique præterea, quorum omnium consensus Euthyphronem (*perperam pro* Euryphontem, *vel ap. alios* Euryphonem) Cnidium non deterret, id ipsum intrepide pernegantem. — Fuit conditor scholæ Cnidiæ dimid. sæc. V. a. Chr., præceptor Herodici, variorum operum scriptor, ut *l. de mulieribus* (γυναικεῖα), de *sententiis Cnidiis* (Κνίδιαι γνῶμαι) deque aliis argumentis, quæ a veteribus *Galen.*, *Hippocr.*, *Cæl. Aur.*, *Soran.* citantur. — De eo vd. *Sprengel, Gesch. d. Arzneik. I.* 311.; *Hecker, Gesch. d. Heilkunde I.* 64. et 117. et *Wellmann, Fragm. gr. Ärtze* 38., coll. *Diels, Doxogr. gr.* 195. et 429.

EURȲPȲLĒ. *V.* EURYALE.

EURȲPȲLIS, idis, m. 3. adject. ab *Eurypylus*, idem ac ad Eurypylum, Coi regem, pertinens. *Propert.* 4. 5. 2. « Eurypylisque placet Coæ textura Minervæ » *h. e.* textura, quam faciunt mulieres Coæ. *V.* COS.

EURȲPȲLUS, i, m. 2. (Εὐρύπυλος: ab εὐρύς et πύλη, *porta*, quasi *late patens*) *Eurypus* pro *Eurypylus* scribitur *Porphyr. Hor. Od.* 3. 7. 18., ubi de Hippolyte Magnessa, Eurypylo nupta, loquitur. — Memorantur hoc nomine. ¶ 1. Heros Thessalicus, filius Eusæmonis (V. *Maass, Gött. Gel. Anz.* 1890. *p.* 845. 1), dictus ἀγλαός *Hom. Il.* 2. 736., procus Helenæ (*Apollod. bibl.* 3. 10. 8. 3. et *Hygin. fab.* 81), dux XL. navium (*Hom. loc. cit.*), Ormenio profectus (hinc *Ormenius* appellatus *Dict.* 1. 13) ad Trojam expugnandam (*Hygin. fab.* 97). *Virg.* 2. *Æn.* 114. Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi Mittimus. *Ovid.* 13. *Met.* 357. poteret (*præmia*) moderatior Ajax Eurypylusque ferox etc. — In ludis Patrocli exstitit singulari campo victor, teste *Dict.* 1. 17.; errat tamen hic *Hygin. fab.* 114. falsum adferens numerum adversariorum, quos interfecit, unum nempe pro duobus, ut *Homerus* refert. ¶ 2. Heros Mysius v. Mœsius, filius Heraclidis Telephi ex Astyoche, sorore Priami (*Eustath. p.* 1697. 18., coll. *Jorn. Get.* 9. *in fin.*), cui auxilio venit magno cum exercitu, illectus præmiis et nuptiis cum Cassandra sibi oblatis (*Dict.* 2. 3), qui traditur in pugna Nirea, pulcherrimum Coiorum ducem, et Machaonem (*Hygin. fab.* 118) aliosque, uti Peneleum, Nesum, Chromium, Eurytum, Menœcum, Harpalum (*Qu. Smyrn. VI.* 372. *sqq.*, 615. *sqq.* et *alib.*) occidisse, occisus et ipse a Neoptolemo (*Dict.* 4. 17. et 18., coll. *Hygin. fab.* 112). — De eo hæc habet *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 72. « Eurypilus, qui regnavit in Mœsia, qui adversus Trojanos Græcis auxilium tulit, filius Telephi, Herculis et Auges filii, ex Astyoche Laomedontis filia, qui Grynum

procreavit. Is cum patris occupasset imperium et bello a finitimis tentaretur, Pergamum, Neoptolemi et Andromaches filium, ad auxilium de Epiro provocavit, a quo defensus, victor duas urbes condidit, unam Pergamum de nomine Pergami, alteram Grynium ex responso Apollinis ». Hic tamen errat *Serv.*, qui, mythologis omnibus contradicens, Eurypylum Græcorum adjutorem comminiscitur. ¶ 3. Item pater Chalciopes, uxoris Herculis (*Hom. Il.* 2. 677), rex insulæ Coi, quare Cos appellata est Εὐρυπύλου πόλις, ut eam quoque latine vocat *Ovid.* 7. *Met.* 363. — Alia de hoc Eurypylo vd. ap. *Apollod. bibl.* 2. 7. 1. § 137. *sq. W.*, *Eustath. p.* 318. 22. *sqq.* et 34. *sqq.*, coll. *Maass, Gött. Gel. Anz.* 347. et *Herm. XXIII.* 618. et *XXVI.* 180. 2. ¶ 4. Item vir Larissæus, rerum scriptor, citatus a Simonide, de quo *Quintil.* 11. 2. 14 (Cf. *Jacoby, Philol. Unters. XVI.* 200. 1).

EURȲSĂCĒS, is, m. 3. (Εὐρυσάκης, *latum scutum habens*) ¶ 1. Fuit filius Ajacis Telamonii, ex Tecmessa, post bellum Trojanum, una cum Æantide Teucro, patruo suo, traditus, ut refert *Dict.* 6. 16. — Contra *Justin.* 44. 3. dicitur Eurysaces, rex Salaminis, qui Teucrum, patruum suum, bello Trojano ad finem perducto, morte fratris invisum patri Telamoni (vel quod non defendisset Ajacis fratris interitum, vel quod ossa fratris non retulisset) accessu regni sui prohibuisse, quod etiam *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 619. confirmat. — De eo scripsit tragœdiam *Sophocles*, cujus fragmenta collegit *Nauck* (*Frg. trag. gr.* 141), et etiam *Accius*, cujus exstant reliquiæ ap. *Ribbeck* (*Trag. Rom. Fragm.* 1897. *p.* 207. *sqq.*); hanc vero optime egisse videtur *Æsopus*, actor nobilissimus tragicarum fabularum, ut est ap. *Schol. Bob. in Cic.* pro *Sest.* 56. ap. *Orelli p.* 305. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1333.

EURYSTHĔNĒS, is, m. 3. (Εὐρυσθένης, *late robore* potens) *Eurysthenus* scribitur *Hieronym. loc. cit.*, sed minus recte. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Filius Ægypti, ab uxore sua Monaste (*Hygin. fab.* 170) vel Mnestra (*Apollod.* 2. 18. *W*), una Danaidum, prima nuptiarum nocte interfectus. — De eo vd. *Peristhenes* ap. *Apollod.* 2. 19. *W.* ¶ 2. Item filius Aristodemi, primus rex Lacedæmonum et Agidarum progenitor (*Herod.* 4. 147., 5. 39. et 7. 204. et *Apollod. bibl.* 2. 173. et 177. *W.*), qui cum Proclo, fratre suo gemino, regnavit (*Cic.* 2. *Divin.* 43. 90. et *Ampel.* 14., coll. *Paus.* 3. 1. 7. *sq.*) ab a. circ. 1102. a. Chr., per annos XLIII. v. XLII., ut supputat *Eus.* ap. *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 916. et 923., cui accedunt *Eratosthenes* et *Apollodorus* (V. *Jacoby, Apoll. Chron.* 60. *sqq.*). — *Ephori*, magistratus a Theopompo ad summam auctoritatem evectus, videntur ab hoc tempore instituti, quos *Müller* (*Dor. II.* 112) certe anteriores Lycurgo fuisse adfirmat. — Successorem habuit Eurysthenes Agidem filium, a quo stirps exorta est *Agidarum*, ut *Proclidarum* a Proclo, qui ex hujus nepote, *Europonte* nuncupato, *Eurypontidæ* sunt appellati, ut innuit *Nep. Ages.* 1. et 7. V. AGIS.

EURYSTHEUS (trisyll.), ei, m. 2. (Εὐρυσθεύς, forma decurtata ab Εὐρυσθένης, ut Μενεσθεύς a Μενεσθένης) nom. vir. Gr. — Declin. genet. *Eurysthei* ap. *Hygin. fab.* 30. — *Eurystheos* ap. *Val. Flacc.* 1. 114. — Acc. *Eurystheum* ap. *Mythogr.* 3. 13. 5. *p.* 249. 3. — *Eurysthea* ap. *Virg.* 3. *G.* 4., *Stat.* 3. *Silv.* 1. 24. et 6. *Theb.* 311. et *Martial.* 9. 65. 7. — Abl. *Eurystheo*, trisyll. per synæresim, in illo *Virg.* 8. *Æn.* 292. « Rege sub Eurystheo, fatis Junonis iniquæ ». — Fuit autem filius Stheneli ex Archippe, hinc *Stheneleius* dictus *Ovid.* 9. *Met.* 273., rex Mycenarum, patris successor, qui regnavit ann. XXXVIII., ex supputatione *Eus.* ap. *Hieronym. chron.* ad a. Abr. 718. Memoratur insuper *Ovid.* 9. *Met.* 203. et 9. *Her.* 7. et 43., *Senec. Herc. f.* 78., *Claudian. carm.* 26. 378. et 101. 84., *Hygin. fab.* 30. — Epitheta ei indita, præsertim a poetis: *Ovid.* 9. *Her.* 45. arbiter iræ. *Senec. Herc. O.* 1973. cruentus. *Virg.* 3. *G.* 4. durus. *Ps. Claudian. II. app.* 206. gravis. *Ovid.* 9. *Her.* 25. hostis. *Virg.* 8. *Æn.* 292. rex. *Ovid. loc.* init. *cit.* Stheneleius. *Cic.* 2. *Tusc.* 8. 20. tristis. — Poetæ ac mythologi in fabula Eurysthei tradenda dissident. Alii namque perhibent, Jovem vel Themidem, qua die nasci Herculem debuisset, dixisse in sollemni deorum conventu eum nasciturum, cui omnes obedire finitimi populi juberentur; quapropter Juno partubus presses, Argos profecta, Alcmenæ partum retardavit, priorque ortus est ex Archippe Eurystheus. Porro hic, regnum adeptus, Herculi imperavit, a Junone instinctus (*Virg.* 8. *Æn.* 292), ut varia monstra (duodecim recenset et *Hygin. fab.* 30., vulgo *fatiche d'Ercole*) superaret, ad hunc finem, ut periret (Cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 484. et 8. *ibid.* 292. et 284., *Mythogr. II. fab.* 120., *Prob.* ad *Virg.* 3. *G.* 1. et *Gell.* 2. 6. 3). — Sed res contra cessit; nam Hercules ex tot tantisque periculis victor evasit; pœnam vero suæ crudelitatis luit Eurystheus ejusque familia; filii enim regii deinde ab Hercule confixi sunt sagittis (*Cic.* 2. *Acad.* [*pr.*] 28. 89. et 2. *Tusc.* 8. 20). — Præterea quum Eurystheus vereretur, ne Hyllus, Herculis filius, et quidam ex ejus fratribus adhuc vivis, si omnes ad eam pervenissent ætatem, Mycenarum imperio ipsum privarent, Ceyci Trachinæ regi, ad quem post patris mortem confugerant, bellum indixit nisi Herculis et Licymnii filios et Iolaum omnesque Arcades, qui cum Hercule militassent, expelleret. At hi, Eurysthei viribus impares, sponte Trachinem relinquentes, ab Atheniensibus adjuti, ducibus Iolao, Theseo Hylloque hostes profligarunt ipseque Eurystheus curru fugiens ab Hyllo fuit interfectus (*Diod.* 5. et *Apoll. bibl.* 3). — Fabulam tractat *Euripides* in *Heraclidis*. — Hinc falso, ex his, quæ diximus, ap. *Mythogr. I. fab.* 64. scribitur « Eurystheus rex Græciæ, Persei genus », itemque ap. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 4. — Ad eum pertinent nummi illustrati ab *Eckhel*, 3. *p.* 40. et 7. *p.* 443. — Hinc *Eurystheus* (Εὐρύσθειος), adj. *Stat.* 6. *Theb.* 311. Eurystheus bella.

EURYSTHĒUS, a, um, adject. V. voc. præc.

EURYTHMUS, i, m. 2. (Εὔρυθμος, *numerosus, continuus*) Cæsaris libertus et procurator (*Plin.* 6. *ep.* 31). plenius *M. Ulpius Eurythmus*, tempore nempe Trajani imp.

EURYTĪON, ōnis, m. 3. (Εὐρυτίων) nom. vir. demin., et

EURYTIS, idis et idos, f. 3. V. voc. seq.

EURYTUS (Euritus), i, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὔρυτος, *late* v. *bene fluens*, fort. forma contr. ex Εὐρύτοξος [*Maass, Gött. Gel. Anz.* 1890. *p.* 844]; sed *Eustath. Od.* 1899. 39. ducit ἀπὸ τοῦ εὖ ῥύειν). Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Gigas, Tartari ac Terræ filius, a Dionyso thyrso occisus (*Hygin. fab. p.* 10. *Schm.* et *Apollod.* 1. 6. 2., qui 'Ροῖτος scribit). — 2.°) Item Œchaliæ rex, μέγας dictus *Hom. Od.* 3. 224. *sqq.*, pater ex Antiope (al. Antioche *Diod.* 4 27), Pylonis filia (*Hygin. fab.* 14), Clytii et Iphiti (?) Argonautarum, et Dryopes, Amphissi matris, cujus idcirco avus dicitur *Ovid.* 9. *Met.* 356., et etiam Ioles, quam Hercules in conjugium petiit; sed quum id negasset, ab eo feruntur cum filiis occisus ejusque urbs vastata (*Hygin. fab.* 31. et 35., *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 291. et 300., coll. *Senec. Herc. O.* 100., 336. *sqq.* et 1491. et *Mythogr. II. fab.* 159. et 165). — De ejus monumento, in vicinia Hypatæ (*Neapatra*) ad Sperchium sito, mentio fit in *Corp. I. L.* 3. 586., et de cratero Corinthio antiquæ artis illustrato in *Mon. d. Inst. VI.* 33. Alia vd. ap. *Gercke N. Jahrb. XV.* 1905. *p.* 400. *sq.*, 406., 408. et *Furtwängler* in *Roschers Lex. I.* 2206. — De eo consulas *Gruppe, Gr. Myth.* 474. 9. et *Jahresb. LXXXV* (1895). 235. — 3.°) Item filius Actoris, frater Cteati (hinc *Actorides* ambo dicti *Ovid.* 8. *Met.* 308) et pater Thalpii, unus ex ducibus Epeorum ad Trojam (*Hom. Il.* 2. 621., coll. *Apollod.* 3. 10. 8. et *Paus.* 5. 3. 3). — 4.°) Item Argonauta, filius Hermetis seu Mercurii ex Antianira, frater Echionis, ex iis, qui ad aprum Calydonium ierunt (*Hygin. fab.* 160. et 173); etiam victor in ludis Argivis, quos Acastus fecit (*Id. fab.* 273). Cf. *Val. Fl.* 1. 439., 3. 99. et 471. et 6. 569. et *Apollod.* 1. 9. 16. et *Apollod. Rh. p.* 535. *K.* — 5.°) Item centaurus, laudatus *Ovid.* 12. *Met.* 220-223 = Eurytion. ¶ 2. In titulis cogn. vir., ingen. et libert. *Corp.* 5. 7519. et *aliis* in *Ephem. epigr. II. p.* 387. *n.* 712. — Hinc *Eurytis* (*idis* v. *idos*), adj. f. patronym. ab *Eurytus*, Euryti filia, h. e. Iole. *Ovid.* 9. *Met.* 394. *sq.* et 9. *Her.* 133. — *Eurytides* (*æ*), adj. m. patronym. ab *Eurytus*, Euryti filius. *Virg.* 10. *Æn.* 499. — *Eurytion* (*ōnis*), Εὐρυτίων, nom. vir. demin. ab *Eurytus*, Græcorum more: sic acc. *Eurytiona* ap. *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 300. — Fuit autem — 1.°) Centaurus, Ixionis et Nubis filius (*Hygin. fab.* 33), qui « quod Dejaniram Dexameni filiam speratam suam uxorem petiit » (ab *Hercule*) occisus est (*Id. fab.* 31). — Huc spectat, omisso nomine, loc. *Ovid. Ib.* 462. — 2.°) Item centaurus Thessalus, qui vino plenus in nuptiis Pirithoi cum Hippodamia, naribus auribusque ipsi a Lapithis in pugna cæsis, periit. *Propert.* 2. 33. 31., *Ovid.* 1. *Art. am.* 593., coll. *Hom. Od.* 21. 295. *sqq.*, ubi *Eurytus* vocatur, ut ap. *Ovid.* 12. *Met.* 219-229. De eo vd. etiam *Paus.* 5. 10. 8. et *Eustath.* 1910. 6. — 3.°) Item Martis et Erytheæ filius, pastor seu bubulcus Geryonis, occisus ab Hercule, teste *Serv. loc. cit.*, coll. *Hes. theog.* 293., *Quint. Smyrn.* 6. 255., *Tzetz. Lyc.* 651., *Schol. Pind. Isthm. I.* 15. et *Mythogr. I. fab.* 68. — 4.°) Item miles, a Parthenopæo interfectus, ap. *Stat.* 9. *Theb.* 749. *sqq.* — 5.°) Item Trojanus, comes Æneæ, filius Lycaonis et Pandari frater, memoratus *Virg.* 5. *Æn.* 495., 514. et 543., ex *Hom. Od.* (21. 295.: cf. *Heeren, De chorographia a Val. Fl. adhibita*, Götting 1899. 10). Cf. etiam *Hygin. fab.* 273. — 6.°) Item Iri et Demonassæ filius, Actoris nepos, frater Eurydamantis, Argonauta, ap. *Hygin. fab.* 14., coll. *Apoll. Rh.* 1. 71. et *Schol.* ad *Orph. Arg.* 180 (ubi Εὐρυτίων Ἴρου *Burmann* pro ἀκτορίων ἴλου) et *Val. Fl.* 1. 378., qui *ibid.* 489. eum vocat *Eurytum*, dictus *Ovid. loc. cit.* impiger.

EUSCHĒMŌ, us, f. 4. (Εὐσχημώ) et

EUSCHĒMON, ŏnis, m. 3. (Εὐσχήμων). V. voc. seq.

EUSCHĒMUS, i, m. 2. (Εὔσχημος, i. e. *honestus, decorus, speciosus*) cogn. vir. Græcan. *Inscr. ap. Momms. n.* 4605. et 674., ubi *Euscemus*. — Hinc *Euschemo*, nutrix Musarum, Croti mater, ap. *Schol. Germanic. p.* 90. et 159. — *Euschemon*, cogn. vir. Græcan. *Corp.* 8. 9464.

EUSĒBĒS, is v. ĕtis, m. 3., et

EUSĒBĬA, æ, f. 1., et

EUSĒBĬĀNUS, a, um, adject. V. voc. seq.

EUSĒBĬUS, ii, m. 2. (Εὐσέβιος, *pius, venerabilis*) Scribitur *Eusiblus*, *Eusevius* et etiam *Heusebius*, cum aspiratione, in titulis, præsertim Christianis. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.°) In sing. num. — *a*) Eusebius, præses Lyciæ et Pamphyliæ, sub Constantino M., vir perfectissimus (a. 311), ut dicitur in *Cod. Theod.* 13. 10. 2. — De tempore vd. *Seeck, Ztschr. f. Sozial- u Wirtschaftsgesch. IV.* 290. *sqq.* — *b*) Eusebius, cognomento Mattyocopa (*Ammian.* 15. 5. 4), comes rerum privatarum sub Constante imp. a. 342 (*Cod. Theod.* 10. 10. 6). De eo *Ammian.* 15. 5. 4. scribit: « Dynamius fraudem comminiscitur impiam (a. 355), subornatore et conscio - Lampadio præfecto præt. et Eusebio ex comite rer. priv. », sc. contra Silvanum, pedestris militiæ rectorem; qua fraude detecta, omnes nihilo minus sunt absoluti (*Id. ibid.* 14). — *c*) Eusebius, præf. cubiculi Constantii II. imp. (*Ammian.* 14. 10. 5., 15. 3. 2., 18. 43. etc., *Philostorg.* 4. 1., *Socr.* 2. 2. 5), homo mali animi multisque exitiosus, teste *Ammian. locc. citt.*; tandem a Juliano imp. supplicio affectus, ut refert idem *Ammian.* 22. 3. 12. « Eusebium - alte spirantem et dirum, addixere pœnæ letali, quem ab ima sorte ad usque jubendum imperatori pæne elatum ideoque intolerabilem, humanorum spectatrix Adrastia aurem - quod dicitur - vellens monensque ut castigatius viveret, reluctantem, præcipitem tamquam e rupe quadam egit excelsa ». — *d*) Eusebius, cognomento *Cronius* v. *Cronius Eusebius*, consularis Æmiliæ, vicarius Italiæ, quæ potestas « contemplatione vitæ atque eloquentiæ ejus ab invictissimis principibus est delata ». Ita *Inscr.* in *Corp.* 6. 1715. Cf. *Symmach.* 9. *ep.* 55. — *e*) Eusebius, orator eloquentissimus (*Macrob.* 1. *Sat.* 24. 14), facundus et eruditus vir ac rhetor præstans doctrinæque latiaris haud inscius (*Id.* 1. *ibid.* 2. 7), Graja et doctrina et facundia clarus (*Id. ibid.* 6. 2), vir omnium disertissimus (*Id.* 7. *ibid.* 9. 27). — Ejus disputatio, quam fertur habuisse de arte oratoria apud Virgilium (*Id.* 1. *ibid.* 24. 14), tota intercidisse videtur. Cf. *Rufin. de comp. et metr. orat. p.* 581. — *f*) Eusebius, ab Emissa in Syria, cognomento *Pittacas*, orator concitatus, teste *Ammian.* 14. 7. 18., inique oppressus ac letali supplicio affectus a crudeli Gallo imp. a. 353., uti narrat idem *Ammian.* 9. 4-6. « Eusebius vero (*in judicio*) objecta fidentius negans, suspensus in eodem gradu constantiæ stetit latrocinium illud esse, non judicium clamans. - Doctus id Cæsar libertatemque superbiam ratus tamquam obtrectatorem audacem excarnificari præcepit, qui ita evisceratus ut cruciatibus membra deessent, implorans cælo justitiam, torvum renidens fundato pectore mansit immobilis - tandem nec confessus nec confutatus, - pœnali est morte multatus et ducebatur intrepidus temporum iniquitati insultans, imitatus Zenonem illum veterem Stoicum, qui, ut mentiretur quædam laceratus diutius, avulsam sedibus linguam suam cum cruento sputamine in oculos interrogantis Cyprii regis impegit » (Cf. ANAXARCHUS). — *g*) Eusebius, vir quidam, poetica quadam vel oratoria facultate præditus, Veriæ Liceriæ, uxoris Arborii, proavus, laudatus *Auson. parent.* 16. — *h*) Eusebius, pont. max., Marcelli successor, origine Græcus, nat. in Calabria, Romæ imperante Maxentio tyranno a. 310 (al. 308), qui ab initio Christianis se benevolum præbuit; verum postea eos persequi cœpit ac pontificem Rom., ante Marcellum, dein Eusebium in exsilium compulit (*Damas. epigr.* infra *adl.*), qui quattuor tantum mensibus regni exactis (a. d. XVIII. m. Apr. - XVII. m. Aug.), in Sicilia sancte decessit eod. an. (al. 308. al. 311), succedente sibi Melchiade (*Opt.* 2. *schism. Don.* 2. 3., *Augustin. ep.* 53., *Prosp.* et *Hier.* in *chron.*): ejus corpus a Sicilia in Urbem translatum fuit et in crypta, quæ ab eo *Eusebii* dicta est, in cœmeterio Callisti, sepultum, ut videtur seq. an. 311. operâ ejusd. Melchiadis (*al.* Miltiadis: *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1864. *p.* 52.*sqq.*). An martyrium subierit, quidam dubitant; de hoc tamen testimonium exstat Damasi papæ, in epigrammate ab eo scripto in Eusebii memoriam, qui ad communionem ecclesiæ Rom. lapsos pœnitentes admisit, Cornelii, Lucii, Marcelli pontificum ritum secutus. Illud autem ita se habet: « Heraclius vetuit lapsos peccata dolere: Eusebius miseros docuit sua crimina flere: Scinditur in partes vulgus, gliscente furore: Seditio, cædes, bellum, discordia, lites: Extemplo pariter pulsus feritate tyranni Integra cum rector servaret fœdera pacis Pertulit exsilium omnino sub judice lætus Litore: Trinacrio mundum vitamque reliquit » (Euseb. ep. et mart.). Quæ carmina alii aliter interpretati sunt. *De-Rossi* (*Bull. arch. IV. p.* 28) putat tumultus excitatos fuisse lapsorum causa a rigidioribus, inter quos fuit Heraclius in epigrammate laudatus, qui eos etiam pœnitentes ad communionem admittendos esse præfracte negabat; *Constant* vero (*Epist. RR. PP. I*) et *Schrodi* (*Stor. d. Pap., Marcell.*) censent, Eusebium voluisse, ut lapsi pœnas canonicas subirent, quod ex iis complures, duce Heraclio, detrectarant; hinc seditio oborta, quæ brevi sedata est (*Lib. Pontif.* ed. *Duchesne I.* 164. et 167) et exsilii pœna, Heraclii impulsu, sancto illi pontifici a Maxentio inflicta, cui et ipse Heraclius subjacuit (*Funk, Stor. d. Chiesa I.* Roma 1908). In *Martyr. Rom.* VI. K. Oct. legitur tantum « Item (*nat.*) Romæ sancti Eusebii Papæ ». ed. 1914. p. 301. — *i*) Eusebius, *Cæsariensis* episcopus in Palæstina (a. 265-340), frater Eusebii Nicomediensis (*Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 15), cognomento *Pamphilus*, quod gratus ex præceptore suo Pamphilo sumpsit, quem maxime venerabatur; quia ei, Maximino imp. in christianos sæviente, in vincula conjecto adstitit, ac biennio ibi (a. 307-309) cum eo conversatus simul etiam apologiam Origenis composuit. Ejus autem, qui ob Christi fidem martyr occubuit (a. 309), vitam deinde scripsit; inde tamen, præsens mortis periculum metuens, Tyrum et hinc in Ægyptum fugit, ubi tamen captus fuit et in carcerem detrusus; sed brevi, pace Ecclesiæ restituta, fort. a. 313., liber ad episcopi Cæsariensis dignitatem evectus est, magna exinde Constantini imp. gratia donatus. — Hæresi Ariana invalescente, ita se gessit, ut, mediam quandam viam ingressus, huic videretur aliqua ex parte favere, quum ὁμουσίαν, ab Athanasio et catholicis omnibus propugnatam, falso ad Sabellianam hæresim vergere posse existimaret, quamquam in Concilio Nicæno (a. 325) definitæ fidei formulæ subscripsit; sed in ejus operibus nusquam vox ὁμούσιος occurrit (*Bardenhewer Patr. II.* 15); præterea Arianorum amicitiam haud neglexit, conciliis Antiochiæ (a. 330) ac dein Tyri (a. 335), Ariana factione coactis, adfuit; Constantino imp. nihilo minus addictissimus, quem vivum ac mortuum maximis laudibus est usquequaque prosecutus; paulo post, fort. a. 340 (al. 338), et ipse decessit habuitque successorem Agapium, discipulum suum (*Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 3). — Plurima scripsit opera, quorum præcipua recenset *Hieronym. vir. ill.* 81., in primis *Chronicon* (παντοδαπὴ ἱστορία), in duas partes divisum (sc. χρονογραφία et κανὼν χρονικός) et *Histor. Eccl.*, (ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία), ab Hieronymo latine redditam, usque ad an. 379., ob quæ et *chronographi* et *Herodoti christiani* ac *patris historiæ eccl.* quasi agnomina sibi promeruit, teste *Sidon.* 8. *ep.* 6., coll. *Paulin. ep.* 3., *Hieronym.* et *Augustin.* pluribus in locis, ex quibus multa erui possunt ad ejus vitam illustrandam. Nec tantum historicis studiis operam dedit, sed et commentaria adornavit in sacras litteras, Origenianam rationem sectatus, quæ tamen interciderunt, præter illud, quod in Psalmos scripsit et, mutilum quamvis, edidit cl. *Montfaucon*, cum aliorum fragmentis a *Mai* et *Pitra* collectis: item quandam *Concordiam Euangel.* (*Mign. XXII.* 1275-1292). Optime autem meritus est de christiana religione, quam eruditissime valideque defendit contra ethnicos in opere, *Præparatio Euang.* (εὐαγγελικὴ προπαρασκευή) inscripto, in quindecim libros diviso, et *Demonstratio Euang.* (εὐαγγ. ἀπόδειξις) in viginti libros, quorum decem tantum priores ætatem tulerunt (*M.* XXII. 13-794); itemque ex his excerptum, titulo *De theophania* (περὶ τῆς θεοφανείας) in quinque libros, quod in antiqua Syriaca translatione integrum exstat; dein *contra Ierociem* seu contra vitam Apollonii, a Philostrato confectam, cujus miracula aut inventa, aut dæmonis artibus tribuenda, aut potius fabulosa omnia esse demonstrat. Denique in re dogmatica scripsit *contra Marcellum* (κατὰ Μαρκέλλου: *XIV.* 707-826), ab Arianis depositum, et contra errorem Sabellii *Theologiam Eccl.* (περὶ τῆς ἐκκλ. θεολ. *XXIV.* 825-1046), ubi exponit veram de Verbo doctrinam. Homiliæ tamen, quæ latine exstant (*XXIV.* 1047-1208), saltem ex parte, falso Eusebio adjudicantur. — Operum catalog. præbuit *Phot. cod.*, coll. *Hieronym. vir. ill.* 81. et *Assemani Bibl. or. III.* 81. — De eo scripserunt *Stein, Eusebius, Bisch. v. Cæs. nach seinem Leben, seinen Schrift.* etc. Würzb. 1859., coll. *A Dict. of Christ. biogr. II.* Londr. 1880. *p.* 308-355.; *Bardenhewer op. cit.* 1908.; *Schwartz, PW.* 6. 1370-1439., al. — *l*) Eusebius, *Nicomediensis* episcopus, *Collucianista* dictus *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 15., idest discipulus Luciani Samosateni, presbyteri Antiochensis, patris Arianæ hæresis, qui doctrinæ « subordinatianæ, quæ dicitur, mordicus adhæserat, sed martyrio postea (a. 312) gravissimam labem expurgavit (*Eus. h. eccl.* 8. 13. 2); affinis Juliani imp., cujus et præceptor fuit (*Ammian.* 22. 9. 4). — Maximus exstitit Arii fautor, qui, si Nicænæ formulæ calamo subscripsit, animo tamen ita repugnavit, ut alteram synhodum curaverit cogendam, quo et Athanasius damnaretur et Arius non solum revocaretur ab exsilio, sed etiam in communionem reciperetur, quod tamen assequi non potuit (*Cassiod.* 2. *ibid.* 5. *sq.*, 9. 11. et 3. 10., coll. *Rufin. h. eccl.* 1. 5. et 12. *sq.*); quamvis magno apud Constantinum imp., quem in extremo vitæ baptizavit (a. 339. *Hieronym. chron.* et *Cassiod.* 3. *ibid.* 12), ac dein apud Constantium II. favore polleret, totus in catholicis insectandis fovendisque Arianis (*Cassiod.* 1. *ibid.* 17., 2. 22. 28. et 4. 1., 8. et 9), iamque potens, ut, Paulo expulso, sedem invaderet Constantinopolitanam; sed morte paulo post perculsus est a. 341 (al. 342). — Plures epistolas scripsit de re Ariana, quæ interciderunt, præter eam, quam misit ad *Paulinum*, Tyri episcopum, ap. *Theodoret. h. eccl.* 1. 5. exstantem, et alterius fragmentum ad *Arium* in *Athanasio* (*De synhodis c.* 17). Memoratur etiam *Hilar.* ad *Const. M.* 1. 5. et *Ambros. de fide* 3. 15. — *m*) Eusebius, *Vercellensis* episcopus ab a. 340., natione Sardus, Romanæ urbis lector, primus in Occidentis partibus in eadem ecclesia eosdem monachos instituit esse quos clericos. Arianæ autem hæresi ea tempestate, ubique ruinas inferenti, viriliter ita obstitit, ut ejus invicta fides Liberium, Rom. pontif., ad vitæ solatium erigeret. Hujus porro desiderio obsecundans, una cum Lucifero Calaritano, ut ejus adjutor, in Galliam profectus est, ubi erat Constantius imp., fervidus Arianorum patronus, ad concilium Arelatense a. 353.; inde vero, quum aliud concilium Mediolani contra Athanasium colligeretur, a Liberio et a Constantio invitatus, ad hanc urbem perrexit a. 354., statimque ibi Nicænam fidem proposuit omnibus subscribendam, antequam cetera tractarentur; at quum Ariani irati id negassent, nedum in Athanasium renuit ipse subscribere sed et Dionysii, episcopi Mediolanensis, qui ab hæreticis deceptus subscripserat, captam simplicitatem ingeniosissime liberavit (*Lucif. Calarit.* pro *s. Athan.* 2. *p.* 894. *M.*). Quare, illis instigantibus, Eusebium, Luciferum ac Dionysium in exsilium compulit imperator a. 356 (al. 357), teste *Eus.* in *chron.* ad Olymp. 283. 3. — Relegatus prius in Scythopolim, ubi multa perpessus est ex hæreticorum crudelitate et effronti inverecundia, ut patet ex ejus litteris ad Vercellensem aliasque finitimas civitates, tum etiam ad Gregorium, episcopum Hispaniensem, robore plenis, pietate ac religione (*Migne XII. p.* 947., coll. *Hilar. op. hist. frg.* 11. *n.* 5); dein in Cappadociam; postremo ad Thebaidas Ægypti superioris missus (*Rufin. h. eccl.* 1. 27), ibi mansit usque ad mortem Constantii (a. 361); unde, successoris Juliani Aug. venia, qui episcopos relegatos propriis sedibus restituendos curavit, postquam resarciendis fidei detrimentis ad Alexandrinam synhodum se contulit et Orientis provincias peragravit, in fide labantes confirmans, mox in Illyricum tandemque in Italiam digressus, hæc, ad tanti luminis reditum hilarata a. 362. v. 364., lugubres vestes in festas convertit ac Vercellensem populum iterum sua præsentia ac studio catholicæ religionis contra hæreticos propugnandæ recreavit. — Insignis hic fidei athleta obiit in pace a. 371. v. 372 (*Hieronym. in chron.*), sanctorum cultu statim honoratus, *confessoris* olim (*Ambros. ep.* 63. et *Greg. Tur. gl. conf.* 3), serius a plerisque, nunc vero in universa Ecclesia *martyris* titulo, cujus memoria XVIII. K. Jan. celebrior habetur, quando episcopus ordinatus est; festum autem XVII. K. Jan. recolitur (*Martyr. Rom.*, Kal. Aug., ed. 1914. *p.* 232). — Plura scripsit, quæ interciderunt, ut commentaria in Psalm., ex Græco in Latinum sermonem translata, Eusebii Cæsariensis (*Hieronym. vir. ill.* 96. et *ep.* 61); nec aliud superest nisi tres epistolæ, ap. *Migne* (*P. lat. XII.* 947-954. et *X.* 713-714). *E. A. Burn* in *Journal of theol. stud. I* (a. 1900-1901). 592-599. Eusebio Vercell. adjudicat symb. *Quicumque* et l. *de Trinitate* Pseud.-Vigilii. Porro in thesauro majoris templi Vercellensis codex mss. Euangeliorum adservatur, opus ex testium fide dignorum auctoritate Eusebio eidem tribuendum (*Belsheim, Cod. Vercell. Quattuor Euang. ante Hieronym. latine transl. ex reliq. cod. Vercell. sæc., ut videtur, IV. script. et ex edit. Iric. principe*, Cristian. 1894. V. etiam *F. Savio, Gli antichi vescovi d'Italia, Piemonte*, Torino 1899. *p.* 412-420). — 2.°) In plur. num. occurrit *Eusebiorum* nomen sub aliquot *Inscriptionibus* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1876. *p.* 196. et collegium significat seu sodalitium funeraticium privatum, cujus socii *Eusebii* appellabantur, ut in *aliis* agnomina *Eutropiorum*, *Eutychiorum* etc., fortasse ab harum sodalitatum auctorum nominibus sumpta (V. *De-Rossi, I Collegi funeraticii famigliari privati* etc.

in *Comm. Philol.* in *hon. Th. Momms.* Berol. 1877. *p.* 704-711). ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1864. *p.* 109. — Abs. *Corp.* 3. 2316. et ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 376. 5. — *Eusebia* v. *Eusevia* et, Gr. pos., *Eusebie (es)*, Εὐσεβία, cogn. mul. in *Corp.* 5. 7404. et ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 480. 2. — Fuit etiam — *a)* Uxor secunda Constantii II. imp., corporis morumque pulcritudine laudata *Ammian.* 18. 3. 2. et 21. 6. 4., ad cujus honorem maritus diœcesim Bithyniæ *Pietatem* cognominasse dicitur *(Id.* 17. 7. 6); eam namque « ex conjugibus, quas plurimas sortitus est, præcipue dilexit, decoram quidem, verum per Adamantias et Gorgonias et alia importuna ministeria vexantem famam viri, contra quam feminis modestioribus mos est ». *(Aur. Vict. epit.* 42. 20., coll. *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 1). — Aliæ ap. *Augustin. hær.* 46. *p.* 36. *M., Venant. carm.* 4. 28. et *Anon. Vales.* 12. 58., coll. *Jorn. Get.* 52. — *b)* Etiam urbs Cappadociæ, postea *Cæsarea*, a quodam Ariarathe seu Ariobarzane rege, cui *Eusebia* nomen, appellata, ut ex nummis ap. *Cavedoni, Spic. Numism. p.* 253-256., coll. *Bull. d. Ist. arch.* a. 1852. *p.* 165.*sq. Cf. Cic.* 15. *Fam.* 2. — *Eusebes*, cogn. vir. Græcan. *Inscr.* in *Bull. d. Istit. arch.* a. 1881. *e.* 14. — In *aliis* apud *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5442. Eusebetis (genet. forma producta). Adde *alias* in *Corp.* 8. 7667. et in *Rev. Arch.* a. 1880. *I. p.* 186. — Fuit cognomentum quorundam regum Cappadociæ et Syriæ (Cf. *Cic. loc. cit.* et *Trog. prol.* 40). — Etiam *Eusebium* (Εὐσέβιον) 2. nom. mul. demin., ὑποκοριστ. effictum, habet *Murat. Inscr.* 536. 2. et 2042. 6. Cf. ABROTONIUM, GLYCERIUM etc. — Hinc *Eusebianus*, adj. ad Eusebium aliquem pertinens, ut *Eusebiani lares* ap. *Sidon.* 4. *ep.* 1 (al. 2). — Absolute, *Eusebiani* dicti sunt hæretici, ab *Eusebio* Nicomediensi, Arii maximo fautore, ut ait *Rufin. h. eccl.* 1. 12. 17. *Mar. Victorin.* 1. *c. Arium*, 43. ita scribit « isti Ariani, isti Lucianistæ, isti Eusebiani, isti Illyriciani sed abjicientes aliqua, auferentes aliqua et mutantes, omnes diversæ opinionis hæretici ».

EUSENE, es, f. 1. locus in ora Paphlagoniæ inter Amisum et Halyn, dictus etiam Δαγάλη *(Arr. Pont. Eux.* 22. et *Anon. peripl. Pont. Eux.* 26., coll. *Ptol.* 5. 4. 4. Memoratur *Rav. p.* 17., ubi *Æzene.* et in *Tab. Peut.* 10. *Miller*, ubi *Ezene.* — Apud *Kiepert, Karte v. Kleinas.* A *IV.* est Kaljon Burnu.

EUSENI, ōrum, m. plur. 2. populus Asiæ, vicinus Persis, confinis Chionitarum. *Ammian.* 16. 9. 4.

EUSERIUS, ii, m. 2. vicarius Asiæ, vir præstabili scientia litterarum abundeque honoratus, sed in jus actus criminis suspicione una cum aliis, jussu imperatoris, Asiæ proconsule Eutropio, « multitudine innumera continente et onerante quæstibus cælum » jugulatus est. *Ammian.* 29. 9., 34. et 35.

EUSIGNIUS, ii, m. 2. (Εὐσίγνιος, vox hybrid., ut videtur, ab εὖ et *signum*, quasi *bonum signum* v. *omen* habens) ¶ 1. Fuit proconsul Africæ a. 383. *Cod. Theod.* 1. 3. 1.; 12. 1. 95., *Symm.* 4. *ep.* 74. ¶ 2. Item præf. prmt. Italiæ a. 386-387. *Cod. Theod.* 1. 29. 6., 32., 5.; 6. 24. 4.; 8. 7. 18. 8. 4. etc., ad quem *Symmach. ep.* 4. 66-74. scripsit, coll. 5. 76. 3.

EUSORUS v. Eussorus, i, m. 2. (Εὔσωρος et Εὔσσωρος, *bene congerens)* ¶ 1. Fuit rex Thraciæ, pater Acamantis, memoratus *Dict.* 2. 35., coll. *Hom. Il.* 6. 8. ¶ 2. Item pater Cyzici, ejus, qui Argonautas humaniter excepit. *Hygin. fab.* 16. Sed cf. *Apoll. Arg. I.* 948. *sq.* = *Orph. Argon.* 506.

EUSTACHIUS, ii, m. 2. (Εὐστάχιος, *bonas spicas* ferens) Scribitur *Eustacius*, omissa aspiratione, in quibusd. Codd. et edit. libris; sed *Eustachii* lectio confirmatur *Inscr.* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. II. p.* 390. — Memoratur *Eustachius*, filius Ambrosii Theodosii Macrobii, cui pater dedicavit suum *Commentarium in Scip. somnium* et *Saturnaliorum* libros, ut ex *præf.* ad hæc constat. — Item præf. præt. in Oriente a. 305. sub Anastasio imp. *Cod.* 1. 4. 19. et 1. 55. 11. — Item episcopus Lilybæorum in Sicilia, qui hæresim Heracleonitarum refellit. *Auct. prædest.* 1. 16. — Item episcopus Massiliensis, sanctitate eximius, teste *Sidon.* 7. *ep.* 2. a. 472. — Dux insignis sub Vespasiano ac Tito, antea Placidus, dein Eustachius dictus, Christianam religionem amplexus multaque in vita privata constanter perpessus, rursum ad bellum invitatus sub Trajano et victor, idcirco, illo demortuo, a successore Hadriano triumpho honestandus, quum detrectasset diis sacrificare in gratiarum actionem, Romæ cum Theopista uxore et duobus filiis Agapito et Theopisto ob hanc fidei confessionem damnatus est ad bestias, sed Dei ope ab iis nil læsus, in bovem æneum candentem cum eis inclusus, illustre martyrium consummavit *(Martyr. Rom.* XII. Kal. Oct. ed. a. 1914. *p.* 293). — De quibusdam nihilo minus, quæ de eo ejusque familia singularia narrantur, valde dubitant eruditi perinde ac si extra fidem esse videantur. — Alios vide sis ap. *Prosp. chron.* ad a. 386., *Rufin. h. eccl.* 1. 11., *Hilar. op. hist. frg.* 3. *n.* 29. — In tit. *Eustachia*, nom. mul. Chr. ap. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. n.* 409., ubi *Eustacia.* — Alia in *Cod.* 4. 32. 13.

EUSTASIUS, ii, m. 2. (Εὐστάσιος, *bene stans)* ¶ 1. Fuit episcopus Augustanus, qui per Gratum presbyterum suum subscripsit concilio, Mediolani habito ab Eusebio episcopo, memoratus in *Synhod. ep.* ad *Leon. M.* a. 451. ¶ 2. Item hæreticus, cujus scripta damnavit *Gelasius* pap. *ep.* 42. et etiam *Hormisd.* pap. *ep.* 125., ubi lectio varia est. — *Eustasia*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2981.

EUSTATHIUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐστάθιος, *bene stans)* Scribitur etiam *Eustatius* sine aspiratione in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2772. et ap. *De-Rossi, R. S. III.* — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. In libris — 1.°) Eustathius, Cappadox, rhetor et philosophus, Iamblichi discipulus, Platonicus, Ædesii successor, de quo *Ammian.* 17. 5. 15., coll. *Eunap. vit. sophist.* 29. *sq.* (Cf. *Zeller, Phil. d. Gr. V.* et *Sievers Leben d. Liban.* 78. et *alib.).* — 2.°) Eustathius, philosophus sua ætate (a. 334. p. Chr.) valde probabilis, amicus Nicomachi Flaviani *(Macrob.* 1. *Sat.* 6. 4), unus ex interlocutoribus in Saturnalibus Macrobii (1. *Sat.* 5. 13. *sqq.*, 2. *ibid.* 8. 5. *sqq.*, 7. *ibid.* 5. 14. *sqq.)*, in disputatione præcipua de Virgilii astrologia et philosophica scientia. — 3.°) Eustathius, quæstor sacri palatii sub Theodosio II. a. 415. et 416. *Cod. Theod.* 1. 8. 1. et 6. 26. 17.; præf. præt. Orientis a. 420. *Ibid.* 7. 16. 3., 8. 4. 27. et *alib.* et *Cod. Just.* 12. 46. 4.; consul a. 421. cum Agricola. *Hieronym., Marcellin., Idat.* et *Cassiod. in chron.* — 4.°) Eustathius, episcopus primum Berœæ in Syria, dein (a. 324) Antiochiæ, nat. Side in Pamphylia *(Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 4). — Interfuit concilio Nicæno a. 325., propugnator fidei, primum contra Arianos, mox contra Semiarianos; quod ægre perpessi adversarii eum variis criminibus accusarunt apud imperatorem, qui credulus Eustathium, ab sede depositum, exulare coegit Trajanopolim, in Thracia, ca. a. 328., ubi etiam a. 337. sanctissime obiit *(Hieronym. c. Rufin.* 3. 42. et *vir. ill.* 85. et in *chron.)*, appellatus *Magnus* a *Cassiod.* 5. *ibid.* 42. — Ejus scripta *de anima, contra Origenem* (κατὰ Ὠριγένους διαγνωστικὸς εἰς τῆς ἐγγαστριμύθου θεώρημα) et innumeras epistolas memorat *Hieronym. vir. ill.* 85.; quorum operum aliquot in Syriacum quoque sermonem versa sunt; ejusdem præterea de Christo documentis usi sunt Theodoretus et Eustratius inter Græcos, et Gelasius pap. et Facundus inter Latinos. — Eustathii natalis est XVII. Kal. Aug. in *Martyrol. Rom.* ed. 1914., ubi dicitur « doctrina et sanctitate celebris - sub Constantio imp. Ariano ob catholicæ fidei defensionem - pulsus exilio »; sed, confuso nomine, *Eustachius* nuncupatur *(p.* 218). — Ejus fragmenta collegerunt *Gallandi* (Vet. Patr. Bibl. IV), *Migne* (Gr. XVIII. 613. *sqq.)* et *Pitra (Analect. sacr. II).* Cf. *Tillemont, Mémoir. VII.* 21-31. et 646-656. — Hinc *Eustathiani*, ejus sectatores dicti, qui, ab episcopo Ariano abhorrentes, sibi alium elegerunt, demum sub Alexandro, episcopo catholico, iterum, schismate sublato, ad unitatem reversi sunt. *Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 24. et 10. 25. — 5.°) Alii, ex quibus notiores sunt episcopus Berytensis, unus ex auctoribus latrocinii Ephesini *(Liberat. breviar.* 13): item episc. Sebastenus, æqualis Basilii Ancyrani *(Hieronym. vir. ill.* 89), dubiæ fidei *(Hilar. de Synhod.* 90., coll. *Mansi, Coll. conc. II.* et *III.* et *Loofs, Eust. v. Seb. u. d. Chron. d. Basil. Brief.* 1898): item vir disertissimus sæc. V., qui homilias in Hexæmeron Basilii « ita transtulit in Latinum, ut ingenium doctissimi viri facundiæ suæ viribus æquiparasse videatur », ut scribit *Cassiod. inst. div. litt.* 1.: item episcopus Thessalonicæ, celeber ob commentarios in *Pindar.*, in *Dionys. perieg.*, in *Homer.*, auctor *Schol., Grammat., Lex., Hist., Geogr.*, de quo vd. *Cohn* in *PW.* 6. 1452-1488.; sed de hoc aliisque nulla est mentio nisi apud Græcos scriptores. ¶ 2. In titulis nom. vir. Gr. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2772. et *Mai, Nov. Coll. V. p.* 375. 7. — *Eustathia (Eustatia)*, Εὐσταθία, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5025. ap. *Momms. n.* 3190. et abs. in *Corp.* 8. 2820.

EUSTOCHIA et

EUSTOCHIUM. *V.* voc. seq.

EUSTOCHIUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐστόχιος; ab εὖ et στόχος, *scopus, meta*, quasi *bene* ad *scopum* tendens, *recta* ad *scopum* ictum dirigens, i. e. jaculandi peritus). Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Vir quidam criticus, qui veterum scriptorum libris emendandis operam dabat et « nobilis » dicitur in *Epigr. Anth. Lat. n.* 544. *M.* — 2.°) Item presbyter quidam Arianus occultus, ad quem hereditario jure pervenit caput Johannis Baptistæ, quo ipse ad hæresim disseminandam abutebatur; qua pravitate detecta, ab Emisena civitate est expulsus, ut scribit *Marcellin.* in *chron.* ad a. 453., si tamen est habenda fides vel scriptori vel presbytero, caput Johannis uti genuinum venditanti. — 3.°) Item vir clarissimus, consularis aquarum a. 395., in *Corp.* 6. 3866., coll. *Lanciani, Topogr. p.* 158. et 318. ¶ 2. In titulis nom. vir., abs. in *Corp.* 5. 3602. — *Eustochia (Eustocia)*, Εὐστοχία, nom. mul., quod in cogn. transiit. *Corp.* 5. 1684. — *Eustochium*, nom. mul., ὑποκοριστικός (it. *vezzeggiativo).* — Fuit autem hoc nomine virgo Romana de stirpe Juliorum, filia Paulæ, matronæ nobilissimæ, soror Paulinæ, Pammachii uxoris, nec solum genere sed etiam sanctitate conspicua *(Hieronym. ep.* 108), *Julia* quoque nuncupata, quæ a matre et a sancta Marcella educata in unicum evasit nobilitatis et virginitatis exemplum *(Id. ep.* 127. et in *præf.* ad *comm.* in *Is. l. XIII.* et *præf.* in *l. Jon.).* — Hæc non solum Romæ, ducibus Hieronymo potissimum et Augustino *(Id. ep.* 134), sed etiam per Ægyptum et Syriam peragrans una cum matre et loca sancta Palæstinæ invisens, ubi reliquum vitæ spatium in cœnobio Bethlehemitico transegit, operibus christianæ caritatis intenta, mirabile virtutum omnium specimen dedit, in primis patientiæ in vexationibus tolerandis, quibus opera præsertim Johannis, episcopi Hierosolymitani, improborum invidia subornati, et Hieronymo maxime infensi, sæpe premebatur *(Innoc. ep.* 34. et 35. ad *Hier.* et *Joh.).* Nec tantum studio pietatis sed etiam litterarum, præcipue sacrorum librorum, linguæ Græcæ et Hebraicæ scientissima, vacabat, ut patet ex innumeris locis epistolarum *Hieronymi*, qui ex his tres ei scripsit, sc. 22., 31. et 108, memorata quoque a *Paulino Nol. ep.* 13. — Obiit a. 418. v. 419 *(Hieronym. ep.* 148), cujus natalis dies est IV. Kal. Oct., de qua *Martyrol. Rom.*, ed. 1914. *p.* 303. hæc habet « In Bethlehem Judæ sanctæ Eustochii virginis, quæ ad Præsepe Domini cum aliis virginibus enutrita, præclaris meritis fulgens migravit ad Dominum ».

EUSTOLIUS, ii, m. 2. (Εὐστόλιος, *bene* seu *pulcre ornatus* v. *instructus)* vir clarissimus, pater Theodoræ, memoratus in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 131. *n.* 285. — *Eustolia*, nom. mulieris, quacum turpiter conversabatur Leontius quidam presbyter, dein episcopus Antiochensis, teste *Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 38., coll. *Socr. h. eccl.* 2. 26., ubi Εὐστόλιον dicitur ὑποκοριστικῶς. — *Eustolus*, nom. equi Circensis, in *Ann. d. Istit. arch.* a. 1863. *p.* 168.

EUSTOMUS, i, m. 2. (εὔστομος, *pulcri oris* vir.)

cogn. vir. Gr. *Corp.* 2. 2646. et 12. 5679 *(Papricard).*

EUSTORGIUS, ii, m. 2. (Εὐστόργιος, a στέργω, *amo*, i. e. *bene* v. *recte amans)* ¶ 1. Fuit hoc nomine episcopus Mediolanensis sæc. IV. init., laudatus inter confessores ab *Ambros. de bas. trad. n.* 18. et in *epigramm.* in *Corp.* 5. *p.* 621. *n.* 9. — Ejus festum designatur XIV. Kal. Oct. in *Martyrol. Rom.*, ed. 1914. *p.* 291. hisce verbis « Mediolani sancti Eustorgii primi Episcopi, testimonio beati Ambrosii celebris ». — Insignis ibi antiquitate ac monumentis basilica, ei dicata et a recentioribus illustrata, adhuc visitur. ¶ 2. Item alter sæc. V-VI., memoratus *Ennod. epigr. II.* 149. ap. *De-Rossi* in *Bull. Cr.* a. 1876. *p.* 12. — In *Martyr. Rom. p.* 169. est depositionis dies « sancti Eustorgii secundi episcopi et confessoris » VIII. Id. Jun.

EUSTRATIUS, ii, m. 2. (Εὐστράτιος, *bene pugnans)* episcopus Sufetanus, falsis criminibus accusatus ap. Gensericum, Vandalorum regem, qui eum in exsilium pepulit, paulo tamen post inde revocatus, sed et iterum cum aliis ab Hunerico rege relegatus. *Vict. vit. pers. Vand.* 1. 7. *n.* 23. et *Not. Afr.* — Ejus natalis dies celebratur in *Martyr. Rom.* IV. Kal. Dec., nomine *Eustachii.* — Item alter *ibid.* in Armenia passus, tempore Diocletiani imp., sub Lysia præside, dein « Sebaste sub Agricola præside una cum Oreste exquisitis tormentis cruciatus ac dein in fornacem missus reddidit spiritum ».

EUSTYCHE, es, f. 1. uxor Phylei et mater Megis, ex iis, qui ad Trojam expugnandam contenderunt, teste *Hygin. fab.* 97., ubi tamen alii aliter leg.

EUTACTUS, i, m. 2. (Εὔτακτος, *bene seu ex ordine procedens, ordinatus)* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Marini, Inscr. Alb. p.* 83. — Absolute, in *aliis Corp.* 8. 4497. et 5. 1279. — Occurrit etiam in *Cod.* 6. 83. 2. a. 223. — *Eutacte*, nom. mul. serv. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 580. — Hinc *Eutactianus*, adj. ad Eutactum aliquem pertinens. *Inscr.* ap. *eund. n.* 3725.

EUTALIUS. *V.* **EUTHALIUS.**

EUTANE, es, f. 1. oppidulum Cariæ, inter Cnidum et Ceramium sinum, in recessu positum *(Mel.* 1. 84). Varie tamen scribitur, ut Gr. Εὐθηναί *Polem.* ap. *Steph. Byz.*, Dor. Εὐθάναι; Lat. *Euthanæ* ap. *Mel. loc. cit.* et *Eutane* ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (107). — Alii putant duo oppida fuisse *Euthane* et *Eutane*, unum in Caria, alterum vero in Doride. Sane *Plin. loc. cit.* hæc habet « Doridis in sinu Leucopolis, Hamaxitos, Eleus, Euthene. Dein Cariæ oppida Pitaium, Eutane, Halicarnassus ». De hoc cf. *Bürchner, PW.* 6. 1497.*sq.*

EUTARICUS (Eutharicus v. Eutharichus), i, m. 2. maritus Amalasunthæ et pater Athalarici et Matesuenthæ *(Jorn. Get.* 58. et 297). a. 519. consul *(Cassiod.* 8. *Var.* 1.; *chron.* ap. *Momms. Chron. min. II.* 161., *Exc. Vales.* 80-82., coll. *Momms. N. Arch. f. ält. dtsch. Geschichtsk. XIV.* 241), catholicorum hostis *(Exc. Vales.* 80). De eo est etiam *Inscr.* ap. *Momms. n.* 7206. et ap. *Orelli n.* 3194. et in *Corp.* 5. 7408., coll. 6589., ubi *Ehudericus* legitur. — Cf., præter *Procop. Vand. I.* 14. et *Got. I.* 2., *Dahn, Könige d. German. II.* 176. et *Urgesch. d. germ. u. rom. Völk. I.* 250.

EUTARIUS, ii, m. 2. episcopus e Pannoniis, ex iis, qui synhodo Sardicensi a. 347. interfuerunt et subscripserunt. *Hilar.* in *op. hist. fragm.* 2. *n.* 17.

EUTAXIA, æ, f. 1. (εὐταξία, *bonus ordo seu dispositio, disciplina)*, cogn. mul. *Corp.* 3. 363.

EUTELETOS, i, f. 2. insula Africæ contra majorem Syrtim, memorata *Mel.* 2. 105. — Cf. *Euteles* (i. q. modestus), cogn. vir. Græcan. *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 392. *n.* 737.

EUTERPE, es, f. 1. (Εὐτέρπη, *valde delectans)* ¶ 1. Fuit una ex Musis, filia Jovis ex Mnemosyne *(Hes. theog.* 53. *sq.* et 77. et *Apollod.* 1. 3. 1., *Orph. hymn.* 76. 8. *sqq.)*, mater Lini *(Schol. Il.* 10. 435), melicæ poesis præses, quæ « dulciloquis calamos flatibus urguet », ut canit *Auson. eid.* 20. 4. — Tibias *(flauto)* invenisse traditur *Mythogr. I. fab.* 114. et *II. fab.* 24. et auleticam artem *(Schol. Hes.* 14. 76. et *Fulgent.* 1. 14). Hinc *Horat.* 1. *Od.* 1. 33. « chori Secernunt populo, si neque tibias Euterpe cohibet etc. »: *secernunt populo* refert ad Musam suam jocosam, quæ eum delectare velit, non docere. — *Capell.* 2. *p.* 22. Euterpe de philosophiæ mysteriis disputantem inducit. *et* 1. *p.* 11. *Jovialem* vocat (Cf. *Hes. loc. cit.).* — Ex priscæ artis monumentis, quæ ad eam pertinent, mentione digna est ejus figura in nummo gentis Pomponiæ ap. *Morelli, tab.* 3. *n.* 6. *et Visconti, Mus. Pio-Clem. I. p.* 120. *et II. p.* 176. De hoc vd. etiam *Gerhard, Taf.* 118., 196. et 328., coll. *Bie, Die Musen in der antik. Kunst* 95. *sq.* et 98. et ap. *Roscher* 3270. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp.* 3. 581. — Forma producta *Euterpeni* (dat.) apud *Momms. Inscr. n.* 6946. et in *Not. degli scavi*, 306. a. 1909 *(Romæ).*

EUTETIUS, ii, m. 2. consul cum M. Seio Verano, sed anni incerti, qui plenius *Q. Eutetius Lusius Saturninus* dicitur in *Inscr.* ap. *Borghesi, Œuvr. IV. p.* 446. *sq.* et in *Corp.* 3. 2628., ubi *Momms.* hæc adnotat: « *Borghesius*, adlatis *Tac. (Ann.* 11. 35) et *Senec. (Lud.* 13), hic agnovit Lusium Saturninum, quem inter alios consulares occidit Claudius. Collega ejus, qui præterea non nominatur, *Borghesio* creditur filius L. Seii Strabonis, frater Sejani ». In *Fastis* vero *Borghesi* conjicit hunc consulatum suffectum fuisse, inter a. U. C. 768 (= 14. p. Chr.) et 788 (= 34) collocandum. Porro apud *Senec. loc. cit.* dicitur *Saturnius Luscius*, cum Pedone Pompejo, Lupo et Celere Asinio, Claudii imp. amicus,

EUTHALIUS, ii, m. 2. (Εὐθάλιος, *bene* v. *pulcre floridus)* De orthographia vocabuli hæc habet *Cassiod. orth.* 3. *in fin.* « Eutalium, Eupolim et alia hujusmodi quidam per litteram *g* putaverunt eo quod Græca esse dicerent, sed apud nos *g* littera nunquam vocali conjungitur ». Ex his tria secuntur, nempe *Eutalius* sine aspiratione scribi posse; tum *Egtalius* male scribi; denique nomina Græca tantum *y* sequente vocali aliquando habere, quod tamen et latine fit, ut in *Harpyia.*

Euthalius ¶ 1. Fuit episcopus Colophonius, qui interfuit concilio Ephesino eique subscripsit, uti refert *Mar. Merc. p.* 894. *M.* ¶ 2. Item commentariensis quidam, memoratus in *Act. ss. Claud.* et *soc. Mm. n.* 1. *sq.* ¶ 3. Item celeber diaconus Alexandrinus, dein episcopus Sulcensis, sæc. V (ca. a. 350. *Robinson, Euthaliana p.* 30), qui, præeunte Ammonio sæc. III., a quo primo quattuor euangelia in *sectiones* divisa sunt, ceteros libros N. T., præter Apocalypsim, partitus est in *lectiones* (ἀναγνώσεις), prout in ecclesiis fieri solebat sacrarum scripturarum lectio, more Hebræorum pro V. T., in *capita* (κεφάλαια) et in *versiculos* (στίχοι), quibus partitionibus postea addita sunt ab aliis *argumenta* (ὑποθέσεις), a *Synopsi Script. Sacr.* Pseudo-Athanasii desumpta. Ita primus *Zacagni*, præfectus bibliothecæ Vaticanæ, Romæ a. 1698 *(Collectan. Mon. vet. Eccl. et Lat.*, a *Migne* iterum edit. in sua *Patrol. Gr. LXXXV)* de Euthalio sic tradiderat, hujus opere edito. Verum *Robinson (Texts and studies III.* 3. Cambridge 1895) hoc demonstravit paulatim fuisse a variis scriptoribus concinnatum; tamen ipse censuerim primitivum Euthalii opus, cujus nondum critica editio adornata est, non esse ei omnino abjudicandum, sed alienis manibus fuisse interpolatum. At de Euthalio, de quo nullum, quod sciam, exstat Latini scriptoris testimonium, satis superque dictum est. — De eo cons. *Dobschütz, Euthalius stud.* in *Ztschr. f. Kirchengesch. XIX.* 1898. et *Scrivener, A plain Intr. to the Crit. of the N. T.* Lond. 1894. — Hinc *Euthalia* (Εὐθάλεια, *bona germinatio)*, nom. mul., quod occurrit in titulo chr. in *Corp.* 5. 1638. — *Martyr. Rom.* (1914. *p.* 264) natalem recolit « sanctæ Euthaliæ virginis in Sicilia apud Leontinos, quæ, quum esset Christiana, a fratre suo Servilliano gladio cæsa migravit ad Sponsum » VI. Kal. Sept.

EUTHERIUS (Euterius), ii, m. 2. (Εὐθήριος, *bene feras venatus).* Memoratur hoc nomine ¶ 1. Præpositus quidam cubiculi in aula Constantis et Juliani impp., qui puer in Armenia ab hostibus finitimis captus emptusque a mercatore Romano et eunuchus redditus, qui, ut scribit *Ammian.* 16. 7. 2. *sqq.* « adulescens rationem recte vivendi sollertiamque ostendebat, litteris quantum tali fortunæ satis esse poterat eruditus, cogitandi inveniendique dubia et scrupulosa acumine nimio præstans, immensum quantum memoria vigens, benefaciendi avidus plenusque justi consilii - semper sobrius et in primis consistens ita fidem continentiamque virtutes coluit amplas ut nec prodidisse aliquando arcanum, nisi tuendæ causa alienæ salutis, nec exarsisse cupidine plus habendi arcessaretur ut ceteri ». — Vixit usque ad a. 390. Romæ, ubi liber domicilium suum fixerat. ¶ 2. Item Thyanensis episcopus et Cappadociæ secundæ metropolita, Nestorii sectator et ob id a sua sede depositus a. 431.; postea vero operâ Theodoreti revocatus nec tamen ad bonam frugem reversus, in exsilium est pulsus Scythopolim ac tandem Tyri decessit. — Scripsit XVII. tract. *Adversus varias propositiones*, i. e. contra sententias (ἀναθεματίσματα) Cyrilli Alexandrini *(M. XXVIII)*, quorum fragmentum in Latinum vertit *Mar. Mercat.*, quod habetur inter hujus *Opera p.* 1085. *sqq.* ¶ 3. Alios vide sis apud *Mar. Merc. p.* 895. *M.* et *Hilar. op. hist. fragm. II. n.* 15.

EUTHETUS, i, m. 2. (Εὔθετος, *bene positus, aptus, conveniens)* cogn. vir. Græcan. *Corp.* 5. 1075. et *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5000.

EUTHIA, æ, m. 1. (Εὐθίας) Latini, si credimus *Quintil.* 4. 23.7., nomina Græca masculina in *as* recto casu desinere « non patiebantur; ideoque et apud Cælium legimus *Pelia* Cincinnatus (non *Pelias)* et apud Messallam *Euthia* (non *Euthias)* ». — 1.°) Est autem nom. vir. Gr. *Quintil. loc. cit.* — 2.°) Est etiam nom. insulæ ante sinum Pagasæum, hod. Τρίχερι *(Kiepert)*, vari tamen similius Ἀλατάς *(Kotsowilis).* Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (72)., ubi alii leg. *Eutia* sine aspiratione, vel, male, *Eutychia.*

EUTHYCRATES, is, m. 3. (Εὐθυκράτης, *bene* v. *recte imperans)* statuarius, filius ac discipulus Lysippi, Sicyonius, a. 296. a. Chr., ac Tisicratis et Xenocratis magister. De eo *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (66). « Is constantiam potius imitatus patris, quam elegantiam austero maluit genere quam jucundo placere; itaque optime expressit Herculem Delphis et Alexandrum Thespiis venatorem, et prœlium equestre, simulacrum ipsum Trophonii ad oraculum, quadrigas complures, equum cum fiscinis, canes venantium ». Adde *Senec. contr.* 10. 34. § 11.; dubium tamen est, an hic locus ad eum respiciat.

EUTHYMEDES, is, m. 3. (Εὐθυμήδης, *recti consilii* vir) pictor incertæ patriæ et ætatis, inter artifices quidem non ignobiles sed in transcursu dicendos, memoratus *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (146)., ubi alii leg. *Euthymides.* Ita *Sillig.* in *Catal. artif. p.* 218.

EUTHYMENES, is, m. 3. (Εὐθυμένης, *recti animi* vir) ¶ 1. Vir Massiliensis, de cujus navigatione testimonium exhibet *Senec. qu. nat.* 4. 2. 24 (coll. *Plut. Plac. Phil. IV. p.* 489), quod ita se habet « Navigavi, inquit, Atlanticum mare. Inde Nilus fluit major, quamdiu Etesiæ tempus observant; tunc enim ejicitur mare instantibus ventis. Quum resederint, et pelagus conquiescit minorque descendenti inde vis Nilo est. Ceterum dulcis maris sapor est et similes Niloticis beluæ ». Comprobavit igitur hic Euthymenes Thaletis sententiam de Nili tumore interque eos fuit, qui Nili fontes in occidentali Africæ parte collocant (Cf. *Paus.* 1. 32. et *Dion.* 75. 13). — Opus composuit, inscriptum περίπλουν τοῦ πελάγους τοῦ ἀτλαντικοῦ, cujus fuit epitomator Artemidorus Ephesius, ejus discipulus, ca. a. 150. a. Chr. — De eo vd. *Berger, Gesch. d. Erdk. d. Gr.* 1903. *p.* 131. *sqq.* et 332. *sq.* et *Aristot. ist. de inund. Nil. frgm.* 248 *(p.* 195. 1) *Rose; Ephoros* ap. *Aristid. XXXVI.* 85-96., ap. *Gal. hist. phil.* 88. falso ponitur *Euthymenes* pro *Pytheas:* vd. *Diels Doxogr.* 13. ¶ 2. Item quidam Salaminius, de quo *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 17. (76). « Invenimus in monumentis Salamine Euthymenis filium in tria cubita triennio adulevisse incessu tardum, sensu hebetem, puberem etiam factum, voce robusta, absumptum contractione membrorum subita triennio circum acto ». Adde *Solin.* 1.

EUTHYMIDAS, æ, m. 1. V. voc. seq.

EUTHYMIUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐθύμιος, boni seu tranquilli animi vir) Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Vicarius Asiæ a. 396. sub Arcadio et Honorio impp. Cod. Theod. 8. 4. 19. et 11. 28. 4. et Cod. 12. 58. 8. — Fort. idem est, de quo Liban. ep. 893. et 894. — 2.°) Item quidam apertus Ambrosii, episcopi Mediolanensis, inimicus, cujus furorem contra sanctum antistitem simulque pœnam, qua fuit mulcatus, refert Paulin. Nol. in vit. s. Ambros. 12. — 3.°) Item monachus, frater Ammonii, egregiis virtutibus ornatus (Rufin. hist. mon. 23); de quo tamen Hieronym. ep. 133. « Qui (Rufinus) librum quoque scripsit, quasi de Monachis, multosque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt et quos fuisse describit Origenistas: et ab episcopis damnatos esse, non dubium est, Ammonium videlicet et Eusebium et Euthymium et ipsum Euagrium ». Cf. Cassiod. 10. Hist. trip. 7. ¶ 2. In titulis nom. vir. serv., varie scriptum in nummis, vulgo dictis contorniati, sive in pseudomoneta ap. Eckhel, 8. p. 296. et in Inscr. ap. De-Rossi, Inscr. Chr. I. p. 703. — Euthymia, cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 3251. — Hinc Euthymus (Εὔθυμος), cogn. vir. et nom. serv. in Inscr. ap. Orelli n. 4450. et in Ephem. epigr. IV. p. 110. n. 356., ubi Eutimus legitur sine aspiratione et cum litt. i pro y. — Fuit etiam ita nominatus pycta, de quo Plin. 7. Hist. nat. 47. 48. (152). « Consecratus est vivus sentiensque ejusdem oraculi jussu et Jovis deorum summi adstipulatus Euthymus picta, semper Olympiæ victor et semel victus. Patria ei Locri in Italia etc. » V. integr. loc. — Euthymidas (Εὐθυμίδας), vir quidam princeps, qui, Chalcide pulsus, frustra conatus est patriam in Ætolorum potestatem redigere, a. 192. a. Chr., teste Liv. 35. 37. et 38.

EUTHYMUS, i, m. 2. V. voc. præc.

EUTHYNOUS, i, m. 2. (Εὐθύνοος v. Εὐθύνους, rectæ mentis vir) Elysii Terinæi filius, laudatus Cic. 1. Tusc. 48. 115.

EUTHYPHRON (Euthyfron), ōnis, m. 3. (Εὐθύφρων, rectæ vel sanæ mentis vir), nom. serv., mox libertin. Gr. in Inscr. ap. Fabretti p. 298. n. 357. — Est etiam titulus dialogi ap. Plat., sed a nullo ex Latinis scriptoribus, quod sciam, memoratur.

EUTIA, æ, f. 1. cogn. mul., fort. pro Euthia (Εὐθεῖα, recta), in Corp. 8. 1707.

EUTILIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 3872.

EUTOCIA, æ, f. 1. (Εὐτοκία, fecunditas) cogn. mul. Corp. 5. 6961.

EUTRAPELUS, i, m. 2. (Εὐτράπελος, bene v. facile se vertens) cogn. vir. Græcan. Corp. 8. p. 854. — Abs. in Inscr. ap. Momms. n. 839. et Corp. 2. 4970 (180). — Memoratur etiam Horat. 1. Ep. 18. 31. V. VOLUMNIUS.

EUTREPTUS, i, m. 2. (Εὔτρεπτος, versatilis, mutabilis) nom. vir. Gr. Corp. inscr. metrica 5. 6221., coll. Anth. Lat. n. 1254. « Eutreptus justis bissenos cursibus annos Egit et ante diem mors illum mersit acerbo Funere etc. ».

EUTROPIS, is v. idis, m. 3. V. voc. seq.

EUTROPIUS, ii, m. 2. nom. vir. Gr. (Εὐτρόπιος, probus moribus) Forma Eutropis pro Eutropius ap. Venant. 1. carm. 13., ubi tamen alii leg. Eutropii. Sed v. ita est « Eutropitis enim venerandi antistitis aula »., ubi quomodo Eutropii consistere possit, non video; nam sive Eutropii sive Eutropi legas, versus vitio laborat vel claudicat; sed alii rectius legunt Eutropii illa stanim. — Memorantur autem ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis, et quidem — 1.°) In num. sing. — a) Eutropius, cos. a. 387. cum Valentiniano Aug. III., in Inscr. ap. Orelli n. 2354. et ap. Henzen, Suppl. Orelli n. 6112. et Hieronym. chron. Sed Milne, A hist. of Egypt. und Rom. rule 195. inter a. 388-392. mentionem facit de Claudio Septimio Eutropio, præside Thebaidis, sub Valentiniano II (sic), Theodosio I. et Arcadio. Cf. Seeck, PW. 6. 1520. — b) Eutropius, cos. a. 399. cum Fl. Mallio Theodoro, Arcadio imp., natus in finibus Assyriæ condicione servili (Claudian. in Eutr. I. 58. sqq. et Philost. XI. 4 = Migne, Gr. LXV. 597), sc., sub Ptolemæo milite, dein sub Arinthæo magistro peditum, qui filiam suam ei in uxorem dedit, ita ut sensim, operâ potissimum Abundantii, magistri militum, honorum cursum inire potuerit: hinc eunuchus in aula Arcadii, apud quem adeo valuit ut consul designaretur, superbia, crudelitate, luxuria infamis (Cod. Theod 7. 40. 17), episcoporum insectator (V. JOHANNES Chrys.), æmulus Stilichonis, cujus astu in Cyprum relegatus est moxque Chalcedone capite plexus eodem anno (395. V. Kal. Dec.) quo consul, simul « honore et vita exutus », ut ait Hieronym. in chron. — Contra eum scripserunt Claudian. (carm. 18., 19. et 20) et Joh. Chrys. (Migne, Gr. LII). V. etiam Marcellin. in chron. ad a. 396. et 399. et Cassiod. 9. Hist. trip. 46. et 10. ibid. 4. Cf. FLAVIUS ARCADIUS. — c) Eutropius, vir nobilissimus gentis Dardanæ, maritus Claudiæ, filiæ Claudii Crispi, fratris Claudii Gothici imp., pater Constantii I (Trebell. Claud. 13). — d) Eutropius, proconsul Asiæ sub Valentiniano, Valente et Gratiano a. 371., qui « factionis conscius arcessitus in crimen abscessit innocuus, Pasiphilo eximente philosopho », ut scribit Ammian. 29. 1. 36. Cf. Liban. de vit. 1. p. 106. R. et ep. IV. 191. — e) Eutropius historicus, dimid. sæc. IV. p. Chr., natione Italus, sophista (Suid. Εὐτρ. Ἰταλὸς σοφιστής), religione ethnicus, fort. amicus Libanii et nepos Acacii, oratoris Antiocheni (Eutr. 6. 14), comes Juliani imp. in expeditione contra Parthos (Eutr. 10. 16). — Scripsit Breviarium seu compendium historiæ Romanæ (libr. X) ab urbe condita usque ad sua tempora, sc. ad obitum Joviani imp. (a. 364), dicavitque Valenti, maximo perpetuo Aug., quo hortante dicitur scripta. Ejus fontes fuere Livius præsertim, Suetonius et scriptores Historiæ Augustæ (Cf. Wagener, Philol. XLII. 393. et XLV. 510. sqq. et 522. sqq. [1884]. et Köhler, Qua ratione etc. Diss. Götting. 1860. p. 39). Est autem recti plerumque judicii et in dicendo simplicitatis laude commendandus, tamque acceptus, ut qui (i. e. Παιάνιος) in Græcum sermonem opus verteret et etiam continuaret, fuerit nactus; quod etiam insertum est in Historia miscella, a Paulo Diac. dicata Adelbergæ, Desiderii, regis Langobardorum, filiæ. Alia quoque videtur exarasse, si credimus Suidæ (ἱστορίαν ἐπιτομικῶς τῇ Ἰταλῶν φωνῇ ἔγραψε καὶ ἄλλα), sed hæc interciderunt. Cf. etiam Prisc. I. 8 (p. 8. 19. H.). — De eo vd. Wagener loc. cit.; Rühl, Rh. Mus. N. F. XXIX. 639. sq. et Gensel, PW. 6. 1521-1527. — f) Eutropius, medicus Burdigalensis, dimid. sæc. IV., de quo Marcell. Empir. præf. 1. 16. H. « Aliique nonnulli etiam proximo tempore illustres honoribus viri, cives ac majores nostri, Siburius Eutropius atque Ausonius ». — Scripsit, ut videtur, de medicina; sed quodnam opus exaraverit, ignoratur. — g) Eutropius, episcopus Bracarensis, antea abbas, Pannonius, de quo Greg. Tur. 5. Fr. 38. « Nulli in litteris secundus suis temporibus habitus - versiculos, qui super ostium sunt in basilica s. Martini, ipse composuit ». et Isid. vir. ill. 22. « Floruit, regnante Teudummiro, rege Suevorum, temporibus illis, quibus Justinianus in rep. et Anatagildus Hispanus imperium tenuere ». — Quæ supersunt, habet Migne, L. LXXII. Cf. Gams, St. Eccl. Spagn. II. (1864). — h) Alios vd. ap. Sidon. ep. 3. 6. et ep. 8. 6., coll. Inscr. Le Blant n. 503., Gennad. vir. ill. 50., Cassiod. 9. Hist. trip. 41., Ambros. ep. 15. et Oros. in commonit. ad Augustin. 1.; speciatim martyres in Inscr. ap. De-Rossi, Bull. Cr. a. 1866. p. 45., Greg. Tur. de glor. mm. 56., Cassiod. 10. Hist. trip. 21. — 2.°) In plur. num. Eutropii dicti sunt sodales cujusdam collegii privati funeraticii. De-Rossi, in Comm. Th. Momms. Berol. a. 1877. p. 704-711. ¶ 2. In titulis nom. vir. Gr. Inscr. ap. De-Rossi in Bull. Cr. a. 1876. p. 54. — Eutropia (Εὐτροπία), nom. mul. Inscr. ap. Mai, Nov. Coll. V. 431. 1., ubi Eutropis, pos. Gr., legitur. — Fuit etiam mulier, natione Syra, plenius Galeria Valeria Eutropia, de qua Vict. epit. 40. « Aurelius Maximianus Herculius genuit ex Eutropia, Syra muliere, Maxentium et Faustam, conjugem Constantini, cujus patri Constantio tradiderat Theodoram privignam ». — Item soror Constantini, Constantio Gallo nupta, cui Nepotianum peperit (Id. ibid. 42). — Item matrona nobilissima, natione Arverna, vidua, sanctitate conspicua, quam laudibus exornat Sidon. ep. 6. 2. Cf. Martyr. Rom. XVIII. K. Oct. — Item ethnica meretrix, ad Christum conversa et martyr a. 304. in Act. s. Afr. m. — Eutropus (Εὔτροπος) cogn. vir. ingen. et libert. Corp. 6. 14163. et 3. 1831.

EUTYCHES, ētis, m. 3. nom. vir. Gr. (Εὐτυχής, bona seu prospera fortuna vel vir felix) Scribitur etiam Eutiches, Eutyces v. Euthyces, Eutices v. Euthices, Eutaches, Heutices, Eutychis, Eutichs, uti ex inscriptionibus constat. — Declin.: Genet. Eutychetis communiter. — Eutychis ap. Cassiod. orthogr. p. 147. 12. K. et p. 199. 4., Cod. 1. 5. 8 (a. 452) etc. — Dat. Eutycheti in Corp. 2. 4279. et 8. 3827., Inscr. Neap. 3209., Orell. inscr. 2803. et Henzen, inscr. 5079. — Acc. Eutychem et Eutychen ap. Marcellin. in chron. ad a. 468. et 466., Isid. 6. Orig. 16. 9. et 8. ibid. 5. 66. et Cassiod. orthogr. l. c. — Abl. Eutyche communiter. ¶ 1. Apud auctores hoc nomine memorantur, ex præcipuis — 1.°) Eutyches, vel rectius Eutychis vel Euthychius, grammaticus, laudatus a Cassiod. in tit. c. 9. de orthogr. « Eutychis de aspiratione », scripsit opus, inscr. « Ars de verbo » in libros II. divisum, olim edit. a Camerario Tubing. 1537., dein a Putschio auctius et emendatius, mox a Lindermanno ex cod. Bob., nunc Vindob., post a Keil in Gramm. vett. V. p. 442. sqq.; itemque alia, quæ ibidem commemorantur. — Antiquiores artis grammaticæ scriptores, quibus usus est, non nominavit, nisi quod semel Priscianum, præceptorem suum, ex quo quædam recepisse probabile est, laudavit ut p. 456. sqq. K. « Quia romanæ facundiæ lumen, meus, immo communis omnium hominum præceptor, in quarto de nomine libro summa cum subtilitate copiosissime grammaticus Priscianus disseruisse cognoscitur ». V. Osann, Beiträge II. p. 162-165. et Jeep, Redeteile 98. 1. — 2.°) Eutyches, presbyter Constantinopolitanus et hæresiarcha famosus sæc. V. In monasterium juvenili ætate ingressus, rigido vivendi genere summaque pietate omnibus conspicuus, ideoque in archimandritam electus, tam monachorum quam populi maximam existimationem atque adeo Chrysaphii, potentissimi eunuchi in aula Theodosii imp., favorem sibi conciliavit (Liberat. diac. in Brev. 12. et Vict. Tunon. in chron. ad a. 488). — Ab initio doctrinam secutus est, a Cyrillo Alex. propugnatam et in concilio Ephesino definitam contra Nestorium, de una in Christo persona eaque divina; sed quum vehementi odio in hæresim Nestorianam flagraret, in contrarium excessum incidit ita ut nec duas in Christo naturas, nedum personas, esse defenderit. — Ab Eusebio, Dorylæi episcopo, in concilio prov. Constantinopolitano, Flaviano præside, accusatus et ad se purgandum arcessitus, primum abnuit, dein vero coactus interfuit, re discussa, demum se admittere fassus est ante « incarnationem » duas in Christo naturas, sed post « incarnationem » unam tantum naturam in eo fuisse et hanc divinam, quæ humanam quodammodo absorbuerit, ut de gutta mellis fit, quæ, in mare decidens, spargitur quidem, at non destruitur (Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ etc. (Mansi VI. p. 649). — Fuit igitur dignitate spoliatus et anathemate percussus; attamen, in errore obfirmatus, non resipuit, sed favore fretus, quo apud imperatorem magno utebatur, obtinuit, ut causa rursum ageretur, scribensque ad Leonem M. id impetravit, ut concilium convocaretur; rejiciebat tamen insignem epistolam dogmaticam, quam Pontifex Romanus ad Flavianum miserat de Christi incarnatione (τόμος Λέοντος). — Itaque Ephesi iterum concilium seu conciliabulum, Ephesinum latrocinium (σύνοδος λῃστρική) dictum, celebratum est a. 449., cui præsidere voluit Dioscorus, episcopus Alexandrinus, ardentissimus Eutychetis defensor, voluitque, quominus legati pontificii epistolam dogmaticam legerent eoque stultæ audaciæ pervenit, ut, violentia usus, a suis sedibus deponeret Flavianum, Constantinopolis episcopum, Domnum Antiochiæ, Eusebium Dorylæi, Theodoretum Tyri aliosque atque adeo ipsum Leonem (Grisar, Roma alla fine del mondo ant. I. p. 522. sqq.). Hinc vix se eripere potuit incolumem Hilarus legatus, qui ad Romanum pontificem, quæ ibi fuissent gesta, retulit. — Verum, Theodosio II. vita functo ac succedente Marciano cum Pulcheria, femina sanctissima eademque fidei patrona errorumque expultrice validissima, novum coactum est concilium a. 451. Chalcedone, ubi, legatis pontificiis præsentibus ac fere sexcentis episcopis, lecta exceptaque omnium consensu ac plausu epistola Leonis, ore Petri loquentis, dogma de Christo, vero Deo veroque homine, sollemniter definitum est. — Porro Dioscorus depositus est et in exsilium pulsus damnatusque iterum Eutyches, qui paullo post, sc. a. 458., mortem obiit. Sed cum eo non mortua hæresis, cujus asseclæ, monophysitarum nomine, hac illac diffusi, at in varias sectas pro diversitate opinionum divisi, Orientem infecerunt et hodieque inficiunt (Liberat. ibid. 14. sqq., Marcellin. in chron. ad a. 459., 463. et 466., Leo M. passim et Hydat. in chron., qui Eutychem Ebionitam hæreticum vocat). — Hinc Eutychiani, Eutychetis hæretici sectatores, memorantur Facund. def. trium capit. 1. 5., Leon. M. et eccl. scriptt. passim. — Breviculus historiæ Eutychianorum inscribitur Gelasii pap. tract. pr., cum ep. 7., 11., 12., 18., 26. et 42., coll. Felic. pap. ep. 14. et 15. et Hormisd. pap. ep. 125. et 129. et Marcellin. in chron. ad a. 459., 463. et 466. — Eutychianistæ, item sectatores Eutychetis pertinaces, in Cod. 1. 5. 8. sæpe et ap. Fulg. Ferrand. ep. 3. n. 16. et Mar. Mercat. p. 9. M. 67. ¶ 2. In titulis nom. vir. Inscr. ap. Orelli n. 4412., Corp. 2. 3191.; 3. 1110.; 8. 4105. et ap. Momms. n. 5655. — Eutyche (es), nom. mul. Corp. 8. 8281. et 9431. — Item cogn., forma producta, in Inscr. ap. Momms. n. 4688. Lolliæ Eutyceniis. — Eutychas (æ), nom. serv. et cogn.. vir., fort. contractum pro Eutychanus (Cf. Lucas-Lucanus). Inscr. ap. Brambach n. 1712. — Eutychus (Εὔτυχος), nom. serv. et cogn. vir. ingen. ac libert. Corp. 8. 7355., Inscr. ap. Orelli n. 2553. et 2859. et Marini, Iscr. Alb. p. 38. — Fuit etiam quidam libertus, cui Phædrus tertium suarum fabularum librum dedicavit, ut ex prologo constat, quique in aula Caligulæ imp. opibus et gratia florebat, auriga factionis Prasinæ, in stabulis equitio Claudii exstruendis operis præfectus, non uno munere publico functus (Id. epil. l. c. v. 2. et 8., coll. prol. 3. 5), præsertim judicis. Hinc declaratur locus (epil. v. 7. sqq.). « Brevitati nostræ (i. e. libro meo fabularum) præmium ut reddas, peto, Quod es pollicitus » sc. eum, invidorum calumniis accusatum et in jus vocatum, defensurum vel ita rem, diutius protractam, brevi acturum, ut ipse tandem absolvatur; quam quidem « si cito - perages, usus fiet longior, Fruar diutius (hoc præmio seu dono), si celerius cepero, Languentis ævi (non tam senio quam malis) dum sunt aliquæ reliquiæ. - Tuæ sunt partes (ad te pertinet judicium): fuerunt aliorum prius (qui rem infudicatam reliquerunt); Dein simili gyro venient aliorum vices (qui erunt mihi infensi neque innocentem pœnæ afficient) ». — Item persona comica in Plaut. Mercat. et ap. Cæcil. Stat., teste Cic. Rosc. 16. 46. — Item asinarius, memoratus Suet. Aug. 96. — Item alii ap. eund. Calig. 55., Heges. 2. 3., Martial. 6. 68., Luxor. epigr. 341. — Euticha, cogn. vir. Corp. 8. 5236.; etiam mul. Inscr. ap. Momms. n. 4415. — Eutychius (Εὐτύχιος), cogn. vir. ingen. et libert., vario scriptum. Inscr. in Ephem. epigr. II. p. 337. n. 513.; apud De-Rossi, Rom. Sott. II. p. 162. et Momms. n. 6498. — Videtur etiam postea in nom. gent. transiisse in Inscr. ap. Furlanetto, Lap. Pat. V. n. 199. — Fuit etiam Eutychius Proculus, grammaticus, Siccensis, doctissimus sui temporis vir (Trebell. trig. tyr. 22), quo usus est Antoninus Philosophus, teste Capitolin. in vit. 2., cuique hic discipulus honorum cursum aperuit. De eo Front. p. 198. N. « Proculus, homo ingenio ad cetera remisso et delicato, sed in sententiis dicundis ad puniendum paullo vehementior et infestior » (Cf. Schmid, Rh. Mus. XLIX. 161). — Item discipulus Joh. euang., qui « ob euangelii prædicationem in multis regionibus carceres, verbera et ignes perpessus, in pace tandem quievit » (Martyr. Rom. IX. Kal. Sept., ed. 1914. p. 260). — Item plures martyres, de quibus ibid. passim. — In plur. num. Eutychii, sodales collegii privati funeraticii (De-Rossi, Rom. Sott. III. p. 37. sqq.). — Eutychia (Εὐτυχία), in titulis varie script. — a) Cogn. mul. Corp. 2. 4602. et 8. 689. et 2270., ap. Garrucci, Syll. n. 1131. et ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 430. 1. et 3. — Aliæ ap. Symm. 1. ep. 30. et Cod. 5. 3. 2. et 4. 7. 6. — b) Item insula. V. EUTIA. — Eutychianus (Εὐτυχιανός) — a) Subst., cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 5448. et Orelli n. 4859. — Fuit etiam hoc nomine pontifex Romanus, Felicis successor a. 275., qui Romæ sedem tenuit usque ad an. 283., inter Aurelianum et Diocletianum, quo tempore nulla sævit persecutio contra Christianos. — Traditur is frugibus et vino, in sacrificio adhibendis, benedici jussisse, ut in tertio canone apostolico præceptum fuerat, quod fort. a Manichæis provocatum est, qui a vini usu in sacrificiis abhorrebant; tum etiam, amplius trecentos martyres tumulandos curasse, atque ita ut dalmatica purpurea, colobio dicta, sepelirentur (Lib. pont.). — Sanctissime obiit a. 283., succedente sibi Cajo, sepultusque in cœmeterio Callisti VIII. Kal. Aug. anni insequentis. Porro ejus sepulcrum nuper inter pontificum tumulos repertum est (Kraus, Rom. Sott. p. 154. sqq.), id, quod variis archæologorum conjecturis ansam dedit. — Martyr. Rom. VI. Id. Dec. recenset inter martyres hisce verbis: « Romæ beati Eutychiani papæ, qui per diversa loca trecentos quadraginta duos Martyres manu sua sepelivit, quibus et ipse sociatus, sub Numeriano imp. martyrio coronatus est et in cœmeterio Callisti sepultus »; sed in libello Depositionum Episcoporum confessoribus adscribitur. Cf. quæ disputat De-Rossi, Rom. Sott. II. 377. sq., coll. 70. sq., ubi de ejus sepulcro et epitaphio disserit I. 265. sqq. — Alios vd. ap. Cyprian. ep. 70. et 80., Cassiod. 1. Hist. trip. 11., Ulp. Dig. 1. 7. 39 (ubi quidam memoratur, cui s. Marcus rescripsit). et 9. 6. 2. et alib. et Cod. Theod. passim. — Eutychiana, cogn. mul. Corp. 5. 741. — Abs., forma producta, in tit., chr. ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 460. Eutychianeti (dat.). — b) Adj. ad Eutychem hæreticum pertinens. V. supra. — Eutychicus (Εὐτυχικός), cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 6769. 2. 81. — Eutychis, idis (Εὐτυχίς Theocr. 15. 67), cogn. mul. Corp. 8. 8142. et 3. 2418. — Decl. Eutychis. Inis, in alia in Bull. Arch. Napol. a. 1854. p. 103. Verriæ Eutychini. — Alia mulier Asiana, tricies mater, cujus imaginem cum viginti liberis Cn. Pompejus in theatro suo publicavit (Solin. 1. et Plin. 7. Hist. nat. 3. 3. [34]). — Eutychides (Εὐτυχίδης), cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 6606. — Fuit etiam hoc nomine statuarius et sculptor Sicyonius, discipulus Lysippi, a. 296. a. Chr. De eo Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (78). Fecit ex ære Eurotam, in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere. et 36. ibid. 5. 4. (34). Eodem loco (in sedibus Asinii Pollionis Romæ) Liber pater Eutychidis laudatur. — Item pictor incertæ patriæ et ætatis, ap. eund. 35. ibid. 11. 40. (141). — Alii ap. Cic. 4. Att. 15. et Cod. 6. 34. 3. — Eutychio (ōnis), nom. serv. et cogn. vir., demin. ab Eutyches, Græc. more (Εὐτυχίων). Inscr. ap. Momms. n. 887. et in Corp. 2. 4989. — Eutychinus, cogn. vir. Corp. 8. 4318., ubi Aurelius Heuticinus scribitur.

EUTYCHIANI, ōrum, et

EUTYCHIANISTÆ, ārum, m. plur., et

EUTYCHIANUS et

EUTYCHIUS aliaque deriv. V. voc. præc.

EUXENIDAS, æ, m. 1. (Εὐξενίδας, hospitalis) pictor incertæ patriæ, qui floruisse videtur circa Olymp. C (= a. 380. a. Chr.), habuitque discipulum illustrem Aristidem. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (75)., ubi alii leg. Euxinidas.

EUXENUS, i, m. 2. (Εὔξενος, bonus hospes, hospitalis) nom. serv. Gr. Corp. 5. 4663. Etiam in Cod. 4. 32. 17.

EUXIA, æ, f. 1. filia Elidis amnis, ex Epapho, mater Memphi. Schol. Virg. Æn. 2. 82.

EUXIMUS et

EUXINIUS, a, um, adject. V. voc. seq.

EUXINUS, i, m. 2. (Εὔξεινος, hospitalis) Secunda est longa aut brevis, prout Euxinus aut Euxīnus scribitur ad normam Græcæ formæ. — Est autem nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est cogn. vir. Græcan. in Inscr. ap. Borghesi, Œuvr. III. p. 316. — Fuit etiam vir, de quo Ps. Aur. Vict. orig. gent. R. 10. « Addunt præterea quidam Æneam in eo litore Euxini cujusdam comitis matrem, ultimo ætatis adfectam, circa stagnum, quod est inter Misenon Avernumque, extulisse: atque inde loco nomen inditum, qui etiam nunc Euxinius sinus dicitur ». Hunc Euximum vocat Serv. ad Virg. 9. Æn. 710. « Postumius de adventu Æneæ et Lutatius communium Historiarum Boiam, Euximi, comitis Æneæ, nutricem et ab ejus nomine Baias (Boias) vocatas dicunt ». Verum Aug. Reifferscheid (Rh. Mus. XV. p. 609) Euxenum legendum putat (Cf. Mirsch, De Varron. antiq. rer. hum. 93). ¶ 2. Est etiam nom. maris, ex adject. Euxinus, a, um, quod absolute quoque adhibetur; unde dicitur Euxinus Pontus vel tantum Euxinus, m., vel Euxinum, n., ejusdem significationis. — De vocabuli vero ratione hæc habet Mela 1. 101. sq. « Pontus - olim ex colonis sævo admodum ingenio Axenus (i. e. inhospitalis); post commercio aliarum gentium, mollitis aliquantum moribus, dictus Euxinus (i. e. hospitalis) ». Hinc Ovid. 4. Trist. 4. 55. sqq. « Frigida me cohibent Euxini litora Ponti, Dictus ab antiquis Axenus ille fuit ». Adde eund. 3. ibid. 13. 28., Plin. 4. Hist. nat. 12. 24. (76)., Solin, 23. et Isid. 13. Orig. 16. 7. — Itaque Euxinus Pontus vel Pontus Euxinus, ut communius dicitur, vel mare Euxinum s. Ponticum vel abs. Pontus, sæpissime vocatum est mare inter Europam et Asiam, ex Mediterraneo ortum, inter Asiam minorem, Thraciam, Scythiam et Colchidem et per Bosporum, Propontidem et Hellespontum mari Ægeo admixtum, profundum frigidumque, crebris procellis perturbatum; ad septentr. magnum fluviorum numerum excipiens, litoribus ad occid. demissis, ad orient. vero et merid. altioribus, cum peninsula Chersonneso Taurica paucisque insulis, hod. Mar Nero; a Phœniciis et Argonautis exploratum; diu Græcis fere incognitum, ejus temperiem et accolarum feritatem pertimescentibus; dein sæc. VII. et VI. a. Chr., circum Milesiorum coloniis frequentatum et usque ad imperii Romani occasum crebræ navigationi commercioque apertum. Usurpatur ab auctoribus — a) Absolute. Ovid. 5. Trist. 10. 13. Euxini mendax cognomine litus. Lucan. 9. 960. Euxinumque ferens parvo ruit ore Propontis. Senec. Agam. 6. Euxini unda. Trebell. Gallian. 13. Scythæ per Euxinum navigantes. Rursus Ovid. 2. Trist. 197. Hactenus Euxini pars est Romana sinistri. i. e. pars sinistra. Adde Cic. 3. rep. 9. — b) Cum subst., ut Euxinum mare ap. Ovid. 4. Trist. 8. 42. et 4. ibid. 10. 97. et 4. Pont. 6. 46., Ampel. 7. — Euxinus Pontus ap. Auson. epigr. 3. de Danuvio. — Hinc Euxinum æquor, fretum, litus, aquæ, undæ, vada ap. poetas, præsertim Ovid., qui in regionem Ponticam exsulare coactus est.

EUXITHEUS, i, m. 2. (Εὐξίθεος, laus Dei) episcopus quidam Thessalonicensis, ad quem Leo M. ep. 150. scripsit.

EUZOIUS, ii, m. 2. (Εὐζώϊος, bene vivens) episcopus Antiochenus, hæreticus Arianus, qui, expulso Meletio, a. 360., baptizasse traditur Constantium imp., antequam moreretur (Athan. in l. de Syn., coll. Cassiod. 5. Hist. trip. 42. et 6. 32).

EV

EVA et Heva, æ, f. 1. Hebr. Hhavvāh « vita » = ζωή ap. LXX., qui et Εὔα vertunt, cujus radix proprie est hhayah « vixit »; sane Gen. 3. 20. dicitur: Et vocavit Adam nomen uxoris suæ Heva, eo quod mater esset cunctorum viventium (hebr. 'ĕm kol-hhāy) Hinc latine etiam Heva cum aspiratione scribitur (Isid. 7. Orig. 6. 5. et 6). — Prima, quæ hebraice brevis est, a Latinis tamen producitur, ut Auson. ephem. orat. 33. « Sit satis

antiquam serpens quod perdidit Evam ». Adde *Cyprian. Gall. Gen.* 37. et 45., *Prudent.*, *Sedul.*, *Avit.*, *Arat.*, *al.* Eum tamen, non improbaverim, cui libuerit brevem adhibere.

Eva ¶ 1. Fuit prima femina, uxor Adam, mater Cain, Abel et Seth atque adeo generis humani (*Gen.* 1. 26. et 27. et 2. 18. et 20. *sqq.*). — 1.°) Adam, qui nullum inter bruta animantia sibi simile invenit (*Ibid.* 2. 20), eam præsensit, tamquam humanæ speciei complementum ad mutuum auxilium societatemque necessarium, quod Deus creandum statuit illo effato: « Non est bonum esse hominem (*i. e.* virum) solum: faciamus ei adjutorium simile sibi »; unde patet excellentia feminæ, quam Deus ex ipso Adam, sopore seu torpore, ei divinitus immisso (*Ibid. v.* 21. Cf. 1. *Reg.* 26. 12., *Is.* 29. 10. et *Gen.* 15. 12.: *Aq.* καταφορά, *Symm.* κάρος, *LXX.* ἔκστασις; non enim naturalis esse potuit), nempe ex una de costis ejus efformavit deditque viro, qui eam agnovit hisce verbis: « Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea: hæc vocabitur virago (hebr. *'ishâh*), quoniam de viro (hebr. *'ish*) sumpta est » id, quod significat unam esse viri ac mulieris naturam (*Ambr.*); tum majorem esse oportere viri in mulierem amoris vim (*Proc.*), quam quasi sui partem considerare debuit; denique unum constitui Adam, generis humani fontem (*Ambr.*), etiam Evæ. Quod autem vulgo creditur, tertiamdecimam costam ab Adamo ablatam fuisse, ita ut nunc duodenæ tantum sint, commentum puta; nam certe Deus in locum ablatæ aliam suffecit, latus super inducta carne occludens (*Catharin.*), ne corpus humanum vitio laboraret ac monstrosum fieret; res enim ad oculum describitur. — Eva autem sic typus fuit Ecclesiæ, de latere Christi enasciturae, ut docet *Augustin. tract. IX.* in *Joh.* 10., coll. *Avit. de orig. m.* 2.; sic etiam, uti mater omnium corporalis, etiam typus Mariæ Virg., omnium matris spiritualis (*Epiph. hær.* 78. et *Sedul. loc. cit.*). Nec tamen hoc factum allegoricum esse, quod evidenter historicum se probat, adfirmaveris cum Origene (*c. Cels. IV.* 38) ejusque assecla Cajetano, nulli solido argumento innixis (Cf. *Suarez, de op. sex dier. III.* 2). *V.* ADAM. — 2.°) Dæmon, Dei gloriæ hominisque felicitati ac nobilitati vehementer invidus (*Sap.* 2. 24), quem Deus minuerat « paullo minus ab angelis, et gloria et honore » coronaverat (*Ps.* 8. 6), hæc subvertere statuit omniaque perturbare « homicida ab initio » (*Joh.* 8. 44., coll. *Apoc.* 12. 9. et 20. 2), exterius dumtaxat rem agens ac persuadere nitens (Cf. *Matth.* 4. 11), mulierem, natura leviorem, formam serpentis (qui *hannâhhâsh*, ὁ ὄφις, dicitur, i. e. non aliquis e multis, sed quidam a diabolo assumptus) callide ementitus, tentat, si queat eam in rebellionis peccatum inducere, majoris excellentiæ illice seu superbiæ instinctu (*Gen.* 3. 5) attractam; quem quidem Eva nil metuens, utpote innocentiæ statu prædita (*Chrys. hom.* 16. in *Gen.*), fort. ignara facultatis in quibusdam animalibus loquendi, vidit, agnovit, ejus sibi alloquium audire visa est; tamen non anguis loquebatur (*Hummelauer* in *Gen. p.* 151., coll. *Cyrill. Alex. c. Julian.* 3., *Bonfr.*, *Calm. in comm.*), at dæmon, eam ambiguo sermone interrogans seque astute simulans rei inscium (*Gen.* 3. 1). Mulier, periculo neglecto, in laqueum, ab impostore decepta, incidit; quare jure dictum est: « A muliere initium factum est peccati et per illam omnes morimur » (*Eccli.* 25. 33): initium tamen dicitur ac per illam strata via ad mortem, quæ Adæ, humani generis capiti, adscribitur; ipse enim mulieri fructum comedenti dantique viro miserrime annuit (*Gen.* 3. 6), illico originariæ culpæ reus et auctor mortis, quam sibi universoque generi humano, a se progenito, intulit (*Rom.* 5. 12). — 3.°) Hanc itaque rebellionem pœna, quam comminatus fuerat Deus, statim subsecuta est. Et primus eam subiit, qui hominem deceperat, serpens (*Ibid.* 3. 14. et 15); dein Eva, quæ, ut uxor, mariti dominationi exinde gravius subjicienda erat, cui non adjutorium (*Ibid.* 2. 18) sed ruinam adtulerat; et ut mater, quæ futuram prolem, cui exitium cum viro paraverat, in dolore pepersisset, ærumnas conceptuum plurimas passura (*Ibid.* 3. 16); denique Adam, cui Deus immanes labores perferendos ac tandem mortem ignobilemque corporis resolutionem prædixit (*Ibid. v.* 19). — Porro ambo de paradiso terrestri sunt detrusi; sed pœnitentes patienterque exsilii tolerantes asperitatem et in promissum Redemptorem fide suffulti (*Ibid. v.* 15) ad cælestem commigrarunt. — De ea *Mar. Vict. Gen.* 356. Versa in opus vitæ est, sexu jam grata secundo - permissa suo - Eva marito. *Cyprian. Gall. Gen.* 37. Inditur et nomen vitæ quod dicitur Eva. *Ps. Tertull. c. Marc.* 73. Eva inducta dolo patefecit limina leto. *Auson. eid.* 1. 15. Deceptum miseratus (*Deus*) Adam, quem capta venenis Implicuit socium blandis erroribus Eva. *Avit. Gen.* 2. 124. Ergo ubi mortiferum seductilis Eva venenum Auribus accipiens, cladi consensit iniquæ etc. *Sedul. carm. pasch.* 2. 30. Sic Evæ de stirpe sacra veniente Maria, Virginis antiquæ facinus nova virgo piaret. Adde *Vulg. Tob.* 8. 8., 2. *Cor.* 11. 3. et 1. *Tim.* 2. 13. et innumera scriptorum eccl. loca. — Artis priscæ celebre monumentum de Eva est sarcophagus, in basilica s. Pauli repertum sæc. IV. (V. *Less. Eccl.* Milano [1902] *II.* 269). — De iis, quæ tradita fuere, ad Evam pertinentia, scripsit *Lüken, Les traditions de l'humanité* Paris (1862) *I.* 58. et 85-189. Cf. etiam *Palis, Dict. Bibl. II.* 2118. *sqq.* ¶ 2. Eva, martyr Abitinensis, a. 304., cujus mentio fit in *Act. ss. Saturn.* et *socc.* ap. *Ruinart.*

EVAGINA, æ, f. 1. locus in Cappadocia, in *Tab. Peut.* 10. 1. *Miller*, serius sec. *Ramsay, As. Min.* 247. *sqq.* dictus *Verinopolis*. Cf. etiam *Anderson, Studia Pontica I.* 25. *sqq.*

EVENA (Evina), æ, f. 1. vicus civitatis Turonum, hod. *Esvres (dép. Indre-et-Loire)*, ap. *Greg. Tur.* 10. *Fr.* 31. In vicis, id est Evina, Mediconno, Barrao, Balatedine, Vernao. *et vit. patr.* 19. 2. Ad vicum urbis Toronicæ, cui nomen est Evena, in quo beati Medardi Sessionici confessoris reliquiæ continentur (V. *Longnon, Géogr. de la Gaule au VI. siècl.* 272).

EVENTIUS, ii, m. 2. (eventus) Scribitur etiam *Evintius* in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Bull. Crist.* a. 1879. *p.* 181. ¶ 1. Fuit autem episcopus Ticinensis, qui concilio Aquilejensi contra Arianos a. 381. et Mediolanensi a. 389. interfuit. Memoratur *Vig. Taps. c. Pallad.* 1. *p.* 447. *M.* et *Ambros. ep.* 8. et *ep.* 42. *in fin.* ¶ 2. Etiam martyr quidam, temporibus Hadriani imp., una cum Theodulo presb. Romæ via Nomentana, sub Aureliano judice, post longos carceres, equuleum et ungulas ignibus combustus et capite obtruncatus (*Martyr. Rom.* V. Non. Mai. ed. 1914. Aug. Taur. *p.* 128). ¶ 3. Item martyr Cæsaraugustæ in Hispania, sub Daciano, Hispaniarum præside, cum aliis decem et septem pœnis affectus atque interemptus, quorum illustre martyrium *Prudentius perist. v.* 157. versibus exornavit (*Martyr. Rom.* XVI. Kal. Mai. ed. 1914. *p.* 109). — *Eventii*, in plur. num., sodales cujusdam collegii funeraticii privati, de quibus *De-Rossi, Rom. Sott. III. p.* 39. — Hinc *Eventianus*, nom. vir. Chr. *Corp.* 5. 6218.

EVENTUS, i, m. 2., vel us, 4. (evenio) nom. divinitatis, plenius *Bonus Eventus*, in titulis, ut ap. *Orelli n.* 1783. et BONO EVENTV. et *Corp.* 6. 144. BONO EVENTVI. — Etiam conjunctim *Bonoevento* in *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 236., sed rectius legeris divisim, ut ap. *Momms. n.* 1410. — Compend. BON. EVENT. in nummis ap. *Garrucci, Syll. n.* 340. et *Corp.* 1. 473.

Eventus, deus, cui sæpe adduntur epith. *bonus, prosper, hilarus, sanctus* etc., a Romanis cultus — *a)* Ab agricolis primum. *Varr.* 1. *R. R.* 6. « Nec non etiam precor Lympham ac Bonum Eventum, quoniam sine aqua omnis arida ac misera agricultura: sine successu ac bono eventu frustratio est, non cultura ». Hinc formulæ: *quod bene eveniat, quod dii bene vertant, quod res bene, recte, prospere eveniat*, ap. *Marini loc. cit.* et in *Inscr.* ap. *Henzen, p. CVIII. l.* 2., coll. *Orelli Inscr. n.* 1780. et *Apul. met.* 4. 2. Adde *Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 176. — *b)* A civibus quoque, ætate posteriore, ut colligitur ab *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1781. et *alia* in *Mém. de l'Acad. des Inscr. II. p.* 422. — Templum habebat Romæ, memoratum *Ammian.* 29. 6. prope porticum lavacro Agrippæ contiguam. — *c)* Etiam apud milites ipsosque imperatores, ut plures Inscriptiones testantur ap. *Orelli n.* 907. et *Steiner, Inscr. Rhen. n.* 388. et 3597. ac nummi Galbæ et Titi impp. ap. *Eckhel*, 6. *p.* 298., 298. et 359., coll. 7. *p.* 154., 170., 201. et 406., et nummi Pescennii, Severi, Caracalli, Gallieni. — *d)* Conjunctus cum aliis diis, quare *Serv. loc. cit.* « Precatio autem maxime est, cum plures deos quam in ceteris partibus auguriorum precatur eventusque rei bonæ poscitur, ut in melius juvent ». Ita se habet *Inscr.* in *Corp.* 7. 97. — *e)* Præmittitur interdum titulis sepulcralibus, ut in *Inscr.* ap. *Henzen* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1864. *p.* 151. BONVS EVENTVS - HAVE VICTOR FABIANE etc. Adde *aliam* ap. *eund.* a. 1858. *p.* 116. — Videtur idem fuisse cum Αὐτοματία Græcorum (*Nep. Timol.* 4) et Ἀγαθῷ Δαίμονι (*Eckhel*, 5. *p.* 303. *sq.*). — De artis monumentis, ad eum pertinentibus, hæc habet *Plin.* 39. *Hist. nat.* 8. 19. (77). Euphranoris - simulacrum Boni Eventus dextra pateram, sinistra spicam ac papavera tenens. *et* 36. *ibid.* 5. 4. (23). Romæ Praxitelis opera sunt - Boni Eventus et Bonæ Fortunæ simulacra in Capitolio. — Ejus statuam illustravit *Marucchi* in *Bull. Arch. Com.* s. 1878. *p.* 205-214.

ĒVERVULFUS, i, m. 2. interfector Ataulfi, Vesegotharum regis, memoratus *Jorn. Get.* 31.

ĒVĪ, indecl. m. (Hebr. *'Evi* « desiderium », *LXX.* Εὐί, *Hensus* in *Jos.* 13. 23) primus ex quinque regibus Madianitis, quos Israelitæ, a Moyse missi, profligatos occiderunt, mille ex singulis tribubus (*Num.* 31. 8) et quorum regionem possedit tribus Ruben (*Jos.* 12. 21).

ĒVĪLA. *V.* HEVILA v. HEVILATH.

EVILMERODACH, indecl. m. (Hebr. *Ĕvil-Merōdak*; *Beros.* Εὐ-Εἰειλμαράδουχος; *LXX* [ed. *Tisch. II. Kön.* 28. 27] Εὐιαλμαρωδέκ, Οὐλαιμαδάχαρ [ed. *Tisch. Jer.* 52. 31]; *Abyd.* [ap. *Eus. pr. ev. IX.* 41] Ἀμιλμαρούδοκος; *Jos. ant.* 10. 231. Ἀβιλμαθαδάχος; *Ptol. Kan.* Ἰλλοαρούδαμος; *Georg. Synk.* [ed. *Bonn. I.* 393] Εὐιλὰδ Μαρωδάχ; Armen. *Amilmarudokhos*; Babyl. *Am[e]il-Marduk* « vir dei Marduk v. Merodach »), filius et successor Nabuchodonosor, sub finem a. 562-559. a. Chr. (*Beros.* ap. *Jos. c. Ap.* 1. 20. et *Can. Ptolem.*), sc. biennio tantum regnavit, quia ex Babyloniensium usu annus haud integer non computatur; *Alex.* vero *Polyhist.* (ed. Did. *fragm. II. p.* 505) ei tribuit regni duodecim annos, fort. iis connumeratis, quos pater egit dementia captus (*Dan.* 4. 30-33). — Is dicitur, anno tricesimo septimo transmigrationis, Joachin regem Juda de carcere sublevasse ac posuisse « thronum ejus super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone » et humaniter toto vitæ tempore eum habuisse (4. *Reg.* 25. 27. *sqq.*, coll. *Jer.* 52. 31. et 34). Sed brevi Nergal-sar-usur, sororis vir, quod arbitrio ac licenter regnum administraret, cui ipse inhiabat, eum interemit eique successit (*Beros. loc. cit. p.* 505-507). — Fortasse ap. *Baruch* 1. 12. et 13. pro *Balthasar* legendum est *Evilmerodach*, ut putat *Pannier*. Cf. etiam *Rawlinson, The five great monarch.* 1879. *III. p.* 61-63.; *Ménant, Babyl. et la Chald. p.* 248.; *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod.* ed. 6. a *IV. p.* 339-340.

ĒVŎCĀTUS, i, m. 2. (evoco) cogn. vir. in titulo Chr. ap. *De-Rossi, Rom. Sott. II. p.* 303 (*Tab. XLIII. n.* 52). — Alii in *Cod.* 4. 32. 1., 8. 10. 3. et *alib.* — *Evocata*, cogn. mul. *Corp.* 8. 2299.

ĒVŌTĬUS, ii, m. 2. martyr Cæsaraugustanus, celebratus *Prudent. perist.* 4. 157. Quantus, Evoti, tua bella sanguis tinxerit etc.

EX

EXĀCESTA, æ, m. 1. (Ἐξακέστης, *medicus*) cogn. sacerdotis divi Augusti. *Corp.* 8. 4.

EXĀDĬUS, ii, m. 2. (Ἐξάδιος, fort. ab ἐξᾴδω, *decanto*) unus ex Lapithis, memoratus *Ovid.* 12. *Met.* 266.

EXCELLENS, entis, m. 3. (excello) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 69.

EXCĪSUM, i, n. 2. oppidulum Galliæ Celticæ ap. Nitiobriges, serius Aquitaniæ, hod. *Eysses*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 461. et *Corp.* 13. 1. *p.* 117. — Perperam quidam in *Tab. Peut.* leg. *Excisiam*.

EXCĪTĀTA, æ, f. 1. (excito) cogn. mul. *Corp.* 2. 4063.

EXCĪTĀTĪO, ōnis, f. 3. (excito) unus ex æonibus Valentinianorum sive Gnosticorum. *Interpr. Iren. hær.* 1. 3. 4.

EXCŪBĪTOR, ōris, m. 3. (excubo) nom. viri ap. *Ammian.* 20. 4. 21. Domesticorum comes, sub Juliano imp., Excubitor nomine. *V.* integr. loc.

EXDĒMĒTĪCUS, i, m. 2. nom. saturæ Varronianæ, memoratæ *Gell.* 19. 8. *ad fin.*, fort. ab ἐκδημέω, *peregrinor*, ut idem sit ac *Peregrinus*. Alii leg. *Ecdemeticus*, ut *Riese, Sat. Varr. p.* 118.; alii *Exdemetricus*, ut *Oehler, ibid.* 34. *p.* 129., ubi *Varro* usus est *quadrigæ* num. sing., quod « unum rarissimum verbum » dicit.

EXĔCESTUS, i, m. 2. (Ἐξήκεστος *Thuc.*) quidam Macedo, Euchadiæ maritus, memoratus simul cum ea *Cic. Pis.* 36.

EXHĪLĂRĀTUS, i, m. 2. (exhilaro) nom. vir. in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 583. *n.* 1178.

EXIPŌDRĀS, æ, m. 1. filius Mithridatis, ab ipso patre occisus, ut tradit *Oros.* 6. *Hist.* 5., fort. Gr. Ξιφόδρης (*Pherec.*) per aphæresim ab Ἐξιφόδρης, ut ζατράπης pro ἐξατράπης.

EXISTĪMĀTĪO, ōnis, f. 3. (existimo) nom. cujusdam mulieris ap. *Varr. Men.* 31. 44. *p.* 121. *Oehl.* Forenses decernunt, ut Existimatio nomen meum in insanorum numerum referat.

EXĪTĬŌSUS, i, m. 2. (exitium) nom. vir., quod Christiani demissioris animi sibi imponebant, contemptus subeundi studio, ut *Contumeliosus*, *Stercorius* etc. — Fuit unus ex episcopis ab Hunerico, rege Vandalorum, in Corsicam relegatis a. 484. *Not. Afr. Proc.* 26. et inde revocatus, ut constat ex *Inscr.* in *Corp.* 8. 879., si recte ad eum refertur.

EXŎCHUS, i, m. 2. (ἔξοχος, *eminens*) cogn. vir. Græcan. ap. *Venant.* 4. *carm.* 6., quo vocatur episcopus civitatis Limovecinæ in epitaphio, *ibid.* adlato. — *Exoche (es)*, ἐξοχή, *eminentia*, cogn. mul. ingen. et libert. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5348.

EXŌMĀTÆ, ārum, m. plur. 1. populus stirpis Scythicæ, aliis *Iaxamatæ* dicti. Memorat *Val. Flacc.* 6. 146. Exomatas venatus alit, nec clarior aliis Arctoa equis. *et ibid.* 569. Eurytus Exomatas agit æquore.

EXOPTĀTUS, i, m. 2. (exopto) nom. serv. figuli in *Corp.* 2. 4970.

EXŌRĀTUS, i, m. 2. (exoro) cogn. vir. *Corp.* 5. 4585., ubi *Exsoratus* legitur. *Alias* ap. *Momms. n.* 2735. et *Corp.* 8. 4471. etc. — *Exorata*, cogn. mul. *Corp.* 2. 1085. et in *Tab. alim. Velej.* 6. 98. — Hinc *Exoratia*, nom. gent. mul. *Corp.* 5. 5341.

EZ

EZĒCHĪAS, æ, m. 1. nom. vir. (Hebr. *Hhizqiyyâh*, *Hhizqiyyahû* et *Yehhizqiyyâhû* « robur Yahwe seu Domini v. quem Dominus roborat »; *LXX.* Ἐζεκίας et etiam Ἐζεχίας. Cf. *Isid.* 7. *Orig.* 6. 73. — Cuneat. Babyl. *Haza-qi-ya-hu Yahu-da-ai*, i. e. Ezechias [rex] Judæus) Scribitur quoque *Ezecias* et *Hezecias* cum aspiratione. — Memorantur apud scriptores ¶ 1. Ezechias, rex Juda a. 726-697. a. Chr. (al. 729-688), filius Achaz ex Abia, cui successit, quum esset annorum vigintiquinque, anno tertio Oseæ, regis Israel (4. *Reg.* 18. 1-2), « fecitque quod erat placitum in conspectu Domini juxta omnia, quæ fecerat David pater ejus » (2. *Par.* 29. 2). — De eo mentio fit 2. *Par.* in primis quod attinet ad Dei cultum; et 4. *Reg.* de iis, quæ præsertim pertinent ad rem civilem. Itaque dicemus — 1.°) De re sacra. — *a)* Statim, quæ impius pater sacrilegia patraverat, resarcivit; nempe januas templi, ab illo clausas, reclusit (2. *Par.* 28. 24) laminisque aureis ornavit præcepitque sacerdotibus ac levitis a se convocatis, ut templum purgarent eaque omnia reponerent, quæ inde ablata fuerant, sc. altare holocausti, mensam panum propositionis, vasa ab Achaz polluta (2. *Par.* 29. 17-19). His autem absolutis, sollemni ritu plurima obtulit animalia in holocaustum Domino; levitas etiam constituit, qui psalmos concinerent, cum cymbalis et psalteriis aliisque musicis instrumentis, prout disposuerat David, universo populo adorante ac lætitia gestiente « eo quod ministerium Domini esset expletum » (*Ibid. vv.* 27-36). — Sollemnia quoque festa diu neglecta excitavit, præcipue Pascha; idcirco misit epistolas « ad omnem Israel et Judam - ut venirent ad domum Domini in Jerusalem et facerent Phase Domino Deo » (*Ibid.* 30. 1); « factaque est grandis celebritas in Jerusalem qualis a diebus Salomonis, filii David, regis Israel, in ea urbe non fuerat » (*Ibid. v.* 26). — Nec solum sancta restauravit, sed etiam profana abstulit, videlicet « dissipavit excelsa (sc. *loca montana, ubi idola colebantur*) et contrivit statuas et succidit lucos confregitque serpentem æneum, quem fecerat Moyses », sc. qui potius ad illius exemplar confectum fuerat, cui tamquam Deo tus adolebant Hebræi; vocavitque nomen ejus Nohestan (Hebr. *Nehhushtân*, *LXX.* Νεεσθάν), i. e. *æneulum*, i. e. frustulum æris contemnendum (4. *Reg.* 18. 4). — Cultum igitur divinum, idolorum cultu undique sublato, omnino in pristinum restituit (2. *Par.* 29. 20-36). — Accedit quod maximo studio curavit, ut in unum colligerentur proverbia Salomonis, nempe partem trium milium parabolarum seu sententiarum illius sapientissimi regis (*Prov. XXV-XXIX*), quas « transtulerunt viri Ezechiæ regis Juda » (*Ibid.* 25. 1). Item secundum librum Psalterii Hebraici id temporis in ordinem redactum esse (*Ps. XLI-LXXI*) censent eruditi (*Vigouroux, Man. Bibl.* 1896. *II. p.* 334). Talmudici autem doctores putant eosdem viros Ezechiæ Isaiam, Proverbia, Canticum et Ecclesiastem edidisse, adduntque alia audaciores nostræ ætatis critici, quæ prorsus, ut falsa vel temeraria, rejicienda sunt. — 2.°) De re civili — *a)* Ab initio studuit Ezechias Assyriorum jugum excutere noluitque amplius illis tributum conferre (4. *Reg.* 18. 7), occasionem nactus, qua Sargon vita functus est, a. 705 (*Vigouroux, La Bibl. et les déc. mod.* 1896. *IV. p.* 12); dein contra Philisthæos bellum aggressus ita victor evasit, ut eos usque Gazam, ad extremum territorii, quod ad eosdem pertinebat, perpetuos illos Israelitarum hostes contruserit (*Ibid.* 18. 8). — *b)* Sed pius rex in morbum incidit, brevi moriturus, ut Isaias ei prædixerat (*Is.* 38. 1). Tum ille, hoc nuncio perterritus ac flens, Deum enixe exoravit, ut ab eo liberaretur; moxque Isaias, a Deo admonitus, qui ægroti instantes preces exaudierat, eum iterum adiens inquit: « Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam et vidi lacrimas tuas: ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis Assyriorum eruam te et civitatem istam et protegam eam: hoc autem tibi erit signum a Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus est: ecce ego reverti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis per gradus, quos descenderat » (*Ibid. vv.* 2-8). Et convaluit rex Deoque toto grati animi fervore hymnum cecinit eucharisticum (*Ibid. vv.* 10-20). — *c)* Id quum rescivisset Merodach-Baladan, rex Babylonius, misit ad eum legatos, qui ei congratularentur, ad hunc tamen finem ut secum fœdus pacisceretur contra Assyrios, communes amborum hostes. Annuit Ezechias simulque ut regni sui magnificentiam ostentaret, nunciis regiis thesauros auri et argenti armorumque copiam ac vim patefecit, in cujus ostentationis pœnam Deus illi prædixit ærumnas, quas ejus posteri forent passuri (4. *Reg.* 20. 12-19., 2. *Par.* 32. 25. et 26. et *Is.* 39. 1-8). Quandonam vero hæc duo evenerint, utrum nempe ægrotatio Ezechiæ et missio Baladan-Merodach præcesserint an subsecuta fuerint Sennacherib (*Sanherib*), regis Assyriorum, adventum et cladem, disputatur. Hoc defendunt *Lenormant-Babelon op. cit. p.* 297-298. et *Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l'Or.* 1893. *p.* 478.; illud major pars interpretum catholicorum qui factorum inversionem in duabus narrationibus esse contendunt. — *d)* Paulio post factum est, ut Sennacherib, rex Assyriæ, a. 701., ad rebelles reges coercendos Judæam invaserit ceperitque oppida multa plurimosque incolas in exsilium compulerit. Tum Ezechias, quum obsidionem urbis metueret, potenti civium factione impulsus, misit ad hostem, qui veniam ab eo peterent, simul quod postulasset, belli tributum solvere parati; quare, magnum auri pondus illi exposcenti, quidquid habebat pretiosi, obtulit, sed frustra; nam et deditionem et captivitatem civium insatiata cupidine expetebat. Sed Ezechias tunc, nil pertimescens, nec legatorum Sennacherib his comminantium blasphemiis ac injuriis perturbatus, armis turribusque Jerusalem munita, Deo confisus et Isaiæ oraculo roboratus, divinam opem mox expertus est; nam angelus Domini nocte insequenti in castris Assyriorum centum et octoginta quinque hominum milia occidit, quam cladem confirmant *Herod.* 2. 141. *s.* et inscriptiones Assyriæ (V. *G. Smith, Assyr. p.* 125. et *Budge, Records of the past. XI. p.* 46). Porro Sennacherib, mane facto, perterritus, a Lobna (*Tell-es-Saphieh*), ubi sedem fixerat, Niniven confugit, nec diu vixit; nam a filiis ipse suis, in templo Nisroch orans, gladio cæsus a. 685 (al. 680) interiit (4. *Reg.* 18.,-19.: 2. *Par.* 32. 9-23.; *Is.* 36., 1-37. 37. Cf. *Vigouroux op. cit. IV. p.* 14-65. et *Lenormant-Babelon, Hist. anc. de l'Orient*, 9.° ed. *IV.* Paris 1885. *p.* 298-312). Nec tamen parricidæ patri successerunt, sed a fratre Assaradon coacti sunt fugere in Armeniam, qui solus regnavit (4. *Reg.* 19. 37., coll. *Beros.* ap. *Jos. ant.* 10. 2). — *e)* De fine sancti hujus regis hæc habet 4. *Reg.* 20. 20. *sq.* « Reliqua autem sermonum (*i. e.* gestorum) Ezechiæ et omnis fortitudo ejus et quomodo fecerit piscinam et aquæductum et introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum (*i. e.* historiarum) regum Juda? Dormivitque Ezechias cum patribus suis et regnavit Manasses, filius ejus ». — De eo canit *Claud. Mam. c. poet.* 132. Cum pius Ezechias fidei virtute precatus Verteret astrorum cursus cælique meatus Turbaret jussi, retroacto lumine solis. *et Paulin. Nol. de st.* etc. 131. *sqq.* Nuda fides armata Deo est fidsique vigore Fortior Ezechias paucis quam milibus ille Sennacherin. — Ejus quoque laudes texuit *Eccli.* 48. 19-25. et 49. 5., coll. 4. *Reg.* 21. 3. et 1. *Par.* 3. 13. et 4. 41. et etiam *Talmud Jerus.* tr. *Sanhedrin X.* 1. tr. *Schwab. XI.* Paris 1889. *p.* 40. — *f)* Hæc addimus, quod ad duo prodigia attinet, quæ in hac narratione occurrunt. — α) Quod ad reversionem solis in horologio Achaz (*Is.* 38. 8. et *Eccli.* 48. 26), quomodo id factum sit, dici non potest; quomodo vero effici potuerit, rem explicaveris ex refractis solaribus radiis, prout requirebatur, ut aspectus ille oculis objiceretur; hoc namque phænomenon varium fieri pro varia natura corporum vel aeris, per quæ radii transeunt, omnes norunt, quod quidem hic loci, Deo volente, prodigiose evenisse certum est, causa tamen proxima latente, sufficitque rem ita in gradibus horologii Achaz esse visam. Ita *Knabenbauer* in *Is. II. p.* 34. *sq.* — β) Ad cædem exercitus Assyriorum quod spectat, in ignotis rursum versamur; sunt tamen, qui hanc cladem naturali pestilentia fieri potuisse arbitrentur. Sed, hac posita, intelligi nequit, quomodo tam brevi temporis spatio tot milia hominum perire potuissent: sane hoc miraculum illo majus foret, quod referunt sacræ litteræ, ita ut « increduli, has denigrare conantes, stulte in absurda labantur, quæ stomachum movent » inquit *Larcher* (*Hist. d'Hérod.* 1802. *II. p.* 477). Ceterum opinioni de pestilentia, per angelum immissa, cui propterea vis indita sit prodigiosa, refragatur etiam *Jos. ant.* 10. 2. 5 (V. *Darras, Hist. génér. de l'Eglis III. p.* 48., coll. 1. *Par.* 21. 15. et *Vigouroux, op. cit. IV. p.* 244. *sq.*). ¶ 2. Ezechias, pater Amariæ, unus ex majoribus Sophoniæ prophetæ, quem multi eundem esse putant atque Ezechiam regem.

De eo *Sophon*. 1. 1., ubi *Vulg*. habet *Ezecias*. ¶ 3. Ezechias, nobilis adulescens, filius Chobari (*Jos. b. J*. 1. 1. 2), qui quo tempore obsidebatur Hierosolyma, conjuravit cum Eleazaro contra Johannem, teste *Heges*. 5. 1. ¶ 4. Alios vd. 1. *Par*. 3. 23.: 2. *Esdr*. 7. 21., ubi *Hezecias*; 2. *Par*. 28. 12. et *Heges*. 1. 26.

EZĔCHĪĒL, ēlis, m. 3. nom. vir. (Hebr. *Yeḥezq'ēl; LXX*. Ἰεζεκιήλ; *Eus*. Ἐζηκιῆλος; *Clem. Al*. Ἐζεκίηλος). — Secundam produci posse arbitror, si Græca forma spectatur ap. *Eus. præp. evang*. 9. 28. — Memorantur apud scriptores sacros ¶ 1. Ezechiel, tertius ex quattuor majoribus prophetis. — *a)* De ejus nomine et origine. — Apud veteres Ezechiel sonat « robur v. fortitudo Dei » (*Orig. hom*. 1. in *Ezech*. et *Hieronym*. in *Ezech*. 1): vel melius apud recentiores « (ille quem) roborat Deus » (*Ges. Thes. p*. 464., coll. *Bertholet, Das Buch Ezek*. 1897. *p. XIV*). Sed forma Ἰεζεκιήλ ap. *LXXX*. significat potius « fortitudo mea Deus » (*Ps*. 18. 2. hebr.), coll. *Eus*. et *Clem. Alex*., altera fort. a vulgo corrupta. Hoc autem nomen sumpsisse videtur propheta postquam a Deo est vocatus. — Fuit filius Buzi sacerdotis, sacerdos et ipse (*Ezech*. 1. 3), et fort. a Sadoc descendens, quem libenter nominat (*Id*. 40. 46., 43. 19. et 44. 15. et 16); ejus tamen ignota est patria et nativitatis tempus; quamquam *Pseudo-Epiph. de vit. proph*. 9. eum ait Sararæ natum. — *b)* De captivitate, vocatione et ministerio. — Viginti annos natus (non enim esse tunc potuit παῖς, ut eum dicit *Jos*., coll. *Ezech*. 4. 14. et 8. 1), capta Jerusalem a Nabuchodonosor, una cum Jeconia rege et gentis flore abductus fuit in Chaldæam a. 598. a. Chr., quod « transmigratio Babylonis » dictum fuit (*Matth*. 1. 11. et 12). Hinc nunquam discessit, suumque domicilium statuit loco, qui *Vulg*. vocatur *Acervus novarum frugum*, nunc *Tell-Abib*, juxta fluvium Chobar (hebr. *Kebhâr*, assyr. *Kâbârû*), non confundendum cum Chaboras (hebr. *Kabôr*), fluvio septentr. (4. *Reg*. 17. 6), prope urbem Nippur; ubi uxorem duxit, domumque habuit, ab exsulibus Israelitis frequentatam. — Anno autem quinto captivitatis, ætate annorum probabiliter triginta (*Knabenbauer in Ezech*. Paris 1890. *p*. 19-21), visione ad Chobar habita, a Deo vocatus, ministerium suum propheticum aggressus est. Quia vero Hierosolymæ eversio, ab eo sæpe prædicta, illo incidit tempore, quo in exsilio degebat; idcirco ejus ministerium in duas partes dividitur, prout illum præcedit vel subsequitur eventum. — *c)* Prophetia ejusque lingua et stilus. — Ezechielis vaticinium potest in duas partes tribui. Prior (cpp. I-XXXIX) judicia Dei continet prophetice exposita, contra Hebraicum aliosque populos; ubi propheta sacerdos invehitur primum in cives suos, qui, Deo contempto, inde ab exitu ex Ægypto, se vitiis et idololatriæ corrumpendos tradidere, eosque tamquam aridos vitis palmites in ignem conjiciendos prædicit; tum Jerusalem, a Deo tot tantisque beneficiis cumulatam, comparat Samariæ et Sodomæ, cujus tamen ob antiquum fœdus Deus miserebitur; dum enim meretrices Ægyptiæ sunt Samaria et Jerusalem; quorum populos ab Ægypti servitute abduxerat Deus, sed nunc impios dispersit inter gentes idololatras; nec tamen ii a malo recedunt, sed pervicaces resistunt, quos non delebit misericors Deus, sed gravissimis pœnis e scoriis mundatos, prostratis eorum dominatoribus, in integrum restituet; posterior (cpp. XXXIV-XLVIII) agit de regno restituendo Israelitico novoque cultu, in sensum, qui dicitur, litteralem; sed allegorice de regno Messiæ, de quo contra, præcipue in altera prophetiæ parte, sensu litterali loquitur Isaias. Celebris autem est hic ossium aridorum, quæ, dein excitata, viva surrexerunt, visio. Hæc vero, ut, ex theologorum sententia, clarum est de mortuorum resurrectione vaticinium, simul etiam, et in primis, restitutionem populi Israelitici portendit. Deinde propheta ulterius procedit docetque normas, quibus futura Jerusalem reædificanda sit cum templo, ac terra in duodecim tribus partienda. Capitula, ubi hæc postrema leguntur, ab heterodoxis et etiam a catholicis interpretibus, ut quæ in Apocalypsi N. T., tamquam ænigma ob eorum obscuritatem habentur. — Porro Ezechiel prophetavit usque ad annum vicesimum septimum captivitatis, idest per annos duos et viginti, quorum undecim priores cum undecim posterioribus Jeremiæ concurrunt. Et sane est idem utriusque argumentum, etsi illud ipsum paullo tectius, per ænigmata videlicet ac figuras, ne Judaici populi res Babyloniis innotescerent. — Lingua, qua utitur, hebraica est, sed aramaicis vocibus admixta ac babylonensibus, quod quidem in eo mirum non est, qui in Chaldæa tandiu vixit. — Stilus Ezechielis singularis est nec sublimis, qualis Isaiæ, nec tamen demissus, sed plerumque difficilis atque obscurus, quippe symbolis et ænigmatis imaginibusque audacioribus involutus, sumptis aliquando ex sculptis in potentum ædibus animalium monstrosis formis, illarum regionum propriis; unde apud Judæos ante tricesimum ætatis annum, hujus prophetiæ initium et finem legere nemini permittebatur. — *d)* Auctoritas libri. — An liber sit Ezechielis, non partim sed omnino, nemo sanus in dubium potest vocare; siquidem tam stricte eadem ubique ratione conceptus est eodemque ac singulari stilo exaratus (ca. a. 573. a. Chr.), ut aut recipiendus sit totus aut totus rejiciendus (Cf. *Smend, D. Proph. Ezeck*. rééd. 1880) tribuendusque aliis, ut, inter recentiores, commenti sunt *Zunz* et *Seinecke*, quos ipse *Cornill* (*Einleit. in das Alt. Test*. 1896. *p*. 176) refellit. Quamvis vero in N. T. nulla de eo sit mentio; tamen plurima ab eo deprompta fuisse sive in euangeliis sive et quidem præcipue in Apocalypsi, clare demonstravit easque recensuit *Currey, Ezek. (The Holy Bible de C. Cook)* Lond. 1882. *VI. p*. 12-15. — *e)* Cetera, quæ ad ejus vitam pertinent, non ex sacris litteris certa novimus, sed pleraque dubia traduntur atque adeo etiam fabulosa. Hæc tamen ut indubia habenda videntur, magna illum miracula patrasse (*Pseudo-Epiph. de vit. proph*. 9); cum Jeremia commercium habuisse (Cf. *Ezech*. 12. 8); martyrem occubuisse « apud Babyloniam, a judice populi Israel, quod eum de cultu idolorum argueret, interfectum » (*Martyr. Rom*. IV. Id. Apr. ed. 1914. *p*. 103); in sepulcro Sem et Arphaxad, Abrahæ progenitorum, fuisse repositum, ad quod orandi causa multi confluere consuevissent, haud procul ab Euphrate (Cf. *Calmet, Diss. II. de Ezech*., coll. *Trochon, Ezech*. Paris 1897. *p*. 2.; *Cornely, Intr. II*. 2. *p*. 483. *sq*. et *Loftus, Travels in Chald*. Londr. 1857. *p*. 34-36). In *Itin*. vero *Burdig*. monumentum Ezechielis non longe a Bethlehem collocatur. — De eo *Eccli*. 49. 10. « Ezechiel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim (*Ezech*. 1. 4. *sqq*.); nam commemoratus est inimicorum in imbre benefacere illis, qui ostenderunt rectas vias » (Cf. *Ps*. 64). et *Ps. Tertull. c. Marc*. 3. 169.*sqq*. « Ezechiel fidus, dives cui gratia verbi Concessa est, peccatorum secreta videre, Afflictus lugere suos veniamque precari etc. ». Adde *Isid*. 7. *Orig*. 8. et 9. aliosque eccl. scriptores. Cf. etiam *Schröder, Der Prophet Hesekiel*, Bielefeld et Leipz. 1878.; *Bertholet, Der Verfassung. d. Hesek*. Frib. et Leipz. 1896. et *Philippe, Dict. Bibl. II. p*. 2148. *sqq*. ¶ 2. Ezechiel, pater Sechenæ, qui cum Esdra de captivitate Babylonis ascendit Jerusalem, laudatus 1. *Esdr*. 8. 5.

EZĔCĬĀS. *V*. EZECHIAS.

EZĒNĒ, es, f. 1. (Εὐσήνη *Ptol*.) oppidum Asiæ Minoris. *V*. EUSENE.

EZEONGEBER, indecl. oppidum Arabiæ Petrææ ad sinum Ælaniticum, serius *Berenice* dictum. *V*. ASIONGABER.

EZER, indecl. m. (Hebr. *'Êzer* « auxilium », *LXX*. Ἐζέρ) *Vulg*. hoc nomen modo *Ezer* vel *Ezra*, modo *Azer* vertit. Memorantur in sacris litteris ¶ 1. Ezer, pater, i. e. conditor oppidi Hosa, descendens ab Hur ex tribu Juda (*LXX*. Ἀζέρ). ¶ 2. Ezer, Ephraimita, qui, cum fratre Elad armentis Geth potiri conatus, ab incolis est cum eo interfectus. — *Vulg*. eum dicit filium Suthalæ, ab Ephraim progeniti; sed probabilius ex textu Hebr. colligitur Ezer fratrem fuisse alius Suthalæ et filius Ephraim (1. *Par*. 12. 21-22). ¶ 3. Alii 1. *Par*. 12. 9. et 2. *Esdr*. 12. 41 (hebr. 42).

EZRĀHĪTA, æ, m. 1. nom. patronym. (Hebr. *hâ'Ezrâhhî; LXX*. Ζαρείτης; Alex. Ἐζραηλίτης [3. *Reg*. 5. 11], Ἰσραηλείτης [*Ps*. 88. 1. et 89. 1]), quod conjungitur cum Ethan (3. *Reg*. 4. 31) et cum Eman (*Ps*. 88., hebr. 87), qui ambo filii Zaræ dicuntur (1. *Par*. 2. 6. et etiam in tit. *Ps*. 88. Ezrahitæ). Fort. erravit amanuensis in vocabulo scribendo; ceterum *Zerahh* et *Ezrahh* sunt duæ ejusdem nominis formæ.

EZRON, ōnis, m. 3. (Ἐζρών Gr. sed orig. Hebr.) pater Simonis illius, qui conjuravit cum Eleazaro contra Johannem tyrannum in Hierosolymorum obsidione. *Heges*. 5. 1.

F

F, f, sexta littera alphabeti Latini, de qua fuse dictum est in *Lexico*. Hoc unum, quod ad nomina propria attinet, addendum censemus, eam a veteribus usitatam fuisse — *a)* Pro littera aspirata *ph*, ex consuetudine Latina, ut in *Inscr*. ap. *Orelli n*. 5075. IVLIO SEVERO FILIPPO etc. et in *alia* ap. *eund. n*. 1490. FECERAT EVFRANOR. — *b)* Pro nota, præcipue in Inscriptionibus, nominum propriorum, ut *F*. pro *Faustus* (ap. *eund. n*. 3270), *Felix* (*n*. 1518), *Felicitas* (*n*. 3127), *Flavius* (*n*. 2264., sæpius tamen *Fl*.), *Fortuna* (*n*. 1759) etc.

FA

FĂBĀCĬUS, ii, m. 2. (faba) cogn. vir. *Corp*. 8. 9984. et *Inscr*. ap. *Momms. n*. 2935. — Cf. *Fabucia*, cogn. mul. *Corp*. 8. 7771.

FĂBĀRĬA, æ, f. 1. (faba) proprie adject. a *fabarius*, insula, in Oceano Germanico, contra ostia Amisii fluv. (*Ems*), nunc *Borkum*. Memoratur *Plin*. 4. *Hist. nat*. 13. 27. (97). Earum insularum nobilissima Burchana, Fabaria nostris dicta, a frugis similitudine sponte provenientis (*V*. voc. in *Lexico*).

FĂBĀRIS. *V*. FARFARUS.

FĂBĀRĬUS, a, um, adject., ut *Fabaria porticus*, Romæ, memorata in *catalogo regionum Urbis*, sc. in reg. XIII. (Aventinus), prope negotia horrearia, cum *foro pistorio* et *vico frumentario*. Cf. *Jordan. Top. II*. 562. et *Hülsen-Jordan, Top. I*. 3., 174 A. 55. 174. A. 66. — Absolute *Fabarius*, cogn. vir. *Corp*. 8. 7746. — *Fabaria*. V. suo loc. — Hinc *Fabarici ludi* in *Kalend. Philocal*., kalendis Juniis celebrari soliti, qui minus recte *Fabricii* dicuntur. V. *Polem. Silv*.

FĂBĀTUS, i, m. 2. (faba) cogn. vir., præsertim in gentibus *Calpurnia* et *Roscia*, in *Inscr. Anth. lat. n*. 1316. *M*. — Abs. *Corp*. 2. 2610. — Fuit etiam procurator Augusti in Arabia (Ὁ Καίσαρος διοικητής *Jos. ant*. 17. 8. 2. et *b. I*. 1. 575 = *Heges. I*. 44. 3) Gr. Φάβατος et Φαβᾶτος. — Calpurnius Fabatus. *V*. RUBRIUS. — Hinc *Fabatius*, nom. gent. vir. *Corp*. 8. 8993. — *Fabatia*, nom. mul. *Ibid*.

FĂBER, i, m. 2. cogn. vir., fort. a professione ita dictum. *Corp*. 8. 5445. et *alia* ap. *Brambach n*. 788.

FĂBĒRĬUS, ii, m. 2. (faber) nom. gent. vir. *Corp*. 6. 17486 (*Villa Altieri Bonna*); 8. 1948. et 2818. — Fuit etiam scriba, cujus domum eleganter expositam in Aventino memorat *Vitr*. 7. 9. 2. — Item familiaris Ciceronis ejusque debitor, ap. *eund*. 12. *Att*. 24. et *alib*. — *Faberia*, nom. mul. 6. 17486 (*ibid*.). — Hinc *Faberianus*, *a*, *um*, adj. ut *Faberiana causa* ap. *Cic*. 13. *Att*. 29. et *Faberianum negotium* ap. *eund. ibid*. 31. — *Faberricius*, nom. gent. vir., fort. idem ac *Fabricius*, in *Corp*. 3. 2748.

FĂBĬĀNUS et

FĂBĬUS, a, um, adject. *V*. voc. seq.

FĂBĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. — *a)* Orthogr. *Favius* pro *Fabius* ap. *Cassiod. orthogr*.

p. 181. *K*. Vi brevis per v vocalem habentem vim consonantis scribetur, ut Favius etc. Adde *Inscr*. ap. *De-Rossi, Roma Sott. I. p*. 334. *Tab. XVIII*. et *Corp*. 5. 1204. — Sic *Favianus* pro *Fabianus*. V. hanc voc. — *b)* Declin.: sing. genet. m. *Fabi* pro *Fabii* ap. *Cic. Sull*. 6., 7., 21., 48. M.; et f. *Fabiaes* pro *Fabiæ* in *Inscr*. ap. *Ald. Orth. p*. 150. — Dat. plur. *Fabis* in *Corp. I. L*. 4. 2508. — *c)* Etym. ducitur a *fovea*, quæ antiquitus *fovia* v. *fovea*, quod Hercules matrem ejus (*Fabii*), unde genus hoc cœpit, ad foveam compresserit; porro primi Fabii matrem Evandri filiam fuisse ex Hercule hospite tradunt (*Fest. ep*. 87): hinc *Tirynthia proles* et *Herculei* dicuntur Fabii *Sil. It*. 2. 3., 6. 633., 7. 48. et 8. 218. Sed hæc mythum redolent, nec facile attendenda, quamvis historiam aliquam de gentis hujus origine adumbrent. Alii tamen verius desumunt a *fabæ* satione, quod quo tempore Romani fere omnes agriculturam exercebant, primus, qui hoc nomine appellatus est, in faba serenda excelleret. *Plin*. 18. *Hist. nat*. 3. 3. (10). « Cognomina etiam primo inde - Pisonis a pisendo, jam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus sereret » (Cf. *Varr*., unde *Plin. loc. cit*. V. etiam *Münzer, Quellenkrit. d. Naturgesch. d. Plin*. 265-268). — *d)* Fabiorum gens ad antiquiores nobilioresque pertinet, quæ *gentes majores* dicuntur, uti sunt *Æmilia, Claudia, Cornelia, Valeria*. Horum vero laudes plurimi texuere vel attigere, ut *Nep. Att*. 18., *Tac*. 2. *Hist*. 95., *Flor*. 1. 16. 8., *Juvenal*. 2. 146., 8. 192. et 11. 90., *Martial*. 6. 64. et 7. 58., *Claudian. carm*. 18. 437. etc. — *Fabii* dicti sunt etiam *Luperci* a Fabio, qui fuit a Romulo præpositus Lupercis, ab illo *Fabiani* appellati, Remi socii; ut Romuli socii erant *Quinctiliani*, a *Quinctilio* dicti. V. *Fest. p*. 257., *Ovid*. 2. *Fast*. 375.*sqq*., *Propert*. 4. 1. 26. et etiam LUPERCUS in *Lexico*. — De Fabiis consulas *Haakh, Die Gesch. d. Fab*. in vet. *Realencykl. III*. 366. *sqq*. et *VI*. 2899. *sqq*. et *Du Rieu, De gente Fabia*, Leyd. 1856.

A. Apud scriptores memorantur primum

Fabii absolute usurpati.

Nonnulli ex præcipuis sunt ¶ 1. Fabius, qui primus ita nominatus est, in fabulis filius Herculis ex filia Euandri, a quibusdam *Pallantia* appellata, ab illo, dum apud hunc hospes erat, vitiata. Cf. *Juvenal*. 8. 14. « Cur Allobrogicis et magna gaudeat ara Natus in Herculeo Fabius lare » Alluditur flagitioso alicui ex Fabiorum gente, fort. *Fabio Persico*; magna autem ara est Herculis, cujus sacra familiæ Fabiorum erant hereditaria, Circo Flaminio vicina, Herculi ab Euandro dedicata et *Ara Maxima* dicta. ¶ 2. Fabius, pastor et dux Romuli, qui « rastro pastorali Remum occidit »: ita scribit *Hieronym*. in *chron*. ad a. 3. U. C. — Cf. *Cavedoni* ex nummis *D. Fabii Maximi*, IIIvir. monet., ubi corona spicea visitur, Fratrum Arval. insigne, quos Romulus instituerat, deducit hunc Fabium fuisse inter eos cooptatum. ¶ 3. Fabius pontifex, qui, ut tradit *Ampel*. 20., urbe a Gallis Senonibus incensa, a. 390. a. Chr., cum aliis senibus se diis Manibus devovit. — ¶ 4. Fabius, senator et prætor, qui in hauriendo lacte uno pilo est strangulatus, ut refert *Plin*. 7. *Hist. nat*. 7. 5. (44). ¶ 5. Fabius, eques Romanus, Narbonensis, qui aliquot libros, ad Stoicam philosophiam pertinentes, scripsit, et partes Pompejanas sectatus « cum Horatio de disciplinis sæpe contendebat, ideo ait loquacem ». Ita *Acron* ad *Horat*. 1. *Sat*. 1. 14. « Cetera de genere hoc - adeo sunt multa - loquacem Delassare valent Fabium ». — *Fabium Maximum* nominat *Porphyrion*, sed fort. *Maximus* adscititium est. Cf. *eund. Horat*. 1. *Sat*. 2. 134. « Deprendi miserum est: Fabio vel judice vincam ». Ubi *Cruqu. comm*.: « satis urbane notat Fabium jurisconsultum in adulterio deprehensum fuisse. At perperam. Fabius, uti Stoicus, nihil miserum esse dicere solebat, quod *extrinsecus accidat*. Nihilo minus Horatius Stoico reluctanti et loquaciter scholæ suæ dogma tuenti persuadebit in adulterio deprehendi miserum esse ». ¶ 6. Fabius rhetor nec clari nominis nec ignoti. *Senec. contr*. 10. 29. ¶ 7. Fabius grammaticus, memoratus *Mar. Victorin*. 1. 4. 96. et *Inc*. in *excerpt*. ap. *Keil, gr. vett. V. p*. 328. ¶ 8. Fabius, centurio Romanus, ob fortitudinem laudatus in templi Hierosolymitani obsidione, a Pompejo facta a. 64. a. Chr. (IV. *Mach*. 36-38., *Flor*. 3. 5., *Liv. epit*. 402), ap. *Heges*. 1. 16., coll. *Jos. ant*. 14. 4. 4., distinguendus a Fabio, Damasci præfecto, de quo *Jos. ibid*. 14. 11. 7. ¶ 9. Fabius, Christianus quidam, qui, sæviente persecutione, quæsivit a *Tertulliano*, quidnam consilii capiendum esset; quam occasionem is nactus librum scripsit *de fuga in persecutione* et interroganti dicavit. — *NB*. Fabius, est etiam nom. fictum et exempli causa positum a JCtis de qualibet persona, ut *Titius, Seius, Stichus* et hujusmodi alia. Cf. *Cic*. 2. *Divin*. 34. 71. et *Fat*. 6. 12.

Fabii cum additis.

Fabiorum hæc series ita est disposita, ut singulæ familiæ pro diverso cognomine, secundum ordinem alphabeticum, distinguantur. Vocantur autem *Ambusti, Dorsones, Hadriani, Labeones, Licini, Maximi, Pictores, Titiani, Vibulani*; quibus addentur ex reliquis nonnulli mentione digni. — Sint igitur

I.) FABII AMBUSTI, ita dicti ab *amburo*, sed ignota de causa; quamquam alii aliam assignant vel sensu proprio (*V*. AMBURO et PULLUS in *Lexico*) vel translato (*Liv*. 4. 28. quasi *vulnere ambustus*, et *Val. Max*. 3. 1., coll. *Du Rieu, De gente Fabia* 80. *sq*., quasi *judicio ambustus*). Hoc autem cognomine primus appellatus est *M. Fabius Vibulanus Ambustus*, quo postremo prævalente, *Vibulani* cogn. obsolevit, donec *Maximi* cogn., ceteris expunctis, solum succederet; quare hæc familia tribus præsertim cognominibus distincta fuit, quibus alia accesserunt, priore servato. ¶ 1. C. Fabius Ambustus, magister equitum a. U. C. 439 = 315. a. Chr. (ita dictus in *Fast. Cap*., sed *C. Fabius* tantum ap. *Liv*. 9. 23. vel *K. Fabius* ap. *Frontin. loc. cit*.) M. Fabii Ambusti cons. a. 394 = 360. filius et frater Q. Fabii Maximi, dictatoris a. 439 = 315., loco Q. Aulii, in prœlio occisi, quem, Roma in Etruriam profectus, tanto opere adjuvit, ut Romani victoriam reportarint. De eo ita scribit *Frontin*. 1. *Strat*. 2. 2. « Q. Fabius Maximus bello Etrusco, cum adhuc incognitæ forent Romanis ducibus sagaciores explorandi viæ, fratrem Fabium Cæsonem (*sic*) peritum linguæ Etruscæ, jussit Tusco habitu penetrare Ciminiam Silvam, intentatam ante militi nostro. Quod is adeo prudenter atque industrie fecit, ut, transgressus silvam, Umbros Camertes cum animadvertisset non alienos nomini Romano, ad societatem compulerit ». Cf. tamen *Liv*. 9. 36. ¶ 2. K. Fabius Ambustus, filius M. Fabii Vibulani (*Fast. Cap*.) a. 358 = 401., frater Numerii et Quinti, quæstor a. 345 = 409. et quidem patricius, quum alii tres plebeji essent (*Liv*. 4. 54); dein tribunus militum consulari potestate I. a. 350 = 404 (*Fast. Cap*., *Liv*. 4. 61), II. a. 353 = 401 (*Liv*. 5. 10), III. a. 359 = 395 (*Diod*. 14. 94. 1) et IV. a. 364 = 390. — Narrat *Liv*. 5. 35.*sqq*. legatum Fabium cum fratribus Clusium contendisse, ut Gallos hanc urbem obsidentes inde removerent; Clusini enim erant socii Romanorum. Id Galli concesserant, modo pars agri Clusinorum sibi daretur; quod quum negarent, ventum est ad arma et in prœlio, in quo et ipsi legati, tres M. Fabii Ambusti filii, nobilissimi fortissimique Romanæ juventutis (*Id. ibid*. 36. Cf. *Plut. Cam*. 17. τρεῖς ἄνδρες εὐδόκιμοι καὶ τιμὰς μεγάλας ἔχοντες ἐν τῇ πόλει) pugnarunt, et Q. Fabius, equo extra aciem evectus, ducem Gallorum occidit; quo factum est, ut Galli ira incensi postularint a Romanis, ut pro jure gentium violato sibi legati dederentur. Quod illi, nedum adsenserunt, sed eos sequenti anno (364 = 390) tribunos militum crearunt (*Liv*. 5. 35.*sqq*.). — Cf. de eo *Pais, Storia di Roma I*. 2. 9. ¶ 3. M. Fabius Ambustus, primus hoc cognomine appellatus, qui antea vocabatur *M. Fabius Vibulanus* (*Liv*. 4. 11. et 25) vel *M. Fabius* tantum (*Diod*. 12. 34. 58) vel etiam *Vivulanus* v. *Vivullanus* simpliciter (*Chronogr*. a. 354); sed intra an. 321. et 363 (= 433-391), ignota de causa (Cf. superius dicta), *M. Fabius Vibulanus Ambustus* dictus (*Liv*. 5. 35). — Fuit cons. a. 312 = 442. cum Postumo Æbutio Helva Cornicine (*Id*. 4. 11) et a. 317 = 437. legatus cum Quinctio Capitulino Mam., Æmilium secutus est ad bellum cum Vejentibus et Fidenatibus, in quo magnam sibi laudem comparavit (*Id. ibid*. 17. et 19); dein a. 321 = 433. tribunus militum consulari potestate cum M. Foslio et L. Sergio Fidenate (*Id. ibid*. 25); denique legatus a. 323 = 431. contra Volscos et Æquos, equitatui præpositus, de quo *Liv. ibid*. 28. « Fabius cum equitatu impetum dederat - multa utrinque vulnera, multa passim cædes est »; at « non Fabium prope affixum equo femur - ex tam ancipiti prœlio summovit », quod tandem prospere cessit Romanis, quibus hostes se dederunt ac, præter senatores, omnes venundati sunt (*Id. ibid*. 29). ¶ 4. M. Fabius Ambustus, ita dictus *Liv*. 6. 22., *M. Fabius* ap. *Diod*. 15. 46. 1., *Liv*. 6. 36. et *Zonar*. 7. 24., *Fabius Ambustus* ap. *Flor*. 1. 17. 26. et *Auct. de vir. ill*. 20., plenius *M. Fabius K. f. M. n. Ambustus II*. in *Fast. Capit*., hinc filius Kæsonis Fabii trib. mil. a. 350 = 404. — « M. Fabii Ambusti, ut scribit *Liv*. 6. 34., potentis viri - filiæ duæ nuptæ, Ser. Sulpicio major, minor C. Licinio Stoloni erat, illustri quidem viro, tamen plebejo; eaque ipsa adfinitas haud spreta gratiam Fabio ad vulgum quæsierat ». Consilia autem inire cœpit cum genero, adhibito L. Sextio, strenuo adulescente, de modo, quo plebeji consulatum possent adipisci; nec res frustra fuit; nam proximo an. 378 = 376. C. Licinius Stolo, Fabii gener, plebejus, tribunus militum consulari potestate creatus est; ut et ipse socer illarum tribunus mil. fuerit a. 385 = 369 (*Fast. Cap*. et *Liv*. 6. 36), ad Velitras expugnandas profectus, simul et suasor legum « adversus opes patriciorum et pro commodis plebis - de ære alieno et de modo agrorum », quas C. Licinius et L. Sextius promulgavere (*Liv. ibid*. 35). ¶ 5. M. Fabius Ambustus, filius N. Fabii Ambusti (*Act. triumph*.), tantum *Ambustus* ap. *Chronogr*. et *M. Fabius* ap. *Diod*. 16. 9. 1. et *Cassiod*. in *chron*., plenius vero *M. Fabius Ambustus* ap. *Liv*. 7. 17., pater Q. Fabii Maximi Rulliani, M. Fabii mag. equit. et C. Fabii item mag. equit. Huc spectat *Plin*. 7. *Hist. nat*. 41. 42. (133). « In Fabiorum (*familia*) tres continui principes senatus, M. Fabius Ambustus, Fabius Rullianus filius, Q. Fabius Gurges nepos ». — Cons. fuit a. 394 = 360. cum C. Pœtelio Balbo (*Liv*. 7. 11); bellum gessit cum Hernicis, quorum provinciam habuit, et « prœliis primum parvis, postremo una insigni pugna quum hostes totis adorti copiis essent, Hernicos devicit » (*Liv. ibid*.), ob quam victoriam ovans urbem est ingressus (*Act. triumph*. a. 394). Item a. 398 = 356. secundum cons. processit cum M. Popilio Lænate bellumque intulit Faliscis et Tarquiniensibus, ubi, primo prælio commisso, quum milites vano terrore velut lymphati et attoniti essent, cedere coactus est; sed brevi, a duce cohortati, tanto impetu in hostes involarunt, ut ingenti de iis victoria fuerint potiti (*Liv*. 7. 17). — Tertium cons. a. 400 = 354. factus est cum T. Quinctio Capitolino, de quo tamen *Liv. ibid*. 18. incertus ait se in quibusdam annalibus pro T. Quinctio M. Popilium consulem invenisse. Hoc autem anno de Tiburtibus triumphavit (*Fast. triumph. Cap*., coll. *Liv*. 7. 19); et an. 403 = 351. dictator dictus est « nullo terrore belli, ut scribit *Liv*., sed ne Licinia lex comitiis consularibus observaretur. Magister equitum dictatori additus Q. Servilius. Nec tamen dictatura potentiorem eum consensum patrum consularibus comitiis fecit, quam censoriis fuerat » (*Ibid*. 22). ¶ 6. M. Fabius Ambustus, magister equitum a. 432 = 322., in prœlio cum Samnitibus, consule A. Cornelio Cosso Arvina, egregie se gessit; quod prœlium graphice describit *Liv*. 8. 38. et 39. ¶ 7. N. Fabius Ambustus, trib. mil. consulari potestate a. 348 = 306 (*Fast. cons. Cap*.) ad Anxur oppugnandum sine ulla populatione accessit, urbem pronam in paludes, a qua parte Fabius oppugnationem ostendit; sed quattuor simul

cohortes misit cum C. Servilio Ahala, qui imminentem urbi collem ceperunt; unde defensores utrinque deprehensi cedere coacti sunt (*Liv.* 4. 59). Iterum a. 363-291. tribunus militum est creatus (*Id.* 5. 35. et 36). *V.* dicta sub n.° 2.

II.) Fabii Buteones, quod cognomen varie explicatur (Cf. *Corp. gloss. lat. VI.* 158). Ita *Plin.* 10. *Hist. nat.* 8. 9. (21). « Buteonem hunc (*triorchen*) appellant Romani; familiam etiam ex eo cognominatam, quum prospero auspicio in ducis navi sedisset ». Est igitur in disciplina augurali avis magni habita, quam alii cum Plinio interpretantur unam ex rapacibus (it. *abuzzago*), alii vero ex palustribus v. lacustribus (it. *airone*), quod alterum, a *Cavedoni* (in *opp. di Modena X. p.* 339) propositum, rejicit *Momms.* (in *Hist. de la Monn. Rom. II. p.* 403. Cf. *Babelon, Mon. de la rép. rom. I.* 485.*sqq.*), docens ex hac avi potius cognominatum fuisse *Buteonem* illum, qui in nummis *C. Fabius C. f.* simpliciter nominatur. Probabilius, ut puto, fuit insigne familiæ (*stemma, arme*), ductum ab avi rapaci, ut sæpius ab aquila hujusmodi insignia desumpta videmus. — Hæc Fabiorum familia præsertim sæc. VI. ab U. C. floruit, ex qua memorantur ¶ 1. M. Fabius Buteo (*Fast. Cons.*), tantum *M. Fabius* ap. *Cassiod.* in *chron.* et *Buteo* abs. in *Fast. Hisp.* et *Chronogr.* a. 354. — Consul fuit cum C. Atilio Balbo a. 509 = 245. (*Fast. Cap., Chronogr., Hydat., Chron. Pasch.* [non *cons. iterum* a. 507., ut hinc profertur sed falso]) et bellum in Siciliam intulit, de quo vd. *Flor.* 1. 18. 30-32., qui refert etiam, eo consule, classem hostium naufragio perisse a. 513 = 241. — Hoc autem anno censor cum C. Aurelio Cotta lustrum fecit XXXIX (*Liv. epit.* 19) et a. 538 = 216. dictator sine magistro equitum, senatus legendi causa (*Fast. Cons.*, coll. *Liv.* 23. 22), in quem « cum ingenti hominum adprobatione, centum septuaginta septem lectis », statim se a magistratu abdicavit (*Id. ibid.* 23., coll. *Plut. Fab. M.* 9). — Narratur hic Fabius censorius Fabium Buteonem filium suum, furti accusatum, interfecisse: dignum scilicet facinus, quod pater vel parricidio plectendum duceret. Sic *Oros.* 4. *Hist.* 13., qui facinoris pœnam, pejore facinore inflictam, excusare conatur. ¶ 2. Alii, ut M. Fabius Buteo, probabiliter nepos præcedentis, ædilis curulis cum M. Valerio Faltone a. 551 = 203., quo magnam vim frumenti, ex Hispania missam, quaternis æris vicatim populo discripsit, ut ait *Liv.* (30. 26), et prætor, Sardiniam provinciam sortitus, a. 553 = 201 (*ibid.* 40. et 41). — Item N. Fabius Buteo *M. f. M. n.* (*Fast. Cons. Cap.*), cons. a. 507 = 247. cum L. Cæcilio Metello (*Fast. Cap., Hydat., Chron. Pasch., Cassiod.* et *Chronogr.*, a. 354., apud quem est corrupte *Butilo II*). In Sicilia bellum gesserunt, quorum dum unus, nempe Metellus, ad Lilybæum castra ponit, alter Drepanum, a Carthaginiensibus occupatum, obsidet atque adeo aggreditur, sed irrito conatu; de quo tamen cf. *Zonar.* 8. 16. et *Holm, Gesch. Sicil.* 3. 355. Fuit etiam magister equitum a. 530 = 224.; sed de hoc deque aliis, quæ ad eum pertinent, vd. *du Rieu, De gente Fabia* 225. — Item *N. Fabius Buteo*, fort. præcedentis filius, prætor a. 581-173. in provincia Hispania citeriore; at decessit Massiliam iter faciens (*Liv.* 41. 28. et 42. 1., 5. etc.). — Item Q. Fabius Buteo, frater vel patruelis M. Fabii Buteonis, fort. idem qui Q. Fabius, cujus mater soror erat uxoris T. Quinctii Flaminini. Is cum Q. Fulvio et Ap. Claudio Nerone Quinctium comitatus est in Græciam ad Philippum, de qua re vd. *Polyb.* 18. 10. 8. et *Liv.* 32. 36. Prætor dein a. 558 = 196. creatus est sortitusque provinciam Hispaniam ulteriorem (*Liv.* 33. 24), ubi « quinto post anno motum est bellum quam simul cum Punico bello fuerat finitum » (*Id. ibid.* 26). — Item Q. Fabius Buteo, fort. filius antecedentis, prætor creatus a. 573 = 181. ac sortitus provinciam Galliam (*Id.* 40. 18), ubi bellum gessit cum Histris, coloniam prohibentibus Aquilejam deduci; quare in auxilium venire non potuit L. Æmilii, a Liguribus obsessi, nisi prius novos milites scriberet; quo factum est, ut imperium ei in Gallia prorogaretur (*Id. ibid.* 36). Postea a. 575 = 179. IIIvir coloniæ in agrum Pisanum deducendæ (*Id. ibid.* 43) et a. 586 = 168. Vvir factus est, ut de finibus inter Pisanos et Lunenses cognosceret (*Id.* 45. 13). — Item *Buteo*, absolute, rhetor memoratus a *Senec. contr.* 2. 13. 15., declamator aridus, sed prudens controversiarum divisor, qui scholam aperuit successoremque habuit Gargonium, sui auditorem, ut dicitur *ibid.* 1. 7. Adde 17. et *alib.* Non est tamen certum, sed probabile, eum ad hos Fabios pertinuisse.

III.) Fabii Dorsuones seu *Dorsones*, quorum familia maxime inclaruit sæc. IV. et V. ab U. C., fascibus etiam nobilitata. Hi autem videntur ita appellati ab eo, quod narratur de C. Fabio, qui primus suæ familiæ hoc nomine est vocatus, a *Val. Max.* 1. 1. 11. « C. Fabius Dorsuo memorabile exemplum servatæ religionis dedit. Namque Gallis Capitolium obsidentibus, ne statum Fabiæ gentis sacrificium interrumperetur, Gabino ritu cinctus (*sc.* toga in tergum rejecta sub lacerto; Gabini enim quondam quum sacra celebrarent, ab hostibus deprehensi, rejecta per tergum vestis lacinia, eos insecuti sunt), manibus humerisque sacra gerens, per medias hostium stationes, in Quirinalem collem pervenit, ubi, omnibus sollemni more peractis, in Capitolium post divinam venerationem victricium armorum perinde ac victor, rediit ». (Cf. *Liv.* 5. 46). Hinc cognominis origo argui merito potest. — Pauci ex his cognoscuntur; quare et pauci memorantur. ¶ 1. C. Fabius Dorsuo, (*Appian. Celt.* 6. « ὄνομα Δόρσων »), de quo modo diximus. — Hunc pontificem appellat *Flor.* 1. 13. 16.: cf. *Dion. frg.* 24. 6. — Prænomen *Cæfus* v. *Gafus* ap. *Liv.* amanuensis erratum esse, ut conjicit *Momms.* (*R. Forsch. II.* 319. 51), concedi nequit; bis enim ap. *Liv.* et semel ap. *Val. Max.* ita legitur. ¶ 2. C. Fabius Dorsuo Licinus. *V.* C. Fabius Licinus. ¶ 3. M. Fabius Dorsuo, fort. C. Fabii Dorsuonis filius, *Dorsuo* ap. *Chronogr.*, ap. *Hydat.* vero *Burso* et Βοϑλωνος in *Chron. Pasch.*, sine cogn. ap. *Diod.* 16. 66. et *Cassiod.*, cons. a. 409 = 345. cum patricio Ser. Sulpicio Camerino (*Liv.* 7. 28), qui tamen nihil, saltem mentione dignum, videtur gessisse, quum ob imminens bellum contra Auruncos dictator mox dictus *ibid.* tradatur L. Furius Camillus.

IV.) Fabii Hadriani, ex quibus memorandi sunt ¶ 1. C. Fabius Hadrianus ap. *Ps. Ascon.*, *C. Fabius* ap. *Liv.* et *Fabius Hadrianus* ap. *Oros.*, prætor creatus a. 670 = 84., cui assignata est provincia Africa a factione Mariana, ut traditur a *Liv. epit.* 84. « Q. Metellus Pius, qui partes optimatium secutus erat, quum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio prætore pulsus est ». — Fuit autem anno insequenti proprætor, ob duritiam et crudelitatem vituperandus, qua animos a se alienabat (*Cic. Verr.* 1. 70., coll. 5. 94., *Liv. epit. l. c., Val. Max.* 9. 10. 2., *Oros.* 5. *Hist.* 20., *Ps. Ascon. l. c., Diod.* 38. 11); quæ tam increvit, ut domi suæ Uticæ fuerit vivus a furenti populo combustus, exemplum ejus, quam *Usener* (*Rh. Mus. LVI.* 2) vocat « lynchjustiz », ut vulgo nunc dicitur, utique improbandum; sed huc facit illud « καὶ οἱ πατέρες, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν » (*Eph.* 6. 4). Rem ita refert *Val. Max. loc. cit.* « Cum Adrianus cives Romanos, qui Uticæ consistebant, sordido imperio vexasset, idcircoque ab eis vivus esset exustus, nec quæstio ulla in urbe hac de re habita nec querella versata est ». ¶ 2. C. Fabius Hadrianus, filius sequentis, ut arguit cl. *Borghesi, Œuvr. I. p.* 282., quamquam hoc cognomine nemo eum appellat. — Fuit prætor ca. a. 695 = 59 (*Id. ibid. p.* 281); dein proconsul Asiæ a. 696 = 58 (*Id. loc. cit.*, coll. pluribus nummis, in quibus legitur C. FABI - M. F. PROCOS.) ac demum legatus Cæsaris in Gallia et postea in Hispania a. 700. et 705 = 54. et 49 (*Cæs.* 5. *B. G.* 24. et 1. *B. C.* 37. et 40., coll. *Cic.* 7. *Att.* 3. et 8. 3. et *Oros.* 6. *Hist.* 11.*sqq.*). ¶ 3. M. Fabius Hadrianus, pater præcedentis, ut ex nummis ap. *Borghesi, Œuvr. I. p.* 278. colligitur, legatus Luculli in bello contra Mithridatem a. 683 = 71., de quo consulas *Dion.* 36. 9., 2-10. 1., *Plut. Luc.* 35. et *Appian. Mithrid.* 88., coll. 112.

V.) Fabii Labeones v. *Labiones*, ita dicti fort. a familiæ conditore, qui labia habuerit immodica, ut ait *Charis. gramm. I. p.* 103. *K.* ex *Verr. Flacc.*; quamquam hoc cognomen fuit etiam familiarum *Atiniæ* et *Antistiæ*. — Ex his commemorantur ¶ 1. Q. Fabius Labeo Q. f. Q. n. (*Fast. Cap.* a. 571), simplicius *Q. Fabius* ap. *Nep. Cat.* 1. — Quæstor urbanus fuit a. 558 = 196 (*Liv.* 33. 42); dein prætor a. 565 = 189. classi præfectus est, ad quam prope Ephesum collectam venit, mari jam pacato; Antiochus enim fuerat devictus, cogitansque Fabius, cui rei potissimum intenderet, ne otiosam provinciam habuisse videri posset, optimum putavit, ut scribit *Liv.* 37. 60., in Cretam insulam trajicere -. Cydoniatæ bellum adversus Gortynios Gnosiosque gerebant et captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam dicebatur. Classe igitur ab Epheso profectus, quum primum Cretæ litus attigit, nuntios misit ut armis absisterent captivosque reducerent et legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretenses pariter Romanosque pertinentibus ageret. At Cretenses nihil inde permoti, captivos tantum reddidere; tamen Valerius Antias quattuor milia captivorum, quod belli minas timuerint, ex tota insula reddita scripsit, eaque Fabio, quum rem nullam aliam gessisset, triumphi navalis impetrandi ab senatu causa fuit. — His actis, a Creta Ephesum rediit; inde tribus navibus in Thraciæ oram missis, præsidia Antiochi deduci jussit, ut in libertate eæ civitates essent (*Id. ibid.*) et post alia gesta (*Id.* 38. 39) Pataræ ac Telmessi, ex Athenis totam classem in Italiam reduxit ac Romæ superatis impedimentis, triumphavit (*Id. ibid.* 47). — Anno autem 570 = 184. inter candidatos consulatus est repulsus, sed P. Claudius Pulcher ad hunc honorem evectus est cum M. Sempronio; ille vero IIIvir creatus coloniæ deducendæ Potentiam in Piceno ac Pisaurum in Gallico agro (*Id. ibid.* 48). et a. 571 = 183. consul factus cum M. Claudio Marcello (*Fast. Cap., Nep. Hann.* 13., *Liv.* 39. 45., *Oros.* 4. *Hist.* 20. et *Obseq.* 4), missusque cum collega in Liguriam, ibi nihil gessit memoratu dignum; attamen prorogatum est ei imperium pro consule in a. 572 = 182. — Anno denique 574 = 180. pontifex constitutus est in locum L. Valerii Flacci demortui (*Liv.* 40. 42). — Incertum est, an ipse arbiter a senatu datus fuerit finium statuendorum inter Nolanos et Neapolitanos, quod *Val. Max.* 7. 3. 4. adfirmat, *Cic.* vero 1. *Off.* 10. addubitat; sed cl. *Borghesi* satis acute apud *Furlanetto, Mus. d'Este p.* 39.*sq.*, arguit hos fines a Labeone constitutos fuisse ante quam prætor esset nominatus. — Quo autem anno decesserit, ostendi nequit; videtur tamen a. 587 = 167. non amplius vixisse. — Laudatur *Cic. Brut.* 21. 81. ob peritiam juris et litterarum et antiquitatis, nisi tamen hæc ejus filio, ut alii putant, tribuenda laus. Cf. etiam *Sueton. cit. Ter. p.* 31. 10.*sqq. Reifferch.*, ubi consularis et poeta dicitur. ¶ 2. Q. Fabius Labeo, IIIvir monetalis inter a. 630 = 124. et 640 = 114., fortasse nepos v., probabilius, filius antecedentis (*Momms. Münzw.* 541. *n.* 140.; *Trad. Blacas II.* 340. *n.* 147), fort. idem cum Q. Fabio Q. f. Labeone, qui, ut prætor cum proconsulari potestate, provinciam Hispaniam citeriorem administravit (*Corp.* 1. 1484.*sq.* = 2. 4924.*sq.* = *Dessau* 5813., coll. *Momms. St. R. II.* 647. 2). Cf. etiam *Liv. epit.* 53., ex quo constat bellum gessisse et Lusitaniam magna ex parte recepisse; hunc porro alii putant IIIvirum quoque fuisse coloniæ deducendæ Romanorum, cujus meminit *Liv.* 49. 55. Viderint doctiores.

VI.) Fabii Licini, ex quibus duo memorantur. ¶ 1. C. Fabius Licinus cons. a. 481 = 273. cum C. Claudio Canina, quem *Vellej.* 1. 14. *Fabium Dorsuonem* vocat, quia M. Fabii Dorsuonis cons. a. 409 = 345. nepos esse potuit; *C. Fabius* ap. *Cassiod.*, abs. *Licinus* ap. *Chronogr.* et *Licinius* ap. *Hydat.* (Λικιννίου *Chron. Pasch.*), sed *Eutrop.* 2. 15. *C. Fabius Licinius.* — His consulibus, legati Alexandrini, a Ptolemæo Romam missi, amicitiam, quam petierant a Romanis, obtinuerunt (*Eutrop. loc. cit.*); refert autem *Vellej. loc. cit.* eisd. coss. Cosam et Pæstum colonias fuisse deductas. Quod autem obierit, dum esset consul, eique suffectus

fuerit C. Fabricius Luscinus, factum videtur ex textu corrupto vel errore in *Fast. Hisp.*, qui illum omittunt et *Licinium* (sive *Luscinum*) et *Cambiam* (corr. *Caninam*) tantum habent. ¶ 2. M. Fabius Licinus, filius præcedentis, consul cum M.' Otacilio Crasso a. 508 = 246 (*M. Fabius C. f. M. n. Licinus* in *Fast. Cap.*; ap. *Gell.* 10. 6. 4. *Fabius Licinus* et *M. Fabius* ap. *Cassiod.*, ap. *Hydat.* vero *Licinio* [Λικινίου *Chron. Pasch.*] sed errore *Licinio II.* [corr. *M.' Otacilio Crasso II*] ap. *Chronogr.*). — De his, in Siciliam ad bellum administrandum missis, scribit *Zonar.* 8. 16. *p.* 220. *Dind.* Refert autem *Gell.* 10. 6. auctoritate Ateji Capitonis, his consulibus ab ædilibus plebis multam fuisse dictam Appii Cæci filiæ, mulieri nobili, quod petulantius esset locuta.

VII.) Fabii Maximi, cognomen familiæ Fabiorum nobilissimæ, quod, ut videtur, primus habuit *Q. Fabius Ambustus*, qui et *Rullianus* dictus, vere maximus ob præclarissimas res gestas, quibus posteros suos ita illustravit, ut hereditario quodam jure *Maximi* vocati fuerint et sæpe excellentem capitis virtutem æmulati; quin aliquando in nummis Q. MAX. tantum legitur, quod *Quinti* prænomen præ ceteris in hac familia frequentius occurrit (Cf. *Momms. Röm. Forsch. I.* 34.*sqq.*) et *Maximi* cognomen habitum est præcipuum. Cf. *Borghesi Œuvr. II. p.* 279. — Hos ita distinguimus, ut primo memorentur, qui *Fabii Maximi* absolute dicuntur; dein qui alio cognomine sunt præditi, et ex eis tantum præstantiores.

Fabii Maximi ¶ 1. Sine alio cognomine. — 1.°) Paul. Fabius Maximus, filius Quinti (*Paullus Fabius Q. f. Maximus* in *Corp.* 6. 2023.a [Act. Arv.]), *Maximus* abs. dictus a *Chronogr.* a. 354. et in *Fast. Hisp.*, *Paullus Fabius* ab *Obseq.* 72., quod *Paulli* prænomen invaluit in ejus familia ex *L. Æmilio Paullo Macedonico*, a cujus gente in Fabiam adoptione est translatum (Cf. *Borghesi, Œuvr. I.* 249.*sqq.*, et *Münzer, Herm. XI.* 1905. *p.* 95); sed errore ap. *Porphyr. Hor. od.* 4. 1. 10. dicitur *Fabius Maximus Paullus*. Quamquam ex consuetudine ut ei, qui duo cognomina haberet, alterum in prænomen transiret, *Paullus* cognomen erat, quare proprie ac plenius vocandus fuisset *Q. Fabius Maximus Paullus* (V. *Borghesi, Œuvr. I.* 250., coll. *IV.* 71). — Item frater ejus, cons. a. 744 = 10., *Q. Fabius Maximus Africanus* appellatus fuit AFR. FA. MAX. (*Id. ibid. p.* 249. contra *Eckhel* 4. *p.* 184). Sic hi fratres filiis suis cognomina imposuerunt Paullus *Persici* et Africanus *Numantini* (*Id. ibid. IV.* 73). — Natus est hic Fabius a. 46. a. Chr., anno post mortem patris. — Exacta quæstura, proconsulem fuisse Cypri, prætoria dignitate (*Corp. I. Gr.* 2. 2629) arguit *Letronne* (*Journ. d. Sav.* 1827. *p.* 173.*sq.*) inter a. 15. et 11. a. Chr., idque ex statua, quam ei posuit uxor ejus Marcia ca. a. 15. in Papho (*Corp. I. Gr. cit.* = *Cagnat I. Gr.* 3. 939 = *Dittenberger Or. Gr. II.* 581). Sic *Gardthausen* (*Aug. II.* 845. 12) putat ad eum referri *Inscr.* (*Corp. I. Gr.* 3. *p.* 498) in lapide fragm. Athenis repertam: ὁ δ[ῆμος Παῦλλ]ον Φά[βιον Μά]ξιμον ταμίαν Καίσαρος Σ]εβαστοῦ v. πρεσβευτὴν Καίσαρος Σ]εβαστοῦ. Cf. *I. Gr.* 3. 587. et 588. et *Dittenberger loc. cit.*). — Fuit cons. a. 743 = 11. a. Chr. cum Q. Ælio Tuberone (*Corp. I. L.* 1, 799. et 800., *Not. degli scavi* 1899. *p.* 104., *Mon. Ancyr. Gr.* 3. 18., *Ephem. epigr. VIII.* 207., *Plin.* 8. *Hist. nat.* 17. 25. [65]., *Frontin. aq.* 99., 100. et *alib.*, *Obseq.* 72. et *Vaglieri* ap. *Ruggiero Diz. epigr. II.* 1001). — Item legatus Cæsaris ante a. 727 = 27. in Hispania (*Corp. I. L.* 2. 2581. et *Ephem. epigr. VIII.* 280. Bracara Augusta, Asturia et Gallæcia) et proconsul in Asia a. 748 = 6 (*Eckhel*, 3. *p.* 156.; *Mionnet, Suppl. VII.* 571. *n.* 385.; *Waddington Rev. num.* 1867. *p.* 107.*sq.*; *Babelon, Coll. Wadd. n.* 6142.*sq.*; *Head, Gr. coins Phryg. p.* 243.*sq.*), quo tempore et statua ei posita Pergami (*Fränkel, Inschr. v. Perg. II.* 421 = *Dittenberger Or. Gr.* 465). Contra *Usener* in *Bull. d. Ist. Arch.* a. 1874., *p.* 79.*sq.*, coll. *Dion.* 55. 6. vult Fabium proconsulatum gessisse a. 746 = 8. et 747 = 7. At *Momms.* (*Athen. Mitt. XXIV.* 275.*sqq.*) eum statuit proconsulem fuisse a. 745 = 9. — Fuit etiam prætor Cæsaris Augusti familiarissimus, Ovidii poetæ amicus ac patronus, cui idcirco ex Ponto, ubi degebat exsul, epistolas scribebat. Sic 4. *Pont.* 3. 103.*sq.* « Mens tua sublimis supra genus eminet ipsum, Grandius ingenio nec tibi nomen inest ». *et* 1. *ibid.* 2. 69. « Romanæ facundia, Maxime, linguæ ». — Quum autem hic et Marcia, ejus uxor, L. Marcii Philippi, Ædis Herculis Musarum conditoris, et Atiæ, Augusti materteræ filia, magna apud eum cum gratia, tum auctoritate valerent, eo usus est poeta, ut pro se principem deprecaretur. Verum exinde factum est, ut propter amorem studiumque erga Ovidium gratia Augusti Fabius exciderit idque, non una quamquam, causa fuerit, cur, quo modo ignoratur, brevi moreretur (Cf. *Quintil.* 6 3. 52., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 45. 46. [150]. et *Tac.* 1. *Ann.* 5), victima fortasse suspicaci Augusti animo mactatæ. De hoc poeta 4. *Pont.* 6. 11. conqueritur illis verbis: « Occidis ante preces: causamque ego, Maxime, mortis, Nec fueram tanti, me reor esse tuæ ». De illo autem loco ap. *Horat.* 4. *Od.* 1. 9.*sqq.* « Tempestivius in domo Paulli - Comissabere Maximi (*o Venus*) - Namque et nobilis et decens - Et centum puer artium etc. » alii alia sentiunt, nempe utrum de patre ea dicat poeta, an de filio, disputatur. Fabius hic ab Horatio laudatus pater esse non videtur, consul a. 743., quum carmen compositum sit a. 740 (a. Chr. 14), nec proinde *puer* vocari potuerit et sic depictus ut qui studia admodum juvenilia consectetur (*centum puer artium*), artes cogita citharæ canendi, saltandi, alea ludendi, quæ puerum decent (Cf. *Catull.* 12. 8. de Asinio Pollione « est enim leporum disertus puer ac facetiarum »). Probabilius de filio Paulli Fabii Maximi hæc dicta esse putat cl. *Ritter*, ut etiam *Orellius*, qui ad *h. l.* scripsit: « Cum vocatur *puer*, vix fieri potest ut sit Paullus Fabius Maximus ». Obstat nihilo minus quod *Porphyr. Hor.* ad *l.* hunc *Fabium Maximum Paulum* æque vocat et quod ejus filius nusquam *Maximus* dicitur. Viderint eruditi (V. Fabius Maximus). — De eo consulas *du Rieu, Disp. de gente Fabia* 1856. *p.* 430.*sqq.*; *Teuffel-Schwabe Röm. Lit.-Gesch.*[5] *I.* 267. 7.; *Dessau, Prosop. II.* 48.*sq. n.* 38.; *Graeber, Quæst. Ovid.* 1881. *p.* X-16. — 2.°) Q. Fabius Maximus *Q. f. Q. n.* (*Fast. Cons. Capit.*), a *Cassiod.* dictus *Fabius Maximus*, nepos *Allobrogici*. — Anno 697 = 57. fuit ædilis curulis cum Q. Metello Scipione (*Corp.* 3. 1225. et *De Rossi Inscr.* in *Ann. d. Ist. Arch.* a. 1859. *p.* 312) et in eo magistratu *Arcum* seu *Fornicem Fabianum* restituit et elogiis L. Æmilii Paulli, qui ter triumphavit, et P. Cornelii Scipionis, qui bis, ornavit (Cf. *Corp. I. L.* 1. 606., 607 = 1. *p.* 193 = 6. 1303. et 1304 = *Dessau* 43. 40a). — Dein a. 708 = 46. legatus Cæsaris in Hispania cum Q. Pedio, ubi, a Cæsare ad Mundam oppugnandam relictus, hoc oppido est potitus (*Bell. Hisp.* 41. 1.*sqq.*); sequenti autem anno 709 = 45. consul creatus est cum C. Trebonio in locum Cæsaris, qui solus consulatum gesserat ab eoque se abdicaverat (*Fast. Capit., Cic.* 7. *Fam.* 30., *Sueton. Cæs.* 81., *Plut. Cæs.* 58. et *Dio* 43. 46. 2) et III. Id. Oct. ex Hispania triumphavit (*Fast. triumph. Capit.* et *Dio* 43. 42. 1.*sq.*), cujus triumphi meminit etiam *Quintil.* 6. 3. 61. « Chrysippus cum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata et post dies paucos Fabii Maximi lignea, *thecas esse oppidorum Cæsaris*, dixit ». — Obiit extremo die sui consulatus eique hora septima illius diei (prid. Kal. Jan.) suffectus est Caninius Rebilus, de quo *Cic.* 7. *Fam.* 30. jocula̲riter ait, Caninio consule, neminem prandisse; nam et ipse postridie mane vita decessit. — 3.°) Q. Fabius Maximus, filius *Cunctatoris* (*Liv.* 24. 9), — Fuit ædilis curulis a. 539 = 215. et prætor in annum sequentem 539 = 214. creatus sortitusque est provinciam Apuliam (*Id. ibid.* et 44) in locum Gracchi (*Id. ibid.* 12) et a. 541 = 213. Absens, consul factus est cum Ti. Sempronio Graccho (*Id. ibid.* 43., *Cassiod. chron., Fast. fer. Lat., Chron.* 1. *p.* 57., *Chronogr., Hydat., Chron. Pasch.*), quo in munere Dasium Altinium Arpinum transfugam, qui in Romanorum castra venerat promittens, si sibi præmio foret, se Arpos proditurum esse, interim prudens, quem defectionis jam reum post Cannensem pugnam, verberandum necandumque alii censuissent, jussit vinciri; Arpos vero oppugnavit cepitque (*Liv.* 24. 45. et 46). Pulcrum est quod narrat *Liv. ibid.* 44. « Pater (*consularis*) filio legatus ad Suessulam in castra venit. Cum obviam filius progrederetur, lictoresque verecundia majestatis ejus taciti anteirent, præter undecim fasces equo prævectus senex, ut consul animadvertere proximum lictorem jussit, et is, ut descenderet ex equo, inclamavit, tum demum desiliens: experiri, inquit, volui, fili, satin' scires consulem te esse ». — Anno autem 545 = 209., patre quintum consule, Fabius filius ad exercitum Venusiam missus est (*Id.* 27. 29) et anno sequenti ab Livio Salinatore ad senatum Romam legatus est missus (*Id.* 28. 9). — Obiit, vivo adhuc patre, ab eo laudatus, teste *Cic.* 4. *Fam.* 6., 3. *Tusc.* 28. 70., 3. *Nat. D.* 32. 80. et *alib.* ¶ 2. Cum alio cognomine. — 1.°) Q. Fabius Maximus Æmilianus, filius L. Æmilii Paulli ex Marcia Papiria, n. a. 568 = 186 (*Hieronym. ep.* 108) et frater Africani minoris, in gentem Fabiam adoptatus a Q. Fabio Maximo Labeone, nepos Cunctatoris (*Plut. Æm. Paul.* 5., *Polyb.* 29. 14. 2. et 32. 10. 3. et *Cic. Læl.* 19. 69). — Anno 586 = 168. adulescens (ἔτι μειράκιον ὤν *Polyb.*) una cum patre naturali castra petiit; qui P. Scipionem Nasicam et filium misit cum quinque delectis hominum milibus Heracleum, velut classem conscensuros ad maritimam oram interioris Macedoniæ vastandam (*Liv.* 44. 35. et *Polyb.* 29. 14. 2. *sq.*). Sed jam bellum in Perseum eo erat adductum, ut nihil spei reliquum esset regi Macedoni, qui a Paullo in Samothrace, quo confugerat, captus, cum tribus filiis ductus est ante currum, misso antea filio Romam, qui victoriam de Perseo nuntiaret. — Anno autem 605 = 149. prætor fuit provinciæ Siciliæ (*Polyb.* 36. 5. 8) et consul creatus a. 609 = 145. cum L. Hostilio Mancino (*Fast. Cap., Chronogr., Hydat., Chron. Pasch., Cic. Læl.* 25. 96., *Liv. epit.* 52. et *Flor.* 1. 33. 17) militavitque in Hispania, ubi in seq. ann. consulatus protractus ei fuit; sed in hoc biennio nihil profecisse videtur, idque tantum curavit, ut disciplina exercitus ejusque condicio melior fieret — Anno dein 614 = 140. legationi præfectus est in Cretam, ut luctam inter Itanum et Hierapytnam exstingueret, itemque alii, consule L. Pisone a. 615 = 139., ut arbiter esset in Magnesia, cujus binæ legationis exemplar repertum est utrinque, ubi cognomen Æmilianus deformatum erat (*Dittenberger, Syll.* 929., coll. *Holleaux, Herm. XXXIX.* 79.*sq.*). — Frater ejus naturalis, Scipio Æmilianus Africanus minor, sic eum, « egregium virum omnino », teste *Cic. Læl.* 19. 69., colebat tanquam superiorem, ut heres, a Paullo patre relictus (*Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 50. [141]), partem suam illi concesserit, uti refert idem *Cic. Parad.* 6. 2. — Plura de eo disces apud *Polyb.*, qui horum fratrum institutor et amicus fuit, 18. 18., 29. 6. et 32. 8-14. — 2.°) Q. Fabius Maximus Allobrogicus, filius Æmiliani (*Act. triumph.*) et nepos Paulli (*Cic. Brut.* 28. 107., *Liv. epit.* 61., *Vellej.* 2. 10. 2), hinc P. Scipionis Africani minoris (*Val. Max.* 7. 5. 1. et 8. 15. 4), *Q. Fabius Maximus* ap. *Obseq.* 33., ap. *Cassiod.* tantum *Q. Maximus*, absolute *Maximus* ap. *Chronogr.* a. 354. et *Maximus Æmilii* in *Fast. Hisp.*, emendand. in *Æmilianus*: cf. *Strab.* 4. 185. Μάξιμος ὁ Αἰμιλιανός. — Fuit « homo facie vel patris, vita omnium proditorum ita similis ut esset facile deterrimus » ut ait *Cic.* 1. *Tusc.* 33. 81. Adulescens moribus fuit pessimis, teste *Val. Max.* 3. 5. 2. « Quam perditam luxuria vitam egit! cujus ut cetera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari possunt, quod ei Q. Pompejus, prætor urbanus, paternis bonis interdixit, neque in tanta civitate, qui illud decretum reprehenderet, inventus est; dolenter enim homines ferebant, peculiam, quæ Fabiæ gentis splendori servire debebat, flagitiis disjici ». Senex tamen resipuit, ut scribit idem *Val. Max.* 6. 9. 4. Nihil Q. Fabio Maximo - adulescente magis infame; nil eodem sene ornatius aut speciosius illo sæculo nostra civitas habuit ». - Fuit prætor in Hispania a. 580 = 124, a. Chr. et consul a. 633 = 121. cum L. Opimio (*Liv. epit.* 61., *Chronogr., Hydat., Chron. Pasch.*)

magnamque famam sibi peperit et cognomen meruit *Allobrogici*, ex victoriis de Allobrogibus et de Betulto v. Bituito, Arvernorum rege, de quibus etiam triumphum egit procons. anno sequenti 634 = 120. *Val. Max. loc. cit.* « Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cognomen Allobrogici sibimet ac posteris peperit » (*Allobrogi* leg. hic nonnulli, sed perperam; victores enim non ipsum gentile nomen populi a se devicti, sed inde derivatum sumebant: hinc plenius ab eo dictus *Q. Fabius Maximus Allobrogicus* 3. 5. 2). Adde *Flor.* 3. 2. 6., *Oros.* 4. *Hist.* 14., coll. *Cæs.* 1. *B. G.* 45., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 51. (166)., *Ammian.* 15. 12. 5., *Ps.-Ascon. Verr. act. I.* 19. *p.* 134. *Or.*, *Juvenal.* 8. 13. et *Senec. benef.* 4. 30. 2. — Porro narrat *Flor. loc. cit.* Fabium Maximum ipso, quo dimicaverat, loco saxeam erexisse turrim et desuper exornata armis hostilibus tropæa fixisse, qui mos antea inusitatus fuerat, quod et de Domitio *idem* adfirmat 1. 37. 6., coll. *Strab.* 4. 185. et *Apoll. chron.* 4. 110. *p.* 394. *Jac.* = *Steph. Byz. p.* 654. Hujus vero turris seu arcus triumphalis reliquias adhuc exstare auctor est *Révellat* in *Revue archéol. X.* 1864. *p.* 12.*sqq.* Cf. FORNIX FABIANUS. — Præterea censor factus est cum C. Licinio Geta a. 646 = 108., qui lustrum fecerunt LXIII.; de quo magistratu dubitat *Momms.* in *Corp.* 1. *p.* 478., sed non recte; sic enim legitur in *Verrin. I.* 19, ap. *Ps.-Ascon. p.* 134. *Or.*: Arcus est - Fabio **censore** constructus, qui de victis Allobrogibus nominatus est (Cf. *Henzen, Corp.* 1. *p.* 447. et *Borghesi, Œuvr. IV. p.* 78. et *Brassloff, PW.* 6. 1796). — Laudatur *Cic. Brut.* 28. 107., coll. *Fontej.* 12. 36., ut qui esset litteris Latinis atque Græcis pro temporibus illis eruditus, uti ex oratione in laudem P. Scipionis Africani min., patrui sui, argui potest (Cf. *Cic. Mur.* 38. 75), cujus etiam nomine epulum populo dedit (*Val. Max.* 7. 5. 1). Huc illud pertinet *Schol. Bob. p.* 283. *Or.* « Super Africani laudibus exstat oratio C. Lælii Sapientis, qua usus videtur Q. Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis » (*V. infra*). — 3.°) **Q. Fabius Maximus Cunctator**, *Cassiod.* dictus *Q. Fabius*, absolute *Maximus* v. *Fabius* in *Fast. Hisp.* et *Frontin.* 1. 8. 2., qui et *Q. Fabius* 1. 11. 4. et *Q. Maximus* 4. 7. 36. et *Fabius Maximus* 1. 3. 3. et *Liv.* 24. 9. et 48. et 27. 6. *Q. Fabius Maximus*, plenius *Q. Fabius Q. F. Maximus* ap. *Orelli Inscr. n.* 541. et plenissime *Q. Fabius Q. f. Q. n. Maximus Verrucosus* in *Fast. Cons. Cap.* a. 521. — Cognominatus est — *Maximus*, ut sæpe ap. *Cic.*, non tamen primus, ut minus recte ait *Polyb.* 3. 87. 6., coll. *Polyæn.* 8. 14. 1.*sq.*, nisi ex eo dicatur, quod quasi prior illud meruerit, teste *Liv.* 30. 26., qui de eo scribit: « Vir certe fuit dignus tanto cognomine, vel si novum ab eo inciperet. Superavit paternos honores, avitos æquavit ». *V.* integr. locum. Cf. etiam *Virg.* 6. *Æn.* 845.*sq.* et *Ovid.* 2. *Fast.* 241. — *Verrucosus*, et quidem « a verruca in labris ». *Auct. de vir. ill.* 43., de qua *Seren. Samm.* 1092.*sqq.* (*Baeh. PLM. III.* 158). « Interdum exsistit turpi verruca papilla, Hinc quondam Fabio verum cognomen adhæsit ». Sic *Plut.* 1. 4. « Παρώνυμ' ὁ Βερρούκωσος· εἶχε γὰρ ἀκροχορδόνα μικρὰν ἐπάνω τοῦ χείλους ἀποπεφυκυῖαν ». Hoc tamen *Elogium* et *Liv.* non habent. — *Cunctator*, cujus cognominis causam præcipue prodit *Ennius ann.* 12. 370-372. *Vahl.* « Unus homo nobis **cunctando** restituit rem, Non ponebat enim rumores (*al. alt.*) ante salutem; Ergo postque magisque viri nunc gloria claret ». Adde *Cic.* 2. *Att.* 19., *Cat.* 10., 1. *Off.* 24. 84., *Liv.* 30. 26., *Virg.* 6. *Æn.* 846. *Ovid.* 2. *Fast.* 242., *August.* ap. *Suet. Tib.* 21. — Hoc autem cognomen *Liv.* ut appellativum usurpat 22. 12., 30. 26., *Quintil.* 8. 2. 11., coll. 11. 2. 30. et *Frontin.* 1. *Strat.* 3. 3. et 3. *ibid.* 9. 2. omittunt, *Auct.* vero *de vir. ill.* 14. 6., ut qui fuit ita « ab obtrectatoribus dictus ». — *Ovicula* « a clementia morum », ut scribit idem *Auct. ibid.* 43. 1. Sic *Plut. loc. cit.* « ὁ δὲ Ὀουικοῦλας σημαίνει μὲν τὸ προβάτιον, ἐτέθη δὲ πρὸς πρᾳότητα καὶ βραδύτητα τοῦ ἤθους ἔτι παιδὸς ὄντος ». — Præclarissimi hujus viri distinguimus — *a*) **Munera** seu magistratus, quibus functus est. — Fuit consul quinquies, primum a. 521 = 233. cum M.' Pomponio Matho (*Fast. Cap., Chronogr., Hydat., Chron. Pasch., Cassiod., Cic. Cat.*); secundum a. 526 = 228. cum *Sp. Carvilio Maximo Ruga* (*Fast. Cap.* etc.); tertium a. 539 = 215. consul suffectus in locum M. Marcelli (*Liv.* 23. 31., 34. 1., *Oros.* 4. *Hist.* 6., *Elog., Fast. fer. Lat., Corp.* 1. *p.* 57. etc.); quartum a. 540 = 214. cum M. Claudio Marcello (*Enn. Ann.* 295. *Vahl., Liv.* 24. 9., coll. *Nep. Cat.* 1., *Cassiod., Chron. Pasch., Zonar.* 9. 4. etc.); quintum a. 546 = 209. cum Q. Fulvio Flacco (*Liv.* 27. 6. et 29. 15., *Oros.* 4. *Hist.* 18., *Elog., Chronogr., Hydat., Eutrop.* 3. 16. 1., *Cassiod.* et *Zonar.* 9. 8) lectusque princeps senatus (*Liv.* 27. 11). — Censor a. 524 = 230. cum M. Sempronio Tuditano, quicum lustrum fecit XLI (*Fast. Cons. Cap.*). — Dictator a. 533 = 221. comitiorum habendorum causa (*Inscr.* ap. *Orelli n.* 541., *Fast. Cons. Capit., Val. Max.* 1. 1. 5) iterumque a. 537 = 217. interregni causa (*Fast. Cons. Capit.* et *Inscr.* ap. *Orelli cit., Liv.* 22. 7). — Pontifex a. 538 = 216. in locum Æmilii Paulli, in Cannensi pugna demortui (*Liv.* 22. 35), quo tempore a senatu postulavit, ut ædem Veneris Erucinæ, quam dictator vovisset, dedicare liceret; quod ita obtinuit, ut creatus duumvir ad hunc finem cum T. Otacilio Crasso laudatam ædem in Capitolio potuerit dedicare (*Liv.* 23. 31). — Augur postremo fuit per annos LXII (*Plin.* LXXIII), sc. usque ad a. 551 = 203. — *b*) **Gesta**, quibus tanto opere inclaruit, hæc sunt præcipua; nempe primum (a. 521 = 233) Ligures consul debellavit ac triumphum egit (*Fast. triumph.* et *Auct. de vir. ill.* 43), quo tempore Honoris templum dedicavit (*Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 61). — Dein unus Hannibali, qui tot de Romanis victorias retulerat, a. 537 = 217. dictator, restitit, non tam vi, quam prudentia, qua bellicam Punici ducis virtutem fregit. Per loca namque alta « agmen ducebat modico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur; castris, nisi quantum usus necessarii cogerent, tenebatur miles » (*Liv.* 22. 12.*sqq.*). Ratus enim armorum sortem maxime periclitari, si cum Hannibale manus conseruisset, consilium cepit saluberrimum a prœlio abstinendi eumque defatigandi. Quin hostium injurias et contumelias aspernatus, qui ad hoc identidem lacessebant, spem fefellit Hannibalis, Romanorum erexit; unde celebre illi nomen adhæsit *cunctatoris* et *clipei reipublicæ*. Romani tamen, qui has nimium protractas ægre moras (quas *victrices* dicit *Propert.* 3. 3. 9) patiebantur cupiebantque, ut tandem aliquando Fabius oblatam pugnandi occasionem arriperet, de hac gerendi belli ratione conquesti partem exercitus Minucio Rufo, magistro equitum, ut ipse in aciem descenderet, commiserunt; sed tum, nec multo post, errorem suum agnoverunt, cum Fabius novum ducem a periculo eripuit, cui temeritate sua se objecerat (*Val. Max.* 5. 2. 4., *Liv. epit.* 22., *Auct. de vir. ill.* 43). Hinc in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 541. « Dictator magistro equitum Minucio, quoius populus imperium cum dictatoris imperio æquaverat et exercitui profligato subvenit et eo nomine ab exercitu Minuciano pater patronusque et ab ipso Minucio, tantæ virtutis splendorem admiratus, conservator appellatus est » (Cf. *Liv.* 22. 29-30., *Ps. Quintil. declam.* 9. 17. et *Frontin.* 2. *Strat.* 5. 22). Maxime vero post Cannensem pugnam, tam funestam Romanæ rei publicæ (*Liv.* 22. 12-18., coll. *Polyb.* 3. 19. 20. et *Dion. frg.* 28), clare patuit, quam salubre Fabium cepisset consilium; quo quidem factum erat, ut Pœni defessi contra Romanos, nedum eos aggredi, vix se defendere potuissent. — Consul IV. contra Hannibalem profectus in Campaniam Casilinum oppugnavit; dein Pœno Romam ipsam a. 543 = 211. minitante, ita se gessit, ut impendentem urbi calamitatem penitus averruncaverit; quare *Gell.* 5. 6. 10. scribit: « Coronam obsidionalem gramineam senatus populusque Romanus Q. Fabio Maximo dedit bello Pœnorum secundo, quod urbem Romam obsidione hostium liberavit ». — In postremo autem consulatu, ut Hannibalem ultimo effugio privaret, Tarentum per dolum cepit ac prope diruit (*Liv.* 27. 15.*sq.*, coll. *Cic. Cat.* 4. 10) deque Tarentinis ac Pœnis Romæ triumphavit (*Orell. Inscr. n.* 541., coll. *Cic. Cat.* 4. et *Brut.* 18). — Anno tandem 549 = 205. Scipio, Fabio acriter refragante (*Liv.* 28. 40), in Pœnos aliam viam ingressus, ut hic rempubl. ab Hannibale defendendo, ita ille offendendo servavit, qui in ipsa Africa hunc adortus devicit. — Addimus hic, coronidis ergo, aliquando inter ducem Romanum et Pœnum convenisse, ut captivi redimerentur; sed, Senatu renuente, Fabium bona sua ad datam fidem liberandam vendidisse: tum etiam eum olim, ut prœlium demum committeret, per nuncios ab Hannibale hortatum fuisse, si quod se putari volebat, vere magnus esset imperator; Fabium vero imperturbatum, se ab eo ad hoc cogi debere, si magnus ille esset belli dux, quem credi se jactaret. Adde loc. apud *Liv.* 24. 44., sub VII. I. 3.° adlat. Ceterum non infitiamur in hac historia quædam ad hunc singularem virum magis illustrandum commentitia esse posse, uti de hoc deque aliis recentiores critici facile adfirmare solent (*De Sanctis, St. d. Rom.* 1907. *II.* 200), nimium proni ad ea, quæ antiquiora sint, inter fabulas amandanda. — Videtur obiisse a. 551 = 203.; non enim de hoc inter se consentiunt *Liv.* 30. 26. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (156). De ejus autem funere hæc habet *Val. Max.* 5. 2. 3. « Magnum grati populi specimen in Q. Fabio Maximo enituit; nam quum, quinque consulatibus salutariter reipublicæ administratis, decessisset, certatim æs contulit, quo major ac speciosior ejus funeris pompa duceretur », quod perperam de Rulliano dictum nonnulli putant. — De eo sic clauditur Elogium, ubi cursus honorum describitur, quibus insignitus est: « dux ætatis suæ cautissimus et rei militaris peritissimus habitus est ». et *Nep. Hann.* 5. « imperator callidissimus ». *Sil. It.* 619. *sqq.* « circumspectis nullis deprensus in armis Laudatusque Jovi, Fabius ». *et* 616. *sqq.* « par ingenium castrisque togæque ». Adde *Quintil.* 8. 2. 11. et 11. 2. 30., *Senec. benef.* 4. 27., *Manil.* 1. 795., *Prudent.* 2. *Symm.* 748. *sq.* Magnifice in primis laudatur a *Cic. Cat.* 4. 10. *sqq.* (et *alib.* ut 1. *Off.* 24. 84. et 30. 108. etc.). Erat « in illo viro comitate condita gravitas. - Hannibalem juveniliter exsultantem patientia sua molliebat, de quo præclare familiaris noster Ennius: *unus homo* etc. - Nec vero in armis præstantior quam in toga. - Multa in eo viro præclara cognovi, sed nihil est admirabilius quam quo modo ille mortem filii tulit, clari viri et consularis. Est in manibus laudatio, quam quum legimus, quem philosophum non contemnimus! Nec vero ille in luce modo atque in oculis civium magnus sed intus domique præstantior. Qui sermo! Quæ præcepta! Quanta notitia antiquitatis! Quæ scientia juris augurii! Multæ etiam, ut in homine Romano, litteræ, - cujus sermone ita tum cupide fruebar, quasi jam divinarem id, quod evenit, illo exstincto, fore, unde discerem, neminem ». Memorant etiam ex Græcis cum laude *Polyb.* 3. 87. 6. et *Plut.* 27. — Fragmentum *Laudationis* putatur citari a *Prisc. gramm. I. p.* 380. *K.* - *Gell.* 10. 27. laudat epistolam ad Carthaginienses, eumque inter oratores sui temporis habitum dicit *Cic. Brut.* 14. 57. et 19. 77. — 4.°) **Q. Fabius Maximus Eburnus**. *V. infra.* — 5.°) **Q. Fabius Maximus Gurges**, a devorato patrimonio ita dictus (*Macrob. loc. cit.*), *Fabius Gurges* ap. *Flor.* 1. 21., *Q. Fabius* ap. *Cassiod.* et *Maximus Gurges* in *Fast. Hisp.*, ap. *Macrob. loc. cit.* simpliciter *Gurges* et ap. *Chronogr.* a. 354. *Gurgis* (leg. *Gurges*) v. *Maximus*, plenius *Q. Fabius Maximi f. Gurges* ap. *Liv.* 10. 47. et plenissime *Q. Fabius Q. f. M. n. Maximus Gurges* in *Fast. triumph. Capit.* a. 478., nempe *filius Q. Fabii Maximi* Rulliani, cos. a. 459 = 295. ap. *Liv.* 10. 31., ubi narrat hunc « consulis filium » matronas quasdam stupri damnatas pecunia multasse, qua Veneris ædem, prope Circum, faciendam curavit. De eo etiam *Macrob.* 3. *Sat.* 13. 6. « Ad viros venio triumphales, quos victores gentium luxuria vicit, et, ut taceam Gurgitem a devorato patrimonio cognominatum, quia insignibus virtutis secutæ vitia prioris compensavit ætatis ». Huc spectat illud *Juvenalis* 6. 265. « Dicite vos neptes Lepidi cæcive Metelli, Gurgitis aut Fabii, quæ ludia sumpserit unquam Hos habitus? »

et *Lamprid. Heliog.* 26. « Dalmaticatus in publico post cœnam sæpe visus est, Gurgitem Fabium et Scipionem se appellans, quod cum ea veste esset, cum qua Fabius et Cornelius a parentibus ad corrigendos mores adulescentes in publicum essent producti ». — Anno 462 = 292. consul primum creatus cum D. Junio Bruto Scæva (*Liv.* 10. 47); quo tempore id accidit, quod narrat *Liv. epit.* 11. « Cum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset et Senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc filii ignominiam eo maxime Senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est idque præstitit. Ejus consiliis et opera filius consul adjutus, cæsis Samnitibus, triumphavit (*Fast. triumph.* coll. *Oros.* 3. *Hist.* 22. et *Val. Max.* 5. 7. 1. et *Eutrop.* 2. 9). — Anno 478 = 276. secundum consul cum C. Genucio Clepsina (*Chronogr., Hydat., Chron. Pasch., Cassiod., Oros.* 4. *Hist.* 2), triumphum egit de Samnitibus, Lucanis, Bruttiis (*Liv. epit.* 14., coll. *Fast. triumph. loc. cit.*). Huc spectat quod tradit *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 720. « Dicitur etiam *Obsequens Venus*, quam Fabius Gurges post peractum bellum Samniticum ideo hoc nomine conservavit, quod sibi fuerit obsecuta ». — Anno denique 489 = 265. tertium consul cum Lucio Mamilio Vitulo, pro Volsiniis bellum gerens, servos, qui, libertate concessa abusi, in dominos insurrexerant, profligavit (*Flor.* 1. 16); sed in pugna, vulnere accepto, occubuit, ut unus tradit *Zonar. ann.* 8. 7. — Fuisse quoque ædilem curulem a. 459 = 295. certo constat (Cf. *Momms. Staatsr. I.* 242. et *II.* 498. et *Pais, Stor. d. Rom. I.* 2. 313.*sqq.*, 593.*sq.* et 738); itemque censor fuisse videtur a. 474 = 280. cum Cn. Domitio Calvino (*Frgm.* ed. *Fea*, coll. *Borghesi* in *Bull. d. Istit. Arch.* a. 1857. *p.* 82) et lustrum XXXII. condidisse (Cfr. *Liv. epit.* 13. et *Plin.* 7. *Hist. nat.* 41. 42. [133]). — 6.°) **Q. Fabius Maximus Paullus**. *V. infra.* — 7.°) **Q. Fabius Maximus Rullianus**, ædilis curulis, a. 423 = 331 (*Liv.* 8. 18., coll. etiam 10. 9. et 11); magister equitum, a. 429 = 325 (*Liv.* 8. 29. et 30., coll. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 540); consul quinquies (a. 432 = 322., 444 = 310., 446 = 308., 457 = 297. et 459 = 295); dictator, a. 439 = 315. et censor cum P. Decio Mure (a. 450 = 304), *Q. Fabius* tantum dictus *Liv.* 8. 78., *Vellej.* 1. 14., *Cassiod.* et *Rullus* in *Fast. Hisp.* et *Rullianus* a *Chronogr.* a. 354., *Fabius Rullianus* ab *Auct. de vir. ill.* 31., *Fabius Maximus Rullus* et *Q. Fabius Maximus* a *Frontin.* 2. *Strat.* 4. 2., *Q. Fabius Ambustus Maximus* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 540. et plenius *Q. Fabius M. f. N. Maximus Rullianus* in *Fast. Cons. Capit.* a. 444. et 446. — De cognomine *Maximi*, quod primus meruit, hæc habet *Liv.* 9. 46. « Fabius simul concordiæ causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quattuor tribus conjecit urbanasque eas appellavit, adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut *Maximi* cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret ». Cui loco consonat *Ampel.* 18. « Libertinos e tribubus repurgavit ideoque Maximus cognominatus », idque ab eo factum confirmat *Auct. de vir. ill.* 32. — Cogn. vero *Rullianus* (a [*Rullius*] *Rullus*, quod ὑποκοριστ. a *rurus, rusticus*), prisca ætate proprium servorum, a majoribus fortasse, vel origine vel ignota alia de causa alicui ex eis vel illi primo est inditum. — Consul primum creatus cum L. Fulvio Curvo (*Liv.* 8. 38), de Samnitibus et Apulis triumphavit, ut tradunt *Fast. triumph. Capit.*; quamquam *Auct. de vir. ill.* 32. refert primum ejus triumphum fuisse, quod egit de Nucerinis et Apulis. — Anno 433 = 321. factus interrex cum M. Valerio Corvo, consules creavit Q. Publilium Philonem et L. Papirium Cursorem; dein, a. 439 = 315. dictator, magistro militum sibi dicto Q. Aulio Cerretano, bellum intulit Samnitibus, eosque ad Saticulam (*Sant'Agata dei Goti*) devicit, ubi Aulius fortiter dimicans occubuit habuitque successorem C. Fabium Ambustum, fratrem dictatoris; et, continuato bello incensisque prius navibus, teste *Frontin.* 1. *Strat.* 11. 24., ne suis effugium aliquod præsto esset, vel castris, ut habet *Liv.* 9. 23., iterum hostes superavit (*Liv. loc. cit.*). — Secundum consul cum C. Marcio Rutilo bellum gessit cum Etruscis, quos semel iterumque profligavit (*Liv. ibid.* 33. et 36) et novo exercitu coacto initaque cum Umbris finitimis societate audaciores factos, tertium vicit ac sollertia qua erat et militari peritia, adeo prostravit, ut « pacem fœdusque ab Romanis petentes indutias in triginta annos » impetraverint (*Liv. ibid.* 37., coll. *Frontin.* 2. *Strat.* 5. 2); quos anno 445 = 309. insequenti, indutiis perfide ruptis, bellum instaurantes, pro consule rursum devicit, dum L. Papirius Censor, dictator, etsi privatus inimicus, a Fabio dictus, Samnites debellavit, sicque ambo de hostibus triumphum egerunt, uti referunt *Liv. ibid.* 39. et 40. et *Fast. triumph. Capit.*; quamquam *Auct. de vir. ill.* 32. alterum Fabii triumphum iterum de Samnitibus fuisse testatur. — Consul tertium cum P. Decio Mure provinciam habuit Samnium; sed quum Etrusci una cum Umbris ipsam Romam, magno exercitu coacto, minitarentur, nec Decius, cui Etruria fuerat assignata, par esset hostibus oppugnandis, in auxilium accitus ei adfuit Fabius, qui cum collega victor evasit (*Liv. ibid.*) perrexitque bellum cum Samnitibus, quos ad Allifas fregit oppidumque occupavit (*Id. ibid.* 42). — Quartum consul cum eod. Decio Mure (*Id.* 10. 13) contra Samnites rursum profectus, eo anno bellum conficere non potuit. — Denique, quintum consul cum eod. Decio, quattuor populos, nempe Etruscos, Umbros, Gallos et Samnites (*Auct. de vir. ill.* 32. Marsos), simul consociatos, quod bellum omnium fuit periculosissimum, in agro Sentinati victor insigni clade affecit, ob quam victoriam triumphus ei decretus actusque est, ut perhibent *Fast. triumph. Capit.*, coll. *Liv. ibid.* 25-30., *Frontin.* 1. *Strat.* 8. 3., *Oros.* 3. *Hist.* 21. — His porro addimus alia, quæ ad intestina seu domestica quodammodo pertinent; nempe quum esset Fabius ædilis curulis et, sæviente peste, ancilla quædam hujus causam ei indicasset, matronis repertis, quæ venefica medicamenta parabant, eas puniendas curavit ad centum septuaginta, teste *Liv.* 8. 18., qui rem fuse enarrat. — Item magister equitum, in bello contra Samnites, quum dictator L. Papirius Cursor ad auspicium, quod incertum fuerat, repetendum rediisset eique prohibuisset, quo minus quidquam, se absente, ageret, ipse occasionem peropportunam nactus hostes aggrediendi, cum iis prœlio commisso, plenam retulit victoriam (*Id.* 8. 29. et 30., coll. *fragm. Inscr.* ap. *Orelli n.* 540); quo cognito, Papirius iratus eum necandum parabat tanquam legi rebellem, qui, fuga periculo evadens, Romam petiit, ubi violatæ fidei reus damnatus esset nisi pater lacrimis ac precibus populus veniam filio impetrasset, teste eod. *Liv. ibid.* 31-36., coll. *Val. Max.* 2. 7. 8. et 3. 2. 9., *Eutr.* 2. 8. et *Auct. de vir. ill.* 31. — Item denique censor quum esset, trabeatos equites idib. quinct. equis albis insidentes ab æde Honoris in Capitolium transvehi instituit (*Liv.* 9. 46., *Val. Max.* 2. 2. 9., *Auct. de vir. ill.* 32); quod diu neglectum reduxit Augustus (*Sueton.* in *vit. Aug.* et *Plut.* in *Pomp.*), aliaque decrevit, tanti viri prudentia et ingenio digna. — Quo anno obierit, non constat, nec, quod ait *Auct. de vir. ill. l. c.*, eo mortuo tantum æris populi liberalitate congestum esse, ut inde filius viscerationem et epulas publice daret, pro certo habendum; nam longe probabilius ad Fabium Maximum Cunctatorem id est referendum. Cf. *Val. Max.* 5. 2. 3. et *Plut. Fab.* 27. — 8.°) **Q. Fabius Maximus Servilianus**, filius naturalis Cn. Servilii Cæpionis, cos. a. 585 = 169., frater Q. Servilii Cæpionis, cos. a. 613 = 140. et frater adoptivus A. Fabii Maximi Æmiliani, cons. a. 609 = 145.; porro *Q. Fabius Maximus* est ap. *Obseq.*, 22., ap. *Cic.* 12. *Att.* 5. et *Cassiod. chron.*, absolute *Maximus* in *Fast. Hisp.* et *Servilianus* ap. *Chronogr.*, plene *Q. Fabius Q. f. Q. n. Max. Servilianus* in *Fast. Cons. Capit.* a. 612. — Consul fuit a. 612 = 142. cum L. Cæcilio Metello Calvo (*Fast. Cap., Chronogr., Hydat., Chron. Pasch., Cic.* 12. *Att.* 5., *Oros.* 5. *Hist.* 4., *Obseq.* 22), missusque est contra Lusitanos et Viriatum, oppidumque Bucciam, quod hic obsidebat, depulsis hostibus, liberavit et in deditionem cum plurimis aliis castellis recepit, teste *Oros. loc. cit.*, qui addit eum patrasse « facinus etiam ultimis barbaris Scythiæ, non dicam Romanæ fidei et moderationi, exsecrabile; quingentis enim principibus eorum, quos societate invitatos deditionis jure susceperat, manus præcidit ». Hoc idem paullo aliter ac mitioribus verbis ita refert *Val. Max.* 2. 7. 11. « Q. Fabius Max., ferocissimæ gentis animos contundere et debilitare cupiens, mansuetissimum ingenium suum, ad tempus deposita clementia, sæviore uti severitate coegit; omnium enim, qui ex præsidiis Romanis ad hostes transfugerant captique erant, manus abscidit, ut trunca præ se brachia gestantes defectionis metum reliquis injicerent ». Sed minus probrosam ac fortasse credibilius idem breviter tradit *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 1. 42. « Q. Fabius Maximus transfugarum dexteras præcidit ». — Bellum etiam in sequentem an. 613 = 141. proconsul in Hispania prospere continuavit, sed rebus feliciter gestis « labem imposuit pace cum Viriato æquis condicionibus facta » (*Liv. epit.* 54); de qua tamen re alii dubitant, qui volunt biennio post eam conclusam fuisse a Popillio Lænate, cos. a. 615 = 139 (Cf. *Auct. de vir. ill.* 71., *Dionys. frg.* 75. et *Diod.* 33. 21). — Censor a. 628 = 126., cum L. Cæcilio Metello Calvo, ita laudatur *Val. Max.* 6. 1. 5. « Q. vero Fabius Maximus Servilianus honoribus, quos splendidissime gesserat, censuræ gravitate consummatis, exegit a filio pœnas dubiæ castitatis et punito pependit (*al.* is eas pependit), voluntario secessu conspectum patriæ (*al.* patris) vitando ». Cujus loci sensus hic esse videtur: Servilianus primo filium suum propter libidinem adfecit pœna, deinde, punito filio, seipsum punivit sponte sua in exsilium eundo. Verum plures id ad alium Fabium et filium transferunt; quin immo negant eum censorem fuisse, eo anno sed potius a. 618 = 136. Cf. *Henzen* in *Corp.* 1. *p.* 446. ad *h. a.* — Fuit etiam pontifex et de rebus sacris sive de jure pontificio libros plures scripsit, ex quibus XII. citatur *Macrob.* 1. *Sat.* 16. 25., et etiam historias seu annales, quorum lib. I. citat *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 5. Sic *Dionys. ant.* 1. 7. « οἱ πρὸς αὐτῶν Ῥωμαίων συνέγραψαν Πορκιός τε Κάτων καὶ Φάβιος Μάξιμος etc. ». Cf. *Peter, Hist. Rom. I. frg.* 76. — 9.°) **Q. Fabius Maximus Servilianus Eburnus**, dictus *Q. Maximus* ap. *Cic.* 1. *Orat.* 26. 121. et *Cassiod. chron.*, et *Maximus Servilianus* in *Fast. Hisp.* et absolute *Eburnus* ap. *Chronogr.* a. 354., cujus agnominis originem exponit *Fest. p.* 245. *M.* « Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat: antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant ». Cf. *eund. ep.* 244. et *Arnob.* 4. 145. — Quæstor fuit (*Corp.* 1. 528 e., 259 g.: cf. *Holm, Gesch. Sicil. III.* 738. *nn.* 790-792); dein a. 635 = 119. prætor præfuit quæstioni de majestate in causa C. Papirii Carbonis, qui accusatus fuerat a L. Licinio Crasso, adulescentulo tum XXI. annorum, ut eum dicit *Cic. loc. cit.*, in cujus magistratus petitione idem *Cic. Mur.* 17. 36. ipsum M. Scaurum, hominem gravissimum, civem egregium, fortissimum senatorem superasse tradit. — Consul creatus est a. 638 = 116. cum C. Licinio Geta (*Chronogr., Hydat., Chron. Pasch., Cassiod., Frontin. sq.* 2. 96), de cujus consulatu nihil est mentione dignum. De eo hoc narrat *Oros.* 5. *Hist.* 16. « Iisdem temporibus (fort. 650-104) Q. Fabius Maximus filium suum adulescentem rus relegatum cum duobus servis parricidii ministris interfecit ipsoque continuo servos in pretium sceleris manumisit. Die dicta, Cn. Pompejo accusante, damnatus est. et *Ps. Quintil. declam.* 3. 17. « Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum cognita domi causa necavit? » Idipsum refert *Val. Max.* 6. 1. 5. Non tamen constat, utrum de hoc, an de alio Fabio, quem « censorium virum nimis atrocem » vocat idem *Val. Max.* supra *cit. n.* 8. — Ad hunc *Momms. Münzw.* 534. *n.* 139. refert nummos cum epigr. *Q. Max*(imus). Cf. *Babelon, Monn. d. la rép. rom. I.* 481.*sqq.*; unde arguitur, ante quam quæstoris munus exerceret, magistrum nummorum fuisse a. 620-630 (= 134-124).

VIII.) FABII PICTORES, quod cognomen huic

Fabiorum familiæ inditum fuisse a pingendi arte constat ex veterum testimonio. *Val. Max.* 8. 14. 6. «Quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus civis? qui quum in æde Salutis *(in Quirinali)*, quam C. Junius Bubulcus dedicaverat, parietes pinxisset, nomen his suum inscripsit». Quare *Pictor* appellatus est, unde postea Fabii *Pictores* dicti. Adde *Cic.* 1. *Tusc.* 15. 4. et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 4. 7. (19). Hæc autem familia exstincta videtur, ineunte sæc. VII. ab U. C. — Inter eos præstant — 1.°) C. Fabius Pictor, primus ita cognominatus, filius Marci et pater duorum consulum, de quo *Hieronym. ep.* 60. ad *Heliod. I.* 340. *Vallars.* «Nobilem virum Q. Fabium miratur antiquitas, qui etiam Romanæ scriptor historiæ est; sed magis ex pictura quam ex litteris nomen invenit». Quod tamen haud recte dictum est; hunc enim confundit *Hieronym.* cum Q. Fabio historico. De eo *Plin. loc. cit.* «Apud Romanos quoque honos mature huic arti *(i. e.* pingendi) contigit. Siquidem cognomine ex ea *Pictorum* traxerunt Fabii clarissimæ gentis princepsque ejus cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno Urbis conditæ CCCCL. quæ pictura duravit ad nostram memoriam, æde Claudii principatu exusta». Quare *Cic. Tusc. l. c.* «An censemus *(inquit)* si Fabio, nobilissimo homini, laudi datum esset, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse?». — 2.°) N. Fabius Pictor, frater C. Fabii Pictoris, consulis a. 485 = 269 *(Chronogr.* a. 354. et *Eutrop.* 2. 16), filius C. Fabii Pictoris. — Consul cum D. Junio Pera *(Fast. Hisp., Chronogr. c.* 354., *Cassiod. chron.)* a. 488 = 266., bellum gessit cum Sarsinatibus et cum Sallentinis ac Messapiis, de quibus singillatim triumphum egit *(Fast. triumph. Capit.:* cf. *Liv. epit.* 15). — De ejus nummis vd. *Momms. Hist. de la Monn. Rom. II. p.* 371.*sq.* — Ap. *Cic.* 1. *Divin.* 21. 43., ubi olim legebatur: *in Numerii Fabii Pictoris Græcis annalibus*, nunc emendate pro *Numerii* legitur *nostri*. Cf. *Gutschmid, Kl. Schrift. V.* 513. — 3.°) Q. Fabius Pictor, filius C. Fabii cons. a. 485 = 269. et nepos C. Fabii, qui primus *Pictor* cognominatus est et Fabii Cunctatoris gentilis et amicus *(Plut. Fab.* 18). — Interfuisse bello Gallico a. 529 = 225. tradit *Eutrop.* 3. 5. «L. Æmilio consule, ingentes Gallorum copiæ Alpes transierunt, sed pro Romanis tota Italia consensit traditumque est a Fabio historico, qui ei bello interfuit, DCCC millia hominum parata ad id bellum fuisse». Adde *Liv. epit.* 20., *Oros.* 4. *Hist.* 13., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (138)., *Polyb.* 2. 24. 1.*sqq.* et *Diod.* 25. 13., coll. *Momms. R. Forsch. II.* 382.*sqq.* et *Beloch, Beitr. zu alt. Gesch. III.* 477.*sqq.*; itemque secundo bello Punico, vir inter æquales plurimi habitus, ut arguitur ex testimonio *Livii* 22. 57., coll. *Plut. loc. cit.* et *Appian. Hann.* 27. «Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est sciscitatum, quibus precibus suppliciisque deos possent placare et quænam futura finis tantis cladibus foret». *et* 23. 11. «Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit responsumque ex scripto recitavit». — Fuit «scriptorum Romanorum antiquissimus» et «longe antiquissimus auctor» *(Liv.* 1. 44. et 2. 40., coll. 3. 23. et 8. 30. et *Dionys.* 7. 71. «Παλαιότατος γὰρ ἀνὴρ τῶν τὰ Ῥωμαϊκὰ συνταξαμένων»). Perscripsit autem (ἱστορία) res gestas populi Romani inde ab Æneæ adventu et urbe condita usque ad suam ætatem, in qua fusius versatur, in ceteris minus notis brevius, generatim vero prope compendium facit; sed annus vel tempus nequit definiri, quo opus absolverit. Lingua usus est Græca, ut quæ id temporis notior esset atque communior. Huc facit illud *Cic. Arch.* 10. 23. «Si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sane, continentur». De hoc certiores nos facit *Peter* in *Hist. Rom. fragm. I. p. LXXVI. sqq.* et *p.* 5. 39. Ceterum id adfirmaverat *Dionys. ant.* 1. 6. «ὁμοίας δὲ τούτοις *(i. e.* narratoribus Græcis rerum Romanarum) καὶ οὐδὲν διαφόρους ἐξέδωκαν ἱστορίας καὶ Ῥωμαίων ὅσοι τὰ παλαιὰ ἔργα τῆς πόλεως Ἑλληνικῇ διαλέκτῳ συνέγραψαν, ὧν εἰσὶ πρεσβύτατοι Κόϊντός τε Φάβιος καὶ Λεύκιος Κίγκιος etc.». Scripsisse vero annales etiam sermone Latino conjiciunt nonnulli ex iis, quæ leguntur ap. *Cic.* 1. *Legg.* 2. 6. et 2. *Orat.* 12. 51. ac præsertim ex verbis *Quintil.* 1. 6. 12. «Contraria opinio *(sc.* eum Latine scripsisse) certe fundamento aliquo nititur. - Varro eo libro, quo initia Romanæ urbis enarrat, lupum feminam dixit Ennium Pictoremque Fabium secutus». Sæpius namque vocabula ac locutiones hujusce auctoris latinæ citantur, ut «spelunca Martis, duo et vicesimo anno etc.» *(Gell.* 5. 4. 1., coll. *Fronton. p.* 114. *N.*: vd. *Buresch, Wochenschr. f. Klass. Philol.* (1890) 1253. et *Soltau, Berl. philol. Wochenschr.* [1891] 1358). Hoc vero opus posterius græce esse debuit, quippe cultiore scriptum est stilo in prosa oratione, cujus antiquius documentum suppeditant *Origines* Catonis; quare ap. *Cic.* 2. *Or.* 12. 51. «ut noster Cato ut Pictor, ut Piso». et *ibid.* 53. «talis noster Cato et Pictor et Piso». Contra ubi agitur de rebus gestis 1. *Legg.* 2. 6. «ad Fabium, ad Catonem aut ad Pisonem». Verum quum hæc probabilius tribui possint alteri Fabio Pictori, de quo mox dicemus, non est cur diutius in his immoremur, quæ nunc eruditis haud probantur *(V.* infra sub n. 4). De hac re consulantur *Krause, Baumgart, Kiesserling, Teuffel, Gutschmid, Peter, Schanz*, qui etiam de fontibus agunt, quibus usus sit Pictor in suis annalibus condendis, ut de Diocle Peparethio aliisque, et de eorum gravitate ac momento, ut patet ex Polybio, qui quamvis eum aliquando severius reprehendat, tamen adhibet tanquam fontem in bello secundo Punico enarrando; ut ex Livio, qui sæpius eum sequitur quam citat; ut ex Plutarcho, qui ejus testimonio innititur, et ex pluribus aliis, qui hunc sibi præcipue auctorem elegerunt. — Etiam de jure pontificio scripsisse nonnulli volunt, ex eo quod *Non.* 518. 35. *M.* habet «Fabius Pictor rerum gestarum lib. I. · Idem juris pontificii lib. III.»; quod tamen alii aliter interpretantur (Cf. *Th. Plüss, Fleckeis. Jahrb.* 99 [1869] *p.* 239.; *Cohn, Neue Jahrb. f. d. Klass. Altert.* 5 [1900] *p.* 328. et *Schanz, Gesch. d. Röm. Litt.* [1907] *I. p.* 234). — Fragmenta collegerunt *Kraus, vit. et fragm. vett. hist. rom. p.* 52. *sqq.* et *Peter, Hist. Rom. reliq. I. p.* 5. *p.* 109. et *Hist. Rom. frgm. p.* 6. *p.* 74., coll. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 3. — De eo consulas quoque *Nitzsch, Die Röm. Annalistik.* Berl. 1873. *p.* 267.; *Budinger, Die Universalgesch. im Altert.* Wien 1895. *p.* 65.; *Wachsmuth, Einl. in das Stud. d. alt. Gesch.* Leipz. 1895. *p.* 622., coll. *De Sanctis, Rivista di filol.* 31 (1903) *p.* 172. et *Münzer, PW.* 6. 1836-1841. — 4.°) Ser. Fabius Pictor, filius vulgo habitus Q. Fabii Pictoris, qui flamen fuit Quirinalis *(Liv.* 37. 47). — De ejus prænomine ap. *Cic. Brut.* 21. 81. et *Quintil.* 1. 6. 12. disputant eruditi, quum in gente Fabia inusitatum sit, inter quos *Niebuhr (præl. I. p.* 27), *Mommsen (Mus. Rhen. n. XV. p.* 178) et *Peter (Hist. Rom. rel. I. p. LXXVIII)*, qui Sexti prænomen præferunt, ut de prænomine *Numerius* factum est, quod *Hertz* expunxit ex *Cic.* verbis (1. *Divin.* 21. 43. *fr.* 2). — Hunc autem omnino distinguendum esse a Q. Fabio Pictore historico, qui græce suos annales scripsit, non uno nomine est credendum, idque optime demonstrat cl. *Peter op. cit. I. p. LXXVI. sq.*, ita ut non illi sed huic, qui *Cic. loc. cit.* laudatur, ut «et juris et litterarum et antiquitatis bene peritus», tribuendi sint *Annales*, latine conscripti, quorum libri saltem quattuor citantur, et etiam libri saltem XVI. *juris pontificii*, quorum reliquias collegerunt *Huschke, jurispr. Antejust. p.* 2.*sqq.*; *Bremer, jurispr. Antehadr.* 9-12. et *Peter, ibid. p.* 109-118., a quo tribuitur ei quoque loc. *Frontonis p.* 114. *N.*, ubi Fabius *incondite* historiam exarasse dicitur. — De hisce tamen quæstionibus consulendi sunt etiam *Münzer, PW.* 6. 1842.*sqq.*; *Harless, De Fabiis* etc., Bonn 1853.; *Bernhardy, Grundriss d. Röm. Litt.* Braunsch. 1872. *p.* 679. *sq.* et *Schanz, Gesch. d. Röm. Litt., München.* 1907. *I. p.* 232.*sq.*

IX.) Fabii Titiani, cognomen familiæ Mæsiorum Fabiorum, fortasse origine Siculæ, ex quibus memorantur — 1.°) Fabius Titianus, nepos, ut videtur, Mæsii Fabii Titiani *(Borghesi, Œuvr. III. p.* 464., coll. *Momms.* ex *Inscr.* in *Corp.* 6. 1165. et 1167. et *Ephem. epigr. IV. p.* 133. *n.* 528., ubi cognatio Mæsiorum cum Fabiis Titianis demonstratur). — Consul fuit creatus a. 337. p. Chr. cum Feliciano; sed ante consulatum variis muneribus functus est; fuit enim corrector Flaminiæ et Piceni, consularis Siciliæ, proconsul provinciæ Asiæ, judex sacrarum cognitionum, comes primi ordinis, præfectus urbis peregrinus *(Corp. I. L.* 6. 1717). — Anno autem 343-350. fuit præfectus, præt. Galliarum, quo tempore occisus est Constans imp. et Magnentius Augustus declaratus, cujus partibus faverat, ut *Borghesi loc. cit. p.* 167. ostendit et confirmat *Hieronym.* in *chron.* ad a. 346., ubi Titianus vir eloquens dicitur. — Anno autem 350. Romam missus est a Magnentio, ut urbis præfectus, ibique mansit usque ad initium mensis Martii, quo Magnentius, qui in Illyrico degebat, legatum eum misit ad Constantium, ut pacem componeret, sed frustra (Cf. *Zosim.* 2. 42. ap. *Borghesi loc. cit. p.* 648). — Videtur etiam nonnullis libros scripsisse, sed horum ne vestigium quidem superest; fortasse enim hunc ii Titianum cum Julio Titiano confuderunt. *V.* Julius. — 2.°) C. Fabius Titianus, plenius *C. Mæsius Aquilius Fabius Titianus* in *Inscr.* ap. *Fabretti, p.* 119. *n.* 6., consul a. 245. cum Julio Philippo imp., ut colligitur ex *Inscr. Corp.* 3. 2706. et 8161. — Laudatur in *Inscr. Fabrettiana* supra *cit.* C. MAESIO AQVILIO FABIO TITIANO V. C. COS. OPTIMO CIVI ET PATRONO BENE-MERENTI ORDO ET POPVLVS SPLENDIDISSIMAE COL. AVG. HIMERÆORVM PECVNIA SVA POSVIT. Cf. *Momms.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 153.*sq.*

X.) Fabii Vibulani, familia Rom. antiquissima, quæ inde ab initio sæc. III. ab U. C. exstitisse constat et ex qua ortæ sunt familiæ *Ambustorum* et *Maximorum*. Ejus autem caput seu progenitor fuit *K. Fabius Vibulanus* (in *Fast. Capit.)*, quod cognomen varie scribitur, ut *Vivulanus* ap. *Chronogr.* et *Diod.* 11. 27. 1. et 41. 1. et in mss. Græcis Σιλουανός, Σιλανός, Σιλβανός, ignotæ tamen est originis et significationis. — Inter eos excelluerunt — 1.°) K. Fabius Vibulanus, a *Liv.* 2. 42. *Kæso Fabius* dictus, *Fabius* tantum in *Fast. Hisp.*, filius Kæsonis, de quo nihil proditum est *(Dionys.* 8. 88. Καίσων Φάβιος Καίσωνος υἱός). — Quæstor fuit a. 269 = 485. cum L. Valerio Potito et diem dixit Sp. Cassio Viscellino consuli anni superioris, reo perduellionis damnatoque populi judicio, cujus ædes publice dirutæ sunt, ut scribit *Liv.* 2. 41.; quamquam addit se id invenisse apud quosdam et propius fidem esse: «ea est area ante Telluris ædem» *(Id. ibid.)*. — Ter consul creatus est, sc. a. 270 = 484., 273 = 481. et 275 = 479. — Primum consulatum iniit cum L. Æmilio Mamerco, carus patribus, plebi invisus propter consulem Q. Fabium anni præcedentis; quin «eo infestior facta plebes seditione domestica bellum externum excivit», cum Vejentibus nempe et Æquis, quos Æmilius prospera pugna devicit *(Id. ibid.* 42). — Consul iterum, cum Sp. Furio Medullino Fuso, bellum gessit contra Vejentes, in quo narrando hæc scribit *Liv. ibid.* 43. «Unus ille vir, ipse consul *(Fabius)*, rem publicam sustinuit, quam exercitus odio consulis, quantum in se fuit, prodebat. Nam cum consul præter ceteras imperatorias artes, quas parando gerendoque bello edidit plurimas, ita instruxisset aciem, ut, solo equitatu emisso, exercitum hostium funderet, insequi fusos pedes noluit» propter consulis odium. Anno vero insequenti 274 = 480. cum iisdem Vejentibus pugnatum est, duce M. Fabio consule, sed tam parum prospere, ut, nisi Quintus frater accurrisset, res male cessisset Romanis, qui tunc victores evaserunt, amissis tamen Manlio, M. Fabii collega, et Q. Fabio fratre, qui in prœlio occubuerant *(Id. ibid.* 46. et 47). — Tertium consul cum T. Verginio Tricosto, quo tempore Vejens hostis, adsiduus magis quam gravis, contumeliis sæpius quam periculo animos agitabat. Tum tota, uno excepto, Fabia gens, laudibus ad cælum sublata, una subiit civitatis onus, una Vejentibus occurrit. Nunquam, scribit *Livius ibid.* 49., exercitus neque minor numero neque clarior fama et admiratione hominum per urbem incessit: sex et trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis bellum inferunt; sed spem fefellit sors, virtutem superavit dolus; nam victorias aliquot initio consecuti ad ultimum in insidias tracti circumventique, frustra acriter pugnantes, magis hostium multitudine, quam vi oppressi, ad Cremeram (hod. *Fossa di Valca)* ad unum omnes ceciderunt, a. 277-477. De hac clade *Oros.* 2. *Hist.* 5. Omnes - trucidati sunt, uno tantum ad enuntiandam cladem reservato, ut miserius audiret patria perditos quam perdidisset (*V.* tamen *Fabii* plur.). Ibi cum fratribus periit etiam M. Fabius Vibulanus, consul a. 271 = 483. cum L. Valerio Potito; iterumque a. 274 = 480. cum Cn. Manlio Cincinnato, qui de Vejentibus triumphaverat, unico filio relicto *(Id. ibid.* 42.*sqq.)*. — 2.°) M. Fabius Vibulanus. *V.* sub n. 1. — 3.°) M. Fabius Vibulanus Ambustus. *V.* Ambustus. — 4.°) N. Fabius Vibulanus, non *Cn.*, ut olim apud *Liv.* 4. 43. legebatur, *Vivulanus* ap. *Chronogr.* et *Vibolanus* in *Fast. Hisp.*, plene *N. Fabius Q. f. M. n. Vibulanus* in *Fast. Capit.* a. U. C. 347., filius ejus, qui ex clade superfuit, consul a. 333 = 421. cum T. Quinctio Capitolino Barbato ac provinciam sortitus Æquorum, contra quos aciem instruxit, quæ ostensa «Æqui turpi fuga funduntur haud magno consulis decore; itaque triumphus negatus; ceterum ob Sempronianæ cladis (Cf. Sempronius Atratinus) levatam ignominiam, ut ovans intraret, concessum est». Ita *Liv.* 4. 43. Dein a. 33 = 415. tribunus factus est consulari potestate, iterumque a. 337 = 417 *(Liv. ibid.* 57. et *Fast. Capit.)*. — 5.°) Q. Fabius Vibulanus, plenius *Q. Fabius M. f. K. n. Vibulanus II. v. III.*, filius itaque M. Fabii illius, qui ad Cremeram cecidit, unicus ex ea clade superstes *(Liv.* 3. 1). — Consul fuit a. 287 = 467. cum T. Æmilio, discordias tunc obortas inter patres et plebem ob agrarias leges sedavit, coloniam Antium deduxit, Æquos ad pacem petendam coegit. — Iterum cons. a. 289 = 465. cum T. Quinctio Capitolino Barbato, sortitus est provinciam Æquorum, quos quum pacem, quam antea victor iis concesserat et nunc denuo ferebat, recusassent, quamvis fortiter restitissent initio, tandem profligavit prædamque omnem, jam in agro Romano raptam, restituere coegit *(Liv.* 3. 1-3). — Anno 292 = 462. præfectus urbis, tribunorum conatus, qui legem, consulare imperium lædentem, tumultuose ferre tentabant, repressit, bisque hoc munere functus est, teste *Liv. ibid.* 29. — Anno denique 295 = 459. tertium consul cum L. Cornelio Maluginensi, contra Volscos et Æquos feliciter conflixit, tum etiam contra Antiates, de quibus omnibus cum collega triumphum egit, ipse de primis, de secundis alter *(Fast. triumph. Capit.*, coll. *Borghesi*, qui mutilos supplevit, duce *Dionys.* 10. 20. *sq.* et *Liv.* 3. 28). — Fuit etiam a. 296 = 458. legatus, cum P. Volumnio et A. Postumio Roma missus ad Æquos, qui, fœdere rupto, populabantur agrum Tusculanum, contraque eos rursum bellatum est *(Liv.* 3. 25). — Denique decemvir creatus est a. 304 = 450. consulari potestate legibus scribundis cum aliis novem *(Id. ibid.* 35., coll. *Dionys.* 11. 23), qui decemviri hoc munus servarunt in annum sequentem; sed turbas excitarunt, de quibus hæc habet *Liv. ibid.* 41. «Principes inter decemviros erant Q. Fabius et Appius Claudius: bellum domi magis quam foris apparebat - in Fabio minus in bono constans quam navum in militia ingenium esse; hunc enim virum, egregium olim domi militiæque, decemviratus collegæque» mutaverunt; quin sub iis Romani exercitus victi fuerunt ab Sabinis ad Gretum et in Algido ab Æquis. His cladibus itaque ab hostibus acceptis alia nefanda scelera Decemviri adjiciunt, quibus plebs permota eos munus abdicare coegit ac dignitas consularis est restituta sub finem ann. 305 = 449. «Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere: collegæ eorum exsilii causa solum verterunt», ut tradit *Liv. ibid.* 58., inter quos Fabius, qui gloriam sibi comparatam imminuit. — De eo cf. *Münzer, PW.* 6. 1881.*sqq.*

XI.) Fabios nunc alios addimus, ordine cognominum alphabetico dispositos, ex quibus præstantiores deligimus. Hi sunt — 1.°) L. Fabius Cilo, qui et *Chilo* scribitur *Lamprid. Comm.* 20., prætor, de quo *epigr.* in *Anth. Lat. n.* 594. «Sume libens simulacra, tuis quæ munera, Cilo, Aris urbanus dedicat ipse sacris». — Dein bis consul creatus est, a. 193. p. Chr. cum Flavio Claudio Sulpiciano, et a. 204. cum M. Annio Libone *(Inscr.* ap. *Orelli n.* 3561). — Fuit et præfectus Urbis *(Ulp. dig.* 48. 19. 8. § 5. et *Lanciani, Top. p.* 286. *n.* 167) per plures annos *(Spartian. Carac.* 4). Memoratur etiam in *Corp. I. L.* 6. 1408-1410., ubi cursus honorum ejus describitur, quibus accedunt *aliæ ibid.* 3. 4120., 4617., 4622. etc. — *Domus Cilonis*, in decima secunda regione Urbis et parte Aventini, prope hod. ædem S. Balbinæ, sita erat, ut constat ex fistula aquaria, reperta a. 1859., ubi legitur nomen *Lucii Fabii Cilonis*, præf. urb., cons. ann. 193. et 204., qui imp. Caracallam educavit, Macrinum protexit pluribusque functus est magistratibus. De hac domo mentionem faciunt *Notit. Urb.* et *Curios. reg. XII.*, quæ *Piscina Publica* audit. Cf. etiam *Lanciani, Acque p.* 286. et *Jordan, Topogr. II.* 109. — 2.°) Fabius Fulgentius Planciades. *V.* Fulgentius. — 3.°) Paul. Fabius Persicus, in *Inscr. Corp.* 3. 6073 = 7129.; 6. 31545. et 11. 3781., ap. *Tac.* 6. *Ann.* 28. *Paulus Fabius*, communius *Fabius Persicus*. — Cognominis origo videtur ducenda esse ex victoria, quam L. Æmilius Paullus, unus ex ejus majoribus, retulit de Perseo, rege Macedoniæ. — Fuit filius Paulli Fabii Maximi, qui a Fabio Allobrogico descendit, ut adfirmat *Claudius* imp. in oratione de civitate Gallis conferenda *(Borghesi, Œuvr. I. p.* 256). «Non magis pœnitendi senatores quam pœnitet Persicum, nobilissimum virum, amicum meum, inter imagines majorum suorum Allobrogici nomen legere». Fuit consul a. 34. p. Chr. cum L. Vitellio *(Tac. loc. cit., Frontin. aq.* 102. et *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 7051. et 7052., coll. *Dion.* 58. 24). — Anno autem 44. proconsul sortitus est provinciam Asiam *(Inscr.* in *Corp.* 3. 7124., 7125. et 14195. in theatro Ephesino, coll. *Kern, Inschr.* Magnes 157., ad Mæandrum [ἐ]πὶ ἀνθυπάτου [Παύλλου Φαβίου Πε]ρσικοῦ. Cf. *Heberdey, Oesterr. Jahresh. III. Beibl.* 85). — Denique in *Corp.* 3. 6073. dicitur fuisse pontifex, sodalis Augustalis ac frater Arvalis. Laudatur etiam *Senec. benef.* 4. 30. 2. Quid nuper Fabium Persicum, cujus osculum etiam impudici devitabant, sacerdotem non in uno collegio fecit, nisi Verrucosi et Allobrogici et illi trecenti, qui hostium incursioni pro republica unam domum objecerant? *Id. ibid.* 2. 21. 4. tradit eum pecuniam missam pro ludorum impensa, quam Julius Græcinus, magni animi vir, accipere noluit. Cf. *Juvenal.* 8. 13. — Hinc *Persicianus*, ab eo appellatus Crescens, ejus servus, in *Inscr.* ap. *Visconti, op. var. I. p.* 80. — 4.°) M. Fabius Quintilianus *(Quintilianus* ap. *Vict. Aquit.* et *Quinctilianus* in *Corp.* 6. 2028 d etc.), filius Fabii Quintiliani rhetoris (de quo *Senec. contr.* 10. *præf.* 2. «Quomodo L. Asprenas aut Quintilianus senex declamaverit; transeo istos, quorum fama cum ipsis exstincta est») et frater Fabii Quintiliani, rhetoris filii majoris *(Quintil.* 6. *præf.* 9-13), natus Calagurris *(Calahorra)* in Hispania Tarraconensi *(Hieronym.* in *chron.* ad a. 2104. = 14. *Ner.*, coll. *Auson. XVI [prof. Burd.]* 2. 7. *p.* 56. *Sch.)* ca. a. 35. v. inter 35. et 40. p. Chr. — Adulescentulus Romæ, ubi pater rhetoricam tradebat, senem coluit Domitium Afrum *(Quintil.* 10. 1. 86), virum præstantissimum *(Id. ibid.* 118), cujus orationes tunc insignes ferebantur *(Id. ibid.* 24); dein in patriam reversus est, unde iterum a Galba imp. a. 68 *(Hieronym.* in *chron.)* Romam perductus magistros quoque habuit M. Servilium Nonianum et Remmium Palæmonem *(Id. ibid.* 102., coll. *Juvenal.* 6. 452); et etiam in foro aliquandiu versatus est non mediocri cum laude *(Quintil.* 2. 12. 12), ubi causam egit Nævii Aproniani *(Id.* 7. 2. 28) et pro regina Berenice apud Vespasianum oravit *(Id.* 9. 2. 73) proque aliis et in rebus, quæ obtineri nisi hac arte *(callida)* non poterat *(Id. ibid.* 74); dein primus Romæ rhetoricæ scholam aperuit et salarium e fisco annua centena (= sestert. centena millia) accepit *(Hieronym. chron.* ad a. 2104 = 88. p. Chr., coll. *Sueton. Vesp.* 18), in qua etiam C. Plinium juniorem discipulum habuit *(Plin.* 2. *ep.* 14. 9. et 6. *ibid.* 6. 3) et Marcellum Victorium *(Quintil.* 1. *proœm.* 6) aliosque alicujus nominis viros, tantamque sibi ingenii, eloquentiæ ac doctrinæ famam comparavit ut Domitiani sororis nepotum instituendorum cura ei delegata sit *(Id.* 4. *ibid.* 2). — Postquam autem viginti annos erudiendis juvenibus impenderat, studiis quiete impetrata *(Id. ibid.* 1), institutionum libris scribendis vacavit *(Id.* 3. 1. 22., 5. 1. 8., 5. 12. 15. et *alib.)*; sed antea, ipso invito, duo libri artis rhetoricæ a discipulis editi fuerant, qui «nimium amantes mei temerario editionis honore vulgaverunt» ille inquit 1. *pr.* 7.; itemque sermones, ut colligitur ex 3. 6-68. et 7. 2. 24. — Fuit etiam consul, vel, rectius, ornamenta habuit consularia ad honorem, ut scribit *Auson. grat. act.* 7. 31. *p.* 23. *Sch.* «Quintilianus consularis per Clementem *(T. Flavium)* ornamenta sortitus, honestamenta nominis potius videtur quam insignia potestatis habuisse» (Cf. *Bloch, De decretis functorum magistratuum ornamentis* Paris 1883. *p.* 63). Hinc *Juvenal.* 7. 197. «Si fortuna volet, fies de rhetore consul». Laudatur *Martial.* 2. 90. 1.*sq.* Quintiliane, vagæ moderator summe juventæ, Gloria romanæ, Quintiliane, togæ. Rursum *Juvenal.* 6. 75. sunt quæ Chrysogonum cantare vetent; Hispulla tragœdo Gaudet: an exspectas, ut Quintilianus ametur? etc. Adde *eund. ibid.* 280. *Auson.* 1. 15.*sq.* Seu libeat fictas ludorum evolvere lites, Ancipitem palmam Quintilianus habet. Adde *eund. Mos.* 404. et *Hieronym. ep.* 70. et 125. *Id.* in *Is.* 8. *præf.* (24. 281. *M.)* Qui si flumen eloquentiæ et concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum, Gallionem etc. — Habuit duos filios, qui cum eorum matre præmortui sunt. De qua re 6. *pr.* 4. «Ut incusem deos superstes meorum. Erepta prius mihi matre eorundem, quæ nondum expleto XIX. anno duos enixa filios - decessit. *et ibid.* 6. Filius minor quintum egressus annum prior alterum ex duobus eruit lumen. *et* 9. Una post hæc Quintiliani mei spe ac voluptate nitebar; - et jam decimum ætatis ingressus annum» et ipse obiit. — Ex libris, quos scripsit, in Indice, *Lexico* præmisso, enumeratis, non omnes ad nos pervenerunt, ut opus *de causis corruptæ eloquentiæ* (6. *pr.* 3), ubi demonstrabat, quantum detrimenti obvenerat eloquentiæ ex declamationibus de fictis ad imitationem fori consiliorumque materiis; et quod ad scribendi rationem, quam Seneca id temporis invexerat, quem, veteribus neglectis exemplaribus, juventus sequebatur, vehementer reprehendebat monebatque «ne recentis hujus lascivie flosculis capti, voluptate prava deleniantur, ut prædulce illud genus et puerilibus ingeniis hoc gratius, quo propius est, adament»; «eloquentiam licet hanc - libidinosam resupina voluptate auditoria probent, nullam esse» existimabat; «si necesse sit, veterem illum horrorem dicendi» malebat, quam «istam novam licentiam»; sed patere ajebat mediam quandam viam (8. 3. 24.; 5. 12. 20.; 8. 5. 34). «Hunc *(Ciceronem)* spectemus, hoc propositum nobis sit exemplum, ille se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit» (10. 1. 112). — Ætatem vero tulit feretque in posterum «præclarissimum opus *de Institutione oratoria*, duodecim libris constans, copiosum, eruditum planeque latinum, quod versatur in manibus omnium studiosorum durabitque tamdiu, quamdiu litteræ exstabunt et colentur». Ita *Forcellin.* noster. Nec solum hac institutione præ oculis habuit Quintilianus rhetorica futuri oratoris studia, sed totum persequitur studiorum curriculum, quod juventus a pueris ingreditur. Porro in decimo libro de iis legendis, quæ magis prosint oratori, agit; quin etiam breve compendium historiæ litterariæ exhibet sive Græcæ sive Romanæ, de singulis scriptoribus ut plurimum, ne dicam semper, optima ferens judicia. *Declamationes*, scribit *Forcellin.*, «quæ ei tribuuntur, aliæ sunt minores, aliæ majores: illæ numero plures, ab aliis patri, ab aliis avo hujus tribui solent: hæ numero undeviginti, quamvis videantur nonnullis ejusdem auctoris esse, qui de Institutione oratoria scripsit, a plerisque tamen tanto viro indignæ jure ac merito judicantur». His tamen alludit *Hieronym. loc. cit.*, ubi Quintiliani «concinnas declamationes»

memorat; itemque *Auson.* 1. 15.*sq.* et *Trebell. trig. tyr.* 4.; sed eas tanto scriptore ac magistro indignas esse magisque ab aliquo ex ejus discipulis scriptas severiore judicio existimant etiam critici recentiores, leguntque M. Floro in quibusdam codicibus adjudicatas. — De eo consulas *Messer, Quintil. als Didaktiker* etc. *Fleck. Jahrb.* 156 (1897); *Hauser, Quintilian* etc. Progr. Günzb. 1910.; *Schanz, Gesch. d. Röm. Litt. II.* Münch. 1913. — 5.°) C. Fabius Valens, natus Anagniæ equestri familia. De eo *Tac.* 3. *Hist.* 62. « Procax moribus neque absurdus ingenio famam urbanitatis per lasciviam petere: ludicrum juvenum sub Nerone velut ex necessitate, mox sponte mimos actitavit, scite magis quam probe: legatus legionis et fovit Verginium et infamavit. Fontejum Capitonem corruptum seu quia corrumpere nequiverat, interfecit: Galbæ proditor, Vitellio fidus et aliorum perfidia illustratus »; nam, ut *idem* etiam alibi refert, a. 69. legatus legionis I. cum Cornelio Aquino occidit Fontejum Capitonem (1. *ibid.* 7); Galbæ infensus ad imperium capessendum Vitellium instigat (*Ibid.* 57) et imperatorem in Germania consalutat (*Ibid.*, coll. *Plut. Galb.* 22), qui eum exercitus ducem deligit (*Ibid.* 61), quicum ipse propere ad Alpes pervenit (*Ibid.* 66), bellum contra Othonem, Vitellii æmulum, gesturus (*Ibid.* 74); quo victo, Vitellius imp. Augustus appellatus est. Sed Vespasianus, in Oriente jam salutatus imperator, in Vitellium arma conversurus erat; tum Fabius Valens, a Vitellio missus, quum e sinu Pisano solvisset, sævitia maris aut adversante vento portum Herculis Monœci depellitur; dein ad mare tutius rediens rursum adversa tempestate Stœchadas, Massiliensium insulas, adfertur, ubi a Paullini Liburnicis capitur (3. *ibid.* 43) et Urbini in custodia interficitur. Caput ejus Vitellianis cohortibus ostentatum, ne quam ultra spem foverent; nam pervasisse in Germaniam Valentem et veteres illic novosque exercitus ciere credebant (*Ibid.* 62). Sic brevi finis impositus bello est, Vespasiano victore. — Fuit consul suffectus a. 69. p. Chr. cum A. Licinio Cæcina (*Id.* 2. *ibid.* 71) sub Vitellio (Cf. *Momms., Ephem. epigr. I. p.* 191). — De eo plura ex Taciti historia colligi possunt. — 6.°) Alii Fabii alicujus litterarii nominis adduntur: ut - *Fabius Cerylliunus* historicus, de quo *Hist. Aug. Car.* 4. « Fabius Cerylliunus, qui tempora Cari, Carini et Numeriani sollertissime persecutus est ». — Item *Fabius Hispanus*, facundia validus, teste *Plin.* 3. *ep.* 9. 12. — Item *Fabius Marcellinus*, qui historiam de scriptoribus non tam diserte quam vere memoriæ tradidit, uti dicitur in *Hist. Aug. Prob.* 2. — Item *Fabius Mela*, JCtus, æqualis Labeonis et Trebatii, scriptor *Dig.* libr. XLVII. circ. et in *Dig.* sæpe laudatus. De eo scripsit *Beck (De Fab. Mel.* Leipz.). — Item *Fabius Rusticus*, historicus, de quo *Tac. Agr.* 10. Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores. *et* 3. *Ann.* 20. Fabius Rusticus auctor est etc. — Sane Fabius inclinat ad laudes Senecæ, cujus amicitia floruit. Adde *eund.* 14. *ibid.* 2. et 15. *ibid.* 61. Fort. de eo *Quintil.* 10. 1. 104. Superest adhuc et ornat ætatis nostræ gloriam vir sæculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur (Cf. *Momms. Herm. III. p.* 51. *n.* 4). — Item *Fabius Sabinus* jurisperitus, de quo *Lamprid. Alex.* 68. Ut scias qui viri in ejus consilio fuerint: Fabius Sabinus, Sabini insignis viri filius, Cato sui temporis. — Item *Fabius Vestalis*, qui de pictura scripsit, ap. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 7. 60. (213)., qui etiam inter fontes suos alibi adhibuit *l.* 7., 34. et 36. — Item *Fabius Victorinus*, in cod. Vat. *Q. Laurentius Fabius Victorinus Marius* et in Bamb. *Marius Fabius Victorinus*, auctor *Comm.* in *Rhet. Cic.*, prolixus et parum scitus, adhuc exstans in collectionibus *Rhet. Lat. V.* 1. *p.* 1-180. *Orellii* et *Rhet. Lat. min. p.* 153-304. *Halmii*; non est tamen confundendus cum rhetore Mario Victorino. — *Fabii* in plur. num., absolute, sex et trecenti illi, qui soli bellum susceperunt contra Vejentes, meliore sorte digni, fortiterque dimicarunt spem facientes plenæ victoriæ; sed, insidiis circumventi ad unum omnes cæsi sunt ad Cremeram a. 277 = 477. ut supra diximus (*Liv.* 2. 49. *sq.*). Verum critici viri recentiores in hac narratione tot deprehendunt incongrua vel secum pugnantia, ut vel totam vel partim inter fabellas amandent (Cf. *Richter, Die Fabier am Cremera* in *Herm. XVII* [1882] *p.* 425. *sqq.* et *De Sanctis, St. d. Rom. II. p.* 126.*sqq.*). Memorantur *Ovid.* 2. *Fast.* 203., 223.*sqq.*, 235. et 1. *Pont.* 2. 4., *Sil. It.* 6. 637., *Prudent.* 2. *Symm.* 578., *Flor.* 1. 12., *Liv. epit.* 2., *Oros.* 2. *Hist.* 5. — Hinc *Fabia*, virgo Vestalis, soror Terentiæ Ciceronis, incesti accusata cum Catilina, sed absoluta. *Ascon.* in *Tog. cand. p.* 93. *Or.*, coll. *Sall. Cat.* 15. — Alia, ut uxor Dolabellæ (*Quintil.* 6. 3. 75): item una e tribus *Ovidii* uxoribus (1. *Pont.* 2. 136.*sqq.*): item filia L. Ælii Cæsaris, dicta etiam *Cejonia Fabia*, et Lucii Veri soror, *Capitolin. Ant. Phil.* 29. et *L. Ver.* 10.: item alia cum cogn. *Aconia Paullina*, filia Fabii Aconii Catulini, cons. a. 349. p. Chr., religiosæ paganæ in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2361., ubi dicitur sacrata deo Baccho, Cereri et Coræ etc.: item *Hadrianilla*, Hispana, quæ pueros et puellas alimentarias testamento instituit, *Corp.* 2. 1174.: item *Numantina* ap. *Borghesi, Œuvr. V. p.* 309., uxor Sex. Appuleji, cons. 13. p. Chr., fort. amita Fabii Numantini et filia Q. Fabii Maximi Africani, cos. a. 744 = 10.: item *Orestilla*, mater Gordiani junioris, proneptis Antonini, teste *Capitolin. Gord.* 17.

B. In titulis *Fabius*, nom. vir. gent. *Corp.* 5. 1204.; 6. 17491 (*e regione s. Marcelli*). — *Fabia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17491 (*ibid.*); 12. 804. — Hinc deriv. *Fabiolus*, nom. vir. demin. *Corp.* 5. 5692. — *Fabiola*, nom. mul. dem. in tit. Chr. ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I.* 759. et *Corp.* 8. 9297. — Fuit etiam *Fabiola*, matrona Romana, pœnitentiæ laude insignis, quæ *Hieronym.* in *ep.* 77. dicitur « laus Christianorum, miraculum gentilium, luctus pauperum, solatium monachorum ». et cui idem *Hieronym.* dedit *librum* exegeticum de *XLII.* mansionibus Israeliticis in deserto sive *ep.* 78. et *Augustin. ep.* 267. - De ea *Venant.* 8. *carm.* 1. 42. « Vulnera quæ curet dux Faviola monet »; ubi penultima licenter longa et litt. *v* pro *b*, ut sæpe fit, usurpatur. — *Fabillus*, cogn. demin. cujusdam grammatici, de quo *Capitolin. Maximin.* 1. « Usus est magistro Græco litteratore Fabillo, cujus epigrammata Græca multa exstant, maxime in imaginibus ipsius pueri (*Maximini*), quo versus Græcos fecit ex illis latinis Virgilii, cum ipsum puerum describeret: *Qualis ubi Oceani* etc. — *Fabilla*, cogn. mul. demin. ap. *Ulp. dig.* 34. 1. 3. — *Fabilla* et *Favilla*, cogn. mul. demin. in *Corp.* 8. 10814. — Absolute, martyr, in *Inscr.* reperta in cœmeterio Thrasonis cum vasculo sanguinis, ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 430. 8. — *Fabioca*, cogn. mul. *Not. degli scavi* a. 1881. *p.* 56. — *Fabidius*, nom. gent. Sabinum, teste *Varr.* ap. *Dionys. Hal.* 2. 48. — Hinc

Fabius, a, um, adject. Scribitur etiam *Favius*, ex solita litt. *b* et *v* permutatione. — Est autem ad Fabiam gentem vel ad Fabium aliquem pertinens, ut: — *Fabia gens*, ap. *Ovid.* 3. *Pont.* 3. 2. et 2. *Fast.* 240., *Liv.* 2. 45. et *Val. Max.* 1. 1. 11. et *alib.* — *Fabia familia* ap. *Eutrop.* 1. 16. — *Fabia lex*, triplex: — *a)* Una de *plagiariis* (περὶ ἀνδραποδιστῶν), quæ quo tempore et quo auctore lata fuerit, non constat; non enim probanda est opinio, qua conjiciuntur latores Q. Fabius Labeo et M. Claudius Marcellus coss. a. 570 = 184. Est autem de servis alienis, quos quis, invito domino, celaverit, vendiderit, emerit dolo malo (*Justin. inst.* 4. 18. 10): vel de civibus Romanis, nempe contra eum, qui civem Romanum eundemque, qui in Italia liberatus sit, celaverit, vinxerit vinctumque habuerit, vendiderit, emerit (*Ulp.* in *coll. XIV.* 3). Cf. *Cic. Rabir.* 3. 8). — *b)* Altera *de numero sectatorum*, nempe de clientibus (distinguendis a *salutatoribus* et *deductoribus*) candidatorum, qui eos quocumque sectabantur, gratiæ conciliandæ causa, et quorum numerus hac lege definiebatur. Fuit igitur lex de ambitu, cui certus modus a Fabio, nobis ignoto, statuebatur. *Cic. Mur.* 34. 70-71. — *c)* Tertia *agraria*, plenius dicta *Manilia Roscia Peducæa Alliena Fabia*, cujus tria capita referunt *Scriptores rei agrariæ* *p.* 263-266. *Lachm.* Cf. *Rudorff* et *Momms.* in *comment. II. p.* 223-226. — *Fabia tribus*, una ex rusticis, a Fabia gente denominata, numero adscriptorum maxima, ad quam pertinebant plures coloniæ et municipia, ut *Patavium, Brixia, Tibur, Caventicum* etc. Memorant *Cic.* 8. *Fam.* 8. et *Horat.* 1. *Ep.* 6. 52. — Hinc *Fabiani* et *Scaptienses* ap. *Sueton. Aug.* 40., coll. *Momms.* in *Ephem. epigr. III.* 282. — In inscr., ubi *Fab.* legitur, hoc falso aliquando in *Fabius* pro *Fabia* deformatum est, ut monet *Orelli, coll. inscr. II. p.* 14. — *Fabium nomen* ap. *Liv.* 2. 45. — *Fabius fornix* et *Fabius Lupercus.* V. *Fabianus, a, um.* — Hinc

Fabianus, nom. ¶ 1. Subst. — 1.°) Apud scriptores. — *a) Fabianus*, cos., in *Corp.* 5. 868-870. et plenius *M. Servilius Fabianus Maximus* in *alis* ap. *Orelli n.* 2274. — *b) Fabianus*, scriptor nobilissimus, de quo *Senec.*, *Plin.*, *Solin.*, *al.* V. PAPIRIUS FABIANUS. — *c) Fabianus*, familiaris *Symmachi* oratoris, qui ad eum scripsit *ep.* 9. 19., ubi laudatur ob decus generis et morum. — *d) Fabianus*, pont. max., Antheri successor, a. 236-250., dictus etiam *Facianus* (in *Chron. Pasch. I. p.* 503. *Dind.*) v. *Flavianus* (in *Not. degli scavi* ap. *de Waal* 1915) et *Palatianus* (in *Synax. Copt. II. p.* 294. *Wüst.*), Romanus, filius Fabii. Dicitur, minus probabiliter, aliunde ortus, Romam venisse, Anthero vita functo, et ex indicio columbæ, ejus capiti insidentis (*Eus. h. eccl. VI.* 29), quod tamen ad Zephyrinum alii referunt, electus fuisse; nam de more pontifices ex clero Romano deligebantur. Id autem contigit, Philippo Arabe regnante, quem ex quorundam sententia Fabianus baptizavit (*Valer.* in *pass. s. Pontii m.* 13. et 14), quod tamen leviter credendum non est. Traditur etiam Origenes epistolam ad eum scripsisse, in qua seipsum temeritatis reprehendit. — Gesta hujus sanctissimi viri, quem præter *Polycarpum* et *Irenæum*, memorant *Hieronym.* (*ep.* 84), *Rufinus* (*Invect. I.* 44), *Cyprianus* (*ep.* 9., 30., 55. et 69). et *Macarius Magnes* (*Apocr. III.* 24., ubi *thaumaturgus* vocatur), narrantur in *Catal. Liber.* « Hic (*Fabianus*) regiones divisit diaconibus et multas fabricas per cœmeteria fieri jussit ». Hinc *Lib. Pontif.* « Hic regiones divisit diaconibus et fecit septem subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum in integrum feliciter colligerent et multas fabricas per cœmeteria fieri præcepit ». Quæ quidem regionum divisio cum illa concordat, quam statuit Augustus, si unicuique duas commissas fuisse regiones censemus. — Quædam insuper alia Fabiano adjudicantur, nempe eum sententiam confirmasse in Privatum hæreticum, latam in concilio Africano, qui a Donato, ep. Carthaginiensi, appellaverat ad Rom. Pontificem: item primum in Gallias misisse Dionysium ep., Paulum Narbonensem, Martialem Limos., Saturninum Tolos., Trophimum Arelat., Stremonium Arvern. (*Longueval, Hist. de l'Eglis. Gall. I.* 1). — Ejus pontificatum nihil turbavit præter teterrimam persecutionem Decii, in qua martyr occubuit a. 250. sepultusque est in cœmeterio Callisti (*Martyr. Rom. XIII.* Kal. Febr. ed. 1916. *p.* 21), succedente sibi Cornelio. Fuit nihilo minus aliquando quæstio, an martyrium fecerit; sed ex ejus epitaphio (*De Rossi, R. S. I.* 252. *II.* 20), cui sæc. III. adjecta legitur nota MP, colligitur fuisse *martyr vindicatus* (Cf. *Le Blant, Les pers. et les mart. aux prem. siècl. c. X*). — Non tamen, si ei martyris, ita etiam decretalium scriptoris titulus est tribuendus, uti volunt nonnulli. Implexa vero quæstio est de ejus corpore, quod et alio translatum creditur, deque ejusdem reliquiis, quas multi se habere contendunt. De hoc plura a cl. *Grossi Gondi* in *Civ. Catt.* 1916. erudite disputata invenies. — De eo vd. etiam *Duchesne, Lib. Pont. I. p.* 148.*sqq.* et *Herzog, R. E. V. p.* 721. Leipz. 1898. — *e) Fabianus Maximus*, rhetor, vir nobilissimus, de quo *Senec. contr.* 2. 12., ubi tamen alii *Fabium* leg. pro *Fabiano*. — *f) Fabianus Valerius.* V. VALERIUS FABIANUS. — 2.°) In titulis cogn. vir. *Corp.* 2. 1200.; 6. 17490 (*in olla s. Aulaire*). ¶ 2. Adject., ut *Fabiana actio*, *Fabianum judicium* et *Fabiana formula*, a quodam *Fabio* denominata, ad ea referuntur, quæ in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata

sunt. *Ulp. dig.* 37. 14. 16. et *Paul.* 3. *Sentent. tit.* 3. — *Fabianus fornix*, qui et *Fabii fornix* vel *Arcus Fabianus* et *Fornix Fabius* dicitur, ap. *Quintil.* 6. 3. 67., ubi adjnditur *Cic. orat.* 2. 66. 267. referenti dictum Crassi de Memmio, qui ita sibi statura magnus videbatur, *ut in forum descendens, caput ad fornicem Fabii* (al. *Fabianum*) *demitteret.* — Appellatus est autem *Fabianus* v. *Fabius* a Q. Fabio Maximo Allobrogico, cos. a. 633 = 121., quo anno in memoriam victoriæ ab illo de Allobrogibus reportatæ fuit erectus, restauratusque dein a. 698 = 56. ab ejus nepote, ædile curuli. Situs autem erat, statuis ornatus Fabiorum cum eorum elogiis, prope Regiam, inter hanc et templum Antonini et Faustinæ, cujus adhuc exstant reliquiæ (*Cic. Planc.* 7. 17., *Verr.* 1. 7. 19., *orat. loc. cit.* et *Corp.* 6. 1303. et 1304., coll. *Jordan, Top. I.* 2. 209., *De-Rossi* in *A. I. A.* 1859. *p.* 307-325. et *Gilbert I.* 310. et *III.* 411). — *Fabianus fundus*, in pago Vercellensi Placentino (*Tab. alim. Velej.* 4. 49). ubi nunc exstat *Fabiano* in agro oppidi, hod. *Casale di Monferrato* dicti. — *Fabianus pagus*, in agro Sulmonensi Pelignorum, ubi vina proveniunt asperiora. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 26. 41. (250). — *Fabianus sanguis*, de stirpe seu gente Fabia, insignium virorum gestis maxime illustrata, dictus *Dracont. carm. min.* 7. 2. — In plur. num. *Fabiani milites*, a Fabio Maximo Cunctatore dicti ac valde celebrati, ap. *Nep. Iphicr.* 2., coll. *Liv.* 22. 32., ubi *Fabianus exercitus* memoratur. — *Fabianæ legiones*, ita appellatæ a Q. Fabio, Cæsaris legato. *Cæs.* 1. *B. C.* 40. — *Fabiani*, absolute, qui tribui Fabiæ adscripti erant. *Sueton. Aug.* 40. — *Fabiani*, dicti luperci a *Fabio*, ut *Quintiliani* a *Quintilio*, tempore Romuli et Remi. *V.* FABIUS init. sub litt. *d.*

FĂBRĀTĔRĬA, æ, f. 1. (Φαβρατερία *Strab.*) nom. duorum oppidorum, ad trib. *Tromentinam* pertinentium, quæ sunt *Fabrateria vetus* et *nova.* — *a)* Fabrateria vetus, oppidum Hernicorum in *Latio adjecto*, ad Trerum fl. (*Tolero*), hodie *Ceccano* (V. *Garrucci, I marmi ant. d. F. v.* Rom. 1856). Memoratur *Cic.* 9. *Fam.* 24., *Juvenal.* 3. 224., *Sil. It.* 8. 396. et *Rav. p.* 275. - Legati ex eo Romam venerunt orantes, ut ipsos a Samnitibus defenderent ac promittentes se imperio Romanorum fideliter obnoxios fore, si essent auxilium adlaturi, a. 330. a. Chr. (*Liv. loc. cit.*). — Olim civitas sine suffragio; dein municipium (*Henzen, Suppl. Orell. n.* 6074). — Ad hanc Fabrateriam spectat lapis in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1865. *p.* 247., in quo mentio fieri videtur *dictatoris*, qui supremus magistratus fuit more veteris Latinæ societatis (Cf. *Henzen* in *Ann. Inst.* a. 1859. *sqq. p.* 195. *sqq.* et *Corp.* 5. 3354); dein vero IIIIvirorum et decurionum. *Cod. Just.* 11. 40. 1. — *b)* Fabrateria nova, oppidum situm ubi Trerus in Lirim influit, in via Latina, conditum a. 124. a. Chr., hod. *la Civita* fortasse colonia postea deducta, dein municipium (*Corp.* 10. 5584), prope *Falvatera*, quæ tamen videtur ipsa *Fabrateria* levi vocabuli mutatione, contra oppidulum *Isoletta.* Memoratur *Cic. Cluent.* 68. 197., *Juvenal.* 3. 224. *Lib. colon.* 234. « Fabrateria muro ducta ». Adde *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4455-4469. — Hinc *Fabraterni veteres* et *novi* v. *novani*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (64)., coll. *Liv.* 8. 19. et *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4456. et 4457. et *Corp.* 10. 5647., 5650., 5654. et 5655. *Ibid.* 5651. VERVACENSES. — Nundinas alterutrorum memorat lapis in *Corp.* 1. *p.* 299. — In sing. num. *Fabraternus*, fort. per syncop. pro *Fabraterinus*, ap. *Priscian. gramm. II. p.* 81. *K.* — De iis cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 655. et *Colasanti* (*Monogr. de Fabrat.*) in *Belochs Biblioteca di Geografia storica.*

FĂBRĀTERNI, ōrum, m. plur. 2., et

FĂBRĀTERNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

FĂBRĒTĀNI, ōrum, m. plur. 2. Iidem videntur qui *Fabraterni*, incolæ Fabrateriæ veteris, ut arguitur ex lege eis data ab Alexandro imp. *Cod. Just.* 11. 40. 1. « Imp. Alexander Aug. Quattuorviris et decurionibus Fabretanorum ». Alii tamen leg. *Fabraternorum*, ut *Hülsen*, et quidem rectius.

FĂBRĬCĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

FĂBRĬCĬUS, ii, m. 2. Etiam *Fabritius* aliquando occurrit solita litt. *c* et *t* permutatione. — Genet. *Fabrici* est *Cic. Cluent.* 47. et *Fabricei* in *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1277.

Fabricius, nom. gentis Romanæ, plebejæ, nobilissimæ, fort. ab arte *fabrili* tractum, quam sit ab antiquis temporibus professa (*Prisc. gramm. IV. p.* 135. *K.*). — Universim laudantur Fabricii ex morum honestate ac bellica virtute simulque etiam cum aliis celeberrimis viris Romanæ reipublicæ sæpius comparantur *Cic.*, *Quintil.*, *Tac.*, *Virg.*, *Lucan.*, *Martial.*, *Claudian.*, *Prudent.*, *Macrob.* etc., præsertim ex iis *C. Fabricius Luscinus*, qui, ut de Roma dixit Virgilius, inter alios caput extulit « Quantum lenta solent inter viburna cupressi ». ¶ 1. Apud scriptores memorantur ex præcipuis. — 1.°) L. Fabricius, curator viarum, qui a. 62. a. Chr., coss. Q. Lepido et M. Lollio, pontem construxit, ab eo *Fabricium* appellatum, inter Urbem et insulam Tiberis (*Corp.* 1. 600 = 6. 1305 = *Dessau* 5892., coll. *Dion.* 37. 45. 3. et *Porphyr.* ad *Hor. sat.* 2. 3. 36). — 2.°) Q. Fabricius, tribunus pleb. a. 697 = 57., amicus Ciceronis, qui legem tulerat, sed frustra, de reditu ejus in Urbem, unde exsul abierat; Clodiani namque omnibus viribus, eam, vix nomine *Fabriciam* vocatam, irritam reddere conati sunt. *Cic.* 1. *ad Q. fr.* 4. 3., *post red.* 8. 22., *Sest.* 35. 75. et 36. 78. et *Mil.* 14. 38. — Non est autem confundendus cum *Q. Fabricio*, qui cum L. Caninio fuit cons. suffectus, exeunte a. 752 = 2 (*Corp.* 1. 749. et *Mon. Ancyr.* 3. 30), nec tamen proconsul Asiæ, ut falso volunt nonnulli (*Tissot, Bull. d'Oran II.* 104). — 3.°) C. Fabricius Luscinus, dictus tantum *C. Fabricius* a *Cassiod.* in *chron.* et *Luscinus* absolute a *Chronogr.* a. 354., plenius vero *C. Fabricius C. F. C. N. Luscinus* in *Fast. triumph. Capit.* a. U. C. 476. — Consul primum a. 472 = 282. cum Q. Æmilio Papo (*Cic. Læl.* 11. 39., *Chronogr.*, *Cassiod.* et, cum cogn. *Lucius* pro *Luscinus*, ap. *Hydat.* et *Chron. Pasch.*) bellum gessit cum Bruttiis et Lucanis; qui odio incitatissimo maximisque viribus Thurinæ urbi petebant exitium, quam contra C. Fabricius præcipuo studio ejus incolumitatem protegere vellet; in quo prœlio magna a Romanis hostium clades edita est; viginti enim millia cæsa, quinque millia cum Statio Statilio, duce utriusque gentis, et tribus ac viginti militaribus signis capta sunt. Hæc porro victoria, uti refert *Val. Max.* 1. 8. 6., præsentissimo auxilio Martis adscripta est; idcirco supplicatio ei habita et a laureatis militibus magna cum animorum lætitia oblati auxilii testimonium est deo redditum (*Id. ibid.*, coll. *Liv. epit.* 11., *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 15. [32]. et *Strab.* 6. 263). Triumphasse autem Fabricium de his constat ex *Fast. triumph. Capit.* hoc ipso seu potius insequenti anno, loco tamen mutilo ac varie suppleto (Cf. *Corp.* 1. *p.* 457. et 462. a. 472). — An. 474 = 284. legatus a senatu missus est ad Pyrrhum, regem Epirotarum, ut cum eo ageret de iis permutandis vel redimendis, qui in Lævini consulis clade captivi detinebantur; ubi donis frustra tentatus a rege (*Liv. epit.* 13., coll. *Eutrop.* 2. 12), ut Romanos desereret suasque partes sequeretur, tandem obtinuit, ut sine pretio dimitterentur et, statis condicionibus, pacem cum Pyrrho componeret (*Justin.* 18. 2. 6). Ad quam confirmandam Cineas, Thessalus orator, Romam cum ingentibus a Pyrrho donis missis neminem, cujus domus muneribus pateret, invenit, nec hilum quidem profecit regis legatus, etsi eloquentissimus; nam, Ap. Claudio Cæco non minore eloquentia ei obluctante, contraria sententia prævaluit, ut continuaretur bellum; quapropter Pyrrhus in Siciliam sibi oblatam trajecit (*Id. ibid.*, coll. *Appian. Samn.* 12), et Romani, adveniente cum classe Magone, fœdus cum Carthaginiensibus pepigere (*Polyb.* 3. 25. 3-4., coll. *Beloch, Gr. Gesch. III.* 2. *p.* 401.*sqq.*). — Consul secundum creatus a. 476 = 278. cum Q. Æmilio Papo iterum (*Chronogr.*, *Hydat.*, *Chron. Pasch.*, *Cassiod.*) bellavit cum Pyrrho rege et cum Lucanis, Bruttiis, Samnitibus et Tarentinis (*Liv. epit.* 13), de quibus et triumphavit (*Eutrop.* 2. 14. et *Fast. triumph. Capit. loc. cit.*). — Hoc autem tempore, uti narrant *Eutrop. l. c.*, *Val. Max.* 6. 5. 1., *Cic.* 3. *Off.* 22., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 4. 2. aliique plures, medicus Pyrrhi clam ad Fabricium venit, pollicitus, se regem veneno sublaturum, si præmium ejus rei dignum daretur; Fabricius tamen, nefarium facinus aversatus, regem monuit, uti ageret circumspectus, videretque quorum hominum quamque fidelium ministerio uteretur; quo eximiæ virtutis experimento Pyrrhus commotus, simul quod bellum haud læto jam animo prosequeretur, indutias cum Romanis est pactus. — Censor a. 479 = 275. cum eodem Q. Æmilio Papo lustrum condidit effecitque quod « narravit omnis ætas et deinceps narrabit, ut Cornelius Rufinus, duobus consulatibus et dictatura speciosissime functus, quod decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosus, in ordine senatorio retentus non esset » (*Val. Max.* 2. 9. 4., coll. *Flor.* 1. 18. 21., *Ampel.* 18. et *Augustin. ep.* 164): tantus erat in hoc singulari viro continentiæ et paupertatis amor. — Ad provectam ætatem pervenisse arguitur ex *Cic. Cat.* 6. 15.; unde scimus Fabricium in virtutis tam eximiæ præmium solutum legibus fuisse ita ut defunctus quoque, contra legem XII. Tabularum, in urbe sepeliretur. — De eo illud repeti potest *Ambros. de virg.* 1. « Nemo est laudabilior, quam qui ab omnibus laudari potest ». *Virg.* 6. *Æn.* 843. « Quis te tacitum -, Cosse, relinquat - parvoque potentem Fabricium? *Val. Max.* 4. 4. 3. princeps sæculi sui. *Macrob.* 1. *Sat.* 5. 1. vir antiquissimus. *Cic.* 3. *Off.* 4. 16. justus. *et Cat.* 5. 18. sapiens. — De ejus paupertate *Val. Max.* 4. 4. 10. Senatus Fabricii Luscini filiam ab indotatis nuptiis liberalitate sua vindicavit, quoniam paternæ hereditati præter opimam gloriam nihil erat quod acceptum referrent. — De hæc aliisque tanti viri virtutibus ac dictis vd. *Cic.* 1. *Off.* 13. 40., *Par.* 1. 2. et 6. 2., 3. *Tusc.* 23. 56., *Planc.* 25. 60., 2. *Nat. D.* 66. 165. et *Balb.* 22. 50., *Flor.* 1. 18. 9. et 21., *Senec. ep.* 98. et 120., *Plin.* 9. *Hist. nat.* 35. 58. (118)., *Ampel.* 28., *Martial.* 11. 5. et 16., *Oros.* 4. *Hist.* 1., *Hieronym. ep.* 57., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 843., coll. *Cic. Cat.* 13. et *Quintil.* 12. 1. 43. — In plur. num. *Cic.* 3. *Orat.* 15. Coruncanii nostri, Fabricii, Catones, Scipiones non tam fortasse docti, sed impetu mentis similes et voluntate. *et Par.* 50. Ne semper Curios et Fabricios loquamur. — De eo cf. etiam *Niebhur, R. G. III.* 587. *sq.* et *Münzer, PW.* 6. 1931.*sqq.* — 4.°) Fabricius Tuscus, scriptor rei geographicæ, inter suos fontes relatus a *Plin.* in *Jud. I.* 3. 4. et 6. — 5.°) A. Fabricius Vejento (*Dio l. c.* Αὖλος Φαβρίκιος), plenius *A. Didius Gallus Fabricius Vejento*, ap. *Tac.* 14. *Ann.* 50. et *Plin. ep.* 9. 13. 13. *Fabricius Vejento* et *Juvenal.* 4. 129. *Fabricius* tantum. — Fuit prætor a. 55. p. Chr., qui canes pro equis in ludis edendis induxit, teste *Dion.* 61. 6. — Anno 62. accusatus est, quod « multa et probrosa in patres et sacerdotes composuisset iis libris, quibus nomen Codicillorum dederat » (*Tac. loc. cit.*) et « venditata ab eo (*fuissent*) munera principis et adipiscendorum honorum jus » (*Id. ibid.*). « Convictum Vejentonem Italia depulit (*Nero*) et libros exuri jussit, conquisitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur » (*Id. ibid.*). — Mortuo Nerone, Romam rediit, sub ejus successoribus in gratiam susceptus a Domitiano, cujus fuit adulator ac delator famosus, teste *Juvenal.* 3. 185., 4. 113. et 123.*sqq.* et 6. 113. et a quo consulatum suffectum obtinuit ante a. 86 (*Auct. epit. Cæs.* 12. 5) iterumque ac tertium (Cf. *Jahn, Rhen. Mus. IX.* 1854. *p.* 627.; *Schanz, G. R. L. II.* 2.[2] 127.; *Momms. Korr. Bl. XII.* 125.; *Ritterling, Westd. Zeitschr. XII.* 229) et in consilium Principis cooptatus, « multos occultis criminationibus persecutus est » (*Auct. epit. Cæs. ibid.*); « sacerdotia et consulatus et spolia adeptus » (*Tac.* 1. *Hist.* 2); unde *Plin.* 4. *ep.* 22. 4. « Dixi omnia cum hominem nominavi ». — Porro ex *Juvenal.* 6. 113. novimus Eppiam quandam ejus uxorem fuisse, quum senator esset, quem deseruit, ut Sergium nescio quem athletam et gladiatorem usque in Ægyptum sequeretur. Aliam prius habuisse uxorem, nomine Atticam, constat ex inscriptione, ex qua etiam comperimus eum fuisse addictum sacrario deæ Celtico-Germanicæ Nemetonæ apud Moguntiam (*Corp.* 13. 7253 = *Dessau*

1010., ubi dicitur co[n]s[ul] III. - XVvir sacris faciend[is] sod[alis] Flavial[is] sod[alis] Titialis. Cf. Howe, Fast. sacerd. 11). ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. Corp. 5. 4422.; 6. 17635. — Fabricia, nom. mul. Ephem. epigr. II. 90.; Corp. 6. 17636 (in via Appia 1640). — Hinc

Fabricius, a, um, adject. ad Fabriciam gentem vel ad Fabricium aliquem pertinens, ut Fabricium compitum, Romæ in Cælio contra Palatinum, cui proximæ ædificatæ sunt Curiæ Novæ (Fest. p. 174. M.), a C. Fabricio Luscino dictum, quod ei « ob captivos de hostibus recuperatos ea domus data est ». Ita Placid. p. 45. D. (Corp. gloss. V. 22. 68); exstitisse autem in Regione Urbis I.ª ex eo arguitur, quod ibi et Vicus Fabricii v. Fabricius fuit (Capitolin. Bas. Corp. 6. 975 = Dessau 6073). Cf. Hülsen-Jordan, Topogr. I. 3. 261. — Fabricius pons, cœptus construi a. 692 = 62 (Dio 37. 45) a L. Fabricio, curatore viarum, et absolutus probatusque, senatus decreto, a. 733 = 21., coss. Q. Lepido, M. Lollio; recentius dictus pons Judæorum ac dein ponte Quattro Capi ab hermis quadrifrontibus ibi collocatis. Memoratur in Not. Urb. et Curios. p. 26. et 27. et etiam Horat. 2. Sat. 3. 36. a Fabricio - ponte reverti (Acr. ad l., qui modo lapideus dicitur. Pons Fabricius habet a conditore vocabulum, qui jungitur insulæ Tiberinæ, nominatus a Fabricio consule [err. pro censore v. curatore]). Hinc arguitur, olim ligneum fuisse, Tiberi exundante dirutum, in lapideum versum (Cf. Porphyr. ad eund. loc. et Momms. in Corp. 1. p. 175). V. etiam superius dicta.

FĂBRĪNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 2. 4627. — De magistro monet. V. Momms. Münzw. 582. n. 212.

FĂBŬLA, æ, f. 1. V. FAULA.

FĂBŬLEJUS, i, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 8. 10590.

FĂBŬLĪNUS, i, m. 2. (fari) deus, qui pueris primo fari incipientibus præesse credebatur, cui etiam tunc Romani sacrificabant, teste Varr. Non. p. 532. M. Cf. FARINUS.

FĂBULLUS, i, m. 2. demin. a Fabius, cogn. vir. ¶ 1. In titulis. Corp. 2. 1425., 3018., 3329. et 3710. — Fabulla, cogn. mul. Corp. 2. 2050., 1258., 3282. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Fabullus, amicus Catulli poetæ, fort. ab Hispania oriundus, laudatus seorsum (Catull. carm. 12) vel cum Veranio (carm. 28. et 47). De his disserit Münzer, PW. 6. 1944. — 2.º) Fabullus, pictor Romanus, a Nerone domui aureæ picturis exornandæ adhibitus, de quo Plin. 35. Hist. nat. 10. 37. (120)., ubi tamen alii rectius leg. Amulius. — 3.º) Fabullus, vir scelestus, a Martiale pluribus epigrammatis, sed ficto, ut videtur, nomine exagitatus (Martial. 3. 12., 4. 88., 5. 35., 6. 72., 9. 67. etc.). — Sic Fabulla, vetula quædam mulier, ab eod. 2. 41., 4. 9. et 82., 6. 12. et alib. suggillata, hæc etiam ficto fort. nomine. — Hinc Fabullinus, cogn. vir. demin., apud eund. 12. 51.

FABURNĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. in Inscr. ap. Momms. n. 1225.

FĂCĒTUS, i, m. 2. cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 744. — Faceta, cogn. mul. Inscr. ap. eund. n. 7047.

FĂCĬLIS, is, m. 3. cogn. vir. Corp. 7. 90. et alia ap. Momms. n. 5990. — Facilix, rustica (ut milex pro miles) in Corp. 2. 1228. — Charis. I. p. 130. K. de cas. abl. « Ab hoc Facile, si homo vocetur; facili, si de re loquaris ».

FĂCŬLA, æ, m. 1. cogn. vir. demin. a fax, in Corp. 3. 1954.

FĂCULTĀS, ātis, f. 3. cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 5827.

FĂCUNDUS, i, m. 2. (fari) nom. serv. vir. Corp. 5. 2625. — Etiam cogn. in alia ap. Orelli n. 3778. — Fuit etiam proconsul, laudatus a Constantio imp. in Cod. Theod. 6. 4. 15. — Item episcopus Hermianensis in Byzacena, memoratus Cassiod. exp. in psalt. ps. 138 (Migne, P. L. LXX. 904) « Duos libellos Facundus venerabilis episcopus - scribens de duabus naturis Domini Christi ». Scripsit etiam a. 546-551 (lib. XII) pro defensione trium capitulorum, contra edictum Justiniani imp., contra Mocianum scholasticum, epistolam fidei catholicæ indef. etc. et alia de quibus V. Isid. vir. ill. 32. Ceterum improbandus, qui concilio Constantinopolitano (a. 553) et Vigilio pontif. sit adversatus; magna enim fuit id temporis controversia de iterum damnandis tribus Capitulis, ex inveterato illo imperatorum Byzantiorum cacoethe se rebus sacris immiscendi cum fidei ac pacis detrimento exorta; de qua re V. VIGILIUS. — Facunda, cogn. mul. Corp. 3. 3445. — Facundia, nom. mul. per prosopopœiam fictum, quasi deæ cujusdam, Mercurio sive Cyllenio denuptæ. Capell. 2. p. 172.sq. — Facundina, cogn. mul. demin. Corp. 2. 3326. et alia ap. Brambach n. 1697.

FĂDĒNUS, i, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1845. et alia ap. Momms. n. 5834. — Etiam cogn. vir. Corp. 3. 2769. — Fadena, nom. mul. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1845.

FĂDĬUS, ii, m. 2. nom. gentis satis antiquæ, quæ ex nummis ap. Eckhel, 1. p. 159., coll. 5. p. 215. et Garrucci, Syll. p. 67. Pæstana fuisse videtur. Memorantur autem ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) M. Fadius Gallus, vir optimus ac doctissimus, amicus Attici et Ciceronis (Cic. 5. Fam. 17), sed Epicureus, 8. Att. 12. et 2. Fam. 14. et 9. 25. — Scripsit laudationem Catonis Uticensis a. 709 = 45. Cic. 7. Fam. 24., unde patet eum ex castris Cæsaris ad Pompejanos transiisse. Cf. 7. Att. 3. — 2.º) T. Fadius Gallus, tribunus plebis ex novis a. 697 = 57., quæstor Ciceronis, 8. Att. 23. et p. red. in sen. 8., cui fuit conjunctissimus. Id. 5. ibid. 17. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit (V. loc. integr.); unde colligitur hunc exsilii molestiam passum fuisse et ob id consolatoriam hanc epistolam accepisse. — 3.º) Sex. Fadius Secundus Musa ex tribu Papiria, omnibus functus honoribus in colonia Narbonensi, flamen provinciæ item Narbonensis; quæ omnia cum ejus epistola leguntur in titulo, ei patrono a Fabris subædianis posito et a Momms. in Bull. d. Ist. arch. a. 1853. illustrato (p. 27.sq.). ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. Corp. 6. 17649 (in domo Pauli de Alexis); alia ap. Orelli n. 4513. et Marini Iscr. Alb. p. 181. n. 142. — Fadia, nom. mul. Corp. 6. 17651 (in claustro cœnobii s. Pauli via Ostiensi). — Hinc Fadilla, cogn. mul. Corp. 8. 583. — Fuit etiam ita cognominata Arria Fadilla, mater Antonini Pii. V. ARRIUS. — Item filia M. Aurelii Antonini Philosophi, mater Ti. Claudii Severi cos. a. 200. Vulcat. in Avid. Cass. 10., coll. Borghesi, Œuvr. III. p. 258. et V. p. 483. et 485. et Corp. I. Gr. n. 2969. a. b. — Fadianus, cogn. vir. in laterc. ap. Kellerm. Vigil. V. 1. 7. — Adject., ut Fadianus hortus in pago Salutari Placentino. Tab. alim. Velej. 5. 69. — Fadiana, cogn. mul. Inscr. in Bull. arch. Neap. a. 1859. p. 78. — Fadienus, nom. gent. vir. Corp. 5. 2469. — Etiam cogn. vir. Corp. 3. 2079. — Fadiena, nom. mul. 5. 2466.

FĂDUS, i, m. 2. cogn. vir., quod a φάω, splendeo, unde et φαιδρός, splendidus, derivat cl. Furlanetto. Cf. Fædus. Occurrit in Inscr. ap. Fabretti p. 654. n. 298. — Alius est ap. Virg. 9. Æn. 344., coll. Sil. It. 565.

FÆCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. a fæx, cis v. a φαικός, splendidus. Occurrit in Inscr. ap. Momms. n. 2247. — Hinc fort. Fæcenius, nom. gent. vir. Corp. 3. 142., ubi Fecenius. — Fæcenia, nom. mul. Inscr. ap. Momms. n. 4895.

FÆDUS, i, m. 2. (Cf. φαίδιμος, illustris) nom. vir. in Inscr. ap. Brambach, n. 498. — Fæda (Geda), cogn. v. agn. mul. Corp. 8. 847. et 8298. et Fædula (Fedula). cogn. mul. Inscr. ap. Brambach, n. 802. — Fædimus (φαίδιμος) et Fedimus, cogn. vir. Inscr. ap. Orelli, n. 1359. — Fædosus et Fedosus, cogn. vir. Corp. 8. 8252.

FÆLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Lanciani, Top. p. 275. n. 459. — Fælia, nom. mul. Corp. 5. 2126.

FÆLIX. V. FELIX.

FÆNĬUS, ii, m. 2. (cf. φαίνω, splendeo) nom. gent. vir. ¶ 1. Memorantur a scriptoribus — 1.º) L. Fænius Rufus, in Corp. 15. 1136., Fænius Rufus 15. 1137., absolute Rufus ap. Tac. loc. cit. et Dion. 62. 13. — Fuit autem a. 55. p. Chr. præfectus annonæ (Tac. 13. Ann. 22); dein præfectus prætorio cum Sophonio Tigillino, a Nerone creatus, ex vulgi favore, quia « rem frumentariam sine quæstu tractabat » (Id. 14. ibid. 51); « Validior Tigillinus in animo principis et intimis libidinibus adsumptus, prospera populi et militum fama Rufus, quod apud Neronem adversum experiebatur » (Id. ibid.). « Sed summum robur in Fænio Rufo præfecto videbatur, quem vita famaque laudatum per sævitiam impudicitiamque Tigillinus in animo principis anteibat fatigabatque criminationibus ac sæpe in metum adduxerat quasi adulterum Agrippinæ et desiderio ejus ultioni intentum » (Id. 15. ibid. 50). — Tandem cum aliis, de conjuratione in Neronem accusatus, capitis damnatus est, quam pœnam non, ut ceteri, fortiter subiit, cui « non par animus sed lamentationes suas etiam in testamentum contulit » (Id. 15. ibid. 69). — 2.º) Fænius Telesphorus, quem laudat ob ejus amorem erga filiam, Fæniam Antullam, cui præmortuæ monumentum curaverat. Martial. 1. 114. et 116. ¶ 2. In titulis. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1742. — Fænia, nom. mul. Inscr. ap. Momms. n. 3102. et alia ap. eund. 3103., ubi Fæniæs (pro Fæniæ). — Hinc Fænusa (φαίνουσα, splendens) cogn. mul. Græcan. Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 258.

FÆSASĬUS, ii, m. 2. nom. gentis satis antiquæ, originis Etruscæ. Corp 9. 3477. et alia ap. Garrucci, Syll. n. 1806. Cf. Schulze, Eigenn. p. 191. et 355. — Etiam cogn. vir. in alia ap. Momms. n. 5138. — Fæsasia, nom. mul. in alia ap. eund. n. 6060.

FÆSELLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., originis Etruscæ. Corp. 11. 378.sqq. (Arimin.). Cf. Schulze, Eigenn. p. 191. et 355.

FÆSĬDĬUS, ii. m. 2. nom. vir., originis Etruscæ. ap. Juvenal. 13. 32. — Corp. 11. 4692., ubi Fasedius. Cf. Schulze, Eigenn. p. 191. et 427.

FÆSONĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., originis Etruscæ. Corp. 11. 6661 (in figlina). — Celeberrima est officina Fæsonia, e qua innumeræ prodierunt tegulæ in ora præsertim maris Adriatici, quarum exempla exstant ap. Momms. n. 6306 (71) et in Corp. 3. 3214 (6). et 5. 8110 (81. et 82), aliquando mutila et idcirco incertæ lectionis. Cf. Schulze, Eigenn. p. 190., 365. et 564.

FÆSŬLÆ, ārum, f. plur. 1. Scribitur etiam Fesulæ, extrita priore diphthongi littera, ap. Prob. App. p. 195. 26. K. Ita etiam in Corp. 11. 1549. et ap. Gran. Licin. frg. 45. — Usurpatur quoque Fæsula in sing. num. Sil. It. 8. 477. « Adfuit et sacris interpres fulminis alis Fæsula ». Cf. Φαισόλα Polyb. et Φαισοῦλα Procop.; sed Φαισοῦλαι usitatius (aliquando Φαισόλα n. pl. Polyb.), ut apud Latinos, Sall., Liv., Flor. etc. — Origo vocis videtur esse Etrusca, fort. ab αἶσα, fatum (V. Lanzi ap. Cavedoni in Bull. d. Ist. arch. a. 1842. p. 156., coll. Garrucci, Mon. d. Ital. 54.sq. et Schulze l. c.).

Fæsulæ, oppidum in Etruria, ad dexteram Arni, in colle prope Florentiam, tribui Scaptiæ adscriptum, hodie Fiesole. Memoratur Cic. Cat. 2. 14., 3. 79.sq., Sall. Cat. 24.sq., Liv. 22. 2., Flor. 3. 6. et alib., Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (52). Oros. 7. Hist. 37., coll. Ptol. 3. 1. 48., Appian. b. c. 2. 3. et Dion. 37. 30.sq. — Ætate floruit, qua Etrusci in Italia late dominabantur; dein vero multa passum est ex bellis, inde a tempore, quo Galli Italiam invaserunt a. 225. a. Chr., maxime in secundo bello Punico ab Hannibale (Liv. loc. cit.) et in bello sociali (Flor. 3. 18. 11) excepitque colonos ex veteranis deductos a Cornelio Sulla (Cic. 3. Cat. 6. 79.sq.). qui quum turbulenti fierent ac rapaces, cives exasperati in eorum castella irruperunt et, compluribus interfectis, agros suos recuperarunt a. 676 = 78 (Gran. Licin. frg. 45). Sed, rebus in pristinum restitutis, coloni, pejores quam ante, ipsius Catilinæ causam susceperunt (Sall. Cat. 60). — Recentiore ævo, sc. a. 405. p. Chr., ibi Stilicho Gothorum exercitum, a Radagaiso ductum, profligavit (Oros. loc. cit.). — De ejus nummis vd. Garrucci, op. cit. — Antiqui oppidi rudera adhuc visuntur, de quibus consulas Dennis, Cities and cemeteries of Etrur. II.², 116.sqq. et Notiz. degli scavi (1877) 137.sq (1879) 108. (1882) 409. (1883) 75. (1886)

229. (1891) 288. (1894) 116. (1896) 180. (1897) 185. Cf. etiam Mau, Katal. d. Inst. bibl. I. 186. — Hinc Fæsulanus (Fesulanus) ad Fæsulas pertinens. Sall. Cat. 43. ager. Plin. 7. Hist. nat. 13. 11. (60). plebs. Cic. Mur. 24. 49. coloni. Oros. loc. cit. montes. — Absolute nom. gent. vir. in Inscr. ap. Cavedoni, Marm. mod. p. 280. n. 8., coll. Corp. 6. 2492, et Hübner in Ephem. epigr. II. 38. V. Schulze, Eigenn. p. 335. — Fæsulani, incolæ, ap. Gran. Licin. loc. cit.

FÆSŬLĀNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

FĀFIĀNA, æ, f. 1. locus in Norico Ripensi. Not. Dign. occ. 34. Præfectus legionis liburnariorum primorum Noricorum, Fafianæ. — Apud Eugipp. vit. Sev. 3. 1. Civitas nomine Favianis. et 31. 1. oppidum Favianis. — Hinc Favianenses, incolæ. Id. ibid. 4. Cf. Momms. Corp. 3. p. 687. et Boecking, Not. Dign. II. 747.

FĀFĪNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1666. et Corp. 1. 717 (in tessera).

FĀGĪFŬLÆ, ārum, m. plur. 1. (fagus) oppidum in Samnio et sub imperatoribus municipium, tribui Voltiniæ adscriptum, ubi nunc ædes vulgo S. Maria di Taifoli ad septentr. opp. Campobasso. 6. 32526. a. 218. — Ejus inscriptiones in Corp. 9. 2551-2561. Cf. Momms. Corp. 9. p. 237. — Hinc Fagifulani, incolæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (107)., ubi alii aliter leg.

FĀGUS, i, m. 2. deus cultus in Aquitania ap. Lugdunum Convenarum. Corp. 13. 223. FAGO DEO BONXVS TAVRINI Filius. Adde ibid. 224. 225. etc. Cf. Desjardins Géogr. de la Gaule II. 398. et Holder, Altk. Sprachsch. ad v.

FĀGŪTAL, ālis, n. 3., et

FĀGŪTĀLIS (Facutalis), e, adject. Ita dictus est — 1.º) Locus in Esquiliis, in vertice Oppii, teste Varr. 5. L. L. 8. 49., qui vocis originem tradit ibid. 32. 152. « Ut Esculetum ab esculo dictum, et Fagutal a fago ». Hinc Lucus Facutalis apud eund. et Solin. 1.; et Fagutalis Jovis, quod ibi sacellum Jovis; unde Plin. 16. Hist. nat. 10. 15. (37). « Fagutali Jovi etiam nunc, ubi lucus fageus fuit ». et Paul. Fest. p. 87. M. « Fagutal sacellum Jovis, in quo fuit fagus arbor, quæ Jovis sacra habebatur ». — 2.º) Fagutal est etiam unus ex septem locis, quibus veteres Romani sacrum faciebant die festo, quod Septimontium appellabant (Fest. p. 340., 341. et 348. M.).

FALĀNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 6. 17695.sqq. Hinc corrigit Hübner in Eph. epigr. II. 66. ap. Tac. 1. Ann. 73., ubi Falanius dicitur eques Romanus, medicus (V. loc.), ut etiam ap. Gori, Inscr. 3. 255., 318. — Falania, nom. mul. Inscr. ap. Fabretti p. 368. n. 22.

FĀLĀCER, cris, m. 3. ¶ 1. Est deus quidam, cujus et flamen (minor) Falacer item dictus. Varro 5. L. L. 81. « Divus pater Falacer ». et ibid. et 7. 15. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Corp. 8. 2403.

FĀLACRĪNUM, i, n. 2., et Falacrinæ, arum (Phalacrinæ ap. Sueton. in optt. mss.) f. plur. 1. vicus in Sabinis ultra Reate in via Salaria, patria Vespasiani imp., hod. S. Silvestro di Falacrino. Memoratur Sueton. Vesp. 2., Itin. Ant. p. 307., Corp. 9. p. 484. — Tab. Peut. Falacrinis (abl.). V. Persichetti, Viaggio archeologico della via Salaria (Roma 1893) 79.sq.

FALACRON, insula inter Siciliam et Africam. Itin. marit. p. 518. W. « Insulæ Malta, Hefæsta et Falacron ».

FALCHŌVĀRĬI, ōrum, m. plur. 2. militum genus inter Auxilia Palatina, in Notit. Dign. or. 5 (al. 6). Seeck., una cum Tubantibus, Mattiacis, Bucinobantibus etc. — De origine vocis vd. Kossinna (Beitr. z. Gesch. d. D. Spr. u. Lit. XX. 299. sqq.) et Much (Ztschr. f. D. Alt. XL. 1896. p. 295.sqq.).

FALCĬDĬUS, ii, m. 2. (falx) nom. vir. ad gentem pertinens, quæ extremis reip. temporibus floruit. Inscr. ap. Orelli n. 4921., rectius ap. Wilmanns n. 1322. et Corp. 8. 4825. — Memoratur — 1.º) Falcidius, vir quidam de plebe, ap. Cic. Flacc. 37. 93., coll. 36., negotiator (a. 62-59). — 2.º) C. Falcidius, trib. pl., qui legem tulit, a. 714 = 40., de qua Isid. 5. Orig. 15. 2. « Sub eodem quoque imperatore (Cæsare Augusto) Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars superesset heredibus. Ex cujus nomine Lex Falcidia nuncupata est ». Addit Paul. Dig. 33. 2. « quod si testator dodrantem excessisset, liceret heredi minuere legata et quartam suam implere ». Cf. etiam Gai. inst. 2. 227. etc. — Falcidia, abs., in Cod. Theod. 9. 14. 5 § 2. et alib. Adde Hieronym. in chron., coll. Dion. 48. 33. 5., ubi Πούβλιος dicitur (V. Momms. St.-R. II. 312. et p. X. 1). — Fuit probabiliter filius C. Falcidii, trib. pl. fort. a. 687 = 67. et legati. — Falcidius, etiam adj. ad C. Falcidium priorem pertinens, a quo lex Falcidia, v. Falcidia, absolute, lata est (V. supra). — Hinc Falcidianus, adj. ad Falcidium, memoratum sub 1.º, pertinens, ut Falcidianum crimen ap. Cic. loc. ibi cit.

FALCO, ōnis, m. 3. cogn. vir. Memoratur cognominibus celeber Q. Roscius Falco cos. sub Trajano et Hadriano impp., plenius dictus Q. Roscius Cœlius Murena Silius Decianus Vibullius Pius Julius Eurycles Herculanus Pompejus Falco in Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 5451. V. Pompejus et Pontius. — Hinc Falconius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 6428. et Corp. 8. 5409. — Etiam cogn. vir. in Hist. Aug. Tacit. 6., ubi tamen Waddington leg. Faltonius. — Falconilla, cogn. mul. demin. Corp. 8. 7066. V. SOSIUS.

FALCŬLA, æ, m. 1. cogn. vir. (demin. a falx), ut Fidiculanus Falcula ap. Cic. Cluent. 37. 103.

FĀLĒRĬA v. Falesia, æ, f. 1. ¶ 1. Est portus cum oppido cognomine Etruriæ haud procul a Populonia, olim porto di Falesa prope hod. Piombino. Memoratur Rutil. 1. Itin. 371. « Lassatum cohibet vicina Faleria cursum ». Dicitur Falesia (unde vulgo Falesa p. Felesa, teste Zumpt. ad l.) in Itin. Marit. p. 501. ¶ 2. Item oppidum in Piceno. V. FALERIO.

FĀLĒRĬĀNUS, i, m. 2. V. FALERIUS.

FĀLĒRĬENSIS et Faleroniensis, e, adject. V. FALERIO.

FĀLĒRĬI, ōrum, m. plur. 2. (Φαλέριοι, opt. lect., ap. Strab. 5. 2. 9.; Φαλέριον ap. Dion. Hal. 1. 21., Ptol. 3. 1. 48., Steph. Byz.) Forma Falerii frequentior est (Liv. 4. 17.; 5. 27.; 10. 14., Val. Max. 6. 5. 1. etc.). — Etiam Faleri usurpatum videtur, ap. Varr. 5. L. L. 162., Macrob. 1. Sat. 9. 13., Paul. Fest. p. 91. M., nisi est Falari pro Falerii; quamquam Faleros habet Tab. Peut. — Etiam Falleri pro Faleri ap. Guid. Cosm. p. 478. P.

Falerii, oppidum Etruriæ australis ad sept. montis Soractis, haud procul a ripa dextera Tiberis, originis Pelasgicæ, colonia Faliscorum, ad trib. Horatiam pertinens, cui nomen dedisse Halesum Argivum heroa, ejus conditorem, quasi vox sonet Falesii, putarunt Ovid. 4. Fast. 73. et 3. Amor. 13. 32. et Serv. ad Virg. l. c., coll. Solin. 2. Cf. FALESIA. Memoratur etiam Ammian. 3. 13. 32. sq., Sil. It. 8. 490., Oros. 3. Hist. 3., Corp. 1. p. 47. et 11. p. 464., coll. Plin. 3. Hist. nat. 5. 8. (51)., Polyb. 1. 65. et Diod. 14. 96. et alib. — Distinguuntur Falerii veteres (hod. Civita Castellana) et novi (hod. S. Maria de' Falleri). — Veterum oppidum, exstructum edito loco, defensioni perquam accommodato (Plut. Cam. 9), ubi templum dicatum fuerat Junoni Quiriti (Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 5132), cum Romanis sæpe decertavit, fœdere conjunctum cum Fidenis, Veiis, Tarquiniis; sed tandem captum fuit a. 293. a. Chr. et a. 241. eversum, ita ut incolæ, dicti Falisci et nunc etiam Æqui Falisci, in æquum campi seu planitiem descendere fuerint coacti, ubi novum oppidum (municipium Faliscum in Corp. 11. 3155), hinc fort. et Æquum Faliscum vocatum, colonos excepit tempore triumviratus, quamquam nomen coloniæ Junoniæ Faliscorum non ei tribuunt Inscriptiones nisi sæc. III. post Chr. — Rudera Faleriorum veterum nunc exstant ex muris Roma antiquioribus, templis, sepulcris in rupe effossis etc., itemque novorum ex muris, amphiteatro et catacumbis christ. (V. Canina, Etr. marit. tav. IV-VIII.; Dennis, Cities and cemet. of Etrur. I. 87-96.; Not. degli scavi 1879. p. 68., 1888. p. 165., 1887. p. 170., 262., 307. Cf. etiam Tomassetti, Arch. della soc. Rom. etc. VII [1884]. 423-441). — De nummis consulas Eckhel, 1. p. 90-92., coll. 11. p. 264.sq.

FĀLĒRĪNUM, i, n. 2. proprie adject., absolute usurpatum, et idem ac Falernum, i. e. vinum, in Edict. Diocl. 2. 7.

FĀLĒRĬO, ōnis, f. 3. oppidum in Piceno, ad lævam Tinnæ fl. (Tenna), hod. Fallerone. Memoratur in Corp. infra cit. — De antiquo ejus theatro et amphitheatro, præter alia, scripsit de Minicis, Ann. d. Inst. 1839. p. 5-61.; plurimæ insuper sunt inscriptiones in Corp. 9. 5420-5518., 6417., 6418., Ephem. epigr. VIII. 237. et Not. degli scavi (1903) 106-116 (1904) 369. — Hinc Faleriensis, adj. Corp. 8. 4249. et 9. 5420. et 5428. et Ephem. epigr. VIII. 237.; itemque Faleronensis, adj., unde plur. Falerionenses, incolæ, in Lib. col. 227. et 256. et Not. degli scavi (1903) 107.

FĀLĒRĬUS, ii, m. 2. (Φαλέριος) nom. gent. vir. Corp. 5. 3282. et 3802. — Aliquando pro Valerius, ex facili litt. v in f mutatione, ibid. 3248. et ap. Garrucci, Syll. 1130. — Fuit etiam conditor oppidi, quod Falerii dictum est, teste Solin. 2. V. tamen FALERII. — Item familiaris Pelagonii, qui ad eum scripsit Hippiatriæ suæ regulas (Pelag. præf. et app. 4., 5. et 20). — Faleria, nom. mul. Corp. 5. 3563. — Hinc Falerianus, cogn. vir. Ibid. 1887.

FĀLERNUS, a, um, adject. (Φάλερνος) Origo vocis videtur duci posse a Falariis, quasi contr. a Falerinus. At Sil. It. 7. 159-211. fabulatur nomen ortum fuisse a Falerno quodam, sene, quem Bacchus, hospitio ab eo exceptus, docuit sationem vitis. — Hinc Falernus ager in Campania (Nep. Hann. 5), frumenti feracissimus, inter Calenum et Sinuessam, incipiens a ponte Campano (prope hod. S. Giovanni a ponte Campano), Savoni fl. imposito, læva petentibus Urbanam coloniam Sullanam, Capuæ contributam, ut scribit Plin. 14. Hist. nat. 6. 8. (62)., coll. Polyb. 3. 90. 10. et alib. Adde Liv. 7. 26.; 10. 20.sq., 22. 13. sq. Hic autem Falerna regio dicitur Isid. 20. Orig. 3. 6. — Falernus mons, vini excellentia celebratus. Serv. ad Virg. 2. G. 143. Vinum a montibus Falernis, qui Massici dicuntur. Adde Flor. 1. 16., apud quem etiam Falerni saltus 2. 6., phrasis rhetorica, i. e. montes. — Absolute Falernum, n. — a) Sæpissime usurpatur de vino, maxime apud poetas, ut Lucan. 10. 163. etc. V. FALERNUS in Lexico. — b) Item de agro. Varro 1. R. R. 8. 2. Cf. Macrob. 3. Sat. 20 7. — c) Item de prædio seu villa in agro Falerno, quæ Pompeji fuerat. Cic. 13. Phil. 5. 11. — Falernus, m., absolute, est etiam cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 3792. et 4801.

FĀLISCI, ōrum, m. plur. 2. (Φαλίσκοι Diod.), de cujus vocabuli etymo vide sis dicta in FALERII. — Sunt autem populi Etruriæ meridionalis inter Soracte et Tiberim vel inter Umbros et Sabinos (Sil. It. 4. 223), de quorum origine inter veteres ac recentiores non convenit (Cf. De-Sanctis, St. Rom. 1907. I. p. 173., 176); specistim vero hoc nomine designantur incolæ Faleriorum. — Sæpius cum Romanis bella gesserunt, et primum quidem a. 317 = 437., quo conjuncti Vejentibus auxilium tulere Fidenatibus, sed frustra; nam Romani, duce Æmilio Mamercino, de iis triumphavit (Fast. triumph. Capit.); quin anno sequente Faliscum agrum deprædati sunt, idque etiam a. 356 = 398. sub Valerio Potito iteratum est pariterque a. 357 = 397., quo Falisci victi sunt (Liv. 5. 10., 12., 14., 16. et 18), donec a. 360 = 394., agro vastato, M. Furius Camillus Falerios ipsos obsedit (Id. ibid. 26), ita ut Falisci se Romanis dedere statuerint « beneficio magis quam armis victi » ut scribit Val. Max. 6. 5. 1., qui rem narrat de ludi magistro ac pueris ab eo in castra Romanorum ductis, de qua vd. et Liv. 5. 27. Adde Ps. Frontin. 4. Strat. 4. 1., coll. Auct. de vir. ill. 23. — Pax itaque inter utrosque composita est. Hæc autem sex et triginta annos perduravit, quibus excisis, nova orta est belli causa, quum Falisci contra Romanos auxilia misissent Tarquiniensibus eorum hostibus, ac fetialibus Romanis horum perfugas, qui Faleriorum in oppidum se receperant, restituere detrectassent (Liv. 7. 16); quo in bello Ro-

manis, primum vano timore deterritis, res male cedebat; sed mox, animis resumptis, in hostes tanta vi irruperunt, ut eos fuderint omnino magnamque ex iis prædam domum deportarint (*Liv. ibid.*). — Denique post varias iterum bellorum et induciarum vices (*Id. ibid.* 19-21. et 22. et 10. 12., 27., 46. et *Liv. epit.* 20., *Eutrop.* 2. 28) eorum urbs, etsi munitissima, a Romanis fuit eversa et ipsi de monte in planitie, uti dictum est, novas sedes sibi figere coacti, a. 516-238 (*Eutrop.* 2. 28., coll. *Polyb.* 1. 65. et *Zonar.* 8. 18). — Ad eorum erga deos cultum quod attinet, scribit *Tertull. apol.* 24. « Faliscorum in honorem Patris Curis, unde accepit cognomen, Juno »; huic enim ab eis templum dicatum fuerat sub titulo Junonis Quiritis (*Inscr. cit.* in FALERII) et Faleriorum colonia *Junonia* dicta. Huc etiam spectat *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 558. IOVEI IVNONEI MINERVAI FALESCE (*i. e.* Falisci: cf. *Schulze, Eigenn. p.* 565. *n.* 4) QVEI IN SARDINIA SVNT (fort. illuc deportati) DONVM DEDERVNT. — Addimus eos peculiari lingua seu dialecto ac scribendi ratione usos fuisse, ut ex monumentis apud eosd. nuper repertis et ex nummis colligi potest (Cf. *Garrucci, Syll. n.* 557-559. et *ibid. n.* 554. et *Fabretti, Inschr. in falisk. Dialekt C. I. Ital.* 2440). — De iis vd. etiam *Deecke, Die Falisker,* Strassb. 1888. — *Faliscus,* adj., ut *Faliscus ager* ap. *Liv.* 10. 12., 26. et 27. et *Vitr.* 8. 3. 17. — *Faliscus poeta,* nempe Anianus ap. *Terentian. Maur. de metr.* 1816. — *Falisca terra* ap. *Ovid.* 4. *Fast.* 74. — *Faliscum municipium* in *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 543 (= *Corp.* 11. 3155 a). — Absolute *Faliscus,* cogn. vir., ut *Cincius Faliscus* ap. *Donat. de com. et trag. p. XX.* in *proleg.* ad *Ter.* « Personati primi egisse dicuntur comœdiam Cincius et Faliscus (*i. e.* Cincius Faliscus): « tragœdiam Minucius et Prothymus » (*i. e.* Minucius Prothymus).

FĀLISCUS. *V.* voc. præc.

FALLABA, æ, f. 1. oppidum Mauretaniæ Cæsariensis in Africa, quod a situ edito videtur ita vocatum, nam « *Falæ,* ut docet *Fest.,* ab altitudine dictæ sunt; unde fort. et *Palatium* derivandum quidam putant. *Notit. Afr.,* coll. *Morcelli* in *Afr. Chr. I. p.* 156.

FALLAX, ācis, m. 3. (fallo) cogn. vir. *Corp.* 4. 1604. — Hinc *Falsus,* nom. vir. in *Cod.* 4. 58. 4.

FALLĪO, ōnis, m. 3. (Φαλλίων) frater Antipatri, in prœlio, apud Papyronem commisso, occisus. *Heges.* 1. 14., coll. *Jos. ant.* 14. 2. 3. et *b. J.* 1. 6. 3.

FALTINĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 1. 1318 = 11. 3650.*sq.* (*Cære*).

FALTŌNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., aliquando confusum cum *Falconius,* in *Corp.* 2. 4363. — *Ibid.* 11. 1548 (*Fæsulæ*), ubi *Faltonnius.* — *Faltonia,* nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6816. — Apud scriptores occurrunt — 1.°) Faltonius Nicomachus. *V.* MÆCIUS FALTONIUS NICOMACHUS. — 2.°) Faltonius Probus, proc. Asiæ post mortuum Aurelianum imp. a. 275. et 276., loco Arellii Fusci. *Hist. Aug. Aurelian.* 40. — 3.°) Faltonius Probus Alypius (v. *Alipius*), absolute *Alypius* ap. *Symm.* 2. *ep.* 83., 7. 66. et *alib.,* præf. urbis a. 391. *Cod. Theod.* 14. 2. 2. et *Cod. alt.* 11. 14. 1. — 4.°) Faltonius Restitutianus, vir egregius, præses provinciæ Mauretaniæ Cæsariensis sub Gordiano imp. (*Corp.* 8. 20487., 20602. et *Rev. Arch.* [1903] 336. 94 = *Mélanges Perrot* [1903] 37); dein præfectus vigilum a. 224 (*Corp.* 6. 266). Cf. *Pallu de Lessert, Fast. d. prov. Afr. I* (1896) 516.

FAMA, æ, f. 1 (Φήμη = Ὄσσα, Ἀγγελία etc.) ¶ 1. Est dea, Terræ filia, Cœi et Enceladi soror, præsertim apud poetas, de qua V. *Lexic.* A 2. — Describitur *Virg.* 4. *Æn.* 173-188., coll. *Serv.* ad *l.,* et *Ovid.* 12. *Met.* 39-64., coll. 4. *Pont.* 4. 15. *sqq.* — Eam maxime poetæ plurimis epithetis vel attributis jungunt, uti sunt *bona, caduca, celer, certa, clara, dubia, incerta, lata, libera, loquax, maligna, nuncia rerum, pennata, prænuncia veri, subita, superstes, ficti pravique tenax, tristis, turbatrix, vulgata* aliaque pæne innumera, de vocabulo, sive communi sive proprio, usurpata. Ei autem comitantur *Rumores, Credulitas, temerarius Error, vana Lætitia, consternati Timores, Seditio repens, Susurri* (dubio auctore). — Memoratur etiam *Sil. It.* 4. 1.*sqq.* et 6. 552.*sq.* et *alib., Val. Fl.* 2. 217., *Claudian. Stil.* 248., *Petron. sat.* 123. etc. — De Fama picta in stabulo Circi exstant duo epigrammata in *Anth. Lat. n.* 312. et 313. *R.* — Habuit cultum templaque sibi dicata, ut patet ex *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5817., *Corp.* 2. 1485. et ex eo, quod tradit *Plut. de Fort. Rom.* 5., nempe Furium Camillum, Gallico incendio exstincto, Romæ templum Famæ locasse ad Novam Viam, eo loco, ubi M. Cædicius noctu vocem audiverat, quæ jubebat brevi post tempore bellum Gallicum exspectare. Cf. *Liv.* 5. 2. et v. M. ICÆDICIUS. — In nummis Famæ effigies illustratur ab *Eckhel,* 2. *p.* 120.*sq.* ¶ 2. *Fama Julia* cognominata est Seria, oppidum Hispaniæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (14).

FĀMES, is, f. 3. fingitur a poetis per prosopopœjam tamquam persona seu monstrum, quod in faucibus Orci sedem habet. *Virg.* 6. *Æn.* 276. « Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci - malesuada Fames ». Conjungitur etiam cum aliis ejus vel causis vel effectibus, uti sunt: *Egestas, Luctus, Curæ, Senectus, Metus, Morbi, Letum, Luctus, Labos, Sopor, mala mentis Gaudia, Bellum, Eumenides, Discordia, Frigus iners, Tremor, Pallor, Mæror, Insidiæ, Audacia, Avaritia, Livor, Anxietas, Perjuria, Corruptela, Dolus, Commenta, Insomnia, Sordes* ap. *eund. Virg. ibid., Ovid.* 4. *Met.* 484.*sq.* et 8. *ibid.* 805.*sqq., Sil. It.* 13. 581.*sqq., Claudian.* in *Rufin. I.* 29.*sqq., Prudent. psych.* 464.*sqq.* diciturque, sive commune nom. sit, sive proprium, *acerba, anxia, aspera, atra, avida, dira, dura, furiosa, gravis, hians, insana, jejuna, languida, malesuada, misera, pallida, pestifera, sæva, urgens, vigil, violenta, vorax etc.* (Cf. *Engelhard, De personif., quæ in poesi et in arte Rom. inv.* Diss. Gött. 1881. *p.* 25.*sqq.* et *Usener, Götternam.* 365.*sqq.*).

FĀMĬLĬA, æ, m. 1. cogn. vir., perrarum. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6769. *c.* 1. *l.* 38. — Hinc *Familiaris,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *eund. n.* 6769. *c.* 3. *l.* 44. — *Famulus,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Cuper.* in *Harpocr. p.* 237., coll. *Momms. Inscr. n.* 2068. — *Famuli Divi,* in luco Arvalium, quasi ministri deorum superiorum culti (Cf. *Henzen* in *Act. Arv. p.* 145). Comparantur cum Faunis ac Silvanis, quibus respondent *Virgines Divæ* seu nymphæ nemorum ac fontium (V. *Preller, Röm. Myth. I.*[3] 100.; *Peter* in *Roschers Lex. I.* 1443. et *Ruggiero, Relig. d. Römer* 19).

FĀMĬLĬĀRIS et

FĀMŬLUS. *V.* voc. præc.

FANESII, ōrum, m. plur. 2. gens fabulosa in insulis Oceani septentr., de qua *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (95). « Fanesiorum (*al.* Panotiorum) aliæ (*insulæ*), in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant ». *Solin.* 19. scribitur *Phanesii.* — Vocantur autem *Panotii* (a πᾶν, *totum,* et οὖς, ὠτός, *auris*) ab *Isid.* 11. *Orig.* 3. 19. et *Pannotii* a *Mela* 3. 56. *Fr.* (*Sannaloe* cod. Vat., *Pannotios* leg. *Bursian*).

FĀNESTER, tris, m. 3. *V.* FANUM.

FANGO, ōnis, m. 3. nom. seu cogn. legati Cæsaris in Africa, quem memorat *Appian. b. c.* 5. 26.; unde *Fangonianus,* adj., ut *Fangonianus fundus* in Æmilia prope fl. Sapim (*il Savio*). *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 2108.

FANGŌNĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

FANNĬĀNUS et

FANNĪUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

FANNĪUS, ii, m. 2. Scribitur etiam *Fanius,* unico *n,* in *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 262. et *Corp.* 8. 2023. et *alib.* haud raro, ita ut olim gens diversa habita sit.

Fannius, nom. gent. vir. ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.°) Fannius (quem nonnulli putant fuisse Remmium Palæmonem grammaticum), fabricator chartæ, ab eo *Fanniana* dictæ, cujus sagax officina laudatur *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 23. (75). V. *Fannianus.* — 2.°) Fannius, medicus, fort. ficto nomine, ap. *Martial.* 10. 56. — 3.°) Fannius, historicus, ap. *Victorin.* in *Rhet. Cic.* 10. 20., idem ac orator ap. *Vellej.* 1. 17. — 4.°) Fannius, poetaster vanissimus, quem *Horat.* 1. *Sat.* 4. 21. salse irridet et *ibid.* 10. 80. parasitum Tigelli Hermogenis vocat. — Hunc *C. Fannium Quadratum,* trib. pl., nonnulli putarunt, quod valde dubium est et ortum videtur ex falsa lectione loci *Acronis,* ubi pro « Fannius quadratam eo tempore satiram scribebat etc. » alii leg. « Fannius Quadratus etc. ». Ceterum satiras certo non scripsit Fannius; nam Horatius ingratos sermones suos cum gratiosis Fannii poematis composuit, uti scite animadvertit *Ritter.* — 5.°) C. Fannius, cujus servum Alexandrum M. Agrii argentarii servus occidisse insimulatus est eoque nomine tortus a domino, se admisisse id facinus constantissime asseveravit; itaque, Fannio deditus, supplicio affectus est. Parvulo deinde tempore interjecto, ille, de cujus nece creditum erat, domum rediit. Ita rem narrat *Val. Max.* 8. 4. 1., quod quidem satis luculenter probat, quam anceps quamque ineptum ac barbarum fuerit vetus illud veritatis experimentum. — 6.°) C. Fannius, unus ex Clodii accusatoribus in causa pollutarum religionum, teste *Cic.* 2. *Att.* 24. — Fuit tribunus pl. a. 695 = 59. *Id. Sext.* 53. 113. et *Vatin.* 7. 16., coll. *Schol. Bob. p.* 304. et 307; pontifex a. 697 = 57 (*Id. har. resp.* 12); prætor a. 705 = 49. simulque Asiæ administrator, non vero titulo proconsulis. Cf. *Momms., Münzw. II. p.* 60. *n.* 4. et *Waddington, Fast. As. p.* 64. — Fort. periit in prœlio Pharsalico. Cf. *Cic.* 11. *Att.* 6., Pompeji sectator, et ἀρχιστράτηγος, ut eum vocat *Jos.* 14. *B. I.* 230., quum ille Judæam subegit. — 7.°) C. Fannius, causarum patronus, qui scripsit « exitum virorum illustrium sub Nerone », ut refert *Plin. jun.* 5. *ep.* 5., vita functus a. 105. p. Chr. — 8.°) Fannius Cæpio, absolute *Cæpio* ap. *Vellej.* 2. 93., homo nefarius, una cum L. Murena (qui « sine hoc facinore potuit videri bonus, Cæpio et ante hoc erat pessimus » *Vellej.* 2. 91) conspiraverat adversus Augustum a. 732 = 22.; sed ambo « oppressi auctoritate publica, quod vi facere voluerant, iure passi sunt (*Id. ibid.*); nam rei majestatis facti sunt a Tiberio et condemnati (*Sueton. Tib.* 8., coll. *Aug.* 19. et *Dion.* 54. 3). Hinc argute *Martial.* 2. 80. « Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit, Hoc, rogo, non furor est, ne moriare, mori? ». — Videtur ex loco *Porphyr. Hor. od.* 2. 2. 5. fuisse hic *Fannius* frater Proculeji, qui eum et Murenam bello civili bonis spoliatos, fraterna pietate impulsus, sua bona cum his æquis partibus divisit. Hic tamen alii leg. *Scipionem* pro Cæpione, sed perperam, ait *De-Vit;* verum *Kiessling, Ritter, Kappelmacher,* alii, recentiores, hanc cum Murena Cæpionis fraternitatem negant. — 9.°) P. Fannius Chærea (*Cic. Q. Rosc. Com.* 1. 3), Græcus sed civitate Romana donatus, ut ex ejus nomine et cognomine arguitur aut etiam sumpto nomine a quodam Fannio, qui eum ex servo libertinum reddiderit. — Is autem, de quo in oratione Tullis-Tulliana agitur, est servus, Panurgus appellatus, quem accusator C. Fannius Q. Roscio Comœdo tradiderat, in arte comica erudiendum ea condicione, ut lucrum inde perceptum inter herum et magistrum divideretur. Verum Flavius quidam Panurgum occiderat et ob id prius Roscio, dein Fannio pecuniam ex damno utrique illato, de cujus divisione lis erat, jam solverat. — 10.°) C. Fannius Strabo, sæpe *C. Fannius* dictus a *Cassiod.* in *chron.* vel *Fannius* tantum a *Lucil.* ap. *Gell.* 2. 24. et *Strabo* a *Chronogr.* a. 354., in *Fast. Capit.* plenius *C. Fannius C. F. C. N. Strabo.* — Fuit cos. a. 593 = 161. cum M. Valerio Messalla (*Fast. Cap.* et *Sueton. rhet.* 1), quibus coss. factum est SCtum de rhetoribus et philosophis, Romæ ne essent (*Sueton. ibid.* et *Gell.* 15. 11). — Hic fuit etiam lator legis, quæ ab eo *Fannia* est appellata (V. *Fannius, a, um*). — Variis quoque legationibus functus est ad res Illyriorum et Dalmatarum inspiciendas (*Polyb.* 32. 18. et 19), ad Prusiam (*Id.* 33. 6) et ad Achæos (*Id.* 38. 4), nec oratoris laude videtur caruisse (*Cic. Brut.* 26. 101). Hic autem a multis confusus est cum sequente ita ut operosum sit unum ab altero secernere. *V.* infra. —

11.°) C. Fannius Strabo C. M. filius, in Africa sub Scipione Africano militavit, tertio bello Punico, fuitque socius Ti. Gracchi, qui primus a. 608 = 146. Carthaginis muros ascendit (*Plut. Ti. Gr.* 4), eumque subsecutus ac particeps laudis (*Cic.* 12. *Att.* 5. *fr.* 4); et a. 612 = 142. in Hispania ulteriore sub Fabio Maximo Serviliano strenue dimicavit contra Viriatum (*Appian. r. hisp.* 67). — Fuit tribunus pl., de quo munere hæc habet *Cic. Brut.* 26. 100. « Et causas defensitavit et tribunatus ejus, arbitrio et auctoritate P. Africani gestus, non obscurus fuit ». Dein inter a. 625-629 = 129-125. prætor creatus est (in SCto ad *Hyrc.* ap. *Jos. ant.* 13. 260-266. « Φάννιος Μάρκου υἱὸς στρατηγὸς »); et a. 632 = 122. auctoritate C. Gracchi (*Plut. C. Gr.* 8) consul factus est cum Cn. Domitio Ahenobarbo, in quorum consulatu lunas trinas apparuisse testantur *Plin.* 2. *Hist. nat.* 32. 32. (100). et *Obs.* 32.; sed tunc ita a C. Gracchi amicitia deflexit, ut contra eum orationem habuerit *de sociis et nomine Latino,* quam laudat *Cic. Brut.* 26. 99.*sq.* cujusque priora verba adfert 3. *Orat.* 47. 183. « Si, Quirites, minas illius » et fragmenta aliquot collegit *Jul. Vict. p.* 222. *Orell.* (= 402. *Halm*), ut etiam *Meyer, Orat. Rom. frg. p.* 200.*sq.* Cf. *Peter loc. cit.* — Scripsit quoque annales, uti dicuntur, seu historiam (lib. saltem VIII), cui *Sall.* in *Hist. frgm. I.* 3. *D.* veritatem tribuere videtur (Cf. *Victorin. p.* 58. 31. et *Cic. frg. p.* 580. *Or.*), quamque Brutus in compendium redegit (*Cic.* 12. *Att.* 5). De ea hæc habet *Cic. Brut.* 26. 101. « C. Fannius M. filius, C. Lælii gener et moribus et ipso genere dicendi durior: is soceri instituto - Panætium audiverat: ejus omnis in dicendo facultas historia ipsius non ineleganter scripta perspici potest, quæ neque nimis est infans neque perfecte diserta ». Adde *eund.* 1. *Legg.* 2. 6. — Interpretes tamen ex eo quod *Cic.* duos distinxit Fannios oratores, unum C., alterum M. filium et generum Lælii, disputant, utrum ipse in errorem sit lapsus, an vere duo exstiterint, alter consul et orationis laudatæ auctor, quam « et bonam et nobilem » dicit (*Brut.* 26. 99.*sqq.*), alter C. Lælii gener et historicus (*Ibid.*). Verum hac de re implexa, quæ longiorem orationem postulat, consulantur doctiores, qui haud pauci eam pertractarunt, uti, ex præcipuis, *Mommsen* in *Corp.* 1. *p.* 158-160., qui difficultates dirimit, comprobare studens hunc C. Fannium M. filium et consularem et Lælii generum et historicum unam personam fuisse, non confundendum cum C. Fannio C. f. consule a. 593 = 151. Adde *Peter, Hist. Rom. rel. I. p. CCIII.sqq.; Münzer, PW.* 6. 1987.*sq.; Schanz, Röm. Lit. I.* 1.[3] *p.* 276.; *Kornemann, Zur Gesch. d. Gracchenzeit* (*Beitr. zur alt. Gesch.* Beiheft I. 1903. *p.* 21.*sq.*); *Cima, L'eloquenza latina prima di Cic.* 1903. *p.* 133.*sq.; Fraccaro, Sui Fannii dell'età Graccana,* Roma 1910. et *Studi sull'età dei Gracchi* 1913. *p.* 124.*sqq.* — 12.°) P. Clodius Fannius (?) Thrasea Pætus, gener Cæcinæ Pæti, maritus Arriæ junioris et pater Fanniæ, uxoris Elvidii Prisci, non Romæ sed Patavii natus, teste *Tac.* 16. *Ann.* 21., coll. *Dion.* 62. 26.: « Patavi, unde ortus erat, ludis cetariis (*pro* cetaribus: *al.* cetastis), a Trojano Antenore institutis, habitu tragico cecinerat » (Cf. *Nipperdey-Andresen II.* 308.*sq.*). — Ejus gentilicium fuisse *Fannius* nonnulli putant; sed ex *Corp. I. L. IV. Suppl. n. XXII. XXIV-XXVII. XXXII = De Petra, Le tavole cerate di Pompei n.* 13-17. 26 ([P. C]LODIO THRASEA XXV. 24 = *De Petra* 15.; [P. CLOD]IO THRASIA (sic) XXVI. 24 = *De Petra* 16., coll. *Dion.* 61. 15. Πούβλιος Θρασέας Παῖτος) patet, plene, non *P. Clodium Fannium Thraseam Pætum,* uti vult cl. *De-Vit,* sed *P. Clodium Thraseam Pætum* legendum esse. Cf. etiam *Momms., Herm.* 12 (1877) *p.* 128. et *Prosop. imp. Rom. I. p.* 423. *n.* 938. — Fuit autem, a. 55 (*al.* 56) p. Chr., philosophus Stoicus, vitæ integritate clarus (*Tac.* 2. *Hist.* 7., coll. *Sueton. Domit.* 10. et *Dion.* 67. 13), senator a. 58-63., quindecemvir sacris faciundis (*Tac.* 16. *Ann.* 22., coll. 27-28), et consul suffectus sub Nerone a. 56 (al. 58); amicus Persii poetæ, Arriæ uxoris cognati; demum acta ætate (*Tac.* 16. *Ann.* 26. et 29), accusatus majestatis a Capitone Cossutiano ex Cilicia, quem et ipse repetundarum accusaverat (*Id. ibid.* 21., coll. 13. 33), et ab Eprio Marcello, Nerone impellente, qui Thraseæ virtutes, quas olim eximio elogio ipse Nero prosecutus fuerat (*Plut. polit. parang.* 33), nunc, homo nefarius, vehementer oderat (Cf. *Plut. ibid.* 14. et *Tac. loc.* infra *cit.*), et mori jussus, venas utriusque brachii sibi excidendas porrexit a. 66.: « libamus, inquiens, Jovi liberatori »; quæ verba commentum illud satis explodunt, Thraseam fuisse Christianum. — Quum ei pœna capitalis nunciata est, erat maxime intentus Demetrio, cynicæ institutionis doctori, et cum eo disputabat de natura animæ et dissociatione spiritus corporisque (*Tac.* 16. *Ann.* 34). — De eo idem *Tac.* 16. *Ann.* 21. « Ad postremum Nero virtutem ipsam excindere concupivit, interfecto Thrasea Pæto ». Adde *Sueton. Ner.* 37. et *Martial.* 1. 9. et 4. 54. — Porro exemplar, quod sibi proposuerat Thraseas, fuit Cato junior, cujus panegyricum seu vitam texuit, præcipuum fontem, quo usus est Plutarchus in vita Catonis Uticensis (*Cat. min.* 23. et 37). Scripsit etiam tragœdiam pro ludis, qui Patavii celebrabantur tricesimo quoque anno (Cf. *Tac. loc.* init. *cit.,* coll. *Dion. ibid.*). Aliquot ejus dicta refert *Plin.* 6. *ep.* 29. 1. et 7. et 8. *ibid.* 22. 3. — De eo scripserunt *Hoitsema, Disp. hisp. d. P. Thras. Pæt.,* Diss. Groning. 1852.; *Joachim, P. Thras. Pæt. vit.* Lahr 1858. et *Teuffel-Schwabe, Gesch. d. Röm. Litt. II.* 728. Cf. etiam *Klebs, Prosop. imp. Röm. I.* 428. et *Momms, Ind. Plin. p.* 410. ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Corp.* 6. 17707 (*pone apsidem Basil. Ost.* 1707). et 2875 b; 12. 3427 (*Nemausi*). etc. — *Fannia,* nom. mul. *Corp.* 6. 17718.; 12. 4394 (*Narbone*) et alia ap. *Garrucci, Syll.* 1896. — Fuit etiam *Fannia,* mulier Minturnensis, impudica, in uxorem ducta a quodam C. Titinio et ut eam patrimonio spoliaret, repudiata, quam Marius damnavit, adacto tamen viro ad dotem ei reddendam; postea vero Marium, a senatu hostem judicatum et a cœno paludis Minturnensis extractum, domi suæ custodiendum excepit, ut refert *Val. Max.* 8. 2. 3., coll. 1. 5. 5. et *Plut. Mar.* 38. — Item *Fannia,* filia P. Clodii Thraseæ Pæti et Arriæ minoris, neptis Cæcinæ Pæti et Arriæ majoris, uxor Helvidii Prisci, mulier virtute prædita, bis in exilium sub Domitiano imp. maritum secuta, de cujus vita libros scripsit, ejus rogatu, Herennius Senecio, ob id reus factus et ipsa relegata a. 93. ac bonis spoliata; eo tamen occiso, ab exilio rediit obiitque anno, ut videtur, 107. Memoratur cum laude a *Plin.* 7. *ep.* 19. et *alib.* et *Tac.* 16. *Ann.* 34. — Hinc

Fannius, a, um, adject. ad Fannium aliquem vel ad Fanniam gentem pertinens, ut *Fannia lex,* sumptuaria, ita dicta a *C. Fannio Strabone,* cos. a. 593 = 161., ad hunc finem lata, ut nimius conviviorum luxus cohiberetur, et ludorum expensis limes statueretur, de quo *Gell.* 2. 24. et 15. 11. et *Macrob.* 3. *Sat.* 13. 13. et 16. 14. etc. Memoratur etiam *Plin.* 10. *Hist. nat.* 50. 71. (139). et *Lucil.,* a quo joculariter ea *centussis* appellata est (*Macrob. ibid.* 17. 5).

Fannianus, a, um, adject. idem, ut *Fanniana charta,* ita dicta quod fieret in officina cujusdam Fannii, teste *Plin.* 13. *Hist. nat.* 12. 23. (75)., quam tradit denos digitos latitudinis habuisse. — Absolute *Fanniani* sunt libri C. Fannii, in epitomen redacti a Bruto (*Cic.* 12. *Att.* 5). — Abs. *Fannianus,* cogn. vir. *Corp.* 2. 2252.

FANS, antis, m. 3. (fari) cogn. vir. *Corp.* 8. 1816.

FĀNUM, i, n. 2. nom. plurium locorum seu oppidorum, absolute vel sæpius cum additis usurpatum, quod falso a *Faunus* derivavit *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 10. — 1.°) Absolute, sed rarius, Fanum, oppidum Umbriæ in ora maris Adriatici ad Metaurum (*Frontin. de lim.* 2. *p.* 30. *L.*), nunc quoque *Fano* (Φανὸς *Procop.*). Memoratur *Cæs.* 1. *B. C.* 1., *Sidon.* 1. *ep.* 5. et *Rav. p.* 258. et 326. V. n. seq. 2. — *Fanum Fortunæ* etiam dicitur sæpius ex fano celeberrimo, *Fortunæ* sacro (*Strab.* τὸ ἱερὸν τῆς Τύχης, *Ptol.* Φάνον Φορτούνας), colonia Augusti inde ab a. 727 = 27., hinc *Colonia Julia Fanum Fortunæ* appellata (*Inscr.* ap. *Orelli n.* 83), sæpe *Colonia Fanum Fortunæ* (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. [113]), brevius *Colonia Fanestris* (*Mel.* 2. 64. et *Vitr.* 2. 9. 16) vel *Fanestris Fortuna* (*Gromat. p.* 256. *L.*), tribui *Polliæ* adscripta. — Sæc. autem IV. labente, etiam *Colonia Flavia Fanestris* vocatur in *Consult. vet. JCti* 9. 4. ap. *Huschke, Jurispr. ant.*[5] 866. — Vetusti oppidi exstant ruinæ portæ et arcus triumphalis, in honorem Augusti erecti, et vestigia ædificii, fortasse basilicæ, quam Vitruvius exstruendam curaverat ac dein descripsit (*Vitr.* 5. 1. 6.*sq.*). — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 1. *p.* 96. — Hinc *Fanester* v. *Fanestris,* adj., ut *Fanestris colonia* (in *Corp.* 11. 6232., coll. 6238. et *alib.*) V. supra. — *Fanestres episcopi* a. 499 (*Momms. Cassiod.* 400. 11., 406. 14). — Absolute *Fanestres,* Fani incolæ. *Frontin.* 1. *de contr. p.* 19., 52., 53. et 84. *Lachm.* — In sing. num. *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3969. — 2.°) Cum additis — *a*) Fanum Apollinis. *V.* HIERA COME. — *b*) Fanum Carisii, oppidum Sardiniæ, nunc fort. *S. Maria di Mare* v. *Orosei,* in *Itin. Ant. p.* 80. — *c*) Fanum Cocidii, civitas Britanniæ, a deo Cocidio dicta (*Rav. p.* 433). *V.* COCIDIUS. — *d*) Fanum Feroniæ. *V.* FERONIA. — *e*) Fanum Fortunæ. *V.* FANUM. — *f*) Fanum Fugitivi, plenius *Mutatio Fani Fugitivi,* mansio Italiæ VII. a Spoletio Interamnam, hod. fort. *Caselli,* in *Itin. Ant. p.* 125. — *Fanum Fugitivum* ap. *Guid. cosm. p.* 490. — *g*) Fanum Herculis, ita videtur appellatus vicus a Fano Herculis in via Latia, fort. Appia, memorato *Martial.* 3. 47. « Et qua pusilli fervet Herculis fanum »; *pusillum* vero vocat ad assentandum Domitiano, qui se majorem Herculem prædicabat. Cf. *eund.* 9. 64., ubi dicitur Domitianus viam hanc templo decorasse, in quo sub Herculis imagine coli volebat. V. *epigr. ibid.* 104. et *ep.* 1. *spect.* — Ab hoc differebat *Fanum Herculis* invicti ad portam Trigeminam, inter Aventinum et Forum boarium, quod fabulantur ab ipso Hercule conditum fuisse prope aram *Jovis Inventoris,* fort. ab Antonino Pio restauratum. Cf. *Liv.* 40. 51. — Hoc tamen et alia, ut *Fanum Herculis Musagetis, Custodis, Victoris* etc., locis nomen dedisse non videntur. — *h*) Fanum Martis triplex occurrit: — α) Oppidum in Gallia Celtica, dein Lugdunensi, inter Regincam (*Erquy*) et Condate Redonum (*Rennes*), ubi nunc *Corseul,* oppidum Coriosolitarum (*dép. Côtes-du-Nord*), in *Tab. Peut.* Ad hoc fort. pertinent *Martenses,* de quibus fit mentio in *Not. Dign. occ.* 37. — β) Item opp. in Normandia, memoratum in *Itin. Ant. p.* 387. Alauna-Cosediæ-Fano Martis- ad Fines-Condate. *i. e.* inter Cosediam et Ad fines, fort. ubi *Mont-Martin.* Cf. *Desjardins, Table de Peut.* 28. et *Géogr. de la Gaule I.* 322.*sqq.* et *II.* 486.*sq.* et *Hirschfeld C. I. L.* 13. *p.* 490. — γ) Item opp. in Belgica Secunda, ubi stationem habebat *præf. Lætorum Nerviorum Fanomantis* (sic), hod. *Famars* apud Valentinos (*Valenciennes*) in *Not. Imp. occid.* 40. Cf. *Böcking* ad *l.* (*II.* 1105.*sq.*). — *i*) Fanum Minervæ, statio in Gallia Belgica, a Durocortoro (*Reims*) supra Artoiam, Nasium, Tullum ad Divodorum (*Metz*), in *Itin. Ant. p.* 364. Cf. *Desjardins, Tabl. de Peut.* 21., ubi male scribitur *Tenomia.* — *l*) Fanum Proserpinæ. *V.* PROSERPINA. — *m*) Fanum Quietis. *V.* QUIES. — *n*) Fanum Vacunæ, locus Italiæ in regione IV. Sabinorum in via Salaria, hod. *Bacugno.* Memoratur *Porphyr.* et *Acr.* ad *Horat.* 1. *Ep.* 10. 49. et *Corp.* 9. 4636., coll. *Ovid.* 6. *Fast.* 307. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (109). — *o*) Fanum Veneris. *V.* PORTUS VENERIS. — *p*) Fanum Voltumnæ, locus, in quem duodecim Etruriæ populi ad concilium conveniebant, ut de rebus maximi momenti ad universos pertinentibus deliberarent, ita dictus a fano in honorem Voltumnæ, quod ibi habebatur, teste *Liv.* 4. 23., 25. et 61.; 5. 17. et 6. 2., fort. in prædio hod. il *Voltone* in Etruria, haud longe ab opp. *Pitigliano* (V. *Helbig* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1880. *p.* 242-247).

FĀŌNĪUS. *V.* FAVONIUS.

FARA, æ, f. 1. insula in Perside, memorata *Ammian.* 23. 6. 42. Scribitur etiam *Phara.*

FARAXEN, dux rebellium, captus cum satellitibus suis et interfectus a Q. Gargilio Martiale, equite Rom. et patrono prov. Mauretaniæ Cæsariensis, ut constat ex *Corp.* 8. 9047., a. 260. p. Chr. — Hinc *Faraxinenses,* qui prov. Numidiam

vastabant, a C. Macrinio Deciano legato devicti. Inscr. Dessau 1194., ubi additur « capto famosissimo duce eorum », fort. Faraxen, de quo in priore Inscr. Cf. etiam Corp. 8. 20836. et 9045., ubi memoratur P. Ælius Primianus, uti « defensor prov(inciæ) suæ », cui altare Genio victoriæ sacrum exstructum dicitur ibid. 20827., a. 254. p. Chr. « ob barbaros cesos (sic) ac fusos ». — Ex his arguitur, quamvis haud ita perspicue, pluries cum barbaris ac rebellibus feliciter pugnatum esse a Romanis, usque dum eorum dux de medio est sublatus. Cf. Cichorius, Leipz. Stud. X (1887) 323-327.

FĂRFĂRUS, i, m. 2. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Fluvius in Sabinis, in Tiberim influens, hod. Farfa. Memoratur Ovid. 14. Met. 330. « et amœnæ Farfarus umbræ ». — Fabaris dicitur Virg. 7. Æn. 715 (Cf. Serv. ad l.) et Faber, sed corrupte, teste Vib. Seq. p. 148. R. Cf. Nissen, It. Landesk. II. 478. — 2.°) Item oppidum, quod post Eretum nominat Rav. p. 280., procul dubio a fluvio ita appellatum. ¶ 2. Est etiam nom. vir., effictum a Sil. It. 4. 182. « Sternit præcipitem tepido te, Farfare, telo ».

FĂRIA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. insulæ. V. PHARIA. ¶ 2. Est etiam nom. pers., ut — a) Faria Senilla, mul. quædam, memorata a Paul. Dig. 49. 14. 27. V. loc. — In titulis nom. mul. gent. orig. fort. Etruscæ. Inscr. ap. Fabretti p. 145. n. XX. — b) Faria dea. V. FURIA.

FĀRĪNUS, i, m. 2. (fari) deus a fando nominatus, teste Varr.; sic Locutius a loquendo, ut tradit Tertull. nat. 2. 11 (p. 115. 9. Vindob.).

FĂRIONTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Orelli n. 3769.

FARĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 6. 17722.

FARNĀCĒS. V. PHARNACES.

FARNAX, ācis, m. 3. cogn. vir., fort. ejusdem orig. ac præc. et scribendum etiam Pharnax. Occurrit in Corp. 3. 986. et in Ephem. epigr. IV. p. 63. n. 138. col. 1. l. 9.

FARNOBĬUS, ii, m. 2. unus ex ducibus sub Vitherico, Greuthungorum rege, de quo Ammian. 31. 4. 12. et alib.

FARRĀTĬCĀNUS pagus. — 1.°) In territorio Placentino, hod. fort. Farfengo, in Corp. 11. 1147 (3. 48). et 5. 7356 (Cf. Momms. ad l.), fort. a farre dictus, ibi abunde crescenti. Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 6132. — 2.°) Item in territorio Cremonensi. Corp. 5. 4148., hod. Pedergnaga. — Hinc Farraticani, incolæ, in Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 6132.

FARRAX, ācis, m. 3. nom. gent. vir. Corp. 8. 4150. c. 4. l. 16. et 4257.

FARRŌNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 7568.

FARSŬLEJUS, i, m. 2. nom. vir. ex gente Rom. satis antiqua. Corp. 6. 17723 a (in villa Albania); 8. 7351. et alia ap. Momms. n. 6769. — Memoratur L. Farsulejus mensor, magister monetalis inter a. 673 = 81. et 685 = 69 (V. Momms., Münzw. 614. n. 248., coll. Garrucci, Syll. n. 322). — Farsuleja, nom. mul. Corp. 6. 17723 a (in villa Albania). et 8. 4977. Farsulea (sic).

FASCĬĀNUS pagus, in territorio Beneventano, ignotus. Corp. 9. 1455. III. 24 (= pagus Fasciæ, ibid. III. 80), fort. ab aliquo Fascio vel Fascia gente dictus.

FASCĬŎLA, æ, f. 1. nom., demin. a fascia. — Hinc titulus Fasciola v. Fassiola, quo appellatur ædes ss. Nerei et Achillei Romæ, in via Appia Nova, de qua De-Rossi in Bull. Crist. a. 1875. p. 51.sqq., coll. a. 1867. p. 51. et 1879. p. 92. et Inscr. Chr. I. 262. Cf. etiam Symm. pap. ep. 1. n. 9.

FASCĬUS, ii, m. 2. vir quidam Christianus, qui valde obæratus, ne a creditoribus in jus traheretur, ad templum confugit; sed ab Augustino, ut ex ejus ep. 268. constat, facta publica inter fideles collatione, liberatus est.

FĀSIA, æ, f. 1. nom. mul., cum F digammate pro Asia, uxore vel matre Promethei, occurrit ap. Garrucci, Syll. n. 539.

FASSIDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Muratori 1256. 3. — Fassidia, nom. mul. Inscr. ap. Momms. n. 3266.

FASSULÆ. V. FASULÆ.

FASTIDA, æ, m. 1. rex Gepidarum, Burgundionibus ad internecionem deletis, Ostrogotham, Gothorum regem, bello aggressus est, sed quum res sibi male cessisset, in patriam rediit « tam pudendis opprobriis humiliatus quam fuerat elatione erectus ». Jorn. Get. 17.

FASTĪDĬUS, ii, m. 2. nom. vir. Corp. 12. 5686 (Forojulii). — Fuit etiam hoc nomine episcopus in Britannia sæc. V. p. Chr., de quo Gennad. script. eccl. 57. « Fastidius, Britannorum episcopus, scripsit ad Fatalem quendam de vita christiana librum, jam deperditum, et alium de viduitate servanda, sana et Deo digna doctrina ». Sic Gennadius; sed alii eum Pelagianæ hæresis labe fœdatum tradunt. — Verum epistola Fastidii Britannici episc. ad Fatalem in Pitra analect. sacr. et class. Paris 1888. I. 134-136. est plagium ep. pseud. - Hieronym. ad Pamm. et Oc. (M. XXX. 239-242). — Hinc Fastidiosus, nom. hæretici Ariani, ap. Fulg. Rusp. ep. 9. — Fastidienus, unde Fastidiena, nom. mul. Corp. 6. 17726 (in hortis Cælimontanis Mattheiorum). — Fastiditus, cogn. vir. Corp. 8. 10542. — Fastidita, nom. mul. Inscr. ap. Fiorelli, Not. degli scavi a. 1880. p. 478.

FASTUS, i, m. 2. cogn. vir. Inscr. ap. Orelli n. 1521.

FASULÆ, ārum, m. plur. 1. gens Indorum in territorio Gangetico. Plin. 6. Hist. nat. 19. 22. (67)., ubi alii leg. Fassulæ v. Pasaalæ.

FĀTÆ, ārum, f. plur. 1. (fatum) Decl. Dat. et Abl. Fatabus, distinctionis causa, in Inscr. ap. Henzen infra cit. FATABUS DEICO DIEI etc. et Corp. 5. 5005. FATIS FATABus etc.

Fatæ, nom. dearum, quæ et Parcæ, ita dictæ, quia fatum suum cuique statuant (Ovid. 1. Pont. 8. 64., coll. Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 5799); tres autem ratione temporis, præteriti nempe, præsentis et futuri, si « potestatem earum ad ejusdem similitudinem temporis referas ». Ita Apul. mund. 88., coll. Fulg. 1. Myth. 6., Mythogr. I. fab. 110. et II. fab. 14. et III. fab. 6. 23., Gell. 3. 16. 9. et 10., Auson. 11., Isid. 8. Orig. 11. 92. — Aliquando cum Fatis conjunguntur, ut videre est in Inscr. supra adlata; sæpe etiam promiscue usurpantur, ut in Corp. 5. 4208. et 2. 89.; distinguendæ tamen a Fatis masculis, de quibus V. Inscr. in Corp. 5. 5005. — In antiquæ artis monumentis repræsentantur ut mulieres stantes, quæ cornu copiæ et gubernaculum manu tenent. Corp. 2. 3727. et 3. 4151., coll. Eckhel 2. p. 552sq. et 8. p. 6. et Liebe, Gotha num. p. 78. Cf. etiam Procop. b. Goth. 1. 25. « Habet vero (Janus) templum in Foro ante curiam paullo super Tria Fata (τρία Φάτα). Sic Romani Parcas (Μοίρας) vocare instituerunt. — Locus vero ad Tria Fata, ubi erant tres statuæ muliebres, fuisse videtur ubi nunc ædes s. Adriani (Bull. d. Ist. arch. a. 1844. p. 9-12. et a. 1870. p. 110). Cf. Lib. Pontif. ed. Momms. p.173. « ecclesiam beati Adriani in Tribus Fatis » (V. Bunsen, Beschreib. d. Stadt Rom. 3. 2. p. 124.sq.; Jordan, Topogr. II. 482. I. 2. 349.; Hülsen, Forma urb. p. 93). et etiam Lib. Pont. vit. Steph. III. 172. B « Christophorus primicerius alia die aggregans in Tribus Fatis sacerdotes ». V. FATUM et PARCÆ.

FĀTĀLIS. V. FATUM.

FĀTENSIS, e, adject. ab oppid. Fata fortasse appellatum, sed ignotum, in Numidia, ut Honoratus Fatensis, episcopus ab Hunerico, Vandalorum rege, in exsilium pulsus a. 484. Notit. Afric.

FĀTŬA, æ, f. 1. (fari) nom. mul. Scribitur etiam Fantua vel Fanta vel Fana (Capell. 2. p. 41. et Arnob. 1. p. 20. et 5. p. 168). — Videtur fuisse nomen quibusdam mulieribus commune, teste Arnob. 1. p. 15. « Prudentissimi nobis videntur - qui Faunos, qui Fatuas civitatumque genios reverentur ». — Specialim tamen ¶ 1. Apud mythologos Fatua dicta est filia Pici et uxor Fauni, eadem habita ac Bona Dea (Arnob. locc. citt.) ex ratione adlata Macrob. 1. Sat. 12. 21., qui tradit ab aliis creditam fuisse filiam Fauni. Porro sic nominata est, quod mulieribus fata canere soleret, ut Faunus viris, plenius Fatua Fauna, ap. Lactant. 1. 22., coll. epit. 22. — Similiter Serv. ad Virg. 7. Æn. 47. « Hujus (Fauni) uxor est Fatua. Idem Faunus et eadem Fauna - Faunæ et Fatuæ nomen quasi asperum fugit poeta et Maricam dixit uxorem Fauni etc. »; eam vero « grandi capite » fuisse ait Gell. 5. 8. 6. De eadem Justin. 43. 1. « Fauno fuit uxor nomine Fatua, quæ assidue divino spiritu impleta, velut per furorem, futura præmonebat; unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur ». Id. ibid. 9. refert filiam habuisse ab Hercule stupro cognitam. V. FAUNA. ¶ 2. In titulis cogn. mul. Corp. 2. 141.

FĀTŬELLUS, i, m. 2. V. FAUNUS.

FĀTUM, n. et Fatus, i, m. 2. (fari) Forma Fatus m. occurrit ap. Petron. 77. Fatus meus. Cf. Inscr. ap. Orell. infra cit. et Corp. 6. 4379 = Bücheler 81. 4., coll. 145. et 10. 5153. — Est nomen tam commune, de quo V. Lexicon, quam proprium, quo, in primis apud mythologos et poetas, appellatus est Noctis et Erebi filius (Hygin. præf. fab.) et accipitur tum in bonam, tum in malam partem. Hinc Corp. 10. 3336. DEO MAGNO ET FATO BONO = θεῷ μεγίστῳ καὶ καλῇ μοίρᾳ. et 7. 370. FATO BONO — Etiam Fatus malus in alia ap. Orelli n. 4748., cui tamen non fidendum, uti suspectæ (V. Orelli adn). et Petron. 42. et 71. malus Fatus. Corp. 6. 22102 = Bücheler 92. Fatus infelix. — De fato Horat. 2. Od. 17, 24. Volucrisque Fati tardavit alas. Cic. 3. Nat. D. 17. 44. Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miseria etc., quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. Virg. 8. Æn. 334. Fortuna omnipotens et ineluctabile Fatum. Carm. epigr. B 1218. Fatum crudele. Cf. Claudian. IV. cons. Honor. 221. et b. Gild. 103. — Sæpius usurpatur in plur. num. Inscr. in Corp. 5. 8217. FATIS DERVONIBVS. et 4208. FATIS DIVIN. ET BARBARIC. et alia ap. Momms. n. 3584. IVSTITIAE NEMESI FATIS QVAM VOVERAT ARAM NVMINA SANCTA COLENS etc. et Corp. 2. 89. MARIA EVPREPIA QVAI (= cui) FAT. CONCESSERVNT VIVERE ANNIS XXXV etc. Item Dracont. 8. 198. Fata conscripta. Senec. Phædr. 1271. dira. et Med. 431. dura. et Tro. 1056. horrida. Stat. 11. Theb. 298. inclita. Carm. epigr. B. 1149. 1 (= C. I. L. 5. 7570). invida. et ibid. 986. mala. Senec. Tro. 1056. miseranda. et ibid. 1056. sæva. et Œd. violenta. — Universim vero pro Parcis accipiuntur; unde frequentissima trium Fatorum dictio, de qua V. FATÆ. Cf. Zangemeister, Herm. II. p. 469. τρισσαὶ Τύχαι. et Vitr. 3. 2. 2. Tres Fortunæ. V. FORTUNA. — De nummis ad ea pertinentibus vd. Eckhel 8. p. 6. et Cohen, Méd. imp. Diocl. 21. f. 11. ubi « Fata victricia ». Sic Claudian. cons. Stil. III. 127.sq. Inde Henzen in Ann. d. Ist. 36. a. 1864. Cf. Gerhard, Prodr. p. 105. — De Fato consulas Klaussen in Ersch u. Grub. Encycl. ad v. Parca.; Preller, R. M.³ 2. p. 194.sq.; Peter in Roschers Gr. u. R. M. ad v. p. 1446.sqq. — Hinc Fatalis, ad Fatum pertinens. — a) Adj. ut Ludi Fatales, qui celebrabantur mense Septembri d. 29. et 30., teste Philoc. Kal. (Cf. Momms. in Corp. 1. p. 402). et Libri Fatales ap. Censorin. d. n. 14. — b) Subst. cogn. vir. Corp. 8. 7485. — Abs. in alia ap. Brambach n. 446. — Est etiam nom. viri, cui Fastidius, episcopus Britannicus, libros suos scripsit. V. FASTIDIUS.

FĀTUS, i, m. 2. V. voc. præc.

FĀTŬUS, i, m. 2. Primam longam volunt esse Brugmann (Grundr. II. 110), Lindsay-Nohl (Lat. Sprach. 369) et Walde (Etym. Wörtb.), coll. fāri, fābula, fātum. Sed alia est quantitas in fătuus, adj. et deriv., quæ ubique brevis est, quamvis a rad. longa (fāri) oriatur, ut in multis hujusmodi vocibus usuvenit, cujus rei causam adfert Corssen (Ueber auspr. etc. II. 681.sq. et 826.sqq.), coll. Pezzi (Gr. stor.-comp. etc. 1872. p. 116. et 217). Ceterum cf. Gr. φăτειός, φăτέον, φăτός a φημί, loquor, dico. — Est autem deus idem ac Faunus. Serv. ad Virg. 6. Æn. 775. Idem Faunus, idem Fatuus. et 8. ibid. 314. Hos Faunos etiam Fatuos dicunt, quod per stuporem divina pronuntiarent. — Specialim Pelagon. 31. Frequenter equi per noctem Fatuo ficario vexantur.

FAUCĬA CURIA. V. SANCIUS, a, um, in Lexico.

FAUCĬUS, ii, m. 2. nom. vir., ut M. Faucius M. f., eques Rom., decurio Arpini, ab Arpinatibus legatus in Galliam missus vectigalium causa. Cic. 13. Fam. 11 (a. 708 = 46).

FAULA, æ, f. 1. fort. eadem quæ Fauna vel Fatua, famosa meretrix, de qua Lact. 1. 20. « Nec hanc solam (Accam) Romani meretricem colunt sed Faulam quoque, quam Herculis scortum fuisse Verrius scribit ». V. FATUA.

FAUNA, æ, f. 1., et

FAUNĀLIA, ōrum, n. plur. 2., et

FAUNĬGĔNA, æ, m. 1. et

FAUNĬUS, a, um, adject. V. voc. seq.

FAUNUS, i, m. 2. nom. vir., quod origine, adjectivum fuisse videtur, ductum ἀπὸ τῆς φωνῆς (a φαύω v. φάω, for), unde et Fatuus vocatus, quia, ut ait Serv. ad Virg. 7. Æn. 47. « voce, non signis, ostendit futura ». et ibid. « a vaticinando, id est fando; unde et fatuos dicimus inconsiderate loquentes ». Cf. eund. ad Virg. 8. ibid. 314. et scol. 6. 27., Isid. 8. Orig. 11. 87. et Corp. gloss. V. 199. 15.; verum alii rectius putant vocem oriri a rd. fav- in favere (= Fau-nus), quod, ut ipse Serv. ad Virg. 1. G. 10. ait, « frugibus faveat ». et Macrob. 1. Sat. 12. 22. « quod omni usui animantium favet ». et rursus similiter Serv. ad Virg. 8. Æn. 314. « Faunum quem nos propitium dicimus »; ita ut Faunus cum Favonius possit conjungi (Cf. Varr. 1. R. R. 28.sq., Cic. 2. Verr. 5. 27., Plin. 2. Hist. nat. 47. 47. [122]., Horat. 1. Od. 4. 1. V. etiam Roscher, Herm. d. Windgott 119. et 133). Faunus igitur est qui favet (Cf. fons, foner in Tab. Iguvinis ap. Bücheler, Umbrica 208). Substantivorum tamen more adhibetur; quamquam et adjective quoque apud auctores occurrit. — Fuit itaque

Faunus, rex Aboriginum, filius v. consanguineus Pici, nepos Saturni (Virg. 7. Æn. 45.sqq.), ex uxore Fauna (quam alii sororem v. filiam Fauni dicunt: V. infra), pater (Serv. ad Virg. 8. Æn. 314. et 10. ibid. 76) vel avus (Justin. 43. 1) Latini, de quo, uti Fauni filio, plura habet Virg. 7. Æn. 45. sqq. — Porro hæc de Fauno tradit Justin. loc. cit. « Post hunc (Saturnum) tertio loco regnasse ferunt Faunum, sub quo Euander ab Arcadia - venit, cui Faunus et agros et montem, quem ille postea Palatium appellavit, benigne assignavit. - Fauno fuit uxor nomine Fatua = Fauna. - Ex filia Fauni et Hercule - stupro conceptus Latinus procreatur ». — Cives suos dicitur mitiorem vitam docuisse, qui ritu ferarum vivebant, et primus loca certis numinibus et ædificia quædam lucosque consecrasse, a quo et fana sunt appellata (Prob. ad Virg. 1. G. 10); eoque regnante, a Marsya rege missos a Phrygia, qui disciplinam auguriorum Italis ostenderent, ut ait Serv. ad Virg. 8. Æn. 859.; regnasse autem in Latio ante adventum Æneæ, quod tradit Hieronym. in chron. ad a. Abr. 837. « Ante Æneam Janus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia regnaverant circiter annos CL. ». Cf. Auct. orig. G. R. 4.sqq. et Augustin. 18. Civ. D. 15. et 16. — Post mortem, uti deus, cultum præsertim habuit a rusticis dictusque Inuus (ab ineundo passim cum omnibus animantibus sensu Venereo Paul. Fest. p. 110), quem « caprino pede fingunt poetæ » (Diomed. p. 475. K.: cf. etiam Liv. 1. 5), deus infernus (quia « nihil terra inferius, in qua habitat Faunus » Serv. ad Virg. 6. Æn. 776. et 7. ibid., coll. Porphyr. Hor. 3. Od. 18), Incubo (V. Fauni), Fatuus, Fatuellus et Fatuatus (a vaticiniis), Pan (fuit enim Latinis idem qui Πάν Græcis, i. e. deus montium et pascuorum, cultus maxime in lucis, silvis ac montibus. Cf. LUPERCUS). Memoratur a poetis, ut a Propert. 4. 2. 34. « Faunus plumoso sum deus aucupio ». Horat. 1. Od. 4. 11. « Nunc et in umbrosis Fauno decet immolare lucis Seu poscat agna sive malit hædo ». et 2. Od. 17. 28. (Faunus) custos virorum Mercurialium. custode dei posti lirici. — Cum adjectivis: Ovid. 2. Fast. 193. agrestis. Id. 2. ibid. 268. et 5. ibid. 99. bicornis. Calpurn. 1. 15. corniger. Ovid. 2. Fast. 361. cornipes (fingebatur enim cornibus instructus). Calpurn. 1. 91. facundus. Virg. 7. Æn. 81. fatidicus. Ovid. 2. Fast. 424. Lycæus (quia templum habebat in monte Lycæo in Arcadia). Virg. 7. Æn. 368. parens. et 7. ibid. 102. pater. Nemes. 1. 14. ruricola. Calpurn. 1. 38. satus æthere. Id. 4. 132. securus. Ovid. 5. Fast. 101. semicaper. Virg. 10. Æn. 551. silvicola. Horat. 1. Od. 17. 1. velox. Virg. 7. Æn. 254. vetus. — Celeberrimam habuit ædem in insula Tiberina, quam ex pecunia multaticia condiderunt ædiles pleb. a. 558 = 196., biennio post consecratam, teste Liv. 33. 42. et 34. 53. Memoratur Vitr. 3. 2. 3. et Ovid. 6. Met. 328. Id. 2. Fast. 193. Idibus (Febr.) agrestis fumant altaria Fauni, Hic ubi discretas insula rumpit aquas. et Ephem. epigr. III. p. 10. FAVNO IN INSVLA. — Oraculum quoque habuit celebre in Albunea Laurentinorum silva (Prob. ad Virg. 1. G. 10). Hinc canit Virg. 7. Æn. 81. « At rex (Latinus) sollicitus monstri oracula Fauni Fatidici genitoris adit lucosque sub alta Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat etc. ». — Colebatur itaque tamquam deus silvarum, cui comitabatur turba item Faunorum, qui pariter post mortem inter semideos sive deos plebejos connumerati sunt, ita ut Faunus haberetur quilibet deus silvester v. rurester (Serv. ad Virg. 10. Æn. 555. et 1. G. 11. et Varr. 7. L. L. 3., coll. Talbot, Myth. Gr. et L. p. 459 [1890])., quique et oracula dabant et futura præcinebant et voces edebant et dormientes imaginibus infestabant. De his Ovid. 1. Met. 193. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina Fauni. Adde 6. ibid. 392., Martial. 8. 50., 9. 62. et 10. 92. Virg. 1. G. 10. Et vos agrestum præsentia numina Fauni. Cf. Prob. ad l., Censorin. d. nat. 4. 11., Isid. 8. Orig. 11. 87., Cic. 2. Nat. D. 2. 6. et 1. Divin. 45. 101. Enn. apud Cic. Brut. 19. 75. Scripsere alii rem Vorsibus, quos olim Faunei vatesque canebant. — Hinc Faunus Antenoreus ap. Martial. 4. 25. — Faunus amator nympharum ap. Horat. 3. Od. 18. 1 (nam mulieres infestare solebat). — Fauni Tiburtes ap. Stat. 1. Silv. 3. 99. — Fauni ficarii, iidem qui incubi, ap. Augustin. 15. Civ. D. 23., Serv. ad Virg. 6. Æn. 775., Isid. 8. Orig. 11. 104. et 11. ibid. 8. 22. — Faunorum furiæ, imagines dormientibus a Faunis objectæ, ap. Publil. Syr. n. 110. Cf. Plin. 25. Hist. nat. 4. 10. (29). Hieronym. in Is. 13. 21. Quodque sequitur « pilosi saltabunt ibi » vel incubones vel satiros vel silvestres quosdam homines, quos nonnulli Fatuos ficarios vocant aut Dæmonum genera intelligunt. — De monumentis priscæ artis, nempe de imaginibus Fauni, quæ adhuc supersunt, egit Reifferscheid in Ann. d. Ist. arch. a. 1866. p. 210-227. Alia plurima illustravit Visconti in Mus. Pio-Clem. I. p. 240-260., II. p. 191., III. p. 180., IV. 202., V. p. 66. Adde Sacken, Die antiken Bronzen des k. k. Münzen-und Antiken-Cabinettes zu Wien 1. T. 30. 3. Cf. etiam Hild ap. Daremberg-Saglio, Dict. d. antiq. Gr. et Rom. II. 1021.sqq.; Wissowa in Roschers Lex. I. 1454.sqq. et Relig. u. Kult d. Röm. 172.sqq.; Preller, R. M.³ I. 379.sqq. et Schwegler, Röm. Gesch. I. 215. et 225.sqq. — Fauna (Fenta, Fatua), filia Pici, soror eademque uxor Fauni (Mythogr. I. fab. 227. et II. fab. 49), divinis honoribus post mortem culta, quæ filiam habuit cognominem, castissimam ac nomine Bonæ Deæ appellatam (Serv. ad Virg. 8. Æn. 314. et Macrob. 1. Sat. 12. 21.sqq. Cf. tamen Justin. 43. 1. et v. FATUA). — Hinc Faunus, adj. ad Faunum pertinens. Serv. ad Virg. 1. G. 10. « Cincius et Cassius ajunt ab Euandro Faunum deum appellatum, ideoque ædes sacras Faunas primo appellatas, postea Fana dicta, et ex eo, qui futura præcinerent, fanaticos dici ». — Faunalis, adj. idem, ut Faunalia, absolute, festa in honorem Fauni, præsertim ab agrestibus celebrata, nonis Decembribus. Porphyr. Hor. 3. 18. 9. Faunalia - dies festus Fauni, in cujus honorem pecudes lasciviunt (Cf. LUPERCALIA). — De iis vd. Preller-Jordan, Röm. Myth.³ I. 380. 1. — Hinc Faunius, adj. idem., ut Faunii modi et versus in Gloss. Plac. p. 44. Fauniorum modorum, antiquissimorum versuum, quibus Faunum celebrabant. et Mar. Victorin. VI. p. 139. Cui (versui) prisca apud Latinos ætas, tamquam Italo et indigenæ, Saturnio sive Faunio nomen dedit. Cf. Serv. ad Virg. 1. G. 11. Varr. 7. L. L. 36. et Fest. p. 325. Versus antiquissimi, quibus Fauni fata cecinisse hominibus videntur, Saturnii appellantur. — Deriv. comp. Faunigena, adj. a Fauno genitus. — a) De pers. ut Faunigena Latinus ap. Ovid. 14. Met. 449. — Absolute Faunigenæ, Rutuli Italiæ seu Latii populi (Cf. Heyne, Exc. IV., V. et VIII. ad Virg. Æn. 7. 37.sq., 45.sq. et 195. etc.), ita a Fauno, eorum rege appellati. Sil. It. 8. 358. Faunigenæ socio bella invasere Sicano, Sacra manus, Rutuli etc. — b) De rebus, ut Faunigena Arnus, quod ad Faunigenas pertineat, ap. Sil. It. 5. 7., ubi tamen alii aliter leg.

FAUNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

FAUSTĬĀNUS et

FAUSTĪNŎPŎLIS, is, f. 3., et

FAUSTĪNUS, i, m. 2. V. FAUSTUS.

FAUSTĬTĀS, ātis, f. 3. dea. V. hanc voc. in Lexico.

FAUSTŬLUS, i, m. 2. V. voc. seq.

FAUSTUS, i, m. 2. (favere) cogn. vir., quod sæpe occurrit sive in titulis sive in libris. ¶ 1. Memorantur ex præcipuis apud scriptores — 1.°) Faustus, qui sæpius et Faustulus, magister pecoris Amulii regis, qui Romulum et Remum fratres, a lupa lactatos, invenit et uxori suæ Larentiæ detulit educandos, teste Liv. 1. 4. De eo item Serv. ad Virg. 1. Æn. 273. Cum eos (pueros) Faustulus, pastor ejus loci, animadvertisset, nutriri a fera et picum parramque circumvolitare, suspicatus divinæ originis sobolem, ad Accam Larentiam uxorem, quæ ante meretrix fuerat, pueros detulit, quæ susceptos aluit. Adde Varr. R. R. 2. 1. 9., Ovid. 3. Fast. 56., 4. 858. et 5. 453., Auct. de vir. ill. 1. 3. et orig. gent. Rom. 19. et 20. sq., Flor. 1. 1. 3., Macrob. 1. Sat. 10. 17., Augustin. 18. Civ. D. 21., Mythogr. I. fab. 30., coll. Plut. Rom. 10. — In monte Palatino casam seu tugurium Faustuli fuisse tradit Solin. 1. — In nummis apud Eckhel 5. p. 280. visuntur infantes sub ficu, cui insidet picus, lupæ ubera sugentes, astante pastore Faustulo. V. etiam Detlefsen, Ann. d. Inst. 1860. p. 137.; de arte Rom. antiquiss. III. 2. et Wissowa, PW. 6. 2090.sq. — 2.°) Faustus, cogn. Cornelii Sullæ ejusque filii. V. CORNELIUS. — 3.°) Faustus, poeta, qui Thebaidem et tragœdiam, Tereus inscr., composuit, quem Juvenal. 7. 12. irridet. — 4.°) Faustus, scriptor rei agrariæ, cujus fragm. exstant ap. Gromat. p. 307.sq. et p. 358. Lachm. — 5.°) Faustus, martyr celeberrimus Cordubensis una cum Januario et Martiale, qui sub Eugenio præside primo equuleo cruciati, deinde superciliis rasis, dentibus evulsis, auribus quoque et naribus præcisis ignis passione martyrium consummarunt. Ita Martyr. Rom. III. id. Oct. ed. 1914. p. 320., coll. Act. ss. Fausti et socc. mm., Inscr. ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 44. 9. et alia ap. De-Rossi, Bull. Crist. a. 1878. p. 38. — In illo Prud. perist. 4. 19., ubi tres coronas memorat, quas Corduba dabit, his adludere videtur. — De eorum basilica, Sanctorum trium, per antonomasiam, dicta, vd. De-Rossi, loc. cit. p. 40. — 6.°) Faustus, Manichæus et Manichæorum episcopus (Augustin. 5. conf. 3. sqq.), natione Afer, patria Milevitanus, hæresi illa ita infectus ut libros pro ea tuenda scripserit, quorum non exstant nisi fragmenta, ab Augustino adlata, et judicio proconsulari in insulam relegatus a. 404., unde tamen paullo post dimissus est, homo eloquio suavis, ingenio callidus, ut scribit idem Augustin. 1. c. Faust. 1., ex quo plura depromi possunt. — De eo scripsit Bruckner, Faustus von Milev. Ein Beitr. z. Gesch. d. abendländ. Manich. Basilea 1901. — 7.°) Faustus, Regiensis episcopus (Riez) in Gallia, nat. in Britannia, ineunte sæc. V., ex qua a. 430. in celebre monasterium Lerinense ingressus, brevi abbas electus est in locum Maximi, creati Reiorum episcopi, cui successit a. 452. — In hoc munere de animarum salute maxime sollicitus qua sermonibus, qua scriptis catholicum dogma adversus Arianos, Macedonianos, Eutychianos acerrime defendit adeo ut ab Eurico, rege Wesegotharum, hæreticorum patrono, in exsilium pulsus fuerit a. 477.; unde, eo demortuo a. 486., ad suos rediit obitque ætate valde provectus

eod. sæc. exeunte, ab omnibus comploratus, quem maxima existimatione et amore prosequebantur et tamquam oraculum in controversiis consulebant (Cf. *Gennad. de vir. ill.* 86., et *Bardenhewer, Les Pères de l'Eglis. III. p.* 95). — Varia opera scripsit, ut librum *de Spiritu Sancto*, ubi demonstrat hujus unam eamdemque esse cum Patre et Filio essentiam atque substantiam; quem cl. *Migne* diacono Rom. Pascasio (s. 500) adjudicavit, sed perperam, ut docte comprobat *Engelbrect* (a. 1891); tum libellum *adversus Arianos* et *Macedonianos*, quem *Cave, Noris, Krusch* putant intercidisse, alii vero eundem esse ac *Breviarium fidei adversus Arianos*; sed aliis idem videtur ac *Liber Testimoniorum*, a card. *Pitra* Augustino tributus, sed Fausto omnino adscribendus, ut luculenter demonstravit cl. *Cabrol* in *La science cath.* a. 1889. p. 311 (Cf. *De-Rossi, B. A.* a. 1888-1889. *p.* 118); præterea libros duos *de gratia Dei et libero arbitrio* adversus Lucidum quemdam presbyterum, variis erroribus infectum, contra quos tamen *Fulgentius*, Ruspensis episcopus, libros scripsit responsionum VII., in quibus « Fausto - pelagianæ pravitati consentienti respondens obviitur » inquit *Isid. vir. ill.* 14.; alii vero eum, si non Pelagianum, saltem Semipelagianum fuisse autumant, quod alii negant; porro et epistolas XIX. et sermones VIII. aliaque opuscula, de quibus tamen inter eruditos controvertitur. De his consulas *Engelbrect, Fausti Reiensis præter serm. pseudo-Euseb. opera (Corp. script. eccl. lat. XXI.* Vindob. 1891); *Studien über die Schrift. d. Bisch. von Reii Faust.* Wien 1889., coll. *Zeitschr. f. die österreich. Gymnas. XLI* (1890) 289-301. et *Patrist. Analekt.* Wien 1892. — De eo præter *Gennad. loc. cit.*, qui catalogum ejus operum exhibet, hæc habet ejusd. familiaris *Sidon. ep.* 9. « Legi volumina tua. - Legimus opus operosissimum, multiplex, acre, sublime - Mulierem pulcram - tibi jugasti - philosophiam scilicet. Huic copulatum te matrimonio qui lacessiverit, sentiet Ecclesiæ Christi Platonis academiam militare teque nobilius philosophari ». ¶ 2. In titulis cogn. tum ingenuum, tum libertinum, maxime in gente *Anicia, Annia, Cornelia, Flavia* aliisque compluribus. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4904. 2059. et *Corp.* 3. 2658.; 5. 1858. et 7742. — Etiam nom. serv., haud rarum, præsertim in figlinis. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2568 *(in tessera)* et *n.* 668. et *alia* ap. *Marini, Fr. Arv. n.* 647. et *Corp.* 12. 1450 *(prope Vasionem).* — Aliquando, ubi duo occurrunt cognomina, hoc gentilicio præponitur, ita ut prænomen videatur. Cf. *De-Rossi, Rom. Sott. III. p.* 675. et 677. V. etiam *Marini* ap. *Orelli I. p.* 478. — *Fausta*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 421. et ap. *Garrucci, Syll. n.* 1579., *Corp.* 6. 17771 *(prope s. Hagn.* 1592). — *Corp.* 6. 17774 *(in agro Romano)* Faustaes. — Fuit etiam filia Sullæ dictatoris, uxor Milonis. — Item mulier Ostiensis, quæ uno partu edidit quatuor geminos - « monstruosa fecunditate portendens calamitatis (quæ fuit fames consecuta: *Plin.* 7. *Hist. nat.* 3. 3. [33]) indicium » ut scribit *Solin.* 1. — Item uxor Constantini M. imp. *Vict. epit.* 41., coll. *Eutrop.* 10. 3. *V.* FLAVIUS. — Item filia cujusd. Philippi, qui basilicam, Mediolani a se exstructam, ex illius nomine appellari voluit *(Ambros. ep.* 22), hod. *chiesa dei ss. Vitale e Agricola*, teste *Biraghi* in op. inscr. *Ricognizione dei Corpi dei ss. Vittore, Satiro* etc. *p.* 51-74. — Hinc *Faustulus*, nom. vir. itemque cogn., demin. a *Faustus*, olim *Fostulus* et per syncopen *Fostlus* in nummo ap. *Eckhel*, 5. *p.* 280. — Fuit pastor, de quo *V.* I. 1.° — Item quidam servus Anicii Probi, ita dictus, quod esset statura parvus seu nanus, in quem epigramma scripsit *Auson.* 2. 122. « Faustulus insidens formicæ, ut magno elephanto, Decidit et terræ terga supina dedit ». — *Faustillus*, cogn. vir. demin. a *Faustus*, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 989. et 5058. — *Faustilla*, cogn. mul. demin. in *Corp.* 2. 1881. — *Faustius*, nom. gent. vir., a *Fausto* aliquo *(Varr.* 9. *L. L.* 42) dict. *Corp.* 6. 17753. *Alia* ap. *Wilmanns n.* 2255. — *Faustia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17754 *(in sepulcro ad viam Amelian. alio).* — *Faustiolus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 8. 2568. — *Faustianus* — 1.°) Adj. — *a)* Dict. a *Faustum*, quod est Pannoniæ superioris oppidum, haud tamen notum; hinc *municipium Faustianum* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5282. Cf. *Corp.* 3. 3974.; et *cives Faustiani* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 269. — *b)* Idem a *Faustus*, cogn. Cornelii Sullæ; hinc *ager Faustianus*, in quem Sulla coloniam deduxerat, ap. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (62). Secunda nobilitas Falerno agro erat et ex eo maxime Faustiano etc., *et vinum Faustianum* ap. *eund. ibid.*, ubi alii leg., ut altero loco, *Faustinianum*; sed prior lectio firmatur *Front. de fer. Als.* 3. *p.* 224. *N.*, ubi *Faustiana vina*, et *Gal. VI. p.* 435. οἶνος Φαυστιανός, hod. *vino Razzese.* — 2.°) Subst. seu abs., cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 138. *Alia* in *Corp.* 8. 722., 4656. etc. — *Faustianensis*, incola oppidi in Africæ prov. Byzacena. *Corp.* 6. 1688. — *Faustinus* — 1.°) Nom. frequentissimum tum in libris tum in litteratis lapidibus. — *a)* In libris memorantur præsertim — α) Faustinus, homo dives et familiaris Martialis, qui libros aliquot scripsisse videtur, ad quos edendos, ut celebritatem sibi compareт, hortatur poeta (1. 26), coll. 1. 115., 3. 25., 4. 10., 5. 32. et 36. et 71., 6. 68. etc. V. *Cartault, Mélanges Boissier* (Paris 1903) 104. et 107. — β) Faustinus, presbyter famosus, sæc. IV., Luciferianus, qui scripsit contra Damasum pap. et Hilarium ep. Pictaviensem « quasi male consuluerint ecclesiæ, quod prævaricatores episcopos in communionem et sacerdotium pacis recuperandæ gratia recepissent ». Ita *Gennad. vir. ill.* 16. — Scripsit ad Flacillam imp. ab ea rogatus libros VII. *de Trinitate sive de Fide contra Arianos*; tum professionem fidei *(Fides Theodosio Imp. oblata)*, ut se expurgaret a crimine Sabellianæ hæresis, de quo fuerat accusatus; dein una cum Marcellino presbyt. Luciferiano etiam *Libellum precum ad imperatores* Valentinianum II., Theodosium et Arcadium, ut Luciferianis schismaticis patrocinarentur. — *I. Langen (De comment.* in *ep. Paul.* etc. Bonn. Progr. 1880) opinatus est Faustinum hunc fuisse, qui *Ambrosiaster* dicitur, de qua re vd. *Jülicher, PW.* 6. 2089. — De eo cons. *Krüger, Lucifer Bisch. von Calaris* 62-63., 82-86. et 94-96., coll. *Günther, Avellana-Studien* Wien 1896. V. *Migne P. Lat. XIII.* et *Corp. script. eccl. lat.* Vindob. *XXXV.* — γ) Faustinus, martyr cum Simplicio et Beatrice Romæ via Portuensi, temporibus Diocletiani imp., post multa ac diversa supplicia occisus, cujus memoria haud ita pridem reperta est in cœmeterio Generosæ (Cf. *De-Rossi, R. S. III. p.* 647-697). *Sacram. Gelas. II.* 37., coll. *Martyr. Rom.* IV. k. Aug. ed. 1914. *p.* 227., ubi aliorum martyrum cognominum mentio fit *p.* 15., 51., 150., 167, 391. — δ) Faustinos consules *V.* in *Fast. cons.* — ε) Arcus Faustini, in oppido Vindenensi in Umbria juxta aream Vindiciani, fort. hod. *arco di S. Damiano* prope Carsulam in via Flaminia. Memoratur in *Act. ss. Serap. et Sabin. mm.* 10., coll. *Martyr. Rom.* ed. 1914. *p.* 228. et *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1876. *p.* 71. *sq.* — *b)* In titulis cogn. vir. demin. *Corp.* 12. 5686. — Abs. satis frequens in titulis Christ. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 76. 3. et 377. 2. — *Faussinus* cum duplici *s* scribitur in *Corp.* 8. 5034. et *Faustanus* in *alia* ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 307. — *Faustina* cogn. mul. demin. frequentissimum. *Corp.* 6. 17745 *(Velitris in cod. Borg.)* 8. 8884., 10486; 12. 361. etc. — *Faustines*, genet. Gr., in *Inscr.* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1868. *p.* 177. — Abs., ap. scriptores, *Faustina*, senior, uxor Antonini Pii, plenius *Annia Galeria Faustina*, cui templum dicatum est. *Trebell.* in *Salonin.* 1. — Item junior, filia Antonini Pii et uxor M. Aurelii Antonini: *Not. Dign. imp. occ.* 11 (12)., coll. *Capitolin. Ant. P.* 7. — Item uxor Constantii II. imp. *Ammian.* 21. 6. 4., mater Constantiæ, Gratiani uxoris *(Ibid.)* — 2.°) Adj. — *a)* Ad Faustinam, uxorem Antonini Pii, pertinens. *Capitolin.* in *Ant. P.* 10. Menses Septembrem atque Octobrem *Antoninum* et *Faustinum* appellandos decreverat senatus; sed id Antoninus noluit. — *b)* Item ad Faustum pertinens, ut *Faustini gladiatores* 9. *Varr. L. L.* 42. 71., ita appellati a Sulla dictatore, Fausti agnomen adepto. — *Faustinula*, cogn. mul. demin. a *Faustina*, in *Corp.* 2. 4569. — *Faustinilla*, item, ap. *Lanciani, Topogr. p.* 196 *(in tubo plumbeo mutilo).* — *Faustinius* nom. gent. vir. *Corp.* 8. 524. — *Faustinia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 1575. — *Faustinianus* — 1.°) Cogn. vir. *Corp.* 12. 812 *(Trinquetaille). Alia* in *Ephem. epigr. II. p.* 328. — Abs. in tit. Chr. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 431. 4. — Fuit etiam quidam familiaris *Frontonis* oratoris, de quo in *ep. ad Amic.* 1. 5., fort. *Cerellius Faustinianus*, interfectus a Severo imp. *(Spartian.* in *Sev.* 13). — Consul cum Gallieno imp. a. 262., plenius *L. Julius Faustinianus*, ap. *Trebell.* in *Gallien.* 5. *V.* JULIUS. — 2.°) Adj., aliquando cum *Faustianus* confusum. — Hinc *Faustinianæ puellæ* alimentariæ, dictæ a Faustina seniore ac juniore *(Capitolin. Ant. P.* 8. et *M. Aurel.* 26. Cf. *Lamprid. Alex. Sev.* 57). — *Faustinianus pes* in *Inscr.* ap. *Murat.* 821. 4. Nero oriundus in Pannonia superiore, pede Faustiniano. sc. cui pes seu limes est Faustinianus, ut interpretatur *Marini, Fr. Arv. p.* 634., nempe apud cives opp. *Faustini* ignoti natatus (V. FAUSTIANUS). — *Faustinianum municipium*, in Pannonia superiore. *Corp.* 3. 3974. Cf. *Momms. Eph. epigr. V. p.* 181. et 182. — *Faustinianum vinum* (V. FAUSTINUS). — *Faustinianus trochiscus*, globulus seu pastillus (fort. ἔνεμα φαυστινιανόν *Gal. XIII.* 296), memoratus a *Cass. Fel. de medic.* 48. — Comp. *Faustinopolis*, oppidum Asiæ in Cappadocia (Φαυστινόπολις v. Φαυστινούπολις *Hierocl. Synecd.* 700), in *Itin. Hieros. p.* 588., coll. *Itin. Ant. p.* 145. V. HALALA.

FAUTIUS, ii, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms.* 3. 6010 (85).

FĀVENTIA, æ, f. 1. nom. geogr. (Φαυεντία *Ptol.*, Φαβεντία *Steph. Byz.*) Contracta *Faentia* de pers. in *Corp.* 3. 3582.; unde et *Faentinus* pro *Faventinus*, cogn. vir. ap. *Kellerm. II.* 5. 28 *(in laterculo).* — Vox probabiliter ducitur a *faveo*, fortasse ex territorii magna fertilitate.

Faventia ¶ 1. Oppidum Italiæ in via Æmilia, ad tribum *Pollium* pertinens *(Corp.* 3. 2817), hod. *Faenza*, conditum a Romanis a. 82. a. Chr., postquam Galliam Cispadana potiti fuerunt, ubi Metellus Marianorum copias profligavit *(Liv. epit.* 88., *Vellej.* 2. 28., coll. *Appian. b. c.* 1. 91), agri feracitate laudatum *(Varr.* 1. *R. R.* 2. 7. et *Colum.* 3. 3. 2). De eo *Plin.* 7. *Hist. nat.* 49. 50. (163). *Sil. It.* 8. 525., *Hist. Aug. Hadr.* 7. et *Ver.* 1., *Itin. Ant. p.* 100., 126., 283. et 286. et *Itin. Hieros. p.* 616., *Corp.* 11. *p.* 120. Cf. *Not. degli scavi* a. 1886. 447.; 1887. 166.; 1895. 38. et 222. 1897. 385. et 1904. 101. — Hinc *Faventinus.* — 1.°) Adj. ad Faventiam pertinens, ut *Faventinus ager* ap. *Varr.* 1. *R. R.* 2. incola. — 2.°) Abs. — *a) Varr.* 8. *L. L.* 41. — *Faventini* in *Corp.* 6. 1450. « Marius Maximus curator reip. Faventinorum » dicitur. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (116). — *b)* Cogn. vir., ut *Claudius Faventinus* ap. *Tac.* 3. *Hist.* 57. Adde *Martial.* 2. 74. 7. et *Corp.* 2. 4458., 4468. etc. — *Faventina*, cogn. mul. *Corp.* 2. 4454. — Deriv. *Faventius*, vicarius Italiæ, Valentiniano et Valente impp. a. 365. *Cod.* 11. 1. 12. ¶ 2. Item oppidum Hispaniæ in Bætica, vel potius cogn. oppidi, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (10). « Vesci, quod Faventia ». ¶ 3. Item colonia Hispaniæ, ap. *eund. ibid.* 3. 4. (22). « Colonia Barcino, cognomine Faventia ».

FĀVENTĪNUS et

FĀVENTIUS, ii, m. 2. *V.* voc. præc.

FAVERIA, æ, f. 1. oppidum Istriæ, a Romanis captum deletumque a. 177. *Liv.* 41. 11.

FAVIĀNA, Fafiana et Fabiana, æ, f. 1. v. Faviana, orum, n. plur. 2. oppidum in Norico Ripensi. *Not. Dign. occ.* 34. Præfectus legionis liburnariorum primorum Noricorum, Fafianæ. — *Ibid.* 31. civitatem nomine Favianis. — Hinc *Favianenses*, incolæ, *ibid.* 4. Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 687. et *Böcking, N. D. II.* 747.

FĀVISÆ (Favissæ), ārum, f. plur. 1. *V.* voc. in *Lexico.*

FĀVŌNIĀNUS et

FĀVŌNIENSIS. *V.* voc. seq.

FĀVŌNIUS, ii, m. 2. (faveo) Scribitur etiam contracte *Faonius* in *Corp.* 8. 5483. et in *alia* ap. *Orelli n.* 3494. — Est autem ¶ 1. Nom. gent. vir. et quidem — 1.°) Apud scriptores — *a)* Favonius, præn. *Marcus*, æmulus itemque amicissimus Catonis *(Suetón. Aug.* 13., ζηλωτής *Plut. Cæs.* 21., ἐραστής *Plut. Brut.* 12. Cf. *Val. Max.* 2. 10. 8. et *Dion.* 38. 7), n. a. 664-90. — Rhodi Apollonium Molonem præceptorem habuit; hinc argute de eo *Cic.* 2. *Att.* 1. « Dixit ita, ut Rhodi videretur molis potius quam Moloni operam dedisse ». — Fuit ædilis a. 701 = 53 *(Dio* 40. 45); olim a prætura repulsus *(Cic.* 8. *Fam.* 9); dein a. 705 = 49. videtur præturam obtinuisse, quo anno Pompejus, cujus, antea adversarius, postea sectator fuerat, in Græciam cum exercitu trajecit; post prœlium autem Pharsalicum a. 706 = 48. cum illo in Ægyptum fugit, ut narrat *Vellej.* 2. 53., qui eum *Prætorium* vocat. — Interfecto Julio Cæsare a. 710-44., inter eos recenset *Appian. b. c.* 2. 119., qui « τοῦ ἔργου μὴ μετασχόντες προσεποιοῦντο τὴν δόξαν ». Idcirco a triumviris proscriptus ad Cassium confugit, sed in clade Philippensi captus a. 712 = 42 *(Dio* 47. 49) « cum catenatus produceretur, imperatore Antonio honorifice salutato, hunc *(Cæsarem Octavianum)* fœdissimo convicio coram proscidit » *(Sueton. Oct.* 13); quod fort. supplicium ei properavit, cujus, tamquam proscripti, bonorum pars Mæcenati obvenit. — Statua ei erecta fuit Agrigenti *(Corp.* 10. 6316 = *Dessau* 879) et etiam Tarracinæ, ubi natus videtur *(Corp.* 10. 6362). — Plura de eo vide sis ap. *Cæs.* 3. *B. C.* 36. et 57., *Ammian.* 17. 11. 4., *Val. Max.* 6. 2. 7., *Cic.* 1. *Att.* 14., 2. 3. et 4. 1. et 17., *Gell.* 15. 8., *Ascon. Mil.* 47.*sq.* (coll. *Momms., Staatsr. II.* 584. 2) et 53.*sq. Or.*, *Tac.* 16. *Ann.* 22., coll. *Dion.* 39. 14. et 34., 47. 49., *Plut. Pomp.* 60. et *Brut.* 34. Cf. etiam *Münzer PW.* 6. 2074.*sqq.* — *b)* Favonius Eulogius, rhetor Carthaginiensis, laudatus inter Ciceronis interpretes hoc operis titulo: *Favonii Eulogii oratoris almæ Karthaginis disputatio de somnio Scipionis, scripta Superio v. c. cs. provinciæ Byzacenæ*, repert. primum ab *Andr. Schott* 1612. in ms. De eo jam vidimus, quid scripserit *Augustin. de cur. pro mort. ger.* 11. 13 *(Corp. script. eccl. lat.* Vindob. XLI. 642. 12). Ceterum quo modo conferri possit *Eulogius* cum *Macrobio, Chalcidio* (V. *F. Skutsch, Philol. LXI.* 196.*sqq.*), *Capella*, etiam *Censorino* et *Gellio*, nondum probe inquisitum est; hujus autem operis nova recensio adornata est ex cod. *Gemblacensi* (hod. *Bruxellensi* nr. 10080. sæc. XI) ab *A. Holder* Lips. 1901. — Hinc *Favonienses*, ut *Nucerini Favonienses* in Umbria, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113)., de cujus locutionis dubio sensu vd. *Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn. p.* 563. et *Münzer PW.* 6. 2074. — 2.°) In titulis nom. gent. vir. *Corp.* 6. 17731 *(Senogalliæ in ædibus Baviera)*; 2. 2276. et ap. *Wilmanns n.* 2087. — *Favonia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17738 *(Pisauri in ædibus Oliveri)* et *alia* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1590. et ap. *Wilmanns n.* 2197. — In cogn. transiisse patet ex *Pompejo Favonio*, cujus meminit *Cons. Vet. JCt.* 9. — *Favonianus* — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 8. 8607. — *b)* Adj., ut *Favoniana pira.* V. *Lexicon.* — *Favonilla*, cogn. mul. demin. *Inscr.* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1867. *p.* 182. ¶ 2. Est etiam nom. venti, de quo V. *Lexicon* ad h. v.

FĀVOR, ōris, m. 3. (faveo) nom. vir. et aliquando mul., quod et in cogn. transiit tum ingen. tum libert. et etiam in nom. serv., contract. quoque in *Faor* (Cf. *Faonius*) in *Corp.* 3. 1634 (6). et in *alia* ap. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1871. *p.* 82.*sqq.* ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Archimimus quidam temporibus Vespasiani imp., de quo *Sueton. Vesp.* 19. « Sed et in funere Favor archimimus personam ejus *(Vespasiani)* ferens imitansque, ut est mos, facta ac dicta vivi ». Alii perperam leg. *Favo.* Cf. *Friedländer, Sittengesch. II.*[5] 442. et 626. — 2.°) Item figulus, qui sæpissime occurrit in tegulis aliisque figlinis, ut in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1875. *p.* 254. *n.* 81-83., *Corp.* 3. 1634. etc. ¶ 2. In titulis — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 12. 33 *(prope pagum Coursegoules in ædicula s. Michaelis).* et 5682 *(Arausione).* C. Calpetanus Favor. V. *Favorianus* infra. — Etiam cogn. mul. *Corp.* 5. 8004. — *b)* Est etiam nom. dei cujusdam minorum gentium, quod ter recurrit ap. *Capell.* 1. *p.* 16 (48. 50. 55), ubi vel plures admittendi vel alicubi alius substituendus, quod probandum non videtur. Eos ap. *eund. ibid.* (45)., in prima regione, conjungunt quidam *(Favores) opertaneos*, ut *C. Thulin, Die Götter d. Martian. Capell. u. d. Bronzeleber (Religionsgesch. Versuch. herausg. von A. Dieterich u. R. Wünsch III.* 1. 1906) 2. 4. — Memoratur etiam *Martial.* 50. 2. *de Scorpo auriga mortuo.* « Plange, Favor, sæva pectora nuda manu ». Poeta Idumæam hortatur simul et Favorem et Honorem et Gloriam, numina semper Scorpo propitia, ut ejus mortem defleant, nisi quis velit ea esse personata. Cf. *Corp.* 13. 8189. HONORI FAVORI SATVENĀOVS LVPVLVS. — Hinc *Favorinus.* V. suo loco. — *Favorius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1081. — *Favorianus (Faorianus v. Faurianus)*, a, um, adj. ad Favorium aliquem pertinens, ut *Favorianæ figlinæ*, ita appellatæ a *C. Calpetano Favore* sive *Faore*, qui floruit sæc. II. a. Chr. *Marini Fr. Arv. p.* 144. ap. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1871. *p.* 84. et *Bull. Arch. Munic. IV. p.* 148. — *Favoralis (Faoralis)*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1316. — *Favorabilis (Faorabilis)*, cogn. vir. ap. *Grut.* 1118. 5.

FĀVŌRĪNUS (Faorinus), i, m. 2. ¶ 1. In titulis cogn. vir. demin. a *Favor*, in *Inscr.* ap. *Murat.* 243. 3. ¶ 2. Apud auctores — 1.°) Favorinus, orator, cujus orationis locum « de cenarum atque luxuriæ opprobratione, qua usus est, quum legem Liciniam de sumptu minuendo suasit » adfert *Gell.* 15. 8. Cf. *Mayer, Orat. Rom. fragm. p.* 207. *sqq.* — 2.°) Favorinus (Φαβωρῖνος *Philostr.*), sophista et rhetor, patria Arelatensis, ubi fuit aliquando sacerdos, nat. inter a. 70-80. p. Chr., sub Vespasiano imp., ἀνδρόθηλυς et εὐνοῦχος *(Philostr.* in *vit. soph. I.*, coll. *Försters Script. physiogn. I.* 160. 10.*sq.*). græce magis quam latine eruditus, Romam venit ibique mansit temporibus Trajani, Hadriani et Antonini; sed, sophistarum more, Græciam et Asiam minorem peragravit, Dionem Chrys. audivit, cujus se discipulum fuisse ajebat; invisit fort. et Epictetum *(Gell.* 17. 19. 1., coll. *Galen. de opt. doct. p.* 41. *K.)*, amicus Plutarchi, qui ei dicavit tract. περὶ πρώτου ψυχροῦ aliaque scripta; contra, adversarius Polemonis, litterariæ cujusdam zelotypiæ causa *(Philostr. I.* 8). De eo *Gell.* 16. 3. 1. « Cum Favorino Romæ dies plerumque totos eramus tenebatque animos nostros homo ille fandi dulcissimus atque eum, quoquo iret, prosequebamur: ita sermonibus usquequaque amœnissimis demulcebat ». *et* 4. 19. « Favorinus sermones in genus communes a rebus parvis et frigidis abducebat ad ea, quæ magis utile esset audire ac discere, non adlata extrinsecus, non per ostentationem, sed indidem nata accepiaque ». Adde *Spartian. Hadr.* 15. et 16., *Hieronym.* in *chron.* ad Olymp. CCXXVII. 4. et *Apul. mund.* 13. — Discipulos habuit et familiares multos, quos gratia dicendi et multiplici eruditione in sui admirationem incitabat, teste *Gell. loc. cit.*, inter quos excelluit Herodes Atticus. — Obiit, Antonino imperante, ut videtur (Cf. *Philostr. loc. cit.*). — Scripsit de philosophia, de historia, de philologia et de rhetorice, rhetor tamen magis quam philosophus, quamvis se philosophum jactaret *(Gell.* 4. 1. 14). — Præter quædam oratoria, quæ sophistarum commenta redolent, ut παίγνια in ὑποθέσεις ἀδόξοι, *laudes Thersitæ, laudes febris quartanæ (Gell.* 17. 12), declamationes ἐπὶ τῷ λήρῳ, ὑπὲρ τῶν μονομάχων, ὑπὲρ τῶν βαλανείων *(Philostr. vit. soph. p.* 190), περὶ γήρως etc.; præcipua vero Παντοδαπὴ ἱστορία *(scientia omnigenarum rerum v. omnigena historia)*, dein Ἀπομνημονεύματα, Πυρρώνειοι (τρόποι) λόγοι, περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας, Πλούταρχος ἢ περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως, περὶ τῆς Ὁμήρου φιλοσοφίας, πρὸς Ἐπίκτητον, Ἀλκιβιάδης, πρὸς Ἀρίσταρχον, πρὸς Ἀδριανόν etc. De *oratione Corinthiaca*, quæ non Dioni Chrysostomo sed ei a nonnullis tribuitur, vd. *Ern. Maass, Philol. Untersuch.*, Berl. 1880. *p.* 48-136.; *Emperius, Opusc. philol.* 18.*sqq.* et *Rudolph, Philol. Suppl. VI.* 158.*sq.* — Ex his omnibus constat eum scepticam Arcesilai doctrinam secutum esse veramque sapientiam in eo consistere docuisse, ut nullum de rebus judicium certum feratur (Cf. *Zeller, Phil. d. Gr. V.*[3] *p.* 66.*sqq.*). — De eo consulendi sunt in primis *Suid.* Φαβωρῖνος et Ἀδριανός et *Philostr. vit. soph. I.* 8.; dein *Lucian., Gell., Plut.* et *Galen.*; ex recentioribus vero *Marres, De Favor. Arel. vit. stud., script.* Utrecht 1853.; *Müller, Fr. Hist. gr. III. p.* 577.; *Nitzsche, Rh. Mus. XIII. p.* 642.*sqq.* et *Croiset, H. L. Gr. V.* 589-542.

FĀVŌRIUS. *V.* FAVOR.

FE

FEBA v. Feva, æ, m. 1. v. ānis, 3. *V.* FELETHEUS.

FĒBIĀNA, ōrum, n. plur. 2. v. Febianæ, arum, f. plur. 1. oppidum Rætiæ, ubi consistebant « equites stablesiani juniores Ponte Aoni *(leg.* Æni), nunc Febianæ ». Ita *Notit. Imp. occ. c.* 34. — De ejus situ disputant *Böcking II.* 762. et 796. et *Momms. Corp.* 3. *p.* 721.

FEBIĀNENSIS (civitas) in Byzacena. *Not. episc. Byzac.* 69. in *Halms Vict. Vitens. p.* 67.

FEBRA, æ, f. 1. insula in ora Calabriæ contra Tarentum, memorata *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 271., coll. *Mythogr. Vatic. I.* 143. in Fabula Diomedis, alio nomine *Electris.*

FĒBRĀRIUS, ii, m. 2. cogn. vir., a mense *Februario* v. *Febrario* ductum. *Corp.* 8. 9107.

FĒBRIS, is, f. 3. dea Romanis antiquitus culta, qui febris morbo frequenter obnoxii erant ex agri Romani perniciosis exhalationibus, teste *Cal. scut.* 2. 10., coll. *Galen. Comm.* 11. *in l.* 1. *Hippocr.* et etiam *Horat. ep.* 1. 7. et *sat.* 1. 8., ex quo arguitur salubritatem redditam fuisse, opera præsertim Augusti, regioni Esquilinæ hortorum cultu. — Plura fana ei dicata fuerunt, ut in Palatio cum ara *(Val. Max.* 2. 5. 6. et *Cic.* 3. *Nat. D.* 25. 63), in Marianorum monumentorum area, in summa parte Vici Longi *(Val. Max. loc. cit.*, coll. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. [16]. et *Augustin.* 3. *Civ. D.* 25. Cf. etiam *Hülsen-Jordan, Röm. Top. I.* 418. et *Gilbert, Gesch. u. Top. d. Stadt Rom. III.* 98. 3) et sacella, de quibus *Prudent. ham.* 157. — Nec *Febri* generatim sed et *Febri Tertianæ* et *Quartanæ* vota reddebantur *(Corp.* 7. 999. et 12. 3129). — Porro in his templis « remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur *(i. e.* denunciabantur) », ut ait *Val. Max. loc. cit.* — De sacris, quæ in ejus honorem fiebant, et ab ea *Februa* dicebantur, *V.* FEBRUA in *Lexico.* — Ceterum plura vide sis ap. *Senec. apocol.* 6., *Lact.* 1. 20., *Minuc. Oct.* 25. 8., *Hieronym.* in *Joel* 3. et *Augustin.* 1. *Civ. D.* 14., 3. 12. et 25., 4. 15. et 23. et *sp.* 17. et in *Ps.* 104.

FĒBRŬA. *V.* voc. in *Lexico.*

FĒBRŬĀRIUS, ii, m. 2. (Februus) ¶ 1. Est nom. mensis. *V.* FEBRUARIUS in *Lexico.* ¶ 2. Est etiam nom. dei cujusdam, qui idem videtur ac *Februus*, i. e. Pluto vel pater Plutonis; unde etiam putabatur nomen mensi inditum fuisse *(Isid.* 5. *Orig.* 33. 4., *Mythogr. III. fab.* 4., *Macrob.* 1. *Sat.* 13. 3. et *Paul. Fest. p.* 85. *M.)*. Memoratur *Gelas.* pap. *tract.* 6. 2. « Ideo morbos gigni, quia dæmonia non coluntur et deo Februario non litatur? » Adde *eund.* 15 *(Avell. coll.* ed. *Günther I. p.* 457).

FĒBRŬLIS. *V.* voc. in *Lexico.*

FĒBRŬUS, i, m. 2. *V.* FEBRUARIUS.

FECĒNIUS (Fecennius), ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 142. — Fuit etiam *Fecenia Hispala*, libertina ex Aventino, quæ antequam manumitteretur, cum domina sua Bacchanaliorum sacra frequentaverat, ut tradit *Liv.* 39. 10. Hæc autem consuetudinem habebat cum P. Æbutio adulescente, quod causa fuit præcipua, cur illa sacra in lucem prodirent et damnarentur. Quapropter præmia utri-

que a Senatu proposita sunt, ut fuse narratur *Liv. ibid.* 9. 12.*sqq.* 19.

FECIĀLIS, is, f. 3. cogn. mul. *Corp.* 8. 6868.

FECĪNIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 5. 8898.

FECTĬO, ōnis, *f.* 3. statio in Batavia in via a Lugduno *(Leiden)* Noviomagum *(Nymwegen)* inter *Lauri* et *Levefano*, in *Tab. Peut.* et ap. *Rav. p.* 228., ubi tamen *Fletio* v. *Fictio*. Prope Ultrajectum *(Utrecht)* reperta est Inscriptio, quam complevit *Leemans*, Bonn. Jahrb. 47-48. *p.* 162.*sq.* DEAE *VirADECDI cives* TONGRI *et* NAVTAE *qui* FECTIONE CONSISTVNT V. S. L. M.

FĒCUNDĬTĀS, ātis, f. 3. (fecundus) dea ubertatis, cui Romæ exstructum fuit templum decreto senatus in gratiam Poppææ Sabinæ, uxoris Neronis imp. *Tac.* 15. *Ann.* 23. « Additæ supplicationes templumque Fecunditati et certamen ad exemplar Actiacæ religionis decretum ». Cf. etiam *Corp.* 6. 2048. et *Henzen, Act. Arv. p.* 79. 3. 85. — In nummis repræsentatur mater stans cum duobus pueris in ulnis ac duobus ad utrumque latus; aliquando vero cum uno tantum aut duobus. Cf. *Eckhel*, 7. *p.* 78. et *Cohen, Descr. d. Monn. imp. II. p.* 581. *n.* 84-87. et *Roschers Myth. Lex. I.* 1471. *sq.*

FĒCUNDUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 3. 1682. — *Fecunda*, cogn. mul. *C.* 5. 1958. et 8. 8737.

FECUSSES, ium, m. plur. 3. populus Alpinus in Istria. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (133). Incolæ Alpium multi populi sed inlustres a Pola ad Tergestis regionem Fecusses *(al.* Secusses), Subocrini, Catali etc. Cf. *Holder, Altkelt. Sprachschatz* h. v.

FĒGŌRUS, idem qui **BEELPHEGOR**. *V.* suo loc.

FĒLES et Felis, is, f. 3. nom. serv. mul., a *feles* ductum. *Corp.* 4. 2308. — Hinc *Felicus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 9106. et 3611. — *Felica*, cogn. mul. *Ibid.* 6228. — *Felicula* V. suo loco. — *Feliculus (Felicius)*, cogn. vir. demin. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4748. — *Felicellus*, nom. vir. demin., in tit. Chr. ap. *Momms. n.* 2084. — *Felicio (onis)*, nom. serv. demin. a *Felicius*, in *Ephem. epigr. II.* 434. *n.* 925. — *Felinus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2559.

FĒLĔTES, mons in Italia, qui castello nomen dedit, dict. *Mons Feletes*, fort. hodie *Monte Feltro* in Umbria. *Eugipp. vit. s. Sever.* 44. — *Rav. p.* 273. habet *Monte Feletre* et *Procop. b. Goth.* 2. 11. gr. Μοντεφέρατρον.

FELETHEUS, i, m. 2. rex Rugorum, qui et Feva vel Feba, filius Flaccithei, pater impii Frederici, frater Ferderuchi, maritus Gisæ, mulieris crudelissimæ. *Eugipp. vit. s. Sever.* 8. 31., 33., 40. et 44. — Hic populos sibi subditos, quamvis a Severino, sanctissimo viro, deterritus, tributis ac sævitiis opprimebat. Hi, ut liberarentur, Odoacris opem implorarunt, qui ad Danubium Feletheum devicit a. 487 *(Momms. Chron. min. I.* 312.*sq.* et *II.* 159), captumque cum uxore Ravennam traxit, ubi videtur interfectus quoque fuisse. *Ennod.* 248. 25 = *Opusc. I.* V. *Dahn, Könige II.* 32-33.; *Köpke, Anfänge d. Königtums* 166. et *L. M. Hartmann, Königreich Italien I.* 60., unde plura ad ejus historiam illustrandam depromi possunt.

FĒLĪCĬTĀS, atis, f. 3. (felix) ¶ 1. Est nom. deæ (Εὐτυχία *Dio* 44. 5), serius a Romanis cultæ, nempe initio sæc. VII. ab U. C.; quare irrisorie *Augustin.* 4. *Civ. D.* 23. « Si - Felicitas dea est, cur non ipsa una, quæ coleretur, constituta est, quæ posset universa conferre et compendio facere felicem? - Cur denique tam sero huic tantæ deæ ædes constituta? Cur ipse Romulus felicem cupiens condere civitatem, non huic templum potissimum struxit? - Ut quid Numa tot deos et tot deas sine ista? An eam forte in tanta turba videre non potuit? Hostilius certe rex deos et ipse novos Pavorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, si deam istam nosset aut coleret? - Deinde quid est hoc, quod jam Romanum imperium longe lateque crescebat et adhuc nemo Felicitatem colebat? - Sed et postea jam in deorum numerum Felicitate suscepta, magna bellorum civilium infelicitas subsecuta est. An forte juste est indignata Felicitas, quod et tam sero et non ad honorem, sed ad contumeliam potius invitata est, ut cum ea coleretur Priapus et Cloacina et Pavor et Pallor et Febris et cetera non numina colendorum sed crimina colentium »? — Epitheta v. attributa, quibus, præsertim in titulis, honestata occurrit, sunt: Felicitas publica, Augusta (v. *Augustorum nostrorum*), imperii (*imperatorum*), sæculi, temporum, perpetua, Romanorum (*populi Romani*), italica, deorum, fausta, sancta, dea (Cf. *Act. Arv.* ap. *Henzen*, numm. ap. *Eckhel, Babelon, Stevenson* et *Corp. I. L.* passim). — Ei templum cum signo in Velabro dicavit L. Licinius Lucullus cos. a. 608 = 141., redux ab Hispaniæ expeditione (*Augustin. loc. cit.*, coll. *Dion. frg.* 76. 2. *Boiss.* et 43. 21., *Cic.* 4. *Verr.* 2. 4). — Aliud in ruinis Curiæ Hostiliæ ei dicandum decreverat Faustus, Sullæ filius, Felix cognomento, quod, eo mortuo, erectum fuit a Cæsare dicatumque a M. Lepido, in imo clivo Capitolino, ut putat *Momms.* in *Corp.* 1. *p.* 403., coll. *Kal. Antiat.* « FELICITATI IN CAPITOLIO » cum signis Praxitelis, teste *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (69). — Item in theatro Pompejano, cum aliis diis, ut patet ex *Fast. Amit.* 12. Aug. (*Corp.* 1. *p.* 244): « VENERI VICTRICI HONORI VIRTUTI FELICITATI IN THEATRO MARMOREO ». Adde *aliam* in *Fast. Arv.* 214 (*Corp.* 1. *p.* 217., coll. *Momms. Corp.* 1. *p.* 324). De situ autem cf. *Jordan, Top. I.* 2. 46. contra *Momms. Corp.* 1. *p.* 331., qui sacellum statuit in Capitolio, *Genio, Felicitati, Veneri* dicatum (*Fast. Arv. cit.*), non vero in sæpto areæ sacræ: fort. idem est ac *Veneris Capitolinæ*, memoratum *Sueton. Calig.* 7. et *Galb.* 18. — In Campo Martio aram, ubi sacrificia fiebant, ei dicatam fuisse constat ex *Inscr.* in *Corp.* 1. *p.* 252., coll. *Momms. Corp.* 1. *p.* 339. — Ex his aliisque titulis colligitur hanc deam una cum aliis diis fuisse cultam, sc. cum Jove, Junone, Minerva, Roma, Divo Aug. (*Orelli n.* 732), cum Venere, Honore, Virtute (*Corp.* 1. *p.* 244) etc. — Item memoratur ejus simulacrum Fundis publicatum ap. *Sueton. Tib.* 5., coll. *Kal. Præn.* XVI. Kal. Febr. (*Corp.* 1. *p.* 231., coll. *Momms. p.* 308), in quo mentio est de ara, ubi victimæ a pontificibus, auguribus, XVviris, XIIviris epulorum immolabantur, *quam dedicavit Ti. Cæsar Felicitati*; tum etiam ejus status argentea in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5019 (*Corp.* 3. 5170). — In nummis sedens sistitur, dextera caduceum, sinistra cornucopiam tenens (*Eckhel*, 8. *p.* 50., coll. *Borghesi, Œuvr. II. p.* 160. *sqq.*) vel caput habens diademate redimitum (*Babelon, Monn. de la rép. II.* 149). De his cf. etiam *Stevenson, Dict. of Rom. coins* 379.*sqq.*, 708. et 782.*sq.* et *Steuding* in *Roschers Lex. I.* 1474.*sq.* — Fuit etiam ejus signum seu tessera legionibus Cæsarianis tradita in prœlio Tapsensi contra Metellum Scipionem (*Auct. bell. Afr.* 83). — De ea consulas *Preller-Jordan, Rom. Myth. II.* 255. *sq.*; *Blanchet, Dict. des ant. II.* 1031.*sq.* et *Wissowa, Relig. u. Kult. d. Röm.* 214.*sq.* ¶ 2. Est etiam nom. mul. — 1.º) Apud scriptores — *a)* Felicitas Sabinia V. SABINIUS. — *b)* Felicitas, martyr celeberrima, cum Perpetua aliisque pluribus Carthagine a. 203 (al. 204., sed minus recte) passa, ut ex *Actis* constat et *Tertull. anim.* 55. De ea *Martyr. Rom.* non. Mart., ed. a. 1914. *p.* 69. « Tuburbi in Mauretania natalis sanctarum martyrum Perpetuæ et Felicitatis, quæ quum esset prægnans (ut sanctus Augustinus ait *serm.* 280.*sqq.*), exspectata, juxta leges, ut pareret - objecta feris » in amphitheatro, plagis concisa et gladio percussa, sub Severo imp., martyrii palmam cum socia obtinuit. — Earum corpora Carthagine sepulta sunt et postea in earundem honorem basilica exstructa, quam *majorem* appellat *Vict. vit.* etc. 1. 3. Cf. *Morcelli, Afr. Chr. II. p.* 58-62. — *c)* Felicitas altera, item celeberrima, Romæ, a. 162., mater septem filiorum martyrum, martyr et ipsa post eos, quæ « Jubente Marco Antonino imp., decollata est pro Christo » ut tradit *Martyr. Rom.* kal. Dec. supra *cit. p.* 366. Cf. *De Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1863. *p.* 19.*sq.* — Pro diverso loco martyrii in diversis cœmeteriis sepulti sunt, teste *Kal. Bucherianο*, quod *Depositio Martyrum* inscribitur, ap. *Migne P. L. XIII p.* 465. — 2.º) In titulis aliquando *Felicita*, ut in *Corp.* 8. 3768., nisi littera postrema excidisse putetur. Cf. *aliam* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III. p.* 456. et in *Corp. I. Gr.* 9728. Φηλείκιτα. — Item *Felicites* in *alia* ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III. p.* 50. — Est autem cogn., ut patet, mul., in *Inscr.* adlatis et abs. in *alia* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 398. 6. et 43. 432. 5. et ap. *De-Rossi, Rom. Sott. III. p.* 455. — *Felicitatei*, ἀρχαϊκῶς, dat. pro *Felicitati*, quæ est nom. deæ, in *alia* ap. *Garrucci, Sgll. n.* 1464.

FĒLĪCŬLA, et per sync. Felicla, æ, f. 1. ¶ 1. Est cogn. mul. ingen. ac libert. et nom. serv., a *feles* demin. — Secunda est longa in nomine contracto: cf. Gr. Φηλείκλα in *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 215. *n. LIX.*; sed Φηλίκλα in *alia* in *Corp. I. Gr. n.* 5823. — Abs. sæpius in tit. Chr. ap. *De-Rossi, Bull. Cr.* a. 1873. *p.* 136. et ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 482. 7. — *Alia* metrica ap. *Luchi* ad *Venant. Opp. p.* 8. Inclita præfulgent sanctorum limina templi Marci, Marcelli Feliculæque simul. ¶ 2. Est etiam nom. insulæ — *a)* Romæ in regione IX., *h. e.* in Circo Flaminio, memoratæ in *Curios.* et *Not. Urb. p.* 16. et 17. — *b)* Item prope Taprobanem. *Tertull. c. Valentin.* 7. Est tamen lectio valde incerta.

FELIGINĀTES, ium, m. plur. 3. populus antiquissimus, ab oppido deleto in Umbria dictus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (114).

FELIGNAS, Placentinus, eques Romanus in exercitu Cæsaris a. 706 = 48. ad Dyrrachium occisus. *Cæs.* 3. *B. C.* 71. — *Fleginas* alii leg. *(De-Vit)*, sed *Felginas* legendum esse docet *Schulze, Eigenn. p.* 529.

FĒLIX, icis, m. 3. cogn. pers. — *Felex* occurrit in *Corp.* 3. 1895. — *Faelix* in nummo gentis Corneliæ ap. *Eckhel*, 5. *p.* 193. — *Felics* in *Corp.* 8. 6755. — *Felixs* in *alia ibid.* 2. 2962. etc. — *Filix* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1855. *p.* 25. ¶ 1. In titulis cogn. tam ingen. quam libert. et etiam nom. serv., frequentissimum, quod primus sumpsit L. Cornelius Sulla dictator; dein *Attius, Cæcilius, Cælius, Minucius, Mummius, Fabius* et inter imperatores primus *Commodus*, mox plures alii eorumque uxores (V. *Eckhel*, 5. *p.* 193. et 8. *p.* 454) — Absolute, sæpius in titulis Chr. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 51., *IV.* 153. etc. et cum addito cognomine ap. *De-Rossi, Rom. Sott. I. p.* 216. et *III.* 169. ¶ 2. Apud scriptores mentione præsertim digni — 1.º) Felix, procurator Judææ, a. 52-60., rogatu Jonathæ, summi sacerdotis, vir sine existimatione, ex familia Claudii imperatoris, libertate donatus, fort. ab Antonia, cujus nomen sumpsit *(Tac.* 5. *Hist.* 9), in aula potens missusque in Judæam non solum civili sed etiam militari potestate præditus *(Sueton. Claud.* 28., coll. *Hirschfeld, Sitzungsber. d. Berlin. Akad.* 1889. *p.* 423). Tres habuit uxores *(Tac. ibid.)*, quarum una Marci Antonii triumv. neptis, altera Drusilla, filia Agrippæ I. et soror Agrippæ II. et Berenices *(Act.* 24. 24., coll. *Jos. B. I.* 13. 2), tertia, quam primam duxit, ignoratur. — Fuit homo crudelis æque ac luxuriosus et avarus, qui, ut scribit *Tac. loc. cit.*, « per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingenio exercuit », adeo ut Judæi ejus jugum ægre ferentes turbas excitarint idque excutere, sed frustra, sint conati. - Coram eo se sistere debuit Paulus ap., ut se purgaret criminibus, quibus Ananias, summus sacerdos, et Tertullus illum falso accusaverant; sed præses, de ejus innocentia probe conscius, judicium ad tribunum Lysiam remisit; interim, Drusilla Judæa hortante, ad se Paulum advocabat, ut ejus doctrinam audiret; sed quum Apostolus disputasset » de justitia et castitate et de judicio futuro, tremefactus Felix », utpote qui quasi hæc sibi scelestissimo dicta intelligeret, eum statim dimisit; quamquam « simul et sperans, quod pecunia ei daretur a Paulo, - frequenter accersens eum, loquebatur cum eo » *(Act.* 24. 28.*sq.)*. De eo vd. etiam *Heges.* 2. 6. et 8., *Rufin.* 2. *H. E.* 20. et *Hieronym.* in *chron.*, alios. — 2.º) Felix, proconsul Africæ a. 333. sub Constantino M. *Cod. Theod.* 3. 30. 5., coll. *Morcelli, Afr. Chr. II. p.* 236. — 3.º) Felix, magister et orator urbis Romæ, quo conferente Vettius Agorius Basilius Mavortius, cos. a. 527., exemplar carminum

Horatii emendabat, ut patet ex eorum subscriptione, ap. *Suringar, Hist. Schol. III. p.* 99. et *Riese I. p. XXVIII.* — 4º) Felix I., pontifex Romanus, Dionysii successor (*Augustin. ep.* 53), a. 269-274., temporibus Claudii et Aureliani impp., de quo *Rufin.* 7. *H. L.* 27. « Manichæorum hæresis eo tempore exorta, quo Felix in urbe Roma Ecclesiæ præerat. Qui, per quinque annos *(integros)* administrato sacerdotio, Eutychiano sedem reliquit ». Porro de eo pauca noscuntur, quæ partim ex fragmento ap. *Mansi (IV.* 103), cetera Syriace scripta reperiuntur in Mus. Brit. Londinensi *(Harnack, Gesch. alt. Litt. I. p.* 659.*sqq.)*, nempe aliquid de epistola ab eo scripta Maximo Alexandrino episcopo contra errores Pauli Samosateni et Sabellii *(Mar. Merc. p.* 871. *M.*, coll. *Liber. brev.* 10. *p.* 991). Tres vero epistolæ ap. *Migne P. L., V.* 145-156. spuriæ omnino habendæ sunt. — Admitti vero nequit, eum jussisse, ut sacra celebrarentur supra martyrum sepulcra *(Lib. Pontif.)*, quod jam ab antiquo servabatur *(Tillemont, Comm. in Ord. Rom.)*, nisi forte idipsum aliquando neglectum, iterum decreto præscripsisset; tum etiam eum martyrium fecisse ac sepultum fuisse in via Aurelia; in libro enim, *Depositio episcoporum* inscripto, traditur in mortem naturalem sanctissime obiisse, qui « pro fide catholica plurimum laboravit » *(Martyr. Rom. III.* kal. Febr. ed. a. 1914. *p.* 31) et in cœmeterio Callisti, sepultus fuisse. — 5.º) Felix, qui *secundus* dicitur, Liberio pap. a Constantio imp. (a. 337-361), hæretico Ariano, in Berœam Thraciæ relegato, archidiaconus se in Liberii successorem a tribus imperatoriis eunuchis ac tribus Arianis episcopis, præcipue ab Acacio Cæsareensi, eligi passus est *(Hieronym.* in *chron.* et *vir. ill.* 98. *B.)*, quod clerus Rom. vel saltem ejus pars serviliter probavit. Sed populus eum rejecit tamque præfracte ei est adversatus, ut per urbis vias inter factiones quædam quasi pugna exarserit. Constantius itaque, imperii hostibus pacatis, Romam accurrit, ut discordias sopiret, a. 357., ubi a matronis rogatus Liberium ab exsilio revocavit *(Theod.* 11. *H. E.* 17., coll. *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 18), statimque Felix, a populo ejectus, Portum Augusti confugit, ubi ante Liberium decessit, a. 365. — Estne itaque inter pontifices Rom. adnumerandus? *Athanasius (Hist. Ar. ad monach. c.* 85), *Rufinus* (1. *H. E.* 22), *Socrates* (11. *H. E.* 37), *Optatus Milev. (l.* 2. *contra Parm.)*, *Augustinus (ep.* 53) negant omnino, quin ex his nonnulli eum Arianum aperte dicunt; alii vero *(Lib. Pont., sacram. s. Greg., martyr. Usuardi, Adonis, Bedæ* et *Rom.*, quod eum papam et martyrem facit ejusque corpus sub Gregorio XIII. repertum tradit sub altari in templo ss. Cosmæ et Damiani cum epitaphio, in quo *papa* et *martyr.* dicitur), alii, inquam, sed testes fere omnes ab iis temporibus nimium remoti, adfirmant. Verum quidquid sit de testibus, hoc omnino concedendum est, Liberium pontificem fuisse legitimum ac proinde Felicem ab albo legitimorum pontificum prorsus esse expungendum. Quod autem postea fuerit jussu imperatoris Cere in Tuscia clam decollatus, quia Liberio adhæserit et Constantium Arianum damnaverit, ut *Martyr.* refert, nihil habet absurdi; sed nec absurdum quis dixerit, epitaphium illud ab ejus sectatoribus inscribi potuisse, quod immo cl. *Marucchi* aperte spurium dicit *(Elém. d'arch. chrét. II. p.* 55). — De eo scripserunt *Jaffé, RR. PP. I. p.* 35.*sq.*; *Langen, G. d. Röm. Kirche I.* 28. et *Herzog, Realencykl.* art. *F. II.* Leipz. 1899. etc. — 6.º) Felix, qui vulgo, sed perperam, *tertius* dicitur, pontifex Rom., Simplicii successor, vir animi fortitudine ac sanctitate eximius, Ecclesiam rexit temporibus ob Orientalium præsertim episcoporum discordias ac rebelliones maxime procellosis, in primis Acacii causa, episcopi Constantinopolitani, hominis callidissimi et incredibili ambitione ad audaciora facinora proclivis, qui olim fortiter Basilisco tyranno obstiterat, ne contra rectam fidem edictum promulgaret; postea vero totus fuit in hæreticis aut perduellibus fovendis, adeo ut vel ipsos legatos Felicis, semel atque iterum Constantinopolim missis, ad res componendas et Acacii protervіam retundendam, male habuerit eosque etiam pecunia sibi devinxerit; quin eo dementiæ pervenit, amore erga ipsum plebis et imperatoris gratia suffultus, ut a diptychis nomen Felicis expungeret, a quo fuerat et officio et communione Ecclesiæ privatus; Zenoni vero imp. suasit, ut edictum, quod *Henoticon* audit, ederet de rebus ad fidem pertinentibus, quo error et veritas, doctrina catholica et hæresis, indiscriminatim inter se, quasi amico fœdere, consociabantur, nulla facta de regula fidei Chalcedonensi nec de epistola dogmatica Leonis pont. mentione. Hoc tamen, quamvis ab hæretica labe immune, Felix reprobavit *(ep.* 9. *ad Zenon.)*, ubi pontifex nil metuens hæc scribit: « Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur et juxta ipsius constitutum regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre, et sacrosancta per eorum præsules discere potius quam docere: Ecclesiæ formam sequi, non huic sequenda jura præfigere: neque ejus sanctionibus velle dominari etc. ». Nihilo minus schisma inter Romanam et Constantinopolitanam sedem, etiam Acacio et Felice demortuis, diu (a. 484-519) perduravit, usque dum, ex diptychis sublato nomine Acacii, pax est restituta. — Addimus hunc sanctum pontificem basilicam s. Agapiti Romæ ædificasse aliaque egisse, quæ prætermittere piget. — Anno tandem 492., Februario mense exeunte, hic eximius Leonis M. imitator sanctissime obiit sepultusque est in basilica s. Pauli, ubi ejus conjux ac filii jacebant; duxerat enim ante quam sacerdotio adscriberetur, uxorem. — De eo cf. *Evagrius, h. eccl.* 11. 14.; *Jaffé, RR. PP. I. p.* 80-83.; *Langen, op. cit.* 140.*sqq.*; *Revue des quest. hist. XXII.* 128-134.; *Hefele, Stor. de' Concil. II.* 601-618. — 7.º) Felix, item pont. Rom., vulgo *quartus* dictus, 526-530., ex Samnio, Castorii filius, Johannis I. successor, quem Theodericus, Gothorum rex, Ravennæ in vincula conjecerat, ubi ex inedia mortuus est. Hic suo arbitrio in ejus locum Felicem suffecit *(Dahn, Deutsch. Königt. III. p.* 237); unde illud ortum est in pontificum Rom. electionem se ingerendi studium perniciosissimum, quod a Gothorum regibus ad Byzantios et ab his ad Francos Germanosque imperatores transiit *(Baron.* et *Pagi* ad an. 526). Attamen, Theoderico demortuo, clerus populusque Romanus ab Atalarico impetravit, ut exinde, regio consensu habito, pontifices ab utroque eligerentur *(Ibid.)* ac præterea sacerdotes non a tribunali civili, sed ecclesiastico, uti apprime decet, judicarentur *(Chantrel, Hist. pop. d. Pap. V. p.* 46). — Misit Felix ad episcopos Galliæ australis capita aliquot celebria, ex operibus Augustini excerpta, quæ uti canones accepta sunt in concilio Arausicano a. 529 *(Franklin Arnold, Cæsar. d'Arl.* ed. germ. *II.* 485.*sqq.)*; discordiam compescuit inter Ravennates eorumque episcopum, nomine Ecclesium *(Herzog, Realenc. a. Fel. IV.* 1899); basilicas Romanas cultui Christiano addixit, alias incendio deletas refecit; munificentia in egenos excelluit; quodque singulare accidit, priusquam moreretur (a. 530), successorem sibi elegit, suorum temporum acerbitate coactus *(Rev. des quest. hist. XXXVII.* 547.*sq.)*. — De eo vd. *Cassiod.* 8. *Var.* 15. *Momms., Gennad. vir. ill.* 14. 192. *Rich., Lib. Pont.* ed. *Duchesn. I. p.* 106. et 279., *Mansi, Conc. VIII.* 666.*sq.* et *Langen, op. cit. I. p.* 300.*sq.* — 8.º) Felix, Manichæus ex iis, qui *Electi* appellabantur *(Posid. vit. s. Aug.* 16), ineruditus liberalibus disciplinis, sed versutus, ut tradit *Augustin. retr.* 2. 8. Verum ab Augustino, disputatione inter eos habita, tanta fuit argumentorum vi convictus, ut suos errores detestatus et sectæ valedixerit et catholicæ fidei adhæserit, ut idem *Augustin.* 1. in *Felic.* 1. et 12. et 2. *ibid.* et 22. testatur. Cf. *ejusd. libr. duos de Actis cum Felice Manichæo* cit., unde alia de eo elici possunt. — 9.º) Felix, sacerdos et martyr, filius Hermiæ Syri, qui Nolæ in Campania domicilium suum statuit, tempore Maximi episcopi, a quo fuerat Felix consecratus, et ob singularem ejus virtutem designatus successor. — At, persecutione contra Christianos exorta, captus fuit durissimisque tormentis cruciatus; sed prodigiose liber suum episcopum profugum, frigore et fame prope enectum, invenit, quem recreatum, periculis amotis, ad ipsius sedem transtulit. Verum, persecutorum rabie recrudescente, diu latuit, dum hæc deferbuit, adeo ut ad suos redire potuerit, qui, Maximo defuncto, eum sibi episcopum eligere voluissent, nisi constanter ille obstitisset sanctissimus vir, ex divite pauperrimus, sub Valeriano vel Gallieno Nolæ vita functus, ubi basilica in ejus honorem est excitata, cujus meminit *Augustin. ep.* 78. — Ejus vitam carminibus descripsit *Paulinus Nolanus* ep., præter alia æque in ejusd. laudem, quorum exstant fragmenta. Cf. *Paulin. ep.* 5., 32. *et* 49. — 10.º) Felix, martyr Romæ passus, cujus laudes celebrat *Damasus* pap. *carm. XV.* — 11.º) Felix, Maurus, miles sub Maximiano, cum Nabore martyrio coronatus Mediolani ibique sepultus, a. 286., ubi etiam basilica eorum nomine est ædificata. Memoratur *Paulin. vit. s. Ambr.* 14. et *Ambros.* in *Luc.* 7. *n.* 178., ubi eorum socium *Victorem* addit. Exstat porro *ejusd. hymn.* in trium horum martyrum honorem, de quibus V. *Biraghi, Inni di s. Ambrog. p.* 74-80. — 12.º) Felix, martyr Gerundæ in Hispania, natione Maurus, una cum aliis XVIII. Cæsaraugustanis martyribus celebratus *Prudent. perist.* 4. 29. Ex *Martyr.* tamen *Rom.* XVI. kal. Maj. ed. 1914. *p.* 109. constat inter eos, Cæsaraugustæ passos, alium Felicem recenseri, cum iis sub Daciano preside passum. Priorem memorat etiam *Greg. Tur. glor. mart.* 1. 92. Cf. etiam *Eulog., mem. mart.* 1. ap. *Morcelli Afr. Chr. II.* 177. — 13.º) Fl. Felix, poeta, cujus in *Anth. Lat.* 254. *p.* 177.*sq.* exstant *postulatio honoris* ap. *Victor. v. inl. et primiscr.* et *ibid.* 210-214. *de thermis Alianarum* V. epigrammata, ubi tamen prosodiæ leges parum servantur et quædam sunt nimio artificio composita. — *Ad Fl. Felicem* 406. hexametri ignoti auctoris in codd. *s. Cypriani* leguntur. — Vixit sub regibus Vandalis Thrasamundo (a. 496-523) et Ilderico (a. 523-530), *Luxorii* æqualis (V. *Teuffel, Gesch. Röm. Lit. n.* 464). — 14.º) Alios, civilibus vel ecclesiasticis muneribus functos, vel martyres vel alio titulo commendandos, quos brevitatis causa hic prætermittere necesse est, V. in *App.* ad *Onom.* — Hinc *Felicior*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2925. — *Felicissimus*, cogn. vir. tum ingen. tum libert. itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4684., *Corp.* 7. 974. et 2. 4518. — *Corp.* 6. 17797 *(in cryptis s. Hagnes)*. — Abs. in *alia* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* B 77. 8. — Fuit etiam diaconus Xysti II. pap., martyr celeberrimus, cum aliis sub Valeriano decollatus et in cœmeterio Prætextati sepultus, de quo pluries scripsit ex antiquis monumentis cl. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1863. *p.* 4. et a. 1872. *p.* 52. et in *Rom. Sott. I. p.* 245. et 248. et *II. p.* 93. V. *Martyr. Rom.* VIII. id. Aug. ed. 1914. *p.* 237. — Item ille, cui Aurelianus imper. commiserat fisci procurationem; sed postea, conjurationis monetariorum caput, compressus periit. *Hist. Aug. Aurel.* 38. — Item ditissimus quidam ac potens Carthaginiensis civis, qui Cypriano decernenti, ut nemo ex iis, qui sub Decio descivissent a fide, nisi debitis pœnis expiatus in ecclesiæ communionem admitteretur, tam vehementer obstitit, ut una cum Novato et Fortunato schisma excitare non erubuerit. *Cyprian. ep.* 38., 39., 40., 42. et 45 (Cf. *Baron. annal.* a. 254., 255., 258). — *Felicissima*, cogn. mul. *Corp.* 6. 17802 *(in villa Pamfilis* [sic]). In *alia* ap. *Momms. n.* 7173. Felicissimete (producta a *Felicissime*, Græcorum forma). *et* ap. *eund. n.* 3971. Filicissima. *et Corp.* 6. 17809 *(in porticu monasterii s. Crucis)* Filicissima. — Abs., frequentissimum in tit. Chr., ut ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 431. 3., 5. et 6. et *p.* 432. 1. et 2. etc. — Item Faleriæ in Tuscia virgo martyr cum Graciliano ut in eorum *Act.*; quibus « pro fidei confessione ora lapidibus primo contusa sunt, dehinc gladio percussi optatam martyrii palmam susceperunt ». *Martyr. Rom.* prid. id. Aug. ed. 1914. *p.* 245. Ejus cœmeterium sæc. prox. elapso repertum est sub utriusque nomine a cl. *Le Lonet* ap. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1880. *p.* 69.*sqq.* — *Felicius*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4620. et *n.* 2559. — In gentilicium videtur transiisse. *Alia* ap. *eund. n.* 625.

— Fuit etiam *P. Felicius Albinus* vel fort. plenius *M. Nummius P. Felicius Albinus*, ut putat *Dressel* in *Bull. arch. Napol.* a. 1858. *p.* 168., cons. cum M. Lælio Maximo a. 227., ut constat ex *figlina* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1878. *p.* 167. — Item Avidius v. Didius Felicius, consularis Byzacenæ. *Corp.* 8. 11982. — *Felicia*, cogn. mul. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3339. — Scribitur etiam *Feliccia* et *Fellicia* in *aliis Corp.* 8. 4571. et 6397. — Abs. in titulo Chr. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 452. 4. — *Felicio*, cogn. vir. demin., ingen. et libert., itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 25., in *alia* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1848. et in *figlina* in *Corp.* 2. 4970 (188). et 6. 17792 *(in cœmeterio Priscillæ)*. — *Feliciosa*, cogn. mul. *Corp.* 6. 6606. — *Felicianus*, cogn. vir. frequentissimum. *Corp.* 8. 822. etc. — Fuit etiam grammaticus, laudatus a suo discipulo *Dracont.*, qui magistro duo carmina misit. — Item martyr Romæ cum Primo sub Diocletiano et Maximiano impp. « Hi gloriosi martyres longævam in Domino vitam ducentes et nunc simul paria, nunc singillatim diversa et exquisita perferentes tormenta, tandem felicis pugnæ cursum, a Promoto præside Nomentano gladio animadversi, consummaverunt ». Ita *Martyr. Rom.* V. id. Jun. ed. 1914. *p.* 171. — Utriusque corpus ex arenaria in via Nomentana translatum est a Theodoro pap. ca. a. 648. Romam in basilicam s. Stephani in monte Cælio *(De-Rossi, Rom. Sott. I. p.* 144. et 219). — Item Arianus quidam, cujus nomine exstat *dialogus de unitate Trinitatis*, olim *Augustino* adjudicatus, postea Vigilio restitutus, ed. *Migne P. L. XLII.* 1157.*sqq.* et iterum *LXII.* 333.*sqq.* — *Feliciana* et etiam *Fæliciana*, Græcorum forma, etiam producta, in tit. Chr. ap. *Murat.* 1844. 5. et in *Cod.* 5. 28. 4.

FELŒNIS, cogn. Jovis, in *Inscr.* reperta *Maxanæ*, haud procul ab urbe Verona. *Corp.* 5. *p.* 390. V. *Steuding* in *Roschers Lex. I.* 1475.

FELSĬNA, æ, f. 1. oppidum antiquissimum Etruriæ Padanæ, cui postea *Bononiæ* factum est nomen. — *a)* Scribitur etiam *Felsena* v. *Celsena*. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 198. — *b)* Etymon nonnulli deduxerunt ab Hebraica vel Punica lingua (Cf. *Böcking* ad *Not. Dign. occ. p.* 1138.*sq.*); alii vero idem esse quod Fersena, flumen Tridentinorum *(Fabretti* in *Gloss. It.* sub *v.* Cf. *Martini, Scritti* etc. *G. p.* 40). Verum multo probabilius nomen Etruscæ originis habendum est (V. *Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn. p.* 568), ut ex infra dictis argui potest. — Enimvero inter eas regiones, quas Etrusci in suam potestatem redegerunt, prima est Italia borealis, ut ab historicis vel mythologis vario narratur. Modo namque mythico Tarconti, modo Aucno et Aulesti, ejus fratribus, id tribuebatur, qui ad concordiam servandam ex condicto sejuncti, alter Perusium, alter vero, Appennino trajecto, Felsinam ædificavit, principem Etruriæ Padanæ urbem, ut eam vocat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (115). Cf. *Polyb.* 2. 17., *Diod.* 14. 113. et etiam *Müller-Deecke I. p.* 125.*sqq.* (V. ETRUSCI). — Quod autem Felsina tum maxime floruerit, patet ex plurimis instrumentis æreis *(Zannoni, La fonderia di Bologna*, Bol. 1893) et ex casis circa illam ac sepulcretis, sub hod. cœmeterio Bononiensi repertis *(Montelius, La civ. primit. en Ital. I. p.* 469.*sqq.*, coll. *Not. degli scavi* 1893. *p.* 177. et 181. et 1894. *p.* 270), aliisque reliquiis nuper defossis. — Porro inter Gallos Transpadanos, qui Italiam invaserant, primas obtinebant Boii (Cf. *Liv.* 33. 37), qui, ut alias vidimus, Felsina potiti, eam a suo nomine Bononiam appellarunt *(De Sanctis, Stor. d. Roman. II. p.* 162. Torino 1907., coll. *Burton, Etruscan Bologna*, Lond. 1876. et *Grenier, Compte rendu de l'Acad. d. Inscr.* 1906. *p.* 315.*sqq.*). — Hinc *Felsinius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1575.

FELSĪNIUS. *V.* voc. præc.

FELTRĬA, æ, f. 1. Etiam *Feltriæ, arum*, plur., in *Inscr.* in *Corp. I. L.* 6. 2884. et 32515. — — De etymo cf. FELETES. — Est autem oppidum Venetiæ seu Rætiæ intra Alpes Tridentinas, ad trib. *Meneniam* pertinens *(Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 111), inter Opitergium et Tridentum ad dexteram Plavis, hod. *Feltre*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 280. et *Corp.* 5. 2069. et 2071.; corrupte vero ap. *Rav. p.* 254. Filtrio. et *Guid. p.* 459. Filaria. — Hinc *Feltrinus*, adj., ut *Figulina Feltrina* in *Corp.* 9. 6078. 19. — Absolute *Feltrini*, incolæ (male olim *Feltrenses* v. *Feltrienses*), ap. *Cassiod. loc. cit.* — Perperam quoque ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130). Fertini (V. *Momms. Corp.* 5. *p.* 196). — Porro oppidum antiquissimum est, quod conditum videtur ab Euganeis vel a Rætis; temporibus dein Romanæ dominationis fuit municipium, jure Latino præditum ac florentissimum; sed a. 409. vastatum ab Alarico, ab Attila a. 455., ab Alanis a. 477. ac tandem ab Odoacre a. 487 (?), a prisco statu vehementer deflexit, in meliorem tamen sub Theoderico, Gothorum rege, restitutum; postea Langobardis paruit *(Cassiod.* 5. *Var.* 9. et *Paul. diac. hist. Langob. III.* 26).

FELTRĪNUS. *V.* voc. præc.

FENECTĀNI Campi, ubi Latinos rebellantes fuderunt Romani *(Liv.* 8. 12. *M.)* a. 389 = 415.

FĒNESTELLA, æ, f. ¶ 1. Est cogn. vir. a *fenestra* demin., sed corrupte scriptum in *Corp.* 5. 469., quod et in gentilicium transiit (*V.* infra). — Si credendum est *Alciato l.* 12. *parerg. c.* 5., ita dicitur a calvitie; qui enim in medio capite calvi essent, eos antiqui Fenestellas appellabant, quod fenestræ similitudinem præ se ferrent. — Hoc nomine valde excelluit historicus et poeta, Augusti et Tiberii ætate. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 2035 = 772 R. = 18. Chr. (Cf. *Plut. Crass.* 5) « Fenestella historiarum scriptor *(sic)* et carminum septuagenarius moritur sepeliturque Cumis ». et *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 52. (146). « Fenestella, qui obiit novissimo Tiberii Cæsaris principatu ». Hoc tamen parum probabile ostendit *Mercklin de hist. et poet. p.* 3., qui eum non post a. 789 = 36. mortuum, nec post a. 719 = 35. natum esse, cum *Poeth* et *Münzer*, statuit; quamquam « ad Hieronymi, inquit *Peter*, auctoritatem inclino, quæ frg. 18. adjuvatur atque ex frg. 24. hoc unum sumo, Augusti novissimis temporibus eum scripsisse ». — De eo *Lact.* 1. 6. 14. Fenestella diligentissimus scriptor. Adde *Non. p.* 221. et alib., *Senec. ep.* 108. 31., *Plin. loc. cit.* et in *Ind.* 8., 9. 17., 15. 33. et 35., *Sueton.* in *Ter. c.* 1., *Macrob.* 1. *Sat.* 10. 5-6., *Tertull. c. Valentin.* 34 (*p.* 209. 21. Vindob.), *Ascon. p.* 59. 3., *Frontin. aqu.* 1. 7., *Diomed. p.* 365. 7. *K.*, *Prisc. gr. VIII.* 20. *p.* 386. *K.*, al. — Scripsit *carmina* (quibus *Scalig.* speciose annales substituit); sed horum vestigia nulla habemus, non tamen inde sequitur, illa a Fenestella composita non esse; item et præcipue *annales*, in quibus, ut Livius, a cujus elegantia, ubertate et arte oratoria longe distat, res Romanas ab origine Urbis (non a bellis Punicis, ut censet *Madvig, De Ascon. Ped. p.* 64) enarrat; ubi in curiositate (Cf. *Lact. loc. cit.)* sane totus fuit, ita ut non modo res gestas, discrimine inter graviora et minutiora neglecto traderet, sed etiam res antiquitatis varias complecteretur, de magistratibus et provocatione, de libris Sibyllinis, de anni spatio definiendo, de nummis, de aquæ ductibus eorumque sumptibus, de vestimentis, de cenarum luxuria, de ferarum pugnis in circo, de arboribus, quibus temporibus satæ essent, de verborum origine ac temporum numerorumque ratione; quocirca haud mirum est, si Senecæ philosopho odium movit; qui et in dialogo decimo *de brev. vit. c.* 13. contra eum, cujus nomen omittit, declamat; sed *ep.* 18. 5 (108), 31. *frg.* in philologorum numero eundem ponit *(Peter, H. R. r. II. p. CX.sq.)*. Hujus autem operis, quod ætatem non tulit, fragmenta, quorum numerus tricesimum non excedit, quindecim tamen scriptores eum citarunt, præsertim *Ascon.* (*frg.* 19., 20.*bis.*, 22. et 23). — Ex his præterea epitomen seu compendium fecit, ita laudatum a *Diomed. loc. cit.* « Apud Fenestellam in libro epitomarum secundo ». — Fallitur *Lydus de magistr. III.* 75., qui ex fonte mendoso nomina hausit, itemque *Asconius* cum *Gellio*, itemque qui Fenestellam de erroribus reprehendunt, quos nullos vel nullius momenti putamus (Cf. *Mercklin p.* 9.*sq.*). — Duo denique libri *De magistratibus et sacerdotiis Romanorum*, sub ejus nomine ed. Mediolani a. 1477. et iterum pluries, subditicii sunt, ubi et *Plinius* citatur et episcopi memorantur, *Andr. Domin. Flocchi* Florentino, qui vixit sæc. XV. omnino tribuendi, ut ait *Forcellin.* noster, et *Teuffel, op. cit. n.* 243. ac *Wissowa PW.* 6. 2179. confirmant. — De eo cf. *Mercklin, op. cit.*; *Poeth, De Fenest. hist. script. et carm.* Bonn. 1849.; *Peter, Hist. Rom. fragm.* (1883) 272-278. et *Hist. Rom. rel.* (1906) *II. p. CIX-CXIII.* et *p.* 79-87. — Hinc *Fenestellius*, nom. gent. vir. in *Corp.* 5. 4941., ab aliquo *Fenestella* ductum. ¶ 2. *Fenestella* porta, sic dicta, quod dea Fortuna per fenestellam furtim ad Servium regem accesserit et cum eo connubium inierit, teste *Ovid.* 6. *Fast.* 578.; quæ fabula videtur ex eo orta, quod semper secunda fortuna Servius est usus (Cf. *Plut. quæst. Rom.* 36). — Fuit Romæ non porta urbis, sed arcus, prope ædem, Fortunæ dicatam, in Palatino, ut *Hülsen* censet.

FĒNESTELLĬUS. *V.* voc. præc.

FĒNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir, idem fort. qui *Fænius*, in *Inscr.* in *Bull. d. Istit. arch.* a. 1880. *p.* 98.

FENENNA. *V.* PHENENNA.

FENNI v. Finni, ōrum, m. plur. 2. (Φίννοι *Ptol.)* populus Europæ borealis, de quo *Tac. Germ.* 46. Peucinorum Venetorumque et Fennorum nationes Germanis an Sarmatis ascribam, dubito. et *mox ibid.* Fennis mira feritas, fœda paupertas; non arma, non equi, non penates; victui herba, vestitui pelles, cubile humus; solæ in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. Idemque venatus viros pariter ac feminas alit; passim enim comitantur partemque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque effugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt juvenes (sc. *ex venatu et excursionibus*), hoc senum receptaculum. Sed beatius arbitrantur quam ingemere agris, illaborare domibus, suas alienasque fortunas spe metuque versare (sc. *quovis modo collocare et variatis vicibus quæstum facere*). Securi adversus homines, securi adversus deos rem difficillimam assecuti sunt, ut illis ne voto quidem opus esset (Cf. *Justin.* 2. 2. 9). — Hos *Finnos* vocat *Jorn. Get.* 23. eosque mitissimos; quod quidem parum conciliari potest cum iis, quæ *Tac.* de Fennis dixit, adeo ut *Müllenhoff* ap. *Momms.* ad *Jord.* in *Ind. p.* 139. unos ab alteris distinguat. Mihi tamen videtur, nisi aliud obstet, τὸ *mitissimi* ad indolem posse referri, τὸ *feritas* ad mores agrestes. — De iis vd. *Müllenhoff, Deutsche Altertumsk. II.* 53.*sq.* et *alib.* et *Zeuss, Die Deutsch.* 156).

FENTA. *V.* FATUA.

FERADI *majus* et *minus*, duo oppida in Africa Byzacena, ex quibus unum dicebatur *Feraditanum majus*, alterum *minus*, ut ex *Coll. Carth. I.* 126. et 133 *(Migne XI.* 1286. et 1308), utrumque episcopi sedem habens. *Not. episc. Byzac. n.* 30. in *Halms Vict. Vitens. p.* 67., ubi occurrit episcopus *Feradi majensis*, i. e. majoris.

FERADĪTĀNUS. *V.* voc. præc.

FERASĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 1460.

FERATENSES, ium, m. plur. 3. nom. populi Africani. *Jul. Honor. cosmogr. p.* 54. *Riese.*

FERDERUCHUS, i, m. 2. Feletheì, regis Rugorum, frater, cui datum fuerat in ditionem oppidum Favianis; sed a Frederico, fratris filio, occisus fuit a. 487. *Eugipp. vit. s. Sever.* 42., 44. 3.

FĔRENTĀNEUS, a, um, adject., et

FĔRENTĀNI, ōrum. *V.* FERENTUM.

FĔRENTĪNĀTES, ium, et

FĔRENTĪNI, ōrum. *V.* voc. seq.

FĔRENTĪNUM, i, n. 2. (Φερεντῖνος) nom. oppidorum, ut ¶ 1. *Ferentinum* (Φερέντιον *Dionys.*), oppidum Hernicorum in loco edito ad lævam Treri, in via Latina, ad trib. *Publiliam* pertinens, hod. *Ferentino*. Memoratur *Liv.* 1. 50. et alib., *Gell.* 5. 3. 8., *Itin. Ant. p.* 302. et *Rav. p.* 275., *Corp.* 10. *p.* 572., 982. et 1013. — Volscis a Romanis ereptum fuit a. 413. a. Chr.; rebelle a. 361., fidele a. 306., jure Latii præditum a. 193., municipium sub finem reipublicæ et imperii temporibus; obsidum sedes; patria Flaviæ Domitillæ, matris Titi imp. *Liv.* 4. 51., 7. 9., 10. 34., 32. 2., coll. 34. 42. — De eo vd. *M. Candidi Dionigi, Viaggi in alcune città del*

Lazio, Roma 1809. fol., et *Delbrück, Röm. Mitt.* 1903. — Hinc *Ferentinas*, adj., ut *Ferentinas populus* ap. *Liv.* 9. 43 (*Ferentinatis* pro *Ferentinas* in recto *Titinn.* ap. *Prisc.*). — Absolute *Ferentinates*, incolæ. *Id.* 34. 42. — *Ferentinates Novani* in *Corp.* 10. 5825 (Cf. *Cassiod. Var.* ed. *Momms. p.* 406. « episcopus Ferentini novi » a. 499). — *Ferentinus*, adj. — *a)* Ad Ferentinum Latii pertinens, ut *Ferentinus ager* ap. *Obsequ.* 27. et *Ferentini manipli* ap. *Sil. It.* 8. 393. — Absolute *Ferentini*, incolæ. *Censorin. d. nat.* 20. 1. — *b)* Ad Ferentinam deam pertinens, quæ, eadem fort. cum Ægeria vel Feronia, colebatur prope *lacum* dictum *Ferentinæ* (*Liv.* 1. 50), unde oriebatur *Aqua Ferentina* v. *caput Aquæ Ferentinæ* v. *Caput Ferentinum* (*Id. ibid.* 51), quo, Alba Longa eversa, conveniebant Latini populi, ut de publicis rebus inter se consulerent (*ibid.* 52), fort. ubi nunc *Marino* ad lacum Albanum (*Nibby, Dintorni di Roma II.* 319.*sqq.*). ¶ 2. *Ferentinum* (Φερεντῖνον *Strab.*, Φερεντία *Ptol.*, *Ferentium* ap. *Tac.* 2. *Hist.* 50., *Sueton. Oth.* 4. et *Vitr.* 2. 7. 4), oppidum Etruriæ australis, ad dexteram Tiberis et ad septentr. *saltus Ciminii*, municipium, patria Othonis imp., ad tribum *Stellatinam* pertinens, hod. item *Ferentino*. Memoratur etiam *Horat.* 1. *Ep.* 17. 8., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (52)., *Vict. ep.* 6., *Gromat.* 216. *Lachm.* (ob coloniam deductam). et *Corp.* 11. *p.* 454. — Hinc *Ferentinenses* (v. *Ferentienses* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 3507), incolæ, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 6684. ¶ 3. *Ferentinum* Apuliæ. *V.* FERENTUM.

FĔRENTĪNENSES, ium, et

FĔRENTĪNUS, a, um, adject., et

FĔRENTIUM, ii. *V.* voc. præc.

FĔRENTUM, i, n. 2. Varie scribitur: ap. Græcos Φερεντῖνον v. Φερεντῖνος v. Φερέντη (*Dionys.* ap. *Steph. Byz.* et *Diod.* 19. 65. 7) et ap. Latinos *Ferentinum* v. *Feritrum* (corrupte *Forentrum* etc. ap. *Liv.* 10. 34), *Ferentum* v. *Forentum* (ap. *Horat.* 3. *Od.* 4. 16). v. *Ferente* et *Ferentanum* v. *Frentanum*, sæpe confusum cum *Ferentino* utroque, de quo supra dictum est. — Est autem Ferentum seu Forentum oppidum Samnitum in Apulia ad austrum Venusiæ, in valle situm, unde *humile* vocatur *Horat. loc. cit.*, sed arvo pingue et validum, ut dicit *Liv.* 9. 16., coll. *Diod. loc. cit.*, a Romanis captum a. 317. a. Chr., hod. *Forenza* — Hinc *Frentanus* v. *Frentanensis*, adj., ut *Frentana turma* ap. *Flor.* 1. 18. 7. — Absolute *Frentani*, incolæ, ap. *Liv. loc. cit.*, et *Ferentani* ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105)., ubi alii leg. *Ferentani*. — De eo vd. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 831.

FERESĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 2321. — *Feresia*, nom. mul. *Ibid.* et 2923.

FERESNE, statio in via a Noviomago (*Nymwegen*) Atuacam (*Tongres*), inter hanc et Catualium, fort. hod. *Vucht* (in Belgico prov. *Limburg*), in *Tab. Peut.* Cf. *Desjardins, Tabl. Peut. p.* 12. et *Holder, Altkelt. Spr.* ad *v.*

FĔRĔTRĬUS, ii, m. 2. (Φερέτριος *Dionys.* 2. 34. et *Dio* 44. 4) cogn. Jovis, ei a Romulo impositum: a *pace ferenda*, ut ap. *Paul. Fest. p.* 92. *M.* « Feretrius Juppiter dictus a f e r e n d o, quod pacem ferre putaretur; ex cujus templo sumebant sceptrum, per quod jurarent, et lapidem silicem, quo fœdus f e r i r e n t ». Formula vero erat ante sacrificium, quam Pater patratus proferebat: « si prior defexit (*populus Romanus*) publico consilio dolo malo, tum illo die, Juppiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque » (*Liv.* 1. 24). Probabilius tamen a *ferendis* spoliis ducis vel a *feriendis* hostibus, uti vult *Plut. Romul.* 16. et *Propert.* 4. 10. 47.; nam Romulus, devictis Cæninensibus, hostium spolia ferculo ad id facto in Capitolium detulit ibique ex quercu suspensa Jovi consecravit, ubi etiam Jovi Feretrio templum dicavit auctorque fuit posteris, ut eo capta ex regibus ducibusque hostium spolia opima deferrent, teste *Liv.* 1. 10. et 35., *Flor.* 1. 1. et *Inscr.* ap. *Orell. n.* 5053. Cf. etiam in *Mon. Anc. gr.* 10. 9. cum τροπαιοφόρος. et ap. *Dion. Hal.* 2. 34. 4. cum τροπαιοῦχος vel σκυλοφόρος. Memoratur etiam — *a)* Proprie. *Solin.* 1., *Minuc. Oct.* 21., *Auct. de vir. ill.* 2. 4. et 45. 2. et *Corp.* 9. 4538. *Tertull. spect.* 5. Romulus Jovi Feretrio ludos instituit in Tarpejo, quos Tarpejos dictos et Capitolinos Piso tradidit. — *b)* Translate. *Terent. Maur.* 2682.*sq.* Opima adposui senex Amori arma Feretrio. — De eo vd. *Pascal, Studi di antichità e mitologia* (1896) *p.* 156.*sqq.* et *Aust* in *Roschers Myth. Lex. II.* 671.

FĔRĒTUS, i, m. 2. filius Iasonis et Medeæ, frater Mermeri. *Dracont. carm.* 10. 531. — *Hygin. fab.* 23. et 239. habet *Pheretus* (Cod. Frising.) seu *Pheres* vel *Pheretes*. — De eo vd. *Dilthey, Arch. Ztg.* (1875) *p.* 66.*sqq.* et *Bethe, Genethl. Gotting.* Halle 1888. *p.* 39.*sqq.*

FERICĬUS, ii, m. 2. præfectus gentis in Mauretania, fautor Firmi tyranni, qui sub Valentiniano, Valente et Gratiano (a. 373) pacem turbavit. *Ammian.* 29. 5. 21.

FERIDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Lanciani, Topogr. p.* 284. *n.* 546. — Fuit etiam hoc nomine M. Feridius, eques Rom., strenuus adulescens, Ciceroni a Cælio commendatus, ap. *Cic.* 8. *Fam.* 9.; dein fort. tribunus mil. XL. legionis in bello Perusino a. 713 = 41., *Corp.* 11. 6721. 25. Cf. tamen etiam *Corp.* 6. 17887-17889. et 14. 3766. — *Feridia*, nom. mul., in *Inscr.* ap. *Fabretti* 622. 185.

FĔRĪNUS, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 8. 6837.

FĔRĬTOR v. rectius Fertor, ŏris, m. 3. fluvius in Liguria ad orient. Genuæ, hod. *Bisagno*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (48).

FĔRŌNĬA, æ, f. 1. nom. pers. et geogr. (Φερωνία v. Φερωνεία *Strab.* et *Dio Hal.*; Φηρωνία *Ptol.*) — *a)* Scribitur etiam *Feronea* in *Corp.* 1. 1307 = 9. 4875. — *b)* Genet. *Feroniai*, ἀρχαϊκῶς pro *Feroniæ* in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1820. et dat. *Feronia* pro *Feroniæ* in *alia* ap. *eund. n.* 850. — *c)* Prima longa usurpatur a *Virg.*, *Horat.*, *Sil.*, al., ut est in Gr. forma cit. per η; sed si quis eam corriperet, alteram formam secutus per ε, id sane nemo improbaverit, spectato etiam ejus etymo probabiliore. — *d)* Etymon varie proponitur. *Varro* 5. *L. L.* 10. 74. vocem derivat a maris navigatione, ἀπὸ τῆς πελαγίου φορήσεως, de qua plenius infra. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 564. ex eod. *Varrone* dictum esse vocabulum *Feroniam* quasi *Fidoniam*, quum sit libertorum dea ac patrona (Cf. *Plaut.* et *Liv.* infra *cit.*). Aliis tamen rectius videtur vocem a *faro* deducere, vel quia libertini dona huic deæ ferebant (*Liv. loc. cit.*), vel quia terra, ea præside, ferax fructūs edebat; erat enim dea agrorum (*Gloss. lat. V.* 456. 23., 500. 47., 599. 27): hinc dicta etiam a *Dionys.* 3. 32. ἀνθηφόρος. Huc facit *Liv.* 26. 11. — Verum quum Feronia ab Etruscis in primis coleretur, ab eorum lingua notationem duxit *Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn.* 165., quem *V.* — Igitur

I.) Feronia, nom. pers. ¶ 1. Est nom. deæ, quam Etrusci potissimum colebant et Sabini (*Var. loc. cit.*), de cujus cultus origine hæc habet *Dionys. Hal.* 2. 49. « Lacedæmonii quidem, quo tempore Lycurgus leges condebat, illam legum severitatem moleste ferentes, ex urbe excesserunt, deinde, longo maris tractu enavigato, voverunt, quo terrarum primum appulissent, se ibi habitaturos: delati ad Campos Pomptinos agrum *Feroniam* vocarunt ab ipsa maris navigatione (πελαγίου φορήσεως), in qua ipsis contigerat, ut illuc ferrentur, et deæ Feroniæ templum erexere, cui vota nuncuparent ». Contra *Serv. loc. cit.* tradit Feroniam nympham Campaniæ fuisse, matrem Heryli, regis Prænestis, ab Euandro occisi, ut refert *Virg.* 8. *Æn.* 564., - deam libertorum -. In ejus templo liberti raso capite pileum accipiebant; cujus rei etiam *Plautus* in *Amphitr.* (1. 1. 305) mentionem facit. — Tarracinæ (Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 5. 24. et *Porphyr.* ad *l.* et *Plin. loc. infra cit.*) in ejus templo sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat: *bene meriti servi sedeant, surgant liberi.* — Ei sacri erant luci, ita ut posset dea nemorum vocari, ubi et templa vel fana habebat, circa quæ processu temporum et oppida condita sunt et mercatus agebantur. Porro inter eos primus ac celeberrimus fuit lucus Feroniæ cum oppido cognomine in Etruria meridionali sub monte Soracte (*Sant'Oreste*), in agro Capenate; hinc *lucus Capenas* dictus a *Cat. frg.* 30. *Peter.* et *luci Capeni* a *Virg.* 7. *Æn.* 697. *Liv.* 26. 11. « Templum ea tempestate inclutum divitiis. Capenates aliique, qui accolæ ejus erant, primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes multo auro argentoque id exornatum habebant ». *V.* integr. loc., coll. 27. 4., 35. 26., et de mercatu circa illud 1. 30. et *Sil. It.* 13. 84. — De ejus situ non una est opinio inter eruditos, ex quibus *Lanciani* in *Bull. d. Istit. arch.* a. 1870. fuisse probabilius censet, ubi nunc basilica s. Anthimi prope *Nazzano*. — Nec minus celeber fuit lucus cum fano et fonte, haud procul a Tarracina, de quo *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 800. et *Ps. Acr.* ad *Hor.* 1. *Sat.* 5. 24. Fanum Feroniæ est in tertio miliario a Tarracina. et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 55. 56. (146). « Inter Tarracinam et ædem Feroniæ ». et *Porph.* ad *Hor. loc. cit.* « Hodieque autem paulum citra Tarracinam fons Feroniæ est » (*Vib. Sequ. p.* 153. *Riese.* « Feronia Tarracinæ » ponit inter *lacus*). De eo *Horat. loc. cit.* « Ora manusque tua lavimus, Feronia, lympha ». — Etiam Romæ cultam fuisse constat ex fragmento antiqui Hemerologii, non ita pridem reperto, ubi et sacra fiebant, teste *Henzen* in *Act. Arv. p. CCXL.* et 240. — Sic *delubrum Feroniæ* ad Amiternum memoratur in *Corp.* 1. 1291 = 9. 4321: cf. etiam *ibid.* 11. 5711.*sq.* « flaminica Feroniæ municipi Septempedani » sc. Septempedæ, ubi colebatur, itemque Pisauri, *ibid.* 1. 169 = 11. 6299. — Sic Juno virgo in Campania colebatur, Feroniæ titulo appellata (*Serv.* ad *Virg. loc. cit.*). et Romæ, ut in Aventino Junoni reginæ matronæ, pecunia conlata, donum ferebant lectisterniumque faciebant, sic libertinæ ipsæ, ut Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus conferebant (*Liv.* 22. 1). Item alibi, ad Vesidium flumen, inter Lunam et Pisas (*V.* infra), et in Sardinia, ut colligitur ex Inscriptionibus, si fides est eis habenda, et ex testimonio *Ptolem.* 3. 3. 4. — Loci meminit *Plin. loc. cit.*, alii inter Tarracinam et ædem Feroniæ, ubi turris antiqua (*Torre ottofaccie*) exstare traditur *Orell.* ad *Hor. loc. cit.* — *Feroniæ fanum*, locus in territorio Lunæ, hod. *Pietra Santa* (Cf. *Grut. Inscr.* 220), cujus tamen notitia oritur tantum ex dipl. adulterino Edicti Desiderii, regis Langobardorum (*Monum. Germ. Leg. IV.* 206). — De eo vd. *Repetti, Diz. stor. geogr. d. Tosc. IV.* 216.*sqq.* — *Feroniensis*, adj. ad Feroniam deam pertinens, ut *Ferononienses* aquatores in *Corp.* 5. 8307. et 8308., collegium aliquod opificum, qui fort. « artificium aqua exercent » (*Serv.* ad *Virg.* 12. *Æn.* 139). — Absolute, cogn. vir., ut videtur, ap. *Momms. n.* 6310. 92 (*in signaculo æreo*). ¶ 2. Est etiam nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5801. et *Feronius*, nom. vir. *Ibid.* — Adde *alias ibid. n.* 6183. et *Corp.* 5. 760. et 807.

II.) Feronia, nom. geogr. ¶ 1. Oppidum Italiæ in Etruria australi ad dexteram Tiberis, in territorio Capenate, ad radices Soractis montis (*V.* superius sub I. 1), circa fanum Feroniæ, ab Hannibale vastatum a. 543 = 211 (*Liv.* 26. 11), ejusque lucum, quam Etrusci una cum Umbris, Sabinis, Volscis, Vestinis et Picentinis colebant, ubi, annuis quibusdam deæ festis occurrentibus, magni mercatus agebantur; colonia *Julia Felix Lucoferonensis*, ad tribum *Voltiniam* pertinens, hod. *Sant'Antimo*. Memoratur *Liv.* 1. 20., *Virg.* 7. *Æn.* 697., *Sil. It.* 13. 83.*sq.*, *Corp.* 11. *p.* 570., coll. *Strab.* 5. 226. ¶ 2. Item oppidum Italiæ in Latio, in via Appia, ad extremas paludes Pomptinas, cum fano, luco et fonte, deæ Feroniæ sacris, ubi servi ex lapideo sedili surgentes liberi erant (*V.* sub I), hod. *Torre di Terracina*. Memoratur *Liv.* 1. 30. etc. et *al. supra citt.*

FĔRŌNIENSIS et

FĔRŌNĬUS. *V.* voc. præc.

FĔROX, cis, m. 3. Scribitur *Feroxs* in *Corp.* 5. 7673. — Abl. *Feroce*; est enim more substantivorum usitatum: sic *Juvenale*, *Martiale* etc. Cf. *Charis.* 1. *p.* 131. *K.* — Est autem cogn. vir., præsertim in gente *Julia*. Legitur in *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 321. *n.* 452. et *alib.* — Fuit etiam *Ti. Julius Ferox*, cons. suffectus a. 99. a.

Chr. — *Cn. Pompejus Ferox Licinianus* item cons. suff. sub Domitiano cum Pomponio Rufo. V. JULIUS. — *Urséjus Ferox*, JCtus. *Dig*. 9. 3. 27., 39. *D*. 11. et *alib*. — Hinc *Ferocia*, cogn. mul. in *Inscr*. ap. *De-Rossi, Bull. Crist*. a. 1879. *p*. 119. — *Ferocianus*, cogn. vir. *Corp*. 6. 741. — *Ferocilla*, cogn. mul. demin. *C*. 3. 2787.

FERRAMIĀNUS fundus in pago Florejo Velejate, cujus est mentio in *Tab. alim. Velej*. 6. 80., hod. fort. *Ferra*, ad meridiem Bergomi et ad lævam Adum.

FERRANDUS, i, m. 2. diaconus Carthaginiensis inter a. 520. et 547., vulgo *Fulgentius* cognominatus, quod tamen cogn. falsum videtur (*Ficker, Ztschr. f. Kirchengesch. XXI*. 1902. *p*. 11.*sq*.). — Scripsit opus, *Breviatio canonum* inscr., quod adhuc exstat, et *vit. Fabii Planciadis Fulgentii*, cujus fuit discipulus (*Migne P. L. LXVII*. 887-962); item *epistolas*, quarum unam reperit cl. *Mai (Script. vett. nov. coll. III*. 2. *p*. 169-184) in codice Casinensi epistolarum s. Augustini, et quinque alias edidit *Reifferscheid* in *Anecdota Casinensia p*. 6-7. De eo *Isid. vir. ill*. 12. « Multum in sacris scripturis floruisse asseritur ». Cf. etiam *Maassen, Gesch. d. Quellen u. d. Lit. d. canonisch. Rechts I*. 799-802.

FERRĀNIA colonia in pago Salvio Velejate, memorata in *Tab. alim. Velej*. 6. 41., hod. fort. item *Ferrania* dicta, ad fluvium *Formida*.

FERRĀRĬA, æ, f. 1. nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Sardiniæ, ita fort. appellatum a f e r r i fodinis, XX. mp. a Sarcapo et XIII. mp. a Carali, e regione hodiern. *S. Isidoro*, ad septentr. opp. *Flumini*. — 2.°) Item promontorium Hispaniæ Tarraconensis, hod. fort. *El cabo de Martin* v. *de la Nao*. De eo *Mela* 2. 91. *Fr*. Inde se in terras pelagus insinuat et primum magno impetu admissum mox in duos sinus promunturio, quod Ferrariam vocant, finditur. *et ibid*. 125. Ebusos e regione promunturii, quod in Sucronensi sinu Ferrariam vocant.

FERRĀTUS, a, um, adject. (ferrum) ad quædam loca, præsertim, pertinens, ut — *a) Ferrata turris*, locus ap. Sirmium, ubi interfectus est Probus imp. tumultu militum. *Hieronym*. in *chron*. ad Ol. CCLXV. 3. et *Jorn. Rom*. 203. — *b) Ferratus mons*, in Mauretania, ad quem Tubusuptus (*Tiklat*) oppidum jacet, hod. *Dscherdschera-(Djurdjura-) Kette*. Memoratur *Ammian*. 29. 5. 11. et in *Tab. Peuting*. Cf. *Cat, La Maurétanie César*. 22. — *c) Ferrata legio*. V. FERRATUS in *Lexico*.

FERRAX, ācis, m. 3. cogn. vir., in *Inscr*. ap. *Momms. n*. 1001.

FERRĒNUS, i, m. 2. nom. gent. vir., in *Inscr*. ap. *Momms. n*. 780. — *Ferrena*, nom. mul. in *alia* ap. *eund. n*. 840.

FERRĔŎLUS, i, m. 2. cogn. vir. demin. a *ferreus*. — Absolute — 1.°) *Ferreolus*, miles, martyr apud Arvernos a. 304., in *Act*. ap. *Ruinart*. De eo *Martyr. Rom*. XIV. Kal. Oct. ed. 1914. *p*. 291. « In territorio Viennensi sancti Ferreoli martyris, qui cum esset tribuniciæ potestatis jussu Crispini, impiissimi præsidis, tentus et primo crudelissime verberatus, deinde gravi catenarum pondere onustus, in teterrimum carcerem trusus est, unde, solutis Dei nutu vinculis, et januis carceris patefactis, exiens, ab insequentibus iterum captus, martyrii palmam capitis obtruncatione percepit ». — Ejus corpus transtulit Mamertus episcopus, cum capite Juliani martyris, in basilicam a se exstructam, ubi hoc epitaphium, syllabarum quantitate neglecta, inscripsit: « Heroas Christi geminos hæc continet aula: Julianum capite, corpore Ferreolum ». Memoratur *Greg. Tur. glor. mart*. 2. 2. et *Sidon. ep*. 7. 1 (al. 12). — 2.°) *Ferreolus*, presbyter, martyr una cum Ferrutione diacono, Vesontione in Galliis, qui ab Irenæo episcopo ad prædicandum Dei verbum missi, postea sub Claudio judice diversis pœnis excruciati, gladio cæsi sunt a. 211. Memorantur *Greg. Tur. glor. mart*. 71. et *Martyr. Rom*. XVI. Kal. Jul. ed. 1914. *p*. 178. — 3.°) *Tonantius Ferreolus*, Gallus, præfectus prætorio Galliarum, ap. *Sidon. ep*. 1. 7. 4.; 2. 9. 7., 7. 12. 1. et *alib*., ca. a. 451.

FERRĬUS, ii, m. 2. (ferrum) nom. gent. vir. *Corp*. 8. 8204. et 8222. — Hinc *Ferrinius*, nom. gent. vir. Ex *Tab*. cerata ap. *De Petra n*. 63. *p*. 55. — *Ferrucio (Ferrutio), onis*. V. FERREOLUS. — *Ferruntianus*, cogn. vir. *Corp*. 8. 619.

FERTINĀTES, ium, m. plur. 3. incolæ insulæ cujusdam, quos memorat *Plin*. 3. *Hist. nat*. 21. 25. (139). — Fortasse rectius, ut conjicit *Mommsen* in *Corp*. 3. *p*. 398., legendum est *Ferfinates* v. *Furfinates* a *Fulfinio* (Φουλφίνιον *Ptolem*. scriptum, ut videtur, pro Φουρφίνιον), quod est in insula Curicta (*Cherso*).

FERTĪNI, ōrum, pro *Feltrini* ap. *Plin*. V. FELTRIA.

FERTOR, ōris. V. FERITOR. — *Fertor*, etiam præn. Italicum, ap. *Auct. præn*. « Ab Æquicalis Septimum Modium primum regem eorum (*enumerat*) et Fertorem Resium, qui jus Fetiale constituit. Adde *Auct. de vir. ill*. 5. *de Anco Marcio*. et *Inscr*. ap. *Garrucci, Syll. n*. 813. V. *Momms*. in *Herm. XVI*. 17 = *Hist. Schrift. I*. 15. et *Corp*. 1. *p*. 202. — Hinc fort. *Fertrio*, ap. *Garrucci, Syll. n*. 812. — *Fertoria*, cogn. mul. in *Inscr*. in *Bull. Arch*. a. 1858. *p*. 74.

FERTUR, ŏris, m. 3. fluvius in Apulia, hod. *Fortore*. ap. *Plin*. 3. *Hist. nat*. 11. 16. (103)., ubi *Vulg*. habet *Frento*, sed *Fertur* in codd.

FERULLUS, i, m. 2. cogn. vir., in *Inscr*. ap. *Momms. n*. 344.

FERVIR, indecl. gens Scandiæ, ap. *Jorn. Get*. 3. 22. Cf. adn. *Müllenhoff* in *Ind. Momms*. ed. *p*. 159. et ejusd. *Deutsch. Altert. II*. 68.; *Zeuss, Die Deutsch*. 159., 508. et 505.; *Bremer, Ethnogr. d. Germ. Stämme* § 104. — Putat *Zeuss* corrupte scriptum pro *Favir* v. *Favii* (?) et cum Φαυόναι *Ptol*. 2. 2. 16., populo Scandiæ, idem esse suspicatur.

FESCENNĬA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est oppidum Etruriæ australis ad dexteram Tiberis, haud procul a Faleriis. Duplici forma occurrit apud auctores, sc. — *a) Fescennia*, ap. *Plin*. 3. *Hist. nat*. 5. 8. (52). — *b) Fescennium* (Gr. Φασκέννιον *Dio Hal*. 1. 21), ap. *Serv*. ad *Virg*. 7. *Æn*. 695. — Hinc *Fescenninus*, adj. *Porph*. in *Hor. ep*. 2. 1. 145. Fescenninum oppidum. *Paul. Fest. p*. 85. *M*. urbs. *Virg. loc. cit*. acies. *Paul. Fest. loc. cit*. versus, qui canebantur in nuptiis. — Abs. *Fescenninus*, idem ac versus *amphimacrus, amphimeres* v. *creticus* ap. *Diomed. p*. 479. 13. *K*.; item *Fescennina*, sc. carmina nuptialia, ap. *Claudian. de nuptiis Honorii Augusti*, in *Birts* edit. *p*. 119.*sqq*. Ceterum V. FESCENNINUS in *Lexico*, ubi de eo plura. — *Fescenninus* a *Cat*. dictus est irrisorie *Cæcilius* sive *Cælius* quidam spatiator, ap. *Macrob*. 3. *Sat*. 14. 9., coll. *Fest. p*. 344. *M*. — *Fescenninicola*, dict. *Dione*, ap. *Sidon. carm* 12. 2. ¶ 2. Est etiam nom. gent. vir. *Inscr*. ap. *Garrucci, Syll. n*. 2128. — *Fescennia*, mulier quædam, potrix, irrisa a *Martiale* 1. 88. « Ne gravis hesterno fragres, Fescennia, vino etc. ».

FESCENNĪNUS et

FESCENNĬUM. V. voc. præc.

FESSITĀNUS, a, um, adject., ab oppido Numidiæ dictum, sed ignoto et a nullo, quod sciam, memorato; mentio tantum fit in *Not. episc. Num. n*. 12 (in *Halms Vict. Vitens. p*. 64) de *Adeodato Fessitano* episcopo, qui ab Hunerico, Vandalorum rege, cum tot aliis in exsilium pulsus fuit. Cf. *Morcelli, Afr. Chr. I*. 157.*sq*.

FESSĬĀNUS, i, m. 2. (fessus) cogn. vir. *Corp*. 8. 1739.

FESSŌNĬA, æ, f. 1. dea, quam « propter fessos invocabant » inquit *Augustin*. 4. *Civ. D*. 21.

FESTĪNUS, i, m. 2. (festino) cogn. vir. *Inscr*. ap. *Brambach, n*. 974. - Nom. serv. *Corp*. 5. 5079. et 5080. — *Festina*, cogn. mul. *C*. 2. 319. — Hinc *Festinius*, nom. gent. vir. *Inscr*. ap. *Momms. n*. 6515.

FESTĪVUS. V. voc. seq.

FESTUS, i, m. 2. (Φῆστος *Corp. I. Gr*. 372) *Fistus* scribitur in *Fast. Capit. Cons*. — Est autem nom. serv. itemque cogn. vir. tum ingen. tum libert., satis frequens (cujus etymon V. in *Lexico* ad *v*.), præsertim in gente *Julia, Marcia, Pescennia, Pompeja, Postumia, Rufia, Valeria*. Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud auctores — 1.°) F e s t u s, procurator Judææ a. 55. p. Chr. V. PORCIUS FESTUS. — 2.°) F e s t u s, legatus Numidiæ a. 69. et 70. p. Chr. et cons. a 71., de quo *Momms*. in *Bull. d. Ist. arch*. a. 1852. *p*. 168., dictus *C. Calpetanus Festus* et plenius *C. Calpetanus Rantius Quirinalis Valerius Festus*. — 3.°) F e s t u s, poeta. V. RUFIUS FESTUS AVIENUS. — 4.°) F e s t u s (non *Festinus* Vatic.) consularis Syriæ a. 365 (*Ammian. loc. cit*. et *Liban. or. I*. 156-159., 163) sub Valentiniano et Valente impp. (*Cod. Theod*. 8. 4. 11). De eo *Ammian*. 29. 2. 22. « Festus quidam Tridentinus ultimi sanguinis et ignoti in nexum germanitatis a Maximino dilectus ut sodalis et contogatus, decernentibus fatis ad orientem transgressus est, ibique administrata Syria magisterioque memoriæ peracto, bona lenitudinis et reverentiæ reliquit exempla, unde regere Asiam proconsulari potestate (a. 371) exorsus, velificatione tranquilla, ut ajunt, ferebatur ad gloriam ». 5.°) F e s t u s, proconsul Africæ a. 366. et 367. sub Valentiniano et Valente impp. (*Cod. Theod*. 9. 19. 3., *Justin*. 3. 16., *Ammian*. 28. 1. 17., *Corp*. 6. 1736.; 8. 5336., 10609., 12527. etc.). — An idem fuerit ac *Julius Festus Hymetius*, V. JULIUS. — 6.°) F e s t u s, rhetor, staturæ pusillæ, temporibus Augusti, cujus *Seneca* 7. *Contr*. 4. 8.*sq*. aliquot sententias affert, ut « *vitium, quod ex captione unius verbi plura significantis nascitur* »; « *propter hoc ipsum magis flebilis est, quod non potest flere* » etc., quemque 2. *ibid*. 19. 8. ita irridet: « Antequam te viderem, nesciebam rhetoras victoriatos esse » similitudine sumpta ex nummis exiguis, qui *victoriati* dicebantur (V. *Buschmann, Progr*. etc. 1878. *p*. 15). — 7.°) F e s t u s, grammaticus. V. SEX. POMPEJUS FESTUS. — 8.°) F e s t u s A p h t o n i u s, scriptor grammaticus, plenius *Ælius Festus Aphtonius*, vir perfectissimus, floruit sæc. III. a. Chr. n., exeunte v. ineunte IV. Scripsit de re metrica libros, ut videtur, quattuor, quos exscripsit *Marius Victorinus*. V. *Keil* in *præf*. ad *Mar. Victorin. l. VI. Gr. Lat*. et *O. Henss*, qui in *Act. Soc. Philol. Lips. IV*. de eo fuse disserit. — 9.°) F e s t u s F l o r u s. V. GESSIUS FLORUS. — 10.°) F e s t u s, plenius *Pescennius Festus*, historicus, de quo *Lact*. 1. 21. « Pescennius Festus in libris historiarum per saturam refert Carthaginienses Saturno humanas hostias solitos immolare ». ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp*. 6. 17900 (*in ecclesia s. Martini*). — *Festa*, nom. mul. *ibid*. 17907 (*Curseoli in ædibus del Bagno*); 3. 3242. et 5. 3688. et *alia* ap. *Furlanetto, Lap. Pat. p*. 117. — Hinc *Festius*, nom. gent. vir. *Inscr*. ap. *Brambach, n*. 41. et ap. *Orelli n*. 2559. — Abs. *Corp*. 3. 1852. — *Festia*, nom. mul. *C*. 3. 2565., ubi *Fesstia* duplici *s* errore lapicidæ. *Alia* ap. *Momms. n*. 3811., ubi *Fistia* pro *Festia*. — *Festianus*, cogn. vir. *Corp*. 3. 488.; 5. 4906.; 8. 4723.; et *alia* ap. *Momms. n*. 6426., ubi a *Festo* fort. dictus, cujus fuisset servus. — Fuit etiam *Festianus*, vir dives, cui *Pelagonius* veterinarius equariæ medicinæ rationem indicat *opp*. 1., 2., 7., 8. etc. — *Festilla*, cogn. mul. demin. *Inscr*. ap. *Orelli n*. 360 (non *Festilia*). et *n*. 345. — *Festulus*, cogn. vir. demin. *Corp*. 8. 7353. — *Festula*, cogn. mul. demin. 8. 319., ubi *Fistula* pro *Festula*. — *Festivus*, cogn. vir. *Inscr*. ap. *Momms. n*. 1622.; 2. 213. — *Hist. Aug. Firm*. 11. meminit cujusdam Aurelii *Festivi*, scriptoris, hisce verbis: « Ea, quæ de illo (*Firmo*) Aurelius Festivus, libertus Aureliani, singillatim rettulit (*res tamen leves*), si vis cognoscere, eundem oportet legas »; et *alia ibid*. 3. 846., ubi *Festius* pro *Festivus*. — *Festiva*, cogn. mul. *Corp*. 3. 2136. et 8. 5446. ubi *Festhiva*, inserta aspiratione. *et* 2. 4084., ubi *Fæstiva* cum diphthongo.

FESŬLÆ et

FESŬLĀNUS. V. FÆSULÆ.

FĒTĬĀLIS, is, m. 3. cogn., ab officio factum, quo memorantur — 1.°) Legatus Augusti pro prætore provinciæ Rætiæ a. 183. v. 184. *Corp*. 3. 11983. et *Prosop. imp. Rom. II*. 59. *n*. 116. Verum rectius fort. legendum *Cerialis* pro *Fetialis*, coll. 3. 14370[2] (a. 181). V. SPICIUS CERIALIS. — 2.°) Scriptor annalium, plenius *Annius Fetialis*, ap. *Plin*. in *Ind. l*. 16., et 34. *Hist. nat*.

6. 13. (39). Cf. de hoc loc. *Schwegler, Gesch. R. II*. 8.

FEUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr*. ap. *Momms. n*. 1208., de qua tamen ipse dubitat. Hoc tamen cogn. (*Feo*) apud nostrates occurrit.

FEVA. V. FELETHEUS.

FEVUS, i, m. 2. fluvius Italiæ in Liguria, hod. *Varalla*. Memoratur in *Tab. Peuting*.

FI

FIBIUS, ii, m. 2. nom. vir. *Inscr*. ap. *Brambach, n*. 782.

FĪBRĒNUS, i, m. 2. fluvius Latii, apud Volscos, inter Sarum et Arpinum, in Lirim influens, ubi pater Ciceronis villam possidebat, item hod. *Fibreno* v. *Fiume della Posta*. Memorat *Cic*. 2. *Legg*. 1. 6. De eo *Sil. It*. 8. 399. « At, qui Fibreno miscentem flumina Lirim Sulphuream, tacitisque vadis ad litora pulsum, Accolit Arpinas etc. » (V. *Nissen, Ital. Landesk. I*. 329. et *II*. 670).

FIBULĀRENSES, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi Calagurris (*Calahorra*) in Hispania Tarraconensi. *Plin*. 3. *Hist. nat*. 3. 4. (24).

FIBŬLUS, i, m. 2. cogn. vir., notum ex C. *Fibulo*, assecla P. Vatinii, de quo *Cic. Vatin*. 13. 31., ubi al. *Fidulus*. — Cf. *Fibulla*, fort. demin. a *fibula*, cogn. mul. *Corp*. 2. 1849.

FICĀNA, æ, f. 1. oppidum Latii, dictum a Marte Ficano, qui Ostiæ et ibi colebatur (*Corp*. 14. 309), ad dexteram inferioris cursus Tiberis, prope viam ab Urbe Ostiam, ab Anco Martio deletum, apud hodiern. *Tenuta del Dragoncello*. Memoratur *Liv*. 1. 33., coll. *Dionys*. 3. 38 (Cf. *Nibby, Dintorni di Roma II*. 40. et *Bormann, Altlatin. Chorogr*. 112).

FICĀRĬA, æ, f. 1. insula ad oram Sardiniæ, in sinu Calaritano, hod. *Serpentaria*. Memoratur *Plin*. 3. *Hist. nat*. 7. 13. (84). et *Rav. p*. 407., coll. *Ptol*. 3. 3. 8 (Φικαρία νῆσος).

FICARĬENSIS, e, adject. in *Inscr. Corp*. 2. 3525 (coll. 3526) GENIO LOCI FICARIENSI SACRVM ALBANVS DISPENS*ator* in basi marmorea statuæ, toga indutæ juvenili, repræsentantis Genium loci, repertæ prope Almazarron, e regione Murciæ in Hispania Tarraconensi. — Perperam *De-Vit* suspicatur, vocem a *Ficaria*, insula Sardiniæ, esse ductam (*V. Steuding, Roschers Lex. I*. 1481).

FICĀRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., in *Corp*. 5. 3608., fort. a *ficus* dictum; in lapide enim adsistitur homo stateram tenens fructibus plenam. — *Ficarius Faunus*. V. FAUNUS.

FĪCELLĪÆ, ārum, f. plur. 1. locus extra Urbem, de quo *Martial*. 6. 27. « Bis vicine Nepos (nam tu quoque proxima Floræ Incolis et veteres tu quoque Ficelias) etc. »; fort. idem ac *Ficolea* v. *Ficulea*, quem V.

FĪCENSIS. V. FICUM.

FĪCĬFLŌRUS, i, m. 2. (*ficus* et *floreo*, quasi ficis florens) nomen martyris, cujus meminit *Martyr. Flor*. XI. k. Febr., in Africa. Cf. *Cavedoni* in *Mem. di Mod. VIII*. 1. 332.

FICILĬENSIS ager ea lege servatur, qua et ager Curium Sabinorum. *Lib*. 2. *colon. p*. 256. *Lachm*. Situs incertus. Cf. FICULENSIS.

FICILIUS, ii, m. 2. (ficus?) nom. gent. vir. *Corp*. 8. 2631. — Hinc fort. et *Ficino (onis)*, agnom., quod legitur in *Corp*. 8. 2941.

FĪCŎLĔA et

FĪCŎLĔĀTES et

FĪCŎLENSIS, e, adject. V. FICULEA.

FICTŌRĬUS, ii, m. 2. (fingo) nom. gent. vir., ab arte sua fort. derivatum, ut ex vocabulo et ex inscriptione in *Ephem. epigr. VI. p*. 271. *n*. 769., ubi instrumenta fabrilia sculpta visuntur, facile arguitur. *Alia* ap. *Wilmanns n*. 1763. — *Fictoria*, nom. mul. ap. *Maffei, Mus. Ver*. 300. 1. — *Alias* vd. ap. *Momms. n*. 2628. et *Corp*. 5. 163. et 4424. — Hinc *Fictorinus*, nom. serv. vir., ap. *Steiner, Inscr. Rhen. n*. 215.

FĪCUCLÆ, ārum, f. plur. 1. locus apud Ravennam, hod. *Cervia*, cujus episcopus, *Ficuclinus* (al. *Ficuclensis*), sc. ecclesiæ Ficuclinæ, dictus, memoratur *Greg. M. reg. V*. 21. et in subscript. Concilii Romani a. 501 (in *Momms. Cassiod. p*. 438. *n*. 9. V. etiam *Lib. Pontif*. ed. *Duchesne*).

FĪCŬLĔA, æ, f. 1. (ficus) Scribitur et *Ficolea* et fort. *Ficeliæ*, ut ap. *Martial. loc. cit*. in hac voce. Græce Φικολνέα ap. *Dionys*. 1. 16. — Est autem oppidum Sabinorum in Latio prope viam Nomentanam, inter Tiberim et Anionem, conditum ab Aboriginibus (*Dionys. loc. cit*.), unde *vetus* dictum *Liv*. 1. 38., coll. *Martial*. 6. 27. 2.; a Tarquinio Prisco captum, sed a. 390. a. Chr. rebelle; ubi Atticus et Martialis agros possidebant, hod. *La Cesarina*. Memoratur etiam *Flor*. 1. 11. et *Corp*. 14. *p*. 447. — Hinc *Ficulensis*, adj., ut *Ficulensis fundus*, cujus meminit *Cic*. 12. *Att*. 34., sed absolute. — *Ficulensis via*, vetus nomen viæ Nomentanæ, ap. *Liv*. 3. 52. — Incolæ *Ficulenses* v. *Ficolenses* v. etiam *Ficuleates* v. *Ficoleates* appellati sunt: priore ratione a *Plin*. 3. *Hist. nat*. 5. 9. (64). et in *Inscr*. ap. *Orelli n*. 3364.; posteriore a *Varr*. 6. *L. L*. 5. 18. — Ab his tamen distinguendi *Ficolenses*, incolæ municipii in Samnio, quos memorat *Plin*. 3. *Hist. nat*. 12. 17. (107).

FĪCŬLĔĀTES et

FĪCŬLENSES. V. voc. præc.

FĪCUM, oppidum seu mansio — *a)* In Cyrenaica, ap. *Rav. p*. 352 (fort. Φυκοῦς ἄκρον καὶ χωρίον *Ptol*. 4. 3. 5). — *Ad Ficum* habet *Tab. Peuting*. — *b)* Item oppidum seu mansio in Mauretania Sitifensi (*Djidjelli* in ora Juliæ Cæsareæ), in *Itin. Ant. p*. 40. et *Tab. Peuting*., ubi plenius ac rectius *Ad Ficum* legitur. — Hinc *Ficensis* episcopus sæc. V. in *Not. episc. Sitif. n*. 22. in *Halms Vict. Vitens. p*. 70., coll. *Act. Coll. Carth. I*. 215 (*Migne XI*. 1350).

FIDASARCĪDA, ōrum, n. plur. 2. castellum in Media, memoratum *Solin*. 55. « Tractus hic procedit usque ad castellum, quod Magi obtinent, Fidasarcida nomine: hic Cyri sepulcrum ».

FĪDĒLIS, is. V. FIDUS.

FĪDĒNA, æ, et

FĪDĒNÆ, ārum, f. plur. 1. Græce Φιδῆναι sæpius; Φιδήνα *Steph. Byz*. et Φιδήνη *Dionys*., 3. 27., *Plut. Romul*. 17., 23., 25.; *Popl*. 22.; item latine *Fidena*, sing., est *Plin*. 16. *Hist. nat*. 4. 5. (11)., *Virg*. 6. *Æn*. 773., *Sil. It*. 15. 91., *Tac*. 4. *Ann*. 62.; et *Fidenæ*, plur., *Tac*. 3. *Hist*. 79., *Liv*. 1. 14., *Propert*. 4. 1. 36., *Horat*. 1. *Ep*. 11. 8., *Cic*. 2. *Leg. agr*. 35. 96., *Solin*. 2., *Martial*. 4. 64. 15. — Prima syllaba est anceps: corripitur a *Virg. loc. cit*., fort., ut monent *Charis*. et *Diomed*., coll. *Consent*.; per systolem, cum produci debuisset, ut producitur ab *Horat*., *Propert*. et *Sil. It. locc. citt*., et *Juvenal*. 6. 57. et 10. 100. Quod si a *fidus* vocabulum deducatur, et longa, ut in *infīdus*, et brevis, ut in *fĭdes, fĭdelis* et *perfĭdus* prior syllaba est habenda; rd. enim *fīd* brevis transit in *feid* longam (Cf. *Feidenae* pro *Fidenae* infra), unde *fīdo, confīdo* etc.

Fidenæ, oppidum Latii, ad lævam Tiberis, in via Salaria, in finibus Etruriæ, e regione Vejorum (*Dionys*. 3. 27. et *Liv*. 1. 27. et 4. 23), ab Urbe V. mp. (*Dionys. loc. cit*.) v. VI. (*Eutrop*. 1. 19), situm, ubi nunc collis exstat, qui Tiberi imminet (Cf. *Virg. loc. cit*.) et *Castel Giubileo* dicitur (*Nibby, Dintorni di Roma II. p*. 51.*sqq*.), vel prope hunc, ubi hod. *la Serpentara* (*Besnier, Lex. G. A*. 1914. *p*. 313. Cf. etiam *Ashby, Papers III*. 17.*sqq*.). — Conditum fuit, ut fabulantur, ab Ascanio, Æneæ filio (*Solin. loc. cit*.) vel ab Ænea Silvio (*Dionys*. 2. 53); incertum tamen, utrum a Latinis exstructum fuerit, ut putat *Diod*. 7. 5 (ubi pro *Phlegena* corrig. *Fidena*), coll. *Steph. Byz*., *Virg*. et *Solin. locc. citt*.; an a Sabinis, uti vult *Plut. Rom*. 17., coll. *Plin*. 3. *Hist. nat*. 12. 17. (107). et *Gromat*. 255. *L*.; quia *Liv*. 1. 27., coll. *Strab*. 5. 226., tradit Fidenas initio fuisse coloniam Romanorum, in agro tamen Etrusco, ejusque cives *Etruscos* dictos, Vejentium socios in bellis contra Romanos: quod quidem πολιτικῶς, non autem ἐθνικῶς, verum esse concedimus; nam Latini ultra Tiberim se protendebant usque ad Capenam et Falerios (V. *De Sanctis, St. d. Rom*. 1907. *p*. 133., coll. 106). Adscriptam autem fuit inde ab initiis fœderi sacro, inter XLVII. populos pacto, qui Ferias Latinas celebrabant in monte Albano (*Dionys*. 4. 49). — Cum Vejis contra Romulum dimicavit, sed victus dicitur *Liv. epit*. 1., coll. *Liv*. 1. 14.*sq*. Dein bellum instauravit, regnante Tullo Hostilio, qui victor evasit (*Liv*. 1. 27., *Flor*. 1. 3. et *Auct. de vir. ill*. 4. 10). Postea a. 438. Fidena rebellavit occiditque, instigante Tolumnio, Vejentium rege, quattuor legatos, ad petendum, ut violata jura resarcirentur, missos, et suis cum Vejentium ac Faliscorum copiis Romanos aggressa est, sed frustra; nam L. Sergius consul primum, dein novo prœlio hostes gravius profligavit Mamercus Æmilius dictator, in quo Tolumnius ab A. Cornelio Cosso interfectus est, ejusque spolia opima dicata Jovi Feretrio in templo Capitolino. — Non tamen quies restituta; sed rursum, a. 485., trajecto Aniene, fœderati pervenerunt usque ad portam Collinam, rursumque eos A. Servilius dictator Nomenti fudit fugavitque Fidenamque est potitus (*Liv*. 4. 22. et *Flor*. 1. 12). — Denique rebellem post pactas indutias et colonos Romanorum interemptos (*Liv*. 4. 31), Mamercus Æmilius dictator, hostibus prostratis, cepit et igni ferroque vastavit (*Id. ibid*. 31-34., *Frontin*. 2. *Strat*. 4. 19., 8. 9. et *Flor. loc. cit*.) ac prope delevit ca. a. 400.; quæ nihilo minus posteriore tempore, viribus receptis, satis floruit (*Tac*. 4. *Ann*. 72., *Sueton. Tib*. 40. et *Calig*. 31., *Cic*. 2. *leg. agr*. 35. 96., *Inscr*. ap. *Orelli n*. 112. et *Rav. p*. 280). — Narratio tamen Liviana de Fidenarum vicissitudinibus ita est implexa, ut et perspicuitate et fort. veracitate alicubi careat. Memorant etiam *Val. Max*. 3. 2. 4. et 7. 4. 1., *Gell*. 17. 21. 17., *Varro* 6. *L. L*. 5. 18., *Macrob*. 3. *Sat*. 9. 13., *Ammian*. 23. 5. 20., *Oros*. 2. *Hist*. 13., *Hieronym*. ad Ol. VIII. 3. et LXXXV. 2. — De Fidenis consulas *Bormann, Altlat. Chorogr*. 239.*sqq*.; *De Sanctis, op. cit. I*. 182., 183., 378., *II*. 124., 136. *sq*. et *Corp*. 14. 4056-4073. — Hinc *Fidenas, atis* (abl. *Fidenate* ap. *Flor*. 1. 3) — *a)* Adj. ad Fidenas pertinens, ut *Liv*. 1. 15. bellum. *Plin*. 3. *Hist. nat*. 5. 9. (54). ager. *et* 36. *ibid*. 22. 48. (167). lapis. *et Vitr*. 2. 7. 1. lapicidinæ. — Absolute *Fidenates* (gen. *Fidenatium* ap. *Liv. loc. cit*.), incolæ (Φιδηνᾶται *Diod*. et *Plut*., Φιδηναῖοι *Dionys*.), ap. *Liv*. 1. 15. et 27., *Plin*. 3. *Hist. nat*. 12. 17. (107). et alib., *Quintil*. 8. 8. 37., *Ampel*. 39. — *b)* Est etiam cogn. vir., ut *L. Sergius Fidenas* ap. *Liv*. 4. 17. et ap. *Garrucci, Syll. n*. 667., ubi *Feidenas* pro *Fidenas*, et quidem quasi gentilicium, coll. *Ephem. epigr. I. p*. 22. *n*. 65. — Cf. etiam *Fidenia*, nom. gent. mul. *Corp*. 8. 5582.

FĪDĒNĀS, ātis, c. g. adject. V. voc. præc.

FĪDENTĬA, æ, f. 1. (Φιδεντία *Plut*.) ¶ 1. Est oppidum Æmiliæ, in via Æmilia, inter Parmam et Placentiam, ad trib. *Pollіam (?)* pertinens, conditum a Romanis post quam Galliam Cispadanam occuparunt, ubi Carbo Lucullum obsedit in bello inter Marium et Sullam, hod. *Borgo San Donnino*. Memoratur *Liv. epit*. 88. et *Vellej*. 2. 28. — In *Itin. Ant. p*. 99. dicitur *Fidentiola*. et *p*. 127. *Fidentiolæ vicus*. et in *Itin. Hieros. p*. 616. *Fidentiæ mansio*. — Hinc *Fidentinus*, incola et cogn. vir. *Corp*. 2. 1516. — Fuit etiam quidam plagiarius, quem *Martialis* pluribus epigrammatis 1. 29., 38., 53., 72. vellicat. — *Fidentini*, incolæ, ap. *Plin*. 3. *Hist. nat*. 15. 20. (116). ¶ 2. Item Fidentia, cognomine *Julia* v. *Ulia*, oppidum in Hispania Bætica, de quo *Plin. ibid*. 1. 3. (10).

FĪDENTĪNI, ōrum. V. voc. præc.

FĪDES, ei, f. 5. *Fidi* pro *Fidei* in genet. casu ἀρχαϊκῶς in *Corp. I. L*. 2. 5042. et dat. in *Fast. Arv. Oct*. 1. *p. CCXXXVIII*. ed. *Momms*. — De notatione V. *Lexicon*. — Porro Fides ¶ 1. Est dea, a Græcis culta, uti magna (*Theogn*. 1137. « Πίστις μεγάλη θεός »). — Antiquitus vero etiam a Sabinis (*Varr*. 5. *L. L*. 10. 74), dein a Romanis, apud quos Numa, ut scribit *Liv*. 1. 21. « soli Fidei sollemne instituit. Ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi jussit manuque ad digitos usque involuta rem divinam facere, significantes fidem tutandam sedemque ejus etiam in dexteris sacratam esse ». Hinc et *Jorn. Rom*. 95. « Fidem pacis

ac belli colendam Romanis dedisse » tradit. Cf. *Plut. Num.* 16. et *Dionys.* 5. 68. — Alia dein templa Fidei dicata sunt Romæ, ut ab A. Atilio Calatino a. 254. v. 250. in Capitolio, ubi sedes deæ hujus esse debebat (*Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. [100]); hanc enim, monet *Cic.* 3. *Off.* 29. 104., majores in Capitolio vicinam Jovi O. M. voluisse, ut est in Catonis oratione. Hoc autem templum seu ædem M. Æmilius Scaurus refecit ibique Fidem ac Mentem dedicavit, uti refert *Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 61. et 31. 79 (*Cf. Aust, De aedib. sacris p.* 16); vocabatur autem quasi sollemni ritu *ædes Fidei Populi Romani*, ut *Diplomata* testantur ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5428. et 5433. — Sacra vero ejus ibi celebrabantur Kalendis Octobribus (*Kal. Amit.* et *Ost.* et *Fast. Arv., Corp.* 12. *p.* 214., *Paul. Fest. p.* 215. et 242. Fidei in Capitolio) Ibidemque tabulæ aeneæ sive diplomata ac publica documenta figebantur, ut multis demonstrat cl. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5088. Hinc inter prodigia referuntur tabulæ aeneæ, ex æde Fidei turbine eversæ, ab *Obsequ.* 68. — Etiam a Saguntinis maxime fuit culta, ut patet ex *Sil. It.* 1. 598.*sqq.*, qui ante Jovem generatam canit 2. 484. et priscis nomen populis 1. 329.*sq.* (*V.* integr. loc.). — Habebatur autem constantiæ dictorum, servandi promissi removendæque fraudis ac doli præses; unde incorrupta Justitiæ soror canitur *Horat.* 1. *Od.* 24. 7. et Clementiæ *Claudian. carm.* 22. 30. et conjungitur cum Pace, Honore, Pietate, Pudore, Virtute, Concordia, Pudicitia *Horat. carm. sæc.* 3. 58. et 17. 171., coll. *Petron. sat.* 124. — Epitheta v. attributa, quibus exornatur, sunt: *Enn.* ap. *Cic. off.* 3. 29., 104., *Sil. It.* 6. 132., al. alma. *Enn.* ap. *Cic. off.* 2. 29. 104. apta pinnis. *Virg.* 1. *Æn.* 292. cana. *Colum.* 10. 279., *Sil. It.* 2. 525. et *alib.* casta. *Sil. It.* 2. 486. consors justitiæ. *Id. ibid.* 484. decus divumque hominumque. *Id.* 13. 291. despecta. *Horat.* 1. *Od.* 24. 7. incorrupta. *Sil. It.* 2. 481. læta arcanis. *Stat.* 2. *Theb.* 462. et 5. 627. magna. *Horat.* 4. *Od.* 5. 20. metuens culpari. *Martial.* 8. et *Stat.* 4. *Silv.* 6. 92. et 1. *Theb.* 509. prisca. *Horat.* 1. *Od.* 18. 16. prodiga arcani. *Corp.* 2. 4497. publica. *Horat.* 1. *Od.* 35. 21. rara. *Sil. It.* 13. 282. sacra. *Senec. Ag.* 80. sacrata. *Octav.* 398. et *Sil. It.* 2. 479. et 480. et 13. 749. sancta. *Carm. epigr. B.* 1583. 8. et *Corp.* 9. 60. sanctissima. *Claudian. carm.* 28. 585. servans depositum. *Sil. It.* 2. 493. severa. *Id.* 3. 88. veneranda. *Id.* 13. 29. violata. *Id.* 2. 493. et 513. virgo. — Et veteres dexteram sacrabant, ut scribit *Mythogr. III. fab.* 11. *n.* 23. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 607. « Physici dicunt esse consecratas numinibus singulas corporis partes, ut - dexteram Fidei etc. ». Cf. *Liv.* 1. 21. Venerabile Fidei numen dexteram suam certissimum salutis humanæ pignus ostentat. Adde *eund.* 23. 9. et 29. 24., *Ter. Andr.* 289. et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 45. 103. (251). — In nummis, ut symbolum mutuæ fidei, duæ dexteræ junctæ visuntur ap. *Eckhel,* 7. *p.* 305 (Cf. *Momms. Münzw.* 275.; *Bücheler, Umbric.* 65 [*Taf. Iguv. VI.* b 4 « mandraclo difue destre habitu »]; *Head, H. N.* 19).; et reipublicæ Rom. temporibus in nummis A. Licinii cernitur caput Fidei laureatum (*Babelon, Monn. de la rép. II.* 136.*sq.*); temporibus vero imperii, in nummis Hadriani assistitur mulier stolata stans, spicas dextera, pateram fructibus plenam sinistra tenens (*Cavedoni* in *Bull. Arch. Nap.* a. 1856. *p.* 139)., qui typus conspicitur etiam in gemmis ap. *Visconti, Op. var. II. c.* 235., 236., 349. et 376.; item in nummis Probi inscribitur *Fides maxima,* ap. *Eckhel,* 7. *p.* 504. et *Fides prætorianorum, Fides militum, Fides exercitus* aliaque hujusmodi ap. *eund.* et *Cohen* (*V. Stevenson, Dict. of Roman coins* 385.*sq.*; *Graefe, De Concordiæ et Fidei imaginibus,* Petrop. 1858. *p.* 26.*sqq.*; *Engelhard, De personificat., quæ in poesi atque arte Romanorum inveniuntur,* Gotting. 1888. *p.* 52). — Sic de ea *Inscriptiones* Falerii *Corp.* 9. 5422., Auximi *C.* 9. 5845., Capuæ *C.* 10. 3775.; item *aliæ* ap. *Henzen* in *Bull. d. Istit. arch.* a. 1866. *p.* 209., coll. *p.* 211. et ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 16. — De ea vide sis *Hartung, Religion der Römer II.* 264.*sqq.*; *Preller-Jordan, Röm. Myth. I.* 250.*sqq.*; *Wissowa* in *Roschers Lex. I.* 1481.*sqq.* et *Relig. u. Kult. d. Röm.* 128.*sq.* et *Hild, Dict. der ant. II.* 115.*sqq.* ¶ 2. Est etiam — *a)* Cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1426. — Hinc *Fides,* soror Spei et Caritatis, quæ tres martyrio celebres sunt sub Hadriano imp. *De-Rossi, Rom. Sott. I. p.* 262. et fusius *II. p.* 174.*sqq.* et *Martyr. Rom.* Kal. Aug. ed. 1914. *p.* 232. — *b)* Item nom. sideris, quod et *Lyra* dicitur. *Cic. Arat.* 381. V. *Lexicon.*

FIDICINIUS, ii, m. 2. (fides *et* cano: *V.* FIDICULA), nom. gent. vir. *Corp.* 6. 17920 (*apud Ficoronium*). — *Fidicinia,* nom. mul. *Ibid.*

FIDICULA, æ, f. 1. demin. a *fides,* qua est instrumentum musicum, unde *Pomponius Fidiculanius* v. *Fiduculanius* v. contr. *Fidiclanius,* nom. gent. vir. *Corp.* 5. 1206.; 6. 17921 (*in via Appia*) et 8. 10533. et ap. *Momms. n.* 6833. col. 3. et *n.* 4435. — Hinc *C. Fidiculanius Calcula,* senator et judex in causa Statii Albii Oppianici a. 680 = 74. et dein A. Cæcinæ a. 685 = 69 (*Cic. Cluent.* 37. 103., coll. 108., 112-114.; *Cæcin.* 10. 28-30., *Ps. Ascon. Verr. Act. I.* 39. *p.* 146. *Or.,* coll. *Schol. Gronov. p.* 396. *Or.*).

FIDICULANUS pagus, in territorio Sabinorum, tantum notus ex lapide, quem posuerunt *juvenes F. Herculis cultores,* hod. *Paganica. Corp.* 9. 3578.

FIDIUS, ii, m. 2. nomen dei cujusdam, quod plenius *deus* sive *dius Fidius,* vel, unico vocabulo, *Diusfidius* v. *Mediusfidius* dicitur. *V.* FIDIUS in *Lexico.* — Hinc *Fidius,* nom. gent., a cultu dei Fidii derivatum. *Corp.* 2. 834. et 2163.; 5. 3609. — Apud scriptores *C. Fidius,* accusator a. 702 = 52. M. Saufeji. *Ascon.* in *Mil. p.* 55. *Or.*; et *Fidius Optatus,* grammaticus, de quo *Gell.* 2. 3. 5. Venit nobis in memoriam Fidium (*al. perparam* Fidam) Optatum, multi nominis Romæ grammaticum, ostendisse mihi librum etc. — *Fidia,* nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3726. — Hinc etiam *Fidianus,* cogn. vir. in *Corp.* 8. 7701.

FIDOLOMENSIS, e, adject. a *Fidolome,* oppido ignoto Mauretaniæ Cæsariensis, cujus episcopus *Onesimus, Fidolomensis* ex eo dictus, ab Hunerico, rege Vandalorum, in exsilium pulsus est a. 484. *Not. episc. Maur. Cæs. n.* 17. in *Halms Vict. Vitens. p.* 68.

FIDUS, i, m. 2. cogn. ingen. et libert., præsertim in gente *Annæa, Cornelia, Julia, Memmia* etc., non confundendum cum *Fidius,* ut aliquando factum est. — Est igitur — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 13. 1808. Fidus Gallus Paccianus, trib. mil., quæstor prov. Macedoniæ, ædilis, prætor, curator viæ Tiburtinæ Valeriæ, legatus legionis, proconsul prov. Cretæ et Cyrenarum, legatus Augusti, proprætor prov. Aquitaniæ, VIIvir epulonum, sodalis Hadrianalis etc. Adde 3. 1036. et 5. 5926. — Abs. apud scriptores occurrunt hoc nomine episcopi. *Cyprian. ep.* 59 (*al.* 64)., *Augustin. c. Julian.* 1. 19. et 32. et *Mar. Merc. p.* 867. *M.* — *b)* Est etiam nom. dei cujusdam, qui *Domnus Fidus* dicitur in *Corp. I. L.* 3. 1289. — *Fida,* cogn. mul. *Corp.* 2. 2416. et 5. 4445. — Hinc *Fidinus,* cogn. vir. demin. *Corp.* 5. *Dipl. IV.* — *Fidulus,* cogn. vir. demin. *Sidon. carm.* 24. Fidulus, decus bonorum. — *Fidienus,* nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Fabretti* 622. 190., quæ a *Momms.* improbatur in *Corp.* 5. 149. Attamen ap. *eund. Momms.* in *alia n.* 191. legitur nom. mul. *Fidiena.* — *Fiducius,* nom. vir. gentis antiquissimæ, in *Inscr.* ap. *Garrucci, Sill. n.* 1574. — Fuit etiam senator a. 673 = 81., a Sulla proscriptus; verum, fuga incolumis, superstes Sullæ vixit; sed usque ad Antonium, qui eum iterum proscripsit, nulla alia de causa quam quia proscriptus fuisset. Ita *Plin.* 7. *Hist. nat.* 43. 43. (134). — *Fidens,* cogn. vir. *Corp.* 2. 3249. et 5. 8361. — Sic coloniæ *Fidens* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1879. *p.* 166 (*in latere*), quam de *Arretio* interpretatur *Schmidt,* coll. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (52)., ubi *Arretini Veteres* et *Arretini Fidentes* distinguuntur. — *Fidentius,* cogn. vir. *Corp.* 3. 1987. — Memorantur alii ap. *Augustin. serm.* 325.; in *Act. coll. Carth. Cogn. I. n.* 138., 198., 201., coll. etiam *Opt. Mil. de schism. Donat.* 1. 22. et *Martyr. Rom.* XVI. k. Dec. ed. 1914. *p.* 358. Fidentius ep. Patav. et Fidentius m. sub Diocletiano V. k. Oct. *ib. p.* 801. — *Fidentianus,* episcopus Africanus, ap. *Augustin. ep.* 175. et 181. — *Fidelis,* cogn. m. et f., ingen. et libert. — De viro. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3089. et 4114. — Fuit etiam martyr, de quo *Ennod. opusc.* 4. *p.* 387. *H.,* passus sub Maximiano imp. prope Comum V. kal. Nov., cujus corpus ab Arona Mediolanum transtulit Carolus Borr. et recondidit in sede ei dicata (*Medoni, Mem. Stor. di Arona p.* 40.*sqq.* et 87.*sqq.*). — De muliere. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1404. — Fuit etiam mater pueri Celsi, de quo carmen scripsit *Paulin. Nol. XXXV.* — *Fidelia,* nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6003. et ap. *Brambach, n.* 1048.

FIGELIUS et Figellius, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap *Momms. n.* 404. — *Figelia,* nom. mul. *Ibid.*

FIGENTES, ium, m. plur. 3. nom. regionis v. loci peculiaris in Africa, in agro, ut videtur, Uzalensi, cujus meminit *Evodius,* ejus episcopus, in *ep.* ad *Augustin. n.* 158.

FIGLINA, æ, et plur. num.

FIGLINÆ, arum, f. 1. nom. adject., contr. ex *figulinus,* i. e. fornaces, in quibus coquebantur opera figulina; quum autem artifices circa eas domicilium haberent, inde vici et oppida orta sunt, ab iisdem denominata. Hinc — 1.°) *Figlinæ,* statio Liguriæ, inter Genuam et Hastam (*Asti*), exadversum hodiern. *Voltri.* Memoratur *Rav. p.* 270. et *p.* 337., sed corrupte. — *Ad Figlinas* habet *Tab. Peuting.* — 2.°) *Figlinæ,* statio in Gallia Narbonensi inter Viennam et Tegnam, ap. *Rav. p.* 239. (*in Burgundia*) et in *Tab. Peut.* V. *Desjardins, Tabl. Peut.* 47. — 3.°) *Figlinæ,* in sing. num., insula Dalmatiæ, ap. *Rav. p.* 408.

FIGULUS, i, m. 2. cogn. vir., ab arte figulinaria doctum, et in gentibus præsertim *Marcia* et *Nigidia* satis frequens. *Corp.* 4. 3131. et 3134. et 5. 995. et 2127. — *Clusinius Figulus* ap. *Quintil.* 7. 2. 5. et 26. — Hinc *Figulinensis* fundus, ita dictus a figlinis, in Africa, ap. *Augustin. ep.* 105.

FILACENSIS, e, adject., ab oppido Africæ dictum, in prov. Byzacena, cujus episcopus *Bonifatius, Filacensis* hinc dictus, ab Hunerico, Vandalorum rege, in exsilium est pulsus. *Not. episc. Byz. n.* 79. in *Halms Vict. Vit. p.* 67.

FILADELFIA, Filadelfus etc. *V.* PHILADELPHIA.

FILENA et Filema, locus seu statio in via Andematunni (*Langres*) Lugdunum (*Lyon*), inter Andematunnum et Vidubiam, hod. *Til-Châtel,* ut putat *d'Anville,* coll. *Desjardins, Tabl. Peut.* 30. et *Holder, Altkelt. Spr.* v. *Tilena.* Memoratur in *Tab. Peut.* et *Corp.* 13. 2. *p.* 101.

FILICA, æ, m. 1. cogn. vir. *Corp.* 8. 297. — Fuit etiam consul a. 519. p. Chr., memoratus in *alia* ap. *Momms. n.* 7206.

FILIMER v. Filemer, Gothorum rex quintus filius Gandarici, cognomento *Magni,* successor Berig, ca. a. 238, de quo *Jorn. Get.* 4., 5., 24. « Filimer - post egressum Scanziæ insulæ - qui et terras Scythicas cum sua gente introisset, repperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Aliorumnas is ipse cognominat easque habens suspectas de medio sui proturbat etc. ». *V.* integr. loc.

FILIUS et Fillius, ii, m. 2. (Φίλιος) nom. gent. vir., ut *L. Fil(l)ius L. f. Sabatina* (*tribu*), senator a. 650-104 (*SC. de Adramytt., Viereck Sermo Græcus* 23. *n. XV. Z.* 25.*sq.*). — Ita cognominatus est etiam Juppiter (Φίλιος), teste *Paus.* 8. 31. 2. — *Filia,* nom. mul. *Corp.* 3. 555. et *alia* ap. *Momms. n.* 3927., ubi *Fillia,* geminato *l.* Adde *n.* 4658., 4869. et 4896.

FILLUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2825.

FILOCALUS. *V.* PHILOCALUS.

FILOMELA. *V.* PHILOMELA.

FILOMUSIACUM, i, n. 2. statio Galliæ in Sequanis, in *Tab. Peut.,* ubi etiam divisim legitur *Filo Musiaco,* a Vesontione (*Besançon*) Eburodunum (*Yverdun*) versus. Cf. *Desjardins, Tabl. Peut.* 34.

FILONIANUS, i, m. 2. cogn. vir., Latina consuetudine pro *Philonianus,* in *Inscr.* in *Revue Arch.* a. 1872. *p.* 155. de medico quodam oculario.

FILUMENA. *V.* PHILUMENA.

FIMBRIA, æ, m. 1. (fimbria) cogn. vir., ut *C. Flavius Fimbria* ap. *Vellej.* 2. 24. et *C. Flavius Pollio Fimbria* in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3951. — Hinc *Fimbrianus,* adj. ad Fimbriam, Marii satellitem (*V.* FLAVIUS), pertinens, ut *Fimbriana seditio* ap. *Sall. hist. fragm.* e *Non.* 215. 32. *Merc.*

FINES, ium, m. plur. 3. nom., quo loca quædam appellabantur, addita aliquando part. *ad,* sc. *Ad Fines;* tamen sunt, qui eos deos fuisse peculiares locorum quorundam, quod in finibus regionis essent positi (Cf. TERMINUS), ut in *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5806. et *Brambach n.* 649. FINIBVS ET GENIO LOCI etc. — Adhibetur autem rarius in sing. num.; sæpissime in plur. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) *Finis,* mutatio in confinio Bithyniæ et Galatiæ, in *Itin. Hieros. p.* 574., fort. hod. *Klostebeck.* — 2.°) *Finis,* plenius *Mutatio ad Finem* in *Itin. Hieros. p.* 555. in Gallia, fort. hod. *La Roche des Arnauds.* — 3.°) *Finis* sive *Mutatio ad Finem,* in *Itin. Hieros. p.* 559., inter Vicetiam et Patavium, hod. *Veggiano* v. *Arlesega.* Cf. *Momms. Corp.* 5. *p.* 268. — 4.°) *Finis* seu *Mutatio Finis* in *Itin. Hieros. p.* 574. inter *Dablai* et *Dadastana* (Constantinop. - Nicomed.). Situs ignoratur. ¶ 2. In plur. num. — 1.°) In Gallia — *a) Fines* in Aquitania inter Ussubium et Aginnum (*Agen*), in *Itin. Ant. p.* 461. — *b) Fines* in Aquitania, inter Augustonemetum (*Clermont Ferrand*) et Acitodunum (*Ahun*), hod. fort. *Saint-Avit d'Auvergne,* in *Tab. Peut.* (V. *Desjardins, Tab. Peut.* 46). — *c) Fines* in Aquitania in via a Burdigala Augustodunum, inter Limonum Pictonum (*Poitiers*) et Argentomagum (*Argenton*) in *Itin. Ant. p.* 460., fort. apud hod. *Ingrandes.* — *d) Fines* in Aquitania inter Vesunnam (*Périgueux*) et Augustoritum (*Limoges*) in *Itin. Ant. p.* 462., hod. *Thiviers* (ita *Walckenaer:* cf. etiam *Desjardins, Tab. Peut.* 39). — *e) Fines* in via a Bibona (*Cahors*) Tolosam, in *Tab. Peut.,* hod. *Montauban* (ita *d'Anville:* cf. etiam *Desjardins, Tab. Peut.* 54). — *f) Fines* in Gallia Narbonensi, in via a Tolosa Narbonem, inter Eburomagum (*Bram*) et Baderam (*Baziège*) in *Tab. Peut.* (*Desjardins, Tab. Peut.* 52.; *Herzog, Gallia Narb.* 142 et *Hirschfeld* in *Corp.* 12. *p.* 626). — *g) Fines* in Gallia Narbonensi, inter Cularonem (*Grénoble*) et Cantoriseam (= Catorissium) ap. *Rav. p.* 241 (V. *Herzog, Gallia Narb.* 145). — *h) Fines* in Gallia Lugdunensi, inter Subdinum (*Le Mans*) et Cæsarodunum (*Tours*) in *Tab. Peut.,* fort. hod. *Vaas* (V. *Desjardins, Tab. Peut.* 28). — *i) Fines* in Gallia Lugdunensi in via ab Antessioduro (*Auxerre*) Cenabum (*Orléans*) in *Tab. Peut.* (*Desjardins, Tab. Peut.* 26. — *l) Fines* in Gallia Belgica in via a Durocortoro (*Reims*) Divodurum (*Metz*) inter Virodunum (*Verdun*) et Ibliodurum, in *Itin. Ant. p.* 364. — *m) Ad fines* (*Corp.* 11. 3282. et 3283., *Tab. Peut.* et *Itin. Ant. p.* 343. Fines) in Gallia Narbonensi inter Aptam Juliam (*Apt*) et Cabellionem (*Cavaillon*), hod. *Goult* (*dép. Vaucluse?*). V. *Desjardins, Tab. Peut.* 59. et *Géogr. de la Gaule IV.* 16. — 2.°) In Italia — *a) Fines* v. *Ad Fines* seu *Casas Cæsarianas,* statio Viæ Clodiæ (*Cassia*) in Etruria, fort. prope *Figline* v. *S. Giovanni Valdarno.* V. *PW.* 6. 1632. — *b) Fines* sive *Ad Fines* in Umbria inter Spoletium et Interamnam (*Terni*) in *Tab. Peut.,* hod. fort. *la Strettura.* — *c) Fines* sive *Ad Fines,* locus in Etruria inter Ad Herculem et Piscinas, ap. *Rav. p.* 268., hod. *La Torre di Saracone.* — *d) Fines,* locus inter Ocelum (*Avigliana*) et Augustam Taurinorum, ap. *Rav. p.* 250. — In *Itin. Ant. p.* 356. Mansio ad Fines. *et p.* 341. Fines. — In *Tab. Peut.* Finibus. — Situs esse dicitur, ubi hod. *S. Ambrogio* in *Val di Susa,* rectius vero *La Chiusa* prope *Avigliana* ad lævam Durii (*Dora*). — Plenius autem *Ad Fines Quadragesimæ,* in finibus Cotii (*Corp.* 5. 7813), ut constat ex vase, ad Aquas Apollinares (*Vicarello*) reperto. — 3.°) In Hispania — *Fines* in *Itin. Ant. p.* 427., statio viæ inter Pacem Juliam et Eboram (V. *Guerra, Discurso a Saavedra,* Madr. 1862. *p.* 98). — 4.°) In Helvetia — *Fines* sive *Ad Fines* in *Itin. Ant. p.* 232. et 238. et *Tab. Peut.* inter Vitudurum (*Ober-Winterthur*) et Arborem Felicem (*Arbon*), hod. *Pfyn* (franc. *Finge*). V. *Momms. Corp.* 3. *p.* 707., 708. et 787. et *Herm. XVI.* 490. et *Bergk, Zur Gesch. u. Top. d. Rheinl.* 130. — 5.°) In Pannonia — *a) Ad Fines,* statio viæ a Siscia Emonam, in *Itin. Ant. p.* 250. et 274., *Tab. Peut.* et ap. *Rav. p.* 220., hod. fort. *Prekopa.* Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 496. et *Premerstein-Rutar, Röm. Strassen u. Befestigung. in Krain* 17.*sqq.* — *b) Ad Fines,* statio in finibus Pannoniæ et Dalmatiæ. *Tab. Peut.* et *Rav. p.* 217 (*Momms. Corp.* 3. *p.* 422), hod. fort. *Laktasi* ad septentr. *Banjaluka.* — 6.°) In Mœsia — *Ad Fines,* statio in Mœsia superiore (*Tab. Peut.*), hod. *Kursumlija* (Cf. *T. Gjorgjevich, Oesterr. Jahresh.* 1901. Beibl. 168).

FINITIMUS, i, m. 2. (finis) cogn. Mercurii, repertum in altari marmoreo Chorges, in Alpibus Cottiis. *Corp.* 12. 75. DEO MERCVRIO FINITIMO SEX. AT. NEPOTIANVS V. S. L. M. Locus, ubi repertus fuit titulus, est ad fines Vocontiorum.

FINITUS, i, m. 2. (finio) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3626. — Abs. in *alia* in *Ephem. epigr. IV. p.* 168. *n.* 589. — Etiam nom. serv. in *Corp.* 3. 5024. — *Finita,* cogn. mul. *Corp.* 3. 4967. — Abs. *Ibid.* 4973., 5080. etc. — Hinc *Finitius,* nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1317. — *Finitia,* nom. mul. *Corp.* 3. 4811. — *Finitianus,* cogn. vir. *C.* 3. 4184., 4968. etc.

FINNAITHÆ, arum, m. plur. 1. gens Scandiæ, acris et ad bella promptissima, proprie in regione hod. *Finveden,* Finnorum silva appellata. Memoratur *Jorn. Get.* 3. Cf. *Müllenhoff* in *Ind.* ed. *Momms. p.* 159. et *Deutsch. Altert. II.* 50.*sq.*, 63. § 104. *Zeuss* (*Die Deutsch.* 158.*sq.*) eos confert cum Φιραῖσοι (*Firæsi*) ap. *Ptolem.* 2. 11. 16.

FINNI. *V.* FENNI.

FIRCELLINUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

FIRCELLIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., ut *Fircellius Pavo,* Reatinus, unus ex collocutoribus *Varronis* 3. *R. R.* 2. 3. et *ibid.* 6. 1., ex quo nomen sumpserunt milia turdorum *Fircellina, ibid.* memorata.

FIRMANUS. *V.* FIRMUM.

FIRMICUS. *V.* JULIUS.

FIRMIDIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 2. 4153. — *Firmidia,* nom. mul. *Ibid.* 8. 5844. — Fuit etiam Clodianarum operarum dux, ap. *Cic. Sest.* 52. 112. — Hinc *Firmidianus,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 166. — *Firmidonius,* cogn. vir. *Corp.* 5. 197.

FIRMILIUS et

FIRMINUS. *V.* FIRMUS.

FIRMUM, i, n. 2. (Φίρμον et Φίρμιον) plenius *Firmum Picenum* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3406., coll. *Strab.* 5. 241. — Est autem oppidum Italiæ in Piceno, haud procul ab Adriatico mari et ad meridiem Tinnæ, hod. *Fermo,* adscriptum trib. *Velinæ,* colonia Latina a. 264. a. Chr., ab Augusto revocata, una ex duodetriginta aliis, ab eo in Italia deductis, Romæ fidelis in secundo bello Punico et sociali; sed Antonii dein partes secuta cum sui detrimento. Memoratur *Mel.* 2. 65., *Plin. ep.* 6. 18., *Val. Max.* 9. 15. 1., *Vellej.* 1. 14., *Gromat. p.* 226. *L., Rav. p.* 326., *Corp.* 9. *p.* 508. et 700. — De ejus nummis vd. *Fabretti* in *Gloss. It. p.* 483.*sq.* et *Head, H. N.* 23. — De eodem consulas *Notiz. degli scavi* 1887. *p.* 90., 1878. *p.* 314., 1887. *p.* 156., 1891. *p.* 187., coll. *Gio. Napoletani, Fermo nel Piceno,* Roma 1907. et *Fracassetti, Not. Stor. d. città di Fermo* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1858. *p.* 125.*sqq.* — Hinc *Firmanus,* adj. *Liv.* 44. 40. Firmana cohors. *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6836. legio. *Cic.* 4. *Att.* 8. fratres. — *Firmani,* incolæ. *Liv.* 27. 10. Ne nunc quidem post tot secula sileantur fraudenturque laude sua: Signini fuere et Norbani - et Firmani etc.: harum coloniarum subsidio tum imperium populi Romani stetit etc. Adde *Cic.* 7. *Phil.* 8. 23. et 8. *Att.* 12. — *Firmana,* cogn. mul. *Corp.* 2. 3398. — Hinc *Firmanilla,* cogn. mul. demin. *Ibid.* 2. 3968. — *Firmanius,* nom. gent. vir. *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 67. — *Firmeus,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 112. — *Firmicus.* V. JULIUS. — *Firmica,* cogn. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3493. — *Firmilius,* nom. gent. vir. *Corp.* 5. 197. — *Firmilianus,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1469. — Fuit etiam episcopus Cæsareæ in Cappadocia, maximus Origenis ejusque doctrinæ admirator. Obiit Tarsi a. 264. *Rufin.* 6. *H. E.* 19. — Ejus exstat epistola ad Cyprianum, quam spuriam demonstravit *Morcelli* in *Afr. Chr. II.* 138. *sq.* V. etiam *Ernst, Ztschr. f. cath. Theol. XVIII.* 209-259. — *Firmasius,* cogn. vir. *Corp.* 5. 5783.

FIRMUS, i, m. 2. cogn. vir. sive ingen. sive libertin. et nom. serv., præsertim in gente *Bæbia, Claudia, Cornelia, Lælia, Plotia, Rufia, Tullia* aliisque. Memorantur ¶ 1. Apud auctores — 1.°) Firmus, tyrannus, patria Seleucia, tametsi, ut ap. *Vopisc. Firm.* 3. « plerique Græcorum alteram tradunt, ignari, eo tempore ipso tres fuisse Firmos, quorum unus præfectus Ægypti, alter dux limitis Africani idemque proconsul, tertius iste Zenobiæ amicus et socius », statura ingenti, oculis foris eminentibus, capillo crispo, fronte vulnerata, vultu nigriore, pilosus atque hispidus ita ut eum plerique Cyclopen vocarent. *Id. ibid.* 4. — Hic rebellis Aureliano imp., Ægyptum, quasi territorium liberum, sibi vindicavit ac purpura est usus et, percussa moneta (Cf. *Eckhel,* 7. *p.* 496), Augustum se jussit appellari (*Vopisc. Aur.* 32. et *Prob. Firm.* 1. *sqq.* et 24). Sed brevi temeritatis suæ pœnam luit; nam Aurelianus eo reversus Ægyptum recepit ac Firmum fugatum, obsessum cruciatumque occidit a. 273. Adde *ibid.* 5., ubi plura de eo narrantur. — 2.°) Firmus, natione Maurus, Gildonis frater, tyrannus, de quo *Oros.* 7. *Hist.* 33. « In Africæ partibus Firmus sese, excitatis Maurorum gentibus, regem constituens, Africam Mauretaniamque vastavit; Cæsaream, urbem nobilissimam Mauretaniæ, dolo captam, deinde cædibus incendiisque completam barbaris in prædam dedit. Igitur comes Theodosius, Theodosii, qui post imperio præfuit, pater, a Valentiniano missus effusas Maurorum gentes multis prœliis fregit: ipsum Firmum afflictum et oppressum coegit ad mortem », quam, innodato gutture laquei nexibus, sibi conscivit a. 373. Memoratur etiam *Vict. epit.* 45. 7., *Claudian. de B. Gild.* 330.*sqq.* et *Ammian.* 28. 6. 26., 29. 5. 2.*sqq.* et 33. 7. 10. — Ab eo, cui Donatistæ faverant, *Firmiani* hi dicti sunt (*Augustin. ep.* 87). — 3.°) Firmus, Tagastensis episcopus, de quo *Augustin. mendac.* 13. « Fecit hoc episcopus quondam Tagastensis Ecclesiæ, Firmus nomine, firmior voluntate. Nam quum ab eo quæreretur homo jussu imperatoris, per apparitores ab eo missos, quem ad se confugientem diligentia, quanta poterat, occultabat, respondit quærentibus nec mentiri se posse, nec hominem prodere, passusque tam multa tormenta corporis (nondum enim erant imperatores Christiani) permansit in sententia; deinde ad imperatorem ductus, ousque adeo mirabilis apparuit ut ipsi homini, quem servabat, indulgentiam sine ulla difficultate impetraret ». Hoc ad a. 311. refert *Morcelli* in *Afr. Christ. II.* 204. Memoratur in *Martyr. Rom.* prid. kal. Aug. ed. 1914. *p.* 231. — 4.°) Firmus, patria Bergomas, dives ac nobilis vir, martyr cum Rustico, Mediolani comprehensus ductusque Veronam ibique variis tormentis cruciatus ac demum capite abscissus est cum socio, sub Maximiano imp. *Act. ap. Ruinart* ex cod. Veron. et *Martyr. Rom.* V. idus Aug. a. 305. ed. 1914. *p.* 241. — 5.°) Alios videre est ap. *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 16., in *Cod.* 1. 54. 1.; 2. 13. 19., 6. 42. 10. etc., ap. *Possid. in vit. Aug., Evod.* 2. *de mir. s. St.* 5. etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5962. et in *Bull. Arch. Com.* a. 1881. *p.* 41., ubi *Fyrmus.* — Etiam nom. serv. vir. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3751. — Transiit sequiore ætate in gentilicium. *Corp.* 5. 6789. et *alia* ap. *Momms. n.* 2930. — Hinc *Firminus,* cogn. vir. demin. *Corp.* 7. 1036. et 8. 2588. — Absolute memorantur apud scriptores — *a)* Quidam patricius et præf. præt. sub Theodosio et Valentiniano impp. a. 449-462. *Nov. Val. III. t.* 26., 30.*sqq.* — *b)* Item quidam, mathematicorum deliramentis deditus, de quo plura habet *Augustin. conf.* 7. 6. — *c)* Item vir nobilis Arelatensis, pietate insignis, familiaris Sidonii, qui ei IX. libr. suarum epistolarum dicavit a. 483., laudatus *Cyprian.* in *vit. s. Cæsarii* 8., propinquus *Ennodii, ep. l.* 1. 8. et *l.* 2. 7. — *Firmina,*

cogn. mul. demin. *Corp.* 8. 835. — Fuit etiam femina illustris, ad quam exstant *Ennod.* 6. *ep.* 38. et duo epigrammata *l.* 2. 40. et 98. — *Firminius*, nom. gent. vir. *Corp.* 3. 5430. et *alis* ap. *Wilmanns n.* 1518. et *Brambach n.* 562. et 745. — *Firminianus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 764. et 3376. — *Firmulus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 8. 1688. et *Firmula*, cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4824. — *Firmilius*, cogn. vir. demin. *Corp.* 8. 7372. et *Firmilla*, cogn. mul. demin. *Ibid.* 3. 3368. — *Firmo (onis)*, cogn. vir., superlativi vim habens, Latinorum more. *Corp.* 7. 1346 (160). — *Firmius*, nom. cujusdam senatoris, temporibus Tiberii imp., plenius *Firmius Catus*, amicus Libonis, sed ejus etiam socius libidinum, immo et necessitatum, pro obærato debita solvens; nihilo minus ejus accusator, teste *Tac.* 2. *Ann.* 27.*sq.* a. 16. p. Chr., coll. 4. *ibid.* 31., ubi, « tamquam falsis majestatis criminibus sororem petivisset » senatu expulsus dicitur, a. 24. — In titulis nom. gent. vir. *Corp.* 6. 17931 *(in vinea Guilielmi pastic.)*. — *Firmia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17932. et 3. 2515., ubi *Tyrmia*. — *Firmianus*, cogn. vir. *Corp.* 6. 17928 *(Ficoronio* a. 1733); 3. 764. et 3376. — Fuit etiam apud scriptores — 1.°) Absolute. — *a)* Quidam grammaticus, qui ad Probum scripsit de metris comœdiarum. *Rufin. comm. in metr. Terent. p.* 564. et 565. *K.* — *b)* Item scriptor illustris. *V.* L. Cælius Firmianus Lactantius. — *c)* Item episcopus Numidiæ, quem Hunericus, Vandalorum rex, in exsilium cum aliis pluribus conjecit, a. 484. *Notit Afr.* — 2.°) Adjectivorum more. *Augustin.* 2. *c. litt. Petil. n.* 184. Firmianum bellum. *i. e.* ad Firmum, Africæ tyrannum, pertinens. *Tab. alim. Velej.* 5. 78. fundi *(duo)*, *sc.* in pago Ceriale Placentino alter, alter vero in Salvio Velejate, a *Firmio* aliquo possessore denominati.

FIRRONĀNUS saltus in territorio Mediolanensi, in *Inscr.* reperta in *Brebbia*, sed nunc deleta *Corp.* 5. 5503.

FIRŪLĒNUS, i, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6769. *t.* 39 *(in laterculo)*.

FISCELLUS, i, m. 2. mons ex jugis Appenninis celsior in Umbria juxta Piceni et Sabinorum confinia, ex quo Avens *(Velino)* et Aternus fl. profluunt, et ubi antrum Sibyllæ fuisse traditur, quare et *Monte della Sibilla* vocatur, et ob altitudinem, ubi majus est culmen (m. 2990), dictus *Gran Sasso d' Italia*. Memoratur *Varr.* 2. *R. R.* 1. 5., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (109). et *Sil. It.* 8. 517.

FISCUS, i, m. 2. nom. vir. in tit. Chr. ap. *Fea*, *Fast. Cons. n.* 89. — Hinc *Fiscenius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 953. — *Fiscinulus*, nom. vir. (demin. a *fiscina*) *Cod.* 9. 12. 4. — *Fiscula*, nom. militis ap. *Coripp. Joh.* 5. 992.

FISIDA, æ, f. 1. vicus in Africa, inter villam Magnam et Casas Aniciorum, in *Itin. Ant. p.* 61. — *Rav. p.* 250. Fisidia. — *Tab. Peut.* Fisida. Cf. Πισίνδα *Ptol.* 4. 3. 41. *V.* PISINDA.

FISIUS, ii, m. 2. nom. vir. ex gente antiquissima, dicta a *Fisos*, deo apud Umbros (V. *Conway, Ital. Dial.* 101. et 115.*sq.* et *Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn. p.* 473. et 475), ut *Fidius* apud Sabinos. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 926. — *Fisia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3105.

FISTERNÆ, ārum, f. plur. 1. statio in via ab Interocrio *(Antrodoco)* Forulos *(Civita Tommasa)*, in vicinia hodiern. *Vigliano*. Memorat *Tab. Peut.* V. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 469.

FISTŬLĀNUS, i, m. 2. cogn. vir., a *fistula* ductum. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1995.

FITĀNI, ōrum, m. plur. 2. nom. gentis in Hispania boreali. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22). Alii aliter leg.

FL

FLACCITHĒUS, i, m. 2. Rugorum rex, æqualis Severini abbatis, cujus consilia libenter audiebat, usque ad a. 460. *Eugipp. vit. s. Severin.* 5., coll. *Dahn, Könige II.* 29-30.

FLACCUS, i, m. 2. (Φλάκκος) *Flacus*, unico c, scribitur in antiquissimis *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 716., 717., 1632. et etiam, sed rarius, in recentioribus, ut in *Corp.* 8. 2402. — Vocabulum factum videtur ab auriculis solito majoribus, mobilibus, pendulis; id enim *flaccus* significat. Cf. *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 50. (136). « Aures homini tantum immobiles: ab iis Flaccorum cognomina »; sc. eorum, qui auriculas mobiles haberent moverentque ad aliorum nutum. Cf. *Cic.* 1. *Nat. D.* 29. 80. — Reperitur in gentibus *Ammia, Aurelia, Aollia, Bellicia, Calpurnia, Cornelia, Fulvia, Herennia, Horatia, Hordeonia, Julia, Leccania, Munatia, Norbana, Persia, Pompeja, Pomponia, Septimia, Suellia, Thoria, Torania, Valeria, Verria, Volusia* etc. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis, aliis omissis, quorum mentio fit, ubi cum nominibus gentilicis modo laudatis conjunguntur — 1.°) Flaccus, præf. Ægypti a. 32-38. p. Chr., de quo *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CCIV. 1. « Flaccus (A.) Avilius, præfectus Ægypti, multis Judæos calamitatibus premit, consentiente Alexandriæ populo et crebris adversus eos clamoribus personante: synagogas quoque eorum imaginibus, statuis, aris et victimis polluit ». Adde *Jorn. Rom.* 201. *M.* Malum tamen exitum habuit, nam jussu Cæsaris in insulam Andrum deportatus est ibique occisus, teste *Philone c. Flacc. p.* 966. — 2.°) Flaccus, Claudii filius, qui, ut dicitur in titulo *Andriæ Terentii*, leges musicas docuit, quas tibicen in canendo et actor in agendo servaret, *tibiis paribus dextris et sinistris*. Item in tit. *Eunuchi* ejusd. Terentii *tibiis duabus dextris*; itemque in tit. *Heautont. tibiis imparibus*: deinde *duabus dextris*, i. e. prius tibiis disparibus a dextra et sinistra Phrygio more, gravi et acuto sono simul junctis, nempe inter lætum et severum; deinde ambabus tibiis dextris, more Lydio, sono prorsus gravi, fortasse ex occasione aliqua vel adjunctis luctuosis, quæ supervenissent; tunc enim, mutatione oborta, id populo nunciabatur per litteras M. M. C., i. e. *mutantur modi cantici*. In tit. autem *Adelphorum* modos fecit tibiis *Sarranis*, quæ erant sinistræ et sonum acutum edebant; in *Hecyr.* tibiis *paribus* et in *Phorm.* tibiis imparibus. Ceterum de his *V.* TIBIA in *Lexico*, ubi fuse rem exposui. — 3.°) Flaccus, familiaris poetæ Martialis, poeta et ipse, Patavinus, ut L. Arruntius Stella. *Martial.* 1. 61. 4. Censetur Apona Livio suo tellus, Stellaque nec Flacco minus. et 76. 1. O mihi curarum pretium non vile mearum, Flacce, Antenorei spes et alumne Laris. Adde *eund.* 9. 55. 2. et 10. 48. et *alib.*; ubi tamen alii quædam de Valerio Flacco interpretantur. — Vixit paullo post hunc et quidem pauper, nihilque scriptum reliquit. Cf. *Carteul, Mélanges Boissier*, Paris 1903. — 4.°) Flaccus, poeta celeberrimus Latinus. *V.* HORATIUS. — 5.°) Flaccus, frater Virgilii, teste *Philarg.* ad *Virg.* 5. *Ecl.* 20. — 6.°) Flaccus, iambographus, laudatus *Fest. p.* 262. *M.* — 7.°) Flaccus, auctor Argonauticorum. *V.* VALERIUS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Not. degli scavi n.* 186. a. 1888. Romæ. — Hinc *Flaccius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Kellerm. Vigil.* 14. c. 1. l. 14. — *Flaccia*, nom. mul. *Corp.* 5. 595. — *Flaccula*, cogn. mul. demin. in *Corp.* 2. 3622. — *Flaccillus*, cogn. vir. demin. *Ibid.* 2893. — *Flaccilla*, cogn. mul. demin. *Ibid.* 868. et 8. 7694., ubi *Flacilla* unico c. — Fuit etiam ita cognominata — *a)* Uxor Theodosii M., Hispana, plenius *Ælia Flaccilla Augusta* in nummis ap. *Eckhel*, 8. *p.* 164., mater Arcadii et Honorii, pietate insignis, vita functa a. 385. Laudatur *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 11., 9. 11. et 32., coll. *Theod. h. eccl.* 5. 20., ubi errore *Placilla* (Gr. Πλακίλλα); alibi vero semper *Flaccilla*. Adde *Claudian. carm.* 10. 43. et 39., 69. et 137. et *Jorn. Rom. n.* 311. *M.* (Hinc fort. *Flaccillianus*, adj., ut *Flaccillianum Palatium*, quod fuit Constantinopoli in reg. XI. *Not. Urb. Const.*). — *b)* Item filia Arcadii imp. et Eudociæ a. 397. *Prosp.* in *chron.* — *c)* Item filia Theodosii II. et Eudociæ *(V.* EUDOCIA), a. 431. *Marcellin.* in *chron.* — *Flaccejus*, nom. gent. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1392. et *Corp.* 6. 17945. — *Flacceja*, nom. mul. *Corp.* 6. 17944 *(in cœnobio s. Pauli via Ostiensi)*. — *Flaccianus* — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 8. 2554. — Fuit etiam procons. Africæ a. 393., de quo *Augustin.* 18. *Civ. D.* 23. Flaccianus, vir clarissimus « homo facillimæ facundiæ multæque doctrinæ. et 1. c. *Acad.* 6. doctissimus vir. — Alius ap. *Ammian.* 28. 6. 7. et 16. et 23. — *b)* Adj. ad Flaccum aliquem pertinens, ut *Flacciana area*, dicta a *M. Flacco*, civi seditioso, cujus domus, solo quum esset æquata, inde area vacua mansit, ut ait *Val. Max.* 6. 3. 1. — Item *Flaccianus porcellus*, cujus condituram tradit *Apic.* 8. 7., nomine sumpto, ut videtur, a Flacco Hordeonio. — *Flaccinas*, cogn. vir. demin. *Corp.* 8. 1196. — *Flaccina*, cogn. mul. demin. *Corp.* 2. 1024. et 2765.; et etiam cogn. vir. in *Fast. Cons. Capit.* — *Flaccinia*, nom. gent. mul. *Corp.* 2. 2581. — *Flaccinilla*, cogn. mul. demin. *C.* 8. 3296. — *Flaccinator*, cogn. vir., a *Flacco*, quasi qui flaccere facit. *Liv.* 9. 20., ubi tamen alii aliter leg. — *Flacconius*, defensor Sex. Clodii, a. 702 = 52. *Ascon.* in *Mil. p.* 55. *Or.* — *Flacconilla*, cogn. mul. demin. abs. in *Cod.* 8. 54. 5.

FLĀMEN, inis, m. 3. cogn. vir., ab officio desumptum. *Liv.* 27. 21. Q. Claudius Flamen. — Hinc *Flaminalis*, cogn. vir. *Corp.* 8. 669., 4849., 4890. etc. — *Flamininus*, cogn. vir. *Auct. de vir. ill.* 33., *Ampel.* 16. etc. *V.* L. Quinctius Flamininus. — *Flaminius*. V. voc. seq.

FLĀMĬNIUS, ii, m. 2. nom. vir. ex gente plebeja, nobilissima *(Auct. de vir. ill.* 51), quæ et in lapidibus litteratis et a scriptoribus celebratur floruitque maxime rei publicæ temporibus, confusa sæpe cum gentil. *Flamio* et cum *Flaminino* interdum. — Aliquando occurrit *Flamminius* cum duplici *m*, ut ap. *Jord. Rom.* 179. *M.* — Memorantur nonnulli ¶ 1. Apud auctores. — 1.°) C. Flaminius, a. 526 = 228., qui tribunus pl. legem tulit de agro Gallico et Piceno viritim dividendo, quam quum, invito ac repugnante senatu, promulgasset, precibus minisque ejus « acerrime resistens ac ne exercitu quidem adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus, postquam pro rostris ei legem jam referenti pater manum injecit *(sc.* animum flexit), privato fractus imperio, descendit e rostris, ne minimo quidem murmure destitutæ contionis reprehensus ». Ita *Val. Max.* 5. 4. 5. Cf. *Cic.* 2. *Inv.* 17. 52. Aliam quoque postea legem tulisse *V.* infra. — Primus in Siciliam, in provinciam nuper redactam, a. 527 = 227. prætor missus est, et a. 531 = 223. consul factus cum P. Furio Philo *(Fast. Capit.)*, contemptis auspiciis, adversus Gallos Boios dimicavit tam prospere, ut novem occiderit Gallorum milia et septem milia ceperit, teste *Oros.* 4. *Hist.* 13., coll. *Sil. It.* 14. 784.*sqq.* et 5. 103.*sqq.* et 657. ac de his triumphum egit eod. anno *(Fast. triumph. Cap.*, coll. *Liv.* 21. 63) et de torquibus hostium Jovi tropæum erexit *(Flor.* 2. 4. et *Jorn. Rom.* 179. *M.)*. — Fuit etiam a. 533 = 221. magister equitum, sed, vitio factus, abdicavit, dein a. 534 = 220. etiam censor cum L. Æmilio Papo, viam a se denominatam munivit et circum exstruxit *(Liv. epit.* 20) instituitque plebejos ludos *(Momms.* ap. *Henzen, Scavi-Arv. p.* 92); denique consul iterum a. 537 = 217. cum Cn. Servilio Gemino, temere contra auspicia secundo bello Punico cum Hannibale congressus, ad Trasimenum lacum profligatus est *(Liv.* 22. 1-6., *Cic.* 2. *Nat. D.* 3. 8. et 3. *Legg.* 9. 20., *Nep. Hann.* 4., *Frontin.* 2. *Strat.* 5. 24., *Ampel.* 28. et 46., *Eutr.* 3. 9., *Flor.* 2. 6. 13.*sq.*, coll. *Appian. Hann.* 8-10). De eo ita *Val. Max.* 1. 6. 6. « Hujus temeritatis utinam sua tantum, non etiam populi Romani maxima clade pœnas pependisset! In ea namque acie quindecim milia Romanorum cæsa, sex milia capta, decem milia fugata sunt. Consulis obtruncati corpus ad funerandum ab Hannibale quæsitum est, qui, quantum in ipso fuerat, Romanum sepelierat imperium ». Dies IX. kal. Quinct. *ater* vocatur *Ovid.* 6. *Fast.* 767.*sq.*, tam horribili cæde fœdatus. — 2.°) C. Flaminius, præcedentis filius (cui prænomen *Lucius* perperam tribuunt *Val. Max.* 6. 6. 3. et *Auct. de vir. ill.* 42), a. 544 = 210. quæstor fuit *(Liv.* 26. 47) et a. 558 = 196.

ædilis curulis cum M. Fulvio Nobiliore, quo in munere, ut scribit *Liv.* 33. 42., tritici deciens centum milia binis æris populo descripsit, quod C. Flaminii honoris causa ipsius patrisque advexerant Siculi Romam, ludosque apparavit magnifice ac ter totos instauravit. — Anno 561 = 193. prætor cum aliis Hispaniam citeriorem sortitus est *(Liv.* 34. 54. et 55), ubi « opp. Licabrum munitum opulentumque vineis expugnavit et nobilem regulum Conribilonem vivum cepit » *(Id.* 35. 22). — Porro a. 567 = 187. consul cum M. Æmilio Lepido *(Fast. Cap., Hydat. chron., Liv.* 38., 42., *Zonar.* 9. 21., *Chronogr.* [falso *Flamininus]* et *Val. Max.* 6. 6. 3), contra Ligures Friniates bellum gessit victosque in deditionem accepit armisque privavit, itemque Ligures Apuanos devicit *(Liv.* 39. 2). Verum a. 570-184. « M. Porcius Cato censor L. *(corr.* C.) Flaminium consularem senatu movit, quod ille in Gallia *(Cisalpina)* ad cujusdam scorti spectaculum eductum quendam e carcere in convivio jugulari jussisset ». Hæc tradit *Auct. de vir. ill.* 47. — Denique triumvir creatus coloniæ Aquilejam deducendæ causa a. 571 = 183 usque ad 573 = 181 *(Liv.* 39. 55. et 40. 34). — 3.°) L. Flaminius Chilo *(al.* Cilo) ex collegio IIIIvir. monetalium a. 709 = 15 *(Momms., Münzw.* 652., coll. 658., *Sallet, Com. Momms.* 85-88. et *Voigt, Philol. LXIV.* 342. 12), primus ab Augusto a collegis sejunctus est, ut ipse *flandæ pecuniæ* tantum addiceretur; unde primus flator in nummis appellatur (IIIVIR. PRI. FL.), ceteris *feriendæ pecuniæ* præfectis. Cf. etiam *Borghesi, Œuvr. II.* 160.*sqq.* et *Garrucci, Syll. n.* 238. Certum vero haud est, hunc *Cilonem*, amicum fuisse Ciceronis et Toranii *(Cic.* 6. *Fam.* 20) a. 709 = 45. et ex proscriptis senatoribus occisum a. 711 = 43 (Κίλλων *Appian. b. c.* 4. 117). ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Corp.* 3. 257.; 5. 438. et 6. 17947 *(in hortis Torre ad portam Salariam)*; 913. et 8. 902.; *aliæ* ap. *Momms. n.* 720., 732., 784. etc. et *alis* antiquiss. ap. *Garrucci, Syll. n.* 1462. — *Flaminia*, nom. mul. *Corp.* 6. 17947 *(in hortis Torre ad portam Salariam)*. — Hinc *Flaminius*, adj., ut — *a) Flaminius campus*, locus, circa quem ædificatus est Circus. *Varr.* 5. *L. L.* 32. 154. — *b) Circus Flaminius*, erectus a C. Flaminio a. 533. ludis plebejis et Tauriis habendis, situs inter hod. ædes *Mattei, via Del Campidoglio, piazza di s. Caterina dei Funari* et *via delle Botteghe scure*, nomine ducto ab arcubus et fornicibus, quibus scalæ Circi fulciebantur (Cf. *Nibby, R. A. I.* 667-613.; *De Ruggiero, Diz. Epigr. II.* 240.*sqq.*; *Borsari, Top. d. R. A.* 1897. *p.* 279). Porro in hoc Circo erant ædes Junonis Reginæ et Dianæ *(Liv.* 40. 52) et Castoris *(Vitr.* 4. 8. 4), delubrum Cn. Domitii *(Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. [26]. Cf. ædes Herculis Musarum *[Eumen. pro rest. sch.* 7]). — Nomen insuper dedit nonæ Urbis regioni *(Curios. et Not. Urb. p.* 14.*sqq.)*. Hinc formulæ *in Circo Flaminio* et *ad Circum Flaminium*, quæ quomodo sint intelligendæ, docet *Jordan* in *Eph. epigr. III.* 62., coll. 61. Memoratur *Varr. frg. p.* 219. *B.*, *Cic. Sest.* 14. 33., *Senec. benef.* 5. 16. 6., *Paul. Fest. p.* 89. *M.*, *Obsequ.* 16. et 51. — Hinc *Prata Flaminia*, in quibus postea fuit *Circus Flaminius*, ita dicta *Liv.* 3. 54. et 63., ubi erat ædes Apollinis — *c) Lex Flaminia*, quæ duplex fuit. Prior lata est a C. Flaminio, tribuno pl., de agro Gallico et Piceno viritim dividundo, invito ac repugnante senatu, ut vidimus, probabilius a. 526 = 228 *(Val. Max.* et al. *locc.* supra *citt.)*; altera ab eodem lata a. 537 = 217., quum pecuniæ inopia laborarent Romani, tempore belli Punici secundi *(Fest. p.* 347. *M.)*. — *d) Limes Flaminius*, ap. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 176. « Flaminio quos limite Mulvius agger Transvehit » *i. e.* ultra pontem Mulvium *(Ponte Molle)*; describitur enim locus sepulturæ, quia in Flaminia via *(V.* infra) nobiles sepeliebantur, teste *Schol.* ad *Juvenal.* 1. 171. Hinc *Martial.* 6. 28. Hoc sub marmore Glaucias humatus Juncto Flaminiæ jacet sepulcro. — *e) Porta Flaminia* (πύλη Φλαμινία *Procop. b. G.* 2. 23) patebat in muris Aurelianis, non tamen ex præcipuis Urbis, a via Flaminia denominata, nunc *Porta del Popolo* *(Lanciani in B. C.* 1892. *p.* 87-111). — *f) Porticus Flaminia*, duplex fuit, una theatro Marcelli propinquior, ab Octavia, sorore Augusti, erecta dictaque *Octavia*; altera theatro Pompeji proxima a Cn. Octavio, Cn. filio, ædile curuli et pro cons. a. 589 = 165., quam combustam reficiendam curavit Cæsar Augustus: hæc quoque semper *Octavia* appellata est *(Fest. p.* 178. *M.*, coll. *Mon. Ancyr.* 4. 3) et a Gallieno imp. usque ad pontem Mulvium ducenda, nisi obex vetuisset *(Hist. Aug. Gallien.* 18). — *g) Provincia Flaminia*, V. mox sub litt. sequ. — *h) Regio Flaminia*, quæ et *Flaminia* absolute, sexta ex regionibus ab Augusto statutis, in duas provincias divisa, nempe Umbriæ proprie dictæ, et Senonum territorii seu *agri* Gallici (Cf. *Momms., Die Ital. Reg., Festschr. f. H. Kiepert* 104. et *Nissen, Ital. Landesk. II.* 377). Hæc autem, fort. *Flaminia* a via dicta, originem accepit a tempore, quo innotuerunt *juridici per Flaminiam et Umbriam* *(Corp.* 6. 1509. et 11. 377); *juridicus Æmiliæ* et *Flaminiæ* *(Corp.* 8. 5354); item *juridicus* per *Flaminiam, Umbriam, Picenum* *(Corp.* 2. 2674. et 11. 376); *procurator per Flaminiam, Umbriam, Picenum* *(Corp.* 8. 822.: cf. *Hirschfeld, Die Kaiserl. Verwaltungb.*[2] 127.*sq.)*; *corrector Flaminiæ* et *Piceni* *(Corp.* 6. 1717. et 11. 6381.; cf. *Bull. com. XXI.* 1893. *p.* 31). Sæc. III. fuit una ex decem provinciis, in quas diœcesis Italiciana per Diocletianum est divisa comprehenditque Æmiliam *(Laterc. Veron. X.* 3. 4.); ineunte autem sæc. V. vel IV. exeunte fuit una ex XVII. provinciis, in quas Italia est tributa *(Not. Dign. imp. occ.* 1. et 2). De ea *Paul. Diac.* 2. 19. « Dehinc undecima provinciarum est Flaminia, quæ inter Appenninas Alpes et mare Hadriaticum posita. In qua nobilissima urbium Ravenna »; « quæ antea Piceni caput provinciæ videbatur », ut in *Corp.* 6. 1715 (a. 399). Hic sedem habebant præfectus militum Juniorum Italicorum et præfectus classis Ravennatium. — *i)* Via Flaminia strata est a C. Flaminio censore a. 534 = 220. Romæ, quæ a Porta Fontinali antiquæ urbis, per Narniam *(Narni)*, Mevaniam *(Bevagna)*, Fulginium *(Foligno)*, Forum Sempronii *(Fossombrone)*, Pisaurum *(Pesaro)* etc. ducebat Ariminum, ut dein alia a Bononia Arretium, a. 187., quæ tamen consuli filio C. Flaminii tribuenda videtur ex *Liv.* 39. 2., coll. *Plut. qu. Rom.* 66. et *Strab.* 5. 127., ubi minus recte (qua de re consulas *Weiss, PW.* 6. 2493.*sq.*, *Liv. epit.* 20. et 39., *Cic.* 12. *Phil.* 9. 22., *Fest. p.* 89. *M.*, *Claudian. carm.* 22. 397. et 41. 8., *Tac.* 3. *Ann.* 9. et 13. 47. et 1. *Hist.* 86., 2. 64., *Vitr.* 9. 9. 1., *Juvenal.* 1. 61., *Jorn. Get.* 30), celeberrima (Cf. *Tac.* 2. *Hist.* 64), pluries instaurata, a M. Scauro censore a. 109. a. Chr., sub quo Tiberis per pontem Mulvium transibat *(Auct. de vir. ill.* 72., coll. *Ammian.* 27. 3. 9); hinc eadem ac *Tiberina*, quod cursum fluvii sequeretur, putatur in *Not. Urb. p.* 29. et a *Nibby III. p.* 578.; ibi autem Clodiæ postea juncta fuit *(Ovid.* 1. *Pont.* 8. 44) et usque Ariminum pergebat per Ocriculum *(Otricoli)*, Interamnam *(Terni)*, Spoletium etc. *(Itin. Hieros., Anton.* et *Tab. Peut.)*; sed Arimini Æmiliæ committebatur, ut ait *Liv.* 39. 2., ita ut Flaminia etiam Æmilia diceretur *(Cic.* 10. *Fam.* 30., coll. *Phil. loc. cit.* et *Hieronym.* 2. in *Rufin.* 2), præsertim vero ab Augusto refecta a. 727 = 27., qui ei curatorem dedit ex prætoriis viris *(Sueton. Aug.* 30), dein a Vespasiano, qui « ad pronum transgressum montes ipsos cavavit eo loco, qui hinc *Petrapertusa* est appellatus » (hod. *Furlo)*, ut scribit *Vict. Cæs.* 9. et *epit.* 9., coll. *Corp.* 11. 6106. et *Procop. b. G.* 2. 11. — Ad hanc viam nobiles sepeliebantur, ut tradit *Schol.* ad *Juvenal.* 1. 171. Cf. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4370.; ad primum autem ejusdem lapidem feriæ Annæ Perennæ celebrabantur *(Kaland. Vatic.* 16. Mart. V. *Orelli)*. — De ea cf. *Richter, Topogr.* 393.; *Jordan-Hülsen, Top. I.* 3. 484.; *Tomassetti, Archiv. d. soc. Rom. di stor. patr. VI.* 1883. *p.* 173.*sq.* et *Weiss loc. cit.* — Hinc *Flaminianus*, adj., ut *Flaminiana ostenta*, quæ cladem C. Flaminii ad Trasimenum lacum portenderant *(Cic.* 2. *Divin.* 31. 67).

FLAMĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 5. 1208. — *Flamia*, nom. mul. in *Bull. Archiv. St. Mil.* a. 1874. *p.* 42.

FLAMMA, æ, m. 1. cogn. vir. *Corp.* 8. 7062. — Sic *Flamma Antonius* ap. *Tac.* 4. *Hist. nat.* 45., *Flamma Calpurnius* ap. *Auct. de vir. ill.* 39. etc. — Cogn. mul. in *Not. degli scavi* a. 1879. *p.* 41. — Est etiam nom. in gente *Volumnia* (*V.* suo loc.) et serv. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2571.

FLAMŌNĬENSES, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi cujusdam, quos memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130). — *Clüver, Italia* 187. habet *Flamonia*, quam putat hod. *Flagogna*, haud procul a Tilavento fluv. Cf. FLANONA. et *Detlefsen, Herm. XXI.* 544.*sq.*

FLANĀTES, ium, m. plur. 3. incolæ regionis in Illyrio ad sinum, qui ab eis nomen sumpsit, juris Italici. Memorantur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (139). et *Corp.* 5. 60.

FLANĀTĬCUS, sinus profundissimus maris Adriatici ad oram Illyrici (Dalmatiæ), in finibus Istriæ, hod. *Quarnero*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (129). *V.* FLANONA. — *Flanaticus* male in *Tab. Peut.* (Φλανωνικός *Steph. Byz.)*.

FLANĬA, æ, f. 1. vicus in pago Ambitrebio territorii Velejatis, in *Tab. alim. Velej.* 2. 56 *(Corp.* 11. 1147).

FLANŌNA, æ, f. 1. (Φλανῶνα *Ptol.*, Φλάνων *Steph. Byz.)* oppidum Illyrici, in ora occid. sinus Flanatici, jure Italico præditum inde ab initiis imperii R. *(Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. [140]., coll. *Ptol.* 2. 16. 2); ubi Constantii Augusti jussu interfectus est Constantius Gallus Cæsar, a. 354. p. Chr., teste *Hydat.* in *chron.* ad *h. a.*, qui Flanonam *insulam* vocat, ut *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 11., *Socr.* 2. 34. et *Ammian.* 14. 11. 20.*sqq.*, sed perperam; hod. *Fianona* (slav. *Plomin)*, fort. ab origine suburbium, quod sedi adnexum fuerit *Flamoniensium Vaniensium* etc., de quibus mentio est ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130). Cf. *Patsch, Die Lika in röm. Zeit* 26. — Societatem habuit cum Pola *(Corp.* 5. 60), Salona *(Corp.* 3. 1940); sedes fuit prætorianorum sæc. II *(Corp.* 6. 209 = *Dessau* 2097., coll. *Bohn, Ueber die Heimat d. Prœt.* 21). — De reliquiis, quæ ad architecturam pertinent, ibi exstantibus, cf. *Nowotny-Sticotti, Arch. epigr. Mitt. XIX.* 177.*sq.*; item de fragmentis sculpturæ *Weisshäupl, Mitt. d. Zentralkom.* 1896. *p.* 48.; item de effossis ruderibus lateritiis præter *Corp.* 3. *Instrum. Patsch, Wissensch. Mitt. IX.* 291.*sqq.*

FLASCO, ōnis, m. 3. (phlasca, *flasco)* nom. vir. ap. *Ennod. carm.* 2. 147.

FLAUTASIS v. Flatausis, is, m. 3., fluvius Daciæ, qui « rapidus ac verticosus in Istri fluenta furens divolvitur », ut scribit *Jorn. Get.* 33. Adde *Rav. p.* 204. — De eo vd. *Momms. adn.* et *Schuchardt, Arch.-epigr. Mitt. IX.* 225. 45.

FLĀVĬA et deriv.

FLĀVĬĀLIS et

FLĀVĬĀNUS etc. *V.* FLAVIUS.

FLĀVĬAS, oppidum Ciliciæ orientalis, hod. *Kars-Bazar*, in *Tab. Peut.*, *Itin. Ant. p.* 212. et *Not. episc. I.* 823. V. *Bent Journ. Hell. Stud. XI* (1890). 223.

FLĀVĬAUGUSTĀNUS, a, um, adject., ad Flaviam Augustam, Hispaniæ oppidum, pertinens, ut *Aufidius trib. Quir. Flaviaugustanus* in *Corp.* 2. 4196.

FLĀVĪNIUM, ii, n. 2. et Flavina, æ, f. 1. oppidum quoddam, de quo *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 695. « Locus est in Italia Flavinium nomine ». et *Sil. It.* 8. 492. « Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique Stagna tenent etc. ». hod. *Grammiccia*. — Hinc *Flavinius*, adj. ut Flavinia arva, ap. *Virg. loc. cit.*

FLĀVĪNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

FLĀVĬŎBRĪCA v. Flaviobriga, æ, f. 1. (Φλαουιόβριγα *Ptol.)* oppidum oræ septentrionalis Hispaniæ Tarraconensis, ad conventum Cluniensem pertinens, colonia a Vespasiano imp. condita, hod. *Castro Urdiales*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (110). — Hinc *Flaviobrigensis*, adj. in *Corp.* 2. *p.* 91. et *n.* 5752.

FLĀVĬŎPŎLIS, is, f. 3. (Φλαουιόπολις: *Flavii urbs*, sc. Vespasiani) nomen plurium oppidorum. ¶ 1. Fuit oppidum Bithyniæ, alio nomine *Cratia*, prope fontes Billæi, hod. *Gerede* v. *Keredi*, ap. *Rav. p.* 278. — De ejus nummis vd. *Head*, 440.

¶ 2. Item opp. Lydiæ ad radices montis Temni, alio nomine *Temenothyræ*, hod. *Ushak*. Memoratur *Hieronym. onom.*, coll. *Paus.* 1. 35. 7. ¶ 3. Item opp. Ciliciæ in Characene (*Ptol.* 5. 8. 6), de cujus nummis *Eckhel*, 3. *p.* 58. et *Head*, 602. ¶ 4. Item colonia Chersonesi Thraciæ, antea *Cœla* dicta, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (47). et *Solin.* 10. — Hinc *Flaviopolitanus*, adj. ad Flaviopolim fort. Ciliciæ, pertinens. *Inscr.* ap. *Fabretti*, 316. 399., coll. nummis ap. *Imhoof-Blumer, Kleinas. Münz.* 445.

FLĀVIŎPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

FLĀVIUS, ii, m. 2. (Flavus) nom. vir. gentis Rom., plebejæ, nobilissimæ, sive rei publicæ sive imperii temporibus, quæ maturrime Christianam religionem est amplexa, et ad quam pertinuerunt non solum privati homines sed etiam magistratus atque adeo familiæ Augustæ I. sæc. ac dein IV. et V. sæc. Ex his autem duæ præ ceteris excelluerunt, una orta sæc. I. per Vespasianum, altera sæc. IV per Constantium Chlorum. Porro qui primus hoc nomine innotescit, est *T. Flavius Petro*, ap. *Sueton. Vesp.* 1 (*Marucchi*): vel *T. Flavius Sabinus*, pater Vespasiani, ap. *eund. ibid.* (*Mommsen*). — *a)* Scribitur sæpe *Flabius* pro *Flavius*, ex frequenti litt. *b* et *v* permutatione, tam in libris quam in lapidibus, ut in *Corp. I. L.* 8. 670., 2272. etc.; etiam in *Corp. I. Gr.* 5. 1215. et in nummis ap. *Eckhel*, 5. *p.* 214. — *b)* In recto casu *Flavio* ἀρχαϊκῶς legitur in *Inscr.* ap. *Garrucci, Sgll. u.* 668. — *c)* Imperio Rom. occidente, usurpatum videtur ut prænom. (*Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 290. et *Eckhel*, 8. *p.* 500. Cf. etiam litteram *F* initio. — Aliquando in cogn. transiit. *Corp.* 8. 6150. *c.* 2. *l.* 20. — Origo nominis fortasse ab eo ducenda, qui primus *flavos* habuit capillos et ob id *Flavus* v. *Flavius* fuit appellatus.

Antequam vero hanc longam virorum seriem describendam aggrediamur, quamquam pauca vel de præstantioribus dicere cogimur, perspicuitatis gratia præmonemus, nos nominum, quibus prænomen vel cognomen vel utrumque est adnexum, ordinem alphabeticum sequi, iis præmissis, quæ absolute sive in libris sive in titulis adhibita inveniuntur. — Itaque

A) Apud scriptores ex præcipuis memorantur

Flavii absolute sine prænomine.

Flavius, familiaris poetæ *Catulli*, qui ad eum scripsit *carm.* 6. « Flavi, delicias tuas Catullo, Ni sint inlepidæ atque inelegantes etc. »; ubi turpium amorum voluptates canit. — Flavius, ludi magister a. 800 = 54., de quo *Horat.* 1. *Sat.* 6. 71. « Causa fuit pater -, qui macro pauper agello, Noluit in Flavi ludum me mittere - Sed puerum est ausus Romam portare docendum Artes etc. ». i. e. non Venusiæ magistri humilem scholam, sed nobiliorem comparavit Romæ Horatii pater, quamvis pauper, filio suo erudiendo. — Flavius, grammaticus, temporibus Diocletiani imp., scriptor poematis de medicinalibus, ut tradit *Hieronym. vir. ill.* 80. et æqualis Lactantii. De eo vd. *Wernsdorf. de poet. min. IV. p.* 215.*sqq.* — Flavius apud *Juvenal.* 4. 37. est Domitianus imp., ut apud *Vict. Cæs.* 40. 25. et 28. et 41. est Constantinus M.

Flavii cum prænomine.

C. Flavius, necessarius C. Pisonis, generi *Ciceronis*, qui eum commendat Acilio (13. *Fam.* 31); fortasse idem qui familiaris M. Bruti, Cæsaris interfectoris (*Nep. Att.* 8. et *Cic.* 12. *Att.* 17), dictus ἐπάρχων τεχνιτῶν *Plut. Brut.* 51., a quo is etiam traditur cecidisse in prœlio Philippensi, et ad ejus rei nuntium Brutus suspirasse (Cf. *Ps. Brut.* 1. *ep.* 6. et 17). — Cn. Flavius, Cnei (*Liv.* 9. 46) v. Annii (*Cic.* 6. *Att.* 1. et *Gell.* 6. 9) filius, absolute *Flavius* ap. *Quintilian.* 8. 8. 22., libertino patre genitus et scriba App. Claudii Cæci (a. 450 = 304), qui tantum sibi favorem plebis captare potuit, ut, nobilissimis viris neglectis, et ædilis curulis cum ingenti nobilitatis indignatione (*Val. Max.* 2. 5. 2) et dein tribunus pleb. electus fuerit (*Cic.* et *Gell. locc. citt.*). Vovit etiam ædiculam Concordiæ, si plebi reconciliasset ordines, quam summâ nobilium invidiâ in area Volcani et fecit et dedicavit (*Liv. epit.* 9. et *Macrob.* 1. *Sat.* 19. 9). De ea vd. *Borsari, Top. di Rom. ant.* 1897. *p.* 221. — L. Flavius, tribunus pleb. a. 694 = 60., legem agrariam promulgavit, eand. fere quæ fuit Plotia (*Cic.* 1. *Att.* 18. et 2. *ibid.* 1); prætor a. 696 = 58, amicus Ciceronis, de iniquis epistolis Quinti fr. cum eo questus (*Cic. Q. fr.* 2. 3). Tigranis filium, in bello Mithridatico captum, quem ipsi Pompejus commiserat custodiendum, sed a Clodio per dolum ereptum ac liberatum, armis recuperare frustra tentavit; nam in pugna a Clodianis victus sine comite Romam vix perfugit (*Ascon.* in *Mil. p.* 47. *sq. Or.*). Denique a Cæsare, a. 705 = 49. data est ei legio et Sicilia, teste *Cic.* 10. *Att.* 1. — M. Flavius a. 426 = 328. in matris funere visceratlonem dedit, teste *Liv.* 8. 22.; quæ ei causa fuit, ut tribunus plebis, absens quamvis, crearetur, quo in munere « tulit ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur, quorum ope ac consilio Veliterni Privernatesque populo Romano bellum fecissent » (*Liv. ibid.* 37).

Flavii cognomine distincti.

Hanc seriem in diversas classes ita partimur, ut primam sibi vindicent viri primum imperatoria, dein cæsarea tantum dignitate præditi; mox magistratus et scriptores v. litteris scientiisque v. artibus exculti; postremo alii mentione quomodocumque digniores, singuli vero in ordinem alphabeticum digesti.

I. Imperatores.

Flavius Anastasius.

Flavius Anastasius I., imp. Aug. a. 491-518. p. Chr., orientalis, Dyrrachii (Epidamni) natus, humili genere, qui nihilo minus sibi viam stravit ad honores; ita enim se gessit in aula imp. Zenonis, ut silentiarii munus obtinuerit, quod laudabiliter exercuit, et, illo demortuo operâ uxoris Ariadnes, Leonis M. filiæ, quæ postea ei nupsit, (*Vict. Tun.* in *chron.* ad a. 491. et *Jorn. Rom.* 354. *M.*), senatu favente ac populo, rejectoque Longino, Zenonis fratre, imperator creatus est, qui ter consul fuit, nempe a. 492., 497. et 507. — Imperii hostes pluries per strenuos duces bello devicit, a. 493. Bulgaros, a. 498. Arabes ac Persas a. 502 (*Procop. Pers.* 1. 7-10., *Euagr.* 3. 36.*sq.*, *Prisc. de laud. Anast.* 254-260); aliquando vero ingenti auri copia barbaros coercuit. — Porro ad exterorum hostium, qui imperii minitabantur excidium, cavenda pericula, ejus fines tutandos curavit; idcirco contra Persas urbem Daram condidit, Theodosiupolim munivit, mœnibus cinxit Melitenem (*Procop. de æd.* 2. 1. et 3. 4. 5) murosque duxit Constantinopolis tuendæ causa a Selymbria Propontidis usque Delcum Thraciæ ad Pontum Euxinum (*Id. anecd.* 19. 2. et *de æd.* 4. 9. et *Prisc. de laud. Anast.*). — Verum suæ famæ labem intulit, Eutychetis hæresi patrocinatus, catholicæ fidei quum esset infensus atque adeo ab omni religione alienus; publicæ namque quietis obtentu, eos maxime persequi cœpit, qui concilio Chalcedonensi favissent; contra Eutychianis indulsit, qui ab imperatoris clementia ansam ceperunt ad suos errores longe lateque propagandos. — Obiit a. 518., octuagenarius fulmine interemptus, hæreticus et anathemate perculsus. — Fuit δίχροος appellatus, ex oculorum colore, quorum alter niger erat, alter cæruleus; lascivus, animi pusilli aliquando sine diademate supplicum more in circo coram populo se sistens, homo ceteroqui callidus, προνοητικώτατος τὸ ἅμα καὶ οἰκονομικώτατος πάντων αὐτοκρατόρων, ut eum vocat *Procopius* (*anecd.* 19. 2), sublestæ fidei atque adeo putidus simulator, et ob id in vita omnibus invisus, post mortem defletus nulli. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 7. *p.* 205.*sq.*, *Mionnet, rar. d. méd. II. p.* 399.*sqq.* et *Borghesi, Œuvr. I. p.* 16., 18. et 19.; et de Theoderici cum eo epistolarum commercio *Cassiod.* 1. *Var.* 1. et *Procop. b. Goth.* 3. 21., coll. *Ranke, Weltgesch. IV.* 1. 492. — De eo scripserunt *Endlicher, Prisc. de laud. imp. An.* Wien 1828.; *Hopf, Griecheland in Mittelalt. u. d. Neuzeit*, 1867 (in *Ersch u. Gruber Encycl. I.* 85., 86); *Gibbon, History of the Decl. and Fall of the Rom. Emp.* 1875. *p.* 646.*sq.* et *Bury, A hist. of the lat. Rom. emp. from Arcad. to Iren.* Lond. 1889. — Hinc *Anastasianus*, adj. ut *Anastasiana lex* a. 506. de cessione bonorum (*Cod. Just.* 4. 35. 22., coll. *Puchta, Inst. II.* § 267).

Flavius Arcadius.

Flavius Arcadius, imp. a. 383-408., absolute *Arcadius* (*Archadius* ap. *Marcellin.* in *chron.*) fere appellatus in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1139. et 1142., plenius in *alia n.* 1129. d. n. fl. arcadio pio felici victori ac trivmphatori semper avgvsto (Cf. *Corp.* 6. 1192.; 9. 4051. etc.). — Cognominis origo ignota est, quam dubitanter conjicit cl. *De-Rossi* in *Inscr. Chr. I. p.* 82. duci posse a *Fl. Arcadio V. C.*, cujus memoria exstat in *Inscr.* ibi adl.

Fuit Arcadius Theodosii M. et Æliæ Flaccillæ filius major, nat. ca. a. 377. in Hispania (*Socr.* 6. 23., *Cedren.* 334., coll. *Themist. or.* 16. 204 *d*), frater Honorii et Gallæ Placidiæ, sexennis a patre vocatus *Augustus*, consors imperii, in Hebdomo prope Constantinopolim, initio a. 383 (*Prosp.*, *Cassiod.* et *Marcellin.* in *chron.*, coll. *Momms. Chron. min. I.* 244. et *II.* 61), discipulus Themistii, rhetoris ac philosophi, et s. Arsenii (*Zonar.* 13. 19. *p.* 376., *Act. SS.* 19. Jul. IV. 606); sexies consul, a. 385. cum Bautone (*Inscr.* ap. *Orell. n.* 4360), a. 392. cum Flavio Rufino (*Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6259. et *Augustin. c. Fort. init.*), a. 394., 396. et 402. cum fratre Flavio Honorio (*Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 6416. et *alia* ap. *De-Rossi Inscr. Chr. I.* 433-440. et 507.*sqq.*). et a. 406. cum Anicio Petronio Probo (*Aliæ* ap. *eund. n.* 554.*sqq.*). — Imperium utrumque cum fratre Honorio tenuit, quorum alter prius Romæ, dein Ravennæ; Constantinopoli alter sedem sibi elegit, ex quo quod jamdiu fieri cœperat, vetus ædificium, vix hactenus suffultum, ob hanc imbellium imperatorum divisionem magis magisque collapsum penitus interiit. Regnavit autem Arcadius ab obitu patris ann. XIII. (*Marcellin.* in *chron.*) vel XII (*Oros.* 7. *Hist.* 36., coll. *Jorn. Rom.* 319.*sqq. M.*), vita functus a. 408 (*Momms. II.* 69., *Socr.* 6. 23., *Soz.* 9. 1. et *Zos.* 5. 34. 7), sibi succedente Theodosio juniore, quem a. 402. Cæsarem fecerat. — Regnum tamen habuit valde exagitatum; nam Rufinus, præf. præt., qui imperatoris negotia administrabat, perfidus imperio potiri clam conabatur. Ad quem finem suam filiam Arcadio nuptui dare parabat; sed Eutropius eunuchus, re comperta, cui pessimo homini ignavus imperator imperii curam commiserat, tam callide se gessit, ut ei Eudoxiam, filiam Bautonis, Francorum olim ducis, uxorem ducere persuaserit (*Zos.* 5. 3. et *Philost.* 11. 6). — Tum Rufinus iratus Hunnos in Asiam advocavit, qui Orientem totum usque Antiochiam vastarunt; dein Alaricum, Gothorum regem, qui Thermopylas ab Antiocho et Gerontio sibi apertas quum invenisset, in Græciam irrupit cepitque urbes nobiliores. Mox Stilicho, ab Honorio missus cum exercitu, illuc se contulit, certe victurus, sed a Rufino impeditus, nihil profecit; iterum vero aliis copiis comparatis et a Gaina, natione Gotho, ductis, Constantinopoli, re cum Eutropio et Stilichone condicta, ab iis Rufinus, perfidiæ auctor, occisus est a. 395 (*Soz.* 8. 1., *Socr.* 6. 1., *Philost.* 11. 3. et *Marcellin.* in *chron.*). Eutropius se ejus spoliis ditavit vexavitque quos amicos habuerat, adeo ut Gainas, ira incensus, rebellaverit et una cum Trebigildo, tribuno mil., universæ Pamphiliæ terrorem armis incusserit; et ipse Eutropius, qui etiam Gildonem Maurum, Africæ præfectum, ad rebellionem impulerat, tandem suorum delictorum pœnam luit; nam, spoliatus et exsul, a. 399. Chalcedone est interfectus; nec tamen pœnam effugit Gainas, qui prœlio dein prostratus fuit, ejusque caput in triumphum Constantinopolim delatum (*Zos.* 5. 22., *Philost.* 11. 8. et *Momms. Chr. min.*

II. 66); itemque Gildo, captus, sibi mortem conscivit. — Liber denique ac lætus imperator jussit, ut ethnicorum templa diruerentur, ab urbe depellerentur Ariani, legesque servari voluit, quas Theodosius M. tulerat contra hæreticos ethnicosque ac templum Constantinopoli ædificandum curavit, in honorem s. Johannis apostoli. — Hæc tamen præclare gesta turpiter fœdavit, qui, ut morem gereret Eudoxiæ, feminæ superbissimæ ejusque satellitibus, in primis Eutropio tum potentissimo, acerrimo Johannis Chrysostomi inimico, eodemque avaritia et crudelitate famoso, religiosissimum hunc episcopum atque insignem oratorem bis in exsilium compulerit (*V.* Johannes Chr.) cum omnium bonorum luctu ac posterorum exsecratione (*Cassiod.* in *chron.*, coll. *Zosim.* 5. 18. 1. et 8. 7., *Socr.* 6. 5., *Claudian. in Eutr. II. præf.* 27. et *Chrys. in Eutr.* 4). — Ceterum vir fuit mitis, nec fort. ex malitia in quædam oppido vituperanda prolapsus est, sed improborum vafrorumque hominum astu deceptus; quin sub vitæ exitum venerabilis dicitur *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 35. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 8. *p.* 163.*sq.* — Præter laudatos de eo scripserunt *Vict. epit.* 47. et 48., *Symmach.* 4. *ep.* 4. et *Hieronym. ep.* 123. et, ex recentioribus, *Funk, Kirchengesch. I.* § 51.; *Güldenpennig, Gesch. d. oström. Reich. unter d. Kais. Arcad. u. Theod. II.* Halle 1885.; et *Seeck, PW.* 6. 1387.*sqq.*

Flavius Constans.

Flavius Constans, imp. Aug. a. 337-350., *Constans* absolute dictus *Eutr.*, *Ammian.* aliisque et in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1099. et 3181., *Flavius Constans* in *alia* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5580., plene *Flavius Julius Constans* ap. *Dessau* 724-726. et in nummis ap. *Eckhel*, 8. *p.* 109.*sqq.* — Fuit Constantini M. et Faustæ filius natu minimus (*Dessau* 723., *Corp.* 2. 6209., *Vict. Cæs.* 41. 18., coll. *Seeck, Zeitschr. f. Num. XXI.* 42), Claudii Gothici abnepos (*Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 5268), ca. a. 320 (al. 323) natus, fratres habens Constantinum et Constantium; rhetorum tunc florentium, præsertim Æmilii Magni Arborii, discipulus (*Liban. or. III.* 283. et *Auson. prof. Burd.* 17. 15). — Anno 333 (al. 335). a patre *Cæsar* appellatus (*Momms. Chron. min. I.* 234., *Euseb. laud. Const.* 3., *vit. Const. IV.* 40., *Liban. or. III.* 285) in tricennalibus (*Cassiod.* 3. *Hist. trip.* 12). — Anno 335. Constantinus in divisione imperii ei Italiam, Illyricum et Africam dedit, qui deinde, mortuo patre a. 337 (al. 339), *Augustus* cum fratribus appellatus est et in nummis dictus *Fl. Jul. Constans Aug.* vel *Perpetuus Aug.* vel *Pius Felix Augustus*. — Ter consul processit, sc. a. 339. cum Constantio fratre (*Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I.* 52-55); a. 342. item (*Chronogr.* et *De-Rossi, ibid.* 66-67); a. 346. item (*Prosp.*, *Hyd.* et *Cassiod.* in *chron.*). — Concordia autem inter fratres parum duravit; ambitione namque ductus Constantinus a. 340. Constanti bellum intulit, ob Italiæ Africæque jus ab illo dissentiens; at « latrocinii specie dum incautus fœdeque temulentus in aliena irruit, obtruncatus est ejusque cadaver ab inscciis captum projectumque in fluvium, cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileja ». Ita *Vict. epit.* 41. Inde tamen statim, re cognita, extractum et Constantinopoli in paterno tumulo sepultum (*Vict. epit.* 38. et *Cæs.* 41). — Constans itaque possessis alias adjecit regiones, Galliam videlicet, Hispaniam ac Britanniam, totaque respublica ad duos Augustos redacta est, quorum Occidentem alter, alter Orientem administravit (*Eutrop.* 10. 9). — Oborto bello cum Francis, in Galliis, hos imperator devicit seu pacavit, ut scribit *Hydat.* in *chron.*, a. 341., quam victoriam illa præcesserat a. 338. ab eo relata ad Danubium contra Sarmatas, unde titulum *Sarmatici* est adeptus (*Dessau* 724., coll. *Seeck, Ztschr. f. Numism. XXI.* 56). — Nec minus bene meruit de re catholica; nam Constans constanter Arianos est insectatus, qui pacem Ecclesiæ perturbabant; curavit, ut Sardicæ concilium haberetur (*Socr.* 2. 20. et *Soz.* 3. 11); epistolas scripsit minaces Constantio fratri, qui in Oriente hæreticis favebat vexabatque Athanasium aliosque veræ fidei patronos (*Hieronym. vir. ill.* 87. et *Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 7); quin parabat Africanum schisma, a Donatistis excitatum, omni studio coercere, nisi intempesta morte prohibitus fuisset a. 350., quo, auctoribus Chresto, Marcellino et Magnentio (qui occasionem nactus, qua Constans venationi in silvis operam dabat, se imperatorem proclamari voluit Augustoduni) « haud longe ab Hispania in castro, cui Helena (*Elne*, olim Illiberis ad *Tech*) nomen est » fuit a Gaisone miserrime occisus, frustra a Laniogaiso defensus, post annos regni XIII. vel XVII., fort. a tempore, quo Cæsar est appellatus, ut putat *Eutrop.* 9. 10. Idem scriptor paganus *ibid.* de eo hæc habet: « Constantis imperium strenuum aliquando et justum fuit; mox quum et valetudine improspera et amicis pravioribus uteretur, ad gravia vitia conversus, quum intolerabilis provincialibus, militibus injucundus esset, factione Magnentii occisus est - rebus tamen plurimis strenue in militia gestis, exercituique per omne vitæ tempus sine gravi crudelitate terribilis ». Scriptores tamen non omnes eodem modo de eo judicium tulerunt; sed alii aliter, prout ejus adversariis, vel minus, fidem adhibuere, qui eo adducti sunt ut ex odio in catholicum principem ejus nomen a publicis monumentis abraderent (*Corp.* 8. 7012., 7013 etc.). Adde *Ammian.* 16. 7. 5., *Firmic. de err.* etc. 20. 7., 28. 6. et 29. 8. et *Oros.* 7. *Hist.* 29. — Ex more jamdiu inducto *Divus* appellatus est in *Inscr.*, ut in *Corp. I. V.* 6. 1721. — De eo cf. *Balan, St. d'It. I. p.* 358-359. et *Seeck, PW.* 6. 948.*sqq.*

Flavius Constantinus M.

Flavius Constantinus M., imp. Aug. a. 306-337., absolute *Flavius* dictus *Vict. Cæs.* 40. 26. et 41. 6.; item *Constantinus* in nummis ap. *Eckhel* 8. *p.* 79. et *Inscr.* ap. *Orelli n.* 226. et 227.; plenius *Flavius Constantinus* in *aliis*, *ibid. n.* 1087. et 1089. et *alib.*; plenissime *Fl. Valerius Constantinus*. et alib. *Imp. Cæs. Flavius Valerius Constantinus Aug.* tum in libris tum in lapidibus. Prænomen vero aliquando est *C.*, ex patre, ut in *Inscr.* in *Corp.* 8. 9042. et 10064.; aliquando *M.*, a Maximiano imp., qui ejus patrem adoptavit, in *alia ibid.* 1781.; aliquando etiam *L.* (*Hartmann, PW.* 6. 1014.: cf. *Dessau* 690). — Fuit filius Constantii Chlori et Helenæ, nat. Naissi (*Nisch*) in Mœsia superiore (non Drepani prope Nicomediam, ut alii putant), III. kal. Mart. a. 274 (al. ca. a. 280) *Corp.* 1.[2] 302. — Constantinus, bonitate et comitate sive privatis sive militibus carus (*Lact. m. p.* 18) et a Diocletiano plurimi habitus, *tribunus primi ordinis* factus est (*Id.* 8) et sub eo et Galerio strenue in Asia militavit; non enim patrem suum, Cæsarem appellatum, qui filium secum habere cupiebat, ipsi adire licuit. Sed a. 305., quum Diocletianus et Maximianus, ab eo impulsus, se imperio abdicassent, Galerius creatus fuit Augustus in Oriente et Constantius in Occidente, Cæsares vero Constantinus Chlori, qui et octies consul fuit, et Maxentius Maximiani filius. Quare Constantinus, Galerium Constantio infensum metuens, a quo prohibebatur in Galliam ad patrem ire et ob id maximo in periculo versabatur, Nicomedia fuga (quam « weltgeschichtlichen » vocat *Harnack*) elapsus, publicorum equorum poplitibus recisis, ne uti eis possent, qui ad fugitivum persequendum missi essent a Galerio, a. 306. ad Constantium, ab urbe Gesoriaco (*Boulogne*) contra Pictos et Caledonios proficiscentem, incolumis evasit (*Vict. epit.* 38. et *Cæs.* 40., *Zos.* 2. 8., *Zonar.* 12., 33., coll. *Lact.* 34. et *Anon. Vales.* § 2-4). Hanc autem fugam *Gibbon* ficticiam perperam adfirmat, æqualium scriptorum consensu gratis rejecto. — In ea expeditione, patri comitatus, sibi et bellandi peritia et animi probitate omnium amorem conciliavit, adeo ut, quum post victoriam ex hostibus reportatam Constantius defessus ac febri consumptus, jam moriturus, filium, suo sibi jure successorem constituisset titulo Augusti, legiones et Germani auxiliares lætitia gestientes plauserint utrique, VII. kal. Aug. a. 306., quo die Eboraci pater decessit. — Constantinus de hac re nuntium ad tres collegas misit simulque, in Galliam et in Hispaniam profectus, undique obsequii fideique testimonia, libentissimis populorum animis novo principi gratulantium, statim recepit decrevitque, ut, libertate Christianis sibi subditis reddita, eis et templa restituerentur et jura, cultusque religionis, quocumque obice sublato, palam publiceque exerceretur (*Eumen. paneg.* 6-7., *Euseb. vit. Const. I.* 17-21. et *H. E.* 8., *Vict. Cæs.* 40., *Eutr.* 10. 2., *Zos.* 2. 9.*sq.*, *Lact.* 24.*sq.*, *Oros.* 7. *Hist.* 25). — Galerius iratus, æmulo tamen deprimendo impar, Severum Augustum nominavit, quam injuriam Constantii filius toleravit, intestinum bellum perosus; totum vero ille iræ impetum atque inauditæ sævitiæ furorem in eos convertit, qui Constantino non erant obnoxii (*Lact.* 21. et 25., coll. *Spicil. Rom. III.* 676. a cl. *Mai* ed. a. 1840). — Constantinus a. 306. Francos devicit, qui transierant Rhenum, captis eorum ducibus, Ascario et Ragaiso, et ad bestias damnatis; dein in Bructeros tanta vi involavit ac celeritate, ut Franci aliquandiu ne ad Rhenum quidem accedere auderent, ubi pontem lapideum prope Agrippinam victor inchoavit (*Eumen. paneg.* 13). — Porro Maximianus, iterum imperator, Treviros petiit ibique Constantino in uxorem dedit filiam suam Faustam, quam, vivente patre, ducere voluisset; sed, Minervinam oblitus, a qua susceperat Crispum, jam demortuam, hanc, quæ paternam tamen indolem referebat, libenter accepit, a qua filios habuit Constantinum, Constantium et Constantem ac filias Constantiam, Constantinam et Helenam; simulque Augusti titulum a. 307. ei contulit, sed a Galerio, qui eod. anno Augustum Licinium creaverat, non agnitum nisi anno insequenti. — Verum Maximianus, qui spe societatis cum Constantino ineundæ contra Maxentium, a rebellibus ad imperium evectum, deciderat, militibus auro corruptis, arma in generum et insidias parabat, ut eum occideret; sed a Fausta admonitus, Constantinus servum in sui locum suffecit, quem Maximianus pugione jam aggressurus, a militibus inopinato deprensus et ad mortem adactus, se ipse, homo sævissimus ac perfidus, strangulavit (*Lact.* 26.*sq.*, *Vict. epit.* 35. et *Cæs.* 40., *Eutrop.* 10. 23). Hujus statuæ mox infractæ fuere et imagines extrusæ, cum eis commixtæ, quæ ad Diocletianum, hanc rem acerbissime passum, pertinebant. — Anno igitur 308. Licinius, cui Illyrium fuerat datum, et Maximinus Daia, Galerii nepos, cum Constantino dicti sunt Augusti, ita ut omnino quinque eodem tempore Augusti fuerint, *Galerius, Constantius, Maximinus, Licinius* et *Maxentius*. — Hoc ipso anno Constantinus bellum continuavit cum Germanis deque illis insignem retulit victoriam; tum Galliam in ordinem restituit, Treviros ædificiis exornavit, urbem Augustodunum, ab Eumene invitatus, invisit et pecunia adjuvit ac beneficiis cumulavit, quæ *Flavia* in ejus honorem est appellata. Contra Galerius vitiis effetus ac morbo teterrimo cruciatus et, ut Antiochus quondam, sævitiæ pœnitens, quam in Christianos exercuerat, nunc vero eorum precibus se commendans, sed non tam fide quam præsenti periculo commotus, quo anno se arbitrabatur Constantinum prosternere deque suis æmulis et de Christo in Capitolio denique triumphare, vermibus corrosus interiit a. 311. — Tum Maxentius, Galerii metu liber, facilius Constantino, cujus statuas ulciscendi Maximiani obtentu confregerat, bellum inferre statuit, magno exercitu comparato; sed Constantinus Licinium amicitiâ sibi devinxit, sororem suam Constantiam ei despondens; dein, tutior, in Italiam inopinus descendit, non Mithræ seu Apollinis, ut alias, ope invocata, sed a matre instructus et fort. a Fausta, uxore Christiana, ac memor patris sui, qui, deos aspernatus et in Deum Christianorum fidem, non tamen plenam, professus, gestorum gloria illustris populisque suis apprime carus in pace obierat, vero Deo confisus. Dum igitur Alpes se transmittere parabat, ex improviso, ducibus ad se accitis, ait se crucem vidisse in cælo rutilantem, dum sol occidebat, quam et ipsi et milites conspexissent, et sub ea legisse hæc verba « ἐν τούτῳ νίκα » (*Euseb. vit. Const.* 1. 28. V. infra); noctu vero sibi ve-

nerabilem senem apparuisse, crucem manu gestantem seque hostes certe victurum promisisse, « si cæleste signum Dei notaret in scutis atque ita prœlium committeret » (*Lact. ibid.* 44). Hinc inter suos convenit, ut in imperatorio vexillo, quod *Labarum* est appellatum, monogramma Christi et clipeis vexillisque inferretur crucis insigne, victoriæ pignus (*Lact. ibid.*). Quod statim rei exitus comprobavit; nam, quamvis viribus inferior sed fide major ac securior, Segusionem (*Susa*), sibi frustra obsistentem, expugnavit, Augustam Taurinorum, Maxentii equitatu devicto, facile cepit, Vercellas contumaces vastavit, Mediolanum, Brixiam, Aquilejam, sponte sibi deditas, occupavit, Veronæ Pompejanum Ruricium, præf. præt., bellica virtute illustrem, iter imperatori præfracte ac strenue prohibentem, contrivit necatumque invenit cum magno Maxentianorum numero (*Nazar. paneg.* 5-7. et *Zos.* 14) aliisque urbibus potitus, Romam victor properavit. — Acceptis interea nuntiis, Maxentius tyrannus, senatu perterrito populoque tumultuante, cui nimis erat invisus, vehementer sibi metuens, magos consuluit ac libros Sibyllinos, responsumque habuit anceps, fore nempe ut « Romæ hostis in bello succumbat ». Tum spe fretus victoriæ, coacta magna militum vi, erupit et Constantino occurrens, in via Flaminia ad Saxa Rubra (IX mp. ab Urbe) cum æmulo prœlium commisit V. kal. Nov. a. 312 (*Vict. Cæs.* 40); quamquam hoc jam cœperat ad Pontem Mulvium, teste *Lact.* 64. — Terribilis utrinque conflictus, sed brevis: equitatus Maxentii a Constantino cæsus: pedites, præter cataphractos ac prætorianos, qui aliquandiu acerrime restiterunt, tandem vero Constantinianorum impetu oppressos, cum pontem ligneum, prius super Tiberim ita exstructum, ut hostes demergerentur, confuse ab acie fugientes conscendissent, ex ingenti multitudinis pondere is ita confractus est, ut omnes, in aquas immersi fluvii lutulenti et ex auctumni imbribus tumidi, perierint una cum Maxentio, qui, gravi armatura impeditus, emergere non potuit, ac postridie, ab ejus corpore, inter suorum cadavera invento, caput recisum hastæque confixum in triumphi signum per urbem, exercitu ac populo adclamantibus, perlatum est (*Lact.* 44., *Eutr.* 10. 4., *Vict. loc. cit.*, *Prosp.* in *chron.*, *Prudent.* 1. c. *Symm. de potentia Crucis*, *Sozom.* 1. 5., coll. *Savio, L'Apparizione della Croce e la conversione di Cost. M.* et *Grossi-Gondi, La Battaglia di Cost. ad Saxa Rubr.* ed. 2. 1913). Quæ quidem omnia, cum summam in Constantino bellandi peritiam animique magnitudinem, ob id cum Julio Cæsare, cum Scipionibus aliisque præclarissimis ducibus comparando, tum divinam in primis virtutem illi adfuisse, qui se suosque Christi signo commendaverat, perspicue ostendunt. — Imperator nec Jovi nec Marti gratias egit nec Capitolium ascendit, ut mos erat, sed Romæ labarum cum cruce erexit, insignis victoriæ splendidum monumentum; Senatus vero, etsi deorum adhuc cultor, Constantinum laudibus extulit, ut qui Romam liberasset *instinctu divinitatis*, quæ verba arcui triumphali, in votis decennalibus in ejus honorem (a. 315) constructi, inscripta leguntur. — Appellatus itaque est Augustorum primus, divinis nominibus omissis, servato tamen titulo *Pontificis Max.*, quem Constantinus toleravit, ut ejus successores usque ad Gratianum, idque ex quadam, minus tamen laudabili, prudentia, quippe aliunde patebat, eum, a superstitioso deorum cultu abhorrentem, Christiano jam nomen dedisse, ut etiam ex edicto, modo Romæ de Christianorum libertate promulgato, satis constabat (*Eus. vit. C.* 1. 29-31. et *h. e.* 8. 14.; *Zos.* 2. 15-17., *Vict. Cæs.* 40. et *epit.* 85., *Eutr.* 10. 4., coll. *Broglie, L'Eglis. et l' Emp. I.* 222. et 231). Huc spectat inscriptio, Hispelli reperta a. 326., qua Constantinus civitati concedit, ut publici ludi celebrentur et ædes exstruatur imperatori ac Flaviæ genti « ea observatione perscripta, ne ædes *nostro nomini dedicata cujusquam contagiosæ superstitionis fraudibus polluatur*. Hanc *Orellius* putavit spuriam *Muratorium* secutus; sed genuinam esse demonstrarunt *Mommsen, An. Epigr.* 9. etc. et *Henzen*, in *Orell. Inscr. Lat. III.* 115-117. Turici 1859. — Porro quum esset Constantinus Mediolani, ut nuptiis Constantiæ cum Licinio adsisteret, novum cum eo pleniusque edictum promulgavit pro Christianæ religionis libertate ubique servanda, non omnibus numeris absolutum sed, habita illorum temporum ratione, probandum (*V. infra*); quod et ad Maximinum tyrannum missum ab iis fuit, qui quas pergebat cædes edere Christianorum, ægerrime vetuit, ea tamen mente ac proposito illas ita restaurandi, ut, si de æmulis aliquando triumphaturus foret, Christianum nomen ubique deleret. Sed frustra; nam Licinius cum exercitu, divina ope freto (*Lact.* 46), Heracleæ hominem insanum (nec ipse tamen sano consilio) tanto impetu est adortus, ut Maximinus, deserta acie, Nicomediam profugerit; dein in Cappadociam cum familiaribus tandemque Tarsum, ubi, veneno hausto, nec statim moriens, horrendum in modum excruciatus periit a. 313. — Verum a. 314. bellum exarsit inter Constantinum et Licinium, fortasse ex mutua æmulatione ac diffidentia; uterque enim, non unus Constantinus, ut ait *Eutrop.* 10. 5., principatum totius orbis affectabat; ceterum hoc intendere videbatur Christianus princeps, ut ubi una fides, ibi unum etiam esset imperium; sed post varias pugnas de pace actum est, provinciis ita partitis, ut Licinius Orienti dominaretur cum Thracia et parte Mœsiæ superioris, ceteræ Constantino parerent (*Liban. or.* 3., *Zos.* 2. 18-20., *Eutr.* 10. 5., *Vict. epit.* 36). — Hic interim a. 322. Sarmatas, Carpos, Gothos ad Danubium vicit, quo in bello victos insecutus terras Licinio subditas invasit, qui occasionem nactus, amicitiæ cum æmulo et pacis cum Christianis simulator, cœpit statim eos vexare bellumque, jamdiu animo præstitutum, a sacerdotibus deorum deceptus, qui victoriam ei certam portendebant, demum Constantino indixit (*Anon. Vales. app.* ad *Ammian. p.* 612. et *Eus. H. E.* 10. 8). — Prope Hadrianopolim prius ventum est ad prœlium immane; sed brevi Constantino arrisit victoria, qui ante omnes, ubi vehementior fervebat pugna, « Deum servatorem » invocans se injecit fuditque Licinii copias, magna ex eis clade facta, qui tremefactus Byzantium confugit; sed victor eum insecutus urbem obsedit ejusque classem, validissima Crispi, filii sui, ope perfregit (*Zos.* 2. 24. et *Eus. vit.* 2. 11-17). Licinius tamen quum inde evasisset, Chalcedonem petiit: sed, pactis mox indutiis abruptis, rursum ausus Chrysopoli manus cum æmulo conserere a. 323., profligatus est et, exercitu amisso, Nicomediam se recepit, ac per Constantiam a victore veniam obtinuit, qua abusum fortasse, ut nova moliretur, vel alia de causa periculosum hominem Thessalonicæ « contra jus sacramenti », ut ait *Hieronymus* in *chron.* (re tamen obscura), Constantinus jussit occidi (*Prosp.* in *chron.*, coll. *Jorn. Get.* 21). — His præclarissime gestis, solus in toto orbe Romano imperator, Constantium, tertium ex filiis, a. 323. Cæsarem creavit sexennem (*Prosp.* et *Hyd.* in *chron.*), et a. 324. Crispum et Constantinum tertium consules fecit. — Anno demum 325., ab æmulis non modo sed etiam ab externis hostibus liber, exsules revocat, innocentibus carceres aperit, deorum superstitiones coercet, ethnicorum templa diruit, Christianorum ædificat hisque bona erepta restituit. — Postea a. 326. Romam profectus, paulisper ibi moratus est, ut vicennalia quoque celebraret, a civibus plaudentibus exceptus; inde abiit in Pannoniam (*Hyd.* in *chron.*) ac dein a. 327-328. Daciam a temporibus Valeriani rebellem compescuit, ubi arcem Constantianam Daphnem cum ponte in Danubio construxit, ut cum terris Romanorum imperio obnoxiis conjungeretur; rursum autem a. 332. cum filio Constantino contra Gothos et Sarmatas feliciter dimicavit, quos demum a. 334. omnino devicit. — Novi præterea aliquid cogitabat Constantinus « vir ingens et omnia efficere nitens, quæ animo præparasset », ut scribit *Eutrop.* 10. 5., nempe sedem imperii transferre Byzantium seu novam Romam in Oriente condere, a suo nomine appellandam, provinciarum orientalium quasi centrum, marium in medio sitam, ad Italiam per Græciam facili accessu, natura ipsa artisque militaris vi inexpugnabilem, barbarorum incursionibus imperviam, peropportunam commercio, pulcherrimam adspectu, aeris salubritate insignem, ad ethnicam superstitionem non ita proclivem, ut urbs erat Quiritium, ubi tenax illi inhærebat senatus populusque Rom. nondum valedixerat; idcirco ad regendum, novis moribus atque legibus invalescentibus, faciliorem, habito in primis, quod caput est jurique plane consentaneum, ad Christianæ religionis tunc dominantis pontificem maximum, Christi vicarium, respectu, quem imperator sibi propinquum ac subjectum minime passus fuisset, ad hoc divino etiam lumine adductus, ut ipse de se in codice Theodosiano testatur. — His igitur si non omnibus omnino probandis, at gravibus quidem de causis, Constantinopolis exstructa est, cœpta a. 328. dedicataque a. 330. V. Idus Maias (*Hyd.* in *chron.*, coll. *Anon. Vales.* 30. et *Jorn. Get.* 21). Ita enim Dei providentia statutum fuerat, ut Roma, olim civilis, exinde sacri imperii sedes fieret, quod illo latius ac longe gloriosius et perpetuum in totum orbem protenderetur. — Translata igitur sede, civilia quoque instituta mutata sunt; imperium enim in quattuor præfecturas prætorianas tributum (IV); hæ vero in diœceses a vicariis rectas (XIII) et diœceses in provincias (CXVII) sub rectoribus, atque Italia provinciis æquata, sed et præfectura, in tres diœceses divisa, et patriciatus ac nobilissimatus inventi (*Zos.* 2. 32. et 33: cf. *Notit. Dign.* et *Not. imp.*). — Constantinus tamen a bello non abstinuit victorque exstitit de Gothis, de Sarmatis aliisque barbaris. — Hæc autem prospera in adversa deinde transierunt ex consilio, ab eo capto, imperii inter filios dividendi ac nepotes, ita ut Constantino primogenito tributæ fuerint Gallia, Hispania, Britannia; Constantio Asia, Syria, Ægyptus; Constanti natu minimo Illyria, Italia, Africa; Delmatio nepoti, Thracia, Macedonia, Achaia et hujus fratri Hannibaliano Armenia minor, Cappadocia, Pontus, regio nomine, a. 335 (*Hyd.* et *Prosp.* in *chron.*), quos ambos Cæsares imperator, ceteris invitis, jam creaverat eodemque anno tricennalia celebravit (*Hyd. chron.*). — Postremo sub vitæ exitum, regi Persarum, bellum inferre parat, nisi ille a proposito provincias ad Tigrim sibi arrogandi recedat, qui pacem statim vel indutias ab imperatore impetravit (*Anon. Vales.* § 35. et *Sex. Ruf.* 26). Hic tamen, Hellenopoli ægrotans, vix potuit ad Nicomediam se conferre, ubi mortem proximam sentiens baptismum petiit, quem Eusebius, episcopus Nicomediensis ei administravit; nulla enim fides habenda est iis, quæ de baptismo imperatoris, de valetudine, non a balneo sanguineo, sed prodigiose per Silvestrum pont. ab eo recuperata, de *constituto* et de *donatione Constantini* aliisque fabulis seu commentis, dimidio sæc. V. ab anonymo auctore, ex *gestis Silvestri* et *lib. pont.* aliisque falsis documentis, in vulgus edita sunt (V. *Duchesne, Le Lib. Pontif. I. Introd. p. CIX-CXX.* et *CXXXIV.*, coll. *Caspari, Kirchenhist. Anecd. I.* 1883.; *Grauert, Hist. Jahrb.* 1888. *p.* 67.*sqq.*; *Hergenræther, Kath. Kirch. u. christ. Staat*, Freib. 1872.; *Kirsch* in *Scuol. Catt.* 1918. *p.* 198. *sqq.*). Porro jussit, ut episcopi Catholici, ab ipso (quem incautum, et aliquando Ario faventem, Eusebiani fefellerant), in exsilium pulsi, statim revocarentur, et, Constantino, Constantio et Constante Augustis nuncupatis, die Pentecostes XI. kal. Jun. a. 337., ætate annorum ca. LXIII. et regni ca. XXX « coss. Feliciano et Titiano, Constantinus Augustus ad cælestia regna ablatus est », ut scribit *Hyd.* in *chron.*, coll. *Anon. Vales.* 35. et *Momms. Chr. min.* Ber. 1892. *I. p.* 235., in villa Achyrona prope Nicomediam, sepultusque est Constantinopoli (*Hieronym.* in *chron.*). — Ex eo tamen, quod ab Eusebio Nicomediensi, Arianorum fautore, fuerit baptismo ablutus et ex aliis anteactæ vitæ indiciis, nonnulli arguerunt eum ab Ariana hæresi non alienum obiisse (*Hieronym.* et *Prosp.* in *chron.*: cf. *Kraus, Hist. de l'Egl.* 1891. *I. p.* 284, contra *Bachelet, Dir. de Théol. cath. I. c.* 1807); sed ex *Act. ss. Bonosi et Maximiliani*, coll. *Theod. h. e.* 1. 32., hæc de eo traduntur: « Nos Christiani sumus (*locuntur milites Jovianus et Herculianus*) sub patre nostro Constantino accipiente Testamentum (*i. e.* Baptismum) in Aquilona (*leg.* Achyrona) juxta Ni-

comediam - ad juramentum nos constrinxit omnibus mandatis suis, ne quid contra purpuram filiorum ipsius vel contra Ecclesiam faceremus ». Certe exercitus jurejurando professus est se non alios agniturum ut Constantini successores, nisi ejus filios (*Euseb. h. eccl.* 4. 68). Quin tantum abest, ut Arianus vel in fide dubius decesserit, ut inter sanctos ab Ecclesia orientali fuerit cooptatus (*Cantù, Stor. univ. II. p. II. p.* 111., coll. *Bachelet, Dict. de Théol. cath.* 1807). — Ejus quidem mortem omnes comploraruntn maximæque venerationis testimoniis sunt prosecuti, ita ut non solum magnificentissimis funeribus elatus fuerit, sed etiam, antiquis moribus nondum exstinctis, inter divos relatus (*Eus. ibid.* 4. 40-75. et *Vict. Cæs.* 41). « Mors ejus denuntiata est, inquit *Eutr.* 10. 8., etiam per crinitam stellam, quæ inusitatæ magnitudinis aliquandiu fulsit ». In inscriptionibus et nummis post mortem cusis DIVO CONSTANTINO legitur (*Orelli n.* 1091., 1092., 1104., 1142. etc., coll. *Eckhel*, 8. *p.* 92.*sq.* et *p.* 504., ubi is dicitur primus habuisse nimbum purum sine radiis, sola circuli forma). Item in legibus et constitutionibus *Codicis utriusque*, ut *Divus princeps Constantinus* vel *divinæ memoriæ* aliaque hujusmodi, aliquando, erasis antiquis nominibus, ei sunt attributa (Cf. *Momms. Corp.* 8. 7974). — De nummis Constantini præter *Eckhel* et *Mionnet*, egerunt *Cavedoni, Garrucci, Cohen, Friedländer, Seeck, Casano, al.* Monet autem cl. *Eckhel*, nummos usque ad a. 311. cusos, adhuc signa ethnicorum propria exhibere, non postea, nisi qui officinis Licinianæ dictionis cudebantur (*ibid. p.* 78); qui vero ante annum 323. exhibent SOLI INVICTO COMITI v. CLARITAS REIPVBLICAE, non ethnicorum sensu sunt accipiendi (V. *Garrucci* in *R. N. p.* 56. et 69); nempe hoc nihil aliud esse quam insigne seu stemma dynastiæ hujus secundæ Flaviorum proprium (*Grossi-Gondi, La gr. vitt. di Cost.* in *Lett. Catt.* Roma 1914. *p.* 67). Quodsi qui s a n c t i titulo dignus non videtur, quod tamen m a g n i cognomentum sæcula indiderunt, eum decet omnino, qui orbem Romanum ingenii altitudine ac bellica virtute in tantam sui admirationem concitavit, veramque religionem, obscenis superstitionibus ac moribus, quoad ejus fuit, sublatis, in libertatem vindicari deque diuturno insanorum hostium odio ac feritate triumphare voluit. — Non tamen infitiandum est eum et ut deorum olim et dein etiam ut veri Dei adoratorem quædam patrasse, quæ tanti viri gloriam infuscarunt. Fuit initio princeps munificentissimus, in festis celebrandis splendidus, adulatoribus vero vacivas aures aliquando præbens, non infensus ethnicis, erga christianos benevolus, Mithræ seu Solis cultor, quippe cui propius accedere horum cultum putaret, propositi tenax, sed interdum audacior, nec a vitio ambitionis vacuus ac suspiciosus et ad iram pronus, prudens quidem consilio, immo et callidus, non adeo tamen ut ab improborum quorundam ac versipellium hominum dolis caveret, tum præcipue cum Christianæ fidei jam sectator ecclesiasticis negotiis plus æquo se implicuit (*Kirsch, Illust. Gesch. d. Kathol. Kirch.* 1905. *p.* 96. et *De Broglie, Corresp. p.* 607.*sq.*). Hinc facile intelligitur, cur et Licinianum, innocuum Licinii filium, cum patre interemerit; cur præcipue a Fausta uxore deceptus, quæ, Crispo jampridem inimica, hunc de crimine pessimo apud patrem accusaverat, impetu furoris miserrime correptus innoxium filium et omnibus carum, nullo habito judicio, prope oppidum Polam veneno occiderit (*Vict. epit.* 37., *Ammian.* 14. 11. 26., *Zos.* 2. 29., *Eutr.* 10. 6., *Oros.* 7. *Hist.* 28); ac paullo post, per Helenam matrem teterrima uxoris calumnia comperta, eam in balneo ardenti suffocari jusserit (*Zos.* 2. 29., *Vict. Cæs.* 37. *Sidon. ep.* 5. 8). — Euagrius tamen falsa hæc esse adfirmat et ab eis tradita, qui Constantinum vatiniano odio prosequebantur; nos vero censemus ea facile addubitari non posse, etsi non omnino clara nec plane damnanda, nec tantum in eum odium excitasse, si id temporis, quo hæc evenissent (a. 327), Arimini monumentum imperatori erectum est cum hoc titulo: D. N. IMP. CAESAR. FL. CONSTANTINO MAXIMO VICTORI AUG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXII. IMP. XXII. CONS. VII. PP. PROCONS. HUMANARVM RERVM OPTIMO PRINCIPI DIVI CONSTANT. FILIO BONO R. P. NATO M. P. XV (*Nardi, Dei comp. cap. VIII. p.* 163. Pesaro 1727). Quomodocumque se res habeat, Constantinus dicitur hæc sua facinora acerbe ac diu pœnitens deflevisse, majora exinde dedisse pietatis specimina, templa Romæ ædificasse ac basilicas sumptuosissimas, easque bonis largissime ditasse. — Nec minus peccasse fertur ex eo, quod ad schismaticos et hæreticos attinet; quamvis et sanæ fidei servandæ et protegendæ Ecclesiæ catholicæ officio non defuerit, ut in Donati schismate Africano, in quo deinde comprimendo quasi pontificem se gessit, sollicitata episcoporum opera convocatoque Arelatensi concilio a. 314.; itemque in causa Arii hæresiarchæ, cui, Eusebii Cæsariensis magisque Eusebii Nicomediensis artibus illusus aliquando ignarus favit, atque ab exsilio Constantinopolim revocato veniam petiit ab Alexandro, sanctissimo urbis episcopo, ut in communionem, homo in hæresi pervicacissimus, reciperetur; tum etiam episcopos Arii adversarios, in primis Athanasium, invictum catholicæ fidei propugnaculum, quasi pacis perturbatores, in exsilium ejecit; quamquam et celeberrimum Nicææ concilium habendum curavit, non tamen suo ipse arbitrio, sed « ex sacerdotum sententia », ut scribit *Rufinus, h. e.* 1. 1., in primis Romani Pontificis; cui Leonis M. legatus cum Vito et Vincentio præfuit Osius, episcopus Cordubensis, pietate ac doctrina insignis, adfuitque imperator ut episcopus *externus* « ἐγὼ δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ θεοῦ καθεσταμένος ἐπίσκοπος ἂν εἴην » (*Eus. vit. Const.* 4. 24), nempe non ut judex sed ordinis custos, non ut magister sed auditor ac decretorum defensor (*Hefele, Conciliengesch. I. p.* 40.*sq.*, coll. *Grisar, Gesch. Roms* etc. *I. p.* 252) ejusque jussu Arius coram Patribus se sistere debuit, a quibus et ipse contumax est damnatus et Verbi ὁμοούσια ac vera Christi deitas conclamata ac definita. — De ejus nummis superius dictum est; inscriptiones vero in ejus honorem vel ex alio nomine ad eum spectantes innumeræ exstant, quibus ejusdem gesta mirifice illustrantur, ac titulis insignitæ, uti sunt: *magnus et invictus princeps, perpetuus Dominus noster* v. *Dominus noster æternus, perpetuæ securitatis et libertatis auctor, triumphator omnium gentium ac domitor universarum factionum* etc., *amplificator totius orbis* etc., *invictus semper Augustus, Sarmaticus, Germanicus, Gothicus, Britannicus, Carpicus, Persicus, Arabicus, Medicus, Armenianus, Adiabenus* etc., *pater patriæ, pontifex max.* etc. (*Corp. I. L.* passim et ap. collectores *Orelli, Henzen, Garrucci, Dessau, De Ruggiero* etc.). — Basilicas condidit non solum Romæ, magnificentia insignes, sed etiam in Palæstina et in aliis Europæ et Asiæ locis, de quibus consulas *De Rossi* in *Bull. Crist.* — In ejus laudem et panegyrici, v. soluta oratione v. carmine scripti, ut *Eumenii, Nazarii, Optatiani, Porphyrii* aliorumque, et vitæ præcedentium imperatorum ei dicatæ, ut Clodii Albini, Maximinorum, Gordianorum etc., a *Capitolino, Spartiano, Lampridio*, et etiam ejus vita ab *Eusebio* Cæsariensi conscripta (lib. IV), de quo præsertim recentiores judicia tulerunt severiora vel falsa, uti *Gibbon, Bianchi Giovini, Criscillucci, Schultze, Mancini, Meyer, Görres* — Ex his itaque, de Constantino breviter dictis, mirum non est, si alii aliter senserint de hoc viro, sique scriptores, præsertim ethnici multoque magis religionis Christianæ osores vel partium studiosi, ut ex antiquis *Zosim.*, *Eunap.*, *Julian.*, *Ammian.* etc. et ex recentioribus haud pauci ei, qui primus ridiculosas turpissimasque inanium deorum superstitiones abolere studuit viamque stravit ad morum humanitatem in re privata ac publica, ex sanctarum legum ac fidei cultu unice efflorescentem, maligne obtrectarunt, ea tantum,quæ in Constantino vitiosa fuerunt, fere spectantes, virtutum contra splendore neglecto, quo antecessoribus longe excelluit spretisque germanis, quæ in ejus laudem redundant, documentis, veterum ac nuperrimorum auctorum testimonio et critice adsertis (*Euseb.*, *Athanas.*, *Socrat.*, *Theodor.* *Opt. Mileo.*, *Cod. Theod.* etc., coll. *Tillemont, De Broglie, Heikel, Harnack, Casamassa, Gaggia* etc.). - De eo *Nazar. paneg.* 10. 16. Quis est hominum, quin opitulari tibi (*Constantine*) Deum credat; quum id et vita mereatur et rarum gestarum magnitudo testetur? *et ibid.* 9. 5. Magnus Alexander - nunquam majores quadraginta militum copias duxit. - Tu vero etiam minoribus copiis bellum multo majus aggressus es. *Cassiod.* in *cant.* 517. Constantino converso, mirabiliter glorificata est Ecclesia. *Augustin.* 5. *Civ. D.* 25. Constantinum imperatorem non supplicantem dæmonibus sed ipsum Deum colentem tantis terrenis (*Deus*) implevit muneribus, quanta optare nullus auderet. *et c. Petil.* 2. 205 (*P. L. XLIII.* 326). Constantinus Christiano nomine gloriosus, memor spei, quam gerebat in Christo etc. *Symm. or.* 1. 467. Hoc signo (*Crucis*) invictus, transmissis Alpibus ultor Servitium solvit miserabile Constantinus. *Eutrop.* 10. 7., ei magis infensus quam amicus, hæc habet: Vir primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis comparandus. Innumeræ in eo animi corporisque virtutes claruerunt. - Civilibus artibus et studiis liberalibus deditus; affectator justi amoris, quem omni sibi et liberalitate et docilitate quæsivit. *et ibid.* 8. Multas leges rogavit, quasdam ex bono et æquo, plerasque superfluas, nonnullas severas: primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romæ æmulam faceret. *Vict. epit.* 60. Commodissimus tamen rebus multis fuit - nutrire artes bonas, præcipue studia litterarum: legere ipse, scribere, meditari, audire legationes etc. *et Cæs.* 40. *de ejus operibus.* Circum maximum excultum mirifice (*fecit*). Statuæ locis quam celeberrimis, quarum plures ex auro aut argento sunt: tum per Africam sacerdotium decretum Flaviæ genti Cirtæque oppidum - nomen Constantina inditum. *et* 41. Eo pius ut etiam vetus teterrimumque supplicium patibulorum et cruribus suffringendis primus removerit. Hinc pro conditore seu deo habitus. *et Cæs.* 41. Respublica (*Constantini mortem*) ægerrime tulit, quippe cujus armis, legibus, clementi imperio quasi novatam urbem Romam arbitraretur. *Inscr.* ap. *Dessau* 694. *de Const.* Instinctu divinitatis, mentis magnitudine - uno tempore justis rempublicam ultus est armis (V. ARCUS C.). Cf. *Athanas.* in *vit. s. Ant.* c. 81 (*Apol.* 38). Constantinus « ὁ τῆς μακαρίας μνήμης ὁ εὐσεβέστατος ». Adde *Sulpic. Sev.* 2., *Chron.* 33., 35. et 36., *Juvenc. evang. hist.* 4. 809.*sqq.*, *Opt. schism. Don.* 1. 22. et 23. et 2. 15., *Philastr. hær.* 66., *Ambros. ep.* 21., *Paulin. Nol. carm.* 19. 320.*sqq.*, *Oros.* 7. *Hist.* 75. etc. — Exstant ejus *Decreta* et *Constitutiones* plures, item et *Epistolæ*; quæ omnia, sive ab ipso sive ejus nomine scripta, in unum collecta habes apud *Migne, P. L. VIII.* 93-565., coll. *XLIII.*, ubi a p. 784.*sqq.*; quædam vero *Excerpta* exhibentur, ad Donatistarum historiam pertinentia, non omnia tamen genuina. Cf. etiam *Teuffel, Gesch. L. R. II. p.* 470. — De Constantino plura videsis apud plurimos, qui de eo scripserunt, præter veteres, ex recentioribus, ex quibus commemorantur *Manso, Leben C. d. Gr.* Breslau 1817.; *Hunckler, Const. le Grand et son regne*, Limoges 1843.; *Burckhardt, D. Zeit Const. d. Gr.* Leipz. 1898.; *Schiller, Gesch. d. Völkerwand. II.* 358-462.; *Schulze, Untersuch. z. Gesch. Konstantin's d. Gr.* in *Zeitschr. f. Kirchengesch. VII* (1885). 348-371.: *VIII* (1886). 517-542. et *Quellenuntersuch. z. Vit. Const. d. Eus. ibid. XIV* (1886). 563-527.; *Allard, Le Cristianisme et l'empire* 1908.; *Seeck, Die Urkund. d. Vit. Const.* in *Zeitschr. f. Kirchengesch. XVIII* (1897). 321-345.; *Mancini, Oss. sulla Vit. di Cost.* etc. in *Rivist. di Filol. e d'Istr. class. a. XXXIII. f. II* (1905) 309-360.; *Rinieri, L'Imp. Cost.* Torino 1912.; *Pasquali, Die Komp. d. Vit. Const.* etc. in *Herm.* etc. *XLV* (1910). 369-386.; *Costa, La polit. rel. di Constant. il Gr.* in *Rassegna Cont.* (1913); *Scuola Cattolica nel XVI. Cent.º* etc. Maggio-Giugno 1913. Milano. p. 7-319. — Hinc *Constantinianus*, et alia hujusmodi derivata *V.* suo loc. — Ad ea porro complenda, quæ ad Constantinum pertinent, pauca addimus de quibusdam monumentis, supra per transennam memoratis, uti sunt:

ARCUS CONSTANTINI, Romæ adhuc exstans prope Amphitheatrum Flavium in regione Urbis deci-

me, distinguendus ab arcu *dici Constantini* in regione undecima, qui in *Curios.* et *Not. Urb.* satis probabiliter confusus videtur cum *Jano* fori Boarii (Cf. *Lanciani* in *Bull. d. Ist. Arch. c.* 1871. *p.* 247), ubi de hoc, ut de Titi et Septimii Severi aliorumque arcubus, nulla mentio est. Quo autem anno erectus fuerit, alii aliter sentiunt; male tamen qui, quum is dicatus communius tradatur in votis decennalibus imperatoris, a. 315-316. procul dubio celebratis (*Maurice, Numism. Constant. I. p.* 217., coll. *Gothofr. Cod. Theod. I. p.* 10., *Tillemont, Hist. d. Emper. IV. p.* 165., *Mommsen, Theodos. Libr. XVI.* Berol. 1905. *I. p. CCX.* et *Corp.* 8. 8477), hæc adfirmat anno 313. nuncupata fuisse (*Frothingham, Who Built the arch of Const.* etc. in *Amer. Journ. of arch.* 1912. *p.* 369) eodemque anno arcum dicatum; quin contra omnium consensum dicere ausus est hunc esse veterem Domitiani arcum (rectius dixisset Janum Domitiani, sed eversum), Constantino accommodatum, ob *damnatam* illius *memoriam* ornamentis triumphalibus exutum; vel Trajani, ut alii quoque perperam putaverunt (*Guattani* ap. *Nibby, Roma nel* 1838. *p.* 446); nam, ut isti ajunt, tum solum victor triumphi honorem obtinebat a senatu, quum justo bello cum externo, non cum civili hoste, conflixisset et imperii orbem ampliasset (*Momms., Le droit public rom.* Paris *I. p.* 146.*sq.*, qui tamen loquitur de temporibus reipublicæ, nec etiamtum hanc legem semper servatam esse dicit). Sed quum Maxentius uti tyrannus a Romanis habitus esset (*De Ruggiero, Diz. epigr.* 2. 638) et ob id Constantinus integro jure cum eo dimicasset (ut de his testimonium perhibet ipsa arcus inscriptio) et imperii fines protendisset, ut ex inscriptionibus satis constat, clare patet, quantum a vero aberret horum sententia. Non tamen repugnamus, ex aliis, præsertim ex arcu Trajani in via Appia, non in Foro Trajano, sito, translata fuisse ad hunc arcum decorandum magnifica ornamenta marmorea, quibus illi insigniti erant, quasi ethnicæ Romæ jam devictæ spolia novæ Romæ christianæ sacrata victoriæ ac triumpho. — LXX. numerantur in hoc arcu anaglypta et octo statuæ, opera ad diversas ætates spectantia, quæ cl. *Grossi-Grondi* singillatim describit (*L' Arco di Cost.* Roma 1913. *p.* 27.*sqq.*). — Hæc autem est celebris inscriptio, ibi incisa et adhuc exstans, cui præmittimus Christi monogramma:

☧

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXIMO
P. F. AVGVSTO S. P. Q. R.
VOTIS X QVOD INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS SIC X
MAGNITVDINE CVM EXERCITV SVO
VOTIS XX TAM DE TYRANNO QVAM DE OMNI EIVS SIC XX
FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS
REM PVBLICAM VLTVS EST ARMIS
ARCVM TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT
(Intra fornicem majorem arcus)
LIBERATORI VRBIS FVNDATORI QVIETIS

Hoc tantum addendum, nonnullos fuisse, qui vocab. *divinitatis* a Christianis postea suffectum dixerint in locum: *nutu I. O. M.* (*Burckhardt, Zeit Const. d. Gross. p.* 363), quum nullum ibi ne minimum quidem lituræ vestigium sit repertum; quod tamen commentum doctissime explosit cl. *De-Rossi, Bull. d. Arch. Cr.* 1863 (V. *Grossi-Gondi l. c. p.* 76); alios vero ita interpretatos, ut significet Constantinum non a Deo instinctum, sed a divinitate propria vel a se uti deo impulsum, panegyricis innixos, ubi *deus* vel *princeps divinus* dicitur (*Costa, La politica religiosa di Cost.* etc. *p.* 916); quod, contra, ut patet, accipiendum est de divina ope, Constantino promissa (ἐν τούτῳ νίκα), qua hostes devicit (*Paneg. IX.* 8. 15. 16.; *X.* 7. 12. 13. 15. 27. 28). Nec minus inepte alii locutionem illam *triumphis insignem* perinde intellexerunt ac esset arcus triumphis, a Constantino relatis, celeber; sed arcum significat *ornamentis triumphalibus insignitum*, ut in aliis, Arcadio, Honorio, Theodosio dicatis, legere est. — Ceterum plura de eo colligi possunt, quæ brevitatis causa prætermittimus, apud *Venturi, L'Arco di Cost.* in *N. Ant. LXVII. s. IV.*; *Rossini, Archi trionf. tavv.* 67-73.; *Grossi-Gondi, L'Arco di Cost. cit.*; *Becker, Handb.* 581.; *Canina, Edif. II. tav.* 129-132.; *Reber, Ruin. Roms* 392-397.; *Nibby, R. A. I.* 443.*sqq.*; *Middleton, Anc. Rom. II.* 85-88.; 306-308.; *De Ruggiero, Diz. epigr. p.* 648.*sq.*; *Petersen, Vom alten Rom* 51-53.; *Lanciani, Ruins and excav. of anc. Rome* 292-324.

Basilica Constantini seu Constantiniana, in regione IV. Urbis, vel *Basilica Nova*, ædificari cœpta a Maxentio et a Constantino Augusto absoluta eique dicata, quam magnificam vocat *Vict. Cæs.* 40. ac memorant *Not.* et *Curios. Urb.* — Sita erat inter templum Veneris et fanum sacræ Urbis, monumentum, ut ex ruderibus arguitur, ingens ac stupendum, ex templo Pacis partim, partim ex domo aurea Neroniana exstructum et ob id aliquandiu dictum *Templum Pacis*, cujus columnam marmoream striatam a. 1613. Paulus V. ante basilicam S. Mariæ Majoris statuendam curavit (V. *Gilbert, M. A. L. II. t.* 129-132.; *Nibby, R. A. p.* 238.*sqq.* et *Borsari, Top. di R. A.* 1897. *p.* 146.*sq.*). — Distinguenda vero est a *Basilica Constantiniana* v. Lateranensi (*S. Giovanni in Laterano*), una ex iis, quas Constantinus Romæ sumptuosissime ædificavit, ubi et synhodus celebrata a. 487., residente Felice P. M. (*Felic. ep.* 13. 1) et unde alia postea concilia nomen accepere.

Columna porphyretica seu purpurea Constantini, in regione VI. urbis Constantinopolis, de qua mentio est in *Not. Urb. Const.*, fortasse una ex eis, quas Roma Constantinopolim transtulit imperator ad novæ urbis forum decorandum (*Zonar.* 13. 3). Eam memorant etiam *Cassiod.* 3. *Hist. trip.* 10. et *Marcellin.* in *chron.* ad a. 407.

Crux Constantini, de qua plura a pluribus scripta sunt, at non sane eodem consilio ac ratione. Et primum quidem crucem illi apparuisse, ut supra diximus, colligitur — *a)* Ex testimonio historicorum, nempe *Eusebii vit. Const.* 28-29. et *Lact. de mort. pers.* 44., vel potius Constantini ipsius, qui rem paullo post enarravit Eusebio tanquam a se non solum sed etiam ab omni exercitu conspectam, verbis notatam, quæ certe radiorum lusui tribui non potuissent, ac nocturno firmatam prodigio (*Euseb. ibid.*); tum Artemii martyris, qui ex Constantini militibus miraculi spectator, idem testatus est Juliano imp. (*Baron.* ad a. 312.; *Bolland.* d. 21. Oct.).; tum etiam *Nazar. loc.* supra *cit.* aliorumque illius ætatis scriptorum, ut *Philost.* 1. *h. eccl.* 6., *Socr.* 1. 1., *Sozom.* 1. 8. *Theodor.* 1. 1., *Gelas. Cyzic. hist. conc. Nic.* 1., *Anct. paneg.* 2. et 8. etc. — *b)* Ex iis, quæ secuta sunt, nec intelligi possunt, nisi id omnino verum esse vel saltem, quocumque modo fuerit, at divinitus evenisse, credatur. — Enimvero voluit Constantinus, ut statua, quæ ex more triumphanti sibi debebatur et a senatu jam fuerat decreta, in foro ponenda, crucem dexterâ gestaret, basi hunc titulum præ se ferente: HOC SALVTARI SIGNO QVOD EST VERÆ FORTITVDINIS INDICIVM VRBEM VESTRAM IVGO TYRANNICAE DOMINATIONIS ERIPVI ET S. P. Q. R. PRISTINAE AMPLITVDINI SPLENDORIQVE RESTITVI (*Euseb.* 1. 40). — Jussit insuper, ut in portica vel vestibulo regiæ domûs sua imago pingeretur, in capite crucem gerens, et sub pedibus draco, quem ipse lancea transfoderet impelleretque in barathrum, ita designans, ut ait *Euseb.* 3. 3., occultum humani generis hostem, quem salutaris illius tropæi, quod capiti superpositum erat, vi ac potentia in abyssum detrusum esse significabat; quin caput perpetuo crucis exornasse diademate adfirmat *Vict. Cæs.* ap. *Maurice* (*Numism. Constant.*, *Iconogr.* etc. Paris 1908. *p. CXXIX*), quod et successores aliosque reges fecisse scimus; unde *Augustin.* in *ps.* 54. « Jam in fronte regum crux illa fixa est, cui inimici insultaverunt ». Id quoque fieri imperavit in conclavi maximo Constantinopolitanæ regiæ domus, cujus præcipuum ornamentum esse statuit crucem, auro gemmisque pretiosissimis insignitam, ut imperii præsidium ac tutelam (*Eus.* 3. 49). — Ipsum porro senatum populumque Romanum, qui Constantinum, in inscriptione arcui incisa, *instinctu divinitatis* de terribili hoste triumphasse est professus, prodigium crucis subindicasse nemo non videt. — Præterea quasdam imperator leges tulit, quæ huc spectare videntur, ut illa, qua supplicium crucis omnino prohibuit, testibus *Sozom.* et *Vict.* ap. *P. Franchi de' Cavalieri* in *N. B. di Arch. crist.* 1907. *p.* 63.*sq.* V. supra. — Postremo præter innumera beneficia ac privilegia, quibus populum Christianum ac sacerdotium donavit (*Tillemont, Hist. des Emp. IV.* 149.*sqq.*, coll. *Eus. h. e.* 10. 5., 7. etc. et *Sozom.* 1. 9), victoriæ, quas post crucis prodigium, etiam de hostibus potentissimis aliquando nec a Decio domitis, nec a Diocletiano, nec a Severo et Galerio aliisve strenuis imperatoribus, usquequaque retulit Constantinus M., ab a. 312-337., de quibus superius diximus, id ipsum confirmant (V. *Maurice, Numism. Const.* etc. Paris 1908. *p. LXXXIX-CLLXXIII*); unde factum est, ut ipse *Victoris* titulum sive in legibus ferendis sive in nummis cudendis sibi adtribuerit (*Id. ibid. p. CXXX.*, coll. *F. Savio, L' App. della Croce* etc. Roma 1913. *p.* 51.*sqq.*). Quid itaque dicendum est de *Boissier* (*La Fin de Paganisme*, Paris 1907. *I. p.* 32), qui cum incredulis ait, facta hæc prodigiosa nec ad criticen nec ad historiam pertinere? « Risum teneatis! ».

Edictum Constantini, Mediolani a Constantino una cum Licinio promulgatum a. 313. perperam creditur esse documentum, ab Eusebio et Lactantio traditum; nec tamen putandum cum *Seeck* (*Das sogennante Edikt von Mailand* in « *Zeitschr. f. Kirchengesch.* » *Brieger*, Gotha 1891. *XII. f.* 3.° et 4.°), nullum unquam exstitisse hujusmodi Edictum. Quod enim adferunt veteres illi scriptores, nec *edictum* ab eis dicitur nec Mediolani concinnatum, sed simplex epistola (ἐπιστολή *Eus.*, litteræ *Lact.*) ad præsidem vel Bithyniæ vel Syriæ, cui præcesserat edictum Galerii, Nicomediæ datum a. 311. una cum Constantino et Licinio: « ut denuo sint Christiani, et conventicula sua componant ita ut ne quid contra disciplinam agant etc. », quo Christianæ religionis professio, privata ac publica, permittebatur (*Euseb. h. e.* 8. 17. tr.), quodque secutum fuerat Maximini epistola, Licinianæ similis, ad Sabinum præfectum prætorii (*Id. ibid.* 9. 9), et mox ejus edictum, non exscriptum sed ab eo confectum, priore erga Christianos longe liberalius. Quod autem exstiterit celebre illud, ab his documentis diversum, sed verum Constantini et Licinii edictum, probabilius latine scriptum et Mediolani mense Martio promulgatum a. 313., luculenter comprobant et communis ac perpetuus auctorum consensus, et magna etiam illorum documentorum similitudo, quæ pro Christianorum libertate edita sunt a Licinio et Maximino, unde jure ac merito arguitur aliud inter Galerii edictum, quo Christiani tantum tolerabantur, et utrumque Licinii ac Maximini, promulgatum fuisse; testimonium denique Eusebii, qui adfirmat, ex condicto Constantinum et Licinium legem decrevisse *absolutissimam* ac *plenissimam* (νόμον ὑπὲρ Χριστιανῶν τελεώτατον, πληρέστατον διατυποῦνται etc. *ibid.*), memoratam deinde a sequenti edicto Liciniano, Nicomediæ evulgato, m. Junio a. 313., hisce verbis: Cum feliciter tam ego Constantinus Augustus quam etiam ego Licinius Augustus apud Mediolanum convenissemus etc. » *Lact.* 48 (Ὁπότε εὐτυχῶς ἐγὼ Κωνσταντῖνος ὁ Αὔγουστος κἀγὼ Λικίνιος ὁ Αὔγουστος ἐν τῇ Μεδιολάνῳ ἐληλύθειμεν κ. τ. λ. *Eus.* 10. 5). — Quinam porro fuerit edicti Mediolanensis textus, nos latet; id tantum dicimus, hujus quasi fontem fuisse edictum Galerii et ex duobus sequentibus Licinii ac Maximini simillimis et quod ad sententiam atque adeo fere quod ad formam attinet, celebrioris quoque textus colligi et construi posse. — Postremo, quanti momenti sub sacri civilisque juris respectu, habendum sit, ex eo constat (ut ex aliis edictis et historicorum testimoniis deducitur), quod et plena tribuebatur Christianis libertas et bona eis sive privata sive publica restituebantur; idque dicebatur ad certam rei publicæ pacem ac tranquillitatem comparandam unicam esse viam. — Non tamen statim Christiana una est agnita ac propria rei publicæ religio, quod quidem paullatim fieri debuit ex ipsa insita ejus vi; nec idcirco proclamata est aliorum cultuum damnatio, sed id dumtaxat a legis latoribus intentum est, ut tandem aliquando cultui Christiano plena libertas daretur, quæ tamen pagano aliisve non auferebatur. — De hac re plura scripserunt *Görres, Eine Bestreitung d. Edikts v. Mailand durch A. Seeck* in « *Zeitschrift f. wissensch. Theol.* » 1892. *XXXV.*; *Schuyder, L' editto di Milano ed i recenti studi ecc.* in *Atti della Pont. Accad. di Archeol.* Roma 1903.; *Santucci, L' editto di Milano* etc. in « *Rivista Intern. di scienze sociali ecc.* » Roma, Marzo 1913; *Duruy, La politique relig. de Constant.* in « *Revue arch.* » 1882.; *Boissier, Études d' hist. rel. L' edit de Milan* in « *Revue des deux mond.* » LVII. 1. Ag. 1887.; *Gaggia* in *Scuola Cattolica*, Milano 1913. *p.* 39-73.

Equus Constantini, Romæ in regione VIII. Urbis, in *Notit. Urb.*, de quo tamen nihil proditum est, nec in *Curios. ibid.*, ubi omnino siletur, ut de *equo Tiridatis*.

Forum Constantini, in urbe Constantinopoli, reg. III., ubi et *tribunal* ejus fori significatur. Ibi columna, de qua diximus, erecta fuerat, teste *Not. Urb.* hujus, coll. *ibid. reg. VI.* et *VIII. Cassiod.* 3. *Hist. trip.* 10. « Cumque venisset (*Arius*) juxta locum, cui est vocabulum Constantini forum, ubi columna porphyretica collocata est, terror eum subito ex quodam conscientiæ secreto constrinxit et cum formidine secuta est ventris effusio; - et agnoscens esse post Constantini forum etc. ». *V.* integr. loc. Adde *Marcellin.* in *chron.* ad a. 407.

Labarum Constantini, de quo fuse agitur in *Lexico* ad h. v.; ubi tamen, quæ de antiquitate et etymo vocis dicuntur, parum sunt probabilia. Ne in hac re sim longus, origine græca vel orientali quacumque rejecta, communius nunc vox deducitur a Celtic. *lab-hair* sc. elatus-alte, vel a Vasc. *lauburu*, i. e. crux (V. *Hübner* in *RSPW*). De eo *Euseb. h. e.* 1. 31. « Descriptio signi instar crucis formati, quod nunc Romani labarum vocant ». *et Greg. M. or. IV. c. Julian. n.* 66. « Quin jam etiam adversus magnum illud vexillum audacia effertur, quod cum cruce magnifice procedit (*sc.* labarum) principatumque, ut ita dicam, in reliqua omnia vexilla tenens ». Porro animadvertimus, quam ineptas ac perridiculas conjecturas de monogrammate, quod in eo eminebat, fecerint *Bianchi Giovini* (*Idee sulle cause della decad. dell' imp. rom.* Milano 1844. *p.* 37) e *G. Costa* (*La politica relig. di Constantino* ecc. *p.* 911), ut eorum mos est, qui, præjudicata opinione detenti, res historicas pertractant. Contra hos scripsit cl. *Grossi-Gondi loc. cit.* — De eo et de monogrammate consulas *Savio, L'Apparizione della Croce* etc. Roma 1913.; *Monaci, La visione e il Labaro di Costantino*, Roma 1913. *p.* 11-12.; *Scaglia, Il Labaro di Costantino* in *Scuola Catt.* Milano (Magg.-Giugn.) 1913.; *Maurice, Fides et Labor*, Roma 1913. f. 3. *p.* 56. et 57.

Porticus Constantini, in VII. regione Urbis (*Curios.* et *Not. Urb.*) ad radices Quirinalis, ubi nunc vulgo *i cortili di S. Felice* prope ædem, dictam *de' Lucchesi*, proximam thermis, a Constantino erectis (Cf. *Becker, Handb. I.* 597. et *Gilbert, Top. III.* 252., coll. *Ann. d. Ist. arch.* a. 1858. *p.* 275. et 1871. *p.* 54).

Thermæ Constantini v. Constantinianæ, Romæ in regione VI (*Curios.* et *Not. Urb.*, coll. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1147. et *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6526), dictæ ab *Ammian.* 27. 3. 8. Constantinianum lavacrum, *et* a *Vict. Cæs.* 40. ad lavandum institutum opus, ceteris haud multo dispar. — Vastæ erant ac sumptuosæ, ut ex earum reliquiis, sæc. XVI. exstantibus, quarum tabulas *Palladius* et *Du Perac* elucubrarunt. Protendebantur autem ab ædibus, nunc *palazzo della Consulta*, ad viam, nunc *Nazionale*, antiquis finitæ viis (*Vicus lacus Fundani*, nunc *via del Quirinale*, et *Vicus Salutaris*, nunc *via della Consulta*), ad quas pertinebant magna statua Constantini, quæ hodie est in portica basilicæ Lateranensis, et statuæ ejusdem et Constantis, quæ nunc ad Capitolium visuntur, præter colosseas statuas heroum equestres, a quibus hæc pars Quirinalis *Monte Cavallo* dicta est. Cf. etiam de his *Jordan, Top. II.* 26.; *Gilbert III.* 300.; *Rhein. Mus.* 1894. *p.* 389-393.; *Corp.* 6. 10033. et *Herm. XIV.* 73. — Alias item denominatas exstruxit imperator Constantinopoli in regione X., ut ex *Not. Urb.* colligitur.

Flavius Constantinus II.

Flavius Constantinus II., Aug. a. 337-340., in nummis ac titulis *Constantinus junior*, plenius *Flavius Constantinus* v. *Flavius Claudius* (a *Claudio Gothico*) *Constantinus* v. *Flavius Julius Constantinus* v. *Flavius Valerius* (a *Valerio Maximiano Herculio*) *Constantinus*, plenissime *Flavius Claudius Julius Valerius Constantinus.* — Fuit filius Constantini M. et Faustæ, primogenitus, nat. Arelate, fort. m. Febr. vel Aug. (*Vict. epit.* 41., coll. *Zos.* 2. 20. 2); Cæsar creatus cum Crispo fratre et Licinio juniore a. 317 (*Anon. Vales.* 5. 19., *Vict. Cæs.* 41., *Hyd.* in *chron.*), idcirco dictus *nobilissimus Cæsar* in nummis (*Eckhel* 8. *p.* 107. et *Inscr.* ap. *Orelli n.* 28., 1067., 1074 etc.) et *princeps juventutis* (*Eckhel ibid. p.* 106); consul quater, a. 320. cum patre (*Fast. cons.* et *Augustin. c. Cresc.* 3. 29), a. 321. cum Crispo fratre (*Inscr.* ap. *Orell. n.* 1076), a. 324. item cum *Crispo* (*Fast. cons.* et *Prosp.*, *Hyd.* et *Cassiod.* in *chron.*) et a. 329. iterum cum patre (*Fast. cons.*). — Mortuo patre, *Augustus* appellatus est cum fratribus Constantio et Constante, V. id. Sept. (*Hyd.* in *chron.*) habuitque Gallias, Hispaniam et Britanniam. — Athanasium, cujus innocentiam ac sanctitatem probe noverat, Treviris exsulem in ejus sedem restituit; sed minus juste egit cum fratre suo Constante. Enimvero, quum Delmatius, Constantini M. nepos, ejusque frater Hannibalianus, crudeliter cæsi fuissent, in provinciis, quas illi tenuerant, partiendis cum eo tam vehementer contendit de Italiæ regimine sibi tribuendo, ut ventum sit ad arma. Verum immodicæ dominandi cupiditatis pœnam luit; nam Constantis provinciam quum invasisset, apud Aquilejam cum fratris ducibus strenue, sed frustra, pugnans, per insidias ab eis victus occisusque est a. 340., ejusque cadaver, in Alsa fluvio demersum (*Vict. epit.* 41. et *Hieronym.* in *chron.* ad a. 2356), mox vero extractum, sepultum est Constantinopoli (*Zonar.* 13. 5. et *Eutrop.* 10. 9). Periit ætate annorum XXV., quorum III. tantum regnavit, longiore vita dignus, quippe qui, bellica virtute pollens, adhuc Cæsar, magnas obtinuerit victorias de Francis, Sarmatis, Gothis, Alamannis, unde et *Alamannicus* dictus (*Cohen, Méd. impér. VII.* 377. 108., *Corp.* 3. 7000., *Dessau* 724). — Alia de eo colligi possunt a *Vict.*, *Eutrop.*, *Zosim.*, *Zonar.*, *Socrat.*, coll. *Momms. Chron. min.* et ex nummis ap. *Eckhel*, *Mionnet* et *Cohen.* et inscriptionibus ap. *Orelli*, *Dessau* aliosque. *V.* etiam *Seeck*, *PW.* 6. 1026.*sqq.*

Flavius Constantius Chlorus.

Flavius Constantius I., vulgo Chlorus, Aug. a. 305-306., sæpe *Constantius* absolute dictus (Cf. *Orelli n.* 518. et 1356), plenius *Flavius Valerius Constantius* (ap. *Dessau*, 630., 637., 639., 640-643., 648-652), etiam *Gajus Fabius Constantius* (ap. *eund.* 650 a) et *Herculius* (ap. *eund.* 684., *Cohen, Méd. impér. VII.* 88. 306., coll. *Eumen. paneg.* 6. 2) et *Julius* (ap. *Vict. Cæs.* 39. 24), ac demum *Chlorus*, cogn. ei inditum serius a scriptoribus tantum Græcis seu Byzantinis *Zonar.*, *Cedren*, *Niceph.*, *Callist.*, fort. a colore capillorum fulvo vel potius a pallore vultus; utrumque enim vox χλωρός significat. — De ejus origine hæc habet *Eckhel*, 8. *p.* 28. « Natus patre Eutropio magni in Dardania nominis, sed multo illustrior matre Claudia, per quam, quod Crispum patrem habuit Claudii Gothici fratrem, hujus Augusti nepos fuit ». Cf. *Jorn. Rom.* 298. « Constantius, Claudii ex filia nepos ». Sed *Anon. Vales.* 1. « Constantius nepos ex fratre ». Natus, probabilius, pridie kal. April. (*Corp.* 1. *p.* 301), anni tamen ignoti. — Cursus honorum ita cœpit, teste *Anon. Vales.* 1. « Constantius protector primum, exin tribunus, postea præses Dalmatiarum ». Sexies consul fuit: a. 294. cum Galerio Cæsare; a. 296. cum Diocletiano Aug.; a. 300., 302., 305. et 306. iterum cum Galerio Cæsare. — Quum vero Mediolanum simul convenissent Diocletianus et Maximianus, eligere statuerunt duos adjutores, qui nomine *Cæsaris* quasdam provincias administrarent. Itaque a. 292. Cæsares creati sunt Galerius et Constantius, qui merito tetrarchæ dici potuissent (*Hyd.* in *chron.*); sed hic a Diocletiano coactus est Helenam uxorem, a qua Constantinum susceperat, dimittere et Theodoram, Maximiani neptim, ducere, ex qua sex liberos procreavit (*Jorn. Rom.* 298., *Eutrop.* 9. 22. et *Vict. Cæs.* 7. 35). — Primus Illyrium habuit et Thraciam, alter Britanniam, Hispaniam, Mauretaniam Tingitanam et Galliam, ubi præsertim optimis animi dotibus omnium amorem sibi conciliavit; nam modestus erat, largus, non prodigus, humanus, non plurium deorum, quos contemnebat, sed unius magis cultor et erga Christianos benevolus; bellica porro virtute eximius, quam statim ostendit contra Carausium, qui Britanniæ dominabatur, ac barbaros ab eo collectos, quibuscum Galliam invadere paraverat. Verum Constantius Augustoduno Treviros celeriter profectus, Gesoriacum vallo munit ingenti, quam urbem Carausius occupaverat, hostemque ad deditionem compellit; dein, comparata classe, Britanniam petit a. 296., victisque Allecti piratæ, qui Carausium occiderat, copiis, Londino potitur. Necesse tamen illi fuit arma convertere contra Alamannos, quos Maximianus, ut Mauros in Africa coerceret, Constantio commiserat, qui furentes illorum turmas, sexaginta millibus barbarorum occisis, Andematunni (*Langres*) omnino profligavit (*Vict. Cæs.* 39. et *epit.* 34., coll. *Zonar.* 12. 31., *Eutr.* 9. 22. et 27. et *Thierry, Hist. de la Gaule III.* 82.*sq.*, a. 302). — Cum vero Diocletianus et Galerius edictum proscriptionis, cum gravissimo ipsius reipublicæ detrimento, promulgassent in Christianos, non atramento sed sanguine scriptum, nec hominum sed tigridum more ab eis impletum, qui sæpe, ut ait Seneca, « effigies habent hominum, animos ferarum » (*S. ep.* 17), ab ipsis cordatioribus ethnicis vehementer damnatum (*Thierry, Hist. de la Gaule III.* 120), Constantius, quamquam aliqua templa claudi jussit, obtemperandi specie, Christianis bona, vitam, libertatem reliquit; quin et secretas eorum societates permisit ac Treviris in suam ipsam domum episcopos ac fideles recepit (Cf. *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 7). — Postremo quum Diocletianus et Maximianus abdicassent, *Augusti* appellati sunt a. 305. Constantius in Occidente, in Oriente Galerius, cui ille, Italia et Africa ad eum remissis, etiam primatum concessit ac brevi, ab omnibus defletus, quos clementi ac munifico regimine gubernaverat, a. 306 (*Fast.*, *Prosp.* et *Hyd.* in *chron.*) Eburaci (*York*) in Britannia supremum diem obiit, a. XVI. imperii sui, sec. *Prosp.* in *chron.*, coll. *Hyd.*, vel rectius XIII. principatus, sec. *Eutrop.* 10. 1., sepultusque est, ut videtur, Treviris, in cujus locum « filius Constantinus exoptatissimus moderator accessit », ut ipse ait hic ethnicus scriptor, qui hæc quoque de eo fateri debuit *ibid.* « Constantius, vir egregius et præstantissimæ civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum studens, fisci commoda non admodum adfectans dicensque melius publicas opes a privatis haberi quam intra unum claustrum reservari. Adeo autem cultus modici, ut feriatis diebus, si cum amicis numerosioribus esset epulandum, privatorum ei argento, ostiatim petito, triclinia sternerentur. Hic non modo amabilis sed etiam venerabilis Gallis fuit, præcipue quod Diocletiani suspectam prudentiam et Maximiani sanguinariam temeritatem imperio ejus evaserant ». Laudant et *Spartian. Ver.* 2., *Lamprid. Heliog.* 2., *Lact.* 8. et 24., *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 7. — Post mortem, ethnicorum ritu, inter divos relatus est (*Eckhel*, 8. *p.* 28., coll. *Orell. Inscr. n.* 1074. et 1104. et *Henzen, Suppl. Or. n.* 5564. etc.). — Exstant ejus *Constitutio de donationibus actis inserendis* et *epistola ad Eumenium*, quam is habet in sua *oratione pro restaurandis scholis c.* 14. *V.* EUMENIUS.

Flavius Constantius II.

Flavius Constantius II., Augustus a. 337-361., passim dictus simpliciter *Constantius*, aliquando *Flavius Constantius*, plenius vero *Flavius Julius Constantius* in inscriptionibus (*Dessau* 705., 724.

730., 731-734., 737., 739. etc.) et in nummis etiam *Flavius Valerius Constantius (Eckhel,* 8. *p.* 113), filius Constantini M. secundus ex Flavia Maxima Fausta, filia Maximiani *(Dessau* 730., *Julian. or. I.* 9. B. *II.* 51. C), natus a. 317 *(Orell. Inscr. n.* 1104) in Illyrico *(Julian. or. I.* 5. D), probabilius Sirmii *(Seeck, Zeitschr. f. Rechtsgesch. Rom.* 10. 218), consul decies, sc. a. 326., 339., 342., 346., 352., 353., 354., 356., 357. et 360. Quinquennalia a. 328., triennalia vero a. 353. celebravit *(Ammian.* 14. 5. 1., coll. *Seeck, Ztschr. f. Numism. XII.* 129. sed et *Momms. Corp. I. p.* 379). Cæsar creatus a. 323 *(Prosp.* in *chron.;* perperam *Hyd.* a. 324), quem pater singulari amore est prosecutus ac vivens regendis Galliis et Orienti addixit. — Is tamen, uti fama fert, ingratus, defuncti nepotes aliosque consanguineos, quo facilius perderet, illum vulgavit veneno ab iis necatum fuisse; hinc militum præsertim iræ multorumque odiis, quibus factum est, ut ii de medio tollerentur *(Vict. Cæs.* 41). — Tum ipse liber cum Constantino et Constante imperium ita partitus est, ut Orientem cum Thracia et Græcia habuerit. Dein, Constantino ad Aquilejam occiso, Occidenti Constans et Orienti Constantius imperarunt. — Is toto fere regni tempore, nempe ann. XXV., bellum gessit cum Persis et feliciter quidem; sed quum aliquando cum iis novem annorum inducias pepigisset, viribus receptis, barbari prospere cum eo confixerunt; quare *Eutrop.* 10. 10. « A Persis multa et gravia perpessus, sæpe captis oppidis, obsessis urbibus, cæsis exercitibus, nullumque ei contra Saporem prosperum prœlium fuit; nisi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose et stolide, contra rationem belli, die jam præcipiti poposcerunt » (Cf. *Hyd.* in *chron.* ad a. 348. et *Sex. Ruf.* 27). — Nec minora deinde passus est, quum Magnentius quidam barbarus Germanus, collectis cohortibus, quibus præfectus erat, Augustoduni a. 350., una cum Marcellino, occasionem nactus, qua Constans venatui operam dabat, se imperatorem conclamandum curavit, ut in Illyrico Vetranio, misitque equites, qui imperatorem occiderent, non autem ad se occidendum compellerent, ut falso putat *De Broglie, L'Eglise* etc. *III.* 159. Quo a Gaisone interfecto *(Vict. Cæs.* 41), Hispaniam, Africam, Italiam sibi subegit paravitque bellum ipsi Constantio inferre *(Vict. epit.* 38. et *Cæs.* 41., coll. *Zosim.* 2. 43. et *Oros.* 7. *Hist.* 29). — Quum igitur solus imperator, toto imperio turbato, tantæ moli sustinendæ se imparem cognovisset, Constantium Gallum consobrinum Cæsarem a. 351. creavit, dum Magnentius Decentium fratrem eadem dignitate insignivit. At hoc ipso anno Constantius insignem ad Mursam *(Esseg)* de Magnentio victoriam retulit, et Alamanni de Decentio ad Rhenum a. 352.; tandem a. 353. Magnentius iterum victus a Constantio in Alpibus Cottiis, Lugdunum quum fugisset, rabie excæcatus ac furens parentes seque ipse interfecit *(Ammian.* 14. 15. et 16. 12., *Vict. Cæs.* 42., *Oros.* 7. *Hist.* 29., *Eutr.* 10. 12., *Prosp.* et *Hyd.* in *chron.),* de quo Romæ Constantius triumphum egit et in Circo ad perpetuam rei memoriam obeliscum erexit *(Ammian.* 16. 4. et 10. et 17. 4. et *Inscr.* metrica in *Corp.* 6. 1163). — Paullo post imperator quum Gallus in suspicionem venisset, eum in Istriam relegavit, qui a. 354. occisus est *(Prosp.* et *Hyd. ll. cc.* et *Ammian.* 14. 11), eique suffecit in Cæsarea dignitate Julianum, ejus fratrem, cui et sororem Helenam dedit in matrimonium, Galliis in provinciam constitutis. — Alia bella gessit cum Quadis et Sarmatis, unde *Sarmaticus* est dictus *(Ammian.* 17. 13. 25. 33) et *Adiabenicus maximus (Dessau* 732). — Dein profectus a. 359. contra Persas, qui petitam ab eo pacem recusaverant, rescivit Julianum, victis Alamannis, Augusti titulum in Galliis a militibus accepisse; quare, relictis Persis, qui territi ab ipso aufugerant, in Julianum arma vertit, sed apud Mopsucrenem Ciliciæ morbo contracto, fort. ex veneno ei propinato, ab Euzoio, Antiochiæ episcopo Ariano, baptizatus, obiit a. 361. « ætat. XLIV., imperii XXXIX » *(Vict. epit.* 42) et Constantinopoli a Juliano honorifice sepultus est. — Tres habuit uxores, Faustam consobrinam, Patricii Constantii filiam, Eusebiam, filiam Magnentii et Faustinam, ex qua suscepit Constantiam, Gratiano imp. nupturam. — Porro ab Eusebia præcipue, quæ eruditione et singularibus animi dotibus excellebat, sed Arianæ hæresis labe graviter erat infecta, et ab Eusebio, episcopo Nicomediensi, Arianorum fautore pertinacissimo vaferrimoque deceptus, maxime post Constantis mortem, qui Catholicis favebat, totus fuit in Ecclesia crudeliter persequenda vexandisque episcopis, catholicæ fidei defensoribus, in primis Athanasio et ipso Liberio pap., ut ab historicis fuse traditur; dictus propterea vulgo alter Nero vel alter Diocletianus, et a *Lucif. Caral. (Hieronym. vir. ill.* 95) « bellua, immanissima fera, latro, sacrilegus, carnifex, homicida, idololatra, templum dæmonum, religionis eversor, hæreticus, apostata, Antichristi præcursor »; unde perpetua ignominiæ nota, ejus memoriæ inusta, nullo poterit criticos Christo infensæ conatu deleri. — De eo fusiore calamo scripsit *Seeck, PW.* 6. 1044-1094. Cf. etiam cl. *Balan, Stor. d' It. I.* 354-371.

Flavius Constantius III.

Flavius Constantius, vulgo III., Aug. a. 421., natus Naissi in Dacia, non tamen barbarico sed Romano genere *(Olymp. frg.* 39), sub Theodosio M. (a. 379-395), haud paucis militiæ muneribus perfunctus, ad summum imperii apicem sibi viam stravit. — Anno 411. fuit comes creatus et magister militum *(Oros.* 7. *Hist.* 42. et *Cod. Theod.* 7. 4. 34., 18. 17) ab ipso Honorio imp., ac ter consul a. 414., 417. et 420 *(Momms. Chron. min. II.* 527), clipeus imperii habitus contra tyrannos, qui rebelles identidem dominari conabantur, Constantinum nempe, Constantem, Attalum, Gerontium, Jovinum aliosque, a. 412. et insequentibus annis, quos omnes coercuit *(Prosp., Hyd.* et *Marcellin.* in *chron.* et *Oros. l. c.).* — Etiam cum Athaulfo, Gothorum rege, fortiter dimicavit, quem coegit e Galliis in Hispaniam transire, ubi paullo post cæsus est et ipsum Attalum, qui Gothorum ope fretus in Galliis tyrannidem resumpserat a. 415., captum ad Honorium remisit *(Chronogr.,* coll. *Sidon. carm.* 7. 207); imperator vero Gallam Placidiam, quæ Athaulfo nupserat et a Vallia, hujus successore, ad eum remissa fuerat, uxorem dedit Constantio a. 417 (al. 418), quem et patricium fecit *(Oros. ibid.* 43., coll. *Cod. Theod.* 15. 14. 14) et in consulatu collegam II. et a. 420. III., in familiam Flaviorum cooptatum, ut patet ex honorifico titulo mutilo, quem ei vindicat et supplet *De-Rossi,* nempe: « REPARATORI REIPVBLICAE ET PARENTI INVICTISSIMorum PRINCIPVM FL. *Constantio* V. C. ET INLVSTRI COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE *militiæ* PATRICIO ET TERTIO *cons.* ORDINARIO AVR. ANICIVS SYMMACHVS V. C. PR. VRB. VICE SACRA IVDICANS DEDICAVIT ». — Exinde Honorius eum in imperio collegam nominavit a. 421 *(Dessau* 809., *Cohen, Méd. imp. VIII.* 192., *Socr.* 7. 24., *Sozom.* 9. 16., *Sidon. carm.* 7. 211., coll. *Momms. I.* 469., 523., 630. et 656). Sed perbrevi tempore regnavit; nam sex post menses, dum parabat bellum inferre Theodosio juniori, qui eum Augustum agnoscere detrectabat, contracto morbo, decessit Ravennæ eod. an. IV. non. Sept. *(Olymp. frg.* 34., *Philost.* 12. 12., coll. *Momms. I.* 4690., 630. 656. et *II.* 20., *Socrat.* 7. 24., *Sozom.* 9. 16., *Theoph.* 5918). Reliquit filios Valentinianum et Honorium et filiam Justam Gratam Honoriam *(Marcellin.* et *Cassiod.* in *chron.).* — Exstant ejus scripta, ut decretum contra Pelagianos ad Volusianum, præf. urbis, a. 421. datum, et epistolæ duæ, quarum prior legitur inter epistolas *Symmach.* 10. *ep.* 79., exarata a. 420., altera ad Volusianum, ut diximus, de pellendo ab Urbe Cælestio, quæ habetur ap. *Migne (Patr. Lat. XLV. p.* 1750). Etiam carmina quædam ei tribuuntur, sed de hac re vd. *De-Rossi* in *Inscr. Chr. I. p.* 265.*sq.,* coll. *p.* 579.*sq.*

Flavius Domitianus.

Flavius Domitianus Aug. a. 81-96., in nummis et inscriptionibus fere dictus abs. *Domitianus;* nusquam vero occurrit præn. *Titus,* quod fort. a patre et fratre, qui *Titi* appellabantur, ut nomen a matre habuit, de quo cf. *Dessau, Prosop. II.* 62. *n.* 136. 65. et *n.* 156-67. et *n.* 176. et *Gsell* 3. 1. — Fuit filius T. Flavii Vespasiani et Flaviæ Domitillæ, nat. IX. kal. Nov. a. 51 *(Corp.* 10. 444 = *Dessau* 3546), in regione VI. Urbis *ad malum Punicum,* domo, quam serius ipse in templum gentis Flaviæ convertit; frater Titi, cui successit non sine suspicione de veneno, ei, quo celerius imperium arriperet, propinato. Profecto, statim ac eum obiisse rescivit, Romam petiit, suffragia prætorianorum emit, regiam intravit nuntiavitque obitum fratris, senatu populoque ægre assentiente, qui ferinam successoris indolem non ignorabat, quam ab ineunte ætate satis ostenderat, ex vitiis ad inopiam extremam pertractus, in eo tantum inter æquales excellens, quod jaculandi peritia ceteris præstaret *(Sueton. Tit.* 11. et *Domit.* 2., *Vict. epit.* 10. et *Cæs.* 10., *Eutrop.* 7. 22., coll. *Dion.* 66. 26). — Plures porro tituli lege, XIII. k. Oct. a. 82. lata, ei inditi fuere, imperatoribus fere communes et ex bellicis gestis desumpti, ut *Imperator Cæsar-Augustus pontifex maximus tribunicia potestate II., imperator II., pater patriæ, consul VIII., designatus VIIII (Corp.* 2. 4721 = *Dessau* 269), *Germanicus, censoria potestate* et *censor perpetuus - Dacicus, Sarmaticus (Corp.* 6. 451., *Cohen, Mionnet, Frontin.* 1. *Strat.* 1. 8. 3. 10., 2. 3. 23. 11. 7., *Martial.* 8. *prol.;* rursum *Corp.* 6. 8500 = 11. 1753 = *Dessau* 1490. et *Corp. ibid.* 2572. et 2576). — Gesta ejus bellica, quæ magis ementita quam vera fuisse tradunt historici, ad hæc rediguntur, nempe a. 83., ut se belli peritum ostentaret, contra Cattos exercitum duxit, nulla urgente necessitate *(Sueton. Domit.* 6), de quibus triumphavit ne visis quidem; nam servos per commercia emit, « quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur » *(Tac. Agr.* 39), eosque secum traxit in triumphum. Item contra Decebalum, Dacorum regem, ire finxit, qui, Danubio trajecto, in Mœsiam erat ingressus, Romanis devictis et Oppio Sabino, eorum duce, interfecto; sed res cum magno imperii detrimento cessisset, nisi Julianus Romani exercitus, imperatoris ignavia prope soluti, habenas sumpsisset ac Decebalum victum ad pacem compulisset, quam Domitianus prius renuit, dein ignominiose tolerare coactus est hac condicione, ut barbaro grave penderet tributum *(Tac. ibid., Sueton. Domit.* 6., *Jorn. Get.* 13., coll. *Dion.* 67. 6-10), post quam etiam a. 90. cum Quadis male se gessit et Marcomannis, a quibus pacem exposcere debuit, quod primum deditionis exemplum Romano nomini infamiæ notam inussit. Nihilo tamen secius sibi et *Dacici* et *Germanici* titulos tribuit Domitianus, et statuas atque imagines in templis poni jussit, et honores divinos ac ritus victimasque arrogavit se Marti æquans et Herculi et Achilli ac mensem Septembrem et Octobrem ex appellationibus suis *Germanicum* et *Domitianum* transnominavit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset, ut ait *Sueton. ibid.* 13., coll. *Dion.* 76. 4., ac, teste *Eutr.* 7. 23. « Dominum et Deum primus se appellari jussit ». *et,* ut subdit *Vict. epit.* 2., « plusquam superbe utens patribus, quippe qui se Dominum Deumque dici coegerit ». Nec solum ille iners et imperitus aliquid agebat quod laudaretur, sed strenuos viros vix patiebatur, ut inter alios Agricolam, quem de Britannis et Caledoniis victorem Romam revocavit, nullam provinciam tradidit ei administrandam, sed in urbe retinuit, ubi decessit, fortasse ex veneno, quod Tacitus incertum reliquit; scribit enim « Finis vitæ ejus nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit. - Et augebat miserationem constans rumor veneno interceptum » *(Tac. Agr.* 24. et 43). — De civilibus autem ejus gestis hæc subduntur. Etsi vitiis infamis, putidus simulator, invidus, præceps in iram, crudelitate Nero redivivus (Cf. *Tac. Agr.* 7., 39., 43. et 45); tamen imperii initiis clementiam simulans *(Vict. Cæs.* 11) delatores punivit, turpitudines in senatoribus præsertim æquitibusque deprehensas nequaquam passus, leges tulit in pravos mores severissimas meruitque magnificas a poetis atque adulatoribus laudes quasi castus et pudicus, qui cum nepte sua vivebat incestuose et puerorum erat amasius; bibliothecas incendio absumptas impensissime reparandas et exemplaribus undique petitis ditandas curavit; viam Appiam restauravit, urbanas polivit; templa familiæ suæ in foro et in Quirinali exstruxit gravissimis impensis, fana ac domos refecit, marmore et auro aliisque metallis pretiosis domum regiam in Palatino exornavit; thermas Titi ampliavit; Albæ item villas ædificavit ac thermas, theatrum, amphitheatrum; ludos plures ac splendidos instituit, Odeum fecit, divorum Porticum, Iseum, Serapeum ac Stadium et Forum Transitorium *(Eutrop.* 7. 33), multaque alia gessit laude digna, de quibus fusius scripsit *Sueton. Domit.* 8. Sed mox, crudelitatis monstrum, in ludis et viros consulares ad luctandum adigebat cum feris, et in theatro ad rei veritatem actores ab iis dilacerari volebat; eximios viros, quasi molitores rerum novarum *(Sueton. ibid.* 10) et levissima quemque de causa, ipsosque consobrinos suos necare nihil putabat. Omnia sus deque versa: curia obsessa et clausus armis senatus et consularium ac nobilissimarum feminarum cædes, exsilia et fuga; Caro Metio et Messalino, fœdissimis viris, maxime instigantibus *(Tac. Agr.* 45). « Nero tamen, subtraxit oculos suos jussitque scelera, non spectavit; præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici, quum suspiria nostra subscriberentur, quum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat » *(Tac. ibid.).* Nec ethnicos suos tantum inaudita sævitia insectabatur, sed, et maxime, Christianos, alter a Nerone persecutor, qui quum Domitianum, novum deum, aut Jovem decrepitum colere detrectarent, exquisitis tormentis cruciabantur; nec ipsam Flaviam Domitillam, neptim suam, immunem voluit tyrannus, quæ ejus jussu cum Nereo et Achilleo, suis eunuchis, in insula Pontia longum duxit exsilium, unde Tarracinam ducta glorioso martyrio vitam consummavit *(Dio* 67. 14., coll. *Act.* ap. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1881. *p.* 57. *sqq.* V. Flavia); itemque Cletum, Rom. pont. interemit et Johannem apostolum, nonagenarium fort. illum, quem scribit *Sueton. ibid.* 12. se, quum esset puer, vidisse, in Patmum insulam relegavit, ac genus David exquiri atque interfici præcepit *(Oros.* 7. *Hist.* 10); Corneliam vestalem, de incesto accusatam, sed innocentem, vivam defodi jussit *(Plin.* 4. *ep.* 11.: cf. *Sueton. ibid.* 8). Nec philosophis pepercit, quos expulit, uti fuerunt Nerva, qui Tarentum, et Epictetus, qui Nicopolim confugit, et etiam Dio Chrysostomus, qui inter Gothos se recepit *(Gell.* 15. 11., *Plin.* 3. *ep.* 11. et 7. 27., *Sueton. Domit.* 10.) potius quam Domitiano assentarentur, ut Statius, Quintilianus, Silius Italicus ac præcipue Martialis, turpissimus tam luridi crudique tyranni laudator. — Attamen imperator, natura et infanda agendi ratione suspiciosus, sibi vehementer metuens vel sibi fidissimos occidebat, inter quos Epaphroditus necatus fuit, uti Neronis interfector. — Hinc denique factum est, ut quidam suæ incolumitatis servandæ causa exinde ejus necem molirentur. Quæ celeriter illata ei fuit; nam Stephanus libertus, unus ex conjuratis, ad quos tota pertinebat ejus familia, in primis Domitia, uxor marito digna, simulans se conjurationem in eum factam detexisse, dum imperator libello perlegendo intentus erat, ubi res describebatur, pugionem in ejus ventre infixit; quo tamen vulneratus, non occisus, paulisper obluctatus est sed frustra, aliis accurrentibus, qui jam defessum interemerunt *(Sueton. ibid.* 16. et 17. et *Eutrop.* 7. 24). — Vix cognita tyranni morte, senatus Domitiani statuas evertit, ejus nomini diras teterrimas est imprecatus, acta ob nimiam crudelitatem rescidit ac damnatam memoriam omnem, ubicumque esset, deletam voluit. Ejus cadaver, populari sandapila per vespillonem exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo, via Latina, funeravit; sed reliquias templo Flaviæ gentis clam intulit *(Sueton. ibid.* 17). — De eo *Eutrop.* 7. 33. « Domitianus - Neroni aut Caligulæ aut Tiberio similior, quam patri vel fratri suo. Primis tamen annis moderatus in imperio fuit, mox ad ingentia vitia progressus, libidinis, iracundiæ, crudelitatis, avaritiæ tantum in se odii concitavit ut merita et patris et fratris aboleret ». *et Tac. Agr.* 44. « malus princeps - qui velut uno ictu rempublicam exhausit ». *et Plin. paneg.* 48. « immanissima belua ». *et* de ejus feritatis in principatu initiis *Sueton. ibid.* 3. « Quotidie secretum sibi horarium sumere solebat nec quidquam amplius quam muscas captare ac stilo præacuto configere, ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Cæsare, non absurde responsum sit a Vibio Crispo, ne musca quidem ». — Cum eo, ut cum Nerone Juliorum, ita prior Flaviorum imperatorum stirps seu dynastia desivit. — De Domitiano, præter veteres auctores laudatos, scripserunt *Tillemont, Hist. des emp. II.* 65-124.; *Merivale, History of the Rom.* etc. *VII.* Lond. 1865. *p.* 315-416.; *Hertzberg II.* Leipz. 1886. *p.* 157-205.; *Kraus, Zur Charakt. d. Kaisers Domit.* Progr. Landshut 1876.; *Gsell, Essai sur le règne de l'emp. Domit.* Paris 1894.; *Pichlmayr, T. Flav. Domit.* Progr. Amberg 1889. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 6. *p.* 367-398.; *Cohen I.*[2] 468-538.; *Mionnet VI.* 87-104. *n.* 372-625., *Suppl. X.* 37-39. *n.* 74-89.; *Sallet, Daten d. Alex. Kaisermünz.* Berlin 1870. *p.* 27.; et de inscriptionibus *Dessau* 267-270.; *Corp.* 3. *p.* 855.*sqq.,* 1960.*sqq.* = *Dessau* 1995.*sqq.,* coll. *Newton, The epigraph. evidence for the reigns of Vesp. and Tit.,* New-York 1901.

Flavius Eugenius.

Flavius Eugenius Aug. a. 392-394., ita dictus in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1128., sed in nummis apud *Eckhel,* 8. *p.* 167. simpliciter *Eugenius,* nec *Augustus* apud scriptores sed *tyrannus,* utpote qui, ex humili condicione ad nobiliorem progressus, eo pervenit ut summum imperium seu tyrannidem sibi arrogaverit, temporibus Theodosii a. 392., uti tradunt *Hydac.* et *Cassiod.* in *chron.;* quare in nummis ap. *Eckhel loc. cit.* legitur D. N. EVGENIVS P. F. AVG. et in aversa parte VICTORIA AVGVSTORVM; item in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 7288. — De eo hæc habet *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 45. « Grammaticus quidam, nomine Eugenius, litterarum Latinarum doctor, relinquens scholas suas, in palatio militabat; eratque imperatoris antigraphus et propter eloquentiam a multis honorabatur. Tunc ergo, ut fertur, non mediocriter cogitans, cooperatorem assumpsit Arbogasten, de minoribus Galliis ortum, militaris ordinis ducem, virum sævum et necibus præparatum. Quo facto, declinavit ad tyrannidem. Igitur uterque contra imperatorem Valentinianum (II) necem machinabantur, cubicularios corrumpentes eunuchos. At illi dormientem principem suffocarunt (a. 392). Hoc Eugenius repente cognoscens, imperio potitur Hesperiæ agebatque quod tyranno poterat convenire ». — Quum vero Theodosius Valentinianum excepisset, ipse se consulem fecit in Occidente et illius collegam, non tamen agnitum ab imperatore, qui Honorium, filium suum, *Augustum,* et Habundantium consulem dixit; quamquam Eugenius sic apud eum instabat, ut *Augustus* tertius nominaretur, quod constat ex *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1128., ubi Flavius Eugenius tertius Aug. dicitur. — Sed Theodosius contra tyrannum arma paraverat a. 351., qui quamvis viribus longe inferior, cælo ipso pro eo dimicante (ventus enim vehementissimus emissa ab Eugenii partibus jacula distrahebat: *Socr.* 5. 24), de hoste victor evasit, quem ad pedes imperatoris provolutum, incolumitatis impetrandæ causa, milites obtruncarunt *(Cassiod. loc. cit.),* et Arbogastes postea se gladio peremit *(Id. ibid.).* Quapropter *Claudian. de Theod.* in *III. Honor. cons. v.* 96. canit « O nimium dilecte Deo! tibi militat æther Et conjurati veniunt ad classica venti ». Memoratur etiam *Vict. epit.* 48., *Jorn. Rom.* 317. et 318. et *Get.* 145. ed. *Momms., Hieronym. ep.* 60., *Augustin.* 5. *Civ. D.* 26., *Rufin. h. eccl.* 2. 31-33. *Ambros. ep.* 27. *ad ipsum Eugen.,* in qua illum de favore, quo ethnicos prosequebatur, maxime vero Arbogastem et Flavianum, ejus adjutores, idololatriam instaurare conantes, vehementer reprehendit. — De eo plura colliges ap. *De-Rossi* in *Statua di Nicom. Flav. p.* 25.*sqq.,* in *Inscr. Chr. I. p.* 179-183. et *Bull. Crist.* a. 1868. *p.* 53-56. et *p.* 61-75.

Flavius Gratianus.

Flavius Gratianus imp. Aug. a. 367-383., dictus abs. *Gratianus* in nummis *(Eckhel,* 8. *p.* 158. *sqq.)* et in Inscriptionibus *(Orelli n.* 1142. et 2355) et plenius *Flavius Gratianus* item in *Inscriptionibus (Orelli n.* 1115., 1117. et 1119); filius Valentiniani I. et Valeriæ Severæ, prioris uxoris *(Jorn. Rom.* 309) v. Marinæ *(Chron. Pasch.* 369. et 378), cognomine sumpto ab avo Flavio Gratiano, patre Valentiniani et Valentis, ex mediocri stirpe apud Cibalas *(Vict. epit.* 45), sed ob corporis robur et luctandi peritiam in militiam adscito ac dein præf. prset. Natus vero est Sirmii a. 359 *(Vict. epit.* 47). — Septennis creatus consul (sc. a. 366. et quater postea a. 371., 374., 377. et 380. Cf. *Momms. III.* 523) et octennis Augustus Ambianis in Gallia declaratus est a patre *(Hyd., Prosp.* et *Cassiod.* in *chron.* et *Oros.* 7. *Hist.* 32), quem a. 375. amisit; quare collegam agnovit fratrem minorem Valentinianum II., ita ut Augusti fuerint Valentinianus in Italia, Illyrico et Africa, sub Gratiani tutela, Gratianus in Hispania, Galliis et Britannia, Valens in Oriente. — Scriptorum omnium consensu laudatur, ut qui se commendaret optimis animi dotibus virtutibusque. Sic de eo *Vict. loc. cit.* « Fuit Gratianus litteris haud mediocriter institutus, carmen facere, ornate loqui, explicare controversias rhetorum more: nihil aliud die noctuque agere quam spiculis meditari summæque voluptatis divinæque artis credere ferire destinata. Parcus cibi somnique et vini ac libidinis victor cunctisque fuisset plenus bonis, si ad cognoscendam reipublicæ gerendæ scientiam animum intendisset, a qua prope alienus non modo voluntate sed etiam exercitio fuit ». *V.* integr. loc. Cf. *Ammian.* 27. 6. 4. et 31. 10. 18.*sqq.* — Plurimis locis eum laudat etiam *Ambros.,* præsertim ob pietatem, castitatem atque amorem erga Ecclesiam; item *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 22. et 9. 2. et *Augustin.* 5. *Civ. D.* 25. et *ep.* 105., coll. *serm.* 156. habito in basilica *Gratiani,* quæ in Africa ab eo videtur appellata, ut duæ urbes, *Gratianopolis* nomine, in Gallia Narbonensi et in Mauretania Cæsariensi. Et merito quidem; nam omne idololatriæ vestigium delendum curavit ipsumque titulum Pontificis Maximi, quem Christiani imperatores ante eum non recusarunt, ipse rejecit; revocavit ad proprias sedes episcopos, quos Valens imp. Arianus in exsilium compulerat, edicta promulgavit contra Arianos, Photinianos, Priscillianistas et Manichæos. Hinc supplices litteræ haud frustra ab episcopis contra obtrectatores ad eum mittebantur: « Totius orbis Romani caput Romanam Ecclesiam atque illam sacrosanctam fidem apostolorum ne turbari sineret, obsecranda fuit Clementia vestra. Inde enim in omnes venerandæ communionis jura dimanant ». Ita *Ambrosius ep.* 11., qui et imperatoris erga Ecclesiam favorem et obsequium, et Romanæ Sedis supremum principatum potestatemque significabat. Quin cum hoc doctissimo sanctissimoque viro, quem maxime venerabatur, sæpe Gratianus colloquia habuit Mediolani, ut de doctrina religionis deque recto se gerendi modo in tot tantisque reipublicæ negotiis administrandis instrueretur; hinc repetendæ sunt sapientiores leges exinde a Gratiano editæ *(Cod. Theod.* 7. 18. 2. 13. 1. 5. 1. 15.; 16. 5. 5. etc. Cf. *De Broglie, L'Eglise et l'Emp. VI.* 20.*sq.).* — Anno autem 379. sibi collegam in imperio assumpsit Theodosium Hispanum et Ausonium, magistrum suum, consulem creavit, qui in *panegyrico* seu gratiarum actione pro hac dignitate summis laudibus discipulum suum exornat. — Nec minus excelluit in re bellica; nam feliciter pugnavit cum Gothis, Alanis et Hunnis *(Hyd.* in *chron.* a. 379). — Verum principem tam imperio dignum manebat exitus infelix; quum enim Maximus tyrannus Augustus per seditionem esset factus, imperator statim, coacto exercitu, in Gallias contendit; sed in prœlio, ex Flavii Merobaudis, magistri militum, proditione, victus, fugere

coactus est Parisios, ubi captus et in odium Christiani nominis occisus est a. 383., ætate ann. XXIV. et regni a. XVI (*Marcellin.* in *chron.*, *Oros.* 7. *Hist.* 34. et *Hieronym. ep.* 60). — Duas habuit uxores, *Constantiam*, filiam Constantii Augusti postumam, et *Lætam*, ex quibus, si filios habuit, hi non superfuere (*Eckhel, loc. cit.*). De eo cf. *Seeck, PW.* 7. 1831.*sqq.*

Flavius Honorius.

Flavius Honorius Cæs. Aug. a. 393-423., absolute *Honorius* in nummis ap. *Eckhel*, 8. *p.* 172. et plenius *Flavius Honorius* in Inscriptionibus (*Dessau* 795., *Corp.* 9. 6027.; 10. 6840., 6885.; 14. 231), filius Theodosii M. et Æliæ Flaccillæ (*Corp.* 6. 2481. et *Jorn. Rom.* 311. *M.*), natus a. 384. VII. id. Sept., Richomero et Clearcho coss. (*Momms. Chron. min. I.* 244., 461., 1181. et *II.* 15. 10. 61., *Socr.* 5. 12. 2.: falso a. 383. *Momms. I.* 297. et *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 21. Cf. *Prosp.* et *Hyd.* in *chron.*), tredecies consul (de cujus consulatu tertio et quarto a. 398. *Claudian.* carmina scripsit VI., VII. et VIII); sc. a. 386., 394., 396., 398., 402., 404., 407., 409., 412., 415., 417., 418. et 422., et Cæsar a Theodosio declaratus a. 386 (*Prosp.* et *Marcellin.* in *chron.*). — Mortuo a. 395. Mediolani Theodosio M., Honorius cum fratre Arcadio utrumque imperium, divisis tamen sedibus, hic Constantinopoli, ille Romæ, tenere cœpit, ut scribit *Marcellin.* in *chron.* et *Jorn. Rom.* 319. *M.* (Cf. *Oros.* 7. *Hist. trip.* 36) regnavitque cum Arcadio tredecim annos et quindecim cum Theodosio altero (*Cassiod.* in *chron.*). — Ambo tamen, eximiis quidem animi dotibus præditi, quas privatæ vitæ apprime convenientes, publicæ in regendis populis minus aptas fuisse statim patuit, in iis maxime temporum adjunctis acerbissimis, in quibus versabantur. — Nihilo minus initia regni satis prospera fuere, nam bello, contra Gildonem (ideo *Gildonico* dicto a *Claudian. carm. XV*) in Africa rebellem ac tyrannum suscepto, hunc coercuit (*Marcellin.* et *Hydat.* in *chron.*, *Oros.* 7. *Hist.* 36. a. 398., *Corp.* 9. 4051. et *Claudian. de b. Gild.*), qui aliquot post dies strangulatus interiit. — Mox vero barbaris imperio exitium undique minitantibus Stilichonem opposuit, strenuum quidem ducem, at superbum, quippe qui filias, Mariam primum, dein, hac mortua, Thermantiam Honorio in uxorem tradidisset. — Is Gallias invisit, Rhenanas provincias munivit, Germanos compescuit, Gothos ab Alarico et Radagaiso ductos, ad Pollentiam et Florentiam devicit, iterumque ad Veronam, unde Alaricus, vix incolumis, fugæ se dedit. — Honorius periculo territus, Ravennam, urbem situ tutiorem, sedem suam elegit; sed ante triumphum agere voluit Romæ, ubi vetuit gladiatorum ludos, merito Telemachi præcipuo, qui in arenam, ut eos impediret, se immisit, ubi, populi ob id furentis ictibus necatus, martyr occubuit (*Theodoret.* 5. 26. et *Jorn. Get.* 29). — Rursum contra Radagaisum, qui innumeras turmas ex Hunnis, Alanis, Sarmatis, Gepidis, Marcomannis et Quadis coegerat, dimicavit Stilicho ad Florentiam, victorque hostes ad incitas redegit ipsumque ducem captum occidit (*Eutr.* 18. 166., *Zos.* 5. 26., *Oros.* 7. *Hist.* 37). — Sed æmulorum invidia brevi factum est, ut, Stilichone dejecto et occiso (*V.* Stilicho), superbirent barbari, qui, nullo tunc impedimento prohibiti, quod Honorius, viribus destitutus nec Alarici petitionibus assensus, objicere non potuit; quare hic, proditoribus adjutus, Romam invasit vastavitque indeque captivam Placidiam, Honorii sororem, secum abduxit, quam dein Ataulpho dedit uxorem. — Non defuerunt etiamtum tyranni, uti Constantinus in Hispania, Attalus Romæ, Sebastianus in Gallia, Heraclianus in Africa, qui tamen omnes ab Honorii ducibus vel victi vel perempti, præsertim a duce Constantio, quem suum affinem et viduæ Placidiæ maritum in societatem imperii sibi elegerat Honorius, sed post paucos menses amisit morbo præreptum. — Ataulphus, jam pace inita cum Honorio, Jovinum tyrannum aggressus profligavit ejusque caput ad imperatorem misit (*Hydat.* in *chron.*, *Jorn. Get.* 31. et *Oros.* 7. *Hist.* 42); sed et ipso occiso, Valia, ejus successor, se Honorio adjutorem præbuit, Silingos vicit in Bætica, Alanos a Lusitania depulit, sed obiit mature a. 419. ab omnibus defletus (*Jorn. Get.* 31) et paullo post ipse Honorius a. 423. decessit (*Hyd.* 28-30., *Prosp.* in *chron.*, *Olymp.* 13. 14., *Philost.* 12. 13), vir ignarus et vecors (*Procop. b. Vand.* 1. 2), non pravus, male interdum agens, non malignus, fallacium hominum astu delusus; regiam dignitatem prostratam, imperium ad ruinam fere prolapsum, Italiam incolis opibusque imminutam, exercitum non tam ex Romanis quam ex barbaris conflatum reliquit; sed, quod laudi ei est maxime vertendum, princeps religioni devotus, optimis eam legibus munivit, hæreticos compescuit, ethnicorum superstitiones abolevit, servitutem, quoad ejus fuit, auferendam curavit (*Hydat.* in *chron.*, *Claudian. carm.* 9. 10., *Augustin. ep.* 97. et *serm.* 163. [quem in basilica *Honoriana* habuit, ab eo fort. ita appellata], *Jorn. Get.* 30. et 31., *Oros.* 7. *Hist.* 38., 40. et 43). — De eo plura colliges ex nummis ap. *Eckhel. loc. cit.*, *Cohen, Méd. impér. VIII.* 202. et 203. aliosque nummographos; ex Inscriptionibus citt. aliisque in *Corp.* passim et ex scriptoribus non solum antiquis, ut *Zonar.* 13., *Philost.* 12., *Socr.* 7., *Theoph.* 5915., *Olymp. frg.* etc., sed etiam recentioribus, ut *Lenain de Tillemont, Hist. des emper. V.*; *Wittersheim, Gesch. d. Völkerwand. II.*; *Hodgkin, Italy and her invad. I.* 2.; *Seeck, Gesch. d. Unterg. d. antik. Welt V.* et *VI.*; *Balan, Stor. d'Ital. I.* 433-442.

Flavius Jovianus.

Flavius Jovianus Aug. a. 363-364., in nummis apud *Eckhel*, 8. *p.* 147. et in Inscript. ap. *Orelli n.* 1118. tantum *Jovianus*, plenius *Flavius Jovianus* in aliis tam nummis quam inscriptionibus, communiter aliquando, sed male, *Jovinianus* dictus *Cassiod.* et *Rufin.* — Fuit autem filius Varroniani, nat. Singiduni (*Belgrado*), in Mœsia superiore, «insignis corpore, lætus ingenio, litterarum studiosus» (*Vict. epit.* 44) et, quod caput est, Christianæ religionis ac legis cultor «studiosus et nonnunquam honorificus» (*Ammian.* 25. 10. 15). — Militavit cum Juliano imp. interfuitque prœlio, quo is vulneratus est ac paullo post mortuus. Statim in ejusdem locum imperator ab exercitu consalutatus (*Ammian.* 25. 5. 4) a. 363., necessitate compulsus omniumque suffragiis fretus, cum Sapore, rege Persarum, pacem ægerrime fecit (*Eutrop.* 10. 17), quibusdam tamen provinciis trans Tigrim amissis (*Id. ibid.* 5-7., coll. *Zos.* 3. 30.*sq.*); dein quædam constituit utiliter in Illyrico et in Gallia (*Ammian. ibid.* 10). — Consul a. 364. filium suum quadrimum collegam assumpsit (*Id. ibid.*, coll. *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 6471). — Difficillima nactus tempora, pessimo Juliani regimine perturbata ex dissidiis ethnicorum, hæreticorum, catholicorum, quibus componendis novus imperator prudentem operam dare cogebatur. — Magno Athanasio, Alexandriam reverso, cujus consilium poposcerat, sapienter admonitus (*Sozom.* 6. 5), a qualibet violentia abstinuit, libertatem omnibus concessit, ita tamen ut ne quis ea abuteretur ad errores disseminandos, Ecclesiæ bona restituit a Juliano erepta, jura, privilegia, exercitui signa christianorum propria. Verum spem ab omnibus de tanto principe conceptam delusit inopina mors; nam quum Jovianus, Constantinopolim iter faciens, in Illyricum divertisset, per Galatiam dein reversus, Drepani in Bithynia in cubiculum novum, nidore parietum nuper calce illitorum humidum, dormiendi causa ingressus, prunarum calore, quas illuc inferendas curaverat, suffocatus (*asfissiato*), octavo post mense quam imperare cœperat, cum magno omnium luctu finivit a. 364., ætate ann. XXXIII., ejusque cadaver Constantinopolim deportatum est (*Oros.* 7. *Hist.* 31., *Ammian. loc. cit.*, *Eutrop.* 10. 18., *Zos.* 3. 35., *Socr.* 3. 26., *Sozom.* 6. 6., *Zonar.* 13. 14). — Eum reprehendit *Ammianus ibid.* 14., ut qui edax fuisset et vino Venerique indulgens «quæ vitia imperiali verecundia forsitan correxisset». Sed haud facile credendum est huic scriptori, Christianis infenso. et *Eutrop.* 10. 18. «Vir neque iners neque imprudens - et civilitati propior et natura admodum liberalis fuit» (Cf. *German. c. XIX.* ap. *Mai, Spicil. Rom.* 7. 29. «ἀνὴρ ὀρθόδοξος καὶ πλήρης συνέσεως καὶ ὀρθοδόξου πίστεως»). — Post mortem, ut mos erat, in divorum numerum relatus est (*Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. n.* 172., 174. et 175. et ap. *Henzen loc. cit.*). — De eo plura colliges ex *Chronographis*, in primis vero ex *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 1-6. et *Rufin. h. eccl.* 2. 1. et ex nummis ap. *Eckhel*, 8. *p.* 147-149.

Flavius Julianus.

Flavius Julianus Aug. a. 360-363., in nummis et inscriptionibus modo simpliciter *Julianus*, modo *Flavius Julianus* vel *Claudius Julianus*, vel plenius *Flavius Claudius Julianus* appellatur, apud scriptores ecclesiasticos sæpe cognominatus *Apostata* (ὁ Ἀποστάτης), quippe qui a religione Christiana descivisset (Cf. *Eckhel*, 8. *p.* 130). — Fuit filius Julii Constantii, fratris Constantini M., et Basilinæ, nobilissimæ feminæ, secundæ uxoris, frater germanus Galli, quam a Galla, priore conjuge, susceperat. Natus est Constantinopoli VIII. id. Nov. ca. a. 330 (al. 331), ubi etiam puer educatus; sed parum abfuit, quin ipse, a Constantio suspiciosissimo, ut pater ejusque fratris filii, Hannibalianus et Delmatius, necaretur, nisi a Marco, Arethusæ episcopo, et ipse puerili ætate, nulli quidem suspicioni obnoxia, servatus fuisset (*Vict. Cæs.* 41. 22. et *epit.* 41. 18. et *Prosp.* in *chron.*). — Julianus grammaticam didicit ab eunucho Mardonio ethnico, rhetoricam ab Ecebolio, religionem ab Eusebio, suo affini, Nicomediæ episcopo Ariano (*Ammian.* 22. 9. 4), ac serius philosophiam a Maximo Ephesino, philosopho neoplatonico et magicis artibus addicto, ad quas discipulus inclinabat, et a Libanii sophistæ libris, quos avidus perlegebat; unde factum est, ut adulescens, odio jam concepto ex primi ac postremi magistri rudimentis in Christianos et in deorum cultum ardore, omnino a fide defecerit (*Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 1). Sed iram Constantii sibi metuens, tonsus monachicam vitam pietatemque publice simulabat, lector quoque in Nicomediensi ecclesia constitutus. Porro, quum ex suspicione oborta Gallus jam Cæsar peremptus fuisset, ipse, uti suspectus, ab imperatore in custodia detentus, fuga se eripere potuit; et postquam hac illac errasset, Eusebia, Constantii uxore, illi veniam impetrante, Græciam ad persequenda studia se contulit, quam totam percurrit, Athenis præsertim commoratus, hariolos interim consulens, an imperium aliquando obtinere potuisset. — Anno autem 355. Constantius, ab eadem Eusebia exstimulatus magnisque imperii coactus periculis, eum Cæsarem fecit atque Helenam sororem ei in matrimonium dedit præfecitque copiis in Gallias mittendis. — Nondum vero belli peritus sed alacri ingenio præditus et audax, viribus inferior Alamannos, a septem regibus ductos, Argentorati (*Strasburgo*) tanto impetu adoritur tamque prospero successu, ut post sævam pugnam hostes omnino fregerit ipsumque ducem supremum Chrodamarum equo dejectum captumque miserit Romam, ubi brevi, dolore consumptus, decessit: quam victoriam, eo sæculo ceterarum celeberrimam, pulcre descripsit *Ammianus* 16. 12. pulcriusque, quæ deerant, complevit *Thierry, Hist. de la Gaule II.* 328-335. — Interea Julianus, «ut omnes, nullo impediente, ad sui favorem illiceret, adhærere cultui Christiano fingebat, a quo jam pridem desciverat, arcanorum participibus paucis, haruspicinæ auguriisque intentus et ceteris, quæ deorum semper fecere cultorem» (*Ammian.* 21. 2), vitæque philosophicæ austeritatem affectans, qui forte non tam deorum Romanorum vel Græcorum, quam naturæ cultum vel mysticum aliquid ex Platonicis vel Gnosticis deliramentis cogitabat, cum Oribasio et Sallustio familiaribus suis sæpe disputans. Vias interea sibi sternebat ad carpendum imperium, largitionibus quoque multorum amicitiam ac militum amorem sibi captare studens, dum Constantius theologicis quæstionibus se implicabat, doctrinæ catholicæ homo ignarus et hæreticorum fau-

tor pervicacissimus. — Sed quum Persæ arma rursum pararent, imperator Decentium misit, qui ex Britannia, Italia et Gallia copias colligeret; quod quum legiones ægre paterentur, quæ jam a Juliano fuerant corruptæ, hunc Lutetiæ Parisiorum tumultuantes Augustum conclamarunt, quamquam Julianus hanc dignitatem renuere simulabat atque adeo per litteras rem nunciabat Constantio, tunc Cæsareæ commoranti, qui ei purpuram deponere jussit. Sed frustra; quin Julianus, exercitu per Illyricum ducto, Sirmium transiit et, præfectura illa potitus, Italiam ad rebellionem excitavit, leges tulit in Græcia, Epiro, Dalmatia, Macedonia perinde ac dominus; immo mortem Constantii proxime futuram, a diis sibi prænunciatam, portendit, quod quidem pridie Nov. a. 361. contigit, quo die imperator, non sine suspicione propinati veneni, ex improviso vita excessit. — Vix ut solum se vidit universo orbi Romano dominantem, mox ethnicorum superstitionibus instaurandis operam dedit, sacerdotii Christiani gradus imitatus, ita ut majores essent, tamquam episcopi, et minores, omnesque sibi, Pontifici Maximo, omnino subjecti; templa deorum aperuit eorumque cultum restituit, sacrificia ac cæremonias jam abolitas restauravit; victimarum sanguine ablutus (quod tamen addubitatur) impressum sibi Christiani baptismatis signum deleri voluit; obscenas Adonidis choreas frequentavit (*Ammian.* 22. 9. 18). Initio tamen catholicos vafer una cum hæreticis episcopis revocavit ab exsilio, ut horum disputationibus irridendo adsisteret, eos omnibus artibus ad ejurandam fidem, ut et milites, præsertim prætorianos, incitare conatus. Nihil porro omittebat, quod in Christianorum detrimentum ac dedecus cedere posset, quos *Galilæos* vocitabat. His enim in privatis publicisque muneribus obeundis ethnicos præferebat; his etiam duplici decreto prohibuit, quo minus artes liberales exercerent aut rhetoricam, philosophiam, grammaticam, medicinam profiterentur, dictitans docere officium esse ethnicorum proprium (*Julian. ep.* 42., *Ammian.* 22. 10., *Socr.* 3. 191); et quo minus studiis operam darent discerentque, ut in ignorantia versarentur ac derisui essent ethnicorum gregi; quorum decretorum prius ita ipse reprehendit *Ammianus* 22. 10. 6. «Illud autem erat inclemens, obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros et grammaticos ritus Christiani cultores»; alterum, quod nonnulli negant (*De Broglie, L'Eglise* etc. *IV.* 216), testantur *Rufin.* 1. 32. «Studia auctorum gentilium christianos adire prohibens, ludos litterarum illis solis, qui deos deasque venerarentur, patere decernit». *et Augustin.* 18. *Civ. D.* 52. «An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui christianos liberales litteras docere (*prim. decr.*) ac discere (*sec. decr.*) vetuit?». Adde *Theodor.* 3. 4., coll. *Socr.* 3. 16., *Sozom.* 5. 18., *Greg. Naz. or.* 4. 4. 5., *Oros.* 7 *Hist.* 30. V. *Thierry, Hist. de la Gaule III.* 393. et *Piovano, Giul. l'Apost.* etc. in *Scuola Catt.* 1915. *p.* 257.*sqq.* Ceterum, si Julianus docere vetuit, timens, ne eruditi contra eum Christiani calamum acuerent, simul et eos discere nequaquam sivit, quibus scholæ præcludebantur. — Nec solum ethnicis sed etiam Judæis ita favebat, ut sibi licere putarent quæcumque voluissent in Christianos, quorum templa diruebant vel contaminabant, quosque cædibus aut suppliciis exstinguere conabantur, aut modis omnibus divexabant, Juliano, si non jubente ab initio, saltem permittente; quamquam dein cruentam in Christianos non edicto sed facto ipso persecutionem cœpit, ferox simulque eorum irrisor exsecrandus, quos, non tam ob fidei professionem, quam perduellionis reos (*Theod.* 3. 15., coll. *Chrys. or. de Juv. et Max. mm.*), callidus suæ crudelitati quasi victimas immolabat; quin ipsius Christi vaticinia (*Matth.* 24. 2) aspernatus, quum hæc vana esse impius demonstrare vellet, Alypio Antiocheno jussit, ut templum Hierosolymitanum reædificandum curaret. Sed «metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris assultibus erumpentes fecere locum, exustis aliquoties operantibus, inaccessum; hocque modo elemento destinatius repellente, cessavit inceptum» (*Ammian.* 33. 1). Quam itaque stulte *Voltaire, Basnage, Gibbon* aliique recentiores increduli factum hoc negent, quod tot testes, ut *Theodoret.* 3. 20., *Philost.* 7. 9., *Socr.* 3. 20., *Greg. Naz. or. VI. Sozom.* 5. 22. aliique plures, vel ethnici et hæretici, æquales aut proximi ætate confirmant, nemo est qui non videat. Addimus quod ex fragm. Tusculan. edit. a cl. *Mai p.* 6. *Spicil. Rom. II.* huc spectat «καὶ ἀνηνεχθέντων τούτων τῷ αὐτῷ βασιλεῖ Ἰουλιανῷ ἐπαύσαντο τοῦ ἐπιβαλέσθαι τοῦ κτίσαι τὸν αὐτὸν ναόν». Ceterum nisi quis intervenisset, prodigiose aut naturaliter (uti volunt increduli), inopinatus violentusque obex, certe opus continuatum fuisset: tantus erat et jubentis et exsequentum ardor. — Pejora deinde meditatus imperator qui jam existimatione communi exciderat, si, illustri victoria de Persis reportata, pristinam belli gloriam, nunc dilabentem, recuperaret, ineunte a. 363., iterum consule Sallustio, ob deorum cultum sibi conjunctissimo, Antiochia, ubi morabatur, digressus, Euphratem trajicit et, urbibus aliquot expugnatis, Ctesiphontem adit, ubi, cum Persis prœlio commisso, ipse in promiscua turba telo transfoditur (*Ammian.* 23. et 24) simulque exceptum ex vulnere plena manu sanguinem profluentem in cœlum projiciens: *vicisti*, inquit, *Galilæe* (ita *Theod.*); vel «*saturare, Nazarene* (ita *Niceph.*); quod tamen ab eo dictum fuisse, non omnes consentiunt. Quis porro illum vulneraverit, disputatur: utrum nempe fuerit Persa transfuga, ut ait *Vict. epit.* 43.; an unus e suis, ut *Ammianus*, vel Christianis, ut *Libanius*, his infensissimus; an dæmon, ut *Callistus*, Juliani satelles; an angelus, ut *Greg. Naz.*; an denique Mercurius martyr, ut *Damascenus* ex *Helladio*. Utcumque res sit, «vulnus universo orbi salutare Julianus accepit et hac morte iis omnibus, quos per summam crudelitatem interfecerat, litavit» scribit idem *Greg.*, qui, Juliani olim condiscipulus, pessimam ejus indolem optime norat et graphice descripserat. — Delatus in castra, vulnere magis magisque crudescente, paullo post defecit a. ætat. XXXII (*Ammian.*) vel XXXIII (*Jorn.*) ejusque cadaver in suburbio Tarsi positum Jovianus honorifice sepeliendum curavit. — De eo, qui pro diversa historicorum sentiendi ratione et pro vario Juliani agendi modo varie fuit judicatus., ita *Ammian.* 25. 4. 22. primum de corporis dotibus: «Mediocris erat staturæ, capillis perquam pexis et mollibus, hirsuta barba, venustate oculorum micantium flagrans -, naso rectissimo, ore paulo majore, labro inferiore demisso, opima et incurva cervice, humeris vastis et latis. *et* mox de animi 16.: «levioris ingenii - linguæ fusioris et admodum raro silentis, præsagiorum sciscitationi nimiæ deditus - superstitiosus - laudum etiam ex minimis rebus intemperans adpetitor etc.». Contra *Eutrop.* 10. 16. «Egregius vir (Julianus) et rempublicam insigniter moderaturus, si per fata licuisset: liberalibus disciplinis apprime eruditus, Græcis doctior; facundia ingenti et prompta, memoriæ tenacissimæ - tributorum, quatenus fieri posset, repressor». — Non enim infitiandum, reipublicæ commodis aliquando consuluisse et vectigalium minuisse pondus et repetundarum reos pœnis multasse et etiam egenis ægrotisque hospitia aperienda cogitasse, quod ad *Arsaciam* scripsit retulitque *Sozom.*; sed hæc ad fucum faciendum gesta gerendave haud temere crediderís de eo, qui astutiæ magister ac perfidiæ exstitit insignis; qui «gloriæ avidus ac per eam animi plerumque immodici» (*Eutrop. ibid.*); qui «consultor patriæ sed non consultor habendæ Religionis, amans tercentum milia divum Perfidus ille Deo» (*Prudent.* in *apoth.* 449); qui horrendas Christianorum cædes provocavit, contumelia crudelitati adjecta (*Soz.* 5. 9. et 21. *Socr.* 3. 7., *Theod.* 3-7.; *Rufin.* 2. 28., *Philost.* 7. 8., *Chron. Alex.* 546., coll. *Greg. Naz. or. IV*). — De eo alia plura disces ex *Ammian. l.* 21-25., *Oros.* 7. *Hist.* 28-30., 32. et 24., *Claud. Mamertin.*, *Prosp.*, *Hyd.*, *Cassiod.* in *chron.*, *Ambros.*, *Augustin.*, *Hieronym.*, *Rufin.* passim, coll. *Greg. Naz.* aliisque ex Græcis. — Scripsit adversus Christianos, teste *Hieronym.* in *ep. ad Magnum*: «Septem libros in expeditione Parthica adversum Christum evomuit». Quod opus imperfectum fere totum habemus in eo, quod magnifice *contra Julianum* scripsit *Cyrillus Alex.* Tum etiam, quod præsertim ab Antiochenis ob incultam barbam derideretur, «volumen composuit invectivum, quod *Antiochense* vel *Misopogonem* appellavit» (*Ammian.* 22. 14. 1), quo derisores non emendavit sed magis incendit. — De ejusdem nummis fuse egit cl. *Eckhel*, 8. *p.* 127-142., ex quibus, ut ex inscriptionibus, minime colligitur, quod quidam putant, eum fuisse post mortem inter divos, uti mos erat, relatum. — De Juliano scripserunt *Tillemont, Mémoires* etc. *Persécution de Julien VII.* 689.; *Balan, St. d'It. I.*; *Naville, Jul. Apost. et sa philosophie*, Paris 1877.; *Boissier, La fin du Paganisme*, Paris 1894.; *Negri, L'imperatore Giuliano e l'Apostata*, Milano 1902.; *Allard, Jul. l'Apost.*, Paris 1899.

Flavius Leo I.

Flavius Leo I. a. 457-474., *Senior* et *Magnus* appellatus, fere absolute *Leo* dictus a scriptoribus, itemque in nummis et inscriptionibus, Græca excepta, quam refert cl. *De-Rossi, Inscr. Christ. I.* 803., ex Bessica progenie ortus (*Jorn. Rom.* 335. *M.*), Asparis Alani, magistri militum, artibus, Marciano vita functo, ad imperium evectus a. 457., qui Cæsarem creavit Majorianum ap. Ravennam eod. anno (*Jorn. loc. cit.*); consul quinquies, sc. a. 458 (Cf. *De-Rossi, Inscr. Christ. I.* 358.*sq.*, coll. 604), a. 462 (*Id. ibid. p.* 352. et 356), a. 466 (*Id. ibid. p.* 362), a. 471 (*Id. ibid. p.* 538. et *p. XXXIV*) et a. 473 (*Id. ibid. p.* 377). — Majoriano occiso, regnum invasit Severius v. Severianus (*Cassiod.* in *chron.*); quo vita functo a. 465., Anthemius successit, ab imperatore Romam missus a. 467., ut Occidentale imperium, biennio vacans, suo tandem principe regeretur; sed et ipso Anthemio a. 472., a genero suo Ricimero interfecto, post alios ejus successores Nepotem, filium Nepotiani, copulata ei nepte sua in matrimonium apud Ravennam, Leo Augustum fecit (*Jorn. loc. cit.* et *Marcellin.* in *chron.*), ab Oreste paullo post a. 475. solio detrusum. Antea vero, a. 474. consul processerat in Oriente et Cæsar factus erat Leo *junior*, quem Ariadne, imperatoris filia (quam ipse ex Ælia Verina uxore susceperat), Zenoni nupta pepererat, quique dein avo successit et paullo post imperium tradidit Zenoni patri suo, quod is a Flavio Basilisco, fratre Æliæ, surreptum a. 476., sequenti anno recuperavit. — Inter ea, quæ Leo gessit, in primis commendandum est edictum, quod, Leonis M. pont. rogatu, promulgavit contra hæreticos, omnia confirmans, quæ decessores in illos decreverant; dein propositum habuit novi concilii convocandi, si Pontifici placuisset, cui non adhæsit Leo, imperatori persuadens, Chalcedonense Ecclesiæ necessitatibus fecisse satis; tum munus Anatolio episcopo traditum jurium tuendorum, quæ contra Timotheum, episcopum Alexandrinum præpotentem, sibi episcopi Ægyptii vindicabant; denique pietas, qua plura templa, ut inter alia magnificentissimum, in honorem Virg. Mariæ dicatum Constantinopoli, ædificavit. — Quod vero ad reipublicæ bonum attinet, plurimi habendum fuisset opus, quod ipse per Basiliscum fieri tentaverat, ingenti classe parata, contra Gensericum, Vandalorum regem, in Africa dominantem; sed, vix Carthagine capta, sive imperitia et ignavia ducis, sive potissimum ejus proditione, qui, barbari auro facile corruptus, naves incendio deleri est passus, et ob id dumtaxat in exsilium pulsus, cujus caput in tanti sceleris pœnam obtruncari debuisset (*Hydat.* in *chron.*, coll. *Theoph.* 99-100). Quum autem Zeno sibi Thraciam administrandam tribuisset, Asparem, qui obliquis oculis æmulum prope Constantinopolim potentem aspiciebat, eumque de medio tollere nitebatur, imperator cum ejus filio Ardaburio interfici jussit a. 471.; sed Gothis, qui Asparem adjuverant, huic successorem dare Theodericum iisque annuum pendere tributum coactus est. Quam quidem ignominiam acerbius ferens Leo, a. 474. et regni XVII. vita decessit (*Marcellin.* et *Cassiod.* in *chron.*, coll. *Procop.* 1., *Euagr.* 2. et *Niceph.* 29). — De nummis utriusque Leonis egit *Eckhel*, 8. *p.* 194. et 199.

Flavius Licinius.

FLAVIUS LICINIUS Aug. a. 307-323., in nummis ap. *Eckhel*, 8. *p.* 63., modo abs. *Licinius*, modo plenius *Valerius Licinius* v. *Valerius Licinianus Licinius* v. *Flavius Claudius Licinius* v. *Galerius Valerius Licinius* v. *P. Licinius Aug.*; in *aliis* ap. *Mionnet*, coll. *Inscr.* ap. *Henzen, Suppl. Orell. n.* 5566., etiam *P. Licinianus Licinius* et *Jovius Licinius*, plenissime *P. Flavius Claudius Galerius Valerius Licinianus Jovius Licinius*, dictus quoque *pater* v. *senior*, ut a sequenti, ejus filio, distingueretur. — Sunt qui negent eum unquam *Cæsarem* fuisse; non enim constat, a quo hac fuerit dignitate insignitus; sed in *Inscr.* ap. *Borghesi, Œuvr. IV. p.* 184. ita legitur: IMPERATORI (CAESARI) VALERIO LICINIANO LICINIO NOBILISSIMO CAESARI. — Fuit autem vilioris originis (*Anon. Vales.* 13) ex Dacia, homo novus (*Oros.* 7. *Hist.* 28); sed probe notus Galerio imp., qui eum in bello strenuum expertus, honorificis militiæ gradibus auxerat, vir ceteroqui discinctis moribus, rudis, indoctus adeo ut olim philosophos, quos *venenum et pestem publicam* vocitabat, occiderit, avarus, simulator, infidus, imperatore, cui amicitia devinctus erat, omnino dignus (*Vict. Cæs.* 40., *Zos.* 2. 11., *Lact.* 29., coll. *De Broglie, L'Eglis.* etc. *I.* 207); consul quinquies, sc. a. 309., 312., 313., 315. et 318 (Cf. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 31. et 34. et *Fast. cons.*). — Eum Galerius Augustum creavit in Severi interfecti locum a. 307., eique Illyricum regendum dedit (Cf. *Anon. Vales.* 3. et 9). — Maximiano sublato, hujus provincias Occidentales habuit, cui Constantinus M., ut ejus amicitiam captaret, sororem suam Constantiam dedit in matrimonium et Orientem reliquit, sibi Occidente attributo. — Hæc tamen concordia parum duravit; nam a. 314. obortum est inter eos bellum in Pannonia, quod Cibalense appellat *Hydat.* in *chron.*, in quo utraque pars nihil profecit paxque restituta est, Licinio Oriente cum Thracia et partim Mœsia, reliquis provinciis Constantino subjectis (*Eutrop.* 10. 5., coll. *Anon. Vales.* 13-19). — Verum aliquot post annos, auctore Licinio, qui solus imperare cupiens futilem causam ambitioni obtendit, bellum gravissimum iterum exarsit, quod acerrima pugna absolutum est prope Hadrianopolim cum damno Licinii, qui Byzantium se recepit sperans fore ut novis copiis, ab Oriente missis, refectus, rursum cum æmulo congredi posset, sed frustra; nam, ejus classe a Crispo, Constantini filio, deleta et auxiliis incassum exspectatis, Nicomediæ se inclusit, ubi a Constantino obsessus ejus arbitrio se dedere coactus est. Ejus vitæ tunc victor pepercit victumque Thessalonicam relegavit; postea vero eum, nova fortasse molientem, Constantinus sibi timens interimi jussit a. 323. vel 324 (*Eutrop.* 10. 6. et *Oros.* 7. *Hist.* 28., coll. *Jorn. Get.* 141), anno ætatis LX., regni XVII (al. XIV. vel XIX); alii tamen tradunt deditionem evenisse a. 323., mortem a. 324 (*Prosper.* in *chron.*); alii vero hæc transferunt in ann. 324. et 325 (*Hydat.* in *chron.*). — De eo plura invenies ap. *Tillemont, Hist. des Emp. IV.*; *Balan, Stor. d' It. I.* et *De Broglie, L'Eglise et l' Empire I.*

Flavius Marcianus.

FLAVIUS MARCIANUS Aug. a. 450-457., in nummis abs. *Marcianus*, in *Fast.* tantum præn. *Flavius*, humili loco natus in Illyrico sed strenuus bellator, animi magnitudine ac pietate eximia ad solium imperii Orientalis evectus. — Interfuit prœlio, quod Romanis, ab Aspare ductis a. 431., male cessit, ita ut et ipse captus fuerit; quod brevi Gensericus, Vandalorum rex, ejus modestiam admiratus, et, uti fertur, indicio aquilæ super ejus caput sistentis quasi prodigio motus, liber Constantinopolim dimisit. — Paullo ante quam moreretur, Theodosius II. Marcianum in imperatorem elegit, sc. a. 450., levatum Augustum a Circensibus sive Factionibus in Hebdomo, qui consul processit anno insequenti cum Flavio Adelphio. Uxorem duxit Pulcheriam, Theodosii sororem, virginem, ea condicione, ut virgo in matrimonio servaretur (*V.* PULCHERIA); nam prior jam decesserat, ex qua Euphemiam filiam habuerat. Huc pertinet illud *Prosper.* in *chron.*: « Marcianus consensione totius exercitus suscepit regnum, vir gravissimus et non solum reipublicæ sed etiam Ecclesiæ pernecessarius ». Sane triduo post legem promulgavit contra hæreticos severissimam et episcopos ab exsilio revocavit vel in eorum sedes restituit, qui damnati fuerant a conciliabulo Ephesino. Dein a. 451. convocandum curavit concilium Chalcedonense, cui adfuit ut simplex auditor ac tutor, cujusque doctrinas et constituta, jam definita, variis edictis sua auctoritate contra contumaces firmavit, et Eutychen ac Dioscorum in exsilium ejecit (*Funk, St. d. Ch. I.* tr. *p.* 181. 1903). Tum concordiam inter senatum et exercitum perpetuam voluit, pacem cum Persis servavit, res in Africa composuit, Valentiniano II. auxilia misit, Attilæ incursibus periclitanti, qui Orientem impetere non est ausus, quamvis tributum, quod cum eo pepigerat etiam Theodosius II., solvere detrectasset. De eo ita summatim scribit *Jorn. Rom.* 332.*sq. M.* « Marcianus adsumens regnum, quod delicati decessores prædecessoresque ejus per annos fere LX. vicissim imperantes minuerant, divina provisione sic reparavit, ut exsultatio ingens cunctis adcresceret; nam cum Parthis et Vandalis omnino infestantibus pacem instituit, Attilæ minas compescuit, Novades Blemmesque Æthiopia prolapsos, per Florum, Alexandrinæ urbis procuratorem, sedavit et pepulit a finibus Romanorum obitumque Attilæ et Zenonis Isauri interitum, antequam moreretur, felix comperit infelicium; omniumque inimicorum suorum colla Domini virtute calcans, sexto anno sextoque mense regnans in pace quievit ». Merito habetur hic princeps inter præstantiores, qui Orientis imperium rexerunt, innocentia morum, castitatis ac religionis studio, liberalitate in egenos aliisque præclarissimis animi dotibus virtutibusque insignis. — Obiit Constantinopoli VII. kal. Febr. a. 457., ætate ann. LX. — De ejus nummis egit *Eckhel*, 8. *p.* 191.*sqq.* Cf. etiam *Mionnet* et *Cohen.* — De hoc principe, præter laudatos, scripserunt *Marcellin.* in *chron.* et *Evagrius* 2. Cf. *Leo M. epp. ad Marcian.* 78., 82., 83., 89., 90., 94., 104., 111., 115., 121. etc. V. *Real-Encycl. d. Christch. altert. hg. von Kraus* ad v.

Flavius Nepotianus.

FLAVIUS NEPOTIANUS Aug. a. 350., plene *Flavius Popilius Nepotianus Constantinus* in *Fast.* ap. *Borghesi* et in nummis ap. *Eckhel*, 8. *p.* 119., filius Popilii Nepotiani et Eutropiæ, sororis Constantini M. — Is, a. 336. consul cum Facundo; dein a. 350 (al. 349), sumpta ex jure purpura, Romam invasit, quo tempore Magnentius se Augustum per nefas proclamaverat; sed ita se gessit, perditorum hominum consiliis indulgens, ut animos civium ob crudelitatem a se alienaret. Porro cum Magnentianis, qui eum detrudere constituerant, dimicans, victus est ejusque caput per urbem circumlatum (*Vict. epit.* 42., *Prosp.* in *chron.*, *Oros.* 7. *Hist.* 29., coll. *Ammian.* 28. 1. 1). Inde secutæ eorum cædes, qui Nepotiani partibus vel studuerant vel de hoc in suspicionem venerant, inter quos ipsa mater Eutropia capitis pœnam dedit. — De his autem cædibus, sive a Nepotiano sive a Magnentio editis, mentio fit a *Vict. Cæs.* 42., ubi *Potentianus* pro *Nepotianus* errore librariorum legitur. Cf. *Zosim.* 2. et *Socr.* 2.

Flavius Theodosius M.

FLAVIUS THEODOSIUS I. imp. a. 369-395., in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 1127. *Flavius* vocatus, universim vero absolute *Theodosius*, a posterioribus scriptoribus ex gestorum gloria cognomento *Magni* ornatus et, ut distingueretur a nepote, ejus successore, *senior* dictus. — Fuit filius Flavii Theodosii, præclarissimi viri, originem fort. a Trajano principe ducentis (*Vict. epit.* 48., ubi *Honorium* vocat), et Thermantiæ, genere Hispanus (*Id. ibid.*), nat. ca. a. 335 (al. 336), celebritatem brevi adeptus, ob plures victorias contra Sarmatas in Mœsia reportatas a. 374., dux Mœsiæ et princeps perspectissimus, ut eum vocat *Ammian.* 29. 6. 15.; sed in Hispaniam redux, ab æmulorum invidia liber quiete ruris fruebatur, ubi videtur Æliam Flaccillam Hispanam uxorem duxisse. — Verum Gratianus imp., qui tanti viri virtutem probe noverat, inde eum revocavit, quem barbaris minitantibus iterum opponeret (*Theodor. h. e.* 5. 5), magistrum militum fecit misitque cum exercitu in Thraciam, ubi de Sarmatis ad Danubium insignem victoriam retulit, innumeris quoque hostibus (*Theodor. ibid.* et *Zos.* 4. 25) occisis; quare Gratianus, magna lætitia gestiens, Valente jam mortuo sine heredibus, strenuum hunc bellatorem, pium, generosum, imperatorem creavit Sirmii a. 379., provincias, quæ Valenti suberant, ei destinavit, addito Illyrio orientali, i. e. Macedonia, utraque Epiro, Thessalia, Acaia, Dacia utraque, Mœsia superiore et Dardania (*Socr.* 5. 2., *Sozom.* 7. 2., *Zos.* 4. 24., *Theod.* 5. 6., *Eutr. cont.* 11. 664., coll. *Tillemont, Hist. des Emp. V. p.* 264): fuit porro levatus Augustus a. 379. XIV. kal. Febr. in eadem urbe (*Hydat.* et *Marcellin. in chron.*) ac ter consul creatus, sc. a. 380., 388. et 393. — Eodem anno Alanos, Hunnos, Gothos, Scythas multis prœliis devicit. Sed morbo adfectus gravissimo, se moriturum ratus, baptismum petiit, quo ablutus fuit ab Acolio, episcopo Thessalonicensi (*Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 6. et 7). Ab eo tamen quum convaluisset, Gothorum, quos pactis ac donis potius quam armis vicerat Gratianus, suas provincias servans, iis vero Panoniam cedens et Mœsiam superiorem, Theodosius, necessitate coactus, amicitiam non renuit, contumaces tamen domuit, et Athanasium, eorum regem, fugitivum benigne excepit ac vita functum magnificis funeribus honestavit, ita ut barbarorum amorem sibi conciliaret (*Jorn. Get.* 28., *Eutr. cont.* 11. 664., coll. *Troja, Stor. d' Ital. XV.* 30. et 32), quibus et libertatem concessit et jura propria et a tributis immunitatem, dummodo imperatori fidem jurejurando pollicerentur eique certum militum numerum traderent, qui in ejus exercitu conscriberentur. — Interea Maximus, qui per seditionem militum imperator factus, Britanniam, Gallias et Hispanias obtinuerat, initio consentientibus quoque Theodosio M. et Valentiniano II., iis haud contentus Italiam invasit a. 387. et hunc fugere coegit, qui Constantinopolim, opem imploraturus, se contulit (*Oros.* 7. *Hist.* 34). — Theodosius humaniter eum habuit non solum, sed bellum cum Maximo, hoste declarato, gessit, quem primum Sciscia, dein Petovione, postremo Aquilejæ devicit, ac perfido homini sibi adstanti supplicique ignovisset nisi eum, odio instincti, milites jugulassent (*Hydat.* in *chron.*) a. 388. — Anno postea 394., assumpto Honorio, filio suo, Cæsare, contra Arbogastem, qui dolo Valentinianum apud Viennam a. 392. necaverat (*Prosp.* et *Marcellin.* in *chron.*) et Eugenium tyrannum imperatorem facere ausus fuerat, arma vertit. Pugna difficilis fuit et incerta usque ad noctem, qua Theodosius enixe oravit et Deo confisus mane hostem est aggressus ac, dum « gelidis Aquilo de monte procellis Obruit adversas acies revolutaque tela Vertit in auctores et turbine reppulit hastas etc. » (*Claudian. Hon. III. cons.* 93-98), Eugenium devicit (*Oros.* 7. *Hist.* 35. et 37., *Rufin.* 2. 22., *Augustin.* 5. *Civ. D.* 26), quem milites interfecit; quare mox et « Arbogastes sua se manu percussit » (*Prosp.*, *Marcellin.* et *Cassiod.* in *chron.*) a. 394. — Nec minus laude dignum se præbuit Theodosius in iis, quæ ad religionem pertinebant; nam, creato Augusto Arcadio, filio suo sexenni, Ecclesiæ, ab Arianis, Semiarianis, Macedonianis perturbatæ, consulere studuit; et in primis concilium curavit Constantinopoli convocandum a. 381 (*Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 12-16) edictaque promulgavit, quibus vetuit, quo minus sectæ conventus haberent, quæ si ad hunc finem ædificia adhibuissent, hæc fisco addicebat, cuique, ut hæreticos inde expelleret, facultate facta (*Zos.* 4. 37., *Themist. or.* 16. *p.* 204., *Greg. Naz. ep.* 124., 130. etc., *Soz.* 7. 6., *Socr.* 5. 10., *Cod. Theod.* 16. 5. 11., 12., 13); dein ethnicis prohibuit sacra facere ac divinationis artibus uti in eorum templis, quæ paullatim a populis ipsis labefacta corruerunt, aliasque leges tulit, ex quibus ejus prudentia ac

pietas elucebant; unde tunc magna imperio pax arrisit ac felicitas (*Vict. epit.* 44., *Oros.* 7. *Hist.* 6., *Cod. Theod.* 12. 13. 6), a Sapore, Persarum rege, legati missi et dona, a rege Armeniæ priscum Romanorum patrocinium petitum, barbari pacati, fidei dissidia sopita. — Sed reipublicæ quum deinde tributa non suppeterent, Asiæ civitatibus onera quædam addita tam vehementer animos ad iram concitarunt, ut, Antiochiæ potissimum, teterrima oborta sit seditio a. 387., ædificia publica occupata, imperatoris statuæ confractæ, incendia excitata; quæ quum rescivisset, in majestatis reos gravissime animadvertisset Theodosius, nisi a Flaviano, urbis episcopo, ad veniam civibus trepidantibus dandam fuisset permotus (*Liban. or.* 13. et 21., *Zos.* 4. 41., *Theod.* 5. 19., *Greg. Naz. ep.* 225). Contra tamen accidit Thessalonicæ, a. 390., ubi a furenti plebe, quæ frustra aurigæ Circensis in vincula conjecti libertatem poposcerat, Botericus præfectus occisus fuit, vulnerati magistratus, ex quibus alii per vias tracti, trucidati alii; quare Theodosius ira correptus, totamque urbem scelerum participem fuisse ratus, cædem populi in circo clausi, nullo sontium innocentiumque discrimine, imperavit. Quod quum audisset Ambrosius, qui ab hac vindicta Theodosium deterruerat, eum, quo minus templum, quasi cruore insontium fœdatus, ingrederetur, prohibuit, nisi prius tantæ sævitiæ eum pœnituisset; nec abnuit imperator ad se reversus, sed publicæ pœnæ se subjiciens, veniam a Deo ejusque ministro petiit, qui rursum in Ecclesiæ communionem pœnitentem piumque imperatorem recepit, lege tamen lata, ut ne ante dies triginta pœna aliqua capitalis executioni mandari liceret (*Theod.* 5. 18., *Eutrop. cont.* 12. 666., *Cod. Theod.* 9. 40. 13). — Bis Theodosius Romam venit, nempe de Maximo tyranno victor, honores triumphi accepturus, ubi reliquias ethnici cultus delevit, ejusque laudes in senatu dixit Latinius Pacatus; iterum post occisum Eugenium, teste *Zosim.* 4, 15. Cf. *De-Rossi, Statua di Nicomaco p.* 78. — Sed jam Theodosii M. vita ad exitum properabat, qui a. 395. apud Mediolanum hydropicus pie decessit ætate LX. ann., cujus corpus eodem anno Constantinopolim delatum est ac sepultum, ejusque successores Arcadius et Honorius, filii ab Ælia Flaccilla, femina sanctissima, suscepti (ut ex Galla, altera uxore, Placidiam habuerat), utrumque imperium, divisis tantum sedibus, tenere cœperunt, ut *Marcellin.*, *Prosp.*, *Hydat.* et *Cassiod.* testantur. — De eo hæc habet *Vict. epit.* 48. « Fuit Theodosius moribus et corpore Trajano similis, quantum scripta veterum et picturæ docent. Sic eminens status, membra eadem, par cæsaries, os absque eo, quod illi aliquantum vellendo steriles genæ, nec tam ingentes oculi erant, nescio an et tanta gratia tantusque flos in facie seu tanta dignitas in incessu. Mens vero prorsus similis, adeo ut nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. Clemens animus, misericors etc. ». *V.* integr. loc. Alia colliges ex *Cassiod.*, *Jorn.*, *Augustin.*, *Ambros.*, *Claudian.*, *Pacat.*, *Oros.* et ex Inscriptionibus in *Corp. I. L.* — De ejus nummis vd. *Eckhel* aliosque nummographos.

Flavius Theodosius II.

FLAVIUS THEODOSIUS II., imp. a. 402-450., in nummis fere *Theodosius* abs. dictus, aliquando addito præn. *Flavius*, ut in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1127. IMPPP. DDD. NNN. FFF. LLL. THEODOSIO ARCADIO ET HONORIO SEMPER AVGGG. BONO REIP. NATIS, a scriptoribus etiam *junior* appellatus (*Jorn. Rom.* 323. *M.* et alib.), — Fuit filius Arcadii et Eudociæ, nepos Theodosii M., frater Pulcheriæ, Flaccillæ, Arcadiæ, Marinæ etc., nat. a. 401 (*Marcellin.* in *chron.*) et a. 402. Cæsar sive Augustus creatus, ut alii vocant (*Id. ibid.*); consul vero XVII., sc. a. 403., 407., 409., 411 (sine collega), 412., 415., 416., 418., 420., 425., 426., 431., 433., 435., 438., 439. et 444. — Quo autem rectius utiliusque regnaret, Pulcheriam, sororem suam, ætate majorem, feminam pietate, castitate ac prudentia insignem, Augustam declaravit sibique sociam in imperio regendo adscivit (*Id. ibid.*), quæ fratrem adulescentem optimis præceptoribus tradidit educandum. Nec spes eam fefellit; nam deinde plus hic princeps edicta promulgavit severissima in Judæos et hæreticos. — Aliquando tamen ab his subornatus, Nestorio favere visus est; sed a patribus concilii Ephesini, quod ipse convocandum curaverat, quo modo se res haberent, edoctus, damnationem, ab eis hæresiarchæ illi vaferrimo inflictam, sua quoque auctoritate firmavit (*Socr.* 7), eum in exsilium pepulit, novas leges edidit adversum hæreticos, ethnicos, Judæos et Samaritanos, concordiam inter episcopos fovit; quamquam deinde Pulcheriæ consiliis refragatus, Chrysaphio, eunucho potentissimo, morem gessit, qui imperatorem male cautum ita fefellit, ut Eutycheti, novo hæresiarchæ, faverit, conciliabulum Ephesinum confirmaverit, cum summo fidei detrimento. Sed redeunte Pulcheria, quæ a regia, Chrysaphii imprimis impotentiam et astum acerbe ferens, in Hebdomum recesserat (*Marcellin.* et *Theoph.* in *chron.*), rerum facies ita est mutata ut et securitas ab hostibus externis, qui imperii, Attila duce, ruinam intentabant, et tranquillitas domestica fuerit restituta. — Augustæ insuper operâ Athenaidem, filiam Leontii philosophi, quæ, baptismo recepto, Eudocia est appellata, frater duxit uxorem (*V.* EUDOXIA); itemque a. 437. Eudoxia, Theodosii filia, Valentiniano nupsit (*Marcellin.* in *chron.*). — Ad bellica gesta quod attinet, inde ab a. 410, nobilem retulisse victoriam de Vararane Persa, quicum indutias centum annorum pepigisse fertur (Cf. *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 27. et 28); contra Vandalos classem misit in Africam, quam ad Siciliam diutius moratam, quum Hunni fines imperii vastarent, ad eos comprimendos retraxit; sed frustra, quin Attilæ, ingentium turmarum duci, et dona tradere et tributum promittere coactus est, non tamen ei tradidit Chrysaphium, quem barbarus in sui necem cum Edecone conjurasse noverat; quare furore percitus excidium utriusque imperii minabatur, nisi Pulcheria, Theodosio paullo post vita functo, scelestissimum illum hominem capitis damnasset (*Marcellin. Hydat.* et *Theoph.* in *chron.*, *fragm. Tusc. p.* 16. ap. *Mai, Spic. Rom. II.* et *Chron. Pasch.* 317). — Anno demum 450. ex contracto morbo vel, ut alii putant, in venando ex equo dejectus vita excessit a. ætatis XLIX. et regni LXII., quem excepit Marcianus, ab ipsa Pulcheria in ejus locum imperator electus. — A Christianis scriptoribus sæpe laudatur ob ejus fidem ac pietatem, non autem ob prudentiam, utpote qui, neglectis Pulcheriæ hortamentis, fidem adhibuerit callidissimis iisdemque scelestissimis hominibus, qui sub religionis obtentu eum ejusque imperium ad perniciem devocassent. — Leges ab eo editas habet *Cod.*, qui *Theodosianus* est dictus et cui *Novellæ* accessere. — De eo vd. Inscriptiones, quæ apud collectores passim occurrunt, et nummos ap. *Eckhel*, 8. *p.* 180-184. aliosque nummographos.

Flavius Valens.

FLAVIUS VALENS Aug. a. 364-378., absolute *Valens* in nummis, plene *Flavius Valens* in Inscriptionibus ap. *Orelli n.* 61., 1117. etc., *Maximus* ab *Eutropio* et aliquando etiam *Restiarius* vulgo dictus, nat. ap. Cibalas (*Vinkovcé*) in Pannonia, a fratre Valentiniano, vix ut hic ad imperium evectus est, factus Orientis imperator sibique in collegam adscitus a. 364 (*Prosp.* et *Hydat.* in *chron.*) et Augustus declaratus (*Ammian.* 26. 4. 2. et 3., coll. *Vict. epit.* 45), sexies consul, sc. a. 365., 368., 370., 373., 376. et 378. — Brevi, Procopii, qui se Augustum dixerat, rebellione territus, ab imperio se abdicare parabat; sed a. 365., animo recepto, hostem aggressus devicit ejusque caput misit ad Valentinianum, qui in Galliis versabatur (*Ammian.* 26. 7-9). Dein Gothis bellum intulit, qui Procopio auxiliati fuerant, eosque sæpe victos ad pacem compulit (*Id. ibid.* 10. et 27) a. 367. — Eudoxii porro, Constantinopolitani episc., Ariana labe infecti, ministerio baptismum recepit, qui eum jurejurando coegit Arianorum errores sua auctoritate defendere, quod ipse nefarium inceptum, etiam Albia Dominica uxore instigante, maximo studio suscepit ac perfecit. Mox namque edicto catholicos episcopos in exsilium ejici jussit, quod crudeliter ejus satellites sunt exsecuti; Cæsaream Cappadociæ petiit, ut hinc, sed frustra, Basilium episcopum expelleret; dein Antiochiam aliasque deinde urbes, ut, lupus rapax, oves simul cum pastoribus disperderet; quamquam id ei laudi vertendum, quod maximis pœnis magos conjectoresque multaverit (*Id.* 29. 1-2) a. 369-370. — Sed jam acerrimo hæresis patrono gravissima imminebat pœna, qui ipsis barbaris, per Ulfilam ad Christianam religionem conversis, Ariana peste imbuendis operam dederat. Gothi enim a Valentis ministris sævissime habiti, Fritigerno duce, Mœsiam, Thraciam, Daciam invaserunt, aliorum barbarorum multitudine aucti, ita ut Valens, Gratiani imperatoris ope implorata, quæ nihil profecerat, pugnam committere inter Hadrianopolim et Nicæam parabat, quam tamen hostes ex industria renuerunt, ut agros hac illac vastarent et ignibus omnia incenderent; dein ventum est ad pugnam, in qua utrinque ferocissime dimicatum usque dum, vesperascente cælo, Valentis legiones ad internecionem fusæ ac fugatæ sunt, et ipse imperator, telo confossus et in tugurium mox translatus, igne circa ipsum ab insciis Gothis excitato, combustus periit, et quidem illorum manibus, quos Valens deceptos ad hæresim perduxerat. De hoc terribili prœlio hæc scribit *Ammian.* 31. 14. « Nec ulla annalibus præter Cannensem pugnam ita ad internecionem res legitur gesta ». *et* de Valentis persona hæc addit « Cessator et piger: nigri coloris, pupula oculi unius obstructa, sed ita ut eminus appareret; figura bene compacta membrorum, staturæ nec proceræ nec humilis, incurvis cruribus exstanteque mediocriter ventre. - Magnarum opum intemperans adpetitor - duritiamque magis adfectans immanem in crudelitatem proclivior, subagrestis ingenii nec bellicis nec liberalibus studiis eruditus - injuriosus alias et iracundus et criminantibus sine differentia veri vel falsi facillime patens ». *et ibid.* « Perit autem hoc exitu Valens quinquagesimo anno contiguus, cum per annos quattuor imperasset et decem parvo minus. - Amicus fidelis et firmus, ultor acer ambitionum, severus militaris et civilis disciplinæ corrector etc. ». — Filium fort. unicum habuit, quem, ægrotum a Basilio prodigiose sanatum, dein ab hæreticis baptizatum amisit. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 36. — De eo consulas quoque *Oros.* 7. *Hist.* 32. et 33. et fusius *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 7-14. et 18-20. et 29-36. et 8. *ibid.* 8-7. et 12-15., *Augustin.* 5. *Civ. D.* 26. et 18. 52. et 2. *c. litt. Petil. n.* 206., *Rufin. h. e.* 2. 2. et 13., *Jorn. Rom.* 308. *M.* et *Get.* 132. *sq.*; tum nummos ap. *Eckhel*, 8. *p.* 152-156. et *Corp. I. L.* 6. 537. etc.

Flavius Valentinianus I.

FLAVIUS VALENTINIANUS I. Aug. a. 364-375., absolute *Valentinianus* in nummis et apud scriptores, plene *Flavius Valentinianus* in Inscriptionibus (*Orelli n.* 59., 1114., 1124. etc.); item *Senior* dictus, ut a filio, ejus successore, distingueretur (*Jorn. Get.* 131. *M.*), filius Gratiani, nat. ad Cibalas in Pannonia mediocri stirpe (*Id. ibid.* 307. et *Vict. epit.* 45); ob bellicam virtutem, cujus sub Constantio et Juliano eximia dedit specimina, aliasque animi dotes, Joviano vita functo, ad supremam imperatoris dignitatem Nicææ in Bithynia V. kal. Mart. a. 364 (*Hydat.* in *chron.*) ascendit, et ab eo levatus est Valens, ipsius frater, Augustus (*Id. ibid.*), utroque imperio ita diviso, ut hic Thraciam, Græciam totumque Orientem, ille vero Occidentem cum Illyrico et Africam administraret (*Ammian.* 26. 5); primum autem consulatum inierunt, a. 365., simulque consules processere etiam a. 368., 370. et 373 (Cf. *Jorn. Rom.* 307.*sq. M*). — Ann. 366. et 367. feliciter dimicavit contra Alamannos, quos cum Quadris, Scotis, Saxonibus per se vel per duces pluries pervicit; sed aliquando valetudinis causa Gratianum, quem a Valeria Severa, prima uxore, susceperat, collegam in Galliis sibi adjunxit apud Ambianos (*Hydat.* in *chron.*). — Non tamen in

republica regenda inclaruit, sed erga Ecclesiam laudabiliter se gessit, huic fideliter subditus, qui jam ob id odio fuerat Juliano Apostatæ, quum, ad deorum cultum ab eo incitatus, fortiter obstitisset; leges enim tulit, quæ ad ejus decus utilitatemque valde contulerunt. Sed Mediolanum quum venisset, primum consulatum initurus, Auxentium ibi nactus est, episcopum Arianum, non legitimum, sed vi intrusum et ab Hilario Pictaviensi vehementer reprehensum, quem in Galliam redire coegit; contra vero, Arianorum fraudibus circumventus, Auxentio favit, quem catholicum arbitrabatur; non tamen fuit hæresis patronus, quin, re cognita, hæreticos insectatus est, ethnicorum nocturna sacra prohibuit, agros Christianis restituit iisque scholas aperuit, jussit, ut sacerdotes a sacerdotibus, non in foro civili, judicarentur, plenam episcopis libertatem reliquit; castitatis tam studiosus, ut regiam domum mundiorem reddiderit, in tributis exigendis moderatus *(Ammian.* 29. 3., 30. 8); verum de eo redarguendus, quod quum a fratre Valente magni haberetur, hunc ab insectanda Ecclesia et ab Arianis protegendis numquam deterruerit. Nec a vitiis fuit vacuus, quippe qui, teste *Ammian.* 30. 8. et 9., invidus fuerit, avarus, crudelis et adeo iracundus, ut furenti similis aliquando videretur. Quod quidem ei fatale accidit; nam ita olim in Quadorum legatos est invectus, ut, vena abrupta, ex ictu sanguinis, a. 375 (al. 373), vitæ LV et regni XI (Cf. *Vict. epit.* 45., *Oros.* 7. *Hist.* 32. et *Zos.* 4. 17-17) Brigitione in Pannonia mortem obiit. — De eo hæc habet *Vict. loc. cit.* « Fuit vultu decens, sollers ingenio, animo gravis, sermone cultissimus, quamquam esset ad loquendum parcus, severus, vehemens ». Novit etiam « pingere venustissime, - nova arma meditari, fingere cera seu limo simulacra, prudenter uti locis, temporibus, sermone, atque, ut breviter concludam, si ei fœdis hominibus, queis sese quasi fidissimis prudentissimisque dederat, carere aut probatis eruditisque monitoribus uti licuisset, perfectus haud dubie princeps enituisset ». — In ejus locum successit Valentinianus, quem cum tribus feminis, Galla, Grata et Justa, habuit ex Flavia Justina, altera uxore, Magnentii filia. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 8. *p.* 149-152. aliosque nummographos recentiores, ex quibus, ut ex inscriptionibus, plura ad ejus vitam illustrandam colligi possunt.

Flavius Valentinianus II.

Flavius Valentinianus II. Aug. a. 375-392., absolute *Valentinianus* junior in nummis et inscriptionibus *(Orelli n.* 2130., 2352. etc.), plene *Flavius Valentinianus* in aliis *(De-Rossi, Inscr. Chr. I.* 394), filius præcedentis, nat. a. 378. in oppido Acinco Pannoniæ, ex Flavia Justina, ab exercitu per Merobaudem levatus imperator *(Ammian.* 30. 10. 4) a. 375. — Consul processit a. 376. cum Valente patruo suo *(Hydat.* et *Prosp.* in *chron.)* et iterum cum eo a. 378 *(Hydat.* et *Prosp. ibid.* et *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3063). — Gratiano deinde occiso a Maximo tyranno a. 383., Valentinianus, necessitate compulsus, ad eum misit Ambrosium, episcopum Mediolanensem, ut de concordia inter eos ageret, eique Gallias, Britanniam et Hispaniam cessit pepigitque cum eo fœdus. Attamen, quum tyrannus hisce pactis non acquiesceret moxque Italiam invasisset, Valentinianus se resistendo imparem sentiens, Thessalonicam confugit ibique a Theodosio opem poposcit, qui Maximum a. 388. aggressus una cum ejus filio interfecit et Valentiniano non solum Italiam sed Gallias, Hispanias ac Britanniam dedit eumque ab hæresi, quam Justina, mater Ariana, ei insinuare conata fuerat, omnino, Ambrosio adjutore, retrahendum curavit. — Valentinianus itaque, in integrum restitutus, Romam cum Theodosio ejusque filio Honorio suaque matre ingressus est et honorifice ab omnibus exceptus a. 389 *(Oros.* 7. *Hist.* 35). — Regnante vero magis matre, quam filio, non solum hæretici sed etiam ethnici amissa se recuperaturos sperabant, missusque a senatu Symmachus Mediolanum, ut imperatoris decreto statua Deæ Victoriæ, a Gratiano detrusa, senatui redderetur, antiquæ magnitudinis auspex et pignus. Verum Ambrosii eloquentiâ ethnicorum conatus in irritum cecidere et ipse Valentinianus, etsi puer, respondit « se non posse nec velle quod frater fecerat, infectum facere, nec se minus quam fratrem Deum diligere » (Cf. *Ambros. ep.* 57). — Sed quum Arbogastis comitis familiaritate uteretur, hic ea abusus est, ut principem impelleret ad bellum cum Francis gerendum; qua occasione arrepta, Valentinianum jussu infamis hujus proditoris (paullo post pœnam, illata sibi nece, subituri) captus suffocatusque, ethnicorum odio, periit antequam baptismum (erat enim catechumenus) ab Ambrosio reciperet, Viennæ in pervigilio Pentecostes a. 392., imperator magnæ spei, certe ex communi opinione suo decessore præstantior, vita comite, futurus, ut ait *Eckhel* 8. *p.* 160-162. — Exstant *de obitu Valentiniani consolatio* et ad *Theodosium epistola* s. Ambrosii, unde plura, coll. etiam *Eckhel loc. cit.,* ad hujus imperatoris vitam illustrandam erui possunt.

Flavius Valentinianus III.

Flavius Valentinianus III. Aug. a. 425-455., etiam et quidem sæpius *Placidius* seu potius *Placidus Valentinianus* in nummis *(Eckhel,* 8. *p.* 187. etc.) et inscriptionibus *(Orelli n.* 1142. et 1143), plenius *Flavius Placidus Valentinianus (Henzen, Suppl. Orell. n.* 6478); filius Constantii et Gallæ Placidiæ, filiæ Theodosii I., nat. Ravennæ a. 419 (al. 418), quem a. 421. titulo *nobilissimi* decoravit Honorius, ejus patruus. Sed ab eo postea Italia cum matre depulsus, Constantinopolim se recepit, unde rursum, mortuo Honorio, a Theodosio juniore in Italiam est remissus, postquam matrem Placidiam, sanctissimam ac prudentissimam feminam, Augustam, filium vero Cæsarem nominaverat a. 424.; « quin coronam imperialem post hæc consobrino per patricium Stilichonem » misit a. 425 *(Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 1). Hinc Valentinianus imperium Occidentale, quod Johannes invaserat *(Marcellin.* in *chron.),* eo occiso, possedit, titulo Augusti, quo ejusdem Theodosii decreto est appellatus *(Marcellin.* et *Prosp.* in *chron.).* — Is porro, qui per Ætium, ducem militiæ insignem, Hunnos, auxilio Johannis Italiam ingressos, inde dimoverat, Africam Bonifatii comitis culpa amisit, a Vandalis exinde occupatam usque ad Justinianum imp.; ceteras tamen provincias Ætii virtute servavit fuditque identidem Burgundiones, Gothos, Alanos, Francos aliosque, quos pacem petere coegit. Hunnos præterea a. 451., iterum et numero auctos et cædibus inhiantes minantesque extremum imperii excidium, in campis Catalaunicis item per Ætium ad internecionem devicit, cæsis hostium CCC. milibus. Hunc tamen a Petronio Max. patricio, cujus uxorem violarat Valentinianus, injuriæ ulciscendæ causa accusatum, quod imperium affectasset, imperator deceptus quum eum ad se accivisset, ut sponsaliorum pactum Gaudentii filii cum Eudoxia, Valentiniani filia, subscriberet, suo proditor gladio transfodit a. 454. cum gravissimo sui ac reipublicæ detrimento. At ipse imperator a. 455. proditionis suæ pœnam luit; nam ejusdem « Maximi dolo - in campo Martio per Optilam et Transtilam, Ætii satellites, jam percusso Heraclio Spadone, truncatus est » *(Marcellin.* in *chron.),* « exercitu circumstante, anno ætatis suæ XXXVI. et regni XXXI » *(Hydat.* in *chron.,* coll. *Jorn. Rom.* 334. et *Get.* 235. *M.);* sed Romæ inter duas lauros interfectus dicitur in *Chron. Pasch.* et, more ethnicorum, inter divos relatus *(De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 338.*sq.).* — Fuit consul a. 425., 426., 430., 435., 440., 445., 450. et 455. — Uxorem habuit Liciniam Eudoxiam, Theodosii II. filiam, ex qua filias duas suscepit Placidiam et Eudoxiam, quam *Honoriam* appellavit *(Chron. Pasch.).* — Vir fuit animi pusilli, suspiciosi, vitiis deditis; quamquam cum catholicis bene se gessisse patet ex legibus, quas contra Judæos, ethnicos et hæreticos tulit, vel potius ferri sivit a matre Placidia. Enimvero hæreticos damnavit, vetuit Judæis ethnicisque causas in foro agere, militiam exercere, servos habere Christianos: testandi jure apostatas privavit, itemque testamenta, quibus Judæi filios suos, ad Christianam fidem conversos, hereditariis bonis destituissent, irrita esse sanxit. — Memoratur etiam *Vict. Tunon.* in *chron. p.* 358., *Sidon.* 5. *ep.* 9. et 7. *ibid.* 12., *Eutrop. cont.* 15. 671., *Theoph. chron.* 92., coll. *Muratori, Ann. IV.* 141., *Pavirani* 98-99. et *Balan, St. d. It. I.* 10. et 13.*sqq.* — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 8. *p.* 186-188. aliosque nummographos recentiores.

Flavius Valerius Severus.

Flavius Valerius Severus Aug. a. 306-307., ita plene in nummis et inscriptionibus (Φλάβιος Οὐαλέριος Σεβῆρος *Chron. Pasch.)* aliquando *Severus* in eis tantum. — Fuit natione Illyricus, ignobili genere, in imperium intrusus a Galerio, a quo, suffragante Maximiano, in locum Constantii Cæsar (in numm. *nobilissimus* dictus) creatus est sortitusque Italiam, Africam et Pannoniam *(Anon. Vales.* 9), dein Augustus levatus Mediolani *(Prosp.* et *Cassiod.* in *chron.),* Constantio Eboraci vita functo, a. 306. — Vix ut cognovit, etiam Maxentium purpuram induisse, eum ejusque patrem Maximianum Herculium Romæ obsidet; sed a suis desertus Ravennam confugit, ubi dolo captus traditusque Maximiano occiditur, vix secundo imperii anno elapso, ex quo Cæsarem occisor eum dixerat. Aliter tamen rem narrat *Lact.* 26. « Severus Ravennam confugit ibique se cum paucis militibus inclusit: qui quum videret futurum, ut Maximiano traderetur, dedit se ipse vestemque purpuream eidem, a quo acceperat, reddidit. Quo facto, nihil aliud impetravit nisi bonam mortem. Nam venis ejus incisis, leniter mori coactus est, a. 307. Nec alius poterat esse istius hominis exitus, quem, antequam in tantam lucem proferretur, idem *Lact.* 18. vocaverat « saltatorem, temulentum, ebriosum, cui nox pro die et dies pro nocte ». *Hydat.* tamen in *chron.* tradit eum Romæ occisum, *Vict. Cæs.* 40. ad tres Tabernas « funusque ejus Gallieni sepulcro » inlatum.

Flavius Vespasianus.

Flavius Vespasianus Aug. a. 69-79., universim *Vespasianus* absolute dicitur, raro *Flavius Vespasianus,* plene *Titus Flavius Vespasianus* in *Corp.* 6. 1268 = *Newton* 1. et in nummis *(Coins in the Brit. Mus. n.* 221. *XXXII.* et *alib.* et ap. *Eckhel,* 4. *p.* 414. et 6. *p.* 341.*sqq.* Cf. *Momms. St. R. II.*[2] 740). — *a)* De ejus initiis. — Fuit nepos T. Flavii Petronis, municipis Reatini in Sabinis, et Tertullæ; filius vero T. Flavii Sabini et Vespasiæ Pollæ, nat. vico modico Sabinorum ultra Reate, cui nomen est Phalacrine XV kal. Dec. a. 9. p. Chr. *(Sueton. Vesp.* 2., *Dio* 17., *Corp.* 1. *p.* 255., coll. *C.* 6. 200 = *Newton* 175., *Vict. Cæs.* 8., *Sil. It.* 3. 594.*sqq.*, *Momms. Corp.* 9. *p.* 484). — Educatus est a paterna avia Tertulla in prædiis Cosanis Etruriæ, « cujus memoriam tanto opere dilexit, ut sollemnibus ac festis diebus pocillo quoque ejus argenteo potare perseveraverit. Sumpta toga virili, latum clavum, quamquam fratre adepto, diu aversatus est, nec ut tandem appeteret, compelli nisi a matre potuit ». Ita *Sueton. Vesp.* 2. — Hic addimus, Flaviam Domitillam duxisse uxorem, ex qua liberos tulit Titum, Domitianum et Domitillam; at quum uxorem et filiam adhuc privatus amisisset, Antoniam Cænidem, ut ait *Sueton. ibid.* 3., advocavit in contubernium. — *b)* De honorum cursu. — Tribunus militum in Thracia meruit; quæstor Cretam et Cyrenas provinciam sorte cepit: ædilitatis ac mox præturæ candidatus, illam non sine repulsa sextoque loco vix assecutus est, hanc prima statim petitione et in primis *(Id. ibid.* 3). — Legatus legionis secundæ *(Tac.* 3. *Hist.* 44), Narcissi gratia, sub Claudio, ca. a. 42. in Germaniam est missus, inde in Britanniam a. 43 *(Id. ibid.* 4); præterea in breve spatium duplex sacerdotium accepit; consul suffectus quoque fuit per duos novissimos menses a. 51 *(Id. ibid.).* — A consulatu usque ad proconsulatum, Agrippinam timens, vitam in otio secessu-

que egit; sed exin sortitus Africam, integerrime nec sine magna dignatione administravit; unde rediit nihilo opulentior *(Sueton. ibid.* 4); fuit autem Africæ proconsul non ante a. 62. ap. *Borghesi, Œuvr. IV.* 536., coll. *Pallu de Lessert, Fast. des proc. Afr. I.* 140.*sq.* — Novies consul fuit, nempe a. 51., 70., 71., 72., 74., 75., 76., 77. et 79 *(Fast. cons.);* censor cum filio Tito a. 72 *(Sueton. ibid.* 8); denique ad imperium evectus. Aversis enim a Vitellio omnium animis, præcipuus Vespasiano auctor accipiendi imperii fuit Licinius Mucianus, Syriæ præses, qui una cum Tiberio Alexandro, Ægypti præfecto et Agrippa, filio ultimi regis Judææ, eum imperatorem conclamarunt kal. Quintil. a. 69., fidei sacramento adactis legionibus tam in Syria quam in Ægypto, ubi Vespasianus bellandi causa versabatur, Orientis provinciis consentientibus *(Tac.* 2. *Hist.* 79-81., *Heges. de exc.* 4. 26., *Sueton. ibid.* 6). — *c)* De ejus præcipuis gestis. — In Britannia dum erat legatus, tricies cum hoste conflixit duasque « validissimas gentes superque XX. oppida et insulam Vectem Britanniæ proximam in deditionem redegit -; quare triumphalia ornamenta - accepit » *(Sueton. ibid.* 4., coll. *Tac. Agr.* 12. et 3. *Hist.* 44). — Extremo Neronis tempore, quum Judæi, magna seditione excitata, veterique virtute recepta, Romanos, a quibus graviter vexabantur, armis aggressi fudissent ipsumque Cestium, Syriæ præsidem, fugassent, Nero territus cum valido exercitu Flavium Vespasianum contra eos misit, a. 67. quos pluries devicit, crudeliter se gerens cum captivis, quos necari innumeros vel venum dari jubebat ac, plerisque oppidis captis, ipsam urbem, Judææ caput, obsidere parabat. — Interim Galba renuntiatus est imperator; quo brevi vita functo, Otho successit, dum in Germania etiam Vitellius salutabatur Augustus. Hinc factum est, ut Vespasianus, tertius imperator, contra Vitellium arma convertere statuerit. Sed ante alios cum Vitellianis dimicavit Antonius Primus, cum exercitu Mœsiaco Alpes transgressus, eosque, Cremona capta ac vastata, devicit; itemque Cornelius Fuscus ac dein Domitianus, Vespasiani filius, rem tam feliciter egerunt, ut Roma tandem potirentur. Vitellius, frustra paullisper reluctatus, se abdidit; sed brevi detectus et a furenti plebe raptatus crudeliterque habitus, miserrime interiit. — De his autem certior factus Vespasianus ex Ægypto, ubi versabatur, discedere parabat miraculorum fama celebratus, quæ Serapidis ope patrasset, impostorum artibus evulgata *(Tac.* 4. *Hist.* 81., *Dio* 66. 8. et *Sueton. Vesp.* 7). Porro scripsit ad Senatum, a quo consueti honores ei collati; Titus consul creatus, Domitianus prætor, Mucianus vestibus triumphalibus et Antonius Primus consularibus decorati, præfectus prætorii factus Arius Varus. — Strenuus pugnator exinde etiam per duces bella gessit; nempe Petilium Cerialem misit in Britanniam, qui Brigantes vicit et imperii fines protendit; Julium Frontinum, qui Siluros subegit; Fontejum Agrippam, qui Sarmatas transgressos in Mœsiam ac victores ex finibus imperii detrusit signaque amissa recuperavit; Vestricium Spurinnam, qui Bructerum regem induxit in regnum ostentatoque bello ferocissimam gentem - terrore perdomuit; ac demum Agricolam Forojuliensem, virum probum bellique peritum ac Taciti historici amicum, qui et populos Romanæ ditioni subjecit eosque humaniter habuit et ad humanitatem informavit *(Sueton. Tit.* 6., *Tac.* 4. *Hist.* 59. et *Agr.* 8-24., coll. *Dion.* 66. 16. Cf. etiam *Lingard, Hist. d'Angleterre I.* 18). — Nec tantum bello sed etiam pacis tempore reipublicæ bono imperator consuluit, utpote qui disciplinam militarem restituerit, legiones ab Italia removerit, Thraciam in sex partes tribuerit, quo melius administraretur, Romanos miserit ad Ciliciam, Comagenem, Achaiam, Lyciam, Rhodum, Samum, Byzantium regendum *(Oros.* 7. *Hist.* 9., *Eutrop.* 7. 20., *Tac.* 3. *Hist.* 59. et *Agr.* 8. et 15) aliaque curaverit, non omnia tamen a vitio immunia *(Sueton. Vesp.* 16. et 23., *Tac.* 2. *Hist.* 84., coll. *Dion.* 66. 14). Etiam ædibus sacris vel profanis curam adhibuit; templum enim Jovis in Capitolio et Matris deum, terræmotu collapsum, reædificavit, cum tabulis æreis, ubi olim incisi erant annales Urbis; item templum Virtutis et Honoris restituit, Pacis vero, quod inceperat a. 71., dedicavit, fanaque alia refecit et domos, aquæductus, pontes viasque, Colossum in via Sacra posuit *(Dio* 66. 66. 15) et magnificentissimum Amphitheatrum *(V. infra)* condere cœpit, cui operi exstruendo multa Judæorum captivorum milia adlaborarunt *(Sueton. ibid.* 9. 16-18. 23., *Vict. Cæs.* 9., *Tac.* 4. *Hist.* 58., coll. *Dion.* 66. 10. et 15); Claudii monumenta reparavit; extra Urbem oppida egregio renovavit cultu viasque operibus magnis munivit effoditque montes per Flaminiam, prono transgressu *(Vict. epit.* et *Cæs.* 9). — Fuit, quamvis paucis, carus, erga omnes comis, nihil in se habens tumidum, nihil adrogans, tribunitiam potestatem, qua principes insigniri mos erat, et Patris Patriæ appellationem nisi sero recipiens *(Sueton. Vesp.* 12); offensarum inimicitiarumque minime memor exsecutorque *(Sueton. Vesp.* 14., *Tac.* 2. *Hist.* 80. et *Dio* 11); poesis quoque ac musices cultor ac satis decorus vel Græca facundia fuit *(Tac. loc. cit.);* orationem habuit in senatu *(Orelli Inscr. n.* 750); homines litteratos suo favore ita prosecutus est, ut sub eo florerent *Plin.* senior, *Valerius Flaccus, Salejus Bassus, Curatius Maternus, Silius It., Turnus, Julius Gabinianus, Josephus (Fl.);* quin « primus e fisco latinis græcisque rhetoribus annua centena constituit; præstantes poetas nec non artifices - magna mercede donavit » *(Sueton. Vesp.* 18); contra, philosophos cum astrologis, ut publicæ quieti perniciosos, expulit *(Dio* 66. 13. ad a. 71., *Sueton. ibid.* 15., coll. *Schanz, R. L. II.* 2. 24. et *Richter, Kais. Vesp. im Lit.* Plauen 1866); in vestiendo simplex nulli civium quidquam ademit, abstinuit alieno ut si quis unquam *(Sueton. ibid.* 7. et *Tac.* 4. *Hist.* 40); tribunal instituit, per quod in bello rapta suis possessoribus redderentur; Vitellianis pepercit, « maximus omnis ævi rector fessis rebus subveniens » *(Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. [18]).; sed incivilius et violentius aliquando egit, siquidem suspectissimum quemque sibi, submissis, qui per theatra et castra, quasi consensu ad pœnam deposcerent, haud cunctanter oppressit; in quibus A. Cæcinam, consularem virum, vocatum ad cenam ac vix dum triclinio egressum confodi jussit; nec satis, quia præter sævitiam, aliquando inutilem, ut contra Julium Sabinum Lingonem olim rebellem, dein cum uxore Epponina ac filiis in caverna novem annos abditum, nunc innocuos veniamque exorantes, quos, qui videbatur precibus ad lacrimas permotus, extremo supplicio crudeliter effecit *(Tac.* 4. *Hist.* 67. 16. et *Dio* 65. 1). Suspecta etiam in eo luxuria erat, quod ad mediam noctem comissationes cum profusissimo quoque familiarium extenderet; nec minus libido propter exoletorum et spadonum greges et pællicum, quas in defunctæ Cænidis locum plurimas constituerat; nec demum pecuniæ cupiditas, non enim contentus omissa sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidit auxitque tributa provinciis nonnullis ac duplicavit *(Sueton. Vesp.* 15); quamquam, teste *Eutrop.* 7. 19.*sq.*, « quum eam *(pecuniam)* omni diligentiæ provisione colligeret, tamen studiosissime largiebatur, præcipue indigentibus ». — Tandem a. 79. in villa sua circa Sabinos profluvio ventris decessit IX. anno principatus *(Oros.* 7. *Hist.* 9. et *Eutrop.* 7. 20) vel X *(Vict. epit.* 9), IX. kal. Jul. LXIX. ætatis annum agens, cui filius Titus successit. — Alia plura colliges ap. *Sueton.* et *Vict. opp. citt.*, præsertim ap. *Jos.* in libris *de bello Judaico,* Vespasiani adulatorem, *Heges., Eutr., Tac.* ac *Plin.* utrumq., coll. *Hieronym.* ad *Hedib., Augustin.* de *Civ. D.* et *Rufin. Hist. Eccl.;* tum etiam apud poetas *Sil. It.* 3. 594-606. et *Val. Flacc.* 1. 7., qui opus suum ei dedicavit. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 6. *p.* 319-344.; *Cohen, Descr. hist. des monn. frapp.* etc. Paris *I.*[2] 1880. *p.* 358-425.; *Mionnet, VI.* 79-84. *n.* 297-349. et *Suppl. IX.* 34-38. *n.* 55-70., coll. *Pick, Ztschr. f. Num. XIV.* 353.*sqq.* et *Chambalu, Philol. XLV.* 100.*sqq.* — De Inscriptionibus cf. *Newton, The epigraphical evid. for the reigns of Vespas. and Tit.* (= *Cornell stud. in class. philol. XVI.* Ithak N. Y. 1901). et *Dessau, Inscr. lat. sel. n.* 244-255. — De eo scripserunt *Tillemont, I.* 584-658., *Merivale VII.* 112-291.; *Ranke III.* 1. 209-256.; *Schiller I.* 390-400.; *Balan I.* 5. 215.*sqq.; Herzog II.* 1. 285-298.; *Weynand, PW.* 6. 2623-2695.

Titus Flavius Vespasianus.

Titus Flavius Vespasianus Aug. a. 79-81., ut plurimum *Titus* absolute dictus apud scriptores *(Tac.* 2. *Hist.* 1. vocat *Titum Vespasianum),* filius præcedentis et Flaviæ Domitillæ, nat. III. kal. Jan. « prope Septizonium (an Septisolium?), sordidis ædibus et cubiculo perparvo et obscuro, quod manet adhuc et ostenditur; educatus in aula cum Britannico simul ac paribus disciplinis et apud eosdem magistros institutus. — In puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt, magis ac magis deinceps per ætatis gradus: forma egregia et cui non minus auctoritatis inesset quam gratiæ: « præcipuum robur, procera statura et ventre paullo projectiore: memoria singularis, docilitas ad omnes fere tum belli tum pacis artes: armorum et equitandi peritissimus, Latinæ Græcæque linguæ vel in orando vel in fingendis poematibus promptus et facilis ad extemporalitatem usque; sed ne musicæ quidem rudis ut qui cantaret et psalleret jucunde scienterque etc. ». Ita *Sueton. in cit.* 2. et 3. — Hinc « primis militiæ annis apud Germanicos quoque exercitus clarior » *(Tac.* 5. *Hist.* 1) ita ut *Germanicus* diceretur *(Id. ibid.* 3. 66) ac « statuarum et imaginum ejus multitudine ac titulis » honestaretur. — Verum ad mores quod attinet, adulescentiam egit turpem adeoque crudelitati deditus, ut novus Nero redivivus Romæ timeretur *(Tac.* 2. *Hist.* 2. 8., coll. *Dion.* 66. 15. et *Vict. Cæs.* 9. et *epit.* 10). — Relictus in Judæa a patre a. 79., teterrima obsidione Hierosolymam obstrinxit, quam frustra ingentibus Judæorum conatibus defensam, mense Maio ineunte, via intra muros externos patefacta, ingressus, post acerrimam pugnam, tribus firmissimis Sion, turris Antoniæ ac templi arcibus superatis et incredibili edita hominum cæde, ex eorum progenie, qui olim conclamaverant: « sanguis ejus super nos et super filios nostros » *(Matth.* 27. 25), totam demum occupavit, templo destructo et Judæis, uti historici tradunt *(Jos. B. I.* 6. 46., 7. 7. 18., coll. *Dion.* 667), ad 1,350000. occisis. — Alexandriæ bove Api consecrato, Romam expeditissimus revertit, centum captivorum milibus secum adductis et candelabro vasisque templi aureis exportatis, triumphum egit splendidissimum, arcu, qui Titi appellatus adhuc exstat, in ejus honorem et ad perpetuam Judaicæ gentis ignominiam a senatu populoque Rom. mirifice exstructo; qua fortasse occasione cusi fuere nummi, inscripti IVDAEA DEVICTA et IVDAEA CAPTA *(Cohen, Descr. hist. des monn. des Emp. I. tab. XVI. p.* 45. et *tab. XVI. p.* 364). — Ibi consul primum a. 70. processit cum patre triumphavitque cum eo ac simul censuram egit. Eidem postea in tribunicia potestate et in septem consulatibus, collega, postremo et demortuo in imperio successit a. 79., IX. kal. Jul., quod pater testamento decreverat ac suffragio suo sanxerat senatus, prætorianis, quorum fuerat præfectus, gestientibus; itemque pontificatum maximum assumpsit, teste *Sueton. Tit.* 9. — Purpura induta, mores emendavit, dimisit Berenicen, Agrippæ II. sororem, quam turpiter adamabat, ad se accersivit honestos severosque consiliarios viros; justitiam magna integritate administravit, ita beneficus ut, quo nullum beneficio aliquo affecisset, diem perditum diceret *(Sueton. Tit.* 8); fratri Domitiano, qui cum scelestissimis, solii cupidus, in eum conjuraverat, ignovit, in delatores gravissime animadvertit, patris patriæ titulum sibi demeruit, dictus « deliciæ generis humani » *(Vict. epit.* 10., *Sueton. Tit.* 8., *Dio* 66. 19., *Plin. paneg. Traj.* 35). Nemini insuper ante se munificentia inferior, amphitheatro dedicato thermisque juxta celeriter exstructis, munus edidit apparatissimum largissimumque; dedit et navale prœlium in veteri naumachia, ibidem et gladiatores atque uno die quinque milia omne genus ferarum. *Sueton. Tit.* 7. et *Dio* 66. 25.: huc etiam pertinet li-

bellus de Spectaculis poetæ Martialis (Cf. Borghesi in Mem. d. Ist. arch. I. p. 46). — Sed a. 81. postremus ejus vitæ fuit; nam febri correptus multumque conquestus «eripi sibi vitam immerenti; neque enim exstare ullum suum factum pœnitendum, excepto dumtaxat uno» (id vero «quale fuerit, inquit Sueton. Tit. 10., neque ipse tunc prodidit, neque cuiquam facile succurrit»), decessit «in eadem, qua pater, villa, idibus Sept. post biennium ac menses duos diesque viginti quam patri successerat, altero et quadragesimo ætatis anno» (Sueton. ibid. 11), non sine suspicione procuratæ necis a Domitiano fratre (Id. Domit. 2., coll. Eus. ap. Rufin. 3. H. E. 19), mærentibus publice cunctis. «Senatus prius, quam edicto convocaretur, ad curiam cucurrit - tantas mortuo gratias egit laudesque congessit, quantas ne vivo quidem unquam atque præsenti» (Sueton. Tit. 11). Inter divos relatus est «vir omnium virtutum genere mirabilis - facundissimus, bellicosissimus, moderatissimus: causas latine egit; poemata et tragœdias græce composuit etc.» (Eutrop. 7. 21). Nobis vero, admirantibus quidem hujus principis, delicii generis humani, clementiam, beneficentiam, humanitatem, ut historicæ veritati nihil detrahamus, hæc etiam addere liceat, Titum captivos Judæos quam plurimos teterrimo crucis supplicio enecuisse et, quod vehementius reprehendendum est, Romam dum rediret, per viam, Berithi et Cæsareæ, festa celebrasse, in quibus Judæos coegit inter se jugulare, in ludis cum feris luctari vel inter flammas perire, ut Hierosolymæ excidium ad vivum repræsentaretur, ac dein eos Romæ in Circo ferarum dentibus miserrime objecisse (Jos. 7. B. I. 3. et 15. 45. et Heges. 5. 51). — Inscriptiones ad eum pertinentes vd. apud Dessau 258-266.; item nummos ap. Eckhel, 6. p. 350-364.; Cohen, Descr. I.^{3} (Paris 1880) p. 428-464.; Mionnet, Descr. etc. VI. 85.sqq. et Suppl. IX. 36.sq., coll. Poole, Gr. coins in the Brit. Mus. Alex. (Lond. 1892) et Macdonald, Gr. coins in the Hunter. coll. III (Glasgow 1895). — De eo scripserunt ex recentioribus Steinwenter, Tit. Flav. Vesp. Aug. mit besond. Berücksicht. etc., Progr. Graz 1876.; A. Hoffmann, De imp. Titi temp. etc. Diss. Marb. 1883.; I. Hoffmann, Quomodo quando Tit. imper. etc. Diss. Bonn 1883.; Beulé, Titus u. seine Dynast. etc. Halle 1877.; Wolff-Beckh, Der Kais. Tit. etc. f. d. klass. Altert. XI. 1903. p. 449-479.; Weynand PW. 6. 2695-2729., coll. Merivale VII. p. 291-314.; Schiller I. p. 518.sqq.

Flavii Cæsares et Tyranni.

Pauca addimus de iis, qui Cæsaris tantum dignitate præditi fuere vel Regis titulo aut etiam imperium usurparunt ac Tyranni dicuntur. Ex his memorantur ¶ 1. Flavius Constantinus tyrannus sive III. a. 407-411., in nummis Flavius Claudius, in Britannia «ex infima militia ob solam speciem nominis tyrannus exoritur et ad Gallias transit» (Prosp. in chron.); quibus potitus Arelate sedem suam constituit ac dein per filium suum Constantem, quem ex monacho Augustum fecit, Hispaniam quoque sibi subegit ita ut Honorius ejus dignitatem vi obtentam agnoverit a. 408., immo et secum consulem habuit a. 409. Sed quum Italiam quoque sibi adrogare molitur, deficientibus ab eo provinciis, facile captus est atque interfectus a. 411. apud Arelatem ejusque caput in conto adlatum fertur (Hydat. in chron., coll. Prosp., Marcellin. in chron. et Jorn. Rom. 324. M.). — De eo fuse scripsit Oros. 7. Hist. 40. ¶ 2. Flavius Constantius Gallus, Cæsar a. 351-354., sæpius Gallus absolute dictus a scriptoribus, non autem in nummis; nam, Cæsar factus, Galli cognomen omisit et Constantius simpliciter dictus (Vict. Cæs. 42., coll. Cassiod. 5. Hist. trip. 10) vel Constans (Cassiod. in chron.) vel plenius in nummis Flavius Claudius Constantius et Flavius Julius Constantius (V. Eckhel, 8. p. 124.sqq.) vel etiam Constantius junior, ut ab altero Constantio imp. distingueretur. — Fuit filius Julii Constantii, fratris Constantini M. et Gallæ, sororis Rufini et Cerealis (Ammian. 14. 11. 27), vir «natura ferus et ad tyrannidem pronior, si suo jure imperare licuisset» (Eutrop. 10. 13), a Constantio, bellum paranti contra Magnentium, Cæsar levatus (Prosp. et Hydat. in chron.) et Orienti regundo addictus ac triennio continuo Constantii collega in consulatu, sc. a. 352., 353. et 354., qui ei in matrimonium dedit sororem Constantinam, quam prius Hannibalianus duxerat et quæ «Megæra quædam mortalis» dicitur Ammian. 14. 1. 3. Sed quum pessimis esset moribus, hunc Constantius minime passus, regiis indumentis spoliatum, in Istriam relegavit; quin eum, instigante Constantina, quorumdam occisorem, inrevocabili ira percitus princeps, per viam prope oppidum Polam interimi jussit, nono ac vicesimo ætatis anno, quam quadriennio imperasset, teste Ammian. 14. 11. 20.sqq. et coll. Prosp., qui Gallum in insula Flanona occisum tradit. ¶ 3. Flavius Crispus, Cæsar a. 317-326., Crispus absolute vel Julius Crispus in nummis, vel Flavius Julius Crispus in nummis et inscriptionibus (V. Eckhel, 8. p. 100. et Henzen, Suppl. Orell. n. 5574.^{a}) vel Flavius Valerius Crispus (Orelli n. 1077), filius Constantini M. et Minervinæ, non Faustæ, natu maximus (Vict. epit. 41., coll. Zos. 2. 20. et Zonar. 13. 2), discipulus Lactantii (Hieronym. in chron. ad a. 316). — Cæsar factus cum fratre Constantino et consobrino Licinio (Oros. 7. Hist. 28., Anon. Vales. 19. et Hydat. in chron.) ac ter consul, sc. a. 318., 321. et 324. — Francos bello strenue aggressus profligavit a. 320 (Nazar. paneg. 10. 17. 36. et Porphyr. Optat. 5. 32) itemque Licinianos in Hellesponto classi præfectus, ut vidimus, illustri victoria perfregit, de Christianis etiam bene meritus, quamvis initio dubiæ fidei, pro quibus cum patre perutiles leges tulit. — Verum Constantinus M., Faustæ novercæ calumniis subornatus, quod sæpe vel bonos principes, vaferrimarum uxorum illecebris captos, fecisse ac facere novimus, innocentem et egregium virum (Eutrop. 10. 6), tanquam adulterum (Cf. Münzer, PW. 6. 1723.sq., coll. Philost. 3. 4. et Chrys. in ep. ad Phil. 4. 15. 5), Polæ veneno interfici jussit a. 326. cum summo famæ suæ dedecore; quod nimium sero eum pœnituit (Ammian. 14. 11. 20., Sozom. 1. 5., Hieronym. in chron., Sidon. 5. ep. 8. 2., coll. Momms. Chron. min. I. 232). — De eo vd. Burckhardt, Die Zeit Constantins d. Gr.^{2} p. 335. et Seeck, Ztschr. f. wissensch. Theol. XXXIII. 63.; Theol. Litt.-Bl. 1890. p. 18. ¶ 4. Flavius Delmatius, Cæsar a. 335-337., sæpissime Delmatius tantum, plenius aliquando Flavius Delmatius, Flavius Julius Delmatius in nummis ap. Eckhel, 8. p. 103. et Cohen, Méd. imp. VII.^{2} 8. et Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 5582.; Dalmatius vero pro Delmatius scribitur Vict. epit. 41. — Fuit filius Delmatii, fratris Constantini M., Narbone institutus ab Exsuperio rhetore (Auson. prof. 17). Magister dein militiæ et consul a. 333 (Fast. cons. et Inscr. Chr. ap. De-Rossi I. p. 39) bellum gessit cum Calocæro, rebellionis reo, in Cypro, quem victum captumque Constantino tradidit, hic vero mox flammis combussit. — Eum patruus Cæsarem dixit a. 335 (Zos. 2. 39. et Vict. Cæs. 41) eidemque provincias Thraciam, Macedoniam et Achaiam regendam dedit (Vict. epit. 41. et Cæs. 41), ut «tueretur ripam Gothicam» (Anon. Vales. 35); sed a. 337 (al. 338) factione militari, mortuo Constantino M., necatus est (Oros. 7. Hist. 29). — De eo Eutrop. 10. 9. «Delmatius Cæsar, prosperrima indole neque patruo absimilis, haud multo post oppressus est factione militari, Constantio patruele suo sinente potius, quam jubente». Cf. etiam Ammian. 21. 16. 8., Julian. ep. ad Athen. 281., Liban. or. I. 524., Greg. Naz. c. Julian. I. 21. et Hieronym. in chron. ¶ 5. Flavius Hannibalianus, rex a. 335-337., filius Delmatii, fratris Constantini M. (Anon. Vales. 6., Vict. epit. 41., Ammian. 14. 1. 2). Is quoque Narbone præceptorem habuit rhetorem Exsuperium (Auson. prof. 18); dein a patruo nobilissimus est appellatus, duxitque uxorem Constantiam, filiam ejus primogenitam (Anon. Vales. et Ammian. ibid. et Philost. 3. 22). Anno autem 335. Rex regum et Ponticarum gentium (Anon. Vales. ibid., coll. Momms. Chron. min. I. 235. et Vict. epit. 41), sc. Ponti aut Cappadociæ et Armeniæ prope Pontum, a Constantino M. creatus fuit, titulus inde a Tarquinio Superbo abolitus, nunc vero, diversa tamen regiminis forma, restitutus (Eckhel, 8. p. 104., coll. Cohen, Méd. imp. VII.^{2} 363). Sed brevi, patruo mortuo, a militibus, jussu Constantii, a. 337. interfectus est (Zosim. 2. 40. 3., Ammian. 21. 16. 8. et Liban. or. 18. 10), ut Constantini tantum liberi dominarentur: ita censet Eckhel loc. cit. ¶ 6. Flavius Licinius junior, Cæsar a. 317-326., varie in nummis appellatus, plene vero Flavius Valerius Licinianus Jovius Licinius (Cf. Inscr. ap. Orelli n. 1073. et 1076. et ap. Henzen, S. Or. n. 5565. et 5573), filius Licinii Aug. et Flaviæ Constantiæ, Constantini M. sororis, a. 315 (Vict. epit. 41), commodæ indolis juvenis (Eutrop. 10. 6), dictus Cæsar a. 317. et in nummis ac titulis nobilissimus Cæsar et Dominus noster, et consul cum avunculo suo Constantino M. a. 323., ut in Inscr. ap. De-Rossi DD. NN. CONSTANTINO MAX. AVG. V. ET LICINIO IVN. CAES. COSS. Sed a. 326. (al. 325) una cum patre occisus est, ut refert Eutrop. loc. cit. — De ejus nummis vd. Eckhel, 8. p. 68-70. ¶ 7. Flavius Magnus Magnentius, tyrannus a. 350-353., in nummis ac titulis Magnentius absolute, in illis aliquando Flavius Magnentius, in his Magnus v. Maximus Magnentius (V. Corp. 2. 4744. 4765., 4791. et 4840), gente barbarus, homo diri utrique ingenii (Vict. Cæs. 41. et epit. 42), in bello strenuus et ob id carus Constanti Augusto, qui eum maximis dignitatibus ornavit, sed cum suo detrimento; nam ille ingratus, conjuratione facta, tyrannidem usurpavit apud Augustodunum et Constantem profugum nefarie occidi jussit (Id. epit. 41., Zosim. 2. 43. et Eutrop. 10. 9) a. 350 (Hydat. in chron.). — Tum Constantius tyrannum, qui ad se tuendum Cæsares fecerat Decentium et Desiderium fratres suos, ad Mursam aggressus devicit a. 351. et in Gallias fuga se recipientem iterum diversis prœliis profligavit a. 352., ita ut, omni spe destitutus, tandem se ipse interfecerit a. 353 (Hydat. in chron.) v. a. 354 (Prosp. in chron.), tyrannidis tertio (Eutrop. 10. 12) v. mense quadragesimo secundo (Vict. epit. 42), ejusque nomen in publicis monumentis deletum est (Borghesi, Œuvr. III. 469.sq.). — «Fuit legendi studio promptus, sermonis acer, animi tumidi et immodice timidus, artifex tamen ad occultandam audaciæ specie formidinem» (Vict. epit. 42). — De ejus nummis vd. Eckhel, 8. p. 121. sqq. ¶ 8. Flavius Magnus Maximus, tyrannus a. 383-388., fere Maximus absolute dictus, in aliqua vero inscriptione præn. C. vel, ut alii leg., CL. præcedit, quod Claudius v. Clemens putatur, si genuinus est titulus ap. Reines. 3. n. 63. Nec certum est nom. Flavius, qui ex ejus filio Flavius Victor conjicitur tribuiturque patri. — Fuit natione Hispanus, sub Theodosio comite strenuus in Britannia miles, ubi a. 383 (al. 384) «per seditionem militum imperator est factus, quo mox ad Gallias transfretante, Gratianus Parisiis, Merobaudis magistri militum proditione superatus et fugiens, Lugduni captus atque occisus est» (Prosp. in chron.): deinde «Victorem filium suum Cæsarem consortem regni facit» (Id. ibid.) a. 384., Augusti quoque titulum adeptus, quem Theodosius M. et Valentinianus II. ei permiserunt (Cf. Cassiod. 9. Hist. trip. 21). — Non tamen Britanniæ, Galliarum et Hispaniarum regimine contentus, Italiam invasit, hinc Valentiniano depulso a. 387., qui ad Theodosium confugit. — Quare hostis ab eo declaratus, a Theodosii exercitu Aquilejæ victus ambitionem ac perfidiam ignobili morte luit a. 388., quod tyrannidis quinquennium Pacat. in Paneg. Theod. M. 24. «lustrale justitium» appellavit. Milites enim Aquilejenses Maximum purpura spoliarunt et vinctum ac lacrimantem ad Theodosium traxere, qui, pietate commotus, eum libertate donasset, nisi, a tentorio egrediens, militum manibus confossus cecidisset. — Fuit bis consul sine collega, in Gallia primum, dein in Italia (Cf. De-Rossi, Inscr. Chr. I. 162.sqq.). — Memoratur etiam Hieronym. vir. ill. 121., Augustin. 5. Civ. D. 25. et 26., Rufin. h. e. 2. 14-17., Oros. 7. Hist. 35.

et Ambros. ep. 24. et 40., coll. Claudian. carm. 8. 72.sqq. — Catholicus specie fuit, sed dubiæ fidei, ethnicorum familiaris; episcopis tamen sæpe favit; Gratiani necem crocodili fletu comploravit; multos decepit, non autem Ambrosium, qui Maximi indolem probe noverat (Sulpic. Sev. hist. 2. 62. et Oros. 7. Hist. 34). — Paullo post etiam Victor, ejus filius, periit apud Viennam, dolo Arbogastis, comitis sui, uti tradunt (Oros. 7. Hist. 35., coll. Prosp., Marcellin. et Hydat. in chron.), strangulatus atque, ut voluntariam sibi mortem conscivisse crederetur, laqueo suspensus, a. 388., de cujus nummis vd. Eckhel, 8. p. 166.sqq. et Inscr. ap. Orelli n. 1122. et 5055.

Flavii

magistratu aliquo functi vel litteris exculti.

Longa est series Flaviorum, qui reipublicæ vel imperii temporibus floruerunt, præsertim ex consulibus; sed brevitatis causa cogimur de nonnullis ex præcipuis pauca dicere, ad Appendicem quædam de his, ut de aliis, remittentes, quæ in Onomastico prætermittere necesse est. — Memorantur itaque ex magistratibus ¶ 1. Flavius Arbitio v. Arbetio, homo truculentus, «ad insidiandum acer et flagrans et ad innectendas letales insidias perquam callens», qui a gregario milite magnum militiæ culmen et ad summam potentiam in aula provenit, adeo ut etiam affectati imperii accusaretur (Ammian. 14. 11. 2. et 16. 6. 1). — Fuit magister militum et consul creatus a. 355. cum Q. Flavio Mæcio Egnatio Lolliano (Inscr. ap. Henzen, S. O. n. 5587). — Anno 360. judex in causis capitalibus sub Constantio et Juliano impp. (Ammian. 20. 2. 2); dein a. 361. contra Persas missus et contra Julianum, cui erat infensus (Id. 21. 13. 3); postremo, Constantio et Juliano demortuis, a Valente imp. jam senex contra Procopium rebellem (Id. 26. 8. 13. et 9. 4., coll. Zosim. 4. 7). ¶ 2. Flavius Asturius (perperam ap. Cassiod. in chron. aliosque Asterius), absolute Asturius ap. Prosp., Hydat., Marcellin. et in Nov. Valentinian. III. t. 26., vir clarissimus, magister utriusque militiæ (generalissimo), comes Hispaniarum, de quo Hydat. in chron. ad a. 420. «Vandali, Suevorum obsidione dimissa, instante Asturio, Hispaniarum comite - relicta Gallæcia ad Bæticam transierunt». et ad a. 441. «Asturius dux utriusque militiæ ad Hispanias missus Tarraconensium cædit multitudinem Bacaudarum». — Consul processit cum Protogene a. 449 (Hydat. et Prosp. in chron.), de cujus consulatu quædam tradit Sidon. 8. ep. 6 (al. 3), ubi Asterius male scribitur. et de ejus honoribus Inscr. ap. De-Rossi in Inscr. Chr. I. 325.sq. in diptycho, ubi Astyrius legitur: FL. ASTYRIVS V. C. ET INL. EX MAG. VTRIVSQ. MIL. CONS. ORD., h. e. Flavius Astyrius vir clarissimus et inlustris ex magistro utriusque militiæ consul ordinarius. ¶ 3. Flavius Attalus, tyrannus. V. Attalus. ¶ 4. Flavius Castinus, in Inscriptionibus aliquando et apud chronographos Castinus absolute dictus. — Fuit autem magister militum a. 422. et consul processit cum Pictore a. 424. — De eo Prosp. in chron. «Hoc tempore (a. 422) exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cui Castinus dux fuit, qui Bonifatium, virum bellicis artibus præclarum, inepto et injurioso imperio, ab expeditionis suæ societate avertit. Namque ille periculosum sibi atque indignum ratus eum sequi, quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum urbis atque ad Africam proripuit, idque reipublicæ multorum laborum initium fuit». et Hydat. in chron. «Castinus magister militum cum magna manu et auxiliis Gothorum bellum in Bætica Vandalis infert; quos quum ad inopiam vi obsidionis artaret, adeo ut se tradere jam pararent, inconsulte publico certamine confligens, auxiliorum fraude deceptus, ad Tarraconem victus aufugit. Bonifatius, palatium deserens, Africam invadit». — Castinus in Italiam reversus, qui male se gessisset et etiam, ut creditum est, Johanni in tyrannide occupanda esset auxiliatus, in exsilium pulsus fuit, teste Prosp. in chron. ¶ 5. Flavius Clemens Alexandrinus. V. CLEMENS. ¶ 6. Flavius Clemens, absolute Flavius dictus in Fastis cons. et ap. Chronogr., cum præn. Titus in Fastis Hispanis (sed ex falsa lectione), fuit filius T. Flavii Sabini, fratris Vespasiani imp., Domitiani imp. patruelis, cujus sororem Flaviam Domitillam uxorem duxit, ex qua duos filios suscepit. Ita etiam ex tab. geneal. cl. Marucchi ex Euseb. et Dion.; sed Th. Momms. «inter opinationes, quæ vel propositæ sunt ante vel proponi poterunt, incertas omnes» eam exhibet, qua Flavia Domitilla nec uxor fuit Flavii Clementis, uti narrat Dio, nec filia sororis ejus, uti tradit Euseb., at soror ejusque genitores Flavius Sabinus et Flavia Domitilla, frater ille, hæc filia Vespasiani imp. Ita et Gsell (Essai sur le regn. de l'emp. Domit. 1894. p. 310); sed aliter De-Rossi (Bull. Arch. 1865. p. 17-24. et 1875. p. 69-78). Enimvero hujusmodi matrimonium Flavii Sabini ejusque fratris filiæ, cui hæc opinio innititur, Romanis invisum erat, quamvis senatus consulto a. 49. permissum Claudio cum Agrippina, idemque perrarum, testibus Tac. 13. Ann. 7. et Sueton. Claud. 26.; hoc autem ab historicis certe vel vituperatum vel saltem commemoratum fuisset. Sed de hac re V. FLAVIA DOMITILLA. — Anno 95. consul fuit cum Domitiano imp. (Inscr. ap. Henzen, Suppl. Or. n. 5305). De eo hæc habet Sueton. 15. «Flavium Clementem patruelem suum contemptissimæ inertiæ (i. e. Christianum; inertes enim, inutiles, infructuosi Christiani dicebantur, de qua injuria vd. Tertull. apol. 42), cujus filios etiamnum parvulos successores palam destinaverat et, abolito priore nomine, alterum Vespasianum appellari jusserat, alterum Domitianum, repente ex tenuissima suspicione tantum non in ipso ejus consulatu interemit». Hæc autem suspicio in causa fuit, cur dein et Clementem necaverit et Domitillam, ejus uxorem, in exsilium ejecerit. Quænam porro fuerit, disputatur; alii enim conjurationi tribuunt, in cujus suspicionem, tenuissimo vel nullo fundamento innixam, imperator venisset; alii verius Christianæ religioni, quam conjuges amplexi essent; nam procul dubio ob crimen ἀθεότητος (ἄθεοι enim ab ethnicis vocabantur Christiani) damnatus fuit. Cf. Dion. 67. 14. et Syncell. in chron. I. 650., qui diserte martyrem vocat, et etiam De-Rossi in Bull. Chr. a. 1875. p. 73.sqq. et Martyr. Rom. X. kal. Jul. ed. 1914. p. 155., ubi legitur: «Romæ translatio sancti Flavii Clementis viri consularis et martyris, a Domitiano imperatore pro Christi fide interempti, cujus corpus in basilica sancti Clementis papæ inventum, ibidem sollemni pompa reconditum est». — Huc spectat illud Eutrop. 7. 23. «Domitianus consobrinos suos interfecit». et Plin. paneg. 48. «Illa immanissima belua (Domitianus) cum propinquorum sanguinem lamberet etc.». Potius dicendum horum conjugum sanctissimorum mortem in causa fuisse, cur, ad eam ulciscendam, Stephanus, Domitillæ procurator, prior Domitianum pugione suffoderit ac reluctantem Maximus libertus aliique contrucidaverint (Sueton. Domit. 16). — De eo scripserunt Allard, Hist. d. persécut. etc. Paris 1885. p. 164.sq., Hardy, Stud. in Rom. hist. Lond. 1906. p. 67. et Gsell, op. cit. 1894. ¶ 7. Flavius Eugenius, vir clarissimus, variis publicis muneribus egregie functus est; fuit enim præfectus prætorio, consul designatus, magister officiorum omnium, comes domesticus ordinis primi et omnibus Palatinis dignitatibus decoratus; quare ob præclarissima ejus in rempublicam merita Constantius Augustus et Julianus Cæsar statuam auream in foro Trajani, quam ante sub Constante imp. vitæ et fidelissimæ devotionis gratia meruit, adprobante senatu sumptu publico loco suo restituendam censuerunt. Ita in Inscr. in Corp. I. L. 6. 1721. ¶ 8. C. Flavius Fimbria, aliquando Fimbria tantum appellatus vel Fimbrius, ut ap. Chronogr.; a Val. Max. 7. 2. 4. præn. Lucius (al. Licinius), sed Cajus dicitur ap. Cic. Brut. 45., Obsequ. 48., Inscr. ap. Momms. n. 3564. et ab ipso Val. Max. 9. 11. 2. — Teste Cic. Planc. 5. 12. fuit homo quidem novus sed «animi satis magni et consilii»; qui «non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendit, ut ad summos honores perveniret» uti alii idem Cic. 5. Verr. 70. 181. — Sane tribunatum petiit, non tamen obtinuit (Id. Planc. 21. 52); munere aliquo functus, puta prætura, in eo accusatus de repetundis, cujus criminis testis in eum vehementissimus fuit M. Æmilius Scaurus, princeps senatus, se defendit et quidem tam feliciter ut fuerit absolutus (Id. Fontej. 7. 14). — Anno 650 = 104. et consul processit cum C. Mario (Fast. cons., Ascon. in Corn. p. 69. et 72., Obsequ. 43. et Corp. 1. 568 = 10. 3780 = Dessau 3341. et Chronogr.). — Eum narrat Val. Max. 7. 2. 4. judicem de sponsione, quam M. Lutatius Pythia «cum adversario, quod bonus esset, fecerat, at nunquam id judicium pronuntiatione sua finire voluisse, ne aut probatum virum, si contra eum judicasset, fama spoliaret, aut juraret (sc. jurisjurandi religione obstrictus judicaret) virum bonum esse etc. et Cic. Rabir. perd. 7. 21. refert, quum interficeretur Saturninus, a. 654 = 100., cum arma pro salute communi cepisse. — Inter oratores recensetur Cic. Brut. 34. 129., qui de eo hæc habet: «C. Fimbria temporibus iisdem fere (cum C. Graccho etc.) sed longius ætate provectus, habitus est sane, ut ita dicam, truculentus, asper, maledicus, genere toto paullo fervidior atque commotior, diligentia tamen et virtute animi atque vita bonus auctor in senatu. Idem tolerabilis patronus nec rudis in jure civili et cum virtute, tum etiam ipso orationis genere liber, cujus orationes pueri legebamus, quas jam reperire vix possumus». Cf. 2. Orat. 22. 91. et 3. Off. 19. 77. ¶ 9. C. Flavius Fimbria, homo «longe audacissimus - et insanissimus» (Cic. Sex. Rosc. 12. 33) et «insanus inter disertos» (Id. Brut. 66. 233), «Marianorum scelerum satelles» (Oros. 5. Hist. 2), «sævissimus quippe Cinnæ satelles» (Auct. de vir. ill. 70)., «ultimæ audaciæ homo» (Liv. epit. 83). — Legatus L. Valerii Flacci consulis, in Asiam missi, quum hic ob avaritiam odio esset militibus, ab illo occisus est apud Nicomediam (Oros. 6. Hist. 2), qui ei successit a. 669 = 85 (Liv. epit. 82., coll. Vellej. 2. 24. 1., Strab. 13. 594. et Diod. 38. 8). — Anno eodem cum Mithridate dimicavit, Pergamum cepit et Ilium expugnatum delevit, magnamque Asiæ partem recuperavit (Liv. epit. 83., coll. Frontin. 3. Strat. 17. 5.; cf. etiam Reinach, Mithr. Eup. etc. p. 185-187. et Bernhardt, Chron. d. Mithrid. Kriege Diss. Marb. = Progr. Dortm. 1896. p. 15.sq.). At Sulla in Asiam reversus pacem cum Mithridate composuit et Fimbria a suis desertus, qui Sullæ partes secuti sunt, servo suo cervicem præbuit, ut eam obtruncaret, sicque mortem vita dignam obiit indefletus. Cfr. præter laudatos etiam Plut. Sull. 25., Lucan. 7. 6. et Appian. Mithr. 59.sq., coll. b. c. 1. 421. ¶ 10. Flavius Fravita v. Fravitus, natione Gothus, bello strenuus, unus ex ducibus imperii clarissimus (Eutrop. 53.sq.), Gajanam comitem tyrannidi inhiantem prœlio navali inter Chersonesum et Hellespontum profligavit a. 400., qua victoria sibi consulatum demeruit (Id. 92.sq., coll. Zosim. 5. 21.sq. et Marcellin. in chron.). — Sed inter aulicos discordiis exortis, a Johanne comite interfectus est (Eunap. p. 95.sq., coll. Borghesi, Œuvr. III. p. 258.sq. et De-Rossi ad h. l.). ¶ 11. Flavius Lollianus, vir celeber, sæc. III. exeunte, temporibus Constantini M. filiorumque ejus, plenius Q. Flavius Mæsius (al. Messius) Egnatius Lollianus Mavortius ap. Momms. Inscr. n. 2502. et 2503., absolute Lollianus v. Mavortius ap. scriptores. — Fuit cons. a. 355. cum Flavio Arbitione (Ammian. 15. 8. 17); sed antea variis muneribus functus est, ut patet ex Inscr. in Corp. I. L. 6. 1723.; fuit nempe præf. Urb., curat. alvei Tiberis et operum maximorum et aquarum, comes Palatinus etc. Firmic. in Mathes. præf. opus ei dicat: «Nam cum tibi totius Orientis gubernacula domini Imperatoris nostri Constantini Aug. serena ac venerabilia judicia tradidissent, - proconsuli itaque tibi et ordinario consuli designato etc.». — Fuit etiam proconsul Africæ (Inscr. ap. Momms. n. 2502) ante a. 342.; præf. Italiæ a. 356. (Ammian. 16. 8). — Ejus laudes vd. ap. Firmic. op. cit. passim. ¶ 12.

Flavius Lupicinus, ita dictus in Inscr. ap. De-Rossi, Inscr. Chr. I. 193., a. 359. magister equitum in Gallia, Severi successor (Ammian. 18. 2. 7) et a. 360. in Britanniam a Juliano imp. missus contra Pictos et Scotos « bellicosus sane et castrensis rei peritus sed supercilia erigens ut cornua et de tragico, quod ajunt, cothurno strepens, super quo diu ambigebatur, avarus esset potius an crudelis » (Id. 20. 1. 2). — Anno 365. in Orientem missus est iterum a Joviano Aug. ejusque successoribus (Id. 26. 5. 2. et 8. 4. et 9. 1), ubi narratur Valens imp., suscitatis viribus, juncto sibi Lupicino, cum robustis auxiliis Pessinunta signa propere tulisse, Phrygiæ quondam, dein Galatiæ oppidum; tum in bello Procopiano a. 366. ab eo tanto opere fuisse adjutus, ut anno insequenti consulatum ei contulerit, quod cum Jovino exercuit (Inscr. ap. Momms. n. 3902., Prosp., Hyd. et Cassiod. in chron.): eidem Libanius rhetor Antiochiæ panegyricum dixit (Liban. in vit. sua p. 54). ¶ 13. Flavius Marcellinus, tribunus et notarius (Act. Coll. Carthag. a 411), vir divinarum litterarum studiosissimus et Augustini amicus, qui ad eum scripsit libros de peccatorum meritis et de spiritu et littera: a Donatistis accusatus, sed ab Augustino vindicatus, qui ejus integritatem pluries laudibus effert. Sed quum boni ab improbis tolerari nequeant, factum est, ut a. 313. Marinus quidam comes, probabilius auro corruptus et hæreticorum odio incitatus, eum tamquam rebellem, interficeret, teste Oros. 7. Hist. 42., Hieronym. c. Pelag. 3. et Augustin. ep. 151., ubi ejus necem acerbe deflet. — Exstat etiam epist. ipsius Marcellini ad Augustin. n. 136. — In Martyr. Rom. VIII. id. Apr. ed. a. 1914. p. 99. dicitur « Carthagine sancti Marcellini martyris, qui ob catholicæ fidei defensionem ab hæreticis occisus est ». ¶ 14. Flavius Merobaudes, absolute Merobaudes in Fast. cons., cum præn. Flavius in Inscr. ap. De-Rossi, Inscr. Chr. I. 329., natione barbarus, sed rei militaris peritissimus et sollertis ingenii, magister militum adversus Quados sub Valentiniano I. et adeo prudens, ut, sine ulla reipublicæ perturbatione, proclamandum curaverit Augustum puerum quadriennem Valentinianum (Vict. epit. 45); quare merito consul processit a. 377. cum Gratiano Aug. (Ammian. 31. 8. 2., coll. Inscr. ap. Orelli n. 250., 1186., 2353. et 5014) iterumque a. 383. cum Saturnino (Inscr. ap. eund. n. 2364). — Sed, imperante Maximo tyranno, jussus est sibi mortem inferre, teste Pacat. paneg. Theod. 28. « Trabeatus Merobaudes - post amplissimos magistratus et purpuras consulares et contractum intra unam domum quendam honorum senatum, vita se abdicare compulsus est ». ¶ 15. Flavius Ricimer v. Recimerus, Richomeres et Racemedes (Inscr. ap. Orelli n. 1121., De-Rossi, R. S. III. p. 667., Borghesi ex nummis et in Fast.), natione barbarus sed bellicæ rei scientissimus, sub Gratiano imp. militum et paullo post equitum magister ac demum consul a. 384. cum Flavio Clearcho; in lege vero ad eum data a. 391. a Theodosio (Cod. Theod. 7. 1. 13), appellatus comes et magister utriusque militiæ. Dum vero Theodosius bellum parabat contra Eugenium tyrannum, Ricimer, quem secum ducere constituerat, contracto morbo ante expeditionem decessit (Zosim. 4. 55). ¶ 16. Flavius Ricimerus alter, cons. a. 459. cum Flavio Patricio (Marcellin. et Cassiod. in chron.), Gothus, bello valde strenuus (a. 454-479), qui nominavit simulque deposuit quinque imperatores, nempe Avitum, cujus filiam uxorem duxit (Ennod. vit. Epiph.), Majorianum, Severum, Anthemium et Olybrium; a. 456. classem Vandalorum destruxit prope Corsicam, a. 458., quos dein in Campania devicit, et a. 463. Alanos ad internecionem prostravit. Memoratur Jorn. Get. 239. et 256. M., qui eum « virum egregium et pæne nunc in Italia ad exercitum singularem ». De eo Sidon. in paneg. Anthem. carm. 2. passim et in Inscr. ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 119. 3. ¶ 17. Flavius Sabinus (T.), pater Vespasiani Aug. de quo hæc habet Sueton. Vesp. 1. « T. Flavii Petronis filius, cognomine Sabinus, expers militiæ (etsi quidam eum primipilarem, nonnulli, quum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam valetudinis tradunt), publicum quadragesimæ in Asia egit (i. e. vectigal collegit cum quadragesima rerum venalium, quam sibi Princeps arrogabat). Manebantque imagines a civitatibus ei positæ sub hoc titulo: καλῶς τελωνήσαντι. Postea fenus apud Helvetios exercuit ibique diem obiit, superstitibus uxore Vespasia Polla et duobus ex ea liberis, quorum major Sabinus - minor Vespasianus ». Habuit etiam filiam, quæ « non perannavit » i. e. per integrum anni tempus non vixit (Id. ibid. 5). ¶ 18. Flavius Sabinus (T.), filius præcedentis, natu major, frater Vespasiani imp. et Vespasiæ Pollæ (Sueton. loc. cit. et Tac. 3. Hist. 65), præfectus Urbis a. 57. iterumque a. 69 (Tac. 1. ibid. 46. et 2. 63), a Vitellianis, dum frater Romam imperator adventabat, captus est et occisus, ejusque truncum corpus in Gemonias tractum, cui postea censorium funus decretum est a. 70. De eo Tac. 3. Hist. 75. « Hic exitus viri haud sane spernendi; quinque et triginta stipendia in re publica fecerat, domi militiæque clarus, innocentiam justitiamque ejus non argueres: sermonis nimius erat: id unum septem annis, quibus Mœsiam, duodecim, quibus præfecturam Urbis obtinuit (a. 57-69), calumniatus est rumor, in fine vitæ alii segnem, multi moderatum et civium sanguinis parcum credidere ». ¶ 19. Flavius Sallustius, tantum Sallustius dictus Hydat. et Cassiod. in chron., cum præn. Flavius in Inscr. ap. De-Rossi, Inscr. Chr. I. p. 157. et 159. et Corp. 6. 1729., famosus Juliani Apostatæ educator et familiaris, ab eo præfectus Galliarum creatus (Ammian. 21. 8. 1., coll. 23. 1. 1), consul a. 363. cum eodem Juliano, præf. præt., comes consistorii, vicarius urbis Romæ, item Hispaniarum itemque quinque provinciarum: ita in Inscr. in Corp. I. L. supra cit., meruitque statuæ honorem, quæ ei erecta fuit Romæ in foro Trajano a. 364. — Notatu dignum est, quod de eo tradit Ammian. 23. 5. 4. « Julianus vero dum moratur apud Cercusium, - litteras tristes Sallustii, Galliarum præfecti, suscepit orantis suspendi expeditionem in Parthos obtestantisque, ne ita intempestive, nondum pace numinum exorata, irrevocabile subiret exitium ». Sed hujus prudentiæ obstitit ambitio simulque in Christianos odium, quo Julianus excæcatus vere exitium subiit (V. JULIANUS). ¶ 20. Flavius Stilicho, absolute Stilicho a scriptoribus cognomine seu potius nomine appellatus, natione Vandalus, sed religione Catholicus, teste Prudent. 2. Symm. 710.sq., vir fortissimus idemque dux belli peritissimus, cujus laudes celebrat Claudian. carm. 29. — Fuit comes domesticorum, magister utriusque militiæ, Theodosio M. carissimus, qui moriens a. 395. curam ei commisit pueri Honorii, cujus dein socer factus est, quum ei in uxorem dedisset filiam Mariam. — Anno 398. quum Gildo, comes Africæ, imperio Arcadii rebellasset, Stilichonis opera est interfectus statimque Africa domino suo (Cf. Claudian. de bell. Gild.). Sed apprime Stilichonis virtus excelluit in bello contra Gothos, Italiam cum Alarico ingressos, quos primum vicit apud Pollentiam a. 402 (Oros. 7. Hist. 36), dein Veronæ (Jorn. Get. 30), maxime vero in Tuscia, prope Florentiam; quo in prœlio, duce Radagasio interfecto, barbarorum exercitus fere ad internecionem a Stilichone deletus est, qui cum Honorio dein Ravennæ egit triumphum (Prosp. in chron. et Oros. loc. cit.). — Attamen omnia ruit ambitio; nam Stilicho ob tam præclara merita in superbiam elatus, imperii cupiditate instinctus, Eucherio filio suo illud comparare studebat; sed, re comperta, una cum filio Ravennæ, dolo captus, in ipsa regia ille occisus est a. 408., qui ter imperium sartum tectum servaverat (Oros. 7. Hist. 40., Jorn. Rom. 322. M. et Marcellin. in chron.), ejusque nomen a publicis monumentis abrasum (Inscr. ab Henzen illustrat. in Bull. d. Ist. Arch. a. 1880. p. 170). Memoratur etiam Cassiod. 10. Hist. trip. 24.; præcipue vero Claudian. in III. libr. De laudibus Stilichonis. — Habuit uxorem Serenam, Theodosii neptem, cujus laudes celebrat idem Claudian. carm. 29., ex qua filias suscepit Mariam et Thermantiam, quam Stilicho, sorore defuncta, Honorio Aug. uxorem dedit ante a. 408 (Jorn. Rom. loc. cit., Zosim. 5. 28., Olympiod. 4., Eutrop. cont. 13). — Æmulos nactus Rufinum, Arcadii tutorem ac dein Eutropium, potentissimum eunuchum, gravia damna et subiit et intulit; Rufinus enim pro purpura, cui inhiabat, necatus fuit, a. 395 (Sozom. 8. 1., Philost. 11. 3. et Marcellin. in chron.) et Eutropius capite obtruncatus a. 399 (Zosim. 5. 17. 18. et Sozom. 8. 7). — Homo dominandi cupidus barbaros donis ac pecuniis contra Honorium excitasse dicitur; sed, licet a culpis vacuus non fuerit, non iis omnino credendum est, qui, invidia compulsi, ejus memoriam calumniis infamarunt (Cf. Tillemont, Hist. des emp. V.; Troya, Stor. d' It. XVI. et Balan, Stor. d'It. I. 10). ¶ 21. Flavius Aper, in Mss. et I. Gr. R. III. 81., sed perperam etiam Fabius dictus, senator, regnante Trajano, non confundendus cum M. Apro, celeberrimo oratore, de quo Tac. dial. 2., ut ap. Borghesi, Œuvr. III., 102., qui fort. fuit hujus pater: nec cum M. Flavio Apro, cons. ord. a. 130. una cum Q. Fabio Catullino (Corp. 6. 208. et 10. 299., Hyd., Fast. et in Chron. Pasch.) nec cum M. Flavio Apro cons. ord. a. 176. una cum T. Pomponio Proculo Vitrasio Pollione (Corp. 10, 1843. et 15. 1486). ¶ 22. Flavius Syagrius, fort. Afranius (Cf. De-Rossi, Inscr. Chr. I. p. 139), magister officiorum a. 379., præfectus Galliarum et Italiæ a. 380 » et consul a. 381. cum Eucherio (Prosp., Hyd., Cassiod. et Marcellin. in chron.); amicus Sidonii, cujus ad eum plures exstant epistolæ l. 1. n. 94-107., et Ausonii poetæ ep. 2. præf. v. 39.sqq. — Est alter etiam cognominis, de quo consule a. 382. pauca noscuntur, cum priore aliquando confusus. ¶ 23. Flavius Tatianus, præfectus prætorio Orientis a. 388-392., Rufini, potentissimi in aula Theodosii administri, calumniis a. 392. dimissus et exsilii damnatus, cujus postea memoria, illo occiso, restituta est (Cod. Theod. 9. 38. 9). ¶ 24. Flavius Taurus, plenius Flavius Palladius Rutilius Taurus Æmilianus (V. Borghesi, Œuvr. III. 515.sq.), consul a. 361. cum Flavio Florentio (Prosp., Hyd. et Cassiod. in chron.); antea vero senator usque ad a. 351., quæstor missus a Constantio in Armeniam (Ammian. 14. 11. 14) a. 354. et præfectus prætorio Italiæ a. 355., dictus consul fugitivus a Juliano in publicis documentis, quod, eo bellum Constantio inferente, ab Italia cum collega fugisset (Zosim. 3. 10). — Ex litteratis ¶ 1. Flavius, grammaticus, ita simpliciter laudatus Hieronym. vir. ill. 80. « Sub Diocletiano principe accitus (Arnobius) cum Flavio grammatico, cujus De medicinalibus versu compositi exstant libri ». Cf. eund. c. Jovin. 2. p. 332. « Marcellum Sidetem et nostrum Flavium hexametris versibus disserentes ». ¶ 2. Flavius Archippus, Prusæ (Brussa) in Bithynia natus, philosophus, sub Domitiano, quo teste, fuit « bonus vir et professione sua etiam majoribus respondens »; sed « Velii Paulli proconsulis - crimine falsi, de quo eum Furia Prima accusaverat in re testamentaria, damnatus in metallum » (Plin. ad Trajan. ep. 58-60. inter a. 111-113). — Postea vero sub Trajano, qui huic philosopho, cui tot laudes impertierat Domitianus ac statuarum honor pluries fuerat decretus, suæ naturæ accommodatius potavit, eum a pœna liberare (Trajan. Plin. ep. 68). Ipse autem deinde rhetorem Dionem Coccejanum insectatus est, de qua re vd. ep. 81. et 82. ¶ 3. Flavius Arrianus, philosophus et historicus Nicomediensis (Hieronym. ad a. Abr. 2163 = 147), sacerdos Demetris et Coræ in sua civitate natali, sub Trajano, Nicopoli Epiri moratus, Epicteti fuit auditor et amicus, cujus dissertationes digessit, ut tradit Gell. 1. 2. 6. et 17. 19. et 19. 1. 14., coll. Arnob. 2. 78., ubi Arrianus simpliciter vocatur, non confundendus cum Maturio Arriano. Fuit consul suffectus cum Herennio Severo a. 130. sub Hadriano imp. (Borghesi, Œuvr. IV. 157., coll. Suid. in Ἀρριανός) et legatus in Cappadocia a. 133. et 137 (Corp. I. Gr. 2. 2108. et Corp. I. L. 10. 6006). — Diu etiam in Græcia versatus est, præcipue Athenis, jure civitatis donatus, archon eponymus a. 147-148., Xenophontis cultor et imitator

ita ut (Photius 58) « ἐπωνόμαζον αὐτὸν Ξενοφῶντα νέον » (Cf. Doulcet, Quid Xenophonti debuerit Arrianus, Paris 1882). — Plurima scripsit philosophica, historica, geographica etc., ex quibus patet eum plures peragrasse regiones (Περίπλους Εὐξείνου πόντου, Τέχνη τακτική, Κυνηγετικός, Ἀλεξάνδρου ἀνάβασις, ἡ Ἰνδική, Ἀλανική, Παρθική, Βιθυνιακά, Ἐπικτήτου διατριβαί, Ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου etc.); in rebus vero narrandis diligens est et veritatis studiosus, et in scribendo perspicuus, celer, varius, non desultorius nec languidus, ita ut legentes erudiat simulque delectet, quamquam rerum ad vivum exprimendarum permovendique animi arte caret, Attica dialecto plerumque usus secutusque Herodotum, Thucydidem ac Xenophontem; inter æquales, si Lucianum excipias, facile princeps, ut vel ipse de se ait (Ἀναβ. præf. Cf. Phot. cod. 92. in fin.). — ¶ 4. Flavius Caper, grammaticus. V. CAPER. ¶ 5. Flavius Charisius Sosipater, grammaticus. V. CHARISIUS SOSIPATER. ¶ 6. Flavius Felix, poeta Africanus, æqualis Florentini et Luxorii, Carthaginiensis, qui floruit temporibus Trasimundi, regis Vandalorum (a. 496-523). Scripsit quinque epigrammata De thermis Alianarum, quorum postremum artificio litterarum laborat (Cf. Müller in Ann. Fleckeis. 95. p. 796-798)., item Postulatio honoris apud Victori(ni)anum v. inl. et primiscriniarium in Anthol. Lat. 254. p. 177. sq. Riese, ex cod. Salmasiano, ubi prosodiæ leges parum servantur, ut in mǒroris, stŏlida, accīdsiæ etc. (Cf. Riese, op. cit. XXIV-XXVII. et Burmann in Anth. Lat. I. p. 481. et II. 630.sq.). — In codd. Cypriani exstant 406. hexametri ignoti auctoris ad Flavium Felicem de resurrectione mortuorum. ¶ 7. Flavius Magnus, rhetor, de quo in elogio ap. De-Rossi, Bull. Chr. a. 1863. p. 15. « Fl. Magnus, vir clarissimus, rhetor urbis æternæ, cui tantum ob meritum suum detulit senatus amplissimus ut sat idoneum judicaret, a quo lex dignitatis inciperet, præceptor fraudis ignarus et intra breve tempus universæ patriciæ soboli magister eloquentiæ ita inimitabilis sæculo suo, ut tantum veteribus possit æquari ». Adde Hieronym. ep. 70., ubi orator urbis Romæ et Magnus simpliciter dicitur. et Sidon. 5. ep. 10 (al. 8), qui ejus rigorem notat; unde eum aliquid scripsisse quod jam deperiit, clare patet. ¶ 8. Flavius Mallius (Manlius) Theodorus, consul a. 399. p. Chr. (Corp. I. Gr. 6232), de quo consulatu carmen scripsit Claudianus, qui doctrinam Mallii (Mall. cons. v. 62. sqq.) laudibus extulit; Augustinus vero ad eum, ut videtur, librum de vita beata scripsit, ubi Mallium « doctum et christianum virum » vocat, ejusque studia laudat in l. de ordine 1. 11. et retract. 1. 2. — Composuit autem Mallius librum de metris, secutus Terentianum, quem appellat p. 594. 15. et 595. 10. K., cujusque versus præterea adscripsit p. 592., 593. et 594., itemque Jubam p. 595. 13. et 598. 22. K., cujus doctrina maxime usus videtur. Genus autem dicendi a ratione eorum, qui de arte scripserunt, satis diversum, viro, a scholarum usu remoto, haud indignum neque ab illa ætate alienum est (Keil, Gr. vet. VI. p. 583., coll. Westphali, Metr. gr. I.² p. 130). — Dissert. de vita Flavii Mallii Theodori scripsit A. Ruben, Leipz. 1754. ¶ 9. Flavius Merobaudes, poeta et orator, patria Hispanus ac dux celeberrimus, in cujus honorem statua posita est ærea Romæ in foro Ulpio a. 435. cum hoc titulo, quem adfert Wilmanns n. 646. « Flavio Merobaudi, viro spectabili, comiti sacri consistorii - æque forti et docto viro, tam facile (facere?) laudanda, quam aliorum facta laudare præcipuo: castrensi experientia claro: facundia vel otiosorum studia supergresso, cui a crepundiis par virtutis et eloquentiæ cura: ingenium ita fortitudini ut doctrinæ natum, stilo et gladio pariter exercuit, nec in umbra vel latebris mentis vigorem scholari tantum otio torpere passus, inter arma litteris militabat et in Alpibus acuebat eloquium. Ideo cessit in præmium - imago ære formata - quod huic quoque cum augustissimis Roma principibus Theodosio et Placido Valentiniano rerum dominis in foro Ulpio detulerunt, remunerantes in viro antiquæ nobilitatis novæ gloriæ vel industriam militarem vel carmen, cujus præconio gloria triumfali (sic) crevit imperio ». De eo etiam Hydat. in chron. « Merobaudes natu nobilis et eloquentiæ merito, vel maxime in poematis studio, veteribus comparandus ». Scripsit carmen de Christo (Migne P. L. LXI, p. 972.sq.); cui etiam carmen paschale et miracula Christi tribuit Niebuhr, olim Claudiano, sed falso, adjudicata, aliasque poeticas reliquias, ab eo repertas in bibliotheca Sangallensi a. 1823. et editas Bonnæ 1824., quamquam recentiores critici carmen de Salvatore (ita n. 66) huic vindicant (Schanz, G. R. L. IV. p. 217); quam vero probabiliter, nescio, si Claudianus a fide Christiana alienissimus fuit; at perperam Damaso pap. tribuunt alii (V. Amend, Stud. z. d. Papst. Dam. 1894. et Schanz, loc. cit.). — Solet autem hic poeta, si ad trutinam ejus poematia redigantur, in laudibus modum excedere; forma tamen correcta utitur atque eleganti. ¶ 10. Flavius Philostratus (Φλαύϊος Φιλόστρατος Phil. vit. soph.), dictus Atheniensis, insignis orator sive sophista, filius Veri, ex insula Lemno, sed Athenis diu moratus ac famam docendo adeptus, unde ei agnomen inditum, ut a nepote distingueretur, item clari nominis doctore, temporibus Septimii Severi. Hoc autem imperante vel Caracalla, certo ante a. 211., Romam adiit ac domum Juliæ Augustæ frequentavit (Dio 75. 15. 6. et Suid. Ἰουλία Αὐγουστα) vixitque usque ad tempora Philippi imp. (a. 244-249). — Scripsit Vitam Apollonii Thyanæi (VIII. libr.), opus præcipuum, et Vitas Sophistarum (II. libr.), fort. etiam tract. De Gymnast. et epistolas, ubi stilo utitur singulari et imaginandi vi maxime excellit, sed spiritu elatiore valde displicet, potissimum fabularum narratione, quas, nulla critica arte usus sed popelli commenta secutus, in vita Apollonii, hominis magiæ dediti et impostoris famosissimi, quasi veras historias venditat; quod opus fuse declarat Croiset (H. L. Gr. V. p. 765.sq); item in vitis Sophistarum nec ordine rerum nec historiæ scientia se commendat nec critices; suorum vero temporum vitia in scribendo fideliter repræsentat. Eum memorat Hieronym. ep. 53., eique alludit in lib. c. Johann. Hieros. 34., coll. Lact. 5. 3. ¶ 11. Flavius Vegetius Renatus, vir illustris, comes fort. largitionum (non confundendus cum P. Vegetio), temporibus Valentiniani II. et Theodosii M. (a. 375-395), cui, tacito nomine, dicavit Epitoma rei militaris, opus magis historiæ, quam illi scientiæ inserviens, diligentia, non rerum pondere vel stili elegantia, laudandum. Quod vel ipse auctor de se fatetur in præf. « Tanto inferiorem me antiquis scriptoribus esse vix sensi, licet in hoc opusculo nec verborum concinnitas sit necessaria nec acumen ingenii, sed labor diligens ac fidelis ». Addit vero (l. 2. c. 3) se Catonem præsertim ac Frontinum secutum fuisse, quorum instituta ac præcepta « in quantum valeo, strictim fideliterque signabo ». Porro eum Christianæ religionis fuisse asseclam, nemo infitiatur; quamquam ab ethnicorum superstitione non omnino alienum judicaveris, ubi de sacramento militari loquens (l. 2. c. 5) ita scribit « Jurant per Deum et Christum et Sanctum Spiritum et per majestatem imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est et colenda; nam imperatori - tanquam præsenti et corporali Deo, fidelis est præstanda devotio ». — De eo consulas Teuffel, G. R. L. II. tr. p. n. 410. p. 591.sq. ¶ 12. Flavius Vopiscus, Syracusanus, unus ex scriptoribus Historiæ Augustæ, sæc. IV. ineunte, cui tribuuntur vitæ Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, Cari, Numeriani et Carini, tum etiam quadrigæ tyrannorum, uti sunt Firmus, Saturninus, Proculus et Bonosus. De se in vit. Prob. 2. hæc scribit: « Mihi quidem id animi fuit ut non Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos - atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum et temporibus disserendis, sed Marium Maximum, - Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem - ceterosque, qui hæc et talia non tam diserte quam vere memoriæ tradiderunt ». et Prob. 1. « Neque ego nunc facultatem eloquentiamque polliceor sed res gestas, quas perire non patior ». Illud autem vix credendum, eum omnino fidem habuisse Philostrati narrationibus de vita Apollonii Thyanæi, adeo ut promitteret se de eo scripturum (Aurel. 24) hisce verbis: « Si vita suppetit, - breviter saltem tanti viri facta in litteras mittam », homo, qui haruspicum divinationes irridebat (Tac. 15). — De eo vd. Brunner, Vopisc. Lebensbeschr. krit. 1868.; Mähly, Fl. Vop. etc. in Philol. 48 (1889) p. 664.; Schanz, G. R. L. IV. 1914. p. 51.sqq. — Hinc

Flavia, nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom., quo appellatæ fuere plures feminæ illustres, ut 1.°) Flavia Constantia, filia Constantii Chlori, soror Constantini M., uxor Licinii imp. et mater Licinii v. Liciniani, una cum patre occisi (V. CONSTANTINUS M.), memorata Vict. epit. 41., Prosp. in chron. et Lact. m. p. 43. et 45. — 2.°) Flavia Constantina, filia Constantini M., a patre Augustæ titulo et diademate donata, uxor primum Hannibaliani regis, deinde Galli Cæsaris, mulier ad crudelitatem prona (Ammian. 14. 11. 6), in itinere vita functa sepultaque Romæ in suburbano viæ Nomentanæ (Id. 21. 1. 5). — 3.°) Flavia Domitilla, quo nomine quattuor occurrunt, de quibus singulis est aliquid dicendum, ne confusio oriatur. — a) Flavia Domitilla, uxor Vespasiani Aug., de qua Sueton. Vesp. 3. hæc habet: « (Vespasianus) Flaviam Domitillam duxit uxorem, Statii Capellæ equitis Rom. Sabratensis ex Africa delegatam (al. deligatam, al. libertam) olim Latinæque condicionis sed mox ingenuam et civem Romanam recuperatorio judicio (i. e. dato a recuperatoribus) pronuntiatam, patre adserente Flavio Liberale, Ferenti genito nec quidquam amplius quam quæstorio scriba. Ex hac liberos tulit, Titum et Domitianum et Domitillam -. Uxori ac filiæ superstes fuit atque utramque adhuc privatus amisit ». — Mortua, divinos habuit honores, ut ex nummis patet ap. Eckhel, 6. p. 345.sq. = Cohen I. 426. sq., ubi dicitur DIVA DOMITILLA AVG. et Inscr. ap. cl. Furlanetto in Lap. Patav. p. 128. n. 120., ubi legitur: ASCONIA C. f. AVGVRINI SACERDOS DIVAE DOMITILLAE. — Idem Eckhel, ibid. et p. 349. nummum cum epigraphe: MEMORIAE DOMITILLAE S. P. Q. R., potius filiæ tribueret, quam matri; sed minus recte, nam filia patri privato præmortua nunquam cultu divino est honorata. Cf. Mionnet, Rareté d. méd. I. 156.; Stein in PW. et Bernoulli, Röm. Ikonogr. II. 2. 29. — b) Flavia Domitilla, filia Vespasiani imp., uxor viri ignoti, patri adhuc privato, ut diximus, præmortua (Sueton. Vesp. 3). — c) Flavia Domitilla, filia præcedentis, patre fort. Flavio Titiano aliquo, ut putat De-Rossi, Bull. Crist. a. 1875. p. 67., et uxor T. Flavii Clementis cos. a. 95., cui duos saltem filios peperit, de quibus Quintil. 4. procem. 2. « Cum vero mihi Domitianus Augustus sororis suæ nepotum delegaverit curam etc. ». Adde Philostr. vit. Apoll. 8. 25., qui refert Stephanum, Domitillæ procuratorem, libertum fuisse uxoris Flavii Clementis, quam etsi vocat ἀδελφήν, sororem (sc. Domitiani); tamen, ut monet Olearius, Quintiliano innixus (loc. cit.), pro ἀδελφήν legendum est levi mutatione ἀδελφιδῆν = neptem. Hanc autem in insulam Pandateriam (εἰς Πανδατέρειαν) relegatam fuisse ob confessionem Christianæ religionis a Domitiano, testatur Dio 67. 14., coll. Tac. Agr. 45. Cf. etiam De-Rossi in Bull. Crist. a. 1875. p. 70. sqq. et Rom. Sott. I. p. 267. et Inscr. ap. Orelli n. 776. — Ad hanc spectat inscriptio in cippo pagano, reperta in cœmeterio Domitillæ prope locum, Tor Marancia dictum: SER. CORNELIO IVLIANO FRAT. PISSIMO etc. EX INDVLGENTIA FLAVIAE DOMITILL. IN FR. P. XXXV. IN AGR. P. XXXX. — d) Flavia Domitilla, filia sororis T. Flavii Clementis sive ejus neptis ex sorore Flavia Plautilla, Christiana (Cf. De-Rossi in Bull. Crist. a. 1881. p. 57), patre ignoto, ac neptis T. Flavii Sabini, fratris ejusdem Clementis, virgo et martyr celeberrima, a Domitiano in insulam Pontiam relegata. Eus. in chronogr. G. Syncelli: « Scribit Brutius plurimos Christianos sub Domitiano fecisse martyrium, inter quos Flaviam Domitillam, Flavii Clementis consulis ex sorore neptem, in insulam Pontiam relegatam ». Hunc autem Brutium Malal. vocat « doctum chronographum », quem Müller (Hist. Gr. IV. 352)

« christianum » dicit; Euseb., contra, hominem a Christiana religione alienissimum. Hieronym. in laud. Paul. « Delata (Paula) ad insulam Pontiam, quam clarissimam quondam feminarum sub Domitiano principe pro confessione nominis christiani nobilitavit exsilium videnseque cellulas, in quibus illa (Domitilla) longum martyrium duxerat etc. ». Dein vero Tarracinam deducta, quum doctrina et miraculis plurimos ad fidem Christi convertisset, jussu judicis incenso cubiculo - cursum gloriosi martyrii consummavit non. Mai. (Martyr. Rom. ed. 1914. p. 134. Cf. De-Rossi in Bull. Crist. a. 1875. p. 75). Perperam itaque statuit Momms. Corp. 6. 948 (= Orell. n. 776) hanc unam a Domitiano relegatam (Cf. De-Rossi in Bull. Cr. a. 1875. p. 70.sqq.). — Fort. hæc Domitilla nomen dedit cœmeterio, quod in hujus prædio conditum fuerat (V. Inscr. supra adlat.) in via Ardeatina, vulgo nunc quoque ita nominatum, idque confirmari videtur Not. reg. Urb. (Cf. Jordan, Top. II. 146.sq.), ubi dicitur « cœmeterium Domitillæ, Nerei et Achillei ad s. Petronillam via Ardeatina », qui duo, fratres, hujus Domitillæ eunuchi, cum ea martyrium fecerunt. — Hujus porro reliquiæ ex diaconia sancti Hadriani in antiquum eorum titulum, ubi olim reconditæ servabantur, restauratum, jussu Clementis VIII. sollemniter translatæ sunt pridie id. Mai. (Martyr. Rom. ed. cit. p. 140). — 4.°) *Flavia Julia Helena*. — a) Uxor Constantii Chlori, quam « vilissimam » vocat Auct. exc. Vales. 2. et « stabulariam » Ambros. de obit. Theod. 42.; erat enim filia diversoris cujusdam, apud quem aliquamdiu moratus fuerat princeps; eam dein repudiare coactus a Diocletiano et Maximiano, ut Theodoram, Maximiani Herculii privignam, duceret. — Drepanum, oppidum Bithyniæ, Helenopolis a Constantino est appellatum in ejus honorem, quæ virtutum splendore maxime inclaruit, in terram sanctam peregrinata, ubi sepulcrum Christi Domini reperit ejusque crucem cum titulo, testibus Ambros. de ob. Theod. 43.sqq., Paulin. Nol. ep. 31., Cassiod. 2. Hist. trip. 18., coll. Socr., Sozom., Eus., Rufin. aliisque ecclesiasticis scriptoribus. Obiit fort. a. 328. ejusque natalem diem celebrat Roma XV. kal. Sept. Ita de ea in Martyr. Rom. cit. p. 252. « Romæ via Lavicana sanctæ Helenæ, matris Constantini M. piissimi imperatoris, qui primus Ecclesiæ tuendæ atque amplificandæ exemplum ceteris principibus præbuit » (p. 252). — Ab ea basilica Helenianæ dicta olim fuit, quæ nunc appellatur Basilica di S. Croce in Gerusalemme (Baron. ad Mart. Rom.). — De eadem est Inscr. ap. Orelli n. 1074. « DOMINAE NOSTRAE FLAVIAE AVGVSTAE HELENAE DIVI CONSTANTII CASTISSIMAE CONIVGI PROCREATRICI D. N. CONSTANTINI MAXIMI etc. ». — b) Filia Constantini M. et Faustæ, soror Constantii, a quo nuptui data est Juliano (Ammian. 15. 8. 28), perperam *Constantia* dicta a Cassiod. 6. Hist. trip. 1., ab ipso patre *Augusta* appellata, ut est apud Philost. 3. 22. et 28. et in nummis ap. Eckhel, 8. p. 142.sqq. — 5.°) *Flavia Justina*, Justi filia, uxor Flavii Magni Magnentii (Zos. 4. 19. et 43), dein Valentiniani I., cui peperit Valentinianum et Justam, Gratam et Gallam. — Superfuit autem marito, sed cum detrimento fidei Christianæ; nam, ætate Valentiniani puerili abusa, Arianis favit, fortiter tamen et reluctante Ambrosio, episcopo Mediolanensi, qui feminæ arroganter petenti, ut hæreticis catholica templa aperirentur, id negavit respondens: « Ego quod sacerdotis, quod imperatoris est, faciat imperator » (Serm. c. Aux. ep. 21). et rursum: « Imperator intra Ecclesiam, non supra Ecclesiam, est: hæc ut humiliter dicimus, ita constanter exponimus » (Ibid.). Huic postea eam admonenti de periculo, ne Maximus, Galliæ tyrannus, vafer Catholicorum patronus, Italiam invaderet, Justina nullam fidem habuit; quin ejus aulici Ambrosium de imperii excidio propemodum incusarunt; sed Maximus a. 387., legionibus cis Alpes trajectis, Mediolanum est ingressus, unde Justina cum Valentiniano ejusque administris perterrefacta ad Theodosium confugit (Zos. 4. 42., Oros. 7. Hist. 34., Augustin. 9. Conf. 7., coll. Socr. 5. 11., Sozom. 7. 14., Rufin. 2. 16. et Eutrop. cont. 11. 664). — Impie obiit, ut vixerat, ca. a. 388. — 6.°) *Flavia Maxima Fausta*, filia Maximiani Herculii et Eutropiæ Syræ (Vict. epit. 40), uxor Constantini M., cui tres filios peperit Constantinum, Constantium et Constantem (Inscr. ap. Henzen, Suppl. Orell. n. 5581). V. CONSTANTINUS M. — De ejus nummis vd. Eckhel, 8. p. 99. — 7.°) Alias tantum attingimus, ut est *Flavia Mamilia*, virgo Vestalis Maxima, cujus egregiam sanctimoniam senatus laudando comprobavit, ut in basi ei dicata (Corp. 6. 2133). — Item *Flavia Maximiana Theodora*, loco Helenæ a Constantio Chloro, ut vidimus, ductam (Vict. epit. 40), quorum filii fuere Constantinus, Hannibalianus, Constantius, Flavia Constantia, Anastasia et Eutropia. — Item *Flavia Plautilla*, T. Flavii Sabini, Vespasiani imp. fratris, et Plautiæ filia, Christiana et, ex ignoto viro, mater Flaviæ Domitillæ virginis (Cf. Tac. 13. Ann. 32. et De-Rossi, Bull. Cr. a. 1865. p. 20). — Item *Flavia Titiana*, uxor Pertinacis imp., filia Flavii Sulpiciani, Augusta, marito superstes cum filio et filia (Capit. Pert. 13). ¶ 2. Est etiam nom. geogr., adhibitum fere cum additis. — 1.°) In sing. num. — a) *Flavia Æduorum*, plenius *Colonia Flavia Æduorum*, oppidum idem quod *Augustodunum* (hod. *Autun*), ap. Eumen. grat. act. ad Const. 1. 2. et 14.; unde *Flavienses*, incolæ, dicti ap. eund. ibid. 1. in lemm. — b) *Flavia Augusta* dicta est *colonia Puteolana* (V. PUTEOLI) et aliæ, ut *Cæsarea Palæstinæ*, dicta *Prima Flavia Augusta* ap. Plin. 5. Hist. nat. 13. 14. (69)., Tac. 2. Hist. 79., Ammian. 14. 8., coll. Jos. ant. 13. 11. 2. et Ptol. 5. 16. 2.; hinc *Flaviaugustanus*, adj. Corp. 2. 4196. — c) *Flavia Cæsariensis*, una ex quattuor provinciis, in quas divisa est Britannia a. 297., administrata a præside (Not. Imp. occ. 1) sub dispositione præfecti præt. Galliarum, dicta etiam absolute *Flavia* ap. Polem. Silv. in laterc. XI. — d) *Flavia Pia Constans Emerita Helvetiorum*, oppidum Galliæ, idem ac *Aventicum*. V. hanc voc. — e) *Flavia Constantia*, oppidum Galliæ Celticæ, idem ac Cosedia (*Coutances*). Corp. 13, 1. p. 494., coll. Ammian. 15. 11. et Not. Dign. occ. 37. — f) *Flavia Septimia Augusta*, oppidum Pannoniæ, idem ac Siscia (*Siszek*) ap. Vellej. 2. 113., Not. Dign. occ. 11. et Corp. 3. p. 501-189. — g) *Flavia Sirmii* v. *Sirmium*, oppidum Pannoniæ idem ac Sirmium (*Mitrovitza*). Inscr. ap. Momms. n. 2674. — 2.°) In plur. num. — a) *Flaviæ Aquæ*. V. AQUÆ FLAVIÆ. — b) *Flaviæ Aræ*, oppidum in Germania occid. in via ad Vindeliciam (hod. *Rottweil*). Corp. 13. 2. p. 211., coll. Ptol. 2. 11. 30.

Flavius, a, um, adj. ad Flaviam gentem v. ad Flavium aliquem pertinens ¶ 1. In sing. num.: *Flavia ala* apud Romanos. Corp. 8. 4510. In Inscr. ap. Orelli n. 3409. *Ala Flavia Pia Fidelis miliaria*. et ap. Henzen., Suppl. Orelli n. 5418. *Ala I.* et *II. Flavia gemina*. — Apud exteros in Not. imp. or. c. 28. et 31. sedem habens in Mesopotamia *Ala Octava Flavia Francorum*. et Corp. 8. 2394. et 2395. *Ala Flavia Gallorum Tauriana*. Cf. *Gallorum Flaviana* in Corp. 3. Dipl. 22. — *Flavia classis* in Not. imp. occ. c. 31. — *Flavia cohors*, in Inscr. ap. Henzen, Suppl. Or. n. 5628. *Cohors I. Flavia*. et ap. Orelli n. 2153. *Cohors I. Flavia equitata*. — *Flavia domus* (V. Borsari, Top. R. A. 1897. p. 349.sqq. et Visconti Lanciani, Guida del Palatino 39), in regione Urbis VI., ad Malum Punicum, quæ dein mutata est in templum gentis Flaviæ a Domitiano (Sueton. Domit. 1.: cf. Jordan, Top. I. 2. 192., 411), a Septimio Severo et Caracallo restauratum et Vespasiano a filiis dicatum. De ea Martial. 9. 2. « Addita quid Latio Flavia templa polo? ». Situm erat prope templum Concordiæ ad meridiem basilicæ Opimiæ, cujus fragmenta adhuc exstant (Borsari loc. cit. p. 230). Distinguenda tamen est a *Domo Augustana* seu *Flaviorum*, ut monet cl. De-Rossi, Piante Iconogr. di Roma p. 123.sqq. — *Flavia fossa*, in Atrianorum paludibus, quæ Septem Maria vocantur, ap. Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (120). — *Flavia gens*, celeberrima, de qua diximus initio, quum de Flaviis egimus, qui temporibus reipublicæ floruerunt; quam excepit altera imperii temporibus « obscura illa quidem ac sine ullis majorum imaginibus » (Sueton. Vesp. 1), orta ex Tito Flavio Petrone, municipe Reatino, ejusque filio Sabino et Vespasia Polla, unde Sabinus alter et Vespasianus nati sunt (Id. ibid. 12); postremo, temporibus Constantii Chlori, a Claudio Gothico originem suam ducentis (Treb. Claud. 3), in Constantini M. ac successorum familia superstes. — **Flavia legio**, legio III., quæ est *Flavia Felix*, *Flavia Gordiana*, *Flavia fidelis*, *Flavia pia Fidelis* aliæque plures ap. Henzen in Ind. Orell. p. 125. — **Flavia lex** agraria, lata a L. Flavio, trib. pl., a. 694 = 60., de qua vd. Cic. 1. Att. 18. et 19. et Dion. 37. 50. V. Ind. leg. ap. Orelli p. 176. Hanc oppugnarunt L. Lucullus et M. Cato et omnis senatus, antesignano Q. Metello consule: resque eo pervenit contentionis, ut consul a tribuno plebis in carcerem duceretur; quumque senatus optimatiumque ordo omnis Metellum comitaretur et ad carcerem conveniret, Flavius, sella tribunicia ad januam posita, neminem ingredi passus est. Metellus igitur jussit murum carceris perforari, ut senatus per eum introire posset. Cetera vd. ap. Dion. loc. cit. Tria hujus legis capita satis declarantur a Cic. loc. cit., quartum vero haud facile, quid sibi velit, perspicitur, fortasse ex male intellecto Dionis loco. V. Orell. ibid. — **Flavia provincia**, una ex eis, in quas divisa fuit Britannia, a Flavio Constantio vel Constantino. Sex. Ruf. brev. 6. — **Flavia rogatio**, a M. Flavio, trib. pl., lata ad populum, ut in Tusculanos animadverteretur « quod eorum ope ac consilio Veliterni Privernatesque populo Romano bellum fecissent » (Liv. 8. 37). — **Flavia via**, a Fl. Vespasiano imp. constituta in Istria, a Tergeste Polam pertingens. Corp. 5. 7987., coll. 7985. et 7988. — **Flavium Amphitheatrum**, fere dictum absolute *Amphitheatrum* et etiam *Colosseum* (ital. *Colisseo* v. *Colosseo*) v. *Colisæus* semel ap. Bed. Vener. (Coll. Mign. Patr. lat. XCIV. 543), ita, non a Colosso aeneo Neronis, opere Zenodori (dein in odium tyranni converso in statuam Apollinis) in vestibulo Domus aureæ, a Nerone ædificatæ, ut putat cum aliis cl. De-Vit, sed ab Amphitheatri magnitudine et amplitudine vocatum (Maffei, Degli Amfiteatri² 31. et Babucke, Gesch. d. Koloss. 17., coll. Friedländer, S.-G. II.⁵ 562. et Kleinpaul, Rom in Wort u. Bild I. 59.sqq.), quod 87. hominum milia dicitur capere potuisse, et « divitiarum flumine profuso » (Cassiod. 5. ep. 45), fuisse exstructum; quo autem artifice, adhuc latet, quod quidem mirum est; quamquam sunt qui existiment eum fuisse religione Christianum et ob id nomen ignorari, cui opinioni suffragari videtur, quod de alio ædificio Flavio ab imperatore Domitiano vetitum legimus « ne - cujusquam superstitionis fraudibus polluatur ». Cf. Orelli-Henzen n. 550. et inscriptionem spuriam, quæ in crypta s. Martinæ adhuc prostat prope forum Romanum. Verum huic opinioni adversantur critici recentiores, inter quos Marucchi et Grisar (Roma alla fine del mondo antico I. p. 300). — Fuit porro certaminibus gladiatorum ac venationibus aliisque spectaculis erectum (V. AMPHITHEATRUM in Lexico), ubi erat lacus Neronianus Domus aureæ. Hinc Martial. epigr. 2. spect. « Hic ubi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant ». Opus incohatum fuit a Vespasiano et a Tito absolutum dedicatumque a. 80., sollemni ritu, occisis quinque ferarum milibus (Sueton. Tit. 7), ac postea a Domitiano, Trajano, Commodo, Alexandro Severo et Helagabalo vel ornatum vel restauratum; tot vero sæculorum vicibus magna ex parte læsum, operâ Benedicti XIV., Pii VII. et Pii IX. pp. rr., ingentibus impensis ab extrema ruina servatum. — Memoratur vel etiam describitur Sueton. Vesp. 9. et Tit. 7., coll. Pausan. 5. 12. 4., Dion. 56. 25. et 58. 25. et Vict. Cæs. 9. — De eo vd. Fontana, L'amfiteatro Fl. descritto e delineato (1725); Re, Oss. sull'arena e sul podio dell'a. Fl. (1813); Münzer, PW. 6. 2516.sqq.; Becker, Handb. I. 681.; Gilbert, Gesch. u. Topogr. Stadt Rom in Altert. III. 331.; Borsari Top. R. A. p. 132.sqq.; Boulanger, De venat. circi et amphith. a. 10.; et nummos ap. Cohen I.² 461. n. 399. et 400. etc., coll. Eckhel, 6. 357.sqq. et 7. p. 270.sq. et 315. et Donaldson, Arch. num. 294.sqq. — V. etiam Inscriptiones in amph. Fl. repert. ap. Hülsen Corp. 6. 32685-32263. ¶ 2. In plur. num. **Flavia templa**. V. Flavia domus. — De **Flaviis equitibus** V. Henzen in Ann. d. Ist. arch. a. 1850. p. 20. sqq.; item de **Flaviis rostris** Bunsen ibid. a. 1836. p. 258-261. — De aliis in sing. aut plur. num. V. suo loco.

B) In titulis nom. gent. vir. Not. degli scavi a. 1888. Romæ p. 135. Corp. 6. 17981 (in claustro cœnobii s. Laurentii in agro Verano). Ibid. 18260 (in villa Pamfilia [sic]). Flabius. — Hinc *Flaviolus*, cogn. vir. demin., in Inscr. metrica Bull. Sard. a. 1857. p. 72., ubi licenter *Flāviŏlus*. — *Flavia*, nom. mul. Corp. 6. 18269 (Romæ).; 18341 Flabia. et 17896 (in hortis Montaltinis) Fabiase (gen.). — Hinc *Flavilla*, cogn. mul. demin. Inscr. ap. De-Rossi, Bull. Cr. a. 1875. p. 40 (in lamina marmorea). et in Corp. 8. 5960. Fabia Flabilla (sic). — Transiit aliquando in cogn. vir. Corp. 3. 6150. et etiam in præn. Cf. De-Rossi, Inscr. Chr. I. 390. et Eckhel 8. p. 500.sq. V. etiam litter. F. — Deriv. *Flaviās (adis)*, oppidum Asiæ minoris in finibus Cappadociæ, hod. *Kara-Bazar* (al. *Sis*). Memoratur in Itin. Ant. p. 212. Num a *Flavius*? — *Flavialis*, adj. ad Flaviam gentem v. Flavium aliquem pertinens. Hinc *Flavialis prætura*, fort. instituta ab aliquo imperatore gentis Flaviæ, in Cod. Theod. 6. 4. 5 (a. 340). et ibid. 6. 4. 13. — *Flaviales*, absolute — a) Sacerdotes Divorum gentis Flaviæ, quos Domitianus instituit pro templo, in quod Flavia domus est conversa, ap. Stat. 5. Silv. 1. 239. et Sueton. Domit. 4 (Cf. Inscr. ap. Orelli n. 2375), plenius *Sodales Flaviales* (Inscr. in Bull. Arch. Com. a. 1886. p. 53), postea conjuncti cum *Titialibus* (Ibid. Inscr. n. 2432. et ap. Henzen, S. Or. n. 5494); sed distinguendi a *VIvir. Flavialibus* et *VIvir. Augustalibus* et *Flabialibus* in coloniis et municipiis (Inscr. ap. Promis, Ant. Tor. p. 266. n. 84). — b) Etiam milites, a Vespasiano legionibus additi. Veget. 2. milit. 7. — *Flavianus* — 1.°) Subst. — a) In titulis cogn. vir. in gente *Afrania, Ampia, Cocceja, Flavia, Septimia, Tullia* etc. Corp. 6. 17955. *Alia* ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 378. 2. Ap. De-Rossi Bull. Cr. a. 1877. p. 146. Flabianus. — *Flaviana*, cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 1550. et Corp. 2. 742., 2224. etc. — *Flaviane*, forma Gr., producta in obliq., in alia ap. Momms. n. 6941. Flavianeti (dat.). — *Flavianilla*, nom. mul. demin. Inscr. ap. De-Rossi, R. S. I. 211. — b) Apud scriptores — α) *Flavianus*, quo nomine plures fuerunt proconsules, ut Africæ ap. Solin. 12. et Cod. Theod. 15. 1. 1. et 8. 5. 10. et 1. 12. 4.; Asiæ in Cod. 12. 6. 18.; Illyrici et Italiæ, in Cod. 9. 47. 20. — Item præfecti præt., a. 408. sub Honorio et Theodosio in Cod. 2. 16. 1.; et a. 431. et 432. in Cod. Theod. 11. 1. 36. et 6, 23. 3. — β) *Flavianus*, Antiochenus, vir sanctitate et doctrina insignis aliquandiu ecclesiæ rector (Cassiod. 5. Hist. trip. 32), hæreticis infensus, a Meletio in exsilium pulsus, consecratus Antiochiæ episcopus, dum Paulinus, ab Eustatianis in Meletii locum suffectus, hanc ecclesiam administrabat; cui mortuo Euagrius successit, unde turbæ excitatæ sunt; sed, hoc paulo post vita functo a. 392., solus mansit Flavianus, quo regente, desiit Arianum schisma paxque tandem rediit. — Vixit usque ad a. 401., quo sanctissime decessit, a Chrys., Theodor. aliisque Græcis scriptoribus maxime laudatus. — γ) *Flavianus*, Constantinopolitanus episcopus, mortuo Proclo, a. 447 (Vict. Tun. in chron.), Eutychem hæresiarcham dignitate privavit; quocirca tam crudeliter vexatus est invictus hic fidei defensor in conciliabulo Ephesino, ut, Epipam relegatus, ibi triduo post martyr obierit a. 449., magnum Ecclesiæ lumen, laudatus Hilar. pap. ep. 1., Gelas. pap. ep. 1. et 26., Cælestin. pap. ep. 11., Leon. M. pap. sæpe, Ennod. dict. VI., Martyr. Rom. XII. kal. Mart. p. 52. etc. — Ad eum Leo M. insignem illam misit epistolam dogmaticam, quæ Catholicorum norma exstitit certissima in acerrima illa cum Monophysitis pugna. — Scripsit epp. duas ad Leon. M. de controversiis Eutychianorum et unam ad Theodosium II (V. Bardenhewer, Les Pères de l'Eglise, Paris 1899. et Migne, P. Gr. LXIV. et LXV). — 2.°) Adj. ad Flavium aliquem pertinens. Hinc *Flavianæ partes*, de iis dictæ, qui contra Vitellium Flavio Vespasiano faverunt. Tac. 2. Hist. 67. — Speciatim vero *Flavianum jus* civile ap. Pompon. Dig. 1. 2. 2., de quo Liv. 9. 46. hæc habet « Cn. Flavius scriba - humili fortuna ortus, ceterum callidus vir et facundus, ædilis curulis - adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit; civile jus, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit »; namque omnis juris interpretandi scientia et actiones primum penes collegium pontificum erant: ita posset agi, necne, pauci quondam sciebant, præter pontifices. Postea quum Appius Claudius proposuisset et ad formam redegisset has actiones, Cn. Flavius ejus scriba subreptum librum populo tradidit; quod tam gratum ei fuit, posse, si quid agere jure vellent, non egere ope jurisconsultorum, ut ipsum Flavium et tribunum pl. et senatorem et ædilem curulem crearit. Adde Cic. 1. Orat. 41. 186. et Mur. 11. 25. et Val. Max. 2. 5. 2. — *Flavianus fundus* quadruplex, in pago prior Ambitrebio Velejate, memoratus in Tab. alim. Velej. 2. 53.; alter in pago Florejo Velejate, ibid. 2. 16.; tertius in pago Vercellensi Placentino, ibid. 3. 4.; postremus in pago Meflano, in Tab. alim. Ligur. Bæb. ap. Henzen, S. Or. n. 6664. — Absolute — 1.°) *Flaviana*, dictum de locis, ita ab aliquo imperatore denominatis, ut — a) Castellum Mœsiæ Primæ, ubi sedem habebat *Cuneus equitum Promotorum*, in Not. Dign. or. 38. — b) Item castellum Scythiæ, ubi sedem habebant, inter Auxiliares, *Milites Nauclarii*, in Not. Dign. or. 36. — 2.°) *Flaviani*, ii dicti, qui Flavii Vespasiani partes secuti sunt contra Vitellium. Sueton. Vit. 15. — *Flavianenses*, milites ad legionem Flaviam pertinentes, in Not. Dign. occ. 32. — Compos. *Flaviobriga* et *Flaviopolis*. V. suo loc.

FLĀVUS, i, m. 2. cogn. vir., a colore ductum fort. capillorum ejus, qui primus in aliqua familia flavam comam habuerit, idque præsertim in gente *Julia, Lucretia, Sergia, Virginia*. — Etiam *Flavos* in recto, Gr. more, in Corp. 2. 2502. et 2924. — *Flaus*, contr., in C. 3. 3221. — Apud Tac. 2. Ann. 9. memoratur Flavus, frater Arminii, vir fide insignis, qui militavit in exercitu Romano, amisso etiam per vulnus oculo, duce Tiberio. — Hinc *Flavia (is v. idis)*, cogn. vir. Corp. 2. 3716. — *Flavinus*, cogn. vir. demin. Inscr. ap. Momms. n. 6820. — *Flavina*, cogn. mul. demin. Corp. 2. 899. — *Flavina* seu *Flavinium* est etiam nom. oppidi in Faliscis Etruriæ ad fines montis Soractis. Serv. ad Virg. loc. cit. et Sil. It. 8. 492. — Hinc *Flavinius* — a) Adj. ut *Flavinia arva* apud Virg. 7. Æn. 695. — b) Abs. cogn. vir. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1204. — Apud Auson. prof. 23. 7. « Rhetor Flavinii cognomine dissimulatus », ubi licenter secunda corripitur. — *Flavidius*, nom. gent. vir. Corp. 5. 1775. — *Flaviosus*, unde *Flaviosa*, cogn. mul. Corp. 8. 3971. — *Flavolejus*, centurio ap. Liv. 2. 45., coll. Dionys. 9. 10. 2-4., 13. — *Flavonia Menodora*, uxor C. Novii Prisci consularis et mater C. Novii Rustici Venuleji Aproniani. Corp. 3. 6815. et 6816., coll. Ritterling, Rh. Mus. LVIII (1903) 634.

FLĒGĒTIUS, ii, m. 2. magister officiorum, a. 441. Nov. Theod. 21.

FLEGĪNĀS (atis), m. 3. eques Placentinus in exercitu Cæsaris, ad Dyrrachium interfectus. Cæs. 3. B. C. 71., ubi rectius *Felginas*.

FLENĪUM, ii, n. 2. oppidum Galliæ Belgicæ in Batavia, inter Forum Hadriani et Tablæ, in Tab. Peut., coll. Rav. p. 228 (V. Desjardins, Table de Peut. 7.sq.).

FLENUCLETENSE oppidum in provincia Mauretania Cæsariensi. Not. episc. Maur. Cæs. n. 84. in Halma Vict. Vit. p. 69.

FLĒVI, ōrum, m. plur. 2. et

FLĒVO, ōnis, m. 3. V. voc. seq.

FLĒVUM, i, n. 2. (Φλῆουμ Ptol.), castellum in insula Rheni seu potius ipsius Rheni ostium. De eo Tac. 4. Ann. 72. Olennius infensos fuga prævenit, receptus castello, cui nomen Flevum, et haud spernenda illic civium sociorumque manus litora oceani præsidebat. — *Flevo*, idem ac Rhenus ap. Mel. 3. 24. Rhenus - jam non amnis sed ingens lacus ubi campos implevit, Flevo dicitur ejusdemque nominis insulam amplexus fit iterum artior iterumque fluvius emittitur. Adde Plin. 4. Hist. nat. 15. 29. (101). — Recte tamen distinxeris *Flevonem*, fluvium, a *Flevone*, qui est lacus Germaniæ occidentalis ad ostium Rheni, influens in oceanum Germanicum longo latoque fluvio, qui *Flevo* item dicitur, hod. *Zuyderzee*, apud quem sunt *Flevi*, populus, et *Flevum*, castellum, de quo diximus. — *Flevi* in Laterc. Veron. XIII. 14. « Gentes barbaræ, quæ pullulaverunt sub imperatoribus » inter Angrivarios et Bructeros (Müllenhoff, Deutsch. Altert. III. 314), inducti fortasse ex falsa acceptione fluv. *Flevi* pro nomine populi.

FLEXUM, i, n. 2. v. Flexus, us, m. 4. (flecto) nom. dictum de situ, ubi via v. fluvius flectitur, quod nostrates dicunt *Flesso*. — Speciatim — 1.°) **Flexum** sive **Ad Flexum**, locus seu mansio in Italia, XI. mp. a Brixia, hod. *Bidizzolo* v. *S. Marco*, in Itin. Hieros. p. 558. — 2.°) **Flexum** sive **Ad Flexum**, statio inter Casinum et Venafrum, ap. Rav. p. 275. — 3.°) **Flexum**, oppidum Pannoniæ superioris ad dexteram Danubii in via a Carnunto (*Petronell*) Arrabonam (*Raab*), hod. *Altenburg*, in Itin. Ant. p. 267. coll. p. 274., ubi sedem habebat *Cuneus equitum Dalmatarum et Equites promoti*. Not. Dign. occ. 33 (al. 34)., Corp. 3. p. 549., 2191., 2280. et 2328. 193.

FLŌRA, æ, f. 1. (flos) nom. mul. — *Flore*, Græcorum forma, in Inscr. ap. Momms. n. 7200. — Usurpatur in primis de dea quadam, dein de hominibus. Itaque ¶ 1. *Flora* est dea florum (Vet. Lat. *Flosa*, Osc. *Flussa*: cf. Buecheler, Lex. Ital. p. IX), tum qui in herbis, tum qui in arboribus et segetibus nascuntur (Gr. Χλῶρις, *Chloris*: a χλωρός, *viridis*, ap. Ovid. 5. Fast. 195. et Lact. 1. 20. 8. Anth. lat. 747. Riese « Chloris eram, quæ Flora vocor: corrupta Latino Nominis est nostri littera Græca sono »). — Hinc origo vocabuli ex nonnullorum sententia; ceterum alii aliter eam proponunt. Corp. gloss. lat. V. 201. 33. Flora dea paganorum, quam florentibus frumentis pagani præfecerunt. et Augustin. 4. Civ. D. 8. Florentibus frumentis deam Floram dixerunt. Sed etymon vocis ibi quærendum puto, unde *flos* repetit suum. Non desunt tamen fabulæ, ut ap. Ovid. loc. cit., qui narrat nympham fuisse, quæ, quum Zephyro nupsisset, muneris loco ab eo impetravit, ut florum omnium haberet potestatem. Contra hæc refert Lact. 1. 20. Meretricem fuisse ajunt, quæ quum magnas opes quæstu quæsivisset, populum Romanum heredem scripsit certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fenore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, qui appellarentur Floralia vel ludi Florales; quod quia senatui flagitiosum tractu temporis visum est, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur et deam finxerunt esse, quæ floribus præesset eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut vitibus bene prospereque florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lascivia, convenienter memoriæ meretricis; nam præter verborum licentiam nudabantur, flagitante populo, meretrices, quæ mimarum functæ officio in conspectu multitudinis ad satietatem usque impudicis motibus detinebantur. Adde Augustin. 2. Civ. D. 27. et ep. 91. et Cyprian. idol. 4. De ea Varr. 1. R. R. 1. 6. Robigum et Floram, quibus propitiis neque robigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. Capell. 9. p. 301. Ipsa etiam fulcris redimicula nectere sueta Flora decens trina anxia cum Charite est. Adde Juvenal. 14. 262., Prudent. 1. Symm. 266., Senec. ep. 97., Val. Max. 2. 10. 8., Sueton. Galb. 6. — **Epitheta** v. attributa: Arnob. 3. p. 113. genetrix. Carm. c. pagan. 113. genetrix ludorum. Lucret. 5. 789. mater. et ibid. Veneris magistra. et Anecd. Helv. 241. 30. Hag. ministra Veneris. Carm. c. pagan. 112. meretrix. Martial. 6. 80. 5. odora. Arnob. loc. cit. sancta. Carm. c. pagan. 113. turpis. — Fuit divinitas Italica, præsertim a Sabinis, Marsis et Samnitibus culta. Romæ duo erant templa ei dicata, quorum unum Sabinicæ originis, memoratum in

Not. et *Curios. Urb.*, a *Martiale* 5. 22. 3., coll. 6. 27., 1., a quo dicitur situm haud procul a Capitolio veteri, a *Varrone* 5. *L. L.* 158. Capitolio proximum, in vici margine, qui eo ducebat, Corinthio genere constitutum, inter monumenta VI. Urb. regionis, probabilius prope hod. *piazza Barberini*, interjectis, inter sacrarium et Capitolium, apothecis et officinis minii, teste *Vitr.* 7. 9.; alterum in Circo Maximo, magnificentius, a Lucio et Marco Publiciis ædilibus a. 514 = 240. exstructum, ab Augusto instauratum dicatumque a Tiberio a. 770 = 16. *Tac.* 2. *Ann.* 49., coll. *De-Rossi* in *Bull. Cr.* a. 1868. *p.* 55.*sq.*, *Rhein. Mus.* 1894. *p.* 407., *Platner*, *Bunsen* et *Gerhard*, *Beschr. d. St. Rom* 1830-1842. et *Gilbert*, *Gesch. u. Top. d. St. Rom im Altert.* 1883-1890. Cf. *Momms*, *Corp.* 1. *p.* 392., ubi de æde Floræ, aliquando invocatæ propter sterilitatem frugum *(Kal. Præn.)* ludisque celebratæ disserit, cujus et flamen laudatur ap. *Varr.* 7. *L. L.* 45. et sacrificia ovium in *Act. Arv.* ap. *Henzen* ad a. 183., 218. et 224. Adde *Vellej.* 1. 14. et *Plin.* 18. *Hist. nat.* 19. 69. (286). — Priscæ artis monumenta, ad Floram spectantia, commemorantur *Corp.* 6. 30. 867. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (23). tradit, ejus signum, opus Praxitelis, Romæ exstare in hortis Servilianis, et statuam aliaque hujusmodi illustravit *Visconti, Opp. var. IV.* 101.*sqq.* et in *Bull.* et *Ann. d. Ist. Arch.* — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 5. *p.* 307-310. et *Babelon, Méd. cons. II.* 452. — De ea consulas quoque *Wissowa*, *Relig. u. Kult. d. Röm.* 163.*sq.* et *Pestalozza* in *Ruggiero*, *Diz. epigr. III.* 161.*sqq.* ¶ 2. Est etiam cogn. mul. in titulis, ut in *Not. degli scavi*, Romæ (1902) 510. 1., *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6906. et *n.* 7127. et, forma producta a *Flore* in recto, ap. *eund. n.* 7200. Florenam *(acc.)*. — Fuerunt etiam ita nominatæ: nympha, quæ ex Melone peperit Liberum secundum *(Ampel.* 9); item meretrix famosa ætate *Juvenalis* in *sat.* 2. 49.; item mulier plentissima, laudata *Augustin. de oct. Dulcit. quæst. II. n.* 2; item martyres Romæ sub Gallieno IX. kal. Aug. et Cordubæ in persecutione Arabica VIII. kal. Dec. *(Martyr. Rom.* ed. 1914. *p.* 228. et 367). — *Florus*. V. suo loco. — Hinc *Florius*. V. hanc voc. — *Floranius*, abs. in *Not. degli scavi Pomp.* (1900) 282. — *Florejus*, nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Luchat, Or. S. Bern. p.* 19. — Adj. ut *Florejus pagus*, in agro *Velej. Corp.* 11. 1147.; 2. 14., 70., 98.; 3. 50. etc.

FLŌRENS, entis, m. et f. (floreo) cogn. — *a)* De viro. *Corp.* 5. 3036. et abs. ap. *Mai, Nov. Coll. V.* 379. 7. — *b)* De mul. *Corp.* 5. 2246. — Hinc *Florentius*, etiam *Florintius*, *Florencius*. — *a)* Cogn. vir. satis frequens. *Inscr.* ap. *De-Rossi, R. S. III.* 40. — Abs. ap. *Mai, Nov. Coll. V.* 48. 3. et *alia ibid.* 379. 9. — Plures ita cognominati ex magistratibus, ut ap. *Ammian.* 15, 5. 12.; 20-2. 2.; 29. 47. et in *Cod.* 1. 31. 3. et 56. 1., 9. 4. 1., 11. 16. 2., 12. 5. 1. et 30. 1. et *alib.* et in *Cod. Theod.* 1. 8. 1. et 14. 1. et 10. 3. et 8. 1., 8. 4. 29., 10. 16. 4., 11. 16. 2.; ex episcopis ap. *Augustin.* in *ps.* 36. *serm.* 2., *Lib. brev.* 11., in *Not. Afr.* etc.; alii ap. *Cyprian. ep.* 66 (al. 69), *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8., *Rufin.* 2. *Apol.* 25., *Carm. Damas.* ap. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1881. *p.* 86.*sqq.* — *b)* Adj. ad Florentium aliquem pertinens, ut *Florentia Basilica*, ita dicta fort. a *Florentio*, Hipponensium Diarrhytorum episcopo. *Augustin. ep.* 143. et 219. — *Florentia*, cogn. mul. et geogr. *V.* FLORENTIA. — *Florentiolus*, cogn. vir. demin. in *Inscr.* ap. *Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaul. n.* 490. — Hinc *Florentilla* et *Florentinus*. V. FLORENTIA. — *Florentianus*, nom. vir. *Corp.* 5. 6229. V. etiam *Cassiod.* 8. *Var.* 27. — *Florentinius* et hinc *Florentinia* in *Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 6728. — *Florentinianus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2109.

FLŌRENTĬA, æ, f. 1. (floreo) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est cogn. mul. *Corp.* 5. 4689. et *alia* ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 40. — Absolute ap. *Labus, Monum. epigr. in S. Ambr. p.* 74. ¶ 2. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Urbs nobilissima in Etruria, ad Arnum fluvium et ad radices antiqui oppidi montani Etrusci Fæsularum, in territorio fertili, hodie *Firenze*, tribui *Scaptiæ* attributa *(Momms. Inscr. n.* 2850), municipium *(Flor.* 3. 21). Memoratur *Itin. Anton. p.* 284. et 285., *Gromat. p.* 349. *Lachm.* et *Rav. p.* 287. — Condita fuit a Romanis post victam Etruriam, a quibus deducta est colonia; hinc *Gromat. p.* 213. *Lachm.* Colonia Florentina deducta a triumviris, adsignata lege Julia centuriæ Cæsarianæ etc. — Dein a. 82. a. Chr. vastata a Sulla; insignis Christianorum martyrio sub Decio imp. *(Act. SS.)*; serius, sc. a. 366., sedes *correctoris Tusciæ*, temporibus imperii orientalis *(Cod. Theod.* 9. 1. 8); frustra postea a barbaris circumventa, quorum obsidionem incredibili virtute sustinuit, dum, a Stilichone adjuta, eos magna vi fudit fugavitque, Radagasio duce interfecto, a. 406 *(Eutr.* 13. 666., *Oros.* 7. *Hist.* 37., *Augustin.* 5. *Civ. D.* 23); nec minus iterum excelluit, quum a Gothis, Totila duce, obsessa fortiter se defendit *(Marcellin.* in *chron.* et *Procop. de b. Goth.* 3. 5). — Porro episcopos habuit a prima liberæ Ecclesiæ ætate, inter quos memoratur Felix « a Florentia Tuscorum » *(Opt. Mil.* 1. 23), qui Ambrosium, Mediolanensem episcopum, excepit, ac templum S. Laurentii consecravit *(Paulin. vit. Ambr.* 27.*sq. Hurter)*; ejus autem vetustissimum cœmeterium ad lævam Arni situm erat, ubi nunc templum SS. Trinitatis *(Corp.* 11. *p.* 308. et *Hartwig, op.* infra *cit.* 80). — Supersunt reliquiæ vetustatis: templum Jovis Capitolini, ubi nunc sedes *S. Maria in Campidoglio (Milani, Mon. ant. VI.* 1895. *p.* 15. *sq.)*, sacrarium Isidis *(Corp.* 11. 1. *p.* 307. et *Davidsohn, Forsch.* 15), duo theatra *(Not. degli scavi* 1887. *p.* 129. et *Davidsohn l. c.)* et aquæductus e *Monte Morello (Davidsohn l. c.* 12). — De ea scripserunt *Hartwig, Quellen u. Forsch. z. ältest. Gesch. d. Stadt Florenz I. II.* 1875. 1880.; *Dennis, The cities and cemet. of Etrur II.*[3] *p.* 74. *sqq.*; *Davidsohn, op. cit.* 1896-1901., *Milani, Reliquie di Firenze antica, Mon. ant. VI.* 1895. — 2.°) Item oppidum Italiæ in Gallia Cispadana, hod. *Firenzuola* v. *Fiorenzuola*, inter Parmam et Placentiam, fort. una ex coloniis (n. XXVIII), quas Augustus in Italia deduxerat *(Garrucci, Diss. Arch. I.* 175). Memoratur in *Itin. Ant. p.* 288., *Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 5210., *Becher v. Vicarello Corp.* 11. 3281., 3283. et 3284. et *Tab. Peut. Rav. p.* 271. *Florentiola* dicitur, fortasse ut a Tusca distinguatur, quod nomen, ut patet, cum hodierno concordat (Cf. *Davidsohn op. cit. I.* 9. et *Corp.* 11. *p.* 208). — 3.°) Item oppidum Pannoniæ inferioris, in Valeria Ripensi, ubi sedem habebant « equites Dalmatæ, equites sagittarii, Altino, nunc in burgo contra Florentiam; præfectus legionis secundæ adjutricis partis inferioris; præfectus classis Histricæ ». Ita in *Not. Dign. occ.* 33. — 4.°) Item Bibracte cognominata videtur, civitas Æduorum in Gallia « hucusque dicta Italia, Polis, Florentia etc. » ut ait *Inc. auct. paneg. Const. Aug.* 14. — Hinc *Florentinus* — 1.°) Adj. — *a)* Ad Florentiam Tusciæ pertinens. *Paulin. vit. Ambr.* 50. Florentina civitas. *Gromat. p.* 213. *Lachm.* colonia. *et ibid. p.* 212. et *alib.* ager. — *Florentini*, abs., ejus incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (52). — *b)* Ad Iliberrim, oppidum Hispaniæ Bæticæ. *Corp.* 2. 2070. municipium. — *Florentini*, abs., ejus incolæ. *Corp.* 2. 1572., 2069. et 2072. — 2.°) Absolute, cogn. vir. *Corp.* 8. 7009. — Etiam nom. serv. in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1859. *p.* 223. — Abs. in tit. Chr. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 378. 6. — Fuit quoque ita cognominatus præfectus Urbi a. 395-397. sub Arcadio et Honorio impp. in *Cod. Theod.* 6. 2. 11. et *alib.* sæpe, ad quem epistolæ exstant plures *Symmachi l.* 4. et 5. et fort. *Claudianus* poema *de raptu Proserpinæ* misit, ut ex *præf. carm. XXXI.* « tu Tyrinthius alter, Florentine, mihi: tu mea plectra moves etc. »; nisi potius *Florentinus* sit hic Stilicho, qui, ut supra vidimus, ad Florentiam de barbaris insignem retulit victoriam. — Item JCtus, qui floruit sub Alexandro Severo imp. Ejus fragmenta exstant tantum ex *libris XII. Institutionum* ad Gaji rationem. — Item poeta Africanus, temporibus Trasimundi, Vandalorum regis, in cujus laudem superest carmen, sc. hexametri 39., in *Anthol. Lat. n.* 376. *p.* 243.*sq. Riese*. — *Florentina*, cogn. mul. demin., in *Corp.* 3. 4746.; 5. 1628. et 8. 4477. ubi *Florettina*.

FLŌRUS, i, m. 2. cogn. vir. frequentissimum, in gente *Æmilia, Annia, Aquilia, Cælia, Domitia, Gessia, Julia, Memmia, Mestria, Sulpicia, Valeria*: a *flos* ductum, ut arguitur etiam ex nummo gentis Aquiliæ ap. *Morell. Fam. Rom. n.* 5., ubi visitur cyanus flos apertis foliis cum hac inscr. L. AQVILIVS FLORVS III. VIR. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis, memorantur — 1.°) Florus, plene *P. Annius Florus*, poeta. *V.* ANNIUS. — 2.°) Florus, discipulus M. Porcii Latronis rhetoris et magister Senecæ rhetoris *(Senec. controv.* 9. 25. § 23. et 24), quod tamen addubitatur *(V.* JULIUS FLORUS). — In quibusd. codd. ei tribuuntur *Declamationes*, Quintiliano vulgo perperam adjudicatæ. — 3.°) Florus, mulomedicus, cujus aliquot compositiones adfert *Pelagon. mulom.* 10., 24. et 27. — 4.°) Florus, historicus. *V.* JULIUS FLORUS. — 5.°) Florus, Judææ procurator. *V.* GESSIUS FLORUS. — 6.°) Florus, præses Numidiæ, famosus Christianorum persecutor ac tortor sub Diocletiano. *Opt. de schism. Donat.* 3. 8. et *Augustin. c. Crescon.* 3. 27., coll. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1875. *p.* 163., et a. 1876. *p.* 53. et *Morcelli, Afr. Chr. II. p.* 183.*sq.* — 7.°) Florus, episcopus, Juliani Pelagiani collega, cui dicavit iste suum opus contra Augustinum, sæpe a Juliano et ab *Augustin. c. Julian.* memoratus. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *(V.* supra). *Corp.* 6. 18491 *(in villa Negronia)* et ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 378. — Etiam nom. serv. ap. *Deschemet, Inscr. dol. p.* 10. *n.* 14 *(in figlina)*. — *Flora*. V. suo loco. — Hinc *Florius* — 1.°) Subst. — *a)* Nom. vir. *Corp.* 6. 18486 *(in hortis Campanæ)*. — *Floria*, nom. mul. *Ibid.* 18487 *(apud Martium)*. — *b)* Item nom. fluvii Hispaniæ Tarraconensis. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (111). — 2.°) Adj. legitur in titulo orationis deperditæ *M. Porcii Catonis*, qui est *de re Floria*, ap. *Gell.* 1. 9. 12. et 1. 10. 13 (ap. *Non.* 166. 29. *Merc. est de re Floriana)*, fortasse de Floralibus ludis *(Meyer)*, v. *de re Florii (Jordan.)*. Verum cl. *De-Vit* scite animadvertit, *Florium* sæc. Catonis, sc. VI., Romæ fuisse ignotum, sed a sæc. V. Romæ *Flori* cognomen invaluisse. — *Florianus*, cogn. vir., satis frequens imperii Romani temporibus, in primis sæc. III. et IV. *Corp.* 3. 93. et 5944. *Alia* ap. *Momms. n.* 2552. — Prima licenter corripitur *Arat. ep.* ad *Flor.* 2. Nominis ore tui jam, Floriane, tenes. — Apud scriptores memorantur plures, ut ap. *Spartian. Did. Julian.* 2., *Cassiod.* 1. *Var.* 5., *Opt. de schism. Donat.* 23. et sæpe in *Cod.* — Adj. V. FLORIUS. — *Floronius*, nom. vir. gentis satis antiquæ. *Corp.* 1. 749. et *alia* ap. *Wilmanns n.* 793. — *Florinus*, cogn. vir. demin. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6310 (86). — Etiam nom. vir. in *Not. degli scavi* (1886) 280. Romæ. — Apud scriptores memoratur presbyter hæreticus et hæreticorum pater, qui ab eo *Floriani* dicti sunt *(Isid.* 8. *Orig.* 5. 50) v. *Floriniani (Augustin. hær.* 66). — Hic una cum Blasto, socio criminis et furoris, plurimos seduxit *(Rufin.* 5. *H. E.* 15) docendo a Deo malas ac bonas naturas creari, contra quem scripserunt *Theodorus* ap. *Auct. prædest.* 1. 66. et *Irenæus de monarch.* ap. *Hieronym. vir. ill.* 35. — *Philastr. hær.* 57. Florianos cum Carpocratianis confundit.

FLOS, ōris, m. 3. cogn. vir. *Corp.* 5. 8110 (377). — Hinc *Floris (Idis)*, nom. mul., i. q. Chloris. *Inscr.* ap. *Murat.* 1875. 10. — *Flosculus*, cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2948. — *Floridus*, cogn. vir. *Corp.* 5. 1142. — Abs. in *alia* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 282. *n.* 654. — *Florida*, cogn. mul. *Corp.* 8. 10608. — Abs. in *alia* ap. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. n.* 676. Floreda. — *Florilius*, cogn. vir. demin., abs., in *Corp.* 4. 803. — *Florilla*, cogn. mul. demin. *C.* 2. 288.

FLUCO, ōnis, m. 3. nom. vir., scriptionis parum certæ, in lapide deperdito *Corp.* 5. 6024. — Apud nostrates tamen non desunt familiæ, hoc nomine appellatæ.

FLUCTUS, us, m. 4. (fluo) nom. commune, sed uti proprium usurpatum, in plur. num., tamquam divinitatis eis inhærentis, quibus duces Romani, mare ingredientes, hostiam immolare soliti erant, teste *Cic.* 3. *Nat. D.* 20. 51.

FLŪMEN, inis, n. 3. (fluo) nom. commune sed uti proprium usurpatum perinde ac si aliqua in eo esse divinitas, cui etiam figura humana ab artificibus dabatur, sæpius cornibus taurinis instructa. ¶ 1. Universim. *Ovid. Ib.* 81. « Vos quoque, plebs Superum, Fauni Satyrique Laresque Fluminaque etc. ». Cf. *Cic.* 3. *Nat. D.* 20. 52. Mare etiam, quem Neptunum esse dicebas: ergo et flumina et fontes *(dii putandi sunt)*. et *mox*. et in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus. — Hinc et Tiberis pater dictus. *Virg.* 8. *Æn.* 72. et 10. *ibid.* 421. ¶ 2. Speciatim flumen est etiam sidus Eridani, quem in cælum fabulantur translatum fuisse. *Cic.* 2. *Nat. D.* 44. 114. — De fluminibus diis scripserunt *Welcker, Gr. Götterl. I.* 652-656. et *III.* 44-48.; *Gardner, Gr. river-worship, Transact. of the Royal soc. of Lit. sec. ser. XI.* 1878. *p.* 173-219.; *Gerber, Naturpersonif. in Poes. u. Kunst d. Alt. Philol. Suppl. XIII.* 1884. *p.* 239-318.; *Schultz, Dii locor.* etc. 1888. *p.* 17.*sqq.*; *Lehnerdt* ap. *Roschers Myth. Lex. I.* 1487. et 10-1496. 15.; *Stengel, Die Opfer d. Flussg.* etc. *Philol. CXLIII.* 1891. *p.* 449-453. — De singulis vd. *Waser, PW.* 6. 2774-2815.

FLŪMENPISCENSIS (civitas) in Mauretania Sitifensi, sedes episcopi, IV. et V. sæc. *Opt. Milev. de schism. Donat.* 2. 18., *Coll. Carth. I.* 206 *(Migne XI.* 1343). et *Not. episc. Sitif. n.* 25. in *Halms Vict. Vit. p.* 70. Cf. *Morcelli, Afr. Chr. I.* 159.

FLŪMENZĒRĪTĀNUM (oppidum) in Mauretania Cæsariensi, sedes episc. *Not. episc. Maur. Cæs. n.* 30. in *Halms Vict. Vit. p.* 69.

FLŪMĬNENSES, inter populos Africæ recensentur a *Jul. Honor. cosm. p.* 54. *Riese*.

FLŪMĬNIUS, ii, m. 2. dictus quidam episcopus Tabudensis ex iis, quos Hunericus, Vandalorum rex, ob fidem catholicam in exsilium pepulit a. 484. *Not. Afr.*

FLŬŌNĬA, æ, f. 1. (ita *Paul.*, *Capell.*, *Myth. Vat.*, sed *Fluvionia* habent *Tertull.* et *Arnob.)* cognomentum Junonis, ex eo ductum « quod eam sanguinis fluorem in conceptu retinere putabant » mulieres, quæ eam colebant *(Paul. Fest. p.* 92. *M.*, coll. *Arnob.* 3. *p.* 118., *Capell.* 2. *p.* 37., *Myth. Vat. III. fab.* 4. 3). At *Varr.* ap. *Tertull. nat.* 2. 11. « Et hanc provinciam fluorum menstruorum in libro selectorum deorum ipsi Junoni idem auctor adsignat, quæ in diis selectis etiam regina est et hic *(i. e.* in libro *de dis certis)* tamquam Juno Lucina (fort. *Fluonia)* cum eadem Mena privigna sua eidem cruori præsidet ». *Id. ibid.* « Fluvionia, quæ infantem in utero nutriat ». Cf. *Augustin.* 7. *Civ. D.* 4. — Etymon igitur ex *fluore menstruo* ducit *Varro* ejusque et functionem *Tertull.* adsignat.

FLŪSOR, ŏris, m. 3. fluvius in Piceno, hod. *Potenza*, in *Tab. Peut. Vit. s. Sever.* AA. ss. 8. *Jan. I. p.* 500. « Picentinæ accolæ provinciæ, qua vadosus Flusor præterfluit Septempedam ». *Guid.* 21. habet *Floxor*. Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 1. 419. et 421.

FLŪVĬŌNĬA. *V.* FLUONIA.

FLŪVIUS, ii, m. 2. (fluo) nom. commune, sed ut proprium de locis usurpatum cum additis, ut: Fluvius Frigidus, oppidum seu mansio in Pannonia, ad hunc fluvium, hodie *Wippach*, memorata in *Itin. Ant. p.* 128., quæ item *Wippach* v. *Castra* etiam absolute dicta in *Itin. Hieros.*, fort. quod in bello Theodosii cum Eugenio ibi castra posita sunt. Hinc *Claudian. III. cons. Hon.* 99. Alpinæ rubuere nives et Frigidus amnis Mutatis fumavit aquis. Cf. *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 45. Fit ergo congressio circa fluvium vocabulo Frigidus. Adde *Hist. misc. XIII.* 14. et *Socr. h. e.* 5. 25. — Fluvius Frigidus, item alia mansio in Gallia Transpadana, memorata in *Itin. Hieros. p.* 557., hod. *Lambro*. — Fluvius Turbidus, dictus Nilus = Si-hor. *Vulg. Jos.* 13. 3.; alib. *Fluvius Ægypti*, *ib. Gen.* 15. 18., 1. *Par.* 13. 5., 3. *Reg.* 8. 65. et 4. *ibid.* 24. 7.; quamquam alii, ex recentioribus, hanc appellationem aliter interpretantur, ita ut non sit Nilus, sed is, quem auctores Latini *Rhinocoluram* vocant *(Plin.)*; aut potius hod. *El-Arish (Reland, Palæst. p.* 384) vel *Wadi el-Arish (Strack, Gen.* 15. 18. a. 1894).

FO

FOBIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 20.

FOCARI, ōrum, m. plur. 2. gens Indiæ, ab Attacoris prognata. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 20. (55). « Ab Attacoris gentes Thumi et Focari et jam Indorum Casiri etc. ». Sed *Marquardt, Eranšahr* 207. ita emendat ut legend. sit *Funi* et *Thocari*, qui a. 140. a. Chr. Græcorum dominationem in Bactria omnino delevere.

FŌCĀS. *V.* PHOCAS.

FŌCĀTUS, i, m. 2. (focus) cogn. vir. *Corp.* 8. 6752. — *Focarius*, unde *Focaris*, nom. matris Epiphanii, Ticinensis episcopi, *Ennod. vit. b. Epiph. p.* 332.

FOCIĀNA, locus in regione Astabene, memoratus in *Tab. Peut.* 12.

FOCION. *V.* PHOCION.

FOCŪNĀTES, ium, m. plur. 3. populus Inalpinus, memoratus in *Inscr. Trop. August. (Momms. Corp.* 5. 7817) et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 20. 24. (136). Cf. *Zeuss, Die Deutschen* 237.

FOCUS. *V.* PHOCUS.

FŒNĪCĒ etc. *V.* PHŒNICE.

FŌLIĀNENSIS dicta *Fortuna* in *Inscr.* ap. *Garrucci, Iscr. di Benev. p.* 62., fort. ab oppidulo, quod etiamnum *Foglianese* appellatur, inquit cl. *Garrucci, loc. cit.*

FŌLIUS, ii, m. 2. nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 485. *Corp.* 8. 8651. Follius *(sic)*. — Fuit etiam M. Folius, pont. max., tempore, quo Galli, Romam victores ingressi, seniores « adventum hostium obstinato ad mortem animo exspectabant. *Liv.* 5. 41. *et ibid.* Sunt qui « M. Folio pontifice maximo, præfante carmen devovisse eos se pro patria Quiritibusque Romanis tradant ». — Item M. Folius Flaccinator, trib. milit. consulari potestate a. 321-433. *Liv.* 4. 25. — *Folia (Follia)*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6526. — Fuit etiam ita appellata mulier venefica, saga et monstrosæ libidinis, patria Ariminensis, ap. *Horat. epod.* 5. 43. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii prope Pisaurum, in Adriaticum mare influens, hod. *Foglia*. Memorat *Rav. p.* 291.

FOLNIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., fort. originis Etruscæ. *Corp.* 3. 2841.

FONES, dii silvestres, ap. *Capell.* 2. *p.* 41. Qui habitant silvas, nemora, lacus, fontes ac fluvios appellanturque Panes, Fauni, Fones *(male alii* Fontes), Satyri, Silvani etc.

FŌNIO, ōnis, m. 3. nom. dei, in Aquileja culti. *Corp.* 5. 757 add. « Aninia M(arci) f(ilia) Magna et Seia Jonis et Cornelia Ephyre magistræ B(onæ) D(eæ) porticum restituerunt et ædiculam Fonionis. Adde *ibid.* 758. — Fort. est idem ac Mars (φόνος, cædes) vel Fama (φωνή, vox) vel etiam, a *Faunius*, Fauni et Bonæ Deæ filius.

FŌNIUS et Fonnius, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2857. — *Fonnia*, nom. mul. *Corp.* 5. 2630.

FONS, ontis, m. 3. nom. commune, sed uti proprium usurpatum sive absolute sive cum additis. ¶ 1. De diis — 1.°) Absolute — *a)* In sing. num. universim, de quovis fonte; nullus enim fons non sacer, inquit *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 84. Hinc eis dicata delubra, aræ, sacrificia, ministri. *Cic.* 3. *Nat. D.* 20. 52. Fontis delubrum *(C. Papirius)* Maso ex Corsica *(victor)* dedicavit. Adde *Corp.* 8. 2656. — Cum aliis diis. *Vitr.* 1. 2. 5. Veneri, Floræ, Proserpinæ, Fonti, Lymphis corinthio genere constitutum *(ædes)* aptas videbuntur habere proprietates, quod his diis propter teneritatem graciliora et florida foliisque et volutis ornata opera facta augere videbuntur justum decorem. — *Ara Fontis* (al. *Fonti)* memoratur *Cic.* 2. *Legg.* 22. 56., prope sepulcrum regis Numæ, ut alia prope Janiculum (Cf. *Wissowa, Rel. d. Röm.* 95). — Sacrificabantur Fonti verveces duo, uti tradunt *Act. Fr. Arv.* a. 218. et 224. — *Magistri* et *Ministri Fontis*, collegium in ejus cultum institutum, habent Inscriptiones in *Corp.* 6. 154-165. — Cf. collegia *aquatorum*, de quibus vd. *Rudorff, Ztschr. f. geschichtl. Rechtswissensch. XV* (1850) 203.*sqq.* — Epitheta: *Corp.* 2. 2005. divinus. *et ibid.* 5766. perennis. *et ibid.* 6. 153. sanctissimus. — *b)* In plur. num. — α) Generatim. *Frontin. aquæd.* 4. Fontium memoria cum sanctitate adhuc exstat et colitur. *Inscr.* in *Corp.* 6. 166. Fontibus et Nymphis etc. *et* 404. Fontibus, Minervæ etc. Adde 7. 174. — Hinc *Fontes divini* in *alia ibid.* 5. 4938. — β) Speciatim, filii Pallantis gigantis et Stygis. *Hygin. præf. fab.* — 2.°) Cum additis, ut *Fons Agineæ*, cujus Genio basis est dicata in *Corp.* 5. 2694. — *Fons Apollinis*, Romæ in I. reg., ubi etiam area Apollinis. *Frontin. aquæd.* 1. 4., coll. *Lanciani, Acque p.* 13. *t.* 1. et *Vitr.* 8. 3. 1. — *Fons Belenus* v. *Beleni*, memoratus in *Corp.* 5. 754. V. BELENUS. — *Fons Caballi* (ap. *Auson.* 4. *ep.* 9. et *Ennod.* 7. *ep.* 26), *Caballinus* (ap. *Pers. prol.)*, *Pegasius* v. *Aonius* (ap. *Mythogr. II. fab.* 112. et 113), ita dictus ex Pegaso, qui pede percussit terram in Bœotia et fontem Castalium produxit, nat. ex sanguine Gorgonis *(Mythogr. I. fab.* 130); unde *Fons Gorgonei Caballi* etiam vocatus *Capell.* 2. *p.* 29. — *Fons Cæruleus et Curtius*, Claudiæ aquæ, Anieni uterque junctus. V. *Sueton. Claud.* 20. — *Fons Camenarum*, Romæ, haud procul a porta Capena. *Frontin. aquæd.* 1. 4. — *Fons Egeriæ*, in quem hæc nympha a Diana est conversa *(Mythogr. I. fab.* 46. et *II. fab.* 128). — *Fons Herculis*, qui tempore belli Punici a. 217. a. Chr. cruentis maculis manavit, teste *Liv.* 22. 1. — *Fons Lollianus*, Romæ, divinis honoribus cultus *(Inscr.* in *Corp.* 6. 162). — *Fons Olei*, trans Tiberim, quod e taberna per totum diem exundavit, ubi postea exstructa ædes *s. Maria in Trastevere*, ap. *Oros.* 6. *Hist.* 18., coll. *Nibby, Rom. Mod. I.* 488.*sqq.* — *Fons Scaurianus*, divino cultu honoratus, de quo *Inscr.* in *Corp.* 6. 164. et 165. ¶ 2. De locis: *Fons Asper*, civitas in Mauretania Tingitana, ap. *Rav. p.* 163. — *Fons Cavoræ*, civitas Mesopotamiæ, ap. *Rav. p.* 80. — *Fons Felix*, civitas Asiæ interioris, ap. *Rav. p.* 74. — *Fons Timavi*. V. TIMAVUS. — *Fons Trajanus Dacicus*, statio in itinere per superiorem Ægyptum inter *Coptos* et *Myos-Hormos*, dictus a Trajano imp. post triumphum Dacicum, in *Inscr.* bilingui ap. *Letronne, Recueil I.* 422. — In plur. num. *Fontes Amari* (Πικραὶ λίμναι) in Ægypto, de quibus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 33. (165). Cf. ÆGYPTUS et ERYTHRÆUS. — *Fontes Calidi*, memorati in *Corp.* 3. 1566. — Alii plures sunt in sacris litteris, ut *Fons Jacob*, *Fons Rogel*, *Fons Solis* etc., quos V. suo loco. — Hinc forma *Fontus*, quam vocem *Walde (Lat. Etym. Wörtb.* 235) ducit a *dhontos*, coll. *dhanate*, fluxit, et *dhanus*, aque, fluctus, unde nomina fluv. *Donau, Don, Eri-danus* etc.; contra *Vanicek (Etym. Wört.* 59) a rd. Skr. *ghu (fu)*, unde *fundo*, coll. *Paul. Fest. p.* 84. « fons a fundendo dictus ». Est autem deus fontium, filius Jani *(Arnob.* 3. *p.* 117), cujus ara erat in Janiculo *(Cic.* 2. *Legg.* 22., ubi alii leg. *Fontis* pro *Fonti)*. Cf. *Eckhel*, 5. *p.* 214. — *Fontanus* et *Fontana*, divinitas, quæ fontibus inesse putabatur, in *Inscr. Ann. d. Ist. Arch.* a. 1866. *p.* 129. — *Fontinalis*. V. suo loco.

FONTĀNA. *V.* voc. præc.

FONTĀNUS, i, m. 2. (fons) ¶ 1. Est nom. dei cujusdam seu Genii, qui fontibus præerat. *V.* FONS. ¶ 2. Hinc etiam cogn. vir. in *Inscr.* metrica in *Anthol. Lat. n.* 1877. *M.* et in *Corp.* 2. 1469. — Speciatim miles ap. *Sil. It.* 5. 540. — Item poeta, laudatus *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 35. « Naïdas a Satyris caneret Fontanus amatas ». Adde *Apul. orthogr.* 4. « M. Fontanus in Nympharum et Satyrorum amoribus ». — De eo vd. *Schanz, Gesch. d. röm. Lit. II.* 1.[2] 248. 21.

FONTECLUS, i, m. 2. contr. pro *Fonticulus*; hinc *Ad Fonteclos* (h. e. *Fonticulos*) ¶ 1. Est statio viæ Æmiliæ inter Placentiam et Florentiam *(Firenzuola)*, cujus meminit *Itin. Hieros. p.* 616., hod. fort. *Alla Fontana* vel *Fontana*. ¶ 2. Item *Ad Fonticlos*, locus « in proastio *(i. e.* suburbio)

Veronæ », ubi sacellum seu oratorium erat s. Stephani, de quo *Anon. Vales.* 83.

FONTEJĀNUS. *V.* voc. seq.

FONTĒJUS, i, m. 2. (Φοντέϊος) nom. gentis plebejæ (*Cic. Dom.* 44. 116), Tusculo oriundæ (*Id. Font.* 14. 31), antiquissimæ ac nobilissimæ, quæ præcipue floruit reipublicæ et primis imperii temporibus, suamque originem ducere se putabat a *Fonto*, Jani bicipitis filio, cujus caput in nummis suis repræsentabat (*Eckhel*, 5. *p.* 214.*sqq.*). ¶ 1. Apud scriptores memorantur præsertim — 1.º) Fontejus, Carthaginiensis, qui, etsi paganus, librum scripsit *de mente mundanda ad videndum Deum;* sed brevi Christianam religionem est amplexus, teste *Augustin.* 1. *retr.* 26. — 2.º) M.' Fontejus, proprætore Galliæ Narbonensis a. 679-681 (75-73); unde reversus, de repetundis accusatus est a M. Plætorio ac defensus a *Cicerone* (*Font.* 14. 30), qui eum dicit « frugi hominem - et in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis ». *et ibid.* 31. « hominem honestissimum, virum fortissimum, civem optimum. *et mox* « Ipse quum in omnibus vitæ partibus honestus atque integer, tum in re militari quum summi consilii et maximi animi, tum vero usu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus ». — Hæc tamen oratio mutila ad nos pervenit, quæ tamen aucta est fragmentis a *Niebuhr* ex palimps. Vaticano, quibus cl. *Mai* in *Class. auct. II. p.* 363. *sqq.* locum dedit, aliisque dein a *Klein* ex cod. Cusan., Berl. 1866. *p.* 57-78. — De ejus nummis vd. *Momms., Hist. de la Monn. Rom. II. p.* 369. — 3.º) M. Fontejus, amator historiarum et fort. etiam scriptor, exeunte sæc. III., memoratus *Vopisc. Firm.* 2. — 4.º) T. (Ti.?) Fontejus, legatus in Hispania cum tribus millibus hominum « prædatum profectus locoque iniquo circumventus ab Hasdrubale, ad primos tantum ordines relato consilio, incipiente nocte, quo tempore minime exspectabatur, per stationes hostium prorupit ». Ita *Frontin.* 1. *Strat.* 5. 12. Adde *Liv.* 25. 34.*sqq.*, ubi fusius rem enarrat. — 5.º) Plures ex hac gente muneribus publicis, in primis consulatu, honestati fuere, præsertim ex *Fontejis Capitonibus*, de quibus vd. *Juvenal.* 13. 16., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 71. 72. (180)., *Sueton. Calig.* 8., *Corp.* 5. 5607., 6. 1669., 8. 2579. et 2788. etc. et *Fast. Cap. Horat.* 1. *Sat.* 5. 29. « Capito-Fontejus, ad unguem factus homo (*fatto a pennello, pieno di eleganza e di gentilezza*), Antoni non ut magis alter (*sc.* amicus: *amico se altri mai*) ». Fuerat hic cum aliis legatus missus ab Antonio Brundisium, in dissensione inter Antonium ipsum et Augustum orta, pacis componendæ causa, quæ facta est a. 714 = 40. *Liv. frg.* ap. *Schol. Cruq.* ad *Horat. l. c.* Cf. *Eckhel*, 5. *p.* 219. ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1882. *p.* 160. *Corp.* 6. 18515. — *Fonteja*, nom. mul. *C.* 6. 18526. — Virgo Vestalis, soror M.' Fonteji. *Cic. Font.* 17. 37. — *Alia* ap. *Momms. n.* 1814. — Hinc *Fontejanus*, adj. ad Fontejam gentem v. ad Fontejum aliquem pertinens. *Cic. Har. resp.* 27. Fontejanum nomen. *Tab. alim. Velej.* 2. 1. fundus (in pago Junonio Velejate).

FONTĪNĀLIS (Fontanalis), e, adject. fontanus. Speciatim *Fontinalis Porta* in vetustis muris Servianis, quæ nomen probabiliter traxit a sacello, quod Fonti dicavit C. Papirius Maso, quum a Corsica victor Romam rediit (Cf. *Cic.* 3. *Nat. D.* 20. 52). Memorant *Liv.* 35. 10. et *Paul. Fest. p.* 85. — De situ, minus tamen certo, vd. *Lanciani, Topogr. p.* 24. et *Marucchi* ad *Corp.* 6. 32493. — Usurpatur autem etiam absolute seu substantive et est — 1.º) Idem ac Fontus sive fontium deus, ap. *Plaut. Stich.* 699., ubi alii leg. *Fontine.* — 2.º) *Fontinalia* v. *Fontanalia (orum v. ium)*, festa in honorem Fontium, ap. *Varr.* 6. *L. L.* 22. V. *Lexicon.*

FŌRA, æ, f. 1. Etiam *Forat* in uno tantum ms. (Φῶρα *Ptol.*), oppidum in Characene in Pasitigris ripa, idem fere cum *Phraih d' Maisan* Syrorum, ΦΟΡΑΘΟΥ (gen.) *C. I. Gr.* 4489 (*Le Bas-Waddington* 2589). Meminit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (145).

FŎRĀTIĀNENSIS (civitas) in Africæ provincia Byzacena, cujus episcopus Bonifatius memoratur ap. *Vict. Vit. pers. Vand. II.* 101., fort. qui *Fortianensis* v. *Forianensis* dicitur in *Not. episc. Byz. n.* 66. in *Halms Vict. Vit. p.* 67., ubi etiam mentio fit Bonifatii *Frontonianensis* v. *Frontonianensis.*

FORCŬLUS, i, m. 2. (foris) deus, qui foribus præerat, quasi *Foriculus.* Memoratur *Augustin.* 4. *Civ. D.* 8. inter *numina janitores* ex *Varr. de diis certis* in *antiq. rer. divin.* 14. Adde *Tertull. idol.* 15. et *nat.* 2. 15 (= *Cyprian. quod idola dii non sint* 4), *scorp.* 10. et *cor.* 13.

FŎRENSIS v. Foresis, is, m. 3. (foris v. forum) cogn. vir. *Corp.* 8. 5048. — *Forensis pagus* in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 216., ad Valcejos in Lucania pertinens. — Hinc *Forensius* v. *Forestus*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 7289. — *Forensia* v. *Foresia*, nom. mul. *C.* 5. 7290.

FŎRENTĀNĔUS et

FŎRENTĀNI. *V.* voc. seq.

FŎRENTUM. *V.* **FERENTUM.**

FŎRĒTĀNI, ōrum, m. plur. 2. gens Italiæ superioris in Venetia. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130).

FORMENSIS (civitas) in Numidia, cujus episcopus memoratur *Opt. Milev. de schism. Don.* 2. 18., in *Coll. Carth. I.* 209 (*Migne P. L. XI.* 1349) et *Not. episc. Num.* 108. in *Halms Vict. Vit. p.* 67. Videntur tamen in eadem provincia duæ fuisse sedes episc. cognomines. *Not. episc. Num.* 104.

FORMĬÆ, ārum, f. plur. 1. Etiam *Formia* in sing. num. usurpata videtur a *Martial.* 10. 30., ubi « O temperatæ dulce Formiæ litus »; sed hunc locum per casum appositionis rectius explices, quasi sit: « O temperatæ Formiæ, quæ estis dulce litus »; sequitur namque: « Vos - Apollinaris omnibus locis præfert » qui amœnissimam villam in illo maritimo oppido habebat. — Etymon trahit *Strabo* (5. 233) ab ὅρμος; nam inquit « Φορμίαι - Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον ». et *Paul. Fest. p.* 83 *M.* « Formiæ oppidum appellatur ex Græco velut Hormiæ, quod circa id crebræ stationes tutæque erant, unde proficiscebantur navigaturi ». Sic *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (59). « Oppidum Formiæ Hormiæ dictum, ut existimavere ». Adde *Ptol.* 3. 1. 5.

Formiæ, oppidum Latii in Auruncis, in via Appia, inter Cajetam et Minturnas, ad mare Tyrrhenum, colonia Ælia Hadriana Augusta (*Corp.* 10. 6079), tribui *Æmiliæ* adscriptum, hod. *Mola di Gaeta* v. *Mola* v. etiam *Formia*, antiqua Læstrigonum sedes (*Plin. loc. cit.*), qui ab Antiphate rege ducti eam condiderunt. Jure civitatis eos incolas donarunt Romani, sed « sine suffragio, quod per fines eorum tuta pacataque semper fuisset via » (*Liv.* 8. 14) a. 417 = 337); dein tamen rogatio (C. Valerii Tapponis trib. pl.) perlata est, ut « in Æmilia tribu Formiani et Fundani - (*suffragium*) ferrent » (*Id.* 38. 36). — Fuit patria Helvii Manciæ (*Val. Max.* 6. 2. 8) et Mamurræ, qui eam maxima ex parte possidebat; quare *Mamurrarum urbs* dicitur *Horat.* 1. *Sat.* 5. 37., coll. *Acr.* in *h. l.* (fort. per ironiam dictum, nam Mamurra ob immanem luxuriam omnia sua dilapidaverat; quare eum *decoctorem Formianum* vocat *Catull.* 41. 4. Cf. *Not. d. scavi* [1908] *p.* 391.*sq.* de Publio Mamurra *cum comment.*). Memorant *Cic.* 2. *Att.* 13. et 7. 8. et 8. *Fam.* 17. et 16. 12., *Liv.* 35. 21., *Mel.* 2. 71., *Solin.* 2., *Tac.* 15. *Ann.* 46., *Flor.* 1. 16. 6. et 4. 8. 2., *Jul. Obs.* 14., *Oros.* 4. *Hist.* 4., *Jorn. Rom.* 143. *M. Symmach.* 1. *ep.* 8. eas steriles vocat. — *Rav. p.* 266., *Itin. Ant. p.* 108. et 121. et *Hieros. p.* 611. habent *Formis*, fort. pro *Formiis.* — Adde *Inscriptiones, a Momms.* collectas *n.* 4077-4138. — Hinc *Formianus* — *a)* Adj. *Liv.* 10. 31. ager. *et* 34. 44. mons. *Cic.* 3. *Nat. D.* 35. 86. fundus. *et* 4. *Att.* 2. villa. *et* 2. *ibid.* 4. prædium. *Symmach.* 8. *ep.* 23. sinus. *Augustin. ep.* 94. oppidum. *Horat.* 1. *Od.* 20. 40. colles. *Martial.* 10. 30. dies. *h. e.* qui Formiis transiguntur. — *Formianæ saxæ*, locus in agro Campano ad Liternam paludem (*Lago di Patria*), prope oram maritimam (*Liv.* 22. 16). Cf. *Formiani colles* ap. *Hor. loc. cit.* — *Formiani episcopi* ap. *Felic.* pap. *ep.* 13. et *Symmach.* pap. *ep.* 5. — *b)* Absolute, *Formianus*, cogn. vir. *Inscr.* in *Eph. epigr. II.* 439. *n.* 961. — *Formianum*, prædium vel villa Ciceronis in agro Formiano, a P. Clodio a. 697 = 57. diruta, postea a Cicerone exsule, in patriam revocato, refecta (*Cic.* 4. *Att.* 2). — Item villa C. Lælii (*Id.* 1. *rep.* 39); Dolabellæ (*Id.* 15. *Att.* 13) et fort. M. Aurelii Aug. *Vulc.* in *Avid. Cass.* 10. et 11. — *Formiani*, incolæ (*Formiliani* in *Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 6909) et *Formani* (in *alia* [= φορμάνοι *Steph. Byz.*] ap. *Ficoroni, Piombi P. II. t.* 8). *Liv.* 8. 14., *Cic.* 2. *Att.* 14. et *Sueton. Vit.* 4. — *Formiensis*, ecclesia. *Symmach.* pap. *ep.* 1.

FORMĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

FORMĪCA, æ, m. et f. cogn. utriusque generis. *Corp.* 8. 3803. — *Formicula*, cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 434.

FORMĪDO, inis, f. 3. (Δειμός) nom. etiam proprium filiæ Veneris et Martis, quæ et soror Harmoniæ, ap. *Hygin. præf. fab.*, coll. *Hes. theog.* 933.*sqq.* (Phobos et Deimos).

FORMĬO, ōnis, m. 3. (Φορμίων) fluviolus Istriæ ultra Tergeste, quo Italia olim finiebatur, in Adriaticum mare influens, hod. *Risano.* Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 18. 22. (127). « Anticus auctæ Italiæ terminus, nunc vero Istriæ »; nempe tempore Cæsaris, qui civitatem Romanam concessit Italiæ Transpadanæ, limes Italiæ; sed Istriæ sub Augusto, qui fines Italiæ usque ad Arsiam (*Arsa*) retraxit. Cf. *Ptol.* 3. 1. 27. et ex recentioribus *Detlefsen, Herm. XXI.* 514. et *Nissen, Ital. Landesk. I.* 77.; sed contra *Premerstein, Oesterr. Jahresh. X.* 276.

FORNĀCĀLĬA, ium et ōrum, n. plur. *V.* voc. seq.

FORNAX, ācis, f. 3. nom. commune et etiam proprium deæ, quæ præest farri torrendo, in cujus honorem Numa *Fornacalia* instituit; tunc in pistrinis sacrificium fieri solebat. *Ovid.* 2. *Fast.* 525. *V.* **FORNACALIS** in *Lexico.*

FŎRŌBRENTĀNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi cujusdam in Umbria, jamdiu eversi. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113).

FŎRŌCLAUDĬENSES, ium. *V.* **FORUM CLAUDII.**

FŎRŌCLŌDĬENSIS, e. *V.* **FORUM CLODII.**

FŎRŌCORNĒLĬENSIS, e. *V.* **FORUM CORNELII.**

FŎRŌDRŬENTĪNUS, a, um. *V.* **FORUM DRUENTINORUM.**

FŎRŌFLĀMĬNĬENSIS, e. *V.* **FORUM FLAMINII.**

FŎRŌHADRĬĀNENSIS, e. *V.* **FORUM HADRIANI.**

FŎRŌJŪLĬENSIS, e. *V.* **FORUM JULII.**

FŎRŌNĒRŌNĬENSES, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi in Gallia Narbonensi, quod olim Luteva et Forum Neronis, nunc *Lodève. Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (37).

FŎRŌNĬĀNUS, i, m. 2. cogn. vir., fort. a gente *Foronia*, in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 166.

FŎRŌNŎVĀNUS. *V.* **FORUM NOVUM.**

FŎRONTĬĀNENSIS (civitas) in Africæ provincia Byzacena, cujus Felix episc. memoratur in *Not. episc. Byz. n.* 64. in *Halms Vict. Vit. p.* 67. V. FORATIANENSIS (*Dessau*).

FŎRŌPŎPĬLĬENSES. *V.* **FORUM POPILII.**

FŎRŌSEMPRŌNĬENSES. *V.* **FORUM SEMPRONII.**

FŎRŌVĪBĬENSES. *V.* **FORUM VIBII.**

FORS FORTIS. *V.* voc. in *Lexico* et **FORTUNA.**

FORTENSES, ium, m. plur. 3. (fortis) militum genus, pluries memoratum in *Not. Imp. or.* et *occ.* Adde *Corp.* 5. 5823. — *Fortenses* in *Inscr.* ap. *Marini, Arv. p.* 296. — Hinc fort. *Auxilia Fortensia* in prov. Valeria et *Limes Fortensis* in Mauretania. *Not. Imp. occ.* 29.

FORTĬĀNA, æ, f. 1. statio in Pannonia inferiore. *Itin. Ant. p.* 264. Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 432. et *Domaszeski, Westdeutsche Ztschr.* (1902) *p.* 180.

FORTIS, is, m. et rarius f. 3. cogn. — *a)* De vir. *Corp.* 6. 18533. et *alia* ap. *Momms. n.* 2689. — *b)* De mul. *Corp.* 3. 2001. — Cogn. quoque *Legionis II. Trajanæ* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3444., 3456., 3868. etc. — Hinc *Fortissima*, cogn. mul. in *Inscr.* ap. *De-Rossi Inscr. Chr. I. p.* 166. *n.* 378. — *Fortio (onis)*, cogn. vir. demin., Græcorum more. *Corp.* 5. 3521. — *Fortionius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 1527. — *Fortitudo (inis)*, nom. deæ (*Talbot, Myth.* 1890. *p.* 493); per prosopopœiam, ap. *Naz. paneg. Const.*

Aug. 33. Cf. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 20. et nummum ap. *Eckhel*, 7. *p.* 164.

FORTŪNA, æ, f. 1. (Τύχη) et *Fors Fortuna.* V. **FORS** et **FORTUNA** in *Lexico.* Addimus tamen ¶ 1. Ex scriptoribus — 1.º) Deam habitam fuisse ut Jovis filiam (*Pind.* 12. *Od.* 1) ac Jovi cultu proximam (*Poet.* in *Anth. Lat. n.* 622. *M.*); immo idem fere ac Naturam (*Lact. loc. cit.*) vel ejus sociam (*Arist.* 2. *Phys.* 2.*sqq.*) vel Deum ipsum, mundi auctorem rerumque arbitrum. Hinc scribit *Augustin.* 4. *Civ. D.* 11. Fortunam barbatam fuisse Jovem Romanis. *et Lact.* 3. 29. philosophos Fortunæ sexum mutasse eamque non deam, sicut vulgus, sed deum esse dixisse. Cf. *Phædr. fab. nov.* 2. et *Virg.* 2. *Æn.* 79. Quin Fortunæ *crimina* et *delicta* dicuntur, quæ immeritis accidunt mala. *Ovid.* 3. *Met.* 141., coll. *Æsop. fab.* 51. et 62. — Attamen *Senec. benef.* 4. 8., an sit deus Fortuna, dubitare videtur. *et Publil. Syr.* 153. dicit ex hominum quæstu factam eam deam fuisse. *et Pacuv.* ap. *Auct.* ad *Herenn.* 2. 23. hæc habet « Sunt autem philosophi, qui contra Fortunam negant Esse ullam sed temeritate res regi omnes autumant ». — De ea *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (16). Toto mundo et omnibus locis omnibusque horis omnium vocibus Fortuna sola invocatur ac nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur - et in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit. *Publil. Syr. sent.* 168. *R.* Fortunam citius reperias quam retineas. *et* 173. nimium quem fovet, stultum facit. *et* 189. vitrea est: tum cum splendet, frangitur. *Horat.* 3. *Od.* 29. 53. Fortuna celeres quatit pennas. *Auson. epigr.* 137. Fortuna numquam sistit in eodem statu, semper movetur, variat et mutat vices. *Lucan.* 7. 685. Quamque fuit læto (*Magno*) per tres infida triumphos, Tam misero Fortuna minor. *et ibid.* 665. quid perdere cuncta laboras? Jam nihil est, Fortuna, meum. Adde *Propert.* 1. 6. 25., *Flor.* 3. 5. 21. et 10. 1. et 4. 2. 30., *Apul. met.* 5. 9. et 7. 2., *Minuc. Oct.* 5. 13., *Pentad.* in *Anth. Lat. n.* 234. *M.* — 2.º) Nomina Fortunæ varia sunt apud veteres (*Varr.* ap. *Gell.* 13. 23), ut *Fors* (quamquam aliquando a *Fortuna* distinguunt. V. *Lexicon*) v. *Fors Fortuna, Sors, Nemesis, Nortia, Tyches* etc. — Pro diversis præterea ejus respectibus vel nominibus et attributis plures habitæ *Fortunæ;* quare etiam in plur. num. occurrit. *Macrob.* 1. *Sat.* 23. 13. Videmus (inquit) apud Antium promoveri simulacra Fortunarum ad danda responsa. (*V.* Epitheta infra). Cf. *Martial.* 5. 1. et *Sueton. Calig.* 57. *Tac.* 15. *Ann.* 23. « Fortunarum effigies aureæ in solio Capitolini Jovis » locandæ. *Corp.* 6. 182. FORTVNABVS BALNEI VERVLANI. — Tres memorat *Vitr.* 3. 2. 3 (Cf. *Liv.* 19. 36.; 34. 53.; 43. 13., *Ovid.* 5. *Fast.* 729. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1767. et *Henzen, S. O. n.* 6445). « Ædis hujus exemplar erit ad Tres Fortunas ex tribus, quæ est proxime portam Collinam ». Fortasse nomen ex eo ductum est, quod Fortuna in ea sede colebatur sub diversis formis; hinc locus dictus *ad tres Fortunas*, qui probabiliter nihil aliud erat quam publica via (*Borsari, Top. R. A.* 1897. *p.* 187.*sq.*). — Fortasse hoc numero significabantur *Parcæ.* — 3.º) Cultus Fortunæ apud Romanos arguitur late diffusus ex pluribus ædibus ei dicatis (*Fronto* 1. *ad M. Cæs.* 3), ex sacrificiis ac festis in ejus honorem celebratis, ex imaginibus pictis vel sculptis, titulis, votis, inde a tempore Anci Marcii regis, qui primus in Urbe templum Fortunæ dedicavit (*Plut. de Fort. Rom.* 5); dein Servii Tullii, qui templum ædificavit intra portam Carmentalem, idem fort., quod a. 213 = 481. incensum, a. 212-432. refectum est (*Liv.* 24., 25. et 33). Hujus rudera nunc exstant, in usum adhibita templi Christiani (fort. *chiesa di S. Maria Egiziaca*); nec solum Romæ sed etiam in variis orbis Romani regionibus, modo seorsum, modo cum aliis diis conjuncta colebatur, ut ex plurimis Inscriptionibus colligitur (*Orelli Inscr. n.* 3798. etc.), et ex ejus monumentis, illustratis a *Visconti, Mus. Pio-Clem. II.* 80. *sqq.* et *alib.*, coll. *Bull.* et *Ann. d. Ist. arch.* passim et nummis ap. *Eckhel*, 2. *p.* 332., 552. etc., *Babelon, Mon. cons. II.* 483., *Helbig, Wandgem.* 24. *n.* 78.*sqq.*; *Marquardt-Mau, Privatl.* 240.; *Cohen, Méd. imp.* etc. *Suppl.* 64, *t.* 2.; *Stevenson, Dict. of Rom. coins* 394.; *Peter* in *Roschers Myth. Lex. I.* 1534.*sqq.* — 4.º) Epitheta et attributa Fortunæ ex fere innumeris, pro diversis ejus respectibus, aut locis vel familiis, ei inditis, aliquot, ordine alphabetico digesta, hæc sunt: Anceps ap. *Lucan.* 4. 390. — Antias v. Antiatina, Antii culta, ap. *Horat.* 1. *Od.* 35.; sæpius in plur. num. quasi duæ sorores, bona et mala ap. *Sueton. Calig.* 57., *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1738., coll. *Eckhel*, 4. *p.* 298. — Augusta in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2219., coll. *Corp.* 6. 181., ubi additur *Respicienti* et *Præsenti.* — Barbata ap. *Augustin. loc. cit.* et *Tertull. nat.* 2. 11. V. **BARBATUS** in *Lexico.* — Bona in *Inscr.* ap. *Orelli, n.* 1743. et 1744. et *Symmach.* 9. *ep.* 88. — Cæca ap. *Pacuv. loc. cit.* et *Albinov. eleg.* 1. 370. — Crudelis ap. *Stat.* 5. *Silv.* 5. 60. — Dea sæpissime ap. varios. vel Diva ap. *Horat. loc. cit.* — Domina rerum humanarum, ap. *Cic. Marc.* 2. — Dubia, vicus in reg. XIII. Urbis. Cf. *Ovid.* 6. *Fast.* 784. — Dux in *Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 5760. — Equestris, cui sedem vovit Q. Fulvius (*Liv.* 40. 40. et 44. 42. et *Vitr.* 3. 3. 2), sitam Romæ ad Theatrum lapideum, sc. Pompeji. — Flavia in *Corp.* 6. 187. — Horreorum in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4881. et 4882. — Hujusque diei ap. *Cic.* 2. *Legg.* 11. 28. Cf. *Corp.* 1. 398. — Improba ap. *Virg.* 2. *Æn.* 80. — Infida ap. *Lucan.* 7. 685. — Invida ap. *Claudian. carm.* 5. 194. — Juveniana a gente *Juventia*, quæ eam præsertim colebat, in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1850. *p.* 141. — Mala ap. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 7. 5. (16). — Mammosa, a qua dictus est vicus in reg. XII. Urbis. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5. — Muliebris, cui templum dedicatum (*Liv.* 2. 40). Cf. *Eckhel*, 7. *p.* 78. V. *Jordan* in *Eph. epigr. I.* 234.*sq.* — Obsequens, sæpe appellata ap. scriptores, in lapidibus et nummis. — Omnipotens ap. *Virg.* 8. *Æn.* 334. — Populi Romani magna Fortuna (*Liv.* 1. 46., 2. 40. etc., coll. *Lucan.* 8. 686). — Prænestina, Præneste culta in magnifico templo cum oraculo (*Plin.* 36. *Hist. nat.* 25. 64. [189]). et simulacro inaurato, in cujus gremio sedebat Juppiter puer lactans cum Junone (*Cic.* 2. *Divin.* 41). — Primigenia dicta ibi (*Corp.* 1. 1133., coll. 1129. et 1130) et Romæ. — Publica Primigenia, i. e. ab universo populo culta (*Ovid.* 5. *Fast.* 729). — Redux, in Augusti ex Syria reditu in Urbem ita appellata, qua occasione ara *Fortunæ Reduci* dicata (*Momms. p.* 29. in *Brev. Aug.*), sc. a. 735 = 19. — Eidem ob devictos Gothos (*Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 8. 2). — Item templum Romæ, Domitiano redeunte a bello Sarmatico (*Martial.* 8. 65. et *Claudian. carm.* 28. 1). — Regia ap. *Spartian. Sev.* 33. — Respiciens, i. e. favens et adjutrix. V. supra. — Servatrix in *Corp.* 7. 296. — Tusculana, Tusculi culta (*Inscr.* ap. *Borghesi, Œuvr. IV. p.* 468). — Victrix in *Inscr.* ap. *Henzen, S. O. n.* 5795. — Alia tantum innuimus, ut *blanda, cælestis, domestica, felix, grata, iniqua, læta, larga, memor, noxia, opifera, placida, potens, provida, rapax, salutaris, sancta, stabilis, superba, virginalis, virilis, volubilis, volucris* etc. quæ tamen, ut quædam supra memorata, etiam de fortuna, ut de nom. communi, usurpantur. — Ad eam insuper pertinent præcipue: Fortunæ cornu. *V.* **CORNUCOPIA** in *Lexico.* — Fortunæ Fanum. *V.* **FANUM.** — Fortunæ mensa, cui liba fundebant Hebræi, superstitionibus dediti (*Vulg. Is.* 65. 11., coll. *Hieronym.* ad *h. l.*). — Fortunæ rector, nempe Belus, sc. Sol., in *Inscr.* bilingui ap. *Henzen, S. Or. n.* 5862. — Fortunæ vicus, via seu locus Potovii (*Pettau*) prope templum cognomine (*Corp.* 3. 10875. *p.* 2688. Cf. *Gurlitt, Oesterr. Jahr.* 1898. Beibl. 89.*sqq.*). — De ea vd. *Preller-Jordan, Röm. Myth. II.* 179.*sqq.*; *Peter loc. cit.*; *Hild* ap. *Daremberg-Saglio II.* 1268.*sqq.*; *Wissowa, Relig. u. Kult. d. Röm.* 206.*sqq.* et *Carter, Epith. deor.* 38.*sq.* ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp.* 2. 1292., *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 434. 2. *Alia* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1671. Fortona. — Hinc *Fortuitus*, cogn. vir. *Corp.* 5. 2541. — *Fortunatus*, cogn. vir. frequentissimum. *Corp.* 5. 4870. — Abs. *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 379. 6. et 380. 4. et 6. — Etiam nom. serv. in figlinis ap. *Deschemet, Inscr. doliar. n.* 15-19. et 51. — Memoratur quoque ex multis *Fortunatus*, cui s. Marcus rescripsit, teste *Paul. dig.* 22. 1. 17. et præsertim *Fortunatus*, Manichæus, presbyter, cum quo *Augustin.* a. 392. disputationem bis habuit, in magno auditorum consessu, qua ita ad incitas redactus est, ut ad ignominiam cavendam in exsilium sponte iverit (*Possid.* in *vit. Aug.* 6) et cujus etiam exstat liber ab ipso *Augustin.* inscr.: *Acta seu disputatio c. Fortunatum Man.*, coll. *retr.* 1. 16. — *Fortunatus*, poeta. V. **VENANTIUS.** — *Fortunata*, cogn. mul. tam ingen. quam libert. *Corp.* 5. 55. — Abs. in *alia* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 373. 2. — Martyr memorata *Lucian.* ap. *Cyprian. ep.* 22 (al. 21). — *Fortunatæ insulæ* in oceano Atlantico, in ora occid. continentis Africanæ, celebres ob cæli temperiem et soli fertilitatem, dictæ *insulæ Deorum* v. *Fortunatorum*, hod. *Canarie.* De his *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 36. (119. et 6. *ibid.* 32. 37. (202). — De numero, ut de singularum nomine (quod vd. suo loc.), non convenit inter auctores; alii namque esse putant unam tantum (*Jorn. Get.* 7); alii tres (*Solin.* 23); alii sex (*Plin. l. c.* et *Ptol.* 4. 6. 34); alii denique et rectius septem recensent (V. *Besnier, Lex. Geogr. Anc.* 1914. *p.* 316); plures certe, non unam, ess dicit *Mela* 3. 102. Memorant etiam ex Græcis *Hes. opp.* 169., *Pind. Ol.* 2. 68. *sq.*, *Her.* 3. 26., *Apollod.* 3. 10. 1., *Strab.* 1. 3. et 3. 150. et *Plut. Sert.* 8. — Eas poetæ fabulati sunt sedem esse beatorum (αἱ Μακάρων νῆσοι), quam Elysium vocant, ut scribit *Isid.* 14. *Orig.* 6. 8., coll. *Virg.* 6. *Æn.* 658. — De iis consulas *C. Müller, Festschr. d. geogr. Sem.* etc. 1901. *p.* 38.*sqq.*; *Forbiger, Alt. Geogr. II.*890.*sqq.*, coll. *Sapper* in *Hettners geogr. Zeitschr. XII.* 1906. *p.* 481.*sqq.* — *Fortunatianus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 61. et 610. — Abs. in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Bull. Cr.* a. 1879. *p.* 55. — Apud scriptores — *a) Fortunatianus* historicus, et *Fortunatianus*, rhetor. V. **CURIUS.** — *b) Fortunatianus (Atilius)*, metrorum præcipue Horatianorum scriptor, cujus opus, *Ars Fortunatiani*, editum est a *Keil* (*VI. p.* 278-304), secutus Cæsium Bassum et Jubam. — De eo V. *eund. Keil ibid. p.* 245-250. — *c) Fortunatianus*, comes rei privatæ sub Valentiniano et Valente impp. a. 365. in *Cod. Theod.* 7. 13. 2. et *alib.*, vir doctissimus et tam prosa quam versu disertissimus (*Vales.* ad *Ammian. l. c.*); sed animo asper (*Ammian.* 29. 1. 5). — *d) Fortunatianus*, episcopus Aquilejensis sed natione Afer, s. 398., sub Constantio imp., qui « in Euangelia titulis ordinatis breves rustico sermone scripsit commentarios; et in hoc habetur detestabilis, quod Liberium, Romanæ urbis episcopum, pro fide ad exsilium pergentem primus sollicitavit et fregit et ad subscriptionem hæreseos compulit ». Ita *Hieronym. vir. ill.* 97. Sed V. **LIBERIUS.** — *Fortunatiana*, cogn. mul., abs. in *Corp.* 8. 2107. — *Fortunalis*, cogn. m. et f. — *a)* De vir. *Corp.* 2. 3780. et ap. *Momms. n.* 2824. — *b)* De mul. *Corp.* 2. 3355. — Fuit etiam vir quidam Hispanus, familiaris *Sidonii* 8. *ep.* 12. — *Fortunensis*, cogn. mul. *Corp.* 3. 5824. — *Fortunensis pagus*, memoratus *Corp.* 5. 5112., fort. in agro Bergomensi. — *Fortunius*, nom. gent. vir. *Corp.* 8. 5413. — *Fortunia*, nom. mul. *C.* 8. 1753. — Abs. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3890. — *Fortunilla*, cogn. mul. demin. *Corp.* 8. 9520. — *Fortunio (ōnis)*, cogn. vir., demin. Græcorum more. *C.* 2388. — Abs. in *alia* ap. *Bosio, Rom. Sott. p.* 437. — Fuit etiam ita cognominatus martyr, ap. *Cyprian. ep.* 22 (al. 21). — *Fortunula*, cogn. mul. demin. *Corp.* 8. 1971. — Abs. ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 434. 3. — *Fortununa*, nom. mul. *Inscr.* ap. *De-Rossi, R. S. II. p.* 273.

FORTŪNĀTĬĀNUS et

FORTŪNĀTUS et

FORTŪNĬUS. *V.* voc. præc.

FŎRŬLI, ōrum, m. plur. 2. antiquum oppidum Italiæ, in reg. IV. Sabin., in via ab Amiterno (*S. Vittorino*) Interocrium (*Antrodoco*), in situ munitissimo, trib. *Quirinæ* adscriptum, serius vicus ad

Amiternum pertinens, hod. *Civita Tommasa*. Memorant *Liv.* 26. 11., *Virg.* 7. *Æn.* 714 (V. *Serv.* ad *l.*), *Sil. It.* 8. 417., *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5769. et 6225., coll. *Strab.* 5. 228. — Hinc *Foruliani*, incolæ seu vicani in *Inscr.* ap. *Murat.* 238. 4.

FŎRUM, i, n. 2. nom. commune, quod, præsertim cum addito, transiit in nom. proprium locorum quorundam, ex ratione in *Lexico* exposita, ubi alia de vocis forma, etymo, significatu, usu traduntur. Hæc tantum præmittenda sunt. — *a)* Forum, si cum addito usurpatur, vel divisim scribi, ut *Forum Appii* v. *Appii Forum*, vel conjunctim, quo casu, plerumque adjectivorum more, in ablativo adhibetur, ut *Foroappii*. — *b)* Additum fere sumitur ex aliqua gente vel ex gentilicio aliquo seu aliquo magistratu, ut *Forum Appii, Cornelii* etc. — *c)* Perspicuitatis causa ita loca disponimus, ut prius, quæ Romæ sive absolute sive cum addito; deinceps, quæ extra Romam habentur, item sive absolute sive cum addito, et quidem ex præcipuis.

Fora ¶ 1. Ad Romam pertinentia — 1.°) Absolute: Forum, quod κατ᾽ἐξοχήν dicitur (*Ovid.* 15. *Met.* 786. et 841) et *Romanum* (*Virg.* 8. *Æn.* 361., *Propert.* 4. 2. 6. et 4. 4. 12), unum ex tribus maxime judicialibus, quæ postmodum ei adjecta sunt, sc. Cæsaris et Augusti; idcirco *triplex* dictum a *Martial.* 3. 38. et *trinum* a *Stat.* 4. *Silv.* 9. 15. (et in plur. *trina* a *Senec. ira* 2. 9), omnium ornatissimum ac celebratissimum. De eo vd. *Not. et Curios. Urb. p.* 12-15. aliaque plura in *Lexico*, ad quod, ne acta agantur, remittimus, studiosos simulque ad scriptores, inter quos *Nibby, Rom. A. II.* et in *Bull.* et *Ann. d. Istit. Arch.* et *Com. Chr. Müller, For. Rom.* etc. Stuttg. et *Tub.* 1824.; *Hülsen, Das Forum Rom. rekonstruktion*, Rom. 1892.; *Jordan, Top. d. St. Rom.* in *Altert. I.* et *III.* 1883-1890.; *Borsari, Top. d. Rom. ant.*, 1897. *p.* 213-249. — 2.°) Cum additis: Forum Ahenobarbi, situm fort., ubi nunc *il Pincio*, in *Not. et Cur. Urb. p.* 26. et 27. — F. Aproniani, ab Aproniano præf. urb. a. 448. in *Cod. Theod.* 13. 5. 29. — F. Esquilinum. *V.* **ESQUILINUS**. — F. Gallorum, inter alia memoratum in *Not. et Curios. Urb. p.* 28. — F. Martis, dictum a statua ac templo Martis Ultoris in Foro Augusti, cum quo idem est (*De-Rossi* in *Bull. Cr.* a. 1874. *p.* 54). *V.* AUGUSTUS. — F. Cæsaris. V. *Lexicon*. — F. Nervæ, quod et *Palladium* et *Transitorium* (*Lamprid. Alex. S.* 28), in reg. IV. Urb., cœptum a Domitiano et a Nerva absolutum (*Sueton. Domit.* 5. et *Vict. Cæs.* 12), dictum *novum* a *Stat.* 5. *Silv.* 1. 15. Cf. *Nibby, Rom. Ant. II.* 221.*sq.* — F. Pacis, sc. area ante templum Pacis. *Ammian.* 16. 10. 14. — F. Sallustii, sc. area ante hortos Sallustianos, in reg. VI. *Act. s. Sus.* — F. Trajani, magnificentissimum, a Trajano imp. exstructum cum *basilica*, quæ *Ulpia* dicitur, hod. *Foro Trajano*, ad rad. montis Quirinalis, excisi ad aream complanandam, cujus exstant rudera (*Gell.* 13. 24., *Ammian.* 16. 10. 15., *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2831). — *Forum Ulpium* vocatum ap. *eund. n.* 1140. et 1188. — F. Vespasiani, fort. area ante Amphitheatrum Flavium, nisi est area ante templum Pacis, duplici nomine prædita (Cf. *Momms.* in *Prov. R. p.* 4. tr. gall.), *Polem. Silv.* in *Laterc.* ap. *Urlichs, Cod. Top. p.* 48. — De *Foro boario, cupedinis, olitorio, pecuario, piscario* v. *piscatorio, pistorio, vinario* V. **FORUM** in *Lexico*. ¶ 2. Extra Romam — 1.°) Absolute *Forum*, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, de cujus situ disputant eruditi. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 428. — 2.°) Cum additis: Forum Appii, oppidum Latii in paludibus Pontinis in via Appia, conditum ab Appio Claudio Cæco, temporibus imperii municipium, hod. *Torre del Mercato*. Memoratur *Cic.* 2. *Att.* 10., *Horat.* 1. *Sat.* 5. 3.*sq.*, *Sueton. Tib.* 2., coll. *Strab.* 5. 233. — *Foroappii* dicti incolæ a *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (64). — F. Claudii — *a)* Oppidum Helvetiæ, in valle Pœnina, Veragrorum caput, hod. *Martigny*, dictum etiam *Octodurus* (Ἐκτόδουρον *Ptol.*) v. *Forum Claudii Vallensium* v. *Claudii Augusti*, in *Inscr.* ap. *Momms. Inscr. Helv. p.* 312. et 313., coll. 114. et 115. Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaul. p.* 246.*sqq.* — *b)* Item oppidum, Centronum caput (*Ptol.* Φόρος Κλαυδίου), ap. *Optat. schism. Donat.* 1. 28 (ubi al. *Clodii*), hod. fort. *Aixme*. — Hujus incolæ *Foroclaudienses* dicti in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 787. et ap. *Henzen, S. Or. n.* 5229., rectius *Foro Claudienses* in *Bull. d. Ist. Arch.* a. 1869. *p.* 264. 3. et 5. — F. Clodii, oppidum Etruriæ australis in via Clodia ad occid. lacus Sabatini, hod. *Bracciano*, in *Itin. Ant. p.* 286. et *Corp.* 11. *p.* 502., coll. *Ptol.* 3. 1. 50. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (116). — F. Cornelii, oppidum Æmiliæ in via Æmilia, tribui *Polliæ* adscriptum, hod. *Imola*, conditum, ut probabile est, a Cornelio Sulla dictatore, temporibus imperii municipium florentissimum, ubi *Martialis* poeta scripsit tertium suorum epigrammatum librum. Memoratur *Cic.* 12 *Fam.* 5., *Martial.* 3. 1. 4., *Prudent. perist.* 9., *Itin. Ant. p.* 287. — Hinc *Forocorneliensis*, adj. ap. *Prudent. loc. cit.* — F. Decii, oppidum Italiæ in Sabinis ad septentr. Interocrii, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (107). — F. Domitii, in Gallia Narbonensi, in via Domitia inter Nemausum et Narbonem Martium, hod. *Montbazin*, in *Itin. Ant. p.* 389. et 396. et *Corp.* 11. 3281-3284. — F. Flaminii, oppidum Umbriæ in *Itin. Ant. p.* 125. et *Hieros. p.* 614., fort. situm prope hod. *La Vescia*. — Hinc *Foroflaminienses* dicti incolæ in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 98. — F. Fulvii v. Valentia, oppidum in Liguria ad dexteram Padi, trib. *Polliæ* adscriptum, hod. *Valenza*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (49)., *Not. Dign. occid.* 42. et *Corp.* 5. *p.* 840. — F. Gallorum — *a)* Oppidum inter Mutinam et Bononiam in via Æmilia, hod. *Castelfranco*, ap. *Cic.* 10. *Fam.* 30., *Frontin.* 2. *Strat.* 5. 39. et *Rav. p.* 272. — *b)* Item opp. Hispaniæ Tarraconensis in *Itin. Ant. p.* 452. — F. Hadriani, oppidum Germaniæ inferioris ad ostium Rheni et ad meridiem Lugduni Batavorum, hod. *Woerburg*, in *Corp.* 13. 2. *p.* 637. — *Forohadrianenses*, incolæ, in *Corp.* 3. 4279. — F. Julii, oppidum in Gallia Narbonensi in via Aurelia, cum portu, statio classis temporibus imperii, patria Agricolæ, colonia *Octavanorum Pacensis* v. *Pacata classica*, trib. *Aniensi* adscriptum, hod. *Fréjus*, ap. *Cic.* 10. *Fam.* 15. et 17., *Tac.* 2. *Ann.* 63. et *Agric.* 4., *Corp.* 12. *p.* 38. et 887. — F. Julium v. Forojulium, oppidum Venetiæ, ad Natisonem fl. ac radices Alpium Carnicarum, conditum a Cæsare v. Augusto, caput Venetiæ post Aquileiæ excidium a. 454. p. Chr., hod. *Cividale del Friuli*, trib. *Scaptiæ* adscriptum. *Cassiod.* 7. *Var.* 26., *Rav. p.* 254. et 257. — Hinc *Forojulienses*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (130). — F. Limicorum, oppidum Hispaniæ Bracarensis, in via Bracara Aug., hod. *Ginzo de Limia*. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (28)., coll. *Ptol.* 2. 6. 44. et *Corp.* 2. *p.* 350., 706. et 903. — F. Livii, oppidum Æmiliæ, in via Æmilia, hod. *Forlì*, trib. *Stellatinæ (?)* adscriptum; ubi Placidia nupsit Athaulfo, regi Vesegothorum a. 412. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (116)., *Cassiod.* 4. *Var.* 8., *Jorn. Get.* 31., *Itin. Ant. p.* 287., *Corp.* 11. *p.* 114. et *n.* 3281-3284. — F. Novum — *a)* Oppidum in Samnio in via Trajana, hod. *Montemole*, ap. *Rav. p.* 280. et in *Corp.* 9. *p.* 122., 593. et 671. — *b)* Item oppidum in Sabinis, hod. *Osteria nuova*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (107). — In *Itin. Ant. p.* 306. Vicus novus. — F. Popilii — *a)* Oppidum Æmiliæ, in via Æmilia inter Cæsenam et Forum Livii, dictum a Popilio cons. sæc. II. a. Chr., hod. *Forlimpopoli*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 15. 20. (116). et *Corp.* 5. 5749. — In *Itin. Hieros. p.* 616. Forum populi. — *b)* Item oppidum ad viam Appiam in Campania inter Capuam et Casilinum. *Rav. p.* 278. et *Gromat. p.* 233. *Lachm.* — *Foropopulienses*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (64).; sed rectius *Foropopilienses* in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3901. — *c)* Item oppidum in Lucania in via Popilia, dictum a P. Popilio Lænate, cons. a. 132. a. Chr., hod. *La Polla*, in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 904. — F. Sempronii, oppidum Umbriæ in via Flaminia, hod. *Fossombrone*, temporibus imperii municipium florentissimum, in *Itin. Ant. p.* 126. et *Hieros. p.* 615. et *Corp.* 11. *p.* 905. et *n.* 3281-3284. — *Forosempronienses*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113). — Adj. ap. *Symm. pap. ep.* 1. *n.* 8. — F. Trajani, oppidum Sardiniæ, conditum a Trajano imp., hod. *Fordungianu*, in *Itin. Ant. p.* 82. et *Corp.* 10. *p.* 816.

FOSI, ōrum, m. plur. 2. populus Germaniæ, Cheruscis conterminus. *Tac. Germ.* 36. Tracti ruina Cheruscorum et Fosi - adversarum rerum ex æquo socii sunt, quum in secundis minores essent ». Cf. *Zeuss, Die Deutsch.* 108.

FOSLĬUS (Folius), ii, m. 2. nom. vir. gentis patriciæ antiquissimæ, ad quam pertinent — 1.°) Foslius, trib. mil. consulari potestate a. 321 = 433. *Liv.* 4. 25. — 2.°) M. Foslius Flaccinator (non *Flaccina*), cons. a. 436 = 318. cum L. Plautio Vennone, qui bis magister militum fuerat, C. Mænio dictatore, sc. a. 434 = 320. et 440 = 314 (*Fast. Capit.*); verum *Liv.* 9. 26., a. 440. primum, iterum vero a. 441., dictatore C. Pœtelio, sed minus recte.

FOSSA, æ, f. 1. nom. commune, sed in proprium quoque transiit quorundam locorum in utroque numero, sive absolute sive cum additis usurpatum. ¶ 1. Absolute — 1.°) In plur. num. — *a)* Fossæ, insula inter Corsicam et Sardiniam. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 13. (83). *Insulæ* Phintonis (*Caprera*) et Fossæ, a quibus fretum ipsum Taphros (= *fossa*) nominatur, hod. *la Maddalena*. — *b)* Fossæ, statio inter Sirmium et Bassianam (*Petrovacka gradina* in *Petrovce*), in Pannonia inferiore. *Rav. p.* 214. et *Itin. Hieros. p.* 563. — *c)* Fossæ, oppidum, XVIII. m. p. a portu Edrone (*di Chioggia*), ut in *Tab. Peut.*, fort. ubi nunc *Fornova*. ¶ 2. Cum additis — 1.°) In sing. num. — *a)* Fossa Asconis, canalis a Pado derivatus, fort. hod. *Canale di s. Alberto*, ap. *Jorn. Get.* 149., *M., Agnell. lib. Pont. eccl.* et *Rav. p.* 70. — Apud *Agnell. loc. cit.* et *Greg. I. regest. I.* 35. « in fossa Sconii », expræf. Maurit. — *b)* Fossa Augusta, etiam *Padusa* dicta, quasi ramus Padi. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (119). — *c)* Fossa Clodia, memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (121)., unde nomen oppido, hod. *Chioggia*, quidam inditum putant. — *d)* Fossa Cluilia, in via Latina, a nomine ducis exercitus Albani, qui castra fossa circumdedit, Romam oppugnaturus. « In his castris Cluilius Albanus rex moritur ». Ita *Liv.* 1. 23., qui historicis fabulosa admiscet. — Etiam in plur. num. ap. *eund.* 2. 39. — *e)* Fossa Corbulonis, canalis, de quo *Tac.* 11. *Ann.* 20. Inter Mosam Rhenumque trium et viginti milium spatio (*Cn. Domitius Corbulo, ne miles otio indulgeret*) fossam perduxit, qua incerta oceani vitarentur. Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 120. — *f)* Fossa Drusiana v. *Drusina*, dicta a Druso Cæsare, qui eam confecit, teste *Tac.* 2. *Ann.* 8. — In plur. num. ap. *Sueton. Claud.* 1. « Drusus trans Rhenum fossas novi et immensi operis effecit, quæ nunc adhuc Drusinæ vocantur ». Hæc fossa Rhenum cum Flevo lacu conjunxit. — *Smilda* in *Sueton. loc. cit.* putat Drusum voluisse Rhenum cum Yssel conjungere. V. *Desjardins, I.* 119. et *Nipperdey* in *Tac. loc. cit.* — *g)* Fossa Flavia, ramus Padi, quæ putatur ab Etruscis effecta, ac probabiliter a Vespasiano, unde nomen accepit, restaurata. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (120). V. *Nissen, Ital. Landesk. I.* 203. et *II.* 214. — *h)* Fossa Græca, in Campania, ad meridiem Linterni, influens fort. in hod. *Lago di Licola*. Memoratur *Liv.* 28. 46. Cf. *Beloc, Campanien* 149. et *Corp.* 10. *p.* 356. — *i)* Fossa Mariana (*Fossæ Marianæ*), canalis a C. Mario effossus, ut partem Rhodani in mare novo alveo immitteret, qui navigabilis esset, ut scribit *Mela* 2. 79. — In plur. num. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (34). Ultra fossæ ex Rhodano C. Marii opere et nomine insignes. et *Solin.* 2. C. Marius bello Cimbrico factis manu fossis invitavit mare perniciosamque ferventis Rhodani navigationem temperavit. Adde *Itin. Ant. p.* 299. et *Hieros. p.* 507. et etiam *Strab.* 4. 183 et *Plut. Mar.* 15 (Cf. *Lanthéric, Le Rhône II.* 476.*sqq.*). — *l)* Fossa Neronis, a Nerone Aug. dicta, navigabilis ab Ostia ad Avernum lacum, sed ab eo tantum incohata. *Tac.* 15. *Ann.* 42. et *Sueton. Ner.* 31. — *m)* Fossa Papiriana (*Fossæ Papirianæ*), etiam absolute *Papiriana*, oppidum inter Lunam et Pisas, prope hod. *Viareggio*, in *Itin. Ant. p.* 293. — *n)* Fossa Philistina et Fossiones, canalis inter *Etsch-* et *Pomündungen*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (121). — *o)* Fossa Quiritium, Romæ, ap. *Liv.* 1. 33., opus Anci Martii regis « haud parvum munimentum a planioribus aditu locis ». — Alia memoratur ap. *Auct. de vir. ill.* 8.

FOSSĀTĬSII, ōrum, m. plur. 2. qui ex dedititiis Hunnis propagati sunt, a *fossis* seu *fossatis* dicti, ubi habitabant. *Jorn. Get.* 266. *M.*

FŎVĔA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. mul. *Corp.* 3. 4555. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi in Mauretania Tingitana, quod *Fovea Rotunda* dicitur, ap. *Rav. p.* 160.

FŎVII, ōrum, m. plur. 2. vetus ac primum Fabiorum nomen, teste *Paul. Fest. p.* 87. *M.* *V.* **FABIUS**.

FR

FRAGILEDUS, i, m. 2. regulus quidam Sarmaticus sub Constantio imp. a. 358. *Ammian.* 17. 12. 11.

FRANCI, ōrum, m. plur. 2. Græce Φράγγοι, Φράγκοι v. Φραγκοί, Φρακτοί; latine *Franci* et, ut videtur, *Francones* ap. *Cic.* 14. *Att.* 10., rectius quam *Frangones*; quamquam vulgo creduntur Romanis noti tantum a dimidio sæc. III. p. Chr. — De etymo alii alia sentiunt. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 101. ait a proprio eorum duce derivari posse vel a feritate morum; alii cum *framea* conjungendum esse putant (Cf. *Grimm, Gesch. d. deutsch. Sprache c. XX. init.*); alii plerique et quidem probabilius, trahunt a Germ. *frei* « liber » (V. *Zeuss, Die Deutsch.* 326): erant enim populi ex multis variisque gentibus Germanicis in unum ad communem libertatem tutandam fœdere consociati. Nonnullis vero placet significationem ducere ex eorum indole (Cf. *Isid. loc. cit.*); « quibus (*Francis*, Φρακτοῖς) familiare est ridendo fidem frangere »: ita in *Hist. Aug. Procul.* 13 (Cf. *Birt, Rh. Mus. LI.* 1896. *p.* 512); sed inepte.

Franci, antiqua Alemanniæ natio, composita ex Sicambris, Batavis, Saliis, Cheruscis, Chamavis, Ampsivariis, Chattuariis, Bructeris, Teucteris, Usipis, Chasuariis etc., qui, ut diximus, uno nomine, in uno fœdere, ita appellati, sub regum potestate erant, quorum aliqua nomina referunt historici, ut Ascarici, Merogaisi, Gennobaudis, Mallobaudis etc. (*Ammian.* 30. 3. 10. 6. et etiam *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 9). — Eorum regio sita erat ultra Rhenum, quo interdum trajecto, in imperii Romani territorium irrumpebant. — Aurelianus primus eos feliciter compescuit, dum erat legionis sextæ Gallicæ tribunus. Ita tradit *Vopisc. Aur.* 7. « Apud Mogontiacum tribunus legionis VI. Gallicanæ Francos irruentes, cum vagarentur per totam Galliam, sic afflixit, ut trecentos ex his captos, septingentis interemptis, sub corona vendiderit ». *et ibid.* « unde iterum de eo facta est cantilena: mille Sarmatas, mille Francos semel et semel occidimus, mille Persas quærimus ». Cf. 33. 4. — Dein Valerianus a. 255. per filium suum Gallienum Francos cum aliis barbaris, fines Romanos invadentes, devicisse videtur, quod argui potest ex nummis ap. *Eckhel.* 7. *p.* 390.*sq.*, in quibus *Germanici* titulo decoratur. Sed *Trebell., Gallien.* 8. de ejus ridiculo triumpho, de Postumo et de militibus, ad ulciscendam Byzantiorum injuriam, interfectis, hæc habet: « Ibant præterea gentes simulatæ, ut Gothi, Sarmati, Franci, Persæ. - Hac pompa homo ineptus eludere se credit populum Romanum etc. », vestigia Domitiani secutus (*V.* DOMITIANUS). Præterea scribit *Vict. Cæs.* 33. « Gallienus cum a Gallia Germanos strenue arceret - rem Romanam quasi naufragio dedit, cum - Alamannorum vis tunc æque Italiam, Francorum gentes, direpta Gallia, Hispaniam possiderent » (Cf. etiam *Eutrop.* 9. 8., *Hieronym.* in *chron.* ad a. 2280. et *Oros.* 7. *Hist.* 22. et 41). Quin Franci, navigia nacti, etiam Africam a. 266. tentarunt (Cf. *Morcelli* in *Afr. Chr. II. p.* 161). — Rursum Aurelianus, imperator factus a. 270., in Orientem profectus ac victor regressus, triumphum egit a. 278., quem decoraverunt hostes « Gothi, Halani, Roxolani, Sarmatæ, Franci - religatis manibus captivi » (*Vopisc. Aurel.* 33). — Probus deinde imp. eos in Galliis protrivit ac *Francici* inde cognomen sibi assumpsit (*Id. ibid.* 11. et 12); sed qui multi ex iis capti ab eo fuerant, postea a. 280. rebellarunt vastaruntque Siciliam et Græciam et sub exitum sæc. III. Batavia totaque regione Rhenana jam erant potiti. — Eum porro subsecuti sunt: Maximianus Herculius, qui Francos debellatos ad pacem petendam compulit (*Mamertin.* in *paneg.* 5. et 7); Constantius Chlorus, qui Francos ad incitas redegit (*Auct. paneg.* 17.*sq.*); Constantinus M., qui « multa milia Francorum - interfecit, depulit, cepit, abduxit » (*Nazar. paneg.* 17. et *Incert. auct. paneg.* 4., *Oros.* 7. *Hist.* 25., *Eutr.* 9. 21. et 10. 3); Constans, ejus filius, qui eos, variis prœliis perdomitos, in pacem recepit (*Hieronym.* et *Cassiod.* in *chron.*), quorum dein « in palatio (*imperatoris*) multitudo florebat » (*Ammian.* 15. 5. 11); Julianus, qui eos, dum erat Cæsar devicit et Coloniam ab iis captam vastatamque a. 356. recuperavit (*Id. ibid.*, coll. 6. 7. et 20. 10. 2., *Zos.* 3. 2. et *Liban. or.* 10); Valentinianus I., qui Saxones in Francorum finibus oppressit (*Oros.* 7. *Hist.* 32); Honorius, qui per Stilichonem, insignem belli ducem, eos prostravit (*Claudian. carm.* 18. 394); Valentinianus III., qui per Ætium a. 432. eis partem Galliæ ademit (*Prosp.* et *Cassiod.* in *chron.*); denique Majorianus Avitusque impp., qui eos profligarunt (*Sidon. paneg. Major.* 412.*sq.* et *paneg. Avit.* 325.*sqq.*). — Sed jam, imperio inclinante, Franci in Gallia dominabantur cum Clodione et Meroveo a. 414.; dein Childericus in Gallia Belgica sedem suam fixit, et Clodoveus tandem primus regnum constituit Francorum, de Romanis victor a. 436., de Borgundionibus a. 500., de Vesegothis a. 507., de Alamannis a. 496., de qua victoria ita eum laudat ap. *Cassiod.* 2. *Var.* 39. Theodericus rex: « Gloriosa quidem vestræ virtutis affinitate gratulamur, quod gentem Francorum prisca ætate residem, feliciter in nova prœlia concitastis et Alamannicos populos - victrici dextera subdidistis »; sed multo majore laude dignus, qui ab idolorum cultu per Remigium, episcopum Remensem, sanctitate doctrinaque illustrem, ad Christianam religionem transierit. — In Romana autem or. 31. memorantur: *ala I. Francorum* (*Not. Dign.* ditione et 32) et *ala VIII. Flavia Francorum* (*Ibid.* 36) in Mesopotamia; et *cohors VII. Francorum* (*Ibid.* 31) in Ægypto; et *præf. lætorum Francorum, Redones Lugdunensis Tertiæ* (*Not. Dign. occ.* 42). Cf. *Corp.* 3. 3576 (*Aquincum*). — De eorum indole ac moribus hæc *Auct. paneg. Maxim. et Const.* 4. *p.* 151. « Totius gentis lubricam fidem timore vinxisti ». *et paneg. Const.* 32. *p.* 209. « Ruperat fidem gens levis et lubrica ». *et Salvian. gub. Dei* 4. 67. « Gens infidelis ». *et* 7. 64. « mendaces, sed hospitales ». *Isid. loc. cit.* « (Francos) - alii a feritate morum nuncupatos existimant; sunt enim in illis mores inconditi, naturalis ferocitas animorum ». Adde *Hist. Aug. Procul.* 13. et *Eumen. pro rest. schol.* 18. — De iis vd. *Greg. Tur. hist. Fr.*, coll. *Bremer, Ethnogr. d. german. Stämme* § 157-212. et *Ihm, PW.* 7. 82.*sqq.* — Hinc *Francus*, nom. vir., abs. *Inscr.* ap. *Dessau* 2784 (*Zangemeister Korr.-Bl. d. Westd. Ztschr.* 1889. *p.* 39) « *Victorinus* protector mi(li)tavit anos (*sic*) triginta occisus (*sic*) in barbarico juxta Divitia (= *Deutz*) a Franco ». *Corp.* 8. 3576 = *Bücheler carm. epigr.* 620. « Francus ego cives (*sic*), Romanus miles in armis, Egregia virtute tuli bello mea dextera semper » (*vitio pedum hic v. laborat*). — Cogn. vir., ut *Pompejus Francus* ap. *Prosp.* in *chron.* — Adjectivorum more est ad Francos pertinens, ut *Franca lingua* ap. *Hieronym.* in *vit. Hilar.* 22. — Sensu collectivo, pro *Francis*, ap. *Dracont. carm. min.* 5. 35., *Claudian. carm.* 8. 447., *Sidon. loc. supra cit.* — *Francicus*, adj. ad Francos pertinens. *Trebell. Gallien.* 7. Francica auxilia. *Venant.* 9. *carm.* 4. 8. vota. — Ita dictus est *Probus* imp. ob devictos Francos. *V. supra.* — *Franco (ōnis)*, nom. gent., fort. a *Francus*, ap. *Prob.* in *cathol. p.* 10. *K.*

FRANCĬA, æ, f. 1. regio Germaniæ, Suevicæ et Saxoniæ contermina, non confundenda cum *Francia* hodierna, in quam Franci migrarunt sub finem imperii occid. Memoratur *Auct. paneg. Const. Aug.* 6 (*p.* 164) « intimas Franciæ nationes ». *et* 10 (*p.* 167) « reges Franciæ » *Auson. prec. cons.* 34 (*p.* 25. *Peip.*) « Francia mixta Suebis ». Adde *Ammian.* 30. 37. et *Claudian. de cons. Stilich. I.* 237. — *Franciam* idem ac *Germaniam* censuit *Hieronym.* in *vit. Hilar.* 22 (*II.* 24. *Vall.*) « Inter Saxones quippe et Alamannos gens ejus non tam lata quam valida, apud historicos Germania, nunc Francia vocatur ».

FRANCO, ōnis, m. 3. *V.* **FRANCI** init.

FRĀTERNUS, i, m. 2. (frater) cogn. vir. *Corp.* 2. 3842. — Hinc *Fraternius*, nom. gent. vir., ap. *Maffei, Mus. Ver.* 417. 6.

FRATRES dicti septem Africæ montes in Mauretania ob eorum similitudinem. *Mela* 1. 29., coll. *Isid.* 15. *Orig.* 1. 78. — Hinc fort. statio *Ad Fratres* in *Itin. Ant. p.* 12. ad promontorium *Hone*.

FRATŪRNTĪNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi Fratuentii in Calabria, memorati in *Corp.* 9. 1006. Patronus Comps(inorum) Fratuentinor(um) Neretinor(um). Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (101)., ubi oppidum *Fratuertium*, fort. ex errore pro *Fratuentium*.

FRAUS, dis, f. 3. (Ἀπάτη *Hes.*) dea, filia Erebi et Noctis, soror Doli, obnoxia Cyllenio, i. e. Mercurio, furum ac mercatorum deo. *Cic.* 3. *Nat. D.* 17. 17. et *Capell.* 1. *p.* 16.

FRAXĪNENSES, ium, m. plur. 3. satellites *Faraxen*, famosissimi rebellis. *V.* **FARAXEN**.

FRAXĪNUM, i, n. 2. ¶ 1. Oppidum seu mansio viæ Romanæ in Lusitania ab Olisipone Emeritam, fort. inter *Gafete* et *Castello de Vide*, in *Itin. Ant. p.* 420 (Cf. *Guerra, Discurso á Saavedra* 94). ¶ 2. Item oppidum seu mansio viæ Romanæ, in Hispania, inter *Tugia* et *Acci*, in *Itin. Ant. p.* 404., fort. apud *Hinojares* (Cf. *Guerra, loc. cit.*).

FREDERICUS. *V.* **FRIDERICHUS**.

FREGĀNIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1615. — *Fregania*, nom. mul. *Corp.* 3. 617.

FRĔGELLÆ, ārum, f. plur. 1. (Φρεγέλλαι *Strab.*, Φρέγελλα *Plut.*, Φρεγέλλη *Appian.*) ¶ 1. Est oppidum Latii in Volscis ad lævam Liris, situ munitum, tribui *Tromentinæ* adscriptum, hod. *Ceprano*, fidele in bellis Samniticis; a Pyrrho et ab Hannibale vastatum; dein a. 125. a prætore L. Opimio plane dirutum, cui Romani haud procul coloniam *Fabrateriam novam* substituerunt; nunc exstant non parvi momenti rudera. Memoratur *Liv.* 8. 22., *Vellej.* 1. 14. et 2. 6., *Flor.* 1. 11. 8., *Auct. ad Her.* 4. 13., 22., 37., *Val. Max.* 2. 8. 4., *Ammian.* 25. 9-10., *Macrob.* 3. *Sat.* 9. et *Corp.* 10. *p.* 546. et 1018. — Hinc *Fregellanus*, adj. *Liv.* 26. 9. ager. *Id.* 9. 28. arx. et 37. 34. turma. *Cic.* 2. *leg. agr.* 33. 90. bellum. *Auct. de vir. ill.* 65. equites. — Etiam cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 4457. et *Fregellana*, cogn. mul. ap. *eund. n.* 4407. — Cf. *Fregellanum*, oppidulum, quo, patria excisa, videntur ivisse Fregellarum incolæ. *Itin. Ant. p.* 303. — *Fregellani*, abs., incolæ. *Liv.* 9. 12., 27. 10., *Liv. epit.* 60., *Ammian.* 25. 9. 10. et *Cic. inv.* 1. 8. ¶ 2. Ita etiam appellatus est locus in Urbe, in quo frequentes civitatis illius hospites habitarunt. *Paul. Fest. p.* 91. *M.*

FRĔGĔNÆ, ārum, f. plur. 1. (Φρεγήνα *Strab.*) oppidum Etruriæ australis maritimum, ad Latii fines inter Alsium (*Palo*) et ostium Tiberis, hod. *Maccarese*, colonia deducta a. 247. a. Chr., brevi collapsa ex situ palustri. Memorant *Liv. epit.* 19. et 36., *Vellej.* 1. 14., *Sil. It.* 8. 475., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (51)., *Corp.* 11. *p.* 549. — *Rav. p.* 276. Flegenæ (Cf. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 350).

FREGINĀTES, ium, m. plur. 3. populus in I. regione seu incolæ oppidi cujusdam in Latio ignoti. Meminit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (64).

FRENĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 1249.

FRENTĀNI. V. voc. seq.

FRENTĀNUS, a, um, adject. dict. a Frentone fluvio. Liv. 27. 43. Frentanus ager. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (104). regio. — Frentani, absolute, populus inter Picenum et Apuliam (Φρεντανοί Strab.), tribui Arnensi adscriptus, ad orientem Samnii in ora Adriatici maris inter Marrucinos et Daunios, a quibus Frentone sejungebatur, originis tamen Samniticæ, ut Pæligni, Vestini et Marrucini, commercium habens cum Delmatia et Epiro. Memorantur Cæs. 1. B. C. 23., Cic. Cluent. 69. 69., Liv. 9. 16. et 45. et 22. 61., Mel. 2. 59. et 65., Sil. It. 8. 521., Flor. 1. 8. 7., coll. Strab. 5. 242., Ptol. 3. 1. 18. et 65., Plut. Pyrrh. 16., Corp. 9. p. 263., 676. et 696. — Frentanus, collective pro Frentanis, ap. Sil. It. 15. 567. — Victi a. 319. a. Chr. a Romanis, a quibus pacem ac fœdus obtinuerunt, a fide non defecerunt tempore bellorum Pyrrhi et Hannibalis; sed in bello sociali eam detrectarunt. Liv. 9. 16. et 45., coll. Appian. b. c. 1. 39. — De eorum nummis vd. Head, 28. et Münz. d. Berl. Mus. III. 1. 67.

FRENTO, ōnis, m. 3. fluvius Apuliæ in Italia cum portu, a Samnio oriens dividensque inferiore cursu Frentanos a Dauniis, hod. Fortore. Memoratur Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (103).

FRĔQUENS, entis, m. et f. 3. cogn. — De vir. Corp. 5. 227. — De mul. ibid. 3182. — Hinc Frequentius, nom. vir. Cod. 2. 9. 2. — Frequentio (onis), cogn. vir. demin. Græcorum more. Corp. 5. 4520. — Frequentianus, cogn. vir. C. 5. 7950. — Frequentilla, cogn. mul. demin. C. 3. 1713.

FRESII. V. FRISII.

FRESILIA, æ, f. 1. oppidum in Marsis, a Romanis captum a. 301. a. Chr. Liv. 10. 3.

FRESŌNES. V. FRISII.

FRĔTENSIS. V. FRETUM.

FRETIMUNDUS, i, m. 2. vir quidam, in militia præcipuus, legatus missus cum Censorio ad Suevos, qui de pace agerent. Hydat. in chron., coll. Momms. Chron. min. II. 23.

FRĔTUM, i, n. 2. nom. commune, usurpatum etiam ut nomen propr., absolute aut cum addito. ¶ 1. Absolute — 1.°) Est titulus comœdiæ Plautinæ deperditæ ap. Gell. 5. 3. — 2.°) Dicitur præcipue de freto Siculo, in Inscr. ap. Momms. n. 6276.; occurrit tamen etiam cum addito, sc. Fretum Siculum (Σικελικός πορθμός; fretum Siciliense ap. Cic. 3. Nat. D. 10. 24.; Σκυλλαῖος πορθμός Athen. 7. 311.; Σικελὸς ῥόος Dion. perieg. 85). De eo Cic. 2. Att. 1., Cæs. 1. B. C. 29., Sueton. Tib. 2., Mela 2. 120., Tac. 1. Ann. 53., Flor. 1. 17. 9., Solin. 5., hod. Faro o Stretto di Messina (long. km. 32). — Hinc Fretensis, adj. ad Fretum Siculum pertinens, ut Legio X. Fretensis in Inscr. ap. Orell. n. 4962., dicta etiam postea Antoniniana, ibid. n. 2129. — Fretense mare idem ac mare v. fretum Siculum, ap. Cic. 10, Att. 7. ¶ 2. Cum addito. — 1.°) Fretum Gaditanum (olim Columnarum, Herculeum, Tartessium), hod. Stretto di Gibilterra (long. km. 65). V. GADITANUS. — 2.°) Fretum Gallicum « inter Corsicam et Sardiniam, stadia XC. » Plin. 3. Hist. nat. 6. 13. (83)., hod. Stretto di S. Bonifacio (lat. km. 11). — 3.°) Fretum Hellespontiacum ap. Mel. 1. 10. V. HELLESPONTUS.

FRIDERĪCHUS, i, m. 2. (pacis dives v. potens) Scribitur etiam Fridericus v. Fredericus. ¶ 1. Fuit filius Theodoridi, regis Vesegotharum, frater Thorismundi, Theoderici, Eurici, Retemeris et Himnerith (Jorn. Get. 190. M., coll. Momms. Chron. min. I. 664. et II. 27. 33). — Traduat ab Ariana hæresi alienum fuisse et commercium habuisse epistolarum cum Hilaro, pont. Romano (Hilar. ep. 7. 1. Th.), a quo vir magnificus appellatus est. Nihilo minus regnandi causa ab infandis cædibus, barbarica sævitia haud amissa, non abhorrens, fratres Thorismundum et Theodericum occidit a. 453., occisus dein et ipse a. 463 (Hydat. in chron., Greg. Tur. 2. Fr. 7., coll. Momms. I. 483. et II. 27. 279). ¶ 2. Item Felethei, regis Rugorum filius, de quo V. FELETHEUS.

FRIDIGERNUS et Friligernus, i, m. 2. (Φριτίγερνος Zos., Φριδιγέρνης Agath.) regulus Vesegotharum seu Gothorum (Jorn. Get. 135. M.) tempore Valentis imp. (a. 364-378), a quo obtinuit, ut cum suis hospes exciperetur in Mœsiam, dummodo Arianorum sectæ nomen darent; quod freti auctoritate Ulphilæ sui episcopi, ab hæreticis decepti, efficere ex ignorantia magis quam ex malitia non dubitarunt (Cassiod. 8. Hist. trip. 13., Isid. in chron., coll. Sozom. 6. 37. et Theod. 4. 33). — Male tamen statim habiti sunt Vesegothæ Lupicini et Maximi, ducum Romanorum, avaritia ac versutia; quin dolo ab iis ad cenam invitatus Fridigernus, quum is inter pocula suorum gemitus audiret, qui proditorum ferro cædebantur, derepente furens, evaginato gladio, ad eos advolavit in auxilium et undique militibus accitis, quos desperatio et ira succenderant, Lupicini copias fudit (Jorn. Get. 26); dein exercitum ipsius Valentis imp., qui ad hostes victores contundendos venerat, bellica arte, qua excellebat, aliquandiu vitatum, tandem V. id. Aug. a. 378., die calidissimo, dum omnia circum incendiis conflagrabant, aggressus horrenda cæde percussit, et ipse Valens, sagitta vulneratus, in tugurium profugit, quod, a Gothis insciis incensum, ipsum incendit imperatorem, ut traduut Prosp. et Cassiod. in chron. (alii tamen aliter): « haud secus quam Dei prorsus judicio, ut ab ipsis igne combureretur, quos ipse veram fidem petentes in perfidiam declinasset et ignem caritatis ad gehennæ ignem detorsisset ». Ita Jorn. Get. 27. Hoc autem prœlium merito comparat cum Cannensi Ammian. 31. 14.; quo victores elati ac bacchantes Thraciam, Mœsiam, Macedoniam, nullo impedimento detenti, miserrime vastarunt. — Plura de eo colligi possunt ex Jorn. et Ammian. aliisque scriptoribus supra laudatis.

FRIGERIDUS (Fregeridus) i, m. 2. ¶ 1. Fuit dux Romanus sub Valente, Gratiano et Valentiniano contra Gothos a. 377., vir perfectissimus (Corp. 3. 3761). Hunc « cum Pannonicis et Transalpinis auxiliis adventantem, quem petitu Valentis Gratianus ire disposuit in procinctum, laturum suppetias his, qui ad ultimum vexabantur exitium », in Thracia (Ammian. 31. 7. 3), articulorum morbus, ut videtur, supersedere coegit. Dein vero Taifalos, Gothorum auxiliares, gentem turpissimam, devicit, Farnobio eorum duce perempto « metuendo antehac incensore turbarum, vivosque omnes circa Mutinam Regiumque et Parmam, Italica oppida, rura culturos exterminavit » (Id. ibid. 9. 4). ¶ 2. Item alter, plenius Renatus Profuturus Frigeridus dictus, auctor Latinæ historiæ, in libr. XII. tributæ, cujus plura fragmenta habentur apud Greg. Tur. (2. Fr. 8. 9), priora de Roma, ab Alarico vastata (a. 410), posteriora de tyranno Johanne (a. 424).

FRIGĪDÆ, ārum (subaud. aquæ), f. plur. 1. locus in Mauretania Tingitana inter Lixum et Banasam. Itin. Ant. p. 7. et Rav. p. 162. et 345. — Cf. tribunus cohortis Frigiensis (duct. a Frigiæ) in Not. Dign. occ. 26 (V. Tissot, Recherches sur la géogr. de la Mauret. Ting. 274 [Mém. prés. à l'Acad. d. inscr. IX. 1]). — De ejus ruinis apud Sueir V. Cagnat, Arm. rom. d'Afr. 765. et Vivien d. S.-Mart., le Nord de l'Afr. p. 357. et 418.

FRĪGĪDUS fluvius, in Sontium (Isonzo) influens, et cognominis statio, in Itin. Ant. p. 18.

FRIGITIL, regina Marcomannorum, quæ, audita insigni Ambrosii, episcopi Mediolanensis, sanctitate, ei Christianam se religionem amplexuram esse nunciavit; idcirco pius antistes epistolam ad eam misit, qua in fide erudiretur, ut tradit Paulin. Nol. in vit. Ambros., qui rem fusius enarrat.

FRĪGUS, ŏris, n. 3. nom. commune, sed ut proprium usurpatum ab Ovid. 8. Met. 779. per prosopopœiam, una cum Pallor, Tremor, Fames etc.

FRINIĀTES, ium, m. plur. 3. populus Liguriæ inter Lucam et Mutinam, in cujus territorio « C. Flaminius consul -, pluribus prœliis secundis factis, in deditionem gentem accepit et arma ademit etc. » Liv. 39. 2. — Friniates trans Apenninum, de quibus scribit Liv. 41. 19., iidem cum eis fuisse videntur, quorum situs nunc Frignano audit (Cf. Jung, Grundriss[2] 61. et Wiener, Studien XXIV. 190).

FRĪSIA, æ, f. 1. provincia Germaniæ, a Frisiis incolis appellata, unice legitur in Not. Tir. p. 140. « Frisia, Frisicus, Frisius ».

FRĪSIĀVŌNES. V. voc. seq.

FRĪSII, ōrum, m. plur. 2. (Φρίσιοι v. Φρίσσιοι Ptol. Φρείσιοι Dion.). — Quod ad originem attinet, iidem videntur cum eis, qui Frisiavones v. Frisavones, Frisones, Frixones, Frigones, Frisiani dicuntur; quamquam Frisiavones a Frisiis distinguit Plin. 4. Hist. nat. 15. 29. (101). « Batavorum insula et Cannenefatium et aliæ Frisiorum, Chaucorum, Frisiavonum, Sturiorum, Marsaciorum, quæ sternuntur inter Helinium ac Flevum ». Hos vero alii putant Frisiorum partem, quum de iis Tac. Germ. 34. ita scribat: « Majoribus minoribusque Frisiis vocabulum est ex modo virium, utræque nationes usque ad oceanum Rheno prætexuntur (i. e. finiuntur v. includuntur) ambiuntque immensos insuper lacus et Romanis classibus navigatos ». Hinc conjici potest Frisios minores eosdem esse cum Frisiavonibus, ut putat Zeuss (Die Deutschen 138), quos dein Plin. 4. Hist. nat. 17. 31. (106). in Gallia Belgica recenset. — Vocabuli significationem tradidisse putatur Rav. p. 225. « Juxta Oceanum ponitur patria, quæ dicitur Frigonum (sc. Frisonum) - et audaces homines eandem patriam proferre adserunt ».

Frisii, populus Germaniæ occidentalis, in ora oceani Germanici inter ostium Visurgis (Weser) et Flevi (Cf. Plin. et Tac. locc. citt.). Hinc Rav. p. 324. « Tangit Oceanus - etiam Danos, necnon Saxones, etiam Frisones ». — Dediti erant agris colendis pascendisque gregibus, facile Romanis se adjunxerunt; postea vero « nostra magis avaritia quam obsequii impatientes », inquit Tac. 4. Ann. 72., contra eos insurrexerunt a. 28. p. Chr., nec ab Apronio potuerunt subjici, ita ut eorum nomen inter Germanos claruerit, ut ait idem Tac. ibid. 74. Aliquid tamen Corbulo a. 47. profecit (Id. 11. ibid. 19), sed non ita ut eos domuisse dici posset; quin, suis sedibus egressi, Nerone regnante, conati sunt, sed frustra, Romanos extrudere (Id. 13. ibid. 54); præterea sæc. V. et VI. una cum Saxonibus Britanniæ potiundæ operam dederunt. — De iis consules præter Tac. 2. Ann. 24. et locc. citt. et Plin. 25. Hist. nat. et loc. cit., etiam Venant. 9. carm. 1. 75., Paul. Diac. 6. 37., coll. Dion. 54. 32., Proc. b. G. 4. 20. et Ptol. 2. 11. 11. — Memorantur porro apud Romanos: Bassus Neronis Cæsaris corpore custos, natione Frisius (Corp. 6. 4342); cuneus Frisiorum v. Frisionum Aballavensium (Ephem. epigr. III. 130. et VII. 1041); Matres Frisavæ (Brambach, C. I. Rh. 1970); tribunus cohortis I. Frixagorum (corr. Frisiavonum) Vindobala (Not. Imp. occ. 40). — De Frisiis consulendi sunt quoque ex recentioribus Volckmar, Stammesgesch. d. Friesen u. Chauken (Aurich 1867); Müllenhoff, Deutsche Altert. IV. 428.sq. et 598. et Bremer, Ethnogr. etc. 845.sqq. — Hinc Frisius, adj. Tac. 4. Ann. 74. Frisium nomen. — Inscr. ap. Orelli n. 174 (= Corp. 6. 4342) Bassus - natione Frisius. Cf. Not. Tir. p. 140. — Absolute, sensu collectivo, ap. Auct. paneg. Const. Cæs. 9. « Arat ergo nunc mihi Chamavus et Frisius ». — Etiam cogn. vir. Corp. 3. 1771. — Frisicus, idem ac Frisius. Not. Tir. p. 140. — Frisenius, nom. gent. vir. Corp. 3. 1502.

FRĪSIŌNES v. **FRISŌNES** et

FRĪSIUS. V. voc. præc.

FRIVŎLĀRIA, æ, f. 1. titulus comœdiæ, Plauto adjudicatæ, fort. inter decem et novem Varronianas, quas nempe Varro Plautinas (ἀντιλεγόμενα) esse docuit, sed deperditas, « adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis » (Gell. 3. 3). Cf. Ritschl, parerg. p. 71-245.

FROMBO, ōnis, m. 3. nom. dei, cujus mentio est in Inscr. in Ephem. epigr. IV. 87. n. 234, (= Corp. 3. Suppl. 8429), fort. culti Naronæ in Delmatia, ubi inscriptio reperta est.

FRONDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 1811. — Hinc Frondianus, cogn. vir. Corp. ibid. — Frondicius v. Fronditius, cogn. militis, ap. Plin. 17. Hist. nat. 1. 1. (7)., qui « præclara facinora Volturnum transnatans fronde imposita adversos Hannibalem edidit ».

FRONTĪNUS, i, m. 2. V. voc. seq.

FRONTO, ōnis, m. 3. cogn. vir. satis frequens tum ingen. tum libert., a frons ductum dictumque, Latino more, de eo, qui magnam seu latam habet frontem: cf. capito, labeo etc.; occurrit autem in gentibus Æmilia, Antonia, Aufidia, Catia, Cornelia, Cosconia, Hirria, Marcia, Octavia, Papiria, Servilia, Valeria, Vilia etc. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Fronto, rhetor celeberrimus, eloquentiæ, non secundum, sed alterum decus, ut ait Auct. paneg. Const. Cæs. 14., coll. Hieronym. vir. ill. 24. et ep. 125., Auson. grat. act. 32., al. V. M. CORNELIUS FRONTO. — 2.°) Fronto, Stoicus memoratus Martial. 14. 106. — 3.°) Fronto alter apud Martial. 1. 56. « Clarum militiæ, Fronto, togæque decus ». Fort. hic fuit Fronto cum Trajano, postea imperatore, consul, in cujus consulatu periit Domitianus. Alii tamen aliter sentiunt. Cf. Stein, PW. 7. 112. — 4.°) Fronto, poeta, auctor Aristæidis, ap. schol. Bern. ad Virg. 4. G. 283 (ed. Hagen). — 5.°) Fronto, astrologus, qui scripsit de mathematica. Firmic. 2. math. præf. p. LXVIII., ubi Hipparchi antiscia secutus dicitur. ¶ 2. In titulis cogn. vir. in Corp. 5. 7294. et in aliis ap. Garrucci, Syll. n. 1654. — Hinc Frontonianus, adj. ad Frontonem aliquem pertinens, ut Frontoniana ala in Inscr. ap. Henzen S. Or. n. 5428., dicta etiam ala Frontoniana Alexandrina, itemque ala I. Tungrorum Antoniniana. — Frontoniana decreta ap. Pompon. Dig. 29. 2. 99. — Frontoniana graolitas, ap. Sidon. 4. ep. 3. de M. Cornelio Frontone. — Frontonianus porcellus, ap. Apic. 8. 7., dictus a Julio Frontone, prætore urbano, Vitellii amico, cum eo, ut videtur, luxuriæ dedito. — Frontoniani, absolute, discipuli M. Cornelii Frontonis, ap. Sidon. 1. ep. 1. — Abs. Frontonianus, cogn. vir. Corp. 3. 987. — Frontonius, nom. gent. vir. Corp. 5. 6114.; Frontonia, nom. gent. mul. C. 6. 4261., ubi tamen in cogn. transiisse videtur. — Frontosus, nom. vir. ap. Cassiod. 5. Var. 34. — Frontinus, cogn. vir. demin. Corp. 3. 289.; Frontina, cogn. mul. demin. C. 3. 987. — Fuit etiam scriptor de re agraria et militari et de aquæductibus. V. SEX. JULIUS FRONTINUS. — Alius consul a. 98. apud Martial. 10. 48. — Frontinius, nom. gent. vir. C. 2. 357.; Frontinia, nom. gent. mul. in aliis ap. Brambach, n. 602. — Frontinianus, cogn. vir. C. 3. 6034.; Frontiniana, cogn. mul. ibid. — Frontillus, cogn. vir. demin. C. 8. 5848.; Frontilla, cogn. mul. demin. C. 8. 3771.

FRUCTĒSEA, æ, f. 1. nom. deæ, fort. a fructibus dicta, quibus præesset, ap. Augustin. 4. Civ. D. 21.

FRUCTUS, i, m. 2. (fruor) cogn. vir. Corp. 3. 6083. — Etiam martyr fame necatus in carcere. Cyprian. ep. 21. — Fructa, cogn. mul. C. 3. 2852. — Hinc Fructilla, cogn. mul. demin. C. 2. 1893. — Fructulus, cogn. vir. demin. ap. Ulp. dig. 36. 3. 1.; Fructula, cogn. mul. demin. Corp. 3. 2052. — Fructinus, cogn. vir. demin. C. 2. 4561. — Fructio (ōnis), cogn. vir. demin. Græcorum more. Inscr. ap. De Petra, le Tav. Cerat. di Pompei p. 37. n. 16. — Fructianus, vir familiaris Symmachi 8. ep. 8. — Fructuosus et Fructosus, cogn. vir. Corp. 8. 1596. — Abs. in titulo Chr. ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 381. 2. — Fuit etiam celeber episc. Tarraconensis et martyr, de quo multa ap. Prudent. parist. 6. et sermo Augustin. n. 273. De eo ac sociis ita Martyr. Rom. XII. k. Febr. ed. 1914. p. 22. « Tarracone in Hispania ss. mm. Fructuosi ep., Augurii et Eulogii diac., qui tempore Gallieni, primo in carcerem trusi, deinde flammis injecti, exustis vinculis, manibus in modum crucis expansis orantes, martyrium compleverunt ». — Fructesea. V. suo loc.

FRŬENS, entis, m. 3. (fruor) cogn. vir. in Inscr. ap. Momms. n. 3602. — Hinc Fruendus, cogn. vir. Corp. 5. 828.; Fruenda, cogn. mul. C. 8. 4609. — Fruitura, cogn. vir. ap. eund. n. 1538.

FRŪGI, indecl., sæpius m. cogn. seu potius agn. a frugalitate ductum, ut M. Licinius Crassus Frugi, L. Calpurnius Piso Frugi, M. Titius Frugi etc. — Hinc Frugius, nom. gent. vir. Corp. 8. 3665. — Fruginus, cogn. vir. demin. C. 8. 9922. — Comp. Frugifer, nom. vir. C. 5. 474.; Frugifera, cogn. mul. in Inscr. ap. De-Rossi, Bull. Cr. a. 1872. p. 100.

FRŪMĀRĬUS (Fraomarius), ii, m. 2. rex Suevorum in Hispania, qui postquam cum Remismundo de regno occupando contendit, a. 464. vita functus, Suevis unus ille præfuit (Hydat. in chron., coll. Isid. in chron. 89. et Momms. Chron. min. II. 31., 32., 33. 302).

FRŪMENTĬUS, ii, m. 2. (frumentum) nom. v. cogn. vir. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Celeberrimus est Frumentius, Indorum apostolus, tempore Constantini M., teste Rufin. h. e. 1. 9., de quo in Martyr. Rom. VI. k. Nov. ed. 1914. p. 336. « Apud Indos s. Frumentii episcopi, qui ibi primum captivus, deinde episcopus a sancto Athanasio ordinatus, euangelium in ea provincia propagavit ». Sunt tamen qui quos Indos fuisse alii tradunt, Æthiopes (Abissini) interpretentur, apud quos etiam litteras intulit, ut Ulphila apud Gothos. Cf. Baron. ad Mart. loc. — 2.°) Alii hujus nominis ita memorantur in Martyr. Rom. X. k. Apr. ed. 1914. p. 85. « In Africa - Frumentii et alterius Frumentii mercatorum, qui in persecutione Vandalica (ut scribit Victor, Afr. episc.) sub Hunnerico, rege Ariano, pro constantia catholicæ confessionis immanissimis suppliciis cruciati, egregie coronati sunt » a. 484. Cf. Morcelli in Afr. Chr. III. p. 212., Halms Vict. Vit. pers. Vand. 3. 41. — 3.°) Quidam cognomento Cæcus, cujus opuscula (a. 484) apocrypha esse testatur Gelas. pap. ep. 42. n. 8. ¶ 2. In titulis, abs. Corp. 7. 1074. et alia metrica ibid. 8. 10946.

FRŪNĪTUS, i, m. 2. cogn. vir. Corp. 3. 2984. et Frunita, cogn. mul. C. 3. 6358.

FRŪSĪNĀS, ātis, comm. gen. 3. V. voc. seq.

FRŪSINO, ōnis, m. 3. (Φρουσίνων Diod., Φρούσινον Strab.) oppidum Volscorum prope Hernicos, inter Ferentinum et Fregellas, tribui Oufentinæ (?) adscriptum (Cf. Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr. 21), memoratum inde a temporibus bellorum Hernicorum contra Romanos et Hannibalis (Cf. Liv. 10. 1., 26. 9. et alib.), hod. Frosinone, colonia (Corp. 10. 5662), patria Hormisdæ pap. (Lib. Pont. I. 54), Ciceronis villa notum. De eo Sil. It. 8. 394. A duro Frusino haud imbellis aratro. et 12. 532. duris qua rupibus hæret Bellator Frusino. Adde Plaut. capt. 883., Liv. 27. 37., Juvenal. 3. 244., Obsequ. 15. 20., Corp. 10. p. 554. et 1013., coll. Strab. 5. 237., Ptol. 3. 1. 62. et Diod. 20. 80. — Feminini generis unice usurpat Auct. lib. 1. colon. p. 233. Lachm. Alii tamen vel subaud. colonia vel leg. Frusinona. — Hinc Frusinas, adj., ut Frusinas ager ap. Liv. 26. 9. et Frusinas fundus ap. Cic. 11. Att. 4. et 13. — Frusinates, abs., incolæ, ap. Liv. 10. 1. et Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (64).

FRUSTENĬÆ, ārum, f. plur. 1. locus in Vestinis ad dexteram Aterni, in Tab. Peut., hodie Rocca di Mezzo.

FRŬTĪCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., ductum fort. a cultu Veneris, Frutis dictæ. Corp. 3. 989. — Hinc Frutonius, nom. gent. vir. C. 2. 1199.

FU

FUCCĬUS, ii, m. 2. (fucus?) nom. gent. vir. Corp. 8. 4991.

FŪCENTES, ium, m. plur. 3. gens Marsorum, ad lacum Fucinum, unde fort. nomen accepit. — Memorantur Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (106). V. ALBA FUCENS. — Hinc Fucentius, nom. serv. vir. Inscr. ap. Momms. n. 5515.

FŪCĬNUS lacus, magnus ac celebratissimus, Latii, in finibus Marsorum (Sueton. Claud. 20., Vib. Sequ. 153. R., Paul. diac. 2. Hist. Langob. 20), hod. Lago Fucino v. di Celano. — Æque distat a mari Adriatico et Tyrrheno, montibus circumdatus, formæ ovalis, piscosus, in cujus ripis deæ Angitiæ cultus adhibebatur. Traditur per cuniculos subterraneos aquæductum Romanum aluisse, Aquæ Marciæ dictum. Item Claudius imp., ut ejus exundationibus finem imponeret periculosis atque insalubribus (Corp. 9. 3915), quod Julius Cæsar jam excogitaverat, et agriculturæ latum spatium pateret, eum exsiccandum curasse (per tria passuum milia partim effosso monte [hod. Salviano] post undecim annos, quamvis continuis XXX hominum milibus sine intermissione operantibus: Sueton. l. c.), aquis in Lirim effusis; sed opus inceptum ex improbo labore gravissimoque impendio in medio reliquisse, continuatumque, sed frustra, fuisse ab Hadriano; nunc vero (a. 1855-1875) a Toriona, viro principe, audacter absolutum. Memoratur etiam Virg. 7. Æn. 759., Senec. qu. nat. 3. 3., Sil. It. 4. 344., Plin. 3. Hist. nat. 12. 17. (108). et alib., Tac. 12. Ann. 56.sq., Corp. 9. 3915., coll. Strab. 5. 240., Dion. 60. 11. et 33., Lycophr. 1275. Cf. etiam Weiss, PW. 7. 192.sq.

FŪFĒTĬUS, ii, m. 2. nom. v. cogn. vir., origine Albanum. V. METIUS FUFETIUS. — Fufetia, nom. virg. Vestalis, celebris, de qua Gell. 7. 7. 1. et Plin. 34. Hist. nat. 6. 11. (25). Al. leg. Furetia. — Etiam Fufecius, cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 6864.

FŪFĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gentis antiquissimæ, originis Campanæ, plebejæ. — 1.°) Subst. Fufius in Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 926. et 1561. et Fufia, nom. mul. in Ephem. epigr. IV. p. 35. n. 56. — Apud scriptores notatu digni: Fufius histrio, memoratus Horat. 2. Sat. 3. 60., Phoceus, tragœdiarum actor « qui quum vellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori exsurgeret vocem, in scæna obdormiit » Porphyr. ad l. — Item M. Fufius, trib. pl. a. 597 = 157., qui cum Q. Ælio Pæto legem tulit, Æliam Fufiam dictam, de comitiis, ut ne omnibus diebus fastis legem ferre liceret (Cic. post red. in senat. 5. 7. et 9. et alib.). — Item Q. Fufius Calenus (Callenus), trib. pl. a. 693 = 61., prætor a. 695 = 59., quo in munere legem judiciariam tulit (Dio 38. 8., coll. Cic. 2. Att. 18); legatus Cæsaris (Cæs. 8. B. G. 39) a. 703 = 51. et 705-49; consul cum P. Vatinio a. 707 = 47., qui, mortuo Cæsare, secutus est partes Antonii contra Brutos, Dolabellam et Ciceronem, oratione etiam adversus hunc habita in senatu, a Dione 46. 1. relata. — Item C. Fufius Geminus cons. a. 782. (p. Chr. 29) cum L. Rubellio Gemino. Corp. 5. 5832. et alia ap. Orell. n. 4837., in qua horum consulatus significatur formula: DVOBVS GEMINIS COSS., ex eo celeberrimis, quia sub iis D. N. JESUS CHRISTUS cruci affixus est. Hydat. in Chron., Sulp. Sev. chron., Chronogr. a. 354., Eus. ap. Hier. et Prosp. et Cassiod. in chron., qui tamen inter se dissentiunt. — Hic dicax homo ac Tiberii irrisor necatus est. Lege Tac. 4. Ann. 12., 5. ibid. 1. et 6. ibid. 10. — 2.°) Adj., ut Fufia lex, quæ triplex est: — a) Ælia Fufia, de qua diximus, lata a. 597 = 157. — b) Fufia de religione, lata a. 693 = 61. a Q. Fufio Caleno (Cic. 1. Att. 14. et 16), ut judices sorte ducerentur, cui occasionem dedit Clodii sacrilegium in Bonam Deam. Cf. Cic. loc. cit. — c) Fufia judiciaria, lata a Q. Fufio Caleno prætore a. 695 = 59., qua decernebatur, quot numero comites iis dandi essent, qui in provincias irent, ut accusationem de pecuniis repetundis instituerent (Schol. Bob. pro Flacco 235. Orell.). — Hinc Fuficius (Fufitius, Fufficius), nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 7255.; Fuficia, nom. mul. ibid. — Fuit etiam vir quidam, derisus a Catull. carm. 54. — Item architectus Romanus, qui primus mirum de rebus architectonicis volumen edere instituit, ut ait Vitr. 7. præf. 14., nisi legend. Fufidius. — Fufidius, nom. vir. gentis Rom. satis antiquæ. — Apud scriptores memorandus unus ex Sullæ satellitibus (Flor. 3. 21. 25), quo auctore, Sulla traditur primus infamem illam tabulam proscriptionis induxisse (Oros. 5. Hist. 21), dictus a M. Æmilio Lepido ap. Sall. hist. 1. 41. D. « ancilla turpis ac honorum omnium dehonestamentum ». — Item JCtus, qui floruisse videtur, exeunte sæc. I. a. Chr. vel ineunte II., cujus liber II. Quæstionum citatur in Dig. 34. 2. 5. et 40. 2. 25. et alib. — Item orator, in aliquo patronorum numero, ut ait Cic. Brut. 30. 113., ad

quem Æmilius Scaurus scripsit libros tres de vita ipsius acta. Floruit temporibus C. Marii « consecutus in anulo ferreo ». (*Plin.* 33. *Hist. nat.* 1. 6. [21]). — Item clarissimus vir, ætate Trajani, quæstor designatus et consul suffectus, Neratiæ Marullinæ conjux, ex qua duos filios suscepit, sc. *C. Neratium Fufidium Atticum* et *C. Neratium Fufidium Priscum*. V. NERATIUS.

FUGIFULÆ v. rectius Fagifulæ, ārum, f. plur. 1. oppidum in Samnio, a Romanis captum a. 214. a. Chr. *Liv.* 24. 20.

FUGITIVI, ōrum, m. plur. 2. titulus comœdiæ Plautinæ deperditæ, ex eis, quas Varro « probavit, adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis, easque Plauto vindicavit ». Ita *Gell.* 3. 3. V. FRIVOLARIA. — *Fugitiva*, nom. mul. *Corp.* 5. 5412.

FULCINIUS, ii, m. 2. (fulcio) nom. vir. ex gente satis antiqua. *Corp.* 2. 2160. et 5. 337. — *Fulcinia*, nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1831. — Apud scriptores mentione digni sunt. C. Fulcinius, legatus populi Romani cum aliis, a Larte Tolumnio, Vejentium rege, Fidenis cum sociis occisus, quorum honori statuæ positæ est Romæ in rostris. *Liv.* 4. 17., *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 11. (23)., coll. *Cic.* 9. *Phil.* 2. 5. — M. Fulcinius, municeps Tarquiniensis, vir honestus, Romæ argentarius, memoratus *Cic. Cæcin.* 4. 10. — C. Fulcinius Trio, cos. suffectus a. 31. p. Chr. cum Memmio Regulo sub Tiberio, « homo facilis capessendis inimicitiis et foro exercitus » celeber « inter accusatores avidusque malæ famæ » (*Tac.* 5. *Ann.* 71. et 2. *ibid.* 28), quem, honoribus promissis, monuit Tiberius « ne facundiam violentia præcipitaret » (*Id.* 3. *ibid.* 10., coll. 19). Sed ortis inter eum et Memmium publicis discordiis a. 32., ei « dilatio exitii quæsita est » (*Id.* 6. *ibid.* 4); dein etiam ob amicitiam Sejani accusatus metu se ipse occidit (*Id. ibid.* 38). — Hinc *Fulcinianus*, adj., ut *Fulcinianus fundus*, ita dictus a M. Fulcinio, ejus possessore, ap. *Cic. Cæcin.* 5. 15. et 29. 82.

FULGENTIUS, ii, m. 2. (fulgeo) nom. vir, serius Romanis usitatum. ¶ 1. Apud scriptores, mentione digni — 1.°) Fulgentius, episcopus Ruspensis in Africa Byzacena, nat. Telepte (a. 468-533) in eadem provincia, cujus discipulus cognominis, ut traditur, Fulgentius Ferrandus vitam scripsit (a. 533-534). — Fuit ex familia conspicua, cujus opera optime est institutus; quin ex lectione psalmi LVI (Vulg.), ab Augustino expositi, vehementer se impulsum sensit ad vitam in cœnobio religiosam ducendam. — Catholicæ doctrinæ contra Arianos defensor, multa ex eorum odio passus est. In Siciliam se contulit, dein Romam, ubique beneficia impertiens, sibique omnium amorem concilians, donec ex abbate episcopus, invitus quamvis, creatus est a. 507 (al. 508); sed paullo post regis Trasimundi jussu cum aliis pluribus in Sardiniam exsulare est coactus; unde tamen ob summæ eruditionis famam revocatus est Carthaginem a. 515. indeque item Arianorum machinationibus in Sardiniam relegatus. Sed, mortuo Trasimundo, Ildericus, ejus successor, in suas sedes episcopos restituit; quare Fulgentio pastorale ministerium aliquot adhuc annos sanctissime peragere licuit. — Plura scripsit, stilo generatim simplici atque arido, adversum Arianorum errores et de Incarnationis mysterio, ut opus *contra Arianos*, tres libros *ad Trasimundum regem Vandalorum*, quibuscum de fide sæpe disputavit, sive ille interrogaret sive responsis alia objiciendo contradiceret; *De Trinitate ad Felicem notarium, Contra sermonem Fastidiosi Ariani ad Victorem, De incarnatione Filii Dei, De vitium animalium auctore ad Scarilam, libr. X. contra Fabianum Arianum, De duplici prædestinatione Dei, II. de Spiritus Sancti missione, VII. contra Faustum, III. de veritate prædestinationis et gratiæ Dei ad Johannem et Venerium, Epistolam sinhodicam episcoporum Afrorum de doctrina gratiæ* etc.; quæ scripta de gratia et prædestinatione tam sunt conformia doctrinis magni Hipponensis, ut Fulgentius dictus sit « Augustini breviator ». His accedit aureus libellus *De fide et de regula veræ fidei ad Petrum*, qui quoddam est totius dogmaticæ doctrinæ compendium. — De his vd. *Isid. vir. ill.* 14. et, ex recentioribus, *Bardenhewer, Patr. III.* 114.*sqq.*; *Ficker, Zur Würdigung d. Vit. Fulg. Ztschr. f. Kirchengesch. XXI.* 1901. *p.* 9. *sqq.*; *Wörter, Die Lehre d. Fulg. von Ruspe* Münster 1900. — 2.°) Fulgentius Ferrandus, discipulus ac fort. antecedentis consanguineus, comes hujus in Sardiniam exsulantis et diaconus ecclesiæ Carthaginiensis, a. 523. — Ex ejus scriptis memorantur: *Vita S. Fulgentii Ruspensis*; *Breviatio canonum*, qua sacerdotes cujusque gradus plene docentur, quo modo eorum vita ac mores ad canones conciliorum informari debeant; præterea VII. *epistolæ* theologicæ, quarum unam ad Eugippium totam, quanta erat, in lucem primus protulit cl. *Mai* (*Script. vet. nov. Coll. III.* 2. 169-184). — 3.°) Fulgentius Fabius Planciades v. *Fabius Claudius Gordianus Planciades Fulgentius*; est enim quæstio litteraria et historica de ejus nominibus ac persona, deque ejusdem scriptis. — Fuit grammaticus tenuis, a. 480-550., infelix Capellæ imitator, cui quattuor vel quinque opera tribuuntur, sc. 1.° *Mythologiarum* v. *Mythologicon* libr. III., ubi nomina et fabulæ, sæpius inepte, ne dicam ridicule, declarantur (subscr. *Fabius Planciades Fulgentius*); 2.° *Virgiliana continentia* vel *Expositio Virgilianæ continentiæ secundum philosophos moralis* (sine subscr.) seu allegorica explicatio, satis insipida, materiæ Æneidis; 3.° *De ætatibus mundi et hominis* (inscr. *Fabius Claudius Gordianus Fulgentius vir clarissimus*) seu historia universalis, indigesta rerum moles; 4.° *Expositio sermonum antiquorum* (inscr. et subscr. *Fulgentius* v. *Fabius Planciades Fulgentius V. C.* v. etiam *Fulgentius episcopus*), ubi aliquando locos auctorum citat a se confictos, ut *Corn. Tacit. in libro facetiarum*, et similia; 5.° *S. Fulgentii episcopi super Thebaidem*, allegorica expositio mythorum, ad Thebaidem Statii pertinentium. — Ex his patet difficultas statuendi, an uni eidemque auctori hæc omnia adjudicanda sint; quamvis quattuor priora Fulgentio Planciadi communiter adscribantur (Cf. *Jungmann, Quæstiones Fulgentianæ* in *Act. soc. phil.* Lips. *I.* 17.; *Wessner, Comm. Jen. VI.* 129. 130.*sq.* et 134.; *Zink, Der Myth. Fulg.* Würzburg 1867. *p.* 5.*sq.* et *Helm, Philol. LVI.* 276. et *Rh. Mus. LIV.* 111. *sqq.*). — In his porro operibus ornatui quidem studet sed tumidum se præbet atque insulsum. — Alia insuper scripsit poetica jam deperdita, de quibus in *præf. Mythol.* hæc habet « Meas cachinnantes sæpius nenias lepore satirico litas - dum ludicro Thalia ventitans epigrammate comœdia solita (est) vernulitate mulcere ». — 4.°) Fulgentius, episcopus Astigitanus, ad quem germanum suum *Isidorus* scripsit libr. II. *Officiorum*, nempe de sacra liturgia. — 5.°) Fulgentius, vir litteratus atque ob ingenii merita quæstorius, cujus dictum de Maximo tyranno refert *Sidon.* 2. *ep.* 10 (al. 13). ¶ 2. In titulis nom. vir *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 76. 1.; *Fulgentia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1284. — Hinc *Fulgentilla*, nom. mul. demin. in tit. Chr. ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I.* 354.

FULGINĀS, ātis, m. et f. *V.* voc. seq.

FULGINIA, æ, f. 1. nom. geogr. et divin. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. oppidum in Umbria inter Spoletium et Perusiam ad radices Appennini montis, hodie *Foligno*, prope *S. Maria in Campis* (Φουλγίνιόν τι χωρίον *App.*), modo municipium, modo præfectura, tribui *Corneliæ* fort. adscriptum (*Kubitschek, Imp. Rom.* etc. 71). Memoratur *Sil. It.* 7. 460. patulo - jacens sine mœnibus arvo Fulginia. *et* 4. 545. divitiis ubere campi. Adde *Corp.* 6. 1428., 2875. et 11. 5215. et 5217. — *Fulginiæ*, plur., in *Itin. Hieros. p.* 613. — Hinc *Fulginas* v. *Fulginias*, adj. ad Fulginiam pertinens. *Cic. fragm.* apud *Prisc. VII. p.* 348. *K.* G. Ancharius fuit e municipio Fulginate. — *Fulginates* v. *Fulginiates*, abs., incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113). et *Inscr.* ap. *Orelli n.* 98. — in sing. num. ap. *Felic. II.* pap. in *ep.* 13. Urbanus Fulginas (*sc.* episcopus). — Abs. nom. gent. vir. *Corp.* 8. 3777. et 3780. — Etiam *Fulginensis* ap. *Symmach.* pap. *ep.* 1. Fortunatus episcopus ecclesiæ Fulginensis. — Deriv. *Fulginius*, cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5755. — Fuit item centurio eximiæ virtutis, Ilerdæ in prœlio occisus. Meminit *Cæs.* 1. *B. C.* 46. ¶ 2. Est etiam nom. deæ, in oppido Fulginia cultæ, nisi est ipsum oppidum per prosopopœiam quasi dea habitum, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2409., rectius ap. *Furlanetto*, qui Fulginiæ lapidem vidit, in *App.* ad *Lex. Forcell.* sub *h. v.* = *Corp.* 11. 5223 (cultrices collegi Fulginiæ).

FULGINIUS. *V.* voc. præc.

FULGŌRA, æ, f. 1. dea fulguris. *Augustin.* 6. *Civ. D.* 10. ex *Varr. ant. div. XIV* (Cf. *Agadh, Jahrb. f. Philol. Suppl. XXIV.* 85).

FULGUR, ŭris, n. 3. (fulgeo) deus, qui piacularibus sacris, decretis ab haruspicibus, colebatur. *Corp.* 5. 8778. et 7. 561., coll. *Gell.* 4. 5. 2 (*V.* JUPPITER).

FULLO, ōnis, m. 3. cogn. vir. ab arte ductum. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6907. — Hinc *Fullonius* (*Fulonius*), nom. gent. vir. *Corp.* 2. 4370. et 5. 1221. — *Fullonia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5782. — Fuit etiam *T. Fullonius* Bononiensis, qui vixit CL. annos, ut ex censu Claudii Cæsaris patuit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (159). — Item *Fullonius Saturninus*, mathematicus, laudatus *Sidon. præf.* ad *carm.* 19. — *Fullus*, cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6856.

FULMĒNIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3728., fort. ductum a *fulmen*, quod etiam uti deus colebatur, ut ex nummis ap. *Eckhel*, 1. *p.* 166. et *alib.*, coll. *Cyrill. catech.* 13. colligitur; hinc et *Fulminata* (non *Fulminatrix*) legio XII. V. *Lexicon* ad *h. v.*

FULVIĀNUS et

FULVIUS. *V.* voc. seq.

FULVUS, i, m. 2. cogn. vir. a colore sumptum, cujus compendium FVL. in inscriptionibus explicatur *Fulvius*, ut etiam fit apud auctores, qui *Fulvus* cum *Fulvius* permutant. *Corp.* 7. 1336 (470). in figlina. — Hinc deductum ac sæpissime usitatum nom. *Fulvius* gentis antiquissimæ ac nobilissimæ (Cf. *Borghesi, Œuvr. IV. p.* 430). — Scribitur varie, ut apud Græcos Φολούιος, Φουλούιος, Φούλβιος, et apud Latinos *Folvius*, *Folvios*, *Foulvius*, *Fulbius*, *Funlius*, *Fluvius* (per metathesim, ut vulgo sæpe fit). ¶ 1. Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.°) Fulvius, scriptor antiquus, quem laudant *Varr.* 6. *L. L.* 4. 33. et *Censorin. d. nat.* 20. 2. et 4. 22. — 2.°) Fulvius Asprianus, historicus, ut arguitur a *Vopisc. Car.* 17. « De ejus luxuria - quicumque ostiatim cupit noscere, legat etiam Fulvium Asprianum usque ad tædium gestorum ejus universa dicentem ». — 3.°) Fulvius Aburnius, plenius *L. Fulvius Aburnius Valens*, JCtus (sec. I-II), de quo scripsit *Capitolin. Ant. Pius* 12. « Usus est jurisperitis - Fulvio Valente ». *et Pompon. Dig.* 1. 2. 2 (Cf. *Momms.* ad *Dig.* 48. 2. 7. 2., ubi *Salvius* legitur pro *Fulvius*). — Fuit pontifex, præfectus urbi feriarum Latinarum etc. in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3153. — 4.°) Cn. Fulvius Centumalus (quod cogn. alii a *centum* simpliciter, alii vero a *centum* et *alo*, quasi centum servos alens, deducunt), abs. *Centumalus* dictus a *Chronogr.* et *Maximus* in *Fast. Hisp.* et *Cn. Fulvius*, plene *Cn. Fulvius Cn. f. Cn. n. Maximus Centumalus* in *Fast. triumph. Capit.* — Fuit a. 453 = 301. legatus in bello contra Etruscos (*Liv.* 10. 4) et a. 455-299. consul cum L. Cornelio Scipione (*Id. ibid.* 11), bellum gessit cum Samnitibus, quos ad Bovianum (*Bojano*) profligavit, deque his et Etruscis triumphum egit eod. anno (*Liv. ibid.* 12. et 13. et *Fast. triumph.*, coll. *Momms. Corp.* 1. *p.* 16). Alia de eo vd. apud *Liv. ibid.* 27. et 30. et *Frontin.* 1. *Strat.* 8. 3. et 2. *ibid.* 6. 9. — 5.°) Cn. Fulvius Centumalus, abs. *Centumalus* ap. *Chronogr.* et in *Fast. Hisp.* et *Fulvius* ap. *Oros.* 4. *Hist.* 13. Consul a. 525 = 229. cum L. Postumio Albino II., contra Illyrios et Teutanam reginam tam feliciter dimicavit, ut de iis triumphum egerit a. 526 = 228 (*Fast. triumph. Capit.* coll. *Polyb.* 2. 11). — 6.°) L. Fulvius Curvus, consul cum Q. Fabio Maximo Rulliano, Samnites debellavit deque iis triumphum egit (*Liv.*

8. 38. et 39. et *Fast. triumph. Cap.*). — 7.°) M. Fulvius Flaccus, cujus cognominis familia, Tusculo oriunda, valde inclaruit et a multis propterea meruit illustrari, perperam dictus *Quintus* a *Cassiod.* in *chron.*, *Val. Max.* 2. 4. 7. et *Eutrop.* 2. 18. et *Q. Fabius* ab *Oros.* 4. *Hist.* 7.; abs. *Fulvius* ap. *Vellej.* 1. 12. et *Flaccus* ap. *Chronogr.* — Fuit consul cum App. Claudio Caudice a. 490 = 264. ac strenue bellum gessit cum Volsiniensibus, de quibus triumphavit eod. anno, et a. 508 = 246., a F. Coruncanio, dictatore comitiorum habendorum causa, magister equitum dictus est (*Fast. cons. Cap.*). — 8.°) M. Fulvius Flaccus, abs. *Flaccus* dictus a *Chronogr.* et *Fulvius Flaccus* a *Vellej.* 2. 6. — Mortuo Ti. Graccho, triumvir cum C. Graccho et C. Papirio Carbone agro dividundo creatus est a. 623 = 131 (*Inscr.* ap. *Momms. n.* 1094 = *Dessau* 25), plebem ad seditionem concitavit, Scipionem Æmilianum adversarium contumeliis publice proscidit (*Liv. epit.* 59), quem veneno necavisse videtur Sempronia uxor, Gracchorum soror. — Consul cum M. Plautio Hypsæo a. 629 = 125 (*Chron. Pasch.*, *Hyd.*, *Val. Max.* 9. 5. 1), leges tulit perniciosas de civitate sociis Italicis danda et de provocatione ad populum eorum, qui civitatem mutare voluissent (*Val. Max.* 9. 5. 1. et *Oros.* 5. *Hist.* 11); quod ut averteret, eum Senatus misit contra Salluvios Gallos, qui eos devicit ac transalpinos Ligures et Vocontios, deque iis triumphum egit a. 631 = 123 (*Act. triumph.*, coll. *Ammian.* 15. 12. 5. et *Liv. epit.* 60). — Sed a. 632 = 122. tribunus pl. cum C. Graccho, hujus leges quam acriter propugnasset, seditione coorta, a L. Opimio consule una cum collega in Aventino pugnans interfectus est (*Liv. epit.* 61., coll. *Vellej.* 2. 6., *Oros.* 5. *Hist.* 12): ejus caput recisum est ac domus in Palatino diruta (*Cic. dom.* 102. et 114., *Val. Max.* 6. 3. 1. et *Plut. C. Gr.* 17). — Fuit inter mediocres oratores laudatus a *Cic. Brut.* 28. 108., ejusque orationes citantur habitæ pro suis legibus et contra Africanum minorem ac Scipionem Nasicam (*Cic.* 2. *Orat.* 70. 285., *Val. Max.* 5. 3. 2., *Auct. de vir. ill.* 64., coll. *Plut. C. Gracch.* 21). — 9.°) Q. Fulvius Flaccus, abs. *Fulvius* dictus *Ammian.* 25. 9. 10. et *Flaccus* a *Chronogr.*, sed *Q. Fulvius* a *Plin.* 35. *Hist. nat.* 3. 4. (14). et *Cassiod.* in *chron.* — Anno 517 = 237. consul processit cum L. Cornelio Lentulo Caudino (*Eutrop.* 3. 2); a. 523 = 231. censor fuit cum Q. Fabio Maximo Verrucoso, qui ex vitio abdicarunt (*Fast. cons. Capit.*); a. 530 = 224. iterum cons. cum T. Manlio Torquato, qui cum Boiis et Gallis circumpadanis bellum gessere (*Fast. cons. Cap.*, coll. *Polyb.* 2. 31), quorum « interfecta sunt viginti tria milia et quinque milia capta » (*Oros.* 4. *Hist.* 13). — Fuit etiam pontifex (*Liv.* 23. 21); bis prætor (*Id.* 24. 9); magister equitum (*Id.* 25. 2); tertium cons. a. 542 = 212. cum Appio Claudio Pulcro (*Id. ibid.* et 3), qui contra Hannonem feliciter dimicarunt (*Id. ibid.* 13. et 14. et *Liv. epit.* 25) et, prorogato imperio in an. seq., Capuam obsederunt, quæ capta est (*Liv.* 25. 12., coll. *Liv. epit.* 26. et *Oros.* 4. 4. *Hist.* 17). — Denique a. 545 = 209. quartum cons. cum Q. Fabio Maximo Verrucoso iisdem comitiis creatus, quibus habendis dictus fuerat dictator. — Alia de eo ap. *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 7. 29., *Liv.* 27. 35., *Val. Max.* 2. 3. 3., 2. 8. 4., 5. 2. 1. et *alib.* — 10.°) Q. Fulvius Flaccus, ædilis curulis a. 570 = 184 (*Liv.* 39. 39) et a. 572 = 182. prætor, sortitus Hispaniam citeriorem, ubi pluries contra Celtiberos prospere bellavit vovitque ludos et ædem Fortunæ equestri; dein a. 574 = 180. pontifex et an. sequenti consul creatus cum L. Manlio Acidino Fulviano fratre (*Fast. cons. Cap.*, *Liv.* 40. 43. et *Vellej.* 2. 8), paullo post triumphans Romam invectus est (*Liv.* 40. 49); postremo, censor cum A. Postumio Albino, novem de senatu ejecit ipsumque collegæ fratrem, Cn. Fulvium (*Liv.* 41. 27., *Val. Max.* 2. 7. 5., *Ps. Frontin.* 4. *Strat.* 1. 32. et *Vellej.* 10. 1), lustrumque fecit LI (*Fast. cons. Cap.*). Porro de ejus morte hæc habet *Liv.* 42. 28. « Q. Fulvius Flaccus - fœda morte periit. Ex duobus filiis ejus, qui tum in Illyrico militabant, nuntiatum alterum decessisse, alterum gravi et periculoso morbo ægrum esse: obruit animum simul luctus metusque: mane ingressi cubiculum servi laqueo dependentem invenere. Erat opinio post censuram minus compotem fuisse sui: vulgo Junonis Laciniæ iram ob spoliatum templum alienasse mentem ferebant ». Cf. *Val. Max.* 1. 1. 20. — 11.°) M. Fulvius Nobilior, abs. *Nobilior* ap. *Chronogr.* et *Fast. Hisp.*, et *M. Fulvius* ap. *Cassiod.* in *chron.* — Fuit a. 558 = 196. ædilis curulis cum C. Flaminio (*Liv.* 33. 42); prætor a. 561 = 193., sortitus Hispaniam ulteriorem, ubi apud Toletum cum Vaccæis, Vectonibus et Celtiberis prœliatus, hostes fudit fugavitque ac regem Hilernum vivum cepit (*Liv.* 34. 54. et 55. et 35. 7); et an. sequenti pro consule duo secunda prœlia commisit, duo cepit oppida multaque castella et in Oretanis alia oppida expugnavit; quapropter ovans Romam est ingressus (*Id. ibid.* 22. et 36. 22. et 39). — Anno 565 = 189. cons. processit cum Cn. Manlio Vulsone (*Id.* 37. 48., coll. *Vellej.* 1. 15), et provinciam habuit Ætoliam, ubi Ambraciam cepit (*Id.* 38. 3-9) recepitque Cephalleniam, domitis Ætolis, de quibus triumphavit Romæ a. 567 = 197. et per decem dies ludos fecit, quos voverat (*Id.* 39. 4. et 5. et 5. et 22., *Eutrop.* 4. et 5., *Cic. Mur.* 14. 31). Postremo censor a. 575 = 179. cum M. Æmilio Lepido, lustrum L. condidit. — Ad hæc suum nomen magis magisque nobilitavit, quippe de bonis artibus litterisque optime meruit; celeberrimum enim templum, quod Musis et Herculi e manubiis dedicavit, tabulis pictis ac signis, ex Ambracia Romam translatis, excoluit, additis quoque Fastis, quos ipse conscripsit (*Auct. de vir. ill.* 52., *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. [66]., *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 8., *Macrob.* 1. *Sat.* 12. 16., *Censorin. d. nat.* 20. 2. et 22. 9); præterea consul basilicam ædificavit, una cum collega M. Æmilio Lepido, Fulviam-Æmiliam, in limite Fori boreali inter hod. ædem S. Hadriani et Antonini ac Faustinæ templum (hod. *s. Lorenzo in Miranda*), in cujus fronte Sulla horologium solare (*solarium*) posuit (*Varro* 6. *L. L.* 4). Fuit etiam amicitia devinctus cum Q. Ennio poeta, qui secum in Ætolia dimicaverat (*Cic.* 1. *Tusc.* 2. 3. et pro *Arch.* 11. 27. et *Auct. vir. ill. loc. cit.*). — Sed nemo est, præcipue ex publicis viris, qui adversarios sibi jure aut injuria obtrectantes non patiatur, ut et hic Nobilior, contra quem duas orationes habuit Cato de ejus triumpho unam, alteram de censura. Hinc *Cic.* 2. *Orat.* 63. 256. refert Catonem eum *Mobiliorem* pro *Nobiliorem*, vocasse. — Alia de eo ap. *Oros.* 4. *Hist.* 20., *Flor.* 2. 9., *Ampel.* 47., *Vellej.* 2. 38. et *Gell.* 5. 6. 26. — 12.°) M. Fulvius Pætinus (err. *Pæticus* in *Fast. Hisp.*), abs. *Pætinus* ap. *Chronogr.* et *M. Fulvius* tantum ap. *Cassiod.* in *chron.*, plenius *M. Fulvius Pætus* (olim pro *Pætinus* ap. *Liv.* 10. 9., sed *M. Fulvius Pætinus* in *Fast. triumph. Capit.*). — Fuit cons. cum T. Manlio Torquato a. 455 = 299.; dein, hoc mortuo, cum M. Valerio, bellum prospere gessit cum Samnitibus et Nequinatibus deque his triumphavit (*Fast. triumph.*). Cf. tamen *Momms.*, qui in *Corp. I. L.* 1. *p.* 16. et 17. vult hunc non *Pætinum* sed *Nobiliorem* esse. — 13.°) C. Fulvius Plautianus, abs. *Plautianus* ap. *Chronogr.* et *Cassiod.* ac *Prosp.* in *chron.*; in quibusdam vero inscriptionibus male præn. *P.* legitur, ut in *Corp.* 8. 17872 (Cf. *Bormann* in *Bull. d. Inst.* 1567. *p.* 218). — Fuit primus omnium ornamentis consularibus decoratus, perinde ac esset consul (*Corp.* 6. 226., coll. *Dion.* 46. 46); an. tamen 203. p. Chr. fuit vere consul cum filio minore Severi Septimii Geta; hinc liquet, cur apud chronographos modo semel, modo bis consulatus honore insignitus dicatur. — Antea præfectus præt. a. 197 (*Corp.* 6. 224); nam in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 934. vocatur « pontifex nobilissimus præf. cos. II. necessarius Augustorum et comes per omnes expeditiones eorum ». De honoribus tamen, quibus est ornatus, et de iis, quæ disputant docti, vd. *Premerstein, Arch.-epigr. Mitt. XII.* (1888) 131-137., *Hirschfeld, Domaszewski* et *Momms.* ap. *Stein, PW.* 7. 272.*sq.* — De eo hæc habet *Spartian.* in *Sever.* 14. « Plautianum ex amicissimo, cognita ejus vita, ita odio (*Severus imp.*) habuit, ut ei hostem publicum appellaret et, depositis statuis ejus per orbem terræ, gravi eum insigniret injuria, iratus præcipue, quod inter propinquorum et adfinium Severi simulacra suam statuam ille posuisset. - Postea iterum cum Plautiano in gratiam rediit et velut ovans urbem ingressus Capitolium petiit, quamvis et ipsum procedente tempore occiderit - majori (*filio*) Plautiani filiam uxorem junxit: hi, qui hostem Plautianum dixerant, deportati sunt ». Hoc autem non est prætereundum in pluribus monumentis, quæ de eo exstant, ob damnationem memoriæ ei inflictam nomen ita erasum fuisse ut aut nullo modo aut vix legi possit. Cf. *Corp.* 3. 6075.; 5. 2821.; 8. 2557.; et ap. *Orelli n.* 6752. — Filiam habuit *Fulviam Plautillam*, quæ nuptui tradita est Severi filio, Antonino Caracallo, a. 202. — De eo vd. *Dessau, Prosop. imp. Rom. II.* 96.*sq. n.* 379. et *Borghesi, Œuvres X.* 80-86. — Hinc *Fulvius*, adj., ut *Basilica Fulvia*, de qua vd. M. FULVIUS NOBILIOR; et *Via Fulvia*. V. VIA FULVIA. — Deriv. *Fulvianus* — *a*) Cogn. vir. *Corp.* 8. 1578. — Fuit etiam quidam familiaris Cornelii Frontonis, cujus exstat fragmentum epistolæ ad eum scriptæ *l.* 1. *ad amic.* 19. — *b*) Adj. ut *Fulvianus exercitus* ap. *Liv.* 27. 8. — *Fulviana stola*, metonym., Fulvia, Clodii uxor, magnam Romæ auctoritatem nacta, Ciceroni infestissima, in cujus abscissum caput atrociter egit. *Val. Max.* 3. 5. 3. — Absolute *Fulviani*, incolæ urbis Eumeniæ in Phrygia, dicti fort. a *L. Fulvio Rustico Æmiliano*, Galatiæ præside sub M. Aurelio, ut putat *Cavedoni* ex nummo in *Bull. Arch. Nap.* a. 1855. *p.* 15.*sq.* — *Fulvio* (*onis*), cogn. vir., demin. Græcorum more, in *Act. ss. Tarachi et socc. mm. n.* 1.*sqq.*, a. 304. — *Fulviaster*, agn. vir., fort. Fulvii alicujus imitator, dictum de Philotimo, liberto Terentiæ, uxoris Ciceronis, ab ipso *Cic.* 12. *Att.* 44. — *Fulvinius*, nom. gent. vir. *Corp.* 2. 3466.; *Fulvinia*, nom. mul. in *Ephem. epigr. IV. p.* 45. *n.* 84.

FUNDĀNIUS et

FUNDĀNUS. *V.* voc. seq.

FUNDI, ōrum, m. plur. 2. oppidum Latii in Auruncis ad viam Appiam inter Tarracinam et Formias, hod. *Fondi*, tribui *Æmiliæ* adscriptum, civitatem R. sine suffragio assecutum sec. IV. a. Chr. (*Liv.* 8. 14); dein, Privernatium contra Romanos socium, præfectura, uti Formiæ, factum est; sub Augusto tamen civitatem Romanam absolut. obtinuit (*Id.* 38. 36) ejusque ager veteranis est pro cultura adsignatus (*Gromat. p.* 234. *Lachm.*), ubi vitis prosperabat ac vinum *Cæcubum* fiebat laudatissimum. Memoratur *Mel.* 2. 71., *Sueton. Tib.* 5. et *Galb.* 4. et 8., *Horat.* 1. *Sat.* 5. 34., *Sil. It.* 8. 529., *Corp.* 3. 6195. et 5. 6881., in *Itin. Ant. p.* 108. et 121. et *Hieros. p.* 611. — Hinc *Fundanus* — *a*) Adj. *Cic.* 2. *leg. agr.* 25. 66. ager. *Liv.* 8. 19. dux. *Ovid.* 2. *Pont.* 11. 28. solum. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (65). vina. *Tac.* 4. *Ann.* 59. montes. — Speciatim *Fundanus* (v. *Fundanius*) *Hercules*, ita dictus, quod Fundis præcipue coleretur. Cf. *Porphyr.* in *Hor.* 1. *Ep.* 1. 4. et *Vopisc.* in *Florian.* 4. — *Fundanus lacus*, in agro Fundano, hod. *Lago di Fondi*, inter Tarracinam et Fundos, non confundendus cum *lacu Fundani*, qui Romæ erat (*V.* LACUS FUNDANI). — Abs. *Fundani*, incolæ. *Liv.* 8. 14. et 38. 36. — In sing. num. eod. sensu, ap. *Sueton. Tib.* 5. — *b*) Cogn. vir. *Corp.* 2. 4897. — Fuit etiam quidam rhetor. V. infra. — *Fundana*, cogn. mul. *Corp.* 2. 38. — Deriv. *Fundanius*, nom. vir. gent. pleb. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4660.; *Fundania*, nom. mul. *ibid.* — Etiam alia, uxor M. Terentii Varronis, filia C. Fundanii, cui *Varro* libros suos de re rustica scripsit. — Apud auctores memorantur *Fundanius* (vulgo *Fundanus*), rhetor Carthaginis, qui luscus luscum genuit, ut ait *Augustin.* 3. *c. Julian. Pelag.* 6. — Fuit trib. pleb. a. 505 = 249., de quo *Schol. Bob.* in *Clod. p.* 337. — Item ædilis pl. cum Ti. Sempronio a. 508 = 246. et cons. a. 511 = 243. cum C. Sulpicio Gallo (*Cassiod.* in *chron.*). — Item trib. pl. a. 559 = 195. cum L. Valerio, qui ad plebem tulerunt de lege Oppia abroganda (*Liv.* 34. 1). — Item trib. pleb. designatus a. 682 = 72 (*Garrucci, Syll. n.* 1004) et ordinarius an. seq. (*Corp.* 1. 598), socer Varronis, amicus Ciceronis, a quo a.

688 = 66. est defensus (Cic. 1. ad Q. fr. 2). — Fundanianus — a) Cogn. vir. Corp. 2. 518. et 8. 1602. — b) Adj., ut Fundanianus fundus in Inscr. ap. Henzen, S. Or. n. 6634. — Fundaniana, abs. (subaud. oratio), ap. Serv. ad Virg. 2. G. 342., cujus aliqua fragmenta nunc exstant. — Fundinus, cogn. vir. demin. Corp. 2. 1030. — Cf. Fundilius, nom. gent. vir. Corp. 6. 18735. et 8. 8956. — L. Fundilius, æditus deæ Telluris, ap. Varr. 1. R. R. 2. 11.; Fundilia, nom. gent. mul. Corp. 6. 18735.

FŪNIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 1209. — Hinc Funicilia, cogn. mul. Inscr. ap. eund. n. 3153. — Funisulanus, nom. gent. vir. Corp. 7. 811. — Fuit etiam L. Funisulanus Vettonianus, IIIvir capitalis, quæstor, trib. milit., prætor, cons. suff. sub Domitiano Corp. 3. 4013. et Tac. 15. Ann. 7., coll. Borghesi, Œuvr. III. p. 72.sqq. — Alius ap. Cic. 10. Att. 16. — Funisulana, nom. mul. C. 3. 35.

FURCĬA, æ, f. 1. (furca) nom. mul. gent. in Inscr. ap. Wilmanns n. 304.

FURFĀNIUS (Furfannius), ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 8. 1837. et Furfania, nom. mul. C. 8. 4943. — T. Furfanius Postumus, judex in causa Milonis (Cic. Mil. 27. 75) et bis pro consule in Sicilia (Id. 7. Att. 15. et 6. Fam. 8).

FŪRĬÆ, ārum, f. plur. 1. (furo: cf. Indog. bhur, i. e. violenter moveor), deæ furoris seu vindices scelerum, de quibus V. Lexicon sub h. v.

FURĪNA (Forina et Furrina), æ (et Furinæ, arum, plur.) f. 1. dea antiquitus culta, de cujus scriptione, declinatione et significatu magna est varietas apud auctores. De ea Cic. 3. Nat. D. 18. 46. « Sin hæc dea (Latona) est, cur non Eumenides, quarum et Athenis fanum est et apud nos, ut ego interpretor, Lucus Furinæ, deæ sunt, speculatrices et vindices facinorum et sceleris? » Cf. 3. ad Q. fr. 1. 2. — Hinc flamines, in ejus cultum instituti, Furinales v. Furrinales dicti (Varr. 5. L. L. 15. 84. et 6. ibid. 3. 19. et 7. 3. 45) et festa Furinalia v. Furrinalia in Kal. Allif. et ap. Paul. Fest. p. 88. M., ubi fort. pro Furnalia legend. Furinalia.

FŪRĬUS, ii, m. 2. nom. vir. ex gente antiquissima ac nobilissima, patricia, demptis, ut ait Eckhel, 5. p. 221., Furiis Brocchis, de quorum conditione non satis constat, Tusculo fort. oriunda (Borghesi, Œuvr. IV. p. 430. et De-Rossi in Bull. Crist. a. 1872. p. 120., coll. Corp. 1. 66-72 = 14. 2700-2707 = Dessau 7818.; item Corp. 1. 63.sq. = 14. 2578.sq. = Dessau 3142). — Scribitur etiam Fourius in nummis et inscr. antiq., ut ap. Garrucci, Syll. n. 302. et n. 574-582., et Fourio pro Fourios in n. 580. — Item antiquitus, quod tralaticium est, Fusius pro Furius, ut Valesius pro Valerius etc. (Liv. 3. 4., Quintil. 1. 4. 13., Macrob. 3. Sat. 2. 8., coll. Cic. 1. Verr. 42. 109). — De cogn. Fusus, de prænominibus deque hujus modi aliis, ad hanc gentem pertinentibus, vd. Momms., Röm. Forsch. II. 292. et Münzw. 496. n. 27. et 512. n. 75., coll. Bahrfeldt, Wiener numism. Ztschr. XXVIII. 123-127. et præsertim Lübbert, De gentis Furiæ comment. domest. Univ.-Progr. Kiel 1877.

¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis, memorantur — 1.°) Absolute — a) Furius, JCtus laudatus Cic. Balb. 20. 45. et Val. Max. 8. 12. 1., juris maxime prædiatorii peritus, pater fort. C. Furii Camilli, Ciceroni amicissimi (Cic. 5. Fam. 20). — b) Furius, libert., trib. pl. a. 654 = 100 (App. b. c. 1. 33), homo omnibus insignis notis turpitudinis (Cic. Rabir. perd. 9. 24), ausus inter alia legi intercedere de revocando in Urbem Metello Numidico, a C. Deciano accusatus, et antequam damnatus, a plebe discerptus (App. loc. cit., coll. Cic. loc. cit. et Val. Max. 8. 1. damn. 2). Alia de eo vd. ap. Oros. 5. Hist. 17., 10. et 11. — c) Furius, centurio in obsidione Hierosolymæ ob singularem fortitudinem laudatus Heges. 1. 16. 5., coll. Jos. b. J. 1. 7. 4. — 2.°) Cum præn. — a) C. Furius, auctor legis testamentariæ, quæ et Fusia dicitur (V. infra). De eo Cic. Balb. 8. 21. — b) C. Furius, duumvir navalis electus in bello Istriano a. 576 = 178., qui litora tueretur ab Ancona ad Aquilejam (Liv. 41. 1), in bello autem Macedonico-Illyrico, senatus, quod suspectum haberet Gentium, Illyriorum regem, octo naves ornatas a Brundisio censuit mittendas ad C. Furium legatum Issam (Lissa), qui cum præsidio duarum Issensium navium insulæ præerat (Id. 43. 9), a. 584 = 170. — c) L. Furius, cujus ætas et patria ignorantur, dux exercitus, mirum bellicæ industriæ specimen exhibuit, quod ita enarrat Frontin. 1. Strat. 1. 11., coll. 1. ibid. 5. 13. « Exercitu producto in locum iniquum, quum constituisset occultare sollicitudinem suam, ne reliqui trepidarent, paullatim se inflectens, tanquam circuitu majore hostem aggressurus, converso agmine, ignarum rei, quæ agebatur, exercitum incolumem reduxit ». — 3.°) Cum cogn. — a) Furius Alpinus, poeta nullius nominis, cui videtur alludere Horatius 1. Sat. 10. 36. « Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, dumque Diffindit Rheni luteum caput, hæc ego ludo ». et 2. Sat. 5. 40. « seu pingui tentus omaso Furius hibernas cana nive conspuet Alpes ». Ad hæc scribit Bentley: Alpinus vel quia Gallus, vel quia bellum Gallicum versibus scripsit, vel (quod ego potius existimo) ob male natum istum versiculum « conspuit Alpes », quo risus jocosque (Furius) dedit illius ævi poetis. — Porro quæstio est, utrum unus sit Furius (sc. M. Furius Bibaculus, cui alludat Horat.), an plures; de qua consulendi sunt Hildebrand, Quæst. de Furiis poetis, Halle; Schanz, Röm. Lit-Gesch. I. 1.[3] 221.; Kiessling-Heinze, Z. Sat. I. 10. 86. et recentius L. Müller u. Friedrich, Z. Gesch. d. röm. Sat., Schweidnitz 1899. p. 10.sq. Animadvertimus tamen Horatium non veterem poetam sed æqualem suum procul dubio irrisisse; ceterum implexam rem in medio relinquimus. — b) Furius Anthianus, JCtus temporibus, ut videtur, Septimii Severi et Caracallæ imp., qui scripsit comment. in Edictum (V. libr. memorantur in Ind. Flor. « μέρος ἐδίκτου βιβλία πέντε »: citantur loca in Dig. 2. 14. 62., 4. 3. 40. et 6. 1. 80). — c) A. Furius Antias, poeta, abs. Furius ap. Macrob. 6. Sat. 1. 31.sq. et 3. 5. et 4. 10., A. Furius tantum ap. Cic. Brut. 35. 132. et Furius Antias ap. Gell. 18. 11. in lemm., ita cognominatus ab opp. Antio, ubi natus est. Fuit familiaris Q. Lutatii Catuli, qui ad eum misit librum de rebus a se gestis (autobiografia), uti refert Cic. loc. cit., dictus a Gell. 18. 11. 2. « vetus poeta »; floruit enim fort. circa medium sæc. VI. ab U. C. Scripsit Annales, quorum XI. librum memorat Macrob. loc. cit.. Dicitur autem Virgilius ex eis aliquot versus in suam Æneidem transtulisse, quod in ejus honorem quidem cedit; quamquam Cæselius Vindex, teste Gellio loc. cit., scripsit eum « plurium vocum fictionibus linguam Latinam dedecorasse ». Schol. Veron. in Virg. Æn. 9. 379. Furii hunc versum adfert in annalibus belli Gallici: « Hic qua ducebant vastæ divortia fossæ ». — d) M. Furius Bibaculus, poeta epicus et iambographus, Cremonensis, qui et Fusius Vivaculus scribitur, ex usitata litterarum b et v permutatione, abs. Bibaculus ap. Tac. 4. Ann. 34. et Vivaculus ap. Plin. 1. præf. § 19., plane ap. Hieronym. in chron. ad Ol. CLXIX. 2 (a. 651 = 103) « M. Furius poeta cognomento Bibaculus Cremonæ nascitur », sc. in Gallia Transpadana; hinc Gallus dictus Schol. Porphyr. et Acr. in Hor. locc. supra citt., quamquam alii rectius putant natum fuisse a. 88. v. 78. a. Chr., post obitum Lucilii poetæ. De eo Quintil. 10. 1. 96. Iambus - cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio - reperietur. Charis. gr. I. 127. K. Bibaculus duplici toga involutus. Tac. 4. Ann. 34. Carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Cæsarum leguntur, sed ipse divus Julius, ipse divus Augustus et tulere ista et reliquere. — Videtur fuisse discipulus Valerii Catonis, qui dictus est « Latina Siren » et a Bibaculo (Suet. gr. ill. 11) « unicus magister, summus grammaticus, optimus poeta » et « meus Cato ». — Fragmenta ejus carminum hendecasyllab. II. leguntur apud Sueton. loc. cit.; item hexameter versus ap. Schol. Juven. 8. 6. « Bibaculus: Osca senex Catinæque puer, Cumana meretrix »; item ap. Horat. loc. cit. Videtur autem scripsisse « Pragmatia (= annales) belli Gallici » (libr. X. circ.; cf. Gell. 18. 11. et Macrob. 6 Sat. 1. 31). et etiam Lucubrationes, teste Plin. h. n. præf. 24. « Nostri - facetissimi Lucubrationum inscripserunt, puto quia Vivaculus erat et vocabatur »; soluta tamen oratione. Verum satis superque dictum est et de persona et de scriptis, de quibus fere omnia in dubium vocantur. — e) C. Furius Camillus, ad familiam pertinens Furiorum antiquissimam ac nobilissimam, sed originis parum notæ, quæ sæc. præsertim IV. et V. ab U. C. floruit. — Fuit hic amicus Ciceronis (Cic. 14. Fam. 5. et 11., a. 704 = 50), juris prædiatorii peritissimus (Id. 5. Fam. 20), in rebus novis exquirendis diligens (Id. 13. Att. 33), homo munditie atque elegantia summe laudandus (Id. 9. Fam. 20). — f) L. Furius Camillus, abs. Camillus ap. Chronogr. et in Fast. Hisp. et L. Furius ap. Liv. 7. 24. et Cassiod. in chron., filius, ut videtur, M. Furii Camilli dictatoris, dictator dictus comitiorum habendorum causa a. 404 = 350. et consul anno insequ. cum Appio Claudio Crasso (Liv. 7. 24), quo mortuo, ipse solus bellum gessit cum Gallis eosque vicit (Id. ibid. 25. et 26). — Dein a. 409 = 345., orto bello contra Auruncos, eos aggressus, inter pugnandum ædem Junoni Monetæ voto promissa, victor evasit reversusque Romam, dictatura se abdicavit (Id. ibid. 28). — g) L. Furius Camillus, abs. Camelius ap. Chronogr., sed Camillus in Fast. Hisp. et L. Furius Camillus ap. Liv. 8. 13. — Fuit consul a. 416 = 338. cum C. Mænio, quorum primus contra Pedanos et Tiburtes, alter contra Antiates, Lanuvinos ac Veliternos feliciter dimicarunt, oppidis quoque expugnatis omnique Latio occupato, ac triumphum egerunt et, quod id temporis raro fiebat, statuarum equestrium honore sunt cumulati (Fast. triumph. Capit. et Liv. loc. cit.). Anno autem 429 = 325. iterum consul processit cum D. Junio Bruto Scæva, Vestinosque uno fudit prælio eorumque oppida cepit, teste Liv. 8. 29. — h) M. Furius Camillus, celeberrimus, vulgo abs. et fere κατ' ἐξοχὴν Camillus v. Furius ap. Ovid. 1. Fast. 641. et Hieronym. ep. 77. — Monemus statim, multa, quæ de Camillo feruntur et de bellis Gallorum cum Romanis, quæ sæc. præsertim IV. dicuntur evenisse, commentitia esse; porro in iis narrandis fide longe dignior, quam Dionys., Plut., Liv., habetur Polybius II. 18. sqq., illustratus a Momms. Röm. Forsch. II. p. 352.sqq. (Cf. etiam Niese, Herm. XIII. 1878. p. 401.sqq.; Unger, Sitzungsber. d. münch. Akad. 1876. I. p. 531.sqq. et Herm. XIV. 1879. p. 77. sqq.). Hisce præmissis, ea tradimus, quæ historici de Camillo referunt præcipua. — Fuit itaque censor a. 351 = 403. cum M. Postumio Albino Regillensi (Fast. cons. Capit.), qui, teste Val. Max. 2. 9. 1., coll. Plut. Camill. 2., pœnas statuerunt in eos, qui ad senectutem cælibes pervenissent; dein tribunus mil. a. 353 = 401. creatus primum, non iterum, uti refert Liv. 5. 10. Cf. Borghesi in Suppl. in Fast. cons. Cap. P. 2. p. 37), in Faliscis, ut Cn. Cornelius in Capenate agro, bellarunt: hostes nulli extra mœnia inventi, prædæ actæ incendiisque villarum ac frugum vastati fines (Liv. 5. 12); paullo post, a. 356 = 398. iterum tribunus militum consulari potestate una cum L. Valerio Potito alliisque. « Duo summi imperatores Potitus a Faleriis, Camillus a Capena prædas ingentes egere nulla incolumi relicta re, cui ferro aut igni noceri posset » (Id. ibid. 14). — Anno autem 357 = 397. tribuni militum vitio facti abdicarunt, et ex senatus consulto interreges tres constituti sunt L. Valerius, Q. Servilius Fidenas, M. Furius Camillus; numquam tamen desitum interim turbari comitiis, interpellantibus tribunis pleb., donec convenisset prius, ut major pars tribunorum milit. ex plebe crearentur (Id. ibid. 17). — Novi itaque tribuni creati sunt a. 358 = 396.; sed, necessitate urgente, tunc dictator dictus est Furius Camillus, qui magistrum equitum dixit P. Scipionem Maluginensem, coll. Fast. cons. Capit., non P. Cornelium Scipionem, ut tradit Liv. ibid. 19. — Ad urbem Vejos capiendam profectus, de victoria haud dubius, non obsidione nec machinis ad expugnandum accommodatis, sed cuniculum jubet agi, operum omnium longe maximum ac laboriosissimum, in arcem ho-

stium, qui delectis militibus plenus in ædem Junonis, quæ in Vejentana arce erat, armatos repente edidit. Hinc cœpta civium, strenue sed frustra se defendentium, teterrima cædes, dum dictator per præcones edicit, ut ab inermi abstineatur: is finis sanguinis fuit: ita Liv. ibid. 21. — Hic fuit Vejorum occasus, urbis opulentissimæ Etrusci nominis, « magnitudinem suam vel ultima clade indicantis, quod decem annos continuos circumsessa, cum plus aliquanto cladium intulisset quam accepisset, postremo jam fato quoque urgente operibus tamen, non vi expugnata est » (Id. ibid. 22), altera Troja. Victor idcirco urbem, curru equis albis juncto, triumphans ingressus est (Id. ibid. 23., coll. Eutr. 1. 20., Liv. epit. 5. et Oros. 2. Hist. 19). Verum, quod optabatur, Vejos commigrari passus non est; hinc Auct. de vir. ill. 23. « Populum Romanum migrare Vejos volentem retinuit; sic et oppidum civibus et cives oppido reddidit ». — Porro ob prædam Vejentanam accusatus a L. Apulejo, trib. pl. (Auct. de vir. ill. 23. « crimini datum, quod albis equis triumphasset et prædam inique divisisset », se plus æquo ex ea, clam publiceque, ditans) nec absolutus, Ardeam exsul abiit et « absens quindecim millibus gravis æris damnatur », a. 363 = 391. Sed anno insequenti capta urbe a Gallis, senatus eum non modo revocavit, sed et dictatorem dixit absentem, qui, exercitu coacto, Romam contendit et, Gallis ad internecionem deletis, triumphavit, « Romulus ac parens patriæ conditorque alter urbis haud vanis laudibus adpellatus » (Id. ibid. 49., coll. 40-55), qui eam voluit « ferro, non auro, recuperare » (quod senatus statuerat: Liv. 5. 48-49. Cf. Tac. 2. Ann. 52., Zonar. 7. 23. « σιδήρῳ πάτριόν ἐστι Ῥωμαίοις, οὐ χρυσῷ τὴν πατρίδα σώζειν ». Adde Plut. Camill. 30). — Anno 365 = 389. tertium dictator, triumphum egit de Volscis, Æquis et Etruscis. Dein a. 368 = 386. quartum tribunus militum consulari potestate, prope solus, Antiates, a Latinis, Volscis Hernicisque adjutos, armis fregit (Id. 6. 6-10); et a. 370 = 384. quintum ac sextum a. 373 = 381., L. Furio Medullino collegæ male se gerenti ita succurrit, ut rem victor restituerit (Id. ibid. 23. et 24. Cf. Val. Max. 2. 3. extr. 9). — Anno 386 = 368. quartum dictator cum L. Æmilio Mamercino, magistro equitum (Fast. cons. Cap. et Liv. 6. 38), a quo munere vel quia vitio factus, ut scripsere quidam, vel quia tribuni pl. tulerunt ad plebem, idque plebs scivit, ut pro dictatore nihil ageret, abdicavit; qui tamen anno insequenti quintum dictator creatus, magistro equitum dicto T. Quinctio Cincinnato Capitolino, contra Gallos tam prospere pugnavit, ut senatus populique consensu triumphum egerit. — Denique a. 389 = 365. pestilentia affectus mature decessit, de quo Liv. 7. 1. « Fuit vere vir unicus in omni fortuna, princeps pace belloque, priusquam exsulatum iret: clarior in exsilio vel desiderio civitatis, quæ capta absentis imploravit opem, vel felicitate, quo, restitutus in patriam, secum patriam ipsam restituit; par deinde per quinque et viginti annos - tot enim postea vixit - titulo tantæ gloriæ fuit dignusque habitus, quem secundum a Romulo conditorem urbis Romanæ ferrent ». Adde Cic. 1. Tusc. 37. 90., Liv. epit. 5. et 7., Sueton. Tib. 3., Virg. 6. Æn. 825., Propert. 3. 9. 13. et 3. 21. 67., Gell. 17. 2. 14. et 17. 21. 20., Auct. de vir. ill. 23., Tac. 2. Ann. 52., Senec. suas. 7. 6. et alib., Plin. paneg. 13. 55., Augustin. 3. Civ. D. 17. et 5. 18., Corp. 1. p. 285. — Camilli statua in Rostris posita est togata sine tunica (Ascon. in Scaur. p. 30. Or.). — De eo consulas Pais, Storia di Roma I. 2. Torino 1899.; De Sanctis, Stor. dei Rom. 1907. II. 141., 150., 172., 195., 214., 246., 248. et 258.sqq.; Hirschfeld (Festschr. für Friedländer [Leipz. 1895] 125-138. « Zur Camillus-Legende ») et Münzer PWK. 7. 324-348. — i) C. Furius Chresimus (Cresimus), servus quidam liberatus, de quo hæc habet Plin. 18. Hist. nat. 6. 8. (41). « Cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet quam ex amplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas perliceret veneficiis; quam ob rem a Sp. Albino curuli ædile die dicta metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit et adduxit familiam suam validam atque, ut ait Piso, bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos; postea dixit: Veneficia mea, Quirites, hæc sunt, nec possum vobis ostendere aut in forma adducere lucubrationes meas vigiliasque et sudores. Omnium sententiis absolutus itaque est » (Piso fragm. 33. Peter ap. Plin., coll. Momms. Strafr. 772. 5). — l) Furius Crassipes, Ciceronis familiaris, proquæstor Bithyniæ, cui Cicero epistolam scripsit (13. Fam. 9). — Ei Tullia, Ciceronis filia, desponsa fuerat (Cic. 4. Att. 5. et 12. et 7. ibid. 1., coll. 2. ad Q. fr. 4. 5. et 6. et 1. Fam. 7. et 9., ubi Crassipedem generum suum vocat); qui licet eam mox dimisisset et Cæsarianas partes secutus esset, non tamen soceri amicitia excidisse videtur (Cic. 9. Att. 11). — m) Furius (Fusius) Dionysius Philocalus, Auruncus, scriba Damasi pap. a. 366-384., qui peculiari orthographia scripsit ac fort. etiam incidit titulos Damasianos, ut multis demonstravit cl. De-Rossi in Inscr. Chr. p. LX. sqq. et Rom. S. I. p. 116-121. — Exstant ejus Fasti consulares, Cyclus Paschalis centum annorum ab a. 312., Laterculus præfectorum urbis a temporibus Gallieni ad a. 354., Depositio episcoporum et Martyrum, Catalogus Rom. Pontificum, Kalendarium sive Fasti anni Juliani (V. Migne P. L. XIII. p. 675.sqq. et Momms. in Corp. I. L. 1. p. 104.sqq.). — n) L. Furius Medullinus, corrupte Medullianus ap. Chronogr. a. 354., consul a. 341 = 413. cum A. Cornelio Cosso contra Volscos arma contulit cepitque Ferentinum, quo magna eorum multitudo coierat, teste Liv. 4. 51.; iterumque a. 345 = 409. cum Cn. Cornelio Cosso, ut perhibent Fast. cons. Cap. Tunc primum plebeji quæstores creati sunt (Liv. ibid. 54). — o) C. Furius Pacilus, ap. Chronogr. a. 354. Fusus pro Furius (Diod. 12. 35. Κόϊντος Φούριος Φόσος) et in Fast. Hisp. abs. Pacillus pro Pacilus, plene, ut videtur, C. Furius Pacilus Fusus, consul a. 313 = 411. cum M. Papirio Crasso; censor a. 319 = 435. cum M. Geganio Macerino, qui, teste Liv. 4. 22., « villam publicam in campo Martio » probavit: ibique primum census populi est actus ». Id. ibid. « Mamercum Æmilium, qui censuram ad unius anni et sex mensium spatium redegerat, ærarium fecit »; postremo creatus a. 328 = 426. tribunus militum consulari potestate Id. 4. 31. — p) L. Furius Philus, ap. Chronogr. abs. Pilus et Philus ap. Augustin. 2. Civ. D. 21., Furius ap. Lact. 5. 12.; præn. vero alii Publius, ut Val. Max. 3. 7. 5. et Cic. 12. Att. 5. (sed hic cod. M. omittit) et ap. eund. Brut. 28. 108. et 1. rep. 11. Lucius legitur itemque ap. Vulg. 1. Mach. 15. 16., nisi est L. Cæcilius Metellus Calvus, ut alii volunt, qui non advertunt Numenium a Simone missum fuisse Romam a. 172. Græcorum, idcirco biennio post Metelli consulatum; vel rectius Calpurnius Piso, quem Val. Max. 1. 18. Lucium prænominat. — Fuit hic Furius « homo moderatissimus et continentissimus » teste Cic. (Arch. 7. 15), qui et ejus « sapientiam temperantiamque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus » perspectam fuisse ait (2. leg. agr. 24. 64) semperque palam eum habuisse « secum eruditissimos homines ex Græcia » (2. Orat. 37. 154) et « perbene latine - litteratiusque quam ceteros loqui » putatum fuisse (Brut. 28. 108). — Anno 618 = 136. consul processit cum Sex. Atilio Serrano (Jul. Obs. 25. et Chronogr. a. 354), qui rogationem tulerunt de C. Hostilio Mancino Numantinis dedendo (V. Furius, adj.). — De ejus præsentia animi hæc habet Val. Max. 3. 7. 5. « Bellica hæc præsentia animi (Livii Salinatoris); togata illa sed non minus laudabilis, quam P. (L.) Furius Philus consul in senatu exhibuit. Q. enim Metellum Quintumque Pompejum consulares viros, vehementes inimicos suos, cupitam sibi profectionem in provinciam Hispaniam, quam sortitus erat, identidem exprobrantes, legatos secum illuc ire coegit. Fiduciam non solum fortem sed etiam temerariam! quæ duobus acerrimis odiis (i. e. viris odio plenis) latera sua cingere ausa est usumque ministerii vix tutum in amicis, e sinu inimicorum petere sustinuit ». — An aliqua scripserit, inquirit Stein in PW. 7. 360. — q) P. Furius Philus, sed Pilus habet Chronogr. et Pilo in Fast. Hisp., plene P. Furius Pilo ap. Cassiod. in chron. — Consul fuit cum C. Flaminio a. 531 = 213. et contra Gallos pugnarunt ambo, et Philus etiam contra Ligures, deque victis hostibus triumpharunt (Fast. triumph., coll. Polyb. 2. 32. et Plut. Marcell. 4). — Prætor dein creatus est cum M. Pomponio Mathone, jusque dicere iis contigit, quo tempore post Cannensem cladem Romani perterriti erant; hi autem, senatu in curiam Hostiliam convocato, de urbis custodia consuluerunt. — Demum censor cum M. Atilio Regulo, M. Metellum aliosque, qui juraverant se Italia abituros, equis ereptis, ærarios fecerunt; de qua re postea ab eodem Metello trib. pl. reus factus, facile a judicio absolutus recessit. Cf. Liv. 24. 11., coll. 43. et Val. Max. 2. 9. 8. — r) Furius Placidus, ap. Chronogr. dictus Placidianus, consul a. 273. p. Chr. cum M. Claudio Tacito, qui postea fuit imperator. De eo Vopisc. Aurelian. 15. « Vidimus proxime consulatum Furii Placidi tanto ambitu in circo editum, ut non præmia dari aurigis sed patrimonia viderentur -; factum est enim ut jam divitiarum sit, non hominum consulatus -: perierunt casta illa tempora et magis ambitione populari peritura sunt ». Cf. De-Rossi, R. S. II. p. 140.sq. — s) L. Furius Purpureo v. Purpurio, Chronogr. abs. Purpureus et Porphyrius in Fast. Hisp.; sic Πορφύριος in Chron. Pasch., sed ap. Oros. modo Furius (8. Hist. 20. 11), modo Fulvius (ibid. 4), fort. errore librarii. — Fuit tribunus militum a. 544 = 210 (Liv. 27. 2) et prætor a. 554 = 200., provinciam Galliam sortitus, cum Gallis feliciter dimicavit, triumphum egit (Id. ibid. 22. et 47.sqq.) ædemque, quam in hoc bello Diiovi (v. Jovi) voverat, a. 560 = 194. C. Servilius duumvir in insula Tiberina dedicavit (Id. ibid. 21., coll. 34. 53), ut in alio bello contra Gallos Boios factum est, quibuscum consul iterum a. 558 = 196. cum M. Claudio Marcello, horum agrum depopulatus, decertavit, æde Veiovi vota et in Capitolio dedicata a. 562 = 192. inter duos lucos (Id. 35. 41., coll. 34. 53), quamquam prœlium ei male cesserat. — Anno 565 = 189. legatus missus est cum aliis novem ad res Asiæ componendas (Id. 37. 55) post bellum Antiochenum. — Demum a. 571 = 183. legatus abiit in Galliam Transalpinam, ut Gallis, qui in agris consederant Romanorum ibique oppidum ædificaverant, eo redire juberet, unde venerant, nec frustra (Id. 39. 54). De nimia tamen ejus erga illos benignitate contra L. Furium in senatu orationem videtur habuisse Cato censor a. 570 = 184., cujus nunc pauca exstant fragmenta ap. Meyer, Orat. Rom. frg. p. 66.sqq. ed.[2] — t) Furius Saturninus, rhetor, de quo Senec. 7. contr. 21 « Saturninus Furius, qui - majus nomen in foro quam in declamationibus habuit; solebat tamen tam honeste declamare, ut scires illum huic materiæ non minus idoneum esse sed minus familiarem. Is in hac controversia cum L. Lamiæ filio declamaret, dixit sententiam: ὁ μὲν πατὴρ χαίρων γέγονεν τυράννου, ὁ δὲ δοῦλος ἑαυτοῦ. Ex tabellis emptionis multi sententiam trahere temptaverunt ». — Hinc Furius, adj. Liv. 31. 48. Furia gens. — Speciatim Furia lex, testamentaria, quæ et Fusia, primum ad populum lata a C. Furio trib. pl., ut non liceret plus quam mille asses legati nomine capere isque quadruplum solveret qui cepisset (Cic. Balb. 8. 21. et Cajus 2. inst. 225. et 4. ibid. 23. et 24). — Furia lex pro Italia de sponsu, adversus eam, qui a sponsore plus quam virilem partem exegisset, ut ait Cajus 4. inst. 22., coll. 3. ibid. 121. et 122. — Furia Atilia lex v. rogatio de C. Mancino, nempe « C. Mancinus, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam P. Furius, Sex. Atilius (trib. pl. a. 617 = 137) ex senatus consulto ferebant: qua accepta, est hostibus deditus » (Cic. 3. Off. 39. 109). — Furia Caninia, Augusto imp., lata de manumissionibus, ut in testamento ex tribus servis usque ad decem dimidiam partem manumittere liceret; ex undecim usque ad triginta, tertiam partem; usque ad centum, quartam; usque ad quingentos, quintam; plures autem quam cen-

tum ex majore etiam numero servorum manumittere non liceret, ut ex *Caj.* 1. *inst.* 42.*sq.* et *Ulp. tit.* 1. 24. et 25. Cf. *Vopisc. Tac.* 10. De ea tollenda *Cod.* 7. *tit.* 3. et *Justin. inst.* 1. 7. — Deriv. *Fario (onis)*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Grut.* 84. 4. Cf. *Corp.* 5. 2481. — *Furinius*, nom. gent. vir., quod tamen rectius a *Furina* dea derivatur. *Corp.* 6. 196. et 197. — *Furinia*, nom. mul. *C.* 5. 8443.

FURNI, ōrum, m. plur. 2. oppidum Africæ proconsularis, situm ubi nunc vicus *el-Msa'adin* (V. *Corp.* 8. *p.* 937). Memoratur *Cyprian. ep.* 1 (al. 66) in *lemm.* — Aliud cognomine in Byzacena (ruin. *Henschir Budja*: vd. *Corp.* 8. 12030. et 12039. Cf. *Tissot, Géogr. de l'Afrique II.* 828). — Hinc *Porta Fornitana (Furnitana)*, Carthagine, quod Furnos duceret, ap. *Vict. Vit. pers. Vand. I.* 10. Cf. *Schmidt, Corp.* 8. *Suppl. p.* 1241. et 1485.

FURNIUS, ii, m. 2. nom. vir. gentis Rom. satis antiquæ, fort. ab arte pistoria et furnorum usu deductum. *Corp.* 6. 18823 *(Urbini)*. — *Furnia*, nom. mul. *C.* 6. 18824 *(Romæ* 1748). et 12. 2875 *(prope Alais)*. — Fuit etiam *C. Furnius*, pater C. Furnii, consulis suffecti a. 725 = 29. cum C. Cluvio, qui ambo, pater ac filius, « clari oratores habentur » *Hieronym.* in *chron.* — De eo cf. *Tac. orat.* 21., *Horat.* 1. *Sat.* 10. 86. et *Oros.* 6. *Hist.* 19. — Hinc *Furnilla*, cogn. mul. demin. *Inscr.* apud *Fiorelli, Not. degli scavi* a. 1880. *p.* 138.

FŪROR, ōris, m. 3. nom. commune, ap. Mythographos proprium per prosopopœiam: cf. *Insania, Luctus, Pavor, Terror* etc. *Ovid.* 1. *Amor.* 2. 35. Blanditiæ comites tibi erunt Errorque Furorque. *Senec. Herc. F.* 96.*sqq.* in *regno Ditis.* Scelus, Impietas Furorque. *et Œd.* 590.*sqq.* cæcus Furor Horrorque, Luctus, Morbus, Senectus, Metus. *Stat.* 3. *Theb.* 424.*sqq.* Furor Iraque. Adde *Petron. sat.* 124., *Dracont. carm. min.* 10. 563., *Sil. It.* 4. 325. — In plur. num. *Val. Fl.* 7. 510. grandæva Furorum Pœna parens.

FURRĪNA. *V.* **FURINA.**

FUSCIĀNUS. *V.* voc. seq.

FUSCUS, i, m. 2. cogn. vir., a colore factum, frequens in gentibus *Acilia, Allia, Annia, Arellia, Aristia, Claudia, Cluvia, Cornelia, Dagellia, Fulvia, Mæcilia, Manilia, Pedania, Pompeja, Seruma, Valeria.* Legitur in *Corp.* 2. 2544. — Nom. serv. in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1887. — *Fusca*, cogn. mul. *Corp.* 2. 846. — Fuit etiam *Fuscus* rhetor, de quo *Senec. suas.* 4. « Et quia soletis mihi molesti esse de Fusco, quid fuerit, quare nemo videretur dixisse cultius etc. ». *V.* **ARELLIUS.** — Hinc *Fuscius*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 1848.; *Fuscia*, nom. mul. *C.* 2. 1370. et 3. 4917. — Deriv. *Fuscianus* — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 3. 93. et 118. et 11. 3588. — Fuit etiam *Fuscianus* consul a. 188. p. Chr. *Corp.* 3. 4150. et iterum, teste *Lamprid. Comm.* 12.; in quo munere rexit quoque præfecturam Urbis. *Capitolin. Pertin.* 4. « Post hæc præfectus urbi factus *(Helvius Pertinax)*: in qua præfectura post Fuscianum, hominem severum, Pertinax mitissimus et humanissimus fuit ». — *Fusciana*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *De-Rossi* in *Bull. Cr.* a. 1882. *p.* 93. — *Fuscianum*, n. ager vel locus ap. Carthaginem, memoratus in *Act. ss. Montani, Lucii* et *socc. mm. n.* 18. et 23., qui fuerunt s. Cypriani discipuli et sub Valeriano imp. passi sunt *(Martyr.* Rom. V. k. Mart. ed. 1914. *p.* 59). Cf. *Morcelli, Afr. Chr. II.* 157. — *b)* Adj. ut *Fuscianæ explicationes*, i. e. Arellii Fusci rhetoris, ap. *Senec. suas.* 4. — *Fuscilla*, cogn. mul. demin. *Corp.* 2. 391. — *Fuscinus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 6. 2637.; *Fuscina*, cogn. mul. demin. *C.* 2. 3044. — *Fuscinius*, nom. gent. vir. *C.* 3. 5169.; *Fuscinia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1998. — *Fuscinilla*, cogn. mul. demin. a *Fuscina* v. *Fuscinia*, vel, ut putat cl. *Furlanetto*, a *fuscina*, in *Corp.* 3. 4875. et 8. 8741. — Abs. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6510 (42). — *Fusculus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 8. 3655.; *Fuscula*, cogn. mul. *C.* 8. 918. — *Fusciculenus*, nom. feneratoris cujusdam ap. *Martial.* 2. 74.

FUSIUS. *V.* **FUSUS.**

FUSSALENSIS, e, adject. ad Fussalam, oppidum Numidiæ, pertinens, ut *Fussalense territorium* ap. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8.

FUSUS, i, m. 2. (fundo) cogn. vir., in gente *Furia*, ut in *Fast. cons. Capit.* — Hinc *Fusius*, nom. gent. vir., quod sæpe confunditur cum *Furius* vel *Fufius* vel etiam cum *Furius* occurrit. *Corp.* 3. 31., coll. *Ephem. epigr. IV. p.* 181. *n.* 646.; *alia* ap. *Momms. n.* 5087. et *alia* metrica ap. *Wilmanns n.* 579. — *Fusidius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 2098.

FUSTUS, i, m. 2. cogn. vir. *Inscr.* in *Rev. Arch.* a. 1880. *II.* 324. — Hinc *Fustius*, nom. gent. vir. *Corp.* 8. 8062. — *Fustilius*, nom. gent. vir. *Corp.* 6. 18827 *(in villa Corsina)*.

FUT, indecl. fluvius Mauretaniæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (13)., hod. *Tensift*, teste *Vivien de Saint-Martin (Le Nord de l'Afr. p.* 362). — Φθοῦθ, ἡ Θοῦθ *Ptol.* = *Phthuth* vel *Thuth*; hinc *Hieronym. hebr. quæst.* in *Gen.* 10. 6. « Filii Cham, Chus et Mesraim et Phut et Chanaan - Phuth: Libyes, a quo et Mauritaniæ fluvius usque in præsens Phuth dicitur, omnisque circa eum regio Phutensis ». Cf. *Eucher. instr.* 2. 4. Nunc Libyes, quondam Futhei vocabantur. *V.* **PHUTH.**

FUTHEI, ōrum. *V.* voc. præc.

FUTIUS. *V.* **FUTUS.**

FŪTŪRUS, i, m. 2. cogn. viri cujusdam vexillarii, de quo est mentio ap. *Cyprian. ep.* 36 (al. 30).

FŪTUS, i, m. 2. nom. serv. gladiatoris cujusdam. *Corp.* 4. 2175. — Hinc *Futius*, nom. gent. vir. *Corp.* 6. 18828.; *Futia* nom. gent. mul. *C.* 6. 18829. — *Fututia*, nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5579.

G

G, g, septima littera alphabeti Latini, de qua fuse dictum est in *Lexico.* Id tantum animadvertimus, usitatam fuisse pro nota nominum propriorum, ita ut *G.* sit *Gaius (Inscr. Orell. n.* 467); *Gallia* in formula *XL. G.*, i. e. quadragesima *Galliarum* (459); *Gallica* legio (441); *Gemina* legio (486., 1214 etc.); *Genius* (929., 1412., 4878. etc.); *Germania* (152., 1777); *Grata* (5057); *Gius (Gnæus), Gades, Galindicus, Gallius, Germanicus* etc., in Inscriptionibus passim.

GA

GA et Gaa. *V.* **GE.**

GABA et Gabaa, indecl. nom. geogr. Hebr. *Geba', Gâba', Gib'âh*, « collis » demissior quam *har* « mons » (ut *tell* apud Arabes comp. cum *djebel)*; *LXX.* Γαβαά, Γαβαέ, Γαβαέ. — Præmittimus multa loca fuisse ita appellata ex eo quod, quum nomen significet locum editum, collem, magno locorum numero potuit hoc nomen tribui, ita ut interpretes inter se discrepent, ex quibus nonnulli recensent duodecim loca ita denominata. — Est autem ¶ 1. *Gabaa* (Hebr. *Gib'âh, LXX.* Γαβαά) oppidum in tribu Juda, ap. *Vulg. Jos.* 15. 57., inter Accain et Thamna, hodie *Djebâ'a*, situm in vertice collis *(Guérin, Robinson, Survey)*, ita ut respondeat τῷ *Gabatha* ap. *Eus.* et *Hieronym. onom.* (1880. Götting.) 12. mp. ab Eleutheropoli (hod. *Beit-Djibrin)*, ubi dicitur esse sepulcrum propb. Habacuc *(Legendre, Benzinger)*. ¶ 2. *Gabaa* (Hebr. *Gâba'*, cod. Vatic. Γάβεθ et cod. Alex. Γαβαά), oppidum Levitarum in tribu Beniamin, ap. *Vulg.* 1. *Reg.* 14. 5., 1. *Esdr.* 2. 26. et *alib.* (sed *Jos.* 18. 24. Gabee; *Is.* 10. 29. Gaba; 2. *Esdr.* 7. 30. Geba), inter Ophni et Gabaon, hod. *Djeba'*, et est idem ac *Gabaa Beniamin*; sed cf. 1. *Reg.* 14. 4-5. Memoratur præcipue tempore belli inter Philisthæos et Hebræos sub Saul *(1. Reg.* 13. 3) et David (2. *Reg.* 5. 25), post schisma, ut terminus regni Juda (Cf. 4. *Reg.* 23. 8). — Differt a *Gabaa* ap. *Zach.* 14. 10., ubi pro *de colle Remmon* (ap. *Vulg.)* legendum est *de Gaba usque Remmon.* ¶ 3. *Gabaa* (Hebr. *Gib'âh*, LXX. Γαβαά), oppidum in tribu Beniamin, hod. probabilius *Tell el-Fûl* « collis fabarum » (Cf. *Heidet, Robinson, Hummelauer)*, famosum ob immane flagitium, ab ejus civibus patratum in uxorem Levitæ cujusdam; unde oppidi excidium secutum est ac tribus, uti narrat liber *Judic.* 19. et 20. — Hujus autem historiæ scriptorem esse unum, qui tamen variis documentis usus sit, patet ex eodem stilo iisdemque locutionibus et ordine narrationis ubique servatis; eam porro falsam vel commentitiam demonstrare conantur *Reuss, Wellhausen*, alii, sed nulli solido fundamento innixi (Cf. *Re, Dix. Bibl. IV. p.* 174.*sq.)*. ¶ 4. *Gabaa Beniamin* (Hebr. *Gib'ath Binyâmin*, LXX. Γαβαὰ τοῦ Βενιαμείν), oppidum tribus Beniamin. V. *Gabaa* sub *n.* 2. ¶ 5. *Gabaa Saul* (Hebr. *Gib'âthâh* v. *Gib'âh*, LXX. Γαβαά et cod. Alex. Γαβαααθά), oppidum, ubi moratus est Saul post quam electus est rex (1. *Reg.* 10. 26.; 22, 6), situm ad meridiem Rama, idem fort. ac Gabaa *Judic.* 19. et 20., nempe Gabaa Beniamin, quod alii negant, coll. *Is.* 10. 29. — Formula « a Gabaa usque Bersabee » designat confinia regni Juda; contra « a Dan usque Bersabee » terminos universæ Palæstinæ, de quo tamen non inter omnes convenit. ¶ 6. *Gabaa* (Hebr. *bag-gib'âh, LXX.* ἐν τῷ βουνῷ), locus, ubi erat domus Abinadab, in quam translata est Arca fœderis, idest pars oppidi Cariathiarim superior, nomen potius commune quam proprium, ap. *Vulg.* 1. *Reg.* 7. 1., coll. 2. *Reg.* 6. 3. et 4. ¶ 7. *Gabaa* v. *Gaba*, oppidum Idumææ, haud procul ab urbe Scythopoli, fort. idem cum Gelboe, hod. *Mezar* (sec. *De Hamme)*, *Gelbon* (sec. *Robinson, Zanecchia)*, *Djeba'* (sec. *Armstrong, Wilson* et *Conder)*, in vertice montis, dicti *Gebel Fukua*, in tribu Issachar *(Judith* 3. 14). ¶ 8. *Gaba (æ)* vel *Gaba, orum* — *a)* Oppidum Ægypti, memoratum *Rav. p.* 131., sed ignotum. — *b)* Item in Italia ad viam Salariam in Piceno (?), ap. *eund. p.* 280. — *c)* Item in Thraconitide. *V.* **GABENI.** ¶ 9. *Gabaa*, oppidum, ut quibusdam videtur, sed rectius nom. vir., memoratum 1. *Par.* 2. 49.

GĀBĀATH, indecl. nom. geogr. (Hebr. *Gib'ath* v. *Gib'âh;* hinc *Vulg.* et *Hebr.* modo habent *Gabaath*, modo *Gabaa* v. *Gaba)*. ¶ 1. *Gabaath*, oppidum tribus Beniamin, quod alii unum idemque putant cum loco in urbe Cariathiarim, ubi collocata est Arca fœderis; alii potius cum Gabaa Beniamin vel Saul. Omnia itaque incerta. Recentiores comparant cum hod. *Djibi'a*, sito ad septentrionem Cariathiarim *(Survey of West Palest.*, *Mem.* Londr. 1881-1883. *III.* 43). ¶ 2. *Gabaath Phinees* (Hebr. *Gib'ath Pinehhâs* et *LXX.* cod. Vat. Γαβαὰθ Φινεές), locus, ubi est sepulcrum Eleazari, filii Aaron *(Jos.* 24. 33., coll. *Jos. ant.* 5. 1. 29), in monte Ephraim, Phinees dono datus. ¶ 3. *Gabaath*, oppidum tribus Beniamin, idem ac *Gabaa* sub *n.* 3. ¶ 4. *Gabaath (Gabaa) Elohim*, i. e. mons Dei. *Vulg.* 1. *Reg.* 10. 5. « Saul venit in montem Dei (Hebr. *Gib'ath hâ-'Elôhîm)* »; et *ibid.* 13. 3. « Statio Philisthinorum in Gabaa ». Hic autem *collis Dei* erat etiam urbs; *ibid.* « cum ingressus fueris urbem ». Ex contextu tamen liquet hanc non fuisse patriam v. domicilium Saul. Si vero quæritur, cur ita vocaretur, probabile est nomen ex eo duxisse, quod esset ibi « grex prophetarum » vel potius sacrificiorum locus ac domicilium sacerdotum (1. *Reg.* 5. 13. et 14). — Putat *Budde* 1. *Sam.* 10. 5. idem fuisse ac hodiern. *Ramallah* arab. = *Gib'ath hâ-Elôhîm* hebr.; sed illud ad septentr. situm est. — Hinc *Gabaathitæ* dicti incolæ. *Vulg.* 1. *Par.* 12. 3.

GABALA (Gabale et Gavala), ōrum, n. plur. 2. (Γάβαλα) oppidum in Cœlesyria ad meridiem Laodiceæ et ad radices montis, qui Baphyris dicitur, cum portu, ubi *styracem* gigni refert *Plin.* 5. *Hist. nat.* 20. 18. (79)., hod. *Djebili.* Memoratur etiam *Rav. p.* 87. et 357., *Itin. Ant. p.* 148., et fort. *Corp.* 3. 6232. coll. *Strab.* 16. 753., *Dioscor.* 1. 79., *Paus.* 2. 1. 7. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 313.*sqq.* et *Head*, 781. — Hinc *Gabalensis*, incola. *Marcellin.* in *chron.* et *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 10.

GĀBĀLĒNĒ (Gebalene), es, f. 1. (Γαβαληνή) regio montana, ab Idumæis habitata, a mari Mortuo meridiem versus, Petram usque patens, immo

eadem quæ Idumæa circa Petram temporibus Eusebii et Hieronymi, ab his dicta etiam *Gabalitica (Gebalitica) terra* in *onom. p.* 363. *P.* Memoratur *Vulg. Ps.* 82. 8.

GĀBĀLES, um, m. plur. 3. et

GĀBĀLI, ōrum, 2. (Γαβαλεῖς *Strab.*, Γάβαλοι *Ptol.)* populus Galliæ Celticæ, serius Aquitanicæ, ad fines Narbonensis, vectigalis Arvernorum tempore Cæsaris, cujus urbs princeps Anderitum *(Javols)*, quæ *Civitas Gabalum* dicitur in *Not. Gall.* et in *Inscr.* in *Bull. Epigr. de la Gaule I. p.* 75. Memorant *Plin.* 4. *Hist. nat.* 29. 33. (109)., *Sidon. carm.* 24. 16. et *Corp.* 10. *p.* 617. — Hinc *Gabalicus*, adj., ut *Gabalicus pagus*, caseo laudatus *Plin.* 11. *Hist. nat.* 42. 97. (240). — *Gabalitanus*, adj., ut *Gabalitanus terminus* ap. *Greg. Tur.* 10. *Fr.* 8. et *Gabalitana regio* ap. *eund. ibid.* 25. — *Gabalitani*, abs., incolæ. *Sidon.* 5. *ep.* 13. et 76.

GĀBĀŌN, nom. indecl. (Hebr. *Gib'ôn* « ad collem pertinens »; *LXX.* Γαβαών), urbs Palæstinæ, primitus ab Hevæis habitata *(Jos.* 11. 19), magna et una civitatum regalium *(Id.* 10. 2), cui suberant Caphira, Beroth et Cariathiarim *(Id.* 9. 17), excelsa et maxima (3. *Reg.* 3. 4), *Gabaoth* dicta *Sulpic. Sev.* 1. *chron.* 23., ab Hebræis, celebri strategemate, quod narratur *Jos.* 9. et 10. 1-15., deceptis, non eversa sed in deditionem accepta adsignataque tribui Beniamin *(Jos.* 18. 25) et filiis Aaron dono data *(Id.* 21. 17), sita, ubi nunc *El-Djib*, ad meridiem Bethel, haud procul ab opp. Rama; non enim probatur *Nebi-Samuil*, quod alii proponunt, ut fuse eruditeque demonstrat *Legendre, D. B. II.* — Fuit etiam Gabaon locus certaminis; Isboseth namque unctio in regem gravem peperit seditionem ac pugnam inter utramque domum Saul et David, in qua « duodecim de Beniamin ex parte Isboseth - et duodecim de pueris David -, apprehenso unusquisque capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarii et ceciderunt simul, vocatumque est nomen loci illius: Ager robustorum in Gabaon » *(Vulg.* 2. *Reg.* 2. 12-17). — Ibi quoque mansit diu Arca fœderis, qua translata a David in urbem Hierosolymam, tabernaculum non inde asportatum fuit, sed Sadoc alique sacerdotes quotidie in altari sacrificium offerre perrexerunt (1. *Par.* 16. 39. et 40. et 21. 29). — *Desertum Gabaon*, in ejus vicinia, memoratur 2. *Reg.* 2. 24. — Hinc *Gabaonitæ*, incolæ non solum urbis sed totius regionis (2. *Reg.* 21. 1.*sqq.* et 1. *Par.* 12. 4), qui quum ultro se Hebræis tradidissent, recepti in fidem, ligna et aquam convehebant; quapropter vicini irati in eos arma verterunt; sed Josue, a nuntiis re cognita, maturato itinere inopinantes aggressus hostes ad internecionem, quasi duplicato die *(V.* **JOSUE**), pæne consumpsit, captis quinque eorum regibus atque interfectis *(Jos.* c. 10). — In sing. num. *Vulg.* 1. *Par.* 12. 4. — *Gabaoniticus*, adj., ut *Gabaonitica servitus* ap. *Sidon.* 9. *ep.* 8. — *Gabaonus*, adj., ut *Gabaona manus*, ap. *Cypr. Gall. Jos. v.* 287.

GĀBĀŌNĪTĒS et

GĀBĀŌNĪTĬCUS et

GĀBĀŌNUS. *V.* voc. præc.

GĀBĀTHA, indecl. (Γαββαθά), vocabulum Aramaicum (probabiliter ut Hebr. *Gabtha'*: cf. *gab* « altus », quod significat locum editum), locus, ubi sedit Pontius Pilatus extra prætorium, quum Christus ad ejus tribunal fuit adductus, græce dictus *Lithostrotus* « lapidibus stratus » opere musivo *(Joh.* 19. 13). Cf. *Schanz, Comm. über Evang. d. Joh. II.* 1885. *p.* 552.

GĀBAZA, æ, f. 1. in mss. etiam *Cabaza* et *Gazaba*, nom. regionis Asiaticæ in Sogdiana, ad quam Alexandrum M. pervenisse tradit *Curt.* 8. 4. 1. a. 327. a. Chr. Dictam autem putant a *Gaba*, munito Sogdianorum oppido, inter Massagetas, Scythas et Sogdianos sito, quem describit *Arrian.* 4. 276. V. etiam *Kiessling, PW.* 7. 417.*sq.*

GABBA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est urbs Assyriæ, memorata *Plin.* 12. *Hist. nat.* 17. 40. (79). ¶ 2. Est etiam nom. serv., quo appellatus est quidam Cæsaris parasitus, una cum Sarmento, memoratus *Juvenal.* 5. 4. « quæ nec Sarmentus iniquas Cæsaris ad mensas nec vilis Gabba tulisset » *(Schol.* ad *l.* parasiti Cæsaris fuerunt). *et Martial.* 10. 101 (coll. 1. 41. 16) « suo felix Cæsare Gabba vetus ». — Nomen sæpe corruptum occurrit in *Gabba* et græce Κάββα. Cf. *Bücheler, Rh. Mus. LIV.* 1.*sq.*

GABELLUS, i, m. 2. amnis ex Appenninis in Padum defluens, hod. *Secchia*, prope Mutinam. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 16. 20. (118).

GĀBĒLUS, i, m. 2. nom. vir. Hebraicæ originis, a *gabal* « terminavit » idem ac terminus, limes; sed melius fort. compos. a *gab* « altus » et *El* « Deus »; græce ap. *LXX.* Γαβαῆλος, cod. Sinait. Γαβῆλος. — Fuit Israelita quidam de Rages in Media, cognatione conjunctus cum Tobia, a quo certam pecuniæ vim (decem talenta argentea) mutuam acceperat; hanc vero postea per angelum Raphaelem, qui Azariam se esse dixerat, recepit Tobiæ filius, ut in libro *Tob.* 1. 17., 41. 21. etc. graphice narratur.

GĀBĒNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ oppidi Gabæ in Thraconitide. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81). — De eorum nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 344.

GABERIUS, ii, m. 2. judex Romanus, de quo legendus est *Varro* 2. *R. R.* 3. 10.

GĀBIÆ (Cabiæ), ārum, f. plur. 1. matronæ Rhenanæ a loco denominatæ, ubi erant cultæ, quamquam alii interpretantur ut quæ « donant vel dona impertiunt » *(Ihm)*, in *Corp.* 13. 7950., 7780., 7937. etc., ubi *Gabiabus (Cabiabus)* pro *Gabiis.* Idem videntur esse ac *Junones* in *Corp.* 13. 8612. IVNONIBVS SIVE GABIABVS. Cf. etiam *Roschers Lex. d. Myth. II.* 2466. — Etiam in num. sing. *Gabia* occurrit in *Inscr.* ap. *Brambach C. I. Rh.* 625. GABIAE SACRVM. Cf. *Grienberger, Ztschr. f. deutsch. Altert.* 1894. *p.* 191.

GĀBIĒNUS, i, m. 2. vir fortissimus, miles in classe Octaviani, contra Sextum Pompejum bellum gerentis, a. 718 = 36. in Sicilia, de quo legendus est locus *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (178.*sq.*).

GĀBII, ōrum, m. plur. 2. Scribitur etiam *Cabii* in *Tab. Peut.* et *Gavii* ap. *Jorn. Rom.* 104. *M.* et *Macrob.* 3. *Sat.* 9. 13. — Forma pluralis fort. est originis gentiliciæ, ut *Volsinii, Pompeji* etc. (Cf. *Schulze, Z. Gesch. d. lat. Eigenn. p.* 162. et 564). — Occurrit tamen etiam *Gabium*, in sing. num., ap. *Rav. p.* 274., coll. *Guid. cosm. p.* 479., qui contra *alib.* habet *civitatem Gabios.* — Apud *Propert.* 4. 1. 34. legitur *Gabi* pro *Gabii*, ut et in aliis similibus sæpe fit, præcipue ap. poetas.

Gabii ¶ 1. Oppidum Latii in via Prænestina, medium inter Romam et Præneste (*App. b. c.* 5. 23. ἐν μέσῳ Ῥώμης τε καὶ Πραινεστοῦ), hod. *Castiglione.* Memoratur *Liv.* 1. 53., 24. 10., 26. 9. et 41. 16., *Virg.* 6. *Æn.* 773 (coll. *Serv. ad l.)*, *Horat.* 2. *Ep.* 1. 25. et 2. 3., *Ovid.* 2. *Fast.* 690. et 783., *Juvenal.* 3. 192., *Flor.* 1. 7., *Frontin.* 3. *Strat.* 3. 3., *Val. Max.* 7. 4. 2., *Auct. de vir. ill.* 8., *Eutr.* 1. 8., *Oros.* 2. *Hist.* 4. — Conditum fuit a Siculis, id est a Galactio et Bio fratribus, si credimus *Solin.* 2.; dein colonia Albæ et unum ex præcipuis Latii oppidis, ubi fabulantur Romulum et Remum educatos fuisse *(Dionys.* 1. 84); incolis frequentissimum *(Propert.* 4. 1. 34); unde *cinctus Gabinus*, habitus quidam in sacris cærimoniis usurpatus, de quo *V.* **CINCTUS** in *Lexico.* — Captum a Tarquinio Superbo, qui per Sextum, filium suum, dolo usus, eo potitus est *(Liv.* 1. 53. et 54), fœdus fecit cum Romanis, cujus textus etiam tempore Horatii servabatur, in templo Sanci (Διὸς Πιστίου), in colle Quirinali, scriptus in pelle bovis, quem mactaverant, a *Dionysio* 4. 58. visus, qui fuit Horatio ætate suppar *(Horat. loc. cit.)*. — Post quam regum dominatio desiit, Sextus Tarquinius Gabios confugit, qui Romanorum socii in priorum sæculorum bellis simul dimicarunt et municipii juribus donati sunt; postremo tamen reipublicæ sæculo collapsi, dein, muris ædificatis, vires receperunt, Sullæ opera *(Gromat. p.* 234. *Lachm.*, coll. *Momms. Herm. XVIII.* 174), qui veteranos huc deduxit, magisque temporibus imperii usque ad sæc. III. p. Chr., fort. Domitiano imperante, adeo ut Hadrianus rursum Gabiis honores municipii restitueret, qui templum ibi Veneris Veræ Felicis et Romæ dicavit (V. *Eckhel*, 6. *p.* 510.*sq.*, coll. *Corp.* 14. 2798). — De Gabiorum monumentis consulendi sunt *Visconti Mon. Gabin.*, Roma 1797 *(Mediolan.* 1885); *Fea, Discuss. fisica* etc. *sulla città di Gabii e suo lago* Rom. 1824.; *Ashby, Gabii and its Neighbourhood Papers of the brit. school at Rome* 1902. *p.* 180.*sqq.*; *Pinza, Gabii ed i suoi monumenti, Bull. com. XXXI.* 1903. *p.* 320.*sqq.* et *Tomassetti, della Campagna Rom., Arch. d. società Rom. di stor. patr. XXIX.* 1906. *p.* 65.*sqq.* ¶ 2. Item oppidum seu vicus in Sabinis, juxta Lucretilem montem *(Monte San Gennaro)*. *Hor.* 1. *Ep.* 11. 7 *(Porphyr.* ad *l.* unum cum altero oppido confundit. Sic et *Acr.* ad *l.* Gabios et Fidenas civitates Sabinorum esse tradit). — Probabiliter situm erat circa vicum, qui hod. *Gavignano* appellatur (V. *Stevenson* in *Cimitero di Zotico p.* 59.*sqq.* et *Tomassetti op. cit. p.* 69). — Hinc *Gabinus (Cabinus)* — 1.°) Adj. ad Gabios, Latii oppidum, pertinens. — *a)* Generatim. *Liv.* 3. 5., coll. *Varr.* 5. *L. L.* 6. 33. Gabinus ager. *Ovid.* 2. *Fast.* 709. urbs. *Cic. Planc.* 9. 23. vicinitas. *Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 7066. municipes. — *b)* Speciatim, *Gabina Juno* dicta, quod Gabiis præcipue coleretur. *Virg.* 7. *Æn.* 682. Cf. *Serv.* ad *l.* — *Gabina Venus*, item. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1868. — *Gabinus cinctus* ap. *Ennod.* 2. *carm.* 87. vel *habitus* ap. *Schol. Pers.* 5. 31. V. supra. Hinc *gabinatus*, Gabino cincto indutus, ap. *Nepotian.* epit. *Val. Max.* 1. 13. — *Gabinus lapis* v. *saxum*, genus peperini, simile Albano, quod effodiebatur prope lacum Gabinum *(lago di Castiglione)*, ignibus impervium. *Tac.* 15. *Ann.* 42. — *Gabina* v. *Gabia aqua*, aquæ frigidæ, quarum beneficio præsertim Gabii denuo incolis aucti sunt. *Acr. Hor.* 1. *Ep.* 15. 9. et *Porphyr. Hor.* 1. *Ep.* 11. 7. — *Gabina via*, pars viæ Prænestinæ, inter Romam et Gabios *(Liv.* 2. 11., 3. 6. et 5. 49). — P. Scaptius hanc viam ornandam ac reficiendam sua impensa curavit. Cf. *Lanciani, Bull. com. II.* 1874. *p.* 43. — *Inscr.* ap. *Grut.* 150. 8., quam citat cl. *De-Vit*, est falsa *(Weiss* in *Corp.* 6. 5., 3294). — 2.°) Substantivorum more, cogn. vir., abs. apud *Momms.* in *Inscr.* mutila, *n.* 6702. — *Augustin.* 1. c. *Gaud.* 11. et 12. et 33., ubi alii leg. *Gabinius.* — *Gabini*, abs. incolæ. *Liv.* 6. 21., *Val. Max.* 7. 4. 2., *Frontin.* 1. *Strat.* 1. 4. et *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1368., 2193. etc. — *Gabinas (âtis)*, idem. *Gromat. p.* 257. *Gœs.* territorium. *Felix* pap. *ep.* 13. a. 487. *n.* 1. Andreas *(ep.)*. i. e. qui est ex Gabiis. — Abs. *Gabinates*, incolæ. *Gromat. p.* 257. *Gœs.* — *Gabinius* — 1.°) Adj., ut *Gabinia lex*, multiplex, sc. — *a)* De uno imperatore contra prædones constituendo, a. 687 = 67., lata ab A. Gabinio trib. pl. *Liv. epit.* 99., *Cic. Manil.* 18. 54., coll. 19., *Vellej.* 2. 31., contra quam dixit Hortensius *(Cic. Manil.* 17. 52., coll. *Ascon.* in *Cornel. p.* 71.*sq.)*. — *b)* De versura Romæ provincialibus non facienda, ab A. Gabinio trib. pl. lata eod. an., dicta *Auli lex* a *Cic.* 6. *Att.* 2., qua cautum erat, ne provincialibus liceret Romæ pecuniam fenori sumere *(Cic. ibid.* 5. et 6). Cf. tamen de auctore *Ascon.* ad *Cornel. p.* 66. *Or.* — *c)* De senatu legatis dando, ab eod. Gabinio lata an. eod., qua sancitum est, ut mense toto Februario, *i. e.* omnibus diebus, quibus haberi posset, senatus legationibus daretur *(Cic.* 2. *Q. fr.* 13). — *d)* De dandis consuli M.' Acilio Glabrioni Bithynia et Ponto, lata eod. an. ab eod. trib. pl. *Sall. hist.* 5. ap. *Prisc. gr. XVIII. p.* 225. *H.* — *e)* De mandandis magistratibus, lata a Q. Gabinio a. 616 = 138., tabellaria. *Cic. Læl.* 12. 41., coll. 3. *Legg.* 16. 35. — 2.°) Substantivorum more, nom. vir. gentis satis antiquæ et illustris, fort. Gabiis oriundæ. — *Gabinio* pro *Gabinios* v. *Gabinius*, ἀρχαϊκῶς, sæpe in titulis ap. *Garrucci, Syll. n.* 501., 503., 505. etc. — *Gavinius* pro *Gabinius*, ex solita litt. *b* et *v* permutatione, ap. *Macrob.* 3. *Sat.* 14. 15. Occurrit in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 502., et *Corp.* 6. 18838. — *Gabinia*, nom. gent. mul. in *alia* ap. *Bottari, Rom. Sott. II. p.* 21., *Corp.* 6. 18836 *(via Latina)*, *Not. degli scavi* a. 1914. *p.* 97 *(Romæ)*. — Apud scriptores ex præcipuis memorantur — *a) A. Gabinius*, qui, legatus in bello sociali, contra Marsos dimicavit *(Flor.* 3. 18. 13) et contra Lucanos a. 669 = 85. et quidem prospere, plurimis oppidis expugnatis, sed in obsidione hostilium castrorum occubuit *(Liv. epit.* 76. et *Oros.* 5. *Hist.* 18., ubi perperam *C.* pro *A.* præn.). — *b) A. Gabinius,*

haud recte C. *Gabinius* dictus *Cic. prov. cons.* 5., probabilius errore librariorum. — Fuit trib. pl. a. 687 = 67., quo legem tulit, ut Cn. Pompejo imperium committeretur totius oræ maritimæ bellumque contra prædones gerendum (*Vellej.* 2. 31., coll. *Plut. Pomp.* 17. Cf. etiam *Gabinia lex*, de qua superius dictum est). — Dein legatus Pompeji, maxime in bello Judaico, cum exercitu Hierosolymam missus (*Oros.* 6. *Hist.* 6); consul cum L. Calpurnio Pisone Cæsonino a. 696 = 58., quibus consulibus, Cicero in exsilium actus est (*Dio* 38. 30., coll. *Cassiod.* in *chron.*) et Serapis, Isis et Harpocrates, dii barbari, Capitolio prohibiti (*Tertull. apol.* 6. et *nat.* 1. 10); et proconsul Syriæ a. 697 = 57., ubi pontificatum restituit Hyrcano, et, ejecto Archelao, Ptolemæum Auletem reduxit in regnum Ægypti (*Liv. epit.* 105); ita honoratus ut ab eo dein dictum sit *Gabiniopolis* oppidum Bethsean (*Hamburger, Encycl. II*). Sed, provincia pessime administrata (*Zonar.* 5. 7), a Senatu revocatus est a. 698 = 56., etiam supplicatione ei negata (*Cic. prov. cons.* 4. et 10. et *alib.*). — Romam reversus a. 699 = 55. mox de majestate, de repetundis et de ambitu accusatus a C. Memmio, et quamquam defensus a Cicerone, teste *Quintil.* 11. 1. 73., damnatus est, sed precibus Sisennæ, ejus filii, capitali pœna liberatus (*Val. Max.* 4. 2. 4), in exsilium tamen ivit, a quo a. 705 = 49. una cum ceteris exsulibus revocatus, a Cæsare dictatore, postea in bello civili pro eo militavit (*Cæs.* 3. *B. C.* 4. et 103); sed in Illyrio a barbaris in bello oppressus Salonæ periit. — Inter ejus dotes memorat *Macrob.* 3. *Sat.* 14. 15. saltandi peritiam (!). — Alia plura colliges ex *Cic.* et a Græcis *App.*, *Plut.* et *Dion.* — c) Alii mentione digni: *Gabinius Barbarus Pompejanus*, proconsul Africæ a. 400. et 401. sub Arcadio et Honorio impp., dictus fere *Pompejanus* abs. in *Cod. Theod.* (2. 1. 28., 2. 8. 7., 8. 10. 3. etc.) et ap. *Symmach.* 5. *ep.* 65., qui eum vocat « clarissimum et optimum juvenem », si tamen de eo loquitur. Cf. etiam *Inscr.* ap. *Momms. n.* 1946. — Item *A. Gabinius Secundus*, consul suffectus, fort. a. 791 = 38. p. Chr., legatus Germaniæ a. 794 = 50., ubi Maurusios sive Chaucios vicisse traditur *Sueton. Claud.* 24. — Item *P. Gabinius Capito*, idem fort. qui *P. Gabinius Cimber*, « omnium scelerum improbissimus machinator » (*Cic.* 3. *Cat.* 5. 6. et 6. et 4. *ibid.* 6); Catilinæ socius, qui urbem incendere statuerat; verum detectus debitam pœnam subiit in Tulliano (*Sall. Cat.* 17. 43-46. et 55). — *Gabinianus* — a) Cogn. vir., a *Gabinio* aliquo ductum. — In titulis: *Corp.* 8. 1165. — Apud scriptores: *Sext. Julius Gabinianus*, rhetor celeberrimus in Gallia, de quo *Hieronym.* in *Is. præf.* ad *l. VIII.* « Qui flumen eloquentiæ et concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum, Gallionem, Gabinianum ». Adde *eund.* in *chron.*, coll. *Tac. orat.* 26. — b) Adj. ad Gabinium aliquem pertinens, ut *Gabiniani milites*, dicti ab A. Gabinio consule a. 696 = 58 (*Val. Max.* 4. 1. 15). — Absolute ap. *Cæs.* 3. *B. C.* 4. — *Gabiniana via* in Dalmatia, quæ a Salonis Andetrium ducebat, a Dolabella legato aperta ca. a. 16. p. Chr. (*Corp.* 3. 3200); cur vero ita sit denominata, non liquet. Cf. *Momms.* ad. *Corp.* n. c.

GĀBĪNĬĀNUS et
GĀBĪNĬUS et
GĀBĪNUS et
GĀBĬUS. *V.* voc. præc.

GABO, ōnis, m. 3. nom. gent. vir., quo appellatus est *L. Gabo Arunculejus*, ut ap. *Wilmanns, Inscr. n.* 665.

GĀBŎLUS (Gavolus) i, m. 2. cogn. vir., ut *Licinius Gabolus* ap. *Tac.* 14. *Ann.* 12.

GABRI, ōrum, m. plur. 2. populus, circa Mæotidem habitans. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (21).

GABRĪĒL, nom. indecl. m. 3. (Γαβριήλ *LXX*). Occurrit tamen etiam *Gabriel*, *ēlis*, 3. ap. *Hieronym.* ad *Is.* 33. 3. et *Dan.* 8. 16. et in *Inscr.* metrica ap. *Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaul. n.* 195. Adde formam *Gabrielus*, *i*, in *Anth.* infra cit. — Secundam licenter producit *Prudent. dittoch.* 97.; sed prima anceps est. — Ad significationem quod attinet, vox hebraice est *Gabrī' ēl*, compos. ex *geber* « vir v. fortis » et *El* « Deus », idem ac *heros* v. *fortis Dei* vel *vir Dei*, i. e. legatus Dei (*Jones, Prop. Names p.* 128); communius vero *fortitudo Dei* vel *cui Deus fortitudo est*. Cf. *Isid.* 7. *Orig.* 5. 10. — Gabriel, unus ex tribus angelis, qui in sacris litteris nominantur et ex septem primariis, qui astant ante Deum, quasi peculiares in rebus majoris momenti divinæ voluntatis administri (*Luc.* 1. 9., coll. 12. 15. et *Apoc.* 1. 4), qui et archangelus dicitur (*Ambros. l. de Sp. S.* 7., *Augustin. serm.* 18. *de temp.*, *Greg. M. hom.* 34); quocirca, quamquam sunt qui pænultimo angelorum ordini eum adscribant, plerique alii, probabilius, primum ei vindicant, ad quem Seraphim pertinere novimus (Cf. *Lap. in Dan.* 9). Memoratur, præter quam in sacris litteris (*Dan.* 9. 21., *Luc. cit.* et *alib.*), etiam ap. *Greg. M. hom.* 34. *de Gabr.* Ad hoc ministerium summum angelum venire dignum erat, qui summum omnium nuntiabat. *Prudent. perist.* 2. 456. « Emitte (*Christe*) Gabriel tuum ». *et ditt.* 97. « Gabriel Patris ex solio sedemque repente Intrat virgineam ». *Inscr.* ap. *Le Blant loc. cit.* « Hæc in honore sacri Gabrielis cuncta coruscant, Qui pia jussa Dei rite minister agit ». Adde *ibid. n.* 196.; et scriptores ecclesiasticos passim. — Ter in sacris litteris inducitur loquens et quidem de iis, quæ ad Incarnationis dominicæ mysterium pertinent; nempe 1.° bis Danieli apparuit; sc. *Dan.* 8. 16., ubi primum symbola animalium, quibus designabantur Persarum et Græcorum reges, proposuit; dein *Dan.* 12. 21., ubi de LXX. hebdomadis vaticinium prompsit celeberrimum. — 2.° Zachariæ sacerdoti, ut ei nuntiaret nativitatem Johannis, præcursoris Christi (*Luc.* 1. 19). — 3.° Mariæ Virgini (*Luc.* 1. 28), cui divinam maternitatem revelavit; ita ut nuntius Danieli fuerit mysterii Messianici olim complendi; Zachariæ, Messianici præcursoris adventûs; Mariæ denique Messianicæ incarnationis, vere primus evangelii præco merito dicendus. — Addimus in Talmud tradi eum flammas exstinxisse fornacis, in quam conjecti fuerant Ananias, Misael et Azarias (*Dan.* 3. 21., coll. 25); tum etiam Moysem sepelisse (quod potius Michaeli esset tribuendum: cf. *Jud. v.* 9) et Sennacherib exercitum ad internecionem delevisse (*Targ.* in *Deut.* 34. 16. et 2. *Par.* 32. 21); quæ tamen nulli fundamento innituntur. — Hinc *Gabrielus*, præf. Urbi a. 543. *Anth.* 116 = *Novell.* 125.

GABRŌMĀGUS, i. m. 2. oppidum Illyricum in finibus Dardaniæ ad radices monti Scardi, hod. *Windischgarsten*, memoratum in *Itin. Ant. p.* 276. Cf. *Corp.* 3. *p.* 618. et 682. et *Glück, Kelt. Namen* 43., 124.

GAD, nom. indecl. Hebr. *Gād* « fortuna (Cf. *Gen.* 30. 11) v. spoliator » (Cf. *Gen.* 49. 19); *LXX*. Γάδ. — *Gaddi* scribitur pro *Gad* ap. *Vulg.* 1. *Par.* 12. 8. — Gad ¶ 1. Fuit septimus filius Jacob, quem hic primum suscepit a Zelpha, natus, ut Aser, ejus frater, in Mesopotamia (*Gen.* 30. 11. et 35. 26), in censu filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum cum Jacob, decimus (*Exod.* 1. 4. et 1. *Par.* 2. 2), septem filiorum pater (*Gen.* 46. 16), qui totidem familiis originem dedere (*Num.* 26. 15-18). — De eo quæ porro in sacris litteris leguntur, ad tribum pertinent, cui nomen indidit hic patriarcha. — Hæc autem quum terra Chanaan in tribus Israeliticas est divisa, possidendum accepit territorium uberrimum (Cf. *Num.* 32. 1) trans Jordanem inter Manassen ad septentr. et Ruben ad merid. in Galaaditide (*Jos.* 13. 24-28., coll. *Num.* 32. 34-36). Memoratur etiam in celebri inscriptione regia Mesa (*lin. X*). — De Gad, idest de ejus tribu, hæc prædicit Jacob moriturus, *Vulg. Gen.* 49. 19. « Gad accinctus prœliabitur ante eum et ipse accingetur retrorsum ». Locus obscurior, qui tamen ita exponendus videtur « Gad magnum exercitum habebit adorientem se, sed non deficiet et in fine aggressores ipsos aggredietur », quo, artificiosa in Hebraico textu paronomasia expresso, bellica Gad prædicitur excellentia. Cf. *Deut.* 33. 20., ubi Gad vocatur leo (qui ex situ *leo* orientalis dici potest, ut Juda, *catulus leonis*, occidentalis). *et* 1. *Par.* 12. 15., ubi *filii Gad* vocantur *principes exercitus*, qui *omnes fugaverunt* Chananæos. Adde *Jud.* 10. 8. 17. et 11. 4. 33., coll. 1. *Par.* 12. 8-13. etc. — Fuit tamen ad luendam idololatriæ pœnam una ex tribubus a Theglath-pileser in servitutem abducta (1. *Par.* 5. 26). — Hinc *Gaditæ*, ejus posteri appellati. *Vulg. Jos.* 1. 12., 12. 6. et 22. 1. *Par.* 26. 32. — *Gadus*, adj. ad Gad patriarcham pertinens. *Cyprian. Gall. Jos.* 98. et 42. ¶ 2. Item propheta temporibus David, dictus modo *videns*, Hebr. *hhozêh* (« in volumine, Gad videntis » 1. *Par.* 29. 29) et etiam *videns David* (2. *Reg.* 24. 11), modo *propheta*, Hebr. *nābī'* (« dixitque Gad propheta ad David » 1. *Reg.* 22. 5). Pluries occurrit ejus mentio in libris Regum et Paralipomenon, ubi in fine libr. I. memoratur, inter fontes historiæ David, *volumen Gad videntis* (hebr. *dibrê Gād hā-hhōzeh*: 29. 29). ¶ 3. Fuit etiam dea Chananæa et Aramæa circa Libanum (Gr. Τύχη, *Vulg.* Fortuna [*Is.* 65. 11]; a rd. *gadad*, « cecidit, truncavit et, transl., definivit » = Μοῖρα « Parca » apud Græcos, i. e. fatum, sors, sed fere in bonum sensum adhibita). Memoratur *Vulg. Jos.* 11. 17., ubi legitur *Baal-Gad*, i. e. Dominus-Gad (*Lahemacher, De Gad et Meni Obs. IV. p.* 18). — Ejus cultus in Syria maxime vigebat (*Paus.* 6. 2. 4) ac diu permansit, ut patet ex inscriptionibus ibi collectis (Cf. *Bäthgen, Beitrag. p.* 77-78.; *Smith, Thes. Syriac. I* [1879] *c.* 650.; *Le Bas et Waddington, Voyag. arch., Inscript. III* [1870] 2413), et ex nummis (*Saulcy, Numism. de la Terr. Saint.* Paris 1874. *p.* 4-5., 373-374., *pl. XXIII.* 1-3.; et *Cohen, descr. hist. des monn. frapp. sous l'emp. rom.* Paris 1880-1892. *IV. p.* 328. *n.* 46., coll. *VIII. p.* 385). In inscr. Palmyr. *Gad* prostat uti deus tribus *Benê-Theima* (*De Vogüé, Inscr. sémit.* Paris 1868-1877); multa etiam nomina Palmyrena et Phœnicia ex eo, uti præcipuo elemento, composita sunt (*Kerber, Hebr. Eigenn.* 1897. *p.* 68). — Etiam ab Hebræis colebatur; quia nonnulli putant hujus numinis cultum reperiri in ipsa familia Jacob; Zelpha enim filium edente, Lia, ejus hera, dixit: Feliciter, hebr. *ba-gad*, i. e. venit *Gad* (deus), dæmon scilicet v. astrum propitium; Gad namque assimilatus fuit planetæ Jovi v. Veneri (*Gesen. Comm. über Jes. II. p.* 285.*sq.*): sic etiam interpretatus est *Onkelos* in *Targ.* « 'atba' Gad ». Quum vero ambigua sit significatio vocis, quæ ἐν τύχῃ vertitur a *LXX.*, ut etiam hebraice sonat; nec possit inde et ex aliis rei adjunctis illorum sententia comprobari, Vulgatæ interpretationi omnino adhærendum esse arbitramur; concedere tamen nihil vetat, Liæ, quæ ex regione Aram originem ducebat, hoc numen cognitum esse potuisse (Cf. *Augustin.*, *quæst. in Heptat*, 1. 91. V. etiam *Lagrange, Étud. sur les relig. sémit.* 709).

GADĀNUS, i, m. 2. oppidum Arabiæ Felicis, memoratum *Mel.* 3. 80. *Fr.*

GĀDĂRA, æ, f. 1. et Gadara, orum, n. pl. 2. (*Hieronym. onom. p.* 133. *P.*, coll. 171. et *p.* 9) urbs præcipua seu metropolis (ita a Gabinio constituta) in Decapoli Palæstinensi, regionis Transjordanicæ, sita in monte, ad cujus radices aquæ calidæ erumpunt, balneis desuper ædificatis, ut tradit *Hieronym. loc. cit.*, et munitissima, etymo sic nominis respondens, quod est muris cincta (*ta murata*), hod. *Mkes* (al. *Umm Qeis*), non confundenda cum *Gadara* Peræa (Γάδαρα *Ptol.* 5. 14. 18. et *Polyb.* 5. 71. et 16. 39) ap. *Jos. b. J.* 4. 7. 3-6., quam Vespasianus a. 68., post quam ei strenue restiterat, cepit ac vastavit, quamquam de hoc non convenit inter geographos, ex quibus sunt qui nullum putant esse discrimen; nec etiam, cum *Gerasa*, alia Decapoleos urbe, ut monet *Hieronym. loc. cit. p.* 155. et 157. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 18. 16. (74)., *Varr.* 1. *R. R.* 44. 2., ubi *Garada* ex errore; in *Itin. Ant. p.* 197. et 198., ubi *Cadara*, et *Rav. p.* 84. et *Corp.* 3. 181. — Fuit eversa ab Alexandro Jannæo, sed a Pompejo instaurata, qui eam Judæis ereptam Græcia tradidit, unde dicta est πόλις Ἑλληνίς (*Jos. ant.* 17. 11. 4). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 438.*sqq.* et *Head*, 787. — Plura colliges apud *Guérin, Galil. I.* 295-308.; *Merrill, East of the Jordan* 145-158. et *Schlatter, Zur Top. u. Gesch. Paläst.* 44.*sqq.* — Hinc *Gadareus* (Γαδαρεύς), ad Gadaram Syriæ Decapolitanæ pertinens, ut *Theodorus Gadareus* ap. *Sueton. Tib.* 57.

GĀDĂRĒNI. *V.* **GERASENI.**

GĀDĂREUS, a, um, adject. *V.* **GADARA.**

GADARICUS, i, m. 2. pater Filimeris, regis Gothorum, quem *magnum* vocat *Jorn. Get.* 121. *M.* — In genet. etiam *Gadarigis*, *ibid.* 26., de quo vd. *Müllenhoff* ap. *Momms.* in *Ind.* ad *h. l.*

GADDA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum tribus Judæ in extrema Daroma. *Euseb. onom.* 245 = *Hieronym. onom.* 127. et *Rav. p.* 88., fort. idem cum Γιτθα ap. *Jos. b. J.* 1. 17. 2. et Hazar Gadda *Jos.* 15. 27. ¶ 2. Item oppidum Arabiæ Petrææ, inter Philadelphiam et Haditha. *Tab. Peut.* et *Not. Dign. or.* 80., ubi erat statio Equitum sagittariorum indigenarum (*Steph. Byz.* χώριον 'Αραβίας), hod. *Chan* prope *Kal'at ez-Zerka.* Cf. *Brunnow* et *Domaszewski, Die Prov. Arab. II.* 224.

GĀDES, ium, f. plur. 3. (Γάδειρα, ων; *Ion.* Γήδειρα; Εὔμηλος *Plat. Crit.* 114. 6) Declinatur etiam in sing. num. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). « Gadis inter insulas ». — Etymon repetendum a lingua Punica, in qua *Gadis* et *Gadir* (*Gaddir*), unde Gr. Γάδειρα, significat *sæpem* (*Id.* 4. *ibid.* 22. 36. [120] et *Avien loc. cit.*). — Nomina ejus apud veteres sunt: — *Erythia*, « quoniam Tyrii aborigines earum orti ab Erythro mari ferebantur » (*Plin. ibid.* et *Mel.* 2. 46., coll. *Pherec.* ap. *Strab.* 3. 169). — *Cotinusa*, teste *Priscian. periheg.* 463. — *Aphrodisias*, a Timæo et Sileno dict. (*Plin. loc. cit.*). — *Junonis*, ab indigenis (*Plin. ibid.*). — *Potinusa*. V. suo loc. — *Tartessos* v. *Tartessum* (nom. fabulosum), a fluvio Bæti, qui et Tartessum, ad cujus ostium sunt Gades (Cf. *Besnier, Géogr. Ant.* 1914. *p.* 323). *Plin. loc. cit.* et *Sall. hist.* 2. 5., *Avien. or.* 85., coll. *Cic. Cat.* 19. 69. et *dom.* 30. 80. — *Gadir (Gaddir)* v. *Gadira*, ap. *Priscian. de nom. p.* 444. 22. *K.* et *Avien. orb.* 610., qui varia nomina ita describit: « Gadir prima fretum solida supereminet arce Attollitque caput geminis inserta columnis (*colonne d' Ercole*). Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni; Barbara quin etiam Gadea hanc lingua frequentat, Pœnus quippe lacum Gaddir vocat undique sæptum Aggere producto etc ». — Cur vero in plur. num. occurrat, ita explicat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 4. *loc. cit.* « Ab ostio freti - Gadis, longa, ut Polybius scribit etc. - habet oppidum civium Romanorum. Ab eo latere, quo Hispaniam spectat - altera insula est longa etc. - in qua prius oppidum Gadium fuit »; unde efficitur insulas proprie fuisse duas.

Gades, urbs (*Strab.* 1. 38. et 3. 169) et insula (*Ptol.* 2. 4. 16) Hispaniæ Bæticæ (*Mel.* 2. 97. et 3. 90) cum arce et portu capacissimo (*Curt.* 4. 4. 20., *Vellej.* 4. 36. 2. et *Plin. loc. cit.*), olim creditæ ultimus terminus orbis habitabilis ad occidentem (*Ptol. loc. cit.* et *Pind. Nem.* 4. 112). Cf. *Horat.* 2. *Od.* 2. 9., *Juvenal.* 10. 1., *Stat.* 3. *Silv.* 1. 180., qui Gades vocat *cubilia solis*, quia in extremo occidente sitæ, hod. *Cadice*, patria Columellæ, L. Cornelii Balbi, Domitiæ Paulinæ matris Hadriani imp., Junii Moderati philosophi Pythagorei, Canii Rufi poetæ etc. — De insula. *Mel.* 3. 46. Angusto spatio et veluti flumine a continente abscissa, qua terris propior est, pæne rectam ripam agit. *et ibid.* Quo oceanum spectat duobus promunturiis evecta in altum medium litus abducit. — De urbe. *Id. ibid.* Fert in altero cornu ejusdem [atque insulæ] nominis urbem opulentam, in altero templum Ægyptii Herculis. Condita fuit a Phœniciis (*Mel.* 3. 46., *Vellej.* 1. 2. 4., *Justin.* 44. 5. 2., *Diod.* 5. 20. 2. Cf. *Movers, Die Phönizier II.* 2. 148) in hac parva insula, a continente brevi euripo sejuncta. Dein a Carthaginiensibus occupata, sed mature cum Romanis, qui exeunte sæc. III. a. Chr. ea potiti sunt, fœderata (*Cic. Balb.* 15. 34. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. [36]). Postremo autem reipublicæ sæculo duo L. Cornelii Balbi, patruus et nepos, Gaditani, in natali urbe adornanda toti fuere; quin alter urbem novam condidit novumque portum in continente, exadversum antiquam, cui pons novam conjungebat. — Fuit tribu Galeriæ adscripta et municipium (*Colum* 8. 16. 9), a Cæsare et ab Augusto beneficiis affecta (*Liv. epit.* 111., *Flor.* 3. 13. 29. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 36. [119]. V. infra), imperii temporibus florentissima, caput *conventus juridici* (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. [7]), celeberrima ob templum Herculis Ægyptii « conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre: Tyrii constituere, cur sanctum sit, ossa ejus ibi sita efficiunt - opes tempus aluit » (*Mela* 3. 46., coll. *Strab.* 3. 169). Hinc *Priap.* 75. 8. « tutela Rhodos est beata Solis, Gades Herculis humidumque Tibur ». Cf. etiam *Cæs.* 2. *B. C.* 18., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 97. 100. (219). et 19. *ibid.* 4. 22. (63)., *Priscian. perihеg.* 73. et 462. — Morum tamen corruptela in mulieribus, e loci situ amœnissimo, commercio, frequentia, opibus vehementer excitata, maxima ibi erat, quam carpit *Martial.* 1. 62., 3. 63., 5. 77. et 6. 71.; ex ea enim urbe Romam veniebant meretriculæ lascivis modis saltandi et cantandi peritæ, uti tradunt *Juvenal.* 11. 162. et *Stat.* 1. *Silv.* 6. 71., qui *tinnulas Gades* dixit, quia et cantu edoctæ erant puellæ Gaditanæ et crispi lateris motu sub crotalo. — De Gadibus cf. etiam *Cic.* 10. *Fam.* 32., *Solin.* 2., 29. et 56., *Ampel.* 6., *Liv.* 21. 21., 24. 49., 26. 43. et alib., *Flor.* 4. 17. 7. et 4. 2. 29., *Lucan.* 3. 279., 7. 187., 9. 414. et 10. 457., *Prudent.* 1. *Symm.* 226. etc. — Huc spectat quoque *Itinerarium* a Gadibus Romam, ad Aquas Apollinares repertum editumque et illustratum a cl. *Garrucci* in *Diss. Arch. I.* — De earum nummis vd. *Eckhel* 1. *p.* 19-21., *Head, H. N.* 3., *Delgado, Medallas autónomas II.* Sevilla 1876. *p.* 38.*sqq.*; et de inscriptionibus vd. *Corp.* 2. 1724-1922. — Cf. etiam de iis *Meltzer, Gesch. d. Karth. I.* 93.*sqq.*, 106.*sqq.* et 459. et *Willrich, PWK.* 7. 439-461. — Hinc *Gaditanus*, adj. — a) Generatim. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). conventus. *Cic. Balb.* 18. 42. populus. *Itin. Ant. p.* 409. portus. *Cic. Balb.* 10. 25. civis. *Colum.* 10. 185. lactuca. *Liv.* 28. 2. provincia. *Cic. Balb.* ... *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 36. (120). urbs. *Cic. Balb.* 14. 32. et 15. 34. fœdus. *Porphyr.* ad *Hor.* 3. *Od.* 3. 46. mare. *Martial.* 6. 71. modi. et 3. 64. cantica. *Apul. mund.* 6. columnæ. — b) Speciatim *Gaditanum fretum*, quo mare Mediterraneum cum oceano Atlantico conjungitur, inter Hispaniam et Africam (Mauretaniam Tingitanam), et duabus columnis Herculis, quæ dicuntur, (*Abila* et *Calpe*), constrictum (*stretto di Gibilterra*). Memoratur *Mel.* 1. 7. et alib., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 1. (3). et alib., *Flor.* 3. 6. et 4. 2., *Macrob.* 7. *Sat.* 12. 35., *Solin.* 18., 23. et 24., et ex Græcis *Strab.* 3. 170. et *Plut. Sert.* 8. — *Gaditanus Hercules*, qui Gadibus celebre templum habebat ap. *Ulp. frg. tit.* 22. 6. (*V.* supra). — *Gaditanus Argenthonius*, rex, cui « Anacreon CL. annos tribuit ». *Plin.* 7. *Hist. nat.* 48. 49. (154). — *Gaditanus*, abs., *L. Cornelius Balbus*, ap. *Cic.* 7. *Att.* 7. — *Gaditanus*, sing. num., collective de omnibus civibus, ap. *Martial.* 10. 102. et *Plin.* 2. *ep.* 3.; *Gaditani*, plur. abs., incolæ, quos Cæsar omnes civitate Romana donavit a. 705 = 49., teste *Dion.* 41. 24. Cf. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 36. (119). « Gadis habet oppidum civium Romanorum, qui appellantur Augustani, urbe Julia Gaditana ». *Cic. Balb.* 18. 41. et 19. 44. — *Gaditanæ*, abs., puellæ Gaditanæ, ap. *Plin.* 1. *ep.* 15. — *Gaditana*, cogn. mul. *Corp.* 2. 2277.

GADĪAUFALA, æ, f. 1. Scribitur etiam *Gazaufala*, *Gazaufula*, *Gasaupala* etc. (Γαζαγούπαλα in optt. mss.). — Est autem oppidum Numidiæ ad meridiem Cirtæ (*Costantina*), in *Corp.* 8. 4800., *Itin. Ant. p.* 41. et ap. *Rav. p.* 149. Memoratur etiam *Cyprian. sent. ep.* 78. et *Augustin. bapt.* 2. 20.

GADĪNĬĀNUS, a, um, adj., ut *Gadiniana* basilica in *Corp.* 8. 2835., ubi tamen alii interpretantur, ut sit cogn. mul. V. *Cavedoni* in *Opusc. di Modena VI.* 337.

GĀDIR et Gaddir. *V.* **GADES.**

GADĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* **GAD.**

GĀDĪTĀNUS. *V.* **GADES.**

GADOLUS, i, m. 2. deus quidam peculiaris loci ignoti, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1995.

GĀDUS, a, um, adject. *V.* **GAD.**

GÆSÆO et Gæsso, ōnis, m. 3. statio vel mutatio in finibus Italiæ, in regione Alpina (*Alpe Cozia*), inter Segusionem et Brigantionem, hod. *Cesanne*. Memoratur in *Itin. Hieros. p.* 556. et *Corp.* 11. 3282. et ap. *Rav. p.* 249. Cf. *Momms.* in *C.* 5. *p.* 811.*sq.* et *Desjardins, Tabl. de Peut.* 151.

GÆSUS, i, m. 2. fluvius Ioniæ, inter Prienem et Miletum ostium suum habens. *Mela* 1. 87. — *Gessus* dicitur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (113).

GÆTŪLI. *V.* voc. seq.

GÆTŪLĬA et Getulia, æ, f. 1. regio Libyæ interioris, confinis Mauretaniæ et Numidiæ ad meridiem, hod. *la Saara Algerina* et *la Barberia* memorata *Varr.* 2. *R. R.* 11. 11., *Plin.* 21. *Hist. nat.* 13. 45. (77). et alib., *Flor.* 3. 1. 12., *Ampel.* 6., *Claudian. carm.* 17. 306. et *Apul. apol.* 24. et 41. — Hinc *Gætuli* (*Getuli, Cetuli, Gaituli* in inscriptionibus: cf. *Orelli n.* 2276), incolæ, unde regio denominata est, Γαίτουλοι et Γαιτοῦλοι *Dio per.* 255., *Ptol.* 4. 6. 15.*sq.*, *Dio C.* 43. 3. et alib., *Ath.* 2. 62), populus frequens multiplexque, nomas, bellicosus, latrociniis deditus (*Mel.* 1. 23. et *Sall. Jug.* 103), in deserto degens inter Syrtim parvam et oceanum Atlanticum. ¶ 1. Stricto sensu. *Sall. Jug.* 18. Africam initio habuere Gætuli et Libyes asperi incultique, queis cibus erat caro ferina atque humi pabulum uti pecoribus: ii neque moribus nec lege aut imperio cujusquam regebantur: vagi, palantes, quos nox coegerat, sedes habebant. *Mela* 3. 104. Nigritarum Gætulorumque passim vagantium ne litora quidem infecunda sunt, purpura et murice efficacissimis ad tingendum et ubique quæ tinxere clarissimis. Adde *Flor.* 4. 12. 40., coll. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (13). ¶ 2. Latiore sensu Gætulorum nomine plures populos seu nationes appellatas fuisse colligitur ex inscriptionibus et libris, ex quibus memorantur *Gætuli Autotoles* ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 1. 1. (9); *Gætuli Daræ* ap. *eund. ibid.* (10).; *Gætuli Quinquegentani* ap. *Arnob.* 1. *p.* 10.; immo nationes sex Gætulicæ in *Corp.* 5. 5267. — Cum Jugurtha traduntur Romanis bellum intulisse, qui tunc illi Numidico parebant; dein Marium secuti sunt alii, alii Cæsarem in bello civili; aliquando vero soli cum Romanis bella gesserunt, sed victi fuere a Cornelio Cosso procons. a. 759 = 5., qui cognominatus hinc fuit *Gætulicus*, teste *Flor.* 4. 12. — Hinc quoque inter alas cohortesque auxiliarium reperiuntur in exercitu Romano (*Corp.* 5. 7007., 7039., 7895., coll. *Dessau* 2721., 6860). — In sing. num. *Gætulus* — 1.°) Adj. ad Gætulos pertinens. — a) Generatim. *Virg.* 5. *Æn.* 351. leo. *Stat.* 5. *Silv.* 2. 118. equus. *Ovid.* 2. *Fast.* 319. et *Horat.* 2. *Ep.* 2. 181. murex. *Claudian. carm.* 7. 81. pater. *Horat.* 3. *Od.* 20. 2. leæna. *Claudian. carm.* 26. 60. arenæ. *et* 8. 438. undæ. *Virg.* 4. *Æn.* 40. urbes. *Stat.* 4. *Theb.* 494. silvæ. *Martial.* 10. 20. mapalia. *Claudian. carm.* 15. 357. jugera. 29. 41. arma. — b) Speciatim. *Virg.* 4. *Æn.* 326. Jarbas. et *ibid.* 51. et 192. Syrtes. *Claudian. carm.* 38. 148. Thetis. — *Gætulus*, abs., sensu collectivo. *Lucan.* 4. 677. et *Claudian. carm.* 8. 226. — 2.°) Cogn. vir. *Corp.* 6. 18842 (*prope s. Petri ad vincula*); 8. 2208. — Abs. *C.* 2. 1976. et 8. 5196. — *Gætulicus (Getulicus)* — a) Adj. idem. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 31. 36. (201). purpura. *et* 35. *ibid.* 6. 26. (45). purpurissum. — b) Cogn. vir., præsertim in gente *Cornelia, Julia, Junia* etc. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6970., *Corp.* 8. 6227. et 5. 1667., ubi *Cetulicus*. — Fuit etiam ita abs. cognominatus poeta epigrammaticus, ap. *Val. Prob.* ad *Virg.* 1. *G.* 227., coll. *Juvenal.* 8. 26. — *Gætulius (Getulius)*, cogn. vir. *Corp.* 5. 7312.; 12. 437. et 3596 (*Nemausi*). — Abs. martyr, passus Romæ cum sociis, de quibus *Martyr. Rom.* IV. id. Jun. ed. 1914. p. 172. « Romæ in via Salaria passio beati Getulii clarissimi et doctissimi viri, sociorumque Cerealis, Amantii et Primitivi, qui jussu Hadriani imp. a Licinio consulari tenti, primo cæsi, deinde in carcerem trusi; postremo incendio traditi, quum nullo modo ab igne læsi fuissent, fustibus illiso capite, martyrium compleverunt, quorum corpora Symphorosa, beati Getulii uxor, collegit et in arenario prædii sui honorifice sepelivit ». Cf. *Act. s. Symph.* et *VII. fil. n.* 1., ubi Getulius etiam *Zoticus* appellatur, non confundendus cum alio, cujus memoria exstat in via Labicana, ubi cœmeterium est ab eo nuncupatum, de quo V. *Stevenson, Il Cimitero di Zotico p.* 21.*sq.*

GÆTŪLĬCUS et
GÆTŪLĬUS et
GÆTŪLUS. *V.* voc. præc.

GAGÆ, ārum, f. plur. 1. (Γάγα *Hierocl.*, Γαγαία πόλις *Scyl.*, Γάγας *Steph. Byz.*) oppidum in ora Lyciæ, ad meridiem Myræ, in Asia, nomine fort. ducto a Gage, ejus regionis fluvio. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 28. (100). — Hinc *Gagates*, lapis, de quo V. *Lexicon*. Cf. *Nic. Theriaca* 37. et *Forbes, Travels in Lycia, I.* 188 *sq.*

GAGAUDĒ, es, f. 1. insula Æthiopiæ, a Nilo facta, inter Syenem et Meroen, e qua primum est visa avis psittacus *(pappagallo)*, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (184).

GAGĒS, is, m. 3. (Γάγας *Diosc.*) fluvius Lyciæ. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 19. 34. (141).

GAIA. *V.* **CAJUS.** — Hinc *Gajellus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 5. 7679. et *Gajolus*, item. *C.* 5. 5860. — Celebris est *Gaja Taracia*, virgo Vestalis, de qua *Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 11. (25). Inveniitur statua decreta et Taraciæ Gajæ sive Turetiæ virgini Vestali, ut poneretur ubi vellet, quod adjectum non minus honoris habent quam feminæ esse decretam. Meritum ejus ponam annalium (sc. Valerii Antiatis) verbis: « quod campum Tiberinum gratificata esset ea populo ». Adde *Gell.* 7. (6). 7.

GAIĀNUM, i, n. 2. (Γαϊανὸν τὸ χωρίον *Dio*) circus Vaticanus in regione Urbis XIV (trans Tiberim), in hortis Agrippinæ, a C. Caligula dictus, non confundendus cum circo ad septentr. Mausolei Hadriani imp. *Not. urb. Rom.* Cf. *Procop. b. Goth.* 2. 1., *Lanciani, Bull. Com.* 1896. *p.* 248. et *Richter, Top. d. Stadt Rom.*² *p.* 277. et 278. In hac area exstructa est hod. basilica s. Petri (V. *Borsari, Top. di R. A.* (1897) *p.* 908.*sq.*).

GAIĀNUS. *V.* **CAIANUS.**

GAĪNĀS et Cainas, æ, m. 1. (Γαινίας *Eus.*) comes Gothus, sub Arcadio imp., exeunte sæc. IV., ac strenuus dux, qui Stilichoni, Rufini imperio inhiantis artibus dejecto, successit magister utriusque militiæ præfectusque est exercitui in Oriente. Stilicho tamen una cum Eutropio et Gaina contra præpotentem imperatoris eunuchum ita conspiravit, ut Gothus, Constantinopolim hostiliter profectus, cum equitatu Rufinum aggressus occiderit, cujus caput, hastili præfixum, per urbem milites circumtulerunt, a. 395 *(Marcellin. in chron., Socr.* 6. 1. et *Sozom.* 8. 1). — Postea vero potestate abusus clam barbaros contra imperatorem ad civile bellum induxit; sed a. 400., navali prœlio commisso inter Chersonesum et Hellespontum, multa Gothorum milia cæsa sunt vel demersa et ipse Gainas, deprehensus quum fugeret occisusque suæ rebellionis pœnam luit eodem modo, quo periit Rufinus, ejus capite Constantinopolim adlato *(Marcellin. in chron.)*. — De Gaina IV. libros hexametris versibus scripsit *Eusebius*, ejus æqualis, quod opus Γαινίας inscriptum est.

GAISON (Gaiso), ōnis, m. 3. ¶ 1. Fuit Magnentii tyranni satelles, qui ejus jussu apud Helenam ad Pyrenæos occidit Constantem imp. a. 350., et anno sequenti cum eod. Magnentio consul processit; qui tamen consules a Constantio imp. agniti non sunt *(Momms. Chron. min. I.* 69), quod patet ex *Fastis cons.*, qui eo anno nullum designant consulem (Cf. *Momms. ibid. III.* 522). ¶ 2. Item comes largitionum et magister militum, sub Honorio et Theodosio impp. a. 410. v. 413 *(Cod. Just.* 4. 61. 12. et *Cod. Theod.* 7. 18. 16. et 9. 38. 11).

GĀLA, æ (v. adis), m. 1. (v. 3) rex Massuliorum, gentis Numidicæ, pater Masinissæ, qui, fœdere cum Carthaginiensibus facto contra Romanos, Syphacem, regem Numidarum, magno prœlio devicit, triginta hominum, uti fertur, milibus cæsis *(Liv.* 24. 49). — Obiit a. 204., cui non filius, sed, ex illius gentis more, frater successit *(Id.* 29. 2., coll. *Liv. epit.* 29).

GĀLĀAD, nom. indecl. (Hebr. *Gil'ād* « durus, asper »; al. « collis testimonii » [Cf. *Gen.* 31. 47. V. infra]; fort. rectius « mons » simpliciter, ab Arab. *chala'ad*, quod idem significat; montosa enim erat regio ita nuncupata: *LXX.* Γαλαάδ) nom. pers. et geogr.

I.) Galaad, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Machir, filii Manasse et nepotis Joseph; unde familia Galaaditarum *(Num.* 26. 29. et 1. *Par.* 2. 21. 23. et 7. 14). — Apud *Jos.* 17. 3. pater erat Hepher. ¶ 2. Item pater Jephte, quem ab uxore suscepit meretrice *(Jud.* 11. 1. et 2). ¶ 3. Item filius Michael et pater Jara ex tribu Gad, prognatus a Buz, cujus familiæ in media Galaad regionis parte habitabant (1. *Par.* 5. 14-16).

II.) Galaad, nom. geogr. ¶ 1. Est regio montana transjordanensis Palæstinæ orientalis, inter Gaulanitidem ad septentr., a qua inferiore fl. Hieromycis cursu sejungitur, Auranitidem ad orientem et Peræam ad meridiem, tractus nempe a Gaditis, Rubenitis et Manassitis habitatus; quare usurpatur pro tribubus Gad et Ruben *(Ps.* 59. 9. et 107. 9) et pro tribu Gad *(Jud.* 5. 17), plenius *terra Gad* et *Galaad* dicta (1. *Reg.* 15. 7). Est tamen in locis designandis varietas in sacris litteris et apud scriptores. — Vocatur etiam *Galaaditis* in 1. *Mach.* 5. 17-45. et 13. 22. — Occurrit tantum in V. T., dicta *Galaad* LXV.ies v. LXVI.ies, *terra Galaad* XVII.ies v. XIX.ies et *mons* v. *montes Galaad* VI.ies; Γαλαδηνής « Galadene » sæpe ap. *Jos.* Olim vero comprehendebatur generatim nomine « terræ Amorrhæorum » et fort. speciatim Basan v. Argob (Cf. *Num.* 21. 31. et 33., *Deut.* 2. 24. et 3. 2.; 8-16., *Jos.* 13. 4., 10., 21. et 24. 8., *Jud.* 1. 36. et *alib.*). — Apud Assyrios denominata videtur formâ contr. *Gala* (Cf. *Vigouroux, La Bibl. et les découv. mod.* 1896. *III. p.* 522-524); sed apud Romanos, neglecto peculiari nomine, dicebatur « trans-Jordanem » (= πέραν τοῦ Ἰορδάνου; hebr. *'ebar hay-Yardēn*), hod. ab Arabibus pars septentr. appellatur *Djebel 'Adjlūn* et australis *Belqa'*. — Ejus urbes præcipuæ fuerant *Ramoth in Galaad, Jabes Galaad, Jazer Galaad, Socoth, Phanuel, Ephron, Mahanaim* etc. Formulâ vero « a Dan ad Bersabee et Galaad » *(Jud.* 20. 1) universa terra designatur, ab Israelitis possessa. — Integra porro regio erat « uberrima » *(Num.* 32. 4), vastis silvis lætisque pascuis abundabat et medicamentis *(Jer.* 8. 22), celebratissima et opobalsamo *(Gen.* 37. 25., *Jer.* 8. 22., 46. 11. et 50. 19. et *Zach.* 10. 10). — Memoratur etiam temporibus bellorum inter Raphaim et Chodorlahomor *(Gen.* 14) et Amorrhæorum cum Moabitis et Ammonitis *(Gen.* 22-23 et 32. 1); Moysis *(Num.* 21. 21-35., 32. 39-42.; *Deut.* 2. 26-37. et 3. 1-20.; *Jos.* 4. 12.; 1. *Par.* 2. 21-22); Jephte *(Jud.* 10. 8-18., 11. et 12); Saul et Isboseth (1. *Reg.* 13. 7.; 2. *Reg.* 2. 9. et 29); Davidis (2. *Reg.* 17. 22., 24., 27-29. et 19. 32); Achab (3. *Reg.* 22. 1-36.; 2. *Par.* 18. et 4. *Reg.* 8. 26-29); schismatis tribuum Israeliticarum *(Os.* 6. 8. et 12. 1., coll. 10. 6.; 4. *Reg.* 17. 23. et *ibid.* 15. 29). Cf. etiam pro temporibus post captivitatem 1. *Mach.* 5. 1-52. ac præcipue *Jos. ant.* 13. 16. 3-4. et 14. 3. 4. et 5. 4. et 17. 11. 4. et *b. J.* 1. 4. 3. et 8. 5. et 2. 6. 3., et Christi Domini *Matth.* 4. 25., *Joh.* 1. 28., 3. 26. et 10. 40.; *Jos. ant.* 17-5. 2. et 18. 7. 2. et *b. J.* 2. 18. 1-2., 3. 3. 5. et 4. 7. 3-6. — De ea cf. *Schumacher, Northern 'Adjlūn* etc. Londr. 1890.; *Guy le Strange, A ride through Adjlun and the Belka* etc. Londr. 1889. *p.* 268-323.; *Merill, East of the Jordan* New-York 1883.; *Heidet, Dict. Bibl. III.* 17-59. — Hinc *Galaaditæ* — *a)* incolæ. *Jud.* 12. 5. et *Num.* 4. 29., qui et *viri Galaad* dicuntur *Jud.* 12. 4. — *b)* Posteri Galaad. *Num.* 26. 29. — Adjectivorum more. *Jud.* 10. 3., 11. 1. et *alib.* et *Hieronym. onom. p.* 319. *P.* ¶ 2. Item oppidum regionis Galaad *(Vulg. Jud.* 12. 7., coll. *Euseb. onom. p.* 140. *P.* et *Os.* 6. 8. coll. *Jos. ant.* 5. 7. 12), hod. *El-giul'aud (Buhl, Geogr. A. Palæst. p.* 262). — Sunt tamen plures, qui hoc negant; nam locum Judicum legunt: *(Jephte) sepultus in civitatibus Galaad*, pro *in civitate* quod minus placet; non enim ita generatim scripsisset auctor, ubi omnia minute describit; illud potius probabile videtur, si *Galaad* accipitur ut genetivus casus, perinde ac sit *in civitate (sua*, quæ est in) *Galaad*, sc. Maspha, patria Jephte; locum vero Oseæ « Galaad civitas operantium idolum etc. » accipiunt collective, ut sit *civitates Galaad*, quod durius videtur, vel legunt *Galgala*. De hac difficultate cf. *Heidet loc. cit.* ¶ 3. Item monumentum, quod erexit Jacob, ab Haran reversus, quum in regione Galaad ipse et Labanus pactum fecere, lapidum *cumulo* (hebr. *gal*) exstructo in rei *testimonium* (hebr. *'ēd*); quod ita describitur *Vulg. Gen.* 31. 46.*sqq.* « congregantes *(lapides)* fecerunt tumulum - quem vocavit Laban *Tumulum testis* (hebr. *Gal'ēd*) et Jacob *Acervum testimonii* - idcirco appellatum est nomen ejus Galaad ». Hoc autem narratur evenisse in montibus, qui Galaad dicuntur (hod. *Djebel 'Adjlun* et *Djebel es-Salth*), fort. inde nomine regioni indito, ut nonnulli putant; verba tamen « Acervus testimonii » de vero loci etymo accipienda non videntur *Gesenio Thes. p.* 291. Censeo tamen ex utraque dictione verum loci etymon deduci; quin *acervus testimonii*, hebr. *Gal'ed*, fere idem sonat ac nomen loci; contra *Tumulus testimonii*, hebr. *yegar shāhaduthā'* satis ab eo differt. Ceterum ex contextu patet hæc duo ad unum idemque esse redigenda.

GĀLĀĀDĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

GĀLĀĀDĪTIS, idis, f. 3. *(Galaditis* contract. ap. *Cypr. Gall. Num.* 911) idem ac Galaad. *Hieronym. onom. p.* 277. et 309. *P.*

GĀLACTŎPHĂGI, ōrum, m. plur. 2. (Γαλακτοφάγοι: a γάλα, *lac*, et φάγω, *edo)* natio Scythica septentr., ita appellata, quod lacte viveret. *Ammian.* 23. 6. 62., ex *Homeri Il.* 13. 5. Cf. *Strab.* 7. 296., 298. et 300-303. et *Ptol.* 6. 14. et etiam *Colum.* 7. 2. 2.

GĀLANTHIS, idis, f. 3. filia Prœti, puella ministra Alcmenes, matris Herculis, quæ quum Lucinam mendacio decepisset deceptamque risisset, ab ea in mustelam *(h. e.* γαλῆν) conversa est, ut narrat *Ovid.* 9. *Met.* 306.*sqq.*, Nicandrum secutus. Cf. *Lact. Plac. narr. fab.* 9. 5. — Γαλινθίας dicitur in *Ant. Lib.* 29., fort. a Γάλ (rd.)-ινθος (suff.), coll. Κόρ-ινθος, ἐρέβ-ινθος, quo designetur locus heroidis alicujus natalis (V. *Fick, Ortsnam. in d. Berl. Philol. Woch.* 1906. *p.* 851.*sqq.* et *Bechtel-Fick, Personennam.* 83).

GĀLĀTA et

GĀLĀTÆ. *V.* **GALATIA.**

GĀLĀTĒA, æ, f. 1. (Γαλάτεια: a γάλα, *lac*, quasi *lactea*, ob candorem). *Galathea* scribitur, cum aspiratione, sed perperam, ut *Schmidt* ad *Hygin.* 10. 17. — Est autem Galatea ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Nereis seu nympha marina celebris, Nerei ac Doridis filia *(Hygin. præf. fab.)*; quare *Nerine Galatea* dicitur *Virg.* 7. *Ecl.* 37. (coll. *Serv.* ad *l.)*, inde habita, ut dea maris *(Virg.* 9. *Æn.* 103), et a navigantibus invocata *(Ovid.* 2. *Am.* 11. 34. et *Propert.* 1. 8. 18. Cf. *Gruppe, Gr. Myth.* 361). — Conjungitur cum fabula Polyphemi, quæ duplici modo refertur a Philoxeno Cytherio a. 390.; sed a *Serv. loc. cit.* et *Mythogr. I. fab.* 5. et *II. fab.* 274. ita narratur: Galateam adamavit Polyphemus Cyclops, qui quum eam frustra obsecrasset, ut secum concumberet, mox id per vim obtinere conatus est, quam puella in mare se præcipitando effugit; idcirco amasius ira percitus Acim, quem ipsa adamabat, ictu lapidis interfecit. — De ea *Ovid.* 6. *Fast.* 733. et 13. *Met.* 737., 750., 788. et alib., *Martial. spect.* 28., *Dracont. carm. min.* 2. 34. et 7. 151., coll. *Propert.* 4. 1. 45. et ex Græcis *Hesiod. theog.* 250., *Lucian. d. h. II.* 3., *Apoll. bibl.* 1. 2. 7., *Phan.* ap. *Athen.* 1. 7. A., *Theocr.*, *Callim.* etc. — De monumentis priscæ artis consulas *Ince Blundel* Hall 36. et *Newby* Hall 6. et *Vatic. Mus. Pio-Clem.*; item *Helbig, Sogliano, Schreiber, Holland, Sauer* etc. 2.º) Alia ap. *Virg.* 1. *Ecl.* 31 (V. *Serv.* ad *l.)* et 3. 64., coll. *Martial.* 8. 56.; item ap. *Horat.* 3. *Od.* 27. ¶ 2. In titulis cogn. mul. *Corp.* 5. 846. — Nom. serv. *C.* 5. 2224.

GĀLĀTĬA, æ, f. 1. (Γαλατία, sæpius Γαλατεία) nom. geogr. et pers. — *a)* Scribitur etiam *Gallatia* et *Gallacia*, duplici *l*, ut apud *Migne, P. L. XVIII. p.* 207. « Quod remunerandum me de Gallatia polliceris etc. ». *et VIII. p.* 924. « Ancyra Gallaciæ ». — *b)* Pænultimam producit *Stat.* 1. *Silv.* 4. 76. « Hunc Galatia vigens ausa est incessere bello », fort. ex Græca forma Γαλατεία. — *c)* Etymon vocis vd. in *Galatæ*. — Est itaque

I.) Galatia, nom. geogr., quod triplicem designat regionem, sc. 1.º Est eadem, quæ latine dicitur Gallia, sive Transalpina, sive Cisalpina; 2.º pars Asiæ minoris a Gallis occupata sæc. III. a. Chr.; 3.º provincia Romana, quæ constabat ex terris

regni Amyntæ, mortui a. 24. a. Chr., et ex Pisidia, Phrygia orientali, Lycaonia, Isauria et Ponto Galatico a Romanis illi additis *(Dio* 49. 32., 51. 2., 53. 26., coll. *Momms.* et *Marquardt, Man. d. Ant. rom.* 1892. tr. IX., *Organiz. de l'Emp. rom. II. p.* 276-281), cujus legatus propræt. *(Corp. I. L.* 3. 248. et 4. 1544) Ancyræ in urbe metropoli residebat *(Corp. I. Gr. n.* 4011., 4026., 4042. et 5898. et *Eckhel*, 3. *p.* 177). — Prætermissa regione, quæ eadem est cum Gallia ¶ 1. Galatia, proprie dicta est regio Asiæ Minoris mediterranea inter Bithyniam et Paphlagoniam ad septentr., Phygiam et Cappadociam Magnam ac Lycaoniam ad occid. et merid. et Pontum ad orient., fluv. Sangario et Haly irrigata, dicta etiam *Gallo-græcia* (it. *Galazia)*. Hinc *Isid.* 14. *Orig.* 3. 40. « Galatia dicta a priscis Gallorum gentibus, a quibus exstitit occupata. Nam Galli in auxilium a rege Bithyniæ evocati, regnum cum eo, parte victoriæ, diviserunt *(quod tamen alii aliter tradunt)* sicque deinde Græcis admixti, primum *Gallogræci*, nunc ex antiquo Gallorum nomine *Galatæ* dicuntur et eorum regio *Galatia* nuncupatur ». Adde *Mel.* 1. 18., *Flor.* 2. 11. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 41. (146)., coll. 25. (95). etc. Idcirco etiam *Gallia altera* vocatur *Juvenal.* 7. 16. — Galatia post varias vices, de quibus infra aliquid dicemus, regem tandem a Romanis, qui sibi eam subegerunt a. 189., habuit Dejotarum, cui Amyntas successit, qui ab Antonio et Augusto administrandas accepit Lycaoniam aliasque regiones supra laudatas. Sed, eo defuncto, regnum ita auctum ab Augusto in provinciam Romanam redactum est a. 728 = 26., quod, præter Galatiam proprie dictam ad septentr., omnes complectebatur regiones ad merid., quas Amyntæ dederant Romani. His autem præerant legati imperatoris, quorum primus fuit M. Lollius a. 729 = 25 *(Eutrop.* 7. 10. et *Hieronym.* in *chron.)*, quem alii secuti sunt *(Corp.* 3. *p.* 1126. et *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3044) et procuratores *(Corp.* 3. *p.* 1132. et *Inscr.* ap. *Henzen S. Or. n.* 6940) et præsides *(Tac.* 15. *Ann.* 6. et 2. *Hist.* 9). — Hinc in exercitu Romano cohortes Galatarum II. et III. in *Not. Dign. or.* 25. et 29. eorumque coloniæ in Daciam deductæ *(Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 7202., coll. *Corp.* 3. 860. et 1394). — Temporibus vero imperii orientalis distinguuntur *Galatia I.* seu *Proconsularis* v. proprie dicta cum metropoli Ancyra, et *Galatia II.* seu *Salutaris*, capite Pessinunte *(V. supra)*. — Porro Galatia mature evangelii doctrinâ imbuta est *(Act.* 16. 6., 1. *Cor.* 16. 1., 2. *Tim.* 4. 10. et 1. *Petr.* 11), pluresque in ea ecclesiæ constitutæ sunt Antiochiæ Pisidiæ et Iconii, Lystris et Derbe Lycaoniæ *(Act.* 14. 1-24., coll. *Augustin. de unit. eccl.* 12. et *Hilar. op. hist. frg.* 2. *n.* 1), præcipue per ap. Paulum, qui in primo suo itinere provinciam Romanam Galatiæ australem peragravit; in secundo ecclesias illas confirmavit in fide, eis allato concilii Hierosolymitani decreto *(Act.* 16. 1-5); dein Iconio profectus in partem septentrionalem, Phrygiam pertransiens venit in Galatiam Celticam (Γαλατικὴ χώρα = *Galatica regio)* et in Mysiam *(Ibid.* 16. 6. et 7); in tertio denique per eandem viam reversus est *(Id.* 18. 23.; 19. 1). — Galatia (Γαλατία) præterea memoratur 1. *Petr.* 1. 1., 1. *Tim.* 4. 10. et 1. *Cor.* 16. 1.; et ad Galatas, ex quibus probabilius ecclesias in priore itinere constituerat, epistolam scripsit Paulus magni momenti, de cujus auctoritate tam divina quam humana deque ejus occasione et argumento consulendi sunt qui ex professo hæc pertractarunt; nec audiendi sunt, qui demonstrare conantur ecclesias, ad quas scripsit Apostolus, non in australi sed in boreali Galatia sitas esse *(Brassac, M. B. IV.* 218.; item *Fillion, Drach, Van Steenkiste* ad *l.)*; nam, præter alia, indoles populorum, quam innuit sacer scriptor, Celticæ gentis propria est. Ita *Schürer* in *Theol. Literaturzeit.* 1892. *p.* 468. et *Jahrb. f. protest. Theol.* 1893. *p.* 471. et *Cheetham* in *Classical Review* 1894. *p.* 396.; *Cornely, Jacquier, Fouard, Beurlier, Le Carnus, Belser, Ramsay, Perrot, Weizsäcker* etc. Ceterum ex his, quæ diximus, et ex inscript. Icon. *(Corp. I. Gr. n.* 3991) id plane confirmatur; provinciam vero Romanam *Galatiam* dictam fuisse, quod adversarii negant, testatur *Luc.*, qui, loquens de Galatia Celtica, hanc non Γαλατία sed Γαλατικὴ χώρα appellat. Cf. *Ptol.* 5. 4. 11. et 12., *Ramsay, The Church in the Rom. empire p.* 13. et *Zahn, Einl. I. p.* 123. — De Galatiæ nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 177-186.; *Cavedoni, Spic. p.* 250-253.; *Head, H. N.* 746.; *Imhoof-Blumer, Kleinas Münz.* Wien 1902. *p.* 495. *sqq.*, *Wroth, Catal. of Gr. Coins of Galatia* etc. Lond. 1899. *XVII-XXIV.* 1-28. ¶ 2. Est etiam una ex provinciis diœcesis Ponticæ *(Laterc. Ver. a.* 297), temporibus imperii orientalis, divisa in duas, quarum una *Galatia* proprie dicta, altera *Galatia Salutaris (Notit. Dign. or.* 1. et 2). prior a consulari, secunda a præside administrata, dicta etiam *Phrygia Salutaris (Laterc. Polem. Silv. a.* 488). ¶ 3. Item castellum Italiæ in Campania, a. 211. a. Chr. captum ab Hannibale, teste *Liv.* 26. 5.

II.) Galatia est etiam cogn. mul. *Corp.* 5. 3239. et *alia* ap. *Momms. n.* 3919 — Abs. in titulo Chr. ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 279. et *Cod.* 4. 9. 8. — Hinc

Galatæ (Γαλάται), incolæ Galatiæ, ita dicti, ut quidam putant, a γάλα, *lac*, ob candorem corporis *(Lact.* ap. *Hieronym. in ep. ad Gal.* 2. *præf.* et *Eucher.* 2. *instr.* 4); quod haud facile probaveris, sed rectius vocabuli etymon duxeris a *Celta* (Cf. *Galli)*, levi litterarum mutatione, coll. *Ammian.* 15. 9. 3. « *Celtas* nomine regis amabilis et matris ejus vocabulo *Galatas* dictus: ita enim *Gallos* sermo Græcus appellat ». Galatæ igitur et Celtæ sunt duæ diversæ unius vocabuli formæ; erant enim ex stirpe Celtarum, qui a suis sedibus Gallicis profecti in Asiam Minorem, ducibus Leonorio et Lutario, quos *Brennos*, nomine communi, vocant *Liv.* 38. 16. et *Flor.* 2. 11., ibi suam sedem fixerunt, in tres gentes seu tribus divisi, nempe Tolistoboiorum, Tectosagum et Trocmorum. — Anno 278. a. Chr. tamquam mercennarii militarunt sub Nicomede I., rege Bithyniæ, contra ejus fratrem Zibetem; in quo bello quum strenue se gessissent, victoria per eos obtenta, terras quasdam quasi præmium possidendas acceperunt; sed finitimas regiones populati sunt, adeo ut Antiochus Soter coactus sit cum eis dimicare, quos devicit, et post eum Attalus, rex Pergami, a. 238., Prusias, rex Bithyniæ, a. 216., Fulvius Nobilior cos. a. 189., Cn. Manlius Vulso cos. a. 188. et Eumenes Pergamenus a. 167. — At recentiores critici *(Momms.* in *C. J.* et *Grimm, Das erste Buch d. Makkab.* Leipz. 1853. *p.* 236) putant non de Galatis Asiæ, sed de Galatis seu Gallis Europæ Romanos triumphasse, de quibus loquitur *Polyb. loc. cit.*; alii tamen in dubio versantur (Cf. *Keil, Comm. über die Büh. d. Makk.* Leipz. 1875. *p.* 111); alii demum, quod *Liv. loc. cit.* tradit, pro certo habent *(Brandis, PWK. s. v.)*. Postbac Galatæ ad quietem sedacti, nomen indiderunt regioni *(Liv., Flor.* et *Isid. locc. citt.)*, quam antea occupaverant Phryges, Paphlagones et Græci, qui ceteris dominabantur; eamque ita inter se tribuerunt, ut occidentalem partem sortirentur Tolistoboi cum Pessinunte metropoli, mediam cum Ancyra Tectosages, et Trocmi orientalem cum Tavio; præterea unaquæque tribus divisa est in quattuor partes seu tetrarchias, quarum primores seu tetrarchæ senatum constituerunt, trecentorum virorum consilio adjuti, qui Drinemetum ad rei publicæ negotia tractanda conveniebant; ex his postea tetrarchis Dejotarus, qui Galatas, Romanis rebelles, una cum iis strenue compresserat regia potestate in Tolistoboios, in Pontum et Armeniam M. a Romanis instructus fuit *(Strab.* 12. 792). — Interim Galatæ superstitionibus adhæserunt Phrygum atque Græcorum, quibus erant admixti, ideoque *Gallogræci* appellati *(V.* supra); quamquam *Gallorum* quoque communi vocabulo aliquando dicuntur *(Liv.* 37. 18. et 51. et 60), sed *Galatarum* nomine occurrunt ap. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 42. 64. (158)., *Cic.* 6. *Att.* 5., *Solin.* 45., *Ammian.* 22. 7. 8. et 25. 10. 12., *Corp.* 3. 860. et 1394. et *Vulg.* 2. *Mach.* 8. 20. et *Gal.* 3. 1., coll. 3., ubi eos Paulus *insensatos* et *stultos* vocat, utpote qui etiam Judæis commixti, ut ex inscriptt. quoque ibi repertis constat *(Re, Arch. Bibl. Bix. p.* 180), Judaizantium partes sequi cœpissent; non enim Gallicæ stirpis, unde orti erant, levitatem exuerant atque inconstantiam. — Quæ autem disseruimus de Galatis, vitio laborarent, si verum esset, quod haud pauci recentiores eruditi defendunt, eos non Gallos vel Celtas, sed Germanos fuisse, acerrimo eorum duce *Wieseler (Comm. ep. Gal.* et *Deutsche Nationalit. d. Kleinas. Galat.* 1877), quem præcesserat *Jablonski (De lingua Lycaonica, opp. III)*; hos tamen impugnarunt *Sieffert, Herstensberg, Grimm*. Longum est argumenta utrinque adlata expendere; id tantum merito concludi posse videtur ex ipsis horum populorum nominibus *(Tectosages, Trocmi)* et ducum *(Lutarius = Luther; Dejotarus = Diethe-rus*, a *Dit, Dith, Dieth = Teuth*, quæ est divinitas Germanica) et ex ipso nom. *Galatæ = Celtæ* (qui a priscis Græcis habiti sunt Germani, teste *Dion.* 53. 562. « Celtæ quidam, quos Germanos vocamus » et *Irenic. Exeg. Hist. Germ. p.* 13: « Cæsaris sunt verba sole clariora, Germanos fuisse Galatas »), Germanicam, ut de Tectosagibus adfirmat *Strab.* 12. 819., ex parte, Galatarum originem fuisse, quod et ipse *Grimm (Gesch. d. deutsch. Sprache* 1872. et *Zoeckler, Comm. Galat. I.* 46) non inficiantur. — De iis ex recentioribus scripserunt *Perrot, Explor. de la Galatie* 1872.; *Robiou, Hist. des Gaulois de l'Orient*, Paris 1866.; *Smith, Geogr. Ant.* 1868. *II.* 11.; *Zwintscher, De Galatarum tetrarchis* etc. Leipz. 1892.; *Stähelin, Gesch. d. kleinas. Galater*² Leipz. 1906. — In sing. num. *Galata* — *a)* Dicitur qui ex Galatia est. *Ennod. vit. Epiph. p.* 344. *H.* — *b)* Est cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6769. c. 3. *l.* 72. *Corp.* 5. 1848.; cogn. mul. in *Not. degli scavi* 1914 *(Pompei) p.* 110. — Nom. serv. *Ascon.* in *Milon. p.* 38. *Or.* — *c)* Est etiam insula. *Mela* 2. 120. « Circa Siciliam in Siculo freto est Æsea -, Africam versus Gaulos -, propius Italiam Galata », hod. *Galita* v. *Jalta*. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 201. — *Galaticus* — *a)* Adj. ad Galatiam pertinens. *Solin.* 44. limes. *Colum.* 2. 9. 8. hordeum. — *b)* Cogn. vir. *Corp.* 2. 3944. — *Galatius*, nom. vir. quo memoratur Siculus quidam, frater Bii, qui fratres Gabios in Italia condidere. *Solin.* 2., ubi tamen alii leg. *Galactius* v. *Galatus*.

GĀLAULAS, æ, m. 1. nom. populi, de quo mentio est ap. *Prudent.* 2. *Symm.* 809., fort. ex Mauretania Tingitana, quæ « habet a meridie gentes Autololum, quas nunc Galaules vocant », ut ait *Oros.* 1. *Hist.* 2. Cf. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 124. et 14. *ibid.* 5. 12.

GĀLAULES. *V.* voc. præc.

GALAVA, æ, f. 1. oppidum Britanniæ Maximæ Cæsariensis, hod. *Kirkby Thore*, in *Itin. Ant. p.* 481.

GALBA, æ, m. 1. cogn. vir., præsertim in gente *Sulpicia*, ductum fort. ab eo quod primus Sulpiciorum « præpinguis fuerit visus, quem *galbam* Galli vacant » ut ait *Sueton. Galb.* 3., coll. Hebr. *hheleb* « pinguedo » (it. *Sulpicio il grasso)*: vel contra, quod « tam exilis, quam sunt animalia, quæ in æsculis nascuntur appellanturque *galbæ* »: ita idem *Sueton. ibid.*, coll. *Quintil.* 1. 4. 25. — Declinatur etiam *Galbe, es*, Græcorum more, in *Curios.* et *Not. Urb. reg. XIII.* ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) G a l b a, Suessonum rex, Divitiaci successor « propter justitiam ac prudentiam dignus habitus, cui summa belli Nerviaci deferretur » contra Julium Cæsarem, a. 697 = 57., teste *Cæs.* 2. *B. G.* 4. et 13. — 2.º) G a l b a, memoratus ab *Horat.* 1. *Sat.* 2. 46. « jure omnes *(dixere hanc pœnam inflictam)*: Galba negabat », ubi videtur respici homo notus præteriti temporis, non ætatis Horatianæ. Hinc statui probabiliter poterit, illum fuisse *Servium Galbam* oratorem, virum consularem et nobilem, quem Porcius Cato a. 605. in judicio populi oppugnavit (Cf. *Cic. Brut.* 22. 86. et 23. 89. et 1. *Orat.* 53. 227. et 56., 239., *Sueton. Galb.* 3., *Val. Max.* 8. 1. 2., *Liv. epit.* 49). Ita *Ritter*. Alii tamen, ut *Porphyr.* et *Acr.* in *Hor.* ad *l.*, de Galba interpretantur jurisperito et ipso matronarum sectatore, « qui dicebat non jure factum, ut testes amputarentur, quia primi adulterii pœna pecuniaria erat ». Alii denique de A. Galba, Octaviani scurra, de quo fort. *Quintil.* 6. 3. 27. et *Martial. loc.* infra *cit.* — 3.º) G a l b a, scurra Cæsaris

Augusti, de quo *Martial.* 1. 42. et 10. 101. — 4.º) Ser. Sulpicius Galba imp. *V.* SULPICIUS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 1574. et 12. 744 *(Arelate).* — Etiam nom. serv. *Martial. loc. cit.* — Hinc *Galbanus,* adj. ad Galbam aliquem pertinens, ut *Galbana horrea* in *Corp.* 6. 338.; quæ et *Galbiana* et *Galbæ* v. *Galbes* dicuntur. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 45. et *Curios.* et *Not. Urb. reg. XIII.* Cf. *Horat.* 4. *Od.* 12. 8. Fortasse sunt quæ Galba imp. ad usum publicum traduxit, teste *Chronogr.* a. 354. in *chron. p.* 646. *Momms.* — Hinc *curator horreorum Galbanorum* in *Not. Imp. occ.* 4. — *Galbius,* nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 678.; *Galbia,* nom. mul. in *alia* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1742. — *Galbianus,* adj. ut *Galbiana horrea* (V. supra). et *Galbiana legio septima,* a Galba imp. dicta. *Tac.* 2. *Hist.* 86. et 3. 7. et 10. — Absolute *Galbiani,* milites Galbæ imp. et hujus partes contra Vitellium secuti. *Id. ibid.* 1. 51. — *Galbio (ōnis),* nom. vir. demin., more Græcorum, quo vocatus est Valentiniani imp. dux, contra Bonifatium in Africam missus, sed dolo interfectus. *Prosp.* in *chron.* ad a. 427. — *Galbilla,* cogn. Bonæ Deæ, demin. *Inscr.* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1880. *p.* 98.

GĂLĔĀGRA, æ, f. 1. nom. turris Syracusanæ, de qua *Liv.* 25. 23., ita dicta fort., quod similis sit caveæ seu decipulæ, græce γαλεάγρα.

GĂLĒNĒ, es, f. 1. (γαλήνη, *tranquillitas*) ¶ 1. Est cogn. mul. *Corp.* 6. 18848 *(in via Appia)*; 5. 1097., 3022. et 7396. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi in Phœnicia, quod terra devoravit: ita *Plin.* 2. *Hist. nat.* 91. 93. (205).

GĂLĒNUS, i, m. 2. (γαληνός, *tranquillus, hilaris*) cogn. vir. *Corp.* 5. 5274. — Apud scriptores *Claudius Galenus,* medicus celeberrimus apud Græcos, de quo *V.* CLAUDIUS. — Hinc *Galenius (Gallenius),* nom. gent. vir. *Corp.* 5. 2947., coll. *ibid.* 6012.

GĂLĔO, ōnis, m. 3. (galea) cogn. vir. *Corp.* 12. 5683 *(Ucetiæ* 1873). *Alia* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1866. *p.* 247.; quod et in præn. videtur translatum *ibid.* a. 1876. *p.* 285., coll. *Corp.* 3. *n.* 10. — Abs. apud *Cic.* 11. *Att.* 12.

GĂLEPSUS, i, f. 2. (Γαληψός, *Suid.* Γαληψός) oppidum Thraciæ, dictum *(Steph. Byz.)* a Galepso, filio Thasi et Telephes. *Liv.* 44. 45.

GĂLĔRĬA et

GĂLĔRĬĀNUS. *V.* voc. seq.

GĂLĔRĬUS, ii, m. 2. (Γαλλέριος) nom. vir. ex gente Romana, tempore præcipue imperii notissima. — *a)* Scribitur aliquando *Gallerius,* duplici *l,* ut in Græca voce. — *b)* Prima brevis est; sed metri necessitate producta a *Prudent. perist.* 7. 6.; secunda vero ponitur communiter longa, quod probabili vocabuli etymo congruit; at, quum græce sit brevis (ε), eam et latine corripiendam esse puto. — *c)* Origo vocabuli fort. est a *galerus* (V. hanc voc. in *Lexico),* unde et *Galerus,* nom. vir. *Corp.* 5. 5089. Cf. *Wissowa, Rel. d. Röm.* 428. Ceterum ab eo, qui primus vel vitio corporis aut animi, vel indumento aliquo peculiari etc. notatus fuisset, ad posteros nomen v. cognomen hinc sumptum transferebat. ¶ 1. Apud scriptores memorantur præsertim — 1.º) Galerius Maximus, proconsul Africæ a. 258. p. Chr., successor Aspasii Paterni, sub quo Cyprianus, sanctitate et doctrina celeberrimus, post durum exsilium, Valeriano et Gallieno impp., « capitis detruncatione martyrium consummavit sexto miliario a Carthagine juxta mare » *(Martyr. Rom.* XVIII. kal. Oct.). De eo ita *Augustin. serm.* 309. « Quum Galerius Maximus decretum ex libello recitasset: *Thascium Cyprianum gladio animadverti placet,* respondit ille: *Deo gratias* ». — Post paucos dies Galerius Maximus proconsul decessit. *Act. proc. Cypr. M. in fin.* (Cf. *Pallu de Lessert, Fast. d. prov. Afr. I.* 287.*sq.*). — 2.º) Galerius Trachalus *(Turpilianus* ap. *Prosp.* in *chron.,* coll. *Cagnat-Goyau, Chronol. de l'emp. Rom.* 138. et *Pallu op. cit.* 147., non *Turpilio* v. *Turpitianus,* ut male legitur), orator clarissimus, Quintiliani æqualis et propinquus Galeriæ Fundanæ, Vitellii imp. uxoris; etiam consul a. 821 = 67. cum C. Silio Italico *(Corp.* 6. 1984. et 15. 7461). aliisque muneribus functus (Cf. *Momms. Inscr.* et *St.-R. II.*[3] 247. *sq.).* De oratoria ejus excellentia hæc scripsit *Quintil.* 10. 1. 119. « Trachalus plerumque sublimis et satis apertus fuit et quem velle optima, crederes: auditus tamen major; nam et vocis, quantam in nullo cognovi, felicitas et pronuntiatio vel scenis suffectura et decor: omnia denique ei, quæ sunt extra, superfuerunt ». *et* 12. 5. 5. « Sunt et naturalia - quæ quidem tantum valent, ut frequenter famam ingenii faciant: habuit oratores ætas nostra copiosiores, sed quum diceret, eminere inter æquales Trachalus videbatur. Ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis auctoritas, gestus præstantia » *V.* integr. loc. Adde *eund.* 12. 10. 11. et *Tac.* 1. *Hist.* 90. — Ex orationibus ejus duas memorat idem *Quintil.,* quarum una contra Spatalem meretricem (5. 8. 19), altera contra Suillium (6. 3. 78); ex aliis vero, quas, uti fama erat, scripserat pro Othone imp., nihil certi habemus (Cf. *Tac. loc. cit.);* nec ulla ex his omnibus superest (V. *Teuffel-Schwabe II.*[5] 728. 6. et *Schanz, II.* 2.[2] 551. 6). — 3.º) C. Galerius Valerius Maximianus Aug. a. 305-311., sæpe *Galerius Maximianus* tantum ap. *Eutr.* 9. 24. v. *Maximianus Galerius* ap. *eund.* 9. 22., ut distinguatur ab *Herculio,* quamquam aliquando hic *senior,* alter *junior* dicitur, errore *Maximinus* abs., semel, ap. *Jord. Get.* 110. *M.* et *Ammian.* 14. 11. 10., *Vopisc.* et *Trebell.* et in *exc. Vales.* 1.*sqq.* simpliciter *Galerius,* varie etiam in nummis et lapidibus, plene *C. Galerius Valerius Maximianus Armentarius* (Cf. *Vict. epit.* 40. et *Corp.* 3. 608). — Natus in Dacia Ripensi *(Vict. loc. cit.),* haud procul a Sardica *(Eutr.* 9. 22), brevi sibi bellicæ peritiæ famam adeptus est. Idcirco Diocletianus, a quo fuerat adoptatus, et Maximianus Herculius impp. eum sibi socium adsciverunt in imperio regendo, quod barbaris undique premebatur, eumque una cum Constantio Chloro Nicomediæ a. 292. Cæsarem fecerunt *(Chron. Pasch.).* Sed a Diocletiano coactus est uxorem repudiare et filiam Valeriam in matrimonium ducere *(Eutr. loc. cit.;* unde et *Jovius* dictus est: *Eckhel,* 8. *p.* 37), quam sterilem fuisse tradit *Lact.* 18.*sqq.* — Galerius consul octies fuit sc. a. 294., 297., 300., 302., 305., 306., 308. et 311 *(Chron. Pasch., Chronogr., Hyd., Inscr.* ap. *De-Rossi, I. Chr. I., Prosp.* in *chron.),* — In divisione imperii (quod tunc dici potuit vera *tetrarchia,* ut ait *Vopisc.,* ob absolutam singulorum principum potestatem) Galerio Thracia commissa est cum Illyrico usque ad Ponti fretum *(Vict. Cæs.* 39). Sed bellandi initia minus feliciter ei cesserunt; nam missus a Diocletiano contra Narseum, Persarum regem, « duobus prœliis, ut scribit *Oros.* 7. *Hist.* 25., improspere pugnavit ac tertio victus, amissis copiis, ad Diocletianum refugit, a quo arrogantissime exceptus est, ita ut per aliquot milia passuum purpuratus ante vehiculum ejus cucurrisse referatur. Veruntamen hac contumelia quasi cote ad virtutem usus est; mox enim per Illyricum et Mœsiam copiis contractis, raptim in hostem reversus, Narseum superavit et, exstinctis Persarum copiis ipsoque Narseo in fugam acto, castra ejus invasit, uxores, sorores liberosque cepit, immensam vim gazæ Persicæ diripuit et captivos quamplurimos Persarum nobilium abduxit ac sibi Mesopotamiam et quinque ultra Tigrim provincias attribuit. Reversus in Mesopotamiam, plurimo honore susceptus est ». Adde *Vict. Cæs. loc. cit.* et *Eutr.* 9. 24. et 25. — Per ea insuper tempora cum Carpis, Bastarnis et Sarmatis ita strenue dimicavit, modo solus, modo cum socio, ut hostes prostraverit eorumque « copiosissimam multitudinem captivam » secum traxerit ac dispserit per Romanorum finium præsidia, ut ait *Oros. loc. cit.,* coll. *Eutr.* 9. 25.; hinc appellatus in inscriptionibus ac nummis *Persicus maximus, Sarmaticus maximus* et etiam, titulo communicato cum eo, ut videtur, a Constantio Chloro, *Britannicus maximus (Inscr.* ap. *Orell. n.* 1062., coll. tamen *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 81). — Anno 305. Diocletianus et Maximianus Herculius imperio se abdicarunt, quod inter se diviserunt Cæsares Galerius et Constantius ita ut hic Gallias, Italiam et Africam, ille vero Illyricum, Asiam et Orientem obtineret; quamquam Chlorus, Augusti dignitate contentus, Italiæ et Africæ regimen dimisit. — Alia de Galerio supra diximus. *V.* CONSTANTINUS M. — Vita excessit a. 311.; horrendi namque morbi cruciatus non sustinens, sibi ipse mortem intulit; antea tamen de exsilio Christianis revocatis, contra quos atrocioribus edictis antecessorum persecutionem accumulaverat *(Oros.* 7. *Hist.* 28). — Inter Divos relatum fuisse, ut mos erat, testantur Inscriptiones (Cf. *Orelli n.* 1064) et nummi (V. *Eckhel,* 8. *p.* 38. aliosque nummographos) et *Lact.* 18. et 35.; sed postea ejus memoria damnata est nomenque abrasum (Cf. *Ephem. epigr. I. p.* 126. et 128). — De Galerio alii alia judicia tulerunt. *Eutrop.* 9. 22., coll. *Vict. epit.* 40. « Galerius fuit [licet inculta agrestique justitia] satis laudabilis, pulcher corpore, eximius et felix bellator, ortus parentibus agrariis, pastor armentorum, unde ei cognomen *Armentarius* fuit. Ortus Dacia Ripensi, ibique sepultus est, quem locum Romulianum ex vocabulo *Romulæ* matris appellatur. Is insolenter adfirmare ausus est, matrem Olympiadis, Alexandri M. creatricis, compressam dracone semet concepisse ». *et Vict. epit.* 41. « quamquam humanitatis parum, ruris tamen ac militiæ miseriis imbutus, satis optimus reipublicæ fuit. *Lact.* contra 18.*sqq.,* coll. *Rufin. h. e.* 8. 15. eum atrocitate morum, perfidia ac odio in Christianos ante omnes infamem dicit. — De eo scripserunt *Balan, St. d' It. I.* 321.*sqq.; Schiller* et *Duruy, Gesch. d. röm. Kaiserz.* 1883-1886. etc. — 4.º) Galerius Valerius Maximinus Aug. a. 308-313., sæpius absolute *Maximinus* appellatus *Eutrop.* 10. 2., *Oros.* 7. *Hist.* 25., *Eckhel,* 8. *p.* 52., *Galerius Maximinus* ap. *Vict. epit.* 40.; etiam *Jovius,* quasi filius Jovis, a Diocletiano adoptatus, ut præcedens *(Bull. hell. XII.* 102. et *Cohen, Méd. imp. VII.*[2] 153. *n.* 130. 155. et *n.* 134. 135), cum præn. *Cnejus* ap. *Orelli n.* 1057., quod mutandum videtur in *Cajus,* quod ei tribuit *Eus. h. e.* 9. 10. « Γάϊος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος », aliquando *Maximianus* dictus ab eod. *Orelli ibid.* et *Lact.* 35., vulgo autem *Daja* (*Daza* v. *Daca)* cognomento fuit *(Lact.* 35. et *Vict. epit.* 40., coll. *Corp.* 8. 10784) ante quam esset imperator. Non est tamen confundendus cum alio *Maximino,* qui plene vocatur *C. Julius Verus Maximinus* item imp. — Fuit nepos ex sorore præcedentis *(Vict. epit.* 40., *Zos.* 2. 8. 1., *Lact.* 18), natus in Illyrico, humili loco; « verum sapientissimi cujusque ac litteratorum cultor, ingenio quieto, vini avidior », quo ebrius quædam aspera jubebat, quæ tamen mox differri volebat in tempus sobrium ac matutinum, ut scribit *Vict. epit.* 40. — Brevi factus tribunus milit. *(Lact.* 19); dein a. 305. Cæsar est appellatus *(Id.* 19., coll. *Seeck, Gesch. d. Untergangs d. ant. Welt. I.*[2] 482), cui Orientis provinciæ traditæ fuere et Ægyptus *(Momms. Chron. min. I.* 231., *Vict. Cæs.* 40. et *epit.* 40., *Eutr.* 10. 2., *Anon. Vales.* 3. 5., *Zos.* 2. 8., *Zonar.* 12. 32). Consul autem fuit a. 307., 311. et 313 *(Momms. III.* 517. et 518). — Anno 307., occiso Severo, Galerius Augustum fecit Licinium, quod ægre ferens Maximinus, omnibus modis hunc honorem sibi vindicare conabatur, ita ut Galerius, *Cæsaris* nomine ablato, eum et Constantinum *filios Augustorum* saltem appellare coactus fuerit *(Lact.* 32. et *Eus. h. e.* 8. 13., coll. *Dessau* 683. et *Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. II.* 172), quamquam *Eutr.* 10. 4., *Oros.* 7. *Hist.* 28. et etiam *Lact. loc. cit.* pro *Maximino* eum, sed perperam, *Maxentium* vocant, nummis aperte contradicentibus (V. *Eckhel, loc. cit.).* Verum ambitione impulsus Maximinus se ab exercitu Augustum proclamari voluit *(Lact.* 32., coll. *Eus. loc. cit., Dessau ibid., Eckhel* 8. *p.* 52. et 72. et *Schiller, op. cit. II.* 172). — Anno 311. Galerius vita functus inter divos est a nepote relatus, qui simul Asiæ Minoris provincias, quæ avunculo suberant, occupavit usque ad fretum Chalcedonium *(Lact.* 36); mox vero odio in Christianos incredibili exardescens eos atrocius, quam qui præcesserant, est persecutus omnique generis sceleribus ac flagitiis se totum dedit *(Lact. ibid.);* postremo, contra Licinium, qui Constantino M. adhæserat, cum Maxentio tyranno societate amicitiaque obtenta, magnum exercitum duxit ac prope Heracleam præ-

lio commisso, fusus fugatusque Nicomediam, mox in Cappadociam se recepit, cum familiaribus; in faucibus Tauri resistere tentavit sed frustra; tum confugit Tarsum, ubi, sumpto veneno, non statim sed lente, sed viscera horrendum in modum tortus, carnes erosas, oculos ex orbitis quasi extrudens, quos sæpe ex Christianis evulserat, rabie actus fassusque Christi victoriam, vitam infamem digno exitu finivit a. 313., ejusque memoria damnata est *(Lact.* 42.*sq., Vict. Cæs.* 41. et *epit.* 35., *Zos.* 2. 17., coll. *Tillemont, Hist. des Emp. IV.* 240-248). — Fuit superstitionibus deditus, efferatus, stolidus simulque meticulosus, callidorum artibus obvius, ebriosus, in populum durior, familiarum ac civitatum eversor, pro militibus civium spoliator, regendi bellandique imperitus *(Vict. epit.* 40., *Lact.* 36.*sqq., Oros.* 7. *Hist.* 28). — De ejus nummis vd. *Eckhel* et *Cohen, locc. citt.,* et de inscript. *Dessau* 656., 663., *Corp.* 3. 5748.; 5. 8963.; 8. 10293.; 9. 887., 5483., 5967. etc. Cf. etiam ex recentioribus, qui de Maximino scripserunt, *Seeck, Gesch. des Unterg. d. ant Welt. I.*[2] et *Balan, St. d' It. I.* 7. 327.*sqq.*

GALES, ium, f. plur. 3. oppidulum Africæ in provincia proconsulari, dictum *Vict. Vit.* 1. 42. civitas *Galensis* (V. *Gauckler, Compt. rend. de l' Acad. des Inscr.* 1904. *p.* 156); civitas *Galitana* in *Corp.* 8. 757. et *Galibus* 758. fort. prop. *Djebel Mausög.* — Ibi reperta est inscriptio bilinguis (Lat.-Pun.), ap. *Clermont-Ganneau, Recueil d' arch. orient. VI.* 377.*sqq.*

GĂLÆSUS et Galæsus, i, m. 2. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est fluvius Italiæ in Magna Græcia (Γαλαῖσος), ex Appennino ortus, prope Tarentum in sinum Tarentinum influens, hod. *Galeso* v. *Galaso.* Memoratur *Liv.* 25. 11. et, cum epithetis, *Martial.* 12. 64. albus. *Horat.* 2. *Od.* 6. 10. dulcis. *Martial.* 2. 43. Lacedæmonius. *Virg.* 4. *G.* 126. niger. *Martial.* 5. 37. Phalantinus. *Id.* 4. 28. tepidus. *Propert.* 2. 25. 67. umbrosus. — *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* eum adnotat ibi hortos optimos vidisse et fabulam refert Phalanti ducis, octavi ab Hercule; unde arguitur et territorium omne circa fluvium illum fuisse ferax atque amœnum et cur Lacedæmonius et Phalantinus a Martiale dicatur. ¶ 2. Est etiam nom. pers., sc. — 1.º) Vir quidam, inter Latinos et Trojanos pacis sequester « justissimus unus Qui fuit, Ausoniisque olim ditissimus arvis », in acie peremptus. *Virg.* 7. *Æn.* 535.*sqq.* et *Macrob.* 4. *Sat.* 4. 3. Cf. *Virg.* 4. *G.* 126. — 2.º) Item puer ap. *Martial.* 11. 22. — In titulis cogn. vir. tam ingen. quam libert. itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2363.; *alia* ap. *Fabretti p.* 430. *n.* 4. et *alia* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1856. *p.* 20. *n.* 107.

GALGAL, indecl. (Hebr. *Gilgāl,* forma *pilpel,* a rad. *gālal,* volvit, obvolvit, circumvolvit, idem ac « rota, orbis, circulus »; *LXX.* Γαλγάλ, Γάλγαλα: ap. *Vulg.* varie scribitur) nom. duorum et fort. trium oppidorum in Palæstina. ¶ 1. *Galgal* (cod. Vatic. ἡ Γαλιλαία et cod. Alex. Γαλγαί, *Galgulis* ap. *Hieronym. onom.* 127), oppidum Palæstinæ, cujus rex victus fuit a Josue. *Jos.* 12. 23. « Hi sunt reges, quos percussit Josue - rex gentium Galgal unus », ubi *LXX.* vertunt: βασιλεὺς Γαΐ (cod. Alex. Γωεὶμ), quasi nomen proprium illius gentis vel tribus (Cf. *Gen.* 14. 1). — De situ nihil certi statui potest. Ex interpretibus plures hoc oppidum hod. *Djeldjulijeh* esse putant *(Guérin, Robinson, Van de Velde, Thomson* etc.); sed a septentrionali plaga, ubi res narratur evenisse, hic locus australis nimium distat *(Œttl, Josh.* 12); nec alia lectio potest substitui *(Buhl, Geogr. des alt. Paläst.* 1896. *p.* 213); nam antiquæ translationes, Chaldaica, Syriaca, Arabica, Vulgatæ lectionem, quæ est *Galgal,* omnino confirmant. Dicimus tamen ex catalogo Josue (12. 9-24) Galgal utique ad fœderatas gentes pertinere septentrionales *(vv.* 18-24), sed eas in regione australi versatas fuisse inter Dor *(Tantura),* ad oras maris Mediterranei, et Thersam *(Talluzah),* ubi hod. memoratus vicus occurrit. ¶ 2. *Galgal* (Hebr. *Bēth hag-Gilgāl),* oppidum, de quo est mentio ap. *Vulg.* 2. *Esdr.* 12. 28., 29), probabiliter celebre opp. Galgala, ubi castra posuerunt Hebræi post quam Jordanem transierunt; quamquam alii volunt *(Keil, Chr. Esra* 1870. *p.* 584) esse hod. *Djildjilia* juxta Bethel, ad occid. viæ, quæ ab Jerusalem ducit Neapolim *(Naplusa).* ¶ 3. *Galgal* (Hebr. *Gilgāl, LXX.* Γαλγάλ), oppidum, quod Hebræi quasi idololatriæ sedem constituerunt. *Vulg. Os.* 12. 11., coll. 9. 15.

GALGALA, indecl. Hebr. *hag- Gilgāl,* cum articulo ubique; sed *LXX.* Γαλγάλ. — De vocabuli significatione *V.* voc. præc. et infra. — Secunda syllaba rectius producitur; verum corripi posse non repugnaverim. — Est autem ¶ 1. *Galgala (Galgala, orum,* ap. *Vulg. Jud.* 3. 19), nomine sumpto ab effato divino: « hodie abstuli (hebr. *gallīthī)* opprobrium Ægypti » *(Jos.* 5. 9), oppidum cis Jordanem et inter hunc et Hiericunthem situm *(Jos. antt.* 5. 1., 4), hod. *Djeldjūl* (Cf. *Kampffmeyer, Alte Namen in heut. Pal. u. Syr.* in *Ztschr.* 3. *D. Pal.-Ver. XIV.* 1893. *p.* 32). — Ibi Josue populum circumcidendum curavit, Dei jussu, ob causam, quæ redditur *ibid.,* celebravitque primum Paschatis festum; positi autem sunt XII. lapides ex alveo Jordanis effossi pro tribuum numero in monumentum divinæ potentiæ gentilibus, Hebræis vero, ut unum verum Deum servatorem perpetuo colerent *(Jos.* 4. 19-25). Ibi etiam cessavit manna, « postquam comederunt (filii Israel) de frugibus terræ etc. » *(Jos.* 5. 11). — Hoc porro oppidum quasi sedes ducis ac metropolis constitutum est (Cf. *Jos.* 9. 6.; 10. 6., 7., 9., 15. et 43. et 14. 6. et *Jud.* 2. 1. et 3. 19., ubi *Vulg.* minus recte hebr. *hap-pesīlīm* vertit *idola)* ibique tempore Samuelis comitia habebantur (1. *Reg.* 7. 16) et alia facta sunt, quæ memorantur in libris Regum I. et II. ¶ 2. *Galgala* item oppidum, de quo est mentio ap. *Vulg.* 4. *Reg.* 11. 1. et 4. 38). hod. fort. *Djildjilia:* cf. *Deut.* 11. 30. et *Galgal* sub *n.* 2. — Ceterum non omnia sive de *Galgal* sive de *Galgala* ita perspicua sunt, qua ex formarum varietate, qua ex interpretum dissensu, ut de singulis omnino constet.

GALGESTĒS, is, m. 3. nom. gent. vir. satis rarum, in *Corp.* 5. 146.; unde fort. *Galgestius,* terminatione magis Latina, nom. gent. vir. *C.* 5. 8141. et 3. 636.

GALGŬLIS. *V.* GALGAL.

GĂLĬLÆA, æ, f. 1. nom. geogr. — *a)* Hebr. *Gālīl* v. *hag-Gālīl* v. *hag-Gālīlāh* et in st. constr. *Gelīl;* LXX. et N. T. ἡ Γαλιλαία. — *b)* Etymon idem est quod in *Galgal* exposuimus, ita ut, a rd. *gālal* = volvit, obvolvit, significetur hac voce generatim anulus, circulus, tractus terræ circularis, regio (it. *circondario, distretto, paese),* cujus plur. *gelīlōth hap-Pelisthim (Jos.* 13. 2) et *gelīleth Pelešeth (Joel.* 3. 4) minus recte *Vulg.* vertit *Galilæa Philistiim* pro *regio Philistiim,* ubi *LXX.* habent ὅρια Φυλιστιεὶμ *(Vercellone V. L. II.* 31). — *c)* Prosodia varia est apud poetas, qui secundam syllabam aut corripiunt, aut rectius producunt. Sic *Sedul.* 4. 188. « Dominus Galilæa per arva etc. »; contra *Juvenc.* 3. 195. in *Matth. c.* 15. « Inde Galilæas repedat Salvator in oras ». Ceterum in voce Hebr. quantitas secundæ est longa. — Est nom. commune; sed paullatim proprium regionis factum est, primum fort. ap. *Jos.* 21. 31 (1. *Par.* 6. 76). — itaque

Galilæa, regio Palæstinensis, sumitur fere lato sensu, aliquando etiam stricto. ¶ 1. Lato sensu, regio Palæstinæ borealis inter Phœniciam ad occid., Jordanem et lacum Genesareth ad orient., Libanum ad septentr. et Samariam ad merid., in parte septentr. montibus et vallibus profundis referta, in australi plana et campestris. Tamen in V. T. non eadem semper designatur ejus extensio (Cf. *Is.* 9. 1., *Tob.* 1. 1., *Judith* 1. 8., 1. *Mach.* 10. 30); quæ vero finem habuit per Theglathphalasar III. a. 722. a. Chr. (4. *Reg.* 15. 29); sed post exsilium ad orient. extendebatur usque ad lacum Genesareth, cum aliqua parte ultra Jordanem usque ad Gaulanitidem *(Jos. b. J.* 3. 3., qui eam fuse describit); tempore autem Christi erat una ex tribus majoribus partibus, in quas Palæstina dividebatur *(Luc.* 18. 11. et *Act.* 9. 31), a tribubus Aser, Nephthali, Zabulon et Issachar habitata. Ibi *Jos. b. J.* 2. 20. numerabat CCIV. urbes cum oppidis, quarum majores 150.000. incolas continebant, ex oppidis vero minima 150.000. — Fuit ob commercium ac soli ubertatem et incolarum copiam ac divitias Judææ longe præstantior; in ea namque magnæ viæ patebant a Phœnicia ad Samariam, ad Galaaditidem, Auranitidem et Damascum, in Ægyptum et Assyriam; unde etiam ratio liquet, cur a tot Græcis, Arabibus, Syris et Phœniciis frequentaretur, qui etiam ibi sedem suam fixerant; et, quod pejus est, cur idololatria ibi maxime viguerit; sed celeberrimum exstitit Christianæ religionis incunabulum, stupendum ministerii ac magisterii Christi theatrum, patria Apostolorum ac post dirutam Jerusalem quasi centrum religiosum Israelitarum, ubi et synagogæ et scholæ insignes rabbinicæ, præcipue Tiberiade, inclaruerunt. — Anno 34. p. Chr. adnexa fuit imperio Romano; dein a Caligula imp. Agrippæ dono data; a. 44. provinciæ Judææ conjuncta; postremo sub imperio orientali obnoxia prov. *Palæstinæ I.* (diœc. et præf. Orient.). — Distinguebatur porro in *superiorem* et *inferiorem* (δύο εἰσὶ Γαλιλαῖαι, *Eus.* et *Hier. onom. p.* 143. *P.).* — *a)* Galilæa *superior,* ita dicta quia magis ad septentr. plagam vergens ac valde montosa, finitima Tyriis ac Sidoniis variisque etiam a gentibus culta, idcirco *Galilæa gentium* appellata *(Is.* 9. 1. et *Matth.* 4. 15. et *alib.),* territorium constituebat tribuum præcipue Aser et Issachar, ubi et viginti civitates, quas dono dedit Salomon regi Hiram circa urbem Cades (3. *Reg.* 9. 1., coll. *Jos.* 26. 7., 1. *Par.* 6. 76. et *Tob. loc. cit.).* — *b)* Galilæa *inferior,* quia magis ad merid. plana et campestris *(Judith* 1. 8), dicta etiam tantum *Galilæa (Vulg. Marc.* 1. 9., *Luc.* 2. 39. et 4. 14), territorium tribus præsertim Zabulon et partis alicujus tribus Nephthali, ad lacum Genesareth sitæ. Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 14. 15. (70). Pars Judææ, Syriæ juncta, Galilæa vocatur. — De ea *Vulg. Joh.* 7. 52. « A Galilæa propheta non surgit », coll. *ibid.* 41. « Numquid a Galilæa venit Christus? »; quæ loca significant ab hac regione Messiam minime oriturum, simulque eam contemptui fuisse Judæis. Ceterum falso dicebatur inde prophetam non surgere, quum et Jonas et Naum et Debora ibi ortum habuissent; quamquam vere Christus ex Judæa oriri debebat. — Alia plura de Galilæa dabunt *Guérin, Galil.* Paris 1880. *I.; Merrill, Galil. in the Time of Chr.* Bost. 1881. et Londr. 1885.; *Cheyne, Galil.* in *Encycl. Bibl. II.; Beurlier, Dict. Bibl. II.* 84.*sqq.* — De ejus nummis vd. *Eckhel* 3. *p.* 422-428. et *Head,* 802. — Hinc

Galilæus, a, um, adject. (Γαλιλαῖος) ¶ 1. Est proprie ad Galilæam pertinens. *Vulg. Act.* 5. 37. Judas Galilæus. *i. e.* vir ex Gaulanitide, qui in Galilæa a. 6. p. Chr. tempore census turbas excitavit contra Romanos *(V.* JUDAS). *et Marc.* 14. 60. Rursum *Act.* 1. 11. viri Galilæi. — Sæpius *Galilæi,* absolute, incolæ. *Vulg. Luc.* 13. 1.*sq.* et *Joh.* 4. 45. *Tac.* 12. *Ann.* 54. Galilæorum natio. — Cum quodam contemptu ap. *Vulg. Matth.* 26. 69. ¶ 2. Improprie, per ludibrium, Christiani. *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 7. Cf. *Theod. hist.* 3. 7. *de Julian. apost.,* qui vetuit « ne Galilæi poeticam, rhetoricam, philosophiam discerent ». — Galilæi ingenio erant prompto, simplici, vivido ac miti; quamquam quum essent novarum rerum studiosi, in tumultus alicubi facile erumpebant. Hinc patet, quantum ab iis differrent Judæi versutæ indolis ac malignæ, veterum consuetudinum atque adeo superstitionum angustiis quasi vinclis constricti. Præterea uni ab alteris distinguebantur sermone seu dialecto, quæ rudis erat apud Galilæos et, uti tradunt Talmudici doctores, etiam quarumdam litterarum pronunciatione, maxime quæ gutture efferuntur, uti *hheth, 'ayin;* has enim aliter ac Judæi proferebant; quare pro *hhamōr* (asinus) dicebant *'amōr.* Huc facit quod legitur ap. *Vulg. Matth.* 26. 73. *de Petro* « Vere et tu ex illis es; nam et loquela tua manifestum te facit ». Cf. *Marc.* 14. 70.

GĂLĬLÆI, ōrum, et

GĂLĬLÆUS, a, um. *V.* voc. præc.

GALILENSES et rectius Galilenses, ium, m. plur. 3. populi Sardiniæ meridionalis, noti ex magna Inscriptione aenea, reperta a. 69. p. Chr. in *Esterzili* ad Flumendosam, de pace inter eos et fini-

timos Palvicenses conclusa, Othone imp., *Corp.* 10. 7852., et etiam ex gemma inscripta, *ibid. n.* 8061.

GALLÆCI et

GALLÆCIA. *V.* CALLÆCI et CALLÆCIA et GALATIA.

GALLATIA. *V.* GALATIA.

GALLATRŌNIUS, ii, m. 2. nom. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5783.

GALLI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

GALLIA, æ, f. 1. nom. regionis in Europa, de cujus etymo *V.* CELTÆ v. GALLI, unde est appellata. — Dividitur in duas partes, quarum una, trans Alpes, dicitur *A)* T r a n s a l p i n a sive U l t e r i o r et C o m a t a; altera cis Alpes *B)* C i s a l p i n a sive C i t e r i o r sive T o g a t a (*Sueton. Cæs.* 28. et 29., et *Tib.* 9., *Cic. prov. cons.* 2., *Cæs.* 1. *B. G.* 7. et 10. et 6. *ibid.* 1. et 8. *ibid.* 24. et 52. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. [112]). — In sing. numero, præsertim, *Gallia* proprie dicta, absolute, Latinis scriptoribus (Græcis Γαλατία v. Κελτική) est Gallia Transalpina (*Cic. Orat.* 10. 34., *Sueton. Cal.* 39. et *Domit.* 2); aliquando vero utraque Gallia, Transalpina et Cisalpina (*Eutrop.* 9. 8. et 10. et *alib.*).

A) GALLIA TRANSALPINA sive Ulterior et Comata, regio Europæ occidentalis, terminata oceano Germanico ad septentr., Britannico ad septentr.-occid., Atlantico ad occid., Pyrenæis montibus et mari Mediterraneo ad merid., Alpibus ad orient. et Rheno ad septentr.-orient., hod. *Francia*, a *Francis* dicta; cujus *Strab.* 4. 175. etc. laudat oras, montes et planities quasi alternatim feliciterque dispositas, fluvios, qui in omnes partes diffluunt seque tamen alteri alteros continuant; *Plin.* vero *loc. cit.* et *Mel.* 3. 17. solum uberrimum, quia incolæ agriculturæ, æque ac belli, periti, agris colendis sollertem dabant operam, unde et linum et vinum optimum in exteras regiones exportabatur, atque insuper tantam auri copiam ea regio sibi comparabat, ut æs alienum, quo ingenti premebatur, solveret, et exercitus aleret, quos et in Rom. rempublicam adhibuit. — Hanc porro dicit in tres partes divisam *Cæs.* 1. *B. G.* « quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur », nempe in *Belgicam, Aquitanicam* et *Celticam*. Porro singulas has partes sic describit *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (105). « Gallia omnis Comata uno nomine appellata in tria populorum genera dividitur, omnibus maxime distincta: a Scalde (*Escaut*) ad Sequanam (*Senna*) Belgica; ab eo ad Garumnam (*Garonna*) Celtica eademque Lugdunensis; inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitanica, Aremorica antea dicta ». His porro tribus addenda est etiam quarta pars, quæ *Gallia ulterior* seu *bracata* (opposita *Galliæ citeriori* seu *togatæ* v. *Cisalpinæ*) et *Narbonensis* dicitur (*Gallia provincia* ap. *Cæs.* 1. *B. G.* 35. et *Sueton. Tib.* 3., *provincia nostra* ap. *Cæs.* 1. *B. G.* 2., 6. etc., hodie *Languedoc* et *Provence*) ad merid.-orient. Galliæ, inter Mediterraneum, Alpes, lacum Lemanum (*lago di Ginevra*), medium Rhodani cursum, montes Cebennicos et flav. Tarnim (*Tarn*). De ea *Oros.* 1. *Hist.* 2. « Narbonensis Provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cottias, ab occidente Hispaniam, a circio (*vento nord-est*) Aquitanicam, a septentrione Lugdunensem (*Celticam*), ab aquilone Belgicam Galliam, a meridie mare Gallicum, quod est inter Sardiniam et insulas Baleares, habens in fronte, qua Rhodanus fluvius in mare exit, insulas Stœchades ». et *Mela* 2. 74. « Pars Nostro mari adposita (fuit aliquando Bracata, nunc Narbonensis) est magis culta et magis consita ideoque etiam lætior »; inter cujus urbes ab eo recensentur præcipua *Martius Narbo* (a. Q. Marcio Rege, coloniæ hujus conditore), metropolis, unde nomen accepit, et *Vienna* Allobrogum (*Vienne*), et *Avennio* Cavarum (*Avignon*), Secundanorum *Arausio* (*Orange*), Sextanorum *Arelate* (*Arles*) etc. — Hæc autem « insignium virorum patria » vocatur *Tac.* 11. *Ann.* 24. cujus una ex præcipuis urbibus Massilia fuit « sedes ac magistra studiorum, locus Græca comitate et provinciali parsimonia mixtus et bene compositus » teste eod. *Tac. Agr.* 4. — Ac primum — *a)* De *Celtica*, quæ et Lugdunensis v. Lugudunensis, non autem a *Cæsare*, dicta est, *lutosa* appellata *Virg.* in *Anth. Lat. n.* 102. *v.* 2. *M.* Hanc sic describit *Oros.* 1. *Hist.* 2. « Gallia Lugdunensis, ducta per longum et per angustum inflexa, Aquitanicam provinciam semicingit. Hæc ab oriente habet Belgicam, a meridie partem provinciæ Narbonensis, qua Arelas civitas sita est et mari Gallico Rhodani flumen accipitur ». Plures habet populos, ut de ceteris fere est dicendum, nempe ex præcipuis, qui sæpe a Cæsare in *B. G.* memorantur, Carnutos, Boios, Senones, Aulercos Eburovices et Cenomanos, Parisios, Tricasses, Andecavos, Rhedones, Turones, Secusianos, in quorum agro colonia Lugdunum, et præsertim Hæduos, clarissimos vocatos *Mel.* 3. 20., in quibus urbs erat caput Augustodunum (*Autun*). — *b)* De *Aquitanica* et — *c)* De *Belgica* diximus sub vv. AQUITANIA et BELGICA. — *d)* De *Narbonensi* seu Bracata hæc sunt adjicienda. Ea regio se constituit auxitque inter ann. 154. et 59. a. Chr. cum detrimento Ligurum litoralium Celtarumque, qui in valle Rhodani et in Alpibus versabantur; sed a. 50. prior a Romanis in provinciam redacta est (*Sueton. Cæs.* 25), dein et Celtica; cujus primoribus civitas data est ab Augusto, at sine suffragio et jure honorum (*Tac.* 11. *Ann.* 23) a. 48.; ex quo tempore duæ exstiterunt provinciæ, vetus *Narbonensis* et *Celtica* (ubi raro cives rebellarunt, ut Florus et Sacrovir sub Tiberio, Civilis, vix mortuo Nerone, et Bagaudes a. 285. p. Chr.) ac tertia accessit *Cisalpina*, de qua infra dicemus. — Augustus universim Galliam Transalpinam tribuit in IV. provincias: Narbonensem, Aquitanicam (a Pyrenæis ad Ligerim), Celticam et Belgicam; regiones ad orient. fl. Araris (*Saône*) Celticæ, dein Belgicæ adjunxit. Labente autem sæc. I. duæ aliæ ortæ sunt provinciæ ad lævam Rheni, Germania nempe superior et Germania inferior; sed sæc. III (a. 258-267) cum Cassianio Latinio Postumo, quem magnificis laudibus exornat *Trebell. XXX. tyr.* 3. 4. et 6., ejusque successoribus C. Ulpio Cornelio Læliano, C. Mario, M. Piavonio Victorino et Pesuvio Tetrico, patre ac filio (a. 268-273) in imperium se erexit; postea vero Aureliano se subjecit et sub tetrarchia impp. administrata est a Constantio Chloro, quam ipse a Germanorum incursionibus, quibus erat obnoxia, strenue defendit. — Eam Diocletiani temporibus divisam videmus (*Laterc. Ver.* a. 297) in duas diœceses, *Galliarum* et *Viennensem*, quarum provinciæ sæc. IV. exeunte usque ad septendecim numerabantur, vicario ex parte subjectæ, qui præfecto prætorii Galliarum omnium parebat, Treviris suam sedem habenti, partim rectæ a consulari, partim vero a præsidibus, dein etiam a ducibus (*Notit. Imp. occid. c.* 1. et 22. v. 2.; 36. 37., coll. *Cod. Theod.* 12. 1. 171., 12. 19. 1., 13. 3. 11. etc.). — Huc etiam pertinent *cohortes* XI. Gallicæ v. Gallorum (*Not. Imp. occ. c.* 40., *Inscr.* ap. *Momms. n.* 3623., *Corp.* 7. 317. et 318.; 2. 403., 3230. etc.; 3. 6211.; 7. 703., 1001., 1083. 5. 875. etc.); et *alæ*, inter quas *ala Gallica* (*Corp.* 6. 3356), *ala Gallorum* (*C.* 3. 55), *ala Gallorum Flaviana, Proculejana, Seboziana, Pannoniorum, Veterana Gallica* et *Gallorum, Claudia Gallorum, Flavia Gallorum* etc. (*Corp.* 7. 1193.; 3. 14., 15., 55., 320.; 8. 2394., 2395. etc.; *Momms. n.* 5987.; *Wilmanns, n.* 690.; *Henzen, S. Or. n.* 5442. etc.).

B) GALLIA CISALPINA, nom. Galliæ septentrionalis, quæ et *Citerior* et *Togata* et etiam abs. *Gallia* aliquando dicta (*Sall. Cat.* 56.*sqq.*), dividitur in *Transpadanam* ad septentr. et *Cispadanam* ad merid., prout erat *trans* Padum vel *cis* Padum, inter Alpes, Appenninum et mare Adriaticum; cujus limes et Italiæ proprie dictæ sub finem reipublicæ fuit Rubico (*Rugone*), qui imperii tempore regionem VI., i. e. Umbriam, et VIII., i. e. Æmiliam, sejungebat; Augustus enim Italiam in XI. regiones diviserat et Cispadanæ VI. et VIII. deputaverat, X. et XI. Transpadanæ. — Porro Cisalpina in alias iterum dispescebatur, a populis fere Celticis eas incolentibus sumpto nomine, uti in Transpadana fuere *Taurini*, populus Liguricus (cum urbe *Augusta Taur.*); *Salasses* (cum *Eporedia* et *Augusta Prætoria*); *Insubres* (cum *Mediolanio*) et *Cenomani* (cum *Brixia, Cremona* et *Verona*), quibus addantur *Euganei* et *Heneti*; in Cispadana *Lingones* (cum *Ravenna*) et *Boii* (cum *Parma, Mutina* et *Bononia*), quibus accesserant *Senones*. Complectebatur itaque regiones, quas nos hodie dicimus *Piemonte, Lombardia, Emilia*. — Redacta Gallia Cisalpina in provinciam Romanam a. 222. a. Chr., a proconsulibus administrata est. — Anno 89. Cispadana donata est jure civitatis R. et Transpadana jure Latii (ex lege Pompeji Strabonis) et a. 48. Cæsar huic quoque jus contulit civitatis R. — Sub imperio Orientali XI.ª regio adnexa est IX.ª ita ut provincia Liguriæ constitueretur; ceteræ suum quæque nomen ac limitem servarunt. — De Galliæ geogr., hist., monum., numm., inscr. ex recentioribus scripserunt *Desjardins, Géogr. hist. et admin. de la Gaule I-IV.*; *Longnon, Géogr. de la Gaule au VI. siècl.*; *Foustel de Coulanges, La Gaule Romaine*; *Herzog, Galliæ Narbon. hist.*; *Hirschfeld, Gallische Stud., S.-Ber. Akad.*; *Jullian, La Gaule Romaine*; *Lavisse, Hist. de Franc. depuis les orig.* etc.; *Ritterling, Zur Gesch. d. röm. Heer in Gall.* etc.; *Gallia* ap. *Ruggiero Diz. epigr.*; *Duchesne, Fastes episc. de la Gaule Rom.* Cf. etiam *Espérandieu, Recueil génér. d. basreliefs de la Gaule R.* Paris 1907. *I.*; *Cohen, III.*² *p.* 149.; *Waltzing, Corp. prof. III.* et *Corp. I. L.* 12. et 13. — Hinc

Galli, orum, absolute, populi antiquissimi, de quibus pauca dicemus, sive universim sumptis sive speciatim, qua sunt Galliæ incolæ, præmisso vocabuli etymo, quod varie proponitur sive a veteribus sive a recentioribus philologis. Latini scriptores vocem a Gr. γάλα, *lac*, deducunt, quod fuerint Galli candore corporis insignes, de quibus *Virg.* 8. *Æn.* 660. « tum lactea colla Auro innectuntur », coll. *Isid.* 9. *Orig.* 2. 104., *Ennod. carm.* 2. 95. et *Boeth. interpret. ed. II.* 7., ut de *Galatis* supra diximus; alii a *Galate*, filio Herculis, ut *Diod. Sic.* 5. 32., 35. et *alib.*, quod ineptum est; alii, ut *Ammian.*, *Strab.* etc., alia comminiscuntur. Illud nobis unum probabilius videtur, *Gallorum* vocabulum æque ac *Galatarum* et *Celtarum* ab una eademque radice Celtica oriri, quæ est *gal* v. *kel*, unde fort. *gallen*, quod est *iter facere*, ita ut ii significentur, qui hac illac errant ad stabilem commodamque sedem sibi comparandam; nec idcirco assentimur *Jullian* (*Hist. de la Gaule I.* 366.*sqq.*), qui inter *Galatas* et *Celtas* vult esse discrimen. Cf. *Polyb. II.* 22. 6. et *VII.* 9. 6.*sq.*, qui promiscue Γαλάται et Κελτοί usurpat. et *Cæs.* 1. *B. G.* 1., *Nissen, Landesk. I.* 476.; *Zeuss, Die Deutsch. u. die Nachbarst. p.* 65.; *Holder, Altcelt. Spr. I.* 1522. et 1638; *Rhys, Celtæ and Galli* etc. 1905. — Distinguimus igitur Gallos, qui universim et qui proprie ac speciatim accipiuntur. ¶ 1. Galli generatim perhibentur originem habuisse ex stirpe Gomer, nepotis Japhet (*Isid. loc. cit. n.* 26., coll. *Lenormant, Les orig. de l'Hist. II. p.* 332.*sqq.*); sed obscurior de Gomer (*Gen.* 10. 1) quæstio est (*De Hummelauer, Gen. p.* 213). Verum, ut ex nomine liquet, ex Celtis fuerunt, seu populis Europæ occidentalis, mediæ et borealis ad septentr. Iberorum et Ligurum. Sed Latini scriptores, quibus erant ignoti, ex Gallis eduxere Gallos omnes, quotquot ubique terrarum occurrerent, eosque non *Celtas*, ut aliquando Græci, sed *Gallos* dixere, ut patet ex *Justin.* 25. 2.; quamquam paullatim, illorum obsolescente nomine, hoc prævaluit ita ut communi vocabulo Galli vel partim Galatæ seu Gallogræci dicti fuerint. — Hi plurimas regiones pervaserunt, mutato etiam nomine, ut Celtiberi, Gallæci, Cimbri, Scordisci, Tectosages etc. (V. CELTÆ et CIMBRI), adeo ut *Ephoro, fr.* 38. et 43 (*Strab.* 4. 199) Celtarum regio, fere dimidio sæc. IV., ingens et ipsi Celtæ maximus Occidentis populus videretur. ¶ 2. Galli speciatim — 1.º) Galliæ incolæ, cui nomen indiderunt. Eam primitus Ligures incolebant, sed VII. sæc. a. Chr. invaserunt Celtæ, quos Gallos vocabimus, a septentr.-orient. regionibus, profecti, simulque Græci coloni, qui a Phocæa illuc migrarunt condideruntque Massiliam, et Iberos ac Ligures inde extruserunt vel subegerunt. Dein Belgæ, qui partem occuparunt, ad septentr. Sequanæ sitam, alia fuerunt gens Celtica

seu Gallica, quam aliæ rursum secutæ sunt temporibus Biturigis, dein Arvernorum Luerni et Bituiti, ita ut Gallia potentia imperii celebrisque humanitatis sedes exstiterit. Nec tamen Gallorum incursiones desierunt, sed diu perdurarunt. — *a)* De eorum b e l l i s. Jam circa tempora Tarquinii Prisci (a. 138-176 = 616-578), Alpibus trajectis, Italiam occuparant ibique complura exstruxere oppida et urbes, ac fere duo post secula, victis ad Alliam Romanis, ipsam Romam incenderunt (*Justin.* 6. 6. *V.* FURIUS CAMILLUS). Nec assentiendum est iis, qui Gallos volunt recta Clusium, dein Romam perrexisse (Cf. *Liv.* 5. 33., *Plut. Cam.* 15., *Dionys.* 13. 10-11., *Cat. fr.* 36. ap. *Gell.* 17. 13. 4. et *Polyb.* 2. 17. 3.; qua de re *Momms. Röm. Forsch. II.* 302. minus recte sentire videtur). Ceterum non omnia, quæ de incursionibus Gallicis traduntur, sunt credibilia (Cf. *De Sanctis, St. d. Rom II.* 160). — Cum his Romani dimicarunt duobus ferme sæculis (a. 364-531 = 390-223) et amplius. Exinde clarent nomina M. Fulvii Flacci (a. 629 = 125) et C. Sextii Calvini (a. 631 = 123), qui Gallos Saluvios vicerunt (*Liv. epit.* 60. et 61); Cn. Domitii Ahenobarbi, qui Allobrogas profligavit (a. 633 = 121); Q. Fabii Maximi, cognomento *Allobrogici*, qui eos penitus debellavit, C. Pomptini, qui rebellantes omnino delevit a. 633 = 121; C. denique Julii Cæsaris, qui incredibili constantia ac bellica virtute Gallos omnes reipublicæ subegit (*V.* JULIUS CÆSAR). — *b)* D e m i l i t i a e t a r m i s. In bello prælongis gladiis utebantur et obtusis ac male confectis et scutis longis quidem sed parum latis (*Liv.* 22. 46. et 38. 17. et 21); item lanceis et hastis, arcubus jaculisque et fundis curribusque falcatis, bigis vel quadrigis (*Propert.* 4. 10. 42). — Ante prœlium horrendum edebant cantibus, ululatibus, armis strepitum (*Liv.* 21. 28. et 38. 17-26., coll. *Arrian. anab.* 1. 4. 6., *Polyb.* 2. 20. et *Reinach, Les Gaulois dans l'art. ant.* in *Rev. arch. s. III. t. XII* [1888] *p.* 273.*sqq.*); pugnabant superstantes essedis carrisque, super umbilicum nudi (*Id.* 10. 28., 22. 46. et 38. 21); pectoribus equorum suspensa gestabant capita cæsorum hostium vel lanceis infixa (*Id.* 10. 26) et ex eorum calva pocula faciebant (*Id.* 23. 24). — Erant duo militum genera, eorum nempe qui *gæsatæ*, a jaculi nomine, et qui *soldurii* vocabantur; priores erant mercennarii, posteriores vero duci alicui comitabantur, prosperam aut adversam sortem subire parati (it. *bravi*). — Romani, testibus *Cic.* et *Sall.*, tanti eos faciebant, ut quum contra Gallos prœliari voluissent, etiam sacerdotes, qui militia exempti erant, et ipsos senes arma capere juberent (V. *Morero, Dict. Hist.* ad *v.*). — *c)* D e c o r p o r i s a n i m i q u e d o t i b u s. « Celsioris (erant) staturæ et candidi et rutili luminumque torvitate terribiles, avidi jurgiorum et sublatius insolentes » (*Ammian.* 15. 12); tum « corpora iis magna magis quam firma et intolerantissima laboris atque æstus » (*Liv.* 5. 44. et 49., 10. 28., 34. 47. et 38. 17); molles item ad laboris longæque vitæ tædia (*Id.* 22. 2) ita ut prima eorum prœlia essent plusquam virorum, postrema minus quam feminarum (*Id.* 5. 44., 7. 12., 10. 28. et 38. 17); aviditate ac perfidia famosi (*Justin.* 25. 2, et 27. 2., coll. *Liv.* 21. 20); universim natura feroces ac pigrioris (*Isid.* acrioris) ingenii (*Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 724); gens nata in vanos tumultus (*Liv.* 5. 37. et 38. 15). Omnes fere novis rebus studebant et ad bellum mobiliter celeriterque excitabantur (*Cæs.* 3. *B. C.* 10. et 14., coll. 19. et 28. et *alib.*); repentina eorum ac subita erant consilia (*Id.* 3. *ibid.*); nimis edacitati et vanitatis studio indulgebant (*Sulpic. Sev. dial.* 1. 4. 8. et 9). — *d)* D e m o r i b u s. Ex lege prisca apud eos constituta nuptum tradebant publice pueros (*Rufin.* 9. *recogn.* 23); ab humanis victimis non abhorrebant, ab iis præsertim, qui ex bello captivi abducerentur (*Minuc. Oct.* 30); in venatibus soliti erant helleboro sagittas tingere, quod, his ictæ, exanimatæ feræ teneriores ad epulas fierent (*Gell.* 17. 15), itemque pecunias dare mutuas, quæ eis apud inferos redderentur (*Val. Max.* 2. 6. 10); funera celebrabant magnifica et sumptuosa, omniaque, quæ vivis cordi fuisse arbitrabantur, in ignem inferebant (*Cæs.* 6. *B. C.* 19). — *e)* D e l i t t e r i s a c s c i e n t i i s. His maxime claruit, ut vidimus, Massilia, quæ Galliarum Athenæ dicta est, et τρίγλωττος a Græcis; unde Pytheas et Eudimenes sua opera geographica evulgarunt, antequam Andronicus, Nævius et Ennius sua poetica ederent, primi ex Romanis; item Arelate aliaque loca celebria in Gallia Celtica et Aquitanica, ita ut inde etiam exteri litteras ediscerent atque artes liberales scientiasque graviores; cujus tamen excellentiæ princeps causa exstiterunt Græci, qui ab initio suas illuc colonias deduxere. Inde vel ipsius Latinæ linguæ magistri ac rhetores Romam profecti, ut Lucius Plotius Lugdunensis, oratoriæ scholæ in ea urbe quasi conditor, unde cum aliis etiam Cicero in primis eluxit; nec minus floruere Montanus Narbonensis, Vibius Gallus, Domitius Afer, Statius Ursulus, Castor, Julius Florus, a Quintiliano valde laudatus; ex poetis Sentius Augurinus, Ausonius, Sidonius, Paulinus; ex historicis Trogus Pompejus, Sulpicius Severus; ex philosophis Favorinus totque alii sive ethnici sive christiani, quos recensere longum est — *f)* D e r e l i g i o n e. Cultus Gallorum præ aliis fuit superstitionibus refertus (*Mel.* 3. 17). Eosdem fere deos coluisse, quos Romani, testantur historici, diversis tamen nominibus appellatos (unde etiam patet eorum linguam fuisse Indo-Germanicam), uti sunt *Teutates* (= Mercurius), *Grannus* seu *Belenus* (= Apollo), *Esus* (= Mars), *Taranis* (= Juppiter), *Agmios* (= Hercules), de quibus vd. *Cæs.* 6. *B. G.* 17., coll. *Lucan.* 1. 444.*sq.*, *Lucian. Herc.* 1.*sqq.* et Inscriptionibus quam plurimis, ubi nomina et cognomina deorum leguntur, inter quos *Epona* et Galliæ *Matres* tamquam deæ honoratæ una cum Matribus Italis, Germanis, Afris et Britannis, ut constat ex *Corp. I. L.* 7. 5. et 238 (Cf. *Dottin, Manuel* 223.*sqq.*). Hos vero non tam in templis, quam in silvis seu lucis adorabant, ex quibus celebriores sunt Durocasses (*Dreux*) et Carnutum (*Chartres*), ubi Druides, eorum sacerdotes, mares ac feminæ, cærimonias agebant, victimas immolabant, in maximis calamitatibus etiam humanas, super ingentes lapides, qui etiamnum alicubi conspiciuntur (*Minuc. Oct.* 6. et 30., *Solin.* 21., coll. *Cic.* 3. *rep.* 9. et *Tertull. apol.* 9. V. DRUIDÆ in *Lexico*). — Eorum pontifex summus sex anni mensibus inter Carnutos morabatur, sex vero alteris in regione Hæduorum prope Bibractem (*Mont-Beauvrag*), dein Augustodunum (*Autun*), et comitiis maximis præerat (*Cæs.* 6. *B. G.* 13-14). Persuasum autem habebant animas hominum esse immortales (*Val. Max.* 2. 6. 10). — Mature vero ibi religio Christiana per Apostolorum discipulos ita propagata est, ut Gallia, sensim licet ac gradatim, et fidelium multitudine et sanctitatis ac doctrinæ splendore, præcipue martyrum gloria, maxime enituerit (*Sulpic. Sev.* 2. *chron.* 32., *Vit. s. Mart.* 13. et *dial.* 2. 4. Cf. *Iren.*, *Eus.*, *Prosp. Aquit.*, *Cassian.* et, ex recentioribus, *Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaule I. præf. p. XL*). — 2.º) Galli dicti sunt etiam sacerdotes, mares et feminæ, deæ Cybeles seu Berecynthiæ, de quibus *V.* GALLUS in *Lexico*. — 3º.) Ludit in ambiguo *Ennod.* 2. *carm.* 75. de eo, qui quum Gallos parentes haberet, anseres amabat concedere, non gallos. — In sing. num. *Gallus* — *a)* Adj. ad Galliam pertinens. *Ammian.* 22. 1. 2. orator. *Symm.* 6. *ep.* 34. rhetor. *Inscr.* ap. *De Rossi, Inscr. Chr. p.* 310. *n.* 710. natio. Adde *Martial.* 5. 1. et *Oros.* 4. *Hist.* 13. — *b)* Abs., substantivorum more — α) Proprie, qui v. quæ est ex Gallia. *Liv.* 22. 57. « Gallus et Galla » in foro bovario sub terra vivi demissi in locum saxo consæptum, jam antea hostiis humanis, minime Romano sacro, imbutum ». Idem apud *Oros.* 4. *Hist.* 13., *Minuc. Oct.* 30., *Quintil.* 6. 3. 38. et *Suet. Aug.* 40. — *Gallus*, collective, pro Gallis, ap. *Ennod.* 1. *carm.* 15. 17. — β) Improprie, pro barbaro quocumque. *Martial.* 3. 1. — *c)* In titulis cogn. vir. frequentissimum (quod etiam *Galus*, unico *l*, scribebatur), præsertim in gentibus *Ælia, Anicia, Aquilia, Asinia, Cestia, Cornelia, Flavia, Julia, Licia, Nonia, Postumia, Sulpicia* aliisque. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1519., 1606., 1641. *Corp.* 12. 4868 (*Narbone*). — Etiam præn. vir. *C.* 12. 2925 (1880. *prope Montar.*). — *Galla*, cogn. mul. *C.* 5. 3763. *C.* 12. 1524 (*Sisteron*); 11. 114.; 8. 2955. etc. — *d)* Apud scriptores — α) Ex vir. — *Flavius Constantius Gallus Cæsar*, de quo *V.* FLAVIUS. — *Vibius Trebonianus Gallus*, imp. Aug. et *Vibius Affinius Volusianus Gallus*. *V.* VIBIUS. — *Gallus*, ad quem *Propert.* plures scripsit elegias, ut 5. 10. 13. et 20. *l. I.*, fort. *Ælius Gallus*, præf. Ægypti a. 730 = 24., non autem *Cornelius Gallus* poeta; nec *Gallus*, propinquus ejusdem Propertii, qui prædonum manibus periit, ap. *Propert.* 1. 21., coll. 22. 7.; nec etiam *Gallus*, frater Luperci, filius Arriæ, de quo idem *Propert.* 4. 1. 95. — *T. Gallus*, Virgilii poetæ interpres, qui, ut Gaudentius, Servii commentariis usus est, non ille Servius, ut vult *Hagen*, quod ex lingua ejus barbariore, sed cultiore ap. hunc, facile arguitur. De eo in *Schol. Bern.* ad *ecl. X* (*p.* 839. *Hag.*) dicitur « Hæc omnia de commentariis Romanorum congregavi, i. e. Titi Galli et Gaudentii et maxime Junilii Flagrii Mediolanensis ». — *C. Sulpicius Gallus*, maxime omnium nobilium Græcis litteris studuit; isque et oratorum in numero est habitus et fuit reliquis rebus ornatus atque elegans (*Cic. Brut.* 20. 78); doctissimus homo, astrologiæ peritus, cui multum operæ curæque posuit (*Id.* 1. *Off.* 6. 19)., qui « mori videbatur in studio dimetiendi cœli atque terræ ». Quoties illum lux, noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, quum mane cœpisset! Quam delectabat eum defectiones solis et lunæ multo nobis antea prædicere! » (*Id. Cat.* 14. 49. et *Læl.* 27. 101. Cf. *Liv.* 44. 37). — Fuit prætor a. 585 = 169. et consul processit cum M. Claudio Marcello a. 588 = 166. — *Gallus Antipater*, « ancilla honorum et historicum dehonestamentum, principium de Aureolo sic habuit: Venimus ad imperatorem nominis sui ». Ita *Treball. Claud.* 5. — Alios consules vd. in *App.* — β) Ex mul. — *Galla*, uxor Fl. Julii Constantii, fratris Constantini M., quæ plenius *Galla Basilina*, ap. *Ammian.* 14. 11. 27., coll. *Momms.* in *Eph. epigr. III.* 79. — *Galla*, filia Valentiniani I., uxor Theodosii M., mater Galliæ Placidiæ (*Jorn. Rom.* 311. *M.*, *Marcellin.* et *Cassiod.* in *chron.*). — *Galla Placidia*, filia Theodosii I. et Gallæ, Valentiniani I. filiæ, *Placidia* abs. ap. *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 11., uxor, ut vidimus, Ataulphi, Gothorum regis (*Oros.* 7. *Hist.* 40), mulier ingenio acerrima et religione satis proba (*Id. ibid.* 43); dein, viro occiso, a Vallia, ejus successore, Honorio fratri reddita (*Id. ibid.*), a quo in matrimonium est data Fl. Constantio Augusto; sed, hoc vita functo, Constantinopolim profecta a. 423. ibi privatam vitam egit; denique in Italiam cum filio Valentiniano ad imperium recuperandum, quod Johannes tyrannus usurpaverat, a Theodosio II. est missa. Vixit certe usque ad a. 450. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 8. *p.* 175.*sq.* — Etiam *Gallula*, cogn. mul. demin. *Corp.* 2. 1827. — Adj. *Gallula Roma* est Arelate, sc. parva Roma, ap. *Auson. de urbib. ep.* 8. — Hinc deriv. *Gallicus*, — *a)* Adj., aliquando unico *l* in Inscriptionibus — α) Est ad Galliam vel ad Gallos pertinens. *Solin.* 23. Oceanus. *Catull.* 11. 11. Rhenus. *Liv.* 26. 19. sinus (*golfo di Lione*). *Varr.* 1. *R. R.* 2. 7. et *Liv.* 53. 4. et 24. 4. ager. *i. e.* territorium ad oram Adriatici maris inter Rubiconem et Æsim, dictum a Gallis Senonibus (*V.* infra), pars Umbriæ tempore Augusti, *Flaminia* appellata. *Lamprid. Alex. Sev.* 60. sermo. *Suet. Cæs.* 37. triumphus. *Vitr.* 1. 6. 10. ventus (*tramontana verso Greco*). et *Cæs.* 4. *B. G.* 3. mos. *Colum.* 12. 33. 6. caseus. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 15. 50. (86). asparagus. *Ovid.* 1. *Met.* 533. canis. *Cæs.* 1. *B. G.* 47. lingua. *Varr.* 5. *L. L.* 24. 116. lorica. *Martial.* 1. 93. palla. *Suet. Claud.* 24. provincia. *Ovid.* 2. *Art. am.* 258. vestis. *Plin.* 17. *Hist. nat.* 23. 35. (208). putatio vitium. et 16. *ibid.* 37. 69. (177). salix. et *ibid.* 43. 83. (228). fraxinus. *Claudian. carm.* 22. 394. fertilitas. *Flor.* 1. 13. 19. gens. *Firm. math.* 1. 1. stoliditas. *Cæs.* 7. *B. G.* 53. ostentatio. *Solin.* 23. fretum (i. e. *Passo di Calais*, Galliam a Britannia disterminans. Cf. *Tac. Agr.* 40. et *Strab.* 4. 128). *Tac. Agr.* 24. mare. *Colum.* 5. 7. 1. arbustum. *Pallad.* 1. 13. 1. lignum. *Solin.* 12. litus. *Suet. Cæs.* 24. vocabulum. *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (66). triticum. *Id.* 15. *ibid.* 20. 22. (84). mespilum. et 25. *ibid.* 9. 57.

(103). agaricon, Liv. 6. 14. aurum. Oros. 4. Hist. 12. bellum. Tac. 4. Hist. 76. fœdus. Cæs. 7. B. G. 23. muri. Id. 3. ibid. 11. naves. Vitr. 1. 4. 11. paludes. Colum. 7. 2. 3. oves. Cic. 1. Divin. 37. 81. copiæ. Lucan. 1. 215. arva. Horat. 1. Od. 8. 6. ora. h. e. equos Gallicos. et 3. Od. 16. 35. pascua. h. e. Galliæ Cisalpinæ. — β) Est etiam ad Gallæcos pertinens. Not. Dign. imp. occ. 40 (al. 42). Gallica cohors. h. e. locus in Gallæcia, ubi ea cohors stativa habebat. — γ) Item ad Gallum, Phrygiæ fluvium, pertinens, fere idem ac Trojanus. Propert. 2. 13. 47. Alii tamen aliter leg. — δ) Item ad Gallos sacerdotes deæ Cybeles. Ovid. Am. 13. 18. — b) Abs., substantivorum more, Gallica, cogn. mul. Corp. 8. 3988. et etiam vir. Corp. 5. 6069. — Gallicanus — a) Adj. qui est in Gallia vel, rarius, idem ac Gallus v. Gallicus. — α) Generatim. Cic. 2. Cat. 12. 26. ager. h. e. olim a Gallis Senonibus, dein, iis depulsis, a Romanis occupatus. Suet. Ner. 43. homo. Spartian. Sev. 5. exercitus. Varr. 10. L. L. 28. lana. Id. 1. R. R. 32. 2. vocabulum. Vopisc. Car. 2. bellum. et ibid. 7. imperium. Oros. 7. Hist. 42. milites. Cic. 2. Cat. 3. 5. legiones. Vopisc. Aur. 44. Dryades. Ennod. vit. Epiph. p. 351. H. Alpes. et p. 378. insignia. — β) Speciatim qui est in Gallia Cisalpina. Cic. frg. Pis. ap. Ascon. — b) Absolute, militum genus extremis R. imperii temporibus, qui additamento aliquo inter se distinguebantur. Notit. Dign. imp. or. et occ. — Substantivorum more, cogn. vir., præsertim in gentibus Cornelia, Domitia, Mœsia, Mulvia, Vulcatia. Corp. 8. 1210. Inscr. ap. Brambach n. 365. Gallicanus. — Absolute ap. Momms. n. 6646. — Ita cognominati fuere nonnulli consules, quos V. in App. — Gallicana, cogn. mul. Corp. 8. 2952. — Gallius — a) Adj. qui ex Gallia est aut ad Galliam pertinet. Sall. hist. lib. IV. mulieres (Alii leg. Galliæ). Adde Non. 492. 30. Marc. — b) Absolute, substantivorum more, nom. vir., sine cognomine, ut M. Gallius, filius Quinti, quem Cicero ante consulatum defenderat, vir prætorius, laudatus Cic. 10. Att. 15. et 11. ibid. 20. De eo Suet. Tib. 6. V. integr. loc. — Item Q. Gallius, ædilis a. 687 = 67. et prætor a. 689 = 65.; accusatus de ambitu, sed a Cicerone defensus (Cic. Brut. 80. 277); civis « ad ambitionem gratiosissimus » (Q. Cic. de pet. cons. 5). — Gallianus — a) Adj. a Gallia gente aut a Gallio vel a Gallo aliquo deductum, ut Gallianus fundus in pago Ambitrebio Velejate. Tab. alim. Velej. 2. 59. — Galliana Legio III. Cyrenaica, in Inscr. ap. Orelli n. 3392 (rectius in Corp. 3. 89. leg. III. Kur. Valeriana Galliana); sed fort. pro Galliena scriptum. — Galliana ala in Corp. 3. 4270. — Galliana prædia in Corp. 3. 536.; sed fort. a Gallia prov. dictum. — Galliana, absolute, oratio Ciceronis, pro Q. Gallio habita. — b) Substantivorum more, cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 4285. Adde Cod. 6. 46. 2. — Galliane (es), Græca posit., cogn. mul. Inscr. ap. Murat. 1945. 6. — Gallio (onis), cogn. vir., demin. Græcorum more. Corp. 8. 60. — Aliquando in nom. gent. transisse videtur, ut in Laterc. ap. Momms. n. 6769. — Memorantur: Gallio, amicus Ovidii, qui ad eum scripsit epist. XI. l. IV. ex Ponto. — G. amicus Columellæ 9. 16. 2. — G. frater Senecæ, nempe Junius Gallio, sed absolute ap. Vulg. Act. 18. 12-17. V. JUNIUS. — Gallicius, nom. gent. vir. Corp. 12. 409 (Massiliæ) et Gallicia, nom. mul. C. 12. 4098 (Caylar). — Galliosus, cogn. vir. C. 8. 8026.

Homon. Differunt inter se Gallus, Gallicus, Gallicanus; nam Gallus fere usurpatur de persona, ut a locis supra adlatis clare patet; Gallicus, plerumque adjectivum, et est qui ad Gallos pertinet vel ex Gallis componitur, ut Gallicæ copiæ ap. Cic. 1. Divin. 37. 81. etc.; Gallicanus potius dicitur de rebus non Gallicis, sed quæ in Gallia aguntur, ut ap. Cic. Quint. 4. 15. Gallicana res. — Sic Gallicanæ, legiones Romanæ in Galliis vel partim ex Gallis compositæ, ap. Cic. 2. Cat. 3. 5. — Item Gallicanum bellum, quod Romani in Gallia gesserunt, dixit Vopisc. Car. 2.

GALLIĀNĀTES, tum, m. plur. 3. incolæ vici v. pagi cujusdam, hod. Galliano, ap. Comum, qui memorantur in Inscr. ap. Pais Corp. I. L. Suppl. Ital. I. 847. Cf. Dressel, Deutsch. Litteraturz. 1888. p. 462.

GALLIĀNUS et

GALLICĀNUS et

GALLĪCUS. V. GALLIA.

GALLIĒNUS, i, m. 2. Scribitur etiam Gallenus, unico l. Cf. Hieronym. vir. ill. 67. et Gr. Γαλιηνός ap. Eus. ibid. et in Dipl. in Eph. epigr. IV. p. 518. — Gallienus est proprie nom. gent. (Cf. Trebell. XXX. tyr. 29. et Visconti in Bull. com. II. 1874. p. 101-105); quod transiit in cogn., quo præcipue innotuit imperator P. Licinius Egnatius Gallienus (V. LICINIUS). Adde Hist. Aug. Gall. 19. — Adjectivorum more, ut cohortes prætoriæ Valerianæ Gallienæ, dictæ ab imp. Gallieno in Dipl. cit. — Gallienianus, adj. ad Gallienum aliquem pertinens, ut Colonia Augusta Verona Nova Gallieniana in Inscr. ap. Maff. Mur. Ver. 197. Adde Corp. 3. 1560., ubi Galleniana pro Gallieniana.

GALLIM, nom. geogr., indecl. (Hebr. Gallim « acervus lapidum v. scatebræ »; LXX. Γαλλίμ, cod. Vat. Γαλέμ) ¶ 1. Gallim, oppidum tribus Judæ, inter Carem et Bether haud procul ab urbe Jerusalem, hod. Beit Djâla, ut probabiliter putat Survey (of West. Palest., Mem. Londr. 1881-1883. III. 20). Memoratur Hieronym. comm. in Mich. (M. XXV. a. 1198). ¶ 2. Gallim (Cod. Alex. Γαλλεί, Vat. 'Ρομμά), locus fort. in tribu Beniamin (Cf. 1. Reg. 25. 44. et 2. Reg. 3. 16), patria Phalti, cujus, ut videtur, meminit etiam Is. 10. 30. Cf. Hieronym. onom. p. 129. et 246. ¶ 3. Gallim (Hebr. 'Eglaim, LXX. 'Αγαλείμ, cod. Sin. 'Αγαλλίμ), oppidum Moab., tantum ap. Is. 15. 8., quod est una ex ultimis stationibus Israelitarum ad septentr. Arnon, respondens τῷ 'Αγαλλείμ Euseb. et Hieronym. onom. cit. p. 98. et 'Αγαλλα Jos. ant. 14. 1. 4.

GALLĪNA, æ, m. 1. nom. serv., quo appellatus est gladiator quidam Thrax, ap. Horat. 2. Sat. 6. 44.

GALLĪNÆ, ārum, f. plur. 1. nom. commune animalis notissimi, quod proprium quoque factum est, ut ¶ 1. Ad Gallinas, villa Liviæ Augusti ad IX. lapid. viæ Flaminiæ, hod. Prima Porta, ap. Plin. 15. Hist. nat. 30. 40. (136)., Suet. Galb. 1., coll. Dion. 48. 52. — De reliquiis hujus ædificii et priscæ artis monum., quæ exstant, cf. Bull. d. Inst. 1863. p. 71.sqq.; Nibby, Analisi III. 39. et Klein, Gesch. d. griech. Kunst III. 360. ¶ 2. Gallinæ Albæ, locus Urbis in reg. VI., in Quirinali, in viciniis hodiern. templi, vulgo S. Agata prope viam dei Serpenti. Memorant Not. et Cur. Urb. et Greg. M. 3. ep. 17. Cf. De-Rossi in Bull. Cr. a. 1876. p. 105. — Hinc Gallinius et Gallinia, nom. gent., fort. a gallinis curandis. Corp. 8. 3051. — Gallinianus, cogn. vir. Corp. 5. 4476.

GALLĪNĀRĬUS, a, um, adject. ad gallinas pertinens; hinc Gallinaria, insula, a copia gallinarum rusticarum ita appellata, in ora Ligustica, hod. Gallinara Isola d'Albenga. Memorant Varro 3. R. R. 9., coll. Colum. 8. 2., Sulpic. Sev. vit. s. Martin. 6. et Venant. vit. s. Martin. 1. 149. Cf. Nissen, Ital. Landesk. II. 142. — Gallinaria silva dicta, prope Cumas sita, inter ostia Volturni et Literni juxta litus (Γαλλιναρία ὕλη Strab. 5. 243). De ea Cic. 9. Fam. 23. et præsertim, quia latronibus infestata, Juvenal. 3. 307., ubi dicitur Gallinaria pinus.

GALLĪNĬUS. V. GALLINÆ.

GALLĬO, ōnis, m. 3. V. GALLIA et JUNIUS.

GALLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Inalpinus, in tropæo Augusti memoratus, inter Vesminos et Triullatos. Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. (137). et Corp. 5. 7817. Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaule II. 102. et 254. et Holder, Altkelt. Spr. ad v.

GALLĪTĀLŪTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Indiarum, ap. Plin. 6. Hist. nat. 20. 23. (77)., sec. Megasthenem, ex Dravidica stirpe. De iis vd. Kiessling, PWK. 7. 670.sq.

GALLITTA, æ, f. 1. cogn., fort. a Galla ductum. Corp. 8. 716. et 3268. — Fuit etiam uxor quædam tribuni mil. (laticlav.), quam adulterii crimine accusatam, uti refert Plin. 6. ep. 31. 4., Trajanus imp. Contumeliis damnavit. — Alia dives femina ap. Juvenal. 12. 99. et 113. — Item alia, Cosconia dicta, uxor cujusd. præfecti Ægypti, fort. L. Seji Strabonis, et filia Lentuli Maluginensis, memorata in Not. degli scavi 1903. p. 366. = Corp. 11. 7285. Cf. Cantarelli, Bull. com. 1904. p. 147-149. et Cichorius, Herm. XXXIX. 461-471.

GALLĬUS. V. GALLIA.

GALLIZĒNÆ, ārum, f. plur. 1. nom. sacerdotum feminarum insulæ Senæ, de quibus ita Mela 3. 48. « Sena in Britannico mari Ossismicis adversa litoribus, Gallici numinis oraculo insignis est, cujus antistites perpetua virginitate sanctæ numero novem esse traduntur: Gallizenas vocant putantque ingeniis singularibus præditas maria ac ventos concitare carminibus seque in quæ velint animalia vertere, sanare quæ apud alios insanabilia sunt, scire ventura et prædicere sed non nisi deditas navigantibus et in tantum ut se consulerent, profectis ». Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaule I. 306. et II. 536. et Reinach, Les vierges de Sena, Rev. celt. XVIII. 1897. 1.sqq., ubi eas exstitisse in dubium vocat; ceterum id vulgi commentum fuisse prima fronte agnoscitur.

GALLŎGRÆCI. V. voc. seq.

GALLŎGRÆCĬA, æ, f. 1. regio eadem quæ Galatia, ad occid. Phrygiæ, a Gallogræcis appellata, ita dictis, quod mixti essent ex Gallis et Græcis (Isid. 9. Orig. 2. 68., coll. 14. ibid. 3. 40. et Liv. 38. 16). Memoratur Liv. 37. 8., Flor. 2. 11., Vellej. 2. 39., Ammian. 22. 9. 4. et Oros. 4. Hist. 20. et 6. ibid. 2. — Joculariter Caligula imp., ap. Suet. Cal. 31. « Gallis Græcisque aliquot suo tempore condemnatis, gloriabatur Gallogræciam sese subjecisse ». — Hinc Gallogræcus, adj. qui est ex Gallogræcia. Cic. har. resp. 13. et Inscr. ap. Orell. n. 2924. — In plur. num. abs. Justin. 25. 2., 26. et 38. 3., Liv. 37. 18. et alib., Flor. 2. 11., Liv. epit. 38. V. GALATÆ et GALATIA.

GALLŎHISPĀNUS, a, um, adject. Gallis oriundus sed in Hispania natus. Abs. Hieronym. in Is. 18. 66. 19.

GALLŌNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 600. et 6125. — Momms. Inscr. n. 2587. Galonius (unico l). et Garrucci, Sgll. n. 494. Calonius. — Gallonia, nom. mul. Corp. 8. 1181. — Est etiam cogn. vir. Corp. 8. 9137. et mul. C. 3. 4267.; sæpius vero usurpatur ut nom. — Fuit P. Gallonius præco, qui, ut ait Schol. Cruq. ad Hor. 2. Sat. 2. 16., primus acipenserem piscem suæ mensæ apposuit; idcirco ejus mensa a Lucilio taxatur (quam « acipensere infamem » dicit etiam Acron ad Hor. loc. cit.), qui eum ita alloquitur ap. Cic. 2. Fin. 8. « O Publi, o gurges, Galloni, es homo miser etc ».

GALLUS, i, m. 2. (Γάλλος) amnis Phrygiæ, in Sangarium (Sakaria) influens, hod. Lefkeh. Memorat Plin. 5. Hist. nat. 32. 42. (147). « Flumina sunt - Sangarium et Gallus, a quo nomen traxere Matris deum sacerdotes », i. e. Galli. — Causam Ovid. ex eo arguit, quod qui biberit, in furorem erumpit, 4. Fast. 365. « Inter, ait, Cybelen altasque Celænas Amnis it insana, nomine Gallus, aqua. Qui bibit inde, furit etc. ». Adde 23. 6. 24. et Claudian. in Eutr. 2. 263. — Recentiores vocabuli etymon ducunt ab Hebr. gâlal « se volvit ». Cf. Gruppe, Gr. Myth. 1524. 3.; 1540. 2. et alib. — Gallus, a Gallia dictus. V. GALLIA. — Gallus gallinaceus, statio inter Uticam et Carthaginem, ap. Rav. p. 142. et Tab. Peut. — Plenius Ad Gallum gallinaceum in Itin. Ant. p. 22.

GALŌNĀTIS (Gallonatis), is, m. 3. castellum in Mauretania. Ammian. 29. 5. 25., ubi fort. rectius Galonatis.

GALTIS, oppidum, fort. Transilvaniæ, quod Galt dicitur, ad fluvium Alutam, ut putat Momms. ad Jorn. Get. 99., ubi memoratur.

GĀMĂLA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est oppidum Palæstinæ in Gaulanitide inferiore, non in Samaria, ut falso refert Plin. 5. Hist. nat. (14)., coll. 2. ibid. (205)., cujus nomen ductum est a forma cameli, quam repræsentabat, teste Jos. b. J. 4. 1.; nam hebr. gâmâl est camelus. — Fuit autem Judææ oppidum munitissimum, a Vespasiano expugnatum, non a Tito, ut perperam tradit Suet. Tit. 4., coll. Jos. b. J. 4. 1. 1. Nec minus errat Justin. 15. 1., qui narrat ibi commissum esse prœlium inter Demetrium et Ptolemæum Lagi, quod

contra Gazæ factum est, ut Benzinger clare demonstrat op. cit. — De eo scripserunt etiam Furrer, Gildemeister, Frei, Kasteren, Guérin, Schlatter. — Situm fuisse videtur ubi nunc el-Hhoshn. ¶ 2. Est etiam cogn. tam vir. quam mul. — De vir. Inscr. in Bull. Arch. Nap. a. 1858. p. 193. — De mul. Cic. 12. Att. 23. Cf. Orelli in Onom. Tull. p. 268.

GĀMĀLĪĒL, nom. indecl.; aliquando vero decl. Gamaliel, elis, ut ap. Rufin. apol. 2. 34., et Gamalielus, i, qui fuit vir Judæus, dignitate insignitus, in Cod. Theod. 16. 8. 22. — Vox est Hebr. Gamali' él, idem ac Lat. retributio mea Deus; LXX. Γαμαλιήλ. — Fuit autem ¶ 1. Gamaliel filius Phadassur, princeps tribus Manasse in deserto Sinai. Num. 1. 10., 2. 20., 7. 59. et 10. 23. ¶ 2. Gamaliel, cognominatus (haz-zaqên) senior vel Gamaliel I., ut distingueretur ab ejus nepote Gamaliel juniore vel Gamaliel II.; filius rabbi Simeonis (fort. qui memoratur Luc. 2. 25), Synedrii aliquando præses, ex secta Pharisæorum ac scriba seu legis doctor, ab universo populo magno in pretio habitus et honore (Act. 5. 34), caput præcipuæ scholæ rabbinicæ Hillelis, cujus erat nepos, Sauli (Pauli) magister (ibid. 22. 3), fort. etiam Barnabæ et Stephani (Lucian. loc. cit.); ex familia, quæ se putabat ad tribum Beniamin pertinere, quamquam serius enumerata est inter posteros David (Cf. Dalman, Die Worte Jesu, Leipz. 1898. I. p. 265). — Celebre est Gamalielis effatum, quod legitur in Act. 5. 30.sqq., ab eo libere prolatum in Synedrio, quum in eo esset, ut Apostolos, Christianæ fidei præcones, interficeret: « Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi estis. - Dico vobis: discedite ab hominibus istis et sinite illos, quoniam si est ex hominibus consilium hoc vel opus, dissolvetur: si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud, ne forte et Deo repugnare inveniamini. Consenserunt autem illi » (Cf. Crelier, Les Act. des Apôtr. Paris 1883. p. 67-71. et Le Camus, L'Œuvr. des Apotr. 1891. p. 84-92). — Obiit ante a. 70. p. Chr.; nulla enim, ut de Simeone ejus filio, fit mentio in Hierosolymorum obsidione atque eversione; quo mortuo « gloria Legis exstincta est » (Hamburger, Encycl. der d. Judent. II. 257). — Auctor recogn. Clement. I. 65-67. eum refert clam Christo adhæsisse, quo melius posset fratribus suis opem ferre; insuper, sæc. V., narrat Lucianus presbyter sibi Gamalielem apparuisse ac locum significasse, ubi fuerat sepultus, seque cum filio Abib et Nicodemo baptizatum fuisse a Petro et Johanne (Ep. Lucian. ad omn. eccl. 3-4., coll. Phot. Bibl. c. 171. et Tillemont, Mém. pour serv. a l' hist. eccl. p. 10-13., 27-30). Ejus corpus tunc repertum Caphargamalæ, Pisis nunc servatum credit Wagenseil, Sota p. 992-998.; Judæi tamen eum numquam Christianam religionem fuisse professum ex sectæ prejudicio dictitant (Niemeyer, Charact. I. 430). Ceterum plura Martyrologia uti sanctum citant et in Martyr. Rom. hæc leguntur III. non. Aug. p. 234. ed. 1914.: « Jerosolymis inventio corporis beatissimi Stephani protom. et ss. Gamalielis, Nicodemi et Abibonis, sicut Luciano presbytero divinitus revelatum est, Honorii principis tempore ». — De eo cf. Derenbourg, Essai sur l'hist. et la géogr. de la Pal. I. 1867. p. 241.; Grätz, Gesch. d. Juden 1878. III. p. 373.; Bloch, Inst. d. Judentums II. 1884. p. 118-202.; Braunschweiger, Die Lehrer d. Mischnah 1890. p. 50.; Mangenot, Dict. Bibl. III. 102.sq. (1910).

GAMBRĪVII (Gamabrivii), ōrum, m. plur. 2. populus Germanicus (Γαμαβρίουιοι Strab. 7. 291), inter Marsos et Suevos, ap. Tac. Germ. 2., fort. nom. contr. per aphær. a Sugambri. Cf. Bremer, Ztschr. f. deutsch. Altert. XXXVII. 12.sq.

GĀMĒLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., fort. a γαμήλιος, qui est titulus Jovis, quod nuptiis præesset. Corp. 3. 64. — Cf. Gamus, cogn. vir. satis frequens, a γάμος (nuptiæ), tam ingen. quam libert. Corp. 2. 3584.; 3. 2843. etc. — Est etiam titulus comœdiæ Cæcilii ap. Fest. p. 355. M. — Gamius, nom. gent. vir. in Inscr. ap. Momms. n. 6533. — Gamicus, cogn. vir. ap. Grut. 848. 3. et Gamica v. Gamice in Corp. 5. 2180. et form. product. ap. Orell. n. 4384. Gamiceni (dat.). — Gamicina, cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 3752. — Gamianus, cogn. vir. Corp. 5. 3517. — Gamio (ōnis), cogn. vir., demin. Græc. more. Inscr. ap. Momms. n. 3319. — Gamidianus, cogn. vir. Corp. 7. 1065. — Gammus, fort. pro Gamus, nom. vir. C. 3. p. 846. — Gammicus, fort. pro Gamicus, cogn. vir. C. 5. 3052.

GAMPHASANTES, um, m. plur. 3. populus Africæ interioris, memoratus una cum Ægipanibus, Blemyis et Satyris, sine tectis ac sedibus, vagus, sine vestibus, armorum ignarus, verbo ita a Mela 1. 23. et 47. descriptus, ut omnino fabulosus videatur. Memoratur etiam Plin. 5. Hist. nat. 8. 8. (44). et Solin. 31., ubi leg. Gampasantes. Cf. Vivien de St. Martin, Le Nord de l'Afr. dans l'ant. 141. 2.

GĀMUS. V. GAMELIUS.

GANDĀRI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

GANDĀRĪDÆ, ārum, m. plur. 1. populus Asiæ interioris, sæpe confusus cum Gangaridis, quos tamen Kiessling unum cum illo idemque censet (PWK. 7. 695). Memoratur Oros. 1. Hist. 2. — Gandari quoque vocantur Mel. 1. 13. et Gandari Indi in Tab. Peut. (= Γανδάριοι Her. v. Γανδάραι Ptol.).

GĀNĔA, æ, m. 1. cogn. vir. Corp. 5. 1285.

GANGĀRĪDÆ (Gangarides), ārum, m. plur. 1. (Γαγγαρίδαι Ptol.) populi Indiæ, utramque ripam Gangis, unde sunt denominati, prope ejus ostia incolentes, quorum qui ad dexteram, Calingæ cognominantur, tempore Alexandri M. potentissimus, inde a tempore Candragrupta (Sandrakottos), qui regnum inter eos condidit. (Diod. 2. 37. et 17. 53). Memorant Plin. 6. Hist. nat. 18. 22. (65)., Isid. 9. Orig. 2. 41. et Virg. 3. G. 27., coll. Serv. ad l. — Eos debellatos fuisse perhibent ab Alexandro M. Justin. 12. 8. et Oros. 3. Hist. 19.; contra Curt. 9. 2.

GANGĀRĪDES, um, m. plur. 3. V. voc. præc.

GANGES, is, m. 3. (Γάγγη) nom. geogr. et pers. — a) Acc. Gangen ap. Cic. 6. rep. 22., Senec. Œd. 427 (codd. ε Α Gangem), Mel. 3. 67. et 69. 70., Solin. 52. etc. — Gangem ap. Capell. 6. p. 199. — Abl. Gange ap. Ovid. 4. Met. 21. et 5. 47. et Mel. 3. 67. — b) Secunda syllaba brevis est ap. Prudent. 2. Symm. 605. « et quos Ganges alit ». — c) Origo nom. geogr. fabulosa ducitur a Gange (Γάγγης), filio Indi et nymphæ, Kalauriæ v. Kalindæ (Kalindriæ) dictæ ob ejus pulcritudinem (Dionys. perihег. 1145., coll. Müller, Geogr. gr. min. II. 174), de qua fabula vd. etiam Ps.-Plut. de fluv. IV. 1. et Philostr. Apoll. Tyan. III. 20. (p. 51. 20.sqq. Kayser). Isid. 13. Orig. 21. 8. vocabulum derivat a Gange rege. Rectius vero etymon petitur ab ipsa Indica lingua, in qua sonat « lator bonorum omnium », ut Iran. huupabara; similiter Ctesias (Indica ap. Phot. bibl. LXXII. p. 144.sqq.), qui ea loca adiit, « benedictionum dives » est interpretatus. — Est itaque ¶ 1. Nom. geogr. et quidem — 1.º) Fluvius Indiæ ulterioris, qui illam a citeriore disterminat; nascitur ex Imao (Himalaya austr.-occ., a mont. Apocopa), excurrit per planitiem fertilissimam, perque oppida urbesque (Calcutta, Candernagor, Hoogly, Gessore, Allahabad, Benares, Patna) transiens auctusque plurimis fluviis, in sinum Gangeticum, ab eo dictum (golfo del Bengala), se exonerat (Strab. 15. 686. et 719. et Ptol. 7. 11. 29), sec. Plin. 6. Hist. nat. 18. 22. (65). « ubi minimum, VIII. m. p. latitudine » (hod. lat. m. 400-4800, long. km. 2300.). — De ejus tamen delta et ostiis varia est veterum Plin., Mel., Dionys. aliorumque sententia. — Memoratur Virg. 2. G. 137. Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus. Ovid. 5. Trist. 3. 23. lato spatiantem flumine Gangen. Grat. cyn. 314. Nardiferumque metunt Gangem. Sidon. carm. 22. 41. Corniger inde novi Ganges fit pompa triumphi. Adde Virg. 9. Æn. 31., coll. Serv. ad l., Curt. 8. 9. 5.sqq., Oros. 1. Hist. 2. et alib., Claudian. carm. 2. 163., 3. 298., 7. 208. etc., Ampel. 6. Describitur autem Plin. loc. cit. et alib., coll. Mel. locc. citt. et Solin. 52., ubi insulam (Modogalinga) in Gange amplissimam esse tradit. — Est unus ex fluviis sacris apud Indos, et auri ferax olim et ex quattuor paradisi terrestris, hebr. Phison dictus, teste Hieronym. onom. p. 195. et 361. P. cum Jos., Ps. Jon. et Targ., qui eos interpretabantur Euphratem, Tigrim, Gangen et Nilum; hanc vero opinionem profitebatur Hieronym., dum Ephr. et Severian. substituebant Danubium (Cf. GEHON). — Indi putant ejus aquas sanctas esse iisque se lavant reges vel ipsi et ex remotis regionibus advenæ; de eo tamen commentitia plura a veteribus referuntur, quæ a recentioribus jam sunt explosa. — De Gange cf. Mc Crindle, Ancient Ind. by Meg. 130-132. et Kiessling, PWK. 7. 703.sqq. — 2.º) Item civitas, memorata Rav. p. 46., quæ græce Γάγγη βασίλειον vocatur Ptol. 7. 1. 81. ¶ 2. Est etiam nom. pers., nempe regis Indiæ, de quo Isid. loc. cit. — Hinc Gangeticus, adj. ad Gangem fluvium pertinens. Auson. edyll. 11. 16. et ep. 20. 9. ales. i. e. phœnix. Martial. 8. 26. raptor. h. e. venator tigrium circa Gangem. Ovid. 6. Met. 636. tigris. Senec. Med. 865. nemus. Colum. 8. 8. 10. aves. — Gangetis (idis), adj. patronym. a Ganges, idem ac Gangetica. Ovid. 1. Amor. 2. 47. Talis erat domita Bacchus Gangetide terra.

GANGĒTĬCUS, a, um, adject., et

GANGĒTIS, idis, f. adject. V. voc. præc.

GANGRA, ōrum, n. plur. 2. (τὰ Γάγγρα, αἱ Γάγγραι, ἡ Γάγγρα). Etiam Ganger ap. Plin. 6. Hist. nat. 2. 2. (7). v. Gangre, ut alii leg.; Gangaris in Tab. Peut. 9. et Garyara ap. Jorn. Get. 51. — Est autem oppidum et castellum Paphlagoniæ, hod. Kanghry, ad quod relegatus est Dioscorus, ep. Alex., teste Vict. Tun. in chron. ad a. 453. Cf. Ramsay, As. min. 258.

GANNASCUS, i, m. 2. Chattorum dux, natione Cannefas, qui ex milite auxiliari in exercitu Romanorum et diu transfuga, factus est et prædo maritimus; sed est dolo captus interfectusque a. 47. p. Chr., teste Tac. 11. Ann. 18. et 19.

GANNICUS, i, m. 2. nom. vir. Germanicæ originis (Muellenhoff, Deutsch. Altertumsk., II. 155). Scribitur etiam Cannicus. — Fuit hoc nomine unus ex factione Germanorum in bello servili Spartaci, una cum Casto, a Crasso profligatus. Liv. epit. 97. et Frontin. 2. Strat. 4. 7. et ibid. 5. 32. — Occurrit etiam in titulis in Corp. 3. 5102. — Gannica, cogn. mulieris in Aventico, C. 13. 5137.

GANOS, i, f. 2. (Γάνος, τό) oppidum Thraciæ in Propontide, hod. item Ganos. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. (47)., coll. Hierokl. 633. — Suid. agnoscit etiam montem ἡ Γάνος. — Ceterum de oppidi situ vd. Kalopathakes, De Thracia prov. Rom. (1893) 35.

GANTUNÆ v. Cantunæ, ārum, f. plur. 1. deæ Germanicæ, quarum ara reperta est Coloniæ. Corp. 13. 8218 (= Korr. Bl. d. Westd. Ztschr. XXIII. 1904. 73), fort. Matronarum nom., ut putat Ihm. — Falso Ad Cantunas locus, unde nom. ductum sit: cf. Bonn. Jahrb. CX. 188.sqq.

GĂNYMĒDĒS, is, m. 3. (Γανυμήδης Hom. Il. 20. 233-235., Pind. Ol. 1. 70., al.). — a) Scribitur Ganimedes, omissa aspiratione, in Inscr. dubia ap. Momms. n. 4606. et etiam Canumedes in Inscr. Mitteil. d. deutsch. arch. Inst. Röm. II. p. 282. — b) Acc. Ganymedem ap. Juvenal. 5. 59. et 9. 22., Petron. 92. 3., Hygin. astr. 2. 16. et 29., Firm. math. 12. 2. — Ganymeden ap. Cæs. Germ. phæn. 318., Min. Fel. 28. 7., Inscr. ap. Orelli n. 4311. — c) Etymon vocabuli ita proponit Etymol. M. quasi sit letificans v. suavis consiliator (παρὰ τὸ γάνος μήδεσθαι τῷ Διὶ ἢ παρὰ τὸ γάνυσθαι τοῖς μήδεσι). — Memorantur plures hoc nomine. ¶ 1. Ganymedes, puer Trojanus pulcherrimus, filius Trois v. Troili, regis Trojanorum, et Callirrhoes (Apollod. 3. 140. et Mythogr. I. fab. 204. Cf. Wellmann, Comm. philol. Gryph. 60) vel Assaraci (Hygin. fab. 224) vel Erichthonii (Id. fab. 271) vel Ili (Mythogr. I. fab. 204) vel Laomedontis (coll. Cic. 1. Tusc. 26. 65. et Ovid. 11. Met. 756). — Ut aliquid tamen ex fabula colligamus, quod clarius videatur, eorum sententiam sequimur, qui tradunt eum fuisse Trois et Callirrhoes filium, fratrem Ili et Assaraci, pastorem v. venatorem Phrygio more vestitum, in Idæ montis nemoribus commorantem, qui nomine ipso pulcritudinem, qua maxime excelleret, significaret (Cf. Talbot, Myth. Gr. et Lat. [1890] p. 106. et Gruppe, Gr. Myth. 842. 2); ideo a Jove eum valde adama-

tum fuisse ejusque jussu ab aquila (seu ab ipso Jove in aquilam converso) raptum et in cælum translatum, ut pincerna deorum esset, repudiato ministerio Hebes (*Mythogr. I. fab.* 184. et *II. fab.* 198., *Ovid.* 10. *Met.* 155.*sqq.*, coll. *Fast.* 6. 43., *Apul. Met.* 6. 15. et *Augustin.* 7. *Civ. D.* 26., coll. *Horat.* 4. *Od.* 4. 4). Hinc in *Inscr.* metrica ap. *Orelli n.* 4311. « Armiger ecce Jovis Ganymeden sustulit alis, Porrigat ut cyathos dis convivalibus aptos ». — Memoratur — a) Proprie. *Macrob.* 5. *Sat.* 16. 10. *sq.*, *Virg.* 1. *Æn.* 32., coll. *Serv.* ad *l.*, *Dict.* 2. 26 (qui a Cretensibus raptum eum dicit), *Cic.* 1. *Nat. D.* 40. 112. et 4. *Tusc.* 33. 71., *Martial.* 5. 55. et *alib.* — Dicitur: *Ovid.* 11. *Met.* 756. Assaracus; *Dracont.* 8. 478. auctor Troius. *et ibid.* 479. conditor artis; *Horat. loc. cit.* flavus; *Juvenal.* 13. 43. Iliacus. — Fabula Ganymedis mythologiæ Græcæ et etiam Asiaticæ est tribuenda; videtur enim profecta ab Indorum figmentis, in quibus Indra, deus aeris ac tempestatum, traditur avis rapacis celeritate puerum Medhatithi rapuisse eumque inter mundos ac cælos transtulisse suamque ei detexisse majestatem. Astronomi vero Alexandrini eum inter astra zodiaci posuerunt, ubi: Ὑδροχόος, i. e. Aquarius, appellatur, quia stellæ illæ suo situ aquam fundentis imaginem videantur referre, teste *Hygin. astr.* 2. 16. et 29., coll. *Ampel.* 2. et *Horat.* 3. *Od.* 20. *in fin.* Sic apud recentiores tertio satelliti, ut ajunt, Jovis planetæ nomen inditum est *Ganymedes*, ob magnum, quo enitet, splendore. — Hanc tamen fabulam aliter alii exponunt. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 13. hæc habet: « Porro autem quicumque finxerunt a Jove ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedem, quod nefas rex Tantalus fecit et Jovi fabula tribuit »; quibus verbis ea illustrantur, quæ de hac re scribit *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 657. « Ob raptum Ganymedis Troi, patri Ganymedis et Tantalo bellum exortum est, ut scribit Phanocles poeta. Frustra igitur Jovis fabula et raptrix Aquila fingitur ». Cf. *Oros.* 1. *Hist.* 12. — Huc etiam pertinet, quod ait *Lact.* 1. 11. *de Jove.* « Rapuisse dicitur in aquila Catamitum (*i. e.* Ganymedem: *V.* CATAMITUS): poeticus color est. Sed aut per legionem rapuit, cujus insigne aquila est: aut navis, in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam ». — b) Improprie dicitur de quocumque sive amasio sive pincerna. *Martial.* 7. 74., 9. 23. et 26. et *alib.* — De Antinoo *Prudent.* 1. *Symm.* 271.*sqq.* — Et in plur. num. *Arnob.* 5. *p.* 187. — Hæc denique fabula materiam uberrimam suppeditavit poetis, præsertim scænicis, et artificibus, quorum opera sive picta sive sculpta (memorata ex parte a veteribus *Nonn.* 25. 480., *Paus.* 5. 26. 2., *Theocr.* 15. 128., *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. [79]., *Juvenal.* 9. 22., *Stat.* 1. *Theb.* 548., *Val. Fl.* 2. 414.. *Lact.* 1. 11. 29. etc.) illustrarunt *Visconti* passim, *Mus. Pio-Clem.* 2. *p.* 220. et 223. 3. *p.* 247., 5. *p.* 101. et *alib.*; *Overbeck, Kunstmyth. II.* 515.*sqq.*: *Furtwängler, Samml. Sabouroff II.* zu *Taf.* 147.; *Wieseler-Wernicke, Ant. Denkm. z. gr. Götterl. Taf. VIII* (Haupttypen); *Korte, Ann. d. Inst. XLVIII* (1876) 49.*sqq.*; quæ plurima minute recenset *Friedländer* in *PWK.* 7. 742.*sqq.* His autem celebres artifices recentiores, nempe *Michelangelo, Tiziano, Correggio, Le Sueur, Rubens, Rembrandt*, sua, veterum æmula, addidere. ¶ 2. Ganymedes, præfectus Ptolemæi, regis Ægypti, ap. *Liv.* 31. 16., ubi alii leg. *Callimedes.* ¶ 3. Ganymedes, eunuchus Arsinoes, regis Ptolemæi filiæ, oppugnator Cæsaris a. 706 = 48. *Auct.. b. Alex.* 4. et *Flor.* 4. 2. 60. ¶ 4. Alii ap. *Petron. sat.* 44., 59. et 92. — Hinc *Ganymedeus*, adj. *Martial.* 7. 40. chorus. *et* 9. 17. comæ. *Anth. Lat. n.* 761. 67. *R.* raptrix. *i. e.* aquila.

GĂRĀMA, æ, f. 1. (Γαράμη *Ptol.*) *Garamma* scribitur *Isid.* 14. *Orig.* 5. 13. — Est autem ¶ 1. Cogn. mul. *Corp.* 8. 3308. ¶ 2. Etiam urbs, caput Garamanticæ regionis, in Libya, hod. *Djerma*, condita, ut tradunt mythologi, a *Garamante*, filio Apollinis (*Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 198). — De ea vd. *Vivien de St. Martin, Le Nords de l'Afr. p.* 50.; *Barth, Reis. in Nord. u. Centralafr. I.* 165. et *Duveyrier, Les Touaregs du Nord* 276. — Hinc *Garamans* (ap. *Senec.* et *Prud.*) et *Garamas* (ap. *Sil. It., Claudian., Avien., Isid.*), adj., ut *Garamas regio* ap. *Isid. loc. cit.* etc. — Abs. sæpius in plur. num. *Garamantes*, Γαράμαντες (genet. *Garamantum* ap. *Liv.* 29. 33., *Tac.* 3. *Ann.* 74. etc.; et etiam *Garamantarum* in *Anth. Lat.* 188. 1., 942. 1. — Acc. *Garamantas*, Gr. posit., ap. *Virg. loc. cit.*, *Mel.* 1. 23., *Tac.* 4. *Hist.* 50. etc.), populi Libyæ interioris, in duos distinguendi; alii enim interiorem Libyæ partem incolebant, quæ Phazania (*Fezzan*) dicta est a Romanis; alii vero regionem litoralem circa Syrtim parvam (fort. *uadi Gadama*), gens, ut refert *Herod.* 4. 174. et 183., non vaga, moribus a feritate alienis, fertile territorium habens, quam a. 21. a. Chr. L. Cornelius Balbus junior, proconsul Africæ, facile subegit, nec tamen statim imperio R. adnexuit. Memorant *Liv.* 29. 33., *Flor.* 4. 12. 41., *Ampel.* 6. et 85., *Tac.* 3. *Ann.* 74., 4. 23. et 26., *Solin.* 15., *Ammian.* 22. 15. 2., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Virg.* 8. *Ecl.* 44. et 6. *Æn.* 795., *Sil. It.* 1. 142.; 3. 10., 313., 648.; 13. 479. et 17. 634. — In sing. num., collective. *Senec. Herc. Œt.* 1106., *Sil. It.* 6. 705., *Claudian.* 21. 255. et 355. et 47. 20. — Deriv. *Garamanticus*, adj. *Sil. It.* 14. 440. vates. *Id.* 4. 445. pubes. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 7. 28. (100). sandastros. — Specialim *Sidon. carm.* 9. 47. Tonans. *i. e.* Juppiter Hammon, cujus templum in Libya erat. *Augustin.* 21. *Civ. D.* 7. fons, ubi una vena friget diebus, noctibus fervet. *Solin.* 30. Æthiopes. — *Garamantis*, adj. patronym., qui ex Garamantibus est vel ad Garamantas pertinet. *Virg.* 4. *Æn.* 198. nympha. *i. e.* mater Jarbæ, a Jove Hammone rapta. *Sil. It.* 14. 498. pinus. *i. e.* navis Africana.

GĂRĀMANS v. Garamas, antis, adject., et

GĂRĀMANTES, um, plur. 3., et

GĂRĀMANTĬCUS, a, um, adject. et

GĂRĀMANTIS, idis, adject. comm. gen. *V.* voc. præc.

GĂRĀNUS, i, m. 2. nom. pastoris, de quo ita *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 203. « Solus Verrius Flaccus ait, Garanum fuisse pastorem magnarum virium, qui Cacum adflixit; omnes autem magnarum virium apud veteres *Hercules* dictos ». *Solus* dicit, quia communis est mythologorum sententia Herculem proprie dictum fuisse Caci interfectorem, quem tamen *Recaranum* cognominat *Auct. orig. gent. Rom.* 6. Ex etymologis autem alii petunt nominis originem ab Heraclide *Karanos*, coll. κάρανος = tyrannus (*Abel, Maked.* 93.*sq.* et 100.*sq.* et *Gutschmid, Maked. Anagr.* in *Symb. Philol. Bonn* 118.*sqq.*, coll *Jordan, Herm. III.* 408. et *Preller R. M. II.*[3] 283. 4); vel a *Carus* (*Walde, Lat. Etym. Wört* 116); vel ab ipso Hercule, qui et *Garanus* in *Inscr.* Celtica *Corp. I. L.* 13. 1. 3026. Cf. etiam *Trigaranus* ap. *Mowat* in *Bull. epigr. de la Gaule I* (1881) 60.*sqq.* et *III* (1883) 12.*sqq.* et *Reinach, Revue Celt. XVIII* (1897) 253. *sqq.* Putamus itaque *Garanum*, quem pastorem magnarum virium dicit Verrius, esse ipsum Herculem ita cognominatum.

GĂRĀSA. *V.* GERASA.

GARBĒ, es, f. 1. oppidum Africæ in Numidia, sedes episcopi, a. 303., ap. *Augustin.* 3. *c. Cresc.* 30. et *Opt. schism. Donat.* 1. 14. et 2. 4., coll. *Carth. I.* 209. ap. *Migne XI.* 1349. et *Not. episc. Numid. n.* 102.

GARDA, æ, f. 1. oppidum Italiæ, memoratum *Rav. p.* 253. « Non longe ab Alpibus sunt civitates, id est Sirmio, Garda et apud eas lacus maximus, qui dicitur Benacus », hod. *lago di Garda*, ita ex hac civitate (nunc vico), ad ejus ripas sita, denominatus.

GARDELLACA, æ, f. 1. statio et castellum in Pannonia inferiore, *Cardabiaca* dict. in *Not. Dign. occ.* 33 (Cf. *Momms.* in *Corp.* 3. *p.* 480), *Gardellaca* in *Tab. Peut.* et *Cardelaca* ap. *Rav. p.* 220., situm ap. hod. *Neudorf* prope Danubium. (V. *Kubitschek, Arch. epigr. Mitt. XI.* 146).

GĂRESCUS, i, f. 2. (Γαρησκός *Ptol.* et *Strab.*) oppidum ad septentr.-orient. Macedoniæ, prope Strymona, hod. *Nevrokop.* Meminit *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (35).

GARGĀNUS, i, m. 2. mons Italiæ australis (reg. II. Apul.) ad mare Adriaticum, ubi desinit in promontorium Gargani (*Testa di Gargano*), solitarius et altus (1,570. m.), a longinquo conspicuus, silvis refertus, hod. *Monte Gargano* v. *Monte di S. Angelo*, ita dictus ex eo, quod ibi archangelus Michael se visendum obtulit, teste *Paul. diac.* 4. *Langob.* 46. « Oraculum sancti archangeli in monte Gargano ». Adde *Martyrol. Hieronym.* III. kal. Oct., *Lib. Pont.*, *Gelas. LI.* 1., *Mon. Germ. script. rer. Langob. p.* 541. De eo *Claudian. IV. cons. Hon.* 106. « Garganum Alpinis Apenninumque nivalem Permixtis sociate jugis ». Adde *Horat.* 2. *Od.* 9. 7. et 2. *Ep.* 1. 202., *Sil. It.* 4. 561. 7. et 366., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (103). et *Augustin.* 18. *Civ. D.* 16. — Hinc *Garganus*, adj. *Sil. It.* 9. 33. « cum spargere primis Incipiet radiis Gargana cacumina Phœbus.

GARGĀPHIA, æ, et

GARGĀPHIĒ, es, f. 1. (Γαργαφίη et Γαργαφία *Her.* et *Paus.*) *Gargaphye* ap. *Stat.* 7. *Theb.* 273. — Fuit autem fons et vallis in Bœotia, descripta ab *Ovid.* 3. *Met.* 155. — *Hygin. fab.* 181. fontem vocat *Parthenium*, i. e. virgineum; ibi enim Diana venatione fatigata se perluebat (*V.* ACTÆON); unde et *Hecatæa* dicitur *Stat. loc. cit.* « Hecatæaque gurgite nutrit Gargaphye ».

GARGĀRA, ōrum, n. plur. 2. (τὰ Γάργαρα *Ephor.*, Γάργαρον *Tzetz. Lycophr.*, ἄκρα, τὸ Γάργαρον [Γάργασον?] ἀκρωτήριον *Steph. Byz.*, ἄκρον Ἴδης *Hom. Il.* 14. 292). *Gargara mons* ap. *Plin.* 5. *Ist. nat.* 30. 32. (122). et *Macrob.* 5. *Sat.* 20. 1. et *Gargarum* ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 103. et *Dict.* 2. 7. — Est autem mons seu potius cacumen (ἄκρον) montis Idæ, cum oppido cognomine (*Val. Flacc.* 2. 360. et 584. et *Stat.* 1. *Theb.* 549), in Troade (Γάργαρον ἀκρωτήριον ὄρους Ἴδης καὶ πόλις Τροίας *Hesych.*, non confundendo cum alio in Mysia vel in Æolide *Strab.*), olim e Lelegibus habitato, dein Æoliorum colonia, hod. *Ineh*, agrum habens circa fertilissimum, quare *Virg. loc. cit.* « ipsa suas mirantur Gargara messes ». Cf. *Ovid.* 1. *Art. am.* 57., *Claudian. carm.* 28. 389. et 38. 208. et *Pacat. paneg. Theod.* 4. — De ejus nummis vd. *Head*, 545. — Hinc *Gargares*, incolæ. *Macrob. loc. cit.* 20. 9. — *Gargaricus*, adj. *Auson. ep.* 25. 16. « Dindyma Gargarico respondens cantica luco ».

GARGĀRES, um, m. plur. 3., et

GARGĀRĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

GARGĀRĬDÆ, ārum, m. plur. 1. (Γαργαρίδαι) populus stirpis Scythicæ, memoratus *Val. Fl.* 6. 67., ubi genet. pl. *Gargaridum* pro *Gargaridarum.* Alii male leg. *Gandaridum.* Cf. *Dionys. per.* 1144. — *Gargaridion*, genet. pl. pro *Gargaridiorum*, quod tamen dictum videtur de provincia in Persia a *Rav. p.* 51. — Huc fort. pertinet, uti censet cl. *De-Vit*, illud *Dionys.* ap. *Priscian. perhieg.* 1050. « Gargaridæque truces », coll. *Avien. orb.* 1349., quod puto ad Gargaridas Scythiæ potius respicere. Sed vd. GANDARIDÆ.

GARGĀRĬUS locus, in pago Lucretio agri Arelatensis, hod. *Saint-Jean- de Garguier*, in *Inscr.*, inde a tempore Antonini Pii imp. reperta, *Corp.* 12. 594 (P)AGANI LVCRETI QVI SVNT FINIBVS ARELATENSIVM LOCO GARGARIO etc. — Etiam in ep. *Zosimi* pap. ad episc. Galliæ memoratur (V. C. *Jullian, Bull. épigr. V.* 165.*sqq.* et 240.*sq.* et *Hirschfeld, C. I. L.* 12. *p.* 77).

GARGĀRUS, i, m. 2. fluvius, de quo *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 103. — Item mons in Lycia, memoratus *Mythogr. I. fab.* 72.

GARGETTĬUS, a, um, adject., a *Gargetto*, Atticæ pago, in edito loco, inter Hymettum et Pentelicum, hod. *Garito*, patria Epicuri, qui *Gargettius* inde fuit appellatus. *Cic.* 15. *Fam.* 16. Gargettius senex. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 94. senior. *et* 2. *ibid.* 2. 113. auctor (Cf. *Löper, Athen. Mitt. XVII.* 353.*sq.*).

GARGĬLĬUS, ii, m. 2. Scribitur etiam *Garcilius* et etiam *Gargirius*, sed fort. errore lapicidæ. — Est autem nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4953., *Corp.* 6. 18882 (*prope Lateranum*). — *Gargilis* in *alia* in *Revue Arch.* a. 1881. *I.* 227. — Agnom. v. signum in *Corp.* 3. 2296. — Apud scriptores memoratur præsertim — 1.°) Gargilius, vir luxuriosus, qui se venari simulabat, dum emeret apros, ut ait *Horat.* 1. *Ep.* 6. 58. —

2.°) Gargilius, scriptor, æqualis Alexandri Severi imp., cujus videtur vitam enarrasse, ut refert *Lamprid. Alex. Sev.* 37., fortasse unus idemque cum Gargilio Martiale, rei rusticæ scriptore. — 3.°) Q. Gargilius Macer Acidinus, IIIvir capitalis, trib. militum, quæstor urbanus, trib. plebis, prætor, proconsul provinciæ Cretæ et Cyrenæ, ut legitur in *Corp.* 2. 4120. — 4.°) A. Gargilius Martialis, scriptor rei rusticæ, medicæ et fort. historicæ, sæc. III. p. Chr., de quo *Cassiod. inst. div. litt.* 28. hæc habet: « Quodsi hujus studii (*rei rusticæ*) requirantur auctores, de hortis scripsit pulcerrime Gargilius Martialis, qui et nutrimenta olerum et virtutes eorum diligenter exposuit ». — In suis operibus componendis, a Palladio sæpe citatis, quorum maximum erat *de re rustica*, plerumque sequitur ex Græcis Dioscouridem, Galenum, Hippocratem et Melitium, ex Latinis Plinium, seniorem præsertim, Columellam, Celsum, Julium Atticum, Julium Frontinum, Curtium Justum; ea tamen ætatem non tulerunt, ex quibus quædam tantum partes ad nos pervenerunt in quarto libro Ps.-Plinii Valeriani et fragmenta aliqua (*de pomis* etc.), reperta in codicibus, ediderunt *Scotti, Mai, Schötigen, Gesner* et *Schneider* (V. *Rose, Anecd. gr. II. p.* 110.*sq.* et *p.* 125., 131-150. et 151-156. et 157). — Ejus opera vd. in *Ind. auct.*, de quibus consulas quoque *Teuffel-Schwabe, Gesch. d. Röm. Litt.*[5] § 380. *M.*; *Schanz, Gesch. d. Röm. Litt. III.*[2] § 634-35. et *E. Meyer, Gesch. der Botanik II.* 228.*sqq.* — 5.°) L. Pullaienus Gargilius Antiquus, Xvir, stlitibus judicandis, trib. laticlavius Augusti, trib. plebis, prætor, curator viæ Clodiæ, Cassiæ, Ciminiæ, trium Trajanarum, legatus legionis I. Minerviæ, legatus Augustorum, pro prætore provinciæ Thraciæ, consul designatus, ut legitur in *Corp.* 3. 7394. — De ejus nummis vd. *Mionnet, Suppl. II.* 366. *n.* 969. *sqq.* et *ibid.* 405. *n.* 1213. et 445. *n.* 1432.*sqq.* et *alib.* et quidem sub Antonino Pio (a. 138-161) et Marco (a. 161-180). — Hinc *Gargilianus.* — a) Cogn. vir. *Corp.* 8. 3152. et 7044. — Cf. *Martial.* 3. 30. et 74., 4. 56., 7. 65. et 8. 13. — b) Adj. ut *Gargilianus fundus* ap. *Scæv. dig.* 32. 1. 41. § 3. — *Gargiliani heredes* ap. *Paul. dig.* 22. 6. 9. § 5 (codd. *Cargiliani*). — *Gargilianæ thermæ*, Carthagine, magnificentissimæ. *Coll. Cognit. I. n.* 1. et *II. n.* 1. et *III. n.* 1. et *Augustin. brev. coll. prim. d.* 14. *p.* 620. — Ibi et laudata collatio Catholicorum cum Donatistis a. 411. et declamatio, quam *Dracontius* tunc habuit, suæ *Controversiæ de statua viri fortis* (V. *carm. min.* 5).

GARGONĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 924. — Fuit rhetor, Buteonis auditor, postea successor, « homo villissimus », ut ait *Senec.* (*suas.* 2. 16), et « vocis obtusæ sed pugnacissimæ, cui Baros scurra rem venustissimam dixit: *centum raucorum vocem habes.* Hic etc. » (*Ibid.* 1. 7. 18).; qui et fœdum genus cacozeliæ in eo fuisse tradit hoc effato « Illud publicum adulterium est sub Miltiadis tropæis concumbere » (*ibid.* 9. 1. 15). De eo item *Cic. Brut.* 48. 180. « Omnium oratorum sive rabularum, qui et plane indocti et inurbani aut rustici etiam fuerunt - solutissimum in dicendo et acutissimum judico - C. Gargonium ». — Varia tamen est lectio nominis; modo enim *Gargonius* scribitur (*Senec. contr.* 1. 7. 18), modo *Gargius* (10. 5. 25), modo *Carconius* (*suas.* 2. 16) etc. — Item ap. *Horat.* 1. *Sat.* 2. 26., coll. 4. 92. memoratur homo (fort. rhetor, de quo modo dictum est) « facetus - ineptus pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum ».

GARGŎRIS, is, m. 3. rex Cunetum vetustissimus, qui primus mellis colligendi usum invenit, teste *Justin.* 44. 4.

GARĬANNŎNENSES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. seq.

GARĬANNŎNUM, i, n. 2. castellum litoris Saxonici in Britannia, haud procul ab *Yarmouth.*, in *Not. Dign. occ.* 38. « Præpositus equitum Stablesianorum Gariannonensium Gariannono »; ubi male *Garianno* legitur. Cf. tamen *Gariennus* ap. *Ptol.* 2. 3. 4 (V. *Holder, Altk. Spr.* 1. 1988).

GĀRĬZÆUS et Garizæus, a, um, adject. *V.* voc. seq.

GĀRIZIM, nom. indecl. (Hebr. *Gerizzim*; *LXX.* Γαριζίν, *Jos. b. J.* 1. 2. 6. Ἀργαρίζειν, *Damascius vit. Isid.* ap. *Phot.* 242. *p.* 345. B Ἀργάριζος) Scribitur *Garizin* (ut vox Græca) ap. *Hieronym. onom. p.* 145. *P.* — Etymon varie proponitur. Alii enim (*Gesen, Stanley*) ducunt a populo *Gerizzorum* (Hebr. *hag-Girzi* v. *Gerizzi*; Vulg. *Gerzi*: 1. *Reg.* 27. 8), qui ibi forte consederint dederintque nomen monti, ut *Amalecitæ* monti *Amalec* (*Jud.* 12. 15); sed dubia est lectio et *geri* habet *Gizri.* Alii derivant a rd. *gāraz*, quæ, collata cum Arabica, significat « cecidit, separavit » vel designat « terram sterilem », quod quadrat in hunc montem « abruptum sterilemque ». — Itaque Garizim est mons ex jugis Samariæ in tribu Ephraim, e regione Hebal, ad meridiem Neapolis (*Naplusa*) situs, hod. *Djebel es-Sumara*, in quo benedictio contra eos, qui legem divinam servassent, ut in Hebal maledictio in legis transgressores, jussu Dei prolata est, quod traditur *Jos.* 8. 33., coll. *Deut.* 11. 29.*sqq.*, ubi situs ita describitur (Hebr.): « (Hi montes) sunt trans Jordanem (*sc.* ad occid., respectu habito ad castra Hebræorum) post viam occidentis (*sc.* veterem, quæ ab Esdrelon per montes Samariæ ducit ad urbem Jerusalem) in terra Chananæorum, qui habitant in Arabah (*sc.* valle Jordanis) in conspectu Gilgal (non Galgala, quæ fuit prima statio Israelitarum prope Jericho *Jos.* 4. 19., hod. *Tell Djeldjūl*, sed *Djildjilia* ad septentr. Bethel: cf. 4. *Reg.* 2. 1. et 4. 38). Quem versiculum perperam interpretati, *Eus.* et *Hieronym.* montes Garizim et Hebal sitos putarunt apud Jericho (*Legendre, Dict. Bibl. III.* 106). — Porro, præter ea, quæ *Deut.* et *Jos. locc. citt.* de cærimonia, ibi a tribubus habita, adferunt, et quæ de Joatham, a cæde fratrum fuga elapso, qui a declivio montis, apologo usus pulcherrimo, stultos Sichemitas est allocutus (*Jud.* 9. 7), hæc addimus. Samaritani, a templo Hierosolymitano sive exstruendo sive frequentando prohibiti, operâ Manasse, fratris Jaddo, summi sacerdotis (qui filiam Sanaballat, Samariæ præfecti, uxorem duxerat ac propterea, quum eam dimittere detrectasset, expulsus in Samariam se receperat), sibi templum, annuente etiam Alexandro M., uti narrat *Jos. ant.* 11. 7. 2., 8. 1-4., et socero ipso in primis opus urgente, in Garizim Hierosolymitano simile ædificarunt, commenti non Hierosolymis, sed ibi Deum adorandum esse (Cf. *Joh.* 4. 20), ubi benedictio prolata fuerat(*Jos. l. c.*), eodem Manasse in summum sacerdotem electo; quamquam sunt, qui templum diu ante erectum fuisse putant, tempore Jojadæ, summi sacerdotis, ca. a. 408. a. Chr., innixi libr. II. Esdr. 13. 28 (V. *Bargès, Les Samaritains de Naplouse*, Paris 1855. *p.* 118). — Tempore Antiochi Epiphanis fuit ejus jussu appellatum « templum Jovis, Xenii seu Hospitalis » (2. *Mach.* 6. 2., coll. *Hieronym.* in *chron.* a. 1681); sed post annos ducentos, sc. a. 132 (al. 129). a. Chr. eversum fuit ab Johanne Hircano. Dein Hadrianus imp., qui omnes Samaritanos occidi jusserat, in monte Garizim exstruit vicum (*qarīyeh*) et ad ejus radices templum Jovi dicavit (*Dio* 15. 12), quod in nummis Antonini Pii cusum visitur (*Bargès loc. cit.*). Postremo, Zenone regnante, ædem ibi Christiani in montis cacumine construxerant, in honorem Deiparæ, quam, a Samaritanis sub Anastasio imp. vastatam, refecit Justinianus, et cujus ruinæ adhuc supersunt. — De Garizim consulas *Robinson, Paläst. III.* 317.*sqq.*; *Guérin, Samarie*, Paris 1874. *I. p.* 424-444. et *Bargès op. cit.* V. alia in v. SAMARITANI.

GARMĬAS, locus Asiæ Minoris in via Ancyram-Tyanam, cujus situs ignoratur. *Tab. Peut.* 9. *Rav. p.* 98. Carnias (Cf. *Ramsay, Asia min.* 322. et *Müller zu Ptolem.* 5. 6. 23).

GARNÆ portus, in ora septentrionali montis Gargani in Apulia, fort. ubi nunc *Torre di Varano* vel vicus *Rodi.* Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (103).

GARRA, æ, f. 1. ¶ 1. Est oppidum Mauretaniæ Cæsariensis, haud procul a *Zuccabar*, hod. *Affreville* (*Ptol.* 4. 2. 25), non confundendum cum *Garra* vel *Garris* in Byzacena, unde adj. *Garrianensis* in *Not. Afr.* ¶ 2. Est etiam nom. dei cujusdam in *Corp.* 13. 60., ubi *Garre* pro *Garræ*, et 40., ubi *Garris.* Creditur hoc nomen servatum esse in *Pic-de-Gar* (Cf. *Holder, Altkelt. Spr.* ad *v.*).

GARRŬLUS, i, m. 2. (garrio) cogn. vir. *Corp.* 5. 4469. — Hinc *Garrulius*, nom. vir. gent. *C.* 8. 8064.

GARULI, ōrum, m. plur. 2. populus Liguriæ cis Appenninum, qui a. 175. a. Chr. consuli P. Mucio se dedidit. *Liv.* 41. 19.

GĀRUMNA, æ, m, et f. 1. (Γαρούνας *Strab.*) *Garruna* ap. *Rav. p.* 299.; *Garunna* in *Tab. Peut.*, ap. *Mel. loc. cit.*, *Claudian.* in *Rufin. II.* 113. et *Symm. ep.* 9. 88 (83).; *Garonna* ap. *Auson. Mos.* 160.; *Garomna* in *Itin. Burd. loc. cit.* — Masc. est ap. *Tibull.* 1. 8. 11. et *Mel.* 3. 21.; fem. ap. *Auson. Mos.* 483. et *Paulin. Pell. Euch.* 44.

Garumna, fluvius Aquitaniæ, oriens ex Pyrenæis montibus et in oceanum Atlanticum latissimo ostio v. æstuario incurrens, hod. item *Garonne.* Ita describitur *Mel. loc. cit.* Garunna ex Pyrenæo monte delapsus, nisi cum hiberno imbre aut solutis nivibus intumuit, diu vadosus et vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exæstuantis accessibus adauctus est iisdemque retro remeantibus suas illiusque aquas agit, aliquantum plenior et quanto magis procedit, eo latior fit, ad postremum magni freti similis; nec majora tantum navigia tolerat, verum more etiam pelagi sævientis exsurgens jactat navigantes atrociter, utique si alio ventus, alio unda præcipitat. *Id. ibid.* 20. A Pyrenæo ad Garunnam Aquitani, ab eo ad Sequanam Celtæ. *Auson. Mos. loc. cit.* Sic mea flaventem pingunt vineta Garumnam (*var.* Garonnam). *et* 483. æquoreæ te commendabo Garunnæ (*var.* Garonnæ). *Claudian. loc. cit.* pernicior unda Garunnæ. *Itin. Burd. p.* 549. Civitas Burdigala, ubi est fluvius Garomna (*var.* Garonna), per quem facit mare Oceanum accessa et recessa per leugas (*sic*) plus minus centum (hod. 650. km.). Adde *Ammian.* 15. 11., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (105)., *Hieronym. ep.* 75., *Sidon. carm.* 7. 394. et *Auson. cl. urb.* 12. 8. et *ep.* 10. 14., 14. 1., 22. 31. etc. — Hinc *Garumni*, gens Aquitanica, ad Garumnam sita. *Cæs.* 3. *B. G.* 27., qui, *eod.* teste, a. 698 = 56. se Crasso præf. dederant. — *Garumnicus*, adj. ad Garumnam pertinens, ut *Garumnici mugiles* ap. *Sidon. ep.* 8. 12. — *Garumnenses, Garronenses* v. *Carronenses* in *Not. Dign. imp. occ.* 36.

GĀRUMNI, ōrum, m. plur. 2., et

GĀRUMNĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

GASIONGABER, indecl. (Γασιὼν Γαβέρ). *V.* ASIONGABER (Ἀσιὼν γαβέρ).

GASSAURĪTIS v. rectius Garsauritis, idis, f. 3. præfectura in Cappadocia, in finibus Lycaoniæ. Memorat *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 3. (9).

GĀTES, ium, m. plur. 3. gens in Aquitania, inter Elusates et Auscos. *Cæs.* 3. *B. G.* 27. — *D'Anville* leg. *Garites*; hinc deducit gentem esse in *Comté de Gaure* (prope *Auch*); sed hoc certo fundamento caret (Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 364. et *Holder, Altk. Spr.* ad *v.*).

GATTEI v. Gattæi, ōrum, m. plur. 2. gens Arabiæ, memorata *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (147)., ubi alii leg. *Chatani*: cf. *Sillig.* et *Sprenger.*

GAUDA, æ, m. 1. nom. originis Punicæ, quo appellatus est Mastanabalis filius, Masinissæ nepos, morbis confectus, teste *Sall. Jug.* 65., coll. *Dion. frg.* 89. 4. *p.* 333. *Boiss.*, *Corp.* 2. 3417., *Dessau Inscr. lat. sel.* 840. et *Momms. Röm. Gesch. II.*[5] 159.

GAUDENTĬUS, ii, m. 2. (gaudeo) cogn. vir. — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Gaudentius « agens in rebus (a. 354-357), dein notarius (a. 358), homo mente præcipiti stolidus » *Ammian.* 15. 3. 8. et 16. 8. 3. — A Constantio imp. speculator insidiosus additus Juliano (a. 358-360) ad explorandos ejus actus in Gallia ac demum in Africam missus (a. 361), mortuo Constantio, a Juliano interfectus est a. 362. *Id.* 17. 9. 7. et 22. 11. 1. — 2.°) Gaudentius, pater Ætii, ducis celeberrimi, stirpe Mœsius (*Jorn. Get.* 176. *M.*), de quo ap. *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 8. legitur: « Gaudentius pater (*Ætii*) Scythiæ provinciæ primoris loci a domesticatu exorsus militiam usque ad magisterii equitum culmen provectus est ». — Filium habuit

cognominem, laudatum Sidon. carm. 5. 205., quem Gensericus, Vandalorum rex, Roma potitus, captivum in Africam abduxit (Hyd. in chron.). — 3.°) Gaudentius, interpres Virgilii, quem memoravimus V. T. GALLUS. — 4.°) Gaudentius, vir clarissimus, de quo Symmach. 4. ep. 38. scribens ad Minervium: « Gaudentius amicus meus in gremium patrocinii tui confugit, vir omnibus rebus amari dignus. Genus ei senatorium est, mens et modestia origine sua ac stirpe nobilior ». Adde ejusd. 7. ep. 46. — 5.°) Gaudentius, quidam Christianus tempore Vespasiani imp., quem ex Inscr. ap. Nibby, Rom. Ant. I. p. 400. arguunt nonnulli fuisse architectum vel saltem erigendo Amphitheatro Flavio aliquam operam dedisse (Cf. FLAVIUS VESPASIANUS). — 6.°) Gaudentius, episcopus Brixiensis, Philastrii successor a. 387 (al. 400), eruditione et sanctitate conspicuus, cujus laudes celebrant Joh. Chrys. ep. 184., Palladius in cit. Joh. Chrys. 4., Rufin. in præf. recogn. Clem., quas ei dedicat, et Martyr. Rom. VIII. kal. Nov. — Exstant ejus sermones XXI., quibus præmittitur præf. Benivolo cuidam, qui ad eos scribendos fuerat hortatus (Migne P. L. XX. 827-1002): horum postremus agit de vit. et obit. s. Philastrii. Supposititium vero est carmen ad laudem b. Philastrii (XX. 1003-1006). — De eo scripsit Nirschl, Lehrbuch d. Patrol. u. Patristik II. 488-493. in Ztschr. f. die österreich. Gymn. XXXII (1881) 481.sqq. et de ejus latinitate Pauker, in Ztschr. f. österr. Gymn. 1881. p. 481.sqq. — 7.°) Gaudentius, episcopus Tamugadensis in Africa, unus ex septem actoribus Donatistis, electis ut cum Catholicis disputarent de eorum causa Carthagine, in Collatione ibi habita a. 411 (Act. Cogn. I. n. 128. et 148). — Scripsit epistolas, quarum duæ exstant ad Dulcitium tribunum et notarium et una ad Augustin., quas idem Augustin. refellit libris duobus, a. 426., contra Gaudentium inscriptis. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 8. 9091. et Gaudentia, cogn. mul. C. 5. 1676. — Inscr. ap. Lupi Epit. Sev. p. 110. Gaudetius (extrita, ut assolet, ante t litt. n). — Frequentissime in titulis Christianis occurrit, ut ap. De-Rossi, Bull. Crist. a. 1882. p. 117.; Le-Blant, Inscr. Chr. de la Gaule p. 364. n. 256.; Mai, Nov. Coll. V. p. 435. 1. et 4. — Gaudentii (orum), sodales collegii cujusdam funeraticii, ap. De-Rossi R. S. III. p. 37.sqq. — Hinc Gaudentianus, cogn. vir., abs. in Corp. 3. 3987. — Gaudentiolus, nom. vir. demin., ap. Le-Blant, op. cit. p. 364. n. 256. — Gaudinus, cogn. vir. Corp. 4. 2433. et 2456. — Gaudinus, cogn. vir. demin. C. 8. 140. — Gaudiosus, cogn. vir. satis frequens. Inscr. ap. Mai, Nov. Coll. V. p. 414. Adde Vopisc. Prob. 22. et Morcelli in Afr. Chr. I. p. 64. et III. p. 145. — De-Rossi, R. S. III. p. 299. Caudiosus. — Gaudiosa, cogn. mul. Corp. 5. 5413. et 8. 1390. et De-Rossi, Inscr. Chr. I. p. 562. n. 1332. — Gauditurus, cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 2569. — Gaudus, cogn. vir. Corp. 8. 9774.

GAUDIACUS vicus in territorio civitatis Turonum. Greg. Tur. de virt. s. Jul. 40. « Est autem in Turonico vicus, cui Gaudiacus nomen est »., hod. Joué-lez-Tours (dép. Indre-et-Loire). V. Longnon, Géogr. de la Gaule au VI. siècl. 273.

GAUDIUM, ii, n. 2. nom. dei cujusdam, qui gaudentibus præerat. Plaut. Bacch. 116. Amor, Voluptas, Venus, Venustas, Gaudium.

GAUDOS, i, f. 2. Varie scribitur ut ap. Græcos Καῦδος (Not. ep. VIII. 240); Κλαυδία (Stadiasm. mm. 328); Κλαῦδος (Ptol. 3. 15. 8. M., Hierocl. 651. 2); Καυδώ (Suid.); Κλαῦδα [Καῦδα] Act. 27. 16); et ap. Latinos Caudos (Mel. 2. 114); Cauda (Vulg. Act. loc. cit.); quod nom. cum γαῦλος, navis oneraria, conferunt etymologi recentiores (Bürchner). — Est autem insula prope Cretam, sine portu, hod. item Γαῦδος, ubi vetusti oppidi aliqua exstant rudera et ruinæ fort. Phœnicii templi. Cf. Spratt, Travels and Research. in Crete II. 279.sqq.

GAUGAMĒLA, ōrum, n. plur. 2. (Γαυγάμηλα), nom. oppidi in Assyria, ductum a stat. constr. gau ex Aram. gabbâ (Assyr. gabbu) « dorsum seu tergum » et gamal « camelus », ita ut significet « dorsum cameli ». Ita etymologi recentiores (Cf. Brockelmann, Grundriss d. vergleich. Gramm. d. semit. Spr. I. 232.sqq. 246. et Ruzicka in Beitr. zur Assyr. VI. 4. 106.sq.), quibus jam prælverat Plut. in Alex. 31.; minus recte alii interpretantur domus cameli, alii vero aliter (Ritter, Erkunde X. 388), hod. Tell-Gômel. Memorat Ammian. 23. 6. 22. In hac Adiabena est-civitas Ecbatana et Arbela et Gaugamela, ubi Dareum Alexander post discrimina varia præliorum incitato Marte prostravit. Adde Plin. 6. Hist. nat. 26. 30. (118). — Itin. Alex. habet Gausamela: cf. Γαυσάμηλα etiam ap. Plut. loc. cit. — De situ erudite disserit Streck, PWK. 7. 862.sqq. Cf. etiam Hackmann, Die Schlacht bei Gaugamela Halle 1902.

GAULĀNĪTIS, idis, f. 3. V. GAULON.

GAULITA, æ, f. 1. oppidum Armeniæ, in itinere ab Artaxata Sebastopolim. Tab. Peut. et Rav. p. 73., ubi Gaulitis. — De situ vd. Kiessling. PWK. 7. 875.

GAULŌN, nom. indecl. (Hebr. Gôlân « exsilium »; sed qĕri ponit Gôlôn: Jos. 20. 8., 21. 27. etc.) contra mss. plurima: cf. Kennicott Vet. T. cum var. II.; LXX.: cod. Vat. Γαυλών, cod. Alex. Γωλάν; Vulg. Gaulon (Jos. 20. 8. et alib.), Golan (Deut. 4. 43).

Gaulon, urbs Basanitarum, post Manassitarum, asyli seu refugii jure prædita, Levitis data (Jos. 20. 8. et 21. 27., coll. 1. Par. 6. 71); unde nomen accepit regio trans Jordanem, ab orientali ora lacus Gennesareth et Jordanis usque ad Hermonem, quæ Γαυλανῖτις (Gaulanitis) dicitur Jos. ant. 8. 2. 3. et alib. — De utraque, de urbe nempe et regione, ita Hieronym. onom. p. 147. P. « Gaulon sive Golam in tribu Manasse, civitas sacerdotalis et fugitivorum in regione Basanitide sed et nunc Gaulon vocatur villa prægrandis (Eus. χώμη μεγίστη) in Batanæa, ex cujus nomine ea regio sortita vocabulum est ». Hæc autem villa videtur esse hod. Sahem el-Djaûlân. Regio vero Gaulanitis (Gaulonitis) in Decapoli Palæstinensi ad septentr. Hieromycis (Scheri' at el- Menadire), qui eam a Galaaditide sejungebat, hod. Dscholan, Romani imperii temporibus una fuit ex quattuor partibus, in quas tributum erat vetus regnum Basan, divisa in superiorem cum metropoli Sogane et in inferiorem cum Gamala (Jos. b. J. 4. 1. 1). Cf. Schumacher, Der Dscholan in Ztschr. d. Deutsch. Pal.-Ver. Leipz. IX. 1886. p. 167-368.

GAULUS v. Gaulos, i, m. 2. (Γαῦλος Suid., Γαῦδος Strab.) insula in mari Mediterraneo cum oppido cognomine, inter Africam et Siciliam, haud procul a Melita, originis Phœniciæ, ut a vocabulo ipso gôl punico (Corp. I. S. 1. 132) = γαυλός argui potest, hod. Gozo (Gozzo). — De ea Solin. 29., coll. Isid. 9. Orig. 2. 124. Ibi « serpens neque nascitur neque vivit invecta ». Sil. It. 14. 274. strato Gaulum spectabile ponto. Adde Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (92)., Mel. 2. 120. et Rav. p. 407. — Sæc. V. a. Chr. dominationi subjacuit Carthaginiensium (Scyl. 111) et Romanorum initio secundi belli Punici, quum C. Sempronius Melitam cepisset (Liv. 21. 5); fuit tamen libera et fœderata, Romana civitate donata, tribui Quirinæ adscripta (Kubitschek Imp. Rom. trib. discr. 131) et municipium (V. Drumann-Gröbe I. 81. et Mionnet, Suppl. I. 462.: Hill, Coins of ancient Sicily 227.sqq. et Mayr, Die Insel Malta 28., 98. et 107. et Die ant. Münz. d. Ins. Malt. Gozo u. Patell. Münch. 1895). — Hinc Gaulitanus, adj., ut Gaulitana plebs in Inscr. ap. Murat. 752. 5. et 1048. 4.

GAUNĬA, æ, f. 2. ¶ 1. Nom. gent. mul. Inscr. ap. Fabretti p. 624. n. 209. ¶ 2. Item oppidi « juxta fluvium Mosela » (in Francia Rinensi), ap. Rav. p. 234. — Fort. Caranusca in Tab. Peut. V. Desjardins, Géogr. de la Gaule IV. 215. et Holder, Altk. Spr. ad v.

GAURA, æ, f. 1. ¶ 1. Cognomen Junonis in Inscr. Corp. 10. 3783., fort. ita dicta a monte vel potius a pago, qui Gaurus fuerit appellatus (Garrucci). Cf. Momms. Corp. 1. 573. ¶ 2. Item montis seu montium jugi, quod ad Alpes Grajas pertinet, in Gallia, hod. Mont Toussières sec. Lepie, sec. alios le Col-de-Cabre (dép. Drôme). Memoratur in Itin. Hier. p. 555. Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaule I. 98.

GAURĀTÆ, ārum, f. plur. 1. insulæ in sinu Persico, ap. Plin. 6. Hist. nat. 23. 28. (99).

GAURĪUM, ii, n. 2. oppidum in ora septentr.-occid. insulæ Andri, hod. Gavrio. Memorat Liv. 31. 45., coll. Xen. Hell. 1. 4. 22. et Diod. 13. 60.

GAURUS, i, m. 2. (Γαῦρος, superbus, elatus) ¶ 1. Nom. vir., ut Gaurus ap. Val. Max. 9. 2. ext. 3., spado quidam, amicus regis Mithridatis, cui « auctor fuit Romanorum, qui in Asia per urbes dispersi negotiandi causa erant, necandorum ». ¶ 2. Item mons in regione I. Campaniæ inter Puteolos et lacum Lucrinum, ad orient. Cumarum, hod. Monte Barbaro v. Monte Gauro, Gragnano, vino celebratissimus, teste Flor. 1. 16. 5. « Amicti vitibus montes Gaurus, Falernus, Massicus ». et Plin. 14. Hist. nat. 6. 8. (64). « Certant Massica atque a monte Gauro Puteolos Baiasque prospectantia ». Adde Cic. 2. leg. agr. 14. 36., Stat. 3. Silv. 1. 147. et 4. ibid. 3. 64., Sil. It. 8. 533., et 12. 160., Lucan. 2. 667., Auson. Mos. 209., Sidon. carm. 5. 345., Liv. 7. 32.sq., Symm. ep. 1. 8., coll. Ptol. 4. 7. 6. et Athen. 1. 26. Cf. Beloch, Campanien 25. — Hinc Gaurus, adj., ut Gaura Juno. V. GAURA. — Gauranus, adj. Pacat. paneg. Theod. 4. et Stat. 8. Theb. 546. mons. Auson. Mos. 157. jugum. Flor. 2. 6. 28. saltus. Stat. 4. Silv. 3. 25. sinus. — Gaurani, abs., montes Gauri. Plin. 14. Hist. nat. 3. 4. (38)., ubi alii aliter leg. — Gaurana, item abs., prædia ad Gaurum montem. Symm. 8. ep. 28.

GAUTÆ (Gauti et Gutæ), ārum, m. plur. 1. et

GAUTHIGOTH, indecl. gens Germanica in Scandia australi, acre hominum genus et ad bella promptissimum, ut refert Jorn. Get. 22., ex stirpe, ut videtur, Gothorum, quos Γοῦται appellat Ptol. 2. 11. 16 (rectius Γαῦται, ut adnotat C. Müller), et Procop. b. G. 2. 15. Γαυτοί (ἔθνος πολυάνθρωπον). Cf. Zeuss, Die Deutsch. 158. et Bremer, Ethnogr. d. germ. Stämme 109.

GAUTUS, i, m. 2. nom. dei ignoti, in Inscr. ap. Orelli n. 2041., nisi est Cautus legend.

GAVADĪÆ (Gevadiæ), ārum, f. plur. 1. matronæ, nomine fort. ducto a loco, ubi colebantur, ut in aliis hujus modi. Inscr. ap. Henzen, S. Or. n. 5937. MATRONIS GAVADIABVS etc.

GAVĪUS, ii, m. 2. Scribitur etiam Gabius (Senec. contr. 7. 6. 19) et Cavius in pluribus Inscript. — Est autem nom. vir. gent. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis — 1.°) Gavius, grammaticus, laudatus Quintil. 1. 6. 36., fort. Gavius Bassus, de quo mox. — 2.°) Gavius Bassus, grammaticus Romanus, temporibus Tiberii ejusque successorum, cujus citantur scripta (libri VII. ? ap. Gell. 11. 17. 4) de origine verborum et vocabulorum (2. 4. 3. sqq. et 3. 19. 1.sq.); de verborum significatione (ap. Macrob. 3. Sat. 18. 2); commentarii (ap. Gell. 3. 9. 18. 3.sqq.); de dis (ap. Macrob. 1. Sat. 9. 13., coll. 3. 6. 17., Lyd. de mens. IV. 2. et Quintil. 1. 6. 36., Lact. 1. 22. 9). — De nomine gentilicio vd. Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn. p. 76. — De eo cf. Funaioli in PWK. 7. 866.sq. — 3.°) Gavius Clarus, senator, quem summis laudibus effert Front. 2. ad Ver. 7. V. integr. loc. — 4.°) Gavius Sabinus, rhetor seu declamator, Senecæ rhetoris æqualis, cujus meminit in suas. 2. 5. et 7. et contr. 16. 16. et 17. 1. et 21. 19. — 5.°) Gavius Silo, rhetor, Augusti ætate, de quo Senec. contr. 10. 29. 14. « Bene declamavit Gavius Silo, cui Cæsar Augustus, quum frequenter causas agentem in Tarraconensi colonia audisset, plenum testimonium reddidit; dixit enim: nunquam audivi patrem familiæ disertiorem. At quum patrem familiæ præferret, oratorem subducebat: partem esse eloquentiæ putabat eloquentiam abscondere ». — 6.°) C. Gavius Silvanus (Corp. 5. 7008 [Taur.] = Dessau I. 2601. et Tac. 15. Ann. 60. et 61. 71), tribunus prætoriæ cohortis sub Nerone, patronus coloniæ Augustæ Taurinorum, « donis donatus a divo Claudio bello Britannico, torquibus, armillis, phaleris, corona aurea », ut constat ex Inscr. cit. — Fuit tribunus cohortis II. vigilum, item coh. XIII. urbanæ, postremo coh. XII. prætoriæ (quem numerum perperam vult esse « certo falsum » Andresen. V. Corp. 5. 7258 = Dessau I. 2081., coll.

2., C. 5. 7162., 5. 2518., Not. degli scavi 1906. 212 = Bull. 1906. 99. — Anno 65. cum Pisone aliisque in Neronem conjuravit (Tac. 15. Ann. 50); sed quum jussu imperatoris Senecæ mortem indixisset, ob hoc facinus fuit crimine absolutus, licet post neque ita multo sibi ipse manus intulerit (Id. ibid. 71). ¶ 2. In titulis nom. vir., aliquando postpositum, ut ap. Wilmanns, Inscr. n. 2006. — Gavia, nom. mul. Inscr. ap. Momms. n. 3608. — Hinc Gavianus — a) Cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 5457. et Corp. 5. 4106. et Gaviana, cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 5326. — b) Adj. Lact. 4. 18. Gaviana crux. Cf. Cic. 7. Verr. 61.sqq. — Gavienus, nom. gent. vir. Inscr. ap. Fiorelli, Not. degli scavi a. 1880. p. 251. et Gaviena, nom. mul. Ibid. — Gavidius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Marini, Iscr. Alb. p. 38. et Corp. 5. 909. — Cogn. vir. in Inscr. ap. Momms. n. 5983. — Gavillius, nom. gent. vir., demin. a Gavius, in Corp. 8. 3054. — Cn. Gavillius Novellus, Aquilejensis, de quo Liv. 41. 5. — Gavillia (Gavilia), nom. mul. Corp. 5. 1126. — Gavillus, cogn. vir. demin. C. 5. 5830.

GAZA, æ, f. 1. et Gazæ, arum (Rav. p. 356) nom. geogr. (Hebr. 'Azzah « valida », Assyr. Hazi-ti, Ægypt. Ga-da-tu, Arab. Ghazzah, LXX. Γάζα, Steph. Byz. Ἄζα, Her. Κάδυτις), urbs Palæstinæ australis, antiquissima, ingens (Mel. 1. 64), metropolis Philisthæorum, in loco edito vallis Sephela, haud procul a mari Mediterraneo (km. 4. circ.), olim cum portu, Majuma dicto (Cassiod. 6. Hist. trip. 4), valde munita murisque circumdata (Mel. loc. cit.), hod. Ghazzé. Memoratur etiam Plin. 5. Hist. nat. 11. 12. (65)., Ammian. 14. 26., Curt. 4. 5. 10. et alib., Vulg. Gen. 10. 19. et Deut. 2. 23., Jos. 11. 22., Jud. 16. 1. et 21. et 1. Reg. 6. 17., Jer. 25. 20. — Quo tempore et a quibus fuerit condita, non constat; sed primi, quos novimus, ejus incolæ, sunt Hovæi (Deut. 2. 23); dein alii Chananæi se illis adjunxerunt (Gen. 10. 19), a septentr. profecti; post Philisthæi a meridie (Deut. loc. cit.), fort. a Creta digressi (colonia Cretensis: cf. Soph. 2. 5), et Rephaim a Josue expulsi (Jos. loc. cit.). Fuit tribui Judæ tradita (Jos. 15. 47); sed a Philisthæis occupata; et quamvis Hebræi ac serius Salomon eam expugnassent (Jud. 1. 18), tamen in illorum manus recidit, qui vehementi odio flagrabant in Israelitas, ita ut eos etiam, quos possent, venum darent; quare Philisthæis gravissimas pœnas vaticinati sunt prophetæ (Am. 1. 6-7., Zach. 9. 5., Jer. 47. 5). — Porro subacta fuit ab Ægyptiis; dein ab Assyriis (Vigouroux, La Bibl. etc. III. 522), iterumque ab Ægyptiis (Jer. 47. 1), a Babyloniis (a. 606) et a Persis (Polyb. 16); a. 332. ab Alexandro M., qui eam post longam obsidionem cepit (Curt. loc. cit.); item a. 320. a Ptolemæo (App. Syr. 52); a. 315. ab Antigono (Diod. 19. 59), a. 104. a Lathuro (Jos. ant. 13. 13. 3); ab Alexandro Jannæo a. 98 (Id. ibid.). — Fertur autem ea, aliquando eversa, fuisse a Pompejo et a Gabinio (Jos. ant. 14. 4. 4. et App. Syr. 51) restituta, non tamen ubi fuerat vetus, sed inde XX. stad. procul; hinc locutiones: Παλαίγαζα, ἡ νέα Γάζα, ἡ παράλιος ἡ μεσογαῖος, ἡ ἔρημος (Strab. 16. 370), qui locus fuit male intellectus; νέα enim refertur ad novum portum Majuma (Mayuma) ædificiis instructum, ut oppidum dici posset, et ἔρημος seu deserta est idem ac campestris (Arab. berri), non solitaria in interiore regionis parte; eademque vox in Act. 8. 26. non ad εἰς Γάζαν, sed ad τὴν ὁδὸν est referenda. Id autem patet ex Diod. 16. 49. et Arrian. 2. 23.; nec quod ait Hieronym. onom. p. 135. et 137. ac repetunt Stark (Gaza p. 509), et De-Vit (Onom. ad v.) probari potest; contrariæ enim sententiæ patroni de urbis denuo exstructæ tempore inter se minime concordant ac perspicuis historicorum testimoniis refragantur. — Tot itaque tantisque incursionibus exagitata, hæc urbs semper stetit; quin magis magisque floruit commercio, divitiis, ubertate soli, maxime sub Romanorum imperio, qui ei beneficia contulerunt; suos cusit nummos, suamque æram condidit ab a. 63. a. Chr. et dicta a Græcis ἄσυλος, ἱερά, αὐτόνομος, πιστή, εὐσεβής, λαμπρά, μεγάλη et a Latinis insignis, ingens, clara, splendida, deliciosa, eminens, in negotio ebulliens, in omnibus abundans. At paulatim facta etiam ethnicarum superstitionum quasi centrum, præcipue vero Græcorum deorum cultui nimis addicta nec veterum oblita, ad religionem Christianam sectandam minime inclinaverat (Cf. Hier. et Cassiod. locc. citt.); contra, Majuma ad eam facile accessit. Quare Constantinus M. jussit, ut illa ab hac sejungeretur, quæ exinde Constantia est appellata; sed utramque iterum conjunxit Julianus Apostata. Exeunte tamen sæc. IV., etiam Gaza et Christi fidem amplexa est et scholam habuit insignem, in qua claruere Zosimus, Procopius, Chloricius, Isidorus, Æneas, Timotheus et Johannes (Seitz, Die Schule von Gaza, Heidelb. 1892). — De ea vd. A. von Hörman, Gaza, Brix. 1876.; Starck op. cit.; Gatt, Bemerk. über Gaz. u. seine Umgebung. ZDPV. XI. 1-14. et Plan von Gaza ibid. p. 149.sqq. — Hinc Gazæi, incolæ. Vulg. Jos. 13. 3. et Cassiod. 4. Hist. trip. 15. et 6. 4. — In sing. num. Gazæus (Gazeus), cogn. vir. Corp. 5. 645. Cf. COMMODIANUS. — Gazates (Gazatæ, Gazetæ), incolæ Gazæ. Plin. 5. Hist. nat. 28. 19. (81)., ubi alii aliter leg. — Gazensis, ad Gazam pertinens. Hieronym. vit. Hilar. 16. auriga. et 20. duumvir. et 21. emporium. — Abs. Gazenses, incolæ. Id. ibid. 20. Gazenses adversarii Dei. Cassiod. 6. Hist. trip. 4. pagani. — Gazeticus, adj., ut Gazetica vina, optima, ap. Sidon. carm. 17. 15.

GAZACA (Ganzaca), æ, f. 1. urbs Mediæ Atropatenes haud procul a lacu Mariano, sedes regum Medorum, sita prope Leilan. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 13. 16. (42)., ubi al. aliter leg., et Ammian. 23. 6., coll. Strab. 11. 523. et Ptol. 6. 2. 10. — De ejus nummis vd. Head, 805. et Kiessling, PWK. 7. 887.

GAZACĒNĒ, es, f. 1. regio Cappadociæ, ap. Plin. 6. Hist. nat. 3. 3. (8)., coll. Strab. 12. 553.

GAZÆI et Gazæus. V. GAZA.

GAZĀRA. V. GAZER.

GAZARĒNI, ōrum, m. plur. 2. gens astrologiæ dedita, de qua Hieronym. in Is. 47. 12. Habuisse Babylonem omnemque Chaldæam, incantatorum et augurum et hariolorum et Gazarenorum studium, quos nos haruspices appellamus, Danielis prophetiæ lectio probat etc.

GAZĀTÆ, Gazetæ et Gazates. V. GAZA.

GAZELON, oppidum Asiæ Minoris in finibus Ponti Galatici, ad dexteram Halys (Kizil-Irmak), in territorio fertili. Plin. 6. Hist. nat. 2. 2. (6)., coll. Strab. 12. 546. et 560. et C. I. Gr. n. 4179. sq. Rectius tamen legitur Gadilon.

GAZENSIS. V. GAZA.

GAZER, indecl., et Gazara (Gazera), ōrum, n. plur. 2. (Hebr. Gezer « segmentum », a rd. gâzar « secuit »; LXX. Γαζέρ v. Ἰάζηρ) nomen duarum urbium, quarum una ad occid., altera ad orient. Jordanis. ¶ 1. Gazer (in tabulis Tell-el-Amarna 163. 22. et alib. Ga-az-ri v. Gaz-ri [V. Winkeler, Die Thontafeln von Tell el-Amarna Berl. 1896. p. 288. 300., 306. etc.] et in catal. Thotmes III. n. 104. Qa-zi-r v. Qazir [V. Mariette, Les list. géogr. d. pyl. d. Karnak Leipz. 1875. p. 4]; quæ forma versa est in Γαζάρα tempore Machabæorum, ap. Jos. ant. 7. 4. 1., licet Γαδάρα legatur ibid. 5. 1. 22., et Γαδαρίς ap. Strab. 16. 759. et ap. Hieronym. onom. p. 127. Gazara [Γαζάρα]. Cf. Guy Le Strange, Palest. under the Moslems Londr. 1890. p. 543. et 600) fuit urbs regia antiquissima Chananitarum in Palæstina australi, a Josue capta cum rege Horam (Jos. 10. 33., 12. 11. et 12), in finibus territorii Azoti (1. Mach. 14. 34), in occidentali Ephraimitarum termino (Jos. 16. 3), Levitis, filiis Caath, adsignata et una ex iis, quæ refugii dicebantur (Jos. 21. 21. et 1. Par. 6. 67), memorata sub Davide et Salomone (2. Reg. 5. 25., 1. Par. 14. 16., 20. 4., 3. Reg. 9. 15. et 17), celebrior ætate Machabæorum (1. Mach. 7. 45. etc.), cujus situs nuper a cl. M. Clermont-Ganneau feliciter repertus est, qui, lecto chronographo Arabico Mudjir-ed-Din detectisque variis inscriptionibus simulque conlatis, illum esse omnino conclusit, quem Arabes vocant Tell el-Djezer, sc. collem in aditu montium, qui planitiem Sephela circumdant, ad dexteram viæ, quæ a Joppe (Jaffa) Hierosolymam ducit (Clermont-Ganneau, La Palest. inconn. Paris 1876. p. 14-29., Recueil d'arch. orient. Paris 1888-1889. III. p. 116-123., 264-268., Comptes rendus de l'Acad. d. inscr. etc. Paris 1898. IV. s. XXVI. p. 686-694. etc., Rev. bibl. Paris 1899. VIII. p. 109-115., coll. Guy Le Strange, op. cit. p. 543. et 600). — Fuit etiam ab Ægyptiis capta sub Thothmes III, idcirco in monumentis Karnak et Tell el-Amarna memorata ac dein in Judæorum bellis cum Seleucidis fuit arx Machabæis tutissima. Cf. 1. Mach. 4. 15., 14. 7. et 34., 15. 28. et 35. et alib., ubi aliquando Gaza pro Gazer v. Gazara legitur (V. Fillion, La Sainte Bibl. Paris 1899. VI. p. 768). — Hærent interpretes, utrum 2. Mach. 10. 32 (Gr. Γαζάρα λεγόμενον ὀχύρωμα, εὖ μάλα φρούριον) sit Iazer Num. 32. 35., an Gazer, hod. Tell el-Djezer (Patrizi, Fillion, Keil); sed ex adjunctis ibi (vv. 32-38) descriptis, hanc esse urbem longe probabilius videtur (Cf. Clermont-Ganneau, Arch. Research. in Pal. Londr. 1896. II. p. 224-265. et Legendre, Dict. Bibl. III. p. 132). ¶ 2. Item oppidum ad orientem Jordanis, captum a Juda Machabæo. Vulg. 1. Mach. 5. 8., ubi tamen græce Ἰάζηρ.

GAZĒTĬCUS, a, um, adject. V. GAZA.

GAZĬŪRA, æ, f. 1. oppidum Asiæ Minoris ad fluv. Irin, in Ponto Galatico, vetus sedes regum Ponti, hod. Turkhal. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 2. 2. (6)., ubi Caturis; sed cf. Strab. 12. 547. et Dion. 36. 14 (V. Anderson, Studia Pontica I. 69.sq.).

GAZZA, æ, f. 1. cogn. mul. in Inscr. ap. Fabretti p. 202. n. 502. CL. GAZZA etc. — Furlanetto noster in App. ad Lex. Forc. s. v. adnotat: Quamvis plerique putent, Italorum recentiorum vocem gazza derivandam esse a pi-cazza; tamen a vulgo Latinorum, qui gazzam appellarent picam, repetenda videtur hæc vox ex auctoritate hujus inscriptionis » Cf. tamen Gr. κίσσα = pica.

GE

GĒ, es, f. 1. fort. a contr. γῆ, ut Ga v. Gaa a Dor. γᾶ ex γάα, terra. ¶ 1. Cogn. mul. in Inscr. ap. Momms. n. 4265. ¶ 2. Item nom. oppidi, idem quod Hai (LXX. Γαί et cum artic. Hebr. Ἀγγαί; minus recte Ge ap. Lucif. Car. de non parc. etc. p. 940), ap. Hieronym. onom. p. 136. et 137. — Cf. Gea, cogn. vir. ap. Garrucci, Syll. n. 2085.

GEBADEI, ōrum, m. plur. 2. gens Arabica in regione Troglodytarum. Plin. 6. Hist. nat. 29. 33. (168). « Ex Troglodytarum connubiis, Arabes Autei et Gebadei »; ubi Sillig. et Janus leg. Zebadei (Cf. Vivien de Saint-Martin, Le Nord de l'Afr. p. 191. et Sprenger, Die alte Geogr. Arab. 37).

GEBANĪTÆ (Gebbanitæ), ārum, m. plur. 1. (Cebbranitæ lectio est nullius momenti) populus in Arabia Felice, cujus oppida præcipua Thomna (Θόμνα Ptol.) et Nagia (Arab. Nāgija), cum portu Ocilis dicto. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (153). Cf. Gabæi ap. Strab. 16. 768. Γαβαῖοι, a v. geba' « collis » (V. Sprenger op. cit. 311). — Hinc Gebaniticus, adj., ut Gebanitica murra, ap. Plin. 12. Hist. nat. 15. 35. (68).

GĒDĔŌN, ōnis, m. 3. nom. vir. (Hebr. Gid'on v. Gid'ônî « succisor », LXX. Γαδεών) — Acc. Gedeona, Græc. posit., ap. Sidon. carm. 16. 16. — Est etiam indecl., ut Vulg. Jud. 6. 34. et 7. 2. et Hebr. 11. 32. et alib. — Memorantur hoc nomine. ¶ 1. Gedeon, pater Abidan, princeps in tribu Beniamin, dum Israelitæ in deserto Sinai sunt commorati. Vulg. Num. 1. 1., 2. 22., 7. 60., 65. et 10. 24. — At celeberrimus est Gedeon (Γεδεών), ex tribu Manasse et familia Abiezer, filius Joas, qui habitabat Ephra (Jud. 6. 11), viribus potens ac decorus et quintus judex Israelitarum, a Deo constitutus, ut a Madianitis præsertim (Ibid. 1. et 8. 23), qui eos acerrime vexabant, liberaret; hoc

enim erat proprium ac præcipuum judicum munus, nempe populum pœnitentem a gentium servitute ac tyrannide quomodocumque eripere (Cf. *Jud.* 2. 16. et 18., 3. 9. etc.), quod Gedeon optime perfecit, ut narrat liber *Jud.* cc. *VI-VIII*. — Porro, quamvis Gedeonis gesta sint notissima, nonnulla tamen operæ pretium est saltem attingere. — Ac primum, antequam Gedeon esset judex, apparuit ei angelus, dum virgâ excuteret et purgaret clanculum frumenta in torculari, ut se et ista absconderet a Madianitis, quorum potestati tradiderat Deus septem annis Israelitas eamque ad liberandum populum misit, dato, quod is petierat, suæ divinæ missionis signo *(Jud.* 6. 11.*sqq.)*. — Nocte autem sequenti jussit illi Deus, ut aram Baal destrueret paternam et nemus ei sacrum succideret sibique erigeret altare. Quod quum Gedeon fecisset, insurrexit populus postulavitque a patre, ut impius filius statim occideretur; quibus ille scitis verbis respondens, animos pacavit et exinde Gedeon vocatus est *Jerobaal* (hebr. *Yerubb'al*, i. e. contendat [pro se] Baal: cf. 2. *Reg.* 11. 21. hebr.); quo cognomento populus, dum Gedeonem honorabat, deum irridebat Phœnicium, quem stulte coluerat (Cf. *Movers, Phönix. I. p.* 434). — Quum igitur Madianitæ, quibus ad ulciscendum Baal se adjunxerant Amalecitæ aliique orientales populi, congregati essent et castrametati in valle Jezrael, « ut locustarum multitudo » *(Ibid.* 7. 12); « spiritus Domini induit Gedeon, qui clangens buccina convocavit domum Abiezer, ut sequeretur se; misitque nuncios in universum Manassen - in Aser et Zabulon et Nephthali, qui occurrerunt ei » *(Id. ibid.* 33. *sqq.)* petiitque a Deo signum duplex in vellere humido et sicco, non ut modicæ fidei vir, ex quorundam sententia *(Augustin, quæst. in Hept.* 7. 49., *Rupert. de Trin. in Jud.* 10., *Thom. Aquin.* 2. 2. *q.* 97. a. 2.; contra vero *Orig. in Jud. hom. IX.* 4., *Ambros. de Sp. S.* 1. *prol., Isid. quæst.* in *Jud.* 4., *Rab. Maur. comm.* in *Jud. II.* 3., *Hummelauer comm.* in *Jud.* 1888. *p.* 164- 155), de hoc a Deo non reprehensus volensque hinc suis militibus animos addere. — Probatis dein ad aquas fontis Arad his, qui pauci (ne, si multi, victoria humanis viribus tribueretur) ad pugnam essent progressuri, Gedeon in hostes irruit tubis, lagenis ac lucernis armatus, qui, terrore perculsi, pars mutua se cæde truncarunt, pars se dederunt fugæ, interfectique sunt ab Ephraimitis prius Oreb et Zeb, ac dein a Gedeone Zebee et Salmana, Madianitarum duces *(Ibid.* 7. 25. et 8. 21). Victoria autem vix non plene relata, redierunt etiam « viri Israel et Nephthali, Aser et omnis Manasse », qui fuerant dimissi, ac « persecuti sunt Madian » *(Ibid.* 7. 23.*sqq.)*; ubi animadvertimus in textu fort. legendum *Gelboe* pro *Galaad*, nisi duplex hujus nominis mons est admittendus *(Ibid.* 7. 3). — His præclare gestis, regiam, quam Israelitæ ei deferebant, dignitatem renuit: id tantum eos rogavit, ut sibi darentur inaures aureæ ex præda, quas præter alia ei adtulerunt; « et fuit pondus - mille septingenti auri sicli » *(Ibid.* 8. 26), quibus Gedeon *ephod* confecit. Verum deinde occasio hoc fuit idololatriæ cessitque in ejus domus ruinam *(Ibid.* 27). Nec tamen ob id culpandus Gedeon, uti vult *Augustin. loc. cit.*, sed qui sacro ejus dono abusi sunt (Cf. *Hummelauer, op. cit. p.* 176.*sq.)*. — Præfuit autem Israelitis quadraginta annis, quibus « humiliatus Madian » nihil contra eos est ausus *(Ibid.* 28); habuitque septuaginta filios ex uxoribus et ex concubina unicum Abimelech « mortuusque est in senectute bona et sepultus est in sepulcro Joas patris sui in Ephra in familia Ezri » *(Ibid.* 30-32). — De eo cf. *Clair, Les Livr. Saints vengés, II. p.* 39-52.; *Vigouroux, La Bibl.* etc. *III. p.* 131-155.; *Re, Arch. Bibl. Dict. p.* 204. *sqq.)*. ¶ 2. Gedeon, avus Judith, ex tribu Simeonis, filius Raphaim et pater Jammor, ap. *Judith* 8. 1., quod nomen, omissum in cod. Vaticano, habet tamen Alexandrinus.

GĔDRANĪTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Arabiæ Felicis, memoratus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (158). Cf. *Glaser, Skizze d. Gesch.* u. *Geogr. Arab.* 1890. *II.* 140.

GĔDRŌSĬA (Gadrosia v. Kedrosia), æ, f. 1. regio Asiæ in ora maris Erythræi, inter Indiam intra Gangem (Indo-Scyth.) ad orient. et Carmaniam ad occid., deserta in parte interiore, ac torrentibus irrigata, nihil aliud gignens quam aromata *(nardum et myrrham)*, hod. *Belutchistan* vocata. Memorant *Curt.* 9. 10. 18., *Mel.* 1. 12. et ex Græcis *Theophr. h. pl.* 4. 4. 13., *Diod.* 17. 104. et 18. 3., *Ptol.* 6. 8. 1. etc., *Plut. Alex.* 66., *Dio perieg.* 1086., *Arr. an.* 6. 28. — Fuit a Dareo occupata, quam Alexander M. cum exercitu trajecit, dum Nearchus ejus oras explorabat; sed Græci multum ibi passi sunt ex calore, ariditate ac siti. *Curt. loc. cit.*, coll. *Diod. locc. citt.* — Hinc *Gedrosii (Gedrosi v. Cedrosii)*, incolæ, ichthyophagi. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (78). et 12. *Ibid.* 8. 18. (83). et *alib. Curt.* 9. 10. 5. et *Oros.* 3. *Hist.* 25. — Vocabulum ducit *Tomaschek* a Skr. *Kadru*, quod idem est ac Lat. *fuscus, nigricans*, fort. a cutis colore, eorum proprio. — *Gedrusi*, populus reg. Arianæ, quem a Gedrosiis plerique distinguunt, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. (94).

GEGANIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 7016. — *Gegania*, nom. mul. in *alia* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1878. *p.* 239. — Fuit etiam matrona, de qua fœdam historiolam narrat *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 6. (12). Cf. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1137. — Ex hac gente, cujus majores Alba oriundos Tullus Hostilius, eorum urbe diruta, cum Albanis principibus in patres elegit, teste *Liv.* 1. 30., apud scriptores memorantur præsertim — 1.°) L. Geganius, tribunus mil. consulari potestate, quem cum aliis quinque narrat *Liv.* 6. 31. hominum pecorumque prædam in agro hostili Volscorum abegisse. — 2.°) M. Geganius Macerinus, Marci filius, consul cum C. Julio a. 307 = 447., contentiones tribunorum cohibuit adversus nobilium juventutem. — Iterum consul a. 311 = 443. cum T. Quinctio Capitolino Volscos obsedit coegitque ad pugnam, in qua victi ac, dedito imperatore, sub jugum missi sunt, et compositis Ardeæ rebus, quam Volsci frustra obsederant *(Liv.* 5. 9), « triumphans *(Fast. triumph. Cap.)* in urbem rediit, Cluilio, duce Volscorum, ante currum ducto prælatisque spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub jugum miserat » *(Id. ibid.* 10). — Tertium consul processit cum L. Sergio Fidenate a. 317 = 437 *(Id.* 4. 17); sed quid tunc egerit, traditum non est. — Biennio post censor cum C. Furio Pacilo villam publicam probavit in Campo Martio « ubi primum census populi est actus » *(Id. ibid.* 22). — 3.°) Alios consules vd. apud *Liv.* 2. 24. et 4. 12.

GĔHENNA et Geenna, æ, f. 1. vox composita ex Hebr. *gê* « vallis » et *enna* pro *Hinnôm* (nom. propr. vir., v. comm., idem ac *gemitus)* = Hebr. *Gêhinnôm* (Vulg. *Geennom*, ap. *Jos.* 18. 16., et etiam *Gêhinnam*, Syr. *Gihana* et Arab. *Giahannam)*, i. e. *vallis [filii et filiorum] Ennom [Benennom* ap. *Vulg.* 2. *Par.* 28. 3. et 33. 6]), Gr. Γέεννα *(V.* ENNOM). — Est igitur *Gehenna* vallis, ad austr.-occid. Hierosolymæ, ubi operâ impiorum regum Achaz (2. *Par.* 28. 3) et Manasse *(Ibid.* 33. 6), loco, tunc *Topheth* appellato, Judæi idololatræ in honorem dei Moloch igne exurebant infantes (4. *Reg.* 16. 3., 2. *Par.* 28. 3., *Jer.* 7. 31. et 19. 2-6); quare Jeremias in ea prædixit ruinam urbis eamque *(Jer.* 2. 23) *vallem* (Hebr. *haggê)* simpliciter vocat, tam erat ob infanda illa sacrificia ubique famosa. — Verum pius rex Josias jussit, ut illuc animalium cadavera et omnes immunditiæ projicerentur; idcirco, ne corrumperetur aer, ignis ibi perpetuo ardebat (V. *Cremer, Bibl.-Theol. Wörterb. d. neut. Gräcit.* Gotha 1893. *p.* 209). Memoratur — 1.°) Proprie. *Vulg.* 2. *Par.* 34. 4-5., 4. *Reg.* et *Jer. locc. citt.* — 2.°) Improprie vel translate, ex igne sacrificiorum vel ex eo, qui nunquam extinguebatur, plerumque de igne inferorum et de inferis accipitur. *Vulg. Matth.* 5. 22 (ubi nonnulli intelligunt de infamiæ pœna reos consequentia, quorum cadavera in eam vallem jaciebantur). *Id. ibid.* 23. 15., 29. et 30., *Mar.* 9. 43. et 45., *Luc.* 12. 5., *Jac.* 3. 6., coll. *Eccli.* 7. 19. et *Apoc.* 19. 20. et 20. 10. et *alib.* Quin liber *Henoch* 26., 27., 56. et 90. in ea valle inferos esse docet (V. *Lods, Le livr. d. Henn.* Paris 1892. *p.* 85-37. et *p.* 187-191). — Hinc *Gehennalis*, adj. ad Gehennam pertinens, transl., ap. *Fulgent.* 2. *remiss. pecc.* 7. Gehennale supplicium.

GĔHENNĀLIS, e, adject., et

GĔHENNOM, indecl. *V.* voc. præc.

GEHŌN, indecl. m. nom. fluvii, Hebr. *Gîkhôn* « erumpens »; *LXX.* Γηῶν, *Eus.* Γαιών, *Jos.* Γηὼν et ita etiam *LXX. Jer.* 2. 18 *(Vulg.* « aqua turbida »), ubi procul dubio *Nilum* significat; sed mendum aut legebant aut scribebant, aut *Gehon* jam erat alterum quoddam Nili nomen, aut, quod probabilius est, jam tum nonnulli *Gehon* paradisi terrestris falso interpretabantur Nilum. Ceterum vel secundum *LXX.* alium fuisse Gehon a Nilo ostendit *Eccli.* 24. 37 (24), ubi *Vulg.* et *LXX.* nom. *Kî'ôr* errore verterunt « sicut lucem » (ὡς φῶς), cum reddendum fuisset « sicut Nilus (flumen κατ' ἐξοχ.) ». Huic porro interpretationi adhæserunt *Jos. ant.* 1. 1. 3., *Eus. onom. p.* 251., *Hieronym. de situ et nom.* ad *h. v.*, *Epiphan. Ancor.* 58., *Ambros. de parad.* 3. 14., *Hieronym. quæst. in Gen.* 2. 11., et *de situ et nom.* ad *h. v.*, *Augustin. de Gen. ad litt.* 10., 2. *Cypr. Gall. loc. cit.*, *De-Vit, Onom.* ad *v.*, ducti fort. verbis *Gen.* 2. 13., « ipse *(Gehon)* circumit omnem terram Æthiopiæ », ut *Vulg.* vertit hebr. *Kûsh*, quod falso creditum est idem ac Æthiopia Africæ; Kushitas enim etiam in Mesopotamia fuisse constat ex eo, quod dicitur de Nemrod *ibid.* 10. 8 *(Dillman, Delitzsch, Hammelauer, Vigouroux, al.)*. — Latine scribitur etiam *Geon* et aliquando *Gæon*, prima ac secunda correptis, vel potius, quasi diphthongo (Cf. Γαιών), syllaba producta, ut ap. *Cypr. Gall. Gen.* 61. « Post hunc Æthiopas Gæon allapsus opimat ». — Est itaque Gehon sive Geon, fluvius, unus ex quattuor, qui in paradiso terrestri oriebatur ac totam terram Chus circumibat. *Gen.* et *Eccli. locc. citt.* — Hunc autem alii Oxum putant *(Renan)*, alii Araxen *(Ebers)*, alii Euphratis cursum inferiorem sub *Schattel-Arab*, ut hod. dicitur *(Calvin, Delitzsch)*, alii ramum sinus Persici *(Sayce)* etc.; unde patet nihil inde certi extundi posse. — De eo vd. *Vigouroux, Dict. Bibl. III. p.* 2122.*sqq.*; *Winer, Bibl. Realwörtb. I. p.* 284.; *Warren, Parad. found* etc. Londr. 1886., coll. *Lenormant, Les Orig. de l'Hist. II.* 88.*sqq.* et 141.*sqq.*

GĔLA, æ, f. 1. ¶ 1. Est urbs in ora Siciliæ australi ad ostium fluvii, qui *Gelas* dicitur, ex quo nomen sumpsit *(Virg. loc. cit.)*, in regione fertili, hod. *Terranova* apud *Fiume di Terranova (Maroglio)*. Memoratur *Trog.* in *prol.* 19., *Sil. It.* 14. 218., *Claudian. carm.* 35. 58., *Hieronym.* in *chron.*, coll. *Paus.* 6. 19. 15., *Plut. Cim.* 8., *Strab.* 6. 272., *Diod.* 8. 25., *Thuc.* 6. 4., *Xen. Hell.* 2. 3. 5., *Arist. pol.* 5. 10. 4. — Fuit colonia Dorica, condita a. 690. a. Chr. a Rhodiis (Antiphemo) et Cretensibus (Entymo), tempore Hippocratis a. 498. et præcipue Gelonis tyranni a. 491 (qui etiam Syracusis potitus est a. 485), florentissima, Æschyli refugium, qui in ea obiit, patria Apollodori, poetæ comici; capta vero eversaque a Carthaginiensibus a. 405., sed a Timoleone restituta, qui colonos a Ceo illuc deduxit; iterum diruta a Mamertinis et a Phintia, tyranno Agrigenti, a. 377., jam a Gelensibus extructi, quos in oppidum a se conditum et appellatum *Phintias* (hod. *Licata)*, a. 280. transtulit, qui exinde *Phintienses Gelenses* v. *Gelani* dicti sunt; sed rursus instaurata arguitur ex nummis, ap. *Eckhel* 1. *p.* 209., coll. *Cavedoni, Spic. p.* 26., *Head*, 139. et *Schubring, Münz.* 184.*sqq.* — De ea vd. *Orsi, Gela, Mon. Ant. XVII* (1906).; *Holm, Gesch. Sicil. in Altert.* Leipz. 1870(74)98.; *Cultrera, Intorno all' accamp. Cart.* etc. *Rendic. d. R. Accad. d. Lincei XVII* (1908); *Pareti, Per la storia e Topogr. di Gela* Rom. XXV (1910) 1. *sqq.* — Hinc *Gelenses* et *Gelani*, incolæ. *Cic.* 5. *Verr.* 43. et 6. *ibid.* 33., *Val. Max.* 4. 8. *ext.* 2., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). — *Gelous*, adj. ut *Geloi campi*, egregiæ fertilitatis planities cis et ultra fluvium Gelam. *Virg.* 3. *Æn.* 701. — *Gelonium stagnum*, quod « tetro odore abigit proximantes » ut ait *Solin.* 5. et *Isid.* 13. *Orig.* 13. 8 (Cf. *Freeman, I.* 409. 1). ¶ 2. Item *Gela* v. *Gella (Ptol.* Γέλλα), statio in via Romana inter Asturicam et Cluniam Hispaniæ septentrionalis, prope

hod. *Gaton* ad fl. *Sequillo*. Memorat *Rav. p.* 318. *Itin. Ant. p.* 440. Tela (Cf. *Guerra, Discurso á Saavedra* 94).

GĔLĀDĪNUS, i, m. 2. nom. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6704.

GĔLÆ, ārum, m. plur. 1. et Gæli, ōrum, 2. (Γῆλαι) populus ad mare Caspium, in finibus Mediæ, in regione dicta *Ghilan*, bellicosus, memoratus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (48)., coll. *Strab.* 11. 508., 508. et 510., *Dion. perih.* 1019., *Ptol.* 6. 2. 5. et *Plut. Pomp.* 35.

GĔLĀNĪ, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Populus finitimus Persarum, cujus meminit *Ammian.* 17. 5. 1. « Rex Persarum in confiniis agens adhuc gentium extimarum jamque cum Chionitis et Gelanis omnium acerrimis bellatoribus etc. ». ¶ 2. Item incolæ Gelæ. *V.* GELA.

GĔLĀNOR, ŏris, m. 3. (Γελάνωρ) rex Argivorum, filius Stheneli, cui successit, ab eis expulsus regnumque traditum Danao. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 541. Cf. præter *Paus.* 2. 16. 1., *Apollod.* 2. 1. 4. 8., *Plut. Pyrrh.* 32. et etiam *Preller-Robert, Gr. Myth. I.* 570.*sq.*, 581.*sq.* et 592.

GĔLĀS, æ, m. 1. ¶ 1. Est fluvius Siciliæ meridionalis, in Africum mare influens ad urbem Gelam, hod. *Fiume Olivo*. Memorant *Ovid.* 4. *Fast.* 470., *Virg.* 3. *Æn.* 702., *Sil. It.* 14. 218., *Claudian.* 35. 58. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (89)., coll. *Thuc.* 6. 4. et *Diod.* 8. 28. et 13. 108. — *Vib. Sequ. p.* 148. *R.* Gela. ¶ 2. Est etiam nom. Scythæ cujusdam ap. *Val. Flacc.* 6. 208., sed priore syllaba producta.

GĔLĀSĬMUS, i, m. 2. (γελάσιμος, *ridiculus)*, nom. personæ comicæ ap. *Plaut. Stich.* 630., ubi ita ludit in nomine: « Nunc ego nolo ex Gelasimo mihi fieri te Catagelasimum », *i. e.* ex ridiculo fieri deridiculum et derisui esse.

GĔLĀSĬUS, ii, m. 2. (Γελάσιος: a γελάω, *rideo:* cf. voc. præc.) cogn. vir. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Gelasius, medicus insignis, laudatus *Symm.* 1. *ep.* 66. — 2.°) Gelasius, nepos s. Cyrilli Hieros., « Cæsareæ Palæstinæ post Euzoium episcopus, accurati limatique sermonis, qui fertur quædam scribere sed celare », ut scribit *Hieronym. vir. ill.* 130., inter doctissimos laudatus quoque *Facund. Herm.* 8. *def. trium capit.* 7. *p.* 733. *M.* — Ejus opera ætatem non tulerunt. Cf. *Venables* in *Smith and Wace A Dict. of Chr. Biogr. II.* 621. — 3.°) Gelasius I., pontifex Romanus (a. 492-496), doctrina, sanctitate celeber, natus Romæ, non in Africa, ut historici quidam falso referunt, quamquam Romanus dici poterat qui in Africa, provincia Rom. proconsulari, ortus esset. — Successit Felici III. a. 492. statimque specimina dedit fortitudinis; jussit enim Euphemio, episcopo Constantinopolitano, ut a diptychis nomen Acacii hæretici abraderet, juraque Romanæ ecclesiæ et primatum Romani Pontificis propugnavit, quæ et Anastasio imper. libere testatus est *(Jaffé, Regg. RR. PP.* 632). — In Italia Theoderico, Odoacris successori (a. 489), licet Ariano, se benevolum præbuit eique permisit per legatum, ut se Romæ « refugium miserorum » vocaret *(Pfeilschifter, Il re ostrog. Teod. e la Ch. catt.* ed. Germ. Münst. 1896. *p.* 34). — Pagani cultûs reliquias auferendas curavit, senatum obsecrans, ut festa Lupercalia abrogarentur. Oppugnavit etiam Pelagianos, qui in Piceno et Dalmatia pullulabant; Roma expulit Manichæos; disciplinæ sacrorum ministrorum sollicite consuluit æque patrem pauperum præbuit, maxime in gravi penuria, qua Urbs fuit conflictata (a. 493). — Obiit a. 496. XII. kal. Dec., in album sanctorum deinde cooptatus. — Scripsit « adversus Eutychen et Nestorium grande et præclarum volumen et tractatus diversarum scripturarum et sacramentorum delimato sermone et adversus Petrum et Acacium scripsit epistolas, quæ hodie in ecclesia tenentur catholica » *(Gennad. vir. ill. p.* 110. *Herd.* 1879). Porro operum tituli hi sunt: *Gesta de nomine Acacii vel Breviculus historicus Eutychianorum; De damnatione nominum Petri et Acacii; De duabus naturis in Christo adversus Eutychem et Nestorium; Tomus de anathematis vinculo; Dicta adversus Pelagianam hæresim; Adversus Andromachum senatorem ceterosque Romanos qui Lupercalia* etc.; *epistolas* (circ. 20) et alia, quæ interciderunt. Celeberrima vero *Decretalis*, edita in synodo Romana, *de recipiendis et non recipiendis libris* (qui ex quinque est ultimus ejus tractatus, amplior quam ceteri, quasi *Index librorum prohibitorum)*, olim Gelasio, saltem in hac parte, attributa, nunc ei videtur omnino abjudicanda; itemque *Sacramentarium*, tit. *Gelasianum*, a *Duchesne* (1889) adjudicatum est Gregorio M., a *Probst* (1892) ei, cui semper est adscriptum, a *Bäumer* (1893) in dubium vocatur. Epistolarum tamen ac decretorum majoris momenti numerus nuper increvit ex reperta collectione Britannica epp. pontif. in codice *British Mus.* Londinensis. Cf. *Zahn, Gesch. d. neutest. Kan. II.* 1 (1890) *p.* 259-267.; *Bäumer, Hist. Jahrb. XIV* (1893). *p.* 241-301.; *Plaine, Le Sacr. Gelas. et son auth. subst.* Paris 1896.; *Roux, Le pape Gelas. I* (482-496) Paris 1880.; *Rohr, Gelas. I. u. d. Primat* in *Theol. Quartalschr. LXXXIV* (1902) *p.* 110-123.; *Grisar, Gesch. Roms* etc. *I.* Freib. 1901. passim; *Lib. Pont.* ed. *Duchesne I. p.* 255.*sq.*; *Thoenes, De Gelas. I. pap.* 1873.; *Viani, Le vit. di s. Gelas. I. e Anast. II.* Mod. 1880. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Græcan. *Corp.* 5. 3294. — Absolute *ibid. n.* 2282. et 3. 2283. — Hinc *Gelasinus* (Γελασινός), cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6310 *(in signaculo aureo)*. — Fuit etiam cognomentum Democriti, philosophi Abderitæ. *V.* DEMOCRITUS.

GELBIS et rectius Celbis, is, m. 3. fluvius Galliæ Belgicæ, in Mosellam influens. *Auson. Mos.* 359. Te rapidus Gelbis etc.

GELBŌĒ, nom. geogr. indecl. (Hebr. *Gilbôa'* « fons ebulliens », sumpto fort. nomine a fonte quodam ipso, ad Gelboe scaturiente, quem *Tubanium* vocant [Cf. *Reland, Pal. p.* 863]; *LXX.* Γελβουέ) mons sive montes in tribu Issachar, ad occid. ab Jezrael usque ad Jordanem protensi: ad septentr.-orient. terminus montium Ephraim, quod nomen, ei adsimile, servat adhuc vicus, ad meridiem jugi situs, arabice *Djelbûn*. Memorat *Hieronym. onom. p.* 158. *P.*, qui montes Gelboe distare scribit a Scythopoli sex m. p. « in quibus et vicus est grandis, qui vocatur Gelbus (Γελβοῦς) »: Gelboe hod. *Djebel Fuku'a* a plerisque dicitur. — Ibi Philisthæos Saul aggressus est una cum tribus filiis; sed victus, arrepto gladio, se interemit (1. *Reg.* 31. 4). Ejus autem caput fuit ab hostibus obtruncatum et corpus suspensum in muro Bethsan (1. *Reg. loc. cit.* 9-10). Hinc sublime illud canticum Davidis contra Gelboe: « Montes Gelboe nec ros nec pluvia veniant super vos, neque sint agri primitiarum; quia ibi abjectus est clipeus fortium, clipeus Saul, quasi non esset unctus oleo etc. » (2. *Reg.* 1. 21.*sqq.)*. — Est etiam Gelboe in Judæa *(Gelbue* ap. *Ant. Plac.* 31), ubi David occidit Goliath, 20. m. p. ab Jerusalem, in via Eleutheropolim, de quo tamen nulla est in sacris litteris mentio. Cf. *Petr. Diac.* 114. 11. « Miliario vicesimo secundo ab Hierosolymis *(sic)* inter Sochos Judææ et inter Zecara Mahel (1. *Reg.* 17. 1. inter Socho et Azeca) occidit David Goliam ». Est igitur *Ant. Plac.* error.

GELDŪBA, æ, f. 1. castellum seu oppidum Galliæ Belgicæ, serius Germaniæ inferioris ad lævam Rheni, hod. *Gellep*. Memorant *Plin.* 19. *Hist. nat.* 5. 28. (90)., *Tac.* 4. *Hist.* 26., *Itin. Ant. p.* 255. et *Corp.* 13. 2. *p.* 597. — Inscriptiones ibi repertas collegit *Brambach C. I. Rh.* 241-248. — De ea cf. *Stollwerk, Die celtubisch-römische Niederlass. Gelduba*, ap. Uerdingen (1877).

GĔLESTA, æ, m. 1. Maurus quidam, magnæ auctoritatis apud Pœnos, in cujus faciem Juno mutata, ut Hannibalem falleret, dicitur *Sil. It.* 10. 85., fabulam secuto.

GĔLI, ōrum, m. plur. 2. (Γῆλαι, *Strab.*, Γελοί *Eustath.*, Γηλαῖοι *Georg.*, Γηλύς *Steph. Byz.*; *Ga'laje'* ap. Syros, *Gelokh* ap. Armen., *Gelani* ap. *Ammian.* 17. 5. 1. et *Gelones* ap. *Rufin.* 9. *recogn.* 22) populi Mediæ ad austr.-occid. Caspii maris, *Cadusii* appellati a Græcis, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (48)., ubi *Gæli*, cum diphthongo, sed perperam *(V.* CADUSII). Memorant etiam *Priscian. perieg.* 942., *Avien. orb.* 1215. et *Mamertin.* in *Genethl. Maxim.* 17. *Rav. p.* 62. Gelon, qui tradit inde nomen sortitam esse provinciam Mediæ majoris, persice dictam *Gilan*, arabice *G'ilan* (Cf. *Saint-Martin, Mém. hist. et géogr. s. l'Arm. II.* 370., 384. *n.* 27).

GELIMER (Geilamer, Gelamir, Geilimer, Gilimer), filius Gelaris, ultimus rex Vandalorum (a. 530-533), ap. *Jorn. Get.* 33 (170)., coll. *Procop. b. Vand.* 1. 9., *Coripp. Joh.* 3. 262., *Vict. Tunn.* ad a. 531 = *Momms. Chron. min. II.* 198. et *III.* 459. et *Malal.* 18. 459.

GELLĬUS, ii, m. 2. nom. vir. ex gente antiquissima et nobilissima. Est etiam *Gelius*, unico *l*, in *Inscriptionibus*. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Gellius, eques Romanus, frater L. Gellii Poplicolæ cons. a. 682 = 72., privignus L. Marcii Philippi cons. 663 = 91., homo perditus et luxuriosus *(Cic. Sex.* 51. 110) ac nutricula seditiosorum omnium *(Id. Vatin.* 2. 4), Clodii minister *(Id. Har.* 27., coll. 4. *Att.* 5). — 2.°) Gellius, historicus, ap. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (192). et *alib.* et *Solin.* 1. — Monemus *A.* et *Sex. Gellium*, quorum alter citatur a *Non. p.* 194. 5., alter vero ab *Auct. orig. gent. Rom.* 16. 4., commentitios esse. V. Cn. Gellius infra. — 3.°) A. Gellius (male *Agellius*, prænomine conjuncto, in quibusd. mss. et edit. libr., forma medio ævo ac postea inepte usurpata [V. *Fabric. bibl. lat.* 3. 1]), philologus, sub Antoninis Pio et M. Aurelio (a. 125-175), magistris usus, Romæ vel Athenis, grammaticæ Sulpicio Apollinari *(Gell.* 7. 6-12., coll. 18. 4. 1. et 20. 6. 1), rhetoricæ Antonio Juliano *(Id.* 18. 5. 1, coll. 9. 15. 1. et 15. 1. 1), T. Castricio et Frontone *(Id.* 13. 22. 1., coll. 19. 8. 1), philosophiæ Calvisio Tauro platonico *(Id.* 12. 5), Herode Attico sophista *(Id.* 1. 2. 1), Peregrino Proteo cynico *(Id.* 12. 11. 1) et Favorino sophista *(Id.* 16. 3. 1), vir elegantissimi eloquii et multæ ac facundæ scientiæ *(Augustin.* 9. *Civ. D.* 4), a Nonio Marcello et Macrobio non tam imitatus quam exscriptus. — De se et de suo opere ita loquitur in *præf.* 12. Volvendis - multis admodum voluminibus per omnia semper negotiorum intervalla, in quibus furari otium potui, exercitus defessusque sum. *et* 16. 2. 1. Quo primum tempore a prætoribus lectus in judices *(pro judiciis privatis)*, libros - de officio judicis scriptos conquisivi ut homo adulescens *(XXV. ann.)* a poetarum fabulis et a rhetorum epilogis ad judicandas lites vocatus rem judiciariam-cognoscerem. *et præf.* 4. Quoniam longinquis per hiemem noctibus in agro - terræ atticæ commentationes hasce ludere ac facere exorsi sumus, idcirco eas inscripsimus Noctium esse Atticarum. *et ibid.* 13. Erunt autem in his commentariis pauca quædam scrupulosa et anxia ex grammatica vel ex dialectica vel etiam ex geometria, - item paucula remotiora ex augurio jure et pontificio. *et* 22. Volumina commentariorum ad hunc diem viginti jam facta sunt. — Scripsit igitur XX. libros operis, inscr. *Noctes Atticæ*, quorum octavus intercidit, nec aliud de eo superest nisi argumenta, vicesimi vero finis desideratur et præfationis initium. — De eo hæc habet *Forcellin.* noster: Scripsit « *Noctium Atticarum libros viginti*, h. e. commentationes hibernis noctibus lucubrari cœptas, dum Athenis studiorum causa versaretur, continuatas vero etiam postquam Romam rediit: opus varia selectaque omnis antiquitatis eruditione tum grammatica, tum historica, tum philosophica refertum: in quo legendo et delectationis et utilitatis uberrimus fructus capi potest. - Non est tamen ejus latine loquendi ratio ubique imitanda. Est enim antiquæ dictionis nimis studiosus et a priscis durisque scriptoribus, quos assidue habebat in manibus, nimium ejus oratio colorem traxit ». Præterea in eo laudanda est maxima sive in colligendo diligentia sive in referendo fidelitas laborque in omnibus, quo multa ex antiquis operibus deperditis per eum ad nos transmissa reviviscunt. — De eo scripserunt *Vogel, De A. Gell. copia verb.* Zwick. 1862.; *Hertz, Fleckeis. Jahrb. Suppl.* 7 (1873-1875).; *Georges, De quibusd. serm. Gellii propr.* Halle 1883.; *Knopp, Notes* etc. *in Gell.* (1898) *p.* 5.;

Beck, Studia Gelliana et Plin. (Fleckeis. Jahrb. Suppl. 19. 1892. p. 1). — 4.°) Cn. Gellius, historicus circa postrema reipublicæ Romanæ tempora, cujus fragmenta tantum exstant, rectius constituta ap. Peter, Hist. Rom. reliq. I. p. 165-175., ubi habetur etiam unicum A. Gellii histor. fragm.; duos enim Gellii nomine historicos, Cn. et A. Gellium, distinxit Peter, de quorum vita et scriptis disputat in proleg. p. CCXXXVIII-CCXXXXVII.; quamquam Nipperdey, opusc. p. 399-408. unum tantummodo agnoscit. Quin sunt nonnulli, qui disputant, utrum is, quo de agimus sit idem ac triumvir monetalis, cujus nummi visuntur cusi inter a. 600 = 154. et 620 = 134 (Cf. Cavedoni in Ripost. p. 191. et Momms. Münzw. 543.sq. n. 144., an is, contra quem dixit M. Cato, teste A. Gell. 14. 2 (V. Münzer in PWK. 7. 998. sq.). — 5.°) L. Gellius, orator, æqualis Crassi, Antonii, L. Marcii Philippi, laudatus Cic. Brut. 47. 174., coll. 27. — 6.°) Sex. Gellius, historicus, unice laudatus ab Auct. de orig. gent. Rom. 16.; sed quum recentiores de auctoritate hujus libri valde dubitent vel eum rejiciant omnino, etiam hic historicus rejiciendus videtur. — 7.°) Gellius Egnatius, dux Samnitium, qui cum Etruscis, Umbris et Gallis bello contra Romanos gesto a. 458 = 296., denique cruentissimo in prœlio occubuit (Liv. 10. 18., 21. et 29). — 8.°) L. Gellius Poplicola, L. Gellius dictus Cassiod. in chron., abs. Gellius in Fast. Hisp. et ap. Flor. loc. cit. et Publicola ap. Chronogr., consul a. 682 = 72. cum Cn. Cornelio Lentulo Clodiano (Cic. 3. Verr. 39. 95), quicum legem tulit, qua sanctum est, ut cives Romani sint ii, quos Cn. Pompejus de consilii sententia singillatim civitate donavit (Id. Balb. 8. 19. et 14. 33). — In bello servili cum Spartaco dimicavit, a quo victus est (Liv. epit. 96., Oros. 5. Hist. 24., coll. Appian. b. c. 1. 117). — Anno 684 = 70. censor cum eodem Lentulo quattuor et sexaginta senatu movit (Liv. epit. 98., Ascon. in Tog. cand. p. 84. Or. et Val. Max. 5. 9. 1). — In bello piratico a. 687 = 67. legatus fuit Pompeji, ad oras Italicas invigilandas et ad Tyrrhenicum mare a prædonibus expurgandum (Flor. 1. 41. 9., coll. Appian. Mithr. 65). — Postremo, quum familiaris esset Ciceronis, curavit, ut civica corona is donaretur, cujus opera « atrocissima illa Catilinæ conjuratio deleta vindicataque finisset » (Gell. 5. 6. 15., coll. Cic. Pis. 3. 6. et 12. Att. 21). — Alia de eo videre est ap. Cic. 1. legg. 20. 53. et Val. Max. loc. cit. — Videtur obiisse a. 702 = 52., qui « ita diu vixit, ut multarum ætatum oratoribus implicaretur »; « fuit enim non tam vendibilis orator quam ut nescires, quid ei deesset: - multam operam amicis et utilem præbuit ». (Cic. Brut. 47. 174). — 9.°) L. Gellius Poplicola, filius præcedentis, nat. a. 674 = 80., frater uterinus M. Valerii Messallæ Corvini (Liv. epit. 122., coll. Dion. 47. 24. 5). — Fuit duumvir Minturnis (Corp. 10. 6017 = Dessau 5608); dein provincialis (?) quæstor (Babelon, Monn. de la rép. rom. I. 177., 536.sq.: cf. Bahrfeldt, Wien. num. Ztschr. XXX. 11. 16); consul quoque a. 718 = 36. cum M. Coccejo Nerva (Wilmanns n. 2680 [in figlina]), sed abdicavit, cui ex conjectura cl. Henzen in Corp. 1. p. 449. sq. suffectus fuit Cn. Nerius. Cf. Borghesi, Œuvr. IV. p. 53-56. — Ingratus Bruto et Cassio, qui quamvis insidias tetendisset utrique, veniam ei dederant, secutus est partes Octavii et Antonii; sed in prœlio Actiaco misere periit a. 724 = 30 (Vellej. 2. 85., coll. Plut. Ant. 65.sq.). ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1210., Corp. 6. 18955., 12. 3596 (Nemausi). — Gellia, nom. mul. C. 6. 18956 (in via Salaria), 12. 1778 (Valentiæ). — Gellius, adj., ut Gellia lex L. Gellii Poplicolæ cons. a. 682 = 72., de qua Cic. Balb. 8. 19. et 14. 95. — Hinc Gelliola, cogn. mul. demin. Corp. 8. 8999. — Gellianus, cogn. vir. C. 5. 6015.; Galliana, cogn. mul. C. 12. 414 (Massiliæ). — Fuit etiam ita cognominatus historicus v. geographus quidam ap. Plin. in Ind. l. 3., citatus etiam ibid. 17. 2. — Item servus tribunicius, de quo Gell. 13. 12. 4. ed. Hertz; et Gallianus leg. Huschke in alt. edit. Jurisp. Antejust. p. 55. n. 18., sc. in Gallianum (fundum), sed perperam.

GĔLON, ōnis, m. 3. (Γέλων: a γελάω, rideo), nom. pers. et geogr. — Gelo ap. Cic. 3. Nat. D. 34. 83. et Val. Max. 1. 1. ext. 3. plerique leg.; sed Hiero utrobique legend. est. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.°) Gelon, in Sicilia primum Gelensium, deinde Syracusanorum tyrannus (Justin. 2. 4. et Hieronym. in chron.), Gelæ natus, filius Dinomenes (Her. 7. 145., Paus. 8. 9. 4., Schol. Pind. Ol. 1), frater Hieronis, Polyzeli et Thrasybuli, scientia militari ac virtute bellica eximius, Syracusas potitus est a. 487 = 267 (al. 485 = 269) tenuitque usque ad a. 478 = 276., cui successit Hiero; et magnam quoque obtinuit victoriam de ingenti exercitu Carthaginiensium, ejusque duce Hamilcare, qui in eo prœlio interiit, 480 = 274 (Frontin. 1. Strat. 11. 18., coll. Her. 7. 166), ad Himeram (Bonfornello), in cujus memoriam tripodem aureum cum fratribus sacravit Delphis ac statuam Jovis peplo exornavit item aureo ex hostium spoliis (Curt. St. Gr. II. tr. 51. et 515). — Porro urbem amplificavit ornavitque et auxit colonis Græcis ac civibus Megarensibus aliisque, quorum urbes dirutæ fuerant, ex opulentioribus (Id. ibid. p. 515.sqq.): Græcis, quibus Xerxes bellum minitabatur, auxilio obtulit ducentas naves, viginti millia peditum equitumque duo millia, dummodo sibi belli summa traderetur, quod illi negarunt (Smith, St.-Gr. III. tr. 210). — Sed brevi fortuna se inclinavit; nam, ut scribit Val. Max. 3. 2. ext. 9. « pestifera seditione Syracusarum, tota regis Gelonis stirps, evidentissimis exhausta cladibus, ad unicam filiam Harmoniam virginem redacta, quæ tamen et ipsa volens fortiter occubuit », ut ibid. narratur. V. integr. loc. — Obiit a. 478 = 276 (Hieronym. loc. cit.). — De eo consulendus est Eckhel, 1. p. 249., coll. Siefert, Gelon Tyr. von Gela u. Syr. Altona 1867.; Holm, Gesch. Sicil. I. 202. sqq.; Grosman-Lupus, Gesch. Sicil. II. 104.sqq., 428.sqq. — 2.°) Gelon, Hieronis II., Syracusarum tyranni seu regis filius, Nereidis, Pyrrhi neptis, maritus, qui patri rebellavit, ut Hannibalis partes in Italia post Cannensem pugnam sequeretur (Liv. 23. 30), « movissetque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoque suspicione aspergeret, armantem eum multitudinem sollicitantemque socios absumpsisset » (Id. ibid.). ¶ 2. Est etiam nom. geogr. — 1.°) Fons in Phrygia. Plin. 31. Hist. nat. 2. 16. (19). In Phrygia - duo sunt fontes Gyllon et Gelon, ab effectu Græcorum nominum dicti. — 2.°) Item oppidum. V. GILO.

GĔLŌNES, um, m. plur. 3. iidem qui Geli. V. GELI.

GĔLŌNI, ōrum, m. plur. 2. (Γελωνοί Scyl. et Eph., Γέλωνες Hecat.) gens Scythiæ Europææ, cujus nomen mythologi derivant a Gelono, Herculis filio (Prob. ad Virg. 2. G. 115), circa ortum Borysthenis (Dnjepr) sita, teste Plin. 4. Hist. nat. 12. 26. (88)., et ad paludem Mæotidem, ut refert Ammian. 22. 8. 31. — Geloni « moribus sunt ferinis; de hostium namque cutibus et sibi indumenta faciunt et equis sua tegmina (Solin. 15. et Mel. 2. 14); sibi corpora pingunt, sive nobilitatis causa, sive ut culices, quorum infinita examina incultæ et paludosæ terræ alunt, arceant, sive ut horribili aspectu terrorem hostibus incutiant; colorem vero aut cuti acu punctæ inungunt aut inurunt (hinc corpus stigmatibus notatum vel pictum memorator Virg. loc. cit. et Claudian. in Rufin. 1. 314., coll. Her. 4. 108.sq.); sagittis in bello utuntur; domos ædificant ligneas » (hinc Budinorum urbs lignea Gelonion dicitur Her. loc. cit. et Ammian. 31. 2. 13.). Lingua loquebantur partim Scythica, partim Hellenica; a Græcis enim, Pontum Euxinum navigantibus, quibuscum, seriore ætate, aliquod commercium habuerant, linguam fuerant mutuati et etiam ea, quæ ad deorum cultum pertinent (Her. 4. 105. et alib., coll. Kiessling, PWK. 7. 1014). — Ultimi fuerunt, quos noscent Romani, teste Horat. 2. Od. 20. 18., qui ibid. 9. 23. de iis canit: « intraque præscriptum Gelonos Exiguis equitare campis », quod respicit eorum legationem, missam a. 734 = 20. in Syriam ad Augustum. Cf. Suet. Aug. 21. Virtutis moderationisque fama Indos etiam ac Scythas auditu modo cognitos pellexit ad amicitiam suam populique Romani ultro per legatos petendam. — Memorantur etiam Val. Flacc. 6. 512., Stat. 2. Theb. 421., Serv. ad Virg. 8. Æn. 725. — In sing. num., sensu collectivo. Val. Flacc. 7. 236. Gelonus sævus. et Virg. 3. G. 461. acer. Adde Prisc. perih. 302., Stat. 2. Ach. 419., Ennod. 6. op. p. 405., Sidon. carm. 7. 237. — Usurpatur Gelonus etiam adjective, ut Gelonæ canes ap. Grat. cyneg. 195. — Hinc Gelonium, stagnum Siciliæ, quod tetro odore abigit proximantes. Solin. 5. — Gelonos, urbs Budinorum circa Mæotidem Mel. 1. 116. At Frick. leg. Gelonion. V. supra. — Hinc Gelonius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 6310 (104), in signaculo æneo (num. plur.). — Etiam episcopus ap. Cassiod. 7. Hist. trip. 25., tempore Liberii, pontif. Rom.

GĔLŌNĬUM, ii, n. 2., et

GĔLŌNĬUS, a, um, adject., et

GĔLŌNOS, i, f. 2. V. voc. præc.

GĔLŌS, ōtis, m. 3. ¶ 1. Est cogn. vir. tam ingen. quam libert., Græcan., a γέλως, risus, in Corp. 5. 6808. et 7896. ¶ 2. Est etiam portus Cariæ. Mela 1. 84. — Hinc Gelotianus, adj. ad aliquem Gelotem pertinens, ut Gelotiana, abs., i. e. domus, ap. Suet. Cal. 18.

GĔLŌUS, a, um, adject. V. GELA.

GELUINA, æ, f. 1. oppidum Persiæ ad septentr.-orient. Armeniæ, haud procul ab Artaxata (Ardaschar), fort. hod. Gelinler. Memoratur in Tab. Peut. et ap. Rav. p. 73 (Cf. Müller zu Ptol. p. 933.sq.).

GĔMĂLA (Gemela et etiam Mela), nom. geogr., indecl. (Hebr. Gê-melahh « vallis salis »), vallis mari Mortuo proximæ, prœliis Israelitarum cum Idumæis, in quorum regione erat, identidem commissis valde celebratæ. Meminit Hieronym. onom. p. 159. P.; sed ap. Vulg. dicitur vel desertum Idumææ (Ps. 62. 1) vel vallis Salinarum (2. Reg. 8. 15. et 4. ibid. 14. 7. et alib.).

GĔMELLI. V. voc. seq.

GĔMĬNĬĂCUM, i, n. 2. oppidum Galliæ Belgicæ, serius Germaniæ inferioris, ad lævam Mosæ, hod. Gembloux, in Itin. Ant. p. 378., Not. Dign. occ. 5. 246. et Corp. 13. 1. p. 574.

GĔMĬNUS, i, m. 2. cogn. vir. satis frequens, præsertim in gentibus Aburia, Atiidia, Ducennia, Fabia, Fufia, Mæcia, Prifernia, Rubellia, Servilia, Tullia etc. Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Geminus, comœdus, quo magistro usus est M. Aurelius Antoninus puer ad prima elementa ediscenda. Capitolin. M. Aur. 2. — 2.°) Geminus, Antiochenæ ecclesiæ presbyter, qui aliquot « ingenii sui monumenta composuit », ut ait Hieronym. vir. ill. 64. et in chron. — 3.°) C. Fusius Geminus, cons. a. 782 = 29. cum L. Rubellio Gemino, celeber ex eo quod sub utriusque consulatu natus est Christus. V. FUFIUS. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 8. 7059. et 7061. — Abs. Inscr. ap. Mai, Nov. Coll. V. 381. 3. — Nom. serv. Corp. 7. 1336 (477). — Gemina, cogn. mul. C. 5. 1870. — Contr. Gemma pro Gemina. Cf. C. 1. 99. — Geminus etiam adj., ut Gemina legio VII., X. et XIV. in Inscr. ap. Orell. n. 72. et 798. aliisque plurimis, quod fort. ex duabus in unam conjunctis factæ fuerunt. — Item Geminus dictus Janus. V. JANUS. — Absolute ita appellatæ stationes vel oppida, ut — a) Geminæ, in Gallia Narbonensi, si vera est lectio, inter Lucum (Lucen-Diois) et Brigantionem (Briançon) in Tab. Peut. 59. — b) Geminæ in Hispania, in via Romana a Bracara ad Asturicam, ap. San Salvador de Cuntis, in Itin. Ant. p. 428. — Rav. p. 320. Gemina, ap. Castellum Sandias (Cf. Guerra, Discurso á Saavedra 94). — Hinc Gemellus — a) Cogn. vir. demin. Corp. 5. 5444. et 8. 1006. - C. 8. 4529. Gemelus. — Gemella, cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 118. — Abs. in alia ap. Orell. n. 4443. — Corp. 2. 673. Gemela. — Aliquando nom. gent. vir. Dipl. in Corp. 8. 13. — Fuit etiam quidam tribunicius viator, de quo Val. Max. 9. 1. 8. — Gemelli, abs., duo colles in Sicilia, hod. Monte di Mele. Memorat Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (88). V. integr. loc. — Item alumni,

cogn. Corp. 6. 18980 (in ædibus Cugnoni). — b) Adj., ut Gemella legio in Inscr. ap. Momms. n. 5025 (Cf. Gemina). — Item Gemella dicta Acci, urbs in Hispania Tarraconensi, cujus incolæ Gemellenses, ap. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25).; et colonia immunis, Tucci, ap. eund. 3. ibid. 1. 3. (12). — Absolute in plur. num. — α) Gemellæ, vicus in Byzacena inter Capsam (Gafsa) et Thelepten (Medinet-Kedima), in Tab. Peut., coll. Itin. Ant. p. 77. et Rav. p. 162. — β) Gemellæ, statio in provincia Numidia prope Lambæsem, hod. Mlili, in Corp. 8. 2482. — Hinc Præpositus limitis Gemellensis in Not. Dign. occ. 25. — γ) Gemellæ, oppidum in finibus Numidiæ et Mauretaniæ, inter Lambæsem et Sitifin (Setif), in Itin. Ant. p. 32. — De ejus situ cf. Gsell, Recherch. arch. en Algér. 210. — δ) Gemellæ, oppidum, sedes episc., inter Novam Petram et Sitifin, in Itin. Ant. p. 34. et ap. Cyprian. p. 470. n. 82. — ε) Ad Gemellas, statio in Hispania in via Romana inter Anticariam (Antequera) et Ixagrum, in Itin. Ant. p. 412. — Rav. p. 315. Ad Gemelle. — In mss. aliq. Angellas et Angillas, falsa lectio. — Cf. de situ Guerra op. cit. 84. — ζ) Gemellæ, oppidum Sardiniæ, in Itin. Ant. p. 81., situm prope Claramonte (ap. Mannert) vel Rio della Scala (ap. de la Marmora) vel Lugo Santo (ap. Lapie). — Gemellius (Gemelius), nom. gent. vir. Corp. 8. 5170. et 8. 4179. — Fuit etiam episc. Donatista, Maximiani fautor, ap. Augustin. in ps. 36. serm. 2. n. 20. — Gemellinus (Gemelinus), cogn. vir. Corp. 5, 7061. et ap. Cavedoni in Mem. di Mod. VII. 335. Gemlinus (contr.), ut Gemlus pro Gemellus in Corp. 8. 5780. — Gemellina (Gemelina) cogn. mul. Corp. 8. 2681. et 8. 2809. — Abs. ap. Cavedoni op. cit. p. 338. — Gemellianus — a) Cogn. vir. Inscr. ap. Momms. n. 2465. - Corp. 8. 10787. Gemellanus. — b) Adj., ut Ala Gemelliana in Dipl. Ner. ap. Henzen in Ann. d. Ist. arch. a. 1855. p. 27., fort. ab institutore dicta. — Gemininus, nom. gent. vir. Inscr. ap. Orelli n. 4630. — Alia in Bull. d. Ist. arch. a. 1876. p. 185. Gemnius (contr. pro Gemininus). — Fuit etiam prætor Macedoniæ, qui contra Thracas improspere dimicavit. Liv. epit. 70., fort. a. 662 = 92. — Item eques Romanus, famosus « prodigentia opum ac mollitia vitæ, amicus Sejano, sed conjurationis reus supplicio affectus. Tac. 6. Ann. 11. — Geminia, nom. mul. Corp. 8. 2182. — Alia in Ephem. epigr. I. 23. n. 72. Gminia (contr. pro Geminia). — Hinc Geminianus — a) Cogn. vir. Corp. 6. 18936., 5. 2258. et 8. 1412. — Fuit etiam martyr Lugdunensis a. 177. Greg. Tur. gl. mart. 1. 49. — Geminiana, cogn. mul. Inscr. ap. Momms. n. 3460. — b) Adj., ut Geminianus fundus in pago Salutari Veiejate. Tab. alim. Velej. 2. 31., hod. Zena.; et Geminianus Tejanus fundus ad Ligures Bæbianos. Inscr. ap. Henzen, S. Or. n. 6664 (in Tab. ænea). — Gemininius, nom. vir. Corp. 6. 18987 (in cœmeteriis suburbanis).

GEMMĀTUS, i, m. 2. cogn. sive potius nom. serv. vir. Corp. 7. 1336 (478)., ubi tamen lectio est incerta. Cf. Hübner ad l.

GEMMŬLA, æ, f. 1. demin. a gemma, cogn. mul. Corp. 2. 890. — Abs. ap. De-Rossi, Inscr. Chr. I. p. 313. n. 715. — Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaul. II. 309. n. 551. Gemula.

GĔMŌNĬA, æ, f. 1. nom. gent. mul. Corp. 5. 447.

GĔMŌNĬÆ scalæ (Gemonii gradus) vel Gemoniæ, absolute, locus præceps, a gemitu, non a Gemonio auctore, dictus, Romæ in Aventino, prope templum Junonis Argivæ vel potius in crepidine Capitolii, unde nuda sontium cadavera, qui in carcere necati essent, unco impacto tracta præcipitabantur atque hinc per gradus corruendo fœdius dilacerata projiciebantur in Tiberim. De his — 1.°) Proprie. Plin. 8. Hist. nat. 40. 61. (145). Canem nec a carcere abigi potuisse nec a corpore recessisse abjecti in gradibus Gemoniis (al. gemitoriis). Val. Max. 6. 3. n. 3. Corpus contumelia carceris et detestanda Gemoniarum scalarum nota fœdabit. Tac. 3. Hist. 74. Confossum et abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Suet. Tib. 61. Nemo punitorum non et in Gemonias abjectus uncoque tractus. et ibid. 75. Pars Tiberium in Tiberim clamitarent; - alii uncum et Gemonias cadaveri minarentur. Adde eund. Vitell. 17. Interdum ibi suffocabantur vel pendentium crura frangebantur et damnati subjecto comburebantur igne, de quibus Juvenal. 1. 256. « Quo stantes ardent, qui fixo gutture fumant ». — 2.°) Translate. Tertull. c. Valent. 36. Quanto meliores, qui nullum æonem voluerunt alium ex alio per gradus Gemonios structum?

GĔNĀRUS, i, m. 2. nom. vir. Inscr. ap. De-Rossi, R. S. III. 146.

GĔNAUNES, ium, m. plur. 3. gens Inalpina bellicosa Rætiæ, in valle Æni, hod. Val di Non, lat. Anaunia. — Subacta fuit a. 939 = 15. per Tiberium et Drusum sub Augusto et memorata in tropæo Alpium (Plin. 3. Hist. nat. 20. 24. [136]); quam victoriam celebrat Horat. 4. Od. 14. 10. « Genaunos, implacidum genus, - dejecit acer (Drusus) ». Cf. Strab. 4. 206.

GĔNAUNI, ōrum, m. 2. V. voc. præc.

GĔNĀVA (Geneva), æ, f. 1. Scribitur etiam Geneva, Genabe, Genuba, Genua, Genoca, Ceneva, Janoca etc., ex quibus formis præstat Genava, ut in Corp. 12. 2606., 12. 2585-2649., 5877., 5878. etc. — In mss. Cæsaris falso ponitur Genua: ita et ap. Rav. p. 287. — Etymon vocis vel ipsum formæ Genava favet, quæ significat ostium v. urbs ostii ex situ, ut Ostia ad ostium Tiberis (Cf. Glück, Kelt. Nam. etc. 104.sqq.).

Genava, oppidum Galliæ Narbonensis in finibus Helvetiorum, sita ubi Rhodanus effluit ex lacu Lemano, hod. Ginevra (fr. Genève; germ. Genf), caput Allobrogum. De ea Cæs. 1. B. G. 6. Extremum oppidum Allobrogum est proximumque Helvetiorum finibus Genava: ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet. et ibid. 7. 2. Pontem, qui erat ad Genavam, jubet rescindi. Adde Itin. Ant. p. 347., Greg. Tur. 4. Fr. 18. et 31., Ennod. vit. s. Epiph. p. 376. Hart. — Hinc Genavensis, ad Genavam pertinens. Corp. 12. 2606. VIKANIS GENAVENSIBVS (erat id temporis vicus Coloniæ Viennensis); at Genevensis improbatur Momms. Inscr. Helv. p. 111. n. 9. et De-Vit, Onom. ad n.; sed V. Holder, Alt-kelt. Sprachsch. s. v. — Absolute, incolæ. Not. Gall. 11. 4. Civitas Genavensium (Cf. Longnon, Géogr. de la Gaule au VI. siècle 427.sq.).

GĔNĀVENSIS. V. voc. præc.

GĔNĀVĬA, æ, f. 1. fundus in pago Dianio Velejate. Tab. alim. Velej. 4. 23.

GĔNĔRŌSUS, i, m. 2. (genus) cogn. vir. Corp. 8. 408. — Abs. in Inscr. ap. De-Rossi, R. S. III. 168. — Nom. serv. vir. Corp. 5. 3465. — Fuit etiam consularis Numidiæ. Augustin. ep. 116. — Item episcopus Cirtensis. Id. ep. 53. — Generosa, cogn. mul. C. 5. 8231. — Generosæ (ea) est etiam nom. cœmeterii, detecti in via Campana ad quintum ab Urbe lapidem, de quo cf. De-Rossi loc. cit.

GĔNĔSIS, is, f. 3. ¶ 1. Est nom. fluvii Illyrici, ap. Rav. p. 207.; et fort. oppidi, ap. eund. p. 379. ¶ 2. Cogn. mul., Græcan. (Γένεσις, generatio). Corp. 5. 3381. et 2. 3375. — Abs. C. 2. 45. — Hinc Genesius (Γενέσιος, natalicius), cogn. vir. Abs. ap. Le Blant, Inscr. Chr. etc. 257. — Item apud scriptores memorantur tres martyres, sc. — a) Genesius, martyr a. 286., de quo Martyr. Rom. VIII. kal. sept. ed. a. 1914. « Romæ sancti Genesii martyris, qui primum sub gentilitate mimus, quum in theatro, spectante Diocletiano imp., mysteriis Christianorum illudebat, a Deo inspiratus, repente conversus ad fidem, baptizatus est: mox imperatoris jussu fustibus crudelissime cæsus, deinde in equuleo suspensus et ungularum diutissima laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, quum in fide Christi persisteret dicens: Non est rex præter Christum, pro quo si millies occidar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non poteritis: martyrii palmam capitis obtruncatione promeruit ». Adde Act. ap. Ruinart. et Kal. vetustiss. Carthag. — b) Genesius, martyr Arelatensis, qui exceptoris officio fungens, quum impia edicta in Christianos nollet excipere et projectis in publicum tabulis se christianum testaretur, decollatus est. Eum laudat Prudent. perist. 4. 36., ubi secunda syllaba licenter producitur. et Venant. 8. carm. 6 (al. 8). 57., coll. 5. carm. 2. 65., ubi Arelas dicitur, κατ' ἐξοχήν, urbs Genesii. Adde Greg. Tur. gl. mart. 1. 68.sq. — c) Genesius, qui juxta castellum Tigernense, « in albis positus per martyrium ad cælum migravit ». Greg. Tur. gl. mart. loc. cit. — Genesia nom. mul. Corp. 12. 245 (Antipoli). et Inscr. ap. Brambach n. 1052. — Genesiacus, nom. serv. in Inscr. ap. Grut. 613. 11., si est sincera.

GĔNĔSIUS. V. voc. præc.

GĔNĔTÆ, ārum, m. plur. 1. gens in regione Pontica, confinis Chalybum. Plin. 6. Hist. nat. 3. 4. (11). — Hinc Genetæus, adj., ut Juppiter Genetæus, ab ea cultus. Val. Fl. 5. 147. « Inde Genetæi rupem Jovis, hinc Tibarenum etc. » (Γενηταῖος ap. Apoll. Rh. 2. 1011).

GĔNĔTÆUS, a, um, adj. V. voc. præc.

GĔNĔTHLĬUS, ii, m. 2. (Γενέθλιος, natalitius) cogn. vir. Gr. Corp. 3. 2842. — Inscr. ap. Momms. n. 662. Genetlius. — Adj. ap. Græcos de diis, de diis et de festis, de quo fuse eruditeque disserit Schmidt, PWR. 7. 1133-1149. — Cogn. Jovis, ut Gamelius, qui præest nuptiis. Hieronym. 1. c. Jovinian. 98. — Genethlis, nom. mul. Inscr. ap. De-Rossi, R. S. III. p. 352. — Etiam Genethlius, nom. serv. Corp. 7. 1336 (480).

GĔNĔTĪVUS. V. voc. seq.

GĔNĔTUS, i, m. 2. cogn. vir., fort. pro Genitus. Inscr. ap. Brambach, n. 333. — Hinc Genetivus (Genitivus v. Genetius), cogn. vir. Corp. 5. 3381. et 3. 3494. — Genetius pro Genetivus, extrita v, in alia, ibid. n. 4150. c. 5. l. 15. — Item cogn. Apollinis Delii, ut Genetor (Γενέτωρ) ap. Cloat. Ver. Cf. Macrob. 3. Sat. 6. 1-5., Virg. 3. Æn. 78.sqq., Censorin. d. nat. 2. 3. et Cic. 3. Nat. D. 36. 88. — Sic Genitalis Lucina, Genitales dii. V. in Lexico. Cf. DEIVAI GENITAI ap. Zvetaieff, Inscr. Osc. 9.; Preller, R. M. I. 52.; Cohen, Monn.[2] III. 333. 13-14. et Eckhel, 7. p. 139. — Genetiva, cogn. mul. C. 3. 4026. — Abs. ibid. 2. 1817. — Est etiam colonia in Hispania, plenius Colonia Julia Genetiva Urbanorum sive Urso. V. URSO. — Genita (Geneta) Mana (Γενείτη Μάνη), dea Romana, quæ feminarum mensibus præerat, cui res divina catulo fiebat, ut docet Plin. 29. Hist. nat. 4. 14. (58)., ducto nom. a Gr. μήν, mensis; hinc Mena appellata Augustin. 4. Civ. D. 11. Contra Plut. quæst. Rom. dubitat, dictane sit a manando (ῥέουσα γένεσις, fluens generatio), an a manus = bonus, quasi bona generatio; nempe, voto huic deæ nuncupato, precabantur, ne quis ex nascentibus manus fieret, i. e. moreretur; dicebatur enim præcipue de mortuis. Cf. Manes. — Genitor, cogn. vir., ut Julius Genitor ap. Plin. 3. ep. 3. — Etiam nom. serv. vir. Corp. 7. 1336 (485). — Genitrix (Genetrix), cogn. seu potius epith., quo deæ quædam honestantur, ut pro diis Genitor (V. h. v. in Lexico). — Genetyllis et Genetyllides (Γενετυλλίδες), deæ, comites Dianæ et partui præsides, ap. Paus. Att. 1. 4., sed a Latinis prætermissæ. Cf. Lugebil, De Venere Coliade Genetyllide, Petersb. 1858. p. 26.sqq.; Usener, Götternam. 124. et Westermann, Mythogr. 355. 15. — Genicius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Momms. n. 2098.

GĔNĔVA. V. GENAVA.

GĔNĬĀLIS. V. GENIUS.

GĔNĬTA MĀNA et

GĔNĬTOR. V. GENETUS.

GĔNĬUS, ii, m. 2. nom. dei, ut δαίμων Græcorum. — a) Forma Genium, n. occurrit ap. Venant. 2. carm. 9. 18. et 5. carm. 15. 3.: cf. Charis. 32. 10. K. (ubi genium scribitur: vd. Keil, Add. p. 607); exc. Charis. 548. 14. et 554. 15. — b) Voc. Geni ap. Tibull. 4. 5. 9. Magne Geni etc. — c) Origo vocabuli communiter ac vere ducitur a geno seu gigno, de qua rationes reddit Censorin. d. nat. 3., coll. Augustin. 7. Civ. D. 2. ex Varr. V. voc. in Lexico, ubi de ea multa dicuntur. Hic pauca addimus, quæ ad Genii cultum respiciunt apud veteres communem, quem, si superstitiosa hæc cum certis fidei nostræ documentis comparari liceret, angelorum custodum religioni similem dixeris. — Ad usum quod attinet, modo absolute, modo cum epitheto seu cognomine vel

genetivo; nunc solus, nunc vero cum aliis diis adhibetur. ¶ 1. Absolute et universim. *Corp.* 7. 10. et *alia* ap. *Momms. n.* 2472. ¶ 2. Sæpius cum additis, quorum specimen brevissimum subjicimus, ordine alphabetico digestum, et quidem — 1.°) Generatim: *Genius augustus* in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 215. — *G. conservator* (in *Corp.* 3. 4780). — *G. deus* (in *Corp.* 2. 1943). — *G. invictus* (ap. *Orell. Inscr. n.* 275). — *G. magnus* (ap. *Momms. n.* 2466). — *G. sanctissimus* (in *alia*, *ibid. n.* 2466). — *G. dominicus*, sc. domini alicujus (ap. *Orell. n.* 1721). — *G. infernus* (ap. *eund. n.* 1726). — *G. Jovialis* (ap. *Arnob.* 3. *p.* 123). — *G. Lupercalis* (ap. *Ennod. paneg. Theod.* 14). — *G. publicus*, fort. qui alib. *G. populi Romani*, cultus in ædicula fori Rom. in ipsis rostris proxime arcum Severi (ap. *Momms. n.* 5750). — 2.°) Speciatim de diis, principibus, locis, societatibus seu collegiis; de fontibus, fluviis, lacubus; de ædificiis ac rebus, quæ usui esse possunt. Exempla aliquot, ab inscriptionibus excerpta, exhibemus, ut: *Genius Asclepii, G. Jovis, G. Martis, G. Mercurii, G. Plutonis, G. Priapi, G. dei Silvani, G. Somni, G. Victoriæ*; item *G. Augusti, G. Divi Julii, G. Diocletiani, G. Domitiani, G. Herculei Aug., G. Ælii Hadriani, G. Antonini Pii, G. Gordiani, G. Nervæ Trajani, G. Severi Alexandri, G. Vespasiani, G. Neronis Aug., G. Ti. Augusti, G. Ti. Cæsaris, G. Ti. Claudii*; item *G. Ariminensium, G. Arvernorum, G. Daciarum, G. Noricorum, G. Pannoniæ superioris*; item *G. Trevirorum, G. Carthaginis, G. Lambæsis, G. Lugduni, G. Ravennæ, G. Romæ* (*Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 351. « In Capitolio fuit clipeus consecratus, cui scriptum erat: GENIO VRBIS ROMAE SIVE MAS SIVE FEMINA »), *G. Stabiarum, G. Tallistium, G. civitatis Biturigum Viviscorum*; item *G. coloniæ, municipii, oppidi, pagi, stationis, vici* etc.; item *G. patriæ, plebis, ordinis, candidatorum, incolarum* etc.; item *G. alæ, castrorum, centuriæ, cohortis, equitum, exercitus, legionis, turmæ, vexillariorum* etc.; item *G. arenariorum, canabensium, collegii, sodalicii, curiæ, decuriæ, senatus, domus, fabrum, nautarum, negotiantium*, etc.; item *G. annonæ, commercii, focorum, horreorum, thesaurorum, macelli, prætorii, scholæ, theatri, thermarum, lavacrorum* etc.; item *G. Fontis, Bætis* etc.; item *G.* cum *diis deabusque*, cum *Jove, Laribus, Matronis, Nymphis, Venere* etc. — *Genius Julii*, speciatim, cognominatum est Lurgentum, oppidum Hispaniæ, ap. *Liv.* 3. 3. — Porro Genius pingebatur capite velato et lauro redimitus, dextra cornucopiam et læva pateram tenens. Cf. *Jordan* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1872. *p.* 19-47.; et cudebatur in nummis (V. *Babelon, mon. cons. I. p.* 417. et *Stevenson, Dict. of rom. coins p.* 410.*sq.*). — De eo consulas *Wissowa, Relig. u. Kult.* etc. 154-158.; *Schmidt, Geburtstag im Altert., Religionsgesch.* etc. *VII.* 1 (1908); *De Marchi, Il culto privato, I.* 77. et *Otto, PWK.* 7. 1155-1160. — Hinc *Genia*, nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1083. — *Genialicius*, adj. ut *Genialicii ludi* in *Kal. Philoc.* et *Silv.* 11. et 12. Febr., qui et *Genialia*, abs. V. in *Lexico*. — *Genialis* cogn. vir. in *Corp.* 3. 974. *Ibid.* 4. 1592. Cenialis. — Abs. in *alia* ap. *Momms. n.* 137. et *alib.* — Item nom. serv. *Corp.* 3. 333. — Fuit etiam hæreticus, Joviniani sectator. *Ambros. n.* 42. *ep.* ad *Syricium* pap. — Item familiaris *Plin.* junior. 8. *ep.* 13. — *Genialius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 1447. — *Genialinius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 1070.

GENNADĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. (Cf. γεννάδας, *generosus, strenuus*) ¶ 1. In titulis. *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 16. *n. XIX.* ¶ 2. Apud scriptores memorantur — 1.°) Gennadius, orator forensis Romæ insignis habitus, ut scribit *Hieronym.* in *chron.* ad a. 2369 = 353. — 2.°) Gennadius, medicus Christianus, qui « Romæ suæ artis exercitatione præpolluit et nunc apud Carthaginem degit »: ita *Augustin. ep.* 159. *n.* 5. ca. a. 414., ubi plura de eo refert. — 3.°) Gennadius Avienus, dictus etiam abs. *Avienus* ap. *Prosp., Hyd., Marcellin., Cassiod.* in *chron.*, ex familia Corvinorum prognatus, consul cum Valentiniano III. imp. a. 450., de quo *Sidon.* 1. *ep.* 9.; unus ex collocutoribus ap. *Macrob.* 1. *Sat.* 6. 27. — Biennio post consulatum, a. 452., legatus est a Valentiniano ad Attilam cum aliis duobus, qui pacem ab eo expeterent (*Prosp.* in *chron.*). — 4.°) Gennadius, episcopus Constantinopolitanus, monophysitis infensus, ut Anatolius, ejus antecessor (a. 449-458), vir ingenio acer et lingua nitidus (*Gennad. vir. ill.* 90). — Scripsit *Epistolam encyclicam* contra simoniam in conferendis sacris ordinibus (*Mansi, VII.* 911-920. et *Migne, P. Gr. LXXXV.* 1613-1622); etiam *commentarium* in libr. Danielis multasque Homilias et interpretationem omnium epp. Paulinarum (*Marcellin.* in *chron.* ad a. 470. « et Pauli epistolas omnes exposuit »). Hæc tamen opera perierunt, præter fragmenta ex Catenis (*Cramer, Caten. Græc. Patr.* in *N. T. Oxf. IV.* 169.*sqq.*), quæ ei adjudicantur (V. *Migne loc. cit.* 1621-1734). — De *Epistola encycl.* cf. *Hefele, Konziliengesch.*² *II.* 584.*sq.* — 5.°) Gennadius, presbyter Massiliensis, dimidio altero sæc. V. floruit, memoratus *Isid.* 6. *Orig.* 6. 2. In *Catal. vir. ill.* 2. 2. hæc leguntur, a diversa manu addita: « Scripsi adversus omnes hæreses libros VIII. et adversus Nestorium libros VI. et adversus Eutychen libros VI. et adversus Pelagium libros tres, et Tractatus de mille annis, de Apocalypsi beati Johannis, et hoc opus et epistolam de fide mea misi ad beatum Gelasium, urbis Romæ episcopum ». Vertit et scriptorum eccl. Græcorum opera, ut Evagrii Pontici. Major tamen pars ejus operum intercidit; unum dumtaxat superfuit, inscr. *De ecclesiasticis dogmatibus* (idem, ut communiter putatur, ac *Epistola de fide*), quod fortasse pertinebat ad *Libros VIII. adversus omnes hæreses*, uti conclusio (*Caspari, Kirchenhist. Anecd.* 1883. *p.* 301-304., coll. *XIX-XXIII*). Porro, ut nonnullis videtur, sive in hoc opere sive in *catalogo ill. vir.* vestigia occurrunt doctrinæ Semipelagianæ, quam, in Gallia tunc late diffusam, auctor sit professus (*Bardenhewer, Patr. III.* § 112. *n.* 4. tr. *M.* Rom. 1908. *p.* 194.*sq.*).

GENNÆUS et Genneus, i, m. 2. (Γενναῖος, *ingenitus, nativus*) cogn. vir., ingen. et libert., Græcan. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 6965. et 5097. et *Corp.* 12. 1430. Adde *Vulg.* 2. *Mach.* 12. 2.

GENNESARETH v. Genesareth v. Genezar. *V.* CENERETH.

GENNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 6. 19045. et 8. 6882.; *Gennia*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Brizio, Sepolcri sull' Esquil. n.* 44. V. *Schulze, Eigenn. p.* 357. et 424. — Cf. *Gennonia*, nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 431.

GENOBAUDES, is, m. 3. unus ex ducibus Francorum, quum hi in Romanorum territorium incurrerunt a. 388. *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 9.

GĔNŌNI, ōrum, m. plur. 2. populus memoratus *Auson. ep.* 9. 31. « quæ (*ostrea*) nota Genonis ». Fort. iidem ac Genauni.

GENSERICUS v. rectius Geisericus, i, m. 2. (Γιζέριχος et Γεζέριχος). Forma apud scriptores varia, ut *Gaisericus* (ap. *Hydat.*), *Gyzericus* (ap. *Jorn.*), *Gisericus, Gesericus, Gensiricus* (ap. *Cassiod. var.* 1. 4. 14), *Gensérichus* (ap. *Landulf.*), *Ginsiricus* (ap. *Malch.*), sæpe vero *Gensericus* (V. *Momms. Chron. Min. I.* 195., 616. et 618., coll. *Kauffmann, Ztschr. f. deutsch. Philol. XXXIII* [1901] 1.*sqq.*), Vandal. *Geisarix* (V. *Wrede, Ueber d. Sprache d. Wandal.* 56), idem fort. ac *potens*. — Fuit autem rex Vandalorum et Alanorum (*Vict. Vit. II.* 13. 39. et *III.* 2-3) a. 428-477., filius nothus regis Godigiseli ex stirpe Ardingorum, frater Gunderici, regis Vandalorum primi in Hispania ejusque successor (*Isid. hist. Goth.* 74), pater Hunerici, Theodorici et Gentunis (Cf. *Greg. M. dial. III.* 1), homo, ut scribit *Cassiod. Goth. orig. c.* 23. « statura mediocris et equi casu claudicans, animo profundus, sermone rarus (*var.* ratus), luxuriæ contemptor, ira turbidus, habendi cupidus, ad sollicitandas gentes providentissimus, semina contentionum jacere, odia miscere paratus »; « ex catholico effectus apostata, in Arianam primus fertur transisse perfidiam » (*Isid. hist. Goth.* 74), quam, in Catholicos sævus, late disseminare studuit, præsertim in Africa, in quam a Bonifatio invitatus fuerat a. 428. Hic enim comes, Ætii æmuli artibus deceptus, imperatori rebellis, a Vandalis opem poposcit, qui ex Hispania, duce Genserico, transierunt in Mauretaniam eamque occuparunt (*Jorn. Get.* 33); postea se imperatori reconciliavit, ac primum pecunia, dein armis nequidquam Vandalos expellere conatus est. Eum Hippone Regio Gensericus obsedit a. 429.; sed urbem strenue defensam hostis coactus est deserere; mox vero Bonifatium, auxiliis Italicis confirmatum ac Vandalos iterum aggressum fudit fugavitque et Hipponem, armis destitutam, facile cepit ac diruit. Dein ipsam Carthaginem a. 439., postquam classis ingens contra eum ab Oriente, Aspare duce, missa nihil valuisset, dolo potitus est ibique incredibili crudelitate Catholicos oppressit, templa spoliavit suisque addixit satellitibus ac nefanda alia homo scelestissimus patravit (*Prosp.* in *chron.*). — Porro a. 440. Gensericus, Africæ imperio haud contentus, classe adornata, Siciliam invasit et omnia ibi subvertit, pejora quæque moliturus nisi audisset comitem Sebastianum, generum Bonifatii, in Africam cum exercitu trajecisse; quare illuc confestim redire ei fuit necesse. — Interim, Valentiniano Maximi operâ interempto, qui statim ejus regnum occuparat (*Cassiod. Goth. orig. c.* 45), ab Africa, instructa denuo classe, Vandalus in Italiam venit ac Romam navigat eamque captam a. 455. horrendum in modum vastat per quattuordecim dies, unius Leonis M., pont. Rom., sanctitate et eloquentia ab incendio et ignominiis ac cædibus detentus; sed pretiosissima quæque furatus, inter quæ vasa aurea templi Hierosolymitani a Tito delata, etiam Eudoxia, vidua Valentiniani ejusque filiabus Eudocia et Placidia cum multis captivorum milibus secum abductis, in Africam remeavit (*Isid., Prosp.* et *Hyd.* in *chron.*), ubi catholicæ fidei asseclas vexare non destit. — Quamvis autem ante in eum, tot prosperis rerum successibus superbientem, multi, præsertim ex optimatibus, conjurassent, ita ut vix, insidiis compertis, salvus evaderet, a. 443.; tamen nihil deterritus ac majora appetens totam Africam subegit, a. 455., Sardiniam, Dalmatiam et Illyricum invasit et in Orientem quoque latrones suos ad prædandum misit a. 457., in Peloponnesum, in Græciam, in insulas Ægæi, in Ægyptum; nec Leonis, Majoriani, Anthemii conatus metuit, quos aut prævertit aut elusit; quin ad alia impietatis atque ambitionis stimolis incitatus perpetranda facinora se comparabat, nisi demum a. 477. morbo perculsus, brevi succubuisset, Vandalorum regum pessimus, post annos regni 49 (al. minus recte 46), cui successit Hunericus filius, ut *Isid., Prosp.* et *Hyd.* in *chron.* tradunt. — De eo scripserunt *Papecordt, Gesch. d. vandal. Herrsch. in Afr.* Berlin 1837.; *Stadler v. Wolffersgrün, Die Vandal, von ihrem Einbruch in Gall. bis zum Tode Geiserichs*, Bozener Progr. 1884.; *Schmidt, Gesch. d. Vandal.* Leipz. 1901.

GENTHĪUS v. Gentius, ii, m. 2. Scribitur *Genthius* rectius cum aspiratione (Γένθιος), uti est in binis inscriptionibus ap. *Dittenberger. Syll.*² 293. 10. et *Or. Gr. inscr.* 119. 2. — Fuit autem filius Pleurati et Eurydicæ, frater Platoris et Caravantii, ultimus rex Illyriorum a. 587 = 167. — Vino deditus suis populis odio erat; quin, occiso Platore, ut solus regnaret, gravior deinde popularibus esse cœpit, cui violentiam ingenio insitam vitii intemperantia augebat (*Liv.* 14. 30). — Ad Romanum incitatus bellum a Perseo emptusque, legatos Romanorum in vincula conjecit. Ap. igitur Claudius Centho, cognito fœdere inter Persea et Genthium, legatorumque violatorum injuria accensus, bellum adversus eum parabat; quo tempore L. Anicius Gallus prætor, auditis quæ in Illyrico gerebantur, et ipse in Appii castra venit. Ad Scodram (*Scutari*), regni caput, profecti ambo tantum obsessis terrorem intulerunt, ut oratores extemplo ad prætorem mitteret Genthius, per quos indutias rogaret ad deliberandum; tandem castra petiit et, ad preces lacrimasque effusus, genibus prætoris accidens, in potestatem ei se dedit (*Id. ibid.* 31). — Anicius, bello Illyrio intra triginta dies perfecto, nuntium victoriæ Romam misit Perpernam et post dies paucos Genthium regem ipsum cum conjuge ac liberis et fratre aliisque principibus Illyriorum, quod in triumphum prætoris cessit, cujus « bellum prius perpetratum quam cœptum Romæ auditum est » (*Id. ibid.* 32). Genthium postea Iguvium ex senatus decreto victor relegavit (*Fast. triumph. Cap.*). Memoratur etiam *Eutrop.* 4. 8., *Vellej.* 1. 9., *Oros.* 4. *Hist.* 20., *Liv. epit.* 43., coll. *App. de reb. Illyr.* 9.

GENTĪLIS, is, m. 3. (gens) cogn. vir. *Corp.* 3. 3447. et 8. 500. — *Gentilius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1076. — *Gentina*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3251.

GENTĪUS, ii, m. 2. cogn. vir., ingen. et libert., satis frequens, fort. Illyricæ originis (Cf. *Hübner* in *Eph. epigr. III. p.* 163. et *Münzer, PWR.* 7. 1204. V. etiam GENTHIUS). *Corp.* 5. 1880. et 8. 10907.; 6. 19028 (*apud Ficoronium*) — *C.* 4. 1423. Centius. — In nom. gentilicium transiisse videtur. *Inscr.* ap. *Momms. n.* 2559. — *Gentia* (*Gentie*), nom. mul. ap. *eund. n.* 4569. *Alia* in *Bull. Arch. Munic. p.* 17. — Hinc *Gentianus* — *a*) Cogn. vir. *Corp.* 3. 471. et *alia* ap. *Momms. n.* 4870. et 4871. — Abs. ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 556. *n.* 1305. — *Gentiana* (*Gentiane*), cogn. mul., abs. *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 485. 5. — *b*) Adj., ut *Gentiana colonia* in pago Ambitrebio Velejate. *Tab. alim. Velej.* 2. 44.; et *Gentiana herba*. V. voc. in *Lexico*. — *Gentio* (*onis*), nom. serv. demin., Græc. forma, ap. *Lanciani, Top. p.* 242. *n.* 206 (*in tubo plumbeo*).

GENTŪNIS, is, v. Gento, onis, m. 3. (Γένζων *Procop.*) *Gento* ap. *Momms. Chr. m. II.* 32. 816. — Fuit filius Genserici, frater Hunerici, pater Godagis (*Vict. Vit.* 2. 5. 14), Guntamundi, qui Hunerico successit (*Procop. b. Vand.* 1. 5. 11), et Thrasamundi (*Id. ibid.* 1. 8. 8., coll. *Momms. III.* 36). — Huic Gensericus, ut tradit *Hyd.* in *chron.* a. 462., unam ex filiabus Eudoxiæ, Valentiniani III. relictæ, in matrimonium dedit.

GĔNŪA, æ, f. 1. (Γέννουα et Ἰάννουα *Procop.*, Γένουα *Ptol.*, Γένυα *Steph. Byz.*) In mss. codd. legitur etiam *Janua, Jenova, Janue* et ap. *Fredeg. chron. IV.* 71. *Genava* (maritima). — Ad etymon quod attinet, sunt qui conjungant cum *genu* (pl. *genua*), ratione, ut puto, vocis tantum soni (*Nissen, Ital. Landesk. II.* 144); alii potius cum *Janus*, ita ut sensus idem sit qui *Genavæ* Allobrogicæ et *Ostiæ* Latiaris (*Holder, Altkelt. Spr. s. v.*).

Genua ¶ 1. Est urbs Italiæ perantiqua, in ora sinus Ligustici (*Isid.* 13. *Orig.* 16. 2), ad radices Appennini, in via Æmilia, inter Feriorem et Porciferam (*Polcévera*), primaria Liguriæ, cum portu celebri, commercio prædives, trib. *Galeriæ* adscripta (*Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 103), vinorum Ligurum palmam habens (*Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. [67]), imperii temporibus municipium florentissimum. Memoratur etiam *Mel.* 2. 72., *Liv.* 21. 32., 28. 46. et 30. 1., *Val. Max.* 1. 6. 7., *Ammian.* 15. 10. 10., *Rav. p.* 270. et *alib.* — Mentio fit de ea in historia Romana inde a secundo bello Punico; a Scipione visitata et a Magone a. 205. a. Chr. diruta; sed Romani eam restaurarunt a. 203., quamquam postea bella cum Liguribus gesserunt. Anno dein 117. a. Chr. Genuates et Viturii de territorii sui finibus inter se contendentes Romanorum arbitrio litem submiserunt, quorum sententiam habemus in *Corp.* 5. 7749. — Sequiore autem ætate Theudebertus, Francorum dux, « Genuam - evertit ac prædat » (*Marcellin.* in *chron.* a. 539. et *Mon. Germ. auct. ant. XI.* 106) et a. 569. — Alboino ingruente, « Honoratus (*episcopus*) Mediolanium deserens ad Genuensem urbem confugit » (*Paul. diac.* 4. *Lang.* 71). — Alia de ea colligi possunt ex antiquis urbis hujus Inscriptionibus, quæ *Corp.* 5. *p.* 884.*sqq.* continentur, a *Sanguineti* a. 1865., dein a *Mommsen* illustratis *ibid. n.* 7749-7772. Huc etiam spectat fragmentum tituli Agrippæ in *Not. degli scavi* (1903) 46. et sepulcri Romæ vetustioris a. 1898. reperti mentio in *Not. degli scavi* 395.*sqq.* — Hinc *Genuas*, adj. ad Genuam Liguriæ pertinens. *Corp.* 5. 7749. *l.* 33. — Sæpius absolute, *Genuates* (*ium*), incolæ, *ibid. l.* 2. et, in sing. num., collective, *ibid. l.* 28. — *Genuensis*, idem, ut *Genuensis urbs* ap. *Paul. diac. loc. cit.*; et *Genuenses*, abs., incolæ, in *Corp.* 5. 7749. *l.* 44. et *alib.* ¶ 2. Item oppidum in Hispania, plenius *Genua Urbanorum*, alio nomine *Urso*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (12). ¶ 3. Item oppidum in Burgundia, ap. *Rav. p.* 239., quod *Tegna* nominatur in *Tab. Peut.*

GĔNŬĀS, ātis. *V.* voc. præc.

GĔNUCĪUS, ii, m. 2. nom. vir. ex gente plebeja (Γενύκιος et Γενούκιος), reipublicæ R. temporibus florenti. ¶ 1. In titulis *Corp.* 8. 4993.; 6. 19038 (*regione Columnæ*) et 12. 5422. — *Genucia*, nom. mul. *C.* 6. 19025 (*via Portuensi*). — *Genucia*, cogn. mul., Græc. posit. *C.* 6. 19027 (*in agro Verano*). ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Cn. Genucius, plenius *C. Genucius* Augurinus in *Fast. cons. Cap.*, trib. mil. consulari potestate a. 355 = 399. iterumque a. 358 = 396., de quo *Liv.* 5. 13. et 18. « Titinius Genuciusque tribuni militum, profecti adversus Faliscos Capenatesque, dum bellum majore animo gerunt, quam consilio, præcipitavere se in insidias: Genucius morte honesta temeritatem luens, ante signa inter primores cecidit ». — 2.°) Cn. Genucius Aventinensis, cons. a. 391 = 363. cum L. Æmilio Mamercino, ut in *Fast. cons. Cap.*: hinc emendandus esse videtur, scribit cl. *De-Vit*, locus *Liv.* 7. 3., ubi vocatur *C. Genucius L. Æmilius Mamercus*. Sed *Pighius, Madvig, Weissenborn* et *Maur. Müller* ibi legunt *Cn. Genucius L. Æmilius Mamercinus*. Corrig. etiam *C.* pro *Cn. Genucius* ap. *Cassiod.* in *chron.*, coll. *Dion.* 16. 2. « Γναῖος Γενύκιος ». — 3.°) L. Genucius, cons. a. 380 = 365. cum Q. Servilio Ahala (*Liv.* 7. 1), iterumque cum eo a. 392 = 362 (*Fast. cons. Cap.*), dictus etiam absolute *Aventinensis* pro *Aventinensis* ap. *Chronogr.* — Quo autem anno primum consulatu functus est, ingens pestilentia sævit Romæ, qua L. Furius Camillus affectus obiit. — 4.°) T. Genucius Augurinus, cons. a. 303 = 451. cum Appio Claudio Crassino Regillensi Sabino (*Fast. cons. Cap.*), male Τίτος Μινύκιος ap. *Diod.* 12. 23. et corrupte Τίτος Δαίκιος (al. Λεύκιος) Γενύκιος ap. *Dionys.* 10. 52. et *alib.* — Memoratur *Liv.* 3. 33., qui cum *Fast.* supra laudatis refert ambos abdicasse, ut decemviri consulari imperio fierent legibus scribendis, et inter decemviros creatos quoque esse eos, qui consules fuissent. — 5.°) Genucius Cipus, prætor, de quo hæc tradit *Val. Max.* 5. 6. 3. « Genucio Cipo prætori paludato portam egredienti novi atque inauditi generis prodigium incidit; namque in capite ejus subito veluti cornua erepserunt, responsumque est (*ab haruspice*) regem eum fore, si in urbem revertisset; quod ne accideret, voluntarium ac perpetuum sibimet indixit exsilium, dignam pietatem, quæ, quod ad solitam gloriam attinet, septem regibus præferatur; cujus testandæ gratia capitis effigies ærea portæ, qua excesserat, inclusa est dictaque Raudusculana; nam olim æra raudera dicebantur ». Aliter tamen *Fest.* ad *v.* ex *Varr. antiq.* — 6.°) Alios videsis ap. *Liv.* 2. 52.; 4. 1.; 7. 1. et 42.; 10. 1.; 27. 3.; 35. 5. et *Oros.* 4. *Hist.* 2. — Hinc *Genucilius* et *Genicilius* in *Corp.* 6. 19019., coll. *Cic.* 13. *Fam.* 53.

GĔNŬENSIS. *V.* GENUA.

GENUSĬA, æ, f. 1. oppidum Italiæ (reg. II. Apul., in finibus Lucaniæ), ad lævam Bradani, hod. *Genosa* v. *Ginosa*. Memoratur in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 591. — Hinc *Genusini*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105). et *Grom. p.* 262. *Lachm.*

GENUSĪNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. præc.

GĔNŪSUS, i, m. 2. fluviolus Illyrici, oriens ex lacu Lychnite (*Sevanga*) in Asia minore seque exonerans in mare Adriaticum ad Arnissam (*Ostrova*), hod. *Schkumbi*. Describitur *Lucan.* 5. 462. ac memoratur *Cæs.* 3. *B. C.* 75.*sq.* et *Liv.* 44. 30.

GĔORGI, ōrum, m. plur. 2. populus Scythis nomadibus conterminus, a quibus eam Panticapus amnis sejungit, ultra Arimphæos, agris colendis deditus. *Solin.* 15. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (88).

GĔORGĬUS. *V.* voc. seq.

GĔORGUS, i, m. 2. (γεωργός, *agricola*) cogn. vir., Græcan. *Inscr.* ap. *Cavedoni, Marm. Mod. p.* 237. Q. SOSII GEORGI. Sed cl. *Furlanetto* in *App. Lex. Forcell.* vult esse pro *Georgii*, ut sæpe desinit genet. sing. horum nomin. in *ius* (Cf. *Venant. loc. infra cit.*); quod tamen hic minus probaverim, quum præcedat *Sosii*, non *Sosi*. Cf. etiam *Cavedoni* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1856. *p.* 53. et *De-Vit* ad *v.* — *George*, cogn. mul., Gr. posit., occurrit ap. *Grut.* 970. 6. — Hinc *Georgius*, cogn. vir., abs. frequentissimum extremis Rom. imp. occid. temporibus, præcipue inter Christianos. *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 354. 2. — *Georgia*, nom. mul. *Inscr.* metrica ap. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. n.* 560. Cf. *Greg. Tur. glor. conf.* 35. — Etiam nom. serv. in *Inscr.* ap. *Momms. n.* 5195. — Apud scriptores memorantur — *Georgius*, celeberrimus martyr, sive in Oriente, maxime Constantinopoli, sive in Occidente summo honore cultus, in nummis sæpe effigiatus, cujus laudes canit *Venant. miscell.* 2. 16. « Martyris egregii pollens micat aula Georgi, Cujus in hunc mundum spargitur altus honor etc. ». De eo *Martyr. Rom.* IX. kal. Mai. « Natalis sancti Georgii martyris, cujus illustre martyrium inter coronas martyrum Ecclesia Dei veneratur ». V. quæ plura adnotat *Baron.* ad *l.* — *Georgius*, episcopus Alexandrinus « in fullonio natus, ut ferebatur, apud Epiphaniam, Ciliciæ oppidum, auctusque in damna complurium etc. », ut scribit *Ammian.* 22. 11. 3-8., Arianorum acerrimus fautor, imperante Juliano, a plebe Alexandrina interfectus a. 362., ut refert idem *Ammian. ibid.*; quo mortuo, Athanasius in suam sedem rediit, teste *Prosp.* in *chron.* Adde *Hieronym.* in *chron.* ad a. 361., *Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 14. et *alib.* et *Rufin. h. eccl.* 1. 23. — *Georgius*, presbyter sæc. V. eloquentissimus, doctrina Helladica eruditus, qui Aristotelem et Platonem manibus terebat, sed Arianorum fautor, ut tradit *Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 8.

GEPEDOIOS insula, a Gepidis sic appellata, ut arguitur a *Jorn. Get.* 17. 96. « Gepidæ tacti invidia, dudum spreta provincia, commanebant in insula Visclæ amnis vadibus (*sic*) circumacta, quam patrio sermone dicebant Gepedoios (*var.* Gepidoios, Gepidos); nunc eam, ut fertur, insulam gens Vividaria incolit, ipsis ad meliores terras meantibus ».

GĔPHĪRA, rectius Gephyra, æ, f. 1. (Γέφυρα: cf. γέφυρα, *pons*) statio sive mutatio in Macedonia X. m. p. a Pella ad hod. fl. *Caraiamak*. Memoratur in *Itin. Hieros. p.* 605.

GĒPĬDÆ, ārum, m. plur. 1. (Γήπαδες, Γήπαιδες Γίπαιδες) nom. populi. — *a*) Orthogr. varia est; scribitur enim etiam *Gepidi, Gipedes, Gepidæ, Gipidæ, Gipedi, Gepidæ, Gippidi*: inter quas formas, a *Momms.* collectas in *Jorn. Ind. p.* 160., præstat *Gipedes* ap. *Trebell. Claud.* 6., firmata auctoritate Græcorum, quorum formas adtulimus. (V. etiam *Dindorf* in *Thes. II. Steph.* sub v. Γήπαιδες, *Isid.* 9. *Orig.* 2. 92., *Mamertin. genethl. Maxim.* 17. *p.* 114. 27. Cf. *Hieronym. ep.* 123. et *Schiller, II.* 126). — *b*) Prosod. Primam producit *Sidon. carm.* 7. 322. « Gepida trux sequitur » (cf. Γήπαδες); contrahit vero, mutata tamen litt. vocal., *Coripp. in laud Justin. min.* 1. 254. « Gipidesque Getæque etc. », coll. *præf.* 12. « Langobardorum populos Gipidumque feroces ». — *c*) Etymol. *Isid. loc. cit.* « Gipedes pedestri prœlio magis quam equestri sunt usi, et ex hac causa ita vocati ». Aliter *Jorn. Get.* 94. *M.* « Meminisse debes me initio - Gothos dixisse egressos - tribus tantum navibus vectos, ad ripam Oceani citerioris -; quarum trium una navis, ut adsolet, tardior nancta nomen genti fertur dedisse; nam lingua eorum pigra *gepanta* dicitur. Hinc factum est, ut paulatim et corrupte nomen eis ex convicio nasceretur -; sed quia, ut dixi, *gepanta* pigrum aliquid tardumque designat, pro gratuito convicio Gepidorum nomen exortum est, quod nec ipsud (*sic*) credo falsissimum; sunt etenim tardioris ingenii et graviores corporum velocitate ». Quid vero de hoc etymo sentiat *Müllenhoff*, vide ap. *Momms.* in *Jorn. Ind. loc. cit.*

Gepidæ seu Gepides, gens Scythica, fera, inhumana ac barbaris prorsus moribus (*Sidon. loc. cit.* et *Salvian. gub. D.* 4. 67. et 82), religione autem

Ariana (Jorn. Get. 132.sq. M.). — Eos cum Gethis propinquitate conjunctos perhibet Jorn. Get. 94. « Sine dubio ex Gothorum prosapia et hi (Gepides) trahent originem ». Primum Scythiam coluisse videntur ab occidente « quæ magnis opinatisque fluminibus ambitur » ibid. 33.; quam insulam « Jordanus (al. Jornandes) Scandzam appellat, scribit Rav. p. 29., ex qua insula Gothos et Danos, immo simul Gepidas antiquitus exiisse legimus », qui in Daciam venerunt (sc. imperante Claudio Gothico a. 268-270) « Daciam dico antiquam, quam nunc Gepidarum populi possidere noscuntur ». - Hanc Gotiam, quam Daciam appellavere majores, quæ nunc - Gepidia dicitur, tunc ab oriente Aroxolani, ab occasu Jazyges, a septentrione Sarmatæ et Basternæ, a meridie amnis Danubii terminabant ». — Gepidæ extremis tantum imperii temporibus Romanis innotuere. Huc spectat, quod legitur ap. Trebell. Claud. 6. « Scytharum diversi populi - Visi, Gipedes, Celtæ etiam et Eruli prædæ cupiditate in Romanum solum venerunt atque illic pleraque vastarunt, dum aliis occupatus erat Claudius ». et Vopisc. Prob. 18. Probus (a. 276-282) « centum milia Basternarum in solo Romano constituit, qui omnes fidem servaverunt; sed quum ex Gipedis et Greuthungis et Vandalis (transtulisset), illi omnes fidem fregerunt et, occupato bellis tyrannicis Probo, per totum pæne orbem - vagati sunt nec parum molestiæ Romanæ gloriæ intulerunt; quos quidem ille diversis vicibus variisque victoriis oppressit ». — Reges autem eos habuisse patet ex Jorn. Get. 199. M. « Eratque et Gepidarum agmini innumerabili rex ille famosissimus Ardaricus, qui ob nimiam suam fidelitatem erga Attilam ejus consiliis intererat ». — In sing. num. usurpat Sidon. loc. cit. de eo rege scribens. — Collective vero Jorn. Get. p. 147. Cernere erat - pugnantem Gothum ense furentem, Gepidam in vulnere suorum cuncta tela frangentem etc. — Porro Gepidæ, Attila defuncto, Hunnorum sedibus potiti sunt, teste eod. ibid. 260.sqq. et 264. M. nihilque aliud a Romano imperio nisi pacem et annua sollemnia amica pactione postularunt. — Eorum denique regnum finem accepit, quum a Langobardis prœlio superati fuere (Momms. Chron. min. II. 212) ac dein exstincti (Ibid. 476). — De iis vd. Müllenhoff, Deutsch. Altert. II. et Momms. in Jorn. et Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I. et II. — Hinc Gepidia (Gipidia), regio a Gepidis habitata (V. supra). — Gepidius, nom. gent. vir. in Inscr. ap. Murat. 2021. 1. — Gepidicus (Gipidicus), adj., unde Gepidicus cognominatus Justinianus imp. Agath. p. 21. 15. et Mauricius imp. a. 582-602. In Inscr. mutila ap. Murat. 467. 2.

GĒPĬDĬA et

GĒPĬDĬCUS et

GĒPĬDĬUS. V. voc. præc.

GER ¶ 1. Est fluvius Libyæ interioris, notus post expeditionem Suetonii Paulini, qui in lingua Berberica idem est ac « fluens aqua ». Memorat Claudian. carm. 21. 252., ubi Gir legitur (Ptol. 4. 6. 13. Γεὶρ); quem nonnulli confundunt cum Niger (Νίγειρ) ap. Plin. loc. cit., hodie Ued-Guir. V. Vivien de Saint-Martin, le Nord de l'Afr. p. 116.sqq., coll. p. 425-444. et Rav. p. 6. et 7., qui duos distinguunt. Cf. NIGER. — De eo consulas Duveyrier, Les Touareg du Nord 470.sqq.; Hartmann, Die Nigritier 71.; Tissot, Géogr. de l'Afr. I. 91. ¶ 2. Item locus quidam Palæstinæ trans Jordanem in tribu Manasse, Hebr. Gûr « catulus ». Hieronym. onom. p. 161. P. - Vulg. 4. Reg. 9. 27. habet Gaver pro Ger.

GĔRĀ, indecl. m. nom. pers. et geogr. (Hebr. Gêra' « granum ») ¶ 1. Est nom. vir. ap. Vulg. Gen. 46. 21.; Jud. 3. 15.; 1. Par. 8. 3. et 5.; 2. Reg. 16. 5. et 3. Reg. 2. 8. ¶ 2. Est etiam nom. oppidi. V. GERRA.

GĔRÆSTĬCUS Portus Teiorum, in Ionia, ap. Liv. 37. 27. et 28., nunc Λιμὴν Ζαγαζίκι Kotsowillis N. Λιμενοδείκτης 508. πίν. 215. 2., 5. km. septentr. (ab tergo urbis) antiquæ Tei, ad cujus agrum depopulandum milites misit L. Æmilius Regillus prætor a. 190 = 64.

GĔRÆSTUS, i, f. 2. (Γεραιστός) Gerastus dicitur Capell. 6. p. 213. — Est autem oppidum et promontorium Eubœæ insulæ, cum nobili portu (Liv. 31. 45), Atticam spectans (Solin. 11), hod. Kavo Mandilo. Memoratur Mela 2. 107. Fr. « Eubœa ad meridiem promunturium Geræston et Caphærea, ad septentrionem Cenæum extrudit ». Val. Flacc. 1. 436. « Surgis ab ostrifero medius, Neptune, Geræsto »; ibi enim templum clarissimum habebat Neptunus, ut docet Strab. 10. 444.sq. Adde Plin. 4. Hist. nat. 12. 21. (63). et alib. et ex Gr. Hom. Od. 3. 177., Her. 8. 7. etc., Xen. Hell. 3. 4. 4., Arr. an. 2. 1. 2., Ptol. 3. 15. 24., Plut. Ages. 6. et Nonn. 13. 162.

GĔRĀNĬA, æ, f. 1. (Γερανία) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Mons Græciæ mediæ, in finibus territorii Corinthii et Megaridis, hod. Makriplagi, Gr. Γεράνεια; hinc etiam Geranea, ut alii leg. Plin. 4. Hist. nat. 7. 11. (23)., coll. Thuc. 1. 105. et 4. 70., Scyl. 39., Diod. 11. 80. et 19. 54., Paus. 1. 40. 1. et Plut. Cleom. 20. — 2.°) Item oppidum Laconiæ, memoratum Plin. 4. Hist. nat. 5. 8. (16)., coll. Ptol. 3. 16. 22. et Hom. Il. 2. 336. et Od. 3. 68. — 3.°) Item urbs Scythica. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (44). « In parte, quam Aroteres Scythæ tenuerunt, celebrant quondam urbem Geraniam (Cathizon vocant barbari), unde a gruibus Pygmæos ferunt pulsos ». ¶ 2. Est etiam nom. gent. mul. et vir. in ead. Inscr. ap. Murat. 2081. 5., ubi Gerania et Geranius.

GĔRĀRA, indecl. et etiam Gerara, æ, sing. et Geraræ, arum, plur. f. 1., nom. Hebr. a gêr « peregrinus, hospes »; unde gerâr « peregrinatio, hospitium » et cum he loc., Gerârâh (Gen. 20. 1), LXX. Γεραρά, Ægypt. Ke-ru-ru, oppidum quondam regium Philisthæorum, in australibus Palæstinæ finibus, hod. Khirbet Umm Djerâr. Memoratur Vulg. Gen. 10. 19., 20. 1., 25. 1. et 20., 2. Par. 14. 12. et 13. Hieronym. onom. p. 155. P. « Gerara erat olim terminus Chananæorum ad australem plagam et civitas metropolis Palæstinæ. Scriptura commemorat fuisse eam inter Cades et Sur, hoc est inter duas solitudines, quarum una Ægypto injungitur, ad quam populus trans fretum Rubri maris pervenit; altera vero Cades usque ad Saracenorum eremum extenditur ». — In vicinia ejus erat torrens (LXX. vallis) Gerara (nahhal-Gerâr), cujus meminit Gen. 26. 17., coll. Sozom. h. eccl. 6. 32. et 9. 17. Male hic distinguit De-Vit, quasi duo, vallis et torrens Geraræ; vox enim Hebr. nahhal utrumque significat, ab uno redditum vallis, ab altero torrens, quum locus sit unus idemque — Fuit princeps Philisthæorum sedes in regione Chanaan, ubi reges residebant, ex quibus duo memorantur Gen. 20. 2. et 26. 1. ejusdem nominis Abimelech, fortasse horum regum commune nomen. Quæ autem de his narrantur in sacris litteris, ad Abraham et Isaac respicientia (Gen. 20. 2-14. et 26. 8-11), similia utique sunt, non vero eadem, ut ex diversis rerum adjunctis facile dignoscitur. Porro hic Sara peperit Isaac (Ibid. 21. 2-8); Abraham puteos effodit, id, quod causa querelarum fuit inter pastores Geraræ (Ibid. 26. 18-22). — Serius Zara, rex Ægypti, cum ingenti exercitu Æthiopum et Libyorum Palæstinam invasit usque Maresam (Khirbet Mer'ash) prope Eleutheropolim. Sed Asa, rex Juda, Deo fidens, cum eo in valle Sephata prœlium commisit eumque vicit insectatusque est hostes usque Geraram, quam urbem occupavit, ac, finitimis oppidis vastatis, magnam secum Hierosolymas detulit prædam (2. Par. 14. 9.sqq., coll. Jos. b. J. 8. 12. 2). — Hinc Geraritícus, adj., ut Gerariticæ regio, trans Daroma, procul ab Eleutheropoli milibus viginti quinque ad meridiem, dicta Hieronym. onom. loc. cit.

GĔRĀRĪTĬCUS, a, um, adject. V. voc. præc.

GĔRĂSA, æ, f. 1. urbs Decapolis Palæstinensis Jos. b. J. 1. 4. et 18. et ant. 13. 15., hod. Djerash. De ea ita scribit Hieronym. onom. p. 155. P. « Gargasi, civitas trans Jordanem juncta monti Galaad, quam tenuit Manasse et hæc esse nunc dicitur Gerasa, urbs insignis Arabiæ. Quidam autem ipsam esse Gadaram æstimant, sed et euangelium meminit Gergasenorum ». et ibid. p. 157. « Gergesa, ubi eos, qui a dæmonibus vexabantur, Salvator restituit sanitati, et hodieque super montem viculus demonstratur juxta stagnum Tiberiadis, in quod porci, ab iis dæmonibus tracti, præcipites corruerunt ». Sed V. infra. — Etiam Ptol. 5. 17. 4. memorat urbem, quam Γέρασα vocat, in Arabia Petræa. et 5. 15. 23. alteram cognominem in Cœlesyria. — Plin. vero eam Gadaram appellat 5. Hist. nat. 18. 16. (74). — Eam incendit Vespasianus a. 68 (Böttiger, Lex. Flav. Jos. p. 133); sed refecta maxime floruit impp. Antoninorum temporibus, ut a ruderibus quoque colligitur, quæ sunt muri ac mœnia, arcus triumphalis, naumachia, theatrum etc. — De ejus nummis vd. Eckhel, 3. p. 118-120. et Head, 787. — Hinc Geraseni, abs., incolæ, iidem qui Gergesæi, ex diversa lectione. Prudent. apoth. 414. « Ecce Gerassenos (sic) legio ruit effera porcos », ubi vel secunda licenter producitur vel litt. s duplicatur, ut ex brevi longa fiat. Sed Juvenc. 2. 43. « Jam Gerasenorum steterat sub litore puppis ». — Magna tamen contentio est de hujus vocabuli lectione, quæ apud Matth. 8. 28. est Γαδαρηνῶ ex auctoritate mss., translationum antiquarum omnium et editionum crit. Tischendorf, Horst et Westcott; apud Marc. 5. 1. Γερασηνῶν, cui codd. B, ℵ, D, Itala, Sahidica, Vulgata suffragantur; apud Luc. 8. 26. Γεργεσηνῶν, quam præbent mss. et translationes plurimæ, sed antiquitatis nota destitutæ; ita ut, omnibus perpensis, lectio Γερασηνῶν ceteris sit omnino præferenda; et quamvis Hieronym. loc. supra cit. et in comm. Jos. pro Gergesa, unde Gergesæi, steterit; tamen in euvangeliis lectionem Geraseni ubique servavit; hinc generatim Γερασηνῶν prævaluisse concludendum est. — Quidquid denique de urbe cogitetur, quam alii Gadaram, alii Gerasam, alii denique Kersam esse volunt, certum est euangeliorum scriptores, qui synoptici dicuntur, in eodem facto narrando plane inter se concordare, nec de urbe, sed de regione « εἰς τὴν χώραν » loqui (Cf. Rev. bibl. 1895. p. 612-522. et Dict. bibl. Vig. ad v.). Hoc unum addimus, quod conjecit Gesen. thes. p. 300. « Mihi, inquit, probabile Γεργεσηνοί esse generale et antiquum nomen incolarum totius regionis, i. q. Girgâshî; urbis autem Gerasæ nomen, extruso g, ex hoc coortum esse » sc. Ger(g)esa, unde Ger(g)eseni. V. etiam GERGESÆI.

GĔRĂSUS, i, m. 2. fluvius Scythiæ, hod. Prut. ap. Ammian. 31. 3. 7. V. quæ adnotat Wagner ad l.

GERBEDISSUM, i, n. 2. oppidum Syriæ, itinere a Nicopoli Edessam, haud procul ab Alicria et Doliche, prope hod. 'Aintab. Memoratur in Itin. Ant. p. 190. Cf. Ritter, Erdk. XVII. 1835-1886.

GĔRELLĀNUS, i, m. 2. nom. gent. vir. et mul. in ead. Inscr. ap. Momms. n. 3130. — Fuit etiam tribunus quidam, qui cum cohorte militum missus est a. 818 = 64. a Nerone, ut Atticum Vestinum consulem morti traderet, venis abscissis, teste Tac. 15. Ann. 69. — Cf. Gerellianus (Cerellianus), nom. gent. vir. Corp. 9. 163. et in alia ap. Momms. n. 571. Cerellianus. — Fort. a gente Cerellia.

GERGĒSA. V. GERASA.

GERGĒSÆI et Gergeseï, ōrum, m. plur. 2. nom. Hebr. hag-Girgâshî, cum artic. et sæpe in num. sing., sensu collectivo (Gen. 10. 16. et alib.); LXX. ὁ Γεργεσαῖος. — Latine Gergesei, pænultima licenter correpta, ap. Prudent. hamart. 413.; vel Gergesi, ea extrita et secunda producta, ap. Cypr. Gall. Jos. 269.

Gergesæi, populus Chananæus, Palæstinæ incola ante Hebræorum adventum (Gen. loc. cit. et 15. 71., Deut. 7. 1., Jos. 3. 10. et alib., 1. Par. 1. 14. et alib.), quintus ex posteris Chanaan. — Situs erat ad occidentem Jordanis (Jos. 24. 11), cujus metropolis fuisset urbs Gergesa, hod. Kersa, ad ripam orientalem lacus Tiberiadis. Sed hæc opinio, auctoritati Origenis innixa, satis dubia est. Eus. vero onom. p. 154. P. hæret inter Gerasam et Gadaram, cui calculum addere videtur ibid. p. 156. et etiam Procop. in comm. gen. 10. 16. — Hujus populi mentio fit quoque in tabulæ Assyriacæ British Mus. fragmento, si credimus A. Pinches in Dict. of the Bibl. 1898. p. 178. — Fort. autem Gergesæorum reliquiæ supererant tempore Christi (Matth. 8. 28. in « textu recepto »); ex Judæorum enim sententia hic populus, Josue terram Chanaan ingresso, in Armeniam emigrasset (Knobel, Die Völkertafeld. Gen. 1850. p. 338). — Quæritur porro Deut. 20. 17., ubi recensentur populi Chananæi gladio interimendi, cur Gergesæus non memoretur; sed quæstio facile solvitur, si librariorum incuria omissus censetur, nam ibi a LXX. interpretibus et etiam in Deut. 7. 1. de eo mentio fit.

GERGĪTHA, æ, f. 1 (Γάργιθα Strab., Γέργιθος Steph. Byz., unde et Lat. Gergithus ap. Liv. 38. 39. et Γεργίθιος Clearch., unde Gergithium ap. Lact. 1. 6. de Sibyll.) oppidum munitum in Troade ad lævam Granici (Dict. 2. 27), memoratum inter ea, quæ interciderant, a Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (122), coll. Xen. Hell. 3. 1. 15., Plut. Phoc. 18. et Athen. 6. 256. — De ejus nummis vd. Head, 545.

GERGĪTHUS, i, f. 2. V. voc. præc.

GERGŎVĬA, æ, f. 1. (Γεργοουία) urbs Galliæ Celticæ, serius Aquitaniæ, ad lævam fl. Elaveris (Allier) et ad meridiem Augustonemeti (Clermont-Ferrand), « posita in altissimo monte, omnes aditus difficiles » habens (Cæs. 7. B. G. 36 = Strab. 4. 191. « ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένη ». et Dio 40. 36. 1. « τό τε γὰρ φρούριον ἐπὶ τε λόφου καρτεροῦ - καὶ τείχεσιν ἰσχυρῶς etc. »), caput Arvernorum, unde Vercingetorix a. 52. a. Chr. Cæsari diu victor restitit, hod. Gergovie v. Mont de Gergovie. Memoratur sæpissime Cæs. 6. B. G. 34-53. et 7. ibid. 4. et 3. B. C. 72., Suet. Cæs. 25., Liv. epit. 117., Flor. 1. 45. et Corp. 13. 1. p. 193., coll. Polyæn. 8. 23. 9., Sidon. carm. 7. 152. « cum colle repulsus Gergoviæ castris miles vix restitit ipsis ». — Haud procul ab Augustonemeto detecta sunt castra Cæsaris majora et minora (V. De-Vit, onom. 5. ad v.; Ihn, PWK. 7. 1250.; Fischer, Fleck. Jahrb. f. Philol. Suppl. I. 1885. p. 169-198.; Mommsen R. G. III.[3] 284.sqq. et Desjardins, Géogr. de la Gaul. II. 424. et 677.sqq.).

GERMA, æ, et, Gr. posit., Germe, es, f. 1. (τὰ Γέρμα ἢ Θέρμα, Γερμοκολωνεία, ἡ Γερμανία) ¶ 1. Est oppidum Asiæ Minoris in Galatia Tolistobolorum ad lævam fl. Sangarii (Sakaria) et ad orientem Pessinuntis (Balahissar), colonia Julia Augusta Felix Germ. (Corp. 3. 285. et ap. Eckhel. 3. p. 178), hod. Masut-Kiew. Memorat Itin. Ant. p. 201. et 202., coll. Ptol. 5. 5. 4. 7. et 8. 17. 19. et Corp. 3. p. 53., 1237. et 2316. 9. — De ejus nummis vd. Eckhel loc. cit. et Head, 630. — Hinc Germeni, incolæ. Corp. 3. 285. et Eckhel, 3. p. 178. ¶ 2. Item oppidum Mysiæ in Hellesponto prope Cyzicum (Steph. Byz.), Ἱερὰ Γέρμη ap. Ptol. 5. 2. 15., sæc. IV. terræmotu vastata, teste Cassiod. 7. Hist. trip. 22. — Hinc fort. Germensis, adj., ut Germensis classis in Not. Dign. imp. or. 41 (al. 38). ¶ 3. Item oppidum Mysiæ alterum inter Pergamum et Thyatiram. Itin. Ant. p. 335.

GERMĀLUS, i, m. 2. V. CERMALUS.

GERMĀNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

GERMĀNĬA, æ, f. 1. (Γερμανία Ptol.) nom. geogr. et pers.

I.) Germania, nom. geogr. ¶ 1. Est regio Europæ, terminata ad meridiem Danubio, ad occidentem Rheno, ad septentrionem oceano Germanico et mari Suebico (mar Baltico), ad orientem Sarmatis ac Dacis, a Germania dicta; in parte australi montosa, campestris vero et paludosa in boreali, magnis fluviis irrigata, spissis antiquitus pæne tota silvis inaccessa, hod. item it. Germania; germ. Deutschland; fr. Allemagne appellata. — Describitur Plin. 4. Hist. nat. 14. 28. (98). et Mel. 3. 29. ut « multis impedita fluminibus, multis montibus aspera et magna ex parte silvis ac paludibus invia. Paludum Suesia, Metia et Melsyagum, maximæ, silvarum Hercinia et aliquot sunt, quæ nomen habent, sed illa dierum sexaginta iter occupans ut major aliis, ita et notior. Montium altissimi Taunus et Retico, nisi quorum nomina vix est eloqui ore romano. Amnium in alias gentes exeuntium Danubius et Rhodanus, in Rhenum Mœnis (Main) et Lupia (Lippe), in oceanum Amisis (Ems), Visurgis (Weser) et Albis (Elba) clarissimi; super Albim Codanus (Kattegat), ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est etc. » V. integr. loc. Isid. 14. Orig. 5. 4. « Post Scythiam inferiorem a Danubio inter Rhenum fluvium Oceanumque conclusa - terra dives virorum ac populis numerosis et immanibus frequens. - Gignit aves Hercynia silva, quarum pennæ noctu perlucent; bisontes quoque feras et uros (buoi salvatici) atque alces parturit. Mittit et gemmas, crystallum et sucinum; callaicum quoque viridem et ceraunium candidum ». Plin. 10. Hist. nat. 22. 29. [53]). anseres gigni tradit, quas gantas vocant. et 37. ibid. 2. 11. (39). cedri genus crescere, unde defluit sucinum; laudat etiam asparagi genus et pabulorum, « quo nihil laudatius », siser, raphanorum magnitudinem, fontes mirabiles etc. — Attamen Germania Romanis (qui sæpe Germaniæ incolas cum Gallis confuderunt: Cic. prov. cons. 13) serius, nec omnino, nota fuit, teste Plin. 4. Hist. nat. 14. 28. (98).; dein notior tantum iis hujus pars australis et etiam occidentalis; tam enim late extendebatur, ut dici possit eam comprehendisse quoque Bataviam, Daniam, Scandiam et Poloniam occidentalem. — Varia est divisio hujus amplissimæ regionis apud scriptores. Prima est in Germaniam Cisrhenanam et Transrhenanam, ap. Cæs. 5. B. G. 2. et 6. ibid. 2. Altera in Superiorem juxta septentrionalem Oceanum (Γερμανία ἡ ἄνω Ptol. 2. 9. 17) et Inferiorem (Γερμ. ἡ κάτω Ptol. 2. 9. 14) circa Rhenum, ap. Isid. loc. cit. Tertia in Magnam (Γερμ. μεγάλη Ptol. 2. 11), quæ est transrhenana sive Germania proprie dicta, et Secundam seu minorem (Γερμ. δευτέρα, ibid.). — Ex his autem aliisque divisionibus dum recentius invaluerunt maxime, sc. imperii ætate, apud Romanos, nempe Germaniæ Superioris et Inferioris prius, posterius vero Primæ et Secundæ (Corp. 7. 632., 693. et 2732). Hinc: Germania utraque (C. 2. 4114. et 3. 5215) v. duæ Germaniæ (C. 3. 1456) v. etiam, absolute, Germaniæ, in plur. num. (C. 3. 249., coll. Itin. Ant. p. 368). — Germania in sing. num., absolute ac proprio nomine dicta, est Germania Magna vel transrhenana, ap. Oros. 1. Hist. 2., 53., 60., 63. et alib., coll. Ammian. 15. 11. 4. — De Germaniis porro, quas supra distinximus, hæc habet idem Ammian. ibid. 6. « At nunc numerantur provinciæ per omnem ambitum Galliarum: secunda Germania, prima ab occidentali exordiens cardine, Agrippina et Tungris munita, civitatibus amplis et copiosis; dein prima Germania, ubi præter alia municipia Mogontiacus et est Vangiones et Nemetæ et Argentoratus barbaricis cladibus nota. Post has Belgica prima Mediomatricos prætendit etc. ». Hinc patet eas proprie intra fines Galliæ continendas esse, ut in voc. GALLIA vidimus, ubi Diocletiani imp. tempore diœcesis Galliarum octo habebat provincias, quarum tertia Germania prima dicebatur, quarta Germania secunda, ut patet ex Laterc. Veron. a. 297. Hæc autem divisio perduravit usque ad sæc. V., testibus Laterc. Polen. Silv. a. 386. et Not. Dign. imp. occ. 3. et 21. — De Germaniæ porro transrhenanæ seu Magnæ nummis vd. Eckhel, 1. p. 81. et Cohen, Descr. hist. d. monn. frapp. sous l'empire (Hadrian.) Par.[2] 1880-86. — Memoratur rursus Mel. 2. 8., 73. et 3. 25., 32., 45., 50. et 54. et Cic. Pis. 33. 81. et Balb. 14. 32. et 14. Att. 5. Adde Ovid. 1. Am. 11. 45., Virg. 1. Ecl. 6., Horat. 4. Od. 3. 26. et Epod. 16. 7., Quintil. 8. 8. 19. et alib., Val. Max. 8. 5. 3., Martial. 7. 30., Justin. 38. 4. 15., Solin. 20., Flor. 3. 10. 10., Ampel. 6., 18., 47., Claudian. carm. 7. 18., 15. 336. et 372. et alib., Avien. orb. 419., Prisc. per. 274., Auson. Mos. 433., Mon. Ancyr. V. 17., Eutr. 7. 5.; plenius vero Cæs., Tac., Plin., Senec., Suet. aliisque scriptoribus Hist. Augustæ. ¶ 2. Item oppidum Africæ. V. GERMANICIANA.

II.) Germania, nom. gent. mul. Corp. 5. 5709. — Transiisse etiam videtur in cogn., ut ap. Florelli, Notiz. degli scavi a. 1880. p. 338. n. 12. — Hinc

Germanus — a) Cogn. vir. Inscr. in Epham. epigr. IV. p. 525.; Corp. 6. 19031 (in aedibus « di Venezia »). — Etiam nom. serv. C. 7. 1336 (486-490) et 1337 (37). — C. 5. 5223. Germanus. — Apud scriptores occurrunt: - Germanus, episcopus Antessiodorensis, doctrina et sanctitate illustris, qui a. 429. in Britanniam missus est, ut eam ab hæresi Pelagiana purgaret (Prosp. in chron.), laudaturque Sidon. 8. ep. 13 (al. 10), Venant. vit. s. Radeg. 16. aliisque. — Germanus, episcopus Teradamiensis, in Byzacena, jussu Hunerici, Vandalorum regis, Ariani, a. 484. pro fide catholica fustibus cæsus et in exsilium ejectus (Vict. Vit. pers. Vand. 2. 16. 45. et Not. Afr.). — Germanus, Parisiorum episcopus, cujus laudes texuit Venant. in vit. — Germanus, dux, cum classe contra Vandalos missus a Theodosio, a. 441., sed frustra (Prosp. in chron.) — Germana, cogn. mul. Corp. 6. 19036 (in s. Hagnes extra muros); et 8. 3632. — Abs. in alia, ibid. 5370. etc. — Germanæ, matres Celticæ in Inscr. ex Winchester Corp. 7. 5. et 13. 8224. Cf. Bonn, Jahrb. LXXXIII. 18. et 71. — Luditur in ambiguo in illo Quintil. 6. 3. 29. de Annio Cimbro, qui fratrem interfecerat: Germanum Cimber occidit. Cf. Vellej. 2. 67. — b) Adj. — α) Ad Germaniam vel Germanos populos pertinens. Spartian. Sev. 4. exercitus. Claudian. carm. 8. 74. exsul. i. e. Arbogastes. Petron. sat. 122. et 123. in carm. sanguis. Pers. 6. 41. pubes. Claudian. carm. 17. 50. Thetis. Lucan. 7. 425. bonum. Cæs. 7. B. G. 13. equites. Veget. mulom. 5. 33. 4. cepæ. et 2. 28. 17. cochleæ. Vellej. 2. 12. gentes. — β) Qui est ex Germania, ut Germana Bissula ap. Auson. edyll. 7., Corp. 7. 326. et 382.; 10. 3577. et 3588. Vellej. 2. 19. servus. — Germanus, sensu collectivo, ap. Martial. 11. 96. et Claudian. carm. 21. 209. — Germani, custodes Corporis Cæsarum, quorum erat collegium vel cohors vel statio, præsertim in Inscriptionibus ap. Grut. 662. 8., ap. Fabretti p. 687. n. 97., ap. Murat. 119. 1. et 771. 3. et Suet. Ner. 34. Ita Furlanetto in Lex. Forcell. s. v.; sed ab eo aliquantum discrepat Henzen, qui hoc Germanorum collegium potius privatum censet (V. Bull. d. Istit. arch. a. 1856. p. 104.sqq.). — Sæpius in plur. num.:

Germani (Γερμανοί), populi Germaniæ, de quorum etymologia, origine, divisione, indole, moribus, religione et historia breviter disseremus. Ac primum — a) Etymon varie proponitur; sunt enim qui eos dictos volunt a german (gar, valde, et man, homo) quasi magni viri, vel a werre (it. guerra) et man, homo, quasi bellicosi homines; quæ duo etyma, ab ipsa eorum lingua desumpta, probabiliora videntur, et confirmat Tac. Germ. 2., qui ait « nomen - evaluisse paulatim, ut - a se ipsis invento nomine Germani vocarentur ». Quum vero dicat vocabulum « recens et super additum » (ibid.), significat nomen hoc non proprium sed appellativum fuisse (Kritz). Attamen vocabulum non esse Germanicæ sed Celticæ originis docet H. Leo in Prælectt. de Hist. Germ. I. p. 191.sq.; derivat namque a Celt. gair vel gairm = clamare; unde gairmon est clamator, i. e. vir fortis, bellator strenuus. Ita cl. Kritz in Tac. Germ. p. 37. Qui vero clamor cum bellica fortitudine conferri possit, non video; cf. tamen Tac. ibid. 3. Alias autem, quæ adferuntur, notationes, ut ab Isid. 9. Orig. 2. 97. et 14. ibid. 4. 4. aliisque, prætermittendas puto. — b) Origo Germanorum, ut complurium aliarum gentium, obscura est. De ea hæc habet Tac. Germ. 2. « Ipsos Germanos indigenas (αὐτόχθονος) crediderim, minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos ». Sed nec id credere fas est, quum indubium omnino sit, ex Asia cum omnes populos tum Germanos, remotissimis licet temporibus, immigrasse, idque suadere linguæ, morum, religionum atque mythorum cum Asiaticis gentibus cognationem. Unde vero vel a quo progenitore recta descenderint, hoc opus, hic labor est, in quo versantur eruditi viri, ut Re (Archiv. Bibl. a. 1880. p. 9.sqq.), qui Germanos derivare putat a Garma seu Germa = Hermes, hoc est a Tho-Garma seu Thog-orma, filio Gomer (Gen. 10. 3), unde, ut a Riphat Sclavi, ab Ascenez Celtæ, sic Germani a Thogorma prognati fuissent. Contra Knobel (op. cit. p. 40., coll. Hummelauer, Gen. p. 313), eos putat ab Ascenez = As-kenaz v. khinis, i. e. As (dei) - genus (ex more gentilium se « Dei proge-

niem vocandi»: cf. *Act.* 17. 28) seu ab *Asia*, tribu, quæ maturrime Scandiam et Germaniam incoluit et cujus vestigia supersunt in regione Caucasica, etiamnum nomine *Osi* v. *Jases*, qui cum Germanis corporis habitu et lingua consentiunt (*Crellar, La Genèse* Paris 1889. *p.* 116). Hoc autem favere videtur Germanorum veterum mytho de Manno ejusque tribus filiis Iscus (= Ἀς-κάνιος), Ingus et Hermino (=*Herman* v. *German*). — Ex his, quæ diximus, satis elucet, litem sub judice adhuc esse, ita ut nihil certi de propria Germanorum origine statui possit. — *c)* Divisio habetur ap. *Plin.*, qui, 4. *Hist. nat.* 14. 28. (99), Germanorum genera quinque enumerat, nempe «*Vandili*, quorum pars Burgodiones, Varini, Charini, Gutones; alterum genus *Inggæones*, quorum pars Cimbri, Teutoni ac Chaucorum gentes. Proximi autem Rheno *Istiæones*, quorum Cimbri: mediterranei *Hermiones*, quorum Suebi, Hermonduri, Chatti, Cherusci: quinta pars Peucini, Basternæ - contermini Dacis»; «Oretani in Hispania *Germani* cognominati sunt» (3. *ibid.* 3. 4. [25]). His addimus Eburones, Pæmanos, Bructeros, Tencteros, Batavos, Condrusos, Angrivarios, Marsos, Saxones, Quados, Marcomannos, Langobardos etc. (Cf. *Tac. Germ.* 2), quos *V.* suo loc. Hæc porro nomina videntur, sæc. III. exeunte, in desuetudinem abiisse, ac gens universa Alamannorum (*Alle-männer*), ut Francorum (*Frei[männer]*), dicta esse, quorum primi Rhenum superiorem, alteri inferiorem incoluere. Cf. *Momms.* in *Corp.* 1. *p.* 403., ubi et *ludos Alamannicos* primum a Constantino M. institutos fuisse putat et errore factum *Spartiani* in *Carac.* 10., ut Caracallus *Alamannici* nomen primus sibi sumeret. — *d)* Indoles et mores. Inter barbaros populos Germani habiti sunt a Romanis, quos ait *Isid.* 9. *Orig.* 2. 97. ferocis animi et semper indomitos fuisse, plurimasque eorum gentes, ut Tolosates, Angrivarios, Quados, Tungrios, Marcomannos, Bructeros, Chamavos, Vangiones, Tubantes, immanitatem barbariæ et horrorem quendam etiam ipsis vocabulis significare; quin eos immanissimos gentium vocat *Flor.* 3. 10. 2., coll. *Claudian. carm.* 26. 423., eosdemque plurimos laqueo vitam finire, teste *Rufin. recogn.* 9. 25. — Mores autem «ex ipso cæli rigore traxerunt - raptu venatuque viventes» (*Isid. loc. cit.*); natandi artem callent (*Tac.* 2. *Hist.* 35); nudi agunt antequam puberes sint, et viri sagis velantur aut libris arborum, quamvis sæva hieme (*Mel.* 3. 37), aut rhenonibus teguntur (*Sall.* ap. *Isid.* 19. *Orig.* 23. 4): jus in viribus habent, adeo ut ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni mitesque supplicibus (*Mel.* 3. 28): in bello læti pugnant cantu truci et nudis corporibus; super humeros scuta quatiunt; arcus usurpant enormesque hastas (*Tac.* 4. *Hist.* 29. 66. et 5. 14. et 18); gladiis aut majoribus lanceis utuntur (*Id. Germ.* 6); frameas, ipsorum vocabulo, gerunt angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo vel comminus vel eminus pugnent; scuta lectissimis coloribus distinguunt: paucis loricæ, vix uni alterique cassis aut galea, varii tamen armis; equos habent non forma nec velocitate conspicuos; aciem per cuneos componunt; cedere loco, dummodo instes, consilii quam formidinis arbitrantur; scutum reliquisse præcipuum flagitium (*Isid.* 9. *Orig.* 2. 27); herbas dein victoribus porrigere solent» (*Plin.* 22. *Hist. nat.* 3. 4. [8]). — «Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt; nec regibus infinita aut libera potestas (*Tac. Germ.* 7); ceterum neque animadvertere neque vincire, ne verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in pœnam nec ducis jussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt (*Ibid.*). Habitus quoque corporum, quamquam in tanto hominum numero, idem omnibus; truces et cærulei oculi; rutilæ comæ (crinibus enim hunc inducunt colorem, unde et cirros quasi insigne proprium sibi vindicant); magna corpora et tantum ad impetum valida; laboris atque operum non eadem patientia; minimeque sitim æstumque tolerare, frigora atque inediam cælo solove assuescunt (*Id. ibid.* 4). Plurimæ eorum gentes sunt vestitu discolores, linguis dissonæ et origine vocabulorum incertæ (*Isid.* 9. *Orig.* 2. 27). Feminæ pudicæ ac bellorum participes, itemque sæpe fatidicæ (*Id.* 5. *Hist.* 25. et *alib.*) et pro deabus habitæ fuisse feruntur» (*Id.* 4. *ibid.* 61). — *e)* Religio. Germani fere eosdem deos colebant, quos Galli; maximus vero deorum erat illis Mercurius (*Wodan* v. *Gwodan*), cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habebant; Martem concessis animalibus placabant; pars Suevorum et Isidi, fort. *Nertho*, i. e. Terræ matri (*Id. Germ.* 40); ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem assimulare ex magnitudine cælestium arbitrabantur; idcirco nullæ apud eos deorum imagines, nulla templa, sed præsertim astra et elementa divino cultu prosequebantur; lucos ac nemora consecrabant (*Id. ibid.* 9). — Auspicia ut qui maxime observabant, ex avium vocibus volatuque deducta; ita et sortes; quod si publice consulebatur, sacerdos civitatis, seu privatim ipse pater familiæ precatus deos cælumque suspiciens ter singulos sortis surculos tollebat; proprium horum gentis etiam ex equorum hinnitu ac fremitu præsagia ac monitus experiri (*Id. ibid.* 10.). — *f)* Historia. Bellicosi uti erant, sæpius finitimas regiones invaserunt et cum Romanis haud raro manus conserere non dubitarunt. — Primum cum iis et Gallis dimicasse M. Claudium Marcellum eosque vicisse ac triumphasse novimus ex *Act. triumph. Capit.* a. 532 = 222.; sed a. 113. a. Chr. Cn. Papirius Carbo ad Norciam a Cimbris victus est; item a. 107. L. Cassius Longinus a Tigurinis ac Cimbris, eodemque anno Scaurus Aurelius, legatus consulis, pulsus et interemptus (*Tac. Germ.* 37., coll. *Liv. epit.* 67) et a. 105. Servilius Cæpio proconsul cum M. Manlio consule gravissima clade affectus, cujus causa fuisse perhibetur ducum discordia. Anno tamen 101. Marius, in campis Raudiis haud procul a Vercellis, Cimbrorum ac Teutonum ingentes copias cruentissima pugna profligavit fugavitque (*Tac. ibid.*); item Cæsar victor exstitit de Ariovisto (*Cæs.* 1. *B. G.* 32-58), de Belgis (*Id.* 2. *ibid.* 1-35), de Usipetibus et Tencteris (*Id.* 4. *ibid.* 1-15), de Sigambris (*Id.* 4. *ibid.* 16-19), de Suevis (*Id.* 6. *ibid.* 9-28); item M. Vinicius, Augusti jussu, in eos missus a. 25 (*Dio* 53. 26); item Drusus (cujus quattuor expeditiones factæ sunt a. 12-9) ac Tiberius frater, qui de Germania triumphum egerunt (*Tac. Germ.* 37. et *Fast. triumph. Capit.*), quem a. 9. secuta est Romani exercitus internecio, duce Varo, ab Arminio per insidias circumvento (*Vellej.* 2. 97. et *Suet. Aug.* 23); dein rursum Tiberius, qui pluries cum eis bellavit, primum a. 8-7., tum a. 4-6. p. Chr. ac denique a. 10-11. eosque in suis sedibus perculit et, mortuo Augusto, Germanicus, Drusi filius, cujus quattuor fuerunt expeditiones, a. 14-16. Germaniam rebellem perdomuit ac triumpho est honestatus (*Tac. Germ.* 37. et *Vellej.* 2. 129), quem postea fœdavit expeditio Caligulæ imp. (37-41), in ludibrium versa (*Tac. ibid.* et *Suet. Cal.* 43-49). Deinde Augusti successores, ignobili Domitiano prætermisso, contra Germanos feliciter dimicarunt, ut M. Aurelius, qui bis arma in eos tulit, a. 162. et 167. et alii usque ad Antonium Caracallum a. 213 (Cf. *Ephem. epigr.* 1. *p.* 134). At sub Gallieno imp. quam qui maxime ignavo, Germani Italiam et Hispanias invaserunt Tarraconemque expugnarunt (*Eutr.* 9. 7. et 8); eos tamen debellarunt Maximinus, Aurelianus, Probus, item alii plures, præsertim Constantinus M., Julianus, dein Valentinianus I. et Gratianus, ut suo loco monuimus; donec Germania in provinciam Romanam redacta est (*Not. Dign. imp. or.* 36., et *Corp.* 7. 987. 988. et 1063., coll. 937. et 1066. et 9. 2958. etc., ubi Germanorum cohortes memorantur in exercitu Romano militantes). Ceterum Germani in aliis quoque regionibus suo aliove nomine sedes fixerunt novaque regna condiderunt. — De bellis Germanicis scripsit opus C. Plinius (*Tac.* 1. *Ann.* 69), in cujus *vit. Suet.* eum bella omnia, quæ unquam cum Germanis gesta sunt, XX. voluminibus comprehendisse tradit. Cf. etiam *Kaufmann, Deutsch. Gesch. I.*; *Schiller, Gesch. d. röm. Kaisers. I.*; *Peter, Röm. Gesch.* et *Mommsen, idem.*, coll. *Die Œrtlichkeit d. Varusschlacht*; *Zeuss, Die Deutschen*; *Holländer, Kriege d. Alamannen mit d. Römern.* — Hinc *Germanicus* — *a)* Adj. ad Germaniam pertinens. *Suet. Cal.* 47. sermo. *Solin.* 23. Oceanus. *Inc. paneg. Const. Aug.* 21. Albis. et *ibid.* mensis. *i. e.* September, a Caligula ita dictus in memoriam patris, *Germanici* cognomento, deinde a Domitiano ob devictos specie Germanos (*Suet. Cal.* 15. et *Domit.* 13., coll. *Macrob.* 1. *Sat.* 12)., *Tac.* 4. *Hist.* 12. clades. *Capitolin. Pert.* 2. classis. *Suet. Cal.* 43. expeditio. *et Vesp.* 2. victoria. *Tac. Germ.* 28. origo. *Solin.* 20. nomen. *Cæs.* 4. *B. G.* 16. bellum. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. (103). mare. *Liv.* 9. 36. saltus. *Tac.* 1. *Ann.* 22. et *alib.* legiones. *Solin.* 20. insulæ. *Jorn. Get.* 36. nationes. *Claudian. carm.* 8. 455. fœdera. *Val. Max.* 2. 1. 8. trophæa. *Vopisc. Prob.* 15. juga. *Sidon. carm.* 12. 4. verba. — *b)* Abs., substantivorum more — α) Est vir Germanus v. qui patriam habet Germaniam. *Claudian. carm.* 18. 395., coll. *Sidon.* 5. *ep.* 7. et *Corp.* 3. 265. — β) Sæpius titulus honoris in familia Cæsarum, quorum primus, ob res in Germania feliciter gestas, fuit *Nero Claudius Drusus* senior, ita cognominatus ex senatus decreto (*Suet. Claud.* 1), qui et ejus posteris hoc privilegium concessit (*Auson. paneg.* 76); quin ejus filius fere absolute *Germanicus* dictus est; multo tamen plures, quam in Claudia, hunc titulum gesserunt in gente Julia, etiam ut prænomen; et, extra domum Cæsarum, imperatores *Vitellius* (*Suet. vit.* 8), *Nerva, Trajanus, Antoninus Pius, M. Aurelius* et omnium fort. postremus *Licinius* pater, non *Gratianus*, ut existimasse videtur *Auson. paneg.* 8.; cui adulationis ergo fuit postea additus titulus *Maximi* (Γερμανικὸς μέγιστος in *Corp. I. Gr.*). Sed, præsertim in lapidibus, eo insigniti sunt etiam imperatores *Commodus, Caracallus, Aurelianus, Valerianus*, alii, ut suo loco dictum est. — γ) *Germanicum* est etiam oppidum sive statio in Rætia, prope Danubium ad occid. Regini (*Regensburg*), a Germania cultum. *Tab. Peut.*, coll. *Momms. Corp.* 3. 723. et 739. — δ) Cogn. vir. *Corp.* 10. 5387. — Fuit etiam martyr, socius Polycarpi (*Act.* 1. *Polyc. n.* 3), de quo *Martyr. Rom.* XIV. kal. Febr. hæc habet: «Smirnæ natalis beati Germanici martyris, qui cum primævæ ætatis venustate floreret, sub M. Antonino et Lucio Aurelio, per gratiam virtutis Dei metum corporeæ fragilitatis excludens, sponte præparatam sibi bestiam damnatus a judice provocavit, cujus dentibus comminutus, vero pani Domino Jesu Christo, pro ipso moriens, meruit incorporari». — *Germanianus* — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 5. 7836. — Fuit etiam *Decimius Germanianus*, consularis Bæticæ sub Constantio imp. et dein præf. præt. Galliarum a. 361. v. 362 (*Ammian.* 21. 5. et 8). — Item comes sacrarum largitionum a. 365-367. sub Valentiniano (*Cod.* 11. 61. 3. et *Cod. Theod.* 12. 6. 11). — *b)* Etiam adj., ut *Germanianus exercitus* ap. *Capitolin. Albin.* 1., ubi al. rectius *Germanicianus* leg. — *Germanicianus*, qui in Germania degit, ut *Germaniciani exercitus* ap. *Suet. Oth.* 8., *G. legiones* ap. *Vict. Cæs.* 8. 3. et *Corp.* 3. 3228.; *G. civitas*, ut videtur, a *Germanis* dicta, in Africa, nempe *Abbir. V.* ABBIR. — Abs. *Germaniciana*, civitas Byzacenæ in Africa. *Itin. Ant. p.* 55., distinguenda a *Germaniciana* Numidiæ, cujus incolas *Germanicianenses* vocat *Augustin. ep.* 251.; quamquam alii volunt *Germaniam* dictam fuisse ejusque incolas *Germanienses* (*Coll. Carth. Cogn. I. n.* 120. et *Not. Afr.-Numid.* 98). — Item *Germaniciani*, milites exercitus Germaniciani. *Suet. Tib.* 25. et *Galb.* 20. — Hinc *Germaniciani Seniores*, una ex VIII. legionibus Comitatensibus imperii orientalis, in *Not. Dign. or.* 8.; et *Germaniciani Juniores*, una ex XXXII. legionibus imperii occid., in *Not. Dign. occ.* 5. — *Germanicinus*, cogn. vir. demin. *Dipl.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 515. — *Germanilla*, cogn. mul. demin. *Corp.* 8. 7977. — *Ibid.* 7689. Germanilla. — *Germanio* (*ōnis*), nom. vir., demin. Græcorum more, in titulis Christianis *Corp.* 5. 1664. — Fuit etiam *Germanio* vel *Germanion*, episcopus Hierosolymorum, teste *Euseb.* ap. *Rufin. h. eccl.* 6. 8.

Homonym. Differunt *Germanus*, *Germanicus* et *Germanicianus*; nam *Germanus* dicitur qui in Germania natus est aut qui est ex Germania (*Auson. edyll.* 7., *Corp.* 7. 326. et 332. et *Suet. Ner.* 34). — *Germanicus*, ad Germanos vel ad Germaniam pertinens. Hinc ap. *Cæs.* 4. *B. G.* 16. Germanicum bellum. *i. e.* quod in Germania Romani gesserunt. Sic *Germanicus*, titulus imperatorum, qui in Germania vel de Germanis victoriam retulerunt. — *Germanicianus* dicitur de eo, qui non natus sed moratus est in Germania. *Suet. Oth.* 8. et *Vesp.* 6. Germaniciani exercitus. *i. e.* qui in Germania militabant.

GERMĀNĬĀNUS. *V.* GERMANIA.

GERMĀNĪCĪĂ et Germanitia (Γερμανίκεια *Ptol.*) urbs Syriæ in Commagene, ad montem Amanum, inter Euphratem et Pyramum, hod. *Mar'ash*, in *Itin. Ant. p.* 134., 186. et 188. et ap. *Rav. p.* 95. — Ibi cognominata est *Cæsarea* in nummis ap. *Eckhel*, 3. *p.* 250.*sq.* — Hinc *Germaniciensis*, adj. ap. *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 4. — *Germanicienses*, abs., incolæ, ap. *Lucif. Caral. pro s. Athan.* 1. *p.* 830. *M.*

GERMĀNĪCĪĀNA, æ, f. 1., et

GERMĀNĪCĪĀNUS, a, um, adject. *V.* GERMANIA.

GERMĀNĪCĪENSIS, e, adject. *V.* GERMANICIA.

GERMĀNĪCŎPŎLIS, is, f. 3. ¶ 1. Est urbs Asiæ Minoris, in Cilicia Trachea, in finibus Isauriæ et Lycaoniæ, condita fort. a Germanico, unde nomen traxisset, a. 17. p. Chr. n., hod. *Ermenek*. Memoratur in *Not. Episc.* et in nummis ap. *Head*, 721. ¶ 2. Item Bithyniæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 10. (143). — Hinc *Germanicopolitani*, incolæ Germanicopolis Ciliciæ, ap. *Ammian.* 27. 9. 7.

GERMĀNĪCŎPŎLĪTĀNI. *V.* voc. præc.

GERMĀNĪCUM, i, n. 2., et

GERMĀNĪCUS, a, um, adject. *V.* GERMANIA.

GERMENSIS, e, adject. *V.* GERMA.

GERMĪNĀTOR, ōris, m. 3. (germino) ¶ 1. Vir quidam, Joviniani sectator, in synhodo Mediolanensi damnatus. *Ambros. ep.* 42. ¶ 2. Etiam nom. equi in *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 276. *n.* 165.

GERMĪNĬUS, i, m. 2. *V.* GERMUS.

GERMISARA, æ, f. 1. castellum in Dacia, inter Apulum et Sarmizegetusam, situm prope hod. *Csikmó*. Memoratur *Corp.* 3. 1395 (= *Bücheler, Carm. lat. epigr.* 864). — *Rav. p.* 189. Germigera. *et Tab. Peut.* Germihera (*Ptol.* 3. 8. 4. Γερμίζιγρα et Ζερμίζιγρα). V. *Mommsen, Corp.* 3. *p.* 225. et *Jung, Römer u. Roman. in d. Donauländer*[2] 109.*sq.*

GERMUS, i, m. 2. (germen) cogn. vir. *Corp.* 8. 3054. — *Germulus*, cogn. vir. demin. *Inscr.* ap. *Gamurrini, Vasi Aret. p.* 57. *n.* 360 (*in figlina*). — *Germullus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 3. 6. et *Germulla*, cogn. mul. demin. *C.* 9. 3241. — *Germinus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 1517. — *Germinius*, nom. gent. vir. — Fuit ita vocatus episcopus Sirmiensis, Arianus, qui interfuit synhodo Ariminensi a. 359., unus ex iis, qui «totiens mutando quod crediderant, omnes ecclesias turbaverunt» (*Hilar. op. cit.* 15); dein Semiarianus ac demum Catholicus, scripsit epistolas, primum contra Arianos et Nicææ synhodi adversarios, Ursacium et Valentem. *Migne, Patr. XIII. p.* 571-576., coll. *Hilar. fragm. op. hist.* 13., 14. et 15. et *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 20. — *Germinator*. V. suo loco.

GĔRŌNĬUS, ii, m. 2. nom. vir. in titulo Chr. ap. *Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaule n.* 285.

GĔRONTĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

GĔRONTĬUS, ii, m. 2. (Γερόντιος) nom. vir. gent. sequioris ætatis. *Corp.* 8. 1898. — Abs., frequens in titulis Chr. *Inscr.* ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 319. et *Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaule n.* 379. — *Alia* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 130. *n.* 282. Cerontius. *et alia* in *Bull. epigr. de la Gaul. I.* 154. Gerotius. — Fuit etiam comes, qui a. 411., Constantem, filium Constantini III. tyranni, «per dolum interemit, in Maximum tyrannidem transferens» (*Prosp.* in *chron.*). Sed paullo post, a suis ipse militibus, ejus severitate exacerbatis, domi obsessus est; qua incensa, ipse ejusque uxor perierunt (*Oros.* 7. *Hist.* 42., coll. *Sozom.* 9. 13. et *Momms. Chron. min. I.* 466. 1243. et *II.* 70. 411). — Item comes Magnentianæ partis a. 353. «excarnificatus et exsulari mœrore mulctatus» a Constantio imp., qui Arelate tunc hiemem agebat (*Ammian.* 14. 5). — *Gerontia* — *a)* Est nom. mul. gent. *Corp.* 10. 2383. — Abs. satis frequens in titulis Chr. *C.* 5. 1666., 6224. et 8755. — *Alia* ap. *De-Rossi, R. S. III.* 299. Gerontiaes (*genet.*). et *alia* in *Bull. epigr. de la Gaul. II. p.* 187. Geronsia. — *b)* Est etiam insula in mari Ægæo ante Pagasæum sinum (*golfo di Volo*), hod. fort. Γιοῦρα (*Jura*), ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (72).

GĔROSTRĂTUS, i, m. 2. (Γηρόστρατος) rex Aradiorum, qui cum aliis ad Alexandrum M. descivit. *Itin. Alex. M.* 38., coll. *Arr. exped. Alex.* 2. 13. 7. et 2. 20. 1.

GERRA et Gerrha, æ, et Gerrhæ, ārum, f. 1. (Γέρρη et Γέρραι) nom. geogr., varie scriptum sive apud Græcos sive apud Latinos: fort. ab Hebr. *Qir* «murus», sc. locus muro munitus. Memorantur ¶ 1. *Gerra*, oppidum Arabiæ orientalis, ad sinum Persicum, ante insulam Tylum (*Samak*), regionis caput seu metropolis, cultum, ut dicitur, a Chaldæis, Babylone profectis, quorum domus ex sale erant exstructæ, concharum et corallii copia a negotiatoribus celebratum, hod. *Adjer.* Meminit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (147). et 31. *ibid.* 7. 39. (78)., coll. 12. (79). Carrhæ. Cf. *Ptol.* 6. 7. 16. et *Strab.* 16. 766. - *Rav. p.* 57. Gera. — Hinc — *Gerrhaicus*, adj., ut *Gerrhaicus sinus*, sinus Arabiæ, ap. *Plin. ibid.* (V. *Sprenger, Die alt. Geogr. Arab.* 132. et *Glaser, Schizze der Gesch. u. Geogr. Arab. II.* 229 [1890]). ¶ 2. *Gerra* (τὰ Γέρρα, Γέρρας, Γέρας, Γέρος = Arab. *ger'ā*, *i. e.* solum arenosum), oppidum Phœniciæ, in via ab Casio Pelusium, in finibus Ægypti. *Plin. ibid.* 29. 33. (167)., ubi al. *Gerrus*. — *Gerasa*, ubi *etiam primam Herculiam* sedem habuisse constat ex *Not. Dign. imp. or.* 28 (al. 24). — Hinc *Gerreni*, incolæ, ap. *Vulg.* 2. *Mach.* 13. 24.

GERRHÆ, ārum, m. plur. 1. populus ad austrum Danubii, in finibus Norici et Pannoniæ. *Prisc. per.* 313. Hujus (*Istri*) ad australes terras Gerrhæque feroces. Adde *Avien. orb.* 459.

GERRHUS sive Gerrus, i, m. 2. fluvius in Ponto inter Borysthenem (*Dnieper*) et Majotidem, Basilidas et Nomadas separans. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (84). Cf. etiam *Val. Flacc.* 6. 66.

GERSON et Gersom, nom. indecl. (Hebr. *Gershōn* [sed *Gershōm* 1. *Par.* 6. 2. et 15. 7)] «expulsio» v. «advena», coll. *Gersam* loco *Gerson* ap. *Vulg. Exod.* 2. 22.; aliter tamen re, si non nomine (*Jud.* 18. 30]). ¶ 1. Fuit filius primogenitus Levi (*Gen.* 46. 11), natus, quo tempore Jacob in Ægyptum cum tota sua familia migravit; pater Lobni et Semei, unde ortum habuere duæ Leviticæ familiæ (*Num.* 3. 21-22), quæ unam ex tribus magnis Levitarum classibus constituerunt, *Gersonitarum* dictam (*Ibid.* 26. 57). — Hinc itaque *Gersonitæ* appellati sunt posteri (*Ibid.* 4. 24. et 28. et 41. et 26. 57., coll. 1. *Par.* 23. 7. et 29. 8), hebr. *Gershunnim* (LXX. Γεροωνίμ). — Eis tamen prælati sunt Caathitæ in ministerio sacro, quia Moyses et Aaron erant de familia secundo geniti Caath (*Gen.* 46. 11. et *alib.*). — Eorum munera describuntur *Num.* 4. 25-26. ¶ 2. Item pater Jonathan sacerdotis (*Jud.* 18. 30). ¶ 3. Item filius Phinees, familiæ suæ princeps (*Vulg.* 1. *Esdr.* 8. 2).

GERSŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

GERSŌNĪTES, is, m. 3. patronym. a *Gerson*, filius sive nepos aut ex posteris Gerson. *Vulg.* 1. *Par.* 29. 8.

GĔRŬLUS, i, m. 2. (gero) nom. gent. vir. *Corp.* 8. 2345.

GĔRUNDA, æ, f. 1. (Γερούνδα) oppidum ad septentr.-orient. Hispaniæ Tarraconensis, ad ripam Sambrocæ et in via a Narbone Martio Tarraconem, tribui *Galeriæ* adscriptum, hod. *Gerona*, cujus etymon videsis ap. *Hübner, PWK.* 7. 1284.*sq.* — Memorant *Itin. Ant. p.* 390., *Rav. p.* 303. et *Corp.* 2. *p.* 614. et 987. et 11. 3281-3284. De ea *Prudent. perist.* 4. 29. «parva Felicis decus exhibebit Artubus sanctis locuples Gerunda». — Hinc *Gerundensis*, ad Gerundam pertinens, sive qui est a Gerunda, ut *Gerundensis respublica* in *Corp.* 2. 4620. et 4621. Adde *C. ibid.* 4626. et 4229. — *Gerundenses*, abs., incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (23).

GĔRUNDENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

GĔRŪNĬUM, ii, n. 2. (Γερούνιον) oppidum Italiæ in finibus Apuliæ et Samnii, ad dexteram Tiferni (*Biferno*), hod. *Gerione*. Memoratur *Liv.* 22. 18. Ex Pælignis Pœnus (*Hannibal*) flexit iter retroque Apuliam repetens Gerunium (*M. Müller* Gereonium) pervenit. *Id. ibid.* 39. Quam diu pro Gerunii, castelli Apuliæ inopis, tamquam pro Carthaginis mœnibus sedet? — Augustus hoc oppidum II. regioni adnexuit. Cf. *Appian. Hann.* 15.

GĔRUS, i, m. 2. nom. fluvii, ap. *Val. Flacc.* 6. 68., ubi alii leg. *Gerrus* v. *Gerrhus*, alii *Gerys*.

GERVĀSĬUS, ii, m. 2. martyr Mediolanensis, Protasii frater et martyrii socius, ignoti ambo usque ad Ambrosii, episcopi Mediolanensis, ætatem. De his *Martyr. Rom.* XIII. k. Jul. ed. 1914. *p.* 181. hæc habet: «Mediolani sanctorum martyrum Gervasii et Protasii fratrum, ex quibus priorem tamdiu jussit Astasius judex plumbatis cædi, quousque spiritum exhalaret; sequentem vero fustibus cæsum capite truncari. Horum corpora, Domino revelante, beatus Ambrosius sanguine conspersa et ita incorrupta reperit ac si eo die fuissent interempti: in quorum translatione cæcus feretri tactu lumen recepit et plurimi vexati a dæmonibus liberati sunt». Adde *Paulin.* in *vit. s. Ambr.* 14., *Ambros. ep.* 22., *Augustin. conf.* 9. 7., *Civ. D.* 22. 8. et *serm.* 286. et 318., *Euggyp. vit. Sev.* 9. et *Greg. Tur. glor. mart.* 47. — Hymnus s. Ambrosii exstat in eorum honorem, qui sextus est inter eos, quos edidit *Biraghi*. Cf. AMBROSIUS.

GĒRȲO v. Geryon, ŏnis, m. 3. (Γηρυών) nom. vir. — *a)* Etymon ducunt a γῆρυς, *vox*, quasi eloquentia præstans; unde γηρύω (= *garrio*), cui *Usener, Göttern.* 11., *muglendi* v. *ululandi* significationem attribuit. Cf. etiam *Preller, Gr. Myth. II.* 202., *Curtius, Grundz.* 177. et *Welcker, PWK.* 7. 1286. — *b)* Varie declinatur sive a Græcis (Γηρυών, Γηρυόνης, Γαρυόνης, Γηρυονεύς) sive a Latinis (*Geryo* v. *Geryon*, *Geryones*, *Geryoneus*, *Geron*, male *Gerion*). — Genet. *Geryonis* ap. *Virg.* 7. *Æn.* 662., *Suet. Tib.* 14., *Justin.* 44. 4. 15. et *Sall.* ap. *Serv. Virg. l. c.* — Acc. *Geryona* est *Avien. or.* 264. — *Geryonem* ap. *Hygin. fab.* 30., *Martial.* 5. 49. 11. et 65. 12., *Justin.* 44. 4. — Nomin. sing. *Geryones* ap. *Ovid. her.* 9. 92., *Sil. It.* 13. 201., *Claudian.* in *Rufin.* 1. 294. — Genet. *Geryonæ* ap. *Virg.* 8. *Æn.* 202., *Propert.* 3. 22. 9. *H.*, *Senec. Herc. f.* 1170. et *Agam.* 841., *Sil. It.* 3. 422. - arch. *Geryonāi* habet *Lucret.* 5. 28. — Acc. *Geryonen* ap. *Horat.* 2. *Od.* 14. 8. — Abl. *Geryone* ap. *Virg.* 7. *Æn.* 662., *Liv.* 1. 7., *Justin.* 43. 3. 4. et 1. 9. — *c)* Secundam licenter producit *Sidon. carm.* 13. 13. «Nulla tamen fuso prior est Geryone pugna».

Geryo v. Geryon, rex Acarnaniæ vel Epiri, inter Ambraciam et territorium Amphilocum, corpore triformis (τρισώματος *Æsch. Ag.* 884), humeros habens quattuor (*al.* sex) alis munitos, armentorum dives, quæ custodienda tradidit Eurytioni giganti et cani Orthro tricipiti (τρικέφαλος *Hes.*) instar Cerberi (*Hesiod. theog.* 287., coll. *Schol.* 293. et *Hecat.* ap. *Arrian. exp. Alex. M.* 2. 16): quos singulos Hercules, Eurysthei jussu, occidit, armentaque Mycenas ad hunc traxit, qui prædam Heræ in sacrificium obtulit (*Talbot, Myth. Gr. e. Lat.* 1890. *p.* 287). — Communius vero aliter fabula exponitur, ut Geryon, a quo Hercules armenta abduxit, sit rex antiquissimus ac famosissimus Hispaniæ, in insula Erythia (*i. e.* rubra ex radiis solis occidentis) = Gadir sive Gadibus, sedem habens, comprehensis insulis Balearibus (*Solin.* 23). — Fabulantur autem poetæ hominem, ut vidimus, monstrosum fuisse, quippe qui habuerit tria corpora. Hinc dicitur *Horat.* 2. *Od.* 14. 8. ter amplus. *Sil. It.* 3. 422. et 13. 201 (ubi ejus cum Hercule pugna describitur, a quo est interfectus. *V.* HERCULES) tricorpor. *Senec. Agam.* 841. triformis. *Lucret.* 5. 26., *Virg.* 8. *Æn.* 202. et *Claudian.* 54. 2. tergeminus. *Id.* 3. 294. triplex. *Ovid.* 9. *Her.* 91., 92. prodigium triplex. *et Virg.* 6. *Æn.* 289. forma tricorporis umbræ. — Abs. *Ovid.* 4.

Trist. 7. 16. tergeminus vir. — Fabulæ originem exponit, fabulosi aliquid immiscens, *Justin.* 44. 4. « In alia parte Hispaniæ et quæ ex insulis constat, regnum penes Geryonem fuit. In hac tanta pabuli lætitia est, ut nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur. Inde denique armenta Geryonis, quæ illis temporibus solæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Asia prædæ magnitudine illexerint. Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ, ut fabulis proditur, fuisse ferunt, sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse, ut uno animo omnes regi viderentur; nec bellum Herculi sua sponte intulisse, sed quum armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetisse ». Quod tradit etiam *Isid.* 11. *Orig.* 3. 28.; *Mythogr.* autem *I. fab.* 68., præter hanc, aliam addit causam, nempe illum tribus supra laudatis insulis imperitasse (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 552., 6. 107. et 289. et *alib.*). — Alia dabunt *Preller, Gr. Myth. II.* 204.; *Usener, Sintflutsagen* 234.*sq.*; *Robert, Herm. XIX* [1884] 483.; *Friedländer, Heracl.* 2. 134. etc. — Usurpatur autem — *a)* Proprie. *Propert.* 3. 22. 9., coll. 4. 9. 1.*sqq.*, *Auson. edyll.* 19. 10., *Calpurn. ecl.* 4. 41., *Macrob.* 1. *Sat.* 11. 47., *Prisc. per.* 573., *Mythogr. II. fab.* 152. et *III. fab.* 13. — *b)* Translate, in plur. num. *Sidon. carm.* 13. 19. *ad imp. Major.* « Geryones nos esse puta monstrumque tributum. Hic capita, ut vivam; tu mihi tolle tria ». Cf. epigramma, graphio scriptum Pompejis, ap. *Garrucci, Syll. n.* 1080. *V.* loc. — Cultum habuisse fertur Argyrii (hod. *s. Filippo d'Argiro*) in Sicilia (*Diod.* 4. 24. 3.: cf. *Friedländer op. cit.* 136. 1. et *Nilsson, Gr. Fest.* 449); et etiam juxta Patavium fuisse *Geryonis oraculum*, a Tiberio consultum, « sorte tracta, qua monebatur, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos jaceret »: ita *Sueton. Tib.* 14., si certa vocabuli est lectio. Hujus autem monumenti originem causamque extundere conatur *Sabellicus, Euganei* etc. ap. *Babelon.* ad *l.* — De eo tragœdiam scripsit Nichomachus, Γηρυόνης inscriptam, cujus tantum titulus superest (*Welcker*); tum opera artis de eo exstant, de quibus consulendi sunt *Milchhöfer, Anfänge der Kunst* 78. *fig.* 50.; *Furtwängler, Gemmen* 2. 41.; *Gerhard, Apul. Vasenb.* 8-10.; horum vero typos illustrarunt — 1.º) Ex monum. orient. — *a)* Cyprio-Græcum *Cesnola-Stern, Cypern* 84. 1.; — *b)* Chalcidicum in *Brit. Mus.* B 185., *Walters Catal. of the Gr. and Etr. vas. II.*; *Paris Bibl. nat.* 202 (*de Ridder Catal. d. vas.* etc.); — *c)* Peloponnesiacum, *Journ. hell. Stud. XVIII.* 1898. *p.* 299. — 2.º) Ex mon. occid. — *a)* Sardicum, *La Marmora, Voyag. en Sardaigne* 24. 67. et *Memor. sopra alcune antich. Sard. tav. suppl. V b.* — *b)* Italicum (Etr.-Rom.) *Hegdemann, Vas.* 1924., *Millingen, Peintur de vas. gr.* 27., coll. *Monumenti IX.* 15. *Ann. d. Istit.* 1870. *p.* 25. *Phol. Mosconi* 6974., *Usener, Rh. Mus.* 1903. *p.* 175. — *c)* Gallicum *Reinach, Bronz. fig.* 120. 3.; *Wieseler* ap. *Ersch u. Grüber XXII.* 197-209.; *Voigt u. Drexler* ap. *Roscher I.* 1630-1638. — Hinc *Geryonaceus*, adj. ad Geryonem pertinens. *Plaut. Aul.* 554. — *Geryoneus*, adj. (Γηριόνειος), ut *Geryonea cædes* ap. *Apul. met.* 2. 32. *V.* loc.

GĒRYŎNĀCĔUS et

GĒRYŎNĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

GESAHENÆ (Gesatenæ v. Gesatenæ), ārum, f. plur. 1. Matronæ Rhenanæ, in *Inscr.* ex *Jülich* et *Köln.* Bonn Jahrb. LXXXIII 27., 147 (*n.* 290 = *Corp.* 13. 8496), 149 (*n.* 294., 300 = *C.* 13. 7889, 7890), 150 (*n.* 305 = *C.* 13. 7895), modo tantum Gesahenæ, modo cum Ettrahenis, a veteribus cultæ. Cf. *Roschers Lex. Myth. II.* 2467. — Vocabulum videtur originis Germanicæ v. Celticæ (*Holder, Altk. Spr. s. v.*). Cf. GESATIUS.

GĔSANDER, dri, m. 2. (Γήσανδρος, quasi *terræ-vir*) rex Iapygum, cujus meminit *Val. Flacc.* 6. 280., 303. et 365.

GĔSĀTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., Celticæ originis. *Corp.* 5. 4144. et 14. 1092 (*Ostia*). V. *Schulze, Eigenn. p.* 357. — *Gesatia*, nom. mul. *C.* 3. 5947. — *Gesatus*, cogn. vir. *C.* 5. 7717.

GESIMUNDUS, i, m. 2. rex Gothorum ex Amalorum stirpe, de quo *Jorn. Get.* 245. *M.* Cf. *Momms.* ad *l.*

GESĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir.: cf. *Gesius* v. *Gessius*, in tit. ap. *Garrucci, Syll. n.* 678.

GESOCRĪBĀTES (Gesobrivates), ium, m. 3. locus ad septentr.-occ. Galliæ Lugdunensis apud Osismios, contra hod. *Brest (dép. Finistère)*, in *Tab. Peut.* — *D'Anville* leg. *Gesobrivates* v. *Gesobricates*, qui est portus Βριουάτης λιμὴν *Ptolem.* 2. 8. 1. V. *Desjardins, Tabl. de Peut.* 29. et *Géogr. d. la Gaul. I.* 313.

GĔSŎRĬĀCENSIS (Gessoriacensis), e, adject. *V.* voc. seq.

GĔSŎRĬĀCUM (Gessoriacum), i, n. 2. (Γησοριακόν) oppidum et portus Galliæ Belgicæ, sequiore ætate Bononia, hod. *Boulogne sur-Mer (dép. Pas-de-Calais)* in Morinis ad fretum Gallicum, unde Romani imperii tempore trajectus erat in Britanniam, idem ac portus *Itius*, ubi conscendit Cæsar a. 55. et 54. a. Chr., et Caligula imp. pharum exstruendum curavit. De eo *Mela* 3. 23. « Ab illis (*Osismis*) enim iterum ad septentriones frons litorum respicit pertinetque ad ultimos Gallicarum gentium Morinos, nec portu, quem Gesoriacum vocant, quidquam notius habet ». Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. (102)., *Sueton. Claud.* 17. et 46., *Flor.* 4. 12., *Ammian.* 20. 9., *Eutr.* 9. 21., coll. *Ptol.* 2. 9. 2., *Dion. C.* 60. 21. et *Zos.* 6. 2. *Jord. Rom.* 125. *M.* Gesoriacom. et *Honor. cosm.* 19. Cesuriacum opp. — Hinc *Gesoriacensis*, adj. *Inc. paneg. Const. Cæs.* 14. litus. *Itin. Hieros. p.* 496. et *Ant. p.* 376. portus. *Inc. paneg. cit.* 6. muri. Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 357., 363. *sqq.* et 372.*sqq.*

GESSACES mons, prope mare Euxinum, ad septentr. Danubii. *Trebell. Gallien.* 13., per quem Scythas, bello petitos a Gallieno, fugere conatos fuisse tradit.

GESSEN, indecl. nom. geogr. (Hebr. *Gôshen;* LXX. Γεσέμ et Γεσέν). — Est regio Ægypti, quam Hebræi, post adventum Jacob, usque ad exodum incoluere, sita inter brachium Pelusiacum Nili ad orientem et desertum Arabiæ, quare *LXX.* optime verterunt Γεσὲμ Ἀραβίας (*Gen.* 45. 10), vel tractus fere triangularis, qui, linea ab Heroopoli (nom. sacr. *Phi-thom = Pa-Tum*, « domicilium dei Tum », nom. vero prof. *Tuku:* hod. *Tell el-Maskhuta)* ad torrentem Ægypti ducta, mari Mediterraneo et Pelusiaco Nili brachio clauditur (*Gesen. Thes. p.* 307.*sq.*). — Ceterum ejus limites nondum plane comperti sunt; quamquam *Ebers* et *Naville* eos statuere conantur inter Heliopolim (*Balbek*) ad merid., Bubastim (*Tell-Bastah*) ad occid., Tanin (*San*) et Mendem (*Trual el- Mdid*) ad septentr. — Sunt qui comparent nom. *Gessen* cum urbe Φακόεσσα v. Φάκουσα = Lat. *Phacusa*, Arab. *Fâ-qûs*, olim *Qos* et *Pa-qos* v. *Phaqos* cum art. (*Ebers*) vel *Kos* et *Pha-kos*, forma Copt. (*Champollion*), et *Gessai* in catal. nom. Ægypt., XXIII. Ægypti inferioris (*Dümichen*). — Hanc igitur terram tradidit Pharao (*Apepi*), rex Ægypti, familiæ Jacob (*Gen.* 46. 27), « in optimo (sc. fertilissimo) loco Ramesses » (*Gen.* 47. 11), hoc enim quoque nomine id temporis, non posterius (*Re, Arch. Dict. Bibl. IV. p.* 273), appellabatur Gessen (*Ebers, Durch Gosen z. Sinai p.* 503.*sq.*), coll. interpr. Alex. « καθ' Ἡρώων πόλιν εἰς τὴν Ῥαμεσσῆ » vel campus Taneos (*Ps.* 78. 12. et 43); unde eos in magnum populum auctos (*Exod.* 12. 37), sed a Pharaone (*Menephtah*) crudeliter habitos, Moyses liberos eduxit (*Ibid.* 37. *sqq.*). — De Gessen scripserunt, præter laudatos, *Bädeker, Unter Ægypt.* Leipz. 1877. *I. p.* 37. 41.; *Jullien, L'Égypt.* Lille 1891. *p.* 105-128.; *Le Camus, Notr. voyag. aux pays bibl.* Paris 1894. *p.* 181-150.; *Vigouroux, Dict. de la Bibl.* Paris 1910. *III. p.* 218.*sqq.*

GESSĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 5. 7457. et 8. 2024., 2055. etc. *Alia* ap. *Garrucci, Syll. n.* 677. — *Gessia*, nom. mul. *Corp.* 6. 19040. — *Caecdoni* in nummo leg. *Gissia* (*Bull. d. Ist. arch.* a. 1854. *p.* 156). — Sunt etiam, apud scriptores, *Gessius Florus*, procurator Judææ, genere Clazomenius, Albini successor a. 68. p. Chr. opera Cleopatræ, Poppææ Neronis amica, homo pessimus, a quo Judæi innumeris calamitatibus ita sunt conflictati, ut antecessores, etsi malos, sibi percuperent (*Tac.* 5. *Hist.* 10), non confundendus cum *Cestio Floro*, Syriæ præside (*Syncell. I.* 637. 3. Γέστιος Φλῶρος), nec cum *Festo Floro* (ap. *Sulp. Sev. chron. II.* 29. 4). Cf. *Jos. b. J.* 2. 277. et *ant.* 26. 253-257. et *Schürer, Gesch. jüd. Volkes I.*[4] 585. et 600-610. — *Gessius Marcianus.* V. M. JULIUS GESSIUS BASSIANUS MARCIANUS.

GESSŎRĬĀCUM. *V.* GESORIACUM.

GESSUR et Gesur, indecl., et etiam *Gesura, æ*, f. 1. (Hebr. *Geshûr* = Arab. *djisr* « pons »; *LXX.* Γεσσίρ, Γεδσούρ, Γεσσούρ), parva Syriæ regio, ap. *Hieronym. onom. p.* 157. et 269. *P.*, ubi regnavit Tholmai, qui filiam suam uxorem dedit Davidi (2. *Reg.* 3. 3. et 1. *Par.* 3. 2). — Ex hoc matrimonio natus est Absalom, qui post quam fratrem Amnon occidit, ad avum suum confugit Gessur, ubi triennium degit (2. *Reg.* 13. 37. et 38). — De situ varia est eruditorum opinatio, inter quos nobis videtur rectius sentire *Wetstein (Reisebericht über Hauran u. die Trachon.* Berlin 1860. *p.* 82), qui Gessur collocat in regione boreali *Djolân* ab *El-Qoneitrah* usque ad radices Hermon. Hæc quidem sententia firmatur Scripturæ locis, ubi Gessur memoratur cum Galaad, ut regio transjordanensis (2. *Reg.* 2. 9), ac stricte inter Galaad et Hermon (*Jos.* 13. 11). — Hinc *Gessuræi* (hebr. *Geshûrim)*, incolæ *Deut.* 3. 14. et *Jos.* 12. 5. et 13. 11. et 13. — Alii tamen aliter legunt, sc. *hâ-'Asûri*, ut *Köhler, Kamphausen, Budde;* sed hic sequendam esse lectionem Vulg. et Syr. *hag-Geshûri* optime demonstrat cl. *Legendre.* — Non est præterea confundendus cum populo *Gessuri* (LXX. Γεσειρεί, cod. Alex. Γεσουρί), qui australem Palæstinæ partem incolebat (*Jos.* 13. 2. et 1. *Reg.* 27. 8), inter Gerzi et Amalecitas.

GESSŪRI et Gesuri. *V.* voc. præc.

GĔTA, æ, m. 1. (Γέτη v. Γέτης) cogn. vir. satis frequens, præsertim in gentibus *Hasidia, Licinia, Lusia, Septimia, Vitaria* — 1.º) Generatim. *Dipl.* in *Corp.* 5. 4092. — Est etiam nom. serv., quod sæpe occurrit apud comicos, ut *Plaut.* in *Truc.* et *Terent.* in *Adelph.* et *Phorm.* et apud alios, ut *Propert.* 4. 5. 44., *Ovid.* 3. *Art. am.* 332., *Auson. techn.* 9. 22. — 2.º) Speciatim — *a)* Quidam servus fugitivus ap. *Tac.* 2. *Hist.* 7. 2. V. loc. (Cf. *Dessau, Prosop. III.* 183. et 205). — *b)* Frater imp. Caracalli, i. e. *P. Septimius Geta Aug.* V. SEPTIMIUS. — *c)* Est etiam nom. gent., aliquando formâ *Getes* v. *Gethes* (acc. *Geten)* v. *Getas*, sæpius adhibitum sensu collectivo pro Getis, ut ap. *Ovid.* 1. *Pont.* 8. 6. Geta pharetratus. *et ibid.* 2. 106. squalidus. *et* 5. *Trist.* 3. 22. Marticola. *Senec. Hipp.* 167. vagus. *Ennod. vit. Epiph. p.* 348. *H.* pellitus. *i. e.* Ricimer Gothus. Adde *Stat.* 2. *Ach.* 417., *Lucan.* 2. 54. et 3. 95. et *Auson. edyll.* 8. 32. — *Porphyr. Opt. paneg.* 18. 5. *M.* Torva Getes campo - ut lumina perdit. *h. e.* ut Getes tibi arridet. — Adjective ap. *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 17. *de se.* poeta Getes. — Alia vide in voce sequenti.

GĔTÆ, ārum, m. plur. 1. (Γέται) populi Daciæ in confinio Scythiæ Europeæ, inter Hæmum et Istrum (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. [41]), quos Romani Dacos appellarunt (*Id. ibid.* 12. 25. [80])., fortasse quod suboles Getarum essent Daci (*Justin.* 32. 3); quamquam non constat, quandonam et cur facta fuerit hæc nominis mutatio; quin et Gothi, IV. et V. sæc. præsertim, vocabulo parum detorto, dicti sunt, diversa licet utriusque gentis sit origo (*Oros.* 1. *Hist.* 16). — *a)* De eorum historia hæc subdimus. Antiquissimis temporibus in Asia sedes suas habuerunt (*Sidon. carm.* 7. 75); unde postea in Scythiam Europæam ac demum in Mœsiam ac Thraciam commigrarunt, teste *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 35. et 7. *ibid.* 604. « Getarum gens fera etiam apud majores fuit; nam ipsi sunt Mœsi, quos Sallustius a Lucullo superatos esse dicit ». *Herodotus* (4. 92. *sq.*) et *Thucydides* (2. 96) eos describunt inter Istrum et Hæmum habitantes; quum vero Philippus Macedo Scythiam invasit, hinc jam a Triballis fuerant ejecti compulsique ad septentr. Istri, ubi ab Alexandro M. a. 335. a. Chr. oppugnati fuerunt, cui tamen postea,

pacto fœdere, adhæserant; a Lysimacho autem a. 292. a. Chr. iterum ad bellum lacessiti, eum devicerunt (*Justin.* 13. 4). — Porro in eorum regionem primus ex Romanis irrupit Lentulus ca. a. 35. a. Chr., eosque fugavit (*Serv. loc. cit.*, coll. *Horat.* 3. *Od.* 8. 18); verum eorum regio tunc ab eo subacta fuisse non videtur. Huc spectat illud *Flor.* 4. 12. 18. « Inde (*a montibus*) Cotisonis regis imperio - decurrere solebant et vicina populari. Visum est Cæsari Augusto gentem aditu difficillimam submovere. Misso igitur Lentulo, ultra ulteriorem repulit ripam: citra præsidia constituit. Sic tunc Dacia non victa sed summota atque dilata est ». — Dein a. 34. Augustus huic regi filiam suam Juliam despondisse traditur, ut in bello cum Antonio sibi auxilio esset. Quod quum noluisset Cotison ac Romanorum societatem rejecisset, M. Crassus contra eum bellum gessit a. 30., qui a. 27. « ex *Thræcis et Geteis* » triumphavit, ut legitur in *Fast. triumph. Cap.* — Hi tamen pluries rebellarunt pluriesque cum Romanis dimicarunt (*Mon. Ancyr. p.* 88.*sq.*); qui vero eos omnino profligavit subegitque, fuit Trajanus imp. a. 101-105 (*V.* **DACIA** et **TRAJANUS**). Tunc eorum regio in provinciam redacta est mansitque imperio Romano adnexa usque ad Aurelianum imp. a. 270-275., quum coloni Rom. ad merid. Danubii recesserunt, Dacia Gothis relicta. — Ex imperatoribus, qui postea Geticos populos subjecerunt, eminent Probus, qui eos in deditionem amicitiamque recepit (*Vopisc. Prob.* 16), et Constantinus M., qui aliquoties eos bello adortus devicit (*Porphyr. Opt. paneg. carm.* 18); item ex ducibus, imperii Orientalis temporibus, Stilicho, qui a. 405. insignem de iis victoriam obtinuit (*Corp.* 6. 1196). — *b)* De eorum natura et moribus hæc scribit *Isid.* 9. *Orig.* 2. 89. « Veteres magis Getas, quam Gothos vocaverunt, gens fortis et potentissima, corporum mole ardua, armorum genere terribilis ». *et* 19. *ibid.* 23. 7. « Flavent capitibus intectis Getæ ». *et Serv. loc. cit.* « Getarum gens fera ». *et Mela* 2. 18. « Una gens Thraces habitant aliis aliisque præditi et nominibus et moribus. Quidam feri sunt et paratissimi ad mortem, Getæ utique ». *Virg.* 3. *G.* 462. « atque in deserta (*ap. Danubium*) Getarum Et lac concretum cum sanguine potat equino »; idcirco γαλακτόποται dicti *Colum.* 7. 2. 2. Adde *Sidon. carm.* 7. 84. — Memorantur etiam a *Propert.* 5. 3. 9., *Tibull.* 4. 1. 147., *Senec. Thy.* 462. et *Herc. Œt.* 10. 96., *Val. Fl.* 5. 420. et 604., *Stat.* 3. *Silv.* 4. et 4. *Theb.* 654., *Curt.* 10. 1. 44., *Avien. orb.* 448., *Prisc. per.* 295.; sæpe vero a *Virg., Ovid.* et *Claudian.* — De iis scripserunt ex recentioribus *Bessell, De reb. Get.* Gott. 1855.; *Roesler, Die Get.* etc. Wien 1864.; *Tomaschek, Die alt. Thrak., S.-Ber.* Wien, *phil.-hist. Kl. Bd. CLXXI* (1894); *Premerstein, Die Anfäng. d. Prov. Mœs.* Oesterr. Jahresh. *I.* (1898). — Hinc *Geticus.* — 1.º) Adj. — *a)* Ad Getas pertinens. *Ovid.* 3. *Pont.* 5. 45. arcus. *et* 4. *Trist.* 8. 26. fons. *Senec. Herc. Œt.* 1284. Hæmus. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 53. maritus (*Veneris*, h. e. Mars., a Getis maxime cultus). *Auson. epigr.* 1. 7. Mars. *Stat.* 5. *Theb.* 306. triumphus. et 4. *ibid.* 181. vates. *i. e.* Thamyris Thrax. *Ovid.* 4. *Pont.* 13. 19. sermo. *Prudent. Symm.* 2. 730. tumultus. *Claudian.* 33. 71. grando. *et* 28. 647. frons. *Stat.* 3. *Silv.* 1. 17. lyra. *h. e.* Orphei, qui Thracius fuit. *et* 4. *Theb.* 422. ursa. *Vellej.* 2. 59. bellum. *Stat.* 2. *Silv.* 2. 61. plectron. *Ennod. paneg. Theod.* 21. robur. *Claudian.* 26. 528. dii. *Vopisc. Prob.* 16. populi. *Stat.* 12. *Theb.* 631. amores. *Ovid. Ib.* 635. sagittæ. *Stat.* 2. *Theb.* 595. Phlegræ. *et* 12. *ibid.* 478. volucres. *Juvenal.* 5. 50. pruinæ. *Sidon. carm.* 5. 204. sceptra. — *b)* Ad Getam imp. pertinens. *Spartian. Get.* 6. nex. — Huc spectat ambiguum illud dictum de Caracallo ap. *eund. Carac.* 10. « Helvius Pertinax filius Pertinacis joco dixisse: Adde, si placet, etiam *Geticus Maximus*, quod Getam occiderat fratrem, et Gothi Getæ dicerentur, quos ille - tumultuariis prœliis devicerat ». — Sic *Getica*, abs., sei *legio II. Parthica* in *Corp.* 3. 1464. — *Geticus*, item abs., cogn. imperatorum, ut Justiniani, et consulum, ut Bellsaril. — 2.º) Substantivorum more. *Ovid.* 5. *Trist.* 13. 1. Geticum. *h. e.* regio Getica. — Hinc *Getica (orum)*, titulus operis Dionis, quo res Geticas sive Getarum historiam texuerat, teste *Jorn. Get.* 9. — *Getis (idis)*, quæ ex Getarum gente est. *Sidon.* 8. *ep.* 3.

GETH, nom, indecl. geogr. Hebr. *Gath* « torcular », *LXX.* Γέθ, *Jos.* Γίττα et Γίττη; hinc Latina *Getta* v. *Gettha*. Videtur contr. ex *Geneth*, ut *bath* « filia » pro *beneth*, et fort. forma contr. ex *Gaonath* « hortus ». — Porro plura erant oppida in Palæstina, ita appellata, sed unum ab altero distinguebatur nomine adjecto, ut *Gath ha-Hêfer* (Gethhepher, *Jos.* 19. 13., patria Jonæ prophetæ, hod. *El-Meschhad)*; *Gath Rimmôn* (Gethremmon, *Jos.* 19. 45., fort. idem ac *Ramleh* v. *Gethaim)* et alia, quæ in catal. hierogl. *Karnak* leguntur (*Mariette, Maspero, M. Müller*). — Fuit urbs regia, una ex quinque præcipuis Philisthinorum urbibus (1. *Reg.* 6. 17. etc.), vocata *Gath Pelisthim* (Γὲθ ἀλλοφύλων = *Gath Palæstinorum)* non longe a mari Mediterraneo, quam expugnavit David, ut serius Ozias, et Roboam refecit cessitque tribui Dan, Hieronymi ætate vocata Diocæsarea, alias Anthedo et Agrippa dicta, nunc vero *Zeph* v. *Yehlim*, vel, ex recentiorum sententia (inter quos de ejus situ statuendo non convenit), *Dhikrin* vel *Deir Dubbân* vel *Tell Zakariya* vel *Tell es-Sâfiyeh*, vel, quod *Fürst* ceteris præfert, *Beit 'Djibrin*, i. e. Betogabra seu ipsa Eleutheropolis, cui suffragantur *Thomson* et *Clermont-Ganneau.* — Fuit patria Obededom, qui Arcam fœderis domi suæ aliquandiu servavit (2. *Reg.* 6. 10. et 11), tum gigantis Goliath; illic enim reliquerat Josue ex gigantibus Enacim aliquot, a se victis (*Jos.* 11. 22., coll. 2. *Reg.* 17. 4. et 23); illinc etiam profecti sexcenti viri, pugnatores validi, duce Ethai, David sunt comitati, ut a rebelli Absalom suum regem defenderent (2. *Reg.* 15. 18.*sqq.*); qui olim, Saul minas effugiens, Geth petierat habueratque ab Achis, ejus rege, oppidum Siceleg possidendum (1. *Reg.* 21. 10. et 12., 27. 2. et 28. 3. 11). — Alia insuper ex libris Regum ad eam illustrandam colligi possunt. — Hinc *Gethæus* (Hebr. *hag-Giththi* et Gr. Γέθθαιος), adj. qui est ex Geth. *Vulg.* 2. *Reg.* 6. 19. et 11. et 13. 19. et 1. *Par.* 13. 13. — Abs. *Gethæi*, incolæ. *Id. Jos.* 13. 3.; 1. *Reg.* 5. 8. 9. et *alib.* — *Gethaim* (hebr. *Giththaim;* gr. Γεθαίμ), oppidum in tribu Benjamin, forma dualis voc. *Gath*, i. e. « duo torcularia », quod *Schwarz* putat esse hod. *Ramleh (Das heilige Land*, Francf. *p.* 103). Memoratur *Vulg.* 2. *Esdr.* 11. 33., coll. 2. *Reg.* 4. 3.

GETHÆUS et

GETHAIM. *V.* voc. præc.

GETHER, nom. indecl. m. (Hebr. *Gether; LXX.* Γάθερ) tertius ex quattuor filiis Aram (*Gen.* 10. 23) a stirpe Sem (1. *Par.* 1. 17), de quo his tantum locis est mentio. — Ejus posteri videntur Bactri (*Jos. ant.* 1. 6. 4); vel populi Themud et Djadis (*Knobel, Die Völkertaf. d. Gen. p.* 235); vel, non tam populi quam regionis nomen, i. e. Iturea (*Lenormant, Hist. anc. de l'Or. I.* 289). V. *Hummelauer, Comm. in Gen. p.* 331. et *Winer, Bibl. Realw. p.* 423.

GETHHEPHER. *V.* GETH.

GETHONĒ, es, f. 1. insula, inter Thracicam Chersonnesum et Samothraciam sita (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. [74]), non confundenda cum Gethone, oppidulo Troadis (*Id.* 5. *ibid.* 31. 38. [139]).

GETHONUM vicus, patria Simonis magi, *Ps. Clem. recogn.* 2. 7., coll. 1. 12. Vox videtur derivanda a *Gitta* v. *Gittha* (Γίττα v. Γεττῶ), vico Samariæ, hod. *Kharjet Dschit;* unde *Githeus*, rectius *Gitthæus*, ap. *Philastr. hær.* 29.

GETHREMMON. *V.* GETH.

GETHSEMĀNI, indecl. (Hebr. *Gê' Shemânim* « vallis pinguis », vel rectius *Gath-shamena'* « torcular olei »; Gr. Γεθσημανῆ v. Γεθσημανεί) nomen villæ v. prædii (χωρίον, *spatium, locus, castellum, ager)*, ubi erat hortus, ad radices montis Oliveti trans torrentem Cedron, hod. arab. *El-Djesmanieh* v. *Bostân-es-zeitun* « hortus olivarum ». Memoratur *Matth.* 26. 36. « Tunc venit Jesus cum illis (*i. e.* discipulis) in villam, quæ dicitur Gethsemani. - Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem ». Adde *Mar.* 14. 32., coll. *Luc.* 22. 39. et *Joh.* 18. 1. Hunc autem solitarium locum Christus frequentabat (*Joh.* 18. 2), qui fortasse ad aliquem pertinebat ex ejus discipulis, densis olearum arboribus adumbratum (quarum nonnullas, saltem ex primitivis enatas, hodieque vivere scribit cl. *Lesêtre, Dict. Bibl. Vig. III.* 232); idcirco piis meditationibus peridoneum, cum specu, adhuc exstante, ubi Ille dicitur, *in agonia factus, prolixius* oravisse et sanguinem exsudasse (Cf. *Liévin, Guide de la Terre Sainte*, Jerus. 1891. et *Socin, Paläst. u. Syr.* Leipz. 1891.; *Finco, Giorn. d'un pellegr. in Oriente, Palest.* Padova 1891. *p.* 328.*sqq.*; *Friedlich, Arch. de la Pass.* tr. Paris 1897. *p.* 80.*sq.*). V. alia in **OLIVETUM**.

GI

GIĀMĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Grut.* 12. 10., confirmata derivatis *Giamillius*, nom. gent. vir. *Corp.* 8. 5499. et 5335. et *Giamillius*, nom. vir. demin. *C.* 5. 5376. et *alia* ap. *Brambach n.* 754.

GIBBA, æ, m. 1. (gibbus) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est cogn. vir. *Corp.* 5. 2986. — Sic *M. Terentius Varro Gibba* ap. *Ascon.* in *Mil.* — Hinc fort. *Gibbianus*, cogn. vir. *Corp.* 2. 4247. ¶ 2. Est etiam oppidum Numidiæ, fort. hod. *Ksar Kalaba*, ut argui potest etiam ex *Corp.* 8. 4363. et 4364., ibi repert., cujus incolæ *Gibbenses* dicuntur. Cf. *Augustin. ep.* 65., qui ecclesiam memorat Gippensem et Gippitanam; hanc tamen diversam putat *Momms.* in *Corp. l. c. p.* 489., ut de alia *Gibbensi* dicta in *Not. Afr. Numid. n.* 40 (V. *Morcell.* in *Afr. Chr. I.* 169).

GĪBĔON, antiqua arx et civitas regia Chananæorum, hod. *El-Djib*, idem ac **GABAON**, q. V.

GIBLII, ōrum, m. plur. 2. nom. gentile, hebr. *Gibli*, dict. ab urbe *Gebal* « mons v. terminus »; *Gobel* ap. *Hieronym. onom. p.* 127. *P.*; Βύβλος græc. et *Byblus* latin., urbe Phœnicum inter Tripolim et Berytum, prope mare Mediterraneum, in excelso loco sita (*Strab.* 16. 755), cultu Adonidis famosa, civibus habitata, rei nauticæ (*Ezech.* 27. 9) et architecturæ peritis (3. *Reg.* 5. 32), hod. *Djebel*. Sed de ea videsis **BYBLOS**.

GIEZI, nom. vir. indecl. (Hebr. *Gêhhazi* v. *Gêyhhazi* « vallis visionis », *LXX.* Γιεζί) famulus prophetæ Elisei, cujus ignota sunt patria ac familia, hero suo fidelis, sed aliquando superbia (4. *Reg.* 4. 18-37., coll. *Theod. quæst. in IV. Reg.* ad *l.*), avaritia et dolo (*Ibid.* 5. 16) vituperandus et ob id a propheta vehementer reprehensus et in criminis pœnam lepra, a qua Naaman Syrus fuerat liberatus, ipse cum ejus semine affectus (*Ibid.* 5. 20-27). Animadvertendum vero est, regem Joram cum Giezi de Eliseo, antequam ille puniretur, locutum fuisse; quare ordo narrationis immutandus videtur. Cf. *Mangenot, Dict. Bibl. Vig. III. p.* 237.*sq.*

GIFINIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 9. 126.

GIGANIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 10. 8059 (182).

GĬGANS, antis. *V.* voc. seq.

GĬGANTES, um, plur. 3. nom. comm. et propr., pers. et geogr. — *a)* Declinatur Latina et Græca terminatione; occurrit nempe nomin. sing. Gigas ap. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 24., *Val. Fl.* 4. 200., *Senec. Œt.* 1215., *Isid.* 11. *Orig.* 3. 13. — Gigans in *Gloss. Amplon.* 284 (b)., 38. et 334 (a) 24. et ap. auctores, ut *Ovid.*, *Senec.*, al., sed ex falsa lectione. — Acc. *Giganta* ap. *Senec. Herc. Œt.* 1302., *Stat.* 5. *Theb.* 569., *Sil. It.* 12. 529., *Capitolin. Maximin. duo* 8., *Hygin. astr.* 2. 28. et 30. — Genet. plur. *Gigantum* ap. *Cic. Cat.* 5. et *Tusc.* 2. 20., *Horat.* 2. *Od.* 19. 22., *Mel.* 2. 36., *Suet. Aug.* 72., *Ampel.* 2. — Acc. plur. *Gigantas* ap. *Ovid.* 1. *Met.* 152. et 5. 319., *Senec. Œd.* 91., *Prudent. ham.* 499. — *b)* Etymon du-

citur a Gr. γίνομαι, *fio*, et Doric. γᾶ pro γῆ, *terra*, quasi sit γηγενής, *terrigena*.

A) Gigas et Gigantes (Γίγας et Γίγαντες), nom. pers., comm. et propr., sc. homines excelsissimæ staturæ, memorati sive ab historicis sive a mythologis; nam exstitisse homines hujus modi nulli dubium esse potest; quamquam veteres Græci ac Latini, præsertim poetæ, plurima de iis commenti sunt, qui mythici habentur; quare de prima historicorum classe, dein de mythicorum secunda aliquid exponemus; attamen inverso ordine esset procedendum, nam quod nom. comm. dicimus, translatum potius dicendum esset a proprio, quod in fabulis occurrit. Ceterum quum mythologiæ historia præcesserit, ut falsis vera; ex eo namque, quod tantæ staturæ homines exstiterunt, fabula est exorta, hos fuisse terræ filios, ut de tot aliis mythis affirmari potest; idcirco hanc exponendi nominis rationem secuti sumus. ¶ 1. Est itaque nom. comm. hominum staturæ valde proceræ, quos exstitisse historia testatur. — 1.º) Generatim. — *a)* In plur. num. *Vulg. Gen.* 6. 4. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. *Id. Prov.* 9. 18. Et ignoravit quod ibi sint gigantes et in profundo inferni convivæ ejus. *Vulg. Deut.* 3. 11. Og, rege Basan, de stirpe gigantum. *et mox.* Basan - terra gigantum. *Id. Is.* 14. 6. *de Balthassare.* Infernus - suscitavit tibi gigantes: omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis *(prosopop.).* — *b)* In sing. num. *Id. Job* 16. 15. Irruit *(Deus)* in me quasi gigas. *et ps.* 18. 7. *de sole.* Exsultavit ut gigas ad currendam viam. *et ps.* 32. 16. et gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ. *et* 1. *Mach.* 3. 3. Induit se loricam sicut gigas. — 2.º) Specialim. *Id. Eccli.* 47. 4. Numquid non occidit *(David)* gigantem et abstulit opprobrium de gente? *h. e.* gigantem Goliath. — Alii memorantur in sacris litteris, ut Enac ejusque filii Sesai, Ahiman et Tholmai *(Jos.* 15. 14), Jesbibenob (2. *Reg.* 21. 16). Sic Rephaim, qui urbes quoque munitas habebant, in tres tribus divisi *(Num.* 13. 28), sc. Emim *(Deut.* 2. 11), Zamzumim et Rephaim stricte sic dicti in regione Basan *(Ibid.* 10-23. et 3. 3-16), ex quibus fuit rex Og *(Ibid.* 1. 4). — De iis, qui *Nephilim*, sc. homines violenti ac feroces *(Vulg.* latine redditi: *gigantes)*, hebraice dicuntur, vide *Gen.* 6. 4., ubi recte monet *Lenormant (Les orig. de l'hist. I.* ad *l.)* nomen esse non gentilicium sed commune, ideoque perperam quosdam effingere gigantes *Num.* 13., fuisse posteros gigantum *Gen.* 6. — In sing. num. *Ovid.* 2. *Pont.* 10. 24. et *Ib.* 595., *Senec. Herc. Œt.* 1145. ¶ 2. Est item nom. proprium in fabulis, nempe Gigantum et Titanum; non enim sunt hi unum idemque, ut putarunt *Horat.* 3. *Od.* 4. 43. et *Mythogr. II. fab.* 53., sicut infra exponemus. — 1.º) Gigantes dicti sunt Terræ ex Tartaro filii, in deorum perniciem geniti, quos de cælo dejicere conati sunt. Narrant enim, eos Olympo monti Ossam, Ossæ Pelium imposuisse et cum Jove certasse; a Jove autem fulminibus, et a Vulcano confectis, ictos esse atque interemptos: ex his tamen Typhœum omnium maximum sub Ætna Siciliæ monte adhuc vivum ignemque exspirantem jacere *(Ovid.* 1. *Met.* 152. et *alib.* et *Mythogr. I. fab.* 11., 63., 86. et 178. *et II. fab.* 3. etc., coll. *Hesiod. theog.* 820.*sqq.).* — Porro huic fabulæ occasionem dedisse tradunt quidam eos, qui tempore diluvii cacumina montium conscenderunt, unde, ab aliis montanis bello petiti, facile dejecti sunt; hinc deos fictum est victores evasisse, Gigantes contra victos, qui serpentinis pedibus fuisse dicuntur (Ex *Varr. Ovid.* 1. *Met.* 184. et 4. *Trist.* 7. 17), quia ad humilia terræ loca detrusi descenderant. Ita *Serv. loc. cit.* et *Mythogr. III. fab.* 1. *n.* 10., figmentum historiæ admiscens. At cl. *Visconti Mus. Pio-Clem. IV.* 78. putat fabulæ originem præbuisse montes ignivomos, qui *Vulcani* italice vocantur; nam Gigantum cum diis pugna fuisse fingitur aut prope Bathon, in Arcadia *(Paus.* 8. 29), ad Trapezuntem situm; aut prope Pallenem in Thracia *(Lycophr.* 127., 1407); aut denique in campis Phlegræis Campaniæ *(Her.* 7. 123), in quibus locis omnibus ignes lapidesque e montibus in cælum ejici solent. Cf. *Mythogr. II. fab.* 53. et *fab.* 54., 58. et 92. et *III. fab.* 1. *n.* 9. et 10. — Alii vero aliter hoc bellum enarrant, ut *Ovid.* 1. *Fast.* et 5. *Met.* et *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 578., quos vide sis. — Memorantur etiam *Cic. Cat.* 2. 5. Numquid est aliud Gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? *Lamprid. Comm.* 9. debiles pedibus et eos, qui ambulare non possunt, in Gigantum modum formavit, ita ut a genibus de pannis et linteis quasi dracones degererentur, eosdemque sagittis confecit. Adde *Propert.* 3. 5. 39., *Horat.* 2. *Od.* 19. 22., *Senec. Oct.* 91. et *Thy.* 806. et 1088. *Manil.* 1. 428. et 5. 336., *Suet. Aug.* 72., *Lucan.* 1. 36., 3. 316., 4. 593., 6. 665., 7. 145. et 9. 656., *Stat.* 4. *Theb.* 534. et 8. 42., *Martial.* 9. 51., 11. 42. et 13. 78., *Petron. sat.* 123., coll. *Apoll.* 1. 6. 3., *Diod.* 5. 71. 2., *Lucian. Tim.* 4., *Dion. per.* 357. — Gigantum nomina habet *Hygin. præf. fab.*, sed corrupta plura, quorum præcipui sunt *Ancæus* (cf. *Enac), Athos, Echion, Ephialtes, Eurytus, Enceladus, Japetus, Otus, Pallenos, Pelorus, Polyphemus, Rhœtus, Typhœus* v. *Typhon* etc. — Translate de impiis. *Macrob.* 1. *Sat.* 20. Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem deos negantem et ideo existimatam, deos pellere de cælesti sede voluisse? *et Job* 26. 5. Ecce gigantes gemunt sub aquis. *i. e.* impii et increduli homines, tempore Noe, aquis diluvii submersi. Alii tamen aliter interpretantur. — 2.º) Titanes, a Gigantibus, uti monuimus, distinguendi sunt *(Cic.* 2. *Nat. D.* 28. 70. et *Augustin.* 4. *Civ. D.* 30), quia Gigantes Terra edidit, postquam Juppiter Titanas in Tartara depulerat; Titanas vero genuit contra Saturnum, Gigantes contra Jovem *(Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 580); quamquam sæpe promiscue usurpantur, ut *Ovid.* 5. *Fast.* 37., ubi poeta Gigantibus tribuit mille manus seu centum bracchia, quum id Titanibus convenire potius constet. Ceterum de his, ut de aliis, mythis non una eademque est veterum sententia, præsertim Græcorum; nam si sæpe inter se dissentiunt scriptores rerum historicarum, maxime ubi ad tempora pertinent antiquiora: eo magis discordent necesse est qui res pertractant, populorum vel poetarum imaginatione confictas. — De monumentis priscæ artis apud veteres, præcipue artifices, memorandum in primis est scutum Minervæ, opus Phidiæ, ubi celeberrimus hic sculptor «Gigantum dimicationem fecit», ut scribit *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (18).; sed plurima alia illustrata occurrunt in *Bull.* et *Ann. d. Ist. Arch.*, ap. *Wieseler, Gig., Hall. Encykl.* s. 1. Bd. 67. 141. *sqq.; Overbeck, Kunstmyth. Zeus* 339-398., *Atlas Tf. IV., V.; Jahn, Ann. dell'Ist.* 1863. 243.*sqq.* et 1869. 176.*sqq.*; *Stark, Gigantomach. auf ant. Rel.* Heidelb. 1869.; *Heydemann I.* et *VI. Hallisch. Winckelmannsprogr.*; *Kopp*, de *Gigantom.* Bonn 1883.; *Preller-Robert, Myth. I.* 66-78.; *Gehrard, Gr. u. Etr. Trinksch.* A B. et *Vasenbild.* 3. *Taf.* 237.; *Milchhöfer, Anf. d. Kunst* 82. V. etiam GIGANTOMACHIA. — Hinc *Giganteus*, adj. ad Gigantes vel Gigantem aliquem pertinens. *Ovid.* 14. *Met.* 184. lacertus. *Virg. Culex* 27. sanguis. *Horat.* 3. *Od.* 1. 7. triumphus. *Propert.* 1. 20. 9. ora. *i. e.* ubi Phlegræi campi, prope Cumas. *Ovid.* 2. *Trist.* 71. bellum. *Claudian. carm.* 37. 71. humeri. *et* 53. 152. triumphi. *et* 28. 186. furiæ. *Stat.* 7. *Theb.* 731. favillæ. *Ovid.* 5. *Fast.* 553. trophæa. *et* 5. *Met.* 346. membra.

B) Gigantes est etiam nom. geogr., sc. civitas Mauretaniæ Gaditanæ ap. *Rav. p.* 162.

GIGANTŎMĂCHĬA, æ, f. 1. (Γιγαντομαχία: a γίγας et μάχη, *pugna*, i. e. bellum seu dimicatio Gigantum) poema, ita inscriptum, *Claudiani* poetæ, quod haud integrum exstat. De eo *Hieronym.* 3. in *Is.* 27. 1. «Pulcre quidam poeta in Gigantomachia de Encelado lusit». Adde *Ampel. lib. mem.* 8. 14. — In plur. num., sed græce, idem *Hieronym.* 2. in *Am.* 5. 8.

GIGARTA, æ, f. 1. (Γίγαρτος v. Γίγαρτον) oppidum Phœniciæ ad radices Libani, inter Botryn et Tripolim. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 20. 17. (78)., coll. *Strab.* 16. 755. — Hinc *Gigarteni*, incolæ, de quibus fort. in *Corp.* 8. 183. Cf. *Momms.* ad *l.*

GIGARTHŌ, us, f. 4. (Γιγαρθώ) nom. fontis in insula Samo, ab acino vel semine uvæ (γίγαρτον) sumpto nomine. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 37. (135). Cf. *Nonn. Dionys.* 21. 77. et 30. 223.

GĬGAS. *V.* GIGANTES.

GIGĬA, æ, f. 1. (Γιγία) oppidum Gallæciæ in Hispania, conv. Asturum, ad orient. promontorii Veneris, hod. *Gijon*, in *Corp. I. L.* 2. 2703. Cf. *Ptol.* 2. 6. 29.

GIGITĀNUS, a, um, adject. a *Giga* v. *Gigga (Zigga)*, oppido in Africa proconsulari *Vict. Vit. pers. Vand.* 1. 9. Cf. *Morcelli* in *Afr. Chr. I.* 169.*sq.*

GIGTHIS, oppidum ad Syrtim parvam in provincia Tripolitana, varie scriptum in codd. et apud scriptores, ut *Githi* ap. *Rav. p.* 141. et *Gittit* ap. *eund. p.* 350.; *Giti*, municipium *(Dessau* 6779), in *Itin. Ant. p.* 60.; *Gigti* in *Tab. Peut.*: sed in Inscriptionibus *Gigthis* = Γιχθίς ap. *Ptol.* 4. 3. 11., hod. *Djorf-bu-Ghara*, tribui *Quirinæ*, ut videtur, adscriptum. *Corp.* 8. *p.* 6. 1146.; hæc autem vox excidisse videtur ex *Scyl. peripl.* 110., ut etiam in *Stadiasm. maris magni* 104., quam *C. Müller* restituendam curavit. — Hinc *Gigthenses*, incolæ. *Corp.* 8. 26.

GIGURRI, ōrum, m. plur. 2. (Γιγουρροί) populus Asturiæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (28)., ubi male legitur *Cigurri*. — Usurpatur etiam in sing. num., ut in Inscr., reperta ap. *San Esteban de la Rua*, ubi legitur: *Gigurrus, faber Calubrigensis*, in *Corp.* 2. 2610 = *Dessau* 2079., fort. ex urbe Calubriga; hinc firmatur lectio ap. *Rav. p.* 320. *Forum Gigurnion.* Cf. *Ptol.* 2. 2. 37. φόρος Γιγουρρῶν.

GIHON, nom. indecl. (Hebr. *Gihhôn*, a rd. *giahh* «saliit»; *LXX.* Γιών v. Γειών) fons v. piscina ad orient. Hierosolymorum, extra urbem (Cf. *Gehon*, fluv.), e regione fontis Rogel, nunc *'Ain Sitti Mariam* «fons Virginis Mariæ» vel *'Ain Umm ed-Deredj* «fons Matris scalarum»; quippe in eum per gradus descenditur. Memoratur *Vulg.* 2. *Par.* 32. 30., ubi traditur Ezechias, exercitu Sennacherib adventante, fontis hujus canalem in urbem deduxisse, ut hostes, qui eam obsessuri essent, aquis carerent. Adde 2. *Reg.* 1. 33., 38. 45.

GILBA, æ, f. 1. oppidum Numidiæ, cujus episcopus Donatus, hinc *Gilbensis* dictus in *Not. Afr.*, ab Hunerico, Vandalorum rege, Ariano, pro fide Catholica in exsilium est ejectus. Cf. *Morcelli* in *Afr. Chr. I.* 169.

GILBENSIS. *V.* voc. præc.

GILBOA, idem ac Gelboe, hod. *Djelbun*. V. GELBOE.

GILDA, æ, f. 1. (Γίλδα) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est oppidum Mauretaniæ Tingitanæ, hod. *El-Halign*. Memoratur *Mela* 3. 107. *Fr.* «quarum *(urbium)* ut inter parvas opulentissimæ habentur procul a mari Gilda, Volubilis, Banasa etc.». ¶ 2. Est etiam vir doctrina et sanctitate insignis, a. 504. in Britannia natus *(Momms. Chron. min. III.* 5) scriptor in ea regione omnium antiquissimus, cœnobii *Gilda-de Ruys* conditor, auctor operis, quod inscribitur: *De excidio et conquestu Britanniæ ac flebili castigatione in reges, principes et sacerdotes*, Magiocuno regnante a. 547. editi. De eo nulla mentio, quod sciam, fit apud Latinos scriptores. Cf. *Momms. op. cit. III.*, ubi fragmenta operis aliaque ejusdem scripta collegit, et *Schöll, De eccl. Brit. Scotorumque historiæ fontibus*, 1852.

GILDO et, Gr. posit., Gildon, ōnis, m. 3. nom. virile, fort. originis Punicæ, in *Corp. I. L.* 5. 6742. Ita etiam appellatus potentissimus Mauretaniæ princeps et comes Africæ, filius reguli Nubel *(Claudian. b. Gild.* 70., 236. et *alib.*, *Eutr.* 1. 505. et *cons. Hon.* 122). — Fratrem habuit, Firmum nomine, tyrannum, qui Theodosio M. a. 373. rebellavit; sed, homo callidus, ita se gessit erga rebellem ut hic, ad incitas redactus, se ipse strangulaverit, sicque Gildo, Romanorum fautor, potuerit regimen Africæ obtinere, ubi et comes fuit et utriusque militiæ magister *(Ammian.* 29. 5. 5., 21. et 24), a. 393. — Verum, prosperis rebus elatus et ambitione incensus, cui nihil est satis, ab Honorio imp. descivit ac tyrannidem usurpavit, a. 397., hæreticis favit ac schismaticis vetuitque, quo minus frumentum ex Africa in Italiam adveheretur, ut hanc vastam provinciam fame vexaret. Verum Mascezel, alter ejus frater, quem fugere coegerat, cum parvo exercitu Africam ingressus, tyranni copias viribus ac numero longe majores tanto impetu est adortus, ut plenam de iis victoriam referret; quare omni spe destitutus Gildo eodem mortis genere, ac frater, interiit a. 398.; at Claudianus poeta, qui Gildonis bellum cecinit, eum in Sicilia occisum fuisse perhibet. Ejus bona fisco fuere addicta, quibus administrandis magistratus creatus est *(Not. Dign. imp. occ.* 11). — Habuit filiam, nomine Salvinam, sanctitate eximiam; hæc autem Nebridio nupsit, Augustæ sorore nato, et Constantinopoli apud Arcadium imp. degebat, quo mater quoque ac soror se receperunt *(Hieronym. ep.* 79); attamen, domesticis christianæ religionis exemplis nequaquam permotus, contumax paganus miserrime vitam finiit. — Memoratur præterea *Jorn. Rom.* 320. *M., Oros.* 7. *Hist.* 36., *Marcellin.* in *chron.*, *Symm.* 4. *ep.* 4., *Augustin.* 2. *c. Petil.* 184. et *alib.* passim et *Corp.* 9. 4031. et in primis *Claudian. carm. XV.*, quod *De bello Gildonico* inscribitur. — De eo videsis, ex recentioribus, *Pallu de Lessert, Fastes d. prov. Afric. II.* 256. — Hinc *Gildonicus*, adj., ut in titulo poematis modo laudati. — *Gildoniacus*, adj., ut *Comes Gildoniaci patrimonii* in *Not. Dign. imp. occ.* 11. — *Gildonianus*, adj. *Augustin. loc. cit.* Tempus Gildonianum. *et ep.* 58. Optatus Gildonianus. *h. e.* satelles Gildonis. — Cf. *Gildus*, nom. vir. in *Bull. d. Ist.* a. 1873. *p.* 118.

GILDŌNĬĂCUS et

GILDŌNĬĀNUS et

GILDŌNĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

GILGAL, nom. indecl. *(V.* GALGAL), oppidum Judææ inter Bethel et Garizim, hod. *Djiljilia*. *Jos.* 12. 23. et *Deut.* 11. 30. hebr., sed *Vulg.* habet *Galgal*.

GILĬA, æ, f. 1. insula haud procul a Sicilia, ap. *Rav. p.* 406. An eadem quæ *Egiata* in *Tab. Peut.*?

GILLĬAS, æ, m. 1. vir quidam Agrigentinus «opibus excellens, sed multo etiam animo, quam divitiis locupletior, semperque in eroganda quam in contrahenda pecunia, occupatus, adeo ut domus ejus quasi quædam munificentiæ officina crederetur». Ita *Val. Max.* 4. 8. *ext.* 2.

GILLO, ōnis, m. 3. cogn. vir., a quodam vasis genere fort. deductum, præsertim in gente Fulvia. *Corp.* 2. 3437. — Fuit etiam *M. Fulvius Gillo* cons. suff. a. 76. a. Chr. n. *Corp.* 9. 4776. Adde alios ap. *Juvenal.* 1. 40. et *Vopisc. Aurel.* 50. — Cf. *Gillia*, nom. gent. mul. *Corp.* 8. 3448.; et *Gillus*, princeps Crotoniensium, qui Pythagoram, captivum regis Cambysæ, liberavit. *Apul. flor. n.* 15.

GILLUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

GĪLO, nom. indecl. (Hebr. *Giloh* «exsilium», *LXX.* Γηλώμ, cod. Alex. Γηλών et etiam Γηλά: sic latine *Gilon, Gelon, Chilon)*, oppidum in montanis Judææ, patria Achitophel, hod. *Khirbet Djâlâ* vel probabilius *Beit Djâlâ*. Meminit *Vulg. Jos.* 15. 51. et 2. *Reg.* 15. 12. — Hinc *Gilonites*, qui est ex Gilo. *Vulg.* 2. *Reg. loc. cit.* et 23. 34.

GĪLŌNĪTĒS, *V.* voc. præc.

GILPIL, indecl. fluvius Daciæ, in Danubium excurrens. *Jorn. Get.* 113. *M.* — *Rav. p.* 204. Gilpit (Cf. *Zeuss, Die Deutsch. u. die Nachbarst.* 448).

GILVA colonia, oppidum Mauretaniæ Cæsariensis *(Massæsyli)*, inter Siga et Portum Magnum. *Itin. Ant. p.* 13. et *Corp.* 8. *p.* 975., 980. et 2048. — Sunt qui putent esse idem cum vico Arbal. Cf. *Corp.* 8. *p.* 883. et *Cat, La Mauret. Cæsar.* 154.*sqq.*

GIMMĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 860.

GINDARĒNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

GINDARUS, i, f. 2. (Γίνδαρος) oppidum Syriæ in situ edito, hod. *Djindaris*; unde *Gindareni*, incolæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81).

GINGRAS, æ, f. 1. (Γίγγρας, ης) nomen Adonis apud Phœnices *(Athen.* 4. 174., *Eustath.* ad *Il.* 18. 495. *p.* 1157. 42.*sqq.* Γίγγης). — Hinc *gingritus* ap. *Arnob.* 6. *p.* 205. et *gingriator* = tibicen, *ibid.* et *gingrinæ tibiæ* ap. *Solin.* 5 *(p.* 57. 12. *Momms.)*, coll. *Fest. p.* 67. 23.*sqq.* (V. *Gruppe, Gr. Myth.* 949).

GIR (Γεὶρ *Ptol.*, Γὶρ *Agath.*) *Gir*, *is*, declinari posse arguitur ex *Ptol.* 4. 6. 13. — Syllabam fort. habet ancipitem, ut græce: corripit *Sidon. carm.* 7. 75. «Gir Æthiopum Tanaisque Getarum». — De eo *Claudian. carm.* 21. 251. «Quos vagus humectat - et Gir notissimus amnis Æthiopum». Adde *Rav. p.* 6. *Tab. Peut.* Girin (Cf. *Duveyrier, Les Touareg d. Nord* 470.*sqq.* et *Tissot, Géogr. de l'Afr. I.* 91). — Hinc *Gira* v. *Girra* (Γεῖρα), urbs in Æthiopia, quæ apud *Gir* sita videtur fuisse, hod. *El Gerara (Guerrara)*; unde *Girensis*, adj. in *Not. Afr. n.* 9. et *Girræus* v. *Girrhæus* ap. *Claudian. carm.* 47. 20. «Hunc bibit infrenis Garamas domitorque ferarum Girrhæus, qui vasta colit sub rupibus antra» (V. *Müller zu Ptol. I. p.* 752).

GĪRĂ, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

GIRBA, æ, f. 1. (Γίρβα) insula cum oppido provinciæ Romanæ in Africa, in ora meridionali Syrtis parvæ *(Ampel.* 6), fertilissima, olim Meninx dicta, patria Treboniani et Volusiani impp., hod. *Djerba*. Memoratur *Vict. epit.* 31. «Insula Meninx, quæ nunc Girba dicitur». Adde *Cyprian. sent. episc. Tab. Peut.* et *Itin. Ant. p.* 518. — Insuper animadvertimus, quondam *Girbam* a *Meninge* fuisse distinctam, teste *Ampel. l. c.*; postea vero eandem habitam, ut scribit *Vict. epit. l. c.*; tum etiam duas distingui *Girbas* civitates, unam in provincia proconsulari, alteram in Tripolitana: ita *Morcelli in Afr. Chr. I. p.* 170. et *Vict. Vit. pers. Vand.* 1. 7.; contra vero *Wilmanns* in *Corp.* 8. *p.* 9. unam tantum agnoscit in insula Meninge Tripolitanæ provinciæ. — Hinc *Girbensis*, adj. ad Girbam pertinens, ut *Victor Girbensis* ap. *Vict. Vit. pers. Vand. l. c.* — *Girbitanus (Gerbitanus)*, adj. idem, ut *Girbitana purpura* ap. *Treball. Claud.* 14. et *Porphyr.* ad *Hor.* 2. *ep.* 2. 181. Adde *Augustin.* in *ps.* 86. *serm.* 2. et *Not. Dign. imp. occ.* 10.

GIRBENSIS et

GIRBITĀNUS. *V.* voc. præc.

GIRENSIS et

GIRRHÆUS. *V.* GIR.

GIRU MARCELLI et

GIRU TARASII, loca in Numidia, seu oppida, cum episcopi sede. *Not. Numid. n.* 4., 52. et 121. in *Halms Vict. Vit. p.* 65. 66.

GISACUS, i, m. 2. ¶ 1. Nom. dei Celtici in *Inscr.* ap. Aulercos Eburovices *(Vieil-Evreux)*. *Corp.* 13. 3197 (V. *Drexler, Roschers Lex. Myth.* s. v.). ¶ 2. Vicus duplex, ut videtur, in Gallia, in titulis Chr. ap. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. p.* 204. et 205.

GISGO v. Gisco, ōnis, m. 3. (Γέσκων et Γέσκων) nom. vir. Punicæ originis. Memorantur hoc nomine — *a)* Pater Hamilcaris ejus, qui Agathoclem vicit a. 311. a. Chr. *Justin.* 22. 3. et 8. — *b)* Pater Hasdrubalis, qui a. 202. a. Chr. dissuadens pacem cum Romanis, ab Hannibale e superiore loco detractus est, ut ait *Liv.* 30. 37. — *c)* Halmicaris filius, homo seditiosus, qui ad bellum Romanis inferendum Carthaginienses accendit. *Liv. epit.* 40.

GISĬA, æ, f. 1. urbs Hispaniæ. *Liv. epit.* 28., ubi alii leg. *Cytibia*, pro qua ap. *Liv.* 28. 22. ponitur *Astapa*.

GISSA, æ, f. 1. (Scribitur *Kissa, Cissa, Chissa, Kessa)* insula sinus Illyrici, hod. *Pago*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (140). Cf. *Jirecek, Die Rom. in d. Städt. Dalm.* etc. *I.* 64. et *Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 231.

GITANÆ, ārum, f. plur. 1. oppidum Epiri haud longe a mari. *Liv.* 42. 38 (Cf. *Cramer, Hist. and Geogr. Descr. of Greece I.* 110).

GITTĒUS, i, m. 2. cogn. vir., fort. a loco aliquo sumptum, idemque quod *Citteus*. Occurrit autem *Corp.* 8. 9124.

GITTĬĀNUS, fundus in pago Albensi Velejate, in *Tab. alim. Velej.* 3. 23., fort. a gente *Gittia* appellatus.

GIUFI, locus seu oppidum in Africa, ex ejus ruinis cognitum, ubi nunc *Bir Mcherga* et *Henchir Khemissa*, ca. XL. m. p. a Carthagine, in *Inscriptionibus* ibi repertis. *Corp.* 8. *p.* 108., 1273. et 2425. — Hinc *Giufitanus*, adj. *ibid.* 8. 866. — *Giufitensis*, adj. in *Act. Coll. Carth.* a. 411. *Cogn. I. n.* 126. Cf. *Morcelli* in *Afr. Chr. I. p.* 174.

GIUFĪTĀNUS, a, um, et

GIUFĪTENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

GL

GLĂBER, bri, m. 2. (depilis) cogn. vir., a vitio corporis ductum, ut *Clodius Glaber* ap. *Flor.* 3. 20. 4. — *Glabra*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1849. Glabrai *(genet. arch.)*. — Hinc *Glabrio (onis)*, cogn. vir., usurpatum in gente Acilia. *Corp.* 3. 9795. — Memorantur — *Glabrio (M.' Acilius)*, cons. cum *Homullo* a. 152. p. Chr. ap. *Auct., Coll. Leg. Mos. et Rom.* 3. 3. 6. — *Glabrio (Acilius)* proconsul Asiæ a. 186. p. Chr., σοφιστής *(Arist. or. XXVII. p.* 530. et 531. *Dind.)*. Cf. *Waddington, Mém. de l'Acad. d. Inscr. XXVI. p.* 246. et *Fast. De l'As. min.* 218.*sq.* — *Glabrio*, cons. a. 186. p. Chr. cum M. Aurelio Commodo Antonino Aug. *V.* ACILIUS. — *Glabrio (Acilius)*, filius Aquilini, originis Trojanæ, Burdigalæ magister Ausonii, prius grammaticus, dein advocati munere functus, juvenili ætate mortuus. *Auson. prof. Burd.* 25.

GLĂDĬĀTOR, ōris, m. 3. (gladius) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Grut.* 338. 6., si genuina est.

GLÆSĀRĬA, æ, f. 1. *Glessaria* quoque v. *Glesaria* scribitur; est autem insula apud Chersonesum Cimbricam in sinu Codano, a *glæso* seu sucino, quo abundat, sic dicta, sed germ. *Austeravia* v. *Austravia*, i. e. insula orientalis (V. *Zeuss, Die Deutsch.* 157. et *Müllenhoff, Deutsch. Altertumsk. I.* 482). Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (97). Glæsaria a sucino militiæ appellata a barbaris Austeravia præterque Actania. Adde 37. *ibid.* 3. 11. (42). *Solin.* 20. Glæsaria dat crystallum, dat et sucinum, quod sucinum Germani gentiliter vocant glæsum. — Sim. *Glæsiæ (arum)*, insulæ prope Britanniam, quas alii leg. *Glæsariæ* v. *Glessariæ*, ap. *Plin.* 4. *ibid.* 16. 30. (103).

GLĂPHȲRUS, i, m. 2. (γλαφυρός, *elegans, venustus)* cogn. vir. et etiam nom. serv. ac libertin. *Corp.* 2. 196. et 10. 1574. et *Bull. d. Ist. arch.* a. 1872. *p.* 140. — Fuit etiam hoc nomine citharœdus famosus, teste *Antip. Thess.* in *Anthol. Gr.* 28. — Tropice, pro optimo quovis citharœdo ap. *Juvenal.* 6. 77. et *Martial.* 5. 7. — *Glaphyra (Glaphyre)*, cogn. mul. itemque nom. serv. ac libert. mul. *Corp.* 10. 3067. et 4249. et 4. 1664. Scribitur etiam *Glafyra* et *Glapira*, et, forma producta, *Glaphyrini* in *Corp.* 10. 4158. — Fuit hoc nomine mulier pulcherrima, Archelai, olim Cappodociam regentis, uxor, cum qua consuetudinem habuit M. Antonius, atra bile exprobratam ab Augusto in epigrammate, quod habet *Martial.* 11. 20., conjugis Fulviæ odio in adulterum concitato. — Item ejus neptis, quæ nupsit Alexandro, Herodis M. filio (Cf. *Jos. ant.* 16. 1. et 7. et *b. J.* 2. 7); hoc autem mortuo, Jubæ, regi Numidiæ, at non, post hujus obitum, alteri Herodis M. filio Archelao, ut idem *Jos. ibid.* tradit, quod falsum esse demonstrat *Momms.* in *Ephem. epigr. I. p.* 277. *sq.*

GLAUCĒ, es, f. 1., et

GLAUCĬA (as), æ, m. 1., et

GLAUCĬDĒS, is, m. 3., et

GLAUCIPPUS, i, m. 2. *V.* GLAUCUS.

GLAUCONNĒSUS (Glauco Nesos), i, f. 2. (Γλαύκου νῆσος, i. e. insula a Glauco Carystio appellata: vd. GLAUCUS) insula maris Myrtoi maxime illustris, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 22. (65)., hod. *Elland*, Καβα λιάνη inter Αιμ. 'Αρμυρότωμος ad Eubœam et Rhamnum in Attica (V. *Kotsowillis*, Λιμενοδείκτης 276).

GLAUCŌPĬUM, ii, 2. nom. mul., ὑποκοριστικῶς usurpatum *(vezzeggiativo)*, demin. a γλαυκῶπις, i. e. cæsios oculos habens (Cf. *Gell.* 2. 26. 19), epithet. Minervæ *(Hom. Il.* 4. 439., coll. 9. 390. et *Od.* 2. 420. etc., *Pind. Ol.* 7. 51. et *Nem.* 7. 96. et 10. 7., *Soph. Œd. Col.* 705. et *Arist. Thesm.* 317). Legitur in *Inscr.* ap. *Maffei, Mus. Ver.* 298. 1., ubi *Glaucopi* (genet.). Cf. ABROTONIUM.

GLAUCUS, i, m. 2. (Γλαῦκος, a γλαυκός, *cæsius, cæruleus)* nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. In titulis cogn. vir. frequentissimum et etiam nom. serv. ac libert. *Corp.* 5. 7061., 10. 7237. et 2. 1568. — *Glauca,* cogn. mul. *C.* 2. 291. et 4390. - 5. 1974. Glauce. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Glaucus, nom. mythicum viri cujusdam, qui et inter deos fuit dein relatus (*Val. Fl.* 1. 190. et 286. 606. et *Propert.* 2. 26. 13) vel creditus filius Posidonis et nymphæ Naidis (*Athen.* 7. 296 *c*). Fuit igitur — *a)* Vir, de quo varia exstat fabula. — α) Dicitur piscator fuisse ex Anthedone, oppido, non Palæstinæ (*El-Blachije*), ut quidam putant, sed Bœotiæ (ap. *Lukisi*), ad ripam Euripi (*Mythogr. I. fab.* 99., coll. *III. fab.* 11); sive, ut alii tradunt, Anthedonis filius (*Mythogr. II. fab.* 168), qui quum pisces captos in ripa explicuisset, et illi subito, contacta quadam herba, se colligentes in mare prosiluissent, admiratus herbæ illius vim et ipse degustavit et pisces secutus in aquam insiluit marisque deus ab Oceano et Thetide factus est, inferiore parte in piscem, seu in Tritonem versus. Ita *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 823., coll. *Auson. Mos.* 276.*sqq.* Hinc *biformis* dictus *Claudian. carm.* 86. 12. et canitiem immortalibus herbis ligare, *carm.* 10. 158. — Proverbialiter ap. Græcos: Γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάττῃ (*Apost. Cent. V.* 49. et *Palæph.* 27). — Hinc *Glaucius*, adj., ut *Glaucia proles* ap. *Augustin. ep.* 14. — β) Aliter, insignis urinator, qui sæpe, inspectantibus suis civibus, in fluvium se dejiciebat diutiusque sub aqua moratus semper emergebat; sed tandem quodam die, illis exspectantibus, non rediit; ob id igitur eum credidit vulgus deum maris factum fuisse (*Ovid.* 13. *Met.* 905.*sqq.* et *Stat.* 7. *Theb.* 335). — γ) Vel venator qui herbæ in animalia semimortua vim callebat, sed, dum procellæ sæviebat furor, κατὰ Διὸς βούλησιν se in mare præcipitem dedit (*Nicand.* ap. *Athen.* 7. 297. *A.*). — *b)* Deus, quum Scyllam, Cratæidis filiam, in eodem mari versantem conspexisset, pulcritudine ejus accensus est; quæ tamen illum aversata in mare se condidit: itaque is ad Circen venit, obsecrans remedia, ut amanti succurreret. Circe contra, Glauci ipsius non levi cupiditate capta, quum non posset eum a proposito retardare, venit in locum, in quo Scylla ablui consueverat veneni̇sque imbuit, quibus pube tenus canibus est efferata, ut amantibus odio esset ac timori. Ita *Forcellin.* ex *Ovid.* 14. *Met.* 14. *ibid.* 16.*sqq.*, coll. *Mythogr. I. fab.* 3. et *II. fab.* 169. et *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 420.: sed *V.* SCYLLA. — Memoratur etiam *Stat.* 1. *Silv.* 2. 128. et 3. *ibid.* 2. 37. et *Ovid.* 7. *Met.* 233. et 6. *Fast.* 750. et 553. — Cultus fuit præsertim Potniæ et Anthedone, unde ortæ de eo mythicæ narrationes (*Dicæarch. FHG. II.* 259. 23), nautarum ac piscatorum deus. — Comicis quoque fabula argumentum præbuit; unde *Glaucum saltare* ap. *Vellej.* 2. 83. *de Planco*, qui nudus caputque redimitus arundine et undam trahens, genibus innixus Glaucum saltavit in convivio M. Antonii, quod proprium erat pantomimorum, qui choreas agitabant gestu rem comicam significantium. *V.* SALTO. — 2.°) Glaucus, Sisyphi et Meropes seu Meropæ filius (*Schol. Plat. Rep.* 611. D. « τὸν Γλαῦκόν φασι Σισύφου καὶ Μερόπης εἶναι υἱόν », *Æschyl. fragm.* 39. et *Mythogr. I. fab.* 234), ex Potnia, Bœotiæ urbe (*Id. I. fab.* 100). — De eo duæ fabulæ narrantur. — *a)* Glaucus equas habuit, quas adsueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius. Ipsum autem, quum alimenta defecissent, devoraverunt in ludis funebribus Peliæ (*Æsch. frg.* 39., *Paus.* 6. 20. 19. et *Hygin. fab.* 250. et 273); quamquam sunt qui eas non Glauci, sed Diomedis, regis Bistoniæ seu potius Thraciæ, fuisse tradunt, de quo *V.* DIOMEDES. — *b)* Aliter, Veneris sacra quum Glaucus sperneret et equas ab coitu prohiberet, quo velociores essent in hostes, dea irata ejus equabus injecit furorem, sicque ab illis ipse quoque devoratus est (*Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 268., coll. *Mythogr. II. fab.* 72. et *III. fab.* 11. *n.* 2., *Hygin. fab.* 250. et 273. et *Paus.* 2. 4. 3). — 3.°) Glaucus, Lycius, filius Hippolochi (*Hom. Il.* 6. 119. et 144. et *alib.*), a Glauco primo linea recta descendens, patruus Bellerophontis, Lyciorum rex (*Hom. Il.* 6. 196. et 206), una cum Sarpedone in Priami auxilium Trojam profectus, strenue dimicavit (*Dict.* 2. 3), Iphinoum et Bathyclem occidit (*Hom. Il.* 7. 13.; 16. 538); cum Diomede congressus, hospitio cognito (*V.* DIOMEDES), a certamine cum eo discessit armaque ambo mutuo permutarunt. Fertur autem tanta ille fuisse stupiditate ut aurea sua pro aeneis Diomedis armis acceperit; unde *Glauci et Diomedis permutatio* in proverbium venit, quum permutatarum rerum inæqualitas signatur (*Plin.* 5. *ep.* 2., coll. senior. 33. *Hist. nat.* 1. 3. [7]). — 4.°) Glaucus, filius Priami, Trojanus (*Apoll.* 3. 12., 5., 8. et *Hygin. fab.* 90), a Diomede interfectus (*Hygin. fab.* 112). — 5.°) Glaucus, Imbrasi filius, frater Ladi, Lycius, socius Æneæ, cum fratre a Turno occisus. *Virg.* 12. *Æn.* 342.*sqq.* — 6.°) Glaucus, Cyzicenus, unus ex Argonautis in nocturna pugna Cyzici ab Hercule interfectus. *Val. Fl.* 3. 153. — 7.°) Glaucus, pater Turni, ex Venilia, Rutulorum regina, memoratus *Mythogr. I. fab.* 202. — 8.°) Glaucus, magister grammaticæ Græcæ Augustoduni a. 297., ætate senili validus, ap. *Eumen. paneg.* 4. 17. — 9.°) Glaucus, Antenoris filius (*Paus.* 10. 27. 3) ac socius Paridis in raptu Helenæ (*Dict.* 3. 26); quare ab Antenore expulsus est et cum Diomede pugnans Agamemnonis telo interfectus (*Id.* 4. 7. et 5. 2., coll. *Hygin. fab.* 113. et *Paus.* 10. 27. 3). — 10.°) Glaucus, Minois et Pasiphaes filius (*Apoll.* 3. 1. 2., *Hygin. fab.* 136., *Eustath.* 369. 20), qui, quum in dolium melle plenum ludens excidisset et soffocatus esset, ab Æsculapio, Apollinis filio, ad vitam est revocatus (*Hygin. fab.* 49., ubi est *Asclepius* pro *Polyidus*: cf. *Ovid.* 6. *Fast.* 553.*sq.*); hinc proverb. « Γλαῦκος πιὼν μέλι ἀνέστη » (*Apost. Cent. V.* 48). *V.* POLYIDUS. — Hic « venit ad Italiam, et quum sibi imperium posceret nec acciperet, ideo quod nihil præstabat, sicut ejus pater præstiterat zonam eis (*Italis*) transmittendo, quum antehac discincti essent, ostendit et scutum militare, a quo et ipse *Labicus* dictus est (*Virg. l. c.* « picti scuta Labici ») et ex eo populi, ἀπὸ τῆς λαβῆς, quam latine *ansam* vocamus ». Ita *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 796., qui ad 8. *Æn.* 72. eundem Glaucum, de quorundam auctoritate, refert, Tiberinum, a quo fluvius Tiberis est dictus, interemisse. — Alia videsis ap. *Preller, Röm. Myth. II.* 131., 8.; *Gruppe, Gr. Myth.* 816. et 887. et *Weicker, PWK.* 7. 1415.*sq.* — 11.°) Glaucus, Carystius, Demyli filius, laudatus inter nobiles pugiles a *Pind.* ap. *Lucian. Imag.* 19., *Paus.* 6. 10. 1., *Æschyl.* 3. 189., *Demosth.* 18. 319. et *Philostr. gymn.* 2. 261., 18. 284., 28. *Kays.*, victor in ludis Pythiis, Nemeis et Isthmicis, cujus victoria et in Olympicis laudatorem habuit Simonidam (*frg.* 8. *Bergk*). V. *Förster, Olymp. Sieger* Zwickau 1891. Memorat e Latinis *Quintil.* 11. 2. 14. — 12°.) Glaucus, frater Platonis, memoratus *Apul. dogm. Plat.* 2. — 13.°) Glaucus, Chius, qui primus excogitavit ferri glutinum (σιδήρου κόλλησις = ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητόν *Herod.*; ἐγγυθήκη τις σιδηρᾶ *Heges.* et ὑπόθημα σιδηροῦν *Paus.*), i. e. ferrumen (*saldatura*), teste *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. XXI. 3 (a. 694. v. 677. a. Chr.), quod industriæ magno fuit emolumento (Cf. *Perrot et Chipiez, Hist. de l'art VIII.* 181.; *Martha, L'art étr.* 109. *fig.* 101., coll. *Pinza, Röm. Mitt. XXII.* 1907. *p.* 115.; *Klein, Kunstgesch. I.* 133.; *Overbeck, Plast. I.* et *Blümner, Technol. IV.* 294). — Proverbialiter Γλαύκου τέχνη ap. *Dionysod.* (V. *Hesych.* s. v.). — 14.°) Glaucus, Samius, a quo sex prosodias (*i. e.* prosodiæ genera) esse refert *Serg.* in *Explan. ad Donat.* 1. *p.* 530.*sq.* *K. Schol. Plat. Phæd.* 108. d. « τέχνη γραμμάτων, ἣν ἀνατιθέασι Γλαύκῳ Σαμίῳ » recte huic grammatico tribuit. — 15.°) Glaucus, rhetor eloquio potens, laudatus *Eumen. pro rest. Schol. orat.* 17. Cf. *n.* 8. — *Glauca* — 1.°) Una Nereidum, Nerei et Doridis filia, ap. *Hygin. fab. præf.*, coll. *Hes. theog.* 244., ex Upi mater, ut videtur, Dianæ tertiæ, ap. *Cic.* 3. *Nat. D.* 23. 58., coll. *Ampel.* 9. et *Hom. Il.* 18. 39 (V. *Furtwängler-Reichhold Taf.* 57. 3). — 2.°) Item filia Opis, eodem partu cum Plutone edita. *Lact.* 1. 14. — 3.°) Item Creontis, Corinthiorum regis, filia, Iasonis uxor data a patre loco Medeæ, teste *Hygin. fab.* 25., coll. *Auson. epigr.* 130. et *Dracont. carm. min.* 10. 369., 426., 447. et 494., alio nomine *Creusa* v. *Creontela* (*Furtwängler-Reichhold Taf.* 90. et *Usener, Rh. Mus.* 1898. *p.* 359), nisi duplex forsitan sit fabula (V. *Welcker loc. cit. p.* 1395). — 4.°) Item una Amazonum ap. *Hygin. fab.* 163. — 5.°) Item Cycni uxor, Ajaci tradita, ex quo Acantidem suscepit., ap. *Dict.* 2. 13. et 5. 16. — 6.°) Item puella, quæ Ptolemæo regi, cui erat dilecta, cithara canebat, quam eodem tempore et aries amasse proditur, ut ait *Plin.* 10. *Hist. nat.* 22. 26. (51). — Hinc *Glaucia* v. *Glaucias* — *a)* Cogn. vir. et etiam nom. serv., frequens in gente Servilia. *Corp.* 5. 8228. et 10. 3790. — *b)* In libris occurrunt — *Glaucia*, Illyriorum rex, ap. *Justin.* 17. 3. — Item medicus empiricus, Heraclidæ Tarentini magister, ap. *Cels. præf. I.* 1. et ap. *Plin.* passim, qui eum inter fontes suos recenset in *Ind. ll.* 20-27. et *Gargil. med. de pom.* 17. — Item homo seditiosus, a. 654-100. interfectus, ap. *Quintil.* 2. 16. 5. et *Val. Max.* 3. 2. 18., prætor, non vero consul, ut falso dicitur *Ampel.* 28. — Item libertus Atedii Melioris, celebratus *Stat.* 2. *Silv.* 1., coll. *ep.*, huic carmini præmissa, et *Martial.* 6. 28. et 29. — Fort. etiam. nom. mul. in *Cod.* 4. 32. 24. — *Glaucides* (Γλαυκίδης), nom. vir., statuarius ex iis, qui fecerunt « athletas et armatos et venatores sacrificantesque », ut scribit *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (91). — *Glaucio (onis)*, cogn. vir., demin. Græcorum more. *Corp.* 10. 5496. — *Glaucis (idis)*, nom. catellæ, ap. *Propert.* 4. 3. 55., ubi *Glaucidos* pro *Glaucidis*, Gr. posit. (genet.). — *Glauco* (Γλαύκων), *onis*, nom. vir. serv. *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 709. *n.* 307. — Compos. *Glaucippus* (Γλαύκιππος), nom., quo memorantur — auctor Græcus, qui de sacris Atheniensibus (περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἱερῶν) scripsit, teste *Macrob.* 1. *Sat.* 13. 14. — Item rhetor Cappadox, laudatus *Senec. contr.* 9. 25. — *Glaucippe* (Γλαυκίππη), filia Danai ex Polyxo, quæ prima nuptiarum nocte sponsum suum interfecit. *Hygin. fab.* 170., coll. *Apoll.* 2. 1. 5.

GLĒVENSIS. *V.* voc. seq.

GLĒVUM, i, n. 2. oppidum v. statio viæ Romanæ in Britannia (*Flav. Cæsar.*) ab Isca Callevam, hod. *Glocester,* caput Dobunorum. *Rav. p.* 427. habet *Glebon colonia* (fort. condita ab Imp. Nerva), quæ lectio firmatur *Corp.* 7. 54. « DECVRIO COLONIAE GLEVENSIS », fort. *leg. II. Augustæ*. — In *Itin. Ant. p.* 485. Clevo.

GLINDITIŌNES, um, m. plur. 3. (Γλινδιτίωνας *App.*) populus Illyricus in Dalmatia, ab Octaviano a. 35. a. Chr. non sine magno conatu subactus (*Appian.* 3. 16). Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (143).

GLITĬUS, ii, m. 2. (Γλίτιος) nom. gent. vir., fort. idem ac *Glicius* ex solita permutatione litt. *t* et *c*. *Corp.* 5. 6984. et 5. 7087. — *Glitia* — *a)* Nom. mul. *C.* 8. 3680., coll. *Renier n.* 689. et 10. 446., perperam *Glitus* ap. *Orell. n.* 3268. — Fuit etiam hoc nomine — Vestiliæ maritus, ap. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 5. 4. (39).; quam lectionem mire variam prætulit *Momms.* in *Corp.* 5. *p.* 785. — Item consul (*Q. Glitius Atilius Agricola*) iterum a. 103. p. Chr., in *Dipl. Corp.* 3. *p.* 864., nam de anno, quo primum consulatum habuerit, nihil statui potest; ex *Corp.* autem 5. 6974-6984. colligitur, quot quantisque et donis et honoribus fuerit cumulatus. V. *Momms.* in *Corp.* 5. *p.* 785. — De monumentis ad eum pertinentibus V. *Borghesi, Œuvr.* — Item maritus (*P. Glitius Gallus*) Egnatiæ Maximillæ, quæ eum, accusante Quintiano (*Tac.* 15. *Ann.* 56), exsilii a Nerone damnatum, secuta est (*Id. ibid.* 71). — *b)* Adj., ut *Glitia lex,* quæ videtur testamenta inofficiosa respexisse, ut argui potest ex *Dig.* 5. 2. 4. — Hinc *Glitianus*, adj., ut *Glitianus fundus* in pago Albense Velejate. *Tab. alim. Velej.* 3. 67.

GLŌRĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. deæ, quæ gloriæ assequendæ præesse credebatur. Cf. *Horat.* 1. *Sat.* 6. 23. et 2. *Ep.* 1. 177. Adde 1. *Ep.* 18. 22. et *Optatian. paneg.* 8. 6. et 11. 7. — Cirtæ repertum est altare cum hac inscr. (*Corp.* 8. 6949) « GLORIAE AVG(*ustae*) SACRVM. Sic legitur etiam *Gloria* in nummis, imperii temporibus, primum Probi imp. (*Cohen, Méd. Imp. VI.* 279), dein sæpe Constantini M. ejusque successorum, quam sequuntur addita: *exercitus, Romanorum, reipublicæ, Augusta, perpetua, perpetua Augusta, Constantini Augusti, sæculi, novi sæculi, orbis, æterna senatus.* ¶ 2. Est etiam cogn. et nom. mul. in *Inscr.* ap. *De-Rossi, R. S. III.* 291. — Abs. in *Corp.* 3. 3087. — Hinc *Gloriosus* et *Glorinus*, episcopi Mauretaniæ Cæsariensis, ille Donatista, hic Catholicus et primas, in exsilium pulsus ab Hunerico, Vandalorum rege a. 484. *Notit. Afr.* et *Act. Coll. Carthag. Cogn. I.*[2] 198.

GLYCĒ, es, f. 1. (γλυκύς, *dulcis*) cogn. mul. *Corp.* 9. 192. — *Alia ibid.* 2. 3759 Glyceni (*dat.*), forma producta. — *Glycia* (Γλυκεῖα), cogn. mul. *Inscr.* ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 128. — *Corp.* 10. 2408. Glucia. — *Glycinna*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1150. et *Corp.* 10. 1267. — *Glyco* v. *Glycon* (Γλύκων), cogn. vir., frequens etiam ut nom. serv. et libert. *Corp.* 5. 4582. *Ibid.* 10. 4009. Gluco. — Fuit etiam hoc nomine poeta lyricus Græcus, auctor metri, quod ab eo *Glyconium* est dictum (*Heph. de metr.* et *poem. c.* 10). Hinc *Sidon.* 9. *ep.* 13. in *carm.* « Dum metro quatitur chorda Glyconio ». *V.* GLYCONIUS (Glyconeus) in *Lexico*. — Item Græcus declamator, suo tempore insignis, cujus sententias plures refert *Senec. rhet.* in suis *suas.* et *contr.* libris. Memoratur etiam *Quintil.* 6. 1. 41. Glycon, cui Spiridion fuit cognomen etc. — Item tragœdus, Neronis tempore, de quo *Schol.* ad *Pers.* 5. 7. Glycon tragœdus populo mire placuit et ideo a Nerone manumissus est. — Hic fuit staturæ longæ, fusci corporis, labio inferiore demisso, antequam subornaretur, deformis, nescius jocari, propter quod eum *insulsum* Persius dixit. — *Glyconis (idis)*, cogn. mul. demin. *Corp.* 8. 2922. — Abs. in *alia* metrica, ap. *Grut.* 654. 5. — *Glycerus* (γλυκερός, *dulcis*), cogn. vir. 5. 4244. — Abs. *Ibid.* 8. 3563. — *Glycera* (*Glycere*), nom. mul. et cogn. Rom.; item nom. serv. ac libert. *Corp.* 8. 7390. et 10. 8264. — *Alia ibid.* 2. 1820. Glucera. *et* 3. 3173. Clucere (*sic*). — Fuit etiam puella ab *Horat.* adamata, quam memorat 1. *Od.* 19. et 30. et 3. *ibid.* 19. — Item puella amica Tibulli. — *a)* Proprie. *Horat.* 1. *Od.* 33. 2. Albi, ne doleas, plus nimio memor Immitis Glyceræ. — *b)* Translate de quacumque puella pulcherrima, in plur. num. *Auson. epigr.* 18. Laidas et Glyceras, lascivæ nomina famæ etc. Cf. *Martial.* 6. 40., 11. 40. et 14. 187. — Item, puella coronaria et coronarum inventrix, Pausiæ pictori vehementer amata. *Plin.* 21. *Hist. nat.* 2. 3. (4). et 35. *ibid.* 11. 40. (125). — Hinc *Glycerium*, nom. mul., ὑποκοριστικῶς usurpatum (*V.* ABROTONIUM), persona comica in *Ter. Andria.* Adde *Ovid. Ib.* 528., ubi de *Glycerio* v. *Glyceris,* uxore Eupolidis, agit. — *Glycerius* (Γλυκέριος), cogn. vir. *Corp.* 5. 2964. — Fuit etiam ita vocatus imp. Aug. a. 473-474., Ravennæ creatus post Olybrium « plus præsumptione quam electione », ut scribit *Marcellin.* in *chron.*, seu tyrannico more, ut ait *Jorn. Rom.* 338. *M.*, coll. *Get.* 239., quem Nepos, anno expleto, depulit, et episcopum consecrandum curavit, et quidem Salonitanum, ut refert *Marcellin.* in *chron.* a. 474. et 475. Adde *Ennod. vit. s. Epiph. p.* 350. — De nummis vd. *Eckhel,* 8. *p.* 198.*sq.* — Item episcopus Mediolanensis, ap. *Ennod. carm.* 2. 82., ubi prima syllaba licenter producitur. — *Glyceros (otis)*, comm. gen., a γλυκύς et ἔρως, *amor*, quasi vir dulcis et amabilis. *Corp.* 8. 10980.

GLŸCĔRA, æ, f. 1., et

GLŸCĔRĬUM, ii, f. 2., et

GLŸCĔRUS, i, m. 2., et

GLŸCO (Glycon), ōnis, m. 3. *V.* voc. præc.

GLYMPĬCUS, i, m. 2. nom. canis venatici, ap. *Grat. cyneg.* 213., ductum a *Glympis* (Γλυμπεῖς), castello ad merid. a. Basilii prope torrentem Leonidi (*Boblaye-Recherch.* 97), in loco prærupto. V. *Bölte, PWK.* 7. 1476.

GLYPTUS, i, m. 2. (Γλυπτός, *sculptus*) cogn. vir. *Corp.* 10. 6803. et ap. *Orell. n.* 2617. Adde *Martial.* 2. 45. — Hinc *Glyptianus*, cogn. vir. *Corp.* 9. 2149.

GN

GNÆUS. *V.* CNÆUS.

GNĀTA, æ, f. 1. cogn. mul., idem ac *nata,* in *Corp.* 5. 5882.

GNATHĬA, æ, f. 1. (Γναθία: a γνάθος, *maxilla*, fort. a forma corporis ita appellata; sed *Mayer, Röm. Mitt. XIX.* 2278 [*Philol. N. F. XIX.* 583] ducit a v. Rhod. ἔγνητας = αὐθιγενεῖς). Scribitur varie ap. Græcos, ut Ἐγνατία (*Ptol.* 3. 1. 15) v. Ἰγνατία (*Strab.* 6. 3, 7. et 8) v. Γναθίνων (*Inscr. Gr.* 14. 685. reperta prope *Fasano*), et ap. Latinos, *Gnatia* sine aspiratione (*Horat.* 1. *Sat.* 5. 97., *Mel.* 2. 66., *Porphyr.* ad *Hor. l. c.* et *Itin. Ant. p.* 315. v. *Egnatia*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. [102]) v. *Ignatia* (ap. *eund.* 2. *ibid.* 107. 111. [240]), unde *Ignatinus ager* (ap. *Gromat. p.* 262. *Lachm.*) v. *Leonatia* (in *Itin. Hieros. p.* 609. et ap. *Rav. p.* 261), ita ut, monente *Momms.* in *Corp.* 9. *p.* 28., statui possit, quæ olim *Gnathia* v. *Gnatia*, posteriore ætate *Egnatiam* dictam fuisse. — Est autem oppidum Italiæ (reg. II. Apul.) in confinio Calabriæ, ad mare Adriaticum, inter Barium et Brundisium, quod Iapyges condidere, famosum officinis figlinorum a. 350-250. a. Chr., quæ recentiores vocant « vasi di Gnathia » (V. *Pagenstecher, Arch. Anz.* 1909. *p.* 1.*sqq.*), portus (*portus Pædiculorum*), olim celebratus, sed postea a Brundisino obscuratus, hod. *Torre di Agnazzo* v. *Anazzo* v. *Torre d'Egnazia*. — De Gnathia ejusque nummis vd. *Avellino* in *Bull. Napol. I.* 180.; *Mayer, Ceramica dell'Apulia preellenica, Röm. Mitt. XII* (1897) 233.*sqq.* et *Die Keramik d. vorgriech. Apul. XIX* (1904) 227.*sqq.*; *Pepe, Notiz. stor. ed archeol. dell'antica Gn.* (1882). et *Corp. I. L.* 9. *p.* 28.

GNĀTHO, ōnis, m. 3. (cf. γνάθος, *maxilla*) nom. viri, fort. a magnis maxillis dicti vel quia *helluo, manduco*; est enim ita appellatus parasitus in *Terentii Eunucho,* ex quo qui parasiti essent, *Gnathonici* sunt cognominati, teste ipso *Ter. Eun.* 2. 2. 32., coll. *Hieronym. ep.* 50. Huc videtur pertinere *Cic. Læl.* 25. 93., coll. *Phil.* 2. 6. et *Sidon.* 3. *ep.* 15.

GNĀTŌNĬCUS. *V.* voc. præc.

GNĒSĬUS, ii, m. 2. (γνήσιος, *legitime genitus*) cogn. vir. itemque nom. serv. et libert. *Corp.* 5. 1895.; 9. 2585. et 4241. — Hinc *Gnesias (ădis)*, cogn. mul. *C.* 9. 1072.

GNĪDĬUS, et Caidius, a, um, adject., et

GNĪDUS, i, f. 2. *V.* CNIDUS.

GNISSI, ōrum, m. plur. 2. gens Scythica, memorata *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (19)., ubi al. *Psessi*, ad orientem Majotidis contra ostium Tanais.

GNŌMON, ōnis, m. 3., et

GNŌMŌNĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. seq.

GNŌMUS, i, m. 2. (a γνόω, *nosco*) cogn. vir. *Corp.* 8. 10829. — *Gnome* et *Cnome*, cogn. mul. itemque nom. serv. et libert. *Corp.* 10. 4129. et ap. *Orell. n.* 4715. — *Corp.* 5. 4445. Cnomini (*libertæ*) forma producta (*dat.*). — *Gnomon* (Γνώμων), cogn. vir. *Inscr.* ap. *Murat.* 1714. 6. — Abs. *Corp.* 12. 8059 (183). — *Gnomonius,* nom. vir. Abs. *Corp.* 9. 6083 (76).

GNŌSĬĂCUS, a, um, adject., et

GNŌSĬAS, Gnossias et Cnosias, ădis, f. 3. *V.* CNOSOS.

GNŌSIS, is, f. 3. (Γνῶσις, *scientia, cognitio*) nom. æonis Gnosticorum. *Interpr. Iren. hær.* 1. 29. 3. « Ex Anthropo et Gnosi natum lignum, quod et ipsum Gnosim vocant ».

GNŌSĬUS, Gnossius, Cnossius et Cnosius, a, um, adject. *V.* voc. seq.

GNŌSOS, Gnossos, Cnosos v. Cnosus, Gnosus et Gnossus, i, f. 2. (Γνωσός et Γνωσσός) antiquissima ac præcipua urbs Cretæ, haud procul ab ora boreali, ad radices montis Idæ, a Curetibus condita, caput regni Minois, olim colonia Dorica, dein expugnata a Q. Metello (*Liv. epit.* 99), postea colonia Romana (*Julia Nova*); patria Epimenidis sapientis, Ctesiphontis architecti et Enesidemi philosophi, labyrintho celebrata, « pharetras agitare docta » (*Luc.* 3. 185), hod. *Makhro-Teikho,* templum habens Cybeli matri sacrum, Minervæ cultrix, quam incolæ civem suam esse volunt, primumque apud se fruges natas adfirmant, audacter cum Atticis contendentes, ut scribit *Solin.* 11. Memoratur a Græcis *Hom. Il.* 2. 646.; 18. 591. et *Od.* 19. 178., *Scyl.* 47, *Pol.* 4. 54., *Scymn.* 587., *Apollod.* 3. 4. 4., *Diod.* 1. 61. et 5., 72.*sq.*, *Strab.* 10. 476., *Ptol.* 3. 17. 10., *Paus. Thes.* 12.; et a Latinis *Mel.* 11. 118., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59)., *Claudian. carm.* 54. 8., *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 222., *Lact.* 1. 11., *Rav. p.* 397., *Hieronym. vir. ill.* 28., *Corp.* 3. *p.* 2046. et 2328 (78). — De ejus nummis vd. *Head*, 460. — Hinc *Gnosius* — *a)* Adj. universim ad Gnoson pertinens seu Cretensis, speciatim vero ad Ariadnem, Cretensem (*V.* infra). *Horat.* 1. *Od.* 15. 17. calamus., *Senec. Œd.* 913. rex. *h. e.* Minos. *Id. Herc. f.* 737. Minos. *Virg.* 6. *Æn.* 566. Rhadamanthus. *et* 9. *ibid.* 305. Lycaon. *Colum.* 10. 52. ardor Bacchi. *i. e.* Ariadne. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 37. 38. (125). Chersiphron. *Avien. phæn.* 196. lux. *Ovid.* 3. *Met.* 28. Ichnobates. *Senec. Agam.* 24. quæsitor. *Virg.* 6. *Æn.* 23. et *Manil.* 4. 788. tellus. *Stat.* 11. *Theb.* 571. urna. *h. e.* Gnosii judicis apud Inferos. *Propert.* 2. 12. 10. et *Virg.* 1. *G.* 222. stella. *i. e.* Ariadne. *Martial.* 13. 106. vindemia. *Hieronym. vir. ill.* 28. urbs. *Senec. Phædr.* 667. monstrum. *i. e.* Minotaurus. *Catull.* 64. 172. litora. *Ovid. Ib.* 556. mella. *Virg.* 5. *Æn.* 306. spicula. *Manil.* 1. 328. monumenta puellæ desertæ. *i. e.* Ariadnes. *Ovid.* 8. *Met.* 40. castra. — *b)* Abs. *Gnosis*, ap. *Tibull.* 3. 7. 7., est Ariadne. — *Gnosii*, incolæ et universim Cretenses. *Cic.* 1. *legg.* 5. 15., *Liv.* 36. 60. et *Solin.* 11. — *Gnosias* (*Gnossias* et *Cnosias*), ad Gnoson pertinens, hinc et Cretensis. *Ovid.* 1. *Art. am.* 293. Gnosiadesque Cydoneæque juvencæ. — Abs. est Ariadne. *Id. ibid.* 556. — *Gnosis (idis)*, patronym. a *Gnosos*, ad Gnoson urbem pertinens, et Cretensis. — *a)* Adj. *Ovid.* 3. *Fast.* 459. Gnosida (acc. Gr. posit.) — *b)* Sæpius abs. est Ariadne. *Id.* 15. *Her.* 25. Gnosida Bacchus amavit. Adde 1. *Art. am.* 527. et *Rem. am.* 745. et *Stat.* 1. *Silv.* 2. 133. et 12. *Theb.* 657. — *Gnosiacus*, adj. Gnosius. *Ovid.* 8. *Met.* 52. rex. *i. e.* Minos, rex Cretæ. *Id.* 9. *ibid.* 668. regnum. *Stat.* 1. *Silv.* 6. 88. corona. *h. e.* Ariadnes Cretensis. *et* 1. *Theb.* 6. arcus. *i. e.* Cretenses. — *Gnosianus,* adj. Gnosius; hinc, absolute, *Gnosiani,* incolæ. *Hieronym. vir. ill.* 27.

GNOSTĬCI, ōrum, m. plur. 2. (Γνωστικοί) genus hæreticorum, de quibus *V.* GNOSTICI in *Lexico.* Hæc tantum addimus ad pleniorem eorum notitiam. — Gnosticorum doctrinæ (γνῶσις), pro diversa eorum secta mire variæ atque obscuræ, sunt philosophiæ orientalis et Hellenicæ cum Christianorum dogmatis commixtio (συγκρᾶσις), ut communis nunc fert eruditorum sententia. Ex una parte (ut ex iis compendium aliquod extundamus) est Bythus (Βυθός), spirituum caput, cui ab altera opponitur materia (ὕλη) æterna v. elementum mali. Ab illo autem emanant alii spiritus (αἰῶνες), qui eo debiliores fiunt, quo a principio sunt remotiores, usque dum minimus ab hac quasi plenitudine (πλήρωμα) in materiam cadit et hinc mundus conflatur. Hoc tamen Demiurgi (Δημιουργός) est opus, qui est ipse Yahwe Judæorum, unde et homines creati; sed horum animæ divinæ, corporibus contra naturam conjunctæ, malum pepererunt, ad quas redimendas Bythos Christum æonem misit. Porro hic homini Jesu se conjunxit vel corpus sumpsit æthereum, ut suam spiritibus, materiæ devinctis, originem unice proderet, non vero ut sacramenta vel ecclesiam, res vanas, institueret. — Hinc harum doctrinarum asseclæ admodum superstitiosi exstiterunt aut, contra, exleges, in varias sectas divisi, Basilidiani nempe, Valentiniani, Ophitæ, Carpocratiani, Bardesaniani, Encratitæ, Marcionitæ, Cerdoniani etc. — De Gnosticis præter veteres *Irenæum, Hippolytum, Epiphanium, Philastrium, Ps.-Tertull., al.,* scripserunt ex professo inter recentiores *Matter, Köstlin, Schmidt, Neander, Baur, Hilgenfeld, Harnack, Bonajuti.* — *Gnostus*, cogn. vir. *Corp.* 10. 1917.

GO

GOBANNITĬO, ōnis, m. 3. vir Arvernus, pater Vercingetorigis, cui nova molienti adversatur, teste *Cæs.* 7. *B. G.* 4.

GŎBANNĬUM, ii, n. 2. statio viæ Romanæ in Britanniam occid., inter Iscam et Viroconium, prope hod. *Abergavenny*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 484. et *Corp.* 7. *p.* 48.

GŎBĀRĒS (Gobaris), is, m. 3. (Γώβαρις) nom. vir. Persicæ originis — *a)* Fuit præfectus regius, cujus opera Euphrates diductus est, ne præcipiti cursu Babylona infestaret, ut scribit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 26. 30. (120). — *b)* Item præfectus urbis Persagadum, quam Alexandro M. tradidit, teste *Curt.* 5. 6. 10.

GŌBRYĀS, æ, m. 1. (Γωβρύης *Her.*, Γωβρύας *Xen.*) nom. vir., Persic. *Gaubaruva (Justi, Iran. Namenb.* 111.*sqq.)* v. *Gaubruva (Bartolomae, Altiran. Wörterb.* 482) v. Babyl. *Ku-bar-ra*, i. e. « dives equis ». — Fuit unus ex septem nobilibus Persis, qui contra Pseudo-Smerdin conjurarunt, teste *Justin.* 1. 9. Cf. *Val. Max.* 3. 2. *ext.* 2. — *Ampel.* 30. Gobries.

GODEGISCLUS, i, m. 2. *(Godigisel)* junior filius Gundiok, regis Burgundionum, qui, mortuo patre a. 473., regnum cum fratre Gundobado divisit seque Genevam recepit, ubi Epiphanius, episcopus Ticinensis, a. 494. eum invisit *(Ennod. vit. s. Epiph.* 376. *H.)*; sed postea cum fratre Gundobado contendit ita ut a Chlodovæo opem clam peteret, qua adjutus bellum fratri inferre eumque occidere posset; sed rerum dein facie conversa, eo ventum est ut Gundobadus fratrem Viennæ obsederit et, urbe capta, proditorem cum ipsius assecils hostes interemerint *(Mar. Avent. chron. min. II.* 234. *M.* et *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 32).

GODIGISELUS, i, m. 2. (Vand. *Gōdagisl)* rex Vandalorum, pater Gunderici et Geiserici *(Procop. b. Vand. I.* 3. 23.; *Theoph.* 5931. et 6026. et *Sidon. carm.* 2. 359) exercitum contra Francos ad Rhenum duxit, sed cum hoste dimicans occubuit *(Greg. Tur.* 2. *Fr.* 9. Cf. *Schmidt, Gesch. d. Wandal.* Leipz. 1901. *p.* 19.*sqq.*).

GŎDŎLĬĀS, æ, m. 1. nom. vir. (Hebr. *Gedalyāh* vel *Gedalyāhû* « magnus [est] v. roboravit Yah [Dominus] »; *LXX.* Γαδολίας) ¶ 1. Fuit filius Ahicam, a Nabuchodonosor, rege Babylonis, Hierosolyma capta ac deleta, Judææ præfectus (4. *Reg.* 25. 22. et *Jer.* 11. 5), apud quem se recepit in Masphath Jeremias, quippe qui ab ejus patre ex inimicorum insidiis liberatus fuisset *(Jer.* 26. 24); mox vero a Judæis, conjuratione facta, dum cum Ismahel proditore convivio accumbebat, necatus est (4. *Reg.* 25., 22-25., coll. *Jer.* 39. 14., 40. 5. 16., 41. 18. et 48. 6). ¶ 2. Item filius Phassur, unus ex optimatibus, qui, permittente Sedecia rege, Jeremiam in lacum projecerunt, ut fame conficeretur *(Jer.* 38. 1.*sqq.*, ubi pro *Gedolias*, ut est in textu Hebr., *Vulg.* habet *Gedelias)*. ¶ 3. Alios vd. 1. *Par.* 25. 3. et 9., 1. *Esdr.* 10. 18. et *Soph.* 1. 1.

GODOMARUS, i, m. 2. rex Burgundiæ, frater Sigismundi, qui a Chlodomeri, Francorum rege, bello petitus terga vertit; sed ejus frater, ab hoste captus, cum familia in custodia positus est. Postea Godomarus, resumptis viribus, Burgundiones colligit regnumque recipit, contra quem Chlodomeris iterum ire decrevit, sed, occiso prius Sigismundo. A qua cæde eum deterruit Avitus abbas, nisi paruisset, periturum vaticinatus. At ille, consilio spreto, Sigismundum cum familia tota interfecit et Burgundias profectus Godomarum ad Viennam adortus vicit, quumque hostem insequeretur, paucis comitantibus, dolo captus occisusque est, ejusque caput amputatum et conto defixum. Sic crudelitatis suæ ac superbiæ pœnam luit, qui victoria sua nihil profecit; Godomarus enim amissum regnum recuperavit. *Greg. Tur.* 3. *Fr.* 9 (Cf. *Jahn, Gesch. d. Burgundionen* 1874).

GŌG, indecl. m. nom. pers. et geogr. (Hebr. *Gôg*; *LXX.* Γώγ). ¶ 1. Fuit vir Rubenites, filius Samaia et pater Semei, memoratus 1. *Par.* 5. 4. ¶ 2. Fuit etiam nom. regionis, ut ex *Apoc.* 20. 8. quidam arguunt (Cf. *Keil, Der Proph. Ezech.* Leipz. 1882. *p.* 372. et *Trochon, Ezech.* Paris 1880. *p.* 261). Id tamen difficultatem facessit, inspectis locis obscurioribus ap. *Ezech.* 38. 2. et 39. 1. et *Apoc. loc. cit.* Nam Gog dicitur habitasse terram Magog appellaturque *Vulg. Ezech.* 38. 2. princeps capitis Mosoch et Thubal, hoc est Scytharum, Moschorum et Tibarenorum. Occurrit porro hoc nomen in Scripturæ genealogiis (1. *Par. loc. cit.)* et in inscriptionibus cuneatis, comparaturque cum Gyge, rege Lydiæ (Assyr. *Gu-gu, Gu-ug-gu*: vd. *Schrader, Die Keilinschr. u. das Alt. Test.* Giessen 1883. *p.* 427); vel accipi potest, ut illis regibus commune, perinde ac *Pharao, Ptolemæus* etc., coll. *King, König (Le Hir, Les trois gr. proph.* Paris 1877. *p.* 346). Quod si Gog utrinque allegorice reges ac populos significat, Christi ejusque Ecclesiæ hostes; hinc perspicuum est non regionem hoc vocabulo indicari sed personam historicam; quin *Lenormant (Les orig. de l'hist.* Paris 1882. *II.* 461) hunc Gog conferendum esse adfirmat cum *Gagu bel er Sa'hi*, id est Gog, domino Sacium seu Scytharum, qui sæc. VIII. a. Chr. horrendas longe lateque vastationes ac cædes intulerant et quorum memoria temporibus Ezechielis exstabat; idcirco Deus voluit, ut Scythæ quodammodo eos adumbrarent, qui in Dei Ecclesiam vim erant illaturi, sed tandem, ut Scythæ, omnino delendi (Cf. *Vigouroux, M. B.* Paris 1896. *II. p.* 748).

GOGARÆI, ōrum, m. plur. 2. populus Indiæ, memoratus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (76).

GŎGARI, ōrum, m. plur. 2. populus Asiæ circa Mæotidem paludem, cujus meminit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 8. 7. (21). Cf. *Strab.* 528. *fin.* « Ἰβήρων δὲ - τὴν Χορζηνὴν καὶ Γωγαρηνὴν πέραν οὖσαν τοῦ Κύρου »., ubi *Gogarene* ab hoc populo videtur appellata, hod. *Gugark'*.

GŌĬM, indecl. plur. m. (Hebr. *Gôîm* « gentes, populi » idololatræ vel plurium deorum cultores [2. *Esdr.* 5. 8., *Jer.* 31. 10., *Ezech.* 23. 30., *Ps.* passim etc.]; *LXX.* Γοείν) nom. commune gentilium apud Hebræos, sed strictiore sensu aliquando usurpatum ut proprium, quo designatur populus, cui præerat rex Thadal, socius Chodorlahomor *(Gen.* 14. 1); fortasse tamen hic *Goim* corrupte dicitur pro *Guti*, quæ est regio memorata in inscriptionibus cuneatis, teste *Winckler* in *Ztschr. f. Assyriol. IV.* 1889. *p.* 406 (cui suffragantur *Hilprecht, Sayce, Delattre)*, sita ad septentr. Babylonis in finibus Mediæ *(Schrader op. cit. p.* 135). — Item rex Goim *Jos.* 12. 23 (LXX. Γεεί, cod. Alex. Γωείμ), qui *Galgal (Gelgel)* incolebat.

GOLAN. *V.* **GAULONITIS.**

GOLGI, ōrum, m. plur. 2. (Γολγοί) oppidum in insula Cypro, ab antiquissimis temporibus Aphroditi sacra, hod. *Gorgus* (hinc *Theocr. edyll.* 15. 100. « δέσποιν' ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας »; unde *Schol.* « Γόλγος πόλις Κύπρου »). Quare *Catull.* 36. 14. *de Venere*: « Nunc, o cæruleo creata ponto, Quæ sanctum Idalium - Colis, quæque Amathunta, quæque Golgos ». *et* 64. 96. « Quæque regis Golgos, quæque Idalium frondosum ». Memorat etiam *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (130).; ex Græcis vero *Lycophr.* 589., *Paus.* 8. 5. 2. et *Steph. Byz.* — De ejus nummis vd. *Head*, 788.

GOLGŎTHA, indecl. (Hebr. *Gulgaltha*, corrupte ex Aram. *Gelgoltha*: a rd. *gālal* « volvit, obvolvit » res circularis, rotunda, uti est cranium; hinc dicitur *calvariæ locus* [Græce κρανίου τόπος] ap. *Matth.* 27. 35., potius a forma, quam ex eo quod refertus fuerit craniis eorum, qui ob delicta ibi interficiebantur, vel a cranio Adam ibi sepulti, ut vulgo creditur) nom. colliculi tam humilis ut *locus* vocetur. Hinc *Hieronym. onom. p.* 161. *P.* « Golgotha, locus calvariæ, in quo Salvator pro salute omnium crucifixus est et usque hodie ostenditur in Ælia *(Jerusalem)* ad septentrionalem plagam montis Sion ». *et Itin. Hieros. p.* 593. « Monticulus Golgotha ». De eo *Victorin. de cruce Domini init.* « Est locus ex omni medium, quem credimus, orbe, Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt ». — Videtur fuisse juxta viam, nam « prætereuntes blasphemabant Jesum » *(Matth.* 27. 39). et quidem extra urbem (Cf. *Matth.* 27. 32 et *Joh.* 19. 20), quamvis hodie intra eam sit; quare *Hebr.* 13. 12. legitur « Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est »; quod allegorice significatum fuit Hebræorum ritu, qui caprum piacularem in festo Expiationis *(Kipûrîm)* extra castra ac dein extra urbem cremabant *(Lev.* 16. 27).

GŎLĬAT v. Goliath, nom. indecl. m. (Hebr. *Golyath* « magnus, crassus » v. potius « exsul »; Arab. *Gialut*; LXX. Γολιάθ, Γολιάδ). Declinatur etiam *Golias (æ)*, penultima producta, a *Prudent. Ditt.* 76. « mox horrida bella Conserit et funda sternit stridente Goliam ». Adde *eund. ham.* 784. et *psych.* 291., *Vulg. Eccli.* 47. 5. et *Augustin. serm.* 31. — Fuerunt autem hoc nomine ¶ 1. Gigas famosus Gethæus, fort. unus ex stirpe Enacim, qui in regionem Philisthæorum confugerunt, « altitudinis sex cubitorum et palmi » (1. *Reg.* 17. 4), vir spurius *(Ibid. Vulg.* sed Hebr. *'ish-habbênayim* « homo intervalli, i. e. vir inter duas acies se sistens, ut singulari pugna bello finem imponat: LXX. ὁ μεσαῖος, et Aquila ὁ μεσάζων); qui de castris Philisthinorum, super montem positis inter Socho et Azeca, contra montem ubi castrametati erant, duce Saul, Israelitæ, egressus in vallem horrendum in modum et insolitum, ut magis terreret hostes, armatus, hos ad certamen singulare quotidie provocabat, usque dum puer David, a Deo roboratus, gigantem impavidus adiit eumque sibi maledicentem baculo et funda cum tantum quinque lapillis munitus, eam quam celerrime circumducens Philisthæi frontem percussit eique humi prostrato, de vagina ejus gladio educto, caput præcidit *(Ibid.* 17. 48-51). — Hic animadvertimus, David vocari quidem *puer (v.* 33) et *adolescens* (*v.* 42), sed qui jam leonem et ursum occiderat atque vestimentis et armis Saulis fuerat indutus *(vv.* 46. et 38. *sq)*. Non igitur fuit tam teneræ ætatis puer, ut Saul, qui altior esset universo populo ab humeris et sursum, in mentem venerit suis illum vestibus induere; David vero non vestium amplitudinem sed solum usum excusaverit (V. *Hummelauer* ad 1. *Reg.* 179). — Memoratur — *a)* Proprie. *Augustin. loc. cit.* Golias unus fuit ex Allophylis, id est ex alienigenis, qui etc. *Itin. Hier. p.* 508. Ibi est campus, ubi David Goliat occidit. *Vulg. Eccli.* 47. 4. Numquid non *(David)* occidit gigantem et abstulit opprobrium de gente? In tollendo manum saxo fundæ dejecit exsultationem Goliæ. Adde *eund.* 1. *Reg.* 17-18. — *b)* Allegorice, de diabolo victo et de Christo victore. *Augustin. serm.* 197. *circ. med.* Cf. *Theod., quæst. in I. Reg.* et *Greg. M. mor. in Job* 18. 16. ¶ 2. Item alter gigas Gethæus « cujus hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium », « quem percussit filius saltus polymitarius Bethlehemites » *(Vulg.* 2. *Reg.* 21. 19); qui locus non repugnat 1. *Reg.* historiæ, supra adlatæ; nam pro *Goliath* hic legendum est *frater Goliath*, ut patet ex 1. *Par.* 20. 5. Errat igitur *Koch*, ratus non a David sed ab Elchanan Goliath occisum fuisse *(Das zwanz. Jahrhund.* 1906. *p.* 583).

GOLĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 8. 3681.

GOMARĪUS, ii, m. 2. miles Procopii tyranni, qui contra fidem hunc tradidit Valenti imp.; sed et ipse a Valente crudeliter est interemptus a. 365. *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 15.

GŌMER, nom. indecl. m. et f. (Hebr. *Gômer* « carbo? »; *LXX.* Γαμέρ) ¶ 1. Est primus ex septem filiis Japheth, pater Ascenez, Riphath et Thogorma *(Gen.* 10. 2-3.; cf. *Ezech.* 38., 6., ubi cum Thogorma memoratur inter populos septentrionales, quibus componitur exercitus Gog, Scytharum regis: *LXX.* Γομέρ). — Quamvis obscurior sit quæstio de Gomer; tamen aliquam lucem mutuatur ab eo quod *Gesen.* monet, Cappadociam apud Armenos audire *Gamir*; quæ vox, ut patet, a *Gomer* parum differt. Sane eum tractum post Assarhaddonem obtinuere *Gimirrai* seu *Cimmerii*, quorum mentio quoque est in inscriptionibus cuneatis, ut qui coierent *mat* (sc. terram) *Gimir* (V. *Schrader op. cit. p.* 80) ac meminit etiam *Herod.* 4 11. et 4. 99.*sqq.*, qui narrat, eos antea Scythiam incoluisse ab occidente fluminis Taucis et a septentrione paludis Mæotidis, inde vero in Asiam Minorem sæc. VII. irrupisse; sed veteres *Gimmirai*, saltem una ex eorum tribubus, feruntur habitasse ad plagam borealem Ponti Euxini in peninsula Chersonesi Tauricæ *(Crimea)*, teste *Strab.* 7. *loc. cit.*, coll. *Hom. Od.* 11. 13-19. et *Æschyl. Prom. vinct.* 729. Illud itaque effici potest, posteros Gomer, primum Cappadociam, dein, serius, apud Ponti Euxini litora sedem suam, saltem ad tempus, fixisse. Cf. *Cic.* 15. *Fam.* 4. — Non autem confundendos esse cum Cimbris Cimmerios docet cl. *Legendre, Dict. Bibl. Vig. III.* 270.; verum *Cimbri* et *Cimmerii* inter se nihil discrepare videntur; facile enim commutantur litt. *m* et *b*, ut *Berodac* pro *Merodac*, *Jerumbaal* pro *Jerubbaal*, vel Ἄμροτος pro Ἄβροτος, *marbre* pro *marmor* etc.; sic igitur *Cimber* v. *Cimberius (Cæs.* 1. *B. G.* 37) pro *Cimmerius*; quin eosdem esse testantur *Posidonius, Diodorus Sic., Plutarchus* aliique, ut docet *Lemière, Expéd. gauloises* etc. *p.* 49. et *Strab.* 7. 425., qui scribit, a Græcis Cimbros vocari Cimmerios. Ceterum viderint eruditi. — Denique animadvertimus, ut ex dictis liquet, Gomer non esse censendum absolute populum, uti volunt quidam recentiores *(Lenormant, Hist. Or. I.* 295. ed. Ox.); sed patrem populi, *i. e.* Cimmeriorum; sic et ejus filius Ascenez pater habetur Celtarum, Thogorma Germanorum et Riphat Sclavorum (Cf. *Easton, Dict. Bibl.* Londr. 1893). ¶ 2. Est etiam nom. mul., nempe meretricis, filiæ Debelaim, quam jussu Dei, Oseas propheta sibi in legitimam uxorem duxit, ut allegoriæ inserviret. *Vulg. Os.* 1. 2-3. « Sume tibi uxorem fornicationum et fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra a Domino. Et abiit et accepit Gomer filiam Debelaim etc. ».

GŎMORRHA, æ, f. 1. nom. geogr., hebraice *'Amôrâh*, fort. « submersio vel fossio »; verum tamen vocabuli etymon incognitum est (V. *Fürst, Hebr. Handw.* 1863. *II. p.* 162.*sqq.)*; *LXX.* Γόμορρα; *Hieronym. onom. p.* 163. *Gomorra*, sine aspiratione. — Apud *Tertull. apol.* 40. in plur. neutr. « Sodoma et Gomorrha igneus imber exussit ». *et* in sing. neutr. ap. *Solin.* 35. « Ibi duo oppida, Sodomam nominatum, alterum Gomorrum », unum, ex oppidis Pentapolis *(Gen.* 14. 2). — Est igitur oppidum, ad plagam orientalem Judææ situm, quod simul cum Sodoma et omni circa regione et universis habitatoribus incendio ob incredibilem incolarum pravitatem *(Ibid.* 18. 20) deletum est *(Ibid.* 19. 24-25), præter Segor, ubi erat Lot cum familia *(Ibid. v.* 23); quæ loca antehac erant « sicut paradisus Domini » *i. e.* amœnissima ac fertilissima *(Ibid.* 13. 10). — Quinam vero fuerit situs Gomorrhæ, disputant eruditi; ex quibus *M. de Saulcy (Voyag. autour de la mer Mort. II. p.* 165-167) eum statuit in ruinis *Gumrân*, ad extremam plagam septentr.-orient. lacus, vocabuli similitudine præcipue fretus; *M.* vero *Clermont-Ganneau*, qui Pentapolim fuisse monet ad meridiem lacus Asphaltites, putat esse hod. *Ghamr*, in via a Ramleh Palæstinæ ad Arabiæ desertum, vel *'Aîn Ghamr*, ad australem plagam Sodomæ cum Seboim et Adama *(Recueil d'archéol. orient.* Paris 1888. *I. p.* 168). — Occurrit sæpe in sacris litteris, ubi sermo est de Bersa, ejus rege, socio regum Sodomæ, Seboim et Segor contra Chodorlahomor, a victoribus devastata *(Gen.* 14. 11); dein incendio destructa *(Ibid.* 19. 24) ac memorata tamquam divinæ iræ exemplum *(Deut.* 29. 23., 32. 32., *Is.* 1. 9., *Jer.* 23. 14., *Am.* 4. 11., *Rom.* 9. 29); imago excidii Babylonici *(Is.* 13. 19. et 50. 40), Idumææ *(Jer.* 49. 18), Ammonitidis *(Soph.* 2. 9), itemque maximæ nequitiæ *(Is.* 1. 10), incredulitatis ac pervicaciæ *(Matth.* 10. 15) et omnigenæ malitiæ (2. *Petr.* 2. 6. et *Jud.* 7). — Hinc *Gomorrhæus*, adj., ut *Gomorrhææ ruinæ* ap. *Prudent. ham.* 842. — Abs. *Gomorrhæi*, incolæ. *Auct. carm. de Sodom.* 168. « Hæc Sodomûm et Gomorûm signata in secula pœnæ »; ubi *Gomori* pro *Gomorrhæi*, correpta secunda, licenter usurpatur.

GŎMORRHÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

GOMPHENSIS, is, adject. *V.* voc. seq.

GOMPHI, ōrum, m. plur. 2. (Γόμφοι et Γόμφος) oppidum Thessaliæ, in confinio Epiri, ad dexteram fluv. Penei, sub Pindo monte, hod. *Palæo-Episkopi*, sæpe laudatum temporibus Græciæ, a Romanis occupatæ, et belli civilis inter Pompejum et Cæsarem, qui Gomphos expugnavit *(Cæs.* 3. *B. C.* 80); et a Justiniano imp. restauratum *(Procop. de ædif.* 4. 3). Memorant etiam *Liv.* 31. 41. etc., *Flor.* 4. 2. 41., *Liv. epit.* 111., *Strab.* 9. 437., *Dio* 41. 51. — Hinc *Gomphensis*, adj. ad Gomphos pertinens. *Cæs.* 3. *B. C.* 81. — *Gomphenses*, abs., incolæ. *Id. ibid.* — De Gomphorum nummis vd. *Head, H. N.* 250. et *Schlosser, Münz. d. allerh. Kaiserhaus* Wien 1893. *p.* 9.

GŌNATĀS, æ, m. 1. (Γονατᾶς) cogn. Antigoni, Macedonum regis, ita dicti, teste *Dexippo*: διὰ ἐν Γόννοις τῆς Θεσσαλίας τραφῆναι. *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CXXV. 2. *V.* **ANTIGONUS.**

GONGĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 8. 4024.

GONGYLUS, i, m. 2. vir Eretriensis, cui Xerxes Byzantii curam demandavit; sed, capta urbe, a Pausania ad regem est remissus. *Nep. Paus.* 2. Cf. *Thuc.* 1. 128. 6. et etiam *Busolt, Gr. Gesch. III.* 1. 89.

GŌNĬA, æ, f. 1. (ἡ Γωνία) urbs Ægypti, memorata *Rav. p.* 134. et 354., parum nota.

GONNI. *V.* **GONNUS.**

GONNŎCONDȲLUM, i, n. 2. (τὸ Γοννοκόνδυλον) Varie scribitur, ut *Connocondylium, Connocondilium, Somocondilium, Conocondylum* (V. *Krieg, D. Thess. Tempe* 70. et *Bursian, Geogr. v. Griechenl. I.* 61. 3). — Est oppidum, ex uno *Livio* (39. 25) cognitum, in Perrhæbia. Sed ap. *eund.* legitur ita divisum: *Gonnum* et *Condylon* (44. 6), ita ut duo castella videantur: « Unum *(præsidium)* in primo aditu ad Gonnum erat; alterum Condylo -; tertium circa Lapathunta, quam Characa appellant ». *V.* voc. seq.

GONNUS, i, et Gonni, ōrum, m. 2. (Γόννος et Γόννοι) oppidum Thessaliæ in Perrhæbia, ad lævam cursus inferioris Penei, apud Tempe, sub Olympo, hod. *Lykostomo*, situ firmissimo, memoratum tempore, quo Xerxes eam regionem invasit et Græciam Romani. *Liv.* 33. 10.; 42. 54. et 44. 6., coll. *Her.* 7. 128. et 173., *Lycophr.* 906., *Polyb.* 17. 23., *Ptol.* 13. 42. — De ejus nummis vd. *Head*, 295.

GOPHNA, æ, et Gophnæ, ārum, f. 1. (Γόφνα) urbs Palæstinæ in Judæa, ad septentr. Hierosolymorum, in fertili planitie, ad trib. Ephraim pertinens, toparchiæ metropolis, hod. *Djifna*, a Cassio occupata, a M. Antonio restituta, iterum capta a Vespasiano. *Hieronym.* ex *Eus. onom.* 18. *P.* « Adasa in tribu Judæ *(corr.* Ephraim) usque hodie vicus juxta Gophnas ». Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 14. 15. (70)., coll. *Jos. ant.* 14. 11. 2. et 12. 2. et *b. J.* 3. 3. et *Ptol.* 5. 16. 7. — Hinc *Gophnitica* (Γοφνιτική), una ex Judææ toparchiis, dicta *Plin. loc. cit.*, coll. *Jos. b. J.* 2. 20. 4. — *Gophnensis*, adj., ut *Gophnensis regio*, ap. *Hieronym. loc. cit.*

GOPHNĪTĬCA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

GOR, indecl. oppidum Africæ in provincia proconsulari ad meridiem Carthaginis. *Cyprian. sentent. episc.* 451. et *Augustin. bapt. c. Donat.* 7. 4., dictum etiam *Goritana civitas* in *Corp.* 8. *Suppl. p.* 1278.; ideo perperam *Gorduba* leg. *Hartel* ad *Cypr. loc. cit.* — Hinc *Goritanus*, adj. *Corp. loc. cit.*

GORA, æ, m. 1. ¶ 1. Est nom. serv., quod fort. in gentilicium transiit. *Corp.* 10. 6638. *col.* 3. *lin.* 16. ¶ 2. Est etiam locus in Æthiopia inter Napolam et Meroen in insula Nili. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (179)., ubi al. leg. *Hora*. — NB. *Gora* in *Gloss. med.* et *infim. latinit.* est canalis, fossa (it. *gora)*: cf. γοργύρα, ductus subterraneus.

GORDĪANUS. *V.* **GORDIUS.**

GORDITĀNUM promontorium, ad septentr.-orient. plagam Sardiniæ, hod. *Capo del Falcone*, memoratum *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (84)., coll., *Ptol.* 3. 3. 2.

GORDĪŪCŌMĒ, es, f. 1. (Γορδι[ουκ]ώμης in *Inscr.* ad Gundani prope *Holran-Gol*, et Γορδίου κώμη ap. *Strab.* 12. 8. 9., ubi alii leg. Γόρδου) locus, ubi Augustus condidit urbem, in Bithynia australi, quæ dicta est postea *Juliopolis*, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (143). V. *Ramsay, Asia min.* 132.

GORDĪUM, ii, n. 2. (Γόρδιον) oppidum Asiæ Minoris in Galatia occidentali ap. Tolistoboios, in finibus Phrygiæ, ad Sangarium, hod. *Pebi*, vetus regum Phrygum sedes, ubi celeber in templo Jovis exstabat nodus, *jugum Gordii* dicti *(Justin.* 11. 7). V. voc. seq. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 42. (146). — *Gordie, es*, habet *Oros.* 3. *Hist.* 16.

GORDĪUS, ii, m. 2. (Γόρδιος, *Her.* Γορδίης) nom. gent. vir., fort. ab urbe *Gordio* factum. ¶ 1. In titulis. *Corp.* 3. 370. et 8. 193. et ap. *Brambach, n.* 78. ¶ 2. Apud scriptores occurrunt — 1.°) Gordius, genere rusticus et ignobilis, mythicus conditor regni Phrygii, de quo hæc scribit *Justin.* 11. 7. « Quærentibus *(Phrygibus)* de persona regis *(creandi)*, jubentur eum regem observare, quem reversi primum in templum Jovis euntem plaustro reperissent. Obvius illis Gordius fuit, statimque eum regem consalutant. Ille plaustrum, quo vehenti regnum delatum fuerat, in templo Jovis positum majestati regiæ consecravit ». In loris autem illius plaustri erat nodus adeo implexus, ut indissolubilis putaretur. Porro Alexander M., Gordii urbis potiundæ non tam propter prædam cupidus, sed quod audierat ibi in templo Jovis jugum Gordii regis servatum, et qui nexum solvisset, eum tota Asia regnaturum, ut antiqua oracula cecinerant, urbem cepit, jugum plaustri requisivit, quo exhibito, quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus, gladio loramenta cædit atque ita resolutis nexibus, latentia intra nodos capita invenit *(Justin. ibid.* et *Curt.* 3. 1. 15). Sed aliter ex Aristobulo rem narrat *Arrian. exped. Alex. M.* 2. 4., nempe Alexandrum, exempto paxillo ligneo, qui per medium temonem trajectus vinculoque adstrictus erat, jugum temoni detraxisse. Cf. etiam *Schol.* ad *Eurip. Hipp.* a. 666. — Successorem habuit filium Midam, teste *Curt. ibid.* 14. Cf. etiam *Gutschmid, Kl. Schrift. III.* 466. *sqq.* — 2.°) Gordius, Cappadox, qui, Mithridatis Eupatoris jussu, Ariarathem VI. Epiphanem, sororis Laudices virum, regem Cappadociæ, insidiis occidit *(Justin.* 38. 1). Cf. etiam *Meyer, Gesch. d. Königreichs Pontos* 98.*sqq.* et in *Ersch u. Grübers Encycl.* 2. *T.* 32. 387.*seq.* — 3.°) Gordius, auriga famosus sub Heliogabalo imp., qui eum et Protogenem item aurigam, primo in certamine curruli socios, post in omni vita et actu participes habuit; deinde præfectum vigilum fecit; denique a se removit, ut scribit *Lamprid. Hel.* 6., 12. et 15. — Hinc

Gordianus ¶ 1. Cogn. vir. a *Gordio* gente derivatum, ac frequens in gente *Ælia, Aurelia, Claudia, Cornificia, Mæcia, Valia* aliisque, præsertim *Antonia*, nobilissima et antiquissima *(Capitolin. Gord. tres*, 2., coll. 9. et 17). — 1.°) In titulis. *Corp.* 8. 2565., 2495., 2499., 4230.; abs. in *alia* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 458. 1. — *Gordiana*. V. infra. — 2.°) Apud scriptores memorandi — *a)* M. Antonius Gordianus (I) *senior* vel pater, vulgo *Gordianus Africanus*, ita appellatus, quod de Scipionum familia originem traheret *(Capitolin. Gord. tres*, 9. et in nummis), v. potius, quia diu moratus in Africa ibique ad imperium evectus *(Herod.* 7. 5. 8 = *Gord.* 9. 3-4), nat. ca. a. 158. p. Chr., filius Metii Marulli et Ulpiæ Gordianæ *(Capitolin. Gord.* 2) vel Ælii Gordiani *(Lamprid. Alex. Sev.* 68), majores habens etiam Gracchos ex patre, ex matre Trajanum imp. ac dein per Fabiam Orestillam, Antonini proneptem, quam uxorem duxerat, cum Antoninis affinitate conjunctus, ex qua filios duos suscepit, Gordianum juniorem et Metiam Faustinam, ita dictam in honorem, ut videtur, avorum suorum, paterni atque materni *(V.* METIA FAUSTINA). — Ejus munera ita refert *Capitolin. Gord.* 3. « Quæsturam magnificentissime gessit; ædilitatis suæ tempore duodecim populo Romano munera, id est, per singulos menses singula de suo exhibuit ita ut gladiatorum nonnumquam quingena paria exhiberet, numquam minus centenis quinquagenis ». *et ibid.* 4. « Præturam nobilem gessit:

post jurisdictionem consulatum primum iniit cum Antonino Caracalla, secundum cum Alexandro (Severo)». Hic tamen errasse Capitolinum monet Borghesi V. 470.sq., coll. Cohen V.² 2. n. 2. 3.; non enim bis sed semel consul fuit, tantum cum Caracalla, proconsul vero sub Alexandro Severo in Africa (Capitolin. ibid. 5., Herod. 7. 5. 2., Eutrop. 9. 2., Vict. Cæs. 26. 1., coll. Philostr. vit. soph. præf.) eique legatus filius additus (Capitolin. ibid. 7), fort. a. 233-238 (Borghesi ibid.). — In ea provincia quum «in omnium esset amoribus, ita ut eum novum Scipionem alii, Catonem alii, multi Mutium ac Rutilium aut Cælium edicerent (Id. ibid. 5), utramque fortunam repentino casu expertus est. Nam, quum nobiles aliquot adulescentes, a procuratore, Maximini imp. satellite, vexati, qui pecuniam violenter ab opulentioribus exigebat, conjuratione facta, eum occidissent, iram imperatoris pertimescentes ad Tysdrum, ubi Gordianus degebat, advolarunt eumque reluctantem et octogesimum ætatis annum prætexentem per vim purpura amiciunt et una cum filio Augustum proclamant ca. a. 238 (Capitolin. Gord. 7-9. et Max. 14). Porro ab omnibus, provinciis et senatu Romano universaque urbe gratanter acceptus est factumque SCtum, quo abrogatum tyranno (Maximino) imperium et «maturatus in Africa honos Gordiano utrique confirmatus est». Qui tamen honos diu non perstitit; nam Capellianus, Mauretaniæ procurator, Gordiano iratus, quod successorem sibi misisset, cum magna militum manu Carthaginem, quo se Gordianus a Tysdro receperat, adcurrit, qui, resistendo impar, ne atrociora ab hoste pateretur, laqueo se suspendit, ejusque filius in illo tumultu periit et ipse. Statim vero a senatu, infandam cædem complorante, ambo inter deos relati sunt (Capitolin. ibid. 7., coll. Eutrop. 9. 2., Vict. Cæs. 26. 1., Herod. 7. 6. 7., Zonar. 12. 16., Zosim. 1. 14. et etiam Cagnat, L'armée romaine d'Afrique. Paris 1892. p. 49-51). — Nomina novi imperatoris exstant in Inscr. et nummis, nempe: imp. Cæs. M. Antonius Gordianus Sempronianus Romanus Africanus pius felix Augustus pontifex maximus tribunicia potestate consul pater patriæ proconsul, quæ singula declarat Rohden, PWK 7. 2630. — Scripsit adulescens (Capitolin. ibid. 3) «poemata, quæ omnia exstant et cuncta illa, quæ Cicero ex Demetrio et Arato (al. id est Marium et Aratum) et Alcyonas et Uxorium et Nilum: quæ quidem ad hoc scripsit, ut Ciceronis poemata nimis antiqua viderentur. Scripsit præterea - Antoniniados, hoc est Antoninum Pium et Antoninum Marcum, versibus disertissimis, libris XXX., vitam illorum et bella et publice privatimque gesta perscribens. Et hæc quidem puerulus; postea vero ubi adulevit, in Athenæo controversias declamavit, audientibus etiam imperatoribus suis». Sed hæc injuria temporum interciderunt. — Alia colligi possunt a veteribus non solum a Capitolino sed etiam a Lamprid. Antonin., Vict. Cæs. et epit., præsertim vero ab Herodian. Cf. etiam Cohen V.² 1-4. n. 1-15., Eckhel, 7. p. 299-304., Mionnet VI. 408.sq. n. 2866-2876. Suppl. IX. 118. n. 538.sq., Schiller, Jahresb. f. Altertumwisch. XXXV. 1883. p. 468-466., XI-VIII. 1886. p. 288-294. — b) M. Antonius Gordianus, junior, vulgo Antonius Gordianus II., filius præcedentis et Fabiæ Orestillæ, frater Mæciæ Faustinæ, matris Gordiani III., imp. R. a. 238. — Fuit quæstor sub Elagabalo (a. 218-222) et sub Severo Alex. (a. 222-235) prætor urbanus ac dein consul cum Alexandro (Capitolin. Gord. 4., 17., 18); quamquam alii (Borghesi in Ann. d. Ist. a. 1849. p. 67) putant eum consulem processisse a. 236. cum imp. Maximino; denique patris proconsulis in Africa legatus, ubi, creatus cum eo Augustus, maturius violenta morte decessit, æt. ann. XLVI. a. 238. et inter deos relatus (Capitolin. Gord. 15. et Max. 19., Zosim. 1. 19., Herod. 7. 9). — Fuit in studiis gravissimæ opinionis, forma conspicuus, memoria et pietate insignis, sed item vita delicatus et mulierum amator, ut qui cum concubinis XXII. consuevisset, sic ut temporis sui Priamus per ludibrium diceretur (Id. ibid. 18). — De ejus nummis vd. Eckhel, 7. p. 299-304., Cohen V.² 5-7. n. 1-15., Mionnet VI. 404.sq. n. 2877-2881. et Sallet, Ztschr. f. Numism. VII. 1880. p. 140. — De eo Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I. et Sadée, De imper. rom. III. sæc. etc. Bonn Diss. 1891. — c) M. Antonius Gordianus (III), vulgo Gordianus Pius, M. Antonii Gordiani (I) nepos, Antonii Gordiani (II) sororis filius (Corp. 8. 848 = Dessau 498.; 8. 4218 = Dessau 500.; 8. 10079., coll. Capitolin. Gord. 22., Herod. 7. 10., Vict. epit. 27., Eutr. 9. 2), imp. R. a. 238-244., post mortem utriusque Gordiani senioris ac junioris Cæsar appellatus, suffectis in eorum locis a senatu M. Clodio Pupieno Maximo et D. Cælio Calvino Balbino (Herod. 7. 10., Capitolin. Gord. 22., coll. Momms. St.-R. II. 2.³ 1140.sq.), dictusque nobilissimus (et ἱερώρατος Papyr. 11. Thoth 238) Cæsar M. Antonius Gordianus (Corp. 8. 10365 = Dessau 496.; 8. 10342. sq., Eph. ep. VII. 660. et 678). — Maximino imp. cum filio Maximo ad Aquilejam interfecto, eod. a. 238., moxque Pupieno et Balbino sublatis, Augustus est renunciatus (Mionnet VI. 409. n. 2903. et 2905). — Consul processit cum M.' Acilio Aviola a. 239 et a. 241 (Eckhel, 7. p. 309.sqq. et Cohen 212.sqq.), nominibus assumptis Pii et Felicis (Capitolin. Gord. 23. et Corp. 3. 3331. et 3522); item in Inscr. et nummis dictus magnus invictus (Corp. 8. Suppl. 11169 = 907), invictissimus (C. 8. 10079), fortissimus felicissimus (C. 8. 846), optimus fortissimusque princeps (C. 6. 1090), restitutor orbis (C. 6. 1092., coll. Le Bas 3. 1372), pontifex maximus tribunicia potestate pater patriæ proconsul (C. 8. 848. et 10243), frater Arvalis (C. 6. 1093) et princeps juventutis (Eckhel, 7. p. 315.sq. et Cohen 293). — Anno 240. Sabinianum in Africa, imperio potitum, per Mauretaniæ præsidem oppressit (Capitolin. Gord. 23); a. 441. bellum paravit contra Saporem, Persarum regem, sed antea uxorem duxit Furiam Camillam Tranquillinam, filiam Timesithei (Wilmanns 1208 = Henzen 5530), viri eloquentissimi sibique consiliis in imperio administrando perutilis; mox vero an. insequenti «aperto Jano gemino, profectus est contra Persas cum exercitu ingenti et tanto auro ut vel auxiliis vel militibus facile Persas vincere posset. Fecit iter in Mœsiam atque in ipso procinctu, quidquid hostium in Thraciis fuit, delevit, fugavit, expulit atque submovit. Inde per Syriam Antiochiam venit, quæ a Persis jam tenebatur. Illic frequentius prœliis pugnavit et vicit, Sapore, Persarum rege, submoto, et post Artaxansen Antiochiam recepit (quod tamen falsum dicit Momms. R. G. V. 421. 2) et Carrhas et Nisibin, quæ omnia sub Persarum imperio erant» (Capitolin. Gord. 26. et 27., coll. Syncell. p. 681. et Zonar. 12. 18); quare senatus triumphum in bigis elephantorum Gordiano decrevit (Capitolin. Gord. 27) a. 243. — Sed fortuna vitrea est; cum splendet, frangitur; quod et Gordiano III. accidit, quem Philippus Arabs, invidia et ambitione incensus, in locum Timesithei prætorio præfectus, ita exercitum ab imperatore alienavit, derivato etiam perfide aliorsum commeatu, ut demum, impulsu ipsius Philippi, mitem principem iratus miserrime interemerit a. 244 (Id. ibid. 23. 30). «Milites ei tumulum ædificaverunt atque exsequias ejus Romam cum maxima reverentia deduxerunt» (Ruf. brev. 22., coll. Eutr. 9. 2. et Ammian. 23. 5. 7); senatus vero et hunc inter deos retulit (Capitolin. Gord. 31). — De eo vd. Müller, De M. Antonio Gordiano III. Diss. Münst. 1883.; Inscriptiones ap. Dessau 490-504. et Corp. 6. 1088-1096. et nummos ap. Eckhel, 7. p. 379-318., Cohen V.² p. 19-97. n. 1-586., Mionnet VI. 408-417. n. 2898-2977. Suppl. IX. 119.sq. n. 540-546. ¶ 2. Adject. ad Gordianos impp., præsertim ad Gordianum III. pertinens, ut Gordiana ala in Inscr. ap. Orelli n. 972.; item Gordiana cohors, ap. eund. n. 976.; item Gordiana Flavia legio III. in alia ap. Henzen n. 5632., sc. Gordiani III., et Gordiana Gemina legio X. in alia ap. Orelli n. 3140. etc.

GORDYÆI, ōrum, m. plur. 2. (Κορδυαῖοι) populus Armeniæ meridionalis, regionis montanæ (Γορδυαία Strab. 16. 730, hod. Bohtan), in finibus Mesopotamiæ et Assyriæ, quam subegit Lucullus, Tigranis regno adnexuit Pompejus, Trajanus occupavit, hod. Curdi. Memoratur Curt. 5. 1. 14. et Plin. 6. Hist. nat. 26. 30. (118)., coll. Ammian. 18. 6. et 25. 7. et Eutr. 8. 3. — Ab eo nomen accepere montes Gordyæi ap. Curt. 4. 10. 8.; Cordueni ap. Plin. 6. Hist. nat. 15. 17. (44). et Gurdiæorum ap. eund. ibid. 27. 31. (129).; ap. Plut. Luc. 26. Γορδυηνοί. et Dion. 68. 26. Κάρδυνον ὄρος.

GORDYNĬA, æ, v. Gordyniæ, arum, f. 1. (Γορδυνία Ptol. et Steph. Byz.) Scribitur etiam Gortynia et Cortynia. — Est autem oppidum Macedoniæ, hod. Demir Kapu. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (34). — Hinc Gordynii montes ad portas Caucasias ap. eund. 6. ibid. 12. 11. (30).

GORGĂDES, um, f. plur. 3. (Γοργάδες v. Γορίλλαι) insulæ in oceano Atlantico, ad Æthiopiam occidentalem spectantes, obversæ promontorio, cui Ἑσπέρου κέρας nomen est, repertæ ab Hannone Carthaginiensi (Cf. Illing, Der Periplus des Hanno 41. sqq. 49. et 354), dictæ a Gorgonibus (Isid. 14. Orig. 6. 9), a continenti bidui navigatione distantes, hod. les îles des Gorilles. Memorat etiam Mela 3. 99. «Insulæ Gorgades, domus, ut ajunt, aliquando Gorgonum». Alii leg. Dorcades, sed perperam.

GORGĂSUS, i, m. 2. (Γόργασος Paus.) pictor una cum Damophilo laudatus a Plin. 35. Hist. nat. 12. 45. (154).

GORGĒ, es, f. 1. (γοργός, terribilis) nom. mul. itemque nom. serv. in Corp. 5. 2497. et ap. Fiorelli, Not. degli scavi a. 1881. p. 338. n. 18. — Specialim, apud mythologos, filia Æneї et Althææ, soror Meleagri et Dejaniræ. Hygin. fab. 97. et Ovid. 8. Met. 543. et Art. am. 2. 700. Cf. Hom. Il. 9. 584. et 15. 281., Bacchyl. 5. 173. et Nonn. 35. 84.

GORGIĂDĒS, is (v. æ), m. 3. (Γοργιάδας) philosophus quidam Pythagoricus, qui fort. scripsit de anima, memoratus Claudian. Mamert. de stat. anim. II. 7. Cf. Zeller, III. 6.⁴ 118.

GORGĬĀS v. Gorgia, æ, m. 1. (Γοργίας) nom. vir., quod sæpe in cogn. ac nom. serv. transiit. Corp. 10. 2459. — Abs. ibid. 9. 6079 (31). — Specialim, apud scriptores, occurrunt — 1.º) Gorgias, statuarius, a. 500. a. Chr., cujus opera Athenas decorarunt. Memorat Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (49)., ubi aliqua minus recte dicuntur, uti monet Robert. Cf. Loewy, Inschr. gr. Bildh. n. 36., præter Inscr. gr. 1. 353., Suppl. p. 91. n. 373., p. 96. n. 373. etc. et Lolling, Κατάλ. τ. ἐν Ἀθ. ἐπιγραφ. Μουσ. I. p. 43.sq. n. 35-38. — 2.º) Gorgias, rhetor, a patria Leontio in Sicilia Leontinus dictus, Charmantidæ filius (recte ap. Suid. et in Inscr. gr. a. 1876. Olympiæ reperta: vd. Fränkel, Arch. Ztg. XXXV. 1877. p. 43), v. Carmantidæ (minus recte ap. Paus. 6. 17), ca. a. 485-380. a. Chr., Empedoclis et Tisiæ discipulus (Walz, IV. p. 14., coll. Quintil. 3. 18). — Legatus Athenas se contulit a. 427. ac famam in ea urbe sibi comparavit; qua legatione functus totum se dedit studio rhetoricæ et sophistarum more per oppida urbesque vagabatur (Plat. apol. p. 19. E); sed Athenis diutius moratus est ad Atticam dialectum perdiscendam, unde Larisam in Thessaliam profectus, ibi inclaruit, quum Athenis minus bene audisset (Arist. polit. 3. 2), ita ut Thessali pro ῥητορεύειν dicerent γοργιάζειν (Philostr. ep. p. 364. Kays.). Hinc multam pecuniæ suo magisterio sibi acquisivit, quam tamen munifice largiebatur (Isocr. antid. 155); se autem splendidis vestibus exornabat; quin statuam auream (quod fabulam redolet) sibi erexit adhuc viventi (Paus. 10. 18); statua tamen ejus Olympiæ fuit (Id. 6. 17). — Homo ceterum sobrius ad ætatem centum et amplius annorum pervenit obiitque fort. a. 380. — Discipulos habuit Isocratem, Antisthenem, Proxenum, Calliam, Licymnium et Polum (Cic. Cat. 5. 13. Quintil. 3. 19. et Paus. 6. 17). Memoratur etiam Cic. orat. 52. 175. Paria paribus adjuncta - itemque contrariis relata contraria - Gorgias primus invenit, sed his est usus intemperantius. V. integr. loc. Adde Quintil. 9. 3. 74. — Plura ei tribuuntur scripta (συνεγράψατο πολλά Suid.), inter quæ opus philosophicum Περὶ φύσεως ἢ τοῦ

μὴ ὄντος, in quo, Protagoræ vestigia persecutus, se omnino scepticum probat (Sex. Emp. adv. mathem. VII. 65.sq.). Docebat enim aut nihil exsistere, aut, si quid exsistit, cogitari non posse; deberet enim cogitari tamquam æternum ideoque infinitum et indeterminatum; sed, uti tali nullo esset in spatio, ergo generatim non esset; sin vero aliquid exsistens cogitaretur, debuit hoc ortum non esse vel ortum ex nihilo; sed ex nihilo non est nisi iterum nihil; aut debet ante æternum iterum æternum cogitari et esse, quod fieri nequit. Ita sophista, se oblitus discipulosque ac mundum sibi adstantem quasi somnium arbitratus, declamabat, cui non philosophari sed philosophiam, ut aliis multis, cauponari placuit. — Plures etiam scripsit orationes atticæ, quamvis Ionius, sed vocabulis usus, quæ potius γλῶτται dicuntur, h. e. vieta, antiquata, plerisque vero academicis ad stili splendorem ostentandum, præsertim quæ δημηγορικαί appellantur (Dionys. ap. Walz, Rhét. gr. V. p. 543), adeo ut videatur novam eloquentiæ scholam condere voluisse, a Demosthenis et Isocratis gravitate ac nobilitate alienæ et plus arti tribuentis quam naturæ; quod si Thucydidi viam stravit, eo longe deteriorem se præbuit, hujus excellentiæ speciem tantum habens, ut et scientiæ (φαινομένη σοφία), teste Aristotele rhet. 2. 24. Ex ejus tamen orationibus rara fragmenta exstant (Walz, V. p. 549), quas Plato in dialogo, Gorgias inscr. (p. 462. E), et in Convivio (p. 194.sq. E. et 197 D) nobis adumbrat, ubi loquitur Agathon, illius discipulus atque imitator. Ei insuper alia adjudicantur; sed orationes duas integras, sc. Encomium Helenæ (Ἑλέν. ἐγκώμ.) et Defensio Palamedis (Ἀπολ. Παλαμ.), alii spurias, alii vero germanas esse contendunt, uti Blass, qui in edit. Antiph. (coll. Teubner) hæc scribit: «Gorgiæ utraque mihi genuina videtur, quoque sæpius relego, eo firmius apud me judicium stat». — De eo consulas Croiset, II. 67.sqq.; Walz, Rhet. gr.; Blass, Gesch. d. Att. Beredsamk. I.; Bauer, De sophistis comment.; Zeller I. et Susemihl, Gorgia u. die attisch. Pros., in Jahrb. f. Phil. 115. p. 793.sqq. et Maass, Die Reden d. Gorgias, in Herm. 1887. — 3.º) Gorgias alter, rhetor Atheniensis, qui ætate Augusti et Tiberii floruit, et declamando auditorem habuit filium Ciceronis, qui paulo post eum dimisit, ut videtur, ob dissolutos ejus mores (Cic. 16. Fam. 21., coll. Plut. Cic. p. 878). De eo Senec. contr. 1. 4. 7. «Gorgias inepto colore sed dulci - egregie scripsit». — Quattuor ejus libros, inscr. σχῆμα διανοίας καὶ λέξεως, in compendium latine redegit P. Rutilius Lupus, de quo Quintil. 9. 2. 102. «Præter illa vero, quæ Cicero inter lumina posuit sententiarum, multa alia et idem Rutilius, Gorgian secutus, non illum Leontinum, sed alium sui temporis, cujus quattuor libros in unum transtulit, et Celsus, videlicet Rutilio accedens, posuerunt schemata». — De eo cf. Teuffel-Schwabe I. 647.sq.; Susemihl II. 500.sq.; Schanz II. 345.sq. et Christ 781. — 4.º) Gorgias, Epirotes «vir fortis et clarus, cujus origo mira fuit; nam «in funere matris suæ utero elapsus vagitu suo lectum ferentes consistere coegit, novumque spectaculum patriæ præbuit, tantum non ex ipso genitricis rogo lucem et cunas adsecutus; eodem enim momento temporis altera jam fato functa peperit, alter ante elatus quam natus est». Ita Val. Max. 1. 8. ext. 5. — Fuit autem clarus orator, sed qui ex tempore plerumque de re qualibet dicens pristinam illam eximiam Græcorum eloquentiam deformavit. — 5.º) Gorgias, dux Antiochi et a Lysia delectus ad dimicandum cum Judæis, sed, quamvis strenuus, pluries a Juda Machabæo victus, ut ex libris Mach. constat, cujus meminit etiam Sulpic. Sev. chron. 2. 21. 5.

GORGIPPI, ōrum, m. plur. 2. populus Asiæ inter mare Caspium et Pontum Euxinum, ap. Mel. 1. 18. (ubi Frick legit Georgili), cujus urbs præcipua videtur fuisse Georgippia ap. Strab. et Steph. Byz., fort. hod. Anapa, ita, ut putat Eckhel, 2. p. 339., dicta a Gorgippo quodam, rege Bosphori, de qua fuse eruditeque agit Kiessling in PWK 7. 1629. sqq.

GORGIPPĬA. V. voc. præc.

GORGO et Gorgon, ŏnis, f. 3. (Γοργών, όνος, et Γοργώ, οῦς) nom. mul. — a) Nomin. Gorgo, ap. Val. Fl. 3. 54., Manil. 5. 577., Sidon. carm. 15. 7. — Gorgon, ap. Senec. Herc. Œt. 96., Lucan. 9. 658. et 679., Stat. 2. Theb. 717., Martial. 7. 25. 5., Hygin. fab. præf. et fab. 161., Schol. Juven. 12. 4. — Genet. Gorgonis, ap. Cic. 4. Verr. 56. 124., Ovid. 5. Met. 180., Lucan. 9. 653., Manil. 1. 359. — Gorgonos, ap. Claudian. rapt. Pros. 2. 26., Schol. Luc. 9. 668., vulg. Gorgonus, Corp. 4. 2089. — Acc. Gorgonem, ap. Hygin. 2. Astr. 12., Myth. Lat. 2. 39., Schol. ad Cæs. Germ. Arat. 251. p. 403. — Gorgona, ap. Virg. 8. Æn. 438., Lucan. 6. 746., Stat. 1. Theb. 544., Fulg. Myth. 3. 1. p. 108. — Plur. Gorgonĕs, ap. Virg. 6. Æn. 289., Solin. 56., Auson. edyll. 11. 84., Isid. 11. 3. 29. et 14. 6. 9., Schol. ad Cæs. Germ. Arat. 251. p. 403. 11. — Genet. Gorgonum, ap. Plin. 6. H. N. (200)., Schol. ad Cæs. Germ. Arat. 251. p. p. 403. 8. — Acc. Gorgonăs, ap. Martial. 10. 4. 9., Fulg. Myth. 1. 26. — b) Forma varia est, ut Gorgo v. Gorgon usitatior; Gorgona, æ, ap. Prudent. perist. 10. 278. et Serv. ad Virg. 6. Æn. 289.; Gorgus, untis, ap. Hieronym. 1. c. Jovin. 49. — c) Etymon trahunt a Skr. garj «clamare» v. Sclav., groj-a «minari» v. groz-a «terror» v. a Gr. γραῖαι «feminæ vetulæ» (Fick, Vergl. Wörtb. d. indogerm. Spr.² 59.sq., Roscher, 59. 93.sq., Talbot, p. 385); v. a γοργών, quod est animal in Africa noxium (Forcell. in Lex.); verum, ne vocabuli origo coacta sit, eam simplicius a γοργός, vehemens, terribilis, ducendam puto. — Est autem nom. pers. et geogr. ¶ 1. Gorgo seu Gorgon, modo unius tantum mythicæ mulieris nomen, modo trium. — 1.º) Est nom. unius, quam mythologi ajunt fuisse Typhonis et Echidnæ filiam (Hygin. præf. fab.) et matrem Medusæ (Id. fab. 151), quæ et ipsa Gorgon, plenius Medusa Gorgon est vocata, de qua duplex exstat fabula, sc. — a) Ob eam, quæ excellebat, pulcritudinem quum a pluribus peteretur, a Neptuno in templo Minervæ stuprum est passa; quare dea irata crines ejus in serpentes vertit, qua deformitate obvios quosque fugabat (Mythogr. I. fab. 131); sed Perseus, auxilio Minervæ illam peremit, ideo dictus Γοργοφόνος, ejusque caput ablatum monstravit Atlanti, sibi iter impedienti, quem in montem mutavit (Serv. ad Virg. 4. Æn. 246. et Mythogr. II. fab. 114); dein Acrisio, quem convertit in saxum, et Phineo, qui cum suis auxiliaribus in lapidem est versus (Hygin. fab. 64). — b) Miræ parsimoniæ virgo quum esset, et ob id Minervæ accepta, a Neptuno compressa Pegasum equum dicitur edidisse, quem alii tradunt a sanguine capitis Gorgonei ortum fuisse (Mythogr. fab. 114); quod posteaquam Minerva cognovit, ejus caput fertur amputasse et suo affixisse pectori (al. clipeo) eique tribuisse vim, ut quidquid vidisset, mutaret in saxum (Serv. ad Virg. 2. Æn. 616., coll. Mythogr. II. fab. 39). Sane poetæ fabulantur Gorgonem monstrum fuisse horrendum visu vimque habuisse hominis mutandi in lapidem; quin in clipeo heroum, præcipue Minervæ, ad terrorem incutiendum repræsentabatur (Cf., præter Mythogr. I. fab. 130., II. fab. 112. et III. fab. 14., ubi fabula in sensum moralem exponitur, etiam Hom. Il. 8. 349., 11. 36. et Od. 11. 633., Pind. Ol. 13. 90., Pyth. 10. 72.sqq. et Nem. 10. 7), et hac ipsa terrendi de causa Gorgon in inferno collocatur (Mythogr. III. fab. 6.: cf. Dante, inf. 9. «Venga Medusa, si 'l farem di smalto»). — 2.º) Est etiam nomen trium mulierum; Gorgones enim tres fuisse tradunt alii, Phorci, dei marini, et Ceto v. Cretidis, ex mari ortæ (Mythogr. II. fab. 112) vel Cratædis nymphæ filias; hinc sorores eas vocat Lucan. 9. 647., quæ appellabantur Stheno, Euryale et Medusa (al. Enyo, Pephredo, Deino), uno oculo contuentes ac vi præditæ eos, qui ipsas contuerentur, in lapides vertendi (Mythogr. I. fab. 130); quod alii exponunt, tantæ fuisse pulcritudinis ut qui eas vidisset, stupore defigeretur (Serv. ad Virg. 2. Æn. 616., coll. 6. ibid. 289), vel spectatores suæ mentis impotes redderentur, ut vertere eos putaretur in lapides. Ita Hieronym. in chron., coll. Augustin. 18. Civ. D. 13 (Cf. Eccli. 9. 9. «Propter speciem mulieris multi perierunt» et Dante, inf. 9. 55-63); alii contra meretrices fuisse et quidem unius pulcritudinis, quasi unius oculi (Isid. 11. Orig. 3. 29); alii denique eas referunt Gorgades insulas in oceano Atlantico incoluisse, ubi, ut scribit Solin. 12. e 56., coll. Isid. 14. Orig. 6. 9. et Mel. 3. 99., monstrosa gens habitabat, additque, auctoritate fretus Xenophontis Lampsaceni, Hannonem Pœnum illuc pervenisse repertasque ibi feminas aliti pernicitate atque aspero corpore, ut ad argumentum spectandæ rei duarum cutes, miraculi gratia, inter donaria Junonis suspenderit, quæ duravere usque ad tempora excidii Carthaginiensis. Sed fortasse hæc fabulosa narratio ex eo orta est, quod Pœni simias crederent fuisse feminas Γορίλλας (Henno peripl. 18) vel potius veras feminas humanas, at silvestres ac feras, haberent (Cf. Vivien de Saint-Martin, le Nord de l'Afr. p. 395.sq.). — Fuerunt porro Gorgones a Perseo occisæ, de qua re V. PERSEUS. — Memorantur etiam Sil. It. 10. 173., Propert. 2. 25. 13. et 4. 9. 58. aliisque supra citatis. — Gorgonis epitheta: Ovid. 699. anguicoma. Propert. 2. 2. 8. anguifera. Stat. 8. Theb. 762. aspera. Dracont. 4. 44. impia. Juvenal. 12. 4. Maura. Ovid. 5. Met. 230. Phorcynis. Claudian. 3. 280. rigida. Virg. 2. Æn. 616. sæva. Val. Fl. 8. 54. tristis. — De monumentis priscæ artis, ad Gorgones vel Medusam vel Perseum pertinentibus, ex Cic. 4. Verr. 56. 124. novimus Gorgonis os pulcherrimum, anguibus crinitum, Syracusis Verrem abstulisse; et ex Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (76). Demetrium Gorgonem Minervæ fecisse, in quo dracones ad ictus citharæ tinnitu resonant, itemque a Timacho Gorgonem pictam. Ceterum multa a recentioribus illustrata sunt, ut Gädechens Das Medusenhaupt v. Blariacum Winckelm.-Progr. Bonn. 1874. et Daremberg-Saglio, Dict. d. ant. II. 2. 1615-1629. — De Gorgonibus cf. etiam Roscher u. Furtwängler in Roschers Lex. d. griech. u. röm. Myth. I (1886-1890) 1695-1727.; Roscher, Die Gorgonen u. Verwandtes, Leipz. 1879.; Gruppe, Gr. Myth. u. Religionsgesch., Münch. 1906. — Hinc Gorgoneus (Γοργόνειος), adj. Ovid. 4. Met. 799. equus i. e. Pegasus. et 3. Art. am. 504. ignis. Val. Fl. 6. 176. vultus. Manil. 5. 595. sanguis. Sil. It. 3. 314. ora. Ovid. 4. Met. 617. caput. Manil. 5. 568. monstrum. Virg. 7. Æn. 341. venenum. Sil. It. 10. 435. furores. Claudian. carm. 36. 225. hydræ. — Gorgonius, cogn. vir. satis frequens. Corp. 5. 1438. et 9. 5897. — Abs. ibid. 3. 6441. etc. — Apud scriptores — Fuit hoc nomine præfectus quidam cubiculi Galli Cæsaris, qui a. 354. rerum novarum accusatus «justitia concinnatis mendaciis obumbrata periculo evolutus abscessit». Ita Ammian. 15. 2. 10. — Item cubicularius Christianus et ob id una cum Dorotheo sub impp. Diocletiano et Maximiano Nicomediæ martyrio coronatus (Rufin. h. eccl. 8. 1. et 6), alius a Gorgonio martyre, de quo fortasse exstat Damasi pontif. epigramma 19. — Gorgonia, nom. gent. mul., specialim in Cod. 5. 44. 7. et in plur. num. ap. Vict. epit. 42. 20. de Constantio locus vexatus. — Item corallium significat, a Gorgonis sanguine, ut fabula refert, natum. V. voc. in Lexico. — Gorgonice (es), cogn. mul. ap. Grut. 597. 6. — 3.º) Est nom. unius ex canibus Actæonis, ap. Hygin. fab. 181. — Compos. Gorgopas et Gorgolis V. suo loc. ¶ 2. Gorgon, nom. geogr., sc. insula in mari Tyrrheno, Corsicam versus, quam describit Rutil. itin. 1. 515. Adde Greg. M. 1. ep. 50. et 4. ep. 59. et 60. (Mon. Germ.). — Rav. p. 413. Gorgona. Plin. 3. Hist. nat. 6. 12. (81). et Mel. 2. 22. Urgo.

GORGOBĪNA, æ, f. 1. oppidum Boiorum, in Gallia Celtica, dein Aquitania, inter Ligerim et Elaver, qui post Helvetios profligatos ibi sedem suam fixerunt, hod. Saint-Parize-le Châtel v. la Guerche (Nievre)? Memoratur Cæs. 7. B. G. 9., ubi alii leg. Gortonam vel, falso, Gergoviam.

GORGON et

GORGŌNĬUS. V. GORGO.

GORGŌPĀS, æ, m. 1. (Γοργώπας Dor. pro Γοργώπης = horrendus visu) vir Spartiates, qui Gytheo oppido præerat una cum Dexagorida pari imperio, quem proditorem interfecit; sed «despe-

ratio Gorgopan quoque coegit id consilii, quod in altero morte vindicaverat, capere - et tradidit Quinctio (Romanorum duci) urbem ». Liv. 34. 29. Cf. Xen. hell. V. 1. 5.sqq. et Dem. XX. 76.

GORGŎPHŎNA, æ, f. 1. (Γοργοφόνη, Gorgonis interfectrix) epitheton seu cognomen Minervæ, quæ per Perseum Gorgonem occidit. Ps.-Cic., anteq. iret in exsil. 10. Cf. Eurip. Ion 1478 (Preller-Robert, Gr. Myth. I. 193. et Gruppe, Gr. Myth. 185.sq., 1200., 3. 4.; 1202. et 1209.sq. 2).

GORGOSTHĔNĒS, is, m. 3. (Γοργοσθένης, metuendus robore) tragicus quidam, ab Apelle pictus. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (93).

GORGŎTIS, is, m. 3. (γοργότης, velocitas) cogn. vir. Corp. 10. 6565.

GORGUS, i, m. 2. cogn. vir. ap. Ulp. dig. 48. 5. 2.

GORGŪS, untis, f. 3. ¶ 1. Fuit uxor Leonidæ, regis Spartæ, pudicitia celebris apud ipsos gentiles et sapientiæ laude insignis. Hieronym. 1. c. Jovin. 49. « Imitentur ergo nuptæ Theano, Cleobulinam, Gorguntem, Timocliam, Claudias atque Cornelias etc. ». ¶ 2. Est etiam idem quod Gorgo. V. hanc voc.

GORGYTHĬON, ōnis, m. 3. (Γοργυθίων, ωνος) filius Priami, a Patroclo occisus. Dict. 3. 8.

GORITĀNUS, a, um, adiect. V. GOR.

GORMĔTIA, æ, f. 1. urbs Germaniæ superioris ad ripam lævam Rheni, in via militari, ab Argentorato (Strasburg) Moguntiacum (Magonza), olim Borbetomagus, civitas Vangionum, hod. Worms. Memoratur Rav. p. 231.

GORNĒÆ, ārum, f. plur. 1. castellum Armeniæ borealis, hod. Chorni, ap. Tac. 12. Ann. 45.

GORTHĒNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

GORTHEUS, i, m. 2. unus ex septem hæreticis, qui primo Ecclesiæ sæculo Christi doctrinam corruperunt, unde Gortheni ejus asseclæ sunt appellati. Rufin. h. eccl. 4. 22.

GORTŪÆ, ārum, m. plur. 1. populus Euboici generis, qui Medos secutus, sed jam degener et patrii moris ignarus, Armeniæ regionem aliquam sibi patriam fecit. Curt. 4. 12. 11.

GORTȲNA, æ, f. 1. nom. urbis, quod varie scribitur, ut apud Græcos Γόρτυν (Hom.), Γόρτυνα (Ptol.), Γορτύνη (Theophr.), Κόρτυνς (Mon. ant. Acad. Linc. III. 1888. n. 149), Κορτύνιοι (Hesych.) et apud Latinos Gortyna (ap Lucan.) v. Gortyne (ap. Senec.), Gortynia (ap. Varr.), Cortina (ap. Rav.), Cortinia (ap. Serv.), Gortyn (ap. Val. Flacc.).

Gortyna ¶ 1. Fuit urbs Cretæ mediterranea, ad merid. montis Idæ (Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. [59]), olim potentissima (Prisc. per. 91), unum ex magnis et ambitiosis oppidis (Solin. 11), hod. Hagios Deka. De ea Plin. 12. Hist. nat. 1. 5. (11). « Est Gortynæ - juxta fontem platanus una insignis utriusque linguæ monimentis, numquam folia dimittens statimque ei Græciæ fabulositas superfuit Jovem sub ea cum Europa concubuisse etc. » Solin. loc. cit. « Gortynam amnis Lenæus præterfluit, quo Europam tauri dorso Gortynii ferunt vectitatam ». Serv. ad Virg. 6. Ecl. 60. « Cortynia - ubi fuerant aliquando Solis armenta ». Adde Mel. 2. 113. et 1. Mach. 15. 23., ubi Gortyna inter urbes recensetur, ad quas epistola est missa, qua Lucius consul fœdus nunciabat inter Romanos pactum et Simonem, summum sacerdotem Judæorum; ibi enim magna erat horum multitudo. — Eam condidisse traditur Arcadum colonia, Cretensium ope (Con. hist. 36. P). Modo autem fœdere juncta cum Gnoso, modo adversa ei bellum intulit, ut totius insulæ primatu potiretur (Diod. 16, 62). A Ptolemæo Philopatore munimentis fuit instructa ac temporibus Romanæ reipublicæ Cretæ caput exstitit, cujus magnificentia agnoscitur ex monumentorum ruderibus, quæ ibi reperta sunt, nempe agoræ, aquæductus, basilicæ (seu prætorii), amphitheatri, acropolis etc., de quibus consulendi sunt Spratt, Travels and Researches in Crete II. 33. 3.; Falkener, Theaters and other Remains in Crete; App. Mus. Class. Ant. Lond. 22.; Comparetti, Rel. degli scavi d. tempio di Apollo Pyth. in Gort. (1889); Halbherr, Cretan Exped., Amer. Journ. Arch. II. s. I. v. 3. 159-238. etc.; de lingua Collitz Gr. Dialectinschr. n. 4083.; de legibus Halbherr u. Fabricius, Leggi ant. della città di Gortyn, Firenze 1888.: Comparetti, Le leggi di G. e le altre Iscriz. arcaiche Cretesi, mon. etc. III (1893) 1-100., quarum textus, βουστροφηδὸν incisi, inter eos habentur, qui maximi in Græcia antiqua sunt momenti (V. Dareste, Haussoullier et Reinach, Recueil d. inscr. jurid. grecq. I. Paris 1894. f. 1. p. 352-493); de cultu deorum v. heroum Britomartis, Heræ, Dios, Hermetis, Apollinis cum oraculo, Cadmi, Minois etc. Collitz op. cit. n. 4991. III. 10. et n. 4958. et 4982.; de nummis Svoronos, Numismat. de la Crète Ancienne I. 158-182. et Wroth, Catalog. of the Greek Coins of Crete etc. Lond. 1886. p. 37-47.; de operibus artis Urlichs, Skopas 40.; Le Bas, Monum. figurés 124.; de inscriptionibus Tournefort, Pococke, Neumann, Halbherr, Comparetti, Ricci. — Hinc Gortynius, adj. ad Gortynam pertinens vel universim Cretensis. Cic. 5. Phil. 5. 13. judex. et Stat. 4. Theb. 530. arbiter. i. e. Minos. Sil. It. 2. 148. advena. i. e. Mopsus. Id. 5. 447. arundo. Claudian. carm. 35. 33. vestis. Virg. 11. Æn. 775. spicula. Avien. orb. 132. mœnia. — Abs. Gortynii, incolæ. Liv. 33. 3. et 37. 60., Nep. Hann. 9., Solin. 11. — Corp. 10. 1434. Gortyniei, ἀρχαῖκός. — Gortyniacus, adj. idem. Ovid. 7. Met. 778. arcus. — Gortynis (Γορτυνίς), adj. idem. Lucan. 6. 214. arundo. ¶ 2. Fuit etiam urbs Græciæ in Arcadia. Plin. 4. Hist. nat. 6. 10. (20).

GORTȲNIA, æ, f. 1., et

GORTȲNIĂCUS, a, um, et

GORTȲNIS, idis, et

GORTȲNIUS, a, um, adject. V. voc. præc.

GŌRUS, i, m. 2. nom. serv., quod Furlanetto in Lex. Forcell. App. ducit a γαῦρος, superbus, ut a caurus corus, apud Marini in Iscr. Alb. p. 77.

GOSEN. V. GESSEN.

GOSSEN, indecl. m. nom. vir. (Hebr. Gešhem « imber »). — Fuit Arabs quidam, Judæis, muros ac templum Hierosolymæ exstruentibus, infensissimus. Vulg. 2. Esdr. 2. 19., 6. 1.sqq.

GOSSĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 7369. — Gossonius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Maffei. Mus. Ver. 278. 8.

GŌTHARZES, is, m. 3. (Gr. Γωτάρζης, Γωτάρζης, Κοτάρδης, Pers. Gôdarz v. Gûdarz) Scribitur etiam Gotarzes (Cf. Tac. loc. cit. et Dittenberger, Syll. or. I. 431). — Vocabulum videtur esse a rd. Pers. et quidem ita compos. ut significet « filius Gew » (Olshausen, S.-Ber. Akad. Berl. [1878] 172). — Fuit autem rex Parthis, idem ac Arsaces XXI., frater Artabani II., quem cum ipsius filiis interemit (Tac. 11. Ann. 8); sed expulsus a Vardane, alio ex fratribus, post ejus mortem regnum recuperavit, sævitie et luxu detestabilis, ita ut Parthi a Romanis opem petierint. Claudio imp., Meherdates, Vononis filius, contra eum missus est, sed frustra; nam Gotharzes ex prœlio victor discessit victumque crudeliter habuit (Id. ibid. 10). — Demum morbo periit a. 50. p. Chr., quem excepit Vonones II. — De ejus nummis cf. Eckhel, 3. p. 534.; Mionnet V. 666.sq., 61-65., Suppl. VIII. 447.sq. 49-51. pl. V. 16-26.; Wroth, Catal. of the coins of Parth. (1903) 161-177. pl. XXVI. 12-14., XXVII-XXVIII. 1-11.; Gardner, The Parthian coinage, Lond. 1877. p. 49.sq. pl. V. 18-26. — De eo scripserunt Gutschmid, Kl. Schrift. II. 43-124. et Gesch. Irans (Tüb. 1888) 123-128.; Schiller, Gesch. d. röm. Kaiserz. I. 323-325.; Momms. R. G. V. 379.sq.

GŌTHI, ōrum, m. plur. 2. (Γόθοι, Γότθοι et Γύθωνες) nom. populi. — a) Latine scribitur etiam Gotthi, Guthi v. Guthæ et Gutæ, Gothones et Gutones; aliter Scythæ (Trebell. Gallien. 5. et 6) apud Procop. b. G. 4. 3. aliosque Græcos scriptores. — b) Origo vocabuli petitur a Gog seu Magog, filio Japhet (Isid. 9. Orig. 2. 27., coll. Jorn. Get. 29. M.) V. Getæ, quicum confunduntur. — c) Ad primæ syllabæ quantitatem quod attinet, quæ brevis est (Auson. epigr. 3), ea licenter producitur a Commodian. apol. 803. et in Inscr. metricis ap. Grut. 161. 2.

Gothi, populus Asiæ, in finibus Sarmatiæ, ad cursum inferiorem Vistulæ, vagus, cujus transmigrationes variasque sedes ex ordine ac serie temporum describere, si Latini tantum fontes consulantur, difficillimum est, nomenque ipsum serius innotuit Romanis (V. GETÆ), nec invaluit nisi sæculo III., IV. et V., primum sub M. Aurelio Antonino (Dio 71. 12); quamquam Latini, præsertim poetæ, Getarum nomen multo serius prætulerunt. — Porro eos Jorn. Get. 267. videtur distinguere in majores et minores. — 1.°) Gothi majores, de quibus modo dictum est, memorantur post Pytheam a Plin. 5. Hist. nat. 2. 2. (35)., ubi alii aliter leg. et Tac. 2. Ann. 62. et Germ. 43. et a Græcis Strab. 7. 290 (Βούτωνες?), Ptol. 3. 5. 20., Zos. 1. 23., Zon. 12. 20. Adde Hist. Aug. Carac. 10. et Claud. 8.sq., Eutr. 9. 15., Oros. 7. Hist. 34., Vict. Cæs. 29., Ammian. 31. 5. et alib. Claudian. IV. cons. Hon. 623.sq., Veget. r. mil. 1. 20., Ennod. 9. ep. 23., Sidon. 3. ep. 1. et 3. et 4. et 7. ibid. 1. 6. et 7., Cassiod. 1. Hist. trip. 9., Augustin. ep. 185. et serm. 105., al. — De eorum historia atque indole et moribus pauca addimus. — a) De historia. Gothi, sæc. III. ad lævam ripam Danubii morati, hinc sæpius Romanorum fines invaserunt, sæpe confusi cum Getis, quos pluries Romani imperatores debellarunt, ut, præter Caracallam et Decium, Gordianus III., qui Gothos, Mœsiam ac Thraciam occupantes, devicit, inde dictus Gothorum victor in tit. ei posito a. 244., teste Capitolin. Gord. 34.; item Claudius, qui eos Thraciam iterum, Macedoniam et Asiæ finitima ipsamque Græciam vastantes incredibili strage delevit (Jorn. ibid. 288., coll. Eutr. 9. 11., Prosp. in chron. et Vict. epit. 34), ideo Gothicus appellatus; item Aurelianus, qui magnis prœliis eosdem profligavit (Eutr. 9. 13., coll. Vopisc. Aur. 30); Tacitus quoque (Eckhel, 7. p. 498) et Probus (Vopisc. Prob. 11); præcipue vero Constantinus M., qui hos barbaros bis debellavit ca. a. 315. et ante a. 319. insignibus victoriis, ut patet ex Inscr. Suppl. Or. ap. Henzen n. 5576. et 5578., in quibus Gothicus Maximus et ap. Orelli n. 3120., ubi Gothorum victor ac triumphator prædicatur (Cf. etiam Eutr. 10. 7., Anon. Vales. 21. et 34. et Vict. Cæs. 41); denique Theodosius M., qui, post Valentiniani et Valentis impp. cædes, ex Thracia eos repulit et ad pacem coegit a. 380 (Prosp. in chron. et Vict. epit. 46-48). — Sed jam dimidio sæc. IV. Gothorum imperium protendebatur a mari Suebico ad Pontum Euxinum, qui se in tres quasi familias diviserunt, sc. in Vesegothas seu Visigothos (Gothos occidentales), Ostrogothas seu Ostrogothos (Gothos orientales) et Gepidas. — Repulsi ab Hunnis a. 376., in Romanum imperium penetrarunt ibique sedes suas constituerunt ac sæc. V. Ataulphus et Euricus regnum Visigothicum condiderunt in Gallia (ad merid. Ligeris) et in Hispania; Theodericus vero Ostrogothicum in Italia (Prosp. et Hyd. in chron. passim et Jorn. Get. 168. V. etiam ALARICUS). — b) De indole et de moribus. Universim Gothi « gens fortis ac potentissima, corporis mole ardua et armorum genere terribilis » (Isid. 9. Orig. 2. 89); « perfidi ac fallaces » (Ammian. 22. 7. 8); « pæne omnibus barbaris sapientiores Græcisque fere consimiles; - Martem, quem poetarum fallacia deum belli pronunciat, apud eos fuisse dicunt exortum: quem Martem Gothi semper asperrima placavere cultura; nam victimæ ejus mortes fuere captorum, opinantes bellorum præsulem aptius humani sanguinis effusione placandum. Huic prædæ primordia vovebantur, huic truncis suspendebantur exuviæ eratque illis religionis præter ceteros insinuatus affectus, quum parenti devotio numinis videretur impendi: - quorum studium fuit primum inter alias gentes vicinas - arcus intendere nervis (Lucan. 8. 221) -; ante quos etiam cantu majorum facta modulationibus citharisque canebant » (Jorn. Get. 40.sqq. M.). — 2.°) Gothi minores. « Erant siquidem et alii Gothi, qui dicuntur minores, populus immensus cum suo pontifice ipsoque primate Vulfila, qui eis dicitur et litteras instituisse: hodieque sunt in Mœsia regionem incolentes Nicopolitanam ad pedes Emimonti, gens multa, sed paupera et imbellis nihilque abundans, nisi armenta adversi generis pecudum

etc. » (Id. ibid. 267. M., coll. Zeuss p. 430). — Hi tamen videntur esse, qui serius Vesegothæ seu Visigothi dicti sunt. — Gothus, in sing. num., collective adhibuit Dracont. carm. min. 5. 85. « Sarmata, Persa, Gothus, Alamannus, Francus, Alanus ». Adde Ennod. 1. ep. 1. — Hinc Gothicus, adj. (Guticus in Inscr. in Bull. Epigr. de la Gaul. a. 1882. p. 267.; Gotticus in Kal. Philoc. d. 4. et 9. Febr.; et, quæ scribendi ratio neutiquam sequenda, Ghotycus et Gohticus in Inscr. in Bull. d. Ist. arch.). — α) Universim. Optat. paneg. 8. 28. M. miles. Jorn. Rom. 281. M. sanguis. Cassiod. 8. Var. 7. gens. Inscr. ap. Orelli n. 1162. victoria. i. e. Narsetis, qui Gothos a. 555. Italia expulit. Trebell. Claud. 1., 3. et 12. bellum. Jorn. Rom. 281. M. genus. Inscr. in Corp. 1. 386. ludi. sc. qui quo tempore Constantinus M. Gothos devicit, sunt instituti. Trebell. XXX. tyr. 30. expeditiones. — β) Speciatim Gothicus, titulus imperatoribus conlatus honoris causa, ut Claudio, Aureliano, Probo; et etiam Gothicus Maximus, ut Tacito, Constantino M., Constantio II. aliisque. V. suis locc. — Gothini (Gotini et Cotini), populus Germaniæ, ubi nunc est Silesia superior, ap. Tac. Germ. 43. — Gothia. V. suo loco. — Gothones, iidem videntur qui Gothi, trans Ligios incolentes. Tac. Germ. 43. — De iis vd. Roesler, Die Geten u. ihre Nachbarn Wien 1864.; Müllenhoff, Deutsch. Altertumsk. III. 1897., coll. Weiss, Die Dobrudscha im Altertum. Reisen etc. von C. Patsch (1910).

GŎTHIA (Gotia), æ, f. 1. regio Daciæ, a Gothis habitata (Gozia). Augustin. 18. Civ. D. 52. Rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili etc. Adde Capitolin. Maximin. sen. 1., Oros. 1. Hist. 2. et 7. 43., Jorn. Get. 67. et 74. M. et Isid. 14. Orig. 4. 3.

GŎTHĬCUS, a, um, adject., et

GŎTHŎNIEL. V. OTHONIEL.

GŎTŌNES v. Guthones (Gulones), um, m. plur. 3. populus idem cum Gothis, quem Plin. 37. Hist. nat. 2. 2. (35). Germaniæ gentem vocat; sed lectio est varia.

GŎTHUS. V. GOTHI.

GŎTHȲNI, ōrum, m. plur. 2. populus Sarmatiæ Europææ, ex Gothis et Hunnis commixtus, ap. Claudian. carm. 20. 153.; sed hic et alib. alii leg. Gruthungi v. Gothuni. Cf. tamen etiam Gothini.

GOZAN, indecl. nom. geogr. (Hebr. Gôzān « lapicidina? »; LXX. Γωζάν) regio Mesopotamiæ, ad Assyrium imperium pertinens, in quam Theglathphalasar Israelitas deportavit, qui trans Jordanem habitabant, 1. Par. 5. 26., ac deinde Samariæ eversor (Sargon) populi Israelitici partem, 4. Reg. 17. 6. Hunc autem locum Vulgatus male vertit; in textu enim Hebraico legendum est non « in Habor juxta fluvium Gozan » (v. 6), sed « in Habor fluvium Gozan »; siquidem Gozan non fluvius, sed regio est, ut patet ex Is. 37. 12., coll. 4. Reg. 19. 12. Idem dicendum de loco 4. Reg. 18. 1. et 1. Par. 5. 26. — Sita porro dicitur ad ripam Habor (Chabur), qui in Euphratem excurrit, ubi veteres regionem memorant Γαυζανῖτις (Bochart, Phaleg, p. 220) et textus cuneati Gu-za-na, hod. Kauschan. Quare fallitur Ewald, qui Gozan fluvium putat (Kisil Ozan) Vulg. secutus (V. Delitzsch, Wo lag das Parad. p. 183-185. et Assyrische Lesestücken 1878. p. 92-94., Schrader-Whitehouse, The cuneif. Inscr. and the O. T. I. 1885. p. 267. et Vigouroux, La Bible et les decouv. mod. III. p. 561-565. Cf. etiam Gozar ap. Rav. p. 64).

GOZAR. V. voc. præc.

GR

GRABÆI, ōrum, m. plur. 2. populus Delmatiæ in Illyrio, ap. Plin. 3. Hist. nat. 23. 26. (144)., si genuina est lectio.

GRACCELLĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 2634. et Graccellia, nom. mul. Ibid.

GRACCHĀNUS, a, um, adject. V. GRACCHUS.

GRACCHŪRIS (Gracuris), is, f. 3. Altera scribendi forma veteri respondet; vocabulum enim compositum est ex Gracus, forma antiqua, et suffixo Iberico uris v. urris (V. Mon. ling. Iber. p. CII). Scribitur etiam Graccuris et Graccurris (V. Hübner, PWK. 7. 1687). — Est autem urbs Hispaniæ ad cursum Iberi (Ebro) superiorem. Paul. Fest. p. 97. M. « Gracchuris urbs Iberæ regionis, dicta a Graccho Sempronio, quæ antea Ilurcis nominabatur ». et Liv. epit. 41. « Ti. Sempronius Gracchus procos. Celtiberos victos in deditionem accepit monumentumque operum suorum Gracchurim oppidum in Hispania constituit ». Adde Itin. Anton. p. 450. — Hinc Gracchuritani (Graccuritani), abs., incolæ. Plin. 3. Hist. nat. [24]. et Liv. frg. l. XCI). — Rav. p. 311. Gracuse. — De ea vd. Guerra, Discurso á Saavedra 94.

GRACCHŪRĪTĀNI et Graccuritani, ōrum, m. plur. 2. V. voc. præc.

GRACCHUS, i, m. 2. (Γράκχος) cogn. vir. Varie scribitur, nempe Gracus, Graccus et Gracchus; sed prima forma est antiquior; hinc arguitur origo vocabuli a graculus (Gr. κόραξ, κόραχος et per syncopen κράχος: a κράζ-κραγ-ω), demin. a gracus (inus.). Quum vero septimo ab U. C. sæculo consonas geminare cœpissent Romani, scriptum est Graccus, quod videre est in inscr. et nummis quamplurimis gentis Semproniæ, in quibus est Ti. Sempronius Graccus, quodque olim obtinuisse adfirmat etiam Quintil. 1. 5.; tandem vero Gracchus cum aspiratione occurrit (V. Borghesi, Decad. Numism. 8. oss. 4). ut Forcellin. docet. — Usurpatum præsertim fuit a gentibus Arria, Cloilia, Mæcia, Nonia, Ofilia, Sempronia aliisque. — Videtur aliquando et in nomen gentilicium transiisse (Corp. 5. 2635). — Apud scriptores memorantur præcipue — 1.°) Gracchus Cornelius, maritus et pater Gracchorum, ap. Flor. 2. 17. 9., sc. Tiberii et Caii. — De eo vd. etiam Ampel. 19. 8., Senec. exc. contr. 5. 2. et Martial. 11. 104. — 2.°) Gracchus major, sc. Ti. Gracchus, frater Caii, cujus meminit Auson. grat. act. 16. Cf. etiam Serv. ad Virg. 4. Æn. 262., Apul. apol. 95., Gromat. p. 136. Lachm. et — 3.°) Gracchus minor, sc. C. Gracchus, frater præcedentis. Vellej. 2. 6. — De iis V. SEMPRONIUS. — 4.°) Gracchus, poeta tragicus, temporibus Augusti, cujus meminit Ovid. 4. Pont. 16. 31. — Scripsit plures tragœdias, quæ interciderunt tantumque innotescunt ex titulis, ut ap. Prisc. II. 206. « Gracchus in Atalanta ». et p. 269. « Gracchus in Thyeste ». et Non. p. 202. « Gracchus in Peliades » (ubi tamen alii leg. Grajus); et etiam ap. Apul. orthogr. 4. « librum amorum » (V. Welcker, Trag. Gr. p. 1431. et Ribbeck, Trag. Lat. p. 266). — Probabile est illum fuisse Sempronium Gracchum, « qui familia nobili, sollere ingenio et prave facundus - Juliam (filiam Augusti) in matrimonio Marci Agrippæ temeraverat (Tac. 1. Ann. 53. a. 14. n. Chr.); quare in insulam Cercinum (Kerkenah) Byzacenæ relegatus ibique post quattuordecim annos a Tiberio occidi jussus (Cf. Schanz, G. R. L. II [1911] p. 365). — 5.°) Gracchus, præfectus Urbi a. 376. et 377., imperantibus Valente, Gratiano et Valentiniano (Cod. Theod. 2. 2. 1. et Cod. alt. 3. 5. 1. et 4. 20. 10). De eo hæc habet Hieronym. ep. 107. ad Læt. (a. 403): « Ante paucos annos propinquus vester Gracchus, nobilitatem patritiam nomine sonans, quum præfecturam gereret urbanam, nonne specum Mithræ et omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Nymphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Dromo, Pater initiantur, subvertit, fregit, excussit: et, his, quasi obsidibus, ante præmissis, impetravit baptismum Christi? — 6.°) Alios videsis ap. Tac. 6. Ann. 12., Ampel. 28., Scribon. Larg. comp. 146., Fast. ap. Henz. Act. Arv. p. CCXLVI., Cod. 9. 9. 4.; 7. 1. et Cod. Theod. 8. 7. 20. — Hinc Gracchanus — a) Cogn. vir. V. JUNIUS GRACCHANUS. — b) Adj. ad Gracchos, trib. pl., pertinens. Val. Max. 1. 11. tumultus. et 6. 2. 8. seditio. Cic. Brut. 34. 128. judices. Vellej. 2. 13. leges. Senec. brev. vit. 6. mala. Lact. 2. 4. tempora. — Gracchani, abs., Gracchorum sectatores. Grom. p. 165. Lachm. — Gracconia, nom. mul. gent. Corp. 5. 1893.

GRĂCĬLIS, is, m. 3. cogn. vir. in gente Ælia et Turrania. Corp. 3. 1344. et 2870. et 8. 2092. etc. — Abs. in alia metrica in Anth. Lat. epigr. 1275. — Gracilius, nom. vir. gent. Corp. 8. 5482. et Gracilia, nom. mul. C. 10. 8413. — Gracilianus, cogn. vir. Cod. 1. 5. 1 (lect. var.). — Gracilla, cogn. mul. demin. Corp. 3. 2870.

GRACĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Brambach, n. 2045 (add.).

GRĂCUS. V. GRACCHUS.

GRĀDĪVUS, i, m. 2. ¶ 1. Est cogn. vir. in Inscr. ap. Kellerm. Vigil. n. 122., si genuina est. ¶ 2. Est etiam epitheton seu cogn. Martis (qui et absolute apud Thraces ita dicitur, teste Isid. 8. Orig. 11. 52). - Fest. p. 97. M. nomen ducit a gradior (Cf. Curtius Grdz.[5] 703). Huc facit loc. Liv. 1. 20., ubi de Saliis duodecim, Marti Gradivo lectis, quos per urbem ire - cum tripudiis solemnique saltatu (Numa) jussit. Cf. Diomed. p. 476. ed. Keil: « Numam Pompilium; cum Salios juniores æquis gressibus circulantes induceret etc. ». Quum tamen prima in Gradivus sæpe a poetis producatur (Virg. 3. Æn. 325., Val. Fl. 5. 650., Sil. It. 15. 15. et 337. Stat. passim), alii (Corssen) potius ducunt a κραδαίνω, vibro (ab hastæ concussione), vel etiam a gramen, quia ex tacto in Olenia arvis flore gravida mater sine patre Juno Martem genuit (Ovid. 5. Fast. 251.sqq.); hinc corona graminea obsidionalis instituta (Liv. 3. 37): alii (Bréal) similiter a gradh v. grandh (cf. grandis, grandire « crescere », pr. plantarum), sc. quasi Grav-divus, i. e. pater v. auctor (gentis). Cf. Ovid. 6. Met. 427. de Threicio Tereo « Et genus a magno ducentem forte Gradivo ».: alii denique (Grassmann) a κραταιός fortis, robustus, potens (armis v. bello); hinc Serv. ad Virg. 1. Æn. 272. « Mars enim cum sævit, Gradivus dicitur, cum tranquillus est, Quirinus - aliud (sc. templum) in Appia via - quasi bellatoris, id est Gradivi ». Cf. etiam Grabovius, cognomen ejusdem Martis, ap. Bréal (Tabl. Eugub. 66. et 377). Ceterum in re tam levi et incerta diutius immorari piget; nec, ceteroqui, de hoc alia forent dicenda.

GRĂDUS, ūs, m. 4. locus generatim, ad maris litora situs, ita appellatus a gradibus, per quos adscensio et exscensio fiebat in naves; speciatim ¶ 1. Sine addito. — Est oppidum, in Foro Julio, ab Aquilejensibus ædificatum in insula cognomine, e regione Aquilejæ, ad ostium Natisonis, ubi lacunæ sive æstuaria in Padum influunt; de eo Paul. diac. 5. Hist. Lang. 17. « In Grados (sic) insulam - (quæ vox cum Sclav. Grad. i. e. urbs, conjungi posse videtur) per stratam, quæ antiquitus per mare facta fuerat (Romanorum temporibus) » continenti junctam, hod. item Grado. — Fuit diu locus, quo confugiebant Aquilejenses et accolæ, barbaris irrumpentibus, modo Hunnis (a. 452), modo Langobardis (a. 568.; al. 590). In priore autem irruptione Nicolas, episcopus Aquilejensis et Menapius, præfectus urbis, cum multis civibus Gradum se receperunt, eamque dein cives muris ac turribus munierunt auxeruntque ædificiis; quare Aquileja Nova dicta fuit: in altera Paulinus illuc item confugit ejusque successor Elias (a. 575) sedem Aquilejæ Gradum transtulit, quod Pelagius II (a. 579) sua auctoritate firmavit, omnibus illius propriis juribus ac titulo patriarchæ servatis, ita ut Gradus fuerit « Venetiæ oræ Istriæque ecclesiarum caput et mater ». Dein contentio orta est inter Aquilejenses et Gradenses de sedis patriarchalis juribus, quæ eo usque perduravit, dum decretum est, ut duæ pariter consisterent sedes patriarchales. Sed, Aquilejensis sedis nobilitate ac potentia paullatim crescente, ita declinavit Gradus ut inde patriarchalis dignitas Venetias transierit, sicut postea Aquilejensis ad Utinensem sedem alio titulo est translata (Anon. Grad. ab a. 577). De ea vd. Cassiod. 12. Var. 26. et Paul. diac. 2. 10.; 3. 26. et 5. 17. et recentiores Czoernig, Das Land Görz u. Gradisca Wien 1873. p. 181. et Swoboda u. Wilberg. Oesterr. Jahresb. IX (1906) Beibl. 1.sqq. ¶ 2. Cum addito — 1.°) Ad Gradus, sinus maris, de quo Ammian. 15. 11. 18.: « Rhodanus-Gallico mari concorporatur per patulum sinum, quem vocant Ad Gradus, ab Arelate octavo decimo fere lapide disparatum ». — In sing. num., in Itin. Ant. p. 508. — 2.°) Item

Gradus Massilitanorum, cujus meminit *Itin. Ant. p.* 507. « A Fossis *(Marianis)* ad Gradum Massilitanorum fluvius Rhodanus », hod. *Vieux Rhône.* — NB. Huc spectat locus *Ad Aquas Gradatas* dictus seu vicus Carnorum, haud procul ab Aquileja, hod. *S. Canziano* (?), ubi Chrysogonus pro fide Christiana, sub Diocletiano, capite plexus est *(Martyr. Rom.* VIII. Kal. Dec.).

GRÆCĀNICUS, a, um, adject., et

GRÆCI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

GRÆCIA, æ, f. 1. (Γραικῶν χώρα = Ἑλλάς) nom. geogr. et pers. — Origo vocis est a *Græco*, antiquissimo Thessaliæ rege, uti docent *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28)., *Capell.* 6. *p*, 211. et *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 4.; sed recentioribus etymologis eam placet derivare a *Ragau* = *Re'u*, filio Phaleg *(Gen.* 11. 18., coll. 1. *Par.* 1. 25), græce Ῥαγαῦ *(Luc.* 3. 35), transposita littera seu potius addita a capite littera loco primæ aspiratæ, ut monet *Hesych.* in Ῥαῖκος; quod etymon firmatur eorum sententiâ, qui tradunt *Græcos* a barbaris *Ræcos* dictos fuisse (V. *Thes. L. Gr.* ed. Did. v. Γραικός).

A) Græcia, nom. geogr., *sc.* regio ad austr.-orient. plagam Europæ sita, quæ dividitur in *Græciam ulteriorem* et in *Græciam citeriorem*, iterum subdivisam in *Magnam* seu majorem et in *Parvam* seu minorem.

I.) Græcia ulterior est regio, ita absolute communiter vocata, Europæ austro-orientalis. ¶ 1. De ejus divisione. — 1.°) Accipitur stricte, late et latissime. Stricte sumpta, ab Isthmo incipit et Atticam quoque continet *(Plin. loc. cit.* et *Cic. Flacc.* 27. 64. et *Dom.* 23. 60); late vero Thraciam etiam et Macedoniam complectitur multasque insulas Ægæi et Ionii maris et aliquando ipsam Cretam; et latissime etiam Epirum et Illyricum comprehendebat *(Plin., Mel.* aliique); nomen enim Helladis seu Græciæ proprie dictæ, potius gentilicium quam geographicum, ad omnia loca extendebatur, ubi Græca lingua in usu erat. Hæc autem tributa occurrit in varias provincias sive regiones, *sc.* ad septentr. Thessaliam et Epirum; ad merid. Peloponnesum cum Arcadia, Laconia, Messenia, Elide, Argolide, Achaia, Sicyone et Corintho; inter has vero media erat Hellas seu Græcia proprie dicta, complectens Atticam, Megaridem, Bœotiam, Phocidem, Locridem, Doridem, Ætoliam et Acarnaniam. Accedunt et insulæ, ex quibus præcipuæ sunt Ægina, Astypalæa, Cephalonia, Corcyra, Cytherea, Eubœa, Halonesus, Icaria, Imbros, Itacha, Lemnus, Leucadia, Rhodus, Salamina, Samos, Samothracia, Thasos, Zacynthus, Cyclades et Sporades, Creta et Cyprus. — 2.°) Rursus apud Romanos stricte aut late, sed aliter, accepta est, ut a *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (23)., qui scribit: « Ab Isthmi angustiis Hellas incipit, nostris Græcia appellata ». *et* 7. *ibid.* 56. 57. (206). « Danaus ex Ægypto, advectus in Græciam, quæ vocabatur Argos Dipsion ». Contra *Plin.* junior 8. *ep.* 24. 2. « Cogita te missum in provinciam Achaiam, illam veram et meram Græciam ». Adde *Suet. Claud.* 16. et *Eutr.* 3. 14., 5. 6. et 98. Cf. tamen ACHAIA. — 3.°) Porro Græcia proprie dicta seu Hellas, ita vocata ab ejus incolis, pæninsula est, a septentr. continenti juncta, quum sit Macedoniæ et Illyrio finitima, a quibus eam dividunt ad orient. montes Cambunii, ad occid. vero Ceruani; monte autem Pindo vix non æque divisa ad septentr., et ad oram Ægæi montibus, recta ei oppositis ac celebratissimis, Olympo nempe *(Abbas-dagh)*, Ossa *(Kissavo)* et Pelio *(Plesidis)*, quibus, ad austro-orient. plagam siti, addendi sunt, præter alios, non minus celebres Parnassus *(Liakura)*, Helicon *(Palæovuni v. Zagora)*, Cithæron *(Elateas)*, Pentelicus *(Mendeli)*, Hymettus *(Trelovuni)*. — Est igitur in quattuor partes divisa, sc. borealem terminatam Olympo, Cambuniis et Ceraunis montibus; orientalem mari Ægæo; australem sinu Maliaco, Agræis montibus et Ambraciæ sinu; occidentalem denique mari Ionio; quam ita summatim laudat *Cic. Flacc.* 27. 64. « Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio et bellica laude floruit ». ¶ 2. De ejus historia, quæ est de re civili seu publica, de litteris et artibus, de indole ac moribus et de religione; pauca tamen de singulis. Itaque — 1.°) De re civili seu publica. Hæc dividi potest in sex ætates, quæ sunt — *a)* Ætas mythica seu heroica (? - 1104). Græci scriptores tradunt, primos Helladis incolas fuisse aborigines (αὐτόχθονες), Pelasgos (Πελασγοί) dictos; quin etiam adfirmant, regionem hanc primum Pelasgiam (Πελασγία) appellatam fuisse; tum eos, cultu et humanitate præditos, urbes (Mycenas, Tirynthа, Argos) condidisse, Dodonæ templum Jovi sacrasse, pluresque ædificiorum moles exstruxisse ingentes, nullis temporum vicibus labefactas aut deletas; illuc autem populis ab oriente migrantibus, rempublicam magis floruisse, opera præsertim Cecropis et Danai Ægyptiorum, Cadmi Phœnicii ac Pelopis Phrygii; deinde vero Pelasgis Hellenes diuturnam post luctam successisse, ab Hellene, filio Deucalionis prognatos, qui tres filios habuisset, Dorum, Æolum et Xutum, et ab hoc natos Ionem et Achæum, unde quadruplex stirps, nempe Dorum, Æolorum, Ionum et Achæorum, exorta. At ex recentiorum eruditorum studiis efficitur, nulli fundamento historico inniti migrationes, quas veteres sunt commenti, Ægyptias, Phœnicias et Phrygias; quamquam infitiari nemo potest ab Oriente Arias quasdam gentes in hanc regionem venisse, ex quibus qui Hellenes dicuntur, et originem et cultum nacti fuere. Hinc, cum semideorum deorumque figmentis, heroum fabulæ pullularunt, ut Minois, Cretensis regis, Sisyphi Corinthii et præsertim Bellerophontis; tum Herculis, filii Alcmenæ, Tirynthis reginæ, et Jovis; Thesei, filii Ægæi, Athenarum regis; dein Argonautarum, Ædipi Thebani, septem regum et epigonorum in Thebas bella, Paridis Priamidis et Menelai belloque Trojani, quo, post decem annos, secundum *Marmora Harundeliana* et *Apollodorum*, Troja capta est (a. 1184. a. Chr.) et hæc ætas desiisse censetur. — *b)* Sequitur historica, quæ ad civile regimen quod attinet, incipit a migrationibus, de quibus facta est mentio, v. a bellis Doricis usque ad Persica (a. 1104-500). Tunc initia sui cultus ac potentiæ sumunt in iisque maxime proficiunt Athenæ et Sparta, hæc regie, illæ populariter rectæ sub Solone et Lycurgo, sapientissimarum legum latoribus; tum orta dominatio Pisistrati Atheniensis, tum societas fœderatarum civitatum, ut Amphictyonum, ad quas duodecim populi *(publicum Græciæ consilium)* pertinebant, descripti in lapide, Delphis invento *(Bull. d. Ist. arch.* a. 1865. *p.* 17.*sq.)*, ubi eorum legati vere, ut autumno Thermopylis, de rebus communibus disceptabant (V. AMPHICTYON), bellorum auctores, quæ sacra dicuntur, contra Crissam et Phocidem et Amphissam et Ætolos. His porro alia successerunt, nempe Lacedæmoniorum contra Messenios et Atheniensium contra Megarenses rursumque alia et plura, intestina semper, quæ quum de singulis civitatibus verbum fit, commemorantur; tunc etiam celebres instituti ludi Pythici, Nemæi, Isthmici et Olympici, unde ortæ Olympiades (a. 776), et Areopagus, et coloniæ hac illac deductæ etc., de quibus omnibus suo loco agitur. — *c)* Tertia ætas (a. 500-431. a. Chr.) ex eo ab aliis distinguitur, quod bella, quæ antea domi fiebant, foris sunt gesta, communi totius Græciæ consensu, cum Persis, quorum primum contra Dareum efferbuit; hinc prœlium feliciter commissum Marathoni (a. 491), duce Miltiade; alterum in prœliis contra Xerxem, ducibus ad Plateam (a. 479) Pausania, ad Mycalem (a. 479) Leotichide et Xantippo, ad Artemisium et Salaminam (a. 480) Themistocle; tertium denique, quo captum est Byzantium Persarumque dominatione Græcæ exemptæ coloniæ. Nec minus increvit Athenarum potentia maritima, maxime Aristidis ac Cimonis virtute, qui alter a. 469. Persarum classem ad Eurymedontem delevit. — Huc spectat celebre institutum ab eis Deliacum fœdus, sive belli necessitatibus subveniendo, sive pacis commodis provehendis perutile; quo tempore Pericles Athenas ad primatum in universam Græciam evexit. — Postea vero, cum haud parvo suæ magnitudinis detrimento, iterum in se arma vertit Græcia bello Peloponnesiaco (a. 431-404), orta inter Athenas et Spartam de principatu acerrima contentione, quem hæc in æmulam paullatim obtinuit. — *d)* Quarta ætas (a. 431-338) labitur Græcis infesta, qui viribus, ex bellis intestinis prope destituti, viam straverunt Philippo II., regi Macedoniæ, ad eos sibi subjiciendos; nam, bello Peloponnesiaco ad finem perducto, Thebanum subsecutum est, quo Pelopidas (a. 378) Lacedæmones ex arce Cadmea expulit eosque Epaminondas Leuctris (a. 371), dein Mantineæ (a. 362) profligavit; unde, Lacedæmonia præpotentia depressa, Thebanorum gloria excrevit ac dominatio. — Interim Philippus, callido ingenio ac bellica virtute excellens et Græciæ potiundæ cupidus, impedimentis prospere superatis (a. 338), Cheroneæ Athenienses devicit, ob quam victoriam totius Græciæ arbiter electus est in bello, quod Persidi inferre parabat (a. 336). — *e)* Quinta ætas (a. 338-391) hinc exhibet Græciam domesticis dissidiis fractam, illinc Macedoniam viribus florentem, quæ primum Philippi, dein Alexandri, ejus filii, ingenii vi ac militari peritia Græciæ adversariæ imperat. Bellum itaque, a Philippo paratum, Alexander feliciter gessit, victorias adeptus ad Granicum (a. 334), ad Issum (a. 333), ad Arbela (a. 331), Babylone (a. 330); quo regnante, « clarissima fuit Græcia atque in toto orbe terrarum potentissima », ut ait *Plin.* 18. *Hist. nat.* 7. 12. (65); at non amplius libera. — *f)* Sexta denique ætas (a. 301-146) miserrima fuit Græcis. Maturius extincto Alexandro M. ejusque imperio inter ejus duces diviso, Græcæ respublicæ pristinam libertatem sibi vindicare conantur: hinc ortum fœdus Ætolum (ca. a. 282) et Achæum (ca. a. 280). — Postea Macedones cum Hannibale societatem ineunt contra Romanos, quibus Ætoli adhærent, ac brevi universa Græcia bello exagitatur, donec a. 205. pax omnia composuit; sed Macedonia a. 167. redacta est in provinciam Romanam; quæ sors posthac etiam Græciæ contigit; quum enim Romani eam libertate donassent, in ludis Isthmicis promulgata, teste *Liv.* 33. 32., a. 196., hanc a. 146. per summam ærumnam amisit ob injuriam, legatis Romanis apud Corinthum illatam, qua factum est, ut et ipsa in provinciam Romanam evaserit, quam Romani exinde Achaiam vocavere, *proconsule* misso, qui eam administraret, usque ad an. 15., quo a senatu tradita est Cæsari; idcirco a *legato pro prætore* rectam a. 44. Claudius senatui restituit ac tandem a. 66. Nero liberam esse voluit *(Dio* 63. 11); mox vero a Vespasiano libertate exuta est, quam ei reddidit Domitianus *(Eckhel,* 2. *p.* 243) abstulitque rursum Hadrianus, qui tamen tanta ei contulit beneficia, ut ideo dictus fuerit *Achaiæ restitutor (Id.* 6. *p.* 487). Alias deinde subiit sub Diocletiano vices, quas videre est in *Notit. Imp. or.* 3. etc., coll. *Momms. Prov. Rom.* — 2.°) De litteris. Ex iis, quæ leviter attigimus, statui potest tempus, quo cum industriæ et commercii ac divitiarum maximo incremento etiam litteræ et artes floruere, nempe a Dorum migrationibus usque ad sæc. VI. Hinc primum epos, in humanitatis Hellenicæ exordio, prodit cum maximis Homeri et Hesiodi poematis; dein post sæc. VIII. lyricorum nobilissimum genus nascitur, ut Archilochi Parii, Simonidis Samii, Tirtæi Lacedæmonii, Alcmanis Sardii, Arionis Lesbii, Tisiæ seu Stesichori Himeræi, Alcæi et Sapphus Lesbiorum, Theognidis Megarensis, Phocylidis Milesii, Anacreontis Teii, Pindari Cynocephalei; tum tragicorum, ut Thespis Icarii, Chærili et Æschyli Atheniensium, Sophoclis Colonei et Euripidis Salaminii; comicorum, ut Epicharmi Coi, Sophronis Syracusii, Atticorum Cratini, Eupolis, Cratetis, Aristophanis, Menandri; logographorum, ut Cadmi Milesii, Pherecidis Lerii, Caronis Lampsaceni, Hecatæi Milesii; historicorum, ut Herodoti Halicarnassei, patris historiæ, et Ctesiæ Cnidii, Thucididis Atheniensis, Xenophontis Ercheii, Theopompi Chii, Ephori Cumæi; oratorum, ut Lysiæ, Isocratis, Hyperidis, Æschinis, Demosthenis Atheniensium; philosophorum, quorum disciplina tres ætates complectitur, sc. 1.° ab a. 600-400. a. Chr. cum scholis Ionica, Eleatica, Italica; 2.° ab a. 400-700. a. Chr. cum Socratica, Academica, Peripatetica, Megarica, Cynica, Cyrenaica et Epicuri ac Stoica; 3.° a. 700. a. Chr. - 500. p. Chr. cum Neopythagorica, Philoniana et Neoplatonica. In his autem præcipuorum nomina sunt ex schola Ionica, Ephesi ac Mileti, Thales, ejus conditor, unus ex septem Græciæ sapientibus,

Anaximander, Anaximenes, Eraclitus, Anaxagoras; ex Eleatica, Xenophanes Colophonius, ejus conditor, Parmenides, Zenon, Democritus, Empedocles; ex Italica, Pythagoras Samius, ejus conditor, et Lysides; ex Socratica, condita a Socrate Atheniensi, Plato, auctor Academiae; unde scholæ Academicæ enatæ, sc. vetus cum Speusippo, media cum Arcesilao, nova cum Carneade; ex Cynica, Antisthenes Atheniensis; ex Cyrenaica, Aristippus Cyrenæus, cui addimus Epicurum; ex Megarica seu dialectica, Euclides Megarensis; ex sophistica, Protagoras; ex peripatetica, Aristoteles Stagirita; ex stoica Zenon Cyprius; ex sceptica Pyrrho Elidensis usque ad Enesidemum Cnosium. — Hic animadvertimus Græcæ philosophiæ proprium fuisse rationem unice sequi, nullo, ut apud orientales aliasque scholas, ad religionem vel doctrinas, libris traditas, respectu; idcirco non aliunde eam quæsitam, sed suorum cultorum ingenio effictam; nec desiisse, adveniente Christi ætate, sed perrexisse, ut innuimus, et in scholis inde ortis Neopythagorica et Neoplatonica Alexandriæ et in patria regione usque ad Justiniani edictum, quo, a. 529., Athenarum scholæ philosophicæ clausæ sunt. — Præterea in scientiis mathematicis eminuerunt Euclides Archimedes, Nicomachus et Eratosthenes; in astronomia Methon, Aristarchus et Hipparchus; in medicina Hippocrates; in geographia Dicæarchus; in scientia naturali Theophrastus; in physicis Aristoteles. — Quod vero attinet ad linguam Græcorum scriptorum propriam, hæc eadem est ac veterum Hellenum (Ἕλληνες), qui Græciam ejusque insulas et colonias habitarunt, eaque affinis Indorum linguæ seu potius illarum, quæ Indo-Europææ dicuntur. — Unaquæque autem ex stirpibus vel tribubus, in quas populus erat divisus, propria loquebatur ac scribebat dialecto, vel *Ionica* in Asia minore, Attica et coloniis insulisque Ionicis, ex qua tres aliæ ortæ sunt, sc. Ionica vetus vel epica Homeri et Hesiodi; Ionica recentior Herodoti et Attica tragicorum Æschyli, Sophoclis et Euripidis, comici Aristophanis, historicorum Thucididis et Xenophontis, philosophi Platonis, oratorum Lysiæ, Demosthenis, Æschinis; quæ quidem dialectus ita ceteris excelluit, ut lingua Græcorum permaneret etiam quum Athenæ a veteri magnitudine desciverat: vel *Æolica*, præcipue in Bœotia ac Thessalia et insula Lesbo, qua cecinerant Alceus et Sappho: vel *Dorica* in Græcia boreali, in Peloponneso, in insula Creta pluribusque coloniis et etiam in Sicilia et Italia australi, qua usi sunt bucolicus Theocritus et lyricorum princeps Pindarus, qui quamvis Æolicus patria, tamen hac dialecto et Homerica scripsit. Sequiore vero tempore alia invaluit dialectus *communis* dicta (ἡ κοινὴ διάλεκτος), quæ et Macedonica audit vel Alexandrina, quam usurparunt auctores, qui Alexandrini dicuntur, aut etiam Attica vulgaris seu popularis, quæ paullatim pluribus et Semiticis et Persicis et Ægyptiis et Latinis Celticisque vocibus ac formis admixta est et a veteri differt tum orthographia, tum pronunciatione aliisque hujus modi, quæ a grammaticis notantur; lingua nempe elegans seu classica jam occiderat, quam inter et novam floruit Aristoteles; Callimachus vero varias dialectos adhibuit. — De his plurima te docebunt *Sturz* (1808), *Thayer* (1883), *Schilling* (1886), *Simcox* (1889), *Green* (1886), *Viteau* (1896), *Kennedy* (1895), *Nestle* (1897), *Dieterich* (1898), *Blass* (1896), *Heine* (1898), alii. *V.* infra. — 3.°) De artibus præcipuis, nempe — *a)* De sculptura, cujus antiquiores scholæ fuerunt Sicyonia cum Canaco; Corinthia et Argiva cum Agelada, magistro Myronis, Phidiæ et Polycliti, quibus accesserunt Ionica Athenis cum Critio et Antenore et Æginensis cum Collone et Onato. Ex his orta est schola classica, in duas tributa, nempe Atticam cum Phidia, Alcamene et Agoracrito, et Argivo-Sicyoniam cum Polyclito, Phidiæ æquali et æmulo. Has vero exceperunt Attica nova cum Scopa, Praxitele et Leocare, et Argiva nova cum Euphranore et Lisippo, et recentius scholæ eclecticæ, Pergamea a cum Stratonico et Antigono, et Rhodia cum Carete, Agesandro, Polydoro et Athenodoro. — *b)* De pictura, cujus schola antiquior Attica viguit cum Polygnoto, Mycone et Apollodoro, et post bellum Peloponnesiacum schola Ionica cum Xeuxi et Parrhasio; Sicyonia cum Eupompo et Timante, et Attica nova cum Apelle et Protogene. — *c)* De architectura, in tres typos divisa, Doricum, Ionicum et Corinthium, quæ cum Ictino, Callicrate, Hippodamo, Phidia aliisque, summum pulcritudinis fastigium attigit a. 450-336. — Quas quidem artes maxime fovit Pericles Atheniensis (a. 359), orator, dux, reipublicæ rector celeberrimus, qui Athenis magnificum templum Athenæ (Palladi seu Minervæ) sacrum, sc. Parthenona, erexit, duce Phidia, a quo statua deæ colossea, ex ebore et auro fabrefacta est; theatrum, Odeonem dictum, proxime Acropolim, et Propylæos, splendidum hujus vestibulum, ex marmore; Pœcilis porticum, tabulis ac signis ornatam, aliaque gessit tam illustria, ut sæculum illud a Pericle nomen acceperit. — Nec Athenis tantum mirifica artis monumenta exstitere; sed et alia celebrantur, ut Artemidis seu Dianæ templum Ephesinæ, Heræ seu Junonis Samiæ, Apollinis Delphici, Jovis Olympici, Panhellenici in insula Æginæ, Cereris et Persephonis Eleusi, mausolei Halycarnassi etc. — Nec apud eos tantum artes floruere cum litteris, sed ex Græcia quasi magistra aliæ gentes didicerunt, præsertim Latina; ita ut illud in Græcorum laudem merito dixerit Horatius: (2. *Ep.* 1. 156). « Græcia capta ferum victorem cepit et artes intulit agresti Latio ». — 4.°) De religione. Græcia ex naturæ elementis ac viribus et ex hominis indole seu instinctu vitiisque ac virtutibus sibi deos creavit; hinc vero religio orta est mere naturalis et humana (ἀνθρωπομορφική). Ex magno autem numero deorum (quorum genealogias texuit Hesiodus, quique etiam noscuntur ex tragœdiis Æschyli, Sophoclis, Euripidis etc.; ex odis Pindari; ex Ovidii metamorphosibus ac fastis et æneide Virgilii) memorantur in primis Juppiter (Ζεύς), Saturni (Χρόνος) filius, fulminis potens ac deûm hominumque pater; Cybeles (Κυβήλη), seu terra (primitiva); Apollo (Ἀπόλλων), deus poesis artiumque; Posidon (Ποσειδῶν), oceani; Athana v. Athena (Ἀθηνᾶ), dea sapientiæ; Aphrodite (Ἀφροδίτη), pulcritudinis; Ares (Ἄρης), deus belli; Hephæstus (Ἥφαιστος), artium utilium; Hermes (Ἑρμῆς θεῶν κήρυξ), nuntius et interpres deorum; Artemis (Ἄρτεμις v. Ἑκάτη), dea lucis lunaris; Demeter (Δημήτηρ), terræ cultæ; Vesta (Ἑστία), ignis; Pluto (Ἀιδης), deus inferorum; Dionysus (Διόνυσος), vini et ebrietatis; Themis, Charites, Nymphæ, Musæ, Nereides, Furiæ etc. *(V.* singulos suis locis et scriptores, qui de mythis opera edidere, ut *Preller, Gruppe, Talbot, Ramorino, De-Gubernatis, Decharme, De-Harlez* aliosque plures). — Olim numina sub dio vel in cavernis colebantur, precibus, sacrificiis animalium, lactis, vini ac mellis libationibus; tum in quibusdam locis (μαντεῖα, χρηστήρια) credebantur dii responsa consulentibus dare sacerdotum ministerio; hinc celeberrima oracula Jovis Dodonæ in Epiro, Apollinis Delphis in Phocide et sic porro, in quibus humanæ astutiæ ac fraudi sæpius accedebat dæmonum commercium; sed temporis progressu erecta fuere fana ac templa sumptuosissima et mysteria instituta, in primis Eleusina, et societates seu fœdera sacra, festa ac ludi (V. *Schœmann, Gr. Altert. III.* 1877). — 5.°) De indole et moribus. Quod ad indolem spectat, facile hæc noscitur ex iis, quæ de Græcis scripserunt auctores, citati in voc. *Græci,* quos videsis. — Græcorum autem mores antiquitus simplices fuerunt ac rudes (Cf. *Hom. Il.* et *Od.* et *Her.* passim); postea vero humaniores; hinc enim liberi industriæ et agrorum cultui dediti; servi pauci et humaniter habiti; familiarum vincula firma, generosa hospitalitas; illinc vero piratica non solum licita sed etiam honorata; frequentes hominum cædes; victis in bello refugium nullum; humanæ aliquando victimæ vel criminis expiandi vel etiam injuriæ ulciscendæ causa immolatæ; regum auctoritas nulla lege correcta, qui et exercitui præerant et sacris faciendis; quamvis herile non esset imperium, sed in gravioribus negotiis optimatium consilio obnoxium; quod si hereditarium fuisset, generatim iis tantum inerat potestas, qui dotibus tum corporis tum animi excellerent. Porro remotissimis temporibus urbes nobilitate morum ac prosperitate celebres exstitere Mycenæ ac Tiryns; recentioribus vero Athenæ, Corinthus, Thebæ ac Lacedæmon, quarum aliæ perierunt, aliæ mutato mythorum seu fabularum cultu in Christianæ religionis sanctissima instituta, superstitione, omnium vitiorum fonte, sublata, longe nobiliores humanitatis lumine sunt illustratæ. Alia *V.* infra.

I.) Græcia Magna (μεγάλη Ἑλλάς), quæ distinguitur, ut diximus, in majorem et minorem seu parvam. ¶ 1. Græcia Magna seu major — *a)* Stricto sensu, pars est extrema maritima et australis Italiæ, triplici sinu clausa, sc. Locrensi, Scylacio et Tarentino. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 10. 15. (95)., coll. *Ptol.* 3. 1. 10. « A Locris Italiæ frons incipit, Magna Græcia: in tres sinus recedens Ausonii maris, quoniam Ausones tenuere primi. Patet LXXXVI. m. p., ut auctor est Varro: plerique LXXV. m. fecere. In ea ora flumina innumera - dein sinus Scylacius et Scylacium, Scylletium Atheniensibus cum conderent, dictum, quem locum occurrens Terinæus sinus pæninsulam efficit et in ea portus, qui vocatur Castra Hannibalis ». *et Senec. cons. ad Helv.* 6. « Totum Italiæ latus, quod infero mari *(i. e.* Ionio) alluitur, major Græcia est ». Adde *Liv.* 31. 7. et *Sil. It.* 11. 21. — *Hesperia Magna* vocatur *Virg.* 1. *Æn.* 573. — *b)* Latissimo sensu, sed poetice, tota Italia *Græcia major* dicitur *Ovid.* 4. *Fast.* 64, — Cur vero appelletur *Major*, rationem reddit *Fest. p.* 134. *M.* « Major Græcia dicta est Italia, quod eam Siculi quondam obtinuerunt: vel quod multæ magnæque civitates in ea fuerunt, ex Græcia profectæ ». *Jambl.* vero in *vit. Pyth.* 29. ita vocatam putavit, quia « hæc pars Italiæ philosophia referta fuit ac præcipue Pythagorica schola inclaruit, quod vero proximum videtur ». Cf. etiam *Porphyr.* in *vit. Pyth.* 20., *Cic.* 2. *Orat.* 154. et *Læl.* 13. et 4. *Tusc.* 1. 2., *Val. Max.* 8. 7. 2 (V. *Meyer, Philol.* 1889. *p.* 274). Nulla tamen placet ex allatis causis, quarum postrema aliquid valeret, si scholam Italicam non præcessisset Ionica in Græcia matre insignis, quam aliæ celeberrimæ subsecutæ sunt — A coloniis autem Achæis, Doricis et Ioniis celebratæ fuerunt Græciæ hujus oræ, quæ complectebatur Brottiorum regionem, Lucaniam, Calabriam et Campaniam usque Cumas et aliquando Siciliam. Expeditio vero Pyrrhi (a. 282. a. Chr.), Tarentinis, Lucanis, Samnitibus et Græcis in auxilium vocatis contra Romanos, in causa fuit, cur hi tandem Græcia Magna potirentur, a. 269 *(Vellej.* 1. 14., coll. *Liv. epit.* 14. et 15); præterea extremis reipublicæ temporibus et sub imperatoribus veteres Græcæ urbes partim collapsæ sunt, partim omnino interierunt. ¶ 2. Græcia Parva seu minor ceteras urbes vel oppida comprehendebat, quæ ad mare Adriaticum et Tyrrhenum Græci condiderunt, uti fuere Salapia et Sipontum ad mare superum, Cumæ et Neapolis ad inferum aliaque quamplurima. Memoratur *Plaut. Truc. a.* 2. et *Merc. a.* 3. et *Martial.* 14. 155. — Hinc

Græcus — *a)* Subst. cogn. vir. itemque nom. serv. ac libert. *Corp.* 2. 4046.; 5. 3177.; 9. 2706. et 10. 901. — Abs. *C.* 3. 3997. Grecus — Fuit etiam hoc nomine rex antiquissimus Thessaliæ ca. 1800. a. Chr., a quo *Græci*, ut diximus, nomen accepisse feruntur. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28). et *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 4. — *b)* Adj. ad Græcos v. Græciam universim pertinens. *Horat.* 2. *Sat.* 3. 100. Aristippus. et *A. P.* 53. fons. *Martial.* 11. 74. Baccara. *Solin.* 2. Messapus. *Suet. Aug.* 40. cliens. *Horat.* 1. *Sat.* 7. 32. Persius. *Petron. sat.* 111. miles. *et* 48. bibliotheca. *Nep. Alcib.* 7. civitas. et *Milt.* 3. lingua. *Plin.* 8. *Hist. nat.* 22. 34. (82). credulitas. *Suet. Calig.* 20. facundia. *Tac. Agr.* 4. comitas. et 15. *Ann.* 46. doctrina. *et* 11. *ibid.* 13. litteratura. *Capitolin. Gord.* 2. et 9. historia. *Catull.* 68. 102. pubes. *Trebell. tyr.* 16. luxuria. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 109. 112. (248). vanitas. *Claudian. carm.* 1. 198. vetustas. *Flor.* 1. 5. 1. ingenium. *Cat. R. R.* 105. vinum. *Spartian. Pesc.* 12. epigramma. *Colum.* 11. *præf.* 4. proverbium. *Vopisc. Carin.* 19. artifices. *Auson. prof.* 9. in *lemm.* grammatici. *Nep. Dion.* 3. historici. *Quintil.* 11. 3. 102. oratores. *Cic.* 3. *Orat.* 24. rhetores. *Gell.* 16. 14. 8. philosophi. *Capitolin. Clod.*

Alb. 12. scriptores. Suet. Aug. 45. pugiles. Cic. 16. Att. 5. ludi. Liv. 25. 40. artes. et 34. 38. coloniæ. et 28. 48. fabulæ. Suet. Aug. 89. disciplinæ. Tib. 70. carmina. et Claud. 42. studia. Varr. R. R. 2. præf. 2. vocabula. Tac. 14. Ann. 21. certamina. Horat. A. P. 268. exemplaria. — Specialim Græca fides, fluxa. Plaut. Trin. a. 1., coll. Virg. 2. Æn. 65. — Græca nux, h. e. amygdala (mandorla), ut Cleat. ap. Macrob. 2. Sat. 14. interpretatur. — Græca rosa, species rosæ, Græcis λυχνίς dictæ, in humidis locis proveniens, violæ magnitudinis, foliis quinque tantummodo, odore nullo. V. ROSA in Lexico. — Græcum pecus ap. Plaut. Merc. 525. fort. oves Tarentinæ. — Græcum pallium, vestis propria Græcorum, præcipue philosophorum (Gell. 9. 2); hinc ab usu pallii Græci palliati dicuntur (Plaut, Curc. 8., coll. Liv. 29. 19) et palliatæ fabulæ Græcorum (Varr. ap. Diomed. 3. p. 487). — Græcæ calendæ. V. CALENDÆ (Kalendæ) in Lexico. — Græcæ scalæ. V. SCALÆ in Lexico. — Abs. — a) Universim, Græcus natione. Liv. 22. 57. Græcus et Græca in foro boario sub terra vivi demissi sunt. Adde Martial. 14. 58. et Lamprid. Diad. 7. — Aliquando, sensu collectivo, idem ac Græci. Isid. 1. Orig. 7. 12. — b) Specialim pro gentili seu ethnico. Vulg. Gal. 3. 28., Rom. 10. 12., 1. Cor. 1. 23. — c) Dicitur etiam de Romanis, quos Enn. ap. Fest. appellat Græcos ob magnam similitudinem Romanæ cum Græca lingua, qua antiquiores utebantur. — Græcum, res Græca v. lingua Græca. Plaut. Men. prol. 7. Græcum videatur magis. Capitolin. Macr. 11. De Græco latine scribere. et ibid. 14. Versus ex Græco translati in Latinum. — Et plur. num. Senec. tranqu. an. 2. 3. Græca in Latina vertere difficile est. Lamprid. Elag. 11. Græca componere. — Hinc Græciensis (Græcensis), adj. ad Græcos pertinens, qui apud Græcos in usu est. Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. (51). Mare Græciense, quæ Græciam alluit. Gell. 19. 10. 1. scimpodium. — Græcalis. V. voc. in Lexico. — Græcanicus, adj. qui apud Græcos in usu est, Græciensis. Suet. Domit. 4. toga. i. e. pallium. — Græcanici milites ap. Vulc. Avid. Cass. 5. sunt milites Romani, Græcorum deliciis diffluentes. — Græcinus (Græchinus), cogn. et nom. serv. vir., demin. Corp. 2. 2425. — Nom. gent. C. 6. 19064 (in via Noment.). — Fuit etiam Græcinus, amicus Ovidii, qui ad eum scripsit eleg. 10. libr. II. Amor. et epist. 6. libr. I. et 6. libr. II. et 9. libr. IV. ex Ponto; fort. C. Pomponius Græcinus, cons. suff. a. 16. p. Chr. — Græcina (Grecina), cogn. mul. Corp. 8. 9514. — Etiam cogn. vir. C. 10. 6639. l. 11. — Græcinius, nom. gent. vir. C. 6. 19067 (prope Lateranum). et Græcinia, nom. mul. C. 8. 4039. — Græcidius, nom. gent. vir. C. 9. 408. et Græcidia, nom. mul. Ibid. — Græcio (Grecio), ōnis, cogn. vir., demin. more Græcorum. C. 3. 2037. — Græculus — a) Subst. idem ac Græcus, sed per contemptum usurpatur. Cic. 1. Or. 22. 102., Juvenal. 3. 78. et 6. 186., Macrob. 2. Sat. 4. 31., Auson. ep. 22. — Et plur. num. Cic. Sex. 59. 126., Suet. Tib. 11. et Senec. suas. 1. 7. — Græcula, cogn. mul. demin., fere per contemptum. Corp. 2. 4418. — b) Adj. Suet. Claud. 15. litigator. Plin. paneg. 14. magister. Tac. orat. 29. ancilla. Flor. 4. 2. civitas. Martial. 2. 86. Echo. Cic. 1. Tusc. 35. 86. negotium. Suet. Tib. 56. convictores. Petron. sat. 38. apes. et 46. litteræ. — Græcula rosa, foliis ita convolutis, ut nisi manibus cogantur, apertam rosam non ostendant. V. ROSA in Lexico. — Græcejus, nom. gent. vir. Corp. 8. 2568. c. 1. l. 20. et Græceja, nom. mul. C. 10. 1555.

Græci, ōrum, m. plur. proprie Thessali, ita dicti a Græco, eorum rege, ut monuimus, teste Serv. ad Virg. 2. Æn. 4. cum Isid. 9. Orig. 269., nam qui Græci a Romanis dicti sunt, ipsi se Hellenes dicebant, ab Hellene, Deucalionis filio, in quattuor ramos, Ionium, Æolicum, Dorium, Achæum, divisos. ¶ 1. Universim, a Latinis — a) Laudantur, ut ap. Plin. in ep. 24. l. 8., quæ tota est de Græcorum laudibus; et quidem modo ob ingenia (Plin. 29. Hist. nat. 1. 5. [11]., Cic. 2. Orat. 84. 341. et Auct. Herenn. 3. 23); modo ob eruditionem (Liv. 39. 8); modo ob linguam (Liv. 8. 22., qua magis strenui quam factis); vel ob educandi rationem (Cic. 3. legg. 20. 46., 4. Rep. 3.sqq., 16. Fam. 14., 1. Orat. 45. 198. et 4. Tusc. 33. 70., Varr. R. R. præf.): vel etiam cum Romanis comparantur (Horat. 2. Ep. 1. 156., coll. Cic. 1. Tusc. 1., Flacc. 13. 31. et Rabir. Post. 13. 36). — b) Sæpe vituperantur, modo ob fabulositatem (Plin. 12. Hist. nat. 1. 5. (11)., coll. Liv. 28. 48); modo ob malam fidem vel mentiendi fingendique vitium (Cic. Flacc. 4. 9., Mythogr. III. fab. 9. n. 12. et Val. Max. 4. 7. 4); modo ob novarum ac mirabilium rerum aviditatem (Tac. 5. Ann. 10); vel ob vitia omnia, quorum sunt genitores (Plin. 15. Hist. nat. 4. 5. [19]): vel ut hostes barbari (Liv. 31. 29).; vel ob calliditatem (Id. 42. 41); temeritatem (Cic. Flacc. 16).; vanitatem (Plin. 2. Hist. nat. 109. 112. [248]); levitatem (Liv. 36. 17., Cic. Lig. 4. 11., Mythogr. III. fab. 6. n. 10. et Isid. 9. Orig. 2. 105). Huc facit memorabile dictum sacerdotum Ægyptiorum ap. Plat. in Tim. 22., interprete Chalcid. « O Solo, Græci pueri semper estis, nec quisquam est in Græcia senex ». — De eorum moribus. Cic. Flacc. 7. 16. (Græcia) illa vetus, quæ quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia etc. et 5. Tusc. 20. 58. Haberet etiam more (Græcorum) quosdam adolescentes amore conjunctos (παιδεραστία). Adde eund. 2. ibid. 27. 65. et 5. 41. 118., 6. Att. 1., 1. Q. fr. 2., Varr. R. R. 2. 11. 11. et Plin. 28. Hist. nat. 4. 18. (50)., Liv. 29. 9., coll. Plaut. Curc. 301. Ceterum vide, quæ superius diximus. ¶ 2. Specialim in N. T. — a) Pro gentilibus v. paganis. V. supra. — b) Item pro populis, barbaris lingua et cultu oppositis. Id. Rom. 1. 14. Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum (i. e. omnibus hominibus cujusque gentis ac nationis) — c) Item pro Hebræis, lingua Græca loquentibus. Id. Act. 6. 1. Factum est murmur Græcorum adversus Hebræos. — De Græciæ nummis vd. Eckhel, D. N. V. add. Steinbüchel 1826.; Mionnet, Descr. d. méd. ant. gr. et rom. 1806-37.; Head, H. N., 271.; Leake, Num. Hellen. Lond. 1856-59 et A man. of Greek numism. Lond. 1887.; Svoronos, Numism. de la Crète anc. etc. I. Aten. 1890.; Imhoof-Blumer, Monn. gr. Paris 1883.; Gardner, The typ. of greek coins etc. Cambr. 1887. — De mythologia et cultu Stengel, Griech. Cultus altert. Münch. 1890.; Plew, Die Gr. in ihrem Verhältn. zu den Gottheiten fremder Volk. Danzig 1876.; Seemann, Die Gott. d. Gr. u. Röm. Leipz. 1888.; Mommsen, Heortolog. d. Ath. Leipz. 1864.; Wachsmuth, Étude sur la relig. d. Grecs Paris 1881.; Rubensohn, Die Myst. in Eleus. u. Samothr. Berl. 1892. Alios V. supra. — De philosophia Zeller, D. Philos. d. Griech. ed. Allegne 1880.; Conti, Stor. d. Fil. I. 1864.; Schwegler, Gesch. d. gr. Philos. ed. Köstlin 1882. — De historia. Westermayer Lond. 1890.; Grote Lond. 1864. et 1884. vol. 10.; Curtius Berl. 1887-88.; Garcia Moreno Madr. 1886.; Hertzberger Halle 1884.; Holm Berl. 1886-90.; Busolt Gotha 1888-68; Pohlmann Nördl. 1889.; Beloch Rom. 1891. etc.

Homonym. Græcus et Græcanicus differre docet Varr. 9. L. L. 3. « Alia sunt Græca, alia Græcanica: illa nempe tota Græca, hæc ex Græcis ad Latinam consuetudinem traducta, quæ et notha appellantur ».

B) Græcia, etiam nomen gentis Romanæ. Corp. 2. 611. et 5. 7218. Cf. alias ap. Orelli n. 62. et Garrucci, Syll. n. 1212. — Corp. 10. 5156. Graicia, et ap. Garrucci, Syll. n. 679. Grecia. — Adde Cod. 4. 51. 2.

GRÆCIDIUS, ii, m. 2., et

GRÆCIENSIS, e, adject., et

GRÆCINUS, i, m. 2. aliaque deriv. V. in voc. præc. et in Lexico.

GRAÆCOSTADIUM, ii, n. 2. idem ac Græcostasis, in regione Urbis VIII. Curios. et Not. Urb. (Cf. Jordan, Top. II. 558); quod incensum, sub Carino et Numeriano impp., ab Antonino Pio fuit restitutum. Capitolin. Ant. 8. Adde Nuov. bull. di arch. Crist. (1902) 126. V. voc. seq.

GRÆCOSTASIS, is, f. 3. (Γραικόστασις) Græca v. Græcorum statio seu locus, ubi Græci consistebant, specialim ita appellatus locus Romæ « substructus sub dextera (Curiæ Hostiliæ) a comitio, ubi nationum subsisterent legati, qui ad senatum essent missi », ut ait Varro 5. L. L. 32. 155. et 156 (Cf. Obsequ. 24). Plin. 7. Hist. nat. 60. 60. (212). Quum (accensus) a Curia inter Rostra et Græcostasim prospexisset solem (sc. horam meridianam). et 33. ibid. 1. 6. (19). Flavius ædiculam æream (Concordiæ) fecit in Græcostasi, quæ tunc supra comitium erat. Adde Cic. 2. Q. fr. 1. — Ex his autem locis arguitur eam sitam fuisse prope hod. S. Martina. Cf. tamen etiam Hülsen, Röm. Mitt. XX. 11.sq.

GRÆCULUS et

GRÆCUS, i, m. 2. V. GRÆCIA.

GRĀJI, ōrum, m. plur. 2. V. GRAJUS.

GRAJOCĒLI, ōrum, m. plur. 2. (Grajus et Ocelum) populus Alpinus, memoratus cum Centronibus et Biturigis, quos cum Grajocelis aggressus est Cæsar a. 58. a. Chr. Cæs. 1. B. G. 10. V. Holder, Altkelt. Spr., qui legit Grai Oceli; et Zeuss, Deutschen 208.

GRAJŪGĔNA, æ, comm. gen. V. voc. seq.

GRAJUS, a, um, adject. (Γραίξ, κός), idem qui Græcus, a Romanis ad Hellenicum populum significandum et præcipue a poetis usurpatum, cujus vocis originem alii (Hesych. Lex. et Etym. M.) ducunt a ῥαίω, alii (Fick) a Γραῖα = Δημήτηρ; alii (Gruppe et Pape) a γραῖα, quæ est terra, planities; potius a Græcus (Γραικός), forma magis Latina, sed antiquius Hellenici populi nomen (Apollod. 17. 7), præsertim in Thessalia, ut supra vidimus (Marm. Par. 6., Eus. chron. II. 16. R. Sch., Const. porph. de them. II, 5. Cf. etiam Arist. meteor. I. 352. οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοί, νῦν δὲ Ἕλληνες). — Grai pro Graji, plur. num. Pacuv. ap. Cic. 2. Nat. D. 36. 91. Cf. etiam, ad scriptionem quod attinet, Prob. ap. Serv. ad Virg. 1. Æn. 2. - Sic Grais pro Grajis ap. Horat. loc. cit. — Grajum pro Grajorum frequens, ut tot alia hujus modi apud poetas. Sic Ovid. 13. Met. 281. et 14. 163., Propert. 2. 6. 19., Stat. 5. Theb. 678. etc. — In sing. num. Ovid. 2. Pont. 2. 25. Achæmenides. Auson. per. II. 2. Achilles. Ennod. 2. carm. 84. 3. Eusebius. Nep. Hann. 3. Hercules. Stat. 2. Silv. 7. 34. Meles. et 10. Theb. 514. Ormenus. Claudian. carm. 20. 250. amictus. Juvenal. 10. 138. induperator. Ovid. 4. Fast. 61. sermo. et 3. ibid. 108. carina. Claudian. carm. 8. 398. vetustas. et 42. 14. Thalia. Manil. 2. 888. lingua. Stat. 5. Silv. 3. 127. Sella. et 3. ibid. 5. 94. licentia. et 3. Theb. 389. gens. Auson. ep. 25. 52. tropæum. Terentian. Maur. 510. ἰῶτα. Avit. carm. 4. 109. poetæ. et ibid. 498. philosophi. Stat. 8. Theb. 687. dei. Propert. 3. 1. 4. chori. et 2. 34. 65. scriptores. Juvenal. 15. 110. et 11. 100. artes. Auson. prof. 22. 11. camenæ. Stat. 3. Silv. 5. 45. Heroides. Stat. 2. Ach. 366. freta. et 2. Silv. 2. 85. metalla. Claudian. carm. 15. 268. oppida. — Absolute — a) Est vir Græcus, vel, collective, Græcus populus, Græci. Cic. 1. Inv. 24. 70., Ovid. 5. Fast. 166., Virg. 3. Æn. 594., Stat. 2. Silv. 1. 113. et Ach. 2. 61. — b) Item nom. gent. vir. Corp. 19. 6576. et 8059 (183). — Grajum, statio classis secundæ Flaviæ in Pannonia inferiore, hod. Bosnisch-Raca, ad ostium Drini. Not. Dign. occ. 32. — In plur. num. Graji, iidem qui Græci. Horat. A. P. 323. Grais ingenium, Grais dedit ore rotundo Musa loqui. Ovid. 13. Met. 281. Grajum murus. i. e. Achilles. Adde Propert. 2. 6. 19., Pers. 1. 127., Virg. 2. G. 16., Nep. præf. 3., Manil. 2. 897. et 2. 42., Mel. 1. 17., 2. 24. etc., Stat. 3. Theb. 655., Claudian. carm. 29. 15., Auson. prof. 14. 4. etc. - Senec. cons. ad Helv. 7. Graji, qui nunc Massiliam incolunt. — Graja, civitas juxta Alpes. Rav. p. 250.; plenius Tab. Peut. In Alpe Graja. i. e. sita in Alpibus Grajis, hod. il piccolo s. Bernardo. — Hinc Grajanus, nom. vir., fuit episcopus Hierosolymorum, Juliani successor. Prosp. in chron.; at Hieronym. in chron. Cajanus. — Grajanus, nom. gent. vir. Corp. 5. 1239. et Grajana, nom. mul. C. 5. 1002. — Grajugena, comm. gen. idem ac Grajus. Pac. ap. Cic. 2. Nat. D. 36. 91., Val. Fl. 2. 557., Stat. 1. Ach. 36. et Ennod. dict. 25. V. voc. in Lexico.

GRALLIA, æ, f. 1. vel Grallium, ii, n. 2. oppidum Hispaniæ, prope Cæsaraugustam, notum ex Inscr. Tarraconensi in Corp. 2. 4244., ubi occurrit Graliensis quidam M. Sempronius Capito. Ita Hübner recte conjecit.

GRALLIENSIS, e, adject. V. voc. præc.

GRALLINUS, i, m. 2. cogn. vir., fort. a grallis, in Corp. 5. 7170.

GRAMA, æ, f. 1. oppidum in Persia, ap. Rav. p. 71.

GRAMATUM, i, n. 2. statio in Gallia inter Epamandurum (quod est in Maxima Sequanorum) et Largam, fort. hod. La Grange, memorata in Itin. Ant. p. 349.

GRAMMA, æ, vel Gramme, es, f. 1. (γραμμή, linea v. littera) cogn. mul. Corp. 10. 111. et 8. 1249. — In alia 10. 7668. Grame.

GRAMMATICUS, i, m. 2. cogn. vir. in Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 612.

GRAMPIUS v. Graupius, ii, m. 2. mons sive potius montium jugum Britanniæ in Scotia, hod. Grampian muntains, ap. Tac. Agr. 29. Alii scribunt Granpius ducuntque a Celt. grap, « curvare » alii vero Graupium.

GRANDAUS v., rectius, Grandavus, i, m. 2. rhetor et declamator Asianus tempore Augusti, ap. Senec. contr. 1. 2. Alii (Gertz) conjiciunt Cranaus, alii aliter. V. Buschmann, Charakt. d. gr. Rhet. ap. Rhet. Sen. Parchim 1878. et Norden, Ant. Kunstpros. I. 266.

GRANEA, æ, m. 1. (granea) cogn. vir. Corp. 9. 5101.

GRANI Mons, statio in via Valeria, ad radices montis, qui hod. Monte Cantaro vocatur, in valle nunc Granara dicta. Tab. Peut.

GRANICUS, i, m. 2. (Γράνικος) fluviolus (σμικρὸν ῥεῦμα Arr.) Troadis in Phrygia minore, qui ex Ida monte in Propontidem (Mar di Marmara) influit, hod. Kodja-tschai. Memoratur Ovid. 11. Met. 763. Fertur Alexirhoë Granico nata bicorni. Adde Mel. 1. 98., Ampel. 9., Plin. 5. Hist. nat. 30. 38. (124). et ibid. 32. 40. (141)., Flor. 3. 5., coll. Lucian. dial. mort. 12. 4. et Polyen. 171. 24. Γρήνικος et Ptol. 5. 2. 1. Γρήνιος = κρήνικος, a κρήνη, fons, in Etym. M., Strab. 13. 582. a γράς, victoria, et Heges. FHG III. 70. 6. a Γραικός, sed minus recte. — Ad eum primum commissum est prœlium inter Dareum et Alexandrum M., qui Persas vicit; sed in eo erat, ut ab hoste confoderetur, nisi, ictu repulso, eum Clitus incolumem servasset; ibi etiam Lucullus Mithridatem a. 73. a. Chr. profligavit. — Hinc Granicum, oppidum, a Granico, ad quem situm erat, fort. appellatum. Rav. p. 363.

GRANIS, is, m. 3. (Γράνις) fluvius Asiæ, in Perside (Nearch. ap. Arr. Ind. 39), in Susiane (Plin. 6. Hist. nat. 23. 26. [99]), hod. Schahpur, ubi eum modicarum navium esse scribit ibid. Plinius.

GRANIUS, ii, m. 2. nom. viri ex gente Rom., quæ extremo sæculo reipublicæ maxime floruit Puteolis, fort. a granorum satione dictum. Inscr. ap. Orelli n. 4314 (ubi Seligo C. Granii e cicere), rectius in Corp. 10. 8058 (18). — Grania, nom. mul. C. 8. 9378. — Apud scriptores ex præcipuis memorantur — 1.º) Granius, medicus, cujus libros inter fontes suos recensuit Plin. in Ind. l. 28. citavitque ibid. 9. et alib. — 2.º) Granius, grammaticus vel mythologus, cujus mentio videtur fieri Fest. p. 277. M. sub v. Rica. et Solin. 2. — 3.º) Granius, duumvir a. 676 = 78., princeps coloniæ Puteolanæ, in quem « Sulla arsit indignatione, quod pecuniam, a decurionibus ad refectionem Capitolii promissam, cunctatius daret ». Ita Val. Max. 9. 3. 8. — 4.º) Q. Granius, præco famosus et apprime dicacissimus (Schol. Bob. p. 259. Or.), hominum summorum Crassi, Catuli aliorumque propter dicacitatem familiaris, qui nec principibus civitatis parcebat, sed eorum vitia libere perstringebat et impune. Itaque ejus nomen pro exemplo usurpatur hominis faceti et dicacis a Cic. 9. Fam. 15, qui ejus facetias ac libere dicta in P. Scipionem Nasicam, M. Livium Drusum aliosque refert pro Planc. 14. 33., coll. 2. Orat. 60. 244. et Brut. 43. 160. et 6. Att. 3. Adde Gell. 4. 17. 2., coll. Lucil. ed. Marx I. p. XLIX. et II. p. 168.sq. — 5.º) Granius Flaccus, grammaticus, de quo « Eundem esse Genium et Larem multi veteres memoriæ prodiderunt, in quis etiam Granius Flaccus in libro, quem ad Cæsarem de indigitamentis scriptum reliquit » (Macrob. 1. Sat. 18. 4); « Varro et Granius Flaccus etc. » (Censor. d. nat. 3. 2., coll. Macrob. loc. cit.); dictus ab Arnob. 3. p. 118. et p. 122. et 6. p. 195. simpliciter Granius, sed 5. p. 194. et a Diomed. p. 365. 16. K. absolute Flaccus. — Sunt tamen qui hunc cum Granio Liciniano confundant, quem memorat Macrob. 1. Sat. 16. 30. citans ejus librum secundum, et etiam Serv. ad Virg. 1. Æn 737., ubi scribit « Granius Licinianus cenæ suæ »; qua voce significatur ejus opus, pluribus fort. libris constans, quorum quintus, de quorundam lectione, ibi citatur. Cf. Hagen ad l. Porro quæ nunc exstant ex Granio Liciniano, deprompta sunt ex codice perg. Musei Britannici Lond., ex Ægypto illuc delato, qui tredecim foliis constat, ter scriptis, ubi scriptura superior est interpretatio Syriaca homil. Joh. Chrys., media grammatici cujusdam Latini, inferior et antiquior Liciniani historiam continens Romanam, ut primus agnovit P. de Lagarde a. 1858 (Böttiger: cf. Philol. IX. p. 393. sq.) una cum G. H. Pertz, qui, Londinum reversus, notas explicare aggressus est, quod difficillimum opus continuavit C. Kug., ejus filius; editum vero est Berolini a. 1857. titulo: Gai Granii Liciniani Annalium quæ supersunt, ad a. 591 = 163. et 676 = 78. pertinentia et fort. ex XL. libris exstantia. Porro videtur quibusdam internis indiciis, sive rerum vel personarum, quibus adludit, sive orthographiæ propriorum nominum auctor scripsisse temporibus Antoninorum. Sed Büchsler cum Bonensibus editoribus litem de ætate se dirimere posse censuit statuendo fragmenta ad alium scriptorem spectare, qui opus originarium Liciniani in compendium redegerit; hoc autem ad Augusti ætatem spectare arbitratur, contra Madvig inter sæc. III. et IV. p. Chr. Licinianum ejusque Annales concludit. Ceterum de hac quæstione fuse scripserunt Comparetti, Rhein. Mus. 13 (1858) p. 457.; Madvig, Ueber Gran. Licin. (Kl. Schr. p. 391); Dieckmann, De Gran. Licin. etc. (Berl. Stud. f. kl. Philol. u. Arch. 16 [1896]); Peter, Die Gesch. Litt. 1 (1897) p. 130.; Camozzi, De Gran. Licin. ejusq. rel. (Riv. di Filol. 28 [1900] p. 268); Flemisch, Gran. Licin. etc. Lohr a. M. 1900.; Funaioli, PWK 7. 1919-1882. etc. — 6.º) Granius Licinianus, scriptor Annalium Rom., de quo vd. n. 5. — 7.º) Granius Serenus, vir « apprime nobilis, litteras ad imperatorem misit, iniquum esse dicens clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi et sine ullo crimine, nominis tantum et sectæ reos fieri. Quibus commotus, Hadrianus Minucio Fundano proconsuli Asiæ scribit, sine objectu criminum Christianos non condemnandos. Cujus epistolæ usque ad nostram memoriam exstat exemplum ». Ita Prosp. in chron. a. 131. — 8.º) Alios videsis ap. Cæs. 3. B. C. 71., Tac. 1. Ann. 74. et 4. ibid. 21. et Macrob. 5. Sat. 19. 13. — In plur. num. Granii sine addito, ap. Apul. apol. 1., accusatores ipsius Apuleji, contra quos causam ipse egit pro uxore sua Pudentilla coram Claudio Maximo, proc. Africæ.

GRANNII (Grani), ōrum, m. plur. 2. gens ad septentr. Europæ, in Scandia insula habitans. Jorn. Get. 24. M. Cf. Müllenhoff ap. Momms. in Ind. Jorn. ad l. p. 160.

GRANNONA, æ, f. 1. v. Grannonum, i, n. 2. oppidum tractus Armoricani, memoratum in Not. Dign. occ. 37. 14 « Tribunus cohortis primæ novæ Armoricanæ Grannona in litore Saxonico ». et ibid. 37. 23. « Præfectus militum Grannonentium (sic). Grannono (Grannono etiam 12) ». Cf. Gravinum in Tab. Peut. (V. Desjardins, Géogr. de la Gaule I. 293. et 330.sq.).

GRANNUS, i, m. 2. deus Celticus, de quo, ut de Beleno, parum constat; sed ut epitheton seu cognomen noscitur Apollinis, ex variis Inscriptionibus, ubi legitur Apollo Grannus v. solus (Corp. 3. 5873., coll. 3. Suppl. p. 1854. Dessau 4651.; 3. 5874., 5868. et 11903. et ap. Villefosse, Rev. épigr. IV. 1901. p. 154); vel absolute Grannus (in Inscr. ap. Brambach 484), vel cum aliis diis conjunctus (Corp. 3. 5861 = 11891. et 13. 4129. Cf. Hettner, Katal. d. Bonn. Mus. n. 67., Bücheler, carm. epigr. 20., Brambach 484. et 919. et Dessau 1195), cujus memoratur et templum (Corp. 3. 10972). — Repræsentabatur autem lævum humerum, dorsum et anteriorem dexteri brachii partem pallio tectus, sinistrâ vero lyram dextrâque plectrum gestans (Cf. Robert, Revue celt. IV. 138. et Klinkenberg, Ztschr. d. Aachener Gesch. XIV. 1892. Taf. p. 2). — Vocabulum porro alii ducunt a Neuir. granni = coma v. barba (Holder); alii potius ab Iran. grian = sol (Bachmeister) vel a Skr. grân(s)as = solis ardor, solis lumen, claritas.

GRANUCOMATÆ, ārum, f. plur. 1. (Γράνου κωμῆται) duæ tetrarchiæ in Cœlesyria inter territorium Cyrrhestices et Emesæ, ap. Plin. 5. Hist. nat. 23. 19. (81).

GRAPHE, es, f. 1. (γραφή, scriptura) cogn. mul. Corp. 6. 2706. — Hinc etiam Graphicus, cogn. et nom. serv. ac libert. vir. C. 10. 574. — Graphice, cogn. mul. C. 5. 1410. et 10. 723. — Graphis (idis), cogn. et nom. serv. ac libert. mul. C. 10. 5378 (Gr. γραφίς, stilus). — In alia, ibid. 5100. Graphini (dat.). — Grapho (ōnis), cogn. libert. vir., demin. more Græc., etiam sine aspiratione. C. 5. 1180.

GRAPTUS, i, m. 2. (γραπτός, scriptus v. scriptorius) cogn. vir. tum ingen. tum libert. itemque serv. Corp. 2. 216. et 5. 1831. — Grapta et Grapte, cogn. mul. et nom. serv. (Gr. γραπτή, scripta). Corp. 3. 434. et 10. 1188. — Abs. C. 9. 566. — Graptius, nom. gent. vir. Laterc. ap. Kellerm. II. 3. 49. et VI. 5. 39. — Graptiacus (Γραπτιακός), cogn. vir. Corp. 3. 6121. Alia, ibid. 10. 6265.

GRASSIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 3201. — Hinc Grassianus, cogn. vir. Corp. 9. 4158. — Grassidius (Grasidius), nom. gent. vir. (nisi velis esse pro Crassidius a Crassus) C. 8. 2403. c. 1. l. 26. — Grassidianus, cogn. vir. C. 2. 1030. — Grasinius? nom. gent. vir. Laterc. ap. Kellerm. VI. 2. 34. — Grasinia, nom. mul. Corp. 5. 3201.

GRATIA, æ, et Gratiæ, arum, f. plur. 1. V. GRATUS.

GRATIANOPOLIS, is, v. eos, f. 3. ¶ 1. Est urbs Galliæ Narbonensis, ad Isaram (Oisé), ita a Gratiano imp. appellata, ante Cularo, hod. Grenoble. Memoratur hoc altero nomine Augustin. 21. Civ. D. 7., Sidon. ep. 3. 14. 1. et Corp. 12. p. 273. et 829. ¶ 2. Item urbs Mauretaniæ Cæsariensis cum sede episc., pariter a Gratiano imp. denominata, in Not. Afr. — Hinc Gratianopolitanus, adj. — a) Ad priorem pertinens. Not. Gall. XI. 5. et Greg. Tur. de curs. stell. 18. — b) Item ad posteriorem. Gest. Collat. Carthag. Cogn. I. 135.

GRATIUS. V. voc. seq.

GRATUS, i, m. 2. cogn. vir. tam ingen. quam serv. ac nom. serv. quod reperitur in gente Julia, Munatia, Vettia aliisque pluribus. ¶ 1. In titulis. Corp. 3. 1119. et 4246. — Abs. in alia, ibid. 3. 124. — Alia, ibid. 7. 1336 (498). Graatus (V. litt. A). — Grata, cogn. mul., ap. Garrucci, Syll. 2187. et Inscr. Ephem. epigr. IV. p. 348. n. 940. in Bull. Arch. Mun. I. p. 204. Gratta. ¶ 2. Apud scriptores — 1.º) Gratus fuit artigraphus, laudatus Cassiod. orthogr. p. 164. K., si ita legend. est. — 2.º) Item episcopus Carthaginiensis, pietate eximius, qui postquam concilio Sardicensi (a. 346) interfuit, suum Carthagine convocavit adiitque postea Constantem imp. (a. 347) ac tam strenue se gessit, ut Donatus, auctor schismatis famosus, in exsilium ejiceretur. Hard. Concil. p. 686., coll. Dionys. Exig. Cod. Can. et Athanas. apol. 2. — Plura colliges ex Morcelli Afr. Chr. II. p. 242-256. — 3.º) Alios videsis consules a. 221., 242., 250. et 280. p. Chr. in Inscr. ap. Orelli n. 5514., in Ephem. epigr. II. p. 411. n. 818., Corp. 3. 1805. — Grati (ōrum), genus militum, qui inter Auxiliaria Palatina recensentur in Not. Dign. occ. 5. et 7. — Grata vero dicta est etiam — 1.º) Filia Valentiniani I. imp., soror Gallæ, uxoris Theodo-

sii M., et Justæ et Valentiniani II., quæ cum Galla sorore virgo permansit. *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 11. — Hinc *Gratius* (aliquando *Grattius* et *Cratius* v. *Crattius*), nom. gent. vir. *Corp.* 2. 4970 (219). et 9. 5920. — *Gratia*, cogn. mul. *C.* 5. 6029. et 6685. — Fuit etiam hoc cognomine uxor M. Cornelii Frontonis, oratoris. *Front. ep.* 2. ad *M. Cæs.* 2., 8., 13. etc. — 2.°) Item ejus filia, absolute dicta in *ep.* 4. *M. Cæs.* 6. et *alib.* — Ludit in ambiguo duarum Gratiarum, matris ac filiæ, idem *Front.* 2. *M. Cæs.* 13. « Gratia minor efficit quod Gratia major facit ». — 3.°) Est etiam dea, *Charis.* ap. Græcos, venustatis et pulcritudinis et etiam benevolentiæ, quasi amoris mutui conciliatrix; hinc Erebo et Nocte nata fertur, ut Amor (*C.* 17. 44), quæ caros conjungit, ut ait *Cat. Dist.* 1. 35. et *Ovid. loc. cit.* — *a)* In sing. num. — α) Generatim. *Ovid.* 6. *Met.* 429. « non pronuba Juno, non Hymenæus adest, non illi Gratia lecto ». Adde *Claudian.* 10. 202. et *Dracont. carm.* 7. 42. — β) Specialim est ipsa Venus, absolute *Gratia* dicta *Parid. epit. Val. Max.* 8. 11. *extr.* 4. « Gratiam quam Praxiteles (*in marmore*) fecit ac posuit in templo Gnidiorum, quidam juvenis adamavit ». *Val.* loquitur de Vulcani conjuge, id est de Venere. — *b)* In plur. num. *Gratiæ*, tres puellæ unius pulcritudinis (*Mythogr. III. fab.* 11), filiæ Jovis et Junonis vel Hermionis (*Id. I. fab.* 132) vel Liberi et Veneris (*Id. II. fab.* 36) vel Solis et Ægles, variis nominibus appellatæ. *V.* CHARITES. — Refert *Paus.* 9. 35. 1., antiquissimis temporibus duas tantum habitas fuisse; ab ætate tamen Periclis tres. Hinc scribit *Varr.* ap. *Gell.* 13. 11. 2. Convivium oportet incipere a Gratiarum numero et progredi ad Musarum. *et* ap. *Macrob.* 1. *Sat.* 7. « Convivarum numerum hac lege definit, ut neque minor quam Gratiarum (*trium*) sit, neque quam Musarum (*novem*) numerosior ». *et mox.* « Hoc, inquit (*Vettius*), nobis præsentia vestra præstabit, ut et Musas impleamus et Gratias ». *et Claudian. carm.* 29. 86. et 3. 9. *triplex* et *terna Gratia* dicitur. *Senec.* vero mythum explicat *benef.* 1. 3. « Quare tres Gratiæ et quare sorores sint et quare manibus implexis (Cf. *Capell.* 2. *p.* 34), quare ridentes, juvenes et virgines solutaque ac pellucida veste. Alii quidem videri volunt unam esse, quæ det beneficium; alteram, quæ accipiat; tertiam, quæ reddat. - Quid ille consertis manibus in se redeuntium chorus? Ob hoc, quia ordo beneficii per manus transeuntis, nihilominus ad dantem revertitur. - Ideo ridentes; quia promerentium vultus hilares sunt et qui dant et qui accipiunt beneficia. Juvenes, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt et sincera et omnibus sancta, in quibus nihil alligati esse decet nec adscripti (*sc.* mancipati); solutis itaque tunicis utuntur: pellucidis autem, quia beneficia conspici volunt ». Alia plura *V.* in CHARITES. — Hinc etiam *Gratianus* — *a)* Cogn. vir. *Corp.* 3. 7104. et 8. 912. In *alia* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 346. 8. Grattianus. — Apud scriptores præcipue *Gratianus* imp., de quo *V.* FLAVIUS GRATIANUS — *b)* Adj. ad Gratium aliquem pertinens, ut *Gratiana vasa*, ap *Plin.* 33. *Hist. nat.* 11. 49. (139)., coll. *Martial.* 4. 39.; vel ad Gratianum imp., ut *Cohors Secunda Gratiana* in *Not. Dign. or.* 29. — *Gratidius*, nom. gent. vir., a *Grato* v. *Gratio* aliquo dictus. *Inscr.* ap. *Kellerm. Vig. I.* 8. 22. — Fuit etiam *M. Gratidius*, Arpinas, cujus soror fuit avia Ciceronis, homo doctus Græcis litteris atque ad dicendum factus, perfamiliaris M. Antonii oratoris, cui ferenti olim legem tabellariam restitit M. Tullius Cicero, idcirco laudatus a M. Æmilio Scauro cons. a. 639 = 115 (*Cic.* 3. *Legg.* 16. 36); postea vero, præfectus in Cilicia, a militibus Sullæ occisus (*Val. Max.* 9. 7) ca. a. 667 = 87. — *Gratidia*, puella Neapolitana, unguentaria, ab *Horatio* adamata et sub ficto nomine *Canidiæ* postea, tamquam venefica, exagitata, teste *Porphyr.* ad *Hor. epod.* 3. 7. De ea loca alia habentur in *epod.* 5. 15. et 48. et 12. 1. et *epod.* 17., quæ tota est in eam; item 1. *sat.* 8. 24. et 48. et 2. *ibid.* 1. 48. et 8. 95. — *Gratilius*, nom. gent. vir. *Corp.* 10. 2492. et *Gratilia*, nom. mul. *Ibid.* — Apud *Flor.* 3. 6. 9. falsa lectio pro *P. Atilius.* — *Gratilianus*, cogn. vir. *Corp.* 9. 1681. et 10. 1251. — Fuit etiam hoc cognomine martyr, una cum Felicissima, insignis, cujus cœmeterium non ita pridem repertum est a cl. *Le Louet* haud procul ab urbe Faleria (*De-Rossi* in *Bull. Cr.* a. 1880. *p.* 69.*sq.*). De iis ita *Martyr. Rom.* pridie Id. Aug. « Faleriæ in Tuscia passio sanctorum Gratiliani et Felicissimæ virginis, quorum pro fidei confessione ora lapidibus primo contusa sunt; dehinc gladio percussi optatam martyrii palmam susceperunt ». — *Gratilla*, cogn. mul. demin. *Corp.* 2. 4580.; 3. 2199. et 5. 5415. — *Gratinus*, cogn. vir demin. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1059. et *Gratina*, cogn. mul. demin. *Corp.* 10. 1003. — *Gratinius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 294. — *Gratinula*, cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Murat. præf. p.* 72. — *Gratiosus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 1085. et 10. 1374. — *Gratius*, cogn. vir. libert. *Inscr.* ap. *Grut.* 582. 2. — Fuit etiam ita cognominatus accusator Archiæ poetæ, quadruplator ignotus, de quo *Cic. Arch.* 4. 8. — Item poeta *Gratius* (rectius *Grattius*) *Faliscus*, « Ovidii æqualis, patria Faliscus, qui carmen epicum edidit, Græco nomine *Cynegeticon* inscriptum (κυνηγετικός, *veneticus*), hodie mancum, in quo de venatione agit seu de canum et equorum, quibus in venando utimur, educatione et cultu, de instrumento venatorio, de ratione venandi etc., a κυνηγέω, *venor*, quod a κύων *canis* et ἄγω, *ago*. De eo *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 34. « Aptaque venandi Gratius arma daret ». — Est qui putet Gratii esse et *Halieuticon* illud, quod inter Ovidii opera edi solet; sed Ovidio multo certius tribuitur (*V.* OVIDIUS). Porro Ovidius unus ex veteribus Gratii meminit, cujus carmina diu latuisse, vigente Latina lingua, vel id satis argumento est. Ita *Forcellin.* noster, qui Manutium, huic poetæ obloocutum, argute carpit. — De eo vd. *Wernsdorff, Poet. Lat. min. I.*; *Baehrens, Poet. Lat. min. I.* 1879. et *II.* 1910.; *Postgate* in *Corp. poet. lat. III.* 1900. et *Curcio Poet. lat. min. I.* 1902. — *Grattius*, nom. gent. vir. *Corp.* 8. 7107. et *alia* ap. *Wilmanns n.* 161.; et *Grattia*, nom. mul. *Corp.* 10. 8297. — *Grattianus*, cogn. vir. *Corp.* 5. 779. et 8. 60. — Compos. *Gratificus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Murat.* 1540. 4.

GRAVETĒ, es, f. 1. oppidum ad septentr.-orient. plagam Armeniæ, prope Sanoram. *Rav. p.* 62.

GRAVĬĀCÆ, ārum, f. 1. v. Graviaca, orum, n. plur. 2. statio in Norico, fort. ap. hod. *Transweg.*, in *Tab. Peut.* Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 622.

GRAVĪNUM, i, n. 2. statio in Gallia Lugudunensi inter Bononiam (*Boulogne*) et Juliobonam (*Lillebonne*), ap. *d'Anville* hod. *Grainville* (Cf. *Desjardins, Géogr. de la Gaule I.* 345). Memoratur in *Tab. Peut.* 22.

GRAVĪNUS, i, m. 2. cogn. vir., quod in nom. gent. transiisse videtur. *Corp.* 10. 5664.

GRĀVISCÆ, ārum, f. plur. 1. (Γραουίσκαι; Γραουίσκοι. *Strab.* 5. 225). Etiam *Gravisca* in *Corp.* 1.[2] *p.* 200 = 6. 1288. a., ap. *Vellej.* 1. 15. et in *Tab. Peut.* — Est autem oppidum maritimum Etruriæ in Tarquiniensi agro prope Centumcellas, ita dictum, teste *Cat.* ap. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 184., quod gravem aerem sustinet: hinc *Rut. Namat.* 1. *Itin.* 281. « Inde Graviscarum fastigia rara videmus, Quas premit æstivæ sæpe paludis odor »; trib. *Stellatinæ* adscriptum (*Kubitschek, Imp. Rom. trib. discr.* 85. et *Corp.* 6. 2928); colonia Romanorum (*Liv.* 40. 29. a. 571 = 183. et *Grom. p.* 220. *Lachm.*), hod. veri similius *Porto Clementino*. Memoratur etiam *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (51). et *alib.*, in *Itin. Ant. p.* 498. et 499. et ap. *Macrob.* 5. *Sat.* 15. 4. *Virg. loc. cit.* « Et Pyrgi veteres intempestæque Graviscæ ». *Intempestas* cur dixerit, exponit *Serv.* ad *l.* et canit *Rut. Namat. loc. cit.*; unde factum est, ut sub finem imperii Rom. ob aeris inclementiam hoc oppidum collapsum ac fere desertum fuerit (Cf. *Dennis, Cities and cemeteries of Etrur. I.*[3] 430.*sqq.* et *Corp. I. L.* 11. *p.* 511). — Hinc *Graviscanus*, adj., ut Graviscanum oppidum ap. *Serv. loc. cit.* et *Graviscana vina* ap. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 6. 8. (67). — *Graviscani*, abs., incolæ. *Cels. dig.* 31. 1. 30. et *Corp.* 11. 3367.

GREBĪA vicus, notus ex *Inscr.* ibi reperta (*Corp.* 5. 4962., ubi legitur: *vicani Grebiæ*), fort. hod. *Greoo* ad Ollium superiorem.

GRĒGŌRĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

GRĒGŌRĬUS, ii, m. 2. (Γρηγόριος, *vigilans*) Ratione metri quantitas syllabarum negligitur *Venant.*, ut in carm. ap. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule n.* 186. « Qui sacer ipse ibibi te pastor agente Gregori ». *et n.* 194. « Denique sancta cruci hæc templa Gregorius offert etc. ». ¶ 1. In titulis, cogn. vir. itemque nom. serv. ac libert. *Corp.* 3. 1968.; 5. 4535. et 10. 1729. — Abs. in tit. Chr. *ibid.* 2061. — *Gregoria*, nom. gent. mul. sequioris ætatis, in tit. Chr. ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 450. ¶ 2. Apud scriptores memorantur ex præcipuis — 1.°) Gregorius, auctor *Codicis Gregoriani*, ab eo dicti, ætatis Diocletianæ. *Cod. Theod.* 1. 1. 5. *init.* — 2.°) Gregorius, Alexandrinus episcopus, Arii sectator, ap. *Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 6., qui tradit hunc, non pastorem sed lupum, fugato legitimo antistite Athanasio, ad sedem venisse stipatum quinque milium armatorum satellitio ac per vim et incendia ecclesiam occupasse ac tenuisse sex annorum spatio, ab a. 341., a Sardicensi concilio damnatus a. 347. et a. 349. mortuus. Cf. etiam *Hil. op. hist. frg.* 2. *n.* 8. et 3. *init. n.* 8. — 3.°) Gregorius, Bæticus, Eliberi episcopus, temporibus Arianæ hæresis, in fide tamen firmus (*Eus. Verc.* in *ep.* ap. *Hil. op. cit. frg.* 11. *n.* 5 [a. 360] et *Prosp.* in *chron.*). — Hic « usque ad extremam senectutem diversos mediocri sermone tractatus composuit et *de fide* elegantem librum. Hodieque superesse dicitur » (*h. e.* post a. 392). Ita *Hieronym. vir. ill.* 105. — Sanctitate clarus fuit, ejusque memoria VIII. Kal. Mai. celebratur (*Martyr. Rom.*). — 4.°) Gregorius, singulari doctrina et sanctitate *Magnus* dictus, nat. Romæ ca. a. 540., ex nobili opulentaque familia, filius Gordiani senatoris et Silviæ, qui, studiorum curriculo inito, litteris et, adulescens, philosophiæ operam dedit; ca. autem a. 571. prætorio officio in Urbe functus est. Sed vix honorum civilium cursum ingressus, quem, terrenæ gloriæ quasi fascino illectus prosequi velle videbatur (*Greg. mor.* 1. 1), gratia divina permotus victusque, omnia, quæ possidebat heres, vendidit (*Greg. Tur.* 10. *Fr.* 1) condiditque septem cœnobia, quorum sex in Sicilia, quo olim cum familia Gordianus migraverat, et Romæ unum in ipsis suis ædibus (*Paul. diac. vit. Greg.* 10. 1), in colle Scauri (hod. *Monte Celio*) sitis; ubi, Hilarione et Maximiano magistris, tanto disciplinæ observandæ studio incaluit, ut, morbo inde concepto, in vitæ procinctu versaretur. — Quum vero tam mirabilis vir in umbra diutius latere non posset, Benedictus I., Rom. pont., ejus admirator, ex monacho cardinalem diaconum seu regionalem creavit a. 577., eoque mortuo, Pelagius II., ejus successor, apocrisiarium (*responsalem*) seu nuncium Constantinopolim misit a. 578 (*Joh. diac. vit. Greg. I.* 7) ad Tiberium imp. — Anno 584 v. 586. rediit ad cœnobium, ubi in abbatem electus est omnium suffragiis; sed brevi, quum vidisset venum iri pueros Anglos captivos, iterum claustro egressus in Angliam cogitabat, ut eam gentem ad Christianam fidem converteret; quin, Pelagio consentiente, clam Romam aufugit. Quod quum rescivissent Romani, pontifex eum revocare coactus est; quo vita functo a. 590., Gregorius omnium votis ac plausu, Mauritio imp. approbante, ad summum pontificatum eligitur « cumque latibula fugā præpararet, capitur, trahitur et ad beati Petri apostoli basilicam deducitur » (*Greg. Tur.* 10. *Fr.* 1) quasi triumphali ritu consecrandus, quod III. Id. Sept. a. 590. feliciter contigit. — Porro dictis æquari non potest miserrimus status, in quo tunc ecclesia ac respublica versabantur. Verum vir, sapientia ac sanctitate quam qui maxime præditus, ita suaviter ac fortiter se gessit, ut Christi naviculam, tot fluctibus agitatam, sartam tectam servarit ac populos regesque sibi devinxerit, ut patri filios addictissimos. Munificentissimus egenos sive urbanos sive externos sustentabat; peregrinos ad mensam quotidie adhibebat; Catholicam in primis fidem, multis locis labefactatam, restituit, nam in Africa Donatistas, Arianos in Hispania re-

pressit, Agnoitas Alexandria ejecit, Gothos ab hæresi Ariana deterruit, Britanniam per Augustinum aliosque monachos euangelii luce illustravit, Hebræos, inhumane ubique habitos, protexit aliaque plurima admirabilia dixit, fecit, scripsit, decrevit, infirma fere et ægra valetudine, ut nihil supra; donec laboribus et morbo confectus, sanctitate et miraculis insignis IV. Id. Mart. a. 604. ad cælum evolavit, post quam illi fundamenta jecit saluberrimo pontificatus Romani imperio, quod medio, ut dicitur, ævo tam mirifice enituit (*Clausier, St. Grég. le Grand* etc. Paris 1886-1891). Cf. *Paul. diac.* et *Joh. diac. vit. Greg. M.* et *Greg. Tur.*, *Christ. Fr.*; unde hæc aliaque plura colligi possunt; quibus addendi *Anon. Anglus*, sæc. VIII. ineuntis scriptor ap. *Ewald, Die älteste Biogr. Greg. I.* in *Hist. Aufsätze* etc. Hann. 1886.; *Clausier op. cit.*; *Wolfsgruber, Greg. d. Gr.*, Salg. 1890.; in *Civiltà Catt.* ser. 14., vol. V-IX (1889-1891)., coll. *Grisar, Roma alla fine del mondo antico III.* 1899.; *Gœrres, Papst Greg. d. Gr.* etc. in *Ztschr. f. wissensch. Theol. XLIV* (1901) 592-602.; *Tarducci, Storia di S. Greg. M.*, Roma 1909.; *Bardenhewer, Patr. III.* 1908. — Plura opera scripsit, non componendi arte nec elegantia stili, sed simplicitate et religionis provehendæ studio ac doctrina maxime commendanda, inter quæ eminet *Registrum epistolarum* seu collectio epistolarum, quas ex officio exaravit, unde ejus sollicitudo ac sapientia apprime elucent; quamquam originarium intercidit; sed tempore Hadriani I (772-795) *Registrum* adornatum est pro Carolo M. imp., quoad ejus poterat, plenum ex epp. 683., quod alia præcesserant minora. Celeber est etiam *Liber regulæ pastoralis*, compos. a. 591., in Græcum ab Anastasio II., episcopo Antiochiæ, et ab Alfrido, rege Angliæ, in Anglo-saxonicum versus. Dein IV. libros conscripsit *Dialogorum* et *Expositionem in librum Job* sive *Moralium* libros XXXV., uberrimum in primis theologiæ moralis thesaurum; *Homilias XL. in euangelia*, ab eo editas a. 592. v. 593., in duos libros, et XXII. *in Ezechielem* a. 588. item in duos libros distributas. Verum *Commentarii* in *I. I. Reg.*, *Expos. sup. Cant. cant.* et *In sept. psalm. pœnit.* et *Concordia s. Script.* habentur ut spuria vel saltem dubia. Sic subditicium est etiam *Sacramentarium*, ei tributum, quod *Duchesne* (a. 1889) Hadriano I. adscribit et *Probst* (a. 1892) dicit ab eo denominatum, quia Gregorius illud diligenter retractavit. Non est autem cur dubitetur de melodiis choralibus liturgicis (*Cantus Gregorianus*) ab eo compositis, ut contra *Gevaert* (*Les orig. du chant liturg. de l'églis. lat.* Gand 1890. et *La melopée antiq. dans le chant de l'églis. lat.* Gand 1895) demonstrant *Morin* (*Das Usprung d. Gregorianisch. Gesanges*, tr. germ. *Th. Elsaess.* Paderb. 1892) aliique; quamquam octo hymni, qui *Gregoriani* dicuntur, sunt a Gregorio abjudicandi (V. *Manitius, Gesch. d. christl.-lat. Poesie*, Stuttg. 1891. *p.* 384-388). — 5.°) Gregorius, cognomento *Theologus*, Nazianzenus, ita dictus ab urbe Nazianzo in Cappadocia (*Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 37), in cujus territorio natus erat ca. a. 330. et in qua episcopus fuit, successor patris sui Gregorii a. 374. — Post quam a Nonna, matre sua, sanctissime est educatus, litterarum discendarum causa celebriores scholas frequentare cœpit maximo cum profectu, Cæsareæ in Cappadocia, ubi Basilium agnovit, Cæsareæ Palæstinæ, Alexandriæ et Athenis, ubi eidem Basilio firmissimis amicitiæ vinculis se adstrinxit, quod maxime patuit, quum amicum præmortuum tot tantisque laudibus ad tumulum cumulavit (*Orat.* 43. *in laud. Basil. M.*). — Ab eo consecratus episcopus Sasimorum, hanc urbem fortasse numquam adiit. Nazianzum accersitus a patre, ut in eo grege regendo ipsi esset adjutor, eum et a sequendis Semiarianis deterruit et sedulam ei operam navavit a. 372-374., quem mox, vita functum, excepit; sed post neque ita multo, morbo conflictatus, Seleuciam in Isauriam recessit, ubi solitariam vitam degit, in divinis rebus contemplandis omnino impensam, quam brevi intercipere coactus est, Constantinopolim a Theodosio imp. accitus. — Hanc itaque civitatem, hæresum sordibus expurgatam ad catholicam fidem reduxit; sed quod ei summum omnium amorem conciliare debuisset, multorum contra invidiam fecit, ita ut in vitæ discrimine continuo versaretur. Verum tanti viri cum vehemens firmandæ fidei ac pietatis fovendæ studio, tum eloquendi robur omnium animos in ejus admirationem pertrahebant; cujus famā, longe lateque diffusā, ipse Hieronymus, ut eum audiret eoque magistro in sacris litteris interpretandis uteretur, Constantinopolim petiit. Dein a concilio œcumenico II. a. 381. in ea sede episcopus confirmatus, quum Meletiano schismati dirimendo totis viribus intenderet, inimicitiam subiit juniorum antistitum, qui in dubium vocarunt legitimam Gregorii in episcopum electionem. Quo factum est, ut religiosissimus vir, ne propterea aliquid detrimenti caperet populus suo regimini commissus idque tumultûs fomes exsisteret, sponte cedens Nazianzum rediit, quam ecclesiam aliquandiu administravit, donec Eulalius eam sedem adiit a. 383., quo Arianzum, suum locum natalem, se recepit, ubi vitam monachi in scribendo legendoque exercuit, ac tandem, imperante Theodosio, a. 389. v. 390. sanctissime vita excessit. — Scripsit multa, quæ dividi possunt in *orationes, epistolas* et *carmina*. Orationes sunt numero XLV., inter quas XXVII-XXXI. inde ab antiquis temporibus præstantiores gravioresque habitæ fuerunt, ab ipso oratore (*Or.* 28. *n.* 1) οἱ τῆς θεολογίας λόγοι dictæ, unde *Theologi* cognomen ei est inditum; quæ vero invectivæ (στηλιτευτικοί) contra Julianum imp., ejus quondam Athenis condiscipulum, a. IV-V., mortuo Apostata, conscriptæ sunt a. 363., non tamen fort. publice recitatæ, easque vehementiores, quarum II. exemplum fuit et fons sex librorum Joh. Chrysostomi de sacerdotii excellentia (περὶ ἱερωσύνης). Porro homiliæ Gregorii Nazianzeni plurimi habitæ sunt et habentur, ita ut, licet passim affectatione quadam ac declamatorio stilo, sui sæculi vitiis, laboret, ex primis dicendus sit Christianæ antiquitatis oratoribus, nec solum sub litterario respectu sed præcipue theologico, ejusque doctrina olim fuerit existimata quasi regula fidei, teste *Rufino*, qui in *præf. Interpr. lat.*, scribit: « manifestum namque judicium est non esse rectæ fidei hominem, qui in fide Gregorio non concordet » (*M. XXXVI.* 736. Cf. *Or.* 40. *n.* 41). — Epistolæ autem sunt numero CCXLIII., saltem eæ, quas Migne edidit (*P. gr.* XXXVII. 108-109), quarum lectio perplacet ob sententias et etiam argutias sermonisque elegantiam, de privatis negotiis pleræque, paucissimæ de theologia, uti est postrema (πρὸς Εὐάγριον μοναχόν) de Trinitate. Carmina denique composuit Gregorius, præsertim in hæreticos Apollinaristas, qui doctrinas suas in vulgus propagabant, versibus adstrictas, quo facilius eas populus edisceret caneretque, et etiam ex genere didascalico, quod dicitur, ut juventus a paganorum poesi ad Christianam studia sua converteret, eaque vario contexta metro, vi tamen poetica plerumque destituta, sæpe gnomis referta et aliquando historica, ut carmen, quod *de vita sua* (*Poem. libr. II. sect.* 1. *carm.* 11) agit (1048. versibus constans), ad ejus vices ac gesta cognoscenda perutile. Quod autem tragœdiam scripserit tit. Χριστὸς πάσχων, a criticis viris omnino rejicitur (*Brambs* 1888). — De eo ejusque scriptis consulas *Benoit, St. Grég. de Naz.* etc. Montp. 1886.; *Hergenroether, Die Lehre d. d. göttl. Dreieinigk. nach d. hl. Greg. von Naz.* Ratisb. 1850.; *Draeseke, Quæst. Nazianz. specimen* (Progr.) Wandsb. 1876.; *Dubedout, De Gregorii Nazianzeni carminibus*, Paris 1901. — 6.°) Gregorius, *Nyssenus* episcopus, Cappadox, frater Basilii M. (*Hieronym. vir. ill.* 128), Petri, episcopi Sebasteni (*Rufin. h. e.* 2. 9) et Macrinæ virginis, nat. a. 372., a Basilio educatus, quem maxima semper veneratione est prosecutus: πατὴρ καὶ διδάσκαλος κ. καθηγητής (*De hom. opif. prol.*; in *Hexaem. prol. et epil.*; *Ep. ad Petr.*). Fuit lector (ἀναγνώστης); sed terrenæ gloriæ cupidus ac mundi lenociniis obsecundans eloquentiæ magisterium professus est voluitque, ut Gregorius Naz. ait (*Ep.* 11), potius rhetor esse quam christianus. Uxorem quoque duxit, quamvis hoc, sed perperam, in dubium vocetur, Theosebiam, sanctissimam feminam (*Greg. Naz. ep.* 95); qua mortua, rhetoris officio valedixit et in solitudinem aliquandiu recessit; unde ægre discessit amicorum impulsu, ut sacerdotio nomen daret; quin Nyssæ episcopus, licet invitus, consecratus est a Basilio a. 372. Ibi, etsi aspera statim perpessus ex Arianorum pervicacia, impavide tamen eorum minas aspernatus, fidem propugnare non destitit, adeo ut, a. 374. in exsilium pulsus a Valente imp., hac illac pervagari coactus sit, quasi « truncus aquis agitatus » (*Greg. Naz. ep.* 81). Sed, Valente, Arianorum patrono, demortuo, ad suam sedem rediit, triumphali more exceptus a. 378., « vir sanctitate insignis ac doctrina, Pater Patrum » appellatus in conc. II. œcum. (*Act.* 6). et « episcopus fidei, conversationis, integritatis et sapientiæ merito, fratre Basilio dignissimus » (*Vinc. Lir. in Common.* 30). — Anno 394. Constantinopolim, ut alias, petiit ad componendam in synhodo, ab episcopo Nectario collecta, discordiam, inter quosdam Arabiæ episcopos exortam; at dein nulla amplius de eo fit mentio; hinc arguitur paullo post obiisse, a. 394 (al. 396). De eo *Martyr. Rom.* « VI. Id. Mart. depositio sancti Gregorii Nysseni, fratris Basilii M., vita et eruditione clarissimi etc. ». — Plura scripsit, quæ in opera *exegetica, dogmatica, oratoria* et *epistolas* dividuntur. — In exegeticis Origenem sequitur, nimis a sensu Scripturæ sacræ litterali seu historico alienum, sed allegorico plerumque inhærentem, quo tamen vitio carent ejus commentarii in *Genesim* 1-2 (περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου: *M. XLIV.* 125-156) et in opere sex dierum: (Ἀπολογητικὸς περὶ τῆς ἑξαημέρου: *XLIV.* 61-124), compos. a. 379.; sed in Psalmis eorumque titulis interpretandis totus est in allegorico sensu ut plurimum persequendo (εἰς τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ψαλμῶν: *XLIV.* 297-608). Præterea recensentur octo Homiliæ in *Ecclesiasten* (*XLIV.* 616-738), quindecim in *Canticum canticorum* (*XLIV.* 756-1120), quinque in *Orationem Dominicam* (*XLIV.* 1120-1193), octo in *Beatitudines* (*XLIV.* 1193-1301). — In dogmaticis exstant: *Catechesis magna* (λόγος κατηχητικὸς ὁ μέγας: *XLV.* 6-105) contra paganos, judæos et hæreticos; tredecim libri *contra Eunomium* (πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικοὶ λόγοι: *XLV.* 237-1121), opus ceteris, quæ supersunt, et fusius et in Arianos acrius; duo tractatus contra *Apollinarem* de corpore et anima Christi (Ἀντιρρητικὸς πρὸς τὰ Ἀπολλιναρίου: *XLV.* 1124-1269. et κατ' Ἀπολλιναρίου: *XLV.* 1269-1177); de Trinitate ad Ablabium (*XLV.* 116-126) et contra Græcos, sc. paganos (Πρὸς Ἕλληνας etc.: *XLV.* 176-185); de *Fide* (περὶ πίστεως: *XLV.* 136-145); ad trib. Simplicium super Filii et Sp. Sancti deitate ac Trinitate divina (περὶ τῆς ἁγίας τριάδος etc.: *XXXII.* 684-696), quod tamen adjudicant alii Basilio M.; duæ orationes, a cl. Mai repertæ, contra Arium una (*XLV.* 1281-1301), altera contra Macedonianos (*XLV.* 1301-1333); Dialogus cum sorore Macrina, qui et τὰ Μακρίνια dicitur, de *anima* et de *resurrectione* (περὶ ψυχῆς καὶ ἀναστάσεως: *XLI.* 12-160); de *pueris* maturius vita functis (*XLI.* 161-192); *contra fatum* pro libero arbitrio (κατὰ εἱμαρμένης: *XLV.* 145-173); denique *contra Judæos* (Ἐκλογαὶ μαρτυριῶν πρὸς Ἰουδαίους: *XLVI.* 193-233). — In oratoriis, ubi verbosiore utitur sermone, orationes numero XLVI., specialim de *baptismo dilato, contra feneratores*, de *divinitate Filii* et *Sp. Sancti, de fide Abrahami* aliæque, maximi sunt momenti; panegyrici in laudem S. Stephani p. m. duo, Theodori m., 40. martyr. Sebastenorum duo, Gregorii Thaum. et orationes funebres de Basilio, de Pulcheria et Flaccilla, de Macrina. — Postremo, præter quædam opuscula ἀσκητικά (*de vita Christiana, de Christiani hominis perfectione, de providentia divina et de virginitate*), etiam XXVI. *epistolæ* (*Mign. XLVI*). — Doctrina Gregorii Nysseni in fide Christiana philosophice demonstranda ac propugnanda versatur, in primis Personarum divinarum trinitate, quæ unice ex mutuis earum relationibus immanentibus distinguuntur, et unitate naturæ, quam in finitis quoque id rebus, sed, minus recte, esse docet (abstracta confundens, quæ singularem numerum postulant, cum

concretis, quæ pluraliter etiam usurpantur); non enim, ex ejus sententia, dicere licet plures homines, quum hi unius sint naturæ, nec ita tres deos (*XLV.* 117-120. iuit.); sed in omnibus unus est homo (ὥστε πολλοὺς μὲν εἶναι τοὺς μετεσχηκότας τῆς φύσεως-ἕνα δὲ ἐν πᾶσιν τὸν ἄνθρωπον: *XLV.* 117-120. et 180), quum τὸ homo non individuum aliquem sed communem significet naturam. — Sequitur dein doctrina de corporum resurrectione et futuro hominum statu (*De hom. opif., de anim. et resurr.* etc.); ubi contra Origenem probat ante corpora animas nequaquam exstitisse, sed ambo, quibus humana natura constituitur, elementa eodem tempore in unum coalescere; nec corpus resurrecturum ab eo differre, cui anima est primum infusa, idque ex ipsa hominis natura, in qua, dum mutationibus subest, aliquid semper habet, quod immutatum permanet. Quod si de pœnarum æternitate cum Origene aliquando videtur consentire, et quandam ἀποκατάστασιν admittere (*XLVI.* 152), id ex principiis potius philosophicis deducit, quam ex divinitus revelatis, quibus etiam clare aperteque demonstrat malos pœnas æternas subituros (*XLVI.* 4306., 452.: αἰώνιος λύπη, ἡ αἰώνιος κόλασις, coll. *XLVI.* 812). — De eo scripserunt *Hilt, De hl. Grg. von Nyssa Lehre* etc. Colon. 1890.; *Vollert, Die Lehre Greg. von Nyssa* etc. Leipz. 1897.; *Vincenzi, In S. Greg. Nysseni et Origenis scripta et doctrinam* etc. Roma 1864-1869.; *Weiss, Die grossen Kappad. Basil., Greg. von Naz. u. Greg. von Nyss. als Exeg.* Brunsb. 1872.; *Unterstein, Die natürl. Gotteserkennt. nach d. Lehre d. Kapp. Kirch. Basil., Greg. von Naz. u. Gr. von Nyss.* Strassb. 1902. — 7.º) Gregorius, cognomento *Thaumaturgus* (*Liber. Brev.* 10), antea *Theodorus* (*Eus. h. e.* 6. 30. et *Hieronym. ep.* 70), episcopus *Neo-Cæsareæ* sive *Ponti* (*Id.* in *Eccls. p.* 424. *Val.*), ortus a. 212. Cæsareæ Ponti, hinc *Gregorius* quoque *Ponticus* dictus (*Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 8). — Adulescens operam dedit rhetoricæ studio ac juris et, dum Berytum cogitabat, ut juridica penitius ibi addisceret, coactus est cum fratre Athenodoro Cæsaream Palæstinæ se conferre, ubi Origenem agnovit ac, neglecto jure, insigni magistro adhæsit, ut ab eo philosophia ac theologia Christiana imbueretur, qui paganus erat, quin et religionem amplexus est Christianorum (*Eus. loc. cit.*). Postea rediit in patriam, ibique primus Cæsareæ Ponticæ episcopus est consecratus (a. 246), tantoque ardore curam pastoralem exercuit, ut ex pagana per eum facta fuerit Christiana civitas universa. Obiit a. 271. — De eo *Eucher. ep. paræn. p.* 718. *M.* et *Greg. Nyss. vit. Greg. thaum.* (*M. XLVI.* 893-958) et *Auct. Syr.*, ex cod. sæc. VI. deducta, coll. *Bed. comm.* in *Marc.* 11, multa tradunt ac magna ab eo edita prodigia, quæ in causa fuerunt, cur *Thaumaturgi* (ὁ Θαυματουργός) titulo appellaretur. Hæc autem eruditi recentiores vel quia miracula ex proposito impie rejiciunt, vel quia severiori, quam par est, criticæ indulgent, hæc aut negant aut addubitant (Cf. *Byssel* in *Theol. Ztschr. aus d. Schweiz XI* [1894] 228-254.; *Koetschau* in *Ztschr. f. wissensch. Theol. XLI* [1898] 211-250. et *Hilgenfeld, ibid.* 452-456). Id tamen pro certo habendum est, incredibilem suo tempore existimationem admirationemque sibi Gregorium apud omnes conciliasse, quod non solum repeti debet a doctrina et sanctitate, qua tamen eminuit, sed etiam a singulari aliqua, qua donatus a Deo fuerit, in naturam vi ac potestate, quamque infitiari nequit nisi qui ea, quæ tradita sunt a veteribus, evidenter falsa esse demonstret. — Scripsit præcipue inter ea opera, quæ genuina sunt, mirificam orationem eucharisticam in magistrum suum Origenem (*M. X.* 1049-1104: εἰς Ὠριγένην προσφωνητικὸς καὶ πανηγυρικὸς λόγος) sed ab auctore dictum λόγος χαριστήριος; tum *symbolum fidei* (ἔκθεσις τῆς πίστεως: *M. X.* 983-988), ubi breviter, sed perspicue, doctrina de Trinitate exponitur; *epistolam* quoque *canonicam* (ἐπιστολὴ κανονική: *M. X.* 1019-1048) de antiquæ Ecclesiæ disciplina, et *metaphrasim Ecclesiastæ* (μετάφρ. εἰς τ. ἐκκλ. Σαλομῶνος: *M. X.* 987-1018), a *Rufino, hist. eccl.* 7. 25. et *Hieronym. vir. ill.* 65. ei attributam. — 8.º) Gregorius, episcopus Turonensis, historicus, ex senatoria familia Gallica, a. 538-594. in Arvernis (hod. *Clermont-Ferrand*), antea *Georgius Florentius* dictus, postea vero *Gregorius* ob venerationem erga Gregorium, episc. Lingonensem (a. 506-507), avum suæ matris Armentariæ. — Educatus a Gallo, patruo suo, episc. Claromontano, studiis sacris se totum dedit; sed morbo affectus Turonem petiit, s. Martini opem sibi enixe adprecaturus, ubi prodigiose convaluit; dein a. 573. hujus urbis episcopus, clero populoque plaudente, est electus, cui in amicitiæ pignus Venantius carmen suum misit gratulatorium, inscr. *Ad cives Turonicos de Gregorio episcopo.* — In hoc officio obeundo prudentiæ ac fortitudinis eximia dedit specimina, magnis difficultatibus obluctatus ac periculis; nimis enim ærumnosa tempora incurrerat, continuis bellorum incendiis obnoxia; attamen tam sapienter se gessit, ut Turonis prosperitatem splendoremque, pro iis rerum adjunctis, valde augeret; contra Chilpericum regem religionis atque humanitatis causam strenue feliciterque defendit, eoque exstincto, a. 584., a Childeberto II., ejus successore, accitus summis muneribus functus est, pacis sequester inter reges, qui ejus consiliis ac sollertia in gravioribus negotiis expediendis utebantur. — Præter alia opera minora *Historiam Francorum* composuit, ut ipse ait de se: « decem libros historiarum, septem miraculorum, unum de vita patrum scripsi; in psalterii tractatu librum unum commentatus sum; de cursibus etiam ecclesiasticis unum librum condidi » (*Hist. Fr. X.* 31). In hoc autem opere majore, quamvis nec certus rerum ordo nec temporum ratio servetur; tamen aurea simplicitas verique amor, quem auctor ubique prodit, maxime placent atque delectant et, quod caput est, hic fons exstat unicus, unde historici illius ætatis notitias depromere queant, ita ut jure optimo dici possit pro Gallia antiqua fuisse Gregorium, quod pro Græcia Herodotus; idcirco, ut ait *Giedebrecht*, hoc pretiosioribus totius litteraturæ historicæ operibus esse adnumerandum. — De eo scripserunt *Loebell, Gregor von Tours u. seine Zeit*, Leipz. 1839., cum præf. *H. von Sybel* 1869.; *Weimann, Die sittl. Begriffe in Greg. von Tours H. Fr.*, Duisb. 1900.; *Bonnet, Le latin de Grég. de Tours*, Paris 1890. — 9.º) Gregorius, Bæticus (a. 357-400), Illiberi v. Elviræ episcopus, usque ad extremam senectutem diversos mediocri sermone tractatus composuit et *de fide* elegantem librum; hodieque superesse dicitur. Ita *Hieronym. vir. ill.* 105. — De eo vd. *Benjamin, PWK* 7. 1864-1867. — Hinc *Gregorianus*, adj. ad Gregorium aliquem pertinens, ut *Gregorianus codex.* V. 2. 1.º — *Gregorianus*, absolute, idem codex. *Auct. Coll. leg. Mos. et Rom.* 1. 8. 9. et 10. et *Augustin. de conj. adult.* 2. 8. et *alib.*

GREJUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 9. 4673.

GRELĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 9. 3726.

GRESĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1888. *p.* 47. — Hinc *Gresianus*, cogn. vir. libertinæ originis. *Corp.* 2. 3235. — Cf. *Gressius*, nom. gent. vir., fortasse idem qui *Gresius*, in *Corp.* 8. 1713.

GREUTHUNGI, ōrum, m. plur. 2. (Scribitur etiam *Greothingi* v. *Greothyngi, Gruthungi, Grutungi* et *Grauthungi*) populus Germaniæ ex Gothica stirpe. Memoratur *Vopisc. Prob.* 18. Ex Gepidis et Greuthungis et Vandulis (*sic*) etc. *Ammian.* 27. 5. 6. « Valens Greuthungos, bellicosam gentem, aggressus est postque leviora certamina Athanaricum, ea tempestate judicem potentissimum - coegit in fugam » (a. 367). *et* 31. 3. 1. « Hunni pervasis Halanorum regionibus, quos Greuthungis confines Tanaitas consuetudo nominavit ». *Hydat. chron.* 385 (*Momms. Chron. min. II.* 15) « Greothungorum gens a Theodosio superatur ». — *Vopisc. Claud.* 6. « Denique Scytharum diversi populi Peuci, Grutungi, Austrogothi, Tervingi (= Wisigothi) etc. » *et Claudian.* in *Eutrop. II.* 153. « Ostrogothis colitur mistisque Gruthungis Phryx ager ». (Cf. *Zeuss, Die Deutsch.* 406.*sqq.*).

GRILLĪUS, ii, m. 2. (Scribitur etiam *Gryllius* et *Gryllus*) grammaticus, fort. exeuntis sæc. IV. vel V. ineuntis, auctor *Comment.* in *Cic. libr. de invent.*, cujus excerpta edidit *Halm* in *Rhet. lat. min. p.* 596-606., ut ex. c. « Virtus autem doctrina dicitur, quæ virtus in homine non nascitur, sed discendo acquiritur ». *et alib. de Cic.* « Cicero ergo, quod in quibusdam orationibus illos reprehendit, non verum judicat, sed blanditur nobilitati ». Memoratur *Priscian. I.* 47. « Grillius ad Virgilium de accentibus ». — De eo cf. *Saringar, Hist. crit. Scholiast. lat. II.* 1834. *p.* 230.*sq.* et *Münscher, PWK.* 7. 1876.*sqq.*

GRINARĪO, ōnis, m. 3. statio seu vicus civitatis Sumelocennensis (*Rottenburg*), apud hod. *Köngen* situs, ubi reperta *Inscr.* (*Haug u. Sixt. Die röm. Inscr.* Würtemb. 383. *n.* 497) IN HONOREM DOMUS DIVINÆ IOVI OPTIMO MAXIMO VICI GRINARIONIS MACERIAM DE SUO POSUERUNT. Adde *Tab. Peut.* — Hinc *Grinarionenses*, incolæ. *Inscr. ibid.* 385. *n.* 498.

GRININCENSIS, e, adject. ad Grinincum pertinens, locum, ubi, teste *Avit. ep.* 74 (65), erant monasteria, hinc *Grinincensia* dicta, in hod. *St. Colombo* prope Viennam (*Ferreoli, basilica, Greg. Tur. de virt. Juliani* 1. 2). *Sidon.* 7. *ep.* 17. 3. « Fluctuantem regulam fratrum destitutorum statuta Lirinensium patrum vel Grinincensium festinus informa ». (V. *Longnon, Géogr. de la Gaule au VI. siècle* 424.*sq.*).

GRININCUM, i, n. 2. *V.* voc. præc.

GRINNES, ium, f. plur. 3. oppidum Bataviæ in via a Lugduno (*Leiden*) Noviomagum (*Nymwegen*) inter Caspingium et ad Duodecimum. Memoratur in *Tab. Peut.* Grinnibus. *et* ap. *Tac.* 5. *Hist.* 20. Grinnes cohortium alarumque castra (Cf. *Desjardins, Table de Peut.* 8).

GRINUS, i, m. 2. rex Theræ insulæ, pater Batti, ejus, qui Cyrenas in Africa condidit, ut refert *Justin.* 13. 7.

GRĪPHUS (Gripus), i m. 2. (γρῖφος, *rete*, pro quo et γρῖπος) cogn. et nom. vir. ap. *Tac.* 4. *Hist.* 49. et *Plaut. Rud.* 927. et *alib.*

GRISELICUS, a, um, adject. ad Griselum pertinens, hod. *Gréoulx* (*dép. Basses-Alpes*), oppidum Galliæ in Provincia, ad Druentiam (*Durance*) fluvium, quod olim thermis celebre fuit. — Hinc *Griselicæ Nymphæ* in *Inscr.* in *Magaz. Encycl.* a. 1811. *p.* 256. = *Corp.* 12. 361., coll. *Borghesi* in *Giorn. Arcad. LXIII. p.* 191. et *Œuvr. III.* 245. et *Mowat, Bull. de ant. France* 1884. *p.* 299.

GRISIA et Grissia, æ, f. 1. (ὁ Κρίσος) fluvius Daciæ, hod. *Krisch*, hung. *Körös*, memoratus *Jorn. Get.* 113. *M. Rav. p.* 204. Gresia (Cf. *Tomaschek, Die alten Thraker II.* 2. 100. et *Jung, Römer u. Romanen in den Donauländ.*[2] 118).

GRITTĪA, æ, f. 1. nom. gent. mul. *Corp.* 9. 269. — Hinc *Gritto* (*ōnis*), cogn. vir. *C.* 9. 3137. — *Grittonius*, nom. gent. vir. *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1880. *p.* 27.

GRŒSĪA, æ, f. 1. nom. gent. mul. *Corp.* 10. 5476. — Hinc *Grœsianus*, adj. ad Grœsium aliquem v. Grœsiam gentem pertinens, ut *Grœsiana cella* in *C.* 6. 706.

GROSPHUS, i, m. 2. (γρόσφος, *telum*) cogn. vir., in *Tab.* cerata ap. *De Petra, le tav. di Pompei n.* 119. *p.* 74. et 75. — *Grosphus Pompejus.* V. **POMPEJUS.**

GROTTŌNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 9. 2396.

GROVII, ōrum, m. plur. 2. (Γρούιοι) gens Hispaniæ Tarraconensis, quæ Bracaraugustam conveniebat. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (112)., ubi al. *Gravii*, et *Mela* 3. 10. — *Sil. It.* 1. 235. et 3. 366. Gravii (Cf. *Hübner* in *Corp.* 2. *p.* 331).

GRUDĪI, ōrum, m. plur. 2. populus Galliæ Belgicæ, Nerviorum cliens. *Cæs.* 5. *B. G.* 39 (Cf. *Zeuss, Die Deutsch.* 215. et *Desjardins, Géogr. de la Gaule II.* 436).

GRŪENTĪA, æ, f. 1. statio Alpina haud procul a Brigantione. *Itin. a Gad. Rom.* v. 2., alib. *Druantium* dicta. v. 4. Cf. *Corp.* 5. *p.* 811.

GRULLUS, i, m. 2. cogn. vir., fort. a *grullus*, quod est navigii genus, vel contr. a *Gruellus*, nom. gent. (*Corp.* 10. 8115). Occurrit in *Corp.* 5. 4462. et 4694.

GRUMBESTĪNI, ōrum, m. plur. 2. gens mediterranea Calabriæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105)., ubi alii leg. *Brumbestini.* V. **GRUMUM** (Cf. *Garrucci, Monete dell' Italia* 119. et *Nissen, Ital. Landesk. II.* 858).

GRŪMENTĪNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

GRŪMENTUM, i, n. 2. (Γρούμεντον) urbs in Lucania (*Strab.* 6. 254. et *Ptol.* 3. 1. 61), inter fluvios Acirin (*Agri*) et Soram, colonia (*Corp.* 10. 228), trib. *Pomptinæ* adscripta (*Kubitschek I. R. trib. discr.* 45), hod. *Saponara*, situ munitissima, ubi Romani Hannonem Carthag. a. 215. a. Chr. profligarunt; sed bello sociali Romæ rebellis capta fuit. Memoratur *Liv.* 23. 37. et 27. 41., *Flor.* 3. 18. 11., *Macrob.* 1. *Sat.* 11. 23. — *Itin. Ant. p.* 104. et *Tab. Peut.* Crumentum. *et Rav.* 4. 35. *in fin.* Crumentium. — De ea vd. *Racioppi, Stor. dei popoli della Lucania I* (1902) 507. — Hinc *Grumentinus*, adj., ut *Grumentina præfectura* ap. *Grom. p.* 209. *Lachm.* (Grumentinensis *Goes.*). — *Grumentini*, abs., incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 15. (98).

GRUMĪO, ōnis, m. 3. nom. servi in *Plaut. Mostellaria* 51., quod conferri potest cum Gr. γρυμέα, *crumena.*

GRUMUM, i, n. 2. oppidum Apuliæ mediterraneum haud procul a Bario, hod. *Grumo*, quicum conjungitur *Grumbestinorum* gens. V. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (105).

GRUNNIĀNUS, a, um, adject. (grunnio) ad Grunnium, nom. jocular iter fictum, pertinens, de cujus ludicro testamento fit mentio in *Lexico* ad v. **BUBULARIUS**, unde *Grunniana factio* ap. *Hieronym.* in *Ezech. c.* 33. *v.* 23. « Et Latini nostri, immo invidi Christiani, et, ut apertius dicam, Grunnianæ factionis hæreses, adversus nos latrant ». — Cf. *Grunnitus*, nom. diaconi ab Ætio interfecti, teste *Prosp.* in *chron.* a. 430.

GRUNNĪUS. *V.* **BUBULARIUS** in *Lexico.*

GRŪTHUNGI. *V.* **GREOTHUNGI.**

GRYLĪOS, ii, m. 2. (ὁ Γρύλιος) amnis in Æolide. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (122). V. *Cramer, Asia Min. I.* 132.

GRYLLUS v. Grillus, i, m. 2. (Γρύλλος) cogn. vir., ductum vel ab animalculo hujus nominis vel a γρύλλος, *porcus.* Occurrit abs. in *Corp.* 8. 4156. — Memorantur etiam hoc nomine — Filius Xenophontis, natu major, in prœlio ad Mantineam interemptus. *Val. Max.* 5. 10. *ext.* 2. — Item balneator in campo Martio Romæ, cujus meminit *Martial.* 1. 60. et 2. 14.

GRȲNE, es, f. 1. (Γρύνη) nom. Amazonis, ab Apolline stupratæ ad nemus quoddam, quod inde *Gryneum* est dictum et ipse Apollo *Gryneus* (Γρύνειος et *Strab.* 13. 618. Γρυνεύς), ibi cultus, teste *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 345 (V. *Toepffer, Attisch. Geneal.* 191.*sq.*). — Hinc *Gryneus* (Γρύνειος), ut dictum *Gryneum nemus*, ad Clazomenem, de quo *Virg. ecl.* 6. 72. « His tibi Grynei nemoris dicatur origo Ne quis sit lucus, quo se plus jactet Apollo »; nam deus ibi serpentem occidit (*Serv.* ad *l.*); et *Gryneus Apollo* (*Id. loc. cit.*). Cf. *Schreiber, Apoll. Pythoktonos*, 39.*sqq.* et *Gruppe Gr. Myth.* 294. 6. — De nummis Gryniæ cum capite Apollinis V. *Cat. Brit. Mus. Troas, Æolis* 133. *Taf. XXIV.* 8. 9.

GRȲNĒUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

GRȲNEUS (disyll.), ei, m. 2. nom. Centauri in pugna Lapitharum, ap. *Ovid.* 12. *Met.* 260. et 268.

GRȲNĪA, æ, f. 1. urbs Æolidis sive Mœsiæ (*h. e.* Mysiæ), nam Æolis, ut docet *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (121)., quondam Mœsia appellata; « nunc tantum portus, olim insula apprehensa », quam dein *Grynium* vocat ac refert circa illud ostrea gigni, ut etiam *Nep. Alcib.* 9., ubi castrum appellat in Phrygia (Cf. *Xenoph.* 3. Ἑλλην.), quod Mysia etiam Phygia dicta fuerit. — Nomen accepisse a *Gryno*, Eurypili et Astyoches filio, qui regnavit in Mœsia (*h. e.* Mysia), tradit *Serv.* ad *Virg.* 7. *Ecl.* 72., col. 6. *Ibid.* 70. V. **GRYNE.**

GRȲNĪCUS, i, m. 2. nom. cujusdam scriptoris ap. *Apul. orthogr.* 12., nisi est corruptum (Cf. *Mai* ad *l.*).

GRȲNUS. *V.* **GRYNIA.**

GRȲPHUS, i, m. 2. cogn. vir., ductum a γρύψ, υπός, gryps v. gryphus, animal fabulosum pennatum, ut avis, et quadrupes; hinc et *Grupus* scribitur. *Corp.* 10. 5798. — *Plotius Gryphus* vir fuit, ad quem exstat carmen *Statii* 4. *Silv.* 9. — *Grypus*, cogn. Græcanicum, a γρυπός, *curvus* seu aduncus. *Justin.* 39. 1. — *Gryphius*, cogn. libert. *Inscr.* ap. *Grut.* 250. *c.* 1.

GU

GUBALI, locus in Dacia ap. *Rav. p.* 204. — *Tab. Peut.* Caput bubali, idem quod *Caput Bovis.*

GŬBERNĀTRĪCES, um, f. plur. 3. cogn. Matrum Celticarum, ap. *Hübner, Corp.* 7. 238. Cf. tamen *Bonn. Jahrb. LXXXIII.* 157. *n.* 348.

GŬBERNĪUS, ii, m. 2. (guberno) cogn. vir. *Corp.* 8. 2403. *c.* 2. *l.* 4. — *Ibid.* 1643. Cubernius.

GUBRĀTA, æ, f. 1. locus v. statio in via ab Hatra Ctesiphontem. *Tab. Peut.* (script. *Gibrata*) et *Rav. p.* 67. — De ejus situ V. *Streck in PWK* 7. 1930.*sq.*

GUDA, æ, f. 1. nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. libert. generis. *Corp.* 10. 6476. — *Gudulus*, cogn. vir. demin. a *Guda*, in *C.* 8. 3692. et *Gudula*, cogn. mul. tam ing. quam libert., demin. *C.* 8. 6731. — *Gudullus*, cogn. et nom. lib. et serv., demin. a præc. *C.* 8. 1907. et *Gudulla*, cogn. mul. demin. *C.* 8. 5807. — *Gudulo* (*ōnis*), nom. serv. vir. *C.* 8. 4354. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. amnis pæninsulæ Ibericæ seu Lusitaniæ, oriens ex monte Herminio et in Durium influens. *Corp.* 2. 760. et 5261.

GUDDA, æ, f. 1. oppidum Mauretaniæ ap. *Rav. p.* 163. — Cf. *Guddem*, indecl. m. nom. Punicæ originis. *Corp.* 8. 1266. — *Guddene* (*es*), nom. mul., quæ virgo et martyr, a. 203., laudatur *Augustin. serm.* 294. Cf. *Morcelli* in *Afr. Chr. II. p.* 62. et 63. — *Guddus*, nom. gent. vir. *Corp.* 8. 5899. — *Gududis*, cogn. mul. *C.* 8. 439. — *Gududio* (*ōnis*), cogn. vir. *C.* 8. 1944.

GUDĪLA, æ, m. 1. ¶ 1. Gothorum rex, cujus filia Medopa nupsit Philippo Macedoni, patri Alexandri M., teste *Jorn. Get.* 65. *M.*, de quo nomine disserit *ibid. Momms.* ¶ 2. Item præfectus domus Theoderici regis, qui in Romana synhodo a. 501. ejus vicem gessit, ut refert *Cassiod.* in *chron.* 422., 425., 429., coll. 5. *Hist. trip.* 29. Cf. *Mommsen, Neues Archiv XIV.* 514.

GUDĪŌNUM, i, n. 2. idem ac Gadinium, civitas maritima Asiæ Minoris ap. *Rav. p.* 366., coll. *p.* 101.

GUGERNI, Cugerni v. Guberni, ōrum, m. plur. 2. populus Galliæ Belgicæ, serius Germaniæ inferioris, inter Rhenum et Mosam, originis Germanicæ, qui rebellioni Civilis favit. *Tac.* 4. *Hist.* 26. et 5. 16. et 18. *Corp.* 3. *p.* 869. et 873. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 17. 31. (106).

GUIDEHÆ, ārum, f. plur. 1. cogn. Matronarum Rhenanarum, quæ a quodam Germaniæ loco ita sunt appellatæ, ac dearum instar cultæ. Memorantur in *Inscr. Rh.* ap. *Brambach n.* 603.; *Bonn. Jahrb. LXXXIII.* 151. *n.* 310. et *Corp.* 13. 7878.

GUIUNTĀNUS, a, um, adject. a *Guiuntum* vel, uti vult *Hübner*, a *Guium*, quod *Sachau* oriri putat a Phœn. *gew* « dorsum ». Est autem « oppidum civium Latinorum » ins. Ballaris majoris. Legitur in *Inscr.* magna honoraria, Tarraconensi, *Corp.* 2. 4218., de quodam *Cn. Gavio*, omnibus honoribus in rebus publicis suis functo.

GULA, æ, f. 1. cogn. mul. *Corp.* 8. 7490. — *Gulosus*, cogn. vir. *C.* 8. 1904. — Fuit etiam ita appellatus episcopus Beneventensis, in insulam Corsicam relegatus ob fidem Catholicam a. 484. ab Hunerico, Vandalorum rege. *Notit. Afr.*

GULŪSA v. Gulussa, æ, m. 1. (Γολόσσης *Polyb.*) nom. Punicæ originis. Fuerunt hoc nomine — 1.º) Masinissæ, regis Numidiæ, filius secundo genitus, qui, mortuo patre (a. 149. a. Chr.), regnum divisit cum Micipsa et Manastabale, fratribus suis, adhæsitque fideliter Romanis; sed a. 118. vita excessit, fratrem relinquens Micipsam, solum Numidiæ regem, et filium Massivam, teste *Sall. Jug.* 5. et *ibid.* 35. Cf. *Polyb.* 34. 16. et 38. 7. et *Diod.* 32. 22. — 2.º) Item regulus Numidarum, memoratus *Plin.* 8. *Hist. nat.* 10. 10. (31)., nisi idem est ac præcedens. Ex *Polyb.* 39. 1.*sqq.* videtur fuisse Hasdrubalis ac Scipionis captæque Carthaginis temporibus suppar.

GUMATHĒNĒ, es, f. 1. regio Mesopotamiæ, fertilis, teste *Ammian.* 18. 9.; quod nomen conferri potest cum Arab. *al-Guma* (Syr. *Gumtha*, i. e. fossa); sed de situ, ut etiam de etymo, vd. *Streck, PWK* 7. 1933. Cf. voc. seq.

GŪMIS (Gummis), civitas Africæ Byzacenæ ap. *Rav. p.* 349.; sed *Gumina* ap. *Guid. p.* 519. — Hinc *Gummitanus*, adj., ut *Johannes Gummitanus* in *Gest. Coll. Carth. Cogn. I. n.* 215.; et *Maximus Gummitanus* in *Not. Afr.* — *Gumina*, cogn. vir., orig. Punicæ. *Corp.* 8. 4995.

GUMŌHARIUS v. Gumoarius, ii, m. 2. tribunus scutariorum a. 350. p. Chr. sub principe Vetranione, quem prodidisse ferebatur, ap. *Ammian.* 21. 8. 1.; dein magister militum Cæsaris Juliani, Lupicini sub Constantio et Juliano successor a. 360. *Id.* 20. 9. 5. et 21. 13. 16.

GUNDERĪCUS, i, m. 2. (Γόνθαρις *Procop.*), rectius *Guntharix*, ut docet *Wrede, Ueber die Sprache d. Vandal.* 63. — Fuit filius legitimus regis Godigiseli et frater spurii Geiserici (Genserici), qui ei successit (*Procop.* 6. *Vand.* 1. 3. 23). Sedem suam habuit in Gallæcia Hispaniæ, unde quum filios in Africam cum matre misisset, eos Geisericus occidit (*Vict. Vit. II.* 5. 14). Anno 418. p. Chr. Alani se illi subjecerunt (*Hyd.* in *chron.*) et a. 419. bellavit cum Hermerico, Suevorum rege (*Id. ibid.*), eumque in montes se recipere coegit, ubi inclusum tenuit; dein a magistratibus Romanis permotus victum regem cum populo in Bæticam misit a. 420 (*Momms. Chron. min. II.* 20., 71., 74., coll. *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 2). — Dein a. 428., capta Hispali, quum in hujus civitatis sacra manus injecisset rapaces, Dei judicio a dæmone correptus interiit: ita *Hydat.* in *chron.*, coll. *Momms. II.* 21. 86. — De eo vd. *Papencordt, Gesch. d. Vand. Herrsch. in Afr.* Berl. 1837. *p.* 10. 341.; *Dahn, Die Könige d. Germ. I.* 143. et *Schmidt, Gesch. d. Vand.* Leipz. 1901.

GUNDIBADUS, i, m. 2. rex Burgundionum, quo hortante, Glycerius Ravennæ sumpsit imperium a. 473. *Cassiod.* in *chron.* ad *h. a.*

GUNDĪCHĀRĪUS, ii, m. 2. rex Burgundionum in Gallia, a. 435. v. 436. qui, ab Ætio victus, ab eo supplex pacem impetravit, quam brevi amisit deprehensus ab Hunnis, qui eum una cum sua stirpe ac populo deleverunt (*Prosp.* in *chron.*, coll. *Momms. Chron. min. I.* 475. 1322. et *II.* 22. 108. etc.) et *Sidon. carm.* 7. 234.

GUNDĪOCUS (Gundiuchus), i, m. 2. (Ita *Momms. Chr. min. I.* 305., *Gunduicus* ap. *Hilar. ep.* 9. 1., *Gundeochus* ap. *Greg. Tur.* 2. *Fr.* 28) rex Burgundionum ex stirpe Athanarici, pater Gundobadi, Godigisili, Chilperici et Godomari (*Greg. Tur. ibid.*), fort. ex filia Patricii Flavii Ricimeri (*Joh. Ant. frg.* 209. 2). — Rheno transmisso, multa cum Romanis in Gallia prœlia modo prospere, modo improspere commisit; tandem vero, pactis condicionibus, magistri militum honorem obtinuit. — Videtur ab Ariana hæresi fuisse alienus et Catholicæ fidei adhæsisse, ut arguitur ex *ep.* 3. *Hilar.* pap. a. 463., ubi eum filium suum, illustrem magistrum militum, vocat.

GUNDOBADUS (Gundebadus), i, m. 2. Burgundionum rex in Gallia, filius Gundioci major natu, affinitate conjunctus cum Theoderico, cujus filiam in matrimonium duxerat Sigismundus, Gundobadi filius; homo ferox, qui Chilpericum fratrem suum interfecit gladio uxoremque ejus, ligato ad collum lapide, aquis immersit duasque ejus filias exsilio condemnavit (*Greg. Tur.* 2. *Fr.* 28). Harum autem junior, Chrotechildis (Chrotildis) nomine, reperta est a legatis Chlodovechi (Chlodovæi), quam quum vidissent elegantem atque pientem, cognovissentque eam de regio esse genere, hæc nuntiaverunt regi, qui puellam a Gundobado petiit. Is recusare metuens legatis eam tradidit, qua visa, Chlodovechus

valde gavisus, suo eam conjugio sociavit (*Id. ibid.*). — Godegesilus, ultimus ex fratribus, societatem iniit cum Chlodovecho contra Gundobadum eumque debellavit prope Divionem a. 500. — Hic tamen animum non despondit seque recepit Avenionem, quam Chlodovechus obsedit, ita ut ille coactus fuerit per Aradium, administrum suum, pacem poscere. Nec quievit, sed Viennam, ut antea, iterum vastavit misitque in Italiam, qui a Theoderico auxilia peterent, sed frustra; in Italia dein in hæresi obfirmatus, etsi Aviti eloquentia ac sanctitate aliquando commotus (*Greg. Tur. app. p.* 1324), periit a. 516., cui successit Sigismundus. — De eo plura vd. ap. *Binding, Das Burgundisch-Romanische Königreich I.* 1868.; *Jahn, Geschichte d. Burgund.* 1874. et *Hartmann, Das Italianische Königreich* 1897. *p.* 155.*sqq.*

GUNDOMADUS, i, m. 2. rex Alamannorum, Vadomarii frater, quicum Gallias a. 354. invasit; sed post, pace facta cum Constantio imp. a. 357., a suis civibus est interemptus. *Ammian.* 14. 10. 1. et 16. 12. 17.

GUNDŪSA, æ, f. 1. (Scribitur etiam *Godasa*, *Gondosa* et *Ganduza*) urbs in Armenia minore, in via Arabiss.-Satala (*Ptol.* 5. 6. 20), in *Itin. Ant. p.* 182. — Ejus situs valde incertus, fort. ad *Tulmadj* (V. *Kiepert, Karte v. Kleinas.* BV).

GŪNEUS (bisyll.), ei, m. 2. (Γουνεύς: cf. γουνός *Hom. Il.* 2. 748.; sed est falsa lectio pro Γοννεύς [*Wilamowitz*]: cf. Γόννοι = *Gonnos*, Gonnussa, urb. Thess.) Acc. *Gunea*, Græc. posit., ap. *Auson. loc. cit.* — Fuerunt hoc nomine — *a)* Dux quidam Græcus ex Cypho, qui cum viginti una v. duabus navibus Perrhæbis solvens (*Dict.* 1. 17) ad expugnandam Trojam profectus est, ubi pro victoria mortem invenit (*Id.* 3. 14). — Epitaphium ejus scripsit *Auson. epit. her.* 12. « Gunea pontus habet, tumulus sine corpore nomen etc. ». — *b)* Item unus ex procis Helenæ. *Hygin. fab.* 81.

GUNTASĬUS, ii, m. 2. episcopus Donatista, ap. *Augustin.* in *ps.* 36. *serm.*

GUNTELDA, æ, f. 1. nom. mul. in titulo Chr. *Corp.* 5. 5415.

GUNTHAMUNDUS et Guntamundus, i, m. 2. (Γουνθαμοῦνδος) rex Vandalorum in Africa a. 484-496., filius Gentunis, fratris Hunerici regis, cui hic successit, qui Catholicis valde favit, ita ut eis restituerit templa a. 494. et cœmeteria, et episcopos exsules revocaverit in eorum sedes, teste *Prosp.* in *chron.* Obiit a. 496. Memoratur etiam *Vict. Vit. I.* 1. et *III.* 64., *Dracont. satisf.* 213., *Ennod. Paneg. Theod.* 13. 70. et *Corp.* 8. 9286., coll. *Procop. b. Vand.* 1. 8. — De eo vd. *Schmidt, Gesch. d. Vand.* 112-115.

GUNTHARĬUS (Gunthacarius), ii, m. 2. ¶ 1. Fuit Chlodomeris Merovingi secundo genitus, quem cum ipsius fratribus Theodoaldo et Chlodoaldo Chrotechildis recepit ac tenuit; Chlotacharius (Chlotarius) vero Guntheucam, uxorem fratris sui Chlodomeris in bello occisi, sibi in matrimonium sociavit (*Greg. Tur.* 3. *Fr.* 6). — Porro Chrotechildis regina, quæ Chlodomeris filios alebat eosque unico amore prosequebatur, invidiam adeo excitavit Childeberti, ut Chlotacharii manu Theodoaldum et Guntharium occidendos curaverit (*Id. Fr. epit.* 39), a. 529 (?). ¶ 2. Item Chlothacarii regis filius ex Ingunde, qui brevi, vivente patre, mortuus est (*Id.* 4. *Fr.* 3).

GUNTHCHRAMNUS, i, m. 2. Chlotacharii (Chlotarii) I., Merovingii regis, ex Ingunde filius (*Greg. Tur.* 4. *Fr.* 3), qui, patre mortuo, divisionem fecit una cum fratribus Chariberto, Chilperico et Sigiberto ita ut sibi regnum Chlodomeris sorte obtigerit sedemque habuerit Aureliani (*Id. ibid.* 22), ubi solemni ritu exceptus est. — Accepit primum concubinam, nomine Venerandam, de qua filium suscepit Gundebadum aliamque deinde habuit, Marchitrudem nomine, quæ Gundebadum veneno dolose necavit (*Id. ibid.* 25). — Chilperico relicto, ad Sigiberti partes transiit; sed postea pacem victor fecit cum Chilperico; dein Chariberti regnum invasit; sed contra eum Childebertus conjuravit et Chilpericus, qui ei urbes eripuit. Sed postea, hoc occiso, Parisios venit, legatos Childeberti excipit eumque laudat, adoptat et impense diligit (*Id.* 9. *ibid.* 20). — Bella deinde suscepit contra Hispanos, ut necem Hermenegildi martyris ulcisceretur; Langobardos per duces suos protrivit, in Gundovaldum expeditionem fecit pluraque alia bona mixta malis patravit, quamvis religione non careret; quin et synhodos congregavit Parisiis, Lugduni, Cabillone, Matiscone; s. Marcelli basilicam condidit ditavitque ac monachos ibi statuit, monasteriis favit; asyli jura servari jussit; Gundovaldi thesauros pauperibus distribuit; demum anno regni XXXIII. sanctissime obiit sepultusque est in templo s. Marcelli et quidem in monasterio, quod ipse construxerat (*Id. ibid.* passim).

GUNTHERĪCUS, i, m. 2. dux Gothorum, de quo *Jorn. Get.* 170. *M.*

GUNTHIGIS (Gunthicis), qui et Baza, ex nobilissima Amalorum progenie, de quo *Jorn. Get.* 266. *M.*

GUNTĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Oppidum Rætiæ (*Itin. Ant. p.* 250), inter Augustam Vindelicorum (*Augsburg*) et Cellum montem (*Not. Dig. occ.* 35), ubi sedem habebat præfectus militum Ursariensium, hodie *Günzburg*. Cf. *Momms. Corp.* 3. *p.* 721. — Hinc *Guntiensis*, adj. ad Guntiam pertinens. *Inc. paneg. Const. Cæs.* 2. ¶ 2. Item amnis Rætiæ influens in Danubium, hod. *Günz*, in *Corp.* 3. 721. et 1854.

GUNŪGITĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

GUNŪGU, Gunugus, Gunagus, Canucus in mss. *Itin. Ant.* et *Rav.* — Est Gunugu oppidum Mauretaniæ litoralis, colonia Augusta (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 20), memoratum in *Itin. Ant. p.* 15. et ap. *Rav. p.* 145., situm prope *Marabut Sidi Brahim* (*Corp.* 8. *Suppl. p.* 2025). — Hinc *Gunagitanus* et *Gunugitanus*, adj. *Corp.* 8. 9423. et *Not. prov. Maur. Cæs. n.* 111. in *Halms Vict. Vit. p.* 70.

GURGES, itis, m. 3. cogn. vir. in gente *Fabia* et *Volcatia*. V. FABIUS.

GURGĪTENSIS v. Gurgaitensis, e, adject. *V.* voc. seq.

GURGĪTES, um, m. plur. 3. oppidum provinciæ Byzacenæ in Africa, cujus nominis causam adfert cl. *Morcelli* in *Afr. Chr. I. p.* 177.; videtur nempe ita dictum ex eo, quod conditum fuisset ubi profundior fluvii Tritonis alveus erat, id enim est *gurges*; in antiquis vero tabulis (*Marini, Fr. Arv. p.* 782.*sq.*) est *pagus Gurzensis* et *civitas Gurzensis*, ita ut dici possit *Gurgites* et *Gurzam* unum idemque esse, hod. fort. *Kala Kebira*. Legitur in *Tab. Peut.* et ap. *Cyprian. sent. ep.* 458. *n.* 74. *Hart.* Cf. etiam *Corp.* 8. *p.* 17. Alii tamen unum ab altero distinguunt. V. GURZA. — Hinc *Gurgaitensis* (*Gurgitensis*), adj., ut *Primianus Gurgaitensis* (al. *Gurgitensis*) in *Not. episc. Byz. n.* 78. a. 484. in *Halms Vict. Vit.* 67.

GURGŪRES (?), alti montes ap. Roseam, ut habet *Varro* 2. *R. R.* 1. 16.; sed *Weiss* conjicit *Burbures montes*, quos *Nissen* idem putat ac *M. Terminillo* in Sabellicis.

GURTHRIGERNUS, i, m. 2. tyrannus Britannorum, qui, ut patriam ab aquilonaribus gentibus liberaret, multo sæviores hostes, Saxones, in insulam intromisit. Ita *Gild.* 1. *Excid. Brit.* 23.

GURULIS, is, f. 3. (Γουρουλίς) urbs Sardiniæ duplex, *vetus* (παλαιά) et *nova* (νεά) ap. *Ptol.* 3. 3. 7. et 3. 9. 3.; illa autem hod. *Padria* dicta, hæc *Cuglieri*. Memoratur *Corp.* 10. 624 (Cf. *Spano, Memoria sopra l'antica città di Gurulis vetus oggi Padria*, Cagliari 1867.; *De la Marmora, Voyage en Sardegne II.* 366., 403. et *Pais, Memorie d. Accad. d. Lincei ser. III. v. VII.* 1881. *p.* 339).

GURZA, æ, f. 1. urbs in Byzacena a septentr. Hadrumeti (Cf. *Corp.* 8. *p.* 17. et *Suppl. p.* 1162), Γόρζα ap. *Polyb.* 1. 74., in *Tab. Peut.* Gurra.; unde « senatus populusque civitatium stipendariorum pago Gurzenses » cum proconsule Africæ a. 12. a. Chr. (*Corp.* 8. 68 = *Dessau* 6095); porro alia est *civitas Gurzensis*, a. 65. p. Chr. (*Corp.* 8. 69). V. GURGITES.

GURZENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

GUSTĒUS, i, m. 2. (gustus) cogn. vir. *Corp.* 8. 9087. — *Gustillus*, nom. gent. vir. *C.* 10. 5734.

GUTAMĪUS, ii, m. 2. nom. vir., fort. gent. *Corp.* 2. 796. — *Gutamo* (*onis*), nom. vir., fort. gent. *C.* 2. 782.

GUTHĀLUS (Guttalus), i, m. 2. fluvius Europæ borealis, in finibus Germaniæ et Sarmatiæ, influens in mare Suebicum (sinum Venedicum). Dicitur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (100). clarus. et *Solin.* 20. latissimus. Fort. hod. *Pregel* appellatur. Cf. *Karl Müller zu Ptol. III.* 5. 1.

GUTŌNES (Guttones), um, m. plur. 3. iidem qui *Gothi* v. *Gothones* (V. GOTHI); aliter *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (99)., qui eos dicit unum ex quinque Germanorum generibus, Vandiliorum pars.

GUTRŬĀTUS, i, m. 2. nom. vel potius titulus Celticus viri, qui princeps fuit seditionis Carnutum a. 702 = 52. contra Cæsarem in Gallia et ab eo, militibus ipsis impellentibus, anno insequenti occisus. *Cæs.* 7. *B. G.* 3. et 8. 38. Sed his locis alii rectius leg. *Cotuatus*, ut *Reifferscheid*. Cf. *Holder, Altk. Spr. I.* 2045.*sq.*

GUTTA, æ, m. 1. cogn. vir. gentis ignotæ Romanæ. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2598., coll. *Wilmanns, n.* 2600. — *Cenotaph. Pis.* ap. *eund. Wilm. n.* 888. — Memorantur — *Gutta*, competitor Milonis in consulatu a. 700-54., teste *Cic.* 3. *Q. fr.* 8. — *Ti. Gutta*, Capuanus, senator Romanus, homo sordidus, qui ambitûs damnatus est. *Cic. Cluent.* 26., 36. et 45., coll. *Quintil.* 5. 10. 108. Cf. *Schol. Pers.* 2. 19 (ap. *Furlanetto* in *Add.* plenius dicitur *T. Carpineus* [?] *Gutta*). — Item *Gutta* cons. cum Milone a. 702 = 52. *Cic.* 3. *Q. fr.* 8. — Hinc *Guttula*, nom. mul. demin., ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 115. *n.* 231. — *Guttus*, nom. vir. *Corp.* 10. 4528. — *Gutulus* pro *Guttulus*, cogn. vir. demin. *C.* 8. 2847. — *Guttur* (*ŭris*), m. cogn. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 2207.

GY

GYĂRUS, i, f. 2. (ἡ Γύαρος *Arist.*) Etiam forma *Gyaros*, Græc. posit., ap. *Mel.* 2. 111. et *Tac.* 3. *Ann.* 68. — *Gyara*, æ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (69). et *alib.* — *Gyaræ*, *arum*, ap. *Juvenal.* 1. 73. et 10. 170. — Prima syllaba brevis est; sed licenter producitur *Juvenal. locc. citt.* — Ducitur a γύαλον, *cavitas arcuata* (γύαλον θώρακος), ex solita permutatione litt. ρ et λ (V. *Grasberger, Ortsnam.* 205).

Gyarus, insula parva (*Juvenal.* 1. 73. « brevis »), sterilis, scopulosa ac fere deserta maris Ægæi, una ex Cycladibus (*Plin.* 8. *Hist. nat.* 29. 43. [104])., inter Ceum et Tenum, purpura abundans, locus relegatis sub imperio Rom. destinatus, hod. item *Gyaros* v. *Jaros*. De ea *Plin.* 8. *ibid.* 221. 82. (57). Theophrastus auctor est in Gyara insula cum incolas (*mures*) fugaverint, ferrum quoque rosisse eos. Adde *Hygin. fab.* 276., *Ovid.* 5. *Met.* 252., *Ampel.* 6., *Itin. Ant. p.* 529.; et ex Græcis (a quibus plura traduntur), *Plut. exsil.* 8., *Ælian. N. an.* 5. 14., *Luc. Tox.* 17.*sq.*, *Philostr. Apoll.* 7. 8. *tr.*, *Arr. anab.* 4. 4. et *Strab.* 10. 485. — Ex mythologia alii dicunt Gyarum cum aliis insulis in mari vagari solitam; has vero Apollinem colligasse ita ut non amplius errarent (*Itin. marit. p.* 529); alii vero Delon tantummodo vagam fuisse, quæ duabus vicinis insulis Mycono et Gyaro religata est (*Mythogr. I. fab.* 37., *II. fab.* 17. et *III. fab.* 8). Hinc *Virg.* 3. *Æn.* 75. Errantem (*Delum*) Mycone celsa Gyaroque revinxit (*Arcitenens*). — De ejus nummis vd. *Head-Svorónos* Ἱστ. Νομ. *I.* 616. et *Cat. of the Brit. Mus.* Islands 100. — De ea scripserunt *Ross, Inselreisen I.* 5. et *II.* 170.*sq.*; *Fiedler, Reise durch Griechenl. II.* 156. *sqq.* et Κοτσοβίλλης, Νέος Λιμενοδείκτης 10.

GȲÆA, æ, f. 1. altera Amyntæ, regis Macedoniæ, uxor, ex qua Archelaum, Aridæum et Menelaum suscepit. *Justin.* 7. 4., ubi alii *Cygnæa* leg.

GȲAS et Gyes, æ, m. 1. et

GȲGÆUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

GȲGĒS, is, et Gyas v. Gyes, æ, m. (Γύγης et Γύης) nom. pers. — *a)* Declinatur: — α) Gyges: genet. *Gygis*, *Gygæ*, *Gygetis* ap. *Prob. cath.* (*IV*) 22. 10 (sine exemplo). — Dat. *Gygi* ap. *Cic.* 3. *Off.* 19. 78., *Justin.* 1. 7. 17. — Acc. *Gygen* ap. *Virg.* 9. *Æn.* 762., *Hor.* 3. *Od.* 7. 5. — Abl. *Gyge* est *Ovid.* 4. *Fast.* 593. — β) Gyas: genet. *Gyæ* ap. *Virg.* 5. *Æn.* 169., coll. *Prob. l. c.* 16 (ubi etiam *Gyantis*, sine exemplo) et *inst.* 30. 28. — Acc. *Gyan* ap. *Virg.* 1. *Æn.* 222. et 612., et alib., *Ovid.* 4. *Trist.* 7. 18., *Sil. It.* 1. 439., *Stat.* 2. *Theb.* 610. etc. — *b)* Prior in *Gyas* fere corripitur, in *Gyges* fere producitur, ut ap. *Horat.* 2. *Od.* 5. 20. et 3. *ibid.* 7. 5. Item apud Græcos poetas etiam brevis reperitur, ut *Anacr.*, *Archil.*, *Hesiod.* Cf. *Leon. ep.* 7. 740. et *Alex. ep.* 7. 709. — *c)* Ad etymon quod attinet, vocabulum conferri potest cum γύης (a rd. γυ, *curvare*), i. e. *cavus* v. *curvus* locus, fuit enim Gyges filius Cœli; vel cum γυγαί = πάπποι (coll. *Suid.* et *Etym. M.* τριτοπάτορες), *h. e.* avus (*Hesych.*). V. *Preller-Robert, Gr. Myth.* 49. 2. et *Bernhard* in *Roschers Dict. Myth. I.* 140.*sqq.* — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Gyges v. Gyas v. Gyes, gigas maximus, centimanus, immanis (*Virg. loc. cit.*), filius Cœli sive Ætheris et Terræ, frater Briarei (*Hygin. fab. præf.*), quamvis ab aliis unus idemque esse dicatur. De eo *Ovid.* 4. *Trist.* 7. 18. et 2. *Am.* 1. 12., *Horat.* 2. *Od.* 17. 14. et 3. 4. 69. et *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 565. ¶ 2. Gyges sive Gyas, heros Thebanus. *Stat.* 2. *Theb.* 610. Dircæus. *h. e.* a Dirce dictus, Lyci, Thebarum regis, filia; hinc idem ac Thebanus. *Id.* 7. *ibid.* 715. intonsus. et 9. 305. ruricola. ¶ 3. Gyges, item heros Lemnius, ap. *eund.* 5. *ibid.* 222.*sq.* ¶ 4. Gyges sive Gyas, heros Trojanus, qui nave Chimæra certamen iniit in ludis, quos Æneas in Sicilia edidit. Meminit *Virg.* 1. *Æn.* 222. fortis (*Gyas*). et 5. *ibid.* 160. victor. Adde *Hygin. fab.* 273. ¶ 5. Gyges sive Gyas, alter Melampodis filius, in pugna ab Ænea occisus. *Virg.* 10. *Æn.* 318.*sqq.* ¶ 6. Gyges, Lydiæ rex, Dascyli filius, conditor stirpis Mermnadarum. De eo alii alia tradunt, in quibus historiæ fabulæ admixtæ sunt; nempe de modo, quo ad regnum pervenit, duplex est apud scriptores narratio. — Refert *Justin.* 1. 7., coll. *Herod.* 1. 8-13., ob insanum amorem Candauli erga uxorem suam, hanc nudam Gygi, ejus sodali aut pastori, ostendere voluisse. Hoc autem facto illa indignata, Gygem ad Candauli cædem impulit seseque cum regno Lydiæ illi tradidit. — Alii vero, aliter rem commenti, ita eam narrant. Gyges, quum magnis quibusdam imbribus terra hiatum fecisset in ea regione, ubi ille armenta pascebat, in hiatum descendit aeneumque conspexit equum concavum, cujus in lateribus fenestræ erant; his dein apertis, vidit hominis mortui corpus magnitudine inusitata, quod nihil habebat aliud præter anulum aureum in digito, eoque detracto, abiit seque in consilium pastorum recepit, quod ea re haberi solebat, ut de rebus peculii ad regem per singulos menses referrent, juxtaque alios assedit. Accidit, ut, quum forte palam ejus anuli ad palmam convertisset, a nullo videretur, aliique de illo tanquam absente loquerentur. Admiratus ergo denuo contrectans anulum, palam in lucem convertit; quo facto, rursus apparuit. Hoc ille animadvertens diligentius, periculum fecit, hancne anulus vim haberet. Atque ita illi compertum fuit, quod, versa ad se gemma, a nemine videretur; versa autem ad alios, conspicuus fieret. Itaque curavit, ut legatus ad regem una cum aliis mitteretur, profectusque reginæ stuprum intulit eaque adjutrice regem dominum interemit sustulitque, qui obstare videbantur. Nec in his quisquam facinoribus eum potuit videre. Sic repente anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Ita *Forcellin.* ex *Cic.* 3. *Off.* 9., coll. *ibid.* 19. et ex Græcis *Plat.* 2. *Rep.* 360a et *Xen.* 7. *Cyrop.* 2. 24. Adde *Mythogr. III. fab.* 8. *n.* 9. et *Ambros.* 3. *de off. ministr.* 5. 30. — Contra *Plut. quæst. Gr. p.* 301. Gygen exercitus ope regnum occupasse tradit. — Nihil igitur certi elici potest ex hac mythistoria. Nec de tempore, quo regno potitus est, convenit inter scriptores, quorum alii statuunt a. 718. v. 700. a. Chr. (Cf. *Hieronym.* in *chron.* a. Abr. 1317); alii probabilius a. 715. v. 716. Ol. XVI. vel Ol. XV. 3. usque ad a. 678., quo Ardys filius ei successit (*Herod. loc. cit.*). Cf. *Ginzel, Speciell. Kanon d. Sonnen- und Mondfinst.* Berlin 1899. *p.* 167.*sqq.*; *Radet, La Lydie et le Monde Grec au temps d. Mermnades.* et *Gelzer* in *Rh. Mus. XXX* (1875) *p.* 230. *sqq.* — Quid porro egerit, nos latet, præter hoc unum, quod Græci auctores referunt (*Herod.* 1. 12. et 14., *Athen.* 6. 4. et *Anacr. carm.* 15), eum ex barbaris primum, post Midam Phrygium, fuisse, qui donaria Delphos (Γυγάδας) miserit easque splendidissima; et ob id summam adeptum apud Græcos celebritatem ac præterea in proverbium venisse, ut Crœsi, immensas ejus divitias, quibus elatus, Apollinem Pythium sciscitatus est, an ex mortalibus aliquis esset se felicior, quam vanitatem deus reprehendit (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 46. 47. [151]. et *Val. Max.* 7. 1. 2). — Fort. ab eo nomen inditum est lacui, qui Γυγαίη λίμνη dicitur. — De eo etiam *K. Müller, Philol.* 1852. *p.* 253. et *Curtius, Arch. Zeit.* 1853. *p.* 150. ¶ 7. Gyges Cnidius, puer ita venustus, ut puella videretur. *Horat.* 2. *Od.* 5. 20. et *Ovid.* ap. *Porphyr. Hor. l. c.* ¶ 8. Gyges Lydus, picturæ institutor, ap. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (205)., qua de re interpretes in diversas abeunt sententias. ¶ 9. Gyges, persona ficta ab *Horatio* in 3. *Od.* 5. — Hinc *Gygæus*, adj., ut *Gygæus lacus*, parvus lacus Lydiæ in Asia Minore ad septentr. Sardium, arte factus, serius Coloe appellatus, hod. *Mermere-goel*. Meminit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 30. (110)., *Strab.* 13. 936., *Her.* 1. 93. et *Hom. Il.* 2. 864.

GȲLIPPUS, i, m. 2. (Γύλιππος), filius Alexandridæ, Spartiates, quamquam non omnino civis sed spurius (μόθαξ) dicitur *Ælian. v. h.* 12. 43 (quod haud facile credendum), seu filius Hilotæ et Spartiatæ (*Philarch. Athen.* 271), dux Spartanorum in Siciliam missus contra Athenienses, qui Syracusanos obsidebant, cum tribus tantum navibus et quadringentis militibus, a. 413. a. Chr. Porro tam strenue, prima statim congressione, se gessit, ut eos devicerit ac centum et triginta naves ab iisdem relictas invaserit (*Justin.* 4. 4. et 5., *Senec. quæst. nat.* 1. 1. 12. et *Oros.* 2. *Hist.* 14., coll. *Diod.* 13. 7.*sqq.*). Dein una cum Lysandro Athenas ipsas expugnavit. Hinc *Tibull.* 4. 1. 100. « non mihi regna Lydis, non magni potior sit fama Gylippi ». — Sed ei non omnia prospere cesserunt; nam, cupiditate victus, partem pecuniæ ac prædæ expugnatæ urbis sibi adtribuit; quare, ut promeritum supplicium devitaret, sponte exsul, obiit inglorius. Cf. etiam de eo *Thuc.* 7. 1., 3., 5., 43., 46., 50., 81., 85. et 86. et *Plut. Lys.* 16., *Nic.* 19. 28. et *Pericl.* 22. et, ex recentioribus, *Holm, Gesch. Siciliens II.* 38.*sqq.* et *Freeman-Lupus, Gesch. Sicil. III.* 179.*sqq.*

GYMNAS, ădis, f. 3. (γυμνάς, *exercitium*) nom. mul. serv. *Corp.* 5. 41. — *Gymnasium*, nom., ὑποκοριστικῶς usurpatum, meretricis ap. *Plaut. cist.* 112. Gymnasium mea, vale. — *Gymnasio* (*ōnis*), nom. serv. et libert. vir. demin., more Græcorum. *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1880. *p.* 175. — *Gymnasius* (Γυμνάσιος), nom. vir. in titulo Chr. ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 146.

GYMNĂSĬUM, f., et

GYMNĂSĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præc.

GYMNĒSIÆ v. Gymnasiæ, insulæ Baliares. *V.* BALIARES.

GYMNĒTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Indiæ. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (28). Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, Gymnetas appellat, non pauci Macrobios. Cf. *Strab.* 15. 1. 70.

GYMNĒTES, um, m. plur. 3. (γυμνός, *nudus*) populus Æthiopiæ orientalis, de quo *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (190). « Dochi, deinde Gymnetes semper nudi, mox Andetæ etc. ». Cf. *Strab.* 16. 4. 9. Cf. *Vivien de St.-Martin, Le Nord de l'Afr. p.* 171. — Alios cognomines in Africa memorat idem *Plin.* 5. *ibid.* 8. 8. (45). « Gymnetes Pharusii, jam oceanum attingentes, quos in Mauretaniæ fine diximus Perorsi ». Cf. *Vivien de St. Martin, ibid. p.* 158.*sqq.*

GȲNÆCŌN (Γυναικῶν λιμήν, *mulierum sinus* v. *portus* ap. *Ptol.* 6. 21. 2) urbs in prov. Gedrosia, ap. *Ammian.* 23. 6. 73. — Cur locus ita dictus sit, non constat.

GȲNÆCŎPŎLIS. *V.* voc. seq.

GȲNÆCŎPŎLĪTĒS, is, m. 3. nomos Ægypti inferioris, dictus ab urbe capite Gynæcopoli, inter Hermopolim et Momemphim (*Menuf*) *Strab.* 17. 803. Meminit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (49). — De ejus nummis vd. *Parthey, Die Gaumünzen Ägyptens*, add. *Pinder u. Friedländer, Münzkunde*, Berlin 1851. *p.* 137.*sqq.*

GYNDES et Gindes, is, m. 3. (Γύνδης) fluvius Babyloniæ (Cf. *Herod.* 1. 189. et 202. et 5. 52., *Ps.-Tibull.* 4. 1. 142., *Senec. ira* 3. 21., *Ammian.* 23. 6., *Oros.* 2. *Hist.* 6) post Euphratem maximus, qui ex Matienis montibus in Armenia profluit et in Tigrim per Opin et Sippar urbes influit, hod. *Dijālā*. — Illum Cyrus multis fossis (360?) totum in alveos derivavit, ut exercitum contra Babylonios retardaret (*Senec. loc. cit.*): hinc *Ps.-Tibull. loc. cit.* « aut rapidus, Cyri dementia, Gyndes Radit Arecteos (?) haud una per ostia campos ». (Cf. *Billerbeck* in *d. Mitteil. d. Vorderas. Gellsch. III* [1898] *p.* 72.*sq.*, 75. et *Winckler, Altorient. Forsch. I.* 508.*sq.* et *II.* 254).

GYPASĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 8. 1683.

GYPSANĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 14. 2290 (*ager Alban.*).

GYPSARĬA, æ, f. 1. (Γυψαρία) ¶ 1. Statio, in Arabia Petræa, tertia in via ab Akaba Hierosolymam, inter Gerasam et Lysam (*Ptol.* 5. 17. 4). *Tab. Peut.* Cypsaria. ¶ 2. Item oppidum Africæ in Mauretania Cæsariensi (Γυψάρα ἡ Γυψαρία λίμνη *Ptol.* 4. 2. 2) ad mare, in Tripolitania in via a Gigthi Sabratam, plenius *Ad Gypsaria taberna* in *Tab. Peut.* et ap. *Rav. p.* 141. — Hinc *Gypsariensis*, adj., ut *Germanus Gypsariensis*, episcopus. *Gest. Coll. Carth. Cognit. I. n.* 128 (*Mansi IV.* 106).

GYPSARĬENSIS. *V.* voc. præc.

GYPSĪĀNUS et Gyptianus, i, m. 2. cogn. vir. in *Not.* et *Curios. Urb.*, ubi, in reg. Urb. VII., recensentur *Porticus Gypsiani* (al. *Gyptiani*, al. etiam *Vipsani* et *Constantini*); hinc *Castra Gypsiana* (al. *Gentiana*) ap. *Ruf.* et *P. Vict.* in libellis spuriis sive interpolatis.

GYPTIS, is, f. 3. filia Nanni, regis Segobrigiorum, quæ, nuptui tradita cuidam Proti, occasionem præbuit condendæ Massiliæ, teste *Justin.* 43. 3.

GYRI v. Giri, mons Africæ in Libya interiore (τὸ Γίργιρι v. Γίργυρις ὄρος), notus ex triumpho Cornelii Balbi de Garamantibus a. 19. a. Chr. — Hinc *Giru Montensis*, locus Mauretaniæ Cæsariensis, in *Not. Maur. Cæs. n.* 9. in *Halms Vict. Vit. p.* 68.

GYRTON, ōnis, f. 3. (Κυρτών *Strab.*, Γυρτώνη *Ptol.*) oppidum Thessaliæ in Pelasgiotide ad lævam Penei et ad radices Olympi, in fertili planitie, ad septentr. Larisæ (*Georgiades*, Θεσσαλία[2] 1894), inter Phalannam et Elateam (*Liv.* 43.54), situm fort. apud hod. *Bei Tatar*, ut *Leake* putat (*Trav. in North. Gr. III.* 382). Memoratur etiam *Plin.* 4. *Hist. nat.* 9. 16. (32)., *Liv.* 36. 10., coll. *Thuc.* 2. 22., *Hom. Il.* 2. 738., *Apoll. Rh.* 1. 37. et *Schol.* et *Polyb.* 14. 5. — De ejus nummis vd. *Head*, 295.

GIRU MONTENSIS. *V.* GYRI.

GYSTATĒ, es, f. 1. urbs Æthiopiæ, memorata *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (178).

GȲTHĒATĒS, æ, m. 1. adject. *V.* voc. seq.

GȲTHĒUM v. Gythium, ii, n. 2. (Γύθειον *Herodian.* et Γύθιον *Luc. dial. mer.* et *Paus.* 1. 27. 5) *Gytheum* est *Cic.* 3. *Off.* 11. 49. et *Liv.* 34. 29. *Weiss.*; et *Gythium* habet *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (214). — Est autem urbs Laconiæ, in ora occid. sinus Laconici, prope fl. Eurotam, vetus Achæorum civitas, post Dorum victorias portus militaris Lacedæmoniis, firmiter munita, ab Atheniensibus incensa a. 455. a. Chr., frustra obsessa ab Epaminonda a. 370., a Romanis capta a. 195., una ex civitatibus Eleutherolaconiensibus (*Paus.* 3. 21. 7), sub Augusto imperii temporibus florens, hod. *Palæopolis* prope *Marathonisi*. Memoratur etiam *Mel.* 2. 51. et Græcis *Thuc.* 1. 102., *Xen. Hell.* 1. 4. 11. et 6. 5. 32., *Scyl.* 46., *Pol.* 5. 19., *Lycophr.* 98., *Diod.* 11. 84., *Strab.* 8. 343. et 363. — De ejus nummis vd. *Head, H. N.* 133., *Head-Svoronos* Ἱστ. τ. Νομ. *I.* 542. et *Cat. Brit. Mus. Pelop.* 133. — Hinc *Gytheates*, adj., ut Gy-

theates sinus « ab oppido, ex quo ad Cretam insulam certissimus cursus ». Plin. 4. Hist. nat. 5. 8. (16).

GYTHIUM. V. voc. præc.

GYTHIUS, ii, m. 2. amnis in sinu Laconico, ap. Mel. 2. 51. Fr., ubi alii leg. Cynthius.

H

H, h, octava littera alphabeti Latini; quamquam inter grammaticos quæstio est, utrum littera sit an simplex aspirationis signum (V. Quintil. 1, 5. 19., Gell. 2. 3., al.); qua de re plura disseruntur in Lexico, hic omnino prætermittenda. Id solum, quod ad nomina propria attinet, memorare juvat, eam quoque uti notam usurpari. Sic H. = Hercules (Orell. n. 2765. 3933., Henzen n. 6499. etc.), Herculaneus (Orell. n. 1662), Hispania (Orell. n. 155. 798. 3652. etc.); item Hadrianus, Hecate, Heliopolis, Hermes, Hostilius, Hygia etc. passim in Inscriptionibus.

HA

HABACUC, indecl. m. nom. vir. (Hebr. Hhabaqqûq « amplexus v. amplexator; lucia v. luctator »; Assyr. Hhambakuku; Gr. Ἀμβακούμ v. Ἀμβακούκ LXX.: hinc Prudent. cathem. 4. 58. dicitur Ambacus; sed Habacuc ap. Vulg. 1. 1. et 3. 1. et Abbacuc ap. Firm. err. prof. rel. 21., ut vulgo Ambacuc v. Abacuc sine aspiratione). — Hoc nomine memorantur ¶ 1. Propheta ex XII. minoribus octavus; non igitur historicus, uti vult Pusey, The min. Proph. p. 398. — a) De ejus persona. Fuit ex tribu non Simeonis nec Juda (Isid. et Epiph. in vit. Hab.), sed Levi (Cf. Hab. 3. 19. et Cod. Chis. ap. Vigouroux, M. B. tr. II. 800). Quæ de eo plura narrantur ap. Ps.-Epiph. et Ps.-Doroth., commentitia habenda sunt (Cf. Delitzsch, De Hab. vit. atque æt. Leipz. 1842.; Driver, in Dict. of the Bibl. d. I. Hastings Edimb. 1889. II. 272. et Farrar, The min. Proph. p. 159-174); sic et quod nuperrime scripsit Pelser (P. Hab. 1903), fuisse Habacuc ex stirpe regia adolescentem, Niniven in captivitatem ductum (V. etiam n. 2). Id tamen tradit Cassiod. 9. Hist. trip. 49., ejus corpus ostensum fuisse « revelatione divina, cum Zebennus tunc Eleutheropolitanam gubernaret Ecclesiam, in vico, qui prius vocabatur Cella, in Berethasia prædio, quod distat ab urbe quasi stadiis decem ». Sic etiam ex Martyr. Rom., ubi legitur XVIII. k. Febr. « In Judæa sanctorum Habacuc et Michææ prophetarum, quorum corpora sub Theodosio seniore divina revelatione reperta sunt » Taur. 1914. p. 16. — b) De ejus ætate seu tempore prophetiæ difficilior est quæstio (V. Philippe in Dict. Bibl. V. III. 374.sq.). Attamen critici omnes cordatiores statuunt Habacuc suam prophetiam scripsisse ante a. 605., prius quam Chaldæi, duce Nabuchodonosor, victoriam referrent de Nechao, rege Ægypti, ad Circesium (Carchemis); qua obtenta, Palæstinam invaserunt perinde ac si Judæi cum Ægyptiis fœdus pacti fuissent (Cf. Hab. 1. 5). « Obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, quum narrabitur ». et mox. « Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram etc., ut possideat tabernacula non sua ». Hinc sequitur prophetam vaticinatum fuisse inter ann. 606. et 608 (Vigouroux loc. cit. p. 803). Non est igitur habenda fides iis, qui hunc librum longe post eventum scriptum esse (Vernées), fortasse a. 195. a. Chr. (Otto Happel), a pseudo-Habacuc aliquo (Baudissin), vel per intervalla temporis exaratum, sc. c. 1 sub Joakim, c. 2. sub Jechonia, c. 3. sub Sedecia (Rosenmüller) vel a tempore bellorum Assyriorum contra Manassen usque ad excidium Ninive (Kubinsky). Hæc omnia gratis adfirmantur (Reuss), orta ex præjudicata incredulorum sententia, qui stulte vaticinia a priori rejiciunt. — c) De argumento. Auctor Chaldæorum adventum prædicit in populi Judaici pœnam (Hab. 1. 5.sqq.); et posthac Chaldæis ipsis, qui potestate, iis a Deo facta, abusi sunt, exitium (Id. 2. 7.sqq.). Quinam vero sint, de quibus conqueritur, inde ab initio (Id. 1. 2.sq.), disputant interpretes; alii enim recte judicant scelestos esse ex Judæis, qui suos contribules, legi divinæ obsecutos, inique vexabant; alii contra, ex liberioribus, Chaldæos vel Assyros aut Medos putant; alii denique id ajunt se ignorare (Jewiss), ne verum fateri cogantur. — d) De scribendi ratione. Hanc et sublimem esse et linguæ venustate atque elegantia, quæ ætatem non recentiorem sed exsilio anteriorem prodit omnino, præditam atque adeo aliquando novitate quadam a ceteris scriptoribus distinctam, plerique omnes consentiunt, maxime quo clauditur lyrico hymno vaticinium, quem critici, communi fere suffragio, conclamant inter pulcriora poesis Hebraicæ carmina esse adnumerandum, ubi distinguuntur LXIII. versus septenarii et X. strophæ impares (Gietmann) vel LXV. septenarii et XII. strophæ (Bickell). Hanc autem, ad Christum redemptorem assurgens, ei panxisse ab interpretibus dicitur propheta, quo ejus natalem, vitam, passionem, resurrectionem et secundum ad judicium adventum, allegorico saltem sensu, graphice depingit. — De eo scripserunt ex recentioribus Gumpach, Der Proph. Habach. Mun. 1860.; Thalhofer, Erkl. d. Ps. 1880.; Knabenbauer in proph. min. p. 120-121; Reuss, Die Gesch. d. H. Schr. All. Test. Brunsw. 1890. p. 394. et Prophetes I. p. 394.; Philippe, op. cit. 1910. ¶ 2. Item alter propheta Judææ (Ἀμβακούμ), qui, per angelum in aera elatus, Danieli, in leonum lacum conjecto, cibum, quem pro messoribus parabat, detulit Babylonem (Dan. 14. 34-38), non confundendus cum præcedenti, ut ætatis ratio docet; intervallum enim nimis longum est inter utrumque, monente Kaulen, Einleit. II. 223.; cui suffragatur Knabenbauer in Dan. 353., ubi doctus interpres hæc habet: « A rationalistis rideri miracula non est quod miremur; at ab iis protestantibus, qui libros protocanonicos nobis esse divinitus datos asserant, talem proponi sententiam (qua factum rejicitur), non videbatur exspectandum. Si enim hæc translatio adeo est ridicula et absurda, quomodo contra rationalistas eas defendent et vindicabunt, quæ in libris protocanonicis referuntur? - Elias a terra transfertur - ipse Christus assumitur a diabolo in sanctam civitatem - et iterum in montem excelsum - et (Philippum) rapuit Spiritus Domini et amplius non vidit eum Eunuchus - Philippus autem inventus est in Azoto. Quicumque igitur his fidem habet, quia sacros libros divinitus inspiratos credit, qua fronte is hanc de Habacuc narrationem contemnet? ». ¶ 3. Item nobilis Persa, filius Marii et Marthæ, frater Audifacis, qui martyr occubuit a. d. XIII. k. Febr. Sacram. Gelas. 2. 4.

HABENDUS, i, m. 2. (habeo) cogn. vir. Corp. 5. 4581. — Hinc Habentius, cogn. vir. C. 9. 3138. — Omissa aspiratione ibid. 5. 951., nisi est pro Aventius. — Habentianus, nom. vir. Cod. 5. 62. 2. — Habetdeus, nom. vir., compos. ex habet et Deus (cf. Deusdedit), quod et divisim scribitur in Corp. 10. 1539., conjunctim vero in Not. Afr., ap. Vict. Vit. 1. 23. H. et alib. et in Gest. Coll. Carthag. Cogn. I. n. 133. et 206. — Habilis, nom. serv. vir. Corp. 7. 1336 (449. et 450). Cf. etiam Momms. Inscr. Helv. n. 352 (95). et Corp. 3. 12. et 13 (Oxé). — Habitus (Abitus), cogn. vir. itemque nom. serv. et libert. C. 9. 3097.; 7. 1336 (625).; 13. 10010., 983. etc.

HABILIS, is. V. voc. præc.

HABIS, idis, m. 3. rex Hispaniæ antiquissimus, Gargoris nepos, de quo plura narrat eaque fabulosa Justin. 44. 4.

HABITANCIUM v. Habitancum, i, n. 2. statio in Britannia, hod. Risingham, ad septentr. valli Hadriani, de qua exstant variæ Inscr. in Corp., ut 7. 996., 1003., vel militares sub Septimio Severo et Caracalla impp., vel sepulcrales (V. Hubner ibid. p. 169.sqq.). — Hinc Habitanciensis, adj., ut exploratores Habitancienses [?]. C. 7. 1002.

HABITUS (Abitus). V. HABENDUS.

HABONIUS, ii, m. 2. tutor pueri Junii, defensus a Cic. 1. Verr. 132.sqq., 140. et 149.sq., contra Verris prætoris aviditatem.

HABOR. V. CHABUR.

HABRA. V. ABRA.

HABROCOMA (Abrocoma) et Habrocome, es, f. et Habrocomas, æ, m. 1. (ἁβρός, mollis, delicatus, et κόμη, coma) cogn. vir. itemque nom. serv. Græc. — a) Vir. Inscr. ap. Orelli n. 4620. et Corp. 2. 4393. — b) Mul. C. 7. 797 (lectio incerta).

HABRODIÆTUS, i, m. 2. (ἁβρός, mollis, delicatus, et δίαιτα, ratio vivendi) cogn. Parrhasii, pictoris celeberrimi, ap. Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (71). « Fecundus artifex, sed quo nemo insolentius usus sit gloria artis; namque et cognomina usurpavit, Habrodiætum se appellando etc. ».

HABROMACTE, es, f. 1. urbs provinciæ Africæ ad Syrtim « inter ignobilia celeberrima » Mel. 1. 34., olim Macomades, sed falsa lectio.

HABRON, ōnis, m. 3. (Ἅβρων: ab ἁβρός, mollis, delicatus) ¶ 1. Fuit pictor incertæ ætatis (fort. sæc. IV. a. Chr.) ac patriæ, qui « amicam (al. Amicitiam, de qua varia lectione disserit Pfuhl in PWK. 7. 2156. sq.) et Concordiam et deorum simulacra » pinxit, pater Nessi, item pictoris. Meminit Plin. 35. Hist. nat. 11. 40. (146). Cf. Brunn, Gesch. d. Gr. Künstler II. 299. ¶ 2. Item quidam Argivus, dives, cui a mollitie nomen inditum est; unde Ἅβρωνος βίος in proverbium abiit de eo, qui sumptuose vivit (Suid.); pictus ab Apelle, teste Plin. 35. Hist. nat. 10. 36. (93). « Mirantur ejus (Apellis) Habronem Samii ».

HACHILA, indecl. nom. (Hebr. Hhakhîlâh « tenebrosa? »; LXX. ὁ βουνὸς τοῦ Ἐχελά et ὁ Ἐχελά; Vulg. collis Hachila, Gabaa Hachila) collis umbrosus in tribu Juda ad meridiem Hebron, inter Ziph et Maon deserta (1. Reg. 23. 14-25.; 26. 1. 3), quo confugit David, ut vitam servaret, Saul minis periclitantem. — Conder vult eum fuisse, ubi est Dahr el-Kôlâ; sed Guérin monet, situm esse adhuc ignotum.

HACTARA, æ, f. 1. et Hactara, ōrum, n. plur. 2. oppidum Hispaniæ, memoratum in Itin. Ant. p. 404., apud Acci (hod. Guadix).

HADAD. V. ADAD.

HADAR. V. ADAR.

HADASSA, indecl. nom. geogr. f. (Hebr. Hhadashah « nova [sc. urbs] »; LXX. cod. Alex. Ἀδασάν, cod. Vat. Ἀδασά) urbs in tribu Juda, semel in sacris litteris memorata (Jos. 15. 37), quæ conferri potest cum Phœn. Qarthhadasth et Ass. Qar-ti-hha-da-as-ti = Neapolis », inter Sanan et Magdalgad, fort. hod. Eddis; non tamen est confundenda, ut apud Eus. onom. s. Gœtt. 1870. p. 220., cum Ἀδασά (Vulg. Adarsa, Adazer), oppido Machabæorum, sito ad septentr. Hierosolymæ (1. Mach. 7. 40., 45).

HADRACH, indecl. (Hebr. Hhadrâk « habitatio »; LXX. Σεδράχ, cod. Vat. Ἀδράχ var.) nom. loci, semel in sacris litteris usurpatum, nempe ap. Zach. 9. 1. « Onus verbi Domini in terra Hadrach et Damasci requiei ejus; Emath quoque in terminis ejus et Tyrus et Sidon etc. ». Perperam igitur de Perside interpretatus est cl. De Vit; oraculum namque terras respicit Judææ finitimas et quidem probabilius quum jungantur Hadrach et Damascus; et quamvis hoc nomen non amplius exstet prope Damascum (Porter in Kitto, Bibl. Cyclopæd. 1876. II. p. 190), certum tamen est circa Damascum et Emath in Syria terram et urbem exstitisse, cujus est mentio in textibus cuneatis, sc. Hha-ta-ri-ka, Hha-ta-ra-ka v. Hha-ta-rak-ka, legiturque una cum Damas (Damascus), Kamini, Hhamat (Emath). Cf. The cuneiform Inscr. of the Western Asia II. pl. 53. n. 1, col. 6., l. 35-38. et canonem ἐπωνύμων Assyriorum, ubi referuntur bellorum series regumque nomina, inter quos Salmanasar memoratur, qui statim post Damascum Hhatarika invasit (1. 773. et 772. a. Chr.), itemque Assurdanil (a. 765. et 755), teste Schrader, Keilinschr. u. Gesch. p. 122. 96. — Etiam Eus.

et Hieronym., quum ipsorum tempore nomen terræ Hadrach intercidisset, locum Zachariæ interpretati sunt allegorice, quasi vox composita esset ex hhad « durus » et rak « dulcis » de Messia, forti simul et miti, sc. miti erga Israelem et forti seu severo in gentes, ut et R. Juda (Kimchi); aut de rege Adaresar v. Ador (Gesenius), aut de idolo seu dea Phœnicia Derceto-Atargatis, aut denique de idolo Babylonensi Sadrak v. Adar, h. e. magnificus, validus, fortis, quod nomen est dei Solis vel Martis, ab Assyriis aliisque populis culti (Nickes).

HADRANITANI. V. HADRANUM.

HADRANODORUS (Adranodorus), i, m. 2. (Hadranus, nom. dei cujusd. Siculi, et δῶρον, donum, quasi Hadrani donum, non Andranodorus, ut perperam ap. Polyb. 7. 11. 5. et olim ap. Liv. 24. 4) vir nobilis Syracusanus, gener Hieronis, quo mortuo (a. 215. a. Chr.), tutelam sumpsit Hieronymi nepotis puerili adhuc ætate una cum aliis, qui puerum in omnia vitia præcipitarunt, superbia et crudelitate dein omnibus invisum. Quare, conjuratione facta, tyrannus est interfectus; eumque per vim excepit Hadranodorus, populo invito, qui promissam sibi ab Hierone libertatem ultro petiit (Liv. loc. cit.). Hanc tum concessit Hadranodorus; sed quum brevi turbata omnia nova atque incondita libertate vidisset, ratus « illud esse tempus occupandi res », dum parat consilium captum perficere, in curia occisus est a. 214 (Id. 24. 24).

HADRANUM (Adranum) i, n. 2. (Ἄδρανον v. Ἀδρανόν et Ἀδρανόν, etiam sine aspiratione) oppidum Siciliæ, ad Ætnæ radices situm, hod. Aderno, nomine sumpto a minorum gentium deo, cui et templum dicatum (Ἀδρανεῖον) et oppidum hoc exstructum a Dionysio, Syracusarum tyranno. Memoratur Sil. It. 14. 250. et, ex Græcis, Diod. 14. 37. et Plut. Tim. 12. et 16. — Captum denique fuit a Romanis a. 263. a. Chr. — De deo Hadrano consulas Visconti, Op. var. II. 195. 197. et 346. — De Hadrani nummis vd. Eckhel, 1. p. 190. et Head, 116. — Hinc Hadranitani, incolæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (91).

HADRANUS, i, m. 2. nom. dei, in Sicilia culti, de quo dictum est in voc. præc. — Hinc fort. cogn. vir. Corp. 8. 6936.

HADRASTUS. V. ADRASTUS.

HADRIA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. — a) Scribitur græce Ἀδρίας et Ion. Ἀδρίης (Pælign. Sadriæ: vd. Schulze, Eig. p. 226. et 558); sed antiquior forma videtur esse Ἀτρία, Latine Atria et, cum aspiratione, Hatria, quæ apparet in nummis III. sæc. a. Chr. (Cat. Greek coins Italy 42. sq.; Head, H.N. 19.sq. et Garrucci, Mon. Ital. ant. 33), ubi legitur HAT; quamquam aspiratio frequentior est in derivatis. Utraque igitur scriptio suos habet testes: sic græce Ἀτρία ap. Ptol. 3. 1. 50., sed Ἀδρία ap. Strab. 5. 1. 8. et Ἀτρία et Ἀδρία ap. Steph. Byz.; latine Atria ap. Liv. 5. 33., Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (119)., Brambach, Inscr. n. 1264. et Hatria in Corp. 9. 2101., sed Hadria ap. Sil. It. 8. 438., Justin. 20. 1., Henzen Inscr. S. O. n. 5823. et Corp. 7. 100. et 101. — b) Ad quantitatem quod attinet, prior fere producitur; corripitur tamen Propert. 1. 6. 1. « Non ego nunc Hadriæ vereor mare noscere tecum ». — c) Etymon incertum est; alii enim idem vocabulum putant ac Adra v. Edrei, oppidum Decapoleos Palæstinensis, nunc Dera'; alii, ut Eustath. ad Dionys. v. 92., deducunt ab Adria, Ionis filio, a quo et Adria mare; alii conferunt cum Αἴθρία, ut Etymol. M.; alii denique cum ater, unde et atrium (Varr. 5. L. L. 33. 61., coll. De Sanctis, St. Rom. 1907. I. 102). — Est itaque

I.) Hadria, nom. geogr. ¶ 1. Dicta est hoc nomine, sc. — 1.°) Hadria (Adria, Atria), urbs Venetiæ inter Athesim et Padum, cum portu, olim floridissima, ut ex ejus monumentis patet, ad meridiem hodiernæ sita, juxta mare, quod ab ea nomen dicitur accepisse; Etruscorum colonia (Liv. loc. cit.); non Illyricæ originis, ut velle videtur Theopomp. fr. 140., nec Messapicæ, ut est apud Eudoxum Rhod. (Müller, FHG 11. 408), nec Græcæ, uti vult Justin. loc. cit.; sed Italicæ, quæ Etruscam præcesserit (Cf. Liv. loc. cit. V. etiam De Sanctis, loc. cit.), a Rav. p. 383. vocata Adrianopolis, tribui Camiliæ (al. Menenia) adscripta (Momms. Corp. 5. p. 220), hod. item Adria. — Ab hac, ut modo innuimus, denominatum mare Adriaticum (Hadriaticum) docent Justin. loc. cit. « Adria (immo Atria, ut corrigit Momms. ad Corp. cit.) quoque Illyrico mari proxima, quæ et Adriatico mari nomen dedit, Græca urbs est ». et Liv. loc. cit. « alterum Atriaticum mare ab Atria ». et Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (121). « Atriæ, a quo (oppido) Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Hadriaticum ». Ita Jan. — Prosperitate ac divitiis floruit ex commercio Græcorum, quorum, quæ merces singulari industria ab iis fabrefactæ erant, ad suos transmittebat (Dionys. 118. 4., Strab. 5. 214. et 9. 421. et Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. [120]).; unde scimus eam a Dionysio, Syracusarum tyranno, captam fuisse, ut Græcorum vim in Italia firmaret (Cf. Dion. 11., Diod. 15. 14., coll. 5. 18. et Strab. 5. 220); inter potentiores vero urbes numerabatur initio primi belli Punici (De Sanctis op. cit. II. 495). — A Romanis in fœdus accepta et municipium primi ordinis constituta Liv. 24. 10., Tac. 3. Hist. 12., Varr. ap. Non. 482. 19. Merc., Corp. 5. 2313-2379. et Add., ex quibus plura de Adria colligi possunt. — De monumentis antiquæ artis, quæ adhuc supersunt, consulas Schœne, le antichità del Museo Bocchi di Adria etc. Roma 1878., itemque Ghirardini, Il museo di Adria, N. Arch. Venet. IX (1905) p. 114.sqq. — De ea vd. Nissen, Landesk. II. p. 215.sq. — Hinc Atriates, sæpius Hatriatæ, incolæ, ap. Varr. loc. cit., coll. Plin. 3. Hist. nat. 16. 20. (120). — 2.°) Hadria et Adria, urbs altera, in Piceno, inter Castrum Novum et Ostia Aterni, æquali fere intervallo, teste Itin. Ant. p. 113., coll. p. 306., 308. et 310., ad merid. Vomani fl., quo « humectata » dicitur Sil. It. loc. cit., in via Cæcilia; colonia Romana ca. a. 290. a. Chr. (Liv. epit. 11. et Inscr. ap. Orelli n. 148), Romæ adhærens tempore secundi belli Punici (Liv. 27. 10. et 34. 45), tribui Maciæ adscripta (Corp. 7. 100. et 101), patria familiæ Hadriani imp., hod. Atri. Memoratur Liv. 22. 9., Sil. It. 8. 437., Mel. 2. 45 (qui castellum eam vocat), Vict. epit. 14 (qui oppidum eam dicit, sed errat affirmans ab ea Adriatico mari nomen inditum fuisse) et Paul. diac. gest. Lang. 2. 19. de Piceno, ubi in eund. errorem incidit: « Et vetustate consumpta Adria, quæ Adriatico pelago nomen dedit ». — De ejus nummis vd. Fabretti, Gloss. It. p. 554, et 555., coll. Eckhel, 1. p. 98. et Head, p. 19. — Alia colliges de ea ex Corp. 9. 5018-5051., coll. Momms. ibid. p. 480. sq. — Hinc Hadriani ap. Liv. 27. 10. et 34. 45., qui ob fidem servatam laudati a Romanis dicuntur. ¶ 2. Dicta est etiam de aquis. — 1.°) Hadria et Adria vel Atria, Ἀδρίας, (cujus acc. Hadrian ap. Mel. 2. 17), poetis vox usitata pro sinu, qui sæpius Hadriaticum mare et aliquando Hadriacum appellatur, ab Hadria Veneta, ubi discrimen generis advertas; urbis enim femininum est, maris contra masculinum. Hinc Lucan. 5. 614. sonat Ionio vagus Hadria ponto. et Horat. 2. Od. 14. 14. Adria raucus dicitur. et ibid. 11. 2. objectus. et 3. ibid. 3. 5. inquietus. et ibid. 9. 23. improbus. et Senec. Tro. 362. ventosus. De eo rursum Horat. 1. Od. 3. 14. arbiter Hadriæ (Notus). et 33. 15. Libertina fretis acrior Hadriæ. et 3. ibid. 27. 19. ater Hadria sinus. et 1. Ep. 18. 63. lacus. Adde Ovid. 1. Trist. 11. 3., Catull. 37. 15., Lucan. 2. 625., Propert. 1. 6. 1., Tac. 15. Ann. 34., Mel. 2. 17., 39., 54. etc., Hieronym. ep. 105. et 109. — 2.°) Hadria, fluvius ita vocatus ab ipsa Adria (Steph. Byz.: « Ἀδρία, πόλις, καὶ παρ' αὐτὴν κόλπος Ἀδρίας, καὶ ποταμὸς ὁμοίως, ὡς Ἑκαταῖος». Adde Strab. 7. 5. 9., coll. Fabretti, Gloss. It. p. 555.sq.). — Habet Tab. Peut., ubi Hadra corrig. in Hadria, coll. etiam Lycophr. v. 975.sqq. — Atrianum vocat Ptol. 3. 1. 25. — Hinc deriv. Hadriacus (Adriacus) — a) Adj. ad urbem Hadriam Venetam vel ad Hadriam mare plerumque pertinens sive stricto sive lato sensu (V. infra). Virg. 11. Æn. 405. Hadriacæ undæ. Lucan. 4. 404. mare. Nemes. cyneg. 62. procellæ. Propert. 3. 21. 17. æquor. Sil. It. 1. 54. pontus. et 11. 509. flatus. Ovid. Hal. 125. litus. Juvenal. 4. 39. rhombus. Adde Avien. orb. 594. — b) Substantivorum more, Hadriacum, mare Hadriaticum. V. suo loc. — Hadriace (Adriaca), idem fort. quod Hadrias, urbs Veneta. Lib. gener. p. 162. R. — Hadrianus (Adrianus) — a) Adj. — α) Ad Hadriam Venetam pertinens; hinc Hadrianum mare, idem quod Hadriacum vel Hadriaticum. Aug. in mon. Ancyr. V. 12. et 2. 5. et 31., Horat. 1. Od. 16. 4., Vitr. 2. 9. 14., Flor. 1. 16. et 18., Cic. 10. Att. 7. — Hadrianus culex, frequens animalculum circa Hadriam urbem. Martial. 3. 93. — Hadriana vina, laudata Plin. 14. Hist. nat. 6. 8. (67)., coll. Plin. Val. 1. 6 (Diosc. 5. Ἀδριανὸς οἶνος). — Hadrianæ gallinæ ap. Plin. 10. Hist. nat. 53. 74. (146).; quamquam alii ad Hadriam Piceni has referendas putant ex Arist. anim. hist. 6. 1. 1 (Cf. Fabretti, Gloss. It. p. 555); sed aliter Momms. ex Steph. Byz. sub v. — β) Ad Hadriam Piceni, hinc Hadrianus ager ap. Liv. 22. 9. et Plin. 3. Hist. nat. 18. 18. (110). — Hadriana (Adriana) civitas ap. Cassiod. 1. Var. 19. — Hadrianæ gallinæ. V. supra. — Hadrianæ amphoræ ap. Plin. 35. ibid. 12. 46. (161).; sed has quoque alii referunt ad Hadriam Venetam. — γ) Ad Hadrianum imp.; hinc Hadriana colonia dicta est Juvavia in Inscr. ap. Grut. 265. 4. — b) Substantivorum more vel abs., cogn. vir., ab Hadria Piceni derivatum (Vict. epit. 14), patria majorum Hadriani imp. (Spartian. Hadr. 1), unde in usum abiit frequentissimum, in gente Ælia, Fabia aliisque. Corp. 3. 14.; 5. 3411.; 8. 7048. etc. — Anth. Lat. n. 660. R. « Hadriano potui, qui judice vasta profundi etc. »; ubi licenter tertia corripitur. Memorantur etiam apud scriptores — α) Hadrianus imp. Aug. (V. ÆLIUS). — Hinc Hadriani forum v. forum Hadriani, oppidum Germaniæ inferioris, hod. Voorburg, in Tab. Peut. et Corp. 13. 2. p. 637. — Hinc Forohadrianenses, incolæ. C. 3. 4279. — Hadriani pons, hod. Ponte S. Angelo, ap. Capitolin. Hadr. 19., P. Vict. de Reg. et Prudent. perist. 12. 61., inter septem pontes Urbis (Cf. Spartian. Hadr. 19), situs juxta monumentum ab eod. imp. sibi constitutum. — Hadriani thermæ, ap. P. Vict. de Reg. in reg. IX. — Hadriani vallum, murus ab Hadriano imp. exstructus a. 120-121 (al. 121-122) ad septentr. Britanniæ ab æst. Ituna usque ad ostium Tyni. Spartian. Hadr. 11., hod. Pictswall. — β) Hadrianus, vir illustris, laudatus Symm. 6. ep. 34. — γ) Alii, in Cod. passim laudati. — Hadriani, incolæ Hadriæ Piceni (V. Adria II.). — Item Hadriæ Venetæ (V. Hadria I), qui et Atriates dicti. — Hadriana, cogn. mul., in Cod. 6. 28. 5. et 7. 9. 2. — Hadrianilla, cogn. mul. demin. Inscr. ap. Wilmanns n. 2848. — Hadrianalis, adj. ad Hadrianum imp. pertinens, ut Hadrianalis sodalis in Inscr. ap. Borghesi, Œuvr. III. p. 402. et alib. (Cf. Capitolin. Anton. 5) et ap. Henzen S. O. n. 6051., 6452. etc. — Hadrianeum v. Hadrianium v. Hadriani mausoleum v. Moles Hadriani, hod. Castel S. Angelo, templum in honorem Hadriani imp. in reg. Urbis IX (Not. Urb.), quod et sepulcrum Hadriani dictum est Capitolin. Hadr. 19. « Fecit - sui nominis pontem et sepulcrum juxta Tiberim » in hortis Domitiæ, quod fuit etiam aliorum impp. usque ad Septimium Severum. Adde eund. Anton. 8 (V. Nibby, Rom. ant. II. p. 488-518). Cf. Dion. 76. 15. et 78. 9. etc. — Fuit Hadriani jussu erectum, ut etiam Circus ad hujus septentr. (Procop. b. Goth. 2. 1.; b. R. 2. 1. 17), a. 130., duabus partibus constans, quadrata inferiore, marmorea circum lorica, pilis ornamentisque elegantibus instructa; superiore rotunda, item marmore et columnis ac statuis et opere musivo decorata; postea vero, inde a tempore Belisarii, in usum bellicum adhibitum maximeque labefactatum. — Describitur a Procop. bell. Goth. 1. 22. et, recentius, fusiore calamo a Gall, PWK 7. 2165-2172. Cf. etiam Borgatti, Castel S. Angelo, Roma 1889. et Jordan-Hülsen, Top. 666. — Compos. Hadrianopolis v. Adrianopolis et Hadrianotheræ. V. suo loc.

II.) Hadria v. Atria, nom. pers. et quidem mul. in gente Romana, cujus mentio ap. Murat. Inscr. 901. et Corp. 9. 2101. et 2881.

HADRIACUS, a, um, adj., et

HADRIĀNĒUM v. Hadrianium, i, n. 2. et alia deriv. V. voc. præc.

HADRIĀNŎPŎLIS et Adrianopolis, is, f. 3. (Ἁδριανόπολις v. Ἀδριανούπολις) ¶ 1. Urbs Thraciæ, ab Hadriano imp. condita vel potius instaurata (multas enim, inquit *Spartian. Hadr.* 26., civitates Hadrianopoles appellavit), mediterranea, ad Hebrum et Tonzum fl., in regione fertilissima, commercii quoddam centrum maxime frequentatum, obsessa a Gothis a. 378. p. Chr., hod. *Edreneh* v. *Edirneh*. Memoratur *Itin. Ant. p.* 137., *Lamprid. Elag.* 7 (ubi dicitur *Oreste* olim appellata fuisse) et *Zos.* 2. 22. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 33. et *Head*, 287. — De ea cf. *Hammer, Rumeli u. Bosna*, Wien 1812. *p.* 1-15.; *Bädeker, Konstantino p.* 1905. *p.* 91.*sqq.* et *Meyer, Türkei* 1902. *p.* 68.*sqq.* ¶ 2. Item urbs in Thracia, ad Hæmum montem sita (*Ammian.* 14. 11), *Uscudama* antea dicta, et in *Not. Dign. or.* 10. appellata *Hadrianopolis Hæmimonti*, ut *Hæmimontana* ab *Ammian. loc. cit.* ¶ 3. Item urbs Africæ in Cyrenaica litoranea, inter Arsinoen et Berenicem. *Tab. Peut.* et *Rav. p.* 353. ¶ 4. Item urbs eadem ac Hadria Veneta, ap. *Rav. p.* 383.

HADRIĀNŎTHĒRÆ, ārum, f. plur. 1. urbs Bithyniæ mediterranea, ab Hadriano condita, teste *Spartian. Hadr.* 20.; dicta ab Ἀδριανοῦ et θῆρα, Ion. θήρη, *venatio* (θήρ, *fera*), quod nempe illic aliquando imperator prospere esset venatus et ursam occidisset. Cf. *Dion.* 69. 10. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 415.*sq.*

HADRIĀNUS et Adrianus. *V.* **HADRIA.**

HADRĬAS et Adrias, sæpius Hadria, æ, m. 1. nom. geogr. et pers.

I.) Hadria, nom. geogr. ¶ 1. Stricto sensu, mare Hadriaticum, ita dictum, ut vidimus, ab Hadria Veneta. *Lucan.* 5. 614. etc. ut in voc. **HADRIA** sub I. 2. ¶ 2. Latiore sensu accipitur etiam de mari Ionio et Mediterraneo. *Jorn. Rom.* 223. *M.* Rodus *(sic)* insula dicitur totius Atriæ insularum metropolis. *et 151.* Adriæ pelagus velut lingua porrecta a Tyrrheno æstu sejungens. *et Capell.* 6. *p.* 212. Eo enim interstitio *(inter Byzantium et Dyrrachium)* a se utraque maria recesserant, id est Adria et Propontis. Contra *Senec. ep.* 89. Trans Hadriam et Ionium.

II.) Est etiam cogn. vir. inde deductum. *Corp.* 8. 2566. — *Carm.* ap. *De-Rossi, R. S. I. p.* 263., ubi canitur martyr Adrias « sacro mundatus in amne Et Paulina suo consociata viro ».

HADRIĀTĬCUS et Adriaticus, a, um, adject., ad Hadriam Venetam pertinens ac fere adhibitum de Hadriatico mari, hod. item *mare Adriatico*, quod varie nominatur. — a) *Hadriaticum* v. *Adriaticum* vel *Atriaticum* (etiam *Hadriatium*) *mare*, quod Italiam sejungit ab Illyria, Dalmatia et Epiro, ac tempore Procopii et Orosii extendebatur ad Ionium et Creticum; sed classica ætate confinia habebat Hydruntum in Calabria et Apolloniam in Epiro, procellosum habitum a veteribus. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (44). et alib., *Cæs.* 1. *B. C.* 25., *Justin.* 20. 1. 9., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Ampel.* 6., *Flor.* 3. 4., *Liv.* 5. 33., 40. 21. etc., *Suet. Tib.* 16., *Macrob.* 7. *Sat.* 12. 35., *Val. Max.* 9. 8. 2., *Solin.* 2., *Inscr.* ap. *Orell. n.* 4109. — b) *H. æquor* ap. *Senec. q. nat.* 3. 29. 7. — c) *H. fretum* ap. *Oros.* 1. *Hist.* 2. et *Flor.* 3. 6. 10. — d) *H. pelagus* ap. *Apul. de mund.* 6., *Solin.* 5. et *Hieronym. ep.* 108. — e) *H. salum* ap. *Solin.* 9. — f) *H. sinus* ap. *Liv.* 1. 1. et 10. 2., *Oros.* 1. *Hist.* 2. et *Jorn. Get.* 219. *M.* — g) *Superum mare*, a positione cæli, opp. *mari Infero*, i. e. Tyrrheno, ut tradit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 29. (150)., *Ampel.* 7 (quod sinistrum Italiæ latus circuit) *et Isid.* 13. *Orig.* 16., coll. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 211., ubi et partem *Ionii maris* esse scribit, quicum miscetur et a quo proinde distinguendum est, teste etiam *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (100). — Hinc *Hadriaticum litus*, quod Illyricum contra se habet, ut ait *Sic. Flacc. Gromat. p.* 136. *Lachm.* — *Hadriaticus æstus* ap. *Jorn. Get.* 308. *M.* — Occurrit etiam absolute *Hadriaticum*, subaud. mare, ap. *Catull.* 4. 6. « Minacis Hadriatici litus ». *V.* etiam **HADRIA.**

HADRIĒL, ēlis, m. 3. nom. vir. (Hebr. *'Adrî'ēl* « grex Dei »; *LXX.* cod. Vat. 1. *Reg.* 18. 19. omiss., Ἐσδριήλ 2. *Reg.* 21. 8.; cod. Alex. Ἐσδρὶ hoc in loco, Ἰσραήλ in altero) filius Berzellai Molathites, cui Saul in matrimonium dedit suam filiam Merob, quam Davidi promiserat (1. *Reg.* 18. 19). Ex eo nati sunt quinque filii, quos David « dedit in manus Gabaonitarum, qui crucifixerunt eos in monte coram Domino » (2. *Reg.* 21. 8-9), ubi pro *Merob* legitur *Michol*, fort. quia duplex nomen unius ejusdemque personæ, ut Hebræis mos erat; sed, verius, error hic est librarii evidens: *ketib* namque fert *Mikal*, sed *kerî* corrigit *Mêrab*.

HADRĪMĒTĪNUS et

HADRĪMĒTUM. *V.* **HADRUMETUM.**

HADRĪNUS, a, um, adject. ab *Hadra* sive *Adra*, Petrææ oppido. *Corp.* 8. 2505.

HADRŪMĒTĬCUS v. Adrumeticus et

HADRŪMĒTĪNUS. *V.* voc. seq.

HADRŪMĒTUM, i, n. 2. nom. urbis — a) Apud Græcos Ἀδρύμης scribitur *(Scyl. peripl.* 110. et *Strab.* 17. 834), Ἀδρύμητος, Ἀδρύμητον, Ἀδρούμητος v. Ἀδρούμητον (sed male Ἀδράμητος, Ἀδράμεντος: vd. *Boissevain* ad *Dion.* 42. 58. 2); apud Latinos *Hadrumetum* cum aspiratione, ut in nummis, ad initia Romani imperii pertinentibus, in pluribus Inscriptionibus et aliquot antiquis mss. codd., uti est Puteanus *Livii* (30. 29); sed etiam *Adrumetum*, *Hadrymetum* et *Adrymetum*, *Hadrimetum* et *Adrimetum*; corrupte vero *Hadritum* in *Tab. Peut.* — Haud raro in mss. et editis libris minus recte *Adrumentum*, hinc *Adrumentinus*. — b) Ad genus quod attinet, quum græce masculinum usurpetur, etiam latine aliquando ita effertur, ut ap. *Oros.* 1. *Hist.* 2. « Byzacium ergo, ubi Hadrumetus civitas ». — c) Vocabuli etymon, quod Phœnicium esse debuit, a Phœnicibus enim urbs condita fuit, hactenus, quod sciam, ignotum est (V. *Dessau, PWK* 7. 2178).

Hadrumetum, urbs Phœnicia (originis Tyriæ *Solin.* 27), in ora orientali provinciæ Romanæ in Africa cum portu, metropolis Byzacenæ, in meridiano litore sinus Neapolis, cujus conditorem fuisse Ἀδρύμης tradit *Steph. Byz.*, nulli fundamento innixus. Memoratur quoque *Plin.* 6. *Hist. nat.* 34. 39. (212)., *Cæs.* 2. *B. C.* 23., *Auct. b. Afr.* 3., 24., 33., 43. etc., *Mel.* 1. 34., *Suet. Vesp.* 4., *Senec. benef.* 3. 23. 1 (ubi quidam leg. *Grumentum*), *Nep. Hann.* 6., *Cod. Theod.* 1. 9. 2., 6. 28. 2. etc. et *Cod.* alt. 2. 18. 21., 4. 44. 16. etc., et Græcis, præter laudatos, *Polyb.* 5. 15. et *alib.* et *Diod.* 20. 17. — Fuit antiquissima Phœnicum colonia, qui eam condiderunt *(Sall. Jug.* 19. et *Solin.* 27); dein a Carthaginiensibus capta; in bellis enim Punicis Romanas partes est secuta, idcirco a Romanis cum aliis oppidis a. 143. a. Chr. libertate donata; quo tempore ita floruit, ut Africanorum civitatium princeps haberetur; tum in civilibus bellis memorata, præsertim Cæsariano, in quo quum contrariis partibus favisset, ingentem multam sustinere coacta est; sed libera tempore *Plinii (Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. [25]). — Coloniæ deinde jus habuit sub Trajano imp. *(Corp.* 8. 62), dicta *colonia Hadrumetum, colonia concordia Ulpia Trajana Augusta Frugifera Hadrumetina (Corp.* 6. 1687 = *Dessau* 6111), tribui *Papiriæ* adscripta; devastata postea a Vandalis, sed a Justiniano imp. restaurata appellataque *Justiniana* seu *Justinianopolis (Procop. de ædif.* 6. 6), patria Clodii Albini imp., Clodii Celsini, Polycarpi aliorumque; celebris quoque in fastis Christianis, in primis martyrum (V. *Morcelli in Afr. Chr.* et *Vict. Vit. pers. Vand.* 5. 4). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 4. *p.* 134. et *Cohen, III.* ed. 2. 421. *n.* 68.*sqq.*, coll. *Müller, Num. de l'Afr. suppl.* 42., et *Head*, 876. — De ea consulas *Corp.* 8. *p.* 14. *Suppl. p.* 1160. *auct. p.* 2820.*sqq.* et *Gauckler - Gouvet - Hannezo, Musées de Sousse (in Mus. de l'Algérie et de la Tunisie)* Paris 1902. — Hinc *Hadrumetinus*, adj., ut *Hadrumetina colonia* ap. *Spartian. Did. Jul.* 1. et *Cyprian. ep.* 48 (al. 45). — *Hadr. provincia* in *Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 6931., ubi scribitur *Hadrimetina*. — *Hadr. regio* in *Corp.* 8. 7039. — *Hadr. navis*, in qua Paulus ap. captivus versabatur (*Act.* 27. 2); ubi tamen græce est πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, sc. quæ ad Adramyttium, urbem Mysiæ, pertinet. — *Hadr. Albinus* ap. *Capitolin. Clod. Alb.* 4. — *Hadr. Clodius Celsinus* ap. *eund. ibid.* 1. — *Hadr. Polycarpus* ap. *Cyprian. ep.* 48 (al. 45). — Abs. *Hadrumetini*, incolæ, ap. *Capitolin. Cl. Alb.* 12. et *Gromat. p.* 57. *Lachm.* — *Hadrumeticus (Adrumeticus)*, adj., idem qui Hadrumetinus, ap. *Tertull. Scap.* 3.

HADRȲMĒTUM v. Adrymetum. *V.* voc. præc.

HADYLĪUS, ii, m. 2. (τὸ Ἀδύλιον[ὄρος] *Theop., FHG I.* 323. *frg.* 264 = *Strab.* 9. 424.; Ἡδύλιον *Plut. Sull.* 16.*sq.* et *Polyæn.* 1. 3. 5.; Ἡδύλειον *Dem.* 19. 148) mons Bœotiæ, memoratus *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 12. (25).

HÆ

HÆBŬDES et Hebudes, um, f. plur. 3. *V.* **EBUDES.**

HÆDILĬÆ. *V.* **HÆDULEA** in *Lexico*.

HÆDĪNĬUS, ii, m. 2. (hædus) nom. gent. vir. *Corp.* 10. 412.

HÆDŬES et

HÆDŬI. *V.* **ÆDUI.**

HÆMĪMONS, ontis. *V.* **HÆMIMONTUS.**

HÆMĪMONTĀNUS et

HÆMĪMONTĬI. *V.* voc. seq.

HÆMĪMONTUS et Æmimontus, i, m. 2. (Αἱμίμοντος *Procop.*) *Hæmimons* legunt quidam apud auctores, pro quo etiam corrupte *Emosmons* in *Laterc. Polem. Silv. Lat. V.* — Fuit autem una e sex provinciis, in quas Diocletianus Thraciam divisit, ad montem Hæmum sita, cujus urbs præcipua Hadrianopolis, ubi erat fabrica scutoria et armorum *(Not. imp. or.* 11), aliæ vero Anchialos, Debeltos *(Deultum)*, Plotinopolis etc., initio sæc. IV., administrata a præside sub dispositione vicarii diœcesis Thraciarum *(Not. imp. or.* 1., 2. et 26). Memoratur *Ammian.* 27. 4. 11.*sq.* « Thraciæ omnes in dicionem veterum transiere nostrorum, hocque modo post procinctus ancipites rei publicæ sex provinciæ sunt quæsitæ. Inter quas prima ex fronte, quæ Illyriis est confinis, Thracia speciali nomine appellatur: quam Philippopolis, Eumolpias vetus et Berœa ampliæ civitates exornant: post hanc Hæmimontus Hadrianopolim habet, quæ dicebatur Uscudama, et Anchialon, civitates magnas ». Adde *Hist. Aug. Claud.* 11. et *Aurelian.* 17 (Cf. *Momms., Hermes XXV* [1890] 231), *Cod. Just.* 7. 62. 23. et *Theod.* 1. 6. 1., *Not. episc. I.* 38.*sq.*, 74. 486.*sqq.*, *III.* 580.*sqq.*, *IV.* 38., *VIII.* 88. 78. 640. *P.*, coll. *Procop. de æd.* 4. 11., — De ea vd. *Gelzer, Themenverfass.* (Abh. Sächs. Ges. W. XVIII) 25. et *Mommsen, Hist. Schr. II.* 561.*sqq.* — Hinc *Hæmimontanus*, adj. *Ammian.* 27. 4. 6. Hæmimontanæ celsitudines. — *Hæmimontani (Æmimontani)*, abs., incolæ. *Sex. Ruf. in brev.* 9., ubi eos tradit a M. Lucullo subactos fuisse. Cf. *Ammian. loc. cit.* 1. — *Hæmimontii* dicuntur *Jorn. Rom.* 219. *M.*

HÆMODÆ. *V.* **ÆMODÆ.**

HÆMODES et Hemodes, is, m. 3. mons Lyciæ. *Mel.* 1. 81. « Deinde Hæmodes et Caucasus et Propanisus, tum Caspiæ pylæ etc. ». Sed 3. 68. « In Hæmode Indiæ monte ». Ita ed. *Frick.* Aut igitur duo sunt montes cognomines, aut hic legend., ut idem adnotat, *Hæmo meridie*, et ed. *Parthey*.

HÆMON et Æmon, ŏnis, m. 3. (Αἱμών = αἵμων, *gnarus, peritus*) *Æmona*, acc., Gr. posit., ap. *Ovid.* 2. *Trist.* 402. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 2704. ¶ 2. In libris — 1.°) H æ m o n, Creontis, Thebarum tyranni, filius, qui quum amore incredibili Antigonam, Œdipodis et Iocastæ filiam, quam pater ei interficiendam dederat, quod Polynicis corpus sepelisset, deperiret, ad ejus tumulum mortem sibi conscivit, ut scribit *Hygin. fab.* 72. Hinc *Ovid. Ib.* 552. Nec sibi, si quid amas, felicius Hæmone cedat. *et Propert.* 2. 8. 21. Quid? non Antigonæ tumulo Bœotius Hæmon etc. Adde *Stat.* pluries, a quo

Cadmeius, Ismenius, Mavortius, celsus, unicus etc. appellatur. — 2.°) H æ m o n, qui primus regnavit in Thessalia, ut tradunt *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 441. et *Prosp.* in *chron. præf.* — 3.°) H æ m o n, vir Rutulus, quem *Mavortium* dicit *Virg.* 9. *Æn.* 685. *V.* **HÆMONIDES.** — Fuit etiam nom. unius ex canibus Actæonis. *Hygin. fab.* 181.

II.) Est nom. montis, qui tamen communius *Hæmus* appellatur. *V.* **HÆMUS.**

HÆMŎNA, æ, f. 1. *V.* **ÆMONA** (Emona).

HÆMŎNĬA, Æmonia et Hemonia, æ, f. 1. (Αἱμονία *Apoll. Rh.*) regio in Macedonia, ita appellata ab *Hæmone*, qui primus in ea regnavit, postea *Thessalia* dicta, sed primitus *Pyrrhæa*, a Pyrrha, Deucalionis uxore. Hinc *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28). Sequitur mutatis sæpe nominibus Hæmonia, eadem Pelasgicon Argos, Hellas, eadem Thessalia et Dryopis, semper a regibus cognominata. *et Solin.* 8. Thessalia eadem est et Hæmonia, quam Homerus Argos Pelasgicon nominat; ubi genitus est Hellen, a quo rege Hellenes nominati. — Hoc nomine utuntur præsertim poetæ pro Thessalia. *Horat.* 1. *Od.* 37. 20. Venator in campis nivalis Hæmoniæ. Adde *Ovid.* 1. *Met.* 567., 2. 543., 8. 804. etc., *Val. Fl.* 1. 22., *Stat.* 2. *Ach.* 247. — Hinc *Hæmonius (Æmonius et Hemonius)* — 1.°) Adj. — a) Ad Hæmoniam pertinens et, maxime apud poetas, idem ac Thessalus. *Ovid.* 11. *Met.* 409. Acastus. *et* 12. *ibid.* 81. Achilles. *Stat.* 4. *Theb.* 457. Admetus. *et* 2. *Silv.* 54. Pylades. *Tibull.* 1. 5. 45. Peleus. *Claudian. carm.* 37. 66. Œtes. *Senec. Med.* 723. Athos. *Propert.* 1. 13. 21. Enipeus. *Ovid.* 2. *Am.* 9. 7. Heros. *h. e.* Achilles. *et* 2. *Her.* vir. *i. e.* Protesilaus. *Propert.* 3. 1. 26. Achilles. *Lucan.* 6. 394. arcus. *et* 694. cantus. *Senec. Agam.* 640. rogus. *h. e.* Achillis, cui mactanda erat Polyxena. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 79. maritus. *i. e.* Pyrrhus, Achillis filius, qui *Val. Fl.* 8. 16. et 283. est Iason. *Id.* 3. 533. alnus. *h. e.* navis Argo.; quæ et *carina*, 2. 686. *Propert.* 2. 1. 65. cuspis. *i. e.* hasta Achillis. *Lucan.* 3. 192. Iolcos. *Ovid.* 4. *Trist.* 1. 16. lyra. *et* 1. *Art. Am.* 6. puppis. *i. e.* navis Argo. *et* 11. *Met.* 652. urbs. *i. e.* Trachyn. *Lucan.* 7. 825. bellum. *Propert.* 1. 15. 20. hospitium. *i. e.* Iason hospes. *Val. Fl.* 8. 205. reges. *et* 2. 592. terræ. *et* 1. 120. undæ. — b) Ad Hæmum Thraciæ montem pertinens; idem ac Thrax. *Sil. It.* 10. 11. velocius inde Hæmonio Borea pinnaque citatior ibat. — 2.°) Absolute, substantivorum more. *Hæmonii*, incolæ, Thessali. *Claudian. carm.* 26. 165. — *Hæmonion*, idem ac Ephesus, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (115).; alii tamen aliter leg. Cf. *Steph. Byz.* ad v. Ἔφεσος. — *Hæmonidæ* (Αἱμονίδαι), incolæ Hæmoniæ, in primis Argonautæ, sive quia plures ibi orti sive quia ab Iasone Thessalo ducti. *Val. Fl.* 4. 506.; 5. 127. etc. — *Hæmonis*, adj. f., quæ est ex Hæmonia, Thessala. *Ovid.* 13. *Her.* 2. Hæmonis Hæmonio Laodamia viro. *i. e.* Thessala Thessalo. — In plur. num. *Lucan.* 6. 590. O decus Hæmonidum. *i. e.* mulier magicis artibus famosa.

HÆMŎNĬDÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

HÆMŎNĬDĒS, æ, m. 1. patronym. ab *Hæmon*, filius aut nepos Hæmonis, uti vult *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 537. Hinc *Hæmonides Mæon* ap. *Stat.* 2. *Theb.* 692. — Absolute, ap. *Virg. loc. cit.*, Phœbi Triviæque sacerdos.

HÆMŎNĬON, ii, n. 2., et

HÆMŎNIS, idis, *f.*, et

HÆMŎNĬUS, a, um, adject. *V.* **HÆMONIA.**

HÆMOS et

HÆMUS, i, m. 2. (Αἷμος et aliquando Αἶμος) Scribitur etiam *Æmus* sine aspiratione, ut vox altera Græca; sed male *Emus* ap. *Jorn. Get.* 108. *M.* — *Hæmos* in recto, Gr. posit., usurpant *Ovid.* 2. *Met.* 219. et *Mel.* 2. 17. — Sic *Hæmon* acc. *Ovid.* 6. *ibid.* 87. et *Mel.* 2. 17., ubi alii minus recte *Hæmona* leg. — De ejus etymo probabilis est eorum sententia, qui a Gr. voce αἱμός, *locus silvosus*, derivant. Cf. *Ovid.* 2. *Her.* 112. — Est autem nom. geogr. et pers.

I.) Hæmus, nom. geogr. ¶ 1. Est mons Thraciæ, sex millibus passuum altus *(Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. [41]. et *Solin.* 10) seu montium catena (long. ca. 800. km.) Europæ orientalis, pertingens a fl. Timaco *(Timok)* usque ad Pontum Euxinum ac disterminans vallem inferiorem Danubii a vallibus Strymonis et Hebri, Dardaniam ac Thraciam a Mœsia, « in tantum altitudinis abiens, ut Euxinum et Hadrian ex summo vertice ostendat » *(Mel.* 2. 17), et Ister amnis et Alpes conspiciantur *(Liv.* 40. 21. et 22), hod. *Balkan* (it. *i Balcani)*. Memoratur *Horat.* 1. *Od.* 12. 6. Aut super Pindo gelidove in Hæmo (Cf. *Virg.* 2. *G.* 488). et *Ovid.* 2. *Her.* 112. Hæmus umbrosus. *Claudian. carm.* 3. 334. nivalis. *et* 20. 565. nubifer. *Sil. It.* 11. 464. Mavortius. *i. e.* ubi Mars suum habet domicilium. Hinc *Claudian. carm.* 1. 119. Qualis letifera populatus cæde Gelonos Procubat horrendum Getico Gradivus in Hæmo. *et Senec. Herc. Œt.* 1286. Getico durior Hæmo. Adde *Val. Fl.* 1. 24., *Senec. qu. nat.* 3. 11. 2., *Tac.* 3. *Ann.* 38. et 4. 51. et 2. *Hist.* 85., *Avien. orb.* 588., *Ammian.* 21. 10. 3. et 31. 7. 3., *Justin.* 7. 4. 1., *Eutrop.* 6. 10., *Auson. ord. nob. Urb.* 184. aliosque ap. *Ovid., Lucan., Stat., Claudian.* plurimos locos. *et* ex Græcis *Hom. Il.* 14. 227., *Her.* 4. 49., *Thuc.* 2. 96., *Pol.* 34. 12., *Diod.* 19. 73., *Strab.* 7. 313. et 317. *sq.*, *Dion. per.* 428., *Arr. an.* 1. 1. 5. et alib., *Ptol.* 3. 11. 7., *Sox.* 2. 22. — Præterea « celeberrimos Hebrum, Neston et Strymona *(Hæmus)* emittit » *(Mel. loc. cit.)*, « in quo sunt Tempe » *(Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 488), a Thraciis populis cultus rudioribus ac prædationi deditis; temporibus vero imperii orientalis nomen fecit Hæmimonto, uni ex diœcesis Thraciæ provinciis. ¶ 2. Item alter mons Indiæ. *V.* **HEMODES.**

II.) Hæmus, nom. pers. ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 1562. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Rex Thraciæ, ut in fabulis traditur, frater Rhodopes, cujus amore quum captus esset et ab illa amaretur, auderentque alter se Jovem, altera Junonem appellare, ab diis in pœnam versi sunt in montes cognomines. Ita *Forcellin.*, qui ait hanc fabulam tetigisse *Ovid.* 6. *Met.* 87. Cf. *Lact. Plac. narr. fab.* 6. 1. — 2.°) Item prædo Thracius famosus, Theronis, insignis latronis, filius, de quo historiolam narrat *Apul.* 7. *Met.* 5. et 19. — 3.°) Item comœdus Flaviorum ætate. *Juvenal.* 3. 99. et 6. 198. Cf. *Schol., Jahrb. f. class. Philol. Suppl. XXII.* 407. et *XXIII.* 412.

HÆPHESTĬÆ. *V.* **HEPHESTIÆ.**

HÆRA. *V.* **HERA.**

HÆRENNĬUS. *V.* **HERENNIUS.**

HÆRINNA, Hærina et Herinna, æ, m. 1. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Sgll. n.* 2004., 2005. etc.

HÆVA, æ, f. 1. nom. deæ cujusdam, a Germanis cultæ, in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 2005. et *Brambach n.* 130.

HAFA, æ, f. 1. statio seu oppidum in Sardinia, Tibulas versus, in *Itin. Ant. p.* 82., prope *Pelao*, teste *La Marmora*. Cf. tamen etiam *Kiepert, FOA XIX.* et *Corp.* 10. *tab. V.*

HAGAR et

HAGARĒNI. *V.* **AGAR** et **AGARENI.**

HAGES, is, m. 3. nom. vir., fort. originis orientalis. ¶ 1. Fuit ita appellatus vir quidam Cyzicenus, in pugna a Castore interfectus. *Val. Fl.* 3. 191. ¶ 2. Item frater Pori, Indiæ regis, laudatus *Curt.* 8. 14. 2.

HĀGĒTER, ēris, m. 3. cogn. seu epith. Herculis, ab ἁγητήρ Dor. pro ἡγήτηρ, *dux, ductor*: cf. Ἡρακλεῖ Ἡγεμόνι ap. *Xen. anab.* 6. 2. 15. Legitur ap. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (56). Hagetera *(acc.)*. *Sillig.*

HĀGĬUS et Agius, ii, m. 2. (ἅγιος, *sanctus*) cogn. vir. Græc. *Corp.* 10. 567.

HAGNA. *V.* voc. seq.

HAGNĒ, es, f. 1. Scribitur rectius cum aspiratione; vocabulum enim est a Gr. ἁγνός, *sacer, castus*. — Alia forma *Hagnes* v. *Agnes, etis*, producta, minus bene usurpatur; constat enim inter grammaticos nomina in *es* desinentia, quæ sunt propria, masculina inveniri, excepto uno nomine *Ceres, eris (Prisc. gr. V.* 159. *K.)*. Quare non *Hagnes* v. *Agnes* recto casu, sed *Hagne* scribendum est, genet. autem *Hagnes* vel, si mavis, Lat. *Hagnæ*, et sic deinceps, ut ap. *Horat.* 1. *Sat.* 3. 40. et *Inscr.* ap. *Grut.* 957. 8. — Acc. *Agnen* ap. *Venant.* 2. *carm.* 4. 38. et *Agnem* ap. *eund. ibid.* 5. 1. § 10. — Aliquando tamen *Hagnes* vel *Agnes* occurrit in Inscr., ut in *Bull. Arch. Com.* a. 1880. *p.* 54.; quæ forma sequiore ætate invaluit, ut ap. *Murat.* 1186. et *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 398. *n.* 894., *Sulpic. Sev. dial.* 2. 13. 5. aliosque, præsertim ecclesiasticos, scriptores. — Est autem cogn. mul. Græcan.; itemque nom. serv. ac libert., uti sæpe in titulis, inter quos, præter laudatos, *Inscr.* ap. *Grut.* 820. 4., 955. 5. et *Reines.* 16. 16., 14. 152. *Marm. Fels. p.* 378. etc. — Apud scriptores celeberrima est hoc nomine virgo Romana, nobilissimo genere, magnis toto orbe laudibus honestata, martyr, æt. XIII. ann., non sub Diocletiano et Maximiano, ut quidam perperam affirmant, sed sub Valeriano et Gallieno, teste *Prudent. perist.* 4. De ea *Martyr. Rom.* XII. kal. Febr. hæc habet: « Romæ passio sanctæ Agnetis virginis, quæ sub præfecto Urbis Symphronio ignibus injecta, sed iis, per orationem ejus exstinctis, gladio percussa est. De ea beatus Hieronymus *(ep.* 130) hæc scribit: Omnium gentium litteris atque linguis, præcipue in Ecclesiis, Agnetis vita laudata est, quæ et ætatem vicit et tyrannum, et titulum castitatis martyrio consecravit ». Nec aliter *Ambros.* 1. *de virg.* 2. in magnifico ac poetico ejus elogio: « Quid dignum ea loqui possumus, cujus ne nomen quidem vacuum laudis est? Devotio supra ætatem, virtus supra naturam, ut mihi videatur non hominis habuisse nomen sed oraculum martyris». *et mox.* « Stetit, oravit, cervicem inflexit. Cerneres trepidare carnificem, quasi ipse addictus fuisset, tremere percussoris dexteram, pallere ora alieno timentis periculo, cum puella non timeret suo. Habetis igitur in una hostia duplex martyrium, pudoris et religionis: et virgo permansit et martyrium obtinuit ». Laudant etiam *Augustin. serm.* 273. et 354., *Maxim. Taur. serm.* 56. ac rursus *Ambros.* in carmine seu hymno, a cl. *Biraghi (Inni di S. Ambr.)* illustrato, et *Damas. carm. n. XXIX.* — Ejus corpus sepultum fuit in via Nomentana, in cœmeterio, quod postea *s. Agnetis* appellatum est, in agello, ad eam pertinenti, eique templum erectum est, sæc. XIX. a Pio IX., immortalis memoriæ pontifice, magnificentissime instauratum atque exornatum. Cf. *De-Rossi, R. S. I. p.* 189.*sqq.* et *alib.* — Sim. *Hagna*, nom. mul., in litteratis lapidibus haud rarum *(Marm. Fels. p.* 378). — Occurrit etiam de meretrice quadam, quam dicit *Acr.* ad *l. Hor.* 1. *Sat.* 3. 40. « aut etiam ipsa hæc *(vitia)* Delectant, veluti Balbinum polypus Hagnæ ». *Bentleius* formam *Hagnæ* vindicavit scribens: « Si *Agnæ* legimus, non femininum, ut esse debet, sed virile cognomen erit: ut *Asina, Scrofa, Pica*, al., etsi ipsa feminini sunt generis, virorum tamen sunt cognomenta. Quare legendum cum duobus Torrentii codicibus *Hagnæ*. Hagna sive Hagne Græcorum est ἁγνή, *casta*; unde libertinam fuisse recte colligas ». — Hinc *Hagnius*, pater Tiphys argonautæ, ap. *Apollod.* 1. *p.* 42., ex quo *Hagniades*, patronym., filius v. nepos Hagnii, ap. *Val. Fl.* 1. 489. — Abs. ap. *eund.* 2. 48. — *Hagnonius*, cogn. vir., in *Inscr.* ap. *Fiorelli in not. degli scavi* a. 1880. *p.* 340.

HAGNĬĀDĒS, æ, m. 1. *V.* voc. præc.

HAIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 8. 9366. — *Haia*, nom. mul. *C.* 10. 2493.

HĂLÆSA et Halesa (Alaisa), æ, f. 1. (Ἄλαισα, ων, *Diod.* 14. 16. et aliquando Ἄλεσα) Scribitur etiam sine aspiratione, ut est in Græco vocabulo. — Est autem urbs Siciliæ ad Halæsum fluvium, unde nomen, ut videtur, traxit (Cf. *Sil. It. loc. cit.*), lauta ac nobilis *(Cic.* 13. *Fam.* 32), *Arcontidis* appellata, ut distingueretur ab aliis cognominibus Siciliæ urbibus, ex fœdere immunis ac libera, hod. *Castel Tusa*. Memoratur *Cic.* 2. *Verr.* 75. 185 (coll. *Fam. loc. cit.*) et *Sil. It.* 14. 218., *Tab. Peut.* et *Itin. Ant. p.* 92., ubi male *Halesam* pro *Halesa*. Cf. *Momms.* in *Corp.* 10. *p.* 768. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 1. *p.* 195-197.; *Cavedoni, Spicil. p.* 24. et *Bull. d. Ist. arch.* a. 1862. *p.* 213.*sq.* — Hinc *Halæsinus (Halesinus)*, adj., ut *Halæsina civitas* ap. *Cic.* 3. *Verr.* 6. 13. — *Halesinus fons*, in regione Halesina, alias quie-

tus et tranquillus quum siletur, sed « si insonent tibiæ, exsultabundus ad cantus elevatur », ut ait *Solin.* 5.: eum carminibus cecinit *Prisc. perih.* 499.*sqq.* — Abs., substantivorum more, *Halæsinus* ap. *Cic.* 3. *Verr.* 74. 172., et *Halæsini*, incolæ, de quibus idem *Cic.* 2. *Ibid.* 49. 122. « Halæsini antiquissimi et fidelissimi socii atque amici » *et mox.* « Halæsini pro multis ac magnis suis majorumque suorum in rem publicam nostram meritis atque beneficiis suo jure nuper L. Licinio Q. Mucio coss. (a. 95. a. Chr.) cum haberent inter se controversias de senatu captando, leges ab senatu nostro petiverunt etc. ». *V.* integr. loc. — *Halæsina*, nom. mul. *Corp.* 10. 7408.

HALÆSUS et Halesus, i, m. 2. (Ἅλησος) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Fluvius et mons Siciliæ, a quo, ut diximus, urbs *Halæsa* est appellata. — De fluvio, hod. *fiume di Pittineo*, scribit *Sil. It.* 14. 218., sed nomine omisso. — De monte, *Colum.* 10. 268. — 2.°) Item fluvius in Lucania, hod. *Alento*, prope Veliam. *Cic.* 16. *Att.* 7. et 7. *Fam.* 20. *et Vib. Sequ.* 146. *R.* — 3.°) Item fluviolus prope Colophonem in Ionia, influens in sinum Caystrium, hod. *Awdschi tschai* (i. e. fluvius venatoris), ap. *Liv.* 37. 36. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (116)., coll. *Paus.* 7. 5. 10. et 8. 28. 3. V. *Kiepert, Kart. von Kleinas.* C *I.* ¶ 2. Est etiam nom. pers., sc. filii Agamemnonis ex Clytæmnestra, qui cum matre in necem patris consensit ac postea in Italiam venit et Faliscæ urbi ac Faliscis populis nomen dedit, teste *Ovid.* 4. *Fast.* 73. A quo se dictam terra Falisca putat. *et* 3. *Amor.* 13. 31. Argiva est pompæ facies, Agamemnone cæso, Et scelus et patrias fugit Halæsus opes. — Hinc *Argolicus* dictus a *Sil. It.* 8. 474. et *Agamemnonius* a *Virg.* 7. *Æn.* 723. et 10. *Ibid.* 352., 411.*sqq.*, ubi, dum pro Turno contra Æneam pugnat, ejus mors describitur.

HALALA v. Halale, vicus in Cappadocia, ad radices montis Tauri, ubi a. 176., subitaneo morbo correpta, obiit Faustina, uxor M. Aurelii, ap. *Capitolin. M. Aur.* 26.; quo dein deducta Faustinianā coloniā, *Faustinopolis* dictus est. *Itin. Ant. p.* 145.

HALAMARDUS, i, m. 2. cogn. seu epith. Martis Germanicum, notum ex *Inscr.* votiva ap. *Orell.* = *C. I. Rh.* 2028. MARTI HALAMARDO SACRVM. T. DOMIT*ius* VINDEX *centurio* LEG. XX[X] X. *v. s. l. m.*, fort. a v. *halr* = homo, et *mardas* = occisor, quasi ἀνδροκτόνος (*Haupt*: aliter tamen *Christ*). V. *Grienberger, Ztschr. f. deutsch. Alt. XXXV.* 388.

HĂLĀNI. *V.* **ALANI.**

HALCĬMUS. *V.* **ALCIMUS.**

HALCȲŎNĒ, es, f. 1. ¶ 1. Est oppidum in sinu Maliaco, laudatum *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (27). — Hinc fort. *Halcyonensis*, adj., ex Gr. ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ, quod in nummo Parisiis exstare adfirmat *Harduinus* ad *Plin. l.* ¶ 2. Item nom. mul. *V.* **ALCYONE.** — Hinc *Halcyoneus*, adj. *V.* **ALCYONEUS.**

HALDEGASTES, is, m. 3. nom. barbaricum ducis in exercitu Aureliani imp. *Vopisc. Aurelian.* 11.

HALĒ, es, f. 1. ¶ 1. Cogn. libert. mul., fort. ab ἄλη, error: forma producta *Corp.* 7. 2175. Haleni conlibertæ. ¶ 2. Etiam nom. oppidi cujusdam in *Tab. Peut. s.* 8. c.

HALĒSA et

HALĒSĪNUS. *V.* **HALÆSA.**

HALEX et Alex, ēcis, m. 3. (Ἅληξ) ¶ 1. Est fluviolus Bruttiorum ad extremitatem australem regionis, sejungens territoria Rheginum et Locrense, hod. *Alice.* Memoratur *Avien. or.* 515. Flumen Alex. *et Prisc. perih.* 361. flumen Alecis. Cf. *Strab.* 6. 260. et *Thuc.* 3. 99. ¶ 2. Item nom. serv. vir. ap. *Momms. Inscr. Helv. n.* 352. *l.* 11 (*in figlina*).

HALI, ōrum, m. plur. 2. gens prope paludem Mæotidem, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (19)., ubi tamen alii aliter leg., quæ de re vd. *Kiessling* qui fuse rem pertractat (*PWK* 7. 2230.*sqq.*).

HALĬA, æ, f. 1. ¶ 1. Est celeber fluvius. *V.* **ALLIA.** ¶ 2. Est etiam urbs Mesopotamiæ a Chalama Edessam versus, in *Tab. Peut.*

HĂLĬACMON et Aliacmon, ŏnis, m. 3. (Ἀλιάκμων) Minus recte alii scribunt *Alyacmon.* Cf. *Plin.* pluribus locis. — Est fluvius rapidissimus Macedoniæ australis, oriens ex monte Barno seque exonerans in sinum Thermaicum, hod. *Vistritza*, turc. *Inje-Kara.* Memorant *Cæs. B. C.* 36., *Liv.* 43. 53., *Claudian. b. G.* 179. et ex Gr. *Hes. theog.* 341., *Her.* 7. 127., *Scyl.* 66., *Strab.* 7. 329.*sq.* et *Ptol.* 3. 13. 15. et 18.

HĂLĬARTĬI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

HĂLĬARTUS et Haliartos, i, f. 2. (Ἁλίαρτος) Olim in nummis V. et IV. sæc. a. Chr. ΑΒΙ. ΑΒΙΑΡΤΙΟΣ., coll. *I. G.* 7. 1795., 2724 b., 2848. et 4143.; posterius, a. 338-315. ΑΛΙ. in *I. G.* 7. 2724., 2850. etc. et in litterariis textibus modo Ἁλίαρτος, modo Ἀλίαρτος. — Est oppidum Bœotiæ in edito loco, ad meridiem lacus Copaidis, in planitie fertilissima, hod. *Mazi.* Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26)., *Liv.* 42. 56., *Nep. Lys.* 3. et, ex Gr., *Hom. Il.* 2. 503., *Thuc.* 4. 93., *Xen. Hell.* 3. 5. 17., *Pol.* 27. 1. etc., *Diod.* 14. 81., *Ptol.* 3. 15. 20., *Paus.* 3. 5. 3.; 9. 32. 5. et 10. 35. 2., *Plut. Lys.* 28.*sq.* — Fuit a Persis eversum a. 484. a. Chr., sed postea instauratum, in fœdere Bœotico una ex præcipuis civitatibus tempore belli Peloponnesiaci (*Hellen. Oxyrh.* ap. *Meyer Theop. Hellen.* 189); ibi etiam Lysander a Thebanis victus interfectusque est a. 396.; a Romanis denique, C. Lucretio Gallo prætore, captum ac deletum a. 171., qui ejus territorium Atheniensibus tradiderunt; dein vero refectum. — De ejus nummis vd. *Imhoof-Blumer, Numism. Ztschr. III.* 1871. *p.* 334.*sqq.*; *Head, H. N.* 345. et *Head-Svorónos* Ἱστ. τ. Νομ. *I.* 433. — Consulas etiam *Inscr. Gr.* 7. 2848-2850., 2852., 2855-2857. — De eo scripserunt præter veteres *Bursian, Geogr. I.* 232.*sq.*; *Vischer, Erinnerung.* 558.*sqq.*; *Frazer, Paus. V.* 164.*sqq.* — Hinc *Haliartii*, abs., incolæ. *Liv.* 42. 44., de cujus narratione cf. *Momms.* in *Eph. epigr. I. p.* 290.*sq.*

HĂLĬCĀNUM et Alicanum i, n. 2. oppidum Pannoniæ inter Poetovionem et Arrabonam. *Itin. Ant. p.* 261. et 262. De situ cf. *Momms.* in *Corp.* 3. *p.* 525.

HĂLĬCARNASSENSES, ium, 3., et

HĂLĬCARNASSĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HĂLĬCARNASSUS, i, m. 2. Scribitur græce Ἁλικαρνασσός (*Ptol.*) et Ἁλικαρνασός (*Strab.*); unde et Latine, modo duplici, modo simplici *s*, ut *Halicarnassus* ap. *Liv.* 37. 16., *Curt.* 8. 1 (4). 36., *Vitr.* 2. 8. 10. et *Halicarnasus* ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 28. 29. (107). — Occurrit etiam, Gr. positione, *Halicarnassos*, ap. *Mel.* 1. 84. et 85. et aliquando, omissa aspiratione, *Alicarnassus.*

Halicarnassus, urbs Asiæ Minoris in Caria Dorica, olim *Zephyra* dicta, præcipua ex Hexapolis Doricæ urbibus, sita in ora boreali sinus Ceramici, loco tutissimo, cum duplici portu, colonia Trœzenes in Argolide, hod. *Budrun*, patria Herodoti et Dionysi historicorum. Memorant, præter laudatos, *Justin.* 2. 12., *Oros.* 2. *Hist.* 10., *Itin. Alex.* 25., *Vulg.* 1. *Mach.* 15. 23., *Corp.* 3. *p.* 83. et 1291. et, ex Græcis, *Her.* 1. 144. etc., *Thuc.* 8. 42. etc., *Scyl.* 99., *Strab.* 8. 374. et 4. 653.*sq.*, *Arr. an.* 1. 20. 2.*sq.*, *Paus.* 2. 30. 8. etc., *Plut. Them.* 1. et *Alex.* 17. — Diu recta est a tyrannis, Persarum regi obnoxiis; sed Græcorum cultu imbuta, quibus commercii sui debuit prosperitatem suaque magnificentissima monumenta, inter quæ sepulcrum Mausoli seu Mausoleum, a. 354. a. Chr. erectum, a *Newton* a. 1856-1857. repertum (*Discoveries at Halicarn.* Lond. 1862), de quo *Mel.* 1. 85. « Halicarnassos Argivorum colonia est et cur memoranda sit, præter conditores Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentum, unum de miraculis septem, Artemisiæ » (*V.* **ARTEMISIA**). — Ad maritimum quoque fœdus Athenarum pertinuit; sed a. 334. a. Chr. ab Alexandro M. est incendio fere deleta, qui capiundæ tamen acropoli Salmacis impar fuit; nec potuit ad pristinum statum omnino redire (Cf. *Plut. loc. cit.*). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 581.*sqq.* et *Head*, 617., ex quibus, ut ex inscriptionibus præsertim Græcis (*C. I. Gr.* 2655-2669), plura de ea colligi possunt. — Hinc *Halicarnassenses*, adj., incolæ dicti *Liv.* 33. 20. — *Halicarnassius*, adj. *Nep. Them.* 1. Uxorem Halicarnassiam civem duxit. *et Lys.* 3. Cleon Halicarnasius. — Absolute, *Halicarnassii* (*Halicarnasii*), incolæ, ap. *Tac.* 4. *Ann.* 55.

HĂLĬCARNĀSUS. *V.* voc. præc.

HĂLĬCĒ, es, f. 1. urbs ad oram austro-occid. Argolidis, contra insulam Pityusam, in quam Tirynthi et Argorum incolæ confugerunt postquam eorum civitates ceperant Argivi; dein vero et ipsa a Lacedæmoniis atque Atheniensibus pluries occupata fuit, hod. dicta *Porto-Kheli.* Memoratur *Prisc. gr. IV.* 133., ad quem loc. vd. quæ adnotat *Keil*; sæpius vero a Græcis, ut *Paus.* 2. 36., qui eam suo tempore desertam fuisse tradit. Adde *Her.* 7. 137., *Thuc.* 1. 105. etc., *Xen. Hell.* 4. 2. 6. et 6. 2. 3., *Scyl.* 50., *Diod.* 11. 78., *Strab.* 8. 373. — Hinc *Haliciensis*, adj. ad Halicen pertinens. *Prisc. loc. cit.*

HĂLĬCĬENSIS. *V.* voc. præc.

HĂLĬCOR et Alicor, oris, m. 3. nom. servi cujusdam P. Clodii, ex quo quæstionem habuisse dicitur Milo, ita ut eum articulatim consecarent. *Ascon.* in *Mil.* 30. 26. *K.-S.*

HĂLĬCȲÆ et Alicyæ, ārum, f. plur. 1. (Ἁλικύαι v. Ἀλικύαι) oppidum Siciliæ occidentalis ad australem plagam Segestæ, inter Libybæum et Entellam, hod. *Salemi*, quod tantum a Græcis memoratur, ut *Thuc.* 7. 32., *Diod.* 14. 48. etc.; sed a Latinis per gentile *Halicyensis* v. *Halicuensis*, ut ap. *Cic.* 2. *Verr.* 28. et *alib.* et in tit. ap. *De Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 242. *n.* 573. et *p.* 407. *n.* 916., ubi *Alicensis.* — Abs. *Halicyenses*, incolæ, *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). — Conditum procul dubio a Sicanis, Carthaginiensibus subjectum, quos sequi debuit in bellis contra Syracusanos; inde tamen a primo bello Punico Romanis favens, qui ei pro meritis singularia privilegia concessere; tempore Ciceronis civitas immunis ac libera, sed stipendiaria Plinii ætate (Cf. *Holm, Gesch. Siciliens im Altert. I.* 61. 358. et *Freeman-Lupus, Gesch. Sicil. I.* 103. et *II.* 513. *sqq.*).

HĂLĬCȲENSIS. *V.* voc. præc.

HĂLĬCYRNA, æ, f. 1. Varie scribitur ap. Græcos, ut Ἁλίκυρνα *Strab.* ap. *Steph.*, Αἴκυρνα et Λίκυρνα codd. *Strab.* 10. 459., Μύκαρνα cod. *Ps.-Scyl.*, i. e. Ἁλίκαρνα, et ap. Latinos *Halicyrna* v. *Halicarna*, ut *Plin.* 4. *Hist. nat.* 2. 3. (6). quo teste, oppidum Ætoliæ mediterraneum est, et quidem recte; errat enim *Steph. Byz.*, qui ponit in Acarnania (Ἁλίκυρνα κώμη Ἀκαρνανίας), et *Artemidorus*, qui ad orientem Eueni, ut *Strab.* animadvertit (V. *Woodhouse, Ætolia* 114).

HĂLĪNĒ, es, f. 1. (ἁλινός, *ex sale confectus*) cogn. mul. tam ingen. quam libert. *Inscr.* ap. *Garruci, Syll. n.* 1789. — Forma producta in *Corp.* 10. 4077. Halineni (*dat.*) — Abs. *Corp.* 3. 1858.

HĂLĬPNUS, i, m. 2. (ἁλίπνοος, *sal redolens*) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Lebus, Mon. scop. in Canturio p.* 44. « C. OCTAVIVS ALLIPNVS ». Vides hic aspirationem sublatam fuisse et vitiose geminatam litt. *l.* Ita *Furlanetto* in *App.* ad *Lex. Forcell.* Legitur etiam in *Corp.* 6. 5681.

HĂLIRRHŎTĬUS, ii, m. 2. (Ἁλιρρόθιος, *marifluus*) filius Posidonis seu Neptuni et nymphæ Eurytes v. Bathycleiæ (*Pind.*), de quo fabulam narrat *Serv.* ad *Virg.* 1. *G.* 18., ubi de Minerva oleæ inventrice hæc addit: « Post quam Minerva, inventa olea, Neptunum vicerit, indigne ferens Halirrothius, Neptuni filius, oleas cœpit excidere, cui, dum hoc facit, ferrum de manubrio decidit et ei caput amputavit. Neptunus vero dolens filii sui obitum, Martem homicidii cœpit arguere; inde effectum est, ut Mars et Neptunus de hac re judicium apud Athenas experirentur, unde locus, ubi judices sederunt, *Areopagos*, judices *Areopagitæ* appellantur ». — Cf. *Apoll.* 3. 1802., *Paus.* 1. 21. 4. et *Schol. Pind. Ol. X.* 83.

HĂLISCA, æ, f. 1. nom. servæ cujusdam, forma ὑποκοριστ. (*Ritschel*), in *Plauti cistellaria.*

HĂLĬSERNE, es, f. 1. (Ἁλίσαρνα) oppidum Teuthraniæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (126). *Steph. Byz.* habet « Ἁλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας » ut sit oppidum Mysiæ in Troade. Cf. *Xen. an.* 78. 17. et *Paus.* 3. 7. 8. Cf. **HALICYRNA.**

HALISSUM, i, n. 2. oppidum in Epiro nova, laudatum in *Tab. Peut. s.* 7.

HALĬURUNNÆ, ārum, f. plur. 1. mulieres, magicæ artis peritissimæ, ita Gothica lingua appellatæ, ex quibus Hunni prognati sunt, teste *Jorn. Get.* 121. et 122. *M.* Cf. *Müllenhoff* ap. *Momms. ibid.*

HĂLĬUS, ii, m. 2. (Ἅλιος, *marinus*) nom. vir. in *Inscr.* ap. *Murat.* 1553. 4. — Fuerunt etiam hoc nomine — Trojanus quidam a Turno occisus. *Virg.* 9. *Æn.* 767. — Item vir Lycius, memoratus *Ovid.* 13. *Met.* 258., qui verba ipsissima Virgilii ibi usurpat.

HĂLĬZONES, um, m. plur. 3. gens Bithyniæ, memorata *Plin.* 5. *Hist. nat.* 43., qui alibi *Alizoni* dicti sunt, omissa aspiratione. Cf. *Hom. Il.* 2. 856. et *Strab.* 12. 549.*sq.*

HALLĒ, es, f. 1. (ἄλλος, *alius, alter*) cogn. mul. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2680.

HALMȲDĒSOS v. Halmydessos, i, f. 2. (Ἀλμυδισσός ἤτοι Σαλμύδησσος *Ptol.* 3. 11. 14) urbs Thraciæ, in promontorio Thynia, memorata *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (45). et *Mel.* 2. 23.

HALMȲRIS, idis v. is, f. 3. (Ἅλμυρις, *salsugo*, ap. *Niceph.*) lacus ex alveo Istri, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (79). Primum ostium Peuces -; ex eodem alveo et super Histropolim lacus gignitur $\overline{\text{LXIII}}$. p. ambitu, Halmyrim vocant. — De eo fuse docteque disserit *Kiessling, PWK* 7. 2276.*sqq.*

HALOISSUS, i, m. 2. unus ex pluribus diis, cultis ad Pyrenæos, cujus cippus marmoreus visitur apud *S. Lizier.* Legitur in *Corp.* 13. 14 (Cf. *Barry. Rev. arch.* 1867. *p.* 372. et *Sacaze, Inscr. ant. d. Pyrénées n.* 66).

HĂLŌNĒ, es, f. 1. (Ἀλώνη) ¶ 1. Est insula in Propontide, ad australem Proconnesi plagam, cum oppido cognomine, nunc *Aloni.* Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 44. (151). ¶ 2. Item insula prope Ephesum, a mari emersa, inter Lebedum et Teon. *Id.* 2. *ibid.* 87. 89. (202).

HĂLONNĒSUS v. Halonnesos, i, f. 2. Scribitur etiam *Halonesus*, unico *n*, ut Gr. Ἀλόνησος (*Plut. Dem.* 9). — Est parva insula Ægæi maris prope Macedoniam, inter Chersoneson Thr. et Samothraciam ad meridiem Lemni, de qua possidenda contentio fuit inter Athenienses et Philippum, regem Macedoniæ, a. 343. a. Chr., hod. *Strati.* Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (74). et *Mel.* 2. 106. Adde *Æschin.* 3. 83., *Dem.* 18. 69. etc., *Strab.* 9. 436. et *I. G.* 12. 8. *p.* 17. — De ejus nummis vd. *Head*, 264. — *Halonnesi* insulæ haud paucæ fuerunt etiam in mari Rubro, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (169). V. *Bursian, Geogr. Gr. II.* 390. 2.

HĂLOS, i, f. 2. (Ἅλος et Ἄλος) oppidum Thessaliæ, in Phthiotide, teste *Mel.* 2. 44 et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (14). « Oppida celebrata Hellas, Halos, Cemia, Phthia, Arne ». Cf. etiam *Kip, Thess. Stud.* Halle 1910. *p.* 82. 101.

HĂLŌTUS, i, m. 2. (ἁλωτός, *captus*) eunuchus Claudii imp., ei inferre epulas et explorare gustu solitus (*Tac.* 12. *Ann.* 66), sive prægustator (*Suet. Claud.* 44); qui tamen dicitur veneno principem necasse a. 54. a. Chr. et nihilo minus incolumis evasisse, immo a Galba procuratione amplissima fuisse ornatus. *Suet. Galb.* 15. Cf. *Corp.* 6. 8833. HALOTVS AVG(*usti*) L(*ibertus*) PROC(*urator*).

HĂLUS, i, m. 2. ¶ 1. Est oppidum Assyriæ in Apolloniatide regione. *Tac.* 6. *Ann.* 41. ¶ 2. Item cogn. vir. in *Corp.* 8. 3963.

HALȲACMON. *V.* **HALIACMON.**

HĂLȲATTES et deriv. *V.* **ALYATTES.**

HĂLYS, ys et yos, m. 3. (Ἅλυς) nom. geogr. et pers. — *Halis* ap. *Hieronym. ep.* 60. et *Isid.* 14. *Orig.* 3. 37. — *Alis*, omissa aspiratione, ap. *Jorn. Get.* 51. *M.* « Alem fluvium transeuntes ». ¶ 1. Halys, præcipuus fluvius Asiæ Minoris, hod. *Kizil-Irmak*, originem trahens a fontibus Armeniæ Minoris, ad plagam septentr.-occid. montis Scœdices et per Cappadociam, Galatiam et Paphlagoniam excurrens in Pontum Euxinum, ac tanti momenti, ut veteres *Asiam cis Halyn* opposuerint *Asiæ trans Halyn*, ad quem Cyrus Crœsum vicit cepitque a. 548. a. Chr., qui fuerat antea deceptus ambiguo oraculi responso: *Crœsus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim*, ut est ap. *Cic.* 2. *Divin.* 56. 115.; ratus enim se hostium opes perversurum, suas contra ipse pervertit. Hinc *Lucan.* 5. 272. Crœso *fatalis* Halys dicitur. Memoratur etiam *Ovid.* 4. *Pont.* 10., *Val. Flacc.* 5. 113. et 120., *Claudian. carm.* 5. 32., 7. 70. et 18. 434. et *alib.* et *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (6)., *Mel.* 1. 105., *Liv.* 38. 27., *Curt.* 4. 5. 1., *Ps.-Frontin.* 5. *Strat.* 4., *Ammian.* 22. 9., *Solin.* 45. et, ex Gr., *Æschyl. Pers.* 864., *Her.* 1. 28. etc., *Thuc.* 1. 16., *Xen. an.* 5. 6. 9. etc., *Scyl.* 89., *Diod.* 17. 54., *Dion. per.* 786., *Ptol.* 5. 4. 3. ¶ 2. Est etiam nom. itemque cogn. vir. ingen. et libert. *Corp.* 2. 3914.; 5. 2865. et 10. 981. — Item apud scriptores, ut ap. *Val. Fl.* 3. 157. Halyn. *et Virg.* 9. *Æn.* 765. Halym. Adde *Stat.* 2. *Theb.* 574. et 9. 152.

HĂMĀDRȲĀDES (Amadryades), um, f. plur. 3. (Ἁμαδρυάδες) nympharum genus. — *a)* Declin.: Genet. *Hamadryadum* ap. *Propert.* 2. 32. 37. — Dat., Gr. posit., *Hamadryasin*, ap. *eund.* 1. 20. 32. — Acc., item, *Hamadryadas* ap. *eund.* 2. 34. 76. et *Ovid.* 1. *Met.* 690. et 14. 624. et 2. *Fast.* 155. — *Hamadryas*, in sing. num., perraro, ut ap. *Stat.* 1. *Silv.* 3. 63. — Genet. *Hamadryadis* ap. *Auson. technop.* 9. 7. — Cf. etiam *Adryas*, unde dat. pl. *Adryasin* ap. *Propert.* 1. 20. 12. — *b)* Etymon facile educitur ex ipso vocabulo; est enim compos. ex ἅμα, *simul*, et δρῦς, *quercus, robur*; quia simul cum arboribus natæ, simul etiam cum eis vitam finiebant, quod credita sunt hujus modi numina arborem aliquam pro domicilio habere ejusque fato vel sorti obnoxia esse. (Cf. *Pind. frg.* 165 *B.* « ἰσοδένδρου τέκμωρ αἰῶνος λαχοῖσαι ». et *Schol. Apoll. Rh. II.* 477. « διὰ τὸ ἅμα ταῖς δρυσὶ γεννᾶσθαι ἢ φθείρεσθαι »). Hinc *Auson. loc. cit.* « Non sine Hamadryadis fato cadit arborea trabs »: ita ut si cæderetur arbor, ipsa quoque cæderetur, sanguine manante, ut de Erisichthone ap. *Ovid.* 8. *Met.* 761.*sqq.*, coll. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 500. et 3. 34. et 10. 34. et ad *ecl.* 10. 62 (*V.* infra), itemque *Prob.* ad *ecl. ibid.* — *c)* Differunt *Hamadryades* a *Dryadibus*, quod harum vita ab arborum suarum vita non pendet, ut insinuare videtur *Serv.* ad *Virg.* 10. *Ecl.* 62.; quamquam alii aliter sentiunt ac putant cum *Isid.* 8. *Orig.* 11. 97. Hamadryadas in eo differre a Dryadibus, quod hæ silvarum dicantur, illæ camporum; quam sententiam sequi nulla ratio præter auctoritatem cogit. Aliter idem *Serv. loc. cit.* Hamadryades nymphæ, quæ cum arboribus et nascuntur et pereunt; Dryades vero sunt quæ intus arbores habitant. *Auson. phœn. ales* 7. 5. *P.* Quem nos perpetuo decies prævertimus ævo, Nymphæ Hamadryades, quarum longissima vita est. *Ovid.* 2. *Fest.* 155. Inter Hamadryadas jaculatricemque Dianam. *Catull.* 61. 23. Hamadryades deæ. *Ovid.* 1. *Met.* 690. Nonacrinæ. *et* 14. 624. Latinæ. *Propert.* 2. 34. 76. faciles. Cf. *Ovid.* 8. *Met.* 755.*sqq. de Erisichthone* et *Nonn.* 22. 84.*sqq.* et 37. 20.*sq.* etc., *Athen.* 3. 378. et *Hom. hymn.* ad *Aphrod.* 258.*sqq.* — De iis vd. *Preller-Robert, Gr. Myth.* 721.*sqq.*, *Stoll* ap. *Roscher I.* 1824.*sqq.* et *Welcker Gr. Götterlehre III.* 57.*sqq.*

HĂMĀDRȲAS, ădis, f. 3. *V.* voc. præc.

HAMÆ, ārum, f. plur. 1. lucus in Campania, haud procul a Cumis, ubi Romani Cumanos dolo aggressi a. 215. a. Chr. oppresserunt. *Liv.* 23. 35. et 36. — In territorio *Giugliano* ad septentr.-orient. Camarum reperta est *Inscr.* (*Not. degli scavi* 1885. *p.* 81), unde locorum notitia desumitur. V. *Nissen, Ital. Landesk. II.* 715.

HAMÆUM, i, n. 2. « litus, ubi auri metalla » fuisse ait *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (150).; at *Sillig.* leg. *Mamæum.* V. tamen *Detlefsen, Die geogr. Büch. - d. Plin.* - 1904. — Locus est in Arabia, ubi Clari et regio Canauna memorantur, qui evidenter nomen trahit a *Hhamma.* Cf. de eo *Artemid.* ap. *Strab.* 16. 777. et *Agatharch.* 95. *M.* et, ex recentioribus, *Sprenger, Die alte Geogr. Arab.* 1875. *p.* 52. et *Glasers Skizze d. Gesch. u. Geogr. Arab.* 1890. *II.* 32.

HAMAVĒHÆ, ārum, f. plur. 1. cogn. Matronarum, quod legitur tantum in *Inscr.*, nunc Coloniæ exstanti, *Corp.* 13. 7864. MATRONIS HAMAVEHIS C. IVLIVS (P)RIMVS ET C. IVLIVS QVARTVS EX IMPERIO IPSARVM etc.; quæ postrema verba sæpissime leguntur in hujus modi lapidibus; cogn. vero ex loco aliquo, ubi honorabantur, depromptum est. Cf. *Kern* et *Ihm, Bonn. Jahrb. LXXXIII* (1887) 23. *n.* 307.

HĂMAXĪTOS (ἡ Ἁμαξιτός *Thuc.*, Ἀμάξιτος *Diod.*, Ἀμαξιτός *Hermol.-Steph. Ps.*). ¶ 1. Est Troadis primus locus, prope Larisam (*Strab.* 9. 440), fort. ab ἁμαξιτός, via regia (*strada carreggiabile, maestra*). Memorat *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (124). — Sunt qui putent esse hod. *Gök* (i. e. cæruleus). Cf. *Judeich*, 5. *Kleinas. Stud.* 29. ¶ 2. Item oppidum Cariæ in Doride, laudatum ab eod. *Plin.* 5. *ibid.* 29. 29. (107).

HĂMAXOBĬI et Amaxobii, ōrum, m. plur. 2. (Ἁμαξόβιοι: ab ἅμαξα, *currus, plaustrum*, et βίος, *vita.* V. *Mel. loc. cit.*) populus Sarmatiæ, Scythico genere, Ponti accola. *Mel.* 2. 2. « Agathyrsi et Sauromatæ ambiunt, quia pro sedibus plaustra habent dicti Hamaxobii ». *Frick* habet *Hamaxobiæ* et *Parthey*, sine aspiratione, *Amaxobiæ.* Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 25. (80)., *Capell.* 6. *p.* 214. et *Tab. Peut.* et, ex Græcis, *Ptol.* 3. 5. 19.

HĂMILCAR (Amilcar), ăris, m. 3. (Ἀμίλκας *Diod.*) nom. vir. originis Punicæ: idem ac *'Abd Melqart*, i. e. servus Melquarts (*Herculis*); sed in mss. sæpe *Himilcon* = *Chimilkat* v. *Achimilkat*, i. e. frater v. amicus reginæ (*Astartes*). Cf. *Schroeder, Die phönix. Sprache* 104. — Priorem syllabam corripit *Sil. It.* 1. 77. — Memorantur hoc nomine apud scriptores — 1.°) Hamilcar, dux Pœnus, filius Magonis (*Justin.* 19. 1., coll. *Herod.* 7. 165), rectius vero Hannonis, principis seu ducis Carthaginiensium, frater Hasdrubalis, qui « per vestigia paternæ virtutis decurrentes sicuti generi, ita et magnitudini patris successerunt ». — Porro Carthaginienses bellum Sardiniæ, Hasdrubale et Hamilcare ducibus, intulerunt; sed Hasdrubal graviter vulneratus, Hamilcari fratri imperio tradito, periit (*Id. ibid.*). — Dein adversus Afros, vectigal pro solo urbis multorum annorum repetentes, dimicatum est; sed Afrorum sicuti causa justior, ita et fortuna superior fuit, bellumque cum his solvendo pecuniam, non pugnando finitum (*Id. ibid.*). — Interea quum ortum esset bellum in Sicilia, ibique Hamilcar contra Gelonem, Syracusarum tyrannum, ad Himeram conflixisset, et victus et interfectus est (*Id. ibid.* 2., coll. *Frontin.* 1. *Strat.* 11. 18. et *Herod.* 7. 166) a. 480. a. Chr., relictis tribus filiis, Hannone, Gesgone et Himilcone. Hic autem imperator successit in locum patris et navale ac terrestre bellum prospere gessit (*Justin.* 18. 2. Cf. *Meltzer, Gesch. d. Kart. I.* 209-214. et 493. *sqq.* et *Freeman Hist. of Sic. II.* 510.*sqq.* 515., 518.*sqq.*). — 2.°) Halmicar, dux Pœnorum, pater Bomilcaris, in Siciliam missus, ut Agathoclem, Syracusas obsidentem, impeteret; ipse, contra, ab eo imploratus, depositis hostilibus odiis, præsidiis militum obsidentem communit; quumque Agathocles videret fortius defendi urbem quam oppugnari, Hamilcarem exorat, ut cum Syracusanis pacis arbitria suscipiat, multa ei pollicitus, quibus illectus Pœnus societatem cum eo ad incrementa domesticæ potentiæ jungit; quin Syracusarum prætor constituitur. Sed Carthaginienses hæc minime passi, tacito tamen suffragio, quia in imperio erat, eum quasi proditorem damnarunt; verum « callida commenta Pœnorum, ut scribit *Justin.* (22. 3), et sententias inauditas mors Hamilcaris prævenit » ca. a. 317. Cf. *Polyæn.* 5. 3. 9. et *Diod.* 19. 70-72. et, ex recentioribus, *Meltzer, Gesch. d. Kart. I.* 354.*sqq.* et 522.*sqq.* et *Holm, Gesch. Sicil. II.* 221.*sqq.* — 3.°) Hamilcar, cognomento *Rhodanus* (ap. *Justin.* et *Oros.*) v. *Rhodinus* (ap. *Frontin.*), fort. rectius *Rhodius*, ut putat *Lenschau*, a Carthaginiensibus, qui rerum successu Alexandri M. verebantur, ne Persico regno et Africum vellet adjungere, missus est ad speculandum ejus animum, vir sollertia facundiaque præter ceteros insignis (*Justin.* 21. 6). Igitur aditu apud regem obtento, se patria expulsum fingit seque expeditionis militem offert. Interim vero, consiliis ejus exploratis, « in tabellis ligneis, vacua desuper cera inducta, civibus suis omnia perscribebat ». Sed, mortuo Alexandro (a. 323), eum, reversum in pa-

triam, quasi urbem regi venditasset, non ingrato tantum, verum etiam crudeli animo necaverunt. Ita *Justin. ibid.* Cf. etiam *Oros.* 4. *Hist.* 6. et *Frontin.* 1. *Strat.* 2. 3. — 4.º) Hamilcar, dux Pœnus, Gesgonis filius, in locum illius, qui cum Agathocle societatem inierat, suffectus ca. a. 317., tyrannum non una vice debellavit ac Syracusas obsidione cinxit; sed, dum urbem noctu expugnare parat, a civibus immani clade opprimitur vivusque in eorum manus incidit a. 309., qui victi caput amputatum ad Agathoclem miserunt (*Justin.* 22. 3.*sqq.*, *Val. Max.* 1. 7. *ext.* 8. et *Oros.* 4. *Hist.* 6., coll. *Diod.* 19. 71. 106. 110. et 20. 15. et *alib.*). — 5.º) Hamilcar, dux Pœnus, navale prœlium commisit cum cons. Atilio Regulo ad ins. Liparæas (*Zonar.* 8. 12. et *Polyæn.* 1. 25), primo bello Punico, sed fusus fugatusque est; quare in Africam Romani arma converterunt, quibus iterum occurrit Hamilcar cum exercitu iterumque est victus a. 257. a. Chr. Memorant *Oros.* 4. *Hist.* 8., *Vict. vir. ill.* 39. et 40. et *Eutr.* 2. 21. Cf. etiam *Polyb.* 1. 24.*sqq.* 4-30. 2. et, ex recentioribus, *Meltzer, Gesch. d. Karth. II.* 276., 282., 292.*sq.*; *Beloch, Gr. Gesch. III.* 1. 677.*sq.* et 2. 233.*sqq.* et *Mommsen, R. G. I.* 519.*sqq.* — 6.º) Hamilcar, dux Pœnorum, primo bello Punico, filius Hannibalis (*Nep. Hann.* 1) et pater Hannibalis magni, cognomento *Baraq* (vulgo *Barcas*), i. e. fulgur; hinc *Sil. It.* 1. 70.*sqq.* «Sarranus prisci Barcæ de gente vetustos A Belo numerabat avos». De eo hæc habet *Nep. Ham.* 1. «Admodum adulescentulus, in Sicilia præesse cœpit exercitui. Quum ante ejus adventum et mari et terra male res gererentur Carthaginiensium, ipse ubi adfuit, nunquam hosti cessit, neque locum nocendi dedit, sæpeque e contrario, occasione data, lacessivit semperque superior discessit». — Ejus virtus enituit tempore belli Punici primi in Africa, in quo Atilius Regulus a. 255. a. Chr. captus est (*Cic.* 3. *Off.* 26. 99), et in Sicilia usque ad finem belli a. 241., quod, eo conciliante, demum est compositum (*Nep. Hom.* 1).; tum, maxime, quum ob intestinum bellum Carthagine ad incitas ita redacta, ut Romanorum suppetias imploraverit, Hamilcar, imperator creatus, omnia refecit et hostes non solum a muris Carthaginis removendo, numero armisque formidabiles, sed etiam eo compellendo, ut, locorum angustiis clausi, plures fame, quam ferro interirent, omnisque oppida abalienata, in his Uticam atque Hipponem valentissima totius Africæ, restituit patriæ; neque eo fuit contentus, sed et fines imperii prolatavit (*Id. ibid.* 2). — In Hispaniam profectus, etiam ibi strenue bellavit, adeo ut magnam ejus partem Carthagini subjecerit; sed, nono post anno, quam eo venerat, in bello contra Vettones occubuit a. 236 (*Justin.* 44. 5), quattuor filiis relictis, nempe Hasdrubale, Hamilcare, Hannibale et Magone. — Hic perpetuo odio erga Romanos exarsit, quod velut hereditate relictum sic filius confirmavit, ut prius animam, quam id deposuerit (*Id. ibid.* 4. et *Hann.* 1).— Memorant, præter *Nep. in vit.* (cujus tamen censuram ex viris eruditis edidit *Rink in proleg. ad Æn. Prob p. CXL.sq.*), etiam *Liv.* 21. 1-5. et 24. 42., *Oros.* 3. *Hist.* 13., *Sil. It.* 1. 140.*sqq.* et alib., *Frontin.* 2. *Strat.* 4. 17., 3. 10. 9. et 16. 2., *Val. Max.* 6. 6. 2., *Aur. Vict. vir. ill.* 41. et, ex Græcis, *Polyb.* 2. 1., *Appian. b. Hann.* 2. et *b. Hisp.* 5. et *Diod.* 25. 10., *Zonar.* 8. 19. 401. — De eo consulas *Mommsen, R. G. I.* 562.*sqq.*; *Neumann-Faltin, Das Zeitalt. d. Punisch. Krieg.* 240-249. et *Gilbert, Rom. u. Karth.* etc. 241-248. a. Chr. Leipz. 1876. — 7.º) Alios videsis ap. *Liv.* 23. 49. et 21. 51. *Oros.* 4. *Hist.* 18., *Ampel.* 36., *Sall. Jug.* 77. et *Liv. epit.* 48., ex quibus mentione dignior dux Pœnus, qui, conjunctis Boiorum, Cenomanorum Insubrumque copiis, Cremonam et Placentiam vastavit, victusque dein est, difficillime tamen, a L. Fulvio prætore. *Oros.* 4. *Hist.* 20. et *Liv. epit.* 31.

HĀMILLUS (Amillus), i, m. 2. (cf. ἅμιλλα, *contentio*) cogn. vir. *Corp.* 3. 1572.; 5. 1254. et 10. 8. — *Hamilla*, cogn. mul. *C.* 10. 2622. — Fuit etiam, hoc nomine, homo pessimis moribus, a *Martial.* 7. 62. derisus, ut etiam magister, puerorum corruptor, ap. *Juvenal.* 10. 224.; sed fortasse sunt nomina ab eis ficta.

HAMIREI, ōrum, m. plur. 2. populus Arabiæ felicis prope Homeritas (*Himjar*), ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (158)., Arab. *Benn 'Amir ban Sha'as* (V. *Sprenger, Die alte Geogr. Arab.* 1875. *p.* 212. et *Gläser, Skizze d. Gesch. u. Geogr. Arab.* 1890. *II.* 140).

HAMMÆUM. *V.* **HAMÆUM.**

HAMMANĪENTES, um, m. plur. 3. populus Africæ, prope Garamantas, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 5. 5. (34)., ubi minus recte *Amantes* leg. *Sillig.* et *Janus*; fort. *Atlantes*, ut leg. *Sieglin* (V. *Dessau, PWK* 7. 2309). Lectionem præfert *Hammanientes*, quod in hod. reg. *Hammâda* agnoscit *Vivien de Saint-Martin* (*Le Nord de l'Afr. p.* 112. et 115).

HAMMON. *V.* **AMMON.**

HAMMONĪUS. *V.* **AMMONIUS.**

HAMPSAGŎRĀS, æ, m. 1. (*Hampsicora* ap. *Liv. loc. cit.*) vir princeps Sardiniæ insulæ, a Romanis possessæ tempore, quo Hannibal contra eos bellum gerebat, cujus victoriis incensus se Pœno adjunxit; sed a Romanis victus cum filio, in pugna cæso, se ipse interfecit a. 215. a. Chr. *Liv.* 23. 31. et 41. et *Sil. It.* 12. 342-419. V. *Zonar.* 9. 4.

HĀNĀNAEL, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *Hhan-n'êl* «dedit Deus = Adeodatus»; *LXX.* Ἀνανεήλ) vir quidam, a quo nomen accepit una ex turribus Hierosolymorum, in orientali muri parte, apud portam ovium, qui fort. illam exstruxit vel possedit. Memoratur *Jer.* 31. 38., *Zach.* 14. 10. et 2. et *Esdr.* 31. et 12. 39.

HANĒ, es, f. 1. (cf. ἄνη, *perfectio*) mulier quædam Sichæana, concubina Nicomedis, regis Bithyniæ, et mater ex eo Socratis, quam rex postea cum filio, traditis quingentis talentis, Cyzicum ablegavit. Ita *Gran. Licinian.* in *frg. Ann. l.* 25.

HĀNES, indecl. nom. geogr. (Hebr. *Hhânes*; *Æg. Hhininsu*; *Ass. Hhi-ni-in-si*; Arab. *Ahnâs*; hod. *Ahnâs el-Medineh*), sc. urbs, in media Ægypto sita, in insulis, quam alluebat Nilus, Græcis *Heracleopolis* (Ἡρακλέους πόλις). Laudatur *Is.* 30. 4. Cf. *Herod.* 2. 137.

HANHAVALDUS, i, m. 2. regius quidam princeps Burgundiæ, memoratus in *Corp.* 3. 8682.

HANNAS. *V.* **ANNAS.**

HANNĪBAL, ălis, m. 3. (Ἀννίβας, ου et -α *Xen. Hell.* 1. 1. 37., *Pol.* 7. 1. al.) nom. vir. — *a*) Scribitur *Hanibal*, unico *n*, ut esse traditur, in *Inscr.* columnæ rostratæ ap. *Wilmanns n.* 609. — *Annibal*, sine aspiratione, habetur in quibusdam mss. codd. et ed. libr., ut græce, sed minus recte; docet enim *Eutych.* ap. *Cassiod. orthogr.* 9. «Omnis vocalis, *n* sequente, leniter effertur - notatis - Punicis vocibus, ut *Hannibal, Hanno, Hanna* etc.»; itemque ipsa nominis origo; quamquam græce leniter effertur. — *b*) Ad pronunciationem autem quod attinet, hæc refert *Gell.* ex *Prob.* 4. 7. «Is *Hannibalem* et *Hasdrubalem* et *Hamilcarem* ita pronunciabat, ut pænultimam circumflecteret, teste epistola ad Marcellum etc.». Hinc *Enn.* ap. *eund. ibid.* tertiam produxit illo versu: - Quaque propter Hannibalis copias consideret - ». Sed ceteri poetæ eam semper corripiunt, ut *Propert.* 3. 11. 49. «Hannibalis spolia et victi monumenta Syphacis». *Claudian. carm.* 23. 21. alter Hannibal antiquo sævior Hannibale». *Sil. It.* 17. 572. Magnus ubi Ausoniæ reliquos domat Hannibal armis. *et alib.* sæpe. — *c*) Etymon petitur a lingua Punica; Hannibal enim punice *Hhanîba'al* idem est ac latine *gratia* v. *gratia mea Baal* (dominus). — Memorantur ¶ 1. Ex præcipuis, apud scriptores — 1.º) Hannibal, filius Hasdrubalis I., Magonis nepos, ap. *Justin.* 19. 22. — 2.º) Hannibal, Gesconis filius, et Hamilcaris, qui ad Himeram periit, nepos (*Diod.* 13. 43), suffes seu magistratus princeps Carthaginiensium, qui, a. 410. a. Chr., ut Segestanos (*al.* Saguntinos) eliceret, rara acie ad muros accedens, ad primam eruptionem oppidanorum simulata fuga cessit, interpositoque exercitu, ab oppido interclusos a suis, hostes in medio trucidavit. Ita *Frontin.* 3. *Strat.* 10. 4. — Item quum obsideret urbem Himeram in Sicilia, castra sua capi de industria passus est, jussis recedere Pœnis, tamquam prævaleret hostis. Quo eventu Himerænsis ita deceptis, ut gaudio impulsi, relicta urbe, procurrerent ad Punicum vallum, Hannibal vacuam urbem, per eos, quos in insidiis ad hanc ipsam occasionem posuerat, facile cepit. *Id. ibid.* 8. Cf. *Diod.* 13. 54. 1-59. 3), a. 409. — De eo vd. *Freemann, Hist. of Sicily IV.* 474., coll. *III.* 446-524., et *Meltzer, Gesch. d. Karth. I.* 510. — 3.º) Hannibal, filius Hamilcaris, amicus Adherbalis, cum eo, centum millibus hominum et quinquaginta navibus munitus, in bello Punico primo, Atilium Regulum et Manlium Vulsonem consules est aggressus ad Lilybæum eosque devicit a. 250 (*Oros.* 4. *Hist.* 10., coll. *Polyb.* 1. 44. 1.*sqq.*, qui de eo fortasse scribit etiam *ibid.* 82. 12). — 4.º) Hannibal, filius Hamilcaris Barcæ, nat. a. 247. a. Chr., Hannibalis nepos (*Nep. Hamilc.* 1), magnus antiquitatis imperator Carthaginiensis, frater Hasdrubalis, cui pater «Romanum sevit puerili in pectore bellum» (*Sil. It.* 1. 80), quum puerum novem annorum, altaria tenentem, dum ille sacrificabat, in templo Jovis (*Polyb.* 3. 11. et *Nep. Hann.* 2), jurare coegit, se, quum primum per ætatem potuisset, acerrimum hostem populi Romani futurum (*Val. Max.* 9. 3. *ext.* 3., coll. *Sil. It.* 1. 114). Nec frustra. Vix quadriennium pax inter populum Romanum et Carthaginiensem manserat, quos angebant Sicilia Sardiniaque amissæ. Itaque Hannibal, nova belli fax, exortus, mature patria vestigia subsecutus est; nam in Hispaniam a patre ductus, ut ibi bellandi artem addisceret, ita profecit, ut, eo demortuo a. 238., statim gentes illas Carthagini subegerit ceperitque urbes Cartejam, Salmanticam, Vaccæorum caput, et post octo annorum obsidionem, pactorum fide, quæ Hasdrubal cum Roma firmaverat, nefarie abrupta, ipsum Saguntum, civitatem Romanorum fœderatam, evertit, cujus cives, extrema perpessi potius quam se hosti dederent, suaque omnia in ejus ruinis sepeliri maluerunt, a. 218 (al. 219) a. Chr. (*Liv.* 21. 14., coll. *Appian. d. reb. Hisp.* 12. et *Polyb.* 3. 4). — Hisce peractis, dum Romæ consulebatur, quid esset agendum, Hannibal Carthagine Nova profectus, celerrime, apud Iberum incolarum obsistentium vi superata, ad Pyrenæos pervenit, quos nullo impedimento trajecit, Celtarum regionem, sive auro sive armis sibi apertam, transiit et ad Rhodani ripas pervenit, ubi consul Cornelius Scipio Carthaginienses a fluvii transitu, ne in Italiam descenderent, prohibere parabat. Verum quum ille aliquandiu Massiliæ cum suis copiis esset moratus, hanc moram nactus Hannibal, fluvio trajecto, ad Alpes audacter contendit, consulem effugiens, qui frustra Pœno viam obstruere conatus bis fuerat (*Liv. ibid.* 18.*sqq.*, coll. *Appian. b. Hann.* 5. et *Polyb.* 3. 7. et 8), per Alpes Penninas (*Gran s. Bernardo*: vd. *Ducis, Le passage d'Ann. d. Rhône aux Alp.* Paris 1869) vel rectius per Alpes Grajas (*Piccolo s. Bernardo*: vv. *De Luc, Wickham, Cramer* recentiores), incredibili ausu ingentique conatu in Italiam transgressus, primum Taurinos devicit eorumque urbem expugnavit (*Liv.* 21. 39); mox ad Ticinum Scipionis exercitum fudit (*Id. ibid.* 46) a. 218.; dein quum senatus Romanus rescivisset consulis copias imminutas impares esse hostibus prospere aggrediendis, quos Galli et Insubres numero ac vi nimis adauxerant, Sempronium, a Sicilia revocatum, ad Scipionem misit, qui, consule ex vulnere decumbente, solus, imprudenter cum Pœnis prœlio commisso ad Trebiam, quamvis Romanæ legiones strenue dimicassent cum gravissimo hostium detrimento, tamen cedere coactus est (*Id.* 21. 82. et 35., coll. *Polyb.* 3. 8-15. et *Dion. exc. vat.* 67-72. *p.* 187-192. a. 218). — Dein Hannibal in valle Padana, novis Gallorum copiis auctus, vere a. 217. Romanos, a Cn. Servilio et C. Flaminio ductos, ad Trasimenum attraxit, ubi, circumventum eorum exercitum ad internecionem, Flaminio cons. occiso, delevit (*Liv.* 22. 3-7., coll. *Polyb.* 3. 17. et *Appian. b. Hann.* 10. *p.* 240) a. 217. — Tum Romæ dictator creatus Fabius Maximus, qui, Pœnis Anconam digressis, alios cogere potuit milites, et, uti vir prudentissimus, ita se gessit, ut cunctando pæne desperatam

Romanorum fortunam restauraverit; nam tametsi ab Hannibale ad prœlium provocaretur, tamen callide ab eo abstinebat, in spem etiam ex eo erectus, quod et Apuli et Samnites a fide Romanis data non defecerant. — Tandem Hannibal, Roma posthabita, in Samnium exercitum duxit, Beneventum adiit, Telesiam cepit; sed quum vidisset Campanos quoque sibi adversos (*Liv.* 22. 7-12., coll. *Polyb.* 3. 18. et 19. et *Cœl. Antip. hist. b. Pun. sec. II. frg.* 28. in *Peter rell. I.* 155), in Apuliam transiit ac Fabium fefellit, qui ei viam Casilinum versus occludere nitebatur, quam contra sibi aperuit Luceriam usque. — Dictaturæ tempore jam elapso, creati sunt consules L. Paulus Æmilius et Terentius Varro, missique contra Hannibalem; sed ob eorum discordiam, immani prœlio inito, ubi minus commode Romanis res cessisset, ad Cannas a. 216., licet Romani fortiter pugnassent, tamen Pœni ducis astutia inter duas hostium alas deprehensi, horrendam cladem subierunt, in qua LXX. millia hominum, cons. Paulus Æmilius, proconsul Servilius, Minucius Rufus, duo quæstores, octoginta senatores ac unus et viginti tribuni militum interierunt, decem millia capti sunt, pauci cum T. Varrone Canusium ac Venusium confugerunt (*Liv.* 22. 32-54., coll. tamen *Polyb.* 3. 23-24. Adde *App. b. Hann.* 17. 25. et *Dion. exc. vat.* 54. *p.* 544. et 195-196). — Post tantam victoriam dubium non erat, quin die quinto ille Roma potiretur, ad quam etiam accesserat (*Ampel.* 45., coll. *Mythogr. III. fab.* 6), si (quod ipsi aliquando Maharbalem, ejus ducem, dixisse ferunt) Hannibal, quemadmodum sciret vincere, sic victoria uti scivisset. Sed ille imprudens in Campaniam divertit, cujus deliciis mox et ipse et exercitus ardor elanguit. — Romani, tanta calamitate afflicti, non tamen animis dejecti, qua singulari erant constantia, M. Claudium Marcellum et Junium Peram ac dein consules Fabium Maximum et Sempronium Gracchum, novis legionibus coactis, Cannensi victori feliciter opposuerunt, dum Cn. Scipio cum fratre Publio in Hispania (ut dein in Italia M. Livius) Asdrubalem profligabat et Cornelii Scipionis filius Carthaginem minabatur. — Hannibal, speratis ab Hispania et Africa auxiliis tunc destitutus revocatusque brevi in patriam, frendens ac gemens a. 203. Italiam reliquit (*Liv.* 30. 20), Scipionem adiit, pacem cum eo composituras; sed, condicionibus, quas ille proposuerat, rejectis, cum Romanis ad Zamam conflixit victusque est a. 202 (*Id.* 30. 34. et *Nep. Hann.* 6). — Fugit inde Hadrumetum ac, varias post vices, ab Africa a. 195. in Syriam ad Antiochum profugit eumque ad bellum contra Romanos gerendum impulit, a. 191. Sed Acilius Glabrio Syros ex Thessalia detrusit, et regias copias fudit L. Cornelius Scipio, qui *Asiaticus* inde est appellatus ac triumpho insignitus a. 189 (*Nep. Hann.* 8). Hannibal vero metuens, ne a rege Romanis traderetur, Cretam ad Gortynios venit, mox in Pontum ad Prusiam, regem Bithyniæ, navigavit, a quo præfectus classi dolo ad victoriam sibi viam stravit (*Nep. ibid.* 10. et 11). — Porro quum senatui delatum esset a T. Flaminino, Hannibalem apud Eumenem commorari, missi sunt ab eo legati, qui Pœnum a rege exposcerent. Verum is sibi id facere contra jus hospitii nefas esse respondit; nihilominus sivit eos inquirere «quo loco Hannibal se teneret; quo invento, ipsi domum ejus totam circumdederunt ita ut aufugere non posset; quod comperiens Hannibal, venenum, quod semper secum habere consueverat, sumpsit» (*Id. ibid.* 12., coll. *Liv.* 39. 51.*sq.*) obiitque ca. a. ætatis suæ LXX (*al.* LXV), a. 177. a. Chr. (*Liv.*; rectius 183. *Polyb.*; 182. *Nep.*; 181. *Sulpic.*): ejus corpus sepultum est apud Libissam in finibus Nicomediensibus, teste *Eutr.* 4. 5. — Fuit vir, Carthaginiensis patria sed Romanus ausu et constantia in rebus gerendis, et magni imperatoris, sive celeritate, qua hostem prævertebat vitabatque, sive mentis acumine, quo ex subitis difficultatibus inopinisve periculis evadebat, laudem adeptus; simul vero infidus, sævus, vastator, victoriis uti nescius. — Operam quoque scribendis aliquando libris dedisse Græco sermone, a Sosilo, magistro suo, eruditus, tradit *Nep. Hann.* 13.; ex his tamen nihil superest. — Memorant, præter citatos, *Flor.* 2. 6., *Suet. Tib.* 2., *Macrob.* 1. *Sat.* 11. 26. et 2. 2. 1-3., *Tac.* 4. *Hist.* 13., *Vellej.* 1. 14.*sq.* et 2. 18. et 27.*sqq.*, *Justin.* 44. 5., *Spartian. Pesc.* 11., *Ammian.* 15. 10. 10., 18. 5. 6., 22. 9. 3. et 25. 1. 15., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 19-21. et 4. 29., *Gell.* 2. 6. 7., 5. 5., 6. 1. 4., 6. 2. 6. et alib., *Veget. milit.* 1. 28., *Apul. d. deo Socr.* 7., *Tertull., apol.* 10., *Symm.* 1. *ep.* 47., *Cassiod.* 3. *Var.* 47., *Ambros. ep.* 18., *Hieronym. ep.* 7., 105., 123. et 147. et, ex poetis, *Sil. It.* in primis, toto poemate, coll. *Horat.* 2. *Od.* 12. 2., 3. 6. 36., 4. 4. 42., *Propert.* 3. 3. 11. et 3. 11. 49., *Sidon. carm.* 2. 300. et alib., *Lucan.* 1. 305., 4. 790. et 8. 286., *Stat.* 4. *Silv.* 6. 78. et 107., *Martial.* 4. 14., 9. 44. et 13. 78., *Petron. sat.* 50. et 141., *Claudian. carm.* 15. 83., 18. 463., 26. 149., 154. et 386. Adde *Varr., Plin. sen., Cic., Aur. Vict., Frontin., Liv. epit., Jorn.* etc. — Improprie usurpatur — *a*) De hoste periculoso. *Petron. sat.* 101. — Hinc explicatur proverb., quod ex terrore ortum est Romanorum timentium, ne Hannibal Urbem invaderet: *Hannibal ad portas*, ap. *Cic.* 4. *Fin.* 9., 1. *Phil.* 5. et *Liv.* 23. 16. — *b*) Item de insigni duce. *Sil. It.* 52. Magnus Ausoniæ Hannibal. sc. Scipio Africanus Major. Cf. *Claudian. carm.* 25. 21. supra adl. — Ex priscæ artis monumentis, ad Hannibalem pertinentibus, memorantur ejus statuæ, quæ tribus locis Romæ visebantur (*Plin.* 34. *Hist. nat.* 6. 15. [32]); tum effigies, quam illustravit cl. *Visconti* in *Iconogr. Gr. III. p.* 398-409. — De eo vd. *Mommsen, R. G. I. p. II.* 3. 5.; *Tartara, Dalla battaglia della Trebb. a quella del Trasim.* Torino 1882.; *Meltzer, Gesch. d. Karth. II.* 417-456. et 601-611., coll. *Varese, Cronologia Rom.* Roma 1908. *p.* 258-272.; *Lenschau, PWK* 7. 2323-3351. — Accedunt dictiones geogr., ut *Hannibalis castra*, ap. *Solin.* 2. — *Hannibalis portus* in *Lusitania*, ap. *Mel.* 3. 1. 6. — *Hannibalis scalæ*, pars montis Jovis, in Hispaniæ ora citeriore prope Barcinonem, ap. *eund.* 2. 89. — 5.º) Hannibal, nobilis adulescens, quem Hannibal magnus in Siciliam misit ad Hieronymum tyrannum, ut amicitiam cum Pœnis ab eo peteret, a. 215., teste *Liv.* 24. 6. ¶ 2. Est etiam nom. vir. serv. *Suet. Domit.* 10. — Hinc *Hannibalianus (Annibalianus)*, cogn. vir. — 1.º) *Flavius Hannibalianus*, rex Ponti. *V.* FLAVIUS). — 2.º) Item præfectus urbi a. 297. p. Chr., in *Laterc. Præf. Urb.* — 3.º) Item pro *Hannibal*, sed perperam, in *Itin. Hieros. p.* 572.

HANNĪBĀLĪĀNUS. *V.* voc. præc.

HANNO, ōnis, m. 3. (Ἄννων) nom. vir. — *a*) *Hannon* in recto casu habet *Sil. It.* 2. 285., 4. 771., 8. 22. et 16. 674. — *Anno*, omissa aspiratione, aliquando usurpatur, sed minus recte, ut docet *Eutyches* ap. *Cassiod. orthogr.* 9. — *b*) Origo vocis est a Punica lingua petenda, in qua *Hhânûn* effertur, i. e. *misertus*, seu potius is, cujus *miseretur* Deus. ¶ 1. In titulis cogn. vir. tam ingen. quam libert. *Corp.* 5. 8392. et *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 2830. — Abs. *Corp.* 2. 1594. — Item persona comica in fabula *Plauti*, quæ *Pœnulus* dicitur. ¶ 2. Apud scriptores, plures reperiuntur hoc nomine, aliquando confusi, ex quibus nonnulli memorantur. — 1.º) Hanno Carthaginiensis, dux belli in Sicilia contra Dionysium I. tyrannum (*Justin.* 20. 5). — Reversus ab expeditione, divitiarum maxima copia in superbiam elatus, dominationi inhiabat, cui potiundæ operam dedit; sed compertus pœnam luit, ut tradit *Oros.* 4. *Hist.* 6., nec solum ipse sed et filii et cognati omnes, etiam innocui, nefarie sunt interfecti inter a. 356-336. a. Chr. *Justin.* 21. 4. et 22. 7. — 2.º) Hanno, a Carthaginiensibus, in locum Hannibalis senioris suffectus ad Corsos Sardosque tuendos, Olbiam oppidum, a L. Cornelio, primo Punico bello, oppugnatum, fortissime defendit, sed oppressus hostium numero occubuit a. 258 (*Oros.* 4. *Hist.* 7., coll. *Liv. epit.* 17), quem consul admiratus amplo funere extulit «nec dubitavit hostis exsequias ipse celebrare: eam demum victoriam et apud deos et apud homines minimum invidiæ habituram credens, quæ plurimum humanitatis habuisset». Ita *Val. Max.* 5. 1. 2. — 3.º) Hanno, Carthaginiensium imperator primo bello Punico a. 261., qui quum comperisset, Gallorum mercennariorum circiter quattuor millia conspirasse, ut ad Romanos transfugerent, quod aliquot mensium mercedes non recepissent, animadvertere autem in eos non auderet seditionis metu, promisit prolationis injuriam se liberalitate pensaturum. Quo nomine gratias agentibus Gallis, per tempus idoneum datis pollicitis, fidelissimum dispensatorem ad Otacilium cons. misit, qui, proinde ac si rationibus interversis transfugisset, nunciavit, nocte proxima Gallorum quattuor millia, quæ prædatum forent missa, posse excipi. Otacilius nec statim credidit transfugæ, nec tamen rem spernendam ratus, disposuit in insidiis lectissimam suorum manum. Ab ea Galli excepti, dupliciter Hannonis consilio fecerunt satis, et Romanos ceciderunt et ipsi omnes interfecti sunt. Ita *Frontin.* 3. *Strat.* 16. 3. — Postea a. 260. a. Chr. apud Liparas Cornelium Asinam cons. cepit, teste *Ampel.* 36., coll. *Eutr.* 2. 20., *Flor.* 2. 2. 11., *Sil. It.* 6. 670. et *Val. Max.* 6. 6. 2. — 4.º) Hanno, Carthaginiensis, Barcinæ factionis princeps, ne Hannibal Hasdrubali in imperio succederet, oravit. «Ego, inquit, istum juvenem domi tenendum sub legibus, sub magistratibus docendum vivere æquo jure censeo, ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet» (*Liv.* 21. 3). Pauci, ac ferme optimus quisque, Hannoni assentiebantur, sed, ut plerumque fit, major pars meliorem vicit. — Hic idem, postquam Hannibal, rupto fœdere, Saguntum est adortus et legati Romanorum Carthagine hac de re conquererentur, vehementi oratione suadere conatus est Hannibalem Romanis esse tradendum, a. 218., ad piaculum rupti fœderis: «Saguntí ruinæ, inquit, - falsus utinam vates sim - nostris capitibus incident» (*Id. ibid.* 10). Vaticinium probavit eventus. — Ad hæc, post pugnam Cannensem, pacem cum Romanis componendam esse dixit; sed haud multos movit Hannonis oratio, «nam et simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat» (*Id.* 23. 13., coll. *Sil. It.* 2. 270.*sqq.*, 4. 771., 8. 22.*sq.*, 11. 538. etc.). *Val. Max.* 7. 2. *extr.* 16. hoc vocat excellentissimæ prudentiæ consilium; quum enim nemo post eam cladem ad Hannibalem translasset, et omnino assentiendum fuisset «cujus si sententia valuisset, neque secundo Punico bello victa Carthago, neque tertio deleta foret». — 5.º) Hanno, dux Carthaginiensis, celeber navigator, fort. a. 570. a. Chr., qui *periplum*, seu navigationem suam circa Africam, scripsit lingua Punica, postea in Græcam translatum vel ab ipso (*Kluge*) vel, ut plerique alii putant, ab ignoto aliquo, quod est probabilius (*Däbritz*). — De eo *Arrian.* ap. *Gutschmid, Klein. Schrift. IV.* 597. «Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως περίπλους τῶν ὑπὲρ τὰς Ἡρακλέους στήλας λιβυκῶν τῆς γῆς μέρων». et *Plin.* 2. *Hist. nat.* 67. 67. (169)., qui ejus scripta inter suos fontes retulit *Ind. l.* 5. «Carthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ navigationem eam prodidit scripto». *et* 5. *ibid.* 1. 1. (8). «Fuere et Hannonis Carthaginiensium ducis commentarii, Punicis rebus florentissimis, explorare ambitum Africæ jussi, quem secuti plerique e Græcis nostrisque et alia quidem fabulosa et urbes multas ab eo conditas ibi prodidere, quarum nec memoria ulla, nec vestigium restat». *et Mel.* 3. 90. «Hanno Carthaginiensis, exploratum missus a suis, cum per Oceani ostium exisset, magnam partem ejus (*Africæ*) circumvectus, non se mari sed commeatu defecisse, memoratu retulerat». Adde *Solin.* 56. et *Capell.* 6. *p.* 201., coll. *Isid.* 14. *Orig.* 6. 9.; et, ex Græcis, *Herod.* 7. 165.*sqq.* et *Diod.* 3. 54. Cf. etiam ex recentioribus, *Vivien de St. Martin, Le Nord de l'Afr. dans l'ant.* (1863) 2.; *Illing, Progr. Wettingymn.*, Dresd. 1899.; *Fischer, De Hann. Carth. periplo* Leipz. 1893.; *Däbritz, PWK* 7. 2360.*sqq.* V. etiam GORGO, coll. GORGADES.

HAPLĒ, es, f. 1. (ἁπλῆ poet. pro ἁπλόη, *simplex, candida*) cogn. mul. *Corp.* 5. 2468.

HĀRĀN, indecl. nom. geogr. et vir. (Hebr. *Hhârân* «siccus»; *LXX.* Χαρράν, Χαρρά; Vulg. *Haran, Charan, Haram*). ¶ 1. Est oppidum Mesopo-

amiæ. *V.* CARRÆ. ¶ 2. Est etiam — Caleb filius ex concubina Epha et pater Gezez, de tribu Juda. *Vulg.* 1. *Par.* 2. 46. et *Is.* 37. 12. — Item unus ex iis, qui fœdus cum Deo initum signasse traditur 2. *Esdr.* 10. 27.

HARAUSO v. Harouso, onis, m. 3. cogn. dei Bocci, culti *Boucou* in *Sauveterre Nébouzan* in *Val d'Aur* Pyrenæorum montium. *Corp.* 13. 78. BOCCO HARAVSONI M. VALerius FVSCVS V. S. L. M.

HARBŌNA, indecl. nom. vir. (Hebr. *Hharbônâ'* « asinarius », sed ex Persica lingua deductum; *LXX.* Θαρρᾶ *Esth.* 1. 10. et Βουγαθὰν 7. 9. Verum *Nickes* derivat a *hhârab*, excidit, et *ôn*, sol, i. e. excisus Solis, dei apud Scythas) eunuchus quidam Xerxis, regis Persarum, tempore Mardochæi et Esther, qui regi suasit, ut Aman in patibulo suspenderetur, quod is Mardochæo in sua domo paraverat. Memoratur *Esth. locc. citt.*

HARIĀNUS, i, m. 2. nom. vir., quod et in gentilicium transiisse videtur, fort. Punicæ originis. *Corp.* 8. 2512.

HARĪASA, æ, f. 1. nom. deæ Germanicæ, Coloniæ in *Inscr.* repertum a. 1674. *Corp.* 13. 8185. V. *Roscher, Myth. Lex.* s. v.

HARĪI, ōrum, m. plur. 2. populus potentissimus ac bellicosus Germaniæ orientalis, in hod. *Slesia*, ap. *Tac. Germ.* 43. « Latissime patet Lugiorum nomen in plures civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet, Harios, Helvecones, Manimos, Helisios, Naharnavalos ». Eos a *Charinis* non distinguendos putat *Schmidt (Gesch. d. deutsch. Stämme* 475); a *Vandilis* contra *Plin.* (4. *Hist. nat.* 14. 28. [99]).

HARIMELLA, æ, f. 1. nom. deæ, in Britannia cultæ, fort. ex loco *Harimalla* dictæ (Germ. *harimalla* = tribunal populi). Legitur in *Corp.* 7. 1065. Cf. *Bergk, Zur Gesch. u. Topogr. d. Rheinl. in röm. Zeit* 124. et *Roscher, M. L.* s. v.

HARĪOBAUDES, is, m. 3. tribunus quidam, notæ fidei ac fortitudinis, a. 359. a. Chr., ad Hortarium, Alamannorum regem, ut legatus simulque explorator, a Juliano imp. missus. *Ammian.* 18. 2. 2., 7.

HARĪOBAUDUS, i, m. 2. rex partis Alamannorum, frater Macriani, qui a. 359. pacem fecit cum Juliano imp., teste *Ammian.* 18. 2. 15., 17., 18.

HARIS, oppidum Armeniæ minoris in via *Draconis-Zimara*, in *Tab. Peut.* 11. 1 *(Miller)*, hod. *Gökseki*, sec. *Kiepert; sed Yorke (Geogr. Journ.* 1896. *VIII.* 465) conjicit idem esse quod *Hassis*.

HĀRISPEX v. Haruspex (et Arrespex), icis, m. 3. cogn. vir., ab officio sumptum, in *Corp.* 5. 6591. et in *Inscr.* ap. *Cavedoni, di due cimit. Crist. p.* 51. etc.

HARIXO, ōnis, m. 3. cogn. Martis in *Inscr.* in *Revue Arch.* a. 1879. *II.* 121. Videtur ab *Ares* deduci posse, si genuina est lectio.

HARMA, nom. geogr. ¶ 1. Oppidum Palæstinæ australis in tribu Juda *(Jos.* 19. 30), postea tribui Simeonis adscriptum *(Jos.* 19. 4). — Hebraice est *Hhormach*, LXX. cod. Vat. Ἑρμά: sic *Erma* ap. *Hieronym. onom. p.* 191. *P.* ¶ 2. item *Harma(æ)*, oppidum in Bœotia (Gr. Ἅρμα ap. *Hom. Il.* 2. 499. et *alib.*, coll. *Strab.* 9. 404. et *Paus.* 1. 34. 2. et 9. 19. 4), fort. hod. *Kastri* (V. *Ulrichs, Reis. u. Forsch. II.* 29). Memoratur *Nepotian. epit.* 9. 21.

HARMAIS (Armais), rex Ægypti ex XVIII. dynastia *(Maneth.* ap. *Jos. c. Apion.* 1. 14. Ἅρμαις; *Sothisb. p.* 293. *n.* 46. Ἁρμαῖος; *Afric. Dyn.* 18. *n.* 14. Ἀρμεσίς, *Eus. can. Sync. p.* 135. Ἅρμαΐς), fort. successor Amenophis IV. Memoratur *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 17. (66). Cf. *Wiedemann, Ægypt. Gesch. I.* 408.

HARMASTIS, is, f. 3. oppidum Iberiæ juxta flumen, memoratum *Plin.* 6. *Hist. nat.* 10. 11. (29)., ubi alii leg. *Harmastus*: est idem ac *Armastica*.

HARMATELĪA. *V.* PATALIA.

HARMĀTŌTRŌPHI et Harmatotropi, ōrum, m. plur. 2. (ἅρμα, *currus*, et τρέφω, *nutrio*, sc. qui nutrit currus, *i. e.* equos currules) gens Asiæ ulterioris, ultra mare Caspium in Bactriana prope Mardos, quæ plures equos currules alebat. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (47); quamquam alii leg. *Pharmacotrophi.*

HARMĒNE, es, f. 1. oppidum Asiæ Minoris in ora Paphlagoniæ ad occid. Synopes, a qua pendet. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 2. 2. (6). et *Mel.* 1. 104.

HARMERIDES, is, f. 3. cogn. mul. ap. *Plin. ep.* 5. *ad Traj.* Rogo des jus Quiritium - Antoniæ Harmeridi.

HARMŌDĪUS, ii, m. 2. (ἁρμόδιος, *aptus, conveniens).* ¶ 1. Generatim, cogn. itemque nom. vir. serv. et libert. *Inscr.* ap. *Grut.* 613. 4. — *Harmodia*, cogn. mul, in *Inscr. Ephem. epigr. IV. p.* 292. *n.* 842. ¶ 2. Speciatim, socius et amicus Aristogitonis, qui conjurati, ut Athenienses a tyrannide liberarent, in Pisistratides vim adhibuere (*V.* ARISTOGITON). — Monumenta priscæ artis, ad eos pertinentia, illustravit *Benndorf* in *Ann. d. Ist. Arch.; Haufer, Röm. Mittell. XIX.* 163. *sqq.* (Cf. *Gruppo Farnesiano*, etiam ap. *Meyer ibid. XX.* 163.*sqq.)* et *Studniczka, Jahrb. f. d. klass. Altert. XVIII* (1906) 545.*sqq.*.

HARMŌGĒ, es, f. 1. (Ἁρμογή) et

HARMŌGĒNES, is, m. 3. nomina æonum Gnosticorum, de quibus *Iren.* 1. *Hær.* 29. 2. et 3. Cf. *Hieronym. ep.* 75. Armagis *(leg.* Harmagi), Barbelon, Abraxas etc.

HARMŌGĪUS, ii, m. 2. cogn. Martis: ab ἁρμαγή, *compages*, in *Corp.* 3. 5320. — Abs. *ibid.* 4014. et 5672.

HARMŌNĪA (Armonia), æ, et, Gr. posit., Harmonie, es, f. 1. (Ἁρμονίη, *harmonia*: dicta ab *Hermes*, ut putat *Prellwitz, Etymol. Vörterb.* 53.: vel a rd. ἀρ, unde ἀρ-αρίσκω et ἁρμόζω, *apto, conecto)* nom. mul. — Sunt etiam qui hanc *Hermionen* vocant. *V.* HERMIONA. ¶ 1. In titulis cogn. mul. *Corp.* 2. 3797. et 4008., ubi *Armonia.* Adde 9. 1859. et 10. 6187. — Hinc nom. gent. mul. *C.* 10. 2496. — Est etiam *Harmonius*, nom. vir. *Ibid.* — Fuit etiam professor sive grammaticus Trevirensis, laudatus *Auson. ep.* 18. 25. et 26. — Item hæreticus Arianus, dictus *Bardisanus* a *Cassiod.* 8. *Hist. trip.* 6., vel potius *Bardesanis filius* a *Theod. h. ecl.* 4. 29., qui cantica suis erroribus admiscebat, quibus facilius in hæresis pestem attraheret; his vero carminibus sua opposuit Ephræm Syrus, teste *Cassiod. loc. cit.* — *Harmonius mons* ap. *Ammian.* 22. 8. 17., in Asia Minore, unde nascitur fl. Thermodon *(Hirschfeld.* leg. *Armonius*, sed *H. de la Ville de Mirmont* leg. *Acmonius).* — Hinc *Harmonicus (Armonicus)*, cogn. vir. *Corp.* 2. 3892. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Harmonia v. Harmonie, filia Martis et Veneris, soror Phobi et Deimi *(Hesiod. theog.* 937., coll. 975), v. Dardani et Iasionis *(Interp.* ad *Hier.* in *chron.* ad a. 606), tum genita, cum a Vulcano, occultato reti, deprehensi sunt; Cadmi uxor, ab eo rapta *(Interp. Hier. loc. cit.)*, cui Minerva et Vulcanus vestem dono dederunt sceleribus imbutam, ob quam ejus et Cadmi progenies scelerata exstitit *(Hygin. fab.* 148., coll. *Ovid.* 3. *Art. am.* 86., *Auson. edyll.* 6. 26., *Lact.* 1. 17., *Drac. carm.* 10. 191). — *Vib. Seq. p.* 149. *R.* Leibæus insulæ Cretæ, ita dictus quod Harmonia, Veneris filia, Cadmon oblita dicitur. — Ex Græcis cfr. *Hellen.* Βοιωτικά *FHG I.* 47., *Eurip. Bacch.* 1357., *Diod.* 4. 2., *Eustath. Dionys. per.* 391., *Schol. Pind. Pyth. III.* 1536., *Æschyl. suppl.* 1041. — Alia fabulosa narrantur, nempe Cadmum, quod Draconem fontis Castalii custodem occidisset, ira Martis una cum uxore Harmonia in draconem conversum esse *(Hygin. fab.* 6), quam fabulam exornat *Ovid.* 4. *Met.* 562.*sqq.* et in primis *Stat.* 2. *Theb.* 267.*sqq.*, 3. 271., 4. 206., 7. 603., 8. 236., ubi *Harmonien* acc. Gr. pos. usurpat. — De artis antiquæ monumentis, ad eam spectantibus, vd. *Furtwängler-Reichhold, Gr. Vasenmalerei* 209.*sqq. Taf.* 41.; *Id. Antik. Gemmen I. Taf. VII.* 3. *II.* 32., *III.* 85.; *Id. Katal. II.* 2634., coll. *Tümpel, Jahrb. f. Philol. Suppl. XI.* 666.; *Benndorf, Wien Vorlegebl. C VII.* — Consulas etiam *Preller-Robert* et *Gruppe Gr. Myth.; Sittig, PWK* 7. 2379-2388. et *Hiller v. Gaertringen, Inschr. v. Priene* 69. 7. a. 100. a. Chr. — 2.°) Harmonia, Geloni alterius, Syracusarum tyranni, filia, uxor Themisti, a conjuratis, una cum stirpe paterna, interfecta a. 214. a. Chr. *Liv.* 24. 24. et 25. Cf. *Val. Max.* 3. 2. *ext.* 6., ubi singularia ac pæne incredibilia narrantur.

HARMOZĪA, æ, f. 1. oppidum Carmaniæ ad ostium Persici sinus contra insulam Ogyrim *(Ormuz).* Memoratur *Ammian.* 23. 6., coll. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 25. 28. (110)., *Strab.* 16. 765. et *Ptol.* 6. 8. 5.

HERMOZĪCA, æ, f. 1. oppidum Iberiæ ad Cyrum fl., captum a. 65. a. Chr. a Pompejo, hod. *Tiflis.* Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 10. 11. (29)., ubi al. leg. *Harmastis.* Cf. *Ptol.* 5. 11. 3. et 8. 19. 4 (Ἁρμάκτικα) et *Geogr. R.* (Ἁρμάσικα).

HARMOZON, ontis, m. 3. (Ἁρμόζων *Marc. Heracl.;* Ἅρμοζον ἄκρον *Ptol.* et Ἅρμοζα plur. *Strab.)* promontorium Carmaniæ, memoratum *Ammian.* 23. 6. 10.

HARNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 8. 3081.

HARPĀGĪUS et Arpagius, ii, m. 2. (cf. ἅρπαξ) nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Bull. Crist.* a. 1868. *p.* 84. — Est etiam nom. presbyteri, ap. *Sulp. Sev. dial.* 3. 3.

HARPĀGUS, i, m. 2. (Ἅρπαγος, *raptor)* vir Medus (confusus aliquando cum *Harpalus*, ut ab *Oros.* 1. *Hist.* 19), amicus et arcanorum particeps regis Astyagis (ἀνὴρ οἰκήιος *Her.* 1. 108), qui, somnii vaticinium veritus, filium filiæ suæ ei necandum tradidit; sed contra Harpagus pastori eum nutriendum dedit; quod quum Astyages rescivisset, in ultionem servati nepotis Harpagi filium occidit patrique comedendum præbuit. Verum nepos, Cyrus nomine, dein Astyagem, Harpago adjutore, regno expulit, quod a Medis transtulit ad Persas. Ita *Justin.* 1. 4-6. Adde *Hieronym.* in *chron.* ad a. 1467. et *Ovid. Ib.* 544. — Fuit autem in exercitu Cyri dux contra Lydos, ut tradit *Her.* 1. 80. Alia de eo colliges ex cod. *Her.* 1. 162-168., 171., 174-177. et *Diod.* 9. 35. Cf. etiam *Prasek, Gesch. d. Meder u. Perser* 207., 209.*sq.* et 233.; *Schubert, Herodis Darstell. d. Cyrussage* 74.*sqq.* et *Duncker, Gesch. d. Altert. IV.*[4] 254.*sqq.*

HARPĀLICĒ et

HARPĀLICUS. *V.* HARPALYCE et HARPALYCUS.

HARPĀLOS, i, m. 2. (Ἅρπαλος: cf. ἁρπαλέος, *rapax, avidus).* ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 3381. — Est etiam nom. canis ap. *Hygin. fab.* 181. ¶ 2. In libris — 1.°) Harpalus, satrapes Babyloniæ ac thesaurorum et redituum custodiæ præfectus (« τῶν ἐν Βαβυλῶνι θησαυρῶν καὶ τῶν προσόδων τὴν φυλακὴν πεπιστευμένος » *Diod.* 17. 108. 4) ca. a. 326. a. Chr., ab Alexandro M., ob flagitia ac dolos famosus, in Crete insula occisus, teste *Curt.* 9. 3. 21. et 10. 2. 2.*sq.* Adde *Justin.* 13. 5. et *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CXIII. 3., coll. *Arrian. exped.* 3. 6. et 19. — 2.°) Harpalus, princeps legationis regis Persei ad Romanos a. 172. a. Chr., cui senatus quum esset datus, « ferocia sua animos exasperavit » *Liv.* 42. 14. — 3.°) Harpalus, insignis mathematicus, qui octaëterida Cleostrati emendavit, ut Harpali errorem Meton, qui circulum decemnovenalem excogitavit, quem nos *numerum aureum* appellamus. *Censorin. d. nat.* 18. 5. et 19. 2., *Avien. Arat. progn.* 41. et *Plin.* in *Ind. I.* 18.

HARPĀLȲCĒ, es, f. 1. (Ἁρπαλύκη: ab ἁρπ-άξ *rapax*, et λύκη, *lupa*: v. *Fick-Bechtel, Gr. Personenn.* 382., 398). Scribitur aliquando *Harpalice* v. etiam *Arpalice* sine aspiratione, sed male, ut monet *Eutyches* ap. *Cassiod. orthogr.* 9. — Memorantur a scriptoribus ¶ 1. Harpalyce, virgo Threissa *(Virg.* 1. *Æn.* 317), Amazoni adsimilis, filia Harpalyci, regis Amymnoorum *(Serv.* Amymonioru m; *Burm.* Amymnæorum), de qua hæc scribit *Hygin. fab.* 193. « Harpalycus rex - quum haberet filiam Harpalycen, amissa matre ejus, vaccarum equarumque eam uberibus nutrivit et crescentem armis exercuit habiturus successorem regni sui. Postmodum nec spes paternas puella decepit; nam in tantum bellatrix evasit, ut etiam saluti fuerit parenti; nam revertens a Troja Neoptolemus quum expugnaret Harpalycum gravique eum vulnere affecisset, illa periturum patrem, impetu facto, conservavit fugavitque hostem; sed postea Harpalycus per seditionem civium interfe-

ctus est. Harpalyce, graviter tunc ferens patris mortem, contulit se in silvas ibique vastando jumentorum stabula tandem pastorum concursu interiit ». Adde *eund. fab.* 252., *Mythogr. II. fab.* 145. et *Hieronym.* 1. c. *Jovin.* 41. *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* « Hæc, patre propter ferociam a civibus pulso ac postea occiso, fugit in silvas et - ita efferata est - ut ad stabula coacta inopiā decurreret et rapto pecorum fetu *etc.;* sed quodam tempore - capta et occisa est. Statim in vicinia orta contentio est, cujus fuisset hædus, quem Harpalyce rapuerat, ita ut gravi certamine non sine pluribus mortibus dimicaretur. Postea consuetudo servata est, ut ad tumulum virginis populi convenirent et propter expiationem per imaginem pugnæ concurrerent ». De ea, cui comparat Venerem, venatricem simulantem, sic canit *Virg. loc. cit.* « vel qualis equos Threissa fatigat - volucremque fuga prævertitur Eurum ». ¶ 2. Harpalyce, Elymeni, seu Periclymeni, Schœnei (Oinei) filii, Arcadiæ regis, filia, quæ ex ipso patre puellam peperit patrique in epulis adposuit, qui, re cognita, matrem interfecit, uti narrat *Hygin. fab.* 206., 229., 233., 235. etc., quæ quidem cum fabulis Thyestis aliorumque comparari possunt, poetarum imaginatione conficta. Cf. *Lact. Plac.* ad *Stat. Theb.* 5. 120., *Nonn. Dionys.* 12. 71.*sqq.* et *Apollod.* 3. 105.

HARPĀLȲCUS, i, m. 2. (Ἁρπάλυκος, *rapax lupus)* ¶ 1. Rex Thraciæ, de quo *V.* voc. præc. ¶ 2. Item comes quidam Æneæ, quem *Virg.* 11. 675. describit, abietina hasta transfossum a Camilla, Harpalyces celeritatem et impetum imitata, quam poeta respicere videtur.

HARPĀSA, ōrum, n. plur. 2. (Ἅρπασα) oppidum Cariæ in Asia Minore, mediterraneum, appositum fl. Harpaso, unde fort. nomen accepit, hod. *Arpas Kalesi*, inter Nysam et Antiochiam. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 96. 98. (210). Juxta Harpasa, oppidum Asiæ, cautes stat horrenda uno digito mobilis; eadem, si toto corpore impellatur, resistens. — De ejus nummis vd. *Head-Svoronos* Ἱστ. Νομισμ. *II.* 158., *Cat. Brit. Mus. Caria, Münzen I.* *aulon.* et *Eckhel*, 2. *p.* 583.

HARPASTE, es, f. 1. prior uxor Senecæ, antea demens, dein cæca. *Senec.* ad *Lucil.* 5. 9.

HARPĀSUS, i, m. 2. (Ἅρπασος, fort. dict. a *rapido* ejus cursu) fluvius Cariæ, in Mæandrum influens, oppido Harpasis adpositus, hod. *Aktschai.* Memoratur *Liv.* 38. 13. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (109). Cf. *Strab.* 13. 1. 10.

HARPAX, āgis, m. 3. (ἅρπαξ, *rapax)* nom. servi in fabula *Plauti*, dicta *Pseudolus;* ubi *ibid.* 2. 2. *in fin.* in vocativo casu est *Harpage*, perinde ac sit in recto *Harpagus.*

HARPĒ, es, f. 1. nom. mul. (ἅρπη, *falx)* V. HARPE in *Lexico.* — Inde etiam nom. equæ ap. *Sil. It.* 16. 365. — Apud poetas — 1.°) Fuit hoc nomine virgo Pœna, Asbytes, Gætulorum regis filiæ, comes, in prœlio occisa. *Sil. It.* 2. 116. *sqq.* Nasamonias Harpe. *i. e.* filia Nasamonis. — 2.°) Item una Amazonum. *Val. Fl.* 6. 375.

HARPŌCRAS (Arpocras) æ, m. 1. (Ἁρποκρᾶς, decurt. ab Ἁρποκράτης: similiter *Lucas, Epaphras* etc.) *Arphocras*, transposita aspiratione, in titulis, ut in *Corp.* 9. 136. M. LOLLIVS ARPHOCRAS. — Memorantur in libris — 1.°) Harpocras, filius Isidis. *V.* voc. seq. — 2.°) Harpocras, libertus Claudii imp., cui lectica per urbem vehendi spectaculaque publice edendi jus tribuit, *Suet. Claud.* 28. et *Senec. apocol.* 13. 5 (ubi *Arpocras)*, quem postea sivit imperator occidi (Cf. *Momms. St.-R. I.*[3] 397). — 3.°) Harpocras, Alexandrinus, insignis polyphagus Neronis temporibus, qui quum plurima comedisset, adhuc esuriens videbatur, ut ait *Auct.* imper. Cæs. ap. *Roncalli* in *chron. vet. II.* 242. Memorat *Suet. Ner.* 37., tacito nomine. Cf. etiam *Momms. Chron. min. I.* 146. — 4.°) Harpocras, medicus seu iatraliptes *(Plin.* 10. *ep.* 6. 1), Ægyptius ex nomo Memphitico, manumissus a Thermuthi Theonis *(Id. ibid.* 10. 1., ubi *Harpocratem* vocat), Trajani temporibus *(Id. ibid.* 6. 2), amicus Plinii Junioris, quem curaverat, civitatem per eum Romanam assecutus a. 98., ut ex *epp.* 5., 6., 7. et 10. constat.

HARPŌCRĀTES (Arpocrates), is, m. 3. (Ἁρποκράτης: vox Græca, sed origine Ægyptia, i. e. *Har-pe-chrod* = *Horus*, ὁ παῖς *puer*, altera forma dei hujus) *Apochras* (h. e. *Arpocras)* scribitur *Cassiod.* 5. *Var.* 17. — Est autem filius Isidis, teste *Hygin. fab.* 177. « Veleficia primum invenit Isis; nam dum quærebat Harpocratem filium suum, rate velificavit ». — Fuit deus Silentii, in sacris Isidis et Serapidis adhibitus, quod digito labiis impresso admonere videbatur, ut silentium fieret. Hinc *Sigalion* (a σιγάω, *sileo)* dictus, *Auson. ep.* 24. 26. De eo *Varr.* 5. *L. L.* 10. 57. « Principes dei Cælum et Terra. Hi dei idem qui Ægypti Serapis et Isis, etsi Arpocrates digito significet, ut taceas ». Adde *Ovid.* 9. *Met.* 696., ubi nomen omittitur. *et Capell.* 1. *p.* 22. et 287., apud quem Harpocrates *puer piceus* dicitur, ob fuscum Ægyptiorum colorem. Huc fort. spectat locutio *favere linguis* in sacris. Cf. *Senec. vit. beat.* 26., *Horat.* 3. *Od.* 1. 2., *Virg.* 5. *Æn.* 71. *Propert.* 4. 6. 1. — Hinc proverb.: *aliquem Harpocratem reddere* pro silentium imponere, ap. *Catull.* 74. — Fuit aliquando cultus Harpocratis a Romanis prohibitus dejectæque ejus statuæ, sed a populo restructæ, uti refert *Tertull. apol.* 6. et *nat.* 1. 10. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 3. 12. (41). tradit in digitis viros portare cœpisse Harpocratis Ægyptiorumque numinum effigies. — Monumenta priscæ artis illustrata invenies passim in *Bull.* et *Ann. d. Ist. arch.* Cf. etiam *Corp. I. Gr.* 7045. cum effigie Harpocratis et verbis: Μεγας Ωρος Απολλων Αρποκρατ(ης) ευιλατος τῳ φορουντι. Sic statua aenea Harpocratis Matriti conspicua *(Ztschr. d. Deutsch. Morgenl. Ges.* 37. *Taf.* 1). — De eo vd. *Jablonsk.* in *Panth. Ægypt. I. p.* 246. et *Meyer* ap. *Roschers Myth.* (1890) s. Horos *p.* 2947. Cf. etiam HORUS.

HARPŌCRĀTĪON, ōnis, m. 3. (Ἁρποκρατίων) nom. vir., demin. more Gr. ab *Harpocrates*, quod et *Arpocration* scribitur, omissa aspiratione, in *Inscr.*, ubi uti cogn. adhibetur, *Corp.* 10. 2598. — Memoratur hoc nomine mythologus quidam, laudatus *Tertull. cor.* 7., fort. *Ælius Arpocration*, cujus meminit *Müller, Fragm. Hist. Gr. IV. p.* 412. — Alios plures memorant scriptores Græci, sed apud Latinos nulla de iis est mentio.

HARPȲĪÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἅρπυιαι) nom. mul. — *a)* Vox trisyllaba est, quum pænultima diphthongo impropria constet; duobus tamen modis græce scribitur, litt. ι apposita (Ἅρπυιαι) vel extrita (Ἅρπυαι). *Charis.* tamen ad *Virg.* 3. *Æn.* 210.*sqq.* negat ι pertinere ad υ et esse diphthongum, sed ad sequentem α et esse consonantem, ut lat. *jam, major* etc.; manet itaque trisyllaba; non autem quadrisyllabam per diæresin facias, ut *Rutil.* 1. *Itin.* 608. « Circum sistentes reppulit Harpyias » ubi al. leg. *Harpulas*, ex consuetudine vertendi υ in u. Cf. etiam *Müller, metr. p.* 264. — *b)* Origo vocabuli est ab ἁρπ-άζω, *rapio*, quasi sint *rapinæ*, ut interpretatur *Mythogr. III. fab.* 5.: cf. *Hesych.* v. ἅρπυια et Ἁρπυίας. *Schol. Lycophr. Alex.* 287. vult esse ab ἐν τῷ ἀέρι πέτεσθαι. et *Kretschmer, Gr. Vaseninschr.* 208., coll. 6. vocem recte conjungit cum Lat. *sarpo;* cum Lett. *sirpe* alii v. Kslav. *srŭpŭ* et Russ. *serpŭ:* vd. *Sichel* et *Prellwitz, Etym. Wörteb.*[2] 54. Propria autem ejus significatio eruitur ex *Odyss.* 20. 66. et 77., coll. *Hesych.* « ἅρπυιαι αἱ τῶν ἀνέμων συστροφαί, θύελλαι ». *Eustath. comm.* 1414. 38. *Schol. Od. I.* 241.

Harpyiæ, aves quædam, secundum fabulas, monstrosæ atque obscenæ, filiæ Thaumantis vel Typhonis et Electræ vel Neptuni seu Ponti et Terræ aut Stygis *(Lycophr. Alex.* 165., *Apollod.* 1. 9. 21. 7., *Val. Fl. argon.* 4. 458.) tresque numero, nempe *Nicothoe* v. *Aello* (Ἀελλώ contr. ab. Ἀελλόπους), *Ocypete* (Ὠκυπέτη v. Ὠκυπόδη v. Ὠκυθόη) et *Celæno* (Κελαινώ). — *Hygin.* tamen *fab.* 14. appellat Thaumantis et Ozomenes filias *Hællopoda, Celæno* (al. leg. *Acheloon), Ocypeten*, et fuisse ait capitibus ac pedibus gallinaceis, unguibus magnis, alis et bracchiis humanis, pectore albo, feminibus item humanis; alii vero eas vulturis corpus habentes describunt *(Talbot, Myth. p.* 189), quacumque transeunt, famem inferentes, ut docet *Hygin. fab.* 19., qui eas *Jovis* canes *(Stat. Theb.* 8. 520. famulas Jovis) dicit, famis præsides, invulnerabiles propter plumarum levitatem, vultu virginum præditas, pallentes ore ex fame, ingluvie insatiabili, alvo spurcissima, odore tetro (Cf. etiam *Mythogr. II. fab.* 18., 142. et 143. etc., *III. fab.* 5. et 6); hinc *rapaces* dictæ *Claudian.* 26. 22.; ut etiam eruitur ex iis, quæ de Ænea canit *Virg.* 3. *Æn.* 210.*sqq.* Nam quum is Strophadas appulisset, earum domicilium, statim hæc monstra Trojanorum invaserunt mensas dapesque ita infecerunt, ut ab iis coacti sint abstinere et inopinatos extrudere convivas. — Eædem item habitæ ac *Furiæ* et *Canes* apud Inferos; in Superis verō *Diræ*, et *Stymphalides* appellatæ ap. *Mythogr. I. fab.* 111. et *Petron. sat.* 136.; quia et prope hanc urbem, palustri loco, ad ripam lacus seu stagni habitant, et carne humana vescuntur, ab Hercule aliquando sagittis transfixæ. — *Harpyia*, in sing. num., usurpatur *Virg.* 3. *Æn.* 365. et *Senec. Med.* 782. et *Phœniss. frg.* 63. — Memorantur quoque *Ovid.* 4. *Trist.* 7. 17., *Horat.* 2. *Sat.* 2. 40., *Virg.* 6. *Æn.* 289., *Val. Fl.* 4. 428., 459. et 525., *Martial.* 10. 4., *Sil. It.* 13. 599., *Auson. edyll.* 11. 84., *Apul.* 10. *Met.* 15. etc. — Monumenta antiquæ artis, ad eas spectantia, illustrantur in *Bull.* et *Ann. d. Istit. arch.* pluries; ap. *Furtwängler-Reichhold, Taf.* 60. 2. *p.* 304. et 305.; *Millingen, Anc. uned. mon. I. Taf.* 15. *p.* 40.; *Stackelberg-Gräber d. Hellen. Taf.* 38. *p.* 32. et *Flasch, Arch. Ztg. XXXVIII. Taf. XII.* 2. *p.* 142., coll. *Brunn-Bruckmann, Denkmäler, Taf.* 146.*sqq.* et *Chipiez, Hist. de l'art VIII.* 331.*sqq.* — De fabulæ interpr. cf. *Hiller v. Gaertringen, De Græcorum fabulis* etc. Berl. 1886. — De iis consulas *Sittig, PWK* 7. 2417-2431.

HARTĀMUNDUS, i, m. 2. dux in exercitu Aureliani sub Valeriano imp., ap. *Vopisc. Aurel.* 11.

HARŪDES (Arudes), um, m. plur. 3. populus Germaniæ, temporibus Cæsaris Rhenum transgressi, ut pro Ariovisto contra eum pugnaret a. 68. *Cæs.* 1. *B. G.* 30., 37. et 51., coll. *Oros.* 6. *Hist.* 7., ubi *Arudes* scribitur. Rectior tamen lectio videtur *Charudes (Charydes).*

HASDRŪBAL, ălis, m. 3. (Ἀσδρούβας) nom. vir. — *a) Asdrubal* sine aspiratione minus recte scribitur in quibusd. mss. et ed. libr. — Aliquando tamen *Asdrubal* v. *Azrubal* usurpatur in *Inscr.*, ut *Corp.* 5. 4919., 4920. et 8. 68. — *b)* Secunda syllaba corripitur Latinis, quamvis longa sit apud Græcos, ut *Sil. It.* 15. 412. et *Manil.* 1. 791. — Quomodo pronunciandum sit vocabulum, refert *Gell.* 4. 7. ex Valerio Probo. — *c)* Etymon nominis ducitur ab ipso vocabulo; est enim punice *'Azrō Ba'al*, i. e. « auxilium ejus Baal v. Belus (= dominus) », deus antiquarum gentium Semiticarum, ut Phœnicum, Syrorum etc. — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Hasdrubal, Carthaginiensium dux, sæc. V-IV. a. Chr., Magonis magni filius, frater Hamilcaris, qui ambo « per vestigia paternæ virtutis decurrentes, sicut generi ita et patris magnitudini successerunt » *(Justin.* 19. 1). — Simul cum fratre primum cum Sardis feliciter dimicavit, dein, ut videtur, item cum Libyis, aliaque præclare gessit; sed olim gravi vulnere saucius interiit, filios relinquens Hannibalem, Hasdrubalem et Sapphonem. Ejus mortem cum « luctus civitatis, tum et dictaturæ undecim et triumphi quattuor insignem fecere » *(Id. loc. cit.).* V. *Meltzer, I.* 197.*sq.* — 2.°) Hasdrubal, item dux Carthaginiensis, in Africa, pugna cum M. Atilio Regulo commissa, eum, per insidias (cujus artis peritissimi erant Pœni) devictum, secum captivum abduxit *(Oros.* 4. *Hist.* 9. et *Val. Max.* 1. 1. 14., coll. *Pol.* 1. 30); sed ipse dein a Cæcilio Metello cons. a. 251. a. Chr. victus est ad Panormum *(Frontin.* 2. *Strat.* 5. 4. et 3. 17. 1., coll. *Pol.* 1. 40., *Diod.* 23. 20. et *Zonar.* 8. 14. 393 c). Cf. *Holm, Gesch. Sicil. III.* 20-24. et *Meltzer, II.* 313. — 3.°) Hasdrubal, item Pœnorum dux, gener Hamilcaris, ejus, qui Hannibalis magni pater fuit *(Nep. Hamilc.* 3), stirpe illustris ac venustus, a. 237. cum socero comes et adjutor ivit in Hispaniam belli causa *(Appian. Hann.* 4); dein contra Numidas missus, strategemate quodam eos subegit *(Ps. Frontin.* 4. *Str.* 7. 18., coll. *Diod.* 35. 10). — Serius cum Ha-

milcare rediit in Hispaniam, sub finem a. 229., eique præsto fuit (*Polyb.* 7. 1. 9). — Ei postea successit ibique plura egit eximia idque in primis, quod est singulari memoria dignum, Carthaginem Novam condidit a. 228., teste *Mel.* 2. 94., coll. *Polyb.* 2. 13. — Verum a. 221. a quodam Celtico servo, cujus herum Hasdrubal occiderat, in venando interfectus est (*Polyb.* 2. 36., *Appian. Hann.* 2., coll. *Liv.* 21. 2. et *Diod.* 15. 12). Cf. *Neumann-Faltin, D. Zeit alt. d. pun. Kriege* 249-255. et *Meltzer, II.* 404.*sqq.* — 4.º) Hasdrubal, Hamilcaris filius, frater Hannibalis M., in Hispania a fratre relictus cum tertio ex tribus exercitibus ab eo collectis, a. 218. a. Chr., plures dimicavit modo prospere (*Liv.* 21. 61. et 22. 1. et 2. et 24. 4. et 25. 32. et 36), modo improspere cum P. Scipione a. 209 (*Id.* 27. 18. et 19. et *Flor.* 2. 17. 6., coll. 2. 6. 56. et *Appian. Hisp.* 13.*sqq.*). — Jussus dein in Italiam transire, ut fratri subveniret, in itinere a Romanis interceptus, prope Fanum, ad Metaurum fl., opibus inferior, occisus est, cujus caput victor ante Hannibalis stationes projecit (*Liv.* 27. 48.*sqq.* et 51). Memoratur etiam *Val. Max.* 3. 7. 4., 4. 1. 9., 7. 44. et 9. 3. 1., *Frontin.* 1. *Strat.* 1. 9., 1. 5. 19. et alib., *Suet. Tib.* 2., *Ammian.* 15. 10. 11. et 25. 1. 15., *Vict. vir. ill.* 48. et 50., *Horat.* 4. *Od.* 37. et 72., *Sil. It.* 15. 193.*sq.*, 419-492., 515-525., *Manil.* 1. 791., *Sidon. carm.* 2. 531.*sqq.* etc. Cf. *Lehman, Die Angriffe d. drei Barkiden* 194.*sqq.*; *Jumpertz, Der röm. - Carthag. Krieg in Spanien*, Diss. Leipz. 1892. et *Œhler, Der letze Feldzug d. Bark. Hasdr. u. d. Schlact am Metaur.* (*Berl. Stud. für Klass. Philol. u. Arch. N. F. II.* 1) Berlin 1897. — 5.º) Hasdrubal, Gesconis filius (*Liv.* 24. 41), dux Pœnorum, maximus clarissimusque Barcinæ factionis (*Id.* 28. 12) in Hispania, Syphacis amicus (*Val. Max.* 6. 8. *ext.* 7), cui uxorem dedit filiam suam Sophonibam (*Sil. It.* 15. 180.*sq.*). — Anno 212. a. Chr. cum duobus Scipionibus, Cn. et P., dimicavit eosque de medio abstulit; sed postea et ipse ab alio P. Scipione est victus; sed quum victum exercitum, instante hoste, per urbes divisisset; ita factum est, ut Scipio, ne oppugnatione plurium oppidorum distringeretur, in hiberna suos reduceret (*Frontin.* 1. *Strat.* 3. 5). Verum, quum illuc reversus bellum renovasset, iterum fusus, sub Africam redire coactus est, tota sic Hispania in Romanorum dicione relicta (*Liv.* 28. 14.*sqq.*, coll. *Frontin.* 2. *Strat.* 1. 1. et 2. 3. 4., *Ovid.* 6. *Fast.* 770., *Pol.* 10. 20. et 14. 1-8. et *Appian. Hisp.* 16). — 6.º) Hasdrubal, dux Pœnorum (*Eutrop.* 4. 10), auctor tertii belli Punici præcipuus, quod Masinissam, populi Romani socium, armis esset aggressus (*Appian. Lib.* 70); idcirco Romani Pœnis bellum a. 150. a. Chr. indixerunt, miseruntque in Africam L. Marcium et M.' Manilium, qui Carthaginem oppugnare cœperunt; eam tamen duo Hasdrubales defendebant, unus intra muros, alter extra. Sed, biennio transacto, quum ad incitas redacti essent, obsidente tunc urbem Scipione Æmiliano proconsule (a. 146), Hasdrubal, qui, obsidionis tempore, in captivos Romanorum sævierat (*Jul. Obs.* 20), Carthaginem vidit incendio deletam, uxoremque et filios flammis, in quas se projecerant, combustos seque in triumphum ante currum Scipionis ductum, teste *Liv. epit.* 52. et *Eutr.* 4. 14. — Hasdrubal captivus in Italia obiit. — Alia de eo habent *Flor.* 2. 15. 16., *Oros.* 4. *Hist.* 23., *Cic.* 3. *Nat. D.* 38. 91., *Val. Max.* 3. 2. *ext.* 8., *Tertull. nat.* 1. 18. et 2. 9., *Hieronym. ep.* 123. et 1. *c. Jovin.* 43., *Polyb.* 18. 1., 28. 2. 2., 38. 2. 11-15., *Diod.* 32. 8., 22-23., *Zonar.* 9. 30., *Strab.* 17. 832. et *Appian. Pun.* 70. etc. — Hinc *Hasdrubalianus*, adj., ad Hasdrubalem, Hannibalis M. fratrem, pertinens. *Sidon.* 1. *ep.* 5. Hasdrubalianum funus.

HASTA (*Asta*), æ, f. 1. ¶ 1. Est nom. pers. — 1.º) Cogn. vir., ab *hasta* ductum, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 3787. — 2.º) Item nom. figuli cujusdam in *Corp.* 2. 4976. — Hinc *Hastius*, nom. vir. in *Cod.* 8. 45. 30. — *Hastivus* (*Astivus*), nom. serv., cujus mentio in opere musivo, in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1884. *p.* 194. ¶ 2. Est nom. geogr. — 1.º) Urbs Italiæ (reg. IX. Ligur. Taurin.) ad Tanarum, colonia Trajana, magni momenti temporibus imperii orientalis, ubi Stilicho Gothos oppressit, hod. *Asti*, tribui *Polliæ* adscripta. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (49). et 35. *ibid.* 12. 46. (160)., *Claudian. VI. cons. Hon.* 204., *Cassiod.* 11. *Var.* 15., *Paul. disc.* 4. 42., *Corp.* 5. *p.* 856. et 1091. Cf. *Ptol.* 3. 49. — 2.º) *Hasta regia*, urbs Hispaniæ Bæticæ in via a Gadibus Hispalim, colonia Romana, conventui Hispalensi subjecta, hod. *Jerez de la Frontera*. Memorant *Auct. b. Hisp.* 35., *Liv.* 39. 21., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11)., *Corp.* 2. *p.* 175., 698. et 843. Cf. *Ptol.* 2. 4. 12.

HATERIĀNUS. *V.* voc. seq.

HATERĪUS, ii, m. 2. nom. vir. — Varie aliquando scribitur, ut *Aterius*, sine aspiratione, *Haterius, Atterius.* ¶ 1. In titulis nom. gent. vir. *Corp.* 8. 4520. — *Hateria*, nom. mul. *C.* 6. 2962. ¶ 2. In libris memorantur — 1.º) Q. Haterius, orator suo tempore celebratissimus, ut tradit *Senec. ep.* 40., de quo alter *Senec., exc. contr.* 4. *præf. n.* 7. « Declamabat, admisso populo, ex tempore: solus omnium Romanorum, quos modo ipse cognovi, in Latinam linguam transtulit Græcam facultatem: tanta erat illi velocitas orationis, ut vitium fieret. Itaque divus Augustus optime dixit: *Haterius noster sufflaminandus est.* Adeo non currere, sed decurrere videbatur, nec verborum illi tantum copia, sed etiam rerum erat; quotiens velles eandem rem et quandiu velles, diceret, aliis totiens figuris, aliis tractationibus, ita ut regi posset, nec consumi etc. ». *V.* integr. loc. Adde *eund. ibid. n.* 6. et in *suas.* et *contr.* sæpe. *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CC. 4. hæc habet « Q. Haterius promptus et popularis orator usque ad XC. prope annum in summo honore consenescit ». *Suet. Tib.* 27. eum *consularem* dicit *et ibid.* 29. etiam *senatorem*. Sed in senectute fœdissimæ adulationis exemplum dedit, teste *Tac.* 3. *Ann.* 57. *Id. ibid.* 61. « Fine anni (26. p. Chr.) excessere viri, Asinius Agrippa - et Q. Haterius, familia senatoria, eloquentiæ quoad vixit celebratæ. Monimenta ingenii ejus haud perinde retinentur, scilicet impetu magis quam cura vigebat. - Haterii canorum illud et profluens cum ipso simul exstinctum est ». — Haterii tamen declamationum specimina haud pauca exstant ap. *Senec.* seniorem. — 2.º) Haterius Agrippa, fort. filius Q. Haterii præc. et Vipsaniæ, M. Vipsanii Agrippæ et Marcellæ filiæ, Germanici propinquus (*Tac.* 2. *Ann.* 51), plenius ap. *Henzen, Act. Arv. p. CCXLIV.* et *Corp.* 1. *p.* 476. *D. Haterius Agrippa*; sed ap. *Chronogr.* a. 354. tantum *Agrippa* et ap. *Tac.* 3. *Ann.* 52. et *Cassiod.* in *chron.* est *D. Haterius*. — Fuit tribunus pl. a. 15. p. Chr. (*Tac.* 1. *Ann.* 77).; a. 17. prætor in locum Vipsanii Galli; et consul a. 22. cum C. Sulpicio Galba. Verum a. 32., quo quæstiones majore studio agitabantur, « Haterius invisior fuit, quia somno aut libidinosis vigiliis marcidus et ob segnitiem quamvis crudelem principem non metuens illustribus viris perniciem inter ganeam ac stupra meditabatur ». Ita *Tac.* 6. *Ann.* 4. — 3.º) T. Haterius Nepos, ordinis equestris, qui qua fuerit sollertia, constat ex honorum cursu in *Inscr.* acephala ap. *Borghesi, Œuvr. V. p.* 3. descripto: fuit enim primipilus, præf. coh., trib. mil., præf. equit., censitor Brittonum, proc. Aug. Armeniæ majoris, præf. vigilum et præf. Ægypti (a. 121. p. Chr.). — 4.º Alios vd. ap. *Tac.* 12. *Ann.* 58. et 13. 54., *Val. Max.* 1. 7. 8., *Corp.* 8. 3478. et 3479. — Hinc *Haterianus* — *a)* Adj. ad Haterium aliquem pertinens, ut *Haterianum jus* ap. *Cic.* 9. *Fam.* 18., fort. Haterii, qui proscriptus est a triumviris a. 43. p. Chr. Cf. *Appian. b. c.* 4. 29. — *b)* Abs., cogn. vir. *Corp.* 8. 29. — Fuit etiam legatus quidam Augusti pro prætore provinciæ Ciliciæ. *Corp.* 7. 108. — Item grammaticus, commentariorum in Virgilium auctor, ut ex *Schol. Veron.* constat (*Æn.* 7. 337.; 9. 360., 390., 397. et 10. 242). V. etiam cl. *Mai* ap. *vet. Virg. interpr.*, *Ribbeck* in *proleg.* ad *Virg. p.* 177. *sqq.* et *Gräfenhan* in *Gesch. philol. Klass. IV. p.* 303.*sq.* Meminit et *Macrob.* 3. *Sat.* 8. 2. « Apud Calvum Haterianus adfirmat legendum: *Pollentemque deum Venerem*, non *deam* ». Alii tamen hic aliter leg.

HATĪLIUS pro Atilius habet *Corp.* 10. 8067. *V.* ATILIUS.

HATITA, æ, f. 1. ¶ 1. Oppidum Decapolis Palæstinensis in Ammonitide, in via Philadelphiæ Bostram, in *Tab. Peut.* — *Not. Dign. or.* 37. 30. et 34. *Adittha* et *Aditha*. Cf. *Ptol.* 5. 17. 6. Ἀύϑα. ¶ 2. Etiam nom. unius ex janitoribus portarum Hierosolymæ. *Vulg.* 1. *Esdr.* 2. 42.

HATRA, æ, f. 1. nom. *geogr.* (Ἄτρα *Dio* 74., 11., 75. 10. et 80. 3.; Ἄτρας *Arrian.* ap. *Steph. Byz.* s. v. et Ἀτρηνοί *Herodian.* 3. 1. 3). Vocabulum est ab Aram. *Hatra'* v. *Hhotra'* = Hebr. *Hhatzer* = *septum, atrium*: cf. *Syr. Hhathra* et *Hhuthra* et plur. *Hhathrê* (= Ἄτραι). — Est autem oppidum Asiæ interioris, in media solitudine situm olimque desertum, quod eruendum adorti temporibus variis Trajanus et Severus principes bellicosi cum exercitibus pæne deleti sunt. Ita *Ammian.* 25. 8. 5. — Plura invenies de eo ap. *Ainsworth, Travels a. research.* in *Asia Min., Mesop., Chald. a. Armen., II.* 125-127., 129-134. 159; *XI.* 262-264., 466-492.; *Chapot, La frontière de l'Euphr.* (Paris 1907) 158. 5., 189., 196., 4. 211. et *Streak, PWK* 7. 2516-2523.

HAUARA et Auara (Havara v. Havarra), æ, f. 1. (Αὐάρα v. Αὔαρα *Ptol.*) oppidum in Arabia Petræa, ubi sedem habebant sagittarii indigenæ. *Not. Imp. or.* 29. (al. 34).

HAURĀNUS, i, m. 2. cogn. vir. in *Inscr.* metrica mendosa *Corp.* 10. 297. « Stallius Gaius has sedes Hauranus tuetur Ex Epicureio gaudivigente choro ».

HAUSTANĒS, is, m. 3. (Αὐστάνης) regulus quidam Parætacenus, qui ab Alexandro M. defecit; qui contra eum et Catenem, alterum rebellem, misit Craterum ducem; sed huic sustinendo impares, Haustanes captus est et Catenes in pugna interemptus. *Curt.* 8. 5. *init.* Cf. *Arrian. exped.* 4. 22.

HAZAEL, indecl., et Azael, ēlis, m. 3. (*Azelus* dicitur *Justin.* 36. 2) nom. vir. (Hebr. *Hhazâ'el* « (quem) videt (protegit) Deus »; *LXX.* Ἀζαήλ). — Fuit rex Syriæ, qui regnavit Damasci a. 886-857. a. Chr., in cuneatis Inscr. dictus *Haza-i-lu*, olim fort. dux exercitus Benadad I. fidelissimus (*Jos. ant.* 9. 4. 6). Memoratur 3. *Reg.* 19. 15., ubi narratur Elias a Deo jussus fuisse, ut Damascum se conferret ungeretque in regem Syriæ Hazael, futurum scelerum Israelis ultorem. Serius autem, quum Eliseus Damascum petiit, misit Benadad ægrotus ad *virum Dei* Hazael cum quadraginta camelis, muneribus onustis pretiosissimis, ut ab eo sanaretur (4. *Reg.* 7. 9). Sed propheta, quem ambitio Hazael non latebat: « Vade (inquit), dic ei: sanaberis; porro ostendit mihi Dominus, quia morte morietur ». (*Ibid.* 10). Rediit itaque ad regem Hazael nuncians ei sanitatem; verum crastina die stragulo, aqua imbuto, regem suffocavit eique successit (*Ibid.* 15). — De eo plura alia leguntur 4. *Reg.* 10. 32. 33 et 13. 3. 7. et *alib.* (Cf. *Maspero, Hist. anc. II.* 381-382). — Obiit an. ætat. suæ centesimo (*Ibid.* 13. 24), initio regni Joas ca. an. 837. a. Chr. habuitque successorem filium suum Benadad II.

HE

HEBAL, indecl. nom. geogr. et pers. (Hebr. *'Êbâl* « saxum »; *LXX.* Γαιβάλ; *Hieronym. onom. p.* 145. et alib. *Gebal*). ¶ 1. Est mons ex catena montium Ephraim, ad septentr. Neapolis (*Naplusa*), contra montem Garizim (*Deut.* 11. 29., 27. 4., 13. et *Jos.* 8. 30., 33). *V.* GARIZIM. Hos autem montes *Hieronym. onom. p.* 147. in regione Jerichuntina fuisse statuit, sed perperam, ut ex adlatis locis omnino evincitur. — Est autem Hebal mons, in quo Israelitæ, sc. tribus Ruben, Gad, Aser, Zabulon, Dan et Nephthali, steterunt « ad maledicendum excelsa voce » (*Deut.* 27. 13., 14), per levitas, quibus maledictis omnes respondebant: amen, contra eos nempe prolatis, qui legi Moysi divinitus latæ non paruissent (*Ibid. vv.* 15-26), hod. dicitur *Djebel Slimah* v. plenius *Djebel Sitti Slimah*. — Porro ibi ingentium lapidum acervus erectus fuit in monumentum, ubi scripta erant omnia verba legis (*Ibid. vv.* 2-3), et ædificatum altare, ubi holocausta Deo offerenda erant et immolandæ hostiæ pacificæ (*Ibid.* 27. 5-7). — Hic vero locus est (*v.* 4), ubi Samaritani ad excusandam tuendamque suam superstitionem mutarunt *Hebal* in *Garizim* (V. *Reland, Palæst. p.* 503. et *Re, Diz. Bibl. IV. p.* 208).

HEBDŌMĀDA, æ, m. 1. unus ex æonibus Gnosticorum, de quo *Iren.* 1. *Hær.* 5. 2.

HĒBĒ, es, f. 1. (Ἥβη, = ἥβη, *pubertas, juventus, florens ætas*) dea juventutis, dicta etiam *Juventas*, filia Jovis et Junonis (*Mythogr. II. fab.* 196. et *III. fab.* 15); vel Junonis sine patre, quæ quum in convivio, ab Apolline novercæ apposito, comedisset lactucas agrestes, hinc prægnans effecta est, et filia *Junonis* appellata (*Mythogr. I. fab.* 204., coll. *Ovid.* 9. *Met.* 400); vel filia Minois, filii Jovis (*Mythogr. ibid. p.* 184), vel Terræ, cum sororibus, quarum nomina Theia, Rhea, Themis, Mnemosyne, Thetis (*Rufin. recogn.* 10. 17). — Poetæ ob pulcritudinem atque elegantiam eam Juppiter assumpsit ad pincernæ officium in mensa deorum, in cujus locum deinde suffectus est Ganymedes, non tamen ita (uti rectius alii tradunt), ut ea omnino removeretur, sed diis famularetur præter Jovem, cui novus pincerna addictus esset. Cf. *Sympos. de Livor.* 13. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 28. et 5. 64., qui addit Jovem duas Hebe columbas, humanam vocem edentes, dono dedisse, quarum una in Dodonæ silvam volavit, altera in Libyam; unde orta sunt oracula Dodonæum et Hammonis (*Ibid.* 3. *Æn.* 466). — Fuit demum Herculi, in deos relato, data uxor; hinc *Senec. Oct.* 210. « deus Alcides Possidet Heben, nec Junonis jam timet iras ». Adde *Catull.* 68. 115., *Ovid.* 9. *Met.* 400., *Propert.* 1. 13. 23.*sqq.*, *Stat.* 3. *Silv.* 1. 27., *Val. Fl.* 8. 236.*sq.*, *Martial.* 9. 66. — Culta fuit præsertim in Græcia, ut Mycenis (*Paus.* 2. 17. 5); Mantineæ, ubi Praxiteles ejus effigiem collocavit (*Id.* 8. 9. 2); Phliunte, in templo Heræ (*Id.* 2. 12. 4. et 13. 3), ubi cultus cum Dionyso seu Baccho conexus erat: hinc Dionysos Ἥβων ap. *Macrob.* 1. *Sat.* 18. 9. et Ἥβη « ἀκολασία καὶ ἄμπελος » ap. *Hesych.*; tum etiam in Attica cum Hercule *IGI.* 3. 370. et 374), in ins. Coo (*Cornut.* 31) et alibi. — Ad priscæ artis monumenta pertinent status aurea Naucidis in Heræo ap. Argos (V. *Kekulé, Hebe Taf. I* [1867]); picta vasa, quæ servantur in *Mus. Louvre* (*Mon. d. Inst. VI. Taf.* 58. 2); crater in *Villa Papa Julio* repertus, quem *Furtwängler* putat a Midia pictum (*Furtwängler-Reichhold, Gr. Vasenmal. I. Taf.* 20); speculum Etruscum, quod sistere videtur Herculis nuptias cum Hebe (*Cavedoni* in *Giorn. Lett. Scient.* Moden. a. 1840. et 1841. *p.* 333., coll. *Micali, Atlas Taf.* 49). Cf. etiam *Smith, The Sculptures of the Parthenon* (1910) *Taf.* 3. *Text.* 8. 11.; *Gerhard, Auserl. Vasenb.* 7.; *Decharme* in *Daremberg-Saglio, Dict. d. ant. III.* 44.*sqq.*

HĒBEJUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 756.

HĒBĒNUS, i, m. 2. (ἔβενος, *ebenus*) cogn. vir. *Corp.* 9. 3614. — Fort. in nom. gent. transiit in *Inscr.* ap. *Fabretti* 626. 220.

HĒBER, indecl. m. nom. vir., quod ap. *Vulg.* duabus formis respondet Hebraicis, sc. עבר *'Êber* (a rd. *'âbar*, i. e. transivit) et חבר *Hhêber* (a rd. *hhâbar*, i. e. junxit); sed *LXX.* recte distinxerunt; nam primum redditum est Ἔβερ v. Ὠβεδ (*sic*), alterum Χάβερ, Χόβωρ v. Ἄβαρ; *Vulg.* vero semel tantum (*Jud.* 4. 17) pro *Heber* habet *Haber*. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Filius Sale, de progenie Sem, et pater Phaleg et Jectan (*Gen.* 10. 24., 1. *Par.* 1. 19., *Luc.* 3. 35), ex quo, ut plures sentiunt, ortum est Hebræorum nomen (*Gen.* 10. 21. et *Num.* 24. 24). V. **HEBRÆI.** ¶ 2. Item filius Beria, filii Aser (*Gen.* 46. 17. et *alib.*), unde familia Heberitarum (*Num.* 26. 45). ¶ 3. Alios vd. 1. *Par.* 4. 17., 18.; *ibid.* 5. 13. 16. et 8. 12. et 17.

HĒBĒRĪTÆ. *V.* voc. præc.

HĒBION et deriv. *V.* **EBION.**

HEBRÆI, ōrum, m. plur. sæpius, et Hebræus, i, sing. 2. nom. populi. — *a)* *Ebrei*, sine aspiratione et litt. *ă* diphthongi extrita, scribit *Jorn. Rom.* 9. et 32. *M.*, non imitandus. — *b)* Prior syllaba communis videtur, nam in voc. Hebr. *Heber* brevis est; sed a poetis fere producitur, ut *Stat.* 5. *Silv.* 1. 212. et *Prudent. apoth.* 379., *hamart.* 781. et *cathem.* 71. — *c)* Etymon docendum esse censuit *Charax* Pergamenus ab *Abraham* (V. *Müller, Hist. Gr. fragm. III. p.* 644); cui adhæserunt *Ambrosiaster* in *ep.* ad *Phil.* 3. 5-7. et ipse *Augustin. quæst.* in *Gen.* 24.; qui tamen dubius opinionem suam proposuit, quam alibi (*Civ. D.* 16. 3. et *Retract.* 2. 16) rejecit. Obstant enim tum ratio philologica, tum locus *Gen.* 14. 13., ubi « Abraham Hebræo » legitur. — Probabilius alii vel ex eo derivant, quod Chananæi Abraham *'Ibri* nominarunt (*Aben Esra* in *Exod.* 21. 2) ab *êber* « trans », ut qui Euphratem fl. transierit et in Chanaan emigraverit, quasi *transitor* (*LXX.* « ὁ περάτης » et *Aquila* « ὁ περατής »), quod confirmatur *loc. cit. Gen.* 14. 13., unde et ejus posteri vocati sunt *Hebræi* (*Orig. Hom.* 20. in *Num.* 4., *Joh. Chrys., Hom.* 35. in *Gen.* 3., *Theod. quæst.* 61. in *Gen.*, *Hieronym. lib. heb. quæst.* in *Gen.* 14. 13., coll. *Gesen., Gesch. d. hebr. Sprach. u. Schrift p.* 9-12): vel etiam, quod recentioribus nonnullis minus placet (*Re, Dict. Bibl. IV. p.* 304), a nom. *'Êber*, ut supra innuimus, ex quo et Abraham progenitus (*Gen.* 10. 24-26). Id firmari potest *loc. Gen.* 10. 21., ubi Sem appellatur pater filiorum Heber (hebr. *benê-'Êber*), i. e. posterorum Heber, ut alib. dictio *benê-'Isra'êl* significat progeniem Israel seu Jacob (*Jos. ant.* 1. 6. 4., *Eus. præp. euang.* 7. 6. et 10. 14. et *Augustin.* 16. *Civ. D.* 3). — *d)* De usu hujus nominis sive apud scriptores sacros sive profanos hæc subdimus. — α) Nom. *Israel* et *Israelitarum* usurpatum est sæpius post Exodum, quam *Hebræorum*, ad posteros Jacob designandos; sed scriptores Græci ac Latini numquam illo nomine usi sunt, sed eos *Hebræos* semper appellarunt (*Lucian. Alex. d.* 32. 13., *Paus.* 4. 25. 9., 5. 5. 2. 10. 12. 9. et alib., *Plut. Symp.* 4. 6., *Porphyr. vit. Pyth.* 11., *Jos. ant.* 1. 6. 5. etc. [*Hebr.* v. *Jud.*], *Tac.* 5. *Hist.* 2., *Stat. loc. cit.* etc. et etiam *Inscr.* Romæ reperta habet συναγωγὴ Αἰβρέων *C. I. G. n.* 9902.: cf. *Schürer, Gesch. d. jüdisch. Volks, III* [1898] 46). — β) Nondum soluta quæstio est, an nom. *Hebræorum* exstet in monumentis orientalibus antiquis. *Fr. Chabas* censuit voc. *'Ibrim* idem esse ac *Apri-u* v. *Aberi-u* in documentis Ægyptiis (V. *Vigouroux, La Bibl. et les decouv. mod.* 1896. *II. p.* 258-261), quod recentioribus minus placet, quamvis *Hommel* hanc interpretationem defendat (*Altisrael, Ueberlief. in inschrift. Bedeutung* Mun. 1897. *p.* 258.*sq.*); sed prævalet sententia eorum, qui in litteris Assyriis, in *Tell el-Amarna* detectis, ubi *Abiri* memorantur, hac voce significari *Hebræos* putant (*M. Müller, Asien u. Europ. nach altägypt. Denkmäl.* Leipz. 1893. *p.* 236., coll. *Journal Asiat.* XVIII. 1891. *p.* 517-527., *Hommel op. cit.* 228. et *Re, op. cit. p.* 304). Ceterum, si non hoc nomen, certe *I-si-r'-l* (= Israel) in Assyriorum monumentis lectum est (*Petrie* 1896).

Hebræi, populus antiquissimus, divinitus electus, ut quæ Patriarchis ante diluvium vel post hoc Deus revelaverat de vera religione, a reliquis gentibus corrupta et ad idololatriam aliasque superstitiones conversa, tamquam sacrum depositum et commissum, sarta tecta servaret, præcipue de Messia ab eo olim orituro, ac divinæ legi, fœdere inter Deum et ipsum inito, fideliter obtemperaret (*Exod. c.* 20. et in sacris litt. passim); idcirco ceteris gentibus, ridiculæ et obscenæ superstitioni vel insanæ philosophiæ aut litterarum plerumque lasciviæ deditis, et legum sapientiâ et doctrinâ religionis ac morum sanctissimâ longe excellentior, tum etiam litteris et artibus præstantissimus. *a)* De Hebræorum historia pauca dicimus, quum sit satis nota. — Ea autem tunc proprie cœpisse censenda est, quum Jacob descendit in Ægyptum cum universa sua domo (ca. a. 1900. a. Chr.), ubi regio Gessen data est ei ad habitandum, in qua Hebræi prospera usi sorte per Joseph, proregem Ægypti, exinde maxime floruerunt ac mirum in modum propagati sunt (*Gen.* 48-50). — Sed, Joseph demortuo, magna extranei hujus populi multitudo regibus Ægyptiis, ex diversa dynastia ortis, adeo displicuit, ut, quum sibi ab ea timerent (Thutmosis III. a. 1515-1461. a. Chr. et Amenophis II. 1461-1436. a. Chr.), cœperint Hebræos crudeliter vexare et in servitutem redigere (*Exod. c.* 1). Hinc Deus Moysen suscitavit, ut suum populum liberaret, quod per multa prodigia effectum est (*Ibid.* 4. 12. et 7.*sq.*). — Egressi itaque (post a. 215., al. 430) Hebræi ex Ægypto, transmisso prodigiose mari Rubro, per desertum quadraginta annos peregrinati, tandem Chanaan, terram jamdiu illis promissam, intrarunt, duce Moyse, cui tanquam Dei legato hactenus subjecti fuerant, qui antea sub regimine patriarchali vixerant; dein, Moyse vita functo (ca. a. 1396), a Josue recti sunt, qui terram Chanaan subegit et in tribus divisit (*Deut.* 3. 27. et *Jos.* 14. 2.*sqq.*). — Mortuo Josue (ca. a. 1381), regimen Hebræorum fuit patriarchale simulque, ut sub Moyse, divinum (ϑεοκρατικόν); lex namque Mosaica erat etiam jus civile et summus pontifex rei publicæ præerat, comitiis populi non exclusis; nam judices (16) qui subsecuti sunt (ca. a. 1374-1039. a. Chr.), munus habebant a Deo conlatum liberandi, variis temporibus, Hebræos pœnitentes a servitute, quam subinde ob suam rebellionem incurrebant, non autem regendi, ut sonat primum ipsa vox *sôphetîm* « defensores, servatores » (a *sâphat* « defendit, liberavit »: vd. *Grätz, Gesch. d. Jud. I.* 408.; *Bertram, De rep. Hebr.* 110-112.; *Vigouroux, La Bibl.* etc. *III.* 221.*sqq.* Cf. *Jud.* 2. 16. et 18., coll. 13. 5., 1. *Reg.* 24. 16., 2. *Reg.* 28. 19. et 31., *Ps.* 10. 18., 26. 1., 72., 4. 82. 3., *Is.* 1. 17. et 23.; nec obstat illud *Jud.* 8. 28. « quibus Gedeon præfuit », nam hebraice est « in diebus Gedeon »); quamvis nonnulli ex iis, ob auctoritatem sibi comparatam, consulebantur, quorum postremi fuerunt Heli, summus sacerdos, et Samuel, propheta (*V.* **HELI** et **SAMUEL**), et ob id potestate præditi, qui et filios, a se ad bellum missos (1. *Reg.* 4. 4. et 8. 5-13) rei publicæ ab hostibus liberandæ operam dederunt. — Porro ejusdem Samuelis tempore Hebræi, gentium moribus illecti, regem petierunt, stulte rati sibi felicius res cessuras; sed contra accidit. Deus tamen eorum petitioni non obstitit (1. *Reg.* 8. 7.*sqq.*), et per Samuelem unxit in eorum regem Saul (*Ibid.* 13. 1.*sqq.*), cui, ob scelera rejecto, suffectus est David, qui, Saul exstincto, regnavit, ca. a. 999-959. a. Chr., a tribu Juda tantum agnitus, postea vero a ceteris tribubus (1. *Reg. c.* 6-2. *Reg.* 3) rex salutatus. — Successit ei Salomon (ca. a. 959-919. a. Chr.), ejus filius, qui initio regni splendidissima suæ pietatis ac sapientiæ specimina dedit; sed vitiis deinde obcæcatus ad idololatriam se convertit, fuitque a Deo reprobatus, adeo ut sub successore Roboam, ejus filio, regnum scissum fuerit in duo, nempe Juda et Israel (3. *Reg.* 11. 35. *sqq.*), quorum prius a Roboam usque ad Sedeciam stetit (reg. 29), demum a Nabuchodonosor eversum (a. 588-586. a. Chr.); posterius a Jeroboamo usque ad Oseam (reg. 19), sub quo a Salmanassar deletum est (a. 721). — Judæi, Hierosolyma vastata ac templo combusto, Babylonem deportati sunt, turba relicta, quæ agros coleret sub Godolia Hebræo, quo interfecto, alii in Ægyptum profugerunt, alii in Chaldæam sunt abducti (*Jer.* 41. 17. et 43. 7. et 4. *Reg.* 25. 26). — Item decem tribus, quarum regnum citius periit quam Juda, in exsilium Assyriam depulsæ sunt nec potuerunt in pristinum statum restitui, ut Judæi, qui, decreto Cyri (a. 549., al. 536) a captivitate liberati, iterum duces (20) et reges habuere usque ad Herodem M. (5), a. 40 (al. 37) a. Chr. (*V.* **HERODES**). Cf. *Esdr.* 2. 70., 4. 3., 8. 29. et 35., 1. *Mach.* 5. 9. 14. 24. et *Luc.* 2. 36., coll. *Jos. ant.* 18. 10-20., 14. 4., 15. 6. et 7. et 17. 6. et *b. J.* 1. 22. 27. et 35. — *b)* De moribus ex sacris litteris facile edocemur. Quamvis plurima in eo populo pietatis, fortitudinis virtutumque omnium exempla, civilium ac religiosarum, præcipue humanitatis erga peregrinos et bellicæ fortitudinis

temporibus Davidis et Machabæorum, eluxerint; tamen haud raro flagitiorum colluvies, in primis incredibilis ad idololatriam propensio ac lapsus, quæ tamen post reditum a Babylonica captivitate desiit, inde ab Exod. in libris Jud. et Regum et in Prophetis omnibus patent; recentius vero maxime increvit Hebræorum corruptio cum cordis duritie (Matth. 12. 39. et 41. et 17. 16., Luc. 9. 18., Act. c. 7). — Addimus, eos etiam commercia exercuisse cum Ægyptiis, Arabibus aliisque gentibus (Lev. 19. 34-36., Deut. 14. 2.sqq. 26., 2. Par. 9. 21., 3. Reg. 22. 49., Jon. 1. 3. et Ezech. 26. 20) et amicitiam ac fœdera pactos fuisse cum Romanis ac Spartiatis inde a temporibus Machabæorum (1. Mach. 8. 17-27. et 12. 1-11). — c) De scientiis ac litteris dicendum est, Hebræos inclaruisse antiquo ævo cum Moyse historico aliisque viris, etiam philosophiæ naturalis non ignaris, ut constat ex scriptoribus ll. Job, Psalmorum, Proverbiorum, Ecclesiastes etc.; ex scribis (sôpherîm), expositoribus legis; ex doctis magistris (rabbîm); ex sectis, quæ inter eos floruere, Pharisæorum, Sadducæorum et Karaitarum, qui tamen erroribus magis indulserunt, quam veritati; ex scholis antiquioribus Hillel et Shammai, et Judaico-Alexandrina cum Aristobulo et Philone, et Judaico-Palæstinensi cum Josepho sæc. I. p. Chr., ad quam pertinent Midrashim seu interpretationes legis (halachâh et haggadâh); unde et Thalmud, sæc. IV-VI. (Hieros. et Babyl.), compos. ex Mishnâh et Gemarâh, sc. lege secunda ore tradita ejusque comment., et Zôar, i. e. lux seu liber scientiæ dogmaticæ sacræ Kabbalistarum, inde a sæc. IV., et Masorâh seu critice sacrorum librorum, sæc. VI. (Cf. Cassel, Lehrb. d. jüd. Gesch. u. Litt. Leipz. 1879). — Poesis vero Hebraica excelluit magnificentia et granditate sententiarum et imaginum, ut videre est in libris, præsertim Psalmorum, Isaiæ et Job, quæ generatim lyrica est; nec stilo tantum differt a soluta oratione, sed etiam forma; versibus nempe ligatur, qui sibi respondent vel singuli vel plures, eadem sententiâ repetita vel contraria subjecta, et strophis, quod parallelismus biblicus dicitur (Lowth, Herder, Content de la Moiette), aut etiam metrice compactis (Jos., Hieronym., al.), sæpe septenario metro, ut in Job, Proverbiis et Psalmis plerisque (Bickell). — d) Lingua Hebraica seu Chananæa, cujus monumenta fere unica exstant libri V. T., archaica temporibus Moysis et Josue, pura et elegans ætate Davidis ac Salomonis; impura seu Aramaicis vocibus ac locutionibus fuit admixta, potissimum post captivitatem Babylonicam, tunc, ex Hebraicâ v. Judaicâ, vulgo Aramaica v. Chaldaica dicta, ac tempore Christi Syro-Chaldaica; quare quæ in libris N. T. Hebraica lingua appellatur (Joh. 5. 2. et 19. 15., Act. 21. 40., 22. 2. et 26. 14), quia Hebræis id temporis vernacula erat, nomen proprium est linguæ Aramaicæ. — Lingua tamen Hebraica non fuit, qua locuti sunt Adam et patriarchæ, ut olim perperam credebatur (Origen. Hom. XI. in Num., Augustin. 16. Civ. D. 11. et alib., Hieronym. in Sophon. 3. 8-9., al.); nam primitiva, tot sæculis labentibus, debuit, nisi miraculum intercessisset, corrumpi, quod linguis post plus minus longum temporum cursum, accidit; ita ut, qua loquebantur homines, quum Babelicæ turri ædificandæ operam dabant, alia a primigenia fuerit, quamvis ex ea aliquid servaret; potest tamen concedi, Hebraicam, cum ceteris dialectis Semiticis, linguæ, in Sennaar tunc adhibitæ, magis accessisse (Vigouroux, M. B. I. p. 682). Ex recentiorum tamque philologorum studiis illud efficitur, linguas antiquiores fuisse monosyllabas; Hebraicam contra pertinere ad tertiam linguarum classem, quæ flexionis dicitur. — Porro ejus ætas triplex distingui potest, sc. argentea in Pentateucho, Josue et Judicibus; aurea in libris Regum, Davidicis ac Salomonicis; ferrea denique in reliquis, qui ad captivitatem pertinent, ob alienarum vocum, uti diximus, admixtionem. — Libri autem protocanonici V. T. scripti sunt hebraice, et quædam eorum fragmenta chaldaice; libri vero et partes deuterocanonicæ, græce, quamquam originarii erant hebraici, præter libros Sapientiæ et II. Mach., græce ab origine exaratos. — Animadvertimus postremo hanc linguæ Hebraicæ appellationem varie esse intelligendam; nam quod primum legitur in prol. Eccli. « ἑβραϊστί ». et 2. Esdr. 13. 24. Ἰουδαϊστί », coll. Is. 29. 18., dicitur de lingua vere Hebraica; sed Act. 21. 40., 22. 2. et 26. 14. « ἑβραΐς διάλεκτος ». et Joh. 5. 2.; 19. 13., 17. 20. et Apoc. 9. 11. et alib. « ἑβραϊστί » de lingua Syro-Chaldaica (V. Touzard, Dict. Bibl. Vig. III. 465-512 [1910]; Delitzsch, The hebr. lang. etc. Londr. 1883.; Clermont-Ganneau, La stèle de Dhiban, Paris 1870.; Pick, The study of hebr. lang. etc. in Bibl. sacr. 1884. p. 450.sq.; Rosenak, Fortschr. d. hebr. Sprachw. etc. Frieb. 1899). — e) De re militari, de artibus, de servitute etc. videsis Antiquitates sacras veterum Hebræorum (Ugolini, Reland, Ackermann, Ubaldi). — Scribendi autem ratio apud eos duplex fuisse videtur, nempe Aramæa pro rebus sacris et Hebræo-Samaritana pro rebus civilibus ac profanis, ut aperte ostendunt nummi, post reditum a captivitate cusi temporibus Simonis Machabæi, usque ad Bar-chocheba, a. 132. p. Chr. (V. Saulcy, Numism. de la Terr. Saint., Descr. des monn. etc. Paris 1874). — Hic tamen prætereundæ non sunt synagogæ Hebræorum (sub regibus Hasmonæis exstrui cœptæ, in regionibus vero exteris multo antiquiores, teste Jos. b. J. 7. 7. 3. 3), quas plurimas habuerunt in Palæstina et etiam extra, præsertim Alexandriæ in Ægypto et in Italia, in primis Romæ, ut ex libris quoque sacris N. T. innotescit; nec cœmeteria, ab ipsis pro se constructa, etiam Romæ, ex quibus duo nunc comperta sunt, unum in via Appia, in villa, quæ vulgo dicitur Randanini, alterum in via Labicana, a cl. Marucchi detectum; de aliis præterea mentionem facit Hirschfeld in Bull. d. Ist. arch. a. 1867. p. 148-152. — In sing. num.

Hebræus — 1.°) Substantivorum more — a) Est vir natione Hebræa. Hieronym. p. 19. 6. Hebræus, quo prælegente, Scripturas didici — b) Hebræum, n., lingua Hebraica. Jorn. Rom. 270. M. Aquila Ponticus scripturas de Hebræo transtulit. — 2.°) Adjective, ad Hebræos quovis modo spectans. — a) Generatim. Salvian. gubern. D. 7. 30. Hebræus exercitus. Prudent. cathem. 5. 71. sanguis et apoth. 379. stilus. et hamart. 781. torus. Vulg. Exod. 2. 7. mulier. Id. Act. 21. 40. et 22. 2. lingua. Tac. 5. Hist. 2. terræ. Augustin. 18. Civ. D. 39. et 42. litteræ. et ibid. 43. codices. — b) Speciatim, Hebræus ex Hebræis ap. Vulg. Phil. 3. 5. est Hebræus utroque parente prognatus (Sic gr. δοῦλος ἐκ δούλων Lys. orat. XII. p. 215., utroque parente servo natus). — Hebræi liquores ap. Stat. 5. Silv. 1. 212. sc. balsamum, teste Plinio, uni terrarum Judææ concessum. — Hinc Hebraicus, adj. idem qui Hebræus — a) Generatim. Alcim. Avit. 5. 544. « Bellorum versat curas Hebraica plebes », ubi antepænultima licenter producitur. Lact. 4. 7. « In quibusdam Græcis scripturis (sacris), quæ male de Hebraicis interpretatæ sunt ». — b) Speciatim ad Hebræorum linguam pertinens. Vulg. Act. 26. 14. Hebraica lingua. Id. Luc. 23. 38. litteræ. et Eccli. prol. verba.

Homonym. Discrimen intercedit inter nomina Hebræus et Israelita, quæ aliquando promiscue vel confuse usurpantur. Hebræi enim nomen erat, quo ab extraneis cognoscebantur; idcirco sæpissime in V. T. adhibetur, quoties alienigenæ loquentes de iis inducuntur (Vulg. Gen. 39. 14. « Vocavit ad se [uxor Putipharis] homines domus suæ et ait ad eos: en introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis ». et Exod. 1. 15. « Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum - præcipiens eis: quando obstetricabitis Hebræas etc. ». Adde 1. Reg. 4. 6. et 9., 13. 19., 14. 11. et 29. 3): vel ubi ipsi Hebræi de se ad alienigenas populos sistuntur dicentes (Id. Gen. 40. 15. « Quia furto sublatus sum de terra Hebræorum ». Adde Exod. 1. 19., 2. 7., 3. 18. et Jon. 1. 9): vel denique, ubi aliis gentibus opponuntur. Gen. 43. 32. « Illicitum est Ægyptiis comedere cum Hebræis ». Adde Exod. 1. 15., Deut. 15. 12., coll. Jer. 34. 9. et 1. Reg. 13. 3. — Contra Israelitæ nomen est patronymicum et genealogicum ab auctore suo Jacob, qui Israel post luctam cum angelo vocatus est; quod fortitudinis notionem habet quodque Hebræi usurpabant et usurpant hodieque de se loquentes vel scribentes; tum etiam respectu ad religionem, quam ipsi profitebantur, quaque erant populus Dei electus (Rom. 9. 4. Hinc 1. Cor. 11. 22. « Hebræi sunt et ego (Paulus): Israelitæ sunt et ego »). — De discrimine autem inter hæc nomina et nom. Judæi V. JUDÆUS.

HEBRÆUS et

HEBRĀICUS, a, um, adject. V. voc. præc.

HEBRON, indecl. nom. geogr. et pers. (Hebr. Hhebrôn « consociatio »; LXX. Χεβρών et Χεβρώμ) Cebron scribitur in Itin. Hier. p. 599. et Chebron ap. Vulg. 1. Mach. 5. 65. — Est autem ¶ 1. Urbs antiquissima regia Chananæorum, condita septem annis ante Tanim (Schô'an), urbem Ægypti (Num. 13. 22), in monte Juda sita, ad meridiem Hierosolymorum, ab Hebræis expugnata et Caleb in possessionem data (Jos. 14. 13. 15.; 15. 13. 12. et Jud. 1. 9. et 10), dein sacerdotibus tributa (Jos. 21. 11) et asylo destinata (Id. 20. 7), celebris præcipue temporibus patriarcharum et Davidis (Gen. 13. 18. et 23. 2.; Jos. 10. 3., 2. Reg. 2. 1. etc.), olim dicta Cariath Arbe (hebr. Qiryath 'Arba' Jos. 14. 15) v. Arbee (Gen. 23. 2) i. e. urbs τῶν quattuor, ut communiter exponitur, ubi nempe sepulti sunt Abraham, Isaac, Jacob et Adam maximus (Hieronym. onom. p. 55) vel Esau vel Joseph (V. Legendre, Dict. Bibl. III. p. 554); sed falso, ipse enim liber Jos. vocem interpretatur, ubi dicitur « Cariath Arbe, patris Enac » gigantis (21. 11), unde Enacim genus, coll. 14. 15.; aliquando etiam vocata Mambre v. Mamre tempore Abrahami (Gen. 23. 19. et 35. 27), ubi hic patriarcha emit ab Ephrone agrum, in quo spelunca erat duplex (Gen. 23. 10.sqq.), ut ibi familiæ sepulcrum foret (Gen. 25. 9), hod. El-Khalil, contr. a Khalil er-rahhman (amicus misericordis, sc. Dei, subaud. Abraham). — Memoratur etiam Gen. 37. 14., Num. 13. 23., Jos. 10. 3., 23., 26. 36. et 39.; 11. 21. et 12. 10.; 14. 13., 14.; 15. 13. 54. et 20. 7., Jud. 1. 20. et 1. Par. 6. 55. 57. et 2. Reg. 15. 7. 9. 10. — Temporibus David fuit aliquando sui regni caput, ubi septem annos regnavit (2. Reg. 2. 11.; 3. 2. 5.; 5. 3.; 3. Reg. 2. 11.; 1. Par. 3. 1. 4.; 29. 27), dein omnium tribuum rex constitutus (2. Reg. 5. 1. 3. et 1. Par. 11. 1. 3). — Munita post a Roboam (2. Par. 11. 10), serius ab Idumæis capta est, sed a Juda Machabæo recuperata (1. Mach. 5. 65); denique a Cereale, Vespasiani imp. duce, occupata et incendio deleta, civibus cunctis validioribus trucidatis (Jos. 4. b. J. 9. 9); sed tempore Eusebii (onom. p. 209) dicitur adhuc κώμη νῦν μεγίστη, nec unquam veneratio erga eam desiit, qua Arabes æque ac Christiani et Judæi Abrahami memoriam prosecuti sunt, vocaruntque castellum v. præsidium ad sanctum Abraham (V. Guérin, Jud. III. p. 214-256. et Thomson, The Land and the Book, I., Southern Pal. Londr. 1881. p. 268-282). — Hinc Hebronensis (Chebronensis), episcopus Hebron v. Chebron, ap. Cassiod. 11. Hist. trip. 17. ¶ 2. Est etiam nom. pers., sc. — 1.°) Fuit hoc nomine filius Caath, filii Levi (Vulg. Exod. 6. 18., Num. 3. 19. et alib.); a quo familia Hebronitarum. (Id. Num. 3. 27). — Vulg. Num. 26. 58. patronymicum Hebronita vertit Hebroni, quasi nomen viri diversum. — 2.°) Item filius Maresa e progenie Caleb, laudatus 1. Par. 2. 42. et 43., ab Hieronym. onom. p. 57. vocatus Chebron.

HEBRŌNA, indecl. nom. geogr. (Hebr. 'Abrônâh « transitus » sc. maris; LXX. cod. Vat. Σεβρωνά; Alex. Ἐβρωνά), statio Hebræorum, fort. ad oram sinus Ælanitici, ut ex etymo deduci potest, memorata statim post Asiongaber (Num. 33. 34. et 35); sed situs ignoratur.

HEBRŌNENSIS, is, adject., et

HEBRŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. HEBRON.

HEBRUS (Ebrus), i, m. 2. (ὁ Ἕβρος, ap. Steph. Byz. Εὖρος) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est fluvius ingens ac præcipuus Thraciæ idemque celeberrimus (Mel. 2. 17. et 28), hod. Maritza, ex Hæmo (al. ex Rhodope v. Dunace) monte v. a montibus

Odrysarum (Ammian. 12. 6. 5) oriens, in mare Thracicum juxta Ænum, contra Samothraciam influit, a Philippopoli navigabilis (Plin. 4. Hist. nat. 11. 18. [40]. et Solin. 10), ita dictus, ut fabulantur (Serv. ad Virg. 1. Æn. 317), ab Hebro, Hæmi et Rhodopes filio, Boreæ fratre; verum tamen vocis etymon latet (Tomaschek, Thrak. II. 2. 93. et Fick in Kuhns Ztschr. XLII. 86.sq.). Memoratur Liv. epit. 58., Flor. 3. 4. 5., Ovid. 2. Her. 15., 2. Met. 257. et 1. Pont. 5. 21., Virg. 10. Ecl. 65., 4. G. 524. et 11. Æn. 331., Claudian. carm. 24. 18. et alib. sæpe, Stat. 2. Silv. 7. 98. et 5. 3. 17. et 7. Theb. 66., 9. 438. et 10. 318., Tibull. 4. 1 147., Senec. Herc. Œt. 20. 1046., 1823. et 1904. et Med. 634. et Agam. 891., Isid. 14. Orig. 4. 6., Itin. Alex. M. 18., Jorn. Rom. 220. M., ubi Ebrus scribitur. — Epitheta: Ovid. 3. Fast. 737. arenosus. Val. Fl. 4. 463. dives (vel quia credebatur auro fluere, ut Tagus et Ganges, v. potius ob soli fertilitatem). Id. 2. 515. gelidus. Ovid. 2. Her. 114. sacer (propter orgia Bacchi ibi celebrata et Orpheum discerptum, cujus caput in eum projectum est cum ejus lyra a Bacchantibus). Val. Fl. 3. 228. sanguineus (ob crebra bella, quæ in Thracia, Martis regno, fieri dicebantur). Virg. 1. Æn. 321. volucer (Cf. Drexler in Roschers Myth. Lex. I. 1871.sqq.). ¶ 2. Est etiam nom. vir., unde et nom. serv. ac libert. deductum est. Inscr. ap. Lanciani, Topogr. p. 252. n. 291 (in tubo plumbeo). — Speciatim, vir, proles Dolichaonis. Virg. 10. Æn. 696. — Item Hæmi et Rhodopes filius, in fabulis. V. supra. — Item puer formosus ex insula Lipara, ap. Horat. 3. Od. 12. 5. « Liparæi nitor Hebri ». — Item Virgilii interpres, laudatus Serv. ad Virg. 7. Ecl. 65. Cf. Ribbeck, proleg. ad Verg. 174.sqq., et Funaioli, PWK 7. 2589.sq.

HĔCĂBĒ, es, f. 1. (Ἑκάβη) una ex filiabus Danai, quæ virum prima nuptiarum nocte interfecit. Hygin. fab. 170.

HĔCAERGĒ, es, f. 1. (Ἑκαέργη, procul arcens) cogn. Artemidis seu Dianæ, ut Hecaergos (Ἑκάεργος = Ἀλεξίκακος, Ἀποτρόπαιος, Ἑκηβόλος = lungisaettante) dictus est Apollo (V. Prellwitz, Etym. Wörterb. 133. et Gruppe, Gr. Myth. 1244. 1. et 1288. 6), teste Serv. ad Virg. 11. Æn. 532. et 858. — Hinc Hecaerge, una ex virginibus Hyperboreis seu Boreæ filiabus (Opi, Hecaerge, Loxo), cum Ope sorore ad Apollinem Delium profecta, mox Artemidis comes, de qua Claudian. 3. Laud. Stil. 253. et 308. Cf. Crusius, Roschers Myth. Gr. I. 2805.sqq.

HĔCĂLĒ, es, f. 1. (Ἑκάλη, demot. Ἑκαλῆθεν) cogn. mul., ingen. et libert. Corp. 5. 3813. — Ibid. 9. 3898, Æcale. — Fuit hoc nomine anus paupercula, integro carmine a Callimacho celebrata, quæ Theseum adulescentem hospitio excepit, teste Apul. 1. Met. 23. Memoratur etiam Ovid. rem. am. 747., Petron. sat. 157. Priap. 12. « Quam domo revertens Theseus repperit in rogo jacentem » (V. Etym. M., Suid v. Ἑκάλη; Naeke, opusc. II. et Gomperz, Aus d. Hecal. d. Kallimachos Wien 1893., coll. Plut. Thes. 7).

HĔCĂTÆON, ŏnis, m. 3. pater Calyces. Ovid. rem. am. 183. « Lucidaque Alcyone Calyceque Hecataeone nata ». Varia tamen est lectio. Hygin. fab. 157. habet Hecaton, cui obstat metrica ratio; alii Alymon substituunt, quod eodem vitio laborat; alii vero Hicetaon, et quidem rectius.

HĔCĂTÆUS et Hecateus, i, m. 2. (Ἑκαταῖος: cf. Ἑκάτη et ἕκατος) cogn. vir. Corp. 2. 4287.; 9. 4041 - Ibid. 5. 2797. Hecateus. — Apud scriptores memorantur ¶ 1. Hecatæus, Abderites vel Teius, historicus, æqualis Ptolemæi Lagidis, regis Ægypti, cui, expeditionem in Syriam aggresso, comitem se adjunxit fuitque illi familiaris; Pyrrhonis doctrinas secutus (Diog. 50. 9. 69); ceterum fere ignotus (V. Müller, Fragm. Hist. gr. II. p. 384-396. Cf. Rhode p. 208-217). — Historias scripsit, ex quibus celebritatem aliquam sibi comparavit, de Hyperboreis, teste Plin. 6. Hist. nat. 17. 20. (55)., et Αἰγυπτιακά vel Περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων φιλοσοφίας (Diog. 1. 10); sed horum habemus tantum fragmenta. In primo opere agit de fabulis, jam a Pindaro memoratis, a quo Hyperborei exhibentur uti sapientum populus (Pind. Pyth. X. 29-44., coll. Diod. 2. 47); in altero monumenta describuntur aliaque multa traduntur de Ægyptiorum religione ac litterario cultu, sed critice nulla; pleraque vero omnia commentitia, in quibus suum cogitandi modum in re philosophica expromit, nactus imitatores Amometon et Jambulon (Rhode p. 217), non tamen cum Euhemero comparandus (Croiset p. 146). ¶ 2. Hecatæus, argenti cælator et statuarius incertæ ætatis ac patriæ, cujus meminit Plin. 33. Hist. nat. 12. 55. (156). et 34. ibid. 8. 19. (85). ¶ 3. Hecatæus, Alexandri M. familiaris, in Asiam missus, ut Attalum interficeret (Diod. 17. 3. et alib.), is fort., quem memorat Curt. 7. 1. 38. ¶ 4. Hecatæus, Milesius, historicus ac geographus insignis, Hegesandri filius (Suid.), ca. a. 540-478. a. Chr., illustris genere, qui postquam magna itinera fecerat in Perside regionesque omnes peragraverat Dareo subjectas, Ioniis, bellum in regem Persarum molientibus, semel iterumque suasit, ut ab incepto desisterent, sed frustra (Herod. 2. 143.; 5. 125); quare, victi a Persis, durissimis condicionibus pacem impetrassent, nisi is, qua erat humanitate et prudentia, Artaphernis ope, victores ad eas mitigandas induxisset (Diod. 10. 25. 2). — Duo opera composuit: Genealogiæ (Γενεαλογίαι) ac, præcipue, Descriptio orbis (Περίοδος [seu Περιήγησις] γῆς [il giro del mondo]) cum charta geographica (γράμμα v. πίναξ), quod opus magnis laudibus cumulatum fuit, adeo ut Heraclitus paullo post eum cum Hesiodo, Pythagora et Xenophane aliisque doctissimis Græciæ viris conferret (Diog. 9. 1). — In primo Græcorum mythos persequitur, a Deucalione incipiens Hellenem ejusque filios ac nepotes, Heraclem et Heraclidas, heroas Ægyptum, Danaum, Cadmum aliosque ob oculos ponit, ita tamen ut videatur mythicis hisce narrationibus parum fidei adhibere easque philosophice magis quam historice tractare, quod ex paucis fragmentis (n. 30), quæ supersunt, colligi potest (Cf. C. Müller, Fragm. Hist. Gr. I. II. et IV., coll. Geogr. min. I). Sunt tamen eruditi haud pauci, ut Cobet, Mnemo. 1883. 1-7., Sittl, Gr. Lit. I. 349., alii, qui de Genealogiarum auctore dubitant easque Alexandrinæ ætati attribuunt; sed horum sententia levibus fulcitur rationum momentis. — In altero, quod duobus libris constat, inscriptis Europa et Asia, describitur universa terra habitata (ἡ οἰκουμένη). Hujus quoque fragmenta tantum habemus (ca. 300), sed pleraque nimis brevia, a Steph. Byz. servata, ubi cum veris fabulosa admixta sunt. Callimachus porro et Arrianus ex veteribus subditicium esse putarunt librum de Asia; ex recentioribus alii totum opus spurium existimant, secundam alii partem; contra alii Hecatæum auctorem omnino esse defendunt. Horum autem sententia, quam C. Müller (op. cit. I. p. XIII. c. 1. fr. 284) et M. Diels (Herm. 1889. p. 411.sq.) tuentur, loco Herodoti 2. 5., coll Hecatæi frg. 279., innititur, ubi evidenter ille ab hoc dictionem excerpsit δῶρον τοῦ ποταμοῦ de Ægypto; unde sequitur Hecatæum ei præcessisse, eoque, tamquam fonte, Herodotum usum fuisse. Ceterum alia sunt loca Herodoti 2. 143., 5. 36., 6. 137. etc., ubi et illum citat, quin et aliquando reprehendit. Hinc tota stat ejus auctoritas; quare, ut Herodotus historiæ, ita Hecatæus geographiæ pater est dicendus, laudatus quoque ab Hermogene, etiam ob puritatem linguæ Ionicæ et orationis perspicuitatem (Hermog. Form. stil. II. 12. 6 [t. III. p. 399. Walz]). et a Cercida Megalopolitano, legum latore et poeta (Polyb. 2. 48.65), plurimi habitus comparatusque fere cum Pythagora, Olympo et Homero (Ælian. v. h. 13. 20). — De eo, præter memoratos, vd. Michael, De logograph. qui dicuntur antiquiss. Græcorum histor., Zettauer, et Radinger, PWK 7. 2666-2750.

HĔCĂTĒ, es, f. 1. (Ἑκάτη) nom. mul. — a) Scribitur etiam Æchata in Inscr. ap. Reines. cl. 1. n. 154., rectius ap. Sansi, Antich. di Spoleto. p. 259. n. 2. CONSO NEPTVNO AECATAE. Sed, ut recte ait Forcellin., quod prior hæc syllaba per diphthongum scribitur, lapicidæ vel descriptoris mendum puta. — Ecathe, aspiratione transposita, occurrit, forma producta, in Corp. 9. 1517. Ecatheni (dat.). — Ecate, omissa aspiratione, abs. in aliis, Ibid. 8. 10582. — b) Declinatur etiam Hecate, æ, ap. Tibull. loc. cit. — Acc. Hecatam ap. Cic. Nat. D. loc. cit. (ubi al. Hecatem) et Apul. loc. cit. — Abl. Hecata est Arnob., loc. cit. — c) Etymon adfert Serv. ad Virg. 4. Æn. 511., qui eam sic dictam censet ἀπὸ τῶν ἑκατέρων (sc. ab ἕκατος), vel quod Apollinis soror sit, qui est ἑκατηβόλος; vel ab ἑκατόν, centum, propter plurimas virtutes, sive quia victimis centum placaretur; vel quod sepultorum animas cogeret centum annos errare. — Priori tamen notationi, si de lucis radiis procul ferientibus vox accipitur, favent etiam recentiores, uti Preller-Robert, Gr. Myth. 321. 3.; Wilamowitz, Herm. XXI. 609.; Steuding in Roschers Myth. Lex. I. 1899. et Gruppe Gr. Myth. 1288. 6., quibus accedit quoque Serv., qui loc. cit. ducit ultimo ab ἕω, mitto, ob radios, quos emittit. Cf. Fick, Personenn. 452., et Bury, Class. Rev. III (1889) 416.

Hecate ¶ 1. Est Jovis et Latonæ filia (hinc Latonia dicta Auson. p. 259), soror Apollinis, eadem propterea ac Diana et Proserpina, sec. Paul. Fest. p. 99. M., coll. Serv. loc. cit.; sed sec. Hes. theog. 410-451. Asteriæ et Persæ filia, ut Diana Jovis et Latonæ, Proserpina vero Jovis et Cereris. Hinc Cic. 3. Nat. D. 18. 46. « Quomodo autem potes, si Latonam deam putas, Hecatem non putare, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ? » ubi alii leg. « cujus matertera Asteria est, mater Latona ». Hinc etiam Perseis appellatur a Val. Fl. 6. 495. et Perseis ab Ovid. 7. Met. 74. — Præterea ap. Arnob. 2. p. 94. Saturni mater dicitur « Saturnus, ut vos fertis, Cælo atque Hecata procreatus ». — Itaque apud Græcos mythologos Hecate, Titanico genere, sub Jovis dominatione, non est confundenda cum Selene seu Luna, cum Artemide seu Diana, cum Persephone seu Proserpina. Est tamen quidem tricorpor ac triceps, unum caput habens caninum, alterum equinum, leoninum tertium; magicarum artium magistra ac fascinationum præses; cincta latrantium canum turma; nocte stans in triviis vel prope sepulcra et ubi loca sunt cædibus contaminata; in Samothracia et Ægina culta uti dea mystica, et Athenis in sacrario illi erecto prope templum Victoriæ, cui sacri erant canis et agnus niger, ac repræsentabatur, etiam in nummis Æzanis in Phrygia et Apameæ (Eckhel 8. p. 9. et p. 129), cum sex manibus, quæ faces, gladium, claves, pugionem et angues gestabant (Talbot, Myth. Gr. Lat. p. 224.sq. 1890., coll. Soph. frg. 490., Pap. Par. 1403., 2525., 2559., 2728., 2810., Athen. 7. 126., Apoll. Rh. 3. 251., 478., 529., 787., 842., 915. et 4. 1020., Theocr. 2. 10. etc). — Hecate apud poetas dicitur tergemina, ut Virg. 4. Æn. 511.; vel triceps, ut Auson. p. 201.; vel triformis, ut Ovid. 7. Met. 194.; triplex enim a Latinis ei nomen tribuitur: nempe in cælo Luna, in terra Diana et Lucina, in inferis Proserpina, ac triplex potestas, nascendi (γεννητική) Lucinæ; valendi (θρεπτική) Dianæ; moriendi (ἀπαραίτητος) Proserpinæ; vel etiam qua Luna, quia triplici forma se visendam præbet menstruo cursu, cava videlicet, dimidia et rotunda (fasi lunari); vel denique quia triceps, τρικέφαλος, uti dicitur, tria enim habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ita Serv. ad Virg. 4. Æn. 511. et 609. et 6. ibid. 118., Mythogr. I. fab. 112., II. fab. 15. et III. fab. 7., coll. Fulg. 1. Myth. 9. — In primis culta fuit Stratonicæ in Caria, ubi insigne habuit templum et annuos conventus, a quibus urbs etiam Hecatesia (Ἑκατήσια) nomen accepit (Eckhel, 2. p. 590); item in Lycia (Benndorf, Reis. in Lyk. 68. n. 43. 70. n. 46. etc.); in Pamphylia (Gerhard, loc. cit.); in Ionia (C. I. Gr. 2852. 37); in Phrygia (C. I. Gr. 3827 et 3857); in Lydia (Mordtmann, Mitth. d. ath. Inst. 1901. 64); in Mysia (Welcker, gr. Götterl. 2. 410. 30); in Paphlagonia (Apoll. Rh. 4. 247); in ins. Cycladibus (C. I. Gr. 24656).; in Ἑκάτης νῆσος prope Delum (Semos ap. Athen. 14. 53. p. 6456); in ins. Delo (Bull. de corr. hell. [1882] 344. n. 59); in Argolide (Paus. 2-30. 2); in Arcadia (Theop. ap. Porph.

de abst. 2. 16); in Attica (C. I. Att. 1. 208. 5. V. infra); in Thessalia (Polyæn. strat. 8. 43); in Italia (C. I. L. 6. 500. 504. etc.); Byzantii, cum sacrario (Hes. Mil. FHG IV. 149. et 151); in Africa (Petersen in arch. e pigr. Mitth. etc. 4. p. 154) etc. Hecates quoque sacerdos legitur in Inscr. ap. Orell. n. 1901. et 2335. — In aliis dicitur Hecate Augusta ap. eund. n. 1477. et 2353. — De mysteriis et oraculis Hecates vd. Paus. 2. 30. 2., Strab. 10. 468., Augustin. 19. Civ. D. 23., Eus. præp. ev. 4. 23. 6. et 5. 8. 8.sqq., Malal. p. 408. O. = 307. v. 17. Dind., coll. Cumont, Mon. Mithr. I. 140. — Hinc explicantur dicta præsertim poetarum, ut Virg. 6. Æn. 247. Voce vocans Hecaten cæelique Erebique potentem. et ibid. 118. de Sibylla. nec te Nequidquam lucis Hecate præfecit Avernis. et 4. ibid. 609. Nocturnis Hecate triviis ululata per urbes. Ovid. 1. Fast. 141. Ora vides Hecates in tres vergentia partes. Val. Fl. 7. 364. Prima Hecate stygiis duratam fontibus harpen Intulit. Claudian. de rapt. Pros. 1. 15. Ecce procul ternas Hecate variata figuras, Exoritur. Senec. Med. 847. ter latratus Audax Hecate dedit et sacros Edidit ignes face luctifera. Id. Œd. 582. Latravit Hecates turba, ter valles cavæ sonuere etc. Adde Horat. 1. Sat. 8. 33., Lucan. 6. 700., Stat. 1. Silv. 5. 56. et 1. Ach. 344. et 4. Theb. 456., 515. et 541., Tibull. 1. 2. 51., Auson. edyll. 11. 18., coll. Apul. 11. Met. 2. — De monumentis priscæ artis, ad eam pertinentibus, hæc scribit Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (32). « In magna admiratione est Herculles Menestrati et Hecate Ephesi in templo Dianæ post ædem, in cujus contemplatione admonent æditui parcere oculis: tanta marmoris radiatio est ». Sic Diana et Hecate pugnantes contra Gigantes sistuntur in marmore, illustrato a Visconti, Mus. Chiaram. p. 135 = 149.; item statua Myronis in ins. Ægina (Paus. 2. 30. 2); item antiquissimus typus Hecates (ἐπιπυργιδία), opus Alcamenis (CIA 3. 268. et Paus. loc. cit.). Plura alia habentur in Bull. et Annal. d. Ist. Arch. Cf. etiam Reinach, Cult., Myth. et relig. II. 307.sqq.; Usener, Rh. Mus. LVIII (1903) 165.; Gerhard, ant. Bildw. 92. Taf. 307. 35. — De ea cons. et Steuding in Roschers Myth. Lex. I. 1885-1910.; Farnell, Cult. of gr. stat. II (1896) 501.sqq. et Nilsson, Gr. Fest. (1906) 894.sqq. ¶ 2. Hecate altera, filia Asteriæ et Persæ, qui fuit filius Solis et frater Æetæ, quare soror patruelis Medeæ, traditurque regnasse in Chersoneso Taurica; hinc discrimen epith. Perseis vel Perseïs ap. Val. Fl. et Ovid. et Latonia ap. Aus. (V. supra). Sed unam eandemque esse cum priore eruas ab Hes. loc. cit. ¶ 3. Hecate, auct. Porphyr. ap. Augustin. serm. 212., est anima mundi, id est anima universalis, mundum regens et unum quoddam animal faciens. — Hinc Hecateius et Hecateus, adj. ad Hecatem pertinens. Ovid. 14. Met. 44. Hecateia carmina (al. gramina), i. e. magica. Stat. 1. Ach. 447. Aulis, i. e. Hecati sacra (in Aulide enim erat celebre templum ei dicatum, sæculis aliquot ante bellum Trojanum exædificatum, teste Plin. 16. Hist. nat. 40. 79. [216]). Id. 3. Silv. 1. 60. idus, i. e. idus mensis Augusti, quæ huic deæ erant sacræ; ubi alii leg. Hecateæ. Cf. etiam Anth. Lat. 395. 29.sqq. R. — Hecateis (Ἑκατηΐς), adj. patronym. ab Hecate, ap. Ovid. 6. Met. 139. — Etiam cogn. vir. V. HECATÆUS. — Sim. Hecatus (Ἕκατος, longe jaculans), cogn. vir. Inscr. in Ephem. epigr. 4. p. 105. n. 338. — Hecato v. Hecaton (Ἑκάτων), cogn. vir. Corp. 3. 5186. — Fuerunt etiam ita cognominati — Pater Calyces ap. Hygin. fab. 137. — Rhodius vir, philosophus stoicus, Panætii discipulus et Q. Ælii Tuberonis stoici æqualis, cui et libros suos de officiis scripsit, Gracchorum ætate, ut est ap. Cic. 3. Off. 15. 63. et 23. 89. et sæpe ap. Senec. benef. 1-3. 9., 2. 18. 8. etc. Cf. etiam Diog. 7. 37., 90., 101. etc.; sed ejus opera interciderunt.

HĔCĂTĒIS, idis v. idos, f. 3., et

HĔCĂTĒIUS et Hecateus, a, um, adject., et

HĔCĂTO, ŏnis, m. 3. V. voc. præc.

HĔCĂTOMPŎLIS, is, f. 3. (Ἑκατόμπολις, centum urbes habens) epith. insulæ Cretæ ap. Serv. ad Virg. 3. Æn. 106. V. Lexic.

HĔCĂTOMPȲLOS v. Hecatompylon et latine Hecatompylus, a, um, adject. (Ἑκατόμπυλος, centum portas habens), ut Hecatompylæ Thebæ ap. Hygin. fab. 275. — Absolute, urbs in finibus Hircaniæ, Parthiæ caput (Plin. 6. Hist. nat. 15. 17. [44])., hod. Chabrud. De ea Curt. 6. 2. 14. « Urbs erat ea tempestate clara Hecatompylos, condita a Græcis ». Sed quum clara esset antequam Alexander M. illuc pervenisset, videtur non a Græcis condita sed dicta, alio antea nomine appellata Bahi-Araudina (V. Mos. Coren. hist. 2. 2). Adde Ammian. 23. 8., coll. Diod. 17. 75., Polyb. 10. 28., Strab. 11. 514., Ptol. 1. 12. 5. et 6. β. 2. et App. Syr. 57. V. plura ap. Kiessling, PWK 7. 2790-2797.

HĔCĂTŌNȲMUS, i, m. 2. (Ἑκατώνυμος, centum nomina habens) cogn. vir. Corp. 5. 6498. Cf. tamen Momms. ad h. l.

HECTĬCĒ, es, f. 1. (ἑκτική, consuetudinaria) cogn. mul. in Inscr. ap. Murat. 1168. 5. — Etiam nom. serv. mul., in Corp. 5. 170.

HECTOR, ŏris, m. 3. (Ἕκτωρ) nom. vir. — a) Orthogr. Ector, omissa aspiratione, scribitur in Inscr. ap. Murat. 1398. 8. — b) Declin. in acc. Hectorem ap. Varr. 10. L. L. 69. et Mythogr. I. fab. 204. — Hectora, Gr. pos., sæpius, ut in fab. inc. XXXVI. ap. Varr. loc. cit. 70., Trag. fab. inc. 61. ap. Charis. 284. 2., Cic. 1. Tusc. 44. 105., Virg. 1. Æn. 483. et 6. 166., Horat. 1. Sat. 7. 12., Propert. 2. 8. 38., Ovid. 5. Her. 93. etc. — Acc. plur. Hectoras ap. Varr. loc. cit. 69. et Ovid. 13. Her. 68. — c) Prosod. Varr. de quantitate secundæ hæc habet loc. cit. 70. « Eo genere multi utuntur, non modo poetæ sed etiam plerique ac primo omnes, qui soluta oratione loquuntur, dicebant ut quæstorem, prætorem, sic Hectorem, Nestorem. Itaque Ennius ait - Hectoris natum de muro jactarier. Accius hæc in tragœdiis largius a prisca consuetudine movere cœpit et ad formas Græcas verborum magis revocare, a quo Valerius ait - Accius Hectorem nollet facere, Hectora mallet -. — d) Etymol. Apud Platon. Crat. 393 A., Suid. et Etymol. M. vox ducitur ab ἔχω, qua significat servo, defendo, quasi ἐχέτωρ, defensor, protector. Cf. Hom. Il. 5. 473. « Ἕκτορ, φῆς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἑξέμεν ἠδ' ἐπικούρων οἶος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσιν ». Secundum Hesych. fere idem est ac Phrygium Δαρεῖος; dicit enim « Δαρεῖος ὑπὸ Περσῶν ὁ φρόνιμος, ὑπὸ δὲ Φρυγῶν Ἕκτωρ » (V. Curtius, Ztschr. f. vergl. Sprachf. 1. 35. et Pott, Etym. Forsch. II. 260.; aliter Meyer Myth. II. 556.sqq., sed contra Crusius, S.-Ber. Akad. Münch. 1905. p. 760).

Hector ¶ 1. In titulis cogn. vir. tam ingen. quam libert., itemque nom. serv. Corp. 9. 1959. — Alia metrica in Anth. Lat. n. 1435. M. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Est celeberrimus filius Priami ex Hecuba, maritus Andromachæ, pater Astianactis et Laodamantis, per decem, quibus Ilium obsessum est, annos, Trojanorum propugnaculum, Græcorum terror, Patrocli, strenui bellatoris et amici Achillis, in pugna occisor, quem Pelides, odio iraque exardescens, illum aggressus, fortiter pugnantem interfecit ejusque cadaver, ad currum religatum, in æternam sui ignominiam ter circum mœnia Trojæ raptavit, quod pater infelix auro redemptum sepelivit. Alia insuper, quæ de eo et multa et eximia essent dicenda, fuse describuntur in primis Homer. Iliad., Dict., Daret., Lycophr., Pind., Sophocl., Æschyl., Mythogr., Hygin. (fab. 106-115), Auson. (perioch. Iliad.), Virg. (2. Æn. 290.sqq.), Anth. Lat. (n. 57., 631. et 708). — Epith. et attrib.: Dracont. 8. 98. apex urbis. Il. Lat. 815. atrox. Propert. 3. 8. 31. barbarus. h. e. non Græcus sed Phrygius. Il. Lat. 959. callidus. Mal. ap. Prisc. 1. p. 334. H. celerissimus. Il. Lat. 259. columen patriæ. Senec. Tro. 805. crudelis. Dracont. 8. 93. culmen urbis. Culex 317. decus Trojæ summum. et 308. dux sævus. Horat. 4. Od. 9. 21. et 22. ferox. Il. Lat. 815. fervidus. Propert. 2. 22. 31. ferus. Ovid. 2. art. am. 709. fortissimus. Plaut. cas. 995. Ilius. Cic. 1. Divin. 30. 65. Homericus. Horat. epod. 17. 12. homicida (quod cum laude dictum puta). Ovid. 3. Her. 86. impiger. et 13. Met. 178. inclitus. Il. Lat. 603. infelix. et ibid. insignis bello. Acc. ap. Fest. p. 359. lux Dardaniæ. Virg. 6. Æn. 166. magnus. Il. Lat. 5. 29. Mavortius. Virg. 5. Æn. 371. maximus. Dracont. 8. 212. optimus. Il. Lat. 271. Priameius heros. et 276. Priamides. German. PLM 4. 102. progenies Martis. Il. Lat. 486. spes Phrygum. et 673. superbus. et 674. Trojus heros. et 677. turbidus. Adde his Manil. 2. 3., 3. 8. et 6. 861., Martial. 10. 90., 5. 371. et 6. 166., Juvenal. 10. 259., Stat. 9. Silv. 7. 55., 4. 4. 36., 4. 7. 20. et 1. Ach. 6. et 474. et 2. 209., Claudian. carm. 21. 98., Priap. 12. 1., Cic. 2. Tusc. 17. 39. et 4. ibid. 8. 17., Macrob. 5. Sat. 2. 15., Suet. Tib. 5. et Ner. 22., Augustin. c. Secund. Man. 9. — Fuit tanquam deus cultus ab Iliensibus, teste Rufin. recogn. 10. 25.; quo spectat Maxim. Tyr. diss. 15. (p. 110. Hob.; p. 283. R.), coll. Eckhel, 2. p. 486. et Friedländer, Sittengesch. IV. 387. Cf. etiam Dion. Chrys. or. Troj. XI. 104 (I. 142. Ann.), Julian. ep. 78. ed. Hennig, Herm. IX. 25. p. 603. Hertl.; Kaibel Epigr. gr. 1080.; Geffcken, Gr. Apol. p. 120. 5. 160.; unde colligitur et templum habuisse et sacrificia et statuas. Huc etiam pertinent Hom. Il. 24. 660. et 784.sqq., coll. Paus. 9. 18. 5. et Philostr. heroic. 699. et Ovid. 13. Met. 427. — Argumentum præbuit tragicis, ut Ennio, in tragœdia inscripta Hectoris Lutra, cujus reliquias edidit Ribbeck, Trag. rel. p. 33.sqq. ed. alt. (Cf. Æschyl. trilog., inscr. Myrmidones, Nereides, Phryges vel Hectoris litra: vd. Nauck, TGF 84.sqq.); et Nævio in trag. Hector proficiscens, cujus meminit Prisc. 8. p. 801., coll. Cic. 5. Fam. 12. et 15. 6 (V. Ribbeck loc. cit. p. 8). Item rhetoribus, ap. Gell. 15. 6. et Priscian. de præexerc. c. 4. et 9. Item artificibus, quorum monumentum exstat insigne anaglyphum cadaveris Hectoris a Priamo redempti, illustratum a Visconti in Mus. Borghes. p. 220.sqq., pluraque alia, quæ describuntur v. memorantur Overbeck 464., 481.; Benndorf, Ann. d. Ist. XXVIII (1866) 241-270. cum add. Pollack, Athen. Mitt. XXIII (1898) 169.sqq.; Furtwängler, Olympia IV. 103. Taf. 39., Schneider 36.; Wolters Athen. Mitt. XX (1896) 478. Taf. 14. 1.; Robert, Bild u. Lied 19.sqq. — De eo vd. Lehnerdt ap. Roscher, Myth. Lex. I. 1910.sqq.; Gruppe, Gr. Myth.[2] 1906.; Crusius, loc. cit. 1905. et Leonard, PWK 7. 2806-2818. — Improprie, adhibetur per antonomasiam de viro forti. Propert. 2. 22. 34. « Hic ego Pelides, hic ferus Hector ego ». — Hinc plur. num. Ovid. 13. Her. 65. Laodamia Protesilao. « Hectora, quisquis est, si sum tibi cara, caveto-alios vitare memento Et multos illic Hectoras esse puta. — 2.°) Est etiam Parmenionis filius, qui eximio ætatis flore periit in fluvio, ut refert Curt. 4. 8. 7.sqq., coll. 6. 9. 27. — Hinc Hectoreus, adj., ad Hectorem Priamidem pertinens; sed sumitur etiam lato sensu pro Trojano, et latiore pro Romano. Hinc Ovid. 3. Art. Am. 778. Hectoreus equus. Virg. 3. Æn. 304. tumulus. Sil. It. 14. 203. Acestes. Ovid. 12. Met. 67. hasta. Senec. Tro. 528. soboles. Virg. 3. Æn. 488. conjux. et 1. ibid. 273. gens. et 2. ibid. 543. corpus. Stat. 1. Ach. 98. funus. Ovid. 1. Her. 14. nomen. Propert. 4. 6. 38. avi. Lucan. 9. 977. manes. Virg. 5. Æn. 190. socii.

HĔCŬBA, æ, et Hecube, es, f. 1. (Ἑκάβη) nom. mul. — Hecoba apud veteres. Quintil. 1. 4. 16. — Hecube, Gr. posit., ap. Ovid. 13. Met. 649., ubi sunt qui leg. Hecuba, sed obstat metri ratio. — Etymon vocabuli (varie scripti, ut Ἑκάβη in Tab. Il. IG XIV. 1284. IV.; Ϝεκάβα vet.-corinth. SGDI 3130., a Blass haud recte emend. Ϝεκάβα; Att. hεκάβη in vas. ap. Furtwängler-Reichhold I. 64. Taf. 41.; Etrusc. ecapa ap. Gerhard-Körte, Etr. Spiegel V. 155. Taf. 118., Latin., vi vet.-ital. accent., Hecuba; Suid. Etym. M. Ἑκάβη: Ἡ ἑκάθεν βεβηκυῖα [πρὸς τὸν ἄνδρα], quod recentioribus minus placet, quibus potius videtur contr. ab ἑκηβόλος [Ϝεκα: Ϝεκών, lubens]: non igitur procul sed pro lubitu jaculans. V. Kretschmer K. Z. XXXVIII. 467., coll. Hermann, Opusc. VII. 306. et Schulze, quæst. ep. 8).

Hecuba, filia Dymantis, regis Phrygiæ, filii Eionei, Protei nepotis (Hom. Il. 16. 718., Schol. Eurip. Hec. 1., Pherecyd. FHG IV. 639. a. in Schol. Eur. Hec. 8., Apollod. 3. 12. 5. 2., Hygin. fab. 91. 111., 243. et 249., Myth. I. fab. 204., Dict. 1. 9., Serv. ad Virg. 7. Æn. 320. et 10. 705. et Auson. 6. epit. 25); vel Cissei, regis Thraciæ, filii Eetionis et Hippothoes, filiæ Erichthonii (Athenion. et Telecl. ap. Eustath. comm. 1109. 22., Nicand. Schol. Eur. Hec. 3., Virg. 7. Æn. 320., Enn. ap. Serv. ad Virg. loc. cit., coll. Gell. 11. 4. 1., Pacuv. ap. Serv. loc. cit. [Ribb. Tr. R. frg. I. 150. XXXIV], Virg. 7. Æn. 320. et 10. 705., Apoll. 3. 12. 5. 2., Hygin. fab. cit., Drac. 8. 64., Lact. Plac. in Stat. Ach. 1. 22., Tzetz. theog. 459., Mythogr. II. fab. 297), cui quæ mater fuerit (Suet. Tib. 70), adhuc inquiritur; nam aliis dicitur Euthoe, aliis vero Euagore v. Teleclia v. Metope v. Glaucippe; communiter tamen uxor Priami, regis Trojæ, mater plurium filiorum, ut Troili, Heleni, Polydori, Polydamantis, Deiphobi, Cassandræ, fort. et Polyxenæ, præcipue vero Paridis et Hectoris, quorum primus causa fuit, cur Troja tot annis obsessa fuerit ac tandem eversa; alter contra, incredibili fortitudine insignis, firmissimum ejus propugnaculum (Mythogr. I. fab. 204). — Hæc « deformi facie fuisse fertur » (contrarium tamen tradit Dares. 12). « - Quum, incensa Troja, a Græcis captiva abduceretur et in Bistonia seu Pallene, Thraciæ regione, filii sui Polydori corpus in litore jacens agnovisset, quem Priamus cum ingenti auri vi belli initio Polymnestori genero alendum servandumque commiserat, hic vero propter auri cupiditatem post Ilii excidium gladio interfecerat, vel, ut alii scripsere, in litore ambulantem sagittis transfixerat, Polymnestorem adiit, colloquium petiit; dixit, se aurum relictum monstrare velle: deducta in sedem secretam, aliis feminis captivis invocatis, oculos tyranno eruit; quum in eam servi lapides et tela jacerent, in canem versa est ». Ita Forcellin. ex Ovid. 13. Met. 536.sqq. — Aliqui dicunt fabulam inde ortam, quod, viso Polydori corpore, quoniam aliter injuriam ulcisci non posset, Græcos inanibus lacessiverit convidiis; quare propter animi acerbitatem et rabiem in canem esse conversam finxerunt, ut apud Cic. 3. Tusc. 26. 63. legitur. Cf. Dict. 5. 16., qui addit sepulcrum ejus apud Abydum fuisse et appellatum Cynossema ob linguæ proterviam impudentiamque. — Hygin. fab. III. aliam fabulam adnectit, priori similem, eam nempe, quum ab Ulysse in servitutem traheretur, se in Hellespontum præcipitasse et canem factam esse; aliter tamen, fab. 109. et 243., rem narrat; quin Dar. 42. et 44. refert eam ab Agamemnone libertate donatam esse et cum Cassandra et Andromacha, duce Heleno, Chersonesum petiisse. — Ejus epitaphium composuit Auson. n. 26. — Memoratur autem — a) Proprie, præter quam a citatis, etiam Plaut. Bacch. 983., Macrob. 1. Sat. 11. 7., Senec. contr. 9. 28. 17., Solin. 10., Ammian. 22. 8. 4., Dracont. carm. 8. 96., 145., 164.; 8. 170. et 208., Senec. trag. pluribus locis. — Laudatur ob castitatem in conjugio ab Hygin. fab. 256. — Carmen de ea exstat in Anth. Lat. n. 105. Riese. — Argumentum præbuit fabularum Euripidi ex Græcis, et ex Latinis Ennio et Accio aliisque, quarum reliquias edidit Ribbeck, Trag. rel. p. 36.sqq., p. 198., 235., 237. et 246., et Vahlen 151.sqq.; unde fort. Quintil. 9. 3. 77. Cf. Cic. 1. Divin. 21. 42. et Varr. 7. L. L. 2. 6. — De antiquæ artis monumentis, ad eam pertinentibus, vd. Furtwängler-Reichhold, Gr. Vasenmal. I. 64. Taf. 41 (vas Euthymides); Helbig, Führer II. 316., 1248 (amphora Mus. Greg.); Overbeck, Heroengall. I. 401 (crater); Gerhard IV. 2. 56.sq. (speculum); alia in Bull. et Ann. d. It. arch. a cl. Visconti illustrata. — De ea cf. Höfer in Roschers Myth. Lex. I. 2. 1878.sqq. et Sittig, PWK 7. 2652-2662. — b) Improprie usurpatur de quacumque vetula. Martial. 3. 76. Cum potes Hecubam (vetulam et deformem facie), non potes Andromachen (juvenem et formosam)?

HĔCȲRA (ἑκυρά, socrus), titulus comœdiæ Terentii, ab ipso auctore ita inditum, prol. 1. « Hecyra est huic nomen fabulæ ». V. TERENTIUS et Lexic.

HĒDĒTĀNI. V. SEDETANI.

HĒDĪBIA, æ, f. 1. (Ἡδυβία, dulciter v. suaviter vivens) mulier Christiana, pietate et eruditione commendabilis, teste Hieronym. ep. 122 (a. 408).

HĒDISTUS, i, m. 2. (ἥδιστος, dulcissimus) cogn. vir. Gr., ingen. et libert. Corp. 2. 4551. — Hediste (Ediste), cogn. mul. C. 2. 3589.; 10. 1787. et 6. 19173 (in vico Card. Carpensis). — Ibid. 2. 30. Ediste. — Forma producta, in Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 496. Hedistenis.

HĒDIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. — Scribitur etiam, priscorum more, Heidius, ut in Corp. 10. 8783. — Hiidius in Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1150. — Specistim memorantur ex præcipuis — (Hedius) Lollianus Avitus, cons. suff. a. 113. p. Chr. cum L. Messio Rustico (Corp. 8. n. 26), cujus filius, plene dictus Hedius Lollianus Avitus, fuit cons. a. 144. p. Chr. Cf. Borghesi in Bull. Arch. nap. III. p. 98. sq. — Item L. Hedius Lollianus Avitus cons. a. 114. cum T. Statilio Maximo, in Inscr. in Bull. d. Ist. arch. a. 1867. p. 128., perperam Publius dictus in Fast., fort. Rufus, ut quidam volunt, sed nulli solido fundamento innixi (Cf. tamen seq.). Fuit etiam curator operum publicorum, ut in Inscr. ap. Orelli n. 2456. Alia quoque munera obiit, ut arguitur (Borghesi loc. cit.) ex epist. Frontonis (ad amic. 1. 3); nempe unus fuit ex quattuor consularibus Italiæ et propriæ Venetiæ, et sub Antonino Pio consul Africæ, in Apologia, quam de se coram eo habuit, summis laudibus cumulatus ab Apul. 94.sqq.; ac denique legatus Bithyniæ. Ulp. dig. 50. 2. 3. — Item Q. Hedius Rufus Lollianus Gentianus, filius præcedentis, Salius Palatinus a. 171 (Frg. Fast. Sac. ap. Marini Fr. Arv. 166); consul suff., ut videtur, sub Commodo imp. (Ibid.); proconsul Asiæ sub finem imperii Septimii Severi (a. 211). Corp. 2. 4124., coll. 4122. — Item Q. (Hedius) Lollianus Plautius Avitus, consul suff. ca. a. 210., a matre Plautia, cujus cursus honorum patet ex Inscr. haud ita pridem reperta Romæ editaque a Lanciani ap. Fiorelli, Not. degli scavi a. 1883. p. 448. - Q. LOLLIANVS Q. F. POLL. PLAVTIVS AVITVS COS. AVGVR. PR. CAND. TVTEL. LEG. LEG. VII. GEMIN. PIAE FELICIS IVRIDIC. ASTVRICAE ET CALLAECIAE LEG. AVGG. PROV. ASIAE QVAEST. CANDIDAT. TRIB. LATICLAV. LEGION. XIII. GEMIN. TRIVMVIR. MONETALIS A. A. A. etc. — In titulis etiam cogn. mul., ut Hedia in Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 2647.; Hedeia in Corp. 6. 19171.; Edea in alia ap. Garrucci, Syll. n. 6160. — Specistim memorantur — Antonia Hedia, liberta Antoniæ Maximillæ, ap. Plin. 10. ep. 4. — Item (Hedia) Lolliana Plautia Sestia Servilia, filia Q. Hedii Lolliani Plautii Aviti, femina clarissima, ap. Lanciani, Top. p. 219. n. 46 (in tubo plumbeo). — Item (Hedia) Terentia Flavola v. Flavula, virgo Vestalis maxima, soror Q. Lolliani Plautii Aviti. Corp. 6. 2130 (a. 215).

HĒDON, ŏnis, m. 3. (cf. ἡδονή, voluptas) cogn. vir. Gr. in Inscr. ap. Orelli n. 4157. — Hedone, cogn. mul. tam ingen. quam libert., itemque nom. serv. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1435. et ap. Wilm. n. 197. — Corp. 5. 1214. Edone. — Forma producta ibid. n. 890. Hedononi (dat.). et ibid. 6. 8931. Hedonati (dat.). — Hinc Hedonius (Ἡδόνιος), agnom. vir., in Inscr. ap. Wilm. n. 2483. AEMILIVS EPICTETVS SIVE HEDONIVS GRAMMATICVS. — Hedonion (Edonion), cogn. vir., demin. Græcorum more, in Corp. 9. 1624. — Hedonium, nom. mul., ὑποκοριστικῶς usurpatum, sed cogn. libertin. in Inscr. in Bull. d. Ist. arch. a. 1856. p. 82. — Hedonicus (Edonicus), cogn. vir., ingen. et libert. Gr., ab ἡδονικός, voluptuarius, in Dipl. in Corp. 3. n. 21. et in Inscr. in Bull. Arch. Com. a. 1880. p. 42. Edonici.

HĒDŎNĒ, es, f. 1., et

HĒDŎNĬCUS, i, m. 2., et

HĒDŎNĬON, ŏnis, m. 3., et

HĒDŎNĬUM, ii, n. 2. V. voc. præc.

HĒDŬI. V. ÆDUI.

HĒDŬLĬO et Edulio, ŏnis, et

HĒDŬLIS, is, f. 3., et

HĒDŬLĬUM et Hedylium, ii, n. 2. V. voc. seq.

HĒDŬLUS et Hedylus, i, m. 2. (ἥδυλος, dulciculus) cogn. vir. Gr. Corp. 5. 4236. et 10. 4645. — Hinc Hedulio (Edulio), cogn. mul. tam ingen. quam libert., demin. more Gr. Corp. 9. 3628. — Hedulis, nom. mul. in tit. Chr. Corp. 10. 4618. HIC REQVIESCIT IN SOMNO PACIS MVLIER HEDVLIS DVLCIS VERECVNDA BENIGNA etc. — Hedulium (Hedylium), cogn. mul., ὑποκορ. adhibitum pro Hedulis. Corp. 9. 6191. — Cf. Hedus, idem ac Hedys (ἡδύς, dulcis, suavis), cogn. vir. Gr. Corp. 10. 3693. et 6023. — Hedyle (es), nom. serv., demin. ab ἡδύς, suavis, ap. Petron. sat. 113.

HĒDȲCHRUS, i, m. 2. (Ἡδύχροος, dulci v. jucundo colore præditus) cogn. vir. Gr. Corp. 5. 821.

HĒDȲĔPES, is, m. 3. (Ἡδυεπής, dulciloquus) nom. serv. Gr. in Inscr. ap. Brambach, n. 1052.

HĒDȲLĂLUS, i, m. 2. (Ἡδύλαλος, dulciloquus) nom. serv. Gr., in Inscr. ap. Wilm. n. 359.

HĒDȲMĔLĒS, is, m. 3. (Ἡδυμελής, dulciter canens) nom. serv. Gr. Corp. 2. 3231. — Fuit etiam hoc nomine citharœdus suo tempore famosus, memoratus Juvenal. 6. 383. Cf. Schol. ad l. — Hedymele, nom. serv. mul. Corp. 10. 799.

HĒDȲNŎĒ, es, f. 1. (ἡδύς, dulcis, et νόος, animus v. mens, quasi dulcis mens: ital. soave pensiero) cogn. mul. Gr. Corp. 5. 182.

HĒDYPNOS, i, m. 2., vel potius Hedyphon, ontis, m. 3. (Ἡδυφῶν Strab.) nom. fluvii Asiæ interioris, qui in Eulæum influit. Plin. 6. Hist. nat. 27. 31. (135). — Ad eum Seleucia, olim Soloce, sita erat (Strab. 16. 744), hod. fort. Djerrahi.

HĒDYSTRĂTĪDĒS, is, m. 3. cælator, qui floruit circa Pompeji M. ætatem et prælia armatosque cælavit, ut ait Plin. 33. Hist. nat. 12. 35. (156); unde fortasse cognominatus est. Vario tamen legitur.

HĒDȲTĔRA, æ, f. 1. (compar. Gr. ab ἡδύς, dulcis, forma communiore, i. e. dulcior, suavior) cogn. mul. Gr. Corp. 5. 171.

HĒGĒA et Hegeas, æ, m. 1. (Ἡγέας, dux) ¶ 1. Fuit vir quidam, cujus mentio fit ap. Plaut. Pers. 824. ¶ 2. Item præfectus equitum Neapolitanorum, qui dimicans cum Hannibale periit a. 216. a. Chr. Liv. 23. 1., ubi Hegeas.

HĒGĒLŎCHUS, i, m. 2. (Ἡγέλοχος, dux v. præfectus manus militum) ¶ 1. Fuit dux Alexandri M., filius Hippostrati, Macedonius, de quo Curt. 3. 1. 19. et 4. 5. 14., coll. Arrian. anab. 1. 13. 1. et alib. V. Schäfer, Dem. III. 178. et 182. ¶ 2. Item familiaris Parmenionis, qui in pugna occubuit, cujus meminit Curt. 6. 11. 22-27.

HĒGĒMON, ŏnis, m. 3. (Ἡγεμών, dux) cogn. vir. Gr. Corp. 10. 1403. c. 3. l. 17. — Hinc Hegemonis (Idis), Ἡγεμονίς (imperatrix), cogn. mul. Gr. Inscr. ap. Murat. 1528. 17. — Hegemonicus (Ἡγεμονικός), cogn. vir. Gr. Inscr. ap. Fabretti p. 248. n. 17.

HĒGĒSĂRĒTUS, i, m. 2. (Ἡγησάρετος: ab ἥγησις, ductio, et ἀρετή, virtus) fuit « veteris homo potentiæ, qui Pompejanis rebus studebat », ut ait Cæs. 3. B. C. 35 (ubi al. Hegesaretos, Gr. posit.). — Cic. 13. Fam. 25. Hegesaretus.

HĒGĒSĬĀNAX, actis, m. 3. (Ἡγησιάναξ, ductor princeps) vir Alexandrinus, filius Diogenis, ex Troade legatus Antiochi ad Romanos missus a. 193. a. Chr. Liv. 34. 57-59., coll. Pol. 18. 30. et 33. et App. Syr. 6. — Plura scripsit, quorum fragm. exstant ap. C. Müller, Hist. Gr. frgm. III. 68.sqq. — De eo vd. Jacoby, PWK 7. 2602.sqq.

HĒGĒSĬĀS (Egesias), æ, m. 1. (Ἡγησίας, ductor, prætor) Agesias, forma Æolica, pro Ionica Hegesias, quam Attici scriptores tum demum adhibuisse videntur, quum originem vocis ex verbo ἡγεῖσθαι indicare vellent. Hæc autem a quibusd. legitur ap. Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. (78)., ubi alii leg. Hegias. Cf. Lab. ad Visc. Mon. Borgh. præf. p. V.sqq. — Agesias, forma Dorica, legitur græce in titulo infra cit. sub n. 3.° — Mentione digni sunt ¶ 1. Hegesias, Cyrenaicus, philosophus, dictus Πεισιθάνατος (Diog. 2. 93), ut alter ejusdem scholæ, Theodorus, Ἄθεος (Id. 2. 97-104). — Ex iis, quæ scripsit, nihil superest; citatur tantum liber Ἀποκαρτερῶν (de iis nempe, qui vitam non tolerant, sed inedia conficiuntur) a Cic. 1. Tusc. 34. 83., qui de eo ita scribit: « A malis mors abducit, non a bonis. Et quidem hoc a Cyrenaico He-

gesia sic copiose disputatur, ut is a rege Ptolemæo *(Lago)* prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quod multi iis auditis, mortem sibi ipsi consciscerent ». *et mox.* « Ejus autem liber est Ἀποκαρτερῶν, quod a vita quidam per inediam discedens revocatur ab amicis, quibus respondens vitæ humanæ enumerat incommoda ». Cf. *Val. Max.* 8. 9. *ext.* 3. et *Vitr.* 8. 3. 27. — De eo vd. *Murray, An ancient Pessimist, in The Philos. Review II* (1893) 24-34. et *Christ-Schmid* in *Müllers Handb. VII.* 613. ¶ 2. Hegesias, Magnes, orator et historicus, qui floruit ca. dimid. sæc. III. a. Chr., Charisio, quem secutus est *(Cic. Brut.* 83. 286), posterior quidem, sed anterior scholâ Pergamena, quæ eloquentiæ ejus est adversata. Quod autem ad ejus celebritatem plus contulit, non est operum, quæ jam interciderunt, excellentia, nec hominis, a veteribus plerisque omnibus vehementer reprehensi, ingenium, sed maxima, quam habuit, suo tempore ac post, auctoritas; siquidem primus Asiaticum, quod vocatur, dicendi genus invexit, a plurimis non modo oratoribus ac rhetoribus imitatum, sed etiam ab historicis, ita ut Asianæ eloquentiæ sit ipse magister et caput. — *Cic.* in primis *(Brut.* 67. et 69). illum eloquentiæ integritatem corrupisse adfirmat. *et ibid.* 83. scribit: « Charisii vult Hegesias esse similis isque se ita putat Atticum, ut veros illos pæne agrestes putet ». Adde *Quintil.* 12. 10. 16-17., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (207), *Dion. Hal. de comp.* c. 18., *Theon. progymn. I. p.* 169. *Rhet. gr. Walz (II. p.* 71. *Sprengel). Ps.-Longin. De subl.* 3. 2. — Unus fortasse ex omni antiquitate *Varro (Cic.* 12. *Att.* 6) fractum Hegesiæ dicendi genus probavit, et etiam, ut videtur, *Gorgias*, qui exempla figurarum ab eo est mutuatus. Sed *Plut.* in primis *Alex.* 3. et *Dion. Hal. loc. cit.* non solum sententiarum inanitatem sed et orationis structuram redarguunt, et verborum affectationem jocosque ineptos ac metaphorarum pæne ridicularum usum. — Scripsit primus *Alexandri M. historiam*, quam miraculorum fabularumque plenam vocat *Gell.* 9. 4., ubi sales ac lepores in re gravi minus congruere videntur (Cf. *Plut. loc. cit.*). De Gazæ obsidione episodium profert *Dion.*, de quo hoc fert judicium: « ὑπὸ γυναικῶν ἢ κατεαγότων ἀνθρώπων - καὶ οὐδὲν τούτων μετὰ σπουδῆς, ἀλλ' ἐπὶ χλευασμῷ καὶ καταγέλωτι ». Alia id genus videre est apud *Strab.* 9. 396. et *frg.* 2 *(p.* 139-441) et *Agatharch.* ap. *C. Müller*, qui in op. *Fragments des Historiens d'Alex.* collegit (ap. *Didots Arrian.* Paris 1846. *p.* 138-144), quæ ex Hegesia Magnete supersunt. ¶ 3. Hegesias, Maronites, qui de agricultura scripsit. *Varr. R. R.* 1. 8. et *Columel.* 1. 1. 9. — *Maronæum* vocat *Plin.*, qui eum inter suos fontes *Ind. I.* 8. retulit. ¶ 4. Hegesias, artifex, de quo hæc suminus ex *Catal. Artif. Sillig. p.* 232.*sq.* « Statuarius in vulgatis Quintiliani (12. 10) editionibus, *Egesias* appellatus, ab hoc cum Callone (Ægineta) componitur, uterque vero *duriora et Tuscanicis proxima opera* fecisse traditur. - Duo exstant loci -, quibus Hegesias memoratur, unus *Luciani præcept. rhet.* 9. « οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐστίν, Ἡγησίου καὶ τῶν ἀμφὶ Κριτίαν τὸν Νησιώτην »; alter *Plinii* 34. 8. 19 (laudantur) *Celetizontes pueri et Castor et Pollux ante ædem Jovis Tonantis Hegesiæ* ». Mox vero quum fiat quæstio de varia apud varios nominis scriptione, ita ut distingui facile nequeat unus artifex ab alio, sic ibi concluditur: « 1.° *Hegesias* statuarius, æqualis Callonis Æginetæ et Critiæ vulgari magis loquendi ratione *Agesias* dictus, quod inde etiam plerique librarii Pliniani receperunt, ab ipso Plinio *Hegesias* appellatus est, ut is scilicet litterarum seriem servaret. 2.° *Hegesias* alter, sculptor Ephesius, filius Dosithei, artifex *herois Borghesiani*, quem certe post Myronem floruisse multa docent *(Meyeri hist. art. Gr. I. p.* 292.*sq.)*. Inscriptio operi incisa hæc est: ΑΓΑΣΙΑΣ ΔΩΣΙΘΕΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ. Hujus *Agesiæ* filius Heraclides fuisse videtur. 3.° *Hegesias* tertius, itidem sculptor Ephesius, qui sub Romanorum imperio in insula Delpho artem exercuit. - Hujus enim nomen inscriptio græca apud *Fr. Gronovium* ad *Plinii h. l. (T. III. p.* 826) exhibet: ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ ».

HĒGĒSANDRUS, i, m. 2. (Ἡγήσανδρος, *dux virorum)* cogn. vir. libertini generis. *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 148. *n.* 162. — Plures hoc nomine apud Græcos notatu digni memorantur; sed ex his nullus apud Latinos.

HĒGĒSIDĒMUS, i, m. 2. (Ἡγησίδημος, *dux populi)*, historicus, patria, ut videtur, Cythnius, a *Plin.* in *Ind. I.* 9. inter fontes suos relatus. — De eo ejusque scriptis vd. *Jacoby, PWK* 7. 2608.*sq.*

HĒGĒSILŎCUS, i, m. 2. (Ἡγησίλοχος, *dux manus militum)* summus Rhodiorum magistratus, cujus prudens consilium refert *Liv.* 42. 45. in bello imminenti Persei in Romanos, a. 171. a. Chr.

HĒGĒSĪNUS, i, m. 2. (Ἡγησίνους, *dux v. ductor mentis)* Pergamenus, philosophus Academiæ novæ, successor Euandri et magister Carneadis, floruit ca. a. 185. a. Chr. Memoratur *Cic.* 1. *Acad.* 2. 6.

HĒGĒSIPPUS (Egesippus), i, m. 2. (Ἡγήσιππος, *ductor equorum) Hegesippus* aliquando, corrupte, pro *Josephus*, usurpatum est, quo nomine innotuit sequiore tempore interpretatio latina *Belli Judaici*, a *Fl. Josepho* græce scripta *(Croiset* et *Lietzmann)*. — Est autem ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Grut.* 809. 11. ¶ 2. Apud scriptores celeber eruditione et sanctitate philosophus Platonicus, natione Judæus, ad Christi fidem conversus, qui historiæ ecclesiasticæ quinque libros scripsit. De eo *Hieronym. vir. ill.* 22. « Hegesippus vicinus apostolorum temporum et omnes a passione Domini usque ad suam ætatem ecclesiasticorum actuum texens historias multaque ad utilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros composuit sermone simplici, ut, quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret charactera. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum episcopus fuit, et perseverasse usque ad Eleutherium, ejusdem urbis episcopum, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Præterea adversum idola disputans, quo primum errore crevissent, subtexit historiam etc. ». Adde *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 3., qui eum *sapientissimum* dicit. Sæpe etiam citatur ab *Euseb.*, cujus locos collegit *Schwartz* in ed. *Eus. hist. eccl. III.sq.* — Obiit ca. a. 180. — De eo vd. *Chronol. I.* 311.*sqq.* et *Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. I.* 483.

HĒGĒTOR, ŏris, m. 3. (Ἡγήτωρ, *ductor, princeps)* cogn. vir. *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV.* 139. *n.* 475. — Fuit etiam ita cognominatus artifex, cujus opus, *i. e.* testudinem, describit *Vitr.* 10. 15. 2., ubi alii leg. Doric. *Agetor.*

HĒGIĀS, æ, m. 1. (Ἡγίας, contr. fort. ab Ἡγησίας) statuarius Atheniensis, Ageladæ, Onatæ *(Paus.* 8. 42. 5) et Critiæ Nesiotæ æqualis *(Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. [78]). Floruit igitur eodem fere, quo Hegesias, tempore, ejusque opus *Minerva Pyrrhusque rex* a *Plinio l. c.* celebratur. Cf. *Heynii* Opusc. *V. p.* 369. et *Thiersch. Epoch. II. adn. p.* 35), qui velint esse ab Hegesia non diversum; hanc vero opinionem *C. Müller* jure optimo rejecit. V. *Cat. Artif. Sillig. p.* 226.

HĒGĬO, ōnis, m. 3. persona comica in argumento fabulæ *Plauti*, quæ *Captivi* inscribitur, et in fabulis *Terentii*, quarum tituli *Adelphi* et *Phormio.*

HEJUS, i, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 2. 183. et *Heja*, nom. mul. *Ibid.* 196. — Fuerunt etiam hoc nomine — *Hejus*, pupillus, Lilybætanus, C. Marcelli, cui Verres scaphia cum emblematis abstulit, teste *Cic.* 4. *Verr.* 17. 37. — *C. Hejus*, legationis Mamertinæ princeps, civitatis nobilissimus, de quo *Cic.* 2. *Verr.* 5. 13. et 4. *Ibid.* 2. 4. et 5. *Ibid.* 18. 47., coll. *Quintil.* 7. 4. 36. — *Cn. Hejus*, « in judiciis publicis, florente republica, floruit ». *Cic. Cluent.* 38. — Hinc fort. *Hejulejus (Hejolejus* et *Ejulejus)*, nom. gent. vir. *Inscr.* (a. 108. a. Chr.) ap. *Garrucci, Syll.* 623. Cf. *Corp.* 6. 2640. et 10. 3776., 3777.

HELÆA, æ, f. 1. oppidum in insula Cytherea, ubi erat Apollinis et Dianæ fanum. *Dar.* 10.

HELBĒSUS, i, m. 2. fluvius in Sicilia, de quo *Solin.* 5. « Apud Segestanos Helbesus (nonnull. mss. *helbessus)* in medio flumine subita exæstuatione fervescit ». Sunt qui cum *Telmesso* unum idemque arbitrentur (Cf. *Ælian. v. h. II.* 33). *Parthey* putat esse hod. *Fiume San Cataldo* (V. *Holm, Gesch. Sizil.* im *Altert. I.* 33. et 344).

HELBO, ōnis, v. us, f. insula in ora Lyciæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (131). — *Kiepert, Kart. v. Kleinas.* D *II.* eam vult esse hod. *Arthoki* in *Makribucht.*

HELBONĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 4112. — *Helbonia*, nom. mul. *Ibid.*

HELCESAĪTÆ, ārum, m. plur. 1. hæretici, iidem qui Helcesei, ap. *Rufin. h. e.* 6. 28. ex *Eus.* V. ELCESÆI.

HELCĪA v. Helcias, æ, m. 1. nom. vir. (Hebr. *Hhilqiyyâh*, plene *Hhilqiyyâhû* « (cujus) pars Dominus »; *LXX.* Χελκίας) ¶ 1. Fuit pater Eliacim. *Vulg.* 4. *Reg.* 18. 18. et *Is.* 22. 20. et 36. 22. ¶ 2. Item summus sacerdos ex familia Sadoc, filius Sellum et pater Azariæ, probabiliter unus ex majoribus Esdræ (1. *Par.* 6. 13. et 1. *Esdr.* 7. 1). — Pontificatum exercuit sub Josia rege (4. *Reg.* 22-23., 2. *Par.* 34. 9-28. et 1. *Esdr.* 1. 8), cujus tempore inventus est liber Legis *(sepher thôrath Yâhweh)*, nempe, probabiliter, Deuteronomium; quare pius Josias cultum religiosum, uti fuerat ante Manassem et Amon, reges impios, purum integrumque restituit (4. *Reg.* et *all. locc. citt.*). — Sunt qui putent, Clementem Alexandrinum secuti, hunc fuisse patrem Jeremiæ *(Jer.* 1. 1); verum hæc opinio nulli solido fundamento innititur. ¶ 3. Item alii, quos videre est 1. *Par.* 6. 45., 26. 1., 2. *Esdr.* 3. 4., *Jer.* 1. 1. et 29. 3., *Bar.* 1. 1., *Dan.* 13. 2. 29. et 63.

HELDĪCA, æ, m. 1. vir, ut videtur, Vandalus, præpositus regni sub Genserico rege. Hunc hæreticus Hunericus, ejus filius ac successor, una cum uxore interfecit, nec fratri pepercit, nomine Gamuth v. Camul, quem exquisitis tormentis vexavit, uti refert *Vict. Vit.* 2. *pers. Vand.* 5.

HELDŪA, æ, f. 1. oppidum Phœniciæ litoralis ad meridiem Beryti, hod. *Chaldé*, in *Itin. Hieros. p.* 583. — In *Tab. Peut.* Heldo.

HELELA, æ, f. 1. (Ἀλαλίς *Ptol.)* oppidum in Mesopotamia ad Euphratem, inter Barbalisson et Suram *(Not. dign. imp. or.* 33), ubi cohors prima Gothorum sedem habebat, ab *Arduin. Act. Conc. I.* 314. dictum *Alalius*, ab aliis *Alalorum*, ap. *Le Quien, Oriens Chr. II.* 848. Cf. *Herzfeld* in *Sarre-Herzfeld Arch. Reise in Euphr.-u. Tigris-gebiet I* (1911) *p.* 155.

HELELLUM, i, n. 2. oppidum Germaniæ superioris *(Triboces)* ad meridiem Argentorati, hod. *Ell*, in *Corp.* 13. 2. *p.* 142. et *Tab. Peut.* — In *Itin. Ant. p.* 252., 350. et 354. Helvetum *(Ptol.* 2. 9. 18. Ἔλκηβος).

HELEM, indecl. ¶ 1. Est nom. vir. (Hebr. *Hhelem* « pinguedo »). — 1.°) Fuit hoc nomine unus ex progenie Aser, frater Somer (1. *Par.* 7. 35). — 2.°) Item qui redux a captivitate una cum Tobia et Idaia, munus habuit coronas ex auro et argento ponendi « in capite Jesu, filii Josedec, sacerdotis magni », ap. *Zach.* 6. 11., ubi tamen *Vulg.* habet *Holdai*, sed *ibid.* 14. legitur « Et coronæ erunt Helem et Tobiæ et Idaiæ etc. ». ¶ 2. Est etiam oppidum in Africa, alio nomine *Mecira*, teste *Itin. Ant. p.* 69. — *Kiepert* vult esse hod. *Bokchyris.*

HĔLĔNA, æ, f. 1. (Ἑλένη, ab ἕλη, *splendor*, v. ἑλάνη, *fax) Felena* cum digammate legitur in *Cista Prænestina* apud *Garrucci, Syll. n.* 524. pro *Helena.* — Etiam *Elena* v. *Elene* sine aspiratione scribitur in *Corp. I. L.* 5. 1350. et 10. 2013. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Helena, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Helena — *a)* Proprie, filia Jovis *(Hom. Il.* 3. 199., 418. et alib., *Od.* 4. 184., 219.; 23. 218), qui cum Leda, in cycnum conversus, concubuisse fertur, ex cujus ovo nati sunt Castor, Pollux et Helena *(Mythogr. I. fab.* 3., coll. *Fulg.* 2. *Myth.* 16. et *Hygin. astr.* 2. 8., qui aliter rem tradit); vel non ex uno sed duobus ovis, ex quorum altero Castor et Pollux, ex altero Clytæmnestra et Helena *(Mythogr. III. fab.* 15.;

aliter vero *Mythogr. II. fab.* 132); sed *Hygin. (fab.* 77) refert Ledam, a Jove in cycnum converso apud Eurotam fl. compressam, ex eo peperisse Pollucem et Helenam; ex Tyndaro autem Castorem et Clytæmnestram; at, non sibi constans, alibi tradit eam fuisse filiam Tyndari, regis Œbaliæ, et Ledæ, Thestii filiæ *(fab.* 79) et sororem Castoris, Pollucis et Clytæmnestræ *(fab.* 78., coll. *Hes. frg.* 93., *Stesich.* in *Schol. Eur. Or.* 249., *Eurip. Hel.* 20. et *Hecub.* 269., *Horat.* 1. *Od.* 8. 9), affinitate conjunctam cum domo Priami et Hecubæ, ap. *Dict.* 1. 9.; ubi Helena ipsa genus suum repetit a Danno et Agenore, qui sui et Priami generis auctores dicuntur. — Porro feminа fuisse perhibetur eximiæ pulcritudinis *(Dict.* 1. 4., *Dar.* 12., *Quintil.* 8. 4. 21., *Stat.* 4. *Silv.* 8. 28., *Dracont.* 8. 490. etc.). Hinc de ea *Horat. epod.* 14. 13. « non pulcrior ignis Accendit obsessum Ilion ». — Hinc etiam intelligitur, cur a pluribus esset in uxorem expetita; quin adhuc puellam quidam tradunt raptam fuisse a Theseo, ope Pirithoi, dum in fano Dianæ sacrificabat, et Aphidnas delatam, Atticæ pagum; sed a fratribus recuperatam, qui Æthram, Thesei matrem, in servitutem Helenæ dederunt *(Hygin. fab.* 79., *Apollod.* 3. 128., *Diod.* 4. 63., *Paus.* 1. 41. 4., *Plut. Thes.* 31., *Lycophr.* 513., *Her.* 9. 78., *Ovid.* 5. *Her.* 127. *Dar.* 10., qui eam a Cytherea insula abstractam fuisse refert); contra alii Helenam ajunt, a Theseo raptam, in Ægyptum perductam fuisse commissamque Proteo regi *(Mythogr. II. fab.* 133., coll. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 2. 5. [12]). Hunc tamen raptum, de quo nulla est mentio ap. *Homer.* (Cf. *Schol. Il.* 7. 852. et 13. 626), recentiores infitiantur (V. *Toepffer, Beiträg.* 154. et *Bethe, PWK* 7. 2828. *sq.)*. — Nomina autem procorum legimus apud *Apollod. loc. cit.* et *Hygin. fab.* 81., ex quibus præcipui sunt Ajax Oilei, Ajax Telamonis, Diomedes Tydei, Menelaus Atrei, Sthenelus Capanei, Teucer Telamonis et Ulysses Laertæ, cujus monitu pater, ut habet *Hygin. loc. cit.*, filiæ potestatem fecit, ut cui vellet nubere, coronam imponeret, quam illa Menelao imposuit; itaque ei uxor est tradita. — Menelaus eam secum duxit Spartam, ex qua filiam habuit Hermionem *(Mythogr. I. fab.* 204., coll. *Virg.* 3. *Æn.* 328. et *Propert.* 1. 4. 6). — Huc advenisse fertur legatus Alexander seu Paris, filius Priami, qui in hospitium est a Menelao exceptus; sed, Helenæ venustate illectus, eam rapuit Trojamque abduxit, Venere auxiliante, primum invitam, dein annuentem *(Hygin. fab.* 22., *Mythogr. II. fab.* 199., coll. 205., *Dict.* 1. 9. et 10., *Apul.* 10. *Met.* 30). — Statim ut rem cognovit Menelaus, misit ad Priamum legatos, qui eam domum reducerent *(Dict.* 1. 6. *sqq.)*. Priamus, consilio convocato, quid esset agendum, quæsivit; cui responsum est, paucis refragantibus, inter quos Antenor et fort. etiam Æneas *(Liv.* 1. 1., coll. tamen *Dict.* 2. 26), non esse Helenam restituendam *(Mythogr. II. fab.* 196., coll. *Dict.* 1. 10. et *Dar.* 35). — Hinc causa belli famosi *(Cic.* 2. *Phil.* 22. 55., *Horat.* 4. *Od.* 9. 13., *Hygin. fab.* 77. etc.), quod Græci contra Ilium gesserunt, qui, post decem annos obsidionis, urbem expugnatam incendio deleverunt (*V.* PARIS et TROJA). — Paride dein occiso a Pyrrho, filio Achillis, quem ille interfecerat, Deiphobus, alter Priami filius, Helenam, matrem ex Paride Bunomi, Corythi et Idei, duxit uxorem, quem ipsa paullo post interemit *(Dict.* 4. 22. et *Hygin. fab.* 240). Sed, Troja capta, Helenam Ajax occidendam esse censuerat; verum Menelaus eam recuperavit secumque Lacedæmonem abduxit post emensam octo annorum navigationem, periculis plenam atque infortuniis *(Hygin. fab.* 118). — Obiit in patria Therapne ibique ad Eurotam sepulta est. — Hinc explicantur epitheta aliaque, quæ de ea leguntur, præsertim apud poetas, ut: *Epit. Iliad.* in *Anth. Lat.* 337. Cycneis. *Ovid.* 15. *Her.* 1. Ledæa. et 15. *Her.* 123. Œbalis. *Lucr.* 1. 468. Tyndaris. *Propert.* 2. 15. 13. et *Dracont.* 8. 1. Lacæna. *Virg.* 1. *Æn.* 650. Argiva. *Ovid.* 3. *Art. am.* 49. Therapnæa marita. *Senec. Tro.* 1133. pronuba. *Ovid.* 15. *Her.* 285. simplex. *Dracont.* 8. 653. fugax. *Horat.* 3. *Od.* 3. 25. adultera. *et epod.* 17. 42. infamis (V. *Orelli* et *Ritter* ad *h. l.)*. *et* 3. *Od.* 3. 20. peregrina. *Dracont.* 8. 285. regina. *et* 557. nurus Priami. *Trag.* ap. *Cic.* 1. *Divin.* 50. 114. Furiarum una. *Virg.* 6. *Æn.* 511. scelus exitiale Lacænæ. *Hygin. fab.* 249. fax scelerata. *et Cic. loc. cit.* belli causa. *Orest.* 200. 201. interfectrix. *Ovid.* 4. *Pont.* 16. 26. redux. Memoratur etiam *Enn.* ap. *Rufin. de fig. sent.* 37., *post.* ap. *Cic.* 3. *Orat.* 59., *Stat.* 1. *Silv.* 2. 214. et 4. 9. 28. et 2. *Ach.* 350., *Catull.* 68. 87., *Petron. sat.* 59. et 138., *Claudian. carm.* 29. 148., *Macrob.* 7. *Sat.* 1. 18., *Augustin. ep.* 40. etc. et, ex Græcis, *Polyb.* 5. 18. 3., *Theocr.* 18. 48.*sqq.*, *Euripid. Hel.* 20. et *Hecub.* 269. et alib., *Plat. Phædr.* 243 A, *Pind. Nem.* 10. 150., *Isocr. Hel.* 68., *Stesich.*, qui, coll. *Hieronym.* ap. *Augustin. ep.* 68. fluctuans dicitur inter Helenæ vituperationem et laudes. — Helenam mortuam inter sidera, immortalitatem adepta, collocata est, ita ut Castoris et Pollucis, sic et *Helenæ sidus* habeatur, illud nautis propitium, hoc perniciosum ac dirum *(Plin.* 2. *Hist. nat.* 37. 37. [101]. et *Stat.* 7. *Theb.* 791., coll. *Solin.* 1). — Templum habuit Therapne, ubi Menelai et Helenæ sepulcrum erat *(Paus.* 3. 19. 9). Cf. *Ross*, qui a. 1833. et 1909. se rudera detexisse ait *(Arch. Ztg. XII.* 217. et *Ann. Brit. School XV* [1908-1909] 108.*sqq.)*; item Spartæ *(Paus.* 13. 5. 3., coll. *Plut. Ages.* 19. et *Theocr. loc. cit.)*; item Rhodi in insula *(Id.* 3. 19. 10); item Cenchris, Chii, Tegeæ, Argis, Trojæ, in Attica et etiam in Ægypto *(Paus.* 2. 2. 3. et 3. 54. 5., *Strab.* 9. 399. et 10. 485., *Procl. Nost., Odyss.* 4. 351.*sqq.* etc.). — Præterea argumentum præbuit tragœdiarum scriptoribus, ut est Ἑλένη Euripidis, cui addenda Homeri et Coluthi et etiam Dracontii *de rapta Helenæ* et Ovidii *Her. n.* 16.; item artificibus, inter quorum opera memoratur simulacrum Helenæ a Zeuxide factum *(Plin.* 35. *Hist. nat.* 8. 6. [17]. et *ibid.* 10. 36. [66]., *Cic.* 2. *Inv.* 1. 1. et *Orat.* 49. 163., *Val. Max.* 3. 7. *ext.* 3), tabula Aristophontis *(Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. [138]).; parietes in Ambracia, ubi picta cum Castore et Polluce, ignoto artifice *(Ampel.* 8); monumenta Etrusca, ubi *Elinai* et *Elinei* appellatur et aliquando *Malacisch*, teste *Cavedoni* in *Gior. lett.-scient.* Mod. 1841. *p.* 347., coll. *Mus. del Catt. p.* 22-28. et *Gerhard, Etr. Spieg. IV.* 377.; vasa ap. *Furtwängler-Reichhold Taf.* 33. et 79. Cf. etiam *Baumeister, Denkmäler* 708., 709. et 798. et *Steiner, Bildw. d. troisch. Sagenkr.* (1886) 108., 171. et 182. — *b)* Improprie dicitur — α) De muliere adultera, ut ap. *Martial.* 1. 63. *de mul. casta, Baiis morata.* Penelope venit, abiit Helena. Cf. *Propert.* 3. 8. 32. — β) De muliere pulcherrima, ap. *Martial.* 7. 100., coll. *Propert.* 2. 34. 88. ¶ 2. Helena, Pandionis uxor, a Jove adulterio cognita, ex qua Musæus natus est, teste *Rufin. recogn.* 10. 21. ¶ 3. Helena, soror simulque uxor Monobazi, Adiabenorum regis *(Jos. ant.* 20. 2), mater Izatis, quicum religionem Judaicam secuta est, dein Christi fidem amplexa *(Oros.* 7. *Hist.* 6) et ob munificentiam, qua tempore sterilitatis, sub Claudio imp., maximam frumenti vim, ab Ægypto comparatam, Judæis egentibus distribuit, ita ab illis honorata, ut ei demortuæ sepulcrum exstruxerint ante Hierosolymæ portas sumptuosum *(Jos. loc. cit.)*. Laudant etiam *Heges.* 5. 8. et 6., *Rufin.* ex *Eus.* 2. 15. et *Hieronym. ep.* 108. ¶ 4. Helena, meretrix famosa, quam e Tyri prostibulo secum duxit Simon magus *(Justin. apol.* 1. 26) et in propaganda sua hæresi validissimam adjutricem habuit, teste *Hieronym. ep.* 123. *ad Ctesiph.* Dicitur autem *Selene* ap. *Iren. hær.* 1. 23. 2.; *Luna* ap. *Rufin. recogn.* 2. 9. et *Minerva* a Simone, qui eam uti deam colendam suis asseclis exhibebat *(Augustin. hær.* 1., coll. *Tertull. anim.* 34). ¶ 5. Helena, mater Constantini M., *Flavia Julia Helena* ap. *Dessau* 709 = *Corp.* 6. 1134.; sæpius *Flavia Helena* ap. *Cohen, Méd. imp. VII.* 95.*sqq.*, a. 257-336., de qua *V.* FLAVIA. ¶ 6. Helena, filia Constantini M. *V.* FLAVIA. — Hinc *Helenianus*, adj., ad Helenam, matrem Constantini M., pertinens, ut *Helenianæ thermæ*, Romæ ad septentr. Amphitheatri Castrensis, prope portam Prænestinam, in area q. villæ *Conti*, memoratæ in monumento epigraphico ibi reperto, quarum diagramma reliquit *Palladius.* V. *Jordan-Hülsen, Top. I.* 3. 247.*sq.* et *Lanciani, The ruins and exc.* 400.*sqq.*

II.) Helena v. Helene, nom. geogr. ¶ 1. Est insula longa et angusta in ora Atticæ inter Thoricum et Sunium contra Ceum, antiquitus inculta, hod. *Makronisi*, ita ab Helena, Menelai uxore, denominata, quod ibi primum a Paride stupro cognita est, teste *Mel.* 2. 109., a cujus lacrimis, uti fabulantur, natum est *helenium* (ἑλένιον, *inula*, de qua *Nicandr. ther.* 309.*sqq.)*, quod ibi provenit laudatissimum, ut refert *Plin.* 21. *Hist. nat.* 21. 91. (159). V. etiam *Murr, Die Pflanzenwelt in d. gr. Myth.* 214., coll. *Ælian. hist. an.* 9. 21. ¶ 2. Item castellum Galliæ Narbonensis, Pyrenæis proximum, ita a Constantino M. in honorem matris suæ Helenæ nominatum, antea *Illiberis* dictum, juxta quod Constans imp. a. 350. fuit occisus, hod. *Elne.* Memoratur *Eutr.* 10. 9. 4. et *Vict. epit.* 41. 23. Cf. *Zonar.* 13. 6. et *Zosim.* 2. 42. 5. ¶ 3. Item vicus Galliæ in pago Atrebatensi, cujus vestigia adhuc ad Cancium amnem exstare dicuntur. *Sidon. carm.* 5. 215. ¶ 4. Item una ex Sporadibus insulis, memorata *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (68).

HĔLĔNI, ōrum, m. plur. 2. gens Hispaniæ Tarraconensis, quæ Bracarum conventum frequentabat, ut ait *Plin.* 4. *Hist. nat.* 20. 34. (112)., ubi alii leg. *Helleni.* Cf. *Strab.* 3. 4. 3.

HĔLĔNĬUS (Elenius), ii, m. 2. *V.* HELENUS.

HĔLĔNŎPŎLIS, is v. eos, f. 3. (Ἑλενούπολις et Ἑλενόπολις) oppidum Bithyniæ, ita a Constantino M. appellatum in honorem matris suæ Helenæ, antea *Vicus Drepani*, teste *Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 18. Cf. *Procop. h. a. p.* 83. *A.* et *Socr. h. e.* 1. 17. et *alib.*

HĔLĔNŎPONTUS, i, m. 2. (Ἑλενόποντος et Ἑλενούποντος) regio in Asia, una ex provinciis, in quas divisa erat diœcesis Pontica, ita a Constantino M. in honorem matris suæ Helenæ appellata, teste *Justin.* in *Novell.* 28. 1., antea *Diospontus* in *Laterc. Veron.* a. 297., sive *Pontus Amasia*, ab urbe capite, in *Laterc. Polem. Silv.* a. 386.

HĔLĔNOR, ŏris, m. 3. nom. viri Trojani cujusdam, de quo *Virg.* 9. *Æn.* 545., coll. *Serv.* ad *h. l.*

HĔLĔNUS, i, m. 2. (Ἕλενος: cf. Ἑλένη) nom. vir. — *Elenus* sine aspiratione in *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 244. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Helenus, filius Priami *(Hygin. fab.* 90.: Πριάμοιο φίλος παῖς *Hom. Il.* 7. 44), hinc *Priamides* dictus *Virg.* 3. *Æn.* 295., *Ovid.* 13. *Met.* 99. et *alib.* — Fuit clarus vates seu augur *(Hygin. fab.* 128. et *Mythogr. III. fab.* 6.: οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος *Hom. Il.* 6. 76), de quo *Dar.* 12. « Deiphobum et Helenum similes patri dissimili natura: Deiphobum fortem, Helenum clementem, doctum vatem etc. ». Attamen ejus auguria seu vaticinia, quum ingrata essent, exiguam vel nullam fidem adferebant *(Dar.* 7). — Sed quod non aliis, sibi nihilo minus profuit; nam, captus a Græcis, ab eis incolumis servatus est, qui quæ ad Ilium potiundum opportuna fuissent, ipsis indicasset *(Mythogr. I. fab.* 40., coll. *Propert.* 3. 1. 29); dirutaque urbe, Pyrrhum seu Neoptolemum a navigando deterruit, qui a naufragio, quod ceteros abeuntes submersit, salvus evasit. Cui beneficio gratus eum Pyrrhus humaniter habuit eique Andromachen uxorem sibi retinere permisit, partemque regni dedit, quam Helenus a Chaone fratre Chaoniam vocavit *(Virg.* 3. *Æn.* 335. et *Justin.* 17. 3. 6), quasi ad solatium fratris, a se in venatu per ignorantiam exstincti *(Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 299); ibique novum Ilium exstruxit (« parvam Trojam simulataque magnis *[a somiglianza del grande]* Pergama » *Virg. loc. cit.* v. 336. et 349); ubi postea Æneæ, in hospitium excepto, suasit, ut in Italiam se conferret *(Virg. loc. cit.* 362.*sqq.* et *Mythogr. I. fab.* 102. Cf. *Cic.* 2. *Legg.* 13. 33. etc.). Memoratur etiam *Senec. Tro.* 60., *Dracont. carm.* 8. 88., 119. 182. et 608., *Ovid.* 15. *Met.* 438. et 450. et *Auson. per. Il.* 6. — 2.°) Helenus, filius Jovis ex Lysithea Euenі, adulterio cognita, teste *Rufin. recogn.* 10. 21. — 3.°) Helenus, filius Pyrrhi, ex Agathoclis regis filia susceptus *(Justin.* 23. 3), quem pater in Ita-

liam duxit ad bellum gerendum cum Romanis (Id. 18. 1) ibique reliquit, ut Tarentum custodiret (Id. 25. 3). — Pater dein in Siciliam trajecit exercitum, ubi navali pugna a Carthaginiensibus victus, quum ab Antigono, Macedoniæ rege, auxilia non impetrasset, Macedoniam invasit Antigonumque devicit. Elatus postea Macedonia, in dicionem suam redacta, in Peloponnesum quoque irrupit; verum quum Argos peteret atque Antigonum in ea urbe clausum expugnare conaretur, saxo de muris ictus interiit. Antigonus tamen, victoria moderate usus, Helenum, captivum ad se pertractum, et cultum et animum gerere regium jussit ossaque patris ei, aurea urna inclusa, Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit (Val. Max. 5. 1. ext. 4). ¶ 2. In titulis nom. vir. serv. et etiam cogn. ingen. et libert. Corp. 3. 633.; 9. 1704. — Aliam V. supra. — Hinc Helenius (Elenius), nom. gent. et etiam serv. v. cogn. vir. Corp. 3. 6010 (83). — Memoratur in libris hoc nomine Helenius Acro v. Acron. V. ACRO. — Helenio (onis), cogn. vir. Græcan. Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 252.

HĔLEON, ōnis, m. 3. (Ἐλεών) oppidum, a paludibus appellatum, quæ ἕλεα dicuntur Strab. 9. 406., coll. 404., 405., 439., in Bœotia, unum e quattuor Tanagricis pagis (Id. loc. cit.). Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (26).

HĔLERNUS, i, m. 2. lucus ad Tiberim prope Ostiam, nunc ignotus. De eo Ovid. 2. Fast. 67. «Tunc quoque vicini lucus celebratur Helerni, Qua petit æquoreas advena Tibris aquas». Id. 6. ibid. 105. «Adjacet antiquus Tiberino lucus Helerni: Pontifices illuc nunc quoque sacra ferunt». Utrobique alii male aliter leg.

HĔLĒS, ētis, m. 3. fluvius Lucaniæ, ad quem sita erat Elea seu Velia. Memoratur Cic. 7. Fam. 20. et 16. Att. 7. Scribitur etiam Hales.

HĒLI, indecl. m. nom. vir. (Hebr. 'Ēlî «fastigium: ab 'Alah, ascendit», vel contract. ab Helias, hebr. 'Ēlîyâh «Deus meus Yah»; LXX. Ἡλί) ¶ 1. Fuit hoc nomine summus sacerdos et judex e familia Ithamar, filii Aaron (1. Reg. 14. 3., coll. 1. Par. 14. 3) judicavitque per annos quadraginta (1. Reg. 4. 18), non igitur viginti, ut perperam LXX. (Cf. Vigouroux, M. B. II. p. 461. ed. 10); pater Ophni et Phinees, quos misit ad bellum, ut populum liberarent, quod proprium erat judicum munus (V. HEBRÆI), qui primus, non ex Eleazari, sed ex Ithamar, ut diximus, familia, pontificatum exercuit. — Quæ autem de eo narrantur, conjunguntur præcipue cum historia Samuelis cumque suis filiis, quorum scelestam agendi rationem non, qua par erat, severitate redarguit ac repressit; unde factum est, ut pœna, quam illis Deus inflixit, et ipse, jamdiu frustra ab eo admonitus, alio, sed non minus terribili, modo plecteretur; nam, audito nuntio in oppido Silo a Beniamita reduce de arca Dei in prœlio a Philisthæis capta deque filiorum cæde «cecidit de sella retrorsum juxta ostium (Tabernaculi) et, fractis cervicibus, mortuus est» (1. Reg. 4. 18). — Veteres tamen (Joh. Chrys. adv. oppugn. 3. 3., Hom. LIX. in Gen. 5. et Hom. VII. in Act. et alib.) et recentiores de ejus salute æterna bene sentiunt, qui, quamvis animo nimium miti erga filios, quorum ceteroqui indoles prava ac pervicax nec indulgentiæ nec severitati cessisset, religione, modestia, benevolentia, pietate aliisque virtutibus erat maxime commendandus (1. Reg. 1. 17., 26.; 2. 20., 27-36.; 3. 18.; rursum 1. 13-14., 2. 19-20.; 3. 2-3. 15. etc.). ¶ 2. Item ultimus e majoribus in genealogia Jesu Christi (Luc. 3. 23), idem, contracto nomine, qui Heliacim v. Joachim, pater, ut communius censetur, legalis Josephi, ex lege leviratus, cui naturalis fuit Jacob, frater Heli uterinus; quum tamen ejusdem legis vi Joseph tamquam filius Heli haberetur, teste etiam Julio Africano ap. Euseb. (Migne XX. c. 89. et XXII. c. 965), qui hoc ab ipsis ejus consanguineis audierat (Cf. Knabenbauer in Matth. 1. et Luc. 3., Beurlier, Dict. bibl. III. 570. et Re, Arch. B. Dict. IV. 214.sqq.).

HĒLĬĂDES, æ, m. 1., et

HĒLĬĀNUS, i, m. 2., et

HĒLĬAS, ădis, f. 3. V. HELIUS.

HĒLĬCA, æ, f. oppidum ad septentr.-occid. plagam Thraciæ, intra cursum superiorem Œsci et Hebri, hod. Ihtiman. Memoratur Senec. Herc. Œt. 1539. et in Itin. Ant. p. 136. — Corrupte Itin. Hieros. p. 567. Iliga seu Hilica.

HĔLĬCĀON, ŏnis, m. 3. (Ἑλικάων) filius Antenoris et Laodices (Hom. Il. 3. 123. et Paus. 10. 26. 7). — Antenor cum Theano uxore filiisque Helicaone et Polydamante ceterisque sociis in Illyricum pervenit et, bello exceptus ab Euganeis et rege Veleso, victor urbem Patavium condidit. Ita Serv. ad Virg. 1. Æn. 242., coll. Martial. locc. citt. — Sunt qui putent, ab eo nominatum collem Euganeum, Ateste proximum, vulgo Calaone, per facilem aphæresim et litterarum metathesim, appellatum, ad cujus radices prædium habuisse Sabinam poetriam colligitur ex Martial. 10. 93. «Si prior Euganeas, Clemens, Helicaonis oras, Pictaque pampineis videris arva jugis; Perfer Atestinæ nondum vulgata Sabinæ Carmina». Ceterum alii colles vel vici ejusdem terminationis (Baone, Boccone, Zovone etc.) aliam esse hujus nominis, quod est Calaone, originem demonstrant. — Hinc Helicaonia regio dictus, ut videtur, ab eod. 14. 152. ager Patavinus seu Atestinus, ad quam significationem trahi posse censuerim etiam dictionem Helicaonis oras, quæ non de colle, sed de territorio Patavino vel fortasse Atestino esset accipienda.

HĔLĬCĀŌNĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

HĔLĬCE, es, f. 1. (Ἑλίκη: ab ἧλιξ, ἥλικος, statura v. ætate quantus; v. ab ἑλίκη, salix: vd. Busolt, Gesch. Gr. I. 286.; ap. alios vero aliter: vd. Solmsen, Rh. Mus. LIII [1898] 147. et Gruppe, Gr. Myth. II. 748. 11., coll. Strab. 6. 263. et 8. 365) nom. mul. — Scribitur etiam Helgce v. Elice in titulis. V. infra. — Est autem nom. pers. et etiam geogr. ¶ 1. Nom. pers. — 1.°) Apud scriptores — a) Helice, una ex Danai filiabus, quæ prima nuptiarum nocte sponsum suum interemit. Hygin. fab. 170. — b) Helice, filia Lycaonis, antea Callisto dicta, dein a Junone, quod cum Jove concubuisset, in ursam mutata, sed a Jove in cælum translata, eodem nomine, inter sidera (Ἑλίκη Ἄρκτος μείζων = Orsa maggiore v. il gran carro). V. CALLISTO. Hinc Lucan. 2. 237. Parrhasis obliquos Helice cum verteret axe. Claudian. carm. 17. 299. Torva Lycaonis Helice miretur ab astris. Martial. 4. 3. solitus (Domitianus) - Et madidis Helicen dissimulare comis. i. e. imbres septentrionales. Adde Senec. Herc. Œt. 1542. — 2.°) In titulis, cogn. ingen. et libert. mul. Corp. 2. 4839. — Alia ap. Orelli n. 2680. Helyci. — Forma producta in Corp. 10. 420. Heliceni. et ibid. 5. 7618. Elicine. ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. vetustum oppidum in Achaia, ad oram australem sinus Corinthiaci, duodecim Achæarum civitatium fœderatarum caput, cum templo celebri, Posidoni sacro, ex terræ motu fluctibus obrutum a. 372. a. Chr. (Nepotian. epit. 9. 3. et Paus. 5. 4. 8. et 7. 1. 2. 25. 2). Memoratur Ovid. 15. Met. 293. et Senec. qu. nat. 7. 5. 2. Cf. Her. 1. 145. et 148., Pol. 2. 41., Diod. 15. 48., Strab. 8. 384. et Ptol. 3. 16. 15. — De ejus nummis vd. Svoronos, Ἱστ. τ. Νομ. V. 521. et Head H. N. 414. — De ea cf. Curtius, Pelop. II. 467.sq.; Boblaye, Recherch. 26., Bölte, PWK 7. 2855.sqq.

HĔLĬCHUS v. rectius Helicus, i, m. 2. (Ἕλικος: ab ἑλικός, tortilis, volubilis) nom. viri turbulenti, qui, regnante Herode, seditionem excitavit Hierosolymis, a Phaselo compressam, teste Heges. 1. 28., coll. Jos. b. J. 1. 12. 1. et ant. 14. 11. 8. — Ἕλιξ dicitur Heges loc. cit. = Felix apud Romanos.

HĔLĬCO et Helicon, ōnis, m. 3. (Ἑλικών) nom. geogr. et pers. — a) Declin. in recto Helicon ap. Ovid. 2. Met. 219. — Acc. Heliconem ap. Serv. loc. cit. — Helicona ap. Varr. 3. R. R. 16. 7., Virg. 7. Æn. 641. et 10. 163., Horat. 2. Ep. 1. 218., Propert. 2. 10. 1. et 3. 5. 19., Ovid. 5. Met. 254. et 663. et 5. 534., Manil. 1. 4., Sil. It. 12. 112. etc. — Abl. Helicone ap. Ovid. 4. Trist. 1. 50. et etiam Heliconi ap. Lucr. 3. 132. — b) Etymon videtur duci posse ab ἕλιξ, ικος, tortuosus, quasi sit tortuosus mons (Ringelberg ap. Pape-Benseler ad v.); vel densus, spissus, est enim silvis refertus; vd. ab Ἑλίκη, ubi Posidon templum habebat. V. HELICE. Cf. etiam Isid. oc. infr. cit.

I.) Helicon, nom. geogr., mons celebratissimus Bœotiæ, quæ inde Heliconia est dicta, vel potius series montium, inter oram borealem sinus Corinthiaci et lacum Copaidem, silvis ac fontibus plenus, Apollini et Musis sacer (Serv. ad Virg. 10. Æn. 163), quæ et Heliconis alumnæ vocantur, quod ibi natæ sint ac poetis valde celebratæ (Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. [25]. et Ovid. 4. Fast. 193., coll. Serv. ad Virg. 3. Æn. 291), hod. Palæovuni, Thespiis et Parnasso vicinus, non tamen unus ex hujus verticibus, ut male docent Isid. loc. cit. et Serv. ad Virg. 10. Æn. 163. — Memoratur Isid. 14. Orig. 8. 11. «Parnassus mons Thessaliæ, juxta Bœotiam, qui gemino vertice est erectus in cælum. Hic in duo finditur juga Cyrrhæm et Nisam, unde et nuncupatus eo quod in singulis jugis colebantur Apollo et Liber. Hæc juga a duobus fratribus Cythæron et Helicon appellantur; nam Helicon dictus ab Helicone, fratre Cythæronis». Ad fabulas quoque pertinent quæ habet Schol. ad German. p. 90., 141. et 159. Br. Virg. 7. Æn. 641. Pandite nunc Helicona, deæ, cantusque movete. Ovid. 5. Met. 254. Virgineamque Helicona petit. et Horat. 1. Od. 12. 5. Aut in umbrosis Heliconis oris. Adde sand. s. p. 298., Ovid. 8. 534. et 1. Pont. 2. 14., Propert. 3. 3. 1. et 5. 19., Martial. 77., 10. 64. et 12. 6., Sil. It. 12. 412. et 14. 1., Stat. 2. Silv. 2. 4., Pers. 5. 7. Claudian. carm. 4. 1., 11. 9., 17. 272. et 278. etc., Petron. sat. 118., Auson. ep. 4. 9., Solin. 7. et, ex Græcis, Hes. op. 637., Xen. Hell. 4. 3. 11., Strab. 9. 409.sq., Ptol. 3. 15. 12. — Hinc Heliconius (Heliconeus), adj. ad montem Heliconem et hinc ad Musas pertinens. Catull. 61. 1. Collis o Heliconii cultor (al. leg. Heliconei). Ovid. 1. Am. 1. 15. Tempe. i. e. loca amœna circa Heliconem et in ipso monte. Stat. 7. Theb. 681. plectra. et 8. ibid. 549. Corœbus. Claudian. laud. Seren. 10. mella. et epigr. 5. Nais. Val. Max. 1. 8. ext. 3. colles. — Heliconis, f., quæ est ex Helicone vel ab Helicone. Stat. 4. Silv. 4. 90. Parnassique jugis silvaque Heliconide festis Tura dedit flammis. Id. 8. Theb. 756. Heliconis nympha. — Absolute Heliconides appellatæ sunt Musæ. Pers. procem. 4 (al. aliter leg.) et Paul. Fest. p. 100. M. — Heliconiades, idem. Lucr. 3. 1051. — Heliconion, nom. vir., adlatum in exemplum nominum marium neutri generis a Priscian. 12. p. 944. P.

II.) Helico, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) In fabulis, frater Cithæronis, a quo mons nomen accepit. Isid. loc. supra cit. — 2.°) Civis quidam Helvetius, qui, ob fabrilem artem Romæ commoratus indeque in patriam reversus, ob soli laudes in causa fuit, cur Galli se Italiæ superfunderent, ut scribit Plin. 12. Hist. nat. 1. 2. (5). ¶ 2. In titulis cogn. vir. ingen. et libert. itemque nom. serv. Corp. 10. 1748. et 2978. et alia ap. Wilmanns n. 170.

HĔLĬCŌNĔUS et Heliconius, a, um, adject., et

HĔLĬCŌNĬĂDES et Heliconides, um, f. plur. 3., et

HĔLĬCŌNĬON, ii, n. 2., et

HĔLĬCŌNIS, idis, f. 3. adject. V. voc. præc.

HĔLĬS, es, f. 1. V. HELIUS.

HĔLĪMUS, i, m. 2. vir quidam Lemnius cum aliis pluribus a Gorge, una Lemniadum, barbarico more occisus. Stat. 5. Theb. 267.

HĔLĪNĬUM (ostium) v. Helinius (lacus) ap. Plin. 4. Hist. nat. 15. 29. (101)., unum ex tribus ostiis Rheni. Cf. Desjardins, Géogr. de la Gaule Rom. I. 117.

HĒLĬO et Helion, ōnis, m. 3. V. HELIUS.

HĒLĬŌDŌRUM, i, n. 2. civitas Galliæ, cujus meminit Rav. p. 234.

HĒLĬŌDŌRUS, i, m. 2. (Ἡλιόδωρος: ab ἥλιος, sol, et δῶρον, donum, quasi solis donum) nom. vir. — Scribitur etiam Eliodorus, sine aspiratione, Corp. 3. 4331. ¶ 1. Apud scriptores memorantur, ex præcipuis — 1.°) Heliodorus, statuarius et sculptor incertæ ætatis et patriæ, ex eorum numero, qui venatores sacrificantesque ære fecerunt (Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. [91]).; ex marmore autem «ad Octaviæ porticum Pana et Olympum luctantes fecit, quod est alterum in terris symplegma nobile» (Id. 36. ibid. 5. 4. [35]). Hæc ex Cat. artif. Sillig. — 2.°) Heliodorus, «rhetor Græcorum longe doctissimus», ut ait Horat. 1. Sat. 5. 2., et inter Græcos metricæ «artis antistes aut primus aut solus», teste Mar. Victorin. 2. p. 94. K., idemque «nominatissimus Græciæ auctor» Priscian. metr. Ter. 1. 426. K. — Is sua studia contulit in metricam Aristophanis, tum etiam Homeri, quæ quidem studia ab Aristophane Byzantio usque ad Hephæstionem floruere. Auctor esse debuit Colometriæ in loca lyrica comœdiarum Aristophanis: cf. Dübner, Schol. Gr. in Aristoph. Did. prol. p. X.; Bergk, Heliod. gramm. Rh. Mus. 1842. p. 374.; Hense, Heliod. Untersuch. Leipz. 1870. et PWK 8. 28-40., ubi de hoc Heliodoro, scriptore metrico, docte disserit. — 3.°) Heliodorus, stoicus, temporibus Neronis, de quo mentionem faciunt Schol. ad Juvenal. 1. 35. et Prob. ad l. — 4.°) Heliodorus, philosophus, memoratus Capitolin. Hadr. 15. et 16. — 5.°) Heliodorus, mathematicus «fatorum per genituras interpres» (Ammian. 29. 1. 5) et «tartareus ille malorum omnium cum Palladio fabricator, mathematicus, ut memorat vulgus» (Id. ibid. 2. 6); incertum autem, morbo an quadam excogitata vi exstinctus fuerit a. 371 (Id. ibid. 13) V. Bouché-Leclercq, L'astrol. gr. 569. — 6.°) Heliodorus, administer Seleuci IV. Philopatoris, regis Syriæ (2. Mach. 3. 7), qui, quum Apollonius, præfectus Cœlesyriæ, per Simonem, templi Hierosolymitani præpositum, rescivisset magnam ibi pecuniæ vim custodiri, idque regi nunciasset, statim hic accitum Heliodorum Hierosolymas misit cum mandatis, ut thesauris potiretur. — Benigne exceptus est ab Onia, pontifice, qui eum admonuit quæ rex adpetebat, «deposita esse et victualia viduarum et pupillorum (erat enim mos, ut templi custodiæ committeretur privatorum æs); quædam vero esse Hircani Tobiæ, viri valde eminentis (Ibid. 9-11); sed frustra. Heliodorus, magis regem timens, quam Deum, impium facinus cum suis satellitibus aggressus, mox tanti sacrilegii pœnam subiit; apparuit namque «illis quidam equus, terribilem habens sessorem - isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit -; alii etiam apparuerunt duo juvenes - qui circumsteterunt eum et ex utraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes -. Et ille quidem per divinam virtutem (extra ærarium ab eis transvectus) jacebat mutus atque omni spe et salute privatus» (Ibid. 25-29): quam tamen, precante sacrumque faciente pro eo Onia, ne quis suspicaretur, Judæorum malitia id evenisse, confestim recuperavit (Ibid. 32.sqq.). — De Heliodoro mentio quoque fit in duabus inscriptionibus Græcis, in insula Delo repertis a. 1877. et a. 1879., ubi legitur patris ejus nomen Æschylus et patriæ Antiochia, et in priore etiam titulus «σύντροφος τοῦ βασιλέως», quo donabantur summi aulæ regiæ ministri, et officii genus «ἐπὶ τῶν πραγμάτων τεταγμένων» («qui erat super negotia ejus [regis]» 2. Mach. 3. 7.) V. Bull. de corresp. hell. 1877. p. 285. et 1879. p. 361. Etiam Polyb. 6. 30. 3., laudatus Jos. ant. 13. 3. 3., videtur prodigium hoc, in templo Hierosolymitano patratum, innuere, et ipse IV. Mach. liber apocryphus divinam illam visionem describit. — 7.°) Heliodorus, episcopus Atheniensis, de quo Ambros. ep. 8. — Hic fuerat in solitudine Syriæ socius Hieronymi et quidem carissimus, cujus hic meminit sæpe in suis epistolis (3., 4., 6., 9. 14), cuique librorum Salomonis et libri Tobiæ interpretationem dicavit. — Obiit sanctissime et in album sanctorum cooptatus est (Martyr. Rom. V. non. Jul.). — 8.°) Heliodorus, Antiochiæ presbyter, qui edidit «de virginitate egregium et sanctis scripturis instructum volumen», quod opus ætatem non tulit. Gennad. vir. ill. 6. — 9.°) Alii plures occurrunt ap. Capitolin. Ant. phil. 26., Cassiod. 1. Var. 4. et 8. Hist. trip. 1., Rufin. apol. 2. 31., Sidon. 4. ep. 10. etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. satis frequens, ingen. atque libert. itemque nom. serv. Corp. 2. 3348. et alia ap. Wilmanns, n. 202. — Corp. 3. 4331. Eliodorus. — In aliis ap. Grut.

1013. 8. Ælliodorus. — Heliodora, cogn. mul., ing. et lib. Corp. 5. 4620. — In aliis, absolute, apud De-Rossi, R. S. III. p. 49. Eliodora.

HĒLĬŎGĂBĂLUS. V. ELAGABALUS.

HĒLĬOL, ōlis, m. 3. nom. vir., quod unum syllaba ol terminatum reperitur, teste Prisc. de acc. p. 1291. P.

HĒLĬŎPHON (Heliofon), ontis, m. 3. (Ἡλιοφῶν: ab ἥλιος, sol, et φάω, splendeo, quasi sol splendens) cogn. vir. Græc. Corp. 9. 288.

HĒLĬŎPŎLIS (Eliopolis), is et eos, f. 3. (Ἡλιόπολις, rarius Ἡλιούπολις) nom. geogr. — Latine quoque, ut græce, Heliopolis et aliquando Heliupolis (Charis. 46. 16. et Inscr. ap. Henzen. n. 5882) dicta: ab ἥλιος, sol, et πόλις, i. e. solis urbs. — Memorantur hoc nomine aliquot urbes. ¶ 1. Heliopolis, celeberrima et perantiqua urbs Ægypti inferioris, a cultu Solis ita denominata, unde et prior appellata est (Macrob. 1. Sat. 23. 10.sqq., coll. ibid. 21. 20), in orientali Nili ripa, haud procul a Memphi sita, quæ est vetustior, ut hæc Thebis, hod. Matarieh, qui vicus idem sonat ac Heliopolis; nam Coptica lingua Mata-ra est «domus Solis»; antiquissimæ tamen urbis pauca supersunt vestigia, rudera nempe ædificiorum murorumque et obeliscorum, ex quibus unus tantum ibi hodieque integer visitur (Maspero, Hist. anc. I. p. 507), multis ad alia ædificia exstruenda alio jam exportatis. — Traditur ædificata ab Israelitis Isid. 15. Orig. 1. 33.; contra ab Arabibus Plin. 6. Hist. nat. 29. 34. (177). Hieronym. onom. p. 377. P. hæc habet: On, urbs in Ægypto, quæ Heliopolis græce dicitur, id est civitas Solis (Cyrill. Alex. in Os. 10. 4. «Ὢν δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος»), quam ædificaverunt filii Israel, sicut septuaginta Interpretes arbitrantur; alioquin in Hebraicis voluminibus non habetur et recte; siquidem antequam Jacob ingrederetur Ægyptum, erat exstructa jam civitas, quæ et sacerdotem habuit Petefrom, patrem Aseneth». Cf. Augustin. quæst. in hept. 1. 136. — Sane in interpretatione Alexandrina On seu Heliopolis memoratur Exod. 1. 11., ut una ex tribus urbibus, quæ cum Phithom et Ramesse exstructa fuit ab Israelitis, Pharaonis tyranni jussu; sed Hebraicus textus et Vulgatus has duas tantum habent, quæ tunc fuisse videntur potius loca colligendis mercibus regiis seu promptuaria (it. magazzini, angl. docks), dein fort. ampliata in urbium formam. Quod si LXX. verum referunt, id unum adfirmari potest, ab Israelitis Heliopolim non fuisse conditam sed instauratam vel munitam (Le Camus, Dict. Bibl. III. p. 572). — Hebraice igitur On hæc urbs dicitur (Gen. 41. 45., 50. et alib.), quod Ægyptiis est An (columna); unde nomen duarum urbium An-Mehit, seu Heliopolis Ægypti septentrionalis, et An-Ra seu Heliopolis Ægypti australis; sed nomen ejus sacrum sonat Pi-Râ «domicilium Solis». Huc etiam pertinet nomen sacerdotis magni, cujus filia Aseneth nupsit Josepho Hebræo, nempe Putiphar = ægypt. Poti-phera seu Pete-phre, sæpe scriptum in monumentis hieroglyphicis, quod idem est ac ὁ sacer τῷ Ra seu Phra, sc. Soli. Cf. Jer. 43. 13., coll. Is. 19. 18. — Memoratur etiam Solin. 33., ab eo appellata Solis urbs, ut Plin. loc. cit. vocatur Solis oppidum. Fuit enim præcipuum centrum cultus Solis (Amon-Ra), percelebris templis, obeliscis seu emblematis solaribus, ac sacerdotum scholis, prope templum maximum sitis descriptisque in cod. ms. British Mus., quasi magno Ægypti Athenæo, teste Herod. 2. 3., quarum fama, longe lateque peridata, illuc Platonem philosophum, Eudoxum astronomum aliosque insignes viros adtraxit. Verum tempore Strabonis (17. 806.sq.), qui eas invisit, studiorum cultus adeo erat collapsus, ut sacerdotes illi ob ignorantiam tam essent vituperandi, quam olim ob scientiam exstiterant honore et admiratione digni. — Meminit etiam Cic. 3. Nat. D. 21. 54., Tac. 6. Ann. 28., qui fabulam refert de phœnice, avi sacra (fort. airone), quæ Heliopolim advolavit. et Ammian. 17. 4. 12., qui tradit duos obeliscos ex hac urbe translatos fuisse ab Octaviano Augusto; ex Græcis vero, Herod. 2. 8. etc., Diod. 1. 84. et 5. 57., Plut. Is. et Os. 6., Arr. an. 3. 1. 3., Jos. ant. 2. 6. 1. et alib., Ptol. 4. 5. 54., Æl. n. a. 6. 58. et CIG n. 4810. — De ejus nummis vd. Eckhel, 4. p. 106. et Head, 864. ¶ 2. Heliopolis, urbs magna Syriæ, ad plagam septentr.-occid. Damasci, in planitie fertilissima, ad Libanum et fontes Orontis, in via a Tyro Palmyram maxime frequentata, forum mercatorium magnum, dicta etiam Semitico nomine Ba'al bik'a (= beka'a, i. e. vallis, inter Libanum et Antilibanum: cf. Kittel, Stud. z. hebr. Arch. 1908. p. 138) v. ab hebr. Ba'al-melek, i. e. Ba'al-rex, quasi Baal regis domus v. urbs (Hoffmann, Ztschr. f. Ass. XI. 246.sqq.), hod. Balbek, colonia Julia Aug. Felix (Eckhel, 3. p. 334., coll. Corp. 3. 25-2328. 75), tribui Fabiæ adscripta, a celebri cultu Solis appellata, cui universa urbs sacra erat; idcirco a Seleucidibus Heliopolis seu Heliupolis dicta, lato sensu Heliopolis Phœniciæ vocata Cassiod. 7. Hist. trip. 40., cujus ruinæ antiquam urbis magnitudinem ostentant (V. Puchstein, Führer durch die Ruinen von Balb. 1905). — Augustus suis veteranis sedem in ea statuit, quæ postea a Septimio Severo jure Italico donata fuit, magnamque partem habuit in fastis regum Syriæ, ceteroqui insignis ob ingens templum ac magnificentissimum, cum oraculo, ab Antonino Pio exstructum vel refectum, deoque Soli dicatum, cujus simulacrum sumptum fuit de urbe Ægypti, quæ et ipsa Heliopolis appellatur (Macrob. 1. Sat. 23. 10). — Memoratur etiam, præter laudatos, a Junior. philos. descr. orb. 17. «Heliopolis, Libano monti proximans, mittit pulcherrimas mulieres, quas libanitidas appellant». Cf. Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (50)., Ulp. dig. 50. 5. 1. 2., Tab. Peut., Itin. Ant. p. 198. et 199. et, ex Græcis, Strab. 16. 753., Jos. ant. 14. 3. 2., Ptol. 5. 15. 22. et 8. 20. 11., Zos. 1. 58., Soz. 5. 10. et CIG n. 4528. — Corrupte Hepolis ap. Rav. p. 88. — Plures ex antiquis sacrorum librorum interpretibus eam confuderunt cum Baal-Gad vel etiam cum Baalath, ut animadvertit Gesen. in Thes. p. 225. — De ejus nummis vd. Head, 785. — Plura ap. Bädeker (Benzinger), Palästina 1910. p. 300-305. et Alouf, Gesch. B.s 1896. ¶ 3. Heliopolis, antiquum oppidum Ciliciæ, patria Chrysippi, «stoicæ sapientiæ potentissimi», quod a Tigrane Armenio subactum et diu Solum, devictis Cilicibus, Pompejopolim Cn. Magnus cognominavit. Hæc Solin. 38. — Hinc (Heliopolites), adj. ad Heliopolim, urbem Ægypti, pertinens (Ἡλιοπολίτης), ut Heliopolites nomos ap. Plin. 5. Hist. nat. 9. 9. (49). Cf. Macrob. 1. Sat. 23. 10. V. ONIAS. — Absolute Heliopolitæ, incolæ. Plin. 36. Hist. nat. 26. 67. (197). et Cassiod. 6. Hist. trip. 12. — Heliopolitanus (Heliupolitanus et Eliopolitanus), adj. — a) Ad Heliopolim, urbem Ægypti, pertinens, ut Heliopolitana civitas ap. Ammian. 17. 4. 12. — Heliopolitanus Juppiter (Ζεὺς Ἡλιοπολίτης IGR 3. 1088. et Dittenberger, Or. gr. Inscr. 597. et Ζεὺς Ἡλιοπολείτης IGR 3. 926. etc. v. Θεὸς Ἡλιουπολίτης, ibid. 3. 1089. Cf. CIL 7. 752. et 753, ubi tamen ad urbem cognominem Syriæ videtur pertinere). Cf. Ammian. 1. Sat. 23. 10. «Assyrii (pro Syri) quoque solem sub nomine Jovis, quem Δία Ἡλιουπολίτην cognominant, maximis cærimoniis celebrant in civitate, quæ Heliopolis nuncupatur». — Simulacrum enim aureum specie imberbi instat dextera elevata cum flagro in aurigæ modum, læva tenet fulmen et spicas (V. Studniczka, Arch.-epigr. Mitt. VIII. 1884. p. 59.sqq.). — Heliopolitani, abs., incolæ. Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 542. — b) Ad Heliopolim Syriæ pertinens, ut Heliopolitana (colonia) ap. Ulp. dig. 50. 15. 1. — Heliopolitani dii in Corp. 3. 238. — Heliopolitani, abs., incolæ. Cassiod. 6. Hist. trip. 12.

HĒLĬŎPŎLĪTA et Heliopolites, æ, adject., et

HĒLĬŎPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. V. voc. præc.

HĒLĬOS, ii, m. 2. (Ἥλιος: Hom. ἠέλιος, Dor. ἅλιος, Cret. ἀβέλιος, form. rd. σαϝέλιος, Goth. sauil, Hib. suil, Lat. sol) — Genet. Helia ap. Mel. 3. 87 (Ἡλίου τράπεζα). — Heli ap. Augustin. 22. Civ. D. 22. — Est autem nom., quo proprie dictus est Sol apud Græcos, non solum in Græcia, sed et in Assyria, Persia, Ægypto, Libya, Æthiopia, Phrygia aliisque regionibus cultus (Her. 1. 212., 2. 59., 3. 17., 4. 184. et 188., coll. CIG 3500., 4590. etc.). Hoc autem titulo appellati sunt, qui in

mysteriis mithriacis aliquandiu initiabantur, ut tradit *Hieronym. ep.* 57 (al. 107). *de Graecho praef. urb.* « Specum Mithræ et omnia portentosa simulacra, quibus Corax, Nymphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Dromo, Pater initiabantur, subvertit, fregit, excussit (*Romæ*) ». — De eo multa vide sis ap. *Jessen, PWK* 8. 58-93. V. MITHRA.

HELIS, idis, 3. ¶ 1. Est nom. meretricis, notissimæ temporibus poetæ *Martialis*, qui ejus mentionem facit 1. 35. *de Lesbia*. A Chione saltem vel ab Helide disco pudorem. ¶ 2. Est etiam nom. vir., in titulo Chr. ap. *Mai, Noo. Coll. V. p.* 382. 5.

HĒLĪSÆUS (Heliseus, Eliseus et Eliseus), i, m. 2. ¶ 1. Est nom. prophetæ, de quo *V.* ELISÆUS. — Cum aspiratione habet *Ennod.* 1. *carm.* 1. 119. Helias fuit hic mage; nam quis Heliseum etc. — Hinc *Helisei fons*, memoratus in *itin. Hier. p.* 596. ¶ 2. Fuit etiam unus ex sodalibus Petri ap. in peregrinatione, descripta *Rufin. recogn.* 2. 1. et *ibid.* 3. 68. — *Helisea*, nom. mulieris, Ennodii propinquæ et Aviti matris. *Ennod.* 5. *ep.* 4. et *ibid.* 5.

HELISII v. Helysii v. Elysii, ōrum, m. plur. 2. populus Germaniæ, memoratus *Tac. Germ.* 43.

HĒLĬUS (Elius), ii, m. 2. (Ἥλιος, *sol*) cogn. vir. tam ingen. quam libert. itemque nom. serv. frequens, præsertim in scriptis lapidibus. *Corp.* 3. 2391., *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 210. et *Fabretti p.* 206. *n.* 1. — *Helia*, cogn. mul. in tit. Chr., ap. *Gazzera* in *Mem. R. Ac. Tor. XI.* 297. — *Corp.* 5. 1583. Hælia. — Hinc *Ælianus* (Ἡλιανός), cogn. vir. Græcan. *Corp.* 2. 4969 (15). — Fuit etiam ita cognominatus proconsul Africæ. *V.* ÆLIANUS. — *Heliana*, cogn. mul. *Corp.* 10. 3362. — Est etiam locus, *Heliana* dictus, Constantinopoli, in quo ædificatum est forum Theodosii. *Marcellin.* in *chron.* ad a. 435. — *Helias* (Ἡλιάς), patronym. ab Ἥλιος, cogn. mul. *Corp.* 2. 4981. et 3. 2391. — Etiam cogn. vir., ut videtur, *ibid.* 5. 283. — *Heliades* (Ἡλιάδης), cogn. vir. tam ing. quam libert. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 62. et abs. ap. *Brambach n.* 1993. — Etiam in tit. Chr. *Corp.* 5. 7792. — Hinc plur. *Heliades* (Ἡλιάδες), in fabulis, tres filiæ Solis et Clymenes, sorores Phaethontis, inde *Phaethontiades* quoque dictæ. *Ovid.* quoque tres numerat, quarum duas tantum nominat, nempe *Phaethusam* et *Lampetion*; tertiam *Phœben* vocat *Lact. loc. cit.* Sed *Hygin. fab.* 154. et *Schol. Germ. p.* 125. *Br.* septem recensent, quæ sunt: *Merope, Helie, Ægle, Lampetie, Phœbe, Ætherie* et *Dioxippe*. — Porro hæ, dum mortem fratris, fulmine dejecti, ad Padum flerent, in arbores populos seu alnos conversæ sunt, ut narrant *Ovid.* 2. *Met.* 340.*sqq.* et *Hygin. fab.* 154 (quamquam paullo aliter ap. *eund. fab.* 152); quam fabulam ex eo explicant, quod hæ arbores humore quodam flavo electri specie assidue manant. Cf. *Mythogr. III. fab.* 8. Græci tamen, *Hesiod.* et *Eurip.* ap. *Lact. Placid. narrat. fab.* 2. 2., volunt non Heliades flentes sed earum lacrimas in electrum esse conversas. Hinc declarantur locutiones quædam apud poetas. *Ovid.* 6. *Fast.* 717. pater Heliadum. *i. e.* Sol. *et* 10. *Met.* 91. nemus Heliadum. *i. e.* populi. *et* 265. Heliadum lacrimæ. *i. e.* succina. *Martial.* 4. 59., *Stat.* 5. *Silv.* 3. 86. et *Claudian. carm.* 28. 164. Heliadum rami. *Juvenal.* 5. 38. Heliadum crustæ. *V.* PHAETHON. — *Helie* (Ἡλίη), una ex Heliadibus. *V. supra.* — *Heliena*, cogn. mul. generis libertini. *Corp.* 9. 1449. — *Helio (Helion)*, nom. vir. (Ἡλίων), demin. more Græcorum. *Corp.* 3. 1759. et 10. 8094. — Fuit etiam vir illustris, magister officiorum sub Honorio et Theodosio impp. a. 414-427.; dein comes a. 416. et patricius (*Cod. Theod.* 13. 317. *et alib.*); legatus, ut videtur, ad regem Persarum missus pacis conciliandæ causa (*Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 15) a. 422. et in Italiam a. 425., ut Valentinianum III., Cæs. Aug. nominatum, adhuc puerum, Ravennæ purpura indueret (*Olymp.* ap. *Phot. cod.* 80).

HĒLIX, icis, m. 3. (Ἕλιξ: ab ἑλίσσω, *volvo*, idem ac *vortex, spira*) ¶ 1. Est ita vocatum sidus Arcturus ap. *Schol. Bern. Germ. p.* 238. *Br.* ¶ 2. Hinc cogn. vir. ingen. et libert. *Corp.* 10. 1409. *frg. g. c.* 3. *l.* 17. et *ibid.* 2497. et 5. 402. — Fuit hoc nomine socius Phinei, de quo *Ovid.* 5. *Met.* 87. — Item vir Scytha, memoratus *Val. Fl.* 6. 570.

HELLĀDA, æ, f. 1., et
HELLĀDICUS, a, um, adject., et
HELLĀDIUS, ii, m. 2. *V.* HELLAS.

HELLĀNA, æ, f. 1. statio in via a Florentia Pistoriam, ap. *Rav.* 4. 36. et *Tab. Peut.*

HELLĀNĪCUS, i, m. 2. (Ἑλλάνικος) nom. vir. Gr. — Pænultima syllaba longa fere communi sententia habetur, quasi vox sit ab Ἑλλάς et νικάω, *vinco*: cf. *Andronicus* et alia hujus modi; sed *Avien. or. mar.* 43. « Hellanicusque Lesbius, Phileas quoque » corripitur, fort. ex eo quod idem sit qui *Hellenicus* (Ἑλληνικός). — Est autem ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp.* 10. 532. ¶ 2. In libris memorantur — 1.°) Hellanicus, historicus (ἱστορικός ap. *Suid.*, συγγραφεύς *Strab.* et *Dion. Hal.*), ex urbe Mytilene in insula Lesbo, hinc *Lesbius* dictus *Avien. loc. cit.*; sed quo tempore floruerit, disputatur; certum tamen est eum multa opera scripsisse ante Thucididem; hæc enim ab eo et citantur et reprehenduntur (*Thuc.* 1. 9. 7); et, si Dionysio Hal. credimus, aliqua etiam composuit ante ipsum Herodotum (*ep. ad Pomp. c.* 3). Ceterum vivebat temporibus belli Peloponnesiaci (a. 406. a. Chr.); nam de eo in suis scriptis mentionem facit (*Frgm.* 80. et *Schol. Arist.* βάρτ. 706). — Ejus scripta plurima sunt; sed omnia deperdita, præter fragmenta, collecta editaque a *C. Müller, I. p. XXVI.*, quamquam ex veteribus quidam nonnulla spuria existimarunt (*Athen.* 14. *p.* 652. A). Eorum autem tituli sunt: Δευκαλιωνεία, Φορωνίς, Ἀσωπίς, Ἀτλαντιάς, Τρωικά (mythica); Αἰγυπτιακά, Περσικά, Σκυθικά, περὶ Λυδίας, Κυπριακά, Φοινικικά, Αἰολικά, Λεσβικά, Ἀργολικά, περὶ Ἀρκαδίας, Βοιωτιακά, Θετταλικά (de variis gentibus earumque terris, moribus, historiis etc.), Ἀτθίς, Καρνεονῖκαι et Ἱέρειαι. Ex his omnibus gravioris momenti fuisse videtur *Atthis* seu historia Attica, memorata a Thucidide (Ἀττικὴ ξυγγραφή 1. 97), qui ejus siccitatem redarguit, ut *Strab.* 10. 451. veracitatem in dubium vocat. Eruditionis tamen amplitudine, præter quam antiquitate, est Hellanicus excellentioribus Græcorum historicis adnumerandus. — De eo vd. *Preller, De Hellanico Lesbio historico*, Dorp. 1840.; *Costanzi, De Hellan. ætt. defin.* (in *Riv. di filos.* etc.) Torino 1891. et *Mem. oblitter.* (in *Herm. XI.* 291) Berl. 1876.; *Bury, The Ancient Greek Hist.* Lond. 1909. *p.* 27.*sqq.*; *Gudeman, PWK* 8. 104-155., coll. *Wilamowitz, Herm. XI.* 1876. *p.* 292.*sqq.* et *Perrin, The* Ἱέρειαι *of Hellan. Amer. Journ. of Philol. XXII.* 1901. *p.* 38.*sqq.* — 2.°) Hellanicus, historiographus Milesius, fort. memoratus *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. LXIX. 4 (a. 501. a. Chr.) « Hellanicus historiographus et Democritus philosophus clari habentur ». Cf. *Plin.* 4. *Hist. nat.* et in *Ind. l.* 4. — 3.°) Hellanicus, vir Græcus, ob militarem virtutem donis honoratus. *Curt.* 5. 2. 5. — 4.°) Alios videsis ap. *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 15. et *Justin.* 26. 1.

HELLAS, ădis, f. 3. (Ἑλλάς) nom. geogr. et pers. — *a*) Scribitur *Elas*, sine aspiratione, in quibusd. mss. et edit. libr. — *b*) Declin. in genet. etiam *Hellados* ap. *Vitr.* 4. 1. 1., *Mel.* 2. 46. et *Prisc. per.* 404. — *c*) Forma prisca *Hellada* legitur ap. *Vulg.* 1. *Mach.* 8. 9., *Vict. Vit.* 1. 51. et *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 1. et 7. *ibid.* 2. et 3. — *d*) Origo vocis est ab *Hellene*, Deucalionis filio, a quo et Græci dicti sunt *Hellenes*, ut tradit *Isid.* 14. *Orig.* 4. 10. At recentiores eam ducunt a σέλας, *lux, splendor* (*Curt. Gr. Etym. z. d. W.* et *Unger, Philol. Suppl. II.* 719), vel aliunde (*Prellwitz, Gr. Etym.* 139), sed parum probabiliter. Cf. etiam *Gruppe, Gr. Myth.* 355. et *Wilamowitz, Eurip. Herakl. I.* 1.

I.) Hellas, nom. geogr. — 1.°) Universim dicta est Græcia, præsertim pars mediterranea, quæ spatiosior est, Peloponneso exclusa. *Mel.* 2. 37. « Ac proximo spatiosa et Hellas nomine grandi fronte procedit; mox mari utroque et Ionio, magis latera ejus intrante, donec quattuor milia passuum pateat, media ferme prope inciditur ». *et mox.* « *Ægæum* mare ab Ionio submovens angusto tramite, Helladi Peloponnesum adnectit ». Cf. *Solin.* 7. « Hinc (ab Isthmo Corinthiaco) Hellas incipit, quam proprie veram habent Græciam, quæ nunc Attice, Acte prius dicta ». Proprie igitur Hellas Ægæo et Ionio mari et Isthmo terminatur, quam describit *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (23). Cf. *Prisc. per.* 403.*sqq.* — 2.°) Latiore sensu aliquando etiam Peloponnesum complectitur. *Isid.* 14. *Orig.* 4. 11. — 3.°) Stricte, interdum, est sola Thessalia. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28). — 4.°) Strictiore sensu dictum est oppidum Phthiotidis, laudatum *Plin. ibid.* — Sensus itaque, si historice spectetur, vocabuli *Hellas*, varius admodum fuit, quæ ad meridiem se protendit, prout Doricæ migrationes sunt progressæ. Sic primum appellata regio Thessaliæ australis, quæ Phthiotis audit, habitata ab Hellene ejusque filiis; quod porro nomen inditum est aliquando etiam cunctis regionibus, quas Græci incolebant, comprehensa Asia Minore occidentali et Italia australi, quæ Magna Græcia dicta est; serius vero Græciæ mediterraneæ seu continenti, insulis exceptis, aut potius mediæ a sinu Ambraciæ ad caput Sunium et a montibus Achaicis ad sinum Corinthiacum, quæ Peloponneso ex una parte, ex altera Thessaliæ et Epiro opponebatur. *V.* THESSALIA. — Memoratur etiam *Capell.* 6. *p.* 210., *Jorn. Get.* 159. *M.* et, ex Græcis, *Her.* 1. 2. etc., *Thuc.* 1. 3., *Xen. an.* 6. 5. 23. *et Hell.* 3. 4. 5., *Arist. meteor.* 1. 14., *Scymn.* 130. et 308., *Strab.* 9. 431.*sq.* *Dion. per.* 309., *Ptol.* 3. 15. et *Paus.* 3. 20. 6.

II.) Hellas, nom. pers. ¶ 1. Est nom. puellæ, cujus meminit *Horat.* 2. *Sat.* 3. 277. ¶ 2. Generatim cogn. mul., etiam libertini generis, itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 378. et *Corp.* 2. 1317. — *Ibid.* 10. 2943. *Æladi* (*sic*). — Hinc

Helladicus, a, um (Ἑλλαδικός), adj. idem ac Græcus. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (75). — Abs. *Helladica (orum)*, res, ad Græcam historiam spectantes seu ipsa historia Græca. *Cassiod.* 12. *Hist. trip.* 2.

Helladius, ii, m. 2. (Ἑλλάδιος) ¶ 1. Generatim, in titulis, cogn. vir., ingen. et libert. *Inscr.* ap. *De-Rossi, R. S. III. tab. XVIII. n.* 56. ¶ 2. Speciatim, apud scriptores — 1.°) Helladius, grammaticus Alexandrinus (*Suid.* ad *v.*), qui docuit Constantinopoli, sed ethnicus et sacerdos Jovis, Christianos persecutus Alexandriæ a. 389., teste *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 27. — Theodosio imp., qui eum habuisse magistrum videtur, a. 425. « grammaticos Græcos Helladium et Syrianum placuit honorari codicillis comitivæ ordinis » (*Cod. Theod.* 6. 21. 1. Cf. tamen *Haupt, Opusc. II. p.* 422.*sqq.*). — Is accensendus est Hesychio, Eudemo, aliis, qui glossariis lexicisque operam dederunt. Cf. *Phot. Bibl.* 279. *p.* 529-535. V. etiam *Croiset, H. L. G. V.* 976., et *Seeck, PWK* 8. 98. *sqq.* — 2.°) Helladius, vir religiosus, omnibus anachoretarum institutionibus apprime doctus et sanctitate eximius, cui Cassianus priores decem suas Collationes dicavit (*Cassian.* in *præf. Coll.* 1. et 9). — 3.°) Alios videsis ap. *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 13., *Mar. Merc. p.* 897. *M.*, *Cod. Theod.* 2. 10. 5.

HELLĒ, es, f. 1. (ἡ Ἕλλη, *Pind. frg.* 51. Ἕλλας [παρθένιον πορθμόν]) nom. mul. — *Hellis* pro *Helles* in genet. sing. usurpavit, metri causa, *Sidon. carm.* 9 (al. 1). 41. — Fuit autem filia Athamantis (Ἀθαμαντίς *Æsch. Pers.* 68), regis Thebarum, et Nephelæ (*Mythogr. I. fab.* 23) seu Nubis (*Mythogr. II. fab.* 134) v. Nebulæ (*Hygin. fab.* 1. et 2), non Inonis, uti alib. vult *Mythogr. I. fab.* 204., et soror Phrixi (*Hygin. fab.* 3., coll. *Schol. Arist.* Νεφ. 257., *Paus.* 9. 34. 5., *Zenob. IV.* 3. 8). — Ea cum fratre insidias fugiens Inonis novercæ, aureo vellere seu ariete, sc. navi, cujus aries erat signum, ut monet *Isid.* 13. *Orig.* 16. 8.; vel potius, ut communius traditur, supra arietem, aureo vellere tectum, matris donum (*V.* PHRIXUS), Colchos iter fecit, sed mare trajiciens, in fretum Ægæi exterrita decidit ac submersa est nomenque ei dedit *Hellespontis*, teste *Hygin. fab.* 3., coll. *Ampel.* 2., *Serv.* ad *Virg.* 4. *Ecl.* 34. et *Cic. Orat.* 49. 163. — Verum *Schol. Germ. p.* 79.*sq.* et 142.*sq.* refert eam a Neptuno servatam esse, qui cum ea concubuit genuitque Pæonem (*Eratosth. Katast.* 19. et *Hygin. poet. astr.* 20), Almopen (*Steph. Byz.*), Edonon (*nonnulli* ap. *Hygin.*). Cf. *Ovid.* 3. *Fast.* 878. — Hinc explicantur loca poetarum, ut *Ovid.* 4. *Fast.* 873. pecudem quæres Athamantidos Helles. *et ibid.* 215. De duce lanigeri pecoris, qui prodidit Hellen. *h. e.* aries. *Val. Fl.* 1. 282. adstrictis ut sedit cornibus Helle. *Stat.* 1. *Ach.* 23. qua condita ponto Fluctibus invisis jam Nereis imperat Helle. *h. e.* Nereis facta. *Propert.* 2. 26. 5. Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen, Aurea quam molli tergore vexit ovis. *et* 3. 25. 5. Helles Athamantidis urbes Hellespontiacæ. *et rursum* *Ovid.* 9. *Met.* 195. Pontus Nepheleides Helles. *et* 17. *Her.* 137. Athamantidos æquora. Adde *Lucan.* 4. 57., *Val. Fl.* 1. 50., 167., 425., 537.; 2. 589. etc., *Senec. Thy.* 854. et *Tro.* 1044., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 13. — De monumentis artis antiquæ, ad eam pertinentibus, vd. *Bull. Napol. N. Ser. VI. pl.* 13.; *Reinach, Répert. d. Vases I.* 498.; *Helbig, Wandgem. d. verschütt. Städte* 266. *sqq.*, *n.* 1151-5(8).; *Robert, Die ant. Sark. II. Taf. LXI. n.* 187. — De nummis *Head, H. N.* 351. et *Brit. Mus. Cat. coins Thessaly* 18. *Taf. XXXI.* 1.

HELLĔBĪCHUS et Hellebicus, i, m. 2. (Ἑλλέβιχος) ¶ 1. Fuit comes et magister utriusque militiæ, ad quem Gratiani, Valentiniani et Theodosii lex data est a. 382. *Cod. Theod.* 9. 39. 1. ¶ 2. Item comes equitum domesticorum Ravennæ, memoratus *Cassiod.* 9. *Hist. trip.* 82.

HELLEN, ēnis, m. 3. (Ἕλλην, ηνος) nom. vir. — Genet. *Hellenos*, Gr. posit., habet *Vitr.* 4. 1. 3. ¶ 1. Apud scriptores, filius Deucalionis et Pyrrhæ, pater vero Dori, Xuthi et Æoli (*Hes.*, *Thuc.*, *Hellan.* ap. *Apollod. I.* 7. 3., *Marm. Par. VI.*, *Konon* 27., *Diod.* 4. 60., *Paus.* 7. 1., *Strab.* 8. 383. et 9. 448); vel, ut est in fabulis, filius Jovis ex Pyrrha, Epimethei filia (*Hygin. fab.* 155., coll. *Eustath.* 10. 1); vel Neptuni ex Antiopa, Bœoti frater et pater Æoli (*Id. fab.* 125., coll. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. [204]). — Hunc natum in Thessalia et ab eo *Hellenes* incolas dictos referunt *Plin.* 4. *ibid.* 7. 14. (28). et *Solin.* 8. Hinc *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 498. « Ab Hellene, Deucalionis et Pyrrhæ filio, hi, qui prius Græci, Hellenes nuncupati ». Cf. etiam *Isid.* 14. *Orig.* 4. 10., *Jorn. Get.* 149. *M.* et *Steph. Byz.* v. Ἑλλάς. — De eo vd. *Weizsäcker* ap. *Roscher I.* 2029. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 215., ubi *Helles* pro *Hellen*. — Abs. *Corp.* 10. 8147. — Hinc *Hellenes*, m. plur. 3. (Ἕλληνες), cujus sing. *Helles*, nom. populi, ab Ἕλλην dicti, teste *Plin. loc. cit.*, Thessaliæ incolæ, Græci antea nuncupati, ut tradit *Hieronym. loc. cit.*, speciatim ad stirpem Doricam pertinentes, qui a Thessalia migrarunt, ita ut postea ea quasi barbara habita fuerit (*Curtius, Gr. Gesch. I.* 112. tr. *M.* 1877); dein latiore sensu de Græcis accepti sunt. — In sing. num. usurpat *Philostr. her.* 111. « Helles itaque, idest Græcus homo, a lingua et a nomine regis dicitur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est ». — *Hellenes* est etiam titulus tragœdiæ *Accii* poetæ, cujus fragmenta edidit *Ribbeck* in *Trag. Rom. frgm. p.* 186. — *Hellenius*, cogn. vir. itemque nom. serv. in *Cod. Theod.* 12. 11. 2. et *Hellenis*, nom. mul. in *Inscr.* ap. *Marini Fr. Arv. p.* 496. — *Hellenis (idis)*, cogn. mul. (Ἑλληνίς), idem quod Hellenica. *h. e.* Græca. *Corp.* 10. 2152. — *Hellenicus* (Ἑλληνικός), idem quod Græcus, cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Grut.* 250. c. 2.

HELLĒNES, um, m. plur., et
HELLĒNĬCUS, a, um, adject., et
HELLĒS, ēnis, m. et f. adject. *V.* voc. præc.
HELLESPONTĬĂCUS, a, um, adject., et
HELLESPONTĬAS, æ, m. 1., et
HELLESPONTĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HELLESPONTUS, i, m. 2. (Ἑλλήσποντος, Dor. Ἑλλάσποντος: ab Ἕλλη et πόντος, *mare*. V. HELLE) nom. geogr. — *Hellispontus* et *Ellispontus*, omissa aspiratione et litt. η expressa latine per *i*, ut assolet, ap. *Jorn. Rom.* 223. *M.* — Divisim quoque usurpatur a poet. ap. *Ribbeck, Tr. Rom. frg.* 250. v. 105. « ponto ab Helles » pro *ab Hellesponto*. Cf. *ibid.* 107. et *Cic. or.* 49. 163. — Est autem nom. maris et regionis. ¶ 1. Hellespontus, mare seu fretum inter Chersonesum Thraciam et Troadem, jungens Propontidem mari Ægæo, hod. *stretto di Gallipoli* v. Turc. *Stambuldenghis*, maxime angustum ad austrum (m. 1350), inter Abydum et Sestum vel potius Madytum, nunc Turcarum arces, *i Dardanelli* (στενὸν τῶν Δαρδανελλίων), ubi magis proprie Hellespontus appellatur, ποταμός dictus *Hom. Il.* 2. 74. et 845., celeber ex fabula Heronis et Leandri ac præcipue Phrixi et Helles; ex historia vero, ob pontem, quo navibus constrato a. 480. a. Chr., Asia cum Europa sic conjuncta, Xerxes, exercitum traduxit, ut postea Alexander M. suas copias in Asiam a. 334. — Memoratur *Mel.* 1. 10. et alib., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (141). et alib., *Macrob.* 5. *Sat.* 20., *Solin.* 7., 10., 11. et alib., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Cic. Manil.* 4. 677., *Justin.* 5. 4., *Culex* 32. et *Cir.* 413., *Liv.* 31. 15., 32. 33. et alib., *Frontin.* 1. *Strat.* 4. 7., *Lucan.* 2. 675., *Ovid.* 13. *Met.* 406. et 18. *Her.* 117. et 4. *Fast.* 467. et, ex Græcis, *Hom. Il. loc. cit.* et *Od.* 24. 82., *Æschyl. Pers.* 722., *Herod.* 4. 38., *Thuc.* 2. 9., *Xen. Hell.* 1. 7. 2., *Orph. Arg.* 498., *Apollod.* 1. 9. 1., *Strab.* 13. 591., *Diod.* 17. 1., *Arr. an.* 1. 11. 6., *Ptol.* 5. 2. 1. — Ex recentioribus de eo scripserunt *Choiseul-Gouffier, Voyage Pittoresque II.* 207. *pl. XVIII.*; *Lechevalier, Voyage de la Propont. et de l'Hellesp.*; *Kruse, Ueber Her. Ausmess. d. Pont. Eux., Bosp., Hellesp.* etc. 1877. ¶ 2. Hellespontus, regio Asiæ, pars olim Mysiæ, mari cognomini exposita, inter Bithyniam et Phrygiam, in qua urbes Cyzicus, Parium, Lampsacus, Abydus et Dardanum, teste *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (49). Adde *Nep. Paus.* 2. et *Alcib.* 5. et *Tim.* 3. et *Ages.* 4. et *Justin.* 17. 1. — Romani eam sibi subegerunt in bello contra Antiochum; dein sub Diocletiano fuit una ex novem provinciis, in quas divisa erat Diœcesis Asiæ (*Laterc. Ver.* a. 297), vel ex duodecim, in quas postea est partita (*Laterc. Pol. Silv.* a. 386). — Temporibus imperii Orientalis idem erat quod Phrygia minor cum metropoli Cyzico (*Corp.* 5. 875. et *alia* ap. *Orelli n.* 1083., *Not. Dign. or.* 1. 66. etc.). Memoratur etiam *Ammian.* 18. 6. 18., 22. 8. 4., 26. 8. 7. etc. et *Cod. Theod.* 1. 6. 1. et 13. 11. 2. ¶ 3. Hellespontus, urbs, maris inundatione submersa, teste *Schol. Bob.* ad *Cic. Fl. p.* 282. *Or.* — Hinc *Hellespontiacus*, adj. ad Hellespontum sive mare sive regionem pertinens. *Virg.* 4. *G.* 411., *Petron. sat.* 139., *Sidon. carm.* 23. 157. et *Auson. edyl.* 6. 86. Hellespontiacus Priapus (qui *Hellespontiacus deus* est *Ovid.* 1. *Fast.* 440)., *Culex* 337. undæ. *et Manil.* 4. 620. fluctus. *et Ovid.* 17. *Her.* 108. mare. *Auson. ep.* 9. 29. Abydus. — *Hellespontias*, ventus, qui et Cæcias, spirans ab Hellesponto, ap. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 47. 46. (121). Hellespontian [acc.], græce Ἑλλησποντίας ap. *Herod.* 7. 188. — *Hellesponticus*, adj. idem qui Hellespontiacus. *Mel.* 1. 10. fretum. *et Isid.* 13. *Orig.* 16. 8. mare. *Lact.* 1. 6. octava Sibylla. — *Hellespontius (Ellespontius)*, adj. idem qui Hellesponticus. *Catull.* 18. ora. *Isid.* 8. *Orig.* 8. 6. Sibylla. Adde *Cic.* 13. *Fam.* 53. — Absolute, nom. serv. ac libert. *Inscr.* in *Bull. Epigr. de la Gaul.* a. 1882. *p.* 294. — Scribitur etiam *Ellispontius*. — In plur. num. *Hellespontii*, populi Mysiæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 39. 32. (123).

HELLUS, i, m. 2. (cf. ἐλλός, *mutus*) cogn. libertini generis itemque nom. serv. *Corp.* 10. *frg. g. c.* 3. *l.* 14. — *Hellius*, nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Brambach n.* 653. Cf. HELIUS.

HELLUSĬI, ōrum, m. plur. 2. populus, in remotissimis Germaniæ borealis partibus degens, teste *Tac. Germ.* 46., sed fabulosus.

HELMĒTHEUS, i, m. 2. filius Jovis, ex adulterio natus. *Rufin. recogn.* 10. 21. Pyrrham Promethei (*vitiat Juppiter*), ex qua nascitur Helmetheus.

HELMONĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 10. 736 (*Surrent.*). — *Helmonia*, nom. mul. *Ibid.* 598. et 599. V. *Schulze, Eigenn. p.* 163.

HELOPS (Elops et Ellops), ŏpis, m. 3. (Cf. ἔλοψ v. ἔλλοψ, *mutus*) cogn. vir. Græcan., quo fuit nuncupatus centaurus, de quo *Ovid.* 12. *Met.* 334. *sq.*; itemque miles, ap. *Stat.* 12. *Theb.* 746.

HĒLŌRUM v.
HĒLŌRUS, i, 2. *V.* ELORUM.

HĔLOS, is v. ōtis, n. 3. (Ἕλος, ους, τό *Strab.*) ¶ 1. Fuit locus in Peloponneso hoc nomine duplex, alter in Laconica regione sub Menelao (*Hom. Il.* 2. 584), ad ostium Eurotæ in regione fertilissima, hod. *Elios*, cujus incolas in servitutem Dores redegerunt (*Strab.* 8. 343. et 363. et *Paus.* 3. 2. 7., 20. 6. et 22. 3).; alter sub Nestore Pyliæ dynastiæ (*Id. ibid.* 594)., de quo *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 7. (15). ¶ 2. Item oppidum Ioniæ ap. *eund.* 5. *ibid.* 29. 31. (116). et *Stat.* 4. *Theb.* 181. — Hinc

Helotæ (*Hilotæ* v. *Ilotæ*), m. plur. 1. nom. servorum apud Lacedæmonios, de quibus *Nep. Paus.* 3. « Est genus quoddam hominum (τὸ τῶν εἱλώτων ἔθνος *Theop. FHG* 1. 280), quod Hilotæ vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit servorumque munere fungitur ». — Sunt qui putent eos dictos ab ἑλεῖν, *capio* (ab ἁλίσκομαι *Boisac*), quasi captivos (εἱλωτας v. εἱλῶται), servos publicos, arandis colendisque agris destinatos; alii vero, ut *Paus.* 3. 20., tradunt, everso Ἕλος, eorum oppido maritimo Peloponnesi a Lacedæmoniis, ab his fuisse in servitutem redactos damnatosque agrorum cultui. Memorantur etiam *Liv.* 34. 47. « Ilotarum deinde quidam (hi sunt jam inde antiquitus castellani, agreste genus) transfugere voluisse insimulati, per omnes vicos sub verberibus acti necantur ». Cf. *Athen.* 6. 102. et 14. 74., *Poll.* 3. 83., *Thuc.* 5. 34., *Xen. Hell.* 6. 5 (a. 370. a. Chr.) et *Strab.* 8. 365. — Ex recentioribus consulas *Daremberg-Saglio, Dict. III* (1899) et *Oehler, PWK* 8. 203. *sqq.*

HĒLŌTÆ. *V.* voc. præc.

HELPĪDĬUS, ii, m. 2. *V.* ELPIDIUS.

HELVĀCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., fort. ab *helvo* colore. *Corp.* 9. 4292. — *Helvacia*, nom. mul. *Ibid.* — Cf. *Helvecius*, nom. gent. vir. *C.* 5. 4097. et *Helvenius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 135.

HELVECŌNES, um, m. plur. 3. (Αἰλουαίωνες *Ptol.*) populus ultra Sueviam in Germania, Lugiorum genere, valentissimus. *Tac. Germ.* 43. Cf. *Zeuss* 155.; *Müllenhoff, Z. f. d. Altert. IX.* 248. et *Schmidt, Gesch. d. deutsch. Stämm.* 354.

HELVĒNĀTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., fort. a cultura vitis *Helvennacæ*, in *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 135. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 580.

HELVENĬUS, ii, m. 2. *V.* HELVACIUS.

HELVĒTĬA, æ, f. 1. regio Europæ, a nomine incolarum, qui *Helvetii* dicuntur, appellata, habens ab orient. et septentr. Rætos, lacum Brigantinum seu Venetum (*lago di Costanza*) et Rhenum fluv., quo a Germania disterminatur, ab occid. comitatum Burgundiæ sive montem Juram, quo dividitur a Sequanis, a meridie Lemanum lacum (*lago di Ginevra*), vallem Pœninam et Lepontios, lacubus ac montibus plena, it. *Elvezia* seu vulgo *Svizzera*, fr. *Suisse*, germ. *Schweiz*. De ea, ut erat suis temporibus, *Cæs.* 1. *B. G.* 2. « Omnis civitas Helvetia in quattuor pagos (gr. φῦλα, it. *cantoni*) divisa est », qui sunt *Urbigenus, Ambronicus, Tigurinus, Tugenus* (*Strab.* 4. 193. et 7. 293., coll. *Cæs. loc. cit.*). — Plura vd. infra et collige ab Inscriptionibus Latinis, ad hanc regionem pertinentibus, quas edidit *Mommsen, Inscr. conf. Helv. et Lat.*, Turici a. 1854. — Hinc

Helvetius, a, um, adject. — *a*) Ad Helvetios spectans, ut *Helvetius ager* ap. *Cæs.* 1. *B. G.* 2. et *Helvetia civitas* ap. *eund. ibid.* 12. — Abs. *Helvetius (Helvecius)*, nom. vir. *C.* 5. 4097. — *Helveticus*, idem, ut *Helveticus conventus*, memoratus in *Corp.* 13. 5013. et 5026. — *Helveticæ aquæ*, hod. *Baden*, in *Corp.* 13. 2. *p.* 42., de quibus *Tac.* 1. *Hist.* 67. « Longa pace in modum municipii exstructus locus, amœno salubrium aquarum usu frequens ». — *b*) Item qui est ex Helvetia, ut in *Dipl.* in *Corp. I. L. III. n. III.*

Helvetii, ōrum, m. plur. 2. incolæ Helvetiæ, quos *Sequanos* perperam vocat *Eutr.* 6. 17., dicti *Strab.* Ἐλουήττιοι et *Ptol.* Ἐλουήτιοι (var. Ἐλουητιοι); *Cæs.* Helvetii (*var.* Helvitii), *Oros.* Helvitii et in *Not. Gall.* 9. 4. Elvitii, sine aspiratione, quæ tamen non ex Celtico, unde nomen oritur, sed a

Romanis præfixa est (Cf. Glück, Die Kelt. Nam. bei Cæs. 9.sq.). — Origo vocabuli petenda videtur, non ab Helveto, principe, ut quidam putant, sed a voc. Helvii (V. hanc voc.); terminatio vero -etius apud Celticos est valde usitata (Glück, op. cit. 112), ideo alteri -itius præferenda, quum hæc demin. nominum sit propria (Golder, coll. Glück 108). — Helvetii itaque populi, olim Galliæ Celticæ, dein Germaniæ addicti, inter Rhenum et Mœnum (Main), dein inter Rhodanum et Rhenum, temporibus Cæsaris supra ceteros Galliæ populos præstantissimi (Cæs. 1. B. G. 8. « totius Galliæ plurimum Helvetii possunt »), cum Germanis sæpe bellantes, ex quorum tribubus una cum Cimbris Italiam invasit et cum L. Cassio Longino cons. a. 107. a. Chr. commisso prœlio, hic interfectus est ejusque exercitus sub jugum missus (Liv. epit. 65., coll. Appian. Celt. 1). — Anno autem, post alias vices, 58. a. Chr., Orgetorige duce, suis finibus iterum egressi ad alias terras sibi in Gallia occidentali acquirendas, a Cæsare prohibiti sunt, qui eos recedere coegit ad orientem Juræ, postquam eos pluries profligaverat (Cæs. 1. B. G. 16-27., coll. Oros. 6. Hist. 7., Flor. 3. 10., Liv. epit. 103). — Romani, Helvetiis subactis, eorum regionem viis arcibusque instruxerunt junxeruntque provinciæ Belgicæ, dein Germaniæ superiori, postremo, temporibus imperii orientalis, Maximæ Sequanorum. — Memorantur quoque Tac. Germ. 28., Eutr. 6. 14., Corp. 13. 2. p. 5. et, ex Græcis, etiam Dion. C. 38. 31.sq. et Plut. Mar. 19. Strab. 7. 293. eos vocat « πολυχρύσους μὲν ἄνδρας, εἰρηναίους δέ », de quibus epithetis disserunt Forrer, Kelt. Numism. d. Rhein u. Donaulande 1908. p. 304.sqq. et Haug, PWK 8. 210.

HELVĒTĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

HELVĒTUM, i, n. 2. mansio Rætiæ inter Argentovariam et Argentoratum (Strassburg), hod. Ell v. Ehl, in Itin. Ant. p. 252., 350. et 354., ubi var. Elvetum et Elbetum, sine aspiratione. (Cf. Ptol. 2. 9. 9). In Tab. vero Peut. legitur Helellum (V. Desjardins, Géogr. de la Gaule Rom. I. 130. et Tabl. de Peut. p. 11).

HELVĬDĬUS, ii, m. 2. V. **HELVIUS**, ii.

HELVĬI (Helvi), ōrum, m. plur. 2. nom. populi Celtici, quod et Elvii scribitur, sine aspiratione, Ilvi ap. Cæs. 1. B. G. 35. et græco Ἐλουοί ap. Strab. 4. 190., ad Elaver (Allier) siti, ad septentr. Arvernorum (Cæs. 7. ibid. 8) in Gallia Narbonensi, inter Rhodanum et Cevennas, ubi nunc est Vivarium (Viviers), olim civitatis caput, sub Augusto cum jure Latii. Cf. Allmer, Revue épigr. du Midi de la France VI. 20.sqq. — Hinc Helvius, adj., ut Alba Helvia (etiam Helvorum), opp. ap. Plin. 14. Hist. nat. 4. 19.; et Helvia vitis ap. eund. ibid. 5. 14. (2). V. etiam HELVIUS, ii. — Helvicus, adj., ut Helvicus ager, unde vinum proveniebat, quod picem resipit, teste Plin. 14. ibid. 1. 3. (18).

HELVILLUM, i, n. 2. vicus seu oppidulum Umbriæ inter Cales et Nuceriam in via Flaminia, contra hod. Fossato di Vico, ubi Inscr. sacra reperta est, a VICANIS HELvillatibus posita (Corp. 11. 5801 = Not. d. scavi 1891). Memoratur in Itin. Ant. p. 125. — Est etiam in Itin. a Gadibus Romam ap. Garrucci, Diss. arch. I. et in Itin. Hier., ubi mansio Herbelloni vocatur.

HELVĪNUS, i, m. 2. fluvius Hadriæ Piceni, in Prætutianis, uti vult Plin. 3. Hist. nat. 13. 18. (110)., influens in Truentum, hod. Castellano. Sed Momms. in Corp. 9. 479. et Kiepert, FOA XX. T. p. 4. monent rivulum esse ad Capuæ meridiem, hod. Acqua rossa. Cf. tamen Weiss, PWK 8. 228.sq.

HELVĬUS, ii, m. 2. nom. vir., ad gentem satis antiquam pertinens, quæ fort. ab helvo colore nuncupata est, vel ab helvo, quod est genus oleris. Scribitur etiam Helbius et Elvius, sine aspiratione, et Ælvius cum diphthongo. Inscr. 10. 6562., 3. 5447., 5. 7622. et 8. 5716. Cf. Schulze, Eigenn. p. 82. et 421. — Memorantur apud scriptores. ¶ 1. M. Helvius, ædilis pl., qui a. 198. a. Chr. cum C. Sempronio Tuditano ludos Romanos quater instauravit (Liv. 32. 27); prætor a. 197., creatus sortitusque provinciam Hispaniam Ulteriorem (Id. ibid. 28); inde vero excedens, confligere coactus est cum ingenti Celtiberorum agmine, quos tamen debellavit ovansque Romam est ingressus a. 195 (Id. 34. 10., coll. Fast. triumph. Capit. fragm., de quo vd. Henzen in Ann. d. Ist. arch. a. 1861. p. 106-113. et a. 162. p. 64.sq.); denique a. 194. triumvir coloniæ Sipontum deducendæ una cum D. Junio Bruto et M. Bæbio Tamphilo (Liv. 34. 45). ¶ 2. C. Helvius Cinna, trib. pl. a. 44. a. Chr., amicissimus C. Julii Cæsaris. De eo Suet. Cæs. 52. « Helvius Cinna, tribunus plebis, plerisque confessus est habuisse se scriptam paratamque legem, quam Cæsar ferre jussisset, quum ipse abesset, uti uxores liberorum quærendorum causa, quas et quot vellet, ducere liceret ». Cf. Dion. 44. 50. et Plut. Cæs. 68. — Verum a plebe furente, quamvis Cæsarianum, errore interfectum fuisse sic narrat idem Suet. ibid. 85. « Plebe statim a funere (Cæsaris) obvium sibi Helvium Cinnam per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem graviter pridie contionatum de Cæsare requirebat, occidit caputque ejus præfixum hastæ circumtulit ». Cf. Val. Max. 9. 9. 1. et Appian. b. c. 2. 147. — Confusus etiam fuit, longe tamen aliter, cum sequenti, maxime quum ab ipso Plut. Brut. 20. dicatur Κίννας ποιητικὸς ἀνήρ, ubi alii legere maluerunt πολιτικός; sed fuit certe error, ex celebritate ortus, qua is alteri cognomini longe præstabat. Ipsa ratio temporis huic confusioni obstat verumque plane ostendit. Schwabe tamen (Philol. XLVII. 1899. p. 169.sqq.) unum eundemque esse argumentis satis probabilibus demonstrare conatus est. ¶ 3. C. Helvius Cinna, poeta non obscurus, amicus Catulli, qui eum in carm. 10-19. suum sodalem vocat, secum comitatum prætori C. Memmio a. 50. a. Chr. in Bithyniam; quin memoratur quoque Virg. 9. Ecl. 35., quæ scripta est a. 41. v. 40. a. Chr., dum is adhuc vivebat florebatque, ut ex contextu patet; unde liquet cum antecedenti confundi non posse. Accedit etiam, Propempticon Pollionis, Cinnæ opus, ab eo scriptum fuisse, quum Pollio adversus Parthinos proficiscebatur a. 40. a. Chr., in quo illi fausta omnia adprecabatur, commentario explanatum a Jul. Hygino, ap. Charis. 1. p. 134. K. — Ceterum de ejus vita pauca novimus, nec quibus partibus studuerit in bello civili, liquet; nihilo minus quum a Virgilio loc. cit. opponatur Anseri et L. Vario conjungatur (« Nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna Digna, sed argutos inter strepere anser olores »), argui potest Octavianæ factioni deinde favisse: obiit fortasse post a. 39., nam exinde nulla reperitur de eo mentio. — Poema ejus magnis laudibus cumulavit Catullus (carm. 95), quod Zmyrna inscribitur, ubi mythum incesti amoris inter Myrrham ejusque patrem Cyniram narrat, scholam Alexandrinam secutus; quodque non quidem ex tempore confecit, sed novem vel decem annorum spatio elaboravit (Catull. ibid., Quintil. 10. 4. 4., Serv. et Philarg. ad Virg. ecl. l. c., Porphyr. et Acr. ad Horat. ep. 2. 3. 388), vel tarditatis vel limæ severioris causa. Hinc Philarg. loc. cit.: « Fuit autem liber obscurus adeo ut et nonnulli ejus ætatis grammatici in eum scripserint (ut Crassitius) magnamque ex ejus enarratione sint gloriam consecuti ». Quod obscurus fuerit, etiam Martialis ostendit in illo versu (10. 21. 4) « Judice te, melior Cinna Marone fuit ». Porro ex fragmentis videtur ad eos pertinuisse, qui σπονδειάζοντες dicuntur. — Fuit igitur poeta amatorius, teste etiam Ovid. 2. Trist. 435.; scripsit etiam epigrammata (Non. p. 87. 27. Marc. et Isid. 6. Orig. 12. 2. de phæn. Arat.) aliaque poematia, ex quibus vel nihil vel fragmenta tantum supersunt. De eo Gell. 19. 13. 5. « Non ignobilis neque indoctus poeta »; quamquam ibid. 9. 7. eum inlepida carmina exarasse adfirmat. et Serv. loc. cit. « Cinna optimus poeta fuit ». Cf. et Virg. loc. cit. — Ejus fragmenta post L. Mueller edidit Bährens FPR 323.sq. Cf. Weichert, Poet. lat. rel. etc. Leipz. 1830. p. 147.sqq. ¶ 4. P. Helvius Pertinax, imp. a. 193., abs. Pertinax dictus tam in nummis quam a plerisque scriptoribus, plene vero P. Helvius Pertinax v. Hel. Pertin. in Inscriptionibus, Auli prænomine apud Vict. Cæs. 17. — Cognominis autem originem ita exponit Capitolin. Pert. 1. « Pater - filio nomen ex continuatione lignariæ negotiationis, quod pertinaciter eam rem gereret, imposuisse fatetur ». — Helvius Pertinax libertini generis, filius Helvii Successi, ortum habuit in Liguria, in villa patris (al. Martis), in Appennino a. 126 (Id. ibid. 15); vel Albæ Pompejæ (Dio 73. 3). — Puer « litteris elementariis et calculo imbutus, datus etiam Græco grammatico atque inde Sulpicio Apollinari, post quem idem Pertinax grammaticam professus est; sed quum in ea minus quæstus proficeret, per Lollianum Avitum, consularem virum, patris patronum, ducendi ordinis dignitatem petiit. Dein præfectus cohortis in Syriam profectus, Aurelio imperatore, a præside Syriæ, quod sine diplomatibus cursum usurpaverat, pedibus ab Antiochia ad legationem suam iter facere coactus est » (Id. ibid. 1). — Verum post neque ita multo bellicæ suæ peritiæ specimina dedit contra Parthos a. 163-165.; dein in Rætia et Norico (Id. ibid. 2), ita ut consul designatus fuerit a Marco Aurelio, a quo magni habebatur; Mœsiam, mox Daciam, postea Syriam administravit (Id. ibid. 2). — Sed, imperatore vita functo, pecuniæ avidus opes congessit redíitque Romam ditissimus; unde a Perenne, potentissimo Commodi imp. administro, in Liguriam, ipsius patriam, missus est, ubi multos emit agros circum tabernam, quam olim pater tenuerat, quamque ipse cinxit ædificiis, illic moratus, donec eum Commodus ad legiones indociles misit in Britanniam, quæ statim Pertinacem imperatorem conclamassent, nisi is tam firmiter obstitisset, ut illæ iratæ, eum aggressæ, semimortuum relinquerent (Id. ibid. 3). — Creatus deinde est proconsul Africæ, mox vero urbis præfectus a. 189 (Id. ibid. 1-4., coll. Dion. 73. 1-5. et Herod. 2. 3) et a. 192. consul iterum cum ipso Commodo (Chronogr. a. 354., Cassiod. in chron. et Inscr. ap. Orelli n. 891., 894., 897. et 2705), quo anno, Commodo interempto, ipse sexagenario (Capitolin. ibid. 4) vel septuagenario major (Hieronym. in chron.), de castris nocte, a. 193. k. Jan., antea invitus, dein consentiens, ad imperium evectus est, Læto præsertim auctore, præf. præt., qui et Commodi interfector, appellatusque Augustus ac pater patriæ, quo nomine primus est decoratus, et Flavia Titiana Augusta, ejus uxor (Capitolin. ibid. 5). — Signum autem prima die tribuno militum dedit « militemus », exprobrans utique segnitiem temporum superiorum; quod milites non tulerunt statimque de imperatore mutando cogitarunt (Id. ibid. 6., coll. Herodian. 2. 9. et Dion. 73. 1). — Vix ut imperator factus est, omnia, quæ Commodus militibus ac veteranis concesserat, ob metum confirmavit; pecuniam antecessoris non necessariam ærario publico addixit, in populi emolumentum; bona, quibus se ditaverant iniqui delatores ac sicarii, legitimis possessoribus restituit; exsules in patriam revocavit; regiâ luxum ac scelestorum aditum prohibuit; judicia libera esse voluit; læsæ majestatis crimen abstulit; agrorum cultum etiam præmiis fovere studuit; provinciarum onera levavit; novus Titus vel Antoninus sibi omnium amorem conciliavit; quamquam Eclectus cubicularius et Lætus ac milites prætoriani, tyrannidi assueti, nunc vero ab ea abstinere coacti, ægre hanc mitem regnandi rationem tolerabant (Capitolin. ibid. 9-10., coll. Dion. 73. 8). Quin in eum conspirare cœperunt, ut, eo perempto, Sosium Falconem, consulem, imperatorem crearent. Sed, conjuratione detecta, senatum in reos severe animadvertere paratum Pertinax detinuit eisque benignus ignovit (Capitolin. ibid. 10., coll. Herod. 2. 17). Non tamen hæc principis indulgentia homines scelestos, ei infensos, a conjurando deterruit; sed, Didio Juliano impulsore ac socio Clodio Albino, repente prætorianorum agmine facto, conjuratores in palatium irruerunt, quorum pars, Pertinacem, nil tale opinantem, vulneribus confecit et Eclectus ipse, confossis duobus, cum eo interiit, nobili leto vitam ignobilem honestans, reliquis cubiculariis in fugam conversis (Capitolin. ibid. 11., coll. Dion. 73. 10). — Periit imperator V. k. April. a. 193., post regnum vix trimestre (al. semestre), sed optimis legibus illustratum, Didio Juliano, infami ejus

proditore, ei succedente (Spartian. in vit. 1-2., Vict. epit. 19. et Cæs. 19). — Fuit Pertinax Fortunæ pila vocatus (Vict. epit. 18), qui per laboris genera universa ad summos honores provectus fuisset; « senex, ut scribit Capitolinus (c. 12), venerabilis, immissa barba, reflexo capillo - statura imperatoria, eloquentia mediocri et magis blandus quam benignus, nec unquam creditus simplex; et cum verbis esset affabilis, re erat illiberalis ac prope sordidus ». — Populus ac patres tantam jacturam indigne tulerunt; idcirco ab ipso Juliano ei magnificæ funeris exsequiæ factæ sunt; et, hoc paullo post exstincto, a Septimio Severo imp., cum senatus populique suffragiis, deorum honores sunt conlati additique Circenses ludi et imperii natalis (Capitolin. Pert. 15. et Spartian. Sev. 7). — Epitaphium ejus scripsit Auson. Cæs. v. 77.sqq. — Plura de eo colligi possunt ex nummis ap. Eckhel, 7. p. 140-147. aliosque nummographos et ex inscriptionibus in Corp. I. L. 2., 6., 8. et alib. Cf. etiam Oros. 7. Hist. 16. et 17., Jorn. Rom. 274. M., Eus. in chron., præter laudatos Dionem et Herodianum. ¶ 5. P. Helvius Pertinax, precedentis filius, Cæsar a senatu dictus, quam pater Augustus filii appellationem tunc non recepit, sed, ut ipse ait, « cum meruerit » (Capitolin. Pert. 6). — Demortui autem patris flamen factus est a Severo (Id. ibid. 15). Fuit etiam consul suffectus, sed, quo anno, non constat (Spartian. Carac. 4); verum quod filius esset imperatoris, vel quod joco dixisset donandum esse titulo Getici Maximi Caracallam, qui fratrem suum Getam interemisset, vel ex affectatæ tyrannidis suspicione, eum imperator occidi jussit (Id. ibid.), a. 214. v. 215. ¶ 6. Helvius Rufus, miles quidam, qui a. 20. p. Chr. sub Apronio, proc. Africæ, contra Tacfarinatem dimicavit, de quo Tac. 3. Ann. 21. « Quo prœlio Rufus Helvius, gregarius miles, servati civis decus retulit donatusque est ab Apronio torquibus et hasta. Cæsar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius jure proconsulis tribuisset, questus magis quam offensus ». Hinc declaratur Inscr. Tiburtina, ap. Marat. 476. 11., in qua is Civica cognomine venit, ut monuit cl. Borghesi. ¶ 7. Ex mulieribus commemorantur — Helvia, M. Annæi Senecæ rhetoris uxor, virtutibus et præsertim mira in calamitatibus constantiâ prædita, quibus subinde gravissimis fuit conflictata. Fuse de ea verba facit L. Seneca filius in Consol. ad Helviam, quod opus eidem inscripsit, dum esset in exsilio, ut illam solaretur; ubi etiam Helviæ, hujus sororis, multum caritati se debere profitetur (Ibid. 17). — Helvia, mater M. Tullii Ciceronis, nomine hoc nota ex Plut. Cic. 1., de qua Cic. 16. Fam. 26. « Mater nostra lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur aliquæ inanes fuisse, quæ furtim essent exsiccatæ ». — Alias videsis ap. Oros. 5. Hist. 15., Marini Fr. Arv. p. 577. et Wilm. Inscr. n. 1120. et 1141. — Hinc Helvius, adj., ut Helvia Ricina, oppidum Piceni, ab Helvio Pertinace imp. dictum, qui coloniam eam duxit (Corp. I. L. 8. 508); quod idcirco et colonia Helvia Ricina Pertinax, n. 5755. — Helvillus (Elvillus), nom. serv. vir., demin. Corp. 7. 1336 (439). — Helvianus — a) Abs. cogn. vir. C. 5. 961. — b) Adj., ut Helvianus flamen et Helviani sodales, qui in honorem P. Helvii Pertinacis imp., inter deos post mortem relati, instituti sunt (Spartian. Sev. 7. et Capitolin. Pert. 15). — Helvianus fundus in Tab. alim. Velej. 6. 18., ad Helviam gentem pertinens. — Helvinus (Elvinus) — a) Abs. cogn. vir., demin. Corp. 7. 1336 (140). et alia ap. Wilm. n. 1206. — b) Adj., ut Helvina Ceres ap. Juvenal. 3. 320., ita appellata ab Helvino seu Elvino seu loco seu fonte juxta Aquinum, ubi templum Ceres habuerit; vel ab eluendo, quod lavari et purgari mos erat eis, qui sacra Cereris peragebant; vel ab helvo colore, nam et flava Ceres a poetis dicitur; vel demum a Gallis Helviis, quod ad Aquinum dearum numina, ipsorum propria, colerentur — Helvinum vinum ap. Plin. 14. Hist. nat. 1. 3. (18)., ubi tamen alii Helvicum leg. — Helvicius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Fabretti p. 626. n. 221.; et Helvicia, nom. mul. Corp. 10. 553. Cf. Helvicia. — Helvacius et Helvenius. V. suo loc. — Helvidius (Elvidius), nom. gent. vir. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1402. et Helvidia, nom. mul. Corp. 9. 2888. — Memorantur etiam hoc nomine in libris — C. Helvidius Priscus, e municipio Cluviis in regione Carecina, patre primipilari (Tac. 4. Hist. 5), Stoicæ philosophiæ sectator, gener Pæti Thraseæ, « civis - cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus » (Id. ibid.); libertatis æque ac socer amator adeo ut eos coronatos propinasse Brutorum et Cassii natalibus referat Juvenal. 5. 36.sq., pro qua Thraseas a Nerone occisus est, ipse vero relegatus extra Italiam (Id. ibid. 6. et 16. Ann. 33. et 35). Quare Apolloniam petiit (Schol. Juv. l. c.); unde, occiso Nerone, a Galba revocatus a. 68. Romam rediit. — Fuit autem quæstor prov. Achaiæ sub Nerone (Schol. Juv. l. c.), prætor designatus a. 69 (Tac. 2. Hist. 91., coll. Dion. 65. 7) et a. 70. sub Vespasiano, sub quo accusatus est, non tamen damnatus; sed postea ab eo et interfici jussus et ne interficeretur, statim provisum, nisi jam periisse falso ei renunciatum esset (Suet. Vesp. 15). — Ejus vitam scripsit Herennius Senecio, a Fannia uxore rogatus (Plin. 7. ep. 19., coll. Tac. Agr. 2), laudesque edidere Plin. 4. ep. 21. 4. et Junius Rusticus, quem interemit Domitianus « quod Pæti Thraseæ et Helvidii Prisci laudes edidisset appellassetque eos sanctissimos viros » (Suet. Domit. 10). — Filium reliquit cognominem, memoratum Plin. ibid. — Helvidius Priscus, pater fort. præcedentis, cons. suff. a. 87., ut conjicit Momms. Ind. z. Keils Plin. ep. 412., coll. Act. Arv. 10. 22., a Domitiano imp. occisus, filius Helvidii Prisci legati in Syriam sub Claudio imp. a. 51 (Tac. Agr. 45. et 12. Ann. 49). — Helvidius, Auxentii (Ariani) discipulus, Joviniani præcursor, hæreticus, qui scripsit contra perpetuam Mariæ Deiparæ virginitatem; sed eum Hieronym., ejus æqualis, in libro adversus Helvidium refellit. — Hinc Helvidiani seu Antidicomaritæ (it. Antimarianiti), ejus sectatores, ita ab eo, qui, si non auctor, certe fuit hujus hæresis maximus defensor; vel ab ipsa hæresi dicti, ex ignorantia sacrarum scripturarum orta. — Ejus tamen scripta interciderunt, præter quædam ab eod. Hieronym. ex hæretici libris deprompta. Cf. etiam Augustin. hær. 56. et Epiph. ap. Auct. Præd. 1. 84. — Adj., ut Helvidiana prædia, in Inscr. ap. Orelli n. 1390. — Item Helvidia, filia Helvidii Prisci, consulis suffecti, a Domitiano imp. occisi. Plin. 9. ep. 13. 16. et 4. ibid. 21., quæ honestissima puella in primo ætatis flore tristem et acerbam sortem subiit cum sorore; nam « utraque, ut ait Plin. ibid., a partu, utraque filiam enixa, decessit ». — Hinc Helvidiana v. Helvidiane, cogn. mul. Corp. 10. 7828.

HELVONUS (Hilvonus) saltus, in pago Domitio Velejate, memoratus in Tab. alim. Velej. 1. 98., ubi fort. nunc i boschi di Avuglione.

HEMASĪNI, ōrum, m. plur. 2. populus Delmatiæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 22. 26. (143).

HĒMĔRA (Himera), æ, f. 1. (ἡμέρα, dies) ¶ 1. Est nom. fictum, quo appellata soror Memnonis ex matre Aurora, de qua historiolam narrat Dict. 6. 10. ¶ 2. Item lux diurna personata — a) Filia Chao et Caliginis, soror Erebi et Noctis (Hygin. procem. 26). — b) Item filia Erebi et Noctis, soror Ætheris (Hes. theog. 124. et Æsch. Ag. 266. et Serv. ad Virg. 8. Æn. 78). — c) Item filia Urani (Cf. Macrob. 1. Sat. 15. 14), ex quo filios habuit Hermetem (Cic. 3. Nat. D. 22. 56., Ampel. 9. et Schol. Stat. Theb. 4. 482). et Aphroditem (Cic. loc. cit. 23. 59. et Ampel. 9). — d) Item filia Astræi (Schol. Arat. 98).

HĒMĔRĬUS, ii, m. 2. (Ἡμέριος) nom. haruspicis cujusdam, in Inscr. ap. Brambach n. 769. et Wilmanns n. 2280.

HĒMĔRŎBAPTISTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἡμεροβαπτισταί Epiph.: ab ἡμέρα, dies, et βαπτίζω, lavo) hæretici Judæorum genere (it. Emerobattisti), ita appellati, quia quotidie vestimenta sua et corpora lavabant et culpæ vertebant Christi discipulis, quod non loti accumberent mensæ, Pharisæis adsimiles; sed cum Sadducæis negabant resurrectionem mortuorum. Memorantur Epiph. hær. 17. et Isid. 8. Orig. 4. 10. — Herbelet in sua Bibliotheca orient. vult hanc sectam propagatam esse ad oram sinus Persici nomine mandapahia seu Christianorum s. Johannis.

HĒMĔRŎDRŎMOS, i, m. 2. (Ἡμεροδρόμος: ab ἡμέρα, dies, et δρόμος, cursus; etiam Ἡμεροδρόμας ap. Dittenberger, Syll.[3] 156 = Olympia V. p. 408. n. 276) nom., quod ita explicat Liv. 31. 24. « Hemerodromos vocant Græci ingens die uno cursu emetientes spatium », quod eorum proprium erat qui cursores (corrieri) dicuntur (ἡμεροδρόμοι). V. Loebker, Gymn. d. Hellen. 36.sq.

HĒMĔRŎSCŎPĬUM, ii, n. 2. (Ἡμεροσκοπεῖον, quasi diurna specula) oppidum Hispaniæ Tarraconensis, orientalis, trib. Galeria, Dianæ fano celeberrimum, unde Dianium quoque postea, veteri fano everso, vocatum est, de quo Avien. or. mar. 476. — Fuit colonia Græca Phoceæ, portus militaris in bello Sertoriano, civitas stipendiaria tempore Plinii, municipium sub Vespasiano. Corp. 2. p. 484. Cf. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (20). et alib. 711. et 958., coll. Strab. 3. 159. et Ptol. 2. 6. 15.

HĒMĒSA vel Hemisa. V. **EMESA**.

HĒMĪNA, æ, m. 1. cogn. gent. vir. V. **CASSIUS**.

HĒMĬTHĔA, æ, f. 1. (Ἡμιθέα: ab ἡμίθεος, semideus) soror Tenis, ejus, a quo Tenedos insula appellata est. Serv. ad Virg. 12. Æn. 21.

HĒMĬTHĔON, ōnis, m. 3. (Ἡμιθέων), scriptor quidam Sybariticus, qui obscena tractavit. Memoratur, omisso nomine, Ovid. 2. Trist. 417. Neque qui composuit nuper Sybaritica, fugit. Cf. de eo Lucian. adv. ind. c. 23., a quo « Ὁ κίναιδος (Ἡμιθέων ὁ Συβαρίτης) » vocatur.

HEMNATÆ, ārum, m. plur. 1. gens Arabiæ mediterraneæ, confinis Avalitis, quam cum Hori et Hemam (Gen. 36. 22) confert Sprenger, Alte Geogr. Arab. 1875. p. 208. Memoratur Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (157)., coll. 149.

HĒMŌNA et deriv. V. **EMONA**.

HĒMŌR (Emor), indecl. m. nom. vir. (Hebr. Hhamôr « asinus »; LXX. Ἑμμώρ), nempe princeps Sichem, Hevæus, pater Sichem, qui ob stuprum Dinæ sibi suisque exitium comparavit, de quo Gen. 34. 1.sqq. (V. DINA). De eo Hieronym. onom. p. 849. P. « Sed et filius Emmor (ut ap. LXX. et Eus.) appellabatur Sichem, a quo et locus nomen acceperat ». et Isid. 9. Orig. 2. 59. « Ex cujus (Chanaan) origine fui Emor, pater Sichem, a quo Amorrhæi sunt nuncupati ». — Jam antea Jacobus, a Mesopotamia reversus, ab hac familia partem agri emerat, in qua sua fixerat tabernacula (Gen. 33. 18-19), ubi sepelivit ossa filii sui Joseph, ab Ægypto translata (Jos. 24. 32). — Stephanus in oratione, quam habuit (Act. 7. 16), ait non Jacob, sed Abraham agrum emisse a filiis Hemor (V. STEPHANUS).

HEMUS. V. **HÆMUS**.

HĔNĒTI. V. **VENETI**.

HĔNĔTĬA. V. **VENETIA**.

HĔNĬŎCHI (Eniochi), ōrum, m. plur. 2. (Ἡνίοχοι: ab ἡνία, habena, et ἔχω, habeo, teneo) populus Sarmatiæ Asiaticæ ad Caucasum et ad oram Ponti post Colchos, ortus, secundum mythologos, ab aurigis Castoris et Pollucis, uti sonat ipsum nomen, teste Solin. 15. Memorat et Plin. 6. Hist. nat. 5. 6. (16)., qui alib. varie eos nominatos pluraque eorum genera commemorat. Sic Lacedæmonii dicuntur, quod ab his originem traxerint, Lucan. 3. 270. « Hinc Lacedæmonii, moto gens aspera freno, Heniochi ». Mela 1. 110. Fr. « Reliqua ejus fere incultæque gentes vasto mari adsidentes tenent - Coraxici, Phthirophagi, Heniochi (male Hæniochi v. Eniochi), Achæi. - In Heniochorum finibus Dioscorias a Castore et Polluce condita est ». Memorantur etiam Val. Fl. 6. 43. « Heniochi truces ». Adde Vellej. 2. 40., Tac. 2. Ann. 68., Liv. epit. 101. Prisc. per. 668., Avien. orb. 871., Auct. vir. ill. 77. — In sing. num. collective, ap. Senec. Thy. 1052. « Quis inhospitalis Caucasi rupem asperam Heniochus habitans? ». — Heniochus — Adjective quoque usurpatur. Ovid. 4. Pont. 10. 26. Heniochæ rates. — Absolute, cogn. vir. itemque nom. serv. Corp. 10. 2389. — Fuerunt etiam hoc nomine — Heniochus, Erichthonius di-

ctus, postquam in cælum, ut fabulantur, translatus est sidusque factus, quod auriga audit, teste *Hygin. poet. astr.* 2. 13., coll. tamen *fab.* 224., ubi Myrtilum, Mercurii et Cleobules filium, ita dictum tradiderat. Adde *Plin.* 18. *Hist. nat.* 31. 74. (312). et *Manil.* 1. 369. et 701. et alib. — *Heniochus*, sculptor incertæ patriæ et ætatis, qui Oceanum et Jovem fecit, quos Asinius Pollio in suis ædibus posuit, teste *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (33)., ubi tamen olim *Entechus* legebatur. Ita *Sillig.* in *not. crit.* ad *l.* — Hinc *Heniochius*, adj. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 9. 10. (26). Cyrus oritur in Heniochiis montibus.

HĔNĬŌCHIUS et

HĔNĬŎCHUS. *V.* voc. præc.

HENNA. *V.* ENNA.

HĔNOCH, indecl. nom. pers. et geogr. (Hebr. *Hhanôkh* « *eruditus, initiatus* » a *hhânakh* « instruxit » *LXX.* Ἐνώχ) Scribitur etiam, sine aspiratione, *Enoch*, ut vox Græca, apud *Auson.* in *Ephem.* 3. 42., qui primam licenter producit.

I.) Henoch, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Cain, primogenitus, natus fort. post occisum Abel. *Vulg. Gen.* 4. 17.*sq.* ¶ 2. Item filius Jared, de quo habet *Vulg. Gen.* 5. 18. « Henoch vixit sexaginta quinque annis et genuit Mathusalem - et vixit post quam genuit Mathusalem, trecentis annis et genuit filios et filias et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque annis ambulavitque cum Deo et non apparuit, quia tulit eum Deus ». *et Eccli.* 44. 16. « Henoch placuit Deo et translatus est in paradisum ». *et* 49. 16. « Nemo natus est in terra qualis Henoch; nam et ipse receptus est a terra ». *et Hebr.* 11. 5. Fide Henoch translatus est, ut ne videret mortem et non inveniebatur, quia transtulit illum Deus: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo ». *et Jud. v.* 14. « Prophetavit autem *(Henoch)* et de his septimus *(per Seth)* ab Adam ». — Fuit igitur vir sanctissimus; dicitur enim *ambulasse cum Deo*, ut de sanctis patriarchis Noe (*Gen.* 6. 9), Abraham (*Ibid.* 17. 1. et 48. 15) et Jacob (*Ibid.* 48. 15) et etiam Levi (*Mal.* 2. 6); quin nemo cum eo ex natis comparandus, qui (ut in textu originario Hebraico *Ecclesiastici*, nuper reperto, legitur: ed. *Isr. Levi* Paris 1898. p. 88) « inventus est justus et ambulavit cum Deo »; qui ob magnitudinem fidei Deo placuit et ideo a terra translatus est, nempe, quod et de Elia diu post contigit (4. *Reg.* 2. 3. *sqq.*), inaudito privilegio est donatus, quippe qui, quum de aliis dicatur « et mortuus est », de illo contra non mortuus, sed translatus a Deo, idest in vita servatus fuerit, iterum rediturus, prout traditur (V. *Estius* in *Sent. IV.* 47. 10. et *Thom. III. q.* 49. *a.* 5. ad 2., coll. *Eccli.* 44. 16. et *Apoc.* 11. 3-12), sub finem mundi ad certandum cum Antichristo, et ob id martyr cum Elia moriturus. — Porro de loco, in quem Deus illum transtulerit, nihil certi habetur; nam, quamvis ap. *Vulg. Eccli. loc. cit.* legatur « in paradisum », quod alii de paradiso terrestri (*Thom. loc. cit.*, coll. *I. q.* 102. *a.* 2. ad 2) vel etiam de aliqua regione amœnissima, hæc tamen verba in textu Græco desiderantur; unde patet glossam esse interpretis (Cf. ELIAS). — Fuit etiam propheta, quum prophetasse dicatur (*Jud. loc. cit.*); hujus autem vaticinii de futuro impiorum judicio verba leguntur etiam in libro apocrypho, qui dicitur *Henoch* (ed. *Martin, Le livre d' Hénoch*. Paris 1906), ab origine aramaice scripto, uno v. duobus seculis a. Chr., cujus fons videtur fuisse *Liber visionum Noe*, jam deperdito; sed ejus exstant interpretatio Æthiopica, magna pars Græcæ et fragmenta Latinæ. Nonnulli veteres (*Clem. Alex. enarr. in ep. Jud., Orig. de princ. IV.* 35., *Tert. de cult. fem.* 1. 3., *August.* 15. *Civ. D.* 23) et recentiores (*Calmet, Camerlyck, Belser*) putarunt Judam librum *Henoch* citasse, ut hujus auctoritate suam sententiam firmaret; quod quidem absurdum non est, dummodo illud cum *Hieronymo* (in *Tit.* 1. 12) certum habeatur, scriptorem sacrum, qui librum profanum citet, non ideo ea omnia probare, quæ ibi continentur, sed tantum quod citat, suumque quodammodo facit. Sic testimonium Henoch in medium adfert Judas de judicio futuro, fortasse usus argumento, ut nonnulli (*Camerlynck, Brassac*) ajunt *ad hominem*, contra falsos doctores, qui ejusdem libri auctoritatem verebantur; quod tamen ex contextu nullo modo erui potest totiusque sacræ scripturæ vim infert ac detrimentum (*Sales, La sacra Bibbia II. p.* 607). Verum probabilius videtur apostolum sententiam suam hausisse non ex scriptis sed ore traditis, ut a Stephano (*Act.* 7. 22., 23. et 30) et Paulo (Cf. 2. *Tim.* 3. 8) factum esse novimus; non enim certo dici potest hanc libri partem jam scriptam fuisse tempore Judæ (*Zahn*), nec eam ex ipsis Judæ verbis originem traxisse (*Brassac, Jacquier, Belser, Cornely, Székely*). ¶ 3. Item filius Madian, filii Abraham ex Cetura (*Gen.* 25. 4. et 1. *Par.* 1. 33). ¶ 4. Item filius primogenitus Ruben (*Gen.* 46. 9. et 1. *Par.* 5. 3), princeps familiæ Henochitarum (*Exod.* 6. 14., *Num.* 26. 5. et 1. *Par.* 5. 3., ubi scribitur *Enoch*).

II.) Henoch, nom. geogr. sc. primæ urbis, a Cain conditæ, a nomine filii *Henoch* appellatæ (*Gen.* 4. 17). Attamen vox *'ir* ibi usurpata nihil aliud significare potest nisi aliquot domos simul junctas. Ubi vero sita fuerit, valde disputatum est, at nihil definitum ob nimiam rei difficultatem; quamquam alii cogitarunt de Anuchia in Susiana, alii de Heniochorum regione in Caucaso, alii de Kanody in India boreali, de Khotan alii, antiquissima urbe ad desertum Gobi etc. (Cf. *Winer, Bibl. Realwörtb.* Leipz. 1847. et *Dillmann, Die Genes.* Leipz. 1892. *p.* 99).

HĔNŎCHĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

HENOS. *V.* ENOS.

HĒPHÆSTA, æ, f. 1. (Ἡφαίστου νῆσος ἢ Βουλκά *Ptol.*) insula inter Siciliam et Africam, ab Ἥφαιστος (Vulcanus) nomine sumpto, una ex *Hephæstiadibus* seu Vulcaniis vel Liparæis, de quibus *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (92). Memoratur in *Itin. mar. p.* 518. « Insulæ Malta, Hephæsta et Falacron ».

HĒPHÆSTĬA, æ, f. 1. oppidum ad oram borealem ins. Lemni, una ex civitatibus fœderatis maritimæ societatis Atheniensis, ita a cultu Vulcani appellata (*Solin.* 11). Memoratur etiam *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (73)., *Her.* 6. 140. et *Pol.* 18. 31. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 51.*sq.* et *Head*, 262.

HĒPHÆSTĬĂDES, um, f. plur. 3. *V.* HEPHÆSTA.

HĒPHÆSTĬO (Hephæstion), ōnis, m. 3. (Ἡφαιστίων) nom. vir., ab *Hephæstus* demin. — Memorantur apud scriptores ¶ 1. Hephæstio, filius Amyntoris, dux Alexandri M. ejusque amicus carissimus, una cum eo educatus, secretorum omnium arbiter, in omnibus expeditionibus regem secutus, sed ante eum vita functus (*Curt.* 3. 12. 16. et *Justin.* 12. 12). Alexander contra regium decus amicum diu luxit tumulumque ei duodecim milium talentum fecit eumque ut deum coli jussit (V. *Deneken* in *Roschers Myth. Lex. I.* 2489. et 2544., coll. *Justin.* 12. 12. 11). De eo etiam *Nep. Eum.* 2., *Val. Max.* 4. 7. *ext.* 2., *Itin. Alex. M.* 37. et *Jul. Val. gest. Alex. M.* 3. 25. — Alia plura vd. ap. *Curt.* et *Arrian.* pluribus locis. — Statuam Hephæstionis fecit Lysippus, quæ falso, teste *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (64)., tributa est Polyclito. ¶ 2. Hephæstio, grammaticus Alexandrinus, fort. Ælii Veri cum Telepho et Harpocratione præceptor (*Capitolin. Ver.* 2). Floruit autem dimid. sæc. II., cui *Suid.* varia opera adjudicat criticæ litterariæ, quorum nullum hodie exstat vestigium; nunc tamen habemus ejus Ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων, quod constabat initio XL. libris, sed redactum deinde ad XI., mox ad III., postremo ad I. tantum (*Proleg. fr.* 10. in *Script. metr. I.* ed. *Westphal*, Teubner 1866. cum scholiis), et partem tractatus περὶ ποιήματος. Hæc autem omnia, quamquam aliqua ex parte reprehensa, generatim tamen magnam laudem sunt promerita. Meminit etiam *Priscian. metr. Terent. p.* 413. et 416. *K.* — De eo vd. *Croiset, H. L. G. V. p.* 649. *sq.*; *Consbruch, Progr. d. Stadtgymn.* v. Halle 1901. *p.* 29. 1. *Heph. præf. XIX.sq.* et *Westphals Metr. I.*[2] 178. ¶ 3. Alii ap. *Symm.* 5. *ep.* 34-37., coll. 2. 18. et *Apul.* 9. *Met.* 2.

HĒPHÆSTĪUM (Hephæstion), ii, n. 2. urbs Lyciæ, ita dicta fort. a Vulcani (Ἥφαιστος) cultu vel a conflagrationibus, quibus erat obnoxia. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 28. (100). Mons Chimæra noctibus flagrans, Hephæstium civitas et ipsa sæpe flagrantibus jugis. — *Senec. ep.* 79. In Lycia regio notissima est, Hephæstion incolæ vocant foratum pluribus solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circumit.

HĒPHÆSTĪUS, a, um, adject. (Ἡφαίστειος), ad Hephæstum pertinens, ut *Hephæstii montes* ap. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 106. 110. (230). — *Hephæstius locus*, ubi se occuluit Minerva, ne Vulcano nuberet, ab eo dictus, ap. *Hygin.* 2. *p. astr.* 13.

HĒPHÆSTUS, i, m. 2. *V.* VULCANUS.

HĒPHER. *V.* OPHER.

HEPTĂGŌNĬÆ, ārum, f. plur. 1. (ἑπτά, *septem*, et γωνία, *angulus*, sc. *septem anguli*) locus quidam prope Spartam, quem Flamininus a. 195. a. Chr. cepit « tertia (*parte exercitus*) ab eo loco, quem Heptagonias appellant; - omnia autem hæc aperta sine muro loca sunt ». *Liv.* 34. 38. Cf. *Frazer Paus. III.* 324.

HEPTĀNŌMIS et

HEPTĀPŎLIS. *V.* NOMI.

HĒRA, æ et as, f. 1. (Ἥρα, *Bœot.* Εἵρα) nom. pers. et geogr. — *a) Era*, sine aspiratione, habetur in *Corp.* 5. 3970. — *Hera* in *aliis ibid. n.* 8200. — *Here.* V. suo loc. — *b)* Etymon ducunt alii a forma *Æol.* Ἥρϝα = rd. *serv-o*, quasi *sR* « servatrix, custos » (Cf. *Roscher, Brugmann, Fick-Bechtel*); alii vero a rd. Skr. *svar* « splendere » (*Meyer, Usener*); conferunt alii cum Ἡρακλῆς, ἥρως, ἔρα, ἀήρ, et Lat. *hera*. V. etiam *Gruppe, Gr. Myth.* 1122. 1.

I.) Hera, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — A Latinis — 1.°) Ita appellata Juno vel absolute vel cum hoc addito. *Isid.* 8. *Orig.* 11. 48., *Rufin. recogn.* 84., *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2225. et *aliis* in *Corp.* 5. 8126. et 8200. — 2.°) Item terra (*Æol.* ἔρα) ap. *Capell.* 2. *p.* 40. — 3.°) Item Proserpina, ap. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 108. *de Cybele*, coll. *Inscr.* in *Corp. I. L.* 5. 8970., ubi ejus cultus cum Dite sociatur. — Hinc probabiliter *Herecura*, nomen Proserpinæ (*V.* ÆRECURA). — Hinc etiam *Heræ Lutra*, nom. insulæ juxta Sardiniam, de qua *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (85). — A Græcis dea est habita originis Pelasgicæ (Πελασγιάς), cui Rhea potentiam tribuit, regina immortalis, incomparabili pulcritudine, soror et uxor Jovis tonantis (*Hom. hymn.* 11); unde patet eandem esse ac Junonem apud Latinos. *Solin.* 2. « Heræum a Græcis in honorem Heræ (sic enim Junonem Græci vocant). — Ejus cultus, cujus naturam exponit *Haug* (*PWK* 8. 392.*sq.*), late patebat, quamquam origo obscura est, ut in Thessalia (*Apollod.* 1. 9. 8); in Locride (*Strab.* 426); in Phocide, præsertim Delphis (*Dittenberger, Syll.*[2] 438[2]. 169), Crisæ (*IGA* 314.: cf. *Pomtow Philol. LXXI.* 90), Elateæ (*IG IX.* 1. 98); in Bœotia, præsertim Orchomeni (*IG IX.* 1. 3217., coll. *Head, H. N.* 347), Plateæ, ubi templum erat ei dicatum (*Paus.* 9. 2. 7), Thebis (*Plut. de gen. Socr.* 587*d*), Thespiis (*Clem. Alex. protr.* 4. 16); in Eubœa (*Paus.* 9. 3. 1. et *Apoll. Rh.* 4. 1188. *Inscr.* Ἐφημ. ἀρχ. 1902. *p.* 97.*sq.*); in Attica, præsertim Athenis (*Hesych.* s. v. Γαμηλιών, coll. *Momms. Feste* 388) et Eleusine, cum templo ei sacro (*Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 58); Megaræ (*Plut. qu. gr.* 17. et *IG IX.* 1. 42); Corinthi (*Apollod.* 1. 9. 98), cum templo et oraculo (*Xen. Hell.* 4. 5. 5. et *Liv.* 32. 23); Paliunte cum templo in Acropoli (*Paus.* 2. 13. 4.: cf. *Ross, Reis. im Pelopon.* 32); Argis (*Hom. Il.* 4. 51); in Arcadia (*Schol. Pind. Ol. VI.* 148.*sq.*); in Laconia (*Paus.* 3. 11. 9); in Messenia (*Dittenberger, Syll.*[2] *I.* 244); in Achaia (*Paus.* 7. 23. 9) et in insulis. Item extra Græciam in Thracia, Troade, Mysia, Lydia, Cilicia, Bithynia, Paphlagonia, Syria, Ægypto, Sicilia, Italia etc. Nec sola colebatur sed simul cum Jove, Aphrodite, Apolline, Posidone, Artemide, Dionyso, Hephæsto, Hermete, Heracle, Horis, Musis etc. — De priscæ artis monumentis, ad eam pertinentibus, vd. *Furtwängler-Reichhold Gr. Vasenm. I. Taf.* 2165. etc.; *Gerhard, Trinksch. Taf.* 4.*sq.*; *Cat. Brit. Mus. II.* B 197.; *Roberts Sarkophagwerk z. B. II.* 1. *p.* 4. etc. — De ea cf. *Roscher, Stud. zur vergleich. Myth. II. Juno et Hera.* V. etiam JUNO. — Hinc *Heræa* (ἡ Ἡραία), oppidum Arcadiæ, ad Alpheum fl. situm prope Elidem, in via Olympiæ, conditum a Cleombroto, rege Spartæ, ad vicum hod. *Aiannl.* Memoratur *Liv.* 28. 7. et 8., 32. 5. et 33. 34. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 6. 10. (20). — *Heræum* — *a)* Nom. promontorii vel portus ad oram occid. Isthmi, ita dicti a templo Heræ Acrææ (Ἡραῖον), hod. *Hag. Nikolaos.* Meminit *Liv.* 32. 23. — *b)* Item oppidi Thraciæ (Ἡραῖον) in *Tab. Peut.* et ap. *Rav. p.* 184., ubi *Ereon.* — Plur. *Heræa* (τὰ Ἡραῖα), ludi in honorem Heræ seu Junonis, qui Argis celebrabantur. *Liv.* 27. 30. Curatione Heræorum Nemeorumque ad eum (*Philippum*) delata, *et mox.* Heræis peractis, ab ipso ludicro extemplo Rhium profectus est. Cf. *Eckhel*, 4. *p.* 443. — *Heraiscus* (Ἡραΐσκος), nom. serv. demin. Gr. *Corp.* 9. 1074. — *Herais*, cogn. mul. Gr. (Ἡραΐς). *C.* 9. 5332. et 3. 3958. — *Heras.* V. suo loc. ¶ 2. In titulis cogn. vir. tam ingen. quam serv. *Corp.* 9. 5166. et 10. 2380. et ap. *Wilmanns n.* 1744.

II.) Hera, nom. geogr., quæ et *Hybla minor* dicitur. *V.* hanc voc.

HĒRĂCLA (Eracla), æ, f. 1. *V.* HERACLES.

HĒRĂCLAMMON, ōnis, m. 3. (Ἡρακλάμμων) nom., fort. ab *Heracla* et *Ammon* factum, cujusdam viri Tyanei, qui fuit patriæ suæ proditor et ob id interfectus. *Vopisc. Aurel.* 22.*sqq.*

HĒRĂCLĀS, æ, m. 1. *V.* HERACLES.

HĒRĂCLĒA, æ, f. 1. (Ἡράκλεια) nom. geogr. et pers. ab Ἡρακλῆς. — Scribitur etiam *Heraclia* ap. *Sulp. Sev. chron.* 2. 38. 3. et *Plin. l. c.* — *Heraclia* in *Corp.* 3. 2668. — Aliquando *Eraclea* sine aspiratione, ut ap. *Rav. p.* 107. et 364.

I.) Heraclea, nom. geogr., sc. ¶ 1. Urbium plurium, ex quibus memorantur — 1.°) *Heraclea* urbs Ægypti, ubi erat Herculis templum (Ἡράκλειον). *Rav. p.* 120. et *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 11. — 2.°) Item Acarnaniæ, ap. *Liv.* 38. 1. — *Plin.* 4. *Hist. nat.* 1. 2. (5). Heraclia. — 3.°) Item Ioniæ, prope Miletum ad Latmum montem (hod. *Bechparmak-dagh*), Athenis fœdere devincta, ubi exstabant sepulcrum Endymionis ac templum in ejus honorem exstructum (*Apoll. Rh.* 4. 57. et *Apoll.* 1. 7. 5). *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (113). et *Rav. p.* 107. — 4.°) Item Elidis supra Olympiam in Peloponneso. *Auct. vir. ill.* 60. — 5.°) Item Thessaliæ in Phthiotide, cognomine *Trachin* v. *Trechin*, ad sinum Maliacum, prope Thermopylas, condita a Lacedæmoniis (Olymp. LXXXVIII. ap. *Diod.* 12. 59.; ap. *Hieronym.* vero Olymp. LXXXIX., sed minus recte). *Liv.* 28. 5. et 7. et 33. 3. et 36. 22., *Justin.* 13. 5., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 14. (28). et *Macrob.* 5. *Sat.* 21. 18., qui eam ab Hercule ita appellatam dicit. — 6.°) Item Macedoniæ, dicta *Lyncestis*, hujus regionis caput, in via *Egnatia*, prope Erigonum fl. in confiniis Candaviæ, hod. *Monastir*, ap. *Liv.* 26. 25., coll. *Cæs.* 3. *B. C.* 79. et, ex Græcis, *Pol.* 28. 11., *Strab.* 7. 319. et *Ptol.* 3. 13. 33. — Alia ibidem, quæ *Sintica* (*Sentica, Santica* v. *Xantica*) dicitur, ad Strymona, gr. Σιντική, hod. *Zervokhori*, ap. *Liv.* 42. 51. et 45. 29. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (35)., coll. *Diod.* 31. 8. et *Ptol.* 3. 13. 30. — Tertia quoque, absolute memorata *Liv.* 36. 22. et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (38)., in radicibus Œtæ montis, hod. fort. *Platamona.* — 7.°) Item Bithyniæ, et quidem urbs celeberrima, in nummis dicta Ἡράκλεια Πόντῳ v. Πόντου. *Schol. Apoll. Rh.* 2. 845. ἐν Πόντῳ, *Schol. Nikandr. Alex.* 13. ἡ Ποντική, in *Not. episc. IV.* 18. et *alib.* Ποντοηράκλεια; ab Hercule Argivo nominata (*Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 1. et *Mel.* 1. 103), in Mariandynis (*Mel. ibid.*), Lyco flumini adposita (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 1. 1. [4]), in Ponto (*Id. ibid.* 24. 39. [216]), hinc *Pontica* dicta, hod. *Eregli*, colonia Megarensis, diu a tyrannis recta, Clearcho, Satyro et Dionysio, qui sibi subjecerunt ceteras circum urbes Græcas litorales (*Justin.* 16. 3); a Lysimacho dein occupata, commercii quoddam centrum cum duplici portu; a Romanis eversa post Mithridaticum bellum, dein restaurata, patria Heraclidis Pontici, Memnonis historici et Marciani geographi. Memoratur etiam *Sall. ep. Mithr. ad Arsac.* in *Hist.* 4. 61. 14., *Ammian.* 22. 8. 16. et, ex Græcis, *Paus.* 5. 26. 7., *Xen. an.* 5. 6. 10. etc., *Scyl.* 91., *Scymn.* 972., *Diod.* 12. 70. et alib., *Strab.* 12. 541.*sq.* — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 416-421.; *Head* 440. et 514.; *Reinach, Recueil génér. d. monn. gr. d'As. min. I.* 2. 343-383. Cf. etiam *Waddington* et *Babelon.* — De ea consulas *Müller, Orchom. p.* 291. *sqq.*; *Perrot, Gal. et Bithyn. I.* 15.*sq.* et *Ritter, Erkunde von Asien XVIII.* 755-768. — 8.°) Item Cretæ, inter insignes laudata *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59). — *Rav. p.* 397. Eraclium, Ἡράκλειον *Strab.*). — 9.°) Item Thraciæ, ubi duplex est, nempe — *a)* Heraclea seu Chersonesus Heracleotica, prope Sebastopolim, colonia Dorica Heracleæ Ponticæ, diu nulli obnoxia, a Mithridate dein regno Ponti adnexa, civitas libera temporibus Plinii, postremo a Romanis subacta. Memoratur *Mel.* 1. 103., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (85)., *Ammian.* 22. 8. et *Corp. I. L.* 3. *p.* 148-2816., 55. et, ex Græcis, *Her.* 4. 99., *Scyl.* 68., *Pol.* 25. 2., *Strab.* 7. 308. et 12. 543., *Polyæn.* 8. 56. et *Ptol.* 3. 6. 4. — De ejus nummis vd. *Head*, 277. — *b)* Heraclea, Threcensis (*Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 16), olim *Perinthus* plerumque a scriptoribus dicta, sita in pæninsula Propontidis; colonia Samia, deducta a. 599. a. Chr., commercio florens, Athenarum socia, Philippo II., Macedoniæ regi, a. 341. strenue reluctata; dein a Justiniano imp. munimentis instructa. Memoratur *Liv.* 33. 30., *Mel.* 2. 24., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (47)., *Ammian.* 22. 2., *Eutr.* 9. 5. et, ex Græcis, *Xen. an.* 2. 6. 2. etc., *Scyl.* 67., *Scymn.* 715., *Strab.* 7. 331., *Ptol.* 3. 11. 6. et 8. 11. 7., *Plut. Phoc.* 14. et *Zos.* 1. 62. — De ejus nummis vd. *Head*, 270. — 10.°) Item Cariæ, ad Salbacum (*Babadagh*) montem, confinis Phrygiæ, quæ et *Heraclea ad Salbacum*, hod. fort. *Mokuf*, laudata *Plin.* 5. *Hist. nat.* 28. 29. (109). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 583., coll. *Cavedoni* in *Bull. arch. Napol.* a. 1855. *p.* 10.*sq.* — 11.°) Item in Caspiis (*Heraclea oppidum*), ab Alexandro M. condita, sed ab Hircanis eversa; dein ab Antiocho restituta et *Achais* postmodum dicta (Ἀχαΐς). *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (48). — De ea vd. *Gutschmid, Iran* 27. et *Kiessling, PWK* 8. 434.*sq.* — 12.°) Item Syriæ, ad septentr. Laodiceæ, hod. *Meinet-Borja*, memorata *Plin.* 5. *Hist. nat.* 20. 18. (79). Cf. *Strab.* 16. 751. et *Ptol.* 5. 15. 8. — 13.°) Item Mediæ, opibus et magnitudine mœnium insignis, ap. *Ammian.* 23. 6. 39. — 14.°) Item Italiæ, in regione III (Lucania), in ora sinus Tarentini, *Heraclia* ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 15. (97). et *Eraclia* ap. *Rav. p.* 330., Ἡράκλεια *Strab.* 6. 265. et 280. et *Plut. Pyrrh.* 16. etc., in territorio fertilissimo, dicta etiam *Siris* (*Plin. loc. cit.*) ad Acirim et Sirim; a. 432. a. Chr. a Thuriis et Tarento condita (*Liv.* 8. 24) et Magnæ Græciæ una ex præcipuis civitatibus, in quam conveniebant Græci Italiæ australis a. 278. quamque proxime a. 280. Pyrrhus Romanos profligavit (non enim recte *Flor.* 1. 18. 9., *Oros.* 4. *Hist.* 1. et *Jorn. Rom. p.* 154. *M.* tradunt dimicatum esse ad Heracleam Campaniæ fluviumque Lirim); Romanorum partes secuta tam libenter, ut ab iis cum civitatis jure alia quoque beneficia obtinuerit singularia; emporium conspicuum (*Varr.* 2. *R. R.* 9. 6); temporibus deinde imperii orientalis municipium florentissimum; patria Zeuxidis, pictoris celeberrimi, hod. *Policoro.* Memoratur etiam *Liv.* 1. 18. et alib., *Mel.* 2. 68., *Cic. Balb.* 8. 21. et *Arch.* 4.*sq.* et, ex Græcis, *Arist. mirab.* 106., *Scyl.* 14., *Diod.* 12. 36. et *App. Hann.* 35. — De ejus nummis vd. *Head*, 71. — 15.°) Item Siciliæ, agnomine *Minoa* seu *Macara* (*Polyb.* 1. 25), ad ostium Halyci (*Platani*), inter Selinuntem et Agrigentum, prope hod. *Capo Bianco*, condita, ut fabulantur, ab Heracle vel a Minoe, novâ coloniâ Doricâ aucta, exeunte sæc. VI., sæpe memorata in bellis Carthaginiensium contra Syracusanos ac Romanos, florens etiam temporibus Ciceronis. De ea *Cic.* 2. *Verr.* 50. 125., *Liv.* 24. 35., *Mel.* 2. 118., et, ex Græcis, *Her.* 5. 43., *Diod.* 4. 23., *Ptol.* 3. 4. 6., *Plut. Dio* 25. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 1. *p.* 210. et *Head*, 143. — 16.°) Item Galliæ Narbonensis, dicta *Caccabaria*, fortasse a *caccabis* conficiendis vel commercio asportandis, in ostio Rhodani, ad meridiem Fori Julii (*Fréjus*). Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (33). et in *Itin. marit. p.* 505. ¶ 2. Est insula Siciliæ in freto, memorata *Mel.* 2. 120. Et illæ septem (*insulæ*), quas Æoli adpellant Osteodes, Lipara, Heraclea etc. Adde *Itin. mar. p.* 517. et *Rav. p.* 406., fort. hod. *Basiluzzo.* — Hinc — *a) Heracleensis* v. *Heracliensis*, adj., ut *Heracleensis ager*, ad Heracleam Thessaliæ in Phthiotide pertinens, ap. *Liv.* 36. 16. — *Heracliensis civitas* ap. *Cic. Balb.* 22. 50. et *Heraclienses legati* ap. *eund. Arch.* 4. 8. et *Heraclienses*, absolute, incolæ ap. *eund. Balb.* 8. 21., de Heraclea in Lucania. — *Heraclienses*, item abs., incolæ Heracleæ Siculæ, ap. *eund.* 3. *Verr.* 43. 103. — *Heracliensis Ecclesia*, de Heraclea, ut videtur, Thraciæ dicta *Gelas. ep.* 26. — *b) Heracleus* (*Heracleos* v. *Heraclius*), ut *Heracleus lapis* — α) Idem ac it. *pietra del tocco* v. *di paragone*, qui apud Heracleam Lydiæ invenitur. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 8. 43. (126). — β) Idem ac magnes. *Id.* 36. *ibid.* 16. 25. (127). — *c) Heracleotes* (Ἡρακλεώτης), adj. ad Heracleam aliquam pertinens, ut *Heracleotes Zeuxis*, i. e. ex Heraclea Lucaniæ, ap. *Cic.* 2. *Inv.* 1. 1. — *Heracleotes tractus*, ad Heracleam Ioniæ spectans, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (122). — *Heracleotes* insula Siciliæ in *Itin. mar. p.* 516. — *Heracleotæ*, abs., incolæ - Heracleæ Bithyniæ, ap. *Plin.* 10. *ep.* 79. — Item Heracleæ ad Latmum, ap. *Cic.* 13. *Fam.* 56. — Item Heracleæ Chersonesi, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 24. (78). — *Heracleoticus* (Ἡρακλεωτικός), adj. ad Heracleam Ægypti pertinens, ut *Heracleoticon ostium*, quod et Canopicum dicitur, ap. *Solin.* 32. — *Heracleotici cancri*, ap. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 31. 51. (97). — *Heracleotica nux*, quam quidam castaneam vocant, ap. *Macrob.* 1. *Sat.* 14. — *d) Heraclianus* (Ἡρακλειανός), cogn. vir. *Corp.* 8. 14. — Fuerunt etiam hoc nomine — Dux Gallieni imp. contra Persas, ulturus Aureliani mortem, sed a Palmyrenis victus, qui postea contra ipsum Gallienum conjuravit. *Treball. Gall.* 13. — Item comes Africæ sub Honorio imp., qui, missus a. 409. contra Attalum, strenue decertavit ac provinciam valide est tutatus (*Oros.* 7. *Hist.* 42); sed post a. 413., res novas molitus, Carthagine est occisus (*Id. loc. cit.*).

II.) Heraclea est etiam nom. mul., nempe filiæ Hieronis, Siculi tyranni, et uxoris Zoippi, quæ a conjuratis una cum duabus filiis virginibus est crudeliter necata a. 214. a. Chr. *Liv.* 24. 26.

HĒRĂCLĒENSIS v. Heracliensis, e, adject. *V.* voc. præc.

HĒRĂCLĔO v. Heracleon, ōnis, m. 3. (Ἡρακλέων, *i. e.* magnus *Hercules*) nom. vir. — Scribitur *Heraclio* aliquando et *Eraclio*, omissa aspiratione. *Corp.* 9. 6081 (26). et in *aliis* ap. *Momms., Inscr. Helv. n.* 350 (9). — Declinatur etiam *Heracleon, ontis*, ap. *Mar. Merc. coll.* 1. *exc. Nest. p.* 367. *M.* — Memorantur ¶ 1. Heracleo, pirata ac prædonum dux, *Pyrganio* vocatus *Oros.* 6. *Hist.* 3., qui « non sua virtute sed Verris avaritia nequitiaque victor classem pulcherrimam populi Romani in litus expulsam et ejectam inflammari incendique jussit, ac in portum Syracusanum deinde penetravit ». *Cic.* 5. *Verr.* 34. 90-91. et 99-100. — Fuit dein a Metello Siciliæ prætore navali terrestrique prœlio comminutus et a Sicilia decedere compulsus. *Oros. loc. cit.* ¶ 2. Heracleo, ex Berœa, qui, Antiocho IX. Grypo interfecto a. 97. a. Chr., regnum Syriæ occupavit, teste *Trog.* in *prol.* 39. Cf. *Jos. ant.* 13. 365. et *Bouché-Leclerq, Hist. d. Lagid. II.* 101. ¶ 3. Heracleo, philosophus, ut videtur, Peripateticus, patria Megarensis (*Plut. de sol. anim.* 3. 2. et *def. orac.* 6). Laudatur *Val. Prob.* ad *Virg.* 6. *ecl.* 31. *p.* 12. *K.* ¶ 4. Heracleo, hæreticus, discipulus Valentini, ineunte sæc. II., qui duo asseruit principia, unum ex altero et ex his duobus alia plurima (*Augustin. hær.* 16., *Tertull. adv. Valent.* 4. et *Philastr. hær.* 41). — Fuse de hac hæresi disserit *Auct. præd.* 1. 16., coll. *Auct. Philosophum.* 6. 4. 29. et 36. — Scripsit etiam commentarium in euang. Johannis, cujus plura loca (50) habet *Origenes* in suo ad idem euang. et *Clem. Alex.* in *Strom. IV.* 9. 70.*sqq.* et *Eclog. proph. c.* 25. — Hinc *Heracleonitæ*, ejus asseclæ, dicti *Augustin. loc. cit.*

HĔRĂCLĔŌNĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

HĔRĂCLĔŌPŎLIS, is, f. 3. (Ἡρακλεόπολις, i. e. *Heraclis urbs*) nom. geogr. — Fuerunt hoc nomine duæ urbes, a cultu Herculis appellatæ, *magna* et *parva*. ¶ 1. Heracleopolis *magna* (Ægypt. *Hh[t]-nn-nsw[t]*, Assyr. *Hininsi*, Copt. *Hnes*, Arab. *Ahnas*), urbs Ægypti mediæ (Heptanomidis), in insula Nili spatiosa, ad sinum *Yusuf* (*Joseph*), supra Memphim sita, XX. vicorum caput, unde originem habuere dynastiæ IX. et X. Ægyptiæ, hod. *Ahnas*. De ea cf. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (84)., qui ait hic primum factum esse Labyrinthum. — Ibi etiam templum erectum fuit deo Ἀρσάφης = Herculi (*Plut. Isid.* 37), et ichneumon cultus, animal quadrupes, qui in ripis Nili nascitur (it. *icneumone*), marti simile. Cf. *Breasted, Gesch. Ägypt.* 1910 (tr. *Ranke*) *p.* 140.*sq.* ¶ 2. Heracleopolis *parva* (Ἡρακλέους πόλις *Strab.*), sic a Romanis dicta, sed *Sethroe* nomine, hod. *Tell-Serig*, corrupte *Eracenpolis* ap. *Rav. p.* 130., ad alveum Bubasticum, prope Pelusium. — Hinc *Heracleopolites nomos*, in insula Nili, in qua et oppidum Herculis, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. (50). Cf. *Capell.* 6. *p.* 219. — *Heracleopolitæ*, abs., incolæ, ap. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 13. 19. (86).

HĔRĂCLĔŌPŎLĪTÆ, ārum, m. plur. 1., et

HĔRĂCLĔŌPŎLĪTĒS, æ, m. 1. *V.* voc. præc.

HĔRĂCLĔŌTĒS, æ, m. 1., et

HĔRĂCLĔŌTĬCUS, a, um, adject. *V.* HERACLEA.

HĔRĂCLES, is et ētis, m. 3. (Ion. Ἡρακλῆς contr. ab Ἡρακλέης ep. ap. *Hes. theog.* 318.; Dor. Ἡρακλᾶς contr. ab Ἡρακλέας) nom. vir. — *a)* Scribitur etiam *Eracle*, in *chron. min.* 202. 19. *Fr.* — *Heracla* ap. *Ritschl, Opusc. II.* 492. — *b)* Etymon ducitur probabilius ab Ἥρα et κλέος, *laus, gloria, honor* (*Etym. M. p.* 436. 5., *Etym. Gud. p.* 247. 55. et 248. 1. *St.*, *Eustath. Il. p.* 561. 88., *Apoll.* 2. 78., *Diod.* 1. 24. 4. et *Prob. Verg. ecl. VII.* 61); sed alii vel ab ἦρα vel ab ἀήρ vel ab ἔρα et κλέος, vel ab Ἥρα et καλεῖν, vel ab ἥρος, *fortis* v. *defensor*, v. a Skr. *saras, svar*, sol, et κλέος etc. V. *Max-Müller, Kretschmer, Liddell-Scott, Cramer, Pape-Benseler, Fick-Bechtel, Boisacq*. — Est idem ac Hercules. *Eum. rest. schol.* 7. Heracles Musagetes. *V.* HERCULES. — Hinc cogn. vir. in *Corp.* 8. 3388. et *alia* ap. *Brambach, n.* 75. et 76. — Abs. *Corp.* 5. 1997. — Hinc etiam — *a)* *Heracla* (*Eracla*), cogn. vir., ingen. et libert., itemque nom. serv. *C.* 5. 8166.; 10. 972. et *alia* ap. *Orelli n.* 2653. et *Wilm. n.* 479. — *b)* *Heraclas* (Ἡρακλᾶς), episcopus Alexandriæ, sub Alexandro imp., probatus in omnibus virtutibus ab Origene, cujus fuerat adjutor, in sermone disertissimus et in omnibus philosophicis eruditionibus apprime institutus, ut tradit *Eus.* ap. *Rufin. h. e.* 6. 12. De eo *Martyr. Rom.* prid. id. Jul. « Alexandriæ sancti Heraclæ antistitis, ob cujus celeberrimam opinionem Africanus historiographus memorat se Alexandriam ad eum visendum properasse ». — *c)* *Heracleum* et *Heraclium* v. *Heraclion* (Ἡράκλειον) — α) Oppidum Ægypti (Delta) duplex, unum ad ostium Nili, *Canobicum* vel aliquando *Heracleoticum ostium* dictum, ubi templum erat Heraclis, sed tantum ap. *Strab.* 2. 85. et 18. 788. et *Ptol.* 4. 5. 10.; alterum ad ostium Pelusii, ap. *Rav. p.* 356. et in *Tab. Peut.* — β) Item in Colchide inter Dioscuriadem et Sebastopolim, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 5. 5. (16). — γ) Item in Ponto, ap. *Rav. p.* 364., ubi *Eraclion*, et *Tab. Peut.* — δ) Item Perrhæbiæ in Macedoniæ confinibus, hod. fort. *Xenoxus*, ap. *Liv.* 44. 2. — ε) Est etiam promontorium in Bruttiis, ad orientem prom. Leucopetræ, hod. *Spartivento*, memoratum tantum *Strab.* 6. 259. et *Scyl.* 14. — ζ) Item promontorium ac fluvius in Ponto, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 4. 4. (12). — *Heracleus* et *Heraclius* (Ἡράκλειος), adj., ut *Heracleon Siderion*, genus herbæ, quæ vulnera ferro (σίδηρος) illata sanare dicitur. *Plin.* 25. *Hist. nat.* 4. 15. (34). — Substantivorum more, *Heraclea* (*æ*), titulus poematis, quod LIV. libris constabat, de rebus Herculis, scripti a poeta cyclico, qui floruit ca. 490. a. Chr. Memoratur *Schol.* ad *Germ. p.* 129. *Br.* — *Heracleæ*, fabulæ Herculis, ap. *Juvenal.* 1. 52. « Hæc ego non agitem? — Heracleas aut Diomedeas etc. ». Alii tamen interpretantur *columnas Herculis*. — *Heraclea*, festa in honorem Herculis. *Charis.* in *exc. p.* 554. 4. *K.*, de quibus vd. etiam *Eckhel*, 4. *p.* 443. — *d)* *Heraclida* et *Heraclides* vd. suo loc.

HĔRĂCLĒUM et Heraclium (Heracleon et Heraclion), i, n. 2., et

HĔRĂCLĒUS (Heraclius), a, um, adject. *V.* voc. præc.

HĔRĂCLIĀNUS v. Heraclianus, i, m. 2. *V.* HERACLEA.

HĔRĂCLĪDA, æ, m. 1., et

HĔRĂCLĪDĒS, is, m. 3. (Ἡρακλείδης) et Heraclida, æ, 1. nom. vir. — Scribitur etiam *Eraclida* sine aspiratione, in *Corp.* 6. 7395. et 5. 8114 (44). et in *alia* in *Bull. d. Istit. arch.* a. 1876. *p.* 254. — *Herclida* syncop. pro *Heraclida* in *alia* ap. *Brizio, Sepolcr. sull' Esquil. p.* 130. *n.* 552. — Est autem patronym. ab *Heracle* seu *Hercule*, sc. proprie de filio aut nepote Heraclis usurpatur; sed aliquando de eo, qui remotissimam ab eo originem traxisse dicitur, ut de patre Alexandri M., qui Heraclides Philippus appellatur *Auct. Itin. Alex. M.* 12. — Duplici hac forma ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Heraclida — *a)* Quidam dignitate præditus sub Diocletiano et Maximiano, quæ tamen excidisse videtur, ut erui potest ex lege ad eum data in *Cod.* 7. 62. 9., ubi legitur: « Have, Heraclida, carissime nobis ». — *b)* Item episcopus incertæ sedis in Ægypto, mirifice laudatus a presbyteris Faustino et Marcellino *in libello precum* a. 384., Valentiniano, Theodosio et Arcadio oblato, *cc.* 26. et 29. — 2.°) Heraclides — *a)* Pictor, qui « sub finem regni Macedonici vixit. Ipse Macedo initio naves pinxit captoque rege Perseo (a. 168. a. Chr.) Athenas commigravit, ubi eodem tempore erat Metrodorus pictor idemque philosophus, magnæ in utraque scientia auctoritatis (*Plin.* 35. 11. s. 40), qui paullo infra eundem artificem non ignobilem quidem, in transcursu tamen cum aliis dicendum appellat ». Ita *Sillig.* in *Cat. Art. p.* 228. — *b)* Item historicus, cognomine *Lembus*, fort. ex urbe Ponti, Alexandriæ educatus, sub Ptolemæo Philopatore muneribus publicis functus; postremo autem vitæ tempore Oxyrinchi moratus, ubi opera historica scripsit, quæ neglecta, ut videtur, perierunt, nec aliud ex iis restat nisi quædam fragmentorum collectio ap. *Müller* in *Hist. Gr. frgm. III. p.* 167-171. Memoratur *Fest. p.* 269. *M.*, *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 273. et *Solin.* 1. — Huic tribuit *Susemihl I. p.* 501-505. Πολιτεῖαι, compendium operis Aristotelici, quod alii sequenti adjudicant. — *c)* Item philosophus simulque historicus, filius Euthyphronis, *Ponticus* appellatus, patria Heracleensis, exeuntis sæc. IV. a. Chr., doctus in primis appellatus *Cic.* 5. *Tusc.* 3. 8., Platonis, Speusippi et Aristotelis discipulus. *Cic. loc. cit.*, 1. *Nat. D.* 34. 13., 3. *Legg.* 6. 14. et *alib.*, coll. *Diog.* 3. 46. et 4. 11., *Strab.* 12. 357. et *Dion.* 22. — Scripsit multos philosophicos tractatus (περὶ ἡδονῆς, - σωφροσύνης, - δικαιοσύνης - εὐδαιμονίας, - ἀρχῆς, - νόμων, - ψυχῆς etc.), physicos (περὶ φύσεως, - εἰδώλων πρὸς Δημόκριτον, - τῆς ἄπνου, - τοῦ ἀγαθοῦ etc.), grammaticos (περὶ ὀνομάτων, - τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας etc.), musicos (περὶ μουσικῆς etc.), rhetoricos (περὶ τοῦ ῥητορεύειν ἢ Πρωταγόρας etc.), historicos (περὶ εὑρημάτων et περὶ τῶν Πυθαγορείων, quod opus quædam est historia philosophiæ) aliusque de geometria et dialectica, de quibus consulas *Müller*, qui in *Hist. Gr. frgm. II. p.* 197.*sqq.* collegit saltem historica Heraclidis Pontici fragmenta *p.* 208-224. — Memoratur quoque *Varr.* ap. *Non.* 230. 16. et 260. 2. *Merc.*, *Macrob. somn. Scip.* 1. 14. 19., *Chalcid. comm.* in *Plat. Tim.* 11., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 52. 53. (175)., *Tertull. anim.* 9., *Minuc. Oct.* 19. 9. — De eo vd., ex veteribus, *Diog.* 5. qui ejus vitam et scripta tradit, et, ex recentioribus, *Zeller, Philos. d. Gr. II.* 1. 1889. *p.* 989. et 1084. et *Hirzel, Dial. I.* 323. — *d)* Item medicus Tarentinus, ex empiricis, quem laudat *Galenus* (*XI.* 794) uti medicamentariæ (*farmaceutica*) peritissimum, quasique hujus artis inventorem. Inter ejus opera, quorum nihil aliud nisi titulos novimus, exstant *Commentaria* in *Hippocratem* (Cf. *Susemihl II. p.* 419-423). Meminit *Cels.* 1. *procem.* 3. 6. et 15. 5. 25. *n.* 10., 7. 7. *n.* 6. et 8. 20., coll. *Cæl. Aur.* 2. *acut.* 29. et 38. et 5. *chron.* 2. — In *Ind. II.*, 2. 13., inter suos fontes retulit *Plin.*, apud quem distinguendus est *Heraclides* simpliciter dictus (*Ind. l.* 20-27) ab hoc, qui *Tarentinus* ab eo vocatur *loc. cit.* — Ejus effigiem illustravit cl. *Visconti* in *Iconogr. Gr. I. p.* 384. — *e)* Item martyr, discipulus Origenis, quo etiam hortante, una cum aliis, sub Severo imp. fortiter inter tormenta mortem pro fide subiit, ut tradit *Euseb.* ap. *Rufin. h. e.* 6. 4. — *f)* Alios videsis ap. *Liv.* 31. 16. et 32. 5., 37. 34-36., *Val. Max.* 3. 8. *ext.* 5., *Justin.* 22. 5. et 8., *Cic. Flacc.* 18. 42. et 19. 45. et *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 14. ¶ 2. In titulis cogn. vir. sive ingen. sive libert. itemque nom. serv. *Corp.* 3. 14. et 75. et *alia* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 358. — Absolute. *Corp.* 5. 8114 (44). — In plur. num. *Heraclidæ*, generatim sunt posteri Heraclis seu Herculis, de quibus fit suis locis mentio.

HĔRĂCLĪENSIS, e, adject. *V.* HERACLEA.

HĔRĂCLĪTĒUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HĔRĂCLĪTUS, i, m. 2. (Ἡράκλειτος et Ἡράκλιτος) nom. vir., ab *Heracles* factum. — De quantitate pænultimæ alii aliter sentiunt; sunt enim qui eam brevem esse putent, fortasse quia græce etiam Ἡράκλιτος scribitur, ut in *CIG. n.* 181. Ceterum poetæ Latini utroque modo usurpant: longam *Lucret.* 1. 638. « Heraclitus init, quorum dux prœlia primus »; brevem, sequiore tempore, *Sidon. carm.* 2. 171. « Quidquid Pythagoras, Democritus, Heraclitusque Deflevit, risit, tacuit ». ¶ 1. Memorantur in libris — 1.°) Heraclitus, filius Blysonis v. Heraconis (*Diog.* 9. 1), Ephesi natus probabiliter ca. a. 540. a. Chr. (*Hier.* in *chron.* a. 501., qui *alib.* non sibi constat: cf. *Zeller p.* 99-101. *Epicharmus* a. 470. de doctrina Heracliti, uti jam nota, disserebat [*v.* 190-195. *Mullach*] cit. a *Diog.* 3. 11. et *Stob. Flor.* 37. 16). — Ex familia ortus nobilissima, quæ se ab Androclo, filio Codri, Ephesi conditore, descendere jactabat, ipse a publicis muneribus obeundis abstinuit multitudini adversus et civibus suis infensus, quod amicum Hermodorum in exsilium pepulissent (ideo a satyrico Timone dictus ὀχλολοίδορος: *Diog.* 9. 6) et unice philosophicis meditationibus intentus, ceterum de hominum miseria ac stultitia assidue conquestus; quare *Senec. ira* 2. 10. « Heraclitus quoties prodierat et tantum circa se male viventium, immo male pereuntium viderat, flebat, miserebatur omnium, qui sibi læti occurrebant; miti animo, sed nimis imbecilli, et ipse inter deplorandos erat. Democritum contra ajunt nunquam sine risu in publico fuisse: adeo nihil illi videbatur serium eorum, quæ serio gerebantur ». Sic *Sotion* ap. *Stob. Flor.* 29. 68. « τοῖς δὲ σοφοῖς ἀντὶ ὀργῆς Ἡρακλείτῳ μὲν δάκρυα, Δημοκρίτῳ δὲ γέλως ἐπῄει ». — Ejus doctrina penitus intelligi nequit, utpote qui obscuritate laborat, adeo ut « tenebrosus » ab *Hieronym.* in *chron.*, « scotinus » (σκοτεινός) a *Senec. ep.* 12. appelletur; deque eo, tacito nomine, scribat *Lucil. Ætn.* 531. « Quod si quis lapidis miratur fusile robur, Cogitet obscuri verissima dicta libelli ». *et Lucret.* 1. 639. « Clarus ob obscuram linguam ». Id autem illum de industria fecisse tradit *Cic.* 1. *Nat. D.* 26. 74. et 3. *ibid.* 14. 35. et 2. *Divin.* 64. 133. — Hinc ejus nomen de scriptore obscurissimo usurpavit *Hieronym. adv. Rufin.* 1. 30. « Scripta tua relegens, quamquam interdum non intelligam quid loquaris, et Heraclitum me legere putem etc. ». — Scripsit opus, cujus fragmenta tantum supersunt, ut veteres tradidere, inscriptum Περὶ φύσεως vel Μοῦσαι, in tres partes divisum, quarum prior agit de universis (περὶ τοῦ παντός), altera de re politica seu ethica, tertia de theologia. Incipit autem humanam ignorantiam ac stultitiam ita adfirmans, ut Hesiodum, Pythagoram, Xenophanem, Hecatæum ob nimiam scientiam desipuisse dicat, qui, testimonio sensuum decepti, nec ex eis, quæ videntur, ad ea, quæ visui non sunt obnoxia, ascenderint, nec rationem communem (ξυνὸς λόγος) fuerint secuti,

cujus ipse erat interpres (*frgm.* 58. et 92). Res namque docet res specie tantum esse varias, quum e contrario omnia ad unum redigantur (*frgm.* 92), non immotum, uti censet Xenophanes, sed perpetuo mobile (*frgm.* 27. et 49), ita ut credendum sit nihil subsistere sed omnia continuâ luctâ (πόλεμος) secum pugnantia moveri ac fluere, nec esse sed fieri omnia (πάντα ῥεῖ, ὡς ποταμός). Cf. *Plat. Cratyl.* 402 A « Πάντα χωρεῖ καὶ οὐδὲν μένει ». — Hoc autem unicum, quod immutatum hac illac spirat, est ignis (πῦρ) æternus, modo ardens, modo sopitus, unde tunc aqua et terra enascantur (*frgm.* 31. et 39), omnium auctor atque eversor. Nullum præterea est rerum discrimen: vita et mors, somnus et vigilia, dies et nox, hiems et æstas unum idemque sunt (*frgm.* 46., 86. etc.). — Quomodo vero, quod est unicum, sit etiam multiplex, non liquet; contra, si fieri, non esse, dicuntur omnia, tunc ea sunt simulque non sunt; nam « fieri » inter ea, quæ sunt et quæ non sunt, aliquid medium esse videtur. Sic insanus quidam recentior philosophus asseruit, idem esse posse et non esse simul (*Hegel*). — Verum in iis, quæ ad ethicen ac theologiam attinent, si de priore loquimur, fere omnia ex ea perierunt, quamquam de lege disserit philosophus, quam præfracte populo monet esse defendendam (*frgm.* 20); si de altera, crassum vulgi cultum aspernatus, docet esse aliquem deum supremum, quocumque vocetur nomine, potentia et intellectu omnino singulari præditum omniumque rerum moderator; utrum vero sit persona, an aliquid abstractum, non dicit; inferiores tamen deos esse non infitiatur; animas quoque humanas ita natura comparatas esse ait, ut, quo sicciores sunt ac subtiliores, eo acutiore polleant intellectu (*frgm.* 72) et post mortem heroum deorumque animæ fiant (*frgm.* 68). — Quod autem ad scribendi formam, inter omnes convenit, Heraclitum pulcro uti stilo ejusque solutam orationem se commendare ob vividum accuratumque ac robustum dicendi genus, immo aliquando poeticis quoque coloribus ornatam enitere. — Demum de ejus morte hæc tradit *Tertull. ad martyr.* 4. « Heraclitus se bubulo stercore oblitum exussit »; sed *Diog.* 9. 4. eum hydropisi, ætate sexaginta annorum, obiisse refert. — Memoratur *Cic. Fat.* 17. 39., 5. *Tusc.* 36. 105., *Var. frg. p.* 214. *Bip.*, *Apul. dogm. Plat.* 1. 2., *Macrob. somn. Scip.* 2. 21., 14. 19. et 20. 3., *Boeth. de diis p.* 392. *Or.*, *Colum.* 8. 4. 4., *Vitr.* 2. 2. 1., *Chalcid. comm.* in *Tim. Plat.* 237., 251., 280. et 322., *Censorin. d. nat.* 17. 2. et 18. 11., *Ammian.* 21. 16. 14., *Solin.* 1., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 265. et 11. 186. et 1. *G.* 86., *Augustin.* 6. *Civ. D.* 5., *Lact.* 2. 10., *Tertull. anim.* 2., 5., 9., 14., 17.; *præscr.* 7. et *apol.* 47., *Symm.* 9. *ep.* 115., *Rufin. recogn.* 8. 15., *Isid.* 8. *Orig.* 6. 20. et 25. et, ex Græcis, *Diog.* in *vit.*, *Sext. Emp. math.* 7. 126., *Plat. Theæt.* 179 D, *Arist. rhet.* 3. 5. 1047 b 11. — Heracliti effigiem illustravit *Visconti* in *Iconogr. Gr. I. p.* 280-283. — De eo scripserunt *Schuster, Heraklit Ephesios*, Leipz. 1873.; *Pfleiderer, Die philos. d. Herakliitos* 1886.; *Soulier, Eraclito Efesio*, Roma 1885.; *Patin, Heraklitische Beispiele I-II.* Neub. 1892.; *Diels, Herakleitos v. Eph. gr. u. deutsch.* Berl. 1909. et *Die Fragmente d. Vorsokrat. gr. u. deutsch*, Berl.[2] 1906. — 2.°) Heraclitus, Tyrius, philosophus Academicus, Antiochi familiaris et Clitomachi ac Philonis auditor, « homo sane in ista philosophia, quæ nunc prope dimissa revocatur, probatus et nobilis » ut ait *Cic.* 2. *Acad.* (*pr.*) 4. 12. — 3.°) Heraclitus, scriptor ecclesiasticus, sub Commodo ac Severo impp., qui in Pauli epistolas commentarios composuit. *Hieronym. vir. ill.* 46. Cf. *Eus. h. e.* 5. 22. — 4.°) Alios vide sis ap. *Liv.* 23. 39., *Spartian. Sev.* 6. et *Pesc.* 5. et *Oros.* 5. *Hist.* 9. ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp.* 3. 633., 4. 8. — Hinc *Heraclitæus*, adj. ad Heraclitum Ephesium pertinens, ut *Heraclitei*, abs., dicti ejus sectatores *Apul. dogm. Plat.* 1. 8., si ita legendum.

HĔRĂCLĪUS (Eraclius), ii, m. 2. (Ἡράκλειος et Ἡράκλιος: ab Ἡρακλῆς) nom. vir. — Pænultima longa est; sed quum græce scribatur etiam litt. ε extrita (*CIG n.* 3633), Latini poetæ corripuerunt aliquando, ut *Damas. carm.* 12. « Heraclius vetuit lapsos peccata dolere ». ¶ 1. Apud scriptores memorantur hoc nomine — 1.°) Syracusanus quidam, Hieronis filius, homo « in primis nobilis domi suæ et ante Verrem prætorem pecuniosissimus Syracusanorum; postea nulla alia calamitate, nisi illius avaritia atque injuria, pauperrimus » ut scribit *Cic.* 2. *Verr.* 5. 15. et 14. 35. et 4. *ibid.* 61. 136. — 2.°) Item episcopus designatus Hipponis Regiensis, de quo *Augustin. ep.* 213. « Non opus est me de laudibus ejus aliquid dicere: faveo sapientiæ et parco verecundiæ: sufficit, quia nostis eum et hoc me velle dico, quod vos velle scio, et, si ante nescirem, hodie probarent. Noluit autem, ut ipsum Valerius, ordinari post se episcopus, antequam obiisset; nec tamen certum est eum ordinatum episcopum fuisse post Augustinum, vel Hippone hoc munere perfunctum, urbe ab hostibus combusta (Cf. *Possid.* in *vit. Aug.* 28). — 3.°) Hæreticus quidam, sub pontificatu Eusebii, qui docuit hominem post baptismum non recipere peccatorum reatum, etiam quantavis fuerint operibus ejus peccata permixta (*Damas. loc. cit.*). — Is una cum Eusebio pap. videtur in Siciliam exsul ire coactus, ut censet *De-Rossi, R. S. II. p.* 207.*sq.*, ab *Auct. præd. hær.* 16. cum *Heracleone* confusus — 4.°) Alios videsis ap. *Cic.* 2. *Verr.* 27. 67. et *alib.* *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 40. et 7. 25. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 10. 3403. et 8. 14. - Abs. sæpius *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 349. *n.* 943. et ap. *Mai, Nov. coll. V. p.* 382. 5.

HĔRĂCLĪUS, a, um, adject. *V.* HERACLEA et HERACLES.

HĔRĂCON, ōnis v. ontis, m. 3. (Ἡράκων) dux Alexandri M., qui ob scelera pœnam subiisse tradit *Curt.* 10. 1. Cf. *Arrian.* 6. 27.

HĔRĂCŪLA, æ, f. 1. *V.* HERUS.

HĔRÆA, æ, f. 1., et

HĔRÆUM, i, n. 2., et

HĔRĂIS, idis, f. 3., et

HĔRĂISCUS, i, m. 2. *V.* HERA.

HĔRAN, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Ērān* « vigilans », *LXX.* Ἐδέν) filius Suthalæ in tribu Ephraim. *Num.* 26. 36., ubi LXX. pro *resh* (ר) legerunt *daleth* (ד), ut *alib.*, quæ litteræ ob similitudinem fort. a librariis permutatæ sunt. — Hinc familia *Eranitarum*, memorata *ibid.*

HĔRAS, æ, m. 1. (Ἡρᾶς, ᾶ, contr. ab Ἡρέας, fort. ab Ἥρα, quasi dicas *Junonius*) medicus celeberrimus, Cappadox, cujus *trochiscus* describitur a *Cass. med.* 28. Memorat etiam *Galen. med. ex oler.* 2.

HĔRĀSĬUS, ii, m. 2. (ἔρασις, *amor, amatio*) nom. proconsulis Africæ, a. 381., sub Gratiano, Valentiniano et Theodosio. *Cod. Theod.* 15. 7. 9. Cf. *Morcelli, Afr. Chr. II. p.* 268.*sq.* — Hinc *Herasianus*, nom. vir. Gr. *Cod.* 3. 32. 5.

HERBA, æ, f. 1. oppidum in Asia, ap. *Guid. cosm. p.* 529. — *Rav. p.* 364. Erba. — *Ad Herbas*, fluvius, in *Tab. Peut.*

HERBĀCĬUS, ii, m. 2. (herba) nom. vir. gent. *Corp.* 10. 1491. Cf. *Schulze, Eigenn. p.* 358.

HERBĀNUM, i, n. 2. oppidum Etruriæ, memoratum *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (52).

HERBELLŌNUM, *V.* HELVILLUM.

HERBESSENSES. *V.* voc. seq.

HERBESSUS (Herbesus), i, m. 2. (Ἑρβησσός et Ἕρβησος v. Ἑρβησσός et Ἕρβησος) Scribitur etiam *Erbessus* et *Erbesus* sine aspiratione, ut græce fit. — Est autem nom. geogr. et pers., sc. ¶ 1. Oppidum Siciliæ mediterraneæ ad septentr.-orient. plagam Agrigenti, occupatum a Romanis a. 202. a. Chr. et ab iis eversum, quod Carthaginiensibus portas aperuisset. — Sunt qui alterum cognomine oppidum fuisse dicant, haud procul a Syracusis et Leontinis, memoratum in bello Dionysii Syracusani cum Siculis et in bellis Punicis. *Liv.* 24. 30. etc. et *Sil. It.* 14. 264. et, ex Græcis, *Diod.* 14. 7. et alib., *Ptol.* 3. 4. 13. et *Paus.* 6. 12. 4. — Hinc *Herbessenses*, incolæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). — *Riese* inter fluvios recenset ad *Vib. Seq. p.* 148.*sq.* « Herbessos, qui et Eodrius, oppido Alorino decurrit per fines Helori ». ¶ 2. Nom. viri Rutuli, ap. *Virg.* 9. *Æn.* 344., ubi olim *Hebesus* (Cf. *Ribbeck* ad *l.*).

HERBI, civitas Hispana, memorata *Avien. or. mar.* 244., ubi alii aliter leg.

HERBĪTA, æ, f. 1. (Ἔρβιτα v. Ἔρβιτα) Erbita, sine aspiratione, ap. *Rav. p.* 404. — Est autem oppidum Siciliæ mediterraneæ (*Diod.* 19. 6. 1), prope Messanam, Catanam et Segestam (*Ptol.* 3. 4. 6). Memoratur *Rav. loc. cit.* et fort. *Sil. It.* 14. 271., ubi tamen alii pro *Herbita* leg. *Arbela*. — De eo vd. *Ziegler, PWK* 8. 531.*sq.* et *Holm, Gesch. Siciliens* in *Altert. I.* 66. et 361.

HERBŌNĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. in *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 254. V. *Schulze, Eigenn. p.* 358 a. — Cf. *Herbula*, cogn. mul. demin. ab *herba*, in *Corp.* 9. 2608. — *Herbulenses*, gens in Sicilia, cujus oppidum videtur fuisse *Herbula* v. *Herbulum*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91).

HERBŬLA, æ, f. 1., et

HERBŬLENSES, ium. *V.* voc. præc.

HERCĀTES v. Hergates, ium, m. plur. 3. gens Liguriæ cis Appenninum cum Garulis et Lapicinis. *Liv.* 41. 19., quos P. Mucius a. 175. a. Chr. devicit armisque exuit, ut *id. ibid.* tradit.

HERCĒUS, i, m. 2. (Ἑρκεῖος: ab ἕρκος, *septum*) cogn. Jovis, qui intra septa domorum colebatur, latine *Penetralis* vocatus (*Paul. Fest. p.* 101. *M.*); quare maceries, quæ domum cingit, Jovi Herceo sacrata dicitur *Serv. ad Virg.* 2. *Æn.* 469. Hinc *Ovid. Ib.* 285. « Nec tibi sit subsidio præsens numen, ut illi, Cui nihil Hercei profuit ara Jovis ». *h. e.* Priamo, qui a Pyrrho ad aram Jovis domesticam mactatus est (*Virg.* 2. *Æn.* 550., coll. *Ovid.* 13. *Met.* 409., *Senec. Agam.* 469. et 830. et *Mythogr. I. fab.* 218. et *II. fab.* 4). — Adjectivorum more usurpatur *Lucan.* 9. 979. Herceæ aræ.

HERCLĀNUS, i, m. 2., et

HERCLE v. Hercles, is, Herclens, entis, m. 3., Herclianus, i, 2., et

HERCŬLĀNENSIS, e, adject. *V.* HERCULES.

HERCŬLĀNEUM, i, n. 2. oppidum Italiæ (reg. I. Campaniæ) ultra sinum Cumanum, ad radices Vesuvii et ad orientem Neapolis, trib. *Meneniæ* adscriptum (*Corp.* 10. V. infra). Memoratur *Liv.* 10. 45., *Cic.* 7. *Att.* 3., *Mel.* 2. 70., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (62)., *Flor.* 1. 16., *Vellej.* 11. 16., *Corp.* 10. *p.* 156., 970. et 1008. Cf. *Ovid.* 15. *Met.* 711. — Conditum ab ipso Hercule tradunt mythologi (V. HERCULES I.): historici vero ab Oscis; subinde ab Hetruscis occupatum; dein a Samnitibus et postremo a. 293. a. Chr. a Romanis in bello sociali; sed a. 63. p. Chr. terræ motu labefactatum ac tandem a. 79. cineribus a Vesuvio erumpentibus submersum, in solidum redactis aquarum vi, ita ut difficilius, quam Pompeis, effodi possint. Inde tamen magna eruta est sæc. XVIII. papyrorum operumque, ad artes pertinentium, copia, præsertim ex picturis parietalibus et statuis æneis, quæ nunc in Museo Neapolitano visuntur, præter inscriptiones, quæ *Corp.* 10. 1. *p.* 156.*sqq.* *n.* 1401-1477. continentur, coll. *p.* 970. et 1008 (*Momms. Inscr. regn. Neap. Lat. p.* 122. *n.* 2383-2449), *Kaibel IGS p.* 189.*sq.* *n.* 707-718. et *Conway, The It. Dial. I.* 87.*sq.* (*Zvetaieff I. It. inf. dial. p.* 50. *n.* 140.*sq.*). Nec effodiendi labor postea desiit, ut ex collectionibus editis constat, de quibus, præter antiquiores (*Roque Joaquin de Alcubierre die Grabungen* 1741., 1745-1750., *Weber* 1764. et *Rosini* 1797), consulendi sunt *Waldstein-Shoobridge* 1869-1875. et *Ruggiero, Storia degli scavi di Erc.* Napoli 1885. — Ab ejus ruinis ædificata est hodierna *Resina*. — De nummis, falso ei tributis, vd. *Eckhel*, 1. *p.* 112. — Ceterum de Herculaneo conferendi sunt *Gabriel, Bibliografia Ercolanese* (*Boll. d'Arte* 1907. *fasc. VII*) et *Barker, Bibliography of the most import. author. on Herc.* (*The Class. Review XXII.* 1908. *p.* 5-*sqq.*) etc.

HERCŬLĒS, is, m. 3. (Ἡρακλέης, contr. Ἡρακλῆς) nom. vir. — *Heracle* v. *Herchle* contr. apud Etruscos, ut apud Latinos *hercle*. — *a)* Forma varia est et scribendi ratio, ut *Hercele* in antiq. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 532., ex *Hercle*, inserta litt. *e*. Cf. *Cassiod. orthogr. p.* 149. *K.* — *Hercles* in *Corp.* 7. 1114. et 751. — Pælign. *Herec.* ap. *Zvetajeff*. V. infra. — Vestin. *Hercius* in *Corp.*

9. 3414., contr. ab Herculus ap. Plaut. Stich. 284., ubi alii aliter leg., et Gloss. Lat. Gr. — Hercoles in Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 1146 = Corp. 1. 815., ceterum non infrequens. Cf. Priscian. I. 35. K., qui ait Romanorum vetustissimos in multis dictionibus loco u posuisse o, ut poblicum, Hercolem etc. — Ercules, omissa aspiratione, in Corp. 7. 751. et 5. 5510. — Hercless contr. pro Herculens, in Inscr. ap. Brambach n. 666. et 815., ubi Herclinti (dat.). V. etiam seq. — b) Declin.: in recto — α) Hercules, unde etiam Genet. Herculi ap. Plaut. Pers. 2. et rud. 822., Cic. 2. Acad. (pr.) 34. 108., Tac. ann. 12. 13., Front. princ. hist. p. 208. 4., Symm. ep. 6. 44., coll. Varr. 8. L. L. 26. et 10. 49. et Charis. 132. 17. K. — Dat. etiam Herculei in Corp. 1. 1113.; 14. 3541. et Catull. 55. 13. Schw. — Hercule in Corp. 1. 1184. — Dat. sync. Hercli, ibid. 5. 5498. et 7. 1114. — Voc. Hercules ap. Plaut. most. 528. et stich. 386. et 392., sed et Hercule ap. Pers. 2. 12. et Corp. 3. 1563. — Abl. etiam Herculi in Inscr. Neap. 7219. — Plur. in recto Hercules ap. Varr. ad Serv. Virg. Æn. 8. 564., Verr. Flacc. ap. eund. ibid. 203., Augustin. Civ. D. 18. 12. — Genet. Herculum ap. Tertull. spect. 11. — Dat. et Abl. Herculibus ap. Varr. L. L. 10. 49. — β) Ercules, Ercli, Erculem, Ercule (voc.), Ercule (abl.) ap. Varr. L. L. 8. 16. — Dat. sync. Ercli in Corp. 7. 751.; vulg. Dat. Erquli (sic) C. 5. 5510. — γ) Hercoles, in Dat. sing. Hercoli in Corp. 1. 815. et Hercolei, ibid. 1. 1145., 1175., 1503. — Acc. Hercolem ap. Prisc. loc. cit. — δ) Herculus, in Exc. ex vet. gloss. p. 323 (b) Vulcan. — Dat. sync. Herclo in Corp. 9. 3414. — ε) Hercolus, unde Dat. Hercolo in Not. degli scavi 1898. p. 75. — Alia anom. Herec. = Hereclo? ap. Zoejateff. Inscr. It. med. n. 29. — Hereklei in Corp. 9. p. 388. — Osc. Herekleis (genet.) ap. Zvetaj. Inscr. Osc. n. 56. etc. et Herecleis in cippo Abellano ap. Momms. Unterit. Dial. 119. — ζ) Herculens in recto ap. Plaut. admisit Koch in Rhein. Mus. 25. 618.; hanc tamen formam rejecit Birt, et bene quidem, 34. 16. — c) Etymologia, de qua plura diximus in Heracles, unde Hercules plane deducitur, ut docet Fulgent. 2. Myth. 5. Addimus etymologos quosdam vocabulum derivare ab Ægyptia lingua, innixos Herod., qui 2. 43. hæc habet: « Herculis nomen non Ægyptii a Græcis acceperunt, sed Græci potius ab Ægyptiis, et ii quidem Græci, qui hoc nomen imposuere filio Amphitryonis; quod ita se habere cum multa mihi indicia, tum vero istud, quod hujus Herculis uterque parens Amphitryon et Alcmena fuerunt ab Ægypto oriundi » (cf. Wiedemann, Herod. 2. 205); alios vero a v. Phœnicia seu Semitica Harkêl vel Harâkel « mercator », a rd. Hebr. râkal « circumduxit v. peregrinatus est »: ita Keller, Lat. Volksetym. 236 sq. u. Lat. Etym. 180., qui eam confert cum deo Syrophœn. Ἀρχαλεύς (cf. Roschers Myth. Lex. I. 471. et II. 486. V. infra); alios denique non Græcum nec Orientalem sed Italicum putantes Herculem, ab (hercere) herciscere « sæpire » (Mommsen in R. G. I. 12. et Keller loc. cit. 241). — d) In titulis cogn. vir. Corp. 5. 1166. - Abs. in titulis Christianis, ap. Grut. 1053. 5. — e) Numerus eorum, qui hoc nomine vocati sunt, magnus est, si Varroni credimus, qui quinquaginta Hercules fuisse adfirmat; nec tamen id omnino rejiciendum est, modo admittatur, ita habendos esse arkelim vel rôkelim, nempe mercatores Phœnicios, quorum nomen, ut vidimus, mythico heroi est affine, quique universas pæne Mediterranei maris oras et insulas Baliares peragrarunt, argentarias ubique litoraneas inter Europam et Libyam instituerunt transieruntque columnas, quæ Herculis dicuntur, longe ante Anglos, alteros mundi hodierni Phœnicios, ibique stationes posuerunt. Ceterum non unus, sed plures memorantur, ut Atheniensis omnium antiquissimus, Ægyptius, Idæus, Indicus, Phœnicius seu Tyrius et Thebanus (Cic. 3. Nat. D. 16. 42), ad quem prope omnia, quæ ab aliis gesta sunt, referunt scriptores Græci atque Latini, adeo ut fere pro conficta persona sit accipiendus, quod veteres quoque plures fassi sunt. Porro nullus est in tota antiquitate mythus heroicus huic comparandus ob varietatem et copiam facinorum seu gestorum ac vicissitudinum, quæ illi tribuuntur.

Verus itaque ac celebrior, quo de agimus primum, rem uberrimam perstringentes, dicendus est

I.) HERCVLES Thebanus, de cujus ortu et infantia; de familia; de laboribus et mythica horum natura; de morte et apotheosi; de cultu; de epithetis et attributis; de translatis ac proverbiis; de monumentis, ad litteras et artes pertinentibus; postremo de re geographica est disserendum. Breviter tamen de singulis. Et quidem — 1.°) De ejus ortu et infantia. Fuit nempe ex Alcmena seu Alcumena filius Amphitryonis, Thebarum regis, sive potius Jovis tertii, in Amphitryonis speciem conversi (Rufin. recogn. 10. 22. et Hygin. fab. 155), et Alcei nepos; hinc Amphitryoniades et Alcides dictus (Virg. 8. Æn. 214. et 203) et ab actis Hercules; immo et Silvani nepos; hinc in Corp. 6. 329. nepos Silvani sanctus. et ibid. 288., 597. et 607. legitur « jussu Silvani dei, imperio Silvani » cui Hercules parere debebat, fortasse quia mater ejus filia fuerit Silvani, ex fabula aliqua nobis ignota. — Monumenta vero Etrusca figuris expressum exhibent Herculem ut Junonis filium et, per Minervam, patrem Martis, quasi mythum non Romanum sed Italicum (Körte, Röm. Mitteil. XX. 1905. p. 370). — Traditur autem Juppiter, cum Amphitryonis uxore concumbens eam noctem duplo vel etiam triplo longiorem fecisse (Hygin. fab. 29. et Mythogr. II. fab. 148); quare τριέσπερος et τρισέληνος a Græcis vocatus; quin Arnob. 4. p. 145. refert, usque ad novem noctes concubitum istum adulterinum perdurasse: huc pertinet Plauti comœdia, Amphitruo inscripta. — Verum Juno, quum hoc rescivisset, odio novercali impulsa, duos serpentes immisit, qui infantem octo mensium in cunis præfocarent, in cubiculo una cum Iphicle, fratre suo uterino, dormientem. At eorum sibilo expergefacti, dum Iphicles ejulabat, Hercules interritus, arreptis draconum collis, eos strangulavit (Mythogr. I. fab. 50. et II. fab. 58); quare Virg. 8. Æn. 288. « ut prima novercæ Monstra manu, geminosque premens eliserit angues ». (V. Leconte de Lisle, L'enfance d'Heracles p. 174). - Consultus de hoc prodigio Tiresias, celeber hariolus, pueri vaticinatus est labores et gloriam ingentem inde secuturam et inter deos olim Herculem cooptatum iri. — At mater, sibi mala metuens ab ira Junonis, infantem in agris solum reliquit, quem Hermes suscipiens extulit ad Olympum et sinu Junonis composuit; unde scelesta nutrix tantam lactis copiam effluere sivit ut ex eo fieret via seu orbis, qui lacteus dicitur (γαλαξίας κύκλος). Cf. Ovid. 1. Met. 168. — Adulescens curis concreditus est Rhadamanti, Cretensis regis, filii Jovis et Europæ, qui prudentiam aliasque virtutes eum docuit, dum Linus, filius Apollinis, in musicis erudivit (Hieronym. in chron.); sed discipulus, hujusmodi artes perosus, furore correptus magistrum occidit. Quod quum vidisset Amphitryo, ut fervida adulescentis triliustris indoles pacaretur, eum aliquandiu inter pastores degere jussit; hinc fabula exorta de Hercule in bivio; quam Prodicus, philosophus Ceus, in libro de virtute et de vitiis, ejus congressum referens cum Voluptate et Virtute, elegantissime finxit, ut ait Xen. mem. Socr. 2. 1., coll. Sil. It. 15. 20 sqq. Hanc sic enarrat Cic. 1. Off. 32. 118. « Dicunt - quum primum (Hercules) pubesceret (quod tempus a natura ad deligendum quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem atque ibi sedentem, diu secum multumque dubitasse, quum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset: hoc Herculi, Jovi satu edito, potuit fortasse contingere, nobis non item etc. » (Cf. Basil. orat. ad juv. 4. et Lucian. somn.). Id tamen describit Xenophon 2. 1., duas mulieres inducens Herculem alloquentes, quarum unam ille vidit modestia et gravitate decoram, nempe Virtutem, alteram contra habitu corporis in mollitiem ac lasciviam illicientem, nempe Voluptatem; sed quum utriusque sermones audisset, paulisper incertus, demum statuit Virtutis documenta sequi; quamquam propositi haud tenax brevi in vitia est dilapsus. — 2.°) De familia. Herculem uxores habuisse quamplurimas testantur veteres. — In Græcia primum uxorem duxit Megaram, Creontis, Thebarum regis, filiam, quam deinde insania abreptus una cum duobus filiis ab ea susceptis occidit (Hygin. fab. 32. et Tertull. nat. 2. 14), ad quod immane scelus expiandum dicitur ingentes labores dein sustinere debuisse (Cf. Cassiod. 1. Hist. trip. 6). — Item Dejaniram, Œnei filiam (Hygin. fab. 36. et 240); itemque Dejaniram alteram, Dexameni regis filiam, cognovit (Id. fab. 33. et 72). — Augen compressit (Id. fab. 99. et 100). — Cum Jole, Euryti filia, rem habuit et cum Thespii (al. Thestii) filiabus quinquaginta, quas « una nocte perdocuit et nomen virginitatis exponere et genitricum pondera sustinere » (Arnob. 4. p. 145). — In Lydia, quum Iphitum, amicum suum, consueti furoris stimulo adactus, interfecisset, et ob id oraculo Delphico in pœnam coactus esset Omphalæ, Lydiæ reginæ, famulari cumque ejus ancillis muliebri nere amictu, adamatus cum ea deinde concubuit, unde prognati Heraclidæ, Lydorum reges (Cf. Plin. 35. Hist. nat. 8. 34. [55]). Aliter tamen rem narrat Hygin. fab. 32. et 2. astr. 14., coll. Mythogr. III. fab. 13., Quintil. 8. 7. 6., Fulgent. 2. Myth. 5. et Tertull. pall. 4. V. OMPHALE. — In Scythia ex Echidna tres filios genuisse fertur, quibus arcum et cingulum reliquit (Her. 4. 8). — In Italia quoque mulieres vitiavit, ut Pallantiam, Euandri filiam, unde orta dicitur gens Fabia, et Palanthum, Hyperborei filiam (Solin. 1). — Hinc mirum non est, si quamplurimos habuit filios, quos longum foret enumerare, suo quemque loco a Latinis Græcisque præsertim scriptoribus illustratos. — 3.°) De laboribus, qui et athla dicuntur ap. Hygin. fab. 30., vel ærumnæ ap. Plut. Pers. 2., Cic. 2. Fin. 35. 118., Petron. sat. 48. et poet. in Anth. Lat. n. 627. R., inscript. Dodecasticha de Hercule. et n. 641., quod Ausonio tribuitur. Hi autem plurimi fuerunt, sed communius ad duodecim rediguntur celebriores (le dodici fatiche d'Ercole). — Præmittimus Junonem, quum implacabili odio Herculem prosequeretur, Eurystheum, ejus fratrem, qui regno Mycenarum pro eo potitus fuerat, impulisse ad imperandos Herculi labores tam difficiles ac periculis plenos, ut tandem aliquando eorum vi superatus morti occumbere debuisset (Hygin. fab. 30); quos tamen ex aliorum sententia ipse coactus est subire ab Eurystheo ad cædem ab eo patratam Megaræ uxoris filiorumque ejus expiandam. — Hoc autem ordine exponuntur: — a) Leo Nemæus (Hygin. fab. 30., coll. Virg. 8. Æn. 295) vel Cleonæus (Lucan. 4. 612). Varie tamen fabula traditur; Serv. enim duos leones distinguit, ab Hercule clava occisos, quorum unus erat in Nemea silva, invulnerabilis, Lunæ filius, quo devicto, ludos instituit, quos a loco Nemæos v. abs. Nemea appellavit; alter apud Cleonas urbem, cujus pellem gestabat in tutamen (Id. ad Virg. loc. cit.). Aliter vero rem narrat Mythogr. II. fab. 160., qui duos item leones habet, sed unum Teumesium, alterum Nemæum vel Cleonæum; et Mythogr. III. fab. 15., qui leonem hunc immensæ magnitudinis ait a Jove immissum fuisse, ut rusticorum bona devastaret, qui Jovi ex contemptu sacrificare noluerant. Memoratur etiam Ampel. 2. — b) Hydra Lernæa. Erat hæc draco ingens in Lerna, Argivorum palude, cui alii tribuunt quinquaginta capita (Mythogr. I. fab. 62. et III. fab. 13). Hinc Virg. 8. Æn. 300. « non te rationis egentem Lernæus turba capitum circumstetit anguis ». Adde Horat. 2. ep. 1. 10., Lucan. 4. 635., Ampel. 2., coll. Eckhel, 1. p. 173. et 194.; 2. p. 41. et 3. p. 428. — Huc pertinet Dracontii carm. 4. inscript. « Verba Herculis cum videret Hydræ serpentis capita pullulare post cædes ». Cf. etiam Flor. 1. 18. 19. et Prudent. perist. 10. 884. — Porro hoc monstrum suo flatu venefico regionem illam infestabat, quem Hercules, a nepote suo Jolao adjutus, inter flammas suffocavit, ejusque sagittæ, Hydræ cruore infectæ, quos feriebant, mortali vulnere necabant. — Hanc autem fabulam sic historice explicat Mythogr. II. « Constat hydram locum fuisse, vomentem aquas vastantes vicinam civitatem. Qui quum frequenter siccaretur ac multiplicius aquæ erumperent, pro uno fonte tribus emergentibus, Hercules deprehendit, venas

terræ incendio posse claudi; atque ideo postquam exhausit eundem locum, ignem adhibuit, et sic aquæ clausit meatus et habitabilem Arcadiæ fecit ». — c) Aper Erymanthius. Erymanthus nomen est montis (Olenos) et fluvii (Doana), inter Elidem et Arcadiam. Montem silvis refertum infestabat aper vi ac ferocia tremendus, qui et valli circum terrorem maximum incutiebat (Hygin. fab. 30); sed Hercules eum laqueo cepit duxitque vivum Mycenas, quem adeo horruit Eurystheus, ut se in vase aeneo occuluerit; dein vero occidit (Id. ibid.). Memoratur Virg. 6. Æn. 802. « aut Erymanthi Pacavit nemora ». Adde Ovid. 9. Met. 192. et 9. Her. 87. et Eckhel, 2. p. 40. et 468. — Mythologi putant hoc apro ferocissimo significari procellam, a deo solari compressam (V. infra). — d) Cerva æripes et aureis cornibus. Erat hæc in Arcadia, Artemidi sacra, Cerynitides appellata, a monte Ceryneo, ubi ortum habuerat; et etiam Mænalia dicta, a monte Mænalo, ubi cursu celerrimo (quem aenei pedes significabant) defessa quiescebat. Hercules vivam post longum venatum tandem arripuit traxitque Mycenas, uti fuerat jussus (Mythogr. I. fab. 63. et Hygin. fab. 30). Memorat et Virg. 6. Æn. 802. Cf. Serv. ad l. — e) Stymphalidæ aves seu Harpyiæ. Lacum Stymphali, oppidi Arcadiæ, frequentabatur avibus monstrosis (V. HARPYIÆ), quæ densis arboribus defensæ plumas injiciebant, quasi tela, quibus impune aggressores vulnerabant, ac pecudibus, quas ex agris rapiebant, et etiam humana carne vescebantur, tam spisso agmine evolantes, ut ipsam solis lucem obfuscarent. Hercules, a Minerva edoctus, aeneo cymbalo eas ita perterruit, ut e silvis erumperent ejusque sagittis necatæ conciderent. Hygin. fab. 30., coll. Serv. ad Virg. 8. Æn. 300., Isid. 12. Orig. 7. 27. et Eckhel, 2. p. 40. et 297. — f) Taurus Cretensis. Fabula tradit, hunc taurum, magno candore perfusum pulcherrimumque Europam, filiam Agenoris, ad Jovem tulisse; sed a Posidone, qui Minoi fuerat iratus, quod ipsi in sacrificando illusisset, tanta ferocia affectum, ut Cretensium agros vastaret; Herculem vero a Minoe obsecratum, feram perdomuisse, quam postea, a Junone in Atticam expulsam, Theseus interfecit. Alii tamen referunt tauri amore incensam, Pasiphaen, Minois uxorem, cum eo concubuisse; nec a Posidone sed a Jove ob eandem causam ei furorem injectum. Mythogr. I. fab. 47. et II. fab. 120. et Hygin. fab. 30. Adde Serv. ad Virg. 6. Æn. 20., qui eum a regione Marathonium appellat. Lact. Plac. ad Stat. 5. Theb. 441. et Senec. Agam. 833. — g) Diomedis equi. Diomedes, rex Thraciæ, equis utebatur furentibus indomitisque, qui, quos offendebant ad litus procella appulsos, dilacerabant, eorumque carnibus vescebantur; sed Hercules, his magna vi stabulo detractis, Diomedem, qui cum eis obnitebatur, occidit ejusque cadaver equis devorandum objecit. Mythogr. I. fab. 61. et II. fab. 151., coll. Gell. 3. 9. 5. et Hygin. fab. 30., qui addit equos ab Hercule fuisse peremptos. — h) Amazonis balteus. Ad Thermodontem (Thermeh), fluvium Asiæ Minoris, habitabant Amazones, quarum regina Hippolyta balteum possidebat, a Marte dono acceptum, regium insigne pretiosissimum, quem Hercules una cum Telamone, Peleo et Theseo secum asportare jussus fuerat, nec regina recusabat. Sed Juno ita animos Amazonum in eum incendit, ut cum eo pugnam committerent, in qua tamen et devictæ sunt et Hippolyta occisa et balteus, quasi victoriæ tropæum, ad Admetum, filiam Eurysthei, perlatus. Hygin. fab. 30., coll. 14., Mythogr. I. fab. 68., Justin. 2. 4. et Oros. 1. Hist. 15., qui de hac expeditione fusius loquitur. — i) Augiæ stabula, regis Epeorum, in Aulide, spisso lætamine ac spurcitie redundantia, uno die Hercules purgavit, flumine Alpheo immisso, quo totum stercus abluit et salubritatem regioni illi restituit. Serv. ad Virg. 8. Æn. 300.. coll. Hygin. fab. 30. — l) Geryonis cædes, celeberrimi regis Epiri, seu Acarnaniæ, seu potius insulæ Gadir in Hispania. Hercules in peregrinationibus, quas instituerat per occidentem universum domandis barbaris urbibusque condendis ac locis suo cultui dicandis, hunc tricipitem et tricorporem alatum (τρισώματος, τρικάρηνος) uno telo interfecit, ejusque armenta pulcherrima, quibus abundabat, cane Orthro et Eurytione giganta, horum custodibus, occisis, secum abduxit, Eurystheus vero Junoni in sacrificium immolavit, teste Hygin. fab. 30., coll. Mythogr. I. fab. 68., qui addit Herculem cum aerea olla et bicipiti cane (h. e. cum æratis navibus [navi corazzate] et prœlio tam navali quam terrestri) ad eum venisse in insulam Erythiam (Liv. epit. 60). Cf. GERYON. — m) Hesperidum mala aurea, quæ donum Terræ, Junoni datum, a dracone immani, cui nomen Ladon, Typhonis filio, et ab Hesperidibus apud Atlantem montem servabantur; sed Hercules, potiore custode occiso, mala eripuit (quæ, græce μῆλα, oves interpretatur Mythogr. I. fab. 88) et Eurystheo adtulit (Hygin. fab. 30. Cf. Mythogr. II. fab. 161. et III. fab. 13., Varr. 2. R. R. 16. et Eckhel, 7. p. 34). — n) Cerberus canis. Hunc, Typhonis filium, aditum prohibentem, ab inferis Hercules abstraxit (Hygin. fab. 30); unde et Theseum, sibi carissimum, Ditis venia, a saxo, cui in pœnam hærebat, evellit ac liberavit (Mythogr. I. fab. 48). Hinc Virg. 8. Æn. 296. « Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci Ossa super recubans antro semesa cruento ». V. CERBERUS. — Hæc, præcipua Herculis gesta, alia subsecuta sunt; nam et Antæum, regem Mauretaniæ, gigantem invictum, filium Posidonis et Terræ, inter sua brachia Hercules strangulavit (Hygin. fab. 31), ibique dein specus fuit Herculi sacer, ut refert Mela 1. 26.; præterea Busiridem, tyrannum Ægypti, in cujus conspectu vinctus sistebat, mox interimendus, vinculis solutis, occidit (Id. fab. 31); in Caucaso, vulturem vel aquilam, Promethei jecur vel cor exedentem, sagittis confodit (V. PROMETHEUS); Laomedontis regis, fidem datam fallentis, urbem Trojam obsessam expugnavit evertitque (Id. fab. 31., coll. 89. et Virg. 8. Æn. 290); Cygnum, Martis filium, armis superatum, interfecit (Hygin. fab. 31); Eurytum, regem Œchaliæ, Eurytionem centaurum, Zeten et Calain, Aquilonis filios, quum esset Argonauta, occidit (Id. fab. 31., coll. 84., Mythogr. I. fab. 49., Tertull. nat. 2. 14); in Italia, Cacum, famosum Romæ furem (V. CACUS), Lacinem latronem, qui Bruttiorum partem infestabat (Serv. ad Virg. 3. Æn. 552), et Erycem, Veneris et Butæ filium, cestu pugnantem, item necavit et monti ex ejus sepultura nomen imposuit (Hygin. fab. 260) etc. — Olympios etiam ludos in honorem Pelopis, avi materni (Solin. 1. et Mythogr. I. fab. 192. fusius), et Nemæos instituit (V. sub a); Calpen et Abylam (columnas Herculis), antea conjunctos, divisit, quos is tamquam terminos vel laborum suorum vel orbis terrarum statuit (Solin. 23., coll. Tac. Germ. 34. et Cic. Balb. 17. 39); quod et de Olympo et Ossa in Thessalia ab eo factum esse innuit Plin. 3. præf. 5. — Nunc autem si generatim ea, quæ de Hercule exposuimus, probe considerentur, non absonum est deducere, Herculem habitum fuisse uti deum solarem seu ipsum solem, non tam ejus splendore, quam vi inspecta. Herculis enim seu Heraclis nomen gloriam significat aeris: is contra Heram luctatur, idest vapores, quos aeris inferioris et humidi contra solem congerit: nubes matutinæ, hac illac serpentes, sunt angues, quos sol mane surgens coercet et extrudit aliaque sui roboris pericula facit, donec occidens hic cæli heros sanguineam nubium vestem sibi scindere videtur et in immensa quasi fornace vel ignitabulo ex vertice Œtæ disparet (Ménard, La Sculpt. antiq. et mod. Paris 1867), ut de Herculis obitu narratur (V. infra). — Similiter quoque mythus hic solaris explicatur, ubi agitur de lucta Herculis cum Hade, cum Neleo et monstro occidentali Geryone, quæ evenisse Erythiæ dicitur, in qua sol moritur; unde liquet pugnam quodammodo significari inter solem vel diem et noctem (Cf. De Sanctis, St. d. R. I. 192). — Sunt etiam, qui comparationem instituunt inter Samsonem et Herculem, perinde ac illius gesta historica traducta sint in fabulam, multis adjectis, quæ Herculi tantum tribui possunt; quare Augustin. 18. Civ. D. 19. scribit: « Judex Samson, qui quum mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules ». V. Philastr. hær. 8. — 4.°) De morte et apotheosi. Ita mythologi modum tradunt, quo Hercules vitam finivit. Dejanira, ejus uxor, quum rescivisset conjugem suum amore Jolem deperire, per Licham servum suum misit illi, in Œta monte sacrum facturo « vestem, Nessi centauri sanguine infectam, futurum rata, quod Centaurus ab Hercule sagittis transfixus et moriens illi per dolum persuaserat, ut ea ratione languentem excitaret viri amorem eumque ab aliis avulsum ad se unam revocaret. Itaque Hercules vestem illam induit, et ubi veneni vis in ejus viscera pervasit, in rabiem versus, sese in pyram accensam injecit. Ante tamen Philoctetem jurejurando adegit, se nemini unquam mortem et sepulcrum Herculis indicaturum illique dono dedit pharetram et sagittas tinctas felle hydræ Lernææ ». Ita Forcellin. ex Hygin. fab. 36. Cf. etiam ejusd. fab. 240., 242., 243. et 257. et Mythogr. I. fab. 59., coll. Dict. 4. 19., Lucan. 6. 355., Liv. 36. 30., in primis Sophocl. τραχίν. et Senec. Herc. f. Alii tamen referunt, Herculem in Ætnæ incendium se ipsum misisse (Mythogr. II. fab. 165); vel apud Tyrum igne crematum esse (Rufin. recogn. 10. 24). — Vix mortuus, inter deos translatus est, vel inter semideos; ἀποθέωσιν enim adeptus, ut ait Mythogr. III. fab. 13., de homine medioximis adnumerari meruit. Cf. Augustin. 2. Civ. D. 14. — Juppiter statim ac eum in cælum recepit, Heben ei in matrimonium dedit; quo facto Hera seu Juno cum eo est reconciliata (Propert. 4. 9. 61). — 5.°) De cultu. Hercules, in deorum numerum relatus, ab omnibus populis sive in urbibus sive in pagis ac vicis publicisque viis coli cœpit, erectis in ejus honorem templis et aris, sacrisque constitutis, adeo ut cum nullo ex mythicis heroibus, ad Olympum hominum superstitione evectis, possit comparari. — In Græcia, unde ortum habuit (Plin. 7. Hist. nat. 37. 37. [123]), plurima exstabant monumenta, cultum Herculis testantia (Dict. 2. 5), ut Spartæ fanum (Cic. 1. Divin. 34. 37); item Thebis templum (Ibid. et 2. 31); item Athenis, ante portam Diomeam, sacrarium, Cynosarges dictum (Cf. Müller, N. Leak. tr. Rienacker p. 460) pluraque alia in pagis (Harpocr. s. v. Ἡράκλεια et Schäfer, Dem. II. p. 276), præcipue Marathone, ubi primum dicitur Hercules ludis publicis cultus fuisse (Paus. 1. 5. 4., Schol. Pind. Ol. XIII. 184) itemque Sicyone festis, quæ biduo celebrabantur (Ὀνόματα et Ἡράκλεια) et sacrificiis partim divinis, partim heroicis, in quibus agni mactabantur (Paus. 2. 19. 1) et in insula Syro pompâ (πομπῇ: Corp. Inscr. n. 2347); item in insula Coo, ubi sacerdos Herculis stolatus erat, teste nummo apud Eckhel, 2. p. 399.; item in Macedonia et Ætolia, quod ex nummis apud eund. clare innotescit; verbo, nulla fere regio fuit vel territorium vel oppidum aut urbs, ubi aliquod templum v. fanum non esset ei dicatum; quin plures erant urbes a nomine Herculis appellatæ, quarum viginti tres nec omnes recenset Steph. Byz. (Cf. Schoemann III. 440. tr. 1877). Addimus Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra celebrasse, quæ a ceteris longe differebant ritu; non enim εὐφημία, ut Græci dicunt, sed maledictis fiebant et exsecratione eaque pro violatis habebant, si quando inter sollemnes cærimonias vel imprudenti alicui excidisset bonum verbum, teste Lact. 1. 21., ubi et causam hujus rei adfert et quare ei sacrata fuerit ara, quam βούζυγον vocabant, quia boves duo juncti mactabantur. — In Thracia et Cilicia, uti ex nummis apud Eckhel eruitur. — In Hispania universæ Herculis fanum celebre erat, quod ab omnibus frequentabatur et ab ipso Cæsare visitatum fuit (Suet. Cæs. 7), qui pecuniam ornamentaque a M. Varrone inde ablata restitui jussit (Cæs. 2. B. C. 18. et 21), et ab Hannibale quoque ei Gadibus vota sunt soluta (Liv. 21. 21). — In Africa maxima veneratione cultum fuisse constat ex Augustin. serm. 24. et 273., qui etiam sexaginta Christianos ante ejus idolum necatos fuisse refert ep. 50. a. 399. — In Mauretania specus ei sacer memoratur Mel. 1. 26. — In insula etiam Taprobane Herculi uti deo venerationem adhibitam testatur Plin. 6. Hist. nat. 22. 24. (89). — In Germania

quoque cultores Herculem habuisse tradit *Tac. Germ.* 3., 9., 34. et 2. *Ann.* 12. — Item cultum fuisse ab Agyrinensibus, Bactrianis, Erythræis, Tarsensibus, Thasis, Thermitanis produnt nummi apud *Eckhel*, ubi de eorum urbibus agit. — In Italia demum, et quidem potissimum, Herculis cultus inclaruit, in primis Romæ, ubi ara in Aventino ei, adhuc viventi, ab ipso Euandro fuit constituta (*Liv.* 1. 7). — In foro Boario inter arcum Jani et templum Matris Matutæ in longitudinem, in latitudinem vero inter templum Fortunæ Virilis et hod. basilicam s. Mariæ *in Cosmedin* monumentum præcipuum erat ædes *Herculis Invicti* seu *Victoris*, rotunda, more earum, quæ Vestæ dedicabantur (Cf. *Fulv. Orsini* coll. in bibl. Vatic. cod. 3439). *Liv.* 10. 23., *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 41. (79)., coll. *Hülsen, Il Foro Boario in Diss. d. Pont. Acc. di Arch. s. II. t. VI. p.* 241.*sqq.* et *Jordan, Top. I.* 2. 476.*sqq.* — Prope ædem erat etiam *ara maxima*, item Herculi sacra, ubi ex ipso ejus instituto celebrabatur annuum sacrificium, clausa inter celebre pomœrium Romæ quadratæ (*Tac.* 15. *Ann.* 41). adhibitis ministris Potitiis ac Pinariis (*Liv.* 1. 7., coll. *Macrob.* 3. *Sat.* 1. 3., *Cic. Dom.* 52. 134., *Val. Max.* 1. 1. 17., *Auct. vir. ill.* 34., *Solin.* 1., *Fest. p.* 237. *M.*, *Tac.* 12. *Ann.* 24), de qua docte scripsit *De-Rossi, L'ara Massima ed il tempio d'Ercole* etc. Roma 1854. (Cf. *Canina, Becker, Urlichs, Ritschl* et *Peter*). In eam porro ædem « nec muscæ nec canes intrant » ut scribit *Plin.* 10. *Hist. nat.* 29. 41. (79). et « custoditur in eodem loco, ut omnes aperto capite sacra faciant. Hoc fit, ne quis in dei æde habitum ejus imitetur, nam ipse ibi operto est capite »: ita *Macrob.* 3. *Sat.* 6. 17., ritu igitur Græco, ut ait *Liv.* 1. 17.; sedentes vero in ejus sacris epulatos fuisse monet *Macrob. ibid.* 16. et prætorem sacra ibi fecisse lauro coronatum. — *Virgilius* Herculi Salios dedit et populeas coronas, ut animadvertit idem *Macrob.* 3. *Sat.* 12. 1.; servis tamen et libertis Herculis sacris interesse non licebat (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 179); item mulieribus (*Macrob.* 1. *ibid.* 12. 28.: cf. *Gell.* 11. 6. 1. et 2), quæ etiam a jurejurando, quod a viris per Herculem fiebat (V. HERCULE v. HERCLE et MEHERCULE, coll. *Medius Fidius* v. *Dius Fidius*, in *Lexico*), abstinere jubebantur, eis tantum permisso, ut per Junonem jurarent (*Gell. loc. cit.*). Cf. tamen *Apul.* 2. *Met.* 26. — Sacrorum victimæ erant bos (*Liv.* 1. 7), agnus et capones (*Corp.* 8. 8246. et 8247), non homines, ut apud Pœnos, teste *Plin.* 36. *Hist. nat.* 4. 4. (10)., invito ipso deo, qui infausta sustulit sacrificia (*Macrob.* 1. *Sat.* 7. 31. et 11. 48). — Decimæ quoque ei offerebantur; cujus rei causa fuit, quia is putabatur gaudere bonorum exuberantium imminutione, ut qui victu nec lauto nec immodico usus esset: ita *Varr.* 5. *L. L.* 7. Adde *Cic.* 3. *Nat. D.* 36. 88. — Alia erant ei sacra, ut populus (arbor). *Virg.* 7. *Ecl.* 61. « populus Alcidæ gratissima ». Cf. *Phædr.* 3. 17. Item thermæ, ut ex *Athen.* 12. constat. *Corp.* 3. 1566. Item thesauri reconditi, quibus ipse præesse credebatur. *Varr.* ap. *Macrob.* 3. *Sat.* 12. 2., coll. *Tertull. apol.* 14. et 39. — Epulæ publice in Herculis honorem instruebantur; hinc Herculem *nutricem* invocabant parasiti, quod ii præsertim, tanquam peculiares ejus dei servi, convivio adhibebantur et laute accipiebantur. — Præter ædem in foro Boario, alia erecta fuerat (ab ipso Hercule, ut fabulantur) ad Portam Trigeminam (*Macrob.* 3. *Sat.* 6. 1) prope aram Jovis Inventoris; alia insuper in Circo Flaminio (*Ovid.* 6. *Fast.* 209) aliæque a L. Mommio (*Corp.* 1. *p.* 150., non *Liv.* 10. 23) et ab Octavio Herreno (*Macrob.* 3. *Sat.* 6. 10). Ædes autem *Familiana* sive *Æmiliana* vel *Mummiana* in lacero loco *Fest. p.* 242. nulla unquam fuit, ut refert *Mommsen* in *Corp. I. L. I. p.* 150.; verum *De-Rossi* ibi legit non *familiana ædisset Herculis*, sed *Æmiliana ædes et Herculis*. Viderint eruditi. — Extra Romam Tibure, quæ urbs erat Herculi sacra, hinc dicta *Herculeum Tibur* a *Martial.* 6. 62. 1. et *Propert.* 2. 32. 5., coll. 4. 7. 82 (ut tamen « urbem Tiburtem - communem Junoni et Herculi faciat » *Symm. ep.* 7), templo ibi excitato magnifici operis, in quo et bibliotheca fuit (*Gell.* 19. 5. 5) et in cujus porticibus Augustus persæpe jus dixit (*Suet. Aug.* 72). — Adde in Italiæ reg. I. Abellinum (*Corp.* 10. 1126), Aquinum (*Ib.* 5386), Capuam (*Ib.* 3956), Neapolim (*Ib.* 1478), Soram (*Ib.* 1. 1175 = 10. 5708), Sarrentum (*Stat.* 3. *Silv.* 1), Velitras (*Liv.* 32. 1) etc.; in reg. II. Beneventum (*C.* 9. 1681) et Tarentum (*Ibid.* 6158); in reg. IV. Æserniam (*Ib.* 2679), Amiternum (*Ib.* 4183), Reate (*Ib.* 1. 542 = 9. 4672) etc.; in reg. V. Truentum (*Eph. epigr. VIII.* 210) et Interamniam Prætuttiorum (*Not. d. scavi* 1898. *p.* 355); in reg. VI. Tuder (*C.* 11. 4669); in reg. VII. Pisas (*Ib.* 1449); in reg. VIII. Velejam (*Ib.* 1159); in reg. IX. Feltriam (*Ib.* 5. 2072); in reg. XI. Mediolanum (*Ib.* 5593) etc. — 6.°) Epitheta et attributa. Memoratur a plurimis scriptoribus tam Græcis quam Latinis, quos alteros saltem ex parte mox citabimus, adferendo Herculi ab eis indita epitheta et attributa principalia, sumpta vel ex locis et personis, vel ex dotibus et gestis, ad eum quomodocumque pertinentibus, nunc ex iis, quæ diximus, clariora, alphabetico ordine digesta: *Inscr.* ap. *Caved. V. p.* 192. Acheruntinus. *Virg.* 8. 203. Alcides. *Id. ibid.* 214. Amphitrioniades. *Ovid.* 9. *Her.* 133. Aonius. *Carm. Epigr. B.* 22. Argivus victor. *Corp.* 6. 303. Campanus. *Martial.* 14. 177. Corinthius. *h. e.* statua ex ære Corinthio. *Diom.* 4. *p.* 268. Cretensis. *h. e.* domitor tauri Cretensis. *Corp.* 2. 8409. Gaditanus. *Nep. Hann.* 3. Grajus. *Corp.* 9. 3414. Jovius. *Sall. Jug.* 89. Libus. *sc.* Libycus. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 831. Monœcus. *sc.* fort. ex Liguriæ loco. *Eumen. pro rest. sch.* 7. Musagetes. *h. e.* Musarum dux (Μουσαγέτης). *Eckhel, numm.* 7. *p.* 444. Nemeus. *i. e.* Nemeæ (*silvæ*) pacator (*Sil. It.* 2. 483). *Propert.* 3. 1. 32. Œtæus. *Vitr.* 3. 3. 5. Pompejanus. *h. e.* ob ejus ædem v. signum a Pompejo M. fieri jussum. *Cic.* 1. *Off.* 32. 118. Prodicius. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1607. Romanillianus. *i. e.* a Romanillia fort. gente cultus. *Corp.* 11. 4669. Frontonianus. *Curios. et Not. Urb.* Sullanus. *Propert.* 3. 18. 6. Thebanus. *et Ammian.* 16. 10. 9. Thebæus. *Virg.* 7. *Æn.* 662. Tirynthius. *Stat.* 3. *Silv.* 10. 10. agrestis. *Petron.* 123. ar. duus. *Paul. Fest. p.* 100. *M.* astrologus. *i. e.* qui, quasi divinus, se flammis injecit, quo die futura erat solis obscuratio. *Ovid.* 15. *Met.* 22. claviger. *h. e.* clavam gerens. *Id.* 6. *Fast.* 209. custos. *i. e.* Larium domesticorum. *Carm. epigr. B.* 869. decus generis. *Senec. Herc. F.* 619. domitor orbis. *Id. Phædr.* 1217. donator lucis. *Catull.* 68. 112. falsiparens. *Ovid.* 15. *Her.* 265. ferus. *Avien.* 382. flammiger. *Ovid.* 13. *Met.* 28. fortis. *Dracont.* 2. 141. furibundus. *Ovid.* 2. *Art. am.* 221. heros. *Senec. Herc. O.* 495. horridus. *Horat.* 4. *Od.* 8. 30. impiger. *Virg.* 8. *Æn.* 293. invictus. *Priap.* 36. 2. lacertosus. *Senec. Herc. F.* 810. magnanimus. *Virg.* 5. *Æn.* 414. magnus. *Corp.* 10. 7858. numen. *et* 8. 4634. pater. *Stat.* 6. *Theb.* 6. pius. *Virg.* 7. *Æn.* 656. pulcher. *Ovid.* 11. *Met.* 383. rex. *Propert.* 4. 9. 71. sanctus. *Plin.* 24. *Hist. nat.* 7. 16. (33). triumphalis. *et Inscr.* ap. *Orelli n.* 1042. triumphator. *Senec. Tro.* 720. trux. *et Herc. O.* 142. tumidus. *Virg.* 8. *Æn.* 201. ultor maximus. *Horat.* 3. *Od.* 3. 9.vagus. *Virg.* 8. *Æn.* 203. victor. *Senec. Ag.* 825. violentus. — 7.°) Etiam improprie seu translate Hercules usurpatur de iis, qui fortitudine præstant, ut *Varr.* ap. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 564., coll. *Mythogr. III. fab.* 13., *Macrob.* 7. *Sat.* 3. 17., *Quintil.* 7. 1. 7. et *Philostr. hær.* 8. — Hinc ex æmulatione vel ridicula jactatione ita laudati *Alexander M.* inter Græcos (*Curt.* 9. 2. 29) et *Pompejus M.* inter Latinos (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 26. 27. [95]); item *Cæsar* (*Suet. Cæs.* 7); item *Nero, Domitianus, Commodus, Caracallus, Maximinus* et *Maximianus* imperatores (*Suet. Ner.* 53., *Martial.* 9. 102., *Lamprid. Comm.* 8. et 9., *Spartian. Carac.* 5., *Capitolin. Maximin.* 6., coll. 4., *Inscr.* ap. *Murat.* 49. 7). — Hinc etiam proverbia: *Herculem lacessere*, i. e. fortiorem ad iram provocare (*Inscr.* ap. *Grut.* 103. 5.; sed spuria nunc habetur). — *Herculis cothurnos aptare infanti* dicitur de inepte applicatis, ut si quis rem humilem oratione tragica prosequatur (*Quintil.* 6. 1). — *Clavam Herculi subtrahere* v. *extorquere*, i. e. facere velle, quæ fieri nequeunt vel quæ vires excedunt (*Macrob.* 5. *Sat.* 3. 16). — *Nec Hercules adversus duos*, i. e. nemo tantis est viribus, ut contra plures par esse possit, quod ductum est ex fabula Herculis, qui, adversus Hydram simul et Cancrum pugnaturus, Jolai nepotis imploravit auxilium. — Alia sunt deprompta e re sacra, ut: *Herculis quæstum conterere*, i. e. valde prodigum esse vel decimas Herculi debitas prodigere (*Plaut. most.* 984). — 8.°) Ad Herculem præterea spectabant quæ de eo in theatris agebantur sive serio sive joco, ut *Hercules tres famelici* in mimo repræsentati (*Tertull. apol.* 13., coll. *Ribbeck, Poet. Com. rel. p.* 392. ed. alt.). — Item *Hercules ardens* per noxium in theatro dicitur repræsentatus (*Id.* 1. *Nat.* 10., coll. *Hieronym. ep.* 43). — Plures ex saturis Menippeis *Varron.* ad Herculem pertinent, ut *Hercules Socraticus*, *Hercules tuam fidem*, *Columnæ Herculis*, Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, quarum fragmenta ediderunt *Riese* aliique. — Accedit Atellana deperdita Novii poetæ, inscripta *Hercules coactor* ap. *Fest. p.* 372. *M.* — Item tragœdiæ, ut apud Græcos, præter Γηρυονηΐς Stesichori, primum carmen, in quo de Herculis per occidentem peregrinationibus agitur, Ἡρακλῆς μαινόμενος (*Hercules furens*) Euripidis (*Cic.* 2. *Acad.* [*pr.*] 28. 89), unde etiam titulus *Hercules furens* tragici Senecæ, cui et *Hercules Œtæus* tribuunt alii (*Peiper, Richter*), alii abjudicant (*L. Müller, Schmidt, Köhler*). insuper habentur in honorem Herculis carmina *Hercules* et *Antæus* in *Anth. Lat. n.* 12. *Ries.* et *Herculis laudes ibid. n.* 881. — Argumentum etiam præbuit Hercules artificibus, ut apud *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (63). « Magnificus est et Juppiter ejus (*Zeuxidis*) in throno adstantibus diis et Hercules infans dracones strangulans Alcmena matre coram parente et Amphitruone ». Alia apud *eund.* sunt opera insignia, sc. Hercules Euthycratis, Isidori, Monestrati, Myronis, Nicæarchi, Parrhasii, Polycliti, Turiani (*Ibid. II.* 34. et 35); item Hercules aversus Apellis; Dejanira et Hercules Artemonis; Hercules in cælum iens; Hercules triumphalis, ab Euandro sacratus; Hercules ferreus; Hercules in Capitolio; Hercules humi stans ante aditus porticus ad Nationes (*Ibid. II.* 34., 35. et 36) etc. — Peculiari autem mentione dignus est Herculis, ut creditur, truncus, qui superest ex statua Glyconis Atheniensis, servatus in Vaticano, quod unum existimatur ex perfectioribus Græcæ artis antiquæ operibus (*Il Torso di Belvedere*), Romæ inventum, exeunte sæc. XVI., prope theatrum Pompei. — Item statua Herculis, Romæ reperta apud rudera thermarum Caracalli, ejusdem artificis opus mirabile, in museo Farnesiano reposita (*Talbot, M. Gr. et R. p.* 296.*sq.*). — Ceterum innumera sunt priscæ artis monumenta, quæ adhuc exstant, illustrata in *Ann.* et *Bull. d. Istit. Arch.* passim a *Winckelmann, Visconti* aliisque plurimis, coll. *Vermiglioli, Micali, Gerhard, Reifferscheid, Schorn, Cook, Gardner, Winter, Müller-Wieseler*, ubi sæpe repræsentatur, vel solus aut etiam aliis diis conjunctus, cum clava vel baculo (Cf. *carm. Priap.* 20. et *Apul. apol.* 22), pelle leonis (Nemæi) tectus (*Hygin. fab.* 30), vel populea coma redimitus (*Tertull. cor.* 7. *de Herc.*), vel cum poculo seu scypho, quia bibax erat et cum eo mare transierat (*Macrob.* 5. *Sat.* 21. 16); ut in nummis cum arcu et pharetra et tripode v. cum lyra etc. (*Eckhel, Cohen, Fröhner, Babelon*). — De eo scripserunt *Hillen, De Herculis Rom. fabula et cultu*, Monast. 1856.; *Winter, The Myth. of Herc. at Rome* etc. s. *IV.* 2., New-York 1910. *p.* 171.*sqq.*; *Dürrbach* ap. *Daremberg-Saglio III.* 194.*sqq.*; *Wissowa, Rel. d. Rom.* 219.*sqq.*; *Preller R. M. II.*³ 278.*sqq.*; *Peter* in *Roschers Myth. Lex. I.* 2253.*sqq.* et 2901. *sqq.* et *Haug, PWK* 8. 550-612. ¶ 9. Hic etiam memorantur quæ ab Hercule nomen accipiunt, præcipua loca in Europa, uti sunt. — *a)* Ad Herculem, oppidum Sardiniæ inter Erucjam et Ad Turrem, in *Itin. Ant. p.* 83., fort. hod. *Sassari* v. *s. Pietro d'Errull.* — Item oppidum Italiæ in Etruria inter Vada Volaterrana et Pisas, fort. hod. *Livorno*, vocabulo corrupto a *Labrone*, de quo *Cic.* 2. *Q. fr.* 6 (= *Zos.* 20. Λάβρωνον), plenius dictum *Portus Herculis Labronis* et abs. *Erculis* ap. *Rav. p.* 268. — Item oppidum Mœsiæ superioris, fort. idem ac *Castrum Herculis* ap. *Jorn. Get.* 285., ut conjicit *Momms.* ad *l.* in *Ind.*, coll. *Corp.* 3. *p.* 268. — Item oppidum seu statio Pannoniæ Inferioris sive in provincia Valeria, in *Not. Dign. imp. occ.* 32., prope hod. *Maroth.*: et castellum in Pannonia Prima, (*ibid.* 33. — *b)* Columnæ Herculis, ad fretum Gaditanum, *Calpe* et *Abila*, olim termini terræ habitatæ, etiam *Herculeæ metæ* dictæ (*Lucan.* 3. 278) v. *Herculis speculæ* (*Flor.* 2. 6. 8), distinguendæ a *Columnis Herculis* in Ponto et in India. *Curt.* 10. 1. 17., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (242). et alib., *Liv.* 21. 43., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Prisc. per.* 73. et 335., *Avien. orb.* 106., *Mel.* 1. 27., *Dion. per.* 64., *Ptol.* 2. 4. 5., *Strab.* 1. 21. et *alib.* — *c)* Fons Herculis in Etruria, in oppido Cære, cruentis maculis sparsus, ut ait *Liv.* 22. 1. — *d)* Petra Herculis, scopulus in agro Stabiano Campaniæ, juxta quem collocantur *Salinæ Herculeæ*, hod. fort. *Ravigliani*. Memorator *Plin.* 32. *Hist. nat.* 2. 8. (17). — *e)* Insula Herculis, parva insula in ora Sardiniæ septentr.-occid., contra promontorium Gorditanum, hod. *Asinara*, laudata *Plin.* 3. *Hist. nat.* 7. 13. (84). — *f)* Portus Herculis ad Cosam seu Cossam urbem prope hod. *monte Argentaro* in Etruria, ap. *Rutil. Itin.* 1. 293., distinguendus ab *Herculis portu* in Bruttio, ubi nunc *Tropea* (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 10. [73]). — *Liv.* 22. 11. Portus Cosanus. — *g)* Item portus Herculis Monœci in Alpibus maritimis, ap. *Tac.* 3. *Hist.* 42., inter Monœcum (*Monaco*) et pæninsulam, hod. *Villafranca* (Cf. *Momms.* in *Corp.* 5. *p.* 908., *Val. Max.* 1. 6. 7. et *Jul. Obs. n.* 24). — *h)* Promontorium Herculis, in ora austr.-occid. Britanniæ (*Brit. I. Dumnonii*), hod. cap. *Hartland*, ap. *Ptol.* 2. 3. 3., itemque in extrema Italia, hod. *Spartivento*, ap. *Strab.* 6. 1. 7. — Neuter tamen ab ullo, quod sciam, Latino auctore memoratur.

II.) Hercules *Phœnicius*, nomen dei Tyrii *Melqart* (hebr. *Melqereth*) « rex urbis », dictus a Græcis *Melicerthe* v. *Palæmon* = *Baalgam* « dominus maris » (*Apoll.* 1. 9. 1. et *Paus.* 1. 54. 7) quem præcipuum colebant Tyrii, ut conditorem suæ urbis ac dominum (*Inscript. Melitens.* phœn. et græc. « Ἡρακλεῖ ἀρχηγέτει »: *Corp. Inscr. Semit. I.* 122), utque artium magistrum auctoremque humanitatis inter populos, quos adibat multas peragrans regiones deducensque colonias (*Dionys. Hal.* 1., *Solin.* 1., *Tac.* 2. *Ann.* 60., *Liv. epit.* 60). A mythologis habetur veluti filius Jovis secundi et Asteriæ, Latonæ sororis (*Cic.* 3. *Nat. D.* 15. 39. et 16. 42), vel Cronii et Cartheres, unde Carthaginis ortum est nomen (*Ampel.* 9). — Mercatores Tyrii, qui in insula Delo morabantur, facultatem petierunt statuendæ areæ seu sæpti sacri (τέμενος) in ejus honorem pro beneficiis, sibi ab hoc deo conlatis, qui mercator, collecta plurimorum hominum manu, e patriis sedibus migravit, et quacumque perrexit, magnum commercii incrementum intulit ac prosperitatem: « τέμενος Ἡρακλέους τοῦ Τυρίου, μεγίστων ἀγαθῶν παραιτίου γεγονότος τοῖς ἀνθρώποις » *Corp. I. Gr. n.* 2771. — Tyrii sepulcrum jactant se habere dei *Melqart-Heracles*, teste *Ps. Clem.*, *recogn.* 10. 24.; itemque Gaditani, ut refert *Mela* 3. 6., ex quo coturnicum odor, quarum venatu vivens maxime delectabatur, eum ad vitam revocavit; idcirco hæc animalia in sacrificium deo offerebantur (*Delpnos* 9. 47) ac festum primarium, ideo *resurrectio* appellatum, circum rogum celebrabatur, in quo ille amiserat senectutem viresque receperat (*Jos. ant.* 8. 5. 2., coll. *eod. c. Apion.* 1. 18). Præterea ex 2. *Mach.* 4. 19-20. novimus, temporibus regum Syrorum quinquennalia celebrata fuisse in hujus dei honorem (Cf. *Movers, Die Phönix. I. p.* 385-389). Herodotus vero, qui templum inviserat, Tyri huic numini dicatum, refert ornatum fuisse donis ex voto ei oblatis sumptuosis duabusque columnis decoratum, quarum una ex auro puro, altera vero ex smaragdo vel jaspide tam splendido, ut noctu vividam emitteret lucem (*Her.* 2. 44). — De eo vd. *Parrot, Hist. de l'art dans l'antiq.* 1885. *III. p.* 77-78. et *Beurlier, Dict. Bibl. III. p.* 602.*sqq.*

III.) Hercules *Atheniensis*, quem *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 42. ex antiquissimo Jove natum esse ac Lysithoe et concertasse cum Apolline de tripode, se accepisse tradit. De hoc etiam *Ampel.* 9.: « Primus (*Hercules*) Jovis, Ætheris (*filii*), filius ». Quid autem egerit, ignoramus, nisi cum Hercule Thebano seu Græco unum idemque esse putemus, quod quidem vero simile est.

IV.) Hercules *Ægyptius*, ex Nilo natus, quem « ajunt Phrygias litteras conscripsisse » (*Cic. loc. cit.*). — Hunc ab Ægyptiis, unum ex XII. deorum numero cultum, cujus templum ad Canobicum Nili ostium asylum fugitivorum erat, memorat *Her.* 2. 42., 43. et 83. et 415. *Paus.* vero 7. 5. 5. loquitur de Heracleo (Ἡρακλεῖον) Erythræo, ubi vetustum idolum colebatur, prodigiose a mari delatum. — Sunt tamen qui eundem esse cum Phœnicio seu Tyrio contendant, *Chon* etiam vel *Chôns* dictum, nomen, quod Ægyptii illi indiderant, decurtatum, teste *Phavorino*, a *Chanaan*, sive *Chnna*, unde *Chananæi* seu Phœnices appellati sunt. Ceterum Herculem hunc in Ægypto natum et in Libyam devenisse; hinc postea in Hispaniam, ubi fuerit cultus ob præclara ejus in hac regione facinora, valde est probabile, qui modo *Phœnicius* sive *Tyrius* (*Diod.* 5. 7. et *Arrian. exped. Alex. M.* 2), modo *Ægyptius* vocatur (*Philostr. vit. Apoll.* 14. et *Mel.* 3. 46. V. supra). — Quis tamen ex hisce variis variorum, multo magis mythicis quam historicis, iisque obscuris et confusis, narrationibus, certi aliquid extundere possit, non videmus.

V.) Hercules, *Idæus*; est enim « ex Idæis, cui inferias faciunt » (*Cic. loc. cit.*), nempe indigena Idæ montis in Troade, cui inferiarum inventionem adtribuunt. De eo etiam *Ampel. loc. cit.* « Hunc conditorem - loci sui Hellenes dicunt ». Sed locus corruptus videtur, nec facile sanari potest.

Hinc derivata subduntur, alphabetico ordine disposita: — *a) Herclanius*, nom. vir. serv., contr. ab *Herculanius*, in *Corp.* 9. 2998. et ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 280 (V. *Herculaneus*); sic et *Herclania* (*Erclania*), nom. mul. serv. *Corp.* 10. 156. — Adj., ut *Herclanii* seu *Herculanii pagi*, qui plures memorantur in *Tab. alim. Velej. III.* 46., *IV.* 7., *V.* 98. etc. — *b) Herclanus*, cogn. vir., contr. ab *Herculanus*, in *Corp.* 10. 6321. et 8059 (422). — *Herclani*, qui fort. et *Herclanenses*, sodales collegii in *C.* 5. 2072. — *c) Herclianus*, cogn. vir.. contr. ab *Herculianus*, in *C.* 5. 1163. — *d) Herculanus*, adj. (V. *Herculaneus*); et subst. — α) In titulis cogn. tam ingen. quam libert. *Corp.* 2. 831. et 8. 917. *Alia ibid.* 6150. c. 1. *l.* 10. Irculanus. — β) In libris memorantur — Protector quidam domesticus, sub Constantio imp. a. 354., filius Hermogenis ex magistro equitum, ap. *Ammian.* 14. 10. 2. — Item Orestis filius, qui cum patre suo imperium arripuit (a. 473. al. 472); sed mox occisus fuisse traditur, ejusque regnum Nepos obtinuit. *Vict. Tunon.* in *chron.* ad *h. a.* — Item miles, qui « Romæ, miraculis in passione beati Alexandri episcopi ad Christum conversus, sub Antonino imp. post multa tormenta gladio cæsus est ». *Martyr. Rom.* VII. k. Oct. ed. 1914. Taur. *p.* 299. — Alii ap. *Cyprian. ep.* 41 (al. 38) et 42., in *Inscr.* ap. *De-Rossi, Bull. Crist. a.* 1866. *p.* 49. et in *Cod.* 9. 16. 1. — *Herculana*, cogn. mul. *Corp.* 2. 1859. — *e) Herculanensis*, adj. ad Herculaneum, Campaniæ oppidum, pertinens. *Cic.* 9. *Fam.* 25., *Senec. qu. nat.* 6. 1. 1. et *Corp.* 10. 1485. — Abs. *Herculanense*, ager seu territorium Herculanei. *Senec. ira* 3. 21. 5. « C. Cæsar villam in Herculanensi pulcherrimam, quia mater sua aliquando in ea custodita erat, diruit ». — *Herculanenses* — α) incolæ Herculanei. *Corp.* 10. 1426., 1410., 1424. etc. — β) Item regionis cujusdam in urbe Neapolitana. *C.* 10. 1492. Cf. *Greg. ep.* 68. V. *Herclani.* — *f) Herculaneus* (*Herculanus*) — α) Adj. ad Herculaneum opp. pertinens, ut *Herculanea* v. *Herculana ficus* apud *Caton. R. R.* 8., *Cloat.* ap. *Macrob.* 2. *Sat.* 16. et *Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. (70). — β) Item ad Herculem pertinens, *i. e.* maximus, ut *Herculanea formica*, ap. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 4. 10. (29). — *Herculanea machæra*, ap. *Capitolin. Pert.* 8. — *Herculanea herba*, eadem quæ *Hercularia* (V. *Lexic.*). — *Herculanea pars*, alicujus rei, Herculi sacrata. *Plaut. truc.* 562. — *Herculanea via*, fort. quæ inter Lucrinum lacum et mare, ab Hercule, ut vulgo ferebatur, strata et ab Agrippa exornata (*Plut. Marcell. p.* 215.*sqq.*), dicta *Herculana* a *Flor.* 4. 8. 6. V. integr. loc. Cf. *Propert.* 1. 11. « Ecquid te mediis cessantem, Cythia, Baiis, Qua jacet Herculeis semita litoribus ». — Distinguenda tamen est ab *Herculea*. V. *Herculeus*. — *Herculaneus* (*Herclaus*) *nodus*, solutu difficillimus. *Macrob.* 1. *Sat.* 19. — *Herculaneus pagus*, duplex, sc. in agro Capuano prope Casertam unus (*Corp.* 10. 3772), alter vero apud Ligures Bæbianos (*C.* 9. 1455. *c.* 2. *l.* 25. et 56. et *c.* 3. *l.* 34), qui et *pagus Herculanus* dicitur. — *Herculaneus* v. *Herculanus pes*, h. e. Herculis, de cujus mensura vd. *Gell.* 1. 1. 2. et 3. — *Herculaneus rivus*, duplex, sc. in via Sublacensi unus, in aquæductum Anienis novi influens (*Frontin. aqued.* 15), haud procul a vico, nunc *Austa* dicto ab *Aqua Augusta*; alter prope Aquam Virginem, quem ipsa refugiens Virginis nomen recepit, ut ait *Plin.* 31. *Hist. nat.* 3. 25. (42). Cf. *Lanciani, Top. p.* 99.*sq.* — *Herculaneus scyphus*, fatalis Alexandro M. « quem tot itinera, tot prœlia, tot hiemes - tutum dimiserunt; intemperantia bibendi et ille Herculaneus - scyphus condidit » ut scribit *Senec. ep.* 83. — Abs. *Herculaneum*, sc. oppidum. V. suo loco. — *Herculaneus*, sacerdos Herculis Tibure, ut *Concordialis* Patavii et *Apollinaris* Mutinæ. *Inscr.* Tiburt. ap. *Orelli n.* 3484. — Item flamen in honorem Commodi Aug., qui se Herculem cognominaverat, consecratus a Sept. Severo Aug. et *Herculaneus Commodianus* dictus *Lamprid. Comm.* 17. — *Herculanii juvenes*, sodales collegii Fabrateriæ Veteris, in *Corp.* 10. 5657. — Cogn. vir. *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 1194. — *g) Herculanius* (*Ercolanius*), cogn. vir. idem ac *Herclanius*, syncop. *Corp.* 9. 4033. — Item nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Wilm.* 91. — *h) Herculanilla*, cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Bortol. Spic. Mod. p.* 155. et *Herculaniola*, cogn. mul. demin. *Inscr.* ap. *Rein. cl.* 1. *n.* 281. — *i) Herculajus*, nom. gent. vir. *Corp.* 8. 1454. et *Herculeja*, nom. mul. *C.* 8. 1458. — Fuit etiam hoc nomine trierarchus, sub Nerone imp. a 58., memoratus *Tac.* 14. *Ann.* 8. — *l) Herculansis*, adj., ad Herculem pertinens, ut *Herculensia Auxilia*, sedem habentia in opp. *Ad Herculem* in Pannonia et in Valeria Ripense. *Not. Dign. imp. occ.* 31 (al. 32) et 32 (al. 33), dicta fort. a Maximiano, *Herculio* cognominato. — *m) Herculentius*, cogn. vir., in tit. Chr. mutilo *Corp.* 9. 3073. — *n) Herculeo*, cogn. vir., demin. Græcorum more. *C.* 10. 557. *c.* 3. *l.* 3. — *o) Herculius* (*Herculeus*) — α) Adj. ut *M. Valerius Maximianus Herculius*, ap. *Lact. de mort. pers.* 52. — *Herculia ala* memorata in *Not. Imp. occ.* 25. prima. *et* 28. secunda. *et ibid.* septima. — *H. cohors* tertia sub duce Phœnicis, quæ Veranoca sedebat, ut dicitur in *Not. Imp. or.* 31. Cf. *Claudian. b. G.* 418. — *H. legio* secunda, in *Not. Imp. or.* 36., sub duce Scythiæ. — *H. Roma*, dicta *Cl. Mamertin. paneg. Max. Aug.* 13. *de Roma* « licet nunc simul et Herculia dicaris et Jovia ». — *H. via*, ducta ab Æquo Tutico in Lucaniam. *Corp.* 10. 6964. Cf. *Momms. ibid. p.* 709. — *Herculea urbs*, poetice pro *Herculaneum* ap. *Ovid.* 15. *Met.* 711. v. *Herculei hospitia urbs* ap. *eund. ibid. v.* 8. — β) Abs., cogn. vir. *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 382. 6. et ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 297. — Fuit etiam hoc nomine clarissimus vir, amicus Symmachi et Nicomachorum filiorum. *Symm.* 6. *ep.* 44. et 8. *ep.* 66. — Item præf. præt. Illyrici sub Honorio et Theodosio a. 408-412. *Cod. Theod.* 11. 17. 4. — *Herculia* (*Ercilia*) — α) Cogn. mul. *Corp.* 4. 3200. et 9. 1260. — β) Oppidum Pannoniæ Inferioris, ad dexteram Danubii, hod. *Puszta-Foveng*, in *Itin. Ant. p.* 265. Hinc *Herculeas* (*atis*), incola. *Inscr.* ap. *Zaccar. St. Lett. d'It. III. p.* 673 (?). — Aliud opp. in Lucania, ap. *Guid. cosm. p.* 509. — *Rav. p.* 332. Hercula — *p) Herculianus* (*Ercolianus* v. *Hercolianus*) — α) Adj. ad Herculem pertinens, ut *Herculianæ lances* ap. *Trebell. Claud.* 14., ubi alii leg. *Herculaneæ*. — Item ad *Max. Herculium* imp., ut *Herculiani milites* ap. *Veget. mil.* 1. 17. — Hinc *Herculiani juniores*, una ex legionibus sex Palatinis, in *Not. Imp. or.* 4. et *Herculiani seniores*, *ibid.* 5. —

β) Abs., cogn. vir., in Ephem. epigr. IV. p. 525. — Fuit etiam hoc nomine miles Christianus martyr sub Juliano imp. Act. ss. Bonos. et Maximil., ubi scribitur Hercolianus.

HERCŬLĬĀNUS et

HERCŬLIUS. V. voc. præc.

HERCUNIĀTES, tum, m. plur. 3. (Ἑρκουνιάται Ptol.) gens Pannoniæ inferioris ap. Plin. 3. Hist. nat. 25. 28. (148).

HERCȲNĬA, æ, f. 1. (Gr. ὄρη Ἀρκύνια Aristot. et Ὀρκύνιος δρυμός Ptol.; Celt. Ercunion; Cymbr. Erchyniad; Goth. Fairguni v. Fergunna) nom. geogr. — a) Scribitur etiam Hercinia, unde et Herquinius saltus ap. Jorn. Rom. 148. M., pro quo et Hercylius ap. eund. ibid. 125. — b) Etymon vel origo nominis incerta: sunt qui ab ἕρκτος, septum, ducant, vel potius ab ὄρκος, Orcus seu locus inferorum tenebrosus, cui respondet Ὀρκύνιος δρυμός Ptol. 2. 11. 7., quum sit silva densissima: cf. Cæs. 6. B. G. 24. « Hercynia silva, quam illi (Græci) Orcyniam appellant ». Ceterum vox rectius petitur, ut aliis placet, a voce Teutonica seu Germanica Harz (« resina »), qua etiam Hercynia silva significatur, unde Harzgebirge « montes Harz seu silva Hercinia ».

Hercynia Silva, Germaniæ maxima, qua Græci ac Romani montes omnes designabant silvosos Europæ mediæ; dein, inde a sæc. I. a. Chr., series montium, qui ab occid. ad orient. protendebantur, a Mœno (Main) usque ad Margum (Murghab); denique, strictius, illos potissimum, qui Boiohæmos fines ad septentrionem attingunt. De ea habet Cæs. loc. cit. 25. « Hercinia silvæ - latitudo novem dierum iter expedito patet; non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorum finibus rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium: hinc se flectit sinistrorsus diversis ab flumine regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit; nec quisquam est hujus Germaniæ, qui se aut adiisse ad initium ejus Silvæ dicat, cum dierum LX processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit ». Mela 3. 29. « Illa (Hercynia) dierum LX. iter occupans, ut major aliis, ita et notior ». Plin. 16. Hist. nat. 2. 2. (2). « Hercyniæ Silvæ roborum vastitas intacta ævis et congenita mundo prope immortali sorte miracula excedit ». — Hercinius saltus vocatur a Tac. Germ. 28. et 30. — Hercynium jugum a Plin. 4. Hist. nat. 14. 28. (100). — Hercynium nemus a Sidon. carm. 5. 283. — In plur. num. Hercyniæ Silvæ a Flor. 3. 10. 14. — Modo absolute usurpatur, ut ap. Sidon. carm. 7. 325.; modo ac sæpius adjectivorum more. — Ejus pars hodie Selva nera vocatur; nam valde imminuta est, quia solum, quod olim arbores, nunc urbes et oppida ac pagi occupant. — Multa ibi sunt genera ferarum, ex quibus aliqua illius propria, quæ describuntur Cæs. loc. cit. 26., 27. et 28. — Hercynias aves hinc memorat Isid. 12. Orig. 7. 31., coll. Solin. 20. — De ea mentionem quoque faciunt Liv. 5. 34., Tac. 11. Ann. 45., Prisc. per. 286., Claudian. carm. 8. 450., 21. 227. et 26. 330. et, ex Græcis, Aristot. meteor. 1. 13., Diod. 5. 21., Strab. 4. 207. et 7. 290.sq. et Dion. per. 286.

HERCȲNĬO, ōnis, m. 3. rex Ægypti, de quo Justin. 6. 2. et Oros. 3. Hist. 1.; sed nomen corruptum esse patet, quod ap. Diod. 14. 79. est Νεφερέα et ap. Hieronym. in chron. ad Ol. 93. Nepherites. V. hanc voc.

HERCȲNĬUS, a, um, adject. V. HERCYNIA.

HERCYNNA (Hercyna), æ, f. 1. (Ἕρκυννα et Ἕρκυνα) dea, Lebadiæ culta in Bœotia, ubi ei templum erat dicatum (Liv. 45. 27), filia Trophonii (Tzetz. ad Lycophr. 15. 3., coll. Paus. 9. 39). V. voc. seq.

HERCYNNUS, i, m. 2. fluvius Bœotiæ, ap. Plin. 31. Hist. nat. 2. 11. (15). « In Bœotia ad Trophonium deum juxta flumen Hercynnum e duobus fontibus alter memoriam, alter oblivionem adfert, inde nominibus inventis ».

HERDONĬA, æ, f. 1. (Ἑρδωνία Appian. Ἑρδωνία Ptol. et Κερδωνία Strab.) nom. geogr. et pers. — Scribitur etiam Herdonea et Ardonea ap. Liv. 25. 21. et 24. 20. — Ardona est Gromat. p. 260. Lachm. — Erdonias acc. plur. num. in Itin. Ant. p. 116. — Quantitas secundæ syllabæ, ut in Græcis vocibus, est communis; produxit igitur Sil. It. 8. 567. « Obscura incultis Herdonia misit in agris ». — Est itaque ¶ 1. Nom. geogr., sc. oppidum in Apulia in ramo viæ Appiæ, qui a Benevento ducit Canusium, fort. adscriptum trib. Corneliæ (Corp. 9. 690), hod. Ordona. Memoratur tum in sing. num., tum et sæpius in plur. Liv. et Sil. It. locc. citt., Liv. epit. 27., Corp. 9. 1156. — Bis ad Herdoniam Hannibal vicit Romanos, nempe a. 212. et 210. a. Chr. oppidumque delevit (Liv. 27. 1), quod tamen fuit postea instauratum. — De ejus nummis vd. Minervini in Bull. Arch. Nap. a. 1856. p. 151. sq. et Grueber, Coins of the Rom. rep. II. (1910) p. 198.; et de ruderibus inde effossis Not. degli scavi a. 1907. p. 28.sqq. Adde inscriptiones in Corp. 9. 686-698. — Hinc Herdonienses, incolæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (105). ¶ 2. Est etiam nom. pers. sc., nom. gent. vir., ab Herdonia opp. derivatum. Corp. 10. 4086.; hinc et Herdonius cum præn. Appius (Liv. 3. 15., 5. 9., 17. 2. et Dionys. 10. 14), sed Herbonius ap. Oros. 2. Hist. 12.: cf. Erdonius ap. Augustin. 3. Civ. D. 17., coll. Zonar. 7. 18. (Cf. Σερδώνιος ap. Joh. Antioch.: Müller, FHG IV. 556. 47). — Fuit hoc nomine vir Sabinus, quo duce, servile bellum primum a. 460. a. Chr., arce occupata et Capitolio, erupit; sed a C. Claudio et P. Valerio coss., cum L. Mamilio, Tusculanorum dictatore, ipso Herdonio occiso, mox tumultus compressus est. Flor. 2. 19. 2. et Liv. locc. citt. — Item Turnus Herdonius, Aricinus civis, inter Latinos aliqua auctoritate pollens, qui quum Tarquinius Superbus concilio, quod indixerat, hora stata non adfuisset, in eum maxime est invectus; quapropter rex iratus Herdonium horrido supplicio exstinxit, ad caput Aquæ Ferentinæ dejectum, crate superne immissa saxisque congestis demersus, ut refert Liv. 1. 50.sq. V. Pais, Storia di Roma I. 1. 260. 2.

HĒRĒ, es, f. 1. dea, Martis comes, ideo Martea dicta, ap. Paul. Fest. p. 100. M., fort. a voc. heres; nam eam antiqui, accepta hereditate, colebant. Cf. Lat. hera, domina, et Germ. herr, dominus.

HĒRĒBUS. V. EREBUS.

HERECŪRA. V. ÆRECURA.

HĒRĒDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 8. 1813. et 8. 1459. — Cf. Heredinius, nom. gent. vir. Inscr. ap. De Petra, Le tav. etc. p. 50. n. 44.; et Hereda, mulier Christiana, martyr Africana, in carcere fame necata. Lucian. in ep. apud Cyprian. n. 22.

HĔRENNĬUS, ii, m. 2. nom. vir. ex gente nobilissima et satis antiqua, originis Etruscæ vel Oscæ (Cf. Schulze, Eigenn. p. 82. et 282.; Planta, Gramm. d. osk.-umbr. Dial. I. 489. et II. 526. n. 166. et Momms., Unterital. Dial. 261). — Scribitur varie, ut Herenius, Hærennius, et, sine aspiratione, Erennius, Erenius, Errenius, Erineus et Ærennius. — Fuit etiam præn. ab Osc. Heirens (Planta loc. cit. II. 526. n. 166) apud Samnites (Liv. 9. 1. et 3). Cf. Fabretti, Gloss. Ital. p. 577., ubi plura exempla congesta sunt. — Ut cogn. tamen improbandum, pro quo solum Herennus reperitur (Bücheler, carm. epigr. 479. et optim. mss. Macrob. sat. 3. 6. 11.: cf. M. Octavius Herennus apud eund. ibid., ubi tamen alii leg. Herrenus). — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Herennius dux, qui apud Soram bello Italico puerum eduxit, a quo hostis occisus spoliatusque est, teste Serv. ad Virg. 9. Æn. 590. — 2.º) Herennius, Siculus, de quo Val. Max. 9. 12. 6. « Acer etiam et animosus vitæ exitus Herennii Siculi, quo C. Gracchus et aruspice et amico usus fuerat; nam quum eo nomine in carcerem duceretur, in postem ejus illiso capite in ipso ignominiæ aditu concidit ac spiritum posuit (a. 122. a. Chr.), uno gradu a publico supplicio manuque carnificis citerior ». — 3.º) Herennius, de quo Hieronym. in chron. ad Ol. CLXXXIV (a. 43. a. Chr.): « Cicero in Formiano suo ab Herennio et Popilio occiditur LXIV. ætatis suæ anno ». — 4.º) Herennius, adulescens quidam, de quo Macrob. 2. Sat. 4. 6. « Urbanitas ejusdem (Augusti) innotuit circa Herennium deditum vitiis juvenem. Quem quum castris excedere jussisset et ille supplex hac deprecatione uteretur: Quomodo ad patrias sedes revertar? quid patri meo dicam? respondit: Dic me tibi displicuisse ». Memoratur etiam, omisso nomine, Quintil. 6. 3. 64. — 5.º) C. Herennius, ille, ad quem scripti sunt Rhetoricorum libri (Rhetorica ad Herennium), qui Ciceroni tribuuntur ab Hieronymo, apol. c. Rufin. 1. 16., a Rufino de metr. orat. p. 586. et 194., Or., a Prisc. X. p. 495. K., opus e fontibus Græcis depromptum, quod contra ex veteribus alii plane illi abjudicant cum Quintiliano. Hic enim 3. 1. 21., post quam Ciceronem memoravit, hæc addit: « Scripsit de eadem materia (rhetorica) non pauca Cornificius, aliqua Stertinius »; mox vero verba et sententias adfert, Cornificii proprias, quæ in Rhetorica seu potius Ratione dicendi ad C. Herennium leguntur; quamvis sint ex recentioribus criticis viris, qui Antonio Gniphoni v. Ælio Stiloni aliisve opus adscribant. Ceterum de hac quæstione alia dicere omittimus, ne acta agere videamur. V. CORNIFICIUS. — 6.º) M. Herennius, triumvir monetalis, cujus nummos describit Eckhel, 5. p. 224., in quorum aversa visitur homo nudus, qui fugit in humeris gestans patrem suum, cum inscripto PIETAS. Hoc autem videtur esse referendum ad historiam fratrum Catanensium, qui genitores suos ab Ætnæ eruptione sollicita pietate alio salvos transtulerunt. Cf. Borghesi, Œuvr. II. p. 203. et Momms. Hist. de la Monn. Rom. II. 391. — 7.º) M. Herennius, cos. cum C. Valerio Flacco a. 93. a. Chr. (Jul. Obs. 52., Fast. Capit. et Cassiod. in chron.). — Fuit orator, ut liquet ex Cic. Brut. 45. 165.; sed inter mediocres oratores ab eo recensetur, diligenter tamen loquentes. Cf. eund. Mur. 17. 36. — 8.º) Herennius Macer, vir quidam, cui Caligula imp. iratus fuit, quod illum Cajum salutaverat, teste Senec. const. sap. 18. 4. — 9.º) Herennius Modestinus, plenius Ælius Florianus Herennius Modestinus in Corp. 6. 266., ut Teuffel putat, sed perperam; duo enim sunt Ælius Florianus et Herennius Modestinus, quod ex contextu liquet, JCtus clarissimus, præf. vigilum urbis, qui floruit, Caracallo et dein Alexandro Severo impp. De eo Dig. 50. 4. 18. « Mixta munera - Herennius Modestinus et notando et disputando et optima ratione decrevit ». et Cod. 3. 42. 2. « Merito tibi a non contemnendæ auctoritatis jurisconsulto Modestino responsum est ». — Scripsit græce Excusationum libr. VI. aliaque plura latine, quæ recenset Ind. Script. Lat., ex quibus prostant in Dig. CCCXLIV. excerpta, ab Hommel, Paling. I. p. 453-494. collecta. — Græca, ubi utitur, lingua, sæpe occurrunt voces Latinæ, litteris Græcis exaratæ, ut ἴγκολαι, κουράτωρ, κωδικίλλος etc.; ubi vero Latina, ad classicam formam accedit, quamvis archaismos adhibeat: ceterum is dici potest ultimus ex classicis juris scriptoribus. — De eo cf. Kalb, Roms Jurist. 141.sqq.; Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I. 752.sqq., 777.; Fitting, Alt. u. Folg. d. Schrift. d. Röm. Jurist.[2] 127.sqq. et Lenel, Palingen. juris civ. I. 701.sqq. — 10.º) Herennius Pontius, Samnis, vir prudentissimus, pater C. Pontii, ejus, qui a Samnitibus imperator est electus contra Romanos (Liv. 9. 3). — Interrogatus a suis, quo modo habendi essent milites Romani exercitus, qui ad Furculas Caudinas inter duos saltus conclusi erant, respondit aut incolumes esse dimittendos aut ad unum omnes necandos, teste Liv. loc. cit., qui rem fuse persequitur. Memoratur etiam Flor. 1. 16. 10., Auct. vir. ill. et Oros. 3. Hist. 15. — 11.º) Herennius Senecio, ex Bætica, provinciæ hujus quæstor. Plin. 7. ep. 33. 5. — Hic libros de vita Helvidii Prisci composuit, ut tradit idem Plin. 7. ep. 19. 5., coll. Tac. Agr. 2. et Dion. 67. 13.; quare, accusatus a Mettio Caro a. 93. sub Domitiano, capitalem pœnam subiit, teste eod. Plin. 1. ep. 5. 3. et alib., ex quo alia de eo colliguntur. — 12.º) Herennius Severus, vir doctissimus, qui, ut refert Plin. ep. 4. 28., in bibliotheca sua imagines celebrium virorum ponere cupiebat, cons. suffectus sub Hadriano cum Flavio Arriano, fort. etiam

familiaris Philonis Judæi (Cf. Borghesi Œuvr. IV. 157. et VI. 466. et Corp. 15. 244. et 552. V. Groag, PWK 8. 678.sqq.). — 13.º) Alios videsis ap. Liv. 21. 25., 23. 43. et 39. 13., Sall. ap. Gell. 10. 20., Cic. 1. Verr. 18. 39. et 1. Att. 18. et 19., Cæl. 11. 25., 10. Fam. 32., Plin. 3. Hist. nat. 51. 52. (137)., Eutr. 5. 3., Tac. 4. Hist. 32., Corp. 1. p. 471. et 9. 2218., Ephem. epigr. III. 11., Plin. 4. ep. 9. 14. et Apul. apol. 74. ¶ 2. In titulis nom. vir. gent. Corp. 6. 19303 (tabell. Ficoronii) et 9. 3906. — Herennia, nom. mul. C. 6. 19826 (ad port. s. Sebast.). — Herennia Cupressenia Etruscilla Augusta, uxor C. Messii Quinti Trajani Decii imp. Corp. 8. 4011., Maffei, Mus. Ver. 202. 4. et Henzen, S. Or. n. 5221. — Hinc Herennianus (Herrenianus) — a) Adj., ut Herenniani coheredes ap. Cic. 13. Att. 6. et Herrenianæ silvæ in pago Ambitrebio Velej., in Tab. alim. Velej. 3. 33. — b) Abs. cogn. vir, satis frequens. Corp. 8. 828. — Mentione dignus princeps Palmyrenus, Odenathi et Zenobiæ filius, frater Timolai, quorum nomine Zenobia mater remp. administravit eosque purpuratos imperatoris habitu incedere jussit. Trebell. Gallien. 13. et trig. tyr. 15., 17., 24. et 30. Contra Vopisc. Aur. 38. Babalati filii nomine Zenobiam imperium tenuisse adfirmat. Adde eund. Prob. 22. — Herenniana, cogn. mul. Corp. 2. 1277. — Herennio (onis), nom. vir., demin. Græco more. Inscr. ap. Garrucci, Syll. n. 680. — Herennianus, nom. vir. Corp. 6. 19800 (tab. columbar.). — Herennulejus, nom. vir. C. 6. 19342 (in s. Pancrat.). et 9. 4680. et Herennuleja, nom. mul. C. 10. 601. — Herenniola, cogn. mul. demin. C. 2. 1820.

HĒRES (Hæres), ēdis, m. 3. cogn. vir. Corp. 9. 1742. — C. 10. 2049. Heredi (dat.) pro Heredi, sed lectio incerta. — Heredius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Kellerm. Vigil. III. 2. 2.

HEREUM (Hæreum), i, n. 2. mansio v. oppidum Siciliæ inter Mesopotamium et Apollinem, in Itin. Ant. p. 95., hod. fort. Pozzo vecchio v. Pinna.

HĒRĬĒ, es, f. 1. V. HERIUS.

HĒRILLUS, i, m. 2. (Ἥριλλος) philosophus Stoicus, Carthaginiensis, Zenonis auditor et propriæ sectæ conditor (Cic. 2. Acad. [pr.] 42. 129), qui summum bonum in cognitione ac scientia ponebat (Id. fin. 2. 13. 43., 4. 14. 36. et 15. 40. et 5. 8. 23. et 25. 73), sæpe a Cicerone compositus cum Aristone et Pyrrhone (5. Tusc. 30. 85., fin. 2. 11. 35. et 1. Off. 2. 6). — Hinc Herillii, ejus asseclæ, dicti Cic. 3. Orat. 17. 62.

HERĪTÆ, ārum, m. plur. 1. V. HER.

HERĪUL, ŭlis, m. 3. nom. vir., de quo Prisc. de accent. p. 523. K. « Ul syllaba terminatum unum proprium reperitur, quod breviatur, ut hic Heriul, quod barbarum est ». Adde tamen Saul aliaque, huic grammatico ignota.

HĒRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., ab Heræ seu Junonis cultu deductum. — Scribitur et Erius, sine aspiratione, in Inscr. Tiburtina ap. Garrucci, Syll. n. 549. — Sic et Herius Asinius ap. Vellej. 2. 16. — Heria (Herria), nom. mul. Corp. 2. 1150. et alia ap. Orell. n. 2638. Corp. 10. 2517. Herriæ. — Heria, cogn. Junonis, ut videtur, ab Hera, ut Heries Junonis ap. Gell. 13. 23. 2., ubi tamen alii aliter leg. — Herianicus, adj. ad Herianum (incompert.) sive ad Herium aliquem pertinens. Corp. 9. 2827. — Herion (ōnis), nom. vir. C. 7. 647. — Herinius, nom. gent. vir. Inscr. ap. Kellerm. Vigil. II. 1. 64. — Heriniana, nom. mul. Inscr. in Ephem. epigr. IV. 7. — Heriscus, nom. vir., demin. more Gr., in Cod. 4. 24. 12. Cf. Heraiscus.

HERMA, Hermas et Hermes, æ, m. 1. (Ἑρμᾶς et Ἑρμῆς) nom. pers. et geogr. — a) Orthogr. Scribitur et Ermes, omissa aspiratione, in Corp. 3. 9994., 8. 8596. etc. — Hirma in Bull. d. Ist. arch. a. 1875. p. 255. — b) Declin. in recto α) Herma ap. Orelli inscr. n. 1728., Corp. 2. 1195. et Inscr. Neap. 1678. — Acc. Herman ap. Hieronym. vir. ill. 10. — β) Hermes ap. Ammian. 21. 14. 5. — Genet. Hermæ ap. Juvenal. 8. 53. — Gr. Hermu ap. Plin. 25. Hist. nat. 5. 18. (38). et ibid. 10. 60. (166).; Hermetis etc. Scæv. Dig. 45. 1. 122., Orelli inscr. n. 1727., Henzen inscr. n. 6752. et n. 7358., Corp. 2. 4874. etc. Cf. Charis. 68. 4. K. — Acc. Hermen ap. Vulg. Rom. 16. 14. — γ) Nomin. plur. Hermæ ap. Cic. 1. Att. 8. et Nep. Alc. 3. — Acc. plur. Hermas ap. Cic. legg. 2. 65. — c) Etymon, idem quod in Hermes, qua est deus, ut videbimus. — d) Discrimen in usu est inter tres nominis formas; Herma enim rarius usurpatur, quam Hermes, quæ forma declinatur etiam Hermes-etis (V. sub b β); Hermas contracta est ab Hermodorus v. Hermaphroditus v. Hermagoras, nisi forma sit a Dorico Ἑρμέας, contr. Ἑρμῆς. — Est igitur

I.) Herma, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Herma v. Hermas, discipulus ap. Pauli, Romæ degens (Vulg. Rom. 16. 14); quamvis tamen ibi moraretur, debuit esse genere Græco, ut ex ipso nomine deduci potest. — Fuit autem episcopus Philippopolis in Thracia, ut ex kal. Græcor. colligitur, qui ejus festum celebrant postridie non. Mart.; sed in Martyr. Rom. VII. id. Mai., ubi dicitur « Hic digne semetipsum sacrificans acceptabilisque Deo hostia factus, virtutibus clarus cœlestia regna petivit ». — Hieronym. vir. ill. 10. censere videtur, hunc esse auctorem libri, qui Pastor inscribitur; sed hæc opinio, nominis similitudini innixa, hodie rejicitur (V. infra sub 2.º). Cf. Gebhart et Zahn, Patr. apost. opp. 1877. III. 88. et Funk, Opp. patr. apost. 1878-1881.[2] I. 117. — 2.º) Herma v. Hermas, auctor libri, qui inscribitur Ποιμήν, Pastor, complectens quinque visiones (ὁράσεις), duodecim mandata (ἐντολαί) et decem similitudines (παραβολαί), in formam apocalypsis, sumpto nomine ab angelo, pastoris habitu induto, qui post Ecclesiam Christi, matronæ speciem præ se ferentem, ei plura revelat. Omnia autem ad id rediguntur, ut in primis pœnitentia inculcetur, via tamen longior ac difficilior, cujus describuntur « stationes » seu gradus; dein vero fides in unum Deum, castitas, temperantia, patientia ceteræque virtutes, cum monitis quibusdam, commendentur. — Auctor se Hermam vocat, Romæ morantem et agri suburbani cultorem, in via ab urbe Cumas, ubi oracula recepit; sed ex mentione, quam facit Clementis I., colligitur omnino eum fuisse hujus pontificis æqualem; contra in fragmento Muratoriano hæc leguntur: « Pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Hermas conscripsit, sedente (in) cathedra urbis Romæ ecclesiæ Pio episcopo fratre ejus; et ideo legi eum quidem oportet, se publicare vero in ecclesia populo neque inter prophetas completos numero neque inter apostolos in finem temporum potest » (ed. Zahn). Ex his, etsi obscurioribus, verbis sequitur, Pastorem ex canone sacrorum librorum esse excludendum, quem aliquando talem fuisse putarunt quidam ex veteribus, ut Irenæus (c. hær. 4. 20. 2), Origenes (Comm. in Rom. 10. 31) et Tertull. (De Orat. c. 16), qui, dein Montanista, hunc librum apocryphum et falsum judicavit (De pudic. c. 10), quia gravissimorum criminum quorundam remissionem non negabat. Huc spectat etiam Rufin. de symb. apol. 38. « In novo vero Testamento libellus, qui dicitur Pastoris sive Hermes, qui appellatur duæ viæ vel judicium Petri. Quæ omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam ». Præterea hinc deduci potest, eum, qui frater dicitur Pii I., vixisse ca. a. 140-155., quod internis operis indiciis plane firmatur (Cf. Bardenhewer, Patr. I. 51. tr. 1908). Non itaque probanda opinio Origenis (loc. cit.), cui adhærere videtur Hieronym. loc. cit.: « Herman, cujus Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit - asserunt auctorem esse libri, qui appellatur Pastor, et apud quasdam Græciæ ecclesias etiam publice legitur, revera utilis liber multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia, sed apud Latinos pæne ignotus est ». — Duæ exstant interpretationes Latinæ, Vulgata sæc. II. et Palatina sæc. V., et una Æthiopica, fort. sæc. VI. De his vd. Gaab, Der Hirt d. Hermas etc. Basil. 1866.; Zahn, Der Hirt d. Hermas untersucht. Got. 1868.; Bakel, De compos. van d. Past. Herm. Amst. 1900.; Benigni, Il Pastore di Erma e l'ipercrit. protest. in Bessarione IV (1899-1900) v. VI. 233-248.; Stahl, Der « Hirt » d. Herm. Leips. 1901.; Batiffol, Herm. et le probl. moral au sec. siècl. in Rev. Bibl. X (1901) 337-351. — 3.º) Herma v. Hermas, unus ex principibus hæresis Messalianorum, ap. Cassiod. 7. Hist. trip. 11. — 4.º) Herma, quæ est statua Mercurii. V. voc. in Lexico. — Hinc Hermēus, nom. vir. sub Alexandro imp., memoratus in Cod. 4. 24. 4. — Hermadio v. Hermadion (Ἑρμαδίων), cogn. vir. demin. more Græcorum, ingen. et libert. itemque nom. serv. Corp. 2. 4155., 3. 1549. et 9. 549. — Ibid. 10. 1567. Ermadio. ¶ 2. In titulis cogn. vir. et nom. serv. Corp. 2. 1788.; 10. 3646. et 9. 3746.

II.) Herma, nom. geogr., sc. oppidi in terra Chanaan, in tribu Aser. V. ARAMA.

HERMA, ătis, n. 3. promontorium seu locus ad promontorium situs in extrema Africa occidentali. Avien. or. mar. 323. « Locum hunc vocavit Herma quondam Græcia. Est Herma porro cespitum munitio: Aliique rursus Herculis dicunt Viam ». V. integr. loc.

HERMĂGŎRA et Hermagoras, æ, m. 1. (Ἑρμαγόρας: ab Ἑρμῆς et ἀγορά, congregatio) nom. vir. — Hermagore, in recto, est Cic. ap. Quintil. 1. 5. 61 (probab. in pravis mss.) et Corp. 3. 1682. et 7. 1056. — Genet. Hermagoræ ap. Cic. Brut. 76. 263. et Quintil. 2. 15. 14. — Acc. Hermagoran ap. Quintil. 3. 1. 16. — Memorantur ¶ 1. Hermagoras, rhetor Lemnius, Ciceronis fere æqualis, qui « de arte sua scripsit et rationes certas ac dicendi præcepta dedit » modo a Cic. reprehensus, modo laudatus (Brut. 76. 263. et 78. 271. et invent. 1. 6. 89., 12. 11. 16. et 51. 97). Meminit etiam, eum secutus, pluries Quintil. locc. citt.; item Hieronym. ep. 53. et 3. apol. c. Rufin. 30. aliique. — Hinc Hermagorei dicti ejus asseclæ Quintil. 7. 4. 4. ¶ 2. Hermagoras, Temnius, Theodori Gadareni discipulus, qui floruit sæc. I. a. Chr. (Quintil. 3. 1. 18), Carion dictus, vixitque Romæ sub Augusto cum præceptore suo et Apollodoro; sed aridissima, ut ea appellat Tac. orat. 19., scripsit; laudatur tamen Senec. contr. 1. 1. et 14. 18., ubi aliquando ejus sententias adfert.

HERMĂGŎRĒI. V. voc. præc.

HERMĀIS (Ermais), idis, f. 3. V. HERMES.

HERMANARĪCUS et Hermenericus (Hermeneris), i, m. 2. (Cf. Teut. hermann, miles, et rich v. reich, dives v. potens), nom. vir. barbar. ¶ 1. Fuit rex Gothorum, filius Achiulf, pater Hunimundi, ex nobili stirpe Amala, teste Jorn., Get. 79. M., bellicosissimus, multarum gentium victor victusque demum ipse quoque ab Hunnis et Alanis, a. 375. Id. ibid. 119. et 129. — Anno ætat. CX. « magnorum discriminum metum voluntaria morte sedavit », ut ibid. 129. et 130., cui successit Vithimiris, teste Ammian. 31. 3. 1-3., ubi Ermenrichus vocatur. ¶ 2. Item consul cum Basilisco a. 465. p. Chr., testibus Sever. Nov. t. 2. et Hilar. pap. ep. 16. — Cassiod. in chron. habet Arminaricus, sed minus recte. Cf. Inscr. Chr. ap. De-Rossi I. p. 358. n. 818. et Corp. 5. 6627., ubi est Herminarichus v. Hermenerichus.

HERMANDĬCA, æ, f. 1. urbs Vaccæorum in Hispania, ab Hannibale capta, teste Liv. 21. 5. Cf. Polyb. ap. Steph. Byz., ubi est Ἑλμαντική.

HERMĀPHĬLUS, i, m. 2. (Hermetis seu Mercurii amator) cogn. vir. Græc. Corp. 9. 3964. — Etiam nom. vir. C. 6. 19371. Ermaphilus.

HERMĀPHRŎDĪTUS (Ermaproditus), i, m. 2. (Ἑρμαφρόδιτος: ex Ἑρμῆς, Hermes, et Ἀφροδίτη, Aphrodite seu Venus) cogn. vir. Corp. 10. 3845. et 9. 326. — Apud mythologos, filius Hermetis et Veneris, qui et Atlantius appellatur, ut nepos Atlantis, ap. Hygin. fab. 271., et Atlantiades ap. Ovid. 4. Met. 368. Memoratur etiam Auson. edyll. 6. 87. Hermaphroditus semivir. Martial. 6. 68. femineus. et 14. 174. in tit. marmoreus. Corn. Balb. ap. Serv. ad Virg. 4. Æn. 127., coll. 99. Adeo pulcher fuit, ut adulescens puella putaretur. — De ejus quasi semidei cultu pauca traduntur (Cf. Preller-Robert, Gr. Myth. I. 510.; Hermann, Myth. Lex. I. 2315. et 2319.sq. et Jessen, PWK 8. 717). Tertull. adv. Valent. 34. « Ne apud solos Lunenses Hermaphroditum existimet

annalium commentator Fenestella ». — De priscæ artis monumentis, quæ ad eum pertinent, plura ap. *Kieseritzki* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1882. p. 245-275.; *Reinach, Cult. myth. et religions II.* 319.*sqq.* et *Repert. de la statuaire II.* 176.*sqq.* et *III.* 54. etc. et *Clarac, Musée de sculpture Taf.* 666-672. — De fabula *V.* **HERMAPHRODITUS** in *Lexico*.

HERMĀPĬON, ōnis, m. 3. (Ἑρμαπίων: cf. *CIG n.* 6379) vir eruditus, fort. qui temporibus Augusti hieroglyphicas litteras seu notas, in obelisco Circensi (hod. Lateranensi) incisas, græce est interpretatus; cetera ignotus. Porro *Ammian.* 17. 4. 17. hanc ex ejus libro interpretationem dedit: « ΑΡΧΗΝ ΑΠΟ ΤΟΥ ΝΟΤΙΟΥ ΔΙΕΡΜΗΝΕΥΜΕΝΑ ΕΧΕΙ ΣΤΙΧΟΣ ΠΡΩΤΟΣ ΤΑΔΕ Λέγει Ἥλιος βασιλεῖ Ῥαμέστῃ etc. » *V.* integros στίχους seu versus, qui secuntur, ubi Ἥλιος (Sol) Ramestem seu Ramessem, regem Ægypti, alloquitur. — Pro *Hermapion* alii legunt *Hermateles*, ut *Tertull. spect.* 8. — De hoc obelisco multa congessit *Reifferscheid* ad *Suet. rel. p.* 335.*sqq.* V. etiam **HIEROGLYPHICUS** in *Lexico*.

HERMARCHUS, i, m. 2. (Ἕρμαρχος) nom. vir. — *Hermachus* olim in mss. codd. et edit. libris tam Græcis quam Latinis legebatur; sed *Hermarchus (Hermarchos)* habent basis ærea hermæ ejus et papyrus Herculanensis ap. *Visconti Iconogr. Gr. I.* 276. — Memorantur ¶ 1. Hermarchus, philosophus Mitylenæus, antiquior Epicuri discipulus, quem magister cognovit, dum in ejus patria moratus est, dilexitque ut amicum usque ad ultimum vitæ tempus (τοῦ συγγεγηρακότος ἡμῖν ἐν φιλοσοφίᾳ); in suo autem testamento benevole eum nominat suumque designat successorem (*frgm.* ap. *Porph. de abstin. I.* 7-12); quin Epicuri ad eum epistolam integram servavit *Cic. fin.* 2. 30. 96., qui ejus meminit etiam 2. *Acad. (pr.)* 30. 97. et 1. *Nat. D.* 33. 93. Adde *Senec. ep.* 33. et 52. — Lato sensu de quocumque philosopho accipi videtur a *Juvenal.* 3. 120. — Effigies Hermarchi philosophi inventa est Herculanei. V. *Comparetti-de Petra, La villa Ercolanese* 263. *tab. XII.* 8.

HERMAS. *V.* **HERMA**, æ.

HERMĀTHĒNA, æ, f. 1. (Ἑρμαθήνη *Aristot.*) vox compos. ex Ἑρμῆς, *Hermes*, et Ἀθηνᾶ, *Athena*, qua significatur geminum caput Hermetis seu Mercurii et Athenæ seu Minervæ in una basi conjunctum, quod Romani in gymnasiis solebant dicare. *Cic.* 1. *Att.* 4., coll. 1. — Sic *Hermeracles*, ut infra, coll. *Hermanubis* in *Anth. Pal. XI.* 360.

HERMENERĪCUS. *V.* **HERMANARICUS**.

HERMĒRACLĒS, æ, m. 1., vel is, 3. (Ἑρμηρακλῆς *Anth. Plan.*) vox compos. ex Ἑρμῆς, *Hermes*, et Ἡρακλῆς, *Heracles*, qua significatur geminum caput Hermetis seu Mercurii et Heraclis seu Herculis in eadem basi copulatum, ut in nummis gentis Rubriæ ap. *Morell. n.* 3. et in herma ap. *Visconti, Mus. Pio-Clem. VI. tab. XIII.* Usurpavit, sed in plur. num., *Cic.* 1. *Att.* 10. Cf. **HERMATHENA**.

HERMERĪCUS, i, m. 2. (Cf. *Hermenericus*) Suevorum rex, qui cum Vandalis bellum gessit eosque coegit ex Gallæcia in Africam transire a. 419. p. Chr. (*Hydat.* in *chron.* Cf. tamen *Momms. Chron. min. III.* 535). Sed ex morbo, quo septennium est affectus, Rechilam filium in locum suum suffecit. Obiit autem a. 441 (*Momms. II.* 23. 114., 24. 122. et *Isid. hist. Suev.* 86) regnavitque annos XXXII (*Isid. ibid.* 85 = *Momms. II.* 300).

HERMĔROS (Ermeros), ōtis, m. 3. (Ἑρμέρως, compos. ex Ἑρμῆς, *Hermes* seu Mercurius, et Ἔρως, *Amor*) ¶ 1. Est deus quidam pantheus, ex Mercurio et Cupidine compactus. *Martial.* 10. 88. « Inter Splendophorum Telesphorumque Cydæ (*artificis*) stare putabis Hermerotem », ubi fort. dictus est joco pro *calvo*. Alii tamen leg. *Halmyroten*. Cf. *Petron. sat.* 52. — In plur. num., ap. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. (33). ¶ 2. Est etiam cogn. vir. ingen. et libert. frequentissimum itemque nom. serv. *Corp.* 2. 3181. et 3944. — Absolute, apud scriptores, *Hermerus*, conviva quidam et collibertus Trimalchionis, memoratus *Petron. sat.* 59. — Cum nom., *Claudius Hermeros*, de quo cf. *Vogel. mulom. præf.* 3. et *Kroll, PWK* 8. 736.*sqq.* — Hinc *Hermerotis (idis)*, cogn. mul. *Corp.* 10. 2156.

HERMES, ētis, m. 3. (epic. Ἑρμεῖος v. Ἑρμείης, Ἑρμέας, Ἑρμῆς; Att. etiam Ἑρμῆς et Ἐρμῆς; Dor. Ἑρμῆν, Ἑρμᾶς; Lesb. Ἔρμας; Thess. Ἕρμαιος, Ἕρμαυος, Ἕρμαος, etiam Ἕρμης (gen. Ἕρμητος) nom. vir. — *a)* Scribitur etiam *Ermes*, sine aspiratione, in titulis. *Corp.* 8. 3596. et ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 184., 357. et *alib.* — *b)* Declin. in genet. *Hermetis*, ap. *Charis.* 1. *p.* 51. *P.* « Hermes autem Hermetis tantum »; vulgo tamen *Hermis* ap. *Gelas. sacr.* 2. 51. et *Hermæ* ap. *Hilar.* pap. *fragm. ep. p.* 170.*sq.* — Acc. *Hermen* ap. *Philastr. hær.* 118. *V.* **HERMAS**. — Abl. *Herme* ap. *Hilar.* pap. *ep.* 8. — *c)* Etymon. Olim vox ab εἴρειν, *dicere, loqui* ducebatur *Plat. Crat.* 408 a H (τὸν τὸ λέγειν τε καὶ τὸν λόγον μησάμενον): cf. *Etym. M.* 376. 20 (παρὰ τὸ ἐρῶ τὸ λέγω); vel ab ἑρμηνεύω *Diod.* 1. 16., quod potius videretur ab Ἑρμῆς derivandum; sed recentiores deducere malunt vel a Skr. *sarameyas*, quod in *Vedas* significat primum auroræ ventulum v. filium diluculi, ut *Mehlis, Die Grund-idee d. Herm. II.* 130.*sqq.* et *Talbot p.* 97. (cf. *Hom. l. c.*), vel, satis probabiliter, conjungunt cum ἕρμα (ἕρμαξ), ut *O. Müller, Handb. d. Arch.* 379. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Hermes, filius Jovis et Majæ, filiæ Atlantis, natus in caverna montis Cyllenis (*Zyria*) in Arcadia, hinc *Cyllenius* dictus *Virg.* 4. *Æn.* 252., cælo illucescente (*Hom. hymn. II*), quod componitur cum Indorum Græcorumque mytho et cum ejus officio, utrinque ei tributo, evigilandi nempe tutandique domorum aditus (προπύλαιος) earumve aut templorum vestibulum (προθύρεος, πρόναος); quare ejus imagunculæ (*hermæ*) in triviis vel quadriviis ad tutelam statui solebant; sed, quod sane mirum est, fur vel ipse, utpote qui juvencas Apollinis furatus sit, quarum duas ad Alpheum fl. diis immolavit, ceteras vero in caverna abscondit; idcirco patronus furum est habitus et etiam mercatorum, qui sæpe dolis et astu emptores fallunt; præterea et musices et eloquentiæ et artium deus, sacrificiorum inventor ductorque animarum ad inferos deorumque interpres et nuntius (θεῶν κῆρυξ). Cf. *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 56., *Horat.* 1. *Od.* 10., *Ovid.* 5. *Fast.* 666., *Hygin. astr.* 2. 7. et *Athen. l.* 1. Sed de his *V.* **MERCURIUS**, quem deum ab Ἑρμῆς Græcorum Latini sunt mutuati. — Ejus cultus fuit maxime diffusus in Thessalia (*Apoll. Rh.* 1. 51. *sqq.*, coll. *Hygin. fab.* 14., *Propert.* 2. 2. 11. et *Cic. loc. cit.* V. *Preller-Robert I.* 388), in Acarnania (*Cat. Brit. Mus.* 172. et *Imhoof-Blumer, Wien. num. Ztscr.* 1878. *p.* 92), in Ætolia (*Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. [56]), in Locride (Cf. *Paus.* 9. 24. 5., *Stesich. frg.* 64., *Apollod.* 3. 2. 5), in Phocide (*Bull. hell. XX.* 584), in Bœotia (*Paus.* 10. 30. 1. et 34. 8), in Eubœa (*Steph. Byz.* v. Ἄργουρα), in Attica (*Paus.* 1. 27. 1. et 1. 28. 8., coll. 9. 35. 3. et *CIA* 1. 208. 8.; 2. 3. 1207., 4. 1. 3. etc.), in Laconia (*Paus.* 2. 19. 6), in Arcadia (*Id.* 8. 36. 10), in Achaia (*Id.* 7. 22. 2*sqq.*), in Troade (*Id.* 10. 12. 6), in Ionia (*Dittenberger Syll.*[2] 600.-92. 101), in Doride (*Vitr.* 2. 8. 11), in Creta (*Athen.* 14. 639 b *H.*), in Mysia (*Polyen.* 6. 24., *Cat. Brit. Mus.* 101. et alib.., *Kaibel, Epigr.* 247), in Lydia (*Rh. Mus. XXVII.* 467. etc.), in Caria (*Cat. Brit. Mus.* 56. et 160. et *Bull. Hell. X.* 520. *n.* 19) aliisque regionibus Asiæ Minoris; in Syria (*Malal. p.* 318. 8., 287. 16), in Parthia (*Cat. Brit. Mus.* 88., 120. etc.), in Sicilia (*Münz. Cat. Brit. Mus. Sicily*), in Italia (*Cat. Brit. Mus.* 13., 69.*sq.*, 887. etc., coll. *Garrucci, Mon. d. Ital. ant. Tab.* 73. 13. et *Paus.* 10. 17. 5. etc.), in Hispania (*Macdonal, Unter Coll. III.* 621), in Gallia (*Habel, Wochenschr. klass. Phil.* 1888. *p.* 1285) et in Africa (*Inscr. Rev. arch. XXXV.* 12. *n.* 38). — De priscæ artis monumentis, ad eum spectantibus, cf. *Visconti, Mus. Pio-Clem. IV.* 1-8.; *Gerhard, Ant. Vas.* 16., 110., 170., 290.; *Furtwängler-Reichhold I. T.* 21. *n. Text.* 93.; *Overbeck, Plastik I. Fig.* 35.; *Collignon, Gesch. d. Plast. I.* 290. 421.; *Homolle, Fouilles de Delph. IV. Taf.* 7-8.; et de nummis *Friedländer-Sallet Berl. Munzk.*[2] *Taf. IV.* 311.*sqq.* et *Müller-Wieseler, II* 18. 197., 318. — Imagines eum repræsentant juvenili facie, imberbem, subridentem, agilem, robustum, cum caduceo, sandaliis alatis, marsupio, lyra, ariete et patera, quæ omnia ad ejus officia ei attributa, referuntur. — De eo vd. *Roscher, Hermes d. Windgott* (1878) 219.*sqq.*; *Eitrem, Herm. u. die Tot* 1909. et *PWK* 8. 738-792. V. alia in **MERCURIUS**. — 2.°) Hermes, *Trismegistus*, deus vel celeber legum lator et scripturæ ac litterarum artiumque inventor apud Ægyptios, qui eum *Thauti* vel *Thoth* = Θαῦθ (Θεῦς) Græcorum (*Plat. Phileb.* 18 b. et *Phædr.* 274 c. et *Cic. loc. cit.*), Θωῦθ, Θώ, Τατ etc. (*Pietschmann*, 37. et *Spiegelberg, Travaux relat. à la philol. égypt. XXIII.* 199) vocarunt et cognominarunt *aā aā*, i. e. ὁ μέγας μέγας ut in *Inscr. Rosett.* (*Dittenberger, Or. Gr. Inscr.* 9. 19), serius dictus *ter magnus* vel *maximus* « ὁ τρὶς μέγας v. τρισμέγιστος »; quare ob similitudinem *Martial.* 5. 24. 15. « Hermes omnia solus et ter unus ». Adde *Victorin. I. p.* 79. — Ad scripta ejus quod attinet, quæ *Hermetica* dicuntur (*Zeller, Phil. d. Gr. V.* 224.*sq.*), sæc. II. eis allusisse constat Plutarchum, Clementem Alex., Tertullianum, Philonem Byblium, qui, Euhemeri sectator, hunc Hermetem dicit « sapientum Ægyptiorum antiquissimum ». Hinc factum est, ut sub ejus nomine, quo venerabiliores forent, quædam doctrinæ vulgatæ sint, exeunte sæc. III., de Deo, de mundo, de homine, Plotini documentis conformes, fort. ex schola Ammonii Saccæ, compositæ procul dubio veteris religionis propugnandæ pargandæque causa. Porro quæ ceteris præstant, scripta in quattuor classes tribui possunt: 1.° *Poemandres* (Ποιμάνδρης), quæ est XIV. fragmentorum collectio; 2.° dialogus, inscriptus *Asclepios* (Ἑρμοῦ πρὸς Ἀσκληπιόν), cujus exstat interpretatio Latina, Apulejo, sed falso, adjudicata; 3.° collectio dialogorum, ca. XVII., quorum fragmenta leguntur apud *Stob.*, *Cyrill.*, *Lact.*, *Suid.*; 4.° fragmenta ex scriptis Asclepii regi Ammoni, quæ ὅροι Ἀσκληπιοῦ πρὸς Ἄμμωνα βασιλέα dicuntur. Hæc autem, si plurimum cognoscendis iis, quæ fere ad Græcorum religionem pertinent, postremis sæculis cultam; nihil tamen rei litterariæ conferunt. — Plura de eo vd. ap. *Flinders Petrie, Personal Relig. in Egypt.* Lond. 1909. et *Kroll, PWK* 8. 792-823. — 3.°) Hermes, rhetor Græcus ac illius doctor, qui scripsit libros *ad Herennium*, ut est *ibid.* 1. 11. 18., cetera ignotus. Qui tamen putant hunc esse *Hermagoram*, non animadvertunt inter eos discrimen; namque ille tres docet esse in arte rhetorica constitutiones, hic vero quattuor. V. *Orelli* in *Onom. Tull. p.* 282. — 4.°) Hermes, medicus quidam ap. *Martial.* 10. 56. 6. « Enterocelarum (*herniarum*) fertur Podalirius Hermes », *i. e.* medicus alter Podalirius, frater Machaonis et Æsculapii filius. — 5.°) Hermes, gladiator quidam in omni armorum genere princeps, laudatus, ut in philosophis *Trismegistus*, a *Martial.* 5. 25. « Hermes Martia sæculi voluptas, Hermes omnibus eruditus armis, Hermes et gladiator et magister - Hermes omnia solus et ter unus ». *i. e.* solus officia obiens trium gladiatorum. — 6.°) Hermes, libertus Plinii junioris, de quo plura habet ipse *Plin.* 7. *ep.* 11 (a. 107). — 7.°) Hermes, Christianus quidam vir, Romanus, ad quem salutationes suas mittit Paulus (*Rom.* 16. 14), fort. unus ex septuaginta duobus Christi discipulis, ut Græci putant, et Salonarum episcopus in Delmatia. — 8.°) Hermes, qui Hadrianopoli in Thracia cum Philippo episcopo aliisque sociis, sub Juliano apostata, post carceres et flagella incendio cremati sunt (*Act. Phil. ep. et mart.* et *Martyr. Rom. XI.* kal. Nov.). ¶ 2. In titulis, cogn. vir., ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 90.; *Corp.* 8. 3596. et *De-Rossi, R. S. III.* supra citt. — Hinc *Hermetes*, nom. vir., sed sine aspiratione, in tit. Chr. ap. *Fabretti p.* 738. *n.* 491. — *Hermetus*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4453. — *Hermetio (Hermetion)*, cogn. vir., demin. Græca ratione, in *Corp.* 2. 516. et 2972. — *Ibid.* 8. 7289. Ærmetio. — *Hermetianus*, cogn. vir. ingen. et libert. *C.* 2. 205. et 10. 5936. — *Hermeticus*, cogn. vir., quasi Mercurialis, in *Inscr.* ap. *Murat.* 1544. 7. — *Hermesianus*, cogn. vir. *Corp.* 2. 1481. — *Hermais* v. *Ermais* (Ἑρμαΐς), idis,

patronym. fem., cogn. apud Romanos *C.* 3. 6210 et 5. 6618., ubi *Ermais*.

HERMESTA, æ, f. 1. oppidum Ioniæ antiquissimum, quod interiisse tradit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (117). Alii tamen leg. *Hermesia*.

HERMĪA, æ, f. 1. ¶ 1. Est urbs Ciliciæ, de qua *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93). V. *Sillig.*, qui legit *Holmia*, in *not. crit.* ¶ 2. Est etiam cogn. vel nom. mul. *Not. degli scavi* a. 1910-15. *n.* 1912. *p.* 88. Hermiaes. *V.* **HERMIAS**.

HERMĪANA (Ermiana), æ, f. 1. (Ἑρμιόνη) oppidum in Byzacena provincia Africæ; unde *Donatus Ermianensis* episc. in *Not. Afr.*, qui ab Hunerico, Vandalorum rege, ob fidem Catholicam in exsilium ejectus est. — Hinc *Hermianensis (Ermianensis)*, adj. *V.* supra.

HERMĪĀNI, ōrum, m. plur. 2. asseclæ Hermiæ seu Hermogenis hæretici. *V.* **HERMOGENES**. — In sing. num. *Hermianus*, cogn. vir. in *Cod.* 4. 49. 17. et *alib.*

HERMĪAS, æ, m. 1. (Ἑρμείας v. Ἑρμίας v. Ἑρμέας = Ἑρμῆς contr.) nom. vir. — Duplici forma *Hermias* et *Hermia* utuntur Latini; pænultimam autem modo contrahunt (*Paulin. Nol. carm.* 15), modo producunt (*Ibid.* 78). — Memorantur ¶ 1. In libris — 1.°) Hermias, tyrannus Atarnæ in Mysia ex servo, eunuchus, Platonis et Aristotelis auditor, in urbe Athenis, unde reversus tyrannidem occupavit ibique hospitem habuit Stagiritam. Meminit *Tertull. apol.* 46. Aristoteles familiarem suum Hermiam turpiter loco excedere fecit. Adde *Ovid. Ib.* 321., ubi nomen siletur. — 2.°) Hermias, regulus, de quo *Plin.* 37. *Hist. nat.* 5. 17. (66). « Ferunt in ea insula (*Cypro*) tumulo reguli Hermiæ juxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos e zmaragdis ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi thynni refugerent, diu mirantibus novitatem piscatoribus, donec mutavere oculis gemmas ». — Hinc *Hermiæus*, adj., ut *Hermiæi zmaragdi* ap. *eund. ibid.* 5. 18. (69). — 3.°) Hermias, puer a Delphino dilectus, de quo *Plin.* 9. *Hist. nat.* 8. 8. (27). — 4.°) Hermias v. Herma, Felicis Nolani frater, qui, patrem secutus, Christianæ religioni nomen dare detrectavit; contra vero Felix eam est amplexatus; quare de his canit *Paulin. Nol. carm.* 15. 78. « geminos sententia discors Divisit fratres; Hermiam mundus abegit, Felicem Christus sibi sustulit ». — 5.°) Hermias, hæreticus, cujus asseclæ *Hermiani* dicti. *V.* **HERMOGENES**. — 6.°) Plures alii memorantur ap. *Cic.* 1. *Fam.* 15. et in *Cod.*, maxime vero apud Græcos scriptores, ut Hermias, philosophus Christianus sæc. II., qui opus, inscr. *Irrisio gentilium philosophorum* (Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων), composuit (*Diels, Doxographi p.* 649. Berl. 1879. et *Otto, Corp. t. IX*); et alius, cognominis, Platonis commentator, ineunte sæc. VI., Alexandriæ docens, cui successit Ammonius (*Ast. Phedr.* ed. 1810 Leipz.). ¶ 2. In titulis cogn. ingen. ac libert. itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1579., *Corp.* 8. 2763.; 5. 1363.; 10. 2591. etc. — Hinc *Hermio* (Ἑρμίων), nom. vir. Gr., in *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 383. — *Hermione*. *V.* **HERMIONE**, oppid. — *Hermiona* v. *Hermione* (Ἑρμιόνη) et *Ermiona* v. *Ermione*, sine aspiratione — *a)* In titulis cogn. ingen. ac libert. *Corp.* 5. 6516. et 8. 3085. — Abs. in tit. Chr. ap. *De-Rossi, R. S. III. Tab. XLVIII. n.* 1. Ermione. — Forma producta ap. *eund. Inscr. Chr. I. p.* 335. *n.* 761. Hermionetis (*genet.*) et in cœmet. *Priscillæ* ap. *Scaglia* (in *Riv. di Vicenza* 1913) Hermionett (*dat.*); unde *Hermionis*, cogn. mul. *Corp.* 10. 3951. — *Hermionilla*, cogn. mul. demin. *C.* 5. 4484. — *b)* In libris — α) *Hermiona*, nympha, Oceani uxor, ex Jove adultero mater Charitum, teste *Rufin. recogn.* 10. 21. — β) *Hermiona*, sæpius *Harmonia* dicta, Martis et Veneris filia, Cadmi uxor. *Mythogr. I. fab.* 120., 150-152. et 204. et *II. fab.* 78., coll. *Auson. epigr.* 97. — γ) *Hermiona* v. *Hermione*, Menelai et Helenæ filia, Spartana (*Propert.* 1. 4. 6), Ledæ neptis (*Virg.* 3. *Æn.* 328., coll. *Serv.* ad *l.*), Pyrrhi seu Neoptolemi primum sponsa, dein Orestis (*Hygin. fab.* 122. et 123.: contra *Dict.* 6. 4), sed a Neoptolemo per Menelaum recuperata. Verum Orestes injuriam ulturus Delphos venit ibique Neoptolemum sacrificantem occidit et Hermionem secum abduxit, a qua habuit Tisamenum (Cf. *Vellej.* 1. 1. et *Paus.* 2. 18. 6). — De his *Ovid. remed. am.* 771., coll. 1. *Art. am.* 745. et 2. *ibid.* 699. et 15. *Her.* 154., coll. *Mythogr. I. fab.* 41., 140. et 204. et *II. fab.* 208., *Senec. Tro.* 1144. et *Hieronym. adv. Jovin.* 1. 48. — Exstant fragmenta tragœdiarum *Liv. Andron.* et *Pacuv.*, inscr. *Hermiona*, ap. *Ribbeck, rel. trag. p.* 3. et *p.* 96.*sqq.* ed. alt. — δ) *Hermiona* « virgo Christi sacra Eleutheropoli in Palæstina, generosis quidem edita natalibus, sed fide et sanctimonia multum facta generosior, ipsam virginitatem condecorans contemptu rerum sæcularium et humanæ gloriæ, ad quam plerique affectant, etiam qui se sæculo et concupiscentiæ carnis abrenuntiasse gloriantur ». Ita *Faustin.* et *Marcellin.* in *Libell. prec.* 29. — ε) Aliæ ap. *Martial.* 3. 11. et in *Cod.* 6. 58. 1. et 8. 54. 10.

HERMĪDĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 584.

HERMIGĀRĬUS, ii, m. 2. rex vel dux Suevorum, qui et *Hermengarius* dicitur et *Heremigarius* et, sine aspiratione, *Ermigarius* et *Ermengario*, victus in prœlio ad Emeritam a Genserico et, dum fugeret, præcipitatus in Anam fl., in quo periit a. 429. *Hydat.* in *chron.* Cf. *Momms. Chron. min. II.* 21. 90. et *VII.* 987.

HERMĪNAFRĪDUS v. Herminifridus, i, m. 2. rex Thoringorum, cui Theodericus neptem suam uxorem dedit Amalabirgam. *Cassiod.* 4. *Var.* 1., ubi quidam leg. *Hermafridus*, et *Jorn. Get.* 299. *M* ubi *Herminefredus*.

HERMĪNĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. originis Etruscæ, ut patet etiam ex præn. *Lar*, alicui ex hac gente antiquissima præmisso (*Auct. de præn.* 4., coll. *Müller-Deecke, Die Etrusk. I.* 489. et *Schulze, Eigenn. p.* 178), quod semel tantum occurrit post finem regum ac decemvirūm in *Fast. Cons.* — Sæpe mss. exhibent *Hermenius* pro *Herminius*. — Est autem nom. pers. et geogr.

I.) Herminius, nom. pers. ¶ 1. Memorantur hoc nomine apud scriptores — 1.°) Herminius, vir Trojanus, de quo *Virg.* 11. *Æn.* 640. « Catillus Jolan, Ingentemque animis, ingentem corpore et armis Dejicit Herminium ». — 2.°) Lar Herminius, consul cum T. Verginio Tricosto a. 448. a. Chr. *Liv.* 3. 65., ubi tamen *G. Weissenborn* et *M. Müller* pro *Lar* leg. *Sp.* (Spurius), qui « ostium domi ac foris habuere »: ita *Liv. loc. cit.* — 3.°) T. Herminius, vir « clarus genere et factis » inquit *Liv.* 2. 10.; nam una cum Sp. Larcio (Lartio) stetit tunc contra Tuscos ad latus Coclitis, quum pons sublicius rumpebatur, ne irrumperet cum suis Porsenna, Tarquinio Superbo solium restituere conatus Romæ, unde fuerat expulsus (*Liv. ibid.*), ad quem debellandum consules Valerium et Lucretium plurimum juvit (*Id. ibid.* 11). — Hi duo, Larcius et Herminius, consules fuerunt a. 506. a. Chr. (*Id. ibid.* 15); quamquam de nominibus varia sit apud veteres sententia (*Cf. Münzer, PWK* 8. 894). — Fuit etiam legatus in bello contra Latinos ad lacum Regillum, in quo Mamilium, hostium ducem, occidit, sed et ipse, dum occisi corpus spoliabat, veruto ictus in castris deinde vita excessit (*Id. ibid.* 20). ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Laterc.* ap. *Kellerm. Vig.* 99. c. 3. *l.* 29. — *Herminia*, nom. mul. *Corp.* 9. 527. — Hinc *Herminianus*, præses Cappadociæ, ap. *Tertull. Scap.* 3., ubi alii aliter leg. — Cf. *Herminus* (Ἕρμινος), nom. philosophi Stoici, qui de Aristotele scripsit, memoratus *Boeth. Comm.* in *Aristot. de Interp.* pluries. Cf. etiam voc. seq. — *Herminalis*, nom. serv. *Inscr.* ap. *Momms. Inscr. Helv. n.* 347 (7) *in trulla cerea*.

II.) Herminius, nom. geogr., nempe mons vel montium series in pæninsula Iberica (Lusitania), inter Durium et Tagum, hod. *Serra Estrella*, ap. *Auct. B. Alex.* 48. et *Suet. Cæs.* 54. Cf. *Dion. C.* 38. 52.

HERMĬNŎNES, um, m. plur. 3. populus Germaniæ, de quo *Tac. Germ.* 2. « Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano *Ingævones*, medii *Herminones* (fort. ab Hermino dicti, filio Manni: cf. *Hermanaricus*, *Herminafridus*, *Hermunduri* etc.), ceteri *Istævones* vocantur ». At *Plin.* 4. *Hist. nat.* 14. 28. (100). et *Mela* 3. 32. habent *Hermiones*. — *Tac.* ac *Plin.* ponunt ad austr. Germaniæ; *Mel.* vero ad septentr., sed minus recte.

HERMĪNUS, i, m. 2., et

HERMĬO, ōnis, m. 3., et

HERMĬŌNA, Hermionis et Hermionilla. *V.* **HERMINIUS**.

HERMĬŎNĒ, es, f. 1. (Ἑρμιόνη) oppidum Peloponnesi, ad oram Argolidis austr.-or. contra insulas Aperopiam et Hydream, conditum ab *Hermione* (*Paus.* 2. 34. 4) vel Dryopibus; occupatum a Doribus, dein ab Argivis, tandem liberum ac prosperrimum, cultu prosecutum Demetra Chthoniam, hod. *Kastri*. — Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (18)., *Mel.* 2. 50., *Liv.* 31. 45. et, ex Græcis, *Hom. Il.* 2. 560., *Her.* 8. 43., *Thuc.* 2. 56., *Strab.* 8. 373., *Ptol.* 3. 16. 11., *Plut. Them.* 5., *Ath.* 10. 455. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 290.*sq.* et *Head*, 418. et 442. — Hinc *Hermioneus*, *Hermionius* et *Hermionicus* (Ἑρμιονικός v. Ἑρμιονεύς), adj. *Virg. Cir.* 472. Hermionea statio. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (56). Hermionius ager (al. *Hermonius*). et *Liv.* 31. 44. Hermionicus ager. — Fort. *Hermionis*, cogn. mul. *Corp.* 10. 3951., ubi alii leg. *Hermionie*.

HERMIPPUS, i, m. 2. (Ἕρμιππος, *Hermetis equus*) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Hermippus, philosophus Peripateticus (*Hieronym. loc. cit.*), quamquam videtur potius litterariæ rei deditus, præsertim historicæ; patria Smyrnæus, Callimachi discipulus, hinc *Callimachius* (Καλλιμάχειος) dictus *Athen.* 5. 213. *F.*, qui floruit sub Ptolemæis III. et IV., exeunte circ. sæc. III. et ineunte II. a. Chr. — Memoratur *Hieronym. vir. ill. præf.*, *Gell.* 3. 13., *Plin.* 30. *Hist. nat.* 1. 2. (4)., a quo etiam inter fontes refertur in *Ind. l.* 30. et *Arnob.* 1. *p.* 31. — Scripsit de legum latoribus (περὶ τῶν νομοθετῶν libr. 6), de septem sapientibus (περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν libr. 4), de Isocr. doctoribus (περὶ τῶν Ἰσοκρ. μαθητῶν), de magis (περὶ μάγων lib. 1.: cf. *Plin. loc. cit.*) et vitas philosophorum (Pythagoræ, Aristotelis etc.), rhetorum (Isocratis, Gorgiæ etc.) aliaque opera, quorum tantum exstant fragmenta ap. *Lozynski, Hermippi Smyrnæi Perip. frgm.* Bonn 1832. et plenius ap. *Müller, Hist. Gr. frg. III. p.* 35-54. — De eo cf. *Susemihl, Gesch. d. gr. Lit. in d. Alexandrinerzeit I* (1891) *p.* 492.*sqq.* et *Leo, Die gr.-röm. Biogr.* (1901) *p.* 124.*sqq.* — 2.°) Hermippus, Berytensis, Philonis Byblii discipulus, Herennio Severo commendatus sub Hadriano imp., qui quamvis ex servili genere esset, eloquentia enituit ac multa scripsit (*Suid.*: Ἕρμιππος), inter quæ Ὀνειροκριτικὰ libr. V., περὶ ἑβδομάδος, περὶ ἐνδόξων ἰατρῶν etc., sed præcipuum locum obtinet opus περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων, *i. e.* de servis, qui scientia excelluerunt, quod vitarum scriptoribus magno usui fuit. — De eo vd. *Susemihl, I.* 492. 9. et *Müller*, qui fragmenta collegit in *FHG III.* 35. — 3.°) Alii occurrunt ap. *Cic.* 1. *Q. fr.* 2. 2. et *Flacc.* 19. 45. et 20. 47. et in *Cod.* 4. 49. 17. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 3754.

HERMISCĪUS, ii, m. 2. vox hybrida a Gr. *Hermes* et Lat. *scire*. — Est nom. vir., fort. gentilicium. *Corp.* 2. 4970 (226) *in vase*.

HERMISIUM, ii, n. 2. urbs in Bosporo Cimmerio, *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (87). et *Mel.* 2. 3.

HERMO et Hermon, ōnis, m. 3. (Ἕρμων) cogn. vir. itemque nom. serv. *Corp.* 5. 6017. et 9. 4535. — Fuit etiam hoc nomine medicus, cui collyrium quoddam tribuitur, descriptum *Cels.* 6. 6.

HERMŎBĬUS, ii, m. 2. (Ἑρμόβιος: ab Ἑρμῆς et βίος, *vita*) vir Temnites, laudatus *Cic. Flacc.* 18. 43.

HERMŎCĀPĒLIA, æ, f. 1. (Ἑρμοκαπηλία et Ἑρμοκαπήλεια *Hierocl.*: ab Ἑρμῆς et κάπηλος, *mercator*) urbs Lydiæ, in *Not. episc.* 3. 121. — Hinc *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (126). Hermocapelitæ. *i. e.* ejus incolæ.

HERMŎCHĀRĒS, ētis, m. 3. cogn. vir., ab Ἑρμῆς et χάρις, *gratia*, in *Corp.* 6. 1. 11095.

HERMŎCĬUS, ii, m. 2. cogn. vir., fort. ab Ἑρμῆς et ὠκύς, *celer*, in Corp. 8. 4706.

HERMŎCLĒS, is, m. 3. (Ἑρμοκλῆς: ab Ἑρμῆς et κλέος, *gloria*, ap. Lucian., de dea Syr. 26., ubi ita vocatur sculptor Rhodius) vir quidam, qui auctor fuit Pausaniæ interficiendi Philippi regis, teste Val. Max. 8. 14. ext. 4. — Diod. 16. 94. dicitur *Hermocrates*.

HERMŎCRĂTĒS, is, m. 3. (Ἑρμοκράτης: ab Ἑρμῆς et κράτος, *robur*) cogn. vir. in Ephem. epigr. IV. p. 333. n. 5. — Fuerunt etiam hoc nomine — Vir quidam Syracusanus, clarus, tam agendi quam philosophandi peritus, quem Plato in dial. de rep. colloquentem inducit (Cf. ejusd. Tim. p. 20. et Crit. p. 108). Is in bello Peloponnesiaco, dux Syracusanorum contra Athenienses, res prospere gessit (Diod. 13. 4. et 10.sqq., coll. Frontin. 2. Strat. 9. 7); sed vices deinde minus prosperas subiit cumque aliis Syracusanæ classis ducibus in exsilium est pulsus, unde Pharnabazum adiit, a quo ad regem Persarum cum aliis legatis deductus est tandemque in prœlio Syracusis interiit (Diod. 13. 75). Memoratur rursus Frontin. loc. cit. 6. — Item grammaticus Græcus ap. Mar. Victorin. 1. p. 2468. P. — Item medicus ficti nominis ap. Martial. 6. 53.

HERMŎCRĔON, ontis, m. 3. (Ἑρμοκρέων, ap. Strab. 13. 588. architectus et sculptor). *Hermacreon* aliquando scriptum occurrit (Cic. loc. cit.). — Fuit vir amplissimus, qui apud Rhodios portorium conduxit. Cic. 1. Inv. 30. 47. et Victorin. ad h. l. p. 98. Or., coll. Quintil. 5. 10. 78.

HERMŎDŌRUS, i, m. 2. (Ἑρμόδωρος: ab Ἑρμῆς et δῶρον, *donum*) cogn. vir. Corp. 3. 4798. et 5. 4013. — Fuerunt etiam hoc nomine — Princeps Ephesiorum a civibus « propter ejus præstantiam expulsus », ut scribit Cic. 5. Tusc. 36. 105., quem in Italiam venisse auctoremque fuisse decemviris legum XII. Tabularum ferendarum testatur Pompon. dig. 1. 2. 2. § 4. firmatque Plin. 34. Hist. nat. 5. 11. (21). his verbis « Fuit et Hermodori Ephesii (*statua*) in Comitio, legum, quas decemviri scribebant, interpretis, publice dicata ». Cf. Diog. Laert. 9. 2. — Item orator, qui omnes orationis licentiâ persequebatur, temporibus Philippi Macedonis, ut tradit Firm. 6. Math. 31. — Item Platonis auditor, magistri libros divulgare solitus; hinc dictus *Platonicus* a Diog. 1. 2. Memoratur Cic. 13. Att. 20. — Item architectus Salaminius, qui « ædem Martis Romæ in Circo Flaminio architectatus est » Nepos ap. Priscian. VIII. 792. P., quique etiam navalium architectus dicitur Cic. 1. Orat. 14. 62. — De eo cf. etiam Vitr. 3. 2. 5., ubi tamen *Hermodus* vocatur.

HERMŎGĔNĒS, is, m. 3. (Ἑρμογένης, i. e. *ab Hermete genitus*) cogn. vir. Corp. 3. 48. et 10. 3021. — Fuerunt etiam ita nuncupati — Vir Alabandeus, architectus, qui ædificandi arte multum et ipsis ædificiis (Vitr. 3. 2. 6. et 3. 3. 8) et scriptis profuit (Id. 7. præf. 12. et 4. 3. 1). — Item vir doctissimus ac philosophus, æqualis Platonis, laudatus Macrob. 7. Sat. 1. 13. — Item unus ex obtrectatoribus Horatii, de quo idem Horat. 1. Sat. 3. 129. et alib. V. M. Tigellius Hermogenes. — Item fur valde ingeniosus, Mercurii imitator, de quo Martial. 12. 29. « Ad cenam Hermogenes mappam non attulit unquam, A cena semper rettulit Hermogenes ». — Item Tarsensis vir, qui ob quasdam in historia figuras a Domitiano est interfectus. Sueton. Dom. 10. — Item Tarsensis celeber rhetor, ab ipsa pueritia dicendi ex tempore peritissimus (Philostr. v. Soph. II. 7); sed virili ætate hæc celeritas defluxit et ex oratore sophistam se præbuit. Plura de rhetorica scripsit, ut προγυμνάσματα satis obscura; περὶ τῶν στάσεων, seu de causis, quæ oratori tractandæ possunt occurrere; περὶ εὑρέσεως seu de inventione; περὶ ἰδεῶν seu de vario stili genere et περὶ μεθόδου δεινότητος seu de variis stili oratorii rationibus; sed omnia ad definitiones, ad divisiones, ad exempla aliaque id genus prope elementaria rediguntur, quamvis subtiliter pertractata, ita ut suo ac posteriore tempore et commentatores habuerit, ut fuere Metrophanes (Suid.) et neoplatonicus Syrianus et sophista Sosipater; tum etiam criticos Marcellinum, Troilum ac Byzantios plures, nempe Gregorium Corinthium, Planudem etc. Sed hæc dixisse satis superque est; a nullo enim ex Latinis scriptoribus, quod sciam, memoratur. — — Item discipulus ap. Pauli initio, postea ab eo alienus, memoratus 2. Tim. 1. 15. « Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus et Hermogenes »; quin is deinde in hæresim est prolapsus negavitque resurrectionem carnis, uti tradit Tertull. præscr. 3. et resurr. carn. 24., qui ab eod. *Apostolicus* dicitur adv. Hermog. 1. — Item alter hæreticus, Afer, arte pictor, qui ex Christiano, magis ficto quam veraci, homo vafer, gentilium philosophorum, præsertim Stoicorum, deliria est sectatus. Contra eum scripsit Tertull. in op. adv. Hermog., in quo hæc habet: « Pingit illicite, nubit assidue, legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit; bis falsarius et cauterio et stilo: totus adulter et prædicatione et carnis etc. et de monog. 16. « Hermogenem plures solitum mulieres ducere quam pingere ». Adde Augustin. hær. 21., Hieronym. vir. ill. 25. et Philastr. hær. 54. — Item tertius hæreticus et hæresis auctor, cujus asseclæ *Hermogeniani* dicti sunt (Isid. 8. Orig. 5. 30); quamquam alii hujus sectæ auctorem putant Hermogenem Stoicum. Docebant materiam esse æternam, primo innixi versiculo Genesis; qua ratione arbitrabantur se originem malorum reperisse, quæ dictitabant ex eo exstitisse, quod materiæ vitia a Deo corrigi non potuissent, contra quos scripsit Philastr. hær. 59. Alii tamen hunc *Hermiam* appellaverunt, qui potius fuit Hermogenis discipulus, ejusque sectatores *Hermianos* seu *Hermianitas* vocarunt. Docebant æternam esse materiam; Deum vero animam mundi et corporeum; Christum, post resurrectionem, in sole corpus suum reliquisse, unde illud assumpserat; animam humanam igne constare et aere aliaque hujusmodi impia et absurda, dementium more. — Item alii apud Cic. 12. Att. 25. et 30., Ammian. 19. 12. 6. et 28. 2. 6., Petron. sat. 45., Cassiod. 4. Hist. trip. 13. et in Cod. 4. 2. 2., 8. 47. 6. et Cod. Theod. 15. 10. 1. — Hinc *Hermogenianus* — a) Adj. ut *Hermogeniani equi*, ad Hermogenem quendam, altorem equorum curulium, pertinentes, in Cod. Theod. 10. 6. 1. — *Hermogenianus codex*, ad Hermogenianum jurisperitum spectans, de quo V. infra, qui et *Hermogenianus* (subaud. *codex*) absolute dicitur in Cod. Theod. 1. 1. 5. — Abs. *Hermogeniani*, Hermogenis hæretici asseclæ. V. supra. — b) Subst. *Hermogenianus*, cogn. vir. Corp. 8. 1860. et 5334. et 3. 5969., ubi *Ermogenianus*, sine aspiratione. — Fuit etiam hoc nomine vir doctissimus ac juris peritissimus, Romanus, IV. sæc. p. Chr., cui tribuitur codex ab eo *Hermogenianus* appellatus et cujus videntur fuisse *liber epitomarum* (l. VI) v. *liber juris epitomarum* et libr. IV. *de fideicommissis*. Is in dicendo græcissat et nullum citat sive ex æqualibus sive ex veteribus auctorem. In Justiniani Pandectis exstant 104. duorum priorum ac postremorum librorum ejus fragmenta. De eo vd. Kruger, Gesch. d. Quellen u. Liter. d. röm. R. 228.; Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I. 754. et Kipp, Gesch. d. Quellen d. röm. R.[2] 125., coll. Lenel, Paling. jur. civ. I. 266. — Item familiaris Augustini, philosophicis studiis deditus. Augustin. ep. 1. — Alios vd. ap. Symm. 10. ep. 28. et in Corp. 6. 499. — *Hermogenia (Ermogenia)*, cogn. mul. Corp. 10. 3488.

HERMŎLĀUS, i, m. 2. (Ἑρμόλαος = *Hermetis populus* seu *proles*) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.º) Hermolaus sculptor, qui « cum Polydecte Palatinas Cæsarum domos probatissimis signis replevit », teste Plin. 36. Hist. nat. 5. 4. (38). — 2.º) Hermolaus, puer nobilis Alexandri M., qui quum aprum telo occupasset, quem rex ferire destinaverat, jussu ejus verberibus affectus est: quam ignominiam ægre ferens deflere apud Sostratum cœpit, qui regi jam infensus cum eo consilium iniit occidendi regis, ut refert Curt. 8. 6. et 7. — 3.º) Hermolaus, medicus, cujus « collyrium apocrusticum staticon appellatum describit Cassius de medic. 19. ¶ 2. In titulis abs. occurrit in fibula ap. Garrucci, Diss. Arch. I. 142. et in massa marmorea ap. Wilmanns, n. 2777.

HERMON, indecl. (Hebr. *Hhermôn*, ab Arab. *hharm*, i. e. vertex prominens montis: vel a rd. *hhâram*, unde *hherem* « res sacra » idem ac Gr. ἀνάθεμα, qua alluditur alicui deo, in monte culto [Cf. Reland, Palæst. I. 323]; LXX. Ἀερμών) mons præaltus, nivosus, seu potius montium series australis Antilibani in Cœlesyria, ad orient. Jordanis, confinis Decapoli (Deut. 3. 8), quem montem Vulg. et Sidonii *Sarion* (hebr. *Siryôn*) vocant, Amorrhæi *Sanir* (Hebr. *Senyr*), Sept. Σανίρ et Vulg. *Sanir*, quibus nominibus inest notio loricæ ob similitudinem; in inscr. vero Assyr. *Si-ra-ra* et *Sa-ni-ru* (V. Schrader, Die Keilinschr. u. das Alte Test, Giessen 1883. p. 150., 184. et 209); quin et *Si'ôn* dicitur hebr., i. e. excelsus, gr. Σηών et Vulg. *Sion* (Deut. 4. 48). Ceterum varia hæc nomina significare potuerunt quœdam ejusdem montis cacumina vel clivos (Cf. 1. Par. 5. 23., Ps. 32. 3., Cant. 4. 8); unde plur. Hebr. *Hhermônîm*, LXX. Ἑρμωνιείμ, Vulg. *Hermoniim* (Ps. 41 [hebr. 42]. 6 [hebr. 7]), hod. *Djebel esch-Scheikh*, i. e. mons senis = sacerdotis Drusorum majoris (*Sceiko*), ita dictus fort. ex nive, qua vertex candicat; hinc et hebr. *Libanus*, i. e. *candidus* et in Targums ac Talmud appellatus « *Tur thalga* seu *mons nivis* ». — In Ps. 88. 13. junguntur simul Hermon et Thabor: « Aquilonem et mare (*septentr. et merid.*) tu creasti: Thabor (*occid.*) et Hermon (*orient.*) in nomine tuo exsultabunt ». et 32. 3. « Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion », sc. nix vel glacies copiosa Hermon, solis calore liquefacta, vel vapores inde effluentes in subjectos clivos delabuntur. — De quæstione autem, utrum Christus se in hoc transfiguraverit, an in monte Thabor, V. THABOR. — Vulg. 1. Par. 5. 25. legitur « a finibus Basan usque Baal, Hermon », ubi videtur legend. conjunctim *Baal Hermon*, i. e. dominus Hermon, deus nempe, de quo Hieronym. onom. v. Aermon: « In vertice ejus insigne templum, quod ab ethnicis cultui habetur e regione Paneadis et Libani ». Serius fort. idem fuit ac Ζεὺς μέγιστος in Bull. hell. XXI. 63. n. 72. — De his vd. Clermont-Ganneau, Rec. archéol. orient. V. 1903. p. 346.sqq.

HERMŌNASSA, æ, f. 1. (Ἑρμώνασσα) urbs Sarmatiæ Europææ, in parva insula, in ora orientali Bospori Cimbrici, colonia Mileti, hod. *Matriga* (?). Memoratur Ammian. 22. 8. 30. « In dextro latere insulæ sunt Phanagorus et Hermonassa studio constructæ Græcorum ». Adde Mel. 1. 112. et Avien. orb. 738. Plin. 6. Hist. nat. 6. 6. (18). habet *Hermonassa* et Rav. p. 172.,sine aspiratione, *Ermonassa*, et p. 368. etiam *Ermonas*. — Distinguenda est ab alia in Cappadocia Pontica (Strab. 12. 548. et Ptol. 5. 6. 4)., hod. *Platana*.

HERMŌNAX, actis, m. 3. (Ἑρμῶναξ: ab Ἑρμῆς et ἄναξ, *princeps, rex*) pictor memoratus in Bull. d. Ist. Arch. a. 1865. p. 215. et Ann. a. 1877. p. 183.

HERMŌNĬĀNUS. V. voc. seq.

HERMŌNĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. Corp. 9. 5352., ubi *Hermoni* (genet.) pro *Hermonii*. Sane prisca in Inscriptionibus consuetudine genetivus desinebat in *i* simpl. et in eis, quæ Tiberii ætatem præcesserunt, ac postea, ut plurimum, imperii temporibus (Ritschl, Gramm. bei Quintil. in Rh. Mus. XXII. 601. n. 2). Verum apud scriptores, Varron., Cæsar., Propert. et, in adjectivis, Catull., Virgil. usitata est terminatio *ii* (V. Brambach, Die Neugestaltung d. lat. Orth. Leipz. 1868., coll. Stampini, Trattato della ortogr. lat. Torino 1882. p. 19-20. et Bücheler-Windekilde, Grundr. d. lat. Declin. 1879. p. 71. 72. et in Riv. di filol. XLIV. 235.sqq.). — Hinc *Hermonianus*, cogn. vir. in Inscr. ap. Grut. 64. 7.

HERMONTHIS v. Hermunthis, is, m. 3. (Ἑρμωνθίς v. Ἑρμουνθίς, Ægypt. *per-montum*) nomos seu oppidum Ægypti in Thebaide, ad Nili ripam occidentalem, regionis caput, ubi præsertim cultus adhibebatur Isidi, Osiridi et Horo; imperii orientalis temporibus sedes legionis II. Valentinianæ; templum habens Isidi exstructum a Cleopatra: hod. *Erment*. Memoratur Macrob. 1. Sat. 21. « Taurum

vero ad solem referri multiplici ratione Ægyptius cultus ostendit: vel quia apud Heliopolim taurum Soli consecratum - maxime colunt; vel quia bos Apis in civitate Memphi Solis instar excipitur; vel quia in oppido Hermunti magnifice Apollinis templo consecratum Soli colunt taurum Pacim cognominantes ». — Plin. vero 5. Hist. nat. 9. 9. (49). *Hermonthitem* vocat, sed perperam distinguit a *Phaturite*, ejusdem oppidi antiquo nomine, ut monet Letronne, Recueil II. 108.sq. — In Not. Dign. imp. or. 31. legitur *Hermunthus*. Cf. Ptol. 4. 3. 70. et Strab. 17. 817. — Distinguendum esse videtur ab *Ermuntis* (sic), opp. Ægypti inferioris, ap. Rav. p. 120. — Hinc *Hermonthites* (Ἑρμωνθίτης) appellatio seu cognom. Jovis et Apollinis. Strab. loc. cit. « Ἑρμωνθὶς πόλις, ἐν ᾗ ὅ τε Ἀπόλλων τιμᾶται καὶ ὁ Ζεύς ». — Aliter Plin. loc. cit.

HERMONTHĪTES, is, m. 3. V. voc. præc.

HERMŎPHĬLUS (Hermofilus), i, m. 2. (Ἑρμόφιλος, *Hermetis amicus*) cogn. vir., ingen. ac libert., itemque nom. serv. Corp. 2. 2996.; 3. 4816. et 5. 1034. — Fuit etiam hoc nomine hæreticus quidam ex his, qui sacræ Scripturæ exemplaria temerario ausu corruperunt, ut est apud Rufin. h. e. 5. 28.

HERMŎPŎLIS (Ermopolis), is, f. 3. (Ἑρμόπολις et Ἑρμούπολις, *Hermetis urbs*) nom. aliquot urbium, simul et cogn. vir. in Corp. 10. 6445. — Memorantur ¶ 1. Hermopolis *Magna* (Ptol. 4. 5. 60), urbs Ægypti in Heptanomide, confinis Thebaidi, ad lævam Nili ripam, contra Antinoopolim, nomi caput, celebris Pharaonum temporibus, Typhonis ac Thoth cultrix, circa quam templum erat huic deo sacrum et hypogea Beni Hassan, hod. *Aschmunein*. Memorant Ammian. 22. 16. 2., Cassiod. 6. Hist. trip. 42., Rufin. hist. mon. 7. Rav. p. 128. Ermupolis. et in Not. Dign. imp. or. 31. Hermipolis, sedes *cunei equitum scutariorum*. — Tradit Rufin. recogn. 10. 24. Hermetis seu Mercurii fort. *Trismegisti*, sepulcrum prope hanc urbem fuisse, quam etiam condidisse eum refert Lact. 1. 6. — De ejus nummis vd. Eckhel, 4. p. 107. et Head, 864. ¶ 2. Hermopolis *Parva* (Ptol. 4. 5. 46), urbs item Ægypti, ad lævam orientalem Nili Canobici et ad austr.-orient. plagam Alexandriæ, hod. *Damanhur*. Meminit Rav. p. 120. et 155. — In Itin. Ant. p. 154. et 155. Ermupolis. Cf. etiam Jul. Valer. 1. gest. Alex. M. 20. ¶ 3. Hermopolis sive Hermupolis, urbs Carmaniæ in Asia Ulteriore, laudata Ammian. 23. 6. 49. Cf. Ptol. 6. 8. 5. et 8. 22. 21. Ἀρμουζα πόλις.

HERMŌTĬMUS, i, m. 2. (Ἑρμότιμος: ab Ἑρμῆς et τιμή, *honor*) nom. vir. Clazomenii, de quo narrat fabulam Apoll. Dyscol. Hist. mirab. 3., nempe animam ejus, extra corpus evagatam per multos annos hac illac, futura prædixisse, ut imbres magnos, siccitates, pestilentias etc.; dein corpus quasi exuvium intrasse atque excitasse, simulque uxori jussisse ut, ipso discessuro, nemo corpus attingeret. Attamen quidam ingressi, precibus a mullercula obtinuere, ut corpus viderent, quod nudum immotumque statim cremarunt, rati Hermotimi animam huc reversam, et quo se reciperet, non invenientem, ipsum confestim moriturum, quod et evenit. Clazomenii ei fanum dedicarunt, a quo adeundo mulieres prohibebantur. Ita etiam Plin. 7. Hist. nat. 52. 53. (174)., Orig. c. Cels. 3., Tertull. anim. 44. et 46. et Lucian. in encom. Musc. — Addit Plin. l. c. fuisse *Cantharidas* vocatos, qui Hermotimi corpus combusserunt. Hieronym. vero 3. apol. adv. Rufin. 40. tradit Platonem primum fuisse Euphorbum, secundo Callidem, tertio Hermotimum, quarto Pyrrhum, postremo Pythagoram.

HERMUNDŪLI, ōrum, m. plur. 2. populus ap. Gell. (ex Cinc. l. III. de re milit.) 16. 4., contra quem fetialis populi Romani, bellum ex more indicens hostibus telumque in agrum eorum jaciens, hæc verba pronunciat: « Quod populus Hermundulus hominesque populi Hermunduli adversus populum Romanum bellum fecere deliqueruntque, quodque populus Romanus cum populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum jussit, ob eam rem ego populusque Romanus populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum dico facioque ». Videtur tamen fictum nomen populi cujuscumque in formula belli indicendi.

HERMUNDŪRI, ōrum, m. plur. 2. populus Germaniæ, ab Augusto constitutus inter Albim et Danubium ad occid. montium Sudetorum et silvæ Gabrinæ, in Thuringia hodierna, qui diu cum Marcomannis bella gessit, Romanis fœdere conjunctus. — Memoratur Vellej. 2. 106., Tac. 2. Ann. 63. et Germ. 41. et Eutrop. 8. 13., coll. Strab. 7. 290.

HERMUS, i, m. 2. ¶ 1. Est fluvius Phrygiæ Magnæ per Lydiam et Æolidem excurrens, a monte Dindymo oriens irrigansque planities Sardium et Magnesiæ et in sinum Hermæum tandem se exonerans, hod. *Gedis-tschai*. De eo canit Virg. 2. G. 137. « Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus ». Serv. ad l. « Hermus Lydiæ fluvius, qui superfusus campis gignit fertilitatem; unde arenas aureas fingitur trahere ». Cf. et 10. 29. Æn. 142. Adde Mel. 1. 89., Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (119)., Solin. 40., Senec. Phœn. 607. et Herc. Œt. 631., Stat. 1. Silv. 2. 127., Ampel. 6., Martial. 8. 86., Claudian. carm. 1. 53. et 108., 18. 214. et alib. ¶ 2. Est etiam — a) Nom. viri, fictum Martial. 2. 15. — b) Item nom. fort. gentil. vir. in Corp. 8. 5515.

HERNA, æ, f. 1. civitas Hispaniæ, jamdiu excisa, ap. Avien. or. 463.

HERNAC, indecl., filius junior Attilæ, qui sedem suam in extrema Scythia constituit, ut refert Jorn. Get. 266. M.

HERNĪCI, ōrum, m. plur. 2. (Ἕρνικοι Strab.) populus Latii, regionem incolens montanam, quæ se inter Lyrim et Trerum protendit; rudis et bellicosus, qui « post pugnam ad lacum Regillum factam per annos prope centum nunquam ambigua fide in amicitiam populi Romani » fuerat (Liv. 3. 7., 4. 51. et 6. 2); verum a. 389. contra Romanos insurrexit, sed omnino ab eis subactus est a. 306. — De ejus origine hæc tradit Serv. Virg. 7. Æn. 684. ad verba *Hernica saxa colunt*: « Sabinorum lingua saxa *hernæ* vocantur. Quidam dux magnus Sabinos de suis locis elicuit et habitare secum fecit in saxosis montibus; unde dicta sunt Hernica loca et populi Hernici ». Sed alii a Marsorum lingua vocabulum deducunt (Schol. ad l.). Aliter Macrob. ad Virg. loc. cit. (5. Sat. 18. 15): « In qua quidem re (*more bellandi pede calceato uno, altero nudo*) mirari est poetæ hujus occultissimam diligentiam, qui, quum legisset Hernicos, quorum est Anagnia, a Pelasgis oriundos appellatosque ita a Pelasgo quodam duce suo, qui Hernicus nominabatur, morem, quem de Ætolia legerat, Hernicis assignavit, qui sunt vetus colonia Pelasgorum. Et Hernicum quidem hominem Pelasgum ducem Hernicis Julius Hyginus in libro II. urbium non paucis verbis probat ». — Memorantur etiam Liv. epit. 2. et 7. et Cic. Balb. 13. 31. et 1. Off. 11. 34., qui tradit Hernicos in civitatem Romanam receptos fuisse, et Corp. 1. p. 44.; et, ex Gr., Strab. 5. 231. et Dionys. 4. 49. — De iis cf. Momms., qui de Hernicis disputat in Corp. 10. p. 572. et R. G. I. 374.sq. et generatim Nissen, Ital. Landesk. I. 515. et II. 647. — Hinc *Hernicus*, adj. Ovid. 3. Fast. 90. Hernica terra. Front. 4. ad M. Aur. 4. lingua. Adde Virg. loc. cit., Plin. 3. Hist. nat. 5. 9. (63)., Juvenal. 14. 180., Stat. 4. Silv. 5. 55. et Sil. It. 4. 226. et 8. 391. — Abs. *Hernicus*, dux Pelasgus, de quo V. supra.

HĒRO et Heron, ōnis, m. 3. (Ἥρων) nom. pers. et geogr. Scribitur etiam, sæpius, *Ero* sine aspiratione.

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Fuit unus ex architectis Alexandriæ, ab Alexandro M. adhibitus. Jul. Valer. 1. gest. Alex. M. 23. — 2.º) Item medicus chirurgus, laudatus Cels. præf. l. 7. et 7. 14. 3.º) Item architectus seu machinator (ὁ μηχανικός) et mathematicus insignis, qui floruit inter a. 150-250. a. Chr. De eo fuse et erudite Tittel, PWK 8. 992-1080.; sed a nullo, quod sciam, ex Latinis scriptoribus memoratur. — 4.º) Item Agrigentinus quidam, altor equorum, quos ad agones Olympicos Elidis ducebat. Serv. ad Virg. 3. Æn. 704. — 5.º) Item martyr Alexandriæ cum Arsenio, Isidoro et Dioscoro puero, « quorum tres primos judex in persecutione Deciana variis tormentis dilanians, quum pari constantia videret armatos, tradi ignibus jubet; Dioscorus vero, multipliciter flagellatus, divino nutu ad consolationem fidelium dimissus est ». Martyr. Rom. XIX. k. Jan. — 6.º) Item alii plures martyres Alexandriæ. Rufin. h. e. 6. 31. et Act. de XXXVII. mm. Ægypt. XIX. k. Jan. — 7.º) Etiam nom. dei cujusdam, memorati in Inscr. Ephem. epigr. II. p. 360. n. 368. ¶ 2. In titulis cogn. ing. et lib. Corp. 7. 317. — Hinc *Heronianus*, cogn. vir. Corp. 8. 14.

II.) Est etiam nom. geogr., sc. oppidum Ægypti, quod et *Eron*. V. HEROOPOLIS.

HĒRŌ, us, f. 4. (Ἡρώ, οῦς et raro Ἡρῴν) nom. mul. — *Heron* pro *Hero* legunt quidam ap. Ovid. 2. Am. 16. 31. Merk.-Ehw. « Sæpe petens Heron juvenis transnaverat undas ». Sic et Græce. — Hinc fort. declinatur etiam *Hero* v. *Heron, onis*. Cf. Ovid. Her. 17. « Leander Heroni ». — Memorantur ¶ 1. *Hero*, una Danaidum, quæ prima noptiarum nocte Andromachum, virum suum, occidit. Hygin. fab. 170. ¶ 2. *Hero*, puella venustissima, ex Sesto, Thraciæ urbe, ad Hellespontum sita, et Veneris sacerdos. Hanc adamabat Leander Abydenus noctuque ejus causa Hellespontum solebat nando trajicere. Qui quum aliquando mari, ventis agitato, se commisisset, submersus est; cujus morte cognita, Hero quoque sese (*e turri*) in mare præcipitem dedit. Ita Forcellin. ex Ovid., coll. Serv. ad Virg. 1. G. 207. et 3. 258., Mythogr. I. fab. 28. et II. fab. 218. et III. fab. 11. et Fulgent. 3. Myth. 4., qui fabulam sensu quoque morali exponunt. — Exstant apud Ovid. epistolæ duæ, quarum una Leandri ad Heron inter Her. n. 17. et altera Herus ad Leandrum n. 18. Cf. etiam HELLE. — Argumentum dedit hæc fabula poetis, ut Musæo, grammatico Alexandrino sæc. V. a. Chr., qui carmen scripsit de Hero et Leandro (vv. 340); et artificibus in antiquis monumentis, ap. Helbig, Wandgem. n. 1374. in Casa di Ero e Leandro XXX a., coll. Avellino, Bull. Arch. Napol. I. 1842-43. p. 20.sq.; Sogliano, le pitture murali Campane 121. n. 597., coll. Giorn. scav. Pomp. III. 103.; Bull. Ist. 1876. p. 21., coll. Fiorelli, Not. degli scavi 1878. p. 180. sq.; Niccolini, Le case e i monumenti di Pompei IV., nuovi scavi tav. 33.; et in nummis, ut Abydi et Sesti ap. Eckhel, 4. p. 349. et in eis, qui it. *contorniati* dicuntur, ap. eund. 8. p. 288.; Sestini, Medaglie antiche di Più Musei VII. 89.; Mionnet II. 638.; Sallet, Kgl. Münzkabin. n. 884., coll. Head, H. N. 469. Fig. 288.; Friedländer, Repertor. z. antik. Numism. 254. et Cohen, Méd. imp. VIII. 297. 198. — Hinc *Herous*, adj. Lucan. 9. 954. « et amare natatum Æquor et Heroas lacrimoso litore turres ». ¶ 3. *Hero*, filia Priami, ap. Hygin. fab. 90.

HĒRŎCLEIŌTĒS, dictus pro Heracleotes (Ἡρακλεώτης) a Cassiod., scriptor quidam, Theodorus Perinthius appellatus, « qui eloquentior videbatur et scripsit explanationes Euangeliorum, quem plurimi Heracleiotem vocant » (4. Hist. trip. 5). Cf. Theod. h. e. 2. 3., ex quo hæc deprompta sunt.

HĒRŌDES, is, m. 3. (Ἡρώδης et etiam Εἰρώδας Keil, Inscr. Bœot. Cf. Letronne, Rec. d. Inscr. G. et L. de l'Egypt. XXX. 11. 4. 18) nom. vir. Gr. — a) Alia forma est *Herodas* v. *Herodas*. V. infra. — b) Declin. genet. *Herodis* vel *Herodæ* ap. Prisc. VI. 61. K. — Acc. *Herodem* ap. Vulg. Matth. 2. 12. — *Heroden* ap. Fronton. ad M. Cæs. 3. 3. p. 42. 11. et 3. 4. p. 43. 9. N. — c) Ad quantitatem quod attinet, ultimam longam corripuit Sedul. hymn. 29. « Hostis Herodes impie ». — d) Etymon ita proponit Euch. 2. Instr. 1. p. 314. « Herodes, pellicius ». Hinc Isid. 7. Orig. 10. 6. « Herodes, pelliceus, gloriosus ». Verum Pape-Benseler, Wörtb. d. Gr. Eigenn. I. 472. derivat ab ἥρως (Ϝήρως, Skr. *vira* = fortis, heros, Lat. *vir*), cujus sit patronymicum (Cf. Visconti, op. var. I. p. 299): sic Μινώδης a Μίνως. ¶ 1. Apud scriptores memorantur ex præcipuis — 1.º) Herodes, cognomento *Magnus*, stirpe Idumæus patria Ascalonita, Antipatri, proselyti Judaici (His

ronym. Jer. 28. 29), et Cypris, feminæ origine Arabicæ (Id. chron., coll. Jos. ant. 14. 7. 3), filius; gens autem, ad quam pertinebat, a Johanne Hircano coacta, legi Mosaicæ se subjecerat; sed Judæi hos asseclas parvi faciebant appellabantque *semijudæos*, ut est ap. *Josephum*, qui Herodem M. ita vocat (*Jos. ant.* 14. 9. 3). — Anno 47. a. Chr. Julius Cæsar Antipatrum creavit procuratorem Judææ eamque regionem, in quattuor partes divisam, dedit quattuor ejus filiis regendam, ita ut Herodes Galilæam fuerit sortitus (*Id. ibid.* et *b. J.* 1. 10. 4), annos XXV. natus. — Statim operam dedit strenuam coercendis latronibus, qui loca illa infestabant, sed de potestatis abusu delatus est apud Synhedrium et ob id in jus vocatus. Sed ille purpura indutus, cum epistola Sexti Cæsaris, Syriæ præfecti, ad tribunal accessit, qua ipso in libertatem ab eo dimissus est simulque facultate donatus agendi, quod sibi opportunius videretur (*Id. ibid.* 3-5. et *b. J.* 1. 10. 6-9. Cf. *Derenbourg, Essai sur l'hist. et la géogr. de la Pal.* etc., Paris 1867. *p.* 146-148), mox etiam Cœlesyriæ præfectus ab eodem constitutus confirmatusque a Cassio post necem Cæsaris (*Jos. ant.* 14. 11. 4). — Porro a. 43. periit Antipater, veneno exstinctus, quem Herodes est ultus, interfecto Malicho, patris occisore, qui hac cæde se re publica potiri tentaverat (*Id. ibid.* 6), et in honorem patris sui semirutum oppidum, instauratum *Antipatrida* appellavit. — Defuncto Cassio, Herodes Antigoni Hasmonæi, qui jam Judææ regnum occupaverat, et Tyrii regis conatus, Galilææ regimini inhiantium, auxiliis Antonii impetratis, fortiter repressit, adeo ut Judææ quoque regnum fuerit auspicatus; quin apud Antonium a Judæis accusatus, non modo se feliciter purgavit, sed etiam ab eo tetrarchæ munus obtinuit (*Id. ibid.* 13. 1). — Verum a. 40. quum Parthi, Antigoni socii, Judæam invasissent, hanc deserere coactus, Romam confugit, ubi senatus decreto rex Judææ creatus est (*Id. ibid.* 14. 4-5. et *Appian. b. c.* 5. 75); sed magna cum difficultate regnum occupare ei licuit. Dein alacri animo obsidendæ Hierosolymæ se dedit, quam demum Romanorum ope cepit a. 37., quo anno Mariamnem, Hircani filiam, uxorem duxit (*Jos. ant.* 14. 16. 11. et 15. 14. et *Dio* 49. 22). — Regno potitus, statim contra Judæos luctatus est et familiam Hasmonæorum et Cleopatram; sed primores Antigoni nepotibus adhæserunt; quare Herodes ex eis aliquot de medio sustulit sibique eorum bona addixit (*Id. ant.* 15. 1. 2). — Quamvis autem Herodi Alexandra, ipsius noverca, adversaretur; tamen Aristobulo, ejus filio, rogatu Mariamnes, summi sacerdotis dignitatem contulit; sed quum Alexandra, ab eo sibi metuens, in Ægyptum ad Cleopatram cum filio se recipere cogitasset, re comperta, Herodes Aristobulum aquis præfocandum curavit (*Id. ibid.* 3. 2); de quo crimine delatus apud Antonium ab Alexandra, Roma rediit impunis. Iterum a Salome sorore accusatus, hujus patruum et fratrem Josephum, a quo uxorem suam Mariamnem vitiatam fuisse auspicatus fuerat, interemit (*Id. ibid.* 3. 5-6. et *b. J.* 1. 22., 4-5). — Postea a. 34. Antonius Cleopatræ concesserat partem Phœniciæ et Arabiæ et regionem Jerichuntinam, territorium, quod ad Herodem pertinebat, fertilissimum, qui idcirco reginæ subditus fiebat. Nec satis; sed ab Antonio et Cleopatra jussus, debuit cum Arabibus bellum gerere, ex quo victus discessit; rursus tamen cum eis dimicans, victor evasit (*Id. ibid.* 5. 2-5. et *Dio* 51. 7); deinde tyrannus sub obtentu proditionis senem Hyrcanum capitis damnavit. — Postea Rhodum petiit, ubi erat Octavius Augustus, cujus gratiam sibi captare modis omnibus studuit (*Eckhel* 3. *p.* 483), ædificatis ejus nomine urbibus (Cæsarea et Sebaste) dicatisque templis (*Jos. b. J.* 1. 21. 2); simul etiam contra mores patrios non solum ludos quinquennales Cæsari instituit (*Id. ant.* 15. 8. 1), sed et Hierosolymis theatrum exstruxit et ludos illuc invexit Olympicos (*Id. ibid.* 16. 5. 3). — Augustus, qui ejus amicitiam percupiebat, regis titulum ei confirmavit; insuper regionis Jericunthinæ et Gadaræ, Hippi, Samariæ, Gazæ, Anthedonis, Joppe aliorumque locorum regimen commisit (*Id. ibid.* 15. 7. 3). — Hinc mali labes; nam Herodes, in solio firmatus, crudelius se gerere domi cœpit; in suspectos enim quosvis atque etiam liberos, Antipatrum, Alexandrum et Aristobulum, et in uxores, Doridem et Mariamnem, desævit. Huc etiam pertinet horrenda infantium Bethlemitarum cædes, qua ad necem Christum, sed frustra, quæsivit (*Matth.* 2. 1-22); quamquam credendum non est, ingentem ab eo puerorum numerum occisum fuisse, ut vulgo putatur (*Knabenbauer* fort. 20., *Vigouroux* 30., *Schuster* 70); nec, ut comminiscuntur increduli, res neganda, sive consideretur Neroniana Herodis crudelitas etiam in suos familiares, sive auctoritas testium maxima dignorum fide, quibus adnumerandus etiam *Macrob.* 2. *Sat.* 4., qui scribit: « Cum audisset *(Augustus)* inter pueros, quos in Syria (*i. e.* Palæstina) Herodes rex Judæorum intra bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum: melius est, inquit, Herodis porcum (ὗν) esse, quam filium (υἱόν) »; porcos enim occidere eorumque carnibus immundis vesci vetabantur Judæi. — Laudatur tamen Herodes ob bella plerumque prospere gesta (*Jos. b. J.* 1. 19), ob urbium exornationem, præsertim Hierosolymæ, quam hortis, fontibus, ædificiis ac templo præsertim, magnificentissime instaurato, decoravit, ita ut diceretur templum Herodianum (*Joh.* 2. 20); tum quia studia, Græcorum doctissimis viris arcessitis, provexit (*Jos. ant.* 16. 2. 4., 17. 8. 2., 19. 7. 3., coll. *Müller, fragm. hist. Gr. III.* 350), leges Judaicas servavit, trophæa Romana a templo removit, nunquam in atrium sacerdotum intravit; sed populum tributis oneravit adeo ut in se inimicitias concitaverit civium vitæque pericula adauxerit, ad quæ cavenda et populares prohibuit seque Thracibus, Germanis et Gallis militibus in tutelam instruxit (*Jos. ant.* 17. 8. 3). — Tandem anno regni XXXVII. in morbum incidit, seque morti proximum arbitratus curavit, ut mors regis quæstibus gemitibusque comploraretur, cædem imperans primorum ex gente Judaica (*Id. ibid.* 17. 6. 5), cui tamen imperio obtemperatum non fuit (*Id. ibid.* 8. 2., coll. *Derenbourg, op. cit. p.* 164); ipse vero, herede constituto Antipa, filio Malthacis (*Id. ibid.* 1), enatis per totum corpus vermibus, inter atrocissimos dolores animam exhalavit (*Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CXCV. 4) Jerichunte a. 3-4. ante æram vulg., probabilius a. 750. U. C.; quamquam cum aliis *Eckhel,* 3. *p.* 436.*sqq.* mortuum sistit a. 751., teste etiam *Sulp. Sev. chron.* 2. 27., qui tamen in chronologia non minimum peccat. — Magna autem pompa elatus, in *Herodio*, quod ipse ædificaverat, ex ejus mandato sepultus est *Heges.* 1. 46. et *Jos. ant.* 17. 8. 1., princeps detestandæ memoriæ, cum potentibus servilis, cum debilibus immani sævitiæ insignis, non *magni* titulo, sed *crudelis* cognomento dignus, ab *Heges.* dictus « superbior Xerxe, Medis rapacior, immanior Dario », qui IX. milia Judæorum in ipsa apud suos celebritate ab eo interfectos esse retulit. — Addimus, a. 1891., in colle occidentali extra Hierosolymam repertum fuisse sepulcrum, quod putarunt ad familiam Herodis pertinere «τὸ Ἡρώδου μνημεῖον», de quo loquitur *Jos. ant.* 5. 12. 2. V. *Schick, Palest. explor. Fund Quaterly Stat.* 1892. *p.* 115-120. — Memoratur, præter laudatos, *Oros.* 6. *Hist.* 18. et 24. et 7. 3., *Horat.* 2. *ep.* 2. 184., *Ammian.* 14. 8. 11., *Tertull.* 3. *c. Marc.* 13., *Ambros.* in *Luc.* 3. 41., *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 2., et *Augustin.* pluribus locis. — Herodes M. non solum crudelitate sed et libidine famosus decem habuit uxores, ex quibus octo filios genuit tresque superstites reliquit. Inter hos autem, approbante Augusto, regnum divisit ita ut Antipæ datæ fuerint Galilæa et Peræa, nomine tetrarchæ; Archelao Judæa, Idumæa ac Samaria, titulo ethnarchæ; Philippo denique cum tetrarchæ nomine Batanæa, Thraconitis et Auranitis seu Ituræa (*Jos. ant.* 17. 8. 1., coll. *Tac.* 5. *Hist.* 9). — Vitam Herodis M. scripsit *Josephus* sparsim in *Ant.* et *B. Jud.* græce; latine vero *Hegesippus*, ejus excerptor. Consuli præterea possunt de eo *Schürer, Gesch. d. jüd. Volk. I.*; *Re* in *arch. Bibl.* a. 1879. *p.* 260-267. et 323.; *Beurlier, Dict. Bibl. Vig. III.* 658.*sqq.*; et nummi ap. *Eckhel,* 3. *p.* 483-486. et *Cavedoni* in *Numism. Bibl. p.* 53.*sqq.* et *App. p.* 25.*sqq.* — 2.º) **Herodes Antipas** (decurt. ab *Antipater*), filius Herodis M. et Malthacis Samaritanæ (*Jos. ant.* 17. 1. 3), *Herodes* tantum apud scriptores sacros, heres antea et rex a patre in testamento designatus, mox vero tetrarcha Galilææ et Peræ creatus (*Id. ibid.* 1. 3), homo libidinosus ac scelestus, qui Aretæ, regis Arabiæ, filiam repudiavit; quare bellum cum socero ei fuit gerendum, quod nefario homini improspere cessit, irrito etiam Tiberii jussu ulciscendi per Vitellium Herodis (*Id. ibid.* 18. 5. 1-3). Porro Herodiadem, Philippi, fratris sui, uxorem abreptam sibi copulavit (*Id. ibid.* 18. 5. 1., coll. *Rufin. h. e.* 1. 13). — Nec minus crudelis quam incestuosus, Johannem Baptistam, qui hoc facinus illi exprobraverat, Macherunte, ubi tunc morabatur, in vincula conjecit ac dein in ipso sui natalis die ei caput detruncari jussit (*Matth.* 14, 1-12., coll. *Ambros. de virg.* 3., qui horrendam scænam mirifice describit); nec multo post, quum audisset Christi Domini miracula, ratus eum esse Johannem redivivum (*Mr.* 6. 14) simulque thaumaturgi videndi cupidus, dum esset Hierosolymis, Jesum, sibi a Pilato traditum, coram aspexit; sed ab eo nec verba, nedum prodigia, fieri ulla ægre ferens, contemptum dimisit (*Luc.* 23. 7. 12). Jam vero a Pharisæis Christus admonitus jam fuerat Herodem eum occidere voluisse (*Luc.* 13. 31-33), quibus responderat: « Ite et dicite vulpi illi: ecce ejicio dæmonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia die consummor; verumtamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare, quia non capit prophetam perire extra Jerusalem »; quibus verbis significabat nihil sibi timere ab illius minis suoque ministerio se libere ac tute perfuncturum, usque dum moriendi tempus, sponte a se præfixum, appeteret, nec ibi sed Hierosolymis, loco a se constituto, moriturum. *et Mr.* 8. 15. ipse discipulos monuit, ut caverent a fermento Pharisæorum et fermento Herodis », qui corruptissimis Græcorum moribus indulgebat. — Quum Romæ esset, quo tempore obiit pater, conatus est regis titulum, ei a scriptoribus sacris, sed populari more, inditum (*Mr.* 6. 14), ab imperatore obtinere; sed hic, cognita ab Agrippa ejus conspiratione cum Sejano et Artabano, Arabum rege, eum, tetrarchia privatum, in exsilium ejecit Lugdunum Galliæ, a. 39., ubi inhonoratus interiit (*Jos. ant.* 18. 7. 1-2. et *Dio* 59. 8). — Patris æmulandi captandique publici favoris causa ædificia exstruxerat sumptuosa, imprimis Tiberiadem in ripa occidentali lacus Genesareth (*Id. ibid.* 2. 1-3) in honorem Tiberii; præterea Judæorum querimonias ex eo quod Pilatus clipeum votivum in turri Antonia collocasset, ei obiecit; quo facto, procuratorem Romanum sibi inimicavit (*Philon. legat. ad Caj.* 30., coll. *Luc.* 23. 12). — Alia de eo vd. ap. *Re* in *Arch. Bibl.* a. 1880. *p.* 42.*sqq.* et 243.*sqq.* et a. 1881. *p.* 353.*sqq.*; *Madden, Coins of the Jews*, Lond. 1881. *p.* 118-122.; *Schürer op. cit. I.* 1890. *p.* 306., 337., 342-344., 347., 358-374. et 460-462. et in *Corp. I. Gr. n.* 2502. et *Bull. de corr. hell.* 1879. *p.* 365. — 3.º) **Herodes Archelaus**, filius Herodis M., ethnarcha. *V.* ARCHELAUS. — 4.º) **Herodes Philippus**, filius Herodis M. et Mariamnes secundæ, filiæ Simonis, summi sacerdotis (*Jos. ant.* 15. 9. 3), heres a patre designatus, dummodo Antipater præmoreretur (*Id. ibid.* 17. 3. 2); sed ab eo repudiata Mariamne, simul filius expulsus est regnoque privatus (*Id. ibid.* 3. et 4). — Fuit maritus Herodiadis, neptis suæ, primus, a qua Salomen suscepit (*Matth.* 14. 3., *Mr.* 6. 17. et *Luc.* 3. 19., ubi *Philippus* tantum vocatur); verum quum rescivisset eam pactam fuisse nuptias cum Antipa, statim rejecit (*Id. ibid.* 18. 5. 1. et 4). Præter hæc nihil aliud de ejus vita traditur. — 5.º) **Herodes Philippus II.**, filius Herodis M. et Cleopatræ Hierosolymitanæ, Romæ cum fratre Archelao educatus, teste *Jos. ant.* 17. 1. 3. et *b. J.* 1. 28. 4., coll. *Luc.* 3. 1., quibus locis *Philippus* tantum dicitur, ut distinguatur ab alio, quem *ibid.* memorat, hujus fratre *Herode* item simpliciter appellato, qui puer obiisse videtur. — Fuit a pa-

tre constitutus, ut vidimus, Batanææ, Ituræ et Thraconitidis regionis tetrarcha, pluraque oppida condidisse novimus ex *Jos. ant.* 18. 2. 1. et *b. J.* 2. 9. 1., inter quas fuit *Cæsarea ad Paniam*, in honorem Augusti, quæ a conditore, ut distingueretur a Cæsarea Palæstinæ, *Cæsarea Philippi* dicta etiam fuit (*Matth.* 16. 13. et *Mr.* 8. 27) et Bethsaidam reædificavit vocavitque *Julias* in honorem filiæ Augusti; uxorem porro duxit Salomen, filiam Philippi I. et Herodiadis (*Jos. ant.* 18. 5. 4). — Vixit semper Romanorum amicus; primus vero ex Herodibus nummos cusit, ubi visuntur imagines Augusti ac Tiberii (*Eckhel,* 3. *p.* 490.; *Mionnet, Descr. d. méd. V. p.* 566. et *Madden, op. cit. p.* 123-127). — Eo vita functo a. 34. sine prole, ditionem, quam per annos XXXVII. rexerat, Tiberius provinciæ Syriæ attribuit (*Id. ibid.* 4. 6). — Fuit princeps mitis, quietus, in jure dicendo assiduus laudibusque cumulatus a *Jos. ibid.*, ubi de ejus morte mentionem facit. — De eo vd. *Schürer, op. cit. I. p.* 349-358. — 6.º) **Herodes Agrippa I.**, *magnus* (in nummis) vel *major* (*Eugypp. Thes.* 78) dictus, ut ab altero distinguatur, *Herodes* tantum a *Luc. Act.* 12. 23 et a *Jos.* semper *Agrippa*, plenius *Julius Herodes Agrippa* ap. *Eckhel,* 7. *p.* 482., in obsequium Tiberii, quare et civis Romanus habitus est. — Fuit filius Aristobuli et Berenices, filiæ Salomes, Herodis M. nepos, maritus Cypris, Phasaeli, Herodis M. item nepotis, filiæ, ex qua plures filios suscepit (*Jos. ant.* 18. 6. 4). — Accusatus autem, quod Caligulæ imperium optasset, a Tiberio, extremo vitæ tempore, in vincula est conjectus (*Id. ibid.* 6. 5-7); mox tamen a successore Caligula, quicum amicitiam jam inierat, liberatus, tetrarchiæ Philippi et tetrarchiæ Lysaniæ rex est creatus a. 38. et a Claudio postea confirmatus, additis Judæa et Samaria a. 41 (*Id. b. J.* 2. 9. 6. et *alib.* et *ant.* 19. 4. 1., 19. 5. 1. et 6. 1) et a senatu prætoria dignitatem habuit (*Id. ibid.* 18. 6. 10). — Nomine Herodis memoratur in *Act. app.*, ex quibus novimus eum a crudelitate Herodum propria non descivisse; occidit enim Jacobum ap., fratrem Johannis, et in carcerem jecit Petrum ap. (*Act.* 12. 1. 6. 11. et 19); quo per angelum liberato, interfici jussit milites custodes (*Ibid.* 18-16). — Quum legati Tyri ac Sidonis ad impetrandam pacem eum adiissent, Herodes, vestitus regum more et solio insidens, eos in theatro, spectante populo, excepit. Huc pertinet *Luc.* in *Act.* 12. 21. « Statuto autem die, Herodes vestitus veste regia sedit *(Cæsareæ)* pro tribunali et contionabatur ad eos; populus autem adclamabat: *Dei voces et non hominis*. Confestim autem percussit eum angelus Domini eo quod non dedisset honorem Deo, et consumptus a vermibus exspiravit » (*Jos. ant.* 19. 8. 2), quarto anno imperii Claudii, nempe a. 44., princeps, ambitione quoque et luxu immodico vituperandus, Pharisæorum amicus, quam ob rem a *Josepho* et *Talmud* plurimum laudatur. In *Inscrip. Gr.* dicitur: Βασιλεὺς μέγας φιλόκαισαρ εὐσεβὴς καὶ φιλορώμαιος (*Lebas et Waddington, Voyag. Arch. III. n.* 2365). Memoratur etiam *Tac.* 12. *Ann.* 23., *Paul. Nol. carm.* 26. 113.*sqq.* et 130.*sqq.*, *Hieronym.* in *chron.*, *Philastr. hær.* 28. et *Heges.* 1. 42., 2. 3. et 5. — Ejus nummos vd. ap. *Saulcy, Étud. chron. de la vie et monn. d. rois Agripp. I. et II.* Paris 1869. — 7.º) **Herodes Agrippa II.**, *minor* (*Eugypp. Thes.* 78) vel *junior*, filius præcedentis, Romæ educatus (*Jos. ant.* 18. 5. 4, et 19. 9. 2), qui adulescens statim a Claudio in regnum suffectus dicitur *Hieronym.* in *chron.* et *Heges.* 2. 5., sed perperam; nam aliquot annos privatus vixit; dein a. 48. a Claudio regnum obtinuit Chalcidis et quinquennio post tetrarchiam Philippi regis, quam Nero subinde auxit, addita Galilææ parte (*Jos. ant.* 20. 8. 4). — Maritus fuit Mariamnes, filiæ Josephi, patruelis Herodis M., sed et parum honeste vixisse fertur cum sorore Berenice, quæ nupserat Herodi, regi Chalcidis; quare incesti cum ea, de quo *Juvenal.* 6. 158., est accusatus: cf. tamen etiam *Schol.* ad *l.* et *Dion.* 66. 15.; sed rem confirmat quod tegitur in *Act.* 25. et 26., coll. 28. 25., ubi Paulus ap. sistitur coram Herode Agrippa et Berenice causam dicturus. — A Nerone jussus, a. 54. copias duxit contra Parthos rebelles (*Tac.* 13. *Ann.* 7). — Carus fuit Vespasiano imp. ejusque filiis regnavitque usque ad a. 68., quo in Romanorum exercitu obsidioni Hierosolymorum interfuit; obiit autem annos natus LXXII., regum Judææ ultimus, a. 97 (al. 99. v. 100) p. Chr. — 8.º) **Herodes**, rex Chalcidis, frater Agrippæ majoris, Herodis M. nepos (*Jos. b. J.* 1. 28. 1), maritus Mariamnes, Josephi filiæ ex Olympiade, deinde Berenicis, quæ erat Agrippæ fratris filia et Agrippæ minoris soror (*Id. ant.* 18. 5. 4. et 19. 5. 1), ex qua filios suscepit. Regnum habuit a Claudio idque usque ad mortem administravit, nempe usque ad a. 48. Cf. nummos ap. *Eckhel,* 3. *p.* 492. — Hæc igitur Herodum familia Idumæa, quam Nicolaus Damascenus, teste *Jos. ant.* 14. 1. 5., exortam tradit majoribus, nobilitate conspicuis, a captivitate Babylonica reducibus, sed Julius Africanus fuisse dicit condicione servili, regnavit in Palæstina, post Hasmonæos, fere usque ad excidium Hierosolymorum, sibique proposuit regnum constituere, Romanorum ope Judæorumque favore nulli obnoxium et ad hunc finem dominationem infirmare summorum sacerdotum, quos ipsa creabat deponebatque, ex una parte cultum Judaicum profitendo, ex altera vero Ethnicorum mores paullatim invehendo, quibus Judæorum natio magis magisque corrupta perhibetur. — 9.º) **Herodes Atticus**, plenius *Ti. Claudius Atticus Herodes* apud *Front.* aliosque. *V.* CLAUDIUS. — 10.º) **Herodes**, iambographus, Syracusanus (*Xen. Hell.* 3. 4. 1), de quo *Plin.* 4. *ep.* 3. « Ita certe sum affectus ipse, quum græca epigrammata tua, quum iambos proxime legerem. Quantum ibi humanitatis, venustatis! Quam dulcia illa! quam antiqua! quam arguta! quam recta! Callimachum me vel Herodem vel si quid his melius, tenere credebam ». Sed eum, qui iambographorum præstantissimus Plinio videbatur, Aristarchus rigidior eo numero exemerat. — Ex ejus poematiis supersunt fragmenta ap. *Stob.* 5. 71. *p.* 439., 76. *p.* 458., 96. *p.* 530., 118. *p.* 591. et *Max. II. p.* 686., coll. *Athen.* 3. *p.* 86. *B.* — Probabiliter idem est ac *Herodas* v. *Herondas*, auctor mimorum, metro choliambico usus, Theocriti æqualis, qui fort. fuit ejus imitator. — Anno 1891. *M. Kenyon (Classical texts from papyr. in the British mus.* etc. Lond.) septem edidit mimos Herodis ex papyro Mus. Britannici. — De eo vd. *Croiset, V. p.* 175.*sqq.*; *Ristelhueber* (tr. 1893) *Intr. p. VIII-XIV.*; *Crusius, Untersch. zu d. Mimiamb. d. Her.* 1892. et *Olschewsky, La lang. et la metr. d'Her.* 1897. — 11.º) **Herodes**, Atheniensis, M. Ciceronis filii magister Atheniis, a. 44. a. Chr. (*Cic.* 14. *Att.* 16. et 18. et 18. *ibid.* 16), qui videtur aliquid scripsisse de Ciceronis consulatu, sed ab eodem vehementer reprehensum (*Cf.* 2. *Att.* 2). — 12.º) Alios vd. ap. *Martial.* 9. 97., *Trebell. Gallien.* 13. et *XXX. tyr.* 15.*sqq.*, *Cod.* 4. 14. 3. et *Cod. Theod.* 13. 11. 6., coll. *Augustin.* 3. *c. Cresc.* 56. ¶ 2. In titulis cogn. vir. itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Wilm. n.* 260., *n.* 1338. et *n.* 1721. — Hinc — *a) Herodias* (Ἡρῳδίας), patronym. ab *Herodes*, i. e. filia v. nepos, cujus nominis secundam longam licenter corripuit *Paulin. Nol. carm.* 25. 113. « An magis Herodias saltatrix ». — Fuit autem filia Aristobuli, Herodis M. filii, et prioris Mariamnes filiæ, soror Agrippæ majoris, teste *Jos. ant.* 18. 5. 1., non Aretæ regis filia, uti vult *Hieronym.* ad *Matth.* 14. 4., nupta Herodi Philippo, filio Herodis M. et secundæ Mariamnes (*Matth.* 14. 3. et *Mr.* 6. 17., coll. *Jos. b. J.* 17. 9. 4), quem deseruit, ut nuberet Herodi Antipæ, filio Herodis M. et Malthacis, ex quo habuit Salomen, vivente adhuc ejus uxore, filia Aretæ regis; Johanni bapt. infensa, quod Antipam vehementer de tanto crimine redarguisset (*V.* sub n. 2). — Mortua est Lugduni (*Jos. ant.* 18. 7. 2), cum marito exsul, a Caligula damnato, qui, regio nomine frustra petito, ob scelera, de quibus eum accusaverant, ab imperatore in Galliam perpetuo fuerat relegatus. — *Schürer (Gesch. d. Jüd. Volk. I. p.* 361.*sq.)* erroris arguit sacros euangeliorum scriptores, qui Herodiadem uxorem dicunt Philippi, quum nec Joseph nec cod. *D* euang. Matth. hoc nomen præ se ferant; at non inde sequitur, eo minime nuncupatum fuisse, sed tantum in aliis textibus nomen deesse; nec putandus est hic Philippus, qui Salomem uxorem duxit (*Beurlier, op. cit. p.* 658). — *b) Herodianus* — α) Adj. ad Herodem aliquem pertinens, ut *Herodiana cena* ap. *Chrisol. serm.* 174., ab Herode Antipa celebrata die natali suo, de qua *V.* HERODES ANTIPAS. — β) Subst. seu absolute, sæpius, cogn. vir. *Corp.* 8. 3331.; et *Herodiana*, cogn. mul. *C.* 8. 4921. — Fuerunt etiam hoc nomine — *Herodianus*, historicus, non confundendus cum grammatico, ut factum est a Sylburg aliisque, qui vixit a. 165-255., sed unde ortus sit, ignoramus; ceterum, quamvis ex Græcia oriundus, ille se Italum prodit (*Herod. II.* 2. 8. ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γῇ, coll. *III.* 2. 7. et 8. 10). — Romæ publicis muneribus functus est, fort. ut procurator imperatoris, qui, quamquam non totum honorum cursum emensus, tamen summos adeptus est (*Id. I.* 2. 3. Ἔστι δ' ἃς καὶ πείρᾳ μετέσχον ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος »). — Scripsit historiæ successorum M. Aurelii usque ad Gordianum III (τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστορίαι) VIII. libros, quos ipse agnovit (πράξεις πολλῶν βασιλέων συντάξαντι γράψαι, ὡς αὐτὸς οἶδα); nempe vitas composuit imperatorum Romanorum et quidem veracitate, ut videtur, laudabiles, teste *Capitolin. Clod. Alb.* 12. « Quæ qui diligentius scire velit, legat Marium Maximum de latinis scriptoribus, de græcis Herodianum, qui ad fidem pleraque dixerunt »; tum etiam citat, sed prætermisso nomine, auctores; minutiora negligit; rationem temporum et geographicas notiones parum curat; at, quod valde interest, historiam, respectu habito ad mores et personarum indolem aliaque hujusmodi accurate pertractat; quamquam, passim rhetorica abusus, longas orationes intexit et quidem artificio quodam imaginandique vi, Dione præstantior, a *Photio cod.* 99. maxime laudatus et a posterioribus harum vitarum scriptoribus, si non exscriptus, saltem prope imitatus. — De eo vd. *Croiset, op. cit. V.* 813.*sqq.* — *Herodianus*, grammaticus Alexandrinus, Apollonii Dyscoli filius (*Suid.* in *v.*), artium minutissimus sciscitator, ut ait *Ammian.* 22. 16. 16., qui floruit sub M. Aurelio Romæ et plura scripsit (*Suid.* in *v.*). — Alios vd. in *Cod.* 5. 66. 1., ap. *Hilar. op. hist. frg.* 17. in *lemmate* et in *ep.* 17. *Innoc. pap.* — *Herodiani*, plur., absolute, Herodis Antipæ asseclæ, ter memorati in N. T. (*Matth.* 22. 16., *Mr.* 3. 6. et 12. 13., coll. *Jos. ant.* 14. 15. 10). Difficile est scitu, quid vere fuerint; quamvis constet, eos Pharisæorum societatem coluisse et Christum odio esse prosecutos (*Mr.* 12. 13. et 3. 6., coll. 8. 15). Alii putarunt eos ita dictos, quod dynastiæ Herodum adhærerent et ob id Romanorum jugum ægre ferrent; vel potius, quod ethnici cultus fautores, Herodibus studerent, utpote qui huic inducendo plurimum conferre posse viderentur (Cf. *Orig. comm.* in *Matth. XVII.* 26. et adnot. *Huetii*). Fuerunt etiam, qui crederent, Herodianos Herodem Antipam uti Messiam habuisse (*Cramer, Cat. Gr. Patr.* in *N. T.* 1840. *p.* 400., *Thes. l. gr. IV. p.* 208) v. Herodem Agrippam (*Philastr. hær.* 28) v. Herodem M. (*Epiph. hær.* 20. 1., coll. *Tertull. præscr.* 45. et *Hieronym. dial. cum Lucif.* 23., qui tamen *in Matth.* 22. 15. hanc opinionem merito « ridiculam » dicit et Herodianos eos censet, qui Romanis tributum solvebant [*Cf. Matth. loc. cit.*]). — *c) Herodio* et *Herodion* (Ἡρῳδίων), vir quidam, cognatus Pauli ap. *Rom.* 16. 11. — *d) Herodium* (Ἡρωδεῖον), nom. ædificii, ab Herode M. exstructi, LX. stadiis ab Hierosolymis (*Jos. b. J.* 1. 21. 10), ubi rex obierat se sepeliri mandaverat, teste *Heges.* 1. 46., quod *Herodionem* vocat *Hieronym.* in *chron.* — Ita etiam appellata est una ex X. toparchiis, in quas Judæa divisa fuerat (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 14. 15. [70]). Cf. *Reland, Palæst. p.* 820.*sq.*

HĒRŌDIĀNUS, i, m. 2., et

HĒRŌDIAS, ădis, f. 3. *V.* voc. præc.

HĒRŌDĬCUS, i, m. 2. (Ἡρόδικος: ab Ἥρα, et δίκη, *justitia*) nom. vir. — Memorantur hoc nomine - Medicus, patria Selymbrianus, artis gymnasticæ peritus, laudatus a *Platon.* in *Protag. p.* 316.

et *rep.* 3. *p.* 406. et *Aurelian. chron.* 3. 8. 139. — Item grammaticus, cujus meminit *Censorin. d. nat.* 17., fort. *Crateteus,* ut adn. *Jahn* ad *l.* — Item princeps Thessaliæ, occisus a Philippo, Macedoniæ rege. *Liv.* 40. 4.

HĒRŌDĬO, ōnis, m. 3., et

HĒRŌDĬUM, ii, n. 2. *V.* **HERODES**.

HĒRŌDŌRUS, i, m. 2. (Ἡρόδωρος: ab Ἥρα et δῶρον, *donum*) nom. vir. — Memorantur hoc nomine — Mercator quidam Cianus, laudatus *Liv.* 35. 37 (a. 192. a. Chr.). — Item princeps amicorum Demetrii, filii Philippi Macedonis, ob suspicionem vinctus ac tormentis occisus. *Liv.* 40. 23 (a. 181. a. Chr.). — Item duo scriptores Græci, auctor alter lexici Homerici (*Eustath. Il.* 1. 20), alter, æqualis Herodoti, mythographus (*Müller, Fragm. Hist. gr. II.* 27-41); sed horum nulla exstat mentio apud scriptores Latinos.

HĒRŌDŎTUS, i, m. 2. (Ἡρόδοτος: ab Ἥρα, et δοτός, *datus,* idem quod *Heredatus*) nom. vir. ¶ 1. Memorantur apud scriptores — 1.°) **Herodotus**, historicus celeberrimus. — *a)* De ejus initiis. Natus est ca. a. 480. a. Chr., non a. 484 (*Diod.* 2. 32. et *Gell.* 15. 23) nec a. 489 (*Hieronym.* in *chron.*, coll. *Schoell, Philol. IX. p.* 193), in urbe Halycarnasso, non Thuriis (*Jacoby*), colonia Doricæ Cariæ, ex familia nobili et locuplete (*Suid. v.* τῶν ἐπιφανῶν), filius Lyxis et Dryus, consanguineus Panyasis, celebris poetæ epici (*Suid.* v. Πανύασις). — Mature bellis intestinis se immiscuit, ibi regnante Lygdamo II., Persarum socio, in quibus Panyasis periit, ipse vero coactus est alio se conferre. Et primum confugit Samum, dein Athenas, ubi Periclem et Sophoclem agnovit; postremo in Magnam Græciam a. 444., sortem coloniæ Thuriorum secutus, ab Atheniensibus in locum antiquæ Sybaris missæ. — Quod autem singulare occurrit in ejus vita, sunt longa, quæ suscepit, itinera, ita ut celebrioribus possit adnumerari, qui orbem studiorum causa peragrarunt. Is namque non solum Græciam exploravit cum insulis Ægæi, Peloponnesum, Epirum, Thessaliam, Macedoniam, Thraciam, Italiam australem et Siciliam, sed etiam Asiam Minorem, Lydiam, Phrygiam, Cholchidem, Scythiam, Cyprum, Phœniciam, Palæstinam, Arabiam, Syriam, Babyloniam, Libyam, Cyrenaicam, Æthiopiam et Ægyptum usque Elephantinen, in insula hujus nominis sitam, ex quibus regionibus notitiarum thesaurum collegit ea, qua pollebat, sagacitate ac sollertia, ad opus historicum conficiendum maximi momenti. — *b)* De ejus historia, diligenti vastaque inquisitione, ut ille ait, composita (ἱστορίης ἀπόδεξις *I.* 1); quamquam alibi simplicem narrationem seu sermonem eam vocat (λόγος *VII.* 19., v. πᾶς ὁ λόγος *VII.* 152). In ea, ubi collector res ipse vidit (αὐτοψία) aut inquisivit (ἱστορίη) nulli parcens labori (*II.* 3), vel a sacerdotibus aliisque locorum incolis, cordatis viris, rescivit, ut accurate res referret (ἀτρεκέως *III.* 115., non ἀτρεκέως *II.* 43), interpretibus sæpe usus vel vulgari opinioni innixus (*I.* 70., *VI.* 53. et *VIII.* 95), quare nil mirum, si plura falsa vel incerta narrat; aliquando logographos, quorum seriem claudit (λογοποιοί *VI,* 148), consultos citat, præcipue Hecatæum Milesium, historicum et geographum insignem (*V.* HECATÆUS); sæpius vero Homerum, Hesiodum, Archilocum, Alcæum, Anacreontem, Simonidem, Pindarum, Æschylum et mysticos Olen, Musæum, Bacchin etc.; mysteriis enim fuerat initiatus (*Reinach, Revue d. Étud. gr.* 1880. *p.* 80), ut colligitur ex *Inscr. Lygdami* a. 1862., a *Newton* reperta (Cf. *Roehl, Inscr. gr. antiquiss. n.* 500). — Porro hanc historiam (λόγος), dialecto Ionica Thuriis conscriptam (*Plin.* 12. *Hist. nat.* 4. 8. [18])., non auctor sed Alexandrini, in IX. libros diviserunt, qui, quum opus, epicæ poesis (Homericæ) stilum coloremque ac modum præ se ferat, atque in publicis Athenarum et Olympiæ festis, præsente etiam Thucydide, recitatum, ipsis maxime placuisset, præcipue ob simplicitatem suavitatemque epicam ac dramaticam narrationis, nomina singulis indidere, Musarum propria, sc. Clius (I), Euterpes (II), Thaliæ (III), Melpomenes (IV), Terpsichores (V), Eratus (VI), Polymniæ (VII), Uraniæ (VIII) et Calliopes (IX). V. *Lucian. Herod.* 1. et *Ammer, Her. Hal.* etc. 1881. — *c)* Argumentum historiæ, quod auctor in brevissimo prooemio libri I. simpliciter proponit, incipit a Lydia, de cujus fatis mentione dignis, deque urbibus Græcis sui temporis disserit; dein Crœsi bellum cum Cyro et hujus ac Cambysis vices enarrat; dein agit de Babylonia, de bello Massagetarum, de Persis, de Ægypto fuse, de Scythis deque Ioniæ rebellione bellisque prioribus secutis, Medicis, Darei et Xerxis, contra Græcos, et secundo bello Medico, quo desinit opus. Brevi, de imperio primum Lydio, deinde Medo, mox de Persico agit Herodotus, cujus bella cum Græcis totius historiæ quasi nucleus exsistunt. Huic autem finem cum Sesto capta (a. 478) impositum fuisse, ita ut historia ex auctoris mente sit absoluta, alii adfirmant (*Nitzsch, Gomperz, Meyer, Croiset*), alii vero negant (*Dahlmann, Kirchhoff, Stein*); itemque omnia continenter eum scripsisse alii concedunt, alii vero putant varias narrationes, seorsum variis temporibus exaratas, in unum postea digestas compegisse (Cf. *Bauer, Gomperz, Bergk, Croiset, Dahlman*), quod probabilius esse non infitiamur. — *d)* Consilium seu finis, quem sibi præstituit Herodotus in sua historia condenda, non ille videtur fuisse, quem præ oculis habuere Thucydides vel Polybius, rei nempe utilis edendæ, sed delectabilis, eaque narrandi, quæ admirationi potius quam quæ doctrinæ inservirent (ἔργα μεγάλα καὶ θωμαστά), a Græcis et Barbaris peracta, ut ne tempore delerentur, sed earum gloria perpetuo maneret (μήτε ἀκλεᾶ γένηται). Differt tamen a logographis, qui toti sunt in deorum et heroum genealogiis mythicisque eventibus describendis; quamquam et ipse hujusmodi aliqua historiæ admiscet diis obsequentissimus; tum etiam quia factorum causas inquirit (αἰτίην), quod in illis desideratur; sed a Thucydide aliisque historicis posterioribus, ut ab hodiernis, longe melius factum est, quibus historia non simplex rerum expositio, sed ars est ac philosophica quædam narratio. — *e)* Dotes historiæ, veracitas nempe et criticœ. — De veracitate valde olim dubitatum est et dubitatur nunc; *Ctesias* enim de mendacio eum criminatur (Cf. *Phot. p.* 35. B, 41); *Plutarchus* vehementius objurgat (*de malign. Herod.*); *Lucianus* mordax et adprobat et damnat (ἀληθὴς ἱστορία *II.* 31. et φιλοψευδής 2); ex recentioribus vero *Curtius* (*Hist. gr. II. p.* 340. tr. *B.-L.*) eum veracissimum dicit; *Sayce* contra (*The anc. empir. of the East, Herodot. I-III.* etc. Lond. 1883) falsarium vocat, cujus tamen severius judicium strenue impugnat cl. *Croiset* (*HLG II.* 591-595). — De critice autem seu ratione rerum distinguendarum alia, ut innuimus, dicit auctor se de visu cognovisse (ὄψις), alia vero ex auditu (ἀκοή), alia denique ex conjectura (γνώμη); unde diversa rerum cognoscendarum ratio et gradus deduci potest; nec inde licet omnia ita accurata ab eo expostulare, qui remotissima illa ætate, et scientia et adminiculis carebat, quibus nostra abundat (Cf. *Maspero, Ann. d. Étud. gr.* 1878. *p.* 172). — Obiit Herodotus ætate LX. annorum, belli Peloponnesiaci tempore, ca. a. 426., probabilius Athenis, quam Thuriis, ubi tumulus visebatur, qui cenotaphium esse debuit, binis distichis Græcis inscriptus, quos nobis tradidit *Steph. Byz.* « Ἡρόδοτον Λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν etc. »; unde efficitur, v. ἀρχαίης attenta, epitaphium ævi esse recentioris. — Memoratur *Cic.* 1. *Legg.* 1. 5., a quo, et quidem merito, sub quodam respectu, dicitur « pater historiæ »; a *Solin.* 40. « historiæ conditor ». *et* ab *Isid.* 1. *Orig.* 41. 2. « primus historiographus ». *Quintil.* vero dicitur 10. 1. 73. « dulcis, candidus, effusus » et Livio æquatur. *et Sidon. carm.* 23. 135. « torrens ». — Ob eloquentiam laudatur *Cic. Orat.* 12. 39. « Sine ullis salebris (*Herodotus*) quasi sedatus amnis fluit ». Adde 55. 186., et 2. *Orat.* 13. 55., 1. *Tusc.* 47. 113., 5. *Fam.* 12. etc., quamquam sunt, in quibus illum aliquando reprehendit. Cf. et *Quintil.* 9. 4. 16. De eo etiam *Vitr.* 8. 3. 27., *Senec. suas.* 2. 11., *Ammian.* 22. 15. 28., *Tertull. anim.* 46., 49. et 57. et *apol.* 9., *Val. Max.* 8. 13. *ext.* 5., *Auson. prof.* 21. 3. et *ep.* 14. 32., *Gell.* plurimis locis etc. A Græcis antea *Aristot. anim. gen.* 3. 5. dicitur « μυθολόγος »; a *Ps.-Longin. c.* 13. « ὁμηρικώτατος »; a *Dionys. de jud. Thuc.* 15. « Ὁμήρου ζηλωτής » et *Athen.* 3. 78 *E* « μελίγηρυς ». — De eo scripserunt, ex recentioribus, *Bauer, Herodots Biogr.* Wien 1889. et *Die Entstehung d. Herod. Geschwerk.* Wien 1878.; *Diels, Herod. u. Hekat.* Berlin 1887.; *Costanzi, Ricerche su alcuni punti controv. intorno alla vita ed all' op. storica di Erodoto* Milano 1891.; *Hauvette, Herod. et les Ioniens* in *Rev. d. Étud. gr.* 1888. *p.* 257-296; *Nestle, Herodots Verhältniss zur Philos. u. Sophist.* Progr. Schöntal 1906-1908.; *Niese, Herodotstud.* etc. 1907. *p.* 419-468.; *Sourdille, Herod. et la relig. de l' Egypt.*, Paris 1910.; *Wells, Comment. on Herod.* Oxford, 1912.; *Jacoby, PWK Suppl. II.* 8. 205-519. — De lingua consulantur *Bredovius* (1846), *Merzdorf* (1875), *Benard* (1889), *Audouin* (1891), *Wundt* (1903). — De effig. seu herm. Herodoti, quæ exstat in *Mus. Neap.*, vd. *Visconti, Iconogr. Gr. I. p.* 290-298. *tav.* 27. — 2.°) **Herodotus**, Milesius, laudatus *Hygin.* 2. *astr.* 2., de quo V. *Interpr.* ad *l.* — 3.°) Alios videsis ap. *Cic.* 2. *Verr.* 52. 130. et *Cod.* 5. 11. 2. ¶ 2. In titulis cogn. vir. ingen. ac libert. *Corp.* 9. 1971. et *alia* ap. *Garrucci, Syll. n.* 2208. — *Herodota,* nom. mul. in *Cod.* 2. 39. 2.

HĒRŌĒUM, i, n. 2. oppidum Arabiæ ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (157)., ubi alii leg. *Heroum*.

HĒRŌGĔNĒS, is, m. 3. (Ἡρογένης: ab Ἥρα et γένος, *genus*) nom. viri cujusdam ap. *Poet.* in *Anth. Lat. n.* 428. *R.*

HĒRŌĬS, idis, f. 3. (ἡρωΐς: *heros* fem.) cogn. mul. itemque nom. serv. *Corp.* 3. 2936.; 5. 2567. et 9. 871.

HĒRŌNĀS, æ, m. 1. (Ἡρωνᾶς) cogn. vir. Gr. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 210.

HĒRŌON et

HĒRŌŎPŎLIS, is, f. 3. (Ἡρώων πόλις *Ptol.*). *V.* voc. seq.

HĒRŌŎPŎLĪTĒS, is, m. 3. (Ἡρωοπολίτης) nom. nomi Ægyptii, ab *Heroopoli* ductum, urbe sita ad lacus Amaros vel recessum sinus Arabici, haud procul ab Arsinoe (Ἡρώων πόλις v. Ἡρώ ap. *Ptol.* 2. 1. 6. et 4. 5. 54., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 9. 9. [50])., unde et sinus Heroopoliticus est appellatus (*Id.* 5. *ibid.* 11. 12. [65]. et *Mel.* 3. 80), hod. *Tell-Maskhuta.* — Sunt qui ad hanc urbem trahant illud « *Heroon* amne superato » *Curt.* 4. 7. 4., ubi tamen alii aliter leg. — De his cf. *Corp.* 3. *p.* 1208. *Strab.* 2. 85. et 16. 759. et 767. et 17. 803.*sq.*, *Arr. an.* 3. 5. 4., *Jos. ant.* 2. 7. 5. et etiam *Vivien de Saint-Martin, le Nord de l' Afr. p.* 242. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 4. *p.* 101.*sq.* — Hinc *Heroopoliticus sinus* (κόλπος Ἡρώων), ad occid. sinus Arabici, qui Arabiam Petræam ab Ægypto disterminat, hod. *golfo di Suez.*

HĒRŌŎPŎLĪTĬCUS. *V.* voc. præc.

HĒRŌPHĬLA, æ, et Herophile, es, f. 1. *V.* voc. seq.

HĒRŌPHĬLUS (Erophilus), i, m. 2. (Ἡρόφιλος: ab Ἥρα et φίλος, *amicus*), nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) *Herophilus,* medicus, anatomia celeberrimus, Chalcedonius, qui floruit sub Ptolemæo, Lagi filio, laudatus *Varr. Non.* 69. 17. *M.*, *Scribon.* in *ep.* ad *Call.*, *Chalcid.* in *comm.* ad *Tim. Plat.* 246., *Censorin. d. nat.* 12. 4., *Tertull. anim.* 10., qui eum *lanium, et* 25., ubi *prosectorem* vocat, *Cels.*, qui pluribus locis citat et in *præf. l.* 1. refert homines noxios a regibus e carcere eidem traditos, quos vivos incideret ad artis experimentum. Adde *Cæl.* 2. *chron.* 13. 186., ubi memorat ejus librum primum *Curationum,* et 4. *ibid.* 8. 113. librum ad Hippocratis *Prognostica.* et *Plin.* 11. *Hist. nat.* 37. 88. (219)., ubi dicitur « nimiam propter subtilitatem desertus » *et* 26. *ibid.* 2. 6. (11). « subtilioris sectæ conditor ». Cf. *Sext. emp. adv. eth.* 11. 50., ubi citatur « Ἡρόφιλος ἐν τῷ Διαιτητικῷ ». Alia ejus opera sunt Ἀνατομικά *l.* 3., περὶ ὀφθαλμῶν *l.* 1., μαιωτικόν *l.* 1., περὶ σφυγμῶν *l.* 2., θεραπευτικὴ πραγματεία *l.* 2. et πρὸς τὰς κοινὰς δόξας *l.* 1. — De eo cf. *Hecker, Gesch. d. Heilk. I.* 295.; *Sprengel-Rosenbaum, Gesch. d. Medizin I.*[4] 509.*sqq.* et *Susemihl, G. A. L. I.* 785.*sqq.* — 2.°) **Herophilus**, alter medicus ocularius temporibus Syllæ et Marii. *Val. Max.* 9. 15. 1. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 2. 1363. et 5. 1914.

HĒRŌS, ōis, m. 3. (ἥρως: de etymo vd. *Lexic.*) ¶ 1. Generatim cogn. vir. *Corp.* 10. 5696. ¶ 2. Speciatim — 1.°) Nom. dei cujusdam. *Isid.* 8. *Orig.* 11. 98. « *Heroas* dicunt a Junone traxisse nomen, græce enim Juno Ἥρη appellatur, et ideo nescio quis filius ejus secundum Græcorum fabulam Ἥρως fuit nuncupatus. Hoc videlicet, velut mysticum significante fabula etc. » Cf. *Augustin.* 10. *Civ. D.* 21. Memoratur in *Inscr. Bull. d. Ist. Arch.* a. 1873. *p.* 111. DEO HEROI SANCTO. Adde *aliam* in *Bull. Arch. Munic.* a. 1876. *p.* 64. — 2.°) Item nom. aliorum, ut discipuli cujusdam Origenis, martyrii palma illustris, teste *Eus.* ap. *Rufin. h. e.* 6. 4. — Item episcopi Antiochiæ, qui fuit Ignatii successor, ap. *eund. ibid.* 3. 37. — Item episcopi Arelatensis, viri sancti, qui fuit Martini Turonensis discipulus, de quo *Prosper* in *chron.* ad a. 412. — Attamen certum non est, utrum hi declinandi sint *Heros, ois,* an potius *Eros, otis.*

HĒRŎSTRĂTUS, i, m. 2. (Ἡρόστρατος: ab Ἥρα et στρατός, *exercitus*) vir Ephesius, qui ad famam sibi comparandam etiam apud posteros, templum Artemidis seu Dianæ, artis miraculum, Ephesi incendit ea ipsa nocte, qua natus est Alexander M. (a. 356. a. Chr.). At crimen expiavit crudeli nece; verum quod intendit, est assecutus; nam quamvis civitates Ionicæ statuissent, ut ejus nomen omnino oblitteraretur ac periret, tamen a Theopompo historiæ traditum est. De eo *Val. Max.* 8. 14. *ext.* 5., *Gell.* 2. 6. 18. et *Cic.* 2. *Nat. D.* 27. 69., coll. *Strab.* 14. 640. et *Plut. Alex.* 3.

HĒRŌUS, a, um, adject. *V.* **HERO**, us.

HERRĒNUS v. Herennus, i, m. 2. cogn. vir., originis fort. Etruscæ, ap. *Macrob.* 3. *Sat.* 6. 11.

HERSA, æ, et

HERSĒ, es, f. 1. (Ἕρση: ab ἕρσις, *nexus,* vel ab ἕρση, *ros*; ep. Ἐέρση, Cret. Ἄερσα), una ex filiabus Actæi vel Cecropis, Aglauri et Pandrosi soror (*Apollod.* 3. 14. 4., *Hygin. fab.* 166., *Lact.* 1. 17. 14. et *Ovid.* 2. *Met.* 559., 724., 739., 745. et 809). *V.* **AGLAURUS**. — De monumentis priscæ artis ad eam pertinentibus vd. *Mon. d. Inst. X. tav. XXXVIII.*; *Flasch, Ann. XLIX.* 419. et *Furtwängler, Katal.* 2537. — De ea cf. *Seeliger* in *Roschers Myth. Lex. I.* 2. 2589.*sqq.*

HERSĬLĬA, æ, f. 1. (Ἑρσιλία) nom. mul. — *Ersilia,* sine aspiratione, scribitur, repugnante *Cassiod. orthogr.* 9. ¶ 1. Generatim nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5023. ¶ 2. Speciatim mulier Sabina, filia Hersilii (*Dionys. ant.* 3. 1)., quæ cum aliis rapta, immo a marito sublata (*Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 638), uxor ducta est a Romulo, de cujus stirpe fuit Julius (*Mythogr. I. fab.* 204) et, mortuo Romulo, in dearum numerum relata nomine *Ora* v. *Hora,* ut est ap. *Gell.* 13. 23. 2., *Ovid.* 14. *Met.* 829-851., *Martial.* 10. 68. et *Sil. It.* 13. 811. — Aliter *Macrob.* 1. *Sat.* 6. 16. « Vetustatis peritissimi referunt - quum (*in raptu Sabinorum*) Romulus Hosto cuidam ex agro Latino - virtute conspicuo (*Hersiliam*) uxorem dedisset, natum ex ea puerum, antequam alia ulla Sabinarum partum ederet, eumque, quod primus esset in hostico procreatus, Hostum Hostilium (*qui fuit dein pater regis Tulli Hostilii*), a matre vocitatum et eundem a Romulo bulla aurea ac prætextæ insignibus honoratum etc. ». V. *Preller, R. M. I.*[3] 273. et *Pais, Stor. di Roma I.* 1. 478.*sq.*, coll. *Schwegler, Röm. Gesch. I.* 478.

HERTHA, æ, f. 1. nom. Terræ matris, cultæ a Germanis, fort. a Germ. *Erde,* terra (cf. Hebr. *'ěrětz,* terra). *Tac. Germ.* 40., ubi alii leg. *Herthus* v. *Nerthus.*

HERTŌRĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Gamurrini, Vas. Aret. p.* 28. et *Corp.* 2. 4970., 1228., coll. 413.

HERTUSĬA, æ, f. 1. nom. gent. mul. in *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 92. *n.* 191.

HĒRŬLI, ōrum, m. plur. 2. (Ἔρουλοι et Ἕρουλοι *Zos.* 1. 42. et Αἴρουλοι *Zonar.* 12. 24.; Ἔλουροι habet *Dexippus* ap. *Steph. Byz.* « Ἔλουροι Σκυθικὸν ἔθνος, περὶ ὧν Δέξιππος ἐν χρονικῶν etc. ». Sic *Etym. M.* « ἀπὸ τῶν ἑκείσε ἑλῶν » [*V.* infra]; sed aliæ formæ ab Ags. *eorl* « vir »; vel a Goth. *hairus,* vet. *heru* « gladius »: *Grimm, Gesch. d. deutsch. Spr. I.*[3] 329) nom. populi. — *Heroli* et *Eroli* habent *Jorn. Rom.* 344. *M.* et *Inscr.* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1876. *p.* 87. Ita etiam apud *Paul. Diac. loc. cit.* — *Heruli* ap. *Ammian.* 20. 1., 3., 4.; 27. 1. 6. — *Æruli* ap. *Claud. Mamert. locc. citt.* et *Cassiod.* 3. *Var.* 3. et 4. 45. — *Herili,* quod rectius scribitur (*Rappaport*), in *Not. degli scavi* 1890. *p.* 170. et 171. — Sunt autem populi Germanici, olim in Scandiæ insulis (*Jorn. Get.* 23. *M.*), gens « quantum velox, eo amplius superbissima » (*Id. ibid.* 117); sed « quamvis velocitas eorum ab aliis crebro bellantibus evagaret, Gothorum tamen stabilitati subjacuit et tarditati fecitque causa fortunæ, ut et ipsi inter reliquas gentes Getarum regi Hermanarico servirent» (*Id. ibid.*). — Temporibus Gallieni et Claudii Gothici primum, cum aliis barbaris, peninsulam Græcothraciam ad fauces Danubii et Pontum Euxinum inundarunt (*Trebell. Claud.* 6), ubi quod juxta paludem Mæotida in locis stagnantibus habitarent, quæ Græci *ele* (ἕλη) vocant, *Eluri* (Ἔλουροι) appellati sunt (*Jorn. Get.* 117. et 118). — Postea in Gallias immigrantes Maximianus imp. vicit delevitque (*Cl. Mamert. pan.* 5. et *gen.* 7); sub Constantio tamen et Juliano iterum comparent (*Ammian.* 20. 1. 3. et 4. 2., coll. 27. 8. 7. et *Hieronym. ep.* 125); quin etiam in Pannonia, Norico et Illyrico consederunt ac demum cum Odoacre descenderunt in Italiam, teste *Paul. Diac. hist. Rom. XV.* 8 = *Hist. miscell. XVI.* 9. « Odovacer cum fortissima Herolorum multitudine, fretus insuper Turcilingorum sive Scirorum auxiliis, Italiam ab extremis Pannoniæ finibus properare contendit ». Cf. *Eugipp. v. Sev.* 7. — Hic, Augustulo deposito, eam XIII. annorum spatio occuparunt, donec Theodericus, Gothorum rex, occiso Odoacre, illos Italia expulit (*Jorn. Rom.* 344. *M,* et *Get.* 24. 2.*sqq.* et *Excerpt. Vales.* 54). Memorantur etiam *Ennod. pan. Theod.* 18. — In sing. num., collective, *Sidon. carm.* 7. 236. Cursu Herulus, Chunus jaculis Francusque natatu ». *et* 8. *ep.* 9. in *carm.* « glaucis Herulus genis ». — De iis consulas *Seelmann, Jahrb. d. Ver. f. niederd. Sprachforsch. XII* (1886) 1-38., 58-57.; *Muellenhoff, Beovulf,* Berl. 1889. *p.* 30-32.; *Rappaport, Die Einfälle d. Goten* etc. Leipz. 1899.; *Bremer, Ethnogr. d. Germ. Stämme* Strassb. 1904.[2] *p.* 833-835.; *Schmidt, Allgem. Gesch. d. germ. Volk.* Münch.-Berl. (1909) 136-138.

HĒRUS, i, m. 2. villicus quidam Q. Ciceronis in ejus Arcano. *Cic.* 3. *Q. fr.* 1. — *Herecula,* cogn. vir., fort. ab *herus,* nisi est demin. ab *Hera,* in *Corp.* 9. 319.

HĒRYLUS, i, m. 2. (Ἔρυλος v. Ἥρυλος) nom. vir. — Scribitur etiam *Herilus, Herulus* et *Erylus* v. *Erilus, Erulus,* sine aspiratione, ut in v. Græca. — Fuit autem rex Prænestinorum ab Euandro occisus, qui tres animas habuisse in fabulis dicitur, philosophice expositas a *Laur. Lyd. de mens.* 1. 8. — De eo *Virg.* 8. *Æn.* 561.*sq. de Euandro.* « Præneste sub ipsa - hac Erulum (*al.* Herilum) dextra sub Tartara misi, Nascenti cui tres animas Feronia mater (Horrendum dictu!) dederat, terna arma movenda, Ter leto sternendus erat: - cui tum - dextra - totidem exuit armis ». Hinc patet Herylum tres quoque habuisse corpora, ut de Geryone narratur.

HĒSĬGĔNĒS, is, m. 3. (Ἡσιγένης v. Αἰσιγένης) cogn. vir. Gr., in *Laterc.* ap. *Momms.* 6769. *c.* 1. *l.* 46.

HĒSĬŎDĒUS v. **HESIODIUS**. *V.* voc. seq.

HĒSĬŎDUS, i, m. 2. (Ἡσίοδος, *Æol.* Αἰσίοδος, Bœot. rec. Εἰσίοδος) nom. vir. — *a)* *Hesiodos,* Gr. positione, scribitur in *Bull. arch. Com.* 1886. *p.* 77. *n.* 369. — *Esiodus,* omissa aspiratione, ap. *Fulgent. Myth. III.* 1 (*p.* 59.*sq. H.*). — *b)* Etymon præbet *Etym. Gud.* v. Ἡσίοδος-Αἰολικῶς ὁ τὴν αἰσίαν ὁδὸν πορευόμενος ἢ ὅτι αἰσίως ᾄδει ὅσα; cf. *Etym. M.* 438. 20. et etiam *Pind. Nem. IX.* 18. « αἰσίαν ὁδὸν σοφίας. Ex forma vero Ἡσίοδος grammatici veteres, ut *Schol. Procl.* in *Erg.* 1 (*p.* 24. 5 *G.*), significationem ita eliciebant « ἐκ τοῦ ἥσεως ἡ εὐφροσύνη καὶ τοῦ εἴδω τὸ λέγω γίνεται Ἡσίοδος ». Cf. *Croiset, HLG I. p.* 470. adn. 2.; *Bergk, Gr. Lit.-Gesch. I.* 919. 2. et *Solmsen, Unters. z. gr. Laut. u. Versl.* 238. Sed inepta mihi hæc videntur, ita ut pigeat in hisce tricis amplius immorari. — Fuit autem Hesiodus poeta vetustissimus, pro cujus vita præcipua documenta suppeditant *Anonym. de certam. Hes. et Hom.* et *Vit. Hes.*, olim *Proclo* tributa, sed falso, probabilius opus *Tzetz.* (V. *Ranke de Hes. Opp. et Dieb. comm. p.* 4. et *Suid.* in *Lex.* et cf. *Westermann, Vitarum scriptores*). — Pater Hesiodi Cumanus, ab Orpheo descendens, ex Æolide Asiæ, paupertatis causa, Ascram venit ad radices Heliconis, ex nauta agricultor, nomine Dius (Δῖον γένος *Oper.* 299., fort. eo sensu, quo δῖος ὑφορβός *Odyss.*), eumque suscepit ex matre Pycimede (*Ps. Plut. vit. Hom.* 14. *p.* 475. *H.*); hinc patria Ascræus (*Varr. R. R.* 11. 9., coll. *Paus.* 9. 38. 4., *Nicandr. Ther. II.*, *Mosch. III.* 88., *Virg. ecl.* 7. 70. et *georg.* 2. 170., *Ovid.* 4. *Pont.* 14. 33. et *Vellej.* 1. 7. 1), non Cumanus, ut quidam ex recentioribus tradunt; hinc *Ascræus* dictus ab *Ovid.* 1. *Amor.* 15. 11., *Ascræus senex* a *Virg. ecl.* 6. 70. et *Ovid.* 2. *Art. am.* 4., *Ascræus vates* ab *Ammian.* 14. 6. 8. et *Bœotius* a *Colum.* 1. 1. 7. et *Isid.* 17. *Orig.* 1. 1. Cf. etiam epitaph. *Bionis* (*Mosch. III*) 87. « Ἄσκρα μὲν γοάει σε πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο ». — De ætate, qua vixerit, disputant eruditi. *Ephorus, Accius* et *Marm. Par.* eum Homero anteriorem perhibent; contra *Philochorus* et *Xenophanes* posteriorem. De hoc scribit *Gell.* 3. 11. « Super ætate Homeri atque Hesiodi non consentitur. Alii Homerum quam Hesiodum majorem natu fuisse scripserunt; in quis Philochorus et Xenophanes; alii minorem, in quis L. Accius et Ephorus historiæ scriptor. M. autem Varro, *in primo de imaginibus,* uter prior sit natus, parum constare dicit ». Alii vero, ut *Herod.* 2. 53. et *Certam. Hom. et Hes.* eodem tempore floruisse adfirmant, et ipse *Gell. ibid.*, qui addit epigramma, quod in tripode, quem Hesiodus in certaminibus victor in Chalcide Eubœæ sibi promeruit (*Oper. vv.* 654-662), ostendit. Sed Alexandrini ex ejus poemate vel ex aliis ei adtributis eum post Homerum vixisse tradunt; nec ideo tamen parcendum Ciceroni, qui Hesiodum pluribus seculis a Mæonio poeta distare ait *Cat.* 15. 245. Recentiores tamen historici sæculum inter eum et Homerum intercedere communiter sentiunt, ita ut probabilius videatur eum a. 800. a. Chr. vixisse. Cf. *Vellej.* 1. 7., qui Hesiodum dicit circa centum viginti annos distinctum ab Homeri ætate. et *Solin.* 40., qui scribit inter utrumque centum triginta octo annos interfuisse. Adde *Hieronym.* in *chron.* ad an. Abr. 1017. et 1208. et *Plin.* 14. *Hist. nat.* 1. 1. (3). — Mortuo patre, jura paternæ hereditatis contra Persen, fratrem suum, prodigum et improbum hominem, defendere coactus est coram judicibus, quos vocat δωροφάγους (*v.* 39), id, quod dici potest Hesiodei poematis fundamentum (*Croiset, op. cit. I. p.* 470); quamquam, utrum fuerit hoc verum, an a poeta fictum, definiri nequit, quod tamen haud probabile arbitramur. — Nihil vero certi statui potest de itineribus poetæ in Chalcidem, ubi in certaminibus victorias dicitur reportasse ac præmia; nec de ejus morte, qui dicitur occisus Naupacti ab hospite in nemore sacro Jovi Nemæo et ejus cadaver in mare projectum, a delphinis ad litus vectum sepultumque Ascræ, dein serius Orchomeni, ubi *Pausanias* (9. 38) sæc. II. ær. vulg. sepulcrum invisit (Cf. *Tzetz.* Γένος Ἡσιόδου, *Anon. cert. Hom. et Hes.* et *Plut. de sept. sap.* 19); porro occisor vel, ut alii referunt, occisores vivi in mare præcipitati sunt eorumque domus destructa (*Plut. ibid.*). — Porro ex hac fabula alia orta de Hesiodi resurrectione, quia de duplici sepultura veteres mentionem faciunt, quod alii de duobus Hesiodis explicari posse ostendunt, ut *Göttling,* qui ejus fragmenta collegit, in *proleg. p. XIII.sqq.* Hinc epigramma, Pindaro adtributum (*Procl.* in Γένος et *Suid.* in Ἡσιόδ. γῆρας) « Χαῖρε δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας, - Ἡσίοδ' ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης ». Cf. *Symm.* 7. *ep.* 20. « Hesiodum ferunt, posito senio, in virides annos rediisse ».

Aliter Preger, Inscr. gr. metr. 200. Credi tamen id potest, eum senium transegisse in Locride ibique obiisse haud procul a Naupacto. — Hesiodus vir fuit excellentis ingenii maximæque sollertiæ, ut ex ejus operibus elucet, quorum præcipuum Ἔργα καὶ Ἡμέραι. — 1.°) Argumentum ejus varium dividi potest in IV. partes, quæ sunt — a) hortatio ad laborem(ἔργα), sententiis admixta, vv. 1-382.; quam præcedunt hymnus in honorem Jovis (1-10), pars theogoniæ (11-24) et ethica (25-40), dein mythus Promethei et Pandoræ (42-104) et descriptio quinque mundi ætatum; mox alii quasi nuclei ethici et georgici cum apologo de accipitre et luscinia (202-212); — b) consilia de agrorum cultu, quibus monita de navigatione accedunt (vv. 383-694); — c) præcepta, ad religionem pertinentia, vv. 695-764.; — d) quoddam kalendarium, in quo dies (ἡμέραι) indicantur fasti et nefasti, vv. 765-828. — Hæ autem ad duas potissimum redigi possunt, ethicam videlicet (1-382) et georgicam (383-828), ita ut poema dici possit didascalicum, quod Virgilius in sua Georg. (III. 176) sibi exemplar proposuit. — 2.°) Unitas operis et auctoritas (αὐθεντία) a criticis recentioribus (Twesten, Canna, Bernhardy, Lehrs) in dubium vocatæ sunt, ex eo quod ordo desideratur et poema interpolatis additamentis fragmentisque, recentius simul artificiose coagmentatis, constare videatur. Quod quidem haud absurdum nec omnino falsum putamus; sed etiam animadvertimus, non esse ab antiquissimo poeta eam scribendi componendique artem expostulandam, quam in posterioribus, philosophiæ aliarumque doctrinarum ope adjutis, merito admiramur. — Sexdecim poemata Hesiodo adjudicantur generatim a veteribus, a recentioribus nonnullis tria tantum, quæ sunt: Ἔργα καὶ Ἡμέραι (vv. 828); Θεογονία (vv. 1022), quod quamvis quibusdam videatur « rudis indigestaque moles », verum poema dici merito potest, ubi auctor aliquando alte assurgit, ut in Titanomachia, vv. 618-720.; et Ἀσπὶς Ἡρακλέους (vv. 480), quod poemation haud magni habetur; vel duo tantum priora, ceteris, uti sunt Ἡρωογονία, Γυναικῶν Κατάλογος, Μεγάλαι ἠοῖαι, Ὕμνοι, Θεῖοι λόγοι, Γῆς περίοδος, Φοινικικά, Περὶ ταρίχων etc., rejectis; quin eo ventum est, ut unicum poema ei tribuatur, id est primum, quod communi veterum judicio plane genuinum existimatur, teste Paus. 9. 31. 4., qui tradit etiam Bœotas, ad Helicona habitantes, hoc solum credidisse germanum Hesiodi opus. — 3.°) De operis indole, lingua, stilo et versibus hæc breviter adduntur. — Poesis hæc Bœotica, inter silvas et pascua nata, maxime differt a Ionica, quæ vividis coloribus fulgida, ut pictura, imaginandique vi plena est et quadam quasi juventute florens; illa tristis ad laborem excitat et cantum, ut communium calamitatum pondus levetur, hæc læta ac fervida vitæ non severitatem sed voluptatem spectat. Est igitur Hesiodeum carmen, heroico metro scriptum, austerum simul et suave ac populare. — Lingua porro, qua poeta utitur, est dialectus prisca Ionica, vocibus ac formis admixta archaicis, Æolicis et Doricis, aliquando rudioribus, magis tamen, quam Homerica, grammaticæ adhærens. — Stilus autem maxima simplicitate nitet. — Versus denique agiles et concitati sed ex spondeorum copia graves, nec strophis contexti, ut somniarunt Soetbeer, Koechly, alii, quæ lyricorum propriæ sunt. — Ad hæc vis in eo epica sed Homericâ inferior; ambo tamen, Homerus et Hesiodus, poesi lyricæ ac dramaticæ quasi proludere videntur. Ceterum hæc tam placuit antiquitati, ut Hesiodi versus in tabula ærea incisi fuerint, quo iis, qui sacrum Heliconis nemus invisebant, conspicere fas erat (Paus. 11. 31. 4). — Operum Hesiodeorum fragmenta ediderunt Loesner (1778), Gaisford (Oxf. 1814-1820. et Leipz. 1823), Goettling (1831), Lehrs et Marckscheffel (1840), Fick (1887), Koechly et God. Kinkel (1870) et Kinkel (1877), Paley et Sittl (1889), Rzach (1902. et 1904), coll. Waltz (1909) et Franz (1911). — Aliqua nuper fragmenta, reperta in papyris, edita sunt a Wilcken, Wessely, Nicole, Rzach et Reitzenstein. — Memoratur Cic. 15. 54., qui Hesiodum doctum vocat. et ibid. 7. 28., quem in suis studiis non coegit obmutescere senectus. Quintil. 10. 1. 53. de Theogonia « Raro adsurgit Hesiodus magnaque pars ejus in nominibus est occupata; tamen utiles circa præcepta sententiæ levitasque verborum et compositionis probabilis daturque ei palma in illo medio genere dicendi » (Nomina tamen erant illi, non nobis, ejusque auditoribus magnorum factorum monimenta et ad imitandum quidam igniculi). et 5. 11. 19., ubi primum fabularum auctorem Hesiodum haberi scribit (Cf. Lact. 1. 5., Cic. 1. Nat. D. 14. 36. et 15. 41. et Varr. 1. L. L. 3. 20). et Plin. 18. Hist. nat. 24. 56. (201)., a quo princeps hominum vocatur, qui de agricultura præceperunt, ac pluribus locis laudatur. et Hieronym. ep. 60., qui ait Hesiodum natales hominum plangere, gaudere in funere. et Vellej. 1. 7. et Manil. 2. 11., qui eum mollissima carminum dulcedine memorabilem, otii quietisque cupidissimum ei, ut tempore Homero, ita operis auctoritate proximum fuisse dicunt. et Eutyd. ap. Athen. 3. 116., qui eum μουσικώτατον appellat. Adde Apul. orthogr. 44., Hygin. fab. 154. et astr. 2. 1. 20., 25. et 34., Ovid. 1. Met. 4., 11. et 13., Senec. ep. 27. 6. et 88. 6., benef. 1. 3. 6. et 10. et apoc. 14. 2., Fulgent. myth. 3. 1., Mythogr. II. fab. 51. et III. fab. 11., Chalcid. comm. in Tim. Pl. 123. et 134., Auson. ep. 16. 29., Minuc. Oct. 19. 11., Schol. ad Hor. 1. Od. 3. 29., Tertull. cor. 7. et adv. Valent. 12., Augustin. doctr. Chr. 2. 17. etc. — De priscæ artis monumentis, ad eum spectantibus, nihil dicimus; id tantum monemus a. 1884. repertam fuisse effigiem Hesiodi in musivo opere Trevirensi, editamque a Wolters in Jahrb. d. Arch. Inst. V. p. 215.sqq., unicam, quod sciam, serioris ætatis Romanæ, ut ex mendosa orthographia facile deducitur. — De ejus lingua consulas Rzach, Der Dial. d. Hesiod. Leipz. 1876. et Paulson, Index Hesiod, Lund 1890. — De prosodia Paulson, Stud. Hesiod. I. de re metrica, Lund 1887. — De mythol. et archæol. Flach, Das Syst. d. hesiod. Kosmog. Leipz. 1874.; Martin, Tradit. homer. et hesiod. etc. Paris 1878.; Waltz, Hésiod. charr. et géom. in Rev. d. Étud. anc. XIV (1912) 255.sqq., Bonner, Admin. of just. in the age of Hes.: Class. Phil. VII (1912) 17.sqq.; universim Peppmüller, Zu Hesiod. Philol. XXXIX. 385.sqq. et XLI. 1.sqq.; Schwartz, Charackt. aus d. ant. Lit. I. Hesiod. u. Pind. Leipz. 1912.; Croiset, op. cit. I. 458-575.; Lisco, Quæst. Hesiod. crit. et myth. Gott. 1903. et Setti, Esiodo, Bologn.-Mod. 1909. — Hinc Hesiodeus (Hesiodius), Ἡσιόδειος, adj. Symm. 1. ep. 52. Ut ille pastor Hesiodius, quem poetica lauro Camœnalis familia coronavit. Sidon. carm. 9. 213. Non hic Hesiodea pinguis Ascræ Species carmina. Adde Cic. Brut. 4. 15. — Hesiodion, absol., Gr. posit., carmen petitum ex poemate Hesiodi. Auson. edyll. 18. in lemm. — Hesiodicus, adj. Serv. ad Virg. 2. G. 176. Hesiodicum carmen.

HĒSIŎNA, æ, et Hesione, es, f. 1. (Ἡσιόνα, Ion. Ἡσιόνη: cf. ἦσις, delectatio) nom. mul. — Scribitur etiam Esiona et Æsiona in quibusd. Codd. mss. — Declin. in Acc. Hesionen ap. Martial. spect. 27. 10. et Dracont. carm. 8. 227. — Vulg. Hesionem ap. Mythogr. II. fab. 199. — Hesiona ap. Næv. tr. lemm. p. 9. R. et Serv. Virg. 1. Æn. 550. et 619. — Hesionam ap. Plin. 35. Hist. nat. 10. 37. (114). — Genet. Hesionæ ap. Virg. 8. Æn. 157. — Abl. Hesiona ap. Varr. L. L. 7. 107. M. (Sp. Esiona), Hygin. fab. 97., Gell. 10. 25. 93. et Dict. 1. 6. — Memorantur ¶ 1. Hesiona, Danai filia, ex Atlante mater Electræ Dict. 1. 9. et 4. 22., coll. Scholl, Eur. Phœn. 1129. V. et Gruppe Gr. Myth. 303.sq. ¶ 2. Hesiona, filia Laomedontis, regis Trojæ, unde Phrygia dicta Val. Fl. 4. 164., et Strymonis v. Leucippes (Apollod. 3. 146). — Eam Heracles a monstro marino, cui objecta fuerat, ob violatam a patre fidem (V. LAOMEDON), sagittis occiso, liberavit et Telamoni dedit uxorem (Cf. Hom. Il. 20. 144.sq.), cui Teucrum peperit (Hygin. fab. 89., coll. 31. et 97. et Dict. 4. 22). — Hujus porro petitu pro Laomedonte, quem Heracles interemit, Priamus, ejus frater, regnavit (Mythogr. I. fab. 204., coll. Virg. 8. Æn. 158). — Salaminam vero quum esset a Telamone ducta, Antenor, quem illuc Priamus miserat, ut eam repeteret, nihil obtinuit (Dar. 3.sq.: cf. Weicker, qui quæ fabulosa feruntur de Hesione, diligenter persequitur in PWK 8. 1240.sqq.). — Memoratur etiam Serv. ad Virg. 1. Æn. 559. et 619., 3. 3., 5. 3., 8. 157. et 291. et 10. 91., Ovid. 19. Her. 69. et 11. Met. 217., Lucan. 9. 970., Dracont. carm. min. 8. 52., 227. et alib. — De priscæ artis monumentis, ad eam spectantibus, vd. Plin. 35. Hist. nat. 10. 37. (113)., qui refert Hesionem pictam fuisse ab Antiphilo. Cf. et Helbig, Wandbilder 1129., 1130. et 1131., Führer II.[2] 892. et Mau Röm. Mitt. VIII (1893) 42., non Gerhard, Apul. Vasen Taf. 11. p. 15-18. — De tragœdia Hesiona, a Nævio composita, vd. Gell. 5. 25. et Varr. L. L. 7. 107. M., cujus fragmenta collegit Ribbeck, Röm. tr. frgm. 44.sq. ¶ 3. Hesiona, filia Oceani et Thetydis, uxor Promethei (Schol. Æsch. Prom. 553), mater Deucalionis (Acus. fr. 7). — Altera filia Danai ex Jove mater Orchomeni (Schol. Apoll. Rh. 1. 230) et aliæ omittuntur, nam de iis apud scriptores Latinos nulla est mentio.

HESIS et Hæsis, is, f. 3. oppidum Umbriæ. V. ÆSIS.

HESPĀNUS, i, m. 2. nom. vir., idem fort. quod Hispanus, in Corp. 3. 5112.

HESPER. V. HESPERUS.

HESPĔRĒTHŪSA, æ, f. 1. una Hesperidum, soror Æglæ et Erethusæ, ap. Mythogr. II. fab. 161. V. HESPERIDES.

HESPĔRIA, æ, f. 1. (Ἑσπερία) nom. geogr. et pers., ab Ἕσπερος dicta, quæ est occasus vel occidens.

I.) Hesperia, nom. geogr. ¶ 1. Hoc nomine appellata est Italia a Græcis, quod sit ad occidentem Græciæ sita. Hinc Virg. 1. Æn. 584. « Est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt, Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ: Œnotrii coluere viri: nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem ». Adde ibid. 3. 163.sqq. Memoratur etiam Macrob. 1. Sat. 3. 15., Horat. 3. Od. 6. 8. et 4. 5. 38., Ovid. 1. Fast. 498., Petron. sat. 122. et 115., Sil. It. 1. 4., 50., Claudian. carm. 1. 168. et 5. 2., 15. et 326.; 20. 537.; 26. 317. et 28. 91. et 340. et, ex Græcis, Apoll. Rh. Arg. 3. 311. et Dion. Hal. 1. 35. — Serv. autem ad Virg. 1. Æn. 530. et alib. alias addit rationes, astronomicam et mythicam, cur Italia sic vocetur, nempe « ab Hespero, stella occidentali (quam intuentur petentes Italiam), vel ab Hespero, Atlantis fratre, qui, in Italiam pulsus a germano, eam tenuit eique nomen pristinæ regionis imposuit, ut Hyginus docet ». ¶ 2. Item Hispania, quod ad occidentem sit Italiæ, hac tamen differentia, quam adfert Isid. 14. Orig. 4. 19., coll. 4. 28. ex Serv. (loc. cit.): « Italia autem et Hispania idcirco Hesperiæ dictæ, quod Græci Hespero stella navigent et in Italia et in Hispania; quæ hac ratione discernuntur: aut enim Hesperiam solum dicis et significas Italiam, aut addis ultimam et significas Hispaniam, quia in occidentis est fine ». Hinc Horat. 1. Od. 36. 4. Qui nunc Hesperia sospes ab ultima. Adde Schol. ad l. Cf. HESPERIDES et ITALIA.

II.) Hesperia, nom. pers. V. HESPERIE.

HESPĔRĬDES, um, f. plur. 3., et

HESPĔRĬĒ, es, 1., et

HESPĔRĬUS, a, um, adject. cum aliis deriv. V. voc. seq.

HESPĔRUS, i, m. 2. (Ἕσπερος) nom. pers. et geogr. — a) Scribitur Hesperos, Gr. posit., ap. Auct. eleg. in obit. Mæcen. 129. « Quæsivere chori juvenem sic Hesperon illum ». — In recto Hesper in titulis haud raro occurrit. V. infra. — b) Etymon seu origo vocabuli videtur trahi posse a Skr. divas-para, h. e. diei finis. Cf. Teut. West et Westen (V. Curtius, Grundz. d. Gr. Etym. [1873] p. 380). Cf. tamen et Eosphoros (Ἑωσφόρος), ab ἕως, aurora seu lux, et φέρω, fero; advesperascente enim die primus vivida inter stellas luce internicat, ut ultimus, ante auroram lucens, disparet. Lucifer vero dicitur quum solem antegreditur; Hesperus, quum solem subsequitur. V. HESPERUS in Lexico (Cf. Gundel, De stellarum appellatione etc. 23., 25. et 28. et alib.).

I.) Hesperus, nom. pers. ¶ 1. Fuit, in fabulis, filius Auroræ et Cephali, pulcritudine eximius; quare etiam cum Venere certasse dicitur, qui in cælum translatus inter astra colluxit, Stella ideo Veneris (Ἀφροδίτης ἀστήρ) dictus (Hygin. 2. astr. 42., coll. Cic. 2. Nat. D. 20. 53) et etiam Phosphorus (Schol. Germ. p. 103., 166. et 229). Memoratur Calpurn. 5. 121. Hesperus frigidus. ¶ 2. Item filius Iapeti et Asiæ, frater Atlantis, Epimethei et Promethei, qui, ut Diodorus (3. 60. et 4. 27) ait, dicitur conscendisse cacumen Atlantis montis ad cursus astrorum observandos et numquam deinde comparuisse; propterea ei vulgus honores divinos exhibuit astrumque lucidissimum ejus nomine appellavit. Sed alii tradunt, Hesperum una cum Atlante fratre in Mauretaniam migrasse, deinde in Hispaniam ac tandem, a fratre ex Hispania expulsum, in Italiam venisse patremque exstitisse trium vel quattuor filiarum, quæ hinc Hesperides sunt vocatæ (Serv. ad Virg. 1. Æn. 530. et 4. 484. et 3. Ecl. 30).

II.) Hesperus, nom. geogr., sc. montis apud Æthiopas. Plin. 2. Hist. nat. 106. 100. (237). — Hinc a) Hesperius (Ἑσπέριος) — α) Adj. ad Hesperum vel ad Hesperides vel ad Hesperiam pertinens. Ovid. 4. Met. 214., Sil. It. 1. 130. et Lucan. 3. 359. axis. Ovid. 11. Met. 257. fretum. i. e. occidentalis oceanus. Val. Fl. 8. 91. orbis. Stat. 3. Theb. 407. pontus. Albinov. Germ. 4. mundus. Ovid. nuc. 111. rex. i. e. Hesperus v. Atlas. Lucan. 1. 589. Bætis. et 6. 603. portus. Propert. 2. 24. 26. draco. i. e. qui mala Hesperidum custodiebat. Lucan. 1. 555. Calpe. Stat. 3. Silv. 5. 20. Thule. Horat. 2. Od. 1. 32. ruina. i. e. Itala. et 2. Od. 17. 20. unda. i. e. Hispana. Virg. 2. Æn. 781. terra. i. e. Italia. Horat. 4. Od. 15. 16. cubile. i. e. Hispanum. Virg. 7. Æn. 601. Latium. Lucan. 5. 703. duces. h. e. in Italia bellantes. Horat. 1. Od. 28. 25. fluctus. i. e. Itali. Lucan. 9. 654. columnæ. Ovid. 2. Met. 325. Naides. Claudian. carm. 7. 66. urbes. — Abs., occidentalis. Claudian. carm. 19. 35. de Eutrop. eun. Hesperius nunquam, jam nec Eous eris. Ovid. 1. Amor. 15. 29. Gallus et Hesperiis et Gallus notus Eois. Adde Propert. 2. 3. 43., Manil. 1. 642., coll. Mel. 3. 101. — Hesperii, populi circa Hispaniam, ap. Isid. 9. Orig. 2. 126. — Hinc Hesperii dicti Æthiopes occidentales, ap. Plin. 6. Hist. nat. 30. 35. (197)., ubi alii leg. Hesperios vel Hesperiae. — Hesperion Ceras. V. infra. — β) Cogn. vir. Corp. 3. 568. et 8. 5423. — Fuit ita nuncupatus: Filius Ausonii poetæ, plenius Hesperius Aquilius, proc. Africæ sub Valente, Gratiano et Valentiniano (Cod. Theod. 15. 7. 3. et 16. 5. 4. et Cod. alt. 11. 65. 3. et Ammian. 28. 6. 28), qui et præf. prætor. a. 377. et 379-380 (Auson. protrept. 44. et Cod. Theod. 1. 15. 8., 6. 30. 4., 7. 18. 2. et 8. 18. 6), quod præfecturæ munus in Italia, Illyrico et Africa (Cod. Theod. 8. 5. 34) et etiam cum patre in Galliis gessisse colligitur ex Gratiar. act. 2. 7. et 11. Tres autem filios habuit, quorum junior, Pastor appellatus, immature obiit (Auson. parent. 11-13). — Item comes, vir illustris, a. 385., cujus meminit Symm. relat. 23., fort. Ausonii poetæ nepos. — Item vir tribunitius « gemma amicorum litterarumque »: ita Sidon. 4. ep. 22 (al. 24) a. 477. — Hesperie, una Hesperidum (V. infra) et Naiadum (V. NAIADES). — b) Hesperio (Esperio), cogn. vir., demin. Græcorum more. Corp. 5. 4418. et 8. 3992. — c) Hesperinus (Ἑσπερινός, vespertinus), cogn. vir. in Inscr. ap. Fabretti p. 623. n. 200. — d) Hesperis (Esperis), Ἑσπερίς — α) Subst. — Nom. pers., sc. una ex Hesperidibus (V. infra); itemque mater Cretæ seu Creteæ, ejus, a qua insula Creta dicitur nomen sumpsisse (Plin. 4. Hist. nat. 12. 20. [58]. et Capell. 6. p. 211). — Est etiam nom. geogr., sc. civitas, a qua Hesperides insulæ sunt appellatæ (Isid. 14. Orig. 6. 10). — β) Adj. ab Hesperia, qua Italiam significat. Virg. 8. Æn. 77. Hesperidos aquæ. i. e. Italicæ. — e) De Hesperide herba V. Lexicon. — f) Hesperides (Ἑσπερίδες), patronym. ab Hesperus — α) Filiæ seu nepotes Hesperi (Ovid. 11. Met. 114), vel filiæ Atlantis fratris (Serv. ad Virg. 4. Æn. 484) aut Noctis et Erebi (Hygin. præf. fab. et Cic. 3. Nat. D. 17. 44), communi vocabulo Nymphæ dictæ. — Harum vero numerus et nomen varie apud varios distinguuntur. Alii namque tres fuisse docent, uti sunt Ægle, Erethusa, Hesperethusa ap. Mythogr. II. fab. 164.; Ægle, Arethusa, Hesperusa ap. Serv. loc. cit.; Ægle, Hesperis, Aerica (corrupt.) ap. Hygin. loc. cit. et Ægle, Hesperis, Arethusa ap. Lact. Stat. 2. Theb. 285.; alii vero quattuor admittunt, quæ sunt Ægle, Hesperis, Medusa, Arethusa, ut Fulgent. in cont. Virg. p. 155. M., et Ægle, Hesperie, Medusa, Phaethusa, ut Mythogr. III. fab. 13. — Sine nomine, universim. Mel. 3. 101., Hygin. fab. 151. et Mythogr. I. fab. 38., coll. 39. et 106. — Finguntur hortos amœnissimos possedisse in Africa (fort. in Cyrenaica) juxta Lixon coloniam, ubi erat auriferum nemus cum malis aureis, quæ a pervigili Dracone custodiebantur. Hercules tamen, eo penetrans Eurysthei jussu, Draconem occidit et aurea mala ad eum adtulit (Hygin. fab. 31). — Fabulam interpretatus Serv. ad Virg. 4. Æn. 484., per mala aurea significari dicit oves, purpuream lanam ferentes, quas Hercules ex Africa in Græciam exportaverit. Nam μῆλον et pomum est et ovis; Draco vero nomen fuit servi Hesperi regis. — Aliter Plin. 5. Hist. nat. I. 1. (3). et Solin. 24., ex quorum sententia fuit æstuarium maris meatu flexuoso instar draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur, ac præter oleastrum aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore exstitit. — Memoratur hæc fabula etiam Varr. R. R. 2. 1. 6., Lucret. 5. 35., Virg. 6. Ecl. 61. et alib., Propert. 3. 22. 10., coll. 2. 24. 26., Sil. It. 1. 481., 2. 78. et alib., Stat. 3. Silv. 1. 159. et 2. Theb. 281., Senec. Herc. f. 535. et Œt. 18., Lucan. 9. 358., Juvenal. 14. 114., Claudian. carm. 8. 38., 21. 252., 24. 335. et alib., Auson. edyll. 19. 11., Martial. 4. 64. et Spect. 21. — β) Item insulæ, ita appellatæ vel ab Hesperidibus nymphis, vel ab Hesperide civitate in fine Mauretaniæ, ultra Gorgadas sitæ, in intimis maris sinibus, in quarum hortis fuerit Draco, malorum aureorum custos (Isid. 14. Orig. 6. 10. et Mel. 3. 103). — Duas fuisse tradit Plin. 6. Hist. nat. 32. 36. (201). subdens, circa hoc omnia incerta esse. Adde Solin. 56. et Prisc. per. 575. — Vivien de Saint-Martin, Le Nord de l'Afr. p. 392.sqq. eas collocat in eo, qui nunc dicitur Arcipelago de Bissagos. Cf. tamen Müller zu Ptol. I. p. 734.; Fischer, De Hannonis periplo 86.sqq. et Ruge, Peterm. Mitt. 1894. p. 187. — g) Compos. Hesperuceras (Ἑσπέρου κέρας Ptol.), h. e. Hesperi cornu sive occidentale (Hesperion ceras), promontorium Africæ, ad occidentem situm, nomen ab Hannone datum sinui, quem facit oceanus Atlanticus in ora occidentali continentis Africanæ, inter promont. Arsinarium (Capo Bianco) et Catharum (Capo Verde); immo ex aliorum sententia ipsum hod. dictum Capo Verde. Memoratur Mel. 3. 96. et 99., Plin. 5. Hist. nat. 1. 1. (10). et 6. ibid. 30. 35. (197)., Capell. 6. p. 226. et, ex Græcis, Diod. 3. 68., Hann. per. 14. et Ptol. 4. 6. 7.

HESSĒNI. V. ESSENI.

HESTER. V. ESTHER.

HESTIA, æ, f. 1. Latinis nusquam nisi græce scriptum (Ἑστία). Cf. Cic. 2. Nat. D. 27. 67. V. VESTA.

HESTĬÆA pro Hestiotis ap. Plin. V. voc. seq.

HESTĬÆŌTIS, idis, f. 3. (Ἑστιαιῶτις v. Ἱστιαιῶτις) Scribitur etiam Histiæotis et Istiæotis. — Memorat Plin. 31. Hist. nat. 2. 9. (13)., ubi refert, teste Eudico, duos ibi fontes esse, Ceronam nempe, ex quo bibentes oves ait nigras fieri, et Neleam, ex quo albas; ex utroque autem varias.

HESTĬÆUS. V. HISTIÆUS.

HĒSŬCHIUM v. Hesychium, ii, n. 2. cogn. mul., deminutivorum ratione, ὑποκοριστικῶς, ab ἡσυχία, quies, factum, quod tamen construitur ut nom. f. (V. ABROTONIUM, GLYCERIUM aliaque similia). Inscr. ap. Garrucci. Syll. n. 1336.

HĒSUS, i, m. 2. ¶ 1. Nomen unius ex vectoribus navium, ap. Petron. sat. 104. ¶ 2. Item dei cujusdam. V. ESUS.

HĒSȲCHĬUS, ii, m. 2. (Ἡσύχιος: ab ἡσυχία, quies, tranquillitas) nom. vir. — Scribitur etiam Esychius v. Esuchius, sine aspiratione. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — Vir quidam, procons. Achaiæ a. 435. sub Theodosio et Valentiniano impp. Cod. Theod. 6. 28. 8. — Item tribunus, legatus missus ad Theodericum, Gothorum regem in Hispania, a. 456. Hydat. in chron. — Item vir Ægyptius, sæc. III. p. Chr., qui criticam emendationem LXX. interpr. (Hieronym. præf. in Paral. et comm. Is. ad LVIII. 11) et recensionem textus N. T. vel Euangeliorum (Id. præf. in Euang.) confecit. Cf. Eus. h. e. 8. 13. 7. — Item Hierosolymitanus, a. 433. p. Chr., qui multa scripsit jam deperdita, ex quibus est historia eccl.; quamquam sub ejus nomine cl. Migne (P. gr. XCIII) edidit interpretationem Levitici, latine versam; fragm. Græca in Psalmos; scholia in Ezech., Dan., Act., Jac., Petr. 1. etc.; στιχηρόν XII. proph. et Is.; συναγωγὴ ἀποριῶν καὶ ἐπιλύσεων; homilias; martyrium s. Longini cent. (V. Bardenhewer, II. 184.sqq.; Swete, Intr. to the O. T. gr. 78.sq. et Nestle, Einl. in d. gr. H. T. 199. sqq.). — Item Alexandrinus (Περιεργοπένητες dictus), lexicographus doctissimus, sub Hadriano imp. (ed. Schmidt, Jen. 1858-1868). De eo cons. Ranke (1831), Weber (1867), Immisch (1885), Egenolff (1890), Headlam (I. Phil. 1910). — Item Milesius, qui floruit sub Anastasio Justino et Justiniano, lexicographus (Ὀνοματολόγος dictus) ap. Suid. ad v. et cujus fragmenta collegit C. Müller, Hist. gr. fragm. IV. p. 155-177 (V. Schultz, PWK 8. 1322. sqq.). Verum hi duo postremi aliique a Latinis scriptoribus, quod sciam, non memorantur. — Hesychia, matrona quædam, quæ ob intentatum crimen in domo apparitoris, cui custodienda est tradita, multa pertimescens et sæva, fulcro plumeo vultu contracto incubuit et animam occluso narium spiramento effudit. Ita Ammian. 28. 1. 47 (a. 368). ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 8. 2134. — Hinc — a) Hesyche, cogn. mul. Corp. 5. 7029. — b) Hesuchium (V. suo loc.). — c) Hesychus (Ἥσυχος), cogn. vir. ingen. ac libert. Itemque nom. serv., varie scriptum. Corp. 5. 2224. et 9. 6128. et 3235. — Ibid. 10. 3284. Esichus. — Fuit etiam hoc nomine heros Atticus, de quo Friedländer, PWK 8. 1330.sq.; sed nemo ex Latinis scriptoribus de eo loquitur.

HĒSȲCHUS. V. voc. præc.

HĔTÆRUS, i, m. 1. (Ἑταῖρος, sodalis, amicus), cogn. vir. Corp. 2. 1342. et 8. 2778. — Hetæra (Etæra), cogn. mul., libert. gen. C. 9. 2487. et 4846. — Fuit ita inscripta comœdia Turpilii, cujus fragmenta edidit Ribbeck p. 94.sqq.; item una ex Atellanis poetæ Novii ap. eund. ibid. p. 261. et unus ex Laberii mimis, ibid. p. 287. — Deriv. Hetærice, cogn. alæ, ab ἑταιρικός, sodalitius, factum, ap. Nep. Eum. 1. — Hetærianus, cogn. vir. Corp. 2. 64., sed parum certæ lectionis.

HĔTĒRĒA et Heteria, æ, f. 1. (Ἑταιρία v. Ἑταιρεία, societas) — a) Cogn. mul. in Inscr. ap. Wilmanns, n. 424. — Corp. 9. 4266 s. Heteria. — b) Est etiam nom. insulæ in Inscr. ap. Le Bas, Voyag. en Grèce, Smyrn. n. 1. — Hinc Hetereius (Etereius), nom. vir. gent. Corp. 3. 576. Ibid. 8. 8048. Etereius. Adde Cic. 13. Att. 50.

HĒTH, indecl. m. nom. vir. (Hebr. Hhêth v. Hhath « timor, pavor »; LXX. Χετταῖος; Vulg. modo Heth, modo Hethæus vertit) filius Chanaan (Gen. 10. 15), cujus posteri Hethæi dicti (Ibid. 25. 9. et 49. 29. et 30). — Hinc Hethæus — a) Adj. ad Hethæos pertinens (Gen. 25. 29., 26. 34., 1. Reg. 26. 6. et 2. ibid. 11. 1. et Ezech. 16. 3., ubi pro Cethæa legend. Hethæa). — b) Subst. seu abs., sensu collectivo, Hethæus, sing. num., pro Hethæis (Num. 13. 30). — Sæpius in plur. num. Hethæi (Hebr. Hhiththîm, LXX. Χετταῖοι) posteri Hheth (Gen. 15. 20), populus numero ac vi magnus, ad Syriæ septentr. situs; in monumentis Ægyptiis vocatus Khitti, in Assyriis vero Hhat-ti v. Hha-ti. — An Κήτειοι ap. Homer. Od. 11. 521. sint iidem qui Hethæi sacrarum Scripturarum et text. Ægypt.-Assyr., non constat; sed, quomodocumque res sit, nom. Hethea v. Hittite videtur hod. idem esse ac Hhatta et Kefr Hhatta in Palæstina et Tell Hhatta non longe a Cades ad Orontem. — Ceterum etiam nunc de hujus populi origine disputant eruditi, ut Halévy (La langue des Hittites d'après les text.

Ass. in *Recherch. bibl. p.* 270-288. et *Deux. Inscr. héth. de Zindjirli* in *Rev. Semit. I. p.* 242-258), qui eam Semiticam esse defendit, præcipue ex ejus lingua, quam Semiticis vocibus dicit admixtam. Quæ quidem sententia nullius est momenti, si consideretur id universim facile evenire ex populorum admixtione, ut de Hethæis dicere fas est, qui, Syris proximi, aliquot ex his vocabula fuerint mutuati. *Jensen* vero non originis Semiticæ sed Armeniacæ vult esse Hethæos *(Hittiten u. Armenien,* Strasb. 1890). At pleraque eruditorum pars eos putat, ex septentrione egressos, Syriam invasisse, ubi sum Semitis confusi sint *(Sayce, The hamathite inscr.* in *Transact. of the Soc.* etc. *V.* 1877. *p.* 27-29. et *The monum. of the Hittites, ibid. VII.* 1882. *p.* 251-252. et 288-293.; *Lenormant, Les Orig. de l'hist. II. p.* 267.; *Meyer, Gesch. d. Altert.* Stuttg. 1884-1893. *I. p.* 213.; *Max Müller, As. u. Eur.* Berl. 1887. *p.* 226.; *Winckler, Gesch. Isr.* Berl. 1895. *I. p.* 134-136.; *Maspero, Hist. anc. II. p.* 358. et *Lantsheere, De la race et de la lang. des Hittites* in *Compt. rend. du congr. scient.* etc. 1891. *VI. sect. p.* 173.*sqq.),* quod probatur ex ipsis Hethæorum imaginibus, quæ in monumentis Ægyptiis repræsentantur, a Semiticis diversæ; præsertim autem (quod exiguum ac leve videtur) ex eorum calceamentis, quorum forma fere in omnibus monumentis conspicitur, ad populos Asiæ Minoris pertinentibus *(Perrot, Mém. d'arch., d'épigr. et d'hist. p.* 52.*sq.* et *Hist. de l'art dans l'antiq. IV.* 562-564); tum ex lingua, quæ, ut ex *Tell el-Amarna* tabulis patet, a Semiticis valde differt. Hinc, si non certam, at probabiliorem arbitramur eorum opinionem, qui Hethæos ex Asia Minore originem duxisse putant *(Sayce, Wrigt, Perrot, Lenormant, Max Müller, Lantsheere, Hirschfeld);* quamquam non infitiamur in statuenda Hethæorum lingua doctos inter se discrepare. Sane *Ball (Proceedings of the Soc. of bibl. Arch.* 1887. *p.* 67-77. et 153.; et 1888. *p.* 424-436. et 437-449) eam cum lingua Indo-europ. confert; *Lantsheere* affinem censet populorum linguis, regiones Patin, Milid, Tabal, Kummuh, Kasku et Ciliciam incolentium *(De la race p.* 173-176), ejusque ac gentis incunabula facit Melitenem in Cappadocia orientali (Cf. et *Ramsay-Hogarth, Prehellenic monum. Cappad.* in *Rec. d. trav. XIV. p.* 77); et *Jensen* ad Armeniam vel Proto-Armeniam familiam pertinere existimat *(loc. cit.),* qui, de eorum quoque religione disserens, monet voces, quæ in præfixis propriorum nominum apud eos leguntur (Τροκο-, Ρω-, Ια-, Τεϐ: etc.), esse nomina deorum ac præcipue solarium (Cf. etiam *Bezold* in *Proceed. of the Soc. of bibl. Arch.* 1886-1887. *IX. p.* 377. et *A cuneif. List of gods, ibid.* 1888-1889. *XI. p.* 1. *l.* 18). — De Hethæis præter inscriptiones ab iis relictas sive *in situ* sive *extra situm* seu alibi sparsim, in XXV. series distributas, quas *Rylands* in *Transact of the Soc. of bibl. Arch. VII.* et *Wright, The empire of the Hittite* 1886. collegerunt, memoramus etiam documenta, quæ suppeditant sacræ litteræ, monumenta Ægyptia et Assyria et inscriptiones Van. — Ad prima quod attinet, scriptores sacri distinguunt Hethæos in australes et septentrionales: illi in Palæstina reperiuntur temporibus Abrahami in vicinia Hebron *(Gen.* 23. 7. et 25. 9-10), quamquam id videtur alicui error interpretationis *(Stade, Gesch. Isr. I. p.* 143), ac dein Josue et Judicum *(Exod.* 3. 8. et 17., *Deut.* 7. 1., *Jos.* 3. 10., *Jud.* 3. 5), ex quibus Esau uxores sibi elegit *(Gen.* 26. 34); Jacob petiit, ut sibi sepulcri locus daretur *(Ibid.* 49. 29-32); David amicos ac famulos (1. *Reg.* 26. 6) et mulieres Salomon sibi comparavit (3. *Reg.* 11. 1), quia eos suæ ditioni subjecit (3. *Reg.* 9. 20-21). Horum vero regio « usque ad mare magnum terra Hethæorum » olim dicebatur *(Jos.* 1. et 4. et *Jud.* 1. 26) et urbs præcipua Cedes v. Cades *(Qodsu),* quæ cum Salomone commercia exercuit (3. *Reg.* 10. 29. et 2. *Par.* 1. 17) propriisque regibus parebat (3. *Reg.* 10. 29. et 4. *ibid.* 7. 6). — A monumentis porro Ægyptiis discimus, eos sæpe bella gessisse cum regibus Ægypti, quippe qui se late propagare conarentur; immo sub rege Sapalulu suas sedes constituisse feruntur inter Mediterraneum, Libanum et Euphratem, Balikh et Chaburi usque, subactis quoque Zabi, Alasia, Amuru, Naharaina urbibusque Charcami, Tunipa, Emath; sed a Ramsete II., ca. 1318. a. Chr., in prœlio apud Cedes « Khiti v. Khetas » sunt profligati eorumque rex Khatusaron pacem ab Ægyptiis obtinuit, qui triumphum hunc cecinerunt poemate *(Pentaur)* inscribentesque in templorum parietibus illustriores tam magni eventus partes seu singularia quædam victorum gesta *(Rosellini, Mon. stor. III. p.* 3. *p.* 268-282.; *Brugsch, Reiseberichte aus Ægypt. p.* 117-121. et *Hist. d'Égypt. p.* 146-148.; *Goodwin, Treaty of peace between Rameses. II. and the Hittites* in *Record, of the past s.* 1.ª IV. *p.* 25-32). — Item ab Assyriis discimus Theglathphalasar I., ca. a. 1100. a. Chr., inter alios populos etiam Hethæos *(Hhatti)* vicisse ac victoriæ mentionem fecisse in inscriptionibus cuneatis, tandemque Sargon cum Pisiri, eorum rege, tam strenue pugnasse, ut, iis victis, regionem ac populos sibi subigeret *(Schrader, Keilinschr. Bibl.* Berl. 1889. *I. p.* 20.*sq.*, 36.*sq.*, 100.*sq.* et *Oppert, The ann. of Sargon* in *Records of the past. s.* 1. *VII. p.* 30.*sq.).* — Postremo ab inscriptionibus Van, sæc. IX. et VIII. a. Chr., scimus, reges proto-armenos Van plura bella prospere gessisse cum Hethæis ac regionem Niribam et Melitenem sibi subjecisse *(Sayce, The cuneif. Inscr. of Van* in *Journ. of the Asiat. Soc.* 1882. *XIV.* 3. et 1888. *XX.* 1. *n. XXXII. l.* 5.*sq.* et *Records of the past n. s. I. p.* 166. et *IV. p.* 118). — De Hethæis præter laudatos scripserunt *De-Cara, Gli Hethei-Pelasgi,* Rom. 1894 (V. *Civiltà Catt.); Vigouroux, Les Héthéens de la Bible, Leur hist. et leurs monum.* in *Mélang. bibl.* 1889. *p.* 329-431. et *Ermoni, Dict. Bibl. III.* 670-682., ex quibus plura, erudite ac fuse pertractata, colliges.

HĒTHÆI, ōrum, m. plur. 2., et

HĒTHÆUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

HĒTHĪRA, æ, f. 1. (Ἔθειρα, *coma, cæsaries)* cogn. mul. *Inscr.* ap. *Wilmanns, n.* 499.

HETLEA, æ, f. 1. nom. mul. in titulo Chr. ap. *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. n.* 281.

HĒTŒMĒ, es, f. 1. (Ἑτοίμη, *parata, prompta)* cogn. mul. *Corp.* 5. 256.

HETRILĬA, æ, f. 1. nom. gent. mul. *Corp.* 10. 2519.

HĒTRŪRĬA et deriv. *V.* **ETRURIA**.

HEUDES, is, m. 3. nom. vir. *Corp.* 8. 8875.

HĒVA. *V.* **EVA**.

HĒVÆI, ōrum, m. plur. 2. Scribitur etiam *Evæi,* sine aspiratione *(Prudent. hamart.* 422). et *Eoei,* prima littera diphthongi extrita *(Lib. generat.* 25). — Vox est Hebraica *Hhiuvi,* a *hhavvâh* « pagus, vicus », i. e. paganus, vicanus; *LXX.* ὁ Εὐαῖος et οἱ Εὐαῖοι. — Fuerunt antiquissima tribus, ex Chanaan, in Palæstina *(Gen.* 10. 17. et 1. *Par.* 1. 15), ubi, quo tempore Israelitæ hanc terram ingressi sunt, habitabat. Ad rei perspicuitatem ita sunt distinguendi. ¶ 1. Hevæi, quorum sedes præcipua erat ad septentrionem, ad radices montis Hermon, in terra Maspha *(Jos.* 11. 3), in monte Libano, usque ad introitum Emath *(Jud.* 3. 3), infra Tyrum et Sidonem (2. *Reg.* 24. 7). — In catalogo *Gen.* 15. 19-21. omittuntur errore; nam LXX. et textus Samaritanus eos inter alios recensent. — Sic aliquando confusio orta est inter Hethæos, Horræos et Hevæos (Cf. *Gen.* 34. 2. et *LXX.* ad *h. l.; Xen.* 36. 2., coll. 20.; *Jos.* 9. 7. et *LXX.* ad *h. l.).* ¶ 2. Hevæi (hebr. *'Avvîm),* populus ad austr.-occid. plagam Palæstinæ, memoratus *(Deut.* 13. 4.: hebr. 3), confusus a *LXX.* et *Vulg.* cum Hethæis *(Gen.* 10. 17. et 1. *Par.* 1. 15); nam ille stabilis, hic vagus *(Deut.* 2. 23); ille situs ad septentr., hic ad merid.; ille aliter scriptus, incipit enim vox a litt. *hheth,* hic a litt. *'ayn.* — De ejus tamen origine non constat *(Knobel, Die Völkert. d. Genes. p.* 217., *Stark, Gaza u. Phil. Küste p.* 32-35. et *Ewald, Gesch. d. Volk. Isr. p.* 332). ¶ 3. Hevæi, incolæ urbis Avah, ab Assyriis in Samariam translati, in quam idololatriam, sc. cultum Nebahaz et Tharthac, invexerunt (4. *Reg.* 6. 31). — *Hevæus,* in sing. num. — *a)* Est adj., ut *Vulg. Gen.* 34. 2. « Sichem filius Hemor Hevæi ». Adde *ibid.* 36. 2. — *b)* Abs., sensu collectivo pro Hevæis. *Id. Jos.* 11. 19. — Subst., rex Madianita. *Ibid.* 13. 21., ubi rectius legend. *Evi,* coll. *Num.* 31. 8.

HĒVÆUS. *V.* voc. præc.

HEVĪLA, indecl., nom. Hebr. pers. et geogr., quod hebraice varie scribitur. — Est igitur

I.) Hevila, nom. pers. ¶ 1. Secundus filius Chus, filii Cham (Hebr. *Hhavilâh;* Cod. Vat. Εὐειλάτ, Cod. Alex. Εὐιλά), memoratus *Vulg. Gen.* 10. 7.; unde fort. Αὐαλῖται v. Ἀβαλῖται, *Avalitæ* ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (157)., incolæ oræ Africanæ ad sinum Avaliten (κόλπος Αὐαλίτης v. Ἀβαλίτης) in extremitate australi maris Rubri, hod. *Zeila,* infra fretum dict. *Babel-Mandeb* (cf. *Ptol.* 4. 7. 27); quæ tribus non est cum sequenti confundenda (V. *Lenormant, Hist. anc. de l'Or. I.* 267). ¶ 2. Item duodecimus filius Jectan, a Sem prognati *(Gen.* 10. 29. et 1. *Par.* 1. 23), LXX. Εὐειλά; unde tribus Arabica, quam alii tradunt sitam esse ad septentr. (Χαυλοταῖοι ap. *Strab.* 16. 767), in vicinia Nabatæorum et Agræorum ad sinum Persicum, ubi est locus, arabice *Hhavileh* dictus *(Gesen. thes. p.* 452., *Niebuhr, Beschreib. von Arab. p.* 342. et *Keil, Genes. p.* 140); alii potius ad meridiem, in regione hod. *Khaulan,* quæ fines attingit *Hedjaz (Bochart, Phaleg, p.* 142. et *Lenormant, op. cit. I. p.* 286). Cf. *Gen.* 10. 29.

II.) Hevila, nom. geogr., nempe oppidum vel regio *(LXX.* Εὐιλάτ) memorata *Vulg. Gen.* 25. 18., ubi territorium designatur Ismaelitarum. « Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios ». *i. e.* partes, ut videtur, Euphratenses. Item 1. *Reg.* 15. 7. « Percussitque Saul Amalec ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ est e regione Ægypti », ubi videtur sermo esse de loco ab eo, qui *Gen. loc. cit.* designatur, diverso; non enim profecto Saul Amalecitas percussit usque ad sinum Arabicum. Idcirco conjiciunt nonnulli *(Wellhausen, Hummelauer),* hic non *Hevila* sed *Tele'im = Telem* esse legendum, quod quæstionem solveret, si quo sacræ Scripturæ loco conjectura hæc fulciretur (Cf. *Legendre, Dict. Bibl. III. p.* 688.*sqq.).*

HEVĪLĀTH, indecl. (Hebr. *ha-Hhavilâht, LXX.* Εὐιλάτ) nom. regionis, quæ articulo præfixo ab aliis distinguitur, irrigatæ ab uno ex fluviis paradisi terrestris, dicti Phison. *Vulg. Gen.* 2. 11. « Nomen uni Phison; ipse est qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum. Et aurum terræ illius optimum est; ibi invenitur bdellium *(bedôlahh)* et lapis onychinus *(sôham)* ». Fortasse terra hæc quærenda est in Cholchide, pretiosis metallis referta, quod fabulâ Argonautarum, ibi vellus aureum inquirentium, confirmari videtur (*V.* **PHISON**).

HEXĪ, indecl. (Ἕξ), urbs in Hispania Bætica, extra sinum Urcitanum, olim Σίξος, teste *Hecatæo* ap. *Steph. Byz.*, qui in regione Massienorum collocat. Memoratur *Mel.* 2. 94., ubi tamen *Frick* leg. *Ex.*, fort. a Gr. ἕξ, *sex,* dicta. Cf. Σέξ, ap. *Ptol.* 2. 4. 7. et *Plin.* 3. *Hist. nat* 1. 3. (8)., ubi *Sexifirmum* v. *Sexti Firmum,* et *Itin. Ant. p.* 405., ubi *Saxetanum* (coll. Ἐξιτάνων πόλις *Strab.)* vocatur.

HEZĒCHĪEL. *V.* **EZECHIEL**.

HEZZĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1747., coll. *Momms.* in *Corp.* 9. 822.

HI

HIBARUS, i, m. 2. nom. vir. in titulo Chr. ap. *Biraghi* in *Ricogniz.* etc. *p.* 56.

HIBELLĪUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. in *Laterc.* ap. *Kellerm. Vigil. II.* 4. 28.

HĪBĒRA, æ, f. 1. ancilla Pompejæ, uxoris Cæsaris, in cujus cellam P. Clodius confugisse credebatur, ut ait *Schol. Bob.* ad *Cic. orat.* in *Clod.* et *Curion. p.* 339. *Or.*, quod nom., fort. *Habra (famula),* corruptum fuit in *Hibera.* Cf. *Plut. Cæs.* 10. Ἄβρα.

HĪBĒRĬA, æ, f. 1., et

HĪBĒRIO, ōnis, f. 3., et

HĪBERNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

HĪBERNĬA, æ, f. 1. (Ἰουερνία *Ptol.*, Ἱέρνη *Strab.)* nom. geogr. et pers. — Scribitur etiam *Hybernia* ap. *Rav. p.* 9. v. *Ibernia* ap. *eund. p.* 440. — *Jerne* v. *Hiverne* ap. *Claudian.* 2. *laud. Stil.* 261. et *IV. cons. Hon.* 33. — *Juverna* ap. *Mel.* 3. 53. et *Juberna* ap. *Juvenal.* 2. 160. — *Hiberia* ap. *Isid.* 14. *Orig.* 6. 6. — *Hiberio* ap. *Patric.* in *confess.* 1. — Ducitur vocabulum a Vet.-Celt. *Iverijo* vel *Iverifu* (gen. *Iverinos)*: cf. hodiern. *Erin* et *Diod.* 5. 32. Ἶριν. — Forma vero Ἱέρνη ab ἱερός oriri videtur, coll. *Avien. or.* 108., ubi Hibernia dicitur « insula sacra »; et forma *Hibernia* ab *hibernus,* ap. *Claudian. loc. cit. IV. cons. Hon.*, ubi « glacialis Hiverne » vocatur (Cf. *Holder, Sprachschatz* v. *Iverin* et *Rhys. Proc. Brit. Acad. I.* 30.*sq.).* — Est itaque ¶ 1. Hibernia, insula magna ad occidentem Britanniæ, oras habens valde præruptas, montibus cincta, media pascuis florida, pluribus irrigata fluviis, a populis origine Celticis culta, a Phœniciis et Græcis Massiliensibus explorata, Romanis ob commercia conjuncta, dicta hod. ab incolis *Ireland,* it. *Irlanda.* — Ita describitur *Mel. loc. cit.* « Super Britanniam Juverna est pæne par spatio sed utrinque æquali tractu litorum oblonga: cæli ad maturanda semina iniqui, verum adeo luxuriosa herbis non lætis modo sed etiam dulcibus, ut se exigua parte diei pecora impleant et nisi pabulo prohibeantur, diutius pasta dissiliant ». et *Solin.* 22. « Hibernia Britanniæ proximat magnitudine, - ita pabulosa, ut pecora, nisi interdum a pastibus arceantur, ad periculum agat satias. Illic nullus anguis, avis rara, - apes nunquam: advectum inde pulverem seu lapillos si quis sparserit inter alvearia, examina favos deserent; sed mare, quod inter hanc et Britanniam interluit, undosum inquietumque toto in anno non nisi pauculis diebus est navigabile idque in centum viginti milia passuum latitudinis diffundi qui fidem ad verum ratiocinati sunt, adfirmarunt ». et *Cæs.* 5. *B. G.* 13. « Hibernia dimidio minor, ut existimatur, quam Britannia, sed pari spatio transmissus atque ex Gallia est in Britanniam ». *Plin.* 4. *Hist. nat.* 16. 30. (104). « Insulæ inter Hiberniam ac Britanniam, Mona, Monapia, Ricina, Vectis, Limnus, Andros etc. ». Adde *Tac.* 12. *Ann.* 32. et *Agr.* 24., *Apul. mund.* 7., *Oros.* 1. *Hist.* 2. 75. et 80. et 81. *Patric.* vero in suis scriptis plura (ut decet *Hibernorum apostolum* dictum, quippe qui ad fidem Christi eos converterit) de Hibernia ejusque incolis narrat, uberrimus ideo notitiarum fons. — De ea scripserunt etiam, ex recentioribus, *Pfitzner, Ist Irland* etc. Neustr. 1888.; *Gudeman, Classical Review XI.* 328. *XIV.* 51. et *Haverfield, PWK* 8. 1388.*sqq.* — Hinc abs. *Hiberni,* Hiberniæ incolæ, ap. *Avien. loc. cit.* et *Inc. pan. Const. Cæs.* 11. — De iis *Mel. loc. cit.* « Cultores ejus *(Hiberniæ)* inconditi sunt et omnium virtutum ignari magis quam aliæ gentes, pietatis admodum expertes ». Cf. *Solin. loc. cit.* « Hibernia - inhumano incolarum ritu aspero. - Gens inhospita et bellicosa; sanguine interemptorum hausto prius victores vultus suos oblinunt, fas ac nefas eodem loco ducunt ». ¶ 2. Est etiam nom. gent. mul. *Inscr.* ap. *Momms. Inscr. Helv. n.* 199. — Hinc *Hibernus,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Momms. Inscr. Helv. n.* 163. et ap. *Brambach, n.* 1836. et *Hiberna (Iberna),* cogn. mul. *Corp.* 7. 130. et 8. 4355. et ap. *Wilm. n.* 402. — Deriv. *Hibernalis,* cogn. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 1238.

HĪBĒRUS. *V.* **IBERUS**.

HIBIS, ĕos, f. 3. urbs caput in Oasi majore *(el-Chargeh),* in deserto Libyco (Ægypt. *hb-t),* ubi sedem habebat Ala prima Abasgorum, in *Not. imp. or.* 31 (Cf. *Lepsius, Ztschr. für ägypt. Sprach. XII. p.* 1874. 80.*sq.),* cum templo Ammonis, a Dareo exstructo *(Brugsch, Reise nach d. gross. Oas. El-Chargeh,* Leipz. 1878).

HIBITA, æ, f. 1. oppidulum Mesopotamiæ, memoratum *Ammian.* 25. 9. 3.

HĪCĂNUS, i, m. 2. (Cf. ἱκανός, *idoneus, probus)* nom. statuarii cujusdam, quem *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (91). artificibus accenset, qui athletas, armatos, venatores sacrificantesque fecerint.

HĪCESĪUS, ii, m. 2. (Ἱκέσιος, *supplex)* nom. medici, qui scripsit de conditura vini, ap. *Plin.* 14. *Hist. nat.* 19. 24. (120). et *alib.*, laudatus, ut vir parvæ auctoritatis, sed ut fons ab eo citatus *Ind. I.* 14., 15. et 20-27. Fortasse etiam memoratus *Tertull. anim.* 25. et etiam *Varr. R. R.* 1. 1. 8. inter scriptores rei rusticæ, utpote qui de re vinaria scripserit.

HĪCĒTĀON, ŏnis, m. 3. (Ἱκετάων: cf. nom. præc.) Laomedontis filius. Memorant *Dict.* 4. 22. et *Apul. de deo Socr.* 18. — Filium habuit, qui *Thymœtes* est nuncupatus dictusque *Hicetaonius* a *Virg.* 10. *Æn.* 123.

HĪCĒTĀŌNĬUS. *V.* voc. præc.

HĪCĒTĀS, æ, m. 1. (Ἱκέτας v. Ἱκέτης: cf. *Hicesius)* cogn. vir. *Corp.* 10. 2795. — *Hicete (es),* cogn. mul. *C.* 5. 2270. — Hinc *Hiceticus* (Ἱκετικός), cogn. vir. *ibid.* 8130. — Fuit etiam hoc nomine tyrannus Syracusius, qui cum Dionysio juniore de Syracusarum principatu contendit, sed a Timoleonte demum superatus et fort. etiam interfectus est (a. 345. a. Chr.). *Nep. Timol.* 2. Cf. *Diod.* 16. 67.*sqq.* et 82. — Alter Syracusius, qui « ut ait Theophrastus, cælum, solem, lunam, stellas supera que denique omnia stare censet, neque, præter terram, rem ullam in mundo moveri ». Ita *Cic.* 2. *Acad.* (pr.) 39. 123.

HĪEMPSAL, ălis, m. 3. (Ἱεμψάλας *App.*, Ἱάμψας *Plut.*, Ἱάμψας *Dio)* nom. vir. Punicæ originis. — Scribitur *Iempsal,* sine aspiratione, in *Inscr.* ap. *Shaw (Voyag. II. p.* 166), pluribus suspecta, paucis defensa (V. *Henzen* ad *Orel., n.* 630. et *Eckhel,* 4. *p.* 158). — *Empsala* habet *Jorn. Rom.* 210. *M.* — Duo fuerunt reges Numidiæ, hoc nomine vocati. ¶ 1. Hiempsal, filius Micipsæ, regis Numidiæ, nepos Masinissæ, frater Adherbalis ejusque in regno successor, a. 118. a. Chr., una cum fratre et Jugurtha a Micipsa adoptatus *(Sall. Jug.* 9. 3., coll. 10. 6. et 11), homo natura ferox, qui, Jugurtham, fratrem ex concubina, aspernatus, hujus in se iram lacessivit, adeo ut tandem ab eo Thirmidæ, dolo deprehensus ferroque ictus, miserrime perierit a. 117. a. Chr. *(Id. ibid.* 12. 3-5). Mox, ejus fratre germano expulso, solus tunc proditor, homo « omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus » *(Id. ibid.* 14) regnavit; nam ipsum Adherbalem, quem Romani in sedem restituerant a. 115. a. Chr., paullo post interfecit a. 112. a. Chr. *(Id. ibid.* 13-16). *V.* **JUGURTHA**. Memoratur etiam *Flor.* 3. 1. 4., *Eutr.* 4. 26., *Liv. epit.* 62. et *Oros.* 5. *Hist.* 15. ¶ 2. Hiempsal II., fort. filius Gaudæ, Mastanabalis filii *(Sall. Jug.* 65) vel Gulussæ *(Suet. Cæs.* 71), damnato Jugurtha a. 104. a. Chr., partem regni Numidici recepit, sed, postea a Numidis regno privatus, a Pompejo M. est restitutus *(Plut. Pomp.* 12. et *App. ibid.* 80., coll. *Sall.* ap. *Gell.* 9. 12. 14), amicus dictus populi R. *(Cic. Vatin.* 5. 12), regnumque tenuit usque ad a. 88. a. Chr. — Incertum est, an de eo intelligendus sit locus *Sall. Jug.* 17. « Ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est etc. », nisi opus fuerit ab alio recentiore confictum (Cf. *Lenschau, PWK* 8. 1394.*sq.).*

HĬĒRA, æ, f. 1. (Ἱέρα v. Ἱερά, *sacra)* nom. geogr. et pers.

I.) Hiera, nom. geogr. ¶ 1. Est insula, una ex Æoliis seu Liparensibus, dicta etiam *Vulcani* insula, quod sit ejus sedes, in mari Tyrrheno, quæ apparuit a. 183. a. Chr. *(Oros.* 4. *Hist.* 20), teste *Hieronym.* in *chron.* ad Olymp. CLXIII. ex *Eus.*, antea « *Therasia* appellata, inquit *Plin.* 3. *Hist. nat.* 9. 14. (93)., nunc Hiera, quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas evomente flammas », hod. *Vulcano* v. *Vulcanello.* Memoratur etiam *Virg.* 8. *Æn.* 422., *Mel.* 2. 120., *Solin.* 6. et *Isid.* 14. *Orig.* 6. 37. Ἱερὰ νῆσος ap. *Ptol.* 3. 4. 17. Adde *Aristot. meteor.* 3. 93., *Pol.* 34. 11., *Scymn.* 256., *Diod.* 5. 7., *Strab.* 6. 275.*sq.* ¶ 2. Item insula prope Theram et inter hanc ac Therasiam, terræmotu emersa *(Ammian.* 17. 7. 13) a. 197. a. Chr., hinc *Automate* dicta *Hieronym.* in *chron.* ad Olymp. CXLV., coll. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 87. 89. (202). Cf. etiam *Tertull. apol.* 40. et *nat.* 1. 9., hod. *Paliokameni.* ¶ 3. Item urbs Lesbi, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 39. (139). ¶ 4. Item oppidum Lydiæ, *Hiera Come* dictum, ad fines Mysiæ, ap. *Liv.* 38. 12. et 13., ubi erant fanum Apollinis et oraculum. — Hinc *Hieracometæ* v. *Hierocometæ,* incolæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (126). ¶ 5. Item urbs Ægypti, *Sycaminos* dicta a sycomoro (συκάμινος) sacra, quæ ibi habebatur, inter Syenem et Tama, teste *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (184)., hod. fort. *Maharraka* sive *Meharrakah* (V. *Vivien de S. M., Le Nord de l'Afr. p.* 161. et 182), haud recte collocata a *Ptol.* 4. 5. 74. Memoratur etiam *Itin. Ant. p.* 124. *Rav. p.* 133. Iera Sicomina et *Tab. Peut.* Hierasicamina.

II.) Hiera, cogn. mul. *Corp.* 9. 504. — De *Hiera,* una Nereidum *V.* **LÆRA**.

HĬĔRĂCA, æ, m. 1. nom. vir. — Scribitur etiam Hieracas *Hilar. loc. cit.* et etiam *Hierachas* cum aspirata et fort. *Hierax.* — Fuit autem hoc nomine hæresiarches, Ægyptius, litteris Ægyptiis Græcisque eruditus, cujus asseclæ, ab eo *Hierachitæ (Hieracitæ)* appellati, monachos tantum recipiebant, conjugia respuebant, parvulos regnum cælorum ingredi non posse docebant et ipsam carnis resurrectionem negabant *(Isid.* 8. *Orig.* 5. 33., *Hilar.* 4. *Trin.* 12. et 6. *ibid.* 5., coll. *Augustin. hær.* 47., *Gennad. de eccl. dogm.* 67. et *Epiph. hær.* 67., a quo de iis plura colliges).

HĬĔRĂCĀS, æ, m. 1., et

HĬĔRĂCHĪTÆ (Hieracitæ), ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc.

HĬĔRĂCŌMĒTÆ (Hierocometæ). *V.* **HIERA**.

HĬĔRĂCON, Ἱεράκων (νῆσος) *Ptol.* 6. 7. 43., *h. e.* accipitrum insula, ad extremum circ. latus orientale sinus, vulgo dict. *Bala d'Assab,* versus Berenicen Epidiren sita *(Vivien de S. Mart., Le Nord de l'Afr. p.* 320.*sq.* Cf. tamen *Sprenger, Die alte Geogr. Arab.* 1875. *p.* 45., apud quem est *Gazirat-al-gorab).* Sed distinguenda plane est ab ea, quæ *Hieraconpolis* dicitur, hod. *Sinkikil,* urbs Thebaidis, ad dexteram Nili, contra Lycopolin *(Hieracon* abs. in *Itin. Ant. p.* 167), ubi temporibus imperii orientalis sedem habebat cohors I. Lusitanorum. *Not. Dign. or.* 31., coll. *Corp.* 3. *p.* 3., et ab altera, quæ item *Hieraconpolis* appellatur, urbs Thebaidis ad lævam Nili, contra *Ilithyaspolin (Strab.* 17. 817) et etiam a parva insula Sardiniæ in ora austr.-occid., hod. *S. Pietro,* ap. *Ptol.* 3. 3. 8.

HĬĔRAPIDNA. *V.* **HIERAPYDNA**.

HĬĔRĂPŎLIS, is, f. 3. (Ἱεράπολις v. interdum divisim Ἱερὰ πόλις, *sacra urbs)* nom. geogr. — *a)* Scribitur *Jerapolis* sine aspiratione in *Laterc.* in *Eph. epigr. IV. p.* 314. *l.* 18. et ap. *Rav. p.* 87. — Etiam *Hieropolis* in nummis *(Eckhel,* 3. *p.* 261). — *b)* Genet. *Hierapoleos,* ap. *Liberat.* in *Brev.* 6. — Acc. *Hierapolim* ap. *Ammian.* 23. 6. 17. et *Apul. mund.* 17. — Memorantur hoc nomine tres urbes. ¶ 1. Hierapolis, dicta a Seleuco, antea vero *Bambyce,* ad septentr.-orient. plagam Syriæ et ad dexteram Euphratis, in via ab Antiochia Edessam, magnum olim centrum rei mercatoriæ ac militaris cultusque deæ Atargatis, ibi fanum habentis, quod « qui intravere, moriuntur, solo sacerdote excepto », scribit *Plin.* 2. *Hist. nat.* 93. 95. (208)., qui alia addit fabulosa. Memoratur etiam *Ammian.* 14. 7. 5., *Rav. p.* 87. et in *Itin. Ant. p.* 191. — De ejus nummis vd. *Eckhel loc. cit.* et *Head,* 777. — Hinc *Hierapolitanus,* adj., ut *Hierapolitana civitas* in *Cod.* 13. 11. 2. — *Hierapolitani* dicti incolæ, *Ulp. dig.* 48. 19. 1. et *Callistr. ib.* 48. 19. 28., fort. etiam *Hieropolitani* in *Corp.* 2. 2079. ¶ 2. Hierapolis, urbs Cretæ, laudata *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59). ¶ 3. Hierapolis, urbs Phrygiæ ad fl. Mæandrum, valde opulenta, teste *Dict.* 2. 16., patria Apollinaris ep., apologeticis scriptis præclarissimi, hod. *Pambuk-Kalessi,* cujus ruinæ adhuc visuntur. Memorant *Cod. Theod.* 5. 4. 1., 6. 2. 7. etc., *Vulg. Col.* 4. 13. et *Rav. p.* 106. — *Hieronym.* in *chron.* dicitur ex terræ motu collapsa, tempore Neronis, sed mox instaurata ex *Oros.* 7. *Hist.* 7. jure arguitur. *Ammian.* vero 23. 6. 8. tradit, ibi ex terræ hiatu vapores pestiferos emitti. — De ejus nummis vd. *Eckhel,* 3. *p.* 154-157. — Hinc *Hierapolitæ,* ejus incolæ, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (105). et *Hierapolitanus Theodotus* ap. *Ammian.* 22. 14. 4. — *NB.* Hierapoli in Phrygia Philippum apostolum prædicasse ibique sepultum fuisse jam a tempore

Apostolorum referunt *Venant.* aliique scriptores eccl., coll. *Col. loc. cit.* et *De-Rossi* in *Bull. Cr.* a. 1882. *p.* 77.*sq.*

HIĔRĂPŎLĪTÆ, ārum, m. plur. 1. *V.* HIERAPOLIS 8.

HIĔRĂPŎLĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* HIERAPOLIS 1.

HIĔRĂPŎLĪTĀNUS et Hieropolitanus, a, um, adject. *V.* HIERAPOLIS 1. et 3.

HIĔRĂPYTNA v. Hierapydna, æ, f. 1. (Ἱεράπυτνα, ης, v. Ἱεράπυδνα, ων), urbs Cretæ, ad montem Pytnam sita, condita, ut ferebatur, a Corybantibus, dicta etiam Cyrba, Pytna et Camirus, hod. *Hierapetra*, veteri alio servato vocabulo Ἱερὰ Πέτρα (*Ptol.* 3. 17. 4). Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59). et, ex Græcis, *Strab.* 9. 440., *Ptol. loc. cit.*, *Dion.* 36. 8. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 313. *sqq.* et *Head*, 468.

HIĔRĀS, æ, m. 1. nom. pers. et geogr. ¶ 1. Fuit hoc nomine minister ac legatus regis Dejotari, Romam missus, cujus meminit *Cic. Dejot.* 15. 41. et 16. *Att.* 3. ¶ 2. Est etiam fluvius. *V.* HIEROS.

HIĔRĂSȲCĂMĪNOS. *V.* HIERA.

HIĔRĀTĬCUS, i, m. 2. (Ἱερατικός, *sacerdotalis*) cogn. vir., etiam libertini generis. *Corp.* 10. 2438.

HIĔRĀX (Ierax), ācis, m. 3. (Ἱέραξ, *accipiter*) nom. vir. ¶ 1. In titulis cogn. vir. ing. ac libert. *Corp.* 3. 2044. et 5. 1899. — Abs. *C.* 7. 1263. ¶ 2. In libris memorantur — Medicus, qui collyrium confecit, fort. ab eo *hieracium* appellatum, ap. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 11. 27. (114). *V. Lexic.* Adde *Cels.* 6. 6. § 28. — Item presbyter Ægyptius, a Constantio imp. in exsilium actus cum aliis pluribus, Arianorum operâ, ut tradit *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 3. — Item Christianus quidam Ægyptius, doctor puerilium litterarum, Cyrilli Alexandrini ep. auditor ferventissimus solitusque in ejus expositionibus excitare plausus et ob id aliquando male habitus, teste *Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 11. — Fuit etiam ita cognominatus Antiochus, frater Seleuci II., regis Syriæ. *Justin.* 27. 2. 7. « Antiochus latronis more fratri totum eripere cupiens puer sceleratam virilemque sumit audaciam. Unde Hierax est cognominatus, quia non hominis sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur ». *V.* ANTIOCHUS. — Item hæresiarches. *V.* HIERACA.

HĪĔRĔMĪA et

HĪĔRĔMĪĀS, æ, m. 1. *V.* JEREMIA.

HĪĔRĪA (Ieria), æ, f. 1. (Ἱέρεια, Dor. Ἱέρεα, *sacerdos* femina) Scribitur etiam latine *Hieria* v. *Ieria* (*Corp.* 9. 4803. et 10. 2868) et *Ierea* (*C.* 9. 6088 [115]). — Est autem ¶ 1. Cogn. mul. Gr. v. etiam nom. serv. *Corp. loc. cit.* — Fuit etiam ita appellata *Plotia Hieria*. V. suo loc. — Item puella dono data Virgilio. *V.* LERIA. ¶ 2. Sic vocata est etiam India (Ἱερία), teste *Hieronym. onom. p.* 195. et 379. *P.*

HĪĔRĪBŎLUS et Hierobolus, i, m. 2. (Ἱαρίβωλος *Bull. d. Ist. Arch.* a. 1860. *p.* 58.*sqq.* in inscr. bil.) cogn. Solis. *Corp.* 3. 1108. — Sunt qui conferunt cum *Yerubba'al*, cognomento indito Gedeoni ob eversam ab eo aram Baal ejusque cultum exstirpatum; sed, ut patet, nihil ad rem nisi vocis sonus. — Nec magis probandus cl. *Furlanetto*, qui pro *Hierobolus* posuit *Hierobus*, quasi bos seu Apis, apud Ægyptios, Soli et Lunæ sacer, mendosa *Gruteri inscr.* 88. 3. deceptus.

HĪĔRĪCO et

HĪĔRĪCHUM et

HĪĔRĪCHUS. *V.* JERICHUS.

HĪĔRĪUS, ii, m. 2. (Ἱέριος: cf. ἱερεύς, *sacerdos*) nom. vir. — Prima, quæ brevis est, producitur in *Inscr.* metrica ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I.* 654. « Occidit Hierio qui consule clauditur anno ». — Fuerunt hoc nomine ¶ 1. Orator quidam urbis Romæ, Syrus origine, sive in Græca sive in Latina lingua et eloquentia ita versatus, ut Augustinus ei libros de *Apto* et *Pulcro* dicaverit (*Augustin.* 4. *conf.* 14., a. 381). ¶ 2. Item vicarius Africæ a. 395. sub Arcadio et Honorio impp. *Cod. Theod.* 16. 2. 29. ¶ 3. Item consul orientalis a. 427. cum Ardabario sive Ardabure (*Jorn. Get.* 166. *M.*, *Prosp.*, *Hyd.* et *Marcellin.* in *chron.* et *Inscr. loc. cit.*). ¶ 4. Item præf. præt. (Orientis) sub Anastasio imp. a. 498. *Cod.* 6. 21. 16.

HĪĔRO et Hieron, ōnis, m. 3. (Ἱέρων, fort. decurt. a n. *Hieronymus*: ab ἱερὸς, *sacrifico*, quasi sacrificans v. sacerdos) nom. vir. — *Hyero* scribitur *Jorn. Rom.* 163. *M.*, sed male. — Memorantur apud scriptores ¶ 1. Hiero I., tyrannus Syracusarum (*Senec. ep.* 114), secundus filius Dinomenis Geloensis, frater Thrasybuli, Polyzeli ac Gelonis hujusque successor ab a. 478-467. a. Chr. — Præclara ejus gesta ad hæc rediguntur. Bellum gessit cum Carthaginiensibus, ex quorum manubiis Jovem Olympium aureo amiculo exornavit (*Cic.* 3. *Nat. D.* 34. 83); Etruscos navali prœlio petiit, ut Cumas defenderet, eosque devicit (*Diod.* 11. 51) et, Catana urbe eversa, novam condidit, quam mutato nomine, Ætnam vocavit (*Id. ibid.* 49) a. 476. a. Chr. — Fuit etiam omni eruditionis genere excultus litteratosque viros ac poetas Simonidem, Bacchylidem, Pindarum, Æschylum inter amicos et domesticos habuit coluitque, tum etiam philosophos, ut patet ex *Cic.* 1. *Nat. D.* 22. 33. et *Minuc. Oct.* 13.; quin aliquas etiam privatus scripsit de re rustica, teste *Varr. R. R.* 1. 1. 8. et *Colum.* 1. 1. 8., quem et inter fontes suos recensuit *Plin.* in *Ind. l.* 8., 10. et *alib.*, coll. 18. *Hist. nat.* 3. 5. (22). — Tandem in urbe a se condita obiit a. 467., divinis honoribus tamquam heros a suis civibus decoratus. — De ejus nummis consulas *Eckhel*, 1. *p.* 258.*sq.*, coll. *Cavedoni, Spicil. Num. p.* 30.*sq.*, *Visconti* in *Iconogr. Gr. II. p.* 27-35. et *Platz, Die Tyr. I.* 296-302 (1852). — De eo scripsit *Freeman, Hist. of Sic. II.* 232.*sqq.* ¶ 2. Hiero II., Syracusarum tyrannus, filius Hieroclis, nobilis viri, ab a. 269-215. a. Chr., oriundi a Gelone, filio Dinomenis majore (a. 478); cujus tamen genus maternum ita sordidum ac pudibundum fuit, utpote servile, ut veluti dehonestamentum abjiceretur (*Justin.* 23. 4). Attamen aliis exstitit corporis animique dotibus eximius, quippe qui et pulcritudine insignis fuerit et viribus, blandus in alloquio, in negotiis justus, in imperio moderatus « prorsus ut nihil ei regium deesse præter regnum videretur » (*Id. ibid.*). — Pyrrho a Sicilia profecto, apud quem stipendia prospere meruerat, donisque etiam fuerat auctus, prætor Syracusarum creatus est; in quo munere obeundo tam prudenter ac moderate se gessit, ut omnium suffragiis dux contra Carthaginienses eligeretur non modo, sed paullo post etiam rex salutaretur a. 269., dein de Mamertinis victor (*Id. ibid.* et *Diod.* 22. 13., coll. *Cassagrande, La campagna di Gerone II. contro i Mamert.* Torino 1894). — Sed Romanorum hostis bello Punico primo ab Ap. Claudio Caudice in Sicilia celerrime victus est, qui et de eo et de Afris triumphavit (*Auct. vir. ill.* 37., coll. *Flor.* 2. 2. 6) a. 264. iterumque a. 263. a M.' Valerio Maximo (*Fast. triumph. Capit.*), pacemque a Romanis argenti talentis CC. emit. - Exinde vero, orto secundo bello Punico, Romanorum amicissimus et contra Carthaginienses constans eorum adjutor fuit. Ceterum inde ab a. 237. amicus populi R. declaratus fuerat, quum Romam venisset eique CC. millia modium tritici esset largitus. Quam liberalitatem quum Pœni ægerrime tulissent, ob id ab illis adversa est perpessus (*Liv.* 22. 56). — Ratus tandem se proxime ex morbo moriturum, nisi a generis dehortatus fuisset, nullum sibi elegisset successorem, sed Siciliam liberam voluisset; verum, pæne coactus, nepotem suum Hieronymum ann. XV. æt. sub eorum tutela regem reliquit (*Id.* 24. 4). — Mortui rogo, dum cremaretur, etiam canis fidissimus se injecisse fertur, cum hero suo periturus (*Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. [144]). — Memoratur etiam *Cic.* 6. *Verr.* 12. et 53., *Sil. It.* 5. 490. et 14. 79. et 653. et *Vitr.* 12. et 53. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 1. *p.* 263.*sq.* et de eo *Beloch, Gr. Gesch. III.* 1. 664-676. ¶ 3. Hiero, artifex Cibyrata, frater Tlepolemi, a Verre civitate Romana donatus, cerearum imaginum fictor et Verris satelles in civibus expoliandis, idcirco « canis Verris » vulgo appellatus (*Cic.* 4. *Verr.* 13. 31., coll. 44. 96). — Non est tamen confundendus cum alio fictore cognomine, cujus opera quamplurima exstant per varias urbes diffusa; sed a Latinis nulla ejus fit mentio. — De hoc fictore consulas *Brunn, Kekule, Furtwängler, Klein, Rayet-Collignon, Hartwig, Pollak, de Ridder, Pottier, Leonard.* ¶ 4. Hiero, Parthus, regionis cujusdam Parthicæ præfectus, cujus meminit *Tac.* 6. *Ann.* 42. — Hinc *Hieronicus*, adj. ad Hieronem II. pertinens, Syracusium tyrannum, ut *Hieronica lex* frumentaria, ab eo lata a. 244. a. Chr., ex qua inter aratores et decumanos judicia facta sunt apud Siculos, ut refert *Cic.* 2. *Verr.* 13. 32. et 3. *ibid.* 6. 14. — *Hieronis*, cogn. mul., patronymicorum more factum. *Corp.* 2. 4291. et 10. 8493.

HIĔRŎBĀAL et Jerobaal. *V.* GEDEON.

HIĔRŎBŎĀM. *V.* JEROBOAM.

HĪĔRŎCÆSĀRĒA, æ, f. 1. (Ἱεροκαισάρεια: a ἱερός, *sacer*, ex cultu Dianæ Persicæ hic celebri, teste *Tac.* 3. *Ann.* 62., coll. *Paus.* 5. 27. 5) nom. geogr. — *Hierocæsaria* dicitur *Tac.* 2. *ibid.* 47. — Fuit autem urbs Lydiæ in Asia Minore, ad lævam Hylli, terræ motibus vastata, cujus ruinæ dicuntur esse ad eum locum, qui hod. *Kassaba* appellatur, ad Sipylum et Sardes. — Hinc *Hierocæsarienses*, incolæ, ap. *Tac.* 3. *Ann.* 62., coll. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (118). — De ejus nummis vd. *Head*, 651.

HĪĔRŎCÆSĀRĪENSES. *V.* voc. præc.

HIĔRŎCĒPĪA, æ, f. 1. (Ἱεροκηπία et Ἱεροκηπίς) insula prope Cyprum contra Neampaphum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (130).

HĪĔRŎCLĒS, is (et ĕtis), m. 3. (Ἱεροκλῆς, ab ἱερος, *sacer*, et κλέος, *gloria*) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores hoc nomine memorantur — Pater Hieronis, regis Syracusarum, de quo *V.* HIERO II. — Item discipulus Plutarchi Olympiodori, Alexandriæ, a. 430., ex schola neoplatonica Atheniensi ac celeber magister; sed nulla de eo apud Latinos est mentio. — Item Stoicus, vir sanctus et gravis dictus *Gell.* 9. 5. — Item vir Alabandeus, orator Asiaticus rhetorumque hujus scholæ princeps, a. 94. a. Chr., laudatus *Cic. Brut.* 95. 325. — Item servus impudicissimus Antonini Elagabali imperatoris, qui pariter fuit impudicitiæ monstrum (*V.* ELAGABALUS). — Item philosophus, consilio suo et impulsu auctor persecutionis, qua in Christianos sævierunt Diocletianus et Maximianus. *Lact. mort. pers.* 16. — Alios videsis ap. *Liv.* 36. 31. et 32., *Ammian.* 29. 1. 44., *Gell.* 6. 7. 9. et *Cod. Theod.* 11. 36. 7. ¶ 2. In titulis nom. vir., quod in cogn. transiit itemque in nom. serv. *Corp.* 10. 1909. et *alia* ap. *Orelli n.* 2823. — Forma producta sequiore ætate, in *Corp.* 3. 138. et 8. 9354., ubi *Hierocleta* (abl.).

HĪĔRŎCŎMĒTÆ. *V.* HIERA.

HĪĔRŎLĒPHĪENSES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. seq.

HĪĔRŎLŎPHUS, i, m. 2. (Ἱερόλοφος = *sacer apex* v. *collis*) regio quædam in Asia, cujus incolæ, *Hierolophienses* dicti, « conventum Pergamenum frequentant » *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 33. (126). Cf. *Imhoof-Blumer, Lydische Stadtmünzen* 9. — Hinc tractum nom. vir., omissa aspiratione, in *Inscr.* ap. *Grut.* 620. 5. Jerolophus.

HĪĔRŎMBĀLUS, i, m. 2. (Ἱεδόμβαλος, idem quod Ἰεροβάαλ) proprie cogn. Gedeonis, sed corrupte usurpatum, ut nom. vir., sine aspiratione, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5051.

HĪĔRŎMYX, ycis, m. 3. fluvius Syriæ Decapolitanæ, oriens a monte Alsamano et in lævam Jordanis influens, hod. *Scheri'at el-Menadiré*, memoratus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 18. 16. (74). — *Rav. p.* 85. Jeromisus. — Scribitur etiam *Hieromix* v. *Hieromyces*.

HĪĔRON (Jeron), i, n. 2. (Ἱερὸν ὄρος *Strab.*). ¶ 1. Est mons Thraciæ in faucibus Ponti, hod. *Hagios Elias* v. *Tekir-dagh*. Memoratur *Cassiod.* 10. *Hist. trip.* 14. « Missus ergo tunc Johannes (*Chrysostomus*) in exsilium, ad orificium habitabat Ponti, quod vocatur Hieron ». ¶ 2. Item promontorium Asiæ Minoris in extrema Lycia, contra insulas Chelidonias; hinc dictum *Chelidonium* (*Liv.* 34. 41). vel *Tauri* (*Mel.* 2. 102), hod. cap. *Khelidoni*, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 27. (97). et (131).

HĪĔRON, ōnis, m. 3. *V.* HIERO.

HĪĔRONNĒSOS, i, f. 2. (Ἱερόννησος, *sacra in-*

sula) insula prope Siciliam, fort. sacra Vulcano. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (92). — *Hieronesus*, unico *n*, ap. *Capell.* 6. *p.* 208.

HĪĔRŌNIS, idis, f. 3. *V.* HIERO.

HĪĔRŌNŎMOS, et

HĪĔRŌNYMĪĀNUS, i, m. 2. *V.* voc. seq.

HĪĔRŌNYMUS, i, m. 2. (Ἱερώνυμος: ab ἱερός, *sacer*, et ὄνυμα æolice pro ὄνομα, *nomen*) nom. vir. — Scribitur *Geronimus* v. *Hieronimus* et etiam *Hieronymus*, sed male. — Vocem quinque syllabarum, ut quadrisyllabam, secunda correpta, licenter usurpavit *Prosp. Aquit. de ingr.* 2. 23. « Tunc et Bethlæus præclari nominis hospes - Hieronymus libris valde excellentibus hostem Dissecuit ». ¶ 1. Memorantur apud scriptores — 1.°) Hieronymus, Syracusarum tyrannus, Hieronis II. ex Gelone filio nepos ejusque, ætate ann. XV., successor (*V.* HIERO II), matre Nereide, Pyrrhi filia, cujus dissolutos mores pravamque indolem cives statim experti sunt, et poeta *Sil. It.* 14. 85-104. graphice descripsit. — Superbia elatus, quod avus abhorruerat simplicitatis amans, purpuram sumpsit ac diadema et satellitum manu armatorum se cinxit, quibus etiam ad crudelitatem abusus est (*Val. Max.* 3. 3. *ext.* 6), ita ut populus iratus, secundo anni regno (214. a. Chr.), tyrannum, generorum imprudentia ad solium perductum (*V.* HIERO II), conjuratione facta, interemerit (*Liv.* 24. 5-7., *Liv. epit.* 24., coll. *Diod.* 26. 15) una cum ejus sororibus (*Sil. It. loc. cit.*). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 1. *p.* 264. — 2.°) Hieronymus, Cardianus, historicus, inter æquales celebrior (Cf. *C. Müller II. p.* 450-461. et *Susemihl I. p.* 560), qui centenario major obiit post quam pluribus Macedoniæ regibus erat famulatus, circ. dimidium sæc. III. a. Chr. Meminit *Hieronym.* in *prol. comm. Dan. p.* 621. — Scripsit *Historiam successorum Alexandri M.* et *Historiam Epigonorum*, ubi de Pyrrhi regno etiam disserit (quarum fragmenta collegit *C. Müller*), stilo tamen a Dionysio Hal. valde reprehenso (*Dion. Hal.* 4). — 3.°) Hieronymus, Rhodius, æqualis Lyconis ac Timonis Phliasii, philosophus Peripateticus, sub Ptolemæo Philadelpho a. 272. a. Chr. — Multa leviter scripsit, in quibus interdum ad Epicureorum doctrinas videtur accedere (Cf. *Susemihl I. p.* 148), nec solum philosophica sed etiam alia, a *C. Müller op. cit.* accurate descripta, at jam deperdita. — De eo *Cic.* 2. *Fin.* 5.*sqq.* « Hic summum bonum ponebat in indolentia sive in vacuitate doloris ». Adde *eund. ibid.* 10. 32. et 13. 41. etc., coll. 2. *Tusc.* 6. 15. et 5. 30. 84. et alib., *Orat.* 56. 190., *Rufin. de comp. et metr. or. p.* 191. *Or.*, *Lact.* 3. 7. et *Senec. ira* 1. 16. 19. — 4.°) Hieronymus, Ægyptius, qui « antiquitates Phœnicum pulcro sermone conscripsit ». Ita *Hieronym. onom. p.* 51. *P.* Cf. *C. Müller II.* 450. — 5.°) Hieronymus, celeberrimus Ecclesiæ catholicæ pater, plenius *Hieronymus Sophronius Eusebius*, ex ejus patre Eusebio dictus, natus Stridone (*Sorin* v. *Szalad*), Dalmatiæ olim Pannoniæque confini oppido (*Hieronym. vir. ill.* 135) a. 331 (al. 340., al. 346), vel accuratius, in regione Interamna (*Murakoz*) Hungariæ (*Danko*, Mogunt. 1874., coll. *Bull.* in *Festschrift f. O. Benndorf* Wien 1898. *p.* 276-280); inde ab incunabulis, ut ipse ait (*ep.* 82), nutritus lacte catholico. — Doctrinæ acquirendæ causa itinera multa suscepit. Ætate namque ann. circ. XX. Romam profectus est, ubi lectiones grammatici Ælii Donati, præsertim in Terentium ac Virgilium, et Victorini rhetoris magno animi fervore audivit ibique et Græcam linguam didicit et plures philosophorum Græcorum opera est interpretatus cœpitque bibliothecam sibi instruere « summo studio ac labore » (*ep.* 22), et, quod potissimum est, a Liberio pontifice baptismum recepit. — Inde, quæ in urbe dominabantur, morum licentiam ac vitiorum illecebras pertimescens, quibus aliquando est leviter irretitus (*ep.* 7), discessit et, ut studiis theologicis operam daret, Treviros adiit, dein Aquilejam; mox, Italia relicta, Thraciam, Pontum, Galatiam, Cappadociam, Ciliciam peragravit petiitque Antiochiam, ubi « quidquid morborum esse poterat » (*ep.* 3) eum vehementer conflictavit. Id autem temporis, ut videtur, somnium illud celebre habuit, quod recentiores quidam critici arrogantes fabulosum putant (*Duchesne*, contra quem scripsit cl. *Bottagisio, Appunti sereni sulla Stor. della Chiesa ant. di mons. L. Duchesne* Pad.-Semin. 1911. *p.* 209. *sqq.*). De eo ipse *Hieronymus* hæc habet: « Nec vero sopor ille fuerat aut vana somnia, quibus sæpe deludimur. Testis est etc. » (*ep.* 22. *ad Eust.*). — Hic scholam Apollinaris frequentavit: « nec - ipse me docui, Apollinarium Laodicenum audivi Antiochiæ frequenter et colui, et quum me in sacris Scripturis erudiret etc. » (*ep.* 84. ad *Pam.* et *Oc.*). — Post quam bene convaluit, Chalcidem, « Thebaidem Syriacam » adiit, ubi quinquennium exegit in solitudine, pœnitentiæ operibus quam maxime intentus, non ut vanæ æmulationis et gloriæ causa insignioribus illis monachis excelleret (*Duchesne:* vd. supra), sed eximiæ virtutis impulsu ac merito; simul vero ibi linguæ Hebraicæ perdiscendæ omnem curam impendit, in qua tam est defatigatus, ut aliquando animum prope desponderit (*ep.* 125). — Postea tamen, quæstionibus theologicis exortis, solitudinem fugiens, a Chalcide Antiochiam rediit, ubi a Paulino episcopo presbyter est ordinatus, ea tamen condicione ut exinde monachi vitam ageret (*c. Joh. Hier.* c. 41). — Dein a. circ. 379. Constantinopolim se contulit, Gregorii Nazianzeni audiendi studio, quo magistro, interpretandæ sacræ Scripturæ arte rerumque divinarum scientiam se didicisse fatetur, quemque ita laudat: « Gregorius - vir eloquentissimus, præceptor meus, quo Scripturas explanante didici (*vir. ill. n.* 128) »; et *alib.* « quo ego magistro glorior et exsulto » (*l.* 1. *c. Rufin.*). Alios quoque ibi invisit viros insignes, inter quos præcipuus eminet Gregorius Nyssenus; idcirco quum secum tulisset libros, quos contra Eunomium hæreticum scripserat, eos, tantorum theologorum judicium percupiens, coram illis legendos curavit, patrumque Græcorum, præsertim Origenis et Eusebii, lectioni se totum dedit. — Necessitate deinde compulsus (*ep.* 127) Romam repetiit a. 382., ubi hominem, incredibilis eruditionis fama itemque terrenarum rerum contemptu ac sanctitate celebratissimum, et urbis universæ admiratio ac plausus et paullo post invidorum obtrectationes manebant; ita ut, quem portendebant Damasi successorem (*ep.* 45), eo mortuo, non ipse sed Syricius ad pontificatum fuerit evectus; quare Hieronymus statuit « a Babylone Hierosolymam abire » (*ep.* 45., coll. 46). Romæ tamen quum esset, discipulas habuit nobilissimas matronas et virgines, virginitatis hic eloquens patronus ac præco, quibus adnumerandæ sunt præsertim Marcella, Paula et Eustochium, hujus filia. Harum itaque sanctimoniam et colloquiis et litterarum commercio fovebat, quocumque amoto honestatis periculo, quod recentiores quidam maligne et injuriose somniarunt (*Duchesne:* vd. supra). — Damasi, cujus erat carissimus ac strenuus adjutor in Ecclesiæ catholicæ negotiis gerundis litterisque scribendis, jussu permotus, Novum Testamentum Græcæ fidei reddendum suscepit, ut esset textus, quo Ecclesia universa uti deberet; non enim necesse erat, ut nova fieret interpretatio, sed ut Italæ lectio passim, ubi rei gravitas postulasset, vel mutaretur vel emendaretur. Simul etiam Psalterium correxit Hieronymus, quod, Romæ usitatum, *Psalterium Romanum* dictum est, iterumque ad textum hexaplarem Alexandrinum conformatum, primum pro Galliis et ob id *Psalterium Gallicanum* appellatum, dein in totum Occidentem diffusum, nos hodiedum in Vulgata et in Breviario adhibemus. Ceteros dein libros V. T. similiter recensuit; donec consilium cepit eos ex Hebraico et Aramaico in Latinum vertendi, inde ab a. 390., a libris Regum opus aggressus, Psalterio haud prætermisso, quod nihilo minus ob insolitam in liturgia alterius consuetudinem, quamvis ab ipso expurgati, substitui non potuit; non tamen vertit libros Baruch, Machabæorum, Ecclesiastici et Sapientiæ, nec omnes eadem diligentia, quia, ut ipse fatetur, cursim, nimiis curis distentus, quosdam est interpretatus (*præf. Ps.*, *in Tob.*, *in Jud.* etc.). — Hæc autem fidelissima interpretatio, Italæ aliquando ex necessitate adhærens in quorundam vocabulorum usu, paullatim, ab omnibus recepta, sæc. II. *Vulgata* dicta est (κοινὴ ἔκδοσις) ac dein conciliorum ecclesiasticorum auctoritate sancita (V. *Didiot, Comm. trad. de la IV. sess. conc. Trid.* in *Revue d. sc. eccl.* 1890. *p.* 193.*sqq.* et *Vigouroux, M. B. I. p.* 215.*sqq.*). — Postremo iter fecit Hieronymus in Palæstinam, a. 385., quem Paula et Eustochium secutæ sunt, ab Antiochia, ubi, hieme ineunte, substiterant; unde Alexandriam, monachorum domicilium, venerunt. Hinc porro Bethlehem reversi, a. 386., suam sedem ibi constituerunt, cœnobiis duobus et pro peregrinis in publicis viis, Bethlehem ducentibus, hospitiis erectis; in quo quasi asylo vir sanctus vitam egit cœlestem, omnibus omnia factus et magisterio et caritate. — Fuit autem schismaticorum hæreticorumque perpetuus malleus; scripsit enim contra Luciferum (a. 379), c. Helvidium (a. 383), c. Jovinianum, « Christianorum Epicurum », c. Vigilantium (a. 406) et c. Pelagianos (a. 415); iterumque, quum de Origene, quem olim maxime coluerat, nunc vero, ab Epiphanio impulsus, deseruerat, contentio orta esset, contra Rufinum, suum adversarium et defensorem Origenis, et contra Johannem, Hierosolymitanum episcopum, ejus fautorem, vehementiore calamo scripsit. « Laudavi, inquit, interpretem, non dogmatisten; ingenium, non fidem; philosophum, non apostolum » (*ep.* 84.). *et alib.* « Si mihi creditis, Origenistes numquam fui; si non creditis, nunc esse cessavi » (*ibid.* 3). Hæc autem lis, si catholicis magno fuit dolori, potissimum Augustino; tamen non mediocri fuit etiam emolumento ad catholici dogmatis lucem magis magisque augendam ac prolatandam, certe illa gravior, quæ inter eundem Augustinum et Hieronymum aliquando viguit de loci ad *Gal.* 2. 11.*sqq.* intelligendi ratione, ab ipso Origene et Chrysostomo in sensum haud rectum accepti, quem postea Hieronymus, uti Augustino placuerat, est interpretatus (Cf. *dial. c. Pelag. I.* 22). Causa fortasse hujus dissidii fuit maxima atque adeo singularis ejus erga Sedem Apostolicam seu Romanum Pontificatum devotio, cujus testimonia sunt locupletissima epistolæ, quas ad Damasum aliosque scripsit (*ep.* 15. 1., 2., 4., coll. 16. 2. et *ep.* 15. 2) ejusque commentarii (in *Gal.* 1. 11-12., 5. 19. 21., in *Mich.* 1. 10.*sqq.*, in *Jer.* 29. 8-9., in *Joel.* 3. 1.*sqq.*, in *Ezech.* 7. 19., coll. *dial. c. Pelag.*, *præf.*). — Anno demum 420. sanctissime obiit, ætatis XCI (*Prosp.* in *chron.*), aliis tamen aliter computantibus, sepultusque est ad Præsepe Domini; cujus corpus, postea Romam delatum, in basilica s. Mariæ Majoris conditum fuit (*Martyr. Rom.* prid. kal. Oct.). — De eo *Prosp. de ingr.* 56.*sqq.* « Hebræo simul et graio latioque venustus Eloquio, morum exemplum mundique magister » et in *chron.* ad a. 385. « Hoc tempore Hieronymus presbyter toto jam mundo clarus habitat in Bethlehem, egregio ingenio et studio universæ Ecclesiæ serviens ». *Marcellin.* in *chron.* ad a. 392. « Hieronymus - catholicis quidem inexpugnabilis Ecclesiæ turris, hæreticis autem omnibus infatigabilis hostis ». *Hydat.* in *chron.* ad a. 415. « Pelagianorum sectam cum eiusdem auctore adamantino veritatis malleo contrivit. Adversus hos et alios hæreticos exstant ejus probatissima monumenta ». *Sulpic. Sev. dial. I.* 8. « ita eruditus ut se illi in omni scientia nemo audeat comparare » (*Augustin. c. Jul.* 1. 7. 34) « qui omnes vel pæne omnes theologicos scriptores perlegit ». *et alib.* sæpe « vir doctissimus, trium linguarum peritus ac eruditissimus ». *Cassiod.* in *chron.* 398. « Hieronymus presbyter in Bethlehem positus toto mundo mirabilis habetur », ad quem, tamquam ad oraculum, ex omnibus orbis terræ partibus, divinæ Scripturæ quæstiones solvendæ referebantur (*Augustin. ep.* 123), ab Augustino et a Damaso papa de locis illius difficillimis sæpe consultus. *et alib.* « latinæ linguæ dilatator eximius - planus, doctus, dulcis. *Cassian. de incarn.* 7. 26. « cœlestis bibliothecæ cultoris exemplar ». — De ejus vero scribendi ratione hæc habet *Forcellin.* noster « Hieronymus unus ex scriptoribus ecclesiasticis et doctoribus s. Ecclesiæ, qui non solum eximia Scripturarum peritia fuit, sed etiam latinitatis humaniorumque

litterarum studiosissimus: scripsitque, ut ea tempora ferebant (floruit enim sæculo Christi quarto), eleganter, erudite et latine ». Hæc vero elegantia ac venustas (quam ipse Julianus Pelagii fautor, ut constat ex *Hieronym. dial. c. Pelag.*, maxime laudavit) elucet apprime in epistolis, quas multas et plurimi habendas toto vitæ curriculo conscripsit. Laudatur etiam *Sidon. ep.* 4. 3. et 9. 2., *Claudian. Mamert. st. an.* 2. 9. et 10., *Ennod. dict.* 8., *Fulgent. ep.* 3., *Isid.* 7. *Orig.* 7. 1. et 2., coll. 1. *ibid.* 44. 4. et 2. 6. 2. et 5. 28. 1. — Quamplurima (*Hyd.* in *chron.* « innumera ») ac varia sunt Hieronymi, fecundissimi scriptoris, opera quorum majorem partem ipse quoque recensuit in catalogi *Virorum illustrium* cap. postremo, initium faciens a vita Pauli eremitæ; fuit enim « philosophus, rhetor, grammaticus, dialecticus, Hebræus, Græcus, Latinus, trilinguis » (*Hieronym. adv. Rufin. III.* 6). *V.* etiam *Indicem* librorum, *Lexico* præmissum. — Ex his præstant ob rei momentum sive litterarium sive historicum *chronicon Eusebii* ab eo translatum auctumque; opus de *Viris illustribus*, specimen quoddam historiæ litterariæ Christianæ; Scripturarum translatio seu *Vulgata* ejusque, ut diximus, *epistolæ* (120., quæ supersunt), historiæ et eruditionis thesaurus, ex quibus multa etiam ad ejus vitam adornandam possunt hauriri. — Non omnia tamen, quæ illi tribuuntur, habentur genuina, uti sunt *Breviarium in Psalmos* (*Mign. XXVI.* 821-1270), *Quæstiones hebraicæ* in *ll. Regum* et in *ll. Paralip.* (*XXIII.* 1329-1402), *Expositio interlinearis libr. Job* (*XXIII.* 1407-1470), *Commentarii in Evangelia* (*XXX.* 531-644), *Commentarii in epp. s. Pauli* (*XXX.* 645-902) etc.; quædam vero interierunt, ut *in Psalmos X-XVI. tractatus VII.*; alia denique pauca reperta sunt a *Morin* et *Haussleiter*, ut refert cl. *Bardenhewer*. — De eo scripserunt, ex recentioribus, *Zöckler, Hieronym. Sein Leben u. Wirken* etc. Gotha 1865.; *Martin, Life of Saint Jerome* Lond. 1888.; *Largent, Saint Jérôme* Paris 1898.; *Grutzmacher, Hieronym. Eine biogr. Studie* etc. Lips. 1901.; *Sanders, Études sur Saint Jérôme* Paris 1903.; *Schanz, R. L. IV. p.* 429-490 (1914). — De latinitate cf. *Paucker* Berl. 1870. et de lexicogr. et gramm. de la latinité *Goelzer* Paris 1884. — Hinc *Hieronymianus*, cogn. vir. *Corp.* 7. 240. — Cf. *Hieronomus*, cogn. vir. libertini generis: ab ἱερός, *sacer* et νόμος, *lex*, quasi sacræ disciplinæ magister. *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 88.

HĬĔRŎPHANTES, æ, m. 1. (Ἱεροφάντης: ab ἱερός, *sacer*, et φαίνω, *ostendo, in lucem profero*) quidam familiaris *Symmachi*, cujus exstant tres ad eum epistolæ *l.* 5. 1-3.

HĬĔRŎPHĬLUS, i, m. 2. (Ἱερόφιλος, *sacrorum amans*), medicus, cui se puella virgo Agnodice, virili habitu induta, erudiendam tradidit in disciplinam, teste *Hygin. fab.* 274. — *Hierophila*, cogn. mul., in *Inscr.* ap. *Grut.* 588. 11.

HĬĔRŎPHON, ontis, m. 3. (Ἱεροφῶν: cf. *Hierophantes*) legatus quidam Persei ad Eumenem a. 168. a. Chr. *Liv.* 44. 24. et 27. et 28., ubi alii leg. *Herophon* v. *Eropon*.

HĬĔRŎPŎLIS et

HĬĔRŎPŎLĪTĀNUS. *V.* **HIERAPOLIS**.

HĬĔROS, i, m. 2. (ἱερός, *sacer*) fluvius inter Pisidiam et Galatiam, ex Ida scatens, laudatus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 30. 32. (122)., ubi alii leg. *Hieras*.

HĬĔRŎSŎLȲMA cum deriv. *V.* **JERUSALEM**.

HĬĔRUM, i, n. 2. oppidum Ponti cum fluvio cognomine, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 5. 5. (17).

HĬĔRUS, i, m. 2. (ἱερός, *sacer*) ¶ 1. Cogn. vir. libert. itemque nom. serv. *Corp.* 10. 5709. et 2761. — Cf. *Martial.* 9. 104. ¶ 2. Item nom. fluvii. Cf. **HIERUM**.

HĬĔRŬSALEM. *V.* **JERUSALEM**.

HĬGĪNUS. *V.* **HYGINUS**.

HĬLĀĪRA, æ, f. 1. (Ἱλάειρα) filia Leucippi Messenii, hinc et *Leucippis* dicta (*Propert. loc. cit.*), soror Phœbes. *Hygin. fab.* 80. — Quum esset Hilaira sponsa Lyncei et Phœbe Idæ, ambæ venustissimæ, illa Dianæ sacerdos, hæc Minervæ, Castor et Pollux eas rapuerunt. *Id. ibid.*, coll. *Mythogr. I. fab.* 77., qui eam *Dianiam*, et *Mythogr. III. fab.* 15., qui *Mollisenam* vocat, filiam Zetypi cujusdam. De ea *Propert.* 1. 2. 15. « Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Hilaira soror ». *Apollod.* tamen 3. 11. Hilairam Castoris, Phœbem Pollucis uxorem dicit. — De raptorum cum sponsis certamine vd. *Ovid.* 5. *Fast.* 699.sqq.

HĬLĂRIS, is, m. 3. cum deriv. *V.* voc. seq.

HĬLĂRĬUS, ii, m. 2. (Ἱλάριος: ab ἱλαρός, *hilaris*) nom. vir. — Genet. *Hilari* habent *Auson. par.* 6. 3., *Sidon. loc. cit.* et *Venant.* 3. 7. 51 (Cf. **HERONIUS**). — Metri causa primam produxit *Paul. Petr. vit. s. Mart.* 1. 182. « Doctorem fidei per tot documenta probatum Expetit Hilarium ». Adde *Inscr.* metr. ap. *Le Blant, Inscr. Chr. de la Gaul. n.* 516. — Secundam vero eadem de causa *Sidon. carm.* 16. 116. « Eucherii venientis iter, redeuntis Hilari ». Adde *Venant.* 4. 12. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Hilarius, miles quidam Palatinus, vaticinandi peritus una cum Patricio, qui, quasi ex tripode responsa de futuris dabant consulentibus, lucri quidem sibi captandi causa, populari fide abusi; quare et accusati fuerant et supplicio affecti, teste *Ammian.* 29. 1. 7. et 28-35., coll. 31. 14. 8. — 2.º) Hilarius, episcopus Pictaviensis, in Aquitania ex ethnico nobili genere ortus altero decennio sæc. IV., catholicæ Ecclesiæ lumen præclarissimum, Arianorum malleus, doctrinæ orthodoxæ in Occidente restitutor, Athanasius alter. — A puero se totum dedit linguis Græcæ et Latinæ addiscendis ac profanam quoque philosophiam excoluit, quam postea vacuam expertus ad sacræ Scripturæ studia se convertit; nec, christianis inde documentis imbutus, baptismum distulit, familiæ curis distentus (duxisse enim traditur uxorem filiamque ex ea, nomine *Abram*, suscepisse); quin et sacerdotium iniisse et Pictaviensem sedem creditur paulo post ascendisse, cleri populique suffragiis expetitus, diu ante a. 355., ut ille scribit (*De Trin. I.* 1.sqq. et *de syn. c.* 91), fort. a. 350. — Quo tempore, quum « terroribus, bonorum spoliatione, exsilio omnique crudelitate Constantius (quem *Hilarius contr. Const. X.* 577.sqq. Antichristum vocat [c. 1] et cum Nerone, Decio ac Maximiano comparat: *c.* 7.sqq.) catholicos vexaret, nisi ad Arianas partes transirent, episcopus Pictaviensis tamquam firmissimum murum se Arianis opponens », præsertim Saturnino, metropolitæ Arelatensi, qui totis viribus in universam Galliam hæresim invehere conabatur, Arianorum furorem in se concitavit et, Saturnini astu ac fraude, falsis de eo ad Constantium imp. a Biterrensi synodo litteris missis, in Phrygiam est relegatus (*Sulp. Sev. chron.* 2. 39., coll. *vit. Mart.* 6. et *Rufin. h. e.* 1. 20). — In exsilio libertate non destitutus, patribus Græcis legendis meditandisque sedulam operam dedit ibique *de Trinitate* libros, opus omnium præstantissimum, composuit. Quadriennio autem exacto, ad Seleuciam, Isauriæ caput, concilio adesse compulsus est; unde cum legatis Constantinopolim profectus, audientiam imperatoris poposcit, ut de fide cum adversariis coram disputaret, qui ejus eloquentiam atque eruditionem pertimescentes, curarunt ut « quasi discordiæ seminarium et perturbator Orientis » ad Gallias remitteretur « absque exsilii indulgentia », ut tradit *Sulp. Sev. chron. II.* 45. 4. — In itinere Illyricum atque Italiam ipsamque Romam suo splendore illustrasse fertur, ubique collapsam fidem instaurans (*Rufin. h. e.* 1. 30); et in Galliam reversus, eam et ore et scriptis ab hæresi deterruit; quare *Sulp. Sev. chron. II.* 45. 7. « Illud, inquit, apud omnes constitit unius Hilarii beneficio Gallias nostras piaculo hæresis liberatas ». — Sed brevi, sexto nempe anno postquam redierat, sanctissime obiit idib. Jan., teste eod. *Sulp. Sev. chron.* 2. 45., a. 366 (al. 367. v. 368), « vir lenis et placidus simulque eruditus et ad persuadendum commodissimus » (*Rufin. h. e.* 1. 31). — Multos libros scripsit mira eruditione, in quibus eminet opus *De Trinitate* (libr. XII. *M. P. Lat. X.* 25-472) vel, ut initio inscriptum erat, *De fide* v. *De fide adv. Arianos*, ubi philosophico mentis acumine doctrinam de Deo-Homine ita pertractat ut dici merito possit ex Ariani conflictus historia nullum aliud cognosci, quod theologiæ amplitudine et eloquentiæ vi cum eo conferri liceat. Quodsi facilitas et elegantia stili aliquando desiderantur, quodam tamen quasi æstus ac roboris fascino ad se animos adtrahit; si quid vero inest obscuri, quo fit ut difficilius quædam intelligantur, hoc non tam dicendi vitio, quam nimiæ cogitandi subtilitati est tribuendum. — Doctrina porro, quæ inde præsertim depromitur, de Christi deitate, ad hæc redigi potest. Probatur nempe ipsum et Deum esse ex æterna ejus nativitate (*Trin.* 7. 15); nec ideo « si paternæ nuncupationis proprietas differt, natura differt » (*in ps.* 138. 17); sed, Deus ab æterno, homo factus est « habens in se et totum verumque quod homo est, et totum verumque quod Deus est » (*Trin.* 10. 19). Is vero « ut per se sibi assumpsit ex Virgine corpus, ita ex se sibi animum assumpsit » (*Ibid.* 10. 22) et quidem « cæleste corpus » (*Ibid.* 10. 18) ob cælestes ejus dotes: quod si passus est, id ex ejus voluntate fuit (Cf. *Is.* 53. 7); et si in cælestem gloriam conformatus est in monte, si attactu suo febres fugavit, si deambulavit supra mare etc., in eo non miracula « sed in virtute suæ naturæ fuerunt » (*Ibid.* 10. 35.; et cf. *Act.* 10. 38); corpus nihilo minus, quod pati posset, assumpsisse ambiguum non est « quamvis non in natura ejus » (*Ibid*). Ita *Hilarius*, cum aliquo fort. a communi doctrina discrimine, cujus tamen libros, cum Athanasii epistolis, ut « inoffenso decurrat pede », *Hieronym.* admonet Lætam in *ep.* 107. — De eo idem *Hieronym. ep.* 58. ad *Paul.* « Hilarius Gallicano cothurno attollitur et quum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis involvitur ». *et ep.* 70. *ad Magn.* « Duodecim Quintiliani libros et stilo imitatus est et numero, brevique libello, quem scripsit contra Dioscorum Medicum, quid in litteris posset, ostendit ». Adde *Venant. in vit. ejus, Rufin. apol.* 2. 31. et 35., *Mam. Claudian. st. an.* 2. 9. 3., *Cassiod. hist. trip.* 6. 24. et *inst.* 18., *Faustin.* et *Marcellin. lib. prec.* 7. — Præterea scripsit *ad Constantium Aug. libr.* 2., *de Synhodis* seu *de fide Orientalium l.* 1., *Apologetica ad reprehensores libri de synhod. responsa* (fragm.), *contra Arianos* vel *Auxentium Mediolanensem*; dein etiam *Comment. in Evang. Matthæi, Tractatus super Psalmos, lib. mysteriorum*, in quibus maxime persequitur sensum, qui allegoricus dicitur vel propheticus vel typicus et ab eo *typica ratio, causæ interiores, cælestis intelligentia*; quamvis litteralem seu historicum non excludat (*Instr. c.* 1., in *ps.* 54. 9. et 134. 1). Addimus panxisse etiam *Lib. hymnorum* (*Hier. vir. ill.* c. 100); quin, ex sententia *Isid.* (*De eccl. off. I.* 6), « Hilarius hymnorum carmine claruit primus », saltem in Asia Minore, ubi eos composuisse fertur; tum etiam *Lib. contra Constantium*, post imperatoris obitum in lucem prolatum; *Lib. adv. Valentem et Ursacium* etc. et *Ad præf. Sallustium* (*Hier. vir. ill.* c. 100), quæ duo ad nos non pervenerunt, et *Fragmenta ex opere historico*, quæ pleraque spuria habentur, ut etiam *Tractatus in I. et IV. Evang. init.*, editi a *Mai* (a. 1852) et *Matth.* 9. 2.sqq.; insuper *fragmenta* pauca exstant *Tract. in Job* (*Hier. vir. ill. l. c.*) et alia ex *Lib. mysteriorum*, a Gamurrini reperta; *Commentaria* vero in *Cant.* (*l. c.*) et in *epp. Paulinas* deperdita sunt. — De eo scripserunt *Baltzer, Die Theol. des hl. Hilar. von Poit.* Rottw. 1879. et *Die Christol. d. hl. Hil. von Poit.* 1889.; *Foerster, Zur Theol. d. Hilar.* in *Th. Stud. u. Krit. LXI* (1888) 645-686.; *Largent, St. Hilar.* Paris 1902.; *Quillacq, Quomodo lat. ling. usus sit S. Hilar. Pict. ep.* Tours 1903. — 3.º) Hilarius, Arelatensis episcopus, nat. a. 401 (al. 403). ex familia illustri, philosophiæ, arti oratoriæ litterisque mature deditus, sed mundi illecebris aliquandiu indulgens, a quibus ex earum tædio et hortationibus Honorati episcopi ad bonam frugem conversus, in solitudinem Lerini secessit, unde vix ætat. ann. XXX., jam sacerdos, Honorato defuncto, ad metropolitanam Arelatensem sedem evectus est eamque et vitæ sanctitate et fortitudine, qua sibi adversarios peperit, et plurium synodorum celebratione illustravit (*Gennad. vir. ill.* 70.

et *Isid. vir. ill.* 29., coll. *Le Blant, Inscr. chrét. de la Gaul. n.* 516). — Videtur tamen in suæ ecclesiæ juribus tuendis paullo ardentior exstitisse et ansam dedisse suis obtrectatoribus eum apud Leonem, pont. Rom., deferendi, quod alium suffecisset ægroto cuidam episcopo, atque illum, ex morbo convalescentem, in pristinam sedem utpote ineptum restituere noluisset. Hinc etiam factum est, ut a Leone omnibus privaretur metropolitæ juribus; quod ipse non solum æquo animo est passus, sed et veniam a Pontifice petiit cum magna ejus admiratione, qui Hilarium et vivum suspexit et mortuum *virum sanctæ memoriæ* dixit (*Leo M. ep.* 40). — Obiit inter ann. 450. et 455., teste *Gennad. vir. ill.* c. 69. — Plura scripsit tam soluta quam ligata oratione, quamquam non omnia, quæ ejus nomine circumferuntur, æque certa sunt, nempe *Serm. de Vita S. Honorati ep. Arel.* (*Gennad. ibid.*), *Epist. ad Eucherium ep. Lugdun., Interpr. app. VII. cathol.*, opus valde dubium, uti etiam incerta tria opuscula: *Serm. seu narrat. de miraculo S. Gerasii mart. Arel., Versus in natali Machabæorum mm.* et *Metrum in Genesim ad Leonem Papam*. — De eo alia colliges ex *Vita S. Hilarii Arel.*, communiter adscripta *Honorato*, ep. Massiliensi (Cf. *Bardenhewer* in *Kirchenlex. Welzer u. Welte* et *Patr. II. p.* 358.sq.). — 4.º) Hilarus, diaconus ecclesiæ Romanæ, Hieronymi et Augustini æqualis, Liberii pap. legatus ad Constantium imp. (*Hilar. op. hist. fragm.* 5. *n.* 6), ab Arianis in exsilium pulsus (*Prosp.* in *chron.* ad a. 355., coll. *Sulp. Sev. chron.* 2. 39). — Fortis fuit, qui postea a fide descivit et in schisma Luciferianorum lapsus rebaptizabat ad se venientes, irrisive *Deucalion orbis* dictus *Hieronym.* c. *Lucif.* 21., 26. et 27. — Huic tribuuntur *Comment. in epp. XII. Paulinas* et *Quæstiones utriusque Testamenti* sive *Quæstionum Vet. et Nov. Test. lib.* — 5.º) Alios videsis ap. *Tac.* 2. *Hist.* 65., *Cod.* 12. 60. 9. et *Cod. Theod.* 5. 1. 3. et *Prosp.* in *chron.* ad a. 449. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 8. 1219. et 9. 1234. — *Hilaris*, cogn. mul. *C.* 8. 7398 (*Kudiat Ati*). — Fuerunt hoc nomine etiam — Mater s. Afræ, illius, quæ, ex meretrice ad Christum conversa, martyrio una cum matre ac tribus ancillis coronata est (*Act. s. Afr.* ap. *Ruinart*). — Alia martyr, de qua *De Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1873. *p.* 11.sq. — Alia item martyr, cujus mentio est in *Inscr.* reperta Romæ in cœmeterio s. Hagnes a. 1847., et in oppidum Montem Vici translata (*Gazzera* in *Mem. della R. Acad. di Torino XI. p.* 315). — *Hilaria* (tum v. *lorum*), alio sensu. *V.* voc. in *Lexico*. — Hinc — *a*) *Hilarus* (*Ilarus*), Ἵλαρος = *hilaris, lætus*, cogn. vir., ingen. ac libert. itemque nom. serv. *Corp.* 2. 554. et 8. 5128. — Fuit etiam ita nuncupatus pontifex R. a. 461-468., antea legatus missus a Leone M. a. 449. ad Concilium Ephesinum; sed ab hæreticis circumventus, ut latrocinio subscriberet, inde effugit Romamque repetiit. — Leone vita functo a. 461., in ejus successorem est electus suæque virtutis specimina statim dedit; hæreticos namque ab urbe depulit, damnavitque Eutychetem, Nestorium et Dioscorum eorumque asseclas (*Gelas. pap. ep.* 26. *n.* 11); synhodos Nicænam, Ephesinam et Chalcedonensem confirmavit ac Romanam celebravit a. 465. Obiit a. 468., sibi succedente Simplicio (*Hydat.* in *chron.* ad Ol. CCCXII). — Alii occurrunt ap. *Cic.* 1. *Att.* 12. et 16. 4. et 13. *Fam.* 33., *Plin.* 7. *Hist. nat.* 13. 11. (60)., *Martial.* 6. 78., *Augustin. retract.* 2. 11. etc. — *Hilara* (*Ilara*), cogn. mul. frequentissimum tam ingen. quam libert. itemque nom. serv. *Corp.* 8. 7774.; *alia* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1371. et in *Ephem. epigr. IV. p.* 100. *n.* 313. — *b*) *Hilaris* (*Ilaris*), cogn. vir. *Corp.* 2. 1426. et 8. 198. — *c*) *Hilarianus*, cogn. vir., etiam libert. generis. *Corp.* 3. 2604. et 10. 197. et *alia* in *Inscr. Afr. Lat.* 8. 1649 (*El Kef*). — Fuerunt etiam hoc nomine: — Corrector Lucaniæ et Bruttiorum a. 316. sub Constantino M. (*Cod. Theod.* 9. 19. 1), proconsul Africæ a. 324 (*Ibid.* 12. 1. 9), consul ordinarius a. 332. cum Papinio Pacatiano (*Chronogr.* a. 354) et præf. urbis sub Constantio imp. a. 338 (*Laterc. præf. Urb.*). — Item proconsul Africæ sub Valente, Gratiano et Valentiniano (*Corp.* 8. 1219) a. 377., præf. præt. sub Arcadio et Honorio impp. (*Cod. Theod.* 13. 11. 7) et præf. urb. a. 408 (*Cod. Theod.* 14. 4. 8). Ejus integr. nomen fuit *Hilarianus Hilarius*. De eo *Symmach. ep. l. III.* a *n.* 38-42. et *Hieronym. ep.* 54. *ad Fur.*, sed tacito nomine. — Item alii ap. *Tertull. ad Scap.* 3. et in *Cod.* 8. 44. 2. et 8. 45. 7. et 1. 28. 6., coll. *Jorn. Get.* 266. *M.* — *d*) *Hilaranus*, nom. vir. in titulo Chr. ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I. p.* 248. *n.* 577. — *e*) *Hilarensis*, adj., ut *Hilarense oppidum*, de quo *Augustin. ep.* 229., fort. quod alibi *Hiltanse* dicitur (Cf. *Morcelli, Afr. Chr. I. p.* 179). — *f*) *Hilarinus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 5. 4989. — Fuerunt hoc nomine: — Auriga quidam a. 364. ab Aproniano præfecto Urbi capitali animadversione damnatus, quod filium suum vixdum pubescentem venefico cuidam tradidisset docendum secretiora quædam legibus interdicta. Laxius vero retinente carnifice, subito lapsus confugit ad ritus Christiani sacrarii, sed exinde abstractus illico, abscissa cervice, consumptus est, teste *Ammian.* 26. 3. 3. et 4. — Alii in *Cod.* 9. 9. 15., *Cod. Canon.* 127. *p.* 222. *M.* et *Not. Afr.* — *g*) *Hilarinius*, nom. vir. *Inscr. Afr. Lat.* 8. 2564. — *h*) *Hilario* (*Ilario*) et *Hilarion* (Ἱλαρίων, ωνος), nom. vir., demin. ab *Hilarus*, quod transiit in cogn. *Corp.* 2. 3120. et 8. 6471. *Alia ibid.* 9. *p.* 36. Hilarioi *pro* Hilarioni. *et Sidon. carm.* 16 (al. 18). 101. « Nunc Or, nunc Ammon, nunc Sarmata, nunc Hilarion », ubi licenter pænultima producitur. — Fuerunt etiam ita appellati: — Infans quidam seu puer, martyr a. 304. cum aliis plurimis in Abitinensi civitate (*Act. Saturnin., Dat.* et *socc. mm.* 3. ap. *Migne, Patr. Lat. VIII. p.* 691). — Item monachus seu anachoreta celeberrimus et monachorum pater, discipulus Antonii erem., sæc. IV., et miraculis toto orbe insignis, ex vico Tabatha in Palæstina ortus parentibus idololatris, a quibus Alexandriam missus est studiorum causa; sed Christi fidem amplexus vitam duxit mirabilem, quam descripsit *Hieronymus* et in Græcum transtulit *Sophronius* (*Hier. vir. ill.* 134), memoratus *Cassiod.* 6. *Hist. trip.* 18. et 28. aliisque. Obiit ætate ann. LXXX. c. a. 372. ejusque corpus in ins. Cyprum est delatum. — *i*) *Hilarisla*, cogn. mul. *Corp.* 8. 4141 (*Inscr. Afr. Lat.*). — *l*) *Hilaro* (*onis*), nom. vir., demin. Græc. more, in titulo Christ. mutilo ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 285. — *m*) *Hilaritas* (*Ilaritas*), nom. deæ cujusdam, in nummis impp. ap. *Eckhel*, 7. *p.* 105., 151. et 456., et cogn. etiam mul. *Corp.* 9. 3581. et 10. 7615. — Abs., in titulis Chr. apud *De-Rossi, R. S. III. p.* 168. et 169.

HĬLĂRUS. *V.* voc. præc.

HĬLĂSĬUS, ii, m. 2. poeta sæc. V. p. Chr., unus ex XII., vulgo *Scholasticis* dictis, ut Asclepiadius, Asmenius, Basilius, Euphorbius, Eustenius etc., quorum varia carmina ex Cod. sæc. IX. edidit *Riese* in *Anth. Lat.* a *n.* 495-638., tit. « Carmina duodecim sapientium ». Cf. *præf. p. XII.sqq.*

HILDEMUNDUS v. Hildomundus, i, m. 2. dux in exercitu Rom., Germanus natione, sub imp. Valeriano. *Vopisc. Aurelian.* 11.

HILDĔRĪCUS, i, m. 2. (Ἰλδέριχος) nom. vir. — *Hilderix* v. *Hildimer* etiam scribitur. — Fuit filius Hunerici et Eudoxiæ, nepos Genserici, a. 525-530. rex Vandalorum, expulsus et interfectus a Gelimero, ultimo horum regum, quem Belisarius vicit depositque a. 534. *Coripp. Joh.* 3. 198. et 262. Cf. *Procop. b. Vand. I.* 9. et 17. et *Momms. Chron. I.* 269. et *II.* 197. et 198.

HĬLĒIA (Eleia), æ, f. 1. (Ἕλεια, Ἐλεία, Ἐλήα *Ptol.*) urbs Mesopotamiæ, apud quam Romani a Persis cæsi sunt sub Constantio imp., hod. *el-Ehajjel*. Memorat *Ammian.* 18. 5. 7.

HĬLERNUS, i, m. 2. regulus quidam Hispanus, a M. Fulvio in prœlio captus a. 193. a. Chr. *Liv.* 35. 7., ubi alii leg. *Hilermus*.

HILLEVIŌNES, um, m. plur. 3. gens Scandinaviæ, de qua *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (96). « Codanus (*sinus*, hod. *Kattegat*) refertus insulis, quarum clarissima est Scandinavia incompertæ magnitudinis, portionem tantum ejus, quod notum sit, Hillevionum gente D. incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat ».

HILLUS, i, m. 2. cogn. vir. per jocum et contemptum pro *Hirrus* fictum a *Cic.* 2. *Fam.* 10. « Quum esset tanta res, tantæ gratulationis; de te, quia quod sperabam, de Hillo (balbus enim sum) quod non putaram ». Hic *Cicero* respondet *M. Cælio*, qui de C. Lucceio Hirro ædilitate frustrato et de se eam consecuto, ita scripserat ad illum 8. *Fam.* 4. « Spero te celeriter auditurum et de nobis, quod sperasti, et de Hillo, quod vix sperare ausus es ». *Cicero* tamen salse (*de Hillo pro de illo*), ut *Hirri* cognomen, balborum instar, litteram *r* in *l* permutantium, latenter enunciaret.

HILLȲRICUM et deriv. *V.* **ILLYRICUM** etc.

HĪLŌTÆ. *V.* **HELOTÆ**.

HILPERĬCUS, i, m. 2. rex Burgundionum, a Theoderico, rege Vesegotharum, victus. *Jorn. Get.* 231. *M.* V. *Momms.* in *h. l.*

HĪMANTŎPŌDES, um, m. plur. 3. genus hominum monstrosorum in Æthiopia (græce ἱμαντόποδες, *loripedes*: ab ἱμάς, *lorum*, et πούς, *pes*; crura enim lori modo flexilia habent), qui flexu nisibus crurum potius repunt, quam incedunt et pergendi usum lapsu magis destinant, quam ingressu, teste *Solin.* 31. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 8. (44). « Himantopodes loripedes quidam, quibus serpendo ingredi natura sit ». Adde *Mel.* 3. 103. *Fr.*

HĪMAS, antis, m. 3. pater Plutus, quæ ex Jove Tantalum peperit (*Hygin. fab.* 155); sed *Schol. Pind.* ad Ol. III. dicitur Pluto Saturni filia (Πλουτὼ γὰρ θυγάτηρ Κρόνου).

HĪMELLA, æ, f. 1. fluvius Italiæ mediæ (reg. IV. Æquic. et Sabin.), qui a lacu Fucino in Tiberim excurrit prope Casperiam, teste *Vib. Seq. p.* 11., hod. *Salto*. Memoratur etiam *Virg.* 7. *Æn.* 714., coll. *Serv.* ad *l.*

HĪMER et Himĕrus, i, m. 2. (Cf. ἵμερος, *desiderium*; quo et Cupido, deus amoris, appellatur) nom. serv. et etiam cogn. vir. *Corp.* 9. 4865. et 10. 1408. — *Imer*, sine aspiratione, *ibid.* 5. 3602.

HĪMĔRA, æ, f. 1. (Ἱμέρα) nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum ad septentr. Siciliæ et ad ostium fluvii cognominis, trib. *Claudiæ* adscriptum hod. *Bonfornello*, patria Stesichori; quod nomen etymologi conferunt cum ἵμερος (*V.* voc. præc.) et cum χίμαιρα; in *Inscr.* enim etiam ita appellatur (*V. Gabrici, Topogr. e numism. dell' antica Imera e Terme*, Nap. 1894. et *Holm III.* 562.sqq.). Memoratur *Justin.* 4. 3., *Oros.* 2. *Hist.* 14., *Mel.* 2. 118., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (40). — Conditum fuit a. 648. a Zanclæis; dein a. 480. a Pœnorum obsidione insigni victoria per Gelonem liberatum est, quo tempore Athenienses Salaminæ de Persis victores exstitere. — Quum vero civium numerus esset exiguus, ex consilio Theronis Agrigentini Dores colonos habuit; quo facto civitas florere cœpit. Sed postea iterum a Pœnis est obsessa, duce Hannibale, et expugnata, cæsis plerisque incolis eversisque mœnibus (*Diod.* 13. 59.sqq., coll. *Frontin.* 3. *Strat.* 10. 3). De ea *Cic.* 4. *Verr.* 11. 35. hæc habet « Himera eversa, quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii se Thermis (*ita dictis ex aquis calidis oppido vicinis*) collocarant, in ejusdem agri finibus, neque longe ab antiquo oppido », quamquam paullo aliter *Diod.* 13. 79. rem enarrat; hinc hod. *Termini* appellatur, cujus incolæ *Thermitani* vel *Himeræi Thermitani* dicti (*Corp.* 10. 7345., coll. nummis ap. *Eckhel*, 1. *p.* 213. et *Head*, 143. Adde *Inscr. Corp.* 10. 7337-7455). — De ea scripserunt *Freeman-Lupus, Gesch. Sicil. I.* 354.sqq.; *Holm, Gesch. Sicil.* in *Altert. I.* 135.sq. et *Ziegler, PWK* 8. 1613.sqq. — Hinc *Himeræus* (*Himereus?*), adj. *Val. Max.* 1. 7. *ext.* 6. et *Tertull. anim.* 46. — Abs. *Himeræum*, fluvius. *V.* infra. — *Himeræi*, incolæ. *Val. Max.* 1. 7. *ext.* 6. et *Frontin.* 3. *Strat.* 4. 4. et 13. 10. 3. — In sing. num., ut *Demophilus Himeræus*, i. e. ex Himera, ap. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 9. 36. (61). — *Himerius*, nom. vir. ap. *Sidon.* 7. *ep.* 13., et *Himeria*, nom. mul. *Corp.* 5. 8394. — *Himerilla*, cogn. mul. demin. *C.* 8. 8078. — *Himeros* (Ἵμερος), Cupido v. epitheta. Cupidinis: ab ἱμείρω, *desidero*. *Corn.* 25. *p.* 201. *G.*, coll. Ca-

pell. 9. *p.* 305. Adde *Lucian. d. dial.* 20. 14., coll. *Capell.* 9. *p.* 306. — Hinc cogn. vir. *Corp.* 4. 1109. ¶ 2. Est etiam fluvius Siciliæ, quam oriens ex monte Maroneo et influens in Africum Phintiæ, forme scindit a septentr. ad merid., hod. *Fiume Salso.* — De hoc fluvio *Mel.* 2. 119. « De amnibus Himera referendus, quia in media *(insula)* admodum ortus in diversa decurrit scindensque eam utrinque alio ore in Libycum, alio in Tuscum mare devenit ». *Sil. It.* 14. 232. « Qua mergitur Himera ponto Æolio; nam dividuas se scindit in oras, Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus ». Adde *Ovid.* 4. *Fast.* 475., *Liv.* 24. 6. et 25. 40. et *Vib. Seq. p.* 11. — Apud eam prœlium commissum est a. 466. ab Agrigentinis cum Syracusanis; a. 311. ab Agathocle cum Carthaginiensibus; a. 212. a Romanis cum Syracusanis; denique ex conventione Hieronymi cum Pœnis Himera fuit limes Syracusani ac Punici imperii. — *Himeræum* eum vocat *Solin.* 5. 41. Himeræum cælestes mutant plagæ: amarus denique est, dum in aquilonem fluit, dulcis, cum ad meridiem flectitur. — Cf. *Vitr.* 8. 3. 7., ubi *Himeras* scribitur. *V.* loc. — Hunc fluvium veteres honoribus divinis prosecutos fuisse testantur nummi ap. *Eckhel,* 1. *p.* 212.*sq.* et *Corp. Gr. I. n.* 5747. Hinc *Cic.* 2. *Verr.* 35. 86.*sq.* « Erant signa ex ære complura, in his eximia pulcritudine ipsa Himera in muliebrem figuram habitumque formata ex oppidi nomine et fluminis ». — Distinguenda tamen est ab alia boreali, quæ hod. *Fiume Grande* appellatur, se exonerans in mare ad Himeram opp. et a diverso enim fonte oritur, quum hæc Himera sit australis et *Fiume Salso* dicatur, influens in Africum mare.

HĪMĔRÆUM, i, n. 2., et

HĪMĔRAS. *V.* voc. præc. 2.

HĪMĔRŎS (ŏtis), m. 3. aliaque deriv. *V.* voc. præc. 1.

HĪMERTĒ, es, f. (Ἱμερτή) ¶ 1. Nomen ins. Lesbi ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 39. (139). ¶ 2. Cogn. libert. mul. *Corp.* 9. 461. Cf. ἱμερτός, *desiderabilis.*

HĪMĔRUS, i, m. 2. ¶ 1. Vir quidam, qui a Phraate, Parthorum rege, ad bellum proficiscenti, ad tutelam regni relictus, hac potestate abusus tyrannidem crudeliter exercuit. *Justin.* 42. 1. ¶ 2. Cogn. vir. *V.* HIMER.

HĪMILCO (Himilcon), ōnis, m. 3. nom. vir. — Scribitur etiam *Himelcho* v. *Himelco* et, omissa duplici aspiratione, *Imilco.* — Prior syllaba corripitur *Sil. It.* 14. 431. — Origo nominis Punica est (*Corp.* 10. 7513), quod in lingua est *Hhimilkath,* cuique inest notio *regni, dominationis,* v. potius vox est conferenda cum *Hamilcar,* i. e. gratia-Melkart (sc. Herculis). — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Himilco, dux Carthaginiensis, Hannonis, celebris navigatoris, frater, ut arguitur ex *ind. Plin. l.* 5., qui eum recenset inter auctores, et clarius ab *Avien. or.* 412. ¶ 2. Himilco, Hannonis filius, dux Pœnorum contra Dionysium I. Siculum a. 396 (*Diod.* 13. 80.*sq.* et 14. 49.*sqq.*). — De eo *Frontin.* 1. *Strat.* 1. 2. « Himilco, dux Pœnorum, ut in Siciliam inopinatus appelleret classem, non pronuntiavit, quo proficisceretur; sed tabellas, in quibus scriptum erat, quam partem peti vellet, universis gubernatoribus dedit signatas præcepitque, ne quis legeret, nisi vi tempestatis a cursu prætoriæ navis abductus ». ¶ 3. Himilco, dux Pœnorum, a. 214. a. Chr., de quo hæc habet idem *Frontin.* 3. *Strat.* 10. 5. « Himilco Carthaginiensis, apud Agrigentum, juxta oppidum partem copiarum in insidiis posuit præcepitque his, ut, quum processissent oppidani, ligna humida incenderent; deinde cum reliqua parte exercitus - simulata fuga persequentes oppidanos longius cedendo protraxit. Insidiatores prope mœnia imperatum ignem acervis subjecerunt; unde obortum contemplati fumum Agrigentini, incensam civitatem suam existimaverunt defendendæque ejus gratia dum trepide recurrunt, obviis eis, qui insidiati juxta muros erant et a tergo instantibus, quos persecuti fuerant, in medio trucidati sunt ». — Denique, pluribus rebus gestis, peste absumptus est a. 212. *Liv.* 24. 35. et 36. et 39. et 25. 26., coll. *Oros.* 4. *Hist.* 6. et *Sil. It.* 14. 430. ¶ 4. Alios duces videsis ap. *Liv.* 28. 12. et 28. 20. — De his consulas *Holm, Gesch. Sizil. II.; Meltzer, Gesch. d. Karth. I.* 270.*sqq.* et *Freeman, Hist. of Sicily III.* 518.*sqq.*

HINNŪLUS (Innulus), i, m. 2. nom. vir. demin. ab *hinnus,* in *Corp.* 4. 2998.

HINOLEJUS, i, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 10. 4632.

HĪONA, æ, f. 1. uxor Celei, illius, qui Cererem, dum filiam quæreret, hospitio excepit, et mater Triptolemi, teste *Mythogr. II. fab.* 96., quæ ab aliis *Cothonea* vel *Metanira* dicitur.

HĪOS, i, f. 2. (Ἴος) una ex insulis, quæ in mari jacet, quod Thraciam et Cretam interfluit, hod. *Nio.* Memoratur in *Itin. Ant. p.* 522.

HĪOSTUS, i, m. 2. vir Sardus, filius Hampsicoræ, qui, patre absente, quum prœlium temere iniisset, a. 215. a. Chr., cecidit, teste *Liv.* 23. 40., ubi alii leg. *Hostis.*

HIPPALCĪMOS v. Hippalcimus, i, m. 2. (Ἱππάλκιμος = *equitator strenuus)* vir Peloponnesius, filius Pelopis et Hippodamiæ, Œnomai filiæ, pater Peneiai ex Asterope (*Hygin. fab.* 94), unus ex Argonautis (*Id. fab.* 14., coll. *fab.* 84. ubi *Hippalcus* contr. vocatur), a Pisis profectus; quamquam *Apollod.* 1. 9. 16. inter eos non recenset. Cf. *Munker* ad *Hygin. locc. citt.* et *Burmann* in *Catal. Argon.*

HIPPĂLUM mare (πέλαγος Ἵππαλον *Ptol.)* nom. fort. maris *Erythræi,* ita dictum vel ab *Hippalo* nauta vel ab *Hippalo* vento (V. *Lexic.),* quo postmodum *sinus Persicus* venit. Memoratur in *Itin. Alex.* 110. « Ipsa *(India)* vero extrinsecus ubique Oceano munitur, interfluo mari Hippalo, cujus sinus Persas includit ». Cf. *Vivien d. S.-Martin, le Nord de l'Afr. p.* 268. et 269., qui ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 34. (172). pro *Hispalum* conjicit *Hippalum.*

HIPPARCHĬA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

HIPPARCHUS, i, m. 2. (Ἵππαρχος = *equitum præfectus v. princeps)* nom. vir. — Scribitur etiam *Hipparcus,* sine aspiratione, in *Inscr.,* quam *V.* infra. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.º) Hipparchus, vir percelebris, Nicenus patria, Alexandrinus et Rhodius studiorum causa, nat. ca. a. 161. a. Chr., astronomus, mathematicus, geographus, non solum apud veteres sed etiam apud recentiores plurimi habitus, qui et multa perfecerit et quædam ipse repererit, quæ non interciderunt. — Laudatur *Cic.* 2. *Att.* 6., *Plin.* 2. *Hist. nat.* 12. 9. (54). et alib., *Vitr.* 9. 6. 3., *Colum.* 1. 1. 4. et 9. 14. 12. et 11. 2. 94., *Censorin. d. nat.* 18. 9., *Mel.* 3. 70., *Petron. sat.* 40., *Ammian.* 26. 1. 8., *Capell.* 8. *p.* 274., 277. et 298. — Astronomus, si Aristarchum Samium secutus, errore terram censuit mundi esse centrum, de motu tamen solis et lunæ, deque intervallo, ἀστρολάβου ὀργάνου *(astrolabio),* ab eo inventi, ope, inter illa et terram statuendo, de antecessione, uti ajunt, æquinoctiali, de stellis, quæ fixæ seu immotæ dicuntur, deque aliis cæli phænomenis mirifice disseruit, ut dici possit astronomiæ pater: mathematicus, triangulorum mensionem *(trigonometria)* primus docuit: geographus, longitudinis ac latitudinis computationem et veram chartarum geographicarum rationem *(cartografia)* invexit (Cf. *Manitz p.* 288. et *Susemihl I.* 765-774). — Multa scripsit, ex quibus unum tantum exstat *Commentarii phænom. Arat.* libr. III., opus juvenile, majore ex parte contra Eratosthenem exaratum, a *Manitz* germanice, cum *Excursu,* editum in bibl. Teubner a. 1894. — 2.º) Hipparchus, Ponticus, philosophus, qui animam humanam ignem esse docuit. De eo *Tertull. anim.* 6. « Hipparchus et Heraclitus ex igni ». et *Dionys. Exig. de cr. hom.* 24. « Heraclitus item et Hipparchus Ponticus ignem adferentes, iisdem demonstrationibus utuntur ». *et Macrob.* 1. *somn. Scip.* 14. 20. « Plato dixit animam essentiam se moventem; Aristoteles ἐντελέχειαν; Pythagoras et Philolaus harmoniam; Possidonius ideam; - Heraclitus Ponticus lucem; Heraclitus physicus scintillam stellaris essentiæ; Zenon concretum corpori spiritum; Democritus spiritum insertum atomis; - Hipparchus ignem; Anaximenes aera etc. ». — 3.º) Hipparchus, filius Pisistrati, a *Justin.* 2. 9. *Diocles* appellatus, qui cum Hippia fratre tyrannidem exercuit Athenis, artium litterarumque cultor ac patronus; sed ab Harmodio et Aristogitone occisus a. 514. a. Chr.; quamquam de tempore adhuc disputatur. Cf. *Hieronym. in chron.* ad Ol. LXIV. Memoratur *Gell.* 17. 21. 7., coll. *Ampel.* 15. — Fertur, hermis cum binis quaque inscriptionibus, quarum altera pentametro versu ad cives in bonis moribus informandos constabat, Athenas ac demos decorasse (ex. c. Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου μὴ φίλον ἐξαπάτα). V. *Bergk, Poet. lyr. gr. II.* 568. — 4.º) Alii occurrunt ap. *Mam. Claudian. stat. an.* 2. 7. 7., coll. *Plat.* in dial. inscr. Ἱπποκράτης, et *Plin.* 35. *Hist. nat.* 58., coll. *Suet. Vesp.* 13. et *Eckhel,* 4. *p.* 243. ¶ 2. In titulis nom. serv. itemque cogn. vir. *Corp.* 10. 2830. — *Ibid.* 1267. Hipparcus. — *Hipparchia,* nom. mul., quæ fuit soror Metroclis Maronitæ, philosophi Cynici, uxor Cratetis item Cynici, de qua Græci tantum scripserunt (*Laert., Suid., Clem. Alex.).*

HIPPĂRĒNI, ōrum. *V.* voc. seq.

HIPPĂRĒNUM, i, n. 2. oppidum Mesopotamiæ, de quo *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 30. (123). « Sunt etiamnum in Mesopotamia oppida Hipparenum, Chaldæorum doctrina, et hoc, sicut Babylon, juxta fluvium Narragam, qui cadit in Narrogam, unde civitati nomen: muros Hipparenorum Persæ diruere ». Sed videtur *Plin.* errare et legendum esse *Sipparenum* vel *Sippar* (*Sispara* ap. *Beros.* et *Sipphara* ap. *Ptol.),* unde Σιππαρηνῶν πόλις dicta *Abyd.* ap. *Euseb. chron. I.* 37.

HIPPĂRĪNUS, i, m. 2. (Ἱππαρῖνος) nom., ab *Hipparis* fl. derivatum, viri cujusdam Syracusani, de quo *Nep. Dion.* 1., coll. *Diod.* 26. 6. et 36.

HIPPĂRIS, is, m. 3. (Ἵππαρις) Secunda syllaba brevis est ap. *Pind. Ol.* 5. 12. et *Nonn. Dion.* 13. 317.; sed producitur *Sil. It.* 14. 230. — Est autem fluvius Siciliæ, qui in Camerinum lacum se exonerat, hod. *Fiume Rifrescolaro* et *Fiume di Camarana.* Memoratur *Sil. It. loc. cit.,* ubi *pauperis sicci* eum dicit. — Ejus tamquam dei effigies in nummis Camerinæ urbis visitur capite juvenili ac turgente e fronte cornu inter duos pisciculos. V. *Eckhel,* 1. *p.* 199.*sqq.,* coll. *Holm n.* 81., 160. et 161. et *Schubring, Kamar., Phil. XXXII.* 509.*sq.* (1873). — Hinc *Hipparinus,* quem *V.* suo loc.

HIPPĂSĪDĒS, æ, m. 1. *V.* voc. seq.

HIPPĂSUS, i, m. 2. (Ἵππασος) nom. vir. ¶ 1. Fuit hoc nomine Euryti filius, unus ex iis, qui ad aprum Calydonium se contulerunt. *Hygin. fab.* 173. ¶ 2. Item vir Peloponnesius, Actoris argonautæ pater. *Id. fab.* 14., de quo loco dubitatur. ¶ 3. Item Priami filius. *Id. fab.* 90. ¶ 4. Item centaurus ap. *Ovid.* 12. *Met.* 352. ¶ 5. Item unus ex Lapithis, laudatus *Val. Flacc.* 1. 148. ¶ 6. Item scriptor de rebus musicis ap. *Boeth. Inst. mus.* 2. 20. ¶ 7. Item venator ferox, celebratus *Ovid.* 8. *Met.* 313. — Hinc *Hippasides,* patronym., Hippasi filius v. nepos, ut *Naubolus Hippasides,* pater Iphiti, teste *Stat.* 7. *Theb.* 355.

HIPPĒ, es, f. 1. (Ἵππη: ab ἵππος, *equus,* unde f. *equa;* nam « nomen quoque monstra dedere » *Ovid.* 2. *Met.* 675) nom. mul. — Scribitur et *Hippe* (*Inscr.* ap. *Maffei, Mus. Ver.* 277. 2). — Fuerunt hoc nomine ¶ 1. Filia Chironis, ab Æolo mater Melanippæ, de qua *Hygin. astr.* 2. 18. « Nonnulli eam vatem dixerunt fuisse; sed quod deorum consilia hominibus sit enuntiare solita, in equam esse conversam ». — *Euripides* in *Melanippa* ipsam Hippem *Ocyrheam* (= *Oxyrhoen)* antea appellatam dicit (V. *Robert, Eratosth.* 121). ¶ 2. Item filia Anthippi, uxor Elati, mater Polyphemi argonautæ. *Hygin. fab.* 14., ubi alii leg. *Hippeia.*

HIPPELLĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 10. 1233.

HIPPĒMOLGI, ōrum, m. plur. 2. (Ἱππημολγοί *Hom.)* populus Scythicus Asiæ, memoratus *Prisc. per.* 301.

HIPPI, ōrum, m. plur. 2. (Ἵπποι *Strab.,* Ἵππος νῆσος *Steph. Byz.)* urbs Ioniæ, quæ quum in insula esset, hæc ab Alexandro M. per duo stadia continenti est adjecta, ut scribit *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (117).

HIPPĬĀNUS. *V.* HIPPIUS.

HIPPĬAS, æ, m. 1. (Ἱππίας: ab ἵππος, *equus)* nom. vir. — Fuerunt hoc nomine ¶ 1. Hippias, Eleus, filius Diopithes, discipuli Hegesidami (*Suid.),* sophista perceleber, qui floruit circ. a. 436. a. Chr. (*Hieronym.* in *chron.),* Protagora multo inferior ætate (*Plat. Hipp. maj. p.* 282), Socratis pæne æqualis (*Xen. mem.* 4. 4. 5). — Adulescens Siciliam petiit, ubi maximas sibi opes congessit; legatus, a civibus suis missus Lacedæmona, Athenas aliasque ad urbes, magnam sibi ubique cum divitiis ex singulari facundia famam comparavit (*Plat. Hipp. maj. p.* 281., 291. et 300. *et Hipp. min. p.* 372). — De omni scientia disserebat, de astronomia, de geometria (τριχοτόμια γωνίας, τετραγωνισμός τ. κύκλου etc.) de arithmetica, de rythmis, de heroum genealogiis, de virtutibus etc. (*Plat. Hipp. maj. p.* 285), orator floribus redundans, dicendi quam cogitandi fecunditate longe uberior (*Plat. Protag. p.* 337); verbo, encyclius doctrinarum, sed vacuus et vanus, quin sartor quoque et sutor, quidquid corpore gestabat, ut annulum, soccos, pallium, tunicam, se sua manu confecisse gloriabatur (*Plat. Hipp. min. p.* 368., *Dio Chrys. or.* 71. *p.* 377., *Cic.* 3. *Orat.* 32. 127., *Quintil.* 12. 11. 21., *Apul. florid.* 1. *n.* 9). — Duo sunt dialogi Platonis de Hippia, quorum alter inscribitur: Ἱππίας μείζων ἢ περὶ τοῦ καλοῦ, i. e. de pulcro, in quo ex sophistæ hujus variis pulcri descriptionibus nullam esse probandam Socrates demonstrat, quia pulcrum differat a decoro, ab utili, a bono et delectabili; alter vero Ἱππίας ἐλάττων ἢ περὶ τοῦ ψεύδους, i. e. de mendacio, ex quo sequeretur nihil differre mendacem a veraci minusque peccare, qui ex industria quam qui invitus mala perpetret. — Plura scripsit, quæ ætatem non tulerunt, tum soluta tum ligata oratione (*Paus.* 5. 25. et *Plut. Num.* 1). — De eo consulas *Apelt, Beitr. z. Gesch. d. gr. Philos.* Leipz. 1891. *p.* 369.; *Diels, Vorsokr. c.* 79 (*II.* 1. 579. et 828); *Zeller I.*[5] 1064.; *Gomperz I.* 346; *Dümmler, Akad.* Giess. 1889. *p.* 247-260. et *Björnbo, PWK* 8. 1706-1711. ¶ 2. Hippias, tyrannus, filius Pisistrati et frater Hipparchi (*Gell.* 17. 21. 7), cui interempto successerat, sed tam crudeliter se gessit, ut Athenis depulsus ad Persas confugerit armaque verterit contra patriam in pugna Marathonis, in qua periit. *Justin.* 2. 9., *Cic.* 9. *Att.* 10., *Frontin.* 2. *Strat.* 2. 9., coll. *Hieronym.* in *chron.* ad *Ol.* LXIV. 1. et *Herod.* 5. 64 (a. 511. a. Chr., al. 490); idcirco errat *Ampel.* 5., qui utrumque, Hippiam et Hipparchum, Aristogitonis et Harmodii pugione simul transfossos refert. ¶ 3. Hippias, pictor incertæ ætatis et patriæ, qui Neptuno et Victoria inclaruit (*Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. [141])., ubi olim legebatur *Iphis,* quod *Harduin.* recte rejecit. Ita *Sillig.* in *Cat. artif.* — De Hippia statuario, quem *Dio Chrys. or.* 55. Phidiæ præceptorem dicit et de altero item statuario ap. *Paus.* 6. 13. 3., nulla mentio est apud Latinos. ¶ 4. Alios videsis ap. *Cic.* 13. *Fam.* 37., coll. *Quintil.* 8. 4. 16. *et Liv.* 42. 54. *et alib.*

HIPPĪNI, ōrum, m. plur. 2. populus Cariæ, iidem qui *Alindienses,* teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (109).

HIPPIS, is, f. 3., v. Hippus, i, 2. oppidum Ioniæ. *Mela* 1. 86. « Urbem Hippin, amnis Mæandri exitum ». Ita leg. *Frick.;* alii *Hippum* sed minus recte. Hæc autem adnot. *Tzschuck* « Omnino verum est, Hippum Pomponii (*Melæ)* esse oppidum illud, quod vulgo adpellatur *Gippo,* imminens Mæandri ostio, quem hodie *Madrum* adpellant ».

HIPPĪUS, ii, m. 2. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.º) Flavius Delmatiæ, dictus et *Tilurius,* cujus pontem, vetustate corruptum, restituit Antoninus Commodus imp. a. 184. p. Chr., teste *Corp.* 3. 3202. — *Hippus* quoque effertur, uti monet *Momms.* in *Corp. cit. p.* 358. sub n. XIV. — 2.º) Item mons prope Trojam, post quem Græci, Trojam invasuri, se abdiderunt, ut refert *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 15. ¶ 2. Est etiam nom. pers., ac. familiaris quidam Ciceronis, cujus filius, ut videtur, a Valgio quodam adoptatus, C. Valgius Hippianus est dictus. *Cic.* 13. *Fam.* 76.

HIPPO, ōnis, m. 3. (f. in nummis, ut ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. [10]) nom. geogr. et pers. — Scribitur *Hippon,* Græca posit., *Rav. p.* 148. — *Hippos* Græcorum item more, *Oros.* 1. *Hist.* 2. — Originem vocabuli a Græco petunt nonnulli, quasi sit ἵππος, *equus;* sed ea probabilius Punica est; in nummis namque legitur]IΞN *Aphôn* vel ΧΞΝ *Apha* (V. *Movers, Die Phönix.* 2. 2. *p.* 134). — Est igitur

I.) Hippo, nom. geogr. sc. ¶ 1. Oppidum Africæ, in Zeugitana, dictum *Diarrhytus,* Gr. Ἱππὼν(ῶνος) διάρρυτος *Ptol.* « propter irrigua aquarum » (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 4. 3. [23]); sed absolute quoque *Hippo* (Cf. *Wilm.* in *Corp.* 8. *p.* 516), tribui *Quirinæ* adscriptum et colonia Phœnicia, dein Romana, *Julia* appellata, imperii ætate (*Corp.* 8. 1026), *Libera* (*Eckhel,* 4. *p.* 145-147) et *Hipponiensis* (*Plin.* 9. *ep.* 33), hod. *Ben-zert,* ital. *Bizerta.* — Conditum probabilius fuit a Phœnicibus, quam a Græcis, uti vult *Solin.* 27., ad ostium lacus, qui in mare influit, crebris inundationibus obnoxium; captum vero munitumque ab Agathocle, frustra dein a Pisone obsessum a. 148. a. Chr. Memoratur etiam *Mel.* 1. 34., *Augustin. bapt. c. Don.* 7. 36. et 16. *Civ. D.* 8., *Cyprian. sent. episc.* 72., *Itin. Ant. p.* 21. et *Rav. p.* 147. et 348., ubi corrupte *Ippone Zarito* et *Ypone Zareston* scribitur. — De ejus nummis, præter *Eckhel loc. cit.,* consulendi sunt *Müller, Numism. de l'Afr. II. p.* 167., et *Head, H. N.* 882. — Inscriptiones, ad hoc oppidum pertinentes, collectas habes in *Corp.* 8. 1206-1215., coll. *ibid. Wilm. p.* 252. — De eo vd. etiam *Tissot, Géogr. de l'Afr. II.* 90. 2. ¶ 2. Item oppidum in ora boreali provinciæ Romanæ Africanæ ad ostium Ubi (*Lobregat).* Græce Ἵππου ἄκρα (*Ptol.* 4. 3. 5) « Latine plenius *Hippo Regius* » (*Solin.* 27. et *Cyprian. sent. ep.* 14), quod aliquando sedes regum fuit; quare « antiquis dilectus regibus » dicitur *Sil. It.* 3. 259.; colonia Phœnicia; caput Numidiæ, sed serius a Romanis adnexum provinciæ proconsulari et colonia Romana (*Itin. Ant. p.* 20), de qua tamen re dubitat *Wilmanns* in *Corp.* 8. *p.* 516.; trib. *Quirinæ* fort. adscriptum, hod. *Bona,* sedes episcopi, illustrata ecclesiasticis conciliis et præcipue Augustini ingenio, doctrina ac sanctitate, ibi demortui a. 430., dum Vandali oppidum obsidebant, quod et brevi diruerunt. Memoratur etiam *Liv.* 29. 3. et 4. et 32., *Mel.* 1. 33., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 3. 2. (22)., *Itin. Ant. p.* 6., 42. et 44., *Auct. b. Afr.* 96., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Nep. Ham.* 2. et *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. et *alib.* et *c. Petil.* 2. 83. et 99., ubi aliquando abs. *Hippo,* aliquando vero *Hippo Regius* occurrit. — De ejus nummis vd. *Müller, op. cit. III.* 53.*sq.* et *Head, op. cit.* 886.; inscriptiones vero, ad hoc oppidum spectantes, collectæ sunt in *Corp.* 8. 5226-5264. — Hinc *Hipponensis (Hipponiensis)* adj. — *a)* Ad Hipponem Diarrhytum pertinens. *Corp.* 9. 1592. Diœcesis Hipponiensis. *et Ephem. epigr. I. p.* 131. regio Hipponiensis. — *Hipponensis sinus,* inter promontorium Candidum et promontorium Apollinis, proximus ab Hippone Diarrhyto, quod litori ejus appositus sit, ut scribit *Mela* 1. 34. — Abs. *Hipponenses,* incolæ. *Solin.* 12. — *b)* Ad Hipponem Regium pertinens. *Corp.* 8. 4894. civitas. *Augustin. ep.* 124. populus. *et* 22. *Civ. D.* 8. virgo. *Marcellin.* in *Augustin. ep.* 136. regio (ubi ejus possessor et dominus, ironia quadam, ab eo dicitur Augustinus). — Item qui ex Hippone est, ut *Florentius Hipponensis* ap. *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. — Abs. *Hipponenses (Hipponienses),* incolæ. *Augustin.* 2. *Civ. D.* 8. *et* ep. 135. et 126. et *Corp.* 8. 5278., plenius *Hipponenses* v. *Hipponienses regii. Corp.* 8. 5229. et ap. *Augustin. ep.* 213., et unica voce *Ipporegii* ap. *Vict. vit.* 1. 3.; hinc *Hipponiregiensis* dictus Augustinus a *Liberat. diac. Brev.* 5. ¶ 3. Item oppidum in Hispania, quod *Hippo Nova* dicitur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (10). ¶ 4. Item in Bruttiis, quod « nunc Vibonem Valentiam appellamus » ut scribit *id.* 3. *ibid.* 5. 10. (73)., fors. corrupte pro *Hipponiam;* unde incolæ *Hipponiates* v. *Hipponiatæ* ap. *Diod.* 15. 24., et *Hipponiates sinus* ap. *Ptol.* 3. 1. 7. ¶ 5. Item in Syria Decapolitana. *V.* **HIPPOS.** ¶ 6. Item in Ægypto, ubi sedem habebat *ala Apriana,* teste *Not. Dign. or.* 28. Cf. *Itin. Ant. p.* 168. ¶ 7. Item civitas Africæ in Cyrenaica. *Itin. Ant. p.* 68. et 71., hod. fort. *Ain-Erzin.*

II.) Hippo (Ἵππων, ωνος), nom. pers. ¶ 1. In titulis nom. vir., quod transiit in cogn. *Inscr.* ap. *Murat.* 1380. 11. ¶ 2. In libris — 1.º) *Hippo,* Metapontinus, sive, ut Aristoxenus auctor est, Samius, ap. *Censorin. d. nat.* 5. 2.; sed *Bergk* errasse Censorinum ostendit, qui Hipponem Rheginum cum Hippaso Metapontino confuderit. Cf. etiam *Censorin. ibid.* 7. 2. — 2.º) *Hippo,* stoicus, sæpe laudatus *Censorin. ibid.* 5. 4., 6. 3. et 4. et 9. et 9. 2. Memoratur etiam *Tertull. anim.* 5.

HIPPŌ, ūs, f. 4. (Ἱππώ, οῦς) femina quædam Græca, quæ quum hostium classe esset excepta, se in mare, ut morte pudicitiam servaret, abjecit, teste *Val. Max.* 6. 1. *ext.* 1. Cf. *Clem. Alex. strom.* 1. et 4. et *Cyrill. c. Julian.* 4.

HIPPŎBŎTOS (Ἱππόβοτον Ἄργοι *Hom. Il.* 3. 287), ita cognominata urbe Argos in Epiro, ab *equis pascendis* vel *alendis,* de qua *Ampel.* 8. Olim pro *Argis* vulgo *Arcis-Ippaton* legebatur.

HIPPŎCĔPHĂLUS, i, m. 2. (ἵππος, *equus,* et κεφαλή, *caput)* vicus quidam in suburbanis Antiochiæ ad tertium lapidem, ut scribit *Ammian.* 21. 15. 2.

HIPPŎCLĒS, is, m. 3. (Ἱπποκλῆς, contr. ab Ἱπποκλέης = *equo clarus)* vir quidam Atheniensis, qui una cum Megasthene dux fuit Chalcidiensium, qui Cumas in Italia condidere. *Vellej.* 1. 4., coll. *Thuc.* 8. 13.

HIPPŎCLĪDĒS, is, m. 3. (Ἱπποκλείδης) philosophus Epicureus, qui una cum Polystrato eodem die natus eodemque tempore auditor fuit atque habendæ scholæ communione junctus, eodem etiam die cum eo decessit: ita scribit *Val. Max.* 1. 8. *ext.* 17. Cf. *Zeller, Phil. d. Gr. IV.* 370.

HIPPŎCŎON, ontis, m. 3. (Ἱπποκόων, - όωντος et - όοντος. V. *Charis. G L I.* 64. 25., coll. 131. 33). nom. vir. — De etymo cf. *Welcker, Götterlehre II.* 770. 53., *Boisacq, Dict. etym. d. l. lang. Gr.* 480. et *Fick-Bechtel, Gr. Pers.* 396. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Pater Nelei, cujus decem filios et ipsum Neleum occidit Hercules. *Hygin. fab.* 10. et 31. — Contra est quod ex *Clem. Alex. protrept.* narrat *Arnob.* 4. *p.* 144 « Non ab Hippocoontis liberis ipsum Sosibius Herculem cruciatum retulisse pronuntiat et ulneris et doloris? ». Cf. *Roschers Myth. Lex. III.* 104. 51.*sqq.* ¶ 2. Item vir, Amyci filius, pater Eumelmi et Alconis (*Hygin. fab.* 173., si ita legend.), quos ex antiquis Amyclis ad aprum Calydonium misit (*Ovid.* 2. *Met.* 324. et 363). ¶ 3. Item Hyrtaci filius, hinc *Hyrtacides* dictus *Virg.* 5. *Æn.* 492., qui sagitta certavit in ludis ab Ænea institutis, ut narrat *Hygin. fab.* 273.

HIPPŎCRĂTĒS, is, m. 3. (Ἱπποκράτης: ab ἵππος, *equus,* et κρατέω, *valeo v. præsto,* quasi *equis prævalens)* nom. vir. — *Ippocrates,* sine aspiratione, scribitur in *Corp.* 8. 5250. — Tertiam nimis licenter produxit *Prudent. perist.* 10. 447., quam cum secunda recte corripuit *Auson. techn.* 11. 6. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Hippocrates, medicus celeberrimus, cognomento *Magnus,* creditus Æsculapii filius, patria Cous, unde *Cous senior* dictus *Marcell. in carm.* 5., nat. a. circ. 460. a. Chr., ex familia Nebridum, Heraclidæ, Asclepiadarum genere, et Praxitheæ ex familia Heraclidarum, filius, teste *Suid. in v.,* alterius Hippocratis, medici insignis, nepos, decimus septimus ab Asclepio. Hæc præsertim ex *Sorano in vit. Hippocr.* et *Suid.* deprompta sunt et alia, quæ fabulam redolent, eum nempe fuisse Herodici Selybriani, Gorgiæ oratoris ac philosophi et Democriti Abderitæ discipulum; Perdiccæ, regis Macedoniæ, familiarem et Artaxerxis, cujus dona respuerit, ut Athenas rediret ad pestilentiam averruncandam. Hæc enim, cum quibusdam celebribus narrantiunculis, partim saltem excerpta sunt ex epistolis Hippocratis apocryphis et ex scriptis mendacibus, Hippocraticorum operum collectioni insertis (Cf. *Littré* ed. Hippocr. opp. *I. p.* 38.*sq.).* — In patria, postquam magnam Græciæ partem peragraverat, scholam aperuit florentissimam, quam Polybus, ejus discipulus ac gener filiæque ac ne-

potes, eo defuncto, continuarunt (*Suid.* in *v.*). Ipse vero vitam duxit longissimam, uti fertur, obiitque Larissæ in Thessalia inter a. 377-359., ubi et etiam sepultus. — Laudibus cumulatur sive apud Latinos sive apud Græcos. A Latinis « princeps medicorum » dictus *Plin.* 7. *Hist. nat.* 51. 52. (171).; « conditor medicinæ » *Scribon. Larg.* in *ep.* ad *C. Jul. Call.*, coll. *Apul. met.* 10. 11.; « primus ex omnibus memoria dignus - vir et arte et facundia insignis » *Cels. præf.*: « naturæ scrutator egregius » *Balog. p.* 406. Adde *Cic.* 16. *Att.* 13. et alib., *Censorin. d. nat.* 6. 11. et 14., *Gell.* 3. 16., *Senec. ep.* 95. et *brev. vit.* 1., *Macrob. somn. Scip.* 1. 6., *Quintil.* 6. 3. 34., *Vitr.* 1. 1. 13., *Boeth. mus.* 1. 1., *Cyprian. ep.* 69., *Augustin.* 5. *Civ. D.* 2., *Hieronym. Nepot.* 18., *Ambros. ep.* 39., *Ennod. op.* 5., *Tertull. anim.* 15. et 25., *Isid.* 4. *Orig.* 3-4., *Chalcid. comm.* in *Tim. Plat.* 37. et 206. A Græcis est appellatus ὁ θειότατος *Gal. scr. min.* 3. 288.; πρῶτος ἁπάντων ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων *ibid.* 128.; ὁ θαυμάσιος et ὁ πάντα θαυμαστός 9. 606. et 770. συμπάντων τῶν ἀρίστων μαθημάτων ἡγεμών 842.; ὁ ἱερώτατος *Athen.* 9. 399. — Hinc accipitur pro medico illustri, ut videtur, in illo *Anthol. Lat. n.* 963. *M.* « Artis prolixæ breviavit tempora doctor, Incepto puerum reddidit Hippocratem ». — Apud *Martial.* 9. 95. nomen est fort. fictum viri cujusdam, a poeta irrisi. — Plura scripsit opera (Cf. *Plat. Phædr. p.* 270 C), circ. LXXII., in quibus distinguendæ sunt epistolæ, quæ haud magni sunt momenti, ab iis, quæ ad medicinam pertinent. Ex his memoramus præsertim περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, περὶ ἀέρων ὑδάτων τόπων, περὶ φυσῶν, περὶ διαίτης, περὶ νούσων, περὶ παθῶν, περὶ ἀφόρων, περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, περὶ ἀγμῶν, περὶ ἄρθρων, περὶ καρδίης, προγνωστικόν, Ἐπιδημίαι, Ἀφορισμοί etc. — Ad stilum vero quod attinet, brevitate dicendi, simplicitate ac perspicuitate laudantur Hippocratis opera, qui, quamvis ex Dorica Coo, tamen dialecto Ionica, ut ceteri ejusdem scholæ magistri, usus est; sed de ejus doctrinis judicium ferre ad eruditos pertinet, qui acre hominis ingenium magnamque peritiam, quicquid in iis reprehendant, admirari coguntur. — Horum operum editionem curavit laudatissimam *Littré*, v. 10. Paris et recentius in bibl. Teubneriana *Kühlewein* et *Ilberg* 1895-1902 (Cf. *R. C.* 1897. *I. p.* 184.*sqq.*, 1903. *I. p.* 304.*sqq. Mg.*). — De eo consulas *Chauvet, La philos. des médecins gr.*, Paris 1886. p. 1-99.; *Spät, Die gesch. Entwick. der sog. Hippocr. Untersch.* Berlin 1898; *Diels, Hippocr. Forsch.*, Hermes 1911. p. 260-285.; *Croiset, H. L. Gr. IV. p.* 186.*sqq.* — Hinc *Hippocraticus* (Ἱπποκρατικός), adj., ut *Hippocratica lanterna* ap. *Prudent. loc. cit.* — 2.º) Hippocrates, Siculus patre, sed Pœnus matre, natus Carthagine cum fratre Epicyde (*Liv.* 24. 6), ambo Hannibalis familiares, a quo in Siciliam missi sunt pro Syracusanis contra Romanos, ubi Hippocrates periit a. 214. a. Chr. De his vd. etiam *Sil. It.* 14. 287-291. — 3.º) Hippocrates, ex ins. Chio, celeber mathematicus aliique plures, de quibus tantum a Græcis scriptoribus mentio fit. ¶ 2. In titulis cogn. vir. *Corp.* 5. 6456. et 6437. — *Ibid.* 8. 5250. Ippocrates.

HIPPOCRENÆUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HIPPOCRENE, es, f. 1. (Ἱπποκρήνη v. Ἵππου κρήνη = *equi fons*) fons Bœotiæ haud procul a Thebis apud Heliconem montem, quem fabulantur ictu factum esse ungulæ equi Pegasi alati (*Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 163) et qui ex eo poterant, œstrum poeticum simul imbibere; hunc vero Cadmum, sapientem virum litterarumque repertorem, condendæ urbis locum quum quæreret, primum invenisse (*Solin.* 7) et ob id Musis esse sacrum. Memoratur *Ovid.* 5. *Fast.* 7. « Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes, Grata Medusæi signa tenetis equi ». Adde *Auson. ep.* 21. *carm.* 8. et rursum, sed tacito nomine, *Ovid.* 5. *Met.* 256. et 4. *Pont.* 8. 80. — Hic præterea dicitur *humor Bellerophontei equi* a *Propert.* 3. 2. 1.; *fons Gorgonei caballi* a *Capell.* 2. p. 29.; *Gorgoneus fons* a *Fulgent.* 607. p. 8. *Helm*, et 615. p. 12.; *Medusæus fons* ab *Ovid.* 5. *Met.* 312. et *Aoniæ a-quæ* ab *eod.* 3. *Fast.* 456. et κρήνα Ἑλικωνίς *Callim. hymn.* V. 71. et Πεγασὶς (κράνα) *Epit. Bion.* 77. — De ea cf. *Hennig, De Pegaso* 92. *sqq.*; *Conze* et *Michaelis, Annal. XXXIII.* 86.; *Ulrichs, Reis. u. Forsch. II.* 97.*sqq.* et *Bölte, PWK* 8. 1853-1857. — Hinc *Hippocrenæus*, adj. *Claudian. de laud. Herc.* 5. Hippocrenæos victores insistere fontes. — *Hippocrenides*, Musæ, quibus fons Hippocrene sacer erat. *Serv.* ad *Virg. ecl.* 7. 21.

HIPPOCRENIDES, um, f. plur. 3. *V.* voc. præc.

HIPPODAMANTIUM vinum. *V.* in *Lexico.*

HIPPODAMAS, antis, m. 3. (Ἱπποδάμας: i. e. *equorum domitor*: cf. Δαμάσιππος) ¶ 1. Generatim cogn. vir. *Corp.* 3. 4413. ¶ 2. Specialim — 1.º) Filius Priami, occisus ab Ajace, *Dict.* 3. 7., ubi *Hippodamanta*, acc. Gr. posit.; sed ap. *Homer. Il.* 20. 401. ab Achille interfectus dicitur. — 2.º) Item Trojanus quidam, ab Agamemnone interemptus. *Hygin. fab.* 113.

HIPPODAME, es, f. 1. *V.* voc. seq.

HIPPODAMIA, æ, f. 1. (Ἱπποδάμεια, *equorum domitrix*) nom. mul. — Alia forma est *Hippodame* (Ἱπποδάμη) rarius usurpata (*Corp. I. Gr. n.* 155), qua usi sunt *Virg.* 3. *G.* 7. et *Ovid.* 12. *Met.* 210. et 224. *Serv.* ad *l.* « Græce, quæ in η exeunt, plerumque ipsum in ια solverunt, ut Hippodame Hippodamia ». Cf. etiam *Müller, metric. p.* 289. ad *Martial.* 4. 31. — *Hippodames* fort. ap. *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. Cf. *Ribbeck, Trag. fragm. p.* 250. — *Ippodamia*, sine aspiratione, in *Corp.* 10. 2759. ¶ 1. In libris — 1.º) Hippodamia, filia Œnomai, Pisarum in Elide regis (*Apollod. epit.* 2. 4.*sqq.* et *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 7) et Eurythoes (*Tzetz. Lycophr.* 156) v. Steropes (*Paus.* 5. 10. 6. et *Apollod.* 3. 100) v. Euaretes, Acrisii filiæ (*Hygin. fab.* 84), eximiæ pulcritudinis virgo, ob quam a multis in matrimonium est expetita; at pater eam nulli tradere statuerat, quod sibi ex oraculo responsum fuisset, ut a genero mortem caveret (*Hygin. ibid.*). Porro Œnomaus, qui equos velocissimos habebat, ex ventorum flatu creatos, curule certamen procis instituit ea lege, ut qui vinceret, filiam possideret, victus subiret mortem. Tredecim victis et occisis, Pelops, Tantali filius, visa puella, ejus amore protinus exarsit; cujus nuptias ut assequeretur, Myrtilum, patris aurigam, promissis corrupit sic, ut ille axes cereos, id est infirmos et fragiles, subjunxerit. Atque hoc modo Pelops et puella et regno potitus est. Cf. *Hygin. loc. cit.*, ubi paullo aliter res narratur additque Myrtilum, quum præmia promissa posceret, a Pelope præcipitatum esse in mare, quod ab eo *Myrtoum* est nominatum (Cf. *Mythogr. I. fab.* 21. et *II. fab.* 146). — Itaque Pelops Hippodamiam in patriam suam abduxit, quæ Peloponnesus ab eo appellatur, ibique ex ea filios suscepit Hippalcum, Atreum et Thyestem (*Hygin. fab.* 81). Œnomaus vero, curru diffracto, periit, vel, ut alii tradunt, quod victus fuisset, sibi mortem conscivit. — Hanc fabulam tangunt *Propert.* 1. 2. 20. Avecta externis Hippodamia rotis (*externis* dicit, quia Œnomaus procis concedebat, ut puellam suo quisque curru secum veherent a carceribus ad metam). Sic *Ovid.* 8. *Her.* 70. Vecta peregrinis Hippodamia rotis. Memorat et *Virg.* 3. *G.* 7. Hippodameque (*i. e.* Hippodamia) humeroque Pelops insignis eburno (loco humeri comesi, a Cerere suffecto. *V.* PELOPS). Adde *Ovid.* 15. *Her.* 160. et 3. *Am.* 2. 16., *Cic.* 3. *Tusc.* 12. 26. et *Val. Fl.* 7. 284. — Tradit *Hygin. fab.* 243. Hippodamiam se ipsam interfecisse, quod cujusdam Chrysippi necis causa fuisset (*V. eund. fab.* 84. et *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 7). Præterea idem *Hygin. fab.* 253. refert eam contra fas cum Œnomao patre concubuisse. Exstat hac de re carmen in *Anth. Lat. n.* 11. *R.*, quod *Hippodamia* inscribitur. — De priscæ artis monumentis, ad eam spectantibus, vd. *Bull.* et *Ann. d. Ist. arch.* variis locis; *Geffroy* in *Mélanges d'Arch. et d'Hist.* a. 1881. p. 349-368.; *Furtwängler-Reichhold, Gr. Vasenmal. II.* 32. *sqq.*; *Reinach, Répert. d. vas. peints II.* 403. et *Catal. of Gr. Sculpt.* in *Brit. Mus. I.* 291. *n.* 555. etc. — 2.º) Hippodamia, filia Adrasti (*Hygin. fab.* 33. et *Schol. Hom. Od.* 21. 295) vel Pirithoi (*Hom. Il.* 2. 742., *Diod.* 4. 63., *Ovid. met.* 12. 210) vel Atracis (*Ovid.* 17. *Her.* 248) vel Butæ (*Diod.* 4. 70., coll. *Schol. Hom. Il.* 1. 268), quæ matrem e Lapitharum genere habuit, alio nomine *Ischomache* dicta (*Propert.* 2. 2. 9), *Deidamia* (*Plut. Thes.* 30 = *Herodor. frg.* 34. *FHG II.* 37), *Dejanira* (*Philarg.* ad *Virg.* 2. *G.* 456), *Laodamia* (*Mon. d. Ist. X.* 25), *Hippodame* (*Ovid. met.* 12. 224), Ἱπποβότεια (*Schol. Hom. Il.* 1. 268), et nupta fuit Pirithoo, Lapitharum regi (*Hygin. fab.* 33. et *Ovid.* 12. *Met.* 210. et 324). — Tamen quum Pirithous ad has nuptias vicinos populos, Centauros quoque Rhœtum, Pholum et Hylæum aliosque quamplurimos et deos omnes, Marte excepto, vocasset, hic iratus, immisso furore, convivantes ad arma commovit. Centauri namque quum vino incaluissent et puellæ nubenti thalamum vellent irrumpere aliorumque Lapitharum uxores conarentur rapere, a Lapithis et ab eorum rege Pirithoo victi occiderunt (*Mythogr. II. fab.* 108. Cf. *Apul. met.* 4. 26., *Paus.* 5. 10. 8., *Ovid. met.* 12. 219., *Schol. Lucian. symp.* 1. *p.* 29. 9. *R.*, *Tzetz. Chil. VI., VII. Hist.* 99). — 3.º) Hippodamia, filia Brisæ, hinc *Briseis* dicta. *Dict.* 2. 17., 19. 33., 49. et 52. et 4. 15. — Hanc Achilles captivam in castra abduxit, quam postea Agamemnon Achilli eripuit, ex quo celebris illa inter Achillem et Agamemnonem discordia, de qua *Hom.* in *Iliad.* — 4.º) Hippodamia, filia Danai et Hamadryades Atlanteiæ vel Phœbes Hippodamiæ. Duas filias habuit, quarum una Istro, altera cognominis Diocoryste nupta est (*Apollod.* 2. 17., coll. *Paus.* 4. 30. 2); sed, teste *Rufin. recogn.* 10. 21., prior conjux Oleni, a Jove est vitiata. — 5.º) Hippodamia, uxor Bellerophontis, quæ item a Jove corrupta, Sarpedonem peperit, ut refert *Rufin. ibid.* — 6.º) Hippodamia, uxor Aniceti, item a Jove vitiata. *Rufin. ibid.* ¶ 2. In titulis nom. mul. *Corp.* 10. 2759. *V.* supra.

HIPPODAMUS, i, m. 2. (Ἱππόδαμος = *equorum domitor*: cf. *Martial.* 4. 31. et 7. 57. — In plur. num. *Cic.* 3. *Q. fr.* 1) nom. vir. ¶ 1. Hippodamus, vir nobilis Trojanus, ab Ulysse occisus (*Hygin. fab.* 113., ubi alii aliter *leg.*). ¶ 2. Hippodamus, Œnomai filius, patris currum regens, de quo sæpe mentio fit a *Stat.*, ut 6. *Theb.* 346.*sqq.*, 437.*sq.*, 466., 478. et *alib.* Cf. *Lact. Plac.* ad *ll.*

HIPPOLITUS (Ippolitus). *V.* HIPPOLYTUS.

HIPPOLOCHUS, i, m. 2. (Ἱππόλοχος = *magnus insidiator*; ἵππος enim aliquando in compositione auget) nom. vir. — Fuerunt hoc nomine — Pater Glauci, Lycius. *Dict.* 2. 35. — Item Larissæorum dux in bello Antiocheno a. 191. a. Chr. *Liv.* 36. 9. — Item unus ex XXX. tyrannis Athenarum ap. *Justin.* 5. 9., ubi alii leg. *Hippomachus.*

HIPPOLYTE, es, f. 1. *V.* voc. seq.

HIPPOLYTUS, i, m. 2. (Ἱππόλυτος = *equos* v. *equorum* habenas *solvens* v. *relaxans* v. *remittens*: cf. Λύσιππος) nom. vir. — Scribitur etiam *Hipolytus, Hypolitus, Hyppolitus, Ypolitus, Ippolitus* et *Epolitus*, sed male ex incuria vel ignorantia librariorum vel lapicidarum. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Hippolytus, filius Thesei, hinc *Thesides* dictus *Auson. epigr.* 20., matre Amazone Antiope (*Paus.* 1. 2. 1., *Diod.* 4. 62. et *Plut. Thes.* 28) v. Hippolyte (*Mythogr. I. fab.* 204. et *Justin.* 2. 4), frater Demophoontis et Antigoni, nepos Ægei, pronepos Neptuni, cui pater novercam superinduxit Phædram nomine, teste *Mythogr. I. fab.* 47. et *II. fab.* 128. — Hunc quum Phædra adamaret, nec ab eo adamari posset, stupri accusavit apud patrem; qui quum vellet ipse in filium animadvertere, immissis a Neptuno monstris marinis, dum curru Hippolytus veheretur, ab exterritis ejus equis dilaceratus est; unde fortasse et nominis origo (*Hygin. fab.* 47., coll. *Mythogr. I. fab.* 46. et 232. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 398., coll. *Ovid.* 2. *Trist.* 383). Ipse tamen a Diana (alii a Phaethonte sive Eridano: *Mythogr. I. fab.* 118) ope, Æsculapii, herbarum vi, est ad vitam revocatus (*Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 761) collocatusque in Italiæ Aricino nemore (ibi dictus *Virbius*, teste *Hygin. fab.* 251., coll. 49) et immortalitate donatus cultusque Trœzene ut deus, cum templo ac sacerdote, sacrisque, in ejus

honorem institutis (*Paus.* 2. 24. 2. et 32. 1., coll. *Lucian. de dea Syr.* 60. et *Diod.* 4. 92). Sed cf. *Horat.* 4. *Od.* 7. 26., *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 617. et *Auson. ep. præm. Edyll.* 13. *V.* VIRBIUS. — Usurpatur etiam de homine pudico. *Martial.* 8. 46. ad *Cestum puerum.* « Quanta tua est probitas, quanta est infantia formæ, Ceste puer, puero castior Hippolyto ». Adde *eund.* 14. 208. et *Auson. edyll.* 15. 25. — Memoratur præsertim a *Virg.* 7. *Æn.* 760.*sqq.*, *Ovid.* 2. *Am.* 4. 32. et alib., *Propert.* 4. 5. 5., *Cic.* 4. *Tusc.* 11. 27., 3. *Nat. D.* 31. 76., et 1. *Off.* 10. 32. et 3. *ibid.* 25. 94., *Avien. Arat.* 209., *Stat.* 3. *Silv.* 1. 52., *Dracont. carm.* 2. 104., *Phædr.* 3. 10. 3. — Fabula, *Phædra* inscripta, ap. *Senec.* tota huc spectat itemque ap. *Ovid. Her. ep.* 4., quæ *Phædra Hippolyto* inscribitur, et apud Græcos Ἱππόλυτος *Euripidis*, ubi Phædra, uxor Thesei, privigni amatrix ab ea abhorrentis, se interimit innocentem calumniata, qui a patre imprecante aufugit moriturque, ab Artemide dein ejus castitate patefacta. — De priscæ artis monumentis, ad eum pertinentibus, testem habemus *Plin.*, a quo 35. *Hist. nat.* 10. 37. (114). traditur Hippolytum tauro emisso expavescentem pinxisse Antiphilus; ex recentioribus vero, præter *Bull.* et *Ann. d. Ist. arch.*, consulendi sunt *Furtwängler, Gemmenwerk II. taf.* 42. 10. 12. et 28.; *Catal.* in *Brit. Mus. F.* 279., coll. 1848. 245.; *Gerhard, Apul. Vasenb. Taf.* B 2.; *Raoul-Rochette, Peint. ant.* 5.; de nummis *Head, H. N.*[2] 444. — 2.º) Hippolytus, Irenæi discipulus (*Phot. Bibl. cod.* 121), episcopus (*Philosoph. præf.*), vir eruditissimus et Christi martyr. — *a)* Fuit episcopus, æmulus legitimi atque insignis pontificis Callisti (*Funck* et *Döllinger, opp. citt.*), contra quem schisma excitavit fuitque unus ex prioribus spuriis pontificibus Romanis (*antipapi*), ex historia cognitis (*Philosophum. IX.* 11., 12). Etiam *Euseb. h. eccl.* 6. 16. et 17., *Hieronym. vir. ill.* 61. et *Isid.* 6. *Orig.* 17. 1. eum vocant *episcopum*, quos *Joh. B. De-Rossi* perperam dicit ab eis confusum cum Hippolyto, episcopo Portuensi; quamquam *Hieronym.* ejus sedem non prodit (*V.* infra). Ex detectis vero a docto viro monumentis, nempe ex *carmine Damasiano*, quod in Codice Petropolitano exstat, ubi legitur: « Hippolytus fertur - Presbyter in schisma mansisse Novati », conlato cum loco *Prudentii perist.* 11. « Invenio Hippolytum, qui quondam schisma Novati Presbyter attigerat nostra sequenda negans », nihil deduci potest, quod quæ diximus, infirmet; hic enim et schisma memoratur et presbyter dicitur, qui non ut legitimus Romæ episcopus agnoscebatur; quamvis esset procul dubio, ita enim ab omnibus orientalibus appellatur (*Bardenhewer, Patr. I.* 258). Certum illud est eum Callisti fuisse adversarium, quem pontifex sive quod contra Epigonum, Cleomenem et Sabellium, Noeti discipulos, turbas commovisset, sive potissimum, quod Callisti edictum de disciplina, non ab hoc pontifice tunc invecta sed restaurata (*Adhemar d'Ales, L'Edit de Calliste, Etud. par les orig. de la pénit. chrét.* Paris 1914., coll. *Tertullien et Calliste*, Louvain 1912., contr. *A. Harnack* et asseclas), vehementer impugnasset, ab ecclesiæ communione una cum Sabellio removit (Cf. *Philos. loc. cit.*, *Döllinger, Hipp.* u. *Kall.* 1852. et *Funck, Kirchengesch.* etc. *I.* [tr.] 1903. *p.* 107). Schisma tamen diu non perduravit. — *b)* Fuit etiam vir eruditissimus ac disertissimus (*Hieronym. ep.* 48. et 72); quin nemo ex occidentalibus sui temporis de eruditionis primatu cum eo contendere potuisset; in interpretandis Scripturis sacris ferme princeps; plurium operum scriptor, quorum, paucis exceptis, fragmenta tantum supersunt, nec omnia genuina, Græco, Latino, Syriaco, Arabico, Coptico, Æthiopico, Armeno et Illyrico sermone exarata. — Paulio ante aut post ejus mortem factionis schismaticæ operâ statua Hippolyti in cathedra sedentis, magnificum, *Winckelmann* judice, Christianæ artis opus, ex marmore ei Romæ erecta fuit, in via Tiburtina a. 1551. reperta, sed mutila, nunc in museo Lateranensi, in cujus lateribus incisus legitur *Cyclus* seu *Canon Paschalis* (a. 222-234) et attributus et operum index, quem complent *Euseb. h. eccl.* 6. 22. et *Hieronym. vir. ill.* 61. ac posteriores alii, ubi Photius, si non Atticam elegantiam, simplicitatem stili laudat ac perspicuitatem (*Bibl. cod.* 121. et 202). — Primum locum obtinet opus, quod *Philosophumena* inscribitur (φιλοσοφούμενα v. κατὰ πασῶν αἱρέσεων ἔλεγχος, h. e. omnium hæresum refutatio), quod X. libris constat, haud integrum, olim perperam Origeni, dein Beroni, Cajo, Novatiano, Tertulliano, nunc vero, ex eruditorum sententia longe probabiliore, ne dicam certa, Hippolyto adjudicatum (V. *Döllinger, Volkmar, Bardenhewer, Dräseke, Miller*). Scripsit etiam Σύνταγμα κατὰ αἱρέσεων λβ'; Ὁμιλία εἰς τ. αἵρεσιν Νοήτου τινός; Περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας vel πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα ἢ περὶ τοῦ παντός; Περὶ θ(εο)ῦ καὶ σαρκὸς ἀναστάσεως; Περὶ οἰκονομίας; Περὶ Ἀντιχρίστου; τ(ὰ) ὑπὲρ τοῦ κατὰ Ἰωάνην ε(ὐα)γγελίου καὶ ἀποκαλύψεως; Περὶ χαρισμάτων ἀποστολικὴ παράδοσις (Εἰς τοὺς ψαλμοὺς etc.); Εἰς τὴν ἑξαήμερον (de quo *Hieronym. ep.* 54. « Sanctus Ambrosius, inquit, sic hexaemeron illius [*Victorini*] compilavit, ut magis Hippolyti sententias Basiliique sequeretur »). — Fuit Hippolytus acerrimus Noeti et Sabellii adversarius, quorum hæresim vehementer impugnavit; sed et ipse a Callisto damnatus est ob doctrinam de personis divinis seu de Patre et Verbo, quod in Patre esse docebat non ut persona, nondum a Patre expressum (λόγος ἐνδιάθετος); serius vero, quum nempe mundus creatus est (*Philos.* 10. 33., coll. *Athenag. Leg.* 20., *Theoph. ad Autol. II.* 10-22. et *Orig. de princ. I.* 3-5), a Patre Verbum processit (λόγος προφορικός), ut persona ab eo distincta (ἕτερος), quemadmodum Pater voluit (ὅτε ἠθέλησεν, καθὼς ἠθέλησεν: *c. Noet. c.* 10); Verbum autem verus ac perfectus æterni Patris filius tunc solum exstitit, quum humanam induit naturam, idcirco *relatio*, uti ajunt, Λόγου ad Patrem ea est, qua is Patri *subordinatus* (ὑποταγείς) dicitur. Ideo, quod ad essentiam seu naturam, differt a Patre Verbum, utpote non ab æterno et necessario ab eo genitum sed in tempore ac libere factum (Λόγος οὐ γεννηθείς, ἀλλὰ κτισθείς), ita ut non unus sit Deus, sed duo (διθεϊσμός). — *c)* Postremo martyr fuit; Hippolytus namque a. 235 (al. 251), una cum Pontiano pontifice, ob fidei confessionem in Sardiniam deportatus ibique fustibus contusus, glorioso martyrio præteritæ vitæ culpas erroresque expiavit; corpus vero a Fabiano pap. Romam delatum est et in cœmeterio Callisti sepultum (*Martyr. Rom.* XIII. k. Dec., coll. *Prudent. loc. cit.*, *Greg. Tur.* 1. *Hist.* 18. et *Hieronym. prol. Matth.*). — De eo scripserunt, præter laudatos, ex recentioribus *Grisar, Bedarf. d. Hippolfrag. einer Revision.*[2] in *Ztschr. f. kath. Theol. II* (1878) 505-533.; *Erbes, Die Lebensz. d. Hippol.* in *Jahrbb. f. protest. Theol. XIV* (1888) 611-656.; *Ficker, Stud. zur Hippolytfrage* Leipz. 1893.; *Achelis, Hippolytst.* Leipz. 1897.; *Neumann, Hippol.* etc. Leipz. 1902. — *Joh. B. De-Rossi* in *Bull. d'Arch. crist.* (ser. 3.ª a. *VI.* 1881. *p.* 5-55. et ser. 4.ª a. *I.* 1882. *p.* 9-76. et a. *II.* 1883. *p.* 60-65) defendit, Hippolytum non in Sardinia sed Romam reversum sub Philippo Arabe, ibi dein (a. 258-260), Valeriano imp., capite damnatum fuisse, quamque ad supplicium duceretur, suos errores agnovisse amicosque obsecrasse, ut ecclesiæ catholicæ doctrinas omnino sequerentur. *et Joh. B. Lightfoot* in op. *Hippolytus of Port.* ait Hippolytum episcopum fuisse quidem Portuensem (*Eus. loc. cit.*), sed Romæ sedem habuisse, quum cl. *De-Vit* Portuensem a Romano distinguendum esse ac præterea hunc presbyterum tantummodo fuisse perperam adfirmet (*V.* supra). — 3.º) Hippolytus, miles, qui, ad fidem conversus cum familia a Laurentio diacono, quem custodiebat, martyrio coronatus est sepultusque in basilica, quæ *Hippolyti* dicta est prope cœmeterium præcedentis; quo factum est, ut insequentibus sæculis unus ille, hujus memoriâ obliteratâ, ibi celebraretur, quod fuse demonstrat *De-Rossi* in *Bull. crist.* a. 1882. *p.* 19-43. — 4.º) Hippolytus, martyr cum aliis novem, qui, Græci genere, *Martyres Græci* dicuntur, sub Valeriano, a Secundiano judice pro Christi fide necatus a. 257. IV. non. Dec. sepultusque in *arenaris*, quam, teste *Damaso* pap., « monachi ritu tenuit spelunca latentem » (*Armellini, Lex. di arch. crist.* Roma 1868), *Hippolyti* nomine appellata (*Martyr. Rom.*, coll. *De-Rossi, R. S. III. p.* 192-218). — 5.º) Alios vd. ap. *Plaut. capt.* 788., ficto nomine, *Sidon.* 7. *ep.* 2., *Martyr. R.* ed. 1914. *p.* 31., 36., 245. et 256. ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 1. 741. et 5. 5686. et etiam cogn. *ibid.* 2. 4339. — *Hippolyte* (Ἱππολύτη), cogn. mul. *C.* 5. 1841. — Fuerunt etiam ita nuncupatæ — *a)* Regina Amazonum (*Mythogr. I. fab.* 204), Martis et Otreræ sive Otriræ filia (*Id. ibid.* 30), Antiopes et Orithyiæ soror itemque Melanippes, cum qua fort. aliquando confunditur, tanta, ut ceteræ, fortitudine prædita tamque insignis, ut Eurystheus rex per Herculem, quod opus difficillimum fuisset, ejus arma sibi adferenda curaverit, uti tradit *Justin.* 2. 4. Quod quidem hic prospere gessit, detracto etiam reginæ baltheo, quam captam dedit Theseo, qui eam duxit uxorem ex eaque Hippolytum suscepit (*Justin. ibid.*, coll. *Oros.* 1. *Hist.* 15). *V.* etiam HERCULES. — Monumenta artis vd. ap. *Hartwig, Meisterschal. Taf.* 13. *p.* 118 (608), *Brit. Mus. Cat.* E. 45. et B. 533.; *Heydemann, Bull. d. Ist.* 1868. 42.; *Helbig, Wandgem.* 461.; *Mus. Pio-Clem. IV. T.* b 2.*sq.*; *Gehrard, Etr. Spieg. Taf.* 341. 2. et *Vasenbild. V.* b *Taf.* 330. etc. — De nummis *Head*, 516. et 862. — *b)* Filia Crethei, uxor Acasti, Magnesiæ seu Thessalorum regis; hinc *Cretheis* dicta ab *Apollod.* 1. 224. et *Magnessa* ab *Horat.* 3. *Hor.* 7. 18 (ubi acc. *Hippolyten*). — Hæc, quum Pelius vel Peleus eam sui amantem rejecisset, tanto odio exarsit, ut illum de stupri appellatione apud virum accusaverit, qui Peleum, venationis obtentu in saltum Pelii montis abductum armisque omnibus spoliatum, feris lacerandum præbuit. Verum a Chirone vel Mercurio liberatus reversusque domum Acastum cum uxore occidit (*Hygin. fab.* 14., coll. *Acr.* ad *Hor. l. c.*, qui fabulam paullo aliter narrat, ut *Porphyr. ibid.*). — *c)* Uxor Iphiti et mater Schedii, qui Trojam expugnatum ivit. *Hygin. fab.* 97.

HIPPOMACHUS, i, m. 2. (Ἱππόμαχος, *ex equo pugnans*), unus ex XXX. tyrannis Athenarum (a. 404. a. Chr.), omnium sævissimus, in bello, a Thrasybulo contra collegas excitato, ad Munychiam occisus. *Justin.* 5-9., coll. *Xen.* 2. 4. 19.

HIPPOMEDON, ontis, m. 3. (Ἱππομέδων, *equorum curam gerens* v. *moderator*) ¶ 1. Unus ex septem ducibus sive regibus Argivorum, filius Talai (*Soph. Œd. Col.* 1317. et *Schol. Eurip. Phœn.* 126) vel Aristomachi (*Apollod.* 3. 63., coll. 1. 103) vel Nesimachi et Nasicæ (*Schol. Stat. Theb.* 1. 44., coll. *Paus.* 10. 10. 3), pater Polydori, epigoni, ex Euanippe, filia Elati, qui dum bellabat cum Thebanis in Ismeno fluvio magnam edens hostium cædem, aquis fluvii increscentibus submersus periit. *Stat.* 9. *Theb.* 393-565. *Ibid.* 1. 44. dicitur *turbidus.* et 5. 560. *arduus.* et *ibid.* 664. *acer.* et 7. 430. *ferus.* et 12. 763. *furens.* — De priscæ artis monumentis ad eum pertinentibus vd. *Furtwängler-Reichhold, Gr. Vasenmal. I*, 59. *Taf.* 11. et 12.; *Catal. of Vas.* in *Brit. Mus. III.* 862. D. 7. et *Drehler* ap. *Roschers Myth. Lex. I.* 2686. 1.*sqq.* ¶ 2. Item filius Agesilai Lacedæmonii, Eurypontides, aliique bene multi apud Græcos scriptores (*Polyb.* 4. 35. 13., *Plut. Agis* 6., *Schol. Apoll. Rhod. Arg.* 1. 769., *Ptol. nov. hist.* 7., *Jambl. vit. Pyth.* 267. etc.), Latinis silentibus.

HIPPOMENEIS, idis, f. 3., et

HIPPOMENEIUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HIPPOMENES, æ, m. 1. (Ἱππομένης = *equi vis* v. *impetus*: cf. Μένιππος et Μενέσιππος) nom. vir. — Declin. ab aliis *Hippomenes, is*, quos tuetur analogia: cf. *Anaximenes, Eumenes* etc. — Acc. *Hippomenem* ap. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 86.; sed *Hippomenen* ap. *Ovid.* 10. *Met.* 451. In acc. et abl. *Hippomene* postremam producit *Ovid.* 10. *Met.* 632. et 608. — Fuit autem ex urbe Onchesto in Bœotia, filius Martis (*Schol. Theocr.* 3. 40) vel Megarei et Meropes ex progenie Neptuni (*Hygin. fab.* 185), qui cursu Atalantam, Schœnei filiam, superavit Veneris ope, quæ ei tria mala aurea dedit, quibus in cursu projectis, dum Atalanta eorum colligendorum cupiditate esset retenta, facilem ille victoriam

obtinuit (*Sympos.* 82). Schœneus itaque eam Hippomenæ uxorem tradidit, qui, Veneris beneficium oblitus, nullas deæ gratias egit; quare irata furorem ei immisit ita ut in monte Parnaso quum Jovi sacrificaret, amore incensus in ipso fano cum ea concubuerit. Sed Juppiter ob id in leonem et leam sacrilegos convertit, teste *Hygin. loc. cit.*, coll. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 113. et 6. *Ecl.* 61. Adde *Stat.* 1. *Silv.* 2. 86., *Ovid.* 15. *Her.* 159. et 10. *Met.* 560-704., *Claudian. carm.* 29. 169., *Mythogr. I. fab.* 59. et *II. fab.* 47., *Sidon. carm.* 2. 495. et *alib.* - *Sympos.* 82. *de malo.* Fraus juvenis pulcri. *h. e.* Hippomenis, qui malo decepit Atalantam. V. *Eitrem, Philol. LVIII.* 464.*sq.* — Hinc *Hippomeneis*, patronym. f., Hippomenæ filia vel neptis: ita absolute appellata est *Limone* (*Ovid. Ib.* 457), Hippomenæ et Atalantæ filia, quam pater, ob probrum admissum, una cum equo in stabulo inclusit, neutri cibum suppeditans; quare equus, fame impulsus, eam discerpsit; vitiator vero virginis (seu adulter) ad currum alligatus et ipse dilaceratus est. *Ovid. Ib.* 333. « Utque novum passa genus Hippomeneide pœnæ Tractus in Actæa fertur adulter humo ». — *Hippomeneius*, adj., legunt alii pro *Hippomeneide* ap. *Ovid. loc. cit.*, sc. « novum passa genus Hippomeneia pœnæ etc. ».

HIPPON. *V.* **HIPPO.**

HIPPŌNACTEUS et Hipponactius, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HIPPŌNAX, actis, m. 3. (Ἱππῶναξ: ab ἵππος et ἄναξ, *rex, princeps*) poeta iambographus, filius Pythei et Protidis, natus Ephesi (*Strab.* 14. 642) circ. a. 540. a. Chr., Cyri et Crœsi temporibus Ol. LX = 540-537 (*Plin.* 36. *Hist. nat.* 5. 4. [11]., coll. *Marm. Arund. ep.* 48. *l.* 57), non multo ante (*Cf. Plut. mus.* 6), uti volunt alii, quasi fuerit Terpandri æqualis (a. 688), quos *Eus. et Hier.* secuti sunt in *chron.* — Pulsus Epheso ab Athenagora et Coma, qui tyrannide potiti erant, Clazomenas confugit; hinc *Clazomenius* dictus (*Suid.* in *v.* et *Sulp. sat.* 5). — Habetur ut inventor versus iambici scazontis seu choliambi, perperam Ananio attributi (*Hephæst. man.* c. 5), quem ab eo *Hipponacteum* vocant (V. *Mall. Theod. de metr.* 5. 13., coll. *Cic.* 7. *Fam.* 24. et *Orat.* 56. 189) et etiam fort. poeticæ compositionis, quæ parodia dicitur. — In ejus carminibus, scriptis dialecto Ionica Asiæ minoris, refertisque fabrilium artium vocibus ac familiaribus, post ipsum raro usurpatis et obscuris, quorum carminum tantum fragmenta, ad centum, supersunt, a *Welcker, Meineke, Bergk* et *Hiller-Crusio* collecta, reperiuntur versus iambici trimetri, tetrametri trochaici aliique, etiam hexametri, sed præcipue choliambici, quod metri genus plebejum et rude apprime in indolem quadrabat poetæ. Qui, quum esset et pauper (frg. 18., 19. et 20) et ob corporis deformitatem (*Ælian. h. v.* 10. 6) irrisus, bilem in irrisores effundebat, versibus quoque scurrilibus, non tamen ea, qua Archilochus utebatur, vivida quadam, etsi mordaci, dicendi urbanitate et elegantia. *Demetrius* in *tract. de eloqu.* 132., de quibusdam loquens rebus, venustate et gratia amabilibus, uti sunt rosæ, nymphæ et hujus modi alia, eas ait rudes etiam fore in ipso Hipponactis ore. Nec solum in extraneos (frg. 19. et 85), ut in Bupalum et Athenidem pictores, qui ejus effigiem, omnibus irridendam, publice proposuerunt (*Suid.* v. Ἱππῶναξ: cf. etiam frg. 13), ab eo idcirco vehementissimis iambis contusos (Cf. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 4. 5. [11]., qui addit: « ut credatur ad laqueos eos compulisse, quod falsum est »); sed etiam in deos ipsos ac parentes (frg. 16. et 20), teste *Leonid. Tarent.* (*Anthol. Palat. VII.* 408.: τοκέων καταβαύξας), qui in epigrammate etiam viatores monet, ut Hipponactis tumulum prætereuntes ab ejus bile et furore sibi caveant (*Ibid.* 267., coll. 291. et 608). — Memoratur quoque a *Cic.* 3. *Nat. D.* 38. 91. « Neque enim, quem Hipponactis iambus læserat etc. », a *Solin.* 40., qui eum inter ingenia Asiatica inclita recenset, et præsertim a grammaticis *Diomed. I.* 524. 25. *K.*, *Mar. Victorin.*, *VI.* 168. 20., *Atil. Fort. VI.* 302. 17., *Mar. Plot. Sacerd. VI.* 540. 12. — De eo scripsit *Ceglinski, De Hipponacte Ephes. iambogr.* 1880.; *Dreykorn, Phil. Randsch. I.* 1293; *Sauppe, Hipponax* (in *Philol.*) 1870. et erudite ac fuse *Gerhard, PWK* 8. 1890-1907. — Hinc *Hipponacteus* (Ἱππωνάκτειος) versus. *V.* hanc voc. in *Lexico*.

HIPPŌNENSIS et Hipponiensis, a, adject. *V.* **HIPPO.**

HĪPPŌNĒSOS et Hipponnesos, i, f. 2. (Ἱππόνησος = *equi v. equorum insula*) insula Asiæ in sinu Ceramico. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (134).

HIPPŌNIĀTES, um, m. plur. 3. *V.* **HIPPONIUM.**

HIPPŌNĪCUS, i, m. 2. (Ἱππόνικος = *equo vincens*) cogn. vir. *Corp.* 3. 1425. et 1426. et *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1052. — Fuit etiam hoc nomine vir Atheniensis, filius Calliæ (*Hiper. frg.* 97 *Bl.*) et Elpinices, sororis Cimonis, pater Hipparetes, uxoris Alcibiadis (*Thuc.* 3. 91. 4., *Diod.* 12. 65. 3., *Ps. Andoc.* 4. 13., *Isocr.* 16. 31. et *Plut. Alc.* 8). De eo *Nep. Alc.* 2. (Alcibiades) socerum habuit Hipponicum, omnium Græca lingua loquentium ditissimum, ut, si ipse fingere vellet, neque plura bona eminisci neque majora posset consequi, quam vel natura vel fortuna tribuerat. (V. *Kirchner, Prosop. Att. I.* 7658).

HIPPŌNĪUM, ii, m. 2. oppidum Italiæ in Bruttiis ad mare Tyrrhenum, alio nomine *Vibo Valentia*, trib. *Æmiliæ* adscriptum, hod. *Bivona*. Memoratur *Cæs.* 3. *B. C.* 101., *Liv.* 21. 51., *Vellej.* 1. 14., *Mel.* 2. 69., coll. *Cic.* 5. *Verr.* 16. 99., *Strab.* 6. 256., *Ptol.* 3. 1. 9. et 74. et *Plut. Cic.* 32. — De ejus nummis vd. *Head*, 100. — Conditum fuit a Græcis ex Locris Epizephiriis, dein a Syracusanis cum Bruttiis de eo possidendo contendentibus oppugnatum, a Dionysio Syracusio a. 389. a. Chr. vastatum, optimo portu ab Agathocle instructum; colonia Latina ac temporibus bellorum civilium classis Pompejanæ et serius Octavianæ statio; illustre ac nobile municipium (*Cic. loc. cit.*), sub imperio, ex situ soli ubertate et commercio florentissimum, cultui Cereris devotum. *V.* **VIBO**, coll. *Hippo.* (Cf. *Lenormant, Grande Grèce III.* 155.*sqq.*). — Hinc *Hipponiates*, incolæ, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 150.

HIPPŌNŎĒ, es, f. 1. *V.* **HIPPONOUS.**

HIPPONON, i, n. 2. urbs Ægypti in Heptanomide ad ripam Nili, ubi sedem habebat temporibus imperii orientalis *ala Apriana*, memorata in *Not. Dign. or.* 28., hod. *Hibeh*.

HIPPŌNŎUS, i, m. 2. (Ἱππόνοος = *equi mens*, i. e. equinam seu stupidam mentem habens) nom. vir. — Memorantur hoc nomine maritus Astynomes, Talai filiæ et Adrasti sororis, et pater Capanei, illius, qui fulmine percussus fuit (*Hygin. fab.* 70), de quo *Ovid. Ib.* 468. « Aut Jovis infesti telo feriare trisulco, Ut satus Hipponoo Dexitheæque pater ». — Item Herculis filius, de quo *Hygin. fab.* 242. « Adrastus et Hipponous ejus filius ipse se in ignem jecerunt ex responso Apollinis ». — Hinc *Hipponoe*, una ex filiabus Prœti, cujus est mentio ap. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 48.

HIPPŌPHORBĀS, antis, m. 3. (Ἱπποφόρβας = *equorum altor*) unus ex septem, quos Athenienses quotannis Cretam ex pacto mittere solebant a Minotauro devorandos, quos Theseus, monstro occiso, in patriam reduxit. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 21.

HIPPŌPŎDES, um, m. plur. 3. (Ἱππόποδες = *equinos pedes* habentes), populi fabulosi boreales, in insulis, quæ Sarmatiæ adversæ sunt. *Mela* 3. 56. Esse equinis pedibus Hippopodas et Pannatios, quibus magnæ aures et ad ambiendum corpus omne patulæ. *et Solin.* 19. Insulæ, quarum Hippopodes indigenæ - in equinos pedes desinunt. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (95)., *Priscian. per.* 301. et *Jul. Honor.* 29. — *Jorn. Get.* 1. ipsas insulas vocat *Hippopodes*.

HIPPŌREÆ, ārum, m. plur. 1. populi Æthiopiæ superioris, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (190), qui tradit eos atri coloris tota corpora rubrica illinere. *Al. leg.* Ipsodoræ. — *Vivien de S. Mart.*, *Le Nord de l'Afr. p.* 172. et 174. Hipporeas cum *Hafara* componit.

HIPPŌRUM (Hyporon), i, n. 2. (Ἵππωρον) oppidum in Brottiis, memoratum in *Itin. Ant. p.* 115., fort. ad promontorium, quod nunc *Spartivento* dicitur.

HIPPOS (Hippus), i, m. 2. (Ἵππος, *equus*) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Oppidum Græcum in regione Decapolitana Palæstinæ trans Jordanem, ad ripam austr.-or. lacus Genezareth, ab Augusto Herodi datum, sed postea provinciæ Syriæ adjunctum, hod. *Susieh*, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 15. 14. (71). et 18. 16. (74)., *Hieronym. onom. p.* 83. et 171., *Heges.* 1. 34., coll. *Jos. ant.* 15. 7. 3. — 2.°) Item oppidum Ioniæ. *Mela* 1. 86., ubi tamen *Hippin* pro *Hippon* leg. *Partheg* et *Frick*. — 3.°) Fluvius Asiæ interioris, in Phasim influens. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 4. (13). ¶ 2. Est etiam nom. vir. *V.* **HIPPUS.**

HIPPŌTĂDES, æ, m. 1. (Ἱπποτάδης) patronym. ex *Hippotes*. *V.* **HIPPOTES.**

HIPPŌTENSIS, is, m. 3. pater Symmachiæ Sibyllæ, cujus meminit *Capell.* 2. *p.* 40.

HIPPŌTĒS, æ, m. 1. (Ἱππότης, i. e. *eques*) nom. vir. — Fuerunt hoc nomine ¶ 1. Hippotes, pater Æoli, ventorum regis. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 552., coll. *Ovid.* 4. *Met.* 662.; quamquam sunt qui Æolum non Hippotæ sed Jovis aut Neptuni filium dicant, ut *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 52. et *Mythogr. II. fab.* 52. et *III. fab.* 4. — Hinc *Hippotades* dictus — a) Æolus, quia filius vel nepos Hippotæ. *Ovid. loc. cit.* Clauserat Hippotades æterno carcere ventos. Adde *ibid.* 11. 431. et 17. *Her.* 46. et *Val. Flacc.* 1. 610. — b) Item Amestrus, Hippotæ filius. *Virg.* 11. *Æn.* 674. — c) Item alius in prœlio occisus, de quo *Stat.* 8. *Theb.* 699. Ilis torvi perforat Hippotadæ. ¶ 2. Hippotes, Creontis filius, rex Corinthi. *Hygin. fab.* 27., coll. *Diod.* 4. 55. 5. *V.* **MEDUS.** ¶ 3. Hippotes, nobilis vir quidam Trojanus, pater Egestæ, quæ navi in Siciliam delata et a Criniso, deo fluviali, compressa, Egestum edidit v. Acestem. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 550. et 5. *ibid.* 30 (*V.* ACESTES v. EGESTA). et *Mythogr. I. fab.* 137. et *II. fab.* 198. ¶ 4. Hippotes, pater Aletis, conditoris Corinthi. *Vellej.* 1. 3. et 13.

HIPPŌTHŎĒ, es, f. 1. (Ἱπποθόη). *V.* voc. seq.

HIPPŌTHŎUS, i, m. 2. (Ἱππόθοος = *equo velox* v. auriga) nom. vir. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Hippothous, Larissæus, filius Teutamidis Lethi, frater Pylei, socius Priami (*Dar.* 18). — Fuit autem apud Trojam ab Aiace Telamonio occisus super Patrocli cadaver, *Dict.* 3. 13., coll. *Hom. Il.* 17. 286-310.; ab Achille, *Dar.* 21. — De his fort. fratribus epitaphium exstat *Ausonii*, inscript.: De *Hippothoo et Pyleo in horto sepultis*. ¶ 2. Hippothous, Priami filius, semel ap. *Homer. Il.* 24. 251. memoratus, in bello occisus ab alterutro Aiace. *Dict.* 3. 7. — Apud *Hygin. fab.* 90., ubi *Hipposidus* scribitur, sed perperam. V. *Weizsäcker* in *Roschers Lex. Myth. III.* 2937. *sqq.* ¶ 3. Hippothous, filius Alei et Neæræ, filiæ Autolyci a Telepho, ejus nepote, interfectus, ut tradit *Hygin. fab.* 244.; quare mater sibi mortem intulit, teste *eod. fab.* 243. Cf. *Robert, Arch. Jahrb. III.* 61. ¶ 4. Hippothous, Cercyonis filius, Arcas, ex iis unus, qui ad aprum Calydonium ierunt, ut est ap. *Hygin. fab.* 173. et *Ovid.* 8. *Met.* 307., coll. *Paus.* 8. 5. 4. et 53. 6 (Ἱπποθοΐτης) et, uti apri ejusdem venator, a Scopa repræsentatus in anteriore parte verticis templi, Athenæ Aleæ dicati Tegeæ (*Paus.* 8. 45. 7). Cf. *Schwedler, De rebus Tegeaticis*, Leipz. *Stud. IX* 291.*sq.* ¶ 5. Hippothous, Alopes filius ex Neptuno susceptus (*Paus.* 1. 5. 2. Ἱπποθόων), ap. *Hygin. fab.* 187., coll. *fab.* 252 (V. *Lenormant* in *Rev. Arch.* a. 1864. *p.* 90.*sqq.* et *Cavedoni* in *Mus. del Catajo p.* 92.*sq.*). — Hinc *Hippothoe*, una Amazonum ap. *Hygin. fab.* 163., socia Penthesileæ ap. *Quint. Smyrn. Posthom.* 1. 44. et 532. — Item una ex filiabus Danai, quæ prima nuptiarum nocte Obrimum, virum suum, occidit. *Hygin. fab.* 170. — Item una Peliadum ap. *eund. fab.* 24., coll. *Apollod.* 1. 95. et *Tzetz. Lycophr.* 175 (V. *Höfer* in *Roschers Lex. Myth. III.* 1645). — Item Mestoris filia (*Apollod.* 2. 4), a Neptuno vitiata. *Firmic. math.* 12. 3. — In plur. num. *Arnob.* 4. *p.* 144.

HIPPŌTȲRUS, i, m. 2. (ab ἵππος, *equus*, et τῦρος, *caseus*: it. *cacio cavallo*) cogn. libert. in *Corp.* 10. 88.

HIPPŪRI, ōrum, m. plur. 2. portus in ora occidentali Taprobanæ (*Ceylan*), memoratus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 22. 24. (84). — *Hippuros* ap. *Solin.* 53.

HIPPŪRIS, idis, f. 3. (Ἱππουρίς = ἱππουρίς, ex *equinis crinibus* factus) insula, maris Ægæi, Cycladum una, hod. *Amorgopula*. Memoratur *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (71). et *Mel.* 2. 111.

HIPPUS, i, m. 2. (Ἵππος, *equus*) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est nom. cujusdam viri Tyrii, qui onerariam navim invenit, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (208). ¶ 2. Est etiam fluvius. *V.* **HIPPIUS** et **HIPPOS.**

HĪRĀM, indecl. m. nom. vir. (Hebr. *'Irâm* « urbanus »; al. *'Ahhîram* « frater meus altus; *LXX.* Χιράμ v. Χειράμ) nom. trium virorum. ¶ 1. Hiram (*LXX.* Ζαφωίν), ultimus ex phylarchis seu ducibus (Hebr. *'allûphîm*) Edomitarum ex stirpe Esau, memoratus *Vulg. Gen.* 36. 43. et 1. *Par.* 1. 54. ¶ 2. Hiram (Hebr.: *Hirâm* 2. *Reg.* 5. 11. et 3. *Reg.* 5. 15., 21. etc.; *Hirôm* 3. *Reg.* 5. 24., 32.; *Hûrâm* 2. *Par.* 2. 2. etc.; *LXX.* Χιράμ v. Χειράμ; *Jos.* Εἴρωμος v. Ἱέρωμος, Assyr. *Hirammu*; Vulg. *Hiram*) rex Tyri, Davidis et Salomonis æqualis et amicus, filius et successor Abibalis (*Jos. ant.* 8. 5. 3. et c. *Apion.* 1. 17-18). — Initio statim urbem Tyrum, sui regni metropolim, ita instauravit, ut fere alia ab antiqua videretur, parvamque insulam, ubi erat templum, *Melqarth* dicatum, majori conjunxit, portum munivit ac templa reædificavit Melqarth et Astartes sibique regiam sedem exstruxit; præterea rebellionem Citii in insula Cypro ita compressit, ut cives illos sibi tributum solvere suæque dominationi obtemperare coegerit (*Mangenot ex Annal. Tyr.* in *Dict. bibl. III. p.* 717). — Regnare autem cœpit, quo tempore David, arce Jebusæorum potitus, statuit Jerusalem sui regni caput, ac legatos ad eum misit, ut fœdus paciscerentur, quibus hic libenter annuit, ratus ita se facilius ab eo materiem opificesque obtenturum ad regiam domum sibi construendam (2. *Reg.* 5. 11., 1. *Par.* 14. 11. et 22. 4). Tali pacto inter duos reges fœderis et amicitiæ vinculum perpetuum fuit idque Salomoni viam aperuit ad templum erigendum (quamquam sunt qui putent Hiram David non esse eundem qui Salomonis: *Hauck, R. E. VIII. p.* 187), cui regnum ineunti rex Tyri est gratulatus (3. *Reg.* 5. 1) ac pristino societatis nexu se adstrinxit. — Dein Hiram Israelitarum regi, templum ædificaturo, ligna præbuit cedrina et abiegna ex Libano et aurum opificesque, inter quos Hiram fuit, artifex peritissimus, ut Salomoni omnia ex ære, auro, argento, ferro, marmore et ligno, quibus opus habebat, fabrefaceret, pactis cibariis et pecunia. His Salomon addidit viginti oppida in Galilæa (3. *Reg.* 9. 11), quæ tamen rex Tyrius ægre accepit, quod essent vetustate corrupta ac territorium arenosum et infertile, vocavitque terram illam *Chabul* (= Phœn. *non placens*: 3. *Reg.* 9. 12-13); quin interpretes nonnulli censent ea Hiram Salomoni restituisse (2. *Par.* 8. 2), quia hic postea oppida illa instaurasse dicitur (*Ibid.*), vel ex suis aliquot dedisse. — Præterea rex Hiram ei suppeditavit omnia, quæ necessaria erant ad classem, qua carebat, ædificandam, quod ceteroqui in utriusque utilitatem redundabat, præcipue tamen Israelitarum, quorum opulentia inde maxime increvit. — Porro ex iis, quæ tradunt Tyrii, id etiam refertur, Salomonem filiam suam Hiram uxorem duxisse (*Tatian. orat. c. Gr.* 37., *Clem. Alex. strom.* 1. 21., coll. *Eus. præp. euang.* 9. 34). — Hiram regnasse a. XXXIV (1023-990. v. 1033-999) et a. LVIII. obiisse adfirmat *Menander* ap. *Jos. c. Apion.* 1. 18.; sed hæc incerta sunt, ut quod dicitur de ejus sepulcro ad austr.-occid. plagam urbis Tyri (*Movers Die Phönix. II.* Berl. 1849. *p.* 326. V. etiam *Lenormant-Babelon, Hist. anc. de l'Or. VI.* Paris 1888. *p.* 249. et *Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l'Or. I.* 1898. *p.* 333., 371.*sqq.*). ¶ 3. Hiram (Hebr. *Hhîrâm* 2. *Reg.* 5. 11.; *Hirôm* 3. *Reg.* 5. 14.; *Hhûrâm* 2. *Par.* 2. 2. et *LXX.* Χιράμ), artifex Tyrius, filius fabri et mulieris viduæ ex tribu Nephthali (3. *Reg.* 8. 13-14., 40. et 45. et 2. *Par.* 2. 13-14. et 4. 11. 16), celebrium columnarum Jachin et Booz in portico templi, maris aenei aliorumque vasorum ornamentorumque in usum sacrum auctor, plenus « sapientia et intelligentia et doctrina » (3. *Reg.* 7. 13., 40., 45. et 2. *Par.* 2. 13). — Locus 2. *Par.* 4. 16., ubi memoratur *pater ejus* (hebr. *Abîû*), perinde ac si et ipse una cum filio cognomine, item artifex ærarius, opera hujus modi confecerit, glossa videtur librarii; in textu enim LXXvir. hoc non legitur.

HIRCUS, i, m. 2. nom. vir., ab *hircus*, ut patet, desumptum. *Corp.* 8. 2077.

HIRMĪNIUM, ii, n. vel Hirminius, m. 2. fluvius Siciliæ, prope Camarinam, hod. fort. *Fiume di Ragusa* dictus. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (89).

HIRMĪUS, ii, m. 2. nom. vir., litteris retrogradis a dextra ad lævam scriptum, ap. *Garrucci*, qui de hoc disputat, in *Inscr. Syll.* 808.

HIRNEA PAPPI, titulus Atellanæ *Pomponii Bononiensis*, cujus exstat fragmentum ap. *Non.* 40. 20. *Merc.* V. *Ribbeck, Com. rel. p.* 234. ed. alt.

HĪRNĪCIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 9. 3398. et 3399.

HIRPI, ōrum, m. plur. 2. ¶ 1. Populi Sabini in Faliscorum agro, ad montem Soractem habitantes, ita dicti ab *hirpus*, quo Sabinorum lingua *lupus* significatur: ita *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 785., qui, confundens Hirpos cum Hirpinis, hæc habet: « In hoc autem monte (*Soracte*) quum aliquando Diti patri persolveretur -, subito venientes lupi exta de igni rapuerunt, quos quum diu pastores sequerentur, delati sunt ad quandam speluncam, halitum ex se pestiferum emittentem, adeo ut juxta stantes necaret, et exinde est orta pestilentia, quia fuerant lupos secuti: de qua responsum est posse eam sedari, si lupos imitarentur, id est rapto viverent. Quod postquam factum est, dicti sunt populi *Hirpi* (al. leg. *Hirpini*) *Sorani*; nam lupi Sabinorum lingua *hirpi* vocantur, Sorani vero a Dite, nam *Dis pater Soranus* vocatur, quasi lupi Ditis patris; unde memor rei Virgilius Aruntem paullo post comparat lupo, quasi *Hirpinum Soranum* ». At *Strab.* 5. 250. « ἵρπον γὰρ καλοῦσιν οἱ Σαμνῖται τὸν λύκον »; *Soranus* vero a *Sora* dictus videtur, ut *Reatinus pater* etc.; *Deecke* tamen *Falisk.* 97. non *Soranus*, sed *Soractinus* a Soracte legendum putat (Cf. *Schulze, Zur Gesch. lat. Eigenn. p.* 479. et 577). ¶ 2. Item quædam familiæ in Faliscorum agro, de quibus *Plin.* 7. *Hist. nat.* 2. 2. (19). « Hæ (*familiæ*) sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur et ob id perpetuo senatusconsulto militiæ omniumque aliorum munerum vacationem habent ». Adde *Solin.* 2. — Hinc fort. *Hirpidius*, nom. gent. vir. *Corp.* 5. 7458.

HIRPĪNI, ōrum, m. plur. 2. (Ἱρπῖνοι) nom. populi. — a) *Irpini* sine aspiratione aliquando adhibetur. *Corp.* 6. 1018. — b) Etymon ducit *Paul. Fest.* ab *hirpus* vel *irpus*, lupus. *V.* voc. præc. et infra. — Hirpini itaque, gens Italiæ in Samnio ad fines Campaniæ, Lucaniæ et Apuliæ, in regione montana, irrigata a fluviis Calore et Aufido, ita dicti, uti fertur, ab *hirpo* seu lupo, quo duce illuc migraverant. — Cum Samnitibus contra Romanos bella gesserunt; sed possessio coloniæ Beneventanæ a. 268. a. Chr. tanto Romanis usui fuit, ut et Hirpinorum regionem facilius possederint. Hi tamen post Cannensem pugnam Hannibalis partes secuti sunt, nec ante ann. 209. Romanorum dominationi se submiserunt usque ad bellum sociale. Augustus denique territorium Hirpinorum regioni secundæ (Apuliæ et Calabriæ) adnexuit, via Appia et Trajana intersectum, hod. fort. *Principato ultra*. — Memorant *Plin.* 2. *Hist. nat.* 93. 95. (208)., *Cic.* 1. *Divin.* 36. 79., *Liv. epit.* 15. et 21., *Vellej.* 1. 14. et 2. 16., *Liv.* 22. 13. et 61. et alib., *Sil. It.* 11. 11., coll. *Auct. vir. ill.* 75., *Corp.* 9. *p.* 88. et 668. et, ex Græcis, *Polyb.* 3. 91., *Ptol.* 3. 1. 71., *Strab.* 5. 250., *Appian. b. c.* 1. 39. et 51. — Hinc *Hirpinus* (*Irpinus*) — a) Subst., cogn. vir., ut *Quintius Hirpinus* ap. *Horat.* 2. *Od.* 11. 2., ubi cogn. præmittitur. — *Fulvius Hirpinus* ap. *Plin.* 9. *Hist. nat.* 56. 82. (173)., ubi alii *Lupinus*. Adde *Corp.* 9. 1013. et 1228., ubi *Irpinus*. — *Hirpina*, cogn. mul. *Corp.* 9. 1218. et 1228. — b) Adj. ad Hirpinos pertinens. *Sil. It.* 8. 569., *Cic.* 3. *leg. agr.* 2. 8. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (99). — Celebres erant antiquitus *Hirpini equi*, de quibus *Juvenal.* 8. 63., ad quem *loc. Schol.*: Hirpinus mons est, ubi optimi equi nascuntur. — Abs. *Martial.* 3. 63. *de Cotilo*. Hirpini veteres qui bene novit avos. — Hinc *Hirpinia* (*Irpinia*), nom. gent. mul. *Corp.* 10. 310. — *Hirpinianus*, cogn. vir. *C.* 10. 8107.

HIRPUS, i, m. 2. nom. serv. in vasculo edito a *Guarini* (ubi ɪʀᴘɪ) *loc. cit.* ap. *Momms.* in *Corp.* 9. 6082 (42) ʜɪʀᴘɪ, quod ipse integraret ʜɪʀᴘɪɴɪ.

HIRREDĪUS, ii, m. 2. *V.* **HIRRUS.**

HIRRI, ōrum, m. plur. 2. populus, ad Vistulam in plaga boreali habitans. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 13. 27. (97).

HIRRĪUS (Hirius), ii, m. 2. *V.* voc. seq.

HIRRUS, i, m. 2. cogn. vir., ab *hirrio* factum, quasi qui hirrit vel vultum habet ringenti similem (it. *rincagnato*), ut *C. Lucilius Hirrus* ap. *Cæs.* 1. *B. C.* 15. et 3. *ibid.* 82. — Abs. *Hirrus* ap. *Juvenal.* 10. 222. — Hinc *Hirrius* (*Hirius*), nom. gent. vir. *Corp.* 9. 1077. et *Hirria*, nom. mul. *Ibid.* 1002. et 6246. Irria. — Fuit etiam hoc nomine homo voluptuosus, de quo *Plin.* 9. *Hist. nat.* 55. 81. (171). « Murenarum vivarium privatim excogitavit ante alios C. Hirrius, qui cenis triumphalibus Cæsaris dictatoris sex millia numero murenarum mutua adpendit; nam permutare quidem pretio noluit aliave merce. Hujus villam, intra quam modicam quadragiens piscinæ vendiderunt ». Adde *Varr.* 3. *R. R.* 17. 2., coll. *Macrob.* 3. *Sat.* 15. 10 (ubi *Gaius* pro *Cajus Hirrius*) et fort. *Cic.* 2. *Fin.* 70. 22. — Alium vd. ap. *Varr.* 2. *R. R.* 5. 5 (ubi al. leg. *Hirtius*). — *Hirrutus*, cogn. vir. *Corp.* 9. 3044. — *Hirredius*, nom. gent. vir., fort. ab *Hirrius*, syllabica adjectione productum. *C.* 9. 4174.

HIRTĪUS, ii, m. 2. (Ἵρτιος) nom. vir. — *Kirtius*, sed corrupte, apud *Chronogr.* a. 354. — Abs. *Hirtius* in *Inscr.* ap. *Henzen*, *S. O.* n. 6854. et in *Fast. Hisp.*, ap. *Cassiod.* in *chron.* est *A. Hirtius* (Αὖλος Ἵρτιος ap. *Dion.* et *O. Hirtius* in *Corp.* 1. 625., sine cognomine).

Hirtius, patria Ferentinas, quod conjicitur ex titulis Ferentini repertis, ubi *A. Hirtius* censor dicitur (Cf. *Garrucci* in *Bull. Arch. Napol.* a. 1853. *p.* 36.*sqq.* et *Momms.* in *Corp.* 10. 5837); quamquam alii hoc negant eumque putant patrem ejus, quo de agimus (*Münzer, PWK* 8. 1956). — Fuit familiarissimus Cæsari (*Cic.* 7. *Att.* 4) ejusque amicus (*Id.* 6. *Fam.* 12); discipulus cum Dolabella Ciceronis (*Id.* 9. *Fam.* 16., ubi eos vocat « dicendi discipulos, cenandi magistros ») et etiam cum Pansa (*Quintil.* 12. 11. 6). — Anno autem 49. a. Chr., ut videtur, tribunus plebis creatus, et prætor a. 46., fuit in Asia (*Cic.* 11. *Att.* 14., coll. *Cohen, Monn. de la rép. R. p.* 160. *tab. XIX*); postmodum vero in Hispania, ut conjici potest ex *Suet. Aug.* 68., ubi de Augusti et Hirtii pravis moribus loquitur. — Post auguratum, quem ex verbis *Cic.* 7. *Phil.* 4. 12. Hirtio tribuunt nonnulli, ubi vocatur « vir fortissimus, collega et familiaris », consul. a. 43. processit cum Vibio Pansa (*Mon. Ancyr.* 1. 4., *Senec. suas.* 6. 1., *Suet. Tib.* 5. et *Corp.* 5. 5832. et 9. 3349); quo tempore contra Antonium, hostem a senatu judicatum, qui D. Brutum Mutinæ obsidebat, cum exercitu contendit una cum collega et Octaviano (*Eutr.* 7. 1. et *Frontin.* 3. *Strat.* 13. et 8. et *alib.*). Quomodo vero res se habuerit, ita narrat *Liv. epit.* 119. « Quum Pansa male adversus Antonium pugnasset, A. Hirtius superveniens cum exercitu, fusis M. Antonii copiis, fortunam utriusque partis æquavit; victus deinde ab Hirtio et Cæsare Antonius in Galliam confugit. — A. Hirtius, qui post victoriam in ipsis hostium castris ceciderat, et C. Pansa ex vulnere, quod in adverso prœlio exceperat, defunctus, in campo Martio sepulti sunt ». Sepultura tamen publica honoratos fuisse tradit *Vellej.* 2. 62. Cf. *Val. Max.* 5. 2. 10., *Cic.* 10. *Fam.* 30. et 33. et *alib.*, *Tac.* 1. *Ann.* 10., *Suet. Aug.* 10. et 11. et *Oros.* 6. *Hist.* 18. — Scripsit, ex recentiorum eruditorum sententia, librum octavum *de bello Gallico*, Cornelio Balbo dicatum. Sane *Suet. Cæs.* 56., postquam dixit « Alii Oppium putant, alii Hirtium (*Alexandrini belli auctorem*), qui etiam Gallici belli novissi-

mum imperfectumque librum suppleverit », addit absolute: « De (Cæsaris) commentariis Hirtius ita prædicat etc. »; nec dubium videtur, ipsum scripsisse quoque *de bello Alexandrino*, ut critici viri etiam recentiores conjiciunt ex simili dicendi ratione et ex *præf.* VIII. libri de bello Gallico, ubi auctor videtur in animo habuisse de bello Alexandrino scribere et etiam de Africano, quod alterum ejus more impedivit (*Nipperdey* ed. *p.* 14. et *Teuffel*, *G. R. L. I. p.* 184.*sq.*). — De hac tamen re vide etiam *Schanz*, *G. R. L. I.* 2. 136. *sqq.* — Lingua utitur Hirtius classicorum auctorum, sed « desideramus, inquit *Nipperdey* (*p.* 13), et elegantem illam facilitatem et vigorem atque alacritatem. - Lentitudinem enim quandam et mediocritatem agnoscimus et, quod maxime reprehendas, sine motu ». Verum in bello Alexandrino, quamvis idem auctor ac belli Gallici, tamen faciliore utitur stilo et, pro materiæ indole, vividiore. — Præter hos libros exstat etiam epistola *Hirtii* ad *Cic.* (*Cic.* 15. *Att.* 6), scripta a. 44. a. Chr. Idem *Cic.* sæpe librum quoque Hirtii laudat, in quo vitia Catonis collegit (12. *Att.* 40. et 41., 44., 45. et 47); tum etiam fragmenta aliarum fort. ejus epistolarum, quæ collegit *Dinter*. — Hinc *Hirtius*, adj., ut *Hirtia lex*, lata jussu Cæsaris a prætore A. Hirtio, in qua sancitum est, ut ne « Pompejanus, qui vivat, teneat dignitatem » (*Ern.*). Sed satius videtur confiteri nos, quid ea sancitum sit, ignorare, quum Ciceronis verba (13. *Phil.* 16. 32), qui unus ejus mentionem facit, aperte corrupta sint, ut egregie docuit *Orelli*. Nec magis constat de anno, quo prolata sit, utrum nempe a. 50., an 49.; et utrum Hirtio, tribuno plebis, an prætori tribuenda. Hoc unum patet eam in Pompejanos latam esse. — *Hirtianus*, adj., ut *Hirtianum prælium* ap. *Asin. Poll.* ad *Cic.* 10. *Fam.* 33., ubi alii leg. *Hirtinum*. — *Hirtianum jus* ap. *Cic.* 9. *Fam.* 18. V. integr. locum, quem alii aliter interpretantur (Cf. *Weichert* in *frg. imp. Cæs. Aug. p.* 32. *n.* 70). — *Hirtulejus*, nom. vir., sc. quæstoris Sertorii in Hispania, contra quem a. 78. a. Chr. missi L. Manlius procos. et M. Domitius, ab eo victi sunt (*Liv. epit.* 90); dein vero, cum Q. Cæcilio Metello varia fortuna pluries dimicans, ipse cum exercitu devictus periit (*Id. ibid.* 91). — In plur. num. *Hirtuleii* ap. *Flor.* 3. 22. 6. — Hinc etiam *Hirtulejani* ejus sectatores. *Schol.* ad *Cic. Flacc.* (ap. *Mai*, *Class. Auct. III. p.* 16) 6. — *Hirtilius*, nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 628. *n.* 223.

HĪRUNDO, inis, f. 3. cogn. mul. libert. generis, ab avi hujus nominis factum, ut patet. *Corp.* 2. 3908. — Cf. *Hirundinus*, nom. episcopi Missuensis in Africa, quem Hunericus, rex Vandalorum, a. 484. ob fidem catholicam in exsilium ejecit. *Notit. Afr.*

HISARNA v. Hisarnis (Ἰσάρνης), rex Gothorum ex nobili Amali stirpe, Amalii filius et pater Ostrogothæ. *Jorn. Get.* 14. Cf. *Müllenhoff* ap. *Momms.* in *ind. Jorn. p.* 143.

HISBO, onis, m. 3. nom. militis Rutuli, a Pallante in prœlio occisi. *Virg.* 10. *Æn.* 384., ubi alii leg. *Hisbon*.

HĪSĬDŌRUS. *V.* ISIDORUS.

HISPĂLA, æ, f. 1. cogn. mul. libert., ut *Hispala Fæcenia*, præmisso cognomine, libertina, scortum nobile, non digna quæstu, ut ait *Liv.* 39. 9.

HISPĂLENSIS (Hispaliensis) et Hispaliensis, e, adject. *V.* voc. seq.

HISPĂLIS, is, f. 3. (Ἵσπαλις *Ptol.* 2. 4. 14. et Ἴσπαλις 3. 4. 4) nom. geogr. — In recto etiam *Hispal*, neutri generis, et quidem melius, usurpatur (*Sil. It.* 3. 392., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 3. [11]., *Mel.* 2. 88). — *Spalis* quoque dicta, vulgari forma (*Geogr. Lat. min. p.* 79. 9), ut *Uxama Barca* pro *Ibarca* et *Spania* pro *Hispania*. — *Ispalis*, sine aspiratione (cf. Ἴσπαλις ap. *Dion.* 43. 39) et *Ispali* in nummis Ostrogoth. — De etymo hæc habet *Isid.* 15. *Orig.* 1. 71. « Hispalis autem a situ cognominata est, eo quod in solo palustri suffixis profundo *palis* locata sit, ne lubrico atque instabili fundamento cederet »; quod minus rectum videtur, vox enim est composita ex *I* vel *Hi* et *spalis*. Cf. *Hi-spania*.

Hispalis, urbs Hispaniæ Bæticæ, ad lævam fluvii Bætis, ibi navigabilis, Hispaniæ metropolis (*Ptol. locc. citt.*), colonia Julii Cæsaris, hinc ex Romæ vocabulo *Julia Romula* dicta (*Isid. loc. cit.*) vel *Romulensis* (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 7. [17]. et in *Corp.* 2. 1025., 1178. et 1180. et 1188. et in nummis ap. *Eckhel*, 1. *p.* 28); hinc ordo splendidissimus *Romulensium* (*Corp.* 2. 1184) et abs. *Romula* (in *aliis*, *ibid.* 1168., 1169. et 1183), ubi *scapharii Romulæ consistentes* vel qui *Romulæ negotiantur*, nam mercaturâ insignis fuit; tribui *Galeriæ* vel *Sergiæ* adscripta, hod. *Siviglia*. Memoratur etiam *Cæs.* 2. *B. C.* 18. et 20. *Auct. b. Alex.* 56. et 57. et *b. Hisp.* 27. et *alib.* et *Rav. p.* 302., ubi *Hispalis provincia* dicitur. *Auson. clar. urb.* 9. « Clara - Hispalis, æquoreus quam prætertabitur amnis, Submittit cui tota suos Hispania fasces ». et *Hyd.* in *chron.* a. 428. « Gundericus, rex Vandalorum, capta Hispali, quum ipse elatus manus in ecclesiam civitatis ipsius extendisset, mox Dei judicio dæmone correptus interiit ». — Alia colliges ex *Inscr. Hisp. Christ.* ap. *Hübner* 56-70. et 361-365. — Hinc *Hispalensis* (*Hispaliensis*), adj., ut *Hispalensis conventus* ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (7). et alib. et *Hispalenses scapharii* in *Corp.* 2. 1180. — Abs. *Hispalenses*, incolæ, *Corp.* 2. 1181. et 1193. et *Tac.* 1. *Hist.* 78., ubi *Hispalienses*.

HISPALLUS et

HISPĀNUS. *V.* voc. seq.

HISPĀNĬA, æ, f. 1. (Ἰσπανία *Strab.* 3. 166) nom. geogr. et pers. — *a*) Orthogr. Scribitur etiam *Spania* (Σπανία: *Artem.* ap. *Steph. Byz.*) per aphæresim, ut *Spalis* pro *Hispalis*. Cf. *Henzen* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1848. *p.* 74. et in *Zwei Militaerdipl. p.* 57. — *Ispania*, sine aspiratione, recte usurpatur, ut *Ispalis* pro *Hispalis*. V. hanc voc. — *b*) Etymon varie proponitur; alii enim ducunt ab *Hispano* v. *Hispalo*, heroe quodam (*Isid.* 14. *Orig.* 4. 28); alii ab *Hispali*, metropoli, una mutata littera; alii a *Pane*, præfecto regionis a Baccho devictæ, quod fabulam sapit (Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. [8]).; alii, ex recentioribus, interpretantur, ut quasi *occulta*, i. e. parum nota ap. antiquos (*Maltebrun*, *Précis de la Géogr. VIII. p.* 21); alii a Cantabr. *expana* « margo », seu ripa v. ora, quia regio sita est ad oras Oceani (*Smith*); alii denique rectius a Phœn. *span* « cuniculus » = hebr. *shapan* « mus alpinus », sed rabb. etiam « cuniculus », ex magna copia horum, quæ ibi vivunt, animalium (*Wellhausen*, coll. *Herod.* 1. 192., *Strab.* 3. 144., *Ælian.* 13. 15., *Varr. R. R.* 3. 12., *Plin.* 8. *Hist. nat.* 58. 83. [226]).; hinc *Catull.* 37. 18. « cuniculosa Celtiberia ».

I.) Hispania, nom. geogr., est regio Europæ, inter Galliam et Africam, ab illa Pyrenæis montibus ad septentrionem, ab hac freto Gaditano sejuncta, reliquis partibus undique mari conclusa, Oceano nempe, Cantabrico, Iberico et Balearico — 1.°) Ejus flumina præcipua sunt Bætis (*Guadalquivir*), Anas (*Guadiana*), Minius (*Minho*), Iberus (*Ebro*), Durius (*Duro*), Tagus (*Tago*); et oppida Gades (*Cadice*), Corduba (*Cordova*), Emerita (*Merida*), Hispalis (*Siviglia*), Tarraco (*Tarragona*), Barcino (*Barcellona*), Cæsaraugusta (*Saragozza*), Clunia (*Penalva del Castro*), Bracara (*Braga*), Numantia (*Garray*), Saguntum (*Murviedro*), hod. dicta It. *Spagna*, coll. Hisp. *España*, Fr. *Espagne*, Germ. *Spanien*, Angl. *Spain*; patria illustrium virorum, nempe Cornelii Balbi, Senecæ patris filiique ac nepotum, Hygini, Quintiliani, Martialis, Columellæ, Pomponii Melæ, Silii It., Lucani, Orosii, Aviti, Olympii, Juvenci, Damasi, Prudentii, Isidori et imp. Trajani, Hadriani et Theodosii M. — De ea *Mela* 2. 85. « Hispania nisi qua Gallias tangit, pelago undique incincta et, ubi illis adhæret, maxime angusta, paullatim se in Nostrum et oceanum mare extendit magisque et magis latior ad occidentem abit ». Adde alios ex historicis æque ac poetis et fere omnes geographos, inter quos *Plin. l.* 3. cc. 2-4., *Isid. loc. cit.*, *Prisc. per.* 268-333., *Justin.* 44. 1., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Sil. It.* 1. 220.*sqq.*, *Claudian. carm.* 29. 54. etc. — 2.°) Nomina Hispaniæ varia fuerunt: antiquitus *Iberia* dicta, ab Ibero amne vel potius ab *Iberis* (Ἰβηρία: a. 500. a. Chr., ap. *Hecat. fr.* 11-13., *Her.* 1. 163. et 7. 168., *Schol. Juvenal.* 14. 279., *Plut. de fl. p.* 32., *Rav. p.* 42); quod nomen Græci Phocææ et Massiliæ indiderunt oræ orientali; sed australem Ταρτησσίς (*Tarshish* sacræ Scripturæ) vocarunt (Cf. *Her.* 1. 1., *Strab.* 3. 148. *Scymn.* 164. et *Hecat.* ap. *Steph. Byz. p.* 258); dein *Hispania* (*Isid. loc. cit.*) et postremo *Hesperia* (*Macrob.* 1. *Sat.* 3). *V.* HESPERIA. — 3.°) Divisio multiplex est pro temporum varietate. Primum divisa est in *Citeriorem* et *Ulteriorem*, prout citra vel ultra Iberum (*Gell.* 2. 22. 28); postea vero *Citerior* dicta, quæ a Pyrenæis Carthaginem usque porrigitur; *Ulterior*, quæ in meridiem a Celtiberis usque ad Gaditanum fretum (*Oros.* 4. *Hist.* 20); hinc *Hispaniæ* in plur. num. (*Id. loc. cit.*). — Deinde tributa est in *Tarraconensem*, ab urbe capite Tarracone, quæ et Citeriorem et Gallæciam comprehendit, in qua septem juridicos conventus recenset *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (18).; in *Bæticam*, a Bæti fluvio denominatam, in qua quattuor fuisse juridicos conventus refert idem *Plin. ibid.* 1. 3. (7)., et in *Lusitaniam*, secus Oceanum, per Durium amnem supra sejunctam a Gallæcia, infra, per Bætin, a Bætica (*Forbiger*, *Handb. d. alt. Geogr. III.* 1-100). — Temporibus autem Augusti in sex provincias partita est, quæ sunt *Tarraconensis*, *Carthaginiensis*, *Lusitania*, *Gallæcia*, *Bætica*, *Tingitanica*, ex quibus Bætica et Lusitania consulares, ceteræ præsidiales seu senatoriæ (*Sex. Ruf.* c. 5); alia dein accessit inter ann. 369. et 386., quæ *Insulæ Baleares* nominatur (*Laterc. Polem. Silv.* a. 386). — Hæc porro divisio servata est; nam initio sæc. V. septem diœcesis Hispaniarum provinciæ numerantur, hoc tantum discrimine, quod *Gallæcia* quoque provinciis consularibus adscripta est (*Notit. Dign. occ.* 1. et 3). — 4.°) Condicio physica: et primum salubritas aeris, quæ æqualis ubique dicitur *Justin.* 44. 1 (V. integr. loc.) et *Isid. locc. citt.*, ac fertilitas soli, quod Gallia et Africa feracius, ex temperato calore ac felicibus modicisque imbribus in omnia frugum genera fecundum adeo ut etiam Italiæ universæ earum abundantia sufficiat, nec solum frumenti, verum et vini, mellis oleique (*Justin. loc. cit.*); hinc Hispania dicta « frugum facilis » *Claudian. carm.* 29. 34.; « spicifera » *Sil. It.* 3. 405. et *Cassiod.* 5. *Var.* 35.; « omnium frugum generibus fecunda » *Isid.* 14. *Orig.* 4. 28.; dein etiam metallis, imprimis auro, argento, ferro, ære; hinc « aurifera » appellatur *Sil. It.* 3. 401.; « gemmarum metallorumque copiis ditissima » *Isid. loc. cit.*, itemque clara ob « abstrusiores metallorum felices divitias - minii certe nulla feracior terra » *Justin. loc. cit.* Adde *Claudian. loc. cit.*, *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 31. (96). et *alib.* sæpe, coll. *Vulg.* 1. *Mach.* 8. 3.; tum etiam « dives equis » *Plin. loc. cit.*; in ea namque celebratissimi sunt, teste *Sil. It.* 1. 222., coll. *Justin.* 44. 5. aliisque, hinc sæpissime ad pompas inde arcessebantur, præsertim circenses aut curules (Cf. *Symm.* 4. *ep.* 7., 58., 60. etc.); denique summatim « viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento auroque etiam abundans et adeo fertilis etc. » *Mela* 2. 86.; et ex his omnibus « speciosa » in *Const. Hon.* et *Theod.* a. 418.; « terris omnibus terra felicior » *Pacat. paneg. Theod. Aug.* 4.; « terrarum plaga comparanda optimis » *Solin.* 115. *M.*; « omni mundo sufficiens, omnia bona possidens et præcipua in omnibus bonis » *Expos. tot. mund.* § 490. *L.* — 5.°) Historia. — *a*) Ante Romanorum dominationem: Hispania, ab antiquissimis temporibus habitata parum nota Romanis fuisse videtur (*V.* supra), si mythologos excipias, qui de ea fabulas vulgarunt (*Mythogr. I. fab.* 91. et *II. fab.* 152. etc. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (8)., coll. *Isid. loc. cit.*). — Primi fort., qui eam incoluerunt, a Græcis *Iberi* (Ἴβηρες) dicti sunt (quos a Tubal prognatos refert, sed perperam, *Isid.* 9. *Orig.* 2. 29., coll. *Hieronym.* in *Ezech.* 27. 15. et *Is.* 66. 18. et 19), mixtique cum Celtis, ad peninsulæ occidentem sitis, *Celtiberi*. Mature vero Phœnices aliique Asiatici plures in oris Hispanicis colonias condidere, quos secuti sunt Carthaginienses. Hi paullatim Bæticam occuparunt et, ducibus Hamilcare, Hasdrubale et Hannibale, tam

ultra processerunt, ut fere totam regionem sibi subegerint (Cf. *Plin. loc. cit.* « In universam Hispaniam M. Varro pervenisse Iberos et Persas et Phœnicas Celtasque et Pœnos tradit »). — *b*) Romanorum ætate, orto bello Punico secundo, ab iis, Hispaniam ingressis (*Liv.* 21. 2), pugnatum est contra Pœnos primique omnium Cn. et P. Sciplones (*Vellej.* 2. 38), quos secuti sunt in Hispania citeriore, ut nonnullos memoremus, L. Cornelius Lentulus, M. Porcius Cato, Q. Fulvius Flaccus, P. Cornelius Scipio Æmilianus et in ulteriore M. Fulvius Nobilior, C. Calpurnius Piso, L. Mummius, L. Cornelius Dolabella, P. Licinius Crassus; generatim vero de Hispania triumpharunt Cn. Pompejus M., C. Julius Cæsar, Q. Fabius Maximus, M. Æmilius Lepidus, Cn. Domitius Ahenobarbus. Duobus tamen sæculis a Romanis ibi bella sunt gesta (a. 218-19), ante quam Hispania submitteretur, quod postremo Augustus peregit, ea tota domita et in provinciam redacta (Cf. *Vellej.*, *Flor.*, *Oros.*, *Ampel.*, *Liv. epit.* etc.) et coloniis dein Romanorum aliorumque Italorum deductis, viis stratis quamplurimis cultisque moribus invectis, Romana prorsus, ut ita dicam, est effecta. — *c*) Ætate Romanorum seriore, barbaris Hispaniam invadentibus, eorum dominationi paullatim erepta est; Vandali enim, ineunte fere sæc. V., eam possederunt (*Prosp.* in *chron.* ad a. 409) ac dein Gothi quoque illuc migrarunt (*Id. ibid.* ad a. 415); quod fusius describitur *Hydat.* in *chron.*, qui ad a. 412. inter alia refert, Gallæciam a Vandalis et Suevis occupatam fuisse, ab Alanis Lusitanicam et Carthaginiensem provincias et a Vandalis, cognomento Silingis, Bæticam. Hæc autem omnia mala ingentia, ab Hispanis exanclata, vividis sed tetris coloribus præsertim depingunt *Hieronym. ep.* 123., *Vict. Vit. pers. Vand.* 1. 1. et 17. et 5. 6., fusius vero *Salvian. gub. D.* 4. 21., 5. 23., 6. 39. et 67., 7. 26., 45. 52. et 53. — *d*) De cultu litterarum et religione, si tempora antiquiora excipimus, quæ nobis sunt incognita, ex litteratorum virorum copia, quos supra memoravimus, patet in Hispania scientias ac litteras satis floruisse; religionem vero exstitisse, falsorum numinum fabulis deformatam. Sed, mature ab euangelii præconibus veri Dei et Christi fide vulgata, regio hæc et sanctitate morum et martyrum fortitudine maxime inclaruit, plurimis ibi episcoporum sedibus erectis, teste *Cyprian. ep.* 67., coll. *Morcelli* in *Afr. Chr. II. p.* 182.*sqq.* Non tamen hæresum lue intacta mansit; nam et Gnostici (*Sulp. Sev.* 2. *chron.* 46. 2., coll. *Hieronym.* in *Is.* 64. 4. et 5) et Manichæi (*Philostr. hær.* 61. et 84) et Priscillianistæ (*Leo M. ep.* 15) suis eam infecerunt erroribus ac vitiis. — Memoratis alia loca addimus, quæ Hispaniæ illustrandæ inserviunt, nempe *Varr. R. R.* 1. 10. 1., 1. 18. 6. et alib., *Colum.* 2. 11. 2. et 6. 27. 7., *Auson. ep.* 24., *Vitr.* 2. 1. 4., 22. 4., 6. 1. 1., 7. 7. 2. et 7. 9. 4., *Manil.* 4. 691. et 715., *Val. Max.* 3. 7. 1. et 9. 1. 5., *Cic. Font.* 16. 35. et *Scaur.* 2. et 5. et 10. *Fam.* 24., *Suet. Tib.* 2., *Sall. Cat.* 19., *Martial.* 1. 50. et 3. 14., *Senec. quæst. nat.* 1. *præf.* 7. 6. 29. 4. et *ep.* 94. et *brev. vit.* 5. 6. et *cons. ad Helv.* 6. 9., *Senec. suas.* 1. 6. et *contr.* 9. 29., *Gell.* 17. 3. 1., *Frontin.* 2. *Strat.* 4. 17., *Gran. Licin. ann.* 35., *Nep. Cat.* 2., *Veget.* 4. *Milit.* 31., *Plin.* 2. *ep.* 13. et *paneg.* 14., *Tibull.* 4. 1. 39. *Mon. Ancyr.* 25., *Corp.* 1. *p.* 48.*sq.*, *Nazar. paneg. Constantin. Aug.* 17., *Auct. vir. ill.* 47-49., 57., 58. etc., *Vict. Cæs.* 5., 13. et 33. et *epit.* 5. et 48., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 19. et 20. et, ex Græcis, *Her.* 1. 163. etc., *Aristot. mirab.* 87. etc., *Scyl.* 2., *Polyb.* 1. 10. etc., *Scymn.* 206., *Strab.* 3. 158. *sq.*, *Ptol.* 2. 4.*sq.*, *Plut. Sert.* 12. etc., *Dion.* 39. 54. et *App. Iber.* et *b. c.* 2. 40., aliis prætermissis, quæ ceteroqui sunt innumera. — *e*) De priscæ artis monumentis, ad eam spectantibus, nempe operibus musivis, anaglyptis, plasticis etc. consulas *Hübner*, *Arqueolog. de España* (Barcel. 1888); item de nummis vd. *Eckhel*, qui de his universim egit 1. *p.* 1-11. ac speciatim *p.* 11-61. et 5. *p.* 288. et 6. *p.* 294. etc. et *Head*, *Florez*, *Heiss* aliosque nummographos, in quibus sæpe *Hispaniæ caput* sistitur, velatum sparsis crinibus, ut gentis Postumiæ et Galbæ imp.; vel aliquando visitur mulier stans D. extenta spicas, S. binas hastas tenens, pendente a tergo clipeo Hispanico, ut Vespasiani, qui eam regionem jure Latii donavit; sic in nummis Hadriani et Antonini Pii varie repræsentatur et pro pedibus ejus cuniculus cernitur, Hispaniæ symbolum (*V.* init. litt. *b*); item de inscriptionibus, quæ in II.° vol. *Corp. Inscr. Lat.* sub nomine *Hispaniæ* sunt collectæ. — Longe plura disces, præter quam ex veteribus scriptoribus, etiam ex codicibus Theodosiano et Justinianeo, a recentioribus quoque *Alemany*, *La géogr. de la Pénins. ibéric.* in *Rev. d. Archiv.* 1909-1911.; *Fertig*, *Spanien* etc. Paris 1902. et *Schulten*, *PWK* 8. 1965-2046.

II.) Est etiam nom. pers., sc. cogn. mul. *Corp.* 9. 1981. Hispaniæ Pomponiæ (*præmittitur gentilicio, ut fieri solet*). — Hinc

Hispanus (*Ispanus*, *Spanus*) — 1.°) Subst. — *a*) In titulis cogn. vir. *Corp.* 2. 3839. et 8. 5179. — In *aliis ibid.* 5. 920. Ispanus. *et* in *Giorn. degli scavi di Pomp.* a. 1876. *p.* 148. Spanus — Etiam agnom. in *Inscr.* ap. *Garrucci*, *Sgll.* 886. — *Hispana* (*Ispana*), cogn. mul. *Corp.* 3. 4512. — *b*) In libris *Hispanus* (al. *Hispalus*), heros, ut videtur, fabulosus. *Justin.* 44. 1. — 2.°) Adj., qui in Hispania est aut ad Hispaniam pertinet, ut ap. *Claudian. carm.* 28. 8. Oceanus. *Paulin. Nol. carm.* 10. 227. orbis. *Liv.* 7. 10. gladius. *Martial.* 10. 101. Tarraco. *Claudian. carm.* 17. 50. Thetis. *Horat.* 3. *Od.* 6. 31. navis. *Auson. parent.* 23. 14. regio. *Martial.* 7. 88. aurum. *Claudian. carm.* 15. 81. fretum. *Pallad. Jul.* 9. oleum. *Petron. sat.* 66. mel. *Veget. mulom.* 6. 6. 4. equi. *Cæs.* 5. *B. G.* 26. equites. *Lucan.* 3. 454. acies. *Manil.* 4. 600. et 791. gentes. *Pacat. paneg. Theod. Aug.* 10. tecta. — *Non. p.* 549. 30. « Pullus color, quem nunc Spanum vel nativum dicimus ». — *Hispanus*, concreto sensu, ex Hispania. *Suet. gramm.* 20., *Oros.* 7. *Hist.* 12., *Auct. ad Herenn.* 4. 33.

Hispani, sæpius plur. num., populi Hispaniæ. *Vellej.* 2. 90. Ut dijudicari non potuerit, Hispanis Romanisne in armis plus esset roboris et uter populus alteri pariturus foret. *Veget. mil.* 1. 1. tradit, Hispanos non tantum numero sed et corporum viribus Romanis præstitisse in prœliis (Cf. *Vellej. l. c.*), eosque et acerrimos abactores dicit *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 407. Adde *Plin.* 18. *Hist. nat.* 11. 28. (108)., *Plaut. men.* 235., *Cic.* 1. *Q. fr.* 1., *Balb.* 18. 41. et *divin.* 2. 64. 131., *Senec. cons. ad Helv.* 8. et *ira* 1. 11. 3., *Suet. Cæs.* 86., *Ammian.* 15. 11. 18., *Claudian. carm.* 5. 115., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 9. — De eorum indole fera scribunt *Oros.* 6. *Hist.* 22., *Martial.* 10. 78., *Horat.* 4. *Od.* 5. 28., *Lucan.* 2. 549., de qua hæc habet *Justin.* 44. 2. « Corpora hominum ad inediam laboremque: animi ad mortem parati. Dura omnibus et adstricta parcimonia. Bellum, quam otium, malunt: si extraneus deest, domi hostem quærunt: sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui: adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam vitæ: plurimis militares equi et arma sanguine ipsorum cariora. - Velocitas genti pernix, inquies animus etc. » (*V.* integr. loc.). Sic *Sil. It.* 1. 225. « Prodiga gens animi et properare facillima mortem »; et « fide nobilis » et ait *Sall.* 2. *Hist.* 64., quæ « Celtibera fides » dicitur *Val. Max.* 2. 6. 11. De eorum incuria (ὀλιγωρία) et ruditate (θηριώδεις) scribit *Strab.* 151. et 164. et de vehementia cordis *Plin.* 37. *Hist. nat.* 13. 77. (203). — De moribus. *Sall.* ap. *eund.* 10. *Æn.* 280. « Hispanorum, inquit, esse morem, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta commemorentur a matribus ». In bello scuto loreo utuntur, ut refert *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 732. Peculiares et proprias vestes fuisse stringes, perhibet *Isid.* 19. *Orig.* 23. 1. Nullus in festis diebus epularum apparatus et aqua calida lavari, post secundum bellum Punicum, a Romanis didicerunt, teste *Justin. loc. cit.* — De lingua et scriptura Hispanorum consulendus est *Hübner*, *Mon. linguæ Ibericæ* Berl. 1893., qui et alphabetum Iberorum comparat cum Phœnicio et linguam cum Etrusca. Reliquiæ porro antiquissimæ Ibericorum populorum, quæ sunt hod. *Baschi* prope Iberum vel in Pyrenæis occid. siti, lingua utuntur ceteris Europæis vetustiore et ab Indo-Europæis omnino diversa. In loquendo, scribit *Isid.* 9. *Orig.* 1. 9., « omnes occidentis gentes verba in dentibus frangunt, sicut Itali et Hispani ». — De religione et cultu vide quæ breviter supra diximus. — Deriv. — *a*) *Hispaniensis* — α) Abs. v. subst., cogn. vir., ut *Atilius Hispaniensis* « minime mendax et multarum rerum peritus in doctrina » (*Varr.* 2. *R. R.* 4. 11), nisi est ita a patria appellatus. — β) Adj. *Cic.* 2. *Fam.* 16. Hispaniensis casus. *i. e.* exitus belli Hispaniensis a. 49. a. Chr. *Symm.* 10. *ep.* 57. commeatus. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 10. 65. (177). Oceanus. *i. e.* qui, ab occid. affluens, Hispaniam alluit. *Suet. Cæs.* 37. triumphus. *i. e.* Cæsaris de Hispania devictis. *et ibid.* 38. victoria. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 6. 35. (105). argentum. *et* 3. *ibid.* 4. 5. (33). ostium (*Rhodani*). *sc.* occidentale Hispaniam versus. *et* 34. *ibid.* 8. 20. (95). plumbum argentarium. *Suet. Cæs.* 56. bellum. *i. e.* bellum gestum a C. Julio Cæsare contra Pompei M. filios in Hispania a. 46. a. Chr. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 67. 67. (168). naufragia. *i. e.* quæ Romani fecere in oceano Hispaniensi. — Abs. *Hispanienses*, iidem qui Hispani. *Spartian. Hadr.* 1. — *b*) *Hispanianus*, cogn. vir. *Corp.* 2. 2052. — *c*) *Hispanicus* (*Ispanicus*) — α) Adj. *Gell.* 9. 13. 17. gladius. *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 351. *n.* 952. provincia. *Colum.* 3. 2. 19. vitis. *Suet. Vitell.* 13. fretum. *i. e.* Gaditanum. — β) Abs. v. subst., cogn. mul. *Corp.* 7. 184. *Ispanica Leria* (*ubi gentilicio præmittitur*). — *d*) *Hispanilla* (*Ispanilla*), cogn. mul. generis libert., demin. *Corp.* 3. 2083. et 3271. — Abs. quædam mulier, cujus conjugium artibus pravis affectasse traditur Marinus quidam causidicus; quare capitali pœna damnatus est a. 368., teste *Ammian.* 28. 1. 14. — *e*) *Hispallus*, cogn. seu potius agnom. vir., demin. ab *Hispanus* (contr. ab *Hispanulus*, ut a *corona* fit *coronula* v. *corolla*). *Corp.* 10. 5568. Sic in *Fast. Capit.* a. 578. est appellatus *Cornelius Scipio*, ex Hispania devicta. Cf. *Diod.* in *exc. Peir. p.* 381. et *Inscr.* ap. *Garrucci*, *Sgll. n.* 887. — Male *Spalus* ap. *Chronogr.* a. 354. — *Hispalus*, unico *l*, ap. *Val. Max.* 1. 3. 3., coll. 6. 3. 3., dict. de consulis filio.

Homonym. Differunt *Hispanus*, *Hispanicus* et *Hispaniensis*; nam — *a*) *Hispanus* proprie dicitur nativitate et natura. *Vellej.* 2. 51. Cornelius Balbus - Hispanus. *i. e.* in Hispania natus. *Auson. parent.* 23. 14. Hispana regio. *i. e.* Hispania. — Alia exempla peti possunt ex supra allatis, quod et de sequentibus dicendum est. — *b*) *Hispanicus*, de iis, quæ propria sunt *Hispanorum* vel ad eos pertinent. *Suet. Aug.* 82. Insidens ligneo solio, quod Hispanico verbo duretam vocabat. — *c*) *Hispaniensis*, qui, aliunde ortus, in Hispania versatur, vel qui aliquo modo ad Hispaniam vel Hispanos refertur. Sic *Cic. Vatin.* 5. 12. legatus Hispaniensis, *i. e.* civis Romanus in Hispania legatus. *et* apud *Suet. Cæs.* 56. Belli Hispaniensis incertus auctor est. *i. e.* belli inter Romanos in Hispania gesti. — Verum contra Hispanos Hispanicum bellum dicitur, ut bellum Gallicum contra Gallos, Africum contra Afros etc.

HISPELLAS, atis, adject., et

HISPELLĀTĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. seq.

HISPELLUM, i, n. 2. (Εἰσπέλλον *Strab.*, Ἴσπελλον *Ptol.*) nom. geogr. — Vulgo *Spellum* usitatum fuisse colligitur a deriv. *Spellas* pro *Hispellas*. — Scribitur etiam *Hispelum*, unico *l*, in *Inscr.* ap. *Brambach*, *n.* 1201 (Cf. *Ptol.* 3. 1. 54). — De loco *Juvenal.* 6. 74., ubi *Hispulla* legitur, male de *Hispello* accipiunt nonnulli. — Est autem oppidum Umbriæ, hod. *Spello*, in via Flaminia, a quibusdam habitum ut patria Propertii (de qua *Elisei*, 1917.[3] Rom.), colonia Romana *Julia* vocata sub Augusto (*Inscr.* ap. *Orelli n.* 3885 = *Corp.* 11. 5278); postea *Flavia Constans* sub Constantino imp. (*Inscr.* seu *Rescr. Imp. Constantin. M.* ap. *Wilmanns n.* 2843. V. *Corp.* 11. 5265., coll. 5283), qui ex eo etiam quod in hoc oppido esset « templum Flaviæ gentis opere magnifico », ita de suo cognomine ei nomen dari voluit. Adde *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2170. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113)., *Sil. It.* 8. 457. et *Dipl.* in *C. I. L.* 3. *p.* 882. — De Hispello vide sis *Frothingam*, *Rom. cities in Italy* etc. New-York 1910. *p.* 183.*sqq.* —

Hinc *Hispellas*, Hispelli incola vel ad Hispellum pertinens, ut *Hispellas Metaurus* ap. *Sil. It.* 4. 187. Adde *Inscr.* ap. *Orelli n.* 9. — *Hispellates*, abs., incolæ. *Plin.* 3. sp. 8. 6., vulgo *Spellates* ap. *Grom. p.* 179. *Lachm.* In Umbria finibus Spellatium. — Hinc *Spellatinus ager*, *ibid. p.* 179. et 224. — *Hispellenses* pro *Hispellates* in *Inscr.* ap. *Spon. Misc. ant. p.* 183. *n.* 3.; sed spuria a plerisque censetur. — *Hispellatius*, nom. gentil. vir. *Corp.* 10. 2883. et *alia* ap. *Fabretti p.* 615. *n.* 132.

HISPĔLUM. *V.* voc. præc.

HISPO, ōnis, m. 3. cogn. vir., quod valde *hispidus* exponitur seu pilosus, ut *P. Terentius Hispo* ap. *Cic.* 13. *Fam.* 65. Cf. *Cassiod. orthogr.* 9. — Fuerunt etiam ita nuncupati — Vir quidam, fort. centurio, a coss. Gabinio et Pisone vel a Clodio, trib. pl., missus, ut Ciceronem exsulem persequeretur. *Cic.* 14. *Fam.* 1., si vera est lectio. — Item Romanus quidam, Senecæ accusator. *Quintil.* 6. 3. 100. — Item vir (fort. Ti. Cæpio Hispo), de quo *Juvenal.* 2. 50. « Hispo subit juvenes et morbo pallet utroque ». *Schol.* ad *l.* « Hispo, vir gravis, corrumpitur a juvenibus; nam *morbo pallet utroque*, hoc est et patitur et lambit ».

HISPULLA, æ, f. 1. cogn. mul.. demin. ab *hispida* (contr. ab *hispidula*), ut *Calpurnia Hispulla*, uxor Corellii Rufi, memorata *Plin.* 1. *ep.* 12. 9.*sq.*, filia Corelliæ Hispullæ. — Fuit etiam alia, ap. *Juvenal.* 6. 74. « Hispulla tragœdo gaudet », coll. 12. 11. « Pinguior Hispulla · taurus ». *Schol.* ad *l.* « Hispulla matrona pinguis fuit ».

HISTER (Ister), tri, m. 2. ¶ 1. Est cogn. vir., etiam libert. generis, fort. a professione histrionis v. histri factum, vel a patria *Histria*, vel ab *Hister* fl. *Corp.* 5. 35. et 1444. — Alia forma *Histar* in *Inscr.* ap. *Wilmanns*, n. 507. ¶ 2. Est etiam nom. fluvii. *V.* ISTER.

HISTI, ōrum, m. plur. 2. gens Scythica trans mare Caspium, fort. vastas ad septentr. Caucasi planities incolens, memorata *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 19. (50)., videturque idem esse ac Ἴστοι ap. *Ptol.* 6. 14. 11.

HISTIÆUS, i, m. 2. (Ἱστιαῖος et raro Ἑστιαῖος) nom. vir. — Scribitur etiam aliquando *Hestiæus*, ut græce, *Hieronym. onom.* 388. *P.* — Memorantur ¶ 1. H i s t i æ u s Milesius, præfectus Mileti, urbis Ioniæ (*Her.* 5. 39), de quo hæc habet *Gell.* 17. 9. « Histiæus nomine fuit, loco natus in terra Asia non ignobili. Asiam tunc tenebat imperio rex Darius. Is Histiæus cum in Persis apud Darium esset, Aristagoræ cuipiam res quasdam occultas nuntiare furtivo scripto volebat etc. ». *V.* integr. loc. — Floruit igitur temporibus, ut liquet etiam ex *Nep. Milt.* 3., Darei et Miltiadis, qui eum nactus est adversarium, quum suasisset pontem esse rescindendum in Istro flumine, a Dareo exstructum proficiscenti cum exercitu contra Scythas, ut ita rex vel hostium ferro vel inopia brevi interiret et Græcia liberaretur, contrariam Histiæi sententiam plurimis secutis. — De eo, præter *Herod.* 4. 141.; 5. 11. 23. et 106.*sq.* et 6. 1-5. et 28.*sq.*, ex recentioribus cf. *Grundy, The great Pers. war.* Lond. 1901. et *Swoboda*, *PWK* 8. 2047.*sqq.* ¶ 2. H i s t i æ u s, historicus, qui, teste *Jos. ant.* 1. 107. 119., coll. *Hellad.* ap. *Steph. Byz.* v. Βαρυτάς, scripsit Φοινικικά, i. e. de rebus Phœniciis, minimum libr. II (*Steph. Byz. ibid.*). Memoratur tantum *Hieronym. loc. cit.* (V. *Susemihl, Gr. Lit. Gesch. II.* 400). ¶ 3. H i s t i æ u s Colophonius, qui de musica scripsisse eruitur ex *Boeth. mus.* 1. 20. ¶ 4. H i s t i æ u s, dux Persei, regis Macedoniæ, illius qui cum Romanis conflixit, ac dein præsidio Pythii et Petræ a rege est præfectus. *Liv.* 44. 32 (a. 168. a. Chr.).

HISTŌNIENSES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. seq.

HISTŌNIUM, ii, n. 2. (Ἰστόνιον) oppidum Frentanorum in Samnio, ad oras Hadriatici maris et ad ostium Trinii (*Trigno*), colonia Romana sed errore *Grom. p.* 260. *L.*, municipium temporibus imperii florens (*Corp.* 9. 2855), regioni II., i. e. Apuliæ et Calabriæ, ab Augusto adnexum, hod. *Vasto.* Memoratur *Mel.* 2. 65., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106). et in *Itin. Ant. p.* 314., coll. *Ptol.* 3. 1. 18. — De eo plures sunt Inscriptiones in *Corp. p.* 265.*sqq.* et *Not. degli scavi* (1888). 338; (1885). 531; (1887). 254., 300. et 564; (1888). 461. — De Histonio scripserunt *Laima, Compend. istor. dell' antichiss. terra del Vasto*, Fermo 1690.; *Marchesani, Stor. di Vasto*, Napoli 1838.; *Manzi, L'origine e i primi secoli d' Istonio*, Napoli 1880.; *Anelli, Ricordi di Storia Vastese*, Vasto 1897. — Hinc *Histonienses*, incolæ, *Corp.* 10. 2827. — *Ibid.* 2860. Histoniesses (littera, ut assolet, *n* ante *s* extrita). — *Alia* ap. *Orelli n.* 143., quæ tamen spuria censetur.

HISTŎRIA, æ, f. 1. cogn. mul. *Inscr. ap. Orelli n.* 1397., quam nonnulli perperam interpretantur de Genio Historiæ seu Musa Clio, quum Juno *Historia* dicatur. Cf. *Visconti, Mus. Pio-Clem. I. p.* 117.*sqq.* — Hinc *Historicus*, cogn. libert. *Corp.* 2. 1482., ubi *Istoricus* sine aspiratione legitur.

HISTRĬA et deriv. *V.* ISTRIA.

HISTŪMENNĬUS (Histimennius et Istiminius), ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 10. 5718. et 6556. et ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 543.

HĬULCA Palus, in Pannonia Inferiore, haud procul a Cibalis (*Vinkovee*), memorata *Vict. epit.* 44. 5., coll. *Zosim.* 2. 18. et *Dion.* 55. 32., ubi prœlium inter Constantinum et Licinium est commissum, a. 314 (*Hydat.* in *chron.*).

HĬŪSA, æ, f. 1. (Ἰοῦσα) cogn. mul. generis libert. *Corp.* 9. 2508.

HO

HŎDĪTES, æ, m. 1. (Ὁδίτης, *viator*) ¶ 1. In fabulis unus ex Cephenibus occisus. *Ovid.* 5. *Met.* 95. ¶ 2. Item unus ex Centauris in pugna Lapitharum interemptus. *Ovid.* 12. *Met.* 457.

HŎDSI, indecl. nom. loci (Hebr. *Hhodshi*; LXX. Ἀδασαί), memoratum *Vulg.* 2. *Reg.* 24. 6., cujus situs ignotus est; interpretes tamen putant vocabulum esse corruptum et pro *Hodsi* legendum esse *Cedes* (Hethæorum).

HŒNĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., raro occurrens tam in libris quam in lapidibus. *Corp.* 7. 744. — Fuit etiam hoc nomine — *a) T. Hœnius Severus*, ex Umbria, dictus *Severus* tantum ap. *Chronogr.* a. 354. et *Cassiod.* in *chron.*, cons. a. 141. p. Chr. cum Peducæo Stloga Piscino (errore *Priscino et Stloga* in *Corp.* 6. 31149). *C.* 6. 635. et in *aliis* ap. *Henzen, S. O. n.* 7170. et 7174. et *Grom. p.* 244. *Lachm.* — Lapis sepulcralis Hœnii, ut ex *Corp.* 11. 6268. eruitur, fuit in Fano Fortunæ patrio. — Cl. *Marini* putat hunc consulis filium, consulem et ipsum. Cf. etiam *Sidon. carm.* 9. 313., ubi videtur Hœnius studiis etiam poeticis operam dedisse. — De eo vd. *Vagliari* ap. *Ruggiero, Diz. epigr. II.* 1056., et *Liebenman, Fast. cons.* 22. — *b)* Item alter *T. Hœnius Severus* memoratur in *Corp.* 6. 1978., adscriptus collegio Saliorum Palatinorum a. 170. p. Chr. et eod. anno consul suffectus. *V.* nom. præc.

HOLCAS, æ, m. 1. fluvius quidam Bithyniæ, ap. *Plin.* 31. *Hist. nat.* 2. 18. (23)., ubi alii *Olchas* leg.

HOLCONĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 10. 945. et *Holconia*, nom. mul. *Ibid.* 950. — *Horconia* aliquando legitur, quæ *vitis* fuit, probabiliter sic dicta ab hac gente. Cf. *Schneider* ad *Colum.* 3. 2. 27.

HOLMŒ, ōrum, m. plur. 2. (Ὅλμοι *Strab.*) oppidum Ciliciæ, memoratum *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (92)., coll. *Scyll.* 102. et *Strab.* 670., fort. idem ac Doron (*Eckhel*, 3. *p.* 54. et 55). — De ejus situ adhuc ignoto scribunt *Heberday* et *Wilhelm, Denkschr. Akad. Wien phil.-hist. kl. XLIV.* 1896. *VI.* 100., quibus videtur oppidum Holmœ ponendum esse ad septentr. sinus Aghaliman. — De ejus nummis cum epigr. ΟΛΜΙΤΩΝ, ΟΛΜΙΤΙΚΩΝ vd. *Head, H. N.* 603.; *Cat. Brit. Mus. Cilic.* L. LXIV. 85. 116. 1. et *Imhoof-Blumer, Kleinas. Münzen* 448.

HOLMON, oppidum Thessaliæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (29)., ubi alii aliter leg.

HŎLŎCĂLUS, i, m. 2. (ab ὅλος, *totus*, et καλός, *pulcher*) nom. vir. *Corp.* 10. 2759.

HŎLŎPHERNES (Holofernes), is, m. 3. (Ὀλοφέρνης) nom. vir., fort. originis Persicæ, quod colligi potest ab aliis, uti sunt *Tissaphernes, Dataphernes, Artaphernes*, coll. Ὀροφέρνης, qui fuit rex Cappadociæ, ap. *Diod.* 31. 19. et *Polyb.* 3. 5. 2., Ὀλοφέρνης ap. *Appian. Syr.* 47. Hæc autem forma occurrit in nummis in Græcia repertis et in amphoris (*Dumont, Inscr. céram. de Grèce*, Paris 1872. *p.* 329. et 386). — De vocabuli tamen significatione, quod quidam ex Hebraico *dux fortis* interpretantur, nihil certi dici potest. — Fuit autem Holophernes, dux Nabuchodonosor, regis Assyriorum (quem alii putant esse Assurbanipal, alii alios. *V.* JUDITH), probabiliter alienigena. *Ephrem Syr.* in *Ezech.* 3. 8. Holophernem Gogæum (seu Amalecitam) fuisse refert. Erat sane enim mos regum Assyriorum educandi in domo regia adolescentes ex iis, quos bello cepissent, adeo ut hisce bellandi peritis res militares committerent (Cf. *Vigouroux, La Bible* etc. *IV.* 276). — Hujus ducis historia ex libro Judith, non aliunde, quamquam monumentis Assyriis, nuper inventis, hæc valde ac luculenter confirmatur (*Delattre, Le livre de Judith, étud. crit. et hist.*, Paris 1884). — Hoc tantum addimus, Holophernem, missum a rege cum aliis ad comprimendam plurium gentium rebellionem, quas Salmugina, ejus frater, contra Nabuchodonosor excitaverat, antequam Judæos impeteret, tres v. quattuor expeditiones fecisse; quarum prima fuit contra Lydiam (Lud), Cappadociam, Pisidiam, Ciliciam, quas regiones vastavit spoliavitque (Cf. *Jud.* 2. 12.*sq.*); secunda quum, trajecto Euphrate, Mesopotamiam invasit et « fregit omnes civitates excelsas, quæ erant ibi, a torrente Mambre (*Khabur v. Chaboras*) usquequo perveniatur ad mare » (*Ibid. v.* 14); tertia contra Arabes (*Beduini*), quorum abduxitque « omnes filios Madian et prædavit omnem locupletationem eorum omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii: et post hæc descendit in campos Damasci » (*Ibid. v.* 16.*sq.*); quæ omnia et alia describuntur in tabellis Assyriorum cunealis (*Smith, Hist. of Assurb. p.* 296-299. et *Vigouroux loc. cit.*); quarta demum acta est contra populos Palæstinenses, qui, Deo confisi, potentissimo feroque victori obsistere non dubitarunt (*Jud.* 5. 1., coll. 4). Reliqua laudatus liber Judith fuse enarrat, quæ herois caput Holophernis obtruncavit suosque ab imminenti excidio et captivitate liberavit (*V.* JUDITH). Quare *Paulin. Nol. carm.* 26. 162. cecinit: « Terroremque manu late populos Holophernem Arte pudicitiæ deceptum callida Judith Risit etc. ». et *Ambros. de El. et jejun.* 9. « Judith sobrii vigore consilii abstulit Holophernis caput, servavit pudicitiam, victoriam reportavit ». — Ejus nomen usurpari etiam videtur de acerrimo hoste *Vict.* 1. *pers. Vand.* 7.

HŎLOPYXOS, i, f. 2. urbs Cretæ, quam inter præcipuas recensent *Mela* 2. 113 (ubi *Olopyxos* leg. *Frick*) et *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 20. (59).

HŎMER et

HŎMĒRĬCUS et alia deriv. *V.* HOMERUS.

HŎMĒRĪTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ὁμηρῖται) populus Arabiæ Felicis (*Yemen v. Himjar*) apud *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (158)., ubi major pars codd. habet *Nomeritæ*, quos *ibid.* (161), Ælium Gallum secutus « numerosissimos » dicit eorumque agros « fertiles palmetis arbustoque atque in pecore divitias » esse tradit. — Urbs eorum metropolis ac sedes regia fuit Sapphar, teste *Plin. ibid.* (104): sic *Ptol.* 6. 7. 41. Σάπφαρ μητρόπολις. et *peripl.* 23. Σαφάρ (*Zafar*) et incolæ Ὁμηρῖται Σαπφαρῖται (*Ptol.* 6. 6. 25). — De iis vd. *Tkac, PWK* 8. 2182-2188.

HŎMĒRUS, i, m. 2. (Ὅμηρος) nom. vir. — *a)* Scribitur etiam *Homeros*, Græca posit., *Petron. sat.* 59. — *Homer*, item in recto, in *Inscr.* ap. *Grut.* 86. 6. — *b)* Etymon varie proponitur. *Etym. M.* hæc habet: « Ὅμηρος παρὰ τὸ πηρός, ὃ σημαίνει τὸν τυφλόν, γίνεται ὅπηρος καὶ ὅμηρος »; πηρός enim significat eum, qui membro aliquo caret vel mutilus est, hinc oculis captus v. cæcus, ut ap. *Ps. Herod.* in *vit. Homer.* 13., et rursum « Ὅμηρος = μὴ ὁρῶν, *non videns* κατὰ μετάθεσιν (*Eustath.*

Il. 4. 27): ita namque sonat ὅμηρος apud Cumæos. Quod quomodo componi possit cum vividis iconicisque Homeri descriptionibus, non intelligimus, de quibus *Cic.* 5. *Tusc.* 39. 114. « At ejus picturam, non poesin, videmus ». Alii vero voc. deducunt ab ὅμηρον, subst., *pignus, societas* (ὁμηρεύειν, *conjungi v. concordiæ pignus recipere*); adj., *obs, testis*, sc. antiquæ historiæ (*Aristot. Ps. Pat.* 1. 3., *Theop.* ap. *Harpocr.* v. ὁμηρεύοντας et *Suid.* ὁμηρεῖν = ἀκολουθεῖν), vel, ab eadem rd., « *collector* », sc. cantuum epicorum. Alii denique aliunde; sed omnia incerta vel artificiose inventa. De hisce etymologorum conatibus vd. *Curtius, De nomine Homeri* Kiel 1856. Cf. etiam *Sengebusch, Diss. homer. poster. p.* 89.*sq.*

Homerus ¶ 1. Apud scriptores, poeta Græcus celeberrimus, de cujus vita et operibus aliqua attingemus, disserentes primum de ejus ortu et patria; de factis, de morte et cultu; de poematis ei attributis et Homericis quæstionibus eruditorumque sententiis; de eorund. poematum lingua ac stilo; postremo de priscæ artis monumentis. Itaque — 1.º) De ejus o r t u et p a t r i a. — Præmittimus octo præsto esse vitas vel notitiarum fontes de Homero, nempe Suidæ, Ps. Herodoti, Ps. Plutarchi etc. (*Westermann, vitarum scriptores I-VIII.* Brunsw. 1845., coll. *Sengebusch, op. cit. p.* 1-18), quæ, magis quam historia, romanenses fabulæ videntur; quamvis non sint omnino contemptui habendæ. Sic de Valmiki et Vyasa factum esse novimus, commentitiis celebrium poematum Indicorum, *Ramayana* et *Mahabharata*, auctoribus. — Ortus itaque perhibetur humili genere, ex patre ignoto, quem tamen *Bionem* alii vocant, alii vero *Mæonem*, unde et *Mæonius* dictus (*Horat.* 4. *Od.* 9. 5., *Ovid.* 2. *art. am.* 4., *Capell.* 1. *p.* 2., *Colum.* 1. *præf.* 3) et *Mæonides* (*Ovid.* 3. *am.* 9. 25), et ex matre Cretheide, filia Melanopi, Cumis in Æolide degentibus, in quam urbem Græci complures ex variis regionibus convenerant. Cleanaci autem Argivo Melanopus moriens filiam commiserat, qui eam Smyrnam misit ad Ismeniam Bœotium, ubi ad ripam Meletis filium peperit, qui a fluvii nomine Melesigenes (Μελησιγενής, quem quidam, Μαργίτου, antiquissimi poematis, Homero attributi, auctorem putant: vd. *Wilamowitz, Marx*); postmodum Homerus est appellatus et ob id Meletis dei fluvialis filius a mythologis dicitur et nymphæ Critheidis (υἱὸς Μέλητος τοῦ ποταμοῦ καὶ Κριθηΐδος νύμφης: *Westermann*). — Ceterum non una sed septem atque adeo undecim sunt urbes, quæ se jactant terras Homeri natales. Notus est hac de re versus, in quo præcipuæ memorantur, nempe Σμύρνα, Ῥόδος, Κολόφων, Σαλαμίς, Χίος, Ἄργος, Ἀθῆναι (*Anth. Plan.* 4. 297-298), quibus fortasse incunabula significantur heroicæ poesis, primum Æolicis Cumis exortæ, dein Smyrnæ maxime florentis, unde et in insulas Ægæi Ionicas transierit; quin veteres haud pauci Chium Homeri patriam fuisse testantur, ubi Homeridarum schola seu familia viguit. — De tempore autem, quo poeta natus est, disputant eruditi tam veteres quam recentiores, nec aliter res se habere potest, si de persona ipsa dubitatur; idcirco poematum potius tempus est inquirendum. Ceterum, ut paucis rem expediamus, dicimus Homerum vixisse a. 1184. a. Chr. ex *Eratosthenis* sententia; ex aliorum vero non multo ante æram Olympiadum, nempe a. 776.; vel a. 850. a. Chr. Sed hac de re consulendus est *Clem. Alex.* (*Strom. I. p.* 388. *Pott.*, 141. *Sylb.*), qui complura de Homeri ætate refert Græcorum scriptorum testimonia (Cf. etiam *Tatian., orat. ad Græc.* c. 31. *Ott.* et *Syncell. chronogr. p.* 180 *D.*). — 2.º) De f a c t i s. — Smyrnæ quum esset Melesigenes, Phemii præceptoris, jam demortui, scholam rexit, quam, ingenium singulare et eruditionem admirati, plurimi frequentabant, etiam ex remotis regionibus. Sed olim a quodam negotiatore impulsus Smyrna discessit et itinera, uti Ulixes, aggressus, cujus insulam Ithacam petiit, varia loca terra marique peragravit urbesque invisit, quæ se ejus natales esse gloriantur, ubique poeticis cantibus auditores vehementer oblectans; sed cæcitate atque egestate quum laboraret ex morbis, quibus fuerat affectus, Cumas, matris patriam, rediit, ubi nequaquam, uti sperabat, publicis impensis est altus, quin uti cæcus (ὅμηρος ibi dictus) quum esset rejectus, inde abiit Chium, ubi Thestorides ejus carmina tanquam sua cantabat et a Glauco exceptus *Batrachomyomachiam* aliaque poemata composuit; dein scholam aperuit ibidemque *Iliadem* et *Odysseam* condidit, quorum poematum fama per totam Græciam est perlata. Postmodum Samum adiit, unde in urbem Athenas reverti cogitabat (*Ps. Herod.* in *vit. Hom.*). — 3.º) De m o r t e et c u l t u. Iter faciens Homerus, morbo coactus in insula Io (hod. *Nios*), non Naxo, ut male *Capell.* 6. *p.* 214., constitit, ubi, quum ænigma, a pueris vel a piscatoribus (*Val. Max.* 9. 12. *ext.* 3) quibusdam ei propositum solvere non potuisset, dolore magis gravatus diem obiit ibique ad litus Ægæi est sepultus. — Hujus autem vitæ scriptor in fine narrationis demonstrare contendit Homerum non Ionium sed Æolium fuisse, qua de re *V.* infra. — Tanto viro defuncto divini honores sunt habiti. Smyrnæi delubrum ei in oppido suo dedicarunt (*Cic. Arch.* 8. 19) tamquam deo (quin *deus* dicitur *Colum.* 1. *præf.* 30). Huc spectant et in nummis imago, et statuæ ei erectæ, ac præcipue sic dicta *Apotheosis Homeri*, celebre opus anaglypticum Archelai Prienei, in *Brith. Mus.* asservatum (Cf. *Braun, Die apoth. d. Homers* Leipz. 1848). Ceterum de ejus cultu consulendus est *Eckhel*, 2. *p.* 540.*sqq.*, coll. 4. *p.* 349. — Porro ex his id colligi potest, non modo Homerum ita designari sed et generatim cantores (ἀοιδοί, οἱ ὅμηροι), qui hac illac errabant carmina, victitandi causa, canentes, ut fuere Demodocus, Thamyris aliique, in Iliade vel Odyssea memorati; tum etiam Chium probabilius patriam fuisse Homeri seu illius, qui quasi fundamenta jecit *Iliadis*, testibus Acusilao, Pindaro, Simonide, Thucydide; ubi ætate historica exstitisse γένος, seu familiæ Homeridarum (Ὁμηρίδαι), traditur *Suid. Lex.*, *Strab.* 14. 35., *Harpocr. Lex.*, *Ps. Lucian. Demosth.* 17., *Schol. Pind. Nem.* 2. 1 (Cf. *Sengebusch, op. cit.* 47.*sq.*), qui se dicebant ab Homero prognatos et domestici cujusdam poematum thesauri quasi custodes (*Plat. Phædr. p.* 252., *Ion. p.* 530., *Rp.* 10. 3. *p.* 599. et *Isocr. Helen.* 65). — 4.º) De p o e m a t i s Homero tributis et Homericis quæstionibus. — De iis eorumque auctore plurima, eaque majoris vel minoris momenti, a plurimis eruditis et criticis viris, temporibus variis variisque in regionibus scripta sunt, quæ nos, leviter delibata, hoc ordine digerimus; nempe — *a)* Grammatici primum Alexandrini sæc. III. a. Chr. de Homero historico deque duorum poematum, *Iliadis* et *Odysseæ* auctore dubitarunt, quorum discrimen, ad stilum quod attinet artemque scribendi, se invenisse, critice usi severiore, demonstrarunt; hoc vero saltem attribuendum esse poetæ ætati, qui junior Iliadem, senior Odysseam composuerit. — Hinc ortæ duæ quasi scholæ seu partes, quarum una veterum sententiæ adhærebat, altera novitatis studiosa, quæ *Chorizontum* (Χωρίζοντες) dicta est, quod unum opus et auctor ab altero seiungeret. Inter has eminent Zenon et Hellanicus, quibus se opposuit celeber Aristarchus (sæc. II. a. Chr.: cf. *Senec. brev. vit.* 13). — *b)* Ex dubiis jamdiu invalescentibus, recentiore tempore, post doctos viros sæc. XVI. et XVII. *Casaubonum, Scaligerum, Bentleyum*, alios, sæc. XVIII. *Joh. Vico* audacior nullum unquam Homerum exstitisse, sed hunc totius Græciæ ætatis heroicæ quasi symbolum esse adfirmavit, quæ suorum poetarum cantu sua illustria celebrat gesta (*Princ. di scienza nuova* l. 3). Quum vero nihil, quo suam sententiam tueretur, ex critice vel philologia vel historia probabiliter desumptum, adduxisset, id præstiterunt archæologi ac litterati Germanici, inter quos primas sibi vindicat *Wolf* a. 1795., *Prolegomen. ad Homer.* editis, qui, tota antiquitate diligenter investigata, defendit Homerica ætate nullum fuisse scripturæ usum (quod comprobare non sine negotio est) ac poemata id temporis non alio modo nisi ore tradita variisque variorum poetarum cantibus esse coagmentata. Hinc secuta est *Iliadis* in minutas partes divisio seu scissio, auctore *Lachmann* (*Betrachtungen über Hom. Il.*), quem secuti sunt *Koechly, Jacob, Christ*, repugnantibus *Nitzsch, Bäumlein, Müller, Nägelsbach, Düntzer*, aliis; mox item *Odysseæ*, auctoribus *Hennings, Bekker, Steinthal, Volkmann, Meister*, renitentibus *Grote, Friedländer, Kammer, Schoemann.* — *c)* Inter utramque sententiam aliam probabiliorem invexit *Hermann*, cui consenserunt, varia tamen ratione, *Meyer, Bernhardy, Bergk, Naber*, fatus originarium duorum poematum nucleum quendam esse admittendum, quæ ex aliis cantibus interpolatis ad eam excreverint, quam demum habuerunt, mensuram; quin *Grote* primitivam excogitavit *Achilleidem*, quæ sic aucta in *Iliadem* transierit. Nuper vero *Bonitz, Niese, Croiset* id ipsum magna doctrinæ et eruditionis supellectile propugnarunt, ita ut concludendum sit opera hæc primæva, servata eorum unitate, a posterioribus poetis scite ad integrum redacta; quamquam postea aliqua censentur addita Iliadi, ut *Catalogus navium* (l. II), et Odysseæ postrema (l. XXIII. 297 - XXIV), *Doloneia* (l. X), *Oplopoiia* (l. XVIII). Ceterum antiquiores quoque interpolata quædam et spuria putarunt, ut *Eustathius* c. X Iliadis et *Aristarchus* c. XXIII. 296. — Nunc vero inter criticos viros fere convenit, non esse amplius poemata in partes, ne dicam in frusta, uti factum est, secanda, sed ad unitatem eo modo redeundum, quem diximus, ita ut Homerus, quicumque ille sit, ex suis aliorumque fort. popularibus cantibus unum confecerit opus, quamvis postmodum additamentis plus minusve congruis fort. adauctum; non enim in Iliade præcipuum est nisi Achillis ira (μῆνις) et in Odyssea nisi reditus (νόστος) Ulixis. Cf., præter laudatos, *Bertrin* (1897), *Terret* et *Masqueray* (1899), *Croiset* (1907), *Cauer* (1909), *Rothe* (1912), *Drerup*, (1913), *Terzaghi* (1914). — Huic itaque sententiæ innixi facile intelligimus, cur quædam in Homericis poematis sint incongrua vel etiam aliquando inter se dissimilia atque adeo pugnantia, nullo tamen primitivæ unitatis vel structuræ detrimento, quæ, uti fere sunt hodie, duorum sæculorum spatio ita fuerunt compacta et ad finem perducta, jussu, uti fertur, non tam Solonis quam Pisistrati, qui quos ῥαψῳδοί Homericos versus canebant, Onomacriti præsertim operâ, in ordinem digessit horumque poematum textum seu codicem statuit, cujus pro Alexandro M. editionem Aristoteles adornavit (ἡ ἐκ τ. νάρθηκος ἔκδοσις). Quare *Cic.* 3. *Orat.* 34. 137. « Quis doctior, inquit, iisdem illis temporibus aut cujus eloquentia litteris instructior fuit quam Pisistrati, qui primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur ut nunc habemus? » (Cf. *Paus.* 7. 26., *Ælian. var. hist.* 13. 14., *Eustath. Comm.* in *Iliad.* 1. et 10. et, ex recentioribus, *Wilamowitz, Hom. Unters.* 2.ª *p. I. die Pisistr. Recens. p.* 235.*sq.*; *Cauer*, *Grundfr. d. Homerkr. p.* 80.*sq.*). Exinde exemplarium copia orta et editiones (ἐκδόσεις), recensiones (διορθώσεις), codices seu textus publici (κατὰ πόλεις) et privati (κατ᾽ ἄνδρα) librorumque divisio eorumque tituli, Alexandrinorum grammaticorum studio. — 5.º) De horum l i n g u a ac s t i l o, poematum compositionis ratione habita aliorumque operum, quæ Homero adjudicantur. — *Iliadis* itaque et *Odysseæ*, quæ poemata ad seriem pertinent, dictam cycli (ὁ κύκλος) seu poetarum c y c l i c o r u m (*Procl. epic. gr. frgm. p.* 32. ap. *Phot. Bibl.* 239.: vd. *Croiset, op. cit. I. p.* 422.*sqq.*), lingua seu dialectus præcipua est Ionica, sed Æolicis vocabulis ac formis admixta, non Doricis, ut nonnulli putarunt cum *Dione Chrys.* 11. 23., coll. 10. 24 (*Christ, Iliad. carm. Proleg. p.* 127); nempe lingua epica, vocibus archaicis ac poeticis concinnata; sed abstractis, quæ dicuntur, nominibus primum (*Ilias*) fere caret, alterum vero (*Odyssea*) abundat, quod recentiorem innuit operis ætatem. Sane poesis incunabulum fuit Græcia media hymnorum formâ; sæ dein crevit in Æolicis Asiæ minoris locis epicorum carminum cantu; serius vero maxime hic floruit in Ionia, Æolidis finitima, vocum lepore ac varietate, quæ vel ex communi penu desumptæ sunt vel ex poetæ ingenio fabrefactæ, mirifice nobilitatus, ut in primis epitheta complura, ex diversis composita elementis (λευκώλενος, δολιχόσκιος etc.). Quare *Plut. orac.* c. 8.: « Ἀριστοτέλης μὲν οὖν μόνον Ὅμηρον ἔλεγε κινούμενα ὀνόματα ποιεῖν διὰ τὴν ἐνάρ-

γαιαν ». — Huic porro Homericæ linguæ adduntur stili artificia; poeta namque ingenuæ loquendi simplicitati ac perspicuitati scite conjungit miram rerum exprimendarum rationem, vocum nunc sono usus, nunc loco, nunc earum nexu aut divisione (Cf. *Il.* 4. 125.: « Λίγξε βιός, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, ἆλτο δ' ὀϊστός » *Dionys. de compos. verb.* 5.; sic *Il.* 1. 29-32. etc. V. etiam *Drobisch, Untersuch. über d. Form. d. Hexam. - d. Homer.* in *Wiss. Phil. hist. Cl. XX* [1868] et *Hartel, Hom. Stud. I-III.* Wien. 1871-1874); nec minus ordine Homeri poemata se commendant; quin cl. *Fénelon, Traité de l'exist. de Dieu, I.* 1., ex hoc eum vere exstitisse probat. — Si autem metrorum ratio habetur, utrumque poema versibus hexametris dactylicis (*Il. vv.* 15693. et *Od.* 12110) conflatum est et quidem monostichum (κατὰ στίχον) seu solutum. Porro Homerica carmina, quibus de agimus (nam alia, quæ hoc nomine feruntur, ut *hymni* [ὕμνοι], *Batrachomyomachia* [βατραχομυομαχία], *epigrammata, Margites* [Μαργίτης], alios ab Homero, cui adjudicata quoque fuerant cycli epici poemata, habent auctores [cf. *Martial.* 14. 183. et 184], inter quos *Pigres* Halicarnasseus) litterarium incohant Græcorum cultum, quippe quæ antiquiora in Europa poesis epicæ heroicæ monumenta simulque historiæ documenta præcipua ac duo morum, ut ait *Vico*, vetustissimæ Græciæ thesauri sint habenda. Artis namque pulcritudo ac veritas sive in hominibus sive in rebus describendis cum humanæ sapientiæ monitis ac sententiis ita sunt consociatæ, ut nihil supra (Cf. *Macrob. somn. Scip.* 2. 10. 11. et *alib.* et *Ps. Long. de subl.* 7. 9), universa consentiente antiquitate, quæ tota est in Homeri laudibus concinendis, eumque *divinum* (θεῖος) et, per antonomasiam, *poetam* (ὁ ποιητής) vocat; et in ins. Chio ejus cultores Homericam scholam pergunt foventque et gymnasium aperiunt, Ὁμήρειον appellatum (*C. I. G.* 2221); Æschylus tragœdias suas Homericarum mensarum frustula appellat; Phidias ab Homero sui Jovis Olympici lineamenta depromit; Ennius ejus animam se habere gloriatur (Cf. *Horat.* 1. *Ep.* 19. 6); Matius et Andronicus in latinum Homerica vertunt; Virgilius ea sibi in exemplar proponit aliique vates vel epici vel lyrici vel tragici inde poetandi normas atque adeo philosophi doctrinas certatim student haurire, tantique poetæ laudes admirati celebrant præter Græcos Latini auctores, imprimis *Vellej.* 1. 5. qui scribit: « Clarissimum deinde Homeri inluxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operis et fulgore carminum solus appellari poeta meruit; in quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est; neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum præter Homerum et Archilochum reperimus ». *et Quintil.* 10. 46. « Hunc (*Homerum*) nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem lætus et pressus, jucundus et gravis, tum copia, tum brevitate mirabilis ». *et* 1. 8. 5. « Puer, ut canit Petronius sat. 5.: Det primos versibus annos Mæoniumque bibat felici pectore fontem ». *Firmic. math.* 6. 31. « Talis genitura Homerum, divinum Camœi carminis fecit interpretem principemque poetarum ». *Horat. a. p.* 140. « hic qui nil molitur inepte ». *Macrob.* 2. *somn. Scip.* 10. « divinarum omnium inventionum fons et origo ». Adde *Sall.* 1. *Hist.* 62., *Virg. Cir.* 65., *Cic. Arch.* 8. 19., *Senec. suas.* 1. 12. et *controv.* 7. 14. et 8. 15., *Mel.* 1. 60., *Stat.* 5. *Silv.* 3. 159., *Liv.* 37. 19., *Lucil.* 15. 1., *Tac.* 5. *Hist.* 2., *Martial.* 14. 57., *Ampel.* 9., *Cæl. Aur.* 3. *acut.* 15. 121. et 122., *Cels. præf.* 1., *Vopisc. vit. Mart.* 26., *Hieronym. vit. Hil. prol.* et *ep.* 52., *Cyprian. idol.* 4., *Eugypp. thes.* 155., *Corp.* 3. 686. etc. — Ejus nomen, improprie, de poeta insigni usurpat *Horat.* 2. *Ep.* 50. — Epitheta et attributa. *Oros.* 1. *Hist.* 17. clarus. *Horat. a. p.* 401. insignis. *et* 1. *Sat.* 10. 52. magnus. *Stat.* 5. *Silv.* 3. 62. magniloquus. *Tibull. pan. Mess.* 180. æternus. *Lucret.* 1. 125. semper florens. *Sidon. carm.* 23. 135. tonans. *Claudian.* ap. *Ennod.* 2. *ep.* 8. parens vatum. *et mox ibid.* princeps Heliconis. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 6. 4. (18). princeps litterarum. *Id.* 25. *ibid.* 2. 5. (11). princeps doctrinarum. *et mox ibid.* antiquitatis parens. *Firmic. math.* 6. 11. princeps poetarum. — Non tamen in omnibus laudatur a quibusdam, ut *Horat. a. p.* 359. « bonus dormitat Homerus ». Adde *eund.* 1. *Ep.* 19. 6. Potissimum vero *Zoilus* Amphipolitanus (sæc. IV. a. Chr.), qui Homerum, libris adversus eum editis, ausus est inscitiæ arguere, ideo dictus *Homeromastix* (Ὁμηρομάστιξ), ap. *Vitr. præf.* 7.; quin Athenis *insanus* habitus est Homerus, qui deos cum hominibus bellasse descripserit, teste *Dar.* in *ep.*, suo libro præm., et Caligula imp., ut abolerentur Homeri carmina, statuisse traditur *Suet. Cal.* 34. Cf. *Tertull. apol.* 14. et *nat.* 1. 10. et *Lact.* 1. 3., coll. 19. et 4. 27. — 6.°) Prisca artis monumenta, quæ ad eum pertinent, sunt effigies illustrata a *Visconti* in *Iconogr. Gr. I. p.* 55. 69., coll. *Mus. Pio-Clem.* 1. *p.* 281. et 6. *p.* 120.*sqq.* et plura alia in *Bull.* et *Ann. dell' Ist. arch.*, quibus addendæ sunt hermæ, in *Museis Senas.* et *Neap.* asservatæ, præsertim vero celebris *Apotheosis Homeri*, superius laudata. — Innumera porro sunt opera et opuscula, quæ de eo edita sunt et nunc etiam eduntur, singulis temporibus et apud omnes populos. — Et primum — *a)* Mss. Homerica ita abundant, ut ad ducenta numerentur, ex quibus eminent codd. *Laurentiani* (F. et G), et *Palatinus* (P) antiquiores; dein *Veneti* (M et N), *Harleianus* (H) et *Marcianus* (K), qui Mediolani in bibl. Ambrosiana, Venetiis Marciana et Florentiæ Laurentiana et Richardiana asservantur. — *b)* Papyri complures, nuper etiam repertæ, sc. *Bartissier* et *Paris* in Mus. Louvr.; *Bankes* et *Harris*, Cantabrigii et Londini exstantes; palimps. Syr. in Brith. Mus. (Cf. *Kayser, Über d. syrisch. Palimps.* etc. *Philol.* 1855. *p.* 145. *sqq.* et *Cureton, Fragments of Homer* Lond. 1851); *Iliadis* autem *fragmenta antiquissima cum picturis* et *Ilias picta* sunt recentiora et parvi facienda. De his fuse ap. *Harder, Bericht d. Homer. Textkrit.* 1881-1908. in *Jahrb. d. Bursian-Kroll* Leipz.-Reisl. 1908. et *Wilcken, Archiv f. Papyrforsch.* 1900. — *c)* Editiones, quarum princeps a. 1488. Flor., auct. *Demetrio Chalcondyla*; dein Veneta, auct. *Aldo*, ed. princ. Venet. 1504.; recentius *Pierron* Paris 1875., *Kirchhoff* Berlin 1879., *Fick* Gött. et *Ludwich* Leipz. 1889., *Van Leeuwen* et *Mendes da Costa* Lugd. 1890-1897., *Zuretti* Torin. 1896-1905., *Monro* et *Allen* Oxf. 1902-1908., *Faesi-Hinrichs-Kaegi-Sitzler* Berlin 1910. etc. — *d)* Speciatim, præter vetusta documenta de eo, ut *Ps. Herod.*, *Ps. Plut.*, *Hom. et Hes. cert.*, *Schol.*, *Didym.*, *Porphyr.*, *Homerica* (ζητήμ.), *Eustath.* (παρεκβ.) etc., recentius scripserunt — α) De dialectis Hom. *Meister* Gött. 1882-1889., *Hoffmann* Gött. 1891., *Smyth* Oxf. 1894., *Nazari* Torin. 1906., *Bechtel* Halle 1908., *Thumb* Heidelb. 1909. etc. — β) De geographia, *Breusing* Brem. 1889., *Berard* Paris 1902., *Lang* Karlsr. 1905., *Gruhn* Berl.-Grunew 1911., *Leaf* Lond. 1912. — γ) De quæst. Hom., rec. *Comparetti*, Torin. 1881., *Niese* Berl. 1882., *Wilamowitz* Berl. 1884., *Seeck* Berl. 1887., *Leaf* Lond. 1892., *Cauer* Leipz. 1894., *Blass* Halle 1904., *Browne* Lond. 1905., *Lang* Lond. 1906., *Murray* Oxf. 1907., *Gennep* Paris 1909., *Mülder* Berl. 1910. Adde *Bergk*, *Christ*, *Bonitz*, *Croiset*, *Girard*, *Masqueray*, *Niese*, *Bertrin*, *Terret*, *Setti* etc. — δ) De etymologia, *Curtius* Kiliæ 1855. — ε) De chronologia. *Rhode* Frankf. 1881. — ζ) De mythologia, theologia et antiq., *Nitzsch* Braunsch. 1852-55., *Grote* Leipz. 1856-1860., *Nägelsbach* Nürnb. 1884. — η) De topographia, *Büchner* Schwerin 1871. et *Schliemann*, Leipz. 1881. — θ) De moribus, *Bucholtz* Leipz. 1885. — ι) De metrica, *Usener* Bonn 1887., *Schröder* Münch 1907. et 1908. — κ) De orationibus, *Hermann* Wien 1877. — λ) De similitudinibus, *Inama* Torin. 1884 (*Riv. di fil.*). — μ) De sententiis, *Stickney* Paris 1903. — ν) De analysi poematum (*Il.* et *Od.*), *Croiset* Paris 1910. — ξ) Alii de arte (*Brunn*), de medicina (*Daremberg*), de agricultura (*Volker*), de metallis (*Millin*), de arte fig. (*Engelmann*) etc. — Sed antequam hanc longiorem tractationem concludamus, operæ pretium est admonere, in Troade, ubi ab Homero Ilii obsidio describitur, quod tandem eversum deletumque est incendio, inde *Schliemann* (*Ilios*, Leips. 1881., Troj. 1884), reliquias effodisse opulentæ et conspicuæ urbis flammis incensæ, quod quidem evincit non esse omnia mythica, quæ in Iliade et alibi enarrantur, sed historico alicui fundamento inniti. *V.* tamen **ILIUM** et **TROJA** — Hinc deriv.:

Homereus (Ὁμήρειος), adj. *Anct. Priap.* 69 (al. 68). 4. et *Anth. Lat. n.* 777. *R.* et *ibid. n.* 1683. *M.*, ubi rectius *Homeriacus*. — *Homericus* (Ὁμηρικός) adj. ad Homerum quaque ratione pertinens. *Senec. tranq. an.* 3. 11. Achilles. *Cic.* 3. *Tusc.* 26. 62. Agamemnon. *Juvenal.* 13. 113. Gradivus. *i. e.* Mars a Diomede vulneratus. *Varr.* 2. *R. R.* 3. 1. Melanthius. *Tertull. anim.* 56. Patroclus. *Quintil.* 2. 3. 12. Phœnix. *Ammian.* 27. 8. 4. Ulixes. *Plin.* 4. *ep.* 3. senex. *i. e.* Nestor. *Suet. Claud.* 42. versus. *Porphyr. Hor.* 1. *Od.* 6. 2. sublimitas. *Plin.* 23. *Hist. nat.* 1. 28. (41). Helena. *Val. Max.* 8. 14. 1. præconium. *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 1. carmen. *Capitolin. Maximin. jun.* 4. libri. *Auson. grat. act.* 4. oratores. *Ammian.* 18. 5. 7. Phæaces. *Suet. Ner.* 47. schyphi. *i. e.* duo scyphi, cælatura carminum Homeri insignes, a Nerone solo illisi. *Tertull. pall.* 2. oculi. *i. e.* cæci. — *Homeris*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *Grut.* 88. 6. Cf. *Homeridæ* (*Harpocr.* v. Ὁμηρίδαι) in ins. Chio, quos ἀπόγονοι Ὁμήρου vocat *Terpander* ap. *Suid.* v. Παρῳ. De his *V.* quæ supra diximus. — *Homerista* (Ὁμηριστής), nom. ejus, qui Homeri carmina recitat. *Petron. sat.* 59., in sollemni convivio, id genus virorum inducit. De iis *Diomed. gr. III.* 484. *K.* « Olim partes Homerici carminis in theatralibus circulis cum baculo, id est virga, pronunciabant, qui ab eo Homero dicti Homeristæ (Ὁμηρισταί). — De *Homeristis* Latinis V. *Wernsd. Poet. Lat. Min. III. p.* 473-497. — Alia derivata v. composita videsis in *Lexico*.

HŎMĪLIA, æ, f. 1 (Ὁμιλία, *consuetudo, mos*) cogn. mul. libert. generis. *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 33. et *Corp.* 9. 177.

HŎMILLUS (Homilus), i, m. 2. *V.* **HOMO**.

HOMNÆ (Omnæ), ārum, f. plur. 1. (Ὄμανα *Steph. Byz.*) urbs Arabiæ ad sinum Persicum, non Carmaniæ (*Detlefsen, geogr.* 1904. *p.* 230), hod. *Omana* v. *Katan*. Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (149).

HŎMO, inis, m. 3. ¶ 1. Est æon Gnosticorum ap. *Iren. hær.* 1. 1. 1. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp.* 5. 4450. IVLIORVM HOMINIS ET MARCELLINE (*sic*) FRATRVM (*sic*) PIISSIMORVM. Adde 5. 5098. — Hinc *Homilius* (*Homilus*), cogn. vir. demin. ab *Homo*, in *Corp.* 10. 5691. et *ibid.* 8046. 13 (*in tegula*). — *Homullus*, cogn. vir. demin., in *C.* 2. 5084. — Hoc nomine floruit temporibus Domitiani et seqq. imper. vir, de quo *Capitolin. Anton.* 11. et *Lamprid. Alex. Sev.* 66. itemque alius ap. *Plin.* 4. *ep.* 18. — *Homulla* (*Homula* et *Omula*), cogn. mul., etiam libert. generis. *Corp.* 2. 242.; 5. 4995. et 9. 5397. — *Homullinus* (*Homulinus*), cogn. vir. demin. ab *Homullus*, in *C.* 3. 3288. et *Homullina* (*Omulina*), cogn. mul. demin. *C.* 2. 3658. — *Homullius* (*Homulius* et *Omulius*), nom. vir. gent. *C.* 6. 2567. et *Homullia* 1643. — *Homuncio* (*Omuncio*), cogn. vir. tam ingen. quam libert., demin., in *C.* 2. 4498. et 5. 4235. et 10. 2162. etc.

HŎMŎBŎNUS, i, m. 2. nom. vir. in titulo, fort. Christiano, ap. *Donati Inscr.* 341. 1.

HOMODOTI, ōrum, m. plur. 2. gens Scythica, sita ad septentr. Iaxartis, origine Iranica et Mazdæorum religioni dedita. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 19. (50)., qui eos inter celeberrimos recenset; quamquam alii aliit. legunt *Plin. loc.*

HŎMŎLĒ, es, f. 1. (Ὁμόλη) ¶ 1. Est mons Thessaliæ excelsus, par Pelii, fort. hod. *Kissavo*, ap. *Virg.* 7. *Æn.* 674. ¶ 2. Item urbs Thessaliæ, sedes Centaurorum. *Id. ibid.* Cf. *Serv.* ad *l.* — Hinc *Homoloides*, portæ Thebarum septem (πύλαι Ὁμολωΐδες), unde urbs dicta est *heptapylos* (ἑπτάπυλος). *Stat.* 7. *Theb.* 252. « per ingentes Homoloidas exeat Hæmon ». Cf. *Lact. Placid.* ad *l.* — Fort. ita sunt appellatæ, quod ducerent ad montem *Homolen* (*Steph. Byz.*), ut fieri hodieque solet, vel ex cultu Athenæ adhibito, cognominatæ Ὁμολωΐς fort. ob eandem causam (*Lycophr.* 520. et *Tzetz.* « Ὁμολωΐς δὲ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις »).

HŎMŌNA, æ, f. 1. oppidum Isauriæ in Asia Minore, de qua *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 23. (94)., ubi *Sillig.* leg. *Homana*. — Hinc *Homonades* (non *Homanades*), incolæ. *Id. ibid.* (Cf. *Strab.* 12. 569). — *Homonadenses* habet *Tac.* 3. *Ann.* 48.; sed hoc ab *Homonada*, urbe Pisidiæ, deducunt alii (V. *Ruge, PWK* 8. 2265); aliis vero gens sunt Ciliciæ. *Mon. Ancyr. p.* 177. *Momms.*, coll. *Tac. ibid.*

HŎMŌNĪUS, ii, m. 2. nom. vir. *Corp.* 2. 3222. — *Homonia* (*Omonia*), cogn. mul. *Ibid.* 10. 2878. — Cf. *Homonœa*, cogn. mul. libert. itemque nom. serv. (ab ὁμόνοια, *concordia*), idem fort. ac *Homonia*, mutato œ (οι) in *i Inscr.* ap. *Brambach n.* 2016. — Celebre est epitaphium metricum, a pluribus editum et commentario illustratum a *Burmann* in *Anth. Lat. IV. n.* 142., a *Meyer* in *Anth. Lat. n.* 1274. et a *Wernsdorf* in *Poet. min. II. p.* 269. *sqq.*, quod tamen alii fictum carmen putant. — Videtur etiam in nom. gent. transiisse. *Corp.* 3. 2858. — Fuit etiam ita nuncupata mulier in *Fragm. jur. civ. Vatic.* 316., ubi olim *Homones*, sed a *Momms.* et *Huschk* in *Homonœa* emendatum — Item ædes sacra Constantinopolis in reg. IX., teste *Notit. Urb. Const. X.* 5. *S.*, coll. *Euagr. h. eccl.* 2. 13.

HŎMULLUS, i, m. 2. et alia deriv. *V.* **HOMO**.

HŎMŪSĪĀNUS, fundus, in pago Herculiano Placentino. *Tab. alim. Velej.* 7. 7.

HON (On), indecl. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est urbs Ægypti, a Græcis *Heliopolis* dicta. *V.* **HELIOPOLIS**. ¶ 2. Item filius Pheleth, ex tribu Ruben (Hebr. *'Ôn* « lux, sol v. robur » et *LXX.* Αὖν). *Vulg. Num.* 16. 1. — Quum ad Ruben, filium Jacob primogenitum, pertinuisset jus sacerdotii, quod idcirco ad tribum, ab eo nuncupatam, spectasset, se tribui Levi adjunxit, quæ Aaron, summi sacerdotis, primatum respuebat, ac seditioni adhæsit Core, Dathan et Abiron; sed, ut videtur, horum pœnam non subiit, cujus rei causam adferunt Rabbini, qui tradunt, Hon, uxoris hortamentis impulsum, a rebellium societate recessisse.

HŎNESTUS, i, m. 2. (honor) cogn. vir. *Corp.* 8. 8003. et 9. 2613. — *Honesta*, cogn. mul. *C.* 2. 1206.; 5. 7954. etc. — Hinc *Honestilla*, cogn. mul. demin. *Ibid.*

HŎNOR, ōris, m. 3. nom. dei. — *a)* Generis etiam feminini videtur fuisse ex dictione *Dominæ Honoris*, quæ legitur in titulis et ex nummo Galbæ imp. inscripto *Honos* et *Virtus*, ubi stat *Honos* cultu muliebri, ut ait *Eckhel*, 5. *p.* 83. *V.* tamen infra. — *b)* Declin.: in recto etiam *Honos* sive in libris sæpe (V. *Lexic.*) sive in nummis (V. *Eckhel*, 6. *p.* 295. et 310. et 7. *p.* 44). — Genet. *Honorus* pro *Honoris*, ἀρχαϊκῶς, in *Corp.* 1. 577., col. 2. 11. et 10. 1781. — Dat. *Honore* pro *Honori* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1873. *p.* 90. — *c)* Etymon probabilius ducitur ad αἶνος, *laus*, coll. Skr. *gro = ho* « æstimare (æstimatio) » et suff. *nas* (*Vanicek*).

Honor, deus habitus est ab antiquis temporibus et a Romanis cultus, quod « rebus humanis interesit » (*Cic.* 3. *Nat. D.* 18. 47. et 2. *Legg.* 11. 28) sive quod « honorem det sive ut quis honoretur » (*Augustin.* 4. *Civ. D.* 21). — Fabulatur *Ovid.* ex *Honore* et *Reverentia* natam esse *Majestatem* 4. *Fast.* 23.*sqq.* Adde *Corp.* 3. 6009., 8. 6950. et 10. 1781. — Porro nunc solus cultum habuit, ut est ap. *Eckhel*, 5. *p.* 204. et 206., nunc vero cum aliis diis deabusque. Quare *Horat. carm. sæc.* 55. « Jam Fides et Pax et Honos Pudosque Priscus et neglecta redire Virtus audet apparetque beata pleno Copia cornu ». Adde *Cic.* 3. *N. D.* 18. 47. et *Corp.* 8. 5128. — Romæ tres Honori ædes dicatæ vel soli vel cum aliis juncto. — *a)* Harum una extra Portam Collinam *Honori* tantum sacra, de qua *Cic. loc. cit.* hæc habet: « Nostis extra Portam Collinam ædem Honoris: aram in eo loco fuisse proditum est. Ad ea quum lamina esset inventa et in ea scriptum DOMINA (?) HONORIS, ea causa fuit hujus dedicandæ » (Cf. *Inscr.* ap. *Grut.* 100. 8). Quod autem ædes hæc illic exstiterit, patet ex *Inscr.* edita in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1873. supra *cit.*, haud procul a porta, quæ *Pia* nunc dicitur, reperta. — *b)* Altera ad portam Capenam *Honori* simul et *Virtuti* dicata a Q. Fabio Maximo Verrucoso a. 233. a. Chr., quam postea M. Marcellus renovavit (*Cic.* 2. *Nat. D.* 23. 61); vel a M. Claudio Marcello vota in Gallia in primo consulatu a. 222. ad Clastidium (*Liv.* 29. 11., coll. 27. 25), quam dedicavit M. Marcellus filius, non nepos a. 205., nam una cella, cui altera post addita est, a patre duobus recte dedicari non potuisset. — De ædicula Musarum, in æde hac collocata, vd. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 8. — Dedicata tamen fuit *Honoris* ædes ab altera *Virtutis* sejunctim, sed ita ut ex una aditus pateret ad alteram, quare intelligitur, cur modo *ædes Virtutis* (quam *Plut. de fort. R.* 5. tribuit Scipioni Numantino), modo *ædes Honoris* singillatim quoque appelletur; quamquam sunt qui inepte putent *Honori* et *Virtuti*, si quando dicitur de templo, per endiadym dictum esse pro *Honori virtutis* (V. *Cavedoni, Mem. di Mod.* XVIII. 232). Scite autem inde *Symm.* 1. *ep.* 21. « Bene ac sapienter, inquit, majores nostri ædes Honoris atque Virtutis gemella facie junctim locarunt, commenti, quod - ibi essent præmia honoris, ubi sunt merita virtutis ». Hinc nomen accepit *vicus Honoris et Virtutis*, cujus meminit basis Capitolina in *Corp. I. L.* 6. 975., coll. 449. — Architectum fuisse C. Mucium tradit *Vitr.* 7. *præf.* 17., coll. 3. 2. 5.: « qui magna scientia confisus ædes Honoris et Virtutis Marcellianæ cellæ columnarumque et epistyliorum symmetrias legitimis artis institutis perfecit etc. ». Cf. *Visconti, Opp. var. II. p.* 411.*sqq.* — Porro eas M. Claudium Marcellum Græcorum operibus decorasse, quæ captis, Syracusis, Romam advexerat, auctor est *Liv.* 25. 40. — Has autem vetustate collapsas restituit Vespasianus imp., teste *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 37. (120).; serius vero rudera, quæ superfuerant et quidem insignia, Urbanus VIII., pont. R., restauravit dicavitque s. Urbano pap. — Memorant has ædes *Lact.* 1. 20., *Curios.* ac *Not. orb. reg.* 1. et *Plut. Marcell.* 28. et *loc. cit.* — Nec solum Romæ, sed et alibi Honor cultus fuit, ut Puteolis (*Corp.* 10. 1781. 2.; 8. 6951); Terracinæ (*C.* 10. 8266); Narbone (*Ib.* 4371); in Pannonia (*Ib.* 3. 3807); in Norico (*Ib.* 3. 5123); in Gallia Cis. (*Ib.* 5. 4449); in Africa (*Ib.* 8. 302) etc. — *c)* Tertia erecta fuit a Mario manubiis, a Cimbris ac Teutonibus, ingenti victoria de iis obtenta, reportatis, probabiliter in declivio arcis, sub *auguraculo*. Memorat *Cic. Sest.* 54. 116. templo Honoris Virtutis. Adde *Varr.* 7. *L. L.* 6., *Fest. epit.* 18., *Corp.* 1. *p.* 290. et, ex recentioribus, *Richter, Top.* 120.; *Jordan, Top. I.* 2. 104-106. et *Gilbert, Top. II.* 458. et *III.* 400. — In exercitu præterea legiones, stationes etc. nomine *Honoris* appellabantur, ut patet ex *Corp.* 3. 5123. et *Orelli-Henzen n.* 1875. et 5728. — De cærimoniis et sacrificiis hæc referunt veteres. *Plut. quæst. Rom.* 11. et 13. narrat Honori et Saturno sacra fieri aperto capite, ceteris autem diis velato. — Ex *Act.* autem *Arv.* ap. *Henzen p.* 121. constat ei vaccam mactatam ob detecta nefariorum consilia. — Etiam ludi celebrabantur (*Cic. Sest. loc. cit.* 116. et *Schol. Bob. p.* 805. *Or.*) et festa 12. Aug. in theatro Pompei (*Fast. Amit.*); sub Augusto 29. Mai (*Dio* 54. 18. et *Corp.* 1. *p.* 39). — De priscæ artis monumentis novimus Honoris et Virtutis effigiem ex nummis Galbæ et Vitellii impp. ap. *Eckhel*, 6. *p.* 295. et 310., in quibus visitur *Honos* seminudus stans, d. hastam, s. cornucopiæ, juxta stans *Virtus* capite galeato, d. parazonium, s. hastam et dextero pede galeam, ut videtur, premens; et in nummis Fufiæ ac Muciæ gentis ap. *eund.*, 5. *p.* 220. et 256. capita duo jugata, juvenile laureatum, juxta quod HO, et juvenile galeatum, juxta quod VIRT. Item in nummis Caleni et Cordi ap. *Cohen, méd. cons. plut. XXVIII.* gentis Lolliæ 1. ac Durmiæ 1-4. ap. *eund. ibid. XXV.*, coll. *XVII.*; Antonini Pii et Marci Aurelii, *ibid.* 613. et 614.; 86., 87. et 502.*sqq.* — Consulas etiam *Momms. Arch. Anzeig* 1868. *p.* 80. et *Münzw.* 639. 225.; *Purgold, arch. Bem. zu Claudian. u. Sidon.* 24.*sqq.* et *Miscell. Capit.* 22.*sqq.*; *Engelhart, De personif.* etc. Gott. 1881. *p.* 17., 19., 36., 40-41., 64-65.; *Meyer, Arch. Ztg. XLII.* 1884. *p.* 280.; *Preller-Jordan II.* 248.; *Wissowa R. d. R.* 136.; *Saglio* ap. *Daremberg-Saglio, Dict. III.* 248. — Hinc *Honoralis*, nom. mul. *Inscr.* ap. *Murat.* 1259. 12. — *Honorarius*, cogn. vir. *Corp.* 8. 8986. — *Honoratus* (*Onoratus*), cogn. vir. frequentissimum, in gent. *Æmilia, Annia, Arria, Cæsia, Domitia, Fabia, Julia* etc.; pro quo aliquando fort. *Honeratus* (*Corp.* 8. 9462. et 9768) et *Honerata* (*Ibid.* 9645., *Honeratai* [sic] 9462) occurrit in *C.* 5. 8772. et 8. 7749., cujus secunda interdum, sequiore ætate, licenter corripitur (*Bruzza, Iscr.* metrica *Vercell. p.* 308. *v.* 9) vel prima producitur (*Sidon. carm.* 16. *in fin.*). — Fuerunt etiam hoc nomine — *a)* Comes Orientis sub Constantio et Gallo a. 353., ap. *Ammian.* 14. 1. 3. et 7. 3.; antea consularis Syriæ (*Liban. ep.* 240) et post comitivam Orientis præf. præt. Galliarum (*Id. ep.* 376); demum primus Constantinopoli præf. urbis creatus (*Hydat.* et *Hieronym.* in *chron.*). — *b)* Item vir consularis Byzacii sub Valentiniano et Valente impp. a. 368. *Cod.* 1. 33. 1., coll. *Symm.* 2. *ep.* 72. — *c)* Item grammaticus, vulgo *Servius* dictus, plenius *Servius Marius Honoratus*. V. **MARIUS**. — *d)* Item vir, ad quem plura spectant rescripta impp. Diocletiani et Maximiani in *Cod.* (dat. a. 286) 14. 33. 1. etc., cui cl. *Furlanetto* in *Lap. Pat.* tribuendum putat titulum Diocletiano positum, in quo plenius dicitur *Pætus Honoratus*, a se editum *p.* 58. *n.* 67., quod in *Corp.* 5. 1817. transiit; sed quum plura, ut recte ait *De-Vit*, ab iisdem imperatoribus diversisque temporibus data fuerint *Honorato* alicui rescripta, nihil certi statui potest. — *e)* Item præf. præt. Galliarum, in quem vinosum plura scripsit epigrammata *Ennod. carm.* 2. *n.* 137-141. et 147. — *f)* Item episcopus Arelatensis præclarissimus, a. 426-428 (429). cœnobii Lirinensis conditor, ac primus abbas, s. Hilarii antecessor, qui illius, quem quasi patrem ac magistrum habuit, vitam scripsit (*V.* **HILARIUS** Arel.), omnium virtutum genere eximius, laudatus *Sidon. carm.* 16. 104.*sqq.*, *Eucher. instr.* 1. *ad Salom. præf.* et *de laud. erem.* 42. et *Paulin. Nol. ep.* 51. — *g)* Item Episcopus Massiliensis, cui vita s. Honorati Arelatensis ep. minus recte adjudicatur. — *h)* Item vir quidam Augustini, Hipponensis ep., amicus, cui olim Manichæo scripserat librum *de utilitate credendi* ac serius librum *de Gratia Novi Testamenti*. Adde de eo *Augustin. retract.* 2. 36. et *Cassiod. inst. div. litt.* 10. — *i)* Item plures episcopi, præsertim Africani, amplius XVII., de quibus mentio est in *Not. Afr.*, *Collat. Cogait. I.*, *Cyprian. ep.*, 57. et 67., *Hilar. op. imp. frg.* 8., coll. *Morcelli, Afr. Chr. I.* 316. et *II.* 261. — *Honorius*, cogn. vir., in gent. *Flavia, Anicia, Julia, Memmia* satis frequens. *Corp.* 8. 9799. et abs. in titulis Chr. *C.* 5. 1670. et 10. 1108. — In gentilicium transiisse videtur. *C.* 9. 3188. — *Honoria*, cogn. mul., item satis frequens. *C.* 5. 886. — Fuerunt etiam ita nuncupati, præter *Flavium Honorium* imp., de quo *V.* **FLAVIUS**, — Scholasticus quidam, cujus exstat carmen elegiacum in *Anth. Lat. n.* 666. *R.* — Item Episcopus Milevitanus, sæc. IV., Catholicus quidem sed pravis moribus, ita ut damnatus fuerit et loco motus, de quo *Petilianus*, qui Donatistis Cirtensibus præerat, dixerat in Catholicos: « Nemo vestrum est innocens, ubi reus nemo damnatur », ab *Augustino c. Petil.* c. 38. reprehensus, quod « Milevitanum Honorium de proximo potuisset intueri », qui ex episcoporum sententia suam ecclesiam amisisset (*Morcell.* in *Afr. Chr. I. p.* 228). — Sic ex mulieribus *Honoria*, soror Valentiniani III. imp., filia Fl. Constantii III. et Gallæ Placidiæ, plenius *Justa Grata Honoria* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 1142., *Augusta* hic dicta et in nummo ap. *Eckhel*, 8. *p.* 189. — De ea hæc habet *Marcellin.* in *chron.* « Honoria ab Eugenio procuratore suo stuprata concepit palatioque expulsa, Theodosio principi de Italia transmissa, Attilanem contra occidentalem rempublicam concitabat ». Dein nuptui tradita est *Flavio Basso Herculano*, cons. a. 452. — De ea fusius scripsit *Jorn. Rom.* 328. et *Get.* 42. *M.* — Deriv. *Honoriacus*, adj., ad Honorium Aug. pertinens, ut *Honoriaci comites* in *Not. Dign. or.* 7 (al. 8). et etiam *Honoriaci milites*, vel abs., militum genus, ap. *Oros.* 7. *Hist.* 40. — *Honorianus*, adj., ad Hono-

rium aliquem pertinens, ut *Honorianum Forum* in reg. XIII. urbis Constantinopolis. *Not. Urb. Const.* — Item *Honoriana Basilica*, fort. ita appellata, quod exstructa fuisset ab Honorio imp., ap. *Augustin. serm. n.* 163.; itemque *Honorianæ Thermæ*, de quibus *Cod. Theod.* 15. 1. 50., quæ ambæ Constantinopoli erant in reg. V. et XIII. *Not. Urb. Const.* — *Honoriani*, abs. et sæpe cum addito, milites in honorem *Honorii* Aug. instituti, ex quibus habentur *Vexillationes Comitatenses, Auxilia Palatina* aliaque militum corpora in *Not. Dign. or. et occ.* — *Honorias*, patronym. fem., ad Honorium pertinens — a) Fuit una ex VIII. provinciis, in quas divisa est diœcesis Pontica, per præsidem administrata (*Not. Dign. or.* 1), sub vicario diœcesis Ponticæ (*Ibid.* 28). — b) In plur. num. *Honoriades*, sorores Maria et Thermantia, quæ et uxores Honorii, teste *Claudian. carm.* 29. 130. — *Honoriades*, patronym., M. Honorii filius vel nepos, quo nomine appellatus est filius Honorii imp., qui exspectabatur, sed natus non est, a *Claudian. carm.* 10. « Sic natus in ostro Parvus Honoriades genibus considat avitis ». — *Honorinus*, cogn. vir. demin. *Corp.* 8. 3876.; et *Honorina*, cogn. mul. demin. *C.* 2. 941. et 8. 5567. — Fuit etiam *Honorinus* quidam filius Severiani proconsulis Africæ et legatus patris (fort. *Pompei Faustini Severiani* in *Inscr.* mutil. *Corp.* 8. 1438), in eo munere adulescens omnium numerorum, una cum patre valde laudatus *Apul. florid.* 9. — Item deus ap. *Augustin.* 4. *Civ. D.* 21., ubi tamen alii leg. *Honor.* — *Honoratianus*, adj., ut, abs., *in Honoratianum*, statio inter Equum Tuticum et Venusiam. *Itin. Ant. p.* 103.

HŎNŌRĀTĬĀNUS et

HŎNŌRĬĂCUS et

HŎNŌRĬĀNUS, a, um, adject., et

HŎNŌRĬAS, ădis, f. 3., et

HŎNŌRĪNUS, i, m. 2. et alia deriv. *V.* voc. præc.

HŎNŌRĬŎPŎLIS, is, f. 3. (*Honorius* et πόλις, *urbs*) oppidum provinciæ proconsularis in Africa, ab Honorio Aug., ejus conditore vel restitutore, ita appellatum (*Mansi VIII.* 648. *subscr.* 50), notum tantummodo ab adj. *Honoriopolitanus*, episcopo cuidam indito, qui interfuit concilio Carthaginiensi a. 525 (*Morcelli, Afr. Chr. I. p.* 186).

HŎNŌRĬŎPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

HŎNŌRĬUS, ii, m. 2. *V.* **HONOR.**

HŎNŪNUS, i, m. 2. Dardanorum princeps quidam, cujus filia Etuta in uxorem ducta fuerat a Pleatore, fratre Gentii, qui quum ei illam invidisset, fratrem interemit. *Liv.* 44. 30.

HOPLEUS (disyll.) ei, m. 2. (Ὁπλεύς, έως: ab ὅπλον, *arma*) miles quidam patria Calydonius, post præclara in bello Thebano gesta, interfectus. *Stat.* 10. *Theb.* 347., ubi Hoplea (*acc. Gr. pos.*). Adde *eund.* 8. 727., 9. 204. et 10. 347-465.

HOPLŎMĂCHUS, i, m. 2. (ὁπλόμαχος, *armis pugnans*) cogn. vir. ap. *Val. Max.* 8. 6. 1.

HOR (Or), indecl. nom. geogr. et pers. (Hebr. *Hôr* vel *hâ-Hâr* « mons »; *LXX.* τὸ ὄρος et τὸ ὄρος; Eus. Ὢρ; Vulg. *mons altissimus*) ¶ 1. Est nom. duorum montium. — 1.°) Mons in septentr.-orient. plaga Arabiæ Petreæ, hod. *Djebel-Harun.* Memoratur *Vulg. Num.* 20. 22-27. et 21. 4. et *Deut.* 32. 50. — De eo *Hieronym. onom. p.* 377. *P.* « Or mons, in quo mortuus est Aaron juxta civitatem Petram, ubi usque ad præsentem diem ostenditur rupes, qua percussa, Moses aquas populo dedit ». — 2.°) Item mons in septentrionalibus Palæstinæ finibus, inter mare Mediterraneum et Hamatham, ad Libanum, ut patet ex Hebraico *Num.* 34. 4. et 7., ubi *Vulg.* habet *montem*, nom. comm., pro *Hor.* V. tamen de his *Legendre* in *Dict. Bibl. III. p.* 752.sq. ¶ 2. Est etiam nom. pers. — 1.°) Fuit ita nuncupatus pater Phanuel, ut tradit *Hieronym. onom. p.* 357. *P.*, pro quo *Vulg.* habet *Hur.* — 2.°) Item monachus celeber in Thebaide, cujus vitam describit *Rufin. hist. monach.* 2., quem tamen *Origenistam* et ob id damnatum fuisse refert *Hieronym. ep.* 132.; sed illum in hæresi obiisse non constat.

HŌRA, æ, f. 1. (ὥρα, *Ion.* ὥρη, *tempus definitum v. opportunum* aut *pars anni v. annus* aut *flos ætatis v. vigor juventutis*; proprie Ὥρα, fere in plur. num. usitatum Ὧραι), nom. mul., de cujus origine *V.* infra. ¶ 1. Generatim, in titulis, cogn. mul. libertini generis. *Corp.* 5. 2910. ¶ 2. Speciatim, in fabulis, *Horæ*, deæ, quæ horis præsunt, Jovis ac Themidis filiæ (*Hes. theog.* 901), *Titanidæ* dictæ *Hygin. præf. fab.* et *fab.* 183., ubi earum nomina prostant, quæ apud mythologos communiter tres sunt (*Rufin. recogn.* 10. 21), nempe *Eunomia, Dice, Irene*; apud alios novem vel decem (*Hygin. ibid.* V. *Schmidt* ad *l.*). *Macrob.* tamen hæc habet 1. *Sat.* 21. 13. « Apud Ægyptios Apollo, qui est Sol, *Horus* vocatur; ex quo et *Horæ* viginti quattuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt: et quattuor tempora, quibus annuus orbis impletur, Horæ vocantur ». Cf. *Censorin. d. nat.* 19. 6. Memorantur — 1.°) In plur. num. *Ovid.* 2. *Met.* 26. *de regia Solis* « positæ spatiis æqualibus Horæ ». *Senec. benef.* 1. 3. 15. « Gratias ætate minores esse quam Horas, sed melinscula facie ». *Claudian. carm.* 1. 277. *de Rufino.* « Te cuncta loquetur Tellus, te variis scribent in floribus Horæ ». Adde *eund. carm.* 29. 88. *de Serena.* — *Schol. Germanic. p.* 62. *Br.* tradit Ariadnem accepisse coronam ab Horis et Venere. — A poetis dicuntur auricomæ: *Val. Flacc.* 4. 92.; item ministræ Solis: 2. *Ovid. met.* 118.sq. « Jungere equos Titan velocibus imperat Horis: Jussa deæ celeres peragunt »; item custodes cæli æditus: *Ovid.* 1. *Fast.* 125. *de Jano.* « Præsideo foribus cæli cum mitibus Horis. Adde *eund.* 5. *Fast.* 217. et *Stat.* 3. *Theb.* 110. — 2.°) In sing. num. — a) Una ex Horis, in uxorem data Zephyro vento, ex quo genitus est Carpus, filius corpore pulcherrimus, uti refert *Serv.* ad *Virg.* 5. *Ecl.* 48. — b) Item alia, a Cupidine adamata, de qua dubium movet Venus, ap. *Apul.* 5. *Met.* 28. — c) De ceteris, ita vocata est nympha corpore in dracones desinente, quam tamen Juppiter adamavit. *Val. Flacc.* 6. 52. « Nec nymphæ geminos exhorruit angues ». Ex hoc autem concubitu natus est Colaxes, ut *ibid.* traditur. — d) Item Hersilia, uxor Romuli, post mortem inter deos relata. *Ovid.* 14. *Met.* 848. Hinc *Ennius* ap. *Non.* 2. 394. « Te, Quirine pater, veneror, Horamque Quirini ». Ejus namque mentio fiebat in comprecationibus, teste *Gell.* 13. 23. 2. — Hinc *Horæus* (*Horeus*), cogn. vir. *Corp.* 5. 183. et 9. 4086.; et *Horæa* (*Horea*), cogn. mul. Græcan. (Ὡραία). *C.* 5. 963. et 2676. et 10. 2651. etc. — *Horais*, cogn. mul. *C.* 5. 5920. — *Horarius*, cogn. vir. *Inscr.* ap. *Grut.* 642. 7. Ita *Furlanetto* in *Add.* ad *Lexic. Forcell.*; sed rectius putat *De-Vit* esse nom. commune, sumptum ex horarii moderandi officio.

HŌRACÆ, ārum, m. plur. 1. gens Indiæ. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. (75).

HŌRÆUS (Horeus), i, m. 2., et

HŌRĀIS, ĭdis, f. 3., et

HŌRĀRĬUS, ii, m. 2. *V.* **HORA.**

HŌRĀTĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HŌRĀTĬUS, ii, m. 2. (Ὁράτιος et *Plut.* Ὡράτιος) nom. vir. — a) Scribitur aliquando *Oratius*, omissa aspiratione, sed ætate sequiore. *Corp.* 10. 8053 (159). — b) De etymo seu origine vocabuli nihil certi habemus. Sunt qui gentis *Horatiæ*, Romæ valde antiquæ, nomen componant cum *Foretiis*, populo antiquissimo in Latio, qui jamdiu interiit, ita ut ex *Foretis* paulatim *Horatis* posterioribus temporibus factum sit. Alii vero ab *Horatus*, qui fuit nom. herois ap. *Dion. Hal.* 5. 14. 1. « δρυμὸν ἱερὸν ἥρωος Ὁράτου (al. Ὁρατίου). Alii denique conjungunt cum ἕρκος et ὅρος, unde et dea *Horta* (= cohors), quibus inest notio arcendi vel limitis aut normæ statuendæ (*Hartung, Rel. d. Röm. I.* 301. et 318), quod in heros maxime quadrat. — Usurpatur autem absolute, substantivorum et etiam adjectivorum more.

I.) Subst. ¶ 1. Apud scriptores, ex præcipuis hujus nominis viris memorantur — 1.°) Horatius, plenius *M.* vel *P. Horatius* ap. *Liv.* 1. 26., pater Horatiorum trigeminorum, memoratus *Martial.* 9. 42. « Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres ». Cf. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 3. 3. (33). et *Gell.* 1. 10. 1. — 2.°) Horatius, abs. dictus *Flor.* 1. 3. 4., *Auct. vir. ill.* 4., *Augustin.* 3. *Civ. D.* 14. et *Jorn. Rom.* 96. *M.*; sed enim et patrem prænomine *Publium* vocat *Liv.* 1. 24.sqq.; *Marcum* vero appellant *Cic. Mil.* 3. 7. et *Val. Max.* 8. 11 (coll. 6. 3. 6). — Fuit autem interfector trium Curiatiorum, ut notissimum est, ac sororicida dictus *Victorin.* in *Rhet. Cic.* 1. 30. *p.* 238., coll. 2. 26. *p.* 284. *Halm*; ideo capitis damnatus populi Romani comitiis, sed quum ad hunc provocasset, etiam patre intercedente, liberatus est (*Cic. Mil. Val. Max. loc. cit.*). — In plur. num. *Horatii Trigemini* v. *Tergemini* vocati *Liv. epit.* 1., coll. *Macrob.* 1. *Sat.* 5. 1., qui cum tribus aliis fratribus (*V.* CURIATII) certarunt; ex iis autem duo perierunt, sed tertius, quo de agimus, victor superfuit. — Extra portam Capenam erat campus, ubi pugnarunt, et sepulcrum, teste *Martial.* 3. 47. — Argumentum inde est depromptum, satis tritum, rhetoricis exercitationibus (*Cic. inv.* 2. 26., *Quintil.* 3. 6. 76., 4. 2. 7., 5. 11. 10. et 7. 4. 8. et *Victorin. l. c.*); quamquam hæc narratio fabulam redolet, sive quia fontes, unde est desumpta, sibi invicem repugnant, teste *Liv.* 1. 24.; sive quia absurdum videtur sortem duorum populorum his tam paucis commissam fuisse defensoribus. Fortasse sororis occisio mythus est, quo ritus piacularis adumbratur de sororio tigillo (*Schol. Bob.* in *Mil. p.* 297. *Or.*: cf. *Plut. par. min.* 16. et *De-Sanctis, St. d. Rom. I. p.* 368.sq.). — 3.°) Horatius (M.) Barbatus, tantum *Barbatus* ap. *Chronogr.* a. 354. et *Fast. Hisp.*, et *Horatius* ap. *Manil.* 1. 781. et ap *Cassiod.* in *chron.* est *M. Horatius*, plene ap. *Dionys.* 11. 4. 5. Μάρκος Ὡράτιος Βαρβάτος, et in *Fast. triumph. Capit.* plenius *M. Horatius M. f. Barbatus*, pleniasime vero *M. Horatius M. f. Turrinus Barbatus* ex frgm. *Fast. Fer. Lat.*, repertis in monte Albano ap. *Joh. B. De-Rossi* in *Ephem. epigr. II. p.* 95.sqq., qui ea optime illustravit. — Fuit autem cons. creatus a. 449. a. Chr. per interregem una cum L. Valerio Potito, postquam vehementer curaverant ambo, ut decemviri se magistratu abdicarent, et, pontifice maximo comitia habente, tribuni plebis crearentur (*Liv.* 53.seqq.). — Porro novi consules tres rogationes fecisse dicuntur, a comitiis populi adprobatas, nempe: « ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet: qui creasset, eum jus fasque esset occidi »; mox « ut qui tribunis plebis, ædilibus, judicibus decemviris nocuisset, ejus caput Jovi sacrum esset »; postremo « ut quod tributim plebes jussisset, populum teneret » (*Liv.* 3. 55., coll. *Cic.* 2. *Rep.* 31. 54). Quæ tamen rogationes ex pluribus rationum momentis spuriæ esse videntur (Cf. *De-Sanctis op. cit. II. p.* 52.sq.). Ceterum, his consulibus, firmata est potestas tribunicia et plebis libertas. Nec horum prudentia tantum enituit, sed et virtus bellica; nam, orto bello contra Sabinos et Æquos, de illis victor evasit Horatius, de his vero Valerius in Algido (*Liv. ibid.* 57. et 60-63), ita ut populi jussu, sed senatu renitente, triumphum agerent (*Id. ibid.* et *Fast. triumph. Capit.* a. 449). — 4.°) Horatius, *Cocles* cognomento, quo tantum laudant *Virg.* 8. *Æn.* 649. et *Serv.* ad *l.*, *Manil. loc. cit.* et *Sil. It.* 10. 484. — Fuit autem vir animi magnitudine insignis, qui Etruscis, Romam invadere paratis, unus in ponte sublicio obstitit, « ipso miraculo audaciæ obstupefaciens hostes (*Liv.* 2. 10), a tergoque pontem interscindi jussit (a. 246. a. Chr.); quo rupto, ipse, sicut erat armatus, in Tiberim desiluit multisque superincidentibus telis incolumis ad suos tranavit, rem ausus plus famæ habituram ad posteros quam fidei » (*Id. ibid.*). — Grata itaque, inquit *Liv. ibid.*, erga tantam virtutem civitas fuit: statua in comitio posita, quam equestrem fuisse ait *Plin.* 34. *Hist. nat.* 5. 11. (22). et suo tempore adhuc exstantem, sed « de cælo tactam » narrat *Gell.* 4. 5.; præterea agri quantum uno die circumaravit, datum. Nec publica tantum, sed et privata studia eminuerunt; nam « in magna copia pro domesticis copiis nousquisque aliquid fraudans se ipse victu suo contulit », ut subdit idem *Liv. ibid.* — Laudant heroa *Cic. par.* 1. 2. 12., *off.* 1. 18. 61. et alib., *Liv. epit.* 2., *Val. Max.* 3. 2. 1. et 4. 7. 2., *Flor.* 1. 10., *Frontin.* 2. *Strat.* 13. 5., *Ampel.* 20., *Manil.* 4. 32., *Sil. It. loc. cit.*, *Senec. ep.* 120., *Virg.*

8. *Æn.* 649., *Juvenal.* 8. 264., *Claudian. carm.* 8. 406., 18. 445. et alib., *Sidon. carm.* 5. 70. — Etiam Cocles (cf. cyclops, h. e. monoculus) inter mythicos heroas hodie detruditur, in populi Romani decus a veteribus inventus (Cf. *Enn.* ap. *Varr.* 7. *L. L.* 71. et de mytho *Pais, St. di Rom. I.* 1. et *Schwegler II.* 1). — Addimus, post Coclitem, religiosum fuisse ponti sublicio clavos ferreos adhibere (*Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 23. [100]). — Effigies ejus incisa est in nummo Antonini Pii (*Eckhel*, 7. *p.* 32) et in nummo cuso ætate Trajani (*Borghesi, Œuvr. I.* 218., coll. *Momms. H. de la Monn. Rom. II.* 222. *V.* etiam *Cohen, Méd. d. l'emp. R. II.* 283. *n.* 127. et *Fröhner, Méd. de l'emp. R.* 60). — 5.°) Horatius Flaccus, præn. *Quintus*, teste ipso 2. *Sat.* 6. 37., sed, omisso sæpe præn., *Horatius Flaccus*, ut ap. *Censorin. d. nat.* 17. 9., *Plin.* 10. *Hist. nat.* 52. 74. (145). aliosque; sæpissime vero *Horatius* tantum, ut ap. *Tac. orat.* 20., *Juvenal.* 7. 62., *Plin.* 9. *ep.* 22.; vel *Flaccus* simpliciter, ut ap. *Martial.* 1. 106., *Pers.* 1. 116., *Juvenal.* 7. 227., *Auson. edyll.* 4. 56., *Sidon.* 9. *ep.* 13. in *carm.* et *carm.* 4. 9. et *alib.* et *Hieronym. apol. c. Rufin.* 1. 1. et imprimis ap. ipsum *Horat. epod.* 15. 12. et 2. *Sat.* 1. 18. — a) De ejus vita. Q. Horatius Flaccus natus est in oppido Venusia (*Suet.* in *vit.* et *Horat.* 2. *Sat.* 1. 34), colonia militari in finibus Lucaniæ et Apuliæ (*Horat. ibid.*), prid. non. Dec. a. 689 = 65. a. Chr. (*Id.* 1. *ep.* 20. 27., *epod.* 13. 6. et 3. *Od.* 21. 1); matre, quæ brevi, ut videtur, mortua est, et patre libertino (*Id.* 1. *Ep.* 20. 20), non divite, qui, patriis scholis minime contentus, una cum filio Romam (*Id.* 1. *Sat.* 6. 72) se contulit ibique auctionum coactor vel salsamentarius, suis auctis reditibus, puerum instituendum commisit magistris notioribus, inter quos Lucius Orbilius Pupillus « major fama quam emolumento et in docendo ferula scuticaque usus » (*Suet.* in *vit.*, coll. *Horat.* 2. *Ep.* 1. 71); nec tamen a maximis de eo curis abstinuit, quin immo magistrorum præceptis monitisque sua quoque sollicitus adjunxit (*proœm. od.* 1. 34), dignus qui a filio postmodum monumentum ei dicaretur « ære perennius » in Sat. IV. et VI. primi libri, quod et in ipsius poetæ honorem cessisse nemo non videt. — Ibi puer adhuc Latinos et Græcos rite legere et ante ceteros Homerum admirari didicit (2. *Ep.* 2. 42-43. et 1. 70-71). Porro ex 1. *Sat.* 4. 115. conjici potest patrem Horatii destinasse, ut filius, a grammaticis Romæ satis eruditus et in Græciam dein translatus, sapientiæ professores Athenis audiret. — Roma, patre fort. mortuo, profectus, in Græciam abiit, ut incepta studia litteraria, præsertim vero philosophica, perficeret, quorum quoddam centrum et fomes erant Athenæ, ca. a. 45. a. Chr. Hoc autem pæne pro certo habere possumus Horatium Athenas euntem sibi proposuisse, sapientiæ studiis se tradere, ut sermonibus, ad exemplar Platonicum faciendis, mores civium Romanorum olim emendaret ac dociles animos deduceret ad bonam frugem (*Ritter loc. cit.*); quo quum venisset, Brutus, Cæsaris interfector, ibi tamquam libertatis vindex libentissime exceptus, in partes traxit suas Horatium aliosque juvenes Romanos eumque tribunum militum fecit (*Id.* 1. *Sat.* 6. 48) duxitque in Macedoniam et in Asiam, dum a. 42. prœlio Philippensi et ipse est victus, tribunus iste repentinus ac novicius, et, post multa pericula (« o sæpe mecum tempus in ultimum ») « relicta non bene parmula » (*Id.* 2. *Od.* 7. 1-9), in fugam se dedit militiamque abdicavit. — Romam ex triumvirum indulgentia reversus, agello paterno amisso et ob id in pauperiem lapsus, « venia impetrata », scribæ quæstorii munus ab Augusto obtinuit, totumque insuper ad vitam commodius sustentandam componendis versibus se dedidit: « Et laris et fundi Paupertas impulit, audax ut versus facerem »: ita ille 2. *Ep.* 2. 51.sq. — Editis carminibus statim famam sibi comparavit, cujus ope amicitiam iniit cum viris id temporis illustrioribus, Virgilio nempe et Vario, qui juvenem poetam Mæcenati commendarunt adeo ut hic in suorum numerum seu circulum eum exceperit (*Id.* 2. *Sat.* 6. 40., coll. 1. *ibid.* 6. 41-61) ac donaverit ca. a. 33. villa et prædio in Sabinis (*Id.* 3. *Od.* 4. 21., coll. 2. *Od.* 18. 14. et *Suet.* in *vit.* ad *fin.*), post fanum Vacunæ (*Roccagiovine?* - *Id.* 1. *ep.* 10. 49), seu Victoriæ, in agro Variano (*Ibid.* 14. 3), loco montano et silvoso (*Vicovaro*) ad rivum Digentiæ (*Ibid.* 18. 104.sq.), fluentem inter prædium et Mandelam, et fort. alia villula in Tiburtino (*Ibid.*). Hinc se Sabellum vocat (1. *Ep.* 16. 49), « satis beatus unicis Sabinis » (2. *Od.* 18. 14). — Deinde per Mæcenatem, qui Horatium acri ingenio ac poetica vena eximie præditum admirabatur simulque comem agnoscebat et festivum, in familiaritatem venit Augusti, qui eum percarum habuit, ut pluribus narrat *Suet. loc. cit.*, atque una alteraque liberalitate locupletavit solebatque inter alios jocos homuncionem lepidissimum appellare; erat enim habitu corporis brevis atque obesus, qualem ipse in Satiris se describit (2. *Sat.* 3. 308. et 1. *Ep.* 20. 24). — Obiit paulo post Mæcenatem V. kal. Dec. a. 8. a. Chr. et ætatis LVII., herede Augusto palam nuncupato, sepultusque est in Esquiliis juxta Mæcenatis tumulum (*Suet. loc. cit.*, coll. *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CXCII. 4), vir non solum ingenio et imaginandi vi insignis, sed a quibusdam vitiis, si ejus verbis habenda fides, immunis, ut 1. *Sat.* 6. 68. « neque avaritiam neque sordes neque mala lustra Objiciet vere quisquam mihi ». et 1. *Ep.* 20. 25. « Irasci celerem, tamen ut placabilis essem ». Verum in ejus carminibus nec adulatio, nec scurrilitas nec obscenitas desunt, quibus ceteroquin et Græci et Latini poetæ fere omnes plus minus indulgent, vitæ ut plurimum inhonestæ indicia. Præterea fuit deorum contemptor (1. *Sat.* 5. 101.sqq., coll. tamen 1. *Od.* 34); nulli sectæ philosophicæ addictus (1. *Ep.* 1. 16.sqq.); asper erga inimicos, amicis patiens ac fidus; suæ libertatis tenax; procul a fastu strepituque Urbis silentia amans vitæ campestris; nec Augusto ingratus nec servus; aliorum carpens vitia nec sua occultans; custos et satelles veræ virtutis (1. *Ep.* 1. 17); ab honorum cupiditate vacuus; in prosperis atque adversis æquanimus; plerisque omnibus carus. — b) De scriptis. Odas et epodos (ita dictos συναδοχικῶς a partibus versuum, quæ legitimis et integris versibus ἐπᾴδονται, i. e. accinuntur: *Diomed. I.* 485) composuit lyricis carminibus, satiras seu sermones et epistolas hexametris dactylicis. — Priorem locum obtinent *Satiræ* seu Sermones primi libri et *Epodi*; hi enim scripti fuere a. 40-31.; liber autem *primus*, sc. satir., c. a. 35., *secundus* vero intra a. 30. — *Carminum* seu Odarum (n. 104) *libri tres priores* intra a. 23. — *Epistolarum liber primus* a. 20. — *Carmen sæculare* a. 17. eodemque anno edit. — *Carminum liber quartus* intra 13., quo postremo est etiam edit. — *Epistolarum liber secundus* post Carmen sæculare, quarum, quæ ad Augustum, est script. a. 14., altera ad Florum a. 18., tertia denique, sc. *Ars poetica*, probabiliter haud multo post secundam. — In *Anthol.* vero *Lat.* ed. *Meyer* duo carmina Horatio tribuuntur *n.* 114. et 115. tanto poeta indigna. *V.* quæ ipse editor adnotat ad *n.* 114. *p.* 59.sqq. — Videtur etiam inter *Græcos* homines quosdam epodos *Græcis versiculis* primo composuisse (Cf. 1. *Sat.* 10. 31), quos, in patriam reversus ac melius re pensitata, *Latinis* mutavit (*V. Ritter proleg.* in *Hor. IV. p. XVI*). — Porro versus Horatiani ad viginti duo genera rediguntur, quæ ex celebrioribus lyricis Græcis Latinus poeta est mutuatus; metra vero, quibus usus est, novendecim omnino numerantur (Cf. *Stempliger, PWK* 8. 2375.sqq.). — Poeta Venusinus Græcos est quidem imitatus, at non serviliter. In *Epodis* (n. 17), inter odas et satiras aptissime insertis, quos ipse « iambos » appellat (1. *Ep.* 19. 23), plerisque de moribus, est « numeros animosque secutus Archilochi, non res » etc., cujus metricen, ut *ibid.* ait, primus invexit; falso tamen, siquidem ante eum iambis Archilochiis seu iambicis metris Catullus, Calvus aliique usi fuerant. Cf. tamen *Ritter* ad *l.* — In *Satiris* (n. 18) Lucilii successorem se probat, quamquam a Lucilianis argumenti natura hæ differant et indole ad νέαν κωμῳδίαν accedunt; eas vero non solum satiras sed et sermones, quia sermoni propiores, modestus vocat (1. *Sat.* 4. 42), licet haud minor in his condendis vis poetica requiratur, quam in sublimiore poesi. Hanc autem eis inesse facile intelligitur, sive considerentur vividæ rerum descriptiones, sive mira indolis personarum pictura, sive metricæ ars numquam satis laudanda. — *Epistolæ* (n. 22. v. 23) quæ sunt maturioris ætatis opus, in litterariis potius rebus ac morum documentis tractandis versantur (2. *Ep.* 2. 141.sqq.), ubi et doctrina elucet ac prudentia, quibus possint homines « veræ numerosque modosque ediscere vitæ » (*Ibid.* 144); aliquando vero lepos quidam et acumen singulare, ut, quæ sit instar omnium, epistola nona libri primi, qua poeta amicum suum Septimium Tiberio commendat. Id autem Horatius tamquam proprium scribendi munus per totam vitam sectatus est, ut satiris seu sermonibus vitia exagitaret, epistolis virtutem, salse quamvis, commendaret et officia doceret, quorum unicuique interesse debet (Cf. 1. *Sat.* 4. 39-62., 10. 46.sqq.; 2. 1. 57.sqq. et 8. 9. sqq.). — *Odis* denique (n. 104) Horatius profecto sibi « monumentum ære perennius » erexisse dici potest, ubi et Alcei (quem « ego (*inquit*) non alio dictum prius ore, Volgavi fidicen »: 1. *Ep.* 19. 32) et Sapphus et Anacreontis ac generatim priscorum, Alexandrinis posthabitis, poetarum vestigia est persecutus, non exscribendo, sed imitando (Cf. *Art. p.* 268.sq.), non ut pedisequus, sed ut qui exemplaria intuens suo penicillo suisque coloribus alia expingit: sane, ut quoddam in exemplum adferamus, aliquot ex odis, quæ civilia pertractant, et carmen sæculare nihil præ se ferunt, quod dici liceat vel plagium vel imitationis opus. Quapropter jure in ode, quæ quasi epilogus est librorum I-III (3. 30) ipse de se canit: « Exegi monumentum ære perennius - Non omnis moriar multaque pars mei Vitabit Libitinam: usque ego postera Crescam laude recens - Dicar - Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos: sume superbiam Quæsitam meritis ». — Hinc mirum non est, si innumeri sunt, qui eum, stili simplicitate, linguæ elegantia, metricæ accuratione, lyrica vi excellentissimum laudibus cumulant, ut *Ovid.* 4. *Trist.* 10. 49. « Detinuit nostras numerosus Horatius aures Dum ferit Ausonia carmina culta lyra ». et *Quintil.* 10. 1. 96. « Lyricorum - Horatius fere solus legi dignus. Nam et insurgit aliquando et plenus est jucunditatis et gratiæ et varius figuris et verbis felicissime audax ». *Petron. sat.* 118. « Horati curiosa felicitas ». Adde *Senec. ep.* 86. 12., 119. 14. et 122. 22. et *apocol.* 13. 2., *Sidon. ep.* 2. 9., 8. 9. et 11. in *carm.* et 9. 15. in *carm.* et *Augustin. c. mend.* 28. et *de quant. an.* 28. *n.* 41. et *Hieronym. ep.* 6., 22., 57., 79. et 133. — Habuit tamen Horatius et ipse suos obtrectatores; hæc enim est unica debilium ingeniorum vis, quæ quum nihil de suo penu possint exprimere, sibi famam summis ingeniis quæritant oblatrando. Fuerunt isti *Pantilius* quidam, *Demetrius, Fannius*, imprimis *Tigellius Hermogenes* et *Bavius* ac *Mævius* et *Furius Bibaculus*, de quibus vd. *Weichert, poet. lat. p.* 270-330. — Interpretes Horatii veteres fuerunt *Acron* et *Porphyrion*, quorum commentarii integri et illibati ad nos non pervenerunt (V. *Ritter* et *Keller*). Alios tamen habuit commentatores, ut *Julium Modestum, Valerium Probum, Terentium Scaurum* et fort. etiam *Claranum*. — De *comment.* et *scholiis* veterum scripserunt *Schweichert* Münster 1864. et *Hirschfelder* Berl. 1862. — De codd. *Mitscherlich, Hauthal, Kirchner, Keller, Ritter* etc. — Vitam Horatii scripsit, sed paucis, *Suet. de viris ill.*: vd. *Reifferscheid, Rel. Suet.* 44., et aliam deperditam memorat *Christ, Horatiana* (*S.-Ber. Ak. Münch.* 1893. *p.* 61. et 76); ex recentioribus vero fusius plurimi, inter quos *Visconti* in *Iconogr. Rom. p.* 377-387., qui et effigies ejus illustrat, ex nummis, qui vulgo *contorniati* dicuntur; *Teuffel-Kroll, R. Lit. Gesch. II.* 234-240. et *Schanz, R. Lit. Gesch. II.*² 133-196. — De eius indole: *Feldbausch* Heidelb. (1839), *Gnesotto* Padova (1887-1888), *Bastari* Milano (1892) etc.; de poesi: *Œsterlen* Stuttg. (1885), *Gnesotto* Padova (1889-1891), *Poiret* Paris (1890), *Herman* Leiden (1890), *Kieroski* Buczacz (1902), *Fuochi* Rom. (1906), *Patin* Gotha (1907), *Slaugh-*

ter (1908), *Manucci* Napoli (1916); de imitatione: *Grotefend* (1844), *Michaelis* (1857), *Garke* Halle (1860), *Thallwitz* Leipz. (1874), *Heinze, Hor.-Bion. imit.* (1889), *Düntzer, Catull u. Hor.* (1893), *Maccari, Bacch. e Oraz.* Urbin. (1899), *Leo, Hor.-Ach.* (1900), *Merrill, Lucr. a. Hor.* Calif. (1905), *Schmidt, Hor. u. Prop.* Leipz. (1904), *Rand, Hor. u. Ovid.* (1904), *Cartault, Hor. et Tib.* (1906), *Jäger, Hom. et Hor.* Münch. (1905) etc.; de lingua: *Cerny* Brünn (1878), *Clevers* Jena (1907); de metrice: *Lehrs* Leipz. (1869), *Franzen*, Crefeld (1881), *Ehart* Wien (1889), *Bushnell* (1902), *Stampini* Torino (1908) etc.; comment.: *Ritter* Lips. (1856), *Bindi* Prato (1870), *Stiler* Zerbst (1884), *Albrecht* Hamb. (1885), *Jäger* Berl. (1894), *Friedrich* Leipz. (1894), *Cima* Torino (1900), *Schultess* (1902), *Matschky* Krotosch. (1904), *Grossmann* Marienw. (1905), *Damsté* (1906), *Volkmann* Bresl. (1906), *Fuochi* Roma-Mil. (1906), *Volkmann* Bresl. (1906), *Kiessling* (1908-14), *Rasi* (1909) etc. — Postremo non ab re est hic animadvertere Horatium, ut a veteribus, ita a recentioribus magno in pretio habitum, a quibusdam tamen immodicis poetam omnibus absolutum numeris adeo censeri, ut si quid in eo occurrat, quod perfectioni minus conveniat, hoc tamquam spurium transverso calamo expungendum judicent. Horum primas sibi vindicat *P. Hofman Peerlkamp*, quem secuti sunt *Martin, Meineke, Dychoff, Prien, Ljungberg, Gruppe, Lehrs* etc. Cf. de hac re *Teuffel, Müller, Graser, Hoffmann, Madvig, Kantor, Schanz*. — 6.°) C. Horatius Pulvillus, Γαΐος Ὁράτιος ap. *Dionys.* 9. 18., item *C. Horatius* simpliciter ap. *Liv.* 2. 51. et *Cassiod.* in *chron.*, abs. *Pulvillus* ap. *Chronogr.* a. 354., plenius Γαΐος Ὁράτιος Πολύειδος, sed minus recte, ap. *Diod.* 11. 53. — Consul fuit creatus cum T. Menenio Lanato a. 477. a. Chr., quibus consulibus ad Cremeram trecenti sex Fabii a Vejentibus in prœlio occisi sunt (*V.* FABIUS), teste *Liv.* 2. 50. et 51. — Contra eos statim, ne Urbem invaderent, missus est Menenius, sed nisi a Volscis revocatus esset Horatius, qui æquo saltem marte cum hostibus pugnavit ad Spei prope portam Collinam animosque militum refecit et ad futura prœlia paravit (*Liv. loc. cit.*), obsessa Roma fuisset. — Iterum consul processit a. 457. cum Q. Minucio Esquilino, certavitque in Algido cum Æquis, quos fudit fugavitque et Corbionem oppidum diruit ob proditum præsidium (*Liv.* 3. 30). — Deinde augur a. 453., sed pestilentia affectus vita excessit (*Id. ibid.* 32). — 7.°) M. Horatius Pulvillus, ap. *Liv.* 2. 8., *Tac.* 3. *Hist.* 72. et *Cassiod.* in *chron.* dictus *Horatius Pulvillus*, ap. *Dionys.* 5. 19. Μάρκος Ὁράτιος itemque ap. *Augustin.* 3. *Civ. D.* 16. *M. Horatius*. — Fuit autem cons. suffectus in locum Sp. Lucretii, a. 509. a. Chr. creatus cum Valerio Publicola eoque ipso anno in Capitolio ædem Jovis dedicavit, dum collega ad Vejentium bellum erat profectus (*Liv. loc. cit.*), Valerii tamen necessariis usque eo obsistentibus, ut dum cærimoniam perageret, ei nunciandam curaverint filii mortem, ad hunc finem, ut, funesta familia, templum dedicare non amplius ei liceret. Verum ipse, minime a proposito aversus, ad se filii cadaver adferri jussit, utrum de re dubius an animo infractus, statui nequit, teste *Val. Max.* 5. 10., 1., *Cic. Dom.* 54. 139. et *Symm.* 3. *ep.* 6., coll. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 8. — Contra ex *Tac.* 3. *Hist.* 62. conjici potest, templum fuisse ab Horatio et quidem magnificentissime dedicatum in secundo ejus consulatu, nempe a. 507. cum eodem P. Valerio Publicola III. cons. (*Dionys.* 5. 21. Cf. tamen *Liv.* 2. 15). ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Corp.* 8. 5592. et 20684. — *Ibid.* 10. 8053 (159). et *Horatia*, nom. mul. ap. *Garrucci Syll.* n. 1261., in quibus deest aspiratio. — Antiquæ *Horatiæ*, quam frater dicitur occidisse, sepulcrum Romæ fuit, ante portam Capenam. *Liv.* 1. 26. « Horatiæ sepulcrum, quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato ». — Hinc *Horatianus* (*Oratianus*) — *a)* Subst., cogn. vir. *Corp.* 3. 196. — *b)* Adj., ad Horatium aliquem pertinens, ut *Horatianus* ventus dictus Atabulus a *Gell.* 2. 22. 25., quia ita appellatur *Hor.* 1. *Sat.* 5. 78. Sic *Augustin. ep.* 178. Horatiana sententia. *et Hieronym. ep.* 10. meritum.

II.) Adject., est ad Horatiam gentem vel Horatium aliquem pertinens. — *a)* De pers. *Liv.* 1. 26. gens. *Manil.* 1. 778. proles (utrobique dictum de Horatiis trigeminis). — Hinc et *Horatia pila*, locus Romæ, ubi fixa sunt spolia Curiatiorum, teste *Liv.* 1. 26. Adde *Propert.* 3. 3. 7. Cf. *Dion. Hal.* 3. 22., *Jordan, Top. II.* 394. et *Richter, Top. d. Stadt Rom* 85. — *b)* De aliis, ut *Horatia virtus* ap. *Virg. Culex* 361., sc. Horatii Coclitis. — *Horatia lex*, triplex, quam tulit M. Horatius Barbatus cons. a. 449. a. Chr. (*V.* quæ diximus ad v. M. HORATIUS BARBATUS) cum L. Valerio Potito; hinc factum est, ut ex utriusque consulis nomine *Horatia* simul et *Valeria* diceretur. — Aliam legem *Horatiam* memorat *Gell.* 7. 7. de virgine Vestali Taratia; sed quinam fuerit Horatius hujus lator, non constat. — *Horatia tribus* in *Corp.* 3. 8849., ap. *Wilm.* n. 681., *Orelli* n. 2217., *Marini, Fr. Arv. p.* 380. et *Kellerm. Vigil.* 102., c. 2. l. 17., cui plures civitates fuere adscriptæ, ut ex hisce inscriptionibus patet. — *Horatia pila*. *V.* supra.

HORCOS, i, m. 2. fluvius Thessaliæ, de quo *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (31). *de Peneo*, ubi alii leg. *Orcos*. Cf. *Lucan.* 6. 375.*sqq*.

HORDEŌNIUS, ii, m. 2. nom. vir. gentis notissimæ, quod varie scribitur, ut *Hordionius*, *Hordonius*, *Hortionius*, fort. ductum ab *hordeo*, peculiari cura colendo (*Viscont. opp. var. I. p.* 76). *Corp.* 10. 3063. et 4171.; et *Hordeonia*, nom. mul. *C.* 10. 8430. et 4170. — Fuit hoc nomine *Hordeonius Flaccus*, legatus Germaniæ superioris (*Tac.* 1. *Hist.* 9) a. 69. p. Chr. in Mogontiaco (*Momms. RG. V.* 117), vir ignavus, senectute ac debilitate pedum invalidus, animo inconstans, a militibus contemptus (*Tac. loc. cit.* et 4. *ibid.* 19), cui a Vitellio imp. « cura ripæ (*Rheni*) permissa » (*Id.* 2. *ibid.* 57). Aliquando veteres milites, a Vespasiano desciscentes, ut etiam auxilia e Gallia profecta, militiam sine affectu, ad sacramentum dicendum, instantibus etiam tribunis, adegit; sed Vespasiani nomen hæsitantes aut levi murmure et plerumque silentio transmittebant (*Id.* 4. *ibid.* 31); denique, quum donativum, quod compertum fuit a Vitellio, missa pecunia, datum, statim, sed nomine Vespasiani, distribuisset, effusi milites in luxum et epulas et nocturnos cœtus, veterem in Hordeonium iram renovarunt, ac nullo ex legatis tribunisque obsistere auso, eum e cubili protractum interfecerunt (*Id. ibid.* 36).

HŌRĒB, indecl. (Hebr. *Hhôrêb* « siccus v. desertus », *LXX.* Χωρήβ, ap. *Vulg.* plerumque *Sinai* [*Exod.* 3. 1., 17. 6., 28. 6.; *Deut.* 1. 2., 6., 19.; 4. 10. 15. et *alib.*, 3. *Reg.* 8. 9. et 19. 8.; 2. *Par.* 5. 10., *Ps.* 105 [106]. 19.; *Mal.* 4. 4. etc.]) mons Arabiæ, celeberrimus ob visiones Moysis, qui inde missus a Deo est in Ægyptum (*Exod.* 3. 1. *sqq.*): tum etiam ob prodigium aquarum e petra erumpentium (*Ibid.* 17. 6), ob tabulas legis ibi positas ac fœdus a Deo cum populo ictum et ob hujus in eum rebellionem (*Deut.* 29. 1., 3. *Reg.* 8. 9., coll. 2. *Par.* 5. 10. et *Ps.* 105 [106] 19). — Interpretes antiquiores docent olim non fuisse unum idemque Horeb et Sinai; recentiores vero in duas sententias abeunt, eorum nempe qui totum montem Horeb appellandum esse adfirmant, Sinai vero illam partem, in qua lex a Deo data est Hebræis; alii contra Horeb putarunt partem humiliorem septentrionalem, Sinai vero australem, et quidem altiorem, quæ altera interpretatio magis textui congruit, in quo Hebræi dicuntur castrametati juxta « petram Horeb », sed lex promulgata in « deserto Sinai » (Cf. *Exod.* 17. 6. et 19. 2). — *Choreb* rectius appellatur *Hieronym. onom. p.* 375. *P.*, ubi hunc a Sinai distinguit; mox vero subdit: « mihi autem videtur, quod duplici nomine idem mons nunc Sinai, nunc Choreb vocatur ».

HŌRĒSIUS (Oresius), ii, m. 2. (fort. ab ὄρος, *mons*, quasi sit *montanus*) cogn. vir. *Corp.* 5. 5965. — Fuit etiam ita vocatus familiaris quidam *Sidonii*, ut constat ex ejus *ep.* 9. 15., ad illum scripta a. 482., nisi est *Orentius*, episc. Tarraconensis, dein Hispalensis, ut nonnulli arbitrantur. Ceterum *Horesius* dictus est etiam episc. quidam Massiliensis, ut patet ex Synhodica ad Silvestrum papam, ap *Migne, P. L. VIII.* 816.

HŌRĬA, æ, f. 1. (ὡρία, *tempestiva, matura*) nom. gent. mul. Græcan., in *Corp.* 3. 2356. et ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 252. — Est etiam cogn. mul. ap. *Grut.* 1144. 9.

HORISĪUS, ii, m. 2. fluvius Propontidis, memoratus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (142).

HORMA (Erma), oppidum vetustum Palæstinæ, hod. *Sbaita*, memoratum *Vulg.* 1. *Par.* 4. 30. — *Erma* ap. *Hieronym. onom. p.* 191. *P.*

HORMISDA, æ, m. 1. (Ὁρμίσδας v. Ὁρμίσδης v. Ὁρμήσδας) Scribitur varie, ut *Hormisda* v. *Hormisdas, Hormida, Hormizda* v., omissa aspiratione, *Ormizda* ap. *Ammian.* aliosque. Cf. hod. *Hormuz* Orientalium. — Origo vocabuli videtur Persica, quo reges Persarum antiquitus nuncupabantur; sed etymon latet. — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Hormisda, rex Persarum, I. hujus nominis (a. 271-273), Saporis I. filius, frater Varanis II., sui successoris, cujus meminit *Eumen. pan. XI(III).* 17. 2., ubi *Ormies* dicitur. Cf. *Nöldeke, Tabar.* 50. 2. ¶ 2. Hormisda II., rex Persarum a. 302-309., filius Narsei, cui successit, pater Adanarsis Hormisdæ et Saporis II., teste *Eutrop.* 9. 25., qui refert eum cum Narseo in Armenia majore dimicasse. ¶ 3. Hormisda, filius fort. præcedentis, pater Hormisdæ, teste *Ammian.* 29. 3. 12., coll. *Zosim.* 4. 8. 1., vir regalis potius, ut eum vocat *Ammian.* 16. 10. 16., quam rex; odio namque magnatum in vincula est conjectus a Sapore II., postea vero uxoris industria liberatus ad Constantinum M. confugit (*Zosim.* 2. 27. et *Zonar.* 13. 5); dein sub Juliano imp. dux exercitus contra Persas bellum gessit a. 363., ut tradit *Ammian.* 24. 1. 2.*sqq.* et *alib.* ¶ 4. Hormisda, filius præcedentis, qui Procopio tyranno adhæsit contra Valentem imp., de quo *Ammian.* 26. 8. 12. *V.* loc. integr. ¶ 5. Hormisda, pontifex Romanus a. 514-523., natus Frusinone in Campania, successor Symmachi. — Perdurante id temporis schismate, Acacii ep. Constantinopolitani pervicacia orto, novus pontifex sedulam operam dedit concordiæ restituendæ per litteras et legatos, Justini quoque imperatoris curis adjutus, nec frustra; pax enim brevi instaurata est et schisma deletum. Dein ob adlatam a quibusdam Scythiæ monachis propositionem theologicam, non tamen hæreticam, duce Maxentio, quibus ipse Justinianus imp. favebat, sanctus pontifex ad eum epistolam misit decretoriam, in qua sublimi theologia magnaque eruditione ac perspicuitate doctrinam de Trinitate divinarum personarum et de incarnatione Verbi, ne tribueretur toti Trinitati, quod proprium erat unius personæ, exposuit. Ne igitur novitatis studium, alias formulas invehendo ab eis, quæ a conciliis jam fuerant statutæ, inter Orientales præsertim satis in rebus fidei discordes, hanc iterum in discrimen vocaret; pontifex summa prudentia monachos illos contumaces ac superbos nec damnavit nec adprobavit, sed ad silentium redegit. — Multa porro statuit Ecclesiæ perutilia, de quibus consulendi sunt historici ecclesiastici et epistolæ *Hormisdæ*, cujus mentio sæpissime occurrit apud *Ennod.* et *Avit.* — Hujus sancti pontificis exstant epistolæ CL. ap. *Migne* (LXIII. 367), quarum novam editionem et quidem meliorem curavit *A. Thiel* (*Epistolæ Romanorum Pontificum genuinæ et quæ ad eos scriptæ sunt, a s. Hilaro usque ad Pelagium II.* Brunsb. 1868), in qua quæ spuria sunt ex decretis et ex litteris Hormisdæ, diserte ostenditur (V. *Thiel op. cit. II.* 739.*sqq.*).

HORMUS, i, m. 2. (Ὅρμος, *portus v. statio navalis*) cogn. vir. Græcan. *Corp.* 5. 1044. — Fuit etiam hoc nomine quidam Vespasiani libertus, homo fœdus, cujus culpa videtur excisa Cremona; sed insignitus nihilominus equestri dignitate (*Tac.* 3. *Hist.* 12. et 28. et 4. *ibid.* 39), qui pejores honorandi mos nondum est antiquatus.

HORONTĬĀNUS, i, m. 2. vir quidam « a primo flore pueritiæ heres Ecclesiæ », quæ eum suscepit per manuum impositionem Ambrosii, ut scribit ipse *Ambros. ep.* 70., coll. *ep.* 48.

HORRÆI et Horrhæi, ōrum, m. plur. 2. nom. gentis Chananææ (Hebr. *Hhôrî*: fort. a *hhor* « foramen, caverna »; *LXX.* Χορραῖοι vel Χορρί; sic Vulg. *Chorræi* semel [*Gen.* 14. 6], alib. fere semper *Horræi*) nom. gentis, quæ prior Idumæam incoluit (*Deut.* 2. 12), a ducibus recta, qui *allûphîm* dicuntur (1. *Par.* 1. 38.*sqq.*). Communiter putantur fuisse troglodītæ seu habitantes in cavernis (Cf. *Job* 30. 6), quæ plurimæ, etiam hodie, cernuntur in Arabia Petræa vel Idumæa; unde etymologi eorum nomen deducunt (*V.* supra). — Temporibus Abrahami victi fuerunt a Chodorlahomor aliisque regibus fœderatis (*Gen.* 14. 6). — Porro videntur ex iis fuisse, qui Raphaim et Enacim vocantur (*Deut.* 2. 10-12. et 20-22), antequam Chananæi Palæstinam occuparent, dein a posteris Esau ex monte Seir depulsi, ubi sedem suam jamdiu constituerant. — Postremo, advenientibus Hebræis in terram promissam, exterminati non sunt, ex eo quod jam cum Idumæis et Amalecitis fuerant commixti. — *Hevæus* pro *Horræus* legitur ap. *Vulg. Gen.* 34. 2. et 36. 2., sed perperam (*Nickes de libr. Esther I.* 119). Cf. *v.* 20. et 24. et 1. *Par.* 1. 38. et 40.; item *Gen.* 36. 20-38., ubi nom. vir. *Hori* occurrit, quod idem est ac ὁ *Horræus*.

HORRE, es, f. 1. oppidum Mesopotamiæ, memoratum *Ammian.* 18. 10. 1.

HORRĔA Aninicensis, oppidulum in provincia Byzacena, cujus mentio est in *Gest. Collat. Carth. Cognit. I.* 198., ubi *Horrea Aninicensis* pro *Anicensis* dicitur minus recte, ut demonstrat *Morcelli* in *Afr. Chr. I.* 186.; *Horrea* vero idem est ac *Horreum* ob maximam frumenti copiam, quod in eis regionibus colligitur.

HORRĔUM, i, n. 2. nom. ex communi proprium quorundam locorum, pro quo interdum *Horrea* usurpatur. — Nonnulla hoc nomine recensentur, absolute vel cum addito et in sing. nom. vel plur. usurpata. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) *Horreum* absolute, in Epiro, ap. *Liv.* 45. 26. et in nummis ap. *Eckhel*, 2. *p.* 165. — 2.°) *Horreum Margi*, oppidulum Mœsiæ, in *Itin. Ant. p.* 135., ubi *mansio* vocatur, ad fines Mœsiæ Daciam versus. ¶ 2. In plur. num. et abs. — 1.°) *Horrea*, oppidum Africæ in Mauretania Sitifensi, in *Itin. Ant. p.* 31., fort. hodie *Ain Zaida* (Cf. *Wilmanns* in *Corp.* 8. *p.* 722). — 2.°) *Horrea*, oppidum in Africa Byzacena, ap. *Rav. p.* 142. *V.* infra. — 3.°) *Horrea* in Gallia Narbonensi sive in Septimania, in *Itin. Ant. p.* 297., ubi *Ad Horrea* et ap. *Rav. p.* 243. et 339. *Orea*. — 4.°) *Horrea*, oppidum in Arabia majore, ap. *Rav. p.* 58. *Orea* emporium. — Cum addito: *Horrea Cælia* v. *Celiæ*, oppidum idem ac *Horrea* sub 2.°, hod. *Hergla*, memoratum in *Itin. Ant. p.* 66. et *Corp.* 8. *p.* 18. et 1162. — Addimus Romæ exstitisse — 1.°) *Horrea Agrippiana* in reg. VIII. Urbis, a M. Agrippa fort. ædificata. *Curios.* et *Not. Urb.* — 2.°) *H. Agrippiniana*, ab *Agrippina* dicta, Cæsaris uxore, in *Inscr.* ap. *Orelli* n. 5004. — 3.°) *H. Aniciana* in reg. Urbis XIII. *h. e.* ad radices Aventini, juxta Tiberim prope locum, dictum *La Marmorata*, ita fort. ab aliquo gentis Aniciæ appellata. *Curios. et Not. Urb.* — 4.°) *H. Galbana*, olim *Sulpicia*, fort. a Sergio Sulpicio Galba, cons. a. 108. a. Chr., cujus sepulcrum erat in margine sinistro viæ Ostiensis, postea ex cognomine Galbæ v. *Galbana* v. *Galbiana* dicta. *Not. dign. imp. occ.* 4. et *Inscr.* ap. *Orelli* n. 45. et 4092. — 5.°) *H. Germaniciana* in reg. Urb. VIII., fort. a *Germanico Cæsare*, Drusi filio, instituta. *Not. Urb.* — 6.°) *H. Leoniana*, memorata in *Corp.* 6. 237. — 7.°) *H. Piperatoria*, a Domitiano, sub quo « multæ operæ publicæ fabricatæ sunt: atria VIII., horrea piperatoria, ubi modo est basilica Constantiniana » exstructa, teste *Hieronym.* in *chron.* et *Catal. Imp. Vindob.* ap. *Urlichs, Cod. Top. p.* 189. etc. — Alia quoque extra Romam, ut *Horreum Pupianum* in *Inscr.* Ariminensi ap. *Grut.* 1074. 15. aliosque. — Item plurima in urbe Constantinopoli, ut ex *Not. Urb.* colligitur, nempe *Alexandriana, Constantiaca, Troadensia* etc. et *Horreum Theodosianum*.

HORTĀLUS (Ortalus), i, m. 2. cogn. vir., fort. ab *hortus* factum, quod adhæsit Hortensiæ genti, ex qua originem habuit celeberrimus orator, teste *Cic.* 2. *Att.* 25. et 4. *ibid.* 15. Hinc *Suet. Tib.* 47. « Hortalus, Quinti Hortensii oratoris nepos ». Adde *Tac.* 2. *Ann.* 37. Cf. *Catull.* 65. *init.*

HORTĀNUM, i, n. 2. oppidum Etruriæ, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 8. (52).; sed *Horta* ap. *Paul. diac.* 4. *Hist. Lang.* 8. et *Orta* in *Corp.* 6. 2380 (= 32522)., hod. *Orte*, municipium in via Flaminia *Corp.* 8. 4249. et 11. 3057-3072. et *Not. degli scavi* 1907. *p.* 434. — *Hortanus*, adj. *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 402. *n.* 302. — *Hortinus*, adj., ut *Hortinæ classes* ap. *Virg.* 7. *Æn.* 716., scil. « equites, unde et eorum tubas *classica* dicimus »: *Serv.* ad *l.* — *Hortini*, abs., incolæ Hortani seu Hortæ, ap. *Hygin. fab.* 274. — De loco *Afran.* ap. *Non.* 186. 4. *Marc. V. Ribbeck, Comic. fragm. p.* 206. *sq.* ed. alt. — *Hortenses*, idem. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (69). — Etiam incolæ *Urbinates* cognomine *Hortenses*, ap. *eund. ibid.* 19. (114).; et martyres quidam Africæ in *Inscr.* incisa in viva rupe ad Constantinam. *Corp.* 8. 7924.

HORTĀRIUS, ii, m. 2. Alamannorum rex in ea regione, quæ ad utrasque Mœni ripas protenditur, magis tamen ad meridiem versus. Hic cum Romanis bellavit a. 357. p. Chr., sed, quum res ipsi male caderent, postea Juliano imp. se subjecit a. 378., fidusque Romæ permansit. *Ammian.* 16. 12. 1.; 17. 10. 7. et 29. 4. 7.

HORTENSES. *V.* **HORTANUM**.

HORTENSĬĀNUS. *V.* **HORTENSIUS**.

HORTENSIS, is, m. 3. cogn. vir., ab *hortus* factum. *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 525. *l.* 15. — Hinc *Hortensis Juppiter* in *Inscr.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 390 = *Orelli, n.* 2396., ita fort. dictus a loco.

HORTENSĬUS, ii, m. 2. nom. vir., ab *hortorum* cultura factum. — Scribitur etiam *Ortensius*, sine aspiratione. *Corp.* 8. 4661. — *Ortesius* quoque, extrita, ut assolet, ante *s* litt. *n* (Cf. *Vel. Long. orthogr. p.* 2237. *P.*). *Corp.* 5. 1009. et 9. 6083 (76). ¶ 1. Apud scriptores memorantur præsertim — 1.°) Hortensius, legatus Sullæ in bello Mithridatico, qui Medos et Dardanos fudit fugavitque a. 85. a. Chr. *Gran. Licinian. ann.* 35. *p.* 35. *B.* — 2.°) Hortensius, prætor a. 170. a. Chr. initio belli Persici creatus sortitusque classem cum ora Græciæ maritima, crudelius se gessit; nam Abderitarum oppidum diruit, qui de hac re ante curiam conquesti sunt (*Liv.* 43. 4); sed horum principes interim securi percussi et sub corona ceteri sunt divenditi, quos tamen ea per legatos jussit, ut in libertatem dimitterentur (*Id. ibid.*). — 3.°) Q. Hortensius, dictator a. 286. a. Chr., seditionis sedandæ causa dictus, qui plebem tumultuantem pacatam e Janiculo deduxit; sed in ipso magistratu gerundo obiit. *Liv. epit.* 11., *Plin.* 16. *Hist. nat.* 10. 15. (37). et *Augustin.* 3. *Civ. D.* 17., ubi *Hortensius* tantum dicitur. — 4.°) L. Hortensius Hortalus, pater oratoris, vir integer, qui « ab æquitate, ab lege, ab institutis non recessit », ut ait *Cic.* 3. *Verr.* 16. 42., proprætore Siciliæ ca. a. 117. a. Chr. — 5.°) M. Hortensius Hortalus, pessimus Hortensii oratoris nepos, cognomento *Corbio*, qui « omnibus scortis abjectiorem et obsceniorem vitam » exegit inter lupanaria; ideoque in summam paupertatem est delapsus (*Val. Max.* 3. 5. 4). — Dein liberalitate Augusti illectus, qui eum pecunia donavit, ne clarissima familia extingueretur, uxorem duxit, a qua filios suscepit; verum brevi in egestatem recidit petiitque opem a Tiberio imp., qui ejus liberos sexus virilis pecunia adjuvit, non amplius dein misertus, quamvis « domus Hortensii pudendam ad inopiam delaberetur », ut scribit *Tac.* 2. *Ann.* 37. et 38., coll. *Suet. Tib.* 47. — 6.°) Q. Hortensius Hortalus, orator celeberrimus, L. Hortensii et Semproniæ filius, nat. a. 114. a. Chr., dictus abs. modo *Hortensius* (*Cic.* 13. *Att.* 6), addito aliquando præn. (*Plin.* 5. *ep.* 3), modo *Hortalus* (*Cic.* 2. *Att.* 25). — Fuit trib. pl. a. 90.; quæstor a. 80.; ædilis curulis a. 75 (*Cic.* 2. *Off.* 16. 57), qui ædilitatem magnificentissime gessit (*Id. ibid.*); prætor a. 72. de pecuniis repetundis (*Id.* 1. *Verr.* 14. 36); postremo consul cum Q. Cæcilio Metello Cretico a. 69 (*Ascon. Pis. p.* 129. *Or.*). — Uxorem duxit Lutatiam, Q. Catuli et Serviliæ filiam, ex qua filium suscepit Q. Hortensium; hunc vero, corruptis moribus juvenem, a Silvio liberto depravatum (*Cic.* 10. *Att.* 17. 18), exheredare cupiens, ei novercam superinduxit Marciam, uxorem Catonis, a quo illam mutuatus fuerat (*Hieronym. c. Jovin.* 1. 46., coll. *Plut. Cæs.* 54., *Cat. min.* 11., 36., 52. et 54), quam Hortensio legenti ac meditanti candelas et candelabra tenuisse tradit *Sidon.* 2. *ep.* 10.; ab ea tamen quum nullum filium habuisset, filium a priore susceptum non exheredavit. — Cicerone oratorium munus ineunte, in foro orator jam Hortensius eminebat; nec ejus æmulus a laudibus temperavit, quin de eo hæc scribit: « Memoria tanta, quantam in nullo cognovisse me arbitror, ut, quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet, quibus cogitavisset. - Ardebat autem cupiditate sic ut in nullo unquam flagrantius studium viderim. Nullum enim patiebatur esse diem, quin aut in foro diceret aut meditaretur extra forum: sæpissime autem eodem die utrumque faciebat: attuleratque minime vulgare genus dicendi. - Erat in verborum splendore elegans, compositione aptus, facultate copiosus: eaque erat quum summo ingenio, tum exercitationibus maximis consecutus. - Vox canora et suavis. Motus et gestus etiam plus artis habebat, quam erat oratori satis » (*Brut.* 88. 301.*sqq.*). *et Quintil.* 11. 3. 8. « Diu princeps orator, aliquando æmulus Ciceronis existimatus est, novissime, quoad vixit, secundus ». — Coluit Romæ illud eloquentiæ genus, quod in rhetoricis Asiæ Minoris scholis usitatum, verbis, imaginibus, ornamentis refertum « Asiaticum » audiebat. Ipse Cicero, ab initio idem secutus, scholam dein rhetorum Rhodiorum quum frequentasset, castigatior exstitit, aliis postea severius Atticum, quod dicitur, genus sectatis. — Obiit a. 50. a. Chr. ex colli dolore, ut refert *Seren. Sammon.* 261.*sqq.* — In omnium rerum abundantia voluit beatius, ut ipse putabat, remissius certe vivere (*Cic. Brut.* 93. 320). — Pavones primus posuit in mensa (*Varr.* 3. *R. R.* 6. 6. et 13. 2., coll. *Tertull. pall.* 5); piscinas ejus memorat idem *Varr.* 3. *L. L.* 17. 5., quare *piscinarius* dictus Ciceroni, teste *Macrob.* 3. *Sat.* 15. 6., qui ejusdem et luxum refert *ibid.* 13. 1.*sqq.*; nec paucas habuit villas, ex quibus celebrata est illa, quam Baulis tenebat, a *Symm.* 1. *ep.* 1. et *Plin.* 9. *Hist. nat.* 55. 81. (172)., et Tusculana ap. *eund.* 35. *ibid.* 11. 40. (130). — Ex innumeris orationibus ab eo recitatis spatio ann. XL. nihil ad nos pervenit, nisi argumenta (*n.* 29), quæ recensuit *Meyer* in opere, quod inscribitur: *Oratorum Rom. fragmenta* etc. *p.* 168-172. et in ed. alt. *p.* 361-378. Cf. etiam *Quintil.* 10. 1. 23. et *Vellej.* 2. 16. 3. Ætatem fort. non tulerunt, quod non placuerunt scriptæ; « dicebat enim melius quam scripsit » (*Cic. orat.* 37. 132). — Scripsit etiam *Annales*, de quibus *Cic.* 13. *Att.* 5. « Maxime dilucide Q. Hortensius in Annalibus suis rettulit »; et etiam carmina amatoria (*Plin.* 5. *ep.* 3. 5), de quibus *Ovid.* 2. *Trist.* 441. « Nec minus Hortensi nec sunt minus improba Servi carmina ». *Varr.* 8. *L. L.* 14. « Hortensius in poematis: cervix » pro *cervices*. — Ea tamen « invenusta et obscena » vocat *Gell.* 19. 9. 7., quæ « improba » dixerat *Ovid. loc. cit.* — Denique librum etiam composuit communium locorum. Huc spectat *Quintil.* 2. 1. 11. « Loci - quibus quæstiones generaliter tractantur, quales sunt editi a Q. quoque Hortensio, ut Sitne parvis argumentis credendum ». Cf. *ibid.* 4. 27. et *Prisc. VIII.* 381. 10. *Hz.* — Memoratur *Cic.* et *Quintil.* pluribus locis, *Nep. Att.* 5., 15. et 16., *Senec. ira* 3. 37., *Tac.* 2. *Ann.* 37., *Suet. Tib.* 47., *Apul. apol.* 95. — Ejus exstat herma in Villa Albani: vd. *Jordan* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1882. *p.* 61-70. et *Visconti, Iconogr. Rom. XI.* 1. 2., qui ejus vitam scripsit, et *Bernoulli, Röm. Iconogr. I. taf. VI.* et *p.* 98.*sq.* — Præterea *Hortensius* inscripta est fabula togata *Titinii* poetæ, cujus fragmentum est ap. *Charis. I. p.* 115. *P.* — Item *Hortensius*, plenius vero *de Philosophia*, dictus est dialogus *Ciceronis*, in quo illum inter alios disputantem inducit. — De eo consulas ex recentioribus *Luzac*,

de Q. Hortensio oratore I. 232. sqq.; Drumann III.[2] 78-101.; Schanz I. 2.[3] 207.sqq. — 7.°) Q. Hortensius, filius præcedentis, juvenis perditissimis moribus, ut dictum est (Cf. Cic. 10. Att. loc. cit., coll. 6. ibid. 8. et 7. 5. 10. 4. et 16. 2). — Cæsarianas partes amplexatus classi præfectus est infero mari (Id. 10. Att. 17. et Oros. 6. Hist. 15., coll. App. b. c. 2. 41). — Postea, Cæsare interfecto, proconsul fuit Macedoniæ (Cic. 10. Phil. 5. 11). ac Bruti sectator, pro republica militavit, quare Cic. eum laudat (Ibid. 6. et 11); sed in prælio Philippensi devictus paullo post interemptus est (Liv. epit. 124. et Vellej. 2. 61., coll. Plut. Brut. 25). — Hinc Hortensius, adj., ad Hortensium aliquem pertinens, ut Hortensia lex de plebiscitis, lata a Q. Hortensio dictatore, qua cautum est, ut plebiscita universum populum tenerent (Plin. 16. Hist. nat. 10. 15. [37]. et Pompon. dig. 1. 2. 2. § 8); et Hortensia lex de nundinis, qua consultum est, ut fastæ essent nundinæ, quo fiebat, ut rustici, qui nundinandi causa in Urbem veniebant, lites componerent; nefasto enim die prætori fari non licebat (Macrob. 1. Sat. 16. 30). ¶ 2. In titulis nom. vir. gentis Rom. antiquissimæ et nobilissimæ. Corp. 3. 2033. et 5. 1009. — Hortensia v. Ortesia, nom. mul. gent. C. 8. 10528. — Ibid. 5. 5517. Cæsia Ortensia (aliquando enim cogn. nomini præmittitur). — Fuit etiam hoc nomine filia Q. Hortensii oratoris, eloquentiæ laude eximia, ita ut quum gravi tributi onere premerentur matronæ, ipsa communi causæ eloquentissime patrocinata obtinuit, ut hoc valde imminueretur (Val. Max. 8. 3. 3). — Hinc Hortensianus — a) Adj., ut Hortensiana eloquentia, sc. Hortensii oratoris, ap. Val. Max. ibid. — Hortensianæ ædes, in Palatio, de quibus Suet. Aug. 72. « Habitavit postea (Augustus) in Palatio; sed nihilominus ædibus modicis Hortensianis et neque laxitate neque cultu conspicuis etc ». — Hortensiana centuria, memorata in Corp. 7. 859. referendaque ad Hortensium Proculum, centurionem (C. ibid. 566). — b) Abs. Hortensiana (orum), libri Ciceronis de philosophia, qui Hortensius inscribuntur, ut supra diximus (Cic. 4. Att. 6). — Item cogn. vir. Corp. 5. 89. et 9. 3091. — Fuit etiam hoc nomine episcopus Larensis sive a Laribus in Africa, cujus mentio est ap. Cyprian. de sent. ep. n. 21. et Augustin. 6. de bapt. c. Donatist. 28.

HORTĬCŬLĀNUS pagus, memoratus in Tab. aenea Ligurum Bæbianorum in Corp. 9. p. 126. c. 3. l. 68.

HORTŌNA. V. ORTONA.

HORTŌRĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. Corp. 10. 6268.

HORTŬLĀNUS, i, m. 2. nom. vir., ab hortus v. hortulus sive ab officio horti colendi. — Fuit hoc nomine episcopus Bennefensis in Africa Byzacena, qui tempore persecutionis Vandalicæ egregium facinus edidit adversus regios ministros, ut ait Vict. vit. pers. Vand. 4. 4., ac proinde in exsilium ab Hunerico, Vandalorum rege, actus. Al. leg. Hortolanus. — Ejus mentio fit in Martyr. Rom. IV. k. Dec.

HORTŬLUS, i, m. 2. nom. demin., ex communi proprium, comœdiæ Plautinæ, teste Fest. p. 306. M. Cf. Ritschel, parerg. p. 183.sqq. — In plur. num. Hortuli Epagathiani Daduchiani, in via Labicana, memorati in Instrum. Donat. T. Flavii Syntrophi. — Hortulorum v. Hortorum collis est mons Pincius. Suet. Ner. 50 (Cf. Richter, Top. d. St Rom.[2] 260).

HORTUS, i, m. 2. nom. ex communi proprium locorum quorundam, sæpius — 1.°) In plur. num., cum addito, ut — a) Horti Acilii, olim in Pincio, ubi nunc exstant publici horti vel deambulatio, vulgo villa Medici, in Inscr. ibi reperta et commentario illustrata a Lanciani in Bull. d. Ist. arch. a. 1868. p. 119.; unde patet ad Acilios Glabriones pertinuisse. — b) H. Adonidis. V. ADONIS. — c) H. Agrippæ (Dio. 54. 29). De his tacito nomine, Ovid. 1. Pont. 8. 38. Cf. Nibby, Rom. ant. II. 301.sq., qui ad eos refert loc. Martial. 1. 109. — d) H. Agrippinæ, ab Agrippina majore, matre C. Cæsaris, vulgo Caligulæ dicti, quos maternos vocat Senec. ira 3. 18., ad radicem Vaticani montis, secus Tiberim. — e) H. Alcinoi. V. ALCINOUS. — f) H. Commodiani, ad Commodum imp. pertinentes, ubi ipse est occisus. Lamprid. Comm. 4. — g) H. Domitiæ, trans Tiberim seu in reg. Urbis XIV., ad Domitiam, Ahenobarbi filiam, vel ad Domitiam Lucillam pertinentes, ut alii putant, quibus suffragatur Capitolin. Marc. Aurel. 5. Cf. tamen Lanciani loc. cit. p. 124. et Nibby loc. cit. p. 309.sq. — h) H. Epicuri. V. EPICURUS. — i) H. Hesperidum. V. HESPERIDES. — l) H. Luculliani, ita dicti a L. Licinio Lucullo, qui magnificentissime eos fecit (Plut. Luc. 39); postea Valerius Asiaticus possedit, cons. a. 55. a. Chr., qui quum eos laudibus efferret, sibi mortem properavit odio Messalinæ, eosd. possidere percupientis (Tac. 11. Ann. 1., coll. Frontin. aquæd. 22). — m) H. Mæcenatis in regione V. Esquilina (Schol. Hor. 1. Sat. 8. 1-8., coll. Suet. Ner. 31. et Tac. 15. Ann. 39). — n) H. Majani, Romæ siti, ubi pictura a Nerone jussa « accensa fulmine, cum optima hortorum parte conflagravit » (Plin. 35. Hist. nat. 7. 33. [51]). — o) H. Martialis. V. JANICULUM. — p) H. Pompejani, in Campo Martio, Romæ, ubi ejus fuerant theatrum, porticus et curia (Vellej. 2. 60., Cic. 2. Phil. 28. 67., Petron. sat. 53., Ovid. 1. Art. am. 67., Propert. 2. 32. 13.sqq. et Martial. 2. 14. et 3. 19). — q) H. Reguli, causidici Aquilii nom., trans Tiberim, latissimo solo, porticibus immensis, statuis ab eo decorati, qui « in summa avaritia sumptuosus, in summa infamia gloriosus » dicitur Plin. 4. ep. 2. 5. — r) H. Sallustiani, a Crispo Sallustio appellati, eorum institutore, in reg. Urb. VI., Alta Semita, ad portam Salariam, hod. quoque orti Sallustiani, memorati Curios. et Not. Urb., Tac. 13. Ann. 47. et 3. Hist. 82., Vopisc. Aurelian. 49. et Ammian. 17. 4. 16. — Plura colliges ex Orelli inscr. n. 1369. et 1462. et Tab. plumb. ap. Lanciani, Top. p. 224. n. 88-91. — Videntur iidem qui horti Spei veteris dicuntur Lamprid. Elag. 13. — s) H. Serviliani secus Tiberim, inter hunc et viam Appiam, via, quæ ad Ostiam ducebat (Tac. 15. Ann. 55. et 3. Hist. 38). — t) H. Sulpiciani, a Sulpicio Galba Aug. dicti (Suet. Galb. 20), extra portam hod. s. Pancrazio, ubi villa Corsini, sub Aurelia via, haud procul ab Urbe (Eutrop. 7., 16., coll. Nibby, Rom. ant. II. 320). — u) H. Tauriani, ita appellati a Statilio Tauro. Tac. 12. Ann. 59. — v) H. Titiani, ad dexteram Tiberis secus viam Campanam (Inscr. ap. Henzen S. Or. n. 6660). — z) H. Variani (Valeriani ex codd. et legit Preller d. reg. etc. p. 138) videntur dicti ab Elagabalo imp., cui cogn. etiam Varius (Lamprid. Elag. 14), fort. in vicinia basilicæ, quæ nunc appellatur S. Croce in Gerusalemme. — 2.°) In sing. num., sequiore tempore, Hortus Lucinæ, H. mirabilis, H. Veneris etc. V. Urlichs in Cod. Topogr. p. 111., 116., 151. et 200.

HŌRUS, i, m. 2. (Ὧρος vel Ὦρος, rarissime Ὅρος; hierogl. hhr-wr = magnus Horus [Ἀροήρις]) nom. vir. — a) Prima syllaba videtur, ex Græco, esse communis. — b) Horos, Græca posit., cujus acc. Horon habent Propert. 4. 1. 78. et Censorin. d. nat. 19. 6. — c) Vox est originis Ægyptiæ, quam interpretatur Leemans, B. J. VII. 79., coll. XII. 167. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Horus, deus v. semideus (ἡμίθεος Syncell. p. 18. c) Ægyptiorum, Isidis tantum, vel rectius Osiridis et Isidis, filius, natus in templo Edfu et Esne (Plut. Is. et Osir. 12., coll. Brugsch, Drei Festkal etc. Leipz. 1877); deus lucis, Solis symbolum, qui repræsentatur in capite habens accipitrem; omnium gentium creator habitus (De Cara, Gli Hyksos p. 168), Ægyptiam cum Osiride et Iside triadem complens, ita ut Osiris terræ, Isis cælo, Horus Soli præsint; frater geminus Set, qui vehementer illi infensus censebatur (De Cara op. cit.) idemque ac Harpocrates (hierogl. hhr-p'-hard, = Har-pe-chrod, i. e. « Horus puer »: cf. Campollion Not. descr. I. 294. et Lepsius, Denkm. IV. 68 c); quamquam sunt qui hunc ab illo distinguant; dictus etiam Harachte (hierogl. hhr j'hw ty), i. e. « Hor bini horizontis »; Harmachis (hierogl. hhr-m j'hw-t-i), i. e. « Hor in horizonte »; Harsiesis (hierogl. hhr-s-s-t), i. e. Hor filius Isidis; Harendotes (hierogl. hhr-nd-jt-f = Har-end-jotef), i. e. « Hor vindex sui patris »; Harsomtus (hierogl. hhr-sm-twj), i. e. « Hor jungens duas Terras; Horjerti (hierogl. hhr-jr-tj), i. e. « Hor deorum oculorum ». De eo Macrob. 1. Sat. 21.-13. « Apud eosdem (Ægyptios) Apollo, qui est Sol, Horus vocatur; ex quo et horæ viginti quattuor, quibus dies noxque conficitur, nomen acceperunt, et quattuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur ». Adde Censorin. d. nat. 19. 6., qui ab Horo institutum esse annum trimestrem de quorundam sententia adfirmat. — Plura de eo proferunt Jablonski in Panth. Ægypt. 1. c. 4. et, ex recentioribus, Naville, Mythe d' Horus Genève-Bâle (1870) 12-18. et Roeder, PWK 8. 2434-2456. — 2.°) Horus, Babylonius astrologus, cujus meminit Propert. 4. 1. 77. — 3.°) Horus, rex Ægypti dynastiæ XVIII., Amenophis successor, qu regnasse dicitur a. 38. Hieronym. in chron. ad a. Abr. 431 = 1587-1553. a. Chr. — 4.°) Horus, rex Assyriorum, cujus inventum tradit Plin. 30. Hist. nat. 15. 51. (145). — 5.°) Horus, medicus, cit. a Plin. 37. ibid. 9. 52. (138). et inter fontes relatus in Ind. l. 29., 30. et 37. — 6.°) Horus, philosophus, vita atque eruditione præcipuus, carus et amicus Symm. 2. ep. 39. — De eo Macrob. 1. Sat. 7. 3. « Horus vir corpore atque animo juxta validus, qui post inter pugiles palmas ad philosophiæ studia migravit, sectamque Antisthenis et Cratetis atque ipsius Diogenis secutus, inter Cynicos non incelebris habebatur. ¶ 2. In titulis cogn. vir. Corp. 10. 333. et 370. — Sæpius absolute. C. 2. 3936. et 3. 5782. et alia ap. Brambach, n. 410.

HOSEA et Hoseas. V. OSEA.

HŌSĬUS (Osius), ii, m. 2. (ὅσιος, jure sacer, sanctus, pius) cogn. vir. — Osius sine aspiratione, in Corp. loc. cit. — Prima licenter producitur, in Inscr. metrica Corp. 5. 6253. « Lux patriæ sublime decus pater Osius urbis ». — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Hosius quidam, cui Chalcidius suam Timæi Platonis interpretationem et commentarium dicavit, epistola præmissa, fort. idem qui episcopus Cordubensis — 2.°) Hosius, ex coquo miles Eutropii, teste Claudian. carm. 20. 346. « prima potestas Eutropium præfert Hosio subnixa secundo. Dulcior hic sane cunctis - et admoto qui temperet omnia fumo etc. ». et 446. « Turpe gemit, quotiens Hosius mucrone corusco Armatur - secumque volutat Quas figat verubus partes etc. ». Adde eund. ibid. 559. — 3.°) Hosius, episcopus Cordubensis, natus ca. a. 256. temporibus hæresis Arianæ, catholici dogmatis insignis propugnator et uti unus in Occidente ex celebrioribus viris, veræ fidei vindicandæ studio incensis, ita ex iis, qui ab Arii fautoribus asperius fuere vexati; probabiliter præses Concilii Nicæni, merito, ut Hilarius, « Athenasius Occidentis » vocandus. Quod si, devexa jam ætate, pugnando defessus dubiusque formulæ secundæ Sirmiensi subscripsit; non tamen Deus fulgidum hoc lumen perpetuo exstingui permisit; siquidem biennio post, morti proximus, illud fassus invito se fecisse traditur Ariique hæresim aperte damnavit; obiit autem centenario major a. 357., maxima apud omnes laude dignus. Cf. Inscr. in Corp. loc. cit. — Scripsit multa, quæ jampridem interciderunt. Athanasius in sua Historia Arianorum c. 44 (M. P. G. XXV. 744-748.sqq. et P. L. VIII. 1327.sqq.), Hosii epistolam excepit ad Constantium a. 354. 355., libero sed reverenti calamo scriptam; itemque Isid. vir. ill. 5. refert eum epistolam exarasse ad sororem suam de laude virginitatis et opus de interpretatione vestium sacerdotalium, quæ sunt in Veteri Testamento, egregio quidem sensu et ingenio elaboratum, ac sententias quam plurimas in Sardicensi concilio edidisse, titulo Doctrina Hosii episc. de observatione disciplinæ Dominicæ (V. Pitra, Analecta sacra et classica Par. 1888. I. 117). — De eo vd. Gams, Kirchengesch. von Spanien II. Ratisb. 1864. p. 137-309.: Hosius von Corduba. ¶ 2. In titulis cogn. vir., ingen. et libert. Corp. 5. 3223. — Abs. ibid. 6253. — Hosia, cogn. mul. Inscr. in Bull. Arch. Comun. a. 1880. p. 32. — Hinc Hosidius (Osidius

et Hossidius), nom. gent. vir. Inscr. ap. Orelli n. 2111. — Hosidia, nom. mul. Corp. 10. 1597. et 8. 9000. Hossidia. — Fuerunt etiam hoc nomine — Hosidius Geta, poeta, æqualis fort. Tertulliani, qui tragœdiam ejus, Medea inscriptam, memorat, quam « ex Virgilio plenissime exsuxit » (Præscr. hær. 39). — Cn. Hosidius Geta, qui in Gallia militasse dicitur cum Claudio imp. et ob præclara gesta triumphalia ornamenta sibi promeruisse, a. 48. p. Chr. (Dio 60. 20). — Dein consul processit cum L. Vagellio inter a. 40-46., ut videtur cl. Borghesio (Œuvr. V. p.325. et Mommsenio in Corp. 10. p. 159., quorum exstat JCtum de ædificiis non diruendis (Corp. 10. 1401).

HOSPES (Ospes, Hospis), tis, m. 3. — a) Cogn. vir., ingen. et libert., itemque nom. serv. satis frequens. Corp. 3. 5756., cui addas 2. 4114.; 3. 4915.; 5. 782. etc. — Ibid. 7. 877. Hospeis pro Hospis. — b) Est etiam titulus Jovis, in cujus tutela esse hospites ferebantur. Ovid. 10. Met. 224. — Sic et Dii Hospites in Inscr. ap. Henzen S. Or. n. 5902. — Hospita — a) Cogn. mul., ingen. et libert. Corp. 2. 1698., 5. 454.; 8. 2876. etc. — b) Est etiam titulus quarundam dearum, ut deæ maris Hospita deorum ap. Capell. 1. p. 21., quod sidera, quæ dii habebantur, in occasu recipere eisque hospitium præbere videbatur. — Item Hospita Juno ap. eund. ibid. 58. — Hinc Hospitalis (Ospitalis) — a) Cogn. vir., etiam libert. generis. Corp. 2. 1474., 2046-2048. — Abs. ibid. 3. 2857. — Rarius nom. mul. C. 8. 8152. — b) Est et titulus Jovis. V. JUPPITER. — In plur. num. Hospitales dii ap. Tac. 15. Ann. 52., Liv. 39. 51. et Inscr. ap. Orelli n. 1675. — Hospitianus, cogn. vir. Corp. 5. 2217. — Hospitilla, cogn. mul. demin. C. 8. 7328.

HOSPĬTENSIS (Ospitensis), e. V. voc. seq.

HOSPĬTĬA, ōrum, m. plur. 2. (hospes) oppidum episc. Numidiæ, quod initio fort. mansio vel diversorium vel, quum sit plur. num., variis diversoriis constans, in Collat. Carth. Cogn. I. n. 198. — Hinc Hospitensis (Ospitensis), adj., ut plebs Ospitensis ibid. n. 133. et ex provincia Numidia Gedalius Ospitensis in Notit. Afric.

HOSTĀNES (Ostanes), æ, m. 1. (Ὀστάνης Diod.) nom. vir. — Scribitur Hostanus in Corp. 5. 4299., cum aspiratione, quæ aliquando occurrit in secunda syllaba, sed licenter, ut Osthanes v. Hosthanes ap. Arnob. 1. p. 31., ubi alii nunc Zostrianus. — De ejus declinatione V. Sacerd. gramm. II. p. 478. K. — Fuit autem Hostanes nom. duorum magorum, quorum prior, apud Persas famosus, scriptis quoque libris, et medicamentorum inventor, teste Plin. 30. Hist. nat. 1. 2. (8)., qui addit Xerxi in Græciam comitatum esse. Memoratur etiam Tertull. anim. 57., Cyprian. idol. 6., Augustin. bapt. c. Donatist. 6. 37., Lact. Plac. in Stat. Theb. 1. præf. et Minuc. Oct. 26. 11.; alter vero Alexandri M. comes, ap. Plin. 30. Hist. nat. 1. 2. (11).

HOSTĪLĬUS, ii, m. 2. et deriv. V. voc. seq.

HOSTĬUS, ii, m. 2. nom. vir. gentis antiquissimæ, fort. ab Hosio Hostilio, quicum haud raro confunditur. Inscr. ap. Garrucci, Syll. 930. — Fuit ita nuncupatus — a) Poeta, ex schola Enniana ante Bibaculum, Accium, Asellionem, qui scripsit Bellum Histricum (fort. ann. 129. a. Chr., ut Bergk in Annuar. Jahn 83. p. 322. putat). Id confirmatur Serv. ad Virg. 12. Æn. 121., Fest. p. 325. et 356. M., coll. Macrob. 6. Sat. 5. 8., Prisc. VI. p. 270. H. et Propert. 3. 20. 8 (V. Weichert, Poet. Lat. vit. p. 2-18). — b) Item homo dives, avarus et profligatissima libidine infamis, sub Augusto, qui eum, a servis occisum, vindicta indignum judicavit et tantum non pronunciavit jure cæsum videri, ut ait Senec. qu. nat. 1. 16. — Hostia, nom. mul. Corp. 10. 4178. — Fuit etiam hoc nomine — a) Puella nobilis, a Propertio adamata, quam, poetarum more, alio nomine Cynthiam vocat, ut turpem consuetudinem et amorem celet, teste Apul. apol. 10. « Eadem opera accusent - Propertium, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulent ». et Schol. ad Juvenal. 6. 7. « Cynthia Propertii amica sumptuosa, proprio nomine Hostia dicebatur ». De ea Propert. 3. 18. 7. « Est tibi forma potens, sunt cultæ Palladis artes Splendidaque a docto fama refulget avo ». i. e. ab Hostio poeta. Adde 2. 10. 9. Hinc Sidon. 2. ep. 10. « Sæpe versum Corinna cum suo Nasone complevit - Cynthia cum Propertio ». — Habitasse in Suburra colligi potest ex 4. 7. 15.; habuisse nutricem Parthenien et ancillulam Satrim ex 4. 7. 74. et 75. — Obiit ætate provecta sine filiis (Id. 2. 18. 33), in cujus mortem (a. 96. a. Chr.) poeta elegiam scripsit 7. l. 4. — b) Item dea Sutrinorum. Tertull. apol. 24. — c) Item signum cæleste. V. Lexicon. — d) Item urbs. V. OSTIA. — Hinc — Hostilius (Ostilius), nom. ex gente antiquissima ac nobilissima. ¶ 1. In libris memorantur — 1.°) Absolute — a) Hostilius mimographus quidam, ætate, qua mimi litterariam quasi formam induerunt, nempe sub extremis reipublicæ temporibus et imperii Rom. exordiis, operâ Laberii, Publilii Syri ac dein Philistionis, Catulli, Lentuli, Attici, Virgilii Romani, fortasse sub Domitiano (Cf. Juvenal. 8. 187). — De eo, in plur. num., Tertull. apol. 15. « Displicite Lentulorum et Hostiliorum venustates, utrum mimos an deos vestros in jocis et strophis rideatis ». Cf. ejusd. nat. 1. 10. — b) Hostilius (Hostus), socius Romuli, avus Tulli Hostilii regis (Liv. 1. 22), strenuus miles, qui quum primus Fidenas irrupisset, ab eo frondea corona est ornatus (Plin. 16. Hist. nat. 4. 5. [11]); verum in pugna cum Sabinis eo loco occidit, ubi postea fuit Forum Romanum (Liv. 1. 12., coll. Auct. vir. ill. 2. 7). — De eo vd. Münzer, PWK 8. 2502.sqq. — c) Hostilius (Tullus), tertius post Numam rex Romanorum, modo Hostilius Tullus, nomine postposito (Oros. 4. Hist. 12), modo Tullius (?) Hostilius dictus (Plin. 2. Hist. nat. 53. 54. [140]); Tullus abs. (Virg. 6. Æn. 815. et 8. 644); sæpe etiam Hostilius abs. (Minuc. Oct. 25. 8., alii); sed male C. Hostilius, ut ap. Chron. Cusp. itemque Tullius Servilius (in Exc. Lat. Barb. ap. Schoene, Eus. chron. p. 219). — Fuit Hosti Hostilii nepos (Liv. loc. cit.), regnumque iniit Ol. XXV. 3 (a. 678. a. Chr.), uti tradit Hieronym. in chron., vel XXVI. 4 (a. 673) vel XXVII. 1 (a. 672), uti alii censent, regnavitque ann. XXXII (Liv. 1. 31) vel XXXIII. vel XXXVIII. secundum alios. — De eo Auct. vir. ill. 4. « Tullus Hostilius - bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finivit (a. VI. regni sui, sc. a. 667. a. Chr.) et mox « Albam propter perfidiam ducis Metii Fuffetii diruit: Albanos Romam transire jussit: Curiam Hostiliam constituit: Montem Cœlium urbi addidit ». — Anno dein 666. cum Fidenatibus ac Vejentibus dimicavit, clam adversus Romanos a Metio Fuffetio, qui invitus Tullo Hostilio se subjecerat, concitatis; quibus devictis, rex perfidum Albæ dictatorem duobus curribus dilacerari jussit (a. 664) eodemque anno iterum de Fidenatibus triumphavit; dein a. 662. cum Sabinis pluries conflixit et posthac cum Etruscis, quos debellavit omnes. Hinc Macrob. 1. Sat. 6. « Tullum Hostilium, cum bis de Albanis, de Sabinis tertio triumphasset, invenio - Saturnalia tum primum Romæ instituta ». et 6. ibid. 7. « debellatis Etruscis, sellam curulem lictoresque et togam pictam atque prætextam, quæ insignia magistratuum Etruscorum erant, primum ut Romæ haberentur, instituit ». et Hieronym. in chron. ad Ol. XXV. 3. « Tullus Hostilius, primus regum Romanorum, purpura et fascibus usus est ». — Fuit igitur rex bellicosus omnemque, ut scribit Flor. 1. 3., militarem disciplinam artemque bellandi condidit ac mirum in modum juventutem exercuit. — Nec tamen religionem neglexit, quam Numa præcipue coluerat; sed et fanum Saturno ex voto consecravit (Macrob. loc. cit.), deos Pavorem et Pallorem invenit (Senec. ap. Augustin. 6. Civ. D. 10., qui argute eos deridet); quare Pavorios ac Pallorios instituit (Serv. ad Virg. 8. Æn. 285); nec præterea minus consuluit rei publicæ ordini ac securitati; nam et quæstores primus creavit (Ulp. Dig. 1. 13. 1) et carcerem, qui Tullianus dictus est, exstruendum curavit (Varr. 5. L. L. 32. § 151). — Domum, uti refert Auct. vir. ill. loc. cit. « Dum Numam Pompilium sacrificiis imitatur, Jovi Elicio litare non potuit, fulmine ictus cum regia conflagravit ». — Fuit vir origine humili, nam ejus « incunabula agreste tugurium cepit: ejusdem adolescentia in pecore pascendo fuit occupata: validior ætas imperium Romanum rexit et duplicavit: senectus excellentissimis ornamentis decorata in altissimo majestatis fastigio fulsit ». Ita Val. Max. 3. 4. 1. — Hæc nihilo minus, quæ de eo narrantur, si dubia esse possunt et ex parte etiam commentitia; non tamen omnia ab eo gesta, nec ille, qui ea gessit, inter mythica sunt amandanda, ut critici quidam hodie, modum omnem excedentes, putant; multa enim indicia in promptu sunt, veritatis historicæ consentanea, ita ut Tullum quoque Hostilium Romanorum ducem vel regem fuisse fateri cogamur (Cf. De Sanctis, St. d. Rom. I (1907) p. 364. et alib. V. etiam ROMA). — Meminerunt, præter laudatos, Liv. epit. 1., Cic. 2. Nat. D. 3. 9. et 2. Rep. 17., Eutrop. 1. 4., Gell. 17. 21. 8., Jorn. Rom. 96. et 109. M., alii. — Hostilius, nom. quoque trium familiarum, nempe Mancinorum, qui floruerunt sæc. VI. et VII. Urbis, sæpe fascibus nobilitati, Sasernarum ac Tubulorum. — a) Ex Mancinis memorantur — α) L. Hostilius, frater ejus, qui fuit consul a. 617 = 137. a. Chr., abs. Mancinus ap. Chronogr. a. 354., L. Hostilius ap. Cassiod. in chron., et plene in Fast. Cons. Cap. et ap. Plin. 35. Hist. nat. 4. 7. (23). — Hic secundo bello Punico prætor cum L. Pisone cons. (a. 148. a. Chr.) in Africa, classi præfectus (App. b. P. 110.sqq.) partem aliquam Carthaginis incustoditam facile cepit; hostibus vero circumventus, statim a Scipione liberatus est (Lucil. ap. Non. 25. 18. Merc., coll. Liv. epit. 50). — Consul etiam processit cum Q. Fabio Maximo Æmiliano a. 145., de quo consulatu nihil nobis constat. — Fuit homo levis, qui, ut scribit Plin. loc. cit., situm Carthaginis oppugnationesque depictas (quasi circulator) proponendo in foro et ipse adsistens populo spectanti singula enarrando, qua comitate proximis comitiis consulatum adeptus est. — β) C. Hostilius, frater præcedentis et ipse consul a. 137. a. Chr. cum M. Æmilio Lepido Porcina. Fuit antea legatus in bello tertio Punico a. 147 (Liv. epit. 51., coll. Flor. 2. 15. 10). — In Hispaniam profecturus, tristibus auspiciis iter suscepit; nam et pulli e cavea evolarunt, et dum navem conscenderet Numantiam petiturus, vox audita: mane, Mancine; et postea aliam navem ingressus quum esset, anguis ibi inventus e manibus effugit (Liv. epit. 51). Et sane prœlium male ei cessit, adeo ut coactum se viderit cum Numantinis pacem facere ac fœdus, quod ignominiosum quum esset, ratum esse noluit senatus (Id. ibid.); quamquam anno insequenti fuit sancitum. De qua re sæpius mentio fit a Cic., ut 3. Rep. 18., 1. Orat. 40. 181. et 56. 238.; coll. 3. Off. 30. 109. et alib. Adde Flor. 2. 18. 5.sqq. et 90., Val. Max. 1. 6. 7. et 2. 7. 1., Gell. 6. 9. 12. et Pompon. dig. 50. 7. 17. — γ) Alii occurrunt, ut A. Hostilius Mancinus, cons. a. 170. a. Chr. cum Atilio Serrano (Fast. Cons. Capit.) et hujus filius, ædilis curulis (Gell. 4. 14., coll. Polyb. 37. 1. et Diod. 32. 20). — b) Ex Sasernis — α) Hostilius Saserna, qui scripsit de agricultura, una cum filio item de re rustica scriptore. Varr. 1. R. R. 2. 22. « Sequar Sasernarum patris et filii libros » et Colum. 1. 1. 12. « Sasernas, qui (agricolationem) diligentius erudierunt », quos Plinius vetustissimos post Catonem vocat peritissimosque. Eorum tamen scripta interciderunt. — Sasernæ fundus in Gallia, qui componitur cum agro Ligustico, ap. Varr. 1. R. R. 18. 6. — β) Hostilius Saserna, Antonianus, laudatus Cic. 15. Att. 2 (a. 44. a. Chr.). — γ) C. Hostilius Saserna, Cæsarianus cum præsidio sex cohortium Lepti relictus in Africa (a. 47), ap. Auct. b. Afr. 9., 29. et 37., cujus frater item in Africa Ruspinam cum legione signa quamplurima comportare est jussus, a. 47. (Auct. b. Afr. 10). — δ) L. Hostilius Saserna, vir monetalis a. 49-40., primi v. secundi Cæsariani filius, ap. Garrucci, Syll. p. 129. n. 362. — c) Ex Tubulis — α) C. Hostilius Tubulus, prætor cum aliis tribus (a. 210. a. Chr.), ludos Apollini vovere ac facere jussus (Liv. 27. 11). — Dein a. 207. Hannibalis exercitum, in Salentinos properantem, adortus, ad quattuor hostium millia occidit et novem militaria signa cepit (Id. ibid. 40). — Posthac, ei imperio prorogato in a. 206., habuit provinciam

Capuam (Id. 28. 10), quam cum veteri præsidio proprætore obtinuit etiam a. 204 (Id. 29. 13). — β) L. Hostilius Tubulus, homo perjurus et nequam (Cic. 1. Nat. D. 23. 63. et 3. 30. 74), accusatus de pecunia accepta ob rem judicandam in sicariorum quæstione et in jus vocatus, ne damnaretur, in exsilium sponte profectus est (Id. 4. Fin. 28. 77. et 5. 22. 62, coll. 12. Att. 5); sed ob alia flagitia Romam revocatus, ne in carcere necaretur, venenum bibit (Id. ibid. et pro Scaur. 1. et Ascon. in eam, p. 20. K.). — Huic tribuendi, ut videtur, nummi probabiliter cusi cum epigraphe, a. 174-144. V. Eckhel, 5. p. 227., Borghesi, Œuvr. II. 159., Mommsen, H. d. la Monn. Rom. II. 308.sq. et Garrucci, Sgll. n. 176. — 2.°) Adj., ad Hostiliam gentem vel ad Hostilium aliquem pertinens, ut Hostilia lex, memorata Justinian. 4. inst. 4. tit. 10 — Hostilia Curia (etiam Curia abs.), græce Βουλευτήριον, ubi senatus habebatur (Liv. 5. 55), ita appellata ab Hostilio, rege Romanorum tertio, qui illam ædificavit (Liv. 1. 30), templum dicta (Varr. 7. L. L. 10), quia ritu Etrusco inaugurata, non tamen sancta, quod ibi senatus non res divinas sed humanas curaret (Id. ibid.); rostris propinqua (Val. Max. 9. 5. 2), sita, ut videtur, pone hod. Accademia di s. Luca; a Sulla restaurata a. 81. a. Chr., sumpto Corneliæ nomine, ad quam gens illa pertinebat; incensa seditionis tempore, quam funus excitavit Publii Clodii a. 46. a. Chr. (Varr. 5. L. L. 154., Cic. Mil. 33. 90., coll. Dion. 11. 49. et Jordan, Top. I. 2. 323-332), sed reædificata a Julio Cæsare et ad finem perducta ab Augusto, qui eam appellavit Curiam Juliam artisque operibus decoravit, ibi ara et statua Victoriæ sacratis, inde vero a. 382. ablatis decreto Gratiani imp., frustra repugnante factione senatus pagana ipsoque Aurelio Aviano Symmacho, contra quem egregie scripserunt Ambrosius et Prudentius. — Alia de ea videsis ap. Liv. 5. 55. et 22. 55. et Plin. 34. Hist. nat. 5. 11. (21). et ibid. 7. et, ex recentioribus, ap. Jordan, op. cit.; Mem. dei Lincei 1883. p. 3-5. et 1898. p. 279. et Gilbert, Top. II. 72. et 74. — Addimus, perperam quosdam ex hodiernis criticis viris putare Curiam dictam Hostiliam, quod extra antiquissimæ urbis pomœrium excipiendis extraneis, hospitibus vel hostibus (hostes hospites) inserviret; nam Forum et Comitium ab origine perpetuo fuere intra pomœrium, quare prope absurdum est tam remota ætate Curiam Hostiliam erectam fuisse, quæ unice semper senatui excipiendo destinata est et ob id Comitio proxima dictaque Hostilia ab aliquo hujus nominis summo magistratu (duce v. rege), ut dein via Appia ab Appio vel pons Æmilius a M. Æmilio Lepido censore aliaque id genus (Cic. 2. Rep. 17. 31., Varr. 5. L. L. 155., Liv. 1. 30., Auct. vir. ill. 4. 3., coll. Pais, St. d. Rom. I. 1. 305.sqq.); nec recte quidem sentire, qui Curiam Hostiliam ita appellatam fuisse arbitrantur ab uno ex plebeiis Hostiliis, a quo fuerit reædificata; nam hi ad consulatum non pervenerant ante a. 170. — Hostilia basilica, Romæ, situ incognito, memorata inter alias Pol. Silv. Not. Urb. chron. I. 545., uti sunt Julia, Ulpia Pauli, Hostilia Neptuni, Constantini, Mathidiæ, Marciana etc. ¶ 2. In titulis, nom. gent. vir. Corp. 8. 1616., ubi Ostilius. — Hostilia, nom. mul. C. 3. 5442. — Ibid. 5 2251. Ostilia. et 2569. Hostulla. — Fuit etiam hoc nomine — a) Uxor C. Brutti Præsentis, proc. Africæ, plenius dicta Valeria Marcia Hostilia Crispina Mæcia Cornelia — b) Item uxor C. Calpurnii Pisonis, cons. a. 180. a. Chr., quem ipsa videtur occidisse, ut filio suo, Q. Fulvio Flacco, ex alio marito consulatus viam sterneret; sed tamen ipsa damnata est. Liv. 40. 36. — c) Est etiam oppidum in Italia, ad ripam Padi, seu potius vicus in agro Veronensi, a Vitellianis olim occupatus (a. 70. a. Chr.), hod. Ostiglia. Memoratur Tac. 2. Hist. 100. et 3. ibid. 9. et alib., in Itin. Ant. p. 282., Cassiod. 2. Var. 31. et in Corp. 3. p. 328. et 411. — Hinc Hostiliensis locus, ap. Cassiod. loc. cit. — Hostilianus (Ostilianus) — a) Abs. cogn. vir. Corp. 5. 2052. et Hostiliana, cogn. mul. C. 5. 4428. — b) Adj., ut Hostilianæ actiones, testamentariæ, ap. Cic. 1. Orat. 57., h. e. formulæ ab JCto quodam Hostilio conceptæ pro eis, qui ex legibus agere vellent, ne in ipsa actione peccarent suaque culpa perderent litem. — — Hostilianus fundus in pago Herculanio Placentino, in Tab. alim. Velej. 7. 25. — Hostiliena, cogn. mul. libert. generis. Corp. 10. 5866. — Hostilina, nom. deæ, demin. Augustin. 3. Civ. D. 8.

HOSTUS (Ostus), i, m. 2. præn. Rom. antiquissimum, unde Hostius et Hostilius (Auct. de præn. etc. 4. et Macrob. 1. Sat. 6. 16). — Primus fuit Hostus Hostilius, a matre Sabina ita vocitatus, qui natus in hostico primus (Id. ibid.); item alii, ut Hostus pater Hosti Hostilii et avus Tulli Hostilii regis (Id. ibid.), itemque filius Hampsagoræ (Sil. It. 12. 345.sqq.), Hiostus dictus Liv. 23. 40.

HU

HUCUMBRA, æ, f. 1. (Σύμβρα) villa in Perside, haud longe a Tigri, media inter Nischaram et Nischanabem, quæ hoc fluvio dirimuntur. Ammian. 25. 1. 4., coll. Zos. 3. 27.

HULDIN, indecl. nom. regis Hunnorum, qui simul cum Saro, Gothorum rege, Radagaisum Scytham debellavit, qui cum ducentis millibus suorum totam Italiam inundaverat, ipsius capite amputato. Jorn. Rom. 321. M. et Marcellin. in chron. ad a. 406.

HULFĪLA. V. ULFILA.

HULMUL, indecl. nom. antiquissimi Gothorum regis, a quo per Angis filium, qui genuit Amal, origo Amalorum nobilissima repetenda est. Jorn. Get. 14. V. Momms. in Ind. Jorn. p. 148. n. 2.

HŪMAGUM, i, n. 2. oppidum Italiæ (reg. X) in ora septentr.-orient. peninsulæ Histriæ, ad meridiem promontorii Silvii, hod. Omago. Memoratur in Corp. 5. p. 48. et ap. Rav. p. 255. Cf. Momms. in Corp. loc. cit.

HŪMĀTIA, æ, f. 1. fluvius inter Lambrum et Clusium, in Padum ex Alpibus delabens, cujus mentio est in Tab. Peuting., fort. qui hodie dicitur il Serio, quem tamen et Seriam latine vocant.

HŪNĔRĬCIĀNUS, a, um, adject. V. voc. seq.

HŪNĔRĬCUS, i, m. 2. (Ὀνώριχος) Scribitur etiam Huniricus, Hunerix v. Hunirix et Honoricus; sed perperam Hagnericus v. Ugnericus ap. Vict. Tunon. in chron. ad a. 464. — Fuit autem rex Vandalorum, filius Geiserici (Genserici) ejusque successor, a. 477-484. — Initio Catholicis favit, quamvis Ariana hæresi infectus; quin etiam Manichæis est adversatus (Vict. Vit. pers. Vand. 2. 1. et 2); sed « in fine anni (regnavit enim annis VII. mensibus X. diebus XVIII) regni sui catholicæ Ecclesiæ persecutionem fecit omnesque ecclesias clausit et cunctos Domini catholicos sacerdotes cum Eugenio, Carthaginiensi episcopo, exsilio relegavit » (App. ad Prosp. in chron. p. 605. M.); nec in hos tantum sed in suos etiam deseviit, uxorem namque suam Theodorici, Vesegotharum regis, filiam ob suspicionem veneni sibi ab ea parati, naribus auribusque obtruncatam ad patrem remisit. Sed brevi tantorum criminum pœnam luit; vermibus enim scatens probrosam vitam finivit (App. loc. cit.), cui Guntamundus successit. — De eo consulas Isid. in Hist. Vandal. et ex recentioribus Morcelli in Afr. Chr. III. 169-215.; Papencordt, Gesch. d. vand. Herrsch. in Afrik. 1887. et Schmidt, Gesch. d. Vandal. 1901. — Hinc Hunericianus, adj., ut Hunericiana persecutio ap. Greg. Tur. glor. mart. 58., ut est legend. pro Honorificiana.

HŪNĬLA, æ, m. et f. 1. ¶ 1. Uxor Bonosi tyranni, de qua Vopisc. Bonos. 15. ¶ 2. Item Gothorum dux (Gr. Οὔνιλα Procop., lat. etiam Hunnila), a Vitige rege Perusiam cum exercitu missus contra Belisarium a. 535., qui victor, plusquam septem millibus hostium trucidatis, reliquos Ravennam usque proturbat. Jorn. Rom. § 374. et Get. 60. § 311. et 312. M.

HŪNĬMUNDUS, i, m. 2. Scribitur etiam Hunnimundus a Jorn. Get. 45. et Hunumundus ab eod. ibid. 53. — Memorantur hoc nomine — Hunimundus, rex ex stirpe Amala, filius Hermanarici et pater Thorismundi (Id. Get. 14) vel Gesimundi (Id. ibid. 48), Magnus dictus (Id. ibid.), acer in bello totoque corpore pulcritudine pollens (Id. ibid.), qui prospere contra Suavos pugnavit (Id. ibid.) habuitque successorem Thurismundum filium.

HUNNI, ōrum, m. plur. 2. (Οὖννοι v. Χοῦνοι) nom. populi. — a) Scribitur etiam Chunni, inserta aspiratione, Prosp. in chron. ad a. 451. et 453. — Chuni, simplici n, ap. Auson. epigr. 1. et Claudian. loc. cit. et Huni ap. Ammian. 31. 2. et 8. et Prosp. in chron. 3. 321. et 5. 270. — Ugni ap. Isid. 9. Orig. 2. 66. — Unni, sine aspiratione, ap. Prisc. per. loc. infra cit. — b) Ratione habita quantitatis, forma Chuni habet primam longam. Auson. loc. cit. « Arma inter Chunosque truces ». — c) Vocabulum conferunt etymologi recentiores cum Sin. Hiang-nu « servi Hiung » (V. Kiessling, PWK 8. 2585).

Hunni, populus barbarus et nomas Mongoliæ in Asia orientali. — a) De eorum sede. Ammian. 31. 2. « Hunnorum gens monumentis veteribus leviter nota ultra paludes Mæoticas glacialem oceanum accolens ». V. integr. cap. Adde Jorn. Get. 5. — Bifariam distinguuntur ab eod. ibid. 18. « Hunni - in bifariam populorum rabiem pullularunt. Nam alii Vulzi Hugri (Aulziagri v. Hanugari), alii Avari (Aviri) nuncupantur, qui tamen sedes habebant diversas. Nam (priores) juxta Chersonem; - hieme supra mare Ponticum se referentes; posteriores vero mansionem primam (habebant) in Scythiæ solo juxta paludem Mæotidem, secundo in Mœsia Thraciaque et Dacia, tertio supra mare Ponticum, rursus in Scythia legimus habitasse ». — b) De gestis. Altero dimidio sæc. IV. gens hæc, cerva duce, Mæotidem paludem pedibus transiit (Id. ibid. 66) et in valles Rhæ et Tanais; quod ita describit Hieronym. ep. 77 (a. 399). « Ecce subito discurrentibus nuntiis, Oriens totus contremuit ab ultima Mæotide inter glacialem Tanaim et Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina; quæ pernicibus equis huc illucque volitantia cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Hanc gentem Herodotus (1. 106) refert sub Dario Medorum rege viginti annis Orientem tenuisse captivum et ab Ægyptiis atque Æthiopibus annuum exegisse tributum ». — Vocatus a Roxolanis, eorum rex Balamir ob Hermanarici mortem vicit Ostrogothos eosque ad solvendum tributum adegit; dein Visigothos ultra Danubium (cujus trajectum describit Jorn. Get. 153), in territorium Romanum expulit a. 376 (Oros. 7. Hist. 33); sed Theodosius imp., victores aggressus, magnis multisque cædibus affecit (Id. 34. ibid. 5). — Relicto Oriente, ad Gallias quum adpropinquassent, Valentinianus imp. per Alamanniæ terras deflexit (Ambros. ep. 24. a. 387). — Italiam quoque invaserunt, duce Radagaiso a. 405., sed, contra eum ipsis Hunnis dimicantibus, fusi sunt ac fugati (Oros. 7. Hist. 37.sqq.). — Verum, Attila ejusque fratre Bleda ducibus (a. 433), tantas vires receperunt, ut rursum ubique terrorem incuterent (Prosp. et Marcellin. in chron.). — Bleda autem a fratre, sui exercitus augendi causa, occiso, a Pannonia egressi, post quam in eo erant ut Constantinopolim caperent, nisi a Marciano imp. fuissent repulsi, ad occidentem conversi ac Germaniam in transitu depopulati, Galliam intrarunt, ubi tamen (a. 451) ingenti clade in campis Catalaunicis affecti (V. ÆTIUS), in Pannoniam redierunt; unde, anno insequenti denuo reversi in Italiam, eam igni ferroque vastarunt (V. ATTILA). — Exinde tamen, Attila demortuo, vim omnem amiserunt; quin etiam ex Hieronym. c. Jovin. 27. et ep. 107. liquet eos religionem Christianam amplexatos fuisse ac pristinam feritatem prope totam exuisse. — c) De forma. Jorn. Get. 24. « Exigui quidem forma sed arguti, motibus expediti et ad equitandum promptissimi: scapulis latis et ad arcus sagittasque parati (quibus potentissimi sunt): firmis cervicibus et in superbia semper erecti ». — d) De indole. Ammian. loc. cit. « Hunni omnem modum feritatis

excedunt ». et Jorn. Get. 24. « Hunnorum gens omni ferocitate atrocior ». Adde Auson. loc. cit. Rursus Ammian. ibid. « Infidi, inconstantes, ad omnem auram incidentis spei novæ perquam mobiles, totum furori incitatissimo tribuentes ». et mox. « quid honestum inhonestumque sit, penitus ignorantes, flexiloqui et obscuri, nullius religionis vel superstitionis reverentia aliquando districti, auri immensa cupidine flagrantes, adeo permutabiles et irasci faciles etc. ». — e) De moribus. Id. ibid. « Omnes (Hunni) sine sedibus fixis, absque lare vel lege aut victu stabili dispalantur, semper fugientium similes, cum carpentis, in quibus habitant: ubi conjuges (quos fere innumeras habent) tetra illis vestimenta contexunt et coeunt cum maritis et pariunt et ad usque pubertatem nutriunt pueros ». Jorn. Get. 24. « In pignora sua primo die nata deseviunt. Nam maribus ferro genas secant, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt ». et ibid. « quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate fugabant eo quod erat eis species pavenda nigredine, sed velut quædam (si dici fas est) deformis offa, non facies habensque magis puncta quam lumina ». Ceterum de hoc plura alia ap. Ammian. et Jorn. locc. citt. et Ambros. Tob. 11. 39. — In funeribus regum, ut de Attila novimus, crinium parte truncata facieque informi turpata vulneribus, in mediis campis, intra tentoria serica cadaver regii ministri collocabant equitesque electissimi, in modum Circensium cursibus ambientes, facta mortui cantu funereo prædicabant (Jorn. Get. 49). — Memorantur quoque Salvian. gub. D. 4. 14. et 17. 7. 9. et 7. 9., Veget. mulom. 3. præf. 1. et 3. 26., Itin. Alex. M. 87. et Cod. Theod. 5. 4. 3. (a. 409)., coll. Ennod. carm. 2. 18. — In sing. num. collective pro Hunnis. Claudian. carm. 20. 338. « Si Chunus feriat etc. et Prisc. per. 705. Hinc Unnus sequitur etc. ». Adde Pacat. pan. Theod. Aug. 11. et 32. — De Hunnis vd., ex recentioribus, Deguignes, Hist. génér. des Huns etc.; Hirt, Ueber Wolga-Hunnen and Hiang-nu, S.-B. d. Ak. Münch. phil. his. Kl. 1889. p. 245-277.; Kiessling, op. cit. 8. 2583-2615., coll. Parker, The Turco-Scyth. Trib., China Review XX. a. XXI. u. Thousand, Years of the Tartar. Shangai 1895. — Hinc Hunniscus (Huniscus), adj., ad Hunnos pertinens, ut Hunnisci equi, quos describit et vulnerum patientes dicit Veget. mulom. 6. 6. 2. et 5. et 7. 1. — De equo Hunisco exstat epigramma Ennod. carm. 2. 94. — Hunugari, nom. gentis ab Hunnis progenitæ, quam fuse describit Jorn. Get. 5.

HUNNUM, i, n. 2. oppidum Britanniæ Romanæ, statio valli Hadriani, ab ala Sabiniana occupata, hod. Halton Chesters. Memoratur in Not. Dign. occ. 40., ap. Rav. p. 432. et in Corp. 7. p. 115.

HUNŪULFUS, i, m. 2. primas Suavorum, memoratus Jorn. Get. p. 277., de quo nomine plura congessit Closs. ad Jorn. l. c. p. 184. ed. alt.

HUS, indecl. nom. pers. et geogr. (Hebr. pers. ʽŪtz et LXX. Οὔζ; geogr. Αὐσῖτις, Vulg. Ausitis ap. Jer. 25. 20). ¶ 1. Hus, nom. pers., sc. — 1.°) Nepotulus Sem, primus ex quattuor filiis Aram (Gen. 10. 23. et 1. Par. 1. 17). — De eo nihil aliud novimus, nec certum est, regionem Hus ab eo nomen accepisse. — 2.°) Item primogenitus Nachor et Melchæ, nepos Abrahami (Gen. 22. 20). — 3.°) Item Idumæus quidam, filius Disan, ab Esau prognatus (Gen. 36. 28. et 1. Par. 1. 42). ¶ 2. Est etiam nom. regionis, quæ fuit patria Job (Job 1. 1., Jer. 25. 20. et Lam. 4. 21). — De situ alii alia sentiunt; nam Gesen. thes. p. 1008. putat eam fuisse in parte boreali deserti Arabiæ prope Euphratem, indiciis quibusdam sacrarum litterarum fretus (Job 1. 15., 17.; 2. 11.; 24. 5-13. et 30. 1-8); alii vero auctoritati innixi et iis, quæ ab illorum locorum incolis tradebantur, Auranitidi (Hauran) adscribunt, in regno Og vel Basan et in tribu Manasse, quæ fort. ad Auranitidem usque protendebatur (Ephr. Syr. in prol. Job); vel ubi erat Astaroth Carnaim, in Auranitide, lato sensu sumpta (Hieronym. onom. p. 254.sq. ed. Larsow et Parthey); vel ubi sunt reliquiæ Deir Edjub, i. e. « monasterium Job » item in Auranitide (Delitzsch, Das Buch Job p. 507-539); vel in Trachonitide et Damasco (Jos. ant. Οὔσης). Porro communi olim sententia Idumæa vel fines Idumææ et Arabiæ statuebantur uti locus, ubi vixit Job; sed hoc videtur depromptum ex glossa, Alexandrinæ interpretationi adjecta, qua confusus est Jobab, rex alter Idumææ post Balac, cum Job ex nominis similitudine. Ex loco tamen Jer. 25. 20-21., in quo perspicue distinguitur terra Ausitis seu Hus ab Idumæa, patet Job non fuisse Idumæum, sed multo probabilius in parte aliqua Auranitidis habitasse censet cl. Vigouroux (Dict. Bibl. III. 784). Non tamen parvi faciendum est illud, quod extundi potest argumentum de origine Job Arabica, ex loco Job 1. 3. « eratque vir ille magnus inter omnes orientales (hebr. benê-chêdem) », quo nomine Arabes designantur. Viderint eruditi.

HY

HȲA, æ, f. 1. (Ὑά) nom. mul. Gr., quod apud Romanos in cogn. transiit. Corp. 10. 3016. — Fuit etiam nympha, quæ ex Oceano vel ex Atlante duodecim filias procreavit, quarum quinque Hyades dictæ sunt et septem Pleiades, et filium, qui Hyas est nuncupatus (Schol. ad Germ. p. 73. et 136. Br.) a Musæo poeta.

HȲĂCINTHĬA, ōrum, m. plur. 2. V. voc. in Lexico.

HȲĂCINTHOS vel

HȲĂCINTHUS, i, m. 2. (Ὑάκινθος) nom. vir., a flore noto desumptum, de cujus etymo V. Lexicon. — Scribitur in lapidib. Yacintus, Yachintus, Jacintus, Hyacunthus, Huscinthus etc. — Est in titulis cogn. vir. tam ingen. quam libert., itemque nom. servile. Corp. 10. 1262., 2484. etc.; et Hyacintha, cogn. mul. Inscr. ap. Maffei, Mus. Ver. 271. 2., ubi tamen Hyacinta sine aspiratione. — Fuerunt etiam ita nuncupati — 1.°) Puer Lacedæmonius, Eurotæ vel Œbali filius, unde et Œbalides dictus Ovid. Ib. 585. et Auson. edyll. 6. 10. et Œbalius puer ap. Martial. 14. 173., ob pulcritudinem a Borea et ab Apolline adamatus; sed quum is Apollinis amore magis lætaretur, ab irato Borea, dum exercebatur disco, occisus fuit et in florem sui nominis mutatus, ap. Mythogr. I. fab. 117. et II. 181., repugnante Val. Prob. ad Virg. ecl. 3. 106., qui tradit ab Apolline per ignorantiam fuisse interemptum. — Memoratur etiam — a) Proprie. Ovid. 10. Met. 162-219., ubi fabula describitur. et Claudian. carm. 35. 131., Plin. 21. Hist. nat. 11. 38. (66)., Firmic. err. prof. rel. 12. 2., Rufin. recogn. 26., Dracont. carm. min. 2. 136. — b) Improprie de puero delicato. Martial. 8. 63. et Lucil. Non. 258. 27. Merc. — Artificibus argumentum dedit (Plin. loc. cit.; Visconti opp. var. II. 135-138.; Overbeck, Plastik I. p. 71.sqq. et K. M. Apollon p. 510.sqq.; Clarac, Mus. de sc. III. p. 236. pl. 484.; Müller-Wieseler, Denkm. d. a. K. 2. n. 139.; Hertz, Gemm. d. Samml. [in Brit. Mus.] cum Inscr. ΥΑΚΙΝΘΟC: « Hyac. discum jactans »., C. I. Gr. 7050.; Matz-Duhn, Ant. Bildw. in Rom. I. n. 192). — 2.°) Item puer seu servus Eugeniæ virg. et mart., frater Proti, cum ea martyrio ipse quoque coronatus, ut in Vit. Eugen. traditur et innuitur in Catal. Liber., et cum Proto item servo sub Gallieno imp., ut est in Martyr. Rom. III. id. Sept. p. 282. ed. 1914., qui « deprehensi, quod essent Christiani, sacrificare coguntur; sed non consentientes, primo durissime verberati sunt ac tandem pariter decollati ». Sepulti autem fuerunt Romæ via Salaria veteri in cœmeterio Basillæ. — Hyacinthius, adj., ut Hyacinthius mensis, dictus, qui æstivo tempore habebatur, quo sacra in honorem Hyacinthi celebrabantur. Memoratur ap. Torremuzza Inscr. Sic. al. 15. n. 42-43. Cf. Dodwell Diss. 8. de cycl. — Hyacinthis, abs. V. in Lexico.

HȲĂDES, um, f. plur. 3. V. voc. in Lexico.

HȲAGNIS, is vel idis, m. 3. (Ὕαγνις) celeber vir Phrygius (Boeth. mus. 1. 20), qui « fuit, ut fando accepimus, inquit Apul. flor. I. n. 3., Marsyæ tibicinis pater et magister, rudibus adhuc musicæ sæculis, solus ante alios cantus canere. - Primus in canendo manus discapedinavit (i. e. manum alteram ab altera disjunxit, duas simul tibias inflando); primus duas tibias uno spiritu animavit; primus lævis et dexteris foraminibus, acuto tinnitu et gravi bombo concentum musicum miscuit etc. ».

HȲĂLĒ, es, f. 1. (Ὑάλη, pellucida quasi ὕαλος, vitrum) ¶ 1. Fuit una ex nymphis Dianæ, laudata Ovid. 3. Met. 171. ¶ 2. Item una ex filiabus Danai, quæ prima nuptiarum nocte Perium virum occidit. Hygin. fab. 170., si tamen sanum est nomen.

HȲĂLISSUS, i, m. 2. cogn. vir., etiam libert. generis, itemque nom. serv. Corp. 5. 194. et 9. 2132. — Ibid. 3033. et 10. 920.

HȲAMPŎLIS, is, f. 3. (Ὑάμπολις εως, ιδος v. ιος) urbs Græciæ mediæ in Phocide, acri subnixa scopulo (Stat. 7. Theb. 345), ad septentr.-occid. lacus Copaidis, loco rei bellicæ valde idoneo, templo Artemidis illustris, ubi plura commissa sunt prœlia; sed Xerxes primum, dein Philippus eam diruerunt; ætate vero Romana adhuc habitabatur, sita prope vicum Vogdhani. Memorant Liv. 32. 18. et Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (27). et, ex Græcis, Hom. Il. 2. 521., Herod. 8. 28. et 33., Xen. Hell. 6. 4. 7., Paus. 10. 1. 4. et 3., 3. 1., 35. 5., Diod. 16. 56. et Strab. 9. 401. et 424. — Græci duas v. tres recensent urbes hujus nominis. V. Weizsäcker in Roschers Lex. myth. p. 2767.

HȲANTES, um, m. plur. 3. populus Bœotiæ, ita dictus ab Hyante, rege. Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (26). — Ejus regio Hyanthe appellata videtur Serv. ad Virg. 3. Æn. 88. « Cadmus in Hyanthe Bœotiam condidit ». Alii leg. Hyanteo. — Hinc Hyanteus et Hyantius (Yanteus), Ὑάντειος et Ὑάντιος, adj., apud poetas idem qui Bœotus, ut Hyanteus Iolaus ap. Ovid. 8. Met. 147. et Hyantei agri ap. Stat. 1. Theb. 183. — Pænultima est anceps, forma Græca Ὑάντιος spectata.

HȲANTĒUS, a, um, adject., et

HȲANTHE et

HȲANTĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

HȲĂRŌTIS, is, m. 3. (Ὑάρωτις) fluvius Indiæ intra Gangem, ab Imao, monte in Acesinam excurrens, hod. Ravi. Memoratur Curt. 9. 1. 13. et, ex Græcis, Strab. 15. 694.sq., Arrian. an. 5. 4. 2. et alib., Ptol. 2. 34. 9.

HȲAS, ădis, f. 3. una Hyadum. Stat. 1. Silv. 6. 22. V. HYADES in Lexico.

HȲAS, antis, m. 3. (Ὕας, αντος) cogn. vir. Corp. 8. 9482. — Fuit etiam hoc nomine — a) Pater Hyadum, quarum mater Bœotia dicta. Alex. ap. Hygin. astr. 2. 21. — b) Item unus ex filiis Atlantis ex Æthra vel Pleione vel Hya, Oceanitide uxore, et frater Hyadum, quem ab apro vel leone occisum sorores fleverunt extabueruntque ex dolore; idcirco Juppiter eum inter sidera transtulit, quod sidus Hyantis dicitur Ovid. 5. Fast. 734., coll. Hygin. loc. cit., cujus fabulam narrant idem Hygin. fab. 192. coll. fab. 248. et Ovid. 1. Fast. 170., 172., 179. et 182.

HȲBANDA, æ, f. 1. oppidum Ioniæ, quondam insula, quæ « nunc CC. stadiis a mare abest », ut refert Plin. 2. Hist. nat. 89. 91. (204).

HȲBLA, æ, v. Hyble, es, f. 1. (Ὕβλα, Ion. Ὕβλη) nom. geogr. ¶ 1. Est nom. montis in Sicilia inter Leontinos et Syracusas cum oppido cognomine, thymo aliisque floribus abundans et ob id apibus frequens, unde mel provenit sapidissimum et copiosum. Laudatur Ovid. Ib. 201. « Nam neque quot flores Sicula nascuntur in Hybla etc. ». et 5. Trist. 13. 22. « Et careat dulci Trinacris Hybla thymo ». et 3. Art. am. 150. « Nec quot apes Hyble nec quot in Alpe feræ ». Adde Plin. 11. Hist. nat. 13. 13. (32). Claudian. carm. 35. 79. fertilis Hybla. Sil. It. 14. 199. nectareis - Audax Hybla favis. — Ad hunc montem sive oppidum cogn. spectant Martial. 2. 46., 7. 88., 9. 12., 10. 74., 13. 105., Virg. 7. Ecl. 37., Ovid. 2. Pont. 7. 26. et 4. ibid. 15. 10., Stat. 1. Ach. 557., Colum. 9. 14. 19. et 10. 170. 1., Senec. Œd.

614. et Symm. 1. ep. 102. ¶ 2. Est etiam nom. trium urbium, sc. — 1.°) Hybla major (Ὕβλαι μεγάλαι Fabretti Gloss. It. 608.), inter Cataniam et Centuripas, hod. Paternò (Corp. 10. 7013. et ib. p. 220). Memorant Mela 2. 118. et Liv. 26. 21. — De ejus nummis vd. Eckhel. 1. p. 216. — 2.°) Hybla minor, alio nomine Heræa (Steph. Byz. Ἡ δὲ [Ὕβλα] ἐλάττων, Ἡραία καλεῖται)., Itin. Ant. p. 89. — Tab. Peut. habet Hybla. et Rav. Hyle. — 3.°) Hybla parva, unde Hyblææ apes laudantur. Hinc Serv. ad Virg. loc. cit. « Hybla vel Hyble oppidum est Siciliæ, quod nunc Megara dicitur, - ubi optimum mel nascitur ». — De Hybla vd. Holm, Gesch. Sicil. im Altert. I. 68., 70., 132. etc. et Freeman-Lupus, Gesch. Sicil. I. 137. sqq., 459.sqq. etc. — Hinc Hyblæus, adj., ad Hyblam Siciliæ montem aut oppidum pertinens. Petron. carm. 29. 5. liquor. Claudian. carm. 28. 260. senex. i. e. quilibet Hyblæ incola, apum cultor. Sil. It. 14. 45. nectar. Lucan. 9. 291. gramen. Stat. 2. Silv. 1. 48. favi. Pervig. Ven. 49. flores. Virg. 1. Ecl. 55. apes. Martial. 5. 39. thyma. et 11. 42. mella. — Hyblensis, adj., ad Hyblam majorem pertinens. Corp. 10. 7013. Venus victrix Hyblensis. — Abs. Hyblenses, incolæ. Cic. 3. Verr. 43. 102. et Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (91).

HŸBLÆUS, a, um, et

HŸBLENSIS, is, adject. V. voc. præc.

HŸBREĀS, æ, m. 1. (Ὑβρέας) rhetor, patria Mylassenus, obscuro loco natus sed meritis illustris, laudatus etiam ut orator, et quidem copiosæ et concitatæ facundiæ atque inter Græcos etiam rhethoricæ præceptor. De eo Val. Max. 9. 14. ext. 2., Senec. in suas. et contr., ubi ejus fragmenta adfert. et Hieronym. in chron. a. 31. a. Chr. Cf. Strab. 13. 1. 15. et Eckhel, 2. p. 585.

HYBRĪDA, æ, m. 1. cogn. vir. Val. Max. 8. 6. 4. Q. Valerius propter obscurum jus civitatis Hybrida cognominatus. Cf. Corp. 9. 4013.

HYBRISTĀS, æ, m. 1. vir Lacedæmonius, qui tempore belli Antiocheni piraticam cum juventute Cephallenum exercebat infestumque mare ita reddebat, ut clausum jam esset commeatibus Italicis, teste Liv. 37. 13 (a. 190. a. Chr.).

HYCCĀRA, ōrum, n. plur. 2. oppidum Siciliæ, ad septentr. Panhormi Lilybæum versus, a Sicanis conditum, Segestæ hostile, ab Atheniensibus vastatum a. 415. a. Chr., prope hod. Carini, memoratum in Itin. Ant. p. 91. et 97. et, ex Græcis, Thuc. 2. 62., Diod. 13. 6., Paus. 2. 2. 5., Plut. Nic. 15. et Athen. 7. 327.

HŸDA, æ, f. 1. oppidum Cariæ in Asia. Plin. 5. Hist. nat. 28. 29. (104). — Sunt qui tribuant etiam Melæ 1. 84., sed Frick leg. Hyla.

HŸDACĬUS. V. HYDATIUS.

HŸDARNĒS, is, m. 3. (Ὑδάρνης et Ὑδάρτης Arrian.) nom. viri, fort. Persicum, qui fuit prætor Darei regis, ap. Curt. 4. 5. 13., non confundendus cum eo, qui inter septem conjuratores Persas recensetur Ampel. 30., si sana est lectio.

HŸDASPĒS, is, m. 3. (Ὑδάσπης) nom. geogr. et pers. — Dictum videtur ab Hystaspes, rege Medorum antiquissimo, ut putat Isid. 13. Orig. 21. 12.; sed recentiores nomen ducunt a voc. Skr. widat-aspa « equorum assecutor » (Prakr. Vidasta); alii vero vocem hybridam solvunt in Gr. ὕδωρ, aqua, et Pers. aspes, quod quid sit, prætermittunt. — Est igitur ¶ 1. Hydaspes, flumen celeberrimum Indiæ intra Gangem, ut ajunt, erumpens ab extremitate occidentali montis, qui Imaus dicitur, inter Indum et Acesinem et cum aliis quattuor in illum se exonerans, hod. Djelam, inter munimenta regni Persici adnumeratum Curt. 4. 5. 4 (V. Zumpt ad l.). — Ad hoc flumen Porum, Indiæ regem, magno prœlio devicit Alexander M. a. 327. a. Chr. — Plura sunt, quæ a veteribus poetis dicuntur de Hydaspe, sed fabulosa; hinc Horat. 1. Od. 22. 7. « vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes ». Memoratur etiam Lucan. 8. 227. « Nysæus Hydaspes ». h. e. qui Nysam urbem alluit vel a monte Nysa delabens. Virg. 4. G. 211. « Medus Hydaspes » poetica licentia pro Persicus vel potius Indicus, uti communiter putatur; quum proprie sit non Indicus fluvius, sed Iranicus (Kiessling). Adde Justin. 13. 4., Senec. Herc. Œt. 632. et alib. et Med. 5. 243., Plin. 6. Hist. nat. 17. 21. (62)., Mel. 3. 69., Stat. 8. Theb. 237., Prisc. per. 1046., Avien. orb. 1343., Oros. 1. Hist. 2., Claudian. carm. 1. 80., 5. 243. etc. et, ex Græcis, Diod. 2. 37., Strab. 15. 686., Dio per. 1139., Arrian. an. 5. 3. 6. etc., Ptol. 7. 1. 26.sq. (Βιδάσπης), Plut. Alex. 60.sq., Nonn. 25. 276. — Translate pro toto Oriente, ap. Petron. sat. 123. (Pompejus) tremor Ponti, repressor Hydaspis. ¶ 2. Etiam nom. vir., sc. — 1.°) Fuit Trojanus quidam, in prœlio occisus. Virg. 10. Æn. 747. — 2.°) Item rex Medorum antiquissimus. V. HYSTASPES. — 3.°) Item servus quidam, puer formosus, ap. Horat. 2. Sat. 8. 14. procedit fuscus Hydaspes, Cæcuba vina ferens etc. — Hinc Hydaspeus, adj., ad Hydaspem fl. pertinens. Claudian. III. cons. Hon. 4. « Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis ». Sidon. carm. 2. 447. « Frangat Hydaspeas aries impactus Erythras ».

HŸDASPĒUS, a, um, adj. V. voc. præc.

HŸDATĬUS et Hydacius, ii, m. 2. (Cf. ὑδάτιον, aqua pluvia, demin. ab ὕδωρ, aqua) nom. vir. — De forma nominis vd. Momms. Chron. min. II. 3. — Ydacius scribitur Sulp. Sev. chron. 2. 47-51. — Fuerunt autem hoc nomine ¶ 1. Hydatius, episcopus urbis Emeritæ in Hispania (Sulp. Sev. chron. 2. 46), Priscilliani episc. ejusque sectæ adversarius una cum Ithacio, qui concilio, Cæsaraugustæ habito a. 380., interfuit (Mansi, Conc. Coll. III. 633) obtinuitque a Gratiano imp. edictum, quo Priscillianus a toto regno expelleretur (Sulp. Sev. chron. 2. 47). Memoratur etiam Hieronym. vir. ill. 121. « Priscillianus, Abilæ episcopus, qui factione Hydatii et Ithacii Treveris a Maximo tyranno cæsus est ». Adde Sulp. Sev. chron. 2. 50., coll. Momms. Chron. min. I. 462. et 1193. ¶ 2. Hydatius (Idacius), episcopus Ossonobensis, item vehemens Priscillianistarum persecutor, qui apud Maximum tyrannum ab eo accusati supplicium alii, alii exsilium subierunt, sed et ipse a sede sua est depulsus (Sulp. Sev. chron. 2. 47-51). De eo fort. sermo est ap. Isid. vir. ill. 15. et Prosp. in chron. ad a. 389. ¶ 3. Hydatius (Idatius), episcopus Aquiflaviensis (a. 395-470), chronographus Hispanus provinciæ Callæciæ, natus in Lamica urbe (Lamego). De se ita scribit in Chron. c. 37. « Immerito allectus ad episcopatus officium » (c. 96) et quidem Aquiflaviensis (c. 200). Quum vero ea loca Suevi vastassent, ob id « Hydatius episcopus ad Ætium ducem, qui expeditionem agebat in Galliis, suscepit legationem » (c. 96); quare Hermericus rex « pacem cum Callæcis, quos prædabatur assidue, sub interventu episcopali datis sibi reformat obsidibus » (c. 100). Verum, gliscentibus malis, quod et Manichæi latentes in Asturiensi urbe Callæciæ detecti fuere, et res ad Antonium, Emeritensem episcopum, delata (c. 129). Leo, pont. Rom., de ea edoctus, conventum provincialem indixit, « ut remedium tantis vulneribus afferretur (ep. ad Turib.). Sed Frumarius cum manu Suevorum, quam habebat, capto Hydatio episcopo septimo Kal. Augusti in Aquiflaviensi ecclesia eundem conventum grandi evertit excidio » (c. 207). Is vero « tribus mensibus captivitatis impletis mense Novembri miserantis Dei gratia - redit ad Flavias » (Ibid.). Decessit, ut tradit Isid. vir. ill. 9. « sub Leone principe ultima jam pæne senectute » a. 470. — Scripsit chronicon, quod adhuc exstat, ab anno, quo desiit Hieronymus, usque ad a. 469., in cujus præfatione hæc habet, ubi sui operis etiam indicat fontes: « Quæ fideli suscipiens cordis intuitu, partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquantorum relatu, partim ex cognitione, quam jam lacrimabile vitæ tempus ostendit, quæ subsecuntur, adjecimus. Quorum continentiam gestorum et temporum qui legis, ita discernes. Ab anno primo Theodosii Augusti in annum tertium Valentiniani Augusti - (a. 427) ex supra dicto a nobis conscripta sunt studio vel ex scriptorum stilo vel ex relationibus indicantium. - Posteris in temporibus, quibus offenderint, reliquimus consummanda ». — Hoc autem opus fons est patriæ historiæ plurimi habendus et auctor optimus testis, ubi credulitati non indulget, seriem secutus imperatorum. Alia porro, quæ ei tribuuntur, ut Fasti consulares ab initio reip. usque ad a. 468. et compendium Livii, ab eo abjudicanda sunt. — Operum ejus editiones veteres adornatæ sunt a Profitio (Rom. 1615), Sirmond (Paris 1619), Roncalli (Patav. 1787); recentiores vero a Migne, LI. p. 873-898., quam ed. secuta sunt Mon. Germ. hist. auct. antiq. IX. Chron. min. I. p. 197-247. et XI. Chron. min. II. p. 1-36 (Berl. 1892-1894). — De eo consulas Teuffel, R. L. III.[6] 453.; Wattembach, Geschichtsq. I.[7] 64., 91.sq. et 115.sq., Manitius, L. L. d. M. I. 58.sq. et 223.sqq.; Bardenhewer, Patr. 571.sqq.; Mommsen, Herm. XXIV. 401. et Krusch, N. A. VII. 475.sq.

HŸDĒ, es, f. 1. nom. aliud Sardium, urbis in Lydia principis, quæ a Mæoniis ita est vocitata, teste Plin. 5. Hist. nat. 29. 30. (110).

HŸDISSENSES, ium. V. voc. seq.

HŸDISSUM, i, n. 2. (Ὕδισσα Ptol.) urbs Cariæ, memorata Senec. quæst. nat. 3. 19. 1. — Hinc Hydissenses, gens Cariæ, quæ conventum celebrat Alabandensem, ut ait Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (109).

HŸDRA. V. HERCULES.

HŸDRĒLA, æ, f. 1. (Ὕδρηλα) urbs Cariæ, cis Mæandrum, aquosa (ὑδρηλός). Liv. 37. 56. — Condita fuisse dicitur ab Hydrelo quodam, ex quo nomen acceplsset. — De ejus nummis vd. Eckhel, 2. p. 583.; Millingen, Syll. 73.; Head-Svoronos Ἱστ. Νομ. II. 171. et Imhoof-Blumer, Kleinas. Münz. 422. — Hinc Hydrelitanus, adj. ad Hydrelam pertinens. Liv. loc. cit. « Caria, quæ Hydrela appellatur, agerque Hydrelitanus ad Phrygiam vergens ». ubi videtur Caria urbs esse, alio nomine Hydrela. Cf. etiam eund. 37. 56. Sed Steph. Byz. Ὕδρηλα τῆς Καρίας ». — Hydrelitæ, incolæ, ap. Plin. 5. Hist. nat. 29. 29. (105).

HŸDRĒLĪTA, æ, adject., et

HŸDRĒLĪTĀNUS, a, um. V. voc. præc.

HŸDREUMA, ătis, n. 3. (ὕδρευμα, aquatio), etiam Hydreum ll. cc., mansio sive locus est, in quo ad aquationem subsistebant iter habentes per deserta, uti erant, in via, quam tenebant mercatores imprimis in desertis Ægypti (it. carovane) a Copto Berenicem usque (ubi Rubri maris portus est), quarum mansionum quattuor hoc nomine recenset Plin. 6. Hist. nat. 23. 26. (132)., nempe abs. primam Hydreuma; alteram in monte dici itinere; tertiam Hydreuma Apollinis a Copto rursus in monte; quartum Hydreuma novum, cui addit vetus, Troglodyticum appellatum. Cf. etiam Solin. 54. Ex his unum vel duo memorat etiam Itin. Ant. p. 172., in quo alia novem enumerantur, omnino vero undecim, ut in Tab. Peut., sed inverso ordine et corruptis mutatisve quorundam nominibus. — De alio, Trajani dicto (ὕδρευμα Τραιανόν, latine fons Trajanus), mentio est in Inscr. bil. Gr. et Lat. — De his cf. Couyat, Les routes d'Aidhab, Bull. d. Inst. franç. VIII. 138. et Bädeker, Egypt.[4] 365.

HŸDRĬA, æ, f. 1. nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est insula maris Hadriatici, fort. ita dicta a forma, ap. Mel. 2. 114. ¶ 2. Est etiam nom. gent. mul., ut Hydria Tertulla, clarissima femina, uxor Terentii Musei et mater Axiæ Ælianæ (Corp. 12. 675. et ap. Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule II. 256. n. 517., coll. Sarcophages d'Arles 25.sq. n. 18). Videtur pertinere ad tempora Alexandri Sev. et successoris (Kadlec). ¶ 3. Item titulus comœdiæ incerti auctoris, cujus meminit Quintil. 11. 3. 91.

HŸDRĬĂCUS, i, m. 2. (Ὑδρίακος Ptol. v. Καυδρίακος al., sed parum recte) fluvius Carmaniæ, memoratus Ammian. 23. 6. 49., ad cujus ostium jacet vicus piscatorum, hod. Gwather. Cf. Marcian., peripl. etc. I. 28., Tomaschek, Kustenfahrt Nearchs 33. et Kiessling, PWK v. Hydaspes n. 2.

HŸDRĬĂDES, um, f. plur. 3. (Ὑδριάδες Νύμφαι Plat. ep. in Anth. Pal. 9. 823) nymphæ aquaticæ, ap. Propert. 1. 20. 12. Hydriasin (dat. pl. Gr.). Locus tamen est vexatissimus; sed Bährens idem nomen adfert etiam v. 45., ubi omnino ita legendum est, non autem Dryades vel Adryades.

HŸDRUNTĪNUS v. Hydrontinus, a, um, adject. V. voc. seq.

HŸDRUNTUM, i, n. 2., et

HŸDRUS, untis, m. 3. (Ὑδροῦς) Scribitur etiam

Odrontus in Itin. Hier. p. 609. — Est urbs Italiæ (reg. II) cum monte cognomine, ad oram maris Hadriatici et extremitatem orient. Calabriæ, proxima Epiro, contra Apolloniam, hod. Otranto, originis Græcæ, condita, uti fertur, a Cretensibus, temporibus Romanæ reip. municipium, locus transeuntibus in Græciam peridoneus, adeo ut Brundisio longe præstiterit sæc. IV. a Chr. n. Memoratur duplici forma: Hydruntum, ap. Plin. 3. Hist. nat. 11. 16. (100)., Liv. 36. 21. et in Itin. Ant. p. 497., 521. etc.; Hydrus habent Cic. 16. Fam. 9. et 15. Att. 2. et 19. ibid. 5. et Lucan. 5. 375. — Temporibus autem imperii orientalis tribunum habuit et episcopum, qui etiam Lippiæ, Brundisio et Callipoli præerat (Gregor. I. reg. VI. 21. et IX. 169. et 200). — De nummis vd. Eckhel, 1. p. 144. — Montis est mentio ap. Mel. 2. 66. — De ea cf. Hartmann, Gesch. Ital. I. 310.sqq. et Diehl, Etudes sur l'admin. Byz. etc. Paris 1888. et Gay, L'Ital. mérid. Paris 1904. — Hinc Hydruntinus (Hudrentinus, Ydrontinus), adj., ut Hydrontinum mare, unde conchylia extrahitur, teste Cassiod. 1. Var. 2., pro coloris purpurei tinctura. — Ydrontinus ager ap. Grom. p. 262. Lachm. — Hudrentini, incolæ, ut Municipium Hudrentinorum in Corp. 10. 1795.

HŸDRUSSA, æ, f. 1. (ὑδροῦσσα, aquosa) cogn. aliquot urbium, ex aquarum copia ortum, quæ sunt: — 1.°) Andros, insula Cycladum, ap. Plin. 4. Hist. nat. 12. 22. (65). — 2.°) Ceos, ap. eund. ibid. 12. 20. (62). — 3.°) Tenos cum oppido, ita appellata ab Aristotele, ab aliis vero Ophiussa, ut scribit idem Plin. ibid. 12. 22. (65).

HŸĒNĒ, es, f. 1. (cf. ὑηνός, porcinus) cogn. mul. Corp. 10. 2606.

HŸĒS, unus primorum trium Dioscurorum, memoratus Cic. 3. Nat. D. 21. 53., ubi tamen rectius alii aliter leg. — De eo Etym. M. v. Ὕης: Ἀριστοφάνης (al. Ἀπολλοφάνης) δὲ συγκαταλέγει ξενικοῖς θεοῖς τὸν Ὕην. De ejus etymo plura videsis ap. Jessen, PWK 9. 88.sq.

HŸETTUS, i, m. 2. (Ὑηττός) oppidum Bœotiæ, ubi quoddam magnetis genus nascitur. Plin. 36. Hist. nat. 16. 25. (128)., ubi alii aliter frustra leg.; nam Paus. 9. 24. 3. hoc oppidum in Bœotia recenset. Adde Herod. 1. 320., coll. I. Gr. VII. 1678. 4. V. Bölte, PWK 9. 90.sqq.

HŸĒTUSSA, æ, f. 1. (Ὑετοῦσσα v. Ὑετοῦσα (νῆσος), pluvialis vel imbrium insula: cf. Hydrossa v. Hydrussa) insula prope Cariam, memorata Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (134)., fort. hod. Kephulia.

HŸGĬA, æ, f. 1. (Ὑγεία vulg. pro Ὑγία: ab ὑγιής, sanus) nom. mul. — Latine, Græci vocabuli alterutra vocali omissa, dicitur Hygia et Hygea (Corp. 3. 243. et Martial. 11. 60); vel retenta ac soluta diphthongo, aliquando Hygeia, quadrisyll. Corp. 10. 1546., prima brevi, quam dactylus pes sequitur. — Ugia in C. 5. 4525. ¶ 1. In titulis cogn. itemque nom. serv. mul. C. 5. 3515., 10. 5936. etc., et gent. C. 5. 6020. ¶ 2. In libris, apud mythologos, filia Æsculapii, dea sanitatis, sæpe una cum patre aliisque diis, sc. Athens, Titane, Dionyso, Tyche etc., culta, præsertim Thisbe, Elateæ, Megaræ, Oropi, Thespiis, Argis, Pergami, Bolis (Corp. 3. 242., 1560., 3412., 3469., 5873. etc.). — Ad priscæ artis monumenta quod attinet, in nummis repræsentatur sæpe stans (Eckhel, 2. p. 385., 425. et 468., coll. Head, H. N. 463., 537. 719. etc. et Car. 55.sq., 62., 2.sqq., 70., 98. 1., 117. 9., 215., 211). — Pyrrhus fictor ex ære eam fecit (Plin. 34. Hist. nat. 8. 19. [80]) itemque Niceratus (Id. ibid.). « Æsculapium et Hygiam, qui sunt in Concordiæ templo Romæ ». et Socrates, qui « jure omnibus placet, eam pinxit cum Ægle et Panacea » (Id. 35. ibid. 11. 40. [137]). et Scopas cum Æsculapio (Paus. 8. 28. 1). Alia, ut statua, illustratur in Bull. et Ann. d. Ist. arch. a. 1873. p. 5-19. V. Thrämer in Roschers Myth. Lex. I. 2776.sqq. — Hinc Hygienusa, cogn. mul. Græcan. (ὑγιαίνουσα, bona valetudine utens). Corp. 2. 3925. — Hyginus. V. suo loc. cum derivatis.

HŸGĬÆNO, ontis, m. 3. pictor antiquissimus, qui monochromata pinxit. Plin. 35. Hist. nat. 8. 34. (56)., ubi alii aliter leg.

HŸGĪNUS, i, m. 2. (Ὑγῖνος) nom. vir. — Scribitur etiam Yginus, omissa aspiratione, ap. Fest. p. 182., ubi alii etiam Uginus. — Higenus v. Iginus et Igenus ap. Gromat. p. 3., 336. et 403. Lachm. — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) C. Julius Hyginus. V. JULIUS. — 2.°) Hyginus, medicus ocularius, cujus meminit Martial. 10. 56., fort. ficti nominis. — 3.°) Hyginus, unus ex scriptoribus gromaticis, sub Trajano imper. (a. 98-117), tempore, quo adhuc vivebant veterani, a Vespasiano imp. remunerati in Samnio (Cf. Hultsch. metr. script. II. 6). De eo Aggen. Urb. in comm. ad Frontin. p. 3. — Scripsit opus, in tres partes tributum, sc. de limitibus (constituendis) p. 108-113.; de condicionibus agrorum p. 113-123.; de generibus controversiarum p. 123-134 (V. Blume in Mus. Rhen. VII. p. 142-154. et Lachmann, Handschr. Feldmess. II. p. 142). Ordo primitivus ita ab eo ipso significatur p. 123.: « Hæ sunt condiciones agrorum, quas cognoscere potui: nunc de generibus controversiarum perscribam, quæ solent in quæstionem deduci ». — Auctor opere Frontini in prima parte, non tamen serviliter, usus est, rei, quam pertractat, scientissimus, scripsitque bonæ etiam latinitatis non ignarus (V. Lachmann op. cit. II. p. 139); nec audiendi sunt Blume et Lachmann, qui hujus partis auctorem alium Hyginum comminiscuntur, validis a Lange argumentis refutati in proleg. crit. et hist. ad Hyg. op. p. 44-57. et alib. — Hyginus aliud quoque opusculum sibi tribuit (Ib. I. p. 133. 14.sqq.), nempe libellum, edicti (Domitiani) verba et constitutiones quasdam aliorum principum itemque Nervæ continentem; denique aliud opusculum de castrametatione vel de munitionibus castrorum, nomen Hygini præ se ferens, et quidem jure (Lange, loc. cit.); sed non integrum ad nos pervenit. — 4.°) Hyginus, vir clarissimus, falsi criminis accusatus a. 384. v. 385., sed, innocentia cognita, absolutus, de quo Symm. 10. ep. 49. — 5.°) Hyginus, pontifex Romanus, nonus in serie, teste Ps. Tertull. in carm. 3. c. Marcion. 283. itemque Cyprian. ep. 74., repugnantibus Hieronym. et Prosp. in chron., qui ei octavum locum adtribuunt, fort. ob diversam de horum pontificum numero sententiam, inde ab ipsis Romani pontificatus initiis haud certis exortam. Alii porro eum recensent inter Telesphorum et Pium (Iren. 3. hær. 3. 3. et Euseb. h. eccl. ap. Rufin. 5. 24) vel non ante Pium sed ante Anicetum (Optat. schism. Donat. 2. 3. et Augustin. ep. 53), quod recentiores eruditi non probant, sed statuunt Hygino Pium mox successisse. Quodsi Irenæus non sibi constat; sistit enim Hyginum nono loco post Petrum (hær. 1. 27) et paulo post octavo (3. 4); duo tamen hæc, sibi specie repugnantia, facile ex contextu conciliari possunt; nam primo integram successorum seriem enumerat, a Petro incipiens, secundo successores Apostolorum memorat, ut demonstret, quinam fuerint, qui eorum doctrinam continuarunt (Civiltà Catt. 1902., qu. 1257. p. 334). — Fuit autem origine Græcus, filius philosophi Atheniensis, regnavitque annos circiter quattuor tantum, temporibus Veri et Aurelii, a consulatu Magni et Camerini, a. 138. ad Orfidi et Prisci, a. 149., ut a Smit-Wace, Dict. biogr. III. ad v., comprobatur. — Martyr obiit, ejusque natalis seu triumphi dies celebratur III. id. Jan. (Martyr. Rom. 1914. p. 12), quamquam nec Liber Pontif. nec Cyprian. ep. 74. de ejus martyrio mentionem faciunt. — De Hygini gestis hæc solum traduntur, nempe « clerum composuit », i. e. sacris ministris defunctis vel exsulibus alios substituit, aut certas quasdam leges in meliorem eorum ordinem tulit, et « distribuit gradus » sc. munera, vel novam officiorum partitionem invexit. Panvinius vero defendit, ei tribuendam esse primam cleri constitutionem, qui diaconiis seu titulis alios sacerdotes adjunxerit, capiti, cardinali seu antistiti, subjectos (Panv. de sept. eccl. c. 2), quod tamen certo fundamento caret. Illud vero indubium est, Hygino regnante, Cerdonem, primum ex Gnosticis hæreticum, Romam venisse, qui errores suos repudiare visus est, sed in eos quum recidisset, a communione fidelium est depulsus. — De Hygino pont. vd. Lib. Pont. ed. Duchesne Paris 1892.; Ferreiros, St. apol. d. Papi II. 142-146. tr. Torino 1899. et Smit-Wace op. cit. — 6.°) Hyginus, episcopus Cordubensis, fax discordiarum, qui primum hæreticorum publicus insectator, post turpiter ita a recto tramite declinavit, ut eos in suam communionem reciperet, teste Sulp. Sev. 2. chron. 46. et 47. — Hic videtur quem Maximus tyrannus in exsilium ejecit. Ambros. ep. 24 (a. 387). ¶ 2. In titulis cogn. vir., etiam libertinum, itemque nom. servile. Corp. 2. 2110., 1249. et 8. 8291. — Hygina, cogn. mul. Cod. 5. 6. 4., ubi Higina. — Hinc Hyginia, cogn. mul. C. 5. 3999. — Hyginianus (Yginianus), adj., ad Hyginum aliquem pertinens. Inscr. in Bull. d. Ist. arch. a. 1866. p. 173. — Absolute seu substantivorum more, cogn. vir. Corp. 10. 1416. et 7235.

HŸLA, æ, m. 1. (cf. ὕλη, silva) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est cogn. vir. Græcan., etiam libert. generis. Corp. 5. 7787. et 10. 8058. 2 (in signaculo Pompejano). et alia ap. Momms. Inscr. Helv. n. 350. 22 (in lucerna). — Abs. Cod. 5. 36. 3. et 5. 61. 11. ¶ 2. Est etiam urbs Cariæ. Mela 1. 16. 2.

HŸLACTOR, ŏris, m. 3. (ὑλακτέω, latro) nom. canis Actæonis latratu valentis. Ovid. 3. Met. 224. « et acutæ vocis Hylactor ». Adde Hygin. fab. 181.

HŸLÆI, ōrum, m. plur. 2. (Ὑλαῖοι) populus Scythiæ in Ponto, Tauricæ Chersoneso proximi, haud procul ab Hypane fluvio, ab ὕλη, silva, appellatus, quod silvester fuerit vel potius silvestrem regionem incoluerit. Plin. 4. Hist. nat. 12. 26. (84). — Hinc Hylæus — a) Subst. — α) Est nom. centauri, ita dicti, quod silvester moribus fuerit aut quod in silvis vixerit, quæ proprie habitatio centaurorum fuisse traduntur. Cf. Prisc. II. 71. K. — Hic, invitatus ad nuptias Pirithoi, regis Lapitharum, ausus est Atalantæ, novæ nuptæ illius vim adferre, quare ab ipsa sagittis confossus est, ut narrat Ovid. 2. Art. am. 191.; vel ab ipso Pirithoo, ut est ap. Mythogr. II. fab. 108.; vel a Theseo, ut ap. Serv. ad Virg. 8. Æn. 294.; vel ab Hercule ap. Virg. loc. cit. Memoratur etiam Stat. 4. Theb. 140. Hylæus duplex. Adde eund. 6. ibid. 517., Ovid. 12. Met. 578., ubi Hyles, et Horat. 2. Od. 16. 6. V. Schol. ad l. — β) Item nom. canis, ab ὑλάω, latro, ap. Hygin. fab. 181. et Ovid. 3. Met. 213. — b) Adj. — α) Ad Hylæos pertinens, ut Hylæum mare ap. Plin. 4. Hist. nat. 12. 26. (83). « Inde silvestris regio Hylæum mare, quo alluitur, cognominavit ». — β) Ad Hylæum centaurum pertinens. Propert. 1. 1. 13. « Ille etiam Hylæi percussus vulnere rami etc. ».

HŸLÆUS, a, um, adject. V. voc. præc.

HŸLĀS, æ, m. 1., et Hylas, ătis, 3. (Ὕλας [Ὕλλας Ap 17. 9., Ὕλλος Anticl. ἐν Δηλιακοῖς ap. Schol. Ap. Rh. 1. 1207]) nom. pers. et geogr. — a) Prima forma est communior; altera rarius occurrit, ut in Inscr. ap. Orelli n. 2584. Hylatis. — b) Secunda syllaba in casu vocativo longa est; sed etiam corripitur Græcâ licentiâ Virg. 6. Ecl. 43.sq. Cf. Martial. 9. 12. — Est autem

I.) Hylas, nom. vir. ¶ 1. In titulis nom. serv. et etiam cogn. ingen. atque libert. Corp. 2. 3809. et 5. 1116. et 2343. ¶ 2. In libris — 1.°) Fuit filius Thiodamantis, Dryopum regis (Apoll. Rhod. 1. 1213.sqq., et Mnaseas in Schol. Apoll. Rhod. 1. 131) et Menodices nymphæ, Orionis filiæ, ephebus ex Œchalia (al. ex Argis), puer formosus (Hygin. fab. 271), amasius (Sch. Theocr. 13. 7. filius) et comes Herculis in expeditione Argonautarum. — In fabulis Hercules et Hylas feruntur in Colchidem euntes ad litus Mysiæ olim appulisse et dum ille venabatur, hunc aquatum accessisse cum urna ad Ascanii fluminis ripam; unde ipse cum urna a Nymphis ejus fluvii vi detractus raptusque dicitur fuisse; tunc Herculem, anxium, diu puerum conquirendo tam aberrasse, ut a sociis vela facientibus desereretur (Hygin. fab. 14., Serv. ad Virg. 6. Ecl. 43. et Mythogr. I. fab. 49., II. fab. 199. et III. fab. 3., coll. Apoll. Rh. et Theocr. locc. citt. V. Preller, Gr. Myth. II. p. 327-328). — In memoriam deinde pueri diu, sed frustra, quæsiti

Hercules instituit annua sacra, in quibus crebro clamaretur. Cf. *Solin.* 42. Huc spectat illud *Virg. loc. cit.* « His adjungit, Hylam nautæ quo fonte relictum Clamassent: ut litus, Hyla, Hyla, omne sonaret ». Adde *Val. Fl.* 3. 596. — Ad eum pertinent etiam, præsertim poetarum epitheta v. locutiones, ut *Val. Fl.* 3. 537. carus. *et* 3. 599. parvus. *Propert.* 1. 20. 5. formosus. *Virg.* 3. *G.* 6. puer. *Auson. p.* 348. pulcher. *Dracont. carm. min.* 2. 95. pulcherrimus. *Martial.* 5. 48. 5. raptus. *Ovid.* 2. *Art. am.* 110. tener. *Solin.* 42. deliciæ Herculis. *Propert.* 1. 20. 6. Thiodamanteus. — Memoratur quoque *Juvenal.* 1. 164. Aut multum quæsitus Hylas urnamque secutus. *Val. Fl.* 3. 596. Rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat Avia. *Virg.* 3. *G.* 6. cui enim non dictus Hylas? Adde *Arnob.* 4. *p.* 145., *Firmic. err. prof. rel.* 12. 2., *Val. Prob.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 43. et 3. *G.* 6., coll. *Tertull. nat.* 2. 14., *Stat.* 1. *Silv.* 2. 199. et 2. 1. 113. et 5. *Theb.* 443., *Prisc. per.* 775., *Avien. orb.* 978., *Solin.* 42., *Martial.* plurimis locis. — De eo cf. *Türk, De Hyla*, Bresl. *phil. Abhand. VII.* 4. et *Mannhart, Myth. Forsch.* 55.*sqq.* — Porro hæc fabula materiam præbuit pluribus poetis Græcis, ut *Theocrito, idyll.* 13. et *Apoll. l. l.*, et Latinis, ut *Val. Fl.* 3. a *v.* 485-599., coll. *Propert.* 1. 20. 6.*sqq.* et *Virg.* 3. *G.* 6. — Nec solum poetis, sed et artificibus argumentum satis amplum suppeditavit, quorum opera illustrata exstant, præterquam a *Visconti, Winckelmann, Cavedoni* (Cf. *Bull.* et *Ann. d. Ist. Arch.*), a *Sogliano, Le pitture murali campane scoverte negli anni* 1867-79. *p.* 102-103. *n.* 552. = *Giorn. degli scavi di Pompei N. S.* 3. *p.* 5.*sq.*, *Bull. d. Ist.* 1876. *p.* 189.*sq.* *Drexler*, coll. etiam *Matz-Duhn, A. B. in Rom.* 2899., 4114 *(Musiv.)*; *Millin, gal. Myth.* 106. 420 = *Helbig n.* 1260. itemque *Bull. napol.* 4. 23 = *Helbig n.* 1260.[b], fort. *Mus. Borb.* 13. 46., *Rochette, choix de peintures de Pomp.* 15 = *Helbig* 1261. etc. — De nummis vd. *Mionnet* 2. 446., 464. *Suppl.* 5. 1445-67., 1480., 1482., 1492.; *Head, H. N. p.*, 439.; *Sestini, Lett. e Diss. Num. Cont.* 8. *p.* 13. *n.* 19., de quo tamen cf. *Seeliger* in *Roschers Myth. Lex.* I^2 *p.* 2797. — 2.°) Item puer delicatus Galli poetæ, cujus meminit *Propert.* 1. 20. 6.*sqq.* « Est tibi non infra speciem, non nomine dispar Thiodamanteo proximus ardor Hylæ ». — 3.°) Item histrio famosus, Pyladis discipulus, qui, ut ait *Macrob.* 2. *Sat.* 7. 12., eum « usque ad æqualitatis contentionem eruditione provexit. Populus deinde inter utriusque suffragia divisus est, ut quum canticum quoddam saltaret Hylas - τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα sublimem ingentemque Hylas velut metiebatur etc. ». — Sed Augustus *(Suet. Aug.* 45) Hylan pantomimum, querente prætore, in atrio domus suæ - flagellis verberavit et Pyladem urbe atque Italia summovit. Cf. *Dion.* 54. 17. — 4.°) Item scriptor augurriorum peritissimus, laudatus *Plin.* 10. *Hist. nat.* 18. 18. (38)., qui ejus scripta inter fontes suos recensuit in *Ind. l.* 10.

II.) Hylas, nom. geogr. ¶ 1. Fuit hoc nomine amnis Bithyniæ, memoratus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 40. (144)., cum lacu cognomine, de quibus et *Solin.* 42. « In Bithynia Prusiadem urbem et alluit Hylas flumen et perspergit Hylas lacus, in quo resedisse credunt delicias Herculis, Hylan puerum, Nymphis rapinam, in cujus memoriam usque adhuc sollemni cursitatione lacum populus circumit et Hylam voce clamat ». Adde *Isid.* 13. *Orig.* 21. 20. et *Capell.* 6. *p.* 221. ¶ 2. Item fluvius in Cappadocia, Archelaidem coloniam præfluens. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 3. (8)., ubi *Sillig.* leg. *Halys.*

HȲLĀTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Cœlesyriæ, memoratus *Plin.* 5. *Hist. nat.* 23. 19. (81).

HȲLAX, ăcis, m. 3. nom. canis, ab ὑλάω, *latro*, factum. *Virg.* 8. *Ecl.* 107. Hylax in limine latrat.

HȲLĒ, es, f. 1. (Ὕλη *Hom.*, Ὕλαι *Strab.*) ¶ 1. Est antiquum oppidum maritimum Bœotiæ, teste *Moscho* 3. 89., patria Pindari, minime confundendum cum *Hyle* sive *Hybla* Siciliæ; situs vero ignotus. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26). et *Stat.* 7. *Theb.* 267. V. tamen *Bölte* in *PWK* 9. 118.*sq.*, qui erudite de eo disserit. ¶ 2. Est etiam cogn. vir., fort. inde sumptum in *Inscr.* ap. *Murat.* 868. 3. — Hinc *Hyleus*, adj., ut *Alcon Hyleus*, i. e. ex Hyle, ap. *Ovid.* 13. *Met.* 683.

HȲLĔS, is, m. 3. nom. centauri ap. *Ovid.* 12. *Met.* 378.

HȲLEUS, disyll. i, m. 2. (Ὑλεύς) venator apri Calydonii. *Ovid.* 8. *Met.* 312.

HYLLES, ium, m. plur. 3. populus Dalmatiæ in Illyrico, Hyllim pæninsulam incolens, unde fort. nomen accepit. *Prisc. per.* 379. « Hyllesque feroces ». — *Avien. orb.* 536. vocantur *Hylli.* Cf. etiam *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 842., ubi *Hylini.*

HYLLI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. præc.

HYLLIS, is, f. 3. pæninsula Dalmatiæ in Illyrico, hod. fort. *la penisola di Sabbioncello.* Memorat *Plin.* 3. *Hist. nat.* 22. 26. (141). « Promontorium Diomedis, vel, ut alii, pæninsula Hyllis ». — Hinc *Hylles* v. *Hylli*, incolæ. *V.* HYLLES.

HYLLUS, i, m. 2. (Ὕλλος v. Ὕλος) nom. pers. et geogr.

I.) Hyllus, nom. pers. ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp.* 1. 762 *(in tessera).* et 2. 2146. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Hyllus, filius Herculis ex Dejanira *(Hyg. fab.* 162), maritus Ioles. Memoratur *Ovid.* 9. *Her.* 44.*sqq.* et 9. *Met.* 279., *Stat.* 8. *Theb.* 507., *Senec. Herc. Œt.* 899.*sqq.*, 988., 1000., 1425. *sqq.* etc., *Mythogr. I. fab.* 204. — Hic cum ceteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerant, ab Eurysto pulsus, Athenas confugit ibique Misericordiæ v. Clementiæ templum ædificavit, quod et acceptæ ab Atheniensibus hospitalitatis monumentum et miseris perfugium foret et asylum *(Ovid. Her. l. c.).* — 2.°) Hyllus, vir Trojanus, a Turno occisus, teste *Virg.* 12. *Æn.* 535., ubi alii *Hylum* leg. — 3.°) Hyllus, vir sæpe vexatus a *Martial.*, ut 2. 51. et 60. et *alib.*, si tamen idem semper est habendus.

II.) Hyllus, nom. geogr., nempe fluvius Lydiæ, oriens ex monte Temno et in Hermum influens, postea *Phrygius* appellatus, hod. *Kumtschai.* Memoratur *Liv.* 37. 37., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (119). et, ex Græcis, *Hom. Il.* 20. 392., *Strab.* 12. 554. et 13. 626., *Appian. Syr.* 30. — Ejus effigies decumbentis visitur in nummo Tranquillinæ Aug. cum epigraphe ΥΛΛΟΣ ap. *Eckhel*, 3. *p.* 112.

HȲLŎNŎMĒ, es, f. 1. femina ex genere centaurorum (a. Gr. ὑλονόμη, comp. ex ὕλη, *silva*, et νέμω, *habito*, i. e. in silvis habitans), quæ, mortuo viro suo Cyllaro, gladio suo incubuit. *Ovid.* 12. *Met.* 404-428.

HȲMĀNI, ōrum, m. plur. 2. populus, partem Liburniæ incolens. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 21. 25. (139).

HȲMEN, ĕnis, m. 3. et Hymenæus v. Hymeneus, i, 2. (Ὑμήν v. Ὑμέναιος) nom. vir. — *a)* Scribitur etiam *Hymineus (Corp.* 2. 694). — *b)* Etymon quod, ut assolet, incertum est, veteres ducebant a Gr. ὁμονοεῖν vel ὁμοῦ ναίειν, *simul habitare;* recentiores vero conjungunt cum ὕμνος (ab ὑφαίνω, propr. ὕφνος), *sutura* v. *lemniscus* = Ved. *sumna* (Cf. *Ovid.* 6. *Her.* 44); vel cum rd. Skr. *ju*, i. e. unire, quasi *qui unit.*; vel a rd. ὑ (cf. υἱός), ita ut sonet idem ac *genitor.* — *c)* De quantitate syllabarum *V.* voc. in *Lexico.* — Est Hymenæus ¶ 1. In titulis cogn. vir., etiam libertini generis, itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 2964. et *Corp.* 8. 563. ¶ 2. Apud scriptores — 1.°) Hymen et Hymenæus vel, conjunctim, Hymen Hymenæus v. Hymenæus Hymen, deus nuptiarum, Dionysi et Aphrodites filius *(Don. ad Ter. Ad.* 5. 7. 6., *Senec. Med.* 110.*sqq.*, *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 127., *Capell.* 1. *p.* 1); sed, apud Græcos, filius Apollinis et Calliopes *(Asclep.* in *Schol. Pind. Pyth.* 4. 313) v. Clius *(Apollod. Schol.* ad *Eur. Rhes.* 342. et *Hygin.* [in *Dosith. Exc.* ex *Hygin. geneal.*]) v. Magnetis *(Suid.* et *Corn. Balb.* ap. *Serv. Æn.* 4. 127) v. Uraniæ *(Catull.* 61. 2. et *Nonn. Dionys.* 24. 88. et 33. 67.*sq.)* v. Terpsichores *(Tzetz. Chil.* 13. 596. et *Alciphron. ep.* 13), frater Rhythmonii *(Censorin. frg.* 10), qui primus traditur certas instituisse nuptias; quare ei hic habitus est honor, ut in virginalibus nuptiis ipsius memoria sollemni ritu celebraretur; vel quia raptas a prædonibus virgines parentibus intactas restituit, vel inter bella sævissima virgines liberavit, hanc ob causam in nuptiis tradunt a Græcis et a Latinis, hos imitatis, ejus numen solitum fuisse invocari, quasi esset virginitatis servator, ut Romani in nuptiis virginalibus Talassum (Talassium seu Talassionem) invocabant. Verum, apud eos quoque, quum sponsa duceretur, omnes, respondentibus vicissim pueris puellisque, clara voce concinebant: *Hymen o Hymenæe.* Hinc *Catull.* 62. 5. Hymen o Hymenæe. *et* 60. 4. O Hymenæe Hymen, o Hymen Hymenæe. *et Ovid.* 14. *Her.* 27. Vulgus Hymen Hymenæe vocant. *et* 6. *ibid.* 44. pronuba Juno Adfuit et sertis tempora cinctus Hymen. — *Mythogr. III. fab.* 11. *n.* 2. « Veneri et Baccho fingitur Hymenæus, quia ob vini petulantiam libido excitari solet ». — Epitheta et attributa addimus, præsertim poetarum. *Ovid.* 9. *Met.* 765. celer. *Lucret.* 1. 91. clarus. *Catull.* 61. 44. 45. conjugator amoris. *Id. ibid.* 1. 2. 4. cultor collis Heliconii. *Id. ibid.* 43. 44. 45. dux Veneris. *Ovid.* 9. *Her.* 134. famosus. *Claudian.* 40. 2. festus. *Mythogr. I. fab.* 75. formosissimus. *Stat.* 5. *Theb.* 71. mutus. *Dracont.* 10. 263. nudus. *Ovid.* 2. *Her.* 33. 34. obses conjugii. *Id. ibid.* sponsor conjugii. *Id.* 6. *Her.* 44. vinctus *(tempora sertis).* — De priscæ artis monumentis, ad eum pertinentibus, ut de statuis, cf. *Bull. d. Inst.* 1832. *p.* 170.; *Brit. Mus.* ap. *Clarac, Mus. d. sc.* 4. 650 B, 1504 B; de picturis parietalibus, *Helbig, camp. Wand. n.* 855., *Wandgem.* in *Mus. Borb.* 12. 17.; *Müller-Wieseler, D. a. K.* 2. 56. 707. *Gerhard, Ant. Bildw.* 1. 74 *(Belvedere)*; *Guattani, Mon. ined.* 1785. *Ag. t. II. (Vatic.).* — 2.°) Hymenæus, hæreticus, qui carnis resurrectionem negabat, Pauli apostoli adversarius, qui eum exprobrat et damnat (1. *Tim.* 1. 20) hisce verbis: « Circa fidem naufragaverunt, ex quibus est Hymenæus et Alexander, quos tradidi Satanæ etc. ». *et* 2. *ibid.* 17. « Sermo eorum, ut cancer serpit, ex quibus est Hymenæus et Philetus, qui a veritate exciderunt dicentes, resurrectionem esse jam factam ». Docebant enim, ut Gnostici, resurrectionem fieri in baptismo, quum anima a morte spiritali ad vitam gratiæ resurgit (Cf. *Col.* 3. 1.: de hoc errore vd. *Prat, La théol. de St.-P. I. p.* 473.*sqq.*; *Bogsson, La Loi et la Foi p.* 161. et *Tixeront, La théol. anténíc. p.* 168.*sqq.*). Memorant etiam *Tertull. præscr. hær.* 3. *et Secund. Manich. ep.* apud *Augustin.* 4. — Hinc *Hymenæus* v. *Hymenaicus*, adj. *V.* voces in *Lexico.* — *Hymenius* (Ὑμένιος), nom. vir. ap. *Hilar. op. hist. fr.* 2. *n.* 15.

HȲMETIĀNUS, i, m. 2. *V.* voc. seq.

HȲMETIUS, ii, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 8. 883. — Fuerunt etiam hoc nomine — *a)* Vicarius Urbis a. 362., Juliano imperatore, fort. patruus Eustochii virg., frater Toxotii et maritus Prætextatæ *(Hieronym. ep.* 107 (a. 403). Memoratur in *Cod. Theod.* 11. 30. 29. — *b)* Item proconsul Africæ, fort. idem ac præcedens, ap. *Ammian.* 28. 1. 17-23. — Hinc *Hymetianus*, cogn. vir. *Corp.* 8. 5001.

HYMETIUS v. rectius Hymettius, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HȲMETTUS v. Hymettos, i, m. 2. (Att. Ὑμηττός, Ion. Ὑμησσός) nom. geogr. et pers. — *a)* Scribitur, de persona, et *Hymetus*, unico *t (Corp.* 9. 8400), et *Hymitus (C.* 9. 2656). — *b)* Est etiam generis feminini, ut ap. *Apul.* 1. *Met.* 1. « Hymettos Attica »; nisi dicitur de regione, quæ est circa Hymettum. — Est itaque ¶ 1. Nom. geogr., sc. mons seu potius series montium Atticæ ad orientem Athenarum, se protendens a septentr. ad merid. inter montem Brilessum et sinum Saronicum, insignis marmore coloris candidissimi, ac præcipue Hymo floribusque, quibus abundat, ideoque apibus et melle, ob quæ præsertim a Græcis Latinisque scriptoribus laudatur, hod. *Trelovuni.* Memoratur *Cic.* 2. *Q. fr.* 10. et 2. *Fin.* 84. 112., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (24)., *Colum.* 9. 2. 4., *Solin.* 7., *Ovid.* 3. *Art. am.* 687. et 7. *Met.* 702., *Horat.* 2. *Od.* 6. 14., *Stat.* 4. *Theb.* 403. et 12. 622., *Val. Max.* 1. 6. *ext.* 3., *Ampel.* 2. et 6., *Senec. Phædr.* 24., *Martial.* 7. 88. et 13. 104., *Val. Fl.* 1. 397. et 5. 343., 104., *Juvenal.* 13. 185., *Vitr.* 2. 8. 9. et, ex Græcis, *Her.* 6. 137., *Plat. Crit.* 3 *c*, *Strab.* 9. 399. *sq.*, *Ptol.* 3. 15. 12. — *Paus.* 1. 32. 1. mentionem facit de statua *Jovis Hymettii*, qui fort. ibi colebatur (Cf. *Preller-*

Robert, Gr. Myth. I. 116. 11. et *Kolbe, PWK* 9. 135-140). — Hinc *Hymettius* v. *Hymetius* (Ὑμήττιος), adj. *Liv.* 31. 26. marmor (it. *marmo cipolla).* et *Ovid.* 10. *Met.* 284. sera. *Augustin. vit. beat.* 14. mel. et *Horat.* 2. *Sat.* 2. 15. mella. *et* 2. *Od.* 18. 3. trabes. *Plin.* 36. *Hist. nat.* 15. 24. (114). columnæ. *Virg.* 7. *Æn.* 763. litora. — *Hymettus*, adj., ut *Hymettæ columnæ* ap. *Val. Max.* 9. 1. 4. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Inscr.* in ap. *Orelli n.* 2880. — Absolute. *Corp.* 9. 3400.

HYMNIS, idis et inis, f. 3. (Ὑμνίς) ¶ 1. Est cogn. mul., etiam libertini generis, Græcan. *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4568. Hymnidi. *et* ap. *Garrucci, Sgll. n.* 1584. Hymninis. *et* ap. *eund. n.* 1304. Himinis *pro* Himnis sive Hymnis. — Forma genitivi *Hymnis* usurpari videtur in *alia* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 612. Hymnis Vatiniæ *(ordine inverso).* — Fuit ita nuncupata amica Lucilii poetæ, qui ejus sæpe mentionem facit in fragmentis ap. *Lucian. Müller* in *Lucil. Ind. p.* 340. ¶ 2. Est etiam titulus comœdiæ *Cæcilii* poetæ, quam e Menandri Ὑμνίδι vertit. Memoratur *Non.* 2. 79. et *Cic.* 2. *Fin.* 7. 22. — Fragmenta tantum supersunt, quæ collegit *Ribbeck, Comic.* etc. *p.* 45.*sqq.* ed. alt.

HYMNUS (Ymnus), i, m. 2. (Ὕμνος, *textura, cantus)* cogn. vir. libert. generis itemque nom. serv. *Corp.* 10. 765. et 8268. — Memoratur etiam puer quidam ap. *Martial.* 12. 75. — Hinc *Hymnoda* (ὑμνῳδός, i. e. hymnos decantans), cogn. mul. *Cod.* 2. 20. 2. et *alib.*

HYMOS, i, f. 2. insula prope Rhodon, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 36. (133).

HYNIDOS, i, f. 2. urbs Cariæ, memorata *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (109)., fort. Ἴδυμος ap. *Ptol.* 5. 2. 20.

HYPACARES (Ypacares) et

HYPACARIS, is, m. 3. fluvius Sarmatiæ, de quo *Mel.* 2. 1. 4. « Urbs est Carcine, quam duo flumina, Gerrhos et Hypacaris, uno ostio effluentia, attingunt, verum diversis fontibus et aliunde delapsis. Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 86. (85).

HȲPÆA, æ, f. 1. insula, tertia ordine ex Stœchadibus, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (79). et *Capell.* 6. *p.* 206.

HȲPÆPA, æ, f. 1. et Hypæpa, ōrum, n. plur. 2. (τὰ Ὕπαιπα, i. e. ὑπὸ et Αἶπος) oppidum Lydiæ, ad dexteram Caystri et ad radices montis Tmoli, in via ab Epheso Sardes, hod. *Dokbol.* Memoratur *Ovid.* 6. *Met.* 13. et 11. 153. et, ex Græcis, *Strab.* 13. 627., *Ptol.* 5. 2. 16. et *Paus.* 5. 27. 5. *Steph. Byz.* Ὕπαιπα, πόλις Λυδίας - καλλίστας ἔχει γυναῖκας, δῶρον Ἀφροδίτης. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 103.*sq.* et *Head*, 651. — Hinc *Hypæpeni* dicti, qui conventum Ephesinum frequentant, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 29. (120)., coll. *Tac.* 4. *Ann.* 55.

HȲPÆPĒNI. *V.* voc. præc.

HȲPĀNĒIUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HȲPĀNIS, is, m. 3. (Ὕπανις) nom. geogr. et vir. — Scribitur etiam *Hypannis* ap. *Jorn. Get.* 5. 46. *M.* — Male olim *Hyctanis* ap. *Capell.* 6. *p.* 225. *Kopp.* — Acc. *Hypanim* ap. *Plin. l. c.* ¶ 1. Est nom. geogr., nempe — 1.°) Fluvius in Sarmatia Europæa, inter Tyram *(Dniester)* et Borysthenem *(Dniepr)*, in Euxinum Pontum influens ad Olbiam, aquis ei innatantibus, ut ait *Plin.* 31. *Hist. nat.* 5. 30. (56)., hod. *Bug.*; quamquam *Antig. Caryst.* 35. in *Rer. nat. script. I.* 22. ait: « Ὕπανις ποταμὸς ὁ περὶ Βόσπορον τὸν Κιμμέριον » eumque ab *H.-Bug* distinguit. — Memoratur *Mel.* 2. 7., *Solin.* 14., *Cic.* 1. *Tusc.* 39. 94., *Ovid.* 4. *Pont.* 10. 47. et 15. *Met.* 285., *Virg.* 4. *G.* 370., *Propert.* 1. 12. 4., *Val. Fl.* 4. 719., *Claudian. carm.* 5. 114., *Vitr.* 7. 7. 5., *Ammian.* 22. 8. 26., *Sidon. carm.* 5. 114., *Prisc. per.* 1061., *Avien. orb.* 1351. et, ex Græcis, *Her.* 4. 47. etc., *Paus.* 4. 35. 32. et 8. 28. 2., *Scymn.* 802., *Ptol.* 3. 5. 6. et *Athen.* 2. 42. — *Vib. Seq. p.* 148. *R.* Hypanis Scythiæ *(lato sensu)*, qui, ut ait Gallus, « uno tellures dividit amne duas »: Asiam ab Europa separat. — *NB.* Non est confundendus cum *Hypanis*, fluv. Indiæ, qui rectius *Hypasis* scribitur. — 2.°) Item fluvius Sarmatiæ Asiaticæ ad septentr. Caucasi, se exonerans in Pontum Euxinum prope Phanagoriam ad ostium Paludis Mæoticæ, qui et Anticeites v. Atticitus appellatur, hod. *Kuban.* Memorat *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 26. (88). et *Strab.* 11. 494.*sq.*, *Ptol.* 5. 9. 4., *Steph. Byz.* v. ¶ 2. Est etiam nom. pers., sc. — *a)* Vir Colchus, cujus meminit *Val. Flacc.* 6. 252. — *b)* Item Argivus, memoratus *Stat.* 8. *Theb.* 491.

HȲPĂRĒTĒ, es, f. 1. (Ὑπαρέτη: ab ὑπό, *sub*, et ἀρετή, *virtus)* una ex quinquaginta filiabus Danai, quæ prima nuptiarum nocte virum suum Protheonem occidit. *Hygin. fab.* 470., si vera est lectio.

HȲPĂSIS, is, m. 3. (Ὕφασις *Philostr.* et *Diod.*, Ὕπανις *Strab.* In quibusdam vero *Mss. Dionys.* legitur Ὑσπανις et etiam Ὑσκανις) fluvius immodicus Indiæ, in Acesinem influens, terrarum terminus, quas Alexander M. victor percurrerat, sicut aræ, in ejus ripa locatæ, testantur, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 27. 21. (62)., *Solin.* 52., *Capell.* 6. *p.* 223., *Curt.* 9. 1. 35, *Isid.* 14. *Orig.* 3. 6.

HȲPĂTA, æ, f. 1. (ἡ Ὕπατα *Ptol.*, serius τὰ Ὕπατα: V. *Dittenberger, Herm.* 1906. *p.* 176. et 1907. *p.* 544-547) oppidum Græciæ mediæ, Ænianis caput, ad dexteram Sperchii et ad septentr. Œtæ, hod. *Neapatra* (αἱ νέαι Πάτραι [med. æv.]: *Hierocl. Synecd.* Leipz. 1894. *p.* 642. 10). — Quo tempore Romani Græciam occuparunt, cum Ætolis fœdere conjunctum erat; sed male audiebat, quippe quod sortilegis et hariolis aliisque magicæ arti addictis scateret. — Memoratur *Liv.* 36. 16.*sqq.*, 26. et 27. et *Apul. met.* 1. 5. et 21. — De ejus nummis vd. *Head*, 297. — Hinc *Hypatæus* v. *Hypatensis*, adj. *Liv.* 36. 16. ager. *et* 41. 25. exsules. — Absolute *Hypatæi*, incolæ, ap. *Liv.* 36. 14. — De controversiis finium inter hos et Lamienses mentio est in *Corp.* 3. 586. *V.* etiam *p.* 114., 1320. et 2316. 39. — *Hypatinus*, adj. idem., ut *Hypatinus Milo* ap. *Apul.* 4. *Met.* 8. et 7. 1. — *Hypatarius*, vir quidam cubicularius, cujus meminit *Apul.* 9. *ibid.* 2.

HȲPĂTÆUS, a, um, adject., et

HȲPĂTĀRIUS, ii, m. 2., et

HȲPĂTES, is, m. 3. *V.* HYPATIUS.

HȲPĂTIĀNUS, i, m. 2. (Ὑπατιανός) episcopus Heracleæ in Thracia post a. 356., qui cum aliis Photinum hæreticum damnavit. *Cassiod.* 5. *Hist. trip.* 6. et 12.

HȲPĂTICUS, i, m. 2. *V.* voc. seq.

HYPĂTĪNUS, a, um, adject. *V.* HYPATA.

HȲPĂTIUS, ii, m. 2. (Ὑπάτιος: ab ὕπατος, *summus, consul)* nom. vir. — *a)* Scribitur *Ypatius*, sine aspiratione, in *Corp. I. L.* V. infra. — *b)* Primam brevem, metri necessitate, produxit *Prisc. laud. Anast.* 298. — Occurrunt ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Hypatius, consul a. post Chr. 359. cum Eusebio *(Hieronym. c. Lucif.* 17. et *Ammian.* 18. 1. 1), fratre suo, qui vulgo *Flavii* dicti sunt, sed nullo suffragante documento. — *Ammian.* 29. 2. 9.*sqq.* refert, eos « ad cupidinem altioris fortunæ erectos et consuluisse et agitasse quædam super imperio » ab infami calumniatore fuisse accusatos, quin et principalia quoque ad hunc finem indumenta ab Eusebio parata. Sed illi ob id « exsilio et pecuniariis adflicti dispendiis, paullo postea, reddita sibi multa, sunt revocati dignitatibus integris et splendore », utrusque innocentia omnibus patefacta. Rursum de eo hæc habet idem *Ammian. ibid.* 16. « Inter quos ex adulescentia virtutum pulcritudine commendabilis noster Hypatius præminebat, vir quieti placidique consilii, honestatem lenium morum velut ad perpendiculum librans, qui et majorum claritudini gloriæ fuit et ipse posteritatem mirandis artibus præfecturæ geminæ decoravit ». Fuit enim et præfectus Urbis et præfectus prætorio, ut liquet ex *Cod. Theod.* 11. 36. 26. et *Cod.* alt. 7. 65. 6. et rursum ex *Cod. Theod.* 6. 26. 3. et 11. 16. 13. et 15. et ex pluribus aliis locis. — 2.°) Alios hujus nominis videsis in *Cod. Theod.* 11. 36. 27. et 1. 7. 4. et 6. 26. 17., ap. *Marcellin.* in *chron.* ad a. 500., *Jorn. Rom.* 358. et 364. *M.* et *Salvian. ep.* 4. — *Hypatia*, filia Theonis philosophi, Alexandrina, tam erudita ut philosophis ejus temporis præstaret « et in Platonicam scholam a Plotino venientem, susciperet ipsa successionem atque omnes philosophicas lectiones exponeret. Quapropter omnes currebant ad eam propter honestam doctrinæ fiduciam ». *Cassiod.* 11. *Hist. trip.* 12. Sed populus ob invidiam, instigante quodam Petro lectore, lapidibus eam obruit a. 415. *Id. ibid.* ¶ 2. In titulis nom. vir. *Corp.* 9. 5012. et 10. 1338. — Hinc *Hypaticus*, cogn. vir. libert. generis: ab ὑπατικός, *consularis*, in *Corp.* 2. 487.

HȲPĂTŌDŌRUS, i, m. 2. (Ὑπατόδωρος, i. e. *eximium donum* v. *eximio dono affectus)* statuarius, qui ab Ol. XC. usque ad Ol. CII (a. 420-372. a. Chr.) floruisse videtur. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (50)., coll. *Paus.* 8. 26. 4.

HȲPĂTON, i, n. 2. (ὕπατος, *summus)* oppidum Æthiopiæ ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 29. 35. (180). « Molum, quod oppidum Græci Hypaton vocarunt »; quia summo loco positum esset Nilum ascendentibus, hod. fort. *Abdum.* Cf. *Vivien d. St. Martin, Le Nord de l'Afr. p.* 186.

HȲPĂTUS (Hupatus), i, m. 2. (Ὕπατος, *summus)* cogn. vir., etiam libert. generis, Græcan. *Corp.* 5. 1135. — Absolute. *Ibid.* 10. 5059. 198 *(in signaculo).*

HȲPĔRANTȲUS, i, m. 2. (egregie florens: ab ὑπερανθέω) unus ex quinquaginta filiis Ægypti, ab uxore Electra, prima nuptiarum nocte occisus. *Hygin. fab.* 170., ubi *Hyperantus*, omissa aspiratione.

HȲPĔRĂSIUS, ii, m. 2. (Ὑπεράσιος) pater Asterionis et Amphionis Argonautarum *Hygin. fab.* 14.

HȲPERBION, onis, m. 3. (ὑπέρβιος, *præpotens, violentus)* unus ex sociis Cadmi in Thebis condendis. *Mythogr. I. fab.* 149.

HȲPERBIUS, ii, m. 2. (Ὑπέρβιος, *violentus, impius)* ¶ 1. Filius Martis, qui primus animal occidit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (209). ¶ 2. Item frater Euryali: hi primi Athenis laterarias ac domum constituerunt. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (194). ¶ 3. Item vir Corinthius, qui orbem in fabricis figlinis invenit. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (198). ¶ 4. Item unus ex quinquaginta Ægypti filiis, qui prima nuptiarum nocte ab uxore est interemptus. *Hygin. fab.* 170.

HȲPERBŎLĒ, es, f. 1. (Ὑπερβολή, *superlatio)* cogn. mul. Græcan. *Corp.* 10. 2816. et 4. 3197. — Sim. *Hyperbolus* (Ὑπέρβολος, *nimius, immodicus)* vir quidam Atheniensis popularis improbusque, læsus a comœdia prisca, ut tradit *Cic. Brut.* 62. 224. et 4. *Rep.* 10., *Quintil.* 1. 10. 18. et *Augustin.* 2. *Civ. D.* 9. Cf. *Aristoph. equit.* 1304.

HȲPERBŎRĔĀNUS et Hyperboreus, a, um, adject., et

HȲPERBŎRĔI, ōrum, m. plur. 2. ita dicti montes et populi supra vel ultra Boream, quasi ultra Boream nil amplius sit terræ habitabilis (Cf. *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 196). — *V.* HYPERBOREUS et HYPERBOREANUS in *Lexico.* — Iis tamen, quæ ibi exponuntur, hæc addere juvabit. Præmonemus, paucos esse populos, de quibus tam varia ac fabulosa dicta sint, ut de Hyperboreis. Recentius scripsit *Crusius* in *Roschers Dict. Myth. II.* 280.*sq.* se ænigma solvere potuisse ita vocabulum interpretando ut longe aliud significet ac « ultra Boream », sed, loco Herodoti adlato, quo hic historicus loquitur de donis, quæ perferebantur Delon ab Hyperboreis per virgines, a quibusdam juvenibus ductas, qui περφέρεες vocabantur *(Her.* 4. 33., coll. *Mel.* 3. 37), vocem Ὑπέρβοροι Maced. pro Ὑπέρφοροι usurpatam fuisse defendit. Quod quidem qui probaverit, statim intelliget, cur de populo aliter ignoto tot figmenta invaluerint. Quomodo vero permutatio hæc vocum, nulli unquam cognita, fabulæ tam antiquæ tamque vulgatæ originem dederit, nemo facile assequetur, nisi forte sententiæ adhæreat, quæ probabilior videtur, eorum qui Hyperboreos putant esse Indos seu Arios, quorum cum Græcis maxima et linguæ et mythorum est affinitas *(Max Müller, Pott, Coxe, Diesenbach)*; quin Hyperboreus Abaris, uti fertur, in Græciam quondam profectus, pristinæ cum Deliis amicitiæ et cognationis necessitudinem renovavit *(Her. loc. cit.).* Megasthenes vero ap. *Strab.* 15. 711. refert Hyperboreos regionem incoluisse, quam Ptolemæus vocat *Ottorocorram* (15. 16) et *Uttara-Kuru* Indi *(Kiepert, Geogr.* 46), ejusque incolas *Attacoros* nuncupatos fuisse scribit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 20. (55)., quæ regio ex veterum opinione una fuit e septem,

quæ totum mundum constituunt (*Iambu-Dvipa*: vd. *Dowson, Classical dict. of the Indu* 1879. *p.* 32. et *Lassen, Ztschr. für d. Kunde d. Morgenland II. p.* 62). Itaque si Megasthenes Hyperboreos appellat Indos et Plinius cum Hyperboreis Attacoros comparat (4. *Hist. nat.* 12. 26. [89]) « similitudine et situ » et etiam moribus cultuque religionis (V. *Re, Dict. Bibl. IV. p.* 337.*sqq.)*, patet Hyperboreos populum fuisse non fabulosum seu mythicum sed historicum, ex Ariis, filiis Javan, oriundum et cum Ionum seu Græcorum stirpe cognatum (Cf. *Lefmann, Alt. Ind. p.* 37.; *Langlois, Rig. Veda I. p.* 267. et *Encycl. Brit. XVIII. p.* 102).

HYPERCOMPUS, i, m. 2. (ὑπέρκομπος, *nimis jactabundus)* cogn. vir. Græcan. *Corp.* 10. 4564.

HYPERE, es, f. 1. insula eadem quæ Amorgos. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (70).

HYPERECHIUS, ii, m. 2. (Ὑπερέχιος, *supereminens)* nom. vir. Græcan. ¶ 1. Fuit hoc nomine dux quidam Procopii imp., laudatus *Ammian.* 26. 8. 5 (a. 365), ubi *Gardthausen* leg. *Hyperethius*. ¶ 2. Alios videsis ap. *Symm. ep.* 3. 51. et *Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 25., coll. *Socrat.* 4. 12.

HYPERENOR (Hyperanor), ŏris, m. 3. (Ion. Ὑπερήνωρ, Dor. Ὑπεράνωρ, *vir fortitudine eminens)* nom. vir. Gr. ¶ 1. Fuit hoc nomine unus e sociis Cadmi, qui Thebas ædificavit. *Hygin. fab.* 178. ¶ 2. Item vir Argivus, memoratus *Stat.* 8. *Theb.* 493 « victis Hyperenora jungit ».

HYPEREPHANUS, i, m. 2. (ὑπερήφανος, *superbus)* cogn. vir. Græcan. libertini generis. *Corp.* 3. 3186.

HYPERIA, æ, f. 1. (Ὑπέρεια) fons Thessaliæ. *Val. Flacc.* 4. 375, « Flevit et effusis revocans Hyperia lacertis ». Adde *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (29). — Apud *Eckhel,* 2. *p.* 148.*sq.*, qui ad rem disputat, scribitur *Hyperea,* extrita, ut assolet, altera diphthongi littera.

HYPERIDES, is, m. 3. (Ὑπερίδης et Ὑπερείδης: ab ὑπερείδω, *suffulcio,* quasi sit fulcrum, fulcimentum) nom. vir. — Pænultima, spectatâ utrâque Græcorum formâ, communis esse videtur. — Fuit orator celeberrimus suorum temporum, filius Glaucippi ex Collyto (*Eustath.* in *Aristot. Nic.* 9. *p.* 148), natus a. 389. a. Chr. (V. *Reinach, Rev. d. Etud. gr.* 1892. *p.* 250), ex familia mediocris condicionis (*Athen.* 13. 590 C). Præceptorem habuit Isocratem (*Ps. Plut. dec. orat.* 2. et *Athen.* 8. 342 C) et, uti fertur, etiam Platonem, quod tamen valde dubium est (Cf. *Ps. Plut. loc. cit.* et *Diog. Laert.* 3. 46); sed, quod pro certo est habendum, ab adulescentia rebus civilibus studuit, logographus ab initio, uti Demosthenes, quem si non æquavit orator, saltem propius ad ejus eloquentiam accessit. Verum si oratoria laude dein spectatissimus, non ita etiam moribus, utpote qui, divitiis auctus, voluptatibus se dediderit, luxui, epularum, præsertim piscium, aviditati, quod vitium comici quoque publice sugillabant (*Timocl. fragm.* ap. *Athen.* 8. 341. et 342), et matutinis deambulationibus (*Hermipp.* ap. *Athen.* 8. 342. et *Ps. Plut.* 17) et amoribus, plurimarum mulierum amasius, præcipue vero Phrynes famosæ, quam ab impietatis crimine defendit συνήγορος (*Ps. Plaut.* 18); hanc autem magnificam orationem a Messalla Corvino in latinum versam fuisse tradit *Quintil.* 10. 5. 2. — Nec solum defendit, sed etiam accusat, ut Autoclem, ducem exercitus (V. *Schaefer I.* 141. *n.* 1); Aristophontem, magnum oratorem (*Hyper. Euxenipp.* 28. ed. *Blass); Aristogitonem, quem vehementi exagitavit oratione, sæpe a grammaticis laudata, unde fragmentum sumpsit *Rutil. Lup. de fig. sent.* 1. 19.; Philocratem, pacis auctorem cum Philippo rege. — Erat tunc amicus Demosthenis et verbis et factis, quem paulo ante prœlium Chæronense a civibus remunerandum curavit. Post prœlium vero sedulam operam impendit muniendæ reipublicæ, ne ab hostibus inopinate impeteretur; qua de re, tamquam legibus adversa, Demades dein eum detulit, cui Hyperides celebre illud objecit: « Macedoniæ arma vetuerunt, quo minus leges viderem: non autem ego psephisma feci, sed Chæronense prœlium ». Hunc contra, qui Euthycrati proditori faverat, a quo Olynthus Philippo tradita fuerat, uti legum violatorem, celeberrima oratione impugnavit. — Non tamen diu perduravit amicitia, qua devinctus erat cum Demosthene, qui ab armis abstinendum esse consuerat, amissa spe quacumque fore ut hostes aliter vincerentur, quam cunctando, nimia prudentia usus, etiam quum Lacedæmon cum Antipatro a. 330. dimicare statuisset (Cf. *Haupt, Rhein. Mus.* 1879. *p.* 377.*sqq.)*; quin serius quum Demosthenes Harpalum in vincula conjiciendum curasset, cumque Alexandro, Macedoniæ rege, amice de rebus publicis egisset, captivo interea e custodia evadente, Hyperides illum cum novem aliis in jus raptum accusavit effecitque, ut æmulus in exsilium pelleretur. — Mortuo Alexandro, Hyperides auctor fuit præcipuus belli Lamiaci (Cf. *Hyper. c. Dem. p.* 12. ed. ap. *Blass)* ac funebrem laudationem pro Atheniensibus in eo exstinctis recitavit. Quo facto, duo Græciæ insignes oratores pristinam amicitiam instaurarunt; sed iis, occasione prœlii Crannonensis, in quo Macedones victores exstiterunt, necesse fuit fuga salutem sibi quærere. Verum Hyperides, ab Archia captus in insula *Ægina*, supplicium subiit a. 322. Fertur autem in tormentis ille sibi linguam recidisse, ne quid dicere posset (*Ps. Plaut.* 11). Ejus cadaver insepultum propinquus quidam, pietate motus, in patriam transtulit posuitque in familiari tumulo ad portam *Equitum* dictam (*Id.* 11-13). — Ad ejus scripta quod attinet, veteres ejus recensebant LXXVII., pleræque judiciarias, orationes, ex quibus minimum XXV. spuriæ habitæ sunt. Porro ex his aliquot ipse pronunciavit ut legatus; varias enim legationes pro re publica suscepit, nempe ad Eleos, ad Rhodios aliasque civitates. Earum autem ad LXIV. titulos edidit *Blass, Att. Beredsamk. III. p. p.* 18-21. Sed nullum orationum Hyperidis specimen exstabat ante a. 1847., quo Angli *Harris* et *Arden* in sepulcris Ægyptiis apud Thebas duo magna fragmenta repererunt orationis *contra Demosthenem*, et a. 1851. aliud ex oratione *pro Lycophrone* et integram *pro Euxenippo* ac magnam partem Epitaphii seu laudationis funebris, de quo superius mentionem fecimus, insigne documentum, quo classica litterarum Græcarum ætas concluditur. Accessit præterea a. 1889. fragmentum aliud orationis *contra Athenogenem* et postea *contra Philippidem*. Omnes porro orationum reliquias illustrarunt *Harris, Arden, Babington* in Anglia; *Sauppe, Schäfer, Schneidewin* et *Blass* in Germania; *Cobet* in Batavia; in Gallia *Caffiaux, Egger, Reuillont* et *Weil;* in Italia denique *Comparetti*. — Lingua usus est Attica, non tamen eleganti nec pura; nec stilo æquali, modo enim vehemens est ac violentus simulque lenis et gratia plenus ac facetus, modo subtilis et vafer simulque ingenuus ac simplex, modicus unaque copiosus, nec arti indulgens sed naturæ, ab æqualibus Demosthene ipso præstantior existimatus (*Ps. Plut.* 14. ed. *Blass)*, certe non ab alio superatus nisi a Demosthene, qui tamen aliquando vehementiæ modum contra æmulos vel adversarios excedit. Posteritas enim parem Demostheni censet neminem; sed cum *Dionys.* (*Is. c.* 20) et *Cic.* (1. *Orat.* 13. 58. et *alib.)* consentit, Hyperidem oratorem fuisse « perfectum et perpolitum »; quin immo idem *Cic.* eum sæpe una cum Demosthene citat (*Cic.* 1. *Or. loc. cit.*, 1. *Acad. [post.]* 3. 9., et *Brut.* 36. 138) ad significandum in re oratoria ultimum excellentiæ ac perfectionis gradum. — Memorant etiam *Tac. orat.* 12., 16. et 25., *Justin.* 13. 5., *Quintil.* rursum 2. 15. 9., 10. 1. 77. et 12. 10. 22., *Petron. sat.* 2., *Plin.* 1. *ep.* 20., *Censorin. frgm.* 9. 2., *Ammian.* 30. 4. 5. et *Hieronym.* in *Amos*, 1. 2. — De eo scripserunt *Rabe, Comm. de vit. Hyp.* 1854.; *Girard, Hyper., sa vie et son éloqu.* Paris 1861.; *Hager, Quæst. Hyperid.* Leipzig 1870.; *Piccolomini, Osserv.* etc. Torino 1882.; *Leoi, L'Euxenipp. di Iperid.* Pisa 1889.; *Croiset L. G. IV. p.* 595-612. Paris 1899. alt. éd.

HYPERION, ŏnis v. ŏnos, m. 3. (Ὑπερίων) nom. vir. — *a)* Acc. *Hyperiona*, Græca posit., ap. *Ovid.* 1. *Fast.* 385., *Stat.* 3. *Theb.* 35. et 8. 47., *Sidon. carm.* 7. 576. — *b)* Etymon ducitur ab ὑπέρ, supra, et ἰών, *incedens*, quod super terras altus incedit. V. *Paul. Fest. loc. cit.* ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Unus Titanidum filius Ætheris et Terræ (*Hygin. præf. fab.)* vel Cæli (*Rufin. recogn.* 10. 17. et 31), frater Oceani, Coei, Crii, Iapeti et Croni (*Hes.* ap. *eund. ibid.)*, pater ex Thia Solis, Lunæ et Auroræ (*Hygin. ibid.)* vel Solis secundi (*Cic.* 3. *Nat. D.* 21., *Ovid.* 4. *Met.* 192. et 241), sæpe autem ipse Sol ita dictus, quod supra terram est, ut docet *Paul. Fest. p.* 103. Adde *Cic. progn. frg. p.* 555. *Or., Stat.* 2. *Silv.* 7. 25., 3. 1. 53. et alib., *Laber.* ap. *Gell.* 10. 17. 4., *Ovid.* 1. *Fast.* 385. et 5. 159. et 8. *Met.* 565., *Virg. Culex* 100., *Colum.* 10. 400. — 2.°) Item unus ex filiis Priami, ap. *Hygin. fab.* 90., ubi alii leg. *Hyperiscus.* ¶ 2. In titulis nom. serv. *Corp.* 9. 1471. — Hinc *Hyperionius*, adj., ad Hyperionem seu Solem pertinens. *Stat.* 12. *Theb.* 413. Phaethon. *Avian. orb.* 1309. *et ibid.* 1150. ortus. *Val. Fl.* 2. 34. currus. *Sil. It.* 15. 214. lampas. *Claudian. carm.* 35. 44. semen. — *Hyperiona*, mater Solis ex Hyperione vel ex Jove. *Arnob.* 4. *p.* 135. — *Hyperionides*, patronym. ab *Hyperion*, Hyperionis filius vel nepos. *Val. Flacc.* 5. 471. Rex Hyperionides. *i. e.* Solis filius. — *Hyperionis* (Ὑπεριονίς), idem, filia Solis. *i. e.* aurora. *Ovid.* 5. *Fast.* 159. Cf. *Virg.* 7. *Æn.* 26.

HYPERIONA, æ, f. 1., et

HYPERIONIDES, is, m. 3., et

HYPERIONIS, idis, f. 3., et

HYPERIONIUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

HYPERIS, is, m. 3. fluvius, excurrens in sinum Persicum « onerariarum navium capax », ut scribit *Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 26. (99)., Ἀρεῶν dictus *Arrian.* in *Ind. p.* 583.

HYPERMESTRA, æ, f. 1. (Ὑπερμήστρα) nom. mul. — Huic scriptioni favere videntur aliæ, ut *Clytæmestra, Agamestor, Polymestor, Mestor, Mestra* — *Hypermestra* v. *Hypermnestra*, pos. Gr., usurpatur *Propert.* 4. 7. 62. — Cl. tamen *De-Vit* putat nullum apud Græcos exstare exemplum scriptionis, quam proponimus; sed exstat profecto, ut alia omittam, ap. *Pind. Nem.* 10. 6. « οὐδ' Ὑπερμήστρα παρεπλάγχθη μονόψαφος ἐν κουλεῷ κατάσχοισα ξίφος ». Non infitiamur vero Græcis quoque usurpatum fuisse μν, ut aliquando in Κλυταιμνήστρα; itemque apud Latinos, qui promiscue alterutra utuntur scribendi ratione (Cf. *Propert. l. c.)*; quin etymon ipsum hujus vocis probabilius huic scriptioni favet; μνηστός enim idem est ac *sponsa*, a μνηστεύω, quod etiam *in sponsum* v. *sponsam promittere* significat. — Fuit autem hoc nomine ¶ 1. Una ex quinquaginta Danai filiabus, quæ, « in omni virgo nobilis ævo » (*Horat. loc. cit.)* sorores minime imitata, a quibus prima nuptiarum nocte mariti sunt occisi, sola sponso suo Lynceo pepercit, teste *Hygin. fab.* 170., coll. 168., cui suffragantur *Schol. Germ. p.* 172. *Br.* et *Mythogr. II. fab.* 103., ubi traditur ob id Hypermestræ et Lynceo fanum factum esse. Hinc *Propert. l. c.* « Narrat Hypermnestre magnum ausas esse sorores In scelus hoc animum non valuisse suum ». — Omisso nomine, eam *Horat.* 3. *Od.* 11. a *v.* 25. vehementer laudat. Cf. *Porphyr.* ad *l.* — Inter *Ovidii* Heroidas est epistola inscripta *Hypermestra Lynceo*. — Sacerdotio functam esse apud Argos testatur *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 576. ¶ 2. Item Thestii filia, mater, ex Œcleo vel ex Apolline, Amphiarai, qui, cogn. Pylius, fuit unus ex septem regibus, qui Thebas profecti sunt. *Hygin. fab.* 70. Cf. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 130.

HYPEROCHUS, i, m. 2. (Ὑπέροχος, Ion. Ὑπείροχος, *eminens, excellens)* nom. vir. Gr., quo nuncupati sunt — 1.°) Unus ex filiis Priami, ap. *Hygin. fab.* 90. — 2.°) Vir quidam « Historiæ Cumanæ compositor », ut eum vocat *Fest. p.* 266. *M.*, coll. *Paus.* 10. 12. 4. — *Hyperocha* v. *Hyperoche* (Ὑπερόχη), mulier quædam, de qua *Arnob.* 6. *p.* 193.

HYPETAON, ŏnis, m. 3. vir Colchus, in prœlio occisus, quem memorat *Val. Flacc.* 6. 637. « Et nunc magnanimos Hypetaona Gessithoumque necat ».

HYPIUS, ii, m. 2. (Ὕπιος et Ὕππιος *Ptol.)* ¶ 1. Fluviolus in Bithynia, influens in Pontum

Euxinum inter ostium Sangarii et Heracleam Ponticam, hod. *Milan-su* v. *Bojuk-Melen-Tschail*. Memoratur *Rav. p.* 364. et in *Tab. Peuting.* 9. 4. (*Miller)*. ¶ 2. Item mons in Bithynia, sub quo altera Prusias est condita, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 32. 43. (148). — Ex eo autem parvus excurrit fluvius cognominis, ad quem Prusias v. Prusa condita est dictaque *Prusias ad Hypium*, ut, præter *Hieronym.*, ap. *Scymn.* 979., *Scyl.* 91., *Strab.* 11. 475. et 12. 563., *Ptol.* 5. 1. 4. et 7., *Appian. Mithr.* 77.

HYPNEROS, ōtis, m. 3. *V.* voc. seq.

HYPNUS, i, m. 2. (ὕπνος, *somnus)* cogn. vir. itemque nom. servile Græcan. *Corp.* 3. 575. et 10. 6718. — Apud *Martial.* 11. 36. nom. pueri ministri seu servi. Cf. *Hypneros*, sc. cui « somnus (*est)* amor (ἔρως) » nom. servile in *Inscr.* ap. *Cavedoni, Marm. Mod. p.* 256. Hypnus el Hypneros.

HYPOBARUS, i, m. 2. (Ὑπόβαρος) fluvius Indiæ. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 2. 11. (39). « Ctesias in Indis flumen esse Hypobarum, quo vocabulo significetur omnia bona eum ferre, fluere a septentrione in exortivum oceanum juxta montem silvestrem arboribus electrum ferentibus: arbores siptachoras vocari, qua appellatione significetur prædulcis suavitas ». — *Phot. Cod.* 73. *p.* 149. dedit Ὕπαρχος, sed ex his, quæ narrat, emendandus videtur.

HYPOPTUS, i, m. 2. (ὕποπτος, *suspectus)*, cogn. vir. Græcan. *Corp.* 10. 2558.

HYPSA, æ, m. 1. (Ὕψας) amnis Siciliæ apud Selinuntem, hod. *Belice* et *Madiuni*. Memorant *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (90)., *Sil. It.* 14. 227. et *Vib. Sequ. p.* 149. *R.* — Ejus imago visitur in nummis Selinuntis ap. *Eckhel*, 1. *p.* 238.*sqq.* — Non idem videtur esse, qui cognominis Agrigentum alluit ap. *Polyb.* 9. 27. 5.; alii tamen unum ab altero non distinguunt.

HYPSEUS (Hupseus), ĕi, m. 2. (Ὑψεύς: ab ὕψος, *altitudo)* nom. vir. — Declin. genet. *Hypseos*, Gr. posit., *Stat. loc. cit.*, et acc. *Hypsea*, ap. *Ovid. loc. cit.* ¶ 1. Generatim, cogn. vir. *Corp.* 10. 907. ¶ 2. Speciatim, — 1.°) Est vir, de quo *Ovid.* 5. *Met.* 98.*sqq.* Prothœnora percutit Hypseus, Hypsea Lyncides. Adde *Stat.* 9. *Theb.* 270. — 2.°) Item pater Themistus, ex qua Neptunus filium habuit Leuconoen (al. *Leucon* filium), teste *Hygin. fab.* 157., coll. *Apollod.* 1. 9. 2. — 3.°) Item Asopi filius (*Stat.* 7. *Theb.* 310. et 315), frater Æginæ (*Ibid.* 330), qui in bello Thebano cum Amphiarao pugnavit (*Id.* 8. *ibid.* 355), Prœtidas defendit (*Ibid.* 428.*sqq.* et 9. 252-253), a Capaneo denique occisus (*Ibid.* 568). — 4.°) Item Phinei socius, qui in prœlio contra Perseum est interfectus; vel, viso Gorgonis capite, diriguit, teste *Ovid.* 5. *Met.* 98.*sqq.* — 5.°) Item rex Thessaliæ, Cyrenes pater, a qua urbs Cyrene in Libya fertur nomen accepisse. *Justin.* 13. 7. — Hinc *Hypsides*, nom. patronym., quo nuncupatus fuit amicus quidam Menedemi, sub Alexandro M., quem quum in prœlio circumventum insidiis multisque vulneribus exsanguem vidisset, amisso amico, in medios hostes se immisit pugnavitque perquam strenue, sed telis obrutus periit, a. 329. a. Chr., ut *Curt.* 7. 7. testatur.

HYPSIDES, is, m. 3. *V.* voc. præc.

HYPSIPYLÆUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

HYPSIPYLE, es, f. 1. (Ὑψιπύλη v. Ὑψιπύλεια *Pind. Ol. IV.* 25. et *Nonn. Dionys. XXX.* 205), filia regis Thoantis Lemnii, ex Myrina matre, Cretei filia, et soror Lycastes (*Schol. Apoll. Rh.* 1. 601). — In fabulis hæc de Hypsipyle habentur. Mulieres Lemniæ omnes ejus insulæ viros ex communi sententia occiderunt, ut suis legibus libere viverent; at illa una patrem servavit et navi impositum noctu in Chium (*Hygin. fab.* 15) vel in regionem Tauricam (*Id. fab.* 120. et *Mythogr. I. fab.* 133. et 204. et *II. fab.* 141. et *Ovid.* 13 *Met.* 398.*sqq.)* misit. Accidit interea, ut Argonautæ Lemnon appellerent, ubi, a Lemniadibus hospitio excepti, cum eis matrimonia junxerunt, ipsaque Hypsipyle Iasoni nupsit, ex quo filios genuit *Euneum* et *Thoantem* (*Mythogr. I. fab.* 133., coll. 199). Sed, illis brevi discedentibus Herculis jussu, a Iasone est derelicta (Cf. *Hygin. fab.* 15). Postea vero quum Lemniades rescivissent patrem ab Hypsipyle servatum fuisse, conatæ sunt eam occidere, a quo periculo fugiens evasit, sed a prædonibus capta, Nemeam deportata est et Lycurgo, regionis illius regi, in servitutem data (*Mythogr. I. fab.* 133. et *Hygin. fab.* 15). Ibi ei Lycurgi filius Opheltes, post Archemorus appellatus, ad nutriendum est traditus, quem quum ipsa, ut Argivis siti laborantibus fontem ostenderet, in prato deposuisset, Draco fontis custos puerum exedit (*Hygin. fab.* 74., coll. *Ovid. Ib.* 481). Qua orbitate rex iratus, dum in Hypsipylem animadvertere parat, a Græcis, quibus ea fontem demonstraverat, prohibitus est; ipsi autem Draconem interfecerunt et ludos Archemoro puero instituerunt funebres, quibus interfuerunt etiam Hypsipyles filii, matrem quærentes, et currendo vicerunt; quare quum eorum nomina præco pronunciasset, ab Hypsipyle sunt agniti, quam filii, a rege venia obtenta, Lemnum statim reduxerunt (*Mythogr.* et *Hygin. locc. citt.)*. Interim illa quum comperisset Iasonem ex Colchis in patriam suam, uxore omnino neglecta, revertisse, ingratum ejus amorem diu flevit; idcirco *Propert.* canit (1. 15. 18) « Hypsipyle vacuo constitit in thalamo: Hypsipyle nullos post illos sensit amores ». Adde *Ovid.* 6. *Her.* (i. e. epistola exstat ad Iasonem, in qua uxor suos casus enarrat), *Val. Flacc.* 2. 244., 351. et 400. et 3. 342. et rursum *Ovid.* 2. *Am.* 18. 33. — Et in plur. num. *Pers.* 1. 34. et *Arnob.* 4. *p.* 144. — Argumentum etiam præbuit theatro Græco, in quo acta est tragœdia Euripidis, inscripta Ὑψιπύλη; tum etiam artificibus, quorum opera, in quibus fabulæ personæ præcipuæ, ut, præter Hypsipylem, Amphiaraus, Opheltes, Capaneus, Draco etc., repræsentantur, sunt illustrata a *Visconti, Overbeck, Gehrard, Baumeister, Vogel, Millin, Helbig* et *Roscher*, et a nummographis *Head, Himhoof-Blumer* et *Gardner*. — Hinc *Hypsipylæus* (Ὑψιπυλαῖος), adj. *Ovid.* 3. *Fast.* 82. tellus. *i. e.* Lemnos insula. — Cf. *Hypsipylus*, Laomedontis regis filius, ab Hercule occisus. *Dares* 5. *fin.*

HYPSIPYLUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

HYPSISTÆ portæ, f. plur. 1. (ὕψισται πύλαι) nom. ab ὕψος, *altitudo*, factum, una ex portis Thebarum, pluraliter ob ejus altitudinem dicta. *Stat.* 8. *Theb.* 356.

HYRCANA, æ, f. 1., et

HYRCANI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

HYRCANIA, æ, f. 1. (Ὑρκανία v. Ὑρκανίη) nom. geogr., ab Iran. *verka* « lupus » derivatum, quasi sit « luporum regio » (*Kiessling*). ¶ 1. Est regio Asiæ mediæ, quæ *Ariana* audit, in ora septentr.-orient. maris Caspii, quam a Parthia sejungit mons Labus et a Media mons Iasonius, a populis culta rudibus et bellicosis, una ex satrapeis Persici imperii, fertilissima in vallibus septentr., unde fruges, vina, poma proveniunt, ut ficus dulciores (*Plin.* 15. *Hist. nat.* 18. 19. [68]) itemque arbores, quæ ochi vocantur, ex quibus mel defluit horis duabus matutinis (*Id.* 12. *ibid.* 8. 18. [34]), montosa et silvosa (*Lucan.* 3. 268), canibus venatoriis sagacissimis ac tigribus abundans aliisque immanibus feris (*Solin.* 17., coll. *Sil. It.* 5. 280., *Stat.* 12. *Theb.* 170. et *Lucret.* 3. 268). Memoratur quoque, præter alios supra laudatos, *Tac.* 11. *Ann.* 9. et 13. 37., *Mel.* 3. 43. etc., *Curt.* 4. 55. plurimisque aliis locis, *Capell.* 6. *p.* 215. et *Isid.* 9. *Orig.* 2. 44. et, ex Græcis, *Xen. an.* 7. 8. 5. et *Cyr.* 1. 5. 2. etc., *Aristot. meteor.* 2. 1. et *mund.* 3., *Polyb.* 10. 29.*sq.*, *Diod.* 17. 75., *Strab.* 2. 72. et 11. 508.*sq.*, *Arrian. an.* 3. 8. 4. etc., *Dion. per.* 718.*sq.*, *Ptol.* 1. 12. 6., 5. 9. 12. et 13. 6., *Plut. Alex.* 44. et 47., *Pomp.* 34. et *Cæs.* 58., ex quibus alia de hac regione haberi possunt, de qua ceteroqui fuse eruditeque disserit *Kiessling* in *PWK* 9. 454-525. ¶ 2. Est etiam urbs Asiæ minoris in Lydia ad lævam Hylli et ad septentr.-orient. Magnesiæ, a colonis habitata, ex Hircania regione profectis, quibus serius Macedones se immiscuerunt. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. (120). et *Tac.* 2. *Ann.* 47. — De ejus nummis vd. *Head*, 652. — Hinc

Hircanius, a, um, adject. — *a)* Ad Hircaniam regionem quavis ratione pertinens. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 27. (97). mons. *i. e.* pars Tauri montis, quæ Hircaniam spectat. *Prisc. per.* 711. plebes. *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 367. silva. *Plin. loc. cit.* mare, *h. e.* idem quod Caspium. *Senec. Med.* 716. luci. — Abs. *Hircanii*, iidem qui Hircani. *Oros.* 3. *Hist.* 23. — Speciatim *Hircanius campus*, planities fertilis Lydiæ, ad dexteram Hermi, irrigata cursu Hylli inferiore prope Hircaniam. *Liv.* 37. 38., coll. *Strab.* 12. 629. — *b)* Ad Hircanum aliquem pertinens, ut *Hircanium castellum*, quod et absolute *Hircanium* dicitur, in Syria Palæstinensi Arabiam versus, ab Hircano Josephi ædificatum, cujus mentio fit ab *Hegesipp.* 1. 19. et *Jos. ant.* 14. 5. 4. et *b. J.* 1. 8. 2. et *alib.*, a quo plura de eo colligere est.

Hircanus (Ὑρκανός) usurpatur — 1.°) Subst., nom. vir., quo memorantur — *a)* Filius Josephi, Judæorum ducis ac nepos Tobiæ (*Jos. ant.* 12. 4. 2. et 6), cujus pater septem filios habuit ex uxore, quam sustulerat ex sui fratris Solymi filia (*Id. ibid.)*; hinc in sacris litteris (2. *Mach.* 3. 11) vocatus *Hyrcanus Tobiæ*, homo opulentus, qui in templi Hierosolymitani thesauro magnæ pecuniæ vim deposuerat, quam Heliodorus, a rege Syriæ missus, Oniæ pontificis precibus a Deo flagellis ictus pulsusque, eripere non potuit (*V.* HELIODORUS), fortasse ita dictus ab Hircania, originis loco, in quam Artaxerxes Ochus plurimos Judæorum transtulerat (*Oros.* 3. *Hist.* 7., coll. *Schürer, Gesch. d. jud. Volk. I* [1889] *p.* 204). De eo *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CXLIX. 4 (*i. e.* 181. a. Chr.): Hyrcanus, Josephi ducis Judæorum filius, quum ad Ptolemæum perexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verum fratres ejus, seditione contra eum mota, magnarum calamitatum Judæorum genti causa exstiterunt (Cf. *Jos.* 12. 4. 7.*sqq.*). — Rediens a legatione, quum fratres adversarios viam habuisset, trans Jordanem secessit et in quadam valle villam sibi ædificavit et castellum, quod vocavit *Tyrum*, cujus rudera in loco conspiciuntur, hod. *Ager-el-Emir* dicto, ut demonstravit de *Vogüé* in *Rev. Arch.* a. 1864. *p.* 52-62., ubi is dominatus est a. VII., regnante in Syria Seleuco Philopatore (*Jos. loc. cit.* 9.*sqq.*). — Dubium tamen est, an filius Tobiæ, de quo loquitur Jos., sit qui in *II. Mach.* 3. 11. memoratur. — *b)* Item Simonis Machabæi filius, plenius *Johannes Hyrcanus* ap. *Sulp. Sev.* 2. in *chron.* 26., sed *Hyrcanus* abs. ap. *Trog.* in *prol.* 36. et *Jos. ant.* 13. 8. 1.*sqq.* V. JOHANNES. — *c)* Item, filius Alexandri Jannæi, regis Judæorum et Alexandræ, frater Aristobuli (*Hieronym.* in *chron.* et *Jos. ant.* 13. 16. 1), qui a matre statim a morte patris ad summum sacerdotium evectus est, ut ipsa ceteris filiis teneræ adhuc ætatis, regnaret. Qua mortua (a. 70. a. Chr.), Hyrcanus regno potitus est, quod a fratre Aristobulo, prœlio apud Jerichuntem commisso victus, ei cedere coactus est. Hinc *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CLXXVIII. 2. (*i. e.* a. 67. a. Chr.) hæc refert: « Aristobulus et Hircanus, filii Alexandræ, contra se de imperio dimicantes, occasionem præbuere Romanis, ut Judæam invaderent. Itaque Pompejus Hierosolymam veniens, capta urbe et templo reserato, usque ad Sancta Sanctorum accedit, Aristobulum vinctum secum abducit, pontificatum confirmat Hyrcano (a. 63. a. Chr.), deinde Antipatrum, Herodis Ascalonitæ filium, procuratorem Palæstinæ facit ». Adde *Sulp. Sev. loc. cit.* — Postea vero fuit in imperium a Pompejo restitutus regnavitque a XL., teste *Jos. ant.* 15. 2. 1.*sq.*, quo tamen privatus est ab Antigono, additque historicus hic Judæus eum captum et in Parthiam adductum, sed a Phraate, Parthorum rege, in libertatem mox restitutum esse eumque in Judæam reversum ab Herode honorifice exceptum fuisse, verum postea occisum (*Id. ibid.* 15. 6. 1.*sqq.)* octoginta annorum ætate. Cf. *Prosper.* in *chron. p.* 550. *M.*, qui extremam hæc confirmat. — *Hyrcana*, nom. nobilis urbis ap. *Ammian.* 23. 6. 52 (*Ptol.* 6. 9. 7. « Ὑρκανία μητρόπολις »). Huc fort. spectat *Curt.* 6. 5. 22. « Jam ad urbem Hyrcaniæ, in qua regia Darei fuit etc. ». — 2.°) Adjectivorum more, ad Hircanos vel ad Hircaniam pertinens. *Solin.* 23. oceanus. *et* 38.

mons. et ibid. sinus. Grat. cyneg. 161. canis. Martial. 8. 26. equus. Claudian. carm. 3. 227. et 36. 268. mater. Isid. 9. Orig. 2. 42. silva. Sil. It. 5. 280. tigris. Tac. 14. Ann. 25. bellum. Propert. 2. 30. 20. mare. et Prisc. per. 714. æquor. et Avien. orb. 86. pelagus. Solin. 55. solum. Lucret. 3. 750. semen. Lucan. 1. 328. nemus. Val. Flacc. 6. 205. fratres. Plin. 31. Hist. nat. 8. 26. (48). montes. Senec. Phædr. 78. saltus. Stat. 7. Theb. 524. reges. et 4. ibid. 678. jugales. i. e. tigrides, junctæ currui Bacchi. et 5. 204. leæ. Claudian. carm. 7. 35. opes. Val. Flacc. 6. 79. antra. et 3. 494. signa. Stat. 6. Theb. 598. avia.

Hyrcani, orum, m. plur. 2. (Ὑρκανοί). Scribitur etiam Hircani, Ircani et rarius Yrcani. — Sunt autem — 1.º) Populi ita dicti, ut ait Isid. 9. Orig. 2. 42. a silva Hyrcana, ubi plurimæ sunt tigres, ad mare Caspium siti, confines Parthorum, e stirpe Jectan, filii Heber, prognati (V. Lib. gener. 19., coll. 24. p. 166. R.). — De iis Solin. 27. « Gens silvis aspera, copiosa immanibus feris, feta tigribus ». et 61. « A Caspiis ad orientem versus locus est, quod Diream appellatur, cujus ubertati non est quod usquam comparari queat, quem locum circumsidunt - Hyrcani ». et Ammian. 23. 6. 50. « Interius vero pergenti occurrunt Hyrcani, quos ejusdem nominis adluit mare (Indicum). Apud quos, glebæ macie internecante sementes, ruris colendi cura est levior, sed vescuntur venatibus, quorum varietate immane quantum exuberant; ubi etiam tigridum millia multa cernuntur feræque bestiæ plures. - Nec ideo tamen stivam ignorant, sed seminibus teguntur aliquæ partes ubi solum est pinguius. - Habent etiam civitates inter minora municipia validas duas quidem maritimas Socanda et Saramanna, mediterraneas alias Asmurnam et Salen et his nobiliorem Hyrcanam ». Solebant regum cadavera objicere canibus (Sil. Ital. 13. 478); quo spectat Cic. 1. Tusc. 45. 108. « In Hyrcania plebs publicos alit canes, optimates domesticos. Nobile autem genus canum illud scimus esse, sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur, eamque optimam illi esse censent sepulturam ». — Memorantur quoque Catull. 11. 5., Virg. 7. Æn. 605., Tac. 6. Ann. 36. et 43. et alib., Senec. ep. 113., Prisc. per. 9., Avien. orb. 908., Curt. 3. 2. 6. et ibid. 9. 5., Aur. Vict. epit. 15. 4., Hegesipp. 1. 32., Oros. 1. Hist. 2. — 2.º) Sunt etiam Hyrcani Macedones, ex Hyrcania in Lydia, scil. a Persis coloni in Lydiam deducti, quibus Macedones commixti sunt. Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (120). et Tac. 2. Ann. 47. Cf. Strab. 12. 629. — Hyrcanicus, Hircanus. Rav. p. 339.

HYRGALEA (Hyrgaleis) v. Hyrgaleis (οἱ Ὑργαλεῖς), urbs Phrygiæ, tantum in nummis ap. Eckhel, 3. p. 157. et Imhoof, Ant. gr. Münz. (1913) p. 69. sq.; inde tamen Hyrgaletici campi nomen acceperunt, per quos Mæander excurrit, teste Plin. 5. Hist. nat. 29. 31. (113)., hod. pars orient. fertilium vallium Tsalowa. V. Ramsay, Journ. hell. stud. IV. 386. et The Bishop. of Phryg. I. 126. sqq. Inscr. 540.

HYRIA, æ, f. 1. (Ὕριον Ptol.) nom. geogr. — Scribitur Hyriam ap. Prisc. per. 372 (Cf. Οὐρεῖον Strab.), pro quo et Uria ap. Plin. 35. Hist. nat. 11. 16. (103). et sinus Urias ap. Mel. 2. 66. « Sinus est continuo Apulo littore incinctus, nomine Urias ». — Est autem ¶ 1. Oppidum Apuliæ inter Garganum montem et mare Hadriaticum (Ptol. 3. 1. 17). — Hinc Hyrini, incolæ, ap. Plin. loc. cit.; vel Hyriatini, in nummis ap. Fabretti, Gloss. Ital. p. 2011., Momms. in Corp. 9. p. 66., Head, H. N. 47. et in Cat. Greek coins Italy 135. in quibus legitur ΥΡΙΑΤΙΝΩΝ, coll. Eckhel, 1. p. 141.sq.; vel Urites ap. Liv. 42. 48. — De situ ita Momms. loc. cit. « Hyria oppidum solet collocari, ubi nunc est Vico, fuitque omnino aut eo ipso loco aut in vicinia ». V. etiam URIA. ¶ 2. Hyria lacus Ætoliæ inter lacum Trichonis et Acheloum fl., hod. Limni Angelkastra. Memoratur Ovid. 7. Met. 371.sq. Cf. Strab. 10. 460 (Ὕδρα).

HYRIE, es, f. 1. (Ὑρίη) nom. pers. et geogr. ¶ 1. In titulis nom. mul., quod et in nom. serv. transiit. Corp. 10. 6038. — Fuit etiam Hyrie mater Cycni, in olorem versi, teste Ovid. 7. Met. 380. ¶ 2. Est etiam — a) Oppidum, de quo Plin. 4. Hist. nat. 7. 12. (26). — b) Aliquando Hyrie appellata est etiam Zacynthus, teste eod. Plin. 4. ibid. 12. 19. (54).

HYRIEUS, a, um, adject. V. voc. seq.

HYRIEUS (trisyll.), ei et eos, m. 2. v. 3. (Ὑριεύς) nom. vir. — Hyriea, acc. Græc. pos., ap. Hygin. poet. astr. 2. 21. — Etiam Ireus, omissa aspiratione. — Fuit autem rex Thraciæ, filius Neptuni ex Alcyone, una Pleiadum (Hygin. loc. cit. et Mythogr. I. fab. 234), pater Orionis (Hygin. fab. 195. et Ovid. 5. Fast. 493-544., ubi fabula describitur). — Hinc Hyrieus, adj. (Ὑρίειος). Ovid. 6. Met. 719. « Tollet humo validos proles Hyriea lacertos ». h. e. Orion.

HYRINA, æ, f. 1. nom. mul., fort. a patria Hyria ductum, unde et incolæ Hyrini. Memoratur in Cod. 3, 1. 7 (a. 294-303).

HYRMINE, es, f. 1. oppidum vetus Peloponnesi prope Elidem in promontorio rupestri ad septentr. Cyllenes, inde a tempore Strabonis desertum, hod. Kunupeli, ap. Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (13)., coll. Strab. 8. 341. et Paus. 5. 1. 6.

HYRTACIDES, æ, m. 1. V. voc. seq.

HYRTACUS, i, m. 2. (Ὕρτακος, quod ἀπὸ τοῦ ῥύτακος Etym. M. p. 784. 54) nom. vir. ¶ 1. Fuit pater Nisi (Virg. 9. Æn. 406). ¶ 2. Item pater Asii, ejus, qui e Sexto in auxilium Trojanorum venit (Dict. 2. 35., coll. Hom. Il. 13. 759). ¶ 3. Item pater Hippocoontis. V. Hyrtacides infra sub 2.º — Hinc Hyrtacides, patronym., Hyrtaci filius v. nepos (Ὑρτακίδης). Fuerunt ita dicti — 1.º) Nisus Trojanus, Hyrtaci filius, qui cum Euryalo noctu Rutulorum castra invadens magnam edidit cladem; sed tandem, deprensus cum comite, est interfectus. Virg. 9. Æn. 176.sqq., Ovid. Ib. 631. et 1. Trist. 5. 23. — 2.º) Item Hippocoon. Virg. 5. Æn. 492., coll. Macrob. 5. Sat. 15. 12. V. HIPPOCOON.

HYSEPHIS, is, m. 3. fluvius in Indum influens. Plin. 6. Hist. nat. 20. 23. (71). Al. leg. Hypasis.

HYSIÆ, arum, f. plur. 1. (Ὑσιαί) urbs Achaiæ in Argolide. Plin. 4. Hist. nat. 5. 6. (18).

HYSILLUS, i, m. 2. comes Alexandri M. Jul. Val. gest. Alex. M. 3. 40. V. integr. loc.

HYSSIPORTUS, oppidum Armeniæ, memoratum in Not. Dign. imp. or. 38 (al. 35). Gr. Ὕσσου λιμήν ap. Arr. per. p. 3.; hinc emendatur Tab. Peut., ubi Hyssilime pro Hyssi limen.

HYSTASPES, i (et is), m. 2. (Ὑστάσπης [et Ὑστασπις], ου et εως) nom. vir. — Latine modo est secundæ declinationis (Nep. reg. 1), modo tertiæ (Curt. 6. 2. 7), ut ap. Græcos. — Scribitur etiam Hydaspes: cf. Justin. apol. 1. 20. 44. et Lact. 7. 15. 19. et sic sequiore ætate. — Origo nominis est Persica, uti sonat pers. Vistaspa, serius Gustasp (V. Jackson in Grundriss d. Iran. Philol. II. 628.sq.). — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Rex Medorum antiquissimus, « a quo, scribit Lact. 7. 15., amnis quoque nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur (Cf. Isid. 13. Orig. 21. 12), admirabile somnium, sub interpretatione vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbe imperium nomenque Romanum, multo ante præfatus, quam illa Trojana gens conderetur ». Ita Lact., ubi loquens de magnorum operum humanorum caducitate ait nihil esse humanis viribus laboratum, quod non humanis æque viribus destrui possit, « quoniam mortalia sunt opera mortalium ». et mox ibid. « Sibyllæ aperte interituram esse Romam loquuntur et quidem judicio Dei, quod nomen ejus habuerit invisum et inimica justitiæ, alumnum veritatis populum trucidarit. Hystaspes quoque etc. ». Meminit hujus Hystaspis vaticinii etiam Paulus ap., si fides habetur Clement. Alex. strom. 6. et Justin. m. in apol. 1. 20. et 44 (V. Fabricius - Harless, Bibl. Gr. I. 5. et 108. et Schürer, Gesch. d. Ind. II. 808.sq.). ¶ 2. Item filius Arsamis, pater Darei regis, ejus, qui regnavit in Persia ab a. 521-485. a. Chr., vir prudentissimus, in magia a Bracmanibus Indiæ eruditus, quam in Persidem adtulit (Ammian. 23. 6. 32. V. integr. loc.). — De eo mentio fit quoque a Nep. loc. cit. et Jorn. Get. 10 (V. Prasek, Gesch. d. Meder u. Perser 178.sqq. et 205). ¶ 3. Item regis Darei filius, ejus, qui ab Alexandro M. est devictus et cujus uxor, inter captivas reperta, in libertatem cum suis opibus, victoris jussu, est restituta. Curt. 6. 2. 7. et 8., coll. Jul. Valer. gest. Alex. M. 1. 49.

HYSTRA, æ, f. 1., vel orum, n. plur. 2. nomen incertæ lectionis, proprium oppidi in litore Hispano, ad Carthaginem Novam, aliis geographis indictum, quod memoratur Avien. or. 496. « Fuere propter civitates plurimæ: Quippe hic Hylactes, Hystra, Sarna et nobiles Tyrichæ stetere ».

I

I, i, — a) Littera nona Latini alphabeti et tertia Latinarum vocalium est tam figura quam sono ceterarum gracillima, de qua fuse in Lexico dictum est; ubi illud quoque additur, in hac editione I et J non promiscue usurpari, sed separatim exhiberi, quod et in Onomastico servandum esse censemus. — b) Est etiam nota nominum propriorum seu una ex siglis seu litteris singularibus, quæ in codd. mss., in nummis et litteratis lapidibus occurrunt, ut J. = JESUS (Orell. n. 4459); Isis (n. 1884); Julia (n. 197., 214., 3127); Juno (n. 1267., 2508., 3324); Juppiter (n. 1214., 1383) etc.

IA

IA, æ, m. et f. 1. (Ἰα, strepitus, sonus, v. ἴον, viola) nom. duplicis generis, etiam libertinum itemque servile Græcan. — a) Rarius masc., ut in Inscr. ap. Grut. 127. 5. — b) Sæpe fem., ut in Corp. 5. 4070. — Abs. in aliis, ibid. 10. 2531. — Fuerunt etiam hoc nomine ¶ 1. Puella, Attidis sponsa virgo, de qua Arnob. 5. p. 160. et 167. ¶ 2. Item uxor Æmilii Juliani, dein episcopi Æclanensis ex Pelagianorum secta, quorum nuptias epithalamio carmine celebraverat Paulin. Nol. carm. 25.

IACCHUS, i, m. 2. (Ἴακχος v. Ἴαχχος v. Ἰάκχος v. Ἴαχος) nom. vir. — a) Scribitur Iachus, unico c, ap. Consent. art. p. 397. K. — Iaccus, sine aspiratione, in Corp. 2. 3923. — b) Origo vocabuli petenda est ab Ἰα, vox, clamor, strepitus, vel ab Ἰάχω, vociferor, quia clamosi esse solent jam ab ortu pueri. — Est autem ¶ 1. Unum ex nominibus Dionysi seu Bacchi (Iacchus enim idem est ac Bacchus (Sophocl. fragm. 874. Nauck), adhuc infantis et mammam appetentis (Suid. v. Ἴακχος, Διόνυσος ἐπὶ τῷ μαστῷ). Hinc Lucret. 4. 1164. « Ceres est ipsa ab Iaccho. i. e. ab eo recenter in lucem edito » (Cf. Mythogr. III. fab. 12). — A poetis sumitur pro Baccho et metonymice pro vino. Virg. 7. Ecl. 61. « Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho ». et 6. Ecl. 15. de Sileno. « Inflatum externo venas, ut semper, Iaccho ». et Colum. 10. R. R. 309. « Et titubante gradu multo madefactus Iaccho ». et Stat. 2. Theb. 85. sq. « at Ogygii si quando adflavit Iacchi sævus odor ». Adde Virg. 1. G. 166., Catull. 64. 252., Propert. 2. 3. 17. et 4. 2. 31., Ovid. 4. Met. 15., Nemes. 3. Ecl. 62., Senec. Œd. 443., Claudian. carm. 33. 16., Manil. 1. 417., Val. Flacc. 1. 140. — Erat Dionysus Eleusinus, cujus cultus ei, quæ Cereri et Proserpinæ Græci exhibebant, jungebatur, dictus ὁ ἀρχηγέτης τῶν μυστηρίων (Strab. 10. 468). In ejus porro festis, quæ in templo Iacchi (τὸ Ἰακχεῖον) celebrabantur, canebant Athenienses τὸν μυστικὸν Ἴακχον (τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ - ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ ἰακχάζουσι) clamabantque, ut Hymenæo Ὑμὴν ὦ Ὑμήν et Lino αἴλινον αἴλινον, sic Iaccho Ἴακχε Ἴακχε (Cf. Wilamowitz, Eurip. Hippol. 1891. p. 28), quod Kern veri similius putat (PWK 9. 614. Cf. Orph. hymn. XLII. 46. et XLIX. 3). Nec solum Eleusine et Athenis, sed

etiam Corinthi, Sicyone, Lernæ et alibi Iacchus colebatur (Cf. Odelberg, Sacra Corinthia, Sicyonia, Phliasia, Upsal. 1896. p. 74.sqq. et Corp. 6. 1780 [Dessau 1260]). — De priscæ artis monumentis, ad eum pertinentibus, vd. Cic. 4. Verr. 60. 135. « Athenienses ut ex marmore Iacchum etc. ». et Clem. Alex. protr. 4. 62. 3. de Praxitele « τὴν Πραξιτέλους Δήμητρα καὶ Κόρην καὶ τὸν Ἴακχον τὸν μυστικόν », de quo symplegmate cf. etiam Paus. 1. 2. 4 (V. et BACCHUS). ¶ 2. Est cogn. vir., libertini quoque generis itemque nom. servile. Corp. 2. 3923. et 1560. — Fuit etiam scriptor quidam, cujus libros inter suos fontes retulit Plin. in Ind. l. 32. et 37., fort. grammaticus Sascennius Iacchus.

IACETANI et Iaccetani, orum, m. plur. 2. (Ἰακκητανοί Ptol.) gens Hispaniæ Citerioris ad Pyrenæos montes, cujus urbs præcipua Iaca v. Iacca dicta (Ἴάκκα Ptol. 2. 6. 67), hod. Jaca. Memorantur Cæs. 1. B. C. 60. et Corp. 2. p. 408.

IADER, eris, 3. nom. pers. m. et geogr. n., Punicæ, ut videtur, originis (Cf. Corp. 5. 4921., ubi cum Hasdrubale nominatur). ¶ 1. Est nom. vir., quo nuncupati sunt — 1.º) Rex Syriæ (Lucif. Caral. de reg. apost. p. 307. M.). — 2.º) Item episcopus Midiliensis in Numidia, qui, in concilio Carthaginiensi tertio, de Baptismo sententiam suam dixit, ut scribit Cyprian. sent. episc. 45. Memoratur etiam Augustin. 7. de bapt. c. Donat. 9. — In exemplaribus (Cyprian. loc. cit.) recentioribus dicitur martyr et confessor; idcirco videtur esse ille, qui cum Nemesiano, Felice, Lucio aliisque in Africa sub Valeriano et Gallieno, exsurgente persecutionis rabie, ad primam confessionis Christi constantiam graviter fustibus cæsus, deinde compedibus vinctus et ad fodienda metalla deputatus, gloriosæ confessionis agonem consummavit (Martyr. Rom. IV. id. Sept. p. 281. ed. 1914). ¶ 2. Est etiam nom. geogr., sc. — 1.º) Fluvius in Dalmatia, cujus meminisse videtur Lucan. 4. 404. « tepidum in molles Zephyros excurrit Iader ». et Vib. Sequ. p. 13. Ob. « Iader juxta Salonas mare influit Hadriaticum ». — Sed Mommsen in Corp. 3. p. 374. non fluvii nomen, sed urbis Delmaticæ habet apud Lucan. loc. cit., aliique, fortasse rectius. Locus vero Vib. est interpolatus. — 2.º) Item urbs præcipua Delmatiæ (Ἰάδωρα v. Ἰάδερα), ad septentr.-occid. Salonarum, cum portu, tempore belli civilis Cæsarianas partes secuta, colonia Augusti (Corp. 3. 2907., coll. Ptol. 2. 17. 3), trib. Sergiæ adscripta, a Trajano imp. aquæductu et a Melia Aniana in honorem viri sui Q. Læpicii Bassi foro mercatorio ac statuis decorata (Corp. 3. 2907., 2909. et 2922), hod. slav. Zadar, it. Zara. Memoratur Mel. 2. 57., Auct. b. Alex. 42., Plin. 3. Hist. nat. 21. 25. (140)., ubi colonia Jadera, ap. Rav. p. 381. in Itin. Ant. p. 272. et Corp. 3. p. 374-2328. 169. — De ejus nummis vd. Eckhel, 2. p. 152. — Hinc Iadertinus vel sæpius Iadestinus, adj., ut Iadertina civitas ap. Veget. milit. 4. 38. et Iadestinus ordo in Corp. 3. 2919. Adde Ambros. ep. 8., in Gest. Conc. Aquil. n. 62. et 76., coll. Vigil. Taps. 2. c. Pallad. p. 448. M. — Iadertini, abs., incolæ, ap. Auct. b. Alex. 42., ubi alii leg. Iadestini.

IADERTINUS (Iadestinus), a, um, adject. V. voc. præc.

IÆRA, æ, f. 1. (Ἴαιρα) ¶ 1. Una Nereidum, Nerei et Doridis filia. Hygin. præf. fab., coll. Hom. Il. 18. 42. ¶ 2. Item Alcanoris uxor et mater Pandari ac Bitiæ, quos in luco sacro educavit montis Idæ. Virg. 9. Æn. 672.

IÆTA et Ieta, f. 1. (Ἰαιταί plur. num. et Ἰαιτία Steph. Byz.) nom. geogr. — Latine scribitur Ieta, extrita littera a diphthongi, sed minus recte. — Est autem oppidum Siciliæ mediterraneum, in vertice celsi montis, qui Ietas appellatur Sil. It. 14. 271., hod. Iato. — Hinc Iætenses et Iætini (Ἰαιτῖνοι Diod. 22. 10. 4) in nummis Eckhel, 1. p. 216., qui Ietini dicuntur Cic. 3. Verr. 43. 103.

IÆTINI (Ietini) orum, m. plur. 2. V. voc. præc.

IAIA, æ, f. 1. (Ἰαία) nom. mul. Gr., quod in agnomen ludicrum transiit apud Romanos. Inscr. Grut. 660. 1.

IALLIUS, ii, m. 2. nom. vir. ex gente Rom., confusa aliquando cum Aliis et Caliis. Legitur in Corp. 10. 3468. — Iallia, nom. mul. in alia Chr. ap. De-Rossi, R. S. I. 309. — Confirmatur hoc nom. Inscr. Gr. in Bull. Arch. Com. a. 1888. p. 138. ubi ΙΑΛΛΙΑ ΒΑΣΣΙΑ. et alia in C. I. Gr. n. 1990. ΙΑΛΙΑ. — Videtur in cogn. transiisse, teste alia in Ephem. epigr. V. p. 359. n. 588. — Memorantur ex hac gente — Iallius Antiochus, vir perfectissimus, præses provinciæ Numidiæ, Flavio Valerio Constantino imp. (a. 337-340). Corp. 8. 7006., coll. n. 2441. — Iallius Bassus, vir clarissimus, curator operum publicorum a. 161. p. Chr. Inscr. ap. Henzen. S. Or. n. 6575. Dein, M. Aurelio et L. Vero impp., pro prætore Mœsiæ Inferioris. Corp. 3. 6169. — In crypta Lucinæ cœmeterii Callisti inscriptio fuit reperta atque illustrata a cl. De-Rossi loc. supra cit., ex qua archæologus hic doctissimus arguit Iallii uxorem fuisse Caliam Clementinam ejusque virum religioni Christianæ nomen dedisse.

IALMENUS, i, m. 2. (Ἰάλμενος, missus, a ἰάλλω, mitto: vd. Fick, Gr. Pers. 427) nom. vir. — Fuit hoc nomine filius Martis et Astyoches, filiæ Actoris, qui Argis cum triginta navibus et fratre Ascalapho Trojam profectus est (Hom. Il. 2. 511.sqq.), teste etiam Hygin. fab. 97., coll. 159., ubi duo videntur fuisse, unus nempe filius Martis, alter vero Lyci et Pernidis. Fort. est Ares (Mars) Lycus unus idemque (Schmidt). — Memoratur etiam Dict. 1. 17. « Ascalaphus et Ialmenus, Orchomenii, naves triginta ». — Eum Dar. 14. et 21. ab Hectore in prœlio occisum fuisse tradit (Cf. Müller, Orchom. I.[2] 241).

IALYSUS, i, m. 2. (Ἰάλυσος et Ἰαλυσός, Ion. Ἰήλυσος [Ἰηλυσός] et Ἰήλυσσος, Her. Ἰηλυσσός) nom. geogr. et pers. — a) Scribitur etiam Ialyssus, duplici s (Corp. 6. 1249). — Ialysius ap. Ovid. 7. Met. 365. — Ialusssus in Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 210. — b) Origo nominis ducitur ab Ialyso, Herculis filio ac Solis nepote, ut quidam ex Cic. 3. Nat. D. 21. 54 (si sana est lectio) deducunt, aliis repugnantibus, qui volunt eum esse Solis quarti filium et Achantus (Arnob. 4. p. 135) vel Cercaphi et Cydippes (Lysipp. ap. Eustath. Il. 315. 29) et fratrer Camiri ac Lindi (Pind. Ol. 7. 24), Ialysi conditore; alii vero, neglectis fabulis, ex Phœnicio vel Semitico, non autem Græco, vocabulum derivant, ut ait Ya'litz, i. e. « obtutus amantis » (Bochart, Geogr. sacr. 368.: cf. Busolt, Gr. Gesch. I.[2] 265). — Est igitur ¶ 1. Ialysus, nom. geogr., sc. oppidum in Rhodi ora septentrionali, quod olim præcipuum fuit hujus insulæ, Hexapolis Doricæ et societatis maritimæ (συμμαχία) Atheniensis fœderatum et quidem opulentum (Dict. 4. 4), sed tempore Strabonis vicus, nunc Philerimos (φιλέρημος, amicus solitudinis). De eo hæc habet Mela 2. 101. « In Rhodo tres quondam erant (urbes), Lindos, Camiros, Ialysos ». et Plin. 5. Hist. nat. 31. 36. (132). « Pulcherrima et libera Rhodos - habitata urbibus Lindo, Camiro, Ialyso, nunc Rhodo »; quibus verbis significari videtur ex illis tribus quasi partibus, postmodum simul junctis, unam factam urbem, nempe Rhodum; quin Scylax, cum aliis, in periplo 99. ita esse prodidit. Memoratur etiam Her. 1. 144. etc., Thuc. 8. 44., Diod. 5. 57. etc., Strab. 14. 655., Dion. per. 505., Ptol. 5. 2. 34., Athen. 6. 262. — De ejus nummis vd. Head-Svoronos, Ἱστορ. τῶν Νομισμ. II. 179. et Cat. Brit. Mus. Caria p. 226. — Hinc nom. tabulæ celeberrimæ, pictæ a Protogene. Cic. 4. Verr. 60. 135. Narrat vero Plin., quem penes sit fides (35. Hist. nat. 10. 36. [102])., fuisse Rhodi celebratissimam hujus Ialysi tabulam, a Protogene pictam, propter quam Demetrius Poliorcetes rex, qui bellum gerebat cum Rhodiis, urbi pepercit et « sic ab eo occasio victoriæ fugit », eamque postea Romam avectam et in templo Pacis fuisse collocatam; sed tempore Pausaniæ incendio est deleta. Repræsentasse dicitur venatorem cum cane anhelanti, opus septem annorum et amplius. Cf. Gell. 15. 31. et Cic. orat. 2. 6. et 2. Att. 21. ¶ 2. Est etiam nom. vir., quod transiit in cogn., ut in Corp. 9. 2680.

IAMBE, es, f. 1. (Ἰάμβη) ¶ 1. Fuit filia (al. rectius famula, ut Diomed. III. p. 477. K.) Celei, regis Eleusinorum, a qua nomen accepit versus iambus, teste Mario Plot. gramm. III. p. 498. K. — Traditur Cereri, dum filiam quæreret, hospitio a Celeo exceptæ, saltatione ac dicteriis hujus pedis sono prolatis, risum commovisse (Diomed. ibid.). ¶ 2. Est etiam insula in mari Rubro seu sinu Arabico, ad septentr. Berenices, ap. Plin. 6. Hist. nat. 29. 33. (168)., hod. l'Ile Djimal v. Wadi el-Gemal (Cf. Vivien d. St.-Martin, Le Nord de l'Afr. p. 317). Ptol. 6. 33. 5. « Ἀφροδίτης νῆσος ».

IAMBLICHUS, i, m. 2. (Ἰάμβλιχος) Etiam Iamblicus, sine aspiratione, occurrit in mss. codd. — Memorantur hoc nomine — 1.º) Iamblichus, ex Chalcide Cœlesyriæ, natus ca. a. 280. p. Chr., Anatolii et Porphyrii discipulus et Plotini auditor, scholæ idcirco Neoplatonicæ, a Pythagorica haud alienæ, et etiam doctrinæ seu theologiæ mysticæ addictus, phantasiæ deliramentis indulgens simulque subtilis philosophaster, a suis discipulis quasi deus cultus ac « divinus » appellatus deorumque familiaris, vita functus paullo ante Constantinum M., sc. ca. a. 335., teste Eunap. vit. philos. p. 461-62, quod falsum esse videtur; sunt enim ejus epistolæ ad Julianum imp., qui ortus est a. 331 (Cf. tamen Zeller, Phil. d. Gr. V. 679. adn. 2. et Cumont, Sur l'authent. etc. 1889); sed, quamvis hæ, uti alii existimant, credantur spuriæ, saltem dicendum est Eunapium in mortis tempore statuendo errasse. — Suis ipse meditationibus intentus ac veluti abstractus, quæ reliquit, nec eleganter nec emendate scripsit. Hæc autem sunt libri septem de philosophia Pythagorea (Συναγωγὴ τῶν πυθαγορείων δογμάτων), ex quibus exstant quinque tantum, uti sunt tract. de vita Pythagorica (Περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου), exhortatio ad philosophiam (Προτρεπτικὸς εἰς φιλος.), tract. de mathesi communi seu in universum (Περὶ τῆς κοινῆς μαθημ. ἐπιστήμης), introd. ad arithmeticen (Ἀριθμητικὴ εἰσαγωγή), theologia arithmeticæ (Τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς); præterea, libri triginta de theologia Chaldaica (Περὶ τῆς τελειοτάτης Χαλδαϊκῆς θεολογίας), præcipuum ejus opus, totum deperditum, est de anima (Περὶ ψυχῆς), cujus fragmenta modo supersunt; comment. in Plat. et Arist., qui perierunt omnino; de diis, Juliano apostatæ opusculum percarum, et defensio idolorum (Περὶ ἀγαλμάτων), sæc. VI., opus a Johanne Philopono, episcopo Alexandrino, refutatum; alia insuper, ex quibus quædam ei perperam adjudicantur, ut illud de mysteriis, probabiliter ejus scholæ tribuendum (V. Zeller op. cit. p. 715. et alib.; Gale, De myst. Ægypt. et Parthey, Jambl. de myst. lib. Berlin 1857). — De eo scripserunt Mau, PWK 9. 645-651.; Pistelli in Stud. ital. di filos. class. I.; Vitelli, Spic. florent. in Mus. it. Comparetti I. 1. — 2.º) Iamblichus, Samsicerami filius (Strab. 16. 2-10), phylarchus Arabum, quem « homines opinantur bene sentire amicumque esse reipublicæ nostræ »: ita Cic. 15. Fam. 1 (a. 51. a. Chr.). — 3.º) Iamblichus, familiaris Symmachi (9. ep. 2), ex quo novimus studiosum sapientiæ virum fuisse. — 4.º) Iamblichus, Romanensium fabularum (romanzi) scriptor antiquissimus, qui vixit ca. a. 150. p. Chr., patria Syrus, cui tribuitur opus amatorium inscr. Babylonica (Βαβυλωνιακά), libris XXV. constans, quorum breve excerptum exstat ap. Phot. cod. 24.; sed a nullo, quod sciam ex Latinis scriptoribus memoratur.

IAMBRES, æ, m. 1. (Ἰαμβρῆς; sed Glyc. Ann. II. 156 B scribit Ζαμβρῆς) nom. vir. — a) Mambres habet Vulg. 2. Tim. 3. 8., sed Gr. textus Ἰαμβρῆς: ita etiam Philastr. hær. 73 (60. 16 M.), Optat. 7. 15 (176. 17 Z.), Pallad. hist. Laus. 18 (49. 9 B.); verum Iotape ap. Plin. 30. Hist. nat. 2. ad fin. pro Iambres est lectio corrupta. — Sambres ap. R. Tedda Leoi (Gaulmin. de vit. et mort. Mos. p. 211.sqq.). — b) Etymon vocabuli quidam ducunt a Græco; at originis videtur Ægyptiæ; ex Ægypto enim erat Iambres. In Onom. Vatic. (De Lagarde, Onomastica sacra Götting. 1887. p. 218) est idem ac θάλασσα δερματίνη (= Hieronym. onom. p. 118) et ap. Orelli in Hauchs Realencyclopæd. ad v. idem ac Hebr. Yamrî « rebellis ». — Fuit autem Iambres magus Æ-

gyptios, qui cum Ianne impediebat, quo minus populus Israeliticus liberaretur, ac Moysis auctoritatem coram Pharaone præstigiis suis imminuere conatus est. De utroque *Paulus loc. cit.* « Quemadmodum autem Iannes et Mambres (Gr. Ἰαμβρῆς) restiterunt Moysi, ita et hi resistunt veritati » (Cf. *Exod.* 7. 11.*sqq.* et 8. 7). Hæc vero nomina in Scripturis V. T. non memorantur, sed Paulus fort. cognovit ex libro apocrypho inscripto « Liber Iannes et Iambres » (*Thedoret.* in *II. Tim.* 3. 8., coll. *Gelas. ep.* 42. et *Hormisd. ep.* 125). *Orig.* in *Matth.* 27. 9. (tr. *Migne G.* XIII. 1769) « Quod ait: Sicut Iannes et Mambres restiterunt Moysi, non invenitur in publicis scripturis, sed in libro secreto, qui suprascribitur Iannes et Mambres liber. Unde ausi sunt quidam epistolam ad Timotheum repellere, quasi habentem in se textum alicujus secreti ». Item *Ambrosiast.* ad *Tim. l. c.* « Exemplum hoc de apocryphis est ». Verum longe est probabilius, Paulum hoc didicisse ex iis, quæ ore tradebantur apud Judæos (ἐκ τῆς ἀγράφου τῶν Ἰουδαίων διδασκαλίας). Cf. *Targ. Jonath.* (ad *Exod.* 1. 15. et 7. 11), *Talmud (Buxtorf Lex. chald. talm. rabb.* 945.*sq.), Apul. de magia* c. 90., *Numen. ap. Euseb. (Præp. euang. IX.* 8), *Orig. c. Cels.* (4. 57), in *euang. Nicod. (Tischend. Euang. apocr.),* in *Act. Pilat.* 5. (352. *Tischend.),* in *Act. Paul. et Petr.* 34., in *Constit. apost.* 8. 1., in *Pallad. hist. Laus.* 19-20., ubi quæstio agitur de Ægyptiorum magorum sepulcro. — Apud rabbinos et talmudicos multa feruntur commenta de magis Ægyptiis Ianne et Iambre, secum pugnantia et absurda, quos tradunt vel in mari Rubro submersos cum Ægyptiorum exercitu fuisse vel, Pharaoni adversos, Israelitis adhæsisse (Cf. *Exod.* 12. 38); at eos in deserto, quum populum ad vitulum aureum adorandum incitassent, in communi clade periisse (*Targ. Jerus.* et *Yalkut Reub.* 81. 2). — Ceterum *Iannes* et *Iambres (Mambres)* memorantur etiam a *Rufin. hist. monach.* 21. et *Sugypp. thes.* 126. *p.* 762. *M*, Cf. *Schleusner* et *Grimm* in *Lex. N. T.* ad v. Ἰαμβρῆς.

IAMBUS, i, m. 2. (Ἴαμβος) nom. vir. Gr., a quodam carminis genere ductum; deinde cogn. Rom. in *Inscr.* ap. *Maffei, Mus. Veron.* 289. 2. — Fuit etiam ita nuncupatus episcopus Germaniciensis in Africa Byzacena, ap. *Cyprian. sent. episc.* 42. et *Augustin. de bapt. c. Donat.* 7. 6.

IAMIDÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἰαμίδαι *Her.* 9. 33) patronym. ab *Iamus*, quo significantur posteri Iami, Apollinis et Euadnes filii. Memorat *Cic.* 1. *Divin.* 41. 91.

IAMLICHUS, i, m. 2. (Ἰάμλιχος) nom. vir. — Scribitur etiam *Iamlicus*, sine aspiratione, et *Iamlychus* in titulis (*V.* infra), nom. aliquando confusum cum *Iamblichus* in mss. codd. et edit. libris. — Transiit in cogn. apud Romanos, ut in *Corp.* 8. 8392. et in *aliis* ap. *Brambach n.* 1283. et *Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaule I. præf. p. LI.* — Fuit etiam hoc nomine episcopus Trevirensis (a. 458), sanctitate conspicuus, quem « consummatissimum virum cunctarumque virtutum conscientia et fama juxta beatum etc. » dicit *Sidon. ep.* 23., teste etiam *Auspic.* in *ep.* ad *Arbogast. fin.* et a barbaris idololatris in exsilium ejectus, cujus epitaphium haud ita pridem repertum est ad *Saint-Germain-du-Plain* prov. Lugdunensis, non tamen integrum, editumque in *Inscr.* ap. *Le Blant loc. cit.* Cf. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1864. *p.* 14.

IĀMO v. Iamno, ōnis, f. 3. oppidum in ora occid. insulæ Balearis minoris, hod. *Cindadela,* tribui *Quirinæ* adscriptum. Memorant *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 11. (77). et *Mela* 2. 124 (*Ptol.* 2. 6. 78. Ἴαμνα). — Hinc *Iamontanus*, adj., ut *Munic. Flav. Iamontanum* in *Corp.* 2. 3711. et 4538. Alii tamen aliter leg.

IĀMONTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

IAMPHORYNA, æ, f. 1. urbs, Medorum caput, in Thracia, a Philippo a. 210. a. Chr. oppugnata. *Liv.* 26. 25., ubi in optim. Mss. legitur *Iamphorynna*. Cf. *Polyb.* 9. 45. Φόρουννα. et *Steph. Byz.* ad *h. v.*

IĀMUS, i, m. 2. (Ἴαμος) nom. vir. Gr. et cogn. apud Romanos. *Corp.* 10. 6576. — Fuit etiam hoc nomine Apollinis et Euadnes filius. *V.* **IAMIDÆ**.

IĀNA, æ, f. 1. nom. mul., apud priscos Romanos, qui agricolæ erant, usitatum ruri pro *Diana*, ex *Nigidio* ap. *Macrob.* 1. *Sat.* 9. 8. — *Varr.* 1. *R. R.* 37. 3. habet bis *Iana Luna*, ubi *Luna* censetur glossema. Cf. etiam *Tertull. nat.* 2. 15. — Hinc fort. cogn. mul. in *Corp.* 8. 1758.

IĀNASSA, æ, f. 1. (Ἰάνασσα) una Nereidum, ap. *Hygin. præf. fab.*, fort. decurt. a *Callianassa* v. *Iphianassa*, ab ἄναξ = *domina;* non enim probatur *Eustath. Il.* 1130. 17. et *Od.* 1506. 51., qui ab ἰαίνω, *foveo*, vocem derivat.

IĀNĪRA, æ, f. 1. (Ἰάνειρα, *Hom. Il.* 18. 47. et *Hes. theog.* 356) una Nereidum, ap. *Hygin. præf. fab.*, fort. decurt. a *Callianira* et *Iphianira*, ab ἀνήρ, ut *Jessen* putat. Adde *Apollod.* 1. 12 (non Δειάνειρα).

IANTHĒ, es, f. 1. (Ἰάνθη *Hes. theog.* 349) et

IANTHĪNUS, i, m. 2., et

IANTHIS, idis, f. 3. (Ἰανθίς) et alia deriv. *V.* voc. seq.

IANTHUS, i, m. 2. (Ἴανθος: ab ἴον, *viola*, et ἄνθος, *flos*, i. e. flos purpurei vel violacei coloris) cogn. vir. libertini generis. *Corp.* 10. 2648. et *alia* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 678. — Hinc *Ianthe*, nom. mul. — Quod *Prob. Cath.* 30. 18. *K.*, coll. *Plot. Sac.* 481. 21. *ib.*, *Ianthes* genetivum apud *Ovid.* 9. *Met.* 715.*sqq.* pro *Ianthe* nominativum habuit, ex quo *Ianthis* v. *Ianthidis* posse declinari statuit, errori grammaticorum tribuendum putat *Keil.* — Fuerunt hoc nomine — *a)* Una Oceanitidum, ex Oceano et Tethye nata, teste *Hygin. præf. fab.* — *b)* Item virgo Cretensis venustissima, quam pater quum Iphi puellæ despondisset, quæ pro puero a matre, ne a patre necaretur, nutrita fuerat, nuptiarum tempore, Isidis ope, ne fraus detegeretur, in puerum est conversa, ut *Ovid.* 9. *Meth.* 715-797. canit. — *Ianthis,* cogn. mul. libert. generis, cujus genet. *Ianthidos* ap. *Martial.* 7. 15. 1. et acc. *Ianthida* ap. *eund.* 6. 21. 1. — *a)* In titulis generatim, cogn. mul. *Corp.* 10. 6287. — *b)* Speciatim *Ianthis* dicta est uxor L. Arruntii Stellæ, poetæ Patavini, quam is non virginem, ut vult *Hand* in ed. *Stat. I. p.* 169., annuente *Doelling p.* 15. et *adn.*, sed viduam, ut ex pluribus *Stat.* locis demonstrat cl. *Rasi (De L. Arruntio Stella,* Patav. 1890. *p.* 55.*sqq.).* — Proprio nomine *Violentilla* v. *Violentilla* appellatur a *Stat.* 1. *Silv.* 2. 25.; sed *Ianthis*, verso scil. in Græcum Latino vocabulo, a *Martiale* 6. 21. 1. « Perpetuam Stellæ dum jungit Ianthida vati etc. ». *et* 7. 15. 1. « Quis puer hic nitidis absistit Ianthidos undis ». Cf. *ibid.* 50. — Utrum vero a Stella ipso Ianthidos nomine, an Asteridos, quod ipsius cognomini respondet, Violantilla celebrata sit, in dubium vocari potest, spectatis Statii verbis, majoris quidem quam quæ Martialis, momenti, ut *Silv.* 1. 2. 195. « Asteris et vati totam cantata per urbem, Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu, Quantum non clamatus Hylas etc. ». *V.* **VIOLANTILLA**. — *Ianthinus* (Ἰάνθινος, *violaceus),* nom. vir. serv. *Corp.* 5. 4506. et *Ianthina*, nom. mul. serv. *Inscr.* ap. *De-Rossi, Inscr. Chr. I.* 222. *n.* 522. — *Ianthullus (Iantullus),* cogn. vir. demin. ab *Ianthus*, in *Corp.* 8. 5045. et *Ianthulla (Iantulla),* cogn. mul. item demin. in *C.* 8. 5143. et 5274.

IANTHYRUS (Idantyrus), m. 2. (Ἰδάνθυρσος *Her.)* nom., varie scriptum, regis Scytharum, cujus filiam Dareus, rex Persarum, in matrimonium petiit, qui, quod non obtinuisset, bellum ei indixit, sed frustra; nam, prœlio commisso, octoginta milia ex suis ciciderunt, infectaque re, inglorius ad sua rediit. *Justin.* 2. 5. et *Oros.* 2. *Hist.* 8. — *Jorn. Get.* 10. rex *Gothorum* dicitur.

IĀO, us, m. 4. (Ἰάω) nom. Christi mysticum apud Gnosticos, ab Hebr. יהוה decurtatum, ut quidam putant. *Macrob.* 1. *Sat.* 18. 19. « Consultus Apollo Clarius, quis deorum habendus sit, qui vocatur Ἰάω, ita effatus est: Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰάω-μετοπώρου δ' ἁβρὸν Ἰάω ». Nempe Gnostici cum Sole confundebant, quem maximum appellabant deorum, ut canit *Orpheus* item de Sole, quem unum deum esse demonstrat in *hymn.* « Ταὐτάγε πάντα etc. » ap. *eund. Macrob. ibid.* — Hinc *Interpr. Iren.* 1. *hær.* 21. 3. « Qui sacratur, respondet: Confirmatus sum et redemptus sum et redimo animam meam ab æone hoc et omnibus, quæ sunt ab eo, in nomine Iao, qui redemit animam ejus etc. ». Adde *ibid.* 4. 1. — Verum de eo *V.* plura in **JAHO**.

IĀON, ōnis, m. 3. (Ἰάων *Callim.)* fluvius Arcadiæ, cujus meminit *Prisc. per.* 413. « Qua Melas - qua currit Iaon ». Adde *Rav. p.* 401.

IĀPĔTIŎNIDES, æ, m. 1. patronym. a *Iapetus*. V. voc. seq.

IĀPĔTUS, i, m. 2. (Ἰαπετός) nom. vir., quod proxime a ἰάπτω, *jacio*, vel ab ἴπτω = βλάπτω, ducitur; remote vero a *Iaphet* apud Hebræos (*V.* **JAPHET**). — Fuit, ut ex fabulis Græcorum eruitur, gigas famosus, filius Tartari ac Terræ (*Hygin. præf. fab.*, coll. *Virg.* 1. *G.* 279), vel Cœli et Terræ (*Tertull. nat.* 2. 12), frater Titanis (*Lact.* 2. 11) et Saturni (*Tertull. loc. cit.),* pater ex Clymene Atlantis, Promethei, Epimethei et Hesperi (*Hygin. præf. fab.*, coll. *fab.* 142. et *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 741), qui *Iapetionidæ* hinc sunt vocati *Ovid.* 4. *Met.* 630. et *Claudian. carm.* 20. 490. — Non ab re erit illud hic tantum per transennam meminisse, contra eos, qui etiamnum infitiantur, exstitisse olim homines staturæ valde proceræ, unde mythologia suos gigantes confinxit; id enim docti viri jam comprobarunt et comprobant ex monumentis sacris atque profanis, ut *Crellier, L. Genès.* Paris 1901. *p.* 87.; *Schöpfer* ap. *Pelt, Hist. de l'Anc. T. I.* 79.; *Joly. L'homme avant les métaux* Paris 1888. *p.* 75.; *Meignan, De l'Eden à Moïs. I.* 1885. *p.* 225.; *Lesêtre, Lex. Bibl. III.* 1910. *p.* 835.*sqq.* Cf. etiam *Eccli.* 16. 8. *V.* **GIGAS**.

IĀPIS et Iapix, idis, m. 3. (Ἰαπις, fort. ab ἰάομαι, *medeor)* nom. vir. — In mss. codd. et editis libr. sæpe permutatum est cum *Iapyx, igis.* — Fuerunt ita nuncupati — *a)* Medicus quidam, Iasi filius, qui Æneam sagitta ictum curavit; hinc celebratus *Virg.* 12. *Æn.* 390. Adde *Macrob.* 4. *Sat.* 4. 7. et 3. *ib.* 15. 12., ubi *Iapix* legitur. Cf. *Serv.* ad *l.* Memoratur etiam *Auson. epigr.* 19 (al. 20), ubi *Iapida* (al. *Iapiga),* acc., Gr. posit. — *b)* Item vir Thebanus, laudatus *Stat.* 12. *Theb.* 746.

IĀPŸDES (Iapudes, Iapodes, Iapides), um, m. plur. 3. *V.* voc. seq.

IĀPŸDĬA (Iapudia), æ, f. 1. regio Illyrii sive, pro temporum diversitate, Italiæ Superioris (Cf. *Plin.* infra) Illyrium versus, quod olim comprehendebat Delmatiam, Liburniam et Istriam (hod. *Montenegro, Bosnia, Erzegovina, Istria),* dein vero latius extendebatur (*V.* **ILLYRICUM**). — Ejus porro urbes sunt Monetium *(Brinje),* Avendo *(Crkvina),* Arupium *(Vital* ap. *Otocac),* Terponos, Poseni, Metulum *(Möttling,* al. *Munjava)* etc. Memoratur *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 474. ad verb. *Iapydis arva Timavi:* « Hoc est Venetiam; nam Iapydia pars quoque est Venetiæ, dicta ab *Iapydio* oppido. Sallustius: - Primam modo Iapydiam ingressus. Fluvius hujus est Timavus; unde male quidam legunt *Iapygiam,* quum *Iapygia* sit Apulia ». — Hanc tandem regionem bello sibi subjecit Augustus; hinc *Tibull.* 4. 1. 108. « Nam bellis experta cano: testis mihi victæ Fortis Iapydiæ miles; testis quoque fallax Pannonius etc. ». Huc etiam pertinet *Inscr.* in *Corp. I. L.* 5. 3346., ubi *Iapudiai* pro *Iapydiæ* occurrit et unde efficitur, eam id temporis sejunctam fuisse a Venetia et cum Liburnia administratam. — *Iapydium*, oppidum Iapydiæ. *V.* supra. — *Iapydes* (Ἰάπυδες v. Ἰάποδες), populi Illyrii, Iapydiam, ab eis dictam, incolentes, quorum *Iapydem* quemdam, a Creta profectum, conditorem dicit *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 352., auctore Cornificio Longo. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 6. (88). « Veneti, Carni, Iapydes, Histri, Liburni ». Cf. *ibid.* 19. 22. (127). et 24. 27. (146). — Sæpe cum Romanis dimicarunt, ut ex *Liv. epit.* 59. et *Liv.* 43. 5. eruitur, ubi narrat eorum legatos cum Carnis et Istris Romam venisse, querentes suos agros a C. Cassio (a. 169. a. Chr.) fuisse cædibus passim rapinisque et incendiis vastatos. Porro novimus ex *Frontin.* 2. *Strat.* 28., Iapydes, P. Licinio proc., a. 170. a. Chr., pagos quoque sub specie deditionis obtulisse; qui, recepti et in postrema acie collocati, terga Romanorum ciciderunt. — Deinde a. 129. C. Sempronius Tuditanus cons., teste *Liv. epit.* 59., contra Iapydas primo male rem gessit, mox vero « victoria cla-

dem acceptam emendavit virtute D. Junii Bruti, ejus, qui Lusitaniam subegerat », quem hoc ipso anno *de Iapudibus* triumphasse tradunt *Fast. triumph. Capit.* Præterea ex *Cic. Balb.* 14. 32. conjici potest olim Iapydas cum Romanis fœderatos fuisse; sed postea rebelles demum ab Augusto subactos, ut refert *Liv. epit.* 131., ad cujus victoriam ac triumphum secutum spectat *Tibull. loc.* supra *cit.* Ex quibus omnibus patet Iapydas gentem fuisse feram diuque indomitam, quod confirmatur *Inscr.* ap. *Wilmanns n.* 150., ubi *feri*, et *Tibull. loc. cit.*, ubi *fortes* dicuntur. — In sing. num. *Iapys (Iapyx)* et *Iapus* — *a)* Adj. ut *Iapys Timavus* ap. *Virg.* 3. *G.* 474. — *b)* Subst. seu abs., nom. vir., ejus nempe, a quo *Iapydes* et *Iapydia* appellati, ut supra dictum est.

IĀPȲGES, um, m. plur. 3. *V.* voc. seq.

IĀPȲGĬA, æ, f. 1. (Ἰαπυγία *Strab.)* regio Italiæ australis dicta ab *Iapygibus,* in ea parte Apuliæ, quæ a Græcis dein Messapia (= media inter aquas), a nostris Calabria dicta est (*Strab.* 6. 277. « ἡ Ἰαπυγία ταύτην δὲ καὶ Μεσσαπίαν καλοῦσι οἱ Ἕλληνες »); hinc *Serv.* ad *Virg.* 11. *Æn.* 247. « Iapygia pars est Apuliæ »; quin ap. *Paul. Fest. p.* 125. *M.* « Messapia Apulia ». *et Porphyr.* ad *Hor.* 1. *Od.* 3. 4. « Iapygia autem est, quæ nunc Apulia appellatur ». Hæc autem, ut Græci testantur (*Scyl.* 14., coll. *Dionys. per.* 379.*sqq.* et *Strab.* 6. 279) protendebatur ab ostio Bradani in sinu Tarentino usque ad promontorium Iapygium seu Sallentinum et inde usque ad Garganum. *Strab. loc. cit.* addit « μέχρι τῆς Δαυνίας »; quo loco part. ἄχρι Dauniam non excludit, ut alii (*De-Vit* ad *v.)* interpretari videntur sed eam includit; quare Græci tres ibi tribus seu populos distinguebant, Daunios nempe, Peucetios et Messapios, quos *Herod.* 7. 170., *Thuc.* 7. 33. et *Antioch.* ap. *Strab. loc. cit.* Iapygas vocant; immo videtur Opis rex Iapygum fuisse rex Messapiorum, quorum ex fabulosa, ut est putandum, genealogia primus rex fuit Iapyx, Dædali filius, ex quo *Iapyges* et *Iapygia* nomen accepisse dicuntur (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. [100]. *Solin.* 2). et — Ibi olim tredecim fuerunt urbes, quarum præcipuæ Tarentum et Brundisium (*Strab. loc. cit.).* — Memoratur insuper *Ovid.* 15. *Met.* 705. — De ea cf. *Pais, Stor. della Sicil. e della Magna Grec. I.* - App.: *Messapi e Iapigi,* 385.; *De-Sanctis, St. d. Rom. I. p.* 168.*sqq.* et *Philipp, PWK* 9. 727.*sqq.* — Hinc

Iapyx, gis (Ἰᾶπυξ, fort. ab ἰά, *vox*, et ἀπύω, Dor. pro ἠπύω, *sono).* — Declin. acc. sing. *Iapyga,* Gr. posit., ap. *Horat.* 1. *Od.* 3. 4. et *Sil. It.* 3. 707., ut in plur. *Iapygas* ap. *Solin.* et *Plin. locc. citt.* — Est autem — 1.°) Subst. — *a)* Nom. pers., sc. filius Lycaonis (*Dio Hal.* et *Paus. locc. citt.)* vel Dædali (*Plin.* et *Solin. locc. citt.),* ex Creta in Italiam profectus, ubi regnasse dicitur *Ovid.* 15. *Met.* 52., *Sil. It.* 9. 185. et *Prisc. per.* 94. et 372. — *b)* Etiam nom. geogr., sc. — α) Fluvius Apuliæ, memoratus *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. (102). — β) Item ventus Iapygiæ, a qua dictus censetur (*Porphyr.* ad *Horat. l. c.),* ab occidente spirans orientem versus et ob id opportunissimus eis, qui ab Italia in Græciam velificantur, non confundendus cum Cauro, ut ap. *Favorin.* ad *Gell.* 2. 22., nec cum Zephyro, ut ap. *Veget. mil.* 4. 28., quam bene distinguit *Lucan.* 5. 389. « Excipit adversos Zephyros et Iapyga Pindus ». Adde *Apul. mund.* 11. Huc spectat illud *Horat.* 1. *Od.* 3. 1. « Sic te, diva potens Cypri, Ventorumque regat pater, Obstrictis aliis præter Iapyga, Navis etc. ». *et Virg.* 8. *Æn.* 710. « undis et Iapyge ferri ». Adde *Val. Flacc.* 3. 611., *Avien. orb.* 188. et rursum *Horat.* 3. *Od.* 27. 20. — 2.°) Adj., ad Iapygiam pertinens. *Ovid.* 14. *Met.* 458. et 510. Daunus. *Sil. It.* 4. 555. equus. *et* 1. 51. campus. *Virg.* 11. *Æn.* 247. Garganus. *Avien. orb.* 649. colonus.

Iapyges, um (Ἰάπυγες), populi Iapygiæ, vetustissimi Italiæ incolæ, ab Italis ad extremam Italiam compulsi, ut putat *Momms. Röm. Gesch. I.*[8] 11.; sed primitus, ut fabula narrat, a Creta in Siciliam, duce Minoe, indeque in Italiam australem rejecti; vel, a Creta profecti, recta in pæninsulam Sallentinam appulsi, post Trojæ excidium, Idomeneo (*Herod.* 7. 170., *Strab.* 6. 279. et 282. *Virg.* 3. *Æn.* 400.*sq.* et *Athen.* 12. 522) vel Diomede Ætolo duce (*Lycophr.* 1017), ex Pelasgorum stirpe (*Dionys.* 1. 3. Cf. *Smith, Geogr. ant.* tr. Fir. 1868. *p.* 587), ad quam facile confugiunt, qui obscura populorum primordia declarare conantur. Rectius quidem tamen illi sentiunt, qui Iapygibus originem tribuunt Illyricam, non solum ex Græcis scriptoribus, ut *Nicander (Ant. Lib. metam.* 31.: « ἦν δὲ τὸ πλέον αὐτοῖς τῆς στρατιᾶς ἔποικον Ἰλλυριοὶ Μεσσάπιοι ») et etiam ex Latinis, qui ex toto aut ex parte Illyricos vocant Daunos (*Fest. epit. p.* 69. *M.* v. *Daunia),* Peucetios (Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. [99]) et Sallentinos (*Varr.* ap. *Prob.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 31.: cf. *Fest. p.* 329), idque confirmatur non tam ex eo quod Iapygum nomen et Iapydum, qui ad Illyricum boreale pertinent, fere idem sit (*Hecat. fr.* 54. ap. *Steph. Byz. v.),* quam ex personarum locorumque et Messapicarum inscriptionum nominibus (*Momms. Die unteritàl. Dial. p.* 51.*sqq.* et *Fabretti C. I. It.* 2942. *sqq. Suppl. I.* 521.*sqq.* et *III.* 442.*sqq.*, *Gamurrini App.* 949.*sq.),* ex quibus etiam conjici potest Iapygas lingua usos fuisse Indo-Europæa et dialecto Illyricæ affini. Hinc liquet eos ex Illyrico in Italiam australem venisse, sinum Tarentinum ingressos, eaque loca deinde occupasse, ubi postea Croton conditus est (*Strab.* 6. 262. « ᾤκουν δὲ Ἰάπυγες τὸν Κρότωνα πρότερον ὡς Ἔφορός φησι »), inditamque ab eis suum tribus promontoriis nomen (*Id. ibid.* 261). — Ab Œnotriis trans Bradanum repulsi sunt in territorium, ubi diu ac fortiter restiterunt Italicis Græcisque; dein modo cum Alexandro, rege Epiri, decertarunt contra Sabellos (*Justin.* 12. 2. 3-4), modo cum Tarentinis contra Lucanos (*Strab.* 6. 281); verum a. 207. a. Chr. Tarentum Romanorum dominationi subjacuit et, quamvis aliquandiu refloruerit, tamen post neque ita multo urbs cum pæninsula universa Romæ parere coacta est; quæ quidem regio et collibus referta et agrorum fertilitate celebris fuit, maxime olearum, vini, mellis et etiam equis, ut simul veneficis serpentibus vexata. — De ea præter laudatos videsis *Nissen, Ital. Landesk. I.* 539. et *Helbig., Herm. IX.* — Hinc *Iapygius*, adj., ut *Iapygium promontorium* (hod. *capo S. Maria di Leuca),* separans sinum Tarentinum ab Hadriatico mari (*Mel.* 2. 68., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 11. 16. [103]., *Solin.* 2., *Ampel.* 5., coll. *Plut. Pyrrh.* 15., *Polyb.* 10. 1. etc.). — *Iapygium promontorium,* ἄκρα Ἰαπυγία (hod. *capo Rizzuto)* in ora orientali Bruttiorum, *Plin. ibid.* 11. 16. (100) et *insula Dioscuron (Diod.* 13. 3. et *Strab.* 6. 261., coll. *Plin. ibid.* 10. 15. [96]); vel potius *Iapygum promontorium,* quod tribus constat, sc. *Cimiti, Rizzuto, le Castella (Strab. loc. cit.* « τῶν Ἰαπύγων ἄκραι τρεῖς »).

IĀPȲGĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

IĀPYS, ydis, v. Iapus, odis, m. 3. *V.* **IAPYDES** et **IAPYDIA**.

IĀPYX, ygis, m. 3. *V.* **IAPYGIA**.

IARBA et Iarbas, æ, m. 1. (Ἰάρβας *Pind.*, Ἰάρφας *Plut.)* nom. vir. — *a)* Scribitur etiam, rectius, ut puto, *Hiarbas* cum aspiratione, coll. *Hannibal, Hasdrubal* etc. ejusd. originis (Cf. *Lenschau);* corrupte *Hiartas,* ap. *Oros.* 5. *Hist.* 21.; *Hiardas* ap. *Eutr.* 5. 9. — *b)* Origo vocabuli est Punica (Cf. Ἰάμψας *Hiempsal,* Ἀννίβας *Hannibal,* Ἀσδρούβας, *Hasdrubal),* quod significare videtur « expergefaciens Baal »; βας enim est pro *bal* = *Baal*, deus Phœn. v. Pun. (*Movers* 508. et *Euting* ap. *Meltzer* 477). — Memorantur apud scriptores ex præcipuis ¶ 1. **Iarba**, rex Gætulorum (*Virg.* 4. *Æn.* 326) vel Maxitanorum (*Justin.* 18. 6) vel Maurorum (*Ovid.* 3. *Fast.* 552) vel Numidarum (*Id. ibid.* 551), filius Jovis Hammonis et Garamantidis nymphæ (*Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 198. et *Sil. It.* 2. 59.*sqq.),* primus Libyæ homo (πρωτόγονος) cultusque deorum auctor (V. *Schneidewin, Philol. I.* 421.*sqq.*, coll. *Bergk P. L. G. III.*[4] fragm. adesp. 84. et *Barkowski, PWK* 9. 747). — Quum hic Didonem uxorem ducere vellet, rejectus ei bellum intulit, quæ, a civibus sollicitata, falso sub obtentu in pyram se injecit, ut refert *Serv.* ad *Virg.* 4. *Æn.* 36. — De ea præter laudatos mentionem quoque faciunt *Juvenal.* 5. 45., *Auson. epigr.* 118., *Hieronym.* 1. *c. Jovin.*, coll. *ep.* 123., et rursum *Ovid.* 7. *Her.* 128. — Cf. etiam *Sil. It.* 1. 414.*sqq.* et 2. 58., ubi sermo esse videtur de ejus filio. — De nummis ad eum pertinentibus vd. *L. Müller, Numism. de l'anc. Afr. III.* 1862. *p.* 41.*sq.* et 72. ¶ 2. **Iarba**, rex Mauretaniæ (*Eutrop.* 5. 9) seu potius Numidiæ, qui quod Domitio Ahenobarbo, Marianorum duci, opem ferret, a Pompejo in pugna ad Uticam est interfectus (*Liv. epit.* 89., *Oros. loc. cit.* et *Plut. Pomp. p.* 12). — Hinc fort. *Iarbita,* vir quidam Maurus, qui quum Timagenem philosophum docte declamantem imitari frustra conaretur, invidia quodammodo diruptus (*Acr.* ad *Hor. l.),* rectius tamen abdominis rupturam passus, traditur (*Mythogr. II. fab.* 223). De eo *Horat.* 1. *Ep.* 19. 15. « Rupit Iarbitam Timagenis æmula lingua, Dum studet urbanus tenditque disertus haberi ». Cf. *Senec. contr.* 34., ubi mentio fit de Timagene Alexandrino rhetore et rerum scriptore, homine diserto, at dicacis et acidæ linguæ, « a quo multa improbe sed venuste dicta ».

IARBAS et

IARBĪTA, æ, m. 1. *V.* voc. præc.

IARCAS, æ, m. 1. (Ἰάρχας *Philostr.)* nom. vir. — Scribitur etiam *Hiarcas* cum aspiratione ab initio, quæ in fine *(Iarchas)* rectius esset adhibenda, inspecta voc. Græca, in mss. codd. et edit. libris. — Fuit autem philosophus quidam, sapientiæ princeps habitus ab India, de quo *Hieronym. ep.* 53. *de Apollon.* « Pervenit ad Brachmanas, ut Hiarcam in throno sedentem aureo et de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus ac siderum cursu audiret docentem ». Cf. *Philostr. vit. Apoll.* 2. 40., qui quum plerumque sua figmenta, ne dicam deliramenta, venditet, nullam aut prope nullam fidem facit.

IARDĀNIS, idis, f. 3. patronym. ab *Iardano,* filia nempe Iardani, proprio nomine Omphale, regina Lydiæ, quæ captum tenuit Herculem, ac vicissim ejus clava ceteroque cultu ornari voluit, ita dicta absolute *Ovid.* 9. *Her.* 103. « Se quoque Nympha tuis ornavit Iardanis armis Et tulit e capto nota tropæa viro ». Sed cf. *Herod.* 1. 7. et **HERCULES** 1.

IARDĀNUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

IARIŎVIDIUS, ii, m. 2. nom. vir. gent. *Corp.* 5. 8908.

IARMOGIUS, ii, m. 2. nom. dei cujusdam, peculiaris alicujus loci vel regionis, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 5072.

IAS, ădis, f. 3. (Ἰάς) ¶ 1. Est adject., idem ac Ionica sive quæ ex Ionia, ap. *Prisc. gramm. II. p.* 65. *K.* Ias lingua. Sic *Diom. II. p.* 440. *ibid.* Quinque sunt linguæ Græcorum *Ias, Doris, Atthis, Æolis, communis.* ¶ 2. Hinc cogn. mul. tam ingen. quam libert. *Corp.* 3. 2618.; 5. 1232.; 10. 2017. etc.

IĀSĪDES, æ, m. 1. *V.* **IASIUS**.

IASII v. Iassii, ōrum, m. plur. 2. (Ἰάσσιοι *Corp.* 3. 4000) populus, Dravi utramque ripam incolens, ap. hod. *Varasdin* Pannoniæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 25. 28. (147). — Hinc *Iasæ (Iasiæ) Aquæ* appellatæ, urbs, ut videtur, eorum princeps (*Corp.* 3. 4121). — In sing. num. *Iasus* in *Dipl.* dato *Frontoni Sceno f. Iaso,* sc. natione.

IĀSĬON, ōnis, m., et

IĀSIS, idis, f. 3., et

IĀSĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

IĀSĬUS, ii, m. 2. (Ἰάσιος) ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Inscr.* ap. *Donat.* 312. 4., itemque nom. serv. in *alia* in *Ephem. epigr.* 5. *p.* 623. *n.* 1468. ¶ 2. Est etiam apud scriptores nom., quo nuncupati sunt — 1.°) **Iasius**, rex Argivorum, pater Atalantæ quæ hinc *Iasis* appellata (*Hygin. fab.* 70)., ab aliis *Iasus* dictus (*Id. fab.* 145. et *Augustin.* 18. *Civ. D.* 8., coll. *Paus.* 2. 16. 1). De eo *Stat.* 2. *Theb.* 219. Hunc *(Inachum)* tegit Iasiusque senex placidusque Phoroneus. — 2.°) **Iasius**, Jovis filius ex Electra, qui et *Iasion* dicitur. *Ovid.* 3. *Am.* 10. 25.*sqq.*, *Virg.* 3. *Æn.* 167., coll. *Serv.* ad *l.* et *Mythogr. I. fab.* 185. et *II. fab.* 192. — 3.°) **Iasius**, pater Palinuri, Æneæ gubernatoris. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 202. — Hinc *Iasius*, adj. — *a)* Ad Iasium, Argivorum regem, pertinens; hinc Argivus, ut *Iasia virgo* ap. *Val.*

Flacc. 4. 353., *h. e.* Io, Inachi, regis Argivi, filia. — *b)* Est etiam a *Iaso* v. *Iasso*, oppido Cariæ. *V.* IASUS. — *c)* Item idem ac Ionicus. *V.* IASUS. — Sic *Iasion* (Ἰάσιων), cujus acc. *Iasiona* ap. *Ovid.* 9. *Met.* 423., nom. cum *Iasius* in mss. codd. et edit. libris permutatum; est enim idem ac Iasius, filius Iovis et Electræ, Atlantis filiæ (*Hygin. fab.* 250., coll. *Apollod.* 3. 12. 1), frater Dardani, in Italia geniti; hinc *Virg.* 3. *Æn.* 167. « hinc Dardanus ortus Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum » ubi *Iasius* pro *Iasion*. Cf. *Serv.* ad *l.*, qui tamen non de Iove, sed Corytho procreatum eum dicit, et Samothraciam imperio tenuisse. *V.* integr. loc. — Hunc Ceres adamasse (*Hygin. fab.* 270. et *Arnob.* 4. *p.* 146) cumque eo concubuisse traditur (*Hygin.* 2. *Astr.* 4., ubi, teste Hermippo, Thusci filius vocatur); quare illum fulmine percussum complures cum Homero dixerunt; sed inter sidera dein translatum fuisse idem *Hygin. ibid.* 22. refert. De eo *Ovid. Ib.* 469. « Aut Iovis infesti telo feriare trisulco - Ut soror Autonoes, ut cui matertera Maja est », sc. ut Iasion, cui mater Electra, soror Majæ, quæ proinde ejus matertera jure dicitur. — De eo plura ap. *Visconti, opp. var. II. p.* 16.*sqq.*, qui vas fictile illustrat, in Magna Græcia repertum, ubi Iasion figura venatoris repræsentatur; itemque, in vase, fulmine ictus ap. *Kieseritzky, Stren. Helbig.* 160.*sqq.* — De eo vide etiam *Heyne, Exc. VI.* ad *Æn. III.*; *Meyer, Philol. XLVIII.* 1889. *p.* 484. et *Gandel, PWK* 9. 752.*sqq.* — *Iasis*, cujus genet. Græc. posit. *Iasidos* ap. *Stat.* 8. *Theb.* 483., patronym., filia Iasii Argivi, sc. Atalanta. Memorantur *Propert.* 1. 1. 10. et *Stat. loc. cit.* — *Iasides*, patronym., filius v. nepos Iasii. — Hinc *Iasides Palinurus* ap. *Virg.* 5. *Æn.* 843. et *Macrob.* 5. *Sat.* 15. 12. — Abs. *Iasides* est Adrastus, qui Argis regnavit, ubi olim et Iasius, quasi Iasii successor; vel universim Argivus. *Stat.* 1. *Theb.* 541. et 8. *ibid.* 889. — Hinc *Iasides Phædimus* vocatus, discriminis causa. *i. e.* Argivus. *Stat.* 8. *ibid.* 438.

ĪĀSŌ, us v. onis, f. 4. v. 3. (Ἰασώ: fort. ab ἰάω v. ἰάομαι, *medeor*) filia Amphiarai (*Aristoph. frg.* 21. *K*) vel Æsculapii (*Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. [137])., soror Hygiæ, Panaciæ, Aceans et Æglea (*Aristoph. Plut.* 701., *Hermipp. frg.* 78. *K.* et *Aristid. or. I. p.* 79 *D.*) una cum Æsculapio ut dea culta (*Paus.* 1. 34. 2., coll. *Wilamowitz, Isyllos Epid.* 100). — De priscæ artis monumentis ad eam pertinentibus, vd. *Plin. loc. cit.*, qui refert pictam fuisse a Nicophane. Cf. *Ziebarth* et *Körte, Athen. Mitt. XVII.* 243. *fig.* 7. et *XVIII.* 245.; *Lehrs, Popul.* etc. 288.[3] et *Usener, Göttern.* 156. 21., 164.*sq.*

ĪĀSO et Iason, ŏnis, m. 3. (Ἰάσων: ab ἰάω v. ἰάομαι, *medeor*; Etrusc. *Heiasun*) nom. pers. et geogr. — Forma *Iaso* ap. *Ovid.* 2. *Am.* 13. 33., *Tac.* 6. *Ann.* 34. et in *Corp.* 1. 1389. et 1390. et *Inscr. Neap.* 6551. — *Iason* ap. *Ovid.* 12. *Her.* 151. et alib., *Stat.* 5. *Theb.* 403., 456. et 471., *Val. Flacc.* 1. 298., *Tac. dial.* 9. — Acc. *Iasona* ap. *Ovid.* 6. *Her.* 77. et *Val. Flacc.* 2. 402., 424. et 591. et 6. 759. et *alib.*

I.) Est nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur, ex præcipuis — 1.°) Iason, celeber Argonautarum princeps (*Cic.* 4. *Tusc.* 32. 69), Thessalus, quare et *Thessalicus dux* abs. dictus *Senec. Med.* 418. et *Pelasgus juvenis* a *Dracont. carm.* 10. 141., filius Æsonis et Alcimedes, nepos Crethei, filii Æoli (*Hygin. fab.* 14); hinc *Æsonius dux* abs. appellatus a *Senec. Med.* 82. et *Æsonides* ab *Ovid.* 7. *Met.* 164 (Αἰσονίδης, Κρηθείδης et Αἰολίδης ap. *Pind. frg.* 273., *Pherecyd. frg.* 68. et *Apoll. Rh. I.* 411) et *Cretheia* proles a *Val. Flacc.* 8. 112., frater Peliæ. — Pater moriens ei fratrem Peliam tutorem dedit, quem regem constituit, ea tamen condicione, ut regnum Iasoni adulto cederet. Sed mater, prudens æque ac vafra, ut feminarum est, Iasonem Chironi alendum tradidit; quare ille quum adulevisset, ad regnum jure suum repetendum venit. Verum Pelias, fraude cognita, ingenuum fratrem, ut vellus aureum auferret, Colchos misit, sperans in hoc tam periculoso facinore eum periturum (*Hygin. fab.* 12., coll. *Dar.* 1), qui dum omnia longo difficilique itineri necessaria opportunaque parabantur, ad aprum Calydonium cum aliis plurimis se contulit (*Hygin. fab.* 173). Itaque de hoc itinere ejusque vicibus hæc pauca ex fabula seligimus. — Longa navi Argo fabrefacta (*Philost.* ap. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. [207]), primum Iason ad Lemnum appulit cum juvenibus, Græciæ principibus, sociis, *Argonautis* ideo appellatis, quorum catalogum exhibet *Hygin. fab.* 14., ubi et diu hospitio ac thalamo ab Hypsipyle susceptus est (*Mythogr. I. fab.* 133., coll. *Stat.* 5. *Theb.* 338.*sqq.*), ex qua Thoantem et Euneum filios habuit; inde, ab Hercule tandem impulsus, navigavit in Paphlagoniam Thraciam ad Phineum regem, quem per Calaim et Zethem alatos fratres, ab Harpyis, ad Strophades fugatis, liberavit (*Mythogr. I. fab.* 27). — Tum a Phineo beneficii memori viam tutam edoctus per Cyaneas cautes Euxinum mare intravit, sed, Junone volente, ad insulam Diam est delatus, ubi naufragos nudos inopesque invenit, Phrixi et Chalciopes, Medeæ sororis, filios, quos secum recepit et promissa Medeæ ope confisus, a qua adamabatur (*Hygin. fab.* 21), ad Colchos pervenit. — Verum Æetes, Medeæ pater, cognita itineris causa, hanc ei simultatem constituit, ut si vellet auream pellem auferre, quam Phrixus sacraverat in fano Martis, æripedes tauros, qui flammas naribus spirabant, jungeret adamanteo jugo et araret dentesque Draconis, qui vellus custodiebat, ex galea sereret. Sed Medea ex certissimo pereundi discrimine eripuit, eum docendo de modo, quo posset tauros edomare et Draconem pervigilem sopire. Quo facto, Iason clam cum Medea sociisque fugam arripuit (*Hygin. fab.* 22). — Quum vero Æetes hoc rescivisset, Absyrtum filium cum satellitibus armatis misit, qui eam insectarentur; sed frustra, nam Iason ex Danubio, ubi hoc flumen Liburniæ montibus proximum est, navim, suis suorumque sociorum humeris sublatam, in Hadriaticum mare deportavit, tandemque incolumis in patriam reversus, occiso Pelia (*Diod.* 4. 50., *Apollod.* 1. 143., *Tzetz. Lycophr.* 175. et *Val. Fl.* 1. 780.*sq.*), fratri Acasto regnum cessit venitque cum Medea Corinthum (*Hygin. fab.* 24). — Ibi a Creonte rege, Menœcei filio, exceptus est, qui pro Medea femina venefica, viro tam strenuo et illustri indigna, filiam suam minorem Creusam (Glaucen ap. *Hygin. fab.* 25) in uxorem Iasoni dedit. — Hanc injuriam Medea minime passa, coronam, ex venenis confectam, muneri jussit filios suos novercæ dare; qua accepta, Creusa cum Iasone et Creonte conflagravit, ac nefaria femina, incendio regiæ conspecto, filios ex Iasone susceptos, Mermerum et Feretum, occidit et Corinthum fuga se recepit (*Id. fab.* 25); quamquam alii tradunt Iasonem in illo incendio non periisse, inter quos *Justin.* 42. 2., ex quo novimus Medeæ postea reconciliatum Iasonem fuisse et Colchos cum ea et filio Medo venisse et Æetem socerum, a fratre Perse depulsum, in regnum restituisse pluraque alia gessisse adeo ut divinos in Asia honores sibi fuerit promeritus. *Hygin. ibid.* 3. hæc habet: « Iasoni totus ferme oriens ut conditori divinos honores templaque constituit, quæ Parmenion, dux Alexandri Magni, multos post annos dirui jussit, ne cujusquam nomen in oriente venerabilius esset, quam Alexandri »; quæ tamen vera omnino esse negat *Stähelin loc.* infra *cit.* — Memorant etiam *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (70)., *Solin.* 2., coll. *Strab.* 11. 526. et 531. *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 626. et 4. *Ecl.* 34. et 8. 16. et 2. *G.* 140., *Horat. epod.* 3. 10. *sqq.*, *Auson. epigr.* 130., *Macrob.* 1. *Sat.* 12. 26., *Sall.* ap. *Prisc. VI. p.* 246. *P.* et, ex Græcis, *Hes. theog.* 994.*sqq.*, *Pind. Pyth.* 4. 224.*sqq.*, *Eurip. Med.* 478.*sq.* — Hæc autem fabula in poemate Græco narratur *Apollonii Rhodii*, itemque Latino *Valerii Flacci* et *Varronis Atacini*, de quo *Propert.* 2. 25. 85. « Hæc quoque perfecto ludebat Iasone Varro ». — De eo multa cecinit etiam *Ovid. Her.* 6. *Hypsipyle Iasoni.* et 12. *Medea Iasoni*; item *Senec.* in sua tragœdia *Medeæ* et *Dracont.* carmine, *Medea* inscripto; et, ex Græcis, *Antiphon trag.* (in *frg. Nauck* 615. et *Welcker, trag. p.* 1043) et *Antiphanes* in *comœd.* Ἰάσων (*Meineke fr. com.* 1. 316). — Priscæ artis monumenta, ad eum spectantia, pluribus locis illustravit cl. *Visconti* in *Bull.* et *Ann. dell' Ist. Arch.*; *Gerhard, Auserl. Vasenb. III.* 235.*sq.*; *Welcker, Alte Denkmäler* 3. 378.*sqq.*; *Flasch, Angebl. Argonautenbild.* 25.*sqq.*; *Clarac, Mus. d. Louvre pl.* 309.; *Schreiber, Bildwerke aus dem Mus. Torlonia n.* 464.; *Matz-Duhn, n.* 3162. *Ann. dell' Ist.* 1869. *t.* AB.; *Combe, terr. of the brit. mus.* 52. et *Campana, ant. op. in plast.* 63. — De Iasone videsis *Gruppe, Gr. Myth.* 542.*sqq.*; *Groeger, De Argonautic. fabul. hist.* 11. *sqq.*; *Stähelin, PWK* 9. 759-777. — 2.°) Iason, cognomento *Pheræus*, Thessaliæ tyrannus. Hunc inter homines callidos recenset *Cic.* 1. *Off.* 30. 108., quos, ut ille scribit, « accepimus: facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, præcipere hostium consilia; in quo genere Græci Themistoclem et Pheræum Iasonem ceteris anteponunt ». — Is Thebanos bellum gerentes contra Lacedæmonios adjuvit a. 370. a. Chr. — Narrat idem *Cic.* 3. *Nat. D.* 28. 70., hunc vomica insanabili affectum fuisse, quam in bello quum miles quidam gladio aperuisset, sanitatem recuperavit. Hinc *Plin.* 7. *Hist. nat.* 50. 51. (166). « Pheræus Iason, deploratus a medicis vomicæ morbo, quum mortem in acie quæreret vulnerato pectore medicinam invenit ex hoste ». Cf. etiam *Plaut. pseud.* 193. — 3.°) Iason, qui *Iesus*, filius Simonis II., frater Oniæ III., summus sacerdos, qui ambitione ita exarsit ut pontificatum sibi iniquis artibus ab Antiocho IV. rege extorqueret obtineretque facultatem gentilium cultum in urbem Hierosolymam invehendi aperiendique gymnasii ethnicorum more (2. *Mach.* 4. 7-16). — Homo scelestissimus fideles Iudæos vexavit et quum Tyri celebrarentur ludi quinquennales in honorem *Melqart* seu Herculis, misit centum drachmas argenti pro sacrificiis, quod legati exsequi non sunt ausi (*Ibid.* 21-22). — Porro ut sibi regem magis ac magis amicum redderet, per Menelaum fratrem suum minorem, quandam argenti vim ei indigenti suppeditavit, qua aliam multo majorem frater detulit, ab Antiocho libentissime acceptam, sic ratus se Iasonem gradu dejicere posse; nec frustra, nam rex, re cognita deque ejus sceleribus edoctus, infestum hominem sacerdotio privavit, qui dein patria excedere coactus est. Sed, Antiocho demortuo, cum exercitu urbem invasit, ibique tamen non diu stetit, a civibus, quos crudeliter habebat, expulsus, iterumque in Ammonitidem secessit. Inde emigravit vagus captusque fuit ab Areta rege Arabum; postea liber in Ægyptum se contulit ac demum Lacedæmonem, ubi obiit (*Ibid.* 5. 5-10). — Memoratur etiam *Sulp. Sev. chron.* 2. 18. et *Hieronym. chron.* ad Ol. CLII. 1 (a. 172. a. Chr.). — 4.°) Iason, Cyrenæus patria, religione Judæus, qui quinque libros scripsit, sed stilo arido, de rebus Judaicis, sæc. II. a. Chr. (de quo opere loquitur auctor *II.* libr. *Mach.* 2. 24.*sqq. V.* integr. loc.), complexos historiam ab Heliodori facinore sub Seleuco IV. usque ad Judæ Mach. victoriam de Nicanore (a. 175-160. a. Chr.), et numeris refertos, quos *Vulg.* 2. *Mach.* 25. male vertit « multitudo librorum »; græce enim est τὸ χῦμα τῶν ἀριθμῶν. — 5.°) Iason, ex Judæo Christianus, cujus exstat disputatio de fide cum Papisco Alexandrino, memoratus *Hieronym. comm. ep. ad Gal.* 3. 14.; quam in Græcum transtulit quidam *Celsus* sæc. III.; sed textus Græcus atque translatio perierunt, exceptis fragmentis, quæ in unum collegit *Car. Th. de Otto* edidítque in *Corp. Apol. IX. p.* 349-365. — 6.°) Iason, vir doctissimus dictus ab Elpidio quodam Ariano, teste *Augustin. ep.* 242. — 7.°) Iason Lucius quidam, cujus canis, hero interfecto, a cibo sumendo ita abstinuit, ut demum inedia fuerit consumptus. *Solin.* 15. — 8.°) Alios videsis ap. *Vulg.* 1. *Mach.* 12. 16. et 14. 22. et *Act.* 17. 5-9., *Plin.* 8. *Hist. nat.* 40. 61. (143). et *Juvenal.* 6. 153. ¶ 2. In titulis cogn. vir. frequentissimum, tam ingen. quam libert., itemque nom. serv. *Corp.* 1. 1389. et 1390.; 2. 4970. et 3. 2369. — Abs. in titulo Christ. ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 381. — Hinc *Iasonius*, adj., ad Iasonem, Æsonis filium, pertinens. *Stat.* 1. *Achill.* 65. rapina. *Propert.* 2. 19. 31. carina. *Ovid.* 3. *Pont.* 1. 1. remex. — *Iasonium promontorium*, hod. *Iasunburun*, ap. *Ptol.* 5. 64., a Latinis, quod sciam,

non memoratum. — *Iasonius*, fluvius, laudatus *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 4. (11). — *Iasonius mons* (Ἰασόνιον ὄρος *Ptol.*), hod. *Demavend*, in Media, Tauri bracchium, separans Hyrcaniam a Media, ap. *Ammian.* 23. 6. 28. et 39. — *Iasonides*, patronym. ab *Iason*, filius Iasonis Thessali. *Stat.* 6. *Theb.* 318. Ecce et Iasonides, juvenes, nova gloria matris. *i. e.* Thoas et Euneus, Iasonis filii ex Hypsipyle. — *Iasonion* (Ἰασόνιον *Ptol.*), urbs Persiæ in Margiana, ap. *Ammian.* 23. 6. 54.

II.) Est etiam nom. geogr., *sc.* urbis in Caria. *V.* IASUS.

ĪĀSŎNĪDĒS, æ, m. 1., et

ĪĀSŎNĬON, ii, m. 2., et

ĪĀSŎNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

IASPIS, ĭdis, m. 3. (Ἴασπις) cogn. vir. libert. Græcan., a gemma desumptum. *Corp.* 10. 2483.

IASSENSES et Iasenses, ium, et

IASSĪUS et Iasius, a, um, adject. *V.* IASUS.

IASUCTA, æ, f. 1. nom. mul., fort. Punicæ originis. *Corp.* 8. 1048.

ĪĀSUS, i, 2. (Ἴασος *Polyb.* et Ἴασσος *Ptol.*) nom. geogr. et pers. — Scribitur etiam *Iassus* et *Iason* recte, sed male *Hiasus* cum aspiratione. ¶ 1. Est urbs in Caria, colonia Argivorum, particeps imperii Athenarum maritimi, a Spartiatibus capta in bello Peloponnesiaco ac dein a Philippo, Macedoniæ rege, templo Hestiæ ex marmore insignis, hod. *Asyn-Kalessi*. Memorant *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (108)., *Liv.* 37. 17. et *Solin.* 12. — *Rav. p.* 105. Iason. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 583.*sq.* et *Head*, 620. — Hinc *Iasius* (*Iassius*) *sinus*, qui et *Bargylicus*, in ora occid. Asiæ Minoris inter duas pæninsulas Milesi et Halicarnassi, a quo incipit Ionia, hod. *golfo di Mandelia*, ap. *Mel.* 1. 86. et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 29. (107). — Hinc pro Ionico aliquando usurpatur, quo sensu fort. rectius scribitur *Iastius*, ut *Apul. flor. n.* 4. et *Cassiod. de music.* — *Iassenses* (*Iassenses*), abs., incolæ urbis *Iasi* in insula cognomine, ad Cariam pertinente. *Liv.* 37. 17. ¶ 2. Est etiam nom. vir. in *Inscr.* ap. *Brambach* in *Add. n.* 2074. — Cogn. vir. in *Dipl.* in *Corp.* 5. 4092.

ĪĀTĔRUS, i, m. 2. fluvius Mœsiæ inferioris, ab Hæmo oriens et in Danubium influens. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 26. 29. (149). — Scribitur etiam *Ieterus* v. *Ietrus* ap. *Jorn. Get.* 18. et *Iatrum* ap. *Rav. p.* 192. Hodie dicitur *Yantra*.

ĪĀTĬI, ōrum, m. plur. 2. (Ἰάτιοι *Ptol.*) populus Asiæ interioris in Sogdiana prope Caucasum, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (47)., ubi alii aliter leg. vel omittunt.

ĪĀTRŎCLĒS, is, m. 3. (Ἰατροκλῆς, *medicorum gloria*) cogn. vir. Græcan. *Inscr.* ap. *Murat.* 1663. 6.

IATRON, i, n. 2. (Ἰατρόν *Theoph.* et Ἴατρα, ων, *Procop.*) oppidum Mœsiæ inferioris, ita appellatum a fluvio *Iatero* (*Ietero*) v. *Ietro*. Memoratur in *Not. imp. or.* 37 (al. 40)., ubi male scribitur *Latris* pro *Iatris*, et in *Tab. Peut.*, ubi *Latron* pro *Iatron*. Sed *Herod.* 4. 49. habet Ἄθρυς.

IATRUS, i, um, m. 2. *V.* IATERUS.

IAXĀMĀTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἰαξαμάται *Ptol.*) nom. populi. — Varie scribitur, ut *Exomatæ* ap. *Val. Flacc.* 6. 146 (ubi alii *Ixomatæ* v. *Ixamatæ*) et ap. *Mel.* 1. 114. *Fr.* (ubi *Parthey* leg. *Xamatæ*). — Est populus in Sarmatia Asiatica prope paludem Mæotidem ad ostia Tanais (*Don*), ap. *Ammian.* 22. 8. 31.

IAXARTÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἰαξάρται *Ptol.*) populus Scythiæ intra Imaum, ad fluvium Iaxartem cognominem, quem mitem ac pium dicit *Ammian.* 23. 6. 62.

IAXARTĒS, æ, m. 1. (Ἰαξάρτης *Ptol.*, Ὀρεξάρτης *Plut.*, Iran. *Yakhsart*) nom. geogr. et pers. — Trisyllabon usurpat *Avien. orb.* 929. — *Iarartes* male ap. *Rav. p.* 62. — *Laxates* ap. *Capell.* 6. *p.* 223., ubi *Iaxartes* leg. *Kopp.* — *Araxates* ap. *Ammian.* 23. 6. 59. ¶ 1. Est igitur nom. geogr., *sc.* fluvius magnus Asiæ interioris ex Imao Scythico per Scythiam et Sogdianam excurrens seque in lacum Oxianum exonerans, non confundendus, ut apud veteres, cum Tanai vel cum Oxo vel etiam cum Araxe Armeniæ, qui putabant, uti etiam cl. *De Vit* ad *v.*, eum in mare Caspium influere. Extrema tangebat imperii Cyri, qui fertur ad ejus ripas cum Tamyri, Massagetarum regina, dimicans, interiisse, hod. dictus *Syr-Darja*. De eo *Plin.* 6. *Hist. nat.* 16. 18. (49). « Flumine Iaxarte, quod Scythæ Silim vocant, Alexander militesque ejus Tanain putavere esse ». *Prisc. per.* 726. « Inde Sacæ nimium certis gens mira sagittis Flumen Iaxartem juxta quibus arva coluntur ». Adde *Curt.* 4. 5. 5. etc., *Mel.* 3. 42., et, ex Græcis, *Her.* 1. 201.*sq.*, *Strab.* 11. 517., *Dion. per.* 749., *Arr. an.* 3. 30. 7. etc. ¶ 2. Est etiam nom. viri Colchi, sed procul dubio ficti, ap. *Val. Flacc.* 5. 596.

ĪAZO, ŏnis, f. 3. nom. oppidi, memorati *Rav. p.* 73. — *Tab. Peuting.* Lazo.

ĪAZȲGES, um, m. plur. 3. (Ἰάζυγες, plenius Ἰάζυγες Σαρμάται *Strab.* vel Μετανάσται *Ptol.*) nom. populi. — *a)* Scribitur *Iazuges* ap. *Tac.* 12. *Ann.* 29. et 3. *Hist.* 5. — *Iazyges Sarmatæ* ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 25. (80). — *b)* Quadrisyllabon est ap. *Ovid.* 1. *Pont.* 2. 77. « Aut quid Sauromatæ faciant, quid Iaziges acres ». Adde *Val. Flacc.* 6. 122. et 231. Sed trisyllabon usurpat alibi *Ovid.* 2. *Trist.* 191. « Iaziges et Colchi Metereaque turba Getæque ».

Iazyges, populi Sarmatiæ, barbari et bellicosi, acres et feroces (*Ovid. locc. citt.*), olim ad Mæotidem paludem (*Ammian.* 28. 8), dein dimidio sæc. I. a. Chr., inter Danubium et Tisiam sedem habentes, Aluta flnvio a Rhoxalanis divisi (*Jorn. Get.* 12), ex quorum incursionibus ingentia damna passæ sunt provinciæ Romanæ, Pannonia nempe, Mœsia et Dacia. — Contra Romanos populis Germaniæ, Quadis et Marcomannis fœderati, dimicarunt ac M. Claudio Frontoni a. 170., qui Mœsiam et Daciam administrabat, bellum intulerunt, qui « post aliquot secunda prœlia - ad postremum pro republica fortiter pugnans » cecidit (*Corp.* 6. 1377. Cf. *Premerstein, Klio XII.* 145). — Postea a. 357-359. Constantius imp. itemque Theodericus, Gothorum rex, a. 471. eos devicerunt. — Memorantur *Val. Flacc.* et *Ovid. locc. citt.*, et, ex Græcis, etiam *Arr. an.* 1. 3. 2., *Appian. Mithr.* 69. et *Dion. C.* 68. 10. etc. — In sing. num., collective pro Iazygibus. *Ovid.* 4. *Pont.* 7. 9. « ferox ut ducat Iazyx Per medias Istri plaustra bubulcus aquas ».

IB

IBA, æ, f. 1. cogn. mul., orientalis, ut videtur, originis. *Corp.* 8. 5466.

IBAS, æ, m. 1. Edessenus episcopus, Rabulæ successor a. 435-436., qui, hæresim Nestorianam amplexatus, scripsit ad quendam Marim, episcopum Hardaschir in Persia, epistolam, in qua antecessorem suum reprehendit, quod Theodorum Mopsuestenum, Nestorii magistrum, injuste damnasset (*Liberat. disc. brev.* 9. et 10); quare et ipse damnatus est et sua sede depositus a concilio Ephesino a. 449.; sed quum resipuisset, fuit a concilio Chalcedonensi sedi suæ restitutus a. 451 (*Id. ibid.*). — Obiit a. 457.; sed, eo mortuo, vixit epistola, quæ sæc. insequenti causa fuit turbarum, quibus maxime Occidens exagitatus est ob quæstionem trium Capitulorum, quo nomine Justinianus suo edicto damnabat Theodoretum Cyrensem, Theodorum Mopsuestenum et Ibam eorumque scripta (ὁμολογία πίστεως κατὰ τῶν τριῶν κεφαλαίων) a. 543-544 (Cf. *Moehler-Reithmayr, Fessler, Bardenhewer*).

ĪBER et Hiber, ēris, m. 3. idem ac *Iberus* v. *Hiberus*. V. IBERUS. — Est etiam cogn. vir., hinc ductum. *Corp.* 2. 4067.

ĪBĒRA et Hibera, æ, f. 1. (Ἴβηρα) ¶ 1. Urbs Hispaniæ Tarraconensis, ita appellata a fl. Ibero propinquo, olim opulentissima, teste *Liv.* 23. 28., quæ colonia Iulia videtur fuisse ex nummo ap. *Eckhel*, 1. *p.* 51. ¶ 2. Est etiam cogn. mul., fort. a patria ductum. *Corp.* 2. 3491.

ĪBĒRI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

ĪBĒRĬA et Hiberia, æ, f. 1. (Ἰβηρία) nom. geogr. et pers.

I.) Iberia, nom. geogr. ¶ 1. Est regio montana Asiæ ad meridianam plagam Caucasi, inter Colchidem et Armeniam, ad orientem Albaniæ, Cyro flumine irrigata, tellus fertilissima, a populo culta miti in vallibus sed in montanis bellicoso, hod. *Georgia*. Memoratur *Horat. epod.* 5. 21., *Ammian.* 21. 6. 8., 27. 12. 4. et 16. et alib., *Solin.* 19., *Serv.* ad *Virg.* 9. *Æn.* 582., *Vellej.* 2. 40., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Eutrop.* 6. 11. et, ex Græcis, *Strab.* 1. 45., *Dion. per.* 485., *Ptol.* 5. 9.*sq.*, *App. Mithr.* 101., *Socr. h. eccl.* 1. 26. et *Soz.* 2. 7. — Romani temporibus Luculli et Pompei in bello contra Mithridatem cum Iberia commercium habuere (*Appian. loc. cit.* et *Plut. Pomp.* 34.*sq.*); post autem, Tiberio impellente, Iberia bellum intulit Armeniæ et a. 115., quo in provinciam Romanam redacta est, dominationem hanc specie tantum agnovit; postremo, Sapore regnante, sub finem sæc. IV. Persarum imperio subjacuit. ¶ 2. Item Hispania, ob fertilitatem et divitias percelebris; hinc *dives auro* dicta *Stat.* 3. *Silv.* 3. 89., coll. *Avien. carm. min.* 10. Memoratur etiam *Horat.* 4. *Od.* 5. 28. et 5. *ibid.* 15. 50., *Curt.* 10. 1. 18., *Lucan.* 7. 232., *Claudian. carm.* 21. 19. et 29. 68., *Mamertin. genetl. Maximin.* 9. Cetera *V.* in v. HISPANIA. — Hinc

Iberi (*Hiberi*), *orum*, m. plur. 2. (Ἴβηρες) nom. populi. — *a)* Alia forma est *Iberes*, quamquam sunt qui *Iberes* (*Hiberes*) ab *Iberis* (*Hiberis*) distinguant, teste *Priscian. gramm. VI.* 234. *K.*, qui *Hiberes* dicit gentem ab Hiberia profectam, ultra Armeniam commorantem; hinc singularis *Iber* (*Hiber*), *Iberi* de Hispano, et *Iberis* de eo, qui est juxta Armeniam. — *b)* In mss. codd. et editis libr. sæpissime scribitur cum aspiratione *Hiberi*; utraque tamen forma proba est, etsi in Græcis Ἴβηρ, Ἰβηρία etc. deest aspiratio, contra in Inscriptionibus crebrius adest (*Corp.* 9. 2847). — *c)* Etymon ducunt nonnulli a lingua Punica vel Hebraica, in qua vox *'Abhar* significat regionem *ulteriorem* seu ultimam, unde *'Ibri* sive *Iberi*, incolæ, quod de regione ultra Armeniam vel potius ultra Italiam, *i. e.* Hispaniam, apte dici potest: alii vero ab *Ibero* amne derivant (*Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. [21]., *Isid.* 14. *Orig.* 4. 28., *Prisc. per.* 209., *Ammian.* 23. 6. 21., coll. *Justin.* 44. 1) et probe quidem, sed nihil inde extunditur, nam quæri potest, quid significet Iberus; secus quod ignotum est, per ignotius esset declarandum. — Est autem duplex Iberorum genus, nempe ¶ 1. Iberi, populi Iberiæ Asiaticæ (*V.* supra). *Plin.* 6. *Hist. nat.* 10. 4. (29). et *alib.* et *Mel.* 3. 41., ubi vocantur *Hiberes*, coll. tamen 1. 13., ubi *Hiberi* dicuntur, ut *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 605., qui, uti ex fabulis tradit *Tac.* 6. *Ann.* 34., « ferunt se Thessalis ortos, qua tempestate Iason post avectam Medeam genitosque ex ea liberos, inanem mox regiam Æetæ vacuosque Colchos repetivit ». — *a)* Ad antiquam vero eorum historiam quod attinet, *Varro* ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (8). docet antiquissimo tempore Iberos in Hispaniam migrasse universam, atque hinc etiam in Britanniam, teste *Tac. Agr.* 11.; sed contra sunt, qui tradunt eos ex Hispania in loca ultra Pontum commigrasse, ut *Strab.* 1. 61. et ex *Dionys.* etiam *Prisc. per.* 679. et *Avien. orb.* 882.*sqq.* — Romani pluries cum eis decertarunt inde a tempore belli Mithridatici, quos et vicit Pompejus M., teste *Liv. epit.* 101. cum *Flor.* 3. 5. 21. et 28., *Eutrop.* 6. 14. et *Jorn. Rom.* 235. *M.*; itemque P. Canidius Crassus, M. Antonii auspiciis, a. 36., qui eorum regem Zoberem debellavit, teste *Dion.* 49. 24. — Dein sub Augusto amicitiam Romanorum petierunt Iberi per legatos, ut ipse testatur in *Breviar.* suo 5. 53.; quæ non diu perseveravit, nam Trajanus imp. contra Iberos bellum gessit eosque perdomuit (*Jorn. Rom.* 267. *m.*, coll. *Eutrop.* 8. 3), ita ut serius in *Not. Dign. imp. or. c.* 5. recenseantur inter *Auxiliares Palatinos* et *Ala prima Iberorum* Thmon sedem suam habuerit, ut dicitur *ibid. c.* 31. — *b)* De eorum indole et religione hæc tantum novimus a *Tac.* 6. *Ann.* 34. « Hiberi Albanique, saltuosos locos incolentes, duritiæ patientiæque magis insuevere ». Verum, quod pluris interest, tempore Constantini M., ex deorum cultu ad fidem Christianam con-

versi sunt, teste Cassiod. 3. Hist. trip. 1., et quidem operâ mulieris cujusdam, ut fusius describitur a Rufin. in h. eccl. 1. 10. ¶ 2. Iberi dicti sunt etiam Hispani, quod nomen primis Hispaniæ habitatoribus indiderunt Græci ac præsertim eis, qui oram incoluerant orientalem, ex qua circ. sæc. V. a. Chr. ultra Pyrenæos transierunt partemque occuparunt Galliæ australis proxime Ligures, quibuscum postea se commiscuerunt (Her. 1. 163. et 7. 167., Thuc. 6. 290., Aristot. pol. 7. 2. 7., Xen. Hell. 7. 1. 20., Scyl. 2.sq., Diod. 4. 18. etc., Strab. 1. 61., Arr. an. 2. 16. 5. et App. Mithr. 101). — Eos ex Hispania in Africam quoque trajecisse tradit Frontin. 2. Strat. 2. 10. — De eorum moribus et indole hæc addimus. Serv. ad Virg. 3. G. 407. et Philarg. ibid. Iberos Hispanos ajunt abactores acerrimos fuisse eorumque in latrociniis famam ceteris præponderasse; itemque eos spurcissimos fuisse dicit Apul. apol. 6., coll. Catull., cujus versus exscribit. Cf. Sidon. 9. ep. 13. in carm., ubi eorum feritatem innuit. — Memorantur etiam Senec. Herc. Œt. 1526., Martial. 12. 9., Lucan. 2. 54. et 549. et 629. et 5. 237., Stat. 5. Silv. 3. 186., Claudian. carm. 8. 293., 12. 21. 155. et 52. 21., Auson. parent. 8. 14., Plin. 7. Hist. nat. 26. 27. (97). et 20. ibid. 23. 95. (254). — Ex Iberis porro et Celtis orti sunt Celtiberi, quos tamen divisim memorat Martial. 7. 52. « Ille meas gentes et Celtas rexit Iberos ». et 10. 65. « Nos Celtas, Macer, et truces Iberos Cum desiderio tui petemus ». V. CELTIBERI. — Hinc Iberiacus (Hiberiacus), ad Iberiam pertinens et, latiore sensu, Hispanicus. Sil. It. 13. 510. « Omen Iberiacis victa Carthagine terris ». — Ibericus (Hibericus) — a) Adj., ad Iberiam Asiaticam pertinens. Capell. 6. p. 207., coll. Varr. ap. Gell. 6. 16. 5. — b) Item ad Iberiam et, latiore sensu, Hispaniam, ut Hibericæ (Hibericæ) terræ ap. Sidon. carm. 23. 164. et Ibericæ regiones ap. eund. 8. ep. 5. — Iberici funes ap. Horat. epod. 4. 3. i. e. sparti, nam hujus magna est copia in Hispania; unde quidam orator, ut refert Quintil. 8. 2., pro spartis herbas Ibericas dicebat, illam vocem in actione usurpare metuens, irrisus ob id a Cassio Severo. — Item Ibericum mare, h. e. Hispanum, pars magis occidentalis Mediterranei, oras orientales contingens Hispaniæ, post fretum Gaditanum usque ad insulas Pithyussas, et oras Mauretaniæ (Plin. 3. Hist. nat. 5. 10. [74]. et Claudian. 28. 8., coll. Strab. 2. 122. et Ptol. 2. 4. 7. et 4. 1. 6. et alib.). Sed Isid. 13. Orig. 16. 2. dicitur Ibericus v. Ballaricus sinus, et Oros. 1. Hist. 2. Ibericum pelagus, et Serv. ad Virg. 11. Æn. 913. Iberus Oceanus. — Ad utrumque extendi potest Ibericus Pontus ap. Prisc. per. 75. « Est primus, vastis qui pontus Ibericus undis Dividit Europen Libya, communis utrique ». — Absolute Iberici, iidem qui Iberi, Hispaniæ incolæ. Sidon. 9. ep. 13. in carm.

II.) Iberia, nom. pers., nempe uxoris Ruricii, postea episcopi Lemovicum, cujus nuptias cecinit Sidon. carm. 11. — Hinc Iberina (Hiberina), nom. mul., demin. ab Ibera herba. — Iberis (Hiberis). V. in Lexico. — Iberius (Hiberius), adj., ad Iberiam Asiæ pertinens, ut Iberiæ portæ, h. e. Caucasiæ, ap. Plin. 6. Hist. nat. 13. 15. (89).

ĬBĒRĬĂCUS et

ĬBĒRĬCUS, a, um, adject. aliaque deriv. V. voc. præc.

ĬBĒRUS (Hiberus), i, m. 2. (Ἴβηρ) nom. geogr. et pers. — Usurpatur substantivorum et etiam adjectivorum more.

I.) Iberus, subst. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.°) Fluvius celeberrimus borealis Hispaniæ Tarraconensis, ex Cantabris oriens ad extremitatem orientalem montis Vindii, per Vascones, Ilergetes et Edetanos influens in mare Ballaricum ad austr.-occid. plagam Tarraconis, hod. Ebro; « pulcher, magnus et pisculentus » dictus Cat. ap. Non. p. 151. Merc.; quin Græci aliquando ex eo Iberiam totam vocabant Hispaniam orientalem a columnis Herculis ad Pyrenæos opponebantque Ἰβηρία ἡ ἐκτός (Ἴβηρος et Ἰβηρία), ἡ ἐντός (Ἴβηρος). — Memoratur etiam Cæs. 1. B. C. 60.sqq., Mel. 2. 90., Liv. 21. 5. et alib., Lucan. 4. 23., Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (21)., Oros. 5. Hist. 4., Liv. epit. 21., Flor. 3. 17. 7., Ampel. 6. etc. et, ex Græcis, Scyl. 2., Polyb. 2. 13. etc., Strab. 3. 156.sqq., Ptol. 2. 6. 16., App. Iber. 6. — 2.°) Item fluvius Vandalitiæ, hod. Rio Tinto, ap. Avien. 248.sq., coll. Eustath. ad Dionys. 281 (V. Müllenhoff D. A. I. 119.sq.). — 3.°) Item fluvius Asiæ apud Iberos excurrens, memoratus Plin. 6. Hist. nat. 10. 11. (29)., Iber dictus Val. Flacc. 5. 166. ¶ 2. Est etiam cogn. vir., libert. quoque generis, e gente sive Hispanica plerumque sive Asiatica. Corp. 2. 2080. et 3. 781. l. 15. — Alia ibid. 8. 10484. 1 (in massa plumbea). — Ibera (Hibera), cogn. mul. Corp. 2. 3491. — Hinc Iberina (Hiberina), nom. demin., mulieris cujusdam, abs. usurpatum Juvenal. 6. 53. « Unus Iberinæ vir sufficit? ».

II.) Iberus, adjectivorum more ¶ 1. Est ad Iberos Hispanos vel ad Iberiam Hispanam pertinens. Virg. 11. Æn. 913. gurges. Sil. It. 1. 190. bellator. et 15. 2. Mars. Horat. 2. Sat. 8. 46. piscis. Lucan. 5. 343. orbis. Stat. 1. Theb. 158. portus. Claudian. carm. 36. 319. Tethis. et 22. 236. progenies. Auson. parent. 24. 11. Tarraco. Lucil. ap. Non. 34. 10. Mare. insula. Catull. 29. 20. præda. Senec. Herc. Œt. 1257. Calpe. et Herc. fur. 1332. gaza. Ovid. 6. Fast. 519. flumen. Val. Flacc. 2. 34. mare. Virg. 5. G. 408. canes. Horat. 1. Od. 29. 15. loricæ. sc. optime ex optimo ferro Hispanico confectæ. ¶ 2. Est etiam qui ex Iberia est, ut Iberus Bacurius ap. Ammian. 31. 12. 16. — Abs. et collective. Catull. 9. 6. et Iber, in eundem sensum, ap. Horat. 2. Od. 20. 20.

ĬBETTES, is, m. 3. (Εἰβέττης: ab εἴβω, stillo) fluvius in insula Samo, memoratus Plin. 5. Hist. nat. 31. 37. (135). — Scribitur etiam Hibiethes, quod rectius putat Detlefsen. Gesch. IX. 120.

ĪBIS, is et idis, m. 3. nom. comm. avis (V. Lexicon), sed proprium poematii Ovidii, quod inscribitur Ibis, derivati a simili Callimachi carmine contra Apollonium Rhodium, scriptique in exsilii initio ac serius editi (Cf. 4. Pont. 14. 44), fort. quintum librum epistolarum ex Ponto, uti censet Wölffel, ejus interpres et quidem contra adversarium, fort. olim amicum vel propinquum, quem nonnulli suspicati sunt fuisse Julium Hyginum, alii Cassium Severum, alii T. Labienum aut Thrasyllum, astrologum id temporis famosum. Ceterum hoc carmen esse Ovidio tribuendum pro certo non habetur, ex quibusdam internis operis indiciis. V. OVIDIUS.

IBITTA, fundus in pago Statiello Velejate, laudatus in Tab. alim. Velej. 1. 57.

IBĪUM (Hibis), ii, n. 2. (Νῖβις) oppidum Ægypti in Heptanomide ad lævam Nili, hod. Taha, temporibus imperii Romani, ab Ala I. Abasgorum occupatum. Not. Imp. or. 31. — Rav. p. 121. Ibion. et Itin. Ant. p. 356. Ibin.

IBLIŌDŪRUM, i, n. 2. oppidum Galliæ inter Divodurum (Metz) et Virodunum (Verdun), in Itin. Ant. p. 364., de cujus situ disputant eruditi (V. Desjardins, Géogr. de la Gaule Rom. IV. 1893. p. 52., Corp. 13. 2. 2. p. 692., Holder, Altcelt. Sprachsch. II. 15. et Bertrand, Les voies rom. en Gaule p. 45.sq.).

IBOCELIS, fundus cum communionibus, in pago Domitio Velejate, memoratus in Tab. alim. Velej. 3. 60.

IBŌRA, æ, f. 1. (Ἴβηρων) locus in Hellesponto, ap. Justin. novell. 28. et in Not. episc. 1. 288., coll. Procop. hist. arcan. 111., Act. Sanct. 6. Apr. p. 553., Sozom. h. eccl. 3. 30., Hierocl. 701. 4., quem Ramsay (As. Min. 325) confert cum hod. Gezlura.

IBOREA, æ, m. 1. dux Langobardorum, de quo Prosp. in chron. ad an. 379. « Magna multitudine (Langobardi) egressi et novarum sedium avidi, Iborea et Aione ducibus, Vandalos primum vicerunt ».

ĪBŸCĪUS, a, um, adject. V. voc. seq.

ĪBŸCUS, i, m. 2. (Ἴβυκος) poeta Græcus lyricus, Rheginus, filius Phytii (al. Polyzeli vel Cerdantis: Suid. in v. Ἴβυκος), Stesichori æmulus, qui floruit sæc. VI. a. Chr., sc. Olymp. LXI. 2, h. e. a. 535. a. Chr., ut scribit Hieronym. in chron. « Ibycus carminum scriptor agnoscitur ». Memoratur etiam Diomed. gramm. I. p. 323. K. et Prisc. VI. p. 276. et Mar. Victorin. III. p. 126. et Cæs. Bass. p. 256. — Fertur, quod tamen dubium est, a suis civibus ei oblata fuisse urbis tyrannis, quam ipse detrectavit moxque fugit in insulam Samum (Suid. « εἰς Σάμον ἦλθεν ὅτε αὐτῆς ἦρχεν ὁ Πολυκράτης »), a Polycratis tyranni patre illuc accitus, apud quem magno cum honore familiariter vixit. — Cic. 4. Tusc. 33. 71. refert ex scriptis apparere, eum maxime omnium amore puerorum flagrasse, temporibus Polycratis tyranni, ac primum sambucam invenisse: cf. Suid. « γέγονε δὲ ἐρωτομανέστατος περὶ μειράκια ». Idem Suid. narrat, eum, in solitudine a latronibus comprehensum, dixisse vel grues (quæ forte fortuna tunc supervolabant) ultrices fore suæ cædis: ac ipse quidem interfectus est. Postea vero unus de latronibus, grues in urbe conspicatus, dixit: ecce Ibyci vindices! Quum autem quidam hoc audivisset et dictum hoc persecutus fuisset, id facinus patefactum est, et quum latrones id quoque faterentur, illi supplicium subierunt. Hinc Stat. 5. Silv. 3. 15.: « volucrumque precator Ibycus ». et Auson. technop. de hist. 12. « Ibycus, ut periit, vindex fuit altivolans grus ». — Hanc fabulam ortam esse conjiciunt ab ipso poetæ nomine, quo avis ἶβυξ vocatur, clamosa seu crocitans (ὄρνις κρακτικός Etym. M. v. Ἶβις). — Ejus poemata constabant quinque libris (Suid. s. v.), ex quibus duo tantum fragmenta longiora supersunt, cetera carminum frustula, quæ fort. ex genere hymnorum epico-lyricorum in modum Stesichori et probabiliter etiam ex genere amatorio, mythicis fabulis admixto, composuit, puerorum venustate quam qui maxime illectus (Cf. Anthol. Palat. IX. 184. « Ἡδύ τε πειθοῦς, - Ἴβυκε, καὶ παίδων ἄνθος ἀμησάμενε ». et Cic. ac Suid. locc. citt.), non tamen ut dici possit Stesichori et Lesbiorum lyricorum pedisequus seu servilis imitator. — Hæc ediderunt Schneidewin, Welcker, O. Müller, Bergk, Flach, al. — De eo consulas Croiset, H. L. Gr. II. 328. sqq. et Schulten, PWK 9. 816.sqq. — Improprie usurpatur Horat. 3. Od. 15. init. « Uxor pauperis Ibyci, Tandem nequitiæ fige modum tuæ Famosisque laboribus etc. », ubi fictum nomen videtur. — Hinc Ibycius, adj., ut Ibycium metrum, de quo V. Lexicon.

IC

ICA, æ, f. 1. nom. deæ cujusdam peculiaris loci alicujus, laudatæ in Corp. I. L. 8. 3031., fort. conferendum cum hod. fonte Ika prope Flanonam Istriæ (Cf. Holder, Altcelt. Spr. II. 16. et Ihm in Roschers Myth. Lex. II. 91). — Hinc etiam nom. mul. in Inscr. Burdigalensi Corp. 13. 800 (V. Desjardins, Géogr. de la Gaule rom. II. 402).

ĬCĀDĬON, ōnis, m. 3., et

ĬCĀDĬUM, ii, n. 2. V. voc. seq.

ĬCĀDĬUS, ii, m. 2. (Ἰκάδιος idem ac Εἰκάδιος, fort. ab εἰκάς, ἄδος, vicenus), nom. vir., quo nuncupati sunt — a) Filius Apollinis et Lyciæ nymphæ, qui quum adolevisset, primum regionem natalem a matre Lyciam nominavit; dein ibi urbem quoque in honorem Apollinis condidit, sortesque consecravit et cortinam et, ut illum patrem suum testaretur, Patara (πατέρα) cognominavit. Hinc in Italiam profectus naufragium fecit, sed delphini tergo exceptus ac prope Parnassum montem delatus in fabulis narratur, ubi templum patri Apollini exstruxit, quod a delphino appellavit Delphos, arasque ei, quas patrias vulgo dictas ferunt, consecravit. Hæc Serv. ad Virg. 3. Æn. 372. — b) Item pirata quidam sævissimus, et Icadion vocatus (Paul. Fest. p. 106. M.) et Icadium (Cic. Fat. 3. 5), cujus meminit Lucil. ap. Fest. p. 270 (Cf. Müller ad l) et Cic. loc. cit., ubi tradit eum periisse e saxo, quod in ejus crura e spelunca inciderat. — Icadium, nom. mul., ὑποκοριστικῶς usurpatum, ut Abrotonium, Glycerium aliaque hujus modi, quæ cum adject. feminini generis construuntur. Inscr. ap. Grut. 609. 4.

ICARA, æ, f. 1. fluvius Aquitaniæ, ap. Rav. p. 298.

ĬCĂRĬA, æ, f. 1. (Ἰκαρία) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. insulæ montosæ maris Ægæi, una Sporadum, inter Samum ad orientem et Naxum ad occidentem, hod. Nicaria, colonia Mileti, locus a Samiis dein selectus ad suos greges pascendos, olim maritimæ societatis Athenarum particeps, ita denominata ab Icaro, filio Dædali, qui, volans, in mare, ab eo Icarium appellatum, amissis alis, decidit; unde eum elatum pater ibi sepelivit (Ovid. 8. Met. 235). Memoratur etiam Mel. 2. 111. et Græc. Thuc. 3. 92. et 8. 99., Strab. 10. 488. Ptol. 5. 2. 30 « Ἰκαρία νῆσος ». Sed Prisc. per. 607., Avien. orb. 800., Solin. 11. dicitur Icaros, itemque Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (68)., qui scribit « Icaros - cum oppidis duobus, tertio amisso, ante vocata Doliche et Ichthyoessa ». Ceterum videtur hæc forma antiquior fuisse: cf. Χία γῆ (= Χίος) itemque Παρία (= Πάρος), Ναξία (= Νάξος) etc. — Isid. eam inter Cyclades, sed perperam, recenset (14. Orig. 6. 26). — De ejus nummis vd. Eckhel, 2. p. 567., Head 602. et Head-Sworonos Ἱστορ. Νομισμ. II. p. 143. — Icarii, incolæ, qui pro Diana lignum indolatum colebant, teste Arnob. 6. p. 196. — De ea consulas Bürchner, PWK 9. 978-985. ¶ 2. Est etiam sic dicta, absolute, Penelope, Icarii filia, ab Auson. per. Od. 21.

ĬCĂRĬŌTIS, idis, f. (Ἰκαριῶτις) et

ĬCĂRIS, idis, f. 3. (Ἰκαρίς) et

ĬCĂRĬUS, ii, m. 2. V. voc. seq.

ĬCĂRUS, i, m. 2. (Ἴκαρος) nom. pers. et geogr. — Sæpe Icarus cum Icario confusum est vel permutatum occurrit in mss. codd. et editis libris; quamquam græce Ἰκάριος pro Ἴκαρος habet Dio Chrys. or. 71. Cf. Icaria. — De ejus etymo varia a variis proferuntur, ut sit ab ἴκριον, stega (Curtius); v. a rd. ἱκ, percutere (lat. ico), unde ἰκτῖνος, milvus (Vanicek); v. ab ἴκαρ, celeriter (Hesychius) etc. Cf. Pape-Benseler, Wörtb. Gr. Eig. I. 542., Bechtel-Fick, Gr. Personennam. 427., Usener, Gr. Göttern. 48.sq. — Est itaque

I.) Icarus, nom. pers. ¶ 1. Apud scriptores memorantur hoc nomine — 1.°) Icarus, Dædali filius, hinc Dædaleus vocatus Horat. 2. Od. 20. 13., qui a Creta, unde Cres sive Cretensis dictus Solin. 11. et Isid. 14. Orig. 6. 26., fugiens una cum patre (V. DÆDALUS) alarum artificio volansque altius quam pater admonuerat, et ex solis ardore cera liquescente, qua pennæ erant compactæ, amissis alis, decidit in mare, ab eo deinde Icarium appellatum, ut poetarum est fabula, quam quidam explicare conantur ex eo quod Icarus primus vela invenisset, ut Plin. 7. Hist. nat. 56. 57. (209). tradit. Cf. etiam Pseudo-Luc. astrol. 15 = Anonym. ap. Westermann p. 324. 14. et Eustath. Il. 98. 6. — Non est tamen mirum, si a veteribus, ut multa alia id genus, volandi seu aurarum aera tranandi ratio aliqua inventa fuerit, quamquam frustra tentata: sic recentiore ætate, maxime nostris hisce temporibus, ut sæc. XVIII. a Montgolfier et Morveau, et sæc. XIX. ac XX. a Wright in America, Renard et Crebs in Gallia, Graham in Anglia, Zeppelin in Germania, Parseval et Forlanini in Italia etc. — Memorant — a) Propria, etiam Ovid. 8. Met. 183-235., qui fabulam graphice describit, et alib., Virg. 6. Æn. 31., Mythogr. I. fab. 43. et II. fab. 125., Senec. Herc. Œt. 690., Augustin. 18. Civ. D. 13., ubi fabulam refert ad Judicum tempora apud Hebræos. — b) Translate, de homine celeriter transeunte. Ennod. ep. 9. 21.; vel de eo, qui Icarum imitari studet. Suet. Ner. 12. de ludis, quos Nero exhibebat. — Priscæ artis monumenta vd. in Catal. of engrav. gems in the Brit. Mus. n. 1332. et 1333. et Arch. Ztg. 1877. Taf. 11. fig. 1.; ap. Müller, Handb. d. Arch. 418. 1.; Pottier in Dict. des antiq. sous la dir. Daremberg-Saglio II. p. 6.sqq. et Baumeister, Denkm. d. kl. Altert. p. 403.sqq. — 2.°) Icarus, pater Erigones, ap. Propert. 3. 3. 29., Tibull. 4. 1. 10. et Ovid. Ib. 609. — 3.°) Icarus, rex Cariæ, qui emit sibi in concubinatum Theonoen, Thestoris filiam, dein a piratis raptam; quum vero agnovisset a patre et sorore Leucippe demum repertam fuisse, cum muneribus eam in patriam remisit. Hygin. fab. 190. ¶ 2. In titulis cogn. ingen. atque libert. itemque nom. serv. Corp. 2. 5055. et 5398. et alia mutila 10. 8401. — Sic Inscr. in Bull. d. Ist. arch. a. 1864. p. 175 (in massa aenea). — Hinc Icarius (Ἰκάριος), nom., substantivorum et adjectivorum more adhibitum. — 1.°) Subst. — a) Fuit filius Œbali, Laconum regis, pater Penelopes, uxoris Ulixis, teste Ovid. 1. Her. 81., coll. Ib. 567., quæ idcirco absolute Icaris, Icaris et Icariotis dicitur. — b) Item vir Atheniensis, pater Erigones, ut tradit Hygin. fab. 130. et 234., quem tamen fab. 224., 243. et 254. Icarum appellat (V. ICARUS I. 2.°), ut Icarus dicitur sacerdos Bacchi et Atheniensis rex et optimus venator Mythogr. III. fab. 15., coll. Mythogr. II. fab. 61. et Prob. ad Virg. 2. G. 389., ubi pastorem vocat. Cf. etiam Schol. ad Germanic. p. 66.sq. et p. 168.sq. et Stat. 5. Silv. 3. 76. et 12. Theb. 619. et Serv. ad Virg. 1. G. 33. et 218., ubi modo Icarus nominatur, modo Icarius indeque nominum confusio ita orta, ut obscura sit distinguendi ratio. Illud tamen constat ex Hygin., Serv., Ovid., Mythogr. etc., Icarium, quo de loquimur, in fabulis habendum esse uti comitem vel hospitem Liberi patris ab eoque vitium colendarum artem didicisse ac vinum accepisse hominibus distribuendum, quo cum pastoribus aut agricolis suis diviso, quum hi ex nimio potu ebrii facti essent, eum interfecerunt, quod sibi venenum datum existimarent; item additur, canem Icarii diu ad cadaveris custodiam remansisse ac tandem, fame impellente, revertisse domum acceptoque pane iterum ad custodiam heri venisse; porro Erigonam, canis vestigia secutam, ubi patris cadaver conspexit, tanto dolore fuisse adfectam, ut suspendio vitam finiverit, et ob id omnes in cælum esse translatos, Erigonem sidus Virginis factam, canem Syrium, Icarium Bootem seu Arcturum. — 2.°) Adjectivorum more, est ad Icarium, Erigones patrem, vel ad Icarum, filium Dædali pertinens, cujus altera forma Icareus est ap. Ambros. de Virg. 18. — a) De Icario. Ovid. 2. Am. 16. 4. canis. Stat. 3. Silv. 1. 147. palmes. et 4. Theb. 776. astrum. — b) De Icaro. Auson. Mos. 302. casus. et ep. 19. pontus. Horat. 1. Od. 1. 15. fluctus. Claudian. carm. 20. 265. pelagus. Ovid. 17. Her. 50. litus. et 1. Trist. 1. 90. aquæ. — Icarium mare, inter Samum et Myconum, ap. Vellej. 1. 4., Ovid. 4. Fast. 283. et 566., Oros. 1. Hist. 2., Solin. 11., Serv. ad Virg. 6. Æn. 14., Lact. 1. 11., Isid. 13. Orig. 16. 8., ubi ab Icaro appellatum cum aliis pluribus tradit. et 14. ibid. 6. 26., ubi contra ab insula Icaria vocatum perhibet. Sic apud Græcos Ἰκάριος πόντος (Hom. Il. 2. 145); Ἰκάριον πέλαγος (Diod. 4. 77); Ἰκάριος κόλπος (Luc. astr. 15); Ἰκάριον κῦμα (Euphem. ep. 7. 651); Ἰκάριον ὕδωρ (Callim. Del. 14); Ἴκαριον λοετρόν (ap. Planud. 107); ὁ Ἰκάριος v. τὸ Ἴκαριον (Nonn. 43. 291). — Absolute ap. Horat. 3. Od. 7. 21. « Scopulis surdior Icari ». et Manil. 4. 621. « Icarium Ægæumque secat ». — Icario, cogn. vir. Græcan. Corp. 3. 633. — Icariotis, patronym. ab Icarius, filia Icarii, i. e. Penelope. Propert. 3. 11. 10. — Adj. ap. Ovid. 3. Pont. 1. 113. « Icariotis tela ». h. e. Penelopea. — Icaris, item patronym. ab Icarius — a) Est filia Icarii. Ovid. Ib. 393. — b) Item oppidum Macedoniæ, inter Axium et Peneum, memoratum Mel. 2. 35.; ubi tamen Itharis pro Icaris leg. Frick.

ĬCĂRŪSA, æ, f. 1. insula Ponti, in ora juxta Cercetas, cum oppido Hiero et flumine. Plin. 6. Hist. nat. 5. 5. (17).

ĬCĂSĬA, æ, f. 1. insula inter Thracicum et Creticum mare (Cf. Icaria et Casos), in Itin. Ant. p. 527.

ICAUNA, æ, f. 1. V. voc. seq.

ICAUNUM, i, n. 2. ¶ 1. Est oppidum Galliæ Celticæ, serius Lugdunensis, hod. Yonne, in Inscr. ap. Orelli n. 187., ubi al. Icauna. ¶ 2. Est et fluvius item Galliæ Lugdunensis, in Sequanam influens, hod. Eure, in Vit. s. Germ. 12. ¶ 3. Ita etiam dea hujus fluvii in Corp. 13. 2921.

ICCĬŌDŪRUM, i, n. 2. ara Iccii ad lævam Ligeris, hod. Yzeure-sur-Creuse, ap. Greg. Tur. 10. Hist. Fr. 31. Cf. Corp. 13. 1. p. 159. et 476. et Longnon, Géogr. de la Gaule 273.

ICCĬŌMĀGUS. V. ICIDMAGUS.

ICCĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. in Inscr. ap. Grut. 420. 4.; et Iccia, nom. mul., in alia in Bull. epigr. de la Gaule a. 1882. p. 264. — Memorantur in libris — a) Iccius, unus ex principibus Remorum, legatus ad Cæsarem missus, ut ipse refert (Cæs. 2. B. G. 3., 6. et 7). — b) Iccius, familiaris poetæ Horatii, cujus est ad eum Od. 29. l. 1., quæ incipit: « Icci, beatis nunc Arabum invides Gazis et acrem militiam paras ». Ex quibus verbis inferunt Scholiastæ fuisse Iccium olim philosophiæ studiosum, utpote qui Panætii, philosophi Socratici (ibid. v. 13) bibliothecam emisset. Postea tamen, libros mutans « loricis Hiberis », « pollicitus meliora », divitiarum nempe fort. cupidus, militiæ nomen dedit, in expeditione Ælii Galli contra Arabes a. 27. v. 26. a. Chr. — Dein a. 20. fuit in Sicilia procurator Agrippæ, ut Porphyr. in Horat. ep. 1. 12., ad eum script. — c) Iccius, prætor a. 144. a. Chr., cui, sortiente M. Antonio cons., Sicilia provincia obtigit. Cic. 3. Phil. 10. 26.

ICCONĬUS et Iconius, ii, m. 2. nom. gent. vir., fort. ab Iconio urbe ductum. Corp. 3. 6417. et 10. 8059. 205 (in signaculo æreo).

ICĔLUS (Hicelus), i, m. 2. (Ἴκελος, similis) nom. vir. Gr., quod in cogn. etiam libertinum transiit. Corp. 9. 2269., coll. 7. 1331 (64)., et alia ap. Fabretti p. 720 = 417. — Memorantur apud scriptores — a) Icelus, deus somniorum, frater Morphei et Phantasi, qui, ut Morpheus feras, homines imitatur, de quo Ovid. 11. Met. 638. « Alter fit volucris, fit longo corpore serpens. Hunc Icelon superi, mortale Phobetora (i. e. perterrefacientem) vulgus Nominet ». — b) Icelus, cognomine Marcianus, unus ex Galbæ imp. libertis potentissimis ac rapacissimis, ut refert Suet. Galb. 44.; sed a. 69. p. Chr. occisus, teste Tac. 1. Hist. 46. « In Marcianum Icelum, ut in libertum, palam animadversum ». Adde eund. ibid. 13. 33. et 37. et 2. ibid. 95., ubi plura ad rem.

ICĒNI, ōrum, m. plur. 2. populus oræ orientalis Britanniæ (Flavia Cæsariensis), ad septentrionem Trinobantum, validus, qui, duce Boadicea regina, in Romanos insurrexit a. 61. p. Chr. Tac. 12. Ann. 31.sq. et 14. 31.sq. — Ptol. 2. 21. Σιμενοί et ap. Cæs. 5. B. G. 21. iidem fort., qui Cenimagni dicuntur, loca incolentes, ubi hod. Suffolk et Norfolk. — De hujus populi nummis vd. Head, 11.

ĬCĒSĬUS (Ichesius), ii, m. 2. cogn. vir. ab ἰκέσιος, supplex, ductum. Corp. 9. 5499. et, quæ ab initio, Græca voce respecta, poni debuisset, aspiratione translata, in alia ap. Fiorelli, Not. degli scavi a. 1883. p. 519., ubi Ichesius pro Hicesius.

ICESTA, æ, m. 1. cogn. vir., fort. Ibericæ originis. Corp. 2. 3695.

ĬCĔTĬDAS, æ, m. 1. medicus quidam, suo tempore magni nominis, cujus libros inter fontes suos retulit Plin. in Ind. l. 28. et 28. Hist. nat. 7. 22. (83). citavit.

ICHANA, æ, f. 1. (Ἴχανα) oppidum Siciliæ, cujus incolæ Ichanenses memorat Plin. 3. Hist. nat. 8. 14. (91).

ICHANENSES, ium. V. voc. præc.

ICHARA, æ, f. 1. (Ἰχάρα) insula Arabiæ in sinu Persico, ad ostium Euphratis. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (147)., coll. Ptol. 6. 7. 47.

ICHNÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἴχναι) urbs Mesopotamiæ, a Macedonibus condita, ad quam Crassus Parthos fudit, ab ἴχνος, vestigium seu ima pars pedis, quam ejus figura repræsentabat, fort. appellata, hod. Khones, ap. Plin. 4. Hist. nat. 10. 17. (34).

ICHNŎBĂTES, æ, m. 1. canis venaticus Actæonis, acer et sagax in sequendis ferarum vestigiis, ut ejus nomen sonat ab ἴχνος, vestigium, et βαίνω, gradior, ap. Ovid. 3. Met. 207. et Hygin. fab. 181.

ICHNŪSA, æ, f. 1. nom. alterum insulæ Sardiniæ, ita dictæ Myrsilo a similitudine humani vestigii (ἴχνος). Sil. It. 12. 358.

ICHTHŸŎESSA (Ichthyussa), æ, f. 1. (Ἰχθυόεσσα et Ἰχθυοῦσσα, piscibus abundans) nomen alterum insulæ Icariæ, ita dictæ a copia piscium (ἰχθύς). Plin. 4. Hist. nat. 12. 23. (68). Cf. Eparchid. IV. 404. 2.

ICHTHYŎPHĂGI, ōrum, m. plur. 2. (Ἰχθυοφάγοι) *Ichthyophagon* genet. plur. habet *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (149). — Sunt autem populi quidam, ita, quod piscatu maxime viverent, cognominati (ab ἰχθύς, *piscis* et φάγω, *comedo*), ad varias regiones pertinentes, nempe ad Arabiam (*Plin. loc. cit.*); ad Æthiopiam in ora occid. sinus Arabici (*Solin.* 56., coll. *Strab.* 15. 726. et 16. 769. etc., *Paus.* 1. 33. 4) et ad Indiam, ubi Oritæ vocantur (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 23. 25. [95]., *Solin.* 54., *Isid.* 9. *Orig.* 2. 131).

ICHTHYS, yos, m. 3. ¶ 1. Est nom. dei sub forma piscis, quem Babylonii, Indi, Syri, Ægyptii colebant (*Usener, Sintflutsagen* [1899] *p.* 228.*sq.*, *Jastrow, Bildermappe z. Relig. Babyl.* [1913] *n.* 95. 100), ap. *Clem. Alex. protr. II.* 39. 8., coll. *Cic.* 3. *Nat. D.* 15. 39., *Plut. Isid.* 7., coll. 72. De iis *Hygin.* 2. *Astr.* 41. « Piscium simulacra inaurata pro diis penatibus colunt ». Cf. *Nigid. rel.* 127. et *Ovid.* 2. *Fast.* 473. — Sic apud Christianos primitivos Ἰχθύς symbolum fuit Jesu Christi = Ἰ(ησοῦς) Χ(ριστός) Θ(εοῦ) Υ(ἱός) Σ(ωτήρ), i. e. *Jesus Christus Dei Filius Salvator*. Hinc *Tertull. bapt.* 1. « Sed nos pisciculi secundum ΙΧΘΥΝ nostrum Jesum Christum in aqua nascimur, nec aliter quam in aqua permanendo salvi sumus ». et *Optat. Milev. de Donat.* 3. 2. « Christus est piscis, qui in baptismate per invocationem fontalibus undis inseritur, ut quæ aqua fuerat, a pisce etiam piscina vocitetur ». Adde *Augustin. conf.* 13. 21. et 23., coll. *Petr. Chrys. serm.* 55. ¶ 2. Est etiam promontorium oræ occid. Elidis, ita appellatum, quod formam piscis (ἰχθύς) habere videatur, hod. *Katakolon*. Memoratur *Mel.* 2. 49. et 50., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 6. (14)., coll. *Thuc.* 2. 25., *Xen. Hell.* 6. 2. 31. et *Ptol.* 3. 16. 6. « Ἰχθὺς ἄκρα ».

ICIDMĂGUS, i, m. 2. oppidum Galliæ Lugdunensis, memoratum in *Tab. Peut.*; rectius tamen *Iciomagus*, i. e. Iccii campus seu statio in via a Lugduno Burdigalam, hod. *Usson-en-Forez (dép. Loire)*, in *Corp.* 13. 1. *p.* 646 (Cf. *Desjardins* et *Holder*). — Corrupte *Rav. p.* 238. Icutmageon.

ICILĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ICILĬUS, ii, m. 2. (Ἰκίλλος, rarius Ἰκίλλιος v. Ἰουκίλλιος) nom. vir. gentis antiquissimæ quidem sed parum notæ, ex qua tres tribunos recenset *Liv.* 4. 54., ad familiam pertinentes « patribus infestissimam ». — Memorantur itaque ¶ 1. Icilius, trib. pl. a. 456. a. Chr. cum aliis novem, qui collegii princeps dicitur *Dionys. Hal.* 10. 31. *sq.*, ap. *Liv.* 3. 30., coll. 31. ¶ 2. Icilius, tribunicius, vir acer et pro causa plebis expertæ virtutis, cui pater L. Verginius filiam suam Verginiam desponderat, quam Appius Claudius decemvir, quod esset formosissima, ad sui amorem vi pertrahere conabatur (a. 419. a. Chr.) et Icilium, qui ob illam cum eo contendebat, in vincula conjici jusserat (*Liv.* 3. 44. et 45); sed a plebe ob id concitata ipse foro abscedere coactus est et ab ea, quæ in Aventinum recesserat, Icilius tribunus pl. creatus (a. 450), « qui extemplo plebem rogavit et plebs scivit, ne cui fraudi esset secessio ab decemviris facta » (*Id. ibid.* 50). ¶ 3. L. Icilius, alter trib. pl., creatus a. 412. *Id.* 4. 52. ¶ 4. Sp. Icilius, item trib. pl. a. 471 (*Id.* 2. 58), quo anno non duo, sed quinque creati sunt. Huic tribuunt legem quandam tribuniciam ex *Dionys. Hal.* 7. 17. ¶ 5. Sp. Icilius, item trib. pl. a. 422. *Id.* 4. 42. — Hinc *Icilius*, adj. ad Icilium trib., a quo *Icilia lex de Aventino* est appellata. *Liv.* 3. 30-31. Cf. *Orell.* in *Onom. Tull. P.* 3. *p.* 185.*sq.*

ICINIĂCUM, i, n. 2. oppidum in extremitate septentrionali Vindeliciæ ad Alcimonam et in limite Germanico, fort. hod. *Theilenhofen*, in *Corp.* 3. *p.* 739.

ICMAS (Ichmas et Ichimas), ădis, f. 3. cogn. mul. Græcan., ab ἰκμάς, *humor, vapor*, ductum. *Inscr.* ap. *De Petra, Le Tavolette di Pompei p.* 35. *n.* 13. — Abs. *Corp.* 5. 2985. et 10. 8060 (3).

ICŌNĒ, es, et

ICŌNĬA, æ, f. 1. aliaque deriv. *V.* ICONIUM.

ICONĬI, locus in Alpibus Cottiis, memoratus in *Corp.* 12. *p.* 160.*sqq.* Cf. *Strab.* 4. 165.

ICŌNĬUM, ii, n. 2. (Ἰκόνιον et Εἰκόνιον, ab εἰκών, *imago*. V. tamen infra) nom. geogr. et pers. — *Iconium*, duplici *c*, scribitur in *Inscr.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 147. *n.* 509. — *Conion* ap. *Calder* (*Journ. hell. Stud. XXXI.* 161-215.*sq.*: cf. *Plin. loc. cit.* [145]). — Est itaque

I.) Iconium, nom. geogr., *sc.* ¶ 1. Urbs celeberrima (*Plin. loc. cit.*) Asiæ Minoris, caput Lycaoniæ, tempore apostolico ad provinciam Rom. Galatiam pertinens (*Ramsay, The Cities of St. Paul.* 317-384), in fertili planitie, a Claudio imp. *Claudiconium* dicta, sub Hadriano colonia *Ælia Hadriana Augusta Iconiensium*, a plurimis Græcis et Judæis habitata, Phrygio nomine *Kawania* = i. Gr. Καοανια, ut videtur, appellata (*Malal.* vero *Amandia*), tribui fort. *Claudiæ* adscripta, hod. *Konia* v. *Konieh* v. *Kunieh* (vulgo *Cogni*). *Cyprian. ep.* 75., coll. *Xen. an.* 1. 2. 19. Iconium « Phrygiæ locus » est. — Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 25. (95). et *ibid.* 32. 41. (145)., *ubi alii leg.* Cumum. *Ammian.* 14. 2., *Cic.* 3. *Fam.* 6. 8. etc. et 5. *Att.* 20., *Vulg. Act.* 13. 51. et alib., *Rufin.* 7. *hist. ecl.* 6., coll. 6. 15. et, ex Græcis, *Strab.* 12. 568. et *Ptol.* 5. 6. 16. — Ejus nummos vd. in *Catal. Brit. Mus. Gr. Coins, Lyc.* 4. et ap. *Imhoof-Blumer, Kleinas. Münz.* 374.et 416. et *Head, H. N.* 713.; et Inscriptiones in *C. I. G.* 3995–4009. et *C. I. L.* 3. *Suppl.* 6779-6782. — Hinc *Iconiensis*, adj., ut *Iconiensis colonia*, in *Cat. Brit.* etc. *loc. cit.* — *Iconienses*, incolæ. *V.* supra. — De ea vd. etiam *Huart, Konia la ville* etc. Paris 1897. ¶ 2. Item urbs Ciliciæ, memorata *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93). Alii tamen unum tantummodo Iconium esse putant (Cf. *Schmith, Besnier* et *Ruge*); ceterum cl. *De-Vit* autumat hanc non esse confundendam cum præcedenti « quamquam, ut subdit, non ita sit nota », quod quidem ejus sententiam dubiam reddit.

II.) Iconium, nom. pers., *sc.* cogn. mul. ὑποκοριστικῶς adhibitum, tam ingen. quam libert. *Corp.* 10. 46. et 9. 5567. — Abs. in *alia* ap. *Orelli n.* 2638. — Hinc *Icone*, cogn. mul., ingen. ac libert. *Corp.* 5. 3758. — *Iconis*, cogn. mul. *Inscr.* ap. *De-Rossi, R. S. III. p.* 316. — *Iconicus* (εἰκονικός, *qui olvam ex pictis v. sculptis imaginem reddit*), cogn. vir. *Corp.* 10. 2091. — *Iconio* (*onis*), cogn. mul. demin. *C.* 10. 4060. — *Iconis* (*idis*), cogn. mul. *C.* 10. 8539. — *Iconius*, cogn. vir. *C.* 10. 4096.

* **ICOS** (Icus), i, f. 2. (Ἴκος v. Ἰκός) insula maris Ægæi, ad oram Thessaliæ, colonia Cretensium, ad societatem maritimam Athenarum pertinens, hod. *Kelidromia* v. *Khelidromia*, laudata *Liv.* 31. 45. et in *Itin. Ant. p.* 528. Cf. *Strab.* 9. et *Steph. Byz.* v.

ICŌSĬUM, ii, n. 2. (Ἰκόσιον *Ptol.*, fort. ab εἴκοσι, *viginti*, quasi *vicesimus*, a condentium numero, ut ait *Solin. loc. cit.*, coll. *Isid.* 15. *Orig.* 1. 76) nom. geogr. — *Egosium* v. *Ycosium* scribitur *Rav. p.* 155. et 346. — Est autem urbs in ora Mauretaniæ Cæsariensis, quam Græcorum fabulæ tradunt ab Herculis comitibus conditam, teste *Solin.* 25. « Hercule illa transeunte, *viginti* (= εἴκοσι), qui a comitatu ejus desciverant, locum deligunt, jaciunt mœnia, ac ne quis imposito a se nomine privatim gloriaretur, de condentium numero urbi nomen datum », hod. *Alger*, tribui *Quirinæ* adscripta, cum jure Latii, qua a Vespasiano imp. donata fuit, serius colonia. Memoratur etiam *Mel.* 1. 31., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 1. (20)., *Ammian.* 29. 5., qui et conditores ejus laudat, in *Itin. Ant. p.* 15. et *Corp.* 3. *p.* 1288-2328. — De ejus nummis vd. *Head*, 713. — Cf. *Gsell, Atlas archéol. de l'Alger* 5. *n.* 11.

ICOTĬI, ōrum, m. plur. 2. vel Icotiæ, ārum, f. plur. 1. nom. deorum v. dearum in *Inscr. Cruviers (dép. du Gard). Corp. I. L.* 12. 2902. Cf. *Ihm, Bonn. Jahrb. LXXXIII.* 103. et 168.

ICOVELLAUNA, æ, f. 1. (vella = *melior*, quasi status melior, valetudo: cf. *Cassivellaunus*) Celtica dea fontis, ad meridiem hod. *Metz*, in *Inscr. Corp.* 13. 4294. DEAE ICOVELLAVNAE SANCTISSIMO NVMINI GENIALIVS SATVANINVS (*leg.* Saturninus) V. S. L. M. Adde *ibid.* 3644. et 4295. — Cf. *Holder, Alt. Sprachsch. II.* 23.

ICTĬMŬLI et Ictumuli, ōrum, m. plur. 2. (Ἰκτουμουλοι *Strab.*) populus in agro Vercellensi, vel potius vicus, ubi aurum effodiebatur (*Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. [78]). Alii *Victimulæ* leg., ut *Victimula* ap. *Rav. p.* 251. — De situ cf. *Bruzza, Iscr. Vercell. p. CXIV.sqq.* Non est tamen confundendus hic locus cum *Victimulis* v. *Victumulis* ap. *Liv.* 21. 45. in agro Insubrium, coll. c. 57., ubi *Victumulæ* legitur; neque cum *Victomela* ap. *Diod.* in *excerpt.* (*Mai, Nov. Coll. II. p.* 57), oppido Hispaniæ in Celtiberia.

ICTĪNUS, i, m. 2. architectus insignis, de quo *Sillig.* in *Cat. Artif.* hæc habet: « Pericles (*Ictino*) opera sua ædificanda commisit. Exstruxit autem Parthenona in arce Athenarum (*Paus.* 8. 41. 5. et *Strab.* 9. 605), quo opere a Callicrate adjutum fuisse refert Plutarchus (*Pericl.* 13). Ipse cum Carpione de hac æde volumen condidit (*Vitr.* 7. *proœm.* 12), quam Olymp. LXXXV. conditam fuisse inde patet, quod eadem Olymp. Phidias statuam Minervæ illi destinatam fecit. Præterea etiam Ictinus ædem, in qua initiationis ritus peragebantur Eleusine (*Strab.* 9. 605. et *Vitr. loc. cit.* 16), a Plutarcho (*loc. cit.*) Corœbo et Metageni tributam, et templum Apollinis Epicurii in Cotylio monte juxta urbem Phigaliam exstruxit (*Paus. loc. cit.*) ». Porro de arce Minervæ, ubi inter alia mira noctua visebatur, ita canit *Auson. Mos.* 309. « vel in arce Minervæ Ictinus, magico cui Noctua perlita fuco Allicit omne genus volucres perimitque tuendo ». (V. *Hesych.* v. γλαῦξ et *Dion. Chrys.* 12. 6). Cf. *Michaelis, Arx Athen. a Paus. descr.*[3] 55. et *Dörpfeld, Athen. Mitt. XVI.* 343. et *Ztschr. f. Gesch. der Archit. VI.* 1913. *p.* 9.

ICTIS, is, f. 3. insula in Britannia, in qua candidum plumbum provenit (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 6. 30. [104]., ubi *Ictim* acc., sed in mss. *Mictim*). — Porro ad eam Britanni vitilibus navigiis corio circumsutis navigare solent (*Id. ibid.*). — *Müllenhoff, D. A. I.* 471. eam confert cum insula Thule (Cf. *Plin.* 2. *Hist. nat.* 75. 77. [187]).

ICTODŪRUM, n. et Ictodurus, i, m. 2. oppidum vel mansio in Gallia Narbonensi inter Vapincum et Catorigomagum, in *Tab. Peut.*; sed *corrupte* ap. *Rav. p.* 240. Idodimos.

ICŪLISMA, æ, f. 1. *Ecolisma* in nummis Merovingiis, urbs est Galliæ Celticæ, serius Aquitaniæ, ad Santones, hod. *Angoulême*. Memoratur *Auson. ep.* 15. 22. et in *Not. Gall.* et *Corp.* 13. 1. *p.* 147. V. *Desjardins, Géogr. de la Gaul. II.* 425.

ICUS, i, m. 2. ¶ 1. Insula. *V.* ICOS. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. *Corp.* 3. 2951.

ID

ĪDA, æ, et Ide, es, f. 1. (Ion. Ἴδη *Paus.*, Dor. Ἴδα *Theocr.*) nom. geogr. et pers. — *a)* Declin. in recto *Ida* ap. *Ovid.* 4. *Met.* 293. et *Ide* ap. *eund.* 13. *Her.* 58. et 2. *Met.* 218., *Val. Flacc.* 2. 582., *Stat.* 2. *Ach.* 197. — Acc. *Iden* ap. *Ovid.* 5. *Her.* 73. et *Plin.* 13. *Hist. nat.* 6. 12. (54). — *b)* Etymon ducitur ab ἴδη, *i. e.* mons silvosus v. silva (*Her.* 1. 109. et 4. 109 *B.*), hinc ἰδαῖοι Dactyli appellati, quod in silva degerent: vel ab ἰδεῖν, *videre*, quasi locus altissimus, unde omnia conspiciuntur (*Schol. Theocr.* et *Etym. M.*, coll. *Diogen.* - *Hesych.* ἴδας· πάντα τὰ ὑψηλά). *V.* infra et *Strab.* 10. 472. — Est itaque

I.) Ida, nom. geogr., *sc.* ¶ 1. Mons in media Creta, ceterorum altissimus, qui hanc insulam ab occid. ad orient. trajiciunt, hod. *Psiloriti* v. *Monte di Giove*, cujus nominis ratio ex eo petenda, quod poetæ fabulantur ibi a Rhea seu Cybele ejus matre abditum fuisse Jovem puerum, ut a voracitate Saturni patris subtraheretur, ibidemque Cretenses eum dictitabant mortuum ac sepultum et ob id inferias ei offerebant, teste *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 42., ex quo, præter quam ab *Ennio*, plura de Jovis morte refert *Lact.* 1. 11. Antrum vero (hod. Ἀνώγεια), in quo Juppiter delituisse ferebatur, et cujus memoria jam erat oblitterata, repertum est a. 1884. a pastore quodam, *Pasparakis* nomine, quod a *Fabricio*, qui illud invisit, describitur situm in declivio montis orientali, vulgo Κάμπος τῆς Νίδας dicto, quod pone sequitur alterum minus amplum et obscurissimum, ubi multæ inventæ sunt reliquiæ vasorum, quæ sacris faciundis inserviebant, sigilla votiva, lampades, lebetes, scyphi, pateræ, scuta, ornamenta aurea, aenea etc. V. *Fabricius, Athen. Mitt. X.* 60.*sqq.*, coll. *Halbherr-Orsi, Mus. di Antichità Class. II* (1888) 691.*sqq.*; *Frothingham, Amer. Journ. Arch. IV* (1888) 434. *sqq.*; *Orsi, Mus. It. II* (1886) 767-904.; *Trendelenburg, Über Bronzen d. Kretisch. I. Philol. Wochenschr.* (1890) 358.; *Mariani, Mon. Ant. VI* (1896) 333.*sqq.* et *Antichità Cretesi p.* 165. *sqq.*; *Myres, Ægean Vases, Athen.* 1898. *II.* 656.; *Spratt, Travels in Cret. I.* 9. 29.; *Comparetti, Mus. Ital. di antich. class. II.* 688.; *Bottaglsio, Il gran Veglio di Creta* in *Scuola Catt.* 1917. *ser. V. vol. XII.* et *sqq.*, ubi loc. *Dantis Aligh.* (*Inf.* 14. 103) ex *Plin.* 7. *Hist. nat.* 16. 16. (73). et *Solin.* 1. docte illustrat. — *Propert.* autem hunc cum Ida Phrygio confudit 3. 1. 27. « Idæum Simoenta, Jovis cunabula parvi »: quod nempe Cretenses ipsi, qui, de hoc fabulantes, in Ida modo Cretæ, modo Phrygiæ nutritum dicerent, idque quia Cretensibus Phrygiisque communes fuere ritus ac cærimoniæ, utpote qui utrique eandem haberent originem. Hinc etiam *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 112. hunc montem Phrygio nomen dedisse, nec inepte, existimat, quod Trojanam gentem prius in Creta ortam esse *Virg. ibid.* 105. censeat indeque in Phrygiam locorum nomina transtulisse, ita ut nonn pro altero promiscue accipiatur. — Memorant *Ovid.* 3. *Am.* 10. 25. et 5. *Fast.* 115. et alib., *Virg.* 12. *Æn.* 412. et alib., *Stat.* 1. *Theb.* 279., 4. 104. et 8. 188. et I. *Silv.* 10., *Claudian. carm.* 10. 82. et alib., *Martial.* 1. 72. et 4. 1., *Avien. orb.* 625., *Prisc. per.* 527., *Tac.* 5. *Hist.* 2., *Mel.* 1. 91., *Solin.* 11. et, ex Græcis, *Pind. Ol.* 5. 42., *Theophr. h. pl.* 4. 1. 3., *Diod.* 5. 70.*sq.*, *Strab.* 10. 472.*sq.*, *Ptol.* 3. 17. 9. ¶ 2. Item mons (vel potius series seu catena montium) Asiæ Minoris in Mysia et Troade v. Phrygia, ad septentr. sinus Adramytteni, altitudine (Cf. *Virg.* 19. *Æn.* 158) et amnium inde scatentium, inter quos celebres sunt Scamander et Simois (*Mela* 1. 93), ac silvarum copia insignis, Dactylorum domicilium v. Corybantium Cybeles ibi cultæ sacerdotum, quæ ab illo *Idæa* appellabatur (*V.* CYBELE), ab Ida Cretensi denominatus (*Strab.* 13. 583), haud procul ab Ilio, hod. *Kara-dagh* dictus. *Virg. loc. cit.* profugis gratissima Teucris. *Senec. Tro.* 73. nivibus cana « nostris nudata rogis ». *Ovid.* 4. *Fast.* 249. amœna fontibus. *et* 10. *Met.* 71. humida. *Catull.* 63. 30. viridis. *Horat.* 3. *Od.* 20. 16. aquosa. — In fabulis maxime celebratur; nam — *a)* Ibi judicium Paridis prolatum est de tribus deabus (*Martial.* 10. 89. et *Dracont. carm.* 8. 221., coll. *Mythogr. I. fab.* 184. et *II. fab.* 198. aliique). — *b)* Item in ejus fontem tibias projecit Minerva, quas postea Marsyas invenit (*Hygin. fab.* 165). — *c)* Item simulacrum fuit ibi leonis a Gallis mansuefacti (*Varr. frg. p.* 295. *Bip.* et ap. *Non.* 483. 7. *Merc.*). — *d)* Item sepulcrum Jovis, ut diximus (*Varr. frg. p.* 255. *B.*). — *e)* Item Ganymedis raptus (*Mythogr. I. fab.* 184. et *II. fab.* 198). — Addimus lapidem ibi esse pretiosum, qui, teste *Hieronym.* in *Is.* 54. 13., mari viridior et tinctus floribus ibi et in profundissimis specubus reperitur. — Hunc autem montem præcipue concelebrant poetæ quamplurimi, ut, præter laudatos, *Val. Flacc.* 1. 549., 2. 414., 519. et 588., *Petron. sat.* 89., *Prisc. per.* 781., *Avien. orb.* 985., *Auson. per. Iliad.* 8. et 14. etc., quibus adde *Plin.* 18. *Hist. nat.* 6. 12. (54). et *alib.* sæpe, *Macrob.* 5. *Sat.* 20. 6. et 7., *Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 166. et 804., 3. 6. et 104. et 105. et 5. 449., 9. 80. et 177. et ad 3. *G.* 450. etc. — Hinc *Idæus*, nom. et adj. *V.* suo loco. ¶ 3. Item urbs gemina in Mauretania Cæsariensi, ut in *Not. Afr.*, in qua duo episcopi *Idenses* recensentur, quod *Morcelli* in *Afr. Chr. I. p.* 189. declarat monens geminos aliquando episcopos inveniri unius urbis, quod lege sancitum erat, ut episcopus Donatista, si ad Ecclesiam catholicam rediret, eodem gradu haberetur et cum catholico consisteret.

II.) Ida, cogn. mulieris. *Corp.* 5. 5148. *V.* IDE.

ĪDĀCĬĀNUS, a, um, adject. et

ĪDĀCĬUS, ii, m. 2. *V.* IDATIUS.

ĪDÆUS (Ideus), i, m. 2. nom. ab *Ida* monte dictum, usurpatum substantivorum et adjectivorum more. ¶ 1. Subst. — 1.°) In titulis cogn. vir. itemque nom. serv. *Corp.* 10. 530. et 2308. et in *Musivo Borghes.*, illustrato ab *Henzen, Tab. IV.*, in quo *Ideus* legitur, nom. gladiatoris. — 2.°) In libris — *a)* *Idæus* fuit socius Cadmi in Thebis condendis. *Mythogr. I. fab.* 149. et *II. fab.* 77. — *b)* Item Paridis et Helenæ filius, quem camera collapsa occidit. *Dict.* 5. 5. — *c)* Item frater Althææ, teste *Hygin. fab.* 174., ubi *Ideus*, sed dubia est lectio. — *d)* Alii ap. *Dict.* 2. 27. et 4. 19. et *Virg.* 6. *Æn.* 485. et 9. *ibid.* 500. — *Idæa*, mater Midæ, regis Mygdonii. *Hygin. fab.* 191. ¶ 2. Adjectivorum more. *Ovid.* 18. *Her.* 177. adulter. *i. e.* Paris. et 3. *Am.* 6. 54. Laomedon. *Virg.* 9. *Æn.* 662. Alcanor. *et* 7. *ibid.* 139. Juppiter. *Mel.* 2. 113. mons. *Propert.* 3. 1. 27. Simois. *et* 13. 39. pastor. *Sil. It.* 1. 25. sanguis. *i. e.* Trojanus et hinc Romanus. *Lucr.* 2. 612. Mater. *i. e.* Cybele. *Tibull.* 1. 4. 68. Ops. *i. e.* Cybele. *Virg.* 11. *Æn.* 285. terra. *Stat.* 1. *Silv.* 4. 101. umbra. *h. e.* Cretæ. *Ovid.* 4. *Fast.* 264. jugum. *Propert.* 2. 32. 39. antrum. *Virg.* 3. *Æn.* 112. nemus. *Juvenal.* 3. 138. numen. *Stat.* 5. *Silv.* 1. 224. amnes. *Propert.* 3. 17. 36. chori. *Schol.* ad *Germanic. p.* 69. et 115. *Br.* Curetes. *Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. (197). Dactyli. *Senec. Tro.* 676. aves. *Virg.* 2. *G.* 84. cyparissi. *et* 7. *Æn.* 207. urbes. *Horat.* 1. *Od.* 15. 2. naves. *Cic. Cat.* 13. 45. sacra. *h. e.* Cybeles, accepta a Romanis a. 198. a. Chr. *Virg.* 9. *Æn.* 620. tympana. — Abs. *Idæus*, Ganymedes, ap. *Petron. sat.* 88. et *Idæa*, magna deum Mater. *i. e.* Cybele, ap. *Senec. const. sap.* 18. 5. — *Idæi*, iidem qui Judæi, ap. *Tac.* 5. *Hist.* 2. Cf. *Ibid.* 4. et interpretes ad *ll.*

ĪDĀLĬUM, ii, n. 2. (Ἰδάλιον, ep. Ἠδάλιον; Phœn. *'Adhil*) nom. geogr. — Etiam *Idalia* dicitur *Virg.* 1. *Æn.* 692. et 10. *ibid.* 52., coll. *Serv.* ad *l.* — Est autem oppidum breve (*Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 681) in parte interiore insulæ Cypri, cum nemore et monte cognomine, Aphroditi sacrum (*Val. Fl.* 8. 229) sive sanctum (*Catull.* 36. 12) ac templo ei dicato (*Virg.* 1. *Æn.* 681), quæ proinde *Idalia* est cognominata, hod. *Dali* v. *Dalin*. Memoratur rursum *Catull.* 64. 96. « Idalium frondosum » *et Virg.* 1. *Æn.* 692.*sqq.* « altos Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum Floribus et dulci aspirans complectitur umbra ». *et* etiam *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 35. (130). « Fuere et ibi Cinyria, Marium, Idalium »; ex quo deducitur oppidum id temporis non amplius exstitisse. Adde *Dracont. carm.* 10. 597. et *Theocr.* 15. 100. — De nummis ejus scribit *Eckhel*, 3. *p.* 86. ut dubiis; sed vd. *Head*, 738., coll. *Six, Rev. num. III.* 1 (1883) 316. *sq.* et *Hill, Cat. of Gr. Coins of Cypr.* (London 1904) *p.* XLVIII-LXXX. et 24-28 (a. 500-425. a. Chr.) et de inscripit. huc pertinentibus *Collitz, Inscr.* bil. 59., sc. Phœn.-Gr. (*C. I. Sem. I.* 88-94) et *Colonna-Ceccaldi, Rev. arch. N. S. XXVII* (1874) 84.*sq.* (= *Monuments de Chypre* 197). — Hinc *Idalius*, adj. ap. *Stat.* 1. *Theb.* 287. et *Dracont. carm.* 7. 48. puer. *h. e.* Amor seu Cupido. *Propert.* 2. 13. 54. vertex. *Virg.* 5. *Æn.* 760. Venus. *Corp.* 8. 1523. virga. *h. e.* myrtea; myrtus enim Veneri sacra erat. *Dracont. carm.* 8. 438. nemus. *et* 7. 1. carmen. *Propert.* 4. 6. 59. astrum. *i. e.* stella Venus. *et Claudian. carm.* 14. 1. jubar (Cf. *Virg.* 9. *Ecl.* 47). *Stat.* 3. *Silv.* 4. 21. loci. et 1. *ibid.* 3. 10. suci. *i. e.* unguenta Cypria. *Prudent.* 2. *Symm.* 324. rosæ. *Claudian. carm.* 31. 8. famulæ. *h. e.* Gratiæ. *Dracont. carm.* 10. 164. columbæ (Cf. *Stat.* 5. *Theb.* 62. volucres). — Abs. *Idalius*, filius Veneris, sc. Amor seu Cupido. *Idalia*, Venus. *Val. Fl.* 8. 225. — De eo vd. *Unger u. Kotschy, Die Insel Cypern* Wien 1865. *p.* 536. *sqq.*; *Cesnola, Cypern* 64-89.; *Lang, Excavations in a temple at Dali: Transact R. Soc. Lit. II. s. XI.* 1878. *p.* 30-79.

ĪDĀLĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĪDĀS, æ, m. 1. (Ἴδας, gen. -αο *Hom.*, -α *Paus.* -αντος *Antim.*) nom. vir. — Declin. in acc. *Idan* ap. *Virg.* 9. *Æn.* 575., *Ovid.* 5. *Met.* 90. et *Stat.* 5. *Theb.* 405. et alib. — *Idam* ap. *Hygin. fab.* 100. — Memorantur, ex præcipuis, apud scriptores ¶ 1. Idas, filius Apharei (hinc *Aphareia proles* ap. *Ovid.* 8. *Met.* 304) et Arenes, fort. Œbali Spartani filiæ, patria Messenius ex Peloponneso, ut pater, si credimus *Steph. Byz.* (Φαραί· πόλις Μεσσήνης ὅθεν ἦσαν οἱ Ἀφαρητιάδαι), quamquam de utroque parente eorumque patria non una est scriptorum sententia (Cf. *Bacchylid.* 19. « Ἴδας Λακεδαιμονίοις »; *Theocr.* 22. 141., 199. et 207.; *Pind. Nem.* 10. 65. et, ex recentioribus, *Burmann* in *Cat. Argon.*), vir acer ac ferox (*Hygin. fab.* 44), frater Lyncei et comes inter eos, qui ad aprum Calydonium ivere (*Id. fab.* 175. et *Ovid. loc. cit.*), ac dein, item cum fratre, Argonauta (*Val. Flacc.* 1. 166. et 461). — 1.°) De Ida tantum hæc feruntur — *a)* Theuthrantem regem in Mysia regno privare voluit. Quo quum Telephus Herculis filius ex responso quærens matrem cum comite Parthenopæo venisset, huic (se) Theutras regnum et (filiam) Augen in conjugium daturum promisit, si se ab hoste tutatus esset. Telephus condicionem patris non prætermisit, cum Parthenopæo Idam uno prœlio superavit. Ita *Hygin. fab.* 100. — *b)* Item Marpessam, filiam Euani (Εὐναοῦ: *Fröhner, Rh. Mus. XLVII.* 291.: ἐκ ναοῦ codd.) v. Eueni, rapuit ex eaque genuit Cleopatram, Meleagri uxorem. Ita *Paus.* 4. 2.; sed cf. *Hom. Il.* 9. 555.*sqq.* — *c)* Item vir ferox, qui bello Thebano interfuit, ideo *Thebanus* a *Statio* (8. *Theb.* 467.*sqq.*) itemque *horridus* atque *improbus* dictus (8. *ibid.* 608. et 644), in eoque prostratus est (8. *ibid. loc. cit.*). — 2.°) De Ida et Lynceo simul. — Hi duo fratres, ut fabula narrat, sponsas habuere duas Leucippi filias, Idas Phœben, Lynceus Hilairam, ambas pulcherrimas; quare a Castore et Polluce raptæ fuerunt, quos Idas et Lynceus furore abrepti nefarios raptores armis pellere, sed in pugna Lynceus a Castore est interemptus, Castor vero ab Ida (*Hygin. fab.* 14., coll. *Ovid.* 5. *Fast.* 699-714., *Propert.* 1. 2. 17. et *Mythogr. I. fab.* 77. et *III. fab.* 15). ¶ 2. Alii hoc nomine celebri finguntur a poetis et mythographis, ut ab *Euphorione* (?) ap. *Parthen.* 13. filius Clymeni; ab *Ovid.* 5. *Met.* 90. socius Phinei, errore ab ipso interfectus. *et* ab *eod.* 14. *ibid.* 504. socius Diomedis, in avem conversus; a *Stat.* 6. *Theb.* 553. heros ab Onchesto in ludis victor « Olympiacis umbratus tempora ramis ». *et* ab *eod.* 7. *ibid.* heros Tænarius, in pugna occisus; ab *Apollod. Bibl.* 2. 20. unus ex maritis Danaidum; a *Virg.* 10. *Æn.* 350. Thrax a Clauso stratus. *et* ab *eod.* 9. *ibid.* 575. Trojanus in prœlio cum Rutulis interemptus.

IDASSA, æ, f. 1. oppidum in media Numidia, prope Machomades (*Mrahib Tahla*), cujus episcopi *Idassenses* memorantur in *Notit. Afr.* et *Coll. Carth. I.* 182., coll. *Morcelli* in *Afr. Chr. I. p.* 189. et *Halm, Vict. Vit.* 65.

IDASSENSIS. *V.* voc. præc.

ĪDĀTĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĪDĀTĬUS, ii, m. 2. nom. vir. — Scribitur etiam in optt. mss. codd. *Idacius*, *Ydatius*, *Udacius*, *Adacius*, et ap. *Isid. vir. ill.* 9. *Itacius* et in *Vat. reg.* 349. *Itatius* et in *Corp.* 8. 61. *Ithacius*, unde Ithaciana (?) pars, ap. *Sulp. Sev. dial.* 3. 13. Sed *V.* HYDATIUS.

ĪDĒ, es, et Ida, æ, f. 1. (Ἴδη Ion. pro Ἴδα, *locus silvosus* v. *silva*) nom. pers. et geogr.

I.) Ide, nom. pers. ¶ 1. Generatim, cogn. mul. *Corp.* 5. 5148. et 10. 2367. ¶ 2. Specialim — 1.°) Nympha, mater Teucri, ut quidam putant, apud *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 108. — 2.°) Item nympha Idæ, Phrygii montis, mater Nisi, ap. *Virg.* 9. *Æn.* 175., una cum Adrastia, dea (Ἀδραστείας παιδίον) nutrice Jovis (*Plut. quæst. conv.* 798. 41., ubi falso Ἴτην). — De ejus nummis vd. *Haupt, Münz. v. Scamandr.*, *Ztschr. f. Numism. I.* 189. et *Head, H. N.* 474. — 3.°) Item mulier Thebana, cujus filii in pugna interfecti sunt. *Stat.* 3. *Theb.* 133.*sqq.*

II.) Ide, nom. geogr., *sc.* ¶ 1. Oppidum Hispaniæ in Vandalitia (*Andalusia*), ap. *Liv.* 28. 21., fort. idem ac *Idiense territorium* in *Corp. I. L.* 2. 2349. ¶ 2. Oppidum in finibus Galatiæ et Cappadociæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 25. (95)., ubi *Hide*.

IDENNĬCA, æ, f. 1. cogn. deæ Suleviæ vel Suliviæ (Celt. *Suleviа = Tutela*), in Inscript. reperta in *Cap. Notre-Dame de Laval (départ. du Gard)*. *Corp.* 12. 2974. SVLIVIAE IDENNICAE MINERVAE VOTVM. Cf. *Corp.* 7. 39. et 13. 50. 27. — De ea vd. *Siebourg, De Sulevis* 15.; *Holder, Altcelt. Spr. II.* 15.sq. et *Schulthess, Anzeiger für Schweiz. Altertumskunde N. F. XV.* 196. 2.

ĪDENSIS. *V.* IDA.

ĪDĔRA, æ, f. 1. oppidum Iberorum in Hispania, ap. *Avien. or.* 473., fort. *Dera.* Cf. *Steph. Byz.* Δηρὰ γῆς Ἰβηρίας.

ĪDEUS, i, m. 2. filius Thestii, frater Althææ. *Hygin. fab.* 173. et 174. — *V.* etiam IDÆUS.

ĪDĬCRA, æ, f. 1. oppidum Numidiæ in Africa inter Milevum *(Mīlah)* et Culculos *(Djemilah)*, quod nonnulli idem putant ac hod. *Aziz ben Tellis* (V. *Gsell., Atlas arch. de l'Algér.* 17. *n.* 214). Memoratur in *Itin. Ant. p.* 28. — *Idicrensis* in *Gest. Coll. Carth. Cogn. I.* 128.

ĬDĬDĀ, indecl. nom. vir. et mul. Hebr. ¶ 1. Est nom. vir (Hebr. *Yedhīdhyāh* « amabilis v. amicus Yah » i. e. Domini, a rd. *yādhad* « dilexit » et *Yāh*, nom. Dei decurt. (*V.* JAHO); *LXX.* Ἰεδιδιά), quo appellatus est Salomon, filius Davidis, jussu Dei per prophetam Nathan (*Vulg.* 2. *Reg.* 12. 25). ¶ 2. Item nom. mul. (Hebr. *Yedhīdhāh* « amica, dilecta »; *LXX.* Ἰεδεία; *Jos. ant.* 11. 4. 1. Ἰεδή, cod. Alex. Ἐδιδά), mater Josiæ, regis Juda, filia Hadaiæ de Besecath (*Vulg.* 4. *Reg.* 22. 4).

IDIMUM, i, n. 2. oppidum Mœsiæ superioris ad dexteram Margi *(Murghab)*, hod. fort. *Haslan Pacha Palanka*, memoratum in *Tab. Peut.* et *Itin. Ant. p.* 134. — In *Itin. Hieros. p.* 565 Idoma.

IDITHUM v. Idithun, indecl. nom. m. (Hebr. *Yedhūthūn* « laudans »; *LXX.* cod. Vatic. Ἰδιθούμ v. Ἰδιθούν etc., Alex. Ἰδιθούμ, Ἰδιθούν, Ἰδιθοῦ etc. et Sinait. Ἰδιθώμ, Ἰδιθών etc.; Vulg. *Idithun* et *Idithum)* levita, præfectus uni ex tribus choris musicorum, quos David instituit ad canendas Dei laudes in tabernaculo vel loco Dei cultui sacro (1. *Par.* 6. 1. et *alib.)*; erant enim tres, quia tres familiæ leviticæ, ex Gerson, Caath et Merari denominatæ, ad quam Idithum pertinebat, pater Obededom et Osæ (1. *Par.* 15. 16. 38., coll. 26. 10), dictus etiam *propheta regis* (2. *Par.* 35. 15). sc. consiliarius in iis, quæ ad musicen attinent, ac rector levitarum, qui canebant nablio, lyri et cymbalis (1. *Par.* 15. 16. et *Ps.* 150. 3-5). — Ejus nomen legitur in titulis Ps. XXXIX (XXXVIII), LXII (LXI) et LXXVII (LXXVI), aliquando fort. quia vel psalmi auctor, vel musici instrumenti ab eo inventi aut refecti, vel tantum choricus dux (χορηγός, *corifeo)*.

IDMON, ŏnis, m. 3. (Ἴδμων = Ἰδάμων, *sciens, peritus)* nom. vir. — *a)* Declin. acc. *Idmona*, Græc. posit., ap. *Ovid. Ib.* 502. — *Idmonem* ap. *Senec. Med.* 666. — *b)* Ad quantitatem syllabarum quod attinet, hæc habet *Prob. cath. p.* 9. *K.* « Latina exceptis supra positis et uno altero proprio, hic Idmon, Idmonis, *o* et in nominativo et in genetivo correpta, alia non inveniuntur ». — Memorantur apud scriptores ¶ 1. Idmon, vates et augur (*Ammian.* 22. 8. 22) celeberrimus et etiam unus ex Argonautis, filius Apollinis et Cyrenes nymphæ; sed fatali illi militiæ addictus, quum Argonautæ in Propontidem venissent ad Lycum regem, Idmon aprum audacter aggressus ab eo percussus decidit. Hinc *Ovid. loc. cit.* « Idmonaque audacem te quoque rumpat aper ». Sed contra *Senec. loc. cit.* « Idmonem, quamvis bene fata nosset, Condidit serpens (*al.* pestis) Libycis arenis ». Adde *Val. Fl.* 1. 228, et 360., 3. 175. et 440., 4. 546. et *alib.* et *Hygin. fab.* 14., coll. *Auson. epigr.* 20. ¶ 2. Idmon, Epidaurius, medicinæ peritus, in aula Adrasti, ap. *Stat.* 5. *Theb.* 398. ¶ 3. Idmon, Colophonius, pater Arachnes ex uxore Hippope, quæ proinde *Arachne Idmonis* vocatur *Ovid.* 6. *Met.* 133. Adde *eund. ibid.* 8. et *Mythogr. I. fab.* 91. — Hinc *Idmonius*, adj. *loc. cit.* ¶ 4. Idmon quidam Rutulus, laudatus *Virg.* 12. *Æn.* 75.

IDMŎNIUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

IDŎMĔNA, æ, et Idomene, es, f. 1. nympha Ismarica, quæ Orpheo peperit Rythmonium, a quo nomen recepisse *rythmus* creditur, teste *Censorin. frgm.* 10., quum videatur potius ab hoc ille appellatus.

IDŎMĔNĒ, es, f. 1. (Ἰδομεναί *Steph. Byz.* et Ἰδομένη *Ptol.)* oppidum Macedoniæ in *Tab. Peut.* et ap. *Rav. p.* 196. — Hinc *Idomenenses*, incolæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 10. 17. (35).

IDŎMĔNENSES. *V.* voc. præc.

IDŎMĔNĒUS (Idomenius), a, um, adject. *V.* voc. seq.

IDŎMĔNEUS (quadrisyll.), ei, m. 2. (Ἰδομενεύς, Att. εως, Dor. εῦς, Ion. ῆος) nom. vir. — *a)* Declin. in genet. *Idomeneos*, Græc. posit., ap. *Catull.* 64. 178. — Acc. *Idomenea*, item Gr. posit., ap. *Virg.* 3. *Æn.* 122. et *Senec. ep.* 21. — Huc spectat *Serv.* ad *Virg. loc. cit.* — *b)* Etymon incertum est. *Fick* vocem ducit ab εἴδω = *detumescere*; *Kretschmer* ab *Ida* = homo a monte Ida seu Idmus; *Gruppe* confert cum v. Ἀγαμεμνεύς. — Memorantur apud scriptores ¶ 1. Idomeneus, Cretensium rex (*Dict.* 1. 1), oriundus a Jove, nepos Minois, filius Deucalionis (*Hom. Il.* 12. 117., 13. 307. et 449.*sqq.*, 17. 608 [Δευκαλίδης] et *Od.* 19. 178.*sqq.*, *Lycophr. Alex.* 431., *Apollod. Bibl.* 3. 3. 1., *Eustath.* ad *Il.* 2. 649), ex Lycto, Cretæ oppido, hinc *Lyctius* dictus *Virg.* 3. *Æn.* 401., procus Helenæ (*Hygin. fab.* 81), pulcherrimus (*Id. fab.* 270). — Is a Creta Trojam profectus cum XL. navibus (*Id. fab.* 97. et *Dar.* 14), ibi magnæ suæ fortitudinis specimina dedit pluribus interfectis ex hostibus, inter quos Achamantem ac tres Priamidas recensent veteres (*Dict.* 4. 7., coll. *Hygin. fab.* 114). — Capta Troja, ad quam ab Hectore jam occisum falso tradit *Dar.* 24., Cretam repetiit; sed, dira procella exagitatus, Neptuno votum fecit, si patriam salvus attigisset, quicumque primo occurrisset, ei se immolaturum; qui fuit ejus filius (*Mythogr. II. fab.* 210) vel filia (*Mythogr. I. fab.* 195), sed quum eum (*v.* eam) immolasset aut immolare parasset, orta pestilentia, a suis civibus expulsus, in Italiam aufugit, teste *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 121. et 11. *ibid.* 264. Hinc patet similitudo Idomenei cum Jephte, de quo loquuntur sacræ litteræ (*Jud.* 11. 30-40), ut videatur ex hoc de illo fabula esse conficta. — In Calabria autem Sallentinum condidit (*Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 121), ubi templum Minervæ exstruxit (*Id. ibid.* 531) aliaque in Locris Epizephiriis oppida ædificavit, in quibus Uria et Castrum Minervæ nobilissimum (*Varro* ap. *Prob.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 31). — Præterea tradunt quidam, in Asiam inde profectum, ibi decessisse (*Serv. ibid.* 401); alii vero eum apud Cretam obiisse, constituto per successionem rege Merione (*Dict.* 6. 6). — Memoratur etiam *Horat.* 4. *Od.* 9. 20., *Ovid.* 13. *Met.* 357. et *Auson. per. Iliad.* 13. — Statuam Idomenei fecit Onatas in Olympia, ex ænna effecta ap. *Hom. Il.* 7. 161 (Cf. *Paus.* 5. 25. 6.; *Furtwängler, Arch. Ztg. XXXVII.* 44. 3.; *Curtius-Adler, Olympia, Textb. II.* 146). Alia hujusmodi vd. ap. *Jahn, Gr. Bilderchron. Taf. I.* et *Weizsäcker, Rosch. Myth. Lex. II.* 1. 107. ¶ 2. Idomeneus, Lampsacenus, historicus, a. 325-270., discipulus ac familiaris Epicuri philosophi, quum hic Lampsaci docere cœpit. Hic senex moribundus litteras ad Idomeneum scripsit, discipulo et amico valedicens commendansque Metrodori filios, cujus sororem Batidem Idomeneus uxorem duxerat (*fragm.* 138. *Usen.)*. — Laudatur sæpius *Senec. ep.* 21. 3. et 7. et 22. 4. — Nihil scripsit ex philosophia, sed opus composuit historicum περὶ δημαγωγῶν, quod videtur notitiarum quarundam fons, a *Ps.-Plut.* in suis *Vit. X. orat.* adhibitus. Hujus autem historiæ civilis fragmenta collegit *C. Müller* (*Fragm. Hist. gr. II.* 489-494); qua parum laudis sibi auctor promeruit, quum hæc fragmenta spinas tricasque atque adeo res contineat minus honestas (*V. fragm.* 4., 5., 7. etc.). — *Suid.* exhibet Idomeneum uti auctorem historiæ τῶν κατὰ Σαμοθρᾴκην, de quo *V. Susemihl* (*Gr. Lit.-Gesch. I.* 494. et *Iacoby, PWK* 9. 908); tum *Diog. Laert.* nomina tradit Polyæni, Leontei, Timocratis Lampsaceni, Aristonis et etiam Idomenei, sed nullius celebritatis, ex schola Epicuri. Sintne duo an unus idemque, ex his non plane constat. — Hinc *Idomenæus* (*Idomenius*), adj., ad Idomeneum Cretensem pertinens. *Catull.* 64. 178., ubi et *Idomeneos* (*al. Idomenios*) tetrasyll., per synæresim, uti est trisyll. *fluviorum*, disyll. *alveo* etc. (Cf. *Schultz, Metr. lat.* 6. § 4).

IDŎNIUS, ii, m. 2. cogn. vir. libert., fort. ab *idoneitate* ductum, quasi *idoneus*, in *Corp.* 9. 8198.

IDŎTHEA, æ, f. 1 (Ἰδοθέα: ab εἶδος, *species, forma*, et θεά, *dea*, quasi formosa vel speciosa ut dea). — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Idothea, filia Oceani, Jovis nutrix. *Hygin. fab.* 182. ¶ 2. Idothea, filia Menelai, cujus monitu, « Proteum catena alligavit, ut sibi diceret, quando domum repetitionem haberet », teste *Hygin. fab.* 118. ¶ 3. Idothea, filia Protei, ex Pallene, Macedoniæ urbe, quæ in oppido Ægypti Paro est sepulta, ut tradit *Prisc. per.* 248., ubi *Idothee*, Gr. posit.

IDRUS, i, m. 2. mons sive regio montana, cujus mentio est ap. *Catull.* 64. 301. *Lachm.* « te solum, Phœbe, relinquens Unigenamque simul cultricem montibus Idri ». Alii leg. *Ida*.

IDŪMÆA, æ, f. 1. (Hebr. *'Edōm*; LXX. Ἐδώμ et Ἰδουμαία; Ægypt. *A-du-ma*; Assyr. *U-du-um-ma-ai* vel brevius *U-du-mu* v. *U-du-mi)* nom. geogr. — *a)* Alia forma est *Idume* (Ἰδούμη) ap. *Lucan.* 3. 216., *Stat.* 1. *Silv.* 6. 13. et *Val. Fl.* 1. 12. et *Iduma* ap. *Philarg.* ad *Virg.* 3. *G.* 12., nisi est Syriæ Judææ civitas, ut plerique arbitrantur. — *b)* Ad quantitatem quod attinet, prima corripitur a *Virg. loc. cit.*, coll. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 140. et *Martial.* 2. 2. — *c)* Etymon est idem, quod ad *Edom (Esau)* adnotavimus, quum ab hoc nomine regio appelletur.

Idumæa est nomen, quod Græci et Romani indiderunt antiquæ regioni Edom, ad septentr. Judææ et ad merid. Arabiæ Petrææ confini, inter mare Mortuum et maris Rubri sinum Ælaniticum, postea *Gebalena* dictæ (*Hieronym. onom. p.* 151. et 281. *P.)*, hod. *Djebal*; quamquam difficile est statuere ejus confinia, quæ, ante captivitatem Babylonicam et post eam, diversa per varia tempora fuere. — Ætate Moysis regio, ab Amalecitis in Idumææ parte orientali occupata, *Basan* vocabatur; altera septentrionalis *Seir* dicta est; tertia fuit in Syria, ita ut tunc regio hæc a mari Rubro usque ad Syriam se extenderet; hod. vero pars orientalis dicitur *edsch-Dschibal*, australis *edsch-Schera* (Cf. *Guthe, Bibel-Atl.* Leips. 1911)., a *Plin.* 5. *Hist. nat.* 12. 13. (67). et *alib.*, ut pars Syriæ habita, fere tota montosa, palmis opima, ut ait *Solin.* 34. — Memoratur sæpe *Vulg.*, ut *Num.* 24. 18., 2. *Reg.* 8. 14., *Is.* 11. 14., *Jer.* 25. 21., *Am.* 1. 6-9., *Ps.* 59. 2-11., 62. 1. etc.; aliis vero locis *Edom* dicitur (*V.* EDOM)., hoc tamen discrimine, quod Idumæa semper de regione accipitur. — Pluries etiam usurpatur pro Judæa sive universa Palæstina. *V.* IDUMÆI. — Sæpe cum Judæa bella gessit; dein a Davide possessa est et postea ab Hircano; denique a Tito imp. provinciæ Romanæ est Judææ adnexa; sub imperio autem orientali Palæstinam III. constituit, cum metropoli Petra, ut traditur 1. *Reg.* 14. 47. etc., 2. *Par.* 8. 17., 21. 8-10., 25. 19-20., 1. *Mach.* 4. 15. etc. et 2. 12., coll. *Jos. ant.* 2. 1. 1. etc. et *b. J.* 2. 6. etc. et 32., *C. I. Gr. n.* 5149. Cf. *Besnier, G. A. p.* 383. — De ea vd. *Buhl, Gesch. d. Edom.* 1893.; *Musil, Arab. Petr.* 1907-1908.; *Domaszewski, Die Prov. Arab.* 1904.; *Bädeker, Paläst. u. Syr.*[7] 1900.; *Dalman, Petra* 1908. et *Neue Petraforsch.* 1912. — Hinc

Idumæi, ōrum, m. plur. 2. (Hebr. *'Adōmim*, Gr. Ἰδουμαῖοι), ab *Edom* seu *Esau* prognati. — 1.º) Eorum historiam in tres partes ita dividimus. — *a)* Edom, terra Chanaan relicta, in *Seir* cum familia venit, ubi posteri Seir, Horræi vel Amorrhæi, ex stirpe Chanaan, habitabant, quibus depulsis, regionem illam occupavit cum suis (*Deut.* 2. 12., coll. *Gen.* 36. 8.*sq.)*. — Hi post neque ita multo reges, seu alluphim, habuerunt, a tempore Moysis usque ad Davidem, ut fuit *Balac*, frater Balaam; *Jobab*, a Josue occisus; *Hus*, ex Themania gente oriundus; *Samla* de Masreca; *Saulus* Rohobotanus; *Balanan*, filius Achobor et *Adad*, qui et Palæstinenses et Sabæos sub suam potestatem redegisse videtur. — *b)* Ineunte regno Israelitico,

bella incipiunt inter Idumæos et Hebræos. Saul cum eis fortiter dimicavit (1. *Reg.* 14. 47); David post magnam de iisdem, fere omnibus cæsis, victoriam, in valle Salinarum relatam, hostium regionem subegit (2. *Reg.* 8. 13. et 14.: cf. *Ps.* 59., hebr. 60), quos, cum Syris postea conjunctos, iterum devicit, ingentemque ab Idumæa auri argentique vim secum asportavit (1. *Par.* 18. 9-13). — Postea sub Joram, rege Juda, occasionem nacti, qua Hebræorum res publica inclinaverat, se ex servitute exemerunt sibique iterum reges crearunt (4. *Reg.* 8. 20-22. et 2. *Par.* 8. 9. et 18). — Interim vero Amasias Idumæos aggressus insigni prœlio, in valle Salinarum commisso, profligavit cepitque urbem *Sela'*, eorum caput, serius Petram a Græcis appellatam, eamque Jectehel vocavit (4. *Reg.* 16. 7. et 10). Attamen postea, regnante Achaz, excusserunt jugum (4. *Reg.* 16. 6. et 2. *Par.* 28. 17) regnumque suum in integrum restituerunt. Regnavit autem primus *Kamosmelek*, quem inter suos tributarios novimus enumerasse Theglathphalasar III. cum Achaz, rege Juda (*Schrader, Keilinschr. u. das Alte Test. p.* 257), eique successit *Malikrām* ac postmodum sub Assarhaddon et Assurbanipal *Qausgabri*. — Dein Idumæorum historia cum Hebraica confunditur, quos iram Dei in se provocasse testantur in suis vaticiniis prophetæ *Is., Jer., Ezech., Joel* et *Amos*. — *c)* Post Caldaicam captivitatem, inveterato odio in Hebræos abrepti, Palæstinam australem invaserunt. At Judas Machabæus, Bethsura (*Beit Sūr*) ita instructa « ut haberet populus munitionem contra faciem Idumææ » (1. *Mach.* 4. 61), impetum fecit in hostes, « et debellavit filios Esau in Idumæa et eos, qui erant in Acrabathane et percussit eos plaga magna » (*Ibid.* 5. 3); dein a. 130. a. Chr. Hyrcanus potitus est urbibus Idumæis Adora (*Dūra*) et Marissa (*Khirbet Mer'asch*) civibusque ibi manere permisit, ea tamen condicione ut se circumciderent (*Jos. ant.* 13. 9. 1) et a. 63. Scaurus, a Pompejo missus contra Petram, ab Antipatro Idumæo est adjutus, cujus filius Herodes postea regnum Judææ obtinuit (*Id. ibid.* 14. 5. 1). — Hic addimus fuisse ex scriptoribus, qui putarent, Idumæorum regno exstincto, eos cum Amalecitis, qui in Asiam Superiorem deportati sunt, regibus orientalibus in bellis Judaicis auxilio fuisse, ut regi Sennacherib (4. *Reg.* 17. 31. et 18. 26.*sqq.* et *Is.* 36. 11) et Nabuchodonosor tum cum Jerusalem cepit (3. *Esdr.* 4. 45. « Templum quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Judæa a Chaldæis », coll. *Ps.* 136. 7. et *Jer.* 35. 11): ac præterea Idumæos eosdem esse ac *Scythas* vel *Sacas*, ut Græci scriptores eos appellare consueverunt, quod probant ea comparando, quæ de Scythis traduntur ab ethnicis scriptoribus, cum iis, quæ de Idumæis et Amalecitis in sacris libris leguntur (*Nickes, De libr. Esth. P. I. p.* 143., 147. et 164., coll. *Re* in *Arch. bibl.* a. 1881. *p.* 333. et a. 1882. *p.* 84). — 2.º) De eorum indole prophetice Isaac filium suum Esau ita alloquitur « Vives in gladio et fratri tuo servies: tempusque veniet, quum excutias et solvas jugum ejus de cervicibus tuis » (*Gen.* 27. 40). — Fuerunt itaque Idumæi populus ferus ac turbulentus, ingenio mobilis, ad arma capiunda usquequaque ac libentissime promptus, maxime adversus Israelitas, quamvis ex eadem stirpe oriundos; hinc Deus ita eos increpat ap. *Am.* 1. 11. « Super tribus sceleribus Edom et super quattuor non convertam eum eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum et violaverit misericordiam ejus. - Mittam ignem in Theman et devorabit ædes Bosræ ». — 3.º) De religione nihil ex sacris litteris eruimus, quod ad eorum deos attinet: fuerunt namque idololatræ, ut patet ex Amasia, qui eos delevit abstulitque ipsorum deos « quos statuit sibi et adorabat eos et illis adolebat incensum » (2. *Par.* 25. 14); quinam vero essent, ignoramus. Nihilo minus ex nominibus regum *Qausmalaka*, *Qausgabri* (cf. *Elimelek*) deduci potest *Qaus* (= Κοζέ ap. *Jos. ant.* 15. 7. 9) eorum deum fuisse præcipuum (Cf. *Buhl, Gesch. d. Edom.* Leipz. 1893). — In sing. num. *Idumæus*, abs., sensu collectivo pro Idumæis. *Vulg. Deut.* 23. 7. — Adj. ad Idumæam pertinens, quæ, ut diximus, aliquando pro Palæstina sumitur, ita ut sit idem Idumæus ac Judæus vel Palæstinus. *Vulg.* 3. *Reg.* 11. 14. Adad. et 1. *Reg.* 21. 7. Doeg. *Juvenal.* 8. 160. porta. *Stat.* 3. *Silv.* 3. 140. triumphi. *Virg.* 3. *G.* 12. palmæ. — *Idymæus* pro *Idumæus* scribitur *Schol. Veron.* ad *Virg.* 3. *G.* 12.

IDŪMÆI, Idumæus, et

IDŪMĒ v. Iduma. *V.* voc. præc.

IDŪSA, æ, f. 1. (Ἰδοῦσα: ab εἴδω, *video, intueor)* cogn. mul. Græcan. *Corp.* 10. 6047.

IDYĬA (trisyll.), æ, f. 1. (Ἰδυῖα v. Εἰδυῖα, i. e. *sapiens, prudens)* filia Oceani, uxor Æetæ et mater Medeæ, Absyrti et Chalciopes. *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 48. et *Hygin. fab.* 25. — *Ovid.* 16. *Her.* 233. « Non Idyia parens Chalciopeque soror ».

IE

ĬĔBA, æ, f. 1. oppidum Phœniciæ, memoratum *Plin.* 5. *Hist. nat.* 19. 17. (75). ubi alii leg. *Iebba* v. *Geba*. Cf. *Not. imp. or.* 34 (al. 29.).

ĬĔRABRĪGA, æ, f. 1. oppidum Celticum in Lusitania, ap. *Rav. p.* 307. et in *Itin. Ant. p.* 421., fort. hod. *Alanguer*.

ĬĔRĀPĪTA, æ, f. 1. oppidum Africæ in Mauretania Sitifensi, memoratum in *Not. Afr.*

ĬĔRĀNUS, i, m. 2. cogn. vir., fort. a Ἱεράνα, antiqua urbe Peloponnesi (*Pis.* ap. *Schol. Apoll. Rh.* 1. 471), dein Ἀρήνη dicta. *Corp.* 5. 7228.

ĬĔRĔMĪAS. *V.* JEREMIAS.

ĬĔRICHO. *V.* JERICHO.

ĬĔRŎSŎLȲMA et Ierosolima. *V.* JERUSALEM.

IESALENSES, ium, m. plur. 3. gens Mauretaniæ, quæ a. 373. se dedit Romanis, quamquam ambiguæ fidei, promisitque Theodosio imp. in bello auxilia. *Ammian.* 29. 5. 44., qui n. 47. *Iesalenos* vocat.

IESSO (Ieso), urbs Hispaniæ inter Iberum et Pyrenæos, hod. *Guisona*, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (23)., coll. *Ptol.* 2. 6. 71. — Hinc *Iessonienais*, incola, in *Corp.* 2. 4452. etc.

ĬESSONĬENSIS. *V.* voc. præc.

ĬĔTÆ, ārum, plur., et Ieta, æ, 1. (Ἰαιταί) urbs Siciliæ mediterranea, de qua *V.* LÆTA. — Item insulæ Ius (Ἴος) incolæ in mari Ægæo (Ἰῆται), memorati *Varr.* ap. *Gell.* 3. 11.

ĬĔTENSES. *V.* LÆTA.

ĬĔTĔRUS. *V.* IATERUS.

ĬĔTĪNI. *V.* LÆTA.

IETTUS, i, m. 2. nom. vir., quod fort. in gentilicium transiit. *Corp.* 8. 2768.

IEUSDRINUS, i, m. 2. cogn. Martis, in *Corp.* 12. 2. cum *Add. p.* 803 (olim *Vintius* in *Corp.* 12 3). An *Leusdrinus*?

IF

IFLES, ium, f. plur. 3. deæ loci cujusdam peculiares in Germania, ubi cultæ erant. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 292.

ĬFŪRAC, cis, et plur.

ĬFŪRĀCES, um, m. 3. populus Libyæ, notus extremis Rom. imperii temporibus ac dein florens nomine *Afarikas*, ut docet *Vivien de S. Mart., le Nord de l'Afr. p.* 150.*sqq.* — In sing. num., collectivo sensu. *Coripp. Joh.* 2. 118. Ifurac infestis venit consultus in armis. — In plur. *Id.* 4. 641. Ifuraces in bella movens. *et* 7. 490. Ifuracum videre duces. *et Ibid.* 648. Ifuracumque acies.

IG

IGABRENSIS, e, adject. *V.* voc. seq.

IGABRUM, i, n. 2. oppidum Hispaniæ Bæticæ, hod. *Cabra*, a Vespasiano imp. jure Latii et municipii dignitate donatum. *Corp.* 2. 1610. *V. Hübner* ad *Corp. p.* 215., ubi *Igabrenses*, incolæ, memorantur, et *Inscriptiones* ad Igabrum pertinentes habentur a *n.* 1610-1636. — In sing. num. *Igabrensis*, adj. *Ibid.* 2. 1611. — In leg. Visigothorum dicitur *Egabro*.

IGÆDITĀNI (Igaditani, minus recte Icæditani), ōrum, m. plur. 2. gens Lusitaniæ, quæ oppidum proprio nomine distinctum non habuit, sed civitatem tantum sitam inter *Idanha a nova* et *Idanha a velha*, vicos hodiernos, qui nomen antiquum leviter mutatum servant (V. *Hübner* in *Corp.* 2. *p.* 49.*sq.* et *Inscriptiones* a *n.* 435-460., ad eos pertinentes). — Sing. num. *Igæditanus* in *Corp.* 2. 987.

IGĬLGILI, is, n. 3. (Ἰγίλγιλι et Ἰγιλγίλη *Ptol.* 4. 2. 11) oppidum in ora Africana provinciæ Mauretaniæ Cæsariensis, olim Sitifensis, inter Saldam (*Bugia*) et Chullu, hod. *Djidjelli*, colonia fort. Augusti, ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 1. (21). et in *Itin. Ant. p.* 18., 39. et 40. *Rav. p.* 347. Iifiltil. — *Igilgilitani* v. *Igilgilitani*, incolæ, in *Corp.* 8. 8369 = *Dessau* 5961. — *Igilgitanum*, in Mauretania Sitif. situm, ap. *Ammian.* 29. 5. 5.

IGĬLGĬTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

IGĬLIUM, ii, n. 2. nom. geogr. — Scribitur *Igilium* et *Icilium*, non *Ægilium*, quod *Philipp* unum idemque facit (*PWK* 9. 965) cum Iglilo. — Est autem insula maris Tyrrheni in ora Etruriæ, contra Argentarium montem, in quam a. 410. multi ex Romanis confugerunt, Alarico Urbem vastante, hod. *Giglio*. Memoratur *Plin.* 2. *Hist. nat.* 19. 17. (81). « Capraria, quam Græci Ægilion dixere, item Igilium et Dianium, quam Artemisiam, ambæ contra Cosanum litus ». Adde *Cæs.* 1. *B. C.* 34., *Mel.* 1. 122., *Rutil. Nam.* 1. 325., *Itin. Ant. p.* 514. et *Corp.* 11. *p.* 415.

IGMAZEN, inis, m. 3. rex Mauretaniæ temporibus Valentiniani, Valentis et Gratiani, contra quem, quia Firmum tyrannum exceperat, missus est Theodosius a. 373., ut hunc ab eo repeteret aut bello cogeret, teste *Ammian.* 29. 5. 45.*sqq.*

IGNATĬA, æ, f. 1. urbs. *V.* GNATHIA.

IGNĀTĬUS, ii, m. 2. (Ἰγνάτιος) nom. vir. ex gente Romana, quæ omnino eadem videtur, saltem origine, cum *Egnatia*, ita sequiore ætate, præsertim apud Christianos, scribi cœpta (*V.* EGNATIUS). — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Ignatius, familiaris *Symmachi* oratoris, quem laudat 2. *ep.* 40., scripta Flaviano a. 395. — 2.º) Ignatius, Antiochiæ in Syria episcopus et martyr perceleber, *Theophorus* dictus (*Act. n.* 2. ap. *Ruin.)*, successor Evodii et secundus a Petro (*Eus. h. eccl.* 3. 22., *Orig. Hom.* 6. in *Luc.*, *Hieronym. vir. ill.* 116., sub Trajano a. 98-117), damnatus ad bestias (*Eus. chron.* p. a. Abr. 2123) iisque expositus non Antiochiæ, uti vult *Joh. Malala* (sæc. VI) a. 115., sed Romæ a. 107 (*Eus., Mart. Colbert., Mart. Vatic., De-Rossi, Allard, Bardenhewer* etc.) — Vinctus a portu Seleuciæ per Ciliciam vel Pamphiliam, Smyrnem, Troadem, Neapolim, Macedoniam, Illyriam, Brundisium usque, unde pedes iter fecit, Romam perductus est, postquam litteras per viam scripserat Ephesiis, Magnesianis, Trallensibus, Philadelphenis, Smyrnæis, Polycarpo, horum episcopo, et Romanis (*Eus. h. eccl.* 3. 36) eos obsecrans, ne conarentur, uti erat eorum mens, ipsum corona martyrii privare (*ep.* 1. 2) monensque se esse « frumentum Christi, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus » inveniatur (*ep.* 4. 1). Romæ tandem, Trajani anno imp. nono, Sura et Senecione consulibus, « circumsedente senatu, immanissimis pœnarum suppliciis primo affectus, leonibus dehinc objicitur, quorum dentibus præfocatus, hostia Christi efficitur » (*Martyr. Rom.* kal. febr. Taur. ed. 1914. *p.* 34). — *Act.* tamen *martyr. Ignat.*, quæ plurima edita sunt, Græca et Latina, in dubium a viris eruditis vocantur præter ea, quæ, cl. *Ruinart* curante, prodierunt, ex maxima parte sincera. De his præsertim disseruerunt *Hefele, Dressel, De-Rossi* et *Niedner* ap. *Momms. Corp.* 3. *p.* 103. — Non ab re erit hæc addere. *Euseb. op. cit. c.* 36. ap. *Rufin.* scribit, Ignatium una cum Polycarpo discipulum fuisse Johannis apostoli: quin etiam, quum dictus sit Theophorus, seu « Deum (Christum) ferens », putarunt quidam

eum fuisse parvulum a Christo in medio discipulorum constitutum, de quo *Matth.* 18. 2.*sqq.* Sed ex silentio veterum ac testimonio Chrysostomi, qui hoc negat, illud Ignatii ad *Smyrn.* 3. « Ἐγὼ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν οἶδα » non est intelligendum quasi Christum *viderit* in carne, sed eum *noverit* v. sciverit ex notitia, quam de eo habuit (*Rufin. loc. cit.*). — Septem, quas scripsit, epistolæ plurimi habentur; sunt enim monumentum insigne primitivæ Christianæ litteraturæ, hortamentis refertæ locisque, ex quibus illius temporis instituta et dogmata ac præcipue constitutio Ecclesiæ universæ et Romanæ primatus luculentissime evincuntur et formula καθολικὴ ἐκκλησία primum exstat. Earum tamen stilus rudis est et inimitabilis, obscurus, repetitionibus abundans sed vividus ac vi plenus et aliquando splendidus. — Epistolarum Ignatii triplex est collectio. — *a)* Prior (A) septem constat epistolis, supra memoratis, cujus habetur cod. ms. Græcus (*Laurentianus* LVII. 7. sæc. XI) sex epistolarum et cod. ms. item Græcus epistolæ ad Romanos, quæ in præcedenti deest (Paris. fol. 1451. sæc. XI). Hic autem textus editus fuit a Vossio a. 1646., latine jam versus sæc. XIII. — *b)* Secunda (B) sex alias continet epistolas præter septem anteriores, maxime diffusa, cujus exstant quamplurima Græca mss. (ed. *Pacæus* a. 1557) et latina translatio prius edita a Lefèvre a. 1498. — *c)* Tertia denique (C) trium tantum epistolarum, nempe ad Ephesios, Romanos et Polycarpum, quas primum edidit *Cureton* a. 1849. sed breviatas et syriace scriptas. — Nunc vero quæritur, quænam epistolæ ex his collectionibus sint genuinæ, quænam contra spuriæ. Si credimus *Eusebio (h. eccl.* 3. 36), genuinæ habendæ sunt septem tantum epistolæ, sc. coll. A: sed quæ continentur coll. B, partim spuriæ sunt existimandæ, genuinæ vero, præter ep. ad Romanos, interpolatæ; nec germana potest dici coll. C, uti volunt *Cureton* et *Ritschl,* quum excerpta habeat ex collectione B. Reliquum igitur est, priorem tantum censendam esse genuinam, ut patet ex testimonio *Eusebii, Origenis, Irenæi* et *Clementis Alex.* et ante omnes *Polycarpi (ep.* XIII. 1-2). — Ceterum epistolæ Ignatinæ ob varias ex iis confectas collectiones dubiæ sunt habitæ, tum etiam ac potissimum, quia episcoporum auctoritati patrocinantur et Gnosticorum errores impugnant (Cf. *Batiffol, Anc. littér. chrét. p.* 18), quod liberiori atque adeo insanæ quorundam criticæ non placet. — De eo scripserunt *Nirschl, Die Theol. d. hl. Ign.* Mog. 1880.; *Goltz, Ignat. v. Antioch. als Chr. u. Theol.* Leipz. 1894.; *Bruston, Ign. d'Ant.: ses épîtr., sa théol.* Paris 1897.; *Funk, Kirchgesch. Abhandl. u. Untersch. I.* Paderb. 1897., præter *Harnack* in *Sitz. bericht.* etc. Berl. 1896. *p.* 385-400. et *Chapman* in *Rev. Bénéd. XIII.* 1896. *p.* 385-400. Cf. etiam *Mariano, L'epist. ai Rom. di s. Ignaz. (Scritti var.)* Fir. 1902. *p.* 390-403. — 3.°) Ignatius Diaconus, scriptor ecclesiasticus, in urbe Constantinopoli a. 780-850., auctor fabellarum, ut Babrius, de quo scripsit *K. Fr. Muller (Ignatii Diaconi tetrasticha iambica* 53); sed ad nos non pertinet sive ratione ætatis sive etiam quia nulla de eo est mentio apud Latinos scriptores. — 4.°) Ignatius, martyr Africanus, *Egnatius* dictus. *Cyprian. ep.* 39 (al. 34). ¶ 2. In titulis nom. gent. vir. *Inscr.* ap. *Fabretti p.* 626. *n.* 226. — *Ignatia,* nom. mul. *Corp.* 2. 1457. et 9. 353. — *Ignatinus,* adj. *V.* EGNATIUS.

IGNĔUS. *V.* IGNIS.

IGNĬPŎTENS, entis, m. 3. epitheton Vulcani, qui per metonymiam *Ignipotens deus* vocatur *Virg.* 12. *Æn.* 90. — Absolute, apud *eund.* 8. *ibid.* 709. Illam - fecerat Ignipotens.

IGNIS, is, m. 3. nom. ex communi proprium dei, ab antiquissimis temporibus culti *(Vulg. Sap.* 13. 2), præsertim a Chaldæis *(Rufin. h. eccl.* 2. 26). Cf. *Vulcanus* (Ἥφαιστος) et *Vesta* (Ἑστία) apud Romanos. — In plur. num. *Ignes æterni* in *Corp.* 12. 1551 = *Henzen* 5689. Cf. *Cic.* 2. *Nat. D.* 15. 39.*sq. Hirschfeld* ad *Corp. loc. cit.* hæc habet: « Non recte ad fontem ardentem, unum ex septem Delphinatus miraculis, quinque km. ab oppido Vif distantem, dedicationem referunt *Long* et *Vallentin:* mihi *Ignes æterni* sunt Sol et Luna, quos æternos dictos conjunctimque cultos esse notum est » (Cf. *Jahn, Archæol. Beitr. p.* 89. et *Preller, R. M. I. p.* 326). — Hinc *Igneus,* cogn. vir., in *Inscr.* in *Ephem. epigr. V. p.* 317. *n.* 454. *l.* 3. — Fuit etiam appellatus locus quidam in Pannonia ad montem quendam, ubi lapis excidebatur. *Act. ss. Quattuor Coron. n.* 2. — *Ignius,* nom. vir. gentis parum notæ. *Corp.* 8. 2568. *l.* 42.; et *Ignia,* nom. mul. *Ibid.* 9. 1272. — *Schulze* tamen *(Eigenn.* 791) confert cum *Iguvium.* — *Ignicia,* nom. mul. in *Inscr. Christ. Corp.* 8. 1891. — *Igniosa,* cogn. mul. *Corp.* 8. 9226.

ĬGŬVĪNĀTES, ium, et

ĬGŬVĪNI, ōrum. *V.* voc. seq.

ĬGŬVĬUM, ii, n. 2. (Ἰγούιον *Strab.* et Ἰγούϊον *Ptol.)* nom. geogr. — *a)* Scribitur *Egubium (Cab. pont. p.* 491. et *Rav. p.* 278), *Eugubium* v. *Egubium, Agubium (Privileg.* 817. et 962) et corrupte *Iguturvium (Liv.* 45. 43) et *Interbium* in *Tab. Peut., Ingenium, Igninum, Inginium* et *Inginum* (codd. mss. *Sil. It.* 8. 458). — *b)* Etymon ducendum putat *Lanzi* in *Saggio di Ling. Etr. II. p.* 648. a *Vicu Juvia* seu *Vico Jovio:* cf. *Trebus Jovius* ante portam Trebulanam, *Pagus Jovius* prope Capuam etc.

Iguvium, urbs Umbriæ, in declivio septentr.-occid. Appennini, situ munitissimo, ad lævam viæ Flaminiæ, civitas fœderata tempore Rom. reip. et municipium sub imperio, tribui *Crustuminæ* adscripta, olim *Agobbio,* hod. *Gubbio.* Memorant *Cic.* 7. *Att.* 13., *Cæs.* 1. *B. G.* 12., *Liv.* 45. 43., *Sisenn.* ap. *Non.* 68. 24. *Marc., Corp.* 3. 2066. — De nummis vd. *Momms., Röm. Münzw.* 272. et *Head, H. N.* 18. 21. — Celebres sunt septem *tabulæ Iguvinæ* æreæ, a. 1444. Iguvii prope theatrum antiquum ex specu subterraneo effossæ et in eadem urbe etiamnum adservatæ, Umbrorum lingua ad interitum vergente, sed partim Tusca, partim Latina litteratura inscriptæ, illæ pæne cubitum altæ et pedem latæ, hæ sestertium pedem altæ, cubitum latæ, quibus explanandis solidissima fundamenta jecerunt conjunctâ operâ *Aufrecht* et *Kirchhoff* (Berol. I. a. 1849., II. 1851), quos excepere *Huschke* (Lips. a. 1859) aliique aut universa monumenta commentati aut in verbis locisque singularibus versati. Ita *Bücheler (Umbrica præf.* a. 1883. Bonn.), qui eas interpretatus est, etiam textu originario edito, cum additamentis, adnotationibus et grammatica. Quid præcipue contineant, patet ex prioribus verbis: *Este persklum aves anzeriates enetu | pernaies pusnaes. Preveres Treplanes | Iuve Krapuvi | tre buf fetu* etc.; i. e. Istud sacrificium avibus observatis inito anticis posticis. Ante portam Treblanam *(Trebulanam)* Jovi Grabovio tres boves facito etc. Sunt nempe documenta, ad religionem Umbrorum spectantia, ubi de diis Jove, Marte, Vesticia *(Vesta)* etc. et de sacrificiis sacrisque ritibus fere agitur. — De his præter laudatos cf. *O. Müller* (1828), *Lepsius* (1833), *Bréal* (1875), *Planta* (1892-97), *Conway* (1897), *Buck-Prokosch* (1905), *Jacobsohn* (1910). — Hinc *Iguvinus,* adj., et sequiore ætate *Eugubinus,* ut ap. *Dionys. Exig.* in *coll. decr. p.* 237. *M.* — *Iguvini,* abs., incolæ, ut *Oleum Iguvinorum,* quod suis herbis compositum « circa Flaminiam viam vendunt », teste *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113). Adde *Corp.* 11. 5215., 5816., 5829. et 5896. ac *Momms.* et *Head locc. citt.* — *Iguvinates,* idem, ap. *Cic. Balb.* 20. 47., quæ fort. est forma antiquior. — Cf. *Igubia,* nom. mul., fort. gentilicium, a patria ductum. *Corp.* 5. 1250.

IL

ILDICO, nom. puellæ, valde decoræ, quam Attila, Hunnorum rex, « sibi in matrimonium post innumerabiles uxores, ut mos erat gentis illius, socians ejusque in nuptiis magna hilaritate resolutus, vino somnoque gravatus, resupinus jacebat; redundansque sanguis - dum consuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapsus eum exstinxit. Ita glorioso per bella regi temulentia pudendum exitum dedit ». *Jorn. Get.* 49.

ILDUM et Hildum, i, n. 2. oppidum Hispaniæ Tarraconensis in ora viæ borealis ad urbem Saguntum. *Itin. Vicarell.* 399. 6. et *Rav. p.* 304. et 342. — Sic et *Itin. Ant. p.* 399. et *Itin. a Gad. Rom.* testantur ap. *Garrucci, Diss. Arch. I.,* in quorum IV. exempl., ap. Aquas Apollinares reperto, scribitur *Ilda* et in nummis *Idnigith (Mon. ling. Iber. n.* 37).

ĬLĔĀTES, ium, m. plur. 3. populus Hispaniæ, cujus meminit *Avien. or.* 302. « Ileates agro se feraci porrigunt ». Cf. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11). — Alii leg. *Igletes (Strab. p.* 166) vel *Gletes (Herodor.* ap. *Steph. Byz.* v. Ἰβηρίαι).

ILERCAŎNENSES, ium, m. plur. 3. (Ἰλερκάονες *Ptol.).* Legitur ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (21) *Ilercaones* vel *Ilergaones;* ap. *Cæs.* 1. *B. C.* 60. *Illurgavonenses;* ap. *Liv.* 22. 21. *Ilergavonenses* et *fragm. l.* 91. *Ilurcaones.* — Est autem nom. populi in Hispania Tarraconensi ad ostium Iberi *(Plin. loc. cit.),* sumpto nomine a metropoli Ilercavonia, quod est cogn. Dertosæ, ex nummis munic.: H*(ibera)* I*(ulia)* ILERCAVONIA DERT*(osa).* V. *Mon. ling. Iber. n.* 81 a. et cf. *Othmer, Völkerstämm.* v. *Hispan. Terr.* Berl. 1904. *p.* 28.

ILERCĀVŌNĬA. *V.* voc. præc.

ĬLERDA, æ, f. 1. (Ἰλέρδα). Scribitur *Hilerda* cum aspiratione a quibusdam ap. *Lucan.* 4. 11., 144. et 261., sed corrupte. — Est autem urbs Hispaniæ Tarraconensis ad fl. Sicorim *(Segre),* in nummis Ibericis *Iltrd* v. *Iltrecen (Mon. ling. Iber. n.* 21.*sq.),* proprie *Ilterka* v. *Ilterketen;* hinc fort. *Ilergetes,* quorum caput dicitur fuisse (Cf. voc. seq.), italice vero ab *Ilerda* fit *Lerida* per metathesim litterarum; loco edito sita, unde *Lucan.* 4. 11.*sqq.* « Colle tumet modico lenique excrevit in altum Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta Surgit Ilerda manu etc. », ubi Cæsar Afranium et Petrejum, legatos Pompei, obsessos ad deditionem coegit *(Cæs.* 1. *B. C.* 38.*sq.);* adscripta tribui *Galeriæ* et municipium *(Eckhel.* 1. *p.* 51. et *Mon. ling. Iber. n.* 30). Memorant etiam *Sil. It.* 16. 475. proles bellacis Ilerdæ. *et Auson. prof.* 23. parvula. *et ep.* 24. 59. arida. Adde *Horat.* 1. *Ep.* 20. 13., *Liv. epit.* 416., *Flor.* 4. 2. 26.*sqq., Suet. Cæs.* 75., *Frontin.* 2. *Strat.* 2. 13., *Oros.* 5. *Hist.* 23., *Paulin. Nol. poem.* 10. 231., *Sall.* ap. *Arus. p.* 219. — Hinc *Ilerdensis,* adj., ut *Ilerdensis urbs* ap. *Hyd. chron.* ad a. 449. — Abs. *Ilerdenses,* incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24).

ILERGĔTES, um, m. plur. 3. (Ἰλέργητες) populus Hispaniæ Tarraconensis inter Pyrenæos et Iberum, cujus metropolis erat *Athanasia* seu potius *Atanagrum,* vulgo idem putatum ac *Ilerda,* quod non facile probaveris. Memoratur sæpe *Liv.* 21. 23. et 61., 22. 21., 26. 49., 29. 2. etc. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (21)., coll. *Strab.* 3. 161., *Polyb.* 10. 18. et *Ptol.* 2. 6. 68.

ĬLERTES, æ, m. 1. nom. militis cujusdam, fort. fictum, ap. *Sil. It.* 3. 255.

ĬLĔTĬA, æ, f. 1. (Ἰλέτιον v. rectius Ἰλέτιον *Ptol.)* urbs Thessaliæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 8. 15. (29).

ĬLEUS (disyll.), ei, m. 2. nom. vir, cujus mentio est ap. *Stat.* 12. *Theb.* 622. « Venit atrox Ileus et olentis arator Hymetti ». Alii leg. *Alceus,* sed versus sic claudicat; potius *Alcon* illi substituendum.

ĬLĬA, æ, f. 1. (Ἰλία) nom. mul., quod origine idem censetur ac *Silvia* v. *Ælia* v. *Cælia* v. *Julia* (Cf. *Plut. Sull.* 6. et *Drumann G. R.*[2] *II.* 432. 6). — Memorantur hoc nomine ¶ 1. In libris — 1.°) Ilia, quæ et *Rea (Rhea),* mater Romuli et Remi, ap. *Sidon. carm.* 5. 25.; sæpius vero *Ilia,* ut ap. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 100., *Oros.* 6. *Hist.* 1., *Hieronym.* 1. c. *Jovin.* 42., *Jorn. Rom.* 51. — Plenius *Rhea Silvia* ap. *Oros.* 2. *Hist.* 1. *Solin.* 1. « Romulus Marte genitus et Rhea Silvia ». Alii tamen leg. « Marte et Ilia ». — Fuit autem filia Numitoris, regis Albæ, soror Lausi *(Ovid.* 4. *Fast.* 54), origine Trojana, quæ per Ascanium ex Ænea descendisse, immo Æneæ filia fuisse putaretur *(Enn. frg.* ap. *Cic.* 1. *Divin.* 20. 40. et *Acr.* ad *Hor.* 3. *Od.* 3. 32). Hinc abs. *Dardana sacerdos* dicta *Stat.* 1. *Silv.* 2. 192., coll. *Ovid.* 3. *Am.* 6. 54. et *Virg.* 6. *Æn.* 779., et *regina sacerdos* ab *eod.* 1. *ibid.* 274.; quam dein *Vestalem* fecit Amulius, Numitoris frater, ut spem partus ei adimeret *(Liv.* 1. 3). Sed contra accidit, ut, quum aquas peteret ad sacra facienda, repente a lupo occurrenti perterrita in specum se abdidit, ubi, a Marte compressa, Romulum et Remum edidit *(Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 273); sed, re comperta, « sacerdos vincta in custodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti *(rex)* jubet » *(Liv.* 1. 4); eam contra fuisse vivam defossam scribit *Hieronym.* in *chron.* Ol. II. 1., qui est annus XXV. Amulii; alii vero eam pueris demersam tradunt in Tiberim vel Anienem; eamque alterutrum in uxorem accepisse fabulantur *(Mythogr. I. fab.* 30., *Ovid.* 3. *Am.* 6. 47.*sqq.* et 2. *Fast.* 598., *Enn. ann.* 85.*sqq.* et *Porph.* ad *Hor.* 1. *Od.* 2. 17). Quæ autem viva defossa dicitur *Liv. epit.* 2., non alia sed eadem est Romuli Remique mater. — Memorant etiam *Varr.* 5. *L. L.* 32. 144., *Tibull.* 2. 5. 52., *Prudent.* 1. *Symm.* 174., *Hygin. fab.* 252., *Sidon. carm.* 2. 395., *Sil. It.* 12. 543., *Claudian. Prob.* et *Olybr. c.* 225., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 21. — Fuit a Romanis ut dea culta, in cujus honorem *Parilia* celebrabantur (*V.* PARILIA). Cf. *Ovid.* 2. *Fast.* 598. et *Solin.* 1. — Sumitur autem aliquando pro muliere generatim nobilissima ac pulcherrima, ut *Horat.* 1. *Sat.* 2. 126. — De priscæ artis monumentis ad eam spectantibus vd. *Visconti,* qui ex iis aliqua illustravit in *Mus. Pio-Clem. V. p.* 158.*sqq.; Lübert* in *Mem. d. Ist. Arch. II. p.* 143-158., coll. *p.* 464.*; Comarmond, Descr. des ant. et obj. d'art* etc. *p.* 42-43. *n.* 211. et *Froehner, Les Mus. de Franc. p.* 65-68. — De ea cf. *Preuner, Hestia Vesta p.* 377.*sq.* et *Stoll* in *Roschers Myth. Lex. II.* 1. 117.

ĬLĬĂCUS et

ĬLĬADES et

ĬLĬAS, ădis. *V.* ILIUM.

ĬLĬBERRIS et Illiberris, is, f. 3. (Ἰλίβερρις *Strab.,* Ἰλλίβερις *Ptol.)* nom. geogr. — Varie scribitur, modo simplici *l* ac simplici *r,* modo eis geminatis aut saltem alterutra littera, sive in libris sive in lapidibus et in nummis etiam extrita *i* vocabuli prima ut sit *Liberri* (V. *Eckhel* et *Stengel).* ¶ 1. Est urbs — 1.°) Hispaniæ Bæticæ ad Singilim *(Genil)* superiorem in Turdulis, hod. *Granada,* olim *Municipium Florentinum Iliberritanum (Mon. ling. Iber. n.* 128)., quod tamen erat prope hod. *Atarfe,* 8. km. ab hod. *Granada,* ubi *Sierra Elvira* (Arab. *Ilbira), Corp.* 2. *p.* 882. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (10). et *Corp. loc. cit. p.* 285. et 705, et 2069-2094. — Ibi, Christiana re publica florente, celebratum est concilium a. 301. — De hac urbe fuse disputat *Hübner* in *Corp.* 2. *p.* 285-288. — 2.°) Item Galliæ Narbonensis, ex fluvio cognomine dicta, prope Ruscinonem, ap. *Liv.* 21. 24.; postea vero *Helenæ castrum.* ¶ 2. Est etiam fluvius Galliæ Narbonensis, e Pyrenæis in mare Gallicum influens, hod. *Tech,* memoratus *Cat.* ap. *Charis. II.* 207. *K.,* ubi alii *Ilimeris* leg. — Hinc *Iliberritanus,* adj., ad Iliberrim, urbem Hispaniæ, pertinens. *Corp.* 2. 2075. et 2077. — *Iliberritani (Iliberitani),* abs., incolæ. *C.* 2. 2070. et 2072.

ĬLĬCĔ et Hilice, es, f. 1., et

ĬLĬCI, is, 3. (Ἴλλικις et Ἰλικιάς) nom. geogr. — *Hilice* scribitur *Rav. p.* 304. et *Ilice,* sine aspiratione, *ibid. p.* 343.; sed *Ilici* ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (19)., plenius in nummis Q*(olonia)* J*(ulia)* I*(lici)* A*(ugusta)* vel C*(olonia)* C*(æsarea)* Il*(ici)* A*(ugusta)* ap. *Eckhel,* 1. *p.* 51., coll. *Mon. ling. Iber. n.* 98. — Est autem oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in Contestanis, ad fluvium, hod. *Vinalapo,* in via Carthaginis novæ Tarraconem, colonia immunis tempore Plinii, hod. *Elche.* Memoratur *Mel.* 2. 93. et *Corp.* 2. *p.* 479. et 957.: cf. *Ptol.* 2. 6. 62. — De hoc oppido fuse disseriit *Hübner* in *Corp.* 2. *p.* 479.*sq.* — Ibi reperta sunt artis opera, speciatim sculptilia, ante quam Romani eo potirentur, confecta, ex quibus celebrius est quod *« dama d'Elche »* appellatur, sc. herma Ibericæ mulieris (V. *Schulten, PWK* 9. 1061. et *Ibarra y Manzoni, Ilici,* Alic. 1879). — Hinc *Ilicenses,* incolæ, in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 4055., fort. nunc *Lerici* dicti. — *Ilicitanus,* adj., ut *Ilicitanus sinus,* hod. *il golfo d'Alicante,* ap. *Plin. loc. cit.* — Abs. *Ilicitani,* incolæ, ap. *Paul. dig.* 50. 15. 8. « Juris Italici sunt - Valentini et Ilicitani ». *Mommsen* tamen leg. *Licitani.*

ĬLĬCĬENSES et

ĬLĬCĬTĀNUS. *V.* voc. præc.

ĬLĬCĬUS, ii, m. 2. nom. vir. in titulo Christiano ap. *De-Rossi, R. S. II. p.* 890. — Fuit etiam hoc nomine presbyter Rom., qui floruit sæc. IV. exeunte, nisi idem est ac superior, ap. eund. *De-Rossi,* in *Bull. Christ.* a. 1867. *p.* 52.*sqq.,* coll. a. 1877. *p.* 15.*sqq.*

ĬLĬENSES, ium, et

ĬLĬENSIS, e. *V.* ILIUM.

ĬLĬŎNA, æ, v. Ilione, es, f. 1. (Ἰλιόνη, ab Ἴλιον). ¶ 1. Est filia Priami *(Hygin. fab.* 90), natarum maxima *(Virg.* 1. *Æn.* 654), a patre nuptui tradita Polymestori, regi Thraciæ, ex quo Deipylum suscepit. — Priamus interea Polydorum, ejus fratrem, eidem educandum dederat, quem illa pro filio habuit Deipylumque pro fratre, maritum facile decipiens, qui unum ab altero, quum essent infantuli, non dignoscebat. Illo capto, quum Græci a Polymestore, magna præmia polliciti, expeterent, ut Priami filium occideret, filium ipse suum pro Polydoro interfecit; sed hic cum Ilione conjuravit adversus Polymestorem, quem primum oculis, dein vita privavit *(Hygin. fab.* 109. et 240); postea vero uxor, propter casum parentum suorum sibi mortem conscivit *(Id. fab.* 243., coll. *fab.* 254). At *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 658. narrat eam post excidium Ilii, a marito ejectam, sibi manus intulisse, *et* ad *eund.* 3. *ibid.* 49. Polymestorem auri cupiditate, Polydorum, magna auri vi sibi commendatum, telis obrutum interfecisse. — *Velum Ilionæ* inter septem fatalia urbis Romæ recensetur *(Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 188). — Tragœdiam habet *Pacuvius,* inscriptam *Iliona* (V. *Ribbeck, frg. tr. Rom.*[3] *p.* 114), memoratam *Cic.* 1. *Tusc.* 44. 106., et *Schol. Bob.* pro *Sest. p.* 307. *Or.,* et fort. etiam *Ennius* et *Attius,* ut arguitur ex iis, quæ afferuntur ap. *Ribbeck l. c.* — Huc spectat *Horat.* 2. *Sat.* 3. 60. de Fufio histrione, ebrio *Ilionam* agente. — De ea cf. præter *Ribbeck,* 282.*sqq.* etiam *Welcker, Gr. Trag. III.* 1160.*sqq.* ¶ 2. Est etiam generatim cogn. mul. *Corp.* 10. 4420. et 5. 178.

ĬLĬŎNENSES, ium, m. plur. 3. (Ilium) incolæ Lavinii in Latio, Ilio profecti cum Ænea. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. (64)., coll. *Liv.* 1. 1.

ĬLĬŎNEUS, ei, m. 2. (Ἰλιονεύς, ῆος ep. ῆος) nom. vir. — In obliquis penultima est longa, ut ap. *Virg.* 1. *Æn.* 615. « Ilionea petit dextra ». — Aliquando vero duabus syllabis in unam contractis usurpatur, ut ap. *eund. ibid.* 124. « Jam validam Ilionei navem etc. »; et etiam in recto, ut ap. *eund. ibid.* 521. « Maximus Ilioneus placido etc ». — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. Ilioneus, vir Trojanus, eloquentia eximius, quam ob causam eum Virgilius ubique loquentem inducit *(Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 520. et 4. *ibid.* 159) laudatque 1. *ibid.* 120., 521., 559. et *alib.* ¶ 2. Ilioneus, Priamides, qui in prœlio occidit Dryopem, Biantem et Corythonem, sed et ipse ab Ajace Oilei est occisus *(Dict.* 4. 7). ¶ 3. Ilioneus, filius Niobes, natu minimus, quem cum fratribus Apollo et Diana telis interfecerunt *(Ovid.* 6. *Met.* 201.*sqq.). V.* NIOBE.

ĬLĬOS, ii, 2. ¶ 1. Est idem ac Ilion. *V.* ILIUM. ¶ 2. Est etiam pro *Oileus* in cista Prænestina in *Ephem. epigr. I. p.* 13. *n.* 19. Cf. *Drexler, Rosch. Myth. Lex. II.* 119.

ĬLĬPA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Bæticæ, cognomine *Italica,* hod. *Alcalà del Rio,* ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (11)., *Liv.* 35. 1., *Rav. p.* 314. et in *Corp.* 2. *p.* 141. — De ejus nummis vd. *Eckhel* 1. *p.* 22. et *Corp.* 2. *n.* 1082-1107. — Hinc *Ilipensis,* adj., ut *Municipium Flavium Ilipense* in *Corp.* 2. 1192. et *portus Ilipensis* in *C.* 2. 1085. — Abs. *Ilipenses,* incolæ. *C. ibid.* 1475. Alii leg. *Ilipulenses.*

ĬLĬPENSIS. *V.* voc. præc.

ĬLĬPPĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 10. 4837.

ĬLĬPŬLA, æ, f. 1. (Ἰλίπουλα et Ἰλλίπουλα *Ptol.)* nom. geogr. — Contracte *Ilipla* in nummis ap. *Eckhel,* 1. *p.* 22. et *Ilpula* ap. *Rav. p.* 317. — Etiam *Illipula,* duplici *l,* argui potest ex *Inscr. Corp.* 2. 954. Cf. form. Græc. ap. *Ptol.* 4. 2. 12. — Memorantur ¶ 1. Ilipula *magna* seu *major (Ptol.* 2. 4. 9. Ἰλλίπουλα μεγάλη), oppidum in Hispania Bætica, *Laus* dictum *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (10)., conventus Cordubensis, hod. fort. *Loja.* Cf. *De-Rossi* in *Bull. Crist.* a. 1878. *p.* 87. ¶ 2. Ilipula *minor,* civitas stipendiaria, in Hispania Bætica, conventus Astigitanus, hod. *Repla,* ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. (12). et in *Corp.* 2. 1469. et 1470. ¶ 3. Ilipula, oppidum in Hispania Bætica, conventus Hispalensis, inter Bætim et Anam, hod. *Niebla,* in *Itin. Ant. p.* 432., ubi *Ilipla* v. *Ilipa,* ut alii minus recte leg. Cf. *Ptol.* 2. 4. 10. et *Mon. ling. Iber. n.* 174.

ĬLĬSANĪTÆ, ārum, m. plur. 1. populus Arabiæ, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 28. 32. (158).

ĬLĬSOS, i, m. 2. ¶ 1. Est nom. loci cujusdam in Attica, memorati *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 11. (24). ¶ 2. Item oppidum in insula Rhodo. *Mela* 2. 101., ubi tamen *Frick* leg. *Ialysos.* ¶ 3. Item fluvius Atticæ, de quo in voc. seq.

ĬLISSOS v. Ilisos (Ilissus), i, m. 2. (Ἰλισσός v. Ἰλισός) nom. geogr. et pers. — Scribitur etiam *Elisos, Elissos* et *Elysos.* — Ad quantitatem quod attinet, prior modo corripitur, ut *Avien. orb.* 1219. et *Stat.* 8. *Theb.* 766. et 12. 631.; modo producitur, ut *Avien. orb.* 585., *Prisc. per.* 427., coll. *Stat.* 12. *Theb.* 88.

I.) Ilissos, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius Atticæ, a monte Hymetto oriens et in Cephisum influens, ad meridiem circum urbem Athenas discurrens ac meatibus varius (V. *Judeich, Topogr. Athen.* 45), celebratus præcipue a mythologis ac poetis ob raptam prope eum a Borea Orithyiam. *Stat.* 12. *Theb.* 63. « et raptæ qui conscius Orithyiæ Celavit ripis Geticos Elisos amores ». *et Avien. orb. l. c.* « Ilissi Boreas stagno tulit Orithyiam ». Adde *Mythogr. II. fab.* 142., *Senec. Phædr.* 14. et 512. et *Apul. de deo Socr.* 19. ¶ 2. Item fluvius in insula Imbro, laudatus *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (72).

II.) Ilissos, cogn. vir. libert. *Corp.* 9. 484.; itemque nom. vir. serv. *C.* 9. 4909., ubi *Elisseus* idem ac *Ilissus* putatur, ut *Momms. ibid.*

ĬLĬTHȲĬA, æ, f. 1. quadrisyll. (Εἰλείθυια) cogn. Dianæ, fort. ab ἐλεύθω, *venio,* quod ea invocata veniat in subsidium parturientium et ut fetus facile veniat in lucem; hinc græce etiam Ἐλευθώ eadem vocatur. *Ovid.* 2. *Am.* 13. 21. « Lenis ades precibusque meis fave, Ilithyia » (ubi ultima in *fave* corripitur, servato hiatu: cf. 3. *Met.* 501). *Id.* 9. *Met.* 283. « Præpositam timidis parientibus Ilithyiam ». *Horat. carm. sæc.* 14. « Lenis Ilithyia tuere matres ». Adde *Virg. Cir.* 326., *Auson. ecl.* 2. 41. et *Plin.* 25. *Hist. nat.* 7. 36. (73). *V.* LUCINA.

ĬLĬTURGENSES. *V.* voc. seq.

ĬLĬTURGI v. Illiturgi et Iliturgis, is, f. 3. (Ἰλουργίς *Ptol.)* oppidum Hispaniæ Bæticæ, ad Bætim superiorem, in Turdulis, conventus Cordubensis, hod. *Espelui,* tribui *Galeriæ* adscriptum, vastatum a P. Scipione a. 206. a. Chr., temporibus imperii florentissimum, *Forum Julium* cognominatum *(Plin.* 3. *Hist. nat.* 1. 3. [10]). Memoratur etiam *Liv.* 23. 49., 24. 41. etc. et in *Itin. Ant. p.* 403. — Hinc *Illiturgitani,* incolæ, ap. *Liv.* 28. 25. et in nummis *Illiurgenses,* ut ap. *Eckhel,* 1. *p.* 23., coll. *Corp.* 1. *p.* 142. — Deriv. *Iliturgicola,* nom. demin., oppidulum Hispaniæ Bæticæ, in *Corp.* 2. 1648. et 1650., ubi *Iliturgicolensis.*

ĬLĬTURGĬCŎLA, æ, f. 1., et

ĬLĬTURGĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. præc.

ĬLĬUM, ii, n. 2. (Ἴλιον) nom. geogr. — Alia forma *Ilion,* Gr. poet., ap. *Ovid.* 13. *Met.* 408. Cf. *Hom. Il.* 15. 71. — *Ilios,* gen. fem., ap. *Horat.* 4. *Od.* 9. 18 *(Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 3. « Ilium Virgilius neutro tantum genere declinat, Horatius etiam feminino ». Ita et *Ovid.* 1. *Art. am.* 363. et *Dracont. carm.* 8. 296. Cf. *Steph. Byz.* ἡ Ἴλιος). — Hæc tamen forma rarior est; frequentior vero *Ilium* v. *Ilion,* quæ item feminino genere adhibetur, subaud. *urbs,* ut ap. *Ovid.* 1. *Her.* 47.

et 14. Met. 466., nisi his locis Ilios sit legendum, ut alii putant. — Est autem Ilium nom. aliquot urbium. ¶ 1. Est urbs celeberrima in tota antiquitate, ab Ilo, Trois filio, uti fertur, condita vel aucta, ab eoque appellata (Serv. ad Virg. 1. Æn. 267., coll. Mythogr. I, fab. 135) sæc. XIII. v. XII. a. Chr., ut ap. Prosp. in chron. 589. Verum multo ante eam alii exstructam volunt (Serv. ad Virg. 7. Æn. 207), sed a Græcis eversam et combustam ca. a. 1193-1183. vel, ut Müller probare conatur, a. 1144. Sunt qui distinguant cum Serv. ad Virg. 3. Æn. 3. Ilium, quod proprie de civitate dicatur, a Troja, quæ sit regio. Sic Virg. 5. Æn. 755. « urbem designat (Æneas) aratro: - hoc Ilium et hæc loca Trojam esse jubet » Adde Propert. 3. 1. 31. Contra de civitate Trojam, de regione Ilium usurpat Justin. 43. 1.; sed Augustin. 3. Civ. D. 2. « Ipsa Troja vel Ilium ». Concludendum esse arbitramur utrumque promiscue usurpari, quidquid sit de horum discrimine; nec facile hoc posse demonstrari vel hujus causam inveniri; eo autem minus antiquum etymon ab Ilos (Apollod. 2. 12. 3. et Diod. 4. 75) probari. Fort. hoc petendum esse a natura soli palustris ac lutosi, quasi sit ab ἰλύς, limus. Hod. dicitur Hyssarlyk. — Non multo autem post fuit a regibus Lydiæ reædificata dictaque Ilion novum vel simpliciter Ilium, ut in Anthol. Lat. n. 708. Riese ex Germanic. « Ilios en surgit rursum inclita »; sed non eodem loco, ut videtur, ac parva, quam Crœsus et Alexander Macedo ac deinde Lysimachus ampliarunt munieruntque (Strab. 13. 593. sqq., coll. Justin. 11. 5. et Liv. 35. 43. et 37. 9. et 37). — Hanc iterum C. Flavius Fimbria incendi jussit (Auct. vir. ill. 70., coll. Liv. epit. 83. et Augustin. 3. Civ. D. 7), sed instauravit Sulla (Oros. 6. Hist. 2). — Tertio denique Gothos Ilion « hostili mucrone » delevisse tradit Jorn. Get. 20. — De topogr. antiqui Ilii, confecta ex ejus ruderibus, sæc. XIX. exeunte, scripserunt Rüchner (1871), Christ (1874) ac præsertim Schliemann (1881. et 1884). Ceterum multo plura dicenda erunt sub v. TROJA. — Translate videtur usurpasse Plaut. in Ilio Bacch. 953. « Ilio tria fuisse audivi fata. - Paria item tria eis tribus sunt fata nostro huic Ilio etc. ». ¶ 2. Item alterum Ilion recenset Steph. Byz., ex quo fort. transiit ad Liv. 31. 27., ubi tamen nunc Weissenborg-Müller leg. Cnidus pro Ilium. ¶ 3. Item in Sardinia. V. Ilienses. — Hinc — 1.°) Iliacus, adj., ad Ilium v. Trojam pertinens, idem ac Trojanus et ob originem etiam Romanus Ovid. 2. Trist. 406. et Juvenal. 13. 43. puer. h. e. Ganymedes. Auson. epitaph. Her. 15. murus. Stat. 3. Silv. 5. 198. remus. h. e. classis Æneæ, quæ Misenum, ad promontorium ab eo dictum Miseni, amisit. Sil. It. 8. 50. hospes. h. e. Æneas. Symm. laud. in Valentin. 2. 26. rivus. h. e. Xanthus. Val. Flacc. 4. 59. tyrannus. h. e. Laomedon. Auct. Orest. trag. 4. conjux. h. e. Helena. Sil. It. 5. 595. cuspis. h. e. Romana. Propert. 4. 4. 49. favilla. h. e. ignis in honorem Vestæ. Prudent. 1. Symm. 628. mater. h. e. Cybele. Sil. It. 15. 282. Phœbas, h. e. Cassandra vates. Ovid. 6. Fast. 227. Vesta. h. e. dea, quæ prius Trojæ culta fuit. Stat. 1. Ach. 401. facinus. h. e. Paridis. Plin. 16. Hist. nat. 44. 87. (237). bellum. h. e. Trojanum a Theoro pictum. Martial. 12. 52. amores. h. e. Paridis. Stat. 2. Silv. 4. 104. anni. h. e. Nestoris. et 1. Ach. 97. rates. h. e. Paridis. Sil. It. 3. 151. nurus. h. e. Romanæ. Virg. 1. Æn. 456. pugnæ. et ibid. 647. ruinæ. et 3. ibid. 182. fata. Ovid. 13. Her. 38. mœnia. — Speciatim Iliaca Tabula, vulgo notissima, ubi parvis signis res gestas in bello Iliaco repræsentat, marmore vel potius durissima mastiche delineatas, reperta prope Bovillas in via Appia, in agro principum Colonna ca. a. 1682. et in Mus. Capit. servata ac primum a Fabretti, dein a pluribus viris doctis, ut a Visconti in Mus. Pio-Clem., a Millin in sua Gal. Myth. aliisque illustrata, expressa vero a Tischbein in Homer nach Ant. gezeichn. etc. De ea et de fragm. postea invento disseruit Reifferscheid in Ann. d. Ist. Arch. — Abs. Iliaci, Trojani seu incolæ, ap. Dracont. carm. 8. 292. — Iliacus cogn. vir., in Tabula ap. de Petra, Le Tavolette Cerat. di Pompei p. 70. n. 110. — 2.°) Iliensis, adj. — a) Ad Ilium seu Trojam pertinens, Trojanus. Symm. laud. in Valentin. 2. 8. bellum. Ulp. fr. tit. 22. 6. Minerva. Suet. Tib. 52. legati. — Absolute Ilienses, incolæ. Liv. 29. 12. Ulp. dig. 50. 1. 1. § 2., Tac. 4. Ann. 55., Suet. Tib. 52., Solin. 4., Justin. 31. 8., Vitr. 8. 3. 14. — b) Ad Ilium Sardiniæ pertinens. — In plur. num., abs. Mela 2. 123. In ea (Sardinia) populorum antiquissimi sunt Ilienses (Cf. Paus. 10. 17). Plin. 3. Hist. nat. 7. 13. (85). Celeberrimi in ea populorum Ilienses etc. Adde Liv. 40. 19. — 3.°) Ilius, adj., ad Ilium v. Trojam quocumque modo pertinens. Serv. ad Virg. 1. Æn. 268. Hector. Propert. 3. 13. 61. Mœnas. h. e. Cassandra. Id. 4. 1. 33. tellus. h. e. urbs Ilion. Horat. epod. 17. 11. matres. — Abs. Ilius, nom. vir., nempe Apollinis filii ex Urea, Neptuni filia. Hygin. fab. 161. — Ilii, incolæ Ilii. Plaut. Bacch. 951. — 4.°) Iliada, idem ac Ilias, ap. Oros. 7. Hist. 7. « Nero Iliadam decantabat ». — 5.°) Ilias (Ἰλιάς), patronym. ab Ilium — a) Est mulier Trojana, sed absolute usurpata et quidem universim in titulis, ut cogn. mul. (Corp. 5. 538. et 781); vel speciatim de Helena (Ovid. 2. Trist. 371). — In plur. num. Iliades, mulieres Trojanæ (Virg. 3. Æn. 65. et 2. ibid. 580., Ovid. 15. Her. 232., Senec. Agam. 608. et 639. et Troad. 160. et Juvenal. 10. 261). — b) Est etiam celeberrimum Homeri opus de bello decennali Græcorum cum Trojanis, Helenæ repetendæ causa, memoratum Propert. 2. 25. 66. de Æneide Virgilii. « Nescio quid majus nascitur Iliade ». Ovid. 3. art. am. 413. « quis nosset Homerum, Ilias æternum si latuisset opus? ». Adde Senec. brev. vit. 13. 2., Varr. ap. Non. 428. 6. Merc. et Auson. edyll. 4. 46., qui et Periochas scripsit in Iliadem. — Pers. 1. 50. deridet Labeonem, qui Iliadem Homeri versibus fœdissime composuit ita ut nec ipse poeta intellexisset, nisi helleboro purgaretur, ut Schol. ad l. Cf. Pers. ibid. 123. et Oros. 7. Hist. 7., qui tamen minus recte Iliadem vocavit carmen Neronis, quod Suet. Ner. 38. ἅλωσιν dicit. — Translate, de longa calamitatum serie. Ovid. 2. Pont. 7. 33. — In plur. num. Propert. 2. 1. 14 (Græce Cic. 8. Att. 11. Cf. Æsch. c. Ctesiph. 100. « Ψήφισμα μακρότερον τῆς Ἰλιάδος »). — Dividitur autem in XXIV. libros seu, minus recte, ῥαψῳδίας; quam divisionem invexit Aristarchus Alex. (Ps. Plut. vit. Hom. c. 4) sæc. II. a. Chr. vel potius antea a Zenodoto, nimis tamen arbitrariam, ope alphabeti Ionici, olim vero titulis stricte sumptis, ut Μῆνις, Ὅρκια etc., usitatam Herodoto, Platoni, Aristoteli; vel latius, ut est Διομήδους ἀριστεία, V. et VI. librum complectens. — Argumentum seu epica narratio ita potest in compendium redigi: Græcis abhinc novem annis Ilium obsidentibus, Chryse, sacerdos Apollinis in urbe ab iis devastata, venit in castra exposcens ut sibi filia, Agamemnonis serva, restitueretur, quod hic superbus renuit. Tum Apollo, a Chryse exoratus, pestilentiâ Græcos affecit. Sed, agnita calamitatis causa, Agamemnon tandem, Achillis et Chalcantis rogatu, eam in libertatem dimisit, sed pro ea ab Achille Briseidem per vim abstulit. Quo facto iratus heros juravit se nulli contra Trojanos prœlio adfuturum, graviter cum Thetide de injuria conquestus, quæ a Jove obtinuit, ut Græcorum res pessum irent, nisi se noxam, Achilli illatam, resarturos pollicerentur. Sane exinde Agamemnon, somnio delusus a Jove, quo victoria ei promittebatur, Trojanos aggreditur, ita ut variæ committerentur pugnæ ac singularia certamina, in quibus primum illi vincuntur, dein vero, a Jove adjuti, victores cogunt Græcos ad castra recedere, ubi se muniverunt et sub dio conquieverunt, quo promptiores mane ad bellum se compararent. Sed interea eos terror occupat: Agamemnon Achillem placare conatur, at frustra: Diomedes et Ulixes egrediuntur ad castra hostium exploranda ac Dolonem Trojanum deprehendunt, qui ad Græcos in eundem finem se conferebat, eumque post quam de rebus Trojanis edocti fuerunt, interficiunt, castra hostium petunt ibique maximam de Trojanis edunt cædem seque incolumes ad suos revertuntur. Attamen insequenti die, instaurato bello, Græci iterum propelluntur; quin Hector, fossa trajecta, murum scandit castrorum æque vi penetrat insuperabili: pugna utrinque ardet horrenda, victoria hæret anceps: Troes tandem victores Græcos ad naves confugere indeque se defendere compellunt. Tum hæc Achilles conspicatus de suorum clade lætatur, quum ad eum convolat Patroclus, ejus amicus, obsecrans, ut suis opem ferat quam primum vel ipsius se armis indui patiatur, quibus hostes facilius impetat ac profliget. Sed repentina luce percussi Hectorem cernunt Græcæ navi ignem immisisse, quo periculo commotus heros suis Patroclum armis induit, ut hostes tantum arceat a vallo, quod cum Mirmidonibus feliciter præstitit, Trojanis ad fugam compulsis; sed quum, Achillis monito neglecto, eos usque ad urbis muros insequi voluisset ac ter hos scandere tentasset terque ab Apolline hinc esset depulsus, statim occisus est ab Hectore, qui Achillis armis se induit. Tum Achilles, miserando amici casu permotus, iram deposuit novisque indutus armis, quæ Vulcanus ei fabrefecit, ad pugnam rediit Patrocli necem ulturus. Trojanos itaque magna afficit clade, ipsum Hectora interimit ejusque cadaver, in mortuum turpiter desæviens, per Achæorum castra raptat, ac Briseidem recuperat ludosque ac funera parat in defuncti amici honorem sollemnia, jussusque a Jove Hectoris corpus Priamo restituit, qui noctu, a deo ductus, in castra Græcorum venerat illud pretio redempturus. Ilias postremo sumptuosis quoque Hectoris exsequiis concluditur, poema, in sua compage unum simulque mirifice varium, de cujus auctore, quicumque sit, hæc scribit Quintil. 10. 46. « Hunc nemo in magnis rebus sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem lætus ac pressus, jucundus et gravis, tum copia tum brevitate mirabilis ». — Ceterum de hujus poematis auctore, excellentia, lingua, stilo satis diximus sub v. HOMERUS, ad quam remittimus, ne acta agere videamur. — c) Est item Ilias Latina, primi sæculi opus, temporibus principatus Iuliæ gentis, fort. sub Nerone, compositum, seu compendium metricum Iliadis Homericæ pro scholis, constans 1070. versibus hexametris, quos sæpe ab Æneide Virgilii et a metamorphosibus Ovidii mutuatur. Auctorem alii dicunt Pindarum Thebanum (Müller), alii Attium ap. Pers. 1. 50 (Bergk), alii Bæbium Italicum (Schenkl). — De ea scripserunt Lachmann, Kl. Schr. II. 161.; L. Müller in Philol. XV. p. 479-482.; Döring, Über Hom. Lat. Progr. 1884.; Altenburg, Observ. in Italici Iliad. etc. 1890.; Rasi, Sugli acrostici dell' Ilias Latina in Riv. di filol. XXVI. 1898. p. 399.sqq. et Boll. di filol. class. XX. 1914. p. 222.sqq.

ILIŪPŎLIS, is, f. 3. oppidum Ægypti ap. Rav. p. 128., qui tamen monet ita scriptum nomen pro Heliopolis, quæ a Memphi haud longe distat; idcirco distinguendum ab Iliupolis (Ἰλίου πόλις Hom. Il. 5. 641) prope antiquam Trojam-Ilion; de quo oppido mentio est ap. Strab. 13. 596.

ĪLIUS. V. ILIUM.

ILLETĬA, æ, f. 1. insula in mari Ionio circa Ephesum. Plin. 5. Hist. nat. 31. 38. (137).

ILLĪBĀNUS, i, m. 2. nom. cujusdam regis ap. Auson. ep. 19. 22.

ILLIŎMĀRUS, i, m. 2. nom. vir. externæ originis. Inscr. ap. Wilmanns n. 2240.; itemque nom. serv. Corp. 7. 1336. 514 (in figlina).

ILLISTRA, ōrum, n. plur. 2. urbs Lycaoniæ, quam memorat Mar. Marcat. p. 893. M. « Martyrius episcopus civitatis Illistron », ubi Illistron est genet. Gr. posit. Ἰλλίστρων. Id. tamen p. 867. habet Listron. — Vocabuli varia est forma etiam græce, ut Ἴλιστρα, Λίστρα, Λήστρα.

ILLORONENSES, ium, m. plur. 3. gens Gallica in provincia Novempopulana Aquitaniæ, cujus urbs princeps ab eis nomen accepit, civitas Illoronensium dicta in Notit. Gall. 14. 12. 6.

ILLURCO et Ilurco, ōnis, f. 3. oppidum Hispaniæ Bæticæ, memoratum Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (10)., hod. fort. Pinos Puente — In nummis ap. Eckhel. 1. p. 28. et in titulis Corp. 2. 2064. et 2068. etc. unico l scribitur. — Hinc Illurconensis (Ilurconensis) in Inscr. ap. Orelli n. 688., sed est interpolata. V. eund. n. 2062.

ILLURCONENSIS. V. voc. præc.

ILLUS, i, m. 3. (Ἶλλος) nom. vir. — Scribitur

etiam Ellus v. Hellus et in Corp. 9. 2073. et ap. Cassiod. l. c. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Apud scriptores — 1.°) Illus, vir clarissimus, natione fort. Isaurus, qui solus in Oriente consul processit a. 478. p. Chr. (Marcell. in chron.), vocatus Ellus v. Hellus ap. Cassiod. in chron., sed Illus in subscr. Simplic. pap, ep. 12., 13., al. — 2.°) Illus, Isaurus natione, magister officiorum in Oriente, fort. idem ac præcedens, et Zenoni imp. (a. 474) « amicissimus caritateque conjunctus », ut ait Jorn. Rom. 349. M., qui narrat eum cujusdam Ariadnes calumnia deceptum Augustam viro suo detulisse, qui in zelum concitatus uni suorum imperavit, ut noctu eam perimeret. Quod Augusta quum rescivisset, illam in suo lectulo collocavit fugitque ad Acacium episcopum. Postridie Zeno ratus rem perpetratam fuisse, luctum simulans neminem recepit. Sed Acacius deinde Augustam suspicionis innoxiam ei comprobavit; quare hæc opportunitatem nacta uni suorum mandat, ut Illum interimat, qui dum avidus ferit in capite, ense non cervicem sed aurem amputavit. Ille autem orientem Zenoni infestus invasit, et cum Leontio tyrannidem arripuit (Marcell. in chron.); qui in partibus Syriæ et Isauriæ, teste Jorn. ibid., dibacchati sunt; sed non multo post ab exercitu Zenonis in Papirio castello « capti decollatique sunt, et capita eorum Constantinopolim adiata præfixaque hastilibus tabuerunt. Sic quoque Zenon, superatis inimicis suis, in bona pace quievit ». ¶ 2. In titulis nom. vir. Corp. 9. 2073., coll. De-Rossi in Inscr. Chr. I. p. 606.

ILLȲRES, um, et

ILLȲRĬA, æ, f. 1. (Ἰλλυρία), et

ILLYRĬCĬĀNUS. V. voc. seq.

ILLȲRĬCUM, i, n. 2. (Ἰλλυρίς) nom. geogr. — Varie scribitur, ut Inlyricum ap. Jorn. Rom. 214. M. et in Corp. I. L. 5. 8987. — Ilyricum, unico l, in Corp. 3. 6416. — Hillyricum, præmissa aspiratione, in Corp. 3. 1741.; et Hilluricum, ibid. 1. p. 471., coll. p. 568. — Illuricum, ibid. 1. p. 461. — Eilluricum et Hiluricum ibid. 8. 1854. et Plaut. trin. 852.

Illyricum, regio Europæ, ad oram Hadriatici maris ab Arsia (Arsa) fluvio, quo ab Italia disterminatur, usque ad Ceraunios montes (Tschika v. Khimarra), qui eam ab Epiro sejungunt, protensa, complectens Liburniam, Iapydiam ac Delmatiam, confinis Pannoniæ, Mœsiæ et Macedoniæ, quam describit Plin. 3. Hist. nat. cc. 25. et 26. — Sunt tamen qui Illyricum sive potius, latiore sensu, Illyriam v. Illyridem v. Illyrium, diversorum temporum ratione habita, modo distinguant ab Iapydia et Liburnia itemque a Delmatia; modo vero cum iis conjungant, et initio quidem ita denominata videtur ea tantum pars, quæ vulgo Illyris barbara est appellata supra Liburniam ac Delmatiam, quæ idcirco ab Illyride Græca est distincta. Sane Græci atque Romani Illyrios vocabant omnes accolas oræ orientalis Hadriatici maris a Venetia usque ad Epirum; sæc. autem IV. a. Chr. ineunte, distincta est Illyria proprie dicta seu Illyria Græca (hod. Albania), ad meridiem ostii Drili (Drin), occupata a Philippo II., rege Macedoniæ, ab Illyria barbara septentrionali, sæc. III. a Celtis invasa, quæ complectebatur Delmatiam, Liburniam et Istriam (hod. Dalmazia, Montenegro, Bosnia, Erzegovina et Istria). — Porro, temporibus Augusti, Illyricum in Superius et Inferius divisum est, illud Delmatia, hoc Pannonia dictum (Corp. 3. 1741. et Vellej. 2. 125). — Pars litoranea insulis abundat, ex quibus inter præcipuas memorantur Lissa, Corcyra (Corfù), Crexa (Cherso) et Scardona; mediterranea vero montosa est ac sterilis, sed auro dives, cujus urbes præcipuæ sunt Iader (Zara), Salona, Dyrrachium (Durazzo), Scodra (Scutari), Narona (Viddo), Apollonia (Pollina): montes Albanus, Scardus, Candavii et Ceraunii; fluvii Savus v. Saus, Navo, Drinius et Colapis; ex fontibus autem mirabilem dixit Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (228)., illum frigidum, supra quem expansæ vestes accenduntur; denique conventus tres, nempe Naronæ, Salonæ et Scardonæ, de quibus suo loco dicemus. — Illyria Græca, Macedoniæ reddita, cum hæc Romana effecta est a. 146. fuitque pars provinciæ hujusce nominis; anno autem 177. a. Chr. Roma potita est Istria et a. 129. Liburnia, ac territoria Romana Illyriæ barbaræ seu Illyricum Galliæ Cisalpinæ sunt adnexa; dein in provinciam a ceteris distinctam redacta temporibus Julii Cæsaris, senatui addicta a. 27., imperatoribus a. 11., sub Tiberio Delmatia et Illyricum appellata vel simplicius Delmatia cum metropoli Salona; dein Istria Italiæ conjuncta ad illam non amplius pertinebat. — Ceterum sub imperio nomine Illyrici sæpe designabantur provinciæ Delmatiæ, Pannoniæ, Mœsiæ et Daciæ. — Post Constantinum M. præfectura Illyriæ a Danubio usque ad Cretam protendebatur duasque continebat diœceses, Illyriam et Macedoniam, quarum prior in decem provincias dividebatur, Delmatia comprehensa; et post Theodosium M. est diœcesis Illyrici, imperio occidentali subjecta; præfectura Italiæ cum sex provinciis, inter quas Delmatia, capite Salona, et præfectura Illyrici, imperio orientali obnoxia cum binis diœcesibus, Dacia et Macedonia; antiqua vero Illyria Græca una est e sex provinciis diœcesis Macedoniæ sub nomine Epiri novæ, capite Dyrrachio, et pars Illyriæ barbaræ magis australis una ex quinque provinciis diœcesis Daciæ, sub nomine Prævalitanæ, capite Scodra. — De his Cæs. 2. B. C. 35. et 5. B. G. 1., Cic. 10. Att. 6. etc., Liv. 43. 20. etc., Mel. 2. 16. et 55.sq., Tac. 1. Ann. 5. etc. et 1. Hist. 2. et 76. et 2. 85. et 86., Not. Dign. or. 1. 3. et occ. 1. 85. etc. et Hist. Aug. locc. innumer. et, ex Græcis, Herod. 1. 196. etc., Thuc. 1. 26., Scyl. 7., Polyb. 2. 8., Strab. 2. 105., Diod. 16. 4., Dio 47. 21. etc., — Laterc. Polem. Silv. a. 386. in Illyrico provincias XIX. sic recenset: Delmatia (super mare), Pannonia I., in qua est Sirmium, Pannonia II., Valeria, Prævalis, Mœsia inferior, Epirus vetus et nova, Noricus (ripensis, supra Danuvium), Noricus mediterraneus, Savia, Dardania, Hæmimontus, Dacia, Scythia, Creta insula, Achaia, Macedonia et Thessalia. — Colonias Augustus plures in Illyricum deduxit, nempe Æmonam (Corp. 3. 489), Salonas (Ibid. 804), Iader (Ibid. 374) et Naronam (Ibid. 291). — De nummis vd. Eckhel. 2. p. 152-160. et Head, 313. et 406. — De Illyrico vd. Zippel, Die röm. Herrschaft in Illyrien et Cons, la prov. rom. de Dalmatie, Paris 1882. Cf. etiam Mommsen, Corp. 3. p. 279.sq. et Besnier, G. A. 1914. p. 387.sq. — Hinc

Illyrii, ōrum, m. plur. 2. populi in ora Hadriatici maris, ab Illyrio, Cadmi et Harmoniæ filio, ita dicti, ut fabula docet (Iluri ap. Plaut. Men. 235), barbari ac sævi (Jorn. Rom. 242. M.), piratica infames (Liv. 10. 2). — Initio reges habuerunt (Diod. 19. 78) bellaruntque sæpe cum Macedonibus, sed improspere (Justin. 7. 2., coll. Ammian. 26. 98) et non solum cum eorum rege Philippo sed etiam cum Alexandro ipso, qui tamen eos subegit (Justin. 11. 1. et 9., coll. Curt. 3. 10. 6. etc.); cum Pyrrho et Alexandro, Epiri regibus (Frontin. 2. Strat. 5. 10. et 3. 6. 3), et cum Aryba, Molossorum rege (Id. 2. ibid. 5. 19); cum Romanis paullo post primum bellum Punicum (Flor. 2. 5), regina Teuta apud eos regnante; iterum cum eis iratis, quod ipsorum legatum occidissent (Liv. epit. 20), a quibus, ducibus L. Æmilio Paullo et M. Livio Salinatore coss., a. 219. a. Chr., sunt profligati (Auct. vir. ill. 50); iterum rebelles, sed ab iis domiti, et sub Gentio, rupta fide, Persei socio, ab Anicio prætore devicti eorumque urbe caput Scodra deleta est (a. 168) rexque ipse cum fratre ac filiis captivus Romam deductus et in triumphum actus (Liv. 44. 27-32., Flor. 2. 13., Vellej. 1. 9., Eutrop. 4. 6. et 8); sed ex senatus populique sententia Illyrii liberi sunt declarati, tributo tamen subjecti. — Augustus a. 35. et 34. Delmatias domuit, in quo bello vulnera excepit (Suet. Aug. 20), sed Illyrios omnes cum Pannoniis Romæ subjecit (Oros. 6. Hist. 19. et Eutrop. 7. 9); eis vero rebellantibus (Plin. 7. Hist. nat. 45. 46. [149]) a. 11., senatus, cui datum fuerat Illyricum, hoc permisit Augusto (Dio 54. 31), a quo illuc missus est Tiberius, qui Illyrios « perdomuit et in ditionem redegit », ut tradit Suet. Tib. 16., coll. Vellej. 2. 115., quæ victoria celebrata est Romæ a. 3. III. non. Aug., teste Kal. Ant., coll. Inscr. ap. Orelli n. 622. — Alia de iis superius dicta sunt. — Memorantur insuper Ovid. 1. Trist. 4. 19., Mel. 2. 16. et 56., Liv. epit. 47., Flor. 4. 12. 3. et 6., Oros. 4. Hist. 20., Ammian. 21. 9. 3., 27. 4. 12. et 30. 5. 2. — Illyrius, a, um, adj. Cat. ap. Gell. 11. 3. 2. ager. Prisc. per. 381. arces. Adde Frontin. 2. Strat. 5. 19. et Mythogr. I. fab. 50. et II. fab. 78. — Absolute — a) Filius Cadmi et Harmoniæ. Schol. ad Virg. 1. Æn. 243. — b) Item unus ex Perdiccæ sociis, quo occiso, hostis est judicatus a Macedonibus. Justin. 13. 8., ubi tamen dubium est nomen. — c) Illyrium, idem ac Illyria. Schol. ad Virg. 1. Æn. 243. — Illyris (Ἰλλυρίς), idem ac Illyrius, ut Illyris ora ap. Ovid. 2. Trist. 225., Sil. It. 8. 292., Sidon. carm. 2. 224. — Absolute, substantivorum more, idem ac Illyria. Ovid. 2. Pont. 2. 79., Manil. 4. 688. et Avien. orb. 145. — Est etiam insula prope Lyciam sive in Lycio mari, teste Plin. 5. Hist. nat. 31. 35. (131). — Illyres (Ἰλλυρεῖς), iidem qui Illyrii, ap Jorn. Rom. 180. M. — Illyris, regio eadem latiore sensu quæ Illyricum (Ἰλλυρία). Propert. 1. 8. 2. gelida vilior Illyria? Liv. epit. 45. Victis Dardania et Illyria. Symmach. laud. Valentin. Sen. 1. Illyriæ cives. — In plur. num. Propert. 2. 16. 10. et Ammian. 21. 7. 1. — Illyricus — a) Adj. Claudian. carm. 17. 202. orbis. Tac. 2. Hist. 85. exercitus. Solin. 2. limes. Flor. 4. 2. 30. ora. Lucan. 4. 435. unda. Ovid. 4. Pont. 14. 45. pix. Sidon. carm. 5. 108. solum. Cic. Manil. 12. mare. Corp. 3. 4068. vectigal. Auson. clar. urb. 7. 3. montes. et epigr. 3. equæ. Claudian. carm. 20. 111. strages. et 28. 92. urbes. et 22. 207. tributa. Senec. Herc. f. 897. regna. — b) Abs. Illyricus, provincia, ap. Oros. 6. Hist. 7.; vel Illyrica (subaud. provincia), ap. Jorn. Rom. 218. M. — Illyrici, incolæ provinciæ Illyrici v. Illyrii proprie dicti, qui quotannis solebant ritu sacrorum equum aquis immergere in honorem Saturni (Serv. ad Virg. 1. G. 12). Memorantur Liv. epit. 44., Ampel. 6., Flor. 2. 3. 2. — Illyrica (Ilurica) est etiam nom. mul., et gentilicium, usurpatum, in Corp. 9. 3434.; et cogn. in alia in Ephem. epigr. IV. p. 88. n. 238. — Illyricianus — a) Abs., cogn. vir. Cod. 12. 19. 10. et 12. 41. 11. — b) Adj. idem ac Illyricus. Vopisc. Aurelian. 13. limes. Cod. 2. 7. 9. præfectura. Trebell. Claud. 14. gens. — Sæpius in re militari. Ammian. 26. 5. 3., Trebell. XXX. tyr. 11., Spartian. Sev. 5., Vopisc. Prob. 6., Jorn. Get. 58. — Hinc equitum corpora in Not. Dign. imp. or., ut Mauri Illyriciani 38. 18., 33. 26. etc., Scutarii Illyric. 32. 19., Delmatæ Illyric. 32 21. etc. — Illyriciani, abs. — a) Ii, qui ex Illyrico sunt. Cod. Theod. 10. 10. 25. — b) Hæreticorum genus. Mar. Victorin. 1. c. Arium, 48.

ILLȲRĬI, ōrum, m. plur. 2., et

ILLȲRIS, idis, f. 3., et

ILLYRĬUS, a, um, adject. V. voc. præc.

ILORCI, is, n. 3. oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Bastetanis, conventus Carthaginiensis, civitas stipendiaria; unde Ilorcitani, incolæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (25).

ILUBERĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. incolæ Iluberis (Iluberris), oppidi in Hispania Bætica, ap. Plin. 3. Hist. nat. 3. 4. (24)., ubi alii leg. Lamberitani. V. ILIBERRIS.

ĪLUCĬA, æ, f. 1. oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Oretanis, conventus Carthaginiensis ad Anam. Liv. 35. 7.

ĪLUGO, ōnis, m. 3. oppidum Hispaniæ in Sierra Morena ap. Santisteban del Puerto, cognitum tantum ex Inscr. in Corp. 2. 3329. municipii Ilugonensis. V. Corp. 2. p. 435.

ĪLUGŌNENSIS. V. voc. præc.

ĪLURCO, ōnis, m. 3., et

ĪLURCŌNENSIS. V. ILLURCO.

ĪLURENSIS, e, adject. V. voc. seq.

ĪLURO, onis, m. 3. nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum Galliæ Aquitanicæ in via a Beneharno Cæsaraugustam Hispaniæ, in Itin. Ant. p. 453., hod. Oloron. Memoratur etiam in Not. Gall. et Corp. 13. 1. p. 51. ¶ 2. Item oppidum oræ orientalis Hispaniæ Tarraconensis in Lætania, conventus Tar-

raconis, ad hujus urbis plagam septentr.-orient., adscriptum trib. *Galeriæ*, hod. *Mataró*. Memoratur *Mel.* 2. 90., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22). et in *Corp.* 2. *p.* 613. et 987.

ILURSENSES, ium, m. plur. 3. gens Hispaniæ Tarraconensis, inter Ispallenses et Iluberitanos. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (24).

ILUS, i, m. 2. (Ἶλος et Εἶλος, idem fort. ac Ἰλύς, *limus*: cf. ILIUM) nom. vir. ¶ 1. In libris memorantur — 1.º) Ilus, rex Troadis (*Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 267), filius Trois, regis Trojanorum, et Callirrhoes, filiæ Scamandri, natu major (*Mythogr. I. fab.* 135); vel filius Apollinis (*Isid.* 15. *Orig.* 1. 88), frater Ganymedis et Assaraci et Cleopatræ, maritus Eurydices, pater Laomedontis ex Leucippe, avus Priami et Hesiones, nepos Erichthonii et pronepos Dardani, hinc *Dardanides* dictus (*Hom. Il.* 11. 372. et *Hygin. fab.* 250); vel filius Dardani et Bateiæ, filiæ Teucri, frater Erichthonii (*Apoll.* 3. 12. 2. et *Hom. Il.* 20. 232. et 236), frater quoque Cleomestræ, ex qua Assaracus natus est, et pater Tithoni (*Dict.* 4. 22); qui Ilium condidit (contra *Virg.* 6. *Æn.* 650. Ilusque Assaracusque et Trojæ Dardanus auctor. *V.* ILIUM), vel potius auxit (Cf. *Ovid.* 6. *Fast.* 419. Mœnia Dardanides nuper nova fecerat Ilus); quin et Pessinuntis conditor, ut alii putarunt, teste *Ammian.* 22. 9. 7. — Memorant etiam *Mythogr. I. fab.* 204. et *II. fab.* 192., *Val. Flacc.* 2. 473. et 581. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 650. — *Dict.* 1. 6. refert discordias fuisse inter eum et Pelopem. *et* 5. 5. Minervæ templum exstruxisse; denique 4. 1. illum sepultum fuisse prope locum, ubi Hector et suum habuit. — Claudius Gothicus imp. ab eo originem suam duxisse perhibent nonnulli ap. *Trebell. Claud.* 11.; sed hoc et alia de ejus genealogia satis confusa, aliis aliter sentientibus, magis sunt fabulosa quam vera. — De priscæ artis monumentis, quæ ad illum aliquo modo pertinent, vd. *Overbeck, Gall. hero. Bildw.* Taf. 26. 17., 27. 1-4. et *Arch. Ztg.* 1882. Tf. 8. 2 a. — De nummis vd. *Sestini, Mus. Hederv. II. p.* 187. *n.* 17.; *Mionnet, S. V.* 572. et 475.; *Cavedoni, Spic. num. p.* 158. et *Head, H. N. p.* 478. — De eo scripsit *Drexler* in *Rosch. Myth. Lex. II. p.* 119.sqq. — 2.º) Ilus, nom. prius Ascanii, Æneæ filii. *Virg.* 1. *Æn.* 272., coll. *Serv.* ad *l.* — 3.º) Ilus, Rutulus quidam, cujus laus est ap. *Virg.* 10. *Æn.* 400.sq. ¶ 2. In titulis nom. vir., instar gentilicii usurpatum, ut videtur, in *Inscr.* bil. in *Corp. I. L.* 3. 868. « ILVS GEMELVS EQ. ARMORVM CVSTOS etc. ΙΛΟΣ ΓΕΜΕΛΛΟΣ etc. ». — Etiam cogn. vir. in *alia* ap. *Grut.* 589. 7.

ILVA, æ, f. 1. (Ἰλοῦα *Ptol.* Αἰθαλία *Scyl.*) insula Italiæ in mari Tusco contra Senarum oram maritimam, hod. *Elba*, ferri metallis abundans, ut ait *Plin.* 3. *Hist. nat.* 6. 12. (81)., qui hæc habet: « Cum in aliis regionibus effossis metallis terræ sint vacuæ, apud Ilvam hoc esse mirum, quod sublata renascantur et rursum de iisdem locis effodiuntur. Varro et aliud dicit, nasci quidem illic ferrum, sed in structuram non posse cogi nisi transvectum in Populoniam Tusciæ civitatem ». Memorat etiam *Virg.* 10. *Æn.* 173. « Ilva trecentos (*dederat expertos belli juvenes*) Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis ». Cf. *Serv.* ad *l.* Adde *Liv.* 30. 39., *Mel.* 2. 122., *Sil. It.* 8. 615., *Ovid.* 2. *Pont.* 8. 84., *Solin.* 3. — *Rav. p.* 410. Illuda. — Hinc fort. *Ilvates*, sub Ligurum dicione, ex Ilva oriundi Tusciæ v. Sardiniæ (? *Ptol.* 3. 3. 8), ap. *Liv.* 31. 10. et 32. 29.

ILVĀTES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. præc.

IM

IMACHĀRA, æ, f. 1. (Ἠμιχάρα v. Ἰμαχάρα) oppidum Siciliæ in parte orientali, civitas decumana, hod. *Troina*, ap. *Cic.* 3. *Verr.* 42. 100. — Hinc *Imacharensis* ager ap. *eund.* 3. *ibid.* 18. 47. — *Imacharenses*, abs., incolæ. *Id. ibid.* 48. et *Plin.* 3. *Hist. nat.* 8. 14. (91). V. *Pais, Alcune oss. sulla stor. della Sicil.* etc. Palermo 1888. *p.* 32. *sqq.*

IMACHĀRENSIS. *V.* voc. præc.

IMADŎCHI, ōrum, m. plur. 2. gens in Mæotide. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (21)., ubi alii aliter leg.

IMĀON, ŏnis, m. 3. miles, Halesi socius, cujus meminit *Virg.* 10. *Æn.* 424. Audiit illa deum, dum texit Imaona Halesus.

IMARMĔNĒ, es, f. 1. (Εἱμαρμένη, proprie partic. a μείρομαι, *partem assigno, destino* [μείρω], subst. usurpatum, subaud. μοῖρα, *i. e.* fatum, *il destino, la sorte*) ap. *Capell.* 1. *p.* 17., uti alii græce leg.

IMĀUS et Imavus, i, m. 2. (Ἴμαον ὄρος) mons sive potius montium series in Asia, hod. *Himalaya*, Indiam sejungens a Scythia: hinc *Imaus Indicus* occid. et *Imaus Scythicus*, septentr. ¶ 1. Imaus Indicus definit *Indiam intra Gangem* inter Caucasum Indicum ad occid. et Bepyrrhum ad orient., notam post expeditionem Alexandri M., hod. *Karakorum*. De eo *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (60). Gentes a montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur incolarum lingua nivosum significante etc. Cf. *Strab.* 2. 120., 11. 511.sq., 15. 689. et *Arrian. Ind.* 2. 3. Adde *Solin.* 38. et *Oros.* 1. *Hist.* 2. — *Jorn. Get.* 7. hunc ab Indis *Lammum* appellari tradit. ¶ 2. Imaus Scythicus Asiæ mediæ, se a præcedenti separans ad septentr., in duas partes divisus (*Scythia cis et trans Imaum*), hod. *Tian-Chan*, ap. *Ammian.* 23. 6. 14. Sogdiani, Sacæ, Scythia infra Imaum et ultra etc. *et ibid.* 61. Circa defectus et crepidines montium, quos Imavos et Apurios vocant, Scythæ sunt etc. Adde *Ptol.* 1. 12. 9., 6. 13.sq., 8. 23. 2. et *Marc. per. m. ext.* 1. 34.

IMBARUS, i, m. 2. mons Ciliciæ. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (93).

IMBRĀSĪDĒS, æ, m. 1. (Ἰμβρασίδης) patronym. Imbrasi. *V.* voc. seq.

IMBRĀSUS, i, m. 2. (Ἴμβρασος) nom. pers. et geogr. ¶ 1. Est pater Glauci et Ladis, Lycius. *Virg.* 12. *Æn.* 342. Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse Nutrierat Lycia etc. — Hinc *Imbrasides*, filius aut nepos Imbrasi, nempe Asius, de quo *Virg.* 10. *Æn.* 123. — *Imbrasides*, plur. num., Glaucus et Lades, de quibus idem *Virg. loc. cit.* ¶ 2. Est etiam fluvius insulæ Sami ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 37. (135).; unde olim ipsa Samus *Imbrasus* dicta, teste *Hygin. fab.* 14. Althæa Thestii filia ab Imbraso insula, quæ Parthenia appellata est, nunc autem Samos dicitur.

IMBREUS (bisyll.), ei, m. 2. (Ἴμβρευς) centaurus quidam, in pugna Lapitharum occisus. *Ovid.* 12. *Met.* 310. At non Eurynomus Lycidasque et Areos et Imbreus Effugere necem.

IMBREX, icis, m. 3. cogn. vir., ex communi propr., ut *C. Licinius Imbrex* ap. *Gell.* 13. 22. 16. et 15. 24. — Abs. *Paul. Fest. p.* 109. *M.* « Imbrex nomen cujusdam comici ».

IMBRĬCĬTOR, ōris, m. 3. epitheton Apollinis et Jovis. *V.* hanc voc. in *Lexico*.

IMBRĬI, ōrum, m. plur. 2. titulus comœdiæ *Cæcilii Statii*, cujus fragmenta nunc tantum exstant collecta ap. *Ribbeck* in *P. C. p.* 51.sqq. Cf. *Keil* ad *Prisc. I. p.* 231. 16. et 513. 2.

IMBRINĬUM et Inbrinium, ii, n. 2. locus Samnii, ap. *Liv.* 8. 30., ubi alii leg. *Imbrinium*. Cf. *Drack.* et *Garrucci, Liguri Bebiani p.* 20.

IMBRĪUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Inscr.* in *Ephem. epigr. V. p.* 287. *n.* 803., ubi tamen potest ut cogn. haberi, quod haud raro gentilicio præmittitur. — De adject. *V.* voc. seq.

IMBROS, i, f. 2. (Ἴμβρος νῆσος κ. πόλις *Ptol.* 3. 11. 14) insula cum oppido cognomine in mari Ægæo, Thraciæ Chersoneso adjacens, nunc *Imvros*, Turc. *Imrus*, It. *Imbro* v. *Embro*, olim habitata a Pelasgis seu Tyrsenis, occupata dein a Persis sub Dareo rege, post a Miltiade, Athenis subjecta etiam post pacem Antalcidæ; temporibus vero Romanorum ad provinciam Achaiæ pertinens. Memoratur *Liv.* 33. 30. et 35. 43., *Mel.* 2. 106., *Val. Flacc.* 2. 443., *Avien. orb.* 193. et 702., *Curt.* 4. 5. 22. et *Ammian.* 22. 8. 2. et, ex Græcis, *Hom. Il.* 13. 33. etc., *Her.* 5. 26, et 6. 104., *Thuc.* 3. 29., et 8. 99., *Xen. Hell.* 4. 8. 15., *Scyl.* 114., *Strab.* 2. 124., *Dion. per.* 524. — De nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 52. et *Head*, 261. — Hinc *Imbrius*, ad Imbrum ins. pertinens. *Ovid.* 1. *Trist.* 10. 18. — *Imbrii*. V. hanc voc. supra.

IMĔNĀRĔTĒ, es, f. 1. (Ἰμηναρήτη) uxor Chalcodontis, mater Elephenoris. *Hygin. fab.* 97., si tamen ita legendum. *Tzetz.* vero ad *Lycophr. p.* 162. Chalcodontis uxorem vocat *Melanippen*.

IMENEI, ōrum, m. plur. 2. populus Arabiæ in finibus Commagenes. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 24. 21. (86). « Cingilla Commagenen finit, Imeneorum civitas »., ubi *Sillig.* leg. *Immeorum*, alii *Imme*.

IMEUS mons, in Italia media (reg. IV), nunc *Ventrino*, separans lacum Fucinum a valle Aterni, in Marrucinis, ad eum locum, qui hod. *Forca Carusa* dicitur. *Tab. Peuting.* Cf. *Garrucci* in *Bull. d. Ist. arch.* a. 1866. *p.* 114., *Nissen, Ital. Landesk. II.* 485. et *Not. degli scavi* a. 1889. *p.* 345.

IMILCHO v. Imilco. *V.* HIMILCO.

IMITYES, is, m. 3. amnis ex montibus Ciscadis haud longe a Mæotide. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (21).

IMITYI, ōrum, m. plur. 2. populus circa paludem Mæotidem. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (22).

IMMADRÆ, ārum, f. plur. 1. statio in *Itin. marit. p.* 506. haud procul a Massilia, *Mandraæ* dictæ (med.-æv.).

IMMÆ, ārum, f. plur. 1. (Ἴμμα *Ptol.*) locus Syriæ haud procul ab urbe Antiochia, apud quam Aurelianus imp. vicit Zenobiam. Memorant *Sext. Ruf.* 24. et *Prosp.* in *chron.* ad a. 272. — *Jorn. Rom.* 291. *M.* habet *Hymmas*. — *Ptol.* 5. 15. 15. collocat in Seleucide Syriæ Coites.

IMMARĀDUS, i, m. 2. (Ἰμμάραδος) Originem nominis conatus exponere, *Vaniček* (*Gr.-Lat. Etym. p.* 88) duxit a Skr. *ish*, cupere, quasi sit *Ismaradus*: cf. ἱμείρω, *cupio*. — Est autem filius Eumolpi (*Paus.* 1. 5. 2. et *Schol. Hom. Il.* 18., 483) et frater Dairæ (*Arnob.* 6. *p.* 193., ubi alii leg. *Immarus*). Cf. de eo *Eitrem* in *PWK* 9. 1107.

IMMO, ōnis, m. 3. nom. comitis cujusdam, de quo mentio est ap. *Ammian.* 21. 12. 3. et 16 (a. 361).

IMMORTĀLES, ium, m. plur. 3. dicti. ¶ 1. Genus quoddam militum apud Persas. *Curt.* 3. 7. 13. ¶ 2. Item dii. V. *Lexicon*.

IMMŪNIS, is, m. 3. cogn. vir. *Inscr.* ap. *Brambach n.* 1024.

IMPĔRIŌSUS, i, m. 2. (imperium) cogn. vir., ut *Cn. Manlius Imperiosus* (sic) in *Fast. Capit. Cons.* a. U. C. 395 = 359. a. Chr.). — Item *T. Manlius Imperiosus Torquatus* cons. cum P. Decio Mure, cons. III (a. 414 = 340).

IMPETRĀTUS et Inpetratus, i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 8. 6662. et 6723. — *Laterc. ibid.* 6. 1064. c. 3. *l.* 5. Inpetratus. — *Impetrata*, cogn. mul. *Corp.* 8. 6432. et 5937.

IMPĔTUS, us, m. 4. nom. unius ex famulis Martis, ex communi proprium. *Stat.* 7. *Theb.* 47. primis salit Impetus amens E foribus cæcumque Nefas etc. *Claudian. carm.* 1. 77. Famuli currum junxere volantem Impetus horribilisque Metus, qui semper agentes Prœlia, cum fremitu Romam comitantur anhelo, Sive petat Parthos seu cuspide turbet Hydaspen.

IMPĬĔTĀS, ātis, f. 3. V. *Lexicon*.

IMPORTŪNUS et Inportunus, i, m. 2. cogn. vir., nempe consulis, memorati in pluribus titulis Chr., a. 509. *Corp.* 5. 6307. et 9. 1379., coll. *De-Rossi Inscr. Chr. I.* 939., 941. etc. — De senatore *Exc. Vales.* 90. — *Importuna*, cogn. mul. *Corp.* 9. 2427.

IMPŪDENTĬA, æ, f. 1. nom., ex communi proprium, deæ, cujus fanum, uti refert *Cic.* 2. *legg.* 11. 28., exstabat Athenis.

IMPULSĀTOR et Inpulsator, ōris, m. 3. (impello) nom. vir. *Ephem. epigr. V. p.* 317 (*in tab. exsecr.*), ubi *Inpulsator*.

IMPŪRUS et Inpurus, i, m. 2. cogn. ex aliis unum, quo per dedecus appellatus est aperte post mortem Elagabalus imp., de cujus vita suina scripsit *Lamprid. Elag.* 17.

IMUS, i, m. 2. quidam statuarius, ut *Acr.* interpretatur hanc vocem ad *Horat. s. p.* 32., sed satis imperite. Contra, recte *Porphyr.* ad *h. l.* « fabrum imum » adnotat: in angulo ludi tabernam habentem. - *Keller* quoque leg. *imus*, alii *unus*. V. etiam *Ritter*.

IN

INA, æ, f. 1. (Ἴνα ἢ Ἦνα) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est nom. geogr., sc. — 1.º) Urbs Cœlesyriæ, ad septentr.-occid. plagam Damasci, ad radices Hermon, hod. *Hineh*, ap. *Rav. p.* 403 (*Ptol.* 5. 15. 22). — 2.º) Altera in Sicilia (*Ptol.* 3. 4. 15) ap. *eund. ibid.* ¶ 2. Est etiam cogn. mul., fort. a patria ductum, in *Inscr.* ap. *Cavedoni* in *opusc. di Modena, ser.* 2. *t.* 3. *p.* 65.

INĀCHĪDES, æ, m. 1., et

INĀCHIS, idis, f. 3. *V.* voc. seq.

INĀCHOS et

INĀCHUS, i, m. 2. (Ἴναχος) nom. pers. et geogr. — *a)* Scribitur etiam *Inacus*, omissa aspiratione, in *Inscr.* ap. *De-Rossi, R. S. I. p.* 198. — *b)* Ad quantitatem et accentum quod attinet, vd. *Herm. Gramm. p.* 446. et *Arcad.* 85. 5. — *c)* Etymon seu originem vocabuli ducunt nonnulli ab *Anac* v. *Enac* (Hebr. *'Anāq*, Gr. Ἐνάκ). Cf. *Re* in *Arch. Bibl.* a. 1882. *p.* 333.sq. et 357. *et* 362. *sqq.* Alii fort. rectius putant esse ab ἰνάσσω (rd. ἰναγ). V.. *Pape-Benseler, Gr. Eigenn. I. p.* 549. — Est itaque

I.) Inachus, nom. pers. ¶ 1. Fuit filius Oceani et Tethydis (*Æsch. Prom.* 636., *Dio Hal. a. r.* 1. 25., *Apollod.* 2. 1. 1., *Hygin. fab.* 11.: cf. *fab.* 145); vel Oceani filius ex sorore sua Archia (*al. rectius* Argia) itemque uxore, vel ex Niobe pater Ionis (quam tamen alii alteri Inacho tribuunt vel dicunt non Inachi sed Iasi filiam: *Mythogr. I. fab.* 18) et Phoronei, illius, qui primus mortalium regnasse traditur (*Hygin. fab.* 143., coll. *Hieronym.* in *chron.*), nempe ex oceano seu mari ab Asia vel Ægypto in Græciam venit, ubi filius Phoroneus regnum obtinuit: ita fabula exponi potest. De eo *Hieronym.* a. Abr. *p.* 16. « Phoroneus Inachi filius et Niobæ primus leges judiciaque instituit ». Sunt tamen, qui ipsum Inachum regni conditorem faciant. — Ad temporis notationem quod spectat, hæc habet *Censorin. d. nat.* 21. 2. « A priore cataclysmo, quem dicunt Ogygii, ad Inachi regnum anni circiter quadringenti » (Cf. *Pl. Fraccaro, Stud. Varr.* 1907. *p.* 256). — Memoratur — *a)* Proprie. *Macrob.* 1. *Sat.* 19. 12., *Ammian.* 22. 8. 13., *Senec. Thy.* 337., *Horat.* 3. *Od.* 19. 1., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 211. et 7. *ibid.* 790., *Lact.* 1-11.; quamquam hæc loca, partim saltem, alteri tribui possunt — *b)* Translate seu improprie dicitur de rege antiquissimo ac nobilissimo. *Horat.* 2. *Od.* 3. 21., coll. *Acr.* ad *h. l.*, qui huc trahit quoque *Virg.* 7. *Æn.* 372. Cf. etiam *Serv.* ad *v.* 793. ¶ 2. Alter hujus nominis rex Argorum, Triopæ filius ex Oreasiade, frater Xanthi, teste *Hygin. fab.* 145., qui addit ex eo et Argia uxore natam fuisse Ionem, a Jove vitiatam, ex quo concubitu natus est Epaphus in Ægypto (Cf. *Stat.* 4. *Theb.* 121), de quibus hæc habet *Augustin.* 18. *Civ. D.* 3. « Nam et Io filia Inachi fuisse perhibetur, quæ, postea Isis appellata, ut magna dea culta est in Ægypto; quamvis alii scribant eam ex Æthiopia in Ægyptum venisse reginam et quod late justeque imperaverit eisque multa commoda et litteras instituerit, hunc honorem illi habitum esse divinum etc. ». Eadem fere habet *Hieronym.* in *chron.* a. Abr. 161., coll. *Hygin. fab.* 145. — Sed alii, ut supra diximus, hanc Iasi filiam esse tradidere; quare sunt, qui hunc Inachum binominem fuisse statuunt ac propterea unum eundemque cum priore (Cf. *Engelmann, Rosch. Lex. Myth. II. p.* 125. *sq.*), et alii, qui Ionem *secundam* dixerunt et Inachum, discriminis causa, *Argiuum* vocarunt. — Huc fort. pertinet *Ovid.* 1. *Met.* 580-665., ubi Ionis fabulam describit (*V.* 10). — Verum ad hæc clarius intelligenda, quæ ad Inachi genealogiam attinent, stemma consulendum est, quod proposuit *Bianchini, Stor. univ. III. p.* 70.sqq., ubi unus est idemque Inachus, rex Argorum ann. L., dein Phoroneus, rex item Argorum ann. LX., qui ex Cinna Nioben suscepit, primam mortalium a Jove amatam etc. Quæ quidem quanti sint habenda, viderint eruditi. ¶ 3. Item rex Sicyonorum, Polybi successor, ap. *Hieronym.* in *chron.* a. Abr. 758. Hunc tamen *Paus.* 2. 7. vocat *Ianiscum*, Elitii filium et Adrasti nepotem, ejusque filiam Laomedonti nuptam tradit.

II.) Inachus, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius Peloponnesi, ita appellatus ab Inacho, primo Argorum rege (*Solin.* 7), vel ab Inacho altero (Cf. *Ovid.* 1. *Met.* 5. 80. et *Stat.* 2. *Theb.* 217), hinc dictus *Phoronides* a *Senec. Thy.* 115., a Phoroneo, hujus filio; oritur autem a monte *Artemisio* in finibus Argolidis et Arcadiæ, prope Argos excurrit seque exonerat in sinum Argolicum, hod. *Panitza*. Memoratur *Mel.* 2. 51., *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (17)., *Stat.* 1. *Theb.* 357. et *alib.* sæpe, *Val. Flacc.* 5. 209., *Virg.* 7. *Æn.* 792., *Ovid.* 3. *Am.* 6. 103., *Hygin. præf. fab.* et *Isid.* 14. *Orig.* 4. 14. et, ex Græcis, *Eurip. Electr.* 1., *Aristot. meteor.* 1. 13., *Callim. hymn.* 4. 74., *Apollod.* 2. 1., *Ptol.* 3. 16. 11., *Paus.* 2. 15. 5. et 8. β. 6., *Nonn.* 26. 175. — Vocatur *rapidus* ab *Attio, frgm. tr. lat.* 297., *volucer* a *Senec. Herc. Œt.* 139. et χαραδρώδης *Strab.* 8. 6. 7. — Singulare est, quod tradit *Ovid.* 3. *Am.* 6. 25. « Inachus in Melie Bithynide pallidus isse Dicitur et gelidis incaluisse vadis ». De eo etiam, tanquam esset homo simulque fluvius, loquitur idem *Ovid.* 1. *Met.* 580. *sqq.*, coll. *Stat.* 2. *Theb.* 217. ¶ 2. Item fluvius ad meridiem Epiri et Ætoliæ in finibus Acarnaniæ, scatens a monte Lachmone (*Peristeri* v. *Dokimi*) et influens in Acheloum, hod. fort. *Krikeli*. Memoratur *Ampel.* 6. et, ex Græcis, *Strab.* 6. 271., 7. 316. etc. et *Paus.* 2. 18. 3. et 8. 6. 7. — Hinc *Inachus*, adj., ad Inachum, Argivorum regem, pertinens, universim vero Argivus, ut *Inacha pubes* ap. *Stat.* 1. *Theb.* 619. et 8. *ibid.* 365. et *Inacha tecta* ap. *eund.* 3. *ibid.* 249. — *Inachius*, adj. (Ἰνάχιος et Εἰνάχιος), ad Inachum, Argivorum regem, item pertinens, latius vero Argivus et latissime Græcus. *Stat.* 7. *Theb.* 644. Cæneus. *et* 9. *ibid.* 152. Helys. *et* 4. *ibid.* 742. Lycurgus. *et* 11. *ibid.* 199. Phereclus. *et* 2. *ibid.* 151. rex. *i. e.* Adrastus, rex Argivorum. *et* 5. *ibid.* 511. Tonans. *i. e.* Juppiter. *et* 10. *ibid.* 322, vates. *i. e.* Thiodamas. *Propert.* 2. 13. 8. Linus. *Claudian. carm.* 3. 275. Perseus. *Virg.* 3. *G.* 153. juvenca. *i. e.* Io in vaccam mutata. *Stat.* 2. *Theb.* 490. conjux. *i. e.* Argia. *Petron. sat.* 139. ira. *i. e.* Junonis Argivæ, quæ et in Inachi filiam desævit. *Senec. Agam.* 316. stirps. *Ovid.* 5. *Fast.* 656. litus. *h. e.* sinus Argolici. *Stat.* 2. *Theb.* 145. pectus. *et* 4. *ibid.* 699. campi. *Virg.* 7. *Æn.* 286. Argi. *i. e.* quos Inachus fluvius alluit et ubi Inachus regnavit. *Stat.* 2. *Theb.* 32. gentes. *i. e.* Peloponnesiæ. *et* 8. *ibid.* 670. Mycenæ. *Val. Flacc.* 4. 397. undæ. *h. e.* Inachi fluvii. *et* 8. 148. natæ. *i. e.* Græcæ puellæ. *et ibid.* 125. antra. *i. e.* Nemeæ silvæ in Argolide. *Claudian. carm.* 1. 196. templa. — Abs. *Inachia*, puella ficti nominis, quasi sit Argiva, ap. *Horat. epod.* 11. 6. et 12. 14. et 15. — *Inachium*, oppidum, quod alii Coryphasium vocant. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 5. 9. (18). — *Inachides* (Ἰναχίδης), patronym., sc. filius vel nepos Inachi — *a)* Est Epaphus, filius Ius, filiæ Inachi. *Ovid.* 1. *Met.* 753. — *b)* Aliquis ex posteris Inachi, regis Argivorum, seu Argivus. *Ovid.* 4. *Met.* 719. *de Perseo.* — In plur. num. *Inachidæ*, idem ac Argivi. *Stat.* 5. *Theb.* 365. trepidi Inachidæ. *et* 6. *ibid.* 3. Inachidas (*acc. Gr. pos.*). Adde 3. 488., 9. 177. etc. — *Inachis* (Ἰναχίς) — *a)* Est patronym., *Inachi* filia vel nepos. *Ovid.* 14. *Her.* 105. Inachi (*vocat.*). *et* 3. *Art. am.* 464. et 1. *Fast.* 454. Inachidos (*genet. Gr. pos.*). Adde *Propert.* 1. 3. 20., *Val. Fl.* 4. 350., *Martial.* 11. 47., *Avien. orb.* 204. — *b)* Aliquis ex posteris Inachi, et universim, adjectivorum more, Argiva. *Virg.* 11. *Cat.* 105. sive *Inc. eleg.* ad *Messal.* 33. Acrisione sive Danae Acrisii, proavi Inachi, Argivorum regis. — Item *Stat.* 12. *Theb.* 303. Argia, Adrasti filia. — In plur. num., latiore sensu, *Inachides*, mulieres Argivæ, quasi ex Inachi hujus posteritate. *Ovid.* 14. *Her.* 23. — *c)* Etiam de rebus, adjectivorum more. *Id.* 1. *Met.* 640. ripæ. *i. e.* Inachi fluvii.

INALPĪNUS, a, um, adject. qui est in Alpibus. *Suet. Aug.* 21. gentes. — Abs. *Inalpini*, populi Alpium incolæ. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (37). et *Brut.* ap. *Cic.* 10. *Fam.* 4.

INAPÆI, ōrum, m. plur. 2. populi circa Mæotidem. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 7. 7. (22).

INĀRĪMĒ, es, f. 1. (εἰν Ἀρίμοις v. εἰναρίμοις *Hom. Il.* 2. 783.: cf. *Heyn.* exc. 2. ad *Virg.* 9. *Æn.* 715. Ἄριμα plur. idem sonat ac « monsimiorum »: *Hesych.*, in Cilicia [*Schol. Pind. fr.* 93. et *Nonn.* 1. 321.; *Strab.* 13. 627. ὄρη Ἄριμα]. Cf. *Inalpinus*) insula, *Ænaria* quoque a Latinis dicta et a Græcis etiam *Pithecusa* ob simiorum copiam, obnoxia eruptionibus ac terræ motibus, colonia Eubœorum ex Chalcide et Eretria, dein Hieronis Syracusii ca. a. 474. a. Chr. De ea *Virg. loc. cit.* « Durumque cubile Inarime Jovis imperio imposta Typhœo », qui, ut fabulantur, sepultus est sub monte Epomeo ad meridiem insulæ (*V.* ÆNARIA). Adde *Ovid.* 14. *Met.* 89., *Val. Flacc.* 3. 208., *Stat.* 2. *Silv.* 2. 76., *Lucan.* 5. 101., *Claudian. carm.* 27. 18., *Senec. Herc. Œt.* 1160., *Solin.* 3. Cf. *Wernsdorf, Poet. min. III. p.* 179. — Hinc *Inarimi* (*orum*), ut *Colles* et *Campi Inarimi* in Mæonio, ap. *Oros.* 6. *Hist.* 2.

INĀRĪMI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. præc.

INATA, æ, f. 1. urbs in insula Creta, in *Tab. Peuting.* — *Rav. p.* 398. Inita. — *Ptol.* tamen habet Ἴνατος πόλις (3. 17. 4) et *Steph. Byz.* Εἴνατος.

INCARUM, i, n. 2. portus, cujus mentio est in *Itin. marit. p.* 507. « A Massilia Græcorum Incaro, positio etc. », hod. fort. *Port-Méjean* (V. *Desjardins, Embouchur du Rhône p.* 31).

INCENDENS, entis, m. 3. nom. viri cujusdam principis in terra Moab. *Vulg.* 1. *Par.* 4. 22. = Hebr. *Sārāph*, LXX. Σαράφ, quod est ipsa radix verbi, significans *incendit*, unde et plur. *Seraphim* « incendentes, flammei v. ignei ». — Sim. *Incendium* (Gr. ἐμπυρισμός), nom. loci « in deserto, ubi quandam partem populi flamma consumpsit » ut ait *Hieronym. onom. p.* 187. *P.* ad *Vulg. Num.* 11. 3. « Vocavitque nomen illius Incendio etc. ». Cf. *Deut.* 9. 22. « In Incendio quoque et in tentatione et in Sepulcris Concupiscentiæ provocastis Dominum ». Hebr. est *Thav 'ĕrāh*, situs fortasse inter montem Sinai (*Num.* 10. 33) et *Qibbrōth hath-tha'vāh*, i. e. *Sepulcra Concupiscentiæ*.

INCERUM, i, n. 2. oppidum Pannoniæ superioris in Amantinis, inter fl. Dravum et Savum. *Itin. Ant. p.* 260. et 265. et *Corp.* 3. *p.* 516.sq.

INCESTUM, i, n. 2. nom. ex communi proprium genii cujusdam malefici, ex Nocte et Erebo procreati, ut est ap. *Hygin. præf. fab.*

INCĪTĀRIA, æ, f. 1. nom. portus, hod. fort. *Torre di Calamoresca*, in *Itin. Ant. p.* 499. « A portu Herculis Incitaria - ab Incitaria Domitiana etc. ».

INCĪTĀTUS, i, m. 2. (incito) cogn. vir. *Inscr.* ap. *Wilm. n.* 2607. — Etiam nom. serv. *Corp.* 10. 4920. ex familia gladiatoria. Cf. *Momms.* ad *l.* — Fuit etiam ita nuncupatus equus Caligulæ, cui præter equile marmoreum, ut refert *Suet. Calig.* 55., ac præsepe eburneum præterque purpurea tegumenta ac monilia e gemmis, domum etiam et familiam et supellectilem imperator dedit, quo lautius nomine ejus invitati acciperentur: consulatum quoque traditur destinasse. Ita *Suet.* Cf. *Dion.* 59. 14.

INCLĪTUS (Inclytus et Inclutus), i, m. 2. cogn. vir. *Corp.* 9. 1730. — Etiam nom. serv., nempe gladiatoris. *Ibid.* 466.

INCOMMŎDUS, i, m. 2. cogn. vir., nempe cognomentum derisorium, quo vocatus est *M. Aurelius Commodus Antoninus* imp., ap. *Vopisc. Tac.* 6.

INCONSTANTĬA, æ, f. 1. (inconstans), nom. ex communi proprium mulieris cujusd., ap. *Varr. Non.* 79. 21. *Merc.*

INCŪBO, ōnis, m. 3., et

INCŪBUS, i, m. 2. (incumbo v. incubo) idem quod græce Ephialtes (Cf. *Scribon. comp. med.* 100., *Tertull. an.* 44., coll. 49., *Porph.* in *Procl.* ad *Tim.* 142 D., *Macrob.* 1. *Somn.* 3. 7), non con-

fundendus cum nom. communi. V. *Lexic.* Memorat *Petron. sat.* 38. « Sed quomodo dicunt, ego nihil scio, sed audivi - quam Incuboni pilleum rapuisset, (et) thesaurum invenit ». — De eo consulas *Steuding* in *Rosch. Lex. Myth. II. p.* 127. *sq.* et *Mannhart, Ant. Wald. u. Feldk. p.* 31. V. FAUNUS.

INDĔBĪLIS (Indibilis), is, m. 3. vir Hispanus, frater Mandonii, antea Ilergetum regulus, prius Romanis infensus (*Liv.* 22. 21) pugnam iniit cum Scipione, duce Romanorum, qui vulneratus cecidit a. 212. a. Chr.; sed ab altero Scipione victus se Romanis dedidit (*Id.* 26. 49). Verum postea rebellavit a. 206.; victus tamen rursum a P. Scipione veniam per fratrem Mandonium impetravit (*Id.* 28. 24. et 33. 34). Quum vero iterum rebellasset, iterum victus morte sua poenas luit (*Id.* 29. 1. et 2) a. 205. et etiam Mandonius, ejus frater, supplicium cum aliis subiit (*Frontin.* 2. *Strat.* 3. 1). Memorat etiam *Sil. It.* 16. 564. « Indibilisque diu lætus bellare Latinis etc. ».

INDEX, icis, m. 3. cogn. vir., ex communi proprium. *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1880. *p.* 64. — Fuit etiam cogn. Herculis; qui cur ita dictus sit, refert *Cic.* 1. *Divin.* 25. 54. « Sophocles, quum ex æde Herculis patera aurea gravis subrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset. Quod semel ille iterumque neglexit. Ubi idem sæpius, ascendit Ariopagum: detulit rem. Ariopagitæ comprehendi jubent eum, qui a Sophocle erat nominatus. Is, quæstione adhibita, confessus est pateramque retulit. Quo facto, fanum illud *Indicis Herculis* nominatum est ».

INDI, ōrum, m. plur. 2. *V.* voc. seq.

INDĬA, æ, f. 1. (Ἰνδία v. χώρα ἡ Ἰνδική) nom. geogr. et pers. — *a)* De nominis etymo alii aliter sentiunt; sed communius a flumine *Indo* ducant, quod Skr. dicitur *Chindu* et in aliis dialectis *Hindu*, h. e. fluvius (*Her.* 4. 44., *Hecat.* ap. *Ath.* 2. 70., coll. *Arr. an.* 4. 22. 6. et *Ind.* 1. 1-21). Cf. Hebr. *Hoddû* pro *Hondû*, Syr. *Hendû*, quod in Zendi et Pehlvi est *Heando*. — Sic *Isid.* 14. *Orig.* 3. 5. « India vocata ab Indo flumine, quo ex parte occidentali clauditur ». Porro ab eo non solum regio sed et populi nomen derivarunt. Cf. etiam *Re* in *Arch. Bibl.* a. 1883. *p.* 219 *sqq.* et *alib.*, ubi de his fuse et erudite. — Est igitur

I.) India, nom. geogr., *sc.* regio Asiæ meridianæ amplissima, inter Persidem et Sinarum regionem, ad austr. habens montes Imaum, Bepyrrhum et Emodum, Scythiam ad septentr., oceano Indico ad austr., mari Erythræo ad occid. et sinu Gangetico ad orient. (*golfo del Bengala*) definita, olim fort. *Sophir* dicta, quo appellatur potius pars ejus vel regio quædam (*V.* OPHIR), hod. it. et angl. *India*, fr. *Inde*, germ. *Indien*. — De ea *Solin.* 52. hæc habet fabulosa: « In India (*tradunt*) fuisse quinque milia oppidorum præcipua capacitate, populorum novem milia: diu etiam credita est tertia pars esse terrarum: nec mirum sit vel de hominum vel de urbium copia, cum soli Indi nunquam e natali solo recesserint. Indiam Liber pater primus ingressus est, utpote qui omnium primus triumphavit. Ab hoc ad Alexandrum M. numerantur annorum sex milia quadringenti quinquaginta unus, additis et amplius tribus mensibus, habita per reges computatione, qui centum quinquaginta tres tenuisse medium ævum deprehenduntur ». (Cf. etiam *Ampel.* 2., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 125. et *Mythogr. I. fab.* 120. et *II. fab.* 80). — 1.°) De ejus divisione. — Communius dividitur in *Indiam intra Gangem* seu *citeriorem* et in *Indiam extra Gangem* seu *ulteriorem*: prior est idem ac hod. *Indostan*, complectens ad septentr. planities, quæ extenduntur usque ad Gangem et ad austr. pæninsulam trigonam, cui conjungitur insula Taprobane (*Ceylan*); posterior vero incognita fuit usque ad tempora Romani imperii, quam primus descripsit *Ptolemæus* (1. 7. 6. et 7. 1 *sq.*), idemque est ac *Birmania* et pæninsula *Malacca* (Cf. *Rufin. h. eccl.* 1. 9). — Aliter *Junior phil.* in *Descr. orb.* 12. 13., qui eam partitur in *Indiam majorem*, quæ Indiæ ulteriori videtur respondere et in *Indiam minorem*. — Aliter et *Rav.* (*Ind. Pind.*), qui eam in Indiam *Bactrianam*, *Dimiricam*, *Sericam*, *Thermanticam* tribuit. — Spatium porro hujus regionis decies septies quinquaginta milia passuum proditur (*Solin.* 54); quia ita vasta fuisse fertur, ut ipsis quoque Indis esset ignota (*Curt.* 9. 3. 8); veteres tamen cum Arabia et Æthiopia confuderunt (*Serv.* ad *Virg.* 2. *G.* 116), maxime ob incolarum atrum colorem (*Juvenal.* 11. 125. et *Tibull.* 2. 3. 57., coll. *Virg.* 4. *G.* 292., *Horat.* 1. *Od.* 31. 6., *Ovid. med. fac.* 10., *Propert.* 2. 31. 12. et *Plut. præc. san. tuend. p.* 136). — 2.°) De ejus feracitate. — Mira de hac tradunt scriptores — *a)* Ex regno vegetali, arbores summæ proceritatis et ficorum genera plura; ibi palma, piperis arbor, vitis lanata, aloe, amomum, bdellium, calamus odoratus, carpophyllum, costum, cespira, macir, malobathrum, mastiche, murra, nardus, saccharum, spina, lignum thyinum (skr. valgu-ka = hebr. algum, 3. *Reg.* 10. 11.: et algumim plur. 2. *Par.* 9. 10) et alia nostratibus communia — *b)* Ex regno animali: unicornes, elephantes, simii, tigres, chamæleon, hystrices, lycaon, scincus, canes et serpentes maximi, testudo, aves discolores, psittacus, sirenes, formicæ aurum eruentes, locustæ tripedales, satyri etc. — *c)* Ex alio genere, præsertim metallorum: aurum, argentum, alabastrites lapis, sucinum, gemmæ, ebur, ebenus etc. (V. *Plin.* in *Ind.* et *Isid. loc. cit.*). — 3.°) De ejus historia. — Dividi potest in quattuor ætates, sc. *Vedicam* (sæc. XVIII-XVI), *Heroicam* (sæc. XVI-XI), *Bracmanicam* (sæc. XI-VII) et *Buddhisticam* (sæc. VII-IV), de quibus tamen plura dicemus sub v. *Indi*; satis est enim hic causam afferre, cur ita appellentur. Nempe prior nomen sumit a libris (IV) Indorum antiquioribus sacris, qui *Vedas* (sc. *Rigveda, Yagur, Suma* et *Atharva*) vocantur, unde hujus ætatis notitiæ depromuntur: altera a diuturnis asperrimisque bellis, inter duas familias dynastiæ *Ciandravansa* (sc. lunaris), dictas *Kuru* et *Pandava*, gestis et in poemate ingenti celebratis, quod *Mahabharata* audit, et a facinoribus præclarissimis dynastiæ Ariæ *Suryavansa* (sc. solaris) in urbe Ayodhya residentis, in magno poemate *Ramayana* memoratis: tertia a Bracmanis, sacrorum rituum ac doctrinarum, quæ ab antiquis ore traditæ fuerunt, custodibus iisdemque potentissimis: quarta denique a celeberrimo *Sinddhartha*, ex dynastia regum Sakya, hinc dicto *Sakyamuni*, seu « solitarius v. monachus ex Sakya », deinde vero *Buddha* seu « illuminatus, Nepal ortus a. 622. a. Chr., qui Bracmanum adversarius quasdam doctrinas vulgavit, longe lateque postea diffusas, specie quidem bonis moribus ac populorum libertati ac fraternitati consentaneas, uti deus, post mortem (a. 543), habitus et cultus. Non omnia tamen, quæ de eo feruntur, si unquam exstitit, sunt credenda nec bona putanda, ut ex discipulorum cultorumque tum erroribus ac superstitionibus, tum vitiis, quibus vel ipse magister infectus erat, planissime constat. — De eo ejusque doctrinis, quæ *Buddhismum* constituunt, in libris postea consignatis titulo *Tripitaka* (sc. triplex canistrum), scripserunt *Burnouf* (a. 1844), *Barthélemy Saint-Hilaire* (1853), *Max Müller* (1857) etc. recentius vero *Semeria* (1907). — Memoratur hæc regio — *a)* Proprie *Lucret.* 2. 538., *Horat.* 3. *Od.* 24. 2., *Virg.* 1. *G.* 57., *Catull.* 45. 6., *Propert.* 2. 10. 15., *Tibull.* 2. 3. 57., *Ovid.* 1. *Art. am.* 190 et 4. *Met.* 21. et alib., *Lucan.* 7. 428., *Claudian. carm.* 15. 456., *Stat.* 4. *Silv.* 5. 30., *Senec. Phœn.* 761. et *Med.* 487., *Liv.* 9. 17., 35. 32. et 42. 52., *Gell.* 9. 4. 9., *Ampel.* 6., *Macrob.* 7. *Sat.* 1. 8., *Eutr.* 8. 8., *Hieronym. ep.* 53., *Vulg. Job* 28. 16. Cf. etiam *Mel.* 3. 61. etc. Fusius vero describitur *Prisc. per.* 1011-1072. et *Avien. orb.* 1305-1385. — *b)* Translate usurpari videtur *Senec. suas.* 1. et 4.

II.) India v. Iudic, nom. fort. gentilicium in *Inscr.*, si sana est lectio, *Corp. I. L.* 10. 7456.

Indi, orum, populus Indiæ. — 1.°) De quorum origine alii alia sentiunt. Antiquiores eos volunt a Jectan, filii Heber, stirpe prognatos. *Lib. gen.* 19. « Jectan autem genuit Helmodad, de quo Indii ». Adde *Chronogr.* a. 354. Huc etiam spectat *Hieronym. onom. p.* 277. *P.* « Messe, regio Indiæ, in qua habitaverunt filii Jectan, filii Heber ». Adde *eund. p.* 351. et *alib.* et *Philastr. hær.* 121. et *Isid.* 9. *Orig.* 2. 5. — Mirabere tamen *Jos.* Jectanidas omnes in Ariam Bactriæ affinem et ad Cophenem, flumen Indiæ, transferre; sc. pro גפר הר videtur ipse legisse כפגהור: erat autem Κωφὴν seu Κωφής (*Arrian. an.* 4. 22) illud flumen, quod Indo jungitur et hodie *Kabul* dicitur, cujus fontes Ariam attingebant (Cf. *Hummelauer, Gen. p.* 333). — Recentiores putant antiquissimos Indiæ populos fuisse Malesios coloris pæne atri; sed postea tribus Turanicas continentem Indiæ invasisse; deinde Cushitas ex Persico sinu in valles Indi et Gangis descendisse; sæc. vero XVIII. Arios (*Aryas*), Iranis, stirpe et lingua affines, Indum transgressos, *Pengiab*, dein *Sapta-Sindhu* dictum, occupasse ceterisque populis et numero præstitisse et potentia, quamquam diu cum primitivis incolis fuit ipsis dimicandum; sed tandem victores victos vel ad montes propulisse vel in servitutem redegisse. — Porro ex Ariis, agris colendis vel pastorali vitæ deditis (Cf. *Solin.* 52), in tribus divisis, familiæ aliquot potentiores principatum sibi vindicasse dicuntur, quæ partim sacris operam dedissent, Bracmanum (*Brahmani*) nomine, a *brahma* « precatio » desumptos, partim vero vi ac virtute excelluisse in bello gerundo, *Kesiatriya* appellatæ. Dein ulterius progressi Tritsos, inter se decertantes Ariisque infensos, hi perhibentur vicisse vastamque planitiem ad Gangem occupasse, quæ *Argavarta* (sc. Ariorum regio) fuit vocata; paullatim autem Bracmanes, sacrorum custodes, sæc. XI-VII. ita prævaluisse, ut, libro seu corpore legum, *Manu* qui dicitur, constituto, etiam regibus propemodum imperarent, omniaque invasissent, nisi eorum imperium ferme evertisset *Buddha*, de quo supra mentionem fecimus. — Hisce tamen temporibus raro Indi cum aliis gentibus commercium habuere, ut cum Salomone (a. 1016-975. a. Chr.), qui probabilius classem misit in Indiam (Ophir), unde ebur, aurum, alia ad ornamentum templi sibi compararet (3. *Reg.* 9. 26 *sqq.*); nam quæ de iis scriptores tradiderunt, commentitia sunt ac dubia, ut expeditio regis *Ægyptii* (vulgo *Sesostri*), quam nulla inscriptio confirmat; tum Semiramidis, reginæ Assyriæ (*Justin.* 1. 2); tum fort. Theglatphalasar (*Tiglat-Pilesar*) in quasdam Indicas tribus, quæ postea Medorum ac dein Persarum dominationi subjacuere et ex quibus Dareus rex satrapiam vicesimam conflavit, Scylacis itineribus feliciter usus. — Verum celeberrima fuit expeditio Alexandri M., qui a. 327-325. a. Chr. Porum, regem Indiæ potentissimum, devicit eique regnum provinciis auctum restituit (*Justin.* 12. 7 *sq.*, *Jul. Val. gest. M.* 3. 1-15., coll. 16-22., *Curt.* 8. et 9) adiitque sapientes viros, Gymnosophistas dictos, quorum duplex erat secta, Bracmanum nempe et Samaneorum, in silvis more ferarum degentes, vestibus exutos, ut eos describit *Jul. Valer. loc. cit.*, coll. *Mel.* 3. 65. et *Apul. Flor. n.* 6., qui vera fabulosis admiscuere. — Alexandro demortuo, mox Indi se in libertatem ex præfectorum dominatione (*Justin.* 15. 4) vindicarunt; sed rursum Seleucus, rex Syriæ, cum Sandracotto eorum rege congressus, sibi eum devinxit, teste *Justin.* 15. 4., coll. 41. 6., ubi tradit Indiam postea in Eucratidis potestatem venisse, a filio, regni socio, dein occisi. — Interea sive bellorum sive legatorum causa itinerumque descriptionum ope, tum etiam reperto ab Hippalo sæc. I. vento, qui *monsone* dicitur, in Indico mari alternis flante, inter Indos et Græciam ipsamque Ægyptum commercia magis atque magis floruerunt legatosque Indicos exceperunt Augustus et Claudius impp., quorum prior in suo *Breviar.* V. 50. hæc refert: « Ad me ex India regum legationes sæpe missæ sunt, nunquam antea visæ apud quemquam Romanorum ducem ». De his vd. *Suet. Aug.* 21., *Flor.* 4. 12. 62., *Eutr.* 7. 10., *Auct. vir. ill.* 79., *Hieronym.* in *chron.* ad Ol. CLXXXVIII. 3., *Oros.* 6. *Hist.* 21. — 4.°) De moribus hæc habet *Mela* 3. 63.: « Alii lino vestiuntur aut lanis -, alii avium ferarumque pellibus; pars nudi agunt, pars tantum obscena velati; alii humiles parvique, alii ita proceri et corpore ingentes ut elephantis etiam et ibi maximis, sicut nos equis, facile atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne vesci optimum existimant, quosdam tantum pisces

alunt. Quidam proximi parentes priusquam annis aut ægritudine in maciem eant, velut hostias cædunt cæsorumque visceribus epulari fas et maxime pium est. At, ubi senectus aut morbus incessit, procul a ceteris abeunt mortemque in solitudine nihil anxii exspectant. Prudentiores et quibus ars studiumque sapientiæ contingit, non exspectant eam sed ingerendo semet ignibus læti et cum gloria arcessunt ». Addit *Cic.* 5. *Tusc.* 27. 78.: « Mulieres vero in India, cum est cujusvis earum vir mortuus, in certamen judiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit; plures enim singulis solent esse nuptæ; quæ est victrix, ea læta prosequentibus suis una cum viro in rogum imponitur: illa victa, mœsta discedit » (Cf. *Val. Max.* 2. 6. 14. et 8. 3. *ext.* 8., *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 95. et *Hieronym. c. Jovin.* 1. 44). et *Solin.* 52. « Indis omnibus promissa cæsaries, non sine fuco cærulei aut crocei coloris: cultus præcipuus in gemmis, nullus funerum apparatus ». — In bello impedimento magis quam auxilio esse scribit *Liv.* 9. 19., coll. *Virg.* 2. *G.* 175., qui *Indum imbellem* vocat. — 5.°) De cultu et religione. — Cultus ad magnum excellentiæ culmen pervenit inde ab antiquissimis temporibus; sæc. enim XIV. præcedunt *Vedas*, poemata *Mahabharata*, auctore *Vyasa*, et *Ramayana*, auctore *Valmichi*; dein *Puranas*, *Sutras* etc., commentaria sacrorum librorum, lingua Sanskritica exarata, *Manavadharma-sastra*, seu liber legis Manu, sæc. IX. a Bracmanibus scriptus, quo præcepta civilia et sacra continentur; mox dramata, grammaticæ, lexica et metrice, libri de philosophia, astronomia, mathesi, medicina; opera architectonica magis grandia quam pulcra, plerumque in locis subterraneis vel rupestribus, et sculptilia; tum etiam celebria ex gemmis ac margaritis magnifice fabrefacta etc. (Cf. *Solin. loc. cit.*). — Religio autem varias passa est vices apud Arios maxime, qui ab initio videntur unum tantum coluisse deum; sed postea plures adorarunt, ut *Indra* (cælum resplendens), *Varuna* (cæli orbis, qui terram circumit), *Surya* (ignis cælestis), *Savitri* (sol oriens), *Mithra* (sol meridianus), *Aryaman* (sol occidens), *Agni* (ignis terrester); sine templis, sub dio sacrificia animalium vel domi faciebant; et quamvis Bracmanes ad unum deum colendum Indos revocassent, tamen secundarios deos tolerabant; quin duos invexerunt, *Vishnu* nempe et *Siva*, cum *Brahma*, quorum alter habebatur ordinis mundani servator, alter contra eversor simulque mundi restitutor. Inde orta *Trimurti* seu trias Indica. Porro ex *Brahma* emanarunt primum Bracmanes, ordo sacer primarius, *Kesiatriya*, ordo militaris ac regius sub prioris potestate, et *Vaisiga*, ordo seu classis pastorum et agricultorum; dein erant *Sudra*, ex victis populis, servorum genus, et *Parpas*, barbarorum reliquiæ abjectæ et contemptui habitæ. — Alia postmodum docuit *Buddha*, ex cujus sententia homines, antequam nascantur, jam aliam vitam vixerunt, non ita doloribus obnoxiam, qui tunc salutem assequentur, si proximos suos diligant virtutemque exerceant, scilicet in hac vita *Dhyana* fruentur seu animi tranquillitate, et post mortem *Nirvana* seu æternum sui interitum (*annientamento*) subibunt. — De his aliqua, eo modo, quo tunc poterant, scripserunt *Solin.* 15. et 52., *Cic.* 3. *Nat. D.* 16. 42., *Justin.* 12. 7. et *Apul. flor. n.* 6. — Generatim memorantur *Virg.* 2. *G.* 170. et 4. *ibid.* 293. et 425., *Catull.* 11. 2., *Tibull.* 2. 2. 15., *Propert.* 2. 9. 29., 2. 18. 11. et 3. 4. 1., *Horat.* 1. *Ep.* 1. 45. et 6. 6., *Ovid.* 1. *Art. am.* 53., 1. *Met.* 777. et 3. *Fast.* 465. et 4. 569., *Juvenal.* 6. 295., 337. et 466., *Auson. epigr.* 30., *Dracont. carm.* 10. 278., *Senec. Herc. f.* 913., *Lucan.* 9. 715. et 10. 33. et 457., *Val. Fl.* 6. 117., *Stat.* 4. *Silv.* 2. 49. et 5. 1. 61. et 7. *Theb.* 181. et 8. 239., *Sidon. carm.* 7. 75., *Claudian.* passim., *Cic.* 2. *Divin.* 46. 96. et 1. *Nat. D.* 35. 97., *Ampel.* 6., 16., 35. et 47., *Symm. laud. Valent. sen.* 1. 2., *Hygin. fab.* 154., *Oros.* 1. *Hist.* 4. et 3. 19., *Vopisc. Aurelian.* 29. et 33. et 41., *Trebell. XXX. tyr.* 22., *Sulpic. Sev. chron.* 2. 11. 7., *Boeth. interpr.* ed. sec. 1. 2. et pluries *Plin.*, *Curt.*, *Ammian.* — De iis præter laudatos scripserunt, ex recentioribus, *Lassen*, *Indische Alterth.* 1866-1874. *I.* 651 *sqq.*; *Ersch u. Gruber's, Encycl. d. Wissenschaft sect. I.* et *III.*; *Maspero, Hist. anc. d. peupl. de l' Or. p.* 58., 60., 76., 92.; *Lefmann, Alt. Indien*, 1880.; *Reinaud, Relat. pol. et comm. de l' emp. Rom. avec l' As. or. p.* 180-181., coll. *Langlois, Rig. Veda I.* 267. et *Buddhist. frgm.* in *Bull. Acad. des scienc. de S. Pétersb. t. XVII.* a. 1872. *col.* 77., 79-81. et 83-85.; *Lesêtre*, in *Dict. Bibl. Vig. II. p.* 871 *sqq.* — Hinc *Indianus*, adj., ad Indum aliquem pertinens, ut *Ala Indiana* in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 188., 192., 3507. et 4889., ita dicta a *Julio Indo* Trevero, cujus meminit *Tac.* 3. *Ann.* 42. — *Indicus*, adj., ad Indiam vel Indos quomodocumque pertinens. *Symm. laud. Valent. sen.* 2. 24. Ganges. *Val. Max.* 3. 6. 6. triumphus. *h. e.* Liberi patris. *Plin.* 12. *Hist. nat.* 4. 8. (17). ebenus. *Solin.* 52. ficus. *Martial.* 5. 37. pompa. *Petron. carm.* 41. tellus. *Stat.* 4. *Silv.* 1. 41. laurus. *Juvenal.* 15. 163. tigris. *Martial.* 1. 78. cornu. *h. e.* dens elephanti. *Plin.* 33. *Hist. nat.* 4. 21. (66). aurum. *Horat.* 1. *Od.* 31. 6. ebur. *Ter. eun.* 413. elephanti. *Solin.* 52. reges. *et ibid.* serpentes. *et ibid.* tauri *Martial.* 1. 110. lapilli. *Solin.* 54. urbes. *et ibid.* nationes. *Symm.* 10. *ep.* 29. beluæ. *Propert.* 3. 17. 22. *Avien. orb.* 886. certamina Bacchi. *Mela* 3. 45. æquora. — *Indicus oceanus*, nom. a veteribus inditum mari, quo alluitur ora australis Asiæ et orientalis Africæ et unde mare Erythræum et sinus Gangeticus effluunt, antiquis tamen parum notus. *Mel.* 1. 9. et 11., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 27. (97)., *Ampel.* 47., *Arist. mund.* 3., *Dio per.* 893., *Arr. an.* 5. 26. 2., *Ptol.* 4. 7. 41. et 6. 8. 2. etc. — *Indicum* (Ἰνδικόν), abs., genus coloris cærulei, *indaco*. V. *Lexicon.*

Indus (Ἰνδός), nom. subst. et adject. ¶ 1. Subst., nom. geogr. et pers. — 1.°) Est nom. geogr. — *a)* Fluvius celeberrimus Asiæ, ad septentr. mont. Imai (e Caucaso *Vitr.* 9. 2. 6. vel a Paropaniso seu Caparnaso *Mel.* 3. 69) scatens, quem circumit, fluensque per Indiam intra Gangem (Indo-Scythiam) influit in mare Erythræum, ab antiquis cum Nilo comparatus, cujus fontes ignorabant, sec. *Strab.* (1. 64. et 15. 720. etc.) in duos ramos, sec. *Ptolem.* (1. 14. 9., 6. 20 *sq.* et 7. 1. 26 *sq.*) in septem divisus, incolis *Sindus* dictus (*Plin.* 6. *Hist. nat.* 20. 23. [71]), vulgo *Sind* v. *Indo*. — Omnium fluviorum maximus, ut ait *Cic.* 2. *Nat. D.* 52. 130., non aqua solum agros lætificat et mitigat, sed eos etiam conserit; magnam enim vim seminum secum, frumenti similium, dicitur deportare. Ipsum paludem efficere, Arachetoscrenem appellatam, tradit *Ammian.* 23. 6. 72., coll. 73. — Recipit porro in suo cursu XIX. flumina, e quibus clarissima sunt Cephes, Acesines, Hydaspes, Coste (*Mel.* 3. 69). — In fabulis ab Oceano et Tethye natus traditur (*Hygin. præf. fab.*). — Memoratur etiam *Lucan.* 3. 235. « Qnaque ferens rapidum diviso gurgite fontem Vastis Indus aquis mixtum non sentit Hydaspen ». Adde *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 24., *Ampel.* 6., *Curt.* 8. 9. 4. etc. et 9. 4. 8., *Solin.* 49., et 54., *Oros.* 1. *Hist.* 2., 3. 20. et 23. et 5. 4., *Frontin.* 1. *Strat.* 4. 9., *Minuc. Oct.* 18. 3., *Justin.* 12. 10. et 13. 4., *Boeth.* 3. *cons. phil.* 10. et *carm.* 9., *Isid.* 13. *Orig.* 21. 11. etc. — *b)* Item fluviolus Asiæ minoris (in Lycia et Caria), excurrens prope Cibyram et in mare Carpathium influens contra Rhodum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 28. 29. (108). et *Liv.* 38. 14. — 2.°) Est etiam nom. pers. — *a)* Generatim, nom. vir. in *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 786. — Item cogn. ap. *Tac.* 3. *Ann.* 42. — *b)* Speciatim, rex Scythiæ, qui primus argentum invenisse traditur *Hygin. fab.* 274. ¶ 2. Adj., ad Indos vel ad Indiam pertinens vel, universim, orientalis. *Claudian. carm.* 8. 585. lapis. *et* 44. 98. odor. *Dracont. carm.* 10. 320. Liber. *Catull.* 64. 48. dens. *h. e.* eburneus. *Ovid.* 5. *Met.* 47. Athys. et 4. *Trist.* 6. 7. belua. *i. e.* elephas. *Propert.* 3. 13. 6. formica. *Lucan.* 10. 120. testudo. *Virg.* 12. *Æn.* 67. ebur. *Stat.* 2. *Silv.* 1. 160. gramen. *i. e.* herba odora, aroma. *Claudian. carm.* 24. 349. amnes. *Propert.* 1. 8. 39. conchæ. *h. e.* margaritæ. *Stat.* 1. *Silv.* 2. 128. monilia. — *Indus*, abs., qui est ex India. *Liv.* 38. 14. Indus ab elephanto dejectus. *Vulg.* 1. *Mach.* 6. 37. Indus, magister bestiæ. *h. e.* elephanti (Cf. *Veget. mil.* 3. 24). — Sæpe, sensu collectivo, pro Indis. *Ovid.* 5. *Trist.* 3. 23. Et quascumque bibit decolor Indus aquas. Adde *Virg.* 2. *G.* 172., *Lucan.* 4. 679., *Tibull.* 3. *Am.* 130., *Propert.* 4. 3. 10., *Martial.* 7. 30., *Sidon. carm.* 2. 52., *Ennod. carm.* 18. 17.

INDĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

INDĬCĬA, æ, f. 1. virgo Veronensis, a Zenone Deo consecrata magnoque in honore habita, falsi tamen criminis accusata, sed ab *Ambrosio* in episcoporum conventu absoluta, ut patet ex ejus *ep.* 5 (a. 380).

INDĬCUS, a, um, adject. *V.* INDIA.

INDĬGES, ĕtis, m. 3. V. hanc voc. in *Lexico.*

INDĬGĔTES, um, m. plur. 3. (Ἐνδιγέται *Ptol.* et Ἰνδικῆται *Strab.*) populus Hispaniæ Tarraconensis, inter Pyrenem et Iberum fluvium. De his *Avien. or.* 523. « Post Indigetes asperi se proferunt: Gens ista dura, gens ferox venatibus lustrisque inhærens ». Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 3. 4. (22). et *Pomp.* in *ep. ad senat.* (a. 74. a. Chr.) ap. *Sall. hist.* 2.

INDĬI, ōrum, m. plur. 2. *V.* INDIA.

INDO, ōnis, m. 2. regulus quidam Hispanus, a vernaculis legionariis Pompei interfectus. *Auct. b. Hisp.* 10.

INDUCIOMĀRUS, *rectius* Indutiomarus, i, m. 2. nom. vir. originis Germanicæ (Cf. numm. ap. *Eckhel*, 1. *p.* 78). — Apud scriptores memorantur ¶ 1. *Induciomarus*, dux Allobrogum ceterorumque Gallorum, qui M. Fontejum (a. 69. a. Chr.) accusavit, « vir minax atque arrogans ». *Cic. Font.* 16. 36. ¶ 2. *Induciomarus*, vir princeps Trevirorum, qui in civitate de principatu cum Cingetorige contendit, quumque, Cæsare absente, rebellasset contraque Romanos arma vertisset, a T. Labieni equitibus est interemptus, a. 53. a. Chr. *Cæs.* 5. *B. G.* 3. et 4. et 26. 33-58. et 6. 2. et 8. et *Flor.* 3. 10. 7. et *Oros.* 6. *Hist.* 10 *sqq.*

INDULCĬUS, ii, m. 2. nom. serv. vir. *Corp.* 7. 1335. 1 (*in vasculo*).

INDULGENTĬA, æ, f. 1. nom. ex communi proprium, de genio hujus virtutis factum, cujus figura visitur in nummis ap. *Eckhel*, 7. *p.* 407., ubi mulier cernitur gradiens D. floram, S. vestem attollens.

INDUS, i, m. 2., et

INDUS, a, um, adject. *V.* INDIA.

INDUSTRĬA, æ, f. 1. oppidum in Liguria (reg. IX) ad ripam Padi, olim *Bodincomagus*, hod. *Monteu del Po*. Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (49) et *ibid.* 16. 20. (122). et in *Corp.* 5. *p.* 845. et 1090. Cf. *Momms. ibid.* et 7468-7492., ex quibus constat et municipium fuisse et tribui *Pollia* adscriptum. — Hinc *Industrienses*, incolæ. *Corp.* 5. 7468., 7469. et 7470. — Hinc etiam *Industrius*, nom. gent. vir. *C.* 5. 7474.

INDUSTRĬENSES, ium, m. plur. 3., et

INDUSTRĬUS, ii, m. 2. *V.* voc. præc.

INDŪTĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. in *Inscr.* ap. *Momms. Inscr. Helv. n.* 298. et *Corp.* 7. 1282 (*in tegula*).

INDŪTUS, i, m. 2. (induo) cogn. vir. *Corp.* 3. 5777.

INENSES, ium, m. plur. 3. incolæ oppidi cujusdam Siciliæ, quod *Ina* appellatum videtur circa promont. Pachynum, ap. *Cic.* 3. *Verr.* 48. 100.

INFĀMĬA, æ, f. 1. nom., ex communi proprium factum, monstri, quod memorat *Varr.* ap. *Non.* 390. 9. *Marc.* « Tertia pœnarum Infamia - fluctuanti intonsa coma, sordida vestitu, ore severo ». Alii tamen leg. *Insania*.

INFANTĬUS, ii, m. 2. (infans) cogn. comitis cujusdam Orientis sub Theodosio, Arcadio et Honorio. *Cod.* 1. 9. 7.

INFAS et Infans, antis, m. 3. cogn. vir., ex communi vocabulo ductum. *Corp.* 3. 1818.

INFĔRI et Inferni, ōrum, m. plur. 2. *V.* DII.

INFĔRUM mare. *V.* MARE Inferum v. Tyrrhenum.

INGÆVŌNES et Ingyæones, um, m. plur. 3. populus Germaniæ, a filiis Manni prognatus, teste *Tac. Germ.* 2. « Manno (*Tuistonis dei terra editi filio*) tres filios assignant, e quorum nominibus

proximi Oceano Ingævones, medii Herminones, ceteri Istævones vocentur ». Significatur vero hisce nominibus complexus quidam plurium gentium, quæ artiore quam ceteri cognatione continebantur vel contineri putabantur, ut Kritz animadvertit; ad Ingævones autem pertinebant Frisii majores minoresque, Chauci, Teutones et Cimbri, ut tradit Plin. 4. Hist. nat. 14. 28. (99). — Solin. 20. habet Ingumones et Plin. loc. cit., ut Janus leg., Inggæones.

INGAUNI, ōrum, m. plur. 2. populus Liguriæ, cujus incolæ, stirpe fera et audax, divisa erat in varias tribus, nempe Apuanorum, Intemeliorum, Vagiennorum, Taurinorum Ingaunorumque (Plin. 3. Hist. nat. 5. 6. [46]. et Jorn. Rom. 177. M. ex Flor. 2. 3. 5). — Horum oppidum Album Ingaunum vel Albingaunum (hod. Albenga) dictum, tribui Pobliliæ erat adscriptum (Corp. 5. 7780-7795). — Historiam Ingaunorum ita narrat Mommsen ad Corp. 5. p. 894. « Cum Ingaunis perpetuo fere per sextum Urbis sæculum Romanos pugnavisse præter Plinii testimonium - etiam Annalium reliquiæ fidem faciunt. Primum eos reperimus socios Magonis, ducis Pœnorum a. U. C. 549-551 (Liv. 28. 46. et 30. 19), qui ut eos adjuvit in bello cum Epanteriis Montanis, ita eorum adjutorio adversus Romanos usus est. Deinde Annales referunt a. 553. eos fœdus fecisse cum Romanis (Liv. 31. 3); a. 559. rebellantes victos esse et sex eorum oppida capta (Id. 39. 32); a. 573. post acre bellum eos in dicionem Romanorum venisse (Id. 40. 25-28. et 34., coll. Flor. loc. cit.) ». « Etiam mari aliquando pollebant prædatoriisque navibus totam oram ad Herculis usque columnas infestabant, ut Massilienses de iis Romæ quererentur duoviriisque navalibus, adversus eos missis a. 573., naves iis majores omnes adimerentur (Liv. 40. 18. et 28) ».

INGENIUS, ii, m. 2. cogn. vir. Corp. 8. 5775. — Hinc Ingenianus, cogn. vir. C. 3. 1661. et Ingeniana, cogn. mul. ibid. 3181. — Ingeniosus, nom. hæretici cujusdam, qui Joviniani sectator fuit et cum eo damnatus a Siricio papa, ut patet ex ejusd. ep. 7 (a. 388). — Ingeniosa (Ingeniossa), cogn. mul., quod absolute occurrit in Corp. 8. 5168. et 10. 2555., qui titulus Christianus est, quamvis præ se ferat sigl. D. M. — In aliis in Bull. Epigr. de la Gaul. a. 1883. p. 118. corrupte Inginiosse legitur. — Ingennas pro Ingenus et hoc pro Ingenuus. Corp. 8. 2403. c. 1. l. 39. — Ingenuus (vel, altero u suppresso, aliquando Ingenus et in recto casu, ob concursum duorum u, altero in o mutato, Ingenuos), cogn. vir., liberi quoque generis, frequentissimum, præsertim Rom. imperio procedente, etiam ap. Christianos. Corp. 2. 4205. et 3. 4071. et 5. 628. — Item nom. serv., abs. in figlinis, ut in C. 2. 4970 (240). et alib.; item nom. gentil., sequiore ætate. C. 5. 5866. — Ingenus, cogn. mul. in Inscr. in Ephem. epigr. II. p. 359. n. 588.; item nom. gent. Corp. 5. 5866. — Apud scriptores memoratur hoc nomine — Ingenuus, plene D. Lælius Ingenuus v. Genuus ap. Oros. 7. Hist. 22., tyrannus, qui fortissimus simulque militibus acceptissimus, instantibus Sarmatis a Marsiacis legionibus, dum Gallieni nomine Pannonias regebat, imperator salutatus est; sed, id quum rescivisset Gallienus, eum cum exercitu aggressus devicit et in fugam conversum sui ipsum milites interfecerunt (Zonar. 12., coll. Eutr. 9. 8. et Trebell. XXX. tyr. 9. et Claud. 7. et Ammian. 21. 16. 10). — Ingenuus, sculptor, qui, temporibus fort. Antoninianis, non ante, floruit nomenque habet suum in fronte plinthi statuæ Mercurii, de quo Visconti in opp. var. I. 88. et in Mus. Pio-Clem. III. 178. sqq., coll. Tab. XLI. — Alii ap. Leon. M. ep. 66., 99. et 102. et in Cod. 4. 61. 3., 7. 64. 3. et 9. 1. 2. etc.; præsertim vero miles, qui, Christianus antea occultus, viso quodam, qui in tormentis trepidabat, palam cum aliis se quoque Christianum professus, martyr occubuit (Eus. ap. Rufin. h. eccl. 6. 31). — Hinc etiam Ingenulus, nom. gent. vir. et Ingenula, nom. mul. in Inscr. in Ephem. epigr. II. 414. n. 838. — Ingenuis, nom. serv. vir. Corp. 8. 9829. — Ingenuinus, cogn. vir. demin. C. 5. 6825.; et Ingenuina, cogn. mul. C. 3. 5088. — Ingenuilius, nom. serv. vir. demin., in C. 3. 6588. 2 (in lucerna fictili); et Ingenuilla, nom. mul. demin., ibid. 7. 75. — Ingenuinius, nom. gent. vir. C. 5. 6839.; et Ingenuinia, nom. mul. in aliis ap. Brambach, n. 391. — Ingenuvius, nom. gent. vir. Corp. 3. 1400.; et Ingenuvia, ibid. — Ingenuve pro Ingenua, cogn. mul. C. 10. 3784.

INGENS, entis, f. 3. cogn. mul., a statura fort. vel habitu corporis ductum. Corp. 8. 9685. — — Hinc Ingentius, nom. scribæ Augentii et Ziquentium decurionis, qui fuit falsi convictus in causa Felicis, ordinatoris Cæciliani, teste Opt. schism. Donat. 1. 27. Memoratur sæpe Augustin. ep. 88. et 3. c. Crescon. 70. et alib.

INGĔNŬUS et deriv. V. INGENIUS.

INGILA, æ, f. 1. urbs Armeniæ (Sophene) ad superiorem cursum Tigris, in Cod. Justin. 1. 29. 5., hod. Egil.

INGUĬOMĔRUS, i, m. 2. vir princeps in Germania temporibus Augusti ac Tiberii, qui a Romanorum amicitia tractus in partes Arminii, cujus erat patruus, contra Romanos pugnavit, sed in fugam conjectus a Germanico (a. 15. p. Chr.) ad Maroboduum ivit. Tac. 1. Ann. 60. et 2. ibid. 17. et 21. et 45.

ĬNIOCHCŪRĬUS, ii, m. 2. deus quidam peculiaris loci in Britannia, ubi reperta est Inscriptio edit. in Ephem. epigr. IV. p. 198. n. 665., fort. idem ac Mercurius, ut Hübner putat ad l.

ĬNĬTĬĀLIS, is, m. 3. (initium) cogn. vir. Corp. 2. 3027.

INJŪRIŌSUS, i, m. 2. (injuria) nom. vir. in tit. Christi ap. Le-Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. n. 414.

INLŪCĬUS, ii, m. 2. (inluceo v. non luceo), nom. vir. in tit. Chr., ap. Le Blant, Inscr. Chrét. de la Gaul. n. 550.

INNŌCENS, entis, m. 3. cogn. vir. Corp. 8. 4756. — Abs. in tit. Chr. C. ibid. 8650. — Hinc Innocentius (Innocencius, ap. Le Blant, n. 564), cogn. vir. Corp. 2. 2211. — Abs. sæpius in tit. Chr. C. 5. 5843. et 5869. et 9. 6737. — Apud scriptores memorantur — 1.°) Innocentius I., pont. max., Anastasii successor, a. 402-417., vir « prudentia et intellectu decenter ornatus » (Cassiod. 9. Hist. trip. 44) et in primis sanctitate conspicuus. — Ejus pontificatum duo potissimum illustrarunt, nempe patrocinium Joh. Chrysostomi et Pelagianorum damnatio. Ad primum quod attinet, plura dicentur sub v. JOHANNES; hic unum id animadvertimus in eo dissidio, quod causa fuit, car Joh. Chrysostomus exsul ac prope martyr Comanæ Ponticæ vita decesserit, quum sive ecclesiæ Constantinopolitanæ sive Antiochenæ patriarcha, qui tunc erat Theophilus, ad Romanum pontificem pro se uterque appellasset, locupletissimum inde argumentum desumi pro Romanorum pontificum in universam ecclesiam primatu; erant namque duæ illæ Orientis sedes præcipuæ. — Ad secundum vero quod spectat, Innocentius, ab Aurelio, Carthaginiensi episcopo, edoctus de hæresi, quam Pelagius et Cælestius vulgare conabantur (V. PELAGIUS), coacto Romæ concilio, anathemate perculit utrumque. Tum Augustinus celebria ea verba protulit: « De hac causa duo concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam, inde etiam rescripta venerunt: causa finita est; utinam finiatur et error! » (Serm. 131. 10). — Cum aliis etiam hæreticis, Cataphrygis nempe (Socr. h. eccl. 7. 9) et Priscillianistis, fortiter se gessit. Nec illud quidem prætermittendum, Innocentium Ravennam se contulisse, ut Honorium imp. hortaretur ad pacem conciliandam cum barbaro Alarico, sed frustra; hinc Romæ vastatio subsecuta est, quam quæ maxime horrenda, ut ex historia constat (V. ALARICUS). — Multas (XLIII. ap. Mign. Patr. L. XX., ex quibus plures Ps. Isidorianæ: V. Hinsch p. 527-558), scripsit epistolas, singulari sapientia præditas, ut ad Aurelium, ep. Carthaginiensem, ad Johannem, ep. Hierosolymitanum de quibusdam abusibus, ad Augustinum de causa Pelagiana, ad Decentium, ep. Eugubinum, de ritibus Romanæ ecclesiæ servandis, ad Exsuperium, ep. Tolosanum, de catalogo librorum sacrorum, cui postea concilium Tridentinum adhæsit. Alia vero constituta ab Innocentio addit Liber Pontif., quæ tamen Duchesne illi haud esse tribuenda demonstrat. — Obiit sanctissime a. 417. sepultusque est in cœmeterio Pontiano ad ursum pileatum, prope martyres Syriæ Abdon et Sennen, succedente sibi Zosimo. Ejus memoria celebratur V. kal. Aug. in Martyr. Rom. — De eo vd. Herzog, Realencycl. sub v. Leipz. 1880.; Ferreiros, Stor. apol. dei Papi IV. p. 135-168. tr. 1899. et Revue d. quest. histor. L. 52. — 2.°) Innocentius, vir pietate insignis et amicissimus Hieronymi, qui in ep. 3 (a. 374) de repentina ejus morte ita queritur: « Ubi ego quidquid morborum esse poterat, expertus, ex duobus oculis unum perdidi; Innocentium enim, partem animæ meæ, repentinus febrium ardor abstraxit ». — 3.°) Multos alios episcopos et presbyteros recensent hujus nominis documenta historica, ut Conciliorum gest., Corp. Inscr., epp. Augustini, Hieronymi, Leonis M., Sidonii, ad quæ brevitatis causa remittimus. — Innocentia, cogn. mul. C. 10. 4528. — Abs. in tit. Chr. 5. 6270. — Fuit hoc nomine mulier religiosissima de primariis Carthaginiensibus, a cancro prodigiose sanata, de qua Augustin. 22. Civ. D. 8. — De ursa, quam ita appellabat Valentinianus servabatque ad laniandos homines, scribit Ammian. 29. 3. 9. — Innocentissimus, nom. pueri Christiani in Inscr. ap. Brunati, Mus. Kirch. p. 96.

INNŎCENTĬUS, ii, m. 2. V. voc. præc.

INNŌMINĀBĬLIS, is, m. 3. unus ex æonibus Gnosticorum, ap. Iren. 2. Hær. 16. 2.

INNŪBA, æ, f. 1. abs. dicta est Minerva, Capell. 7. p. 235.

ĪNO, us, f. 4. et ōnis, 3. (Ἰνώ, οῦς) nom. mul. — 1.°) Declin. — a) Genet. Inus ap. Hygin. fab. 2 (Cf. Charis. 63. 19). — Inonis ap. Hygin. fab. 4. — b) Acc. Inon ap. Capell. 3. p. 72. codd. et Kopp (Inun Eiss.). — Ino ap. Stat. 4. Theb. 562. — Inonem ap. Hygin. fab. 4. — c) Abl. Ino ap. Serv. ad Virg. 5. Æn. 241. — 2.°) Etymon seu vocabuli significatio est ἡ ἰσχυρά, fortis (V. Etym. M.).

Ino, filia Cadmi et Harmoniæ, hinc Cadmeis dicta Senec. Œd. 452., uxor Athamantis (Hes. theog. 976., Apollod. 1. 9. 1. et 2. 3. 4., Diod. 4. 2. et Paus. 9. 5. 2), soror Polydori, Semeles, Agaves et Autonoes (Hygin. fab. 179); quæ, quum Semeles mater Bacchi ex Jove, invidia Junonis obiisset, ejus nutrix initio fuit (Id. fab. 3. et Mythogr. I. fab. 120): hinc Ovid. 3. Met. 313.: « Furtim illum (Bacchum) primis Ino matertera cunis Educat »; tum uxor Athamantis (Nonn. 21. 180., Phil. ap. 9. 253., Hesych., Menecr. ap. Zen. 4. 38), ex quo duos filios genuit Learchum et Melicertem; sed novercali odio prosecuta duos filios Phrixum et Hellen, quos vir a priore conjuge Nephele susceperat, cum matronis conjuravit, ut frumenta serenda corrumperent; quare fames ex eaque pestilentia est orta. Huc spectat Ovid. 2. Fast. 628. — Huic calamitati remedium ut adhiberet; misit Athamas satellitem suum Delphos Apollinem sciscitatum, cui Ino suasit, ut pro responso adferret, pestilentiam desituram, si Phrixus Jovi immolaretur, quod, invito patre, hic tolerasset; sed satelles, misericordia motus, fraudem patefecit. Itaque pater iratus Phrixo Inonem et Melicertem tradidit occidendos, sibi reservata Learchi nece; sed Bacchus, objecta caligine, nutricem suam liberavit (Hygin. fab. 2). Tunc Athamas insania captus, quam ei immiserat Juno, conatus est uxorem cum filio interficere, quæ fugiens cum puero e saxis Scironis prope Athenas (Solin. 7) se præcipitavit; at eam, Venere precante, Neptunus in deam mutavit, quæ a Græcis Leucothea et a Latinis Matuta est vocitata, Melicertem vero in deum nomine Palæmonis v. Portumni, teste Hygin. fab. 2., coll. fab. 224., 239. et 243., Cic. 1. Tusc. 12. 28. et 3. Nat. D. 15. 39. et 19. 48., Lact. 1. 21. et in primis Ovid. 4. Met. 416-541. — Fabulam Ino scripsit Andronicus, teste Terent. Maur. metr. 1932. — Aliter tamen rem narrat Euripides in fabula Ἰνώ, quem V., coll. etiam Hom. ap. Auson. in perioch. Odyss. 5. — Alia et priscæ artis monumenta, ad eam spectantia, V. in LEUCOTHEA.

— Hinc Inous (Ἰνῷος), adj., ad Inonem quavis ratione pertinens. Stat. 4. Silv. 3. 60. Isthmos. Val. Fl. 1. 280. Learchus. Virg. 1. G. 437. Melicertes. Id. 5. Æn. 823. Palæmon. Stat. 2. Silv. 1. 98. pectus. i. e. sinus Bacchi nutricis. Ovid. 3. Art. am. 176. undæ. Val. Fl. 1. 521. aræ. i. e. quas Ino Phrixo exstruxerat, ut eum mactaret. Stat. 4. Theb. 59. querellæ. — Inoides, dictæ Thebanæ, quia Ino uxor fuit Athamantis Thebarum in Bœotia regis. Senec. 1. Tro. 378., ubi alii leg. Ionides.

ĪNŌĬDES, um, f. plur. 3. V. voc. præc.

ĪNŌPUS, i, m. 2. (Ἰνωπός) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est fluvius in insula Delo, de quo Plin. 2. Hist. nat. 103. 106. (229). « Inopus fons eodem, quo Nilus, modo ac pariter cum eo decrescit augeturque ». et Val. Fl. 5. 104. « ante alios Triviæ qui creditur amnis Fidus et Inopi materna gratior unda ». ¶ 2. Est etiam cogn. vir. libertinum. Corp. 10. 582.

ĪNŌUS, a, um, adject. V. INO.

INSĀNI, montes altissimi in Sardinia, qui salubrem Boreæ flatum avertunt (Cf. Sil. It. 11. 540. et Paus. 10. 17 [τὰ Μαινόμενα ὄρεα Ptol. 3. 3. 7]), navibus periculosi, hod. monti della Gallura. Memorantur Liv. 30. 39. « (Claudius cons.) in Sardiniam trajecit: ibi superantem Insanos montes - tempestas adorta disjecit classem ». Flor. 2. 6. 35. « Insanorum montium immanitas ». Claudian. carm. 15. 511. « Insanos infamat navita montes ». — Eos ita describit Sil. It. 12. 372. « Quæ videt Italiam, saxoso torrida dorso Exercet scopulis late freta pallidaque intus Arva coquit nimium etc. ».

INSĀNĬA, æ, f. 1. nom. ex communi proprium monstri cujusdam seu personatum, ut Infamia, Terror, Pavor aliaque hujusmodi. Ovid. 4. Met. 483. de Inone.

INSĂPĬENTĬA, æ, f. 1. nom. mul. in tit. Chr. ap. Gori, Inscr. Etr. I. p. 93.

INSĔQUENS, entis, m. 3. (insequor) cogn. vir., Corp. 3. 5427.; itemque nom. serv., C. ibid. 5231. — In aliis ibid. 4784. Inseques pro Insequens, extrita, ut assolet, litt. n ante s. — Hinc Insequentina, cogn. mul. demin. C. 3. 4191.

INSĪDENS, entis, m. 3. (insideo) nom. dei cujusdam, fort. ex genere illorum, qui epitrapezii dicebantur ex eo quod mensis (τράπεζα) insidere putabantur, cibos gustaturi illis appositos. Corp. 5. 4220.

INSĪDĬÆ, ārum, f. plur. 1. nom. plur. ex communi proprium monstri cujusdam, seu personatum, ex genere Furiarum, quæ quasi deæ habebantur. Memorat Petron. sat. 124. « Emergit (Erebo) Letumque Insidiæque et lurida Mortis imago ». et Stat. 7. Theb. 49. « occultisque ensibus astant Insidiæ ».

INSĪDĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir., in Inscr. deperdita ap. Manut. orthogr. p. 507.; sed in Corp. 6. 657. rectius legitur Hosidius.

INSĪTOR, ōris, m. 3. (insero) deus quidam, teste Fabio Pict. fragm. ap. Serv. ad Virg. 1. G. 21. Cf. Grassmann, Die italisch. Göttern. etc. p. 113. sq. n. 21.

INSONTĬUS, ii, m. 2. (insons) nom. vir. gent. Corp. 9. 1580.

INSTANTĬUS (Istantius), ii, m. 2. (insto) nom. vir. gent. Corp. 8. 7643. — Fuit etiam hoc nomine episcopus Hispanus, Priscilliani hæresi infectus damnatusque et in insulam Sylinancim, ultra Britanniam, deportatus. Sulp. Sev. 2. chron. 46. 47., 49. et 51.

INSTEJUS (Istejus), ii, m. 2. nom. gent. vir., Corp. 10. 4601. et 8111.; et Insteja, nom. mul., C. 8. 876. — Ibid. 10. 74. Istius. — Memorantur hoc nomine — Instejus, centurio, ap. Tac. 13. Ann. 9., idem fort., qui, cogn. Capito, castrorum præfectus Corbulonis, ap. eund. ibid. 39. — C. Instejus, præfectus equitum Sertorii in Hispania, ap. Liv. frgm. 91. — L. Instejus, Sertorii socius, qui, Contrebia expugnata, ibi cum valido præsidio est relictus, ap. Liv. fragm. 91. — Instejus Cato, unus ex ducibus præclarissimis Italicorum in bello Italico (a. 110-125. a. Chr.). Vellej. 2. 16. — Hinc fort. Instuejus, nom. gent. vir. Corp. 10. 4112. — Instulejus, nom. gent. vir., C. 3. 30.; et Instuleja, nom. mul., in Inscr. ap. Fiorelli, Not. degli scavi a. 1884. p. 108. — Instejanus, vicus Romæ in colle Latiari, ap. Varr. 5. L. L. 8. frg. Arg., coll. Orelli, onom. Tull. ad h. v. Alii leg. Instelanus.

INSTĪTOR, ōris, m. 3. (insisto) cogn. ex comm. proprium vir. Corp. 8. 432.

INSTĪTŪTUS, i, m. 2. (insisto) cogn. vir. Corp. 5. 1334.

INSŪBER, bris, adject. V. voc. seq.

INSŪBRES, ium, m. plur. 3. (Ἴνσουβροι Dio fr. 51. 4., Ἴνσοβρες v. Ἰνσόβαρες et Ἴνσοβροι Plut. Marc. 3., Ἰνσούμβροι Polyb. ap. Steph. B. v. Ἴσομβρες ap. eund. 2. 17-35) nom. populi. — a) Declin. genet. Insubrium ap. Cic. Balb. 14. 32. et Liv. 5. 34. et 21. 45. — Insubrum ap. Liv. 30. 18., 32. 7. etc. et Plin. 3. Hist. nat. 17. 21. (125). — b) Etymon varie a variis exponitur; sed probabilius dicti videntur ex loco, quem incolebant; vox namque composita est ab Umbri, quod etymologi conferunt cum Skr. ambh, unde imber (imber), pluvia, vel abh, fluvius (V. Vanicek p. 37); significat nempe terram aquis obnoxiam: sane Umbri primum, ut videbimus, sedem suam fixerunt in valle Padana ad fluvii ripas seque in tres quasi populos seu tribus diviserunt, sc. in Isumbros, incolas planitiei, Olumbros montium et Vilumbros maris seu territorii maritimi. Cf. Liv. 5. 34. et Plin. 3. Hist. nat. 14. (84). et, ex recentioribus, Ferrar., A. I. diss. XI. et XII. et Balan l. c.

Insubres, populus Celticus Italiæ, qui huc post Tyrrhenos et Iberos migravit, in reg. XI. Transpadanam, a Gallia Transalpina profectus, maxime potens ac bellicosus. De eo Liv. 5. 34. et alib., Plin. loc. cit., Flor. 2. 3. 2. et Corp. 1. p. 47. sq., coll. Strab. 5. 212. et alib. et Polyb. loc. cit. — a) De eorum forma et indole. Flor. 2. 4. « Gallis Insubribus et his accolis Alpium animi ferarum: corpora plus quam humana erant, - experimento deprehensum est, quippe sicut primus impetus eis major quam virorum est, ita sequens minor quam feminarum. - Alpica corpora humente cælo educata habent quiddam simile nivibus suis: cum vix caluere pugna, statim in sudorem eunt et levi motu quasi sole laxantur ». Adde Jorn. Rom. 178. M. — b) De historia hæc habet Liv. loc. cit. « Bellovesus (Tarquinio Prisco regnante) Bituriges, Arvernos, Senones, Æduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos excivit. Profectus ingentibus peditum equitumque copiis: - Alpes transcenderunt fusisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, quum, in quo consederant, agrum Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Æduorum, ibi omen sequentes loci condidere urbem, Mediolanium appellarunt », quæ quidem urbs eorum caput seu metropolis fuit. — Pluries cum Romanis bellarunt, sed ut plurimum improspere; nam a. 223. a. Chr. a Cn. Scipione cons. victi fuerunt, qui Mediolanium quoque expugnavit (Eutr. 3. 6. et Oros. 4. Hist. 13., coll. Polyb. 2. 34. et Plut. Marc. 7). Dein M. Claudius et Marcellus coss. de Gallis Insubribus et Germanis triumpharunt a. 222., qui alter spolia opima retulit, duce hostium Virdumaro ad Clastidium interfecto (Fast. triumph. Capit.). — Sed, orto bello secundo Punico, rebelles, una cum Hannibale Romanis graves clades intulerunt a. 218. et 215.; fuerunt tamen ad Mincium a. 197. devicti a Cethego, ad Comum a. 196. a Marcello et ad Mediolanium a. 195. a Valerio Flacco; et a. 194., difficillimo bello, a L. Fulvio prætore (Liv. 21. 25., 30. 18., 31. 10. et 49. 32. et Oros. 4. Hist. 20., coll. Liv. 34. 46). — Memorantur etiam Tac. 11. Ann. 23. et Corp. 1.[2] p. 47. sq. et 5. p. 634. — De Insubribus cf. Steur, Ethnogr. I. 60-70., 71.; Balan, St. d'Ital. I. p. 21. et Besnier, Géogr. anc. I. p. 393. sq. — Hinc Insuber, adj. (Insuber ap. Cic. Pis. 15. 34. et Liv. 22. 6.; Insubris ap. Spartian. Did. Jul. 1. P.), ad Insubres pertinens. Liv. 22. 6. eques. Adde Cic. et Spartian. locc. citt.

INSŪBRIS. V. voc. præc.

INSŬLA, æ, f. 1. nom. ex communi proprium vel absolute sed perraro, aut sæpissime cum addito, et quidem in num. sing. aut plur., vel de loco aquis circumdato aut de domorum serie, viâ aliquâ undique circumscripta. ¶ 1. In sing. num. — 1.°) Absolute Insula dicta est Ovid. 2. Fast. 193., quæ fere Tiberina vocatur. V. infra. — 2.°) Cum addito. — a) Insula Æsculapii est eadem quæ Tiberina; ita postea appellata ex eo quod quum pestilentiâ laboraret, missique essent legati, ut Æsculapii signum Romam ab Epidauro transferrent, hi sacrum anguem nave deportarunt, utpote quem ipsum numen inhabitaret, ædemque in insula Tiberis ei constituerunt (Liv. epit. 11), hinc insula Æsculapii dicta (Suet. Claud. 25). Hæc ædes refecta ca. a. 62. a. Chr., quo insulam L. Fabricius ponte lapideo urbi conjunxit, in formam navis redactam, cujus vestigia hodieque supersunt in ejusdem insulæ utraque extremitate. De ea Liv. 10. 47., Val. Max. 1. 8. 2., Suet. Aug. 29., coll. Dionys. 13., Dion. 47. 2. et, ex recentioribus, Becker, Handb. I. 651. et Borsari, Top. Rom. 1897. p. 69. sqq. Cf. Varr. 7. L. L. 3. 57. — Huic aliæ deinde additæ ædes in honorem Vediovis et Fauni. Liv. 31. 21., 33. 42. et 34. 53. et Vitr. 3. 2. 3., coll. Ovid. 1. Fast. 290. sqq. Id. 2. ibid. 193. « Idibus (13. Jan.) agrestis fumant altaria Fauni, Hic ubi discretas insula rumpit aquas ». — b) Insula Cuminiana, Romæ in monte Cælio, memorata in Act. S. Pancratii, non confundenda cum area Carboniana, rectius Carbonaria, ut demonstrat cl. De-Rossi, R. S. III. 204. — c) Insula Fortunata in oceano Atlantico ad Africam pertinens, de qua Jorn. Get. 1. « Habet in parte occidua idem Oceanus aliquantas insulas et pæne cunctas - notas: et sunt juxta fretum Gaditanum haud procul, una Beata et alia, quæ dicitur Fortunata ». V. FORTUNATÆ. — d) Insula Beata. V. modo dicta. — e) Insula Nova, quæ videlicet ante non fuerat sed e mari emersa, ut haud raro fit, non procul a Sicilia (Liv. 39. 56), coll. Senec. quæst. nat. 2. 26. 3. et 6. 21. 2. — f) Insula Tiberina, Romæ a Tiberi facta, hod. isola di s. Bartolomeo; ibi namque sacrum ejus corpus sepultum in propria æde colitur, in area vetustissimi templi Æsculapio dicati, erecta. Quomodo vero insula sit orta, narrat Liv. 2. 5. « Ager Tarquiniorum (Tarquinio rege expulso), qui inter urbem et Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit: forte ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi: quem campi fructum quia religiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa corbibus fudere in Tiberim tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet. Ita in vadis hæsitantes frumenti acervos sedisse inlitos limo: insulam inde paulatim et aliis, quæ fert temere flumen, eodem invectis factam. Postea credo additas moles manuque adjutum, ut tam eminens area firmaque templis quoque ac porticibus sustentandis esset ». Alia V. sub 1. 2.° a. ¶ 2. In plur. num. — 1.°) Absolute Insulæ dicta est una ex decem provinciis diœcesis Asianæ, ut ex Not. Imp. or. 2 (gr. Ἐπαρχία Νήσων ὑπὸ ἡγεμόνα: Hierocl. p. 686). Adde Suet. Vesp. 8., Sext. Ruf. 10. et Eutr. 7. 19. Cf. etiam Momms. in Ephem. epigr. V. p. 67. n. 184. — 2.°) Cum addito, ut Insulæ Solis in India orientali, contra Indi ostia, ap. Mel. 3. 71.; item Insulæ Natantes ap. Senec. quæst. nat. 3. 25. 7.; item Insulæ Macaron (Μακάρων), in Asia ad promontorium Tauri, ap. Mel. 2. 100.; item Insulæ Baliares, Cyclades, aliæ, quas V. suo loco. — Hinc Insulanus, cogn. vir., in Inscr. ap. Wilmanns n. 442. — Insulana, cogn. mul., in Corp. 10. 7678.

INTAPHERNES, is, m. 3. (Ἰνταφέρνης Her.) unus ex septem nobilissimis Persis, qui contra Smerdim magum conjurarunt. Ampel. 30., ubi alii leg. Sapernes.

INTĂRĂBUS, i, m. 2. nom. dei cujusd. ap. Treveros, in Inscr. ap. Brambach n. 855.

INTEMĔLII et

INTEMĔLIUM. V. INTIMILIUM.

INTĔRĂMĪCI, ōrum, m. plur. 2. populus Hispaniæ Tarraconensis in Callæcia, conventus Bracaraugustanus, in Corp. 2. 2477., fort. pro Interamnici. Cf. Interamnenses. — Hinc Interamicus, adj., qui est ex Interamicis. Corp. 2. 2730.

INTĔRAMNA, æ, f. 1. (Ἰντέραμνα Strab. Ἰνταραμνία v. Ἰνταράμνιον Ptol.) nom. trium oppidorum Italiæ mediæ, quæ ita appellata fuere, quod

sint *inter amnes.* ¶ 1. Oppidum Umbriæ, Nare *(Nera)* fluvio circumfluum, in *Itin. Ant. p.* 125. Interamnia. et ap. *Flor.* 5. 21. 27. Interamnium, hod. *Terni,* tribui *Clustuminæ* adscriptum, in territorio feracissimo situm, ubi prata quater anno secari tradit *Plin.* 18. *Hist. nat.* 28. 67. (263)., in parte viæ Flaminiæ, quæ Spoletium ducit, a Sabinis conditum, a. 181. a. Chr., municipium, patria Taciti historici ac Taciti et Floriani impp., celebre propter Aventis *(Velino)* fluvii lapsum ex alto desilientis *(cascate delle Marmore),* ob cujus aquas ita labentes et opificiis perutiles sæpe contenderunt oppidani cum Reatinis (Cf. *Varr.* 3. *R. R.* 2. 3. et *Cic.* 4. *Att.* 15). — Memoratur *Varr.* 4. *L. L.* 5., *Cic. Mil.* 17. 46., *Dom.* 30. 80. et 2. *Att.* 1., *Tac.* 2. *Hist.* 64. etc., *Quintil.* 4. 2. 88., *Flor.* 3. 21., *Eutr.* 9. 5., *Vict. Cæs.* 31., *Vopisc. Florian.* 2., *Prosp.* et *Cassiod.* in *chron.* ad a. 253. et *Inscr.* in *Corp.* 11. *p.* 608. — Hinc *Interamnanus,* adj., ad Interamnam fort. Umbriæ pertinens. *Inscr.* ap. *Orell. n.* 3773. — *Interamnates,* abs., incolæ Interamnæ Umbræ. *Varr.* 3. *R. R.* 2. 3., *Cic.* 4. *Att.* 15., *Plin.* 3. *Hist. nat.* 12. 17. (106). et *Tac.* 1. *Ann.* 79. — Interamnates cognomine *Nartes* dicti *Plin.* 3. *Hist. nat.* 14. 19. (113). vel *Naharles* in *Inscr.* ap. *Orell. n.* 1028. — *Interamnensis* v. *Interamniensis,* ad Interamnam hanc fort. pertinens. *Symm. pap. ep.* 5 (a. 501). ¶ 2. Item oppidum Volscorum (Ἰντεράμνιον *Strab.*), ad lævam amnis Liris *(Garigliano),* hinc *Lirenas* appellatum, et ad meridiem viæ Latinæ, trib. *Teretinæ* adscriptum (*Corp.* 10. 5331. et *Liv.* 9. 28), colonia Romana a. 312. a. Chr., a Samnitibus a. 294. et ab Hannibale a. 212. vastatum, mature ex prospero statu collapsum; etiam *Interamna Succasina* dictum, quod sub Casinum oppidum situm fuerit, hod. *Termini.* Memoratur *Liv.* 10. 36., 26. 9., 27. 9. et 29. 15., *Cic.* 2. *Phil.* 41. et *Vellej.* 1. 14. — Plura de eo in *Inscr. Corp.* 10. a *n.* 5331-5365., coll. *Momms. Corp. l. c. p.* 525. et *Romanelli, Top. Nap. II. p.* 384. et *III. p.* 119. — Hinc *Interamnates,* dicti *Succasini (Sucasini),* discriminis causa, *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 9. [64]), qui et *Lirenates* in *Corp.* 10. 4860. ¶ 3. Item oppidum Prætutiorum in Piceno, quod *Interamnium* et *Interamnia* dicitur (Ἰνтεραμνία *Ptol.*), haud procul a mari et magnis viis Romanis, serius et *Aprutium* dictum, trib. *Velinæ* adscriptum (Cf. *Laterc.* in *Ephem. epigr. IV. p.* 306. *c.* 2. *l.* 13), hod. *Teramo.* Memoratur *Grom. p.* 226. et 255. *Lachm.* Cf. *Momms.* in *Corp.* 9. *p.* 485. — Plura colliges ex *Inscr.* ad hoc opp. pertinentibus in *Corp.* 9. a *n.* 5060-5135. — De eo vd. *Savini, Il com. Teramano dal più antichi tempi* etc., Roma 1895. — Hinc *Interamnates,* incolæ, dicti *Prætutiani* a *Frontin. contr. agr. p.* 18., discriminis causa, coll. *Momms. loc. cit.*; et etiam *Interamnites* in *Inscr. ibid. n.* 5084. — Adde *Interamnanus,* cogn. vir. *Corp.* 6. 451. — *Interamnas,* cogn. vir. *C.* 5. 968. — *Interamnis,* adj., qui est ex Interamna. *Cic. Mil.* 17. 46., ubi alii rectius leg. *Interamnas.* — *Interamnus,* adj., qui est inter duos amnes. *Lamprid. Alex. Sev.* 56. terra Interamna. *i. e.* Mesopotamia (*Alii leg.* Interamnan). Ita etiam ap. *Solin.* 32., coll. *Avien. orb.* 1181.

INTERAMNANUS et

INTERAMNAS, ātis, et

INTERAMNENSIS, e, adject., et

INTERAMNIENSES v. Interannienses, ium, et

INTERAMNIS, e, adject. *V.* voc. præc.

INTERAMNIUM, ii, n. 2. nom. geogr. — Scribitur etiam *Interannium* et divisim *Inter Amnium* in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. p.* 559. *n.* 2318. — Memoratur hoc nomine ¶ 1. Oppidum sive mansio in Lucania, prope Thurios *(Torre Brodognato),* memoratum in *Tab. Peuting.* et ap. *Rav. p.* 278. — De situ *V. Momms. Corp.* 10. *p.* 2. et 18. ¶ 2. Item oppidum Prætutiorum in Piceno. *V.* INTERAMNA 3. ¶ 3. Item oppidum Hispaniæ Tarraconensis, memoratum in *Itin. Anton. p.* 443. et 448., inter Vallatam et Pallantiam, coll. *Rav. p.* 320., ubi *Interamnum,* et *Ptol.* 2. 6. 28. Ἰντεράμνιον, in Asturia, situm fort. ubi nunc *Villaroane.* ¶ 4. Item oppidum, cognomento *Flavium,* in Hispania Tarraconensi inter Bergidum *(Castro de la Ventosa)* et Asturicam *(Astorga),* in *Itin. Ant. p.* 429. et 431. et ap. *Rav. p.* 320. Græce ap. *Ptol.* 2. 6. 29. Ἰντεράμνιον Φλαούιον. ¶ 5. Item oppidum in Lusitania, quod noscitur ex nomine incolarum *Interamnienses* v. *Interannienses,* qui inter stipendiarios recensentur a *Plin.* 4. *Hist. nat.* 22. 35. (118). et *Corp.* 2. 509., 510. et 826. Cf. *Hübner* ad *Corp. cit. p.* 63. *n.* 509.

INTERAMNUS, a, um, adject. *V.* INTERAMNA.

INTERCATIA, æ, f. 1. (Ἰντερκατία *Ptol.*) ¶ 1. Oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Vaccæis, conventus Cluniæ, ad austr.-or. Pallantiæ *(Palencia).* Memoratur *Liv. epit.* 48., *Ampel.* 22. et in *Itin. Ant. p.* 440., ubi recensetur inter Brigecum *(Villabrazaro?)* et *Telam* seu Antoninopolim *(Veranschaher).* — Hinc *Intercatiensis,* adj. *Corp.* 2. 2786. — *Intercatienses,* abs., incolæ. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 1. 4. (9). ¶ 2. Item oppidum Hispaniæ in Asturia (Orniacorum), hod. fort. *Borigoytis.* Memoratur in *Inscr.* ap. *Orelli n.* 154. Cf. *Ptol.* 2. 6. 32.

INTERCATIENSIS, e, adject. *V.* voc. præc.

INTERCIDONA, æ, f. 1. dea quædam, ita dicta a securis intercisione. *Varr.* ap. *Augustin.* 6. *Civ. D.* 9.

INTERCISA *(inter* et *cædo)* ¶ 1. In plur. num. n. 2. nom. loci ita dicti a montis saxis, ibi intercisis a Vespasiano ad viam complanandam, hod. *Il Furlo* v. *Passo del Furlo,* ap. *Vict. epit.* 9. « Tunc cavati montes per Flaminiam sunt prono transgressu, quæ vulgariter *Pertunsa petra* vocitatur ». Cf. *Procop. b. Goth.* 28., ubi gr. Πέτρα ἡ Περτοῦση. Describitur a *Claudian. carm.* 28. 500.*sqq.* — *Ad Intercisa* vocatur in *Tab. Peut.* et mutatio *Intercisa* a *Rav. p.* 273. ¶ 2. In sing. num. f. 1. statio Pannoniæ Inferioris in *Itin. Ant. p.* 245., in qua sedem habuere *cuneus equitum Delmatarum, Constantianorum* et *equites sagittarii,* in *Not. Imp. occ.* 33. et 38., ubi nunc est fort. *Duna-Pentele.*

INTERDIDIUM, ii, n. 2. nom. loci in Ægypto circa Alexandriam, de quo *Jul. Val.* in *gest. Alex. M.* 20.

INTEROCRIUM, ii, n. 2. (Ἰντεροκρέα *Strab.*) statio (κώμη) ad Aventem in Sabinis et ad viam Salariam (reg. IV), ubi hæc a *Claudia* nova sejungitur, in situ rei bellicæ peridoneo, trib. *Quirinæ* adscripta, hod. *Antrodoco.* Memoratur in *Itin. Ant. p.* 307., coll. *Tab. Peut.* Cf. *Momms. Corp.* 9. *p.* 435., ubi et *Inscr.* a *n.* 4644-4661.

INTERPROMIUM, ii, n. 2. locus seu vicus in Pælignis (reg. IV) inter Aternum et Sulmonem, in via Claudia Valeria, inter Corfinium ac Teatem Marrucinum, tribui *Sergiæ* adscriptus, prope hod. *San Valentino* di *Casauria.* Memoratur *Rav. p.* 282., ubi corrupte *Interbromum,* et in *Tab. Peut.,* ubi *Interpromum.* Cf. *Momms. Corp.* 9. *p.* 286., ubi sunt *Inscr.* a *n.* 3043-3073. — In *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 2278. est *Interprominum*; sed hanc spuriam judicat *Momms. ibid. n.* 387.; recte tamen *pagus Interprominus* in *alia* in *Corp. cit. n.* 3046.

INTIBILI, is, n. (et f.) 3. oppidum Hispaniæ Tarraconensis, haud procul ab ora orientali ad merid. ostii Iberi, inter Dertosam et Ildum, hod. *San Mateo.* — Memoratur in *Itin. Ant. p.* 399., ubi *Intibilim* (acc. f.), a *Rav. p.* 342. et in *Itin. a Gad. Rom.* ap. *Henzen, Suppl. Or. n.* 5210., ubi *Intilibi* legitur. *Liv.* 23. 49. « Ad Intibili oppugnandum Punici exercitus traducti ».

INTIMILII et Intimelii, ōrum, m. plur. 2. incolæ urbis Albii Intimilii, ap. *Cic.* 8. *Fam.* 15 (a. 49. a. Chr.) « Intimelii in armis sunt ».

INTIMILUM et Intimelium, ii, n. 2. *V.* ALBINTIMELIUM.

INTIMIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 3. 4098. — Cf. *Intuma,* cogn. mul. *C.* 30. 2083.

INTRODUCA, æ, f. 1. epitheton, Junoni datum, quod nubentes puellas introducat. *Mythogr. III. fab.* 4. Cf. *Iterduca, Interduca, Domiduca.*

INTUMA, æ, f. 1. *V.* INTIMIUS.

INUCTUS, i, m. 2. *(pro* inunctus) cogn. vir. *Corp.* 10. 19.

INUUS, i, m. 2. (ineo) nom. dei cujusdam. — In antiquis *Liv.* codd. legitur *Intvus* pro *Inuus,* sic etiam dicitur *vacuus* et *vacivus (Voss* in *Etym.).* — Vox est ab *ineo,* quod idem ac συνουσιάζειν, ad mares relatum, active et passive, tam de hominibus quam de animalibus, Cf. *Isid.* 6. *Orig.* 11., *Paul. Fest. p.* 110. *M.* et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 775. — Inuus itaque est deus idem ac Pan ap. Græcos. *Liv.* 1. 5. « Lyceum Pana venerantes, quem Romani deinde vocarunt Inuum ». Tradit autem *Diomed. III. p.* 472. eum caprino pede poetas fingere. Adde *Macrob.* 1. *Sat.* 22. 2. et 7. — De Castro Inui. *Virg. loc. cit.* « Pometios Castrumque Inui ». *i. e.* castellum Rutulorum in Etruria ad mare Tyrrhenum, ubi Pan (Πάν) colebatur (V. *Bormann* in *Corp.* 11. *p.* 531. et *Deecke* ap. *Müller, Etr.* 2. *p.* 63).

INVALLIS, is. f. 3. insula, una ex Fortunatis, contra lævam Mauretaniæ, ap. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 32. 37. (202)., ubi al. leg. *Convallis.*

INVENTIUS. *V.* voc. seq.

INVENTUS, i, m. 2. (invenio) cogn. vir. *Corp.* 5. 1230. et 10. 1211. — Abs. *C.* 4. 827. — Est etiam nom. serv. *Ibid.* 10. 895.; et *Inventa,* cogn. mul. *C.* 2. 935. et 9. 1870. — Hinc *Inventius,* nom. vir., aliquando gent. *Inscr.* in *Bull. de la Gaul.* a. 1881. *p.* 175., ubi *Invetius.* — Fuerunt ita nuncupati quidam episcopi in Africa. *Augustin. ep.* 175. et 181. — *Inventinus,* nom. vir. demin., sc. episcopi cujusdam Maronanensis in Mauretania Sitifensi, ab Hunerico, rege Vandalorum, ob fidem catholicam in exsilium pulsi. *Notit. Afr.* — *Inventor,* cogn. Jovis. V. voc. in *Lexico.*

INVICTUS, i, m. 2. (non victus v. vinci nescius) ¶ 1. Generatim, cogn. vir. ex communi proprium. *Corp.* 10. 5229. ¶ 2. Speciatim — *a)* Est epitheton deorum, præsertim Herculis *(V.* HERCULES), de quo *Propert.* 1. 20. 23. « At comes Invicti juvenis processerat ultra », *i. e.* Hylas. — Item Mythras *(V.* MYTHRAS). — Abs. *Invictus,* deus quidam, fort. idem Mythras, enunciari solitus in mysteriis θεὸς ἐκ πέτρας *(Hieronym. c. Jovin.)* vel Sol, ap. *Commodian. instr.* 1. 13. « Invictus de petra natus si deus habetur etc. ». — *b)* Item imperatorum, præsertim Augusti, Commodi et Caracalli. *V.* suo loc. et *Lexic.* — *c)* Item militum, ut *Invicti Juniores* inter Auxilia Palatina *(Not. Dign. imp. or.* 9), *Invicti Seniores (Not. Imp. occ.* 5. 34. et 182)., *Invicti Juniores Britanniciani (Ib.* 5. 206) et *Invicti Seniores Britones (Ibid.* 7. 127). — Huc pertinet illud *Claudian. carm.* 15. 421. « Nervius insequitur meritusque vocabula Felix, - Invicti clipeoque animosi teste Leones ». — *Invicta* — *a)* Dicta est urbs Saguntum, quæ maluit flammis deleri quam Hannibali se dedere, in nummo ap. *Eckhel,* 1. *p.* 56. — *b)* Item Isis deæque aliæ, de quibus *V.* voc. in *Lexico.*

INVIDENTIA, æ, f. 1. nom. ex comm. proprium deæ fabulosum *(V.* voc. in *Lexico),* quæ fuit filia gigantis Palladis et Stygis, soror Violentiæ, Potestatis, Victoriæ etc. *(Hes. theog.* 383. Ζῆλος, Νίκη, Κράτος, Βία). *Ovid.* 2. *Met.* 760.

INVIDIA, æ, f. 1. nom. ex comm. proprium deæ. *V.* voc. in *Lexico.*

INVOLUTI dii, ap. Etruscos. *Senec. quæst. nat.* 2. 41. « Adhibitis in consilium diis, quos Superiores et Involutos vocavit ». V. *Gerhard, Ges. Ak.* 1. *p.* 287.

IO

IŌ, us et ōnis, f. 4. et 3. (Ἰώ, contr. ab Εἰώ) nom. mul. — *a)* Declin. in recto *Io* ap. *Cic.* 1. *Tusc.* 28. et 3. *Nat. D.* 15. 39., *Propert.* 2. 28. 17., *Ovid.* 1. *Am.* 13. 21., *Juvenal.* 6. 526. — *Ion* ap. *Ovid.* 2. *Am.* 2. 45. et *Ib.* 620 (622). — Genet. *Ius* (Ἰοῦς) ap. *Nemes. cyn.* 31. — *Ionis* ap. *Prisc. II.* 34. et *VI.* 18. *K.* et *Serv.* ad *Virg.* 7. *Æn.* 792. et 10. 198. — Dat. *Ioni* ap. *Acc. tr.* 386., *Plaut. aul.* 556., *Serv.* ad *Virg.* 7.

Æn. 790. — Acc. *Io* ap. *Ovid.* 2. *Am.* 19. 29. et 1. *Art. am.* 323. et 1. *Met.* 584. et 628. — *Ionem* ap. *Serv.* et *Philarg.* ad *Virg.* 3. *G.* 153. et *Serv.* 7. *Æn.* 790. — *Ion* ap. *Capell.* 3. *p.* 72. codd. et *Kopp (Eyss.* Iun). — Voc. *Io* ap. *Propert.* 2. 33. 7. — Abl. *Io* ap. *eund.* 2. 30. 29. et *Hygin. fab.* 145. et 155. — *b)* Prosod.: prior syllaba græce anceps est; latine tamen fere longa. Brevem quidam putant ap. *Ovid.* 14. *Her.* 103. « Quæ tibi causa fugæ? Quid Io freta longa pererras? ». Sed *Ehwald* leg. *tu.* Cf. *Bursian, Nunt. ann. XLIII* (1885. *II) p.* 259. et *Müller, metr. p.* 247. — Item urgent illud ap. *Ovid. Ib.* 622. « Quem memor a sacris nunc quoque pellit Io », ubi *Ehwald* leg. *Ion,* sc. Ionius; ita etiam *Riese;* alii *Io* eod. sensu; locus tamen vexatissimus est. — *c)* Etymol. Vox significare videtur *lunam;* nam in lingua Argiva ἰώ idem est ac luna: cf. *Herodian. techn. rel.* 1. 347. 30.: « ἰώ ἤτοι σελήνη, ἰὼ γὰρ ἡ σελήνη κατὰ τὴν τῶν Ἀργείων διάλεκτον ». Sic *Suid., Eust., Dionys., Malal.* Cf. etiam Copt. *ioh* = luna *(Ross, Ital. u. Gräk p.* 84); quod quidem quadraret in fabulam, qua traditur Io mutata in vaccam, quia bina cornua lunæ tribui solent. — Memoratur apud scriptores ¶ 1. Io, Inachi, Argivorum regis, filia, hinc *Inachis* dicta *(Virg. cat.* 11. 105), ap. *Æsch. Prom.* 589., *Soph. El.* 4. *fr.* 248.*sqq.,* coll. *Her.* 1. 1., *Callim. h.* 3. 254., *ep.* 57. 58., *Diod.* 3. 74. 1, et 5. 60. 4., *Luc. de salt.* 43., *Philostr. vit. Ap.* 1. 19., *Ovid. met.* 1. 584. et *fast.* 1. 454., *Hygin. fab.* 155. etc.), vel filia Pirenis *(Apollod.* 2. 1. 3., *Herodian. techn. rel.* 1. 17. 10. et 2. 923. 7., coll. *Maass, comm. de Æsch. Suppl. p.* 31. Greissw. 1890), vel Iasi *(Plut. de mul. Her.* 14 [857 *F], Paus.* 2. 16., *Arat.* 179. et *Val. Fl.* 4. 356), vel Arestoris *(Myth.* ed. *Westerm. p.* 324., *Anonym. de incred.* 15), vel Promethei *(Inscr.* ap. *Clem. Alex. strom.* 1. *p.* 322 *C),* vel Cadmi *(Etym. M.* 205. 35). Ceterum non unam hujus nominis fuisse referunt veteres; sed mythographi universim unam tantum agnoscunt, Inachi filiam, ad eamque omnia trahunt, quæ partim fort. vera sunt, pleraque fabulosa. — Tradunt autem hæc: Juppiter, quod pulcherrima esset, eam adamavit fugientemque nube remoratus compressit. Quum vero Juno insuitatas tenebras diurnis horis aspexisset, rata aliquid fraudis a conjuge admitti, e cælo delapsa caliginem discussit. Juppiter præsentiens Junonis adventum, puellam, ne agnosceretur, in juvencam transformavit; sed Juno suspicata id, quod res erat, eam a Jove sibi dono dari postulavit, quam quum accepisset, apposuit ei custodem Argum, a quo molestissima custodia servabatur. Id ægre Juppiter ferens per Mercurium eum interficiendum curavit. Quam ob rem irata Juno Argi oculos pavonis caudæ affixit, œstrum pælici immisit, cujus aculeis exagitata varia loca peragravit, donec in Ægyptum perveniret. Ibi, implorato Jovis auxilio, pristinam formam recuperavit ibidemque Epaphum peperit; sed postea regi Osiridi nupsit. Ægyptiis autem omnibus adeo cara fuit ut post mortem dea habita sit, quam illi Isidem appellarunt sacraque ejus Isiaca, quibus anser immolari consuevit. Dicitur etiam usum lini, agriculturam, litteras et alia multa tradidisse. Ita fere *Forcellin.* ex *Hygin. fab.* 145., *Plin.* 16. *Hist. nat.* 44. 89. (239)., *Martial.* 14. 180. aliisque, in primis *Ovid.,* qui fabulam fuse enarrat 1. *Met.* 587.*sqq. V.* plura in ISIS. — Hinc *vaga* dicta quasi epitheto ejus proprio *(Horat. a. p.* 124. et *Val. Fl.* 711). — *De erroribus Ius* carmen aliquod breve scripsit *Licinius Calvus,* cujus fragmenta collegit illustravitque *Weichert* de *Licin. poet. p.* 144.*sqq.* — Alii tamen a Jove raptam esse dicunt et alio abductam, ex Argolide vel ex Sidoniorum regione vel ex Ægypto, quod alii de navi interpretantur, qua Juppiter in Ægyptum ivit, quia vacca navis insigne fuerit. V. *Mythogr. II. fab.* 5. et *Dict.* 2. 26., coll. *Her.* 1. 5., *Suid.* et *Augustin.,* qui tamen hæc habet 18. *Civ. D.* 3.: « Io Inachi filia fuisse perhibetur, quæ postea Isis appellata, ut magna dea culta est in Ægypto, quamvis alii scribant, eam ex Æthiopia in Ægyptum venisse reginam et quod late justeque imperaverit, eisque multa commoda et litteras instituerit; hunc honorem illi habitum esse divinum posteaquam ibi mortua est, et tantum honorem ut capitali crimine reus fieret, si quis eam fuisse hominem diceret ». Præterquam in Ægypto, etiam alibi culta est Io, ut ap. Gazæos *(Eckhel,* 3. *p.* 449.*sq.* et *in numm. vet. p.* 79) et in Græcia *(Plew, Neue Jahrb.* 102. *p.* 669. et *Maass, loc. cit.).* — Sunt etiam qui Io in cælum translatam putent, de ea signum illud, quod Taurus vulgo dicitur, interpretantes, hac in primis de causa, quod quum pars prior ejus signi videatur, posterior vero lateat, difficile sit dictu, taurus an vacca habendum sit (Cf. *Hygin. poet. astr.* 2. 21. et *Mythogr. III. fab.* 15). Hinc *Ovid. fast.* 4. 716. « Vacca sit an taurus, non est cognoscere promptum ». — Epitheta Ius præsertim apud poetas: *Ovid.* 1. *Met.* 726. Argolica. *Juvenal.* 6. 526. candida. *Ovid.* 1. *Met.* 589. digna (Jove). *Val. Fl.* 4. 419. errans. *Virg.* 3. *G.* 158. Inachia (juvenca). *Propert.* 1. 3. 20. Inachis. *Calv.* ap. *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 47. infelix. *Ovid.* 1. *Art. am.* 77. juvenca. *Id.* 1. *Fast.* 454. lauta. *Id.* 1. *Art. am.* 77. linigera. *Martial.* 2. 14. 8. mæsta. *Ovid.* 1. *Met.* 726. pælex. *Id.* 3. *Art. am.* 635. Pharia (juvenca). *Id.* 1. *Met.* 688. Phoronis. *Val. Fl.* 7. 111. vaga *(V.* supra). *Id.* 4. 392. victrix (Junonia). *Acc.* ap. *Prisc. p.* 685. *P.* virgo. — Memoratur etiam *Stat.* 6. *Theb.* 254., coll. 4. 121. et 3. *Silv.* 2. 101., *Lact.* 1. 11., *Schol.* ad *Germanic. p.* 74. et 135. *Br., Rufin. recogn.* 10. 21. — De ea mentio sæpe ap. Græcos sive in tragœdiis sive in comœdiis. Cf. *Æschyl. Prometh.,* et *Sophocl. Inach.* et *Euripid. Phœn.* et *Chæremon.* Ἰώ *(Athen.* 13. 608 D) et *Aristoph.* sæpe huic mytho alludit; nec secus *Plato (Corp. I. Gr.* 1. 230), *Anaxilas, Sannyrion* (ap. *Meinek. com. fr.* 674), *Callimach.* (Ἰοῦς ἄφιξις) etc. — Priscæ artis monumenta de ea haud pauca habentur ap. 35. *Hist. nat.* 11. 40. (132). « Fecit *(Nicias)* et grandes picturas, in quibus sunt Calypso et Io et Andromeda ». Cf. *Helbig, Untersuch. über d. camp. Wandmalerei p.* 140. in *Mon. d. Ist.*[2] *I.* 59. *f.* 1., coll. *Overbeck, Kunst. Zeus p.* 437.; ap. *Furtwangler, Jahrb. d. Inst.* 3. *p.* 229.; in *Mus. Borb.* 10. *T.* 2.; *Kekulé, Terracott.* v. *Sicil. T.* 49. *f.* 1. *p.* 77. — De ea scripsit *Overbeck, Comm. de Ione* etc. *Progr. d. Univ.* Leipz. 1872. et *Engelmann, Rosch. Lex. Myth. II.* 263.*sqq.* ¶ 2. Io, Promethei filia, quam quidam eandem putant cum præc. De ea *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 481. « Quidam scribunt - Argum cuncta cernentem et Io filiam Promethei his fuisse temporibus ». Ceterum aliæ ex mythographis exhibentur *Iones,* item a Jove vitiatæ, quamquam inter se parentibus patriisque diversæ. *V.* quæ supra diximus. ¶ 3. Io, eadem ac Ion. *V.* hanc voc. suo loc.

IOBACCHUS (Iobaccus), i, m. 2. (Ἰόβακχος *Hesych.,* ab *io*? clam. Bacchantium, et *Bacchus)* cogn. vir., ingen. ac libertin. *Corp.* 3. 391. Iobaccus. et rectius in *alia* in *Ephem. epigr. V. p.* 58. *n.* 139. Iobacchus. — Abs. *Corp.* 10. 7152. Cf. *Schol. Arist.* βατρ. 479. — Est etiam cogn. Dionysi apud Græcos (V. *Höfer* in *Rosch. Lex. Myth. II.* 280.*sq.).*

IOBATES (Iovates), is, m. 3. (Ἰοβάτης *Apollod.)* rex Lyciæ, pater Anteiæ v. Sthenobœæ, uxoris Prœti, Argivorum regis *(Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 118), alio nomine Abas *(Mythogr. II. fab.* 191), ad quem Bellerophon, tanquam insidiator pudicitiæ uxoris suæ, a Prœto missus est, ut illum puniret, cum epistola *(Hom.* 1. 169. γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά). Sed Iobates, socer Prœti, quum nollet tantum virum occidere, illum prius ad Chimæram interficiendam, dein contra Calydonas misit; quibus victis, Iobates, virtute agnita, Bellerophontis crimen abolevit et alteram filiam suam Alcimenen *(Schol. Stat. Theb.* 4. 589) ei cum parte regni dedit *(Hygin. fab.* 57. et *Mythogr. I. fab.* 71). — De priscæ artis monumentis vd. *Wiener, Vorlage-Blätter* 8. *Taf.* 9. *n.* 1., ubi visitur Iobates cum filia et Bellerophonte, habens præ manibus generi epistolam. — De eo vide sis *Engelmann* in *Roschers Lex. Myth. II.* 281. *sq.*

IOCASTA, æ, et Iocaste, es, f. 1. (Ἰοκάστη *Apollod.)* filia Menœcei Thebani, soror Creontis, uxor Laii et mater ac dein uxor Œdipi *(V.* ŒDIPUS); qui a Laio infans expulsus, quum adolevisset, patrem secum contendentem sed ignotum occidit; tum Creon successit. Accidit autem, ut Sphinx monstrum, Typhonis filia, Thebanorum agros infestaret ita ut rex patriam liberare percupiens edixit se regnum et Iocastam sororem ei daturum, qui ænigma a Sphinge propositum solvisset *(V.* SPHINX); quo facto, monstrum fuisset abiturum. Œdipus itaque solvit duxitque uxorem inscius suam ipse matrem, ex qua suscepit Eteoclem et Polynicem, Antigonam et Ismenen *(Hygin. fab.* 67., coll. 253., et *Mythogr. I. fab.* 204. et *II. fab.* 230). — Quum vero cognovisset se matrem uxorem duxisse, hanc deseruit regnumque Eteocli ac Polynici tradidit ea condicione ut alternis annis regnarent, quod causa fuit famosi belli Thebani, in quo singulari certamine se fratres occiderunt. — Iocasta, tot sceleribus totque ærumnis prostrata, quas sibi suæque domui attulisse traditur monile, ex Hermione, Cadmi uxore, per successionem acquisitum *(Mythogr. I. fab.* 151. et *II.* 78), se interemit. — Memoratur etiam *Senec. Phœnic.* et *Œd.* et *Stat.* in *Theb.* passim. — De artis monumentis ad eam pertinentibus vd. *Overbeck, Bildw. z. Theb. u. Troj. Sagenkr. p.* 64.*sqq.* et *Baumeister, Denkm. d. kl. Alt. p.* 1052.*sq.,* coll. *Brunn, Künstlerg.* 1. 394.*sqq.*

IODORUS, i, m. 2. (ἰώ et δῶρον, *donum:* cf. IOLAUS) cogn. vir. *Corp.* 9. 4220.

IOL, n., et Iola, æ, f. 1. (Ἰὼλ v. Ἰὼλ Καισάρεια *Ptol.,* fort. contract. a *Iubal,* voce Punica, quæ *splendorem Baal* significat: ita *Gesen.* in *Mon. Phœn. p.* 423) oppidum Numidiæ, dein Mauretaniæ Cæsariensis in Africa, metropolis regni Bocchi et Jubæ II., qui oppidum *Cæsaream* nomine appellavit in honorem Augusti ornavitque multis artis operibus, et colonia Claudia; trib. *Quirinæ* adscriptum; incensum vero, sæc. IV. exeunte, a Mauris; occupatum a Justiniani imp. militibus sedesque ducis Mauretaniæ constitutum, hod. *Cherchel.* Memoratur *Mel.* 1. 30., *Plin.* 5. *Hist. nat.* 2. 1. (20)., *Ammian.* 29. 5. etc., *Eutr.* 7. 5., *Cod. Just.* 1. 27. 2. 1., *Corp.* 8. *p.* 800. et 1985. — De ejus nummis. vd. *Head,* 889. V. tamen CÆSAREA. — Hinc fort. *Iolitanus,* cogn. vir., in *Corp.* 8. 9767.; et *Iolitana,* nom. v. cogn. mul., *C.* 8. 9341.

IOLA. *V.* voc. præc.

IOLAUS, i, m. 2. (Ἰόλαος, Dor. Ἰόλας, Ion. Ἰόλεως) nom. vir. — *a)* Alia forma *Ioleus* ap. *Curt.* 6. 7. 15., ubi tamen alii aliter leg. Cf. *Iollas* v. *Iolas,* cum quo in antiquis codd. et edit. libris, ut cum *Julius,* confusum est (V. *Müller, H. G. F. IV. p.* 363). — *b)* Ad quantitatem syllabarum quod attinet, sequendus est *Ovid.* 9. *Met.* 399 (et 8. *ibid.* 310). « Ora reformatus primos Iolaus in annos »; ubi vocis Græcæ, quæ ab anapæsto incipit, quantitas servatur. — *c)* Etymon videtur petendum esse a particula ἰώ, *io,* et λαός, *populus,* cui tamen repugnat quantitas secundæ. Contra *Terentian. v.* 656. hæc habet: « Et *viola* flos nuncupatur, quem Græci vocant ἴον: Et *Ioleus* ille *Violeus:* credo Marco Tullio »; qui tamen locus varie legitur (V. *Orell.* ad *Cic. frgm. p.* 583). — Memorantur ¶ 1. Apud scriptores. — 1.°) Iolaus, Iphiclis, fratris Herculis, et Automedusæ *(Apollod.* 2. 4. 11., *Paus.* 8. 14. 6., *Hes. scut.* 74.*sqq., Solin.* 1) filius, *Hyantheus* dictus *Ovid.* 8. *Met.* 210., quod esset ex Hyanthis progenie vel ex Beotia; nam Bœotii quoque Hyantes sunt appellati ab Hyante eorum rege *(Hygin. fab.* 173). — De eo hæc subdimus. — *a)* Fuit adnumeratus iis, qui ad aprum Calydonium ierunt *(Hygin. l. c.)* et etiam Argonautis *(Id. fab.* 14). — *b)* Item Herculi in hydra interficienda auxilio fuit *(Hes. theog.* 317. et *Apollod.* 2. 5. 2., coll. *Preller, Gr. M.* 2. 192) ferroque candenti ejus cruorem restrinxit cohibuitque. — Hinc Iolai nomen in proverbium abiit de quovis laboris socio et adjutore (Cf. *Plat.* in *Euthyd. p.* 297.: vd. *Erasm. Chil. p.* 93). — *c)* Item quum ille devexa esset ætate, per Herculem, qui pro eo preces fudit, juventuti est redditus, teste *Ovid.* 9. *Met.* 394-417., coll. 430. — *d)* Item in ludis quadrigis olim victor exstitit, uti refert *Hygin. fab.* 273. — *e)* Postremo cum Thespiadis, ut narrat *So-*

Latin. 9-21-20

lin. 1., coll. 4. « Sardiniam ingressus palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam atque alia Græca oppida exstruxit », adeo ut mortuo honores divini adhibiti fuerint; nam incolæ sepulcro ejus templum addiderunt, quod imitatus virtutem patrui malis pluribus Sardiniam liberasset (Cf. *Diod.* 4. 29. 5. 15., *Paus.* 7. 2. 2., *Strab.* 5. 225). Nec solum in Sardinia sed et in Sicilia cultus fuit (*Eckhel*, 1. *p.* 194.*sq.* et *Head*, *p.* 109., coll. *Diod.* 4. 24. 30) et etiam in Græcia; erat enim Athenis in templo Herculis ara, Iolao dicata (*Paus.* 1. 19. 3., coll. *C. I. Att.* 1. 120. fr. k.). — In priscæ artis monumenta *Heydemann*, *Santangelo*, *Collignon*, *Baumeister*, *Furtwängler* Iolai imago v. effigies modo est senilis et barbata, modo juvenilis et imberbis, nunc nuda nunc vestita, inermis aut armis referta. — De eo consulas *Meltzer*, *Sardinien p.* 115.*sq.* et 388.; *Holm*, *Gesch. Sicil.* in *Alt. I.* 93. et *Rhode*, *Rhein. Mus. XXXV.* 157.*sqq.* et *XXXVII.* 465. — 2.°) Iolaus, alius Iphiclis et Diomedeæ filius, qui quum primum Græci Trojana litora attigissent, primus etiam e navi prosiluit et ab Hectore statim, ex oraculi responso, est interemptus; ideo ab omnibus tunc vocatus Protesilaus, quod primus periisset (*Hygin. fab.* 103., coll. *Stoll* in *Roschers Lex. Myth. II.* 285.*sqq.*). — 3.°) Iolaus, medicus. *V.* IOLLAS. — Hinc *Iolenses*, incolæ Sardiniæ, a Iolao, socio Herculis, ita appellati. *Solin.* 1. ¶ 2. In titulis nom. vir., quod apud Romanos in cogn. transiit, teste *Laterc.* ap. *Kellermann*, *Vig.* V. 1. 53.

IOLCI, ōrum, m. plur. 2. incolæ urbis Iolci in Thessalia, ap. *Serv.* ad *Virg.* 4. *Ecl.* 34., ubi alii leg. *Colchi*.

IOLCĬĂCUS et

IOLCĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

IOLCOS (Iolchos) et

IOLCUS, i, f. 2. (Ἰωλκός) urbs antiqua et portus Magnesiæ in Thessalia, ad extremitatem sinus Pagasæi et ad radices montis Pelii, sedes Iasonis, famosa ob Argonautarum classem ibi coactam, ubi etiam Acastus ludos funebres instituisse fertur (*Plin.* 7. *Hist. nat.* 56. 57. [205])., hod. *Volo*, colonis Minyorum Orchomeni, olim florentissima; dein vero, mari aliquantum recedente, Demotriā inferior, condita ca. a. 290. a. Chr., quam illius incolæ partim habitarunt. Memoratur *Colum.* 10. 307., *Manil.* 5. 34., *Hygin. fab.* 24. et *Mythogr. II. fab.* 135. et, ex Græcis, *Hom. Il.* 2. 712. et *Od.* 11. 256., *Hes. theog.* 997., *Pind. Nem.* 4. 88., *Her.* 5. 94., *Orph. Arg.* 837., *Scyl.* 65., *Apollod.* 1. 8. 2. etc., *Apoll. Rhod.* 1. 906. etc., *Diod.* 4. 42., *Strab.* 9. 414. etc., *Paus.* 4. 36. 1. — Epitheta: *Lucan.* 3. 192. Hæmonia. *Senec. Tro.* 829. domitrix maris. et *Med.* 460. parva. *Horat. epod.* 5. 21. venenorum ferax. — Hinc *Iolcius*, adj., qui est ex Iolco. *Dict.* 6. 8. — *Iolciacus (Iolchiacus)*, adj. ad Iolcum pertinens. *Propert.* 2. 1. 56. foci, *i. e.* ubi *Æson*, rex Thessaliæ, a Medea est recoctus. *Virg. Cic.* 377. vota. *i. e.* Thessalica seu magica. *Ovid.* 7. *Met.* 158. portus.

IŎLĒ, es, f. 1. (Ἰόλη: ab ἴον, *viola*: in vase Cær. *Mon. d. Inst.* 6. 3. Ϝιολα = *Hes. fr.* 70. *G.* et *Callim. epigr.* 6. Ἰόλεια) nom. mul. — Memorantur apud scriptores hoc nomine ¶ 1. Filia Euryti, regis Œchaliæ (*Mythogr. II. fab.* 159., *Apollod.* 2. 6. 1., *Diod.* 4. 31. 37., *Athen.* 13. 560., *Zenob.* 1. 33), hinc *Eurytis* dicta *Ovid.* 9. *Her.* 133.; Toxei soror (*Senec. Herc. Œt.* 217), ab Hercule adamata, quam quum non potuisset a patre obtinere, eum occidit diruptaque urbe Iolem abduxit præmisitque Dejaniræ (*Hygin. fab.* 31. et 35. et *Mythogr. II. loc. cit.* et *fab.* 165).; Hercule autem mortuo, Hyllo, ejus filio, nupsit (*Ovid. loc. cit.* 304., coll. *Senec. Herc. Œt.* 1495). — Memoratur etiam *Propert.* 2. 28. 5., *Ovid.* 9. *Met.* 140. et 276. et 394. et *Senec. Herc. Œt.* pluries. — Priscæ artis monumenta vd. ap. *Minervini*, Nap. 1851. et *Preller, Gr. M. II.* 254., 3., coll. quoque *Cat. of the greek vases in the Brit. Mus. n.* 920 = *C. I. Gr.* 8037. et *Helbig, Wandgemälde n.* 1142. ¶ 2. Item ancilla quædam, ficti fort. nominis a poeta, simul cum Amycle laudata *Propert.* 4. 5. 35. « Ingerat Apriles Iole, contendat Amycle Natalem Maiis idibus esse tuum ».

IŎLĔUS, i, m. 2. unus ex conjuratis in Alexandri M. necem, teste *Curt.* 6. 7. 15., ubi tamen varia est lectio.

IŎLIĒ, es, f. 1. regio Sardiniæ, a Iolao dicta, qui illuc secesserat. *Varr.* 1. *R. R.* 16. 2., ubi alii aliter leg.

IOLIS, idis, f. 3. nom. promontorii et regionis illius contermines in India. *Mela* 3. 67., ubi *Frick* rectius leg. *Colis*, ut etiam *ibid.* et 68.

IŎLĪTĀNUS. *V.* IOL.

IOLLA et Iola vel Iollas et Iolas, æ, m. 1. nom. vir., idem ac Iolaus, quicum in codd. editisque libr. aliquando confunditur. ¶ 1. Apud scriptores memorantur — 1.°) Iolla, Antipatri filius ac frater Cassandri et Philippi, qui, Alexandro M. ministrare solitus, venenum ei dedit una cum Philippo, quod prægustatæ jam potioni supermiserat, unde regis more quarto post die secuta est, ut ap. *Justin.* 12. 14., coll. *Vitr.* 8. 3. 16. et *Curt.* 10. 10. 14. et 17. — 2.°) Iolla v. Iollas, medicus Bithynus (Ἰόλλας ὁ βιθυνός *Gal.* 1. *de antid.* 1., Ἰόλαος *Schol. Nic.* in *Ther. p.* 32), laudatus *Cels.* 5. 22. et *Plin.* 20. *Hist. nat.* 17. 73. (187). et *alib.* — 3.°) Iollas, cujus nomen fort. fictum a poeta, herus Corydonis pastoris vel ditior amator, de quo *Virg.* 2. *Ecl.* 56. « Rusticus es Corydon - Nec, si muneribus certes, concedat Iollas ». Cf. *Serv.* ad *l.* — 4.°) Iollas, pastor, amator Phyllidis, cujus meminit *Virg.* 3. *Ecl.* 76. « Phyllida mitte mihi; meus est natalis, Iolla ». *Serv.* ad *l.* « Hic *(Iollas)* pastor aut habuit duo nomina (nam supra eum *Menalcam* dixit) aut certe Iollam eum, quasi pastorem optimum, appellavit a quodam pastore nobilissimo, sic ut virum fortem plerumque *Achillem*; adulterum, *Parin* vocamus ». — Hinc a posterioribus, ut in Eclogis a *Calpurnio Siculo* itemque a *Nemesiano*, coll. etiam *Martiale* 11. 41., *Iolla* pastor quilibet nominatur. — 5.°) Iolla v. Iollas, vir Trojanus, in pugna a Catillo interfectus, ap. *Virg.* 11. *Æn.* 640., ubi *Iollan* acc. Gr. posit. ¶ 2. In titulis apud Romanos in cogn. transiit tam ingen. quam libert. *Corp.* 5. 5179. et 10. 6124. — Abs. in *alia* in *Bull. Arch. Nap.* a. 1858. *p.* 116. — *Iolla*, cogn. mul. *Corp.* 10. 5956.

IOMANES, is, m. 3. fluvius in India, qui per Palibothros influit in Gangem, fort. Ὠμαλίς pro Ἰωμανίς dictus *Arrian.* in *Ind. p.* 515., hod., ut quidam putant, *Iamnah* appellatus. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 19. 22. (69). et *alib.*

IOMNĬUM v. Iomnion, ii, n. 2. (Ἰόμνιον *Ptol.*) oppidum in Mauretania Cæsariensi ad orient. Rusucurru, municipium dictum in *Itin. Ant. p.* 17., hod. fort. *Takesbt.* — Corrupte *Lomnion* ap. *Rav. p.* 346. — Hinc *Iommitensis* pro *Iomnitensis*, adj., in *Coll. Carth. Cogn. I. n.* 208. — Cf. *Corp.* 8. 20716. et *ibid. Wilm. p.* 766.

ĬON et Io, ōnis, m. 3. (Ἴων, ωνος, idem quod Ἰάων) nom. pers. et geogr. — *a)* In recto etiam *Ionus* quidam leg. ap. *Lucan.* 6. 402., ubi tamen alii *Itonos*. — Acc. *Iona*, posit. Gr., habet *Stat.* 9. *Theb.* 252. — *b)* Origo vocis ab Hebr. *Javan*, unde et *Iones*, *Ionia*. V. JAVAN. — Usurpatur autem tum substantivorum, tum adjectivorum more.

A) Substantivorum more.

I.) Ion, nom. pers. ¶ 1. In libris memorantur ex præcipuis — 1.°) Ion, filius Xuthi et Creusæ (*Vitr.* 4. 1. 4), filiæ Attici Erechthei, qui fuit Ioniorum progenitor (*Her.* 7. 94., 9. 44., *Apollod.* 1. 7. 3., *Strab.* 8. 383. et 9. 397., *Schol. Il.* 1. 2); Xuthus namque, Hellenis filius, Æoli et Dori frater, mortuo patre, Athenas se contulit, sibique in uxorem duxit Erechthei filiam, ex qua habuit Ionem et Achæum. — Fuit autem Ion vir fortis (*Isid.* 9. *Orig.* 2. 77), ex oraculo Apollinis Delphici, qui eum suum filium est professus, quo duce, Athenienses XIII. colonias uno tempore in Asiam deduxerunt ibique totidem constituerunt civitates amplissimas, nempe Ephesum, Miletum, Samum, Colophona, Clazomenas, Melitem etc. regionemque ab eo occupatam *Ioniam* appellaverunt (*Vitr. ibid.* et *Vellej.* 1. 4); quamquam ita dictam a *Ione*, Aulochi filia, alii docent (*Solin.* 2). *V.* tamen JAVAN. — Ægialeæ, quam Iones sunt potiti, rex unicam ei filiam Helicem in uxorem dedit summque successorem elegit. Tum ibi urbem Ion condidit, ab Helices nomine appellatam, ad oram australem sinus Corinthiaci et ad orient. ostii fluminis Selinuntis (*Paus.* 1. 31. 2., coll. *Schoemann*, *Opusc. Ac. I.* 177). — Obiit in Attica ejusque sepulcrum visitur in *Demos Potamos* (*Paus.* et *Schoemann locc. citt.*, coll. *Corp. Inscr. Att.* 1. 210. f. K). — De eo vd. *Welcker*, *Gr. Tr.* 2. 275., *Trilog.* 296., *Arch. Ztg.* 10. 401.; *Buttmann*, *Myth.* 2. 322.; *Möller*, *Dor.* 1. 237. et 244.; *Gehrard*, *Gr. M.* 2. 752. et 769. et *Kirchner*, *Att. et Pelop.* Greifsw. Diss. 1890. *p.* 13.*sqq.* — 2.°) Ion, statuarius, qui Olymp. CXIV (a. 344. a. Chr.) floruit. *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (51). — 3.°) Ion, grammaticus, laudatus *Varr.* ap. *Prisc. I.* 556. *P.* — 4.°) Ion, Chius, poeta, inventor pedis *Ionici*, ab eo dicti (*Plot. gramm. III. p.* 499. *K.* V. IONICUS in *Lexico*) et etiam poeta tragicus, lyricorum carminum scriptor (*Diog. Laert.* 4. 31), æqualis Æschyli, Sophoclis et Euripidis, temporibus Periclis, ingenio versatili, qui, præter tragœdias, comœdias, dithyrambos, elegos, scripsit opera historica et etiam philosophica, Pythagoræ et Empedoclis assecla, uti Ὑπομνήματα, Τριαγμοί, Χίου κτίσις (*Diog. Laert.* 4. 31., *Isocrat. Antid.* 268., *Plut. Cim.* 4). Hæc autem ætatem non tulerunt, quorum tamen aliqua supersunt fragmenta (*Müller-Didot II. p.* 46), præsertim poetica. *Longin.* vel *Auct. subl.*, qui ea integra perlegere potuit, cum lyricis Bacchylidis carminibus ita comparat ut his illa exæquare videatur (περὶ ὕψ. 33. « Ἀδιάπτωτοι καὶ ἐν τῷ γλαφυρῷ πάντῃ κεκαλλιγραφημένοι ». — Obiit a. 421., ut conjicitur ex loco *Aristoph.* εἰρην. 835. — De eo consulas *M. Allègre*, *De Ione Chio* Paris 1890.

II.) Ion, nom. geogr., nempe fluvius in Thessalia (*Strab.* 7. 327), hod. fort. *riso di Cratzova*; sed, quod sciam, a nullo ex Latinis scriptoribus memoratur.

B) Adjectivorum more idem est ac Ionius v. Græcus Asianus. — *a)* Abs. apud *Ovid. Ib.* 620., ubi *Riese leg. Io* (V. hanc voc.). — *b)* Item abs., nom. serv., a patria *Ionia* vocati, teste *Varr.* 8. *L. L.* 9. 21., ubi *Iona*, acc. Gr. posit. — In plur. num. *V.* IONES.

ĬŌNA, æ, f. 1. idem ac Ionia ap. *Propert.* 2. 28. 58. « Et quot Iona tulit vetus et quot Achaia formas ». Alii tamen leg. minus recte *Troja*, al. *Sparta*, al. *Phthia*, al. *Eoa* etc. *Rossberg*, quem secutus est *Baehrens*, leg. *Creta*.

ĬŌNES, um, m. plur. 3. *V.* voc. seq.

ĬŌNĬA, æ, f. 1 (Ἰωνία ἡ χώρα) nom. regionis, dicta, uti fertur, ab *Ione*, filio Xuti, Atheniensi, quem illuc colonias duxisse urbesque condidisse tradunt; vel, quod minus probabile est, ab *Ione*, Aulochi filia, ut ap. *Solin.* 2.; vel potius a *Javan* (*V.* hanc voc.). — Est itaque Ionia ¶ 1. Regio oræ occid. Asiæ Minoris, ab ostio Hermi usque ad sinum Bargylicum, insulis cincta, quas inter Chios, Icaria, Patmos, Samos etc., optimis munita portubus, miti temperie, soli fertilitate, industria et commercio insignis. De ea *Mela* 1. 86. *Fr.*, ubi inter Cariam et Æolidem usque ad Phocæam sita describitur, hæc habet: « Post Basilicum *(sinum)* Ionia aliquot se ambagibus sinuat et primum a Posideo promunturio flexum incohans cingit oraculum Apollinis -; dein rursus inflexa cingit urbem Prienem et Gæsi fluminis ostium ». — Præcipuæ ejus urbes duodecim fuere, inter se fœderatæ, cum Chio et Samo, quæ ad Prienem suos conventus habebant, ubi locus fuit Posidoni Heliconio sacer, *Panionium* dictus, et sacra *Panionia*, in quibus bos ei numini sacrificabatur (*Mela ibid.* et *Plin.* 5. *Hist. nat.* 29. 31. [114]). — Civitas unaquæque se ipsa regebat, olim per reges ex stirpe Codri, postea vero per tyrannos; ex iis autem primas tenebat Ephesus, dein Miletus, « urbs quondam Ioniæ totius belli pacisque artibus princeps -, inclutis ingeniis merito inclyta » (*Mel. loc. cit.*). — Sed processu temporis Cimmerii eam invaserunt vastaruntque sæc. VII.; postmodum tributariam sibi reddiderunt reges Lydiæ ac Persidis, cui rebellavit, Dareo regnante, id quod initium fuit bellorum, quæ Medica dicuntur, donec virtute Cimonis, qui Persas terra marique non uno prœlio devicit, a. 449. libertatem recuperavit seque adscripsit Atheniensium societati maritimæ (*Justin.* 2. 5. et 12. et 5. 5., coll. *Oros.* 2. *Hist.* 8. et alib., *Nep. Milt.* 4. et *Cim.* passim). — Sed a. 367. quum Antalcidas Spartanus, classis præfectus, pacem cum Tiribaso satrapa probrosam fecisset, Ionia cum ceteris Græcis Asiæ Minoris civitatibus in potestatem regum Persarum recidit. Postea Alexander M. ea potitus est, eoque mortuo, de ea possidenda inter se contenderunt Antigonus, Lysimachus et Seleucus, usque dum Romani eam occuparunt tradideruntque Pergami regibus a. 190.; ac tandem sub Romanorum dicione, cum omnibus locis, Attali regis dominationi subjectis, pars fuit provinciæ Asiæ, nullo non tempore litterarum ac philosophiæ et artium cultu illustris, in quo eminuerunt Homerus, Anacreon, Thales, Anaximander, Anaximenes, Xenophanes, Anaxagoras, Apelles, Parrhasius, alii (*Liv.* 37. 36., *Cic.* 1. *Q. fr.* 1., *Nep. Alc.* 4. et 5. et *Con.* 2. et 5. et *Datam.* 2., *Solin.* 40., *Ovid.* 6. *Fast.* 175., *Mel.* 1. 14. et 2. 101., *Vitr.* 4. 1. 5., *Auson. cl. urb.* 10. 5., *Ammian.* 22. 8. 12. et 28. 1. 4., *Jorn. Get.* 7., coll., ex Græcis, *Her.* 1. 142. etc., *Thuc.* 1. 2. etc., *Xen. Hell.* 3. 2. 14. etc. et *Cyr.* 6. 2. 10. etc., *Polyb.* 21. 10., *Scymn.* 293., *Strab.* 1. 58., 8. 383., 14. 632.*sq.*, *Paus.* 7. 1. 9. etc. *App. Syr.* 1. et *b. c.* 2. 89., *Dion. C.* 49. 44. etc., *C. I. G.* 2. *p.* 448. et 596). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 507.*sqq.*, *Cavedoni*, *Spic. numism. p.* 162-181., *Head*, *H. N.*, 512. et 564. — De ea cf. *Smith*, *St. Gr.* tr. 1887. *p.* 12. et 13., 39., 98., 186. et 267. et *Curtius*, *Stor. Gr.* tr. 1884. *I.* 4., 7., 14.*sq.*, 118.*sq.*, 147., 237., 247.*sq.* et 656. ¶ 2. Speciatim Ἰωνία titulus est libri cujusdam apud Græcos, teste *Plin. præf.* 24., ubi tamen alii aliter leg., fort. locus, ubi violæ nascuntur, violetum (ἴον, *viola*). Cf. *Hesych.* sub *h. v.* et *Suid.* sub v. Ῥωδωνιά. — Hinc

Iones (Ἴωνες), in acc. *Ionas*, Gr. posit., sæpe, ut ap. *Ammian.* 22. 8. 12. et 28. 1. 4., *Liv.* 38. 13., *Justin.* 2. 5. et 2. 12., *Claudian.* in *Eutr.* 2. 239., *Hieronym. loc. cit.* — In sing. num. *Ion* tum adjectivorum more, tum etiam absolute, idem ac Græcus Asianus (*V.* ION). — Sunt autem universi Græci ita appellati, speciatim vero Athenienses; olim enim Iones, uti fertur, a Peloponneso expulsi a Doribus in Atticam venerunt ac dein, cum Græcis ex omni stirpe commixti in eam Asiæ regionem, Ione duce, commigrarunt, quæ ab eis Ionia est denominata. — Huc spectat *Hieronym.* in *Is.* tr. 18.18. « Græci autem, qui sermone Hebraico appellantur Iavan, Ionas significant, unde et Græci Iones et mare Ionium (Cf. *Curtius*, *St. Gr. I.* 44). *et* in *chron.* ad a. Abr. 682. « Ion, vir fortis, ex suo vocabulo Athenienses vocavit ». et *Cic. Flacc.* 27. 64. « Tria Græcorum genera - quorum uni Athenienses, quæ gens Ionum habetur etc. ». *et Tertull. pall.* 2. « Iones Nelei comites Asiam novis urbibus instruunt ». — De coloniis ab eis conditis in Asia scribit *Vellej.* 1. 4. « Iones, duce Ione, profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum, Miletum, Colophona, Prienem, Lebedum, Myuntem, Erythran, Clazomenas, Phocæam multasque in Ægæo atque Icario occupavere insulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Parum, Delon etc. ». — Eos litteris, scientiis artibusque maxime floruisse diximus, teste *Plin.* 7. *Hist. nat.* 57. 58. (210)., cumque eo *Vitr.* 4. 1. 4. et 8., *Boeth. mus.* 1. 1., *Macrob. excerpt. p.* 608., 614. et 615. *K.*; simul vero etiam morum mollitie atque luxuria innotuerunt, ut patet ex *Horat.* 3. *Od.* 6. 21., *Propert.* 1. 6. 31. et *Plaut. Stich.* 5. 7. 1. — Hinc *Ionicus*, adj., ad Ioniam vel ad Ionas pertinens, universim Græcus Asianus. *Horat. epod.* 2. 54. attagen. *Acr.* et *Porphyr.* ad *Hor.* 4. *Od.* 15. 30. modus. *Isid.* 1. *Orig.* 17. 17. pes. *Censorin. frg.* 15. versus. *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 51. lingua. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 978. migratio. *Augustin.* 8. *Civ. D.* 2. et 9. philosophia sive schola. *h. e.* genus illud philosophiæ, quod Thales ex Ionia primus invexit, quodque defecit in Clitomachum, Chrysippum et Theophrastum, teste *Diog. Laert.* 1. 13. et 14-15. *Boeth. arithm.* 2. 25. regio. *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* 52. mare. *Mar. Victorin.* 2. 8. 1. metrum. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. (75). genus (picturæ). et *Vitr.* 4. 6. 3. (architecturæ). *Horat.* 3. *Od.* 6. 21. motus. *h. e.* molle saltationis genus, quod primi Iones invenerunt. Cf. *Varr.* ap. *Non.* 5. 20. *Merc.* et *Vitr.* 1. 1. 5. ædes. — Abs. *Ionicum*, quod more Ionum seu secundum Ionas fit. *Prisc. gramm. VIII. p.* 446. *K.* — *Ionica (Ionice)*, cogn. mul. etiam libert. gen. *Corp.* 3. 8169. — *Ionius* (Ἰώνιος et Ἰόνιος) — *a)* Adj. idem ac Ionicus. — Prima producitur, secunda vero corripitur quum de mari sermo est (*Virg.* 2. *G.* 108., *Ovid.* 4. *Met.* 534., *Horat. epod.* 10. 19. etc.). — *Horat. loc. cit.* sinus. *Propert.* 2. 26. 2. ros. *i. e.* Ionium mare, per μείωσιν. *Lucan.* 5. 614. pontus. *Val. Fl.* 7. 83. magister. *i. e.* qui in mari Ionio navigat. *Ovid.* 14. *Met.* 334. Janus. *Claudian. carm.* 7. 197. alga. *et* 17. 205. unda. *Ennod. carm.* 1. 1. 40. marmor. *Senec. Herc. Œt.* 735 salum. *Lucret.* 1. 720. æquor. *Propert.* 2. 26. 14. mare (*V.* infra). *Virg.* 3. *Æn.* 671. fluctus. *Propert.* 4. 6. 58. aquæ. *Curt.* 4. 1. 10. coloniæ. *Prisc. per.* 551. insulæ. *Senec. Thy.* 140. naves. *Stat.* 2. *Theb.* 729. procellæ. *Manil.* 4. 765. urbes. *Stat.* 4. *Silv.* 4. 100. pericla (transl. de epica poesi). — *b)* Abs. seu subst., cogn. vir., etiam libertini generis. *Corp.* 3. 4692. — Rex quidam in insula ante Illyricum. *Solin.* 23. et *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 211 (*V.* infra). — *Ionium*, mare Ionium, a *Ionibus* dictum — *a)* Stricte illud est, quo Ionia tantum alluitur vel Ægæi maris pars, quæ *Ionius sinus* dicitur; quamquam hic latiore sensu accipitur *Avien. orb.* 143. et 530. — *b)* Latius, ipsum Ægæum vel Adriaticum (*Horat. epod.* 10. 19. *Cic.* 3. *Orat.* 19. 69., qui *Ionium mare superum* dicit) vel Creticum (*Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. [51]) vel Tyrrhenum (*Solin.* 23). — *c)* Latissime ac sæpissime, mare, quod Italiam et Græciam interjacet a faucibus Adriatici incipiens alluensque inferiora Italiæ et Siciliam, ab oriente inter Macedoniam, Epirum et Peloponnesum; quare *ingens* vocatur *Stat.* 1. *Theb.* 14. et *magnum* *Virg.* 3. *Æn.* 211., ad *q. l.* adn. *Serv.* « Sciendum est, Ionium sinum esse immensum ab Ionia usque ad Siciliam et hujus partes esse Adriaticum, Achaicum, Epiroticum », ita ut hoc nomine totum Mediterraneum veniat, excepta parte inferiore inter Siciliam et Hispaniam. — Memorant, præter laudatos, *Juvenal.* 6. 93., *Manil.* 4. 605., *Liv.* 24. 33. et 42. 48., *Mel.* 1. 17. etc., *Tac.* 2. *Ann.* 53., *Flor.* 2. 7. 8., *Ampel.* 6., *Veget. milit.* 4. 32., *Ammian.* 13. 4. 6. et 22. 8. 18., *Oros.* 1. *Hist.* 2., *Macrob.* 7. *Sat.* 12. 36., *Jorn. Get.* 29. et, ex Græcis, *Æschyl. Prom.* 840., *Her.* 7. 127. etc., *Thuc.* 1. 24. etc., *Polyb.* 2. 14. et 5. 10., *Dion. per.* 22.*sq.* — Nomen accepisse a *Ionio* (Ἰόνιος), Illyrico rege, filio Adriæ, auctores sunt *Theop.* ap. *Schol. Ap. Rh.* 4. 308., *Tzetz. Lyk.* 630., *Schol. Pind. Pyth.* 3. 120., *Steph. B.* v. Ἰόνιον, *Eust.* ad *Dion. per.* 92., *Strab.* 7. 317., *Solin.* 23., *Serv.* ad *Virg.* 3. *Æn.* 211., vel ab altero cognomine, quem pater inconsiderate occidit projecitque in mare, ab eo nominatum (*App. l. c.* 2. 39); nisi est ab *Ioniis* ipsis ita dictum. Sed in hac re plus est fabulosi, quam veri, nec facile ex variis hisce conjecturis aliquid probabile extuderis. — *Ionis* — *a)* Subst., cogn. mul., etiam libert. generis. *Corp.* 5. 757. et 1801. et 9. 6382. — *b)* Adj., idem ac Ionica, Ionia. *Avien. orb.* 712. insulæ. — Abs. mulier Ionia. *Senec. Tro.* 362., ubi alii aliter leg. — *Ioniacus*, adj. Ionius. *Ovid.* 9. *Her.* 73. et 2. *Art. am.* 219. — *Ionicianus*, cogn. vir. *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 333. *n.* 500.

ĬŌNĬĂCUS et

ĬŌNĬCUS, a, um, adject., et

ĬŌNĬS, idis, f. 3., et

ĬŌNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĬŌPĀS, æ, m. 1. citharœdus laudatus *Virg.* 1. *Æn.* 740. « cithara crinitus Iopas Personat auratus ». Cf. *Serv.* ad *l.* Adde *Quintil.* 1. 10. et *Macrob.* 7. *Sat.* 1. 14.

ĬŎPHON, ontis, m. 3. (Ἰοφῶν) statuarius, eis adnumeratus, qui fecerunt « athletas et armatos et venatores sacrificantesque » a *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (91)., ubi alii *Leophon* leg.

ĬŎPĒ et

IOPPĒ, es, f. 1. nom. geogr. et pers.

I.) Ioppe, nom. geogr. (Ἰόππη, Ἰοπία v. Ἰόπεια: Hebr. *Yâphô*; Ægypt. *Iapû* v. *Iopû*; Ass. *Ia-ap-pu-u* et contr. *Iappû*). — Scribitur etiam *Iope* (Ἰόπη), unico *p*, ut ap. *Mel.* 1. 64. aliosque, et *Iopis* ap. *Rav. p.* 88. — Ad vocabuli significationem quod attinet, veteres aliquando ex Græcis interpretabantur, ut idem esset ac κατασκοπή, *specula* (Cf. *Orig. lex. nom. hebr. P. Lat. XXIII. c.* 1230. et *Greg. Naz. or. II. apol. XXXV. c.* 507. *M.*); recentiores vero ducunt ab *Apha* v. *Apa* v. *Api*, i. e. Terra, dea Phœnicum (Cf. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 12. 14. [68]), ita ut ab ejus nomine, parum immutato, quod ibi coleretur, locus fuerit appellatus (*Nickes, libr. Esth. I.* 331.*sqq.*). Verum rectius illi explicant sive ex veteribus sive ex recentioribus, qui ab Hebr. *yâphâh* « pulcrum esse » vocabulum derivant, ut idem sit ac locus seu urbs *pulcra* (Cf. *Gesen. thes. p.* 612. et *Heidet*, in *Dict. Bibl. Vig. II.* 1632)., quæ communior est notatio; aliter tamen ap. *Pape-Benseler*, *Wörtb. Gr. Eigenn. I.* 554., et ap. *Tümpel*, qui in veriloquio inquirendo fusius versatur (*Roschers Lex. Myth. II. p.* 293. *sq.*). — Est itaque urbs maritima (1. *Mach.* 14. 34) et unicus Judææ ac celeber portus ad mare Mediterraneum, ante Cæsaream conditam, supra collem sita, contra insulam Pariam (*Plin.* 5. *Hist. nat.* 31. 34. [128]), hod. *Jaffa*. — Memoratur *Mel. loc. cit.* « Est Iope ante diluvium, ut ferunt, condita, ubi Cephea regnasse eo signo accolæ adfirmant, quod titulum ejus fratrisque Phinei veteres quædam aræ cum religione plurima retinent etc. ». Sic *Plin. loc. superius cit.* « Iope Phœnicum antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. Insidet collem præjacente saxo, in quo vinculorum Andromedæ vestigia ostendunt (*V.* ANDROMEDA): colitur illic Ceto (*al. rectius* Derceto) ». Adde *Vulg. Jon.* 1. 3., 1. *Mach.* 10. 75. et alib., *Vitr.* 8. 3. 8., *Solin.* 34., *Isid.* 15. *Orig.* 1. 19., *Prisc. per.* 859., *Avien. orb.* 1069., *Corp.* 3. *p.* 1216. et, ex Græcis, *Diod.* 1. 31. etc., *Strab.* 1. 43. et 16. 759., *Dion. per.* 910., *Jos. ant.* 9. 10. 2. etc. et *b. J.* 1. 2. etc., *Ptol.* 5. 16. 2. — De ejus historia hæc subdimus. — In fabulis ea condita fertur, priusquam terra diluvio inundaretur (*Mel.* et *Plin. locc. citt.*), ab Iope, filia Æoli et Cephei uxore, unde nomen accepisset, vel a Japhet, filio Noe (Cf. *Adricom.*, *Theatr. terr. Sanct. IV. p.* 23. et *Quaresm.*, *Elucid. terr. sanct.* IV). Hieronymo autem vinculorum vestigia, quibus ibi Andromeda obstricta fuisset scopulo, ut a monstro marino voraretur, sibi ostensa esse ipse narrat *in Jon.* 1. 3 (Cf. *Jos. b. J.* 3. 9. 3., *Strab.* 16. 759. et *Mel. loc. cit.*); quin M. Scaurus, Pompei comes in expeditione Syriaca, ceti ossa ingentis Romam transferenda curavit, quæ ædilis populo venditavit uti monstri reliquias, quod Perseus occidisset (*Solin. mirab.* 34). Certum tamen est Ioppem antiquissimam esse urbem, de qua mentio est *Jos.* 19. 46., a Thotmes III., rege Ægyptiorum, in inscriptionibus Karnak, memoratam inter Syriæ urbes, quas ipse sibi subegerat (*Maspero, Sur les noms géogr.* etc. 1880. *p.* 9). — Ætate Hebræorum, quamvis adscripta hæc urbs tribui Dan, tamen non videtur iis subjecta ante quam totam illam maritimam regionem Josue sibi vectigalem redderet (Cf. *Jud.* 1. 34., 18. 1., 2. *Reg.* 8. 1. et *Eccli.* 47. 8). — Dein varias subiit vices, modo obnoxia fort. Sesach, regi Ægyptiorum, tempore Roboami; modo libera; modo iterum subjecta regibus Assyriis Rammannirar III. et Theglathphalesar III (*West. As. Inscr. II.* 67. et *III.* 10); dein Ezechiæ, regi Judæ (4. *Reg.* 18. 8. et 13. a. 701), a quo in dicionem Sennacherib transierat (*West. As. Inscr. I.* 38. 39), et postea Asarhaddon (a. 672) et Assurbanipal (a. 668. et 647) ac tandem Chaldæorum, Nabuchodonosor regnante. — Post reditum a captivitate Hebræorum Babylonica, duorum sæculorum spatio bellis urbs fuit agitata, quibus æmuli Ægypti ac Syriæ reges inter se conflixerunt; sed Hebræis subjecta temporibus Machabæorum (1. *Mach.* 10. 74-76., coll. 12. 33., 34)., ex quibus Simon Ioppes portum amplificavit ornavitque, splendidis etiam festis a. 140.

inauguratum (1. *Mach.* 14. 5). — Postea Pompejus eam liberam declaravit ac provinciæ Syriæ adnexuit a. 63 (*Jos. b. J.* 1. 7. 7); Cæsar vero dictator a. 48-44. Judæis restituit, quamvis a tributo esset immunis, quod eorum metropoli antea solvebat (*Id. ant.* 14. 10. 6). — Eam postmodum a Romanis Herodes obtinuit a. 37., sed Antonius dein tradidit Cleopatræ, mox Augustus iterum Herodi (*Id. b. J.* 1. 18. 5. et 20. 3), qui quum Cæsaream condidisset cum portu, in causa fuit, cur Ioppe priscum amitteret splendorem ac prosperitatem. — Mortuo Herode et Archelao in exilium pulso, paruit Cæsareæ procuratoribus; deinde quum Judæi Romanis rebellassent, Ioppe, Cestio Gallo auctore, fuit ab his capta ejusque cives ad internecionem deleti (*Id. ibid.* 2. 18. 10); dein sub Vespasiano est eversa; at duo post sæcula refecta, Christiana ibi denuo religione florente, et ipsa cum suo portu refloruit. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 433. et *Cavedoni* in *opusc. di Mod. I. p.* 324., coll. *II. p.* 75. — De ea consulas *Reland, Palæst. p.* 864-867.; *Re* in *Arch. Bibl.* a. 1880. *p.* 262.*sqq*; *Heidet loc. cit.* 1634-1639. — Hinc *Ioppitæ*, incolæ, memorati *Vulg.* 2. *Mach.* 13. 3. et 7. — *Ioppicus (Iopicus)*, adj., ut *Ioppica* dicta una ex decem toparchiis, in quas Judæa tributa erat, teste *Plin.* 5. *Hist. nat.* 14. 15. (70).

II.) Ioppe v. Iope (Ἰόππη) ¶ 1. Generatim nom. mul. *Inscr.* metr. in *Corp.* 3. 423., in qua videtur servile. ¶ 2. Speciatim — 1.º) Fuit mater Vulcani primi, ap. *Ampel.* 9. — 2.º) Item puella suo tempore famosa, de qua *Propert.* 2. 28. 51. Ita hic leg. *Bücheler;* Iole *alii.*

IOPPĪCUS (Iopicus), a, um, adject., et

IOPPĪTÆ (Ioppitæ), ārum, m. plur. 1. *V.* voc. præc. I.

IOS, ii, f. 2. et ius, 4. (Ἴος) insula maris Ægæi, una ex Cycladibus, ad meridiem Naxi, cum oppido cognomine et portu, « Homeri sepulcro veneranda - antea Phœnice appellata », ut scribit *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 23. (69)., hod. *Nios* (V. HOMERUS). Memoratur etiam *Mel.* 2. 11. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 2. *p.* 329. et *Head*, 486. — Hinc *Ietæ* (Ἰῆται), incolæ. *Gell.* 3. 11.

IŌTA, indecl. urbs in tribu Juda sacerdotalis eadem ac *Ietta* (*Jos.* 15. 55) et fort. *Iuta* v. *Iutta* (*Luc.* 1. 39). Hebr. *Yûṭāh* « extensa ».

IŌTĀPĀTĒ, es, f. 1. (Ἰωταπάτη) urbs Galilææ inferioris, a Vespasiano deleta. *Not. Dign. or.* 84. V. JOSEPH.

IŌTĀPĒ, es, f. 1. (Ἰωτάπη) nom. geogr. — *Iotapi*, mutata litt. η pronunciatione, ap. *Rav. p.* 103. et 359., et *Iotope* ap. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 22. (92)., ubi tamen *Sillig.* leg. *Iotape.* — Origo vocis videtur esse ab Hebr. *yâṭab* « bene fecit », quasi dicas *benefica.* — Est autem oppidum Ciliciæ, ap. *Plin.* et *Rav. locc. citt.* — De nummis ejus vd. *Eckhel*, 3. *p.* 57., coll. *Cavedoni, Spicil. p.* 207. — Hinc *Iotapianus* (Ἰωταπιανός *Zos.*), nom. tyranni, qui a militibus imperator nominatus est in Syria sub Philippo Augusto. Factum est autem, ut qui contra eum missus est a Philippo, Decius nomine, a militibus iisdem, ne pœna mulctarentur, Iotapiano occiso, imperator fuerit proclamatus. *Vict. de Cæs.* 29., coll. *Zos.* 1. 20.*sq.* — De nummis ejus vd. *Cohen, Emp. IV. p.* 229., unde *Cavedoni* nomen plenius efferendum conjicit *M. Fryglus* v. *Fruglus Iotapianus.* Cf. *Borghesi, Œuvr. IV. p.* 280.*sq.*

IŌTĀPIĀNUS. *V.* voc. præc.

IP

IPĀDA, æ, f. 1. fluvius Germaniæ in Saxonia, ap. *Rav. p.* 212.

IPAGRENSIS. *V.* voc. seq.

IPAGRUM, i, n. 2. urbs Hispaniæ Bæticæ in Turdulis, conventus Astigis in via a Corduba Gades, supra collem sita, hod. *Aguilar de la Frontera.* Memoratur in *Itin. Ant. p.* 412. et ap. *Rav. p.* 315., ubi *Ipagius* scribitur. — Hinc *Ipagrenses*, incolæ, in *Corp.* 2. 1521., coll. *p.* 205., 702. et 870. — Etiam *Ipagrensis*, adj. *ibid. n.* 1515.

IPHIĀNASSA, æ, f. 1. (Ἰφιάνασσα: ab ἴφιος, *fortis*, et ἄνασσα, *regina*, vel intens. ἶφι, quasi dicas *magna regina:* cf. Ἰφιάνειρα et alia hujus modi). Hoc nomine memorantur ¶ 1. Iphianassa, filia Prœti, Argivorum regis, quæ cum sororibus suam pulcritudinem insolentius Junoni prætulit; quare cum iis tanta insania est a dea affecta, ut se vaccam esse putaret; sed a Melampode dein sanatæ sunt omnes. *Mythogr. I. fab.* 85., coll. *Apoll.* 2. 2. 2. et *Pherecyd.* ap. *Schol. Od.* 15. 225. — Hæc autem fabula in mentem revocat, quod regi Babylonensi, nimia superbia elato, accidisse legitur, huic figmento simile sed verum (*Dan.* 4. 27-30). ¶ 2. Iphianassa, filia Agamemnonis et Clitæmestræ, soror Chrysothemidis et Laodiceæ, sæpius *Iphigenia* dicta, præsertim apud tragicos Græcos. *Lucret.* 1. 84. « Aulide quo pacto Triviai virginis aram Iphianassai turparunt sanguine fœde Ductores Danaum ». *Iphianassai* ἀρχαϊκῶς pro *Iphianassæ.* Ita leg. *Lachm.*, alii aliter. Cf. *Schol. Il.* 9. 145. et 287. et *Preller, Gr. Myth. II.* 419. 4. ¶ 3. Iphianassa, filia Endymionis, mater Ætoli (*Apoll.* 1. 7. 6).; Nereis (*Luc. dial. D. Mar.* 14), et aliæ, sed tantum ap. Græcos scriptores.

IPHIĀNAX, actis, m. 3. (Ἰφίαναξ, *fortis* v. *magnus rex*) cogn. vir. Gr. orig. in *Inscr.* ap. *Marini, Iscriz. Alb. p.* 204.

IPHIAS, ădis, f. 3. (Ἰφιάς) nom. patronym., ab *Iphis* (ap. *Apoll. Rh.* 1. 312), antiquæ sacerdotis Artemidis, in fabula Argonautarum memoratæ; sed ap. *Ovid.* 3. *ep. ex Pont.* 1. 111. nom. Euadnes, filiæ Iphidis. Adde *eund.* 5. *Trist.* 14. 38.

IPHĬCLĒS, is, m. 3. (Ἰφικλῆς v. Ἴφικλος: *valde* [ἶφι] *gloriosus* [κλῆς, *gloria*]) nom. vir. Memorantur ¶ 1. Iphicles, filius Alcmenes et Amphitryonis, frater Herculis, eodem partu genitus sed non eodem patre, Thebis (*Apollod.* 2. 4. 8., *Pherecyd.* ap. *Schol. Od.* 11. 266. et *Schol. Il.* 14. 323), ab anguibus a Junone immissis territus, non suffocatus. *Mythogr. I. fab.* 50. et *II. fab.* 148. et *Solin.* 1 (*V.* HERCULES). — Hunc *Ovid.* 13. *Her.* 25. et *Hygin. fab.* 103. vocant *Iphiclum* faciuntque Iolai patrem ex Diomedea, sed, ut videtur, minus recte; potius ex Astyoche. Cf. *Apollod.* 2. 4. 12., *Tzetz. L.* 38., *Schol. Od.* 11. 269., *Nicol. Damasc. fr.* 20. et *Müller, fr. hist. gr. III. p.* 369. ¶ 2. Iphicles, philosophus fort. cynicus (*Vales.* ex *Jul.* in *orat. c. Cyn. p.* 370), « spectatus robore pectoris », a. 375. legatus missus ad Valentinianum imp., teste *Ammian.* 30. 5. 8.

IPHĬCLUS, i, m. 2. (Ἴφικλος) nom. vir. ¶ 1. Apud scriptores — 1.º) Iphiclus, Thessalus, filius Phylæi, pater Iolai seu Protesilai (*Dict.* 1. 14) et Podarcis (*Hom. Il.* 2. 704.*sqq.*, coll. *Her.* 9. 116) ex Clymene, filia Minyæ (*Schol. Od.* 10. 326., *Apoll. Rh.* 1. 45. et *Schol. Hyg. f.* 14. *p.* 44. 18. *Sch.* [conj. *Clymene* pro *Periclymene*]) vel ex Clymene et Cephalo, Dionis filiis (*Paus.* 10. 29. 6. frg. *Nost.* 4), unus ex Argonautis (*Apoll.* 1. 7. 10.: cf. *Jessen prol.* in *Cat. Argon.* Berl. Diss. 1889. *p.* 7.*sq.* et *Hiller* in *Rh. Mus.* 1887. *p.* 344). — Memoratur etiam *Ovid.* 13. *Her.* 25., *Hygin. fab.* 173. et *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 103. et 288. — 2.º) Iphiclus, Thestii filius, ex matre Leucippe, Althææ frater, patruus Meleagri, Argonautis adnumeratus ab *Apoll. Rh.* 1. 201., *Orph.* 161., *Hygin. fab.* 14., *Val. Fl.* 1. 370. — 3.º) Iphiclus, pro *Iphicles*, frater uterinus Herculis, ap. *Diod.* 4. 33. 6. et *Apoll.* 2. 7. 3.; sed filius Phylaci ap. *Hygin. fab.* 14. et *Val. Fl.* 1. 370., cujus boves eximiæ pulcritudinis ablatæ sunt a Melampode, teste *Propert.* 2. 4. 8. « Turpia perpessus vates est vincla Melampus, Cognitus Iphicli surripuisse boves ». — Ceterum ex nominum similitudine unus cum altero confunditur sive ap. Græcos sive ap. Latinos scriptores, ita ut, maxime in fabulis, distincta desit ac perspicua notio. — 4.º) Iphiclus, pater Theutrantis, ab Hippolyte amazone interempti. *Hadr.* in *carm. Anthol. Lat. n.* 210. *Meyer.* ¶ 2. In titulis nom. serv. ac libert. *Corp.* 2. 4534.

IPHĬCRĀTENSIS, e. *V.* voc. seq.

IPHĬCRĀTĒS, is, m. 3. (Ἰφικράτης, *valde potens*) vir Atheniensis, rei militaris peritissimus (*Ampel.* 15), ita ut « non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne de majoribus natu quidem quisquam anteponeretur - tantumque valuit, ut multa in re militari partim nova attulerit, partim meliora fecerit » (*Nep. Iphicr.* 1). — Ætate annorum circiter viginti, in Bœotiorum auxilium cum exercitu a suis missus, a. 399. a. Chr., tam bene se gessit, ut de eo hæc scripserit *Justin.* 6. 5. « Hujus adulescentis supra ætatem virtus admirabilis fuit: nec unquam ante eum Athenienses inter tot tantosque duces aut spei majoris aut indolis maturioris imperatorem habuerunt, in quo non imperatoriæ tantum, verum et oratoriæ artes fuerunt ». — Bellum cum Thracibus fecit; Seuthem, socium Atheniensium, in regnum restituit (*Nep. ibid.* 2); in bello Corinthiaco contra Lacedæmonios strenue pugnavit eosque vicit, a. 393 (*Id. ibid.*); in Ægypto pro Persis dux conducticii exercitus fuit ac primo Ægyptios profligavit a. 377. militesque ita « omni disciplina militari erudivit ut, quem ad modum quondam *Fabiani* milites Romani appellati sunt, sic *Iphicratenses* apud Græcos in summa laude fuerint » (*Id. ibid.*): in Macedonia Eurydicen reginam, matrem Perdiccæ et Philippi, viduam defendit cum liberis (*Id. ibid.* 3): in bello sociali cum Timotheo classi præfuit; sed a Charete a. 356. accusatus, ipse pro se causam capitis dixit eoque judicio est absolutus (*Id. ibid.* et *Tim.* 3.: cf. *Quintil.* 5. 12. 10). — Vixit ad senectutem, in Thracia diutissime moratus, ac filium reliquit ex Thressa natum, Coti regis filia, quem in prœlio, contra Dareum ab Alexandro commisso, captum fuisse tradit *Curt.* 3. 13. 15., coll. *Arr.* 2. 15. — Quum olim interrogaretur Iphicrates, utrum pluris patrem matremne faceret, « matrem » inquit. Id quum omnibus mirum videretur, at ille « merito, inquit, facio; nam pater, quantum in se fuit, Thracem me genuit, contra mater Atheniensem ». (*Id. ibid.* Cf. *Senec.* in *excerpt. contr.* 6. *n.* 5). — Fuit autem et animo magno et corpore imperatoriaque forma, ut ipso aspectu cuivis injiceret admirationem sui; sed in labore remissus parumque patiens, ut Theopompus memoriæ prodidit, bonus vero civis fideque magna. *Nep. ibid.* 3. — De ejus porro eloquentia plura exstant Græcorum scriptorum testimonia (V. *Ruhnken, H. cr. or. Gr. p.* 57.*sq.*). — Memoratur etiam a *Frontin.* 1. *Strat.* 4. 7., 1. 5. 24., 1. 6. 3.; 2. 1. 5. et 3. 12. 2. — Est insuper declamatio ex iis, quæ *Quintiliano* (*n.* 386) tribuuntur, *Iphicrates cum gladio* inscripta.

IPHĬDĂMAS, antis, m. 3. (Ἰφιδάμας, i. e. *fortis* v. *magnus domitor*) filius Antenoris (hinc Ἀντηνορίδης dictus *Hom. Il.* 11. 221., *Eust.* 840. 1. et *Paus.* 4. 36. 4) ex Theano, filia Cissei (*Schol. Il.* 11. 226. et *Eust. Il.* 840. 10. 59), ab Agamemnone ad Trojam occisus. *Hygin. fab.* 113. Memorat etiam *Auct. Iliad. Lat.* 749., ubi *Iphidamanta*, acc. Gr. posit. — Hinc *Iphidamia*, nom. mul. ap. *Euod. de fid. c. Manich.* 38.

IPHĬDĂMĪA, æ, f. 1. *V.* voc. præc.

IPHĬGĔNĪA, æ, f. 1. (Ἰφιγένεια, *Ion.* Ἰφιγενείη; Ἰφιγόνη *Eurip. El.* 1023. et decurt. Ἶφις *Tzetz. L.* 323. et 324. et *Etym. M.* v. Ἄμφις) nom. mul. — *a)* Alia forma *Ephigenia* in *Cod. Trag. Petron.* 59. 5. et *Schol. Juvenal.* 12. 117. *Jahn.* — *Ifigenia* et *Efigenia*, sine aspiratione, in *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* a. 1876. *p.* 181. et ap. *Fabretti inscr.* 559. *XXXVII.* — *b)* Decl. in acc. *Iphigeniam* ap. *Cic.* 3. *Off.* 25. 95., *Petron. loc. cit.*, *Cornif. rhet.* 3. 34. etc. — *Iphigenian*, Gr. posit., ap. *Ovid.* 3. *Pont.* 2. 62. — In plur. num. *Iphigenias* usurpavit *Arnob.* 5. *p.* 181. — *c)* Ad quantitatem quod attinet, licenter primam et quartam corripuit, secundam vero produxit *Auct. Orest. trag.* 52. « Vidit Iphigeniam turibula sacra ferentem »; sed recte *Ovid. loc. cit.*, *Propert.* 3. 7. 24. et *Juvenal.* 12. 118. — *d)* Vox constat ἶφι, *valde* v. ἶφις, *fortis*, et rd. γεν (γένος, γίνομαι), *nasci*, i. e. bene nata.

Iphigenia, filia Agamemnonis (hinc *Agamemnonia puella* dicta *Propert.* 4. 1. 111) et Clytæmnestræ, Orestis soror (*Hygin. fab.* 122), virgo Pelopeia vocata (*Orest.* 284 = *PLM* 5. et *Iphianassa* a *Lucret.* 1. 84). — Fuerit ea diis immolata necne, et quanam de causa, duplici modo a veteribus traditur: nempe, quum Agamemnon in Aulide, vel potius in Attica, cervam Artemidis ignarus occidisset, dea irata ventorum flatum amovit, ut Græci navigare non possent; quare, oraculo consulto, responsum est, Agamemnonio sanguine deam esse placandam. Missus itaque ad hoc Ulixes Iphigeniam callide a matre abduxit sub obtentu facilis cum Achille matrimonii; sed quum in eo esset, ut immolaretur, dea ejus miserata cervam pro ea supposuit (*Hygin. fab.* 98., coll. *fab.* 238., *Ovid.* 12. *Met.* 24.*sqq.*, *Mythogr. I. fab.* 20. et *II. fab.* 202., *Dict.* 1. 20. *sqq.*, coll. *Augustin.* 18. *Civ. D.* 18); sed alii referunt eam mactatam fuisse, ut *Propert.* 3. 7. 24. et *Cic.* 1. *Tusc.* 48. 116. et 3. *Off.* 25. 95., ubi non navigandi causa sed voti implendi, infantem, non nubilem, ab Agamemnone immolatam Iphigeniam dicit. — Eo igitur modo, quo traditur *Hygin. loc. cit.*, Iphigeniam liberatam transtulit Artemis in Tauridem, ubi a Thoante rege hujus deæ sacris præfecta est, quæ humano sanguine fieri solebant. Quum autem illuc a furiis agitatus captusque ab incolis Orestes venisset, jamque esset immolandus, eum agnitum soror liberavit, cum quo haud multo post, Thoante interfecto, secum ferens Artemidis simulacrum, in lignorum fasce occultatum, quam ob rem deam *fascelidem* appellarunt (*Serv.* ad *Virg.* 2. *Æn.* 116. et *Hygin. fab.* 261), aufugit in Italiam, ubi in Aricino nemore simulacrum locavit eique insigne templum extruxit (*Hygin. fab.* 119-122. et 261., *Ovid.* 4. *Trist.* 463.*sqq.*, *Cat.* ap. *Prob.* ad *Virg. Buc.* 5. *p.* 3.*sq. K.*, *Senec. Agam.* 159.*sqq.* et *Tro.* 258., et, tacito nomine, *Liv.* 43. 27., *Horat.* 2. *Sat.* 3. 199. et *Apul.* 8. *Met.* 26., coll. *Stat.* 1. *Ach.* 447.*sq.* — Ea argumentum præbuit tragicis Græcis; Ἰφιγένεια enim inscribitur tragœdia *Æschyli* et *Sophoclis;* et etiam Latinis *Ennio* et *Nævio* ap. *Cic.* 1. *ep.* 18. et *Non.* 370. 23. *Marc.*, quorum fragm. vd. ap. *Welcker* et *Nauch (trag. gr.)* et ap. *Vahlen* et *Ribbeck (trag. Lat.)*. — Item artificibus, ex quibus Timanthes, cujus pictura, Iphigeniam sistens, celebratissima fuit (*Cic. orat.* 22. 74. et *Quintil.* 2. 13. 13., coll. *Plin.* 35. *Hist. nat.* 10. 36. [73]); Timomachus, cujus laudatur Iphigenia in Tauride (*Plin. ibid.* 11. 40. [136]); quæ quidem monumenta artis plurima recentiores illustrarunt, ut *Winckelmann* et *Visconti* in *Bull.* et *Ann. d. Ist. arch.* innumeris locis; *Overbeck, Pomp.* 527.; *Müller, Handb. d. Arch.* 415. 1.; *Jahn, Arch. Beitr.* 378.*sqq.*; *Brunn, Urne Etr.* 35.*sqq.*; *Schlie, Troisch. Sagenkr.* 60.*sqq.*; *Preller, Gr. Myth. II.* 419.; *Baumeister. D. d. kl. Altert. p.* 754.*sqq.*

IPHĬLUS, i, m. 2. (Ἴφιλος) pater Procridis, Cephali uxoris, quæ ab aliis Pandionis filia dicitur. *Mythogr. I. fab.* 44. et *II. fab.* 216.

IPHĬMĂCHUS, i, m. 2. (Ἰφίμαχος, i. e. *strenuus pugnator*) filius Dolopionis, pastor regis Actoris in insula Lemno. *Hygin. fab.* 102.

IPHĬMĔDĒ, es, f. 1. (Ἰφιμέδεια v. Ἰφιμέδη, i. e. *valida curatrix*) filia Triopis v. Neptuni, uxor Aloei et mater Oti et Ephialtis (*Pind. Pyth.* 4. 89 [156]. et *Schol. Apollod.* 1. 7. 4., *Schol. Ap. Rh.* 1. 482., *Schol. Il.* 5. 385. et *Hygin. fab.* 28), dicta etiam *Iphimedia* a *Mythogr. I. fab.* 83. et *Serv.* ad *Virg.* 6. *Æn.* 582., qui tradit eam non ab Aloeo sed ab ipso Neptuno eos filios suscepisse. — De ea vd. alia ap. *Schol. Ap. Rh. loc. cit.*, *Diod.* 5. 50.*sq.* et *Parthen.* 19. — Sepulcrum Iphimedes ejusque filiorum visebatur in oppido Anthedone, ut refert *Paus.* 9. 22. 5. — Exstabat etiam Delphis pictura Polygnoti, qua Iphimede repræsentabatur, teste eod. *Paus.* 10. 28. 4.

IPHĬNŎĒ, es, f. 1. (Ἰφινόη, i. e. *valida* seu *præstans mente*) ¶ 1. Fuit filia Prœti, Argivorum regis (*Apollod.* 2. 2. 2), quam cum sororibus, Junoni ausam se pulcritudine præferre, a dea insaniæ morbo punitam, Melampus sanavit (V. IPHIANASSA). Memoratur etiam *Serv.* ad *Virg.* 6. *Ecl.* 48., ubi *Ipponoe* dicitur. ¶ 2. Item mulier Lemnia, quæ cum ceteris Argonautas ab expeditione reduces trucidare statuit (*Hygin. fab.* 163). ¶ 3. Aliæ, ut uxor Metionis et mater Dædali (*Schol. Soph. Œd. Col.* 468): item uxor Antæi (*Pherec. fr.* 33); item filia Nisi et uxor Megarei, filii Neptuni (*Paus.* 1. 39. 6); item filia Actoris et soror Eetionis (*Schol. Il.* 1. 18. et 366) et filia Alcathoi (*Paus.* 1. 43. 4) vix memorantur; nulla enim de iis mentio est, quod sciam, apud Latinos scriptores.

IPHĪNŎMĒ, es, f. 1. (Ἰφινόμη) nomen Amazonis, ap. *Hygin. fab.* 163.

IPHĪNŎUS (Iphinoos), i, m. 2. (Ἰφίνοος: cf. *Iphinoe*) ¶ 1. Unus ex centauris, ad cenam nuptialem Pelei una cum Pirithoo occisus. *Ovid.* 12. *Met.* 379. ¶ 2. Item vir Græcus ab Hectore in pugna interemptus. *Dar.* 24. ¶ 3. Item filius Dexii, ad Trojam interfectus a Glauco, cujus tamen unus meminit *Hom. Il.* 7. 14.

IPHIS (Ifis), idis, 3. (Ἶφις, ιδος et ιος: *Hesych.* ἶφις ταχύς) nom. vir. et mul. — *Iphys* quoque scribitur, ut Gr. Ἶφυς ap. *Schol. Apoll. Rh.* 1. 105. — *Ephis* in *Corp.* 9. 5228., ut putat *Momms.* — Acc. *Iphin* ap. *Ovid.* 14. *Met.* 753. et *Stat.* 8. *Theb.* 445. — Voc. *Iphi* est *Ovid.* 9. *Met.* 715. et 745. et *Val. Fl.* 1. 441. ¶ 1. Apud scriptores. — 1.º) Nom. vir. — *a)* Est puer Cyprius humilis genere sed venustate conspicuus, qui, ut ex fabula *Ovid.* 14. *Met.* 698.*sqq.*, quum Anaxaretem puellam, ex Teucri stirpe, efflictim amaret, sed illa ejus amori non responderet, laqueo sibi necem intulit; quumque efferretur, Anaxarete, e fenestra prospiciens, in lapidem est ab Aphrodite conversa. Cf. *Anton. Lib.* 39., ubi puer est Arceophon et virgo Arsinoe. — *b)* Item Argonauta, Stheneli filius, frater Eurysthei, Argivus, Ἴφιτος dictus, sed errore, *Diod.* 4. 48. Memoratur *Val. Flacc.* 1. 441. — *Hygin. fab.* 18. eum dicit Phorbantis filium, apud quem alii leg. *Tiphys.* — *c)* Item avus Iphidis, filiæ Lygdi et Telethusæ. *Ovid.* 9. *Met.* 709. — 2.º) Nom. mul., sc. puella Cretensis, Lygdi et Telethusæ filia (*Ovid.* 9. *Met.* 666.*sqq.*), quam mater, inscio viro, ne ab eo necaretur, qui si filia sibi nasceretur, eam occidi imperaverat, Isidis jussu virili habitu educaverat. *V.* integram fabulam ap. *Ovid.* 9. *Met.* 667.*sqq.* in v. IANTHE. ¶ 2. In titulis cogn. mul. tum ingen. tum libert. itemque nom. serv. *Corp.* 5. 2309. et 3636. et 10. 7087.

IPHĬTĔA, æ, f. 1. Prognai filia, uxor Dionis, regis Laconiæ, quæ quum Apollinem summo obsequio cultuque hospitio recepisset, ejus filiabus, quæ Orphe, Lyco et Carya vocabantur, ille beneficii memor divinationem concessit. *Serv.* ad *Virg.* 8. *Ecl.* 32.

IPHĬTĪDĒS, æ, m. 1. (Ἰφιτίδης) nom. patronym. *V.* voc. seq.

IPHĬTUS (Ifitus), i, m. 2. (Ἴφιτος) Minus recte *Hyphitus* ap. *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 6., ut *Iphytus* scribitur ap. *Virg.* 2. *Æn.* 435. — Acc. *Iphiton*, Gr. posit., est *Stat.* 5. *Theb.* 400. ¶ 1. In libris memorantur — 1.º) Iphitus Phocensis, filius Nauboli (*Hom. Il.* 2. 518. et *Apollod.* 1. 9. 16), qui dominabatur Phocidi et Tanagræ (*Orph. Arg.* 146), hinc *Naubolides* dictus (*Val. Fl.* 1. 362), et Perinices, filiæ Hippomachi (*Ap. Rh.* 1. 207), nepos Ornyti (*Ap. Rh. ibid.*) v. Ornytionis (*Schol. Hom. loc. cit.*), maritus Hippolytes (*Hygin. fab.* 97), pater Schedii et Epistrophi (*Paus.* 10. 4. 1., 36. 4) et Eurynomes, ex Talao, matris Adrasti (*Hygin. fab.* 69. et 70), Argonauta (*Ap. Rh.* et *Apollod. locc. citt.*, *Val. Fl.* 3. 480. et *Hygin. fab.* 14). — 2.º) Iphitus, filius Euryti ex Œchalia et Antioches v. Antiopes, filiæ Naubolidis Pylonis, frater Clytii et Ioles (*Diod.* 4. 31); item Argonauta (*Hygin. fab.* 14), ab Hercule occisus (*Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 6). *V.* HERCULES. — De priscæ artis monumentis ad eum spectantibus vd. *Mon. d. Inst.* 6. 53. et *Welcker, A. D.* 5. *Taf.* 15. — De eo plura scripserunt *Preller, Myth.*³ *II.* 224.*sqq.*; *B. Matthiae* in *Ersch. u. Grub. Encykl.* v. *Iphitos;* *O. Müller, Dor. I.* 418. et 446. et *Weniger, Rosch. Lex. M. II.* 310-314. — 3.º) Iphitus, Eleus, filius Praxonidis, filii Haimonis (*Paus.* 5. 4. 4., *Phleg.* ap. *Müller, fr. hist. Gr. III.* 602., *Eus.* χρονογρ. συντ. *Schoene* 1. *app. p.* 64), qui certamen Olympicum, ab Hercule editum in honorem Pelopis, atavi materni, instauravit post excidium Trojæ a. CCCCVIII., hinc idcirco prima numeratur Olympias, ut docet *Solin.* 1., coll. *Vellej.* 1. 8. et *Euseb.* ap. *Hieronym.* in *chron.* ad a. Abr. 1240. *V.* integr. loc. — Olympias autem, de cujus initio locuntur *Hieronymus* et *Julius Africanus*, ab eo laudatus, videtur cœpisse ab æstivo solstitio die 23. m. Jul.; quare hujus ratio est habenda in annorum supputatione; duorum enim annorum partem complectitur, scilicet ab uno ad alterum solstitium. Fuit porro annus primus periodi Julianæ 3938. ante Chr. 776.; complectitur itaque partem hujus et partem alterius a. 775. usque ad solstitium æstivum, quo prima absolvitur. Hanc denique per Olympiades annorum computationem abolevit Theodosius imp. a. 394 (sc. Olymp. CCXCIII). — De eo alia ap. *O. Müller, Dor. I.* 129.*sqq.* et 449.; *Meyer* ap. *Ersch u. Grub.* « *Olymp. Spiele* » 3. 3. 296.*sqq.*; *Krause, Olympia* 31.*sqq.*; *Curtius, Gr. Gesch.*⁶ *I.* 212.*sq.*, 658. 68.; *Duncker, Gesch. d. Altert.* 5. *p.* 281.*sqq.*; *Unger, Philog.* 1885 B. *XLIV.* 183. *sq.* et *Busolt, Gr. Gesch. I.* 130.*sq.* ¶ 2. In titulis cogn. vir., etiam libert. *Corp.* 2. 3938., 9. 3583. et 8. 7653. — Hinc *Iphitides*, patronym. ab *Iphitus*, dictus fuit Cœranus, filius Iphiti, ab Ulixe interfectus. *Ovid.* 13. *Met.* 258., ubi alii leg. *Hippasides.*

IPĪNUM, i, n. 2. oppidum Italiæ in Lucania inter stationem Ad Pinum et Cælianum. *Itin. Ant. p.* 113.

IPOLCOBULCŪLA, æ, f. 1. oppidum in Hispania Bætica, fort. ab *Obulcula* factum (*Hübner, Corp.* 2. *p.* 218). Memoratur in lapidibus in *Corp.* 2. 1643., 1651., 1652., in quibus occurrit adj. *Ipolcobulculensis.*

IPOLCOBULCŪLENSIS. *V.* voc. præc.

IPORCA, æ, f. 1. *V.* voc. seq.

IPORCENSIS, e, adject. ab *Iporca*, quæ est oppidum Hispaniæ Bæticæ in Turdetanis, conventus Hispalensis, tribui *Quirinæ* adscriptum, hod. *Constantina*, in *Corp.* 2. 1046., coll. 1047.

IPRA, æ, f. 1. colonia Pannoniæ, in *Inscr.* ap. *Henzen S. O. n.* 6283.

IPSCA, æ, f. 1. v. Ipscum, i, n. 2. *V.* voc. seq.

IPSCENSIS, e, adject. ab *Ipsca*, quæ est oppidum Hispaniæ Bæticæ in Turdulis, conventus Astigi, ad lævam Bætis, tribui *Quirinæ* adscriptum, hod. *Cortijo de Iscar*, municipium contributum. *Corp.* 2. *p.* 211. et 871., in quibus inscriptionibus legitur tantum adj. *Ipscensis.*

IPSITHILLA, æ, f. 1. puella amica Catulli, quam memorat *carm.* 32., ubi alii, fort. rectius, leg. sine aspiratione, ita ut ὑποκοριστικῶς esset ex *ipsa*, quasi *ipsilla*, pro *hera;* interdum enim *ipse* v. *illa* de eo dicitur, qui satis notus est: sic servis et ancillis herus vel hera. Cf. *Catull.* 3. 6. *Bährens* tamen leg. *Ipsimilla:* cf. ejus *comm. p.* 195.

IPSOS (Ipsus), i, f. 2. (Ἶψος) oppidum Phrygiæ orientalis, hod. *Ipsilihissar.* — Ibi a. 301. a. Chr. Antigonus victus cæsusque est ab exercitibus simul collectis Seleuci, Ptolemæi, Lysimachi et Cassandri. *Hieronym.* in *chron.*, coll. *Arrian. an.* 7. 18. 5., *Plut. Pyrrh.* 4. et *Demetr.* 33. et *App. Syr.* 55. — De nummis vd. *Head*, 677.

IPSOSTRĀTUS, i, m. 2. nom. vir. ap. *Serv.* ad *Virg.* 1. *Æn.* 550. « Ipsotes vel Ipsostratus filiam Egestam impositam navi misit, quo fors tulisset ».

IPTŪCI, is, n. 3. (Ἰπτοῦκκι *Ptol.*) oppidum Hispaniæ Bæticæ in Turdetanis, conventus Gaditanus, colonia *Virtus Julia*, tribui *Galeriæ* adscriptum, hod. *Prado del Rey*, prope *Jerez.* Memoratur in *Corp.* 2. *p.* 241., 704. et 874. — Hinc *Iptucitani*, incolæ. *C.* 2. 1923. SPLENDIDISSIMVS ORDO IPTVCITANORVM.

IPTŪCITĀNI. *V.* voc. præc.

IR

IRA, æ, f. 1. nom. pers. et geogr.

I.) Ira, nom. pers. ¶ 1. Est nomen, ex comm. proprium factum, deæ cujusdam seu potius monstri, ut Furiæ aliæque id genus, apud mythographos,

natæ ex Æthere et Terra vel ex Nocte et Erebo. *Hygin. fab. præf.* Hinc *Val. Fl.* 5. 137. « Utque securigeras stimulaverat Ira catervas. Cf. *Stat.* 3. *Theb.* 424. et 9. 832. — In plur. num. *Claudian. carm.* 10. 77. « Et flecti faciles, Iræ vinoque madentes Excubiæ etc. ». *Faciles flecti* dicuntur hic iræ amantum. Cf. *Terent.* et *Plaut.* ¶ 2. Item miles David valde strenuus (*LXX.* Ἰρά v. Ἰράς), cognomento Jethrites, fort. quia oriundus a Jether, Judæ oppido. *Vulg.* 2. *Reg.* 23. 38. ¶ 3. Item consiliarius David. *Ibid.* 20. 26. ¶ 4. Item filius Acces de Thecua, ex viris fortioribus David., præfectus uni ex XXIV. classibus militum, a rege institutis. *Vulg.* 2. *Reg.* 23. 26. et 1. *Par.* 27. 9., ubi *Hira* scribitur.

II.) Ira, nom. geogr., *sc.* fluvii prope Dertonam, ubi occisus est Majorianus Imp. a. 471. a patricio Ricimere, hod. *Staffora*, sumpto fort. nomine ab *Iria*, quia prope eam excurrit. *Anonym. Cuspin. in chron.*, cui adde *Jorn. Get.* 45., ubi minus recte *Hira* cum aspiratione. — Distinguendus tamen est hic fluvius ab alio cognomine in Pannonia, teste *Rav. p.* 218.

ĬRĂCLĔUM, i, n. 2. oppidum Ægypti, idem fort. quod Heracleum, ap. *Rav. p.* 132.

ĬRĂMĪNĒ, es, f. 1. oppidum jamdiu excisum in Italia superiore, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 19. 23. (131).

ĪRĒNÆUS *V.* **IRENEUS.**

ĪRĒNĒ, es, et Irena, æ, f. 1. (Εἰρήνη, i. e. *pax*) nom. pers. et geogr. — *a*) Scribitur etiam *Irenis*, in *Cod.* 1. 32. 19. — *Hirena*, cum aspiratione, in *Inscr.* ap. *Garrucci, Syll. n.* 1826. et in *Cod.* 6. 20. 10. — *Erene*, extrita altera diphthongi Gr. litt., in *Inscr.* ap. *Murat.* 1822. 3., et *Ereni*, ex diversa ratione, qua litt. η effertur, in *Inscr.* ap. *De-Rossi Inscr. Chr. I. p.* 100. *n.* 190.; itemque *Hireni* in *alia* ap. *eund.* in *Bull. Crist.* a. 1877. *p.* 88. — *Irenæa*, in *Inscr.* ap. *Murat.* 1863. 2. *b*) Declin. forma producta, ut fit in hisce nominibus, *Irene, etis* (cf. *Hagne, etis* etc.) in *Inscr.* ap. *Mai, Nov. Coll. V. p.* 436. 7. et *Corp.* 10. 2567. — *c*) Ad quantitatem quod attinet, licenter primam corripuit ob extritam priorem diphthongi Gr. litt. *Damas.* pap. in *epitaph. V.* infra.

I.) Irene, nom. pers. ¶ 1. In libris. — 1.°) Irene, filia Jovis et Themidis, de qua *Rufin. recogn.* 10. 21. « Juppiter vitiat - Themin sororem suam, ex qua nascuntur Horæ, Eurynomia, Dice, Irene ». Cf. *Hygin. fab.* 183. — 2.°) Irene, pictrix, filia et discipula Cratini pictoris, puellam pinxit, quæ est Eleusine, ut scribit *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (147). Cf. *Clem. Alex. strom.* 4. *p.* 523. *S.* V. CRATINUS. — 3.°) Irene, filia Spiridionis episcopi, quam præmortuam de sepulcro ex nomine clamitavit, ut sibi indicaret, ubinam depositum ipsi commodatum et ab eo, qui commodaverat, tunc lacrimis expetitum, collocasset; cui illa respondit locum designans. Id narrant *Rufin.* 1. *Hist. eccl.* 5. et *Cassiod.* 1. *Hist. trip.* 10. ex *Sozom.* 1. 11. — 4.°) Irene, soror Damasi pap., cujus epitaphium ipse composuit *n.* 31. *Mign.* « Hoc tumulo sacrata Deo nunc membra quiescunt, Hic soror est Damasi, nomen si quæris, Irene - Bis denas hiemes necdum compleverat ætas, Egregios mores vitæ præcesserat ætas etc. ». — 5.°) Irene, virgo et martyr, fort. temporibus Trajani vel Domitiani, in cujus honorem dedicata est una ex ædibus sacris, quas Constantinus M. Constantinopoli exstruxit, juxta basilicam, *Sophiam* appellatam, teste *Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 18., in regione urbis septima, ut est in *Not. Urb. Const. VIII. p.* 236. *S.* ¶ 2. In titulis cogn. mul. tam ingen. quam libert., itemque nom. serv. *Inscr.* ap. *Wilm. n.* 160., *Garrucci, Syll. n.* 1766. et *Corp.* 2. 545.; 8. 2090. et 10. 2422.

II.) Irene, nom. geogr., sc. insula. *V.* **IRINE.**

ĪRĒNĒUS et rectius Irenæus, i, m. 2. nom. vir. Gr. (Εἰρηναῖος v. Ἰρηναῖος) cogn. vir. ingen. et libert., itemque nom. serv. *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 384. *n.* 602. et *Corp.* 2. 1085. et 8. 3006. — Scribitur *Ireneus*, priore extrita diphthongi littera, in *Corp.* 10. 3076., et *Irineus*, ex diverso sono litt. η, *ibid.* 8. 8642. ¶ 1. Apud scriptores memorantur præsertim — 1.°) Irenæus, episcopus et martyr Lugdunensis, discipulus Polycarpi, teste *Hieronym. vir. ill.* 35., natus Smyrnæ vel in ejus vicinia a. 140., *vir apostolicus* dictus ab *eod.* in *Is.* 64. 4., quippe qui haud longe a temporibus Apostolorum fuerit, ut scribit *Augustin. c. Julian.* 1. 3. *n.* 5. — Ab ineunte ætate (παῖς ὢν ἔτι) contiones Polycarpi, episcopi Smyrnensis, aliosque audivit Apostolorum discipulos et apostolicos viros frequentavit (*Eus. hist. eccl.* 5. 20. et *Iren. c. hær.* 3. 3. 4); nec solum divinis litteris operam dedit, sed etiam humanis, non tantum ad ingenium excolendum, sed etiam ac potissimum ad ethnicos hæreticosque refellendos, argumentis quoque sumptis ex ipsis eorum fontibus, nempe ex poetarum ac philosophorum libris, quos sæpe in suis scriptis citat (*Tertull. test. an. c.* 1. et *c. Valent. c.* 5. et *Hieronym. ep.* 70); tempore vero persecutionis in Christianos, a Marco Aurelio imperatæ, presbyter jam erat ecclesiæ Lugdunensis (ad quam eum miserat fort. ipse Polycarpus), a Pothino ordinatus (*Greg. Tur.* 1. *H. Fr.* 17). — De eo *Hieronymus vir. ill.* 35. hæc habet: « Irenæus, Pothini episcopi, qui Lugdunensem in Gallia regebat ecclesiam, presbyter, a martyribus ejusdem loci ob quasdam ecclesiæ quæstiones legatus Romam missus honorificas super nomine suo ad Eleutherum perfert litteras. Postea jam, Pothino prope nonagenario ob Christum martyrio coronato, in locum eius substituitur ». — Episcopus consecratus a. 177. totam fere civitatem ad Christi fidem convertit, ita ut *lumen Gallorum* fuerit appellatus (*Greg. Tur. loc. cit.* 6. 27), discipulosque habuit Hippolytum, Cajum aliosque illustres viros (*Phot. cod.* 121). Maximam vero curam impendit Gnosticorum erroribus refutandis, ut patet ex ejus scriptis, multiplici doctrina refertis. — Victore I., Romano pontifice (a. 189-198. v. 199), inter dissidentes de die Paschatis celebrandi pacis sequestrem se interposuit, misitque epistolas ad eundem Victorem « in quibus, ut scribit *Hieronymus vir. ill.* 35., commonet eum non facile debere unitatem collegii scindere, siquidem Victor multos Asiæ et Orientis episcopos, qui quartadecima luna cum Judæis pascha celebrabant, damnandos crediderat. In quam sententiam etiam hi, qui discrepabant ab illis, Victori non dederunt manus ». Irenæus tamen tam prudenter se gessit, ut dissidium averteret, in quo, ut ait *Euseb. l. c.* 24. 18., suo nomini (Εἰρηναῖος) honorem contulit, pacis auctorem (εἰρηνοποιός) se præbens. — Latet autem tempus, quo mortem obiit, quam primus *Hieronymus* (*in Is.* 64. 4*sq.*, consentientibus *Auct. quæst. ad orth. qu.* 115. et *Greg. Tur.* 1. *H. Fr.* 27), retulit eum ex martyrio passum esse, sub Septimio Severo imp., de quo hæc habet *Martyr. Rom.* (IV. Kal. Jul.): « In persecutione Severi cum omni fere civitatis suæ populo coronatus est glorioso martyrio ». — Dicitur a *Tertull. c. Valent.* 5. « omnium doctrinarum curiosissimus explorator»; ab *Hieronym.* in *chron.* « insignis »; ab *Eus. loc. cit.* 5. 4. 2. « de testamento Christi sollicitus ». — Plura scripsit, quæ ætatem non tulerunt; eorum tamen aliqua supersunt fragmenta. Sunt nempe: tractatus de monarchia (Dei), presbytero cuidam Florino dicatus (περὶ μοναρχίας ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν) et serius eidem, qui a recta fide jam desciverat, tractatus de ogdoade (περὶ ὀγδοάδος) Valentiniana æonum; epistolæ ad Victorem pap. et ad alios ecclesiarum antistites (*Eus. l. c.* 5. 24. 18) de celebratione Paschatis et epistola ex occasione de schismate (περὶ σχίσματος) ad Blastum; tum opusculum adversus ethnicos de scientia (πρὸς Ἕλληνας λόγος περὶ ἐπιστήμης ἐπιγεγραμμένος), non vero *contra gentes volumen breve et de disciplina aliud*, ut vult *Hieronym. vir. ill.* 35.; præterea opus de euangelica prædicatione demonstranda (εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος) et de fide (περὶ πίστεως λόγοι) ac liber « variarum disputationum » (βιβλίον τι διαλέξεων διαφόρων). De quattuor autem fragmentis Græcis, quæ a *Pfaff* nomen accepere, eorum editore (a. 1714), alii aliter senserunt ad nostra usque tempora; nunc tamen ab *Harnack* falsa sunt habita. Præcipuum vero Irenæi opus est contra Gnosticos, quod latine inscribitur « *adversus hæreses* » (*Hieronym. vir. ill. l. c.*) et græce « πρὸς τὰς αἱρέσεις » (*Euseb. h. eccl.* 2. 13. 5. et 3. 28. 6), sed rectius ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως (*i. e.* confutatio et eversio falsæ scientiæ), elegans, nitidum et grave (*Hieronym. ep.* 75), cujus textus Græcus intercidit, sed integra ad nos pervenit ac fidelissima ejus Latina interpretatio, incompta tamen, aspera, salebrosa, solœcismis ac græcismis scatens; quamquam apud veteres haud pauca, præsertim ex primo de quinque libris, quibus constat, loca, de Græco textu excerpta, citantur, ut ap. *Hippolytum, Eusebium, Epiphanium* etc. Porro in *I.* accurate ac dilucide Gnosticorum errores auctor exponit; in II. argumentis ex sola ratione petitis commenta eorum evertit erroresque ipso errantium gladio jugulat; in III. duplicem veritatis fontem, doctrinam nempe ore et scripto traditam in ecclesia cath. adstruit; mox de Deo loquitur creatore et redemptore, de peccato originali, de divina providentia deque redemptionis fructibus; in IV. de Deo Patre ejusque Filio, Deo et homine, disserit; dein transit ad objecta diluenda adversariorum, postquam præclare disputavit de veteri Testamento ejusque indole et ad novum respectu; in V. denique agit de resurrectione carnis, quam fuse ac solide comprobat; de diabolo et de consummatione omnium rerum, suamque exhibet opinionem de regno Christi millenario. — Quattuor præstat ex hoc principali ejus opere classica loca vel sententias referre: — *a*) De regula fidei. Irenæo fons et norma fidei ea sunt, quæ ex doctrina Apostolorum in ecclesia et ab ecclesia cath. constanter tradita servantur ac docentur. Hæc autem « per successiones presbyterorum in ecclesiis custoditur » (*III.* 2). « Valde enim perfectos et irreprehensibiles in omnibus eos volebant esse (*Apostoli*), quos et successores relinquebant, suum ipsorum locum magisterii tradentes » (*III.* 3). — *b*) De primatu ecclesiæ Romanæ. « Sed quoniam, sic ille pergit, valde longum est omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximæ et antiquissimæ et omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus apostolis Petro et Paullo Romæ fundatæ et constitutæ ecclesiæ, eam, quam habet ab apostolis traditionem et annuntiatam omnibus fidem, per successiones episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sibi placentia vel vanam gloriam vel per cæcitatem et malam sententiam, præter quam oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potiorem principalitatem necesse est omnem convenire ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique fideles, in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis, traditio » (*III.* 2). Quibus ex verbis Romanæ ecclesiæ in ceteras primatus catholici magisterii ita elucet, ut nihil supra. — *c*) De Deo redemptore ejusque Virgine Matre. Præmittimus Irenæum doctrinam de Verbo, Filio Dei, sic exposuisse, ut errores refelleret, in quos ipsi catholicæ fidei defensores corruerunt, ut *Theophilus* 2. 22., qui distinxit λόγος ἐνδιάθετος et λόγος προφορικός, i. e. ratio Dei immanens, quam Deus Pater profert tempore creationis, quasi fuerit tunc Filius generatus (sc. « Verbum fit Filius Dei: Pater profert, ut sit instrumentum creationis »). Sic *Tatian.* 5., *Ath. suppl.* 10., *Justin. apol.* 2. 6., coll. *dial.* 61., haud recte illud intellexerunt πρωτότοκος πάσης κτίσεως (*Col.* 1. 15), perinde ac si generatio illa non a natura sed a voluntate Patris facta esset. Quam quidem doctrinam impugnat Irenæus vocans Verbi generationem æternam (*II.* 28), non προβολή, ita ut qui divinam prolationem Verbi humanæ assimilant, « non sint compotes sui -: quasi ipsi obstetricaverint (*Ibid.*, coll. 19): missio seu munus Filii non est creandarum rerum, sed revelandi Patris (*IV.* 6). Non est Verbum prolatum sed immanens, sed increatum, sed æternum et personale; sc. ab æterno procedit ab intellectu Patris, ut a suo principio ». — Hac doctrina constituta contra hæreticos, qui multiplices prolationes comminiscebantur, transit ad ea, quæ Verbum incarnatum respiciunt, quumque Gnostici defenderent, Jesum ex Maria natum alium esse a Christo, qui de cælo descendit, falsum

hoc esse demonstrat; non enim dixit Matthæus: Jesu generatio sic erat; sed prævidens Spiritus Sanctus depravatores et præmuniens contra fraudolentiam eorum, per Matthæum ait: Christi autem generatio sic erat; et quoniam hic est Emmanuel (*Matth.* 1. 22), ne forte eum purum hominem putaremus (non enim ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei Verbum caro factum est), neque alium quidem Jesum, alterum autem Christum suspicaremur fuisse, sed unum eundemque sciremus esse » (*III.* 16., coll. *Rom.* 1. 1., et 9. 5. et *Gal.* 4. 4. 5. et *Marc.* 1. 1. et *Luc.* 1. 32). Ipse autem debuit et Deus esse et homo simul in una eademque persona. « Si enim homo, non vicisset inimicum hominis, non juste victus esset inimicus (οὐκ ἂν δικαίως ἐνικήθη ὁ ἐχθρός). Rursus autem nisi Deus donasset salutem, non firmiter haberemus eam (οὐδ' ἂν βεβαίως ἔσχομεν αὐτήν). Oportuerat enim mediatorem Dei et hominum per suam ad utrosque domesticitatem (οἰκειότης) in amicitiam et concordiam utrosque reducere et facere, ut et Deus assumeret hominem et homo se dederet Deo » (*III.* 18). — Etiam Virginem Matrem (si tamen locus est genuinus) docet Irenæus in humana redemptione partem habuisse. « Quemadmodum, inquit, illa (*Eva*) virum quidem habens Adam, virgo tamen adhuc existens - inobediens facta, et sibi et universo generi humano causa facta est mortis; sic et Maria habens prædestinatum virum et tamen virgo, obediens et sibi et universo generi humano causa facta est salutis. - Sic autem et Evæ inobedientiæ nodus solutionem accepit per obedientiam Mariæ. Quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc virgo Maria solvit per fidem » (*III.* 22). Quod autem dicit, Mariam sibi factam esse causam salutis, id ejus immaculatæ ab origine conceptioni haudquaquam nocet, quippe quæ ex meritis Christi Redemptoris prævisis singulare hoc privilegium sit assecuta, idcirco sublimiore modo et ipsa redempta (*Bull. Dogm. Pii pp. IX*). — *d*) De sacris Scripturis insigne fert judicium, quum dicit « rectissime scientes, quia Scripturæ quidem perfectæ sunt, quippe a Verbo Dei et Spiritu ejus dictæ » (*II.* 28), integrumque exhibet earum canonem, omnes libros citans ac præsertim *euangelium quadriforme* appellans (*III.* 7). De quattuor porro euangeliis eorumque scriptoribus hæc habet: « Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit euangelii, quum Petrus et Paullus Romæ euangelizarent ecclesiam. Post vero horum excessum (μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον) Marcus discipulus et interpres Petri et ipse, quæ a Petro annuntiata erant, per scripta nobis tradidit. Et Lucas autem, sectator Paulli, quod ab illo prædicabatur euangelium, in libro condidit. Postea et Johannes, discipulus Domini, qui et supra pectus ejus recumbebat, et ipse edidit euangelium, Ephesi Asiæ commorans » (*III.* 1). Quid igitur clarius quidve certius dici potuit ab eo, qui per unum Polycarpum, suum magistrum ac discipulum Johannis, cum ipso conjungitur ævo apostolico? Non infitiamur tamen obscuritate laborare magnamque interpretibus difficultatem facessere illa verba « μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, Μάρκος etc. ». An excessus e vita? an ab urbe Roma dumtaxat? Gravia utramque sententiam premunt incommoda, quæ facile ille declinaret, qui pro μετὰ τὴν τούτων ἔξοδον legeret μετὰ τὴν τοῦ (κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου) ἔκδοσιν, ut in Irenæo ab Eusebio legunt nonnulli, ita ut Marcus scripsisset utique ante martyrium Petri, sed scriptum postea edidisset. Nodum alii solvunt rati locum Irenæi esse ibi corruptum, vel Irenæum in tempore computando erravisse, quod ne hilum quidem vim hujus testimonii infirmat, cui suffragati sunt et *Origen.* ap. *Eus. h. e.* 6. 14. et *Tertull. c. Marc.* 4. 2. 5. et *Clem. Alex. strom.* 1. 21., præter *Clem. Rom. Cor.* (*XIII.* 2., *XLVI.* 8. etc. *M.*) et *Ignat. ad Polyc.* 2. 2. et *ad Eph.* 11. 2. et *Papias* ap. *Eus. h. e.* 3. 39., coll. ep. *Barnabæ* (4. 4. et 5. 9) et *Didache* (1. 2., 3. 7., 8). Cf. etiam, ex recentioribus, *Patrizi, Curci, Schegg, Schanz, Fillion, Vigouroux, Knabenbauer, Sales*, al., qui ex professo hæc erudite pertractarunt, ea refellentes, quæ critici viri liberiores et catholicæ fidei infensi de compositione euangeliorum eorumque scriptoribus sacris arroganter effutierunt. — Post ea tamen, quæ summatim, etsi fortasse æquo longius, diximus de tanto Ecclesiæ doctore, prætermittere non possumus in aliquot nævos atque adeo errores eum incidisse de natura angelorum, de corporibus animisque humanis, de millenario Christi regno in terris et de aliis quibusdam, pro suis temporibus excusandus, quod satis est attigisse. — Placet hic adferre, quod cl. *Fessler* judicium tulit de hoc Irenæi opere: « Præcipua quæque catholicæ, quam hodiedum profitemur, fidei dogmata ab eo ita explicantur et confirmantur, ut veteres non solum sed et quotquot dein emerserunt hæreses, hinc radicitus exstirpari ac funditus everti possint. Emicant in hoc opere sublimis perspicaxque ingenii acumen, acerrimi judicii firmitas, mira in excogitandis argumentis ubertas, in deligendis sollertia, in proponendis facilitas, in refellendis adversariis vis ac dexteritas; hirsutas quasdam molestissimi argumenti spinas emolliunt et lucem adferunt obscurioribus locis elegantes et e re nata petitæ similitudines; lectoris denique animum jucunde recreat condita interdum sale et facetiis oratio atque identidem ad Deum sublevant et accendunt pii animi scintillæ ». — Cum fragm. Græcis hoc opus edidit inter præstantiores *Massuet* (1710), quem *Migne* secutus est (*P. Gr. VII* [1857]) et nuperius cum aliis fragm. Gr. *Papadopulos-Kerameus I.* Petersb. 1861. *p.* 387-389. et fragm. Syr. et Armen.; *Harvey* in sua edit. *II.* 454-511.; *Stieren I.* 821-897. et *Martin* ap. *Pitra, Analect. sacra IV.* Paris 1888. *p.* 17. *sqq.* et 292.*sqq.* — De eo scripserunt *Prat, Hist. de St.-Irénée* Lyon 1843.; *Freppel, St. Irénée* Paris 1861.; *Cabrol, La doctrin. de St. Irén. et la critiq. de M. Courdaveaux* 1891.; *Kunze, Die Gotteslehre des Irenäus* Lips. 1891.; *Batiffol* in *Bull.de litter. eccl. II.* 1901. *p.* 189-200.; *Bardenhewer, Patr. I.* 149.*sqq.* — 2.°) Irenæus, Sirmiensis episcopus et martyr a. 304., imperantibus Diocletiano et Maximiano, sub præside Probo primum tormentis acerrimis vexatus, deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, novissime absciso capite consummatus est (*Martyr. Rom.* VIII. Kal. Apr.), ex *Act. Ruinart.* — 3.°) Irenæus, collectarius, Hippone, cujus filius, qui mortuus fuerat, oleo martyris Stephani perunctus, revixit, teste *Augustin.* 22. *Civ. D.* 8. — 4.°) Alios videsis ap. *Cels.* 5. 28., *Ammian.* 29. 1. 6., *Cyprian. de sent. episc.* 54., *Ambros. ep.* 27., *Hilar.* pap. *ep.* 17., in *Cod.* 7. 71. 1. etc. ¶ 2. In titulis cogn. vir., ingen. et libert., itemque nom. serv. *Inscr.* in *Ephem. epigr. II. p.* 364. *n.* 602. et *Corp.* 2. 1085. et 8. 3006. — *Irenæa*, cogn. mul. in *Inscr.* ap. *Murat.* 1863. 2., ubi « ERENEA VIBAS IN DEO ». — *Irenis*, idem videtur ac Irene, in *Cod.* 4. 32. 19. — *Irenianus*, adj., ad Irenem aliquam pertinens. *Inscr.* in Hortis Pamphiliis extra Urbem ad viam Aureliam, ap. *Fabretti p.* 584. *n.* 183. — *Irenicus*, cogn. vir. *Corp.* 3. 986. et 10. 3699 (*c.* 2. *l.* 15). — *Irenio*, nom. mul., demin. seu ὑποκοριστικῶς ductum ab *Irene*, ap. *Wilmanns, Inscr. n.* 367. — *Irenion*, cogn. vir. Græcan. (Ἰρηνίων). *Corp.* 9. 5824. — *Irenius*, nom. viri seu episcopi hæretici, memorati *Hilar. op. hist. frgm.* 6. *n.* 7., ubi minus recte *Hyrenius*.

ĪRĒNIĀNUS et

ĪRĒNĬCUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĪRĒNŎPŎLIS, is, f. 3. (Ἰρηνόπολις: εἰρήνη et πόλις, quasi *pacis* v. *pacifica urbs*), alio nomine *Neronias* dicta (*Cassiod.* 2. *Hist. trip.* 5), urbs Asiæ in Cilicia (*Ptol.* 5. 8. 6. in Lacanitide regione). — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 57.*sq.*, coll. *Cavedoni, Spicil. num. p.* 207. — Hinc *Irenopolitanus*, adj., ut *Hastaria Irenopolitana Ciliciæ*, fabrica ita dicta in *Not. Imp. or.* 11. 24.

ĪRĒNŎPŎLĪTĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ĪRĒSĒUM (Iresion), i, n. 2. oppidum Bœotiæ, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (26)., ubi alii aliter leg.

ĪREUS, ei, m. 2. cogn. vir., fort. ab ἱερεύς, in tit. Chr. ap. *De-Rossi, R. S. II. p.* 19.

ĪRIA, æ, f. 1. (Εἰρία) nom. geogr. et pers.

I.) Iria, nom. geogr. ¶ 1. Oppidum Italiæ in Liguria (reg. IX), ad dexteram Padi in via ab Aquis Statiellis Placentiam (*via Julia*), hod. *Voghera* (= vicus Iriæ), dicta etiam *Forum Julii Iriensium*, quod forsitan colonia fuerit Julii Octav., nondum Augusti (*Momms. Corp.* 5. 7375). Memoratur *Plin.* 3. *Hist. nat.* 5. 7. (49). et in *Itin. Ant. p.* 288. — Hinc *Iriates*, incolæ, ap. *Liv.* 31. 10., et *Irienses* in *Corp. loc. cit.* ¶ 2. Item oppidum Hispaniæ in Callæcia, conventus Lucensis, *Iria* dictum in *Itin. Ant. p.* 430. Memoratur *Rav. p.* 321. et in *Corp.* 2. *p.* 353., 706. et 904. — Plenius vocatur *Iria Flavia* ap. *Ptol.* 2. 6. 24. « Ἰρία Φλαουία », hod. *El-Padron*.

II.) Iria, nom. pers. ¶ 1. Est nom. deæ cujusdam, in *Corp.* 3. 3032. Fort. eadem quæ *Iris*. ¶ 2. Est etiam nom. gent. mul. *Corp.* 8. 5005.

ĪRIĀTES et

IRIENSES. *V.* voc. præc. sub I. 1.

ĪRĪNĒ, es, f. 1. insula in sinu Argolico, memorata *Plin.* 4. *Hist. nat.* 12. 19. (56). Cf. CALAURIA.

ĪRĪNĔUS. *V.* **IRENEUS.**

ĪRIS, idis, f. 3. (Ἶρις, Etr. *Irisis*) nom. pers. et geogr. — *a*) Declin. in genet. sæpius *Iris*, ut ap. *Cat. R. R.* 107. 1., *Plin.* 14. *Hist. nat.* 20. 25. (128)., *Scribon.* 126., 175., 202., *Plin. Val.* 3. 22. — *Ireos* ap. *Cass. Fel.* 44. — *Irios* ap. *Plin. Val.* 4. 22. — *Iridis* ap. *Cels.* 5. 18. 6., *Colum.* 12. 51. 2., *Plin.* 25. *Hist. nat.* 13. 100. (157). — Acc. *Irin* ap. *Stat.* 6. *Theb.* 461. et 10. 81. et *Cass. Fel.* 34. — *Irim* ap. *Virg.* 4. *Æn.* 694. et 9. 2., *Cels.* 5. 27. 15., *Colum.* 12. 27., *Marc. Emp.* 16. — *Irida* ap. *Apul. mund.* 16. — Abl. *Iride* ap. *Cels.* 5. 16. et *Plin.* 20. *Hist. nat.* 22. 89. (244). — *b*) De etymo alii aliter: ab εἴρειν = λέγειν, ut nuncia deorum (*Schol. Od.* 18. 6); vel ab εἴρω (*sero*), *compono, ordino* (*Curtius*); vel ab Ἔρις = Εἶρις (*Hesych.*); huc facit illud *Serv.* ad *Virg.* 5. *Æn.* (coll. *Myth. II. fab.* 6. etc.) « Ex magna parte servatur, ut Mercurius ad concordiam, Iris ad discordiam mittatur; unde et *Iris* dicta est quasi Ἔρις » (*lis*): cf. *Hom. Il.* 5. 29. et *Virg. ll. cc.*; vel ab Εἰρήνη, *pax*, quia etiam pacifera, ut in nummis v. vasis, ubi Εἰρήνη cum Εἶρις permutatur, ab εἴρω (*Welcker* et *Luynes*).

I.) Iris, nom. pers. ¶ 1. In titulis cogn. mul. libert. *Corp.* 9. 4247. et 10. 5007. ¶ 2. Apud scriptores, filia Thaumantis (*Cic.* 3. *Nat. D.* 20. 51), hinc *Thaumantis* ap. *Avit. carm.* 4. 625. et *Thaumantias* abs. dicta a *Capell.* 1. *p.* 18. coll. *Mythogr. II. fab.* 6., nuncia deorum, præsertim Junonis. De ea *Virg.* 5. *Æn.* 605. « Irim de cælo misit Saturnia Juno - Illa viam celerans per mille coloribus arcum Nulli visa cito decurrit etc. ». Adde *eund.* 4. *ibid.* 694. et 2. 9. Cf. *Serv.* ad *Il.*, *Ovid.*, *Val. Fl.*, *Sil. It.*, *Stat.*, *Auson.* etc. *citt.* sub *v.* IRIS in *Lexico*. — Culta fuit in ins. Delo pluribusque aliis locis vel sola vel cum Neptuno, Amphitrite aliisve diis marinis (Cf. *Welcker, Götterl. I.* 644.; *Preller, Gr. Myth. I.* 198.; *Wilamowitz, Hom. Unt.* 189. 30). — De priscæ artis monumentis, ad eam spectantibus, hoc tradit *Plin.* 35. *Hist. nat.* 11. 40. (145)., Aristidem Irim pinxisse, sed tabulam imperfectam reliquisse et nihilo minus laudatam. — Plurima vero opera adhuc exstant, ut videre est apud *Visconti*, qui ea in *Bull. et Ann. dell' Ist. Arch.* illustravit, et *Müller-Wieseler, A. D. II.* 38. 442.; *Baumeister, Denkm. II.* 834.; *Matz-Duhn, Ant. Bildw.* 3562., coll. epic. scæn. ap. *Luckenbach, Verh. d. Vas. z. Ep. Cykl.* 547.; *Gerhard, Auserl. V.* 1. 50.; *Collignon, Vas. d'Athèn.* 522. Cf. etiam *Furtwängler, Laborde, Politi, Luynes, Trendelenburg, Jahn, Vögel* etc. ¶ 3. Est etiam nom. equi Admeti, cujus meminit *Stat.* 6. *Theb.* 439.

II.) Iris, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius Cappadociæ oriens ex Ponto Polemoniaco et in Euxinum influens, hod. *Yeschil-Irmach*. Memoratur *Plin.* 6. *Hist. nat.* 3. 3 (8)., *Val. Fl.* 4. 600., *Ammian.* 22. 8. 17, et *Prisc. per.* 756. ¶ 2. Item civitas Ægypti. *Rav. p.* 131.

IRMĪDĬUS, ii, m. 2. nom. vir. *Inscr.* ap. *Brambach, n.* 2029.

ĪRON, ōnis, m. 3. (Ἴρων) ¶ 1. Vir quidam Cyzicenus, de quo *Val. Flacc.* 3. 111. ¶ 2. Item vir Scytha, laudatus ab *eod.* 5. 201.

ĪRŌNĬUS, ii, m. 2. cogn. vir. Græcan. *Corp.* 8.

9838. — *Ironia* (Cf. εἰρώνεια), cogn. mul. Gr. *Corp.* 10. 2894.

IRPINUS. *V.* HIRPINUS.

IRTULEJUS. *V.* HIRTULEJUS.

IRUS, i, m. 2. (Ἶρος), nom. vir. — *Iron*, acc. Gr. posit., ap. *Ovid. rem. am.* 747. ¶ 1. In titulis cogn. vir. *Corp.* 3. 6010. 270 (*in figulina*). ¶ 2. In libris. — 1.º) Est filius Astoris, frater Polymeles, pater ex Demonassa Eurydamantis et Eurytionis Argonautarum (*Apollod.* 1. 8. 2. et *Hygin. fab.* 14). De eo fabulam narrat *Anton. Lib.* 38., coll. *Heins, Apollod. Observ. p.* 311. — 2.º) Item cogn. impudentis cujusdam mendici, Dulichii, *Arnæi* dicti (*Hom. Od.* 18. 5) in insula Ithaca, quem, asseclam procorum Penelopes, Ulixes redux pugno occidit (*Auson. per. Odyss.* 18. et *Hygin. fab.* 126). Memoratur etiam *Ovid. Ib.* 419., ubi eum binominem appellat, quia et *Irus* et *Arnæus* dictus. Adde *eund.* 1. *Her.* 95. et *Quintil.* 3. 7. 19. — Ejus imago visitur in vase, de quo V. *Arch. Ztg.* 12. 495. *R.*, coll. *Preller, Gr. Myth. II.* 497. 1. — Ejus paupertas in proverbium ita abiit, ut homo extremæ inopiæ Iro pauperior dicatur. *Ovid.* 3. *Trist.* 7. 42. Irus et est subito qui modo Crœsus erat. *Propert.* 3. 5. 17. Lydus Dulichio non distat Crœsus ab Iro. *Martial.* 6. 77. Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Irus. Adde *eund.* 5. 39. et 12. 32.

IRVINIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. *Corp.* 9. 1475. — *Irvinia*, nom. mul. *C.* 9. 1462.

IS

ISA, æ, et **Ise**, es, f. 1. fluvius in Norico, memoratus in *Tab. Peut.*, ad quem hæc castellum, *Ad pontem Ises* dictum, fuisse refert. — De eo ita *Momms.* in *Corp.* 3. *p.* 687. « *Pons Ises* propter nomen referendus ad fluvium *Ips*, ad cujus ostia prope Ips oppidum repertus est titulus memorabilis *n.* 5670., indicans ibi a. p. Chr. 370. burgum novum factum esse a militibus Lauriacensibus ».

ISAAC, indecl., et **Isaacus**, i, m. 2. nom. vir., Hebr. *Itzhhaq* « ridens v. risus ». Scribitur etiam *Ishhhaq* (*Ps.* 5. 9., *Jer.* 33. 26., *Am.* 7. 9); *LXX.* Ἰσαάκ. — Forma varia est, nempe *Isac* contract. ap. *Prudent. perist.* 10. 748. et *Venant.* 9. *carm.* 2. 21. — *Isaacus (i)*, ap. *Cypr. Gall. exod.* 178. et fort. *Isaac (-acis)*, in *rescr. Gratiani* imp. ap. *Mign. Patr. L. XIII. p.* 584. — *Isaaclus (ii)*, ap. *Dionys. Exig. inv. cap. s. Joh. B. p.* 481. *M.* — Memorantur ex præcipuis ¶ 1. **Isaac**, filius Abraham et Saræ, pater Esau et Jacob ex Rebecca. — 1.º) De ejus **nativitate**. — Deus magnam promiserat Abrahamo posteritatem (*Gen.* 12. 2., 13. 16. et 17. 4), quæ terræ Chanaan heres foret (*Ibid. v.* 7); non igitur Eliezer, ut patriarcha existimabat (*Ibid.* 15. 3), nec Ismael, ancillæ (*Ibid.* 17. 21) sed liberæ (*Gal.* 4. 22. et 28) filius, nempe Saræ sterilis (*Ibid.* 17. 30), cui divinitus tributa est fecunditas (*Ibid.* 17-19). — Concepit itaque Sara ex Abraham centenario « et peperit filium in senectute sua, tempore, quo prædixerat ei Deus; vocavit autem Abraham nomen filii sui - Isaac, sicut præceperat ei Deus » (*Ibid.* 21. 1-3., coll. 17. 19). Hoc autem nomen, ut animadvertunt rabbini (*Talm. Jer. Berakhoth* 1. 9. *Schw.* Paris 1881. *p.* 25-26), nunquam mutatum fuit, ut Abram et Jacob nomina, primum ab eorum familia, non a Deo, indita, utpote monumentum quoddam divinarum promissionum (*Gen.* 17. 19. et 21) et etiam prodigiosæ nativitatis, qua ejus parentes aliique tam vehementer gavisi sunt. Non enim Isaac ideo dictus ex risu, de quo reprehensa est a Deo Sara (*Ibid.* 18. 10., coll. 15); sed, inspecta utriusque formæ radice, in priore generatim significat tantum *gaudere, lætari* (*Stock, Clav. l. s.* h. v.); in altera « alleviationem sive risu sive luxu tam in bonum quam in malum et connotat oblectationem et lætitiam » (*Id. ibid.*). Sic et *Ambros.*, *Rup.*, *Bonfr.*, *Chald.*, qui pro *risit* vertit *gavisus est*, et *Ps.-Jon.* et *Targ. Hier.*, qui *admiratus est* etc. (Cf. etiam *Hummelauer* in *Gen.*). Nempe Isaac causa fuit gaudii, quo affecti sunt Abraham, Sara ac populus (*Ibid.* 21. 6), quia typus illius prophetiæ, qui gaudium mundo intulit ac de se dixit « Abraham vidit diem meum et gavisus est » (*Joh.* 8. 56). — 2.º) De **sacrificio** Isaaci. — Adolescebat puer ac fort. vicesimum ætatis annum attigerat (Cf. *Hetzenauer, Th. B. p.* 72), quum pater eum immolare jubetur: « Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac et vade in Terram visionis atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi » (*Gen.* 22. 2), in quo jussu « quot sunt verba, tot tentationes » (*Lap.*): accenditur videlicet « carnalis patris amor erga filium, ut postea gloriosior sit fidei triumphus » (*Hugo*). Ceterum quum ex Isaac Abrahæ promissum esset semen, non poterat is morte e medio tolli, sed aut mactatus, quod suggerit Paulus (*Hebr.* 11. 17.*sqq.*), erat ad vitam revocandus aut necis mandatum altero abrogandum. — Venit ergo Abraham cum filio de Bersabeo in montem, quem ei designavit Deus, aliis creditum *Moria*, ubi dein templum a Salomone erectum fuit, aliis vero Calvariæ; sed si hoc in sacrificium Christi quadraret, cujus Isaaci eique suffecti arietis immolatio (*Augustin.* 16. *Civ. D.* 32) symbolum habetur insigne; minus tamen congruit sive ratione altitudinis, quia vix ac ne vix quidem mons dici potuisset (*V.* CALVARIA), sive ratione historica, quia nullus unquam neque Judæus neque fort. Romanus eum locum extremis latronum suppliciis desecrasset. Ex verbis autem Abrahami: « Deus videbit » sc. providebit (*Elôhîm yir'eh*) monti illi nomen factum est *Môri'ah*, i. e. visio; dixerat enim Isaac: « Ecce ignis et ligna (*quæ illi pater imposuerat*): ubi est victima holocausti? ». Satis tamen intellexit adolescens se fore victimam, nec tamen renuit, sed libenter passus est se a patre super struem lignorum vinciri (ut esset imago Christi clavis affixi), qui, arrepto gladio, in eo erat, ut filium suum immolaret, nisi vox angeli ejus dexteram detinuisset; tum pro eo arietem, inter vepres hærentem cornibus (*Gen.* 22. 13), mactavit. — Utriusque virtutem stupet *Joh. Chrys.* (*in Gen. hom.* 48): « Utrum admirer, fortemne spiritum patriarchæ, an tam constantem pueri obedientiam? qui sicut agnus cum silentio super altare decubuit? ». — *Dillmann, Gen.* 290. arguit ex hac narratione patere, Hebræos antiquitus cum Chananæis, Phœnicibus, Ægyptiis, Moabitis, Ammonitis aliisque populis homines, præsertim liberos, immolare consuevisse; sed in tota historia patriarcharum ne unum quidem vestigium istius consuetudinis invenitur, quæ divino maxime præcepto, post diluvium promulgato (*Gen.* 9. 6), omnino adversatur, nisi, uti nunc, a Deo ipso, vitæ necisque domino, humanum sacrificium imperaretur. — 3.º) De Isaaci **matrimonio**. — Mortua Sara, Abraham, ut ipsius stirps perduraret utque filio nulla ex pessimo Chananæorum genere, quod dein in Esau ægerrime tulerat (*Gen.* 26. 31. et 35), uxor designaretur, misit Eliezer, procuratorem suum, in Mesopotamiam ad eam in sua ipsius familia quæritandam, jurejurando obstrictum, ne illa esset ex Chananæis nec in ea regione, unde ipse profectus fuerat, commoraretur. Ille, divina ope adjutus, Rebeccam invenit, sororem Labani et filiam Bathuel filii Nachor, fratris Abraham. Hanc itaque Isaac sexagenarius duxit uxorem, quæ, prius sterilis, patientia ac precibus viri sui a Deo prolem obtinuit uno partu geminam, Esau et Jacob; voluit namque Deus, ut patriarcharum posteritas non naturæ sed potius gratiæ divinæ fructus haberetur (*Gen.* 26. 4). — Fame coactus una cum uxore in regiam urbem Gerara se contulit ad Abimelech, regem Philisthinorum, cui, ne propter Rebeccam, pulcherrimam mulierem, ipse occideretur, eam sororem suam esse dixit, more loquendi Hebraico; sed, re comperta, ab illo reprehensus est vetitumque sub pœna capitis, ne quis uxorem Isaac violaret (*Gen.* 26. 26.*sq.*). Hoc autem evenisse ante quam Isaac filios a Rebecca susciperet, de quibus in hac narratione nulla est mentio, quamvis ex scriptura sacra aliud videatur, multo probabilius esse censemus; nec movere debet historiæ similitudo cum Abramea (*Gen.* 26. 6.*sqq.*), nam rei adjuncta differunt omnino (V. *Lamy, Comm.* in *Gen.* Malin 1884. *II. p.* 164.*sq.* et *Hetzenauer, Gen.* 231.*sq.*). — 4.º) De Isaaci **morte ac sepultura**. — Quum ætate esset valde provecta et cæcitate laboraret, præcepit olim Esau, ut ex venatione aliquid adferret, ut, postquam comedisset, ei benediceret; sed, Rebecca suadente, Jacob, quod optabat pater, a matre quam primum paratum ei obtulit, qui, fraude deceptus, pro Esau Jacob benedictionem primogenitorum propriam impertivit (*V.* JACOB). — Ad ætatem centum et octoginta annorum quum pervenisset, obiit in Hebron a. 1896-1716. a. Chr. et a filiis sepultus est apud Rebeccam, quæ erat præmortua (*Gen.* 27. 1.*sqq.*, 28. 1.*sqq.* et 35. 12.*sqq.*). — 5.º) De Isaaci **indole historica ac typica**. — *a)* Quod in illo excelluit, fuit patientia, inde a vitæ primordiis; calamitatum namque pondere pressus, non frangitur, sed statim erigitur; nec certat violenter, nec adversis rebus vel hominibus resistit, sed tamen de iis triumphat, Dei voluntati usquequaque devotus ac pietate insignis, cujus Yahweh se *Deum* dixerat (*Gen.* 28. 3., 32. 9., 46. 1.; *Exod.* 3. 6., 15., 16. etc.). Quin apud Arabes Isaac elucet ut religionis ac justitiæ exemplar (*Vigouroux, op. cit. I. p.* 682), liberque apocryphus (*Oratio Joseph*) fabulatur, Abraham et Isaac ante omnia creatos fuisse, et in fragmento Copt. *Apocal. Barthèlemy* in nullo unquam peccato inquinatus dicitur. — *b)* De typo Paulus docet Ismaelem, ancillæ filium, veteris Testamenti, novi vero Isaac, filium liberæ, figuram fuisse (*Gal.* 4. 22.*sq.*); tum Abrahamum filium Isaac in parabolam (προβολῇ) accepisse, nempe uti imaginem seu figuram Christi in ara crucis immolandi (*Hebr.* 11. 19). Id autem Ecclesiæ patres ac doctores mirifice exposuerunt singula sacrificii Isaaci adjuncta expendendo; ac præterea conjugium Isaaci cum Rebecca significasse mysticam Christi unionem cum Ecclesia docuerunt (Cf. *Crelier, La Genès.* Paris 1889. *p.* 234. et 539.; *Meignan, L'Anc. Test.* etc. Paris 1895. *p.* 347-350. et 372-374.: *Pelt, Hist. de l'Anc. Test.* Paris 1897. *I. p.* 149-151. et 153.; *Dict. d. théol. cath.* Paris 1899. *I.* 101-106). ¶ 2. **Isaac** Judæus, ad Christianam fidem conversus reversusque dein ad Hebraicam cælestia mysteria profanavit; subornatus vero ab Ursino, ut Damasum pap. accusaret (*Dam. ep. synh.* a. 378), ob id a Gratiano imp. in Hispaniam est relegatus. *Cod. Theod.* 9. 39. 2. — Scripsit libellum *de sancta Trinitate* et *de incarnatione Domini*, teste *Gennad. vir. ill.* 26. ¶ 3. Alios videsis ap. *Hilar. op. hist. frg. III.* 29. *p.* 677. *M.*; *Marcellin.* in *chron.* ad a. 459.; *Dionys. Exig.* in *hist. inv. cap. s. Joh. B. p.* 431.; *Cassian. coll. IX. et X.*

ISACHAR. *V.* ISSACHAR.

ISÆUS, i, m. 2. (Ἰσαῖος: cf. ἴσος, poet. ἰσαῖος, *æqualis*) cogn. vir. *Corp.* 3. 5224. — Etiam nom. fort. gent., in *Laterc.* in *Bull. Arch. Munic.* a. 1874. *p.* 64. *frg. III.* — Fuerunt quoque ita nuncupati — 1.º) Orator Græcus, Chalcidensis (*Harpocr.* v. Ἰσ.) vel Atheniensis (*Hermipp.*, *ibid.*), Lysiæ et Isocratis imitator (*Dionys. Hal. Is.* 1) ac Demosthenis magister, cujus prima oratio scripta fuit a. 389. a. Chr. et postrema a. 353 (Cf. *Blass p.* 455), æqualis igitur, etsi junior, Lysiæ, vir pragmaticus ac forensis artis rhetoricæque valde peritus (*Ps. Plut. Is.*). — Plurimas composuit orationes, ex genere judiciali (*Dionys. Is.* 2), quarum LXIV. recenset *Ps. Plutarchus*, omnes genuinas, et aliquot opera rhetorica (ἴδιαι τέχναι); in his ceteroqui Lysia inferior quod ad artis lenocinia, sed dialectica vi excellentior (Cf. *Moy, Étude sur les plaid. d'Is.* Paris 1876). Eæ tamen interciderunt, si duodecim excipias, historiæ Attici juris perquam utiles, inter quas eminet oratio de hereditate Cironis, cujus partem exscripsit Demosthenes, sui magistri nervosam ac vehementem eloquentiam sæpe imitatus. — 2.º) Item rhetor Assyrius, de quo *Plin.* in *ep.* 2. 3., tota in ejus laudem exarata. Sic *Juvenal.* 3. 74. « Sermo promptus et Isæo torrentior ». *Schol.* ad *l.* « Isæus Romæ orator omnibus eloquentior. De hoc Plinius Secundus: Magna Isæum fama præcesserat, major inventus est ».

ISAFLENSES, ium, m. plur. 3. populus Africæ, ad quem Firmus tyrannus confugit a. 373., teste *Ammian.* 29. 5. 40. *sqq.*

ISAI, indecl. m. *V.* IESSE.

ISAIA, indecl. nom. vir. (Hebr. *Yesha'ayâh*, contr. *V.* ISAIAS; *LXX.* Ἰσαϊά) vir Beniamita, pater Etheel, cujus posteri sorte designati sunt, post captivitatem Babylonicam, inter eos, qui Hierosolymis habitarent. *Vulg.* 2. *Esd.* 11. 7.

ISAIĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ISAIĀS, æ, m. 1. (trisyll.) nom. vir. (Hebr. *Yesha'ayâhû* « salus Yahweh »; rabbin. *Yesha'ihâ*; *LXX.* Ἡσαΐας). — *a)* Latine scribitur etiam *Esaias* (usitatior apud poetas), *Iesaias* et *Iesaias*. — *b)* Prima sæpius corripitur (*Prudent. apoth.* 595. et *perist.* 5. 524. et *Paulin. Nol. carm.* 28. 195); aliquando vero producitur (*Ps. Tert. c. Marc.* 3. 163). Ultima et pænultima sunt longæ. — Quattuor occurrunt in Vulgata interpretatione hoc nomine vocati; nempe ¶ 1. **Isaias**, primus e quattuor prophetis majoribus, filius Amos (*Is.* 1. 1), non tamen Amos prophetæ, ut quidam ex patribus aliisque scriptoribus putarunt (*Clem. Alex. strom.* 1. 121., *Ps. Epiph. de vit. proph.* 12., *Augustin.* 18. *Civ. D.* 27); hebraice enim propheta scribitur אמוץ *'Ámôtz*, pater vero prophetæ עמוס *'Ámôs* (Cf. *Hieronym.* in *Am. prol.*), quem talmudici doctores perperam tradunt fuisse fratrem regis Amasiæ (4. *Reg.* 14. 1.: cf. *Megilla* 10.[b], *Rohling, Der Proph. Jes.* 1872. *p.* 1. et *Winer, Realw. I. p.* 554), quamquam ex quibusdam locis inferri potest, Isaiam ab una ortum esse ex illustrioribus familiis Hierosolymorum (*Is.* 3. 1-17., 24.; 4. 1.; 8. 2.; 22. 16.: cf. *Marti, das Buch Jes.* Tübing. 1900); unius uxoris vir, quæ ab eo prophetissa dicitur (*Is.* 8. 3) ac pater duorum filiorum, quorum symbolica sunt nomina, *She'ar yâshûb* « reliquum redibit » unius (*Id.* 7. 3), alterius *Mahêr-shâlâl-hhâsh-baz* « accelera detrahere spolia » (*Id.* 8. 3); quippe qui dati ei fuerint « in signum et in portentum Israel a Domino exercituum » (*Id.* 8. 18). — Hæc autem de eo perspicuitatis causa distinguimus, sc. — *a)* **Prophetici muneris initium**, quod quandonam fuerit, duplex est sententia; nam alii hoc cœpisse putant anno eodem, quo rex Ozias decessit (*Is.* 6. 1): ita *Hesychius*, qui VI. Isaiæ capite « χειροτονίαν τοῦ προφήτου » contineri autumat (in *Is.* 9); alii vero alias ante illam, quæ sub Ioatham obtigit, visiones habuisse Isaiam dicunt sub Ozia civesque suos jam de his edocuisse, at frustra; quare tum Deus, ut narratur 6. 1.*sqq.*, visionem iteravit ac manu Seraphim eum purgatum novaque auctoritate insignitum ad sua monita populo enuncianda misit (*Trochon, Is.* 1878. *p.* 53., coll. *Vigouroux, M. B.* 1901. *II. p.* 598). — *b)* **Ministerium propheticum** gessit, regnantibus Ozia (Azaria), Ioatham, Achaz et Ezechia (*Is.* 1. 1). Videtur tamen non tam sub Ozia et Ioatham, quam sub sequentibus, Achaz (*a.* 742-727) et Ezechia in primis (a. 727-698), ampliorem ac splendidiorem in modum vaticinii sui muneris partes obiisse. — Enimvero regnum Oziæ fere prosperum fuit, qui et hostes sæpe devicit, oppida amissa recuperavit (4. *Reg.* 14. 22. et 2. *Par.* 26. 2), turribus ac machinis metropolim communivit (2. *Par.* 26. 9. et 15) aliaque id genus ita egit ut « divulgatum fuerit nomen ejus usque ad introitum Ægypti » « eo quod auxiliaretur ei Dominus et corroborasset eum » (*Ibid.*). Nec aliter dicendum de filio ejus ac successore Joatham (a. 758-742), de quo dicitur « fecit quod erat placitum coram Domino: juxta omnia, quæ fecerat Ozias pater suus, operatus est (4. *Reg.* 15. 34., coll. 2. *Par.* 27. 1), « excepto quod non est ingressus templum Domini et adhuc populus delinquebat » (*Ibid. v.* 2). Nec populus tantum sed etiam qui ei successit, impius filius Achaz (a. 742-727) turpi idololatriæ vitiisque indulsit. Hoc regnante potissimum itemque eo, qui illum excepit, Ezechia, viro pietate illustri (a. 727-698), suo Isaias ministerio functus est; gravissimis enim calamitatibus per ea tempora affligebantur Judæi, maxime ex bellis, quibus Assyrii reges eos quoque premebant, uti Theglathphalassar III (743-727), Salmanasar IV (727-722), Sargon (722-705), Sennacherib (705-681) et Assarhaddon (681-668). — Obsessa a Syriæ et Israelis regibus Hierosolyma, Achaz Dei auxilium, ab Isaia promissum, respuit (*Is.* 7. 5-13) seque regi Assyrio Theglathphalassar commendat, cujus se tributarium exhibet, quique Judæam invadit multosque ex incolis secum captivos abducit (4. *Reg.* 15. 29-30.; 16. 9-10. et 2. *Par.* 28. 17-18). Isaias tamen impio Achaz celebre illud protulerat vaticinium de Emmanuel virginis filio, olim orituro, præsentis salutis simulque Judaici regni in Davidica stirpe perpetuo duraturi signo certissimo (*Is.* 13-16., coll. *Matth.* 1. 23. et *Luc.* 1. 31). — Nec minus adfuit propheta Ezechiæ, hujus consiliarius et amicus fidissimus, qui quum jugum Assyriorum excussisset, magnam pecuniæ vim ad Sennacherib mittere coactus est, ne ab eo opprimeretur; sed frustra, nam rex ille, vastatis Judææ civitatibus, ipsam urbem Jerusalem obsidione cinxit. Verum, Isaia simul cum rege Deum enixe obsecrante, angelus centum octoginta quinque millia hostium noctu percussit; quare fugiens Sennacherib, in templo dei sui Nesroch a filiis ipse suis, Adramelech et Sarasar, gladio occiditur (4. *Reg.* 19. 35-37). — Dein Ezechias ægrotus, per Isaiam, qui eum a morbo liberandum fore prædixerat, quod Deus miraculo confirmavit umbræ horologii solaris Achaz, tandem convaluit (*Ibid.* 20. 1-11). *V.* EZECHIAS. — *c)* **De obitu Isaiæ ejusque laudibus**. — Quod ab antiquissimo tempore traditum est (*Talm. tract. Vebenoth* 49 *b* et *Targ.* in *II [IV] Reg.* 21. 16. *Sanh.* 103 *b.*: cf. *Rohling, Der Proph. Is. p.* 1. et *Carpzov, Intr.* in *V. T. III. p.* 96-98), Isaias vixit usque ad ætatem Manasse regis, filii Achaz, qui et ejus successor fuit post Ezechiam, paternæ impietatis heres (4. *Reg.* 21. 16). Fertur itaque a tyranno crudelissima nece peremptus fuisse, utpote qui sanctissimi viri corpus serra lignea jusserit secari, supplicii causam prætexens verba Isaiæ: « vidi Dominum sedentem super solium » (*Is.* 6. 1), quæ contradicerent effato Domini apud Moysem: « Non enim videbit me homo et vivet » (*Exod.* 33. 20). At veram martyrii causam ortam esse arbitramur ex iis, quæ in prophetis explicantur, sed summatim leguntur in *c.* 1. *v.* 10. « Audite, verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrhæ », et ex enunciata gentilium conversione ad fidem ac Judæorum perfidia; « Isaias audet et dicit: inventus sum a non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant » (*Rom.* 10. 20., coll. *Is.* 65. 1. et 2). — De martyrio Isaiæ plerique ex Ecclesiæ scriptoribus ita loquuntur, uti de re certa (Cf. *Justin. dial. cum Tryph.* 120., *Tertull. de patient.* 14., *Orig.* in *Is. hom.* 1. 5., *Hieronym.* in *Is.* 57. 1., *Chron. Pasch. p.* 155., *Martyr. Rom.* prid. non. Jul.), deque eo accipiunt, quod de justis V. T. scripsit Paulus: « alii - secti sunt » (*Hebr.* 11. 37). Alia insuper vide sis ap. *Ps.-Epiph. de vit. proph.* (*XLIII. c.* 397., 419. *Mign.*). — Videtur obiisse a. 690. ac sepultus fuisse apud fontem Rogel vel Paneade in regione Basan, unde ejus reliquiæ Constantinopolim translatæ a. 442., Theodosio II. regnante. — Maximus hic ex prophetis ita laudatur in primis *Eccli.* 48. 25. *sqq.* « Isaias propheta magnus et fidelis in conspectu Dei. In diebus ipsius retro rediit sol et addidit regi vitam. Spiritu magno vidit ultima et consolatus est lugentes in Sion. Usque in sempiternum ostendit futura et abscondita antequam evenirent ». *Hieronym. præf. ad Paul. et Eust.* « Non tam propheta quam evangelista dicendus est. Ita enim universa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum persecutus est, ut non eum putes de futuro vaticinari sed de præteritis historiam texere ». *Augustin.* 18. *Civ. D.* 29. et *Conf.* 9. 5. ab Ambrosio sibi dicta hæc refert: « Credo quod præ ceteris evangelii vocationisque gentium sit pronuntiator apertior ». Et, ex Græcis, a *Cyrill. Alex.* in *Is.* dicitur προφήτης et ἀπόστολος. et *Chrys. hom.* 8. in *Gen.* « εὐφωνότατος ». et *hom.* 40. in 1. *Cor.* « μεγαλοφωνότατος ». et *Euseb. dem. evang.* 2. 4. et 5. 4. « θαυμάσιος ». et *Isid. Pelus. ep.* 1. 41. 366. « διορατικώτατος, τῶν προφητῶν σαφέστατος ». et *Theodor.* in *Is.* « θειότατος ». — *d)* De ejus **scriptis**. — Præmittimus, præter vaticinia, adjudicatam fuisse Isaiæ *historiam regis Oziæ* (2. *Par.* 26. 22); *visionem Isaiæ* (2. *Par.* 32. 32) seu historiam regni Ezechiæ, jam deperditam, ea fort. continentem, quæ leguntur *Is.* 28-39.; item opus apocryphum, inscriptum: *Ascensio Isaiæ*; sed hæc fere omnia quum sint dubia, satis est innuisse; disserendum itaque est, etsi breviter, de prophetiarum libro; sc. — α) De argumento totius libri, quod quam maxime amplum ac generale ipso Isaiæ nomine, ut scite ait *Knabenbauer*, comprehenditur, nempe *Salus Domini*; ad hanc enim salutem omnia ibi convergunt, ad quam obtinendam ostendit propheta, quænam primum sint impedimenta in vita sive publica sive privata, apud singulos et nationes removenda; quomodo singuli et nationes ad eam se debeant præparare; demum ejus excellentiam, ac beatitatem in regno messianico futuram varie eleganterque expressam describit. — β) Libri indoles ea est, ut dicendus sit vaticiniorum collectio, in variis rerum adjunctis diversisque temporibus concinnatorum, quod est propheticorum sermonum proprium quodque tamen ordini minime obstat, ut post Lutherum critici viri liberiores *Koppe, Hitzig, Eichhorn, Ewald*, alii falso autumarunt. Nec probanda est eorum sententia, quam etiam noster *De-Vit* secutus videtur, qui volunt non ipsum Isaiam, sed alios ejus vaticinia in eum ordinem digessisse, uti nunc habetur, quum critici rigidiores concedant etiam Ezechielem et Jeremiam suas, uti sunt hodie, composuisse; quin titulus ipse libri Isaiæ (1. 1) nihil distinguit, unde et ordo et unitas operis clarissime elucent, quæ ceteroqui satis superque evincitur ex eo quod unum est totius libri argumentum, ut constat ex verbis, quæ dici merito possunt operis summa (1. 27): « Sion in judicio redimetur et reducent eam in justitia »; nempe Dei dominatio tunc in omnes populos constituetur, cum prius de iis, Judæo et Gentili, fiet judicium seu pœna sumetur; inde vero redemptio sequetur ubique ac justitia. — γ) Unus idcirco finis, ad quem vaticinia tendunt (2. 2-3. et 66. 20., coll. 24. 23., 27. 13.; 29. 18.; 52. 1., 54. 1. et 60. 1); una cogitandi loquendique ratio (Cf. 1. et 59.; 11. et 65.; 6. 1. et 52. 13); unus denique auctor, ut infra dicemus. — δ) Libri divisio communiter fit in duas partes majores. *Priore* oracula illa continentur, quæ occasione eventuum ac temporum Joatham, Achaz, Ezechiæ regum præsertim edita sunt (*cc.* 1-37). *Posteriore* ea exhibentur, quæ de exsilio Babylonico, de liberatione ex captivitate per Cyrum, Messiæ typum, et de sublimiore, quæ per Messiam obtinebitur, a peccatis liberatione, qua pax regnabit ac justitia (*cc.* 38-66). Hæ autem partes majores in minores apte dispertiuntur, quæ artius inter se connectuntur ipso argumento et facile ab aliis possunt distingui et in isagogicis tractationibus inveniri. — Hinc liquet, et ex mox dicendis clarius patebit, pura putaque esse illorum criticorum commenta, qui Isaiam triplicem faciunt vocantque *Proto-Isaiam*, *Deutero-Isaiam* et *Trito-Isaiam*, perinde ac si liber, qui Isaiæ perpetuo est ab omnibus tributus, opus esset ita in tres partes divisum, aliis fere totum adjudicandum quam Isaiæ. Quin in alia etiam frusta scindunt pro suo quisque arbitrio ac lubitu cerebrosi ac deliri quidam sacrarum Scripturarum laniones (*Guthe, Strack, Driver, Wildeboers* etc.). Enimvero unitas auctoris, quem testes innumeri, antiquitate et auctoritate locupletissimi, Isaiam esse proclamant, ex ipsa unitate operis emergit, ita compacti ut quæ in prioribus partibus quasi semina sunt sparsa, in subsequentibus crescere et explicari cernantur; quod quidem ex fragmentis variis, fortuito collectis vel inter se assutis, oriri non posse sanus quisque concedet; tam ex forma ac stilo, quæ ubique sibi constant, non enim contrarium ostendit, si qua est alicubi, levis stili ac linguæ dissimilitudo, quippe quæ ex diverso argumento vel tempore vel confectione evidenter proficiscatur (Cf. *Cornely, Lamy, Re, Hetzenauer, Vigouroux, Knabenbauer, Ermoni, Cellini* etc., coll. etiam resp. *Cons. Pont.* de re bibl., dat. die 29. Jun. 1909). — Huc spectant judicia doctorum vi-

rorum, quæ de Isaiæ libro lata sunt, quibusque hanc tractationem concludimus. *Hieronym.* in *prol. ad comm.* « Universa Domini sacramenta præsens scriptura continet, quidquid sanctarum est scripturarum, quidquid potest humana lingua proferre et mortalium sensus accipere, isto volumine continetur ». *et ad Paul. et Eust. loc. cit.* « Primum de Isaia sciendum, quod in sermone suo disertus sit, quippe ut vir nobilis et urbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio rusticitatis admistum. Unde accidit, ut præ ceteris florem sermonis ejus translatio non potuerit conservare ». *et*, ex recentioribus, *Lowth:* « Isaias ut ordine, ita et dignitate prophetarum omnium princeps sic omnibus abundat virtutibus, ut nihil in hoc genere perfectius concipi possit. Idem elegans et sublimis, ornatus et gravis, cum ubertate et copia, tum vi et pondere mirabilis. In sensibus incredibilis elatio, majestas, divinitas; in imaginibus summa proprietas, dignitas, pulcritudo, fecunditas denique et varietas lectissima: in dictione singularis elegantia et in tanta rerum obscuritate perspicuitas et candor: ad hæc in poetica sententiarum compositione tanta dulcedo -, ut si quidquam jam reliqui habent carmina hebræa pristinæ jucunditatis et gratiæ, id in Isaiæ præcipue monumentis contineri clarissimeque perspici posse crediderim. Excellit etiam vel maxime in justa partium dispositione facilique rerum connexione et ordine etc. » (*De sacr. poes. Hebr. præl.* 21. ed. *Rosenmüll. p.* 241). et *Danko:* « Isaiæ genus dicendi omnium, quæ sacra lingua exstant scripta, primas fert partes palmamque eloquentiæ. In eo puritas hebraismi resplendet. Oratio prophetæ viva et efficax pollet quidem figuris sententiarum sed ornamentis quoque verborum omnis generis affluit » (*Hist. revel. vet. test. p.* 396). — De carminibus autem Isaiæ et ratione metrica vide *Bickel (Carm. V. T. metr. p. 200.sq.)* et *Gietmann (De re metr. Hebr. p. 69.sq.)*. — Plura quidem colliges ex *Bredenkamp, Der Proph. Jes.* Erlang. 1886-1887.; *Cheyne, Intr. to the Book of Is* 1895.; *Graf, De l'unité de chap. d'Es.* 1895.; *Kosters, Deut. Trit. Jez.* in *Theol. Tijdschr.* 1896. *p.* 577-623; *Brückner, Die Kompos. d. B. Jes.* 1897.; *Guthe, Das Zukunftsb. d. Jes.* 1885.; *Meinhold, Jes. u. seine Zeit* 1898.; *Trochon, Is. p.* 21. 24.; *Driver, Is. etc.; Marti, Das Buch Jes.* 1900.; *Ermoni, Dict. Bibl.* 1910. *II.* 936-985. — Hinc *Isaianus (Esaianus)*, adj. *Gild. excid. Brit.* 2. 7. *n.* 4. « Quominus illud Isaianum caveamus: *Vae*, inquiens, *qui dicit bonum malum et malum bonum* » (Cf. *Is.* 5. 20). ¶ 2. **Isaias**, qui et Iesaias (*LXX.* Ἰεσσίας), filius Rahabiæ, pater Joram, unus ex iis, quibus custodia thesaurorum domus Domini tempore Davidis commissa fuit (1. *Par.* 26. 25). ¶ 3. **Isaias**, qui et Iesaias, unus ex templi cantoribus, filius Idithum (1. *Par.* 25. 3). ¶ 4. **Isaias** (*LXX.* Ἰσαία), levita ex familia Merari, redux ex captivitate Babylonica (1. *Esd.* 8. 19).

ĪSALCĀS, æ, m. 1. Gætulorum præfectus in exercitu Hannibalis in Italia, ap. *Liv.* 23. 18 (a. 216. a. Chr.) et *Sil. Ital.* 5. 287.*sqq.*, ubi dicitur Isalces, in pugna ab Appio interfectus.

ĪSĂRA, æ, m. 1. (Ἰσάρας *Polyb.*, Ἴσαρ *Ptol.*) ¶ 1. Fluvius Galliæ Belgicæ et Celticæ, serius Lugdunensis, ab Arduenna silva oriens et in Sequanam excurrens, hod. *Oise*. Memoratur in *Inscr.* ap. *Henzen, S. Or. n.* 6236., ex qua constat stationem ad eum fuisse inter Augustam Suessionum et pontem, qui *Briva Isaræ* dicitur in *Itin. Ant. p.* 384., hod. *Pontoise*. ¶ 2. Item fluvius Galliæ Narbonensis, ab Alpibus Graiis scatens et in Rhodanum influens, hod. *Isera, fr. Isère*. Memoratur *Lucan.* 1. 399. « Hi vada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus Per tam multa suo, famæ majoris in amnem Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit undas ». Adde *Plin.* 3. *Hist. nat.* 4. 5. (33). et 7. *ibid.* 50. 51. (166)., *Cic.* 10. *Fam.* 15. et *alib.* — Ad hunc Q. Fabius Maximus cons. prœlium commisit contra Allobroges et Arvernos (*Plin. loc. cit.*, coll. *Flor.* 3. 2. 4). ¶ 3. Item fluvius Rætiæ (Vindeliciæ), ab Alpibus Ræticis oriens et in Danubium se exonerans ad occid. Æni, hod. *Isar*, qui fort. rectius *Isarcus* v. *Isargus* dicitur, hod. *Sarca*. Memoratur in *Epiced. Drusi p.* 385. Cf. *Strab.* 4. 207.

ĪSARCI, ōrum, m. plur. 2. gens Inalpina, fort. sita in Rætia supra Benacum, memorata in *Trop. August.*, uti vocant, ap. *Plin.* 3. *Hist. nat.* 30. 24. (137).

ĪSARGUS v. Isarcus. *V.* **ISARA** sub 3.

ĪSARGYRUS, i, m. 2. (Ἰσάργυρος, ab ἴσος, *æqualis*, et ἄργυρος, *argentum*, quasi æquans argentum) cogn. vir. Græcan. *Corp.* 9. 566.

ĪSARI, ōrum, m. plur. 2. gens Indica ad Imaum. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 17. 21. (64).

ĪSARIS, is, m. 3. fluvius Mauretaniæ Cæsariensis, ap. *Rav. p.* 158.

ĪSARNUS, i, m. 2. nom. vir., fort. Gallicæ originis, in *Inscr.* ap. *Le Blant, Inscr. de la Gaul. II. p.* 144. — Hinc *Isarninus*, nom. vir. demin. *Corp.* 7. 1270 *(in vascul. stann.)*. Cf. *Hübner ibid.*

ĪSAS, ātis, m. 3. cogn. vir. (Cf. *isatis* in *Lex.*). *Corp.* 2. 21.

ĪSAURA, æ, f. 1. et ōrum, plur. n. 2. (Ἴσαυρα *Ptol.* et τὰ Ἴσαυρα *Strab.*) ¶ 1. Oppidum in Asia Minore, Isauriæ caput, ad septentr. Tauri, hod. *Zengibar-Kalessi*, quæ *Isaura Palæa* dicitur, ut distinguatur a sequenti, olim a Perdicca et a P. Servilio proc. eversum. Memoratur in *Corp.* 3. *p.* 1236. et *Diod.* 18. 22. ac *Strab.* 12. 568. ¶ 2. Item oppidum Isauriæ, conditum ab Amynta Galata, dictum *Isaura Nea*, ad septentr.-orient. Palææ, in hujus locum, hod. *Dinorna*, sæc. III. p. Chr. sedes tyranni Trebelliani, et imperii orientalis temporibus provinciæ Lycaoniæ obnoxium sub nomine *Isauropolis*. Memoratur *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 23. (94)., *Trebell. XXX. tyr.* 25., *Ammian.* 25. 8., *Not. Dign. or.* 7. 20. et 36. et 29. 7.*sq.*, *Corp.* 3. *p.* 1240. et 2061., *Strab.* 12. 568. et 14. 668. — De ejus nummis vd. *Head*, 721.

ĪSAURI. *V.* voc. seq.

ĪSAURIA, æ, f. 1. (Ἰσαυρία) regio montosa Asiæ Minoris, ita denominata, quod undique *aurarum* vel ventorum flatibus pateat, quasi sit ab ἴσος, *æqualis*, et αὔρα, *aura*, *ventus*, teste *Isid.* 14. *Orig.* 3. 44.: cf. etiam *Pape-Benseler* I. *p.* 570., quod tamen etymon haud facile probaveris. Est autem sita inter Lycaoniam et Pisidiam, vini ferax, *Isauris decapolensis* dicta *Rav. p.* 91. — Eam occuparunt Romani, a quibus primum adnexa est regno Amyntæ, dein cum omnibus hujusce regis possessionibus provinciæ Galatiæ a. 25. a. Chr. et serius Cappadociæ a. 264. p. Chr. — Ibi profluvio ventris exstinctus est Trajanus imp. (*Eutr.* 8. 5. et *Oros.* 7. *Hist.* 12., coll. *Sulp. Sev.* 2. *chron.* 42. 1); ibi Trebellianus imperator salutatus (*Trebell. XXX. tyr.* 26) et natus Leo, hinc Isauricus dictus, imp. Orientis (a. 474-491). — Memoratur *Liv. epit.* 93., *Cic.* 5. *Att.* 21. 5., *Ammian.* 14. 2. 3. *Mel.* 2. 13. et 2. 4. et alib., *Vopisc. Prob.* 16., *Flor.* 3. 6., *Jorn. Rom.* 862. *M.*, *Oros.* 5. *Hist.* 23., et, ex Græcis, *Diod.* 18. 22., *Strab.* 12. 568., *Appian. Mithr.* 75., *Dion. C.* 45. 16., *Zos.* 1. 69. etc. *C. I. G.* 3. *p.* 196. — De ejus nummis vd. *Head*, 715. — Hinc

Isauri, ōrum, m. plur. 2. (Ἴσαυροι) populus Isauriæ, rudis ac bellicosus, latrociniis deditus (*Ammian.* 14. 2. 1), victus a P. Servilio, qui de eo triumphans *Isaurici* nomen sibi promeruit (*Eutr.* 6. 3. et 5) a. 74. a. Chr. (al. 78). — Tempore Gallieni, Isauri rebelles sibi imperatorem delegerunt Trebellianum, uti diximus (*Trebell. loc. cit.*), sed a Camsisoleo et Claudio Probo, post ipsum Gallienum, pœna ob id multati sunt (*Vopisc. Prob.* 26); iterumque perduelles sub Constantio (*Ammian.* 14. 2. 1. et 19. 3. 1) a. 353. et sub Valente a. 368 (*Id.* 27. 9. 6) ac Theodosio imp. a. 3.., a quo certis quibusdam subjecti sunt legibus (*Cod.* 3. 12. 10) itemque a Leone a. 468 (*Ibid.* 9. 12. 10); sed a. 473., orta Constantinopoli seditione, multi ex iis a populo interempti sunt (*Marcellin. in chron.*). — Memorantur etiam in *Laterc. Veron. XIII.* 14. *S.* et *Not. Imp. or.* 5. 25. et 66., ubi unum fuisse dicuntur ex Auxilia Palatinis, nomine *Felices Theodosiani Isauri*. — *Isauricus*, adj. *Cic.* 5. *Att.* 21. forum. *Plin.* 5. *Hist. nat.* 27. 23. (94). gens. — Abs., honoris causa, dictus P. Servilius Vatia (*Eutr.* 6. 3); deinde ejus filius (*Corp.* 3. 162) aliique (*C.* 7. 232.; 9. 2669. et 10. 3565. et ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 166); et *Isaurica*, cogn. mul. *C.* 3. 3848. — *Isaurienses*, idem qui Isauri, in *Lib. Gener.* 25. *p.* 684. *M.*

ĪSAURICUS, a, um, adject., et

ĪSAURIENSES, ium, m. plur. 3. *V.* voc. præc.

ĪSAURUS, i, m. 2. fluvius Italiæ in Umbria, in Adriaticum mare influens, memoratus *Lucan.* 2. 405. « In lævum cecidere latus veloxque Metaurus Crustumiumque rapax et junctus Sapis Isauro ». *Schol.* ad *l.* « *Isauro*, qui præterfluit Pisaurum et vulgariter vocatur *la Foglia* ».

ĪSBĒLI, ōrum, m. plur. 2. gens Æthiopiæ, inter Usibalcos et Perusios. *Plin.* 6. *Hist. nat.* 30. 35. (194).

ĪSBŌSETH. *V.* **ESBAAL.**

ĪSCA, æ, f. 1. (Ἴσάκας *Ptol.*) nom. geogr. ¶ 1. Est oppidum ad septentr.-occid. plagam Britanniæ, dictum *Isca Dumnoniorum* (Brit. I. *Dumnonii*) ad ostium fluvii Iscæ, unde fort. nomen traxit, hod. *Exeter*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 486. et ap. *Rav. p.* 425., ubi *Isca Damnaniorum* dicitur. Cf. *Hübner* in *Corp.* 7. *p.* 12. ¶ 2. Item oppidum Britanniæ occidentalis (Brit. II. *Silures*), dictum *Isca Silurum*, prope æstuarium Sabrinæ, sedes legionis II. Augustæ, quare et *Isca Augusta* appellatur *Rav. p.* 427., hod. *Caerleon on-Usk*. Memoratur etiam in *Itin. Ant. p.* 484. et in *Corp.* 7. 93-136. V. **SILURES**. ¶ 3. Item fluvius, ad cujus ostium sita est Isca Dumnoniorum. *Rav. p.* 437 (Ἰσάκας).

ĪSCĂRIŌTĒS, æ, m. 1. cogn. vir. (Hebr. *'Ish Qeriyôth* « vir Qeryoth », i. e. Cariothensis seu ex oppido Carioth in tribu Juda; Gr. Ἰσκαριώτης) cogn. Judæ, proditoris Christi, cujus patria erat Carioth; quod, quamvis non ab omnibus probetur, confirmari potest codd. nonnullorum auctoritate, qui *Joh.* 6. 71. et 12. 4. pro Ἰσκαριώτης habent ἀπὸ Καριώτου, et sententia communiore. Memoratur *Vulg. Matth.* 10. 4. et 26. 14., *Marc.* 3. 19., 14. 10. et 43., *Luc.* 6. 16. et 22. 3. et *Joh. locc. citt.* V. **JUDAS.**

ĪSCHŎMĂCHĒ, es, f. 1. (Ἰσχομάχη: ab ἴσχω, *cohibeo*, et μάχη, *pugna*) cogn. Hippodamiæ, ita dicta ob pugnam Pirithoi cum Centauris, qui eam in nuptiis viro præripere frustra conati sunt. *V. Hippodamia.* — *Ischomachus*, vir egregius Atheniensis, qui in Œconomico Xenophontis et Ciceronis colloquens inducitur. *Colum.* 11. 1. 5. et *Cic. fragm. p.* 476.*sq.* v. *p.* 978. *Or.*

ĪSCHỸRĀS, æ, m. 1. (Ἰσχυρᾶς: ab ἰσχυρός, *fortis*) vir Ægyptius e Marcoti regione Alexandriæ, qui se presbyterum venditavit; sed detectus ad Eusebium, Nicomediensem episcopum, confugit, qui eum episcopum se facturum esse promisit, si Athanasium accusaret, teste *Socr. h. eccl.* 1. 27. Memoratur *Cassiod.* 4. *Hist. trip.* 23., coll. *Hil. op. hist. fr.* 3. *n.* 6. — Sim. *Ischyrion (ōnis)*, cogn. vir. Græcan. in *Laterc.* mutil. in *Ephem. epigr. V. p.* 260. *l.* 21.

ĪSCHỸS, yos, m. 3. (Ἰσχύς = *robur*), Elati filius, qui cum Coronide, filia Phlegiæ, jam ab Apolline compressa, concubuit; quare a Jove est fulmine interemptus (*Hygin. fab.* 202., coll. *Ovid.* 2. *Met.* 542.*sqq.*, *Pind. Pyth.* 3. 8.*sqq.*, *Paus.* 2. 26. 5., *Strab.* 9. 442., *Apollod.* 3. 10. 3). — Apud *Cic.* 3. *Nat. D.* 22. 55. pro Ischys est Valens, qui ex Coronide Mercurium suscepit, Trophonium dictum (Cf. *De Witte, Le géant Valens. Extr. de la Rev. n.* 1840. Paris 1850. *p.* 8.*sqq.* et *Crusius, Philol.* 49. 2. *p.* 120. *R.J.* — Alii hunc vocant *Lycum*, ut *Mythogr. II. fab.* 22. et *Lact. Plac.* ad *Stat.* 3. *Theb.* 506.

ĪSĔLASTĬCA, certamina sacra. *V.* **ISELASTICUS** in *Lexico*.

ĪSĒLĬCUS, i, m. 2. (Ἰσήλικος: ab ἴσος, *æqualis*, et ἡλικία, *ætas*, quasi sit ætate par) cogn. vir. Græcan. *Corp.* 8. 5084.

ĪSĒUM. *V.* **ISIUM.**

ĪSĬĂCUS, a, um, adject. *V.* **ISIS.**

ĪSĬCĬUS, ii, m. 2. (Cf. *isicium*) nom. gent., quo appellatus est vir clarissimus senatoriæ dignitatis, qui duos habuit filios insignes, *Apollinarem* nempe, Valentiæ episcopum, et *Avitum*, episcopum

Viennensem, floruitque temporibus Zenonis imp. *Auct. vit. Avit.* 1. — *Isicia*, nom. gent. mul. *Corp.* 3. 2359.

ĪSĬDŌRĬĀNUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ĪSĬDŌRUS, i, m. 2. (Ἰσίδωρος: ab Ἶσις, *Isis*, et δῶρον, *donum*, quasi Isidis donum) nom. vir. — *Hisidorus* cum aspiratione male scribitur ab *Apul. orthogr.* 9. et *alib.* sæpe; qua de re increpatur a *Tortellio de orth. f.* 112. vers., ut adnotat cl. *Mai* ad *l.* Videtur tamen tolerari posse, quod ita scribitur in *Inscr.* ap. *Murat.* 1886. 1. et in *Nov. Valentin.* (III) *tit. VI.* 3., sub alia tamen forma, *Hisiodorus*. ¶ 1. In titulis cogn. et nom. serv. *Corp.* 5. 1282., 13. 4. etc. ¶ 2. Apud scriptores ita nuncupati, ex præcipuis — 1.º) **Isidorus**, *Characenus*, geographus, æqualis Augusti, qui omnium provinciarum formas ac civitatum mensuras compertas in commentarios suos retulit. De eo *Plin.* 2. *Hist. nat.* 108. 112. (246). et *alib.* sæpe, quem inter suos fontes recenset in *Ind. l.* 2-6. Cf. *C. Müller, præf. ad geogr. min. I. p.* LXXX-XCV. — 2.º) **Isidorus**, *Cynicus*, qui transeuntem Neronem imp. publice clara voce reprehendit, quod « Nauplii mala bene cantitaret, sua bona male disponeret » (*i. e.* tragœdiam ejus nominis, qua exponebantur mala Nauplii [*V.* **NAUPLIUS**], qui ultus est filii sui necem Græcorum naufragio; bona vero vel imperii vel potius animi vitiis perderet). *Suet. Ner.* 39. — 3.º) **Isidorus**, dux piratarum in Asia, qui primum proximo mari Cretam inter et Cyrenas latrocinabantur, a P. Servilio *Isaurico*, haud facili tamen pugna, profligati. *Flor.* 5. 6. — 4.º) **Isidorus**, presbyter Alexandrinus, a. 318., ab Athanasio ordinatus, qui, eo mortuo, expulsus a Lucio patriarcha Ariano, in solitudinem, multa tamen et hic passus, rediit, ubi diu ante moratus fuerat (*Cassiod.* 7. *Hist. trip.* 39. et 40. et 8. 1). Dein post varias vices, ut Origenis fautorem, eum e solitudine ejecit Theophilus, Alexandriæ episcopus (*Hieronym. c. Joh. Jer.* 37.*sqq.*), qui ætate valde provecta Constantinopoli decessit a. 404. — 5.º) **Isidorus**, episcopus Hispalensis et ecclesiæ catholicæ doctor, ca. a. 555-560. Carthagine Nova, cui ejus pater præfectus fuerat, vel Hispali, in quam urbem confugerant ejus parentes, ut persecutionem vitarent Agilæ, regis Gothorum ariani, ortus ex stirpe Hispano-Romana nobilissima; sed, mature iis orbatus, fratrum majorum Leandri et Fulgentii ac sororis Florentinæ sollicitis curis ad pietatem et litteras institutus est; quamquam progressus, quem celerem fecit puer, Leandro, episcopo Hispalensi, maxime debetur (*Isid. ep. ad Claud. duc.* 12), a quo in omni eruditionis genere fuit mirifice instructus. Idcirco, fratre demortuo, in sedem illam totius Hispaniæ spectatissimam est evectus (ca. a. 600), pallio quoque a Gregorio M. decoratus, quam ita illustravit, ut in illa regione ultimum sui sæculi lumen dici potuerit. — Pauca novimus de pastorali ejus ministerio; sed quæ tradita sunt, eum fuisse ostendunt in sacerdotii populique disciplina instauranda sollertissimum. De monachorum etiam instituto sollicitus plura in Hispania monasteria construxit, collegia ædificavit, ubi studiis sacris ac lectionibus vacans plurimos erudivit discipulos, inter quos Ildephonsus Toletanus et Braulio Cæsaraugustanus, sanctissimi doctissimique antistites, enituerunt; synhodos identidem celebravit, quarum postrema fuit celebris Toletana quarta, ex universæ gentis episcopis collecta, cui ipse præfuit; omnium denique virtutum ac doctrinarum ornamentis refulsit, ut ipsam laudum, quibus ab omnibus cumulatus fuit, prope modum excesserit. Satis est adferre, quæ Braulio, qui Isidorum non solum Gregorio Magno comparat sed et erudiendæ Hispaniæ loco Jacobi apostoli cœlitus datum esse censuit, de eo scripsit in supplemento libri *de vir. ill.* in *prænot.*: « Quem Deus post tot defectus Hispaniæ novissimis temporibus suscitans, credo ad restauranda antiquorum monumenta, ne usquequaque rusticitate veterasceremus, quasi quandam adposuit destinam » (*LXXXI.* 16-17. *M.*); et octava synhodus Toletana a. 638. hæc habet: Nostri sæculi doctor egregius, ecclesiæ catholicæ novissimum decus, præcedentibus ætate postremus, in sæculorum fine doctissimus et cum reverentia nominandus » (*Mansi, ss. Conc. Coll. X.* 1215). — Plura scripsit in omnium doctrinarum genere, ex quibus longe excellit opus inscriptum *Etymologiæ* seu *Origines*, divisum a Braulione in XX. libros, nam omnia, quæ ibi traduntur, etymis initio illustrantur, ita digestos ut sit I. *de grammatica*; II. *de rhetorica* et *dialectica*; III. *de quattuor disciplinis mathematicis*, i. e. arithmetica, geometria, musice et astronomia; IV. *de medicina*; V. *de legibus* et *temporibus*, cum brevi chron. univ. usque ad a. 627.; VI. *de libris* et *officiis ecclesiasticis*; VII. *de Deo, angelis* et *fidelium ordinibus*; VIII. *de ecclesia* et *sectis diversis*: IX. *de linguis, gentibus, regnis, militia, civibus, affinitatibus*; X. *vocum certarum alphabetum*; XI. *de homine* et *portentis*; XII. *de animalibus*; XIII. *de mundo* et *partibus*; XIV. *de terra* et *partibus*; XV. *de ædificiis* et *agris*; XVI. *de lapidibus* et *metallis*; XVII. *de rebus rusticis*; XVIII. *de bello et ludis*; XIX. *de navibus, ædificiis et vestibus*; XX. *de penu* et *instrumentis domesticis* et *rusticis*. — Hic doctrinarum orbis (ἐγκυκλοπαιδεία) vera exstitit medio ævo scientiarum quasi quædam fodina seu thesaurus et glossariorum exemplar ac fons præcipuus. Accedunt etiam libri duo *de differentiis verborum* et *de differentiis rerum*, duo libri *synonymorum*; *de natura rerum*; *de ordine creaturarum*; *historia de regibus Gothorum, Vandalorum* et *Suevorum*; *de viris illustribus*; unde transitur ad opera in sacram Scripturam, uti sunt libri *de ortu et obitu patrum, qui in scriptura laudibus efferuntur*; *allegoriæ quædam scripturæ*; *liber numerorum, qui in sanctis scripturis occurrunt*; *in libros veteris ac novi testamenti prooemia*; *de veteri et novo testamento quæstiones*; *mysticorum expositiones sacramentorum* seu *quæstiones in vetus testamentum* (in *Gen.*, in *Exod.*, in *Levit.*, in *Num.*, in *Deut.*, in *Jos.*, in libr. *Regum*, in *Esdr.*, in libr. *Mach.*); alia sunt scripta apologetica, ut op. *de fide catholica ex veteri et novo testamento contra Judæos ad Florentinam sororem suam*, in varias linguas statim versum; *libr. tres sententiarum*; *de ecclesiasticis officiis* (sc. de origine officiorum et ministrorum); *regula monachorum* et *epistolæ*, non autem *hymni*, qui falso illi tribuuntur (Cf. *Manitius, Gesch. d. chr.-lat. Poesie* Stuttg. 1891. *p.* 414-420). — Lingua, qua usus est Isidorus, et stilus simplicitate ac perspicuitate se commendant; sed in ejus scriptis non solum elegantia desideratur sed vestigia cernuntur latinitatis dilabentis; verum ob Visigothorum locutiones, quibus sunt aspersa, aliquid utilitatis inde percipitur ad linguæ Hispanicæ historiam declarandam. — De eo consulas *Teuffel-Schwabe, Gesch. d. röm. Litt.*[5] 1295.; *Dressel, De Isid. orig. font.* 1874.; *Schwartz, Obs. crit. in Isid. Hisp. Orig.*; *Monum. Germ. hist. Auct. ant. XI.* Berlin 1894. *p.* 241-303.; *Hench, der althochd. Isid.* Strasb. 1893.; *Hertzberg, Gesch. u. chron. Isid. Hisp.* Gött. 1874.; *Bardenhewer, Patr. III. frg.* 1908. *p.* 169.*sqq.* — 6.º) **Isidorus**, cognomento *Pelusiota* (*Facund. defens. tr. cap.* 2. 4), scriptor ecclesiasticus, circ. dimid. sæc. IV. Alexandriæ natus, qui, bonis suis in pauperes distributis, in montem secessit prope Pelusium, unde cognomen accepit, et presbyter ac monasterii abbas, totam vitam impendit studio ac pietati; quo factum est, ut et magnam sibi apud æquales auctoritatem comparaverit et sanctitate præcelluerit, dignus Johannis Chrysostomi discipulus, cujus exsilio vehementer indoluit. Obiit autem decrepita ætate ca. a. 440 (*Evagr. Schol.* 1. 15. et *Niceph. h. eccl.* 14. 28., 30. et 53). — Plura opera composuit, quæ interciderunt; præsertim enituit ut sacrorum librorum interpres, scholæ Antiochenæ sectator, quam sua doctrina et epistolis plurimis (quarum ad duo milia exstant in quinque libros divisa) apprime illustravit, quæstiones varias scrutatus ac sensum Scripturarum præcipue litteralem persecutus, allegorico non prorsus neglecto, nec aliis prætermissis, quæ ad dogmata fidei et ad morum documenta respiciunt, et quidem stilo eleganti, non tamen nimis artificioso, ut in hoc genere litterario ipse expostulabat (*ep.* 5. 133). Quam ob rem valde eum laudat *Photius (ep. II.* 44) ejusque epistolas tanquam exemplar proposuit omnibus imitandum. Addimus duos tractatus, obiter in Isidori epistolis memoratos, *de fato* (λογίδιον περὶ τοῦ μὴ εἶναι εἱμαρμένην) et *contra Græcos*, i. e. ethnicos (λόγος πρὸς Ἕλληνας) probabiliter longiore ad Harpocratem sophistam epistola contineri (*III.* 154). — De eo vd. *Niemeyer, De Isid. Pelus. vita, script. et doctr.* Halle 1825.; *Glück, Isid. Pel. Summa doctr. mor.* Wurtzb. 1848.; *Bober, De arte herm. S. I. Pel.* Cracov. 1878.; *Bonoy, De S. I. Pel. ll. III.* Nimes 1885. — Hinc *Isidorianus*, cogn. vir. in *Inscr.* ap. *Kellerm. Vigil. n.* 263.

ĪSĬGŎNUS, i, m. 2. (Ἰσίγονος: ab *Iside genitus*) ¶ 1. Statuarius quidam, qui cum aliis artificibus adversus Gallos prœlia fecit, ut ait *Plin.* 34. *Hist. nat.* 8. 19. (84). ¶ 2. Nicæensis quidam, cujus opus *de rebus mirabilibus* græce edidit illustravitque *Rhode* in *Act. soc. Lips.* Lips. 1871. *p.* 27.*sqq.* — Eum *Plin.* retulit inter fontes suos in *Ind. l.* 7., 12. et 13. citatque passim. Adde *Gell.* 9. 4. 3.

ĪSINDA, æ, f. 1. et Isinda, ōrum, m. plur. 2. (Ἴσινδα, ων *Steph. Byz.* et Ἴσινδος *Strab.*) oppidum Asiæ Minoris ad austr.-occid. plagam Pisidiæ, hod. *Istanoz*, in *Inscr. Ephem. epigr. V. p.* 6. c. 2. *l.* 7. — *Isindius* hinc leg. quidam ap. *Ovid. Ib.* 619., ubi alii *Isidis*. — Sed pro *Isinda* rectius legitur *Isionda* (Ἰσιονδα *Polyb.*); unde *Isiondenses*, incolæ, ap. *Liv.* 38. 15. — De ejus nummis vd. *Eckhel*, 3. *p.* 12. et *Head*, 708.

ĪSINISCA, æ, f. 1. oppidum Rætiæ ad dexteram Isaræ, hod. *Helfendorf*. Memoratur in *Itin. Ant. p.* 236. Cf. *Momms.* in *Corp.* 3. *p.* 737., coll. *p.* 738. — In *Tab. Peut.* est *Isunisca*.

ĪSĬO v. Ision, ōnis, m. 3. (Ἰσίων: ab Ἶσις, deminutivorum more) cogn. vir., etiam libert. generis, Græcan. *Inscr.* ap. *Wilmanns, n.* 1738. — Abs. in *alia* in *Corp.* 10. 2016. — *Isione*, una ex Danai filiabus, a Jove vitiata. *Rufin. recogn.* 10. 21.

ĪSĬONDA et **ĪSĬONDENSES.** *V.* **ISINDA.**

ĪSĬŌNĒ, es, f. 1. *V.* **ISIO.**

ĪSIS, is, et Idis, f. 3. nom. pers. et geogr. (Ἶσις: in *Etym. M.* 216. 33. et 552. 12. Ἶσις, sed falso. Cf. *Orph. h.* 42., *Call. ep.* 50., *Xen. Eph. erot.* 1. 6.: cf. et Εἶσις, ut in *Inscr.* 3. 4157., 12. 4546. et 4705., Ægypt. *'st* = fort. *'est-t*. Alia nomina ap. Ægypt. [Copt.] Μούθ, Ἀθυρι, Μεθυερ, ut *Plut. loc. cit.* 68) nom. pers. et geogr. — *a)* Forma *Iisis* pro *Isis*, fort. ut gr. Εἶσις, in *Corp.* 9. 4772. — *b)* Declin.: **genet.** *Isis* ap. *Varr.* ad *Charis.* 89. 27., *Corp.* 6. 2234. et *Orell. inscr.* 1603. et 1888. — *Isidis* sæpius. V. *Sievers* in *Act. soc. Lips. II. p.* 80. — **Dat.** *Isi* in *Corp.* 5. 779. et ap. *Orell. inscr.* 1877. — *Isidi*, sæpius. V. *Sievers loc. cit.* — **Acc.** *Isim* ap. *Cic.* 3. *Nat. D.* 19. 47., *Ovid.* 2. *Am.* 2. 25., *Lucan.* 8. 831. et 9. 158 (*Weber* Isin), *Serv.* ad *Virg.* 3. *G.* 152. et *Isid. loc. cit.* — *Isin* ap. *Lucan. loc. cit.* sec. *Weber*, et *Hieronym.* in *Is.* 19. 13. — *Isem* ap. *Grut. inscr.* 312. 5., nisi error est quadratarii (Cf. tamen *Serapem* sub *Serapis*). — **Voc.** *Isi* ap. *Ovid.* 2. *Am.* 13. 7. et 9. *Met.* 772. et *Stat.* 3. *Silv.* 2. 101. — **Abl.** *Isi* ap. *Serv.* ad *Virg.* 10. *Æn.* 166. — *Iside*, sæpius. — *c)* Etymon ap. *Isid.* 8. *Orig.* 11. 84. ita est: « *Isis*, lingua Ægyptiorum, *terra* appellatur, quam Isim volunt esse ». Cf. *Mythogr. II. fab.* 70. — *Philarg.* ad *Virg.* 3. *G.* 153. « *Isis* dicitur quasi sola dea. Hoc enim Ægyptiis placet. — *Lydus de mens.* 4. 32. *Isis* Ægyptiorum lingua idem quod *antiqua* valere dicit, id est *luna*. Sic *Diod.* 1. 11., *Plut. Isid. et Osir.* 52. 64. *D. L. prooem. n.* 7. est Luna v. Proserpina. — *Draxler* in *Rosch. Lex. Myth. II. p.* 362. « *Isis* idem ac *sedes* v. *thronus*, sc. dei Solis, cujus soror *Nebthhat* = domina domus, *Hhathhor*, uxor v. mater Hori = domus Hori etc. ». Alii denique aliter, ita ut vera hujus et universim numinum Ægyptiorum significatio lateat, quæ ad triadem præcipue redigebantur, saltem Abydi (*Abtu*) in Thebaide, nempe ad *Osiridem*, filium Ra, ad *Isidem*, uxorem Osiridis et ad *Horum*, filium Osiridis et Isidis, quibuscum generatim colebantur Sobk v. Sebak, Amon v. A-

mun, Hathor, Khus, Pthah, Imuthes, Anubis etc.; horum vero figuræ pleræque symbolis variorum animalium ornabantur, ut Ra cum capite falconis, Sobk crocodili, Amon arietis, Anubis canis aurei, Isis cum cornibus vaccæ, ex quo probabilior efficitur significatio hujus vocabuli supra adlata, i. e. terra, quæ animalibus alimenta præbet, ut lacte vacca vel frugibus a bobus aratum solum; unde et Demetra v. Ceres est appellata (Augustin. 18. Civ. D. 8). v. Cybele, iisdem, quibus hæc, symbolis distincta, i. e. turri, leonibus etc. (Moreri V. p. 311). Romanis eadem ac Natura seu Terra culta et frugum parens; quin quum apud veteres principes dei essent Cælum et Terra, diversi pro diversa linguæ nominibus nuncupati, ut ab Ægyptiis terra Isis, sic a Romanis Magna Mater et Ops et Ceres etc., immo et omnia, ut est in inscr. Corp. 10. 3800. « TE TIBI VNA QVAE ES OMNIA DEA ISIS ». Cf. Apul. 11. Met. 2. et Varr. 5. L. L. 10. 57. — Ceterum dici merito potest, varia animalia, quibus Ægyptii postea divinum cultum detulerunt, primitus ut symbola deorum honorata fuisse (Cf. Brugsch, Ägyptol. 177.sq. et Nikel, Kulturgesch. 143) ac pedetemptim eo ventum esse, ut etiam similitudines seu imagines animalium deos putaverint, ut ex Sap. 13. 10. colligere est (Cf. Hetzenauer, Theol. Bibl. 1908. p. 404). — Est igitur

I.) Isis, nom. pers. ¶ 1. Proprie, magna dea Ægyptiorum, cujus, ut ex ordine procedamus, primum referemus originem; dein gesta; mortem; nomina, etiam geographica; præsertim vero cultum ejusque sacra; monumenta artis, ad eam spectantia; hujus denique mythi interpretamenta. Itaque — 1.º) De ejus origine, de qua alii alia tradunt; res enim mythica agitur. Plurimi eam Ionem fuisse, Inachi, regis Argivorum, filiam, quæ Inachis proinde dicta est (Ovid. 14. Her. 106), a Jove adamatam et in vaccam mutatam ductamque in Ægyptum, ubi, in pristinum restituta, Isis est appellata (V. 10), ut ap. Mythogr. I. fab. 18. et II. fab. 89. et III. fab. 3. et Hygin. fab. 145. et 149. alioque. et, paullo aliter, ap. Hieronym. in chron. ad a. Abr. 504., coll. a. 524. — Contra sunt qui eam tradunt ex Æthiopia in Ægyptum reginam venisse (Arnob. 1. p. 20) ibique Telegono nupsisse, ex quo Epaphum suscepit (Hieronym. loc. cit.); plerique tamen referunt Osiridi fuisse uxorem (Augustin. loc. cit. et Hieronym. in chron. ad a. 605). — 2.º) De ejus gestis. — Hæc de ea habet Firmic. de err. prof. rel. 2.: « Isis soror est, Osiris frater, Typhon maritus. Is, quum comperisset Isidem uxorem incestis fratris cupiditatibus esse corruptam, occidit Osirim artuatimque laceravit et per omnes Nili fluminis ripas miseri corporis palpitantia membra projecit. Isis, repudiato Typhone, ut et fratrem sepeliret et conjugem, adtribuit sibi Nephthum sororem sociam et Anubim venatorem, cui ideo caninum caput (V. supra) impositum est, qui lacerati corporis partes artificio canis investigantis invenit. Sic inventum Osirim Isis tradidit sepulturæ » (Cf. Mythogr. II. fab. 91. et III. fab. 6). Alii vero dicunt filium ab Iside perditum fuisse, Harpocratem vel Horum, ac virum silentio prætereunt; contra alii utrumque illam amisisse sed maritum tantum fuisse discerptum (Minuc. Oct. 22). — Porro Isidi vela tribuunt, quibus nautæ utuntur. Hygin. fab. 277. « Velificia primum invenit Isis, nam dum quærit Harpocratem filium suum, rate velificavit ». et Cassiod. 5. Var. 17. de velo. « Hoc Isis rati prima suspendit quum per maria Arpochram filium suum audaci femina pietate perquireret ». — Nec solum vela sed et navigium ipsa dicitur invenisse (Apul. 11. Met. 16); item et sistrum, de quo ita scribit Mythogr. II. fab. 90. « Isis est genius Ægypti, qui per sistri motum, quod gerit in dextra, Nili accessus recessusque significat ». — Alia insuper invenit, quibus Ægyptios adjuvit ac beneficiis auxit et ob id post mortem divinos habuit honores. Isid. 8. Orig. 11. 84. « Isis, regina Ægyptiorum - Ægyptios litteras docuit et terras colere instituit, propter quod et terram ejus nomine appellaverunt ». et Capell. 2. p. 39. « Frumentum Isis in Ægypto - eademque lini usum sementemque monstravit ». et Tertull. cor. 7. « Prima Isis repertas spicas capite circumtulit ». Addo Augustin. loc. cit. — Præterea medicæ scientiæ peritissima plurimos pharmacis suis sanitati restituisse perhibetur (Diod. 1. 25., coll. Tibull. 1. 3. 27). — 3.º) De morte. - Temporis spatium, quo vixerit et in Ægypto regnaverit, difficillimum est statuere. Clem. Alex. strom. 1. 21. eam vixisse refert post septem generationes a Mose. et Tertull. nat. 2. 8. cum Josepho Hebræo conjungit, qui singularem hanc tradit quorundam sententiam, Isidem fuisse Pharaonis filiam, ab eo in uxorem traditam Serapidi, hoc est Josepho, proregi Ægypti. Tac. denique 5. Hist. 2. ait ex aliorum opinione eam in Ægypto regnasse, quo tempore Hebræi inde sunt egressi. — Ceterum quid de ætate definiri possit eorum, quæ humani cerebri figmenta sunt, non video; quamquam aliquam exstitisse in Ægypto reginam, hoc v. alio nomine, de cultu civili vel litterario bene merentem, absurdum nemo dixerit. — 4.º) Hinc sequitur titulorum vel nominum varietas, quibus Isis appellata fuit vel in inscriptionibus vel apud auctores, præsertim apud Apul. met. 11. 5., ubi ipsa de se hæc quasi recensere aut jactare fingitur. V. integr. loc. Ex his autem aliqua ordine alphabetico exhibemus, ut ex Corp. 8. 2631. Augusta. Inscr. ap. Wilmanns n. 45. Bubastis (quod nomen alii filiæ Isidis adtribuunt). Juvenal. 6. 529. Campensis (sc. a templo ei dicato in Campo Martio). Inscr. ap. Garrucci, Syll. 1358. Capitolina (ex eo quod in Capitolio coleretur). Avien. orb. 282. consors Anubis. et ibid. cura Anubis. Inscr. ap. Orelli n. 457. dea. Juvenal. 6. 530. domina. et 6. 351. frugifera. Arnob. 1. p. 20. furva (ex Æthiopicis solibus). Inscr. ap. Orelli n. 714. invicta. Ovid. 1. Pont. 1. 51. linigera. Inscr. ap. Orelli n. 1875. mater. Corp. 3. 882. et 4017. myrionyma (h. e. innumeris decorata nominibus). Carm. epigr. B. 547. 2. Nilotis. Lucan. 10. 15. numen vetustum. Apul. 11. Met. 12. numen præsentissimum. Id. ibid. 2. parens frugum. et ibid. 3. parens rerum naturæ. Curios. et Not. Urb. patricia (quod in vico Patricio esset Romæ). Corp. 3. 1558. patrona. Minuc. Oct. 21. Pharia (quia culta in oppido Pharo Ægypti, ubi ejus erat sepulcrum). Corp. 3. 1590. placida. Apul. 11. Met. 22. potens. et ibid. 18. providens. Corp. 2. 3336. puellaris (quod puellarum ei esset cura seu tutela). Inscr. ap. Orelli n. 1879. quieta. et Corp. 9. 1153. regina. Adde Stat. 3. Silv. 2. 102. ubi « regina Phari » et Apul. loc. cit. 2. ubi « regina cæli ». Eph. epigr. VII. p. 356. n. 1194. restitutrix salutis. Inscr. ap. Orell. n. 1280. salutaris. Alia ap. Wilm. n. 1273. sancta. Plin. 2. Hist. nat. 9. 6. (37). sidus. h. e. Isidis seu Veneris. Anth. Lat. n. 88. R. sistrifera. Apul. 11. Met. 25. sospitatrix humani generis. Corp. 1. 769. spicifera, justi inventrix, mater divum, lance vitam et jura pensitans. et 6. 355. triomphalis. Paulin. Nol. 19. 111. vaga. Inscr. ap. Henzen S. O. n. 5832. victrix. — Addimus, quæ geographica sunt, ut — a) Isidis insula juxta oppidum Copton, sacra huic deæ. Cf. Minuc. Oct. 21. — b) Isidis (Veneris) oppidum, inferioris Ægypti, in Heptanomide, ap. Plin. 5. Hist. nat. 11. 5. (60). — c) Isidis portus, in Æthiopia, ap. eund. 6. ibid. 29. 34. (174). Cf. Vivien de St.-Martin, Le Nord de l'Afr. p. 275. et 321-322. — d) Isidis vicus ap. Tertull. idol. 20. — 5.º) De cultu Isidis plurima dicenda essent, quæ tamen paucis absolvimus. — a) Initium hic habuit, ut planum est, in Ægypto, quod testantur ex Latinis Tac. 4. Hist. 84., Ovid. 2. Am. 13. 7. et 9. Met. 772. et, ex Græcis, Her. 2., 42., 59. 156. et 4. 186. et Plut. Is. et Os. 2. et C. I. A. 2. 168. Hinc dicta ex locis, ubi culta erat, Isis Pharia, Nilotica etc., præsertim Memphi in Heptanomide ad Nilum, ubi Amasis magnificum templum in ejus honorem erexerat (Her. 2. 176); Philis, item sede ornatis sumptuosa, Osiridi Isidique dicata, itemque Abydi atque adeo per totam Ægyptum, Isidi magno ubique templorum numero sacratam (V. Brugsch, die Ägyptol. p. 317., 339. et 352. et Rel. u. Myth. d. a. Äg. p. 42-43., 646., 648-649.; Strauss u. Torney, der altäg. Götterglaub. I. p. 119-120). — Ex Ægypto paullatim hujus deæ cultus in complures alias regiones est diffusus; repetitur enim Bybli in Phœnicia (V. Eckhel, 3. p. 359., Ebers, Durch Gosen z. Sin. p. 474. et Duncker, Gesch. d. Ägypt. I. p. 48); Tyri (Ledrain, Not. d. mon. Phœn. d. Mus. d. Louvr. p. 19. n. 33. et Cohen IV. 364. et 409); in Palæstinæ et Syriæ urbibus Cæsarea Philippi, Ascalone, Gaza, Ælia Capitolina, Ptolemaide, Diospoli, Neapoli, Tiberiade, Seleucia, Antiochia (C. I. Gr. 4921. et 4546 = Waddington Syr. 2527., Clermont-Ganneau, Arch. d. miss. scientif. et litt. 3. sér. 9. 1885. p. 164. n. 1.; Stark, Gaza p. 585. et Reichardt, Num. Chron. 1882. p. 122. n. 87.; Eckhel, 3. p. 443. et de Saulcy p. 88. n. 7. et 8. et p. 167. 1. et 170. 1.; Huber, Num. Ztschr. I. p. 401. et Waillant, N. Gr. p. 68); Bostræ in Arabia (Strab. 16. 770., Plin. 6. Hist. nat. 9. 34. [174]., Diod. 3. 44., coll. Ritter, Erdkunde 14. p. 222); Eckhel, 3. p. 225.; Feuardent, Ég. anc. I. 74., 274.; Imhoof, M. Gr. 431. 77.; Cohen, Cat. Gr. 199., 2443.; Sestini, D. N. V. (Liban. I. p. 156. ed. Reiske, Müller, Ant. Antioch. I. p. 18-19. et p. 61); in Asia Minore (Appian. b. Mithr. 27., coll. Brugsch, Gesch. Äg. p. 320-322.; Dumont et Chaplain, les céram. de la Gr. propr. p. 119. n. 3., p. 260. n. 4.; Deecke, Die gr. Inscr. in epich. Schrift 3.; Collitz, Slg. d. gr. Dial.-Inscr. I. p. 24. n. 45. et p. 34. n. 72.; Dittenberg, Syll. I. Gr. n. 393.; C. I. Gr. 2230.; Curt., Rh. Mus. II. p. 95); in Creta (Lumbroso, Rech. s. l'écon. pol. de l'Ég. p. 161., coll. Ovid. 9. Met. 666-797. et Lact. Plac. narr. fabb. 9. 10. p. 855-856. ed. Stav.); in Græcia (Preller, Relaz. dell' Accad. Sass. d. scienz. 1854. p. 196., C. I. Att. 2. 3. 1671.; Sybel, Kat. d. Skulpt. z. Athen. p. 835. n. 4979. etc.); in Thessalia (C. G. C. Br. Mus. Thessaly p. 11. n. 12); in Argolide (Vaillant, N. Gr. p. 41. et Leake, N. H. Eur. Gr. p. 14); in Messenia (Paus. 4. 32. 5) etc.; in Sardinia (Helbig, Ann. d. Ist. 1876. p. 219.sqq. et 235 sqq.; Beulé, Fouilles et Découv. I. p. 215-221. et Schiaparelli, Not. d. scavi di ant. 1887. p. 126); in Etruria (Gori, Inscr. ant. etc. 3. p. 312); in Sicilia et Campania (C. B. Mus. Sic. 51., 62. et 63.; Dorville, Sicula Tab. 4. 5.; Head, Hist. of the coin. of Sgrac. p. 75., Momms., R. G. II. p. 401., C. I. L. 10. 1593); in Germania (Tac. Germ. 9. « Pars Suevorum et Isidi sacrificat », quam secundam vocat Drexler et de qua plura olim scripserunt Gottlob Boehems [de Iside Suev. etc.], Huetius, Gronovius, Schedius, Struvius, de Fontenu, Wachter, Mascovius et recentius Brotier, Triller, Griselini, Mannhardt, Grimm, Freja et K. Meyer.); in Gallia (Jullian, Bull. épigr. de la Gaule VI. 1886. p. 117-127.; C. I. L. 12. 3058. etc.: cf. Parisii, quam vocem inepte quidam compos. dicunt ex παρὰ et Ἶσις, a templo, Isidi ibi dicato: Moreri); in Britannia (C. I. L. 7. 293); in Hispania (C. I. L. 2. 2416. et Hübner, D. ant. Bildw. i. Madrid. p. 343. n. 946); in Africa septentr. (Her. 4. 186., coll. Müller, Num. d. l'anc. Afr. II. p. 70., 85., 87., 88., 92., 93., 118. et 119); præsertim vero in Italia ac Romæ in primis, ubi tamen vices subiit varias; nam primum privatus tantum Isidis cultus fuisse videtur, invito senatu, qui a. 219. a. Chr. illum vetuit (Val. Max. 1. 3. 4); sed iterum irrepsisse colligitur ex nummo M. Plætorii Cestiani, ædilis curulis a. 68 (V. Cavedoni in Bull. d. Ist. arch. a. 1853. p. 140), iterumque prohibitum fuisse constat (Tertull. apol. 6) a. 58., Pisone et Gabinio coss., eversis etiam aris « turpium et otiosarum superstitionum » (Cf. Cic. 3. Nat. D. 19. 47); et quum rursus privati quidam fana Isidi erexissent, senatus ea everti jussit a. 52 (Dio 40. 47). Nihilo minus a. 43. a triumviris instauratus est hic cultus, (Dio 47. 15., coll. Val. Max. 7. 3. 8); sed postea Augustus a. 21. ob seditiones inde ortas illum coercuit rursumque Tiberius Isidis sacra omnino interdixit, sacerdotes cruci affixit et Isidis simulacrum in Tiberim demergi imperavit (Jos. ant. 18. 3. 4). Verum imperatores, qui subsecuti sunt, Nero, Otho, Vespasianus, Titus, Domitianus, Hadrianus, Commodus, Pescennius, Caracalla, Elagabalus cultum et sacra Isidis maxime foverunt usque ad Constantinum M., quo tempore, quamvis Julianus dein Isiaca instaurasset, posthac, saltem publice, cessarunt. — b) De templis, festis sacrisque Isidis sive in Græcia, ubi

maxime dea colebatur, sive Romæ, unde in alias urbes irrepsit, ut fuere Præneste et Ostia, de quarum monumentis scripserunt Fabiani in Ann. a. 1881. p. 83. et Marucchi ibid. p. 255.sq., coll. Vercellone in Diz. Acad. p. 341.sq., et Velitræ, Auximum, Antium etc. — Plura igitur recenset in Græcia templa Paus., ut Megaræ (1. 41. 3), prope Corinthum (2. 4. 6), Phliunte (2. 13. 7), Trœzenis (2. 32. 6) etc., ætate Lagidarum erecta, quum frequentius habuit Græcia cum Ægypto commercium. — Templum vero Isidis ingredi non poterant nisi qui quibusdam ritibus initiationis se subjecissent, qui Ἰσιακοί dicebantur; eos autem Apul. 11. Met. 16. et 17. vocat religiosos « qui venerandis penetralibus fuerant initiati ». V. integr. loc. Adde Firmic. 2., Lact. 1. 21. et Ambros. ep. 58. Porro qui, dummodo a dea vocati seu viri seu mulieres initiabantur, per decem dies a carnibus vinoque se abstinebant et castimoniam servabant (Apul. loc. cit. 30), idque castus Isidis appellabatur (Tertull. jejun. 16). Itaque mulieres, cum in casto Isidis essent, a commercio cum viris cavebant; hinc illæ Propertii lacrimæ (2. 33. 1), atque hi sunt puri dies ap. eund. 4. 5. 34. Cf. Ovid. 1. Am. 8. 75. Parum igitur mysteria Isidis ab Eleusiniis differebant, ut patet ex cærimoniis, quæ ab Apulejo, coll. Plut. Is. et Os., describuntur. — Sacerdotum Isidis, qui et mares erant et feminæ, frequens est mentio in scriptis lapidibus et apud auctores. Sic sacerdos sacrorum Isidis in Corp. 9. 6099., ap. Schol. ad Germanic. p. 88. Br. et Apul. loc. cit. 30.; pastophori, qui simulacrum deæ gestabant (V. hanc voc. in Lexic.) etc. Si quando autem Isidis sacra suscipiebant, capita sibi radebant et supercilia, lacertos lacerabant, ad miserrimum Osiridis casum commemorandum (Firmic. Matern. 2): hæc autem erat sacri Isiaci pars tristis, quam sequebatur, quæsitis ficte suorum corporum reliquiis inventisque, quasi Osiride invento, pars læta (Ambros. ep. 58., Martial. 12. 29. et Minuc. oct. 22). — De sacerdotibus, de sacris ac mysteriis et festis Isiacis, vd. Pierret, Dict. d'arch. eg.; Brugsch Bey, Die Mgst. d. alt. Äg. Rev. Deutsch. 1878.; Boulage, Des mystères d'Isis et C. Dilthey, Festrede etc. 1879. p. 15-18. — Hic placet referre pompam Isiacam (Ovid. 2. Am. 13. 14), quam graphice ita describit idem Apul. loc. cit. 8.sqq. « Ecce pompæ magnæ præcedunt anteludia votivis cujusque studiis exornata pulcherrime. Hic incinctus balteo militem gerebat -; porro alium ocreis, scuto, galea ferroque insignem e ludo putares gladiatorio procedere. Nec ille deerat, qui magistratum facibus purpuraque luderet, nec qui pallio baculoque et baxeis et hircino barbitio philosophum fingeret. - Inter has oblectationes ludicras popularium - jam sospitatricis deæ peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes amicimine, quæ de gremio per viam, qua sacer incedebat comitatus, solum sternebant flosculis -, illæ etiam, quæ ceteris unguentis et geniali balsamo guttatim excusso conspargebant plateas; magnus præterea sexus utriusque numerus lucernis, tædis, cereis et alio genere facticii luminis siderum cælestium stirpem propitiantes; symphoniæ dehinc suaves, fistulæ tibiæque modulis dulcissimis personabant: eas amœnus lectissimæ juventutis veste nivea et cataclista prænitens sequebatur chorus, carmen venustum iterantes. - Tunc influunt turbæ sacris divinis initiatæ, viri feminæque, omnis dignitatis et omnis ætatis, linteæ vestis candore puro luminosi, illæ limpido tegmine crines madidos obvolutæ; hi capillum derasi funditus - æreis et argenteis, immo vero aureis sistris argutum tinnitum constrepentes, et antistites sacrorum proceres illi, qui candido linteamine cinctum pectoralem adusque vestigia strictim injecti potentissimorum deum proferebant insignes exuvias », ex quibus vel aureum cymbium alius, alius altaria, alius palmam et caduceum, judicium alius et aureum vasculum, alius auream vannum vel amphoram; dein Anubis, cujus vestigium sequebatur bos, dein et veneranda summi numinis effigies. - Inter hæc paullatim progressi ripam maris proximamus. Ibi simulacris dispositis, navem faberrime factam summus sacerdos tæda lucida sollemnissimas preces de casto præfatus ore quam purissime purificatam deæ nuncupavit dedicavitque. - Exin gaudio delibuti populares - exosculatis vestigiis deæ, quæ gradibus hærebat argento formata ad suos discedebat lares ». Non est autem mirum, si a quibusdam cultus, huic impuræ deæ exhibitus, contra fas cum illo comparatus fuerit, quem Christiani purissimam Virginem Mariam prosecuntur (Cf. Renan, Les orig. de christianisme 7. p. 581.; Hug. von Lomnitz, Solidarität d. Madonna etc. p. 73-74.; Steitz, s. v. Maria in Herzog-Plitts R-E f. prot. Theol. u. Kirch. 9. p. 318.; Trede, Das Heidentum in d. röm. Kirch. I. p. 17., 100. et alib.; Beauregard, Les divin. Égypt. p. 148., 174., 175., 341. et A. Maury, Les rel. de la Grèc. ant. III. p. 280. — Etiam Romæ Isidi templa, ut vidimus, v. ædes exstructæ fuere, sed ubi fuerint, si Iseum v. Isium excipias, incertum est; fuisse autem arguitur ex quibusdam locutionibus, ut Isis et Serapis, titulus regionis Urbis tertiæ (Cf. Nibby, Roma ant. I. 228); ut fanaticus ab Isis Serapis in Corp. 6. 2234., coll. etiam ibid. 6. 4041. et Bull. Arch. Com. a. 1880. p. 10. Præterea catalogi inter monumenta recensent Isidem Athenodoriam, quo nomine designabatur vicus regionis, desumpto tamen ab ædiculis compitalibus, in quibus erat statua aliqua Isidis, quæ celebre Athenodori opus imitabatur (Borsari, Top. di R. A. 1897. p. 376). — Porro has ædes frequentabant in primis mulieres earumque amatores, non semper honestis de causis (Ovid. 2. Trist. 297., Tibull. 1. 3. 23. et Juvenal. 6. 489. et 9. 22); quin ad statuas ejus conveniebant cinædi (Schol. ad l.) et in hortis templorum adulteria committebantur (Id. ibid.); ceterum, quod mirum haudquaquam esse debet, nihil est infamiæ nota dignum, quod in hisce mysteriis vel cultu Isiaco non admitteretur, quodque ab ipsis monumentis, quibus dea vel quæ ad eam pertinent, repræsentabantur, satis arguitur. — 6.º) Innumera sunt de Iside priscæ artis monumenta vel picta vel sculpta, signis vel gemmis vel nummis expressa, cum symbolis, uti sunt corona, cornua lunæ, stellæ, flores, lotos, spicæ, cista, cymbium, vasculum, tæda, sistrum, canis, anguis, navis, velum etc., ubi sola vel cum aliis numinibus repræsentatur. Hæc autem illustrarunt Winckelmann, Visconti, alii in Ann. et Bull. Arch.; Ebers, Ägypt. in Bild und Wort II. 61.; Clarac, Mus. de Sc. 1087. et 2788. B.; Fröhner, Notic. n. 559.; Welcker, D. akad. Kunstmus. zu Bonn p. 101-102. n. 404.; Benndorf u. R. Schöne, Die antiken Bildw. d. Later. Mus. p. 88. n. 18.; Müller, Mus. Thorwalds. p. 195. n. 71.; Andre, Mus. de Rennes p. 30. n. 8.; Friederichs II. p. 341. n. 1558.sq. 8., in Mus. Borg. 56. n. 516., Doc. ined. p. s. a. st. dei Mus. d'Italia I. p. 399.; Matz u. v. Duhn, Ant. Bildw. in Rom. I. p. 451. n. 1581.; De Witte, Cat. d'une coll. de mon. ant. Paris 1879. p. 84. n. 305. — Adde donaria, de quibus verba faciunt Vercellone loc. cit. et Furlanetto in Lapid. Patav. p. 42. sq. — De nummis vd. Eckhel, Mionnet, Sestini, Feuardent, Head etc. — 7.º) Mythum Isidis eruditi interpretari conati sunt, ex quibus, ipsorum ethnicorum sententiis innixus, Firmic. loc. cit. ita scribit: « Defensores eorum volunt addere physicam rationem, frugum semina Osirim dicentes esse, Isim terram, Typhonem calorem: et quia maturatæ fruges calore ad vitam hominum colliguntur et divisæ a terræ consortio separantur et rursus adpropinquante hieme seminantur: hanc volunt esse mortem Osiridis, cum fruges recondunt, inventionem vero, cum fruges genitali terræ fomento conceptæ annua rursus cœperint procreatione generari ». Cf. Macrob. 1. Sat. 21. 11.sqq. — Ex recentioribus vero sunt qui non physicam sed historicam adferant fabulæ rationem. Nam, ut vidimus, mythus Isidis et Osiridis stricte connectitur cum mytho Tiphonis, quem Plut., auctor creditus tract. περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος, ait vocari Set, deum Syro-Phœnicium; idcirco hinc putandum est oriri Isidis mythum eoque adumbrari primus Syro-Phœnicum in Ægyptum migrationes, eorumque colonias, quæ agrorum artiumque cultu multis Ægyptios commodis cumularunt, ita ut Isis vaccæ aliisque id genus symbolis, una cum Osiride, eos repræsentet, qui prosperitatem Ægypto indeque aliis quoque populis intulere. Porro primas Syro-Phœnicias tribus aliæ sunt subsecutæ ejusdem originis, id, quod mythum refert Osiridis, fratris Set et Isidis et Hori aliquando cum Set et hujus cum Thot confusi, et Osiridis occisi ac dein regis hujus, ab urbe Byblo Phœnicia in arca inclusi, in Ægyptum reditus; unde non obscure harum tribuum immigrantium et remigrantium affinitas ac vices explicantur (Cf. De Cara, Gli Hyksos etc. Roma 1889. p. 347.sqq.). — De Iside consulas generatim Meyer et Drexler, Rosch. Lex. Myth. II. p. 360-548., ubi fuse eruditeque de hoc mytho disseritur; speciatim de nomine deæ Lanzone, Diz. di mitol. egiz. p. 813.; Lefébure, Le myth. osir. p. 129.; Le Page Renouf, The names of Isis and Osir. XII. p. 343-346 (1890).; Civiltà Catt. an. XLI. s. 14. v. 8. 1890. p. 199.sqq. — De festis Loret, Les fêtes d'Osir. etc. p. 43-67.; Böttiger, Kl. Schrift II. p. 210-230. « Die Isis vesper ». — De mysteriis Brugsch Bey, Die Myster. d. alt. Ägypter, Deutsch. Rev. 1878. p. 28-43. et Reichel, De Isidis ap. Rom. cultu p. 59-67.

¶ 2. Improprie — a) Isis est Venus seu sidus ap. Plin. 2. Hist. nat. 8. 6. (37). Cf. Schol. ad Germanic. p. 95. Br. de sidere Cane: « quæ stella in capite ejus Isis dicitur », coll. etiam ibid. p. 169. — b) Item, ut videtur, quod nos Fata Morgana vocamus, species Isidis dicta Jul. Obseq. 56. — c) Item emplastrum viride ap. Scribon. compos. 206. — Hinc Isius, adj., unde, abs., Isia, sacra Isidis. Kal. rust. et Kal. Philoc., coll. Momms. in Corp. 1. p. 405. et 406. — Isium (Iseum, gr. Ἰσεῖον v. Ἴσεον), templum Isidis, in Ægypto, Cæsareæ in Mauretania et Nicomediæ (Plin. 5. Hist. nat. 9. 10. [51]. et Plin. jun. 10. ep. 42. 1), et etiam Romæ, quod a triumviris conditum videtur a. 43. in regione Urbis IX (Curios. et Not. Urb.) circa ea loca, quæ Piazza della Minerva dicitur (Cf. Lanciani in Bull. Arch. Com. a. 1883. p. 33-131), a Diocletiano et Maximiano restauratum (V. Urlichs, Top. p. 192). — Item Isium Metellinum, in monte Cælio, inter duos lucos, contra domum Tetricorum (Trebell. XXX. tyr. 25). — Isidis, oppidum Ægypti in Thebaide, memoratum in Itin. Ant. p. 167. — Item in Heptanomide, quod et Isidis oppidum dicitur (Plin. 5. Hist. nat. 9. 11. [60]., coll. Itin. Ant. p. 156). — Isia, cogn. mul. libert. Corp. 9. 6804. et 10. 2180. — Isiacus — a) Adj. (Ἰσιακός), ad Isidem quocumque modo pertinens. Manil. 1. 918. sistrum. Ovid. 1. Pont. 1. 51. foci. Auson. ep. 25. 22. tumultus. Cic. 1. Divin. 58. 132. conjectores. i. e. sacerdotes Isidis, per contemptum ita dicti. — b) Abs. Isiacus, sacerdos Isidis. Inscr. ap. Marini, Fr. Arv. p. 470.: et Isiaca, mulier, item Isidis sacerdos. Alia ap. Grut. 309. 2. et 3. — Item officina v. fornax, ap. Marini, Iscr. Doliar. n. 341. — Isiaci, Isidis sacerdotes et universim cultores deæ. Ambros. ep. 58. V. supra. — Isiacum, sacrificium seu sacrum Isidis. Carm. ad senat. 25. « Si quis ab Isiaco consul procedat in urbem, Risus oris erit ». — Isias (m), cogn. vir., ap. Grut. 930. 14.; et Isias (adis v. atis), cogn. mul. patronym. Corp. 5. 101.; 9. 4727. et 10. 8194. — Abs. ibid. 9. 4724. — Alia ap. Orelli n. 4798. Isiati filiæ. — Isiada (m), cogn. mul. patronym. Corp. 10. 2682. — Isio (ision), cogn. vir., etiam libert. generis, Græcan. (Ἰσίων), deminutivorum apud Græcos more. Inscr. ap. Wilm. n. 1738. — Abs. Corp. 9. 2015.

II.) Isis, nom. geogr., sc. nomen fluvii Asiæ in Ponto, memorati a Plin. 6. Hist. nat. 4. 4. (12)., coll. Arr. peripl. Ἶσις, hod. fort. Jechil-Ermack.

ĪSĬTȲCHĒ, es, f. 1. (Ἰσιτύχη: ab Ἶσις et τύχη, fortuna), quo nomine culta est Isis. Inscr. in Ann. d. Ist. arch. a. 1855. p. 85. et rectius in Bull. d. Ist. a. 1881. p. 253., coll. Apul. 11. Met. 15. — Statuam Isityches illustravit cl. Visconti in Bull. arch. Com. a. 1885. p. 29. sqq.

ĪSĪUM et Iseum, i, n. 2., et

ĪSĪUS, a, um, adject. V. ISIS.

ISMĀĒL et Ismahel, sæpius indecl. et aliquando etiam decl. -elis (Vulg. 1. Par. 1. 31), m. nom. vir. (Hebr. Ishma''el « exaudiet Deus »: cf. Vulg.

Gen. 16. 11.; *LXX.* Ἰσμαήλ). — Aliquando scribitur *Ismahel* cum aspiratione, ut in voce Hebraica (*Vulg.* 4. *Reg.* 25. 23-25. et *Jer.* 40. 8-16. et 41. 1-18., 1. *Par.* 8. 38. et 9. 44., 2. *Par.* 19. 11. et 23. 1). — *Ismaelus* (*i*) videtur olim in usu fuisse; nam *Smaelus*, extrita priore littera, habet *Auct. libr.* in *Gen.* 531., coll. *Müller, metr. p.* 304. « Quin etiam patria Smaelus pro prece dives ». Ceterum in mss. et edit. libr. Vulg. scribitur *Hismael*, *Ismahel*, *Hismahel* et *Smahel* (V. *Vercellone, Var. Lect. Vulg. Lat.* Rom. 1860. *I. p.* 56). — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Ismael, filius Abraham et Agar Ægyptiæ, quæ et Saræ ancilla simulque ex more illius gentis viri uxor secundaria (*Gen.* 16. 11. et 13. et 1. *Par.* 1. 28). — Agar, Ismaele ab Abraham concepto, cœpit Saræ despectui esse et ob id a domo fugere coacta est; sed jussu angeli rediit, qui matri prædixit eum ferum hominem futurum et « manus ejus contra omnes et manus omnium contra eum » (*Gen.* 16. 9-12). — Hunc autem suum heredem statuerat Abraham; verum Deus « Non erit, inquit, hic heres tuus » promisitque illi ex Sara sterili filium addiditque: « Constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum et semini ejus post eum -; super Ismael quoque exaudivi te: ecce benedicam ei et augebo et multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit et faciam illum in gentem magnam » (*Gen.* 17. 19-20). — Tredecim annorum ætate Ismael est circumcisus (*Gen. ibid.* 25); hinc mos obtinuit apud posteros filii circumcidendi, quum is ad illam ætatem pervenisset (*Jos. ant.* 1. 12). — Porro accidit, ut Sara videret Ismaelem ludentem cum Isaac (*i. e.* huic illudentem), quæ dixit ad Abraham: « Ejice ancillam hanc et filium ejus » (*Gen.* 21. 9-10). Quod dure accepit Abraham; sed a Deo ipso admonitus, Agar pane et aqua instructam dimisit, quæ in deserto Bersabee fuisset ex siti cum filio moritura, nisi angelus copiosum aquæ potum ex puteo eis comparasset (*Gen. ibid.* 9-19). *V.* AGAR. — Quum adulevisset puer, sagittarius peritissimus, habitavit in deserto Pharan, hod. *Badiet-et-Tih*, ad meridiem Palæstinæ, duxitque uxorem Ægyptiam, ex quo genere mixto orti sunt Arabes «Ismaelitæ», habuitque et ipse duodecim filios, totidem futuros tribuum principes ac duces (*Gen.* 25. 12-16. et 1. *Par.* 1. 20-31) et filiam Basemath v. Mabeleth (*Gen.* 28. 9. et 36. 3), quæ nupsit Esau. Vixit autem CXXXVII. annos (*Gen.* 25. 17). — Fuit Ismael, ancillæ filius, typus veteris Testamenti, in servitutem generantis; Isaac contra, filius liberæ, novum adumbravit, libertatem hominibus in Christum credentibus allaturum (*Gal.* 4. 22.*sqq.*, coll. *Augustin.* 16. *Civ. D.* 25.*sqq.*). — Hinc *Ismaelitæ* (*Ismahelitæ*: hebr. *Isma'`elim*), ejus posteri, quo nomine deinde generatim appellati sunt nomades vel etiam mercatores regionis transjordanicæ, speciatim Madianitæ (*Gen.* 37. 25., 27., 28. et 36. et 39. 1); quamquam alicubi stricto sensu accipiuntur (*Ps.* 82. 7). — Habitarunt autem (*Gen.* 25. 18) « ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios », propagati a duodecim filiis, idcirco varia nomina assecuti, ut Nabathæi, Cedareni, Agareni, Ituræi etc., de quibus, si septem excipias, pauca et incerta tradita sunt. Ex his Cedareni ac Nabathæi potissimum eminuerunt, qui de se magnum nomen et insignia monumenta reliquere (*Legendre* in *Dict. Bibl. II. p.* 992). — Ismaelitæ audiunt nunc « Mustariba » (*i. e.* facti Arabes), quorum mentionem faciunt Arabici scriptores, non secus ac in sacris litteris legimus; quin in Corano multa commentitia de iis occurrunt (*Lenormant* et *Babelon, Hist. anc. de l'Or.* Paris 1881-1888. *VI. p.* 353) ex iisque lingua Arabica, libro Muhamedis illustrata et ubique diffusa, originem traxit. — Fuit ea gens indole fera et libertatis cupida ac violenta, tum mercaturæ dedita (*Gen.* 16. 9-12. et alib. *locc. citt.*), semperque, uti historia docet, sibi constitit (Cf. *Clarke, Travels in various countries of Europa, Asia and Africa II. p.* 612-513). *V.* etiam ARABIA et ARABES. — In sing. num. *Jether Ismaelites* ap. *Vulg.* 1. *Par.* 2. 17. et *Ubis Ismahelites* ap. *eund. ibid.* 27. 30. — *Ismaeliticus*, adj., reperitur tantum in *Not. Tir.* *p.* 193. ¶ 2. Ismael, filius Nathaniæ e regia stirpe, scelestissimus, qui regno inhians Godoliam, Judææ præsidem, cum aliis convivii tempore occidit; sed a Johanan cum suis sicariis fugere coactus est in Ægyptum ad necem vitandam. *Vulg.* 4. *Reg.* 25. 23-25. et *Jer.* 40. 8-16. et 41. 1-18. ¶ 3. Ismael, pater Zabadiæ, princeps in tribu regia. *Vulg.* 2. *Par.* 19. 11. ¶ 4. Ismael, filius Raphi, pontifex Judæorum, a Valerio Grato procuratore nominatus in locum Annæ a. 24. p. Chr., cui haud multo post successit Eleazar. *Rufin. h. eccl.* 1. 12. ¶ 5. Alios vide sis ap. *Vulg.* 1. *Par.* 8. 38. et 2. *Par.* 23. 1. et 1. *Esd.* 10. 22.

ISMĀĒLĪTÆ et Ismahelitæ, ārum, m. plur. 1., et

ISMĀĒLUS, i, m. 2. *V.* voc. præc.

ISMĀRUM, i, et Ismara, ōrum, et deriv. *V.* voc. seq.

ISMĀRUS, i, m. 2. (Ἴσμαρος) nom. geogr. et pers. — Scribitur *Izmarus* in *Corp.* 5. 3802. — Decl. *Ismaros*, in recto, Gr. pos., ap. *Capell.* 9. *p.* 307. — *Ismaron*, ap. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 11. 18. (42). — Aliæ formæ sunt *Ismarum* et *Ismara, orum*, n. pl. 2. ap. *Lucret.* 5. 3., *Virg.* 2. *G.* 27., *Propert.* 3. 12. 25., *Stat.* 1. *Silv.* 2. 224. et 4. *Theb.* 385. — Est itaque

I.) Ismarus et Ismara, nom. geogr. ¶ 1. Est mons in ora australi Thraciæ, apud Hiberum fl., ad occid., et Maroneam urbem, cujus incolæ *Cicones* vocantur *Hom. Od.* 9. 40. et 198., ubi et palus et Ismara vel Ismarum oppidum quondam fuit, partim asper, partim vinetis et olivetis cultus, a poetis valde celebratus, maxime ab Orpheo, qui illum incoluit; hinc *Virg.* 6. *Ecl.* 30. « Nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea »; et a Baccho adamatus ob vinum generosum, ap. *eund.* 2. *G.* 37. *V.* infra. Cf. *Stat.* 7. *Theb.* 685. ¶ 2. Item oppidum, ab Ismaro monte, ad quem situm erat, appellatum. *Prob.* ad *Virg.* 2. *G.* 37. — *Ismaron* n. ap. *Plin. loc. cit.* et *Dict.* 5. 15. — *Ismara*, n. pl. ap. *Virg. georg. l. c.* « juvat Ismara Baccho conserere ». Adde *eund.* 10. *Æn.* 351., coll. *Serv.* ad *l.*

II.) Ismarus, nom. pers., quo appellatur vir quidam Lydus *Virg.* 10. *Æn.* 139. « Te quoque magnanimæ viderunt, Ismare, gentes - Mæonia generose domo etc. ». — Generatim cogn. vir., etiam libert. generis. *Corp.* 5. 829. et 3802. — Hinc *Ismaricus*, adj., ad Thraciæ montem pertinens. *Prisc. per.* 116. Boreas. *Avien. orb.* 33. Aquilo. *Censorin. fragm.* 10. nympha. — *Ismarius*, adj. Ismaricus. *Virg.* 5. *Æn.* 620. Doryclus. *Ovid.* 8. *Her.* 154. Itys. *et* 3. *Am.* 9. 21. Orpheus. *et* 2. *ibid.* 257. tyrannus. *Auson. Mos.* 159. collis. *Propert.* 2. 10. 6. vallis. *et* 2. 24. 32. merum. *h. e.* quo Polyphemus periit, Ulixi dederat Maron, Apollinis Ismarii sacerdos. *Ovid.* 2. *Met.* 257. amnes. *Stat.* 5. *Theb.* 432. fratres. *Ovid.* 9. *Met.* 641. Bacchæ. *et* 10. *ibid.* 305. gentes. *et* 3. *Fast.* 410. juga. — Abs. *Ismarius*, qui est ab Ismaro monte sive incola Thraciæ. *Senec. Herc. Œt.* 1794. — *Ismarius Apollo* V. *Propert. loc. cit.* — *Ismarianus*, adj. ad Ismarum montem seu ad Ismarum aliquem pertinens. *Corp.* 10. 8059 (33).

ISMĒNĒ, es, f. 1., et

ISMĒNĬAS, æ, m. 1., et

ISMĒNĬS, idis (idos), f. 3., et

ISMĒNĬUS, a, um, adject. *V.* voc. seq.

ISMĒNUS, i, m. 2. (Ἰσμῆνος et Ἰσμηνός) nom. geogr. et pers. — *Ismenos*, Gr. pos., usurpatur *Senec. Œt.* 42. et alib., *Stat.* 1. *Ach.* 827. et *Ovid.* 2. *Met.* 244. — Acc. *Ismenon* ap. *Stat.* 1. *Theb.* 40. etc.

I.) Ismenus, nom. geogr. ¶ 1. Est fluvius Bœotiæ, quem dicunt ex Oceano et Tethye natum (*Hygin. præf. fab.*), cum oppido et monte cognomine, a Cithærone oriens ac Thebas circa Dircen fontem alluens et apud Pagaseum oppidum in Euripum se demergens, non procul ab Aulide. *Plin.* 4. *Hist. nat.* 7. 12. (12)., *Solin.* 7., *Ovid.* 2. *Met.* 244., *Avien. orb.* 540., *Senec. Agam.* 322. — Alii ferunt eum ita dictum ab Ismeno, Pelagi filio; alii vero ab Ismeno, filio Amphionis et Niobes, quod is, ab Apolline sagitta confossus (*Ovid.* 6. *Met.* 224), se in illum præcipitem dedisset; nam antea *Cadmi pes* dicebatur (*Pseud. Plut. de fluv.* 2). Hinc poetæ eum, quasi virum, uxorem duxisse filiamque habuisse fingunt, quæ ex Fauno *Crenæum* peperisset. *Stat.* 1. *Theb.* 43. et *alib.* sæpe. ¶ 2. Est etiam oppidum Bœotiæ, ap. *Eckhel*, 2. *p.* 199., coll. *Steph. Byz.* sub *v.*; sed a Latinis nulla, quod sciam, fit mentio.

II.) Ismenus, nom. pers., sc. cogn. vir. *Corp.* 5. 4181. — Abs. *ibid.* 4. 2169. — *Ismene* (Ἰσμήνη), nom. mul. — 1.°) Speciatim, filia Œdipodis et Iocastæ (*Apoll.* 3. 5. 8., *Hygin. fab.* 67. et *Tzetz. L.* 437) vel Euryganeiæ (*Pherecyd.* ap. *Schol.* ad *Eurip. Phœn.* 53., coll. 1760. et *Paus.* 9. 5. 5., coll. *Preller, Gr. M. II.* 344.*sqq.*), soror, si primum accipitur, Antigones, Eteoclis et Polynicis (*Hygin. loc. cit.* et *Mythogr. I. fab.* 204. et *II. fab.* 230), uxor Athys (*Stat.* 8. *Theb.* 642), a Tydeo prope fontem occisa, ut tradunt poetæ tragici Græci *Soph.* et *Eurip.*; unde argumentum picturæ depromptum est in vase, ubi ΙΣΜΕΝΑ scribitur, illustrato a *Welcker, A. D. V. T.* 14. *p.* 253.*sqq.*, coll. *Overbeck, Gal. I.* 122., *Baumeister, Denkm. p.* 84. *fig.* 88. *Drexler, Winnefeld, Beschr. d. Vasens.* in *Karlsruhe n.* 186. — In dithyrambo, inscr. *Ion*, feruntur Antigone et Ismene a Laodamante, filio Eteoclis, stupratæ fuisse in templo Heræ (*Arg. Soph. Ant.*, ubi nonnulli pro καταπροιαθῆναι legunt καταπρησθῆναι). — 2.°) Generatim, cogn. mul. *Inscr.* in *Ann. d. Ist. arch.* a. 1857. *p.* 304. — Hinc *Ismenias* (Ἰσμηνίας, in nummis ΙΣΜΕΝ decurt. ap. *Eckhel*, 2. *p.* 196.*sqq.*), vir Thebanus, famosus tibicen (*Plut. Pericl.* 1), qui modis suis ischiadicos, dolorum tormentis vexatos, a cunctis morbi liberavit molestiis, teste *Boeth. mus.* 1. 1. — Fuit ditissimus et gemmarum studiosissimus, quibus multis fulgentibusque utebatur; quin instituit, ut omnes musicæ artis gemmarum ostentatione censerentur. *Plin.* 37. *Hist. nat.* 1. 3. (6)., ubi acc. *Ismenian*. Hinc *Varr.* ap. *Non.* 172. 23. *Merc.* « Ismenias hic Thebagenes fluit scaturrex ». *i. e.* diffluit opibus, quarum ipse videtur quædam scaturigo. Sed celebre est dictum Antisthenis philosophi, qui quum audisset, Ismeniam optimum haberi tibicinem: *at homo nequam est*, inquit; *nam si probus esset, tibicen non esset*. V. *Plut. quæst. conv.* 2. 5.

ISMUC, indecl., oppidum « viginti milia passuum distans a Zama, cujus agrorum regiones incredibili finitæ sunt terminatione ». *Vitr.* 8. 3. 24.

ISMYRNA, æ, et Ismyrne, es, f. 1. nom. serv. itemque cogn. libert. mul., a *smyrna*, quo et urbs et unguentum significantur, ductum, ut videtur, addita litt. prosthet. *i*, ut in *ispiritus*, *ispes*, *ispica*, aliisque hujus modi vocibus latine fit et etiam italice. *Inscr.* in *Bull. Arch. Com.* 4. 1880. *p.* 79. — Hinc *Ismyrina* (*es*), cogn. libert. mul. *Corp.* 5. 3802.

ĪSO, ōnis, m. 3. rex quidam Ægypti, qui annum, antea bimestrem, quadrimestrem fecit, teste *Censorin. d. nat.* 19. 4.

ĪSŎCHRȲSUS, i, m. 2. (ἴσος, *æqualis*, et χρυσός, *aurum*, quasi sit æqualis auro v. æque aureus) cogn. vir. — Scribitur etiam sine aspiratione *Isocrysos* vel, *y* in *i* mutato, *Isochrisos*, in *Inscr.* ap. *Marini, Iscr. Alb. p.* 5. et ap. *Wilm. n.* 793. — Contra *Hysochrysus* in *Corp.* 4. 1655. et 5. 562. etc.

ĪSŎCRĂTĒS, is, m. 3. (Ἰσοκράτης: ab ἴσος, *æqualis*, et κράτος, *potentia*, quasi æque potens) nom. vir. — *a*) Scribitur etiam ut græce Εἰσοκράτης, sic latine *Eisocratium* ap. *Lucil.* ad *Gell.* 18. 8. 2. — *b*) Genet. *Isocrati* ap. *Cic. orat.* 190. et 2. *Att.* 1. — Acc. *Isocraten*, Gr. pos., ap. *eund. Cat.* 23. et *Quintil.* 3. 1. 14. — *c*) Secunda syllaba communis est, *sc.* natura brevis et positione etiam longa, ut ap. *Rufin. p.* 2174. *P.* « Et vitam insignem laudamus Isocratis arte ».

Isocrates fuit rhetor celeberrimus et orator, Atheniensis, natus a. 436. a. Chr., ex communi seu vico (δῆμος) Erchiæ, patre Theodoro, tibiarum fabro (*Philostr. vit. soph.* 1), qui magna liberalitate filium optime instituendum curavit, magnæ spei puerum exinde habitum, ut ex celebri loco dialogi Platonici (*Phædr.* 64. 279), a *Cic. orat.* 13. 41. exscripto, patet, ubi Socrates singularem adulescentis

magnitudinem portendit. — Fuit autem alumnus Prodici et auditor Gorgiæ (*Cic. orat.* 52. 176. et *Quintil.* 3. 1. 13., coll. *Val. Max.* 8. 13. *ext.* 2) et fort., saltem lato sensu, etiam Tisiæ ac Theramenis (*Dion. H. Isocr.* 1), Socratis quoque ac Platonis, qui « quamquam exagitator omnium rhetorum, illum unum mirabatur (*Cic. opt. gen. or.* 6. 17. et *orat.* 13., 41. et 42., coll. *Isocr. Busir.* 5. et 6. et *Plat. Phædr.* 279. E. et 279. B); sed nec philosophia delectabatur, nec dialectica Socratica, quæ hujus rhetoris naturæ minus conveniebat; quin scholis philosophicis tunc florentibus parum favere visus est, quem eloquentia ad se vehementer alliciebat, non tamen forensis, qua abstinuit, sive infirmitate vocis ac mollitia frontis, sive pudore ac timiditate (*Plin.* 6. *ep.* 29. 6., coll. *Cic.* 3. *rp.* 30. et *Brut.* 12. 48); nam difficultatibus ac luctis deterrebatur, ita ut vix semel ac iterum de re judiciaria orationes publicas in tam diuturna vita habuisse dicatur (*Ps. Plut. Isocr.*), eloquentiæ potius civili et epidicticæ deditus. Artem logographi ab initio est professus et eloquentiæ specimina ad pompam et gloriam dedit magis quam ad reorum damnationem aut innocentium tutelam; quamquam in hoc genere ut aliis, ita et sibi ad victitandum adjumento id fuit duodecim annorum spatio; ex his vero scriptis tantum fragmenta ad nos pervenerunt; quæ ad a. 400-397. pertinent. — Scholam aperuisse videtur a. 393 (*Blass p.* 17), ad quam non solum ex urbe Athenis sed ab universa Græcia discipuli confluxerunt, ut tanti rhetoricæ magistri documenta perdiscerent, non tamen gratis, quum mille quisque drachmas ei solvere teneretur (*Ps. Plut. l. c.* et *Demosth. XXXV.* 42); quin refert *Plin.* 7. *Hist. nat.* 30. 31. (110), eum unam modo orationem viginti talentis vendidisse. Sed ex hoc ludo « tanquam ex equo Trojano, meri principes exierunt », inquit *Cic.* 2. *Or.* 22. 94., coll. *Brut.* 8. 32. et *Orat.* 13. 40., ubi domus Isocratis « officina dicendi et officina eloquentiæ » vocatur. Nempe ejus alumni fuere Lycurgus, Demosthenes, Æschines, Hyperides, Ephorus, Theopompus, Naucrates, Philistus, Theodectes, poeta tragicus; tum imperatores, inter quos Timotheus, filius Cononis, celeberrimus militiæ dux ac bellator, qui Isocrati statuam Eleusi erexit; populorum denique moderatores ac reges, a quibus magnificis donis cumulatus fuit (*Antidos.* 40), ita ut, quamvis eos increparet, qui ipsum ditissimum esse pervulgabant, tamen fateretur se comparari posse cum Gorgia, qui divitiis sophistas omnes superavit (*Antidos.* 155-158). — Quidquid autem dicatur de nimia limæ cura et figurarum cacoethe (*Plut. de glor. Ath.* 8), de artificio, magis palæstræ quam pugnæ accommodato (*Quintil.* 10. 1. 79), deque aliis vitiis vel mendis, quibus ejus scripta laborant, maximus exstitit Isocrates sui temporis orator, immo pater eloquentiæ (*Cic.* 2. *Orat.* 3. 10), princeps scholæ oratoriæ conditor (*Arist. rhet.* 3. 17) et prosæ orationis Atticæ absolutum exemplar (*Schwabe, Gehlert, Seitl*). — Obiit a. 338 (*Dion. Isocr. p.* 537) in summa senectute, idest ætate annorum nonaginta novem, quos « in dicendi scribendique labore complevit » inquit *Hieronym. ep.* 52., non ex dolore ob amissam reipublicæ libertatem, uti vult *Dion. Hal.* (« ἅμα τ. ἀγαθοῖς τ. πόλεως συγκαταλῦσαι τ. ἑαυτοῦ βίον »), sed ex morbo (Cf. *Panath.* 268). — Sero uxorem duxerat, ex qua nullum filium suscepit, sed unum adoptavit, quem ipsa ab alio viro demortuo habuerat, nomine Aphareum, dein illustrem poetam tragicum (*Ps. Plut.* 839); a publicis vero muneribus obeundis semper abhorruit, studiis omnino intentus. — Præter quam a scriptoribus supra adlatis, laudatur etiam a *Gell.* 10. 18. 6. et 17. 13. 2., *Censorin. d. nat.* 15. 3., *Senec. tranq. an.* 6. 2., *Vellej.* 1. 16., *Ammian.* 30. 86., *Auson. ep.* 17., *Chalcid. Tim. præf.*, *Serv.* ad *Virg.* 8. *Æn.* 11. et 3. *G.* 5., *Macrob.* 7. *Sat.* 1. 4. et a pluribus grammaticis, quos citat *Keil, gramm. VII. p.* 602. — Ad scripta ejus quod attinet, traditur exarasse LX. orationes, ex quibus tantum XXI. v. XXII. a Dionysio Hal. et Cæcilio genuinæ habebantur; verum ex his quoque a recentioribus nonnullæ spuriæ existimantur vel dubiæ. Scripsit etiam epistolas, quarum decem exstantes communi nunc judicio adulterinæ censentur. Præterea tradidit suæ artis documenta, teste Aristotele; sed apocrypha est illa *Ars rhetorica* (τέχνη ῥητορική), quæ temporibus imperii Rom. ejus nomen præ se ferebat (*Thiele*). Duæ porro sunt orationes, ex quibus Isocratis ingenium dicendique facultas maxime elucent, sc. 1.° *Panegyricus* (Πανηγυρικός), a. 380., uti fertur, expletus, in quem elucubrandum decem ipsos annos insumpsit; et 2.° *Panathenaicus* (Παναθηναϊκός), nonagesimo quarto ætatis anno factus, de quo *Val. Max.* 8. 7. *ext.* 9.: « Opus ardentis spiritus plenum, ex quo apparet, senescentibus membris eruditorum intus animos industriæ beneficio florem juventæ retinere, neque hoc stilo terminos vitæ suæ clausit, namque admirationis ejus fructum quinquennio percepit ». Ad hunc vero nobilissimum finem illud composuit, ut Græcas civitates, Athenas in primis et Lacedæmonem, de principatu inter se miserrime ac frustra contendentes, ad concordiam revocaret et ad cultum impelleret inter barbaros edomitos invehendum, quos Græcorum discordia cum magna ipsorum ignominia ac detrimento roborat atque extollit (*Panath.* 158. et 159. et *Paneg.* 120., 146-149. et 180); domi autem, ut civile regimen sibi constituant, nulla habita ratione formæ, sive sit unius (μοναρχία), sive paucorum (ὀλιγαρχία), sive populare (δημοκρατία); omnes enim regiminis formas sapienter docet optimas fore, si publica cura viris honestate præcipuis fuerit concredita; pessimas contra omnes, si violenti et improbi eam sibi arrogent, proposito Solonis exemplo (*Panath.* 148., coll. *Pan.* 14). — Addimus quasdam alias Isocratis orationes, ut 1.° *Philippus* (Φίλιππος), qua Athenas cum rege Macedoniæ conciliare studet eumque hortatur, ut communi concordiæ prospiciat, quam Græci per eum assecuti de barbaris tandem triumphum agere possint. Ex hoc tamen arguitur, non tam Isocratis civilis prudentia vel acumen, quam simplicitas quædam, ex aliis ejus scriptis jam satis comperta; 2.° *Permutatio bonorum* (περὶ ἀντιδόσεως), ubi singularia de se dicit; 3.° *De pace* (περὶ τ. εἰρήνης), in qua de imperio maritimo suum fert judicium; hanc vero *Cesarotti* noster pulcherrimam putat atque adeo ceteris antiquitatis orationibus præferendam; 4.° *Areopagitica* (Ἀρεοπαγιτικός), ubi de interna Athenarum constitutione disserit; 5.° *Archidamus* (Ἀρχίδαμος), ubi hunc regem seu Spartam monet, ut Thebis victricibus nil timens resistat. Prætermittimus πρὸς Εὐαγόρας, κατὰ σοφιστῶν, περὶ τοῦ ζεύγους, Τραπεζιτικός, πρὸς Δημόνικον, Βούσιρις etc., de quibus consulas, præter *Ps. Plut.* et *Dionys. Hal.*, recentiores *Visconti* in *Iconogr. G. I. p.* 318-325.; *Croiset, H. L. G. IV.* 465.*sqq.*; *Blass, Att. Bereds. II.*; *Emminger, Jahrbb. f. class. Phil.* 1902., coll. *Cattaneo, Stud., comm.* etc. *sopra Isocr.* 1870.; *Kessler, Isokr. u. d. panhell. Id.* 1910.; *Wendland, Beitr. z. Ath. pol.* etc. *Phil. u. Isokr.* etc. 1910.; *Perrot, L'élog. polit. et jud. à Ath. p.* 286-352.; *Hult, Plat. et Isocr.* 1888. *p.* 46-60., edit. gener. *Benseler-Blass* 1878-1907. Teubn. et Lips. 1906 (Cf. *R. C.* 1907. *I. p.* 213.*sqq.* *A. Hauvette*). — Hinc *Isocrateus* v. *Isocratius* (Ἰσοκράτιος et Ἰσοκράτειος), adj. *Cic. orat.* 61. 207. et 71. 235. mos. *et* 1. *Fam.* 9. ratio. — In plur. num., Isocratis imitatores. *Gell.* 18. 8. 1. Qui se Isocratios videri volunt. — *Isocratis*, cogn. mul. Græcan. *Insc.* ap. *Marini, Fr. Arv. p.* 266.

ĪSŎCRĂTEUS v. Isocratius, a, um, adject. *V.* voc. præc.

ISPĂLENSIS. *V.* HISPALENSIS.

ĪSPĀNUS. *V.* HISPANUS.

ISRĀĒL, indecl. et raro Israel, elis, m. (Hebr. *Isrâ'êl*, LXX. Ἰσραήλ, *Jos. ant.* 1. 20. 2. et *Inscr.* 4. 8311. et 9270. Ἰσράηλος) nom. vir. — *a*) Orthogr. Scribitur etiam *Israhel*, aspiratione interjecta, in codd. mss. et edit. libr., ut ap. *Justin.* 36. 2. et 4. — *b*) Declin.: genet. *Israelis* ap. *Tertull. c. Marc.* 4. 43. et 5. 17. et *Hieronym. onom. p.* 151.; - dat. *Israeli* ap. *eund. ibid.* 5. 14.; - acc. *Israelem* ap. *eund. res. carm.* 39., *Vulg. exod.* 14. 25. et *Justin. loc. cit.* 4. — *c*) Prosod. Mediæ syllabæ, naturā longæ, recte quantitatem servavit *Prudent. psych.* 650. « respectans victor hiantem Israel rabiem » etc. Adde *Avit. carm.* 5. 716. Sed licenter pænultimam et ultimam corripuit *Sidon. carm.* 16. 7. « Israel appensi per concava gurgitis iret ». — *d*) Etymon. Vocabulum putant nonnulli compositum ex tribus elementis, sc. *'ish* « vir », *râ'âh* « vidit » et *'Êl* « Deus », ut sit idem ac « vir-videns-Deum » (*Isid.* 7. *Orig.* 7. 6). At hoc veriloquium, etsi non ineptum, non uno tamen vitio laborat; nam aliter scribitur *'ish* « vir » ac *is* in *Israel*; præterea obstat interpretationi, quam hujusce nominis ipse Deus vel angelus exhibuit; dicitur enim (*Gen.* 32. 28): « Nequaquam Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel; quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? » Est igitur a *sârâh* « certavit, luctatus est » et *Êl* « Deus » ut sit « luctatus cum Deo v. contra Deum », ex qua lucta victor exstitit Jacob, qui idcirco etiam « prævalens Deo » significare videtur. Contra *Hieronym. quæst. hebr. in Gen.* 32. 27. ita locum interpretatur: « *Sarith*, ex quo nomen Israel derivatum est, significat *princeps*. Sensus est igitur: Tuum nomen non erit *supplantator*, id est *Jacob*, sed tuum nomen erit: *princeps cum Deo*, id est *Israel*. Nam ut ego sum princeps, sic tu appellaberis princeps, tu, qui potuisti luctari mecum. Si tu potuisti luctari mecum, qui sum Deus (*vel* angelus, *ut communius exponitur*), eo magis id poteris cum hominibus, hoc est cum Esau, quem timere non debes ». Quod tamen si jure quidem merito infert doctissimus hic interpres ex vocabuli significatione ab ipso proposita, idem pariter infertur ex etymo, quod textus sacer sequendum præbet.

Israel, cognomentum Jacob, filii Isaac, a Deo ipso illi inditum (*Gen. loc. cit.*), accipi potest proprie vel stricto sensu, aut improprie seu metonymice vel lato sensu. Usurpatur itaque ¶ 1. Proprie seu stricto sensu de Jacob. Sic *Vulg. Gen.* 37. 3. « Israel diligebat Joseph ». *et* 45. 21. « Fecerunt filii Israel, ut eis mandatum fuerat ». *et* 47. 27. « Habitavit ergo Israel in Ægypto, id est in terra Gessen et possedit eam ». *Justin. loc. cit.*, ubi fere quot sunt verba, tot sunt errores, scribit « Post Damascum Azelus, mox Adores et Abrahames et Israhel reges fuere ». Adde *Exod.* 6. 14. et 32. 13. et *Os.* 12. 12. Sed plerumque *Jacob* dicitur, de cujus historia *V.* JACOB. Porro ex modo quo mutati nominis narratio fit, gravissimis iis verbis expressa: « appellabitur nomen tuum Israel, quia contra Deum fortis fuisti » (*Gen. loc. cit.*), aliunde petenda esse videtur mutationis causa, quæ majoris momenti esse debuit, quam quæ vulgo adfertur. Nempe hæc fortitudo non tam Jacob fuit quam illius, quem Jacob adumbrabat tanquam typus, id est Messiæ, qui cum divina justitia quodammodo luctatus est eamque victor placavit. ¶ 2. Improprie seu metonymice vel lato sensu usurpatur — 1.°) De posteris Israel seu de populo Hebraico, a Deo electo, ut verum unius Dei cultum servaret pararetque Messiæ et Christianæ religionis adventum. Hujus itaque populi — *a*) Nomina sunt: — α) Filii Israel (*Vulg. Gen.* 32. 32., 36. 31., 45. 21., *Exod.* 1. 1., 7., 9. et 13., *Luc.* 1. 16). — β) Domus Israel (*Id. Exod.* 16. 31. et *Matth.* 10. 6). — γ) Cœtus filiorum Israel (*Exod.* 12. 3). — δ) Israel (*Gen.* 34. 7., 49. 7., 16. et 24., *Exod.* 4. 22. etc.). — ε) Speciatim, seniores Israel (*Exod.* 3. 16) v. principes Israel (*Num.* 7. 2) v. tribus Israel (*Exod.* 24. 4. et *Matth.* 19. 28) v. homo Israel (*Jos.* 9. 6) v. Deus Israel (*Exod.* 5. 1) v. populus Israel (*Act.* 4. 10) v. rex Israel (*Joh.* 1. 49) v. spes Israel (*Act.* 28. 20. etc.). — Hinc titulus habitus est et habetur honoris apud Hebræos ita appellari, sive hujus nominis origine sive significatione inspecta (*Pelt, Hist. d. l'anc. Test.* 1897. *I. p.* 162-163), ita ut Hebræi se Israelitas vocari malint. — *b*) Significatio nominis pro variis ætatibus varia; sane — α) Post exodum (*Exod.* 1. 9., 6. 5. etc.) universis Jacobi posteris tributum est (*Jos.* 7. 15., *Ruth* 4. 7., *Jud.* 11. 39. etc.). — β) Post regnum Saul designat in primis tribus septentrionales, respectu habito ad tribum Juda (2. *Reg.* 2. 9.; 10. 17., 18.; 19. 11. etc.), quamquam aliquando de duodecim tribubus adhibetur (2. *Reg.* 1. 24. et 23. 3). — γ) Expleto tribuum schismate, quo in duo regna scissæ sunt

decem ex iis Israel, reliquæ Juda nomen sumserunt (3. Reg. 14. 19. etc.). — δ) Ex ruina Samariæ et Babylonica captivitate factum est, ut hæc appellatio genti universæ iterum sit tributa (Jer. 3. 6., Ezech. 3. 1., 1. Mach. 1. 12. et 21.; 3. 55.; 4. 11. etc.); hinc in nummis Asmonæorum legebatur « siclus Israel ». Cf. tamen 2. Par. 11. 3., 12. 1. etc. et 1. Esdr. 2. 2. etc. — ε) Dein hoc nomine populus, non sacerdotes ac levitæ, significabatur (1. Par. 9. 2., 1. Esdr. 6. 16., coll. Ps. 113. 9. sqq. et 12.sqq. et Ps. 134. 19. etc.). — ζ) Item et in N. T. nomen Israel populo Dei datur (Matth. 2. 6., Luc. 1. 54., Act. 4. 10., Rom. 11. 2) ac designat veracem Dei cultorem. Cf. Joh. 1. 47., Gal. 6. 16., 1. Cor. 10. 18., Rom. 9. 6. — De populi Israelitici historia V. HEBRÆUS. — 2.°) Speciatim sensu geographico. — a) Montes Israel, qui et Ephraim montes, fere in media regione, per tribus Manasse, Ephraim et Beniamin sparsi, quorum præcipua pars, tribum Beniamin a Manasse dividens, terminus erat ad septentrionem regni Juda (Ezech. 6. 3. et 36. 1. et 4). — b) Terra Israel, Palæstina (4. Reg. 6. 23., Ezech. 27. 17. et Matth. 2. 20. etc.), quæ et Israel tantum, ap. Vulg. Is. 19. 24 (= γῆ Ἰσραήλ). — c) Israel, strictiore sensu (2. Reg. 2. 9. V. supra). — Hinc Israelita (Israhelita) et Israelites (æ), gr. Ἰσραηλίτης. — Acc. Israelitem ap. Vulg. Num. 25. 8. — Genet. plur. Israelitum, sync. pro Israelitarum, est Tertull. adv. Jud. 1. — a) Adj., qui ex Israel est sive ex posteris Jacob vel Israel, ap. Vulg. Lev. 24. 10. et Num. loc. cit. — b) Absolute, substantivorum more. — α) Universim. Id. 1. Mach. 5. 45. « Congregavit Judas universos Israelitas ». Adde Tertull. l. cit. — Secundam ac tertiam syllabam licenter corripit Cypr. Gall. Act. 4. 208. « Israelitarum cumulatæ gloria gentis ». — β) Usurpatur ἐμφατικῶς de vero Dei cultore. Id. Rom. 11. 1. « Nam et ego Israelita sum ex semine Abraham ». Adde 2. Cor. 11. 22. — Joh. 1. 47. de Nathanael. « Ecce vere Israelita, in quo dolus non est »; ubi tamen non tam de homine Israelita quam de vero Israelis seu Jacob virtutum, speciatim simplicitatis, imitatore id dictum videtur. — Israeliticus (Israheliticus), adj., ad Israelitas pertinens. Bachiar. repar. laps. 10. populus. Salvian. gub. D. 7. 12. terra. Avit. c. Eutych. 4. 2. credulitas. — Israelitis (Israhelitis), adj., quæ est ex Israel. Vulg. Lev. 24. 10. mulier. — Translate de re. Hieronym. ep. 70. sapientia.

Homonym. De differentia inter Hebræus, Israelita et Judæus V. JUDÆUS.

ISRĀĒLĪTA (Israbelita), æ, 1., et

ISRĀĒLĪTĬCUS, a, um, adject., et

ISRĀĒLĪTIS, idis, f. 3. V. voc. præc.

ISSA, æ, f. 1. (Ἴσσα) nom. geogr. et pers. ¶ 1. Est insula in mari Hadriatico ad oram Dalmatiæ, tribui Sergiæ adscripta, hod. Lissa, a peritissimis nautis habitata, colonia Syracusiorum, regnante Dionysio tyranno, contra incursiones regum Illyricorum defensa a Romanis, a. 232. a. Chr. (quod causa fuit primi belli Illyrici), qui eam libertate, immunitate a tributis civitatisque juribus donarunt. — Laudatur Varr. ap. Plin. 3. Hist. nat. 26. 6. (152)., ubi alii aliter leg., Mel. 2. 114., Cæs. 3. B. C. 9., Auct. B. Alex. 47., Corp. 3. p. 398-2328. — Rav. p. 407. Isia, corrupte. — Hinc Issæi, incolæ. Liv. 31. 45. — Issaicus, adj. Id. 32. 21. — Issenses, incolæ. Id. 42. 26. — De Issæ nummis vd. Eckhel, 2. p. 159. sq., Cavedoni, Spic. Numm. p. 67.sq. et Head, H. N. 317. ¶ 2. Est etiam — a) Generatim, cogn. mul. Corp. 8. 8016. — b) Speciatim nympha. V. ISSE. — c) Item nom. catellæ ap. Martial. 1. 110. An pro ipsa? — Hinc et Issus, cogn. vir. Corp. 4. 226. An pro Ipsus seu Ipse? — Sic et Issula, cogn. mul. demin. Corp. 6. 7348., 8029. etc.

ISSĂCHĂR (Isachar), indecl. m. nom. vir. (Hebr. Issā(s)kār « mercede acquisitus seu datus » [Cf. infra Vulg. Gen. 30. 18. et Isid. 7. Orig. 7. 11]; LXX. et Jos. ant. 1. 19. 8. Ἰσσάχαρ) — De vocabuli scriptione et significatu vd. Fürst, Hebr. u. Chald. Handw. Leipz. 1876. I. p. 561. et Dillmann, Die Genes. Leipz. 1892. p. 344. Jos. ant. loc. cit. nomen its interpretatur: Ἰσσάχαρις μὲν σημαίνει τὸν ἐκ μισθοῦ γενόμενον — Issachar fuit nonus filius Jacob patriarchæ et quintus ex Lia. ¶ 1. Proprie. Gen. loc. cit., coll. 35. 23. et 1. Par. 2. 1.: « Et ait (Lia): Dedit Deus mercedem mihi (hebr. sekari « compensationem meam » i. e. rependit, remuneravit me) - appellavitque nomen ejus Issachar ». — Ejus filii fuerunt Thola, Phua, Job et Semron (Gen. 46. 13. et 1. Par. 7. 1), ab eoque nomen accepit tribus ex duodecim sexta (Ibid. 49. 14). — De eo prædixit Jacob moriens hisce verbis « Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem, quod esset bona: et terram, quod optima, et supposuit humerum suum ad portandum factusque est tributis serviens » (Gen. 49. 14); quibus posterorum seu tribus ex eo orturæ indolem, ad rem rusticam magis quam ad militarem seu bellicam propensæ, satis declarat. ¶ 2. Improprie itaque dicitur de tribu, cujus Issachar pater exstitit. — Eam novimus ex Jos. 19. 17-23. magnam occupasse planitiem Esdrelon inter tribus Manasse ad merid. et occ., Aser ad sept.-occ., Zabulon et Nephthali ad septentr. et Jordanem ad orient., ad quam pertinebant urbes Jezrael, Casaloth, Sunem, Hapharaim, Seon, Anahrath, Rabboth, Cesion, Bethsan, Endor, Engannim, Mageddo etc. Sic rem concludit sacer textus: « Et pervenit terminus ejus usque Thabor et Sehesima et Bethsames: eruntque exitus ejus Jordanis: civitates sedecim et villæ earum. Hæc est possessio filiorum Issachar per cognationes suas ». (Ibid. vv. 22. et 23). Hæc planities ac valles fertilitate ceteris Palæstinæ partibus excellebant, quod in causa fuit, cur hæc tribus, quamvis asini fortis (hebr. ossel) instar robusta ita ut aliquando strenue, in suo tamen territorio, ducibus Debora et Barac, contra Jabin et Sisaram decertaverit; nihilo minus sua prosperitate contenta quietem bello prætulit, commercium præsertim cum Phœniciis frequentavit, tributa solvere maluit quam se suaque defendere et hostes propulsare, quibus commodis alludit etiam Moyses (Deut. 33. 18.sq.). « Populi (Issachar) in tabernaculis suis - inundationem maris (sc. maritimis commeatibus) quasi lac sugent et thesauros absconditos arenarum »; unde Phœnices vitri materiem aliciebant. Præterea ex loco 1. Par. 12. 32. veteres interpretes deducunt Issachar tribum scientia astronomiæ ac physices fuisse præditam; sed, si textus Hebraicus attente spectetur, rectius infertur eam civili prudentia eminuisse. — Symbolice, ut probabilius videtur, cum ceteris hæc tribus memoratur in Apoc. 7. 7.; nam hic tribus Israeliticæ non recensentur ratione habita ætatis filiorum Jacob, nec ex ordine, quem in aliis sacrarum scripturarum locis servat earum recensio. De ea cf. Legendre, D. B. V. II. p. 1005.sqq.

ISSÆI, ōrum, m. plur. 2., et

ISSĀĬCUS, a, um, adject. V. ISSA.

ISSĀTIS, is, f. 3. oppidum Parthiæ in rupe situm, quod videtur tempore Plinii non amplius exstitisse. Plin. 6. Hist. nat. 15. 17. (44).

ISSE (Issa), es, f. 1. (Ἴσσα) nympha Lesbia, filia Macarei, cum qua Apollo concubuisse fertur sub forma pastoris; hinc Macareides dicta Ovid. 6. Met. 124., ubi fabula narratur. De ea Apul. orth. 52. « Isse, filia Macarei - cujus amore pavit armenta patris in Arcadia Apollo. Ovidius ait mandato Jovis id factum, quo tempore Mercurius ex Pierio agro boves illi rapuit ». — Fuisse nomen Achillis, quum inter Lycomedis filias delituit habitu puellari, quidam censent (Cf. Ariston. in Hephæst. nov. hist. 1. p. 183. Westermann = Phot. bibl. 147). Hinc illa futilis Tiberii imp. interrogatio: Quod Achilli nomen inter virgines fuisset, ap. Suet. Tib. 70.

ISSENSES, ium, m. plur. 3. V. ISSA.

ISSI, ōrum, m. plur. 2. populus ex Scytharum genere ad Tanaim habitans. Plin. 6. Hist. nat. 7. 7. (22). Cf. Rav. p. 60.

ISSIĂCUS et

ISSĬCUS, a, um, adject. V. voc. seq.

ISSOS vel

ISSUS, i, m. 2. (Ἴσσος) nom. geogr. et pers. — Isson scribitur ap. Rav. p. 60. et Iosson ap. eund. p. 358., sed corrupte. ¶ 1. Est itaque urbs Asiæ Minoris in Cilicia ad sinum, qui ab ea nomen mutuatur, commercio et rei bellicæ maxime idonea, olim ingens ac celeberrima; ibi enim et Alexander M. Darei, regis Persarum, exercitum cum duce fudit fugavitque a. 333. a. Chr.; Septimius Severus imper. Pescennium Nigrum profligavit a. 194. a. Chr. et Cicero, victoria justa de Amaniensibus relata, imperator appellatus est (Cic. 2. Fam. 10).; nunc vero vix minima. — Memoratur Mel. 1. 70., Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91)., Curt. 3. 7. et 8. et 4. 1. 34., Ammian. 26. 8. 15., Cic. 5. Att. 20. et, ex Græcis, Xen. an. 1. 2. 24., Diod. 14. 21. etc., Strab. 2. 125. et 14. 676., Arrian. 2. 7. 1. etc., Ptol. 1. 12. 11., Plut. Alex. 24. et 32., Dion. per. 118. — Discriminis causa urbs ibidem condita ab Alexandro Alexandria κατὰ Ἰσσὸν est dicta. — Plin. 6. Hist. nat. 34. 39. (214)., Latin. posit., Issum vocat. et 19. ibid. 6. 32. (104). refert cæpas Issi et Sardibus candidissimas provenire. — De ejus nummis vd. Head, 722. — Hinc Issicus, adj., ut Issicus sinus, hod. golfo et porto di Alessandretta vel Iskanderun ad confinia Ciliciæ et Syriæ, cujus ripa septentrionalis mutationes quasdam subiit ex Pyrami alluvionibus. Meminit Mel. 1. 70. et Plin. 5. Hist. nat. 27. 22. (91)., coll. Strab. 1. 17., 2. 125. etc. et Ptol. 5. 8. 1. — Issiacus, adj. ut Issiacum mare ap. Ammian. 22. 15. 2., olim Parthenium dictum, idem quod Issicus sinus. Cf. eund. 26. 8. 15. ¶ 2. Est etiam cogn. vir., abs. usurpatum in Corp. 4. 225., fortasse pro Ipsus (= ipse). Cf. ISSA.

ISSŬLA, æ, f. 1. V. ISSA.

ISTĀCĪDIUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. De Petra, le Tav. di Pomp. p. 57. n. 68. — Istacidia, nom. gent. mul. Corp. 10. 910., 999. etc. V. Schulze, Eigenn. p. 131. et 358.

ISTÆVONES, um, m. plur. 3. populus Germaniæ ad Rhenum. Tac. Germ. 2. Kr. « Manno (filio Tuistonis) tris filios assignant, equorum nominibus (Ing, Isco et Hermino) proximi Oceano Ingævones, medii Herminones, ceteri Istævones vocentur ». — Differt aliquantum Plin. 4. Hist. nat. 14. 28. (100). V. INGÆVONES.

ISTANS, antis, m. 3. cogn. vir., fort. pro stans (Cf. ISMYRNA et voc. seq.). Corp. 7. 1336. 404 (in patella). Cf. Hübner ad l.

ISTĚPHĂNUS. V. STEPHANUS.

ISTER (Hister), tri, m. 3. (Ἴστρος) nom. geogr. et pers. — a) Orthogr. Hister cum aspiratione ap. Cassiod. orth. p. 2313. et Ter. Maur. p. 2388. P., præsertim uti nom. vir. (V. infra sub 2); sed Ister in plurimis optt. lapidibus ap. Grut. sine aspiratione, ut in Græcis: utrumque tamen probabile, quamquam recentiores quidam aspirationem omnino excludunt, ut Georges, Lex. d. lat. Wortf. p. 323. — b) Forma Istrus ap. Tibull. 4. 1. 146.; sed hæc lectio nunc exploditur; pro Istrus enim v. Histrus ibi legend. Hebrus. V. L. Müller. — Histrum, neutr. gen. pro Hister, dictum esse a veteribus testatur Prisc. gramm. V. p. 43. K. Sic etiam Jorn. Get. 22. — Histros, Gr. posit., occurrit ap. Gell. 10. 7. 2. — c) Etymon satis obscurum. Pape-Benseler, quasi sit ab ἵστημι, idem esse putat ac Germ. Staufen, Staufach (Cf. Schol. Il. 18. 501); alii vero, specie saltem probabilius, petunt a v. Aram. seu Phœn. 'Asther (Astarte), i. e. Luna, quam Scythæ uti deam colebant, et in Thraciam migrantes nomen fluvii esse voluerunt, qui, vocabulo parum detorto, Ister dictus est (Cf. Nickes, lib. Esth. I. p. 212). — Ister itaque ¶ 1. Fluvius Germaniæ, idem ac Danubius, hinc binominis dictus Ovid. 1. Pont. 8. 11. « ripæ (urbs) vicina binominis Histri ». Jorn. loc. cit. « Erat a meridie Histrum, qui et Danubius dicitur ». — Ultimus Ister vocatur Petron. carm. in Anth. Lat. p. 469. R. — Istro fallacior, homo dolis ac fallaciis plenus, ut de hæretico Marcione habet Tertull. 1. c. Marc. 1.; est enim fluvius ob aquarum impetum, tortuosos meatus pluraque ostia valde periculosus. — Poetice usurpatur de populis accolis. Claudian. carm. 28. 648. « Colla triumphati proculcat Honorius Istri ». Adde eund. ibid. 10. 277. et alib. pluries. — Memoratur sæpius a poetis, ut Virg. 2. G. 497. et 3. 350., Horat. 4. Od. 14. 46., Ovid. 2. Met. 249. aliisque plurimis locis, Lucan. 2. 52., Stat. 4. Silv.

4. 63. et 1. Theb. 19., Val. Fl. 4. 718., Senec. Ag. 715. et Herc. Œt. 86., 626. et 1369., Sil. It. 1. 326., Martial. 5. 3., 7. 7. et 80. et 84., 8. 2. et 9. 102., Auson. Cæs. 21., Sidon. carm. 5. 108. Adde prosæ scriptores Liv., Sall. ap. Gell., Curt., Plin., Justin., Nep., Mel., Solin., Macrob., Ammian. pluribus locis, Hist. Aug. etc. — Alia V. in DANUBIUS. — Hinc Istri, Istria aliaque deriv., quæ V. suo loc. ¶ 2. Est etiam Ister (Hister) v. Istrus nom. vir., utraque forma scriptum, quod transiit in cogn., libertini quoque generis. Corp. 5. 35. et 48. et 1444. — Abs., historicus Græcus, patria Papho, Callimachi alumnus, carminum et prosæ orationis scriptor, eruditissimus, qui XVI. libros composuit de rebus Atticis aliaque, ut de Atticis locutionibus (Ἀττικαὶ λέξεις), quorum catalogum exhibet C. Müller p. XC. (fragm. hist. gr.) et fragmenta (I. p. 418-427). Memoratur Hygin. poet. astr. 2. 35. et Mythogr. I. fab. 283., ubi Ister dicitur, et fab. 115., ubi Istrus. V. Suid., coll. Susemihl, I. 622.

ISTERCŌRĬUS. V. STERCORIUS.

ISTERCŬLA. V. STERCULA.

ISTERIA. V. ISTRIA.

ISTHMĬA, ōrum, n. plur. 2., et

ISTHMIĂCUS et

ISTHMĬCUS, a, um, adject. V. ISTHMUS.

ISTHMIONICES. V. hanc voc. in Lexico.

ISTHMĬUS, a, um, adject. V. voc. seq.

ISTHMOS et

ISTHMUS, i, m. 2. (Ἴσθμος) nom. geogr. et pers. — Scribitur etiam Istmus, sine aspiratione, sed ut nom. pers. Corp. 4. 2994. — Etymon V. in Lexico; est enim nom. ex communi proprium quorundam locorum, sive de mari inter duas terras sive de terra inter duo maria. ¶ 1. Est itaque nom. geogr. V. ISTHMUS in Lexico. — Hinc Isthmius, adj. — a) Ad Isthmum Corinthi pertinens, qui a veteribus sæpissime et fere κατ᾽ ἐξοχήν memoratur, Peloponnesum reliquæ Græciæ conjungens, in cujus faucibus sita est Corinthus. Stat. 7. Theb. 15. umbo. Id. 1. Ach. 407. claustra. — Isthmia Dione ap. eund. 2. Silv. 7. 2., i. e. Venus, quæ in arce Corinthi templum habebat. — b) Sæpe ad ludos, qui ibi celebrabantur. Horat. 4. Od. 3. 3. labor. Liv. 33. 32. ludi. — Hinc abs. Isthmia, ludi ad Isthmum Corinthi celebrati. V. hanc voc. in Lexico. — Isthmicus, adj. idem ac Isthmius. Val. Max. 4. 8. 5. spectaculum. Mel. 2. 48. ludi. — Isthmiacus, adj. idem ac Isthmicus. Stat. 9. Theb. 401. portus. Claudian. carm. 3. 252. pinus. Id. carm. 8. 464. litus. Rursum Stat. 12. Theb. 131. sepulcrum et 6. ibid. 535. harena. et 2. Silv. 2. 63. favillæ, h. e. Corinthus a Mummio incendio deleta. — Isthmionices. V. hanc voc. in Lexico. ¶ 2. Est etiam cogn. vir. Corp. 5. 848. — Abs. C. 4. 2015.

ISTMUS. V. voc. præc.

ISTOĔ, es, f. 1. (Ἰστοί Eratosth.) oppidum in insula Creta, de quo Schol. ad Germ. p. 115. Br. « Aglaosthenes quidem in Naxicis carminibus Cynosuram dicit Jovis fuisse nutricem, unam ex Idæis nymphis, a qua in Cretæ oppido Istoe, quod Nicostratus constituit etc. ». Alii leg. Histoe cum aspiratione.

ISTŌNĬUM. V. HISTONIUM.

ISTŌNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ap. Kellerm. Vig. II. 4. 10. Cf. Corp. 6. p. 216.

ISTOR, ŏris, m. 3. (Ἵστωρ, sciens, peritus) nom. vir. in Ephem. epigr. I. p. 13. n. 19. V. etiam Gr. Inscr. ap. Garrucci, Sgll. n. 525. — Hinc Istorius, nom. vir. Corp. 14. 281. et 326 (Ostia). V. Schulze, Eigenn. p. 333.

ISTRI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

ISTRĬA (Histria), æ, f. 1. (Ἰστρία) nom. geogr. et pers. — a) Scribitur etiam Histria cum aspiratione, ut Histri et deriv., in mss. codd., in libr. edit. et in lapidibus; quamquam libri quamplurimi itemque Græca vox eam rejiciunt; utraque tamen scriptio proba censetur; non autem Hystria, ut in Inscr. ap. Grut. 433. 4. — Isteria habet Tab. Peuting. — b) Origo vocis, ut Istri, a quibus dicta est, vulgo traditur a fluvio Ister. Hinc Isid. 14. Orig. 4 17. « Istriam Ister amnis vocavit, qui ejus terram influit ». Cf. Mel. 2. 63. Sed Plin. 3. Hist. nat. 18. 22. (127). « Histriam cognominatam a flumine Histro in Hadriam effluente - plerique falso dixere » (V. integr. locum et cf. ISTER). Huic tamen etymo suffragatur etiam Justin. 32. 3., cujus verba sub v. Istri. — Est itaque ¶ 1. Regio ad plagam septentr.-orient. Italiæ inter Venetiam et Liburniam, ut pæninsula ad meridiem, in Hadriaticum mare excurrens forma triangulari (Plin. 3. Hist. nat. 19. 23. [129]) multosque habens sinus. — Olim fuisse videtur Illyrici pars (Mel. 2. 56) extra Italiam; dein, protractis Italiæ finibus, a. 42., ad hanc pertinuit usque ad Formionem amnem (Risano), antequam Arsiam (Arsa) limitem Italiæ constitueret Augustus (Cf. Momms. in Corp. I. L. 5. p. 1), quo regnante una cum Venetia fuit regio X. Italiæ. — Porro in Laterc. Veron. p. 250. S. tamquam provincia diœcesis Italicianæ, cujus caput erat Aquileia (Laterc. Polem. p. 255. S.), a correctoribus fuit administrata, ut constat ex inscriptis lapidibus; at circa medium sæc. IV. a consularibus (Not. Dign. occid. 1. 53. et 11. 67). — De ea fit etiam mentio ap. Tac. 2. Hist. 72., Suet. Domit. 12., Itin. Ant. p. 265., Rav. p. 256., Oros. 1. Hist. 2., Serv. ad Virg. 1. Æn. 245., Cassiod. 12. Var. 22., Jorn. Rom. 151. M. et Get. 9. et Corp. I. L. 1. p. 48., 5. p. 1. et 1015. etc. — Hinc Istri, ex Illyriorum genere, de quibus tamen ita scribit Justin. 32. 3. « Histrorum gentem fama est originem a Colchis ducere, missis ab Æeta rege ad Argonautas raptoremque filiæ persequendos: qui ut a Ponto intraverunt Histrum, alveo Savi fluminis penitus invecti vestigia Argonautarum insequentes naves suas humeris per juga montium usque ad litus Hadriatici maris transtulerunt, cognito quod Argonautæ idem propter magnitudinem navis priores fecissent: quos ut avectos Colchi non repperrerunt, sive metu regis sive tædio longæ navigationis juxta Aquileiam consedere Histrique ex vocabulo amnis, qui a mari concesserant, appellati ». Quod, ut patet, fabulam sapit. — De hujus populi indole et historia hæc subdimus. Gens fuit fera et navigationi intenta, magna tamen ex parte, ut piraticæ dedita, infamis (Liv. 10. 2). Aliquando Istri ob id cum Romanis bellarunt, quorum navibus latrocinati fuerant; sed, M. Minucio Rufo, P. Cornelio coss., perdomiti sunt (Eutr. 3. 7., coll. Liv. epit. 20), bello valde cruento, a. 221. a. Chr. Dein a. 218. ab eis ad arma Romani provocati tantum fuere (Liv. 21. 16); sed a. 181. et acrius a. 177. ita eos C. Claudius Pulcher cons. strenue est adortus, ut, trucidato quoque Æpulone, eorum rege, de Istris triumphaverit (Flor. 2. 10., coll. Liv. epit. 41), de quo bello poema epicum composuit Hostius poeta (V. suo loc.). Postea rebellantes, eos C. Sempronius Tuditanus coercuit (Plin. 3. Hist. nat. 19. 23. [129]). — Memorantur etiam Plaut. men. 235., Mel. 2. 57., Inscr. ap. Orelli n. 3068. et ap. Wilm. n. 1284., coll. Paul. Diac. 1. 6. etc., Polyb. 26. 7. et Strab. 5. 215. et 7. 314. — Ister et Istros (Hister et Histros), nom. pers. V. suo loc. — Istricus (Histricus), adj. — a) Ad Istros v. Istriam pertinens. Liv. 41. 1. et 11. bellum. Plin. 32. Hist. nat. 6. 21. (62). ostrea. — b) Ad Istrum fluvium potius pertinens. Notit. Imp. occ. 32. et 41. classis. — Istrici, abs., item dicti ab Istro flumine, in Mœsia inferiore, ejus accolæ. Mel. 2. 7.; itemque Histriani ap. Justin. 9. 2. et Oros. 3. Hist. 13. ¶ 2. Est etiam dea, nempe ipsa regio divinis honoribus culta fuit habuitque fanum, a C. Vibio Varo inchoatum et a Q. Cæsio Macrino perfectum ac dedicatum (Corp. 5. 309).

ISTRĬŎPŎLIS (Histriopolis), is, f. 3. (Ἰστρόπολις: ab Ἴστρος, Ister, et πόλις, urbs) nom. geogr. — Scribitur etiam Istropolis v. Histropolis, Græcæ vocis instar, Plin. 4. Hist. nat. 12. 24. (78). — Est autem oppidum Mœsiæ Inferioris sive Thraciæ (Plin. loc. cit. et Mel. 2. 22), ad Istri ostium, hod. Karanasib, etiam Istrus (Histros) simpliciter dictum (Cf. Ptol. 3. 10. 8. « Ἴστρος πόλις »), ut Ammian. 22. 8. 43. « Histros quondam potentissima civitas ». et Hieronym. in chron. ad a. 655. « Istrus civitas in Ponto condita ». et Eutr. 6. 10. « Lucullus - Tamos, Histrum - capit ». Adde Jorn. Rom. 221. M., coll. Ber. 2. 33. — Historiam, in Itin. Ant. p. 227., sed, ut videtur, corrupte. — Memoratur Rav. p. 181. et in Tab. Peut. Mel. loc. cit. « Istro proxima est Istriopolis, deinde a Milesiis deducta Callatis ». Hinc ap. Plin. loc. cit. 11. 18. (44) « Istropolis Milesiorum ». — De ejus nummis vd. Eckhel, 2. p. 14.sq., coll. Cavedoni in Spic. Num. p. 33., et Head, H. N. 274.

ISTROS v. Istrus, i, m. cogn. vir. idem quod Ister et Istriopolis. V. has voc. — Istrus, sive Ister, fuit historicus Græcus, patria Paphius. V. ISTER.

ISTRUM. V. ISTER.

ISTURGI, ōrum, m. plur. 2. oppidum Hispaniæ Bæticæ, municipium Triumphale dictum (Corp. 2. p. 297), trib. Galeriæ adscriptum, in Turdulis, hod. Los Villares prope Andujar, ad dexteram Bætis, conventus Cordubensis. Memoratur. Plin. 3. Hist. nat. 1. 3. (10). et in Corp. 2. 2122. et 2125. — Hinc Isturgitani, incolæ. C. 2. 2124.

ISTURGĪTĀNI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. præc.

ISUBRIGANTUM. V. ISURIUM.

ISUGĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Inscr. ed. in Civiltà Catt. ser. IV. t. 4. p. 235.

ISUNĬUS, ii, m. 2. nom. gent. vir. Corp. 5. 6951 (Torino).

ISURA, æ, f. 1. insula Arabiæ, ap. Plin. 6. Hist. nat. 28. 32. (150).

ISURĬUM, ii, n. 2. oppidum Britanniæ interioris (Maxima Cæsariensis, Brigantes) ad Abum (Use), ad septentr.-occ. Eburaci, hod. Aldborough, in Itin. Ant. p. 465. et 468., Isubrigantum dictum ibid. p. 476.

ISUS, i, m. 2. (Ἶσος: cf. ἴσος, æqualis) cogn. vir. Corp. 9. 3113. — Fuit etiam ita nuncupatus unus ex filiis Priami, qui captus in pugna inferias mittitur Patrocli manibus et canibus dilaniandus projicitur. Dict. 3. 14. Cf. Hom. Il. 11. 101.

ISYPĒRĬUS, a, um, adject., ut Isyperium trochischum ex nomine medici inventoris, ap. Cæl. Aurel. 3. Acut. 4.

IT

ĪTĂBŸRĬUM, n. et

ĪTĂBŸRĬUS, ii, m. 2. (Ἰταβύριον v. Ἀταβύριον) nom. montis Thabor in Galilæa apud Græcos. Hieronym. onom. p. 243. P. et ep. 46. et 58. et Heges. 4. 4. Cf. Jos. ant. 5-1. 22. et alib.

ĪTĂCĂLÆ, ārum, m. plur. 1. populus ad juga montis Caucasi. Plin. 6. Hist. nat. 7. 7. (21)., ubi alii aliter leg.

ĪTĂLĒ, es, f. 1. ¶ 1. Est oppidum in Æolide. Plin. 5. Hist. nat. 30. 32. (121)., ubi alii leg. Attalia. ¶ 2. Item oppidum in Theutrania. Id. 5. ibid. 30. 33. (126)., ubi alii aliter leg.

ĪTĂLI, ōrum, m. plur. 2. V. voc. seq.

ĪTĂLĬA, æ, f. 1. (Ἰταλία, Ion. Ἰταλίη v. Εἰταλίη) nom. geogr. et pers. — a) Orthogr. — Hitalia, cum aspiratione, scribitur in Inscr. ap. Brizio, Sepolcr. sull' Esq. IX. 172. — Talia per aphæresim pro Italia vd. apud Wentrup, Beitr. zur Kenntn. d. napolit. Mundart. p. 8. — b) Prosod. Prior brevis est, ut ap. Lucil. 29. 5. « detrusæ' tota vi dejectuque Italia ». Plerumque tamen producitur (V. Pomp. comm. p. 285. K. et Consent. art. p. 389. K.). Ceterum etiam Græcum vocabulum Ἰταλία priorem aliquando longam habet, ut ap. Soph. Ant. 1120., maxime in derivatis (Schenkl, Pape-Benseler, Bailly). — c) Etym. De significatione nominis, quæ cum ejus origine connectitur, multa scripta sunt. Antiquiorum opiniones Serv. ad Virg. 1. Æn. 533. ita exponit, ut nihil inde concludi possit; scribit enim: « Italus rex Siciliæ ad eam partem venit, in qua regnavit Turnus, quam a suo nomine appellavit Italiam. - Alii Italiam a bubus, quibus est Italia fertilis: Græci boves ἰταλούς, nos vitulos dicimus: alii a rege Ligurum Italo: alii ab advena Molossio: alii a Corcyreo: alii a Veneris filio, rege Lucanorum: alii a quodam augure, qui cum Siculis in hæc loca venerit, quamque his regionem inauguraverit: plures a - Minois, regis Cretensium, filia, Italia dicta ». Quid plura? —

Apud recentiores sunt qui ex linguis Semiticis, præsertim ex Phœnicia, vel ex Indo-Europæis vocabulum ducant; sed nunc convenit inter eruditos, illud petendum esse ab Osco vitel, unde Vitalio = Vitelia, i. e. terra vituli, quod Græci levi mutatione, extrita litt. v, ut in Ἐλέα (Οὐλία, Lat. Velia), dixerunt Ἰταλία (Cf. tamen οὐίτουλος et Οὐιτουλία Hellan. ap. Dionys. Hal. 1. 35) ac dein apud nos omnino invaluit. Huc spectat illud Varr. ap. Gell. 11. « Quoniam boves Græca vetere lingua ἰταλοί vocitati sint, quorum in Italia magna copia fuerit ». Cf. et Serv. loc. cit. Dicimus tamen, posita etiam apud Græcos veteres, quod addubitamus, hac voce, non inde sequi ex iis eam esse derivandam, quod si Apollod. Bibl. II. 5. 10. citat ἰταλός = taurus, hoc tamen docet, sed errans, originis esse Tyrrhenæ, non Græcæ. Porro in nummis Oscis, in bello sociali cusis (Friedländer, Oskisch. Münz. p. 75. sqq. et Momms., Unterit. Dial. 266) tauri effigiem cernitur cum inscr. VITELIV. Quod vero animadvertit Niebuhr (Röm. Gesch. I. 15), etiam nomen Italiæ, ut alia aliarum gentium, originem habuisse ab Italis, ad rem non facit, quum eadem sit quæstio de Italia ac de Italis; ceterum probe novimus hoc fieri solitum, ut regiones ab incolis appellentur: sic ex Gallis Gallia, ex Istris Istria etc. Id potius animadvertendum erat, quod notationem confirmat, Italiæ populos antiquiores ab animalibus nomina sumpsisse, uti sunt Hirpini, Piceni etc. — Plura de hujus nominis origine vide sis apud etymologos vel historicos (Curtius, Corssen, Vanicek, Heisterbergk, Grimm, Smith, Nissen, Pais, Cocchia, al.). — Itaque

I.) Italia, nom. geogr. ¶ 1. Est peninsula Europæ australis inter Alpes a septentrione, fretum Siculum a meridie, mare Hadriaticum et Ionium ab oriente et Tyrrhenum ab occidente (Mel. 2. 67., Rutil. Itin. 2. 17.sqq., Prisc. per. 103. et 388.sqq., Avien. orb. 147). Porro — 1.º) Nomina hujus regionis pro locorum diversitate vel situ vel gente vel origine vel extensione varia fuere. Dicta namque fuit Hesperia, Ausonia, Saturnia, Œnotria, Vitalia etc. (Cf. Virg. 1. Æn. 529.sqq. et 533. et 2. G. 173. Horat. 4. Od. 4. 56. etc.). — Adject., vel per appositionem, Italia terra ap. Varr. 1. R. R. 1. vel Italia tellus in Inscr. in Eph. epigr. IV. p. 348. — 2.º) Extensio ab initio minima fuit. Antioch. Syrac. ap. Dion. Hal. 1. 12. vocat primum Italiam extremam partem Bruttiorum (hod. prov. Reggio di Calabria) ad septentr. sinus Scylacini. Sed aliter sentiunt recentiores; Niebuhr enim vult eam australem partem ita appellatam fuisse, quæ a Tiberi ad Garganum pertingit, formas Italus et Siculus simul confundens (Cf. Röm. Gesch. I. p. 49. et Die Siculer in Odyss. in Klein. hist. u. philol. Schrift. II. p. 224); item ferme Fröhner (Cf. Philol. XII. a. 1857) et Balbo (Medit. stor. XIV); at Kiepert putat Græcos Siculos primos fuisse, qui extremitatem hodiernæ Calabriæ Italiam vocarent ac dein hoc nomen ad totam extenderent Calabriam sub forma Osca, de qua diximus (Lehrb. d. alt. Geogr. Berlin 1878. § 327); Heisterbergk defendit ab extrema Calabria dein regionem Italicam se protendisse usque ad flumen Laum; Smith denique (Alt. Geogr. IV. 24) et De Sanctis (Stor. d. Rom. I. 1907. p. 110) eam (ca. sæc. V. a. Chr.) inde universum tractum fuisse complexam inter sinum Tarentinum, usque ad Metapontum et oram occid. sinus Pæstani seu Posidoniani, qui et Œnotriæ respondebat; ceteras partes confines Opicam et Tyrrheniam dictas fuisse (Cf. Strab. 5. 1. et 6. 234). — Concludimus probabilius videri Italiæ nomen antiquitus ortum esse in parte regionis media australi ac dein usque ad Siculum fretum pervenisse illumque tractum comprehendisse, cujus confinia erant Tarentum (S.-Or.), Pæstum (S.-Occ.), sinus Napetinus seu Terinæus (A.-Occ.) et sinus Scylacinus (A.-Or.). Cf. et Dion. H. loc. cit., Thuc. 6. 2., Aristot. pol. 7. 9. et 10., Scymn. 278., Polyb. 1. 5. etc., Ptol. 3. 1. — 3.º) Chorographica, nempe — a) Montes, ex quibus præcipui sunt Alpes et Appenninus. — b) Sinus: Tarentinus, Scylaceus, Cumanus, Napetinus etc. — c) Flumina: Padus, Athesis, Arnus, Tiberis, Liris, Silarus, Aufidus etc. — d) Fontes aquarum calidarum seu thermæ: celeberrimæ sunt Aponus, Aquæ Albulæ, Apollinares, Baiæ etc. — e) Lacus: Verbanus, Benacus, Larius, Sebinus, Sabatinus, Ciminus, Albanus, Avernus, Trasimenus etc. — f) Urbes: Roma, Neapolis, Mediolanium, Augusta Taurinorum, Patavium, Verona, Bononia, Mantua, Brundisium, Pisæ, Mutina etc. — 4.º) Viæ præcipuæ, ab Urbe per varias Italiæ regiones publice stratæ: Appia, viarum regina, Flaminia, Æmilia, Aurelia, Cassia, Clodia, Valeria, Annia, Augusta, Ciminia, Cornelia, Latina, Trajana, Portuensis, Salaria, Campana, Vitellia, Tiburtina, Collatina, Labicana, Ardeatina, Ostiensis. — 5.º) Divisio. — a) Suapte natura regio Appennini jugis dividitur a Liguria ad fretum Siculum — b) Respectu habito ad incolas, quum superiorem partem occupassent Galli, inferiorem vero Græci, prior cis Alpes dicta Gallia Cisalpina, distincta in Transpadanam et Cispadanam; posterior Græcia, addito, discriminis causâ, Magna vel Major. Inter utramque erat Liguria ad mare Inferum, et in medio Etruria, Umbria, Picenum, Latium antiquum et novum, Campania aliæque regiones Vestinorum, Marrucinorum etc.; ad inferiorem denique partem pertinebant cum Magna Græcia, Apulia, Messapia sive Calabria, Lucania, Bruttii aliæque regiones Hirpinorum, Frentanorum etc. — c) Ad politicam vero partitionem quod attinet, a bellis Punicis initio sumpto, Italia a septentrione ad Macram et Rubiconem usque pertingit; sed ab Augusto divisa est in XI. regiones, Urbe excepta (Plin. 3. Hist. nat. 5. 6. [46]); quarum I. utrumque Latium et Campaniam complectebatur (Id. ibid. 9. et alib.); II. Apuliam et Calabriam, Hirpinos et Sallentinos (Id. ibid. 16); III. Lucaniam et Bruttium, a Silaro incipiens (Id. ibid. 10); IV. Frentanos potissimum, Pælignos, Marrucinos et Samnites (Id. ibid. 17); V. Picenos (Id. ibid. 18.sq.); VI. Umbriam (Id. ibid. 19.sqq.); VII. Etruriam (Id. ibid. 8.sqq.); VIII. ab Arimino ad Padum trans Appenninum (Id. ibid. 20.sq., coll. 7. 60); IX. Liguriam (Id. 3. ibid. 7); X. Venetiam et Istriam (Id. ibid. 22. sq. et 23.sqq., coll. 2. 74); XI. reliquam Transpadanam Galliam ab Ollio fl. ad Alpes et inter has et Padum (Id. ibid. 21.sq.): Sicilia et Sardinia fuerunt duæ provinciæ senatoriæ. — d) Hæc tamen divisio non diu perduravit, sed mature obsolevit, pristinis regionum nominibus restitutis, ut constat ex Inscriptionibus (Corp. 5. 2112.; 9. 6084. etc.). — Successores Augusti alias partitiones ac nomina invexerunt, sc. Hadrianus imp., qui Cispadanam ita circumscripsit, ut quattuor haberet juridicos; item Marcus Aurelius aliique usque ad Diocletianum, qui in diœceses divisit imperium et Italiam in XVI. provincias (Laterc. Ver. 4. 207. S. p. 250., coll. Laterc. Polem. Silv. a. 386. p. 254). Constantinus vero imperium in quattuor magnas partes diribuit, quibus quattuor præfecit viros, præfectorum præt. nomine, sublatis prætorianis, Orientis nempe, Illyrici, Galliarum et Italiæ cum Illyrico occ. et Africa, cui dati sunt duo vicarii, unus præf. Italiæ, alter Romæ; idcirco, qui primo subjacebant, de provincia Italia esse dicebantur; qui vero alteri, de provincia tantum, sc. Campania, Apulia, Lucania etc. (Cf. Symm. 7. ep. 121). — Sub imperio orientali, Italia, omissa Africa et adjecta Sicilia, divisa fuit in XVII. provincias, quarum septem ad diœcesim Italiæ pertinebant, decem ad diœcesim Urbis. — 6.º) Populi seu incolæ antiquiores Italiæ quinam fuerint, haud facile est scire; sed probabilior videtur eorum opinio, qui saltem inter priores huc advenisse putant ex Asia et quidem ex Lydia Tyrrhenos seu Tyrrenos (Thiras Gen. 10. 2) de stirpe Japhetica, quos secuti fuissent Osci, Opici, Umbri, Iberi, Sabini, Siculi; ac dein Heneti ad orient. et Taurisci ad occid. (Dion. Hal. 1. 25-30., coll. Guarnacci, Orig. It. III. 209., Trogs, S. I. III. 13. v. I. p. 173. etc.); serius Græci coloniis ejus oras implevere australes et Galli partes septentrionales. — Roma autem, a. 754.º a. Chr. (ær. Dionys.) condita, post quattuor sæcula, quibus varii Italiæ populi pro sua libertate dimicarunt, universam regionem et per hanc majorem orbis partem tunc cogniti sibi subjecit, triplici habita regiminis forma, nempe regia usque ad a. 509. a. Chr., reipublicæ ad a. 31. a. Chr., imperii ad a. 476. p. Chr. V. ROMA. — 7.º) De mentione ac laudibus Italiæ apud scriptores hæc addimus, qui nomen usurpant proprie et etiam translate. — a) Proprie. Plin. 3. Hist. nat. 5. 6. (39). « Italia terra omnium alumna eadem et parens, numine deum electa, quæ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret, imperia ritusque molliret et tot populorum discordes ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia et humanitatem homini daret breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret -; tanta nobilitas locorum - tanta rerum singularium populorumque claritas etc. » V. integr. loc. Solin. 2. « Scriptores præstantissimi reputant (Italiæ) locorum salubritatem, cæli temperiem, ubertatem soli, aprica collium, opaca nemorum, innoxios saltus, vitium olearumque proventus, nobilia pecuaria, tot amnes, lacus tantos, bifera violaria -, tepentes fontibus Bajas, colonias tam frequentes, tam assiduam novarum urbium gratiam, tam clarum decus veterum oppidorum; - ad hæc laterum portuosa oramque patentibus gremiis commercio accommodatas etc. ». Virg. 1. Æn. 533. « Terra antiqua potens armis atque ubere glebæ Œnotrii coluere viri: nunc fama minores Italiam dixisse, ducis de nomine gentem ». et Varr. R. R. 2. « Quid in Italia utensile non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit? - non arboribus consita Italia est, ut tota pomarium videatur? etc. ». Adde Tac. 1. Ann. 79. Horat. 1. Od. 37. 16. et alib. sæpe. Ovid. 15. Met. 294. et 701. et 1. Trist. 4. 20. et 3. 12. 37., Sil. It. 8. 349-621., Propert. 1. 22. 4., Lucan. 1. 25. et 468. et 2. 435., Juvenal. 3. 171., 10. 154., Senec. Herc. Œt. 80., Colum. 3. 8. 5., Nep. Hann. 1. 2. et 10., Quintil. 1. 6. 31. et 1. 12. 15., Gell. 16. 1., Minuc. Oct. 21. Adde alios innumeros locos, præsertim Cæs., Liv., Sall., Claudian., Ennod., Avit., Vellej., Oros., Vitr., Hieronym., Arnob. etc. — b) Translate. Martial. 8. 56. de Virgilio « Protinus Italiam concepit et arma virumque etc. ». i. e. Æneidem aggressus. Auct. ad Herenn. 4. 32. de incolis. « Italia armis non potest vinci, nec Græcia disciplinis ». et Sulp. Sev. chron. 2. 40. « Valens et Ursatius Italiam interfecerunt ». i. e. hæresi infecerunt. — Personata ap. Claudian. de cons. Stil. 2 (22). 262.sqq. « (Italia) lentis Vitibus intorquens hederas et palmite largo Vina fluens ». et Sidon. carm. 3. 321.sqq. « Sed nodata caput; pro crine racemifer exit Plurima per frontem constringens oppida palmes ». — 8.º) Monumenta priscæ artis ad eam spectantia, sunt nummi, in quibus sæpe ejus effigies sistitur capite laureato et aliquando sedens in scutis a victoria coronatur (Garrucci, Syll. n. 284. et 285., coll. Eckhel, 6. p. 495. et 7. p. 56.; Mionnet, Suppl. I. 227.; Mérimé p. 104. n. 18.; Cohen II.[2] 12. 142.; III.[2] 264. 266-268.; Head, H. N. p. 284.; Babelon, Descr. hist. d. monn. de la rep. rom. I. p. 512-513. — De ea consulas cl. Balan, St. d'Italia Modena ed. 2.ª Bonac. 1894-1899.; Nissen, Ital. Landesk. I. Berl. 1883., Momms., R. G. cit.; Fischer, Das Halbinselland Ital. in Kirchhoff, Unser Wissen v. d. Erde III. 2. 2. Wien 1893. p. 285. sqq., tr. it. Torin. 1902.; De Sanctis, St. d. Rom. I. 1907.; Toscanelli, Le origini Italiche Milano 1914. ¶ 2. Est etiam nom., quo generatim — 1.º) Significantur regiones Occidentis. Vulg. Num. 24. 24. « Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios vastabuntque Hebræos et ad extremum etiam ipsi peribunt » (Hebr. est Kitthim, LXX. Χιττιείμ). — 2.º) Item fort. insula Cyprus, cujus incolæ Cittei dicti. Id. Ezech. 27. 6. « Quercus de Basan dolaverunt in remos tuos - et prætoriola de insulis Italiæ » (Cf. Gesen. thes. p. 726). — 3.º) Item Scythia vel populi Scythiæ. Id. Is. 66. 19. Et ponam in eis signum et mittam ex eis - in Italiam etc. » (hebr. est Thûbal). — Hinc

Italus — a) Adj., ad Italiam quavis ratione pertinens. Stat. 5. Silv. 1. 223. Almo. Pers. 1. 129. honor. Virg. 6. Æn. 762. sanguis. Arnob. 4. p. 135. sermo. i. e. Latinus. Sidon. 1. ep. 2. celeritas. Auson. clar. urb. 7. 3. colonia. Virg. 7. Æn. 85. gens. Horat. 2. Sat. 6. 56. tellus. et 1. ibid. 7. 32. acetum. et 2. Od. 7. 4. cælum. et ibid. 13. 18. robur. Ovid. 4. Fast. 251. agri. Virg. 8. Æn. 715. dii. Claudian. carm. 1. 254. montes. Mamertin. genethl. Maxim. 10. matres. i. e. dearum ritu cultæ. Horat. 4. Od. 15. 13. vires. et 1. Ep. 18. 57. arma. Ovid. 7. Her. 10. regna. — b) Abs. v. subst. Italus, rex Siculorum v. Œnotriorum, pater Siceli (Dion. Hal. 1. 28), a quo fertur nomen Italiæ ductum fuisse. Serv. ad Virg. 1. Æn. 1., Paul. Fest. p. 106. M. et Isid. 14. Orig. 4. 18.sqq., coll. Thuc. 2. 2. — Item rex Ligurum, a quo dicitur Italia denominata. Serv. ad Virg. 1. Æn. 533. — Item Telegoni et Penelopes filius, qui Italiam ex suo nomine appellavit, ut ait Hygin. fab. 127. Cf. Dion. Hal. 1. 35. et, ex recentioribus, Preller, Gr. M. Röm. II. 469.; Niebuhr, R. G. I. 16., 60.; Schwegler, Röm. G. I. 400. et Ariod. Fabretti, Corp. etc. 688-689. — Generatim cogn. vir. Corp. 8. 2872. et 9. 249. etc. — Abs. Ibid. 5. 3847. — In plur. num.

Itali, orum, m. 2. universim populi, qui Italiam incolunt. Catull. 1. 5.; vel etiam qui locuntur latine. Serv. ad Virg. 1. Æn. 109. Saxa vocant Itali: -, non qui in Italia nati sunt, sed qui latine locuntur. — Distinguuntur tamen Itali a Latinis in illo Cic. Har. resp. 9. 19. « Itali ipsi ac Latini ». — Hinc etiam — 1.º) Italicus — a) Adj. universim ad Italiam pertinens. Nep. Timol. 2. dux. Plin. 36. Hist. nat. 13. 19. (90). labyrinthus. h. e. qui factus est a Porsenna, Etruriæ rege, sub urbe Clusia. Vitr. 6. 10. 7. mos. Tac. 16. Ann. 13. populus. Vellej. 2. 27. libertas. Augustin. 8. Civ. D. 2. philosophia. i. e. genus philosophiæ, quod invectum est in Italiam a Pythagora et cum Epicuro desiit. Aur. Vict. epit. 14. 1. stirps. h. e. ex urbe Hispaniæ, nomine Italica. et Tac. 1. Hist. 59. legio. h. e. ex Italicis hominibus conscripta, ut I., II. et III. et serius plures: cf. Vulg. Act. 10. 1. Justin. 20. 1. mare. Eutr. 5. 9. bellum. Ulp. dig. 50. 15. 1. jus. h. e. quod capitis tributo seu censione levabat, tributum vero soli relinquebat, jure Latii inferius. Auson. edyll. de litt. 18. monosyllabon. Ammian. 21. 11. 3. incolæ. et 17. 6. 1. tractus. Solin. 27. coloni. Manil. 4. 43. acies. Flor. 1. 5. artes. Jorn. Rom. 200. M. vires. Vellej. 2. 6. civitates. — b) Abs. — α) Qui est ex Italia, universim. Corp. 8. 3026. natione Italicus. — Italici, idem. Inscr. in Ephem. epigr. IV. p. 42. n. 77. Italici et Græci. — Item qui commorantur in Italia, extra Romam tamen vel Latium. Liv. epit. 71. et alib., Vellej. 2. 16. et 21., Flor. 1. 21., Ammian. 15. 5. 24. — β) Cogn. vir. Corp. 5. 877., unde Cajonius Italicus, Silius Italicus etc. — Specia-tim, Italicus, ex Arminii genere, forma decorus et armis in patrium morem exercitus, a Cæsare rex datus Cheruscis petentibus, sed, in superbiam elatus, ab his expulsus est, Langobardorum opibus suos dein persecutus, teste Tac. 11. Ann. 16. et 17. — Italicus, cons. a. 68. p. Chr., fort. Silius Italicus poeta et dein procons. Asiæ. V. SILIUS. — Italica (Italica) — a) Nom. mul. Corp. 8. 1072. — Item cogn. tam ingen. quam libert. C. 10. 4336. et 5454. — Aliæ ap. Symm. 9. ep. 40. et Augustin. ep. 92. et 99. — b) Etiam nom. geogr., nempe — α) Oppidum Hispaniæ Bæticæ, in Turdetanis, ad ripam Bætis, conditum a Scipione Africano a. 207. a. Chr. in area antiquæ urbis Ibericæ et a veteranis culta, conventus Hispalensis, tribui Sergiæ adscriptum, municipium, dein colonia, temporibus imperii florentissima, metallorum fodinis dives, hod. Santiponce, patria Trajani, Hadriani, Theodosii et fort. Silii Italici. — Memoratur Cæs. 2. B. C. 20. et Auct. b. Alex. 58. Cf. Strab. 3. 141., Ptol. 2. 4. 13., App. Iber. 38. et 66. et Corp. 2. p. 145., 698., 838. et 1032. — De nummo ejus vd. Hübner et Momms. in Ephem. epigr. II. 149-171. — β) Item oppidum, idem ac Corfinium, ita dictum tempore belli Marsici. V. CORFINIUM. — γ) Item oppidum in Mœsia. V. NOVA. — 2.º) Italicensis, adj. — a) Ad Italicam pertinens, ut Italicensis vicus in Corp. 2. 1119. et Italicenses coloni, ibid. 1115. — b) Qui ex Italica est. Auct. b. Alex. 25. et Macrob. 1. Sat. 11. 24. — Abs., substantivorum more, Italicenses, incolæ. Corp. 2. 1115. SPLENDIDISSIMUS ORDO ITALICENSIUM. Adde 1116., 1117. etc. — 3.º) Italicianus — a) Adj. ad Italiam pertinens — α) Universim, ut Comes largitionum Italicianarum in Not. Imp. occ. 11. 7. S. — β) Sæpius in re militari, ut Cuneus equitum Italicianorum Secundanorum, i. e. qui militabant in Pannonia secunda. Not. Imp. occ. 32. 27. S. et 5. 86., 7. 144. etc. — 4.º) Italis, adj. patronym. ab Italia, ad Italiam pertinens, Italus, tam de rebus quam de personis. Ovid. 1. Fast. 141. Italides matres. Sil. It. 7. 429. nymphæ. — Abs. Virg. 11. Æn. 657. Italides. i. e. mulieres Italæ. Stat. 1. Silv. 2. 274. de Violentilla. At tu pulcherrima forma Italidum. — 5.º) Italicilla, cogn. mul. demin. Inscr. in Ephem. epigr. II. p. 237. n. 912. — NB. Italius et Italianus, quæ adjectiva alicubi leguntur, sunt explodenda.

II.) Italia, nom. pers. ¶ 1. Speciatim nympha quædam, quæ ab aliis Picus vocatur, teste Serv. ad Virg. 8. Ecl. 68. ¶ 2. Generatim cogn. mul. tam ingen. quam libert. Inscr. ap. Marini, Iscr. Alb. p. 78., Corp. 9. 5844. etc. — Ibid. 5. 1907. Italia Mettia (cognomine nomini præmisso). — Item nom. serv. Inscr. ap. Brizio, Sepolcr. sull' Esq. p. 61. n. 151. et p. 98. n. 269.

Homonym. Itali sunt antiqui Italiæ incolæ; Italici, populi Italiæ, ex notitia historica certiores. Quare prima vox usurpatur ad antiquitatem significandam et indolem (Cic. Har. loc. cit. « Nos Italos ipsos ac Latinos non hoc domestico nativoque sensu sed pietate ac religione superavimus »); altera vero condicionem politicam, bellum, jus etc. respicit (Liv. 24. 47. « [Romani quærebant ex Arpinis, cur] pro alienigenis ac barbaris Italici adversus veteres socios Romanos bellum gererent »).

ITĂLĬCUS, Italus et alia deriv. V. in voc. præc.

ĪTANUM, i, n. 2. promontorium Cretæ, fortasse dictum ab oppido Itano, hod. Erimopoli (Ἴτανος Her. 4. 151. et Ptol. 3. 17. 4), de cujus nummis vd. Head, 469. Memoratur Plin. 4. Hist. nat. 12. 10. (61).

ĪTERDŪCA, æ, f. 1. cognomen Junonis, ap. Capell. 2. p. 37. Cf. DOMIDUCUS.

ĬTHĂCA, æ, f. 1. (Ἰθάκη, Dor. Ἰθάκα, raro Ἴθακος v. Ἰθακός) nom. geogr. — Scribitur aliquando Ithace et etiam Itace, sine aspiratione, præsertim ap. poetas, ut Hor. 1. Ep. 7. 41., Ovid. 14. Met. 169. et 1. Trist. 5. 67., Senec. Tro. 857. — Genet. Ithaces ap. Prisc. per. 521. — Est autem Ithaca ¶ 1. Insula maris Ionii contra Acarnaniam ad septentr.-orient. plagam Cephalleniæ, angusta et montosa, cum oppido cognomine, olim dicta Theace (Θεάκη), unde nomen hod. Thiaki, postea Ithaca, ab Ithaco heroe vocata (Hom. Od. 17. 207), divisa in duas partes valde asperas sinu, hod. golfo di Molo, cum portu satis commodo, patria et regnum Ulixis, ex poemate præsertim Homerico (Odyssea) famosa (Cf. Hom. Il. 2. 632., Od. 4. 608., 17. 207. etc., Scyl. 34. et Scymn. 4. et 46). — Memoratur Virg. 3. Æn. 272. « Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna etc. ». Cic. 1. Orat. 44. 196. « Ut Ithacam illam in asperrimis saxis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati ante poneret ». Senec. loc. cit. « nocens saxis Ithace dolosis ». Plin. 4. Hist. nat. 12. 19. (54). « In Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in litoribus ». Adde Hygin. fab. 123., Macrob. 5. Sat. 3. 18., Auson. per. Od. 1., 4., 10., 18. et 24. — De nummis ejus vd. Eckhel, 2. p. 274. et Head, 469. — De ea consulas Schliemann, Ithaque, le Peloponn. Troja a. 1869. p. 14-68. ¶ 2. Item appellata traditur Ilos, teste Serv. ad Virg. 10. Æn. 173. — Hinc Ithacus, quam voc. V. suo loc. — Ithacensis, adj., ad Ithacam pertinens. Horat. 1. Ep. 6. 63. et Acc. ap. Non. 314. 20. — Abs. Ithacenses, incolæ. Auson. per. Od. 20. — Ithacensius et Ithacesius, adj., idem ac Ithacensis. Auson. grat. act. 4. ductor. i. e. Ulixes. Adde Macrob. 1. Somn. Scip. 12. 13. et Stat. 1. Ach. 558. — Ithacesia sedes ap. Sil. It. 8. 544. Baiæ, dictæ a Baio, Ulixis gubernatore.

ĬTHĂCĒSĬA, æ, f. 1. insula maris Thyrreni, ab Ithacensi Ulixe nuncupata. Solin. 3. — Ithacesiæ, plur. num., insulæ, ap. Plin. 3. Hist. nat. 13. 3. (85). « Contra Vibonem parvæ, quæ vocantur Ithacesiæ, ab Ulixis specula ». Adde Capell. 6. p. 207.

ĬTHĂCUS, a, um, adject. V. voc. seq.

ĬTHĂCUS (Itacus), i, m. 2. nom. vir., a patria Ithaca ductum, quod apud Romanos in cogn. etiam serv. transiit. Corp. 10. 4294. — Ibid. 4. 1421., ubi Itacus scribitur. — Fuit ita nuncupatus Ulixes, insulæ Ithacæ rex, memoratus — a) Proprie. Virg. 2. Æn. 104., Sil. It. 13. 48., Manil. 1. 764., Martial. 11. 104., Juvenal. 10. 257., Ovid. 13. Met. 98., Propert. 1. 15. 9., Stat. 1. Ach. 718., coll. Virg. 3. Æn. 628. — b) Translate. Petron. carm. 37. « Major in externas Ithacus descendat arenas ». — Hinc Ithacus, adj., ad Ithacam ins. vel ad Ithacum Ulixem pertinens. Propert. 3. 12. 29. juvenci. i. e. quos cæsos torrent socii Ulixis. Ovid. 2. Pont. 7. 60. puppes. et 13. Met. 512. matres. — Ithacus mons in ins. Dulichia. Itin. marit. p. 524. « Insulæ Cephalenia, Zacinthos et Dulichia: hic mons est Ithacus, in quo fertur habitasse Ulixes ». — Abs. incola Ithacæ. Stat. 1. Ach. 687.

ĪTHĀMĀR, indecl. m. nom. vir. ('Ithâmâr « terra palmarum »; LXX. Ἰθάμαρ) quartus filius, natu minimus, Aaronis (Exod. 6. 23., Num. 3. 2. et 1. Par. 6. 3. et 24. 1), sacerdos creatus cum patre ac tribus fratribus Nadab, Abiu et Eleazar (Exod. 28. 1). — Fratribus majoribus a Deo morte percussis (Lev. 10) sine posteritate, Ithamar et Eleazar duarum familiarum sacrarum stipites fuere (Num. 3. 3-4. et 1. Par. 24. 2). — Ad familiam Ithamar transiit summum sacerdotium tempore Heli ac perduravit usque ad Salomonem, quo regnante, translatum est per Sadoc in familiam Eleazari, ut Samuel prædixerat, ex eo quod summus pontifex Abiathar ex familia Ithamar Adoniæ factioni studuerat contra Salomonem (1. Reg. 2. 31-35. et 3. Reg. 2. 26-27., coll. 1. Par. 24. 3. et Jos. ant. 8. 1. 3). — Jam a tempore Davidis, Ithamar posteritas decreverat; nam ex XXIV. classibus, in quas rex sacerdotes distribuerat, octo tantum erant ex Ithamar. — Traditur in sepulcro eodem positus fuisse, in quo jacebat frater Eleazar, prope Neapolim (Naplusa); sed hoc nulli certo fundamento innititur (Guérin, Samarie I. p. 462).

ĬTHĬMĬA, æ, f. 1. filia Orthri, canis Geryonis, in ins. Erythia. Mythogr. I. fab. 69. V. HERCULES.

ĬTHŌMĒ, es, f. (Ἰθώμη) vetus urbs Peloponnesi in Messenia, in vertice montis sita, ad dexteram Pamisi, hod. Mavromati, a Lacedæmoniis capta a. 724. a. Chr., arx Messenes, ab Epaminonda conditæ ad ejusdem montis radices, ubi celebre erat templum Jovi dicatum. Plin. 4. Hist. nat. 5. 7. (15)., coll. Her. 9. 35., Thuc. 1. 103., Scyl. 45., Diod. 11. 64., Strab. 8. 358.sq., Ptol. 3. 16. 21., Paus. 3. 26. 6., Plut. per. 24., C. I. Gr. n. 1207.

ĪTĬMĂRI, ōrum, m. plur. 2. gens Hunnica in Scythia. Jorn. Get. 24.

ĬTĬUS, ii, m. 2. nom. pers. et geogr.

I.) Itius, nom. pers. ¶ 1. Generatim nom. gent. vir. Corp. 9. 755. ¶ 2. Speciatim triumvir quidam monetalis, inter a. 537-560 = 217 = 194. sec. Garrucci in Syll. p. 88., sed ante a. 217. collocavit Cavedoni in Ragg. stor. etc. p. 240., coll. p. 239.

II.) Itius, nom. geogr., nempe oppidum Galliæ Belgicæ in Morinis ad fretum Gallicum, cum portu, hod. Boulogne, ex quo commodissimus est in Britanniam trajectus suamque classem solvit Cæsar in eam regionem, a. 54 (55) a. Chr. Cæs. 5. B. G. 2., Flor. 3. 10. et 16., Corp. 13. 1. p. 561., Strab. 4. 199. habet Ἴτιον, sed Ptol. 2. 9. 2. Ἴκιον ἄκρον; quare sunt qui Icium scribunt.

ĪTŌNĒ (Ithone), es, f. 1. (Ἴτων et Ἰτώνη) urbs Bœotiæ prope Cheronæam, cultu Minervæ celebris. Stat. 2. Theb. 721., ubi Aonia dicitur, ut distinguatur ab Itono in Thessalia. Cf. Paus. 8. 9. 13. et Polyæn. 7. 43. — Hinc Itonæi (Ἰτωναῖς), incolæ. Stat. 7. ibid. 330.

ĪTŌNĬA, æ, f. 1. (Ἰτωνία) cogn. Minervæ, primum in Thessalia ortum (Schol. ad Apoll. Rh. 1. 721). Cf. Catull. 64. 228. et Stat. 2. Theb. 721. V. ITONUS. — De ejus nummis cons. Cat. of Greek Coins [in the Brit. Mus.] Central Greece p. 47. n. 12. pl. VII. 10., coll. Head, H. N. p. 291. et 292.

ITŌNIS, idis, f. 3., et

ITŌNUS (Itonos), i, m. 2. urbs Thessaliæ, celebris ob cultum Minervæ, in Bœotia quoque propagatum, ubi templum erat ei dicatum, inter Enipeum et sinum Pagasæum sita, pascuosa, ab *Itono*, filio Deucalionis dicta. *Liv*. 36. 20. et *Catull*. 64. 228., coll. *Hom. Il*. 2. 697., *Apollod*. 2. 7. 7. et *Diod*. 4. 37. — Hinc *Itonis*, cogn. Minervæ, ap. *Paul. Fest*. *p*. 105. *M*. — *Itonos*, nom. filii Deucalionis, de quo *Lucan*. 6. 408. « Primus Thessaliæ rector telluris Itonos ». *Alii leg*. Ionos.

ITUCCI (Ituci), is, n. 3. oppidum Hispaniæ Bæticæ, fort. situm, ubi nunc *Baena* (Cf. *Hübner* ad *Corp*. 2. *p*. 218.*sq*.). *Plin*. 3. *Hist. nat*. 1. 3. (12). — De nummis ejus vd. *Eckhel*, 1. *p*. 24.

ITŪRÆA, æ, f. 1. (Ἰτουραία) nom. geogr. — Scribitur etiam *Ityræa* v. *Ithyræa* in mss. codd. et in titulis; sic et in derivatis. *V*. ITURÆI.

Ituræa, regio montosa trans Jordanem in Arabia Deserta, ad orient. montis seu jugi montium Alsadami *(Djebel-Hauran)* et ad septentr.-orient. plagam Palæstinæ (1. *Par*. 5. 19. et *Luc*. 3. 1), ita dicta ab Ituræis, ejus incolis, posteris *Iethur*, filii Ismaelis (1. *Par*. 1. 31), hod. *Djedur*. Quamquam autem fines Ituræ proprii sunt a septentr. pars agri Damasceni, ab oriente Thraconitis et Auranitis, ab austro Gaulanitis et Batanæa, ab occidente montes; tamen hoc nomine passim minus accurate usi sunt scriptores, ita ut Ituræa modo Thraconitidem contineat, modo pro Gaulanitide ac præsertim Auranitide usurpetur, modo omnes illius regiones montanæ populos complecti videatur (Cf. *Strab*. 16. 753.*sq*.); hinc Ituræi modo cum Syris nominentur *(Plin. loc. cit., Dio C*. 59. 12. et *Strab. l. c.)*, modo cum Arabibus *(Appian. b. c*. 5. 7). — Cum Hebræis sæpe dimicavit; sed a. 100. a. Chr. subacta est ab Aristobulo; dein a Pompejo, a. 64. a. Chr., qui eam dedit Ptolemæo *(Jos. ant*. 14. 3. 2., coll. *Mionnet, Descr. d. méd. V*. 145. *suppl. VIII*. 19. etc. et rectius *Head, H. N. p*. 655); dein ad Lysaniam, ejus filium, transiit *(Jos. b. J*. 1. 13. 1), mox ad Zenodorum *(Id. ibid*. 15. 10. 1) et ad Herodem M. *(Id. ibid*. 1. 20. 4) et, hoc mortuo, ad Philippum tetrarcham, Zenodori filium *(Id. ibid*. 2. 6. 3) una cum Thraconitide *(Hieronym*. ad *Matth*. 16. 13. et *Luc*. 3. 1); postremo non integra ad Agrippam I. et II. et sub Claudio imp. est adnexa provinciæ Syriæ *(Tac*. 12. *Ann*. 23., coll. *Dion. C*. 59. 12). — Hinc *Ituræi* (Ἰτουραῖοι), et etiam *Itouræi* v. *Ityræi* dicti, ejus incolæ, gens rudis, vaga et latrociniis dedita, sagittandi peritissima *(Cic*. 2. *Phil*. 24. 112., *Virg*. 2. *G*. 448., *Lucan*. 7. 230. et 514., coll. *Strab*. 16. 753); quare ex Ituræis plures conscriptæ sunt a Romanis cohortes *(Corp*. 8. 2394., 2395. et 9. 1619., *Inscr*. ap. *Wilm. n*. 1530. et 4574. et *Henzen, S. O. n*. 5428. et *Not. Imp. occ*. 26. 18). — *Ituræi sagittarii* ap. *Vopisc. Aurelian*. 2. et *Auct. b. Afr*. 20. — De iis consulas *Münter, De reb. Itur*. 1824., coll. *Kuhn, Die städtisch*. etc. 1864-1865. *p*. 169-174. et *Schürer, Gesch. d. jüd. Volk*. etc. 1890. *p*. 593-608.

ITŪRÆI. *V*. voc. præc.

ITŪRISSA, æ, f. 1. (Ἰτούλισσα v. Ἰτούρισσα) oppidum Hispaniæ Tarraconensis in Vasconibus ad Pyrenæos montes. Memoratur *Rav. p*. 311., ubi *Iturisa*, et *Itin. Ant. p*. 455. ubi *Turissa*.

ITYLUS, i, m. 2. (Ἴτυλος) filius Zethi Thebani et Aedonis, quem mater nocte per errorem occidit, putans eum esse Amalea, Amphionis filium; invidebat enim uxori Amphionis eo quod ei essent sex filii masculi. Quum vero errorem suum cognovisset, optavit mori, sed deorum commiseratione in carduelem versa, Itylum deflet. *V*. AEDON. — Facile autem cum Ity confunditur, cujus est forma deminutiva; quare *Catull*. 65. 13. « Qualia sub densis ramorum concinit umbris Daulias, absumpti fata gemens Ityli », ubi de Ity loquitur. Contra de Itylo videtur esse illud *Senec. Agam*. 671. « Ramo cantat tristis aedon, Ityn in varios modulata sonos ».

ITYS, yis v. yos, m. 3. (Ἴτυς, *ora clipei)* Genet. *Ityos* ap. *Ovid*. 6. *Met*. 658. et *Mythogr. I. fab*. 204. — Dat. *Ity* ap. *Hygin. fab*. 45. — Acc. *Itym* ap. *Propert*. 7. 10. 10., *Serv*. ad *Virg. ecl*. 6. 78., *culex* 252. — *Ityn* ap. *Ovid*. 2. *Am*. 14. 30. et alib., *Virg*. 9. *Æn*. 574., *Senec. Ag*. 672., *Stat*. 7. *Theb*. 642., *Val. Fl*. 3. 189., *Martial*. 10. 51. 4., *Hygin. fab*. 238. — Abl. *Ity* ap. *Serv*. ad *Virg*. 1. *Æn*. 602. — Est autem ita nuncupatus ¶ 1. Terei et Prognes filius, qui, ut in fabulis, a Progne matre propter stuprum sororis Philomelæ discerptus et patri epulandus appositus *(Ovid. loc. cit.)*, in phasianum mutatus est *(Mythogr. loc. cit.)*; quo facto Progne cum sorore profugit. Interim Tereus, flagitio cognito, eas insequitur; sed deorum miseratione factum est, ut Progne in hirundinem commutaretur et Philomela in lusciniam, Tereum autem in accipitrem vel in upupam *(Hygin*. et *Serv. locc. citt*. et *Mythogr. II. fab*. 217. et fuse *Ovid*. 6. *Met*. 412.*sqq)*. Memoratur etiam *Horat*. 4. *Od*. 12. 5. et *Schol*. ad *l. Martial*. 10. 51., ubi *Ismarium* vocat, *i. e*. Thracium, quia Tereus pater rex fuit Thraciæ. Cf. *Senec. Herc. Œt*. 201. et *Catull*. 65. 13. — De priscæ artis monumentis, ad hanc fabulam pertinentibus, vd. *Ann. dell' Ist*. 1863 (coll. *Welcker, A. Denkm. III*. 365. *sqq*. et *Baumeister, Denkm. d. kl. Alt. p*. 1330. *fig*. 1484. et *Ribbeck p*. 583. 6. Cf. etiam *Chabouillet, Cat. des camées* etc. *n*. 1806). — De eo consulas *Preller, Gr. M*.[3] *II*. 140.*sqq*. et *Hiller de Gaertringen, De Gr. fab. ad Thrac. pertin. diss*. 1886. *p*. 36.*sqq*. ¶ 2. Item filius Zethi ex Aedone, de quo *V*. ITYLUS. ¶ 3. Item vir Trojanus, *Virg*. 9. *Æn*. 574.; Cyzicenus, *Val. Flacc*. 3. 189.; Thebanus, *Stat*. 7. *Theb*. 642. et 643.

IV

IVANELLIUS, vicus, in pago Vagienno Velejate, in *Tab. alim*. 1. 49., hod. *Vico di Lavellio ?*

IVĀOS (*dat*. Ivau), nom. divinitatis Gallicæ, in *Inscr*. in *Bull. epigr. de la Gaul*. a. 1881. *p*. 10. Cf. *Evaunensis pagus* ap. *Greg. Tur. gl. conf*. 81., vulgo *Eoaux*.

IX

IXĪO et Ixion, ŏnis, m. et f. 3. (Ἰξίων) Etymon ducit *Curt. Grundz. p*. 187. a rd. Skr. *sik*, spargo, rigo (Gr. ἰκ, unde ἰκμάς, mador). *V*. etiam *Pott, Zeitschr. f. vgl. Sprach*. 7. 86. et *Mannhardt, Ant. Wald- u. Feldk*. 83.*sqq*. — Memorantur hoc nomine ¶ 1. Ixion, filius Phlegiæ *(Eurip.)* et Megaræ v. Perimelæ *(Diod.)*; v. filius Leontei *(Hygin.)*, v. Antionis *(Æschyl.)*, v. Peisionis *(Pherec.)*, v. Ares v. etiam Jovis (V. *Preller, Gr. Myth*. 2.ª 12) et frater Phlegiæ *(Strab.)* et Coronidis *(Serv.)*, rex Lapitharum in Thessalia, pater ex Dia, Deionei v. Eionei (Oionei) v. Hesionei filia *(Diod.)*, matre Pirithoi, qui contra filius Jovis ex eadem dicitur *Hygin. fab*. 155.; hinc vocatus abs. *Lapitha* ap. *Auson. technop*. 9. 4.; *Thessalus rex* ap. *Senec. Herc. Œt*. 950. et *Thessalus dux* ap. *eund. ibid*. 495. et *Pirithoi pater* ap. *eund. Phædr*. 1244. et *gigas* ap. *Mythogr. I. fab*. 14., unus ex iis, qui ad aprum Calydonium profecti sunt *(Stat*. 2. *Theb*. 473). — Tabula Ixionis posterior est Homero et Hesiodo sicque a mythographis exponitur: Quum Ixion occidisset Deioneum vel Eioneum (Oioneum), socerum suum *(Porphyr*. ad *Horat. art. p*. 124), nec homines nec ipsi dii ab hac cæde eum lustrare vellent, diuque occisor incertus vagaretur, Juppiter misertus illum in cælum assumptum expavit. Quum jam purgatus apud Superos degeret, ausus est Junonem de stupro interpellare; quæ de audacia ejus conquesta Jovi, suadente ipso, per se nubem (Νεφέλην) ei opposuit, cum qua Ixion concubuit, unde geniti sunt Centauri *(Mythogr. I. fab*. 167. et *fab. II*. 106., coll. *Serv*. ad *Virg*. 6. *Æn*. 601. et *Senec. Herc. Œt*. 495). — Reversus postea ad mortales, quum is passim gloriaretur se cum deorum regina rem habuisse, Juppiter indignatus fulmine ad inferum detrusit curavitque, ut ibi rotæ volubili anguibus alligatus perpetuo volutaretur *(Mythogr. II. fab*. 106. et 107. et *Fulg. myth*. 2-17). — Porro *Ixionis rota* in proverbium abiit, dicta *Propert*. 4. 11. 23. Ixionis orbes. Hinc *Ovid. Ib*. 174. « Quique agitur rapidæ vinctus *(Ixion)* ab orbe rotæ ». Adde *Virg*. 3. *G*. 39. et 4. *ibid*. 484., *Claudian. rapt. Pros*. 2. 335., *Senec. Hipp*. 1231. — De eo præter laudatos mentionem faciunt — *a)* Proprie. *Horat. loc. cit*. Perfidus Ixion. Adde *eund*. 3. *Od*. 11. 21., *Acron*. ad *Hor*. 4. *Od*. 2. 13., *Tibull*. 1. 3. 75., *Quintil. declam*. 12. 28. — *Macrob. somn. Scip*. 11. 10. 14. aliquam dat fabulæ hujus, quod ad pœnam attinet, interpretationem hisce verbis: « Illos radiis rotarum pendere districtos, qui nihil virtutibus explicantes seque et actus omnes suos fortunæ permittentes, casibus et fortuitis semper rotantur ». — *b)* Translate usurpatur ap. *Lamprid. Heliog*. 24. « Parasitos ad rotam aquariam ligabat et cum vertigine sub aquas mittebat rursusque in summum revolvebat eosque Ixiones amnicos vocavit ». Ita *Peter*; alii vulgo *Ixionios amicos* leg. — De priscæ artis monumentis ad eum pertinentibus, quæ adhuc supersunt, aliquot illustravit *Visconti* in *Mus. Pio-Clem. V. p*. 127.*sqq*.; *Klügmann* in *Mem. d. Ist. Arch. II. p*. 388-592. et in *Ann*. 45 (a. 1873) 5. 93.*sqq*., *Tav. d' agg. IK*., *Kuman. Vasenb*. Berl. *n*. 3023.; et de nummis *Rochette, Mon. inéd. XIV. p*. 179. *n*. 3., *Gerhard, Mysterienb. II. Arch. Ztg*. 1843. *p*. 199., 1844. *p*. 225. et *Baumeister, Denkmal. d. klass. Altert*. 767. *f*. 821. — De eo scripsit etiam *Weizsäcker* in *Rosch. Lex. Myth. II. p*. 766-772. — Hinc *Ixionius* et *Ixioneus*, adj. *Virg*. 4. *G*. 484. orbis. *Boeth. cons. phil*. 3. *carm*. 12. 34. caput. — Translate *Ixionii amici*. V. supra. — *Ixionides*, patronym. *i. e*. Ixionis filius. — Abs. *Propert*. 2. 1. 38. « Hic Ixioniden, ille Menoetiaden etc. ». — In plur. num. *Ixionidæ*, dicti Centauri, filii Ixionis et Nepheles seu Nubes. *Lucan*. 6. 386. ¶ 2. Ixio, nom., ut videtur, mul., nempe matris Epaphi Sicyonii ex Jove, ap. *Mythogr. II. fab*. 74.

IXĪONĔUS et Ixionius, a, um, adject., et

IXĪONIDĒS, æ, m. 1. *V*. voc. præc.

IY

IYRCÆ, ārum, m. plur. 1. (Ἰύρκαι *Herod.)* populus genere Sarmatarum, ap. *Plin*. 6. *Hist. nat*. 7. 7. (19).

IZ

IZALA, æ, f. 1. mons Asiæ, ad orient. Euphratis, separans Armeniam *(Sophenam)* a Mesopotamia *(Osroenam)*, ap. *Ammian*. 18. 6. 12.

IZATĒS, æ, m. 1. (Ἰζάτης) vir Adiabenus et Adiabenorum rex. *Tac*. 12. *Ann*. 13. et 14.

IZI, ōrum, m. plur. 2. gens Indica, ap. *Plin*. 6. *Hist. nat*. 17. 21. (64). Alii leg. *Izgi*.

IZINON, fluvius Italiæ, idem qui *Æsis*, hod. *Esino*, ap. *Rav. p*. 291.

FINIS TOMI PRIMI